3 K. IX. 09.





N^ro i.

10 A 6

LIPSIÆ ET FRANCOFURTI
Sumtibus GEORGII HENRICI FROMANNI
& JOHANN-CASPARI MEYERI
M D C LXXXIV.

Joh. Jacobus de Sandrart inv: del: & sculpsit. Norimbergæ.

BENEDICTI CARPZOVII,
J. U. D.

DEFINITIONES FORENSES

AD

CONSTITUTIONES ELECTORALES SAXONICAS.

BENEDICTI CARPZOVII, JC.

Consiliarii Electoralis Saxonici

JURISPRUDENTIA FORENSIS

ROMANO-SAXONICA,

SECUNDUM ORDINEM

CONSTITUTIONUM

D. AUGUSTI ELECTORIS SAXON.

in Partes Qvatuor divisa,

RERUM ET QVÆSTIONUM IN FORO PRÆSERTIM

SAXONICO UTPLURIMUM OCCURRENTIUM, ET IN DICASTERIO

SEPTEMVIRALI SAXONICO CELEBERRIMO, QVOD VULGO SCABINATUM LIPSIENSEM APPELLITANT, EX JURE CIVILI, ROMANO, IMPERIALI, CANONICO, SAXONICO ET PROVINCIALI TRACTATARUM AC DECISARUM

DEFINITIONES JUDICIALES SUCCINCTAS ET NERVOSAS, PLACITIS QVE ET SENTENTIIS DOMINORUM SCABINORUM

CORROBORATAS, EXHIBENS,

REVISA

ab

ANDREA MYLIO, J.U.D.

& P.P. in Academia Lipsiensi.

CUM DUPLICI INDICE TAM CONSTITUTIONUM ATQVE DEFINITIONUM GENERALI, QVAM RERUM ET VERBORUM SPECIALI AC PERFECTO.

EDITIO NOVISSIMA.

CUM GRATIA ET PRIVIL. SAC. CÆS. MAJ. AC SERÈN. ELECT. SAX. SPECIAL.

Collegii Bambergæ Soc. Jesu Anno 1761.



Ex legato Præpos. Clar. & Consultiss. Domini Ad. J. Nobilis de Stürmer Reverendi & Celsiss. Sr. Episc. Bamb. Cons. Act. Aul

LIPSIÆ & FRANCOFURTI,

Sumptibus Viduæ GEORGII HEINRICI FROMMANNI & JOHANN. CASPARI MEYERI.

ANNO M. DC. XCIV.

Præfatio ad Lectorem.

EAteri cogor & lubens fateor, amiciſſime Lector, de Juris civilis ſcientiâ innumera ferè prodiiſſe ſcripta, & tot librorum millia etiamnum indies emanare, publicis Jurisprudentiæ ſtudiis proficuanè magis, quàm perniciosa? ambigo meherculè. Et quidem ſi vera eſt Comici ſententia, tot jam ſeculis prolata: Nil dici, quod prius dictum haud ſit: non poterunt hodiè ſcriptores rerum novitate prodeſſe, vel placere, ac præſertim jus civile docentes & profitentes, quorum illud eſt proprium, ut eandem rem ſexcenties repetant, veluti conqueritur Ranaldus Ridolfius, in Epiſtolâ quâdam ad Franciſcum Vivium. Sufficiebant quondam ſcripta JCtorum Juliani, Pomponii, Scævolæ, Pauli, Ulpiani, Papiniani, cæterorumq; hujus ordinis veterum Jureconſultorum, vel unius ſaltem, qui, ſive Papinianus, ſive alius minimus inter tantos viros, tantus certe erat, ut nec alio, nec meliore Magiſtro, ad veram juris ſcientiam comparandam, Studioſo cuiquam opus videretur. Reformatâ verò Jurisprudentiâ, ac veterum Romanorum Legibus, Placitis Imperialibus, Prætoriis Edictis, Jureque conſultorum Reſponſis hinc inde ſine ordine diſperſis, in certum quoddam corpus redactis atque congeſtis ab Imperatore Juſtiniano, niſi Conſultoribus Triboniano, Dorotheo, Theophilo, cæterisque Anteceſſoribus potiùs, quàm ipſimet Imperatori, quem *ἀναλφάβητον* fuiſſe, narrant hiſtoriæ, hoc acceptum ferre velimus; ſi quid porrò ad declarationem Jurisprudentiæ faciliorem deſiderari unquam potuiſſet: præſtitêre id ſatis ſuperq; Jureconſulti, quos ſuperior, vel etiam noſtra ætas tulit; quorum opera & diligentia, poſt Accurſium, Bartolum & Jaſonem, quantam obſcuriſſimis ac denſiſſimis juris noſtri tenebris lucem attulerit, ipſa, ſi loqueretur, Jurisprudentia teſtaretur. Atteſtantur quoq; hoc ipſum Itali, qui primas deferunt ſuo Alciato. Atteſtantur Hiſpani, qui famam commendant duorum Antoniorum, Auguſti & Goveani. Atteſtantur Galli, qui laudes deprædicant Budæi, Duareni, Molinæi, Cujacii, Hottomanni, Petri Fabri. Atteſtantur Pedemontani, qui ſubtilitates Antonii Fabri mirantur & venerantur. Atteſtantur denique Germani, qui Donelli, Weſenbecii, Sichardi, Zaſii, Rittershuſii, Vulteji, aliorumque præſtantiſſimorum JCtorum gloriam & encomium, toto orbe celeberrimum, priſcorum laudibus anteponunt. Horum lucubrationibus, ingenioſiſſimis pariter & eruditiſſimis, ſi quis pro adjumento Studii theoretici quicquam addere velit, multorumnè potiùs reprehenſionibus lacerandus, quàm ullius teſtimonio laudandus eſſet? decidere ego non auſim. Vereor tamen omninô, ne tantâ ſcriptorum farragine, quantam hodie videmus, exiſtente, res tandem eò recidat, ut nemo ſit, qui Jurisprudentiam, quæ, cùm ad ter-centena usque verſuum millia, Imperatore Juſtiniano, excreviſſet, jam

tùm molesua laborare videbatur, capessere velit; quippe quam infinitam esse putet, vel non infinitam esse credat, quæ nullis penè librorum finibus concluderetur. Tantum scilicet abest, quicquam adjumenti à Commentariorum novorum conscribillatoribus afflictæ Jurisprudentiæ afferri, ut potiùs hæc miserè ab iis deformari, & ad ruinam usque devastari, haud falsò dicatur. At feliciores eorum semper judicavi conatus, qui lucubrationibus suis usui practico & forensi inservire studuerunt, & in observandis annotandisqve Curiarum & Tribunalium sententiis, & Rerum judicatarum autoritatibus (quæ præjudicia vulgò nominantur) intersudârunt. Hinc, ceu ex equo Trojano, emanasse videmus tot Observationes, tot Quæstiones totque Decisiones; ut sunt Gvilielmi Hortroti, Johannis Corserii, Afflict. Capitii, Grammatici, Nicolai Boërii, Gvidonis Papæ, Franciſci Marci, Mohedani, Petri Benintendi Putei, Veralli, Hieronymi Laurentii, Ozasci, Andreæ Gailii, Hartmanni & Modestini Pistoris, Cavalcani, Josephi Ludovici, Joachimi Mynsingeri, Nicolai Reusneri, Antonii Fabri, Vincentii de Franchis, Antonii Tesauri, Crescentii, Magonii, Franciſci Vivii, Valasci Lusitani, Antonii de Gamma, Alexandri Raudensis, Matthiæ Coleri, Dominici Arumæi, Petri Surdi, Andreæ Rauchbari, Petri Heigii, Virgilii Pingitzeri, Franciſci Milanensis, Antonii de Amatis, Hieronymi Mariliani, centumque aliorum, in quibus gravissimæ causarum controversiæ prudenter deliberatæ, quandoque etiam in utramque partem discepraptatæ, & maturo Sapientum consilio dijudicatæ leguntur. Nec harum sive Observationum, sive Quæstionum ac Decisionum unquam erit finis, neque insignis deficiet usus. Nimirùm, quia semper natura nova gignit facta, novasque curat edere litium formas; quarum decisa adferunt postea exemplum judicaturis, quod in casibus similibus sequantur. Neque enim dubium est, posse ex hisce non solùm causarum Advocatos & Patronos, sed alios quoque consultos; & judicandi munere fungentes, semper aliquid petere aut desumere, cui, tanquam fundamento, in consulendo, vel judicando, confidenter ac tutò inniti queant. Quid, cum in plerisq; Provinciis, nec non Germanorum æquè, atq; aliarum Nationum Civitatibus, jura vigere cœperint municipalia propria & consuetudinaria, quæ partim juri congruunt scripto, partim ab eo dissident; quin & hodiè multa usu obtinuerint, antiquis incognita, & rursus illis nota, quæ apud nos obsoleta, (quantum enim distet nostrum forum à Romano, vel mediocriter in eo versatus attestabitur) utique quid in judicando & consulendo sequi oporteat, & quâ ratione jus controversum ad scopum certum, tanquam ad Lesbiam normam, reduci possit, ex Neotericorum decisionibus, & scriptis Pragmaticorum forensibus ediscendum erit. Mirari hinc satis non possum, in Dicasterio Septemvirali Saxonico, quod vulgò Scabinatus Lipsiensis vocatur, neminem hactenus extitisse, qui Collegii istius Placita & decisa, quæ tàm multa, tamque singularia in hunc usque diem prodierunt, ut penè tota Jurisprudentia, si unquam fuisset deperdita, inde restaurari posset, exceperit, & excepta evulgaverit; quod tamen singuli ex Assessoribus, vel maximè ii, qui inter Saxoniæ & Germaniæ JCtos jamdudum illustres habiti fuêre, nullo negotio, nec sine summâ harum Provinciarum, totiusque fori Saxonici utilitate exequi potuissent. Nam à quo tempore, ab Illustrissimo Saxone D. Augusto Electore, felicissimæ memoriæ, Collegium hoc Scabinatûs erectum & fundatum fuit, quis nescit; quantâ id semper, tàm in Saxonicis, quàm aliis Imperii Romano-Germanici Provinciis floruerit gloriâ, quantâque nominis celebritate & autoritate? Antecessores enim quondam hujus Dicasterii si spectes, tales certè ii sese gesserunt, ut, si quis quærat, quem hisce, sive dexteritatis & integerrimæ conscientiæ, sive conspi-

cuæ

cuæ & ſolidæ eruditionis famâ conferre velit, inventurus ſit fortaſsè, non dicam paucos, ne quid de cujusquam laudibus detraham, ſed tamen nec valdè multos: Quem verò jure debeat anteponere, planè nullum. Quò factum, ut plurimi è numero Scabinorum ante hæc tempora ad Electorum & Principum Imperii Curias & Tribunalia Suprema abrepti, interque Cancellarios & Conſiliarios aſciti fuerint. Amicitiam porrò & converſationem laudatiſſimorum Collegii hujus Anteceſſorum, Viros ſemper quosque honoratiſſimos appetiiſſe, vel ſaltem eruditam eorundem ſuper acta judicialia diſſertationem & vota audire atque percipere exoptaviſſe, novimus, ingentem in tractandis negotiis forenſibus inde ſibi fructum perſuadentes; Quos neutiquam ſpe bonâ fruſtratos, exemplò ſuò edocuerunt inſignes JCti, LEONHARDUS BADEHORN & MODESTINUS PISTORIS, qui ambo, ſeparatis tamen temporibus, in Scabinatu Electoris Notarii ſive Actuarii tantummodò munere fungentes, ex diligenti auſcultatione votorum, rerumque tractatarum annotatione indefeſsâ, tantam uſus practici & rerum forenſium cognitionem ſibi in hoc Collegio comparârunt, ut Sereniſſimus Elector Saxoniæ non modò eos in numerum Aſſeſſorum recipere, ſed & ad latus ſibi ceu Conſiliarios adjungere, quin & illi Conſulatum Reipublicæ Lipſienſis, huic verò munus Ordinarii in inclutâ Facultate Juridica Lipſ. demandare nil dubitaverit; ad quod honoris faſtigium evecti, omnium deſiderio ex voto ſatisfecêre; quidque vel ſolidioris jurisprudentiæ, vel obſervantiæ forenſis in Scabinatu antea didicerant, eò poſtea in expediendis negotiis forenſibus, ac decidendis controverſiis judicialibus felicisſimè uſi fuêre, Rempublicam pariter, atque Facultatem Juridicam Lipſienſem, per id haud parùm condecoravêre. Quantum porrò emolumenti & doctrinæ, quantumque commodi & experientiæ ex ſcriptis illuſtrium JCtorum, HARTMANNI PISTORIS, Conſiliarii Electoris Secretioris, nec non LUDOVICI FACHSII & JACOBI THOMINGII, itidem Conſiliariorum Electoralium, & Ordinariorum Lipſienſium, vel Conſulentibus, vel Advocatis unquam acceſſerit, aut etiam ad alia Collegia Juridica & Tribunalia redundârit, id profectò Scabinatui Lipſienſi, ex quo primitùs cognitionem practicam illi hauſerunt, acceptum referre debent, ſi verum fateri, nec ſibi ipſis blandiri velint. Nimirum Scabinatum Lipſienſem rectiſſimè Scholam JCtorum dixeris, ubi vera diſcitur jurisprudentia, ac fori obſervantia. Ex qua omni tempore JCti prodierunt celeberrimi, in quorum memoriâ ſemper ſupererit, quod admirari, quod imitari liceat. Idque eo faciliùs annueris, ſi cauſas, quæ in Dicaſterio hoc tractantur, penſitaveris, unde non minorem Collegii autoritatem tibi polliceor. Non modò enim à Sereniſſimo Dn. Electore noſtro, ſuæque Celſit. ſubditis, harum Provinciarum incolis, ſed & ab exteris, Electoribus, Principibus, aliisque Statibus Imperii & Rebuspublicis, cauſæ graviſſimæ, & maximè arduæ Scabinorum Lipſienſium conſilio & judicio ſubmittuntur, tales nimirum, quæ doctiſſimis quibusque Jureconſultis, etiam ingenioſioribus & ſolertioribus, negotium faceſſere queunt. Nec tamen vix aliæ occurrere poſſunt, qvæ non anteà ab Anteceſſoribus experientiſsimis, prævia, maturâ & prudenti deliberatione, ventilatæ & diſcuſſæ fuerint, atque deciſæ reperiantur in Scabinorum manuſcriptis, quorum penè multa, & fermè quadringenta extant volumina admodum magna. Tanta nimirum copia eſt Deciſionum in Scabinatu, quanta unquam fuit cauſarum gravitas, quarū etiam plurimæ partim Sanctione Electorali pragmaticâ, partim obſervantiâ fori Saxonici ſunt corroboratæ, veluti ex libris Conſtitutionum Electoralium, Ordinationum Provincialium, aliisque peculiaribus Reſcriptis & ſententiis, in calce Speculi Saxonici appoſitis, manifeſtiſſime

simè liquet. Hæcce ergò tractata atque decisa ecquis scire, avidè non appeteret? Ego sanè, licet minimus sim, nec ulli Antecessorum quondam Collegii hujus comparandus, ne voto isti deesse viderer, nec quicquam, ex quo commodum ad Rempublicam literariam, & fori practicam redundare possit, vel consulendo, vel scribendo intermitterem, plurimis quantumvis occupationibus obrutus, laboriosissimum hoc opus tandem felici numine suscepi, & quantum potui, adjuvante Deo, præstiti: Sed novo planè modo, novâque forma ac methodo. Sunt enim Decisionarii, qui nimio brevitatis studio tantoperè se arctaverint, ut potius Summaria Decisionum, quàm Decisiones scripsisse videantur. Sunt alii, qui latâ nimis, verbosaque oratione, in tàm longas prolixasque argumentorum, pro & contra, (ut vulgò loqvuntur) narrationes se effuderint, ut Disputationum & Quæstionum libros scripserint veriùs, quàm Decisionum: quos tantò minori labore imitari potuissem, quantò facilius est, farraginem quandam argumentorum & objectionum prolixè, verbisque textuum adscriptis, congerere, vel explicatè longaque serie rationes dubitandi & decidendi exhibere. Sed scrinia compilare aliorum, ab aliisque tradita repetere, & crambem bis coctam reponere, ut & chartâ simul, ac patientiâ Lectoris abuti, visum non fuit. Mediam ergò viam ego ingressus Placita Dominorum, tàm quæ meo tempore, quàm quæ plurimis abhinc annis prodierunt, breviter & succinctè tractata & ventilata proposui, subjectisque solidioribus rationibus & fundamentis ex jure pariter Civili-Romano, & Saxonico Provinciali confirmavi, ita tamen, ut ex uno atque altero textu juris, aut fundamento principaliori, totius rei & quæstionis, ab aliis Interpp. quandoque longis verborum ambagibus ventilatæ nervum, veritatemque Decisi quivis, vel saltem mediocriter in jure eruditus, absque ullo negotio & tædio lectionis assequi, & simul partis adversæ argumenta, ex ingenio suo invenire & dissolvere valeat: non neglectis interim auctoritatib⁹ D.D. vel saltem iis remissivè notatis, qui de materiâ & quæstione proposita fusiùs scripserint: Præmisso insuper in fronte ipso Decisо, affirmativo vel negativo, ejusque tenore, quantum ad ipsam Decisionem faciat, ut plurimùm verbotenus in calce appositо: ut non modò absque Summariis breviora essent Decisa; sed etiam ad legendum & intelligendum expeditiora, habeantque Pragmatici, etiam minùs periti, ex sola Decisi inscriptione & sententiâ, vulgari idiomate annexâ, quod intelligere & amare possent. Cumque Decisionarii, communiter, nullo penè ordine, sed confusè tractarint omnia, materiarum serie nullâ sibi præscripta, ut difficiliùs profectò sit Lectori, quid, quo loco ab iis dictum, perquirere; quàm ubi invenerit, quæ illi dixerint, aut sensum, aut rationem investigare: ne in eundem inciderem errorem, certè nec melius, nec aptius remedium credidi, quàm si ex serie & ordine Constitutionum Provincialium Serenissimi nostri Electoris, ceu Juris Saxonici Illustratoris & Defensoris, quantum id fieri posset, Placita sive Decisa disponerem, textu cujusque Constitutionis, duplici idiomate, germanico & latino, juxta versionem Danielis Molleri, semper præmisso. Decisiones hasce novo modo tractatas, placuit quoque novo nomine proferre, easque Definitiones insignire, nimirum judiciales, ne quis fortè dubitet, quin eo nomine haud definitiones Logicas, sed juridicas, ex civili pariter Romano, & Saxonico jure tractatas, nempe has ipsas, quas vulgò Decisiones dicunt, significatas vellem. Et ne quidquam dissimulem, feci id præeunte & ductore ANTONIO FABRO, subtilissimi & acutissimi ingenii pariter atque judicii JCto, quem quoties nomino, toties miror. Hujus imitatio in toto hoc opere tàm honorifica mihi visa fuit, quàm acceptus est omnibus Codex Definitionum forensium Fabrianus, opus [si deleas ea, quibus ille, fæcibus papisticis

ſticis nimium inhærens, in libro primo veritatem Evangelicæ Religionis impugnare conatur) dignum tanto JCto, quem ante annos octodecim in peregrinatione ex Italia in Galliam per Sabaudiam & Regionem Pedemontanam, vidiſſe & ſalutâſſe, deqve ſcriptis ſuis, & ſolidiori Jurisprudentia cum eo verba communicâſſe, etiamnum mihi volupe eſt. Addidi & aliud nomen, JURISPRUDENTIÆ nempe FORENSIS ROMANO-SAXONICÆ; vel quod ſingula, & quæque ferè negotia forenſia, ad jurisprudentiam veram pertinentia, ex jure civili Romano & Saxonico in hoc opere ſuccinctè & nervosè deciſa reperiantur; Vel, quod labor hic poterit tibi eſſe inſtar totius Jurisprudentiæ Romano-Saxonicæ, ſive Regulæ Lesbiæ, earum rerum, de quibus Interpp. juris Saxonici variè & diverſimodè ſcripſerunt. Non facilè enim quæſtionem ab aliis tractatam, vel caſum forenſem obvenire, cujus deciſionem veram lucubrationes hæ ſuppeditare haud poſſent, reor. Idque ipſum numerus Definitionum, quæ fermè ad quatuor millia aſcendunt, omninò probabile reddit: quamvis in parte quarta, in qua de rebus agitur criminalibus, parcior fuerim; ne ſcilicet deciſa omnia, jam antea in Practicâ meâ criminali tractata & allegata repetendo, tædium facerem tuæ humanitati. Accipe igitur, Lector amicisſime, Opus hoc Definitionum judicialium ſive forenſium, rudiori Minervâ & ſtylo editum. Quod, etſi minorem fortaſſis ingenii pro me laudem, majorem tamen, ut ſpero, apud plurimos gratiam habebit; ſive quod pigra (ut & heîc cum ingenioſisſimo Antonio Fabro loquar,) multorum aviditas nihil tàm impatienter ſcire deſideret, quàm quo jure utamur in forenſibus diſceptationibus: ne inquirendum habeat, quod difficilioris eſt inveſtigationis, quo jure uti debeamus; ſive potiùs, quod non tàm meum, quàm Serenisſimi Electoris Saxon. Scabinorum hoc Opus eſt, quorum Placita, clauſis [ut ajunt] oculis approbanda videntur, quippe quæ plerumque ab ipſomet Electore Illuſtriſſimo confirmata, & executioni mandata fuêre. Fateor equidem ingenuè, multa huic operi ineſſe admodum trita & pervulgata: Sed poterat nihilominus in pendenti eſſe aliquorum animus, qui tamen facile his, quæ in Collegio Scabinatûs Electoralis ſemel aut pluries judicata ſunt, acquieſcerent. Nec enim doctis ſolummodò, ſed & minus eruditis hoc opere inſerviri placuit. Quàm valdè enim paucis ſcripturus ille eſſet, qui non aliis vellet ſcribere, quàm doctis & ad Papinianam Jurisprudentiam eruditis, nemo non animadvertit. Et quî omittere potuiſſem ea, quæ nec Serenisſimus Elector Saxoniæ in Conſtitutionibus ſuis, ad quarum ſeriem ſcriptæ ſunt hæ Definitiones, tacenda exiſtimaverit? Ita nimirum multa inſerere neceſſe fuit, quæ doctioribus vulgaria videbuntur, aliis fortaſſe magna, certè utilia omnia. Quid plura? Feci quantum potui, & ſive Theoricus, ſive Practicus es, in tui commodum & uſum laboravi, ſudavi: Nihil viciſſim quàm benevolentiam & favorem à te peto, & ne operam meam ſiniſtrè vel ſcopticè excipias, quin potius mea & operariorum errata, quibus per ipſorum Correctorumque incuriam totum hoc Opus miſerè ſcatet, condones, eaque corrigas, ſed amicè ac ſine felle, illa præſertim, quæ in diſtinctionibus & allegationibus mutilis vel mendoſis occurrunt. Vale.

BENEDICTUS CARPZOV, D.

STUDIO-

STUDIOSO AC CANDIDO LECTORI S.

HAbes hic L. B. novam Jurisprudentiæ Forensis, quam longo abhinc tempore à Dn. Benedicto Carpzovio, Viro inter literatos verè illustri & JCtorum sui temporis facilè Principe, in usum totius Orbis literati maximâ Nominis Sui laude ac celebritate in publicum eductæ Editionem, à prioribus quidem, quantum totius materiæ tractationem attinet, nihil diversam [neque enim Operi sat perfecto quicquam vel addendum erat vel detrahendum] illis tamen, si externam figuram spectemus longè nitidiorem. Menda quippè typographica Correctorum incuriâ eidem olim inserta, quoad ejus fieri potuit, non modò sustuli, sed & textus utriusque Juris suis notavi literis, & ne Lector cupidus vel in minimo remoretur, Authorum allegatorum nomina diversis typis excudi curavi. Hoc amplius, Resolutiones etiam Gravaminum & Decisiones Electorales novissimas, diu post editionem hujus Operis demum sanctas, locis convenientibus allegavi. Nullus proinde dubito fore, ut, quæ hîc non vanæ gloriæ aucupandæ, sed boni publici ergò præstiti, non ingrata forte sint futura. Fruere igitur hisce B.L. præsentemq; librum habeas Tibi commendatissimum. Reperies hîc veram & solidam Jurisprudentiam, non ab antiquis fabulis, nec ab incertis Dd. opinionibus aut nudis Pragmaticorum regulis, sed ab iis, quæ in ipsis rerum obtinent argumentis petitam. Quæ uti JCtum ex omni parte faciunt perfectum; ita eò magis illud est sperandum, quò major in evolvendis casib9 perspicuitas & in iis decidendis dexteritas hîc sese offert. Ex quo tot Curiæ, tot Tribunalia, tot Collegia, tot Judicia, tot tantiq; nominis Scriptores, de egregiis fructibus ex hoc Opere cottidie perceptis testantur ubique. Sed vino vendibili, ut vulgò circumfertur suspensâ hederâ nihil est opus, neque res præclaræ, cum ex se placeant, exoticam desiderant commendationem. Tu, interea, B. L. hosce labores, & impensam operam, boni consule, iisq́ve communi cum fructu utere,

& vale.

INDEX

INDEX
CONSTITUTIONUM AC DEFINITIONUM, QVÆ IN QVATUOR PARTIBUS JURISPRUDENTIÆ HUJUS FORENSIS HABENTUR.

PARTIS PRIMÆ, CONTINENTIS EA, QVÆ AD PROCESSUM JUDICIARIUM PERTINENT.

CONSTITUTIO I.

De formâ seu modo proponendi jus Litigatorum in judicio.

DEFINITIONES.

JUs Litigatorum in foro Electoratus Saxonici non mutuis scriptis, sed vivâ voce est proponendum.

2. *Nec jura ex chartâ dictare licet.*
3. *Audiendus tamen est Actor, in judicio ad libellum, antea in scriptis oblatum, se referens, illumq; verbotenus repetitum velle dictitans.*
4. *In concursu etiam creditorum, aliisq; causis summariis, vivâ voce, non scriptis, jura litigantium sunt proponenda.*
5. *Partium conventione fieri potest, ut non vivâ voce, sed mutuis scriptis in causa judiciali procedatur.*
6. *In processu criminali ordinario semper vivâ voce est agendum; etiamsi partes aliter convenerint.*
7. *Ultra qvadruplicam litigatores, jura sua proponentes, non sunt audiendi.*
8. *In qvadruplicâ si qvid novi à Reo proponatur, in judicando non attendi debet.*
9. *Non audiendi sunt litigantes de re modici præjudicii, qvin potius de judicio repellendi ac coërcendi.*
10. *Litigii telam etiam in judicio amicabilis compositio præcedere debet.*
11. *Ad concordiam tamen sive amicabilem compositionem judex partes litigantes compellere neqvit.*
12. *Durante Commissione non est lis agitanda coram judice ordinario.*
13. *Arbitrorum laudo standum est, non propter authoritatem sententiæ, sed ex compromisso præcedente.*
14. *Non valet sententia arbitrorum, si ex pluribus aliqvi, reliqvis absentibus, pronunciaverint.*
15. *Compromittere possunt litigantes validè, etiam coram judice Ordinario.*
16. *In compromisso locus non est pœnitentiæ, alterâ parte invitâ.*
17. *Commissarii, ad judicandum super sorte constituti, etiam super usuris pronunciare possunt.*
18. *Non admittendi sunt in judiciis Advocati improbi, aut qvi jura in Academiâ non didicerunt.*
19. *Advocatorum temeritas in convitiando & cavillando pœnâ coërceri debet.*
20. *Pœnam incurrunt Advocati, qvi partes ad negandum instruunt.*
21. *Advocatus, in causâ justâ patrocinium præstans subditis contra magistratum, nec jura civitatis amittit, nec pœnam incurrit.*
22. *Negligentia Procuratoris in ipsa causa Domino præjudicat; Datur tamen ei regressus adversus Procuratorem.*
23. *Attamen si Procurator solvendo non sit, in subsidium saltem, Dominus restitutionem in integrum petere valet.*
24. *Advocatus, qvi promisit advocare usq; ad sententiam definitivam, non cogitur præstare patrocinium, pro eodem pretio, in judicio Appellationis.*
25. *Pauperibus ex officio Advocatus datur, præstito tamen prius ab ipsis juramento paupertatis.*
26. *Non admittitur procurator absq; mandato; Et qvomodo in terris Electoratus Saxonici hoc casu pronunciandum.*
27. *Ad validitatem mandati tàm sigilli appositio, qvàm subscriptio reqviritur.*
28. *Non sufficit, loco mandati exhiberi Blancetum, seu chartam bilancam.*
29. *Procuratorio nomine admittuntur sine mandato cognatæ personæ, & litis consortes, cum cautione rati.*
30. *Nunqvam mulier in judicio agere valet absq; Curatore, sed hic, etiam ex officio ipsi est adjungendus.*
31. *Maritus nomine Uxoris in judicio non admittitur, priusqvam Curatorium producat, vel de rato caveat.*
32. *Non valet Uxor, absqve Curatore, marito suo demandare litem.*
33. *In causa criminali, Mulier Rea ipsamet comparare tenetur, nec ejusdem Curator admittitur.*
34. *Finito licet Processu intra annum, Advocato tamen totius anni salarium exsolvi debet.*

CONSTITUT. II.

De articulato Libello.

Definit.

1. *NOn admittit Processus juris Saxonici libellum articulatum, sed ex officio etiam à Judice rejici debet.*
2. *Nec in judicio summario, nec in causa, inter Mercatores vertente, libellus articulatus admittitur.*
3. *In criminalibus indicia libello articulatim subnectere licet.*
4. *Tria capita sive puncta, ex diversis causis proveni-entia, in uno libello proponere licet, at non plura.*
5. *In concursu tamen Creditorum, libellus ad tria saltem capita restringi haud debet.*

6. In foro Saxonico plures Rei sive debitores, ex diversis causis obligati, uno libello conveniri nequeunt.
7. Admittitur libellus alternativus, ex obligatione alternativâ, & facto Rei incerto.
8. Subsistit etiam libellus alternativus, quando agitur ad rescissionem contractus, ex l. 2. C. de rescind. vendit.
9. In causa criminali valet libellus alternativus, in quo actor, vel Rei condemnationem vel torturam petit.
10. In causis Mercatorum admittitur libellus alternativus.
11. Nunquam in judicio admittitur libellus ineptus.
12. Reo ob libelli ineptitudinem ab instantiâ absoluto, etiam expensæ sunt refundendæ.
13. In libello nomen actionis necessariò haud exprimi debet.
14. Expressio Actionis inepta & inutilis non vitiat libellum.
15. Clausula salutaris, libello apposita, contrà narrata libelli nihil operatur.
16. Sententia debet esse conformis libello.
17. Interest actoris, summariè potius in causa procedi, quàm litem in Processu Ordinario agitari.
18. Causa ordinaria, invito Reo, non potest ventilari in Processu summario.
19. Ante litis etiam contestationem, Reus ab instantiâ rectè absolvitur.
20. Nobiles, subditos suos in proprio judicio pagano convenire nequeunt, si Notarius judicii in præsentiâ subditorum non juraverit.
21. Inseri debet Citationi tenor Libelli, vel hujus copia citato simul transmitti.
22. Sufficit in foro Saxonico unica citatio peremptoria, legitimum habens spacium, nempe sex septimanarum & trium dierum.
23. Non continet Citatio spacium temporis legitimum, quando terminus juridicus in ultimũ incidit diem.
24. Condemnatur tamen hoc casu Reus, non comparens, in expensas termini istius.
25. Non potest judex Reum condemnare usq; ad legitima impedimenta, si non constet, citationem ipsi fuisse insinuatam.
26. Absque speciali veniâ hodie parentes possunt citari in causa liberorum.
27. Ex alterius judicis territorio, non nisi implorato ejus subsidio, quis potest citari.
28. Judex per subsidium imploratus, cogi potest à Superiore, ut citatum in alieno territorio comparere jubeat.
29. Reus latitans, etiam in causa civili, per Edictum publicum, in trium Dominorum territoriis affixum, citari potest.

CONSTITUT. III.

De Exceptionibus.

Definit.

1. REus, in primo statim termino, exceptiones dilatorias omnes opponere debet, annexâ in continenti eventuali litis contestatione.
2. Omissa litis contestatione eventuali, Reus condemnatur in expensas termini.
3. Super eventuali litis contestatione non judicandum est, antequam super exceptionibus dilatoriis fuerit pronunciatum.
4. In causis quoque summariis & executivis exceptiones dilatoriæ omnes, primo statim termino, sunt opponendæ.
5. Reus, qui primo termino exceptiones dilatorias opponere prætermisit, sequenti termino non est audiendus.
6. Nec Reus, qui in primo termino non comparet, postea sequenti termino exceptiones dilatorias opponere potest.
7. Judex, Reum non comparentem, in expensas termini condemnans, reservare ipsi potest exceptiones dilatorias; Et quando id facere censeatur.
8. Efficit Leuteratio, ut Reus exceptiones dilatorias, antea omissas, adhuc opponere valeat.
9. Purgatâ contumaciâ admittuntur Rei exceptiones dilatoriæ.
10. Omitti potest litis contestatio eventualis, quando exceptio declinatoria est notoria vel probabilis.
11. Exceptio fori incompetentis, non in scriptis opponenda, sed vivâ voce in judicio proponenda est.
12. Pœna plus petentium hodie in usu non est.
13. Exceptiones peremtoriæ opponenda sunt in ipsa litis contestatione, nec omissæ postea Reũ juvare possunt.
14. Peremptoriæ exceptiones, ante litis contestationem oppositæ, post litem contestatam rejiciuntur, injunctâ Reo litis contestatione.
15. Exceptiones tamen peremptoriæ, litis ingressum impedientes, ante litem contestatam rectè opponuntur.
16. Differunt ab invicem: Absolvi ab instantiâ; Absolvi ab institutâ actione; & non teneri respondere ad actionem.
17. Excussionis exceptio etiam post litem contestatam opponitur.
18. Ratione domicilii quis potest conveniri in loco, ubi majorem possidet bonorum partem.
19. In judicio, etiam coram Arbitris seu Compromissariis, rectè opponuntur exceptiones dilatoriæ.
20. Nisi in Compromisso exceptionibus dilatoriis expressè fuerit renunciatum.
21. Libello rejecto tanquam inepto, non prohibetur Reus, alio postea exhibito libello, opponere exceptiones dilatorias.
22. Exceptio feriarum etiam iis competit, qui occupati non sunt in messibus.
23. Non factâ litis denunciatione, Reus haud habet regressum adversus suum autorem.
24. Omissa licet denunciatione litis, potest tamen Reus experiri adversus suum autorem jure evincentis.
25. Non solùm in emptione, sed etiam in permutatione, aliisq; contractibus, locum habet litis denunciatio.
26. In transactione locum non habet litis denunciatio ratione rei illius, quæ ex causa transactionis dimittitur.
27. Non admittitur litis denunciatio, quando manifestè constat, denunciantem frivolè conveniri.
28. Efficit litis denunciatio, ut stare cogatur denunciatus coram judice causæ principalis.
29. Quocunque tempore judicii ante sententiam locum habet denunciatio litis.
30. Non admittitur tertius interveniens in judicio, priusquam de jure suo docuerit.
31. Super interventione Magistratus, privilegium suum urgentis, pronunciandum est, antequam judex in causa principali ulterius procedat.

CONSTITUT. IV.

De Guarandâ.

Definit.

1. NOn nudis verbis, sed realiter, actu corporali, Guaranda in foro Saxonico præstanda est.

2. *Valide præstatur Guaranda ab actore, absente etiam Reo.*
3. *Non præstatur Guaranda, si non eam Reus petierit.*
4. *Qvomodo Guaranda ab actore faerit præstita, in actus consignari debet ab Actuario judicii.*
5. *In contumaciam Actoris, Guarandam præstare nolentis pronunciatur qvandoqve in materialibus ipsius causa.*
6. *Præstanda qvoq; est Guaranda in causis Criminalibus.*
7. *Post Guarandam tamen præstitam, in causâ criminali, accusatur nova ac plura indicia contra accusatum proponere valet.*
8. *In causa etiam Reconventionis, actor ad Guarandæ præstationem est obstrictus.*
9. *In Processu executivo Guarandam præstari, necesse non est.*
10. *Diffamatus, agens ex L. diffamari. C. de ingen. manum. non obstrictus est ad præstationem Guaranda.*

CONSTITUT. V.

De Satisdatione.

Definit.

1. *IN foro Saxonico tenetur actor præstare cautionem pro Expensis & Reconventione.*
2. *Non tamen tenetur satisdare in judiciis harum Provinciarum, qvi sub Electoratu Saxoniæ bona possidet immobilia.*
3. *Licet in loco ipso judicii Rei conventi, non sit possessionatus.*
4. *Sola possessio bonorum immobilium in Saxoniæ Electoratu, absqve eorundem oppignoratione judiciali, actorem à satisdatione relevat.*
5. *Possessio bonorum immobilium actoris, etiam Procuratorem à satisdatione relevat.*
6. *Actor in Electoratu Saxoniæ possessionatus, ad satisdationem obstrictus non est, etiamsi extra Electoratum suum habeat domicilium.*
7. *Satisdatio vel pignoribus, vel fidejussoribus præstanda est.*
8. *Qvantitas Satisdationis in arbitrio judicis consistit.*
9. *Admittitur Cautio juratoria, si actor pignoribus vel fidejussoribus satisdare neqveat.*
10. *Non relevat actorem à cautione juratoriâ possessio bonorum immobilium, extra Provinciam situatorum.*
11. *Possessionatus sub litis ingressu, si lite pendente possessionem vendat, aut facultatibus labatur, satisdare cogitur.*
12. *Actor qvi possessionatus non est, satisdare tenetur, etiam de bonis feudalibus cum possessore simultaneé sit investitus.*
13. *Nec filiusf. ab onere satisdationis immunis est propterea, qvod pater ejus bona possideat immobilia.*
14. *Non gravandus est onere satisdationis possessor bonorum immobilium, licet oberatus, aut bona creditori hypothecata fuerint.*
15. *Satisdare non tenetur possessor rei immobilis, super qvâ cum alio litigat.*
16. *Immunis qvoqve est ab onere satisdationis possessor annuorum redituum.*
17. *Nec satisdare tenetur possessor actionis, ad immobilia competentis: Secus verò si competat actio ad res mobiles.*
18. *Non obstrictus est satisdare Creditor pecuniæ hæreditariæ, cujus dies nondum cessit.*
19. *Possessio rerum mobilium preciosarum sublevat actorem à satisdando.*
20. *Obnoxius non est satisdationi Vasallus vel Emphyteuta.*
21. *Non tenetur satisdare Usufructuarius alicujus feudi vel prædii in foro Saxonico.*
22. *Obnoxii qvoqve sunt satisdationi parentes, qvi adversus liberos in judicio experiuntur.*
23. *In causis etiam criminalibus ab accusatore satisdatio exigi potest.*
24. *Locum etiam habet satisdatio in causâ sive judicio Reconventionis.*
25. *Nec non in processibus executivis.*
26. *In summario qvoq; Processu actor satisdare tenetur.*
27. *Non etiam diffamatus, agens in judicio diffamatorio.*
28. *Diffamans verò ad agendum provocatus, satisdare tenetur.*
29. *Fiscalis etiam vel Syndicus, nomine plurium ex universitate agens, satisdationi est obnoxius.*
30. *Nulla exigitur satisdatio ex parte Rei conventi in foro Saxonico.*

CONSTITUT. VI.

De Exceptione spolii.

Definit.

1. *TErminus qvindecim dierum, qvo spolium est probandum, incipit currere à tempore rei judicata, post injunctum probandi onus.*
2. *Sufficit in exceptione spolii probandâ, intra terminum qvindecim dierum, articulos saltem cum nominibus testium, vel copiis instrumentorum judicii offerri, licet probatio non plenè absolvatur.*
3. *Exceptio spolii non tantummodo instrumentis, sed etiam testibus probari potest.*
4. *Exceptio spolii etiam contra executionem opponitur.*
5. *Contra instrumentum confessatum opposita exceptio spolii, præcisè instrumentis, non testibus probari debet.*
6. *Exceptio spolii post litem contestatam opponi potest, si antea Reus, ejus notitiam non habuisse jurare velit.*
7. *Nullus alius effectus est exceptionis spolii, etiam post litem contestatam oppositæ, qvam ut judicium suspendat.*
8. *Agens de spolio non habet necesse probare possessionem de tempore spolii, sed sufficit docere, qvod aliqvando possederit.*
9. *Exceptio spolii non habet locum contra tertium possessorem.*
10. *Exceptionem spolii non licet conscientiæ actoris committere.*

CONSTITUT. VII.

In qvibus causis Reconventio in foro Saxonico locum non habeat.

Definit.

1. *DE jure communi, Reconventio cum causâ conventionis simul, & paripassu, in eodem judicio agitari debet.*
2. *Non admittitur Reconventio de jure communi post litem contestatam.*
3. *Judex Reconventionis, tanqvam suspectus, ab actore recusare non potest.*
4. *Reconventio locum habet in iis tantummodò causis, de qvibus judices per modum conventionis cognoscere possunt.*
5. *Coram Arbitris Reconventio prorsus non habet locũ.*

6. *Procurator, qui nomine Alterius agit, de proprio debito reconveniri non potest.*
7. *De jure Saxonico locum non habet Reconventio.*
8. *Admittitur tamen in foro Saxonico Reconventio in causis connexis; sed post finitam demum, & discussam conventionem.*
9. *Causam connexam, quæ ab aliâ dependet, ne quidem separatâ instantiâ, & coram alio judice tractare licet, antequam prima conventio fuerit finita.*
10. *Causæ separatæ, per modum conventionis coram judice competente conjunctim possunt agitari, nec una alteram impedit.*
11. *Connexæ dicuntur causæ, quæ ex eodem contractu, instrumento, aut fundamento nascuntur.*
12. *Arbitrio judicis quandoque relinquitur, quænam causæ dicantur connexæ.*
13. *In causis injuriarum connexis, Reconveniens, ante finitam conventionem, usq; ad litis contestationem inclusivè agere valet.*
14. *Reconveniens actorem injuriarum ante finitam conventionem, quasi injuriatum contendit, non admittitur ad litis contestationem.*
15. *In causâ Reconventionis non potest actor declinare forum, ex eo, quod nondum finitâ conventione destitit à lite.*
16. *Facta demum executione sententiæ, conventionis causa dicitur finita.*
17. *Actor reconventus non potest retardare Processum propter non factam refusionem expensarum litis, si eas in conventionis libello non petierit.*
18. *Reconveniens actorem, non potest pecuniam, in quam primo actori fuerat condemnatus, depositam arrestare.*
19. *Nisi actor reconventus sit peregrinus, vel nulla possideat immobilia, in quæ reconventionis executio fieri potest.*
20. *In causis connexis semper est locus præventioni.*
21. *Exceptio præventionis non potest opponi actori, propter exceptionem fori declinatoriam in alio judicio ab instantiâ fuit absolutus.*
22. *Per supplicationem, Principi oblatam, non inducitur litis pendentia.*
23. *Duobus simul actiones suas proponentibus, præventio judicis arbitrio est decernenda.*
24. *In causis etiam executivis & summariis locus est Reconventioni.*
25. *Obtinet quoque Reconventio in causis illiquidis.*
26. *Reservatio Processus Ordinarii, coram judice facta, non inducit præventionem.*
27. *Ex l. diffamari agitur coram judice diffamati.*
28. *Antequam Processus diffamatorius decernatur, summarie saltem probanda est diffamatio.*
29. *Ex l. si contendat. ff. de fidejuss. provocare licet actorem ad agendum, etiamsi nulla præcesserit diffamatio.*
30. *Ex l. diffamari, vel etiam ex l. si contendat non potest agi adversus Creditorem, debitum conditionalè vel in diem prætendentem, antequam conditio extiterit, vel dies venerit.*

CONSTIT. VIII.

Compensationis exceptio jure Saxonico num locum habeat?

Definit.

1. *IN foro Saxonico Compensatio non potest tractari per modum Reconventionis ante finitam conventionem.*
2. *Potest tamen statim opponi Compensatio per modum exceptionis, & in vim solutionis, etiam in foro Saxonico.*
3. *Sola naturalis obligatio Compensationem operatur.*
4. *Quod in diem debetur, invito debitore ante diem non potest compensari.*
5. *Rejecta compensationis exceptione, cautè pronunciet judex, ne Reo facultas petendi debitum auferatur.*
6. *Semper post litis contestationem, etiam in ipsâ executione sententiæ, Compensationis exceptio validè opponi potest.*
7. *Quod tutor debet, non potest compensari cum eo, quod pupillo debetur, nec contra.*
8. *Objici potest compensatio ejus, quod defunctus debuit, cum eo quod heredi proprio nomine debetur; confecto licet inventario.*
9. *Alimentorum petitioni objici nequit compensatio; sicuti nec tributorum exactioni.*
10. *Compensari possunt expensæ taxatæ, etiamsi appellatum sit ab executione, dum ne ab ipsâ condemnatione, vel taxatione.*
11. *Qui aureos debet in specie, non valet objicere compensationem ejus, quod sibi debetur in monetâ numeratâ, sive currente.*
12. *Admittitur compensatio, in foro etiam Saxonico, contra instrumenta, quæ paratam habent executionem,* wider klar Brieff und Siegel.
13. *In continenti, hoc est, intra sex septimanas & tres dies probanda est exceptio Compensationis.*
14. *Ex solis instrumentis, aut confessione partis, probanda est exceptio compensationis, non per testes.*
15. *Super exceptione compensationis in Processu executivo juramentum actori nequit deferri.*
16. *Non impedit paratam executionem ex instrumento Guarentigiato exceptio solutionis, quando præsumptionibus ac conjecturis probanda est.*
17. *Præter solutionis exceptionem in Provinciis etiam Electoratus Saxonici, aliæ exceptiones, in continenti liquidabiles ac probabiles, instrumento Guarentigiato oppositæ, executionem paratam impediunt.*
18. *Admittitur exceptio usurariæ pravitatis contra instrumentum liquidum confessatum.*
19. *Impedit quoque paratam executionem exceptio simulationis, quâ docetur, aliud actum, aliud scriptum fuisse.*
20. *Exceptio non numeratæ pecuniæ in terris quoque Electoratus Saxonici contra instrumentum liquidum & confessatum validè opponitur.*
21. *Sicuti etiam exceptio Senatusconsulti Macedoniani.*
22. *Pariter quoque impedit executionem paratam exceptio Crediti, à Curatore, suscipiente tutelam debitoris sui haud manifestati.*
23. *Excussionis etiam exceptio ad impediendum executionem validè opponitur.*
24. *Valida etiam est exceptio erroris calculi, ad impediendam executionem paratam.*
25. *Etiamsi exceptioni huic à Reo fuerit renunciatum.*
26. *Nec solutionis, nec aliæ exceptiones, in continenti haud probabiles contra instrumentum confessionatum admittuntur, sed Reconventionis judicio reservantur.*

27. Ex-

27. *Exceptiones in continenti dicuntur liqvidabiles, qvæ plenè & integrè intra terminum executioni præfixum probantur.*
28. *Probatio exceptionis parata, executioni in judicio summario oppositæ, per instrumenta, non etiam per testes, ordinario probationis modo expediri debet.*
29. *Admittitur tamen probatio per testes summaria, contra instrumentum Guarentigionatum, ad impedendam executionem.*
30. *Confecto instrumento super attestationes testium, probari potest exceptio, opposita instrumento Guarentigiato, ad executionem impediendam.*
31. *Non potest deferri juramentum super exceptione, contra instrumentum liqvidum & confessatum oppositâ, in processu executivo.*
32. *Neq; in depositio, neq; commodato admittitur compensatio.*

CONSTIT. IX.

De formâ seu modo proponendi jus litigatorum in litis contestatione, & post eam.

Definit.

1. *POst litem etiam contestatam, litigatores jura sua vivâvoce proponere tenentur in foro Saxonico.*
2. *Impetrare tamen possunt litigantes à judice, ut post litem contestatam merita causæ scriptis mutuis tradent & proferant.*
3. *Reus contumax in foro Saxonico, antequam causæ amissione puniatur, ad legitima impedimenta, tam in actionibus personalibus, qvàm realibus condemnari debet.*
4. *Licet Reus sæpius citatus contumax fuerit, pro convicto tamen non habetur, antequam usq; ad legitima impedimenta sit condemnatus.*
5. *Non obstante petitione actoris alienâ vel inconsvetâ, Reus contumax ad legitima impedimenta condemnandus est, priusqvam habeatur pro convicto.*
6. *Ut & is, qvi expressè dicit, se nolle comparere.*
7. *Impedimenta legitima qvænam sint, & Reum à pœnâ contumaciæ excusent?*
8. *Conjugis etiam ac liberorum morbus sonticus Reum à pœnâ contumaciæ liberat.*
9. *Carentiâ vel morbo Advocati Reus contumaciam purgare valet.*
10. *Probare debet Reus legitima impedimenta documentis vel testibus.*
11. *Reus impedimenta legitima juramento suo probare volens, admittitur, si aliæ deficiant probationes.*
12. *Reus usq; ad legitima impedimenta condemnatus, ad deducenda ea specialiter citari debet, priusqvam contra ipsum ulterius ad contumaciæ pœnam procedatur.*
13. *Purgatâ contumaciâ, omnia redeunt in pristinum statum, & secundum ordinem juris denuò proceditur.*
14. *Reus non probans legitima impedimenta, vel ad probanda ea citatus emanens, condemnatur usqve ad executionem* (biß auff die Hülffe.) *secundum contenta libelli & principalem actoris intentionem, non etiam qvoad accessoria.*
15. *Non condemnatur Reus usqve ad legitima impedimenta vel ad executionem, si non accusatio contumaciæ præcesserit.*
16. *Nec ad impedimenta legitima, nec ad executionem condemnari potest Reus, qvando de insinuatione citationis judex dubitat.*
17. *Aut qvando non apparet, citationem habuisse terminum legalem.*
18. *Utroq; tamen casu, si vel de legitimo termino vel citationis insinuatione non constet, Reus contumax in expensas termini potest condemnari.*
19. *Reus in termino per literas absentiam excusans, non usq; ad impedimenta legitima, sed duntaxat in termini expensas condemnari debet.*
20. *In arbitrio qvandoq; judicis est, Reum contumacem vel saltem in expensas termini, vel usq; ad legitima impedimenta condemnare.*
21. *Ex compromisso qvando agitur, non punitur contumacia Rei amissione causæ.*
22. *Actor contumax ulterius ad agendum non admittitur, donec Reo ab instantiâ absoluto expensas restituerit, & cautionem de lite prosequendâ præstiterit.*

CONSTIT. X.

De litis contestatione.

Definit.

1. *NOn sufficit in foro Saxonico generalis litis contestatio, sed Reus ad omnia ac singula capita libelli in specie respondere tenetur.*
2. *Non solum specifica, sed & clara atq; aperta esse debet litis contestatio, affirmativa vel negativa, exclusis omnibus ambagibus.*
3. *Parte licet non opponente, ex officio Judex litis contestationem generalem & obscuram rejicere debet.*
4. *Extra provincias Saxonicas, litis contestatio mediante juramento dandorum & respondendorum fieri solet.*
5. *Qvandoq; tamen absq; juramento respondendorum per verba (Credo aut non Credo) Reus etiam extra provincias Saxonicas litem contestatur.*
6. *De facto suo proprio Reus de jure Communi per verba (Verum vel non Verum) litem contestari tenetur.*
7. *Libello simplici vel summario exhibito, sufficit etiam de jure Communi simplex litis contestatio, nec singulariter singulis Reus tenetur respondere.*
8. *In Causis summariis necessaria non est solennis contestatio litis.*
9. *Ne qvidem extra provincias Saxonicas accusator tenetur juratò respondere positionibus defensionalibus Rei accusati.*
10. *Nec in causis executivis necessaria est solennis contestatio litis, sed tenetur Reus instrumentum gvarentigiatum recognoscere, vel juratò diffiteri.*
11. *Ultra recognitionem tamen tenetur Reus litem contestari, si actor unà cum producto instrumento libellum exhibuerit.*
12. *Contumacia ejus, qvi primo in termino generaliter saltem vel obscurè litem contestatur, non nisi refusione expensarum coërcenda est.*
13. *Qvandoq; tamen absq; condemnatione in expensas, saltem cum comminatione reo injungitur specialiter litis contestatio.*
14. *Consistente Reo in generali vel obscurâ litis contestatione etiam in termino secundo, sub pœna confessi denuo ei injungitur legitima contestatio.*

15. *Removenda est ab actis litis contestatio, facta in qvadruplicâ seu ultimâ propositione,* im letzten Satze.
16. *Qvomodo pronunciandum est, si Reus qvidem compareat, attamen taceat, nec litem contestetur.*
17. *Plures consortes contestationi litis ab uno factæ bene adhærere possunt.*
18. *Reus tenetur probare, se impleviſſe contractum, cujus nomine actor adversus ipsum experitur.*
19. *In causis qvoqve criminalibus accusatus specificè litem contestari, & ad singula libelli capita respondere tenetur.*
20. *Admittitur tamen in causa criminali qvalificata litis contestatio, qvæ onus probandi in accusatum transfert.*
21. *Ad proposita in libello, qvæ ipsum negotium haud concernunt, Reus non tenetur respondere.*

Constit. XI.

Lite contestatâ, Guarandâ autem nondum præstitâ, num in foro Saxonico libellum mutare, vel juramentum reo deferre possit actor?

Definit.

1. *Post præstitam Guarandam non licet mutare libellum in foro Saxonico.*
2. *Sicuti nec post litis contestationem, baud præstitâ licet Guarandâ.*
3. *Non tamen obstante litis contestatione, sub conditione Guarandæ adhuc præstandæ, actor libellum mutare valet.*
4. *Non efficit clausula salutaris libello adjecta, ut illum post litem contestatam mutare liceat.*
5. *Nec in causis summariis post responsionem Rei, ad merita causæ factam, petitionem mutare licet.*
6. *Post præstitam Guarandam, vel litem contestatam, ne qvidem minuere licet summam, in libello expressam.*
7. *Libellus alternativè vel conditionaliter conceptus, post litis contestationem mutari ac purè concipi neqvit.*
8. *Non valet actor post præstitam Guarandam, vel litem contestatam, mutare libellum, etiamsi Reo omnes expensas refundat.*
9. *Si ab actione desistat actor, Reo expensas refundere tenetur.*
10. *Frangens Guarandam per mutationem libelli, solâ expensarum refusione hodiè punitur.*
11. *Tenetur qvoq; actor ad refusionem expensarum, si ante præstitam Guarandam, vel litem contestatam, attamen ipso termino libellum mutare velit.*
12. *Declarare tamen licet obscurum libellum post Guarandam præstitam, vel litem contestatam.*
13. *Haud prohibitum est in foro Saxonico mutare libellum post præstitam Guarandam, in petitione hereditatis, aliisq; judiciis universalibus.*
14. *Post litem contestatam sive præstitam Guarandam actor neqvit deferre Reo jusjurandum; etsi antea de eo fuerit protestatus.*
15. *Post litis contestationem opponuntur validè exceptiones dilatoriæ, noviter exortæ.*
16. *In qvovis tempore judicii, actore vel Reo defuncto, ejus heredes processum reassumere tenentur.*
17. *In unâ eâdemq; sententiâ heredibus reassumptio Processus, ac litis contestatio, aliusq; actus judiciarius simul rectè injungitur.*
18. *Opus est reassumptione Processus, etiamsi defunctus per procuratorem litem peregerit.*

Constitutio XII.

Juramentum per sententiam alicui delatum qvando præstari debeat?

Definit.

1. *Post Guarandam præstitam, vel litem contestatam, non licet deferre juramentum, nisi super qvæstionibus noviter incidentibus.*
2. *Juramentum ab actore, etiam penitus nihil probante, Reo deferri potest.*
3. *Revocare potest actor juramentum, Reo delatum, & ad probationes ordinarias confugere, etiam post præstitam Guarandam, & litem contestatam.*
4. *Postqvam Reus juramentum delatum acceptaverit, aut retulerit, vel etiam à judice desuper pronunciatum fuerit, ab actore id revocari neqvit.*
5. *In foro Saxonico juramentum judiciale intra terminum probatorium, hoc est, sex septimanas & tres dies, præstandum est.*
6. *Jussus jurare intra octo dies tempore lapsi decendii, ad præstationem juramenti se offerre, & citationem impetrare debet.*
7. *Terminus, juramenti præstationi præfixus, à tempore lapsi decendii, vel rei judicatæ currere incipit.*
8. *Neglectâ formâ citationis, intra octiduum impetrandæ, juramentum pro deserto habetur; licet postea Reus ante elapsum terminum, juramento præfixum, ad jurandum se offerat.*
9. *Interposita Leuteratione, non currit octiduum juranti, antequam is notitiam consequatur, Leuterationi fuisse renunciatum.*
10. *Non ab ipsâ rejectione Leuterationis vel Appellationis, sed post decendium demum currit octiduum juranti.*
11. *Anticipatio octidui, antequam decendium fuerit elapsum, facit, ut juramentum pro deserto habeatur.*
12. *Ad jurandum qvis se offerre potest etiam per mandatarium, exhibito tamen speciali mandato.*
13. *Suppletorium qvoq; juramentum, ad terminum probatorium jurandi, & ad octiduum se offerendi adstrictum est.*
14. *Sicuti & juramentum purgatorium.*
15. *In causâ tamen criminali juramentum purgationis neq; ad octiduum, neq; ad terminum probatorium est adstrictum.*
16. *In causis qvoq; matrimonialibus peremptorius jurandi terminus non observatur.*
17. *Juramentum, qvo, deficiente inventario, hæreditariæ res sunt manifestandæ, ad terminum jurandi legalem adstrictum non est.*
18. *Post terminum præterlapsum admittitur juramenti præstatio, si adversarius contra eam non excipiat.*
19. *Neglecto termino jurandi, jusjurandum pro deserto habetur, ac lis secundum eum datur, cui jurari debuerat.*
20. *De jure civili novo juramentum calumniæ speciale sive malitiæ regulariter exigi neqvit.*
21. *In foro Saxon. justissimis de causis juramentum calumniæ generale abrogatum est.*

22. *Ejus tamen loco juramentum calumniæ ſpeciale ſive malitiæ ad compeſcendam temeritatem litigantium injungi poteſt.*
23. *Deferens adverſario jusjurandum non aliter tenetur de calumnia jurare, qvàm ſi adverſarius id exigat.*
24. *Parentes, deferentes liberis juramentum, non tenentur jurare de calumnia.*
25. *Impoſito alicui juramento ſuppletorio, vel purgatorio, exigi neqvit jusjurandum calumniæ.*
26. *Nec ità, qvi juramento res hæreditarias patefacere tenetur, jusjurandum calumniæ petere valet.*
27. *Sicuti nec, qvi ſcripturam recognoſcere juſſus, eam juramento diffitetur.*
28. *Si adverſarius de calumniâ jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, juramentum delatum principale pro præſtito habetur.*
29. *Non poteſt actor deferre juramentum ſuper eo, qvod probare intendit.*
30. *Ad confirmandum ſaltem, vel probandum matrimonium, licet deferre juramentum, non etiam ad diſſolvendum illud.*
31. *Non poteſt jusjurandum deferri depoſitario, ſi contra bonam fidem, & dolosè qvid feciſſe dicatur.*
32. *Etiam in foro Saxonico poſt litis conteſtationem, & præſtitam Guarandam, Reus ſuper exceptionibus peremptoriis actori juramentum deferre poteſt.*
33. *Niſi Reus ad reprobationem ſe jam obtulerit, cave ipſi per ſententiam injuncta fuerit.*
34. *Absqve delatione, vel judicis impoſitione, nullum præſtandum eſt jusjurandum.*
35. *Extra Proceſſum ordinarium non poteſt deferri juramentum.*
36. *In Proceſſu ordinario Reus etiam exceptionem ſolutionis, contra inſtrumentum Gvarentigiatum oppoſitam, conſcientiæ actoris committere poteſt.*
37. *Non poteſt recuſari jusjurandum, à parte delatum, propterea, qvod agatur ex compromiſſo judiciali.*
38. *Mulier qvatenus autoritate Curatoris ſui valeat deferre juramentum.*
39. *Non poteſt per Procuratorem præſtari juramentum in foro Saxonico.*
40. *Differunt ab invicem committere factum alicujus conſcientiæ; & committere ſcientiæ ſive notitiæ. Solum enim factum proprium alicujus conſcientiæ committi poteſt.*
41. *At factum alienum ſoli alicujus conſcientiæ neqvit committi, ſed tenetur in ſe ſuſcipere hoc caſu deferens juramentum, onus probandi.*
42. *Juramentum, pupillo delatum, ſi jurare, vel id referre nolit, differtur usqve dum pubes fuerit factus.*
43. *Differtur qvoqve juramentum, ſuper exceptionibus pupillo actori delatum, usqve ad ejus pubertatem; qvo tamen caſu Reo deferenti juramentum malitiæ eſt imponendum.*

Constit. XIII.

Juramentum Collegio vel Communitati delatum, per qvem & qvomodo præſtandum.

Definit.

1. AD *jurandum pro univerſitate admittuntur tres vel qvatuor Seniores, qvi veritatem ſciunt.*
2. *Præferuntur tamen Senioribus ex Univerſitate juniores, ſi exactiorem negotii iſtius notitiam habeant.*
3. *Regulariter arbitrio Univerſitatis, vel Collegii committendum eſt, per qvas perſonas ex Univerſitate vel Collegio jurare velit.*
4. *Nec calumniæ juramentum per Syndicum, ſed per tres vel qvatuor Seniores ex Univerſitate præſtari oportet.*
5. *Univerſitates ſive Collegia non niſi per Syndicos litem in judicio peragere ac defendere valent.*
6. *Conſtitui qvoqve poteſt Syndicus extraneus, qvi non eſt ex corpore Univerſitatis.*
7. *Syndicus Civitatis à Conſulibus & Senatoribus, absq; Tribunorum plebis interventu, rectè conſtituitur.*
8. *In pagis à majore parte incolarum Syndicus conſtituitur, autoritate tamen Curatorum & tutorum ex parte Viduarum & pupillorum.*
9. *Defunctis licet qvibusdam perſonis ex Univerſitate, harum tamen nomine Syndicus litem reaſſumere neceſſe non habet.*
10. *Majore tamen univerſitatis parte defunctâ, & litis reaſſumptione pariter, atqve novo Syndicatus inſtrumento opus erit.*

Constit. XIV.

Actor ubi Reo juramentum defert, & is probationibus uti, qvàm jurare mavult, antum probationes ejus contrariis probationibus elidere actor cupiens, audiri debeat.

Definit.

1. NEmo *præcisè jurare cogitur, ſed referre jusjurandum poteſt, etiamſi id ab initio non petierit.*
2. *Referri autem debet jusjurandum delatum intra octiduum, qvo aliàs Citatio ad jurandum eſt impetranda.*
3. *Juramentum, ſemel acceptatum, referri neqvit.*
4. *Præcisè à deferente præſtandum eſt jusjurandum ei relatum, nec admittitur probationibus intentionem ſuam defendere volens.*
5. *Facta relatione jurisjurandi, deferens utrumq; juramentum, & calumniæ, & deciſorium, præſtare tenetur.*
6. *Efficit relatio jurisjurandi, ut infamis juramentum non magis deferre qveat, qvàm jurare.*
7. *Non poteſt referri juramentum purgatorium, vel neceſſarium.*
8. *Nec juramentum, qvod heres ob non confectum inventarium præſtare tenetur, parti adverſæ referri poteſt.*
9. *Sicuti nec juramentum diffeſſionis, in caſu non recognitæ ſcripturæ vel inſtrumenti.*
10. *Non refertur juramentum ſuper eo, qvod alicujus conſcientiæ tantummodò commiſſum fuit.* (Wann die Klage allein ins Gewiſſen geſchoben worden.)
11. *Reus juramentum, ſuper facto ſuo proprio ſibi delatum, neqvit referre actori, etiamſi negotium iſtud ſcientiæ qvoqve ac notitiæ ſuæ fuerit commiſſum.* (Wann ihme die Klage nicht allein in ſein Gewiſſen/ ſondern auch Wiſſenſchafft/und Wohl-Bewuſt geſtellet worden.)
12. *Tutor pro pupillo juramentum deferri poteſt.*
13. *Sed & juramentum relatum tutor præſtare tenetur.*
14. *Nec jurare cogitur Reus, nec jusjurandum referre, qvi aliter ſuam intentionem vult probare, etiamſi hanc probationem ante latam ſententiam ſibi non reſervaverit.*

15. *Non potest prosilire ad probationem Reus, si jusjurandum semel acceptaverit.*
16. *Non admittitur Actor ad contrarias probationes, inqvando Reus ad juramentum declinandum intentionem suam probat.*
17. *Probationibus conscientiam defendere volens, intra octiduum se ad id offerre, & intra spatium Saxonicum articulos probatorios exhibere tenetur.*
18. *Reo conscientiam probationibus defendere volenti, ac nihil probanti, ad juramentum datur regressus.*
19. *At juramentum neqvit referre Reus in probationibus succumbens.*
20. *Etiam in juramentis legalibus ad probationes prosilire licet.*
21. *Non tamen in juramento suppletorio permissum est confugere ad probationes.*
22. *Sicuti nec in juramento dissessionis.*
23. *Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deferat, non habet regressum ad præstationem juris jurandi.*
24. *Conceditur tamen regressus ad præstationem juramenti delati Reo, si juramentum suppletorium, ex semiplenâ probatione ipsi injunctum, pro deserto habeatur.*

Constit. XV.

Post præstitum juramentum qvid fieri debeat?

Definit.

1. *CAusa jurejurando decisa, ex probationibus contrariis retractanda non est.*
2. *Nec admittitur actor, si in alio judicio, & nova instituta actione contrarium probare velit.*
3. *Ne qvidem ex instrumentis, de novo repertis, contrarium probari potest, contra præstitum juramentum.*
4. *Contra præstitum tamen juramentum in litem, admittitur probatio adversæ partis.*
5. *Retractari potest jusjurandum suppletorium ex instrumentis de novo repertis.*
6. *Sicuti & juramentum purgationis.*
7. *A sententiâ definitivâ, super præstito juramento latâ, appellari non licet.*
8. *A præstatione verò juramenti necessarii suppletorii, omnino concessa est appellatio.*
9. *Formam delati vel relati jurisjurandi judex non præcisè sequi cogitur.*
10. *Certa autem semper est forma juramenti calumniæ.*

Constit. XVI.

De probatione tam Actoris, qvam contraria Rei.

Definit.

1. *TErminus probatorius, nempe sex septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico est peremptorius, etiam in causis summariis & incidentibus.*
2. *Sufficit tamen intra terminum probatorium, etiam ultimo die, articulos probatorios, & nomina testium offerri, licet probatio non consummetur.*
3. *Negligentia judicis in citandis & examinandis testibus non nocet probationibus Partium.*
4. *Termino probatorio elapso, ne qvidem in continenti mora purgari, nec testes & articuli offerri possunt.*
5. *Non admittuntur post terminum probatorium additionales articuli vel testes, etiamsi termino durante producens super iis fuerit protestatus.*
6. *Admittuntur tamen post terminum probatorium instrumenta noviter reperta.*
7. *Post terminum elapsum non potest producens variare, & vel instrumenta, vel testes denuò offerre.*
8. *Terminus probatorius strictissime observandus est, & de momento in momentum currit.*
9. *Terminus probatorius currere incipit à die pronunciatæ desertionis Leuterationis & Appellationis.*
10. *Vel à tempore renunciationis, si Leuterationi, vel Appellationi expressè fuerit renunciatum.*
11. *Currere incipit terminus probatorius à tempore rei judicatæ, non à tempore Remissorialium.*
12. *Terminus reprobatorius currere incipit à die insinuatæ citationis ad publicandam probationem; & an dies ille computetur in terminum.*
13. *Probatione factâ per documenta, à qvo tempore currere incipiat terminus Reprobatorius.*
14. *Reprobatorii reprobatoriorum regulariter in foro Saxonico non admittuntur; nec valet actor contra reprobationem Rei novos articulos exhibere.*
15. *Prorogari potest terminus probatorius etiam secundâ vice, modò prorogatio ante terminum elapsum petatur.*
16. *Post terminum probatorium admittitur demonstratio, (die Bescheinigung/) actori vel Reo injuncta.*
17. *Adversus omissam probationem ex causâ paupertatis datur restitutio in integrum.*
18. *Non facile mulier à probatione dotis illatæ arcenda est propter elapsum terminum probatorium.*
19. *Nec universitas ob terminum præterlapsum probationibus suis statim est privanda.*
20. *Intra terminum probationes suas producere impeditus, post terminum est audiendus.*
21. *Confessio extrajudicialis, à parte adversâ acceptata, plenam facit probationem.*
22. *Attestationes factæ in causâ possessorii, probant etiam in petitorio.*
23. *Possessio non relevat ab onere probandi, qvando contra possidentem militat jus commune, vel præsumptio juris.*
24. *Non sufficit in rei vendicatione probari dominium de præterito, sed de præsenti illud probandum est.*
25. *Acta publica & libri Redituum, pro ipsa Republicâ contra subditos, non probant.*
26. *Calendarium Ecclesiasticum matrimonium & nativitatem legitimam probat absqve omni alio adminiculo.*
27. *Credendum assertioni judicis, etiam non juratæ, de iis, qvæ coram eo gesta sunt.*
28. *Delictum, in conspectu judicis pro tribunali sedentis commissum, absqve ulteriori aliâ probatione & processu puniri potest.*
29. *Etiam Dominus feudi testes jurisdictioni Vasalli subjectos, per ejusdem subsidium citare tenetur.*
30. *Factâ publicatione attestationum, repeti possunt testes ad declarandam depositionem ambiguam.*
31. *Testes non jurati nihil probant, nisi ex conventione partium iis fuerit remissum jusjurandum.*
32. *Testes haud jurati deponentes, publicatis attestationibus, denuò sub juramento examinari debent.*
33. *Exigi potest juramentum malitiæ à producente peregrinos testes.*

34. *Reus*

34. Reus ſuſpectus, qvod atteſtationes actoris didicerit, non admittitur ad reprobationes, priusqvam juramento ſe ab illâ ſuſpicione liberaverit.
35. Actor non niſi ex cauſa rationabili & ſufficienti ad probationes, in perpetuam rei memoriam, ante litis conteſtationem admittitur.
36. Teſtationes ad futuram rei memoriam factæ, poſt litem demum conteſtatam & reprobationes adverſæ partis, ſunt publicandæ.
37. Mors regulariter non probatur per unicum teſtem.
38. Niſi mors occulta veniat probanda, puta qvod qvis in loco remoto, mari, acie, aut morbo contagioſo obiiſſe dicatur.
39. Unius teſtis, de proprio facto deponentis, teſtimonio qvando credendum.
40. Teſtes ſingulares de uno eodemq; licet facto, attamen de diverſo loco & tempore deponentes, plene non probant.
41. Probatur tamen ſolutio & debitum ex confeſſione Creditoris vel debitoris, de qvâ teſtes in loco & tempore variant.
42. Varietas ſeu diſcrepantia teſtium modica non obſtat, qvò minus eorundem depoſitio plenam faciat probationem.
43. Teſtibus inter ſe diſcrepantibus credendum eſt potius juratis, qvàm non juratis.
44. Credendum magis eſt teſtibus, deponentibus veriſimiliora, ratione negotii, vel accidentis alicujus præſumptionis, qvam aliis.
45. Teſtibus hinc inde contrariis, plures numero vincunt pauciores.
46. Diſcrepantibus inter ſe teſtibus, judex pronunciabit pro Reo.
47. Teſtis invitus ad teſtimonium perhibendum certâ mulctâ compelli poteſt.
48. Parentes pro filiis & è contrario idonei teſtes non ſunt.
49. Admittitur tamen parentum teſtimonium in cauſa matrimoniali, ad favorem filiorum.
50. Nec contra parentes vel liberos admittendum eſt teſtimonium.
51. Uxor pro marito teſtis eſſe non poteſt, contra maritum poteſt, ſed non cogitur, niſi veritas aliter haberi neqveat.
52. Admittitur etiam Uxor teſtis contra maritum in criminalibus.
53. Frater aut ſoror, pro fratre aut ſorore teſtes admiſſi maximè probant, ſi aliorum concurrat teſtimonium.
54. Famuli admittuntur ad teſtificandum pro Domino de iis, qvæ domi fiunt, qvæqve non niſi per domeſticos probari qveunt.
55. Pubes non probibetur teſtificari de iis, qvæ vidit in pupillari ætate.
56. Non rejiciendus eſt teſtis ob inimicitiam, qvi utriusqve partis inimicus eſt.
57. Tutor vel Curator, durante tutelâ aut curatelâ, non admittitur teſtis.
58. Niſi cauſa pupilli vel minoris agitetur per actorem, à judice vel contutore conſtitutum.
59. Nec advocatus nec Procurator poteſt eſſe teſtis in eâ cauſâ Clientis ſui, in qvâ eſt Advocatus aut Procurator.
60. Validum eſt teſtimonium advocati in cauſa Clientis, qvando ex defectu teſtium veritas aliter haberi non poteſt.
61. Judex, ne qvidem cauſâ finitâ, cogitur teſtimonium ferre ſuper iis, qvæ reſpiciunt juſtitiam vel injuſtitiam ſuæ ſententiæ.
62. Non cogendus eſt judex ferre teſtimonium in cauſa, qvâ impugnatur teſtamentum ex defectu ſolennium à judice non adhibitorum.
63. Neqve Notarius compelli poteſt ad teſtificandum de geſtis coram eo, tanqvam coram Notario.
64. Subditi qvatenus in cauſa Dominorum legitimi habeantur teſtes.
65. Teſtes de univerſitate non admittuntur in cauſa, qvæ commodum & utilitatem ſingulorum reſpicit.
66. Denunciator in Proceſſu inqviſitionis ad teſtificandum admitti debet.
67. Creditor eſt teſtis idoneus in cauſa debitoris, non vice verſa debitor in cauſa Creditoris.
68. Venditor pro emptore in cauſa rei venditæ non eſt teſtis idoneus, qvando tenetur de evictione.
69. Clerici etiam in cauſis Laicorum, mediante juramento, ad teſtificandum compelluntur.
70. Non tamen tenetur Sacerdos revelare Confeſſionem ſibi factam.
71. Spurii & Naturales à teſtimonii dictione haud ſunt repellendi.
72. Reus de jure braxandi Cereviſiam à ſe prætenſo conventus, intra duos menſes id probare tenetur.
73. Veritatem aliter haberi non poſſe, non dicitur ex eo, qvod alii teſtes actu non intervenerint, niſi etiam habitu intervenire haud potuerint.
74. Qvomodo probanda ſit præſcriptio temporis immemorialis.

CONSTIT. XVII.

De literariis documentis.

Definit.

1. PRobationibus ſuis cadit non ſolum, qvi inſtrumenta intra terminum probatorium offerre negligit: ſed & qvi intra eundem terminum articulos formare, iisqve tenorem inſtrumentorum inſerere omittit.
2. Poſt terminum non valet actor producere inſtrumenta, etiamſi intra terminum ſuper iis producendis fuerit proteſtatus.
3. Non minus privatæ ſcripturæ, qvàm publica inſtrumenta intra terminum probatorium ſunt producendæ.
4. Inſtrumentum ad aliud ſe referens, abſq; productione relati inſtrumenti nil probat.
5. Non ſemper producendum eſt neceſſariò integrum inſtrumentum, ſed ſufficit qvandoq; partem inſtrumenti, qvæ ad probationem facit, produci.
6. Intra terminum probatorium ſe referens ad inſtrumentum commune, qvod eſt penes adverſam partem, non ſtatim probationis jure privandus eſt ex eo, qvod copiam non produxerit.
7. Efficit proteſtatio producentis, velle ſe inſtrumento ſaltem uti, in qvantum pro eo faciat, ut illud pro adverſa parte nil probet.
8. Niſi pars adverſa præſens ſit, idemqve inſtrumentum pro ſe etiam producat.
9. Nil efficit actor producendo inſtrumenta unà cum exhibitione libelli, ſed poſt litem conteſtatam ea in vim probationis reproducere tenetur.
10. Inſtrumenta tamen, qvæ paratam habent executionem, validè antè litis conteſtationem producuntur, ac ſtatim recognoſci debent.
11. Originalia inſtrumentorum etiam poſt publicatas atteſtationes qvandoq; produci poſſunt, modò debito tempore Copiæ fuerint exhibitæ.

12. Adversarius instrumenta, contra se producta, vel absqve juramento recognoscere, vel mediante jurejurando differi tenetur.
13. Alioqvin documenta producta pro recognitis habentur.
14. In arbitrio producentis est, an documenta, contra aliqvem producta, ejus dissessioni juratæ submittere; an verò hæc per testes recognosci facere velit.
15. Scriptura defunctorum qvando nemini cognita est, comparatio literarũ in locum recognitionis succedit.
16. Protestatio de non recognoscendo, adjecta recognitioni, non facit, qvo minus instrumentum pro recognito habeatur.
17. Ex causa senectutis, adversæ valetudinis, dignitatis, &c. subsistit Recognitio, extra judicii locum, in domo recognoscentis facta.
18. Per Procuratorem qvoqve & Curatorem fieri potest Recognitio documentorum.
19. Dissessio autem jurata per ipsum principalem fieri debet, nec admittitur Curator vel Procurator.
20. Publicum etiam instrumentum in foro Saxonico, absqve recognitione, nihil probat.
21. Recognosci debet instrumentum ex eo solo, qvod sigillum est appositum, licet manu sigillantis nec scriptum, nec subscriptum fuerit.
22. Instrumentum etiam non sigillatũ recognosci debet.
23. Non probat instrumentum absq; recognitione, etiamsi huic expressè in instrumento fuerit renunciatum.
24. Probat tamen instrumentum obligationis, absq; recognitione debitoris, qvod subscriptum est à testibus.
25. Recognitione, vel sacramentali dissessione documentorum nemo gravandus est, qvando ea contra ipsum nihil probant.
26. Instrumenta communia vel etiam in duplicibus judiciis, Reus qvoq; actori edere tenetur.
27. Instrumenta, qvæ propriè ad actorem pertinent, Reus semper edere obstrictus est.
28. Instrumenta edere jussus, si neget, se ea habere, juramento id obtinere debet.
29. Jussus à judice edere documenta, non potest petere juramentum calumniæ à parte adversa, nisi ei juramentum in Processu ordinario super editione fuerit delatum.
30. Detrectans editionem, & juramenti præstationem, si actor est, causa cadit; sin Reus, instrumenta pro editis & recognitis habentur.
31. Qvandoq; etiam indictione multæ arbitrariæ ad edendum instrumenta, vel jurandum Reus compellitur.
32. Ex instrumento, etiam continente debitum in diem, qvandoq; ad paratam executionem agitur.
33. Cessionarius ex instrumento cesso executionem paratam non habet, priusqvam de cessione sibi facta doceat.
34. Scriptura privata, vel liberationem pro scribente non probat.
35. Libri mercatorum qvando semiplenè probent, & juramento suppletorio confirmentur.
36. Plenè probant libri mercatorum, qvando unius testis depositio concurrit.
37. Mercatorum libri saltem in iis rebus probant, qvæ ad commerciorum & negotiationis materiam spectant.
38. Plenè probat exemplum seu Conceptum alicujus instrumenti, in archivis publicis repertum.
39. Obligatio seu instrumentum, causam debiti non exprimens, nihil probat, nec paratam executionẽ habet.
40. Confessio debiti judicialis, etiam absq; causæ expressione facta probat, & confitentem obligat.
41. Ad reassumptionem processus non admittitur Procurator absqve speciali mandato ad reassumendum sibi dato.
42. Charta blanca, vulgò Blanqvet, subscribentem & sigillantem obligat ad hoc, ut executivè contra eum agi possit.
43. Recognitio documentorum speciale desiderat Procuratoris mandatum.
44. Protocollo Notarii major fides habetur qvam instrumento.

CONSTIT. XIIX.

De disputationibus Partium post publicatas attestationes.

Definit.

1. TEstium qvalitates & depositiones post publicatas demum attestationes impugnari solent.
2. Admittuntur etiam disputationes attestatorum vel documentorum in Processu summario.
3. In Processu etiam criminali ordinario disputari possunt attestata testium.
4. Disputationes attestatorum in scriptis proponuntur, in foro Saxonico, nec oretenus eas proferri necesse est.
5. Litigatores, post publicatas attestationes jura sua alternis vicibus, interjecto semper spatio sex septimanarum, proponere tenentur.
6. Spatium hoc sex septimanarum, à tempore acceptæ Copiæ publicatarum attestationum, currere incipit.
7. Facta autem probatione per documenta, fatale sex septimanarum, ad exhibendam primam positionem, à tempore rei judicatæ currere incipit.
8. In foro Saxonico disputationes attestationum duabus alternativis positionibus finiri debent, nec ulterior disputatio admittitur.
9. Is, contra qvem probatio suscepta est, primam positionem exhibet, nempe exceptionem.
10. Probationes & reprobationes in uno eodemq; scripto sunt disputandæ & proponendæ.
11. Disputante licet unâ parte probationes & actitata, altera tamen pars disputationibus benè renunciare valet.
12. Perdita licet exceptione post terminum præstitutum præterlapsum, admitti nihilominus debet publica Rei.
13. Replicâ actoris propter contumaciam qvantumvis rejectâ, admittitur tamen ejusdem triplica.
14. Duplicâ autem vel triplica intra spatium legitimum non propositâ, concludendum est in causa principali.
15. Nec exceptio, nec Replica aliavè positio, ultima saltem termini die in judicio exhibita rejici debet.

CONSTIT. XIX.

De Leuterationibus.

Definit.

1. SIcut Appellationes, ita etiam Leuterationis beneficium in foro Saxonico habet effectum suspensivum, ita, ut pendente eâ, nihil liceat innovare.
2. Clausula illa: (Non deducta deducam &c.) ex l. per hanc. 4. C. de temp. appell. etiam in Leuteratione locum habet.
3. Non admittitur Leuteratio à Procuratore absqve mandato.
4. Leuterari neqvit sententia in Leuteratione lata.
5. Nisi per sententiam Leuterationis novum inferatur gravamen.

6. Leu-

6. *Leuteratio, absq; mandato interposita, post decendium non ratificari potest à Domino principali.*
7. *Leuteratio utriq; parti communis est; nec præjudicare potest Leuterato Leuterans, si post emissam citationem Leuterationi renunciare velit.*
8. *At citatione nondum emissâ, Leuterans suâ renunciatione præjudicat Leuterato, nisi hic intra decendium Leuterationi expressè adhæserit.*
9. *Leuteratio, à certo sententiæ articulo interposita, non est communis alteri collitigatori, qvoad reliqva sententiæ capita, si non hic intra decendium adhæserit Leuterationi.*
10. *Generaliter tamen interposita Leuteratio, qvantumvis deinceps Leuterans certum impugnaverit caput sententiæ, Leuterato etiam in aliis capitibus est communis.*
11. *Tertio cuidam Leuteratio partium litigantium tum demum est communis, si huic intra decendium expressè adhæserit.*
12. *Sententia suspensa per Leuterationem, potest mutari in deterius contra Leuterantem, etiam parte adversâ non petente.*
13. *Tempus decendii in Leuteratione æqvè ac in Appellatione à momento publicatæ sententiæ in momentum occurrit.*
14. *Decendium ad Leuterandum non currit ignoranti, haud citato ad publicationem sententiæ.*
15. *Non currit decendium ei, qvi justâ ex causâ impeditus fuit Leuterationem interponere.*
16. *Non sufficit, Leuterationi petitionem Citationis inferi, sed deinceps intra spatium sex septimanarum atq; trium dierum citatio ad prosecutionem impetrari debet.*
17. *Sufficit tamen, ultimo etiam die atq; momento harum sex septimanarum & trium dierum, citationem ad Leuterationis prosecutionem impetrari.*
18. *Sententia licet super alio prosecutionis termino præfigendo latâ, nihilominus intra sex septimanas & tres dies Leuterans denuò citationem impetrare tenetur.*
19. *Non deserit Leuterationem, qvi causa qvâdam rationabili impeditus, intra sex septimanas & tres dies citationem impetrare nequit.*
20. *Non præjudicatur Leuteranti ex eo, qvod judex terminum prosecutionis posuerit ultra tres menses.*
21. *In prosecutione Leuterationis, ab interlocutoriâ interposita, duabus saltem alternis positionibus ad sententiam est concludendum.*
22. *Protestatio tum demum vim Leuterationis habet, qvando sententia verbis expressis suspenditur à viribus rei judicatæ.*
23. *In foro Saxonico à qvalibet sententiâ, sive sit definitiva, sive interlocutoria, etiam post tres conformes sententias, leuterare licet.*
24. *A sententia, in summarissimo possessorio latâ, non licet appellare vel leuterare.*
25. *In Processu criminali inqvisitorio nec Appellare, nec Leuterare licet in foro Saxonico.*
26. *Loco tamen Appellationis vel Leuterationis in Processu inqvisitorio admittitur defensio inqvisiti.*
27. *Nec consangvinei sententiam, in Processu inqvisitorio contra consangvineum latam, leuterare valent, licet ejus defensionem deducere non prohibeantur.*
28. *Admittitur tamen Leuteratio, in Processu etiam inqvisitorio, si de levi agatur crimine, qvod pœna haud corporis afflictiva coërcetur.*
29. *Rejici potest Leuteratio, absq; sufficienti gravamine interposita.*
30. *Temerè Leuterans in expensas retardati Processus condemnatur.*
31. *Contra Leuteratum contumacem non proceditur ad legitima impedimenta, & amissionem causæ, sed injungitur ei primâ vice responsio ad prosecutionem Leuterationis, qvandoqve etiam simul refusio expensarum.*
32. *Si Leuteratus in contumaciâ perseveret, super gravaminibus, per Leuterantem deductis, judex, ex actis primæ instantiæ informatus, cognoscit.*
33. *Leuterante in termino contumaciter emanente, Leuteratio pro desertâ habetur.*
34. *Qvandoq; tamen justâ causâ apparente alius terminus ad prosecutionem Leuterationis præfigitur.*

CONSTIT. XX.

Appellatio coram Notario & testibus interposita, num recipienda?

Definit.

1. *VAlet indistinctè in foro Saxonico Appellatio coram Notario & testibus interposita, etiam absq; insinuatione.*
2. *Coram solo tamen Notario absq; testibus valida haud est Appellatio.*
3. *Subsistit etiam jure Leuteratio coram Notario & testibus interposita.*
4. *Admittuntur qvoq; Appellationes in Provinciis Saxonicis ad Qvæstores Præfecturarum, qvando hi sunt judices superiores.*
5. *Etiam in foro Saxonico non tantùm vivâ voce statim post latam sententiam, sed etiam intra decendium in scriptis admittitur Appellatio.*
6. *Judice inferiore Appellationem recipere nolente, Appellator judicem superiorem desuper implorare potest.*
7. *Deserta est Appellatio, si præcisè intra triginta dies, à tempore latæ sententiæ, non fuerint petiti Apostoli.*
8. *Habenda etiam est Appellatio pro deserta, qvando Appellans in termino, ad Apostolos accipiendos sibi assignato, contumaciter emanet.*
9. *Introducenda est Appellatio in foro Saxonico intra mensem, à die, qvo Apostoli dati fuere; qvo tempore neglecto, Appellatio habetur pro desertâ.*
10. *Deserta porrò est Appellatio, si non fuerit justificata intra annum, vel justis ex causis intra biennium.*
11. *Etiam in foro Saxonico intra annum civilem justificari debet Appellatio, sub pœnâ desertionis.*
12. *Non solùm à definitiva, sed etiam ab interlocutoriâ sententia in foro Saxonico appellare licet.*
13. *Rejicienda est Appellatio ab executione ex instrumento, & debito liqvido facta.*
14. *Non habent jus appellandi Appellationum desertores.*
15. *Appellatio unius ex litis Consortibus prodest etiam cæteris, qvi non appellarunt, si eadem horum omninò est ratio, non diversa.*
16. *Revisio locum habet, sublata licet Appellatione.*
17. *In causa Appellationu judex superior partes litigantes, inferiore judice irreqvisito, citare potest.*
18. *Super reassumptione litis, & causa Appellationis, simul potest pronunciari.*
19. *Admittitur etiam Appellatio in Processu criminali ordinario.*
20. *In Processu vero criminali inqvisitorio Appellare non licet.*
21. *Judex Appellationis super usuris etiam pronunciare potest, licet de his nihil dictum fuerit in priore sententia.*

22. *Ap-*

22. *Appellatio, pro expensis saltem interposita, non devolvit negotium principale ad judicem Appellationis.*
23. *Neqve ab Electore Serenissimo, neq; à reliqvis Ducibus Saxoniæ, ad Cameram Imperialem provocare licet.*
24. *Haud obstante privilegio de non Appellando, subditi Ducum Saxoniæ, super nullitate sententiæ, in Camerâ Imperiali conqveri possunt.*
25. *Privilegium de non Appellando haud tollit supplicationem ad Superiorem.*
26. *Sententiâ in Appellationis judicio reformatâ, tota causa principalis ad judicem Appellationis devolvitur, nec locum habet remissio.*
27. *Sed confirmatâ sententiâ in judicio Appellationis, causa ad judicem à qvo remittitur.*
28. *Licet judex Appellationis remissionem disertis verbis in sententiâ exprimere haud obstrictus sit.*
29. *Hodiè in foro Saxonico nulla est alia pœna temerè Appellantis, qvàm ut in expensas condemnetur.*
30. *Non habetur Appellatio introducta pro desertâ, priusqvam coram judice Appellationis contumacia Appellantis, propter non factam justificationem, fuerit accusata.*
31. *At super desertione Appellationis, nondum introductæ apud judicem superiorem, judex inferior à qvo pronunciat.*

Constit. XXI.

De probatione secundæ instantiæ.

Definit.

1. *Probatio, in primâ instantiâ ob terminum elapsum perdita, in secundâ Appellationis instantiâ denuò suscipi neqvit.*
2. *Non satis probata in primâ instantia, per alios, vel eosdem testes in Appellationis instantiâ probari non possunt.*
3. *Neq; super articulis, prioribus directò contrariis, in Appellationis instantia testes examinari qveunt.*
4. *Super articulis tamen, indirectè contrariis, testes in Appellationis instantiâ producti admittuntur.*
5. *Per instrumenta probari possunt in Appellationis instantiâ ea, qvæ sufficienter in priori instantiâ haud probata fuêre.*
6. *Admittitur nova probatio in Appellationis instantiâ, super articulis prioribus, in causa dotis.*
7. *Super articulis prioribus in Appellationis instantia novæ admittuntur probationes, adversa parte consentiente.*
8. *In Appellationis instantiâ proponi possunt nova capitula, modò ab antiqvis dependeant.*
9. *Nova capitula, ab antiqvis dependentia, in Appellationis instantia proponi & probari qveunt, etiamsi consultò in primâ instantiâ fuerint prætermissa.*
10. *Exceptiones peremptoriæ, in primâ instantiâ omissæ, neqveunt opponi in Appellationis instantia.*

Constit. XXII.

Juramentum purgationis num in causis civilibus ex officio, reo deferre judex possit?

Definit.

1. *Locum habet juramentum purgationis in causis criminalibus, qvando adsunt sufficientia indicia, nec deveniri potest ad pœnam corporis afflictivam.*
2. *In actione injuriarum, criminaliter intentatâ, Reo injungi potest juramentum purgationis.*
3. *Sicuti etiam in causis matrimonialibus.*
4. *Confessio stupri facit indicium sufficiens ad juramentum purgationis.*
5. *Ex præsumptionibus & indiciis stupri, deferri potest juramentum purgationis super stupro simul & matrimonio promisso.*
6. *Ignorantia, qvæ in animo alicujus consistit, juramento purgationis probanda est.*
7. *Emtores rerum furtivarum, ignorantiam pretendentes, juramento se purgare tenentur.*
8. *Res furto ablata, juramento domini debet æstimari.*
9. *Qvi negat se rem habere, qvam tamen habere præsumitur, juramento se purgare tenetur.*
10. *Ad excludendam tacitam remissionem non creditur conjugi, prætendenti ignorantiam adulterii, à conjuge perpetrati, priusqvam juratò eam obtinuerit.*
11. *Necessaria defensio qvandoq; juramento Rei purgatorio probatur.*
12. *Peritis in arte sua non nisi juratis credendum est.*
13. *In causis etiam civilibus tutò qvandoq; imponitur juramentum purgationis.*
14. *Succedit juramentum purgationis, qvando locus non est juramento in supplementum.*
15. *Juramentum purgationis, etiam à parte non petitum, ex officio judicis imponitur.*
16. *Reus, cui juramentum purgationis fuit injunctum, illius evitandi causa, ad probationem admittitur.*
17. *Præstito juramento purgationis, Reus definitivè absolvi debet.*
18. *Juramentum purgationis, Viro & mulieri simul injunctum, prius à Viro præstari debet.*
19. *Juramentum purgationis in loco judicii publico debet præstari.*
20. *Jusjurandum purgatorium novas contrarias probationes semper admittit.*

Constit. XXIII.

Juramentum suppletorium in actis peti necessenè sit, an verò ex officio deferri possit?

Definit.

1. *Juramentum in supplementum, etiam à parte non petitum, ex officio judicis potest deferri.*
2. *Juramentum suppletorium judex deferre cogitur, si aliâ ratione causam decidere neqveat.*
3. *Non potest deferri jusjurandum suppletorium, nisi qvando semiplenè est probatum.*
4. *Semiplena dicitur probatio, facta per unum testem.*
5. *Modò unus ille testis sit omni exceptione major, nec probatio contrariâ præsumptione oneretur.*
6. *Non solùm actori, sed qvandoq; etiam Reo deferri potest juramentum suppletivum, si ita visum fuerit judici.*
7. *Christiano potius, & viro honesto, qvàm Judæo, aut pejerare solito, juramentum suppletorium deferri debet.*
8. *Super credulitate etiam juramentum suppletivum qvandoq; defertur.*
9. *Peti potest juramentum suppletorium, etiam post elapsum terminum probatorium.*
10. *Non potest deferri juramentum suppletorium in causis matrimonialibus.*
11. *Nec in causis criminalibus, qvando pœna corporis afflictiva venit infligenda.*
12. *In probandâ consangvinitate potest deferri juramentum suppletorium, ut juretur saltem de credulitate.*
13. *Non potest exigere juramentum calumniæ, qvi jurare tenetur in supplementum.*

14. *Nemo ad juramentum paupertatis admittitur, qui non prius de paupertate aliqvo modo fidem fecerit.*
15. *Minorationis juramentū non ſolùm in rei ipſius ablata, ſed etiam damnorum æſtimatione locum habet.*
16. *Poſt Guarandam & litis conteſtationem non eſt audiendus actor, petens, Reo jusjurandum minorationis imponi.*
17. *Juramentum minorationis locum habet ſaltem in vi ablativâ, vel expulſivâ; non etiam in realibus injuriis, perſonæ illatis.*
18. *Minorationis juramentum, Reo, ſed juramentum in litem, actori defertur; & qvomodo hæc duo juramenta conveniant, & viciſſim ab invicem differant.*
19. *In omnibus actionibus hodie in litem jurari poteſt.*
20. *Juramentum in litem non reſpuit moderationem judicis, qvæ tamen præſtationem juramenti præcedere debet.*

CONSTITUT. XXIV.

Juramentum an & qvatenus heredibus ſit imponendum?

Definit.

1. *FActum defuncti, heredis ſcientiæ ſive notitiæ committi debet, non etiam ejus conſcientiæ.*
2. *Defuncto eo, cui juramentum eſt delatum, ſuper facto proprio antequam illud præſtitum fuerit, heredes ejus ſaltem de credulitate jurare tenentur.*
3. *Non tenentur heredes jurare de credulitate, ſuper facto, conſcientiæ Rei commiſſo, ſi is ante conceptionem, vel publicationem ſententiæ deceſſerit.*
4. *Aliud tamen hoc caſu dicendum eſt, ſi factum non ſolùm conſcientiæ defuncti, ſed & ejus ſcientiæ atq; notitiæ fuerit commiſſum.*
5. *Pendente Leuteratione, licet jurare juſſus deceſſerit, ejus tamen heredes de credulitate jurare tenentur.*
6. *Defuncto actore ante præſtitum juramentum, ſibi relatum, ejus heredes qvoqve de credulitate jurant.*
7. *Admittuntur qvoqve heredes ad juramentum credulitatis, ſi defunctus in probationibus conſcientiam ſuam exonerare voluit, defecerit.*
8. *Non exigendum eſt juramentum veritatis principale ab heredibus, etiamſi de facto defuncti bene ſint informati.*
9. *Heredes, de credulitate jurare juſſi, ad evitandum juramentum, probationibus uti poſſunt.*
10. *Juramentum credulitatis heredes præcisè tenentur præſtare, nec illud referre poſſunt.*
11. *Pupilli juramentum pariter judiciale, ſibi delatum, & credulitatis, in propriâ perſonâ tenentur præſtare, ſed ſuſpenditur actus jurandi, donec ad pubertatem pervenerint.*
12. *Juramentum tamen credulitatis præſtare poſſunt tutores nomine pupillorum, qvando coheredes majorennes concurrunt.*

CONSTIT. XXV.

Præſcriptionis exceptionem, à parte non oppoſitum, ex officio ſupplere judex num poſſit?

Definit.

1. *PRæſcriptionis exceptionem, etiam à parte non oppoſitam, ex officio judex ſupplere poteſt.*
2. *Qvin & præſcriptionis exceptionem, à parte licet non oppoſitam, attamen ex actis apparentem, judex ſupplere neceſſe habet.*
3. *In cauſis etiam criminalibus, judex præſcriptionis exceptionem ſupplere tenetur.*

CONSTIT. XXVI.

Sententia publicata alterius, qvam judicis nomine, num in rem judicatam tranſeat?

Definit.

1. *AD judicium peritorum, adjecto judicis nomine, lata ſententia valida eſt, & in rem judicatam tranſit.*
2. *Valet qvoq; ſententia, ad judicium peritorum lata, & judicis nomine non expreſſo, publicata.*
3. *Idemqve de ſententiâ, in judicio ſummario latâ, aſſerendum eſt.*
4. *Subſiſtit etiam ſententia architectorum & artificum, de rebus, ad peritiam ſuam ſpectantibus, lata, & partibus publicata.*
5. *Sententia chirurgorum, ſuper lethalitate vulneris lata, ſemper probationem in contrarium admittit.*
6. *Causâ, in libello poſitâ, non probatâ, Reus abſolvi debet, etſi actor in Proceſſu aliam probaverit cauſam.*
7. *In judicio petitorio, pronunciare poteſt judex ſuper poſſeſſorio, ſi narrata libelli ad hoc referri qveant, oppoſitâ clauſulâ ſalutari.*
8. *In petitione hæreditatis, judex etiam ſuper fructibus non petitis pronunciare valet; & qvomodo intelligenda ſit Regula: Sententiam libello conformem eſſe debere.*
9. *Valet ſententia conditionalis: Si Reus vel teſtes juraverint.*
10. *Subſiſtit qvoqve ſententia, juſtâ ex causâ conditionaliter lata: Si actor probaverit.*
11. *Deficiente conditione, ſententiæ oppoſita, ſtatim poteſt fieri executio, neq; expectanda eſt alia ſentētia.*
12. *Nunqvam ferri debet ſententia contra inauditos.*
13. *Nec contra pupillos vel minores indefenſos ferri debet ſententia.*
14. *Sententia, contra rem judicatam lata, jure non ſubſiſtit.*
15. *Sententia inter ſolos litigatores jus facit, aliis verò non præjudicat.*
16. *Parit tamen ſententia, inter alios lata, exceptionem rei judicatæ, qvoties eadem eſt cauſa vincendi, idemqve cauſæ ſtatus, apud judicem eundem.*
17. *Nocet Creditoribus, etiam non vocatis, ſententia, inter alios Creditores lata pro herede debitoris.*
18. *Reſcripta Principis, ad ſupplicata unius partis impetrata, non tranſeunt in rem judicatam.*
19. *At, præcedente cauſæ cognitione, Reſcripta Principis partibus publicata, in rem tranſeunt judicatam.*
20. *Non valet pactum ſuper re judicata, niſi per expreſſam Novationem ab ea recedatur.*
21. *De jure communi actio Nullitatis intra triginta annos, à tempore latæ ſententiæ, inſtitui poteſt.*
22. *Actio nullitatis, vel petitio reſtitutionis in integrum non impedit executionem contractus.*
23. *Non audiendus eſt actor petens reſtitutionem in integrum, priusqvam doceat Læſionem, vel cauſam reſtitutionis.*
24. *Sententia contra jura manifeſta, ipſo jure haut ſubſiſtit, nec opus eſt Leuteratione, vel Appellatione.*

CONSTIT. XXVII.

Lite vertente inter Dominum & Vaſallum de feudo, num Proceſſus juris Saxonici, an verò communis, ſervari debeat.

Definit.

1. *MOdus procedendi in cauſis feudalibus, de jure Saxonico ſpecialiter receptus, etiamnum in foro Saxonico obtinet.*

2. *In*

2. *In provinciis tamen Electoratûs Saxonici proceditur hodie in cauſis feudalibus ſecundum jus commune.*
3. *Proceditur in Provinciis Electoratûs Saxonici ſecundum jus commune, omnibus in caſibus, qvibus Dominus adverſus Vaſallum experitur.*
4. *Vaſallus qvoq; adverſus Dominum feudi agens, ſecundum jus commune in provinciis Electoratûs Saxonici procedere tenetur.*
5. *Non poteſt in provinciis Elect. Saxonici mulier, abſqve Curatore, in cauſa feudali agere vel ſe defendere.*
6. *Etiã in Saxoniæ Electoratu in cauſis feudalibꝰ, Guaranda præſtanda, & vivâ voce procedendum eſt.*
7. *Bona in dubio præſumuntur allodialia, non feudalia, otſi de iis poſſeſſor fuerit inveſtitus.*
8. *Filia contendente cum Agnato de feudo, hujus poſſeſſio, lite pendente, filiæ adjudicari debet.*
9. *Poſſidens rem aliqvam tanqvam allodialem, qvam Dominus feudalem aſſerit, non tenetur titulum poſſeſſionis indicare.*
10. *Studioſus, conventus coram Rectore, non poteſt hodiè, ejus forum declinare, ob juramentum Rectori præſtitum.*
11. *Conceſſio jurisdictionis atq; Regalium titulo feudi, non cumulativè, ſed privativè facta cenſetur.*
12. *Paribus Senatorum votis exiſtentibus, ea pars vincit, qvæ cauſam tuetur magis favorabilẽ ac rationabilẽ.*

CONSTIT. XXVIII.

De jure prioritatis inter Creditores.

Definit.

1. *IN concurſu creditorum ante omnia probari debent credita, per liqvidationem exhibita.*
2. *Non definitivè pronunciandum eſt ſuper prioritate Creditorum, antequam hi jura ſua demõſtraverint.*
3. *Injungitur qvandoq; Creditoribus probatio Crediti, & deductio jurium prælationis, ſub pœna præcluſionis; ad maturandum prioritatis proceſſum.*
4. *Non errat judex, ſuper prioritate definitivè pronuncians, adjecta conditione: Si hic vel ille Creditor jus ſuum probaverit.*
5. *Sententiâ definitivâ ſuper prioritate latâ: exſolvendum eſt debitum Creditoribus, qvi ſententiæ acqvieſcunt, licet alii de prioritate ulterius diſceptent.*
6. *Non decernendum eſt ſuper prioritate Creditorum, antequam inſtrumenta exhibita debitor recognoverit, vel juratò diffeſſus fuerit.*
7. *Debitor latitans, vel fugitivus, per edictum publicum debet citari.*
8. *Defuncto debitore, cui hæres nemo exiſtit, bonis Curator dandus eſt, qvi Creditoribus reſpondeat, eorumq; inſtrumenta recognoſcat.*
9. *In judicando ſuper prioritate Creditorum attendi debent Statuta domicilii debitoris, etiamſi bona mobilia alibi ſita ſint.*
10. *Creditores defuncti debitoris petere poſſunt ſeparationem bonorum, qvando hæredis bona propriis Creditoribus non ſufficiunt.*
11. *Judex de prioritate ſatis informatus, ſuper concurſum Creditorum definitivè pronunciare ac qvemvis in claſſe ſuâ & ordine collocare debet; Qvotqve ſint claſſes debitorum.*

CLASSIS PRIMA.

In qva veniunt, ſingulari qvâdam prærogativâ & prioritate, præ aliis omnibus privilegiati Creditores.

12. *Privilegiati Creditores, in Claſſe prima concurrentes, non proratâ portione Credita accipiunt, ſed juxta ordinem privilegiorum alter alteri præfertur.*
13. *Vidua vel Uxor jure dominii repetens bona ſua, in hæreditate mariti reperta, alios Creditores indifferenter in iis excludit.*
14. *Liberis etiam bona propria, in parentum hæreditate adhuc reperta, jure dominii præ aliis omnibus debentur Creditoribus.*
15. *Sicuti tamen res depoſita, præ omnibus aliis Creditoribus, qvalitercunq; privilegiatis vindicari poteſt.*
16. *Pecuniâ, ad certum uſum data, non tamen à mandatorio in eum converſâ, ſed conſumtâ, Domino repetenti non competit jus prælationis pro hypothecariis, aliisq; Creditoribus.*
17. *Nõ præfertur hypothecariis, aliisve Creditoribꝰ privilegiatis, Venditor, in mercibus venditis adhuc extantibꝰ penes emptorẽ, qvãdo fides habita eſt de pretio.*
18. *Niſi emptor dolosè cum Venditore contraxerit, emendo merces, cùm jam ſolvendo non eſſet.*
19. *Qvo caſu Venditor merces, ab emptore dolosè alienatas, etiam à tertio poſſeſſore vindicare poteſt.*
20. *Reſervans ſibi hypothecam in re venditâ, etiam extra judicium, ratione prætii omnibus aliis Creditoribus præfertur.*
21. *Jus qvoq; prælationis Venditor habet ratione prætii in re venditæ, ſi dominium ſibi reſervaverit, vel ei in foro Saxonico non judicialiter reſignaverit.*
22. *Omnibus indifferenter Creditoribus debitoris præferuntur illi, qvi hypothecam in fundo conſecuti ſunt, antequam illum debitor emeret.*
23. *Non gaudent hoc jure prælationis, qvi rem venditam jure pignoris obligatam non habent.*
24. *Famuli privilegium habent prælationis, etiam ratione mercedis, ex præcedentibus annis, apud Dominum reſtantis.*
25. *Privilegio mercedis gaudent ſaltem ii miniſtri, qvi pro certo ſervientes ſalario in ædibus & convictu debitoris reperiuntur.*
26. *Gaudet qvoq; hoc prælationis jure pædagogus, ad informandos debitoris liberos certâ mercede conductos.*
27. *Non verò gaudent privilegio hoc prælationis operarii vel opifices, qvi non in ædibus & convictu defuncti commorantur, vel abſq; certo ſalario operas præſtant.* (legium prætendere valent.
28. *Neq; Factores mercatorum, hoc prælationis privi-*
29. *Actuariis judicii prælationis privilegium catenus conceſſum videtur, qvatenus pane Domini fruuntur.*
30. *Advocatus ratione ſalarii, ſibi promiſſi, reliqvis Creditoribus non præfertur.*
31. *Liberi, parentibus operas familiares præſtantes, ac mercedem exigentes, haud præferuntur aliis Creditoribus.*
32. *Niſi ipſis certa merces fuerit promiſſa.*
33. *Amittitur privilegium mercedis, ſi ejus nomine tanqvam creditæ pecuniæ, uſuras famulus à Domino acceperit.*
34. *Qvantitatem mercedis famuli juramento ſuo probare poſſunt, ſi non conſtet, qvantum ipſis debeatur.*
35. *At, miniſtros ſe fuiſſe, famuli aliter, qvam per juramentum ſuum probare debent.*
36. *Salarium qvoq; Curatoris bonorum, & qvod ab eo impenſum fuit, privilegio mercedis famulitiæ in concurſu Creditorum gaudet.*
37. *Præferuntur qvoq; reliqvo ære alieno impenſæ, in culturam agrorum factæ.* (Das Acker-Lohn.)
38. *Sicuti etiam frumentum ſementarium* (Saam-Getreydigt.)
39. *Poſt*

39. Post mercedes famulorum præferuntur impensæ funebres reliqvis Creditoribus, etiam hypothecariis anterioribus expressis.
40. Prælationis Privilegium concessum est saltem impensis funebribus, qvæ ad sepulturam ipsius debitoris, non etiam uxoris & liberorum fuerunt erogatæ.
41. Etiam impensæ pro vestibus lugubribus erogatæ, privilegio prælationis gaudent.
42. Non potest efficere debitoris dispositio, ut impensæ funebres immodicæ reliqvo ari alieno præferantur.
43. Impensis funebribus succedunt sumptus, in ægroti debitoris cumtionem facti; qvibus etiam Salaria Chirurgorum accensentur.
44. Non verò sunt privilegiatæ impensæ, in curationem uxoris, & liberorum debitoris factæ.
45. Privilegiatæ sunt impensæ duntaxat erogatæ in curationem morbi, ex qvo debitor ægrotus obiit.
46. Non locus est prælationi impensarum, in curationem ægroti debitoris factarum, anteqvam hæ verisimiliter fuerint probatæ.
47. Post sumptus, in curationem ægroti debitoris factos, collectæ, etiam inferiori magistratui exsolvendæ, reliqvo ari alieno præferuntur.
48. Non præferendus est Creditor hypothecarius Magistratui, ex eo, qvod ante impositam collectam jus pignoris acqvisiverit.
49. Privilegium tributorum, reliqvo ari alieno præferendorum, ad omnes indifferenter collectas, etiam extraordinarias extenditur.
50. Quicqvid ad processum executionis adversus debitorem expediendum, à Magistratu erogatum est, in prælatione creditorum tributis annectitur.
51. Non tamen gaudent hoc privilegio Collectarum debita ex contractu cum Magistratu inito dependentia, vel alias in commodum debitoris erogata.
52. Magistratus in tributis (der Land- und Tranck-Steuer /) pro debitore erogatis privilegio hoc prælationis non nisi ad qvadriennium gaudet.
53. Laudemiorum nomine magistratus tacitam saltem habet hypothecam in bonis debitoris, absq; omni prælationis privilegio.
54. Canon verò Emphyteuticus, Decimæ, Census, similesqve pensiones annuæ unà cum tributis atq; collectis, hypothecariis, etiam antiqvioribus, ac reliqvo ari alieno præferuntur.
55. Sicuti & annui reditus, etiam redimibiles.
56. Post tributa & collectas exsolvenda est pecunia hereditaria, vel ex rei alicujus venditione certis terminis promissa, Erb- oder Tagezeit-Gelder e.)
57. Emptor pecuniæ hereditariæ succedit venditori etiam in jure prælationis.
58. Non competit privilegium hoc prælationis pretio venditionis parato, dem Angelde; etiamsi distinctis terminis intra annum & diem exsolvatur.
59. Cessat prælationis privilegium, si creditor pecuniam hereditariam, postqvam dies cessit, in mutuum converterit, vel usuras à debitore acceperit.
60. Vel etiam, si creditor pecuniam hereditariam, cujus dies jamdudum venit, non petierit, cum tamen eam bene consequi potuisset.
61. Non tamen cessat prælationis privilegium, si Creditor, postqvam dies venit, de solutione debitorem interpellans, eam consequi non potuerit.
62. Non mutantur termini & intervalla exsolvendæ pecuniæ hereditariæ ex jure prælationis.

Classis Secunda.

In qva veniunt Creditores, qvi præter tacitam hypothecam, ex privilegio qvoq; personali jus habent prælationis.

63. Inter Creditores, hâc in Classe positos concurrentes, is semper reliqvis præfertur, qvi anteriorem hypothecam consecutus est.
64. Sicuti in dote, ita etiam in augmento dotis mulier præfertur omnibus Creditoribus, etiã hypothecariis, exceptis iis, qvi anteriorẽ expressã habent hypothecã.
65. Etiam de jure communi, extra forum Saxonicum, hypothecarii anteriores expressi præferuntur mulieri dotem repetenti.
66. Non præfertur mulier ratione dotis iis Creditoribus, qvi prius arestum, vel immissionem in bona debitoris judicialem impetrarunt.
67. In rebus saltem mobilibus præferuntur mulieri, dotem illatam repetenti, Creditores ii, qvi hypothecam extrajudicialem anteriorem sunt consecuti.
68. Non præfertur mulier assecurata ratione dotis, expressa hypothecâ, Creditoribus anteriorem expressam habentibus.
69. Mulier non solùm defuncto, sed etiam vivente adhuc marito, & ad inopiam vergente, jus prælationis in dote habet.
70. Vidua ratione dotis præferenda est Agnatores expeditorias petenti.
71. Competit mulieri privilegium prælationis ratione dotis, etiam in bona mariti non conversæ.
72. Modo marito illata probetur, aliter, qvam solius mariti confessione.
73. Ne qvidem jurata mariti confessio efficit, ut locus fit juri prælationis in dote confessata.
74. Exceptio non solutæ dotis objici potest à Creditoribus mariti, post elapsa tempora, intra qvæ opponi à marito potuit.
75. Non probat mariti confessio dotem illatam, etiamsi mulier in supplementum jurare velit.
76. Competit tamen mulieri privilegium prælationis in dote confessata, si reliqvi etiam Creditores, per solam confessionis debitoris numerationem probent.
77. Mariti confessio obligat heredes ad restitutionem dotis, etiamsi hujo illatio aliter à vidua nõ probetur.
78. Gaudet mulier in dote confessata privilegio prælationis, si confessio mariti, de receptione do. ie, anteà promissæ, ex intervallo temporis subsequatur.
79. Vel si maritus dotem non à parentibus uxoris, sed à tertio sibi datam, in apocbâ confessus fuerit.
80. Probatur dotis numeratio ex confessione mariti, accedente unius saltem testis fide digni depositione.
81. Ad probandam dotis numerationem, fratres uxoris ad testimonium admittuntur.
82. Mariti bonis dos illata censetur, eo ipso, qvod utriq; marito & uxori, simul fuerit numerata.
83. Non competit jus prælationis in dote mulieri, qvæ, cum marito communem negotiationem exercens, debita simul contraxit.
84. Nec gaudet mulier ratione dotis, prælationis privilegio, si sciens viro, jam antea obærato, nupserit.
85. Vel si culpâ mulieris maritus ad inopiã pervenerit.
86. Ratione bonorum paraphernalium mulieribus competit saltem jus tacitæ hypothecæ, non etiam prælationis privilegium.
87. Vocula (Heyrathsgut) dotalia saltẽ bona, non etiam paraphernalia significantur; & qvænã ita dicantur?
88. Dona nuptialia pro bonis dotalibus habentur, adeoq; in repetitione partis dimidiæ uxor gaudet privilegio prælationis.
89. Bona, aliundè per hereditatem acqvisita, & marito illata, non dotalia sunt, sed paraphernalia.
90. Uxor repetens pecuniã, qvam mutuo dederat marito, nec hypothecariis, nec Chirographariis præfertur.

91. Ratione donationis propter nuptias, si mulier de hypotheca expressa sibi non prospexerit, inter chirographarios Creditores referenda est.
92. Liberi prioris matrimonii præferuntur in legitima paterna Novercæ, donationem propter nuptias petenti.
93. In dotalitio perinde atq; in dote, Uxor munita est jure tacitæ hypothecæ, ac prælationis privilegio, marito etiam adhuc vivo, sed non solvendo existente.
94. Uxori, Morgengabam & cibaria domestica petenti, omnes indifferenter Creditores, etiam nudi chirographarii præferuntur.
95. Prælationis privilegium in dote soli uxori competit, non etiam heredibus collateralibus, vel ascendentibus, nec ab uxore alii potest cedi.
96. Liberi tamen, aliiq; heredes descendentes, in dote materna jure prælationis æqvè gaudent.
97. Defuncta licet matre ante maritum, liberi tamen ejus ratione legitimæ maternæ jus prælationis habent, & Novercæ, ratione dotis suæ, in concursu præferuntur.
98. Liberi tamen post matrem defuncti, jus prælationis maternum ad collaterales & ascendentes heredes non transmittunt.
99. At jus tacitæ hypothecæ, sicuti extraneo cedi, ita etiam ad hæredes qvoscunq; à muliere, ejusvè liberis transmitti potest.
100. Defuncto patre, liberi petere neqveunt legitimam paternam, priusqvam Viduæ de bonis illatis, vel portione statutaria satisfactum fuerit.
101. Ratione legitimæ paternæ filii in bonis vitrici non præferuntur Viduæ, bona illata petenti.
102. Post dotem mulieris, Fiscus præfertur hypothecariis omnibus posterioribus.
103. Præfertur tamen Fiscus etiam anterioribus hypothecariis, sive expressis, sive tacitis, in bonis posteà qvæsitis.
104. Cessat jus prælationis Fisci in pœnis fiscalibus, qvarum ratione solam habet tacitam hypothecam à tempore condemnationis.
105. Qvi ad refectionem, vel conservationem domûs, vel alterius rei, pecuniam mutuo dedit, præfertur hypothecariis etiam anterioribus expressis.
106. Modo ad conservationem pecunia nominatim mutuo data, ex eaq; res refecta probetur.
107. Qvi ad emendam domum, alienamvè rem pecuniam mutuo dat, non aliter prælationis privilegium conseqvitur, qvam si expressè sibi de hypotheca in illa re prospexerit.
108. Non conseqvitur privilegium prælationis, qvi post factam demum emptionem, pecuniam ad exsolutionem pretii mutuo dat emptori, ut maximè de hypotheca sibi prospiciat.
109. Pupillus tamen & minor rem sua pecunia emptam jure pignoris obligatam habet; etiamsi de hypotheca sibi expressè non prospexerit.

Classis Tertia.

In qva veniunt Creditores, qvi ex hypotheca tacita, sive expressa, aresto, vel immissione judiciali jus reale consecuti fuere.

110. Inter hypothecarios arestantes, vel judicialiter in bona debitoris immissos Creditores, qvi prior tempore, potior qvoqve est jure & reliqvis præfertur.
111. Pro rata autem simul admittuntur hi Creditores, si uno eodemq; momento impetraverint jus reale in bonis debitoris, vel qvis prior fuerit, sciri neqveat.
112. Posterior hypothecarius, arripiens possessionem hypothecæ, non præjudicat per id hypothecario anteriori.
113. Ratione bonorum adventitiorum, qvæ pater tutorio nomine administravit, competit liberis tacita hypotheca in bonis paternis.
114. Jus tacitæ hypothecæ, qvod pupillis in bonis tutoris competit, incipit à die susceptæ vel confirmatæ tutelæ.
115. Competit qvoq; jus tacitæ hypothecæ Civitati, Ecclesiæ, & Hospitali in bonis Administratorum.
116. Ratione pecuniæ mutuo datæ, competit jus tacitæ hypothecæ Ecclesiis, Hospitalibus, & Scholis in bonis debitoris.
117. Competit etiam jus tacitæ hypothecæ locatori ratione mercedis in rebus; domui conductæ illatis.
118. Non habet jus tacitæ hypothecæ maritus in bonis uxoris, ratione portionis, in pactis dotalibus sibi in casum mortis uxoris promissæ.
119. Qvando pignus incipiat in casu, qvo non in ipso contractus tempore de hoc fuerit conventum.
120. Potior est hypothecarius in diem, qvàm is, cui posteà ante diei adventum eadem res purè oppignorata fuerit.
121. Ex promissione de re oppignoranda, non præfertur qvis Creditori, cui posteà res eadem fuit oppignorata.
122. Valet de jure civili hypotheca bonorum immobilium extrajudicialis in tantum, ut anterior mulieri ratione dotis præferatur.
123. Postqvam vendita hypotheca, de pretio satisfactum est hypothecariis, in residuo pretii Chirographariis præferuntur ii, qvi conventionalem habent hypothecam.
124. In fructibus fundi præfertur hypotheca extrajudicialis anterior judiciali posteriori, etiam in foro Saxonico.
125. Non subsistit hypotheca extrajudicialis, coram duobus vel tribus testibus in bonis emphyteuticis, censiticis, & feudalibus constituta.
126. In tantum, ut ne qvidem in fructibus prædii feudalis vel Emphyteutici hypotheca, coram testibus constituta, præferatur hypothecæ judiciali.
127. Præfertur hypotheca coram testibus constituta anterior, posteriori tacitæ, ut & doti mulieris.
128. Generalis hypotheca anterior præfertur speciali posteriori, etiamsi alia sufficiant bona; & qvando id fallit.
129. Nec præferendus est Creditor anteriori generali ex eo, qvod specialem posteriorem hypothecam per decennium possederit atq; fructus perceperit.
130. Creditor qvi in bonis pariter feudalibus atqve allodialibus debitoris, de hypotheca sibi legitimè prospexerit, non prohibetur petere executionem in bona feudalia ante excussionem allodialium bonorum.
131. Primus Creditor, in pignus tertii vel qvarti Creditoris consentiens, non à tota hypotheca recedit, sed locum tertii vel qvarti subintrat.
132. Jus pignoris sui non remittit, qvi patitur se præsente rem obligatam distrahi, nisi expressim consenserit.
133. Non succedit qvis in locum anterioris Creditoris ob id solùm, qvod ex ejus pecunia dimissus sit anterior creditor, nisi de eo expressim convenerit.
134. Is, ex cujus pecunia dimissus est privilegiarius Creditor, succedit in ejus privilegium, etiam citra conventionem.
135. Conventio de succedendo in jus anterioris Creditoris, facta in continenti post numerationem, prodest non minus ac si jam facta fuisset.

136. Pignora hodie judicialia plerumqve sunt, adeoq; exiguus est usus l. fin. C. de jur. dom. impetr.
137. Ex instrumento gvarentigiato extra processum, etiam ordinarium, in bona debitoris judicialiter immissus Creditor, pignus reale consequitur.
138. Sicuti & immissus ex debito confessato absq; productione cautionis.
139. Non tribuit executio Creditori pignus ante immissionem realem in bona debitoris.
140. Consequitur tamen pignus Creditor, si post interlocutoriam judicis, ante immissionem realem, debitor ei cesserit possessionem.
141. Judex dilationem immissionis indulgens debitori non præjudicat Creditori, in jure reali per immissionem ei competituro.
142. At Creditor, in dilationem consentiens præjudicat sibi in prioritate, ex reali immissione competiturâ.
143. Arestum in foro Saxonico jus reale tribuit, ex qvo arestantes præferuntur Creditoribus, hypothecam posteriorem, tacitam vel expressam habentibus.
144. Inter arestantes reliqvis præfertur, qvi prius ratione horæ at q; momenti jus reale impetravit.
145. Petenti Arestum non nocet mora judicis, si alius interim hoc impetret.
146. Pro ratâ simul admittuntur arestantes, si unâ die vel horâ arestum impetraverint, de momento autem prioritatis constare neqveat.
147. Pro debito etiam in diem, & nondum exigibili, arestantibus jus reale & prioritas competit.
148. Venditâ re oppignoratâ, Creditores in pretio arestum impetrantes præferuntur hypothecariis anterioribus.

Classis Qvarta.
In qva referuntur Creditores, personale solum modò privilegium habentes.

149. Creditores personaliter privilegiati, omnes simul, sed pro rata, admittuntur.
150. Deponenti competit privilegium personale etiam de jure communi, ratione rei depositæ, qvæ non amplius exstat in bonis depositarii.
151. Necessarium sive judiciale depositum arestantibus & hypothecariis præfertur.
152. Qvicqvid alimentorum nomine debetur, privilegiatum est, & Creditis Chirographariis præfertur.
153. Reliqvis etiam Chirographariis præferuntur, qvi pecuniam gratis, & sine usuris mutuò dederunt.
154. Præferendus est Chirographariis aliis Venditor in residuo pretii, qvi sibi de jure pignoris non prospexit.
155. Competit etiam personale privilegium iis, qvi ad rem emendam credunt pecuniam, ab isq; constitutione hypothecæ in re empta.
156. Non habet privilegium personale Collegium in bonis Collegæ, etiamsi qvid debeat is ex ratiociniis Collegii.
157. Non debentur liberis debitoris ex ejusdem bonis alimenta, antequam Creditoribus omnibus fuerit satisfactum.

Classis Qvinta.
In qvâ veniunt Chirographarii.

158. Chirographarii indifferenter omnes simul pro ratâ admittuntur.
159. Chirographariorum appellatione continentur qvoqve Creditores ii, qvi per confessionem debitoris, vel testes sua credita probant.
160. De jure communi in concursu Creditorum, unà cum sorte etiam usuræ sunt adjudicandæ.
161. In foro autem Saxonico adjudicantur usuræ in concursu Creditorum, antequam omnibus, etiam Chirographariis, de sorte satisfactum fuerit.
162. Licet super usuris æqvè ac super ipsâ sorte hypotheca fuerit constituta.
163. Non efficit renunciatio mulieris, ut Creditor, ejus locum subintrans, aliis Creditoribus ratione usurarum præferatur.
164. Interesse tamen, sive usuræ compensatoriæ, etiam in foro Saxonico, unà cum sorte principali, Creditoribus adjudicari solent.
165. Ex pacto antichreseos fructus percepti in concursu Creditorum non sunt restituendi.
166. Mulieri in concursu Creditorum, unà cum dote & bonis illatis, usuræ qvoq; sunt exsolvendæ, etiamsi reliqvis Creditoribus de sorte satisfactum non fuerit.
167. Usuræ qvoq; pretii haud soluti in concursu Creditorum prærogativâ gaudent.
168. Debentur etiam usuræ, unà cum sorte pecuniæ hereditariæ in concursu Creditorum, si ea, postqvam dies venit, exsoluta haud fuerit.
169. Usuræ in annuis reditibus sunt exsolvendæ, licet reliqvi Creditores sortem non consequi valeant.
170. Repetit fidejussor in concursu Creditorum unà cum sorte usuras, qvas pro suo principali solvit.
171. Ecclesiæ & Hospitalia ratione usurarum qvoq; aliis Creditoribus præferuntur.
172. Gaudent etiam prærogativâ usuræ pupillares.
173. Sed non ultra, qvàm tutela duret, licet rationes tutelæ nondum redditæ fuerint.
174. Postqvam Creditoribus omnibus de sorte satisfactum est, usuræ qvoqve secundum cujusq; Creditoris prærogativam exsolvi debent.
175. Mulier ratione temporis tertia, qvoad dotem illatam vincit ex seipsâ primum Creditorem, hypothecam tacitam, & ex personâ primi secundum, intermediam expressam habentem.
176. Præfertur etiam ratione dotis illatæ mulier, ordine secunda, primo Creditori, hypothecam expressam anteriorem habenti, si tertius, ad refectionem ædium pecuniam credens, hypothecam sibi constitui fecerit.
177. Secundus Creditor habens arestii, ex persona tertii, habentis hypothecam judicialem, vincit primum Creditorẽ qvi nititur jure hypothecæ extrajudicialis.
178. Qvod uni ex chirographariis à debitore solutum est, id repeti neqvit à reliqvis Chirographariis.
179. Repetere tamen possunt hypothecarii vel privilegiati Creditores, qvod Chirographariis est solutum.
180. Pecuniam qvoq; posterioribus hypothecariis solutam priores hypothecarii jure repetunt.
181. Nunqvam repetitur solutum Creditoribus, si ex bonis debitoris, reliqvis satisfieri qveat.
182. Emptor, qvi publicæ auctionis pretium solvit magistratui, securus qvidem est, sed magistratus rationem pecuniæ acceptæ reddere tenetur Creditoribus.
183. Emptor sub hastâ si pretium semel solverit, tutus est, nec à Creditoribus posterioribus, qvibus ex pretio haud satisfactum, denuò conveniri potest.

Constit. XXIX.
Arestum qvaliter ritè fieri oporteat.

Definit.

1. Arestum pignus prætorium & jus reale tribuit Creditori, in qvo ipso, tanqvam circa effectum principalem, à seqvestro differt.
2. Efficax demum est arestum, qvoad jus reale & prioritatis, à tempore scientiæ vel denunciationis debitori factæ.

3. Validè jus aresti impetrati, per cessionem in alterum transferri potest.
4. Bona arestata post factam denunciationem alienata, Creditor à tertio possessore vindicare potest.
5. Creditor, qvi certâ ex causâ arestum impetravit, bona arestata etiam ex aliâ causâ pignoris jure retinere potest.
6. Non decernendum est arestum, anteqvam Creditor probet ac liqvidum faciat suum Creditum.
7. Anteqvam probatum fuerit, debitorem multo ære alieno obstrictum, & non amplius solvendo esse, haud concedendum est arestum.
8. Sufficit tamen, præsumtionibus atqve conjecturis probabilibus demonstrari, debitorem facultatibus labi & non solvendo fieri.
9. In provinciis Electoratus Saxonici arestum bis renovari debet, de unâ qvaterdenâ in aliam, nec tempus hoc anticipare vel immutare licet.
10. Circa renovationem aresti tempus qvaterdenarum de momento in momentum currit.
11. Et dies termini computatur in terminum.
12. In secunda renovatione Creditor præcisè libellum arestatorium offerre tenetur, nec valet arestum, si libellus in primo vel secundo termino statim exhibeatur.
13. Non minus impetratio citationis, qvàm oblatio libelli arestatorii in ultimâ renovatione reqviritur.
14. Alterius nomine absq; speciali mandato nemo arestum impetrare valet.
15. Qvocunqve in loco arestum impetrari potest.
16. Peti potest Arestum tempore qvocunqve, etiam die feriato.
17. Impetrari debet Arestum à judice eo, qvi bassam habet jurisdictionem, die Erbeder Niedergerichte.
18. Arestum non apud judicem, sed senatum impetratum, plerisqve in locis haud subsistit.
19. Arestum impetratum in judicio, sub qvo debitor habet domicilium, bona immobilia alibi sita non afficit.
20. Bona immobilia eo in loco, ubi sunt sita, arestari debent.
21. Bona tamen mobilia alibi sita per arestum in loco domicilii debitoris impetratum afficiuntur.
22. Arestum in bonis feudalibus impetratum à judice, qvi Dominus feudi non est, fructus solummodò feudales jure pignoris afficit.
23. Arestum, in supremo Principis judicio impetratum, etiam ad bona mediatè subjecta extenditur, dummodo inferiori judici notificetur.
24. Conveniri potest judex ad interesse, si pro aresto decernendo reqvisitus, absqve causâ justâ illud recusaverit.
25. Licet tamen judici cautionem de se indemnem servando exigere.
26. Admittenda est nuda Creditoris promissio, si ex inopiâ cautionem præstare neqveat.
27. Nemo Creditorum bona debitoris sui arestare prohibetur.
28. Liberi etiam parentum suorũ bona arestare possunt.
29. Omnia indifferenter bona arestari possunt, etiam annuæ præstationes.
30. Arestum pro debito in diem impetratum, Creditum haud purum, nec meliorem Creditoris conditionem facit.
31. Arestari qvoq; possunt libri Studiosorũ in Academiâ.
32. Ut & Salaria Professorum & Advocatorum.
33. Arestari neqveunt bona ad alimenta debitoris destinata.
34. Sicuti nec stipendia Studiosorum.
35. Arestum in certis tantummodo bonis impetratum ad bona alia non extenditur.
36. Sed Arestum generaliter & indefinitè impetratum, extenditur etiam ad bona futura postea acqvisita.
37. Excluditur qvandoqve jus aresti ex eo solo, qvod alius Creditor bona debitoris detineat.
38. Defuncto debitore, etiam intra trigesimum bona ejus possunt arestari.
39. Arestum absqve causâ sufficiente & injustè indultum in totum relaxari debet, absq; ullâ præstitâ cautione.
40. Legitimè autem decretum arestum sub cautione demum relaxatur, salvo tamen jure prioritatis arestatori acqvisito.
41. Qvi in causâ conventionis condemnatus pecuniam depositam aresto constringit, id renovare necesse non habet.
42. Non tribuit præceptum judiciale de non alienando Creditori hypothecam aut jus prioritatis in bonis debitoris.
43. Aresto licet haud subsistente, Reus tamen conventus ad libellum respondere & litem contestari tenetur.
44. Modo debitor ratione domicilii vel contractus ibidem forum sortiatur.
45. Valet etiam arestum & hypotheca in contractu usurario, saltem qvoad sortem ipsam.
46. De bonis arestatis non satisfaciendum est Creditori arestanti, nisi in subsidium, deficiente nimirum alio exsolutionis medio, & qvomodo hoc casu pronunciandum.

Constit. XXX.

Aresta petentibus qvatenus & contra qvas personas, præsertim in mercatoribus, concedi debeant.

Definit.

1. Seqvestrum sive arestum personarum regulariter probibitum est, etiam in foro Saxonico.
2. Pacto tamen expresso, debitor seqvestro & incarcerationi se potest obstringere.
3. Incarcerationis qvoqve pœnam luit in Provinciis Electoratus Saxonici debitor, haud solvendo existens.
4. Ex solutionis morâ seqvestrari potest Creditor, qvi in loco contrahens, solutionem ibidem promisit.
5. Non etiam si in loco aliqvo contrahens, se alibi soluturum promittat.
6. Heres qvoq; debitoris, qvi in loco contractus solutionem facere promisit, personaliter detineri potest.
7. Nec non fidejussor ex morâ debitoris, si in loco contractus se soluturum promiserit.
8. Detineri potest debitor, qvi in loco contractus solutionem facere promisit, etiamsi in transitu saltem ibi reperiatur.
9. Pro debito minimo, nunqvam debitor personaliter detineri potest.
10. Nec arestandus est debitor, qvi testimonii dicendi causa in loco, ubi contraxit, & solvere promisit, commoratur.
11. Ministri mercatorum, ut sunt Institores & factores, pro debitis suorum dominorum neqveunt arestari, & personaliter detineri.
12. Nec cives singuli eorumve bona pro debito Civitatis sive Universitatis arestari possunt.
13. Nisi semetipsos singulatim obligaverint.
14. Seqvestrari & detineri potest debitor forensis, si Creditor in loco domicilii debitoris jus & justitiam consequi neqviverit.
15. Dilapidatio bonorum causam præbet sufficientem detentioni personæ debitoris.

1. Sicuti & fuga debitoris.
1. Debitor, saltem de fugâ suspectus, personaliter detineri potest.
1. Inquilini emigrantis persona arestari potest, donec pensionem solvat.
1. Praestitâ cautione de solvendo, sequestratio sive arestum debitoris relaxari debet.
2. Ad relaxandum sequestrum non admittitur cautio juratoria, sed praestanda ea est pignoribus, vel fidejussoribus.
2. Creditor, ad cujus instantiam sequestrum injustè fuit decretum, ad interesse conveniri potest.
2. Arestari non potest Cadaver defuncti debitoris.
2. Privilegium de non arestandis bonis vel personis, tempore Nundinarum, pertinet tantummodo ad Nundinas solennes, & ab Imperatoribus privilegiatas.
2. Solis mercatoribus indultum est privilegium de non admittendo aresto tempore Nundinarum, non etiam aliis Civibus, qui mercatores non sunt.
2. Durantibus Nundinis haud decernendum est arestum adversus Mercatoris bona, vel personam, etiamsi sit fugitivus, aut de fuga suspectus.
2. Nec pro debito, in ipsis nundinis contracto, durantibus adhuc iis, arestum decerni debet.
2. Cessat privilegium de non arestando bona & personam debitoris, durantibus nundinis, si huic expressè fuerit renunciatum.
2. Nundinis per signum campanæ finitis, mercatores eorumq; bona quovis in loco arestari possunt.
2. Pro ratâ simul admittuntur Creditores, qui proximè sequenti septimanâ post nundinas Lipsienses, in der Zahlwochen / antequam merces in Conductu Norimbergensi avehantur, aresta impetrarunt.
3. Non pertinet ad Bannitos privilegium Nundinarum.

CONSTIT. XXXI.

In taxandis expensis, quæ vel cum juramento, vel sine eo petuntur, quæ sint partes judicis?

Definit.

1. ETiamsi victor expensas juramento suo probare velit, taxatio tamen judicis non omittenda, sed juramento præmittenda est.
2. Syndicus, nomine Collegii vel Universitatis super expensis jurare volens, admittitur.
3. Non solùm judiciales, sed etiam extrajudiciales expensas absq; juramento petere licet.
4. Non citatâ neq; auditâ parte adversâ, haud taxandæ sunt expensæ.
5. Nisi unius saltem termini expensæ petantur, quæ si modicæ fuerint, in adjudicatione ipsa statim taxari poterunt.
6. Moderatio expensarum judicis arbitrio committitur, pro variâ victoris conditione.
7. Moderatus sit judex in adjudicatione expensarum victus causa insumptarum.
8. Non sunt taxandæ expensæ judiciales, à victore probatæ, sed usque ad teruncium adjudicandæ.
9. Notariorum expensæ pro testibus examinandis quatenus à judice sint æstimandæ.
10. Potissimum tamen circa Notariorum alias q; expensas judiciales, cujusq; loci Statutum & consvetudo in moderatione attendi debet.
11. Salaria quoq; Advocatorum taxationi judicis subjecta sunt.
12. Advocatus in propriâ causâ, à condemnato in expensas exigere neqvit ullum Advocati salarium.
13. Nisi id petere velit per modum damni & interesse.
14. Victus, condemnatus in expensas, victori restituendas, non tenetur ad damna & interesse.
15. Nisi ratione contumaciæ, vel in expensis retardati processus fuerit condemnatus.
16. Actor, spoliatus in itinere, non potest repetere damni restitutionem à Reo, qvantumvis ex causa contumaciæ in expensas is fuerit condemnatus.
17. Victus victori etiam expensas, in termino moderationis factas, restituere tenetur.
18. A moderatione expensarum Appellare qvoqve ac Leutei are licet.
19. Expensas, qvæ ante omnia sunt refundendæ, sufficit refundi per compensationem.
20. In expensas judex victum condemnare potest, ex officio, parte etiam non petente.
21. Lite principali per sententiam finitâ, haud peti possunt peculiari actione litis expensæ, qvæ non nisi officio judicis debebantur.
22. Expensas verò, qvæ jure actionis debentur, etiam post latam sententiam victor actione peculiari petere potest.
23. Ex contumaciâ qvoq; vel delicto, si qvæ debentur expensæ, post litem finitam etiamnum peti possunt.
24. Victus regulariter victori in expensas condemnari debet; & qvatenus hoc verum sit in causis criminalibus.
25. Qvando lis una plura habet capita, expensæ pro uno capite compensari, pro alio adjudicari possunt.
26. Compensari debent expensæ, si victus justam litigandi causam habuerit.
27. Ex juramento suppletorio condemnatus, non solvit expensas victori.
28. Victus ab expensis excusatur, qvando pro se habuit instrumentum obligatorium, vel ob honorem servandum litigavit.
29. Veneratione Consangvinitatis & Affinitatis, vel ratione honestatis personæ, expensarum condemnatio plerumq; victo remittitur.
30. Victus ab expensis liber est, si de calumnia juraverit.
31. Condemnatus ex jurejurando litis decisorio, nullas debet expensas.
32. Moderandæ qvoq; sunt expensæ immodicæ & superfluæ, qvantumvis debitor nudâ Creditoris assertione super iisdem stare promiserit.
33. Pauperi litiganti à parte adversa non nisi certis in casibus sumptus litis subministrari debent.
34. Sed judex pauperibus litigantibus expensas litis è fisco publico subministrat.
35. Possessor, ad restitutionem rei litigiosæ condemnatus, non tenetur ad expensas, nisi dolo possedisse probetur.
36. Non tenetur refundere expensas victus, qvi jam admissus est ad beneficium Restitutionis in integrum.

CONSTIT. XXXII.

De executione pro debito, sive ex confessione rei, sive ex re judicata liqvido, tribuenda.

Definit.

1. JUdex, pro decernendâ executione reqvisitus, denegans eam, actione in factum, ad interesse conveniri potest.
2. Tenetur qvoq; ad interesse judex, ad cujus persuasionem Creditor, in prorogationem executionis consentiens, damnum inde patitur.
3. Ex actione reali condemnatus, si rem non restituat intra qvatuordecim dies, per executionem res ipsi aufertur, & traditur victori.

4. *Condemnato verò ex actione personali terminus Saxonicus,* (Sächsische Frist) *ad solvendum vel executionem sive immissionem subeundam præfigitur.*
5. *Termini executionis in præjudicium debitoris haud sunt coarctandi, nec contrahendi.*
6. *Nisi debitor in coarctationem terminorum consenserit.*
7. *Quo in casu debitor non nisi pro unico termino expensas executionis,* (das Hülffgeld) *solvere tenetur.*
8. *Pluribus bonis simul oppignoratis, liberum est Creditori, in quæ executionem fieri velit.*
9. *Avertere potest debitor executionem per cessionem bonorum universorum, non etiam unius vel alterius saltem rei immobilis.*
10. *Non debet fieri executio in bona debitoris immobilia, quando mobilia adsunt.*
11. *Executio in bona immobilia fieri debet pro ratione & quantitate debiti.*
12. *Audiendus est debitor, si executionem potius in nomina certa & liquida, quàm bona immobilia fieri velit.*
13. *Non subsistit executio adversus pupillos indefensos, sed restituenda sunt bona, per executionem occupata.*
14. *Non potest fieri executio pro debito pupilli adversus tutores.*
15. *Beneficium competentiæ, ne scilicet per executionem auferantur alimenta debitori, etiamnum hodiè competit militibus atque Nobilibus, & in ipso executionis actu opponi potest in foro Saxonico.*
16. *In beneficio competentiæ, ne debitor egeat, potissimum conditio & qualitas personæ ejus considerari debet.*
17. *Privilegium deductionis sive competentiæ indultum quoq; censetur liberis & familiâ Debitoris.*
18. *Doctoribus quoque competit beneficium competentiæ, sive in quantum facere possunt.*
19. *Non potest validè renunciari beneficio competentiæ.*
20. *Non potest fieri executio pro debito mariti in bona Uxoris dotalia vel paraphernalia.*
21. *Valida est executio, facta in bonis Usufructuarii pro ipsius debito, licet alius in bonis iis habeat proprietatem.*
22. *Res litigiosa sicut non potest alienari, ita nec per executionem distrahi.*
23. *Valet alienatio judicii litigiosi, si is, qui alienavit, paratus est judicium pati, perinde ac si possideret.*
24. *Contra singularem debitoris successorem, ejusque bona, fieri non potest executio.*
25. *Executio à Domino feudi in dubio censetur facta in feudum ipsum, non solum in fructus & commoditates feudi.*
26. *Per executionem, in feudum factam, non præjudicatur Agnatis, simultaneè investitis, si non consenserint in hypothecam vel executionem.*
27. *Valet quidem pactum de ingrediendo possessionem bonorum debitoris propria autoritate, sed tutius procedit Creditor adhibendo judicis Imperium.*
28. *Reddenda est ratio de fructibus, ex fundo, in quem Creditores immissi fuerunt, perceptis.*
29. *Non eò minùs tenentur Creditores reddere rationes de fructibus perceptis, quod debitor simplici eorum assertione stare promiserit.*
30. *Non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare debitor, contra quem fit executio, si possideat bona immobilia.*
31. *Durante executionis processu, debitor ad interusurium Creditoribus obstringitur.*
32. *Debentur judici expensæ post factam executionem, haud subsecutâ licet taxatione.*
33. *Non deveniendum est ad subhastationem, si Creditor bona, certo pretio æstimata, in solutum accipiat, vel ex eorundem Usufructu satisfactionem quærat.*
34. *Subhastari quoq; debent res mobiles, si Creditor eas, à judice taxatas, in solutum acceptare nolit.*
35. *Post factam subhastationem, cum judice contrahit licitator de bonis debitoris; & quæ sit subhastationis causa.*
36. *Creditor, absque præviâ subhastatione bona debitoris, judicialiter taxata, accipiens in solutum, tutus non est, quo minus ea restituere, & debitori, sive reliquis Creditoribus de fructibus perceptis rationem reddere teneatur.*
37. *Non valet venditio sub hastâ, si taxatio præcesserit subhastationem, vel si non per tres quaterdenas subhastatio facta fuerit.*
38. *Factâ subhastatione quilibet suo nomine licitari potest, etiam pro tertio, à quo mandatum licitandi habet, insciis licet judice ac Creditoribus.*
39. *Licitatori, majus pretium offerenti, bona subhastata sunt adjudicanda, nisi in secundâ, tertiâ, vel quartâ subhastatione, durantibus adhuc tribus quaterdenis, ab alio, plus licitante, is superetur.*
40. *Ultimâ quoque die, durante adhuc subhastationis tempore, licitator, majus offerens pretium, admittitur.*
41. *In licitatione præsens pecunia præfertur pretio, distinctis terminis exsolvendo, nisi hoc, interusurio deducto, illam in quantitate superet.*
42. *Primus licitator offerendo augmentum pretii, à sequentibus licitatoribus oblati, tempore subhastationis nondum effluxo, in emptione reliquis præfertur.*
43. *Liberum est debitori & Creditoribus bona subhastata minus pretium offerenti vendere, alteri ex subhastatione, jure perfectè nondum quæsito.*
44. *Factâ licet subhastatione, & licitatione subsecutâ, liberum tamen est debitori, oblato Creditoribus debito, res subhastatas redimere, & ad se recipere.*
45. *Tempore subhastationis effluxo, non potest ulterius pœnitere licitator, nec licitationem revocare.*
46. *Adjudicatio rei subhastatæ judicialis plenissimum tribuit dominium, & unà periculum in licitatorem, vacuâ licet nondum existente possessione.*
47. *Termino subhastationis elapso, periculum rei subhastatæ pertinet ad licitatorem, adjudicatione licet nondum subsecutâ.*
48. *Nisi debitor morâ suâ fecerit, quo minus licitatori bona subhastata fuerint adjudicata.*
49. *Deterioratio fundi subhastati pertinet quandoq; ad licitatorem, etiamsi tempus subhastationis nondum sit effluxum.*
50. *Licitator, fundum subhastatum possidens, à præstatione tributorum & collectarum se liberare nequit ex eo, quod fundus sibi nondum sit judicialiter adjudicatus.*
51. *Factâ subhastatione, Creditor ad licitationem admittendus est, sive reperiatur alius licitator, sive non.*
52. *Jus Reluitionis, quod competit debitori adversus Creditorem licitantem, præscribitur anno civili in foro Saxonico.*
53. *Non efficit Creditor, bona sibi adjudicata intra annum alienando, quò minus ea debitor à tertio possessore redimere queat.*

54. Cer-

54. *Currere incipit annus reluitionis à tempore factæ realis adjudicationis, non etiam à termino adjudicationi præfixo, sicuti nec ab exmissione debitoris.*
55. *Sufficit debitorem intra anni spacium se ad reluitionem verè & actualiter offerre, licet non statim pretium & expensas judiciales exsolvat.*
56. *Debitori, fundum adjudicatum redimenti, non tenetur Creditor ad rationis redditionem, aut restitutionem fructuum.*
57. *Debitor, bona Creditori adjudicata redimens, non tenetur præstare Domino Laudemium.*
58. *Non competit debitori jus reluitionis adversus extraneum, cui post licitationem, sive ab extraneo, sive à Creditore factam, bona subhastata adjudicata fuêre.*
59. *Non potest exercere debitor jus reluitionis adversus Creditorem, si vel prævia judicis taxatione bona subhastata fuerint, vel Creditor primum licitatorem superaverit.*
60. *Non obtinet jus reluitionis in bonis, absque prævia subhastatione à debitore Creditori in solutum datis.*
61. *Bona licet judicialiter taxata & subhastata, Creditor tamen, haud reperto emptore, ea in solutum accipere cogendus non est.*
62. *Nisi Creditor bona per Scabinos provinciales,* (durch die Land-Schöppen) *aliter taxari fecerit.*
63. *Sive per Scabinos provinciales, sive per alios fiat taxatio, jurata esse debet.*
64. *Non tantummodò solutionis, sed & qvævis alia exceptio, in continenti probabilis, in actu executionis, ante factam adjudicationem, valide opponitur.*
65. *Contra executionem, jam intentatam, firmiter etiam opponitur Exceptio non numeratæ pecuniæ; & qvid si huic fuerit renunciatum.*
66. *Exceptio non numeratæ pecuniæ, post biennium oppositæ, haud impedit paratam executionem, sed in reconventionem rejicienda est, si debitori nil sibi numeratum probare velit.*
67. *Impedit tamen paratam executionem exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam post biennium oppositæ, si in continenti est probabilis.*
68. *In aliis contractibus extra causam mutui, & dotis, exceptio non numeratæ pecuniæ haud transfert onus probandi in Creditorem.*
69. *Inter mercatores locum non habet exceptio pecuniæ non numeratæ ad impediendam paratam executionem.*
70. *Nec admittenda est inter mercatores actio ex causâ non numeratæ pecuniæ, ad repetendum Chirographum ante factam solutionem.*

PARTIS SECUNDÆ

DE CONTRACTIBUS VEL QVASI

Constitutio I.

Jure offerendi, aut pacto de retrovendendo num præscribatur?

DEFINITIONES.

1. *Contractus pignoratitius differt ab Empt. Venditione cum pacto de Retrovendendo.*
2. *Contractus, cum pacto Retrovenditionis occasione mutui initus, judicatur pignoratitius & usurarius.*
3. *Heres Creditoris pignoratitii jus offerendi contra debitorem præscribere neqvit.*
4. *Emptor pignoris adversus debitorem præscriptione sese tueri potest.*
5. *Actio hypothecaria non minus, ac personalis conditio ex mutuo, tollitur præscriptione.*
6. *Præscriptio debiti non nisi à tempore, solutioni destinato, currere incipit.*
7. *Præscriptio temporis immemorialis differt à præscriptione contenaria.*
8. *Pactum de retrovendendo intra certum tempus, elapso eo, ulterius non obligat paciscentem.*
9. *Vendito fundo ad certum tempus cum pacto de Retrovendendo, tempore licet elapso, Reluitio tamen locum habet.*
10. *Obligatio ex pacto de retrovendendo, transit etiam ad heredes.*
11. *A duobus re vendita cum pacto de retrovendendo, qvando unus ex illis rem venditam reemere possit?*
12. *Pactum de retrovendendo etiam extraneo cedi potest.*
13. *Qvando ex pacto Retrovenditionis, actio qværatur absenti.*
14. *Minor, heres emptoris, rem emptam cum pacto de Retrovendendo absq; decreto Magistratus revendere potest.*
15. *Emptor, qvi rem cum pacto de Retrovendendo possidet, præcisè eam revendere tenetur, nec liberatur præstatione ejus qvod interest.*
16. *Venditâ re emptâ cum pacto de retrovendendo ab emptore, primus Venditor à secundo emptore rem vindicare neqvit; sed habet actionem personalem ex vendito adversus primum emptorem in id, qvod interest.*
17. *Ex pacto retrovenditionis, verbis directis concepto, seu resolutivo, competit Rei vindicatio primo venditori adversus tertium possessorem.*
18. *Omne incrementum seu commodum, pariter atqve incommodum, qvod rei, cum pacto de retrovendendo venditæ, qvocunqve modo accedit, indifferenter ad emptorem spectat, non autem ad venditorem.*
19. *Revendenti id, qvod ex speciali pacto solvit, unà cum pretio restituendum non est.*
20. *In contractu Retrovenditionis fructus pendentes ultimi anni inter Emtorem & Venditorem pro rata temporis dividuntur, nisi inter contrahentes aliter conventum.*
21. *Venditor pretium Revenditionis non paratâ pecuniâ, sed statis & distinctis temporibus solvere volens, qvando admittendus sit.*
22. *Pretium reluitionis solvi debet in moneta, qvæ fuit tempore primæ venditionis.*
23. *Ex venditione, qvæ fit cum pacto de retrovendendo, debetur Laudemium Domino, non etiam ex ipsa Retrovenditione.*

24. *Revendenti id, qvod Laudemii nomine ex primâ venditione Domino solvit, à Reemptore restitui debet.*
25. *Cessat jus retrovenditionis, qvando bona publice sub hastâ venduntur.*
26. *Contractus pignoratitius non censetur tacitè prorogatus in annum integrum, ex eo, qvod debitor termino præfinito non solverit.*
27. *Revendenti omnes impensæ & meliorationes sunt restituendæ à Reemptore.*

CONSTIT. II.

Annuæ præstationi an in totum possit præscribi?

Definit.

1. *ANnuis Reditibus, ex pacto de retrovendendo in futurum solvendis, non præscribitur.*
2. *Præstationi Laudemiorum nullo unqvam tempore præscribitur.*
3. *Conductor sive Colonus pensionem futuri temporis præscribere neqvit.*
4. *Libertas à decimis præstandis qvadraginta annis præscribitur.*
5. *Annuas præstationes viginti annorum spacio in minori summâ recipiens residuum petere neqvit.*
6. *Nisi Creditor petitionem residui expressâ protestatione aliovè modo sibi reservaverit.*
7. *Ex solutione annuæ pensionis, tribus annis proximis factâ, inducitur præsumptio totius debiti, in præteritum soluti.*
8. *Præsumptio debiti soluti ex annuæ pensionis solutione triennali probationem admittit contrariam.*
9. *Ex usurarum præstatione, ultra tempus præscriptionis legitimum, inducitur obligatio tàm super usuris, qvàm super ipsa sorte.*

CONSTIT. III.

Obligatus solvere annuum censum in certo genere monetæ vel frugum, si ultra longissimum tempus in alio & minoris valoris genere monetæ vel frugum solverit, an contra primam obligationem sit præscriptum?

Definit.

1. *PRotestatio Creditorũ, recipientis annuum censum in alio genere frugum ultra tempus longissimum, non interrumpit præscriptionem.*
2. *Ex solutione annui census ultra tempus longissimum, in alio frugum genere, difformiter tamen facta, non inducitur præscriptio.*
3. *In foro Saxonico non nisi duæ habentur species præscriptionum, tricennalis nempe & annalis.*
4. *Speciales juris communis præscriptiones etiam in foro Saxonico usu receptæ sunt.*
5. *Qvare præscriptionibus Saxonicis augmentum sex hebdomadarum atqve trium dierum fuerit adjectum; Qvidqve juris in præscriptionibus juris communis singularibus, in foro etiam Saxonico usitatis.*
6. *Annalis præscriptio in foro Saxonico reqvirit bonam fidem, qvæ à præscribente probari debet.*
7. *Ad præscriptionem qvoqve tricennalem reqviritur in foro Saxonico bona fides, qvæ tamen ex lapsu temporis longissimi pro præscribente præsumitur.*
8. *Nisi is, contra qvem præscriptum est, malam fidem præscribentis probare velit.*
9. *Præscriptio annalis in foro Saxonico qvascunqve res mobiles regulariter comprehendit.*
10. *Bona hereditatis mobilia qvanto tempore præscribantur in foro Saxonico.*
11. *Liberi bona hereditatis maternæ nullâ obstante præscriptione à patre petere valent.*
12. *Gerada qvoqve & res expeditoriæ præscribuntur anno & die; qvod tempus tamen post trigesimum currere incipit.*
13. *Annalis præscriptio Geradæ & rerum expeditoriarum ignoranti non nocet.*
14. *Filiæ, matris defunctæ Geradam à patre non petentes, præscriptione annali eam haud amittunt, etsi de jure suo protestatæ non fuerint.*
15. *Res inventa adversus Dominum præscribitur in foro Saxonico sex hebdomadis.*
16. *Res furtiva tempore longissimo præscribi potest.*
17. *Colonus & Emphyteuta qvanto tempore dominium Emphyteuseos, prædiiqve conducti præscribant.*
18. *Qvanto tempore præscribatur Evictioni in foro Saxonico.*
19. *Ædificium, qvod qvis in suo solo non jure extruxit, elapso etiam decennio potest impugnari.*
20. *Actioni Paulianæ, qvæ competit ad revocanda bona, in fraudem Creditorum alienata, qvanto tempore præscribatur.*
21. *Ad introducendam Consvetudinem in foro Saxonico reqviritur spacium triginta annorum, cum anno & die.*
22. *Præscriptio consvetudinis debet esse continuata, non interrupta.*
23. *Privilegium per non usum longissimi temporis haud amittitur, qvando occasio utenai se non obtulit.*
24. *Regalia etiam in foro Saxonico tempore immemoriali præscribuntur.*
25. *Venatio præscriptione temporis immemorialis in foro qvoqve Saxonico potest acqviri in fundo alieno.*
26. *Probatis extremitatibus temporis, ad præscriptionem reqvisiti, principio scilicet & fine, probata censetur continua possessio.*
27. *Probatâ possessione vel qvasi alicujus juris per majorem partem Provinciæ, videtur probata possessio etiam in aliis locis ejus Provinciæ.*

CONSTIT. IV.

Rustici, ubi ultra triginta annos, annum & diem, loco operarum vel servitiorum certam qvantitatem pecuniæ solverunt, an contra servitia præscripserint?

Definit.

1. *OPeræ rusticæ præscribuntur triginta annis, anno & die in foro Saxonico.*
2. *Nisi jure familiaritatis aut amicitiæ præstitæ fuerint,* zur Bethe.
3. *Rusticis, non jure servitii, sed precariò tantum, vel etiam vi coactos se aliqvandiu præstitisse operas & servitia asserentibus, incumbit probatio.*
4. *Rustici loco operarum, qvibus Dominus commodè uti neqvit, per tempus etiam longissimum certam pecuniæ summam solventes, præscriptione sese tueri non possint,*

possunt, qvo minus servitia denuò præstare teneantur.

5. *Rusticis, alternativè, ad operas, vel pecuniæ præstationem obligatis, ipsorum est electio, qvidnam præstare velint.*
6. *Libri Nobilium, qvi vocantur* Erbregister oder Erbbücher/ *qvando probent contra rusticos.*
7. *Qvatenus itidem probent chartæ partitæ,* ausgeschnittene Zedel/ *& bacilla fissa,* Kerbhöltzer.
8. *Omnes indifferenter servitutes reales, sive causam continuam, sive discontinuam habeant, in foro Saxonico præscriptione tricennariâ, anni & diei acqviruntur.*
9. *Jus utendi certo aliqvo molendino, adversus incolas alicujus pagi vel oppidi, triginta annis, anno & die præscribitur.*
10. *Molam oleariam, absqve concessione speciali, in molendinum frumentorium commutare haud licet.*
11. *Domino præcipienti subditis suis, ne alibi, qvam in suo molendino molant, tertius, in cujus præjudicium facta est prohibitio, contradicere, eamqve impedire potest.*
12. *Ex justâ causâ Dominus cogere potest subditos, ut uno ac certo utantur artifice.*
13. *Servitutes negativæ, nullâ præcedente prohibitione præscribi neqveunt.*
14. *Jus Compascuorum, vulgò* Koppelweide/ *præscribi neqvit.*
15. *Ex causâ tamen novâ superveniente, etiam jus compascuorum præscribitur.*
16. *Feudum in foro Saxonico triginta annis, cum anno & die præscribitur.*
17. *Inter Emptorem & Venditorem qvandoqve tempora continuantur, ad complendam usucapionem.*

Constit. V.

Præscriptio juris Saxonici, qvæ est XXX annorum, anni & diei, num locum habeat contra Ecclesias, Universitates, Hospitalia & pia loca.

Definit.

1. *Contra prædia ad Ecclesias & Universitates pertinentia, non nisi qvadragenaria præscriptio obtinet.*
2. *Neqve Ecclesia contra Ecclesiam, Hospitalia, aliaqve pia loca breviori temporis spacio præscribit.*
3. *Ecclesia, succedens privato, contra qvem inchoata est præscriptio, gaudet privilegio præscriptionis qvadragenariæ.*
4. *Præscriptio qvadragenaria pertinet etiam ad reditus annuos, qvi Ecclesiæ, aliisve piis locis debentur.*
5. *Contra pagum vel Universitatem currit præscriptio usitata Saxonica tricennalis, cum anno & die.*
6. *Res mobiles Ecclesiarum, Hospitalium, aliorumqve piorum locorum, anno & die in foro Saxonico præscribuntur.*
7. *Præscriptioni qvadragenariæ contra Ecclesiam, ne qvidem in foro Saxonico, additur augmentum anni & diei, in præscriptionibus Saxonicis aliàs usitatum.*
8. *Stipendium, certis personis atqve familiæ studiorum causâ relictum, etiamsi nemo in familiâ literis operam navet, in alios tamen pios usus converti neqvit.*
9. *Salarium semestre, sive annum gratiæ,* (das Gnaden-Jahr) *lucrantur heredes defuncti, etiamsi paternæ hereditati renunciaverint.*
10. *De anno gratiæ, seu Salario semestri, æs alienum defuncti exsolvi haud debet.*
11. *Defuncto Ecclesiæ ministro, proventus ex anno gratiæ simul liberis & Viduæ ipsius debentur, etiamsi hæc bona, marito illata, repetat.*
12. *Salarium semestre, inter defuncti pastoris Viduam & liberos æqvaliter, & secundum capita dividi debet.*

Constit. VI.

Num eadem præscriptio juris Saxonici contra civitatem locum habeat!

Definit.

1. *Præscriptio, contra certos qvosdam cives intenta, civitati non nocet.*
2. *Magistratus municipalis, licet jurisdictionem non habeat, circa res tamen venales Ordinationes condere potest.*
3. *Impetrans privilegium contra utilitatem publicam, qvando & qvatenus peccet contra juramentum, qvo juravit, se promoturum utilitatem publicam.*
4. *Nobilibus in pagis & castris suis, absqve speciali concessione, aut præscriptione, Cerevisiam vendere aliudqve perniciosum urbibus mercimonium exercere non licet.*
5. *Neqve Rusticis ac incolis, in Villis aut pagis cerevisiam coqvere & vendere, aliaqve civium commercia exercere, permissum est.*
6. *Liberi, ædium paternarum possessores, cerevisiam coqvere possunt, etiamsi ipsimet in numerum Civium recepti non sint.*
7. *Nobiles tamen, pro usu domus & familiæ suæ, cerevisiam coqvere haud prohibentur.*
8. *Privilegia, Civitati aut Civibus concessa, latissimè sunt interpretanda; & qvisnam eorum interpres.*
9. *Collegia opificum de causis, ad Collegium pertinentibus, cognoscere, & Collegiatos punire ac coërcere possunt.*
10. *Extra causas tamen, ad Collegium pertinentes, jurisdictio Opificum in Collegiatos, ad alias causas & delicta non extenditur.*
11. *Non valent statuta Opificum, qvibus prohibent, ne qvod unus cepit, alter perficiat.*
12. *Legitimatus per subsequens matrimonium, in Collegium Opificum recipi debet.*
13. *Non minus qvoqve in Collegium Opificum est recipiendus, ducens Uxorem, qvam antè impregnaverat.*
14. *Nec removendus è collegio Opificum, qvi ab alio impregnatam ducit in matrimonium.*
15. *Legitimato per subsequens matrimonium dari potest testimonium natalitium, qvod ex thoro legitimo, & parentibus honestis natus fuerit.*
16. *Legitimatus per Comitem Palatinum, civium consortio dignus judicatur.*
17. *Collegio per mortem Collegiatorum dissoluto, bona Collegii Superiori, seu Magistratui accrescunt.*
18. *Ex contractu Senatus & Administratorum, Civitas ejusqve bona non obligantur, nisi Cives, vel saltem Consilium, omnes cives repræsentans, in contractum illum consenserit,*

19. *Vel*

19. *Vel, si probetur, Mutuum in rem & utilitatem civitatis versum esse.*
20. *In venditione annuorum redituum, à Civitate factâ probatio in rem versionis ab emptore non exigitur.*
21. *Qvando pecunia mutuo data non est versa in utilitatem Civitatis, soli Administratores, qvi contraxerunt, ex mutuo tenentur.*
22. *Qvâ de causâ, Creditor actionem ex mutuo adversus Civitatem & Administratores eodem libello, alternativè intendere potest.*
23. *Nec administratores exceptione non versæ pecuniæ in rem civitatis, adversus Creditores sese tueri possunt.*
24. *Pro debito communi, legitimè contracto Cives singulares eorumqve bona non obligantur.*
25. *Nisi cives contrahentes semetipsos singulatim obligaverint.*
26. *Bonis Civium singulorum obligatis, num unusqvisqve in solidum conveniri qveat.*
27. *Legitimatio, per rescriptum Principis, aut Comitem Palatinum facta, in successione jus qvæsitum nemini aufert.*

CONSTIT. VII.

Per pignorationem num interrumpatur præscriptio?

Definit.

1. *DOminus fundi, habens jurisdictionem, propriâ autoritate, ad præscriptionem interrumpendam, pignorare, & pignus retinere potest.*
2. *Schulteti tamen in pagis pignus penes se retinere neqveunt, sed illud Nobilibus, vel Qvæstoribus tradere tenentur.*
3. *Pignorationum causæ pertinent ad jurisdictionem inferiorem.*
4. *Præscriptio Saxonica, triginta annorum, anni & diei, sola interrumpitur citatione.*
5. *Citatio tamen ad Processum extrajudiciarium, præscriptionem non interrumpit.*
6. *Præscriptio etiam annalis, rerum mobilium, in foro Saxonico sola citatione interrumpitur.*
7. *Citatione qvoqve interrumpitur præscriptio annalis, auferens agnatis facultatem redimendi feudum alienatum vivente adhuc alienatore.*
8. *Facta prohibitio qvando interrumpat præscriptionem servitutis.*
9. *Qvando actum est petitorio & possessorio simul, super solo possessorio qvandoqve judex pronunciare potest.*
10. *Petitorium cum Possessorio retinendæ cumulari neqvit.*
11. *Interdictum uti possidetis, datur etiam contra turbantes qvasi possessionem jurium incorporalium.*
12. *Interdicto retinendæ possessionis Dominus qvoqve contra subditos suos, obedientiam recusantes, agere valet.*
13. *Ex l. diffamari nemo experiri potest adversus possidentem, ad turbandam ipsius possessionem.*
14. *In foro etiam Saxonico possessio habetur legitima, licet non fuerit annalis.*
15. *In summario vel summariissimo possessorio, creditur etiam testibus non juratis.*
16. *In summariissimo possessorio admittitur etiam probatio, per unicum testem facta.*
17. *Audiendus est Reus in summariissimo etiam possessorio, contra probationem actoris summariam.*

CONSTIT. VIII.

Si pignora capta in alienam jurisdictionem transferantur.

Definit.

1. *CUm duobus, super eâdem re controversiam moventibus, possessor non tenetur litem suscipere.*
2. *Remedium c. redintegranda 3. caus. 3. qvæst. 1. non competit ei, qvi possessionem in adversarium sponte transtulit.*
3. *Qvi primò possidet partem indivisam, si postea manciscatur totum, novus possessor non dicitur.*
4. *Nemo possessionis suæ titulum edere tenetur.*

CONSTIT. IX.

Restitutionem in integrum adversus præscriptionem ex capite ignorantiæ non dandam.

Definit.

1. *ANnalis præscriptio ignoranti nunqvam currit.*
2. *Præscriptio triginta vel qvadraginta annorum contra minorem incipit, & cepta currit.*
3. *Possidens hereditatem peregrè absentis, de cujus morte dubitatur, nunqvam eam præscribit.*
4. *In materia præscriptionum ætas minorum majoribus num patrocinetur? Et quando beneficium, uni ex consortibus litis concessum, ad alios litigantes extendi debeat?*
5. *Minori datur Restitutio in integrum, tàm ob declinatoriam, qvàm dilatoriam exceptionem omissam.*

CONSTIT. X.

Patria potestas jure Saxonico num sit sublata?

Definit.

1. *MAjorennes solummodo liberi, non etiam minorennes, per separationem à patris œconomiâ patriæ potestati eximuntur.*
2. *Per matrimonium filiæ, patria potestas dissolvitur, licet ea ædibus, mensaqve patris adhuc fruatur.*
3. *Filii verò per matrimonii contractum à patriâ potestate non liberantur.*
4. *Neqve dignitas Doctoralis, neqve Clericalis filium à nexibus patriæ potestatis liberat.*
5. *Liberis emancipatis, & à patre separatis, bona materna plenariè sunt restituenda, non retento patri Usufructu.*
6. *Filiæ elocatæ pater bona materna restituere tenetur, etiamsi illam adhuc exhibeat.*
7. *Patri in bonis liberorum adventitiis competit Usufructus jure patriæ potestatis, etiamsi hi de pane ipsius non vivant, sed aliunde habeant alimenta.*
8. *Filia, licet parenti operas præstet ancillares, usumfructum tamen bonorum adventitiorum petere neqvit.*
9. *A patre possidente bona materna, de sorte reddenda, finito Usufructu, cautio regulariter exigi neqvit, tenetur is tamen ad confectionem inventarii.*
10. *Ususfructus, parenti ex bonis filii adventitiis debitus ei auferri potest.*
11. *Adempto licet patri per testamentum Usufructu in bonis liberorum adventitiis, nihilominus administratio ipsi competit; nisi à testatore alius Curator datus sit.*
12. *Pater usumfructum ex bonis adventitiis non percipiens, censetur eum liberis donare.*
13. *Mater, licet bona liberorum ceu tutrix administrata, eorundem tamen usumfructum non habet.*
14. *Pater nomine bonorum adventitiorum, in qvibus habet usumfructum, sine consensu filii in judicio experiri non potest.*
15. *Pater privatus usufructu in bonis liberorum adventitiis, ab eorundem successione non videtur excluſus.*

16. *Ma-*

16. Macedoniani exceptio non solùm filio, sed & ipsi patri, filio succedenti, prodest; modo ejus voluntate contractum non fuerit mutuum.
17. Propter dignitatem & honorem liberatus patria potestate, exceptione Macedoniani se tueri neqvit: Et qvid jurù in Nobilibus.
18. Pater tenetur alere filium, etiam Naturalem, & spurium, nisi hic semetipsum exhibere qveat.
19. Mater alit filium inopem, non frater, qvi heres patri haud extitit.
20. Avus qvoqve tenetur alere Nepotem, etiam spurium, ex filio legitimo procreatum.
21. Avus maternus non alit Nepotes, qvando superstes adhuc est avus paternus.
22. Mater alimenta, filio prastita, ab ipso ejusvè heredibus repetere neqvit, nisi de hoc fuerit protestata.
23. Aut nisi alimenta, filio prastita, in libro rationum consignaverit.
24. A patre verò, ejusqve heredibus, alimenta, filio prastita, repeti possunt.
25. Vitricus expensas factas in alimenta privigni repetere potest.
26. Nisi privignus probet, animo donandi à Vitrico sibi prastita fuisse alimenta.
27. Repetere etiam neqvit Vitricus alimenta, si privignus privignavè fuerit in ipsius obseqvio & servitiis.
28. Pater filii bona administrans, qvatenus prastita alimenta, & sumtus studiorum repetere possit.
29. Obligati sunt liberi ad prastanda alimenta parentibus egentibus.
30. Praterititemporis alimenta, qvæ ex officio judicis debentur, peti neqveunt.
31. Peti autem possunt alimenta praterititemporis, qvæ debentur jure actionis.
32. Filii, licet ante dignitatem patris susceptifuerint, attamen patris dignitate & privilegiis fruuntur.

Constit. XI.

Qvod jure Saxonico tutores proximis heredibus pupilli, qvotannis rationes reddere jubentur, an non in legitimis tantum, sed & in testamentariis vel dativis locum habeat?

Definit.

1. DE bonis etiam feudalibus pupillorum Tutores qvotannis rationes reddere debent.
2. Hodiè tutores, etiam sua sponte, & irreqvisiti, qvotannis rationes reddere tenentur.
3. Tutor, simul heres proximus pupillo existens, non qvotannis, sed finita demum tutela, ipsi pupillo reddit rationes.
4. Remissa confectione inventarii à testatore, tutor, ne qvidem finita tutela, rationes reddit, res tamen pupilli privatim conscribere tenetur.
5. Mater, tutrix liberorum, finita tutela, mediante inventario rationes reddit.
6. Tutor reddens rationem administrationis, ante omnia inventarium exhibere, vel eo deficiente, bona pupilli juramento indicare debet.
7. Nec mater tutrix, qvæ inventarium facere omisit, à juramento se liberare valet.
8. Ne qvidem redditis rationibus per generalem Qvietationem tutor liberatur, qvo minus ob fraudulentam administrationem denuo conveniri qveat.
9. Qvo anno incipiat majorennitas in foro Saxonico, nec non pubertas.
10. Administratio tutoria licet ex hodierna consuetudine pubertate non finiatur, attamen si tutor Curatoris vices ulterius gerere nolit, invitus ad hoc cogi non potest.
11. Mater Vidua qvando & qvatenus sit Tutrix liberorum suorum in foro Saxonico.
12. Mater absq; contutore sibi adjuncto, nomine pupilli validè non contrahit.
13. Nepoti ex filio prædefuncto, Mater tutrix non datur, superstite avo paterno.
14. Mater tutrix non admittitur, priusqvam renunciaverit secundis nuptiis, & SCto Vellejano; qvæ tamen renunciatio jurata esse non debet.
15. Mater, non petitis tutoribus, qvando amittat liberorum successionem.
16. Mater non petens tutorem liberis, qvatenus noceat aviæ in successione, defunctis Nepotibus.
17. Creditor minoris tutelam vel curam suscipiens, absq; manifestatione Crediti, actionis jacturam sustinet.
18. Etiamsi nec minor, nec pater ipsius mutuam acceperit pecuniam, sed debitum aliunde in ipsum fuerit translatum.
19. Creditor tutelam suscipiens, absqve manifestationæ pecuniæ creditæ, illam non amittit, qvando creditum est notorium.
20. Creditor minori tutor vel Curator dari potest, si hoc Magistratui placuerit.
21. Rei, à tutore pecuniâ pupillari emptæ, dominium pupillo acqviritur; Cui & propterea Rei vindicatio competit.
22. Tutor pecuniam pupillarem licito lucro ac fœnori non exponens, ipsemet usuras vel interesse pupillo refundere tenetur.
23. Nisi media, elocandi pecuniam pupillarem idonea, defecerint; Et cuinam hoc casu incumbat probatio?
24. Finitâ tutelâ vel curâ, minor nomina contracta agnoscere tenetur, nec horum periculum ad tutorem vel Curatorem pertinet.
25. Nisi tutoris vel Curatoris culpâ, in exigendo vel contrahendo, nomina inidonea facta fuerint.
26. Qvo casu pupillus vel minor culpam tutoris sive Curatoris probare debet.
27. Minor finitâ tutela vel curâ usuras pecuniæ elocatæ à debitore exigens, periculum nominis in se suscipit.
28. Bona minorum immobilia absq; sufficiente causa, ejusqve cognitione, & decreto Magistratus alienari neqveunt.
29. Sed absqve debitis solennitatibus alienata, à minore vindicari possunt, ipsiq; facta pretii refusione cum omni causa, sunt restituenda.
30. Nisi alienatio injusta bonorum minoris, lapsu qvinqvennii, post majorem ætatem, à die scientiæ, confirmata fuerit.
31. Approbatur qvoq; alienatio à minore, qvando major factus pretium accepit, aliudve ultrò fecit, qvo priorem contractum valere præsupponit.
32. Minor, prædium injustè, & absqve debitoris reqvisitis alienatum vindicans, defunctum reqvisitorum solennium qvando probare debeat.
33. Tutor potest emere rem pupilli, non ab ipso pupillo, sed à contutore aut judice, facta subhastatione rei pupillaris.
34. Minori competit electio, an contra tutores vel Curatores agere, an verò in integrum restitui, & bona, injuste alienata, revocare velit.
35. Heredes tutoris ex levi ipsius culpa non tenentur.
36. Beneficium ordinis tùm demum competit tutoribus, qvando ab ipsis facta est divisio.

37. Apocha

37. Apocha seu Qvittantia tutoris non liberat debitorem, qvo minus à minore, in solutione læso, conveniri qveat.
38. Nomen seu debitum, pecunia minoris factum, ad ipsum pertinet, licet tutor Creditor fuerit nominatus in Chirographo.
39. Non semper tria tutelæ onera vacationem præstant.
40. Tutor propriis sumptibus res pupilli administrare non tenetur, salarium tamen petere neqvit.
41. Excussis tutorum ac Curatorum facultatibus, actio subsidiaria etiamnum hodiè in Magistratum dari solet.
42. Pupillus apud matrem, qvæ ad secunda vota transiit, educari non debet.
43. Nisi cognita causa matri, Vitrico nubenti, educationis cura à Magistratu fuerit commissa.
44. Minor læsione probata restitutus, contra mutuum absolvitur, nisi Creditor pecuniam in utilitatem ejus versam docuerit.
45. Solutio facta pupillo, absq; decreto judicis non liberat debitorem, etiamsi tutoris autoritas intervenerit.
46. Judicialis Qvittatio non liberat debitorem pupilli, si non decretum judicis præcesserit.
47. Non impugnari potest solutio, tutori vel pupillo extrajudicialiter facta, si pecunia deperdita non sit.
48. Tutor, nomine pupilli qvando donare possit.
49. Ipsemet tutor donationem, de rebus pupilli factam, revocare neqvit.
50. Minor beneficio restitutionis per juramentum efficaciter renunciare potest.

Constit. XII.

Articulus 52. lib. 1. Juris Saxonici, de bonis avitis, sine consensu heredum non alienandis loqvens, num de simplici donatione tantum sit intelligendus?

Definit.

1. Bona in dubio pro avitis habentur.
2. Bona, ex permutatione pro bonis avitis acqvisita, non sunt avitâ.
3. Nec pretium ex bonis avitis redactum, in locum bonorum avitorum succedit.
4. Bona avita naturam ejusmodi bonorum admittunt, qvando ea frater à fratre per emptionem, aliumve titulum singularem acqvisivit.
5. Bona avita, sub pacto de Retrovendendo vendita, & postea reemta, non desinunt esse avita.
6. Ad donationem bonorum avitorum, etiam liberorum emancipatorum consensus reqviritur.
7. Nec Ususfructus bonorum avitorum, nec reditus annui sine consensu heredum validè donantur.
8. Pro dotalitio constituendo, bona avita, sine consensu heredum, donari possunt.
9. Liberi bona avita, absqve eorum consensu à patre alienata, possunt revocare.
10. Modò fiat revocatio intra annum & diem, & ante traditionem rerum donatarum.
11. De hodierna consuetudine corporis debilitas in foro Saxonico non vitiat donationem inter vivos.
12. Donatio, excedens 500. solidos, reqvirit insinuationem; & de qvibusnam solidis hoc accipiendum?
13. Donatio facta Ecclesiæ, vel ad alias pias causas, ultra 500. solidos, insinuationem qvoqve reqvirit.
14. Nec donatio jurata absqve insinuatione valet.
15. Valida est donatio reciproca seu remuneratoria absq; insinuatione judiciali.
16. Num Magistratus, merum habens imperium, coram seipso donationem insinuari facere qveat.
17. Insinuationis omissio eatenus solum vitiat donationem, qvatenus legitimam excedit summam.
18. Donatio rerum mobilium & Geradæ coram qvocunqve judice insinuari potest.
19. Donatio bonorũ immobilium in foro Saxonico non nisi coram judice, ubi bona illa sunt sita, facta, valet.
20. Donatio absenti facta, ejusq; nomine à tertio, absq; mandato tamen, acceptata, non valet, nec post mortem donatoris à donatario ratificari potest.
21. Valet donatio absenti facta, epistolâ vel nuncio interveniente, licet expressè non fuerit acceptata à donatario.
22. De jure Saxonico valet donatio rerum mobilium, à patre collata in filium familias.
23. Mater liberis suis res qvasvis validè donat.
24. In dubio donatio inter vivos censenda est, etiamsi mortis mentio fiat, aut executio in eventum mortis differatur.
25. Donatarius, defunctus ante donatorem, transmittit donationem ad hæredes suos, etiamsi horum mentio facta non fuerit.
26. Donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum, jure prorsus invalida est.
27. Universorum bonorum donatio illa solum invalida habetur, qvæ mobilia & immobilia, præsentia ac futura, jura & actiones expressè comprehendit.
28. Etsi donator solvendo non sit, donatarius tamen universorum bonorum à Creditoribus conveniri neqvit, nisi in casu hypothecæ constitutæ in rebus donatis.
29. Donatarius conveniri potest à Creditoribus donatoris, etiam Chirographariis, si in horum fraudem facta fuerit donatio.
30. Qvo tamen casu præcedere debet actio revocatoria.
31. Ob ingratitudinem donatio revocatur non nisi ex causis in l. ult. C. de Revoc. donat. expressis.
32. Ex supervenientia liberorum revocatur donatio, etiam rei singularis.
33. Renunciatio revocationis, à patre facta, non nocet liberis, qvò minus legitimam suam consequi possint.
34. Donatio remuneratoria non revocatur per supervenientiam liberorum.
35. Inofficiosæ donationes nec à liberis, nec à parentibus revocantur, si in remunerationem factæ fuerint.
36. Bona, in fraudem legitimæ à patre vendita & alienata, qvatenus à liberis revocari qveant.
37. Pater, non observata æqvalitate inter liberos, uni ex illis majorem bonorum suorum partem in subsidium sustentationis tradere potest, modo reliqvi inde legitimæ portionis jacturam non sentiant.
38. Pater à filiis repetere potest ea, qvæ dedit ipsis in subsidium paternum, zu einer väterlichen Hülffe.
39. Donatio ob causam, qvæ verbis expressa non est, revocari neqvit, etiamsi causa haut fuerit subsecuta.
40. Favorabilior est revocatio, qvæ fit ex supervenientia liberorum, qvàm qvæ ex causa ingratitudinis, ideoq; datur heredi, etiamsi donator nunqvam fuerit conqvestus.
41. Qvando donatio, facta ab eo, qvi jam tùm habebat liberos, revocetur per supervenientiam aliorum liberorum.

Constit. XIII.

Mulier Geradam viro num inter vivos donare possit?

Definit.

1. Donatio Geradæ marito facta, ne qvidem juramento Uxoris confirmata valet.

2. Re-

2. *Remuneratoria seu reciproca Geradæ donatio qvalis esse debeat, ut marito facta subsistat.*
3. *Remuneratio, si in tempus futurum mortis differatur, donatio Geradæ, marito facta, valida non est.*
4. *Donatio remuneratoria à marito in continenti, & in uno eodemq; actu donationis Geradæ fieri debet.*
5. *Mulier, remunerationis causâ Geradam marito donare volens, alterius Curatoris autoritate ad hoc opus habet.*
6. *Donatio Geradæ reciproca, non nisi in judicio, vel coram Notario, ab uxore marito facta, subsistit.*
7. *Ad validam donationem Geradæ remuneratoriam inter Conjuges, requiritur traditio Clavium, cum designatione rerum donatarum.*
8. *Reciproca Geradæ donatio inter Conjuges æqvivalens sit necesse est.*
9. *Vendere potest Uxor marito suo Geradam etiam in testamento.*
10. *Consensum Curatoris mulier, vendens Geradam marito, adhibere debet.*
11. *Venditio Geradæ, marito ab uxore minori pretio, qvàm reverâ valebat, facta, firma & valida est.*
12. *Venditionem Geradæ, marito factam, Uxoris defunctæ Cognata rescindere nequit ex beneficio L. 2. C. de rescind. vendit.*
13. *Maritus qvatenus Uxori res expeditorias donare valeat.*
14. *Donatio inter Virum & Uxorem non valet, licet in heredes donatarii collata fuerit.*
15. *Donatio inter Conjuges morte confirmatur usq; ad summam qvingentorum solidorum, si judicialiter insinuata non fuerit.*
16. *Uxor marito suo consensu Curatoris in judicio valide donare potest.*
17. *Investitura de bonis Uxoris immobilibus, seu Cessio possessionis facta marito in judicio (Gerichtliche Belehnung) non tribuit ipsi dominium, nec valet in vim donationis mortis causâ.*
18. *Reciproca seu remuneratoria donatio inter Conjuges valida est.*
19. *Donatio inter sponsum & sponsam jure subsistit, Unde & sponsa defuncta catenam morgengabicam, ceu rem, ad Geradam pertinentem, ad proximam cognatam transmittit.*
20. *Valet donatio inter Conjuges, in festo Nativitatis Christi celebrata,* (Was eines dem andern läßet zum heiligen Christ bescheren.)
21. *Maritus Uxori Geradæ nomine qvid donare non prohibetur.*
22. *Inter Conjuges Emptio-Venditio, aliivè Contractus celebrari possunt, modò Uxor alium adhibeat Curatorem.*

Constit. XIV.

Geradæ in præjudicium proximæ cognatæ alteri donari qvomodo possit?

Definit.

1. Geradæ per ultimam voluntatem aut donationem mortis causâ nequit alienari, ne qvidem in testamento, tempore pestis condito.
2. *Subsistit testamentum, de Geradâ factum, qvando proxima Cognata testatrici consentit.*
3. *Testamentum, extra Provinciam Saxonicam conditum, non valet qvoad Geradam, si testatrix mutato domicilio se conferat in Provinciam Saxonicam, ibiqve vita fungatur.*
4. *Valet donatio Geradæ, etiamsi donatrix ægrota in lecto decumbat.*
5. *Geradæ donationis titulo in alium transferri potest licet proximæ Cognatæ nil prorsus de hac relinqvatur.*
6. *Geradæ qvatenus absenti qveat donari.*
7. *Donatrix, reservans sibi usumfructum Geradæ, non tenetur præstare cautionem usufructuariam.*
8. *Factâ donatione Geradæ, nec retento usufructu, donatrix res, ad Geradam pertinentes, statim tradere tenetur donatario.*
9. *Qvænam sint requisita donationis Geradæ, in judicio facta; Et qvid, si judex post mortem demum donatricis donationem apud acta insinuari faciat.*
10. *Ultra consensum Curatoris requiritur etiam ad donationem Geradæ consensus mariti.*
11. *Curatoris præsentia præcisè requiritur, nec sufficit ad actum Donationis, alium qvempiam substitui à Curatore.*
12. *In designatione Geradæ non singulæ qvæq; res exprimi debent, sed sufficit, rebus qvibusdam enumeratis, clausulam subjici generalem, universam Geradam denotantem.*
13. *In specificatione Geradæ qvicqvid expressum reperitur, donatum videtur, licet non sit res ad Geradam pertinens.*
14. *Designatio Geradæ omitti potest, qvando donatio facta in præsentia rerum donatarum.*
15. *Qvænam sint requisita donationis Geradæ extrajudicialis; & num hac tempore pestis qvoqve necessario observari debeant?*
16. *Traditio clavium necessaria non est, qvando res ad Geradam pertinentes realiter traduntur.*
17. *Ad donationem Geradæ coram Notario & testibus, necessarius non est consensus alicujus Curatoris ad litem.*
18. *Donatio rei particularis, ad Geradam pertinentis, absq; requisitis solemnibus facta valet.*
19. *Donatio Geradæ revocatur ipso jure ex superveniente filia.*
20. *Non tamen revocatur donatio Geradæ reciproca seu remuneratoria per supervenientiam filiæ.*
21. *Gerada, donationi omnium bonorum inclusa, validè non donatur.*
22. *Inter Geradam, qvæ defunctâ muliere ad proximam ejus Cognatam devolvitur, qvæq; defunctô marito ad Uxorem superstitem pertinet, præterqvam circa oves, nulla est differentia.*
23. *Fœtus ovium, post mortem mariti, ante tamen divisionem editi, indistinctè, sive masculini, sive fœminini sint sexus, Viduæ cedunt, ut & lana nondum detonsa vel decerpta.*
24. *Inter Geradam mulierum Nobilium & plebejarum nulla est differentia præterqvam circa Oves, Anseres, Anates, & Currum.*
25. *In dijudicandis rebus, ad Geradam pertinentibus, cujusq; loci Consvetudo, & mulieris possessio attendi debet.*
26. *Catenæ, armillæ, aliavè res similes, in Uxoris possessione repertæ, ad Geradam pertinent, licet ambo Conjuges illis usi fuerint.*
27. *Bona utensilia si ante Uxoris obitum ad Virum perveniant, naturam suam mutant, & hereditaria fiunt.*
28. *Mundus muliebris, in possessione mulieris repertus, ad Geradam pertinet, licet eô mulier ad ornatum usa non fuerit.*
29. *Res hereditariæ, ad ornatum vel usum Uxori à marito concessæ, defuncto eo, si in possessione Uxoris reperiantur, pro Geradâ habentur.*

30. *Res, à marito Uxori ad usum & ornatum concessæ, haud pro Gerada habentur, si in mulieris possessione non reperiantur.*
31. *Bona, qvæ Uxor non usus proprii causâ, sed tanqvam mercatrix aut Creditrix possidet, non habentur pro bonis utensilibus, nec ad proximam Cognatam pertinent.*
32. *Pannus precios us, ad vestimenta muliebria nondum incisus, ad Geradam non pertinet.*
33. *Currus, qvo mulier vecta fuit, qvando inter Nobiles ad Geradam referatur?*
34. *Eqvi Currules ne qvidem apud Nobiles pro Geradâ habentur.*
35. *Ahenum & Caldarium* (Waschkessel und Braupfanne/) *qvatenus ad Geradam pertineant?*
36. *Ut & mantelia sive strophiola, Pelves & Candelabra* (Tellertüchlein/ Becken und Leuchter.)
37. *Lecti in diversorio publico Geradæ non accensentur.*
38. *Nec Spondâ* (Spanbetten) *inter res Geradicas referuntur.*
39. *Linum & Cannabis* (Flachs und Hanff) *qvatenus ad Geradam pertineant?*
40. *Tapeta* (Teppiche und Tappisserey) *qvænam bonis utensilibus sint connumeranda?*
41. *Pulvinaria & Culcitræ, qvibus scamna & sellæ insternuntur,* (Banckpfüel und Stuelküssen) *qvatenus ad Geradam pertineant?*
42. *Geradæ connumerari non debent Cochlearia argentea, & cantharus puerperæ, nec collaria catellorum* (Silberne Löffel / Wochenkanne/und des Hundes Halsband.)
43. *Bonorum utensilium nomine non comprehenduntur annuli signatorii, & bullæ aureæ qvæ infantibus affiguntur* (Petschafftringe und Schaugroschen) *multò minùs munuscula, qvæ à susceptoribus in baptismate offeruntur* (Patengeld.)
44. *Pacificalia qvatenus ad Geradam pertineant, & qvid habendum de dentibus luporum argento inclusis* (Wolffszähne in Silber eingefasset.)
45. *Aurei incurvati,* (Gekrümmete Goldgülden) *baccæ Coralii,* (Corallenkörner) *Uniones seu margaritæ* (Perlen) *qvando inter bona utensilia referantur?*
46. *Arrha sponsalitia Sponso data* (Mahlschatz) *& Corona, qvâ sponsus coronatus ad copulam sacerdotalem incedit* (Bräutigams-Krantz) *non pertinent ad Geradam.*
47. *Qvalus* (Laugenkorb) *bonis utensilibus accenseri non debet.*
48. *Libri mulieris qvinam ad Geradam pertineant?*
49. *Mortuâ Uxore in conjugio qvasnam species de Gerada marito superstiti Cognata relinqvere teneatur: Et num etiam Conopæum* (den Vorhang) *unà cum lecto?*
50. *Uxor vel Cognata, accipiens Utensilia defuncti mariti vel Cognatæ, heredibus nil prorsus de hisce relinqvere tenetur.*
51. *Ex peculiari Statuto Lipsiensi, mortuâ in matrimonio Uxore, hujus Cognatæ nomine utensilium, non nisi certæ qvædam species & qvænam deferuntur, reliqvis Geradæ rebus superstiti marito relictis.*
52. *Non obstante hoc statuto, filiæ defunctæ Geradâ proximæ Cognatæ defertur, nihilo de hâc patri relicto.*
53. *Statuto Lipsiensi, de Niftelgerada disponente, non gaudent forenses & extranei, qvi non sunt incolæ & cives urbis illius.*
54. *Gerada defertur secundum Statuta & consuetudinem loci, ubi defuncta habuit domicilium.*
55. *Ad Geradam ab aviâ relictam, Neptes unà cum filiabus in stirpes admittuntur.*
56. *Mulieres solummodò, per lineam fœmininam descendentes, in Gerada succedunt.*
57. *In Successione Geradæ sola Cognatio attenditur, non habitâ ratione agnationis, vel pluralitatis vinculorum.*
58. *Filia qvoq; spuria matri naturali in Gerada succedit.*
59. *Virgo Vestalis de jure qvoq; Saxonico succedit in Gerada.*
60. *Clericus matri in Gerada succedit, non etiam filiæ aut sorori, multò minus uxori prædefunctæ.*
61. *Deficientibus Cognatis fœminini Sexus, tàm ex linea recta, qvàm transversali, Gerada defertur judici, cui merum competit imperium.*
62. *Æs alienum mariti, Vidua ne qvidem in subsidium de Gerada solvere tenetur, etiamsi Geradæ nomine contractum fuerit.*
63. *Nec bona utensilia, à marito oppignorata, Viduæ in Gerada succedens, sed heredes mariti luere debent.*
64. *Utensilia tamen, à marito pro pretio venditori, vel cum consensu Uxoris oppignorata, aut in fraudem creditorum comparata, Viduæ in subsidium luere tenetur.*
65. *Debita mulieris defunctæ proxima Cognata, deficientibus demum bonis hereditariis, in subsidium saltem de Gerada exsolvere obstricta est.*
66. *At, si Geradæ nomine debita mulieris fuerint contracta, ea Cognata proxima indifferenter de Gerada solvit; etiamsi alia bona hereditaria supersint.*
67. *Geradam qvoq; à muliere defunctâ oppignoratam, proxima Cognata luere debet.*
68. *Nisi in communem rei familiaris usum Gerada à muliere fuerit oppignorata, qvo casu redemptio ejus incumbit heredibus.*
69. *Tutor qvando absq; decreto Magistratus pupillæ Geradam patri vel extraneo vendere & alienare valeat?*
70. *Pater filiæ suæ Geradam absq; autoritate Magistratus vendere non potest, nisi hæc servando servari neqveat.*

CONSTIT. XV.

Mulieres an & qvaliter cum consensu & autoritate Curatorum, vel absqve eo contrahere possint.

Definit.

1. *COntractus mulieris, sine consensu Curatoris initus, ipso jure nullus est, etiamsi juramento fuerit firmatus.*
2. *Qvicqvid ex obligatione, absq; Curatoris consensu contractâ, mulier solvit, tanqvam indebitè solutum repetere potest.*
3. *Mulier sine Curatore super debito, sibi soluto, qvittantiam facere, ac debitorem suum liberare neqvit.*
4. *Contractum, absq; Curatore celebratum, etiam post mortem matris, ipsius heredes impugnare possunt.*
5. *Contractus mulieris, sine Curatore initus, ne qvidem ex diuturnitate temporis decennalis convalidatur.*
6. *Mulier, habens domicilium in terris Saxonicis, extra territorium Saxonicum absq; Curatore validè potest contrahere.*
7. *Fidejussor, intercedens pro muliere sine Curatore contrahente, efficaciter obligatur.*

8. *Mu-*

8. *Mulier sine Curatoris consensu cum patre vel liberis validè contrahere, filiúsq; donare potest.*
9. *Illustris mulier, habens Regalia, absq; Curatore validè contrahit.*
10. *Mulier absq; consensu Curatoris non solum testari, sed & mortis causâ donare potest.*
11. *Absq; Curatoris qvoq; autoritate mulier pacta dotalia facere, in iúsq; certam dotem constituere potest.*
12. *Ad impetrationem Aresti adversus debitorem suum, mulier Curatore opus non habet.*
13. *Mulier dolosè contrahens obligatur, etiamsi non habuerit Curatorem.*
14. *Ex contractu mutui efficaciter obligatur mulier, etiam sine Curatore.*
15. *Qvatenus mulier mobilia sua absq; Curatore alienare valeat.*
16. *Mulier mercatrix sine Curatore hypothecam ratione mercaturæ constituere potest.*
17. *Subsistit contractus, sine Curatore celebratus, qvando mulieri est utilis.*
18. *Contractus mulieris, in præsentia Agnatorum initus, subsistit, licet Curator non intervenerit.*
19. *Mulier nupta seu maritata solo mariti consensu, absq; alterius Curatoris autoritate, efficaciter contrahere, bonaq; immobilia alienare valet.*
20. *Contractus, à marito de bonis Uxoris, consensu ipsius celebratus, jure subsistit.*
21. *Fundum dotalem mulier absq; Curatore vendere, aliovè modo alienare neqvit, etiamsi maritus consentiat.*
22. *Mulier etiam nupta sine Curatore hereditati renunciare, ac super divisione hereditatis Qvietationem facere neqvit, licet aliàs solius mariti consensu debitorem suum liberare valeat.*
23. *Uxor, contrahens cum marito suo, alterius Curatoris autoritatem adhibere debet.*
24. *Mulier maritata in mariti commodum contrahens, alio Curatore opus habet.*
25. *Uxor bona sua immobilia absq; consensu mariti alienare neqvit, licet adhibeat autoritatem Curatoris.*
26. *Curator generalis ad omnem causam ab eo judice datur, cujus jurisdictioni subjectus est, qvi Curatorem petit.*
27. *Ad certam verò causam datur Curator ab eo judice, ad qvem causæ illius cognitio spectat.*
28. *Fœmina qvoq; absenti Curator dari potest.*
29. *Dato Curatore ad omnes generaliter causas, desinit Curatela primi Curatoris ad certam litem dati.*
30. *Autoritas Curatoris in ipso actu intervenire debet, post tempus verò interposita nihil operatur.*
31. *Nisi in continenti, antequam partes ad actum extraneum revertantur, autoritas fuerit adhibita.*
32. *Subsistit contractus mulieris absq; Curatore celebratus, siis, qvi actui interfuit, à judice posteà Curator confirmetur.*
33. *Mulier, intervenientе Curatore contrahens, si læsa fuerit, Curatorem convenire, nec restitutionem in integrum petere valet.*
34. *Curator, consentiens mulieri contrahenti, sibi non præjudicat, neq; ex contractu mulieris obligatur.*
35. *Res immobilis, absqve Curatore vendita & alienata, non mulieri, sed emptori perit.*
36. *Inebriatus ad mentis usqve alienationem, contrahens non obligatur, & qvomodo ebrietas probetur.*
37. *Prodigus, cui bonis à Magistratu interdictum est, absq; Curatore contrahere neqvit.*
38. *Curator nomine mulieris nil firmiter agit, nisi mulier ipsa præsens sit, & consentiat.*

CONSTIT. XVI.

Intercessio vel renunciatio à muliere facta, cum consensu mariti vel alterius Curatoris, num valeat, etiam non jurata?

Definit.

1. *Renunciatio mulieris, pro marito intercedentis, sicuti in dote & dotalitio, ita & in donatione propter nuptias efficax non est, nisi fuerit jurata.*
2. *Ex constituto mulier haud efficaciter obligatur pro marito, si non mediante juramento debitum in se susceperit.*
3. *Nec valet Constitutum Viduæ, debitum mariti, jam defuncti, absq; juramento in se suscipientis.*
4. *Mulier correa debendi non tenetur pro marito, nisi beneficio divisionis juramento renunciaverit.*
5. *Renunciatio mulieris Illustris, facta sub dignitatis splendore,* (Bey Fürstl. oder Gräflichen Ehren / Treuen und Glauben / etc.) *non æqvipollet renunciationi jurátæ.*
6. *Renunciatio mulieris facta sub promissione fidei,* (An Eydes-statt und beym Wort der ewigen Warheit) *non habetur pro juratá & valida renunciatione, nisi addantur verba:* So wahr ihr Gott helffe.
7. *Efficaciter mulier pro marito absq; juramento intercedit, etiam qvoad res dotales, iis in locis, ubi hoc moribus introductum est.*
8. *Valida est in civitate Lipsiâ, etiam qvoad res dotales, intercessio mulieris pro marito haud jurata, ex peculiari Statuto; Qvod tamen locum non habet in Constituto.*
9. *Valet renunciatio mulieris, pro marito intercedentis, etiam in rebus dotalibus, absq; juramento, morte confirmata.*
10. *Mulier pro marito intercedens, absq; juramento efficaciter obligat bona paraphernalia, modò sit majorennis, ac in judicio, Curatore interveniente, SCto Vellejano renunciet.*
11. *Bona Uxoris, ad maritum apportata, in dubio non dotalia, sed paraphernalia habentur.*
12. *Renunciatio ac intercessio mulieris pro marito valida, in terris Electoratus Saxonici ei indistincte nocet, etiamsi maritus nulla alia bona habeat, ex qvibus mulieri satisfieri qveat.*
13. *Neq; ob læsionem enormissimam rescindenda est renunciatio ac intercessio mulieris pro marito facta, ex capite restitutionis in integrum.*
14. *Extra Saxoniæ tamen Electoratum renunciatio hypothecæ mulieri non obest, si maritus solvendo non sit, nec ei de bonis illatis aliunde satisfieri qveat.*
15. *Renunciatio hypothecæ facta generaliter uni Creditori, non præjudicat mulieri qvoad alios Creditores.*
16. *Facta renunciatione tertio Creditori, causa intermedii Creditoris melior non efficitur in concursu Creditorum, sed tertius in locum mulieris renunciantis succedit.*
17. *Mulier non pro marito, sed pro extraneo intercedens, absq; juramento obligatur, etiam qvoad bona dotalia.*

18. *Renunciatio mulieris, in domo judicis, extra locum judicii facta, valida non est.*
19. *Non valet renunciatio ac intercessio mulieris, nisi prius de beneficio SCti Vellejani certiorata, ei expressè renunciaverit.*
20. *Renunciatio mulieris, pro marito facta, non præjudicat mulieri qvoad bona alia, marito nunqvam illata.*

CONSTIT. XVII.

Generalis renunciatio fidejussores à beneficiis, ipsis competentibus, an excludat?

Definit.

1. *REnunciatione generali nemo excluditur à beneficiis fidejussorum, etiamsi omnibus ac singulis juris ac legum beneficiis, qvæ fidejussoribus competere possunt, renunciaverit.*
2. *Expresso uno vel altero beneficio generalis renunciatio qvoad reliqva omnia effectum sortitur, sive præcesserit, sive subsecuta fuerit renunciationem specialem.*
3. *Generalis renunciatio annexa speciali tum demum effectum sortitur, si in specie fidejussorio alicui beneficio fuerit renunciatum.*
4. *Non præjudicat fidejussoribus renunciatio beneficiorum, de qvibus in specie non fuerunt certiorati.*
5. *Fidejussio jurata absq; renunciatione etiam speciali, excludit beneficia, fidejussoribus aliàs competentia.*
6. *Fidejussor renuncians juribus, specialem renunciationem reqvirentibus, non prohibetur uti beneficiis fidejussoriis, nullo horum specialiter in renunciatione expresso.*
7. *Fidejussor indemnitatis gaudet beneficio excussionis, etiamsi huic expressè renunciaverit.*
8. *Non nocet fidejussori renunciatio beneficiorum, si aliud inter contrahentes actum appareat.*
9. *Verba hæc:* Sämptlichen und sonderlich/ einer vor alle/ und alle vor einen/ *addita fidejussioni, non excludunt beneficium divisionis.*
10. *Fidejussio ac renunciatio beneficii divisionis, in qvantum noceat fidejussori, qvando ad fidejubendum & renunciandum dolo fuerit inductus.*
11. *Creditor, ab uno ex pluribus fidejussoribus, qvi divisionis beneficio renunciarunt, virilem portionem recipiens, deinceps reliqvos non nisi pro ratâ convenire potest.*
12. *Socii in solidum semper sunt obligati, nec gaudent beneficio divisionis.*
13. *Correis tamen debendi, ad exemplum fidejussorum beneficium divisionis competit.*
14. *Correo debendi, qvi totum solvit debitum, etiam non factâ cessione, datur actio adversus correum pro repetitione partis.*
15. *Fidejussori verò solventi solidum, absq; actionum cessione, nulla alia competit actio adversus confidejussores.*
16. *Post solutionem tamen factam, cessio à Creditore adhuc commodè fieri potest, licet eam fidejussor ab initio petere neglexerit.*
17. *Fidejussori solventi Creditor actiones cedere tenetur, etiamsi is beneficio cedendarum actionum renunciaverit.*
18. *Ejus partis nomine, qvæ ipsum fidejussorem solventem contingit, actio cedenda non est.*
19. *Fidejussor, conventus à confidejussore, beneficio divisionis uti potest, nisi huic expressè renunciaverit.*
20. *Uno ex pluribus fidejussoribus solvendo non existente, damnum hoc reliqvis confidejussoribus omnibus, pro ratâ, accrescit.*
21. *Electo uno ex confidejussoribus, reliqvi per id non liberantur, priusqvam à fidejussore convento debitum plenariò fuerit solutum.*
22. *Creditor non tenetur cedere fidejussori jus suum, anteqvam totum debitum fuerit solutum.*
23. *Fidejussor damna & expensas à confidejussoribus qvatenus repetere possit.*

CONSTIT. XIIX.

Fidejussor obligans se tanqvam principalem, an beneficium excussionis amittat?

Definit.

1. *EX promissione fidejussionis ac persvasione de mutuo dando pecuniam alteri nemo potest tanqvam fidejussor conveniri.*
2. *Etiam constitutori datur exceptio ordinis, nisi is animo novandi debitorem se constituerit.*
3. *Competit beneficium excussionis fidejussori, etiamsi cautioni fidejussoriæ addita fuerit clausula:* (Alles treulich/ sonder arge List/ und ohne Gefährde.)
4. *In Processu etiam executivo opponere potest fidejussor beneficium excussionis & divisionis.*
5. *Delegans pro delegato se solvturum promittens, non gaudet beneficio excussionis.*
6. *Fidejussor, fraudulenter negans fidejussionem, convictus postea mendacii, non juvatur beneficio excussionis.*
7. *Cessat beneficium excussionis inter mercatores.*
8. *Non datur beneficium ordinis ei, qvi pro muliere fidejussit.*
9. *Qvi pro Principe, Fisco, vel Communitate fidejussit, non valet opponere exceptionem discussionis.*
10. *In Correis debendi qvando locum habeat beneficium excussionis.*
11. *Cessat qvoq; beneficium ordinis, qvando debitor principalis est absens, fugitivus, aut latitat.*
12. *Non juvabitur beneficio excussionis fidejussor, qvando inter contrahentes hoc actum appareat, ut Creditori fas sit, fidejussorem statim convenire.*
13. *Fidejussor succedens debitori principali, non juvatur beneficio ordinis, nec inventarii, sed ultra vires etiam hereditatis tenetur.*
14. *Locum non habet exceptio ordinis, qvando bona debitoris extra territorium, in locis longè remotis, sunt sita.*
15. *Non competit beneficium excussionis fidejussori, qvando debitor notoriè non est solvendo, qvod aliàs Creditor probare debet.*
16. *Nomina debitoris, particulariter & distinctis terminis solvenda,* (uff Tagezeiten) *qvatenus cessare faciunt beneficium excussionis.*
17. *Beneficium excussionis locum etiam habet in actione hypothecariâ contra tertium possessorem instituta.*
18. *Excussionis tamen beneficio non gaudet possessor fundi Creditori specialiter hypothecati.*
19. *Qvi sciens rem, alii hypothecatam, emit, non habet beneficium exceptionis haud excussi debitoris.*
20. *Non juvatur beneficio excussionis possessor, hypothecariâ conventus, qvando debitor est absens, nec facilè potest conveniri.*
21. *Licet res, Creditori hypothecata, ad qvartum, vel qvintum possessorem pervenerit, Creditor tamen*

non nisi debitorem suum excutere debet, si hypothecariâ agere velit.

22. *Fidejussor conveniri neqvit, anteqvam pignus excutiatur, nisi in pignore distrahendo difficultas aliqva subsit.*

23. *Pactum debitoris principalis proficit etiam fidejussori.*

CONSTIT. XIX.

Termino solutionis debitori prorogato, num liberentur fidejussores?

Definit.

1. *Fidejussor ex solutionis prorogatione, debitori se inscio factâ, non liberatur.*

2. *Usuras tamen, seu interesse prorogatæ solutionis fidejussor haudqvaqvam solvere tenebitur.*

3. *Liberatur fidejussor, si ipso inscio prorogata fuerit obligatio, puta, ex causâ factæ reconductionis.*

4. *Qvo tamen casu fidejussor obligatus manet pro eo, qvod ex prima locatione debetur.*

5. *Prorogatio mutui, inscio fidejussore facta, non liberat ipsum à restitutione sortis.*

6. *Ex solutionis prorogatione liberatur fidejussor, si contra ulteriorem obligationem, post terminum elapsum, expressè protestatus fuerit.*

7. *Nisi hoc casu fidejussor intra tres menses à die solutionis faciendæ interpellatus fuerit, aut in prorogationem consenserit.*

8. *Fidejussor, pro reo simpliciter receptus, tenetur qvoqve ad usuras, in stipulationem deductas, nisi eas expressè exceperit.*

9. *Fidejussio, in duriorem causam facta, non in totum est inutilis; sed saltem qvatenus metam obligationis principalis excedit.*

10. *Creditor à debitore, donec solvendo esse desinat, creditum petere cessans, vel causa cadens, illud postea à fidejussore exigere neqvit.*

11. *Electio debitoris factaq; cum eo super solutione debiti transactio, non liberat fidejussores, anteqvam satisfiat creditori.*

12. *Qvatenus fidejussor propter periculum executionis, imminens ante solutionem, adversus debitorem ad liberationem agere possit?*

13. *Fidejussor summariè excussus, contra debitorem principalem & confidejussores summariam consequitur executionem.*

14. *Hodiè Novatio facta non intelligitur, nisi hoc expressè inter contrabentes agatur, qvod priorem obligationem novare velint.*

15. *Non tollitur hypotheca, nec liberantur fidejussores, in qvâ alii dati sunt fidejussores, nisi hoc expressè fuerit dictum.*

16. *Delegatio, perinde ac Novatio, hodiè aliter valida non est, qvam si verbis expressum, qvod animo novandi delegatio fuerit interposita.*

17. *Nec in stipulatione, nec acceptilatione, solennia interrogationis & responsionis hodiè necessario sunt observanda.*

CONSTIT. XX.

Fidejussoria obligatio qvando transeat ad heredes?

Definit.

1. *IN foro qvoqve Saxonico fidejussoris heredes obligantur, etiamsi horum in fidejussione haud facta fuerit mentio.*

2. *Transit in heredes obligatio fidejussoria, licet huic inserta fuerit dictio taxativa, puta: Ut ipse fidejussor* solus, tantùm, duntaxat *tenetur.*

3. *Ex fidejussoris heredibus, excusso demum debitore principali, qvilibet pro ratâ tenetur, non in solidum.*

4. *Consvetudini loci alicujus: Ne heredes ex obligatione fidejussoriâ teneantur, derogari potest conventione partium contrahentium expressâ.*

5. *Obligatio fidejussoria in heredes non transit, si expressè convenerit, ut in locum defuncti fidejussoris alius fidejussor substituatur.*

6. *Etiamsi fidejussor post moram decesserit, heredes tamen non erunt efficaciter obligati in casu, qvo conventum fuit, ut in locum defuncti fidejussoris alius subrogetur.*

7. *Heredes fidejussoris defuncti non tenentur ultra vires hereditarias.*

8. *Ex Collegio opifex neqvaqvam removendus propterea, qvod nolit pro Collegis fidejubere.*

9. *Ex fidejussione obligatus est, qvi sigillatione & subscriptione suâ approbavit instrumentum, in qvo debitor fatetur, se fidejussorem ipsum dedisse,* daß er ihn zu einem Bürgen vermocht.

10. *Nuda commendatio vel promissio solutionis non habetur pro fidejussione.*

11. *Mandatarius excedens fines mandati, conveniri potest à mandante ad damni restitutionem.*

12. *Tenetur qvoqve mandatarius contrahenti secum ad restitutionem interesse, si fines mandati excesserit.*

13. *Mandans tenetur mandatario ad restitutionem ejus qvod ex causâ mandati ipsi abest, modò culpa mandatarii non intervenerit.*

14. *Institor, contrahens nomine sui principalis, officio deposito, pro domino non tenetur.*

CONSTITUTIO XXI.

Num valeat pactum, qvo debitor, sive vir sit sive mulier, ad carcerem vel arestum se obligat?

Definit.

1. *VAlet obligatio ad carcerem, ita tamen, ut debitor, vel saltem prius extrajudicialiter reqvisitus, solutione non factâ, per Magistratum capiatur.*

2. *Debitor, ad carcerem obligatus, absq; præcedente bonorum excussione, capi & incarcerari potest.*

3. *Debitor, ex pacto incarceratus, non dimittitur sub cautione, nisi eam Creditor lubens acceptaverit.*

4. *Creditor petens executionem in bona debitoris, non recedit à pacto de incarcerando debitore, sed eundem etiamnum incarcerari facere potest.*

5. *Creditor debitori, ad carcerem obligato, non tenetur præstare cautionem de refundendo, si vel adversâ valetudine comprimatur, vel alioqvin detrimenti qvid capiat.*

6. *Debitor ægrotus è carcere dimittendus est, ut curam sui habeat.*

7. *Debitor ex pacto pro certo aliqvo debito incarceratus, pro alio debito in carcere retineri non debet.*

8. *De jure communi, ut & in foro Saxonico, fœmina debitrix ne qvidem ex pacto incarcerari potest.*

9. *Qvatenus in terris Electoratus Saxonici fœmina debitrix ex pacto ad carceres obligetur.*

10. *Obligatio ad carceres personalis est, & ad heredes non transit.*

CONSTITUTIO XXII.

De pœna carceris publici, in debitores non solvendo existentes statutâ.

Definit.

1. *IN foro Saxonico, extra Provincias tamen Electoratus, debitor, non solvendo existens, etiamnum hodiè ad manus Creditoris tradi solet.*
2. *In Electoratu Saxoniæ debitor obæratus non traditur ad manus creditoris, sed propter debitum liqvidum conjicitur in carcerem publicum,* (in Schuld-Thurm.)
3. *Decoctor vel debitor obæratus non nisi à judice competente incarcerari potest.*
4. *Incarcerationem debitoris obærati præcedere debet excussio bonorum.*
5. *Carceri publico haud mancipandi sunt debitores, qvi absq; suâ culpâ fortunæ vitio, non solvendo facti fuere.*
6. *Creditores pœnam carceris publici decoctoribus remittere possunt.*
7. *Debitor, qvi à judice vel solvere, vel de solutione creditori cavere jussus, neutrum præstare valet, pro excusso habetur, & incarcerari potest.*
8. *Ipsa decoctoris carceratio ad deminuendum debitum taxari neqvit, nec liberatur debitor è carcere, priusqvam Creditoribus satisfecerit.*
9. *Debitor, ob æs alienum incarceratus, non dimittitur, anteqvam unà cum sorte interesse qvoq; solverit.*
10. *Non liberatur debitor incarceratus ante factam solutionem, invito Creditore, etiamsi à Principe salvum conductum obtinuerit.*
11. *De jure communi debitor obæratus, ex statuto incarcerandus, cessione bonorum se tueri potest.*
12. *In Electoratu Saxoniæ debitor obæratus per cessionem bonorum à carcere publico se liberare neqvit.*
13. *Nisi creditores cessionem bonorum semel acceptaverint.*
14. *Non juvatur cautione juratoriâ debitor obæratus adversus carcerem publicum.*
15. *Debitor incarceratus, offerens cautionem fidejussoriam, vel pignoratitiam, ex carcere dimittendus est.*
16. *Debitor obæratus offerens solutionem particularem, vel nomina, particulariter, & distinctis terminis solvenda* (Erbe- oder Tagezeit-Gelder) *qvatenus ab incarcerationis pœna sit exemptus.*
17. *Creditor ad incarcerationem agere non potest adversus debitorem, cum qvo sciens, qvod solvendo non esset, contraxerit.*
18. *Ob æs alienum neqveunt incarcerari, nec mancipari ad manus Creditorum, personæ illustres, nobiles, aliavè in dignitate constitutæ.*
19. *Mulier obærata, ne qvidem in Provinciis Electoratus Saxonici, carcere publico est punienda.*
20. *In foro Saxonico hæres pro debito defuncti carceri publico mancipari neqvit.*
21. *Creditor petens debitorem incarcerari, in terris Electoratus Saxonici, non tenetur præstare cautionem de indemni eo servando.*
22. *Debitor incarceratus cujusnam sumptibus & expensis sit alendus in carcere.*
23. *Debitores vitio fortunæ, & absq; suâ culpâ haud solvendo existentes, infames non sunt, nec ab officio publico removendi.*
24. *Incarceratio debitoris obærati non tribuit jus pignoris aut prioritatis in concursu Creditorum.*
25. *Decoctoris bona Creditoribus sunt communia, salvo tamen cujusq; jure prioritatis.*
26. *Debitor obæratus, à carcere publico exemtus non est propterea, qvod sit forensis & advena.*
27. *Major pars Creditorum paciscentium cum debitore, eiq; debiti qvotam remittentium, reliqvos etiam Chirographarios pro rata obligat.*
28. *Non nocet pactum plurium Creditorum, debiti partem remittentium, hypothecariis, iisq; Creditoribus, qvi aresta in bonis debitoris obtinuerunt.*
29. *Dilatio qvinqvennalis, à majori parte Creditorum debitori concessa, impedit etiam hypothecarios & arestantes, qvo minus durante dilatione debitorem molestare qveant.*
30. *Obstagia tàm in imperio Romano, qvam foro Saxonico hodie sunt abrogata & prohibita.*
31. *Valet tamen etiamnum hodiè pactum, qvo debitor, si in solutione cesset, se in certo loco staturum, & anteqvam Creditori satisfactum sit, ab illo non recessurum promittit.*

CONSTIT. XXIII.

Pignoratio bonorum allodialium immobilium jure Saxonico ut valeat, num coram illo Magistratu, sub cujus jurisdictione sita sunt, eam fieri necesse sit?

Definit.

1. *BOna immobilia in foro Saxonico absq; consensu Magistratus sive judicis efficaciter oppignorari non possunt, ne qvidem à Nobilibus, & illustribus personis.*
2. *Nec inter Mercatores valida est oppignoratio rerum immobilium extrajudicialis.*
3. *Annui reditus in foro Saxonico non nisi judicialiter validè oppignorantur.*
4. *Non impedit juramentum debitoris, de non ulterius oppignorando bona immobilia, qvo minus hypotheca posterior judicialis præferatur hypothecæ extrajudiciali.*
5. *Oppignoratio bonorum immobilium, extrajudicialiter licet facta, heredes tamen debitoris obligat.*
6. *Immobilia judici ipsi, & rursus ab ipso judice sine consensu Superioris rectè oppignorantur.*
7. *Jura ac Nomina in foro etiam Saxonico, absq; insinuatione judiciali, efficaciter oppignorantur.*
8. *Pignus judiciale, in rebus immobilibus constitutum, à Creditore alii cuidam, sine novâ judiciali insinuatione, pignori dari potest.*
9. *Hypotheca rerum mobilium extrajudicialis seu conventionalis anterior præfertur aresto & hypothecæ judiciali posteriori in foro Saxonico, contra l. scripturas. 11. C. qvi pot. in pign.*
10. *Hypotheca generalis rerum mobilium comprehendit etiam mobilia ac nomina, in alieno territorio existentia.*
11. *Non trahenda est hypotheca generalis ad res mobiles, qvæ post mortem debitoris hereditati accesserunt.*
12. *Creditori datur persecutio bonorum mobilium, sibi oppignoratorum, adversus tertium possessorem.*
13. *Mercibus tamen in tabernâ oppignoratis, ac posteà singulatim venditis, Creditor adversus emptorem hypothecariâ experiri neqvit.*
14. *Valida est hypotheca bonorum immobilium, coram testibus aut in instrumento constituta, etiam in terris Electoratus Saxonici, non ut hypothecæ judiciali, sed*

ſed ſolùm Chirographariis & areſtantibus præferatur.

15. *Creditores, in poſſeſſionem bonorum debitoris immiſſi, non præferuntur iis, qvibus anterior hypotheca extrajudicialis coram teſtibus fuit conſtituta.*

16. *Valet pignus in re immobili venditâ, pro reſiduo pretii retentum, citra judicis conſenſum, etiam in foro Saxonico.*

17. *Non juvat venditorem Lex pignoris, ob pretium non ſolutum contractui venditionis, jam perfecto, ex intervallo extrajudicialiter appoſita.*

18. *Feudo vendito, non valet hypotheca pro reſiduo pretii, venditori, abſq; ſpeciali conſenſu Domini, reſervata.*

19. *Abſq; ſpeciali reſervatione hypothecæ, ne qvidem rusticis competit pignus in rebus venditis pro pretio.*

20. *Oppignorari debent in foro Saxonico bona immobilia coràm judice, ſub qvo immediatè ſita ſunt, nec valida efficit hypothecam conſenſus domini ſuperioris.*

21. *Bonorum immobilium oppignoratio fieri debet coram eo judice, qvi jurisdictionem habet inferiorem.*

22. *Ad oppignorationem bonorum Emphyteuticorum vel cenſiticorum, utriusq; tàm judicis ordinarii, qvàm dominii directi conſenſus eſt adhibendus.*

23. *Hypotheca bonorum immobilium judicialis non ſubſiſtit, niſi ipſemet debitor verbis expreſſis conſenſum judicis ad hanc imploraverit.*

24. *Conſenſus Domini vel judicis, ſuper hypothecâ feudi vel fundi ad tempus certum præſtitus, tempore elapſo extingvitur.*

25. *Magiſtratus conſentiens hypothecæ ad certum tempus, reſervato ſibi vel debitori jure reluendi, tacitè conſenſum prorogare videtur, ſi finito tempore non reluantur bona hypothecata.*

26. *Magiſtratus ob præſtitum conſenſum, in oppignoratione bonorum, pluribus Creditoribus factâ, nullâ ratione tenetur, licet bona omnibus non ſufficiant.*

27. *Competit tamen actio ad intereſſe adverſus Magiſtratum Creditori, pecuniam aliàs non creditуro, hypothecam falsò idoneam affirmantem.*

28. *Creditor in alienationem pignoris conſentiens, illud debitori remiſiſſe videtur.*

29. *Creditor generalem & ſpecialem hypothecam ſimul habens, prius ſpecialem excutere tenetur, antequam generali utatur.*

30. *Hypothecarius, cui generalis conſtituta eſt hypotheca, non poteſt reliqvis Creditoribus præjudicare in ſpeciali hypotheca, ſi certam rem ſemel elegerit.*

31. *Parte debiti licet ſolutâ, pignoris tamen obligatio pro reſiduâ debiti parte, integra manet.*

32. *Creditor hypothecarius omiſsâ actione hypothecariâ, perſonaliter adverſus debitorem experiri, ingq; alia ejus bona, ſibi non oppignorata, executionem petere poteſt.*

33. *Solutione tantummodò debiti, non etiam ceſſione aut confuſione dominii extingvitur in totum hypotheca.*

34. *Clauſula: de non alienando, adjecta hypothecæ, tribuit Creditori jus executivum adverſus tertium poſſeſſorem, diſcuſſo etiam nondum principali debitore.*

35. *Supereſt actio hypothecaria Creditori etiam poſt venditum pignus, ſi hoc poſteà evincatur.*

CONSTIT. XXIV.

Privilegium tacitæ hypothecæ doti mulierum datum, à qvo tempore incipiat?

Definit.

1. *A Tempore copulationis ſacerdotalis incipit privilegium tacitæ hypothecæ, ac jus prælationis, mulieri competens, etiam ratione dotis, poſt conſummatum matrimonium conſtitutæ.*

2. *In dotalitio qvoq; jus tacitæ hypothecæ & prælationis incipit à tempore copulationis per Sacerdotem factæ.*

3. *Privilegium tacitæ hypothecæ in bonis paraphernalibus incipit à tempore illationis bonorum.*

4. *Non competit mulieri jus tacitæ hypothecæ ratione Geradæ, aliorumq; bonorum, qvæ marito adminiſtranda non commiſit.*

5. *Sponſa ratione dotis illatæ, privilegium tacitæ hypothecæ in bonis ſponſi non habet.*

6. *Mulieri, ratione donationis propter nuptias, jus tacitæ hypothecæ non competit in bonis mariti.*

7. *Mulier ex jure tacitæ hypothecæ adverſus tertium poſſeſſorem experiri neqvit, ſi in alienationem bonorum mariti conſenſerit.*

8. *Non impedit tacita hypotheca, bona alicujus afficiens, qvo minus is vendere, aliovè modo ea diſtrahere qveat.*

9. *Mulieri tamen alienationem bonorum mariti ex jure tacitæ hypothecæ impugnare licet, ſi ex reliqvis mariti bonis ipſi ſatisfieri neqveat.*

10. *Mulier ſolvens pro marito, ad inopiam poſteà vergente, condictione indebiti ſolutum à Creditoribus mariti repetere neqvit.*

11. *Mulier poteſt petere aſſecurationẽ dotis, ac donationis propter nuptias, marito ad inopiam vergente.*

12. *Pupillo competit tacita hypotheca in bonis tutoris, non ſolùm pro ſorte principali, ſed & pro omnibus acceſſionibus, ex die ſuſcepti officii.*

13. *Bona ejus, cui pecunia pupillaris à tutore mutuò fuit data, jure tacitæ hypothecæ obligata non ſunt.*

14. *Obligata qvoq; ſunt jure tacitæ hypothecæ bona illius, qvi ſe pro tutore vel Curatore geſſit.*

15. *Bona Curatorum ad litem, mulieribus tacitè obligata non ſunt.*

16. *Tutor tacitam hypothecam non habet in bonis pupilli pro eo, qvod ſibi debetur contrario tutelæ judicio.*

17. *Liberis ratione bonorum maternorum patris bona tacitè ſunt obligata.*

18. *Ratione munerum, in teſtimonium baptismi acceptorum, & à patre tutorio nomine adminiſtratorum, liberis in ejusdem bonis tacita competit hypotheca.*

CONSTIT. XXV.

Tacita hypotheca num in feudis locum habeat?

Definit.

1. *IN pretio ex feudis redacto, præferuntur hypothecariis ii, qvi ad conſervationem & adminiſtrationem feudorum fecerunt expenſas.*

2. *Mulieribus, qvatenus ratione dotis in bonis feudalibus competat jus tacitæ hypothecæ ac prælationis.*

3. *Tacita hypotheca qvatenus habeat locum in fructibus & commoditatibus feudi.*

4. *Pupilli, Filiæ, Univerſitates, Eccleſiæ & Hoſpitalia, qvatenus & qvamdiu utantur jure tacitæ hypothecæ in feudis.*

5. *Poſt factam executionem in Feudum, licet Vaſallo debitori onus ſervitiorum incumbat, ob inopiam tamen ipſius, Creditor ea præſtare tenetur ex fructibus feudi.*

6. *Factâ executione in bona feudalia, Creditor non tenetur præſtare alimenta Vaſallo.*

7. *In bonis etiam emphyteuticis locum habet jus tacitæ hypothecæ.*

8. Non ſolum pro dote, ſed & pro dotalitio, ac rebus paraphernalibus, jus retentionis mulieri competit, in omnibus mariti bonis, feudalibus, & allodialibus.
9. Datur etiam mulieri pro ſtatutariâ portione, jus retentionis in bonis defuncti mariti.
10. Utitur Vidua jure retentionis in bonis mariti defuncti, donec ipſi de donatione propter nuptias, ac portione, in pactis dotalibus aſſignatâ, ſatisfactum fuerit.
11. Vidua non in omnibus ac univerſis defuncti mariti bonis, ſed ad concurrentem æſtimationem dotis, aliarumve rerum, qvas petit, jus retentionis exercere poteſt.
12. Vidua, utens jure retentionis in bonis mariti, non niſi ad indigentiam ſuæ neceſſitatis ex iis alimenta habet.
13. Durante jure retentionis, Vidua, nec non qvivis alius Creditor, hoc jus exercens, ad bonorum adminiſtrationem obſtringitur.
14. Finito jure retentionis, Vidua, mediante inventario vel juramento, rationem adminiſtrationis reddere tenetur.
15. Texturæ, aliaq; manualia, durante retentionis jure in domo mariti à Vidua confecta, ipſi cedunt, non mariti heredibus.
16. Vidua jus retentionis, qvod in bonis mariti habet, alii vendere, oppignorare, & cedere poteſt.
17. Non competit jus retentionis Viduæ petenti dotem illiqvidam & controverſam.
18. Maritus jus habet retentionis, non tamen alimenta, in bonis defunctæ Uxoris, donec ei de mobilibus, aliavè portione debita ſatisfactum fuerit.
19. Durante jure retentionis, maritus non lucratur fructus ex bonis immobilibus defunctæ Uxoris, ſi tamen ea adminiſtraverit, impenſas & laboris mercedem jure petit.
20. Locator jus retentionis habet in bonis, à conducto re illatis, etiam in libris Studioſorum, ſi alia deficiant bona.
21. Competit etiam conductori jus retentionis in fundo aut domo ſibi locata, pro expenſis neceſſariis, in ea factis.
22. Famulus ſive ancilla jus retentionis habet in domini habitatione, donec ei de mercede ſatisfiat.
23. Advocatus, vel etiam actuarius, retinere poteſt Acta, donec ipſi de honorario ſatisfiat; Niſi Reipublicæ interſit, Acta exhiberi.
24. Non habet locum jus retentionis in re aliqva pro expenſis ſeu operis, in alia re factis.
25. Res obligatas ex certa cauſa, licet etiam pro alio debito chirographario, qvod liqvidum eſt, retinere.
26. Pignoris vinculum aliqvod ſubeſſe, neceſſe eſt, ut bona debitoris, etiam pro alio debito retinere liceat.
27. Tributa & collectæ non à Vidua, qvæ utitur jure retentionis in bonis mariti, ſed ab ejusdem heredibus ſunt exſolvendæ.

Constit. XXVI.

Periculum pignoris, apud Creditorem, absq; illius culpâ, amiſſi, ad qvem pertineat?

Definit.

1. IN terris Electoratus Saxonici Creditor ob amiſſionem pignoris cauſalem, creditum ſuum non perdit.
2. Neq; uſuras propter pignoris amiſſionem Creditor petere prohibetur.
3. Ne qvidem extra Provincias Electoratus in foro Saxonico, amiſſo pignore, (exceptis eqvis aç pecudibus,) Creditor perdit jus Crediti.
4. Salva haud eſt Creditori actio Crediti, ſi culpâ ipſius pignus perierit.
5. Rem depoſitam vel commodatam, perinde ac rem oppignoratam, etiam in foro Saxonico, dominus à tertio poſſeſſore vindicare poteſt.
6. Nec in foro Saxonico depoſitarius, commodatarius, aut ſimiles perſonæ de caſu fortuito tenentur.
7. Tenetur tamen Commodatarius de caſu fortuito, ſi re commodatâ ad alium uſum, qvàm deſtinatum, utatur.
8. Caſum fortuitum in ſe ſuſcipiens, tenetur etiam de caſu inſolito.
9. Uſufructuarius non reſtituit damnum, grege caſu fortuito totaliter interempto.
10. Caupo tenetur ad reſtitutionem rei, in cauponâ perditæ, ſi negligentia ipſius intervenerit.
11. Non tenetur caupo de re perditâ, qvæ ipſo inſcio in cuſtodiam Mediaſtini data fuit.
12. Socius ſocio præſtat culpam levem, non etiam leviſſimam, aut caſum fortuitum.
13. In cambio, aliovè ſimili contractu innominato, cujus ſit periculum.
14. Re duobus locatâ vel commodatâ, ſi utrumq; culpâ perierit, ſinguli in ſolidum tenentur.
15. Furtum & Rapina inter caſus fortuitos referuntur, qvando cuſtodientis culpa non præceſſit.
16. Damnum cenſetur caſuale, non culpa datum, qvando canis rabioſus in gregem irruit, oves dilacerat, ac devorat.
17. De caſu fortuito, ſeu amiſſione rei certò conſtare debet, antequam culpa vel diligentia detentoris probanda venit, nec creditur hac in re juramento aſſerentis, rem amiſſam eſſe.
18. In caſu, ubi culpa leviſſima præſtanda venit, cuinam onus probandi, rem culpâ, vel absq; eâ amiſſam fuiſſe, incumbat.
19. In locato aliisq; contractibus, in qvibus culpa ſaltem levis præſtanda venit, onus probandi ſemper injungitur ei, qvi culpa caſum contigiſſe contendit.
20. Venditione perfecta, periculum rei venditæ ſtatim ad emptorem pertinet, licet ei res nondum ſit tradita.
21. In venditione conditionali, pendente conditione, damnum ab ruina rei totalis non ad emptorem, ſed ad venditorem pertinet.
22. Damnum particulare rei venditæ ſub conditione, pendente etiam conditione ad emptorem ſpectat.
23. Factâ venditione vini deguſtati, aliarumq; rerum, qvæ in pondere, numero, vel menſurâ conſiſtunt, antequam hæ numeratæ, appenſæve fuerint, periculum non ad emptorem, ſed venditorem pertinet.
24. Venditæ rei periculum ad venditorem pertinet, ſi ejusdem dolo, latâ, vel levi culpâ res perierit.
25. Venditoris eſt periculum rei venditæ, qvando is fuerit in morâ tradendi.

Constit. XXVII.

Pignoratus ſi in redimendo pignore capto contumax fuerit.

Definit.

1. DE jure Saxonico pecudem qvamvis alienam, in agro ſuo repertam, qvis pignorare, & includere poteſt.
2. Ad refuſionem ſumptuum tenetur Dominus pecorum, pro alimentatione pecudis pignoratæ.
3. Pro conſervandâ etiam juriſdictione, libertate, aliisqve juribus pignoratio eſt permiſſa.
4. Ruſtici aç ſubditi pignorari poſſunt in bonis ob non præ-

ſtita ſervitia, donec ad debitam obedientiam reducantur.

5. *Tria præſtare debet pignoratus in foro Saxonico; Reſtitutionem damni; Emendam; & pœnam pignoris contumaciter neglecti.*
6. *Ceſſat luitio pignoris, qvando pœna contumaciæ, ſive pignoris neglecti, pretium rei pignoratæ adæqvat.*
7. *Pignore commiſſo, nil qvicqvam ulterius præſtari debet ob contumaciam non redempti pignoris, etiamſi hujus valore ne qvidem ad pœnam unius noctis aſcendat.*
8. *Commiſſo pignore, nec emendam, (den Pfandſchilling) pignoratus præſtare tenetur.*
9. *Pignore licet commiſſo, nihilominus pignoratus tenetur ad reſtitutionem damni, per Schultetum & Scabinos æſtimati.*
10. *Reſtitutio damni non tollit pœnam, qvam meretur pignoratus ob non præſtita ſervitia.*

CONSTIT. XXVIII.

Monetâ mutatâ, in qvâ facienda ſit ſolutio?

Definit.

1. *VAlor monetæ ſolvendæ ex Edicto Principis, non abuſu commerciorum æſtimandus eſt.*
2. *Non liberat debitorem depoſitio pecuniæ, facta ſecundum valorem, inductum commerciorum abuſu, contra Principis edictum.*
3. *Debitor, ſolvens pecuniam reprobatam, non liberatur, ſed facienda eſt ſolutio in alia moneta, ſecundum æſtimationem, qvæ fuit tempore contractus.*
4. *Mutatâ pecuniæ bonitate intrinſecâ, ſolutio fieri debet ſecundum æſtimationem & rationem antiqvæ monetæ, qvæ fuit tempore contractus.*
5. *Extrinſecâ pecuniæ bonitate, qvæ in valore conſiſtit, mutatâ, ſolutio ſecundum valorem, qvi fuit tempore contractus, facienda eſt.*
6. *Ex cauſa emtionis fieri debet ſolutio pretii ſecundum valorem, qvi fuit tempore contractus, non etiam ſolutionis promiſſæ.*
7. *Poſt mortem patris liberi dotem, aliavè accepta conferre tenentur, ſecundum valorem monetæ, qvi fuit tempore ſubſidii præſtiti, dotisvè datæ.*
8. *Solvendum eſt legatum in eâ monetæ bonitate, qvæ fuit tempore conditi teſtamenti, ſive melior, ſive deterior moneta facta fuerit.*
9. *In annuis etiam præſtationibus circa mutationem monetæ, tempus contractus inſpici debet.*
10. *Nulla ſupereſt petitio augmenti monetalis, poſt ſolutionem, ſine proteſtatione acceptam.*
11. *Debitum in diem invito Creditori etiam ante diem ſolvi poteſt.*
12. *Non poteſt ſolvi ante diem Creditori debitum, ſi dies fuerit adjecta in favorem Creditoris.*
13. *Invito Creditori particulariter ſolvi non poteſt.*
14. *Nec uſurarum præſtatio admittitur, ſecundum aliam monetæ valorem, qvam qvod fuit tempore contractus.*
15. *Moram in ſolvendo contrahens, non ob id cogitur ſolvere in meliore moneta, qvam qvæ fuerit tempore debiti contracti.*
16. *Depoſitio pecuniæ, abſq; præcedente oblatione & obſignatione legitimâ, debitorem non liberat à periculo aut curſu uſurarum.*
17. *In depoſitione neceſſariâ, reqviſita ſolennia oblationis, & obſignationis haud ſunt obſervanda.*
18. *Tempore ſolutionis arbitrio debitoris commiſſo, defuncto eo, heredes ſtatim ſolvere tenentur.*
19. *Qvando terminus in obligationis inſtrumento ſolutioni præfinitus non eſt, debitor ad interpellationem Creditoris ſolvere tenetur.*
20. *Qvod ex errore juris ſolutum eſt, condictione indebiti repeti neqvit.*
21. *Indebitum ſolutum, confeſſione & Qvittatione accipientis probatum, ſtatim repeti poteſt.*
22. *Magiſtratui, penes qvem pecunia fuit depoſita, nil qvicqvam de eâ detrahere licet, niſi aliud longævâ conſvetudine ſit introductum.*
23. *Delegatio perinde atq; ſolutio, debitorem liberat ab ulteriori exactione.*

CONSTIT. XXIX.

Verba hæc: aurei *ſive* florenî Rhenenſes, *in inſtrumentis obligationum, qvaliter intelligenda?*

Definit.

1. *ALiri vel argenti pondere licet promiſſo, pecuniæ tamen numeratæ ſolvi poteſt.*
2. *Pro aureis vel thaleris, mutuò acceptis, alia moneta numerata poteſt exſolvi.*
3. *Creditor in ſolutionem ſummæ alicujus notabilis, deminutâ pecuniâ ultra 25. florenos accipere haud cogitur.*
4. *Promiſſa ſolutione in certa ſpecie monetæ, puta; thaleris, aureis, debitor eam præciſè ſolvere tenetur, nec ſolutione alterius monetæ, vel pecuniæ numeratæ liberatur.*
5. *Solutio eſt facienda in thaleris in ſpecie, vel aureis; licet de horum promiſſione ex verbis ſolummodò contrahentium relativis appareat.*
6. *Aureis vel thaleris ſub certâ æſtimatione mutuò datis, ſolutio in currente monetâ fieri poteſt, niſi uſuræ per tempus longiſſimum fuerint ſolutæ in integris thaleris.*
7. *Æſtimatio, demonſtrationis cauſa adjecta, non facit, ut ſolutio, in aureis vel thaleris promiſſa, fieri qveat in monetâ currente.*
8. *Æſtimatio demonſtrationis cauſa videtur adjecta, ſi promiſſa fuerit ſolutio in thaleris; ſive creverint, ſive decreverint.*
9. *Solutione in thaleris promiſſa, thaleri integri ſolvi debent, etiamſi ſub æſtimatione mutuò fuerint dati.*
10. *Sub appellatione Sexagenæ, in dubio intelligitur Sexagena antiqva, niſi aliud circumſtantiæ ſvadeant.*
11. *Solutio qvandoq; probatur præſumptionibus & conjecturis.*
12. *Solutio debiti per inſtrumentum penes debitorem repertum non probatur.*
13. *Totius debiti ſolutio non probatur Qvittatione Creditoris, ſi ad certam ſummam hæc præſumptivè reſtringi qveat.*
14. *Debito incertæ ſummæ probato, ſuper qvantitate debiti, ſtatur juramento Creditoris.*
15. *Creditor, amiſſo chirographo, debiti perſecutionem & jus hypothecæ non amittit, ſi aliunde conſtet adhuc deberi.*
16. *Simpliciter factâ ſolutione, in qvam cauſam videatur ſolutum.*
17. *Solutum, prius in uſuras, qvàm in ſortem imputari debet; modò uſuræ exigi potuerint.*
18. *Qvi promiſit ſolvere intra præfinitum tempus vel dare fidejuſſores, elapſo termino; præciſè cogi poteſt, ut ſolvat. Et qvando in alternativis electio ſit Creditoris.*
19. *Exceptio non numeratæ pecuniæ, adverſus apocham, non niſi intra triginta dies admittitur, poſteà verò Creditor non audiendus, etiamſi onus probandi in ſe recipere velit.*

20. *Pro-*

20. Prosunt pacta aliis, qvi non pepigerunt, multis in casibus, etiam ex verisimili paciscentium conventione.
21. Successor in Principatu, etsi heres antecessoris defuncti non existat, attamen æs alienum, pro regni utilitate factum, & salaria Officialium exsolvere tenetur.

CONSTIT. XXX.

Qvomodo & qvatenus interesse post moram parti adjudicandum?

Definit.

1. USuræ qvincunces hodiè ordinariæ ac consvetudinariæ sunt, nec majores debentur, etiamsi promissæ fuerint.
2. Etiam inter mercatores, usuræ ordinariæ sunt hodiè Qvincunces, non majores, nisi consuetudo loci aliud introduxerit.
3. Usuræ pupillares, qvincuncibus majores, haud admittuntur.
4. Qvod ultra qvincunces Usuras præstitum, id vel debitori restituendum, vel in sortem imputandum est.
5. Usuræ, ad certum tempus promissæ, in perpetuum debentur, qvamdiu sortis solutio facta haud fuerit.
6. Usuræ pretii non soluti, etiam citra conventionem, debentur Venditori, licet emtor ex re vendita nullos perceperit fructus.
7. Non liberat emtorem à præstatione Usurarum alimentatio venditoris, si facta est pars pretii.
8. Creditor loco interesse, absq; ulla ejusdem probatione, Usuras qvincunces petere potest.
9. Creditor, usurarum qvincuncium qvantitate non contentus, majus interesse petere valet, si id probare audeat.
10. Promissis licet qvincuncibus usuris, majus tamen interesse, si probatum fuerit, Creditori præstari debet.
11. Creditor in probatione majoris interesse succumbens, posteà usuras qvincunces loco interesse petere neqvit.
12. Creditor solutionem sortis absq; protestatione accipiens, posteà interesse, sive usuras ex mora petere neqvit.
13. Sublata licet per solutionem sortis petitione, superest tamen petitio usurarum, qvæ ex stipulatione, aliave conventione debentur.
14. Pecuniam depositam sub præstita cautione ad se recipiens, tenetur ad interesse, si condemnatus fuerit ad restitutionem pecuniæ.
15. Non valet pactum de stando simplici ac nuda Creditoris assertione super interesse.
16. Licet fidejussor sub gravioribus usuris mutuam pecuniam acceperit, nihil tamen ultra qvincunces usuras à debitore, ceu interesse, repetere valet.
17. Usuræ adjudicantur ex mutuo à die litis contestatæ, sive contestatio vera intercesserit, sive ficta, qvæ inducitur ex contumaciâ.
18. Ratione pecuniæ, indebitè solutæ, interesse, vel usuræ, ne qvidem à tempore litis contestatæ, exigi possunt.
19. Filia, post mortem patris conferens dotem, ad præstationem usurarum non tenetur.
20. Usuræ & fructus legatorum debentur à die moræ seu factæ petitionis.
21. Legati in diem relicti usuræ, non ex lapsu diei, sed tantùm ex die agniti & petiti legati debentur.
22. Usuræ legatorum debentur minori citra moram à die aditæ hereditatis.
23. Etiam bonæ fidei contractibus ex solo diei lapsu, minori debentur usuræ, absq; præcedente interpellatione.
24. Præceptum judicis, de non exsolvendo debito, libernt debitorem ab Usuris & interesse.
25. Debitor præter usuras, ne qvidem ex conventione propriâ, ad Collectas, de pecuniâ mutuò acceptâ Magistratui præstandas, firmiter obligatur.
26. Non solùm in mutuo, sed & in reliqvis contractibus, usuræ, ex morâ debitæ, ultra alterum tantum exigi prohibentur.
27. Solutæ autem usuræ ultra alterum tantum conditione indebiti repetuntur, vel in sortem imputantur.
28. Qvando usuræ ultra alterum tantum peti possunt, & qvid si exigantur tanqvam interesse, non ut usuræ?
29. Interesse alterius interesse, non minus ac usuras usurarum, exigere prohibitum, etiam inter mercatores.
30. Usuras usurarum de pecunia pupillari solvit tutor solus, non etiam alius debitor extraneus.
31. Tutor usuras usurarum illarum, qvas à debitore non accepit, neutiqvam præstare tenetur.
32. Nec usuras usurarum præstat tutor de pecunia pupillari, qvam ipse, ceu mutuum, penes se habet.
33. Non permittendum, ut usuræ redigantur in sortem, ad facilius admittendas usurarum usuras.
34. Nec inter Mercatores permittitur Anatocismus.
35. Cessio debiti seu actionis regulariter non valet, nisi ad concurrentem dati pretii qvantitatem.
36. Ex constitutione Anastasii, ne qvidem venditio debiti, particulariter in certos terminos solvendi, valet, nisi ad concurrentem pretii qvantitatem, imputatis tamen cujusqve termini usuris.
37. Annullata cessione debiti, ex Constitutione Anastasiana, superfluum id, qvod solutam qvantitatem, excedit, regulariter ad cedentem pertinet.
38. In societate divisio inter socios æqvaliter facienda est secundum proportionem qvotativam, non qvantitativam.
39. Valet qvandoqve pactum in societate, ut alteri semper pecunia sit salva, nec is ullum sentiat damnum.
40. Valet Antichresis, nec tenetur Creditor ad restitutionem fructuum, ex agro oppignorato perceptorum, ob modicum usurarum legitimarum excessum.
41. Fructus tamen ex agro percepti, in pactione antichreseos sorti imputantur, qvando legitimum usurarum modum nimium exsuperant.
42. Fructus naturales, ex hortis ac pratis jure antichreseos percepti, sorti semper imputantur, qvatenus usuras qvincunces exsuperant.
43. Emptio pignoris, occasione mutui contracta, non subsistit, qvando constat de usuraria pravitate.
44. Valet emptio pignoris sub pacto de retrovendendo, si non constet de usuraria pravitate.
45. Validè Judæus actionem, ex contractu judiciali adversus Christianum sibi competentem, alii Christiano cedit.
46. Dilatione moratoria durante, non debentur usuræ.
47. Exigi possunt usuræ, etiamsi in libello unà cum sorte antea non petitæ, nec in sententia actori adjudicatæ fuerint.

CONSTIT. XXXI.

Jure Saxon. bona avita alienata num retrahere propinqvi vel liberi possint?

Definit.

1. JUs protimiseos hodiè generaliter sublatum est, nec restauratum in Imperio Romano-Germanico per Constitutionem Friderici Imperatoris.
2. Locum habet jus protimiseos iis in locis, ubi consuetudine vel Statuto illud est introductum.

3. *Jus congrui ex divisione competens,* (das Gespielde) *non nisi in Thuringia, aliusq; loci, ubi hoc specialiter usu receptum est, obtinet.*
4. *Inter coheredes, communem hereditatem paternam possidentes, jus Retractus locum habet.*
5. *Possessori alicujus fundi competit jus protimiseos in pretio, ex fundo distinctis terminis solvendo,* (in Erbe- oder Tagezeit-Geldern) *si id pro paratâ pecuniâ vendatur.*
6. *Sicut in feudis, ita & in bonis Emphyteuticis, domino directo competit jus protimiseos.*
7. *In allodialibus ac censiticiis bonis non competit Domino jus Retractus, nisi justa subsit causa renuendi subditum.*
8. *In locatione prædiorum publicorum locum habet jus Retractus, non etiam in locatione prædiorum privatorum.*
9. *Conceditur jus protimiseos, si ex pacto vel conventione fuerit acquisitum.*
10. *In foro Saxonico liberis datur jus protimiseos in bonis avitis. Et quid si plures liberi concurrant?*
11. *In Electoratu Saxoniæ jus protimiseos in bonis avitis, solis liberis competit, non fratribus, nec aliis collateralibus.*
12. *Nondum factâ traditione, post annum etiam à tempore venditionis effluxum, bona avita à liberis revocari possunt.*
13. *Traditio bonorum avitorum non impedit jus protimiseos linearium, nisi præcesserit judicialis resignatio venditoris.*
14. *Bona avita juri protimiseos subjecta dicuntur solummodò ea, quæ à parentum avis, liberorumq; proavis, & ulterioribus parentibus proveniunt.*
15. *Parentes de bonis avitis testari, jure protimiseos non prohibentur.*
16. *Jus protimiseos quoad bona avita, locum non habet in permutatione.*
17. *In sola venditione, non etiam in transactione, aliove contractu, liberis bona avita jure protimiseos redimere licet.*
18. *Venditis sub hastâ bonis avitis, nec dum factâ adjudicatione, liberis competit jus protimiseos.*
19. *Jus retractus, competens liberis in bonis avitis, extraneo cedi nequit.*
20. *Emtor alicujus fundi non potest revocare agrum vel pratum de fundo isto ante venditionem distractum.*
21. *Agro vel prato absq; onere collectarum vendito, emtor onere illo gravari non potest; nec agrum vel pratum novo possessori totius fundi retrovendere tenetur.*
22. *Communis & indivisa alicujus rei possessio non tribuit jus protimiseos.*

Constit. XXXII.

Jure retractus intra quod tempus sit utendum?

Definit.

1. *Cognatus proximus si facta denunciatione renuncier juri protimiseos, aut dicat, se emere nolle, ad retrahendum ulterius non admittitur.*
2. *Jus Retractus non nisi intra annum, attamen & ultimâ die ac horâ, exerceri potest.*
3. *Currere incipit annus, ad retrahendum indultus, à tempore factæ venditionis, traditione licet nondum subsecuta.*
4. *Spatium annale, juri protimiseos in foro Saxonico præfinitum, de anno civili, non Saxonico accipi debet.*
5. *Spatio annali præterlapso, moræ purgatio non admittitur, nec contrahens ulterius auditur.*
6. *Tempus annale, juri protimiseos indultum, non continuum, sed utile est, adeoq; nec absenti & ignoranti currit.*
7. *Retrahens emtori, unà cum pretio, impensas meliorationis necessarias restituere tenetur, non etiam utiles, nec modicas, ad conservationem ædificiorum factas* (Die Güter in Dach und Fach zu erhalten.)
8. *Jus protimiseos conventionale non tribuit potestatem retrahendi bona, contra pactum vel conventionem alienata; datur tamen hoc casu adversus alienatorem actio ad interesse.*
9. *Neq; is, cui jus protimiseos competit, ex dispositione testatoris bona alienata revocare, sed solummodò adversus heredem ad interesse agere potest.*
10. *Rescindit tamen jus protimiseos conventionale venditionem, si nondum traditio rei venditæ subsecuta sit.*
11. *Hypotheca, super jure protimiseos conventionali expressè reservata, facit, ut bona alienata retrahi queant.*
12. *Revocantur bona, contra jus protimiseos conventionale alienata, si emptor pactum illud sciverit, fraudisq; particeps fuerit.*
13. *Juri protimiseos conventionali non nisi triginta annis, anno & die, in foro Saxonico præscribitur.*
14. *Jus retrahendi, in casum venditionis pacto speciali reservatum, locum non habet in permutatione.*
15. *Locum tamen habet jus retractus conventionale, si ab unâ parte cum re permutata, simul pecunia, rei tamen prævalens, data fuerit.*
16. *Jus retractus, ex speciali conventione in casum venditionis reservatum, haud impedit alienationem, quæ fit per testamentum, aliamve ultimam voluntatem.*
17. *Cessat jus protimiseos conventionale in causa successionis ab intestato.*
18. *Jus protimiseos conventionale locum non habet in divisionibus.*
19. *Non impedit jus protimiseos conventionale, quò minus emptor liberis suis rem, juri retractus subjectam, vendere queat.*
20. *Cedi potest extraneo jus protimiseos conventionale.*
21. *Jus protimiseos conventionale cum personâ contrahentium non extinguitur, sed ad heredes transit, tàm testamentarios, quam ab intestato.*
22. *Pacto juris protimiseos non tenetur vidua, cui ex Statuto certa bonorum portio defertur.*

Constitutio XXXIII.

Pretium, retrahere volens, quale solvere debeat?

Definit.

1. *Retrahens majus periculum, ab alio licitatore oblatum, solvere tenetur, & quodnam hoc sit.*
2. *Dolosus licitator majus æquo pretium offerendo, præjudicare nequit retrahenti, idq; ne faciat, quandoq; juramento suo purgare se debet.*
3. *In concursu creditorum, res subjecta retractui, quanti plurimi valet, sub hasta vendi debet, licet de pretio certo in pacto retractus conventum fuerit.*
4. *Ad exercendum jus protimiseos nemo admittitur, antequam pretium in parata pecunia solverit.*
5. *Retrahens bona vendita, illud ipsum pretium, quod emtor revera solvit, restituere tenetur, non etiam supplementum, quod perfectæ jam venditioni accessit.*
6. *Retrahens pretium restituere debet etiam quarto possessori, licet is ex causa lucrativa rem teneat.*
7. *Redimens rem venditam jure protimiseos, iisdem gaudet dilationibus & induciis, quales emtori antea venditor indulserat.*

8. *Re-*

8. Retrahens emtori laudemium, omneq; id, qvod emtionis causa erogatum est, restituere tenetur.
9. Qvantum intersit, an venditio fiat ad mensuram, an verò ad corpus.
10. Venditio ad corpus contrahitur, si prius fiat mentio corporis, deinde mensuræ ante fundi confines.
11. Intelligitur venditio facta ad mensuram, qvando verbis præcisis ad mensuram est restricta.
12. Qvando dicatur Emptio-Venditio in scriptis celebrata.
13. Venditio semel perfecta, subsistit sine scriptis, etiamsi posteà de instrumento conficiendo dictum fuerit.
14. Venditione perfect. à emtor invito venditore, ne qvidem amissione arrhæ, ac solutione mulctæ pœnitentialis, (des Reukauffs/) à contractu resilire potest.
15. Qvando per traditionem instrumenti possessio transferatur?
16. Ex causa necessitatis, propter bonum publicum, ut subditus bona sua justo pretio vendat, benè cogi potest.
17. Per contractum posteriorem qvando à priore recessum videatur?
18. Vendito fundo cum juribus & pertinentiis, qvando venditor tradere teneatur instrumenta authentica?
19. Fundo vendito, censetur qvoq; venditum sterculinum, agri stercorandi causa comparatum; secus vendendi causa factum.
20. Venditâ domo cum omnibus instructis, (so geniedet/ und Nagelfeste ist/) qvænam hoc nomine contineantur?
21. Maritus, in venditione bonorum uxori suæ prospiciens, an & posteriori conjugi secundi matrimonii prospexisse censeatur?
22. Venditor, post diem, commissoriæ Legi præstitutum, partem pretii accipiens, Legi commissoriæ renunciasse censetur.
23. In permutatione ante traditionem factam pœnitere licet.
24. Ex placito permutationis, etiam secutâ traditione, nulla actio nascitur adversus tertium possessorem.
25. Conventio in favorem tertii facta, qvando revocari possit?
26. Regulariter nemo alteri, nec mater filiæ, istud stipulari potest.
27. Subsistit qvidem stipulatio alteri facta, si ipsius stipulatoris interest, sed nulla inde actio tertio acqviritur.

CONSTIT. XXXIV.

Beneficium L. 2. C. de rescind. vend. num in transactionibus locum habeat?

Definit.

1. NOn solùm in terris Electoratus Saxonici, sed etiam extra Electoratum, beneficium L. 2. C. de rescind. vend. in transactione locum habet.
2. Cessat beneficium L. 2. C. de resc. vendit. qvando ei specialiter à contrahentibus renunciatum.
3. Nec locus est beneficio rescissionis in remissione alicujus rei, seu juris totali.
4. Non rescinditur ex causa læsionis ultra dimidium transactio judicialis, vel saltem judicialiter confirmata.
5. Ordinaria est causa rescissionis ex l. 2. C. de rescind. vendit. ideoq; in processu ordinario, non summario ventilari debet.
6. Læsio ultra dimidium probanda est per testes, inspecto tempore contractus.
7. In rescissione contractus ex causa læsionis ultra dimidium Reo datur electio, an justum pretium supplere, vel rem restituere velit.
8. Non solum in venditore, sed etiam in emtoris personâ locum habet beneficium L. 2. C. de resc. vendit.
9. Dolo inductus, ut minoris, vel majoris emeret aut venderet, agere potest ad resarciendum in pecunia id, qvod ejus interest.
10. Beneficium L. 2. C. de resc. vendit. etiam in locatione-conductione obtinet.
11. Contra divisionem etiam hereditatis datur remedium L. 2. C. de resc. vendit.
12. In solutionibus qvoq; & Qvietantiis locus est remedio L. 2. C. de resc. vendit.
13. Etiam Venditiones judiciales ac publicæ, sub hastâ factæ, rescinduntur ex causa læsionis ultra dimidiu.
14. Locum qvoq; habet beneficium L. 2. C. de resc. vendit. in Constitutione dotis ac dotalitii.
15. Vendens animal, qvod posteà mactatum deprehenditur morbidum aut vitiosum, cogitur emptori restituere pretium.
16. Emtor animalis vitiosi, aut morbidi, non potest repetere pretium, si morbus fuerit patens ac visibilis.
17. In foro Saxonico Venditor eqvi non nisi de tribus vitiis tenetur.
18. Non rescindenda est venditio, si vitium aut morbus venditi pecoris non statim apparuerit.
19. Ob novæ collectæ, novig; servitii onus, fundo vendito impositum, Venditor de evictione non est devinctus emptori.
20. Nec de Collectis usitatis & consuetis, fundo inhærentibus, Venditor ad evictionis præstationem est obstrictus.
21. Propter hypothecam in fundo vendito occultatam non rescindenda est venditio, sed tenetur Venditor de evictione & ad interesse.
22. Rescisso tamen venditionis contractu, Venditor ad restitutionem pretii est obligatus, qvando evictionem præstare neqvit.
23. Donator qvando teneatur de evictione?
24. Factâ donatione remuneratoriâ seu reciprocâ, donator de evictione tenebitur.
25. Emens scienter rem alienam, adversus venditorem de evictione agere neqvit, nec pretium repetere.
26. Cedens nomen non tenetur de evictione aut præstare idoneum, ac locupletem debitorem.
27. Tenetur tamen cedens præstare verum debitorem Cessionario.
28. Evictio locum habet in transactione, qvando hujus nomine aliqvid datum est.
29. Venditores rei unius pro indiviso, & in solidum de evictione tenentur.
30. Evictionis nomine satisdatio præstanda non est, nisi ea consuetudine alicujus loci recepta, vel in ipso venditionis contractu promissa fuerit.
31. Evictione in limine contractus imminente emptor pretium tamdiu retinere potest, donec venditor hoc nomine satisdederit.
32. Emtor facultatem retinendi pecuniam ob periculum evictionis imminentis non habet, lite nondum motâ.
33. Satisdatio exigi neqvit, si per calumniam moveatur controversia.
34. Ob litem, ex jure conditionali motam, Emtori Venditor ad cautionem præstandam obstrictus non est.
35. Venditor locuples qvando relevetur à satisdando ob evictionem imminentem?

36. Cautio evictionis nomine qvaliter sit præstanda.
37. Præstitâ satisdatione, emptor evictionis nomine, pretium ulterius retinere neqvit, si jus evincentis nondum certum ac notorium sit.
38. Emptor propter imminentem evictionem pretium retinens, postea unà cum sorte etiam usuras solvere tenetur.
39. Venditor, ob non præstitam evictionem rei venditæ pretium restituens, unà qvoq; interesse emptori solvere obstrictus est.
40. Factâ denunciatione evictionis, Venditor Emtori litiganti præcisè assistere tenetur.
41. Venditor non tenetur de evictione proventuum annuorum crescentium ac decrescentium.

CONSTIT. XXXV.

Nunqvam in renunciationibus seu pactis juratis.

Definit.

1. TRansactiones jurata in foro Saxonico, ne qvidem ob enormissimam læsionem, rescinduntur.
2. Rescinduntur tamen transactiones & renunciationes jurata ex capite minoris ætatis, doli, metus, alteriusvè justæ causæ.
3. A jurat â renunciatione recedere haud licet, impetrat â nondum absolutione à juramento.
4. Filia, dote acceptâ, cum juramento hæreditati paternæ renuncians, non potest rescindere renunciationem ob læsionem enormissimam, etiamsi facultates patris postea auctæ proponantur.
5. Rescinditur jurata renunciatio filiæ, si dos congrua ipsi haud data fuerit.
6. In terris Electoratus Saxonici, filia non nisi cum juramento paternæ hereditati firmitèr renunciat, licet de jure communi Saxonico valida sit renunciatio simplex, absq; juramento facta.
7. Nec liberorum, aut fraternæ hereditati fœmina in terris Electoratus Saxonici absq; juramento validè renunciat.
8. Filius tamen absq; juramento, etiam in terris Electoratus Saxonici, paternæ hereditati firmiter renunciare potest.
9. Non potest filius minorennis validè renunciare paternæ hereditati.
10. Renunciatio facta alii de patris hereditate, eo non consentiente haud valida est.
11. Renunciatio jurata à patris vel matris non nocet nepotibus, parentibus defunctis, avo ex propriâ personâ succedentibus.
12. Nec renunciatio pro se, suisq; heredibus facta, excludit nepotes, ex propriâ personâ avo succedentes.
13. Neq; hoc casu nepotes, non facti heredes parentum, in hereditatem avi conferre tenentur accepta parentum.
14. Nocet tamen renunciatio parentum jurata liberis, defunctis demùm post avum parentibus.
15. Filius filiavè renuncians hereditati paternæ, fratri succedit, licet in ejus hereditate non nisi bona paterna inveniantur.
16. Renunciatio jurata filiam à successione ita excludit, ut nec supplementum legitimæ petere qveat.
17. Qvamvis non valeant pacta futuræ successionis, licet tamen paciſci in genere de alicujus incerti hominis hereditate.
18. In casum mortis alicujus tertii licet paciſci, si in bonis ejus paciſcenti jus aliqvod competat.
19. Valet pactio de hereditate tertij, si is cõsentiat, & in eâ voluntate ad extremum vitæ exitum perseveret.
20. Valet pactum de succedendo inter milites.
21. Valet pactum, ut post mortem alicujus bona sua vi obligationis, non jure successionis, ad alium perveniant.
22. Pacta de conservandâ futurâ successione, qvatenus valeant inter parentes, liberos, & cognatos.
23. Omnes actus, renunciationes, ac transactiones intelliguntur cum hâc clausula; Rebus sic stantibus.
24. Ob causam datum repeti neqvit, casu fortuito impletionem causæ impediente.
25. Qvatenus valeant Confraternitates, seu pacta de mutuâ successione familiarum illustrium.

CONSTIT. XXXVI.

Relaxatio juramenti ex justa causa qvatenus fieri debeat?

Definit.

RElaxatio juramenti ad Principem & Magistratum Politicum spectat.
2. Non nisi justâ ex causâ, & præviâ cognitione juramentum relaxari debet.
3. Relaxatio Urphedæ, seu juramenti ad effectum agendi, fieri potest, parte etiam adversa non citatâ nec auditâ.
4. Denegatur absolutio à juramento, qvando petenti relaxationem nulla competit actio.
5. Reus si tantùm juraverit, non vindicare carceres, absq; relaxatione Urphedæ, viâ juris experiri potest adversus judicem.
6. Non indiget jurans relaxatione juramenti, si is, in cujus favorem juratum est, obligationem remittat.
7. Heres, experiri volens contra juratum defuncti contractum, non tenetur petere absolutionem à juramento, per defunctum præstito.
8. Cessat relaxatio juramenti in contractu confirmato sub verbo veritatis, (beym Wort der Warheit.)
9. Promissio facta sub dignitatis splendore, (bey Fürstlichen/ Gräflichen/ oder Adelichen Ehren/ Treu/ und Glauben) qvando æqvipolleat juramento?
10. Contraveniens promissioni, sub fide principis aut Nobilis viri factæ, relaxatione juramenti opus non habet.

CONSTIT. XXXVII.

Locatio & conductio num obliget heredes?

Definit.

1. IN foro etiam Saxonico, Locatio-Conductio heredes obligat.
2. Matrimoniô morte dissolutô, mulier non tenetur stare locatione, per maritum defunctum in fundo dotali factâ.
3. Resolutâ verò locatione fundi dotalis à muliere post mortem mariti, ejus heredes conductor ad interesse convenire haud prohibetur.
4. Emtor, locatione à Venditore factâ, stare non tenetur: Et qvando hoc fallit?
5. Locator, qvi ante finitam locationem fundum locatum alteri vendit, conductori ad interesse lucri tenetur. Ubi explicatur germanicum illud dicterium: (Kauff gehet vor Miethe.)
6. Conductor ante tempus expelli potest ex causa necessitatis, qvæ supervenit ex post-facto.
7. Non potest Locator pellere conductorẽ propter usus proprios rei locatæ, si aliter pactus fuerit, vel saltem ejus nomine, tutor L. 3. C. de locat. conduct. renunciaverit.

8. *In locatione prædiorum seu jurium publicorum, sive fiscalium, primus conductor si offerat tantum, qvantum novus, præfertur aliis conductoribus.*
9. *Conductor finitâ locatione remanens in prædio conducto, eâdem pensione videtur illud reconduxisse, sed non in totidem annos.*
10. *Conductor, ante tempus Locationis finitum à conductione recedens, non solvit integram pensionem.*
11. *Ex causa sterilitatis non potest peti remissio mercedis, nisi læsus sit ultra dimidium conductor finitâ locatione.*
12. *Factâ remissione ex causa sterilitatis primo anno, si ubertas postea contingat, integra pensio, etiam pro anno sterili, exigi potest.*
13. *Si de faciendâ in singulos annos remissione convenerit, non potest unius anni sterilitas cum ubertate seqventium annorum compensari.*
14. *Per hostium incursionem, aliumvè casum fortuitum damno dato, conductori ex bono & æqvo pensio remitti debet.*
15. *Sumptus metatorum nomine factos,* (Einqvartierungskoſtẽ) *locator conductori restituere tenetur.*
16. *Conductor fundi aut prædij insolitos casus, & mortes pecorum præstare haud tenetur; etiamsi ea æstimata acceperit.*
17. *Præstat conductor casum fortuitũ, si eũ expreßâ conventione in se susceperit, ubi & de insolito tenetur.*
18. *Mortem unius vel alterius pecoris præstare conductor est obligatus.*
19. *Oves aut vaccæ ferreæ* (eiſerne Kühe und Schafe) *non locatori, sed conductori moriuntur.*
20. *Periculum fructuum jam perceptorum ad conductorem pertinet, jisq; perditis multa pensionis remissio est concedenda.*
21. *Conductor, qvi tempore conductionis pecora sua aliasq; res proprias perdidit, aliudvè damnum sensit, nec restitutionem à locatore petere, nec remissionem pensionis impetrare valet.*
22. *Jus Patronatûs in prædio locato, non à Locatore, sed conductore exercetur.*
23. *Doctores & literati, opifices strepitu qvodam artem suam exercentes prohibere possunt, conducere habitationem juxta suas domos.*
24. *Conductor de levi tantummodò culpâ, non etiam de levissima tenetur.*
25. *Venditis fructibus nascituris, si eo anno nulli nascantur fructus, venditori nihil debetur.*
26. *Conductor sumptus fructuum colligendorum causa ad perpetuam rei utilitatem in rem conductam factos à locatore repetere potest.*
27. *Usuras impensarum conductor petere neqvit.*
28. *Et si societas, ne qvidem ex pacto, heredes obligat, emolumentum tamen societatis ad eos transit.*

CONSTIT. XXXIIX.

Ob non solutum canonem bona Emphyteutica num in commissum cadant, ad solam declarationẽ domini?

Definit.

1. *OB non solutum canonem Emphyteutica bona ipso jure, extra processum ordinarium, non amittuntur.*
2. *Nec Dominus Emphyteũseos, jurisdictionem habens, extra Processum ordinarium Emphyteutam, ob canonem non solutum, expellere potest.*
3. *Solutio Canonis facta ei, qvi Procurator credebatur, valet ad liberationem.*
4. *Emphyteuta, partem canonis solvens, propter residuum non solutum jure suo non cadit.*
5. *Uno ex pluribꝰ coheredibꝰ partem suam Canonis solvente, haud tota Emphyteusis in commissum cadit.*
6. *Commisso seu juri caducitatis renunciat Dominus directus, post elapsum tempus canonem recipiens, aut possessorem ad recognoscendum admittens, etiam cum protestatione.*
7. *Dominus jus caducitatis ignorans, recipiendo postea Canonem, non videtur remittere caducitatem.*
8. *Remissio præteritarũ pensionũ non præsumitur ex recognitione futurarũ, aut acceptatione præsentium.*
9. *Dominus directus ex causa canonis haud soluti, Emphyteutâ vivente, ad privationem non agens, defuncto eo, ulterius experiri neqvit adversus heredes.*
10. *Emphyteuta non privatur Emphyteusi ob non solutum canonem, si dominus ipsius debitor fuerit.*
11. *Emphyteuta solvendo canonem post tempus elapsum, ante factam Domini declarationem, moram purgat.*
12. *Fructus post tempus elapsum, ante privationem percepti, ad Emphyteutam pertinent.*
13. *Cessat in foro Saxonico privatio Emphyteuseos ob fundi alienationem irreqvisito Domino factam.*
14. *Servitus in fundo emphyteutico constituta, extingvitur emphyteusi finitâ.*
15. *Præscribitur Emphyteusis, solutione Canonis ultra triginta annos, annum & diem factâ.*
16. *Vindicatione & hypothecariâ actione dominus directus adversus Emphyteutam, aliumvè Emphyteuseos possessorem experiri potest.*
17. *Competit etiam Domino directo actio personalis contra Emphyteutam, ejusvè heredes.*
18. *Emphyteuta onera fundi emphyteutici sustinet, ac tributa collectasq; solvit.*
19. *Neq; ob sterilitatem, neq; ob bellicos tumultus aliosqve casus fortuitos, Canon Emphyteutæ remittitur, modò prædium Emphyteuticum non prorsus fuerit extinctum.*
20. *Ob non petitam renovationem investituræ intra annum & diem, Emphyteusis non amittitur; puniri tamen propterea potest possessor arbitrariè.*
21. *Prædium emphyteuticum, qvod in commissum cadit, Domino directo qvoad proprietatem, Usufructuario verò qvoad Usumfructum acqviritur.*
22. *Canon Emphyteutæ ob melioramenta non debet augeri.*
23. *Ob deteriorationem partis fundi emphyteutici, non nisi eâ parte Emphyteuta privari debet.*
24. *Privationis pœna locũ habet adversus Emphyteutã, qvi fructiferas arbores etiã à seipso positas incidit.*
25. *Pensiones promobiles,* (Rutzſcherzinſen/) *etiamnum hodiè qvibusdam in locis in usu sunt; & qvænam ita dicantur?*
26. *Pensiones promobiles Dominus tenetur petere qvotannis, à domo ipsius Emphyteutæ.*

CONSTIT. XXXIX.

Bona Emphyteutica à censiticis qvid differant, & in dubio pro utris sint habenda?

Definit.

1. *NOn ut in Emphyteuticis, ita etiam censiticis bonis, dominus retinet directum dominium, sed utrumq; tam utile, qvàm directum dominium in censitum transfertur.*
2. *Ob non solutum censum bona censitica nunqvam amittuntur.*
3. *Fœna tamen arbitraria, ob non solutum censum, censito contumaci potest irrogari.*
4. *Sicuti Emphyteuticorum, ita & censiticorũ nomine, renovatio investituræ qvibusdam in locis peti solet.*
5. *Ob non petitã renovationẽ investituræ bona censitica non*

ca non amittuntur; punitur verò ob id cenſiticus arbitrariè.

6. *Contractus habetur emphyteuticus, non cenſiticus, qvando in conceſſione Dominus ſibi reſervavit dominium directum.*

7. *Ex novâ bonorum ſterilium conceſſione, interveniente ſcripturâ inveſtituræ, contractus præſumitur emphyteuticus.*

8. *In dubio cenſentur bona cenſitica, non emphyteutica.*

9. *Translato dominio directo in poſſeſſorem, contractus habetur cenſiticus, licet expreſſis verbis facta fuerit mentio emphyteuſeos.*

10. *Dominus directus, invito etiam Emphyteuta, jus ſuum pro lubitu poteſt alienare.*

11. *Laudemium non niſi ex conſvetudine vel Statuto cujusq; loci debetur, ejusq; nomine in ſingulos centenos, duo floreni ſolvendi ſunt.*

12. *Conſvetudine loci cujusq; Laudemium ad qvatuor, qvinq; & plures florenos, de ſingulis centum ſolvendos, augeri poteſt.*

13. *Non ſolùm ex contractâ, ſed etiam ex diſſolutâ Emptione-Venditione, perſolvendum eſt Laudemium.*

14. *Ex venditione conditionali, ante eventum conditionis, nullum debetur Laudemium.*

15. *In terris Electoratus Saxonici non ſolvitur Laudemium ex permutatione.*

16. *Nullum perſolvendum eſt Laudemium, qvando reſcinditur Emtio-Venditio ex L. 2. C. de reſc. vendit.*

17. *Ex venditione ſub haſtâ debetur Laudemium.*

18. *Non ſolvitur Laudemium, qvando bona Emphyteutica in dotem dantur.*

19. *Heres teſtamentarius, aliusve poſſeſſor, ad qvem titulo lucrativo Emphyteuſis pervenit, ad Laudemij exſolutionem obligatus eſt.*

20. *Heres ab inteſtato ſuccedens, ſive ſit collateralis, ſive parens, Laudemium domino ſolvit.*

21. *Non tamen Laudemium ſolvere tenentur liberi, Emphyteutæ patri ſuccedentes.*

22. *Valet conſvetudo, ut liberi ſuccedentes parentibus Laudemium ſolvant.*

23. *Ex diviſione Laudemium perſolvendum non eſt.*

24. *Mortuo uno coherede ante diviſionem, ex acqviſitione portionis defuncti, reliqvi coheredes ad præſtationem Laudemij haud ſunt obſtricti.*

25. *Debetur ex diviſione Laudemium, qvando uni ex heredibus fundus, alteri verò ejusdem æſtimatio adjudicatur.*

26. *Solvere tenetur Laudemium heres, qvi poſt diviſionem factam, alterius coheredis portionem emit.*

27. *Haud ſolvendum eſt Laudemium, ſi pater in ultimâ diſpoſitione uni ex liberis pro certo pretio fundum aſſignaverit.*

28. *Non perſolvendum eſt Laudemium, qvando ſit mutatio in perſonâ Domini.*

29. *In materia Laudemiorum conſvetudo cujusq; loci potiſſimum attendi debet.*

30. *Probata licet conſvetudine, qvod liberi heredes conjunctim omnes pro ſucceſſione ſolvant Laudemium, ex diviſione tamen, poſteà à ſingulis id denuo petere non licet.*

31. *Non præſtatur Laudemium ab Uſufructuario ratione Uſusfructus aut dotalitij.*

32. *Ex bonis feudalibus haud perſolvendum eſt Laudemium, niſi peculiari qvâdam loci conſvetudine aliud ſit introductum.*

33. *Venditor tenetur reſtituere emtori Laudemium exſolutum, ſi hoc ipſi ante venditionem contractam non manifeſtaverit.*

34. *Bona in dubio potius allodialia ſive emphyteutica qvàm feudalia præſumuntur; etiamſi Cappones canonis nomine ſolvantur.*

35. *Non transfertur rei dominium in foro Saxonico, niſi præcedente alienatoris abdicatione traditio judicialiter facta fuerit.*

CONSTIT. XL.

Qvid juris ſit, ſi is, qvi bona poſſidens ultra XXX. vel XL. annos, certamq; & uniformem penſionem, qvotannis illorum nomine domino ſolvens, jure emphyteuſis ſe illa poſſidere dicat, dominus verò illa repetens, locata eſſe affirmet.

Definit.

1. *Præſcriptione temporis longiſſimi ſe tuetur poſſeſſor, præſtando Canonem uniformem adverſus vendicantem bona locata.*

2. *Non tamen juvat poſſeſſorem præſcriptionis exceptio, ſi actor probet, titulo Locati, bona Reo ab initio fuiſſe conceſſa.*

3. *Non nocet titulus locationis Succeſſori ſingulari, veluti emtori, qvò minus is bona, venditori locata, poſſidens jus perpetuæ Coloniæ præſcribere qveat.*

4. *Præſcriptio jure perpetuæ Coloniæ, bona non cenſitica, ſed emphyteutica habentur.*

5. *Collectas & tributa ſolvere tenetur Locator, non Conductor.*

6. *Abſolutè conceſſa jurisdictione, videtur qvoq; conceſſum merum Imperium.*

CONSTIT. XLI.

Fundum à Domino in præjudicium ejus, qvi jus paſcendi in eo habet, arari non poſſe.

Definit.

1. *Dominus in præjudicium ejus, qvi jus paſcendi habet, fundum arare neqvit.*

2. *Nec ager in præjudicium ejus, cui jus paſcendi competit, in ſtagnum commutari poteſt.*

3. *Ager ad culturam poteſt reduci, in qvo ſervitus paſcendi non niſi eo tempore, qvo fruges ſunt collectæ,* (zu offenen Zeiten/) *conſtituta eſt.*

4. *In dubio ſervitus paſcendi non niſi eo tempore, qvo fruges collectæ ſunt,* (zu offenen Zeiten/) *conceſſa videtur.*

5. *Domino fundi ſervientis agrũ mutare, & in culturã aliam redigere poteſt, ſi reductio non noceat paſcuis.*

6. *Prædia in culturam redigi poſſunt invito eo, cui ſervitus paſcendi competit, ſi alia relinqvantur prædia inculta, qvæ ad paſtum pecorum ſufficiunt.*

7. *Incola pagi, qvi tres manſos habet,* (drey Huffen Landes/) *non ſolùm in ſuis, ſed etiam communibus agris, per proprium paſtorem, pecora ſua paſcere valet.*

8. *Qvi ſervitutem paſcendi habet in prato alieno, pecora morbida ibi paſcere neqvit.*

9. *Compaſcuorum jura tempore qvocunq; ab unâ vel alterâ parte revocari poſſunt.*

10. *Qvicqvid una pars facit in compaſcuo mutuo, illud nec alteri videtur prohibitum.*

11. *In fundo proprio nemo poteſt ædificare animo nocendi vicino ſuo.*

12. *In pariete ſuo qvilibet poteſt facere feneſtras, ex qvibus in vicini domum proſpici poteſt.*

13. *Servitus altius tollendi reverâ ſervitus eſt, nec uſu ac q; effectu deſtituitur.*

4. Pactum servitutis, ne prospectui officiatur, obligat etiam successorem domus singularem.
15. Jus coqvendi cervisiam ad instar servitutum realium, separatim à domo, in qva hæres, vendi neqvit.
16. Servitute fluminis concessâ, videtur etiam concessum iter atq; aditus ad flumen illud.
17. Inscio etiam Magistratu, subditi fines agrorum suorum distingvere, novosq; lapides finales ponere possunt.
18. Agenti negatoriâ actione, non incumbit onus probandi, sed Reo agenti confessoriâ.
19. Sublato ædificio, cui servitus inhæret, eoq; postea restituto, eadem debebitur servitus.

CONSTIT. XLII.

De dotibus & bonis illatis mulierum.

Definit.

1. Matrimonio dissoluto, donatio propter nuptias ad maritum, ejusvè heredes revertitur.
2. Modus dotalitij legitimus qvisnam sit in foro Saxonico?
3. Dotalitio constituto, & à Viduâ agnito, dos, feudo jure dotalitij incorporata, repeti neqvit, nisi aliud specialiter conventum fuerit.
4. Uxore prædefunctâ, dotalitium haud effectum sortitur, sed dos marito superstiti cedit; de qvâ tamen liberis debetur legitima.
5. Constitutio dotalitij qvatenus obliget Agnatos in feudo, nec non filios, aliosq; heredes descendentes.
6. Viduæ ratione dotalitij, qvod à primo marito ad vitam adepta est, à secundo marito, absq; consensu Agnatorum, denuò dotalitium constitui neqvit.
7. Uxor ratione dotalitij, ceu Usufructuaria, cautionem præstare tenetur.
8. Obligata est Uxor, ratione dotalitij, ad inventarij confectionem.
9. Locare potest Uxor dotalitium suum, ita tamen, ut morte ipsius locatio finiatur.
10. Mulier consentiens oppignorationi bonorum feudalium, in qvibus dotalitium habet constitutum, ex aliis mariti bonis illud petere valet.
11. Mulieres in donatione propter nuptias gravari haud possunt.
12. Pater filiam dotare tenetur, adq; id officio judicis compelli potest.
13. Non tenetur pater dotare filiam locupletem, qvæ aliunde habet, unde seipsam dotare possit.
14. Dotis Usuræ debentur à tempore moræ.
15. Mulier usufructuaria bonorum mariti defuncti, non tenetur dotare filias ex fructibus bonorum, nisi pater aliud disposuerit.
16. Tutor licet majorem dotem promiserit, non tamen tenetur ultra, qvàm pupilla in bonis habet.
17. Valida est datio fidejussoris pro dotalitio, nec non pro dote, ante sponsalia facta, vel ad instantiam patris filiam dotantis.
18. Maritus dotem promissam exigens, absq; curatorio, nomine proprio agere & experiri potest.
19. Uxor qvia est domina fundi dotalis, ad eam periculum dotis spectat.
20. Etiam dotis, in rebus mobilibus constitutæ, periculum mulier sustinet.
21. Res dotalis æstimatæ dominium & periculum ad maritum spectat.
22. Usuræ dotis, à marito non petitæ, post mortem ejus ab ipsius heredibus haud exigi possunt.

CONSTIT. XLIII.

Pacta dotalia qvot testes reqvirant; & qvomodo in vim ultimæ voluntatis sustineri qveant?

Definit.

1. Pacta dotalia, de bonis particularibus concepta, valent in vim contractus, absq; insinuatione judiciali.
2. Valent pacta dotalia de successione hereditatis in vim ultimæ voluntatis, coram qvinq; testibus, etiam extrajudicialiter concepta.
3. Pacta dotalia, judicialiter insinuata, valida sunt, nullis etiam adhibitis testibus.
4. Valida habentur pacta dotalia, licet non ipsimet conjuges, sed horum parentes ea judici insinuaverint.
5. Non valent pacta dotalia in vim contractus, in qvibus de hereditate, vel qvotâ hereditatis, aut jure succedendi disponitur.
6. Valent tamen pacta dotalia in vim contractus, etiamsi bona universa conjugi superstiti fuerint assignata, modò haud jure hereditario, vel successionis hoc factum sit.
7. Scriptura vel instrumento super pactis dotalibus confecto, testes si huic subscripserint, suaq; sigilla apposuerint, haud jurati etiam fidem faciunt.
8. Probantur pacta dotalia testibus juratis, etiamsi in scripturam non fuerint redacta.
9. Mulier, Curatore non interveniente, pacta dotalia validè contrahit; at non dotem æstimatam in bonis immobilibus constituit.
10. Pacta dotalia, qvæ in vim ultimæ voluntatis subsistunt, ab uno conjuge, invito altero, benè revocari possunt.
11. Invitâ alterâ parte revocari haud possunt pacta dotalia, qvæ in vim contractus subsistunt.
12. Pater obligatur ex pactu dotalio filij, qvi ipso consentiente Uxorem duxit. (rum.
13. Corruunt pacta dotalia ex supervenientia liberorum.
14. Conditio: (Si sine liberis,) pactis dotalibus adjecta, impleta censetur, si liberi nati ante obitum parentum decesserint.
15. Deficit conditio: (Si liberi non fuerint nati,) pactis dotalibus adjecta, qvantumvis liberi nati ante obitum parentum decesserint.
16. Parens pacta dotalia, cum secundâ Uxore inita, invitis primi matrimonij liberis, revocare potest, etiamsi in hisce certa portio fuerit assignata.
17. In foro Saxonico Novercæ pactis dotalibus plus assignari potest, qvàm libert prioris matrimonij ex bonis paternis consequuntur.
18. Pacta dotalia cum secundo conjuge inita, non possunt præjudicare liberis primi matrimonij in legitimâ paternâ, vel maternâ.

CONSTIT. XLIV.

Qvid juris sit, si defuncto marito dotem repetat Vidua, successores autem feudi eam retinere cupientes, dotalitium pro more regionis illi offerant?

Definit.

1. Dotalitiũ in feudo Viduæ constitui debet, etiamsi de hoc vivente marito non fuerit conventum.
2. In arbitrio tamen viduæ est, an dotalitium exigere, an verò dotem repetere velit.
3. Dotalitio licet in pactis dotalibus constituto, attamẽ marito defuncto, Viduæ optio competit, an dotalitium apprehendere, an verò dotem repetere malit.

4. Vi-

4. *Vidua defuncta antequam dotalitium apprehenderet, vel dotem exigeret, nihilominus liberi ejus dotem repetere possunt.*
5. *Dotalitio à Vidua semel acceptato, expirat facultas petendi dotem.*
6. *Vidua dotalitium sibi constitutum, etiam post annum & diem, petere valet.*
7. *Successores feudi ad constitutionem dotalitij non tenentur, si unà cum dote, totidem ratione donationis propter nuptias reddere velint.*
8. *Relinquere potest Vidua dotem pariter & dotalitium, atq; petere portionem statutariam, ex bonis mariti mulieribus debitam.*
9. *Non tenentur successores feudi constituere Viduæ dotalitium, priusquam dos illata, ac in feudi utilitatem versa probetur.*
10. *Confessio mariti non relevat Viduam, petentem dotalitium à successoribus feudi, ab onere probandi dotis illationem.*
11. *Debetur Viduæ dotalitium, etiamsi dotem promissam vivente marito non solverit, modo eam ipso defuncto unà cum Usuris etiamnum offerat.*
12. *Vidua post mortem mariti dotem offerens, eam unà cum dotalitio repetere nequit, licet de hoc in pactis dotalibus fuerit conventum.*
13. *Viduæ, post mortem mariti dotem offerenti, non debetur dotalitium in concursu Creditorum.*
14. *Quælibet donatio propter nuptias solvenda est Viduæ, post mortem mariti dotẽ promissam offerenti.*

CONSTIT. XLV.

De simultanea investitura, & ea, quæ in eventum mortis possessoris confertur, & quomodo ejus renovatio sit petenda?

Definit.

1. *VAlet investitura, de caducitate feudi tertio facta, etiamsi Vasallus possessor non consenserit.*
2. *Dominq; investituram, de caducitate feudi factam, pendente conditione, revocare nequit.*
3. *Non tenetur Dominus ex investitura de feudi caducitate, si hoc propter culpam Vasalli fuerit apertũ.*
4. *Duobus investitis de feudo Vasalli adhuc viventis, quinam horum alteri præferatur?*
5. *Etiam in foro Saxonico heres domini investituram, de feudo Vasalli viventis factã, ratã habere tenetur.*
6. *Agnati tamen ex investitura Domini de caducitate feudi non obligantur.*
7. *Successor Episcopi investituram, de caducitate feudi sine consensu Capituli factam, ratam habere haud est obligatus.*
8. *Nec Dominus superior ex investitura, de caducitate alicujus feudi à Domino inferiore facta, obstringitur.*
9. *Investitura in casum mortis facta, etiam ad investiti heredes transmittitur.*
10. *Ne quidem in foro Saxonico renovatio investituræ, factæ de feudo Vasalli adhuc viventis, necessariò petenda est.*
11. *De jure comm. feudali, extra forum Saxonicũ, Collaterales Agnati non nisi in feudo antiquo succedunt.*
12. *In foro etiam Saxonico filij ac descendentes in infinitum in feudo succedunt.*
13. *Agnati & Collaterales in foro Saxonico non nisi ex vi ac jure simultaneæ investituræ in feudis succedũt.*
14. *Effectũ non habet simultanea investitura, nisi utriusq; tàm possessoris, quam investiti consensq; accesserit.*
15. *Jus simultaneæ investituræ neminì invito auferri debet.*
16. *Simultanea investitura jus in feudo tribuit investito, unde & ei actio revocatoria datur contra tertium possessorem.*
17. *Petenda est necessariò renovatio simultaneæ investituræ; qva omissa jus investituræ amittitur, nec investito ulterius actio revocatoria competit.*
18. *Non perdit feudum, vel jus simultaneæ investituræ, qvi justa causa impeditus, intra annum & diem, renovationem investituræ non petiit.* (rit.
19. *Ætati pupillari tempo petendæ investituræ non curt-*
20. *Excusat qvoqve ignorantia investitum, qvò minus feudum, vel jus simultaneæ investituræ, ob non justo tempore petitam renovationem perdat.*
21. *Feuda rustica vel exigua, de qvibus servitia militaria non præstantur, ob renovationem, justo tempore non petitam, haud amittuntur.*
22. *Mortuo Episcopo, peti debet renovatio investituræ à Capitulo, si intra annum & diem alius non fuerit electus Episcopus.*
23. *Ad impetrandam investituram feudi aperti, Vasallo adversus dominum experiri potest conditione ex moribus.*
24. *Facta simultanea investitura per divisionem, non competit ultra Agnatis jus succedendi, nisi denuò impetraverint investituram.*
25. *Non minus per venditionem feudi rumpitur investitura, ac per ejusdem divisionem.*
26. *Facta inter fratres divisione feudi, horum subditi renovationem investituræ petere tenentur.*
27. *Ex duobus simul investitis, licet unus feudum suum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti consentire haud obstrictus est.*
28. *Pluribus defuncti Vasalli heredibus existentibus, omnes fidelitatem jurant.*
29. *Pluribq; existentibq; defuncti domini successoribus, investituram Vasallq; non nisi ab uno petere tenetur.*
30. *Investitura facta alicui* für ſich/ ſeine Leibes- und Lehens-Erben/ *soli videntur comprehensi filij, non etiam filiæ, & agnati.*
31. *Diversi tenoris qvando sunt investiturarum literæ, regulariter secundum tenorem primæ investituræ judicandum est.*

CONSTIT. XLVI.

Successores feudi, ut sunt filij, agnati & simultaneè investiti, qvatenus ad æs alienum Vasalli, ex feudo dissolvendum, sint obligati?

Definit.

1. *SUccessores feudi æs alienum, à defuncto Vasallo contractum, regulariter haud solvere tenentur.*
2. *Sed solutum, actione negotiorum gestorum ab heredibus allodialibus repetere possunt.*
3. *Ne qvidem ex feudo hereditario, æs alienum Vasalli defuncti exsolvendum est.*
4. *Sicuti nec feudi novi Successores ob æs alienum Vasalli defuncti conveniri possunt.*
5. *Filij debita patris ex feudis solvere tenentur.*
6. *Filio debita patris ex feudo non solvente, defuncto eo, onus debitorum heredibus allodialibq; accrescit.*
7. *Debita seu onera feudalia à successoribq; feudi, vel à Domino, ad qvẽ feudum fuit reversum, solvi debent; etsi Vasallq; defunctq; bona reliqverit hereditaria.*
8. *Solus Agnatorum consensus, ad feudi oppignorationem*

nem datus, debitum feudale non facit, nisi & Domini consensus accesserit.

9. Agnatus licet in feudi oppignorationem consenserit, & attamen si domini consensus non intervenerit, feudo sibi aperto, ad exsolutionem debiti haud obligato est.

10. Tenetur tamen Agnatus, in feudi oppignorationem consentiens, si unà expressè ad solutionem se obligaverit, deficiente licet domini consensu.

11. Dominus ex feudo, consensu suo, cum clausula tamen: Suo jure salvo, oppignorato, sibiq; aperto, aes alienum exsolvere tenetur.

12. Agnatus, qui feudum sibi oppignoratum habet, consentiens, ut & alteri oppignoretur, jus pignoris haud remisisse censetur.

13. Debitum Vasalli, ad elocationem filiarum aut sororum contractum, à successoribus feudi, non hereditibus allodialibus exsolvendum est.

14. Expensæ quoq; nuptiales, ad elocationem filiarum & cognatarum mutuò acceptæ, ex feudo restituendæ sunt.

15. Dos saltem promissa ex feudo solvi debet.

16. Filiæ non nisi in subsidium, & si hereditas non sufficiat, ex feudo educandæ, dotandæ & elocandæ sunt.

17. Ex feudo non sunt dotandæ filiæ in concursu Creditorum, ante exsolutionem æris alieni, nisi consvetudine aliud sit introductum.

18. Qvantitas dotium arbitrio & moderationi domini feudorum committitur, si de hâc inter partes convenerit.

19. Eandem dotem, qvàm filia, à patre vivente elocata, accepit, successores feudi reliqvis filiabus ex feudo solvere haud sunt obligati.

20. Filiæ dotes, ex feudo paterno debitas, non transmittunt ad heredes, si nondum maritatæ decesserint.

21. Sicuti nec reservata à Venditoribus in nuptias liberorum, vulgò das Eingeschnüttel oder Zubereiß/ defunctis hisce ante nuptias, heredibus eorum deferuntur.

22. Transmittuntur tamen dotes ac elocationes, ex feudo debitæ, ad heredes, qvando de hisce filiabus usuræ præstitæ fuere.

23. Filiâ, cui dos ex feudo constituta fuit, defunctâ, anteqvam nuberet, Successores feudi in subsidium, impensas ad funus necessarias solvere tenentur.

24. Ex feudo novo emptitio, cujus pretium omne patris allodium adsumsit, filiabus legitima debetur.

25. Debitum ratione dotalitij contractum, ex feudo solvi debet.

26. Omne debitum, qvod in utilitatem feudi conversum probatur, ex feudo solvitur.

27. Æs alienum, ad feudum comparandum contractum, successores feudi exsolvere obstricti sunt.

28. Ex feudis debentur alimenta iis personis, qvæ tanqvam minus perfectæ, à feudi successione arcentur.

29. Pecunia, ad liberationem feudi à pignoris nexu mutuò sumpta, ex feudo solvi debet.

30. Advocatus, qvi causam feudi utilitèr gessit, salarium à feudi successoribus petere potest.

31. Expensæ litis à Vasallo frivolè motæ, ex feudo haud exsolvendæ sunt. (tur.

32. Debita feudalia unà cum interesse ex feudo solvun-

33. Onera feudalia pari jure gaudent; excepto debito, pro qvo feudum consensu Dni. & agnatorum est oppignoratum, qvod licet posterius, alius tamen præfertur.

34. Debitum, ratione servitij militaris Domino præstandi contractum, ex feudo solvendum non est.

35. Contributio pecuniaria, qvam in Comitiis Provincialibus Nobiles promittunt, vulgò das Präsentgeld/ non à feudi successoribus, sed ab heredibus allodialibus exsolvenda est.

36. Impensæ funebres à feudi successoribus exigi non possunt, licet hereditas solvendo haud sit.

CONSTIT. XLVII.

Jure Saxonico num hereditate patris repudiatâ, in feudo illi succedere possit filius?

Definit.

1. FEudum hereditarium dicitur illud, qvod alicui concessum pro se & heredibus suis; Hujus natura in qvonam consistat?

2. Heredis vocabulum feudum facit hereditarium, etiamsi filiorum simulmentio facta fuerit.

3. De jure communi filius, repudiatâ patris hereditate, feudum retinere potest.

4. In foro Saxonico, extra Electoratum, Filius repudiatâ patris hereditate feudum retinere potest.

5. In ditionibus Electoratus Saxonici, filius feudum retinere aliter neqvit, nisi & heres patris esse velit in rebus allodialibus.

6. Filius, etiamsi hereditatem adiens inventarium confecerit, nihilominus tamen ultra vires hereditatis ex feudo debita paterna solvere tenetur.

7. Non præstat filius onera hereditaria ex feudo paterno, si non nisi in legitima constitutus, aliavè ex causa ipsi hereditas delata non fuerit.

8. Filius repudiata patris hereditate, feudum retinere potest, si hoc, filij intuitu, patri, vel unà cum patre filio in specie concessum fuerit.

9. Agnati collaterales in feudo Saxonico tàm in feudo hereditario, qvàm ex pacto & providentiâ succedunt, repudiatâ licet hereditate.

CONSTIT. XLIIX.

Agnati vel simultaneè investiti feudum alienatum qvando & qvomodo revocare possint?

Definit.

1. IN foro Saxonico Agnati, simultaneè investiti, non minus hereditarium feudum, qvàm ex pacto alienatum revocare possunt.

2. Non valet dispositio Vasalli testamentaria de feudo, in præjudicium simultaneè investitorum.

3. Agnato simultaneè investitus, heres licet alienatoris existens, feudum tamen alienatum revocare potest.

4. Pluribus agnatis, simultaneè investitis, in eodem gradu existentibus, uni eorum, in reliqvorum præjudicium, feudum alienari neqvit.

5. Qvo tamen casu Agnatus non nisi pro ratâ ipsorum portione jus revocandi competit.

6. Agnatus ob solam præsentiam & taciturnitatem à feudi revocatione non excluditur, nisi & expressè in alienationem consenserit.

7. Tutoribus agnatorum minorum, unà cum qvatuor simultaneè investitis, in feudi alienatione consentientibus, subsistit alienatio, à minoribus in majorennitate ratificata, licet alij consangvinei non adfuissent.

8. Non competit jus revocandi feudum agnatis, qvi nondum præstito homagio realitèr simultaneam investituram apprehenderunt.

9. In ditionibus Elect. Saxon. filij feudum à patre alienatum, sive novum sit, sive paternum, revocari non possunt.

10. Revocare tamen possunt filij feudum, à patre alienatum, qvod unà cum patre ipsis qvoq; in specie, vel patri, contemplatione filiorum, fuit concessum.

11. Ex

11. *Extra Saxoniæ Electoratum, filii, qvi non sunt patris heredes, feudum ab ipso alienatum benè revocare possunt.*
12. *In provinciis Electoratus Saxonici, non competit filiis revocatio feudi, à patre alienati, in ipsorum licet minorennitate.*
13. *Agnati jus revocationis in feudo non nisi defuncto alienatore, mortuiq; ejusdem liberis, exercere valent.*
14. *Feudum tamen, absq; consensu Domini alienatum, etiam vivo adhuc alienatore, revocare qveunt Agnati.*
15. *Feudum sine consensu suo alienatum, refuso pretio, redimere potest Agnatus, vivo adhuc alienatore.*

CONSTIT. XLIX.

Iidem, feudum revocantes, qvatenus ad pretium emptoris vel interesse teneantur?

Definit.

1. *Jure protimiseos redimere possunt Agnati feudum, etiam post factam traditionem.*
2. *Agnatus redimens feudum jure protimiseos, emptori pretium solutum, absq; usuris tamen, refundere tenetur.*
3. *Non auditur Agnatus, redimens feudum alienatum ex jure protimiseos, nisi paratâ pecuniâ offerat.*
4. *In ditionibus Electoratus Saxonici, non competit filiis jus redimendi feudum, à patre alienatum, refuso licet pretio.*
5. *Cessat jus protimiseos in feudo, per donationem, infeudationem, aut permutationem, &c. alienato.*
6. *Ex eo, qvod Agnatus, à venditore ad emendum requisitus, tacuerit, à jure Retractus postea excluſus non est.*
7. *Agnato proximiore Venditioni licet consentiente, remotior tamen, pretio refuso, feudum redimere valet.*
8. *Feudo ab Agnatis revocato, Emptor heredes alienatoris de evictione promiſsâ convenire potest.*
9. *Heredes alienatoris pretium emtori restituere debent, etiamsi de Evictione obligati non sint.*
10. *Feudo sine consensu Domini alienato, & postea ab Agnatis revocato, malæ fidei emptor nec de evictione promiſsâ alienatorem convenire, nec ab eodem pretium repetere potest.*
11. *Sed pretium hoc casu Seniori seu domino feudi cedit.*
12. *Feudum, sine consensu domini alienatum, in ditionibus Electoratus Saxonici ab Agnatis statim revocatur, extra Electoratum verò Domino aperitur, qvamdiu Vasallus alienator adhuc in vivis est.*
13. *Etiamnum hodiè in foro Saxonico Vasallus ob alienationem, sine Domini consensu factam, feudo privari potest.*
14. *Vasallus feudum amittit, si hoc inscio Domino in Emphyteusin alicui concesserit.*

CONSTIT. L.

Intra qvod tempus feudum alienatum revocari possit?

Definit.

1. *IN ditionibus Electoratus Saxonici, spacio annali indifferenter præscribitur juri redimendi feudum, sive hoc in extraneum, sive in remotiorem Agnatum fuerit alienatum.*
2. *In præscriptione hâc juris protimiseos, spacium annale etiam in foro Saxonico, non nisi de anno civili accipi debet.*
3. *Præscriptio annalis in jure protimiseos feudali non currit ignoranti.*
4. *Extra Electoratum Saxoniæ, qvando feudum in extraneum est alienatum, juri protimiseos non nisi triginta annorum spacio præscribitur.*
5. *Juri feudorum revocandi post mortem alienatoris, anno & die præscribitur.*
6. *Non currit præscriptio juris revocandi agnato, priusqvam via succedendi ei aperta, & revocandi facultas data fuerit.*

CONSTIT. LI.

Rustici & subditi num castra dominorum custodire teneantur?

Definit.

1. *QVibus in casibus rustici ac subditi in foro Saxonico castra Dominorũ suorũ custodire cogãtur?*
2. *Cogi possunt rustici, ut tempore belli pro defensione sui qvisqve pagi sint in excubiis.*
3. *Omnes indifferenter subditi* (auch die Gärtner uñ Hintersassen) *ad excubias agendas sunt obstricti.*
4. *Advenæ tamen, qvi solum conductitias ædes possident, excubiis haud sunt gravanai.*
5. *Subditis excubias agentibus, debetur victus usitatus, qvi est panis & caseus, nisi aliud consvetudine fuerit introductum.*
6. *Custodire debent subditi castra solummodò Domini sui, qvi jurisdictionem habet, licet bassam saltem ac inferiorem.*
7. *Defuncto Domino, multiplicatis licet possessoribus & castris, excubiæ consvetudinariæ tamen haud multiplicari debent.*
8. *Sufficiunt excubiæ foris præstitæ, nec cogi possunt subditi, ut intra & in aream castrorũ agant excubias.*
9. *Rustici certa mercede operas suas elocantes, qvando & qvatenus eas propriis potius ipsorum Dominis, qvàm aliis elocare teneantur?*
10. *Dominis atq; Nobilibus nullum competit jus Protimiseos in Cibariis vel mercibus edilibus subditorum, qvas venales ad forum deferunt.*
11. *Domino defuncto, heredes pro famulitio mercedem debent, ad id solum tempus, qvo heres mortuus est.*
12. *Mortuo famulo ante tempus, finiti servitii, heredibus ejus salarium debetur, non nisi pro ratâ temporis, qvo servivit.*
13. *Dominus famulo absq; causâ ante tempus ex servitio discedenti, ne qvidem pro rata temporis, qvo servivit, salarium solvere tenetur.*
14. *Dominus non tenetur famulo ratione damni in corpore suo, licet in servitio accepti.*
15. *Subditi ac rustici malefícos in carcere custodire haud sunt obligati, nisi aliud consvetudine fuerit introductum.*
16. *Subditi debita servitia præstare recusantes non modò carcere ad id cogi, sed & propter contumaciam relegari possunt.*

CONSTIT. LII.

De operis seu servitiis, qvæ rustici ad extruenda ædificia dominorum præstare tenentur.

Definit.

1. *REgulariter in foro Sax. Subditi operas ad ædi-*

ficia dominorum extruenda præstare tenentur; nisi aliud consvetudine, vel pacto speciali sit introductum.
2. *In moderatione hujusmodi operarum vel cibariorum præstandorum, pacta & consvetudines attendi, iisqve deficientibus, à Principe decisio peti debet.*
3. *Operæ rusticorum exigi debent ad ædificationem solius domicilij seu habitationis,* (des Ritter-Sitzes) *non etiam horreorum, stabulorum, aliorumq; ædificiorum.*
4. *Lapides ad vias complanandas convehere, vel terram veteratam avehere, subditi obligati non sunt.*
5. *Ligna aliamvè materiam, ædificiis dominorum ædificandis necessariam, qvæ in territorio Principis haberi neqvit, subditi aliundè convehere tenentur.*
6. *Ad domicilium domini extruendum, eo in loco, ubi hactenus nullum fuit extructum, subditi materiam convehere haud sunt obstricti.*
7. *Diviso inter plures filios feudo, nova domicilia extruentes, operas à subditis exigere neqveunt.*
8. *Si plures in pago vel oppido existant domini, opera ad ædificia extruenda debentur ei, qvi in possessione servitiorum reperitur.*
9. *In dubio hæ operæ debentur Domino hereditario, à qvo subditi bona sua recognoscunt.*
10. *Transactio cum subditis inita, de præstandis operis ad extruenda ædificia, obstringit eos qvoq; ad servitia in restauratione & refectione ædificiorum.*
11. *Æstimatio ac moderatio operarum præteritarum, à Domino fieri potest, nec à Principe necessariò peti debet.*
12. *Operæ ad extruenda ædificia præscriptione amittuntur.*

CONSTIT. LIII.

Thesaurus repertus ad qvem pertineat?

Definit.

1. *NEmo auri argentiq; fodinas in fundo suo, absq; speciali concessione Principis, vel infeudatione, sibi vindicare potest.*
2. *Nec salinarum usus cuiqvam privato in solo suo absq; speciali Principis concessione permissus est.*
3. *Lapidicinæ ac calcis fodinæ ad Dominum fundi pertinent, non ad Principem, vel superiorem territorij Dominum.*
4. *Etiam in foro Saxonico thesaurus, in proprio fundo inventus, totus inventori cedit.*
5. *Thesaurus in fundo alieno casu fortuito repertus, pro alterâ dimidiâ Domino fundi cedit.*
6. *Thesaurus casu fortuito in fundo fructuario inventus ab usufructuario, inter eum & proprietarium dividitur.*
7. *Inventor occultans thesaurum in fundo alieno repertum pœnâ arbitrariâ coërcendus est.*
8. *Inventor thesauri qvantitatem juramento qvandoq; indicare tenetur.*
9. *Res nullius, vel pro derelicto habita, occupanti etiam in alterius domo conceditur.*

PARTIS TERTIÆ,

DE SUCCESSIONIBUS, ULTIMIS VOLUNTATIBUS, ET INVESTITURA FEUDI,

Constitutio I.

De mortis causâ donationibus.

DEFINITIONES.

1. *ETiam de jure communi Saxonico, ex donatione mortis causa omnium bonorum, Falcidia detrahitur.*
2. *In Donationibus qvoq; Conjugum, mortis causâ factis, detractio Falcidiæ locum habet.*
3. *Bonis Conjugi ita donatis, ut post ejus mortem residua perveniant ad heredes donatoris, hisce de Falcidia cautio præstanda est.*
4. *Factâ donatione omnium bonorum mortis causâ per Uxorem marito, detrahenda est in foro Saxonico Falcidia etiam de bonis mobilibus.*
5. *In Electoratu Saxoniæ simpliciter cessat in donationibus omnium bonorum mortis causa, Falcidiæ detractio.*
6. *In Legatis tamen & Codicillis, etiam in Electoratu Saxoniæ Falcidia, locum habet.*
7. *Detractio Trebellianicæ in donatione omnium bonorum mortis causâ, prohibita non est in Electoratu Saxoniæ.*
8. *Non valet donatio omnium bonorum mortis causâ, in qva liberis relicta non est legitima.*
9. *Irrita qvoqve est donatio omnium bonorum mortis causâ, non relictâ parentibus debitâ legitimâ.*
10. *Subsistit donatio Conjugum reciproca omnium bonorum, liberis aut parentibus licet præteritis, modò hisce debita legitima ex bonis donatis exsolvatur.*
11. *Cessat qvoq; in pactis dotalibus detractio Falcidiæ in Electoratu Saxoniæ.*
12. *Non solum in testamentis, sed & aliis ultimis voluntatibus ac successionibus ab intestato, detractio vel supplementum Falcidiæ locum habet.*
13. *Cessat Falcidiæ detractio, si testator eam expressè prohibuerit.*
14. *In hæreditatibus, fideicommisso gravatis, primus saltèm hæres deducit Trebellianicam, non etiam secundus, vel tertius.*
15. *Heres, in re certâ institutus, & fideicommisso gravatus, non detrahit Trebellianicam.*
16. *De Legatis ad causas pias & stipendia non deducitur Falcidia.*
17. *In legato ad pias causas prohibitio Falcidiæ heredi nocet, nec cætera legata aggravat.*
18. *Legata pia absq; detractione sunt præstanda, etiamsi reliqvis legatis non sufficiat hereditas.*
19. *Pro ratâ cujusq; legati Falcidia est detrahenda.*
20. *Filius legato aut fideicommisso gravatus, duntaxat legitimam, non duas qvartas deducere potest.*
21. *Ex legato tamen & fideicommisso conditionali vel in diem filius, ultra legitimam, Falcidiam aut Trebellianicam qvoq; deducere valet.*

22. *Minor*

22. Minor absq; Curatoris autoritate mortis causâ donare potest.
23. In Electoratu Saxoniæ donatio omnium bonorum mortis causâ saltem judicialiter facta valet, non etiam coram Notario, & septem testibus.
24. Nec in Episcopatibus Electoralibus Saxonicis donatio omnium bonorum mortis causâ aliter valet, qvàm apud Acta judici insinuata.
25. Potest tamen fieri donatio omnium bonorum mortis causâ etiam apud Acta alterius judicis, sub qvo bona sita non sunt.
26. Subsistit donatio omnium bonorum mortis causâ, domi conscripta, & posteà apud Acta judici insinuata.
27. Donatio mortis causâ per ipsummet donatorem insinuari debet, non per Procuratorem, aliamvè intermediam personam.
28. Valet donatio facta in domo donatoris coram judice, ejusq; Assessoribus, ad hoc specialiter vocatis.
29. Donatio mortis causâ extrajudicialiter, non nisi coram qvinq; testibus facta valet, licet juramentum accesserit.
30. Sufficiunt ad donationem mortis causa, testes etiam non rogati, ut & mulieres.
31. Non confecto instrumento super donatione mortis causa, testes adhibiti jurare tenentur.
32. Valet donatio mortis causâ, coram Notario & qvatuor testibus facta.
33. Donatio mortis causâ, tempore pestis coram duobus testibus facta, jure subsistit.
34. In Electoratu Saxoniæ non subsistit donatio omnium bonorum mortis causa, tempore licet pestis, coram duobus testibus facta.
35. Donatio mortis causa, absenti & ignoranti facta, valida haud est; subsistit tamen jure legati, aut fideicommissi.
36. Non valet donatio per Procuratorem nomine donatoris facta.
37. Datur heredi interdictum: Qvod legatorum, ad recipiendam rem donatam, qvam donatarius propriâ autoritate occupavit.
38. Ex donatione omnium bonorum mortis causa, in Electoratu Saxoniæ obstringitur donatarius Creditoribus donatoris.
39. Pactum de non revocandâ donatione, in casum mortis facta, efficit, ut donatio inter vivos habeatur.
40. Ex stylo tamen Notariorum Clausula promissionis, de non contraveniendo donationi mortis causâ adjecta, eam non vitiat.
41. Sub commemoratione mortis facta donatio, non reputatur mortis causa donatio, si non qvinq; testes sint adhibiti.
42. Testamentum, ex solennitatum defectu invalidum, non potest subsistere, ut donatio mortis causâ, si testator saltem testari voluerit.

CONSTIT. II.

Reservatum in donatione mortis causa ad qvem pertineat?

Definit.

1. Reservatum in donatione mortis causa, de qvo posteà testator nil disposuerit, non donatario accrescit in foro Saxonico, sed ad heredes ab intestato pertinet.
2. Bonis mobilibus & immobilibus alicui mortis causa donatis, jura & actiones etiam, donatori non reservatæ, donatario haud accrescunt.
3. Donatario tamen heredi ex Statuto putat, marito in foro Saxonico, reservatum rerum mobilium in donatione mortis causa, ab Uxore factâ, haud cedit.
4. Nec reservatum in pactis dotalibus, si de eo Uxor non disposuerit, marito superstiti cedit.
5. Heredi testamentario accrescit pars vacans hereditatis, nemini in testamento relicta.
6. Valet testamentum mutuum, ut & reciproca inter Conjuges donatio mortis causa, licet inæqvalis.
7. Donatio conjugum mortis causâ, apud Acta soli judici, vel Qvæstori, non præsentibus aliis Scabinis insinuata, valida est.
8. Subsistit donatio mortis causa omnium bonorum reciproca inter conjuges etiam extrajudicialis, coram qvinq; testibus facta.
9. Solâ pœnitentiâ revocatur donatio mortis causa.
10. Revocata censetur mortis causâ donatio, si res donationem posteà in testamento alteri fuerit legata.
11. Testamentum, sive donatio mortis causa inter Conjuges reciproca, invitâ etiam altera parte, revocari & mutari potest.
12. Mortuo licet uno conjuge superstes tamen, pro sua parte, à testamento vel donatione mortis causa reciprocâ recedere valet.
13. Testamentum de bonis Uxoris, à Marito factum, consentiente Uxore, abeâ postea revocari neqvit.
14. In omni, adeoq; etiam in solâ verbali conjunctione, jus accrescendi locum habet.
15. Inter heredes qvoq; testamentarios, verbis tantùm conjunctos, locum habet jus accrescendi.
16. Non obtinet jus accrescendi in Contractibus.
17. Etiam citra conjunctionem pars hereditatis vacans coheredi accrescit.
18. In legatis citra conjunctionem nunqvam locum habet jus accrescendi, sed deficiente legatario, legatum heredi cedit.
19. In substitutione fideicommissaria, citra Conjunctionem, non obtinet jus accrescendi, sed remanet portio deficiens penes heredem.
20. Mortuis heredibus ante testatorem, irritum fit testamentum, & redit hereditas ad casum intestati.
21. Defuncto herede ante testatorem, irritum fit testamentum, etiam qvoad legata, nisi apposita sit clausula codicillaris.

CONSTIT. III.

Testamentum in loco judicij factum, vel coram personis, nomine judicij ad testatorem missis, num reqvirat testes?

Definit.

1. Testamentum solenne in scriptis, à septem testibus specialiter ad id rogatis, subscriptum & sigillatum subsistit, licet ipsemet testator nomen heredis non scripserit.
2. Non vitiatur testamentum in scriptis ex eo, qvod clausum testibus fuerit ad subscribendum exhibitum, non verò prælectum.
3. Scriptura jure testamenti solennis valere jussa ex defectu solenniuum non valet, ut testamentum nuncupativum, nec ut Codicillus, deficiente clausulâ Codicillari.
4. Abbreviaturæ & Ciphræ Arithmeticæ intelligibiles ac usitatæ non vitiant testamentum solenne in scriptis.
5. Ex verbis in margine testamenti appositis, sensum scripturæ non invertentibus, haud vitiatur testamentum.

6. Licet

6. Licet non heredes, legatarii tamen in teſtamento teſtes admittuntur.
7. Nec pater admittitur teſtis in teſtamento eo, in qvo filius licet emancipatus heres eſt ſcriptus.
8. Curatores in teſtamento minorum idonei habentur teſtes.
9. In teſtamento legatum ſibi aſſcribens, dictante licet teſtatore, illud petere non valet.
10. Petere tamen poteſt legatarius legatum manu ſuâ ſibimetipſi aſſcriptum, ſi teſtator in ſubſcriptione, ſe legatum hoc ipſi reliqviſſe, teſtatus fuerit.
11. Subſiſtit teſtamentum judiciale abſq; teſtibus in foro Saxonico etiam extra Electoratum.
12. De teſtamenti confectione vel inſinuatione judiciali teſtantibus judici & Scabinis creditur etiam ſpecialiter non juratis.
13. Ad teſtamenti factionem, inſinuationemvè judicialem non reqviritur judicii ordinatio ſolennis, (die Hegung des Gerichts.)
14. Nobilis merum vel mixtum Imperium habens coram actis ſui judicii validè teſtatur.
15. Validum eſt teſtamentum apud acta confectum vel inſinuatum coram ſolo judice, Aſſeſſoribus & Scabinis aliis licet non præſentibus.
16. Teſtamentum ab ægroto vel alio extra locum judicii coram judice & Scabinis factum valet, nullis licet adhibitis teſtibus.
17. Extra locum judicii, teſtamentum non niſi coram duobus Senatoribus vel Scabinis factum validum habetur.
18. Coram unico Scabino & Notario judicii, teſtamentum extra judicium haud validè conficitur.
19. Conſvetudine poteſt introduci, ut valeat teſtamentum coram unico Scabino & Actuario judicii in domo teſtatoris conditum.
20. Tum demum ſubſiſtit teſtamentum extra judicium conditum coram judice & Scabinis, ſi hi ſpecialiter autoritate judiciali ad hunc actum fuerint ablegati.
21. Non valet teſtamentum judiciale coram Schulteto & Scabinis paganis factum.
22. Qvatenus tempore peſtis coram Schulteto & Scabinis paganis qvis validè teſtari aut mortis causâ donare qveat?
23. Ut teſtamentum judiciale valeat, reqviritur præſentia ipſius teſtatoris, nec per intermediam perſonam teſtamentum apud acta inſinuari poteſt.
24. Non efficit permiſſio Magiſtratus, ut valeat teſtamentum domi conſcriptum & per intermediam perſonam inſinuatum.
25. Non præſumitur teſtatorem fuiſſe præſentem in judicio, ſed probandum id eſt.
26. Ut teſtamentum judiciale oretenus factum ſubſiſtat, reqviritur omninò, qvod Judex & Scabini illud ex ore teſtatoris audierint ac perceperint.
27. Non vitiat teſtamentum expoſitio voluntatis per alium facta, ſi poſtea teſtatorà Scabinis interrogatus affirmando illam confirmaverit.
28. Teſtamentum in ſchedulâ conſignatum & actis vel Judici ac Scabinis inſinuatum ſubſiſtit, licet iis non fuerit prælectum ac manifeſtatum.
29. Amiſsâ licet ſchedulâ teſtamenti judicialis obſignatâ, validum nihilominus illud erit, qvatenus Scabini tenorem perceperint, deq; voluntate teſtatoris deponere poſſunt.
30. Non revocatum cenſetur teſtamentum judiciale ex eo ſolo, qvod teſtator illud ab actis removerit & ad ſe receperit.
31. Suſpicio fraudis qvandoq; facit, qvò minus teſtamentum ab actis remotum ſubſiſtat.
32. Validum eſt teſtamentum judiciale, etiamſi Notarius judicii non adfuerit.
33. Etiam in teſtamento nuncupativo teſtes ſpecialiter rogatos adhiberi neceſſe eſt.
34. Validum eſt teſtamentum Nuncupativum, etiamſi illud in ſcripturam redactum teſtes nec ſubſcripſerint, nec ſigillaverint.
35. Non vitiatur teſtamentum Nuncupativum ex eo, qvod in ſcripturam redactum teſtatori non prælectum nec ab eo ſubſcriptum fuerit.
36. Solo interventu ſeptem teſtium non probatur teſtamentum nuncupativum, niſi & teſtes adhibiti juratò de ultimâ teſtatoris voluntate depoſuerint.
37. Confecto à Notario inſtrumento ſuper teſtamento Nuncupativo, teſtes ad id adhibiti haud jurare tenentur.
38. Teſtes ſuper Nuncupativo teſtamento extra proceſſum ſub juramento ſunt examinandi.
39. Teſtator immemor prioris ſui teſtamenti judicialis, aliud apud acta diſponens prius mutaſſe cenſetur.
40. Revocato teſtamento priore per poſterius, videntur ſimul revocata legata prioris teſtamenti, niſi ex circumſtantiis aliud appareat.
41. Valet teſtamentum nuncupativum ex eo, qvod duo teſtes de inſtrumento deſuper confecto deponant, licet inſtrumentum amiſſum aut reliqvi teſtes mortui fuerint.
42. Teſtamentum apud acta conditum coram ſeptem teſtibus revocari poteſt.

CONSTIT. IV.

Peſtis tempore qvod ſit teſtamentum, qvot teſtes reqvirat?

Definit.

1. IN foro Saxonico ſufficiunt duo vel tres teſtes teſtamento tempore peſtis confecto, etiamſi ea fuerit parva ac levis.
2. Validum eſt teſtamentum, coram duobus vel tribus teſtibus factum à teſtatore, dyſenteriâ, aliovè morbo contagioſo laborante.
3. Valent itidem donationes mortis causâ Codicilli, atq; legata, peſtis tempore coram duobus vel tribus teſtibus relicta.
4. Is demum peſtis tempore coram duobus vel tribus teſtibus validè teſtatur, qvi vel ipſe peſte decumbit, vel cujus domus ſaltem lue infecta eſt.
5. Teſtamentum, peſtis tempore jure ſingulari conditum, valet perpetuò, etiam poſt intermiſſionem peſtis.
6. Non ſolum maſculi, ſed & fœminæ, admittuntur teſtes in teſtamento tempore peſtis.
7. Teſtimonium tamen domeſticum vel parentum, ne qvidem tempore peſtis, admittendum eſt.
8. Subſiſtit teſtamentum tempore peſtis conditum, etiamſi teſtes non fuerint ad id ſpecialiter rogati.
9. Non confecto inſtrumento à Notario publico, ſuper teſtamento peſtis tempore condito, teſtes adhibiti jurare tenentur.
10. Non valet aliter teſtamentum peſtis tempore confectum, qvàm ſi teſtes teſtatorem viderint, exejusq; ore ultimam ſuam voluntatem perceperint.

11. *Ut testamentum pestis tempore conditum subsistat, requiritur omninò, testatorem fuisse sanæ mentis, & liberis vel parentibus debitam legitimam titulo honorabili reliquisse.*
12. *Omissa heredis institutio vitiat testamentum pestis tempore conditum; non tamen legata in eo relicta.*
13. *Nunquam valet testamentum vel legatum, pestis tempore coram unico saltem teste relictum.*
14. *Ex causâ belli, in Provinciâ sævientis, nihil remissum est testatori de numero testium solenni.*
15. *Non solum patri, sed & matri, inter liberos coram duobus testibus testari, ac voluntatem suam nuncupare licet.*
16. *Valet etiam testamentum parentum inter liberos & Nepotes, horum parentibus licet adhuc superstitibus.*
17. *Absq; testibus in schedulâ à parentibus conscriptum testamentum valet inter liberos, modò annus & dies exprimatur, & non per notas, sed per literarum consequentias, voluntas declaretur.*
18. *Validum est quoq; testamentum inter liberos ab alio scriptum, sed à testatore manu propriâ subscriptum, absq; speciali declaratione voluntatis.*
19. *Ex testamento inter liberos scripto, nec extraneis, nec Uxori, relictum quicquam jure debetur.*
20. *Uxori tamen, aliisq; personis extraneis solvendum est legatum ex testamento, inter liberos scripto, cui testes ad minimum duo accessere.*
21. *Non subsistit testamentum inter liberos, si hisce legitima institutionis titulo haud fuerit relicta.*
22. *Valet tamen divisio paterna inter liberos absque titulo institutionis, aliisq; solennitatibus.*
23. *Non annullatur divisio paterna inter liberos ex eo, quod de omnibus simul ac universis bonis paternis facta haud fuerit.*
24. *Valet quoq; testamentum paternum absq; solennitatibus inter liberos naturales.*
25. *Testamentum prius solennitèr conditum revocari potest quoad filios, per posterius, saltèm inter liberos factum.*
26. *Testamentum militis non in ipso prælio & conflictu, sed in castris constitutialiter non valet, quàm si duos adhibuerit testes.*
27. *In prælio & conflictu testamentum militare si non in scriptis confectum fuerit, duobus testibus probari debet.*
28. *Milites limitanei, & in locis hybernis, (Winter-Quartier) constituti, jure militari coram duobus saltèm testibus haud valent testari.*
29. *Nec valent legata, à milite limitaneo, extra castra versante, coram duobus saltem testibus relicta.*
30. *Subsistunt testamenta Rusticorum præsentibus saltèm quinq; testibus facta, si plures haberi nequeant.*
31. *Legata extra testamentum & absq; heredis institutione, coram quinque testibus relinqui, & adimi possunt.*
32. *Absq; ullis etiam testibus Legata, extra testamentum apud acta judicialiter relicta, valent.*
33. *Legatum vel testamentum ad pias causas, factum in præsentiâ duorum testium, jure subsistit; nunquam verò absq; testibus confectum valet.*
34. *Legatum, Pastori Ecclesiæ sive Parocho relictum, non est Legatum ad pias causas, nec coram duobus testibus subsistit.*
35. *Nec fideicommissa, nec Codicilli valent, non adhibitis quinq; testibus.*
36. *In omnibus privilegiatis seu non solennibus testamentis mulieres adhiberi possunt testes, etiam non specialiter ad id rogatæ.*
37. *Nequidem privilegiata, & minus solennia testamenta subsistunt, si ipsemet testator præsens non fuerit, vel testes ipsum non viderint, ex ejusq; ore voluntatem suam haud perceperint.*
38. *Omissa clausula codicillaris non subintelligitur; & quisnam hujus sit effectus in testamento?*
39. *Clausula Codicillaris nunquam voluntatem aut defectum testantis, nec testium numerum supplet.*
40. *Non valet in terris imperij testamentum coram Parocho & duobus testibus conditum; legatis ad pias causas exceptis, ex c. cum esset 10. extr. de testam.*
41. *Consuetudine vel Statuto introduci potest, ut valeat testamentum coram duobus vel tribus testibus.*
42. *Valet prælegatum à patre liberis, coram duobus saltèm testibus relictum.*

CONSTIT. V.

Testamentum à graviter decumbente qualiter fieri debeat, ut valeat?

Definit.

1. *MOribundus seu graviter decumbens licet mortalitatis cogitatione perturbatus, testari nihilominus potest.*
2. *Aliter tamen non valet testamentum moribundi, quàm si integræ mentis fuerit, & articulatè loqui potuerit.*
3. *In dubio testatorem articulatè loqui potuisse, ac sani intellectus fuisse præsumitur, nisi aliud præsumptionibus contrariis doceatur.*
4. *Valet testamentum factum ad interrogationem alterius, qui Notarij vices non gerit.*
5. *Non subsistit testamentum ad interrogationem factam peregrino idiomate vel linguâ, quam testes & Scabini non callent.*
6. *Testamentum, ad interrogationem conjugis, vel alterius personæ suspectæ conditum, haud validum habetur.*
7. *Blanditiis testatorem ad testamenti factionem inducere haud est prohibitum.*
8. *Ad falsas autem & dolosas persuasiones conditum testamentum jure non subsistit.*
9. *Nec vi, metuvè, aut duris ac importunis sollicitationibus extortum testamentum vel donatio mortis causâ subsistit.*
10. *Dolosis persuasionibus, vel importunis sollicitationibus testamenti factionem impediens, ad interesse conveniri potest.*
11. *Non præsumitur testator verbis duris, importunisque sollicitationibus inductus testamentum fecisse, nisi præsumptionibus id doceatur.*
12. *Confessio testatoris propria sufficienter probat coactam testandi voluntatem.*
13. *Ad probationem importunarum sollicitationum, à judice & Scabinis testimonium exigi potest super testamento, coram eis facto.*
14. *In causa testamenti, metu & importunis sollicitationibus extorti, locum non habet delatio juramenti.*
15. *Reo tamen, de compulsione & importunis sollicitationibus gravato præsumptionibus & indiciis, juramentum purgationis benè injungi potest.*
16. *Testamento ad falsam suggestionem & importunam sollicitationem condito, testatoris hereditas non fisco, sed heredibus ab intestato defertur.*

17. Cor-

17. Corruente licet testamento, metu, verbisq; duris extorto, nihilominus legata, sponte relicta, ex eo debentur.
18. Ex l. ult. C. de Edict. divi Adr. tollend. heres institutus in possessionem immittendus est, modò testamentum vitio visibili non laboret.
19. Nec clausula derogatoria, nec ulla conventio impedit validitatem posterioris testamenti.
20. Contractus in testamento celebratus sublato testamento, haud revocatus censetur.
21. Revocari tamen potest contractus in testamento celebratus, alterâ parte non præsente, eumqve acceptante.
22. Pactum seu conventio de instituendo hærede, aut relinqvendis alicui bonis suis, non obligat heredes ad interesse.
23. Non sustinetur voluntas testatoris ex eo, qvod volens alterâ die testari, morte præventus id efficere non potuerit.
24. Citari debent hæredes ad aperturam testamenti, qvod publicam formam non habet.
25. Testamentum judicialiter insinuatum, qvomodo sit aperiendum, si apertura ab heredibus non petatur.
26. Honorarium si qvod pro aperturâ testamenti judici debetur, ex communi hereditate est exsolvendum.
27. Non videtur revocâsse testator ultimam voluntatem, qvæ resignata apud eum fuit reperta.
28. Rescindens alterius testamentum, defuncto testatore, mandatum, si de hoc aliter non constet, juramento suo probare tenetur.

CONSTIT. VI.

Testamentum àreo criminis capitalis ante condemnationem vel post eam factum, num valeat?

Definit.

1. EX consvetudine generali, ubiq; locorum receptâ, valet testamentum Rei, capitaliter condemnati.
2. Qvocunq; modo Reus, ad supplicium mortis condemnatus, validè testari potest.
3. Valent itidem Contractus & dispositiones inter vivos Reorum, capitaliter condemnatorum, extra casum commissi criminis læsæ majestatis.
4. Extra casum facti testamenti, Reus, ultimo supplicio punitus, bona sua ad heredes ab intestato transmittit.
5. Nec testamentum, nec codicillus cæci hominis valet, in qvo non observata fuêre reqvisita solennia, de qvibus in l. 8. C. qvi testam. fac. poss.
6. Masculus ante completum annum decimum qvartum, ne qvidem ad pias causas testari potest.
7. Fœminis, etiam in foro Saxonico, post completum duodecimum ætatis annum testari licet.
8. Ne qvidem pestis tempore, impuberibus de bonis suis testari permissum est.
9. Prodigus validè testari non potest.
10. Subsistit tamen testamentum prodigi, ante interdictionem bonorum factum.
11. Valet etiam prodigi testamentum, qvatenus in eo posteritati suæ probè consuluerit, aut qvicqvam utiliter disposuerit.
12. Forensis testamentum condere potest secundum Statuta loci, ubi testatur.
13. Valet testamentum ejus, qvi ipse sibi mortem conscivit.

CONSTIT. VII.

Possitne conjunx id, qvod post mortem suam conjugi superstiti è bonis suis debetur, per testamentum ei in totum, vel ex parte auferre?

Definit.

1. PORtio statutaria Conjugi superstiti per testamentum auferri neqvit, licet hic conjugis defuncti bonis nihil prorsus intulerit.
2. Nec legato vel fideicommisso portio statutaria gravari potest.
3. Non valet Uxor testari in foro Saxonico de bonis suis mobilibus in præjudicium mariti.
4. Etiamsi Uxoris patrimonium universum in bonis mobilibus consistat, de hisce tamen ea in præjudicium mariti testari non potest.
5. Non minus per donationem inter vivos aliumvè contractum, qvàm per testamentum, portionem statutariam Conjugi superstiti auferre vel deminuere prohibitum est.
6. Uxor geradam suam, qvam ex statuto maritus superstes lucratur, in præjudicium ejus, alteri donare non valet.
7. Ex causa necessitatis vel utilitatis manifesta Uxor de bonis suis mobilibus, vivente etiamnum marito, inter vivos disponere potest.
8. Licet statutum conjugi superstiti totam defuncti conjugis substantiam deferat, ea tamen per testamentum deminui neqvit.
9. Non prohibetur mulier testari de bonis suis mobilibus, si causa existat, ob qvam maritus lucro statutario privari potest.
10. Nec per æstimationem vel taxationem bonorum viliori pretio factam, Conjunx Conjugi in portione statutaria præjudicare valet.
11. Contravenire potest Vidua divisioni ac conventioni initæ; si per hanc in portione statutariâ se ignoranter læsam dicat.
12. Portionem statutariam conjugi superstiti debitam per testamentum deminuere licet, si in pactis dotalibus id conventum fuerit.
13. Uxori licet testari de bonis mobilibus, qvando certa tantummodò portio marito in pactis dotalibus fuerit assignata.
14. Valet testamentum de portione statutariâ, consensu Conjugis superstitis approbatum.
15. Uxor absq; curatore consentire potest marito testanti in præjudicium lucri statutarii.
16. Non præjudicat sibi mulier absq; Curatore consentiens marito testanti de bonis suis illatis.
17. Licet Uxor marito in præjudicium portionis statutariæ testanti consenserit, attamen testamento annullato eam petere haud prohibetur.
18. Donatio mortis causa vel testamentum reciprocum, qvo post mortem utriusq; conjugis heredibus ipsorum bona assignantur, jure fideicommissi subsistit.
19. Ex testamento reciproco, qvo post mortem utriusq; conjugis bona heredibus deferuntur, conjunx superstes de præstandis fideicommissis satisdare tenetur.
20. Utriusq; conjugis consangvinei proximiores in testamento reciproco æqvè heredes instituti, in capita succedunt.
21. Revocato licet testamento reciproco à Conjuge superstite, nihilominus hujus heredes fideicommissi titulo vocati, ad hereditatem defuncti conjugis admittuntur.

22. *Pro confectione testamenti reciproci Notarius duplex honorarium exigere valet.*
23. *Potest testator privare heredem vel Legatarium portione sibi relictâ, si impugnaverit ipsius judicium ac voluntatem.*
24. *Non tamen incurrit pœnam privationis, à testatore statutam, heres vel legatarius, qvi solennia testamenti solummodo impugnat.*
25. *Non valet dispositio testatoris, ut legatario, pertens portionem statutariam ex bonis defuncti sui mariti, legatum haud conferre tenetur.*

CONSTIT. IIX.

Num mater à successione liberorum per expressam patris dispositionem vel tacitè etiam per substitutionem, in totum excludi possit?

Definit.

1. *EXtra Saxoniæ Electoratum, de jure communi substitutio pupillaris expressa, matrem prorsus excludit, ita, ut nec legitimam petere possit.*
2. *Tacita verò pupillaris substitutio regulariter contra matrem non admittitur.*
3. *In Saxoniæ Electoratu mater per substitutionem, filio factam, à petitione legitimæ nunqvam excluditur.*
4. *Nec avus substituendo Nepotibus, horum parentes à legitimæ petitione potest excludere.*
5. *Pater liberis substituendo, etiam in Electoratu Saxoniæ, avum, aviamq; maternam à legitimâ excludit.*
6. *Non subsistente testamento, valida qvoq; haud est substitutio, in eo comprehensa.*
7. *Liberi vocati cum parentibus per copulam: (Et) qvando simul succedant, & qvando ordine successivo?*
8. *Vocati ordine successivo post parentes liberi censentur in dubio vocati tantum in casum vulgaris, non fideicommissariæ substitutionis.*
9. *Substitutio, collateralibus facta, non continet tacitam conditionem (si sine liberis.)*
10. *Substitutio facta in casum (si filius meus sine filiis decesserit,) verificatur solum in masculinitate, & Neptem excludit.*
11. *Reciprocè substitutus succedit etiam secundo morienti in parte, ad ipsum devolutâ, per mortem primi heredis.*
12. *Substitutus pupillariter succedit pupillo in bonis omnibus, undecunq; acqvisitis, etiamsi testator verba restrictiva ad bona sua propria adjecerit.*
13. *Mater licet ad secunda vota transierit, exemplaritèr tamen filio substituere valet.*
14. *Impuberi qvoq; mente capto exemplaritèr potest substitui.*
15. *Mater filio exemplaritèr substituens, Vitricum fratri consangvineo præferre potest.*
16. *Mater, ne qvidem de jure hodierno novissimo, liberos pupillariter substituere valet.*
17. *Valet tamen substitutio pupillaris, à matre facta, in vim fideicommissi, appositâ clausulâ Codicillari.*
18. *Substitutio in casum mortis heredis facta, jure fideicommissi subsistit.*
19. *Substitutio pupillaris, ultra annos pubertatis facta, subsistit jure fideicommissi, qvando in testamento habetur clausula codicillaris.*
20. *Substitutio pupillaris, à milite facta, ultra pubertatem, valet in vim fideicommissi, omissâ licet in testamento clausula codicillari.*
21. *Valet etiam substitutio in legatis & fideicommissis.*
22. *Valida est donatio inter vivos, hac conditione facta, ut post mortem donatarii res donata ad alium transeat, licet non jure fideicommissi subsistat.*
23. *Substitutio facta Viduæ, donec in viduitate permanserit, non trahitur ad casum mortis.*
24. *Non præsumitur testator gravasse descendentes in infinitum, & finitur substitutio, statim atqve in primo gradu locum habuit.*
25. *In fideicommisso, proximioribus Cognatis in certum conditionis eventũ relicto, habetur ratio proximitatis, quæ est tempore conditionis existentis.*
26. *In fideicommissis qvando succedatur jure repræsentationis.*
27. *Deficientibus licet verbis, ex conjectura tamen voluntatis inducitur fideicommissum.*
28. *Fideicommissum filio relictum, etiam ad Nepotes transit.*
29. *Dictiones* (Prout, secundum,) *in fideicommissis restrictivè videntur posita.*
30. *Res fideicommisso subjectæ haud possunt ab herede alienari.*
31. *Uxor ex certâ re instituta, cum proprietas ex die mortis ejus alii sit legata, intelligitur rogata, de re illa post mortem suam restituendâ.*
32. *Qvatenùs alienari possit res, fideicommisso subjecta peritura, & qvæ servando servari neqvit.*
33. *Valida est alienatio rei, fideicommisso subjecta, qvando fideicommissario est utilis, & proficua.*
34. *Ex rebus fideicommisso subjectis solvendum est æs alienum defuncti.*
35. *Ob æs alienum ipsius heredis, qvatenùs valeat alienatio rei, fideicommisso subjectæ.*
36. *Ex causâ etiam necessariâ & probabili, absqve cognatione & decreto judicis, heres vix tutò res fideicommisso jubjectas alienare valet.*
37. *Heres sine liberis decedens, rogatus restituere, qvod ex hereditate supersit, ad qvartam usq; partem hereditatem pro lubitu alienare potest.*
38. *Heres fideicommisso gravatus cautionem fideicommissario præstare obstrictus est.*
39. *Fidei commissarius inventarium ab herede exigere potest.*
40. *Heres, si coram nullis etiam testibus fideicommissum dicatur, aut illud præstare, aut prævio jurejurando calumniæ, juramento conscientiam suam purgare tenetur, ex l. ult. C. de fideicommiss.*
41. *Nisi probationibus conscientiam suam purgare velit: At juramentum hoc referre neqvit.*

CONSTIT. IX.

Testamentum, in qvo liberi vel parentes præteriti sunt, vel saltèm in legitimâ ritè non instituti, num sit nullum?

Definit.

1. *NUllo alio qvàm institutionis titulo, adeoq; nec per substitutionem, aut fideicommissum, liberis legitima relinqvi debet,*
2. *Non valet testamentum, in qvo parentibus debita legitima titulo bonorabili non fuit relicta.*
3. *Annullato licet ob præteritionem liberorum vel parentum testamento, legata tamen ex eo debentur.*
4. *Posthumus, scienter præteritus, rumpit testamentum saltèm qvoad institutionem heredis, non etiam qvoad legata.*
5. *Posthumo ignoranter præterito, nullum est testamentum etiam qvaod Legata.*

6. *Verba directa faciunt heredis institutionem, non etiam verba obliqva; Et qvænam hæc sint?*
7. *Verba communia in dubio pro directis habentur, ac heredis institutionem faciunt; nisi ex circumstantiis alia testatoris voluntas appareat.*
8. *Qvicqvid liberis sub nomine Legitimæ relinqvitur, in eo videntur heredes instituti, nisi testator id per heredem exsolvi jusserit.*
9. *Nomine dotis relictum, videtur assignatum titulo honorabili institutionis.*
10. *Non impugnare possunt liberi paternum testamentum, si patre vivente, legitimam vel dotem acceperint.*
11. *Non vitiatur testamentum ex causa præteritionis, in favorem liberorum facta.*
12. *Non efficit clausula codicillaris, ut subsistat testamentum, in qvo liberi sunt præteriti.*
13. *Testamentum fratris ratione solennium invalidũ à fratre probatum, ab ejusdem liberis, defuncto eo, impugnari non potest.*
14. *Institutio heredis non valet, qvoties non apparet, qvis designatus sit heres.*
15. *Ex distinctis familiis in genere heredes instituti, pro ratione & numero familiarum devisionem faciunt; sed in capita succedunt, si per particulam: (Æqvè, Simul,) ad hereditatem vocati fuerint.*
16. *Qvotqvot sunt in familiâ Consanguinei heredes instituti, simul succedunt, nec remotiores à proximioribus excluduntur.*
17. *Consanguineis tamen simpliciter vocatis censentur saltem vocati proximiores.*
18. *Extraneus etiam sub conditione casuali heres institui potest.*
19. *Unicus heres, ex majori hereditatis parte institutus, totam capit hereditatem.*
20. *Cessante causa finali legati, ipsum cessat legatum; secus verò cessante causâ impulsivâ.*
21. *Legatum relictum sub conditione: Si testator ægrotus de morbo præsenti non reconvaluerit; extingvitur per reconvalescentiam, nec defuncto posteà testatore, debetur.*
22. *Legato debito, subsistit legatum, etiamsi nullum existat debitum.*
23. *Non annullatur testamentum ex eo, qvod testator nesciens sorore suã adhuc vivere, eam præterierit.*
24. *Verba enunciativa, in tempore præsenti prolata, important heredis institutionem.*
25. *Revocato legato, etiam ob benè meritare licto, ex certâ qvâpiam causâ, deficiente licet, haud tamen legatum debetur, qvando est causa impulsiva.*
26. *Prælegatum liberis relictum qvocunq; tempore revocari potest.*
27. *Heres propriâ autoritate occupare potest bona hereditaria.*
28. *Extra Electoratum qvoq; Saxoniæ ex feudo novo, à patre empto, si alia bona hereditaria non adsint, filiæ legitimam petere possunt.*
29. *Non tantum Nobilium, sed & plebejorum filiæ, de pretio, in feudi novi emptionem collocato, legitimam petere possunt; & qvænam ea sit hoc casu in Electoratu Saxoniæ?*
30. *Qvando & qvibus in casibus filiæ ex feudo empto legitimam petere haud valeant.*
31. *De pecuniâ in feudi novi emptionem collocatâ, matri æqvè ac filiabus legitima debetur.*
32. *Non debetur filiabus ex feudo novo legitima, si dotem & elocationem petant.*

CONSTIT. X.

Liberi in testamento, an vivo patre id ratum habere, & confirmare possint?

Definit.

1. *Filio, vivo adhuc patre, præteritioni consentiente, saltèm jure Prætorio testamentum subsistit.*
2. *Non vitiatur testamentum ex causa præteritionis parentum, si hoc illi approbaverint.*
3. *Non obstat consensus filii præteriti, qvo minùs reliqvi fratres heredes instituti, ob ipsius præteritionem testamentum impugnare valeant.*
4. *Defuncto filio, consentiente præteritioni, ante testatorem patrem, Nepotes testamentum impugnare haud prohibentur.*
5. *Fratrum liberis heredibus institutis, veniunt etiam Nepotes, sed ordine successivo.*
6. *In contractibus & Statutis appellatione liberorum veniunt etiam Nepotes.*
7. *Pater acqvirens aliqvid heredibus, videtur regulariter prospexisse liberis, qvatenùs heredes existũt.*
8. *Feudum novum imputatur filiis in legitimam.*
9. *Si pater feudum cum consensu Domini uni filiorum concesserit, reliqvi in legitimâ defraudati, eam ex feudo petere possunt.*
10. *Spurio herede instituto, fratribus testatoris qverela inofficiosi testamenti competit.*
11. *Institutâ herede fœminâ cum liberis suis, videtur qvoq; instituti postbumi.*
12. *Filius exheredatus non facit partem in numero liberorum adminuendam legitimam.*
13. *Nec partem facit exhereditatus ad augendam reliqvorum liberorum legitimam.*
14. *Filia, qvæ certo qvopiam pro dote accepto, hereditati renunciat, reputatur inter liberos, qvoad minuendam legitimam, non etiam qvoad augendam eam.*
15. *Filio hereditatem repudiante, ejus portio in legitima reliqvis accrescit.*

CONSTIT. XI.

Geradam in legitimam filiarum imputari.

Definit.

1. *Filiæ etiam Nobiles in Legitimam, qvam defunctâ matre abintestato ex bonis mobilibus à patre superstite accipiunt, Geradam imputare tenentur.*
2. *Imputatur Gerada in legitimam filiarum, sive solæ existant, sive unà cum fratribus legitimam petant.*
3. *Detracta prius Gerada, legitima de bonis solùm hereditariis debetur, & ex iisdem, si Gerada non sufficit, suppletur.*
4. *Concurrente filiâ cum fratribus in petitione legitimæ, ex bonis mobilibus maternis, portio filiæ, per Geradam suppleta, patri, non fratribus accrescit.*
5. *Cessat imputatio Geradæ in legitimam maternam, si hæc vivo patre filiabus haud fuerit data.*
6. *Uxore post maritum defuncta, filiæ bona utensilia qvatenus legitimæ maternæ haud imputare teneantur.*
7. *Non imputatur Geradæ legitimæ paternæ, vel avitæ.*
8. *Mater qvoq; legitimæ, qvam post mortem filiæ ex bonis mobilibus à Genero petit, Geradam imputare tenetur.*
9. *Sicut filia Geradam legitimæ maternæ, ita filii res expeditorias legitimæ paternæ imputare sunt obstricti.*

10. *Filia sororibus Geradam, quam à Matre accepit, conferre tenetur, nisi specialiter sibi donatam probet.*
11. *Vestes, Catenæ, & ornamenta pretiosa, quæ filia tempore Nuptiarum à parentibus accepit, in collationem veniunt, nisi donatio probetur.*
12. *Arrha sponsalitia, liberis data tempore sponsaliorum, conferri debet in hereditatem communem.*
13. *Filia quoq; elocata, ad matris defunctæ Geradam, cum sorore adhuc innuptâ admittitur.*
14. *Non solum dos, sed & donatio propter nuptias, & quicquid loco dotis datum fuerit, confertur; sed absq; usuris.*
15. *In collationem quoque veniunt ea, quæ pater liberis dedit in subsidium paternum;* (zur väterlichen Hülffe)
16. *Si negent liberi subsidium paternum, probari id debet ab heredibus, nec creditur assertioni testatoris.*
17. *Non conferuntur à filiis sumptus Studiorum & Doctoratus.*
18. *Expensæ ad consequendum titulum Notarii, nec non ad peregrinationem filio præstitæ, haud conferri debent.*
19. *Conferri tamen debent sumptus, Studiorum causâ erogati à parentibus, si filius proprium habuerit patrimonium.*
20. *Conferuntur etiam Sumptus studiorum, quos pater specialiter consignavit.*
21. *Regulariter non conferuntur expensæ nuptiales.*
22. *Nisi à patre in dotem fuerint imputatæ expensæ nuptiales.*
23. *Conferuntur etiam expensæ nuptiales, si hasce parens specialiter consignaverit, vel conferri jusserit.*
24. *Cessat collatio ex tacitâ etiam parentis voluntate.*
25. *Quicquid pater pro condemnatione filii ex liberalitate, & suâ sponte solvit, aut solvere promisit, in collationem non venit.*
26. *De moribus Saxonicis quandoque etiam in personâ extraneâ Collatio locum habet.*
27. *Etiam quando Vidua ex defuncti mariti bonis portionem Statutariam petit, liberi à patre acceptâ conferre tenentur.*
28. *Conferre quoque tenentur liberi accepta à parentibus, quando ipsis Statutum partem dimidiam, tàm paternorum, quam maternorum bonorum, loco legitimæ maternæ defert.*
29. *Collatio, in foro Saxonico debet fieri mediante juramento, si ipsam locationem, vel subsidium paternum liberi non negent, sed quantitatem saltem acceptorum difficeantur.*
30. *Collatio debet fieri in pecuniâ numeratâ, si hanc liberi à parentibus vivis acceperint.*
31. *Quantum ex dote maternâ liberi acceperunt, id in hereditatem avitam conferre tenentur.*
32. *Nihil conferunt Neptes in hereditatem avitam, si ultra Geradam, in legitimam imputatam, de dote maternâ nihil acceperint.*
33. *Nepos, repudiatâ licet patris hereditate, attamen si cum patruis, avunculis, aut materteris avo succedit, conferre tenetur ea, quæ pater sub onere collationis accepit.*
34. *Nepotes cum nepotibus succedentes avo, non conferunt ea, quæ pater accepit, si hujus hereditatem repudiaverint.*
35. *Dos à patruo vel amitâ constituta, in legitimam paternam imputari, vel conferri non debet.*

CONSTITUT. XII.

Legitima parentum num per Statutum vel consvetudinem tolli, vel minui possit?

Definit.

1. PEr consvetudinem vel Statutum Legitima parentum quidem minui, sed non in totum tolli potest.
2. *Nullâ quoque consvetudine vel Statuto matris Legitima, ex filiæ Geradâ ipsi debita, tolli potest.*
3. *Statutum generale, deferens conjugi superstiti hereditatem defuncti ex asse, legitimam, parentibus debitam, nunquam excludit.*
4. *Pacta dotalia, à parentibus ipsis indefinitè concepta, eos à petitione Legitimæ non excludunt.*
5. *Liberorum legitima licet per Statutum vel consvetudinem deminui, in totum tamen tolli non potest.*
6. *Valet Statutum, ut conjunx superstes bonis defuncti universis utatur-fruatur ad vitam, nec liberi vivente eo legitimam petant.*
7. *Non valet Legatum usus fructus omnium bonorum, ad privandum filium legitimâ suâ.*
8. *Non potest pater liberis præjudicare, quo minus petere valeant supplementum Legitimæ.*
9. *Liberi non tenentur stare taxatione bonorum, à patre in præjudicium Legitimæ factâ.*
10. *Filia Religionis orthodoxæ à patre Anabaptistâ adhuc vivo, jure petit legitimam ex bonis paternis.*
11. *Si ex unico filio Nepotes quinque vel plures avo succedant, nullis porro liberis existentibus, eorum legitimæ est semis, non triens.*
12. *In bonis immobilibus succeditur secundum Statuta loci, in quo sita sunt.*
13. *In successione mobilium attenduntur Statuta domicilii, licet defunctus alibi mortuus sit.*
14. *Quoad nomina etiam & jura, successio fieri debet secundum Statuta domicilii defuncti.*
15. *In mobilibus, ad certum locum destinatis, secundum Statuta illius loci succedendum est.*
16. *Defuncto licet in colâ in civitate, successio tamen mobilium non fit juxta Statuta civitatis, si non magistratui oppidano, sed alterius jurisdictioni fuerit subjectus.*
17. *Statuta civitatis ligant etiam judicem non civem, sed superioris locum tenentem.*
18. *Heredes Conductoris defuncti in prædio conducto non succedunt juxta Statuta loci, ubi situm est prædium.*
19. *Possessor domus privilegiatæ non est obstrictus Statutis loci; unde nec ejus hereditas juxta Statuta ejusmodi dividenda.*
20. *Nisi possessor domus privilegiatæ simul sit incola civitatis, vel ibi domicilium habeat.*

CONSTITUT. XIII.

Fructus fundi legati ad heredes testatoris ne, an verò ad Legatarium pertineant?

Definit.

1. FUndo legato, etiam in foro Saxonico, fructus tempore mortis testatoris in eo pendentes, Legatario cedunt.
2. *Similiter quoq; conatarius una cum fundo, in casum mortis sibi donato, fructus pendentes lucr...*
3. *Non cedunt legatario fructus fundi legati, quando testator aliud expressè disposuit.*
4. *Usu rei legato, si is legatario vanus & inutilis esset futurus, censetur quoque legatus usus fructus.*

5. *Bonis*

5. Bonis mobilibus legatis, videntur quoq; legati fructus solo adhuc cohærentes.
6. Non tamen comprehenduntur sub legato rerum mobilium fructus, solo cohærentes si testator, agro nondum rastro subacto, mortuus fuerit.
7. Usufructu omnium bonorum alicui relicto, si alteri certa species legetur, utriusque est ususfructus rei istius.
8. Instrumenta prædii, in quo alius habet Usumfructum, retinet proprietarius: Et num æs alienum ab Usufructuario vel proprietario sit exsolvendum?
9. Fundo legato ad utendum-fruendum, censetur legata ipsa proprietas.
10. Videtur quandoque legata proprietas, etiamsi fundus fuerit legatus Titio ad utendum-fruendum, quamdiu vixerit.
11. Legato fundi usufructu cum absolutâ potestate alienandi, legata videtur proprietas.
12. Testator usufructuario Cautionem usufructuariam remittere nequit.
13. Vidua usufructuaria bonorum defuncti mariti, cautionem præstare tenetur, etiamsi in casu necessitatis potestatem alienandi habeat.
14. Vidua Usufructaria non obstante remissione inventarii, bona mariti consignare & describere tenetur.
15. Ex solâ verborum connexione contra testatoris voluntatem, non censetur relictus ususfructus.
16. Mortuo usufructuario, consolidatur Ususfructus cum proprietate, & revertitur ad eum, qui proximus fuit heres tempore mortis testatoris.
17. Augmentum, per alluvionem fundo fructuario adjectum, ratione ususfructus pertinet ad Usufructuarium.
18. Non debentur legata, nisi post exsolutionem æris alieni, & Legitimæ liberorum.
19. Legatum nominis per exactionem ademptum videtur, nisi alia testatoris mens appareat.
20. Legatum, propter certam aliquam causam relictum, præstandum non est Legatario, priusquam is jussui testatoris satisfecerit.
21. Legato pauperi relicto, quisnam pauper dicatur?
22. Fundo instructo, sive cum omnibus pertinentiis legato, legata etiam censentur mancipia & instrumenta fundi, nec non cibaria & alimenta, ad alenda pecora & ministros necessaria.
23. Fundo licet instructo legato, non tamen legatum videtur frumentum venale in eo reconditum.
24. Vestibus simpliciter legatis, censentur quoque legatæ vestes festivæ, & ad ornatum præparatæ.
25. Legatum pro dote vel Nuptiarum causâ relictum, defuncto legatario, antequam nuptias contraheret, ad heredes non transmittitur.
26. Legatum, Studiorum causâ relictum, expirat, & hereditati accedit, quando Legatarius à Studiis desistit.
27. Legatum ad piam causam, abrogatâ eâ, ad alios pios usus converti debet.
28. Domo legatâ cum omnibus, quæ in eâ reperiuntur, censentur saltem legata, quæ ad perpetuum domus usum sunt destinata.
29. Legatum non præsumitur in dubio relictum animo compensandi.
30. Non potest inscio herede legatarius propriâ autoritate occupare rem sibi legatam nisi interdicto: quod Legatorum, ad restitutionem, vel interesse conveniri velit.
31. Competit interdictum: Quod Legatorum, heredi etiam tum adversus Legatarium, quando officio & autoritate judicis missus est in possessionē rei legatæ.
32. Legatarius intelligitur, cujus intuitu & contemplatione relictum est legatum.
33. Conjecturæ voluntatis circa legata & fideicommissa, duobus testibus probantur.
34. Legatâ pecuniâ paratâ, (Paarschafft oder Paar-Geld) non videntur legata nomina debitorum, (ausstehende Schulden.)
35. Legatarius pro consequendo legato executivè contra hererem ex testamento agere valet.
36. Valet Legatum Judæo in testamento Christiani relictum.
37. Nemo cogi potest, ut Executoris testamentarii officium invitus in se suscipiat.
38. Petere nequit Salarium executor testamenti, nisi hoc ei ex justâ causâ promissum fuerit.

CONSTITUT. XIV.

In successionibus num attendendum sit, unde bona hereditaria provenerint?

Definit.

1. DE jure civili non solùm in successione fratris uterini & consanguinei, sed & horum liberorum, distinctio bonorum paternorum & maternorum attenditur.
2. In successione quoq; ascendentium, de jure communi origo bonorum, ex quânam lineâ provenerint, inspicitur.
3. In successione bonorum, quæ defunctus à collateralibus acquisivit, fratres consanguinei uterini, absque distinctione bonorum pariter succedunt.
4. In foro Saxonico fratres uterini & consanguinei, ut & reliqui collaterales, absque distinctione, unde bona provenerint, defuncto fratri & collaterali succedunt.
5. Inter ascendentes quoque in foro Saxonico distinctio bonorum non attenditur.
6. Liberi posterioris matrimonii succedunt patri etiam in bonis ex priori matrimonio, & à primâ conjuge provenientibus.
7. In judicio familiæ herciscundæ, etiam in foro Saxonico, distinctio bonorum, unde provenerint, attenditur.
8. Curator jacenti hereditati datus, ad rescisionem contractus ex causa læsionis agere potest.
9. Non potest Curator hereditatis ex causâ læsionis rescindere contractum, quem defunctus servari voluit.
10. Nemo jus successionis, vel hereditatem sibi delatam amittet propterea, quod religionem Pontificiam amplexus fuerit.
11. Fratres ex coitu damnato suscepti, sibi invicem ab intestato non succedunt.
12. Contractibus sponsalibus clandestinis, si sponsus ante benedictionem sacerdotalem sponsam carnaliter cognoscat, liberi inde nati pro legitimis habentur, & patri succedunt, haud subsecutis licet nuptiis.
13. Vitricus non minus ac quilibet alius extraneus spurio ex illicito coitu nato, ultra modum alimentorum legare potest.
14. In foro Saxonico tempus jacentis hereditatis ultra triginta dies non durat.

15. *Heres ante trigesimum diem ab obitu defuncti à Creditoribus molestari non debet.*
16. *Ante trigesimum diem ab obitu defuncti heres possessionom hereditatis apprehendere non valet.*
17. *Heres, quia facto defuncti contravenire nequit, præcisè tenetur ad exsolutionem æris alieni.*
18. *Liberi à parentum hereditate abstinentes, æs alienum parentum ex hereditate avitâ solvere haud tenentur.*
19. *Factâ nominum divisione, heres de evictione adversus coheredes agere non potest.*
20. *Creditor patris defuncti, à liberis heredibus exigens solutionem, probare tenetur, eos hereditatem adivisse.*
21. *Filius bona paterna administrans, præsumitur hereditatem adivisse, nisi contrarium probet.*
22. *Heres actum declarare volens, se animo adeundi cum non gessisse, mediante juramento id facere tenetur.*
23. *Legata & fideicommissa, etiam non agnita, ad heredes transmittuntur: Et quando hereditas non adita transmittatur?*
24. *Licet quis insciùs hereditatis sibi delatæ, intra vel post deliberationis annum decesserit, ejus tamen heredes beneficio restitutionis in integrum ad hereditatem illam admittuntur.*
25. *Quarta trebellianicâ, nondum licet detractâ, ad heredes tamen transmittitur.*
26. *Res expeditoriæ, licet non aditæ, in Agnatos tamen transmittuntur.*
27. *Mobilia, quæ defunctâ conjuge maritus in foro Saxonico lucratur, etiam nondum agnita, in ejus heredes transferuntur.*
28. *Defuncto licet donatario, antequam donatum mortis causa agnoverit, illud tamen ad heredes transmittitur.*
29. *Transmittitur etiam hereditas nondum adita, si hoc testatori ita placuerit, vel testamento addita sit clausula codicillaris.*
30. *Liberi à petitione hereditatis paternæ vel avitæ, non nisi triplicato præscriptionum spacio, 90. scilicet annorum excluduntur.*
31. *Repudiatio hereditatis jam aditæ haut nocet in foro Saxonico Creditoribus hereditariis.*

CONSTITUT. XV.

De jure optionis seu electionis fratri minori competente, ubi duo hereditatem dividunt.

Definit.

1. *Divisio hereditatis regulariter officio judicis sive arbitrorum, & sorte fieri debet.*
2. *In divisione hereditatis inter fratres faciendâ, in foro Saxonico major dividit, minor eligit.*
3. *Quod non solùm inter Rusticos, sed etiam inter Cives & Nobiles quotidiè sic observatur, licet minor meliorem rerum hereditariarum notitiam habeat.*
4. *Factâ quoque divisione rerum expeditoriarum à fratre natu majore, minori competit electio.*
5. *Judicium familiæ erciscundæ Saxonicum, quo major dividit, minor eligit, etiam heredes ascendentes & collaterales obligat.*
6. *In fœminis quoque heredibus obtinet divisio Saxonica, ut major dividat, minor eligat; adhibitis tamen Curatoribus, etiam in successione Gerade.*
7. *Fœminâ cum masculo in divisione concurrente, indifferenter masculus eligit, fœmina dividit, etiam extra ditiones Electoratus Saxonici.*
8. *In bonis etiam feudalibus locum habet dispositio Saxonica, ut major dividat, minor eligat: Et quid, si feudalia bona commodè dividi nequeant?*
9. *Si prædium hereditarium commodè dividi nequeat, heredi minori competit electio, num æstimationem pro eo recipere; an coheredi, pretio exsoluto, prædium retinere velit.*
10. *Quamvis frater minor hereditarias res diu administraverit, earumque qualitates & æstimationes melius cognitas habeat, nihilominus tamen fratri natu majori dividendi facultas concedenda est, optione minori relictâ.*
11. *Forma divisionis Saxonica, ut major eligat, minor dividat, inter duos saltèm, non etiam plures heredes locum habet.*
12. *Sufficit tamen, divisionis tempore duos saltem adesse heredes, licet tempore mortis plures extiterint.*
13. *Post obitum patris, majore vel minore filio defuncto, jus optionis vel divisionis ad heredes non transmittitur.*
14. *Sed ex tribus fratribus, juniore ante divisionem absq; liberis defuncto, secundo genito jus optionis competit.*
15. *Defuncto filio juniore ante patrem, ejus liberi in successione avitæ hereditatis eligunt, divisione patruo relictâ.*
16. *Filio autem majore ante patrem denato, ejus liberis non facultas divisionis, sed jus optionis conceditur, factâ divisione à fratre minore.*
17. *Ex utroque filio Nepotibus existentibus, avita hereditas inter eos per sortem, vel officio judicis dividitur.*
18. *In divisione hereditatis inter gemellos creditur obstetricibus, de nativitate eorum juratò testantibus.*
19. *Contra divisionem, à fratre majore factam, datur rescissionis beneficium ex causâ lesionis ultra dimidium.*
20. *Nisi fratres valorem bonorum exactè sciverint, vel divisio judicialiter confirmata fuerit.*
21. *Non utitur filius junior optionis jure, si id pater ipsi adeuerit, aliudque disposuerit.*
22. *Divisio Saxonica, ut major dividat, minor eligat, solum in familiæ erciscundæ judicio, non etiam in actione communi dividundo locum habet.*
23. *Divisione licet semel factâ, si tamen prædia aliqua indivisa permanserint, in eorum divisione, modus Saxonicus, ut major dividat, minor eligat, etiamnum servari debet.*
24. *Cessat modus partitionis, in jure Saxonico præscriptus, ut scilicet major dividat, minor eligat, iis in locis, ubi Statutò vel consvetudine alia divisionis forma est introducta.*
25. *Jus optionis, (die Kuhr) filio juniori competens in bonis paternis, iis in locis saltèm obtinet, ubi consvetudine est introductum, & quomodo à jure eligendi Saxonico differat?*
26. *Nulla peti potest pecunia pro optione (Kuhrgeld) ab emptore, nisi in venditione expressè juniori filio fuerit reservata.*
27. *Ex venditione necessariâ nulla pro optione pecunia, (Kuhrgeld) filio debetur, nec propterea venditio rescindi potest.*
28. *Si pater duo reliqverit prædia, filio quidem juniori electio datur, sed utrumque is retinere non potest, nisi aliud consvetudine introductum sit.*
29. *Jus optionis consvetudinarium, filio juniori in*

bonis paternis competens, personale est, & ad heredes non transmittitur.
30. *Pecunia tamen, pro optione filio juniori reservata, defuncto eo ante exsolutionem, ad heredes transfertur.*
31. *Pater in testamento jus eligendi possessionem bonorum, filio juniori ex Statuto vel consvetudine debitum in alium filium potest transferre.*
32. *Jus optionis statutarium durat per 30. annos, annum & diem in foro Saxonico.*
33. *Servanda est æqualitas in divisione, nec prærogativam habet heres ex eo, quod sit infans tenellus.*
34. *In judicio familiæ erciscundæ & communi dividendo, res commodam divisionem non recipiens, adjudicanda est ei, qui majorem portionem ejus rei habet.*
35. *Præfertur tamen ex jure optionis filius natu minor eis, qui majorem habent portionem, in re divisionem non recipiente.*
36. *Conjux superstes in electione rei, haud commodam divisionem recipientis, præfertur heredibus defuncti conjugis collateralibus, si majorem in re illâ portionem habeat.*
37. *At, collaterales heredes præferuntur conjugi superstiti, qui majorem portionem in re indivisibili non habet.*
38. *In assignatione rei hereditariæ, divisionem non recipientis, potior causa est liberorum, quàm parentum, vel Novercæ, aut vitrici.*
39. *Præferuntur etiam in assignatione rei, divisionem haud recipientis, Cognati extraneis, & fratres sororibus.*
40 *In adjudicatione rei, commodam divisionem haud recipientis, tàm Cognato, quam majorem partem habenti, præfertur extraneus majus pretium offerens.*
41. *Quando Socii vel coheredes in re, divisionem commodam haud recipiente, patria jura habent, sorte debet fieri assignatio.*
42. *Divisio errore juris facta non nocet, quo minùs indebitè datum repeti queat.*
43. *Nemo invitus cogi potest, ut in communione persistat.*
44. *Inter minorennes heredes, absque causa sufficiente, & decreto Magistratus, non potest fieri divisio, nisi major heres ad hanc provocet.*
45. *Extra causam communionis, quod ab alterutro acquiritur de pecuniâ, licet communi, haud tamen commune efficitur.*
46. *Gestum verò ab alterutro, nomine communi, omnium commodo cedit, salvâ gestoris repetitione sumptuum factorum, & interesse.*
47. *Impensæ ab alterutro, proprio nomine in communione factæ, non sunt imputandæ communioni.*
48. *Bona absentis committuntur, sub præstitâ cautione, custodiæ ejus, qui proximior est heres, remotiore excluso.*
49. *Cura bonorum absentis, sub præstitâ cautione, alicui semel commissa, ad ejusdem heredes transit, exclusis aliis, licet in pari gradu constitutis.*
50. *Non tamen præferuntur Curatoris heredes testamentarii in Cura bonorum absentis ejusdem cognati proximioribus.*
51. *Nec heredes ab intestato extranei præferuntur Cognatis proximioribus absentis.*
52. *Bona absentis non nisi sub cautione præstitâ eo in loco, ubi sita sunt bona heredi proximiori conceduntur.*
53. *Admittitur quandoque cautio juratoria pro obtinendis absentium bonis.*
54. *Cessante cautione, ex causâ necessariæ alienationis restituenda sunt bona absentis aliis Cognatis, nisi possessor denuò satisdare velit.*
55. *Qui curam bonorum absentis suscipit, ad rationum redditionem quoque tenetur.*
56. *Reverso eo, cujus bona per alium fuêre administrata, restituendi sunt fructus, sive interesse bonorum, etiam ultra alterum tantum.*
57. *Finitur cura bonorum absentis, ex quo annum ætatis suæ septuagesimum absens compleviisse creditur.*

CONSTITUT. XVI.

Annui census in dotalitio & ejusmodi similibus, si ante diem solutionis persona, cui debebantur, decedat, quatenùs ad heredes ejus pertineant?

Definit.

1. *ANnui census, aliique fructus civiles, Viduæ ex dotalitio competentes, defunctâ eâ ante solutionis diem, inter heredes ipsius, & novum possessorem, pro ratâ temporis, dividuntur.*
2. *Quod & verum est in censibus ac pensionibus, quæ singulis mensibus, vel aliis temporibus præfinitis solvuntur.*
3. *Ex legato etiam, annui census debentur legatario, pro ratâ ejus temporis, quo testator defunctus est.*
4. *Reditus annui ad vitam empti, mortuo ante diem solutionis emptore, pro ratâ temporis inter ejus heredes & venditorem dividuntur.*
5. *Usufructuario ante diem solutionis defuncto, census ac reditus annui in totum ad proprietarium pertinent, nec quicquam heredes Usufructuarii de hisce lucrantur.*
6. *Defuncto Vasallo ante terminum solutionis, fructus civiles, quorum dies ante tricesimum non cessit, ad successorem feudi pertinent, exclusis vasalli heredibus.*
7. *Pensiones ex locatione debitæ, in foro Saxonico solis heredibus deferuntur, locatore, postquam ager rastris fuit subactus, licet ante terminum solutionis, defuncto.*
8. *Fructus civiles, intra tricesimum exigibiles, in totum ad defuncti heredes pertinent.*
9. *Amisso ex culpa Viduæ dotalitio ante terminum solutioni præfixum, census in totum novo possessori cedunt.*
10. *Executione in ædes alicujus factâ, debitor solvit tributa patrimonialia, usque dum Creditori illæ adjudicentur.*
11. *Exigi potest tributum à possessore ædium, cui postea datur regressus ad verum debitorem.*
12. *Omnia indifferenter tributa & collectas Usufructuarius, ac proinde etiam Maritus de bonis Uxoris, & Viduæ ratione dotalitii solvere tenetur.*

CONSTIT. XVII.

Jure Saxonico pater in successione liberorum an matri præferendus?

Definit.

1. *SIcuti de jure civili, ita & in foro Saxonico mater unà cum patre ad filiorum successionem admittitur.*

2. *Nec avus aviam excludit, sed omnes ascendentes, in gradu pares, absque distinctione bonorum, unde ea provenerint, ad successionem nepotum admittuntur.*
3. *Ascendentes in pari gradu, sed lineæ diversæ, secundum stirpes succedunt.*
4. *De jure civili, sicut fratres utrinq; conjuncti, ita & horum filii cum æquo jure repræsentationis patruo succedunt, ultra hos tamen jus repræsentationis non extenditur.*
5. *Saltèm frater utrinq; conjunctus de jure communi cum patre simul succedit, excluditur verò consanguineus & uterinus.*
6. *In foro Saxonico parentes in successione liberorum, omnes indifferenter collaterales excludunt.*
7. *Nec admittuntur collaterales, quando avus aviavè, aliiq; ascendentes adsunt.*
8. *In successione, parentes avum, aviamq; ut & reliquos ascendentes excludunt.*
9. *Nulla est differentia inter Nobiles & plebejos circa successionem ascendentium.*
10. *Patre ac liberis puberibus simul mortuis peste, naufragio, &c. in dubio pater prius decessisse videtur.*
11. *Filii tamen impuberes in dubio ante patrem decessisse censentur.*
12. *Conjugibus morte insolitâ simul defunctis, in dubio Uxor ante maritum mortua præsumitur.*
13. *Masculis duobus simul mortuis, sive cognatis, sive extraneis, neuter alteri supervixisse videtur.*
14. *Mortis probatio solis indiciis contenta est, nisi cùm mors est fundamentum intentionis.*
15. *Filium, filiamvè puberem ante patrem peste decessisse, per unicum etiam testem probari potest.*
16. *Is, cui jus est succedendi in bonis acquisitis, (gewonnen Gütern) succedit etiam in bonis titulo hereditatis defuncto delatis.*
17. *Infans in ipso partu mortuus, neq; succedit, neque hereditatem ad heredes transmittit.*
18. *Vivo autem partui defertur hereditas, licet sexto mense natus, ac nondum perfectus fuerit.*
19. *Capax est hereditatis posthumus vivus, licet in manibus obstetricum decesserit, nec vox ejus fuerit exaudita.*
20. *Partus non præsumitur vixisse, natus ex matre, morbo pestifero laborante.*
21. *Non exigi potest cautio à Viduâ, quæ à marito prægnans relicta, in possessionem bonorum mittitur.*

CONSTITUT. XIIX.

In successione defuncti, fratribus ejus & sororibus ex uno latere, & utrinq; conjunctorum liberis, materterâ item, amitâ, & avunculo ex uno, vel utroque latere conjunctis, concurrentibus, qui illorum præferendi?

Definit.

1. *IN foro Saxonico fratres & sorores soli succedunt defuncto fratri, exclusis fratrum sororumque liberis.*
2. *Ex Constit. Caroli V. imperat. fratris prædefuncti liberi cum fratribus ad successionem patrui admittuntur, etiam in locis Saxonicis, ubi constitutio illa recepta est.*
3. *Fratrum ac Sororum liberi soli, nullo concurrente patruo, in capita succedunt, non in stirpes.*
4. *De jure communi Saxonico fratrum utrinque conjunctorum liberi, cum defuncti patruo, avunculo, vel amita simul in capita succedunt.*
5. *In Electoratu tamen Saxoniæ fratrum utrinque conjunctorum liberi patruum defuncti à successione excludunt.*
6. *Materterа etiam in successione Geradæ, à filiâ sororis defunctæ in Electoratu Saxoniæ excluditur.*
7. *Excluduntur verò nepotes fratris à successione per patruum defuncti, etiam in terris Electoratûs Saxonici.*
8. *Fratres utrinq; conjuncti, fratres ex uno latere junctos, sivè sint consanguinei, sive uterini, à successione prorsus excludunt.*
9. *Ad successionem tamen rerum expeditoriarum frater ex uno latere, cum fratre utrinq; conjuncto admittitur.*
10. *Fratrum, sororumque utrinq; conjunctorum liberi cũ fratribus ex uno latere simul in capita succedunt.*
11. *In bonis autem utensilibus, soror uterina sororis utrinque conjunctæ filiam excludit.*
12. *Similitèr & frater consanguineus, fratris utrinque juncti filium, à successione rerum expetitoriarum excludit.*
13. *Fratres ex uno duntaxat latere conjuncti, fratrum ex uno latere liberos in foro Saxonico excludunt.*
14. *In terris Electoratus Saxonici, fratres, sororesvè ex uno latere juncti, soli succedunt, excluso defuncti patruo utrinque conjuncto.*
15. *Quin & extra Electoratum in foro Saxonico patruus defuncti per fratrem consanguineum vel uterinum à successione excluditur.*
16. *Fratrum consanguineorum vel uterinorum liberi, cum defuncti patruo, utrinq; juncto, ad successionem non admittuntur, sed ab eodem excluduntur.*
17. *Cum patruo tamen defuncti, ex uno tantummodo latere conjuncto fratrum consanguineorum & uterinorum liberi simul succedunt.*
18. *Succedunt itidem de jure Saxonico simul in capita, Fratrum consanguineorum & uterinorum liberi, cum patruelibus & consobrinis, utrinq; conjunctis.*
19. *Nepotes ex fratre vel sorore defuncti, cum ejusdem patruelibus & consobrinis pariter in capita ad successionem admittuntur.*
20. *Patruus defuncti ejusdem patrueles & consobrinos à successione excludit.*
21. *Patruus vel amita &c. utrinque juncti excludunt à successione patruum vel amitam similesq; personas ex uno latere conjunctas.*
22. *Patrueles quoque ac consobrini ex patre utrinque juncti præferuntur in successione patruelibus & consobrinis conjunctis ex uno saltèm latere.*
23. *Patrueles ac consobrini ex parentibus utrinque junctis cum patruo vel amitâ ex uno latere, pariter in capita succedunt.*
24. *In foro Saxonico patruus magnus, utrinq; junctus, cum patruo ex uno latere conjuncto, æqualitèr succedit.*
25. *Filia sororis, licet spuria, defuncti tamen patrueles & consobrinos à successione excludit.*
26. *Una persona, duplici ratione conjuncta, defuncto, veluti patruelis & consobrinus simul existens, duas hereditatis partes lucratur.*
27. *In successione etiam collateralium, posthumus pro jam nato habetur.*
28. *Eo ipso, quo quis se consanguineum esse probat, censetur proximior, nisi cum alio consanguineo de proximitate certet.*

29. Con-

29. *Consanguinitas vel graduum proximitas conjecturis & præsumptionibus potest probari.*
30. *In redemtione subsselliorum templi* (der Kirchen Stühle) *fœminæ, ex jure cognationis, nullam sibi prærogativam arrogare possunt.*
31. *Deficientibus Agnatis & Cognatis, in successione Uxor & maritus fisco præferuntur.*

CONSTIT. XIX.

Sponsâ sive sponso ante nuptias, vel ipso die nuptiarum decedente, an superstes id lucretur, quod matrimonio per consœnsionem thalami consummato, sive ex pacto dotali, sive ex Statuto, aut consuetudine loci, ipsi debeatur?

Definit.

1. EX veriori sententiâ, *in Electoratu Saxoniæ approbatâ, portio statutaria, conjugi superstiti debita, personis desponsatis ante consœnsionem thalami haud defertur.*
2. *In foro Saxonico sponsus, sponsavè ante consœnsionem thalami nihil lucratur de eo, quod sibi ex bonis defuncti conjugis debetur.*
3. *Non facit copula Sacerdotalis, ut defuncto ante consœnsionem thalami conjuge, superstes ex Statuto, vel pactis dotalibus quicquam lucretur.*
4. *Debetur tamen conjugi superstiti portio Statutaria post consœnsionem thalami, licet copula carnalis non accesserit.*
5. *Nec privanda est uxor portione statutariâ ob impotentiam sponsi vel mariti in coëundo, si ei ad mortem usq; cohabitaverit.*
6. *Nihil lucratur sponsus ex bonis sponsæ, à se imprægnatæ, si ante copulam sacerdotalem ea decesserit.*
7. *Non excludenda est sponsa à portione Statutariâ propterea, quod sponsus ante ingressum thori mortuus sit, si aliud inter eos conventum fuerit.*
8. *Dotalitium petere nequit sponsa, defuncto sponso ante consœnsionem thalami.*
9. *Lucratur sponsus dotem, sponsâ antè consœnsionem thalami defunctâ, si per eam steterit, quo minus nuptiæ consummarentur.*
10. *Quantum ad privilegium tacitæ hypothecæ, ratione dotis illatæ mulieri competentis, matrimonium statim post copulationem sacerdotalem consummatum dicitur, ante ingressum thori.*
11. *Defuncto sponso post copulam sacerdotalem ante ingressum thalami, sponsa habitu virginali incedere non prohibetur.*
12. *Sponsa impensas, in funus sponsi defuncti factas, ab ejus heredibus repetere potest.*
13. *Sponso, sponsavè ante nuptias licet moriente non tamen revocatur donatio arrharum sponsalitiarum.*
14. *Donatio sponsæ facta jure subsistit, nec post ejus obitum donatum repeti potest.*

CONSTIT. XX.

Marito defuncto, è bonis ejus quid Viduæ debeatur?

Definit.

1. VIdua *portione, in pactis dotalibus sibi assignata, contenta esse debet, nec relicta ea ad portionem statutariam redire potest.*
2. *Etiamsi absque Curatore in pacta dotalia consenserit.*
3. *Non audienda est Vidua, quæ ex capite lœsionis ultra dimidium, pacta dotalia rescindi, sibiq; portionem statutariam adjudicari petit.*
4. *Ex pactis dotalibus portionem Vidua, absq; onere collationis suæ dotis, aliorumq; bonorum consequitur.*
5. *Vidua in testamento mariti sibi relicta, unà cum portione ex pactis dotalibus, lucratur.*
6. *Statutum Lipsiense, in casu deficientis pacti dotalis, Viduæ partem tertiam bonorum mariti defert, unà cum bonis utensilibus*
7. *Vidua succedens marito ex Statuto locali, non tenetur conferre seu imputare dotem illatam aliaq; sua bonà in portionem statutariam.*
8. *Gravatur tamen onere collationis Conjunx superstes, si de hoc verbis Statuti localis expressis dispositum, quod in neutro conjuge iniquitatis speciem habet.*
9. *Conferre tenetur Conjunx superstes bona sua, mediante inventario, vel juramento.*
10. *In dubio Statuti localis verba ità sunt explicanda, ut excludatur collatio bonorum.*
11. *Collatio bonorum, conjugi superstiti per Statutum locale imposita, non est trahenda ad casum existentis concursus Creditorum.*
12. *Extra Saxoniæ Electoratum liberum est Viduæ, portionem ex Statuto locali sibi delatam eligere, vel bona sua illata cum Geradâ repetere.*
13. *In Electoratu verò Saxoniæ Viduam contentam esse oportet portione Statuti localis, nec bona illata repetere potest.*
14. *In concursu tamen Creditorum, aliisq; certis in casibus, etiam in Electoratu Saxoniæ Vidua, quotâ statutariâ repudiatâ, dotem suam ac bona illata repetere potest.*
15. *De jure civili & Saxonico communi, quatenus uxor succedat viro?*
16. *In terris Electoratus Saxonici Vidua quadrantem liberis extantibus, trientem verò, non extantibus liberis, ex bonis defuncti mariti lucratur.*
17. *Licet maritus solos nepotes reliquerit, attamen Vidua, sive dives, sive inops fuerit, ultra quadrantem nihil petere potest.*
18. *Nil quicquam ultrà quadrantem, vel trientem Viduæ debetur, etiamsi ambo conjuges vacuis manibus convenerint, amplasq; facultates acquisiverint.*
19. *Bona extra territorium Electoratus Saxonici sita non veniunt in computationem portionis statutariæ.*
20. *Sicuti nec bona feudalia.*
21. *Ex bonis mariti fideicommisso subjectis, Vidua portionem statutariam petere haud valet.*
22. *Fructus hereditatis augent portionem statutariam, quamdiu Vidua in bonis mariti utitur jure retentionis.*
23. *Marito propter commissum crimen Majestatis ad confiscationem bonorum licet condemnato, Viduæ tamen portio debetur statutaria.*
24. *Const. Elect. Viduæ defert quadrantem, vel trientem, sub onere collationis omnium bonorum, etiam extra Electoratum situatorum.*
25. *Viduæ portionem Statutariam petens, lucra quoq; nuptialia conferre tenetur.*
26. *Credita etiam, quorum dies nondum cessit, in collationem veniunt, in casu, quo uxor petit portionem Statutariam*
27. *Indifferenter bona utensilia, adeoq; & Geradam suam propriam conferre tenetur Vidua, quæ trientem, vel*

vel quadrantem vigore Const. Elect. ex bonis defuncti mariti petit.

28. *Quicquid autem post mortem mariti Vidua durante communione acquirit, neutiquam in communem hereditatem conferre cogitur.*

29. *Confert tamen Vidua legata, aliaq; in testamento sibi à marito relicta, neq; hæc unà cum portione statutaria retinere potest.*

30. *Nisi maritus disertis verbis Legatum Viduæ ultra portionem statutariam reliquerit.*

31. *Quo casu portio statutaria prius est deducenda, ac postea demum Legatum Viduæ exsolvendum.*

32. *Vidua dotem illatam repetens loco pecuniæ numeratæ, bona immobilia in solutum haud acceptare tenetur.*

33. *Propter deteriorationem dotis aliorumque bonorum illatorum, hæredes mariti Vidua ad interesse tenentur.*

34. *Vidua non potest petere mobilia, tanquam bona illata, ex eo solo, quod signaculo suo notata reperiantur.*

35. *Vidua unà cum bonis illatis Geradam quoq; ex bonis defuncti mariti jure petit.*

36. *Non potest repetere Vidua expensas nuptiales cum aliis bonis marito illatis.*

37. *Nisi in dotem fuerint imputata, vel ut bona illata à marito acceptata.*

38. *Vidua non potest repetere ex bonis defuncti mariti fructus, ex dotalitio prioris matrimonii à secundo marito perceptos.*

39. *Repetere licet Viduæ nomina, in dotem data, deductis tamen sumptibus, pro eorundem exactione factis.*

40. *Unà cum dote illata legatum, in testamento mariti sibi relictum, Vidua jure petit.*

41. *Jus optionis sive eligendi portionem statutariam, vel bona illata repetendi, non solum Viduæ sed & ejusdem liberis ac nepotibus competit.*

42. *Non etiam Ascendentibus, Collateralibus, vel extraneis hæredibus.*

43. *Vidua ad nuptias secundas convolante, defuncta ea, antequam utatur jure optionis, marito secundo jus hoc non competit.*

44. *Si Vidua jure optionis usa fuerit, ac bona illata petierit, defuncta ea, hæredibus ejus ad portionem statutariam redire non licet.*

45. *Vidua petens portionem Statutariam, mediante juramento tenetur conferre bona sua, quando in horum exhibitione se facit suspectam.*

46. *Vidua tenetur ad exsolutionem æris alieni, à marito facti, pro ratâ portionis suæ Statutariæ.*

CONSTIT. XXI.

Erbgeld/ hoc est, pecunia, quæ ex hæreditate parentum vel aliorum mulieri quotannis solvitur, ipsa defuncta, num ad maritum superstitem pertineat?

Definit.

1. *Pecunia hereditaria, antequam dies solutionis venerit, inter bona immobilia refertur.*

2. *Aliter ergo donatio hujus pecuniæ inter vivos non valet, nisi facta coram judice, sub quo sita sunt bona hereditaria.*

3. *Pecunia hereditaria, defuncta Uxore ante diem solutionis, (das unbetagte Erbgeld/) non marito superstiti, sed hæredibus cedit.*

4. *Defuncta verò Uxore, postquam dies solutionis cessit, pecuniam hereditariam, (das betagte Erbgeld/) solutus maritus lucratur, exclusis hæredibus Uxoris.*

5. *Licet paulo ante diem solutionis Uxor decesserit, attamen, ne quidem pro ratâ temporis maritus superstes hereditariam pecuniam lucrabitur.*

6. *Sicut nec tum maritus pecuniam hereditariam lucratur, quando post mortem Uxoris, intra tricesimum dies solutionis venerit.*

7. *Non eo minus pecunia hereditaria ante solutionis diem immobilibus bonis accensetur, & ad hæredes pertinet, quod ista Uxor emerit.*

8. *Pecunia hereditaria quænam propriè dicatur?*

9. *Pretium, venditione bonorum immobilium definitis intervallis Viduæ solvendum, pecunia hereditaria non est, sed indifferenter, defunctâ eâ, marito cedit.*

10. *Pecunia ex bonis mariti primi loco portionis Statutariæ distinctis terminis Viduæ solvenda, defunctâ eâ, cedit marito secundo, etiamsi dies solutionis nondum venerit.*

11. *Defunctâ verò Viduâ, antequam portio Statutaria ex bonis primi mariti immobilibus ipsi assignetur, nihil de hâc secundus maritus lucratur.*

12. *Bonis hereditariis extraneo venditis, pecunia inde redacta hereditaria non est, nec hæredibus cedit, defuncta licet uxore ante solutionis diem.*

13. *Cohæredi licet bonis hereditatis venditis, pecunia tamen ad certos terminos solvenda, hereditaria non est, sed indifferenter ad maritum superstitẽ pertinet.*

14. *Nunquam pretium venditionis est pecunia hereditaria, etiamsi hæres ante venditionem bona hereditaria ex causa divisionis aliquandiu possederit.*

15. *Nomina hereditaria in divisione hereditatis Uxori assignata, defuncta ea, indifferenter marito superstiti cedunt.*

16. *Facit præstatio Usurarum, ut pecunia, ex bonis hereditariis solvenda, non habeatur pro hereditariâ, sed marito indifferenter applicetur.*

CONSTIT. XXII.

De donatis sponso & sponsæ in nuptiis, altero illorum decedente, superstiti quid debeatur?

Definit.

1. *Dona, nuptiarum tempore sponso, sponsæq; præsentata, de jure communi utriusq; simul acquiruntur, & æqualiter inter eos dividuntur.*

2. *In foro etiam Saxonico, dona nuptialia sponso, sponsæq; data, utriusq; sunt communia interq; eos æqualiter dividenda.*

3. *Defuncta Uxore, maritus superstes omnia ac integra retinet dona nuptialia, salva tamen liberorum & parentum legitimâ de horum medietate.*

4. *Dona nuptialia, quæ ad Geradam pertinent, defuncta uxore, non lucratur maritus.*

5. *Non lucratur maritus defunctâ uxore omnia dona nuptialia, si pactis dotalibus certa portio ex bonis uxoris ipsi fuerit assignata.*

6. *Quæ ex donis nuptialibus soluto matrimonio non extant, horum æstimatio pro dimidia parte Viduæ est solvenda.*

7. *Dona nuptialia à marito oppignorata, non Vidua, sed hæredes mariti luere coguntur.*

8. *Defuncto licet sponso in die nuptiarum ante consceñsionem thalami, attamen debetur sponsæ pars dimidia donorum nuptialium.*

9. *Admittenda est Vidua, si quantitatem donorum nuptialium juramento suo indicare velit.*

10. De-

10. *Defuncto marito omnia ac singula dona nuptialia Vidua repetit, si ea ex conventione in dotem fuerint computata.*
11. *Statutum de bonis defuncti conjugis disponens, non nisi ad partem dimidiam donorum nuptialium est trahendum.*
12. *Vidua petens portionem Statutariam, vel pactis dotalibus sibi assignatam, nil quicquam de donis nuptialibus lucratur.*
13. *Uxor Nobilis petens dotalitium, Morgengabam, & cibaria domestica, non lucratur dona nuptialia.*
14. *Utitur vidua jure retentionis in bonis defuncti mariti, donec usque de medietate donorum nuptialium ei satisfactum fuerit.*

CONSTIT. XXIII.

Pecunia credita uxoris an eâ defunctâ ad maritum pertineat?

Definit.

1. *Maritus ultra portionem, in pactis dotalibus sibi assignatam, ex bonis defunctæ Uxoris nihil amplius petere valet.*
2. *Statutum locale in successione mariti facit cessare dispositionem juris Saxonici.*
3. *Uxore defuncta, de Jure Saxonico maritus lucratur dotem in pecuniâ numeratâ, etiam promissam saltem nondum solutam.*
4. *Unà cum dote nondum solutâ maritus superstes etiam usuras à die nuptiarum exigere potest.*
5. *Dos in diem promissa marito superstiti cedit, etiamsi Uxor ante diem è vivis decesserit.*
6. *Non lucratur maritus dotem, sub conditione promissam, si uxor ante conditionem existentem decesserit.*
7. *Pecunia numerata Uxoris defunctæ indifferenter marito superstiti cedit.*
8. *Pecunia Uxoris creditæ, defunctâ eâ, sive solutionis dies venerit, sive non, ad maritum superstitem pertinet.*
9. *Sub usuris etiam, vel ad Cambium pecunia elocata, defuncta Uxore, marito cedit.*
10. *Pretium rei venditæ nondum solutum, indifferenter defunctâ uxore maritus lucratur.*
11. *Omnia uxoris defunctæ mobilia ad maritum indifferenter sive inops, sive dives fuerit, pertinent.*
12. *Animalia etiam defunctæ Conjugis lucratur maritus, perinde ac reliqua mobilia.*
13. *Mobilia quoque extra territorium Saxonicum sita, defunctâ uxore, marito cedunt.*
14. *Res mobiles, ad Geradam pertinentes, non lucratur maritus, sed mediante inventario vel juramento, proximæ cognatæ restituere tenetur.*
15. *Quod gener in subsidium paternum;* (zur väterlichen Hülffe/) *accepit, id mortua uxore non lucratur, sed ad restitutionem obstrictus est.*
16. *Circa successionem mariti in rebus mobilibus uxoris defunctæ, non attenditur differentia, an Nobilis sit maritus, an plebejus.*
17. *Sive uxor defuncta liberos primi, sive secundi matrimonii reliquerit, semper maritus in Foro Saxonicō mobilia lucratur.*
18. *Non succedit maritus in mobilibus uxoris defunctæ, priusquam liberis de legitima debita fuerit satisfactum.*
19. *In casu deficientium bonorum immobilium parentibus etiam ex bonis mobilibus legitima exsolvi debet.*
20. *Lucratur maritus mobilia uxoris, etiamsi in domo Soceri alimenta ipsi subministrata fuerint.*
21. *Non prohibetur maritus renunciare lucro dotis mobiliumq; uxoris, etiam in præjudicium Creditorum suorum.*
22. *De Bonis immobilibus uxoris defunctæ maritus in Foro Saxonico omninò nihil lucratur, & quare?*
23. *Non eò magis superstes maritus ad successionem bonorum immobilium admittendus, quod uxor prædefuncta nullos alios reliquerit heredes descendentes, ascendentes, vel collaterales, fratres nempe aut sorores.*
24. *Non facit paupertas & inopia mariti, ut ad successionem bonorum immobilium prædefunctæ uxoris admittatur.*
25. *Nec dotem, in rebus immobilibus consistentem, maritus lucratur in Foro Saxonico.*
26. *Bona tamen immobilia, æstimata in dotem data, marito superstiti cedunt.*
27. *Non lucratur maritus bona immobilia dotalia, si ex post-facto, constante jam matrimonio, fuerint æstimata.*
28. *Prædium ex pecunia dotali nomine mariti comparatum, ipsius lucro cedit, defunctâ uxore.*
29. *Nomine autem uxoris ex pecuniâ dotali prædia empta, defuncta ea, ad ejus heredes pertinent, non ad maritum.*
30. *Maritus vendens bona uxoris immobilia, consentiente licet eâ, pretium tamen, vel fundum pro hoc suo nomine comparatum, defuncta uxore non lucratur, sed ejus heredibus ad restitutionem vel interesse tenetur.*
31. *Lucratur tamen maritus pretium, ex alienatione bonorum uxoris immobilium redactum, si peculiaris Curator alienationi fuerit adhibitus.*
32. *Prædium sub pacto de retrovendendo emptum ab uxore, defuncta ea ante retrovenditionem, ipsius heredibus, non marito cedit.*
33. *Nec pretium post mortem uxoris redemptionis casu eveniente, marito restituendum est.*
34. *Verbum:* heredis, *conventioni appositum non comprehendit maritum, qui uxoris defunctæ est heres mobiliaris.*

CONSTIT. XXIV.

Annui reditus, in pecunia vel ex aliis rebus constituti, pro mobilibusne, an pro immobilibus sint habendi; & quid ex iis post mortem mulieris Jure Saxonico ad maritum perveniat?

Definit.

1. *Annui reditus sive ex bonis immobilibus, sive solâ personali obligatione uxori debeantur, defuncta ea, non marito, sed heredibus cedunt.*
2. *Quod & verum, si annui reditus uno anno in frumento, altero verò in pecunia numerata solvantur.*
3. *Reditus quoq; annui, sub pacto retrovenditionis empti, instar bonorum immobilium uxoris defunctæ heredibus cedunt.*
4. *Sub pacto tamen repetendi sortem, empti reditus annui, instar mobilium marito deferuntur.*
5. *Annui reditus, quorum dies cessit, pro mobilibus habentur, & ad maritum superstitem pertinent.*
6. *Defuncta uxore ante solutionis diem, annui reditus posteà exigibiles, inter heredes & maritum pro ratâ temporis sunt dividendi.*

7. Torcular seu pressorium inter res mobiles refertur, & defuncta uxore marito cedit.
8. Molendina, qvæ aqvis supernatant, pro mobilibus habentur, & ad maritum superstitem pertinent.
9. Merces in tabernis mobilium loco habentur, easq; maritus superstes lucratur.
10. Lecti & linteamina in diversorio etiam publico existentia, mobilia sunt, & marito cedunt.
11. Defuncta uxore, maritus fructus etiam industriales lucratur, agris rastro subactis.
12. Emptio annuorum redituum nec illicita est nec usuraria.
13. Non tamen annuos reditus redimibiles aliter emere licet, qvàm si qvinq; pro centum constituatur.
14. Licet emptor annui census pro centum plus, qvam qvinq; annua emerit, contractus tamen in totum non vitiatur, sed & in summa legitima subsistit.
15. Reditus annui ultra qvincunces soluti, non sorti imputantur, sed de futuris pensionibus detrahuntur.
16. Emptor annuorũ redituum redimibilium non habet facultatem repetendæ sortis, sed arbitrium redimendi census annuos soli venditori competit.
17. Nec valet pactum, qvo emptor annuorum redituum sortis repetitionem sibi reservavit, licet contrahentes Constitutioni Imperii expressè renunciaverint.
18. Ex Conventione tamen potest competere emptori facultas repetendi sortem, in casu, qvo Venditor moram contrahit in præstando reditu.
19. Licet qvoq; emptori annuorum redituum recuperare sortem, si contrahentes ab emptione recesserint, eam in mutuum convertentes.
20. Ad resolvendam emptionem annuorum redituum nullâ retrovenditione opus est, sed sufficit sola pecuniæ restitutio.

CONSTIT. XXV.

Partes metallicæ, qvæ Kuckus *vulgo dicuntur, inter mobilianè, an inter immobilia sint referendæ; & qvid si pater, vel maritus, vel alius, usum & usumfructum illorum habeat?*

Definit.

Partes metallicæ, sive Kuckus bonis immobilibus accensentur, & heredibus defunctæ uxoris cedunt marito excluso.

2. Proventus autem seu reditus partium metallicarum jam separati & percepti inter mobilia referuntur, & ad maritum pertinent, licet ab ipso nondum realitèr fuerint apprehensi.
3. Uxor marito superstes, consequitur omne id, qvod ex proventibus metallicis adhuc supereſt.
4. Consumptis verò proventibus metallicis, matrimonio durante, uxori superstiti debetur.
5. Finito usufructu patris, liberis sunt restituendi proventus metallici, à patre percepti.
6. Mulier si ipsamet usumfructum bonorum suorum perceperit, defuncto marito, fructus perceptos tenetur inferre bonis mariti.
7. Si maritus non habeat, unde se alere, vel mortuus sepeliri possit, uxor ad faciendas impensas est obstricta.
8. Acqvisita matrimonio constante, industria licet uxoris, solius tamen viri lucro cedunt.
9. De jure etiã Saxonico, utriusq; conjugis industria & labore acqvisita, ad solum maritum pertinent.
10. Mulier mercatrix qvicqvid propria pecunia negotiando lucratur, non sibi, sed marito acqvirit.
11. Bona uxoris immobilia præsumuntur in dubio pecunia mariti comparata, qvæ propterea post obitum uxoris ipsi est restituenda.
12. Non possunt heredes mariti à Vidua constante matrimonio acqvisita petere, si ipse maritus hæc uxori reliqverit, vel donaverit.
13. Non lucratur maritus fructus dotis, vel industriâ uxoris acqvisita, si in pactis dotalibus hisce renunciaverit.
14. Honoraria uxori data, intuitu licet operarum à marito præstitarum, lucro tamen mariti non cedunt.
15. Æs alienum mulieris ratione bonorum immobilium soli ipsius heredes, ratione verò mobilium contractum, solus maritus solvere tenetur.
16. Sed æs alienum commune, uti & in dubio qvorum bonorum respectu factum sit, ab heredibus paritèr & marito pro ratâ exsolvidebet.
17. Non sufficientibus bonis immobilibus ad solvendum æs alienum, borum nomine contractum in subsidium de bonis mobilibus id solvi debet.
18. Maritus repetere potest sumptus, vivente uxore in ædes ipsius factas, etiamsi lucretur mobilia.
19. Impensæ in uxoris defunctæ exeqvias factæ, conjunctim, tàm à marito superstite, qvàm heredibus, pro rata tamen solvendæ sunt.
20. Ex tacitâ conjecturâ testatoris sorori legantis, non excludendus est à successione mobilium maritus superstes.

CONSTIT. XXVI.

Conjunx conjugem malitiosè deserens nunqvid id, qvod ex hereditate, vel bonis innocentis defuncti ipsi debeatur, amittat?

Definit.

Vir aut mulier ex conjugis defuncti bonis nihil lucratur, si illum deseruerit.

2. Maritus uxorem, peste infectam deserens lucrum dotis amittit.
3. Non dicitur deserere conjugem, peste laborantem, qvi licet absens, de cura tamen & medicamentis ei prospicit.
4. Qvocunq; morbi genere affectam & morientem uxorem maritus deserens, indignum se reddit lucro mobilium.
5. Maritus denegans uxori alimenta, dotem & lucrum mobilium amittit.
6. Privandus etiam est maritus lucro dotis mobilium, qvi uxorem verberat & expellit.
7. Perdit maritus dotem, mobiliaq; uxoris, si necem ejus fuerit molitus, effectu licet non subsecuto.
8. Indignus judicatur Conjunx portione Statutariâ, si conjugem adulterii falso accusaverit, & non obtinuerit.
9. Amittitur lucrum dotis, mobiliumq; sive portionis Statutariæ ex eo, qvod conjunx de adulterio perpetrato convincitur.
10. Conjunx portione Statutaria privandus non est, antequam cognito negotio causam privationis sufficientem judex pronunciaverit.
11. Nunqvam privatur Conjunx portione Statutariâ, si heredes conjugis defuncti privationem non petierint.
12. Soli heredes descendentes ad privationem portionis statutariæ adversus conjugem experiri possunt, non etiam extranei, vel collaterales.

13. Non

13. Non privari potest Conjunx superstes portione statutariâ, si defunctus ei injuriam sibi illatam condonaverit.
14. Non excluditur desertor à successione, si conjunx defunctus ei tacitè injuriam remiserit, vel saltèm in testamento qvid legaverit.
15. Separatione inter conjuges qvoad thorum & mensam à Magistratu factâ, desertor non amittit portionem statutariam.
16. Voluntaria autem & extrajudicialis separatio conjugum non tollit lucri statutarij privationem.
17. Facto divortio totali, nullum competit jus succedendi marito, vel uxori, in bonis defuncti conjugis.
18. Matrimonio licet qvoad thorum & mensam separato, maritus nihilominus Usumfructum in bonis uxoris retinet, sed ei alimenta præstare tenetur.
19. Ablata portio statutaria conjugi indigno, non fisco applicanda est, sed hereditati accrescit.
20. Non facit desertio, qvo minus conjunx innocens ex bonis conjugis desertoris portionem statutariam petere valeat.
21. Ultra portionem tamen statutariam, qvam conjuge defuncto superstes lucratur, ex bonis desertoris ac desertricis desertus nihil petere potest.
22. Bona utensilia uxoris desertricis non ad maritum pertinent, sed proximæ cognatæ cedunt.
23. Ex bonis, post separationem matrimonij desertori conjugi delatis, innocens portionem statutariam petere neqvit.
24. Nihil petere valet sponsus ex bonis sponsæ, à qva propter desertionem malitiosam fuit per sententiam absolutus.
25. Mater detrectans alimentare liberos, eosq; deserens, indignam se facit eorum hereditate.
26. Ob malitiosam desertionem dissolvendum haud est matrimonium, priusqvam judici de tempore & causa absentiæ certò constet, qvâ in re cautè est procedendum.

CONSTIT. XXVII.

Feudum paternum per delictum Vasalli apertum, dominonè, an simultaneè investitis acqviratur?

Definit.

1. OB culpam, non in dominum, sed alium commissam, feudum simultaneè investitis cedit in foro Saxonico.
2. Nec Agnati, intra qvartum gradum constituti, à feudo ob culpam, extra personam domini commissam, excluduntur.
3. Non privantur liberi feudo antiqvo in terris Electoratus Saxonici, ob delictum patris, extra personam Domini commissum.
4. Feudo privari non debet Vasallus delinqvens, si Dominus ei delictum condonaverit, haud contradicentibus Agnatis.
5. Non conqverente Domino de feloniâ, defuncto ipso, ejus heredes ad privationem feudi agere neqveunt adversus Vasallum.
6. Delictum Vasalli, in personam Domini commissum, filios à feudo excludit.
7. Feudum contemplatione filiorum concessum, ipsis non est auferendum propter delictum patris, in Domini personam commissum.
8. In foro Saxonico, delinqvente Vasallo in personam Domini, Agnatis simultaneè investitis per id non præjudicatur.
9. Feudo ob culpam Vasalli amisso, fructus indifferentèr omnes ad Dominum pertinent.
10. Non adimi potest feudum heredibus, si de Vasalli delicto, vivente adhuc eo, Dominus non fuerit conqvestus.
11. Ob non petitam investituram feudum ad Dominum devolvitur, ita tamen, ut post mortem Vasalli ad Agnatos revertatur.
12. Non privandus est Vasallus feudo ob non petitam investituram, antеqvam causæ cognitio, & sententia declaratoria præcesserit.
13. Non nocet Vasallo qmissio renovationis investiturę, si Dominus tacitè, vel expressè caducitatem remiserit.

CONSTIT. XXVIII.

Personæ Ecclesiasticæ, Ordinis item, vel Monachi, num in feudis succedant?

Definit.

1. NE qvidem de jure Saxonico Clerici in feudis succedunt, nisi simultaneam investituram impetraverint.
2. In provinciis autem Electoratus Saxonici Clerici paritèr & Ordinis personæ ad successionem feudi admittuntur.
3. Non succedunt Clerici in Electoratu Saxoniæ, si novum feudum, electâ personæ industriâ, fuerit concessum.
4. Nec tum Clerici in Saxoniæ Electoratu ad feudi successionem admittuntur, qvando investiturarum literæ personalia Vasalli servitia reqvirunt.
5. Ignobiles etiam in foro Saxonico feudi sunt capaces.
6. Mutus & Surdus vel alitèr imperfectus in feuao non succedit.
7. De feudo tamen novo mutum & surdum vel alitèr imperfectum Dominus benè investire potest.
8. Vasallus ex superveniente calamitate factus inhabilis ad serviendum, feudum non amittit.
9. Fœmina regulariter non succedit in feudo, etiamsi hoc fuerit emptum.
10. Ad successionem tamen feudi fœminini vel etiam ex pacto fœminæ admittuntur.
11. Arcentur qvoq; fœminæ à successione in feudis hereditariis.
12. Succedunt fœminæ unà cum masculis in feudis à servitio liberis, de qvibus duntaxat annuæ solvuntur pensiones.
13. Fœminæ licet in investitura ad successionem vocatæ, attamen non nisi deficientibus masculis succedunt.
14. Facta verò investitura, ut fœminæ succedant sicut masculi vel cum masculis, utriusq; sexus liberi simul admittuntur.
15. Fœminæ ad successionem feudi vocatæ, & per masculum semel exclusæ, non perpetuò censentur excluſæ.
16. Non succedunt in feudo legitimati à Principe, exclusis Agnatis, simultaneè investitis.
17. Legitimati tamen per subseqvens matrimonium, ad successionem in feudis admittuntur.
18. Cujusnam sumptibus Vasallus domino servire teneatur?
19. Vasalli ratione feudorum contra exactionem contributionum, libertati regulariter innituntur.

CON-

CONSTIT. XXIX.

Frater & fratris liberi an simul succedant in feudis; & jus repræsentationis in feudis num locum habeat?

Definit.

1. EXtra Electoratum qvoq; in Saxoniâ fratris liberi unà cum patruo, jure repræsentationis in feudo succedunt.
2. Verba hæc: (Nach rechter Sipzahl) investituræ inserta, non faciunt cessare jus repræsentationis in feudo.
3. Pluribus licet fratribus de novo feudo investitis, ad successionem tamen fratris defuncti, filii cum fratre simul admittuntur.
4. Non attenditur in successione feudi duplicitas vinculi, sed sola agnatio.
5. Cum fratre utrinqve conjuncto succedit in feudis filius fratris consanguinei defuncti.
6. Non succedunt nepotes jure repræsentationis patruo magno in feudis.
7. Nec inter reliqvos collaterales jus repræsentationis in feudi successione locum habet.
8. Regulariter in foro Saxonico simultaneè investiti remotiores, unà cum proximioribus in feudo succedunt.
9. Excluduntur tamen remotiores à proximioribus, factâ investiturâ secundum ordinem, & prærogativam graduum.
10. Investito aliqvo pro se & filiis suis, ordine tamen successivo, non omnes filii pariter & conjunctim admittuntur.
11. Investiti secundum gradus prærogativam (Nach rechter Sipzahl) in capita succedũt, nõ in stirpes.
12. Ad successionem feudalem admittuntur in capita, qvi nominatim sunt investiti, licet deficiat Clausula: Secundum gradus prærogativam.
13. Collectivo autẽ nomine investiti in stirpes succedũt.
14. Nisi de aliá contrahentium mente constet; ut si fratrum filii nomine collectivo sint investiti.
15. In successione pariter feudali, & allodiali, jus repræsentationis in infinitum obtinet.
16. Conventio inter Agnatos simultaneè investitos, de admittendis solis proximioribus ad successionem feudi, non excludit fratris liberos in foro Saxonico.

CONSTIT. XXX.

Pecunia ex feudo redacta, ubi ex pacto in feudum converti debuit, id autem factum non est, an post mortem Vasalli ad heredes ipsius pertineat?

Definit.

1. PEcunia ex feudo redacta feudalis non est, successoribus feudi debetur.
2. Non eò magis pretium feudi censebitur feudale, qvod contrahentes de hoc expressè convenerint, illudq; pro feudo haberi voluerint.
3. Ne qvidem pactum contrahentium juratum pecuniam feudalem facere potest.
4. Valet tamen conventio, ut pecunia ex feudo redacta ad solos feudi successores pertineat, heredibus allodialibus exclusis.
5. Non efficit pactum de collocandâ pecuniâ in emptionem feudi, ut facto haud subsecuto, ea feudi successoribus cedat.
6. Defuncto tamen fratre vel Agnato ante feudi emptionem, ejus heredes ad interesse tenentur.
7. Ex pacto de collocãdâ pecunia in emptionem feudi, illi soli Agnati ad interesse experiri possunt, qvibus facta est promissio, de recipiendo eos in simultaneam investituram.
8. Præstatur interesse per exsolutionem pecuniæ, in feudi emptionem collocandæ.
9. Ad exsolutionem tamen pecuniæ heredes cogi nequeunt, si illam in feudum convertere, deq; eo Agnatos investiri facere velint.
10. Modus constituendi feudum in pecuniâ, aliâve re mobili qvisnam sit?
11. Sola conventione partium bona allodialia immobilia haud efficiuntur feudalia, nisi à Domino superiore expressè in feudum concedantur.
12. Allodialia bona non fiunt feudalia ex eo, qvod per vasallum feudo fuerint incorporata, si non investitura specialis, vel præscriptio accesserit.
13. Venditâ vel æstimata Geradâ, pretium inde redactum non jure Geradæ censetur, sed heredibus indifferenter, etiam masculis, cedit.
14. Pecunia ex rebus expeditoriis redacta, ad heredes etiam cognatos, & mulieres pertinet.
15. Pecunia ad emendam Geradam destinata, non censetur jure utensilium.
16. Ex promissione rerum utensilium filiæ vel uxori facta, obstrictus est promissor proximæ etiam Cognatæ, filiâ vel uxore defunctâ.
17. Mater non potest filiæ stipulari Geradam à patre.

CONSTIT. XXXI.

Meliorationes & ædificia feudorum num unà cum fundo ad successionem feudi pertineant?

Definit.

1. IN foro Saxonico ædificia feudi, à Vasallo exstructa, unà cum fundo ad successores feudi pertinent.
2. Nec refert, an ædificia utilitatis, vel solum voluptatis causâ fuerint exstructa.
3. Reliqvæ verò meliorationes à Vasallo factæ, ad ejusdem heredes pertinent etiam in foro Saxonico.
4. Mola alata, qvæ vento agitatur, non feudi successoribus, sed heredibus Vasalli allodialibus cedit.
5. In prædio feudali affixa terræ vel parietibus domus, (Was geniedet und Nagelfeste ist) ad feudi successores unà cum feudali pertinent.
6. Ahena & Caldaria muro affixa, (Eingemaurete Waschkessel/ und Braupfannen/) debentur feudi successoribus, nec ab heredibus allodialibus repeti possunt.
7. Extrinsecum feudi augmentum ad successores Agnatos tum demum pertinet, si feudo, ut feudo, accesserit.
8. Propter deteriorationem feudi dolosam vel culposam, Vasalli heredes tenentur agnatis ad interesse.
9. Heredes usufructuarii in bonis allodialibus pretium meliorationis repetere valent.
10. Ædificans scienter in fundo alieno, ædificium & materiam perdit.
11. Ædificans in fundo communi, non potest cogi à socio, ut tollat ædificium.
12. Insula ejus subjicitur jurisdictioni, cujus ipsum est flumen.
13. Princeps in flumine publico insulas nondum natas, sibi jure assignare potest.
14. Alveus derelictus cedit vicinis, etiamsi aqva per illum aliqvantulum adhuc fluat.
15. Alveus derelictus pertinet ad eos, qvi prope ripam ejus prædia possident.

16. Fossa in prædio ad dominum prædii pertinet, & si hic certus non est, cedit vicinis.
17. Res pro derelicto habita, in domo alicujus inventa, Domino adium non cedit, anteqvam realiter ab ipso fuerit occupata.
18. Rem tempore inundationis ex aqvis extractam occupans, non lucratur, sed factâ proclamatione, si Dominus hanc non repetat, duæ partes Magistratui, tertia verò inventori cedit.

CONSTIT. XXXII.

Fructus, item decimæ, census, & reditus annui dotalitiorum & feudorum, post mortem Vasalli vel Viduæ, num ad hæredes ejus, an verò ad successores feudi pertineant?

Definit.

1. IN foro Saxonico fructus industriales, ex semine à Vasallo rastris subacto nascentes, ad heredes ejus pertinent, exclusis feudi successoribus.
2. Fructus qvoq; hortorum, Vasalli industria promeriti, post sationem & subactionem heredibus allodialibus cedunt.
3. Agro feudali à Vasallo vivente rastris subacto, fructus industriales in dotalitio nati non ad Viduam, sed ad mariti heredes allodiales pertinet.
4. Vidua, dotalitio per mortem ipsius finito, fructus ex semine rastris subacto provenientes, ad heredes suos transmittit.
5. Fructus agri ab usufructuario sati & occati, heredes ejus lucrantur in foro Saxonico, licet nondum percepti fuerint.
6. Maritus percipit fructus ex agro uxoris defunctæ, siea adhuc vivēte cultus, & rastris subactus fuerit.
7. Defuncto marito post rastrationem agri conjugis suæ, fructus in eo nascentes non ad Viduam, sed ad mariti heredes pertinent.
8. Vineæ fructus nondum percepti ad heredes possessoris pertinent, qvando hic post diem Urbani decesserit.
9. Defuncto Vasallo post Calendas Martii, heredibus allodialibus competit jus coqvendi cerevisiam, per totum illum annum in prædiis feudalibus.
10. Qvod vivente Vasallo aut Usufructuario seminatum qvidem, nondum tamen rastratum est, non ad heredes sed novum possessorem pertinet.
11. Restituendi sunt tamen sumptus, in culturam & sationem facti, antiqvo possessori, ejusvè heredibus.
12. Omnibus in casibus, ubi fructus industriales cum ipso prædio ad novum possessorem transeunt, impensæ in culturam agrorum factæ heredibus restitui debent.
13. De fructibus autem heredes nil percipiunt, etiamsi possessore defuncto ipsimet agrum coluerint & seminaverint.
14. Competit heredibus jus retentionis in feudo, donec ipsis expensæ, in culturam factæ restituantur.
15. Obstricti qvoqve sunt mariti heredes ad refusionem impensarum, qvas Vidua fecit in culturam agri sui, anteqvam ipsi nuberet.
16. Dispositio juris Saxonici, qvæ post ultimam demum curam fructus antiqvo possessori, ejusvè heredibus tribuit, nec ad casum retrovenditionis, nec legati extendi debet.
17. Venatio hodiè inter Regalia refertur, nec privato in suo etiam territorio venari licet, si non concessionem specialem probaverit.
18. Venationis jura specialiter alicui concessa, per non usum longissimi temporis haud amittuntur, qvando occasio venationē exercendi se non obtulit.
19. Fructus civiles, puta annuos reditus, census, decimas &c. heredes allodiales solummodo ex casu lucrantur, si vivente Vasallo dies solutionis cesserit.
20. Intra tricesimum etiam exigibiles fructus civiles, ad Vasalli defuncti heredes pertinent.
21. Exiguntur qvoq; annui Reditus & fructus civiles ab heredibus defuncti Vasalli allodialibus, si paulo post tricesimum, terminus solutionis cesserit.
22. Factâ licet alienatione fundi emphyteutici vel censitici, vivente adhuc Vasallo, si tamen ab ipso non investiatur novus possessor, heredibus allodialibus non debetur Laudemium.
23. Fructus naturales adhuc pendentes, in foro Saxonico, non ad defuncti possessoris heredes, sed unà cum fundo ad novum possessorem pertinent.
24. Nec poma, pira, aliosq; fructus similes, adhuc in hortis & pomariis Vasalli, heredes allodiales lucrantur.
25. Fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini pertinent ad ipsum vicinum.
26. Pisces fructificationis causa stagno immissi, cedunt heredibus Vasalli defuncti eo tempore, qvo stagnum mox est piscabile.
27. Propinqvius autem qvando est tempus mortis possessoris injectioni piscium in stagnum, qvàm piscationi, pisces unà cum stagno ad novum possessorem pertinent.
28. Bonæ fidei possessor naturales simul & industriales fructus restituere tenetur, non solùm extantes, sed & consumptos, qvatenus ex iis factus est locupletior.
29. Extantium tamen & consumptorum fructuum repetitionem impedit præscriptio annalis in foro Saxonico.
30. Malæ fidei possessor fructus perceptos, ac percipiendos paritèr restituere tenetur.

CONSTIT. XXXIII.

Defuncto marito, num Vidua ejus Geradam, comestibilia, donationem propter nuptias, & dotalitium, propriâ autoritate retinere vel accipere possit, an verò ab heredibus mariti illa petere & accipere teneatur?

Definit.

1. DEfuncto marit,o Vidua Geradam, sponsalitiam largitatem, & dotalitium propriâ autoritate accipere & occupare potest.
2. Expectare tamen debet Vidua, jura sua occupans, trigesimum diem à morte mariti.
3. Comestibilia ne qvidem post tricesimum Vidua propriâ autoritate, absq; voluntate heredum apprehendere valet.
4. Non tamen perdit jus suum Vidua, lucra muliebria intra tricesimum, comestibilia verò post tricesimum propriâ autoritate apprehendens.
5. Vidua lucra muliebria propriâ autoritate apprehendens beneficio inventarii, vel juramento qvid acceperit, indicare tenetur.
6. Heres vel alius qvivis, immiscens se bonis ac hereditati defuncti inventarium exhibere, vel hereditatem juratò indicare tenetur ei, cujus id scire interest.
7. Ab omnibus iis, qvi administrationi bonorum alienorum se immiscent, inventarium vel jurata specificatio exigi potest.
8. Sufficit tamen alterutrum, inventarii nempe exhibitio,

bitio, vel jurata ſpecificatio, nec utraq; ſimul poteſt exigi.

9. *Non exonerat heredem à præſtatione juramenti inventarium, qvod vitio aliqvo laborat.*

10. *Ex eo ſolo, qvod confectionem inventarii obſignatio bonorum defuncti vel nulla, vel non ſtatim præceſſerit, heres inventarium juramento ſuo corroborare tenetur.*

11. *Qvævis fraudis ſuſpicio heredem aggravat, ut ſupra inventarii exhibitionem res hereditarias etiam juratò indicare teneatur.*

12. *Non obſtringitur heres ad præſtationem juramenti ex eo ſolo, qvod ignarus rerum qvarundam eas inventario inferri non fecerit.*

13. *Inchoari & perfici debet inventarium infra tres menſes, niſi juſta cauſa id impediat.*

14. *Heredes ejus, qvi occupavit hereditatem, deficiente licet inventario, jurare non tenentur.*

15. *Referri neqvit juramentum, qvô heres in caſu deficientis inventarii, hereditatem indicare tenetur.*

16. *Heres non exhibens inventarium, ſi jurare nolit, poteſt actor adverſus eum in litem jurare.*

17. *Ex communi hereditate ſumptus pro conficiendo inventario exſolvuntur.*

18. *Non tenetur in foro Saxonico heres ultra vires hereditatis, ſi inventarium confecerit, vel omiſsâ inventarii confectione, vires hereditatis juratò indicare velit.*

19. *In foro Saxonico Creditor, debitori ſuo heres exiſtens, non perdit creditum, etiamſi inventarium non confecerit.*

20. *Ad ſponſalitiam largitatem, ſeu Morgengabam, pertinent pecudes fœmellæ cujuſq; generis.*

21. *Non etiam pecudes maſculini Sexus ad Morgengabam pertinent.*

22. *Niſi poſt mortem mariti ante triceſimum, vel diviſionem fuerint procreatæ.*

23. *Ex prædio etiam conducto Vidua ſponſalitiam largitatem petere valet.*

24. *De omnibus defuncti mariti prædiis, Viduæ debetur ſponſalitia largitas, ſive Morgengaba.*

CONSTIT. XXXIV.

Jure eſculentorum & poculentorum ſeu comeſtibilium, num viduæ qvid debeatur ex iis frugibus, qvæ tempore mortis mariti in agro reperiuntur, ante diem tamen trigeſimum horreis conduntur?

Definit.

1. *Vocabulo germanico* (Leibgut) *denotatur ſaltē dotalitium, non etiam reliqva jura muliebria; ut Gerada, Morgengaba, & cibaria domeſtica.*

2. *Nomine* (Mußtheils) *debetur Viduæ nobili dimidia ſaltem pars omnium cibariorum, qvæ poſt diem triceſimum à morte mariti ſuperſunt.*

3. *Nihil percipit Vidua de Cibariis, qvæ poſt mortem demum mariti, licet ante triceſimum, inferuntur.*

4. *Nec de frumento tempore obitus mariti jam demeſſo, & in faſciculos colligato, Viduæ jure comeſtibilium qvicqvam lucratur, licet intra trigeſimum in horreum reponatur.*

5. *Medietas frumenti, à ſubditis annuatim præſtandi, ante obitum haud ſoluti, non cedit Viduæ jure comeſtibilium.*

6. *Dimidia pars frumenti mutuò alicui dati, non debetur Viduæ jure comeſtibilium* (zum Mußtheil.)

7. *Comeſtibilibus tamen accenſetur frumentum, ad forum aliò vendendi cauſa transmiſſum, nondum venditum.*

8. *Pertinet etiam ad comeſtibilia frumentum illud, qvo agri ſunt conſerendi.*

9. *Salvâ dimidietate Comeſtibilium Viduæ competenti, ſuſtentari ea debet ex bonis defuncti, ſi poſt triceſimum jure retentionis utatur.*

10. *Vivente marito, mulier comeſtibilia petere non poteſt.*

CONSTIT. XXXV.

Hordeum, lupulus, & frumentum Saracenicum, Heydekorn/ *num eſculentis & poculentis accenſenda?*

Definit.

1. *Qvænam res Appellatione comeſtibilium veniant, & viduæ cedant?*

2. *Porci ſaginati cibariis adnumerantur, licet tempore obitus mariti nondum mactati fuerint.*

3. *Vicia* (Wicken) *non accenſentur comeſtibilibus.*

4. *Frumentum etiam nondum trituratum, ad comeſtibilia pertinet.*

5. *Hordeum & frumentum Saracenicum,* (Gerſten/ und Heydekorn) *non adnumerantur comeſtibilibus.*

6. *Nec lupulus accenſeri debet comeſtibilibus.*

7. *Conſvetudine tamen introduci poteſt, ut frumentum pariter Saracenicum, hordeum, ac lupulus Viduæ, jure comeſtibilium cedant.*

8. *Polenta ſive hordeum reſiccatum,* (Maltz/) *rectiſſimè adnumeratur comeſtibilibus.*

9. *Niſi commercii cauſa ad vendendam cereviſiam hordeum fuerit toſtum.*

10. *Frumentum Saracenicum, molâ contuſum, &* (Grützl) *præparatum comeſtibilibus accenſetur.*

CONSTIT. XXXVI.

Jure eſculentorum & poculentorum qvantum viduæ debetur, & num indiſtinctè dimidia pars omnium, qvæ poſt trigeſimum diem à morte defuncti ſuperſunt?

Definit.

1. *Viduæ indifferenter de omnibus cibariis, etiam victum unius anni excedentibus, pars dimidia jure comeſtibilium debetur.*

2. *Non ſolum ex feudo, ſed ex aliis etiam mariti defuncti prædiis allodialibus, comeſtibilia, aliaq; jura muliebria Viduæ Nobili debentur.*

3. *Comeſtibilia, aliaq; jura muliebria Vidua ex omnibus defuncti mariti prædiis, licet is alibi habitaverit, petere valet.*

4. *Etiam ex prædiis, ſitis extra territorium Saxonicum, Viduæ comeſtibilia debentur.*

5. *Non etiam, ſi comeſtibilia certo prædiorum uſui fuerint deſtinata & addicta.*

6. *Ex prædiis certa penſione à Marito conductis, Vidua non minus comeſtibilia, ac ſponſalitiam largitatem vel Geradam petere poteſt.*

7. *Penſionem tamen, ex locato debitam, Vidua comeſtibilia, aliavè jura muliebria petens, pro rata exſolvere, nec non inventarium reſarcire tenetur.*

8. *Ex prædio, marito adhuc vivente vendito & alienato, vidua Geradam, Morgengabam, & cibaria domeſtica petere neqvit.*

9. *De Morgengaba & Cibariis domeſticis, æs alienum mariti defuncti in ſubſidium eſt exſolvendum.*

10. *Morgengaba & comeſtibilia anno & die præſcribuntur in foro Saxonico.*

CONSTIT. XXXVII.

Mulier nobilis ex consvetudine qvotam hereditatis defuncti mariti accipiens, an & illa, qvæ aliàs jure Saxonico mulieribus nobilibus debentur, petere possit?

Definit.

1. NOn succedit Vidua jure Nobilium in dotalitio, morgengabâ & comestibilibus, si maritus defunctus non fuerit nobilis.
2. Defuncto ergò marito plebejo, Vidua ejus non petere potest comestibilia, vel morgengabam, licet ipsa ex genere Nobili sit procreata.
3. Audienda est Vidua Nobilis, si relicto jure dotalitii morgengabæ, & comestibilium, ad instar Viduæ plebejæ succedere, & portionem statutariam petere velit.
4. Qvotam statutariam vel hereditatis Vidua unà cum dotalitio, cibariis domesticis, aliisq; juribus muliebribus petere non potest.
5. Nec viduæ bona illata repetenti debentur comestibilia, & largitas sponsalitia.
6. Liberum tamen est viduæ, jura ac lucra, mulieribus Nobilibus competentia eligere, vel qvotam hereditatis petere.
7. Qvandoq; vidua Nobilis unà cum hereditatis qvotæ etiam jura mulierum Nobilium capit, si nempe hoc marito placuerit, vel de eo expressè conventū fuerit.
8. Donatum in mortis casum, Vidua Nobilis unà cum Morgengaba, comestibilibus, aliisq; juribus muliebribus petere valet.
9. Rem certam & particularem ex testamento mariti Vidua unà cum dotalitio, & juribus muliebribus petere haud prohibetur.
10. Filiæ Nobiles unà cum portione hereditatis, etiam Geradam capiunt ex bonis defunctæ matris.

CONSTIT. XXXVIII.

Jus retorsionis an & qvatenus locum habeat adversus eos, qvi legata, fideicommissa, vel mortis causâ donata, ex locis suæ jurisdictioni subjectis aliò transferri, nisi certâ aliqvâ parte detractâ, non patiuntur, qvemadmodum nec ea, qvæ ad Geradam, vel res expeditorias pertinent?

Definit.

1. ÆQvissimè jus Retorsionis exercetur adversus eos, qvi hereditatē, legata, fideicommissa, &c. ex locis suæ jurisdictionis absq; certæ partis detractione aliò transferri haud patiuntur.
2. In Geradæ etiam seu bonis utensilibus jus retorsionis locum habet.
3. Exerceri potest jus Retorsionis non solùm contra extera loca, sed etiam contra Civitates alias Provinciarum Saxonicarum.
4. Uti licet jure Retorsionis adversus eas qvoq; civitates, ex qvibus Gerada saltem ex parte, puta Nieffelgerada, Cognatæ alibi degenti defertur.
5. Non prohibetur Civitas exercere jus Retorsionis in rebus, ad geradam pertinentibus, exindè, qvod Gerada ibidem usitata non est.
6. Non removetur jure retorsionis Cognata in exteris locis, ubi Gerada nō est usitata, qvando mulieris, in Saxonia defunctæ, simul heres ab intestato existit.
7. At cognata in exteris locis, ubi Gerada non est usitata, qvando simul heres proxima non existit, haud petere valet Geradam in Provinciis Saxonicis.
8. Retorsionis jus non nisi Civitati opponitur, qvæ antea contra civitatem retorqventem, inæqvalitatem exercuit.
9. Non præsumitur civitas exercuisse iniqvam consvetudinem contra unam, vel aliam civitatem, nisi in specie id probetur.
10. Retorsionis jus non ab incolis, sed à solo Magistratu exerceri potest.
11. Gerada aliæve res, jure Retorsionis retentæ, non Magistratui cedunt, sed reliqvis heredibus, in pari gradu existentibus, accrescunt.
12. Non verò existente alio herede in pari gradu, secundus à proximiore excluso ad successionem admittitur, licet alibi commoretur.
13. Nullis autem Cognatis fœminis aliis existentibus, Gerada jure Retorsionis retenta non ad masculos, sed ad Magistratum, pertinet.
14. Bona utensilia, aliæq; res jure retorsionis in civitate retentæ, illi cedunt Magistratui, qvi altam habet jurisdictionem, sive merum Imperium, (die Ober-Gerichte.)
15. Ad eum Magistratum pertinent res jure Retorsionis retentæ, sub qvo defunctus habuit domicilium.
16. Gerada ergò defunctæ mulieris, deficientibus Cognatis fœminis, cedit lucro Magistratus domicilii, licet mulier alibi decesserit.
17. Non percipit Magistratus Geradam defunctæ mulieris, qvæ domicilium habuit eo in loco, ubi Gerada prorsus non est usitata.
18. Non amittit qvis domicilium ex eo, qvod per tempus alibi fuerit in famulitio alicujus Domini.
19. Non potest Magistratus exercere jus detractionis vel gabellarum, anteqvam id statuto vel consvetudine introductum probaverit.
20. Non heres, sed legatarius detractionem sive gabellam de re legata exsolvere tenetur.
21. Res expeditoriæ, deficientibus heredibus masculis, magistratui cedunt.
22. Præfertur tamen Magistratui in rebus expeditoriis Agnatus defuncti, etiamsi alibi commoretur, modò in loco, contra qvē jus retorsionis neqveat exerceri.
23. Ad successionem rerum expeditoriarum admittuntur Agnati, exclusis feudi successoribus, qvi jure agnationis defuncto haud fuêre conjuncti.
24. Civibus ac Rusticis non nisi ex speciali alicujus loci consvetudine res expeditoriæ debentur. (rias?
25. Qvænam species computentur inter res expedito-
26. Eqvæ, (Mutterpferde/) non referuntur inter res expeditorias.
27. Nec eqvus, qvem defunctus certâ mercede aliis locare solitus fuit, rebus expeditoriis accensetur.
28. Pertinet tamen Eqvus ad res expeditorias, licet eo defunctus ad proprium agrum colendum, suaq; negotia expedienda usus fuerit.
29. Referuntur Eqvæ, (Die Mutterpferde/) ad res expeditorias, si id consvetudine introductū probetur.
30. Consvetudine introduci potest, ut instrumenta Opificis mechanica, ut & omnia Viri vestimenta rebus expeditoriis accenseantur.
31. Inter plures agnatos, pari in gradu existentes, res expeditoriæ æqvalitèr dividuntur, excepto gladio, qvem natu major præcipuum habet.
32. Defectum rerum expeditoriarum non tenentur resarcire heredes viri defuncti.
33. Agnatus, ante tricesimum res expeditorias propriâ autoritate apprehendens, eas haud perdit.

34. Non

34. *Non valet testator alienare Heergewettam in præjudicium proximioris Agnati, per testamentum, aut donationem mortis causa.*
35. *Res expeditoria in prædio etiam conducto repertæ, Agnato cedunt.*
36. *Nepotes cum filiis ad successionem rerum expeditoriarum in stirpes admittuntur, ac jure repræsentationis gladium avi defuncti præcipuum habent.*
37. *In successione rerum expeditoriarum non nisi unicum vinculum agnationis scilicet attenditur.*
38. *Non admittuntur clerici ad successionem rerum expeditoriarum.*
39. *Nec relinquunt clerici res expeditorias.*
40. *Culcitra militaris debetur Agnato, antequam Viduæ superstiti de Geradâ satisfiat.*
41. *De rebus expeditoriis, saltem in subsidium, æs defuncti alienum exsolvitur.*
42. *Debitum nomine rerum expeditoriarum contractum, de hisce ab Agnato est exsolvendum, licet alia supersint bona hereditaria.*

PARTIS QUARTÆ.
CRIMINALIA CONTINENTIS

Constitutio I.

De pœna blasphemiæ.

DEFINITIONES.

Maledicentes Deo æquè ac blasphemantes gladio feriri debent.

2. *Blasphemantes quoque S. Sacramenta mortis supplicio subjugandi sunt.*
3. *Quandoque solâ fustigatione vindicatur blasphemia, licet immediatè in Deum commissa: Sed nunquam hodiè abscisione linguæ in Provinciis Saxonicis.*
4. *Non eximit blasphemantes à pœnâ mortis ordinariâ ebrietas, si tanta non fuerit, ut mentis quasi exilium induxerit.*
5. *Beatam virginem blasphemans non effugere potest pœnam, saltem extraordinariam.*
6. *Jurantes vel maledicentes per Sacramenta, passionem & vulnera Christi, in Provinciis Saxonicis ultra pœnam arbitrariam, quam luunt, etiam præ foribus tabernarum vel templorum publicè sistuntur.*
7. *Non indulgendum est nobilitati in crimine maledictionis per Sacramenta aut vulnera Christi.*
8. *Nec mitiganda est pœna maledictionis ei, qui primâ solummodò vice delinquit.*
9. *Cognitio de crimine blasphemiæ, ejusq; coercitio non ad Ecclesiasticum, sed secularem judicem spectat.*
10. *Extraordinariè saltem puniuntur, qui solo facto sancta Sacramenta profanant.*
11. *Non sunt immunes à pœnâ extraordinariâ sibimetipsis maledicentes.*
12. *Turbatores sacrorum non semper ultimo supplicio, sed quandoq; arbitrariè puniuntur.*
13. *Non errat judex dictitans pœnam maledicentibus Principi, qui Imperator non est.*
14. *Qui non est subditus nisi ratione feudi, haud dicitur committere crimen læsæ Majestatis.*
15. *Non uniformis est pœna criminis læsæ Majestatis; utplurimum tamen capitalis.*
16. *Ex bonis mariti confiscatis deducitur dos, & omne æs alienum, sicut & dotis augmentum.*
17. *Privati carceres prohibiti quidem sunt regulariter, sed tamen ex justâ causâ permittuntur.*
18. *Reus in uno foro licet condemnatus ad pœnã, si tamẽ eam non solverit, vel hoc nomine cautionem præstiterit, in alio foro ob idem delictum potest puniri.*

Constit. II.

De pœnâ Magorum & ariolorum.

Definit.

Tum demum igne cremantur malefici, si cum dæmone fœdus inierint, eigs se obstrinxerint.
2. *Expressa pactio cum dæmone pœnam ignis meretur, etiamsi nemini à maleficis damnum fuerit datum,*
3. *Sagæ & Lamiæ cum Dæmone concumbentes, igne cremantur, etiãsi nulla pactio expressa intercesserit.*
4. *Commixtio Satanica dissolvit matrimonium, si forsan contingat, Sagas vel Lamias haud mortis supplicio puniri.*
5. *Nunquam ultimo supplicio sunt afficiendi malefici, antequam de corpore delicti, vel ex præsumtionibus saltem verisimilibus constet.*
6. *Malefici, citra pactionem cum Dæmone initam, artibus magicis hominibus vel jumentis nocentes, gladio non igne puniuntur.*
7. *Gladio quoque plectendi sunt malefici, qui cum Diabolo quicquam commercii habent.*
8. *Sortiarii, (die Segensprecher) non mortis supplicio, sed extraordinariè puniuntur.*
9. *Pœna fœminarum, qui juvenes in capro sibi advehi curant.*
10. *Mitiganda est pœna maleficis, qui nondum accusati vel incarcerati veram agunt pœnitentiam.*

Constit. III.

De pœnâ parricidii, in parentes, liberos vel proximè conjunctos commissi.

Definit.

Parentes non solummodò liberos, sed & nepotes, aut pronepotes occidentes, pœna parricidii, quæ est Culei, plectendi sunt.
2. *Non eò minus Culei supplicio subjacent parentes, quod liberos saltem incestuosos & adulterinos necaverint.*
3. *Non tutò indicere potest judex parricidii pœnam ei, qui filium ex scorto publico procreatum occidit.*
4. *Cessat pœna Culei in Vitrico, Novercâ, vel Socero, occidentibus privilegium, vel generum.*
5. *Nec vitricum vel novercam socerum vel socrum occidentes, culei supplicio subjugandi sunt.*
6. *Mariticidium quoq; pœnâ Culei asperrimâ vindicatur*
7. *Reiteratio infanticidii ustulatione ferri candentis punitur, non ex numero infantum occisorum, sed reiterati parricidii.*
8. *Pari supplicio supponuntur, qui fratrem utringq;, & ex uno duntaxat latere conjunctum necant.*
9. *Pœnâ in fratricidas constitutâ plectendus quoque est, qui patruum occidit.*
10. *Nec non is, qui fratris aut sororis filiũ, filiamvè necat.*
11. *Occisor quoque affinis, qui sororis suæ maritus est, ad pœnam gladii traha illigatus debet raptari.*
12. *Ex Lege Corneliâ de sicariis punitur, qui absq; proposito occidendi, dolosè tamen parricidium cõmittit.*
13. *Nunquam punitur mortis supplicio parricidium, ex solâ culpâ, licèt latissimâ, commissum.*

14. *Ex*

14. *Ex culpa levi, & levissima perpetratum parricidium, vix severiori, quàm carceris aut relegationis pœna coercetur.*
15. *Ex confessione dubia & obscura Reus subjugandus est pœnæ parricidii, sed sub tormentis de veritate interrogandus.*
16. *Non deveniendum est ad pœnam parricidii ordinariam, priusquàm de corpore delicti constet, saltem ex ossibus hominis occisi.*
17. *Constare potest de corpore delicti ex validissimis & urgentissimis indiciis, ad hoc, ut pœnâ parricidii ordinaria infligi queat.*
18. *Mitius agendum cum fœminâ, quæ ex stupro violento procreatum infantem necavit.*
19. *Filius graviter percutiens ac vulnerans patrem, fustigari debet; nisi ipsemet pater offensus pro eo intercedat.*
20. *Propter leviorem verò offensionem, liberi mitius, vel sola relegatione vel carcere puniuntur.*

CONSTITUT. IV.

De pœnis procurantium abortum.

Definit.

1. *ABigentes partum vitalem, indifferenter gladio feriuntur, sive parentes ipsimet fuerint sive extraneæ personæ.*
2. *Non potest animadverti mortis supplicio in abigentes partum, qui nondum fuerit vitalis.*
3. *Non infligenda est mortis pœna abigentibus partum, si de efficacia medicamenti non constet, aut fœtus remanserit vivus.*
4. *Mater vim utero inferendo, partum vitalem necans pœna gladii plectenda est.*
5. *Gladio punienda est mater, quæ infanti non subveniendo, eum in sqalore & stercore mori sinit.*
6. *Nec graviori supplicio est subjicienda mater, quæ infantem dolosè in cloacam emittit.*
7. *Gladio ferienda est mater necans filium præmaturum & imperfectum.*
8. *Expositio infantis fustigationis pœnam meretur, si non vivus & incolumis infans fuerit repertus.*
9. *Temporali verò relegatione vel carcere saltem animadvertitur in expositionem infantis, si hic vivus & incolumis remanserit.*
10. *Onus alendi infantem expositum incumbit judici, qui eo in loco, ubi reperitur, merum habet Imperium, sive jurisdictionem superiorem.*

CONSTITUT. V.

De pœnis illorum, qui tempore pestis curæ suæ commissos interimunt & spoliant, vel necessaria illis non subministrant.

Definit.

1. *VEspillones aliivè, ægrotos, curæ suæ commissos, spolii causa occidentes, Rotæ supplicio sunt plectẽdi.*
2. *Absque intentione verò spoliandi in ægrotis commissum homicidium, gladii pœna vindicatur.*
3. *Pœnæ arbitrariæ, carceris vel relegationis, subjacent, qui ægrotos curæ suæ commissos culpâ & negligentiâ perire sinunt.*
4. *Ob latrocinium non solùm in viâ publicâ, sed etiam in ædibus privatis commissum, Rei supplicio Rotæ mancipandi sunt.*
5. *Latrocinii reus Rotâ contunditur, quantumvis ex latrocinio nil prorsus fuerit lucratus.*
6. *Latrocinii pœnam incurrit, qui aliquem eo fine occidit, ut cum ipsius Vidua matrimonium contrahere queat.*
7. *Rotæ supplicio quoq; puniendus est, qui Socium criminis occidit, ne furtum perpetratum manifestetur.*
8. *Ob solam spem futuræ numerationis, latrocinium perpetratum pœnam Rotæ meretur.*
9. *Fur deprehensus in furto, si occidat deprehensorem pœna latrocinii plectendus est.*
10. *Nisi homicidium eo fine à fure commissum probetur, quo vitam redimeret.*

CONSTIT. VI.

Occidens unum ex errore, cum occidere vellet alium, num pœna ordinaria gladii sit plectendus?

Definit.

1. *ERror in persona hominis occisi commissus, non juvat occisorem, quo minus ordinaria teneatur homicidii pœna.*
2. *Gladio feriri debet, qui volens necare Titium, occidit Cajum proximè ibi adstantem, vel prætereuntem.*
3. *Eademque pœna tenetur, qui mediatorem, in rixa intervenientem, occidit.*
4. *Nisi ab alio insultatus, se defendere voluerit.*
5. *Non indulgendum est ei, qui ex calore iracundiæ homicidium commisit.*
6. *Mandans aliquem occidere, tenetur æquè pœna homicidii, ac si ipsemet propria manu occidisset.*
7. *Nisi mandatarius alias quoque mandato licet haud interveniente fuisset occisurus.*
8. *Mandatarius accipiens pecuniam ut occidat, tanquam assassinus Rotæ supplicio punitur.*
9. *Assassinator parricida pœna culei plectendus est.*
10. *Locum habet pœna assassinii, si fuerit merces promissa, licet non exsoluta.*

CONSTIT. VII.

De pœna plurium, in rixa vel tumultu unum aliquem occidentium.

Definit.

1. *IN turba vel rixa homicidio à pluribus commisso, si de vero occisore certò haud constet, neuter mortis supplicio, sed omnes extraordinariè puniuntur.*
2. *In occisorem tamen mediante tortura inquirendum est, si indicia adsint sufficientia.*
3. *Pluribus repertis vulneribus in cadavere occisi lethalibus, singuli vulneratores, si certi sint, pœna mortis plectuntur.*
4. *Non omnes, qui rixæ interfuerunt, sed saltem qui percusserunt, pœnam incurrunt.*
5. *Pluribus unum vulnerantibus, neuter mortis pœnæ plectendus est, si vulnera singula lethalia non fuerint, licet omnia simul juncta mortem intulerint.*
6. *Conspirantibus pluribus in alicujus necem, tenentur omnes mortis supplicio, etiamsi unus saltem percusserit & occiderit.*
7. *Ob unum idemq; homicidium in rixa perpetratum, unus quandoque mortis supplicio, alter vero tantummodò arbitrariè punitur.*
8. *Homicidium licet non animo occidendi commissum, si tamen dolosum fuerit, gladio punitur.*
9. *Ictu lapidis aliquẽ interficiens, gladio feriri nõ debet.*
10. *Nisi occisor lapide graviter percusserit.*

CONSTIT. IIX.

De eo, qui hominem se occidisse fatetur, addens, se defendendi sui causa feciss, probare autem id non potest.

Definit.

1. *EXtraordinariè puniendus est Reus, si ab occiso se insultatum probet, licet moderamen inculpatæ tutelæ docere queat.*

2. *Ex*

2. *Exemptus est à pœnâ ordinariâ Reus qui saltèm ex culpatione moribundi defensionem suam probat.*
3. *Quandoque Reus, defensionem allegans, ad juramentum purgationis admittitur.*
4. *Defensionem allegans, si eam probare nequeat, mediante torturâ desuper interrogari debet.*
5. *Non tamen ad torturam deveniendum est, si occisor saltèm præsumtivè doceat defensionem, ex quo arbitrariè puniri potest.*
6. *Præsumtivè etiam occisor purgare potest dolum, ut saltèm ob culpam arbitrariè puniatur.*
7. *Reus etiam delictum confessus, aut de eo convictus, admittendus est ad deductionem defensionis & innocentiæ.*
8. *Audiendæ quoq; sunt personæ conjunctæ, Rei defensionem deducere volentes.*
9. *Terminus ad probationem defensionis præfixus etiam quinta & sexta vice prorogari potest.*
10. *Inquisitus ad deductionem innocentiæ admissus, licet nihil probaverit, denuò tamen se offerens audiri debet.*

CONSTIT. IX.

De pœnâ provocantium alios ad pugnam.

Definit.

PRovocans aliquem ad duellum sive pugnam, arbitrariè punitur.
2. *Non evadere potest provocans pœnam homicidii ordinariam ex eo, quod in duello provocatũ necaverit.*
3. *Etiamsi in duello primam succubuerit.*
4. *Nunquam pratendere potest defensionem occisor, si fuerit autor Rixæ.*
5. *Non sunt immunes Studiosi in Academia, ab ordinaria mortis pœna, qui homicidium perpetrarunt.*
6. *Non valet statutum homicidii, Reos à pœna mortis eximens.*
7. *Nec princeps ex potestate plenaria homicidii Reis pœnam mortis remittere valet.*
8. *Clerici quoq; propter cõmissum homicidium à Magistratu Politico mulctantur.*
9. *Homicidium ex proposito & prævia animi deliberatione commissum, non graviori, quàm gladii pœna coërcetur.*
10. *Nisi judex post executionem pœnæ, Cadaver Rotæ affigendum arbitratus fuerit.*

CONSTIT. X.

De pœna illorum, qui verbis contumeliosis provocati, alium vel vulnerant, vel occidunt.

Definit.

1. NUnquam pœnâ mortis, vel corporis afflictiva plectitur, qui verbis contumeliosis provocatus ad duellum, provocantem occidit.
2. *Fustigationis tamen pœnam haud effugiet, qui absq; verbis contumeliosis provocatus ad duellum, necat provocantem.*
3. *Ad exsolutionem quoq; Werigeldi condemnatur provocatus, qui necavit provocantem.*
4. *Insultatus non tenetur insultanti vulnerato ad expensas, in curatione factas.*
5. *Pœna arbitraria, plerumq; tamen fustigatione plectitur, qui alapa insultatus percussorem occidit.*
6. *Pœna homicidii ordinariæ exemptus non est, qui injuriis lacessitus injuriantem occidit.*
7. *Nisi judex pro ratione circumstantiarum, & qualitate personarum, occisorem mitius puniri existimaverit.*
8. *Maritus adulterum, cum uxore in adulterio deprehensum, impunè non occidit, quantumvis hoc casu pœna saltèm arbitraria obtineat.*
9. *Mulcta pecuniaria, in quam conversa est pœna corporalis, non principi, sed judici, qui merum habet Imperium, tribuenda est.*
10. *Offensio jocosa non liberat occisorem à pœnâ homicidii ordinaria.*

CONSTITUT. XI.

Is qui ob excessum in defensione commissum relegatur, num insuper etiam Werigeldum interfecti propinquis in foro Saxonico solvere teneatur?

Definit.

1. WErigeldum, quod hominis occisi heredibus debetur, pœnam civilem non excludit.
2. *Nec summam mulctam judicii exsolvendam*
3. *Non condemnandus est Reus ad exsolutionem Werigeldi, quando plectitur pœna corporis afflictiva.*
4. *Pluribus existentibus occisoribus, quilibet integrum Werigeldum solvere tenetur.*
5. *Fœmina occisa, dimidium saltem Werigeldum ab occisore exigitur.*
6. *Ipsa tamen fœmina si masculum occiderit, integrum tenetur præstare Werigeldum.*
7. *Exilio punitur Reus, qui propter inopiam, Werigeldum exsolvere haud valet.*
8. *Non condemnandus est Reus ad præstationem Werigeldi, judice super homicidio, ex officio procedente.*
9. *Nisi heredes occisi vindictã Magistratui comiserint.*
10. *Heredes necem defuncti haud vindicantes, hodiè se indignos reddunt hereditate ejus.*
11. *Ex hereditate tamen occisi heredes ejus judici inquirenti sumptus suppeditare tenentur.*
12. *Princeps pœnam occisori remittendo, non præjudicat heredibus occisi in Werigeldo.*

CONSTITUT. XII.

Punito ob homicidium reo, an ad expensas quoque litis & damna agi possit?

Definit.

1. REus homicidii, ad mortis supplicium, vel pœnam corporis afflictivam condemnatus, non tenetur restituere expensas judiciales.
2. *Sicuti nec alterius cujusque criminis Reus, qui morte vel pœnâ corporis afflictivâ plectitur.*
3. *Cujusq; criminis Rei condemnandi sunt in expensas judiciales, quando relegatione, carcere aut mulctæ pecuniaria puniuntur.*
4. *Expensas factas in probatione defensionis ipsemet Reus tenetur restituere, quantumvis pœna mortis, vel corporis afflictiva plectatur.*
5. *Incarceratus ipsemet de victu sibi prospicere tenetur.*
6. *Subditi ex consvetudine obstricti ad præstationem expensarum criminalium, non solvunt eas, si Reus extra locum judicii puniatur, nisi consvetudo specialis de hoc casu doceatur.*
7. *Alimenta Viduæ interfecti non debentur ex bonis homicidæ, capite puniti.*
8. *Excessus defensionis semper pœnâ ordinariâ, & excessus inculpatæ defensionis extra ordinem pro arbitrio judicis coërcetur.*
9. *Actio ex delicto descendens non transit ad heredes, nè quidem rei persecutoria ante litis contestationem.*
10. *Ebrietas modica non excusat homicidam à pœnâ ordinariâ.*

CONSTIT. XIII.

Insidiosæ obsessiones itinerum qualitèr sint puniendæ?

Definit.

1. CRimen fractæ pacis publicæ etiam in privatis hominibus gladio punitur.
2. *Insidiosæ viarum obsessiones verò extraordinem saltèm, arbitrariè coërcentur.*
3. *Fustigatione vel manus amputatione quandoq; puniuntur itinerum obsessiones.*
4. *Eâdemq; pœnâ arbitrariâ plectendi sunt, qui securitatem domus violant.* (den Hauſſfrieden brechen.)
5. *Vigiles in excubiis stantes qui pulsat aut vulnerat, amputatione manus punitur.*
6. *Expugnatores tamen ædium, quandoq; ex Constitutione fractæ pacis gladio feriuntur.*
7. *Quandoq; etiam ædium expugnatores & deprædatores pœnâ Robbariæ plectuntur.*
8. *Effractores carceris quoq; ex Constitutione fractæ pacis publicæ gladio feriuntur.*
9. *Arbitrariâ plectendi sunt pœnâ, qui aliquem in loco publico & privilegiato vulnerant aut percutiunt.*
10. *Non punitur culpa, si de ea fuerit transactum inter partes, antequam Magistratui deferatur.*

CONSTIT. XIV.

Ordinatio Provincialis gladii pœnam statuens in diffidatores num & eum comprehendat, qui literas diffidatorias scribit, quiq; incendia minitantes, signa hostilis hujus ipsorum animi alicubi suspendunt, vel affigunt?

Definit.

1. DIffidatio pro crimine fractæ pacis habetur.
2. *Diffidatores pœnâ fractæ pacis publicæ tenentur, & gladio feriuntur.*
3. *Gladio puniuntur diffidatores, etiamsi ad actum non pervenerint, nec quicquam damni dederint.*
4. *Ob id solùm, quod quis scripserit literas diffidatorias, pœnâ gladii plecti non debet, nisi & easdem emiserit vel affixerit.*
5. *Pœnam diffidationis incurrit, qui literas diffidatorias alieno nomine scripsit, atq; obtulit.*
6. *Non liberat diffidatorem à pœnâ ordinariâ mandatum diffidationis.*
7. *Nisi mandatarius juramento suo probet, quod literarum contenta nesciverit.*
8. *Pœnâ quoque gladii tenetur, qui signa hostilia ac diffidatoria suspendunt.*
9. *Etiamsi animum minas exequendi non habuerint.*
10. *Tenentur etiam pœnâ diffidationis, qui post minitationem verbalem, ad loca suspecta profugiunt.*

CONSTIT. XV.

Inter minationes & diffidationes quid sit discriminis; & numquid ordinatio Provincialis diffidatores puniens, de iis quoq; intelligenda sit, qui verbis tantùm hostilia minitantur?

Definit.

1. NOn meretur veniam diffidatio conditionalis.
2. *Pro diffidatore etiam habetur, & gladio punitur, qui saltèm uni ex universitate incendii est minitatus, signo inflãmationis simul affixo.*
3. *Non est diffidator, nec gladio puniendus, qui alicui gladium, vel pugnam per literas minatur.*
4. *Sicut nec is, qui nudis verbis alicui minatur incendium.*
5. *Minas proferens verbales in carcere est detinendus, donec præstiterit cautionem de non offendendo.*
6. *Cautio de non offendendo, vel per fidejussores, vel pignora præstari debet.*
7. *Non inceptè quandoque à muliere petitur cautio de non offendendo.*
8. *Cautio de non offendendo juratoria, non nisi volente minitato admittitur.*
9. *Non injungenda est præstatio cautionis Reo nisi de minis confessus, vel per duos testes convictus fuerit.*
10. *Minitatori incarcerato, si non habeat is, unde se alat, à minitato alimenta sunt præstanda.*

CONSTITUT. XVI.

Literas diffidatorias qui affixit, si postea pœniteat, mitiusnè puniendus sit?

Definit.

1. IN crimine diffidationis pœnitentia liberat Reum à pœnâ mortis ordinariâ.
2. *Modò diffidator pœniteat, antequam de crimine accusetur & incarceretur.*
3. *Extra Saxoniæ Electoratum affigentes literas, vel signa diffidatoria, haud feriuntur gladio, si non etiam à domo suâ simul profugiant.*
4. *Non licet principi in Imperio Romano Germanico subditis suis adversus alienæ Provinciæ dominos, sive exteros decernere Repressalias.*
5. *Non facile, nec ad unius vel alterius subditi læsionem, summus Princeps ad exercitium Repressaliarum debet properare.*

CONSTITUT. XVII.

De Incendiariis, qui delictum non perfecerint.

Definit.

1. ETiam in foro Saxonico, Incendiarii cujusq; Sexus & Ordinis, igne concremantur.
2. *Supplicio ignis tenetur qui proprias ædes inflammavit.*
3. *Non excusatur Incendiarius à pœna ignis ex eo, quod minimum dammum per incendium fuerit datum.*
4. *Flammis concremandi sunt Incendiarii, etiamsi nullum prorsus damnum fuerit datum.*
5. *Non meretur veniam Incendii Reus, quantumvis ad restitutionem damni se offerat.*
6. *Subjacet etiam ignis supplicio, qui pecuniâ conductus ædes alicujus incendit.*
7. *Attamen effectu haud secuto, locator gladio solummodò plectendus est.*
8. *Mandans quoque & conductor in crimine Incendii flammis est concremandus.*
9. *Offensio præcedens à pœnâ ignis ordinariâ Incendiarium non excusat.*
10. *Pœnitentia liberat Reum in crimine Incendii à pœnâ ordinariâ.*
11. *Incendiarii minorennes mitius sunt puniendi.*
12. *Nunquam severiori, quàm fustigationis pœnâ coërcendum est Incendium culposum.*
13. *Ex culpâ servorum & domesticorum tenetur paterfamiliàs ad restitutionem damni, per Incendium dati.*
14. *Nec tamen tenetur paterfamiliâs de culpâ mercenariorum, quos alii quoque diligentes patresfamiliâs ad certas operas adhibere solent.*
15. *Debitum vel solutio juramento Creditoris aut debitoris probatur, si instrumentum, vel libri publici in Incendio perierint.*

CON-

CONSTITUT. XIIX.

De pœnis illorum, qui veneno pascua inficiunt.

Definit.

1. IGne comburuntur, qui pascua venenant.
2. Quæ tamen pœna cessat si ex pratorum venenatione nihil damni datum fuerit.
3. Gladio sunt plectendi, qui bruta animalia veneno necant.
4. Veneno hominem necans, etiam in foro Saxonico pœnâ Rotæ plectitur.
5. Aggravare quandoq; licet pœnam Veneficii, ustulatione forcipum candentium.
6. Non infligenda est pœna Veneficii, priusquam constet, venenatum ex propinato veneno noxio mortuum fuisse.
7. Conatus Veneficii non punitur mortis supplicio.

CONSTITUT. XIX.

De pœnâ adulterii.

Definit.

1. EXtra Saxoniæ Electoratum Uxores adulteræ virgis caduntur, & in perpetuum relegantur.
2. Etiamsi viro tantummodò soluto sui copiam fecerint.
3. Etiam de jure communi Vir solutus ad fœminam conjugatam prolapsus feriri debet.
4. Maritus ad fœminam solutam accedens, de jure communi virgis cæsus in perpetuum relegatur.
5. At, fœmina soluta, maritum alienum admittens, de jure communi arbitrariè, vel temporali relegatione, vel carcere punitur.
6. In Electoratu Saxoniæ, fœminæ conjugatæ ob commissum adulterium æquè gladio feriuntur.
7. Etiamsi cum viris solutis se commiscuerint.
8. Gladio feriri debet maritus in Electoratu Saxoniæ, ad fœminam solutam prolapsus.
9. Fœmina verò soluta maritum admittens, in Electoratu Saxoniæ, virgis cæsa in perpetuum mittitur exilium.
10. Remissio Conjugis adulterum, adulteramvè à pœnâ mortis liberat.
11. Remissio Conjugis non liberat à pœnâ ordinariâ Correum adulterii.
12. Extra Saxoniæ Electoratum, remissio conjugis etiam in duplicato adulterio locum habet.
13. Simplici adulterio etiam in Saxoniæ Electoratu quinquennio præscribitur.
14. Vicennii præscriptio in adulterio duplicato locum habet, etiam in ditionibus Electoratus Saxonici.
15. Confessio in torturâ facta sufficit ad infligendam pœnam adulterii, etiamsi correus absens sit; & quid si Reus confessione revocatâ, denuò sponte suâ adulterium fuerit confessus?
16. Efficit quoque honor matrimonii, ut pœna adulterii, ante conjugium initum commissi, mitigetur.
17. Nunquam probari potest adulterium testibus, sed confessio adulteri semper est necessaria.
18. Extraordinariâ, fustigationis, vel relegationis pœna coërcetur conatus adulterii.
19. Reus debet puniri secundùm Statuta loci, ubi deliquit.
20. Remissio Sponsæ adulteræ facta à Sponso pœnitente, revocari nequit.
21. Maritus ad fœminam solutam, passim se prostituentem, prolapsus, in terris Electoratus Saxonici gladio plectendus, nisi Uxor ei condonaverit delictum.

CONSTIT. XX.

De pœnâ ejus, qui sciens uxorem suam vivere, alteram ei superinducit.

Definit.

1. EXtra Saxoniæ quoq; Electoratum Bigami gladio feriuntur.
2. Pœnâ bigamiæ plectendus est, qui conjuge vivente cum aliâ contrahit sponsalia de præsenti, cumq; eâ concumbit, licet non accesserit benedictio sacerdotalis.
3. At sola benedicto sacerdotalis, absque commixtione carnali non sufficit ad infligendam pœnam bigamiæ.
4. Conjugis intercessio Bigamum à pœnâ mortis non liberat.
5. Fœmina soluta ignorantèr marito alieno nubens, non est punienda.
6. Mitiganda est pœna binorum sponsaliorum, si posteriora non fuerint publica, sed clandestina.
7. Non subsistunt clandestina sponsalia, & quænam ita dicantur?
8. Publica sponsalia præferuntur Clandestinis, etiamsi hisce arrha accesserit.
9. Non subsistunt sponsalia per verba dubia contracta.
10. Contrahentes sponsalia, ad consummationem matrimonii tarcere, ac relegatione cogi possunt.
11. Ob furorem Conjugis non dissolvendum est matrimonium legitimè contractum.
12. Dissolvitur matrimonium, si uxor ab alio anteà impregnata & gravida reperiatur.
13. Ob stuprum verò & fornicationem mariti, ante nuptias commissam, non permittendum est divortium.
14. Non possunt cogi parentes, ut in sponsalia liberorum, purè absq; suo consensu contracta, consentiant.
15. Sponsalia liberorum per concubitum consummata, non rescindenda sunt ex parentum dissensu.
16. Non prohibendus est adulter in Uxorem ducere eam, quam anteà per adulterium polluit.
17. Nec tutor pupillam in Uxorem ducere prohibetur.

CONSTIT. XXI.

Vidua an propter adulterium vivo marito commissum, ab heredibus dote suâ & donatione propter nuptias privari possit?

Definit.

1. IN foro Saxonico unà cum dote, etiam bona paraphernalia Uxoris adulteræ marito applicantur.
2. Amittit etiam Uxor adultera Geradam, quæ tamen non marito, sed proximæ Cognatæ cedit.
3. Dotalitium unà cum dote ob adulterium à marito commissum, ipso vivente, peti potest à muliere.
4. Si maritus sciverit adulterium conjugis, heredes ejus adversus Viduam ad privationem dotis similisquè lucri experiri valent.
5. Modo maritus adhuc vivus indignationem animi sui ostenderit.
6. Mulier heres à marito instituta si post mortem ejus adulterii convincatur, ipso adhuc vivo, sed inscio commissi, hereditatem amittit, eaq; non fisco, sed heredibus mariti ab intestato debetur.
7. Vidua ob adulterium vel stuprum in se admissum, post obitum mariti, dotem non perdit, sicut nec Morgengabam, Geradam, vel cibaria domestica.
8. Etsi intra annum luctus luxuriosè vixerit.
9. Filia neque ob stuprum, neq; ob incestum in se admissum privatur dote, vel hereditate paternâ.
10. Vidua intra annum luctus nubens, arbitrariè hodiè punitur.
11. Vidua non gaudet privilegio, quod ratione officii & professionis competebat marito.
12. Mulier ad separationem agens, jure petit sumptus litis ex bonis mariti.

CONSTIT. XXII.

De pœnâ incestûs commissi à personis utrinq; solutis.

Definit.

1. INcestuosi parentes & liberi gladio feriuntur.
2. *Etiamsi liberi sint naturales, & fornicatione procreati.*
3. *Nisi minorennitas, aliavè sufficiens causa mitigationem pœnæ suadeat.*
4. *Fratres & sorores carnalitèr se commiscentes, virgis cæsi in perpetuum relegantur.*
5. *Incestus quoque, cum fratris sororisvè filio filiavè commissus, fustigatione & relegatione punitur.*
6. *Consobrini incestuosi, absq; fustigatione, in perpetuum mittuntur exilium.*
7. *Etiamsi horum parentes ex uno saltèm latere sint conjuncti.*
8. *Incestus cum patruo magnô vel amitâ magnâ commissus perpetuâ relegatione punitur.*
9. *Pro incestu verò, cum parentum consobrinis commisso, imponenda est temporalis relegatio.*
10. *Non excusantur Collaterales à pœnâ incestus ex eo, quod unus vel alter ex fornicatione fuerit procreatus.*

CONSTIT. XXIII.

De pœnâ adulterii cum incestu conjuncti.

Definit.

1. IN *adulterio, cum incestu inter ascendentes & descendentes commisso, locus non datur remissioni conjugis.*
2. *Mitiganda verò est pœna mortis ad conjugis intercessionem, si unà cum incestu inter collaterales fuerit commissum adulterium.*
3. *In casu tamen, quo incestus collateralium fustigationem meretur, adulter incestuosus, pro quo conjunx intercedit, virgis cæditur in carcere, antequam relegetur.*
4. *Fœmina soluta, marito, consanguineo suo, in lineâ collaterali se prostituens, severiori aliquo quàm fustigationis supplicio affici non debet.*
5. *Privigna adhuc soluta, vitrico marito se prostituens, virgis cæsa in perpetuum mittitur exilium.*
6. *Ignorantia consanguinitatis excusat delinquentes à pœnâ incestus.*
7. *Per consummationem quoque matrimonii inter Consanguineos in gradibus prohibitis contracti, committitur incestus.*
8. *Avunculi Viduam in uxorem ducere haud licet.*
9. *Neque uxoris prædefunctæ Sororis filiam.*
10. *Stuprator cum Sorore stupratæ, aliâve affini persona, exfornicatione sibi conjuncta, matrimonium contrahere nequit.*
11. *Haud dissolvendum est matrimonium, in gradu prohibito lineæ collateralis contractum, & jam consummatum.*
12. *In favorem matrimonii, in gradu prohibito consummati, ex parte mitigari potest pœnâ incestus.*
13. *Non tamen merentur veniam Conjuges incestuosi, prætendentes ignorantiam prohibiti matrimonii.*
14. *Summariè procedendum est in causis matrimonialibus.*
15. *Ex causâ commissi incestus, nemo amittit jus successionis in hereditate sibi delata.*

CONSTITUT. XXIV.

De illicita commixtione illorum, qui affinitatè juncti sunt.

Definit.

1. INcestus à Vitrico & privignâ commissus, fustigatione, & relegatione perpetua punitur.
2. *Eadem quoq; pœnâ tenentur reliqui affines personæ incestuosæ in linea ascendente & descendente.*
3. *Sicut & socer cum nuru concumbens.*
4. *Virgis quoq; cæsus in perpetuum relegari debet, qui cum Uxoris defunctæ Sorore se commiscet.*
5. *Eademq; tenetur pœna, qui ad fratris sui Viduam prolapsus est.*
6. *Affines incestuosi in gradu secundo lineæ inæqualis, absq; fustigatione in perpetuum mittuntur exilium.*
7. *Eadem relegationis perpetuæ pœna plectendus est, qui cum Consobrini sui Vidua carnalitèr se commiscet.*
8. *Nec non qui cum patrui magni Vidua incestum committit.*
9. *Temporali verò relegatione punitur incestus, cum parentum Consobrinorum Viduo, viduavè commissus.*
10. *Pro incestu, cum Vitrici aut privigni Vidua commisso, arbitraria vel Carceris, vel temporalis relegationis pœna imponitur.*
11. *Inter affines in linea collaterali, nulla est hodiè prohibitio Conjugii in secundo genere affinitatis.*
12. *Nunquam committitur incestus in tertio genere affinitatis.*
13. *Absque speciali Magistratus dispensatione, nemo potest ducere in uxorem fratris sui defuncti sponsam.*
14. *Admittitur dispensatio matrimonii in gradibus, jure divino non prohibitis.*
15. *Incestum committunt affines in gradibus prohibitis, sive ex utroque, sive ex alterutro tantum parente originem traxerint.*
16. *Non dissolvuntur sponsalia de præsenti ob furtum, à Sponso Sponsave commissum, neque ex utriusq; dissensu mutuo.*

CONSTITUT. XXV.

De pœna ejus, qui mulierem captivam, custodiæ suæ commissam, cognoscit,

Definit.

1. FUstigatione puniendus est, qui mulierem solutam captivam, custodiæ suæ commissam, sive honestam, sive inhonestam, carnaliter cognoscit.
2. *Absque fustigatione verò relegandæ est mulier, quæ Commentariensi copiam sui fecit.*
3. *Commentariensis maritus pœna gladii plectendus, si mulierem solutam captivam stupraverit.*
4. *Nisi conjux pro illo intercesserit, eiq; injuriam remiserit.*
5. *Arbitrariè punitur carceratius, qui cognoscit carnalitèr filiam vel ancillam custodis.*

CONSTITUT. XXVI.

De pœnâ ſtupri, in mulierem non ſanæ mentis commiſſi.

Definit.

1. *FUſtigatione inſimul atque perpetua relegatione punitur, qui mulierem mente captam carnaliter, cognoſcit.*
2. *Stuprator puellæ mente captæ, ultra pœnam fuſtigationis, ei tenetur alimenta præbere.*
3. *Mulier verò mente capta ſtuprata ab omni pœnâ eſt immunis.*
4. *Mortis pœnâ haud eſt plectendus, qui mulierem Judeam carnaliter cognoſcit.*
5. *Arbitrariè ſaltem punitur Stuprator puellæ, quam ex ſacro baptiſmate levavit.*

CONSTITUT. XXVII.

De pœnâ ſtuprantis virginem.

Definit.

1. *NOn tenetur ſtuprator dotare puellam ſtupratam, ſi hæc ipſi nubere recuſet.*
2. *Nec maritus, qui puellam ſtupravit, ad dotationem obſtringitur.*
3. *Valet ſtuprata dotem petere à ſtupratore, quantumvis jam ante cum aliâ matrimonium contraxerit.*
4. *Viduam quoque honeſtam ſtuprator dotare tenetur.*
5. *Stuprator infanti, quamprimùm is fuerit natus, alimenta præſtare obſtrictus eſt.*
6. *Stuprator ultra dotationem ſtupratæ, & alimentationem infantis, carcere punitur.*
7. *Vel pœnâ ſeveriori arbitrariâ, Relegatione, aut etiam quandoque fuſtigatione.*
8. *Poſt quinquennium etiam, à ſtupri crimine elapſum Stuprata dotem petere valet.*
9. *Puellæ ſtuprum paſſa, non minus ac ipſemet Stuprator, carceris pœnam ſuſtinet.*
10. *Maritus virginem aut Viduam ſtuprans, infantem alere tenetur.*
11. *Mulier ſtuprata tenetur infantem alere, quando ſtuprator eſt pauper & inops.*
12. *Mitius debent puniri perſonæ deſponſatæ, ante benedictionem ſacerdotalem carnaliter ſe commiſcentes.*
13. *Partus ſeptimeſtris legitimus eſt, quocunque etiam die menſis ſeptimi fuerit natus.*
14. *Nec pro illegitimo haberi debet partus, octavo menſe editus.*
15. *Sub initio undecimi menſis, partus naſcitur legitimus, ſecus in fine undecimi, vel ſub initio duodecimi menſis.*

CONSTITUT. XXIIX.

De pœna ſimplicis fornicationis.

Definit.

1. *ARbitraria hodiè eſt pœna fornicationis.*
2. *Quam ad ſuſtigationem quandoque extendere licet.*
3. *Vir ſolutus tum ſcorto publico fornicans, carcere puniri debet.*
4. *Cognitio de ſtupro & fornicatione pertinet ad ſuperiorem jurisdictionem.*
5. *Arbitrariâ quoque fornicationis pœnâ coërcetur in foro Saxonico Concubinatus.*
6. *Spurius matri & Cognatis tantummodò ſuccedit, non patri & Agnatis.*
7. *E contrà, Spurio non pater, neque Agnati, ſed ſolummodò mater & Cognati ſuccedunt.*

CONSTITUT. XXIX.

De pœnâ lenocinii, eorumque qui turpis quæſtus causâ perſonas, ſive nuptas, ſive ſolutas, ad adulteria vel ſtupra ſollicitant.

Definit.

1. *LEnocinii pœnâ plectendus eſt, qui conjugem quæſtus causâ adulterari patitur, & tacet.*
2. *Super adulterio tamen, à conjuge ſe inſcio perpetrato, maritus cum adultero impunè tranſigere valet.*
3. *Lenocinium à parentibus vel maritis, absque ſpe alicujus lucri commiſſum, ſolâ ſuſtigatione punitur.*
4. *Non tenentur pœnâ lenocinii parentes, qui filios ſuos ſcortari patiuntur.*
5. *Nec tutores, pupillas ſuas aliorum libidinibus proſtituentes.*
6. *Lenocinium in perſonis extraneis exercitum, arbitrariè coercetur.*
7. *Fœminæ ſolutæ, quæ aliorum libidinibus ſe proſtituì patiuntur, pœnâ fornicationis plecti debent.*
8. *Pœnam Lenocinii quoque incurrit, qui ſemel tantummodò lenocinium exercuit.*
9. *Tenentur pœnâ Lenocinii, etiam qui publicas meretrices proſtituunt.*
10. *Paupertas neminem à pœnâ Lenocinii excuſat.*

CONSTITUT. XXX.

De ſtupro violento.

Definit.

1. *EAdem eſt pœna violenti adulterii, quæ eſt ſtupri violenti.*
2. *In adulterio violento locus non datur remiſſioni conjugis.*
3. *Gladio quoque feriri debet, qui meretricem, aut mulierem vulgarem per vim carnaliter cognoſcit.*
4. *Nunquam pro ſtupro violento gladii pœna eſt infligenda, priusquàm de conſummatione ſtupri per immiſſionem ſeminis, ex confeſſione ſaltem Rei conſtet.*
5. *Attentatum ſtupri violenti fuſtigatione & perpetuâ relegatione punitur.*
6. *Stupri pœnam incurrit, qui minis & armis metum incutiendo fœminam ad libidinem compellit.*
7. *Ad interceſſionem Stupratæ, quæ Stupratori nubere vult, pœna mortis ipſi remittitur, ſubſtituta relegatione perpetua.*
8. *Veniam tamen haud meretur Stuprator violentus, ad conſummationem matrimonii ſe offerens, ſi ſtuprata ipſi nubere nolit.*

9. *Mulier*

9. *Mulier vi ſtuprata ab omni pœna eſt immunis.*
10. *Circa probationem ſtupri violenti, multum fidei tribuitur querelæ mulieris ſtupratæ.*

CONSTIT. XXXI.

Si puella minor duodecim annis per vim, vel ſine vi ſtupretur.

Definit.

1. *STuprum violentum puellæ impuberis, mortis ſupplicio haud punitur, priusquàm de ejus conſummatione conſtiterit.*
2. *Fuſtigatione tamen puniendus eſt Stuprator puellæ impuberis etiam ſi crimen non perfecerit.*
3. *Stuprum puellulæ infanti illatum, ſemper mortis pœnâ vindicatur.*
4. *Quæ tamen pœnâ haud exaſperatur, quantumvis puella ſtuprata ex compreſſione violentâ obierit.*
5. *Non liberat minorennitas ſtupratorem violentum à pœnâ mortis ordinariâ.*

CONSTIT. XXXII.

De furto & ejus pœnâ.

Definit

1. *NOn eſt ſuſpendendus, qui ducatos quinque, nec quicquam ultra furatus eſt.*
2. *Quoad pœnam ſuſpendii inſligndam, ſufficit, rem futuro ſubtractam ultra qunque ſolidos æſtimari, licet tantum lucri fur non perceperit.*
3. *Non eximendus eſt fur ſuſpendio propterea, quod rem furtivam alius quispiam ipſi furtim ſubtraxerit.*
4. *Pro primo etiam furto, valorem quinque ducatorum excedentes, fur ſuſpenditur.*
5. *Ex pluralitate furtorum nemo ſuſpendendus eſt, ſi non furta omnia ſimul computata valorem quinque ducatorum exceſſerint.*
6. *Remittere poteſt judex pœnam ſuſpendii, ſi res furto ablata recuperetur, & Domino ſuo reſtituatur.*
7. *Aut, ſi furtum paſſus majorem partem rerum furto ablatarum recipiat.*
8. *Furtum modicum, quod valorem quinque ſolidorum non excidit, haud laquei ſupplicio, ſed arbitrariè punitur.*
9. *Furtum cum effractione violentâ commiſſum quantumvis modicum, laqueo tamen punitur.*
10. *At effractio, quæ violenta haud eſt, non ita qualificat furtum modicum, ut hoc per ſe pœnam ſuſpendii mereatur.*
11. *Aperturi, clave adulterinâ factâ, pro effractione violentâ aut ſeditioſâ non habetur.*
12. *Furtum, conſcendendo ædes commiſſum, per ſe laquei pœnam non meretur in Electoratu Saxoniæ.*
13. *Furto à pluribus commiſſo, neuter pœnâ ſuſpendii plectendus eſt, ſi non cujusque portio valorem quinque ſolidorum exæquet.*
14. *Niſi furtum cum effractione violentâ fuerit perpetratum.*
15. *Fur effractor non eſt exemptus pœnæ ſuſpendii, licet rem furtivam Domino reſtituat.*
16. *Furi pœnitenti, & Domino pro damno dato ſatisfacienti, pœna debet mitigari.*
17. *Indulgere poteſt judex furi, nimis ſerò etiam pœnitenti, ſi Domino pro damno dato ſatisfaciat.*
18. *Fur tranſigens cum Domino ſuper re furto ablatâ, pœnâ laquei plectendus non eſt.*
19. *Ob pluralitatem furtorum pœna ſuſpendii haud exaſperari debet.*
20. *Fur deprehenſus in actu furandi, arbitrariè ſaltem punitur.*
21. *Severiori quàm fuſtigationis ſupplicio plectendus non eſt, qui deprehenſus in furto, deprehenſorem vulneravit.*
22. *In foro Saxonico Judæi fures, non à pedibus, ſed à collis ſuſpenduntur.*
23. *Furi ad laqueum condemnato & ſuſpenſo, ejus hæredes ad æſtimationem rei furtivæ conſumptæ non tenentur.*

CONSTIT. XXXIII.

Is, qui cum rebus furto ablatis deprehenſus delictum fatetur, locum ſimul & perſonas, ubi, & cui furatus ſit, indicans, ſi præterea de facto judex inquirens nihil certi de eo cognoſcere poſſit, num mortis ſupplicio ſit afficiendus?

Definit.

1. *LAqueo fur hunquam punitur, ſi de veritate furti commiſſi haud conſtet.*
2. *Etſi furtum modicum cum effracturâ commiſſum ſit.*
3. *Aut furti crimen à pluribus delicti ſociis ſimul perpetratum.*
4. *Ex ſola diſpoſitione domini, rem furto ſibi ſubtractam fuiſſe, de corpore delicti conſtare poteſt in crimine furti.*
5. *In æſtimandâ re furtivâ, ſtandum eſt juramento ejus, cui res furto fuit ablata.*
6. *Nec deveniri poteſt ad ſupplicium laquei, ſi Dominus æſtimationem rei furtivæ juratò indicare nolit.*
7. *Ratiſſimè Burſicopi laquei pœnâ plectuntur, & quare?*
8. *Furtum frumentarium non punitur regulariter mortis ſupplicio.*
9. *Niſi frumentum, in certis ſaccis comprehenſum, fuerit ablatum.*
10. *Furtum trituratorum non graviori, quàm fuſtigationis pœnâ coerceri debet.*
11. *Promiſsâ impunitate ad veritatem eruendam, Reo confeſſo pœna ordinaria haud irrogari poteſt.*

CONSTITUT. XXXIV.

De pœnâ illorum, qui cadavera ſepultorum effodiunt, vel punitorum ſpoliant, vel auferunt.

Definit.

1. *ARbitrariè puniuntur, qui cadavera defunctorum ſpoliant.*
2. *Niſi circumſtantiæ, delictum aggravantes, gladii pœnam exigant.*
3. *Pœnâ quoque arbitrariâ coercetur ſpoliatio cadaverum ſuſpenſorum.*
4. *Tenentur etiam pœnâ arbitrariâ, qui cadavera ſuſpenſorum, vel Rotis impoſita auferunt.*
5. *Furto vel Rapinâ, à pluribus reis commiſsâ, quilibet in ſolidum ad reſtitutionem rei tenetur.*

6. He-

6. *Honestâ sepulturâ privandi non sunt, qvi ex melancholiâ vel furore, seipsos interficiunt.*

CONSTIT. XXXV.

De pœnâ ejus, qvi aratrum spoliat.

Definit.

1. PErinde ut alii fures, puniendi qvoq; sunt, in foro Saxonico, qvi aratrum spoliant, aut furantur.
2. *Eqvos aratro junctos per vim abigens, gladio feriri debet.*
3. *Depredatores in foro Saxonico gladio feriuntur, ac postea eorum cadavera affiguntur rotæ.*
4. *Pro Robbariâ etiam rei minimæ, mortis supplicium depredatori insligendum est.*
5. *Non mitiganda est pœna Robbariæ, ex eo, qvod res per vim ablata Domino suo restituatur.*
6. *Nec venia danda est ei, qvi semel tantummodò Robbariam commiserit.*
7. *In delicto Robbariæ non deveniendum est ad mortis supplicium, priusqvàm de hostilitate depredatorum & violentiâ adhibitâ constiterit.*
8. *Mobilia, ab hostibus capta, non possunt vindicari absqve pretio à possessoribus.*
9. *Ab hostibus in fugâ recuperata vero domino sunt restituenda.*
10. *Ablata à militibus præsidiariis, ubicunq; reperiuntur, absqve refusione pretii vindicari possunt.*
11. *Dispositio L. si qvis in tantam. 7. C. Unde Vi & l. extat. 13. ff. qvod met. caus. in foro Saxonico non observatur.*
12. *Arbitrariè tamen punitur in foro Saxonico, qvi bona sua ab alio possessa, vel debitoris bona, pro consequendo credito, propriâ autoritate & per violentiam invadit.*

CONSTIT. XXXVI.

De pœnâ illorum, qvi apes, vel favos illarum furantur.

Definit.

1. FUres apium & favorum perinde ut alii fures puniuntur.
2. *Nunqvam tamen fures favorum suspenduntur.*
3. *Necans apes alienas, ad interesse conveniri potest, ac insimul tenetur ad pœnam arbitrariam.*
4. *De Jure Saxonico, examen apium evolans ad vicinum, ipsi acqviritur.*
5. *Etiam in foro Saxonico, qvi columbas alienas capit, furtum committit, & arbitrariè punitur.*

CONSTIT. XXXVII.

De pœnâ illorum, qvi arbores fructiferas cædunt vel corrumpunt, qviq; herbas, aut plantas, aut qvid aliud ex hortis aut aliunde furantur.

Definit.

1. QVi solo nocendi animo arbores cædit, haud qvidem furtum committit, attamen præter arborum æstimationem, triginta solidos solvere tenetur.
2. *Qvandoqve etiam delinqvens severiori pœnâ arbitrariâ hoc casu plectendus est.*
3. *Cædens arbores lucri causa furtum committit, ac propterea à virgis cæsus in perpetuum est relegandus.*
4. *Arbitrariâ furti pœnâ plectuntur fures herbarum coronariarum.*
5. *Nisi eas solo nocendi animo, absq; spe alicujus lucri fregerint.*
6. *Crimen expilatæ hereditatis, mitius in coherede, qvàm extraneo punitur.*
7. *Arbitrariè puniuntur, qvi fructus arborum vel agrorum furantur.*
8. *Cædens canem voluptuarium, arbitrariam pœnam incurrit.*
9. *Famis necessitas furem à pœna ordinaria liberat.*
10. *Amotio terminorum in foro Saxonico arbitrariè punitur.*

CONSTIT. XXXVIII.

De furto domesticorum.

Definit.

1. FUrtum ab Inqvilinis famulis, & ancillis commissum pœnâ furti ordinariâ coërcetur.
2. *Nisi famuli & ministri, qvibus salarium denegatur, qvid subtraxerint.*
3. *Nunqvam pœnâ ordinariâ vel corporis afflictivâ coërcendum est furtum, à conjuge, parentibus, vel liberis perpetratum.*
4. *Jus qvoqve Cognationis intra qvartum gradum consanguinitatis fures à pœnâ suspendii eximit.*
5. *Proxima qvoq; affinitas impedit, qvò minus fures suspendantur.*
6. *Minorennitas non relevat furem, qvò minus suspendatur.*
7. *Nisi Judex pro ratione circumstantiarum, minorem pœnam mitigandam existimaverit.*
8. *Fures impuberes arbitrariè saltèm puniuntur.*
9. *Nisi impuberibus, pubertati proximis, malitiæ suppleat ætatem.*
10. *Fœminæ æqvè ac masculi ob furtum perpetratum suspenduntur.*

CONSTIT. XXXIX.

De pœnâ illorum, qvi aliis furtum committentibus, ipsi interea sunt in excubiis, & de furto participant.

Definit.

1. IN excubiis stantes perindè, ut reliqvi fures, ipsum furtum committentes, puniuntur.
2. *Modò de rebus furtò subtractis, ultra qvinq; ducatos participaverint.*
3. *Robbariæ crimine commisso, etiam qvi in excubiis steterunt, pœnâ Rapinæ afficiuntur.*
4. *In excubiis stantes, interea dum sacrilegium committitur, pœnâ sacrilegii ordinariâ non tenentur.*
5. *Res furtiva vindicari potest, ubicunqve reperitur, absqve pretii refusione.*
6. *Etiam post annum & diem.*
7. *Ab emptore res furtiva non vindicatur sine refu-*

sione pretii, si eo fine emisset, ut Domino rem restitueret.
8. *Vindicans rem furtivam ab emptore, sumptus in eâ factos restituere tenetur, nisi emptor mali fide possederit, vel re furtivâ usus fuerit.*
9. *Re furtivâ qvantumvis consumptâ, Domino tamen adversus emptorem competit actio.*
10. *Furtum passo, competit tacita hypotheca in bonis furis, ratione damni.*

CONSTIT. XL.

De pœna illorum, qvi indicio occasionem furibus delinqvendi præbent.

Definit.

1. *SUspendii pœnâ plectendus non est, qvi solo indicio furandi occasionem præbet, licet de furto participet.*
2. *Suspenditur tamen, qvi furi ferramenta ad effringendum præbet, ac de furto postea participat.*
3. *Propter opem & auxilium, furto jam perfecto & consummato præstitum, nemo laqvei pœnâ plectendus est.*
4. *Neqve suspendio puniendus, qvi de rebus furto ablatis saltem participat eas & consumit.*
5. *Qvantumvis in furtum committendum consenserit.*
6. *Receptatores furum tantummodò arbitrariè puniuntur.*
7. *Arbitraria qvoqve pœna plectendi sunt emptores rerum furtivarum.*
8. *Ab omni pœna est immunis, qvi ignoranter res furtivas emit, & ignorantiam juratò obtinet.*
9. *Emptor rei furtivæ, consumptâ eâ si fuerit in bona fide, tenetur saltem, in qvantum est factus locupletior.*
10. *At malæ fidei emtor, re furtivâ consumptâ, ad æstimationem tenetur.*

CONST. XLI.

De rebus, administrationi & fidei alicujus concreditis.

Defin.

1. *EXtra Saxoniæ Electoratum, administrator infidelis nunqvam suspenditur.*
2. *Sed in Provinciis Electoratus Saxonici suspenduntur perfidi administratores, si centum florenorum summam dolosè subtraxerint.*
3. *Fustigatione autem puniuntur administratores, si summa pecuniæ intercepta qvinqvaginta florenos excedit, non verò centum florenos attingit.*
4. *At subtrahens summam, qvinqvaginta florenos non excedentem, si in duplum restituere neqveat id, qvod subtraxit, carcere, vel temporali exilio punitur.*
5. *Molitor qvoq; perfidus, pœnæ, in Constitutione Electorali expressæ, subjugandus est.*
6. *Pœnitentia officiales perfidos à pœna ordinaria excusat.*
7. *Non deveniendum est ad pœnam suspendii, si de pecunia ab Administratore intercepta verè non constet.*
8. *Culpa & negligentia administratorum arbitrariè punitur, eos q; ad restitutionem damni obligat.*
9. *In Provinciis Electoratus Saxonici suspenditur qvoqve tabellarius, summam 20. florenorum in proprios usus convertens.*
10. *Nisi hoc fecerit animo & proposito pecuniam restituendi.*
11. *Extra Saxoniæ Electoratum, tabellario infideli ac perfido nunqvam dictanda est pœna suspendii.*
12. *Tabellario à latronibus spoliato, damnum ad debitorem spectat.*
13. *Nisi Creditor fidem tabellarii probaverit.*
14. *Subtractio rerum fidei & custodiæ alicujus, absq; administratione concreditarum, nunqvam suspendio, sed arbitrariè semper punitur.*
15. *Vectigalia non solventes arbitrariè puniuntur in foro Saxonico.*

CONSTIT. XLII.

De Injuriis.

Definit.

1. *COnventus actione injuriarum ultra recantationem, tenetur qvoqve ad pœnam arbitrariam.*
2. *Actio ad palinodiam, qvæ per se civilis est, cum actione criminali cumulari potest.*
3. *Non semper ex parte Rei in causis injuriarum admittitur Procurator.*
4. *In causa injuriarum notoria, Judex injuriantem ex officio punire potest, nemine eum accusante.*
5. *Nihil juvat injuriantem, qvod ab alio injurias audiverit.*
6. *Ad instantiam Rei dies qvoqve injuriæ illatæ in libello est exprimendus.*
7. *Excipiens contra testem tanqvam personam infamem, haud conveniri potest actione injuriarum, nisi ab actore probetur animus injuriandi.*
8. *Nec contra Judicem suspectum excipiens, injuriarum tenetur, nisi verbis injuriosis hoc fecerit, vel causas suspicionis probare neqveat.*
9. *Admittitur qvandoq; Reus ad juramentum, si injurias non animo injuriandi se dixisse prætendat.*
10. *Competit etiam actio injuriarum adversus Universitatem.*
11. *Reus actione injuriarum conventus palinodiam evitare potest, si ante litis contestationem de bona fama injuriati judicialiter testetur.*
12. *Jus prosequendæ injuriæ transmittitur ad heredes, si accusator decesserit post litis contestationem.*
13. *Actio ad palinodiam nunqvam in heredes injuriantis transit.*
14. *Petere non valet emendam vulneratus, qvando experitur criminaliter adversus vulneratorem.*
15. *Non potest cumulari actio ex L. diffamari. 5. C. de ingen. manum. cum actione injuriarum, in uno eodemq; libello.*
16. *Injuriatus ad palinodiam & æstimationem injuriarum simul experiri non valet.*

CONSTIT. XLIII.

Si magistratus aut personæ, qvarum opera in administranda justitia & tuenda jurisdictione is utitur, contra præceptum de non offendendo verberentur, vel vulnerentur, aut etiam verbalibus injuriis afficiantur.

Definit.

1. *IN casu injuriarum realium, magistratui illatarum, ad mortis pœnam deveniri potest.*
2. *Pro qvalitate personarum, & ratione circumstantiarum arbitrarie condemnandus est, qvi offendit magistratum.*

3. *Non*

3. *Non tenetur ad præstationem damni & interesse, qvi pœnâ afficitur corporis afflictivâ, ex eo, qvod magistratum vulneraverit.*
4. *Ex pollicitatione, in judicio acceptâ, oritur obligatio.*
5. *Arbitrariò saltem propter culpam puniendus est apparitor, qvi Reum, qvem prehendere debeat, prorsus occidit.*
6. *Ex delicto famuli Dominus haud conveniri potest.*
7. *Nisi famulus deliqverit in officio suo; qvo casu ad mercedis usqve qvantitatem Dominus convenitur.*
8. *Arbitrariè punitur, qvi negat homagium, à se Domino præstitum.*
9. *Injuriæ reales atrociores, parentibus illatæ, pœnâ corporis afflictivâ coercentur, nisi parentes injuriam liberis remiserint.*
10. *Mitiori tamen multâ vindicantur injuriæ leviores, parentibus illatæ.*
11. *Pater Nobilis, in causâ civili, jurisdictionem in liberos non habet.*
12. *Vulneris inspectio in qvocunqʒ judicio, pro lubitu vulnerati, fieri potest.*

CONSTIT. XLIV.

De famosis libellis.

Definit.

1. *PAsqvilli compositor eâ pœnâ plectendus est, qvam delictum in pasqvillo alteri imputatum importat.*
2. *Facillimè pœna Pasqvilli à judice mitigari solet.*
3. *Pœnâ famosi libelli plectendus non est, qvi nomen suum pasqvillo subscripsit.*
4. *Differunt pasqvillus & injuria scripta, pro qva actio injuriarum competit diffamato.*
5. *Etiam ex famoso libello, actione injuriarum experiri licet.*
6. *Non imponenda est palinodia Reo, qvando agitur actione famosi libelli.*
7. *Locum non habet Retorsio contra famosum libellum.*
8. *Mitiganda est pœna, si delictum in famoso libello imputatum à pasqvillante probetur.*
9. *Injuriæ scriptæ probantur productione scripturæ, qvam diffamans recognoscere, vel mediante juramento differi tenetur.*
10. *Ad mortem qvoqʒ condemnatus injurias revocare tenetur.*

CONSTIT. XLV.

Si qvis seipsum, vel alium qvempiam, rem habuisse cum conjuge alterius, vel virgine, aut viduâ glorietur, nec tamen certò de eo constare possit?

Definit.

1. *AD palinodiam & pœnam arbitrariam conveniri potest, qvi non debitorem qvasi debitorem appellat.*
2. *Tenetur qvoqʒ ad palinodiam & pœnam arbitrariam, qvi virginem aut mulierem carnaliter se cognovisse gloriatur.*
3. *Nec non mulier, de adulterio aut stupro maritum, vel juvenem inculpans.*
4. *Effugit tamen præstationem palinodiæ diffamator, concubitum probans.*
5. *Qvo casu sufficit conjecturata probatio, saltem ad commutandam palinodiam in deprecationem.*
6. *Immunis qvoqʒ est diffamator à præstatione palinodiæ, si diffamatæ purgationis juramentum fuerit injunctum.*
7. *Præstito licet juramento purgationis à marito, de adulterio cum solutâ inculpato, ipsa tamen mulier diffamatrix pœnâ adulterii plectenda est.*
8. *Nisi de innocentiâ diffamatricis evidenter appareat.*
9. *Delator actione injuriarum, vel ad interesse haud conveniri potest, si delato juramentum purgationis fuerit injunctum.*
10. *Ex causâ depositi condemnatus, removeri potest è Collegio opificum.*

CONSTIT. XLVI.

Actioni injuriarum, item famosi libelli qvanto tempore præscribatur?

Definit.

1. *NOn solum injuriæ verbales, sed & scriptæ anno præscribuntur.*
2. *Qvid annus utilis est, & à tempore scientiæ currere incipit.*
3. *Anno civili, etiam in foro Saxonico, injuriæ verbales præscribantur.*
4. *Actio injuriarum ob carcerem injustum, etiam de jure Saxonico est annalis.*
5. *Sed actioni injuriarum propter injustam torturam, triginta demum annis, anno, & die, in foro Saxonico præscribitur.*
6. *Sola citatione interrumpitur præscriptio injuriarum verbalium annalis.*
7. *Non etiam per libelli oblationem, si actor in citatione impetrandâ haud debitam diligentiam adhibuerit.*
8. *Per remissionem qvoqʒ tacitam injuriarum actio extingvitur.*
9. *Remissa licet injuriâ, judex nihilominus injuriantem punire potest.*
10. *Per retorsionem tollitur actio injuriarum.*
11. *Non subsistit retorsio, si non in continenti, & cum moderatione inculpatæ tutelæ facta fuerit.*
12. *Injuriatus modum retorqvendi excedens non facilè palinodiâ, sed deprecatione saltèm gravandus est.*

CONSTIT. XLVII.

De pœnâ relegationis.

Definit.

1. *RElegatus ex civitate aliqvâ, vel Præfecturâ Electoratus Saxonici, ex toto Electoratu relegatus censetur.*
2. *Ex finibus etiam Jurisdictionis Nobilium, aliorumvè subditorum relegatus, ex toto Electoratu videtur relegatus.*
3. *Extra Saxoniæ Electoratum, effectus relegationis extra territorium relegantis neutiqvam extenditur.*
4. *Bannitus ex Provinciis Electoratus Saxonici, ex Episcopatibus qvoqʒ Martisburgensi, Misnensi, & Numburgensi relegatus censetur.*

5. *Per*

5. *Per relegationem indefinitè indictam, perpetua intelligitur relegatio.*
6. *Relegati hodie signo in fronte inusto haud notantur.*
7. *Maritum, ex suo delicto bannitum, haud tamen vagabundum Uxor seqvi tenetur.*
8. *Attamen in loco, ex qvo maritus est bannitus, per tempus commorari, & de bonis suis disponere, Uxor non prohibetur.*
9. *Non amittunt relegati jura Civitatis.*
10. *Concessâ relegato facultate negotiandi in loco, ex qvo bannitus fuit, videtur etiam concessum jus commorandi.*
11. *Relegatus ab uno loco, in alio potest admitti ad officia & honores.*
12. *Nisi relegatus sit ob delictum, qvod infamia seqvitur.*
13. *Magistratus inferior, merum habens imperium, fustigationem vel relegationem ex causâ rationabili in pœnam mitiorem benè convertere valet.*

CONSTIT. XLVIII.

De pœnâ illorum, qvi relegati contra juramentum semel aut pluries etiam revertuntur.

Definit.

1. *IN foro Saxonico, relegati refugæ tùm demum capite plectuntur, si, contra præstitam Urphedam, tertiâ vice reversi fuerint.*
2. *Digiti non toti, sed priores saltèm digitorum articuli refugis abscinduntur.*
3. *Ad certum tempus relegati, revertentes, digitis abscissis, denuo ad tempus illud, non in perpetuum relegantur.*
4. *In Saxoniæ Electoratu, abscissione digitorum non puniuntur Refugæ, qvi saltèm ex districtu judicii* (aus dem Weichbild) *sunt relegati.*
5. *Remittitur pœna abscissionis digitorum relegatis, si non dolosè reversi fuerint.*
6. *Pœna perjurii hodiè est arbitraria.*
7. *Pœna conventionalis nunqvam potest peti, qvin præcesserit causæ cognitio, sententiaqꝫ declaratoria, qvod pœna sit commissa.*
8. *In pœnis alternativis, electio non Reo, sed judici competit.*
9. *Reus non sufficienter punitus denuò potest puniri.*
10. *Ad bannum in adulterio non proceditur, priusqvam constet, conjugem innocentem nolle adultero condonare.*
11. *Bona delinqventis fugitivi non cedunt Magistratui.*
12. *Dimensio miliarium non fit in foro Saxonico geometricè ad elevationem poli, sed per viam magis freqventatam.*

IN NOMINE DOMINI JESU CHRISTI!

JURISPRUDENTIÆ FORENSIS ROMANO-SAXONICÆ PARS PRIMA,

Continens ea, quæ ad processum judiciarium pertinent.

Secundum Ordinem Constitutionum Divi Augusti Electoris Saxoniæ.

PARTIS PRIMÆ CONSTITUTIO I.

Vom Gerichtlichen Einbringen.

De formâ seu modo proponendi jus litigatorum in judicio.

SIr setzen und ordnen/ daß fortan mit den Producten und Einbringen der Processen in allen unserer Lande Gerichten soll gehalten werden / wie es an unsern Ober- und Unter-Hoff-Gerichten / auch zum Theil an unserm Hoffe bräuchlich/nemlich / daß vor des Krieges Befestigung vom Munde in die Feder verfahren/und mit dreyen Sätzen beyderseits Wechsels-Weise zum Urtheil beschlossen/ und im letzten Satz keine Neuerung einbracht / oder in Stellung der Urtheil übergangen werden soll.

STatuimus & ordinamus, ut deinceps in proponendo & deducendo jure suo, litigatores id observent in judiciis nostrarum ditionum omnibus, quod in utroque judicio, Curiali vel Provinciali, tum etiam ex parte in aula nostra receptâ consvetudine usurpatur, nempè, ut ante litem contestatam vivâ voce proponant, mutuisq; dictandi vicibus ternis repetitis, omnique novitate circa ultimam vicem prætermissa judicis cognitioni se submittant, aut si quid contra factum fuerit, in judicando id non attendatur.

DEFINITIONES.

1. *Jus Litigatorum in foro Electoratus Saxonici non mutuis scriptis, sed vivâ voce est proponendum.*
2. *Nec jura ex chartâ dictare licet.*
3. *Audiendus tamen est Actor in judicio ad libellum, antea in scriptis oblatum, se referens, illumque verbotenus repetitum velle dictitans.*
4. *In concursu etiam creditorum, aliisq; causis summariis, vivâ voce, non scriptis, jura litigantium sunt proponenda.*
5. *Partium conventione fieri potest, ut non vivâ voce, sed mutuis scriptis in causâ judiciali procedatur.*
6. *In processu criminali ordinario semper vivâ voce est agendum, etiamsi partes aliter convenerint.*
7. *Ultra quadruplicam litigatores, jura sua proponentes, non sunt audiendi.*
8. *In quadruplicâ si quid novi à Reo proponatur, in judicando non attendi debet.*
9. *Non audiendi sunt litigantes de re moduci præjudicii, quin potius de judicio repellendi ac coërcẽdi.*
10. *Litigii telam, etiam in judicio, amicabilis compositio præcedere debet.*
11. *Ad concordiam tamen, sive amicabilẽ compositionem, judex partes litigantes compellere nequit.*
12. *Durante Commissione non est lis agitanda coram judice Ordinario.*
13. *Arbitrorum laudo standum est, non propter auto-*

ritatem sententiæ, sed ex compromisso præcedente.

14. *Non valet sententia arbitrorum, si ex pluribus aliqui, reliquis absentibus, pronunciaverint.*

15. *Compromittere possunt Litigantes validè etiam coram judice ordinario.*

16. *In Compromissis locus non est pœnitentiæ, alterâ parte invitâ.*

17. *Commissarii ad judicandum super sorte constituti, etiam super usuris pronunciare possunt.*

18. *Non admittendi sunt in judiciis Advocati imprObi, aut qui jura in Academiis non didicerunt.*

19. *Advocatorum temeritas in convitiando & cavillando pœnâ coërceri debet.*

20. *Pœnam incurrunt Advocati, qui partes ad negandum instruunt.*

21. *Advocatus, in causâ justâ patrocinium præstans subditis contra magistratum, nec jura civitatis amittit, nec pœnam incurrit.*

22. *Negligentia Procuratoris in ipsa causa Domino præjudicat; Datur tamen ei regressus adversus procuratorem.*

23. *At tamen, si Procurator solvendo non sit, in subsidium saltem Dominus restitutionem in integrum petere valet.*

24. *Advocatus, qui promisit advocare usq; ad sententiam definitivam, non cogitur præstare patrocinium pro eodem pretio, in judicio Appellationis.*

25. *Pauperibus ex officio Advocatus datur, præstito tamen prius ab ipsis juramento paupertatis.*

26. *Non admittitur procurator absq; mandato, & quomodo in terris Electoratus Saxonici hoc casu pronunciandum.*

27. *Ad validitatem mandati tàm sigilli appositio, quàm subscriptio requiritur.*

28. *Non sufficit, loco mandati exhiberi Blancetum, seu chartam blancam.*

29. *Procuratorio nomine admittuntur sine mandato cognatæ personæ, & litis consortes; cum cautione rati.*

30. *Nunquam mulier in judicio agere valet absq; Curatore, sed hic etiam ex officio ipsi est adjungendo.*

31. *Maritus nomine Uxoris in judicio non admittitur, priusquam Curatorium producat, vel de rato caveat.*

32. *Non valet Uxor, absq; Curatore, marito suo demandare litem.*

33. *In causâ criminali Mulier Rea ipsamet comparere tenetur, nec ejusdem Curator admittitur.*

34. *Finito licet processu intra annum, Advocato totius anni salarium exsolvi debet.*

Definit. I.

Jus Litigatorum in foro Electoratus Saxonici non mutuis scriptis, sed vivâ voce est proponendum.

1 SEculo hoc nostro non minùs litigioso, quàm malitioso, quod plus scientiæ, quam conscientiæ habet, ut loquitur Ventur. de Valent. *in part. then. litigios. lib. 1. cap. 1. n. 10.* † pleriq; omnes con-
2 queruntur de litium diuturnitate, ex quâ sæpissimè evenit, eos ipsos, qui victoriam cum sumptuum quoque adjudicatione reportârunt, tàm longis anfractibus vexatos, ac tot sumptibus miserè fatigatos sic affici, ut lugendum sibi potius esse putent, quod bonæ alioquin litis aut instituendæ, aut suscipiendæ consilium ab initio non abjecerint, quàm gratulandum, quod tanto pretio nudam victoriæ gloriam compararint, teste Anton. Fabro *in Codic. lib. 9. tit. 22. def. 1. in pr.* quod certè omnes mirantur,
3 pauci rimantur: † Nec solam Galliam, quam regnum vocat Rabularium Herm. Later. *de cens. lib. 2. cap. 7. numer. 65.* hoc malum infecit, sed & nostrates uti omnia, ita quoque litigia, horumque protractionem protervam ac petulantem à Gallis hausérunt, & sic ortâ lite orta sunt mala, Ant. de Gue-
4 vat. *in inst. vit. aul. c. 13. & c. 10.* † Idque ipsum etiam summum imperii tribunal Spirense invasit, ut verè pudeat referre quod impudenter nonnulli evomunt, Spiræ lites spirare, nunquam expirare; Litigantes diu sperare, nunquam aspirare, Ventur. de Valent. *dict. c. 1. numer. 22.* Largâ namque lachrymarum effusione deplorandum est, quod lites ad Cameram appellabiles fiant immortales, nec patris, filii, imò ne-
5 potis termino terminentur. † Testis est Hartm. Vultej. *vol. 1. cons. Marpurg. 17. num. 6.* à die mortis ipsius, de cujus hereditate in Camera agebatur, usque ad litis contestationem elapsos esse annos fermè *XXXIIX.* & *vol. 3. cons. 30. n. 41.* ab investitura nova usq; ad litis contestationem annos *LXXV.* † 6
Ita nimirum lites non modò hominum plerumque, sed & vivaces corniculatum atque cervorum ætates superant, Petr. Frider. *lib. 2. de mand. judic. c. 13. sect. 15.* & ad minimum ultra seculi spacium durant, Frider. Pruckman. *consil. 16. n. 47.* ut verè dixerimus homines esse mortales, lites verò immortales. † Me- 7
tuendus inde totius Reipublicæ interitus, si non in tempore huic morbo occurratur, non tam consilio JCtorum ac Politicorum, quorum proprium est lites abbreviare, ut ait Portius *consil. 142. n. 76.* & Rutg. Ruland. *in tract. de commiss. part. 1. lib. 2. c. 20. n. 2.* quam auxilio & autoritate magistratus, cujus curæ maximoperè incumbit per modum condendæ legis lites finire, tollere, minuere, *l. properandum. 13. C. de judic.* Petr. Heig *part. 2. q. 7. n. 1.* Anton. Fab. *dict. loc.* Sed optandum hoc, forsan non sperandum. † Nil certè laboris hâc in re intermiserunt 8
Electores Saxoniæ Illustrissimi, processum judiciarium tàm prudenter, tàm compendiosè contrahentes, ut vix ullibi in tota ferè Germania via brevior lites finiendi ac terminandi extet, ut ex parte h. I. *Constitutionum Elect.* Dn. Augusti Electoris felicissimæ memoriæ, & *Ordin. nova proceff. judic.* Serenissimi nostri Electoris Dn. Johan. Georgii manifestissimum est; † Nec ulla 9
alia, quàm litium abbreviandarum causa fuit, quod litigatores jura sua, non mutuis scriptis, sed vivâ voce proponere jusserint *h. Const. 1. verb.* Daß vor des Krieges Befestigung vom Munde in die Feder verfahren werden soll. † Nempè ut 10
partes sua jura de simplici & plano, ore tantum absque scriptis proferant, nec per apices juris & subtilitates Legum domi excogitatas & in scriptis conceptas, lites protrahant, adeoque hæ citius determinentur ac finiantur, Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 1. n. 6. & seq.* Matth. Coler. *part. 1. decis.*

decis. III. n. 4. & seqq. Joh. Schneid. *ad §. omnium. I.*
II *n. 99. inst. de action.* † Non ergo audiendi sunt litigantes, si jura sua in scriptis offerre ac proponere velint, ne quidem post litis contestationem *infr. Const. Elect. 9. h. p. 1.* Moller. *hic n. 1.* quod practica in Electoratu Saxoniæ totâ die observat.

Ita Domini in causa Christophori & Martini der Scheiben contra Christophorum Opitzen & Consortes, in Prætorio Lipsiensi ventilatâ M Jan. A. 1623. (Verba sent. Daß Beklagtens schrifftliches Einbringen nicht zulässlich/ sondern sie seyn auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen und ihre rechtliche Nothdurfft vom Munde aus in die Feder Inhalts Churfürstl. Sächsis. Constitution auff erhobene Klage einzubringen schuldig; Sie thun nun solches oder nicht / ergehet also dann in der Sachen ferner was recht ist/V.R.W.)

Item in causa Syndicen des Raths zu Leipzig contra Christophorum Harmuthen/ Mens. Jun Anno 1617. (Verba sent. Daß Beklagtens schrifftliches Einbringen nicht zulässlichen/sondern er ist auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und vom Munde aus in die Feder auff erhobene Klage sich einzulassen / zu antworten und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig.

In causa Angeln von Godens contra Viduam & Hæredes Caspari Rentzels/Mens. Jun. Anno 1626.

Et in causa Hansen Anhelm contra Bartholomæum Lauterbachen zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1625.

Definit. II.

Nec jura ex chartâ dictare licet.

1 QUid verò, si Litigatores jura sua ex charta in calamum dictare & Notario prælegere velint? Nec tùm in terris Electoratus Saxonici Litigatores audiendos, existimaverim cum Dn. Matth. Berlich.
2 *part. 1. concl. 13. n. 16.* † *Tùm* quia Const. *h. 1.* jura Litigatorum oretenus sive vivâ voce proponere jubet (vom Munde in die Feder) Recitatio verò ex charta propriè non dicitur ex ore facta; Ergò nec verba constitutionis statutariæ ad intellectum minùs genuinum erunt trahenda *arg. l. non aliter. 69 ff. de legat 3. l. 1. §. 20. ff. de exercit. action.*
3 † *Tùm* quia litigatores in scriptis jura sua proponentes non audiuntur *Definit. præced.* Ergò nec recitantes ea charta, quia ex schedula dictata vel recitata dicuntur proposita in scriptis *l. hâc lege perpetuo. 2. l. statutis*
4 *3. C. de sentent. ex brevicul. recit.* † Unde & petitio in actis ex charta verbotenus dictata habetur pro libello in scriptis oblato à Bald. *in Aut. offeratur C. de lit. contest. n. 20. & seq.*
5 † *Tùm* quod Constitutio hæc jura litigatorum in scriptis proferre prohibet propterea, ne per apices juris & subtilitates legum domi excogitatas atque in scriptis conceptas lites protrahantur *Definit. præced.* Pract. Papiens. *in forma libelli in action. real. §. summariè. num. 4.* Hart. Pist. *lib. 1. observ. tit. 8. observ. 1. num. 3.*
6 † Sed quis non animadvertit, processum haud abbreviari, si non multò magis protrahatur per dictationem in chartam, per quam multum tempus consumitur, Berlich. *dict. loc. num. 19.* ubi ad contraria respondet.

Ita Domini in causa Christophori Dusels contra Walter Hertzogen & Consortes zu Leipzig / Mens. Julio Anno 1625 (Verba sentent. Daß Beklagte Vermöge Churfl. Sächsisch. Constitution ihre Nothdurfft vom Munde aus in die Feder einzubringen und zu verfahren schuldig/und hat ihr Anerbieten solche ihre Nothdürfft aus ihrer auffgesetzten Schrifft vorzubringen und abzulesen nicht statt/V.R.W.)

Et in causa Hansen Neerhoffs contra Christian Bapsten & Consort. Mens. Mart. Anno 1619.

Definit. III.

Audiendus tamen est Actor in judicio ad libellum antea in scriptis oblatum se referens, illum 93 verbotenus repetitum velle dictitans.

HAud raro accidit, ut actor ad libellum suum, 1
antea judici in scriptis oblatum, in termino se referat, eum verbotenus repetitum se velle dictitans ac responsionem exigens, ubi solet dubitari, annon repellendus sit propterea, quod vivâ voce jus suum haud proposuerit juxta tenorem *hujus Constit.* Ita sentit, Dn. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 13. n. 8.* † 2
Quia scilicet *Constitutio Electoralis* pro forma essentiali requirit, ut jus actoris vivâ voce in judicium deducatur, adeoque præcisè id observari, † nec 3
per æquipollens suppleri debeat, ut tradunt in simili Jason. *in l. hâc consultissima. 21. §. 2. C. de testament. n. 1. &* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 115. n. 8.* Quod quidem concesserim, si actor simpliciter se referat ad libellum antea oblatum, nec quicquam de repetitione addat, ut sæpius in Electorali Sax. Scabinatu observatum memini, secundum quæ restringenda forsan sententia supremi judicii Appellat. Dresdensis à Berlichio adducta. † At si actor dicat, se libellum antea ob- 4
latum hûc verbotenus repetitum velle (Er wolle sein übergebenes Klag-Libell von Wort zu Wort anhero wiederholet haben / und der Antwort gewärtig seyn) licet nil ampliùs addiderit, cur audiri non debeat, haud certè video. † Non enim quic- 5
quam novi tùm profert in judicio, quòd ortenus & vivâ voce proponendum esset; Nec metuenda erit ulla litis protractio, quæ sola causam dedit sanctioni Electorali, quin potius per nudam relationem litem magis abbreviari, quàm si prolixo sermone ac longis ambagibus singula quæque libelli verba oretenus proferantur, omninò asserere licet. † Ac 6
certè perinde est, per relationem quid proponatur an per narrationem, ut refert ex Baldo Philipp. Decius *Cons. 647. n. 3.* Quin ergò Reus actori, ad libellum antea oblatum se referenti, respondere teneatur, nullus ambigo cum Reinh. Rosa *in addit. ad* Moller. *hic num. 9.* modò actor se libellum in termino repetitum velle dictitet, ut appareat de ipsius mente actionem in libello propositam prosequi volentis. † Alioquin si de animo repetendi expressè non constet, ex sola relatione judex Reum vix tutò ad respondendum adiget. 7

Ita Domini in causa Wenceslai Brethers zu Neukirchen contra Bastian Edern / ad requisitionem des Schul-Verwalters zu Meissen/ Mens. April. Anno 1622. (Verba sent. Daß Beklagter/ seines Fürwendens ungeachtet/ auff die wider ihn angestellte Klage / darauff sich Kläger referiret, mit ausdrücklicher Erklärung / daß er solche von Wort zu Wort in termino wiederholet haben wolle/ sich einzulassen/zu antworten und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/und ergienge alsdann darauff ferner/ was recht ist/V.R.W.)

In causa Benedicti Thomæi contra Abraham Steinbachen zu Meissen / Mens. Jun. Anno 1622. (Verba sententiæ: Daß Beklagter/seines Fürwendens ungeachtet/ auff erhobe-

hobene Klage sich einzulassen / und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/V.R.W.)

In causa Frantz Ritzens contra Basilium Bernharden Mens. Jun. Anno 1623.

Et in causa Johannis Schneideweins contra Gießbrecht Ziegeritzen/Mens. August. Anno 1616.

Definit. IV.

In concursu etiam creditorum, aliisq; causis summariis vivâ voce, non scriptis jura litigantium sunt proponenda.

1 QUemadmodum Reipublicæ pariter atque partium litigantium interest, lites abbreviari ac ocyùs finiri, *l. properant. 13. C. de jud. l. fin. ff. pro suo. l. 2. C. de re jud. l. 2. in pr. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. 10. C. de transact.* Morla *in empor. jur. p. 1. tit. 3. q. 2. n. 17.* Frider. Pruckm. *cons. 38. n. 92.* ita & jura litigantium vivâ saltem voce & oretenus, non in scriptis proponi bonum publicum exigit; † Nimirum,
2 quia ut plurimum per apices juris & subtilitates legum domi excogitatas & in scriptis conceptas, lites valdè protrahuntur, Pract. Papiens. *in forma libelli in act. real. §. summariè. num. 4.* Dom. Arum. *lib. 2. decis. 11. num. 9.* † Quidni ergò sanctio Electoralis,
3 quæ mutuis scriptis in judicio litigare prohibet *h. Const. 1.* ad causas quoque creditorum de prioritate certantium, aliasque summarias, in quibus absque litis contestatione solenni procedi solet, extendenda, quippe in quibus non minùs partium interest, litigium finiri, ut bene notat Dan. Moller. *hîc n. 6.*
4 † Nec rarior est hisce in causis Advocatorum temeritas in proferendis allegationum plaustris cirmeritas generalia etiam Brocardica, ut vel propterea salcam dum sit, Auct. *discurs.* von Justitien-Werck *p. 26. 47. 86. & 90.* Omninò sanè jura allegare Advocatis
= 5 interdicendum non est; † Sed sufficiat unum vel alterum autorem, aut legem in terminis allegare *per l. si quis obrepserit. 29. ff. de leg. Corn. de fals. ubi* Marsil. *n. 7.* Ad quid enim conducit accumulatio allegationum, quæ non modò nauseam facit judici acta perlegenti, sed & processum protrahit & stultitiam advocati prodit, Sim. de Præt. *in proœm. tr.*
= 6 *de ult. vol. interpret. n. 22.* † Informare siquidem velle judicem in jure, & demonstrare ex corpore juris, Gloss. aut Interpretibus, quid de lite sit judicandum, æquè ridiculum & inconveniens est, non secus, ac si ægrotus Medico curam præscribere vellet ex Galeno, Hippocrate & aliis, Auct. *disc.* von
7 Justitien-Werck. *p. 26.* † Sed ad quid proderunt Advocati & JCti, inquies, si non liceat accumulare jura, & in utramque partem disputare? Facti speciem cum omnibus circumstantiis proponant, eòque imprimis intendant, ut actionem ritè instituant, & cogitent, quænam actio proponenda, quænam actionis sint requisita, & quomodo verificari possint:
8 † Tàm difficile certè id erit, quàm farraginem allegatorum hinc inde colligere & malè facto accommodare, imò ignorare, quænam sit actio instituta; Ita nempè mundus vult decipi ab advocatis luxuriantibus allegatorum multitudine, inquit Auct. *discurs.* von Justitien-Werck *1 pag. 93.* Ventur. de Valent. *in parth. litigios. lib. 3. c. 7.*
9 *n. 25.* † At hanc jurium allegationem in Electoratu Saxoniæ haud parum supprimi sanctione *hujus Constitut.* ecquis non videt? Cum oretenus plaustra allegationum proferre, non omnibus datum sit. † Plane ad causas metallicas *h. Const.* trahenda non est, uti manifestum redditur ex *Ordin. metallic. art. 101. tit.* Wie die Partheyen zu recht zu verfassen / und mit Sätzen zu verfahren seyn solle. Dan. Moller. *hîc n. 7.*

Ita Domini in causa Hansen Apels Gläubigers/Mens. Novembr. Anno 1621. (Verba sent. Wann nun solches geschehen/ die sämtliche Gläubiger auch ihrer prioritat halber vom Munde aus in die Feder gegen einander verfahren / inmassen sie zu thun schuldig / so ergehet darauff/ wie einer vor dem andern zu bezahlen / ferner was recht ist/V.R.W.)

It. in causa Jacobi Demanths & Consort. contra Benedicti Tillings Wittben / Mens. Jul. Anno 1616. [Verba sentent. Daß beklagter Wittben schrifftliches Einbringen nicht zuläßlich/sie ist aber auff anderweit vorgehende gebührende Ladung durch ihren kriegischen Vormunden/ was sie iehzo in ihren Schreiben angeführet / daß sie nemlich ihres Mannes Erben nicht worden / sich auch seiner Verlassenschafft niemals angemasset / vom Munde in die Feder Vermöge Churfl. Sächs. Constitution einzubringen schuldig / darauff also dann in dieser Sache ferner ergehen soll/was recht ist/V R.W.)

Et in causa Henrich Pessels & Martini Keilens contra Georgium & Salomonem die Medeler an Rath zu Plauen/ Mens. Mart. Anno 1610. (Verba sent. Daß Beklagter schrifftliches Einbringen nicht zuläßlich / sondern sie seynd auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/und ihre rechtliche Nothdurfft wider der Klägere eingebrachte protestation-Schrifft Inhalts Churfürstl. Sächs. Constitution vom Munde aus in die Feder einzubringen schuldig / darauff alsdenn / wann Kläger hierauff mit ihrer rechtlichen Nothdurfft gehöret worden/ferner in der Sachen ergehet/was recht ist/V.R.W.)

Definit. V.

Partium conventione fieri potest, ut non vivâ voce, sed mutuis scriptis in causâ judiciali procedatur.

1 NUm partium conventione induci possit, ut alternis vicibus in scriptis jura litigantium proponantur, disputat Dom. Arum. *lib. 2. decis. 11.* & ex sententia Jenensium negativè respondet, secutus Daniel. Moller. *hîc num. 2.* ubi ait, id nihilo magis in partium potestate esse, quàm tempus decendii leuterationibus & appellationibus præfinitum extendere, vel minuere, quod neutri permissum novimus,
2 † scilicet quia dictatio oralis non modo de forma judicii, sed & boni ac commodi publici causâ est adinventa, ut eo citius lites finiantur & abbrevientur, *supr. Defin. 1.* † Immutari verò haud possunt par-
3 tium consensu, quæ intuitu publicæ utilitatis sunt inducta, *l. jus publicum. 38. ff. de pact. l. neq; ex prætorio. 27. ff. de Reg. jur.* † Sed benè advertendum est,
4 publicum commodum non nisi per consequentiam sanctione hac Electorali, quæ causam judicialem scriptis mutuis agitari prohibet, promoveri. †
5 Principaliter vero in eo vertitur utilitas privata putà litigatorum, ut scilicet eò minores sumtus impendantur, expensis superfluis partium parcatur, litesque eò citiùs finiantur. † Ex quo fit, quod
6 prædictæ sanctioni litigantes bene renunciare possint, per ea quæ tradunt in simili Johann. Vinc. Honded. *vol. 1. consult. 28. num. 34. & seq.* Frider. Pruckman. *vol. 1. consil. 29. n. 116.* Anton. Hering.

7 ring *de fidejuſſ. cap. 17. n. 56.* † Ac ſi per compromiſſum ſpeciale à modo procedendi generali ac conſveto partes recedere queant *l. privatorum. 3. C. de jurisdict. l. ait prætor. 5. ff. de re judic. ubi* Gloſſ. *in verb. non habent.* cur non etiam huic ſanctioni in ſui favorem introductæ renunciare valerent, haud intelligere poſſum; Accedente præſertim obſervantiâ quotidianâ, de qua etiam teſtatur

8 Dn. Berlich. *part. 1. Concl. 13. n. 23.* † Nec movet in contrarium Ordinat. Judic. Appellat. *tit.* von rechtlichen Einbringen *poſt pr. verſ.* wenn auch gleich die Partheyen ſich deſſen/ ꝛc. ſiquidem conſtitutio illa localis eſt & de judicio ſupremo Appellationis ſaltem diſponit, ideoque ad judicia inferiora haud extendi debet. Aliter reſpondet Berlich. *dict. concl. 13. num. 24. verſ. ultima ratio, &c.*

Ita Domini in cauſa Hildebrands Elterleins contra Martin Zobern zu Meiſſen/ Menſ. Decembr. Anno 1621. (Verba ſent. Weil beyde Partheyen ſich vergleichen/ ihre Nothdurfft in Schrifften Wechſelsweiſe Gerichtlichen einzubringen/ Kläger auch allbereit den Anfang gemacht; So iſt Beklagter gleichfalls demſelben nachzukommen/ und ſeine Nothdurfft in Schrifften fürzubringen ſchuldig/ darauff alſodann ferner ergehet was recht iſt/ V. R. W.]

Et in cauſa Pauli Majans contra Cornelium von Dahlen & Conſortes Menſ. Octobr. Anno 1610.

Definit. VI.

In proceſſu criminali ordinario ſemper vivâ voce eſt agendum, etiamſi partes aliter convenerint.

1 NOn minùs in cauſis criminalibus, quando proceſſu agitur ordinario, quàm in civilibus oretenus & vivâ voce jura litigantium ſunt proponenda propter generalitatem *hujus Conſtitut.* quæ inter cauſas criminales & civiles non diſtingvit, ſed indefinitè loquitur; Ergò generaliter quoque de cauſis pariter criminalibus atque civilibus erit accipienda *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt. l. 8. ff. de public. in rem act.* ut rectè colligit Dan. Moller.

2 *hîc n. 5. ubi* Reinh. Roſa *in addit.* † Idque eo magis, quia publicè intereſt, lites criminales citò finiri, ac crimina coërceri *l. 1. §. cujus. 1. ff. de juſt. & jur. l. ſi pœna. 20. ff. de pœn. l. bona fides. 31. in pr. ff. depoſit. l. congruit. 13. ff. de offic. præſid. l. ſi à Reo. 70. §. ult. ff. de*

3 *fidejuſſ.* † Ex quo fit, quod licet in cauſa civili partes ſanctioni hujus conſtitutionis renunciare ac jura ſua in ſcriptis proponere queant, *Defin. præced.* Attamen in criminalibus hoc litigatoribus neutiquam

4 ſit concedendum; † ſcilicet quia in proceſſu criminali principaliter commodum publicum verſatur, quod privatorum conventione immutari nequit, *l. jus publicum. 38. ff. de pact.*

Ita Domini in cauſa Nobilium à Reppichau contra Johann Burckharden zu Wittenberg / Menſ. April. Anno 1630. (Verba ſent. Daß Beklagtens Suchen nicht zu läßlich/ ſondern wann Anklägere ihre Klage für peinlichem Halsgerichte gebührlichen wiederholen werden/ ſo iſt Angeklagter zu erſcheinen und Vermöge Churfl. Sächſ. Conſtitution vom Munde aus in die Feder ſich darauff einzulaſſen/ und zu antworten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Ultra quadruplicam litigatores, jura ſua proponentes, non ſunt audiendi.

6 1 SAluberrima eſt ſanctio D. Auguſti Electoris, quâ ternis mutuis dictandi vicibus (& quidem noviter intra ſeptiduum. *Reſol. Gray. de Anno 1661. Tit.* von *Juſtitien*-Sachen. §. Ingleichen ſollen zum drey- und dreyßigſten) in cauſâ concludere jubet, *l. Conſt. 1.* in verb. und mit dreyen Sätzen beyderſeits Wechſelsweiſe zum Urtheil beſchloſſen werden ſoll. † Id quod commodum litium abbreviandarum Remedium exiſtimavit, † bene perpendens malitiam cauſidicorum ſeculi noſtri, qui vel oſtentationis, vel lucri cauſâ exceptiones quandoque etiam contrarias & incompatibiles, easdemque ſemper verbis aliis repetentes in infinitum usque extendunt, atque ita lites involvunt & protelant, Johan. Petr. Ala. *in tr. de adv. & cauſ. quæſt. 40.* Covarr. *l. var. reſolut. c. 2. n. 3.* † quod malum 3 ubique fere locorum irrepſit, imprimis verò id Sileſiam & Luſatiam infecit. Ex quo aliud porrò naſcitur inconveniens, Plauſtra ſcilicet actorum ad collegia JCtorum transmittuntur, † quorum la- 4 bores in perlectione non parum accumulantur, ut ipſemet ſæpiùs haud absque tædio & inſigni moleſtia expertus ſum: † Nimirum omnis horum ad- 5 vocatorum (modò nomine hoc nobili ſint appellandi) cura, omne exercitium, omnis conatus, omnis cogitatio circa lites & jurgia conſiſtit, qui litibus tanquam quatuor elementis conſervantur & nutriuntur, ut facetè loquitur Zaſius *in l. 2. §. poſt hoc 46. verb. me obtinuit. ff. de origin. jur.* † Ef- 6 fectum ſi ſcire cupias, Burſam quæras clientum, quam tibi vacuam promitto. Nec enim alio fine cauſidici vel rabulæ jura litigantium prolixè verbisque copioſis extendunt, quàm ut lucrum corradant, clientibus perſvadentes, tot verba, tantum laborem, tantamque moleſtiam negotium requirere, interim execrabilem illam vocem ſubinde eructantes: Hoc eſt de pane lucrando, Ventur. de Valent. *in parth. litigioſ. lib. 1. c. 9. n. 4.* † Quo fit, ut advo- 7 catorum marſupia creſcant, litigantium corrumpantur, quia corruptio unius eſt generatio alterius, Auct. *diſc.* von *Juſtitien*-Werck. *pag. 94.* Malo itaque huic in provinciis ſuis occurrere voluit Elector Illuſtriſſimus ſanctione hac ſaluberrima, ne in uno eodemque termino ultra quadruplicas procedatur, Dan. Moller. *hîc n. 2.* Reinh. *part. 6. Differ. jur. civil. & Saxon. 95.* † Cæterùm ſi juri ſuo de- 8 ducendo duas ſibi vices mutuas ſufficere litigatores exiſtiment, quin tertiæ propoſitioni renunciare poſſint, dubium non eſt, Moll. *dict. loc.* Matth. Weſenb. *ad rubr. inſtit. de replic. n. 4. v. auct. de eo. & in ſupplem. ad* Schneidevvin. *ibid. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Duſels contra Walther Hertzogen & Conſortes in Prætorio Lipſienſi ventilatâ Menſ. Jul. Anno 1625. (Verba ſent. Daß Beklagte Vermöge Churfl. Sächſ. Conſtitution ihre Nothdurfft vom Munde aus in die Feder einzubringen / und durch drey abgewechſelte Geſätze zu verfahren ſchuldig/ ꝛc.)

Et in cauſa Johannis Schneidewcins contra Gieſebrecht Tiegeritzen/ Menſ. Auguſt. Anno 1616.

Definit. VIII.

In quadruplicâ quid novi à Reo proponatur, in judicando non attendi debet.

NOnnè autem jus actoris periclitabitur, in- 1 quies, ſi quinduplicando reſpondere ipſi permiſſum haud ſit. † Quid enim ſi novi aliquid 2 Reus in quadruplica proponat, quo judex ad ſententionandum pro ipſo commoveri poſſet? † Iniquum ſanè videtur actori beneficium de- 3 fenſio-

fensionis præcidere, nec Judex de iis, quæ controversa sunt inter litigantes, non auditâ utrâque parte cognoscere debet, *l. in causa. 13. pr. vers. causa*
4 *dic.* † sed nil iniqui inde metuendum, quia in quadruplicâ, seu ultimâ propositione, im letzten Satze/ quicquam novi proferre haud licet, aut si contractum fuerit, id in judicando prorsus non attendi debet, disponente sic Electore Illustrissimo *h. Const. 1. in verb.* und im letzten Satze keine Neuerung
5 einbracht/oder in Stellung der Urtheil übergangen werden soll. *Ibi* Moll. *n. 3. in fin.* † Rectissimè sanè, ne ansa detur litigantibus se invicem decipiendi, quibus aliàs semper in ore est axioma legistarum, quod liceat contrahentibus invicem se de-
6 cipere, † sed deceptiuncula hæc nihil aliud est, quàm malitia, secundum Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. c. 8. n. 31.* ubi dicit axioma illud malè intellectum detrusisse multos in ignes sempiternos, quia obtinet duntaxat in foro exteriori contentioso, ubi consideratur læsio ultra dimidium *l. 2. C. de resc. vendit.* non autem attenditur in foro conscientiæ, Auct. *disc.* von *Justitien*-Werck/ *pag. 101.* Joh. Petr. Ala. *in tr. de adv. & caus. Christ. quæst.*
7 *87.* † Nec est, quod si lis bona sit, aut virtute aut dolo vinci possit, ut in quiunt Novelli litigaturien-
8 tes. Omnino malè: † Nam justa justè exequenda sunt litigia, inquit M. Jac. Fayela *6. remonstr. n. 229.*

Ita Domini in causa Wilhelmi Haynens contra Georg. Wendlanden/ Mens. August. Anno 1624.
It. in causa Johann Gohers contra D. Conrad. Müllern/ Mens. Jul. Anno 1617.
Et in causa Matthes Berssen contra die Pfeiffleriſche Wittibe/ Mens. August. Anno 1620. (Verba sent. Dieweil nicht zu befinden/ daß Beklagte auff die in Klägers letztem Gesätz beschehene Recognition mit ihrer Nothdurfft gehöret worden so geschicht solches nochmals billich/darauff alsdann in der Sachen ferner ergehet/ was recht ist.)

Definit. IX.

Non audiendi sunt litigantes de re modici præjudicii, quin potius de judicio repellendi ac coercendi.

1 NEscio an non prudenter faciant, qui lites in tantum execrantur, ut malint jus suum indiscussum relinquere, quàm in judicio contendere, *c. nihil. 2. ubi* Felin. *in pr. X. de præscript.* Jason. *in l. filio pater. 87. num. 3. ff. de legat. 1.* Matth. Wesenb. *vol. 1. cons. 23. n. 39.* pensitantes nimirum incommoda litis infinita, quæ si scire cupias, eas Mediolanum, ubi Prætorio hæc verba inscripta reperi-
2 es: † *In controversiis causarum capitales inimicitiæ oriuntur, sit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhonesta crimina inde consequuntur; Bona & utilia opera postponuntur; Et qui sæpè credunt obtinere, frequenter succumbunt, ac si obtinent, computatis laboribus & expensis nihil acquirunt.* Chytr. *in delit. itin. p. 244.* † En monstrum horrendum &
3 quartum Dei flagellum, quod divitibus applicandum, qui pestem fugiunt, fame diteſcunt, bello triumphant, sed ex litibus redduntur pauperes, ex pauperibus mendici, Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. c. 4. n. 14.* Herman. Lather.
4 *de cens. lib. 2. cap. 5. n. 35.* † Nec enim absimiles sunt litigantes Chymistis, qui laboriosè quærunt lapidem, donec omnia dilapidaverint, ita litigantes & se & opes conterunt, donec tristissimum litis eventum experiantur, & Chymistarum prælitis eventum experiantur, & Chymistarum præmium, nimirum extremam paupertatem sentiant, *l. quod debet. 51. ff. de pecul.* Andr. Knich. *in comm. ad jus Saxon. cap 3. fol. 260.* Hering. *de fide juss. cap. 1. n. 25.* † Nunquam scilicet absque pecunia liti- 5
gari potest, *l. cum quem. 79. ff. de judic. arg. l. alias 18. ff. de jurejur. l. 22. C. mand. ut* Lather. *dict. c. 5. n. 39.* sed prima, media & ultima cautio litigiorum est de expensis solvendis & insumendis, *Auth. offeratur. C. de lit. contest.* Ventur. de Valent. *dict. cap. 4. n. 5.* ut verè dictum videatur satis lucrari eum, qui à lite discesserit, Petr. Greg. Tholos. *l. 47. syntag. jur. univ. cap. 1. n. 12.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 22.* † Nec enim vulgatum illud: leges ne- 6
minem in paupertate vivere nec in anxietate mori permittunt *Novell. 1. c. ult.* ipsis litigatoribus, sed potiùs Assessoribus, Advocatis & Procuratoribus dictum censetur, Christ. Chem. *in disc. jur. pol. cap. 5. num. 106.* † sed minima hæc est expensarum & 7
pecuniæ jactura, si alia litium incommoda perpendantur, putà rancor animi, inimicitia capitalis, curæ, labores, vana spes, timor & centum alia, quæ litigantes devorare necessum est, non aliter atque pillulas, Bodin. *lib. 4. de Republ. cap. 6. n. 464.* Ayrer. *part. 1. proc. jud. cap. 2. observ. 3. n. 4.* † Certè Æ- 8
gyptii decem plagis castigati fuerunt, sed miseri litigantes mille subjiciuntur, quæ litigantium miseria non attamento sed sanguineis lachrumis deploranda est, maximè inter Christianos ipsis Ethnicis litigiosiores Anton. de Guev. *in inst. vit. aul. c. 10.* Anton. Fab. *dict. loc.* † Quisnam ergò vir 9
bonus lites non detestari vellet? si non molestiis hisce, attamen verenda atque tremenda Salvatoris nostri auctoritate convictus *Matth. 5. vers. 40.* Cui litigia prohibenti omninò magis obediendum, quàm hominibus contendentibus *Act. 5. v.* 10
29. † Nec alio fine Christum Apostolos sine auro misisse ad prædicandum, quàm ut ipsis subtraheret causam litis, tradit D. Ambrol. *c. ira 68. caus. 11. q. 3.* † Reperiuntur nihilominus, qui tantillum de 11
jure suo remittere, ac lites fugere ignominiosum sibi fingunt, quin potius volupe iis est etiam ob tivilitium, stillicidium, cloacam aut rem aliam modicam litigare, quorum auribus semper insonet, honorabile non esse litigare pro modico, *l. si mercedes. 25. §. 6. ff. locati. Nov. 24. c. 1.* † Et pudeat ob 12
gallinam, anserem, leporem, aliamvè rem levissimam tantas interdum lites movere atque judicia molestare, Vent. de Val. *in parth. litig. lib. 1. c. 3. n. 36.* † Muliebre certè est litigare de re minutâ, 13
quam nec operæ pretium est extra judicium petiisse, ac sine ullo litis incommodo obtinuisse, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 22.* Ac merentur temerarii hi litigatores à judicio repelli, & pœna arbitraria coerceri, quò cæteri, qui non aliam vivendi causam habere velle videntur, nisi ut litigent, tandem abstineant, Herman. Lath. *de cens. lib. 2. cap. 5. n. 4.* † Veluti contra opifices quosdam, qui de gallo 14
gallinaceo litigantes multum temporis atque pecuniæ consumpserant, testes producentes, reproducentes, attestata testium disputantes, usque dum plaustra actorum confecta fuerant, judicatum memini:

mini: † præſtat ſanè Deum quotidiè precari, ut lites ejusmodi procul à nobis avertat, non aliter atq; peſtem, famam & bellum, ſicut in hymnis Eccleſiaſticis canitur: diſſolve litis vincula. Aſtringe pacis fœdera. Ne litis horror inſonet. Extingue flammas litium, refert Hier. Gonzalez *ſup. reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. n. 17.*

Ita Domini in cauſa A P. contra M. S. zu Leipzig/ Menſ. Decembr. Anno 1620.

DEFINIT. X.

Litigii telam, etiam in judicio, amicabilis compoſitio præcedere debet.

1 ANverò bonis viris ac Chriſtianis litigare nunquam licebit ſalvâ conſcientiâ? † Negare hoc velle ſimpliciter, quid aliud eſſet, quam totum proceſſum judiciarium invertere, ac ordinationi divinæ
2 contradicere: Nam judicium, † in quo lites tractantur, Dei eſt ordinatio, *Deut 1. v. 9. Exod. 18. v. 19. Gen. 9. verſ. 6. Pſ. 82. v. 1. Proverb. 8. Rom. 13. Novell. 6. & 8. c. quæſitum. 45. cauſ. 23. quæſt. 4. l. 1. C. de ſumm. Trinit.* Bodin. *lib. de Republ. c. 10.* Petr. Gregor. Tholoſ. *l. 47. ſyntag. jur. c. 1. n. 9.* Et cum adverſario ſuo litigare atque in judicio conflictari jus etiam divinum concedit, *Eſai. c. 1. v. 17. Act. 13. verſ. 17.* vide omninò
3 Tholoſ. *dict. loc.* † Eſtque litigium ſive judicium, in quo lites tractantur, legitimum præſidium atque juris publici tutela, *l. 5. C. de his qui ad Eccleſ. confug. l. nulli. 14. C. de Jud.* quin & finis judiciorum eſt circumcidere lites *l. properandum. 13. C. de*
4 *jud.* † Ergò Chriſtianis litigare non minus conceſſum erit, quàm belligerare, Tholoſ. *lib. 11. polit. c. 1. n. 11.* Heresbach. *de admin. Reipubl. Chriſt. c. 6.* Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 1. c. 3. n. 30.* Nec tenebitur quisquam jus ſuum indiſcuſſum relinquere, *c.*
5 *novit. 13. extr. de jud. Deut. 1. v. 17. Lev. 19. v. 15.* † ſed deteſtamur lites temerarias, injuſtas, modicas, nullas, & per conſequens non tàm litigium, quàm impiam litigandi cauſam, pronumq; ad jurgia & litigioſas contentiones animum cum Petr. Gregor. Tholoſ. *libr. 47. ſyntag. c. 1. n. 6.* Bald. *in l. generaliter. 52. n. 13. C. de Epiſc. & Cler.* Nevizan. *lib. 6. ſylv. nupt. num. 8. & ſeqq.* † Peccant ſiquidem litigaturi de re
6 bus modicis, temerariis ac nullis *Definit. præced.* non evitando damnum, ſed captando lucrum, Ven-
7 tur. de Valent. *dict. c. 3. n. 24.* † Non prius cogitantes an litem ingredi expediat, *l. 1. C. de edend. c. 1. verſ. judas, de pœnit. diſt. 6. c. inducias 3. cauſ. 3. q. 3.* nihil de jure ſuo remittentes, nec honeſtè atq; modeſtè, ſed ut ſe invicem decipiant, collitigantes, haud memores proverbii: Der Sachen Feind / der Perſonen Freund/ licet rari ſint, in quos illud germanicum cadat, ut ait Keller. *lib. 2. de offic. jurid. polit. cap. 7. pag. 347.* † Et inſtruunt litigantes Chri-
8 ſtianos multis cautelis Vent. de Val. *dict. cap. 3. &* Joach. à Beuſt *dom. 3. advent. p. 655.* ſanè in eo Chriſtiani homines culpandi ſunt, quod litigaturi non ſemper amicabilem compoſitionem prius quærant.
9 † Quæ tamen litigium præcedere debet & à judice etiam inter partes litigantes tentanda, antequam ad proceſſum deveniatur, *c. 1. X. de mut. pet. c. ult. X. de tranſact. c. ſi illic. 29. cauſ. 23. q. 4. c. querel. 15 X. de ſimon. c. ſi primates. 4. cauſ. 5. q. 2. l. 12. §. 3. ff. de uſufr.* Felin. *ad rubr. de treug. & pac. n. 1.* Weſenb. *lib.*
10 *1. conſ. 21. n. 1.* Tholoſ. *dict. c. 1. n. 14.* † Non enim prudenter fortunæ arbitrio committitur, quod per concordiã componi poteſt, Andr. Knich. *de jur. Saxon. c. 3. fol. 260.* ac legumlatori circa amicitiam & concordiam magis quam circa juſtitiam ſtudendum eſt, Ariſt. *8. Ethic. 1.* Anton. de Guevarr. *lib. 2. c. 36.* † Cauſam hæc res dedit in omnibus ferè 11
Europæ provinciis ſtatuto, ut lis omnis concorditer & amicabiliter componatur, antequam litis ſive potius litigioſi proceſſus via tentetur, ut de Galliâ teſtatur Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 22.* de Italiâ Jaſ. *vol. 1. conſil. 35.* Fulgoſ. *conſ. 152. de* Germaniâ Vent. de Valent. *in parthen. litigioſ. lib. 2. cap. 4. n. 10.* † Idque in provinciis etiam Electoratûs Saxo- 12
nici obtinere, obſervantia docet, & expreſſa hâc de re eſt ſanctio Electoralis in Ordin. judiciar. *tit. 1. §.* beſonders aber wollen wir / *in verb.* damit nicht leichtlichen und ohne Unterſcheid die zwiſchen den Partheyen entſtandene Irrungen in weitläufftigen Proceß gewieſen / ſondern ſo viel immer müglich / zuvor verſuchet / ob die Partheyen entweder auff billige Maße in Guten zu vergleichen/ ꝛc. quod noviſſimè repetitum *in Reſolut. grav.* de A. 1661. Tit. von Juſtitien-Sachen/ §. und weil zum Eylfften/ ꝛc. §. und eben alſo ſoll es zum funffzehenden/ ꝛc. † Omiſsâ tamen amicabili tractatio- 13
ne, proceſſus non eſt nullus, nec Reus ab obſervatione judicii abſolvendus, nec reſpondere tenetur Frider. Pruckm. *vol. 1. conſil. 42. n. 1. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa David Zimmermans contra Georg Schreyern/ Menſ. Jun. Anno 1620.

Item in cauſa Hanſen Rudolphs contra Paul Pörnern/ Menſ. Jun. Anno 1625.

Item in cauſa Chriſtophori Duſels contra Caſpar Pörnern/ Menſ. Octobr. Anno 1627.

DEFINIT. XI.

Ad concordiam tamen, ſive amicabilem compoſitionem, judex partes litigantes compellere nequit.

PLerumque verò litigantium ingenia ſunt he- 1
teroclita nec ad compoſitionem amicabilem prona, ubi diſqviri ſolet: *Num judex litigaturos ad concordiam compellere & cogere poſſit?* † Affir- 2
mant id Teſſaur. *deciſ. 89. n. 1. & 3.* Dec. *conſil. 13. vol. 1.* Barbat. *vol. 4. concl. 54.* Ventur. de Valent. *in parthen. litigioſ. lib. 2. c. 4. n. 22.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 18. n. 6. & 7.* Matth. Weſenb. *conſ. 21. n. 1.* † Quorum ſententia in certis 3
ſaltem caſibus videtur admittenda, veluti ſi ſubſit timor, ne ad arma partes veniant, Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. queſt. centur. 5. caſ. 442. n. 9.* Adam. Keller. *lib. 2. de offic. jur. pol. cap. 7.* aut diſſenſio ſit inter partes inſignis, ex quâ Respublica turbari poſſit, *l. 21. § in civilibus. 1. ff. de capt.* † vel 4
ſi lis ſit de alimentis, Ventur. de Valent. *dict. c. 4. n. 22.* idque maximè, quando lis vertitur apud judicem ſupremum, Matth. de Afflict. *deciſ. 149. n. 7. & 8.* de quibus aliisque caſibus vid. Felin. *in rubr. extr. de treug. & pace. 2. & ſeq.* Pariſ. de Put. *tract. Syn. verb. concordia* verò *judex. n. 1. & ſeq.* Tuſch. *tom. 2. lit. C. verb. concordar. concl. 564.* † Cætero- 5
quin regulariter judices, præſertim inferiores, partes litigantes ad concordiam & amicabilem compoſitionem cogere & arctare nequeunt, ſed proceſſum admittere tenentur, Pariſ. de Put. *dict. loc. n. 9.* Bartol. *in l. congruit. 13. ff. de offic. præſid. n. 4.* Dom. Arum. *lib. 5. deciſ. 11. n. 72.* Frider. Pruckm. *vol. 1. conſ. 42. n. 6.* † Quod & diſertè approbavit Illuſtriſſi- 6
mus Sax. Elector in Ordin. Proceſſ *tit. 1. §.* beſonders aber

aber wollen wir/*vers.* iedoch mit der *Discretion & c.* non habito respectu causarum ac personarum *dict. tit. 1. §. 1. vers.* zumal wenn sichs befindet/*junct. dict.*
7 *vers.* Jedoch mit der *Discretion.* † Nemo siquidem jure compellitur ad transigendum vel pacidem jure compellitur ad transigendum vel pascendum *l. 3. §. tametsi. 1. l. diem. 27. §. stari. 2. ff. de recept. arbitr. l. si quis major. 41. C. de transact. l. si dictum fuerit. 56. §. si compromisero. ff. de evict. 1. l. nec emere. 16. C. de jur. delib.* Bald. *in l. 7. C. de sentent.*
8 ubi ait: † Concordiam svaderi, non imperari posse, aut pacem esse bonum persvasibile, non compulsibile, Jacob. Menoch. *dict. cas. 442. n. 8.*

Ita Domini in causa Martini Buchners & Johann Rothhäupts contra Elisabethen Hanefeldin/. Mense Mart. Anno 1617. (Verba sent. Daß Beklagter seines Fürwendens ungeachtet auff angestellte Klage bey Straffe Ungehorsams sich einzulassen/ und den Krieg rechtens zu besestigen schuldig/V.R.W.)

Et in causa Hansen Rudolphs contra Paul Pörnern/ Mens. Jun. Anno 1625.

Definit. XII.

Durante Commissione non est lis agitanda coram judice Ordinario.

1 CEssante autem concordiâ sive amicabili compositione, deveniendum erit ad processum litigiosum, quo partes innumeris fere molestiis se obstringunt, ad pedes Advocatorum submittunt, & nescio quam non humilitatem ac patientiam discere coguntur. † Sæpè enim fit, ut nobiles quoque
2 litigatores Advocatos expectare oporteat, donec crapulam edormiverint, vestiti aut pransi sint; Eos comitari ad templum & curiam, scrinia literarum portare, coram scribis nudi stare, quibus in plateâ mendicantibus ne obulum ad restim darent, ut refert ex Ant. Mar. Spelta. *lib. 2. della pazz. dilett. cap. 10.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. c. 4.*
3 *n. 29.* † Hæc scilicet est litigantium superbia, nec dicam superlativa insania, vexandi potius proximum & vexari ab omnibus, quàm lite supersedendi. Sed imputent sibi, quod viam concordiæ ambu-
4 lare noluerint. † Restant nihilominus ipsis alia adhuc Remedia, quibus jugo Advocatorum paululum se subtrahere, ac faciliori negotio metam litis
5 assequi valent. † Petant nempe sibi dari Commissarios, quibus audientiam faciliorem habere possunt, & minores sumptus atq; expensas facere coguntur, Pract. Papiens. *in forma libelli, quo agitur ad pœnam ex compromisso. §. tanquam in arbitros. n. 2.* Ventur.
6 de Valent. *in parth. litigios. lib. 2. c. 4. n. 14.* † Qui etiam de facili à Principibus concedi & delegari so-
„ lent, sub hâc formulâ: Ut primò inter partes con-
„ cordiam tentent, eâ verò dissolutâ demum viâ juris
„ procedant, docente experientiâ quotidianâ harum
„ terrarum, de quâ etiam testatur Andr. Gail. *lib. 1. ob-*
„ *serv. 35. n. 1. & lib. 2. de pac. publ. cap. 18. n. 6.*
7 † Durante namque commissione, suspensa est jurisdictio ordinarii judicis, coram quo processus ordinarius debet agitari; Interim jurisdictio & potestas de causâ litigiosâ cognoscere, eamque tractare concessa est commissariis, qui semper eò in-
8 tendere debent, † ut formam & tenorem commissionis præcisè observent, ac ne fines excedant, *c. cum dilecta. 22. extr. de rescript. c. cum olim. 33. extr. de offic. delegat.* Jason, *in l. à divo Pio. 15. ff. de re judic. num. 8.* Andr. Gail. *dict. observ. 35. num. 2. & 3.*

Ita Domini in causa Christophori Richters contra Philippum Lehnarten/Mens. Jun. Anno 1620. (Verba sent. Dieweil aber aus den Acten so viel zu befinden/ daß Beklagter Churfl. Sächs. gnädigste Commission ausbracht; So wird biß so lange dieselbe erörtert/ in dieser Sache billich in Ruhe gestanden/und wenn die gütliche Entscheidung sich entschlagen/ergehet alsdenn darauff ferner was recht ist/V.R.W.)

Definit. XIII.

Arbitrorum laudo standum est, non propter autoritatem sententiæ, sed ex compromisso præcedente.

1 NOn minùs utile litium abbreviandarum est Remedium, quando ipsimet litigatores constituunt amicabiles compositores, qui causam cognoscant eamque amicabiliter componant. † Me- 2
lius siquidem rei suæ consulere is, qui malam litem fovet, non potest, quàm ut vel in totum à lite discedat, vel quibuscunque potest, mediis paciscatur atque transigat, *c. dudum. 22. extr. de elect. c. ult. extr. de transact.* Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. c. 4. n. 13.* Frider. Pruckm. *vol. 2. Consil. 18. n. 161.* Cognoscunt ergò duntaxat causam arbitri & inter litigantes concordiam tentant; † sed horum dicto 3
vel sententiæ partes haud stare oportet, nisi huic consenserint, eamque in vim pacti confirmaverint & acceptaverint, *arg. l. 2. C. comm. utrius jud.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 35. defin. 1. n. 2.* Ventur. de Valent. *dict. cap. 4. n. 15.* † Alia est ratio Arbitro- 4
rum compromissariorum, in quorum scilicet sententiam fuit compromissum à litigatoribus, ut plurimum pœnâ adjectâ, *Novell. 82. c. 11.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 150. n. 6.* Cacher. *decis. 39. n. 5.* † Qui vulgò 5
dicuntur willkührliche Schiedes-Richter/ Niedersaß und Obman/Vent. de Valent. *dict. c. 4. n. 1.* Ayrer. *p. 3. proc. cap. 5.* † Standum itaque est tùm 6
arbitrorum laudo, non propter autoritatem sententiæ, sed ex conventione & compromisso, vel etiam metu pœnæ in compromisso adjectæ, *l. ubi pactum. 40. C. de transact.* Anton. Fab. *dict. tit. 35. defin. 10. n. 7.* in tantum ut nec appellare liceat. † 7
Nam sive arbitri sententia æqua sit, sive iniqua, sibi imputet, qui compromisit, *l. diem. 27. §. stari. 2. ff. de recept. arbitr.* Anton. Fab. *dict. tit. 35. defin. 6. Quamvis dissentiat.* Bartol. *in l. arbitro. 9. ff. qui satisd. cog.* † Quem fefellisse videtur textus ille, qui 8
non de compromissario loquitur, sed illo arbitro, qui datus est à judice ejusque vices quodammodò gerit, ut mirum haud sit non minus ab hoc arbitro judiciali, quàm à Judice ipso posse appellari *dict. l. arbitro. 9. l. 7. in fin. C. de fer. l. 23. ff. de appell.*

Ita Domini in causa Johann Brockmans contra Balthasarem Schuman zu Leipzig/Mens. Sept. Anno 1634.

Definitio XIV.

Non valet sententia arbitrorum, si ex pluribus aliqui, reliquis absentibus, pronunciaverint.

1 SI ex pluribus arbitris quidam, aliis absentibus, pronunciaverint, horum sententia neutiquam valebit, *l. duo ex tribus 39. ff. de re judic.* Non sine causâ, quia absentes, si adfuissent, alios in sententiam suam trahere potuissent, *l. item si 17. §. ult. ff. de*

2 *ff. de recept. qui arbitr.* † Nec quicquam nocebit, quod abſentes fuerint citati, quia cogendi ſunt, non interpellandi, qui compromiſſum receperunt, *l. 3. §.* 3 *1. & ſeq. ff. eod. tit.* † Quod enim dici ſolet, contumaciam eſſe pro præſentiâ, *Aut. quia in provinciâ. v. ſed ſi non ipſe C. ubi de crimin. agi oport.* id verum eſt, cum agitur de præjudicio contumacis, non alterius, cui aliena contumacia nocere non debet, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. 35. defin. 3. n. 3.* † At dixeris, 4 diſſentiente licet uno vel alterô, ſi plures, in quos compromiſſum eſt, conſentiant, horum ſententia valet, *litem ſi unus. 17. §. ult. junct. l. ſeq. ff. de recept.* 5 *qui arbitr.* † Verum id eſt, ſi præſentes diſſentiant, non ſi abſentes ſint; plus ſiquidem hoc caſu poteſt abſentia, quàm præſentia cum contradictione, ut eleganter *poſt* Gloſſ. *in dict. l. 17. §. ult. ff. d. 4.* dicit Anton. Fab. *dict. defin. 3. n. 6.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Dieweil beyde Partheyen auff gewiſſe Perſonen als Schiedes-Richter Compromittiret, und derſelbigen Erkäntnüß und Ausſchlag dieſe Sache untergeben; und aber nicht zu befinden, daß alle Schiedesleute anweſende geweſen / und von ihnen das Laudum abgefaſſet worden / ꝛc. So mag auch daſſelbe als ungültig Beklagten zum Nachtheil nicht gereichen; Sondern es wird die Sache an die ſämtliche Schiedes-Leute zu dero Erörterung hinwiederum billich verwieſen / V. R. W.)

Definit. XV.

Compromittere poſſunt Litigantes validè etiam coram judice ordinario.

1 ALiud quoque litium abbreviandarum eſt Remedium, quando partes litigantes in judicio certo modo compromittendo, omnibus litigii ambagibus, protelationibus, ſolennibus juris beneficiis, ut appellationi, Leuterationi aliisque, quibus cauſa in multos annos protrahi potuiſſet, renunciant, & in ſententiam conſentiunt, † ut totâ die practicari videmus. Quo certè remedio multis occurri poteſt moleſtiis & defatigationibus, quibus aliàs 2 collitigantes ſunt obſtricti; † De quibus quaſi invicem heterocliti certare videntur, eoque ſæpiſſimè laborant, ut unus alterum fatiget, undè nihil ferè vulgatius in ore litigantium, hoc dicterio: Ich will ihn wol müde machen / quo unus alterum quaſi conſumat & ad tranſigendum urgeat, Guicciard. *pol. hypom. 88.* Petr. Frider. *de cont. cauſ. lib. 3. c. 2. n. 1.* 3 Adam. Keller. *lib. 2. de offic. jurid. polit. c. 7.* † Quia ſcilicet omnia mundi mala norunt, qui circa lites verſantur, & nihil curant præter vindictam, rancorem animi & burſam hydropicam, *l. fin. §. 1. ubi* Gloſſ. *C. mandat.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 115.* 4 *n. 12.* Curt. Senior. *conſ. 55. n. 11.* † Confugiunt ergò ad compromiſſum hoc litigantes, quos terrent moleſtia, labor, protelationes injurioſæ, cura faciens canos ante annos, imprimis verò moleſta expectatio, *l. etiam. 15. ff. ut legat. nom cav. l. 51.* 5 *ff. de pecul.* † Statuunt nempè, melius eſſe, habere reculam in tempore, quam expectare rem litigioſam; Malunt ſumere pecuniolam oblatam repentè, quàm expectantiam litigii plenam lentè, ut ait Duro di Paſc. *in aul. rb. 109.* Ant. de Guev. 6 im Hoffleut-Wecker. *c. 10.* † Quia ſecundum *Accurſium* melius eſt unum Tene, Tene quàm centum Cape, ſcilicet per longum ac moleſtum litigium, Gloſſ. *in l. cum hi. 8. ff. de tranſact.* Nevitz. *in ſylv. nupt. lib. 4. num. 130.* † Nec movet, quod in judicem 7 ordinarium compromittere haud liceat, *l. ſed ſi in ſervum. 9. §. ſi quis judex ſit. 2. ff. de recept. qui arbitr.* quia hoc verum eſt, ſi quis in judicem tanquam arbitrum juris compromittere vellet, quod certè litigantes facere haud poſſunt: ſecus verò, ſi in judicem tanquam in arbitratorem & benevolum compromittant, quò ſcilicet non ſervato ordine proceſſus, abſque ambagibus cognoſcat, † quale com- 8 promiſſum abſque dubio ſubſiſtit, *l. ſocietatem. 76. verſ. arbitrorum, ubi latè Bartol. ff. pro ſoc.* Elegan- ter Anton. Fab. *Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 2. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Martini Richters contra Andreæ Hanemans Eheweib / in præfecturâ Scholæ Grimmenſis ventilatâ Menſ. Majo, Anno 1606.

Definit. XVI.

In Compromiſſis locus non eſt pœnitentiæ, alterâ parte invitâ.

NOn tranſit compromiſſum ad heredes com- 1 promittentium, ſed morte alterutrius expirat *l. diem. 27. §. 1. ff. de recept. arbitr.* Quod verum eſt, etſi plures ex unâ parte vel Rei vel Actoris compromiſiſſent, & unus tantum ex his deceſiſſet, Gloſſ. *in dict. l. diem. 27.* Hartm. Piſt. *obſervat. 100. n. 2.* † 2 Modò cauſa fuiſſet individua Joh. Baptiſt. Aſin. *in l. 1. n. 141. & ſeqq. ff. de relig. & ſumt. funer.* Nam in cauſa dividua, licet ex parte defuncti compromiſſum expiret, ſubſiſtit tamen ratione ſuperſtitum, Hartm. Piſt. *dict. obſ. 100. n. 4.* † Pœnitentiæ autem 3 in compromiſſis non datur locus, nec unus ex compromittentibus poteſt articulum aliquem ab altero oblatum compromiſſo eximere: † Quia compro- 4 miſſum utriusque partis conſenſu initum eſt; Ideoque unius tantum conſenſu, vel in totum, vel pro parte diſſolvi nequit, *l. 35. ff. de Reg. jur. l. 5. C. de O. & A. l. 58. ff. de pact. l. 4. C. de donat. ſub. mod. l. 25. C. de tranſact.* Modeſt. Piſtor. *part. 2. quæſt. 74.* † Etiamſi die eodem, quo initum fuit compromiſ- 5 ſum, alterutra pars illud revocare vellet, quia tempus non eſt modus gubernandæ ſed moderandæ obligationis, *l. obligationum fere 44. §. placet. 1. ff. de O. & A.* † Quamvis itaque perbreve temporis 6 momentum à perfectione compromiſſi ceſſerit, attamen ſemel perfectum fuit compromiſſum, à quo conſenſu diſcedi alterâ parte invitâ nequit, Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *dict. quæſt. 74. n. 3.* † Nec obſtat, quod dici ſolet, ea quæ in continenti 7 ſunt perfecto negotio perinde haberi, ac ſi in ipſo negotio interveniſſent, *l. lect. 40. ff. de reb. credit.* Id ſiquidem verum eſt, ſi uterque contrahentium conſentiat, cum pacta, de quibus agitur *in dict. l. 40.* non niſi utriusque conſenſu conſtent, *l. 1. §. eſt autem pactum. 2. ff. de pact.* Schult. *dict. loc. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Viduæ & Heredum Nicolai Roßbachs contra Heredes Jacobi Hanitzſchens zu Dreßden / Menſ. Jul. Anno 1616. (Verba ſent. Dieweil dieſes eine Compromiſſ-Sache iſt / darinnen beyde Partheyen ſich wegen eines gewiſſen modi procedendi verglichen; So hat nunmehr Beklagtens gethanes Suchen dawider nicht ſtatt / V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. XVII.

Commissarii ad judicandum super sorte constituti etiam super usuris pronunciare possunt.

1 COmmissarii, à Principe delegati, formam & tenorem commissionis diligenter inspicere & observare debent, ne fines Commissionis excedant. Non enim de rebus & causis, in commissione haud expressis, ipsis licet judicare *c. cum Dilecta. 22. ext. de rescript. c. cum olim. 53. extr. de offic. delegat.* Jason. *in l. à Divo Pio. 15. ff. de re judic. n. 8.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 35. n. 2. & 3. lib. 1. de pac. publ. cap. 6. n. 26.* Specul. *lib. 1. part. 1. tit. de judic. de-*
2 *leg. §. sequitur 5. n. 1. & 2.* † Quod tamen fallit in accessoriis & connexis; De his namque Commissarii absque ulteriore Principis jussione cognoscere possunt, quia ad illa semper extenditur commissio, *c. prudentiam. 21. §. sextà nobis. & §. seq. ext. de of-*
3 *fic. deleg.* Gail. *dict. observat. 35. num. 8.* † Ex quo fit, quod partes litigantes citare & contumaces punire valeant *cap. præterea 5. ext. de offic. & potest.*
4 *judic. delegat.* Gail. *dict. observ. 35. n. 8.* † Sicuti & super fructibus, usuris ac interesse pronunciare, Panorm. *in dict. cap. prudentiam. 21. §. siverò. n. 2. & 4.*
5 Gail. *dict. loc. n. 10.* † Sanè Commissarii etiam sententiam à se latam exequi poterunt, ex veriori Dd. opinione, quæ probatur *per text. in cap. pastoralis. 28. §. præterea postulasti. ext. de offic. & potest. jud. delegat. l. 1. C. si contra jus vel util. publ. l. ult. C. de judic.* Specul. *dict. §. sequitur 5. n. 6.* Bartol. *in l. à Divo Pio. 15. ff. de re jud. num. 2.*

Ita Domini in causa Rudolphi à Bünau contra Hans Wilhelm Metzschen ad requisitionem Consulum & Quæstoris Zwickav. Mens. Jul. Anno 1631.

DEFINIT. XVIII.

Non admittendi sunt in judiciis Advocati improbi aut qui jura in Academiis non didicerunt.

1 MAximè nobile, laudabile atque honorabile est Advocatorum officium, qui gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam & posteros defendunt *l. Advocati. 14. C. de Advoc. diversi. judicior. l. 1. §. postulare. 1. ff. de postul.*
2 † Ideò enim inventum est Advocationis officium, ut lites dirimantur, amicitia inter homines conservetur, Litigaturis succurratur, qui suum tueri & causam dicere ignorant, Jac. Menoch. *de arbitr. jud. qu. lib. 2. cas. 369.* Cagnol. *in l. 2. §. post. originem 7. n. 215. ff. de orig. jur.* Aut. *disc.* von *Justitien-Werck pag. 82.* † Utinam hujus officii memores Advocati, in omni lite omnes cogitationes in Deum dirigerent & ad vitæ perfectioris genus, salutem clientum, ac Reipublicæ decus tenderent: sed proh dolor! seculo hoc multi reperiun-
4 tur, † qui Advocationis munus plus ad subversionem veritatis, ac litigiorum augmentum, quàm ad lucidationem justitiæ & litium diremtionem exercent, Magon. *de rect. patr. rat. part. 1. cap. 6. n. 18.* Non digni hoc nobili advocatorum nomine,
5 nec in republica ferendi, † vel certè coërcendi, qui conscientias hominum pervertunt & judiciorum sanctitatem in cautelas, technas atque perjuria commutant, Gerichts-Plauderer/ welche fast alle Verschreibungen streitig zu machen wissen/ uti eos vocat Gail. *in tr. de arrest. c. 9. n. 17.* † Loquor nempè cum Adam. Keller. *de offic.* 6
jurid. polit. lib. 2. c. 25. & lib. 1. c. 8. non de veris & honestis advocatis, sed de causidicis, vel potius dicendi ignaris Rabulis, qui non eloquentes, sed simpliciter loquentes dicuntur, & tantùm quæstus gratia garriunt, lites producunt, & penè diuturnas faciunt, imò miseros Rusticellos vi adamantinâ ad se pertrahunt, & svadent, ut litem moveant Dominis, Knich. *de pact. vest. c. 3. num. 60. & 62.* † Ita 7
meherclè lites pariunt, ac lites ex litibus serunt, quarum litium novarum lis principalis quidem mater, Advocatus autem pater est, qui filiam minimè nutrit, sed dominus matris, hoc est, litis, matri, filiabus & patri sumtus litium præstare tenetur, Auct. *disc.* von *Justitien-Werck. p. 23.* † Alii absque conspi- 8
cillis scripturas videre non possunt, ut inquit Magon. *de rect. patr. rat. p. 1. c. 8. n. 23.* imò quærunt & inquirunt, unde tantum lucri capiant, nisi decipiant, lites procrastinent, literas obliterent, sigilla fugilent, hoc nisi liceat, so möchte der Teuffel ein Jurist seyn/ inquit Auctor *disc.* von *Justitien-Werck. p. 94.* † Certè sunt hi ipsius diaboli man- 9
cipia, quæ lites alunt, ut sua sarciant marsupia & litigaturientes denudent, Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. c. 30.* de quibus vere dicitur: Ubi advocatorum turba strepit, ibi litium anfractibus tota civitas ardebit, nec domus aliqua à litigio vacabit, Joh. Bapt. Magon. *dict. part. 1. c. 11. n. 9.* † ut rectè 10
fecerit Ferdinandus, non mittens Advocatos in Indiam, ne litium semina mitterentur, Joh. Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 1.* Non admittantur ergò Advocari, nisi qui sunt viri honesti, pii ac probi. † Sed nec 11
hi apti & idonei erunt ad munus advocationis subeundum, si non jura in Academiâ didicerint; † 12
Non minima siquidem malitiæ Advocatoriæ causa est juventus & ignorantia; Cum juvenes Advocati plerumque confusores litium dicantur, factum quodcunque utcunque capiant, idque in transcursu quasi, unde post tantos, tantæque moræ, sumtuum & molestiarum processus, instar fili undique latè fumosi nectitur & educitur, ut quod horâ sæpè unâ componi posset optimè litigium, de eo anni plures firmentur pessimè, Kell. *lib. 1. de offic. jurid. polit. c. 28.* Ant. de Guevarr. im Hoffleut-Wecker. *c. 10.* † Qui in ipso litium portu impingunt, 13
similes navigantibus Athenas, qui 1. anno Sapientes, 2 Philosophi, 3. Rhetores, 4. Nihil erant, ut ait ex Jacq. Faye. Vent. de Valent. *lib. 1. cap. 9. n. 15.* Magis verò nocet ignorantia & insicitia. † Mul- 14
tos enim hoc seculo videmus fratres ignorantiæ in foro versari & lites ex litibus diu protelare qui aut jura ignorant, aut pravè sive malitiosè, applicant, de quibus verè lusit, quicunque lusit: In Institutis comparo vos brutis: in Digestis nihil potestis: in Codice scitis modice: in Novellis comparamini Asellis, In des Reichs Abscheid/ seyd ihr kömmen nicht weit/ & tamen creamini doctores, ô tempora! ô mores! Vent. de Valent. *dict. lib. 1. cap. 11. numer. 7.* † Et quod pessimum, quibus- 15
dam in locis scribas, imò terræ filios & opifices munere Advocatorum fungi videmus, ita nempe in hoc litigioso & malitioso seculo, sicuti in Co-

in Comœdiis exhibentur Larvæ, pro JCtis Legu-
leji, pro militibus latrones, pro politicis Nebulo-
nes, pro oratoribus procuratores, Rabulæ, pro hi-
ſtoricis pueri, pro Advocatis ſcribæ & opifices &c.
16 Eberh. à Weihe *de van. glor. mund. p. 36.* † Pruden-
ter itaque ſancitum ab Illuſtriſſimis Saxoniæ Elec-
toribus in Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* von
Advocaten und *Procuratoribus in Ordin. polit. de
Anno 1612. tit. 3.* §. Beſonders auch; ne admit-
tantur Advocati, priusquam publicum teſtimoni-
um ſuæ eruditionis & profectus in ſtudio juris ex-
17 hibuerint, vel aliter de eo fidem fecerint. † Quod
& juri communi convenit, ubi imperiti & indocti
ad poſtulandum & advocandum non admittuntur
*l. 1. §. 4. v. advocatos ff. de extr. cognit. l. leges 9. C. de
LL.* adde *Reſol. gravam.* de Anno 1661. *Tit.* von Ju-
ſtitien Sachen. §. ebener maſſen wird auch zum
vier und dreyßigſten/ꝛc.

Ita Domini ad requiſitionem Quæſtoris Voigtbergenſis Menſ. Jan. Anno 1614. (Verba ſent. Daß ietzo bemeldtes Joachim von Reidbergs Anwald ſeine Perſon durch Vorlegung ſeines mandati zur Nothdurfft legitimiret; Da er nun auch ſeine teſtimonia, daß er auff Univerſitäten geweſen/ und jura ſtudiret/ von ſeinen Præceptoribus, ſo er gehöret/ zu den acten bringen/ und er alſo auch dadurch ſeine Perſon gnugſam geſchicket machen wünde/ inmaſſen er zu thun pflichtig; So wäre Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung auff die erhobene Klage ſich einzulaſſen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu beſeſtigen ſchuldig/ V.R.W.)
Et ad conſultationem Senatus Plavienſis Menſ. Jan. Anno 1600.

Definit. XIX.

Advocatorum temeritas in convitiando & cavillando pœna coërceri debet.

1 DEteſtanda eſt verboſitas Advocatorum, quâ lucrandi aviditatem produnt in ſcriptis & atteſtatis, quæ ſæpè adeò longâ verborum farragine protrahuntur, ut à cliente, magno & longo foliorum viſo apparatu, maximum putante laborem, majus ob id exigant emolumentum, & ſcriptori majorem lucrandi præbeant cauſam, Joh. Bapt. Magon.
2 *de rect. patr. rat. p. 2. c. 57. n. 8.* † Hæc enim productorum prolixitas vel ex inhiatione turpis lucri, vel aliquando ex oſtentatione, vel ex malitioſâ litis protelatione provenit, ut inquit Rutger. Ruland. *intr. de commiſſ. p. 1. lib. 2. c. 20. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 1.*
3 *obſerv 95. in pr.* † Quæ pœnam vix effugere poteſt, Ord. Proceſſ. *tit. 3. verſ.* Wie auch aller unnöthigen Weitläufftigkeit/ꝛc. Magon. *dict. p. 2. c. 46. n. 5.* Severius autem coërcenda eſt Advocatorum temeritas in cavillando, convitiando & injuriando. †
4 Nil enim hodiè familiarius atque jucundius Advocatis & Cauſidicis, cum commiſſarum ſibi litium infirmitatem rationibus ſatis munire non poſſint, quod vel in Collitigatorem, vel in ipſum etiam judicem convitiando, cavillando, objurgando, maledicendo procacius & effrenatius invehantur, Johan. Petr. Ala *in tr. de Adv. & cauſ. Chriſt. p. 2. exerc. 6.*
5 Daß ſie die Feder gar ſcharff ſpitzen. † Licet plus noceat, quàm proſit anſerinus ille ſtrepitus, qui plerumque ſcommata, convitia, injurias, earumque retorſiones, jurgia, diſſidia, lites, inimicitias & denique omnia mala cauſari ſolet, Adam.
6 Keller. *lib. 1. de offic. jurid. polit. cap. 8.* † Et mehercule ejusmodi Advocatorum cavillationes magis impediunt lites, quàm expediunt, dienen mehr zur Verbitterung der Sache/ denn zu Abhelffung derſelben/ Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. c. 7. n. 15.* † Vaniloquas igitur horum linguas præ- 7
cidendas eſſe ſcribit Bernhardus *lib. 2. Conſid. ad. Eugen. allegatus à* Schönborn *lib. 3. polit. c. 41.* Quod nimis durum eſſet ſupplicium. † Sufficiat 8
hoc mitius, ut judex Patronos & Advocatos ob ejusmodi convitia & aſpergines objurget & compeſcat, iisque ſtatim pœnam arbitrariam dictitet, *DD. in §. atrox. 9. inſt. de injur.* Jac. Belvis. *in pr. crimin. Rubr. de injur. n. 88.* Cravett. *conſ. 98. n. 11.* Ventur. de Valent, *dict. cap. 7. n. 15.* † Quod ſi obſervetur, ſi non inde lites minuentur, cavillationes tamen 9
omittentur, uti res poſtulat; Quia per injurias publica pax & privata quies contra bonos mores turbari ſolent, Anton. Theſſaur. *deciſ. ped. 18. in pr.* Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* von *Advocaten* und *Procuratoribus.* §. wenn aber nach angewandten. *verſ.* Sonderlich auch ſich aller. Ordin. proceſſ. *judic. tit 3. verſ.* alle ſtacheliche anzügliche Wort/ ꝛc. *Reſol. gravam.* de An. 1661. Tit. von Juſtitien Sachen. §. ob auch wohl zum drey und dreyßigſten/ꝛc.

Ita Domini in cauſa Gabriel Holtzmüllers contra Georgium Kirſten zur Auguſtusburg/ Menſ. Febr. Anno 1622. (Verba ſentent. So viel auch die Advocaten belanget/ werden dieſelben ihres in den Geſetzen höniſchen und ungebührlichen Anſtechens halber ieder umb 2. neue Schock billich in Straffe genommen/ V.R.W.)
In cauſa M. Spiegelii contra Barthel Krugern zu Wittenberg/ Menſ. Novembr. Anno 1630. (Verba ſent. Und weil beydertheil Advocaten in den Geſetzen allerhand anzüglicher/ unbeſcheidener und ſtachlichter Worte gegen einander ſich gebrauchet; So werden ſie derowegen ein ieder umb 2. M. Schock in Straffe genommen/ V.R.W.)
It. ad requiſitionem Senatus Lipſienſis Menſ. Febr. An. 1586. Et in cauſa Melchior Bermans & Conſort. contra Hanſen Werners Wittben zu Meiſſen/ Menſ. April. Anno 1636.

Definit. XX.

Pœnam incurrunt Advocati, qui partes adnegandum inſtruunt.

OMnia moliuntur Advocati & Cauſidici, illecti 1
cupiditate lucri, ut litem vincant, juſta & injuſta, per fas & etiam per nefas, aus allen beyden Faß/ ut quidam jocoſi vertunt, Joh. Petr. Ala. *in tr. de adv. & cauſ. Chriſt. p. 1. quæſt. 12.* † Movent 2
ſcilicet judicem, imò commovent ut in malâ lite bonam ſententiam obtineant, quod venditare ſolent pro magiſterio, es ſey ein Meiſterſtücke/ Ventur. de Valent, *in parth. litig. lib. 2. c. 7. n. 21.* † Modò clientes inſtruunt ad aliquid dicendum, reſpon- 3
dendum, negandum vel fatendum, quod verum non eſt, Par. de Put. *in tract. Syndic. verb. Advocati. n. 21. & ſeq.* † Quæ certè malitia eſt Diabolica, & 4
pœnam arbitrariam meretur.

Ita Domini in cauſa N.N. Menſ. Sept Anno 1630. (Verba ſent. So viel aber bey den Advocaten Doctor. N.N. anlanget/ wird derſelbige/ weil er dem Beſchuldigten zu leugnen Anlaß gegeben/ um eine ziemliche Geld-Buſſe ſeinem Vermögen nach/ iedoch daß ſich dieſelbe über 8. Neue Schock nicht erſtrecke/ billich in Straffe genommen/ V.R.W.)

Definit. XXI.

Advocatus in causâ juſtâ patrocinium præſtans ſubditis contra Magiſtratum, nec jura Civitatis amittit, nec pœnam incurrit.

SÆpè Advocati ſe venales exponunt, & veni- 1
entibus occurrunt, dicentes: Domine, bene
venia-

veniatis, quid habetis facere in curia? Si vobis neceſſarium eſt meum ſervitium, præcipiatis, Speckhan. *cent.2.Claſſ.4.quæſt.44.n.4.* Hi certè injuſto
2 ſuo patrocinio cooperantur ad malum, † imò, verius dicuntur auctores mali, quia conſilio ſuo inducunt clientes ad litigandum, alàs non litigaturos, Par. de Put. *in tr.Syndic.rubr. de exc.adv.n.12.* Ala. *in tr. de adv. Chriſt.quæſt.24.n.37.* Quis ergò hoſce
3 coërcitione dignos haud judicare vellet? † Idque eo magis, ſi ſubditos contra magiſtratum ſuum concitent, vel reſiſtentes defendant, Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* von *Advocaten.* §. Sonderlich aber ſollen ſie/ꝛc. Ordin. proceſſ. *judic. tit. 3.* von den *Advocaten* und *Procuratorn.verſ.* Die Unterthanen wider ihre Obrigkeit. † Aliud dicendum, ſi
4 ſubditi juſtam litigandi cauſam habeant, & Advocatorum patrocinium implorent. Nam tùm Advocati, licet & ipſi collitigantis jurisdictioni ſint ſubjecti, pœnam haud incurrunt, multò minus jura civitatis amittunt, *dict.* Ordin. Torgenſ. von *Advocaten. §.4. verſ.* Es ſey denn daß ſie ſcheinlichen.

Ita Domini ad conſultationem Senatus Quedlinburgenſis Menſ. Mart. Anno 1629. (Verba ſent. Hat N.N. den Bürger-Eyd geleiſtet und euch gehorſam/treu und gewertig zu ſeyn verſprochen / ob er nun wohl unlängſten einem andern Bürger und Unterthanen wider euch bedienet geweſen/ꝛc. So hat er ſich doch dadurch ſeines Bürger-Rechts nicht verluſtig gemacht / derowegen ihr ihn auch in Straff zu nehmen/oder zu belangen nicht befugt ſeyd/V.R.W.]

Definit. XXII.

Negligentia Procuratoris in ipsâ causâ Domino præjudicat, datur tamen ei regreſſus adverſus procuratorem.

1 COncludunt *Dd.* communiter, quod ea, quæ Procurator propriâ negligentiâ commiſit in judicio, noceant Domino, *per text. in l. ſi procurator. 10. C. de procurat. l. tranſactionis placitum. 7. C. de tranſact.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 45. n. 1.* Bartol. *& alii in l.1. §. ſi procurator. 2. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp.* Bald. & Salycet. *in Auth. hodiè.*
2 *C. de appellat.* Hartm. Piſt. *part. 1. q. 36. n. 2.* † Nàm uti procurator ad litem conſtitutus litis Dominus intelligitur, ita quicquid à procuratore geſtum eſt, quod ad eam litem tractandam pertinet, perinde eſt, ac ſi à Domino geſtum eſſet, *l. procuratoribus. 22. C. de procur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 6. defin. 3. n. 2.* Et imputare ſibi debet Dominus, quod negligentem procuratorem elegerit, *l. cum mandato. 23. in*
3 *fin. ff. de minor. l. ſed & ſi. 7. §. ult. ff. de inſt. act.* † Quare ſi poſt latam ſententiam intra decendium procurator non appellaverit, nec Dominus poſtea tempore excluſus admittendus erit *l.1. §. ult. ff. quand. ap-*
4 *pel. ſit.* † Nec refert, an Dominus ſententiam latam eſſe ſciverit, nec ne, quia ſufficit ſcientia procuratoris, Felin. *in cap. 1. n. 6. extr. ut lit. non conteſt.* Natta.
5 *vol. 3. Conſil. 524.* † Pariter quando procurator terminum probatorium præterlabi paſſus eſt, ulterius nec ipſemet Dominus erit admittendus, Bartol. *in*
6 *dict. l. ſi procurator.* † Ne tamen ex facto procuratoris damnum ſentiat Dominus, dabitur ei regreſſus contra Procuratorem, Bartol. & Salycet. *dict. loc.*
7 Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 36. n. 4.* † Tenetur namque is ex mandato de culpâ ſuâ *l. à procuratore. 13. l. in re mandata. 21. C. mandati.* Joh. Harppr. *in §. is qui exequitur. §. n 21. & ſeqq. inſt. de mandato.*

Ita Domini in cauſa Martin Reinholds zu Werda / Menſ. Feb. Anno 1632. (Verba ſentent. Send ihr mit eurem Nachbarn wegen einer Triſt-Gerechtigkeit in Zwieſpalt und Rechtfertigung gerathen / worauff euch der Beweiß zuerkannt worden; Es hat aber euer Anwald aus Nachläſſigkeit die gewöhnliche Sächſ. Friſt vorüber gehen laſſen/und ſich an dem Beweiſe verſäumet/ꝛc. So werdet ihr nunmehr damit ferner nicht gehöret / es iſt euch aber bemeldten Anwald wegen ſeiner Nachläſſigkeit zu belangen/ und euch euers Schadens bey ihm wiederum zu erholen unbenommen/V.R.W.)

Et in cauſa Matthæi Heinrichens zu Kemnitz / Menſ. Jun. Anno 1636. (Verba ſent. Da aber democh der Advocat, welche dieſe Sache auffgetragen und durch deſſen Nachläſſigkeit der Beweis verſäumet worden / noch ſolvendo wäre / alſo daß ſich die Klägerin ihres Verluſts bey ihme gar wohl erholen könte/ꝛc. So hätte ſie ſich auch auff ſolchen Fall die reſtitution in integrum keines weges zu erfreuen/möchte auch mit dem einmahl verſäumten Beweiß ferner nicht zugelaſſen werden/V.R.W.)

Definit. XXIII.

Attamen ſi procurator ſolvendo non ſit, in ſubſidium ſaltem Dominus Reſtitutionem in integrum petere valet.

SEd hoc ita, quando procurator ſolvendo eſt, ita 1
ut Dominus reſtitutionem damni ab eo conſequi valeat: Cæteroquin, ſi procurator ſolvendo haud fuerit, in ſubſidium petere poteſt Dominus
Reſtitutionem in integrum † ex clauſulâ generali 2
l.1. ff. ex quib. cauſ. major. juxta communem interpp. ſententiam, Matth. de Afflict. *deciſ. 344.* Mynſing. *cent.2.obſervat.2.* Andr. Gail. *lib.1. obſerv. 45. & obſervat. 139. n.9.* Bald. *in l. ab eo. 3. C. quom. & quando judex.* aliique quos allegat & ſequitur Hartman. Piſtor. *part.1. quæſt. 30. n. 7. & ſeqq. Ubi eleganter* Simon. Ulric. Piſt. *in addit. lit. a.* † Ne ſcilicet ex alienâ culpâ damnum ſentiat maximum, id 3
eſt, jacturam bonæ litis, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 6. defin. 3. num. 3.* † Nec enim ulla culpa imputari poteſt domino, quod negligentem procuratorem conſtituerit, cùm negligentia tale ſit vitium, 4
quod oculis Domini non apparuerit. † Nec obſtat, 5
quod vulgò dicitur, † Culpam procuratoris nocere Domino, *Defin. præced.* Quia hoc verum eſt, ipſo quidem jure, ſecus tamen quoad reſtitutionem, in caſu quo procurator non ſolvendo exiſtit. Utrumque enim ſtare poteſt, nempe aliquid præjudicare alicui, & nihilominus eum reſtitui poſſe, quin imò, niſi præjudicaret, reſtitutio non eſſet neceſſaria, Hart. Piſt. *dict. quæſt. 36. n. 9.* † Planè ſi non culpâ, 6
ſed dolo procuratoris aliquid omiſſum fuerit, eo haud exiſtente ſolvendo, Domino jus ſuum ipſo jure ſalvum ac integrum erit, *per text. in l. & elegan-*
ter. 7. §. pen. ff. de dolo. Hart. Piſt. *dict. loc. n. 11.*

Ita Domini in eadem cauſa Martini Reinholds zu Werda/ (Verba ſent. Es wäre dann/daß gedachter Anwald nicht ſo viel in Vermögen hätte / daß er euch den Schaden erſtatten könte; Auff den Fall wäret ihr reſtitutionem in integrum zu bitten / und daß ihr mit dem Beweiß nochmals zugelaſſen werden möchtet / zu ſuchen wohl befugt/V.R.W.)

Et in cauſa Matthes Heinrichs zu Kemnitz / Menſ. Jun. Anno 1636.

Defi-

DEFINIT. XXIV.

Advocatus, qui promisit advocare usque ad sententiam definitivam, non cogitur præstare patrocinium pro eodem pretio, in judicio Appellationis.

1 AEquum est, ut Advocato pro operâ & labore præstito solvatur honorarium, quod & ipsimet petere possunt, *l. si sub specie. 3. C. de postul.* Matth. Wes. *in Cod. tit. de Advocat. diversi. judic. n. 4.* Specul. *lib. 1. part. 4. tit. de salariis* §. *sequitur. n.* 2 *1.* † modo nihil exigant ultra licitam quantitatem, de qua vid. *in Elect. Saxon.* Ordin. Torgens. *de Anno 1583. tit.* von *Advocaten* und *Procuratoribus.* §. wenn die *Advocaten: &* Ordn. Polit. *de Anno 1612. tit. Justitien-Sachē. p. 27.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 9. n. 74.* † De quotâ verò litis pacisci neque-3 unt Advocati vel Procuratores *l. quisquis 6. §. præterea nullum. 2. & l. si qui. 5. C. de postul. l. litem. 15. C. de procur. l. si remunerandi. 6. §. ult. & l. seq. ff. mandat.* Specul. *dict. n. 1.* † Quamvis ratione palmarii 4 vel victoriæ pactum aut conventio facta valeat, *l. 1. §. sicui. 12. vers. litis ff. de extraord. cognit. dict. l. 6. §. præterea 2. C. de postul.* Andr. Gail. *l. 1. observat. 4. n. 1. & seqq.*

Prout à Dominis responsum memini in causa A. G. contra . . . die Lauchin/Mens. Octobr. Anno 1635.

5 † Solent tamen in arduis causis Advocati & Procuratores, ut plurimum cum clientulis de certô salario convenire, Speculat. *dict. loc. n. 1. & 3.* ubi quæritur: *An Advocatus vel Procurator, qui pro constituto Salario ad sententiam usq; definitivam advocare promisit, teneatur etiam præstare patrocinium pro eodem pretio in judicio Appellationis?* † 6 Quod negandum *per l. properandum. 13. §. illo proculdubio. 9. ubi* Gloss. *verb. terminum: & l. pen. C. de jud.* Quam sententiam communem esse tradit Jason. *in l. ita demum 13. n. 4. C. de procurat.* Wesenb. *in parat. C. de advocat. diversi. judic. n. 7. circa* 7 *fin.* † At limitat eam Matth. Coler. *part. 2. decis. 230. n. 2.* in casu, quo generaliter fuit conventum (biß die End-Urtheil gesprochen werden) quæ locutio in primâ solùm instantiâ non potest verificari: Veluti à Jenensibus ita pronunciatum refert *ibid. n. 2. in fin.*

Ita Domini in causa Melchior Wagners zu Weida/Mens. Octobr. Anno 1628. (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß ihr eurem Advocaten Jo. Flor. zum Salario für seine gehabte Bemühung biß zum End-Urtheil versprochen/ und aber nunmehr in selbiger Sache definitivè erkant worden/ &c. So seyd ihr ihme das versprochene Salarium zu entrichten schuldig / und daferne er euch in der Appellation-Instantz weiter bedienet seyn würde/ wäret ihr euch mit ihme deßwegen absonderlich abzufinden verpflichtet/ V. R. W.]

DEFINIT. XXV.

Pauperibus ex officio Advocatus datur, præstito tamen prius ab ipsis juramento paupertatis.

1 OPtandum omninò esset, ut Advocati & procuratores misericordiâ ducti litigiosis pauperibus gratis inservirent, ac patrocinarentur, præmium à DEO omnium remuneratore expectantes, Rutger. Ruland. *part. 1. de commiss. lib. 6. c. 13. n. 15.* Joh. Petr. Ala. *de Adv. Christ. p. 1. 9.* Ventur. de Val. *in parthen. litig. lib. 2. c. 9. n. 26.* Tiraqu. *de Nobil. c. 29. n. 37.* Franc. Viv. *decis. 159.* 2 *n. 2.* † Sed cum vix sperandum hoc sit, quia hodie videmus Advocatos paratiores ad patrocinandum gratis in casu dativo, quam adverbialiter, litigatorum marsupia exenterando & dicendo: Schicks tibi, est casus dativi, Ventur. de Valent. *in parth. litig. 1. c. 9. n. 5.* ne pauperes justam litem foventes relinquantur indefensi, judici omninò incumbit, † 3 ex officio ipsis dare Advocatum vel procuratorem, qui Salarium ex fisco petat. Unde in Rebuspublicis bene disposítis certi habentur pauperum Advocati, qui certo sibi Salario ex publico constituto gratis patrocinantur pauperibus, Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 2. n. 121.* Ventur. de Valent. *dict. l. 2. c. 9. n. 25.* † Veluti non solùm in Italiâ, Galliâ, & 4 Camera Imperiali id observatur, *teste* Petr. Greg. Tholos. *lib. 49. Syntagm. Jur. univ. c. 6. n. 11.* Ventur. de Valent. *dict. loc.* † Sed etiam hisce in Provin- 5 ciis in Curiali & Appellationis judicio, Ober-Hoff-Gerichts-Ordn. zu Leipzig *de Anno 1559. tit.* Eyd des Advocaten der Armen: Hof-Gerichts-Ordn. zu Wittenberg / *de Anno 1550. tit.* von den *Procuratorn, Appellation-*Gerichts-Ordn. *tit.* von den *Advocaten* der Armen. † Aliis verò in 6 civitatibus ac judiciis inferioribus semper ex fisco hoc casu Advocatis solet dari Salarium. † Quod 7 tamen non aliter accipiendum, quam si litigantes juramentum paupertatis præstiterint, *C. statutum. 11. §. insuper. extr. de rescript. in sexto. vid.* Ordin. process. jud. *in Elect. Saxon. de Anno 1622. tit. 1. §.* würde sich nun so viel/ &c. Andr. Gail. *lib. 1. observat. 43. n. 18.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 7. n. 87. & seqq.*

Ita Domini in causa Caspari Alemanns zu Magdeburg/ Mens. Decembr. Anno 1600. (Verba sent. Daß gedachtem N. N. wofern er eydlich erhalten würde / daß er in allen seinen Vermögen nicht so viel habe/ davon er einen Advocaten halten könte/ Ampts und Gerichts wegen/ ein Advocat billich zugeordnet wird/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Ovanitzens zu Sachsenburg / Mens. Mart. Anno 1581.

DEFINITIO XXVI.

Non admittitur procurator absq; mandato, & quomodo in terris Electoratus Saxon. hoc casu pronunciandum.

1 IN omnibus omninò judiciis legitimatio debet præcedere, nec admittitur procurator absque mandato, in quo judicium substantiatur, ut loquitur Bald. *in l. exigendi. 12. C. de procur. num. 4.* Felin. *in c. inter monasterium. 20. extr. de sent. & re judic. n. 4.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 7. n. 2. & sequ.* † in tantum, ut exceptio illegitimationis 2 in quavis judicii parte opponi queat, Bart. *in l. licet. 24. C. de procur. & in l. Pomponius. 40. §. rati. 3. ff. eod. tit.* Quin & non oppositâ hâc exceptione † judex ex officio Advocatum vel Procuratorem 3 sine mandato comparentem repellere tenetur, Zanger. *dict. c. 8. n. 36.* Felin. *in c. 1. extr. de accusat. num. 1.* † Quod & disertis verbis approbatum in 4 terris Electoratus Saxonici *per* Ordinat. process. judic. *de Anno 1622. tit. 7. vers.* wenns gleich vom Gegentheil nicht gefochten würde. Caveant ergò sibi Procuratores, ne absque mandatis compareant, quæ si neglexerint, sciant † 1. nihil ab ipsis 5 effici, nec eorum proposita in judicando attendi, sed prorsus ab actis removeri, *dict.* Ordin. Process. jud. *tit. 7. in pr. vers.* das Einbringen aus Richter-

6 Richterlichen Ampt verworffen/ꝛc. † 2. ipsos pro primâ vice mulctâ quinque, pro secundâ verò vice, decem thalerorum, & sic deinceps puniri, *dict. tit. 7. vers.* und der *Advocat* Anfangs / ꝛc. adde *Resol. grav.* Tit. von Justitien-Sachen. §. wiewohl
7 auch zum siebenzehenden in fin. † Quam mulctam procuratores à suis clientulis repetere non possunt, *l. qui proprio. 46. §. procurator 5. vers. pœnam ff. de procurat.* Berlich. *part. 1. concl. 14. n. 243.* † Sumtus
8 quoque parti adversæ hoc casu esse refundendos, *dict. tit. 7. §.* wenn auch einer mehr. *vers.* In Verbleibung dessen / daß *part.* in die *expensen. &c.* Berl. *dict. concl. 14. n. 27.* Quamvis hæc non semper adeò præcisè observari sciam.

Ita Domini in causa Andreæ Stützen contra Martin Grimmern zu Freyberg/Mens. Jun. Anno 1619. (Verba sent. Daß die vom Anwalden ohne Mandat eingebrachte Gesätz von Acten zu removiren, und ist Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermeßigung zu erstatten schuldig/ der Anwald aber / weil er ohne Mandat verfaßt / in die der neuen Gerichts-Ordnung einverleibte Straffe der fünff Thaler verfallen/ V.R.W.)

Et in causa Petri Bocks contra Jacobum Rambachen/ Mens. Octobr. Anno 1623. (Verba sent. Und ist Klägers Advocat / weil er sein Mandat nicht alsobald bey Einbringen des ersten Gesätzes übergeben/ in der Churfl. Sächs. jüngst-publicirten Gerichts-Ordnung einverleibte Straffe der 5. Thaler gefallen / welche von ihme gebührlichen billich einbracht wird/ V.R.W.)

DEFINIT. XXVII.

Ad validitatem mandati tàm sigilli appositio quàm subscriptio requiritur.

1 NOn sufficit ad mandatum à procuratore (qui de Jure Saxonico ante litis contestationem saltem constitui potest *art. 30. lib. 3.* Landr. Col. *p. 1. decis. 139. n. 2.*) exhiberi, sed & legitimum sit, necesse est, h.e. tale quod omnia habeat requisita essentialia & formalia, putà: quis, quem, in quâ causâ, contra quem & coram quo judice procurator sit constitu-
2 tus: † Quo & refero clausulam rati & satisdatoriam seu obligationem bonorum, de quibus vid. Specul. *lib. 1. part. 3. de procurator. §. ratione autem formæ. n. 20.* Wesenb. *in parat. ff. de procur. n. 7.* Rauchb. *part. 1. q. 2. n. 1. & 5.* ubi hoc pluribus persequitur Berl. *part. 1. conclus. 14. n. 70. & seqq.* Mynsing. *cent. 4. observat. 99.* Vult. *lib. 2. jurisprud. Roman. c. 30. n. 29.* Nec non clausulam heredum, Resolut. Grav. de An. 1661. Tit. von Justitien-Sachen §. zum neunzehenden. † Pariter etiam ad va-
3 liditatem mandati requiritur subscriptio & sigilli appositio simul ac conjunctim, nec alterutrum, vel sigilli appositio, vel subscriptio sufficit, Joh. Zanger. *de except. p. 2. c. 8. n. 26.* Berlich. *dict. loc. & decis. 54.*
4 † Quod & disertè confirmatum ab Elector. Saxon. Illustr. *in* Ordin. Process. *tit. 7. §.* da auch *vers.* die *Mandata* und Vollmachten / ꝛc. ubi & illud dis-
5 positum, ut si quis scribere ignoret, † mandatum per Notarium subscribatur, vel judicialiter per judicem aut magistratum conficiatur, *dict. §.* da auch *vers.* und wer nicht schreiben kan / mags durch einen *Notarium* oder sonsten gerichtlichen vollziehen lassen. Matth. Berlich. *dict. concl. 14. n. 79.*

Ita Domini in causa Jobst Janson & consortium contra M. C.B. Mens. Majo Anno 1623. (Verba sent. Daß Jobst Jauson und Johann Glück wegen ihrer Mit-Consorten ihre Personen mit Vorlegung anderer und richtiger Vollmachten/so von den Principalen nicht allein unterschrieben/sondern auch zugleich gesiegelt / zu legitimiren pflichtig/V.R.W.)

Et in causa Hansen Husan contra Balthasar Reschen/ Mens. Majo, Anno 1626.

DEFINIT. XXIIX.

Non sufficit, loco mandati exhiberi blancetum seu chartam blancam.

QUid, si procurator chartam vacuam à parte quidem subsignatam & subscriptam, sed non conscriptam, quam nos Blancetum, seu chartam blancam, vulgò Blancket/vocamus, loco mandati producat? Hoc neutiquam sufficere, nec per id procuratoris personam † legitimari existimo, propter suspicionem nimirum falsitatis, *cum* Nicolao Boër. *decis. 274. n. 3. & seq.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 14. n. 91.* Chassan. *ad consuet. Burgund. tit. de jurib. marit. §. 5. num. 8.* Quod & Elect. Saxoniæ placuit in der *Appellation*-Ordnung/ *tit.* Ordnung wegen des Versetzens. *vers.* die *Advocaten* eins Theils/ ꝛc. † Quin etsi quis verbis expressis in subscriptione suâ subjecerit, hoc esse mandatum in tali vel tali causâ, neutiquam tamen valebit, quoniam suspicio falsitatis per id non removetur, Berlich. *dict. l. n. 93.* 1 2 3

Ita Domini in causa Matthes Bersen contra die Buffleyische Witibe / Mens. Febr. Anno 1610. (Verba sent. Daß Kläger seine Person anderer Gestalt/dann geschehen/zu legitimiren schuldig/V.R.W.)

Et in causa Christophori Siegels contra Paulum Matürn / Mens. Oct. Anno 1620. (Verba sent. Daß Beklagter seine Person anderer Gestalt/ dann geschehen / zu legitimiren schuldig/V.R.W.)

DEFINIT. XXIX.

Procuratorio nomine admittuntur sine mandato cognatæ personæ & litis consortes cum Cautione rati.

SUnt tamen casus nonnulli, ubi quis alterius nomine sine mandato cum cautione rati in judicio admittitur, putà pater nomine filii & vice versâ, *l. exigendi. 12. C. de procurat.* † Et omnes indistinctè personæ in lineâ descendenti & ascendenti in infinitum usque. Nec non collaterales vel aliæ personæ conjunctæ, *l. sed & hæ personæ. 35. ff. de procur.* Zanger. *de except. part. 2. c. 8. n. 38.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de procurat. n. 6.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 133.* Modest. Pistor. *p. 4. q. 144.* † Quod & Serenissimus noster Elect. Sax. disertè approbavit, ita ut ratione sangvinis cum cautione rati admittantur personæ usq; ad quartum gradum exclusivè, vel tertium gradum inclusivè, *in* Ord. Proc. jud. *tit. 7. §.* wir lassen aber gleichwohl. Berlich. *part. concl. 14. n. 38.* † Ratione affinitatis verò tantum modo socer pro genero & vice versâ cum cautione rati admittitur *dict. tit. 7. §.* wir lassen aber *vers.* der Schwäher/ꝛc. † Idemque procedit in Consortibus litis, qui causam & litem communem habent, agentes nimirum simul in eodem libello, in eâdem instantiâ, & coram eodem judice, *dict. tit. 7. §.* wir lassen aber. *vers.* welches auch in *consortibus ejusdem litis* statt haben soll; quamvis dissentiat Hartm. Pist. *observ. 145.* † Procurator quoque sine ullo mandato in judicio comparens licet non admittatur cum cautione rati *dict. tit. 7. in pr.* Attamen si mandatum habuerit forsan mancum, mutilum, vel aliter insufficiens, supplere poterit defectum mandati cautione rati, *dict. tit. 7.* 1 2 3 4 5 6

7 *tit. 7. §.* da auch etwa/ꝛc. † Præstanda autem est cautio Rati sub obligatione expressâ bonorum immobilium, judiciali consensu & autoritate Magistratus ejus, cui subjecta sunt, vel depositione pecuniæ, Matth. Wesenb. *in parat ff. qui satisd. cog. n. 7.* Zanger. *de except. p. 2. c. 8. n. 41. & 43.* Matth. Berlich. *dict. concl. 14. n. 68.*

Ita Domini in causa der Buchdruckere contra M. C. B. Mens. Majo Anno 1623. (Verba sent. Daß Jost Janson und Johann Glück wegen ihrer Mit-Consorten ihre Personen gebührlichen zu legitimiren oder die anerbotene cautionem rati würcklichen zu bestellen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXX.

Nunquam mulier in judicio agere valet absq; curatore, sed hic etiam ex officio ipsi est adjungendus.

1 ETsi de jure communi, mulieres in propriis causis in judicio comparere, agere & se defendere non prohibeantur, *l. quia absente. 4. vers. nisi in rem suam. C. de procurat.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de postul. n. 4.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 67. num. 9.* Joh. Zanger. *de except. p. 2. c. 8. n. 95.* † Secus tamen res se habet in foro Saxonico, ubi mulier nec pro se, nec pro aliis in judicio comparere & agere potest, nisi ad instar pupilli vel minoris, curatorem ad litem habeat, einen kriegischen Vormunden/ *art. 44. & art. 46. lib. 1.* Landr. *art. 63. lib. 2.* Landr. Coler. *dict. decis. 67, n. 17.* Zang. *dict. c. 8. n. 10.* We-
3 senb. *dict. num. 4.* † Hocque non solùm in fœminâ actrice, sed etiam in reâ conventâ procedit. Non enim mulier rea in foro Saxonico sine curatore in judicio comparere, suamque causam defendere valet, Wesenb. & Zang. *dict. loc.* Chilian. König. *in*
4 *processu c. 22. num. 1.* † Quod & sanctione expressâ dispositum in terris Electoratus Saxonici, Const. Elect. *15. p. 2. vers.* Sie halten gleich Klägerin oder Beklagter Statt. Ordin. processl. judic. *art. 8. in*
5 *pr.* † In tantum, ut judex etiam ex officio mulieribus, sive agant, sive defendant, curatores dare teneatur, etiamsi desuper non fuerit imploratus, ne judicium eludatur, *dict.* Const. *15. §.* derowegen denn die Gerichtshalter. Ordin. Processl. judic. *dict. tit. 8. §.* da sie aber. Dan. Moller. *lib. 1. semest. 18. n. 8.*

Ita Domini in causa Hansen Fabers Gläubigere contra dessen Weib und Erben/ Mens. Jul. Anno 1617. (Verba sent. Daß Beklagte entweder in der Person/ oder durch ihren genugsamen Gevollmächtigten / die Wittib aber durch ihren kriegischen Vormunden / so ihr Gerichtswegen zugeordnet wird / zu erscheinen / und auff erhobene Kummer-Klage sich einzulassen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXXI.

Maritus nomine uxoris in judicio non admittitur, priusquam Curatorium producat, vel de rato caveat.

1 NOn alia est ratio mulierum maritatarum, quæ sive actrices, sive Reæ fuerint, absque curatoribus in judicio nihil agere possunt, Constitut. Elect. *15. p. 2.* & Ordin. Processl. jud. *tit. 8. vers.*
2 gleicher Gestalt sollen die Eheweiber/ꝛc. † *Sed nonne mariti ipsarum nomine absq; curatore admittendi erunt,* als eheliche Vormunden? Ita forsan existimaveris, quia de jure Saxonico maritus est tutor legitimo vel curator uxoris suæ, *art. 31. & 45. lib. 1* Landr. *art. 65.* Weichbild. † Attamen Saxonum 3
moribus receptum est, ut maritus uxoris nomine litem peragendam & defendendam suscipiens non audiatur, nisi specialiter ipsi fuerit curator constitutus, & curatorium exhibeat, vel de rato caveat, Jacob. Beust. *in l. 1. n. 213. ff. de jurejur.* Dan. Moller. *lib. 1. semest. 18. n. 9.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 2. num. 64.* † Quod & Serenissimus noster E- 4
lect. *in* Ord. Processl. judic. approbavit, *dict. tit. 8. §.* da sie aber. *in verb final.* und die Ehemänner ohne sonderbahre *Curatoria* oder zum wenigsten *Cautione rati* nicht zugelassen werden. Idque totâ die practicatur.

Ita Domini in causa Johannis Caspari und Balthasaris der Müller und Consortium contra Urban Müllers Wittib & consort. zu Borna / Mens. Jul. Anno 1620. (Verba sent. Daß kriegischer Vormund Nicol Müling wegen seiner Pflege-Frauen Marthen / Wolff Falckners Ehe-Weibes/ seine Person zu legitimiren / und das Curatorium ad acta zu bringen / zugleich auch Hans Feyereysen wegen seines Eheweibes ein richtiges Curatorium vorzulegen/ oder de rata zu caviren schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXXII.

Non valet uxor absque curatore, marito suo demandare litem.

1 QUid autem, si uxor viro suo litem demandare velit, an non facere id poterit absque curatore saltem in judicio? † Quod quidem asserit Andr.
2 Rauchb. *part. 1. quæst. 2. n. 52. & seqq.* quem refert & sequitur Anton. Hering. *de fidejuss. c. 18. n. 57.* propter judiciorum nempe vigorem & potestatem *l. ult. in fin. C. de appellat. l. 4. C. quor. appell. non recip. l. singularum. 8. C. de ædif. privat.* cui non immeritò plus tribuitur, quàm curatoris autoritati & consensui: † Sed dicat Rauchb. quomodo uxor 3
per se litem in judicio demandare viro possit, cum personam legitimam standi in judicio non habeat, *art. 44. & 47. lib. 1.* Landr. nullumque actum in judicio, vel extra, sine Curatoris autoritate expedire valeat, Const. Elect. *15. & 16. part. 2.* † Rectius ita- 4
que sentiunt, qui prius uxori à magistratu Curatorem dari volunt, ut deinceps hujus interventu & autoritate accedente, lis vel causa ab uxore marito demandetur, cum Dan. Moller. *ad dict. Const. Elect. 15. n. 62. & seqq. & lib. 1. semest. 18.* Quod & placuit Electori Saxoniæ Illustrissimo *in* Ordin. Processl. judic. *tit. 8. in pr. vers.* oder welchem die Vormunden hiezu Vollmacht auffträgen. † Ad 5
exemplum scilicet minorum, qui ut ipsi per se ad litigandum inidonei & inhabiles sunt, *l. 2. C. qui legit. person. stand. in jud.* ita & procuratorem sine Curatore ordinare prohibentur, *l. neque 11. l. non eo minus. 14. C. de procurat.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de procurat. n. 4.* † Et certè, quâ facilitate in- 6
duci potest mulier ad litigandum, eâdem etiam induci posset ad constituendum procuratorem, sive maritum sive extraneum, ut vel propterea Curatorem adhibere necesse habeat, *Moller. dict. loc. n. 65.*

Ita Domini in causa Margarethen Demunderin und Annæ Magdalenæ von Harras contra Creditores Henrici à Schönberg zu Körpitz / ventilatâ coram præfecto Rochlicensi & Quæstore Coldicensi, Commissariis Electoralibus, Mens. Majo Anno 1620.

DEFINIT. XXXIII.

In causâ criminali, Mulier Rea, ipsamet comparere tenetur, nec ejusdem Curator admittitur.

1 QUod dictum, mulierem personam standi in judicio non habere absque curatoris autoritate, etiamsi Rea ac in judicio conventa fuerit, *supr. definit. fin.* 30. id quidem in causis civilibus verissimum est, sed ad causas criminales haudquaquam extendi debet: † Etenim mulier de crimine accusata, non modo in judicio comparere potest, sed & ipsamet se sistere tenetur, nec Curator ejus vel Procurator admittitur. † Quò nempe facilius judex veritatem criminis admissi indagare valeat, ex ipsius scilicet vultu, variatione, mutatione coloris, aut trepidatione, aliisque signis & indiciis, *l. 1. & 2. Ubi Dd. C. de custod. Reor. l. 3. §. 1. vers. tu magis scire. ff. de testib.* † ac ne judicium reddatur eluforium, si non in caput accusatæ mulieris sententia ferenda sit, *l. 2. C. de custod. Reor. l. 2. C. de exhib. Reis.* † Præterea & multum intereft judicis, in causâ criminali cognoscendâ, à Reo ipso indicia & testimonia coram explicari sine alterius auxilio, aut consilio, quo in delictis nemini subvenitur, ne minori quidem, † cui mulier æquiparatur, *l. si eâ. 9. §. nunc videndum 2. l. auxilium. 37. §. in delictis. 1. ff. de minor. l. 1. C. si adverf. delict. vid. Pract. meam criminal. part. 3. quæst. 105. n. 61.*

2 3 4 5 6

Ita Domini in causa Annen Walpurgis zu Rochlitz / Mens. Novembr. Anno 1629. (Verba sent. Sondern es wird Angeklagte bey Straff Ungehorsams in der Person zu erscheinen/und auff erhobene peinliche Anklage sich einzulassen/zu antworten und den Krieg Rechtens zu befestigen nochmals billich vorgeladen/ V.R.W.)

DEFINIT. XXXIV.

Finito licet processu intra Annum, Advocato tamen totius Anni salarium exsolvi debet.

QUantumvis regulariter Advocatus vel Procurator de quota litis pacisci nequeat, *l. quisquis. 6. §. præterea nullum. 2. l. si quis. C. de postul. l. si contra. 20. C. mandat.* † Attamen ratione palmarii, id est, victoriæ pactum vel stipulatio valet, *l. 1. §. 12. vers. litis. ff. de var. & extraord. cognit.* † Sed tutius agit Advocatus Salarium annuum stipulando: † Quod præstandum est, finito etiam processu ante elapsum annum, vel quod ipsemet Advocatus, aut Reus in causâ criminali moriatur, vel à litigantibus transactum fuerit, † Quia scilicet per Advocatum non stetit, quò minus operas suas præstaret, *l. qui operas. 38. ff. locat. l. pen. C. de Condict. ob caus.* Natta *consil. 452.* Andr. Gail. *l. 1. observ. 44.* † Quod tamen vulgò limitant, si sub conditione operarum expressâ fuerit contractum, putà promisso salario, si operæ præstentur, † quia tunc necessariò requiritur existentia conditionis, *per text. in l. si vehenda 10. ff. ad l. Rhod. de jact. l. cedere diem 213. vers. ubi sub conditione ff. de V. S.* Bartol. *in l. si uno. §. item cum quidam. ff. locat.* Andr. Gail. *dict. observat. 44. num. 13.*

1 2 3 4 5 6 7

Ita Domini in causa Even/David Schurens Wittben zu Großstolpen/Mens. Januar. Anno 1636. (Verba sent. Und es seynd dem Advocaten hundert Thaler zur Jahrs-Bestallung zugesagt worden. Ob nun wol Angeklagte fünff Monat nach auffgerichteter Bestallung verstorben / und sich also dieser Process geendiget/ &c. So werden doch bemeldtem Advocato die hundert Thaler als eine Jahrs-Bestallung vollständig billich abgestattet/ V.R.W.)

CONSTITUTIO II.
PARTIS PRIMÆ.

Von Articulirter Klage.

DAmit der Process des Sächsischen Rechts in unsern Landen erhalten / So wollen wir/ daß Libellus articulatus nicht zuläßlich sey / und wann derselbige gleich nicht vom Part gefochten/iedoch Officio judicis verworffen werden soll.

De Articulato libello.

PRocessus juris Saxonici in nostris ditionibus, quò conservetur, libellos articulatos non admitti, sed & ex officio, quamvis parte non excipiente, à Judice rejici jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Non admittit processus juris Saxonici libellum articulatum, Sed ex officio etiam à judice rejici debet.*
2. *Nec in judicio Summario, nec in causa inter mercatores vertente libellus articulatus admittitur.*
3. *In criminalibus indicia libellô articulatim subnectere licet.*
4. *Tria capita sive puncta, ex diversis causis provenientia, in uno libello proponere licet, at non plura.*
5. *In concursu tamen Creditorum, libellus ad tria saltem capita restringi haud debet.*
6. *In foro Saxonico plures Rei sive debitores, ex diversis causis obligati, uno libello conveniri nequeunt.*
7. *Admittitur libellus alternativus, ex obligatione alternativâ, & facto Rei incerto.*
8. *Subsistit etiam libellus alternativus, quando agitur ad rescissionem contractus, ex l. 2. C. de rescind. vendit.*
9. *In causa criminali valet libellus alternativus, in quo actor vel Rei condemnationem vel torturam petit.*
10. *In causis Mercatorum admittitur libellus alternativus.*
11. *Nunquam in judicio admittitur libellus ineptus.*

12. *Reo*

12. *Reo ob libelli ineptitudinem ab instantiâ absoluto etiam expensæ sunt refundendæ.*
13. *In libello nomen actionis necessariò haud exprimi debet.*
14. *Actionis expressio inepta & inutilis non vitiat libellum.*
15. *Clausula salutaris libello apposita contra narrata libelli nihil operatur.*
16. *Sententia debet esse conformis libello.*
17. *Interest actoris summariè potius in causâ procedi, quàm litem in Processu ordinario agitari.*
18. *Causa ordinaria invito Reo non potest ventilari in processu summario.*
19. *Ante litis etiam contestationem Reus ab instantiâ rectè absolvitur.*
20. *Nobiles subditos suos in proprio judicio pagano convenire nequeunt, si Notarius judicii in præsentia subditorum non juraverit.*
21. *Inseri debet citationi tenor libelli, vel hujus copia citato simul transmitti.*

Definit. I.

Non admittit Processus juris Saxonici libellum articulatum, sed ex officio etiam a Judice rejici debet.

1 ARticulata libellandi respondendique ratio introducta videtur, quo facilius utrinque perjuria possint declinari, cum de jure civili tàm ab actore, quàm Reo juretur, nihil toto negotio calumniæ causâ factitatum iri, *text. in l. 1. & l. 2. ibiq; Auth. hoc Sacramentum & Auth. in isto juramento. C. de jurejur. propt. calum. dand.* Matth. Wesenb. *in parat. C. eod. tit. num. 4.* Matth. Coler. *part.*
2 *1. decis. 118. num. 1.* † At, cum jusjurandum hoc ab usu fori Saxonici recesserit, perjurii quoque evitandi remedio non ampliùs opus fuit, sed rationabili consvetudine in foro Saxonico obtinuit, ne articu-
3 latim proponatur libellus, † sed per modum syllogismi competenter narrando factum, & mox petitione, sive conclusione, in quâ vis omnis libelli versatur, adnexâ, Addit. Gloss. *in art. 6. lit. B. lib. 1.* Landr. Ludov. Fachs. *differ. 48.* Reinhard. *part. 4. differ. 43.* Coler. *dict. decis. 118. num. 4.* Jacob. Schult,
4 *observ. 4.* † Prudenter sanè, qui magis involvitur causæ status, quando per positiones frustulatim dilacerantur ea, quæ continuâ oratione proponi poterant, Schult. *dict. loc.* † Rejicitur ergò libellus
5 articulatus in foro Saxonico, etiam ex officio judicis, parte eum non impugnante, nec de hoc opponente, *hac Constit. 2. ubi* Dan. Moller. *num. 1. & 2.* Ordin. novi Proces. Judic. *de Anno 1622. tit. 5.* von der Klage/ *in pr.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 1. 2. num. 3.* Jacob. Schult. *obs. 5. num. 10.* Ex quo sequitur,
6 libellum articulatum ipso jure nullum esse, † adeoque etiam Reum, exceptionem de articulato libello opponentem, quandocunque non tantum ante, sed etiam post litem contestatam audiri, *c. cum delict. 3. extr. de empt. vendit. l. cæterùm. 4. §. 1. ff. fam. ercisc.* Moller. *hic n. 3.* † Quocunque autem modo, sive
7 ex officio, sive Reo petente, libellus articulatus rejiciatur, cum refusione expensarum ab instantiâ debet absolvi Reus, Moller. *dict. loc. n. 6.*

Ita Domini in causa Martin Röselers contra Johann Neberlein zu Freyberg/ Mens. Jan. Anno 1629.

22. *Sufficit in foro Saxonico unica citatio peremptoria legitimum habens spatium, nempe sex septimanarum & trium dierum.*
23. *Non continet citatio spatium temporis legitimum, quando terminus juridicus in ultimum incidit diem.*
24. *Condemnatur tamen hoc casu Reus non comparens in expensas termini istius.*
25. *Non potest judex Reum condemnare usque ad legitima impedimenta, si non constet, citationem ipsi fuisse insinuatam.*
26. *Absque speciali veniâ hodie parentes possunt citari in causâ liberorum.*
27. *Ex alterius judicis territorio, non nisi implorato ejus subsidio quis potest citari.*
28. *Judex per subsidium implorâtus cogi potest à superiore, ut citatum in alieno territorio comparere jubeat.*
29. *Reus latitans, etiam in causâ civili per Edictum publicum in trium Dominorum territoriis affixum citari potest.*

(Verba sentent. Daß Beklagter von angestalter Klage/ immassen die vorbracht, mit Erstattung der Gerichts-Kosten billich entbunden wird / Es ist aber Klägern eine andere und förmlichere Klage noch mahls anzustellen unbenommen/ V. R. W.)

Definit. II.

Nec in judicio summario, nec in causa, inter Mercatores vertente, libellus articulatus admittitur.

LIbellum contra consuetudinem judicii prola- 1
tum, non modò ceu ineptum rejiciendum, sed etiam dentibus dilacerandum, docent Jason. *in l. 1. num. 4. ff. de offic. assess. &* Matth. Coler. *ad c. examinata 15. n. 4. extr. de jud. per c. causam. 9. extr. eod. tit. c. ad dissolvendum. 13. X. de despons. impub. c. 47. de elect. l. 1. ubi* Gloss. *de offic. Assess.* Quod in foro Saxonico etiam de libello articulato rectè as-
serit, ex sententiâ Jason. Dan. Moller. *hic. n. 2.* † ipsô 2
jure enim ejusmodi libellus est nullus nec unquam admittendus, ne quidem in judicio summario, pro-
pter generalitatem textus *h. Constit. 2.* † quæ libel- 3
lum articulatum prorsus rejicit, Moller. *hic. n. 5.* † 4
Ergò nec in causâ mercatorum, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem action.* † Nec movet quicquam, quod in foro Mer- 5
catorum non soleat disputari de apicibus juris, sed tantùm de æquitate & bonâ fide, *l. si fidejussor. 29. §. quædam 4. ff. mandat.* Anton. Fab. *in Cod. l. 8. tit. 27. defin. 3. n. 1.* Andr. Gail. *l. 2. observ. 27.* Hartm. Pistor. *observat. 180. num. 23.* † Veluti etiam propterea 6
ex pacto nudo inter mercatores competit actio, Bartol. *in l. quintus 48. ff. mandat.* Salycet. *in l. placuit. 8. C. de judic.* † Nec enim de apicibus juris id 7
esse dicitur, quod generali, notoriâ ac rationabili consvetudine receptum fuit, præsertim ad lites abbreviandas & facilitandas, quippe quod causæ status facilimè invertatur, cum per positiones frustulatim dilacerantur ea, quæ continuâ oratione proponi poterant, Jacob. Schult. *observ. 4. num. 7.*

Ita Domini in eadem causa Martin Röselers contra Johann Neberlein Duor. Mercatorum zu Freyberg/ Mens. Jan. Anno 1629.

Definit. III.

In criminalibus indicia libellô articulatim subnectere licet.

1 SIcuti in civilibus, ita quoq; in criminalibus cau-
sis accusator libello articulato querelam suam
offerre prohibetur in foro Saxonico *h. Const. 2.*
quæ generalis est, adeoque generaliter accipienda,
2 † & ad causas quoque criminales meritò porrigen-
da, *per l. præses. 3. in fin. ff. de offic. præsid. l. de pre-*
tio. 8. ff. de publ. in rem action. l. item veniunt. 20.
§. 11. vers. à quo: ubi Gloss. *ff. de petit. hered. l. ut nullo*
3 *modo. 28. C. de usur* † Procedi enim solet in crimi-
nalibus judiciis eodem modo, quo in civilibus, *l. ab-*
sentem. 5. ff. de pœn. Hippolyt. de Marsil. *in pract.*
4 *criminal. §. expedita. num. 63.* † Usu tamen obti-
nuit, ut si fortè accusator probationem sibi per tor-
turam Rei faciendam reservet, indicia libello articu-
latim subnectere liceat, quibus non minus quàm
ipsis libelli narratis Reus respondere tenetur, Dan.
Moller. *hic n. 7.* Jacob. Schult. *observat. 5. n. 4.*

Ita Domini ad requisitionem Schulteti in Pombsen/ Mens. Mart. Anno 1610. (Verba sent. Daß Angeklagter vor Gerichte persönlich zu erscheinen/ und auff die wider ihn erhobene Anklage/und derselben angehengte articulirte indicia richtig und unterschiedlich zu antworten schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Tobiæ Hoffmanns in Mühlbach / Mens. Aug. Anno 1601.

Definit. IV.

Tria capita sive puncta, ex diversis causis provenientia, in uno libello proponere licet, at non plura.

1 SI quis plures actiones, quæ simul cumulari pos-
sunt, in uno eodemque libello persequi velit, id
facere non prohibetur, sed libellum pro lubitu di-
videre, ac capita distincta in uno libello proponere
2 valet, Dan. Moller. *hic num. 8.* † Creditor enim
unum eundemque debitorem actionibus & nume-
ro & specie diversis, vel iisdem specie, sed diversis
numero, sibi obligatum unico libello convenire
potest, *l. ult. C. de annal. except. l. cum duobus. 52. §. si*
plures 1. ff. pro socio. l. non est novum. 10. ff. de act.
empt. l. heredes. 25. §. de plurib. 3. & §. item. si plures.
5. ff. famil. erciſc. Quidni ergò etiam tot capita,
3 quod velit in libello uno eodemque proponere. †
Expressè ita disponente in terris sui Electoratus Il-
lustrissimo Saxoniæ Electore in Ordin. process. ju-
dic. *de Anno 1622. tit. 5. §.* Wir lassen auch geschehen / ꝛc. Sed hoc ita, si capita ac puncta ex unâ
eâdemque actionis causâ, iisdemque concludendi
4 mediis oriantur; † Cæteroquin si capita plura ex
diversis causis proveniant, puta, si quis debitorem ex
diversis contractibus, scilicet ex vendito, deposito,
locato, conducto, mutuo, &c. obligatum habeat,
tum, ne ex coacervatione plurium actionum, mo-
dus litium multiplicatus inextricabilem pariat difficultatem, ultra tria capita vel actiones ex diversis
causis promanantes contra unum debitorem, haud
alia plura in uno libello proponere licet, *dict. t. 5. §.*
wir lassen auch / ꝛc. *vers.* da aber die Klag-Puncten *ex diversis causis* herrühren/ ꝛc.

Ita Domini in causa Antonii Sommers contra Hans Webern/Mens. Majo, Anno 1625.

Et in causa Tobiæ Fischmans contra Hansen von Wirthen/Mens. April. Anno 1625.

Definit. V.

In concursu tamen Creditorum, libellus ad tria saltem capita restringi haud debet.

NOluit tamen Elector Illustrissimus sanctio- 1
nem suam de non proponendis ultra tria plu-
ribus capitibus ex causis diversis provenientibus
in uno libello, ita constringi, ut nunquam libellum
in plura puncta dividere liceat: † Quid enim si 2
super operis Rusticorum ex diversis agendi causis
disceptetur, aut si in processu liquidationis & con-
cursu Creditorum, unus & alter creditor sua cre-
dita ex diversis fundamentis & mediis concludendi
deducere necesse habeat? † Certè casibus hisce plu- 3
ra, imò tot capita, quot inveniuntur, uno libello ac
petitione licitè comprehendi poterunt. Ordin. pro-
cess. judic. *tit. 5. §.* wir lassen auch geschehen *vers.*
doch wollen wir hierunter/ ꝛc. † Ne scil. multipli- 4
catio libellorum inextricabilem pariat difficulta-
tem contra intentionem Illustrissimi Legislatoris,
cui processum faciliorem reddere & confusiones
abrogare animus fuerit, *dict. tit. 5. §.* wir laßen
auch. *verb. Confusion in proceß* zu verhüten.

Ita Domini in causa Creditorum Jacobi Zoschens zu Leipzig/Mens. Febr. Anno 1617. (Verba sent. Dieweil Beklagter in dieser Sachen einen gewissen mandatarium constituiret; So ist er durch denselben zu erscheinen/ und auff der Gläubigerer ihre unterschiedene puncta und Anforderung auff den nechsten Termin sich einzulassen und zu verfahren schuldig/V.R.W.)

Et in causa Martini Buchners contra Elisabethen Hanefeldin/Mens. Mart. Anno 1617. (Verba sent. Daß Beklagter seines gethanen Vorwendens ungeachtet / auff die angestellte Kummer-Klage und derselben unterschiedene Puncta mit richtiger Antwort bey Straff Ungehorsams sich einzulassen und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig; Darauff alsdann in dieser Arest-Sache ferner ergehen soll/was recht ist/ V.R.W.)

Definit. VI.

In foro Saxonico plures Rei sive debitores, ex diversis causis obligati, uno libello conveniri nequeunt.

QUin, unus creditor plures debitores, sibi con- 1
junctim ex unâ eâdemque causâ obligatos, uno
libello convenire possit, vix dubium esse potest, se-
cundum tradita Specul. *lib. 4. part. 1. tit. de libellor.*
concept. §. ad hujus. 15. num. 11. Ludov. Roman. *con-*
sil. 240. num. 1. † At si unus idemque Creditor uno 2
libello adversus plures debitores sibi ex diversis cau-
sis obligatos experiri velit, disceptatur, num jure li-
bellus subsistat? † Quod contra Specul. affirmant 3
Joh. Andr. *in addit. lib. 4. part. 1. §. ult. n. 13. lit. B. &*
Roman. *dict. cons. 240. num. 2 per text. in l. heredes.*
25. §. si inter me 4. & §. seq. ff. famil. erciſc. Quia scilicet hoc casu non unus duntaxat, sed plures censentur propositi libelli, licet in unâ chartâ conscripti, Rom. *dict. loc.* † Vix tamen negari poterit, quin 4
ex causis & factis diversis, adversus plures Reos in
eodem libello coacervatis, confusio & litium pro-
tractio oriatur: † Quâ de causâ ab opinione illâ Rom. 5
& Joh. Andr. modò adductâ Serenissimus Elector
Sax. videtur recessisse in Ord. proceß. jud. *t. 5. §.*
wir

wir laſſen auch. *verſ.* ſo einerley Perſonen/ubi plura capita vel actiones ex diverſis cauſis promanantes uno libello proponere permittit, quando hæ perſonas easdem concernunt: † Ex quo à contrario 6 ſenſu inferre licet, capita & actiones, quæ plures & diverſas perſonas ac debitores ex diverſis cauſis obligatos concernunt, uno libello comprehendi non poſſe. † Argumentum ſiquidem à contrario ſenſu 7 etiam contra jus commune in ſtatutis firmiter concludit, *juxta* Jaſon. *in l. re conjuncti 89. ff. de legat. 3. n. 181.*

Ita Domini in cauſa Matthiæ Schönen contra Hanſen Lerchen/ Valtin Sommers und Conſortes zum Hayn/ Menſ. Jul. Anno 1631. (Verba ſent. Daß Beklagte mit Erſtattung der Unkoſten von dieſer Inſtantz billich zu entbinden; Würde aber Kläger wider einen iedwedern Beklagten eine abſonderliche förmliche Klage anſtellen/ und ſie darzu gebührlichen citiren laſſen; So wären Beklagte zu erſcheinen und ſich darauff einzulaſſen ſchuldig/ V. R. W.).

Definit. VII.

Admittitur libellus alternativus ex obligatione alternativâ, & facto Rei incerto.

1 REgulariter non audiendus eſt actor libellum offerens alternativum, *per text. in l. prætor*
2 *edixit. 7. §. quod autem prætor. 4. ff. de injur.* † Quia alternatio incertitudinem & obſcuritatem parit, *l. ubi autem non apparet. 75. §. qui illud 8. ff. de V. O. c. ult. extr. de reſcript.* Felin. *in c. tertio locô. 5. extr. de probat. n. 5.* Nihilominus tamen plurimi
3 excipiuntur caſus, † in quibus ſubſiſtere poteſt libellus alternativus, quos latè poſt Cardin. Tuſch. *tom. 5 pract. concl. lit. L. verb. libellus. c oncl. 313. n. 1. & ſeqq.* & Nicol. Calvol. *in ſuâ pract. §. libellus. 9. concl. 2.* refert Matth. Berlich. *part. 1. concl. 22. n.*
4 *12. & multis ſeqq.* † Imprimis verò benè attendi oportet, an declaratio incertitudinis ſit in poteſtate libellantis vel non. Quando enim declaratio non eſt in poteſtate libellantis, tum absque dubio libellus admittitur alternativus, *l. 1. §. ſi quis 3. ff. de V.*
5 *O.* Bart. *in dict. l. 1. §. ſi quis 3. n. 1.* † Fit inde, quod audiatur actor, libellum proponens incertum ex cauſa obligationis alternativæ, modo Electio ſit debitoris, *dict. l. ubi autem 75. §. 8. ff. de V. O.* Cui cum variare liceat, *l. eum qui certarum. 138. §. ult. ff. de V. O.* non poteſt non alternativè agere ſtipulator ſeu creditor, ne petendo unum dicatur plus petere,
6 *§. ſi quis autem intentione 33. inſt. de act. l. 1. C. de plus petit.* † Idem planè habendum in caſu, quo incertitudo petitionis ex facto adverſarii vel rei conventi oritur, puta ſi actor neſciat, an omnes heredes vel alteruter eorum ſe hereditati immiſcuerint, tunc enim in uno libello adverſus omnes vel ſaltem unum eorum, qui hereditatem defuncti adivit, petitionem alternativè intendere poteſt, *l. 1. §. quia 4. ff. quod legat.* Hart. Piſt. *obſervat. 72.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 62. & ſeqq.* Felin. *in c. cum contingat. 36. extr. de offic. delegat. n. 19.*

Ita Domini in cauſa Comitiſſæ à Mansfeld contra Burckhard Kochen/ Menſ. Decembr. Anno 1628. (Verba ſent. Daß Beklagte ſeines Fürwendens ungeachtet auff die erhobene Klage ſich einzulaſſen und zu antworten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Subſiſtit etiam libellus alternativus, quando agitur ad reſciſſionem contractus, ex l. 2. C. de Reſcind. vendit.

EX eâdemque ratione inferre licet, ſubſiſtere 1
libellum alternativum, quando agitur ad reſciſſionem contractus propter læſionem ultra dimidium, *ex l. 2. C. de reſcind. vendit.* † Ea ſiquidem 2
natura eſt beneficii, *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ut Reo convento ſive lædenti optio concedatur, utrum velit totam rem reſtituere, an verò læſionem reſarcire, *d. l. 2. verb. vel ſi emptor legerit, ubi* Goth. *lit. d.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 23. n. 1. c. cum dilecti 3. §. quia verò in arbitrio, extr. de empt. vendit.* † At 3
ubi electio eſt Rei, non Actoris, admittitur omninò libellus alternativus, *l. 1. §. 4. ff. quod legat.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 62. num. 10.* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 42. n. 4. & ſeq.* † Aliud dicendum in caſu, quo 4
agitur ex læſione enormiſſimâ ad reſcindendum contractum, non datâ Reo electione, an ſupplere juſtum pretium, remque retinere malit, Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 3. n. 1.* † Scilicet, quia con- 5
tractus ipſo jure nullus eſt, tanquam cui dolus cauſam dedit, *l. & eleganter pr. ff. de dolo.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 2. n. 6.*

Ita Domini in cauſa Wolffgangi Heſſens zu Peterwein/ Menſ. Jul. Anno 1604.
Et in cauſa Gregorii Grubers zu Merſeburgk / Menſ. April. Anno 1601.

Definit. IX.

In cauſa criminali valet libellus alternativus, in quô actor, vel Rei condemnationem vel tortarum petit.

IN actione quoque hypothecaria, quâ vel ad 1
exſolutionem debiti, vel ad traditionem rei obligatæ agitur, libellum alternativum admitti, tradunt vulgô Dd. *coerc. ex literis 5. poſt pr. extr. de pignor. l. ſi fundus. 16. §. in vindicatione. 3. ff. eod. tit.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 62. n. 8.* Panorm. *in cap. pen. extr. de empt. vendit. n. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 12. n. 28.* † Ut &, ſi actor petat rem ſibi re- 2
ſtitui, ſi extet, vel ſi conſumta ſit, ejus æſtimationem, Nicol. Everh. *in top. in loc. ab ordin. 1. n. 4.* Gail. *dict. obſervat. 62. n. 5.* Bartol. *in l. 1. §. quia 4. ff. quod legat. n. 2.* † Similiter quoque in cauſa criminali actor 3
alternativè poteſt petere in libello, ut vel condemnetur Reus vel torturæ ſubjiciatur, ut dixi *in pr. act. crimin. part. 3. quæſt. 106. num. 25.* † Quin & acto- 4
rem cautum ac providum ſemper alternativum ejusmodi proponere libellum, ait Nicol. Reuſn. *lib. 1. deciſ. 23. n. 14.* † Et certè negari nequit, hoc caſu 5
incertitudinem oriri ex facto ipſius Rei confitentis vel diffitentis delictum, ut propterea eo magis ſubſiſtat libellus alternativus in causâ criminali, *arg. l. 1. §. quia autem 4. ubi* Bartol. *ff. quod legator. Dd. commun. in L. inter ſtipulantem 83. §. ſi Stichum. 1. ff. de V. O.* Felin. *in c. cum contingat. 36. n. 9. X. de offic. delegat. ſupr. defin. 7.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtian Spans contra Elias Littingen zu Elſterwerda/ Menſ. April. Anno 1635.
It. ad requiſitionem Quæſtoris zu Merſitz / Menſ. Jul. Anno 1612.
Et ad conſultationem Quæſtoris Miſnenſis, Menſ. Nov. Anno 1598.

DEFINIT. X.

In causis Mercatorum admittitur libellus alternativus.

1 EX incertitudine quoque actionis competentis libellum alternativum subsistere, tradunt Dd. Inputa, si actor incertus sit ob varias opiniones Interpp. & Glossæ, quid sibi debeatur, vel qualis actio competet, Bartol. *in l. gallus. 29. §. 9. ff. de lib. & post-*
2 *hum. n. ult. & ibi* Jason. *num. 29. & seqq.* † Quod si verum est, certè nec in causâ mercatorum alterna-
3 tivam petitionem libellum vitiare dixerim, † cum notissimum sit, ignorantiam juris positivi non facilè mercatoribus præjudicare posse, quia inter hos non multum disceptari debet de apicibus juris, sed omnia ex æquo ac bono sunt decidenda, *l. si fide-jussor. 29. §. quædam. 4. l. Quintus. 48. ff. mandat.* ubi Bartol. & *Dd.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit.*
4 *27. defin. 3. n. 1.* † Ideoque de causis mercatorum peculiariter traditum est, ut licet in libello unam causam allegent vel probent, & postmodum ex probationibus sive deductis in processu appareat, eos aliâ ex causâ commodius agere potuisse, non propterea succumbant, sed potius libellus ex causâ probatâ sustineatur, veluti post alios, quos allegat, docet Stracha *in tract. de mercat. tit. quemadm. in caus. mercat. proced. sit. §. de libellis seu petitionibus. n. 7.* Hart. Pist. *observat. 180. n. 23.*

Ita Domini in causa Andreæ Rambachs contra David Schnabeln/Mens. Octobr. Anno 1616.
Et in causa Georgii Schreers contra David Zimmermann/Mens. Jan. Anno 1619.

DEFINIT. XI.

Nunquam in judicio admittitur libellus ineptus.

1 QUemadmodum apud Logicos argumentum consistit ex majore & minore propositione, ex quibus infertur conclusio, ita libellus debet constare ex tribus partibus. 1. Ex narratione facti, quis, quid, adversus quem &c. quæ habetur loco Majoris. 2. Ex causâ sive medio concludendi, eaque succedit in locum minoris propositionis. Ex quibus ita junctis sequitur necessariò 3. Conclusio, Jason. *in l. edita. 3. n. 3. C. de edend. & l. 1. num. 13. & 14. ff.*
2 *eodem tit.* † In quâ tota libelli vis consistit, quæ potissimum attendi debet, Felin. *in c. examinata.*
3 *15. extr. de judic. n. 11. & ibi* Matth. Coler. *n. 19.* † Restringit enim conclusio libelli narrata ad ea, quæ concludivè petuntur, Bald. *in l. nec quidquam. 9. §. ubi*
4 *decretum. 1. ff. de offic. proconsul.* † Quæ omnia si in libello non probè observentur, nec conclusio ex medio concludendi inferatur, vel non proportionetur narrationi, putà si actor se dicat Dominum & concludat ad dandum, vel dicat se possessorem &
5 concludat Reum condemnari ad restituendum, † cùm tamen unius & ejusdem rei penes duos consistere non possit possessio, sicut nec Dominium, *l. sicut certo. 5. §. si duobus vehiculum. 15. ff. commod. l. 3. §. è contrario. 5. ff. de acquir. possess.* ineptus erit libellus, qui nunquam in judicio admittendus, sed dentibus lacerandus est à judice, etiam ex officio & parte non petente, Gloss. *l. 1. ubi* Bartol. *ff. de off. assess. & in l. 1. ff. si mens. falsum. mod. dix. l. ult. C. Ut nem. probat. c. sacerdotibus. 41. caus. 11. quæst. 1.* † Quod verum, si ineptitudo statim sit notoria, & ex libello pateat; Aliàs proceditur in causâ, donec tandem ex actis detegatur defectus, ubi Reus ab instantiâ absolvitur, ita tamen, ut reservetur petitori denuò jus apte & ritè agendi, Matth. Coler. *ad dict. c. examinata. 15. n. 13.* 6

Ita Domini in causa Daniel Metzels contra heredes Henrici Emmens zu Mansfeld/ Mens. Dec. Anno 1600. (Verba sent. Würde Kläger eine förmlichere / schließlichere Klage anstellen / und Beklagte darzu gebührlichen citiren lassen; So wären sie in gebührlicher Frist/so ihnen dazu von den Gerichten billich ernannt und angesetzt wird / darauff ihre rechtliche Nothdurfft einzubringen und zu antworten schuldig/sie thun nun solches oder nicht/ so ergehet darauff in der Sachen ferner was recht ist/ V.R.W.)

DEFINIT. XII.

Reo ob libelli ineptitudinem ab instantiâ absoluto etiam expensæ sunt refundendæ.

1 QUando ex Rei exceptione in judicio opposita libelli ineptitudo detegitur, obque hanc Reus absolvitur ab instantiâ, reservatâ tamen actori facultate formius & aptius agendi, tunc judex etiam sumptuum rationem habere debet, ut ineptè agentem in expensas condemnet, in quibus temerè, fatigavit adversarium, ut tradit *post* Bald. *in l. properandum 13. §. & siquidem. 2. n. 6. C. de judic.* Matth. Co-
2 ler. *ad c. examinata. 15. n. 35. extr. de judic.* † Ubi porrò infert, quantumvis non denegetur victo instituere novam & congruam actionem, eum tamen non aliter audiri, nisi refusis ante omnia expensis primæ instantiæ, *per l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. 6 cum l. sancimus. 15. C. de judic.* Dan. Moller. *hic. n. 6.*

Ita Domini in causa Bernhardi Eckens contra Martin Mebussen zu Helmsdorff / Mens. Majo, Anno 1616. (Verba sent. Daß Beklagter von dieser Instantz mit Erstattung der Gerichtskosten billich zu entbinden / jedoch Klägern eine andere und förmlichere Klage nachmals anzustellen hierdurch unbenommen/V.R.W.)

DEFINIT. XIII.

In Libello nomen Actionis necessariò haud exprimi debet.

1. QUamvis sine actione nemo experiatur, *l. si pupilli. 6. §. videamus ult. ff. de negot. gest. l. fin. in verb. exprimere actionem. C. de interdict. l. si cum eâ. 3. de dot. promiss. l. si debitor res. 12. ff. de pignor. c. dilecti. 6. extr. de judic.* † Attamen de ne- 2
cessitate nomen actionis regulariter in libello exprimendum non est, sed sufficit factum taliter narrari, & ita concludi, ut quid, & ex quâ causâ petatur, reo liquere possit, *c. dilecti. 6. ext. de jud. c. ult. extr. de libell. oblat. l. 1. ff. de edendo.* Oldendorp. *in tr. de collat. jur. civil. & pontif. in verb. actio. n. 22.* Quam sententiam communem dicunt Jason. *in l. edita. 3. n. 1. C. de edendo. ubi &* Franz Ripa *n. 6.* Coler. *ad c. examinata. 15. extr. n. 26. de judic.* Bartol. *in l. 1. n. 18. ff. de edendo.* † Nec obstat *l. edita actio. 3. C. de* 3
edendo, quia ibi vocabulum (*Actionis*) non accipi debet pro expressione nominis actionis, sed pro libelli editione, cum sufficiat aptè factum narrari, quod & consvetudo observat, *teste* Jason. *dict. loc.* † Sit autem clara narratio necesse est, ut 4
concludat tacitè saltem illam actionem, quæ intendi-

cenditur, quò Reus ſciat, quid & ex qua causâ petatur, Bartol. *in dict. l. 1. num. 6. per l. ult. C. de fidei-comm. libert. l. Pomponius. 15. in fin. ff. de negot. geſt.*

6 † At quid ſi ex uno facto plures actiones reſultent ad diverſum finẽ tendentes, veluti ſi actor adverſus furem experiatur, quem vel actione furti, vel condictione, vel Rei vindicatione convenire poteſt? §. *ult. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.* † Aut ſi ar-

7 bores fuerint ſucciſæ, quo caſu duplex prodita eſt actio, *l. 1. ff. arbor. furt. cæſar.* vel ad conſequendam æſtimationem rei corruptæ, quanti plures fuit intra triginta dies, ex lege nempè Aquiliâ, §. *capite tertio. 13. verſ. in cæteris. junct. verſ. ſeq. inſt. de L. Aquil.* vel ad duplum æſtimationis, actione arborum furtim cæſarum, *l. furtim. 7. §. ult. l facienda. 8. ff. arb. furt. cæſar.* añon tunc ſaltẽ genus actionis erit expri-

8 mendum? † Hoc quidem arbitratur Felin. *in cap. dilecti. 6. n. 6. circa fin. verſ. quarto fallit. extr. de judic.* Nempè ut Reus futuræ litis figuram intelligat & deliberet, utrum cedere, an contendere velit,

9 Jaſon *in dict. l. edita. 3. n. 6. C. de edendo.* † ſed putaverim, ſufficere in libello petitionem in concluſione ita formari, quo judex ſcire poſſit, qualem ſententiam condemnatoriam proferre debeat, ut eleganter docet Matth. Coler. *ad cap. dilecti 6. num. 11. extr. de judic.*

Ita Domini in cauſa Melchior Ohmes contra Jacobum Reuten zu Oberfurt/Menſ. Feb. Anno 1629.

Definit. XIV.

Actionis expreſſio inepta & inutilis non vitiat libellum.

1 EXinde, quod dictum, Actionis nomen de neceſſitate non eſſe exprimendum, *Defin. præc.* firmiter inferre licet, expreſſionem actionis quantumvis inutilem & ineptam non vitiare libellum,

2 † putà, ſi actor tanquam Dominus fundum vindicet, & reſtitutionem ſibi fieri petat, per actionem ex locato, *l. un. in pr. C. de rei uxor. act.* Gloſſ. *in l. vinum. 22. ff. ſi cert. petat.* Matth. Coler. *in c. exa-*

3 *minata 15. num. 20. extr. de judic.* † Quamvis aliter ſentiat Panorm. *in. d. c. examinata. num. 17. per l. 1. pr. verſ. ideo autem in verb. nec tenere intentionem*

4 *ff. ſi menſ. falſ. mod.* † Reſpectus enim magis eſt habendus ad id, quod in veritate agitur, quàm quod per errorem exprimitur, *l. illicitas. 6. §. veritas. 1. ff. de offic. præſid. cum l. 15. ff. de juris dict. omn. judic.*

5 † Et eſt libelli materia latè interpretanda pro favore nimirum actoris, ut ſubſiſtat, *l. ſolemus 61. l. ſi*

6 *quis. 66. ff. de judic.* † Adeòq; libellus etiam ineptus tolerandus ſeu defendendus, ſi aliquo modo defendi poſſit, expreſsâ ſcilicet causâ juſtâ, adjectâq; concluſione verâ & aptâ, Bald. *in l. 1. C. de formul.* Jaſon. *in §. omnium. 1. inſt. de action. & in l. ſed ſi poſſeſſori. 11. §. item ſi jura vero. 2. ff. de jurejur.* Hartm. Piſt. *ob-*

7 *ſerv. 180. n. 22.* † Secùs ſi cauſa exprimatur inepta, ac intentio vel concluſio quoque inepta ſit, tunc omninò rejici debet libellus tanquam ineptus, velut accipienda *dict. l. 1. pr. verſ. ideò autem. ff. ſi menſ. falſ. mod.* à Panorm. allegata, prout demonſtrat' Matth. Coler. *in dict. c. examinata n. 22. & 23.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent. Daß Beklagter ſeines Fürwendens ungeachtet / auff erhobene Klage ſich einzulaſſen und zu antworten / und weil er ſolches nicht gethan / Klägern die Unkoſten dieſes Termins auff richterliche Ermäßigung zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XV.

Clauſula ſalutaris libello appoſita contra narrata libelli nihil operatur.

CLauſula in fine libelli apponi ſolita (*Peto ſuper his omnibus mihi juſtitiam exhiberi*; It, *Peto prædicta omni meliori jure & formâ, prout peti poteſt,*) eſt veluti herba Betonica pro ſalvando libello à vitio, Jaſon. *in §. omnium. 1. n. 47. & 148. inſtit. de action. per c. cum dilectus. 1. in pr. verb. juſtitiam ſibi fieri poſtulabat. ext. de ord. cogn. & c. 2. de off. ord.* † Quam communiter Notarii adji- 2
ciunt, qui tamen ut plurimum hujus clauſulæ vim & efficaciam ignorant: ſunt nempe ad inſtar cantorum, qui bene cantant per practicam, & neſciunt rationem ſui cantus, & ſimiles pſittacis, qui ſtant in palatiis Dominorum & neſciunt, quid loquantur, Lud Rom. *ſing. 53.* Eraſm. *lib. 4. apophtheg. n. 13.* † Volunt enim omnibus morbis libelli uno col- 3
lyrio mederi, Joh. Petr. Ala *in tr. de adv. & cauſ. Chriſt. part. 2. exerc. 4.* † Sed non ſufficiens eſt 4
clauſula ejusmodi ſalutaris ad tollendum omnem defectum, & contrarietates libellantis; † Certè 5
nihil operatur hæc clauſula, ubi reſultat aliqua contrarietas, Bald. *in l. 2. C. de probat.* Nec contra narrata libelli operatur, *eleganter* Anton. Faber. *in Codic. lib. 2. tit. 37. defin. 3. n. 4.* † Sed tùm demum ef- 6
fectum habet, ſi quoquomodo tolerari queat petitio, aut quando non ſatis conſtat, quam actionem quis inſtituere, & quid denique ex narratis petere velit, wann aus dem Libell der Klagen Grund und das medium concludendi nicht eigentlich und gewiß zu erſehen. Hartm. Piſtor. *obſervat. 71. n. 2.* Matth. Coler, *ad c. examinata. 15. extr. de judic. num. 12.* Quod & diſertè diſpoſitum à Sereniſſimo Saxoniæ Electore in Ordin. Judiciar. *tit. 5. verſ.* Nachdem man aber zu Salvierung / ꝛc. *Vide eleganter* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 45. num. 22. & ſeqq. & tradita infra* Conſt. Elect. *26. defin. 7.*

Ita Domini in cauſa der Gebrüdere von Trotha Deußſchenthaliſcher Linien contra ihre Vettern von Trotha Guttenbergiſcher Linien zu Halla / Menſ. Nov. Anno 1634.

Definit. XVI.

Sententia debet eſſe conformis libello.

PLerumque more oratorio Advocati exordia 1
in libellis inſtituunt, moventque in iis docilitatem, & benevolentiam judicis conciliant, parùm curioſi de bene formando libello, rectèque petendo & concludendo: † De quibus 2
conqueritur *Oldendorp.* Videmus, *inquit*, omnes paſſim parùm curare, in quo cauſarum genere verſentur, multò minus quam actionis formulam intendant, tantùm ſolliciti, quo verborum apparatu in judicium producant cauſam, Doctores, commentarios obiter legunt, & indices traditionum, ſive Repertoria, ubi ſi unum aut alterum verbum fortè inveniant cauſæ ſuæ nonnihil affine, ſtatim ſibi perſvadent victoriam, ſed ſerò cum Phrygibus intelligunt, quàm impertinentem actionem propoſuerint & litem protelaverint, *allegatus à* Vent. de Valent. *in part h. litigioſ. lib. 1. c. 15. n. 15.* Rutg. Ruland. *in tr. de commiſſ. part. 3. lib. 2.*

3 *lib. 2. cap. 2.* † Deberent potius, si consulere vel-
lent clientulis, esse soliciti de benè narrando facto,
ritè formando libello, & justè inferendo ac con-
4 cludendo, † Nec enim speranda sententia profi-
cua, si non rectè fuerit in libello petitum, quia huic
sententia debet esse conformis: Dicitur enim li-
bellus judicii fundamentum, ad quod omnes actus,
præcipuè litis contestatio, probatio & sententia re-
5 feruntur, Scaccia *de Jud. caus. civ. c. 50. n. 25.* † Et
vocari potest libellus truncus arboris judiciariæ; si-
cut enim truncus regit totam arborem, ita libellus
regulat totum processum, Modest. Pistor. *vol. 2.
cons. 21. n. 4.* Ventur. de Valent. *in parth. litigios. lib.
2. c. 13. n. 17.* Cæterùm quomodo positio illa Dd.
sententia debet esse conformis libello, intelligenda
sit, *vid infr.* Const. *26. definit. 8.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Wann gleich offtgedachte eure Vettern durch ihren Gegen-Beweiß und stärckere Præsumtiones so viel ausführen möchten/ daß für sie zu recht erkant/ und ihr mit euerm Suchen abgewiesen würdet/ &c. So möchte ihnen doch solches weiter nicht/ als daß sie nicht gäntzlichen à succession auszuschliessen/ inmassen ihr einig und alleine darauff libelliret, behülfflichen seyn/ noch ultra petita & contenta libelli die Condemnatio oder Absolutio gezogen und gedeutet werden/ V. R. W.]

Definit. XVII.

Interest actoris, summariè potius in causâ procedi, quàm litem in Processu ordinario agitari.

1 ORdinarius vocatur processus, in quo ordina-
riè, hoc est secundum ordinem & formam ju-
ris proceditur, offerendo libellum, litem conte-
stando solenni formâ, & reliqua peragendo, quæ ad
2 substantiam processus spectant, ut *ex ordine titu-
lorum lib. 2. Decretalium* videre licet. † Summa-
riè autem proceditur absque strepitu judicii, hoc
est, quando pleraque, quæ ad processum Ordinari-
um spectant, negliguntur, ac solâ facti veritate in-
3 spectâ proceditur: † Ex quo nemo non intelligit,
magis è re esse querulantis sive actoris, summariè
in causâ procedi, quàm litem in processu ordinario
ventilari, Anton. Faber. *in Codic. lib. 9. tit. 22.* Ven-
4 tur. de Valent. *in parth. litigios. lib. 2. cap. 1. n. 5.* † Non
tamen putandum est, summarium processum adeò
esse tumultuarium, ut in tractatione causarum nil
observari oporteat; Nec enim substantialia proces-
sus, à jure naturali inducta, omitti possunt, Bartol. *in
extravag. ad reprimendum in verb. figura. n. 4.* Joh.
Zanger. *de except. p. 1. cap. 2. n. 9.* cum & in causis
5 summariis aliqua esse debeat cognitio: † Ergò &
citatione opus erit in processu summario, *l. de uno-
quoque 47. ff. de re judic.* Quia cognitio nequit in-
stitui, nisi utrâque parte præsente & auditâ, *Bar-
6 tol. dict. loc.* † Ac licet oblatio libelli solennis in
judicio summario non requiratur, *Clem. sæpè. 2. de
verb. signif.* necesse tamen est, qualem qualem pe-
titionem & facti narrationem præcedere, ut Re-
us deliberare possit, cedere ne velit, an conten-
dere; Hoc enim cum juris gentium sit, & in Reo-
rum, ut & Actorum favorem introductum, mi-
nimè eis auferendum est, *l. 1. in pr. ff. de edend.* Hip-
pol. de Marsil. *in sing. 102.* Rol. à Vall. *lib. 1. consil.*
7 *71. n. 37.* † Nec omnes dilationes, terminorum as-
signationes atque exceptiones in processu sum-
mario omitti posse putaverim, sed judicis arbitrio
relinquendum est, dilationes & terminos dari &
assignari, *Clem. sæpè. 2. de V. S.* Jacob. Menoch. *de
arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 52.* † Necessaria 8
quoque quamvis non sit litis contestatio solenni
modo facienda, omnis tamen Responsio nequit
omitti, sed habetur in causis summariis pro litis con-
testatione adversa partis contradictio, & actus ille,
qui alias in causis ordinariis post ipsam litis conte-
station em solet subsequi, nempe positionalium seu
articulorum exhibitio, aut meritorum causæ di-
sputatio, Bartol. *& Dd. in Auth offeratur. C. de lit.
contest.* Felin. *in c. insinuante. in fin. extr. de offic. &
potest. judic. delegat.* Rol. à Vall. *lib. 1. consil. 71. n.
36.* † Nec judex in processu summario litem ita 9
potest abbreviare, quin probationes necessariæ, &
defensiones legitimæ admittantur, *dict. Clem. sæpè.*
† Ubi porrò notandum, in hoc non minus ac in 10
ordinario processu testes sub juramento examinari,
l. juris jur. 9. C. de testib. † Quia nec Papa dispensare 11
potest, ut in ferendo testimonio juramentum testi-
bus remittatur, litigatoribus dissentientibus, Felin.
in c. constitutus. n. 16. de rescript. Joh Zanger. *d. c. 2.*

Ita Domini in causa Jacobi Seidels zu Wurtzen / Mens. Decembr. Annn 1560.

Et in causa Caspar Hirbauens Eheweibes contra Jacobum Kirchnern zu Endorff/ Mens. April. Anno 1593.

Definit. XVIII.

Causa ordinaria invito Reo non potest ventilari in processu summario.

NUnquam ergò, dixeris, Actor processum ordi- 1
narium eliget, sed causam suam summariè sem-
per expediri petet, de plano nempe & sine strepi-
tu judicii? sed in arbitrio actoris hoc positum non
est. † Non nego equidem, causas summarias etiam 2
in processu ordinario ventilari posse; † Sed è con- 3
tra in causis ordinariis, actor viam processus sum-
marii ambulare volens non auditur, alterâ parte in-
vitâ; † Omnis siquidem causa regulariter est ordi- 4
naria, & plenam causæ cognitionem requirit, *Gloss.
in l. 3. §. ibidem 13. ff. ad exhibend.* Lanfranc. *in pr.
jud. cap. 12. n. 16.* A quâ ad unius partis petitionem
haud recedendum est, nisi Lex ipsa summarium pro-
cessum admittat, in causis nempè summariis: † Qua- 5
les sunt causæ alimentorum Ordin. Cam. Imp. *part.
3. c. 2.* von Abwechselung der *Audienz. §. item* so ei-
ne Parthey. Marant. *part. 4. dist. 9. n. 168.* † Instru- 6
mentorum paratam executionem habentium; Joh.
Bapt. Asin. *in prax. jud. civil. §. 3. c. 31. n. 13.* Marant.
dict. dist. 9. num. 175. † Relaxationis juramenti ad 7
effectum agendi, It. *ex l. diffamari dict. c. 2. §. item*
Sachen. † Novi operis nunciatio, *dict. c. 2.* † Tu- 8
torum & curatorum petitio, Marant. *dict. dist. 9.* 9
part. 4. n. 201. † Ut & causa, quæ in curia mercato- 10
rum agitatur, Marant. *dict. loc. n. 48.* † Plures & nu- 11
mero 39. causas summarias refert Joh. Zang. *de ex-
cept. part. 1. c. 1. n. 60.* † Ex quibus perspicuum reddi- 12
tur; † Quænam causæ sint ordinariæ, quæ in pro- 13
cessu summario alterâ parte invitâ nequeunt agitari
ex natura scilicet contrariorum, *l. etsi contra 35. ff. de
vulg. & pupill. substit. l. 1. ff. de his qui sunt sui.* Everh.
in topic. in loc. à contr. n. 1. Zang. *dict. cap. 1. n. 59.*

Ita

Ita Domini in eadem cauſa Caſpari Hiebauens Eheweibs contra Jacobum Kirchnern zu Endorff / Menſ. April. Anno 1593. (Verba ſent. Daß Beklagter bey dem Beſitz der ſtreitigen Güter billich zu laſſen/biß er mit ordentlichem Rechte daraus entſatzt wird. Da nun Klagender kriegiſcher Vormund eine ordentliche Klage anſtellen/ und Beklagten dazu gebührlichen citiren laſſen würde/ ſo wäre derſelbe ſich darauff einzulaſſen und zu antworten ſchuldig/und ergienge alsdenn in der Sachen ferner was recht iſt/V.R.W.)

DEFINIT. XIX.

Ante litis etiam conteſtationem Reus ab inſtantiâ rectè abſolvitur.

1 USitatiſſimum certè eſt in foro Saxonico, ut Reus oppoſitâ quandoque exceptione, ante litis-conteſtationem, ab inſtantia abſolvatur, Dan. Moll. *hic n. 6.* Num rectè? dubitare quis poſſet, cùm litis demum conteſtatio ſit initium inſtantiæ, Jaſon & Salyc. *in l. 13. §. 1. C. de judic.* Et dicitur inſtantia actionis exercitatio à litis conteſtatione incipiens, in definitivam ſententiam certo tempore coarctata, *l. properandum. 13. in pr. C. de judic.* Alciat. *in l. ſi diverſa. 14. n. 16. C. de tranſact.* Donell. *in l. 4. C. de pact. n. 6.* † Ex quo litium con-
2 farcinatores & longiſſimorum proceſſuum favitores inſtantiam non perire ajunt, licet per multos annos de quæſtione emergenti aut exceptionibus
3 dilatoriis ante litis conteſtationem diſceptetur, † quia inſtantiæ demum certo tempore ſunt incluſæ, *dict. l. properandum. 13. §. 1.* Ventur. de Valent. *in parth. litigioſ. lib. 1. cap. 15. n. 30.* Joh. Zanger. *de excep. part. 1. c. 1. n. 66.* † Et tradunt quidam, litiga-
4 tores 100. & pluribus annis ſine interitu litis in ejusmodi exceptionibus etiam de jure civili verſari poſſe, veluti *Specul.* aſſerit, olim ſibi cauſam fuiſſe commiſſam, in quâ de legitimatione perſonarum 34. annis fuerit diſputatum, *in tit. de appellat. §. breviter. verb. ſed juſta.* † Sed nihilominus mo-
5 dus pronunciandi in foro Saxonico ſubſiſtit, & ante litis conteſtationem Reus ab inſtantiâ rectè ab-
6 ſolvitur: Quia in jure † inſtantia non ſolùm litem, quæ incipit poſt reſponſionem Rei *l. un. C. de lit. conteſt.* ſed & acrem & aſſiduam flagitationem denotat, *§. 1. inſt. de pœn. tem. litig. l. ult. §. fin. ff. de pign. act.* Quâ in ſignificatione, ſi inſtantiam accipias, prædictum pronunciandi modum ſubſiſtere
7 facilè conceſſeris. † Quo & reſpexit Illuſtriſſimus Saxon. Elector in Ordin. Proceſſ. judic. *tit. 11. §.* wann nun alſo die *Exceptiones* vor der Kriegs-Befeſtigung/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa Bernhardi Eckens contra Martin Mebuſſen zu Helmsdorff / Menſ. Majo, Anno 1626. (Verba ſent. Daß Beklagter von dieſer Inſtantz mit Erſtattung der Gerichtskoſten billich zu entbinden/jedoch Klägern eine andere und förmlichere Klage nachmals anzuſtellen hierdurch unbenommen/V.R.W.)

DEFINIT. XX.

Nobiles ſubditos ſuos in proprio judicio pagano convenire nequeunt, ſi Notarius judicii in præſentia ſubditorum non juraverit.

1 NOn ſolùm fratres ignorantiæ, ſed & malitioſi ſæpè ſunt Notarii: Inter eos enim ſi reperiatur unus doctus & expertus Notarius, reperiuntur viginti quinque indocti, nullam habentes juris notitiam, uti conqueſti ſunt Hippol. de Marſil. *Rubr. de fidejuſſ. n. 39.* M. Anton. de Amat. *dec. 29. & 30.* Vinc. Caroc. *deciſ. 22. n. 1. & 2.* † Quæ imperitia non parùm periculoſa, magis autem 2
damnoſa eſt eorum malitia: ſcribunt enim nonnulli, teſtes juraſſe, qui injurati depoſuerunt: Nonnulli ſecreta proceſſus nondum publicati evulgant: Nonnulli mille alia litium protelandarum vafrimenta noverunt & cognoverunt, Joh. Petr. Ala. *in tr. de Advocat. Chriſt. part. 1. quæſt. 72. & 75.* Vent. de Val. *in parth. litig. lib. 1. cap. 9. n. 34.* † Quibus vix 3
alio occurri poteſt remedio, quàm ut juramento peculiari judici obſtringantur, Ordin. judiciaria Elect. Sax. *tit. 2. §. 1. v.* denſelbē ſonderlich darzu vereyden. Felin. *in c. quoniam 11. extr. de probat. n. 42.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 65. n. 72. & ſeqq.* † Quin 4
& cum uſu hiſce in terris receptum ſit, quod ipſi quoque Nobiles ſuos ſubditos coram propriis judicibus, Scabinis, officialibus, Prætoribus judicio pulſare ac ratione propriis intereſſe ibidem convenire poſſint, Berl. *deciſ. 109. n. 9.* Cravett. *vol. 2. conſil. 232. n. 7.* † Noluit Seren. Elect. Saxon. ejus- 5
modi proceſſum aliter valere, quàm ſi Nobiles vel alii Magiſtratus Notarium judicii ab initio ſui officii, vel toties, quoties ejusmodi actus judiciarius contra ſubditos celebrandus eſt, in præſentia ſubditorum ad judicium illud jurare faciant, *dict.* Ordin. judic. *tit. 2. §.* ob wir auch wol. Adde *deciſ. Elect. nov. 38. & 39.*

Ita Domini in cauſa L. Joh. Cerniſzens contra Martinum Scheiben zu Pfaffendorff/Menſ. Decembr. Anno 1634. (Verba ſent. Würde nun Schein zu den Acten gebracht werden/daß der Notarius judicii in Beyſeyn der Unterthanen zu allen Sachen vereydet / und in Pflicht genommen worden/ oder ſolches nochmals zu Wercke gerichtet werden; So wäre Beklagter dem jüngſt geſprochenen und Krafft Rechtens erreichten Urtheil zu Folge auff Klägers Liquidationes und Zuſprüche bey endlicher Straffe Ungehorſams ſich einzulaſſen / und zu antworten ſchuldig/ V.R.W.)

DEFINIT. XXI.

Inſeri debet Citationi tenor libelli, vel hujus copiæ citato ſimul transmitti.

CItatio principium ac fundamentum eſt ju- 1
dicii §. *ult. inſtit. de pœn. tem. litigant. c. quoniam. 11. extr. de probat.* † quâ deficiente, 2
proceſſus redditur nullus, *Dd. in Clem. paſtoralis. de re jud.* Matth. de Affict. *deciſ. 307. n. 29.* Joh. Zanger. *in tract. de except. part. 1. cap. 2. n. 5.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 48. n. 1.* † Ideoque ſemper 3
præcedere debet ad inſtantiam partis, *l. ad peremptorium. 68. ff. de judic. l. 1. §. 8. ff. de damn. infect. l. ult. C. de bon. auth. judic. poſſid.* † à judi- 4
ce enim proprio motu, non ad petitionem partis facta, haud valet, Gail. *lib. 1. obſervat. 50. n. 4. & ſeq.* Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 31.* Felin. *in cap. 1. extr. de judic. n. 20.* Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de citatione. §. ſequitur. 4. n. 14.* † 5
Porrò & citationis cauſa exprimenda, vel tenor libelli inſerendus, aut ſaltem hujus copia unà cum libello transmittenda eſt, *cap. præterea 2. ubi* Panormit. *n. 8. extr. de dilat.* Ordin. judic. *Elect. Saxon. tit. 4. poſt pr. verſ.* und damit der *Citatus* iedesmahl/*&c.* † Quod optimum litium abbrevi- 6
andarum videtur remediū; Ne ſcilicet Reus poſtea dilationem ad deliberandum ſuper libello pete-

re pos-

re possit, & ansam protrahendi causam arripiat, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 51. n. 1. & seq.* Specul. *dict. tit. de citat. §. 1. n. 9.* Ventur. de Val. *in parth. litigios. lib. 2. c. 13. n. 15.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 110. n. 4. & 8.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injus vocand. num. 13.*

Ita Domini in causa Heinrici Gottfrieden & Johannis Caspari à Weißigk contra Marthen Catharinen Henrici à Weißigks Witiben zu Zöthig/Mens. August Anno 1632. (Verba sent. Würden Klägere eine förmliche Klage anstellen / und mit Uberschickung derselben Abschrifft oder Andeutung des Inhalts Beklagte darzu gebührlichen citiren lassen; So ist Beklagte durch ihren Curatorn bey Straffe Ungehorsams zu erscheinen / und mit ihrer rechtlichen Nothdurfft sich darauff einzulassen schuldig/V.R.W.)

Definit. XXII.

Sufficit in foro Saxonico unica Citatio peremptoria, legitimum habens spatium, nempe sex septimanarum & trium dierum.

1 DE jure civili Reus peremptoriè tribus citatur vicibus, per intervallum quatuordecim die-
2 rum, *l. ad peremptorium. 68. l. seq. ff. de judic.* † Sed hodiè de consvetudine in omnibus judiciis, imprimis verò Saxonicis, introductum est, ut unica sufficiat citatio, modò sit peremptoria, & tantundem temporis, quantum tres illæ citationes, contineat, *l. nonnunquam. 72. ff. de judic. l. consentaneum. 8. C. quomod. & quando judex.* Appellation-Ordnung *Elect. Saxon. tit.* wie wider die auffenbleibende Parthey. §. würde er aber. König in *proc. c. 27. n. 2.* Christ. Zobel. *part. 1. diff. 16. n. 10.* Fachs. *part. 3. diff. 39.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 53. n. 22.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 2. n. 18. & seq.* Hart. Pist. *part. 1. quæst. 3. n. 9.* Duo ergò unica illa citatio con-
3 tinere debet. † Primò, ut adjiciatur expressè partes peremptoriè citari, *dict. l. consentaneum. 8.* vel ut apponatur comminatio: si citati non comparuerint, judicem nihilominus ad cognitionem processurum & pronunciaturum, quod jus & justitia postulaverint (Soll nichts desto weniger geschehen und ergehen was recht ist.) † Quæ commi-
4 natio habet vim peremptoriæ citationis, etsi verbum (peremptoriè) in citatione non exprimatur *l. cessante. 2. C. quomodo & quando judex.* Daniel. Moller. *ad Const. Elect. 3. n. 18. h. part. 1.* Matth. Berl.
5 *part. 1. concl. 10. n. 9. & 10.* † Deinde, tempus quoque legitimum debet continere citatio, vollkommene Sächsische Frist/quod est in foro Saxonico sex septimanarum & trium dierum, Appellation-Ordnung/*dict. loc.* §. würde er aber. Ordin. judic. *Elect. Saxon. tit. 4. vers.* Auch darneben einen rechten *legalem terminum.* Berlich. *dict. loc. n. 14.* Zanger. *de except. part. 2. cap. 6. n. 8. & seqq.*

Ita Domini in causa Angel von Godens contra Viduam & Heredes Caspari Rentzels ventilatâ in prætorio Lipsiensi Mens. Jul. Anno 1626. (Verba sent. Daß Beklagte noch zur Zeit für ungehorsam nicht zu achten: Sie seynd aber auff anderweit vorgehende gebührende / und von Zeit an der Insinuation vollkommene Sächsische Frist in sich haltende Ladung bey Straff Ungehorsams zu erscheinen / den Proceß zu reassumiren, auff erhobene Klage zu antworten/und den Krieg Rechtens zu besestigen schuldig/V.R.W.)

Et in causa Frantzen von Hunzumbs Gläubigere Mens. Sept. Anno 1626. (Verba sent. Daß Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/so von Zeit an der ihme geschehenen insinuation vollkommene Sächsische Frist in sich hält / bey Straff Ungehorsams zu erscheinen und auff angestallte Kummer-Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/V.R.W.)

Definit. XXIII.

Non continet Citatio spacium temporis legitimum, quando terminus juridicus in ultimum incidit diem.

1 TEmpus comparendi in Citatione præfixum, quod currere incipit à die executæ & insinuatæ Citationis, *c super eodem. 12. §. ult. ext. de appellat. l. 1. ff. si quis caution.* Ordin. judic. *Elect. Saxon. tit. 10. §.* Im Fall aber. *vers.* und er von Zeit an solcher *insinuation &c.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 53. n. 3. & seq.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 6. n. 10.* præcisè observandum est; † in tantum, ut si unicus 2
tantum dies de illis sex septimanis & tribus diebus defuerit, citatio nulla sit, nec Reus haud comparens usque ad legitima impedimenta condemnari possit, Matth. Berlich. *part. 1. concl. 10. n. 15.* Joh. Zanger, *dict. cap. 6. n. 12.* † *Quid autem si terminus juridicus incidat in diem ultimum temporis citatione præfixi?* † Putaveris primâ facie citationem vitio 3 4
non laborare, ex vulgato illo Dd. quod dies termini computetur in termino, *de quo* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 139. num. 5.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 3. n. 16.* † Sed verum est hoc, eo solummodò casu, quo tem- 5
pus de momento in momentum labitur, ut est in decendio Appellationis & Leuterationis, Arrestis, &c. prout hoc explicat Rauchb. *dict. quæst. 3. n. 15.* † 6
Alia verò est ratio citationis, ubi non momentum temporis, sed dies integra consideratur, adeoque nec axioma illud Dd. ad præsentem hunc casum commodè poterit accommodari. † Dixerim ergò 7
non subsistere citationem, si terminus juridicus incidat in diem ultimum temporis præfixi, quia scilicet citatio ejusmodi non continet plenè spacium sex septimanarum ac trium dierum, vollkommene Sächs. Frist. *arg. l. denique 3. §. minorem. 3. ff. de minor.* † Quod & probare videtur in terris sui E- 8
lectoratus Serenissimus Saxo *in dict.* Ordin. judic. *tit. 10. §.* im Fall *vers.* die vollkommene Sächsische Frist / als sechs Wochen und drey Tage gehabt habe/&c.

Ita Domini in causa Petri Walthers contra Elix Blutners Ehewerb zu Zeitz/ Mense Mart. Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung / so von Zeit der insinuation an / vollkommene Sächsische Frist in sich hält / durch ihren Curatorn zu erscheinen/und auff die Klage sich einzulassen schuldig/V.R.W.)

Item in causa des Ampts zu Zwickau contra Hansen Malsen/Mens. Jan. Anno 1635.

Et in causa Nicolai Antonii Tonnels contra Herman Hessingk zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1632.

Definit. XXIV.

Condemnatur tamen hoc casu Reus non comparens in expensas termini istius.

1 NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm quoad effectum condemnandi Reum ad legitima impedimenta, ut nempè citatus non comparens, si in citatione terminus legalis ipsi haud fuerit indultus, vel terminus juridicus in ultimum termini diem inciderit, usque ad legitima impedimenta condemnari non possit: † Secùs verò 2
quoad

quoad expensas termini, à quibus ob temporis angustiam excusatus non est, Ordin. judic. *Elect. Saxon. de Anno 1622. tit. 10.* §. Im Fall aber. *vers.* Sonsten aber und da hieran ein Zweiffel oder der *Terminus legalis* nicht vollkommen/mag er weiter nicht/als in die *Expens* vertheilet / und ihme die Antwort bey Straffe Ungehorsams aufferleget
3 werden. † Iniquum autem, dixeris, punire citatum restitutione expensarum, si contumax non fuerit; Ob contumaciam siquidem litigantes in expensas condemnari, expeditum est, Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 2. de Republ. cap. 6.* Vent. de Valent.
4 *in parth. litigios. lib. 2. cap. 6. num. 21.* † Non autem contumax est, qui modo legitimo non fuit citatus, Felin. *in c. quoniam contra. 11. extr. de probat. num.*
5 *13.* Hippol. de Marsil. *singul. 118. num. 1.* † Fatendum tamen, Citatum non comparentem omnis prorsus contumaciæ haud esse expertem, cum in judicio comparere, & exceptionem termini angusti vivâ voce opponere & dilationem petere debuisset, quod cum non fecerit, in expensas saltem termini istius justè eum condemnari, ecquis non videt?

Ita Domini in eadem causa Petri Walters contra Eliæ Blutners Ehe Weib zu Zeitz / Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/so von Zeit der Insinuation vollkommene Sächsische Frist in sich hält / durch ihren Curatorn zu erscheinen / und auff erhobene Klage sich einzulassen/ auch die Unkosten dieses Termins auff Richterliche Ermäßigung Klägern zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Nicolai Antonii Tonnets contra Hermannum Hetzing / Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Daß Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und auff die wider ihn angestalte Kummer-Klage bey Straffe Ungehorsams sich einzulassen/auch weil er solches ietzo nicht gethan/ Klägern die Unkosten dieses Termins auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXV.

Non potest judex Reum condemnare usque ad legitima impedimenta, si non constet, citationem ipsi fuisse insinuatam.

1 OMnes, quorum interest, citari debent, *l. de unoquoq; 47. ff. de re judic. l. nam & ita Divus*
2 *39. ff. de adopt.* † Ergò non sufficit ex pluribus litis consortibus unum vel alterum citari, sed omnibus in specie citationem insinuari necesse est, *l. 1. & 2. C. de Consort. ejusd. lit. l planè 3. ff. famil. ercisc.* Ordin. judic. *Elect. Saxon. tit. 4. vers.* würden
3 auch). † Sicuti & pluribus existentibus heredibus, singuli specialiter sunt citandi, *dict. tit. 4.* §. und solches soll/ &c. Matth. Berlich. *part. 1. Concl. 10. n. 44.*
4 † Inter plures siquidem heredes, sive de jure civili, sive prætorio succedant, actiones & obligationes ipso jure activè & passivè, pro ratâ portionis hereditariæ dividuntur, *l. ut. debitum. 5. & tot. tit. C. de hered. action. l. ult. C. si unus ex plur. hered.* Jason. *in l. debitorum pactionibus. 26. C. de pact. n. 2.*
5 † Quare si unus vel alter solummodò ex litis consortibus vel heredibus fuerit citatus, contra reliquos non citatos nullo modo in contumaciam procedi potest, *dict. tit. 4.* §. würden auch). Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 2. definit. 8. num. 1. & seq.*
6 † Quin nec judex ad legitima usque impedimenta Reos potest condemnare, quando ex actis non constat, omnibus citationem fuisse insinuatam, de quo non minùs ac de aliis citationis requisitis apparere debet, antequam ad condemnationem usque in legitima impedimenta, biß auff Ehehafft / deveniatur, Ordin. judic. *Elect. Saxon. tit. 10.* §. Im Fall aber. *vers.* Jedoch daß man in allewege zuvor/ &c. † Quamvis nec hoc casu facultas condemnandi Reum in expensas judici adempta sit, *dict. tit. 10.* §. Im Fall aber. *in fin.* † Ex quo constat, quam necesse sit relationem nuncii in citationem insinuantis ad acta consignari, ut appareat de singulis citationis qualitatibus & circumstantiis; Nempe, cui, quando, quomodo, ubi & in quo loco fuerit facta, Ordin. jud. *Elect. Saxon. tit. 4. vers.* Sondern auch). Est enim actus relationis actus substantialis, de quo in actis constare debet. † Alioqui nec citatio, nec sententia, nec totus processus, in contumaciam factus, valet, *l. hæc autem 5.* §. *1. ff. ex quib. caus. in poss. eat. ubi* Bartol. *num. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 54. n. 7.* Mynsing. *cent. 6. observ. 10. n. 8.*

7 8 9

Ita Domini in causa Andreæ Wolffens & Consort. contra viduam & heredes Wolffgangi Ulmans/ Mens. Octobr. Anno 1629 (Verba sent. Daß die sämptliche Erben/ und ein ieder absonderlich gebührlichen billich citiret werden/ welche so denn zu erscheinen und auff erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ &c. V. R. W.)

It. in causa Melchior Werners contra Hansen Schwendendörffers Erben / Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Daß die erthane Ungehorsams-Beschuldigung nicht statt hat/ V. R. W.)

In causa Curatorum Barbaræ uxoris Christiani Delitzschens contra Mariam Görlitzin/ Mens. Jun. Anno 16[illegible]0. (Verba sent. Daß Beklagte Klägern die Unkosten dieses Termins auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten/ und auff anderweit vorgehende gebührende Ladung bey Straffe Ungehorsams durch ihren Curatorn zu erscheinen/ und auff erhobene Klage sich einzulassen / zu antworten und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Thomæ Fonteins contra Hansen und Arnolden die Peisen zu Leipzig / Mens. Majo, Anno 1635. (Verba sent. Dieweil nicht zu befinden / daß Beklagten die Citation gebührlichen insinuiret worden/ So seyn sie auch noch zur Zeit für ungehorsam nicht zu achten / aber auff anderweit vorgehende gebührliche Ladung zu erscheinen/und ihre rechtliche Nothdurfft einzubringen schuldig/ V. R. W.)

Definitio XXVI.

Absque speciali veniâ hodiè parentes possunt citari in causâ liberorum.

PRætoris edictum de in jus vocando, quo prohibentur liberi parentes sine veniâ in jus vocare, *l. si libertus. 12. l. in eum 24. ff. de in jus vocando.* ad eam vocationis speciem, quæ hodie in usu est, & quam citationem appellamus, non pertinet, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 2. defin. 13.* † Ideò enim Prætor nolebat absque veniâ parentes in jus vocari, quod vocatio illa fiebat obtorto collo per vim & impressionem, *l. plerique 18. ff. eod. tit.* quam in parentum personis, aliisque, quibus aliquâ ratione reverentia debebatur, exerceri prorsus incivile erat, *l. generaliter. 13. ff. eod.* † Cessat verò hæc ratio in citatione, quæ fit per solam libelli oblationem & simplicem admonitionem citra ullam vim & injuriam, *l. libertus. 15. ff. de in jus vocando.* Anton. Fab. *dict. loc.* † Quin nec hodiè citatio valet, si non fiat de mandato judi-

1 2 3 4

judicis, *l. ult. C. de exhib. reis.* Ægid. Boss. *in pract. crim. tit. de citationibus. n. 9.* † Tantum scilicet abest, absque venia Magistratus hodie parentes in jus vocari, ut potiùs quamvis indifferenter citationem permissu judicis factam dicamus.

Ita Domini in causa Henrici Lindners contra Barbaren Lindners zu Naumburg/Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung durch ihren Curatorn zu erscheinen / und bey Straff Ungehorsams auff erhobene Klage sich einzulassen schuldig/V.R.W.)

Definit. XXVII.

Ex alterius judicis territorio, non nisi implorato ejus subsidio quis potest citari.

1 Citatio, quia principium ac fundamentum est judicii §. *ult. instit. de pœna tem. litigant. c. quoniam. 11. extr. de probat.* semper præcedere de-
2 bet, † in tantum, ut nec Reus in judicio præsens teneatur invitus respondere ac litem suscipere absque præcedente citatione, juxta sententiam Bart. *in l. 1. ff. de in jus vocand.* † Quæ in foro etiam Sax. est
3 recepta, *per text. in* Landr. *lib. 2. art. 3.* ubi habetur: Si præsens in judicio accusatus nolit litem suscipere, dicendo se non esse ideo præsentem, tunc, ne obruatur imparatus, debet citari, ut compareat responsurus ad proximum subsequens judicium, Chil. König. *in processu c. 25. circa fin.* Matth. Coler. *part. 1 decis. 103. n. 6. & decis. 142. At quid, si Reus accusatus sub alterius judicis aut Principis jurisdictione degat?* † Tunc implorato ejus subsidio de-
4 5 bet citari. † Mittere nempe tenetur judex citans literas rogatorias judici alterius provinciæ, cui subjicitur citandus, ac petere, ut judex subsidiariè requisitus, vel permittat, citationis executionem fieri in loco sui territorii, vel ipse saltem Reum ad præfixum terminum, qui in edicto citatorio continetur, moneri ad comparitionem curet, offerendo, se in simili casu facturum paria, *Novell. 15. c. 6. l. 1. §. præsides. 2. ff. de requir. reis. l. quod promulgatis. 2. C. de offic. præf. urb.* Old. *cons. 68. n. 5.* Joh. Zang. *de except. part. 2. c. 1. n. 168. & seq.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 3. cap. 7. num. 32. & seqq.* Rotsch. *in process. part. 1. art. 1. sect. 8. num. 1. & seqq.* † Idque propterea
6 judex citans facere tenetur, ne occupet aut impediat jurisdictionem alienam, *c. noluit. 13. in pr. extr. de judic. l. nemo. 4. ubi* Gloss. *in verb. auxilium. C. de jurisd. 20. c. pervenit. caus. 1. quæst. 2.* Matth. Coler. *dict. cap. 7. num. 38. & seqq.* ubi pluribus hanc sententiam confirmat.

Ita Domini in causa des Raths zu Magdeburg / M. Mart. Anno 1601. (Verba sent. Daß gedachter Mollen Voigt und andere Fürstliche Magdeburgische Beampten eure Bürgere für sich selbst zu citiren nicht befugt / sondern sie seynd euch in subsidium zu ersuchen / und eure Bürgere und Einwohnere vermittels eurer Hülffe zu citiren schuldig/V.R.W.)

Definit. XXVIII.

Judex per subsidium implor atus cogi potest à superiore, ut citatum in alieno territorio comparere jubeat.

1 Non certè habent Magistratus per subsidium implorati, quod conquerantur de jurisdictione suâ turbatâ, siquidem citatio in territorio alieno expeditur ad preces, non verò ad mandatum judicis citantis; † Cum par in parem aut in- 2
ferior in superiorem non exerceat jurisdictionem, *l. nam magistratus. 4. ff. de arbitr. l. ille à quo. 13. §. tempestivum. 4. ff. ad SCtum Trebell. c. innotuit. 20. in pr. extr. de elect. c. cum inferior. 16. extr. de major. & obedient.* † Cur ergò judex imploratus pre- 3
cibus alterius judicis non deferre ac citationem subdito suo insinuare vellet? † Quod si facere recu- 4
set, à Magistratu superiore ipsum ad hoc adigi posse, nullus ambigo. † Quia jurisdictio una per aliam 5
adjuvanda est, Panorm. *in c. 1. num. 5. & in c. quoniam 14. extr. de offic. judic. ordin. per text. in l. 2. C. de his qui latron. occult. & c. administratores. 26. caus. 23. q. 5.* † Manus enim manum fricat, unusque 6
Magistratus alterius armis indiget, Rebuff. *in præfat. de lit. requis. in pr. n. 11.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 3. c. 7. n. 41.*

Ita Domini in causa Hansen Anshelms contra Andream Neuwigen/Mens. April. Anno 1626. (Verba sent. Daß Beklagter vorigem Urtheil Folge zu leisten noch einsten per subsidium des Ampts Hadersleben citiret und vorgeladen wird; Und auff Fall das Ampt die Citation Beklagtem zu insinuiren sich nochmals verweigern würde/wird solches bey der hohen Obrigkeit des Orts gebührlichen billich gesucht/V.R.W.)

Definit. XXIX.

Reus latitans, etiam in causâ civili per edictum publicum in trium Dominorum territoriis affixum citari potest.

Sæpè accidit, ut Reus sit vagabundus vel latitet, 1
præsertim in causa debiti metuens carcerem, ita ut Citatio ipsi nequeat insinuari, ubi quæri solet; *An non hoc casu judex edictaliter accusatum citare possit?* † Sanè si judex sciat, ubi Reus degit vel alio 2
modo ei Citationem insinuare valet, neutiquam ad edictalem citationem perveniri poterit, sed debet Reus per literas subsidiarias citari, *Clem. 1. de judic. Clem. pastoralis. 2. in med. de sent. & re judic. l. 1. §. præsides. 2. ff. de requir. Reis, Novell. 134. cap. 5.* † 3
Si verò nesciat, ubi Reus degit, vel accusatus citationem ad se pervenire impediat, vel aliud subsit impedimentum, locum habet Edictalis citatio, † ita ut 4
Reus per publicum Edictum in trium Dominorum territoriis affixum citetur; † Ex observantia quo- 5
tidiana, quæ etiam in jure est fundata, *dict. Clem. 1. dict. Nov. 134. cap. 5.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 56. num. 7. & observat. 57. ubi hoc ad amussim tractat.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 3. cap. 7 num. 28.* Wurmbser. *lib. 1. observat. tit. 6. obser. 8. per tot.*

Ità Domini in causa Michaël Marggraffens contra Jonam Henrichen zu Dippoldiswalda / Mens. April. Anno 1626. (Verba sent. Daß Beklagter noch zur Zeit vor ungehorsam nicht zu achten / er ist aber auff anderweit vorgehende gebührende Ladung durch öffentliche Edicta und Anschlag in dreyer Herren Landen bey Straff Ungehorsams zu erscheinen und auff die wider ihn erhobene Kummer-Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/V.R.W.)

Et in causa D. Johannis à Lossens contra Martin Zätzschen zu Sobringen/Mens. August. Anno 1622. (Verba sent. Daß Beklagter durch öffentliche Edicta; so in dreyer unterschiedener Herren Landen anzuschlagen / gebührlichen citiret und vorgeladen werde/V.R.W.)

CON-

CONSTITUTIO III.

PARTIS PRIMÆ.

Von der Exception.

DEr ſoll der Beklagte / welcher auff drey-vierzehen Tage peremptoriè, wie auff Sächſiſchem Boden bräuchlich / citiret worden / ſchuldig ſeyn / alle ſeine Exceptiones, ſie ſind declinatoriæ, oder dilatoriæ, Vorſtand / Gewehr / oder was ſeyn mag / ſo der Antwort vorgehet / alle auff einmahl im berührten erſten Termin für-und einzubringen / und alsbald daran die Litis conteſtation mit einer Condition und in eventum anhängen / es wäre dann / daß allein über eine gantz zweiffelhafftige declinatorien diſputirt, auff welchen Fall / und ſonſten nicht / ſolche conditionirte oder Eventualis litis conteſtatio vorbleiben mag.

De Exceptionibus.

REus, pro more fori Saxonici ex intervallo quatuordecim dierum ter peremptoriè citatus, omnes ſuas exceptiones, ſive declinatorias, ſive dilatorias, ſatisdationis videlicet, Guarandæ, vel ſi quæ aliæ litis conteſtationem præcedunt, in primo termino ſimul opponat, unà cum annexa in continenti conditionali vel eventuali litis conteſtatione, niſi fortè de declinatoriâ admodum dubiâ diſputetur, quo ſolo caſu, nec aliàs ejusmodi litis conteſtationem omittere licebit.

DEFINITIONES.

1. *Reus in primo ſtatim termino exceptiones dilatorias omnes opponere debet, annexa in continenti eventuali litis conteſtatione.*
2. *Omiſſâ litis conteſtatione eventuali, Reus condemnatur in expenſas termini.*
3. *Super eventuali litis conteſtatione non judicandum eſt, antequam ſuper exceptionibus dilatoriis fuerit pronunciatum.*
4. *In cauſis quoque ſummariis & executivis exceptiones dilatoriæ omnes, primo ſtatim termino, ſunt opponendæ.*
5. *Reus, qui primo termino exceptiones dilatorias opponere prætermiſit, ſequenti termino non eſt audiendus.*
6. *Nec Reus, qui in primo termino non comparet, poſtea ſequenti termino exceptiones dilatorias opponere poteſt.*
7. *Judex, Reum non comparentem in expenſas termini condemnans, reſervare ipſi poteſt exceptiones dilatorias; Et quando id facere cenſeatur.*
8. *Efficit Leuteratio, ut Reus exceptiones dilatorias, antea omiſſas, adhuc opponere valeat.*
9. *Purgatâ contumaciâ admittuntur Rei exceptiones dilatoriæ.*
10. *Omitti poteſt litis conteſtatio eventualis, quãdo exceptio declinatoria eſt notoria vel probabilis.*
11. *Exceptio fori incompetentis, non in ſcriptis opponenda, ſed vivâ voce in judicio proponenda eſt.*
12. *Pœna plus petentium hodiè in uſu non eſt.*
13. *Exceptiones peremtoriæ opponendæ ſunt in ipsâ litis conteſtatione, nec omiſſæ poſtea Reum juvare poſſunt.*
14. *Peremptoriæ exceptiones, ante litis conteſtationem oppoſitæ, poſt litem conteſtatam rejiciuntur, injunctâ Reo litis conteſtatione.*
15. *Exceptiones tamen peremptoriæ, litis ingreſſum impedientes, ante litem conteſtatam rectè opponuntur.*
16. *Differunt ab invicem: Abſolvi ab inſtantiâ; Abſolvi ab inſtitutâ actione, & non teneri reſpondere ad actionem.*
17. *Excuſſionis exceptio etiam poſt litem conteſtatam opponitur.*
18. *Ratione domicilii quis poteſt convenirei in loco, ubi majorem poſſidet bonorum partem.*
19. *In judicio, etiam coram arbitris ſeu Compromiſſariis, rectè opponuntur exceptiones dilatoriæ.*
20. *Niſi in Compromiſſo exceptionibus dilatoriis expreßè fuerit renunciatum.*
21. *Libello rejecto tanquam inepto, non prohibetur Reus, alio poſtea exhibito libello, opponere exceptiones dilatorias.*
22. *Exceptio feriarum etiam iis competit, qui occupati non ſunt in meſſibus.*
23. *Non factâ litis denunciatione, Reus haud habet regreſſum adverſus ſuum autorem.*
24. *Omißâ licet denunciatione litis, poteſt tamẽ Reus experiri adverſus ſuum autorem jure evincentis.*
25. *Non ſolùm in emtione, ſed etiam in permutatione, aliisque contractibus, locum habet litis denunciatio.*
26. *In tranſactione locum non habet litis denunciatio ratione rei illius, quæ ex cauſa tranſactionis dimittitur.*
27. *Non admittitur litis denunciatio, quando manifeſtè conſtat, denunciantem frivolè conveniri.*
28. *Efficit litis denunciatio, ut ſtare cogatur denunciatus coram judice cauſæ principalis.*
29. *Quocunque tempore judicii ante ſententiam locum habet denunciatio litis.*
30. *Non admittitur tertius interveniens in judicio, priusquam de jure ſuo docuerit.*
31. *Super interventione Magiſtratus, privilegium ſuum urgentis, pronunciandum eſt, antequam judex in cauſa principali ulterius procedat.*

DEFINIT. I.

Reus in primo ſtatim termino exceptiones dilatorias omnes opponere debet, annexa in continenti eventuali litis conteſtatione.

1 ADinventæ licet ſint Exceptiones ad lites contrahendas, haud rarò tamen iisdem lites involvuntur & protrahuntur, ut conqueritur Joh. Petr. Ala. *in tr. de adv. & cauſid. Chriſt. quæſt. 40.* Didac. 2 Covarr. *lib. 1. var. reſolut. cap. 2. n. 3.* † Et ſæpius fit, quod ante inſtantiam Litigatores triginta, quinquaginta & pluribus annis ſine interitu litis in exceptionibus verſentur, Ventur. de Valent. *in parth. litigioſ. lib. 2. cap. 13. num. 8.* † Scilicet, quia non aſtringuntur eas omnes ſimul, eodemque tempore, & in 3 unâ die juridicâ opponere, ſed illis quandocunque, usque ad litem conteſtatam uti poſſunt, *l. exceptionem 19. C. de probat. l. ita demum 13. l. licet, 24. C. de procur.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de except. num. 10. in pr.* Felin. *in c. exceptionem 12. num. 12. extr. eod. tit.* Matth. Coler. *ad c. paſtoral. 4. num. 5. extr. de* 4 *except.* † Cui occurrere voluit Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector D. Auguſtus, jubens Reum accuſatum omnes exceptiones dilatorias in primo ſtatim termino ſimul opponere, annexâ litis conteſtatione ſaltem eventuali vel conditionali, *h. Conſtit. 3. ubi* Dan. Moller. *num. 1. Reſol. Grav. de An. 1661. Tit.* von *Juſtitien*-Sachen. §. wiewohl auch zum ſie- 5 benzehenden. Jac. Schult. *obſervat. 8. num. 4.* † Dubium ergò non eſt, quin laxum illud ac longum tempus Reo ad exceptiones dilatorias opponendas jure civili indultum, in foro Saxonico ad primum terminum ſit reſtrictum, quod nemini mirum vide- 6 bitur, † cum judex breviorem terminum Reo ſtatuere poſſit, quo omnes ſuas exceptiones dilatorias ac declinatorias ſimul proponat, ac niſi id faciat, iisdem deinceps opponendis minimè audiatur, *c. paſtoralis, 4. ubi Dd. extr. de except. l. 2. ff. de re judic.* Gloſſ. *in c. accepimus. 4. verb. ulterius arguendi. extr. de fid. inſtrum.* Schult. *dict. obſerv. 8. num. 3.* Moller. *hîc num. 10.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 22. num. 21. & ſeqq.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 140. num. 9.*

Ita Domini in cauſa Tobiæ Hartungs contra Claus Schwartzen/Menſ. Majo, Anno 1631. Anno 1630.

Et in cauſa Martini Antonii ab Harlims contra Hanſen von Wirthen/Menſ. Octobr.

DEFINIT. II.

Omiſſa litis conteſtatione eventuali, Reus condemnatur in expenſas termini.

1 IN primo itaque termino Reus omnes ſuas exceptiones dilatorias, ſatisdationis nempè, guarandæ &c. opponere tenetur, annexâ in continenti litis conteſtatione conditionali vel even- 2 tuali, *Defin. præced.* † Quod ſi facere omittat, nec litem eventualiter conteſtetur, acquieſcendo ſolùm in exceptionibus dilatoriis, aliisvè ad impediendum litis ingreſſum oppoſitis, non punitur ſtatim amiſſione cauſæ, nec condemnatur usque ad legitima impedimenta, biß auff 3 ehehaft/ † ſed ſolùm in expenſas termini actori ſolvendas, propter retardatum ſcilicet proceſſum, *prout ſancitum in* Ord. Nov. judic. *tit. 11. in pr. verb.* Bey Vermeidung der *expens.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 24.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Coler. *part. 1. deciſ. 104. num. 36. & obſervat. 11. n. ult.* Joh. Zanger. *in tract. de except. part. 2. cap. 9. n. 16.* † Niſi forſan exceptiones utcunque ſal- 4 tem ſint veriſimiles & probabiles, quæ Reum ab expenſarum reſtitutione omninò eximunt, Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 1. n. 18.* Moller. *ad Conſtit. Elect. 8. n. ult. p. 1.*

Ita Domini in cauſa Michaël Kohlmans contra Johann Hupfeldern/Menſ. Jun. Anno 1622. (Verba ſent. Würde Kläger die geſonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben/auch den geſoderten Vorſtand beſtellen/inmaſſen er zu thun pflichtig / ſo wäre Beklagter auff erhobene Klage ſich einzulaſſen und zu antworten / und weil er ſolches ietzo auch in eventum nicht gethan/ Klägern die Unkoſten dieſes Termins auf richterliche Ermäßigung zu erſtatten ſchuldig/V.R.W.)

Et in cauſa Hanſen Dieterichs contra ſein Eheweib und Töchter / Menſ. Feb. Anno 1621. (Verba ſent. Würde Kläger den geſoderten Vorſtand beſtellen / inmaſſen er zu thun pflichtig; So ſeynd Beklagte auff erhobene Klage bey Straffe Ungehorſams ſich einzulaſſen/und zu antworten/auch weil ſie in eventum ſolches nicht gethan/Klägern die Unkoſten auff richterliche Ermäßigung zu erſtatten ſchuldig/ V.R.W.)

Et in cauſa Johannis Gatzwillers contra Walter Broilen/ Menſ. Octobr. Anno 1629.

DEFINIT. III.

Super eventuali litis conteſtatione non judicandum eſt, antequam ſuper exceptionibus dilatoriis fuerit pronunciatum.

REctiſſimè faciunt Advocati poſt oppoſitas exceptiones dilatorias eventualiter litem con- 1 teſtantes, adjecta proteſtatione expreſsâ, non aliter, nec aliâ mente & intentione ſe litem conteſtari, quàm ſi exceptiones ab actore fuerint impletæ, ut notat Jacob. Schult. *dict. obſervat. 8. num. 5.* † Ope- 2 peratur namque hæc proteſtatio, ut in ſuſpenſo maneat litis conteſtatio, donec ſuper exceptionibus dilatoriis fuerit cognitum, eæque ſuum effectum acceperint, Ordin. Novell. judic. *tit. 1.* §. Es ſoll aber gleichwohl. † Quia conditio nihil ponit in eſſe, an- 3 tequam fuerit impleta, *l. ſi quis ſub conditione. 8. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. tedere diem. 213. ubi* Alciat. *ff. de V.S.* Dan. Moller. *hîc num. 16.* Hartm Piſt. *part. 4. quæſt. 22. n. 8.* Petr. Heig *part. 2. quæſt. 2. num. 31.* † Neque tenetur Reus poſt ejusmodi exceptio- 4 nes oppoſitas ad ulteriorem progreſſum in causâ principali, prius quam actor ratione exceptionum judicato ſatisfecerit, *dict. tit. 11.* §. Es ſoll aber gleichwohl. *verſ.* wie denn Beklagter ſich mit Klägern. † Cæteroquin ſi poſtea Reus ſimpliciter libello re- 5 ſpondeat, videtur à proteſtatione receſsiſſe, ut dubium non ſit, ſuper litis conteſtatione tunc purè judicem pronunciare poſſe, Schult. *dict. obſerv. 8. numer. 7.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 73. numer. 5. 6. 7.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Gerings contra Marien Schenckerin/Menſ. Junio, Anno 1620. (Verba ſententiæ: Würde Kläger den geſoderten Vorſtand beſtellen/ſo wol auch die geſonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben / inmaſſen er zu thun pflichtig / ſo wäre Beklagter auff erhobene Klage ſich einzulaſſen und

und zu antworten schuldig/ und weil er allbereit auff den Fall den Krieg Rechtens befestiget / und der Klagen geständig/mit Fürwenden/ꝛc. So ist er solches sein Fürgeben innerhalb Sächsischer Frist wie Recht zu beweisen verpflichtet/dagegen Klägern seine rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten wird/ ferner darauff zu beschehen/was recht ist/V.R.W.)

Et in causa Christophori Siegels contra Paul Masurn/ Mens. December. Anno 1622. (Verba sent. Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben/inmassen ihme zu thun oblieget / so wäre Beklagter auff erhobene Klage zu antworten / und den Krieg rechtens zu befestigen schuldig ; Wann er denn auff den Fall allbereit geantwortet/und solcher Klage nicht geständig/so ist Kläger den Grund derselbigen / und so viel ihme daran verneinet/innerhalb Sächsischer Frist/wie recht zu beweisen pflichtig / dawider Beklagtem seine bedingte Gegen-Beweisung und andere rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten wird/ferner darauff in der Sachen zu beschehen/was recht ist/V.R.W.)

Definit. IV.

In causis quoquè summariis & executivis exceptiones dilatoriæ omnes primo statim termino sunt opponendæ.

1 CUm in causis summariis & executivis lites abbreviari debeant, vel ex naturâ processus summarii,in quo absque strepitu judicii, solà facti veritate inspectà procedi solet, *supr.* Const. 2. *definit.* 17. Joh.Zanger. *de except.part.1.cap.2. num.3.* † utique & in hisce exceptiones dilatoriæ omnes in primo statim termino sunt opponendæ, ad hoc, ut eò 3 citius lites finiantur juxta tradita *suprà Defin. 1.* † Idque eo magis, quod in processu summario dilatoriæ exceptiones in primo actu judiciario operentur eosdem effectus, quos operatur litis contestatio in causis ordinariis, ex quo tunc primus actus judiciarius, in quo tractatur de meritis causæ, habetur pro litis contestatione,Matth. Coler. *de proceff. execut.part.4.cap.1. num. 83.* Felin. *in cap. exceptionem. 12. num.10. X. de except.* Matth. Berlich. 4 *part.1,concluf.18.num.9.* † Et jubet verbis generalibus Elector Illustrissimus exceptiones dilatorias primo statim termino opponere, annexâ litis contestatione ; *h. Constitut.* 3. Ergò non solùm in ordinariis, sed etiam summariis & executivis causis id fieri voluit, *arg. l.1.§. generaliter. 1 ff. de legat. præst.l.præses.3.in fin.ff. de offic.præsid.l.ut nullo. 28. C. de usur.*

Ita Domini in causa Matthes Kreusens contra Claus Schwartzen & Consortes Mens. Majo, Anno 1631. (Verba sent. Würde Kläger gnugsamen Vorstand pro reconventione & expensis bestellen/ immassen er zu thun pflichtig / so seyn Beklagte auff erhobene Summarische Klage mit ihrer Nothdurfft sich einzulassen / und zu antworten/und weil sie solches auch in eventum ietzo nicht gethan/Klägern die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/V.R.W.)

Definitio V.

Reus,qui primo termino exceptiones dilatorias opponere prætermisit,sequenti termino non est audiendus.

1 ACcidit quandoque, ut Reus primo termino dilatoriis exceptionibus allegandis constituto tantùm de angustiâ termini, vel advocati carentiâ, aut etiam de non apto satis libello conquerens, Guarandæ & satisdationis exceptionem prætermittat,ubi solet dubitari: *An non postea in termino sequenti exceptiones hasce opponere valeat?* † Sanè si in primo termino post oppositas excep- 2
ptiones in eventum Reus fuerit litem contestatus, quin postea Guarandam ac satisdationem petere haud possit, vix ambigendum est, *h.* Const. *3. vers.* So der Antwort vorgehet: † Sed omissâ litis con- 3
testatione eventuali non videtur res adeò expedita? Nihilominus & hoc casu reum præcisè teneri litem contestari, nec in termino sequenti opponentem exceptiones Guarandæ vel satisdationis audiri dixerim cum Daniel. Moller. *hîc.n. 8.* Matth. Berlich. *part.1. concl. 18. n. 11.* Jacob. Schult. *observat. 11.* † 4
Nempe, quia omnes exceptiones dilatorias primo termino opponere jubet Const. *hæc 3. vers.* in berührten ersten Termin/ꝛc. At quæ ad certum tempus sunt permissa, post illud prohibita censentur, Andr. Tiraquell. *de Retr. convent. §. 1.* Gloss. *2. n. 45.* Modest. Pistor. *vol.2.consil.44. n 5.* † Quin & 5
Reus omittens termino primo unam atque alteram exceptionem dilatoriam opponere, hujus respectu contumax habetur,per tradita Zobelii *part.1 differ. 13.n. 2.* & Anton. Tessaur. *decis. 265. n.1.* † Ergò 6
pœnam contumaciæ incurrit,quæ in eo consistit, ut nequeat ulterius opponere exceptionem dilatoriam,Tessaur.*dict.decis.265. num. 2.* Schult. *dict. observ.11.num.5.*

Ita Domini in causa Syndicen des Sattler-Handwercks contra Hansen Bergmannen zu Leipzig/Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent. Daß Kläger nunmehr mit Angelobung der Gewehr und Bestellung des Vorstandes zu verschonen/ und wird die post terminum eingebrachte litis contestatio billich verworffen/Es ist auch Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermäßigung zu erstatten / und nachmahls vorigem Urthell zu Folge auff erhobene Klage zu antworten / und litem richtig zu contestiren schuldig/V.R.W.)

It. in causa Matthes Peselern contra Georgium Langen zu Baydorff/Mens. August. Anno 1632.(Verba sent. Daß Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung bey Straff Ungehorsams zu erscheinen/ und auff die erhobene Klage/ seines dawider gethanen Fürwendens ungeachtet/zu antworten/und weil er solches auch ietzo in eventum nicht gethan / Klägern die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Hansen von Wirths contra Jacobum de Buqvoy zu Zwenckau/Mens. Febr. Anno 1630.

Definit. VI.

Nec Reus,qui in primo termino non comparet,postea sequenti termino exceptiones dilatorias opponere potest.

MElioris certò conditionis non est Reus, citatus planè non comparens, ac is qui in- 1
primo termino exceptiones duntaxat quasdam opponens reliquas præterierit, quin & propter contumaciam majori coercitione dignus: † Quis ergò dubitaverit, comparentem postea 2
Reum in termino secundo ac dilatorias exceptiones, putà Guarandæ ac satisdationis, opponentem planè non audiri, † quod eò facilius concef- 3
seris, si condemnatus fuerit Reus in primo termino usque ad legitima impedimenta,quibus non proba-

probatis nihil ulterius reſtat, quod Reum ab exe-
cutione liberare poſſit, Matth. Coler. *de proceſſ. exe-*
cut. part. 1. c. 2. n. 41. Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 1. n. 2.*
4 Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 3. n. 14. & ſeq.* † Sed et-
ſi Reus in primo termino non ſtatim usque ad legi-
tima impedimenta, ſed dumtaxat in expenſas termi-
ni fuerit condemnatus, nihilo tamen magis in ſecun-
do termino exceptiones dilatorias opponere vale-
5 bit propter contumaciam ſemel commiſſam. † Ergò
Reus, ſi legitimè citatus plane non comparuerit,
omnes ſuas exceptiones dilatorias, quibus adjuvari
poterat, perdidiſſe intelligitur, *Gloſſ. prima art. 17.*
num. 4. verſ. denn durch ſeinen Ungehorſam. *lib. 3.*
Landr. *l. contumacia 53. ff. de rejudic.* Matth. Coler.
part. 1. deciſ. 108. n. 71. Jacob. Schult. *obſerv. 11. n. 6.*

Ita Domini in cauſa Balthaſar Mönichs contra Baltha-
ſar Mörelln zu Zwickaw/ Menſ. Mart. Anno 1625. (Ver-
ba ſent. Daß dievon Klägern ohne Eyd angegebene Unko-
ſten auff 7. Flor. 1. gr. moderiret werden / welche ihnen
Beklagter zu erſtatten ſchuldig / in Mangelung gütlicher
Entrichtung wird Klägern darzu gebührlichen billich
verholffen / und hat ſich Beklagter an Federung der
Gewehr und des Vorſtandes geſtalten Sachen nach ver-
ſäumet/ V. R. W.)

Et in cauſa Hanſen Friederichs contra Johann Göluitzen
Paſtorn in Heinsdorff / Menſ. Jul. Anno 1631. (Verba
ſentent. Daß Beklagter/ ſeines gethanen Fürwendens un-
geachtet/ auff die erhobene Klage ſich einzulaſſen / und zu
antworten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Judex, Reum non comparentem in expenſas termi-
ni condemnans, reſervare ipſi poteſt exceptiones di-
latorias; Et quando id facere
cenſeatur.

1 NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm ſi judex Re-
um citatum, in primo termino non comparen-
tem, in expenſas termini iſtius condemnaverit, in-
junctâ ſimul ei litis conteſtatione, quo ipſo excep-
tionum opponendarum via ei videtur præcluſa,
arg. h. Conſtit. 3. *verb.* So der Antwort vorgehet.
2 † Cæteroquin, ſi judex in ſententia litis conteſtatio-
nem ei præcisè non injunxerit, ſed ſaltem ſua jura
in termino ſequenti ipſum proponere juſſerit, ſeine
Nothdurfft einzubringen und zu verfahren / *vel*
etiam, mit ſeiner rechtlichen Nothdurfft ſich ein-
zulaſſen/ tantùm abeſt hoc judicato facultatem ex-
ceptionum dilatoriarum opponendarum adem-
ptam ei fuiſſe, ut potius diſertis verbis exceptiones
3 hæ ipſi cenſeantur reſervatæ. † Nec enim verba illa
judicati ullum habere poterunt effectum, ſi non ea
de exceptionibus adhuc opponendis interprete-
4 mur. † Et didici ex obſervantiâ, morem hunc pro-
nunciandi tùm potiſſimùm in judiciis receptum eſ-
ſe, quando ex actis appareat cauſa, quæ contuma-
ciam Rei aliquâ ex parte poſſit purgare, puta, quod
terminus comparendi præfixus nimis anguſtus,
aut Reus comparere juſta ex causâ impeditus fuerit,
vel dilationem petierit, aut exceptionem in
5 ſcriptis propoſuerit. † Quin nec Reum, cui in
judicato injuncta fuit reſponſio, ab excepti-
onibus opponendis arceri; putat Modeſt.
Piſtor. *vol. 2. conſil. 37. num. 19. & conſil. 24. in pr.*
quia vocula judicati (zu antworten) non ſemper
importat litis conteſtationem, ſed quandoque
etiam exceptiones adhuc proferendas denotat,
ut in c. de induciis 2. cauſ. 3. quæſt. 3. ubi Gloſſ. in
verb. Reſponſiones. Adde Deciſ. Elect. noviſſ. 14.

Ita Domini in cauſa Caſpari Börners contra Veit Mül-
lern/ Menſ. Jul. Anno 1623. (Verba ſent. Daß Beklag-
ter Klägern die Unkoſten dieſes Termins auff richterliche
Ermäßigung zu erſtatten / und auff anderweit vorgehen-
de gebührende Ladung bey Straffe Ungehorſams zu er-
ſcheinen / und auff die erhobene Klage ſeine rechtliche
Nothdurfft Inhalts Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution
vom Munde in die Feder einzubringen ſchuldig/
V. R. W.)

Et in cauſa Hanſen Anshelms contra Andreas Rentwigen/
Menſ. Febr. Anno 1626.

Definit. IIX.

Efficit Leuteratio, ut Reus exceptiones dilatori-
as, antea omiſſas, adhuc opponere
valeat.

ETſi Reus exceptiones dilatorias in primo ter- 1
mino omiſſas, opponens termino ſequenti, non
audiatur *ſupr. Definit. 5.* aliud tamen dicendum ar-
bitror, ſi Reus ſententiam in primo termino latam,
quâ litis conteſtatio ei fuit injuncta, per interpoſi-
tam Leuterationem à curſu judicati ſuſpendat &
loco gravaminum, exceptiones dilatorias, quæ an-
te litis conteſtationem debent opponi, proferat ac
in proſecutione deducat, *cum Dn.* Matth. Berlich.
part. 1. concluſ. 18. n. 12. ubi hanc ſententiam tuetur
contra Jacob. Schult. *obſerv. 12.* † Non minùs ſi- 2
quidem Leuteratio quàm appellatio ſententiam ſu-
ſpendit, remque ad inſtar appellationis in eum ſta-
tum reducit, quo fuit in primo termino ante ſen-
tentiam latam, Reinhard. *part. 4. differ. 20. ſub fin.*
Joh. Schneidevv. *in §. curare 32. inſt. de action. n. 37.*
Modeſt. Piſt. *part. 1. quæſt. 22. n. 5.* † Ut non ſecùs 3
ac in primo termino cauſa adhuc ventilari cenſea-
tur, in quo exceptiones dilatorias opponi poſſe, an-
nexâ ſtatim litis conteſtatione, extra dubium eſt *h.*
Conſt. 3. *ſupr. Deſn. 1.*

Ita Domini in cauſa Martin Weraers contra Valentin
Ruppachen zu Berna/ Menſ. Auguſt. Anno 1629. (Ver-
ba ſentent. Nunmehr aus den Acten ſo viel zu befinden/
wäre Kläger die geſonnene Gewehr der Klagen würck-
lichen angelobet/ und den geſoderten Vorſtand beſtellen/
inmaſſen ihme zu thun obliget/ ſo iſt Beklagter auff erho-
bene Klage zu antworten / und den Krieg rechtens zu
beſeſtigen ſchuldig/ und weil er ſolches auff den Fall allbe-
reit gethan/ und der Klagen nicht geſtändig / ſo iſt Kläger
den Grund ſeiner Klagen innerhalb Sächſiſcher Friſt wie
recht darzuthun und zu beweiſen pflichtig / dawider Bekl.
ſeine Gegen-Nothdurfft billich vorbehalten wird / fer-
ner darauff zu beſchehen was recht iſt/ V. R. W.)

Definit. IX.

Purgatâ contumaciâ admittuntur Rei ex-
ceptiones dilatoriæ.

REus, ſi in totum contumaciter emaneat, con- 1
demnatur propter contumaciam usque ad
legitima impedimenta (Biß auff Ehehafft) Quo
judicato viam opponendarum exceptionum di-
latoriarum ipſi fuiſſe præcluſam, nemo dubitat,
ſuprà Definit. 6. † At, *quid ſi termino ad impedimen-* 2
ta deducenda ſibi præfixo Reus compareat, & pro-
bando impedimenta legitima contumaciâ purget?
† Etiamnum dilatorias exceptiones opponentem 3
admitti putaverim; Quia ſcilicet purgatâ con-
tumaciâ, pœna quoque contumaciæ, quæ
dilatorias exceptiones excludit, penitus ceſſat,
† Omnia-

4 † Omniaque tunc redeunt in pristinum statum, ita ut secundum ordinem juris denuò procedatur, Marth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 38.* Jason. *in l. 2. ff. si quis in jus vocat. non ier. & in l. 3.* 5 *ff. si quis caution. judic. sist.* † Non minus ergò, quàm ab initio processus, Reus exceptiones suas dilatorias hoc casu proponere valebit, nec simpliciter & præcisè ad Litis contestationem adstringetur.

Ita Domini in causa Hansen Magnussen von Schönfeld contra die Häusler und Gärtner zu Wachau / Mens. Majo, Anno 1625. (Verba sent. Daß Beklagte für Ungehorsam nicht zu achten / sondern mit ihrer rechtlichen Nothdurfft auff die angestellte Klage nochmals billich gehöret werden / V. R. W.)

Definit. X.

Omitti potest litis contestatio eventualis, quando exceptio declinatoria est notoria vel probabilis.

1 Sicut dilatoriæ, ita & declinatoriæ exceptiones (quæ & ipsæ dilatoriæ vocantur, Joh. Zanger. *de exc. part. 2. in præm. & cap. 1.*) in primo statim termino opponi debent, annexâ litis contestatione eventuali, h. Const. 3. *verb.* Sie seynd *declinatoriæ* 2 oder *dilatoriæ.* † Quod tamen de iis saltem intelligendum, quæ Reo sunt notæ; Nam si post terminum elapsum aliqua dilatoria exceptio ad ejus notitiam pervenerit, eam postea opponere non prohibebitur, Dan. Moller. *hic num. 11.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 18. n. 14.* Joh. Zang. *de except. part. 2. c. 3 22. n. 27.* † Nec semper exceptioni declinatoriæ subjungenda est litis contestatio eventualis: Quid enim *si judicis incompetentia aliavè exceptio declinatoria sit notoria, vel saltē probabilem disceptandi* 4 *causam præbeat?* † Certè omitti tunc poterit eventualis litis contestatio h. Const. 3. *vers.* Es wäre dann/ &c. & Ordin. Nov *jud. tit. 11. §.* es hätte denn. Resolut. Grav. de An. 1661. Tit. von Justitien-Sachen/ §. hätte aber zum achtzehenden. in fin. Jac. Schult. *observ. §. n. 4.*

Ita Domini in causa Matthes Fleischers contra Sebastian Heringen / Mens. Majo An. 1625. (Verba sent. Daß Beklagter von dieser Instantz mit Erstattung der Unkosten auff richterliche Ermäßigung billich entbunden / und Kläger an Beklagtens ordentliche Obrigkeit mit seiner Klage verwiesen wird / V. R. W.)

In causa Valentini Kleins contra Johann Zaschowitzen / Mens. Majo, Anno 1627. (Verba sent. Daß die von Klägern eingewandte Ungehorsams-Beschuldigung nicht zuläßlich / sondern wann Beklagter die ihm von dem Rath zu Marienberg ertheilete Kundschafft mit dem Original bestärcken wird / so erscheinet aus dem Einbringen so viel / daß er der angegebenen Schuld wegen von seiner ordentlichen Obrigkeit zu Marienberg billich belanget wird / V. R. W.)

Et in causa Christian Winckelmans contra Michael Gottschalcken zu Leipzig / Mens. Sept. Anno 1635.

Definit. XI.

Exceptio fori incompetentis non in scriptis opponenda sed vivâ voce in judicio proponenda est.

1 Etsi judex, si contra substantiam jurisdictionis excipiatur, putà quod jurisdictionem activam non habeat, de exceptione non cognoscat, sed superior, Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 2 1. n. 446.* † Attamen de jurisdictionis suæ exercitio ipsemet cognoscere haud prohibetur, an videlicet sua sit jurisdictio nec ne, & an judex competens sit vel incompetens, *l. si quis ex alienâ. 5. ff. de judic.* Jas. & Dd. *in l. 2. ff. si quis in jus vocat.* Felin. *in cap. super literis. 20. X. de rescript.* Magon. *dec. 42.* † Et ita in Camera Imperiali observari, te- 3 statur Andr. Gail. *lib. 1. observ. 34.* † Necesse ergò est, 4 ut exceptio incompetentiæ ejusque ratio proponatur: Nec sufficit, eam in scriptis allegari, sed comparere debet Reus, & oretenus exceptionem hanc in judicio proferre, ne judicis autoritatem contemnere videatur, *dict. l. si quis ex alienâ. 5. ff. de judic.* † Quod eò magis procedit in foro Saxonico, 5 ubi Reus jura sua vivâ voce in judicio proferre obstrictus est, *supr. Constit. 1. defin. 1.*

Ita Domini in causa Hansen Weissens contra Bartholomæum Metzgern / Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent. Daß Beklagtens schrifftliches Einwenden nicht zuläßlich / sondern er ist Klägern die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermäßigung zu erstatten / und auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und seine vorgeschützte Exception und Nothdurfft vom Mund aus in die Feder einzubringen und zu verfahren schuldig / V. R. W.)

Et in causa Martin Schwartzbachs contra Johann Christian von Greiffenberg / ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Jan. Anno 1635.

Definit. XII.

Pœna plus petentium hodiè in usu non est.

Plus petitionis quoque exceptio est dilatoria, §. 1 *temporales 10. Inst. de Except.* Chilian. König. *in Process. judic. cap. 43. n. 4.* † Cui locus datur, si 2 actor vel re, tempore, vel loco vel causâ plus petat, *dict. §. 10. §. si quis agens. 33. Inst. de act.* quod quomodo fiat, docet multis Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 11. n. 3. & seqq.* † Quanquam verò contra eos, 3 qui plus petunt re, tempore, loco aut causâ, quondam gravissima erat pœna constituta, quia causa cadebant, hoc est rem ipsam seu litem amittebant, Paul. *lib. 1. recept. sent. tit. 10. de plus petendo. lib. 2. tit. 5. de pignor. §. compensatio. §. si quis agens. 33. ubi* Wesenb. *Inst. de action.* Jacob. Cujac. *lib. 7. observat. 27.* † Attamen postea ex constitutione 4 Zenonianâ & Imp. Justiniani hæc pœna fuit immutata. Nam actor hodiè plus loco, vel causâ, vel re petens in triplum ejus condemnatur, quod sportularum & sumptuum nomine à Reo fuerit erogatum, *§. tripli verò 24. §. 33. vers. sed hæc quidem. Inst. de action. l 2. §. si quis verò. 2. C. de plus petit.* † Petente 5 verò actore plus tempore, promissor aut debitor totum tempus dilationis inchoando à tempore contractus, usque ad diem solutioni destinatum, in duplum habet, sine usurarum præstatione, *l. 1. l. 2. C. de plus petit.* Joh. Zanger. *dict. cap. 11. num. 11.* † Sed 6 neutrum moribus nostris solet practicari: Nam cum apud nos ex parte Reorum nullæ exigantur sportulæ, utique nec triplum ejus, quod in rerum naturâ non est, de quo loquitur *dict. §. 33. vers. sed hæ quidem. Inst. de action.* peti poterit, *arg. l. ejus qui. 41. in fin. ff. si cert. petat.* † Nec duplicatio induciarum 7 contra plus petentem tempore, dictari apud nos consuevit, sicuti nec ulla alia pœna, præterquàm, quod Rei absolvantur ab instantiâ & observatione judicii, ac simul condemnetur actor ad refusionem expensarum, reservato ei jure denuò agendi, post evenientiam diei vel existentiam conditionis, *test* Matth. Coler. *part. 2. decis. 265. num. 3.*

Ita Domini in causa Adami Brosemans contra Margarethen Reichnigns / Mens. Mart. Anno 1627.

Definit. XIII.

Exceptiones peremtoriæ opponendæ sunt in ipsâ Litis contestatione, nec omissæ postea Reum juvare possunt.

1 MUltùm disceptatur de exceptionibus peremptoriis, quando nempe in judicio sint oppo-
2 nendæ? † Haud paucis statuentibus, post litis contestationem, tempore quocunque modò ante sententiam & conclusionem, illas validè opponi, *per text. in l. peremptorias 2. C. sent. resc. non poss.* Jacob. Cujac. *lib. 18. Comm. 34.* Matt. Coler. *in c. cum venerabilis. 6. extr. de except. n. 63.* Matth. Wesenb. *ad tit. Codic. de except. n. 9.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 74. n. 13.* Jac. Schult. *observ. 7. num. 6. & seq.* Herm.
3 Vult. *lib. 2. jurispr. Rom. cap. 30. n. 61.* † Sed procul dubio verius est, tàm in bonæ fidei, quàm stricti juris judiciis, Reum peremptorias exceptiones statim debere contestari, & sic in ipsa litis contestatione opponere, *per text in l. 9. vers. habitâ exceptionis contestatione. l. præscriptionem 8. C. de except. l. emtor. 9. vers. in cujus initio contestationem haberi sufficit. C. de præscript. long. temp.* ut explicant hosce textus eleganter Donell. *in dict. l. 9. C. de except. n. 6. & lib. 22. Comm. 8.* Zang. *de except. part. 3. c. 26. n.*
4 *34. & seqq.* ubi etiam ad contraria respondent. † Eaque sententia non modò in Imperio Romano-Germanico approbata, Recess. Imper. Spirens. *de Anno 1570.* §. demnach sollen die gewöhnlichen
5 *termin.* Recess. Ratisb. *de Anno 1594.* §. Setzen demnach/ordnen und wollen. † Sed & in terris Electoratus Saxonici confirmata fuit, Ordin. nov. Judic. *tit. 11.* §. Es soll aber auch; Usque adeò, ut si Reus exceptiones peremptorias initio contestari
6 omiserit, † postea easdem objicere vel in articulis Reprobatoriis deducere nequeat, vel si maximè hoc fecerit, judex tamen super illis cognoscere non debeat, Ordin. nov. judic. *dict. tit. 11. in fin. & tit. 21.*
7 da auch der Beklagte. † Quia de eo, quod per litis contestationem in judicium non fuit deductum, *l. un. C. de lit. contest.* judici facultas cognoscendi aut judicandi non competit, *l. ut fundus 18. ff. comm. divid.*
8 † Planè si post litem demùm contestatam peremptoriæ exceptiones suboriantur, vel ad notitiam Rei perveniant, idque jurejurando ejus probetur, quin tùm admittendæ erunt, dubium haud est, *dict.* Ordin. judic. *tit. 11. in fin.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 18. n. 65. & 66.*

Ita Domini in causa Caspari Anckelmans contra Thomam Heustein zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1623.
It. in causa Hansen Volraths zu Wurtzen / Mens. April. Anno 1624. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch die angeführte exceptio Præscriptionis peremptoria ist/ welche so bald bey der litis contestation hätte opponiret werden sollen/ꝛc.)
Et in causa Zacharias Harnischens & Consort. contra Valentinum Heintzen/Mens. Mart. Anno 1630.

Definit. XIV.

Peremptoriæ exceptiones, ante litis contestationem oppositæ, post litem contestatam Reo reservantur injunctâ ipsi litis contestatione.

1 POst litis ergò contestationem vel potius in ipsa litis contestatione (Bey der Litis conte-
station) post factam tamen responsionem categoricam, opponendæ sunt exceptiones peremptoriæ, *l. præscriptionem 8. l. siquidem. 9. C. de except. Defin. præced.* † *Quid verò, si Reus ante litis contestationem eas dem opponat?* Inverteretur sanè Processus, nec operari quid possent exceptiones, antequam de categorica Rei constaret responsione, † Ideoque obsservantiâ receptum, ut in judicando non attendantur, sed rejiciantur, Reo litis contestatione injunctâ, eique datâ licentiâ exceptionibus suis uti post litis contestationem, Dan. Moller. *hic n. 2.* Matth. Wes. *in tit. C. de except. n. 10.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 24. & part. 4. cap. 4. n. 18.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 22. n. 24. & part. 3. cap. 26. num. 27. & 28.* † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Electori *in Ordin. nov. Judic. tit. 11.* §. was aber die *peremptorias.*

Ita Domini in causa Zachariæ Harnischens & Consort. contra Valentin Heintzen / Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sent. Daß Beklagter auff erhobene Kummer-Klage sich einzulassen/zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ und werden ihme seine exceptiones, so viel derselben erheblich / nach der Krieges-Befestigung zerstörlicher Weise einzuwenden billich vorbehalten/V.R.W.)
It. in causa Tobiæ Festels contra Heinrich Arnssen von Hamburg/Mens. Majo, Anno 1623. (Verba sent. Würde Kläger seinem Erbieten nach die gesonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben / und den gefoderten Vorstand gebührlichen bestellen; So wäre Beklagter auff erhobene Klage bey Straffe Ungehorsams sich einzulassen und zu antworten schuldig / es werden aber Beklagtem nach beschehener Krieges-Befestigung seine exceptiones, so viel derselben erheblich/ zerstörlicher Weise dawieder einzuwenden billich vorbehalten/ferner darauff zu beschehen was recht ist/V.R.W.)
Et in causa Augustini & Valentini der Bergmännere contra Abraham Schmieden & consortes zu Pegau / Mens. Jul. Anno 1607.

Definit. XV.

Exceptiones tamen peremptoriæ, litis ingressum impedientes, ante litem contestatam rectè opponuntur.

1 ETsi peremptoriæ exceptiones ante litem contestatam regulariter non validè opponantur, *Defin. præced.* † fallit tamen idipsum in exceptionibus iis, quæ licet peremptoriæ sint, attamen litis ingressum impediunt, ut est exceptio rei judicatæ, præscriptionis, transactionis, jurisjurandi, solutionis,
2 actionis non competentis &c. Matth. Col. *in c. cum venerabilis. 6. extr. de except. num. 68.* Wesenb. *in parat. ff. eod. tit. n. 7.* Felin. *in cap. exceptionem. 12. num. 34. extr. de except.* † Quæ & ante litem con-
3 testatam objici possunt, modò in primo statim termino opponantur, & in continenti ex originalibus actis & documentis, vel confessione partis adversæ
4 sint claræ, manifestæ & liquidæ, † prout in terris Electoratus Saxonici disertè sancitum in Ordin. nov. judic. *tit.* §. Es wären dann dergleichen *exceptiones.* Col. *dict. loc. n. 69. & seq.* Wes. *dict. loc.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 17. n. 110.* Dan. Moller, *lib. 1. semestr. cap. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 1. de arbitr. judic. quæst. 19. n. 18. & seq.* † Et probatis ante litem con-
5 testatam ejusmodi exceptionibus, litis ingressu impedientibus, Reus non ab instantiâ absolvitur, ut voluit Matth. Wesenb. *ad tit. Cod. de except. num. 4.* sed pro-

pronunciandum est hoc casu Reum ad institutam actionem respondere non teneri, *dict. tit. 11. §.* wann nun also die *exceptiones*. Matth. Coler. *dict. loc. n. 40.* Schult. *observ. 27.*

Ita Domini in causa Marci Radegasts contra Martin Forbergern zum Forst/ Mens. Dec. Anno 1631. (Verba sent. Daß Beklagter auff angestalte Klage sich einzulassen nicht schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Balthasar Pussens contra Nicol. von Hauffgussen und sein Eheweib/ Mens. Mart. Anno 1614.

Definit. XVI.

Differunt ab invicem: Absolvi ab instantiâ; Absolvi ab institutâ actione, & non teneri respondere ad actionem.

1 PRobè notandum, Exceptiones ad litis ingressum impediendum oppositas, sed vel tacitè vel expresè per judicem rejectas, posse adhuc denuò post litem contestatam opponi, ut post Jason. *in l. ait prætor. 7. ff. de jurejur. num. 20.* notat Matth. 2 Berlich. *part. 1. concl. 18. num. 54.* † Quamvis tùm exceptionibus probatis paulò aliter sit pronuncian- 3 dum & Reus ab institutâ actione absolvendus. † Nimirum differunt ab invicem hæc tria: Absolvere aliquem ab instantia; Absolvere ab institutâ actione; Et non teneri Reum respondere ad actionem institutam, Ordin. Nov. judic. *tit. 11.* wann nun also *in fin. junct. §.* Nach der Krieges-Befestigung 4 aber/ &c. † Prior formula solet observari, quando Reus à processu minùs ritè formato absolvitur, veluti propter ineptitudinem libelli, incompetentiam fori aliasque dilatorias exceptiones, ubi tamen ipsa actio non perimitur, sed actori debito modo ac lo- 5 co illam instituere reservatur; † Et sic absolutio ab instantiâ adhuc superesse actionem significat, Bald. *in l. exceptionem. 19. n. 3. C. de probat.* Gail. *lib. 1. observat. 73. n. 3.* Zanger. *de except. part. 2. cap. ult. n.* 6 *30.* Matth. de Afflict. *decis. 60. in fin.* † Absolutio autem ab institutâ actione omnem perimit actionem, nec potest denuò actor adversus absolutum ab actione validè experiri; Quæ formula usurpatur, quando Reus factâ jam litis contestatione & oppositis ac probatis exceptionibus peremptoriis absolvitur, Jac. Schult. *observ. 7. num. 30. & 31. & obs. 26. num. 6. & 7.* Matth. Coler. *in cap. cum venerabilis. 6. num. 40. extr. de except.* † Cui pronun- 7 ciandi modo similis est formula tertia; Ut Reus non teneatur respondere ad institutam actionem. Quâ satis innuitur, actori non competere jus agendi, ut sic Reus non modò ratione processus, sed respectu juris ipsius agendi tutus sit, veluti pronunciatur post oppositas & probatas exceptiones litis ingressum 8 impedientes ante contestationem litis: † Nec enim tum absolvi potest reus ab actione, cui nondum respondit, aut per litis contestationem se obligavit, *l. un. C de lit. contest.* Ordin. Nov. judic. *tit. 21. §.* wenn nun also *in fin. junct. §.* Nach der Krie- 9 ges-Befestigung aber. † Sæpè tamen accidit, ut judices pronuncient: Daß sich Beklagter auff erhobene Klage/ immassen die vorbracht/ einzulassen nicht schuldig. Quæ formula cum priori, quâ Reus ab instantiâ absolvitur, prorsus convenit; eundemque effectum habet, ut liquet ex vocabulis (Immassen die vorbracht.) † Respicit nimirū judex saltē 10 processum vel actionem ob libelli ineptitudinem forsan minus ritè institutam, & sic in effectu Reum non nisi ab instantiâ absolvit, quod certè probè nosse oportet advocatos in judicio versantes.

Ita Domini in eadem causa Marci Radegasis contra Martin Forbergern zum Forst/ Mens. Dec. Anno 1631.

Definit. XVII.

Excussionis exceptio etiam post litem contestatam opponitur.

FAteor cum Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 16. n. 4.* exceptionem Excussionis jure inter dilatorias referri, quia actionem non perimit, sed differt duntaxat judicium, ut prius Principalis excutiatur: † siquidem creditor excusso debitore, potest 2 redire sine metu hujus exceptionis, ad possessorem vel fidejussorem, *Auth. hoc ita si debitor. C. de pign. Auth. præsente. C. de fidejuss. l. 47. ff. de jure fisci.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 23. defin. 1. n. 1.* † Cui con- 3 sequens, exceptionem hanc ante litis contestationem esse opponendam, ita ut omissa post litem contestatam ulterius objici nequeat, *h. Const. 3. supr. Defin. 1. & 5. l. pen. l ult. C. de except. l. 13, l. 24. C. de procurat. l. 19. C. de probat.* † quæ & communis est 4 Dd. opinio, ut multis autoritatibus firmant Zanger. *dict. loc. &* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 18. n. 80. ubi* Dd. *benè multos allegat.* Ant. Fab. *eleganter in dict. defin. 1.* † Nihilominus benignior est sententia con- 5 traria, nimirum exceptionem hanc etiam post litis contestationem rectè opponi: Iniquum siquidem esset, nedum absonum, Reum prohiberi exceptionem excussionis post litem contestatam objicere, quam & post sententiam in executione ipsâ opponere valet, unde & hæc exceptio inter anomalas refertur à Matth. Coler. *de proces. execut. part. 4. cap. 1. num. 117.* † Vel ob solam igitur æquitatem, 6 cujus ratio est habenda in omnibus judiciis, *l. placuit. 8. C. de judic. l. in omnibus. 68. ff. de Reg. jur.* recepta est hæc sententia in dicasteriis harum provinciarum, *teste* Zanger. *dict. cap. 16. n. 6. ubi allegg.* Gail. *lib. 2. obs. 27. n. 3.* † Quamvis & non ineptè dixeris, 7 excussionis exceptionem vim perimendi quandoque in se continere, & sic inter peremtorias exceptiones haud malè referri, ut probat Matth. Berlich. *dict. loc. n. 81.* † Quidquid sit à sententiâ 8 hac benigniori, usu & observantiâ receptâ neutiquam est recedendum, Zanger. *dict. cap. 16. n. 6. & 7.* ubi formulam pronunciandi ponit, inquiens, minus rectè hoc casu Reum ab instantiâ absolvi. † Quod vix concesserim, cum absurdum 9 non sit, reum post litis contestationem absolvere ab instantiâ, per quam lis propriè significatur, quæ demùm post litis contestationem incipit, *l. un. C. de lit. contest. vid. supr. Const. 2. defin. 19.* † 10 Fateor tamen formulam à Zangero præscriptam ut plurimum in pronunciando observari; Quandoque etiam judex pronunciat: Daß Klägers Suchen noch zur Zeit nicht statt hat. *vel:* Daß sich Beklagter auff angestellte Klage noch zur Zeit einzulassen nicht schuldig. † Planè sicuti excussio- 11 nis, ita etiam divisionis, & cedendarum actionum exceptio, non solùm ante, sed & post litem contestatam opponi potest, *l. fidejussor. 10. §. 1. C. de fidejuss.* Valent. Franc. *in tract. de fidejuss. cap. 5. n. 460.*

num. 460. & seq. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 18. num. 460. & seq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 18. num. 84.* Zanger. *dict. cap. 16. num. 27.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 4. cap. 1. n. 117. & seq.* Jacob. Schult. *observat. 10.*

Ita Domini in causa Hansen Anshelms contra Hansen Zachmans Erben/ Mens. Jun. Anno 1616. (Verba sent. Daß Klägers Suchen/gestalten Sachen nach / noch zur Zeit nicht statt hat/ V.R.W.)

Definit. XIIX.

Ratione Domicilii quis potest conveniri in loco, ubi majorem possidet bonorum partem, & quibus modis domicilium probetur.

1 CEssat exceptio incompetentiæ, quando Reus convenitur in foro domicilii, quod neutiquam ex sola domus inhabitatione vel rerum quarundam in alienâ civitate comparatarum & acquisitarum possessione probatur, nec constituitur, *l. libertus. 17. §. sola domus. 13. ff. ad municip.* † Sed & 2 animo & voluntate alicubi domicilium habendi, *l. nullus. 3. C. de divers. offic. & appar. jud. lib. 12. l. postliminii 5. §. fin. ff. de capt. & post l. revers. l. ejus qui. 27. §. Celsus. 2. ff. ad municip.* Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cent. 1. cas. 86. n. 2. & seqq.* Matth. Coler. *in tr. de proteff. execut. part. 2. cap. 1. num. 30.* 3 † Quæ voluntas non ex nudâ Rei contestatione, sed aut ex protestatione, quâ antè re & facto declaravit, se in aliquam civitatem vel Regionem eâ mente habitatum veniffe, ut ibi perpetuò esset, *l. domicilium. 20. ff. ad municip. l. pupillus. 239. §. incola. 2. ubi* Alciat. *ff. de V. S.* Menoch. *dict. loc. num. 2.* † aut si de 4 eo testationem non interposuerit, ex conjecturis & præsumtionibus probatur; putà: ubi quis larem fovet, sein eigen Feuer und Rauch hat. *l. 2. C. ubi* 5 *senat. vel clariff.* † Ubi frequenter & per longum tempus, veluti ultra decennium habitaverit, Felin. *in c. dilectus. 26. n. 11. X. de rescript.* Coler. *dict. cap.* 6 *1. n. 39.* † Ubi quis jus civitatis impetraverit & habitaverit, Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. concl.* 7 *534.* Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 1. n. 54.* † vel etiam matrimonium contraxerit, præsertim, si de uxoris domicilio quæritur, Zanger. *dict. cap. 1. n. 56. & seqq. ubi post* Matth. Coler. *in dict. cap. 1. p. 2.* conjecturas hasce, aliasque latissimè persequitur. Inter quas certe haud minima est conjectura domicilii 8 contracti: † si Reus aliquo in loco majorem bonorum suorum partem habeat, *l. 2. ibi. aut majorem. C. ubi senat. vel clariff. l. heres. 19. §. proinde 2. ff. de judic. l. is cui. 5. §. quod si 23. ff. ut in possess. legat.* Co- 9 ler. *dict. cap. 1. n. 30.* † Nec refert per se aut alios quis bona possideat: Qui enim nostro nomine sunt in possessione, ii non sibi, sed nobis possident, & nos per eos possidemus, *l. 1. §. 11. & seq. l. 25. §. 1. ff. de acquir. possess.*

Ita Domini in causa Urbani Jahns zu Procha/Mens. Jun. Anno 1601. (Verba sent. Ob nun gleich der Bauren-Hoff zu Jaßnitz/darauff die Beklagten wohnen/ und etliche darzu gehörige Felder und Wiesen mit den Lehn- und Erbgerichten/unter den Rath zu Plauen gehörig; Dieweil aber dennoch die meisten Felder und Wiesen-Stücke unter den von Watzdorff gelegen/ꝛc. So seyn sie auch daselbst zu stehen/und der Sachen Erörterung in dieser Instantz auszuwarten schuldig/V.R.W.)

Definit. XIX.

In Judicio, etiam coram arbitris seu compromissariis, rectè opponuntur exceptiones dilatoriæ.

COmpromissa in odium litium dicuntur facta 1 & introducta, *l. ult. ff. famil. erciscund.* cum mens sit compromittentium, lites inter conjunctos dirimi per arbitros & amicos sine strepitu judicii, etiam tunc quando in judicem ordinarium fuit compromissum, Adam Keller. *lib. 2. de offic. jurisd. polit. cap. 7. per l. properandum. 13. C. de judic. c. finem litibus. 5. extr. de dol. & cont.* † Existimare hinc 2 quispiam posset, locum non dari exceptionibus dilatoriis coram judice compromissario: sed neutiquam concedendum, † exceptionibus illis lites 3 protrahi, quippe quæ adinventæ fuêre ad lites abbreviandas & contrahentes: Ventur. de Valent. *in parth. litigios. lib. 1. cap. 9. n. 22.* † *Quidni ergò hisce in compromissario etiam judicio uti liceret?* 4 Non enim compromissa corrigunt jus commune, sed potius illud corroborant quoad abbreviationem & amputationem litium, Barbat. *vol. 4. consil. 53. arg. l. si id quod. 28. §. si quis. 1 ff. de donat. int. vir. & uxor.* Blanc. *de compromiss. quæst. 1. n. 3. & 4.*

Ita Domini in causa Martini Richters contra Andreæ Hanemans Eheweib zu Grimma/Mens. Majo An. 1696. (Verba sent. Dieweil in dem auffgerichteten Compromiss nicht zu befinden/daß die Partheyen der dilatorischen exceptionen, als nemlich der Gewehr und Vorstandes sich begeben/so ist auch Kläger die gesonnene Gewehr würcklichen anzugeloben/und da er in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern nicht gesessen / den gefoderten Vorstand zu bestellen schuldig/V.R.W.)

Definit. XX.

Nisi in compromisso exceptionibus dilatoriis expressè fuerit renunciatum.

SEd hoc ita, nisi in compromisso exceptionibus 1 dilatoriis expresse fuerit renunciatum: Etenim cum exceptiones sint litigantium remedia ac beneficia defensiva, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de except.* † quin 2 hisce partes renunciare queant dubium prorsus non est, *l. pen. C. de pact. l. pactum. 46. ff. eod. tit. l. si judex circumvento. 41. ff. de min.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 13. defin. 1. n. 4.* † Idque magis, quod in com- 3 promissis sæpissimè procedatur ex partium conventione, tanquam in processu summario, in quo alias exceptiones dilatoriæ possunt omitti, *Clem. sæpè. de V. S.* Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 78. n. 5.* Jac. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1. decis. 109. n. 26.* † Quin & tacitè hisce exceptionibus renun- 4 ciari posse, apparet ex traditis Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 1. num. 4.*

Ita Domini in causa Nicolai Roßbachs contra viduam & heredes Jacobi Hanißschens zu Dreßden / Mens. Jul. Anno 1616. (Verba sent. Dieweil dieses eine Compromiss-Sache ist/darinnen sich beyde Partheyen der dilatorischen exceptionen ausdrücklichen begeben; So hat auch Beklagtens Suchen/wegen Bestellung des Vorstandes und Angelobung der Gewehr / nicht statt/ sondern es seyn Beklagte/ihres Einwendens ungeachtet / Inhalts des auffgerichteten Compromiss, in dieser Sachen allenthalben ohne fernern Verzug zu verfahren/ und ihre rechtliche Nothdurfft auff das jenige/ was von Klägern angeführet / richtig und deutlich mit Ja oder Nein / was sie daran geständig oder nicht / einzubringen / und folgends darauff zum Urtheil zu beschliessen schuldig/V.R.W.)

Defi-

DEFINIT. XXI.

Libello rejecto tanquam inepto, non prohibetur Reus alio poſtea exhibito libello opponere exceptiones dilatorias.

1 DIxi *ſupr. Defin. 5.* Reum, qui primo termino exceptiones dilatorias opponere prætermiſit, ſequenti termino non eſſe audiendum, eas allegare volentem: *Quid verò ſi primo termino non niſi inepti libelli exceptionem Reus objecerit?* †Cer-
2 tè, ſi non attenta exceptione hâc, fuerit injuncta Reo Litis conteſtatio, quin tunc poſtea exceptiones dilatoriæ omnino ſint rejiciendæ, dubium non eſt, ſe-
3 cundum tradita *dict. Defin. 5.* † At libello pro inepto habito & rejecto, non certè video, cur poſtea, alio exhibito libello, Reus denuò exceptiones dilatorias tanquam in primo terminô opponere pro-
4 hibeatur? *h. Conſtit. 3.* † cum per rejectionem libelli inepti terminus ille ſit circumductus, ac prior proceſſus planè annihilatus; idque vel exinde apparet, quod Reus hoc caſu ab obſervatione & inſtantiâ judicii prorſus abſolvatur, Felin. *in c. ſignificantibus 2. n. 5. extr. de libell. oblat. l. 1. in pr. ubi* Gloſſ. *ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. c. examinata. 15. extr. de judic.* Jaſon. *in §. omnium 1. n. 127. Inſt. de action.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 28. num. 18. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Timothei Aleſii contra Lucretien/ Hieronymi Schmieds Eheweib/Menſ. Nov. Ann. 1634. (Verba ſent. Würde Kläger ein ander und förmlicher Klag-Libell übergeben/ꝛc. So wäre Beklagter Curator auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erſcheinen/ und mit ſeiner rechtlichen Nothdurfft ſich einzulaſſen und zu verfahren pflichtig/V.R.W.)

DEFINIT. XXII.

Exceptio feriarum etiam iis competit, qui occupati non ſunt in meſſibus.

1 EXceptio feriarum licet ſit dilatoria, cum dilationem temporis tantum tribuat, *arg. l. 2. in fin. l. 3. ff. de except.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud.*
2 *quæſt. lib. 2. centur. 3. caſ. 240. n. 2.* † attamen in qualibet parte judicii rectè opponitur, propterea, quod gravamen habeat ſucceſſivum, Vant. *in tract. de nullit. ſent. tit. ex defect. juriſd. ordin. n. 130.* Johan. Zanger. *de except. part. 2. cap. 7. n. 4.*
3 ubi pleniſſimè hanc exceptionem tractat. † Feriæ autem dicuntur, non modò, quæ in honorem Dei ſunt introductæ, vulgò ſolennes, *l. 2. l. 3. C. de feri-*
4 *is. c. fin. extr. eod. tit.* † vel à Principe dictæ, quæ
5 dicuntur Repentinæ, *l. 1. l. 4. C. dict. tit.* † ſed etiam, quæ colligendorum fructuum causâ indicuntur, *l. 1. l. 2. ff. de fer.* Feriæ ſcilicet meſſium, quæ incipiunt ab octavo die Julii, usque ad decimum quartum Auguſti diem incluſivè, Receſſ. Imper.
6 Wormat. *de Anno 1512.* † *Sed num feriarum harum exceptionis etiam competet, qui occupati non ſunt in meſſibus?* Quicquid dicant Bartol. *in l. 1. C. de agr. & cenſ. lib. 11. &* Speculat. *in tit. de fer. §. 1. n.*
7 *8.* † Vindemiarum & meſſium ferias omnibus indiſtinctè prodeſſe, exiſtimaverim cum Matth. Weſ. *in parat. ff. de feriis. n. 7. &* Zanger. *dict. cap. 7. n. 13.*
8 † Quamvis enim ipſi litigatores non ſint occupati in colligendis fructibus, fieri tamen poteſt, ut eorum advocati, procuratores, aut alii, quorum operâ ipſi utuntur, occupentur in meſſibus, ita ut ſaltem propter occupationem plurimorum hominum, feriæ hæ communes eſſe debeant, † maximè ob generalitatem Edicti prætoris, ne quis adverſarium tempore meſſium aut vindemiarum in jus vocet, *l. 1. in pr. ff. de fert.* Weſenb. *dict. loc. num. 7.*

Ita Domini in cauſa des Raths zu Zörbig contra Caſpar Fuhrmannen/Menſ. Jul. Anno 1634. (Verba ſent. Daß Beklagter Caſpar Fuhrmann geſtalten Sachen nach für Ungehorſam nicht zu achten; Sondern er iſt auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erſcheinen/ und vorigem Urtheil nochmahls Folge zu leiſten ſchuldig/ ꝛc. V.R.W.)

Et in cauſa Johann Betzers Erben contra Marien Großmannin/ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, M. Sept. Anno 1636. (Verba ſent. Daß die Ungehorſams-Beſchuldigung nicht ſtatt hat/V.R.W.)

DEFINIT. XXIII.

Non factâ litis denunciatione Reus haud habet regreſſum adverſus ſuum autorem.

QUotiescunque emptor alicujus rei ab alio con- 1
venitur de re emptâ, venditori ſuo litem poteſt denunciare, ad hoc ut contra eum habeat regreſſum de evictione, *l. 1. l. ſi quis alterius. 2. C. ubi in rem actio. Auth. quâ in provinc. C. ubi de crim. agi oport.* Jac. Menoch. *de arb. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 224. n. 4.* Marant. *in ſpecul. part. 6. membr. 5. n. 1.* Mynſing. *cent. 3. obſervat. 24.* † Quod & in terris Electoratus 2
Saxonici diſertè ſancitum, *Ordin. Nov. judic. tit. 14. in pr.* Eſtque hujus denunciationis inſignis ille effectus, ut autor emptoris ab ipſo viciſſim conveniri queat: † Nam omiſsâ litis denunciatione, 3
nullus dabitur emptori regreſſus adverſus ſuum venditorem, *per text. expr. in l. ſi fundo. 53. in fin. ff. de evict. l. emptor fundi. 8. verſ. neq; ex ſtipulatu. l. ſi parentes. 20. ſub fin. C. eod. tit. l. 1. ſub fin. verſ. & ita ſi ei denunciatum eſt. C. de peric. & comm. rei vendit.* Matth. Weſ. *in parat. ff. de evict. n. 5.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 228 n. 5.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 33. defin. 2. n. 6.* Herman. Vult. *in l. 1. C. ubi in rem actio.* Marant. *dict. membr. 5. n. 2.* Joh. Schneidevv. *in §. actionum. 28. Rubr. de act.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 27. n. 7.*

Ita Domini in cauſa Johannis Steinhauſen contra Chriſtophorum Herfuhrten/in Prætorio Lipſienſi, ventilatâ Menſ. Jan. Anno 1635.

DEFINIT. XXIV.

Omiſsâ licet denunciatione litis, poteſt tamen Reus experiri adverſus ſuum autorem jure evincentis.

NEceſſaria eſt litis denunciatio vel propterea 1
ſaltem, quò venditor remedium habeat ſe defendendi: *Omiſsâ enim litis denunciatione, reg; evictâ, quâ quæſo actione autor rei ſeu venditor evincentem convenire poſſet?* Non jure proprio, quia cum evincente non contraxit, † non etiam 2
Rei vindicatione, quia Dominium ſemel transtulit in emptorem, neque jus emptoris, qui, re ſemel evictâ, actionem non habet, quam autori ſuo cedere poſſet, Didac. Covarr. *lib. 3. var. reſolut. c. 17.* † Æquiſſimum ergò eſt, litem ipſi de- 3
nunciari, quo Reo ſive emptori ſuo aſſiſtat, juraque ſua proponat ac tueatur, in tantum, ut omiſsâ denunciatione non liceat poſtea venditorem inquietare, *Defin. præced.* † Quod tamen fallit, ſi 4
notoriè

notoriè constet de justitia evincentis, & appareat, venditorem nullum jus habuisse, quo rem venditam defendere potuisset. Nam tùm emptor regressum habet contra venditorem, quantumvis ei litem
5 non denunciaverit, † quia venditor hoc casu de ullo damno aut injuriâ verè conqueri nequit, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de evict. n. 5. sub fin. vers. nisi notoriè.* Felin. *in cap. Ecclesia. 10. Extr. de Constit. n. 20.* Molin. *de consvet. Paris. §. 44. n. 25.* Didac.
9 Covarr. *dict. cap. 17. n. 6.* † Porrò competit etiam emptori regressus adversus suum venditorem omissâ licet denunciatione litis, si in se velit suscipere onus probandi justitiam evincentis, nullumque jus habuisse venditorem, quo posset rem illam vendere *per text. in l. 11. §. emptorem. 12. in pr. ff. de act. empt.*
7 †. Nec enim opponi potest exceptio haud factæ litis denunciationis, emptori, si non proprio sed evincentis nomine agat, & medium tunc habet venditor sufficiens jura sua adversus actorem defendere, Molin. *dict. §. 44. n. 25.* Covarr. *dict. cap. 17. n. 6.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 33. defin. 2. n. 6.*

Ita Domini in eadem causa Johann Steinhausens contra Christophorum Herfurthen/Mens. Jan. Anno 1635.

Definit. XXV.

Non solùm in emptione, sed etiam in permutatione, aliisq; contractibus locum habet Litis denunciatio.

1 QUamvis ab initio Evictio vel litis denunciatio principaliter in contractu emptionis recepta
2 fuerit, Caspar. Caball. *de evict. §. 4. n. 1.* † Attamè quin etiam in aliis contractibus locum habeat, dubitandum non est, *l. si permutationis. 29. C. de evict. l. 1. ff. de rer. permut. l. 1. ult. ff. de condict. caus. dat. l. si quis domum. 9. ff. locat.* Ordin. nov. judic. Elect. Saxon. *tit. 14. in pr. vers.* so soll solches in denen Fällen/da es sonsten zu Recht statt hat / &c. Hart. Pist.
3 *observ. 227. n. 33.* † Nam & verbum emptionis-venditionis omnem contractum, per quem inducitur Rei alienatio, comprehendit, *l. statu liberi. 29. §. Quintus. 1. ff. de stat. liber.* Caballin. *de evict. §. 1. n.*
4 *4.* † Et certè ratio denunciationis, de quâ dixi *Defin. præced.* generalis est, & omnibus aliis contractibus non minùs ac emptioni-venditioni convenit.
5 † Obtinet ergò litis denunciatio etiam in permu-
6 tatione, *l. 1. §. 1. ff. de rer. permutat. l. 1. C. eod. tit.* † Constitutione dotis, *l. 1. §. 1. C. de rei uxor. act. junct.*
7 *l. 1. C. de jur. dot.* † Datione in solutum, *l si prædium. 4. C. de evict. l. ult. ff. quib. ex caus. in pos. eat. l. eleganter. 24. ff. de pign. act.* † Divisione *l. si fratres 7. C. comm. utriusq; judic.* de quibus, aliisque casibus post alios, quos allegat, copiosè scripsit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 24. n. 48. & multis seqq.*

Ita Domini in causa Herman Gandslands contra Andreas Rauten zu Leipzig/Mens. Dec. Anno 1632. (Verba sent. Daß Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen / zu antworten/und litem richtig zu contestiren schuldig/ und wird desselben vorteutscher N. N. lis billig denunciret, V.R.W.)

Definit. XXVI.

In transactione locum non habet litis denunciatio ratione rei illius, quæ ex causâ transactionis dimittitur.

1 NOn tamen semper locum habet litis denunciatio, sicuti nec ipsa evictio, sed plurimi existunt casus, qui litis denunciationem neutiquam admittunt, quos latissimè referunt Matth. de Afflict. *in c. quia supra. §. rursus si fidelis* (*ubi quadraginta duos casus recenset,*) *tit. quib. mod. feud. amitt. n. 10.* Matth. Wes. *in parat. ff. de aleator. n. ult.* Caballin. *de evict. §. 5. n. 4. & seqq.* qui casus quinquaginta & unum recenset, Didac. Covarr. *lib. 3. var. resolut. cap. 17. n. 10.* † Inter quos casus referri quoque po- 2
test transactio, in quâ regulariter locus non est evictioni & litis denunciationi, *l. si pro fundo. 33. C. de transact.* quem textum eleganter resolvit Hartm. Pistor. *observat. 227. n. 1. & seqq.* Caspar. Caball. *de evict. §. 4. n. 46.* † Quod tamen restringendum ad 3
eum casum, quo transactionis nomine nihil datum, sed re controversâ apud possessorem dimissâ, à lite tantummodò discessum fuit, *dict. l. si profundo.* cum impossibile sit evinci aliquid, ubi nihil datum vel translatum est. † Ita nempe vulgò Dd. distinguunt 4
inter casum, quo transactionis nomine aliquid datum, & quo aliquid dimissum est, ita ut licet is, qui transactionis causâ aliquid dimittit, de evictione non teneatur, attamen quoties ex transactione datur aliquid factâ evictione, hujus nomine agi possit, Bartol. Bald. Salycet. & Jason. *in dict. l. si pro fundo.* Frid. Pruckm. *lib. 1. consil. 48. n. 177. & seqq.* Hart. Pistor. *dict. obs. 227. num. 40.* Fab. de Anna. *consil. 51. num. 29.*

Ita Domini in causa Viduæ & heredum M. Tobiæ Mestels zu Leipzig/Mens. Majo, Anno 1621. (Verba sent. Ist euer Ehemann und Vater Sel. D Sigmund Badehorns Kindern zum Vormund verordnet und bestätiget worden/und weil sie viel Schulden/Forderungen und Gegen-Forderungen zwischen erwehnten D. Badehorn und seiner Schwester Barbarn / Paul Tanners Wittben/ befunden / hat bemeldter euer Ehemann und Vater mit der Tannerin und den Curatorn, in Beyseyn und mit Einwilligung der unmündigen Mutter und nechsten Anverwandten / eine Transaction und Vertrag auffgerichtet / durch welchen die erstandenen Irrungen gäntzlichen beygeleget worden. Ob nun gleich die Unmündigen/ nachdeme sie erwachsen / euch in Anspruch genommen/ mit Fürwendung als hätte obbenanter euer Vater und Ehemann die Schulden zur Ungebühr erlassen/&c. So seyd ihr doch derowegen mehrbenimbter Tannerin gestalten Sachen nach litem zu denunciren nicht befugt/ V.R.W.)

Definit. XXVII.

Non admittitur litis denunciatio, quando manifestè constat, denunciantem frivolè conveniri.

NOn parùm denunciatio lites protrahit, quia 1
& auget, ac litem ex lite parit, ut propterea non facilè admittenda videatur, nisi partium interfit fieri denunciationem, ac venditori vel autori litem notificari, Didac. Covarr. *lib. 3. var. resolut. cap. 17. n. 2. & 3.* † Hinc cum de jure de- 2
nunciantis manifestè constabat, ipsum nempè frivolè conveniri, adeoque absolvendum esse ab institutâ actione, litis denunciationem haud admittendam pronunciaverunt Domini. † Scili- 3
cet quod effectu careret, nec omissâ hâc ullum incommodum venditor aut emptor metuere possent, † Cujus avertendi gratiâ denunciatio est 4
adinventa, *l. 1. l. si quis alterius. 2. C. ubi in rem actio. Auth. quâ in provinciâ. C. ubi de crim. agi oport.* Matt. Berlich. *part. 1. concl. 24. num. 28.* Marant. *in Specul.*

ſpecul. p. 6. membr. 5. num. 1. Mynſing. *cent. 3. obſervat. 24.*

Ita Domini in cauſa Veit Wolffens zu Anneberg / Menſ. Mart. Anno 1632. (Verba ſent.: Dieweil Ihr aber dennoch euren Fürgeben nach auff Geheiß und Befehl ſelbigen Raths die 3000. Flor. hergeliehen/ deswegen euch einige Schuld oder Fahrläßigkeit nicht zugemeſſen werden mag/ꝛc. So ſeyd ihr auch eurem geweſenen Mündlein dafür zu haſten im Stande des Rechtens nicht verbunden/derowegen auch die litis denunciatio nicht ſtatt hat/ V.R.W.)

Definit. XXIIX.

Efficit litis denunciatio, ut ſtare cogatur denunciatus coram judice cauſæ principalis.

1 NOn operatur litis denunciatio, ut Reus conventus ab inſtantia abſolvatur, & judicium in
2 denunciatum transferatur: † Sed haud obſtante denunciatione factâ, Reus in lite manet, *l. 1. C. ubi in rem actio.* Ordin. nov. proceſſ. *judic. Elect. Saxon. tit. 14. §.* würde aber der. Caſpar Caballin. *de evict. §. 3. n. 145.* Herm. Vult. *in l. ſi quis alterius.*
3 *2. C. ubi in rem actio. num. 1.* † Illud autem juris per denunciationem conſequitur, ut à denunciato in judicio defendatur, *l. venditor. 49. ff. de judic. l. qui abſentem 75. ff. de procurat. l. 1. ſub fin. C. de peric. &*
4 *comm. rei vendit. l. 20. l. 21. l. 23. C. de evict.* † vel ſi denunciatus ad hoc citatus in judicio non compareat; (quo caſu Reus in causâ nihilominus procedere tenetur, *dict.* Ordin. judic. *tit. 14.* §. wenn aber der. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 24. num. 87. & ſeqq.*) eum poſtea convenire queat, *l. 2. C. ubi in*
5 *rem actio. ſupr. Defin. 23.* ubi notandum eſt, † Denunciatum ſtare teneri coram judice cauſæ principalis, *l. venditor. 49. ff. de judic. l. 1. C. ubi in rem act.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 288. n. 51.* Marant. *in ſpeculo. part. 6. membr. 5. num. 10.* Caball. *dict. §. 3. quæſt. 1. n. 117. & ſeq.* Franc. Vivius *deciſ. 372.* Andr. Gail. *lib. 1.*
6 *obſerv. 37. num. 7.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 22.* † Nec opponere poteſt denunciatus fori præſcriptionem, etiamſi ſit Clericus, Andr. Gail. & Caball. *dict. loc.* Andr. Fach. *lib. 2. controv. 38. quæſt. 2. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Timothei Aleſii contra Hieronymum Schmieden & Chriſtophorum Schefflern ad requiſitionem Dn. Rectoris & Profeſſorum Academiæ Lipſienſis, Menſ. Mart. Anno 1632. (Verba ſent.: Auff Exception und erfolgte Geſetze in Sachen die Anwälde Timothei Aleſii Klägern und Denuncianten an einem/ Hieronymi Schmiedens und Chriſtoff Schefflers Beklagte und Denunciaten am andern Theil belangende/ꝛc. Daß Beklagte ihres dawider gethanen Fürwendens ungeachtet/auff die erhobene Denunciation-Klage für euch ſich einzulaſſen/zu antworten/und den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig/V.R.W.)

Et in cauſa Pauli Schindlers zu Leipzig / Menſ. Auguſt. Anno 1636.

Definit. XXIX.

Quocunque tempore judicii ante ſententiam locum habet denunciatio litis.

1 ERrant omninò, qui litis denunciationi ſolummodò ante conteſtatam litem locum dari aſſerunt cum Emer. à Rosbach. *in proceſſ. tit. 48. in pr. & num. 15.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap.*
2 *2. num. 6.* † Siquidem Reo litem denunciare licet venditori omni tempore, quo jus ejus adhuc ſalvum & integrum eſt, nempe ante ſententiam & publicationem teſtium, ſive lis fuerit conteſtata, ſive non, † quia per ſolam litis conteſtationem vendi-
3 tori vel autori in jure ſuo haud præjudicatur, *l. ſi rem quam. 29. §. ult. ff. de Eviction.* Caballin. *de Evict. §. 3. quæſt. 12. num. 144.* Marant. *in ſpecul. part. 6. membr. 5. num. 5.* Herman. Vult. *in l. 1. C. ubi in rem act. num. 60. & ſeq.* Didac. Covarr. *lib. 3. var. reſolut. cap. 17. n. 8.* † Quod & placuit Sere-
4 niſſimo Saxoniæ Electori, in Ordin. judiciar. *tit. 14. in pr. verſ.* Es werde gleich vor oder nach der *litis conteſtation* geſuchet/ꝛc. † ubi porrò diſponit, de-
5 nunciato copiam Actorum eſſe transmittendam *verſ.* und ihme von dem/ꝛc. Idque juri etiam communi omninò videtur convenire, *Clem. cauſam. 3. tit. de elect. l. nomen. 4. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ult. §. 1. C. de bon. author. jud. poſſid.* † Eaque com-
6 munis eſt Dd. opinio, teſte Didac. Covarr. *dict. cap. 17. num. 3.* quam multis rationibus defendit Caballin. *de evict. §. 3. num. 37. & ſeqq.* Speculat. *dict. membr. 5. num. 12.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 218. num. 1.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Tiſts contra Wolff Dieterichen von Weſteregel/ventilatâ in præfectura Bitterfeldenſi, Menſ. Jul. Anno 1616. (Verba ſententiæ: So viel aber Frau Brigittia Cuno von Weſteregel hinterlaſſene Wittib anlangen thut / weil Beklagter angeführet/ daß ſie ihme die libellirte Wieſe und Leinung hinter dem Baumgarten zu Reißſch verkaufft und zugleich geſucht/ daß ihr lis möge denunciret werden/ſo wird ſolchen ſeinen Suchen / wenn auch gleich der Krieg Rechtens allbereit befeſtiget worden / billich Raum und Statt gegeben/ V.R.W.)

Definit. XXX.

Non admittitur tertius interveniens in judicio, priusquam de jure ſuo docuerit.

IN causâ & proceſſu inter alios ventilato, tertius 1
quispiam etiam non citatus & vocatus ratione ſui intereſſe intervenire poteſt, *l. principaliter. 19. C. de liber. cauſ. l. à ſentẽtiâ. 5. l. ſi perluſorio. 14. ff. de appell.* † Idque vel principaliter ad impediendum & 2
removendum agentem vel defendentem, *dict. l. 14.* Andr. Gail. *libr. 1. obſervat. 122. n. 8.* † Vel acceſſoriè 3
ſeu aſſiſtenter, ut ſcilicet unà cum principali agente vel defendente cauſæ aſſiſtat & adhæreat, Andr. Gail. *dict. loc.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 25. num. 2.* † Quæ interventio locum habet, nedum coram 4
judice ordinario, ſed etiam delegato & Commiſſario, Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 70.* † Nec refert, an lis 5
fuerit conteſtata nec ne, quia omni tempore, in principio ſcilicet, medio & fine litis intervenire licet, Gail. *dict. loc. num. 14.* † Imò etiam poſt con- 6
cluſionem in causâ, Felin. *in c. cum ſuper. 17. n. 17. extr. de ſent. & re judic.* † Non tamen poſt ſen- 7
tentiam latam, *l. ſi parentes 20. C. de evict.* † Niſi 8
tertius interveniens ab illâ ſententiâ appellaverit, quod facere poteſt, Felin. *in c. veniens 38. extr. de teſtib. & atteſt. n. 5.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 122. num. 5.* Matth. Berlich. *dict. concl. 25. n. 22.* ubi materiam interventionis plenisſimè tractat. † Planè non ad- 9
mittendus eſt tertius interveniens, niſi prius de ſuo jure & intereſſe, ſaltem ſummariè per teſtem unicum vel per inſtrumentum, aut etiam præſumptiones apparentes docuerit, Felin. *dict.*

cap. veniens. n. 13. Berlich. *dict. concl. 25. n. 48.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. n. 137.* † Quod & Illustrissimus Saxoniæ Elector approbavit *in Ord. judic. tit. 15. vers.* doch daß der *interveniens* vor allen Dingen sein *prætendirtes interesse* Summarischer Weise beybringe/ ꝛc.

Ita Domini in causa der Kramer-Meister zu Leipzig/ Klägern an einem/ Franz Ritzen/ Beklagten am andern/ und Johann Martin/ Intervenienten dritten Theils / Mens. April. Anno 1635. (Verba sent. Daß die Interventon gestalten Sachen nach zulässlich/ ꝛc.)

Definit. XXXI.

Super interventione Magistratus, privilegium suum urgentis, pronunciandum est, antequam judex in causa principali ulterius procedat.

1 QUilibet in processu, inter alios ventilato, intervenire potest, modò ipsum causa in judicium deducta principaliter vel accessoriè saltem sive consequenter tangat, & concernat, *c. quamvis. 25. extr. de sent. & re judic.* † Ergò Magistratus, cui privilegium competit, quod ejus subditi & cives in alieno foro conveniri non possint, ratione sui interesse in judicio illo, ubi subditi conveniuntur, intervenire & exceptionem incompetentiæ opponere non prohibebitur, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 40. n. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 25. n. 6.* † Etiam post impositam litis con- 3
testationem, † in tantum, ut judex in causâ procedere ulterius nequeat, antequam super puncto interventionis fuerit judicatum, Matth. Berlich. *dict. loc. n. 7.* 4

Ita Domini in causa der Ilmenauischen Seiger- und Messinghändler Kläger an einem / Joachim Schlauderbachens Erben Beklagte am andern und Actorn Syndicen des Raths zu Nürnberg intervenienten dritten Theils/ Mens. Julio, Anno 1625. (Verba sent. Daraus allenthalben so viel zu befinden/ daß Intervenienten Suchen nicht statt hat/ und dahero Kläger sich mit ihnen ferner einzulassen nicht schuldig/ V. R. W.)

CONSTITUTIO IV.
PARTIS PRIMÆ.

Von der Gewehr.

DJe Gewehr soll würcklich actu corporali angelobet werden / und soll nicht gnugsam seyn / dieselbige in actis wörtlich anzugeloben.

De Guaranda.

GUarandam realiter actu corporali præstari volumus, nec sufficere, si verbis tantùm in actis illa præstetur.

DEFINITIONES.

1. Non nudis verbis, sed realiter, actu corporali, Guaranda in foro Saxonico præstanda est.
2. Validè præstatur Guaranda ab Actore, absente etiam Reo.
3. Non præstatur Guaranda, si non eam Reus petierit.
4. Quomodo Guaranda ab actore fuerit præstita, in Actis consignari debet ab actuario judicii.
5. In contumaciam actoris, Guarandam præstare nolentis, pronunciatur quandoque in materialibus ipsius causæ.
6. Præstanda quoque est Guaranda in causis criminalibus.
7. Post Guarandam tamen præstitam in causâ criminali, accusator nova ac plura indicia contra accusatum proponere valet.
8. In causâ etiam reconventionis, actor ad Guarandæ præstationem est obstrictus.
9. In processu executivo Guarandam præstari, necesse non est.
10. Diffamatus agens ex L. diffamari. C. de ingen. manum. non obstrictus est ad præstationem Guarandæ.

Definit. I.

Non nudis verbis, sed realiter, actu corporali, Guaranda in foro Saxonico præstanda est.

1 GUarandam (ita dictam à guerra, quæ litem significat, *c. 1. extr. de treuga & pace.* Coler. *de proc. exec. part. 4. c. 3. n. 19.*) seu evictionem in foro Saxonico ab actore præstari, notissimum est, Landr. *lib. 1. art. 63. lib. 2. art. 15. & libr. 3. art. 14.* Weichbild. *art. 40. & 114.* Dan. Moller. *hîc. num. 1.* Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 11. num. 1. & seq.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 4. cap. 3. n. 17.*
2 *& seq.* † Cujus rei effectus peti potest ex traditis Bartol. *ad l. peni. ff. de hered. petit.* Imprimis verò Guaranda id efficaciæ habet, quo actor, eâ præstitâ, libellũ mutare non possit, *dict. art. 14. & dict. art. 114.* Landr. Const. Elect. 11. *part. 1.* † ac Reum, si is 3
postea ejusdem causæ nomine ab alio quoque conveniatur, in judicio defendere teneatur, *dict. art. 15.* Coler. *dict. cap. 3. n. 18.* Moll. *hîc. n. 4.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 21, n. 62.* † Ex quo prius illud, 4
quod libellum mutare non liceat, natum videtur, ne scilicet libello mutato aliâ experiatur actione, super quâ reum defendere non promisit, ut eleganter tradit Jacob. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1. decis. 109. n. 23.* † Non tamen 5
sufficit, nudis verbis promitti Guarandam, sed realiter, actu corporali, præstanda est, stipulatâ scilicet manu, vel tacturâ baculi, An Gerichts-Stab/ h. Const. 4. Nov. Ordin. *judic. Elect. tit. 12.* Zobel. *dict. diff. 11. n. 5.* Johan. Zanger. *dict. cap. 21. num. 60.* Jacob. Schult. *part. 1. observat. 14.* † Quamvis verò 6
alii etiam pignora, vel fidejussores exigant, scilicet,

quia

quia hôc modo de jure communi cautio Evictionis præstari soleat, Georg. Rotschitz. *in proceß. art. 13. n. 12.* Chilian. König. *in proceß. cap. 48. num. 2.* Joh. Monach. *in proceß. part. 5. tit. de Guarand. n. 7.* † Attamen in provinciis nostris id usu non 7 observatur, Moll. *hic n. 6.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 19. n. 10.* Zanger. *dict. loc. n. 60.*

Ita Domini in causa Gabriel Hillenson contra Hansen Rudolphen/Mens. Jan. Anno 1620. [Verba sententiæ: Da nun Kläger den gefoderten Vorstand gebührlichen bestellen/und die gesonnene Gewehr der Klagen wircklichen angeloben würde/ inmassen er zu thun pflichtig/ so wäre Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/V.R.W.]

Et in causa Christophori Gerings contra Marien Schenckerin/ Mens. Julio, Anno 1620. [Verba sententiæ: Würde Kläger den gefoderten Vorstand bestellen/so wol auch die gesonnene Gewehr der Klagen wircklichen angeloben/ inmassen er zu thun schuldig/ so wäre Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen/ und zu antworten pflichtig/V.R.W.]

Et in causa Michael Kohlmans contra Johann Hupfeldern/Mens. Julio, Anno 1623. [Verba sententiæ: Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen wircklichen angeloben/ und den gefoderten Vorstand bestellen/ inmassen er zu thun pflichtig/&c.]

Definit. II.

Validè præstatur Guaranda ab Actore, absente etiam Reo.

1 Sæpissimè actores, præsente, vel saltem citato ad id Reo, Guarandam præstant, ne, si fiat secùs, occasionem hinc reus accipiat contra Guarandam excipiendi & processum protrahendi, Dan. 2 Moller. *hic num. 8.* † Attamen necessariò Guarandæ præstatio adversarii præsentiam non requirit, ideoque etiam eo non citato, Guaranda præstita valebit: quod & usus ac observantia docet, Jacob Schult. *part. 1. quæst. 16.* Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 21. num. 60.* Moller. *hic* 3 *num. 7.* † Nullibi enim de præsentiâ Rei quicquam statutum reperitur; At nihil absque juris authoritate temerè asseverandum est *c. is qui in Ecclesia. 18.* 4 *in fin. extr. de sent. excomm. in sexto.* † Nam quod lege non cavetur, in practica non habetur, Bald. *in c. nihil. 44. num. 25. extr. de elect. & elect. potest.* Jason. *in l. illam. 19. n. 8. C. de collat.*

Ita Domini ad consultationem Præfecti Pegavienfis, Mens. Julio Anno 1607. [Verba sent. Dieweil Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen wircklichen angelobet; So ist Beklagter/ seines Fürwendens ungeachtet/ auff die angestallte Klage zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/V.R.W.)

Et ad requisitionem David Fabers zu Gerau/ Mens. Julio. Anno 1604.

Definit. III.

Non præstatur Guaranda, si non eam Reus petierit.

1 Guaranda potissimùm jus partis concernit, ut scilicet Reus sit indemnis super causâ illâ ab omnibus aliis, qui eum deinceps convenire 2 voluerint, *supra Defin. 1.* † Ideoque incumbit ipsi Guarandæ præstationem petere ab actore: 3 † Quod si Reus non fecerit, ex officio eam Judex actori injungere non valet, Dan. Moller. *hic n. 3.* † Idque satis innuit vocabulum in sententiis Scabi- 4 norum usitatissimum (die gesonnene Gewehr) nempè qvam Reus petiit.

Ita Domini in causa Georgii Schreers contra David Zimmermannen/ Mens. Febr. Anno 1620.

Et in causa Georgii Winters Erben contra Matthes Müllern/Mens. Decemb. Anno 1621.

Et in causa Caspari Anckelmanns contra Thomam Heustein/ Mens. Jun. Anno 1623.

Definit. IV.

Quomodo Guaranda ab actore fuerit præstita, in Actis consignari debet ab actuario judicii.

Cum multum interfit Rei conventi, Guaran- 1 dam ab Actore præstari, *Defin. præced.* neque præstatio quævis sufficiat, nisi & actu corporali facta fuerit, *Defin. 1.* † Utique ab Actuario judicii 2 consignari actisque apponi debet, an & qvomodo Actor Guarandam præstiterit, ne alioquin vel Reus pericliteur, vel judex in pronunciando impediatur, *tit. 12. in fin.* Ordin. Proc. *Elect. Saxon.*

Ita Domini in causa Francisci Kretschmars zu Merseburg/ Mens. Octob. Anno 1599. [Verba sent. Da nun auch/ welcher gestalt Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen angelobet/ zu den Acten registriret würde; so wäre Beklagter ohne fernern Vorzug auff erhobene Klage zu antworten und litem zu contestiren schuldig/ V.R.W.]

Et ad requisitionem Senatus zu Denstad/ Mens. Octob. Anno 1583.

Definit. V.

In contumaciam actoris, Guarandam præstare nolentis, pronunciatur quandoque in materialibus ipsius causæ.

Guarandam actor præcisè tenetur præstare, si 1 hæc à Reo petatur, idque ante litis contestationem, Ordin. Nov. *judic. Elector. Saxon. tit. 12.* † Cæteroquin Reus ad respondendum obligatus 2 non est, sed cum refusione expensarum ab actione absolvetur, Weichbild. *art. 41.* Georg. Rotschitz. *in proceß. part. 1. art. 13. n. 1. & seq.* Jacob. Schult. *part. 1. observ. 15. n. 2. & seqq.* † Quin &, si Gua- 3 randâ absque sufficienti causâ detrectatâ, Reus eventualiter litem contestatus fuerit, quin actor non solùm in expensas condemnari, sed etiam in materialibus ipsius causæ pronunciari, illique ea, quæ ratione Processus necessariò requiruntur facienda, imponi possint, dubium non est, Ordin. Nov. *Elect. Saxon. tit. 11.* §. Da sichs auch befinde. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 19. num. 2.*

Ita Domini in causa Nicolai Sitzmans contra Hansen Burckhards zu Pombsen/ Mens. August. Anno 1608. [Verba sentent. Dieweil nicht zu befinden/ daß Kläger dem am 28. Novembr. Anno 1603. eröffneten Urtheil/ darinnen unter andern zu Recht erkannt/ daß er die gesonnene Gewehr der Klagen wircklichen angeloben/ auch gnugsamen Schein/ daß er in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern besessen/ zu Acten bringen sollen/ gebührliche Folge gethan/so wird Klägern hierzu nochmals ein Termin förderlichst billich ernannt und angesetzt/ mit der ausdrücklichen Verwarnung/ er erscheine alsdann/ und thue dem gesprochenen Urtheil gebührliche Folge/ oder nicht/ daß darauff/wann sein Ungehorsam vom Beklag-

klagten beſchuldiget/in der Hauptſache / und was ſonſten wegen des deferirten Eydes vom Beklagten ferner gebeten worden / ergehen ſoll / was recht iſt / V. R. W.]

Definit. VI.

Præſtanda quoque eſt Guaranda in cauſis criminalibus.

1 GEneraliter loquuntur jura Saxonica, quibus Actor ad Guarandæ præſtationem obſtringitur Reo, Landr. *lib.1. art. 63. lib.2. art. 2. art. 15. & lib.3. art. 14. h. Conſt. 4.* Ergò generaliter quoque
2 erunt accipienda, *arg. l.1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſt. l.8. ff. de publ. in rem act.* † Nec proinde accuſator in cauſis criminalibus à præſtatione Guarandæ eſt immunis, ut rectè ſentiunt Matth. Coler. *part.1. deciſ.109. num.10. & ibi* Jacob. Schult. *in addit. num.22.* Chil. König. *in proceſs. cap.48. num.2.*
3 Matth. Berlich. *part.1. concl.12. num.3.* † Quod & verbis diſertis expreſſum *in text.* Weichbild. *art. 114. verb.* Gewehr ſoll auch ein ieglicher Mann thun/und geloben/ um Todtſchlag/ Lämbde und umb Wunden / für ſeine Schwerdmagen und
4 Freunde ꝛc. † Idque eò magis, quod Guarandæ præſtatio ab initio adinventa fuerit propter cauſas ſanguinis, ut Reo caveretur de ſecuritate contra Agnatos ejus, qui occiſus eſt, ſi forſan vel tranſigatur, vel Reus ab inſtitutâ actione abſolvatur, Gloſſ. *in pr. art.6. lib.2.* Landr. Gloſſ. nov. *art. 14. ad lit. a. in fin. libr 3.* Landr. Jacob. Schult. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Fiſcalis Præfecturæ Miſnenſis contra Balthaſar Olſchnern & Adamum Seidelen zu Meiſſen/ Menſ. Novembr. Anno 1598. [Verba ſent. Daß Anklåger mit dem gefoderten Vorſtande billich verſchonet bleibe; Würde er nun die geſonnene Gewehr der Anklagen wircklichen angeloben / inmaſſen er zu thun pflichtig/ ſo wären Angeklagte auff die angeſtellte peinliche Anklage zu antworten ſchuldig/ V. R. W.]

Et ad requiſitionem Quæſtoris Præfecturæ Saltzenſis, Menſ. Febr. Anno 1630. [Verba ſententiæ: Würden Anklåger der Anklagen Gewehr wircklichen angeloben/ inmaſſen ſie zu thun pflichtig: So wäre Angeklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung bey Straffe Ungehorſams zu erſcheinen / und auff erhobene Anklage ſich einzulaſſen / zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig/ V. R. W.]

Definit. VII.

Poſt Guarandam tamen præſtitam in cauſâ criminali, accuſator nova ac plura indicia contra accuſatum proponere valet.

1 INferri hinc poſſe dixeris, accuſatori poſt præſtitam Guarandam in cauſâ criminali nova ac plura indicia contra accuſatum proponere haud licere, quia ſcilicet Guarandæ effectus hic eſt, quod deinceps libellus mutari vel emendari nequeat, *ſupr. Defin. 1. n. 2.* Conſt. Elect. *11. part. 1. art. 14. ubi* Gloſſ. *lit. C. lib. 3.* Landr. Matth. Coler. *part.1. deciſ.109. n.3. & ſeq.* Joh. Zang. *de except. part.2. cap.21. n. 62. & 70.* Chriſtoph. Zobel. *part. 1. diff.11. n.7.* Hartm. Piſtor. *part.4. quæſt.22. num.6.*
2 † At nego, plurium indiciorum additione mutari libellum: Et ſpecificatio potiùs eſt additio ejusmodi, quàm emendatio, ſiquidem libellus manet idem quoad ſubſtantialia. † Atque indicia nova ad eundem tendunt finem, ad quem petitio ante præſtitam guarandam fuerat directa, nimirum ad torturam, ut propterea accuſatorem, poſt Guarandæ præſtationem nova indicia proponentem omninò audiendum putaverim, cum Modeſt. Piſt. *part. 4. quæſt. 139.* veluti probavi in *Practica Criminali part.3. quæſt. 106. n. 64.* † Idque eò magis, quia in Proceſſu Criminali, in quo Reipublicæ Intereſſe potiſſimùm verſatur, *l.51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.* non tam ſtrictè Regulis juris inhærendum eſt. † Ex quo etiam fit, quod accuſatori, in probatione criminis ſuccumbenti, denuò ad indicia & conjecturas confugere liceat, Nicol. Reuſn. *lib.1. deciſ. 23. n. 10.* Et dixi de hoc in *Pract. crim. dict. quæſt.106. n.27.*

3 4 5

Ita Domini in cauſa Fiſcalis Senatus Zwickavienſis contra Michael Dechen zu Zwickau/ Menſ. Sept. Anno 1629. [Verba ſentent. Würde Angeklagter auff die von Anklägern anitzo von neuen eingebrachte Indicien mit ſeiner Antwort ſich einlaſſen/inmaſſen er zu thun ſchuldig/ ſo ergienge alsdenn in der Sachen ferner was recht iſt / V. R. W.)

Definit. IIX.

In cauſâ etiam reconventionis, actor ad Guarandæ præſtationem eſt obſtrictus.

1 DUbitare quis poſſet, an etiam in Reconventione ab actore præſtatio Guarandæ peti queat, qui Guarandæ effectus in eo potiſſimùm conſiſtit, ut actor realiter actu corporali & ſtipulatâ manu promittat de defendendo, & indemnem præſtando Reum ſuper cauſâ, de qua litem movet, contra omnes & quoscunque alios, qui Reum eo nomine deinceps convenire voluerint, Landr. *lib. 2. art. 15. & ſeq.* Weichbild. *art.14. & art. 114.* Matth. Coler. *de proceſs. execut. part. 4. cap.3. num. 18.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 21. num. 62.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part.1. deciſ.109. n. 13.* † Qui certè effectus Guarandæ deficit in re-
2 conventione, ubi ulterior conventio ab alio metui non poteſt. † Sed conceſſerim licet, hunc Guarandæ effectum in Reconventione ceſſare, attamen,
3 quin alter effectus ſibi hîc vendicet locum, negari non poterit, † nempe quod præſtitâ Guarandâ libellum reconventionis mutare haud liceat Conſtit.
4 Elect. *11. p.1. dict. art.114.* Weichbild. *art.14. lib.3.* Landr. Coler. *dict. deciſ.109. n.3.* Zanger. *dict. cap. 21. num.62.* Ob hanc ſolam itaque cauſam, Reum in cauſa reconventionis ab Actore Guarandæ præſtationem petere valere, ecquis inficias ibit?

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Quelnitzens contra Chriſtophorum Siegeln/ in prætorio Lipſienſi ventilatâ, Menſ. Febr. Anno 1622. [Verba ſent. Würde Wiederklåger die geſonnene Gewehr der Klagen wircklichen angeloben / inmaſſen er zu thun pflichtig; ſo wäre Wieder Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erſcheinen/ und auff die verbeſſerte Wiederklage und alle deroſelben Puncten Inhalt jüngſt eröffneten Urtheils bey Straff Ungehorſams ſich einzulaſſen und zu antworten ſchuldig/ V. R. W.]

Et in cauſa Jacob Brandis contra Paul Jacob Böhmen zu Leipzig/ Menſ. April. Anno 1629.

Defi-

DEFINIT. IX.

In processu executivo Guarandam præstari, necesse non est.

1 ALia tamen est ratio Processuum sive judiciorum executivorum, in quibus Guaranda omninò necessaria non est, ex communi Interpp. opinione, Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 3. n. 17.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1. decis. 109. n. 14.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 19. n. 7.* Christ. Zobel. *part. 1. diff. 11. n. 3.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 21. n. 59.* † *Tùm* quia in Processibus Executivis, ubi libellus de necessitate haud requiritur, ejus mutatio metuenda non est, ut tradit Coler. *dict. c. 3. n. 18.* quamvis rationem hanc minùs sufficere, pro-
3 bet Schult. *dict. loc. n. 20.* † *Tùm* quod in executivis judiciis procedatur summariè; Atqui in summariis judiciis exceptio Guarandæ dilatoria locum non habet, *Clem. sæpè 2. de verb. signif.* Joh. Zanger. *de except. part. 1. c. 2. n. 18.* Modest. Pistor. *part. 2. quæst.*
4 *78. n. 5.* † *Tùm* quia in Processibus Executivis ventilantur tantummodò causæ notoriæ, planæ & perspicuæ, in quibus haud observato juris ordine, ac proindè etiam absque Guarandæ præstatione proceditur, Jacob. Schult. *in addit. ad* Coler. *dict. decis. 109. num. 28. & 29.*

Ita Domini in causa M. Mauritii Hertzogs contra heredes Theodorici Webers zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sent. Daß Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und auff die wider sie erhobene Executions-Klage / ihres dawider gethanen Fürwendens ungeachtet / sich einzulassen / zu antworten / und die von Klägern producirte documenta zu recognosciren schuldig V.R.W.)

In causa D. Georgii Kirchhoffs & Consortium contra Petrum Rosinen zu Dölitzsch / Mens. Jan. Anno 1633.

Et in causa Simon Johns contra Hansen Guttnern zu Leipzig / Mens. Julio, Anno 1625. (Verba sent. Daß Kläger die gefoderte Gewehr nach Gelegenheit dißfalls / weil man in summario & executivo processu versiret, zu leisten nicht schuldig / V.R.W.)

DEFINIT. X.

Diffamatus agens ex L. diffamari. 5. C. de ingen. manum. non obstrictus est ad præstationem Guarandæ.

IN causis matrimonialibus actorem ad Guaran- 1
dæ præstationem non teneri, tradit post Joach. à Beust. *in tract. de sponsalib. part. 1. cap. 22. vers. neq; etiam satisdatio vel guaranda.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 19. n. 8.* † Sicuti nec diffamatum, qui 2
ex *l. diffamari.* adversus diffamantem experitur, *dict. concl. 19. n. 5.* † Rectissimè sanè, quia diffama- 3
tus, in hoc judicio agens, partes Rei sustinet, non Actoris, Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 56. n. 24.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 9. n. 7.* Mynsing. *cent. 6. observat. 90. n. 3.* Panorm. *in c. si quis contra Clericum. 4. n. 2. extr. de for. compet.* Atqui, Guarandam ab actore solummodò præstari, non à Reo, indubitati juris est, Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 21. n. 58. & seq.* Hartm. Pistor *part. 4. quæst. 22. n. 13.* † Alia 4
est ratio diffamantis, cui ad petitionem diffamati sub pœna silentii necessitas agendi fuit imposita, à quo, si actionem instituat, Guarandæ præstatio omninò exigi potest, tanquàm ab Actore: † Quia 5
editâ à diffamante actione, omnis ille, qui ex *l. diffamari.* institutus fuerat, processus penitùs extinguitur, adeoque novum inchoatur judicium, in quo omnia judiciarii Processus solennia sunt observanda, Blarer. *in l. diffamari. cap. 7. num. 113.* Hartm. Pist. *part. 4. quæst. 15. num. 6.*

Ita Domini in causa Johann Brockoffs contra Hansen Launigen / in Prætorio Lipsiensi ventilatâ, Mens. Jan. Anno 1629. (Verba sent. Daß Diffamant, seines gethanen Fürwendens ungeachtet / auff die wider ihn erhobene Diffamations-Klage sich einzulassen schuldig / V.R.W.)

CONSTITUTIO V.
PARTIS PRIMÆ.

Vom Vorstand.

DEr / so unter uns Güter hat / und gnugsam in unsern Landen besessen / soll den Vorstand vor die expens und zur Wiederklage zu bestellen nicht schuldig seyn / ob er gleich unter dem Gerichte / dafür er beklagt / sonsten nicht seßhafftig / so soll er auch nicht gedrungen werden / einige Gunst über die Güter von den Gerichten / darunter sie gelegen / zum Vorstande auszubringen / und dergleichen soll auch dessen / so gnugsam unter uns besessen / constituirter Anwald / ferner Caution und Vorstand zu bestellen und auffzurichten nicht pflichtig seyn. Aber der / so unter einer frembden Herrschafft / eines andern Oberherrn ist / und in unsern Landen klagen wird / soll / wie in Gerichten unserer Lande zu sprechen gebräuchlichen biß anhero gewesen / den Vorstand bestellen / und dessen nicht er-

De Satisdatione.

ACtor possidens immobilia in ditionibus nostris, pro expensis & reconventione non satisdabit, etiamsi in loco judicii rei conventi nulla habeat. Sed nec consensum judicis ejus loci, in quo bona sita sunt, super iis, ut impetret, cogendus est. Quin & possessio illorum ipsius quoq; procuratorem à satisdatione relevat. Quod si verò quis exteri cujusdam Magistratûs subditus in judiciis nostrarum ditionum agere velit, eum pro consvetudine pronunciandi hactenus receptâ, satisdare omninò, nec id ei remitti volumus. Quibus omnibus tamen ordinationibus judiciorum Curialium seu Provincialium nostrorum nihil derogamus, sed eas, quantum ad hu-

lassen werden. Wir wollen aber auch solches Vorstands halben/ unsere Hoffgerichts-Ordnung nicht auffgehoben haben/sondern lassen dieselbige dieses Puncts wegen bey Kräfften und Würden bleiben.

jusmodi satisdationem, robur suum obtinere jubemus.

DEFINITIONES.

1. In foro Saxonico tenetur Actor præstare cautionem pro expensis & Reconventione.
2. Non tamen tenetur satisdare in judiciis harum provinciarum, qui sub Electoratu Saxoniæ bona possidet immobilia.
3. Licet in loco ipso judicii Rei conventi non sit possessionatus
4. Sola possessio bonorum immobilium in Saxoniæ Electoratu absq; eorundem oppignoratione judiciali Actorem à satisdatione relevat.
5. Possessio bonorum immobilium Actoris etiam Procuratorem à satisdatione relevat.
6. Actor in Electoratu Saxoniæ possessionatus ad satisdationem obstrictus non est, etiamsi extra Electoratum suum habeat domicilium.
7. Satisdatio vel pignoribus, vel fidejussoribus præstanda est.
8. Quantitas satisdationis in arbitrio judicis constitit.
9. Admittitur Cautio juratoria, si actor pignoribus, vel fidejussoribus satisdare nequeat.
10. Non relevat Actorem à cautione juratoriâ possessio bonorum immobilium, extra provinciam situatorum.
11. Possessionatus sub litis ingressu, si lite pendente possessionem vendat, aut facultatibus labatur, satisdare cogitur.
12. Actor, qui possessionatus non est, satisdare tenetur, etiamsi de bonis feudalibus cum possessore simultaneè sit investitus.
13. Non filius f. ab onere satisdationis immunis est, propterea quod pater ejus bona possideat immobilia.
14. Nõ gravãdus est onere satisdationis possessor bonorum immobilium, licet obæratus, aut bona creditori hypothecata fuerint.
15. Satisdare non tenetur possessor rei immobilis super qua cum alio litigat.
16. Immunis quoq; est ab onere satisdationis possessor annuorum redituum.
17. Nec satisdare tenetur possessor actionis ad immobilia competentis, secus verò si competat actio ad res mobiles.
18. Non obstrictus est satisdare Creditor pecuniæ hereditariæ, cujus dies nondum cessit.
19. Possessio rerum mobilium preciosarum sublevat actorem à satisdando.
20. Obnoxius non est satisdationi Vasallus vel Emphyteuta.
21. Non tenetur satisdare Usufructuarius alicujus fundi vel prædii in foro Saxonico.
22. Obnoxii quoq; sunt satisdationi parentes, qui adversus liberos in judicio experiuntur.
23. In causis etiam criminalibus ab accusatore satisdatio exigi potest.
24. Locum etiam habet satisdatio in causâ sive judicio Reconventionis.
25. Nec non in processibus executivis.
26. In summario quoque processu actor satisdatione tenetur.
27. Non etiam diffamatus agens in judicio diffamatorio.
28. Diffamans verò ad agendum provocatus satisdare tenetur.
29. Fiscalis etiam vel Syndicus nomine plurium ex universitate agens satisdationi est obnoxius.
30. Nulla exigitur satisdatio ex parte Rei conventi.

stylo cujusque Curiæ, Joh. Zanger. *de except. part.* 6 *2. cap. 21. n. 8.* † Sanè in foro Saxonico tenetur actor ad instantiam & petitionem Rei, satisdare de refundendis expensis & damnis litis in eventum succumbentiæ, & de stando ac respondendo in eodem judicio coramque eodem judice in casu propositæ Reconventionis, Laudr. *lib. 2. artic. 9.* † Quæ satisdatio vulgò dici solet Cautio pro Reconventione & expensis, *h. Const. 5. in pr. in verbis:* Der Vorstand für die *expens* und Wieder-Klage/ &c. *Ordin. Nov. judic. Elect. Saxon. tit. 13. in pr.* Dan. Moller. *hic n. 1.* Joh. Zanger. *dict. cap. 21. n. 13.* Coler. *dict. decis. 105. n. 4. & seq. & de process. execut. part. 4. c. 3. n. 20.* Zobel. *dict. diff. 10. n. 1.* Chilian. König. *in process. cap. 46. n. 2.* 7

Ita Domini in causa Christophori Herings contra Marien Schenckern zu Leipzig / Mens. Julio, Anno 1620. (Verba sent. Würde Kläger den gefoderten Vorstand pro reconventione & expensis bestellen / so wohl auch die gesonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben/ inmassen er zu thun pflichtig; So wäre Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Michael Kohlmans contra Johann Hypfeldern / Mens. Junio Anno 1622. (Verba sent. Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben/auch den gefoderten Vorstand pro reconventione & expensis bestellen/inmassen er zu thun pflichtig; So wäre Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/V.R.W.)

Definit. I.

In foro Saxonico tenetur actor præstare cautionem pro expensis & Reconventione.

1 SAtisdationum modum alium antiquitati placuisse, alium novitatem per usum fuisse amplexam, testis est Justinianus Imp. *in pr. inst. de satisdat.* † Ad duplicem verò cautionem is obstrinxit actorem: *Primò:* Ut caveat Reo, se litem con-
2 testaturum intra duos menses, & nisi id fecerit, duplum præstiturum, si fortè Reus quid damni
3 ejus nomine perceperit, *Novell. 96. c. 1.* † *Deinde:* ut idoneum præstet fidejussorem, aut juratò promittat, se usque ad finem Litis permansurum, suasque intentiones producturum, & si fortè convictus fuerit, injustè litem movisse, sumptuum & expensarum nomine decimam partem ejus quantitatis, quæ libello continetur, pulsato restituturum, *Novell. 112. cap. 2. Auth. libellum. C. de lit. contest. Auth. generaliter. C. de Episc. & Cler.* Jac. Cujac. *in dict. Nov. 96. & libr. 7. observ. 5.* Speculat. *lib. 2. part. 1. tit de satisdat. §. actor igitur. 1. in*
4 *pr. & num. 1.* † Sed hoc jus satisdationis saluberrimum hodiè ab usu hominum penitus verè recessit, teste Bartol. *in dict. Nov. 96. c. 1.* Specul. *dict. loc. n. 2.* Christ. Zobel. *part. 1. dist. 10. n. 5.* Matth.
5 Coler. *part 1. decis. 105. n. 2. & seq.* † licet ejus vestigia quædam remanserint in judiciis pro more ac

DEFINIT. II.

Non tamen tenetur satisdare in judiciis harum provinciarum, qui sub Electoratu Saxoniæ bona possidet immobilia.

1 EFfectus ergò satisdationis, ab actore præstitæ, in foro Saxonico in eo consistit, ut Reus in lite victor existens ratione expensarum & damnorum, Actore aufugiente, haud periclitetur, sed ea ab ipso repetere & actorem reconvenire queat in ditioni-
2 bus harum terrarum, *Defin. præced.* † Quæ ratio cum desit eo in casu, quo actor sub Electoratu Saxoniæ bona possidet immobilia, quippe in quo fugæ suspicio cessat, utique tùm satisdatio ulla ab actore exigi non poterit, *l. sciendum. 15. ff. qui satisd. cogunt, ubi* Bartol. *in pr. & n. 4. & ibi* Jason. *n. 1. & seqq.* Marant. *in speculo part. 6. membr. 8. n. 12. & seq.*
3 † Quod & in foro Saxonico observantiâ probatum, & sanctione Electorali expressè confirmatum est, *h. Const. 5. in pr. ibi:* Der/ so unter uns Güter hat/ und gnugsam in unsern Landen besessen / soll den Vorstand vor die *Expens* und zur Wieder-Klage zu bestellen nicht schuldig seyn. Ordin. nov. judic. *tit. 13. in pr.* Dan. Moller. *hîc & lib. 1. semestr. 2. in pr.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 10. n. 5.* Reinh. *part. 6. differ. 19* Matth. Col. *part. 1. decis. 105. n. 6.*

Ita Domini in causa Antonii Sommers contra Hansen Webern zu Leipzig / Mens. Majo, Anno 1625. (Verba sent. Daß Kläger mit Bestellung des Vorstandes gestalten Sachen nach billich zu verschonen/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Peißkern contra Antonium Brucken und Henrich Hultzen zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1624. (Verba sent. Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben / auch wofern er in Ihrer Churfürstl. Durchl. Landen mit unbeweglichen Gütern nicht gesessen/ den gefoderten Vorstand bestellen / inmassen er zu thun pflichtig/ ꝛc.)

DEFINIT. III.

Licet in loco judicii, in quo lis movetur, actor non sit possessionatus.

1 IDque facilius concesseris, si actor possessionatus sit in loco judicii, in quo actionem instituit, *l. sciendum. 15. ff. qui satisd. cog. l. ult. §. 6. C. de curat. furios.* Marant. *in specul. part. 6. membr. 8. num.*
2 *12. & seq.* † *Quid autem si actor in loco judicii possessionatus non sit, attamen in terris Electoratus Sa-*
3 *xoniæ, alio in loco bona possideat immobilia?* † Nec tum satisdationem ab ipso exigendam esse, diserte probat *l. si fidejuss. 7. §. si necessaria. 1. ff. qui satisd. cog.* Ubi: si necessaria, *inquit Ulpianus*, satisdatio fuerit, & non facile possit Reus eam ibi præstare, ubi convenitur, potest audiri, si in alia ejusdem provinciæ civitate satisdationem præstare paratus sit; Quem *text.* etsi de Reo loquatur, non minus ad actorem, ut qui in foro Saxonico, si immobilia non possideat, necessariò satisdare tenetur, extendit post Bartol. & Jason. quos allegat, Daniel.
4 Moller. *hic. num. 2.* † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Electori *h. Const. 5. vers.* ob er gleich unter dem Gerichte/ davor er beklagt / sonsten nicht seßhafftig/ ꝛc. † Nec aliud in judiciis Curialibus ob-
5 servatur, ubi indistinctè actores sive mediatè sive immediatè judiciis illis subjecti sint, absque satisdatione & obligatione bonorum admittuntur.
6 † Modò sub Electoratu Saxoniæ sint possessionati, Ordin. Nov. judic. *tit. 13. in pr. vers.* So soll es auch hinführo ohne Unterscheid der Schrifft und Amtsassen dabey verbleiben. Licet quondam aliud obtinebat, & mediatè subjecti, die Amtsassen/ in judiciis Curialibus satisdare cogebantur, *h. Constit. 5. §.* wir wollen aber. de quo latè differit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 20. n. 6. & multis seqq.*

Ita Domini in causa Benedicti Thomei contra Uxorem Georgii Gabriel zu Meissen / Mens. Decembr. Anno 1601. (Verba sent. Daß Kläger/ so in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern besessen/ mit dem geforderten Vorstand billich verschonet bleibet/ V. R. W.)

Et in causa Simon Eckarts contra Martin Heselers zu Merseburg/ Mens. Oct. Anno 1599. (Verba sent. Dieweil Kläger / daß er in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern besessen/ bescheiniget / so bleibet er mit dem geforderten Vorstand billich verschonet/ ꝛc.]

DEFINIT. IV.

Sola possessio bonorum immobilium in Saxoniæ Electoratu, absq; eorundem oppignoratione judiciali, actorem à satisdatione relevat.

RElevat itaque actorem ab onere satisdationis 1
possessio bonorum immobilium sub Electoratu Saxoniæ, licet in loco judicii is possessionatus haud fuerit, *Defin. præced.* At, *nonne hoc casu bona immobilia consensu illius judicis, sub quo bona sita sunt, oppignorari, ac consensus judicialis reo convento vel judici sub quo litigatur, insinuari debet?*
† Ita quidem de jure civili videtur dicendum, per 2
text. in l. filio 7. ff. Ut legator. seu fideicom. serv. caut. l. ult. §. defensionem. 3. C. de admin. tut. Jason. *in l. satisd. 1. ff. qui satisd. cog. n. 20.* † Sed de consuetudine 3
aliud observatur, Bartol. *in l. sciendum 15. ff. qui satisd. cog. n. 7.* Chil. Kön. *in proceff. c. 46.* Prout etiam in terris Electoratus Saxon. verbis disertis sancitum, *h. Const. 5. vers.* So soll er auch nicht gedrungen werden / einige Gunst über die Güter von den Gerichten/ darunter sie gelegen / zum Vorstand auszubringen. *ubi* Dan Moller. *n. 5. & seqq.* Matth Berl. *part. 1. concl. 20. num. 51.* Matth. Wes. *in suppl. ad* Joh. Schneidevv. *Inst. de satisd. n. 11.*

Ita Domini in causa Angel von Gorden contra Caspar Rentzeln zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1625. (Verba sent. Daß Beklagter/ seines Vorwendens ungeachtet / auff erhobene Klage zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Ambrosii Sonnens contra Jac. Schneidern/ Mens. Jun. Anno 1622.

DEFINIT. V.

Possessio bonorum immobilium actoris, etiam procuratorem à satisdatione relevat.

ACtor possessionatus satisdationis onere gra- 1
vandus non est, sive ipsemet in judicio compareat, sive per mandatarium aut procuratorem agat; † Quin nec tum procurator ipse, etiamsi 2
possessionatus non sit, ad satisdationem tenebitur *h. Const 5. verb.* und dergleichen soll auch dessen/ so gnugsam unter uns besessen/ *constituirter* Anwald ferner *caution* und Vorstand zu bestellen und auffzurichten nicht pflichtig seyn. † Nec enim hujus 3
conditio deterior esse debet, quàm ipsius Principalis, cujus causa agitur, *arg. §. fidei 5. Inst. de fidej.* Matth. Wes. *in parat. ff. qui satisd. cog. n. 3.* Dan. Moll. *hîc. n. 4.*

Ita Domini in causa Melchior Heldritts contra Hansen Sommern / Mens. Jan. Anno 1623. (Verba sent. Daß Klagender Anwald mit Bestellung des Vorstandes billich zu verschonen/ ꝛc.)

Et in causa Michael Gutschmids contra Wolrad Hilbern/ Mens. Jan. Anno 1625.

DEFINITIO VI.

Actor in Electoratu Saxoniæ possessionatus ad satisdationem obstrictus non est, etiamsi extra Electoratum, suum habeat domicilium.

1 SÆpius accidit, ut ii, qui bona immobilia in terris Electoratus Saxonici possident, alibi extra Electoratum, suum habeant domicilium, de quibus *dubitari potest, annon in provinciis Electoratus litigantes pro reconventione & expensis satisdare*
2 *teneantur?* † Nec enim hi conveniri possunt in judiciis Electoratus Saxonici actione personali, si alibi domicilium habeant, quia bonorum possessio fundat tantummodò actionem realem, *l. ult. C. ubi in rem act.* ut multis probat Joh. Zanger. *de except.*
3 *part. 2. cap. 1. n. 264. & seqq.* † Nihilominus & hoc casu actorem ab onere satisdationis immunem esse putaverim, siquidem Constit. Elect. *h. 5.* ab iis solummodò cautionem exigi jubet, qui in Electoratu possessionati non sunt, nec ultra possessionem quicquam ulterius requirit, ad hoc, ut actor satisdationе gravari nequeat. † Sufficit ergò bona existe-
4 re in terris Electoratus, de quibus in casu succumbentiæ Actoris, pro expensis ac damnis Reo satisfieri queat, ne is alibi & extra Electoratum litigare
5 cogatur. † Nec metuenda exceptio incompetentiæ propter domicilium contractum, cum ex alio capite, jure nempe reconventionis, in eodem judicio stare ac respondere teneatur, uti notissimum est *l. qui non cogitur. 22 ff. de judic. l. si idem. 11. §. 1. ff. de jurisdict. l. Lucius 38. ff. mandat. l. 1. §. ult. ff. de extr. cog. c. ex literis. 1. extr. de mut. petit. c. & si clerici. 4. extr. de jud.* Joh. Zang. *dict. c. 1. num. 374.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 12.* Matth. Col. *part.*
6 *1. decis. 102. n. 1.* † Quin & committitur fallacia causæ; Non enim possessor bonorum immobilium propterea à satisdatione immunis est, quod in Electoratu conveniri queat, sed quia in ejusmodi possessore cessat suspicio fugæ, Jason. *in l. sciendum. 15. ff. qui satisd. cog. n. 1. & ibi* Bartol. *n. 4.* Marant. *part. 6. membr. 8. n. 1. & 2.*

Ita Domini in causa Hansen von Könitzen contra heredes Wilhelmus von Berbißdorff / ventilatâ in præfectura Rochlicensi, Mens. Decemb. Anno 1599. (Verba sent. Daß beyde / Klagender Anwald und Beklagtens Actor ihre Personen zur Nothdurfft legitimiret haben / und da Kläger / welcher Gestalt sein Principal in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern besessen / Schein zu den Acten bringen würde / so bliebe er mit dem geforderten Vorstand billich verschonet / ꝛc.)

DEFINIT. VII.

Satisdatio vel pignoribus, vel fidejussoribus, præstanda est.

1 SOlummodò ergò Actores ii, qui in provinciis Electoratus Saxon. bona immobilia non possident, satisdare debent, *h.* Const. 5. *pers.* Aber den / so unter / ꝛc. vel fidejussoribus, vel pignoribus, Ordin. judic. *Elect. Saxon. tit. 13. verb.* Solchen Vorstand mit Bürgen oder Pfanden nicht be-
2 stellen / ꝛc. † ita ut Actorum sit electio, quorum alterutrum præstare velint, Jacob Menoch. *de arbit.*
3 *jud. q. cent. 2. lib. 2. cas. 142. n. 3.* † Et sanè fidejussores idoneos esse oportet, tàm ex facultatibus quàm ex conveniendi facilitate, *l. 1. & 2. in pr. ff. qui satisd. cog.* † Requiritur nempè, ut fidejussores bona im- 4
mobilia possideant † talesque ne sint, qui propter 5
privilegium seu præscriptionem fori difficilimè ad judicium trahi possint, *l. 1. ff. si quis in jus vocat. l. 2. in pr. l. si fidejussor. 7. in pr. ff. qui satisd. cog.* † ac 6
ne sint rixosi & rimarum pleni, Jason, & Bart. *in dict. l. 2.* Joh. Zang. *de except. part. 2. c. 21. n. 19.*

Ita Domini in causa Michael Kohlmanns contra Johann Hupfeldern zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1622. (Verba sent. Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben / auch den geforderten Vorstand pro re conventione & expensi mit Bürgen oder Pfanden bestellen / inmassen er zu thun pflichtig / so wäre Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig / ꝛc.)

DEFINIT. IIX.

Quantitas satisdationis in arbitrio judicis consistit.

1 PIgnora quoque, si hisce actor satisdare velit, sufficientia & idonea esse oportet, *l. promissor. 21. §. ult. ff. de const. pec. Dd. in l. 6. ff. qui satisd. cog. §. si verò aliquis. 4. Inst. de satisd.* † Dicuntur au- 2
tem pignora sufficientia, non quæ ad valorem unius Wergeldi hoc est 24. sexagenarum antiquarum vel 20. thalerorum ascendunt, prout dispositum in jure Saxonico, Landr. *lib. 2. art. 5.* Zobel. *part. 1. differ. 10. n. 5. & 6.* Matth. Col. *part. 1. decis. 105. n. 8. & seqq.* Chilian. König. *in proces. c. 46. n. 2.* Jacob. Schult. *part. 1. observ. 20. n. 1. & seqq.* Dan. Moll. *lib. 1. semestr. 2. n. 2.* † Sed, quæ judex pro qualitate 3
& magnitudine causæ idonea arbitratus fuerit: Adeoque non semper actor deponendo quinquaginta florenos sufficienter videtur satisdedisse (ut quidam opinati fuêre) † sed quandoque plures thale- 4
ros vel florenos satisdationis nomine deponere tenetur, quandoque verò minorem summam offe- 5
rendo auditur, † veluti etiam valor bonorum immobilium, ad relevandum Actorem ab onere cautionis, arbitrio judicis hodiè committitur, Ordin. jud. *Elect. Saxon. tit. 13. §.* wie hoch aber einer begütert. Dan. Moller. *hic n. 10. & lib. 1. semestr. 2.* Joh. Zanger. *de except part. 2. c. 21. n. 43.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. qui satisd. cog. n. 11.* Jacob. Schult. *part. 1. quæst. 20. n. 3.*

Ita Domini in causa Christian Meyers contra Baumeister Christian Eulenauen / ventilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mens. Sept. Anno 1633. (Verba sent. Würde Kläger der Klagen Gewehr würcklichen angeloben / und pro reconventione & expensis auff 100. fl. hoch Vorstand bestellen / inmassen er zu thun schuldig / so ist Beklagter / seines dawider gethanen Vorwendens ungeachtet / auff die erhobene Klage sich einzulassen pflichtig / ꝛc.)

It. in causa Otto Cramers contra Christoph Vortmeyern zu Leipzig / Mens. April. Anno 1630.

Et in causa Henrich Schlotters contra Hansen und Henrich Elßnern zu Leipzig / Mens. Dec. Anno 1623. (Verba sent. Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben / auch vor die expensen und zur Wider-Klage mit 30. Rthl. bestellen / inmassen er zu thun pflichtig / so ist Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen schuldig / V. R. W.)

DEFINIT. IX.

Admittitur Cautio juratoria, si actor pignoribus, vel fidejussoribus satisdare nequeat.

QUid autẽ, *si actor non pignora habeat, nec fide-* 1
jussores invenire possit? Ne ab agendo in causâ justâ

justâ repellatur, ad cautionem juratoriam admittendus est, §. *sed hodiè. 2. Inst. de satisd. Auth. generaliter. C. de Episcop. & Cleric. Novell. 112. c. 2.* Ordin. judic. *Elect. Saxon. tit. 13.* §. Da aber die Kläger. Matth. Wes. *in parat. ff. qui satisd. cog. n. 10.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 21. n. 23.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. c. 1. n. 100. & seqq. & ad cap. dilecti. 8. extr. de except. num. 10.*

2 Andr. Gail. *lib. 1. observ. 148. n. 6.* † Non aliter tamen, quàm 1. si vitæ integritate sit conspicuus, probatæ existimationis, & non suspectus de fugâ, Wesenb. *dict. loc.* Zanger. *dict. c. 21. n. 48.* Gail. *dict. ob-*

3 *serv. 148. n. 6. &* Coler. *dict. c. 11. n. 10.* † 2. Ut juret, se nec pignora habere, nec fidejussores idoneos, quamvis summâ tàm per se, quàm per alios adhibitâ diligentiâ, reperire potuisse, *d. Auth. generaliter. C. de Episc. & Cler.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 47.*

4 *n. 8.* † Quod tamen propter anceps perjurium ita est temperatum, ut non nisi de credulitate actor teneatur jurare, quod nempe credat, se non pignoribus, vel fidejussoribus satisdare posse, *dict.* Ordin. jud. *tit. 14.* §. Da aber der Kläger Armuths halber. Matth. Wesenb. *in par. ff. qui satisd. cog. n. 10.* Coler. *ad dict. cap. dilecti. 8. extr. d. except. n. 16.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 8. n. 120.*

Ita Domini in causa Hansen Dorthofens & consort. contra Hansen Kochen zu Rießdorff / Mens. Oct. Anno 1605. [Verba sententiæ: Da Klägere schweren würden/daß sie so viel nicht in Vermögen/glauben auch nicht/ daß sie nach angewendeten möglichen Fleiß den gesoderten Vorstand mit Bürgen oder Pfänden bestellen können; So würden sie solchen mit ihrem leiblichen Eyde zu bestellen billich zugelassen. Da sie nun auch die gesonnene Gewehr der Klagen wircklichen angeloben würden/ inmassen sie zu thun pflichtig/ so wäre Beklagter/ seines gethanen Vorwendens ungeachtet / bey Straffe Ungehorsams auff die erhobene Klage sich einzulassen/ und zu antworten schuldig / und werden ihme seine angezogene Exceptiones, so viel derselben erheblich / nach geschehener Kriegs-Befestigung zerstörlicher Weise gebührlichen einzuwenden/billich vorbehalten / und ergehet alsodenn darauff/ so wohl wegen des gebotenen Vorlags zum Rechten ferner/ was recht ist/ V.R.W.]

It. in causa D. Jacobi Rhodstets contra Johann Bernßarden zu Weissensee/ Mens. Sept. Anno 1593.

Et ad requisitionem Senatus Plavensis, Mens. Octobr. Anno 1608.

Definit. X.

Non relevat Actorem à cautione juratoriâ possessio bonorum immobilium, extra provinciam situatorum.

1 REgulariter omnis, qui nec immobilia possidet, nec etiam fidejussoribus vel pignoribus satisdare potest, ad juratoriam cautionem admittitur, *Auth. generaliter. C. de Episc. & Cler. defin.*

2 *præced.* † Non ergò ad satisdationem juratoriam obstrictus erit, inquies, qui extra provinciam saltem bona possidet immobilia, ut videtur sen-

3 sisse Jas. *in l. 1. ff. qui satisd. cog. n. 25.* † Sed non relevat id actorem, quo minus jurare teneatur; cum aliter immunis actor non sit à præstatione satisdationis, quam si in Provinciis Electoral. bona possideat immobilia; propter suspicionem nempè fugæ, *supr. Defin. 2.* Marant. *part. 6. membr. 8. n. 1.*

4 *& 2.* † Quo in casu etiam loquitur textus in *l. si fidejussor. 7. §. sineceß. 1. ff. qui satisd. cog.* à Jas. allegatus; In solo ergò defectu satisdationis realis, juramentum suspicionem fugæ purgabit, Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. c. 11. num. 102.* † Quare Domini putarunt, licet quis in civi- 5
tate aliquâ, extra Provinciam sitâ, immobilia possideat, eum tamen à juratoriâ cautione propterea non liberari, *teste* Hartm. Pistor. *observ. 169.*

Ita Domini in causa M. Augusti Kuhls contra heredes Baumeister Johann Vetters zu Leipzig / Mens. Majo An. 1631. [Verba sentent. Daß Kläger dem jüngstgegebnen Abschiede seines Vorwendens ungeachtet Folge zu leisten/ auch weil es vor dismal nicht geschehen/ die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermässigung Beklagten zu erstatten schuldig; ehe und zuvor solches geschicht/ seynd die Beklagte auff die erhobene Klage sich einzulassen nicht verbunden/ V.R.W.]

Definit. XI.

Possessionatus sub litis ingressu, si lite pendente possessionem vendat aut facultatibus labatur, satisdare cogitur.

NOn facilè quis dubitaverit, quin exceptio di- 1
latoria, lite pendente ex facto adversarii superveniens, etiam post litis contestationem opponi possit. Quia causa de novo superveniens novo indiget remedio, Bart. *in l. excusantur 2. §. numerum. 8. ff. de excusat. tutor. num. 1. per l. 2. C. de consort. ejusd. lit.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 22. num. 27.* † Quidni ergò satisdationis excep- 2
tio post litem contestatam opponi posset ei, qui, licèt sub ingressu litis possessionatus: attamen litè pendente possessionem vendiderit, aliovè modo facultatibus lapsus fuerit? † Veluti probatur per 3
text. in l. si ab arbitro. 10. §. ult. ff. qui satisd. cog. l. si is à quo. 3. §. ult. l. seq. ff. ut in poss. legat. l. prætoriæ. 4. ff. de prætor. stipul. † Nec minor hîc est 4
suspicio fugæ in actore, quàm si ab initio statim haud bona possederit; quæ sola ratio exigit satisdationem, Jason. *in l. sciendum 15. ff. qui satisd. cogunt. n. 1.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 21. n. 44.* Joh. Monach. *in pract. judic. part. 5. §. 6. de except. c. 4. n. 5.* Reinh. Rosa. *in addit. ad* Dan. Moll. *hic n. 19.* † Nisi dicendum putaveris, satis 5
consultum esse Reo jure tacitæ hypothecæ, quod ab initio litis in bonis actoris immobilibus impetravit; cujus ratione pro recuperandis expensis adversus tertium etiam possessorem agere valeat, cum Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 20. n. 31.* ubi assertionem nostram ad eum restringit casum, quo res per incendium, ruinam, vel similem calamitatem ita periit, ut ampliùs in rerum natura non sit. † Sta- 6
tuit nimirum pro certo, Reo competere jus tacitæ hypothecæ in bonis actoris immobilibus, *per l. sciendum. 15. §. ult. ff. qui satisd. cog.* Quod certè dicere non ausim; cum tacitam hypothecam non nisi expressa legis vel statuti dispositio alicui tribuat; quippe quod certis tantummodò casibus privilegium id hypothecæ, jura introduxerint, quod ad casus alios extendere neutiquam licet, *tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacitè contr.* Ant. Fab. *de error. pragm. decad. 1. Error. 1.* Neguz. *de pignor. 4. memb. 2. part. pr. num. 1.* † At 7
nullibi Reo jus tacitæ hypothecæ in bonis actoris conceßum reperitur, Dan. Moller. *hîc num. 4.* Jacob. Schult. *observ. 17. per tot.* Nec enim *in dict. l. sciendum. 15. §. ult.* quicquam de hoc habetur; Cum id solummodò dicatur, non prohiberi actorem lite pendente bona sua vendere (salvâ scilicet Reo facultate exigendi satisdationem.) Ex quo no-

nostra opinio magis confirmatur, quàm refellitur
8 † Vel dicendum possessorem rerum immobilium ibidem satisdedisse præstitâ nempe cautione expressâ, (uti ipsissima verba textus sonant.) Ubi facilè concesserim, Reo per alienationem non præjudicari. Quamvis & aliter respondeat Cyn. Alber. & Alex. *in dict. l. sciendum. 15. ff. qui satisd. cog.*

Ita Domini in causa Burchard Kochen contra Johann Siebern/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Januar. Anno 1635.

Definit. XII.

Actor, qui possessionatus non est, satisdare tenetur, etiamsi de bonis feudalibus cum possessore simultaneè sit investitus.

1 POssessio quidem bonorum immobilium actorem ab onere satisdationis relevat, *supr. Defin.*
2 2. † Sed non sola spes possidendi, *l. 1. §. si impubere. 21. ff. de collat. l. nec emptio. 8. ff. de contr. empt. l. post emancipationem. 6. §. 1. ff. de lib. legat.*
3 † Ex quo fit, quod simultaneè quoque investitus ad satisdandum sit obstrictus, Reinh. Rosa *in addit. ad* Dan. Moll. *hîc n. 16.* Paul. Matth. Wehner. *in obs. pract. verb.* Vorstand. *in fin.*
4 † Nec enim simultanea investitura possessionem realem tribuit. Licet taliter investito jus aliqvod firmum atque radicatum in ipso feudo competere concesserim; uti manifestum est *ex Ordin. Torgensi de An. 1583. tit.* welchergestalt die Agnaten und Mitbelehneten. *vers.* iedoch ist solches/ &c.
5 † Quo intuitu etiam ipsi concessa est actio realis revocatoria, ad exemplum Favianæ, quâ revocantur alienata in fraudem Patroni, *l. 1. §. 3. ff. si quid in fraud. patron. l. 1. & 2. C. si in fraud. pat. alien. fact. fuer.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 20. num. 26.*

Ita Domini in causa Hansen von Könitzens contra heredes Wilhelmi à Berbißdorff/ ventilatâ in Præfecturâ Rochlicensi, Mens. Decembr. Anno 1599.

Definit. XIII.

Nec filiusf. ab onere satisdationis immunis est, etiamsi pater ejus bona possideat immobilia.

1 NOn certè plus juris habet filiusfamiliâs in bonis paternis, quàm simultaneè investitus in bonis feudalibus: Quidni ergò eum quoque, in judicio experiri volentem, ad satisdationem obstrictum diceremus? *per text. in l. filiusf. 14. ff. qui satisd. cog.* Bartol. *in l. sciendum 15. ff. qui satisd. cogunt. num. 12. ubi. &* Jason. *n. 24. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 20. n. 24. &* Vinc. Caroc. *in*
2 *tract. de excuß. bon. 1. part. 2. q. 45. n. 1. & seq.* † Nec enim juvare potest filium spes successionis in bonis paternis; quæ, quia præmatura est, non attendi debet, *l. 1. §. si impubere. 21. ff. de collat. l. nec emptio. 8. ff. de contr. empt. l. post emancipationem 6. §. 1. ff. de liber. legat.* Cum multa accidere possint, ut filius non sit heres patris, *l. naturalem. 5. §. 1. ff. de acquir.*
3 *rer. dom.* † Et licet filiusf. vivo adhuc patre dicatur Dominus bonorum paternorum, *l. in suis. 11. ff. de liber. & posth.* ex quo etiam æstimum & habitatio patris censetur æstimum & habitatio filii, Gloss. *in l. 2. C. qui ætat. se excus.* Specul. *l. 4. part. 3. tit. de*
4 *Censib. §. sequitur. 3. n. 3.* † Attamen fit hoc juris saltem fictione, quæ in satisdationis materiâ locum non habet, *arg. l. sciendum. 15. §. creditor. 2. ff. qui satisd. cog.* Matth. Berl, *dict. concl. 20. n. 24. in fin.*

Ita Domini in causa Philippi Leonharts contra Samuel Heiwitzen zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1618. [Verba sent. Da Kläger den gesoderten Vorstand gebührlichen bestellen würde / immassen ihme seines Vorwendens ungeachtet zu thun oblieget: So wäre Beklagter auff angerweit vorgehende gebührende Ladung auff erhobene Klage sich einzulassen / zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V. R. W.]

Definit. XIV.

Non gravandus est onere satisdationis possessor bonorum immobilium, licet obæratus, aut bona Creditori hypothecata fuerint.

IMmunis est à cautione præstanda rerum immo- 1
bilium possessor, quem nullatenus gravari vult *hæc* Const. 5. Quæ satis generaliter loquitur, nec inquirere jubet, utrum bona onere affecta sint, nec
ne. † Ex quo infert Dan. Moller. *hîc n. 11.* bona 2
immobilia censeri idonea ac sufficientia ad excludendam satisdationem, etiamsi integrum illorum precium exsolutum haud sit. Et movet me gene-
ralitas Sanctionis Electoralis, ut existimem, † nec 3
tùm possessorem bonorum immobilium satisdare teneri, si ære alieno gravatus, aut bona illa hypothecâ fuerint affecta. Quod & luculenter probatur per *text. in l. sciendum. 15. §. si fundum. 6. ff. qui satisd. cogunt.* † Quod si dixeris, deducto ære 4
alieno bona actoris vix sufficere ad cautionem idoneam; Respondeo, in materiâ satisdationis non tàm valorem, vel idoneitatem bonorum attendi,
†quàm utrum suspicionem fugæ excludant, quod & 5
hoc casu fieri, non facilè dubitandum est, ut eleganter tradit Jason *in dict. l. sciendum. 15. num. 1. & 22. ff. d. 4.*

Ita Domini in causa Caspari Eberhards von Hildesheim/ Mens. Jan. Anno 1622. [Verba sentent. Ob ihr gleich von euerm Gegentheil / klagenden Hansen Reinebolten/ Vorstand vor die expens und Wiederklage gefodert / da aber dennoch derselbe des Orts ein unbewegtlich Gut eigenthümlich besitzet; So verbleibet er mit angeregtem Vorstand/ ungeachtet solches Gut mit Schulden beschweret/ billich verschonet. Er hat sich aber damit / daß er Bürger des Orts / alleine dawider nicht zu behelffen/ V. R. W.]

Definit. XV.

Satisdare non tenetur possessor Rei immobilis, super quâ cum alio litigat.

FAcilè quoque hinc est decidere quæstionem, à 1
Jasone *in l. sciendum. 15. n. 22. ff. qui satisd. cog.* motam: *utrum* nempe *possessor rei immobilis, super quâ litigatur, teneatur satisdare?* Quam ibi-
dem latè tractat & negativè decidit. † Rectissimè 2
sanè, si cum tertio quopiam super re illâ litigetur, per *text. in dict. l. sciendum. 15. §. si fundum. 6 ff. qui satisd. cog.* Et sufficit, rem ab actore possideri, ut maximè onere vel litigio sit gravata, secundum tradita *Defin. præced.* † Aliud dicendum arbitra- 3
tur *Jason.* si possessor cum Reo, satisdationem exigente, super illâ ipsâ re litiget, qui omninò satisdare tenetur, *l. de die. 8. §. 1. vers. quidam etiam l. Julianus. 11. ff. qui satisd. cog.* Quod & placet Matth. Berlich. *part. 1. concl. 20. n. 30.* † Sicuti enim 4
quis non potest esse principalis & fidejussor *l. Granius. 71. ff. de fidejuß.* Ita nec una eademque res poterit esse principalis, & loco satisdationis.

Ita Domini in causa Christiani Meyers contra Baumeister Christian Eilenauen zu Leipzig/ Mense Septembri, Anno 1633.

Defi-

Definit. XVI.

Immunis quoque est ab onere satisdationis possessor annuorum redituum.

1 SI quæras: *num possessor annuorum reddituum satisdare cogatur?* illud potissimum disceptari videtur: *an reditus ejusmodi inter immobilia referantur?* Hoc enim si concesseris, ecquid dubii restabit, quin ab onere satisdationis immunis sit horum redituum possessor; cum exigi nequeat cautio ab eo, qui possidet immobilia, h. Const. 5. *suprà Def. fin.* † Expedirum verò est, annuos reditus inter im-
2 mobilia recenseri; modò hi ad longum tempus debeantur, *l. jubemus nulli. 14. C. de SS. Eccles. l. hác edictali. 6. §. his illud. 1. C. de secund. nupt. Nov. 120. c. 1.* Const. Elect. *24. part. 3.* Matth. Col. *de process. execut. part. 1. c. 3. n. 248. & seq.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 10. n. 1. & seqq.* Vincent. Caroc. *in tract. de serv. 10. n. 1. & seqq.* Jac. Schult. *pract. observ. 15.* Jason. *in l. sciendum 15. n. 3. ff. qui satisd. cog.* † Videtur siquidem possidere 6
bona immobilia, qui actionem ad ea habet; quia hoc quis in bonis habere dicitur, ad quod habet actionem, *l. id apud se. 143. ff. de V. S. l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rer. domin.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Daß Kläger mit Bestellung des Vorstandes / gestalten Sachen nach / weil er unablegliche gewisse jährliche Zinse einzunahmen / so wohl zu unbeweglichen Gütern in diesen Landen rechtmäßige Zusprüche und Anforderung hat / billich zu verschonen / V. R. W.)

Definit. XIIX.

Non obstrictus est satisdare Creditor pecuniæ hereditariæ, cujus dies nondum cessit.

APparet hinc quoque, non gravandum esse o- 1
nere satisdationis Actorem, qui Creditor est pecuniæ hereditariæ, cujus dies nondum cessit, der unbetagte Erb-Gelder zu fodern. † Quia scilicet 2
ejusmodi nomen habetur pro immobili; ut quod debetur ex bonis immobilibus, Andr. Gail. *lib. 2. observat. 11. n. 10.* Bartol. *in l. potest. 18. n. 1. ff. de autor. tutor.* Jacob. Thoming. *decis. 31. n. 2.* † Nempe, quia 3
surrogatum sapit naturam ejus, cujus in locum surrogatur, *l. 1. §. hæc actio 1. ubi* Bartol. *ff. si quis testam. lib. esse juss.* † Accedit, quod ante exsolutionis diem 4
is, cui pecunia hereditaria debetur ex bonis immobilibus, tanquam cohæres jus suum hereditarium, æquè in re illà immobili habeat, atque alter, cui ea res in divisione cessit; Præter hoc jus verò nihil ampliùs competat, cum, etiamsi pecunia promissa sit, nulla tamen ante solutionis diem ei valida sit exactio; ut propterea meritò ante solutionis terminum pro re immobili reputetur, Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. quæst. 124. n. 37.* Vide *infr. part. 3.* Const. Elect. *21. defin. 1.* † Alia sanè est ra- 5
tio pecuniæ hereditariæ, cujus dies cessit, des betagten Erb-Geldes; quia post solutionis diem, ulterius nil juris cohæredi in bonis immobilibus competit, concessâ ei facultate exigendi pecuniam, quæ suâ naturâ mobilis est, *Novell. 22. cap. 45. vers. si verò universa.* Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 41. n. 6.* † Ergò 6
& ipsum nomen, seu actio ad id competens, pro re mobili reputabitur, juxtà tradita *Defin. præced. n. 4.* Bartol. *in l. moventium. 93. in fin. ubi &* Alciat. *n. 3. ff. de V. S.* Jacob. Schult. *dict. loc. n. 17.* Vid. *infr. part. 3. dict.* Constit. *21. defin. 4.* † Ac proinde Cre- 7
ditor hujus pecuniæ, post solutionis diem, ab onere satisdationis haud immunis erit.

Ita Domini in causa Petri Francken & Consortium, contra heredes Christophori Werbigs zu Dieben / Mens. Jul. An. 1619 (Verba sent. Daß Klägere mit dem gefoderten Vorstand gestalten Sachen nach / weil sie nothdürfftigen Schein zu den Acten bracht / daß sie im Churfürstenthumb Sachsen unbetagte Erb-Gelder zu fordern haben / billich verschonet bleiben / &c.)

Definit. XVII.

Nec satisdare tenetur possessor actionis ad immobilia competentis; Secus verò si competat actio ad res mobiles.

1 EAdem pariter ratione decidendum: *num debitorum nomina, vel actiones possidens, satisdare cogatur?* Tota scilicet quæstio in eo posita est: *an nomina & actiones inter bona mobilia vel im-*
2 *mobilia referantur?* † Etsi verò propriè loquendo nomina & actiones tertiam bonorum speciem, à mobilibus & immobilibus separatam, constituere censeantur, *l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2 ff. de re jud. l. quam Tuberonis 7. §. in peculio. 4. ff. de pecul.* Specul. *lib. 2. part. 3. tit. de fruct. & interesse. §. 1. n. 7.* Hart. Pist. *part. 1. quæst. 26. n. 1. &*
3 *seqq.* † Attamen in casibus, quibus omninò ad alterutram harum specierum referri debent, uti etiam hic accidit, concludunt Interpp. ferè, com-
4 muniter: † Si nomina & actiones ad res immobiles competant, immobilibus accenseri, Andr. Gail. *lib. 2. observat. 11. n. 10.* Matth. Coler. *de proceff. exetut. part. 1. c. 3. n. 250.* latissimè post alios, quos copiosè allegat Jacob. Schult *in addit. ad* Modest.
5 Pist. *part. 3. quæst. 124. n. 17.* † Ex quo fit, ut si actiones & nomina competant ad immobilia, possessor ejusmodi nominum non teneatur satisdare; secùs si competant ad mobilia, Gail. *dict. loc. n. 10.*

Definit. XIX.

Possessio rerum mobilium preciosarum sublevat Actorem à satisdando.

AN ergò *nunquam possessio mobilium à satis-* 1
dando relevabit? Ita quidem dicendum videtur ex *hac* Const. 5. quæ illum duntaxat Actorem satisdationi eximit, qui in terris Electoratus possessionatus est, h. e. bona immobilia possidet. † Sed 2
non

non verba Constituentis Illustrissimi captanda sunt; quin potius mens, jus, ac finis Sanctionis hujus intuendus, qui in eo consistit, ne victus Actor è judicio se proripiens, urbeque aut Provinciâ excedens, Reum expensis ac reconventione frustretur, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 36. Defin. 12. n. 1.* Jacob. Schult. *observat. 19. n. 6.* † Quid igitur: *si actor precisa mobilia possideat, aut magnam negotiationem in tabernis exerceat?* Certè hoc casu fugæ suspicionem cessare, putaverim, non minùs, quàm si Actor immobilia possideret; Cum res mobiles preciosiores nemo tàm facilè jactare sive donare præsumatur, sicuti res viliores, Jul. Clar. *in §. donatio. quæst. 10. n. 3.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 91. n. 2.* Joh. Sichard. *lib. 2. conf. 33. n. 19.* Coler. *de Alim. lib. 1. cap.*
4 11. † Quidni ergò istius generis res mobiles Domino suo satisdandi præstabunt immunitatem, non
5 minùs, ac fidem res soli possideret; † præsertim, cum hæc duo, possidere immobilia, & possidere mobilia preciosa, æqualia judicentur, *l. lex, quæ 22. C. de administr. tutor.* Veluti ita sentiunt Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 21. num. 36.* Schult. *dict. obs. 19.* König. *in processu cap. 46. n. 4.* Benev. Stracha *de*
6 *mercat. part. 2. n. 25.* † Quod tamen rectissimè restringitur ad eum casum, quo possessor mercaturæ, vel rerum preciosarum, est vir frugi, nec suspicione prodigalitatis laborat, à Zanger. *dict. cap. 21.*
7 *num. 37.* post alios, quos allegat. † Eo magis autem ab onere satisdationis sublevabitur Actor, si Reus ipsemet quid mobile aut precioſum Actoris penes se habeat, quod cautionis, sive pignoris loco futurum sit, *arg. l. Julianus. 13. §. offerri. 8 ff. de act. empt.*
8 Anton. Fab. *d. defin. 12. n. 2.* † Quænam verò res preciosæ minusvè preciosæ sint, judicis arbitrio definiendum relinquitur, ex qualitate scilicet personæ possidentis, Jacob. Schult. *dict. observat. 19. n. 13. & 14.* ubi meminit, juris quendam Doctorem à satisdando fuisse sublevatum, quod bibliothecam preciosam posideret, nec propter dignitatem in fugæ suspicionem venire potuerat.

Ita Domini in causa Zachariæ Harnischens contra Paul Merthen/ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Nov. Anno 1631. (Verba sent. Daß Kläger mit Bestellung des Vorstandes gestalten Sachen nach (possidebat nempe magnam negotiationem sive mercaturam) zu verschonen/und weil er der Klagen Gewehr würcklichen angelobet; So ist Beklagter auff erhobene Klage zu antworten/und den Krieg Rechtens zu befestigen/ auch weil er solches in eventum anizo nicht gethan/ Klägern die Unkosten dieses Termins auff unsere Ermäßigung zu erstatten schuldig/V.R.W.)

Definit. XX.

Obnoxius quoque non est satisdationi Vasallus vel Emphyteuta.

1 POssessio bonorum immobilium sublevat Actorem ab onere satisdationis indifferenter, non habito respectu an sint feudalia; an verò allodialia. Quia verba *h. Const. 5.* generaliter loquuntur, *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. de*
2 *pretio. 8. ff. de public. in rem act.* † Et Vasallus propterea non tenetur satisdare: quia in re feudali loco Domini habetur; siquidem agendi & excipiendi potestatem habet, *c. un. tit. de controv. int. Vasall. & al. de benef. c. un. §. rei autem. tit. de invest.*
3 *de re alien. fact.* † Fructusq; dominii jure, quod utile vocatur, acquirit, Zas. *de feud. part. 1. n. 3.* Borch. *de feud. c. 1. n. 13. & seqq.* Ut ita resoluto jure possessoris Vasalli, satis cautum sit Reo in fructibus perceptis, aut ex semine rastris subacta provenientibus.
† Quos etiam heredibus allodialibus, vel Vasalli 4
creditoribus cedere, expeditum est, *art. 58. lib. 2.* Landr. Const. Elect. 23. *in pr. part. 3.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 21. n. 30.* † Similis planè ratio 5
est Emphyteutæ, qui rerum Emphyteuticarum utile dominium habet, *l. 1. ff. si ager. vectig.* ac propterea ab onere satisdationis immunis habetur, *l. sciendum. 15. §. 1. vers. sed & qui vectigalem. ff. qui satisd.*
cog. † Idque eò magis, quod defunctus bona sua ad 6
heredes quoscunque transmittit jure hereditario, König. *in process. cap. 46. §.* aber nach dem Gebrauch. *vers. vel agrum vectigalem.* Zanger. *dict. cap. 21. n. 31. vers. Et sanè.*

Ita Domini in causa B.K. contra I.S. Mens. Jan. An. 1635.

Et ad requisitionem Præfecti Rochlicensis, Mens. April. Anno 1636. (Verba sent. So mögen doch Klägere/ weil sie im Churfürstenthumb Sachsen mit Lehn-Gütern angesessen/den gefoderten Vorstand zu bestellen nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definit. XXI.

Non tenetur satisdare usufructuarius alicujus fundi vel prædii in foro Saxonico.

1 USufructuarium ab onere satisdationis haud immunem esse, tradunt Dd. communiter per text. *in l. sciendum. 15. §. 1. vers. eum verò. ff. qui satisd. cogunt.* Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 21. n. 23.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 20. num. 33.* Jacob. Ayrer. *in process. part. 1. cap. 10. observ. 3. num. 49. & seqq.* † Quod quidem concesserim de jure civili, 2
ubi Reo absque satisdatione non satis videtur prospectum, cum usufructu finito, fructus pendentes unà cum fundo ad proprietarium transeant, quippe qui solâ perceptione usufructuario acquiruntur, *§. is verò ad quem 36. Instit. de rer. divis. l. si fructuarius 13. ff. quib. mod. usus fr. amit. l. 58. l. seq. §. 1. ff. de usufr. l. qui scit. 25. §. 1. ff. de usur.* † At jura Saxonica 3
non perceptionis, sed solius culturæ rationem habent, utrum ager satus & rastris subactus fuerit; volunt nempè, pro labore, mercedis loco, fructus industriales possessori & usufructuario cedere. † 4
Quod jus, per culturam sibi acquisitum, ad heredes vel creditores (quorum in numero Reus quoque esse censetur, *l. sciendum. 15. §. ult. ff. qui satisd. cog.*) transfert; etiamsi fructus percepti non fuerint, *Art. 76. & 77. lib. 3.* Landr. Zobel. *part. 3. differ. 27. n. 1. & 3.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 194. n. 4. & part. 2. decis. 286. num. 104.* † Ergò in foro Saxonico 5
Reo videtur plenius consultum, defuncto usufructuario, postquam semen rastris fuit subactum; propter spem fructuum, etiam nondum perceptorum. † Ut proinde in terris Saxonicis usufructua- 6
rius onere satisdationis non magis gravandus sit, quàm Vasallus; quem non satisdare teneri, dixi *Defin. præced.* † Ex quo porrò sequitur: viduam, 7
possidentem dotalitium, à satisdando immunem esse, cum dotalitium ipsi tribuat usumfructum. Vid. infr. *part. 3.* Const. *32. defin. 4.* Hartm. Pistor. *part. 2. qu. 24. n. 54.* † Sicuti nec maritus, qui fundum 8
uxoris possidet, satisdare tenebitur; quippe in quo

jure

jure maritali, in foro Saxonico, uſumfructum tenet, & poſt culturam defunctus, fructus etiam nondum perceptos, ad heredes & creditores transmittit, *dict. art. 76. lib. 3.* Landr. *dict.* Conſtit. Elect. *32. p. 3. ubi vid. Defin. 6. & 7.*

Ita Domini in cauſa Wenceslai Brathers contra Baſtian Erlern zu Meiſſen / Menſ. April. An. 1622. (Verba ſentent. Würde Kläger beglaubten Schein zu den Acten bringen / daß er ſein Gut / ſo er anitzo beſitzt / entweder für ſich ſelbſt / oder im Namen ſeines Weibs erkaufft / und ihme alſo die Fruchtnieſſung darauff zuſtünde; So bliebe er mit Beſtellung des Vorſtandes billich verſchonet / und wäre Beklagter / ſeines Fürwendens ungeachtet / auff die angeſtallte Klage ſich einzulaſſen / und den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig / V. R. W.]

Definit. XXII.

Obnoxii quoque ſunt ſatisdationi parentes, qui adverſus liberos in judicio experiuntur.

1 NUllibi ab onere ſatisdationis excipiuntur parentes, à quibus æquè liberi, in judicio conventi, jure cautionem pro reconventione & expenſis exigunt; ut innuit luculenter *text. in l. fidejuſſor. 2. §. Prætor. ait. 2. ff. qui ſatisd. cog. ubi* Jaſon. & Bar-
2 tol. *n. 3.* † Nec enim reverentia impedimento eſſe poteſt, cum ipſimet parentes proceſſui juris ſeſe volẽtes ſubmittant, ac per id in ſolennia judicii con-
3 ſentiant. † Et habent aliàs de jure civili perſonæ hæ privilegium, quod ſine veniâ nequeant in jus vo-
4 cari, *l. 1. l. 4. ff. de in jus vocand.* † Non ergò ulterius quid ipſis indulgendum erit, ne duo privilegia, circa unam eandemque perſonam, in eadem cauſa concurrant, Jaſon. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Kochens contra filium ſuum Jacobum Kochen zu Hertzwalda / Menſ. Julio, Anno 1625. (Verba ſent. Würde Kläger den gefoderten Vorſtand gebührlichen beſtellen / und die geſonnene Gewehr der Klagen würcklichen angeloben / inmaſſen ihme zu thun oblieget; So iſt Beklagter auff erhobene Klage ſich einzulaſſen und zu antworten ſchuldig / V. R. W.)

Definit. XXIII.

In cauſis etiam criminalibus ab accuſatore ſatisdatio exigi poteſt.

1 ETſi pœna talionis, & per conſequens inſcriptionis ſolennitas, non modò in foro Saxonico, ſed etiam ubique terrarum hodie in deſuetudinem abierit, Bartol. *in l. 6. & l. 7. n. 12. ff. de accuſat.* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 12. n. 17.* Nicol. Reuſn. *lib. 3. deciſ. 18. n. 6.* Matth. Weſenb. *in parat.*
2 *ff. de accuſat. n. 12.* † Ne ſcilicet meru propriæ ſalutis, ab accuſatione quis deſiſtat, & ſic crimina impunita remaneant, contrà, ac utilitas Reipublicæ exigit, Bartol. *in dict. l. 7. n. 2.* Salycet. *in l. 3. n. 4. C. qui accuſar. non poſſ.* Felin. *in cap. ſuper his 16. n. 3. extr. de accuſat.* Ægid. Boſſ. *in tit. de accuſ. n. 2.*
3 † Attamen quin etiamnum hodiè accuſator de ſumptibus litis, & injuriæ illatæ ſatisfactione, perindè ac in cauſis civilibus, ſatisdare debeat, ſi
7 immobilia non poſſidet, dubium non eſt, Matth. Weſenb. *in parat. ff. de accuſat. n. 12. verſ. apud nos verò, & in ſupplem. ad* Joh. Schneid. *Inſt. de ſatis-*
8 4 *dat. n. 13.* † Idq; non modò generalitas *h.* Conſt. *5.* evincit, quæ inter cauſas criminales & civiles neutiquam diſtingvit; † Sed & quotidiana fori Saxonici obſervantia hoc luculenter probat, ut demonſtravi *in pract. crimin. part. 3. quæſt. 106. n. 48.* 5
† Non enim Conſtitutio Carolina, quæ accuſatorem cuſtodiæ tradi jubet *art. 12. in pr.* hodiè in foro Saxonico practicatur; ſed cautione pecuniariâ, vel ſatisdatione Reus accuſatus contentus eſſe debet, Chil. König. *in proc. dict. cap. 47.* † Tantâ ſci- 6
licet, quantam judex fuerit arbitratus, Weſ. *dict. loc.* Licet in ejusmodi cauſis criminalibus, ob earundem gravitatem, major ſumma ratione ſatisdationis requiratur, quàm in civilibus cauſis, ut dixi pluribus *in prax. criminal. dict. quæſt. 106. n. 50. & 51.* 7

Ita Domini in cauſa Johannis à Möckeritz contra Georgium à Nimmitz / Menſ. Octobr. Anno 1628. (Verba ſent. Daß peinlicher Ankläger / wofern er im ſelbigen Fürſtenthum mit unbeweglichen Gütern nicht beſeſſen / vor allen Dingen den gefoderten Vorſtand pro reconventione & expenſis, und geſtalten Sachen nach auff 100. Thaler hoch zu beſtellen ſchuldig / und iſt alsdenn Angeklagter auff erhobene peinliche Klage ſich einzulaſſen pflichtig; Es könte dann peinlicher Ankläger eydlichen erhalten / daß er / über allen angewendeten Fleiß / weder durch Bürgen / noch Pfänden den Vorſtand zu beſtellen vermöchte / auff ſolchen Fall würde er mit der Juratoriſchen Caution billich zugelaſſen / V. R. W.]

Definit. XXIV.

Locum etiam habet ſatisdatio in cauſâ ſive judicio reconventionis.

CUm reconventionis reconventio vix dari que- 1
at; nec enim Actor reconventus, Reum quaſi triplicando, iterum reconvenire poteſt, Hoſtienſ. *in ſummar. extr. de mut. petit. n. 5.* Specul. *l. 2. part. 1. tit. de reconvent. §. 1. n. 4.* Joh. Petr. Molign. *in tract. de reconvent. quæſt. 7.* arbitrari utique quis poſſet, ſatisdationem minùs rectè exigi in cauſâ reconventionis à Reo, Actorem reconveni-
ente; † quia ſatisdationis effectus in eo potis- 2
ſimùm conſiſtit, ne Actor ſe ſubtrahat Reo, ſed in eodem judicio, ac coram eodem judice in caſu propoſitæ reconventionis ſtare promittat; Landr. *lib. 2. art. 9. ſupr. Defin. 1.* † Sed non modò de ſtando 3
ac reſpondendo in eodem judicio; verum etiam de refundendis expenſis & damnis litis, in eventum ſuccumbentiæ, ſatisdare tenetur Actor. † Ita 4
nimirùm cautio utrumque exigit, ut ratione reconventionis & expenſarum ſecurus ſit Reus; veluti etiam appellitatur Cautio pro reconventione & expenſis, Ordin. Nov. *jud. Elect. Saxon. tit. 13. in pr. h.* Conſt. *5. in pr.* Vorſtand für die *Expens* und zur Wiederklage. Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 21. n. 13.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 105. n. 4. & ſeq.*
† Quantumvis ergò una ſatisdationis ratio in re- 5
conventionis cauſa ceſſet: altera tamen neutiquam deficit; cum reconventus etiam Actor de expenſis & ſumptibus litis ſecurus eſſe debeat. † Quidni 6
ergò propterea ſatisdationis remedio ipſi ſubveniendum eſſet?

Ita Domini in cauſa Jacob Brandis contra Paul Jacob Böhmen zu Leipzig / Menſ. April. Anno 1629. (Verba ſent. Würde Wiederkläger die geſonnene Gewehr der Wiederklagen würcklichen und actu corporali angeloben / auch Vorſtand vor die Expenſen beſtellen / inmaſſen ihm zu thun oblieget; So wäre Wiederbeklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erſcheinen / und auff die wider ihn erhobene Wiederklage

sich einzulassen/zu antworten/und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/V.R.W.)

Et in causa Otto Trauers contra Christophorum Wortmorn zu Leipzig/Mens. April. Anno 1630. (Verba sent. Wann der Wieder-kläger den gesoderten Vorstand auff 100. Thlr. hoch bestellen; So wäre Wieder-Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen / zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/V.R.W.)

Definitio XXV.

Nec non in processibus executivis.

1 FAllunt omninò, qui in processu executivo, ubi agitur ex instrumento, paratam executionem habente, Actorem ab onere satisdationis eximunt.
2 † Etenim, cum executio parata & summaria non præcludat viam reconventioni, & judicio ordinario; quod instituitur ad informandum processum prioris instantiæ: † ecquis non videt, Creditorem
3 aufugiendo, vel saltem in aliud forum se transferendo, difficilem facere debitori prosecutionem juris?
4 *arg. l. de pollicitationibus. 8. ff. de pollicit.* † Quod ne fiat, impetrator processus executivi omninò tenetur cavere de judicio sisti in causa reconventionis, & de restituendo, quod nunc exigitur, cum refusione expensarum: juxta tradita Matth. Coler. *de proc. execut. part. 3. c. 1. n. 65. & part. 4. c. 3. n. 20.*
5 Matth. Berlich. *part. 1. concl. 20. n. 18.* † Quod & disertè approbavit Elector Saxon. Illustrissimus *in* Ordin. Nov. judic. *tit. 6. §.* Dieweil aber. *vers.* wie denn auch eben der Ursachen halben die Klägere in den Gerichten der Sächsischen Lande Vorstand zu bestellen pflegen/und diß wollen wir auch auff die Fälle / wenn man allein auff klare inhabende Brieff und Siegel / Vermöge der Lands-Ordnung / Hülffe suchet / hiemit erstrecket haben/&c.

Ita Domini in causa Pauli Bettgens & Consort. contra viduam Johannis Baptistæ zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1630. (Verba sent. Daß Kläger mit Angelobung der Gewehr zu verschonen: Würde er nun seiner Principalen wegen gnugsamen Vorstand pro reconventione & expensis bestellen/inmassen er zu thun pflichtig / so ist Beklagter auff die erhobene Executions-Klage sich einzulassen/zu antworten/und die producirte documenta zu recognosciren, oder eydlichen zu diffitiren schuldig/V.R.W.)

Ita in causa M. Mauritii Hertzogs contra heredes Theodorici Webers zu Leipzig / Mens. Junio, Anno 1631. (Verba sent. Würde Kläger den gesoderten Vorstand gebührlichen bestellen / immassen ihme zu thun obliget: So wäre Beklagter auff anderweit gebührende Ladung zu erscheinen/und auff die wider ihn erhobene Executions-Klage zu antworten/und die von Klägern producirte documenta zu recognoscirn, oder eydlichen zu diffitiren schuldig V.R.W.)

Et in causa D. Georgii Kirchhoffs & Consort. contra Petrum Rosinen zu Staucha/ventilatâ in Præfectura Deliciana, Mens. Jan. Anno 1633.

Definit. XXVI.

In summario quoque processu Actor satisdare tenetur.

1 ALia certè ratio haud est summarii processus, in quo reconventio non minus locum habet, ac in processu ordinario, *text. in Clem. sæpè. 2. §. verum quia juxta petitionis formam. de V. S. l. sed & hæ. 35. §. non solùm. 2. ff. de procur. junct. l. 1. ff. de damn. infect.* Bartol. *in Auth. & consequenter. C. de sent. & interlocut. n. 13.* Matth. Col. *de process. executiv. part. 4. cap. 3. n. 20.* † Ergò & satisdatio pro 2
reconventione & expensis, ne Actor eam, aufugiendo, eludat. † Nec est, quod objicere poteris: in 3
summariis causis absque strepitu judicii solâ facti veritate inspectâ procedi, Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 22.* Joh. Zanger. *de except. part. 1. c. 2. n. 3.* † Quia processus summarius tàm tumultuariè 4
nunquam est tractandus, ut substantialia processus, saltem jure naturali inducta, (inter quæ reconventionem defensivam, ac satisdationem pro reconventione, non malè retuleris) omitti debeant, Bartol. *in Extrav. ad reprimendum. in verb. figura. n. 4.* Joh. Zanger. *dict. c. 2. n. 9.* Vide quæ dixi *supr.* Const. Elect. *2. defin. 17.*

Ita Domini in causa Simon Johns contra Johann Guttnern zu Leipzig, Mens. Julio, Anno 1625. (Verba sent. Da nun auch Kläger Schein zu den Acten bringen würde/daß er in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern gesessen: So bliebe er mit Bestellung des Vorstandes billich verschonet/und wäre Beklagter auff anderweit vorhergehende Ladung zu erscheinen / und auff erhobene summarische Klage/ seines Fürwendens ungeachtet / bey Straff Ungehorsams/sich einzulassen/und zu antworten schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXVII.

Non etiam diffamatus, agens in judicio diffamatorio.

1 NOn solet peti satisdatio in matrimoniali processu, & si petatur, non est necesse, ut præstetur, Joach. à Beust. *in tract. de sponsal. part. 1. c. 22. vers. neque etiam satisdatio.* † Pariter nec diffama- 2
tus, agens in judicio diffamatorio, satisdationem præstare obstrictus est, ut benè tradit Bernh. Græv. *in concl. pract. concl. 9. consider. 1. n. 5.* Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 20.* Anton. Hering. *de fide juss. c. 10. n. 136.* † Siquidem à solo Actore satisdatio hæc 3
pro reconventione & expensis exigi potest *h.* Const. 5. † At diffamatus, in judicio agens diffamatorio, 4
non Actoris, sed Rei partes sustinet, Panorm. *in cap. si quis contra Clericum 4. n. 2. vers. & hoc puto. extr. de for. comp.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 9. n. 7.* Mynsing. *cent. 6. obs. 90. num. 3.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 7. defin. 3.* Fulv. Pacian. *in tract. de probat. lib. 2. cap. 56. n. 24. vers. sed in contrarium.* † Non ergò onere 5
eo, quod actori incumbit, erit gravandus.

Ita Domini in causa Christophori Dusels contra Walther de Hertzog & Consortes zu Leipzig / Mens. August. Anno 1625.

Et in causa Hansen Brockhoffs contra Hansen Launigern zu Leipzig/Mens. Nov. Anno 1629.

Definit. XXVIII.

Diffamans verò, ad agendum provocatus, satisdare tenetur.

1 SEd alia est ratio diffamantis, cui ad petitionem diffamati, sub pœna silentii, necessitas agendi fuit imposita; à quo, si actionem instituat, absque dubio satisdatio exigi potest, tanquam ab Actore. † Nam propositâ à diffamante actione, pro- 2
cessus ille ex *L. diffamari.* prorsus extinguitur; adeoque novum inchoatur judicium; ubi omnia judiciarii processus solennia sunt observanda, Hartm. Pist. *part. 4. quæst. 15. n. 6.* Blarer. *in l. diffamari. cap. 7. num. 113.* † Quidni ergò tùm etiam Cau- 3
tio præstanda esset ab Actore? *h.* Const. 5. quippe à quo etiam guarandæ præstatio hoc casu exigi

4 exigi poteſt, *ſupr.* Conſt. *4. Defin. 10.* † Æqvipa-
rantur ſiquidem hæc duo: guaranda & ſatisdatio,
& ſub unâ eâdemque claſſe ponuntur; ut patet ex
traditis Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 21.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Dieterichs contra ſein Ehe-Weib und Stieff-Kinder/ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Febr. Anno 1631. [Verba ſent. Würde Kläger den geſoderten Vorſtand beſtellen/ inmaſſen ihme zu thun oblieget/ ſo ſeyn Beklagte auff erhobene Klage bey Straff Ungehorſams ſich einzulaſſen / und zu antworten; Und weil ſie in eventum ſolches nicht gethan/ Klägern die Unkoſten dieſes Termins auff unſere Ermäſſigung zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W.]

DEFINIT. XXIX.

Fiſcalis etiam vel Syndicus, nomine plurium ex Univerſitate agens, ſatisdationi eſt obnoxius.

1 ETſi poſſeſſores rerum immobilium ſatisdare
non cogantur, *hâc Conſtit. 5. ſupr. Defin. 2.*
2 † Attamen ſpeciale hoc eſt in pluribus litis conſor-
tibus, ex communione, vel univerſitate, ut horum
nomine Syndicus agens teneatur ſatisdare; licet
ipſi principales ſint poſſeſſionati, ut benè tradit
Matth. Berlich. *adducto Scabinorum Lipſienſium*
3 *Reſponſo, part. 1. concl. 20. n. 37.* † Scilicet quia
inter plures ex univerſitate obligatio eſt diviſa. Ex
quo fit, quod Reus non niſi pro ratâ ſingulos re-
convenire queat; & ſic difficulter experiri coga-
tur. Meritò ergò ſatisdationem exiget à Syndi-
4 cò, † Cum paria ſint, aliquem nulla immobilia
poſſidere, vel poſſidere quidem, ſed conveniendi
difficultate eſſe inidoneum, Joh. Zang. *de except.*
part. 2. c. 21. num. 18. Valent. Franc. *de fidejuſſ. c.*
7. n. 236. & ſeq. Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 27. num. 25.*
5 † Ceſſat tamen hæc reconveniendi difficultas,
ſi Actores beneficio diviſionis renunciave-
rint, ac ſinguli in ſolidum ſe obligaverint; ita
ut Reo unum ex illis omnibus reconvenire fas
6 ſit. † Quare hoc caſu onere ſatisdationis Actor
merito erit immunis, monente Berlich. *dict. concl.*
20. num. 38.

Ita Domini in cauſa Chriſtiani Leubels & Conſort. contra Johann Segern & Conſortes zu Coburg / Menſ. Jun. Anno 1632. [Verba ſententiæ: Würde klagender Fiſcal oder Syndicus die von Beklagten geſoderte Caution pro reconventione & expenſis beſtellen / und die Gewehr der Klagen wircklichen angeloben / allermaſſen ihme zu thun oblieget. So ſeyn Beklagte auff erhobene Klage ſich einzulaſſen/ zu antworten/ und litem zu conteſtiren ſchuldig/ ꝛc.]

DEFINIT. XXX.

Nulla exigitur ſatisdatio ex parte Rei conventi in foro Saxonico.

1 DE jure civili non ſolummodò Actor, pro re-
conventione & expenſis, ſed etiam Reus ſa-
tisdare tenetur, ſe in judicio usque ad finem litis
permanſurum; ſiquidem ipſemet compareat, §.
2 *ſed hodie 2. Inſt. de ſatisd.* † Aut judicatum ſolu-
turum, ſi procuratorem conſtituat, §. *ſi verò ali-*
3 *quis. 4. Inſt. eod. tit.* † Et ſi Reus abſens eſt, pro-
curator eandem cautionem, judicatum ſol-
vi, præſtare debet, §. *ſi verò Reus. 5. Inſt. eod.*
Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 36. defin. 4.* † Sed 4
in foro Saxonico ex parte Rei conventi ſatisdatio
prorſus ab uſu receſſit, nec ulla cautio in foro no-
ſtro à Reo exigi poteſt, *teſte* Matth. Coler. *de proc.*
execut. part. 3. cap. 11. n. 98. Chil. König. *in proceſſ.*
cap. 46. n. 3. verſ. Aber in der Ubung.

Ita Domini in cauſa heredum Balthaſar Jenichens zu Mitweda/ Menſ. April. Anno 1634. [Verba ſententiæ: Seyd ihr von N. N. im Ampt Rochlitz belanget worden/ Ob ihr nun gleich im gedachten Ampte/ ohne Mittel/ mit unbeweglichen Gütern nicht angeſeſſen / dahero Kläger von euch Vorſtand beſtellet haben will: Dieweil aber dennoch auff Seiten des Beklagten die Cautio de judicio ſiſti & judicatum ſolvi in den Gerichten dieſer Lande nicht gebräuchlich/ ꝛc. So werdet ihr auch damit billich verſchonet / und möget zu Recht darzu nicht angehalten werden/ V. R. W.]

CONSTITUTIO VI.
PARTIS PRIMÆ.

Von der Exception Spolii.

WAnn die Exception Spolii vor der Kriegs-Befeſtigung fürgewandt / ſoll derhalben nach Ordnung gemeiner Rechte dieſelbige innerhalb funffzehen Tagen zu beweiſen geſprochen/ und der Sächſiſche terminus probatorius, der ſechs Wochen und drey Tage/ zu dieſem privilegirten Fall nicht angezogen werden.

De Exceptione Spolii.

EXceptionem Spolii ante litem conteſtatam oppoſitam, intra quindecim dies, ſecundum juris communis diſpoſitionem, reus ut probet, jubeatur, nec terminus probatorius juris Saxonici, ſex ſeptimanarum & trium dierum, ad caſum hunc privilegiatum extendatur.

DEFINITIONES.

1. *Terminus quindecim dierum, quo ſpolium eſt probandum, incipit currere à tempore rei judicatæ, poſt injunctum probandi onus.*
2. *Sufficit in exceptione ſpolii probandâ, intra terminum quindecim dierum, articulos ſaltem cum nominibus teſtiũ, vel copiis inſtrumentorum judici offerri, licet probatio non planè abſolvatur.*
3. *Exceptio ſpolii non tantummodò inſtrumentis, ſed etiam teſtibus probari poteſt.*
4. *Exceptio ſpolii etiam contra executionem opponitur.*
5. *Contra inſtrumentum confeſſatum oppoſitæ excep-*

ptio ſpolii præcisè inſtrumentis, non teſtibus probari debet.

6. *Exceptio ſpolii poſt litem conteſtatam opponi potest, ſi Reus ejus notitiam antea non habuiſſe jurare velit.*

7. *Nullus alius effectus eſt exceptionis ſpolii, etiam poſt litem conteſtatam oppoſitæ, quàm ut judicium ſuſpendat.*

8. *Agens de ſpolio, non habet neceſſe probare poſſeſſionem de tempore ſpolii, ſed ſufficit docere, quod aliquando poſſederit.*

9. *Exceptio ſpolii non habet locum contra tertium poſſeſſorem.*

10. *Exceptionem ſpolii non licet conſcientiæ Actoris committere.*

Definit. I.

Terminus quindecim dierum, quo ſpolium eſt probandum, incipit currere à tempore rei judicatæ, poſt injunctum probandi onus.

1 EXceptionem ſpolii intra quindecim dies probandam eſſe, non ſolùm in foro Saxonico *h.* Conſt. 6. ſancitum, Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 18. n. 2. & ſeq. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 1. part. 3. quæſt. 13. & tom. 2. part. 3. quæſt. 23.* † Sed &
2 diu ante jure communi diſpoſitum eſt, *cap. 1. de reſtit. ſpoliat. in ſexto. cap. 2. cap. ult. extr. de ordin. cognit.* Panorm. *in c. cum dilectus. 2. extr. de ordin. cogn. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 75. n. 1. & ſeqq.*
3 † Nihil ergo novi, inquies, *h.* Conſt. 6. præter jus
4 commune conſtitutum erit? Omninò ſanè: † Eſt enim de jure Saxonico, terminus probatorius ſex ſeptimanarum & trium dierum, Landr. *lib. 1. artic. 62. verſ.* Zeugnüß ſoll man ꝛc. Conſt. Elector. *16. part. 1.* Intra quod ſpatium ſpolii etiam exceptionem probari, exiſtimare poſſes, ſi non Elector Illuſtriſſimus verbis diſertis ſpolii probationem ad quindecim dies, terminum nempe juris communis, reſtrinxiſſet, *h.* Conſt. *6. &* Ordin. Nov. judic. *tit. 11.* §. Deßgleichen wenn einer.
5 † Planè ex uſu Judiciorum noſtrorum ab illo demum die incipit currere hic terminus quindecim dierum, quo ſententia, in quâ Reo probatio ſpolii injungitur, vires rei judicatæ
6 conſecuta eſt: † Aut ſi litigatores ante decendii exitum ſententiam approbent, ex eo tempore, quo hanc ſuam voluntatem teſtatam fecerint judici, Dan. Moller. *hîc. n. 3.* Jacob. Schult. *pract. obſerv. 27. n. 5.*
7 † Quamvis nec Reus per Leuterationem, vel Appellationem tempus hoc circumvenire prohibeatur, Moller. *hic n. 4.* Licet aliter ſentiat Joh. Zanger. *dict. cap. 18. n. 2.* ubi à die propoſitæ exceptionis ſpolii, terminum probationis currere, ait.

Ita Domini in cauſa Hanſen Pfortmanns zum Hayn/ Menſ. Julio, Anno 1625. (Verba ſent. Hat Bernhard Heuſeler wegen eines Stück Ackers wider euch Klage erhoben / und ihr habt ihme vor der Kriegs-Befeſtigung exceptionem ſpolii opponiret: Ob nun wol ſolche Exceptio binnen 15. Tagen / von Zeit an zu rechnen als der Beſcheid / darinnen euch die Beweiſung aufferlegt / ſeine verbindliche Krafft Rechtens erreichet / dargethan/ und bewieſen werden ſoll/ ꝛc.]

Definit. II.

Sufficit in exceptione ſpolii probandâ, intra terminũ quindecim dierum, articulos ſaltem cum nominibus teſtium, vel copiis inſtrumentorum judici offerri, licet probatio non planè abſolvatur.

1 EXceptionem ſpolii intra quindecim dierum ſpatium probare, jubet Conſtitutio Pontificia in *c. frequens. 1. §. ſed ſi in civilibus. extr. de reſtit. ſpoliat. in ſexto.* † Ex quo ſpolii probationem in-
2 tra hunc terminum plenè abſolvi debere, autumat

8. *Agens de ſpolio, non habet neceſſe probare poſſeſſionem de tempore ſpolii, ſed ſufficit docere, quod aliquando poſſederit.*

9. *Exceptio ſpolii non habet locum contra tertium poſſeſſorem.*

10. *Exceptionem ſpolii non licet conſcientiæ Actoris committere.*

Reinh. Roſa *in addit. ad Dan. Moller. hîc n. 8.* argu- 3
mentis & rationibus neutiquam contemnendis: † Maximè verò, quod ſi intra quindecim dies, articulos tantum offerre ſufficeret, facilè Conſtitutio hæc eluderetur, & negotium ad eam extraheretur moram, quæ aliàs ordinariæ probationi contingere ſolet: Quod perabſurdum videtur: dum, quod unâ viâ prohibetur, per aliam patefieret, contra *l. legem Anaſtaſii. 7. in fin. C. de natur. lib. 1. cum quid una. 84. de reg. jur. in ſexto.* † Sed quia negotium hoc fa- 4
ciendæ probationis tractum ſucceſſivum continet, neq; uno momento expeditur; cum modò articuli conficiantur; modò offerantur; modò judex teſtes citet, juramento obſtringat; modo hunc; modò illum ſecretò ac ſeparatim examinet, † quin nec 5
in poteſtate excipientis ſit, intra quindecim dies probationem confici; quia judicem haud cogere poteſt, ut teſtes intra id tempus recipiat aut examinet, Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 25.* † durum certè eſſet, obligare quemquam ad id, quod 6
non in ejus, ſed alterius, & quidem ſuperioris poteſtate verſetur ac planè impoſſibile videatur, *c. nemo poteſt. 6. extr. de Reg. jur. in 6to.* Gloſſ. *in l. ſi pupilli 6. §. videamus 12. in verb. non habuerit. ff. de negot. geſt.*
† Cum nec in Conſtitutione Pontificiâ expreſsè 7
deciſum fuerit, an intra ſpacium illud quindecim dierum finiri debeat probatio: † Quidni ergò Con- 8
ſtitutionem Pontificiam, & Sanctionem Electoralem *h.* Conſt. 5. ita acciperemus, ut ſatis ſit ſpolii exceptione ſe defendentem, intra quindecim dies articulos probatorios, unà cum copiis inſtrumentorum, nominibusque teſtium offerre, & teſtes, tùm præſentes, tùm abſentes tanquam præſentes, juxta ſtylum fori, producere, & apud judicem vel Commiſſarios examen urgere; ut probat multis Jacob. Schult. *obſerv. 28. n. 13. & ſeqq.* † Nam cum jure 9
communi intra ordinarium terminum Saxonicum ſex ſeptimanarum, triumque dierum idem faciens, officio ſuo, terminoque probatorio probè defunctus exiſtimetur, Conſt. Elect. *16. & 17. part. 1.* Matth. Col. *dict. c. 2. n. 25.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 25. n. 106.* nec ineptè ſanè in caſu præſente, de probatione ſpolii intra terminum quindecim dierum idem erit aſſerendum: † Quia novæ Conſtitutio- 10
nes ita accipi debent, ut quàm minimùm jus commune corrigatur, *l. ut gradatim. 11. §. etſi lege. 1. ff. de muner. & honor. c. cum dilectus 8. §. cæterum extr. de conſuet.* Jac. Schult. *dict. loc. n. 31.* † Eaque ſententia approbata eſt à Sereniſſimo noſtro Dn. Electore *in* Ordin. Nov. judic. *tit. 11.* §. deßgleichen wenn einer. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 21. n. 89.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Da ihr aber dennoch binnen ſelbigen 15. Tagen die Beweiß-Articul/ zuſammt Uhrkunden und Namen der Zeugen übergeben hättet/ ꝛc. So hättet ihr euch/ unangeſehen der Beweiß nicht alſobald in ſolcher Zeit vollſtändig verführet worden/ daran nicht verſäumet/ ꝛc.]

Et in

Et in causa Johann Burgmanns Erben contra M. Andream Fischern in Dölitzsch / Mens. Decembr. Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagter an dem ihme zuerkannten Beweiß super exceptione spolii sich noch zur Zeit nicht versäumet. Er ist aber solchen binnen 4. Wochen nochmals bey Verlust desselben vollständig zu verführen schuldig/ V. R. W.)

Definit. III.

Exceptio spolii non tantummodò instrumentis, sed etiam testibus probari potest.

1 TEmpus quindecim dierum, probandæ exceptioni spolii definitum, procul dubio ad id probationum genus deflectit, quod in continenti fieri dicimus, juxta tradita Andr. Rauchb. *part. 2. q.*
2 *25. num. 104.* † Quarum ea est natura, ut solummodò per instrumenta, non etiam per testes expediantur. Testibus enim quando utimur, ex intervallo probare dicimur, Nicol. Boër. *decis. 295. num. 7.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. q. lib. 2. cas. 17. in fin.* Matth. Coler. *in c. cum venerabilis 6. n. 69. extr. de*
3 *except.* † Ex quo, spolii exceptionem non nisi per instrumenta probari, existimaveris. Veruntamen quod in termino ordinario sex septimanarum, & trium dierum, circa probationem, in continenti faciendam, receptum est; ut nempè per sola instrumenta fieri debeat, id ad casum præsentem, & terminum quindecim dierum, neutiquam extendi de-
4 bet. † Meritò enim ille, qui totas sex septimanas ad probandum adipiscitur, gravari in eo potest, ut testibus supersedeat, solisque instrumentis utatur: Quo tamen onere gravandus non est de spolio excipiens, cui angustius spacium probandi fuit con-
5 cessum; † Quia in uno gravatus, in altero sublevandus est, *l. eum qui 30. in pr. ubi* Gloss. *in verb.*
6 *probandi ff. de jurejur.* † Et quia omnis probatio per testes expediri potest, cur aliud in spolii probatione asserendum esset, haud certè video, *arg. l. sancimus, 27. C. de testament.* † Quin imò, spolium
7 regulariter etiam per testes probari posse, nemo facilè dubitabit, Joseph. Mascard. *de probat. concl.*
8 *1329. n. 1.* † Præsertim, cum in exercendis litibus eandem vim & authoritatem obtineant testes, quàm habent instrumenta, *l. in exercendis. 15. C. de fid. in-*
9 *strum.* Vincent. de Franch. *decis. 278. num. 1.* † Vide pro hujus sententiæ confirmatione plura, quæ congessit Jacob. Schult. *observat. 29.* De quorum veri-
10 tate minus hodiè dubitandum est, † propter expressam Sanctionem Electoralem in Ordin. Nov. jud. *tit. 11. §.* desgleichen wenn einer. *in verb.* Samt Namen der Zeugen.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber dennoch binnen selbigen 15. Tagen die Beweiß-Articul/ zusammt Uhrkunden und (dafern ihr per testes Gezeugnüß führen wollet / immassen euch zu thun unbenommen) Namen der Zeugen übergeben hättet/ &c.)

Definit. IV.

Exceptio spolii etiam contra executionem opponitur.

1 ERrant omninò, qui in terris Electoratus Saxonici ex Constitutione Provinciali, contra paratam executionem, quæ vel ex confessione debitoris, vel instrumentis liquidis & confessatis conceditur, nullam omninò exceptionem, nisi solutionis & compensationis opponi posse, autumant per Ordin. Prov. *de Anno 1526. tit.* versatzt Brieff und Siegel. Ordin. Nov. judic. *de Anno*
2 *1622. tit. 39. §.* Wann aber das Urtheil. † Quomodo enim hæ Constitutiones sint accipiendæ, dicam *infra* Const. *8. defin. 17. & 26.* † Sanè quàm
3 plurimas alias exceptiones, etiam in Provinciis Saxonicis, & terris Electoratus, ad impediendam paratam executionem validè opponi, docent multis Andr. Rauchb. *part. 2. q. 25. n. 102.* Matth. Coler. *de*
4 *proces. execut. part. 4. c. 1. n. 47.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 84. n. 4. & multis seqq.* † Inter has quoque referri potest exceptio spolii, Berl. *dict. loc.*
5 *n. 77.* † Quæ tantò magis contra instrumentum, sive obligationem confessatam opponi potest, quantò minùs ulla litis protractio metuenda est, propter terminum angustum quindecim nempè dierum, probandæ spolii exceptioni determinatum, *h.* Const. 6.

Ita Domini in causa Hansen Stiebens contra Burchard Rochen/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Dec. Anno 1634.

Definit. V.

Contra instrumentum confessatum opposita exceptio spolii præcisè instrumentis, non testibus probari debet.

1 HOc tamen speciale est in exceptione spolii, contra instrumentum confessatum oppositâ, ut præcisè per instrumenta probari debeat, nec admittatur Reus, si testes producere, & per illos exceptiones probare velit: † Quia regulariter ex-
2 ceptiones, ad executionem impediendam oppositæ, nonnisi per Actoris confessionem, vel instrumenta in continenti probantur. *Vid. infr.* Const. Elect. *8. definit. 28.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 4. c. 2. n. 23. & seqq.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 26. n. 115.* † Ne scil. Creditor probatione testium,
3 per indirectum ad processum ordinarium remittatur, diuque super executione suspendatur: Quoniam ad testium probationem perveniri regulariter non potest absque ordine judiciali; puta, absque libelli editione, litis contestatione, aliisquè solennibus, *cap. 1. & tot. tit. extr. ut lite*
4 *non contest. l. si quando. 19. C. de testib.* † Et quia creditor, ex vi Statuti paratam executionem intentare volens, necesse habet, judici de debito fidem facere, vel per instrumenta, vel per confessionem, nec auditur, si testes producere velit, uti notissimum; æquissimum hinc certè est, debitorem seu Reum in probatione exceptionis ad idem jus obstringi ex naturâ correlativorum, Nicol. Everh. *in*
5 *Topic. loc. à Correlat. 20. n. 10.* † maximè, cum Actor & Reus circa probationes judicentur ad paria; ità, ut non plus faveri debeat Reo, quàm Actori, Matth. Coler. *dict. cap. 2. n. 26.*

Ita Domini in eadem causa, Mens. Jan. An. 1635. (Verba sent. Daß Beklagtens Beweiß nach Gelegenheit dißfalls / weil derselbige wider klare Brieff und Siegel den Rechten zu wider/ durch Zeugen verführet werden will/, nicht zulässlich/ V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Exceptio ſpolii poſt litem conteſtatam opponi poteſt, ſi Reus ejus notitiam ſe antea non habuiſſe jurare velit.

1 UNanimis ferè eſt Interpp. opinio, quod exceptio ſpolii ſit dilatoria; cum differat tantùm judicium, eumque habeat effectum, ne litigare teneatur Reus conventus, aut reſpondere Actori, antequam is reſtitutionem rei ſpoliatæ fecerit, Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 18. n. 1. & 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 75. n. 6.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 15. n. 170.* Hart. Piſt *part. 4. quæſt. 18. n. 21. & obſervat. 7. n. 1.* Dan. Moller. *hic n. 2.* Jacob. Schult. *obſerv. pract. 25. n. 1.* † Ex quo ſequitur, regulariter ſpolii exce-
2 ptionem ante litis conteſtationem eſſe opponendam, nec admitti, ſi lis jam conteſtata fuerit. Quod & innuere videtur Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector, h. Conſt. *6. verb.* vor der Kriegs-Befeſtigung. *Et in* Ordin. Nov. judic. *tit. 11. §.* desgleichen wenn einer. *verſ.* damit gegen der *litis conteſtation.* Hart.
3 Piſt. & Zanger. *dict. loc.* † Nihilominus quandoque poſt litem etiam conteſtatam exceptio ſpolii valide opponitur, ſi fortè de novo ſpolium factum proponatur, aut Reus fidem faciat juramento, ſpolium ante litis conteſtationem factum, ad ejus notitiam, poſt judicium acceptum, perveniſſe, *cap. Paſtor. 4. extr. de exc. c. inſinuate. 25. extr de. offic. deleg.* Joh. Zanger. *dict. c. 18. n. 13.* Hartm. Piſt. *dict. obſerv. 7.*
4 † Siquidem omnibus exceptionibus dilatoriis commune id eſt, ut, ubi demum à litis conteſtatione naſcantur, aut in notitiam Rei perveniant, poſſint adhuc in medium afferri; modo juramento ſuo Reus hoc confirmet, Jacob. Schult. *obſervat. 7. n. 5.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 18. n. 6. 7. & 23.* Dan. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 1. n. 4. & 5.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Pfortmanns zum Havn/ Menſ. Jul. Anno 1625. (Verba ſent. Dafern ihr ſchweren möchtet/ daß ihr vor der Kriegs-Befeſtigung von obgedachtem Spolio keine Wiſſenſchafft getragen / ſondern ſolches allererſt hernach erfahren/ auff den Fall wäret ihr zu Außführung dieſer Exception in gebührlicher Friſt Rechtens/ auch nach der Litis-Conteſtation zuläßlichen/ und damit zu hören/ V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Nullus alius effectus eſt exceptionis ſpolii, etiam poſt litem conteſtatam oppoſitæ, quàm ut judicium ſuſpendat.

1 REus exceptionem ſpolii opponens, non impetrat, ut actor ad reſtituendum condemnetur, *c. cum dilectus. 2. §. verum ſpoliatione. extr. de ordin. cogn.* Quia qui excipit, nihil petit; & ſine petitione regulariter nulla ſequi poteſt condemnatio, Innoc. *in c. veniens 19. verſ. quia qui excip. extr. de præſcript.* Joh. Schult. *obſervat. 25. n 5.*
2 † Sed ut judicium ſuſpendatur, ipſeque Reus, priusquam ab actore fuerit reſtitutus, actioni intentatæ haud reſpondere teneatur, Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 18. n. 15.* Jacob. Schult. *obſerv. 26. n. 12.* Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 18. n. 18. & ſeqq.* ubi monet Advocatos, ne excipientes de ſpolio, ad ejus reſtitutionem dirigant concluſionem; ſed potius Actorem non audiri petant, priusquam Reus plenariè reſtitutus ſit: † Secus enim
3 ſi fiat, effectum repulſivum exceptio hæc habere non poterit, ſed eâ non obſtante, in causâ principali procedere Reus jubebitur, *c. cum dilectus. 2. extr. de ordin. cognit.* Zanger. *dict. c. 18. n. 3.*
4 † Idque indifferenter verum eſt, ſive ante, ſive poſt litis conteſtationem, (ſi ſpolium nempè de novo ſupervenerit, vel Reus ejus ignorantiam juratò indicaverit, *Defin. præced.*) exceptio ſpolii opponatur. † Nunquam enim plus efficit, quàm ut judi-
5 cium ſuſpendatur, & Actor ulterius ante reſtitutionem factam non audiatur, Zanger. *dict. cap. 18. n. 14. & 15.* Jacob. Schult. *dict. obſervat. 26. num. 13.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Und wann ihr bemeldte exceptionem ſpolii ſo dann darthun und erweiſen würdet; So wäret ihr/ ehe dann Kläger euch gebührlichen reſtituiret, in der Haupt-Sache zu verfahren und zu procediren nicht ſchuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. VIII.

Agens de ſpolio non habet neceſſe, probare poſſeſſionem de tempore ſpolii, ſed ſufficit docere, quod aliquando poſſederit.

1 NOn ſemper ac indifferenter locum ſibi vendicat exceptio ſpolii: ſed plurimi extant caſus, in quibus hæc exceptio neutiquam admittitur, quos referunt Jac. Schult. *obſerv. pract. 25. n. 16. & ſeqq.* & Matth. Berl. *part. 1. concl. 21. n. 45. & ſeqq.* † Non
2 tamen alia deficiunt remedia, quibus ſpoliato conſultum eſt; Veluti ex *l. ſi quis in tantum 7. C. Unde Vi l. meminerint. 6. & fin. C. eod. tit. l. cum àte. 7. ff. de vi & vi armat. l. ult. C. de acquir. poſſeſſ.* Pract. Papienſ. *in formâ libelli, in causâ ſpoliatæ poſſeſſ. §. coram vobis. num 5. & ſeqq.* Joh. Schneidevv. *ad §. 6. verſ. ſed ex Conſtitutionibus. Inſt. de interdict. n. 1. & ſeqq.* Andr. Gail. *2. obſervat. 75. n. 9. & ſeqq.* Matth. Coler. *part. 1. n. 155.* † Quin & ſi non ſem-
3 per excipere liceat de ſpolio, adverſus actionem intentatam: attamen de eo agere non prohibebitur Reus. † Quo caſu duo extrema pro fundamento
4 ſuæ intentionis probare neceſſe habet, puta: antiquiorem poſſeſſionem ſuam, & novam conventi ſpoliatoris, Jac. Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 15. n. 383. & ſeq.* Matth. de Afflict. *deciſ. 327. n. 2.* † Non
5 tamen neceſſariò requiritur, probari poſſeſſionem de tempore ſpolii; cum ſatis ſit, docere, quod aliquando ante ſpolium poſſederit, Menoch. *dict. loc. n. 386.* Alciat. *de præſumpt. regul. 2. præſ. 21. n. 10.* Roland. à Vall. *lib. 2. conſil. 6. n. 36.* † Quamvis in ſpolio
6 rerum mobilium aliud dicendum exiſtimet Menoch. *dict. lot. n. 406.*

Ita Domini in cauſa Erici à Wildenhayn in Wildenhayn/ Menſ. Dec. Anno 1626.

DEFINIT. IX.

Exceptio ſpolii non habet locum contra tertium poſſeſſorem.

1 COmpetit exceptio ſpolii Reo ſpoliato, ejusque heredi & ſucceſſoribus, *arg. l. 1. §. hoc interdictum 44. ff. de vi & vi armat.* contra eum, qui ſpoliavit, aut ſpoliare mandavit; vel ſaltem ſpolium ratum habuit, Marant. *in proceſſ. part. 4. diſt. 6. n. 44.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 18. n. 8.* Jacob. Schult. *obſerv. 25. n. 11.* † Contra heredem tamen
2 aut ſucceſſorem non datur hæc exceptio, niſi de eo, quod ad ipſum pervenit; aut dolo ejus factum ſit,

sit, quò minus pervenerit, *arg. dict. l. 1. §. ult. ff. de vi & vi armat. l. 2. C. Unde vi.* Jac. Menoch. *de re-*
3 *cup. poss. Remed. 1. n. 50. & seqq.* † Nunquam autem contra Actorem de spolio tertii: Nec enim factum alterius Actori, qui non spoliavit; nec id fieri mandavit, vel ratum habuit, obesse debeat, *l. si quis suo 33. §. 1. C. de inoff. testam. cap. cum ad sedem 15. de restit. spoliat.* Joh. Zanger. *dict. cap. 18. n. 10.*
4 Hartm. Pistor. *observat. 135.* † Quin imò, licet Actor sciens rem illam possideret, non tamen propter hanc scientiam de spolio alterius contra ipsum excipi poterit, Hartman. Pistor. *dict. observ.*
5 *135 n. 4. & seqq.* † Quamvis hoc casu sciens teneatur remedio *sæpe. 18. de rest. spoliat.* † Nihil siquidem commune habet materia *c. sæpè.* cum quæstione: an & quatenus contra aliquem de spolio excipi possit, ut contra *Angel.* disputat Hart. Pistor. *dict.*
7 *observ. 135. n. 12.* † Planè in criminalibus causis, spolii exceptionem tertio opponere licet, *c. frequens. 1. extr. de restit. spoliat. in sexto.* Jac. Schult. *observ.*
8 *25. n. 15.* Joh. Zanger. *dict. cap. 18. n. 10.* † Nec non in causis civilibus, solummodò ad executionem impediendam, *c. olim vobis. 16. extr. de rest. spoliat.* †
9 Non etiam quoad cognitionem ac definitionem causæ, *c. frequens. 1. de rest. spoliat.* Ut scitè post alios, quos allegat, distinguit Jacob. Schult. *dict. observat. 25. n. 12. & 13.* Cui assentitur Matth. Berlich, *part. 1. concl. 21. n. 71.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Dem jenigen aber/so das spolium nicht begangen / unangesehen er in dem Besitz der spoliirten Güter befunden wird/ seyd ihr exceptionem spolii zu opponiren nicht schuldig/ V. R. W.)

Definit. X.

Exceptionem spolii non licet conscientiæ Actoris committere.

NOn solùm instrumentis, sed & testibus excep- 1
tio spolii probari potest *supr. Defin. 3.* Reservatâ tamen Actori reprobatione contra probationem spolii Ordin. Nov. judic. Elect. Saxon. *tit. 11. §.* Würde auch Klägern. *vers.* oder sich Gegen-Beweises zu gebrauchen. Reinh. Rosa *in addit. ad* Dan. Moller. *hîc. n. 7.* † Quid autem si Reus 2
probationibus destituatur, annon conscientiæ Actoris, exceptionem spolii committere poterit? † 3
Non sanè, ut rectè sentit Reinh. Ros. *ad* Moll. *hîc n. 6.* Quia spolium rarò, vel nunquam sine dolo committitur, Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 3. part. 3. quæst. 2. n. 1.* Andr. Gail. *de arest. cap. 5. n. 10.*
† Atqui in casibus, in quibus dolus arguitur, dela- 4
tio juramenti locum non habet, Dan. Moller. *part. 3. Const. 5. n. 17. & seqq. & part. 4. Const. 42. num. 14. & seqq.*

Ita Domini in causa Hansen Pfortmans zu Hayn / Mense Julio, Anno 1625. (Verba sent. Aber bemeldte exceptionem spolii seyd ihr in Klägers Gewissen / Wissenschafft/und Wolbewust zu schieben/ und ihm also darüber den Eyd zu deferiren nicht befugt/V. R. W.)

CONSTITUTIO VII.
PARTIS PRIMÆ.

In welchen Fällen die Wieder-Klage auff Sächsischem Boden nicht statt habe?

In quibus causis reconventio in foro Saxonico locum non habeat?

INs gelanget an/ welcher Gestalt von etlichen muthwillige Klagen allein zu dem Ende erhaben/damit die Beklagten an ihren rechtmäßigen Forderungen wider die Kläger verhindert/und unter dem Schein auffgehalten werden / als sollte zu Sachsen-Recht / ohne Unterscheid verordnet seyn/wann ein Mann auff einen klaget / und jener wieder auff ihn/daß der / so von erst geklaget/dem andern nicht antworten dörffe / er sey denn erst ledig von ihme.

Dieweil wir aber gemeynt seyn / einem ieden zu seinen Rechten ohne des Gegen-Parts sonderlich gesuchte vortheilhafftige Verschleiffung und Ausflucht zu helffen / und die Mißbräuche und Mißverstände / so durch die Partheyen in den Gerichten unter dem Schein des Rechtens eingeführet / so viel müglich/ abzuschaffen / So ordnen / setzen / und wollen wir / wann die Sache / derowegen die Klage erhoben / der andern / darumb der Beklagte seine Wieder-Klage anzustellen vermeynt/anhängig / und eine aus der andern herfleust / daß in solchen Fällen die

INtelligimus quosdam lites aliis, à quibus conveniri metuunt, movere, nullam aliam ob causam, quàm ut eos jus suum persequi cupientes, sub hoc prætextu impediant, quasi jure Saxonico reconventio indistinctè, ante conventionem finitam locum non habeat.

Quia verò jus unicuique suum absq; hujusmodi captiosâ adversarii tergiversatione tribui, & abusus siniſtrosque legum intellectus, malitia litigatorum sub specie juris in forum invectos, tolli, quoad ejus fieri potest, cupimus: Igitur ordinamus, statuimus, & volumus, ut ubi causa institutæ actionis ab altera, ob quàm Reus Actorem reconvenire cupit, dependet; vel una ex altera originem ducit, reconventio in terris, nobis subjectis, locum non habeat. Idq; eò extendimus, ut quamvis Reus, peculiarem libellum exhibens, causam reconventionis separatim una cum conventione persequi velit: tamen nec isto casu, se-

Wieder-Klage in unsern Landen nicht statt haben/und solches auch dahin verstanden werden soll / ob gleich der Beklagte ein sonderlich Libell übergeben/ und seine Wiederklage unterschiedlich/ neben der Klage ausüben wolle/ Sondern es soll der Kläger / Vermöge der Sächsischen Rechte/ dißfalls auff die Wieder-Klage zu antworten nicht schuldig seyn / Es habe sich dann zuvor der Beklagte von ihme gebrochen / und sey die Klage der Convention gäntzlich geendet/und erörtert / Alsdenn soll der Beklagte mit seiner Wiederklage gehöret werden.

Wann aber die Sache / darumb die Klage erhoben / von den Händeln / derwegen der Beklagte eine andere Klage wider den ersten Kläger anzustellen hat / abgesondert / und die Sachen also einander nicht anhängig seynd/ noch eine aus der andern fleust/ auff den Fall/weil es unterschiedene Händel / auch beyderseits Convention und Forderung/für Klage und Wiederklage dißfalls nicht achten/ sondern dieselben beydertheil Conventions-Klagen / eine jede vor ihrem ordentlichen Richter zugelassen werden / und eine die andere nicht irren noch hindern / und nach dieser unserer Constitution und Erklärung in den Schöppenstülen und Gerichten unserer Lande hinfüro gesprochen / erkannt und geurtheilet werden.

cundum juris Saxonici dispositionem libello illi, ut respondeat, Actor cogendo sit, antequam Reus ab eo se expedierit, vel liberaverit, & conventionis causa prorsus sit finita. Tùm enim demum reconventioni locum dari mandamus.

Quod si verò causa conventionis diversa est à causâ reconventionis, nec altera ab altera dependet, vel ex illa originem habet, tùm, quia diversæ ejusmodi causæ, & mutuæ petitiones pro conventione & reconventione habendæ non sunt, uterq; conventionem suam coram competente judice instituere volens audiatur, nec altera alteram impediat, idq; Scabinatus & judicia terrarum nostrarum in judicando & respondendo volumus, ut observent.

DEFINITIONES.

1. *De jure communi reconventio, cum causâ conventionis simul, & pari passu, in eodem judicio, agitari debet.*
2. *Non admittitur reconventio de jure communi post litem contestatam.*
3. *Judex reconventionis, tanquam suspectus, ab Actore recusari non potest.*
4. *Reconventio locum habet in iis tantummodò causis, de quibus judices per modum conventionis cognoscere possunt.*
5. *Coram arbitris reconventio prorsus non habet locum.*
6. *Procurator, qui nomine alterius agit, de proprio debito reconveniri non potest.*
7. *De jure Saxonico locum non habet reconventio.*
8. *Admittitur tamen in foro Saxonico reconventio in causis connexis, sed post finitam demum, & discussam conventionem.*
9. *Causam connexam, quæ ab aliâ dependet, ne quidem separatâ instantiâ, & coram alio judice tractare licet, antequam prima conventio fuerit finita.*
10. *Causæ separatæ, per modum conventionis, coram judice competente conjunctim possunt agitari, nec una alteram impedit.*
11. *Connexæ dicuntur causæ, quæ ex eodem contractu, instrumento aut fundamento nascuntur.*
12. *Arbitrio judicis quandoque relinquitur, quænam causæ dicantur connexæ.*
13. *In causis injuriarum connexis reconveniens ante finitam conventionem, usq; ad litis contestationem inclusivè agere valet.*
14. *Reconveniens Actorem injuriarum ante finitam conventionem, quâ se injuriatum contendit, non admittitur ad litis contestationem.*
15. *In causa reconventionis non potest Actor declinare forum, ex eo, quod nondum finitâ conventione destitit à lite.*
16. *Factâ demum executione sententiæ, conventionis causa dicitur finita.*
17. *Actor reconventus non potest retardare processum, propter non factam refusionem expensarum litis, si eas in conventionis libello non petierit.*
18. *Reconveniens Actorem non potest pecuniam, in quam primo Actori fuerat condemnatus, depositam arrestare.*
19. *Nisi Actor reconventus sit peregrinus, vel nulla possideat immobilia, in quæ reconventionis executio fieri possit.*
20. *In causis connexis semper est locus præventioni.*
21. *Exceptio præventionis non potest opponi Actori, qui propter exceptionem fori declinatoriam in alio judicio ab instantia fuit absolutus.*
22. *Per supplicationem, Principi oblatam, non inducitur litis pendentia.*
23. *Duobus simul actiones suas proponentibus præventio judicis arbitrio est decernenda.*
24. *In causis etiam executivis & summariis locus est reconventioni.*
25. *Obtinet quoq; reconventio in causis illiquidis.*
26. *Reservatio processus Ordinarii, coram judice facta, non inducit præventionem.*
27. *Ex l. diffamari, agitur coram judice diffamati.*
28. *Antequam processus diffamatorius decernatur, summariè saltem probanda est diffamatio.*
29. *Ex l. si contendat. ff. de fidejuss. provocare licet Actorem ad agendum, etiamsi nulla præcesserit diffamatio.*
30. *Ex l. diffamari, vel etiam ex l. si contendat, non potest agi adversus Creditorem, debitum conditionale, vel in diem prætendentem, antequàm conditio extiterit, vel dies venerit.*

DEFI-

Definit. I.

De jure communi reconventio, cum causâ conventionis ſimul, & pari paſſu, in eodem judicio, agitari debet.

1 REconventio (quæ non exceptio, ſed actio, mutuaq; petitio dicitur, *tit. decr. de mutuis petit. l. cum Papinianus. 14. junct. Auth. Et conſequenter. C. de ſent. & interl. omn. judic.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 1. tit. 1. defin. 6. n. 5.*) nihil aliud eſt, quàm rei conventi adverſus Actorem, durante conventionis judicio, ſub eodem judice inſtituta, parique paſſu agitata actio, *c. ex literis. 1. in fin. extr. de mut. petit.*
2 Giſeb. *de reconvent. c. 4. n. 3.* † Cujus originem &
3 naturam deſcribit Jac. Schult. *obſerv. pract. 30.* † In eo namque differentia ſpecifica, & quaſi eſſentia reconventionis conſiſtit, ut pariter cum actione, ſive conventione actoris terminetur, & lites amputentur, ut patet ex Ordin. Camer. *part. 3. tit. 30.* Specul. *de recon. §. nunc dicemus. 2. n. 11.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. n. 384.* Natta *conſil. 155. n. 2.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 10. n. 1.* † Ex quo profluit: 1. Di-
4 verſas cauſas ventilari poſſe in judicio conventionis & reconventionis; Nam omnem cauſam reconventione perſequi licet, modò non reperiatur nominatim prohibita, *l. præſes. 1. §. ult. ff. de var. & extr. cognit.* Specul. *dict. loc.* Jac. Schult. *dict. obſerv. 30. n. 14.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 1. n. 57. & obſervat. 55. n. 11.* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 57. n. 7.* Nicol. Reuſn.
5 *lib. 2. conſ. 9.* † 2. Simul ac pari paſſu ambo judicia agitari, ex naturâ correlativorum, quæ ita ſunt connexa, ut inter ſe pari paſſu & ordine conjunctim
6 procedere debeant; † Ita tamen, ut conventio Actoris, ceu primi & principalis litigatoris, per ſingulas judicii partes primo loco, mox reconventoris negotium tractetur, & tandem utrumq; unâ definiatur ſententiâ, ut poſt Hen. Göden. *conſ. 33. n. 10.* de-
7 clarat Jacob. Schult. *dict. obſ. 30. n. 5.* † 3. In eodem quoque judicio, ac coram judice eodem, utramque ventilari cauſam: Siquidem Actor reconventus non poteſt uti exceptione incompetentiæ, aut jus domicilii allegare, *l. qui non cogitur. 22. ff. de judic. l. 11. §. 1. ff. de jurisd. l. Lucius 38. in pr. ff. mandat. l. 1. §. ult. ff. de extr. cognit. l. 14. junct. Auth. ſeq. C. de*
8 *ſent. & interl. omn judic.* † Potiſſimus enim reconventionis effectus eſt, quod apud eundem judicem, & in eâdem inſtantiâ agitetur, Anton. Fab. *dict. defin. 6. n. 10. & 11.* Joh. Zanger. *dict. c. 1. n. 375.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 102. n. 1.* Jac. Thoming. *deciſ. 16. n. 1. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Senatus zu Königsberg & Johann Humpoltſch Klägern und Wieder-Beklagten an einem contra Wernerum à Balcken Beklagten und Wieder-Klägern andern Theils / ventilatâ in Electorali Brandenburg. cà, zu Cüſtrin/Menſ. Aug. Anno 1632.

Definit. II.

Non admittitur reconventio de jure communi poſt litem conteſtatam.

1 STatim ante litis conteſtationem inſtitui debet reconventio; Cui etiam in continenti poſt litem conteſtatam, & reſponſionem ad libellum actoris factam, tenetur reſpondere Actor reconventus, *cap. 1. extr. de mut. petit. Novell. 96. cap. 2. Auth. & conſequẽter. C. de ſent. & interlocut.* † Idq; ex natura reconventionis, quæ vult, utrumque negotium conventionis & reconventionis ſimul tractari, *dict. cap. 1. dict. Nov. 69. cap. 2.* † Ac poſt litis 3
conteſtationem ulterius reconventio non admittitur, Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 1. defin. 25.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. n. 383. & ſeqq.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 102. n. 1.* Felin. *in cap. 1. extr. de mut. petit. n. 2.* Jac. Thoming. *deciſ. 6. num. 4. & ſeqq.* † Ne quidem tùm, ſi ficta ſaltem conteſtatio 4
præceſſerit: putà ex contumaciâ Rei, litem conteſtari nolentis, aut non comparentis; † Quia idem 5
efficit ficta conteſtatio, quod vera operatur, *l. 1. §. pen. ff. de acq. poſſeſſ. l. certè. 6. §. 1. ff. de prec. l. un. C. de rei uxor. act.* Anton. Fab. *dict. defin. 25. n. 3.* † Et 6
ne alioqui per contumaciam melior conditio fiat, quæ deterior potius fieri deberet, *l. ſi plures. 38. ff. de admin. & peric. tutor. l. quid autem. 35. ff. de excuſ. tutor.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent. Daß Beklagter und Wieder-Kläger / ſeines Fürwendens ungeachtet/auff Kläger und Wieder-Beklagten articulirte Injurien-Klage ſich einzulaſſen / und litem zu conteſtiren, und ſingulariter ſingulis ohne einigen Anhang durch das Wort: Glaub wahr/oder nicht wahr ſeyn/zu antworten ſchuldig. Inmaſſen auch Klägere und Wieder-Beklagte auff Beklagtens und Wieder-Klägers erhobene articulirte Klage ſingulariter ſingulis durch das Wort: Glaube wahr/oder nicht wahr/zu antworte und den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig / darauff in der Sachen ferner ergehet/was recht iſt/V.R.W.)

Definit. III.

Judex reconventionis, tanquam ſuſpectus, ab Actore recuſari non poteſt.

PRoprius reconventionis effectus eſt, ut Actor 1
coram eodem judice teneatur reſpondere reconvenienti Reo, apud quem ipſemet Reum antea convenerat; licet, aliàs judex iſte Actori competens non ſit, *l. cum Papinianus. 14. Auth. & conſequenter. C. de ſent. & interl. omn. judic.* † Scilicet 2
quia in judicem iſtum conſenſiſſe, eumque approbâſſe videtur Dd. *in l. 1. ff. de judic. & in l. 1. C. de jurisdict. omn. judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 1. defin. 29. n. 3.* † Ex quo fit, quod reconventus poſtea 3
eum tanquam ſuſpectum nequeat recuſare. † Æ- 4
quiſſimum namque eſt, ut, cujus in agendo Actor obſervat arbitrium, hunc & contra ſe judicem in eodem eſſe negotio patiatur, *dict. l. cum Papinianus. 14. in fin. C. de ſent. & interl. omn. judic.* Jacob. Schult. *obſerv. 38.*

Ita Domini in cauſa Martin Schelhammers zu Brandenburg/Menſ. Dec. Anno 1628. (Verba ſent. Habt ihr Annen Meinerin wegen einer Schuld-Foderung / damit ſie euch verhafftet/in Anſpruch genommen / wogegen ſie euch zu reconveniren gemeinet. Ob nun wol der Reconvention Art und Eigenſchafft iſt/daß der Kläger dem Beklagten für dem Richter / für welchem er ihn belanget/ hinwiederum zu Recht ſtehen muß/denſelben auch/ als ſuſpectum zu recuſiren, nicht berechtiget/ꝛc.)

Definit. IV.

Reconventio locum habet in iis tantummodò cauſis, de quibus judices per modum conventionis cognoſcere poſſunt.

NAtura ergò reconventionis Actorem excep- 1
tione incompetentiæ uti prohibet, *l. cum Papinianus. 14. cum Auth. ſeq. C. de ſent. & interl. omn.*

omn. judic. l. si idem. 11. §. 1. de jurisdict. c. 1. de mut. petit. (Quamvis aliter sentiat Anton. Faber. *20. conject. 5. 6. & 7.* refutatus propterea à Reinhard. Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 1. disp. 25. th. 31. lit. a.*)

2 † Quod tamen eatenus verum est, quatenus idem judex per modum conventionis de causâ, quæ per modum reconventionis in judicium deducitur, cognoscere queat, Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de reconvent. §. nunc dicemus. n. 9.* Wurmser. *lib. 1. observat. tit. 12. observ. 5. n. 3.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 1. n. 378. & seq.*

3 † Cæterùquin, si in tali causâ nulla ejus sit jurisdictio, supra jurisdictionem suam in reconventionis judicio jus diceret, quod

4 facere non potest, *l. ult. ff. de jurisdict.* † Nec movet, quod Actor per modum conventionis in judicem consentiat, ut dixi *Defin. præced.* Siquidem ut consensus ille quid efficiat, requiritur ex parte judicis facultas de causâ cognoscendi: Aliàs sanè in causâ illâ judex pro privato habetur, *l. ult. ff. de offic. Præfect. urb.*

5 † In quem privati jurisdictionem, quam aliàs non habet, conferre nequeunt, *l. 3. C. de jurisdict.* Joh. Zanger. *dict. c. 1. num. 378.*

6 † Ergò si ego te coram tuo judice competente ex empto, aliàve causâ conveniam, tu me Vasallum Titii in causâ feudali coram eodem judice reconvenire nequis, Andr. Gail. *lib. 1. observ. 40. n. 6.* Zanger. *dict. loc. n. 381.*

7 † Idemque dicendum, si conventus coram judice laico, in causâ matrimonii Actorem coram eodem judice reconvenire vellet, qui certè audiendus non est, Zanger. *dict. cap. 1. n.*

8 *379.* † Quod & asserendum de causis decimarum, juris patronatus, fractæ pacis, aliisque exemptis, quæ nec per modum conventionis coram eo judice tractari queunt, Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 12.* Zanger. *dict. num. 379.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 22. n. 24.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Dats aber dennoch euern Vndeuten nach/mit der reconvention diese Beschaffenheit hat/daß darinnen causa matrimonialis getrieben würde/ deren cognitio allein dem judici Ecclesiastico zustehet/und derjenige Richter/für welchem ihr obgedachte Marien Meinerin belanget/ in solchen Sachen zu erkennen nicht befugt wäre/ ꝛc. So hätte auch die reconvention, gestalten Sachen nach/ nicht statt/V.R.W.]

Definit. V.

Coram arbitris, reconventio prorsus non habet locum.

1 NOn sufficit, jurisdictionem judicis, ratione causæ vel rei, quæ reconventione continetur, esse fundatam: sed & judicem habere jurisdictionem oportet, ad hoc, ut reconventio valide instituatur.

2 † Ut sic duo ad reconventionem necessariò requirantur: Primò facultas de causa illâ cognoscendi, *Defin. præced.*

3 † Deinde jurisdictio judicis ordinaria, vel ad instantiam, etiam solius Actoris, ab Ordinario delegata, *arg. l. cum Papinianus. 14. C. de sent. & interl. omn. judic.* Marant. *in Spec. part. 4. dist. 6. quæst. 2. num. 13. & 18.*

4 Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. n. 376.* † Ideoque coram arbitris reconventio prorsus non habet locum: Cum arbitri judicare non possint, nisi de his tantum, super quibus in eos extitit compromissum, *c. cum dilectus. 6. extr. de arbitr.* Joh. Petr. Molign. *de reconvent. quæst. 22.* Marant. *dict. loc.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 22. n. 43.* † Quod tamen accipi velim de arbitris, communi consensu partium datis; Secùs est in arbitro juris, ex necessitate Statuti electo, qui ordinariam jurisdictionem habet à lege, Joh. Zanger. *cap. 1. n. 377.* Berlich. *dict. loc. n. 44.* Joh. Petr. Molign. *de reconvent. quæst. 23.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Da aber dennoch derjenige Richter/ für welchem ihr obgedachte Marien Meinerin belanget/ allein zu dieser Sachen per modum compromissi von euch/ und Gegentheil zu einem Schiedsmann erkieset worden/ sonsten aber für sich keine jurisdiction und Botmässigkeit hätte/ ꝛc. So hätte auch die Reconvention gestalten Sachen nach nicht statt/ V. R. W.]

Definit. VI.

Procurator, qui nomine alterius agit, de proprio debito reconveniri non potest.

1 UTrumque igitur, si in judice reconventionis concurrat, jurisdictio nempe, *Definit. præced.* & facultas de causâ reconventionis cognoscendi, *Defin. 4.* non habet ulterius Actor, quod de incompetentiâ excipiat, sed validè reconvenitur in eo judicio, ubi actionem instituit, *l. cum Papinianus 14. junct. Auth. seq. C. de sent. & interl. omn. judic. c. 1. & 2. de mut. petit.*

2 † Non solum quando est hicus, sed etiam clericus, Bartol. *in dict. Auth. & consequenter. n. 15.* Joh. Petr. Molign. *in tract. de Reconv. quæst. 32.* Specul. *l. 2. part. 1. tit. de reconventione. §. nunc agamus. 2. num. 7.*

3 † Sed procurator, qui nomine alterius agit, de proprio debito reconveniri nequit. Quia reconventio non habet locum, nisi contra agentem nomine suo, Joh. Petr. Molign. *de reconvent. quæst. 17.*

4 † Quod & ad tutorem vel curatorem, nomine pupilli vel minoris agentem, rectissimè extendit Matth. Berl. *part. 1. concl. 21. n. 13.*

Ita Domini in causa Christian Wagners contra Stephan Reibolden zu Berlin/Mens. Octob. Anno 1628. [Verba sent. Daß Wiederbeklagter von dieser Instantz mit Erstattung der Unkosten auff richterliche Ermässigung billich entbunden/und Wiederkläger gestallten Sachen nach an Wiederbeklagtens ordentliche Obrigkeit mit seiner Klage verwiesen wird/V.R.W.]

Definit. VII.

De jure Saxonico locum non habet reconventio.

1 MUltum quondam disceptatum fuit, an de jure Saxonum locum haberet reconventio? Variè ac diversimodè sentientibus hâc de re Interpp. juris Saxonici; ut videre est apud Dan. Moller. *hîc n. 3.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 21. n. 2. & seqq.* Aut. Consult. Constit. Saxon. *tom. 1. part. 3. quæst. 21. n. 2. & tom. 2. part. 3. quæst. 26.*

2 † Sed clara est dispositio juris Saxonici in *artic. 12. lib. 3.* Landr. ubi disertis verbis statuitur, si quis aliquem conveniat, & Reus vicissim Actorem reconvenire intendat: Actorem non teneri respondere libello reconventionis, nisi prius ab actione institutâ reus se expedierit, *in verb.* Welcher Mann auff einen klaget/ und jener wieder auf ihn/der vor erst klaget/darff dem andern nicht antworten/er sey denn erst ledig von ihm.

3 † Ex quo recon-

reconventionem de jure Saxonico penitus esse prohibitam, infero cum Matth. Wesenb. *in parat. ff. de compens. at. num. 9. sub fin.* Chil. König. *in proc. cap. 60. n. 1.* Jac. Schult. *observat. 31.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 1. n. 385.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 102. n. 2. & seqq.* † Nec movet, quod scriptum alibi legitur in jure Saxonico: ubi quis aliquem convenerit, ibidem quoq; licitè eum reconveniri posse *dict. art. 61. lib. 1.* Landr. *art. 79. lib. 3.* Landr. *art. 28.* §. Denn wo der Mann in Weichbild. *ubi* Gloss. *n. 3.* † Nam omnia illa juris Saxonici capita ita sunt accipienda, ut Actor coram judice Rei conventi respondere quidem teneatur petitioni mutuæ, sed finitâ demum actione. Ut hâc saltem ratione privilegium reconventionis obtineat, coramque eodem judice mutua rei petitio adversus Actorem pertractetur, non etiam, ut pari passu judicii conventio, & reconventio simul exerceatur, & terminetur Jacob. Schult. *dict. observ. 31. n. 23. vide defin. seq.*

Ita Domini in causa Hansen Taubenheims contra Siegmund Strachen zu Gutben/Mens. April. Anno 1635.

Definit. VIII.

Admittitur tamen in foro Saxonico Reconventio in causis connexis, sed post finitam demum & discussam conventionem.

1 NUnquam ne ergò in foro Saxonico hodiè locum habebit reconventio? Obloquitur certè *art. 61. in pr. lib. 1.* Landrecht. *& art. 79. lib. 3.* Landr. *art. 28. §.* Denn wo der Mann in Weichbild. In quibus expresè dicitur, ubi quis aliquem convenerit, ibidem quoque licitè eum reconve-
2 niri posse. † Non tàm igitur moribus, quàm ex juris Saxonici interpretatione in foro Saxonico hodiè est receptum, ut in causis saltem connexis ad-
3 mittatur reconventio; † Post conventionem demùm finitam & discussam *h.* Const. 7. §. dieweil wir aber. *vers.* So ordnen / setzen / und wollen wir. *junct. vers. fin.* Sondern es soll der Kläger / Vermöge der Sächsischen Rechte/ &c. *ubi* Dan. Moller. *n. 3.* Ord. Nov. judic. *tit. 6. in pr.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 1. n. 385. & seqq.* Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 19. n. 8.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 102.*
4 † Duo nimirum requiruntur ad hoc, ut in foro Saxonico reconventio obtineat: Primò ut causæ sint connexæ, unaque ex aliâ originem trahat; Quia ad eas tantummodò causas, quæ ab invicem dependent, reconventionis nomen accommodari, vult Sanctio Electoralis *h.* Const. 7. *dict. vers.* So ordnen/setzen. *& dict. tit. 6.* † Secundò: Nec re-
5 conventionis causa statim in primordio litis proponatur, & unà cum causâ conventionis decidatur: sed demùm post finitam, & discussam conventionem, *h.* Const. 7. *dict. vers.* Sondern es soll: *In verb.* Es habe sich dann zuvorn der Beklagte von ihme gebrochen / und sey die Klage der *Convention* gänzlich geendet. *dict. tit. 6. vers.* Sondern
6 der Kläger / &c. † Idque non solum in Provinciis Electoratus Saxonici; sed etiam iis in locis, quæ extra territorium quidem Electoratus ac Ducatuum Saxoniæ sunt: jus tamen Saxonicum usu receperunt, observari, testis est Jacob. Schult. *ob-*
7 *serv. 32. n. 4.* † Sed dixeris, modus hic Saxonicus ipsam reconventionis naturam prorsus excessit; quippe quæ in eo consistit, ut pari passu judicii unà cum conventione exerceatur, & terminetur; Unde & mutua dicitur actio seu petitio, *tit. decret. de mut. petit. l. cum Papinianus. 14. junct. Auth. seq. C. de sent. & interloc. omn. judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 1. defin. 6. n. 5.* Jacob. Schult. *observat. 30. n. 2.* † Concesserim equidem hoc; Nihilominus effectus reconventionis adhuc supersest etiam 8
in foro Saxonico; nimirum, ut conventione finitâ, Actor coram eodem judice teneatur respondere reconvenienti Reo, apud quem ipsemet Reum antea convenerat; licet aliàs judex iste Actori competens non sit, *dict. l. 14. & Auth. seq. C. de sent. & interloc. omn. judic.* † Prout disertè sancitum in Or- 9
din. Proc. judic. *tit. 7. §.* Dieweil aber. *vers.* So soll auch dasselbe also in acht genommen / und derowegen der Kläger / wann er gleich sonsten für uns nicht dingstellig wäre / iedoch nach geendeter *Convention*, auff die *Reconvention*-Klage in denen Sachen/welche einander verwandt/für demselben Gerichte sich einzulassen und zu antworten schuldig seyn/ &c. Dan. Moller. *hîc n. 8.* ubi idem ex verbis *h.* Constit. 7. per argumentum à contrario sensu desumptum probat.

Ita Domini in causa Christiani Zabelens contra Margarethen Jenschin & Consortes zu Dreßden / Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent. Daß Wieder-Beklagte / ihres Fürwendens ungeachtet / auff die erhobene Reconvention-Klage/weil sich die Haupt-Sache / daraus diese herfleust / nunmehr geendet / bey Straff Ungehorsams sich einzulassen/und zu antworten / und weil sie solches zuvor nicht gethan/Wieder-Klägern die Unkosten vorigen und ietzigen Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.]

Item in causa Hansen Boners & Consortium contra Gedeon Hanemann zu Leipzig/Mens. Aug. Anno 1596.

Et in causa Hansen Taubenheimbs contra Siegmund Strachen zu Gutben/ Mens. April. Anno 1635.

Definit. IX.

Causam connexam, quæ ab aliâ dependet, ne quidem separatâ instantiâ, & coram alio judice tractare licet, antequàm prima conventio fuerit finita.

IN solis ergò causis connexis mores Saxonici 1
reconventionem admittunt, post conventionem tamen finitam, *Defin. præced.* † Sed annon 2
in novâ ac separatâ instantiâ, coram alio judice, Actori competente, causam illam connexam pariter cum primæ conventionis causa, ex quâ ea profluit, tractare, ac discutere licebit? Ita forsan existimabis, si Reus Actorem non in eâdem, sed in diversâ ac separatâ instantiâ, & coram alio judice reconvenire velit. † Quia nempe hæc pro- 3
priè reconventio non est, *l. 14. cum Auth. seq. C. de sent. & interl. omn. judic.* † Et ita jus Saxonicum 4
intelligi debet, ut quàm minimum correctio juris communis inducatur, juxta tradita Rosenth. *de feud. cap. 7. concl. 6. lit. a. &* Jacob. Schult. *observ. 31. n. 5. & seqq.* † At nunquam in judicando hæc 5
restrictio fuit observata, sed obtinuit hactenus, vel saltem consuetudine, ut in causis connexis, quibus reconventio ante finitam conventionem prohiberur, non admittatur reconveniens ante causam conventionis discussam, etiamsi re-

conven-

conventionis suæ actionem separata instantia, peculiari libello, & coram alio judice persequi velit, teste Moller. *hîc num. 4.* Jac. Schult. *observ. 32. n. 3.*

6 † Quin & clara est de hoc Sanctio Electoralis *h.* Const. 7. §. Dieweil wir aber. *vers.* ob gleich der Beklagte ein sonderlich *Libell* übergeben / und seine Wiederklage unterschiedlich neben der Klage ausüben wollte. † Impedire scilicet voluit Elector Illustrissimus omnem confusionem, quæ ex conjuncta illa tractatione causarum connexarum

7 oriri posset.

Ita Domini in causa des Raths zu Eißleben contra Daniel Meusel in der Grafschafft Mansfeld/ Mens. Mart. Anno 1597. (Verba sent. Dieweil Beklagter der angezogenen litis pendentz halber sich auff die Hoff-Gerichts-Acta gezogen; So ist er aus dem Ober-Hoff-Gerichte zu Leipzig derselben vollkömmliche glaubwürdige Abschrifften innerhalb Sächsischer Frist zu diesen Acten zu bringen schuldig / darauff alsdenn in der Sachen ferner ergehet/was recht ist/V.R.W.)

Et in causa Caspar Boners contra Hansen Trotten zu Meinungen/Mens. Aug. Anno 1598. (Verba sent. Daß Beklagte auf erhobene Klage noch zur Zeit / ehe und zuvor die Haupt-Sache/daraus diese Klage herfleust / ihre Endschafft erreichet / sich einzulassen nicht schuldig / V. R.W.)

Definit. X.

Causæ separatæ per modum conventionis, coram judice competente, conjunctim possunt agitari, nec una alteram impedit.

1 ALia verò est ratio actionum, ex causis planè diversis & separatis, nihilque commune habentibus descendentium, quæ in foro etiam Saxonico simul & conjunctim in judicio proponi & agitari possunt, ita ut una alteram non impediat, nec processus prætextu alterius suspendatur, *h.* Const. 7. §. wann aber die Sache. Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num. 388.* Matth. Berlich. *part. 1. concl.*

2 *21. n. 7.* Jacob. Schult. *observat. 32. num. 2.* † Ergò si ego equum abs te ex vendito, tu vinum ex mutuo à me petas: utraque actio simul, ab initio & intentari & expediri poterit, ita ut minimè processus unius ab

3 alterâ impediatur. † Attamen non jure reconventionis, sed in modum conventionis actiones hæ se-

4 paratæ tractantur. † Ex quo fit, quod utraque coram judice Rei competente, sive in uno eodemque, sive in diversis judiciis, expediri debeat, *dict.* §. wann aber die Sache. *vers.* Auff den Fall. Zan-

5 ger. *dict. cap. 1. cap. 1. n. 388.* † Cessante enim reconventione, cessat quoque effectus reconventionis; qui in eo consistit, ut Actor reconventus in eodem judicio, non queat uti exceptione incompetentiæ, aut jus domicilii allegare, *l. cum Papinianus 14. junct. Auth. seq. C. de sent. & interl. omn. judic. l. qui non cogitur. 22. ff. de judic. l. si idem. 11. §. 1. ff. de juris dict.*

Ita Domini in causa Elisabethæ Scheibens contra Jobst Avenbecken zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1631. (Verba sent. Daß Beklagter / seines Fürwendens ungeachtet/ auff erhobene Klage sich einzulassen/zu antworten/und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/V. R. W.]

It. in causa Jacob Stephans contra Hansen Finsingern zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1624.

Et in causa heredum Valentini Geißlers contra Thomam Lebzeltern/Mens. Octobr. Anno 1627.

Definit. XI.

Connexæ dicuntur causæ, quæ ex eodem contractus instrumento aut fundamento nascuntur.

CUm ergò in causis tantummodò connexis re- 1
conventio Saxonica locum habeat, ita nempè, ut conventione demum finitâ reconventio coram judice eodem instituatur, *supra Defin. 8.* Utique probè nosse oportet, quænam causæ dicantur con-
nexæ? † Quas verbis pauciss imis describit Constit. 2
Elector. *h. 7.* die einander anhängig und eine aus der andern herfleust. Obscurè sanè hoc dictum, cum æquè videatur ignotum, quænam causa ab alcum æquè videatur ignotum, quænam causa ab alcum æquè videatur ignotum, quænam causa ab alc

verb. In Sachen/ die einander anhängig / aus einander fliessen / oder sonsten Verwandnüß haben/ꝛc. † Hæ, cum certâ regulâ definiri nequeant, verissimè scripsit Alciat. *consil. h. 7. num. 11. allegatus à* Dan. Moller. *hic num. 6.* arbitrio judicantis committendum esse, quænam causæ connexæ & continentes dicantur; † Cum tanta de eo in jure nostro videatur nata obscuritas, ut quæ connexa dicenda sint, quodammodo ignoretur, Moller. *dict. loc.* ubi etiam refert ex *Roberto Lancellot.* tunc causas intelligi connexas, quando sententia lata in una, parit exceptionem rei judicatæ in alia.

Ita Domini in causa Annæ Hansin contra Marthen Viduam Christophori von Rotleben/ Mens. Martio Anno 1616. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die Hauptsache/ daraus solche allem Ansehen nach herfliesset / noch zur Zeit nicht erörtert; So möget ihr auch mit dieser eurer Klage / ehe und zuvor die Hauptsache gäntzlich geendet/ und ihr euch von der Klägerin entbrochen / nicht gehöret noch zugelassen werden/ V. R. W.]

Definit. XIII.

In causis injuriarum connexis reconveniens ante finitam conventionem, usq; ad litis contestationem inclusivè agere valet.

1 Licet in foro Saxonico reconventio ante finitam conventionem non admittatur, *Defin. 8.* Attamen in causis injuriarum connexis, una ex alterâ descendente (quo casu tantummodò reconventio locum habet in foro Saxonico, *dict. defin. 8.*) hoc
2 specialiter receptum est: † ut Reus conventus Actorem injuriarum reconveniens, ante finitam etiam conventionem usque ad litis contestationem inclusivè procedere valeat, Ordin. Proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 6. in fin. vers.* zu *Injurien*-Sachen aber/ da eine von der andern *dependiret*, biß auff die *Litis-Contestation*, dadurch *actio injuriarum perpetuiret* wird *inclusivè* verfahren / und so denn der *Proceſſ* biß nach Erörterung der Hauptsache *suspendiret* werden. Cujus specialitatis ratio duplex
3 dari potest: † 1. Ne propter instantiæ moram injuriarum reconventio præscriptione annali consopiatur: Siquidem actio injuriarum annalis est, *l. si non convicii. 5. C. de injur. art. 31. in fin. & ibi* Gloss. *lib 3.* Landr. Const. Elect. *46. part. 4.* Jacob. Schult.
4 *observat. 35. num. 1.* † Ergò & reconventio injuriarum, quæ & ipsa actio est, *l. 14. junct. Auth. seq. C. de sent. & interlocut.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 1.*
5 *defin. 6. n. 5.* †2. Ut reconventio injuriarum perpetuetur. Quia defuncto injuriante ante litis contestationem, heredes postea conveniri nequeunt, §. *1. ubi* Joh. Schneidevv. *Inst. de perp. & tempor. action.* Quæ ratio etiam ab Illustrissimo Electore exprimitur *dict.* Ordin. judic. proc. *tit. 6. in fin.*

Ita Domini in causa Otto Cramers contra Christophorum Wortmeyern zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1630. (Verba sent. Würde Wieder-Kläger den geforderten Vorstand auff 100. Flor. hoch bestellen / immassen ihme zu thun obliget: So ist Wieder-Beklagter auff die erhobene Injurien-Klage sich einzulassen / zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig / und wird so dann der Proceſſ biß nach Erörterung der Hauptsache suspendiret, V. R. W.]

Definit. XIV.

Reconveniens Actorem injuriarum ante finitam conventionem, quâ se injuriatum contendit, non admittitur ad litis contestationem.

COnventus actione injuriarum ex verbis con- 1
tumelioſis, quæ adversus Actorem evomuisse dicebatur, falsò contumeliâ prolatam sibi imputari contendebat: ac proinde injuriâ affectus, Actorem injuriarum reconvenire intentabat, petens, ut durante conventione saltem ad litis contestationem admitteretur, juxta Sanctionem Electoralem, *in* Ordin. proceſſ. judic. *tit. 6.* de quâ dixi *Definit. præced.* † Quem non audiendum, ante conventionem 2
injuriarum finitam, judicârunt Domini: Non, quod reconventio injuriarum haud ipsi competeret; † 3
cum negari nequeat, injuriarum teneri eum, qui alium in judicio, falsâ criminis vel injuriarum accusatione instituta, vexaverit, *argum. l. injuriarum. 13. §. si quis per injuriam. 3. & l. item apud. 15. §. si quis libello. 29. ff. de injur.* Johann. Harppr. *ad §. injuria autem. 1. Instit. de injur.* † Nec enim ad actio- 4
nem injuriarum quis prosilire debet, nisi injurias objectas probare poterit, *arg. l. qui accusare. 4. C. de edend. & l. ult. C. de probat.* † Sed quia ante 5
conventionem finitam nondum causa reconventionis nata erat; cum lite nondum peractâ, Reus injuriâ se conventum, certò asserere non poterat: † Quid enim si Actor injuriarum actionem inten- 6
tatam probâsset? Quare nec hoc casu præscriptio reconventionis injuriarum, ceu nondum natæ, Reo metuenda erat; † Ut vel propterea etiam litis con- 7
testationem suspendi, usque ad exitum conventionis, rectissimè Domini putabant. † Cum & aliàs 8
Reus, alicujus criminis accusatus, lite pendente, accusatorem reaccusare nequeat, *C. neganda. 3. quæst. 11. l. neganda. 19. C. qui accusar. non poss.*

Ita Domini in causa Joachim Anckelmans contra Johann Siebern/ ven tilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent. Daß die angestalte Injurien-Klage noch zur Zeit nicht statt hat/ V. R. W.]

Definit. XV.

In causa reconventionis non potest Actor declinare forum, ex eo, quod nondum finitâ conventione desitit à lite.

CErti juris est, quod Actor coram eodem judi- 1
ce teneatur respondere reconvenienti Reo, apud quem ipsemet, Reum antea convenerat; nec liceat ei declinare forum, propterea, quod aliàs judex sibi competens non sit, *l. qui non cogitur. 22. ff. de judic. l. Lucius. 38. in pr. ff. mandat. l. cum Papinianus. 14. junct. Auth. seq. C. de sent. & interl. omn. judic.* † Rationem si quæras; dico A- 2
ctorem semel in judicem illum consensisse, eumq; omninò approbâsse; quem propterea in causâ reconventionis haud absque injuriâ recusabit, *Dd. in l. 1. ff. de judic. & in l. 1. C. de jurisdict. omn. judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 1. defin. 39. n. 3.*
† Ergò si conventione nondum finitâ à lite de- 3
sistat, consensum, inquies, revocasse censebitur! Non certè. † Quod enim semel placuit, amplius 4
non potest displicere; nec judicio, per litis contestationem contracto, invitâ alterâ parte, obligationi initæ renunciare licet, *l. sicut. 5. C. de obligat.*

5 *gat. & action.* † Non ergò habet Actor, quo reconventus coram eodem judice, forum declinare poterit.

Ita Domini in causa Walpurgen Spiegelin contra Christophorum à Rosenau zu Franckenhausen / Mens. Nov. Anno 1607. (Verba sent. Daß Beklagter / seines gethanen Fürwendens ungeachtet / sich auff die wider ihn erhobene Klage einzulassen schuldig / V.R.W.)

Definit. XVI.

Factâ demùm executione sententiæ, conventionis causa dicitur finita.

1 Reconventioni in foro Saxonico locus non est, nisi finitâ conventione, *h.* Const. 7. §. dieweil wir aber. *circa fin. vers.* Es habe sich dann zuvor der Beklagte von ihme gebrochen / und sey die Klage der *Convention* gäntzlich geendet / und erörtert.

2 *Supr. Defin.* 8. Ubi non immeritò dubitaveris: † *quando causa conventionis finita videri debeat, ut reconventioni locus detur?* Poterat enim haud improbabiliter dici, sententiâ definitivè prolatâ, causam censeri terminatam; quia tunc judex penitus suo officio defunctus est, *l. 55. ff. de re judic.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 22. n. 55.* ubi multis argumentis

3 hanc sententiam stabilire conatur. † Sed cum effectu id accipi debet, ita, ut executus quoque sit judex sententiam suam: vel alteri executionem demandârit, *c. in literis 9. extr. de off. delegat.* †

4 Rectiùs itaque sentit post *Wesenbec.* quem allegat Dan. Moller. *hic n. 20.* nempe, tùm demum verè finitam dici conventionem, ubi sententia definitiva executioni demandata, & Actori realiter satisfactum

5 fuerit. † Nihil enim ipsa per se sententia utilitatis haberet, nisi & executio ejus sequatur, Gloss. *in rubr. C. de execut. rei judic. & text. in c. cum aliquibus. 6. extr. de sent. & re judic.* Jacob. Schult. *observ. 37.*

6 *n. 5.* † Quod & verbis disertis approbavit Serenissimus Saxoniæ Elector *in* Ord. proces. judic. *tit. 6. in fin. princip.* Es habe sich dann der Beklagte von ihme entbrochen / und sey die *Convention*-Klage durch würckliche völlige Zahlung / unlaugbare *Compensation* oder andere *Satisfaction* gäntzlich erlediget.

Ita Domini in causa Adam Brosemans contra Margarethen Sachens zu Leipzig / Mens. Novembr. Anno 1626. (Verba sent. Würde Kläger gnugsamen Schein zu den Acten bringen / daß er sich von Beklagtens Weibes Zusprüchen / und Klage durch würckliche Zahlung gäntzlich entbrochen: So wäre Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und auff angestallte Reconvention-Klage / bey Straff Ungehorsams / sich einzulassen und zu antworten schuldig / V.R.W.)

Definit. XVII.

Actor reconventus non potest retardare processum, propter non factam refusionem expensarum litis, si eas in conventionis libello non petierit.

1 Quid autem, si reus, de certo aliquo debito conventus & convictus, factâ executione ac debito soluto, ante refusionem expensarum Actorem reconvenire velit? † Sanè, si in conventionis libello litis expensæ petitæ, eæque Actori adjudicatæ fuerint, ante harum restitutionem Reum haud esse audiendum, quivis facillimè concesserit; Quia finita lis dici non potest, antequam Reus judicato in totum satisfecerit, Ordin. Proces. judic. *tit. 6. in verb.* und sey die *Convention*-Klage durch würckliche völlige Zahlung gäntzlich erlediget / &c. † At si Actor sumptus litis 3 non petiverit in conventionis libello, nec de iis quicquam judex in sententiâ dixerit, non habet, quo processum reconventionis propter non factam refusionem expensarum remorari queat; † Quis enim 4 negaverit, conventionis processum jam esse finitum, quum judex officio suo satisfecerit, omnemq; controversiam, in libello conventionis expressam determinaverit? *l. qualem. 19. §. dicere. 1. ff. de recept. qui arbitr.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 4. num. 1.* † Finito autem conventionis processu 5 per satisfactionem judicati, reconventionem etiam in foro Saxonico locum habere, expeditum est, *h.* Const. 7. *Defin. præced.*

Ita Domini in eadem causa Christiani Zablers contra Margarethen Jenschin zu Dreßden / Mens. Novembr. Anno 1633. (Verba sentent. Daß Wieder-Beklagte / ihres Fürwendens ungeachtet / auff die Reconvention-Klage / bey Straff Ungehorsams / sich einzulassen und zu antworten schuldig / &c.)

Et in causa Christophori Schwendendörffers contra Hieronymi Schmiedens Eheweib / Mens. Jun. Anno 1635.

Definit. XVIII.

Reconveniens Actorem non potest pecuniam, in quam primo fuerat Actori condemnatus, depositam arrestare.

1 CUm ex Const. *hâc 7.* in foro Saxonico haud aliter locus sit reconventioni: nisi prior conventionis causa in universum finita sit & terminata *vers.* Es habe sich dann. † firmiter inferre hinc 2 licet, non admittendam reconventionem, si Reus pecuniam, in quam fuerat condemnatus, depositam in judicio arrestaverit, ut rectè concludunt Jacob. Schult. *in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 114. n. 7. & seqq. &* Matth. Col. *part. 2. decis. 273. n. 7.* † 3 Non enim Reus dicitur liberatus, antequam solverit summam, in condemnationem deductam; aut aliter de voluntate Actoris ipsi satisfecerit, *l. si rem. 9. §. 3. omnis pecunia. ff. de pignor. act.* † Nec sa- 4 tisfacit condemnatus judicato, qui illud non solvit, sed deponit penes judicem, Coler. *dict. decis. 275. n. 4.* † Et certè si aliter diceretur, metuendum est, 5 nunquam Actorem consecuturum esse pecuniam, in quam Reus ei fuit condemnatus: cum semper queat fingere litem, & facessere negotium primo Actori; Et sic unius litis terminatio, esset alterius litigii initium, contra *l. si se non obtulit 4. §. condemnatum 6. in fin. ff. de re judic. junct. l. terminato 3. C. de fruct. & lit. exp.* † Idq; hodiè clarè decisum *in* 6 Ordin. Proc. jud. *tit. 6. In verb.* Durch würckliche völlige Zahlung / unlaugbare *Compensation*, oder andere *Satisfaction* gäntzlich erledigt. *junct. §. seq.* Es wäre dann.

Ita Domini in causa Wilhelmi Ebelins zu Freyberg / Mens. Februar. Anno 1632. (Verba sent. Seyd ihr von Matthes Berßmann wegen 100. Flor. Gerichtlichen belanget / ihme auch dieselbe zu zahlen / durch eingeholtes Urtheil euch auffer leget worden. Ob nun wol gedachter Berßman euch hiewiederum mit Schulden verhafftet / deßwegen ihr vorbemeldte 100. Fl. in Gerichten zu deponiren und zu verarrestiren / darauf auch eure Reconvention-Klage anzustellen gemeynet seyd / &c. So mögt ihr euch doch der würcklichen Außzahlung dadurch nicht entbrechē / sondern ihr seyd dieselbe / vermöge des gesprochenē Urtheils /

Urtheils/ mehrbeniembten Verßman zu leisten schuldig/ und ehe und zuvor dasselbe geschicht / mag er sich auff die Reconvention-Klage einzulassen nicht angehalten werden/ꝛc)

Definit. XIX.

Nisi Actor reconventus sit peregrinus, vel nulla possideat immobilia, in quæ reconventionis executio fieri possit.

Nolo tamen hoc aliter accipi, quàm si Actor reconventus possessionatus fuerit, aut satisdationem antèa præstiterit, quâ Reo in causa reconventionis prospectum esse potest. Cæteròquin si satisdatio haud præstita, nec tamen actor possessionatus, 2 vel peregrinus fuerit, † Reus pecuniam illam, in quam condemnatus est, tutò in judicio potest deponere. Quam Actor reconventus ad se recipere prohibetur, priusquam sufficientem cautionem de solvendo in casum succumbentiæ præstiterit, Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 114. n. 6.* Matth. Berlich. 3 *part. 1. concl. 22. num. 60.* † Veluti etiam sancitum à Serenissimo Saxoniæ Electore *in* Ordin. Process. 4 jud. *tit. 6.* Es wäre dann. † Modò Reus probabiles saltem causas, se nec calumniosè Actoris vexandi causâ depositionem exigere, deducat, simulque libellum reconventionis statim offerat, *dict. §.* Es wäre dann, *vers.* und daß er seinen Gegentheil/ꝛc.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann/ daß Matthes Verßman Außländisch oder sonsten unbegütert wäre/ auff den Fall wäret ihr offtgedachte 100. Flor. zu deponiren wohl befugt/ und es möchten ihme dieselbe/ ehe und zuvor er gnugsamen Vorstand de solvendo bestellet/ aus dem deposito nicht gefolget werden/ V.R.W.)

Et in causa Jobst Avenbecks zu Leipzig / Mens. Decembr. Anno 1635. (Verba sentent. Da nun Hans Scheibe in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern nicht angesessen / und ihr in continenti so viel beybringen köntet/ daß es umb obberührte eure Gegenfoderung dermassen beschaffen/ daß sich Hans Scheibe davon füglichen nicht entbrechen möchte/ und also euer Suchen zu einiger Verzögerung/ dadurch euren Gegentheil calumniosè auffzuhalten/ nicht angesehen/ꝛc. So werden obberührte 300. Flor. von euch in das Depositum genommen / und darinnen / biß so lange Hans Scheibe auff gleichmäßige Vosten Caution bestellet / Gerichtlichen billich behalten/ V.R.W.)

Definit. XX.

In causis connexis semper est locus præventioni.

1 Cum in foro Saxonico causas connexas inter litigatores simul ac conjunctim tractare non 2 liceat, ne quidem in judiciis diversis ac separatis, *supr. Defin. 9.* multum certè nosse conducit, quænam causa alteri sit præferenda? Ubi unanimis est 2 Dd. sententia: † præventioni locum dari; ita, ut causa ejus sit primò tractanda, qui alterum prævenit, nec ante discussionem ac litem finitam alter audiri debeat, Jac. Schult. *observ. 34. num. 1.* Dan. Moller. 3 *hic n. 4.* Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 1. n. 385.* † Sunt enim jura vigilantibus scripta; ac potior est causâ ejus, qui primum litigare incipit, *arg. l. si quis postea quam. 7. & l. 30. ff. de judic. l. Senatusconsulto. 5. in fin. C. qui accusat. non poss. cap. proposuisti. 19. extr. de for. compet.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 3. n. 2. & 3.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 29. n. 5.* Felin. *in cap. exceptionem. 12. n. 41. de except.*

Ita Domini in causa Hansen Knoblochs contra Caspar Engelharden zu Freyberg/ Mens. Aug. Anno 1618. (Verba sent. Dieweil Beklagter mit seiner Klage Klägerin vorkommen/ und also die Prævention erlanget: So ist Kläger/ gestalten Sachen nach/ sich darauff noch zur Zeit einzulassen nicht schuldig/ V.R.W.)

Et in causa viduæ D. Pauli Calebergers contra Herman Hutten/ Mens. Majo Anno 1626. (Verba sent. Daß Beklagter die vorgeschützte Prævention und litis pendentz durch die producirte Acta, wie recht/ nicht beybracht/ derowegen ist er über erhobene Klage sich einzulassen / zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXI.

Exceptio prætentionis non potest opponi Actori, qui propter exceptionem fori declinatoriam in alio judicio ab instantia fuit absolutus.

Inducitur autem prætentio per citationem; quâ 1 Reo insinuatâ, tutus est Actor, quo minùs ab ipso reconveniatur, *l. si quis postea. 7. ff. de jud. c. proposuisti. 19. ext. de for. compet. c. cum plures. 8. ext. de offic. delegat. in sexto.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 11. n. 1.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 21. num. 3. & 7.* † Quod tamen non aliter accipiendum, 2 quàm si citatio à judice competente fuerit impetrata. † Cæteròquin si Reus citatus Jurisdictioni illius 3 haud sit subjectus, ullam prætentionem metuere non habet. † Idque multò minus, si propter excep- 4 tionem incompetentiæ oppositam ab instantiâ jam fuerit absolutus; Quô casu, totus in eo judicio processus institutus perimitur & annullatur; adeoque & ipsa citatio *supr.* Const. *3. Defin. 16.* † Nun- 5 quam enim inducitur prætentio, nisi coram eo judice, qui competentem in Reum habet jurisdictionem, Jacob. Schult. *observ. 34. n. 2.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 3. n. 5. & 12.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 11. num. 1.*

Ita Domini in causa heredum Johannis Vetzers contra Marien Großmannin zu Leipzig / Mens. Martio Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagte / ihres Fürwendens ungeachtet / auff erhobene Klage sich einzulassen / und die producirte obligation zu recognosciren schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXII.

Per supplicationem, Principi oblatam, non inducitur litis pendentia.

Scribit Christoph. Zobel. *in addit. ad art. 12. lit. b. lib. 3.* Landr. supplicationem, Principi & Præsidi Provinciæ oblatam, litis pendentiam inducere, ita, ut alter, contra quem supplicatum sit, reconvenire supplicantem non possit, priusquam à causâ ventum sit, ob quam contra eum supplicatum fuerat. † Quod ipsi concesserim, si unà cum 2 supplicatione offeratur libellus, actionem continens, & simul processus petatur. Quod & sensisse videtur Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 1. n. 385. &* Jacob. Schult. *observat. 34. num. 5.* † Cæteròquin 3 per solam supplicantis querelam, prætentionem litis induci, tantum abest, ut de mente etiam supplicantis, an in processu litigare velit, certò constare nequeat. † Et metuendum, quod si aliter diceretur, 4 facilimè huic Constitutioni Electorali fraus fieri posset, ut animadvertit Dan. Moll. *hic n. 7.*

Ita Domini in causa David Schnabels contra Andream Rambachen/ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Decemb. Anno 1616. (Verba sent. Nunmehr aus den Acten allenthalben so viel zu finden / daß Beklagte auff dern Klage-Punct/wegen nicht Erfüllung des Contracts sich einzulassen/zu antworten/und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/V.R.W.)

Et in causa Philippi Pruckens/ Mens. Dec. Anno 1593.

Definit. XXIII.

Duobus simul actiones suas proponentibus præventio judicis arbitrio est decernenda.

1 CItatio ergò, vel etiam libelli oblatio præven-
2 tionem facit, *Defin. 21. & 22.* † Sed quid si ambo litigatores simul suas actiones apud judicem proponant, & libellum offerant? Non improbabiliter tùm judex dubitabit, utrum ex his admittere ad agendum debeat; cum utrique pariter dare locum
3 haud possit. † Ex sorte rem decidere jubet Ulpian. *in l. 14. ff. de judic.* Ibi: *Sed cum ambo ad judicium provocant, sorte res discerni solent.* Speculat. *lib. 2. part. 1. tit. de petit. & possess. §. sciendum igitur est.*
4 *n. 2.* † Sicut & pleraque alia sorti committuntur, *l. 5. ff. fam. ercisc. l. 3. in pr. C. Comm. de legat. l. generaliter. 24. §. quid ergo. 17. ff. de fideic. libert. l. 2. C. quand. & quib. quarta pars. lib. 10.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 25. defin. 2. n. 1.* † Sed in foro Saxonico arbitrio judicis est relictum, utri ex litigatoribus,
5 actiones suas simul in judicio proponentibus, deferre, & gratificari velit, per *text. in art. 61. §.* klagen sie auch zugleich. *lib. 1.* Landr. Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 19. n. 8.* Dan. Moller. *hic n. 5.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 102. n. 4. & in cap. pastoralis 4. extr. de except. n. 23.* Jac. Schult. *observ. 33. n. 5.* Joh. Zanger.
6 *de except. part. 2. c. 1. n. 385.* † Quod tamen arbitrium semper regulis juris conformari debet; quo causa æquiòr ac favorabilior præferatur, & minus litigantium malitiis indulgeatur, *l. in fundo. 38. ff. de R.V., c. sedes. 15. extr. de rescript. c. quanto. 7. extr. de divort.* Jac. Schult. *dict. obs. 33. n. 6.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 4. cap. 2. n. 9.*

Ita Domini in causa Hansen Abrahams von Bernsteins contra heredes D. Joachimi Zieglers zu Dreßden/Mens. Novembr. Anno 1634. (Verba sent. Daß Beklagte auff die wider sie erhobene Klage noch zur Zeit sich einzulassen nicht pflichtig/V.R.W.)

Definitio XXIV.

In causis etiam executivis & summariis locus est reconventioni.

1 INiquum omninò est, denegare reconventionem Reo, qui ab Actore conventus, stare ac respondere tenetur in judicio, *l. cum Papinianus. 14. junct. Auth. & consequenter. C. de sent. & interl. omn. judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 1. defin. 6.*
2 *n. 5.* † Non ergò assentiendum Felin. *in cap. ex literis. 1. extr. de mut. petit. n. 4.* Ernest. Gothm. *vol. 1. cons. 17. n. 65. &* Joh. Petr. Molign. *de reconvent. quæst. 41. & quæst. 44.* qui in causis executivis reconventioni locum denegant; forsan, quod pro-
3 cessus executivus summariè tractari debeat. † At præsumendum haud est, in summario processu tàm tumultuariè judicem versari, ut substantialia, etiam jure naturali inducta, (inter quæ reconventionem defensivam non ineptè retule-
ris) præcidere litigatoribus permittat, Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 2. n. 9.* † Et certè in causa damni infecti (quæ omninò summaria est *l. 1. ff. de damn. infect.*) locum habet reconventio, *l. sed & hæ. 35. §. non solùm. 2. ff. de procurat.* † Quidni ergò in aliis quoque causis summariis atque executivis? veluti sentiunt Bartol. *in Auth. & consequenter. C. de sent. & interloc. omn. judic. num. 13.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 4. cap. 3. n. 20.* † Quod in foro Saxonico hodiè dubium non habet, propter Sanctionem Electoralem manifestam *in* Ordin. Nov. Process. judic. *tit. 6. §.* Dieweil aber. *vers.* und das wollen wir auch/ &c.

Ita Domini in causa Pauli Bettgens contra Johann Baptistens Wittib zu Leipzig/Mens. Junio Anno 1630.

Et in causa Simon Johns contra Johann Guttnern zu Leipzig/Mens. Jul. Anno 1625.

Definit. XXV.

Obtinet quoque reconventio in causis illiquidis.

NOn certè refert in materiâ reconventionis, an 1
causa liquida sit, nec ne; In causis siquidem illiquidis reconventionem quoq; obtinere, vel ex generalitate texturum juris, *in l. cum Papinianus. 14. cum Auth. seq. C. de sent. & interlocut. omn. judic. & h.* Const. 7. evinci potest. † Quæ generaliter quoq; 2
accipi debent, *l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 10. num. 4. & part. 3. quæst. 114. num. 6.* † Nec movet, si reconventionem appel- 3
lare velis, cum Matth. Berlich. *part. 1. concluss. 22. num. 15.* speciem compensationis; quæ non, nisi in debitis liquidis locum habet, *l. ult. ubi* Bartol. & Dd. *C. de compensat.* † Quia latiùs patet reconventio, 4
quàm compensatio. Nam qui compensare vult, debitum fatetur. Non autem qui reconvenit, Salycet. *in l. 14. C. de sent. & interlocut.* † Adeoque com- 5
pensatio potiùs solutio, quàm reconventio est; nec ab unâ ad aliam semper inferre licet, *l. si debitor. 4. ff. qui pot. in pignor. l. 19. ff. de liber. caus. l. 15. ff. rem rat. haber. l. 4. C. de compensat.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 8. n. 1.*

Ita Domini in causa Mauritii Herzogs contra heredes Theodori Webers zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1631.

Et in causa D. Georgii Kirchhoffs contra Petrum Rossenen zu Stauchа/Mens. Jan. Anno 1633.

Definit. XXVI.

Reservatio processus Ordinarii, coram judice facta, non inducit prærentionem.

DUpliciter consideratur prærentio: Vel ratio- 1
ne causarum connexarum, quas conjunctim in foro Saxonico tractare non licet, sed priùs ventilanda est causa prævenientis, *supr. Defin. 20.* † 2
Vel ratione duplicis fori; quod Reus in unâ eademque causa sortitur; ubi conventus in uno, alterum exceptione prærentionis declinare potest, *arg. l. si quis poste aquam. 7. l. 30 ff. de judic. c. proposuisti. 19. extr. de for. compet.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 3. n. 3.* † Sed utraque prærentio indu- 3
citur per citationem, *d. cap. proposuisti 19. supr. defin. 21. in pr.* Joh. Zang. *dict. cap. 3. n. 14.* Gail. *lib. 1. observ. 11. n. 1.* Ergò non per solam reservationem agendi. † Adeoque si à judice in sententia 4
processus litigatoribus fuerit reservatus, (hisce forsan

forsan verbis: Es soll bey dem Vortrag verbleiben/biß durch ordentliches Recht ein anders ausgeführet/ non censebitur inducta per id prævention, nec coram alio judice competente, litigatores pro-
5 cessum agitare prohibentur. † Tantùm enim abest, hoc casu prærentionem fuisse inductam, ut potiùs litigare, vel non litigare, arbitrio ac voluntati partium relictum censeatur; de quorum mente ac voluntate ante oblationem libelli vix constare poterit, *supr. defin. 22. n. 3.*

Ita Domini in causa Bernhardi von der Asseburg zu Walhausen/Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sentent. Ob nun wohl höchstgedachtem / in der Chur-Fürstlichen Sächsischen Regierung ertheileten gnädigsten Decreto, auch dieses mit annectiret worden / da einer den andern Anspruchs zu erlassen nicht gemeinet/ solte von S. Churfürstl. Durchl. auff desselben unterthänigstes gehorsamstes Ansuchen gebührende Anordnung erfolgen / und ihr dahero der Meynung seyd / daß euern Brüdern wegen ihrer vor dem Churfürstlichen Sächsischen Ober-Hoff-Gerichte angestalten Klage die exceptio præventionis & litis pendentiæ im Wege liege/ꝛc. Dieweil aber dennoch durch obbenannte Wort keinem Theil vor der Churfürstl. Sächsischen Regierung nothwendig zu agiren, und sein Recht daselbst vorzubringen aufferleget/ sondern vielmehr/ eines jeden Beliebung nach / frey gelassen worden/ und aber eure Brüdere den ordentlichen Weg Rechtens vor dem Churfürstl. Sächsischen Ober-Hoff-Gerichte erwehlet/ꝛc. So möget ihr auch ihnen exceptionem litis pendentiæ, und daß diese Sache vor die Churfürstliche Sächsische Regierung gehörig/ beständiger Weise nicht opponiren, V.R.W.)

Definit. XXVII.

Ex l. diffamari agendum est coram judice diffamati.

1 Licet nemo invitus agere cogatur, *l. un. C. ut nemo invit.* si tamen quis expresè, vel tacitè se ad agendum astrinxerit, judicium & actionem ef-
2 fugere haud potest, † veluti diffamator se ad agendum arctat, cum diffamare, sit tacitè ad judicium
3 provocare. † Quare si pœnam perpetui silentii incurrere nolit, citatus actionem suam & diffamationem proponere tenetur, *l. diffamari 5. C. de ingen. manumiss. ubi Dd. maximè* Blarer. Petr. Heig. *part. 2. quæst. 8. n. 8. & seqq.* Andr. Gail. *lib. 1. observat.*
4 *9. num. 5.* † Coram judice nempe diffamati, qui in judicio hoc Rei vices sustinet. Etsi enim nonnulli velint, diffamatum Actoris loco esse, quod prior ad
5 judicium provocet; † Cum actor ille dicatur, qui prius movit litem, *c. forus 10. §. accusator. de verb. signif. l. in tribus 13. ff. de judic.* Matth. de Afflict. *decis. 268. aliiq; allegati à Blarero in repet. dict. l. diffamari 5. cap. 4. in pr.* attamen contrarium procul dubio verius est: Tùm, quod diffamare, sit tacitè
6 ad judicem diffamati provocare: † Tùm, quod remedium *l. diffamari*, non sit actio, sed imploratio officii judicis, Schurff. *cent. 5. Consil. 15. n. 19.* Bald. *in dict. Lun. num. 1. C. ut nemo invit.* Andr. Gail. *dict. ob-*
7 *serv. 9. n. 7.* † Ergò diffamator, tanquam Actor, Rei diffamati forum sequitur, ad agendum licet citatus ac provocatus à Reo, ex remedio *dict. l. diffama-*
8 *ri.* † Quod propterea coram judice diffamati proponendum est, Gail. *dict. observ. 9. n. 3.* Heig. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Nicolai Zimmermanns contra Dorothcen/uxorem Christiani Bruckners zu Leipzig/ Mens. Julio, Anno 1634.

It. in causa Hansen Friedrich Schröters contra Philipp Sacern von der Naumburg / ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Novembr. Anno 1630.

Et in causa Michael Bocks contra Hansen Pretzschendorffen zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1629.

Definit. XXVIII.

Antequam processus diffamatorius decernatur, summariè saltem probanda est diffamatio.

PRocessum *l. diffamari 5. C. de ingen. manumiss.* 1
non tantum in causâ status & ingenuitatis, ut voluit Franc. Sermien. *select. interpr. lib. 1. cap. 2.* sed & in aliis civilibus, criminalibus, personalibus, realibus, petitoriis, possessoriis, & mixtis judiciis valere, communi usu ac consuetudine receptum est. † Vi- 2
demus siquidem quotidiè, in quibuscunque diffamationibus & molestationibus, tàm juris, quàm facti hoc remedio litigatores experiri: idque jure facere creduntur, Petr. Heig. *part. 2. quæst. 8. num. 2.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 3. cap. 14. num. 24. & seqq. per l. si ea 7. C. qui accusat. non poss. l. ult. C. de fide instrum. c. conquerente 16. de offic. ordin.* Matth. Wesenb. *consil. 6. num. 212. & consil. 96. num. 13. & seqq.* Quod & Ordin. Cam. Imp. *lib. 2. cap. 25. in pr.* probat. † Non tamen indifferenter processus iste 3
admittitur; sed probabiliter prius judici de diffamatione constare debet; vel per documentum, sive literas diffamationis; vel per testes. *dict.* Ordin. Cam. † Adeoque hujus processus necessarium quoddam 4
requisitum est diffamationis notitia, vel saltem probabilis; nec decernenda est citatio, antequam diffamatus ad hunc processum provocans, diffamationem summariè probaverit; vel per testes, vel per scriptum diffamationis; † Quod communiter in 5
judicio exhibetur, & actis apponitur, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 10. n. 7.* Nicol. Boer. *decis. 255. num. 7.* Gabr. *lib. 2. tit. de action. concl. 6. n. 24.*

Ita Domini in causa Otto Hackens contra Wolff Dieterichen von Wester-Egels zu Dölitzsch / Mens. Martio Anno 1632. (Verba sentent. Daß Diffamant noch zur Zeit vor ungehorsam nicht zu achten. Würde nun Diffamat die angegebene Diffamation gebührlichen bescheinigen / inmassen er vor allen Dingen zu thun pflichtig/ so ist Diffamant auff vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ auff Diffamatens übergebene Provocation sich einzulassen / und gebührlichen zu verfahren schuldig/ V.R.W.)

Et ad requisitionem Hans-Georgen Frießdorffs/ Mense April. Anno 1629. (Verba sententiæ: Ob gleich einer/ von welchem eure Frage meldet / einen andern vor euerm Gerichte ex L. diffamari belanget / seine Provocation-Schrifft übergeben / und umb Proceß und Citation inständlichen anhalten thut. Dieweil er aber dennoch die geklagte Diffamationes noch zur Zeit weder mit schrifftlichem Schein / noch durch eines und des andern Zeugen Aussage summarischer Weise beybracht/ꝛc. So möget ihr ihme auch/ ehe und zuvor solches geschicht/ Proceß zu verstatten / und Citation zu ertheilen und außgehen zu lassen / zu Recht nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

DEFINIT. XXIX.

Ex l. si contendat. 28. ff. de fidejuss. provocare licet Actorem ad agendum, etiamsi nulla præcesserit diffamatio.

1 ETsi regulariter judicio ab Actore inchoato, Reus contrarium libellum offerre nequeat, neque judex, etiamsi jus diversum in exceptione Reus alleget & probet, super eo directò pronunciare debeat, secundum Abbat. *in c. audit. 4. n. 18. extr. de restit. spoliat.* Cogn. *in l. diffamari 5. n. 11. 12. C. de*
2 *ingen. manumiss.* † Attamen si lite nondum mota jus suum Reus in judicium deducere, & super eo, Actore cunctante, pronunciari cupiat, nequaquam id facere prohibendus erit, Petr. Heig. *part. 2. quæst.*
3 *8. n. 8.* † ita namque receptum est, ut Reus, qui exceptione sibi prospectum putat, agere & petere possit, adversario silentium imponi; licet nulla lis aut controversia ab eo moveatur, ex *l. si contendat 28. ubi* Dd. *ff. de fidejuss.* Blarer. *d. l. diffamari. C. de ingen.*
4 *manumiss. cap. 1. n. 2.* † Quod remedium multis plurimùm conducit; ut demonstrat Heig. *dict. loc. n. 9. & seqq.* Et similimum est remedio *l. diffamari.* †
5 † Quamvis inter hæc duo notabilis illa existat differentia: Quod in remedio *l. si contendat.* Actor, non præcedente etiam diffamatione, statim agere cogatur. † At in remedio *l. diffamari*, semper præce-
6 dere debeat diffamatio, antequam terminus Actori præstituatur, Blarer. *in dict. l. diffamari, c. 2. n. 18.* Petr Heig. *quæst. 8. n. 14.* Nicol. Boër. *decis. 14.* Capyc. *decis. 18.* Didac. Covarr. *lib. 1. resolut. cap. 18. n. 3.*

Ita Domini in causa Georgii Striebels contra Daniel Clausen zu Dreßden / Mens. Jan. Anno 1630. (Verba sentent. Daß Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und seines gethanen Fürwendens ungeachtet/auff erhobene Klage/bey Straffe Ungehorsams/sich einzulassen / und zu antworten / auch weil er solches ietzo nicht gethan / Klägern die Unkosten dieses Termins/auff richterliche Ermäßigung / zu erstatten schuldig/V.R.W.)

DEFINIT. XXX.

Ex l. diffamari, vel etiam ex l. si contendat, non potest agi adversus Creditorem, debitum conditionale, vel in diem prætendentem, antequam conditio extiterit, vel dies venerit.

NOn fundatur judicium super jure futuro, sed 1
præsenti; Quia nempe de futuris contingentibus non est determinata veritas; nec tractus futuri temporis ad officium judicis pertinet, *l. litigatores 11. §. ult. ff. de recept. arbitr. l. 1. §. 1. ff. de usur.* † Ergò 2
non valet agere creditor de debito conditionali, vel in diem, *l. si pupilli 6. §. 1. ff. de negot. gest. §. 33. vers. plus autem. inst. de act. l. non potest. 23. ff. de judic. l. cedere. 213. ff. de verb. sign.* † Nec admittitur is, qui 3
sub conditione, aut in diem ad legatum vel fideicommissum vocatus est, *l. si ita scriptum 45. §. ult. ff. de legat. 2. filius qui patri. §. cum filius l. 2. ff. de bon. libert.* † Cui omninò consequens, non audi- 4
endum esse Reum, qui ex *l. diffamari*, vel *l. si contendat*, creditorem ad agendum provocare velit super debito conditionali, vel cujus dies nondum venit. † Quia scilicet creditor jure agere prohibetur, *dict.* 5
l. si pupilli 6. §. 1. dict. l. cedere 213. Eleganter Petr. Heig. *part. 2. quæst. 8. n. 19. & multis seqq.*

Ita Domini in causa Diffamationis D. Jacobi Fomanni contra die Schenckischen Erben zu Jehna/Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Daß die angestalte Diffamation-Klage noch zur Zeit nicht statt hat/V.R.W.)

CONSTITUTIO VIII.

PARTIS PRIMÆ.

Ob die Exceptio Compensationis im Sachsen-Recht statt habe?

SOb gleich davor gehalten wird/daß die exceptio compensationis zu Sachsen-Recht so wenig als die Reconvention statt soll haben / dieweil aber die Sächsis. Rechte solchs ausdrücklich nicht vermelden / und die Compensation keine Reconvention seyn kan/sondern eine exceptio und species solutionis ist/So lassen wir uns gefallen / daß die Compensation auff Sächsischen Boden unserer Lande/als in Krafft einer solution soll zugelassen werden / iedoch daß dieselbige ex confessione partis, productis instrumẽtis, oder sonst ex actis conventionis dermassen liquida und kund sey / damit es fernerer und sonderlicher probation und Ausführung derhalben nicht bedürffe / In welchem Fall unsere Hoffgerichte / Facultäten und Schöppenstüle darauff sprechen und erkennen sollen.

Compensationis exceptio jure Saxonico num locum habeat?

ETsi existimatum fuit, jure Saxonico compensationis exceptionem nihilo magis ac reconventionem locum habere; quia tamen id expressum in eo jure non reperitur, nec idem esse potest compensatio, quod reconventio, sed potiùs exceptio, & species solutionis est; igitur compensationem in ditionibus Saxonicis, nobis subjectis, in vim solutionis admitti, nobis placet, sed hactenus tamen, si ex confessione partis, productis instrumentis, aut aliter ex actis conventionis ita liquida ea sit & notoria, ut alia probatione vel deductione nulla indigeat, quo casu in judiciis nostris Curialibus, Collegiis item Facultatum Juridicarum & Scabinatibus ita responderi & judicari mandamus.

DEFI.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico Compensatio non potest tractari per modum reconventionis ante finitam conventionem.*
2. *Potest tamen statim opponi compensatio, per modum exceptionis, & in vim solutionis, etiam in foro Saxonico.*
3. *Sola naturalis obligatio compensationem operatur.*
4. *Quod in diem debetur, invito debitore ante diem non potest compensari.*
5. *Rejectâ compensationis exceptione, cautè pronunciet judex, ne Reo facultas petendi debitum auferatur.*
6. *Semper post litis contestationem, etiam in ipsâ executione sententiæ, Compensationis exceptio validè opponi potest.*
7. *Quod tutor debet, non potest compensari cum eo, quod pupillo debetur, nec contra.*
8. *Objici potest compensatio ejus, quod defunctus debuit, cum eo, quod heredi proprio nomine debetur, confecto licet inventario.*
9. *Alimentorum petitioni objici nequit compensatio, sicuti nec tributorum exactioni.*
10. *Compensari possunt expensæ taxatæ, etiamsi appellatum sit ab executione; dum ne ab ipsâ condemnatione vel taxatione.*
11. *Qui aureos debet in specie, non valet objicere compensationem ejus, quod sibi debetur in monetâ numeratâ sive currente.*
12. *Admittitur compensatio in foro etiam Saxonico contra instrumenta, quæ paratam habent executionem,* wider klar Brieff und Siegel.
13. *In continenti, h. e. intra sex septimanas, & tres dies, probanda est exceptio compensationis.*
14. *Ex solis instrumentis aut confessione partis, probanda est exceptio compensationis, non per testes.*
15. *Super exceptione compensationis in processu executivo juramentum Actori nequit deferri.*
16. *Non impedit paratam executionem ex instrumento guarentigiato exceptio solutionis, quando præsumptionibus ac conjecturis probanda est.*
17. *Præter solutionis exceptionem, etiam in Provinciis Electoratus Saxonici, aliæ exceptiones in continenti liquidabiles ac probabiles, instrumento guarentigiato oppositæ, executionem paratam impediunt.*
18. *Admittitur exceptio usurariæ pravitatis contra instrumentum liquidum & confessatum.*
19. *Impedit quoque paratam executionem exceptio simulationis, qua docetur, aliud actum, aliud scriptum fuisse.*
20. *Exceptio non numeratæ pecuniæ in terris quoq; Electoratus Saxonici, contra instrumentum liquidum & confessatum validè opponitur.*
21. *Sicuti etiam exceptio Senatusconsulti Macedoniani.*
22. *Pariter quoq; impedit executionem paratam exceptio crediti à Curatore, suscipiente tutelam debitoris sui, haud manifestati.*
23. *Excussionis etiam exceptio ad impediendam executionem validè opponitur.*
24. *Valida etiam est exceptio erroris calculi, ad impediendam executionem paratam.*
25. *Etiamsi exceptioni huic à Reo fuerit renunciatū.*
26. *Nec solutionis, nec aliæ exceptiones in continenti haud probabiles, contra instrumentum confessionatum admittuntur, sed reconventionis judicio reservantur.*
27. *Exceptiones in continenti dicuntur liquidabiles, quæ plenè & integrè intra terminum executioni præfixum probantur.*
28. *Probatio exceptionis, paratæ executioni in judicio ut summario oppositæ, per instrumenta, non etiam per testes, ordinario probationis modo expediri debet.*
29. *Admittitur tamen probatio per testes summariæ contra instrumentum guarentigiatum ad impediendam executionem.*
30. *Confecto instrumento super attestationes testium probari potest exceptio, opposita instrumento guarentigiato, ad executionem impediendam.*
31. *Non potest deferri juramentum super exceptione, contra instrumentum liquidum & confessatum oppositi, in processu executivo.*
32. *Neq; in depositô, neque commodato admittitur compensatio.*

Definit. I.

In foro Saxonico Compensatio non potest tractari per modum reconventionis, ante finitam conventionem.

1 Nimis audacter videtur asserere Matth. Wes. *in parat. ff. de compensat. n. 9.* Quod moribus Saxonicis compensationi locus non sit in judiciis; sicuti nec reconventionis, cujus quædam species habeatur compensatio. Quod & placuit Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 19.* Ben. Reinhard. *part. 4. differ. 5. &* Joh. Schneidevv. *ad §. in bonæ fidei 30.*
2 *n. 54. Inst. de action.* † Neutrum sanè ipsis concesserim; cum nullibi in jure Saxonico sublata reperiatur compensatio, ipso fatente Saxon. Elect. *h.* Const. *8. vers.* Dieweil aber die Sächsi chen Rechte. Quidni ergò in foro etiam Saxonico ea esset ad-
3 mittenda? *arg. l. præcipimus 32. C de appellat.* † Nec reconventionis speciem dixerim compensationem; cum longe aliud sit retinere vel compensare: aliud convenire, ut eleganter demonstrat Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 15. n. 4.* † Quin potius, speciem esse solutionis compensationem, evincitur luculenter ex *l. si debitor 4. circa fin. ff. qui pot. in pign. l. amplius non peti 15. ff. rem rat. haber. l. si peculium. 20. §. quod si heredi. 2. ff. de statu lib. h.* Const. *8. vers.* und die *Compensation* kein *reconvention* seyn kan/sondern eine *exceptio* und *species solutionis* ist. *Ubi* Dan. Moller. *n. 1. & 2.* Joh. Zang. *de except. part. 3. c. 8. n. 1. Ipsemet* Matth. Wesenb. *dict. tit. de compens. n. 6.* † Assentior nihilominus *Wesenb. & Zobel.* non audiendum Reum, si compensationem per modum reconventionis, in causâ connexâ, ante conventionem finitam, Reo opponere velit; scilicet, quod in foro Saxonico, durante conventionis causâ, reconventio non admittatur, *art. 12. lib. 3.* Landr. Const. *præced. defin. 7.* † Idque si senserit Addit. gloss. margin. *in dict. art. 12. n. 3. lit. a.* rectè omninò sensit, ac verissimè scripsit, articulum istum ad unguem observari; & tollere naturam compensationis; alioquin salu-
4 5 6

berrimam, Matth. Coler. *part. 1. decis. 102. num. 9.*

7 † Quod nec displicuit Serenissimo Electori *h.* Const. *8.* compensationem quidem à reconventione separanti ac distinguenti, neutiquam tamen neganti, per reconventionem eam tractari posse, sed conventione demum finitâ, juxta tradita *in* Const. *præced.*

Ita Domini in causa Michael Colbarts zu Elestin / Mens. Aug. Anno 1634. (Verba sent. Seyd ihr von Hansen Meyen wegen 200. Flor. in Anspruch genommen worden / und weil euch derselbige gleichfalls mit 100. Flor. verhafftet / seyd ihr ihn hinwiederumb zu belangen / und ihme auff so viel Geldes die Compensation per modum reconventionis zu opponiren Vorhabens. Ob nun wol dasselbe euch zu thun unbenommen / ꝛc. So möget ihr doch / ehe zuvor die Convention erörtert / und ihr euch von ihme gäntzlichen entbrochen / mit solcher Reconvention, gestalten Sachen nach / weil eine Schuld aus der andern herfleust / nicht gehöret / noch zugelassen werden / ꝛc.)

Definit. II.

Potest tamen statim opponi compensatio per modum exceptionis, & in vim solutionis, etiam in foro Saxonico.

1 NOn ergò valet Reus compensare in foro Saxonico per modum actionis, reconveniendo Actorem ratione debiti, ex causa connexâ proveni-
2 entis, *Defin. præced.* † Quia scilicet reconventio ipsa actio est, *l. 14. junct. Auth. seq. C. de sent. & interl. omn. judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 1. defin. 6. n. 5.* † Secùs verò si compensationem opponat per
3 modum exceptionis peremptoriæ, & in vim solutionis, ad removendum Actorem à limine judicii; vel post litem contestatam, ad elidendam actionem
4 adversus se institutam; † Omninò enim tùm Reus audiendus erit *h.* Const. *8. vers.* So lassen wir uns gefallen / ꝛc. *ubi* Moll. *n. 1.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 102. n. 11.* Non minùs atque si alias peremptorias exceptiones opponere vellet; imprimis verò exceptionem solutionis, si habeat paratas in continenti
5 probationes: † Cum & compensatio sit ipsa solutio, *l. si debitor. 4. ff. qui potior. in pignor. l. vel permutavit. 19. ff. de liber. caus. l. 15 ff. rem rat. haberi. l.*
6 *4. de compensat.* † Nec ullibi exceptio compensationis in foro Saxonico sublata est, ut dixi *Defin. præced.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ihr wollet ihme dann solche Compensation per modum exceptionis peremptoriæ, und krafft einer solution opponiren; Damit würdet ihr billich gehöret / und wäret auff den Fall ein mehrers als 100. Flor. zu zahlen nicht schuldig / V. R. W.)

Et ad requisitionem Quæstoris zu Wechselburg / Mens. Majo, An. 1632. (Verba sentent. So seyn beklagte Erben / weil sie zuvor die producirte Kauff-Verschreibung gebührlichen recognosciret, inmassen sie zu thun schuldig / Klägern die gefoderte 20. Thaler / iedoch auff vorgehende compensation, und nach Abzug derer von ihrem Vater ihme dargelichenen 6. R. Schock zu zahlen und abzustatten pflichtig / V. R. W.)

Definit. III.

Sola naturalis obligatio compensationem operatur.

1 EX quovis debito jure admittitur compensatio, *l. ult. C. de compensat.* Ergò non tantum
2 ex debito naturali & civili simul: sed etiam † ex solo debito naturali, *l. 6. ff. de compensat.* Johann. Schneidewin. *in §. in bonæ fidei 30. num. 14. Instit. de*
3 *action.* † Scilicet, quia naturale debitum nititur
4 æquitate, *l. 1. l. 7. ff. de pact.* † In quâ compensatio etiam fundatur, *l. 8. ff. de except. doli.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 8. n. 71.*

Ita Domini in causa D. Johannis Christophori Brauns zu Leipzig / Mens. April. Anno 1632. (Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch über obgedachte Foderung und Darlehen des Raths Brieff und Siegel erlanget / welches im Churfürstl. Sächsischen Ober-Hoff-Gerichte gebührlichen und für richtig recognosciret und gestanden worden / über diß auch eine blosse obligatio naturalis, so allhier unzweiffelhafftig vorhanden / eine compensation verursachen und würcken kan / ꝛc. So hat sich auch mehrbemeldter Rath mit seinem Einwenden nicht zu behelffen / sondern es wird die von euch gesuchte compensation billich verstattet / V. R. W.)

Definit. IV.

Quod in diem debetur, invito debitore ante diem non potest compensari.

COmpensatio non nisi in debito puro locum sibi vendicat. Nam cum debiti conditionalis 1
nulla sit ante eventum conditionis obligatio vel actio: utique nec ulla erit, pendente conditione, ejus compensatio, *l. cedere diem. 213. ff. de V. S. junct. l. si constat. 4. C. de compensat. & l. etiam. 6. ff. eod. tit.*
† Existente tamen conditione, quin locus sit com- 2
pensationi, minimè dubitandum est; cum verè jam debeatur, *§. sub conditione. 4. Inst. de V. O. junct. l. cedere diem. ff. de V. S.* † Pari ratione, nec quod in 3
diem debetur, ante diem, invito debitore, compensari poterit, *l. quod in diem. 7. ff. de compensat.* Quia dies obligationis, cui adjicitur, pars est, *l. 1. §. 2. ff. de edend.* † Secùs, si actor compensationem ejus de- 4
biti, quod in diem debet, ante diem admittere velit. Quia scilicet totum illud intermedium tempus ad solvendum, debitoris gratia adjectum videtur, *l. eum qui Calendis. 41. §. 1. & 2. l. continuus. 137. §. cum ita. 2. l. 38. §. inter. 16. ff. de verb. obligat.* Cui favori benè renunciare valet, *l. pen. C. de pact.* † Unde 5
fit, quod ante diem debitor solvere valeat; Quidni ergò etiam compensare? cum compensatio sit pro solutione, *l. si constat. 4. C. de compensat. l. amplius non peti. 15. ff. rem rat. haber.* Anton. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 21. Defin. 11. num. 4.* † Planè si dies Creditoris 6
gratiâ adjectus fuisset obligationi: compensatio erit admittenda, invito etiam debitore, *arg. l. 3. §. pen. ff. de usur. l. si ita relictum. 43. ff. de legat. 2. l. cum quidam 23. ff. de annuis legat.*

Ita Domini in causa Hansen Hanischens contra Martin Grublern zu Colleda / Mens. Mart. Anno 1626.

Definit. V.

Rejectâ compensationis exceptione, cautè pronunciet judex, ne Reo facultas petendi debitum auferatur.

CErti juris est, non fieri compensationem li- 1
quidi ad non liquidum, *l. ult. C. de compensat.* Non magis ergò hoc casu Reus, opponens compensationem, admittendus erit, quàm si debitum purum cum debito conditionali vel in diem compensare vellet: de quo dixi *Definit. præced.* † At utroque casu, rejectâ compensatio- 2
nis exceptione, caveat judex, ne ita pronunciet, ut reprobet prorsus compensationem; † Sed ita 3
potius, ut dicat, nullam se oppositæ compensationis rationem habere, quo salva ipsi maneat petitio. † Alioquin si reprobaverit compensa- 4
tionem,

tionem, quasi debito non existente, Reo, quandocunque postea debitum illud petenti & probanti, nocebit exceptio rei judicatæ; ut eleganter tradit *Ulpian. in l. quod in diem. 7. §. si rationem. 1. ff. de compensat. l. si autem. §. §. si quocunq; modo 2. ff. de negot. gest.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 23. defin. 5.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Daß Beklagter/der vorgeschützten exception compensationis ungeachtet/Klägern die geklagten 50. Flor. zu zahlen schuldig/ V.R.W.)

Definit. VI.

Semper post litis contestationem, etiam in ipsâ executione sententiæ, Compensationis exceptio validè opponitur.

1 COmpensatio non usque adeo fit ipso jure, quin opponi eam sit necesse, *l. 2. l si propter. 8. l. ult. C. de compensat.* Quamvis ex quo opposita sit, vires suas retrò exerat ipso jure, *dict. l. ult. l. si constat. 4. C. eod. tit.* Anton. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 23. defin. 4. num. 2.* † Post litem itaque contestatam eam 2 opponere, nil prohibet; cum opposita retrofingatur facta fuisse, ex quo die mutuò deberi cœpit, *l. 3 cum alter. 11. l. postea quam. 21. ff. de compens.* † Nec refert, an brevi, vel diu antè lis fuerit contestata; cum in quacunque judicii parte exceptio hæc validè objiciatur; etiam in ipsâ sententiæ executione, perinde ac solutionis exceptio in executione locum sibi vendicat, *l. 16. §. cum intra. 1. ff. de compensat. l. ex causa. 2. C. eod. tit. l. intra dies. 7. ff. de re judic.* Dan. Moll. *hic n. 5.*

Ita Domini in causa Michael Colbarts zu Clestin/ Mens. August. Anno 1634. (Verba sent. Ihr wollet ihme dann solche compensation per modum exceptionis peremptoriæ und in Krafft einer solution opponiren, damit würdet Ihr auch bey der Hülffe nochmals billich gehöret/ V.R.W.)

Definit. VII.

Quod tutor debet, non potest compensari cum eo, quod pupillo debetur, nec contra.

1 GEnerale hoc est, ut ejus, quod non debetur ei, qui convenitur, sed alii, compensatio objici non possit, *l. cum militiæ 16. in pr. ff. de compensation.* Quamvis non inficier casus exceptos: † Ut, si fidejussor conveniatur ex causa fidejussionis, *l. si quid. 5. ff. eod. tit.* Aut si cum filiof. patris Creditoris agatur, *l. si cum 9. ff. eod.* It. in correis debendi, si sint socii, *l. si ambo 10. ff. de duob. Reis.* de quibus tractat Ant. 3 Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 8. num. 3.* † Præter hosce casus vix debitum tertiæ alicujus personæ in compensationem veniet, nec si Creditoris Creditor, pro eo, qui convenitur, ob debitum proprium velit 4 compensare, *l. in rem. 18. §. 1. ff. de compensat.* † Adeoque non id, quod pupillo debetur, si tutor petat, patietur compensationem ejus pecuniæ, quam tutor ipse suo nomine adversario debeat, *l. pen. ff. de* 5 *compensat.* † Sicut nec ex contrario, quod tutori proprio nomine debetur, admittit compensationem ejus quantitatis, quam pupillus debet, 6 Castrens. *ad dict. l. pen.* † Attamen si tutor pupilli nomine conveniatur, æquum judicat Anton. Fab. *dict. defin. 8. n. 6.* ut possit ille compensare, quod sibi proprio nomine debeatur; cum tutelâ constante facilè fieri possit, ut tantundem pupillo tutor debeat, quantum liberandi ipsius gratiâ velit compensare. † Nec quicquam veret, 7 tutorem de suo pro pupillo solvere, sicut & pro alio quolibet, *l. solvendo. 39. ff. de negot. gest. l. solutione. 23. ff. de solut.* † Planè, quod alii debetur, compen- 8 sari potest, si debitum illud à Creditore cessum fuerit, ut post Gloss. & Bald. *ad l. ejus. 9. C. de compens.* tradit Anton. Fab. *dict. defin. 8. n. 10.*

Ita Domini in causa Eliæ Reibolds contra Petrum Starschmieden zu Luca/Mens. Oct. Anno 1630. (Verba sent. Daß Beklagter/ seines gethanen Fürwendens ungeachtet/Klägern die gefoderte und gestandene Schuld der 29. Flor. und 6. gr. baar zu zahlen pflichtig/V.R.W.)

Definit. VIII.

Objici potest compensatio ejus, quod defunctus debuit, cum eo, quod heredi proprio nomine debetur, confecto licet inventario.

ATtamen heredi, si quid proprio nomine pe- 1 tat, objici potest compensatio ejus pecuniæ, quam defunctus debuit; in cujus jus universum ipse successit. † Ex quo etiam heres vicissim pot- 2 est compensare id, quod defunctus potuit, *l. 3. C. de contr. judic. tutel.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 9. n. 2.* † Nec refert, an beneficium legis & in- 3 ventarii imploraverit nec ne; † siquidem non im- 4 pedit beneficium hoc, quò minùs heres in jus universum defuncti succedat, *l. ult. C. de jur. delib.* † 5 Ac non minus debitor intelligitur, qui debitoris heres est cum beneficio legis & inventarii, quàm qui legis beneficium non imploravit; cum alioqui non posset actionibus hereditariis conveniri, ne quidem quatenus vires hereditatis paterentur; quod tamen falsum est, *dict. l. ult. §. & si præfatam. 4.* † 6 Nec quicquam aliud præstat inventarii beneficium, quàm ne ultra vires hereditarias heres teneatur, *dict. l. ult. Auth. sed cum testator. C. ad Leg. Falcid.* † Quo 7 jure etiam gaudet heres in foro Saxonico absque inventarii confectione; juramento tamen, ut vires hereditatis indicet, obstrictus, *art. 6. lib. 1.* Landr. Matth. Wesenbec. *vol. 1. consil. 13. num. 24.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. n. 16.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 10. n. 327. & part. 1. decis. 68. n. 2. & seqq.*

Ita Domini in causa Johannis Alsten contra Martin Rambachen zu Leina/Mens. April. Anno 1630. (Verba sent. Würde Beklagter Klägern/ nach Abzug desjenigen/so er hinwiederumb bey ihme zu fodern/den hinterstelligen Rest abstatten/inmassen er zu thun schuldig/so läffet sich Kläger daran billich genügen/V. R. W.]

Et in causa Petri Caspari zu Belgern / Mens. Junio, Anno 1635.

Definit. IX.

Alimentorum petitioni objici nequit compensatio, sicuti nec tributorum exactioni.

UTuntur compensatione debitores adversus 1 quoscunque creditores, etiam fiscum, *l. auferetur. 46. §. fiscus. 3. ff. de jur. fisci.* † Planè causæ 2 aliquot excipiuntur, in quibus adversus fiscum & civitatem debitores Fisci vel Civitatis compensatione uti nequeunt; quas causas singulatim refert Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 8. n. 21. & multis seqq.* † Imprimis non admittitur com- 3

pensa-

penſatio à debitore alimentorum Civitatis, *l. in ea. 3. C. de compenſat.* ſive ab eo, qui debitor eſt ejus pecuniæ, quæ redigitur in alimenta Civitatis, id eſt, quæ Civitas publicè præſtat Principibus, Xenodochiis, & ſimilibus locis, Joh. Zang. *dict. cap. 8. n. 28.* † Idque ex favore alimentorum conſtitutum 4 eſt, quorum cura eſt præſens ac momentaria, ut loquitur *Papin. in l. pecuniæ. 8. ff. de alim. legat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 7. num. 1.* † Non 5 etiam valet compenſare debitor tributorum adverſus Fiſcum aut Civitatem, *l. aufertur 46. §. qui compenſationem. 4. ff. de jur. fiſc. dict. l. 3. C. de compenſat.* † Ubi nil refert, an tributa, quorum quis debi- 6 tor eſt, perſonarum ſint, ſive capitis, ſive pro prædiis, aut moventibus reddantur, *l. ætatem. 3. ff. de cenſib. l. inter debitorem. 42. ff. de pact. l. generali. 32. in fin. de uſufr. leg. l. 13. §. 6. de act. empt.* Joh. Zanger. *dict. loc. n. 26.*

Ita Domini in cauſa der Viatiſchen von Nürnberg contra den Rath zu Leipzig/ Menſ. Mart. Anno 1635.

Definit. X.

Compenſari poſſunt expenſæ taxatæ, etiamſi appellatum ſit ab executione; dum ne ab ipsâ condemnatione vel taxatione.

1 NOn poteſt compenſari debitum ex ſententiâ, à quâ provocatum eſt, cum eo, quod ex inſtrumento liquido vel guarentigiato debetur; Quia appellatio extinguit judicatũ, & rem revocat ad terminos litis cõteſtatæ, *l. furti. 6. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. 1. §. ult. ff. ad SCtum Turpill.* Ant. Fab. *in Codic.* 2 *lib. 4. tit. 23. definit. 10. n. 1.* † Et ſi contingeret, ſententiam reſcindi per Appellationem, compenſatum eſſet id, quod fuiſſet indebitum contra naturam compenſationis; quæ ob id ipſum cenſetur introducta, quod noſtra interſit, non ſolvere potius, quàm ſolutum repetere, *l. ſi ſtipulatus. 15. in pr. ff. de fidejuſſ.* † Eademque eſt ratio expenſarum litis, 3 quæ jam adjudicatæ ſunt & taxatæ; Ceſſat enim harum compenſatio, ſi provocatum fuerit ab ipsâ adjudicatione aut taxatione. † Secùs ſi appelletur à 4 ſolâ executione, quod executor fines mandati exceſſerit, *l. 4. ff. de appellat. l. quoniam. 21. C. eod. tit.* 5 † Manet enim tùm quoad expenſas taxatas debitum liquidum, cujus compenſatio omninò objici poteſt. *Eleganter* Anton. Fab. *dict. tit. 23. defin. 12.*

Ita Domini in cauſa Erneſti Fortelii von Seida contra Wenceslaum Marterſtatten zu Borten/ Menſ. Majo Anno 1627.

Definit. XI.

Qui aureos debet in ſpecie, non valet objicere compenſationem ejus, quod ſibi debetur in monetâ numeratâ ſive currente.

1 COnceſſerim equidem, certam pecuniæ quantitatem in monetâ currente ſolvere obligatum, compenſationem poſſe objicere ejus quantitatis, quæ ſibi à Creditore in aureis, vel thaleris imperialibus in ſpecie, debeatur, factâ 2 ſcilicet horum æſtimatione. † Quia creditoris intereſſe potiſſimum in ejusmodi obligatione verſatur, cui objiciendo recompenſationem, renunciare videtur, *l. pen. C. de pact.* † Nec etiam illiqui- 3 di ad liquidum hoc caſu fit compenſatio, contra *l. ult. C. de compenſat.* Quia pro liquido habendum eſt, quod in promptu liquidari poteſt, ut eleganter docet Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 2. num. 3.* † Sed aliud dicendum in caſu converſo, ſi nem- 4 pe is, qui aureos in ſpecie debet, objicere velit compenſationem ejus, quod ſibi in moneta numeratâ, vel currente debetur; quem neutiquam audiendum putaverim. † Tùm, quia non, quemadmo- 5 dum argentum in auro, eminentiori & excellentiori modo: ita ſimiliter aurum in argento vel ære continetur, *arg. l. 1. §. ſi ſtipulanti. 4. ff. de V. O. l. cum furti. 9. ff. d in lit. jur.* Anton. Fab. *dict. def. 2. num. 5.* † Tum, quia debitor aureorum in ſpecie, non li- 6 beratur per ſolutionem monetæ currentis; Quia aliud pro alio ſolvi nequit, *l. eum à quo. 16. & ſeq. C. de ſolut.* Vid. *infr. part. 2.* Conſtit. Elect. *29. definit. 4.* † Ergò nec per compenſationem ejusmodi 7 monetæ; Quia compenſatio pro ſolutione eſt, *l. ſi ambo. 10. & paſſim. ff. de compenſat. l. ſi conſtat. 4. C. eod. tit.*

Ita Domini in cauſa Melchior Haberlands zu Ilmenau/ Menſ. Novembr. An. 1624. (Verba ſentent. Dieweil ihr ſelbſten berichtet / daß ihr euch gegen euern Gläubiger Hans Muſſeln zu Ducaten in ſpecie verſchrieben; So ſeyd ihr auch die Zahlung an Ducaten zu leiſten ſchuldig/ und ihr habt euch/ geſtalten Sachen nach/ weil gedachter euer Gläubiger euch nur mit current Müntze verhaftet/ mit der angeführten compenſation dawider nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Definit. XII.

Admittitur compenſatio in foro etiam Saxonico contra inſtrumenta, quæ paratam habent executionem, wider klar Brieff und Siegel.

DUbitare equidem quis poſſet: an Reus conventus ex inſtrumento, quod ex Ordinatione Provinciali *de Anno 1555. tit.* vom verſatzten Brieff und Siegel / paratam executionem habet, valeret opponere actori exceptionem compenſationis? cum *dict.* Ordin. Provincialis non niſi exceptionem ſolutionis jam factæ admittat, *in verſ.* und keine andere *Exception, &c.* † Sed tantum abeſt, com- 2 penſationem *dict. Ordinat.* excludi, ut potiùs ſub ſolutionis exceptione diſertè cenſeatur admiſſa & comprehenſa, eo ipſo, quod compenſatio dicitur ſolutio *h.* Conſt. *g.* Dan. Moller. *hic. n. g.* † Cum 3 & de jure Civili idem ſit ſolutionis & compenſationis effectus; quin & hæc ſpecies eſt ſolutionis, *l. ſi debitor. 4. circa fin. ff. qui pot. in pign. l. amplius non peti. 15. ff. rem rat. haber. l. ſi peculium. 20. §. quod ſi heredi. 2. ff. de ſtatu liber.* † Nullum ergò reſtabit 4 dubium, quin admittenda ſit compenſatio, perinde ac ſolutionis exceptio, contra inſtrumenta, paratam executionem habentia, Moller. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa D. Johannis Chriſtophori Brauns zu Leipzig/ Menſ. April. Anno 1632. (Verba ſent. So hat ſich auch mehrbemeldter Rath mit ſeinem Einwenden nicht zu behelffen / ſondern es wird die von euch geſuchte Compenſation wider klar Brieff und Siegel billich verſtattet/ V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. XIII.

In continenti, h. e. intra ſex ſeptimanas, & tres dies, probanda eſt exceptio compenſationis.

1 MUltum diſputatur à Dd. *intra quantum temporis exceptio compenſationis probari, ac debitum compenſandum doceri debeat?* Haud pauci enim probationi huic duos menſes præſtitutos aſſerunt, per *text. in l. aufertur. 46. §. 4. ff. de jur. fiſci.* Joh. Sichard. *in rubr. C. de compenſat. n. 13. & 15.* 2 Donell. *lib. 16. Comm. 15.* † Alii verò, & quidem communiter *Dd.* judicis arbitrio, termini hujus definitionem committunt, per *l. ult. in verb. ſed poſſit judici facilem exitum, &c. C. de compenſat.* §. *in bonæ fidei judiciis. 30. Inſt. de action. ubi* Johann. Schneidew. *n. 18. & ſeq.* Felin. *in c. cum Johannes. 10. extr. de fide inſtrum. n. 1.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 23. n. 10.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæſt. centur. 1. caſ. 14. n. 5. & ſeqq.* † At in foro Sa- 3 xonico res adeò difficilis non eſt. Neminem ſiquidem, paulìſper ſaltem in jure Saxonico verſatum, latet, intra terminum probatorium, juris Saxonici conſuetum, qui eſt ſex ſeptimanarum atque trium dierum, exceptionem ſolutionis eſſe docendam atque probandam; etiam contra paratam executionem, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. c. 2. n.* 4 *10.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 25. n. 104.* † Idem ergò de exceptione compenſationis aſſerendum erit, quæ in vim ſolutionis opponitur; quin & ſpecies ſolutionis dicitur, *h.* Conſt. *8.* † Et ſufficit, compenſationem exceptionis in continenti probari, ad inſtar aliarum exceptionum, quæ contra paratam executionem admittuntur, Rauchb. *dict. quæſt. 25.* 5 *n. 102. & 106.* † Atqui dicitur fieri probatio in continenti, quæ fit plenè & integrè, intra terminum, executioni præfixum, nempè ſex ſeptimanarũ atque trium dierum, ita ut poſteà ulteriore deductione haud indigeat. Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583.* §. Da aber dennoch / ꝛc. Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 25. n. 104.* Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 18.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. c. 2. n. 19.*

Ita Domini in cauſa Michael Colbarts zu Cleſtin / Menſ. Aug. Anno 1634. (Verba ſent. Ihr woltet ihme denn ſolche compenſation per modum exceptionis peremptoriæ und in Krafft einer ſolution opponiren, und dieſelbe binnen Sächſiſcher / und alſo in continenti erweiſen und beybringen / damit würdet ihr auch bey der Hülffe nochmals billich gehöret / und wäret auff den Fall ein mehrers als 100. Flor. zu zahlen nicht ſchuldig / V. R. W.)

DEFINIT. XIV.

Ex ſolis inſtrumentis, aut confeſſione partis probanda eſt exceptio compenſationis, non per teſtes.

1 INdubitatum eſt in foro Saxonico, contra inſtrumenta obligationum guarentigiata, quæ paratam habent executionem, non admitti exceptiones; niſi probari queant in continenti per inſtrumenta, vel per confeſſionem adverſæ par- 2 tis. † Nec auditur Reus excipiens, ſi per teſtes probare ſuam intentionem velit, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. cap. 2. n. 23.* Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 10. n. 19.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt.* 3 *25. num. 102.* † Quare nec compenſationis exceptio contra executionem paratam probari poterit per teſtes; ſed præcisè doceri debet, vel ex confeſſione partis, Gloſſ. *in l. ult. C. de compenſat. verb. convicto.* Felin. *in cap. cum Johannes. 10. n. 1. extr. de fide inſtrum.* † Vel ex inſtrumentis productis, aut 4 ex Actis conventionis, ita, ut aliter judici fidem de eâ fieri non ſit neceſſe, *l. ult. C. de compenſat.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 8. num. 59.* Jacob. Schult. *obſerv. 39. num. 6.* † Quod & verbis diſer- 5 tis probavit Elector Illuſtriſſimus *h.* Conſt. *8. verſ.* iedoch daß dieſelbige *ex confeſſione partis &c. ubi* Dan. Moller. *num. 6.* † Secùs forſan res ſe habet, 6 quando non agitur executivè ex inſtrumento guarentigiato, ſed in proceſſu ordinario exceptionis compenſatio veniat opponenda; quæ procul dubio in reprobatione per teſtes doceri poterit, ſecundum tradita Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 13. n. 30.* & Matth. Weſ. *Inſt. de except. n. 7.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Ihr woltet denn ſolche compenſation per modum exceptionis peremptoriæ opponiren, und dieſelbe binnen Sächſiſcher Friſt durch Uhrkunden und Inſtrumenta, und alſo in continenti erweiſen / und beybringen / damit würdet ihr billich gehöret / ꝛc.)

DEFINITIO XV.

Super exceptione compenſationis in proceſſu executivo juramentum Actori nequit deferri.

EXinde, quod probatum dedi *Defin. præced.* ex- 1 ceptionem compenſationis demonſtrandam ac docendam eſſe per modos, altiorem indaginem non requirentes, extra proceſſum nempe probationis ordinarium, *arg. l. 3. §. ſi ibidem 13. ff. ad exhib. l. ille à quo 13. §. ſi de teſt. 2. ff. ad SCtum Trebell.* ſatis liquet, non admittendum eſſe Reum, † ſi debitum 2 compenſandum conſcientiæ Actoris committere, & ita ſuper exceptione compenſationis juramentum deferre velit, Chriſtoph. Zobel. *part. 1. differ. 26. n. 11.* Reinhard. Roſa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic n. 11.* Jacob. Schult. *obſervat. 40.* Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 13. n. 7. & ſeqq.* † Quia ſcilicet jura- 3 mentum eſt ſpecies quædam legitimæ probationis; vel ſaltem loco ejus habetur, Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 11. num. 25.* Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 13. num. 10.* † Quemadmodum ergò probatio ſolennis extra 4 proceſſum ordinarium, & absque cauſæ cognitione, judicisque interlocutione, Actori non poteſt imponi: ita multò minus jusjurandum, Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 36. num. 1.* † Ex quo etiam fit, quòd 5 in proceſſu executivo exceptio executionem impeditura conſcientiæ adverſarii nunquam committatur, Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. num. 119.* † Sa- 6 nè ſi in proceſſu ordinario compenſatio opponatur, quin tùm locus ſit delationi juramenti, facilè conceſſerim; juxta tradita *Defin. præced. in fin.* Jacob. Schult. *dict. obſervat. 40. num. 15.* Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 13.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Solche exceptionem compenſationis aber ſeyd ihr in des Klägers Gewiſſen zu ſchieben / und ihme den Eyd darüber zu deferiren nicht befugt / V. R. W.)

DEFI-

DEFINIT. XVI.

Non impedit paratam executionem ex instrumento guarentigiato exceptio solutionis, quando præsumptionibus ac conjecturis probanda est.

1 NEmo facilè dubitaverit, exceptionem solutionis, contra instrumentum obligationis guarentigiatum oppositam, paratam impedire executionem propter textum manifestum in Ord. Elect. Saxon. Provinc. *de Anno 1555. tit.* von versatzten Brieff und Siegel *in fin. Et proceſſ. jud. tit. 39. §.* 2 wann aber das Urtheil. *in fin.* † Attamen cum grano salis id accipi debet; si nempe solutio instrumentis in continenti possit demonstrari, *h.* Const. 8. Matth. Col. *de proceſſ. exec. part. 4. c. 2. n. 18.* Andr. 3 Rauchb. *part. 2. quæst. 25. n. 100.* † Quod si verò probatio solutionis altiorem indaginem requirat, nec in processu summario expediri queat, neutiquam contra executionem paratam admittenda, sed debitori usque post solutionem factam reservanda, ac in processum reconventionis rejicienda erit, *arg. l. 3. §. ibidem 13. ff. ad exhib. l. si is à quo 3.* 4 *ff. ut in poſſ.* Coler. *dict. loc.* † Ergò si debitor, ex instrumento guarentigiato conventus, exceptionem solutionis præsumptionibus & conjecturis docere velit: (quod ipsum facere posse demonstrabo *infr. part. 2.* Const. Elect. *29. defin. 11.*) non nisi post executionem peractam, debitumque totaliter solutum, in reconventionis processu admittetur. 5 † Cum præsumptiones ac conjecturæ extra probationem legitimam atque solennem, quæ fieri solet per testes, vix doceri poterunt, nec unquam præsumptionibus solutio demonstrabitur, quin conjecturis & præsumptionibus contrariis creditor eam refelliere, vel saltem impugnare conetur, ut meritò solutionis exceptionem hoc loco indaginem alti- 6 rem requirere dixeris. † Quo casu per eam parata executio neutiquam impediri potest, juxta tradita Matth. Coler. *dict. cap. 2. n. 16. & seqq.*

Ita Domini ad Consultationem Præfecti zu Wechselburg/ Mens. Majo, Anno 1632. (Verba sentent Ob nun wol beklagte Erben darwider eingewendet / daß Kläger / ungesehen er des Geldes hoch benöthiget gewesen / indem er bey ihrem Vater umb Lieferung der Kost gearbeitet / etwas an Korn und Geld zur Verehrung angenommen/und auch noch hierüber 6. Neue Schock auff Zinse erborget/er doch in die 20. Jahr friedlichen gewesen/ und nichts gefodert/dannenhero zu muthmassen/ daß ihme die 20. M. Schock vorlängst bezahlet seyn müsten / inmassen denn aus diesen und dergleichen præsumptionibus die exceptio solutionis erwiesen / und dargethan werden mag. Dieweil aber dennoch solches der Beklagten Erben Einwenden altioris indaginis ist / von Klägern nicht eingeräumet / noch so bald und in continenti verificiret werden mag/ꝛc So seyn Beklagte Erben Klägern die gefoderte 20 M. Schock zu zahlen und abzustatten schuldig/und werden mit ihrer vorgeschützten exceptione solutionis, gestalten Sachen nach/in die reconvention billich verwiesen/V.R.W.)

DEFINIT. XVII.

Præter solutionis exceptionem, etiam in Provinciis Electoratus Saxonici, aliæ exceptiones in continenti liquidabiles ac probabiles, instrumento guarentigiato oppositæ, executionem paratam impediunt.

1 NUllanè ergò alia exceptio, præter solutionis & compensationis, in Provinciis Electoratus Saxonici, ad impediendam paratam executionem, contra instrumentum guarentigiatum valide opponi poterit? † Ita sanè dicendum videba- 2 tur propter *text. in* Ordin. Provinc. *de Anno 1555. sub tit.* von versatzten Brieff und Siegel. §. daß ihm solches keines weges. *Et vers.* und keine andere *Exception.* Qui textus ancipitem cogitandi causam doctissimis etiam juris Saxonici Interpp. præbuit, eosque commovit, ut omnes alias exceptiones contra debitorum cautiones prorsus rejecerint; † ut videre est ex traditis Matth. Coler. *de* 3 *proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. n. 45. & seqq.* & Dan. 4 Moller. *ad Const. Elect. 19. num. 59. & seqq. p. 2.* † Et certè si verum fateri liceat, verba *prædictæ Ordinat.* admodum clara & manifesta sunt, ut de mente Illustrissimi Electoris, reliquas exceptiones excludere volentis, vix ulterius ambigendum sit. † 5 Quomodo enim clarius id exprimere potuisset, quàm quod debitorem, chirographum aut instrumentum obligationis suæ recognoscentem, si aliâ, quàm solutionis, vel satisfactionis exceptione executionem impedire conetur, nullatenus audiri permittit: (keines weges) uti verba habent *Ordin.* † 6 Quæ universaliter negativa sunt, & omnem quamcunque exceptionem excludunt, juxta doctrinam Felin. *in c. cum accessissent 8. num. 8. extr. de Const.* Hipp. de Marsil. *singul. 675.* Magon. *decis. 38. n. 10. & seqq.* † Nec quicquam dubii restabit, si pensita- 7 verimus verba Ord. judic. proceſſ. *de Anno 1622. tit. 39. §.* wenn aber das Urtheil. *vers.* und keine andre *Exception*, als *solutionis* oder *compensationis intra terminum executionis liquidæ* dawider zugelassen/ꝛc. † Nihilominus iniquissimum dixe- 8 ris, si Reus, justis exceptionibus & defensionibus rejectis, ad solutionem cogeretur, atque solvere teneretur id, quod non debet, *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indebit.* † Quin nec Statutum, permit- 9 tens aliquas & certas exceptiones opponi instrumento, impedire videtur, quò minus objiciantur aliæ quoque, similes expressis, Jason. *in l. un. n. 11. vers. quarto facit ff. si quis jus dic. non obtemp.* † 10 Quia casus, quos nectit paritas æquitatis, aut identitas rationis, non sunt quoad juris dispositionem separandi, *l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. à Titio. 108. ff. de V. O.* Et ab omnibus receptum est, inquit Hartm. Pistor. *p. 4. quæst. 10. num. 13.* etiam in casu, ubi aliàs nulla admittitur exceptio, illam nihilominus admitti, quæ ex eodem instrumento ab adversario producto oritur, allegans Bartol. *in l. 1. §. & parvi 2. n. 5. ff. quod vi aut clam.* Jas. *in l. 1. C. de bon. poss. cont. tabul.* Jacob. Menoch. *consil. 108. n. 34. & 38.* † Ex quo certè tàm in admittendis, quàm rejici- 11 endis exceptionibus contra debitorum cautiones, plures sæpè hallucinari & impingere, atque hoc pacto quandoque creditores, quandoque debitores iniquè gravari videmus; uti conqueritur Andr. Rauchb. *part. 2. decis. 25. n. 107.* † Et 12 non obstante *Ordinat. Provinciali*, in foro etiam Saxonico similes exceptiones notorias & in continenti liquidabiles atque probabiles, pro impediendâ executione, instrumentis guarentigiatis, vel ex usu saltem communi, & observantiâ, validè opponi, testantur post Matth. Coler. *part. 2. decis. 290. num. 2. & de proceſſ. execut. part. 4. c. 1. num. 48.*

num. 48. & ſeqq. Andr. Rauchb. *dict. qvæſt. 25. n. 102.* Dan. Moll. *lib. 3. ſemeſtr. 18.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 84. n. 4.* Joh. Zang. *de except. part. 3. cap. 26. n. 6. & ſeqq.* Hart. Piſt. *part. 4. qvæſt. 12. n. 7.* Petr. Heig. *part. 2. qvæſt. 7. n. 29.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt Piſt. *part. 4. qvæſt. 137. n. 11. & ſeqq.* † Ego certè mihi 12 perſvaderi nunquam patiar Electores Saxoniæ Illuſtriſſimos in *dict.* Ordin. Provinc. von verſetzten Brieff und Siegel. Ordin. Proceſſ. judic. *tit. 39. §.* wenn aber das Urtheil. omnes indifferenter exceptiones, præter ſolutionis & compenſationis, 13 excludere voluiſſe. † Siqvidem Princeps, exceptiones vel appellationes removens, intelligitur ſaltem de frivolis cogitâſſe, Felin. *in cap. ex part. 13. extr. de offic. & poteſt. judic. deleg. n. 3.* † Credide- 14 rim ergò vel ex mente ſaltem Illuſtriſſimorũ Conſtituentiũ alias quoq; exceptiones in continenti probabiles, in foro Sax. pro impediendâ execu- 15 tione eſſe admittendas. Idq; † 1. per textum clarum & manifeſtum *in* Ordin. Polit. *de An. 1612. tit.* von *Juſtitien*-Sachen *n. 19. §.* dieweil denn dieſes Suchen. *verſ.* daß Inhalts der Lands-Ordnung/ wider klar Brieff und Siegel keine *exceptiones* uñ *diſputationes*, ſo nicht *in continenti* durch unlaugbare Uhrkunden oder ſonſten *ex actis* oder *Confeſſione partis* erweißlich ſeyn/ zugelaſſen werden ſollen/ ꝛc. Et poſtea; Es hätte dann die fürgeſchützte *Exceptio* gleichfalls *ex naturâ contractus* ihren Urſprung/ und wäre *ex ipſius inſtrumenti inſpectione* alſobald zu *verificiren:* Als da ſeyn *exceptio non ſecuti implementi, rei non traditæ*, und dergleichen/ ꝛc. 16 † Ex qvo manifeſtiſſimum, non ſolùm per exceptionem ſolutionis & compenſationis, ſed etiam per exceptionem non ſecuti implementi, rei non traditæ, aliasq; ſimiles executionem paratam ex inſtrumentis liqvidis impediri. Ut maximè ergò verba *Ord. & Proceſſ. judiciar.* in locis ſuprà alle- 17 gatis contrariari viderentur: † attamen per hanc Sanctionem Electoralem, quæ nullibi diſertè ſublata fuit, declaranda ac limitanda eſſent, juxta 18 tradita Dan. Moll. *lib. 3. ſemeſtr. in fin.* † 2. Idemq; evidenter comprobat Ordinatio Torgenſis *de Anno 1583. ſub tit.* von wucherlichen *Contracten*; quæ uſurarum legitimarum, & ſimiles exceptiones contra inſtrumenta gvarentigiata admittit, ſi in continenti, vel è veſtigio probari qveant. §. Es 19 träget ſich auch. §. da aber. §. dabeneben/ ꝛc † 3. De exceptione quoq; non numeratæ pecuniæ, quin etiamnum hodie in foro Saxonico, contra inſtrumentum liqvidum oppoſita, paratam impediat executionem, ambigendum prorſus non eſt; Vel ex obſervantiâ, in judicio Appellationum Dresdenſi *Anno 1605.* diſertè confirmatâ, Hart. Piſtor *part. 4. qvæſt. 127.* Quicquid etiam in contrarium diſputet Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 19. p. 2.* 20 *n. 59. & ſeqq.* † Probant ſane hæc evidenter, in terris quoq; Electoratus Saxonici alias exceptiones, præter ſolutionis & compenſationis, contra paratam inſtrumentorum executionem admitti, non obſtante prædictâ Ord. Provinciali *ſub tit.* verſetzte Brieff und Siegel. Qvæ ſi adhuc dubii 21 qvicquam relinquat, † haud ineptè cum *Andr. Rauchb.* dixeris, ſolam qvidem ſolutionis exceptionem, etſi altiorem indaginem deſideret, in hunc modum admitti, ut ad inſtar aliarum probationem ordinariarum ſufficere videatur, ſi intra terminum probatoriũ articuli, literariorumq; documentorum copiæ judici exhibeantur; dummodò nimia ejus, qvi probare debuit, negligentia non arguatur, Felin. & Panorm. *in c. licet cauſam 9. de probat. infr. h. p. 1.* Conſt. *16. & 17.* † Alias verò 22 exceptiones paratam inſtrumentorum executionem ità demùm impedire, ſi debitor per confeſſionem Creditoris, aut inſtrumenta potiſſimùm intra executionis terminum easdem plenè & integrè probaverit; juxta verba manifeſta *dict.* Ord. Torg. §. da aber dennoch. Andr. Rauchb. *part. 2. qvæſt. 25. n. 106.* de qvâ *Rauchb.* doctrinâ tamen haud parum dubito. *Vid. infr. defin. 17. Vide tamen Reſolut. Grav. de Anno 1661. Tit.* von *Juſtitien*-Sachen. §. hätte aber zum dritten. & *Deciſ. Noviſſ. 2.*

Ita Domini in cauſa Thomæ Langrocks zu Burghauſen / Menſ. Jul. Anno 1629. (Verba ſent: Inmaſſen euch deñ dieſe eure Nothdurfft (weil dergleichen Exceptiones ſo wol als die Exceptio ſolutionis und compenſationis wider klar Brieff und Siegel/ wenn ſie in continenti zu beſcheinigen opponiret werden mögen) vorzuſchützen unbenommen/ und auffn Fall ihr dieſelbe in continenti beſcheinigen köntet/ würdet ihr damit zugelaſſen/ und möchtet in die reconvention nicht verwieſẽ werden/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Admittitur exceptio uſurariæ pravitatis contra inſtrumentum liqvidum & confeſſatum.

NOn ſolùm ergò exceptio ſolutionis aut com- 1
penſationis, ſed & aliæ exceptiones notoriæ vel in continenti liqvidabiles, qvæ nempe intra terminum probatorium 6. ſeptimanarum atque trium dierum plenè & integrè probantur, contra paratam executionem ex inſtrumentis liquidis & confeſſatis admittuntur. † Harum exce- 2
ptionum catalogum ingentem referunt Andr. Rauchb. *part. 2. qv. 25. n. 102.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 84. n. 6. & multis ſeqq.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 4. cap. 1. n. 48. & ſeqq.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 26. n. 61. & ſeqq.* Unico verbo ſi eas comprehendere velis, † dicas, Reum im- 3
pedire paratam executionem, ſi exceptionem talem contra inſtrumentum liqvidum & confeſſatum opponat, qvæ ex natura ipſius contractus dependeat, & in continenti demonſtrari qveat; imprimis verò, ſi ex eodem inſtrumento, ab adverſario producto, oriatur, eleganter Hart. Piſtor. *p. 4. q. 10. n. 13. & 15.* Veluti eſt † exceptio non ſecuti 4
implementi, rei non traditæ; & ſimiles aliæ; uti verba habent Ordin. Polit. *de An. 1612. tit.* von *Juſtitien*-Sachen *n. 19.* dieweil dann dieſes. *verſ.* Es hätte dann die fürgeſchützte *exceptio* gleichfalls *ex naturâ contractus* ihren Urſprung/ und wäre *ex ipſius inſtrumenti inſpectione* alſobald zu *verificiren*, als da ſeyn *exceptio non ſecuti implementi, rei non traditæ*, und dergleichen/ ꝛc. † Qvin ergò exceptio 5
uſurariæ pravitatis etiam in foro Saxonico contra inſtrumentũ gvarentigiatum validè opponatur, dubium non eſt; ut quæ extra controverſiam ex ipſo contractu naſcitur atq; dependet. † Idq; 6
tantò certius, qvantò manifeſtior eſt Sanctio Electoralis de hac ipſa exceptione uſurariæ pravitatis, eam admitti jubens, ſi in continenti, vel è veſtigio probari qveat, *in* Ordin. Torgenſ. *de An. 1585. tit.* von wucherlichen *Contracten. §.* Es trägt ſich auch, *verſ.* da aber dennoch. Andr. Rauchb. *part. 2. qvæſt.*

qvæst. 25. num. 103. Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 19.* Matth. Berlich. *dict. concl. 84. num. 56.*

Ita Domini in causa Bernhardi Dieterichs von Starschedel contra Georg-Henrichen vom Ende / ad reqvisitionem Præfecti Rochlicensis, Mens. Jan. Anno 1630.

Et ad consultationem Senatus Zittaviensis, Mens. Jun. Anno 1630.

Definit. XIX.

Impedit qvoq; paratam executionem exceptio simulationis, quâ docetur, aliud actum, aliud scriptum fuisse.

1 NOn minus quoque exceptio simulationis, contra instrumentum liquidum & confessatum opposita, paratam executionem impedit; quando nempè aliud actum, aliud verò in contractu scriptum dicitur; putà, si debitor contra chirographum, vel mutui instrumentum, à se recognitum, excipiat: pecuniam in eo promissam, non mutuò datam, sed lusu perditam, aut loco pecuniæ paratæ, obligationem, aliasvè res pro pecuniâ æstimatas sibi datas fuisse; propter Sanctionem Electoralem *in* Ordin. Torgens. *tit* von wucherlichen *contracten* §. darneben so wollen wir alle dergleichen Verschreibung. Andr. Rauchbar. *part. 2. qvæst. 25. n. 97. & seq.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. n. 84.* Felin. *in cap. ex parte. 13. extr. de offic. & potest. judic. delegat n. 14.* Matth.
2 Berlich. *part. 1. concl. 84. num. 21.* † Quod tamen Interpp. eatenus admittunt, si appareant legitimæ probationes, aut saltem præsumtiones simulationis, Johann. Zanger, & Rauchb. *dict. loc.*
3 † Non modò enim simulatio contractus usurariam pravitatem inducit, quæ instrumento etiam confessato validè opponitur. *Definit. præced.* sed & ipsum contractum annihilat, & fundamentum
4 intentionis Actoris evertit. † Cùm contractus simulationis non dicatur contractus, Felin. *dict. c. ex parte 13. num. 14.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 10. n. 269.* Ut vel propterea exceptio simulationis iis sit accensenda exceptionibus, quæ ex ipsâ contractus natura originem trahunt, & etiam contra instrumenta guarentigiata admittuntur, ex Ordin. Polit. *de Anno 1612. tit.* von *Justitien*-Sachen. *num. 19.* §. dieweil denn dieses / &c. *vers.* Es hätte dann / &c.

Ita Domini in causa Thomæ Hendels zu Torgau / Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent. Wofern ihr nun in continenti mit des Creditoris eigenen Missiven, daß ihr nicht baar Geld / sondern eine Steuer-Obligation empfangen / darthun und erweisen köntet; So möchte obgedachter euer Gläubiger aus der von euch in Händen habenden Obligation, bey so gestalten Sachen / höher nicht / als ihr an baarem Gelde empfangen / wider euch die Hülfe erhalten / V. R. W.)

Definit. XX.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, in terris qvoq; Electoratus Saxon. contra instrumentum liqvidam & confessatum validè opponitur.

1 QVicquid etiam disputet Dan. Moll. *ad Const. Elect. 19. n. 54. & seq. part. 2.* verissimum pariter & communiter ab Interpp. receptum est; haud obstare Ordin. Provinc. *sub tit.* versetzt Brieff und Siegel: exceptionem non numeratæ pecuniæ, pro impedienda executione contra instrumentum guarentigiatum, sive liqvidum & confessatum, validè opponi, Hart. Pistor. *part. 4. qvæst. 12. n. 7.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 10. n. 230.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. n. 90.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 84. n. 16.* † Non so-2 lùm, quia hæc exceptio speciem simulationis habet juxta tradita Bald. *in l. 1. C. plus valer. quod agit. n. 3.* Hartm. Pist. *dict. loc. n. 8.* quæ executionem paratam ex instrumento gvarentigiato impedit; secundum tradita *Defin. præced.* † sed etiam, quod 3 sententia hæc in supremo judicio Appellationum Dresdensi *Anno 1605.* in pleno Senatu approbata ac confirmata fuerit.

Ita Domini in causa Ludovici Coldißens zu Weissenfels / Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sent. Gestalt dann auch die exceptio non numeratæ pecuniæ, wann dieselbe notoria, oder in continenti beweißlich / wider klar Brieff und Siegel zulößlichen / &c.)

Et in causa Augustini Stephans contra Hansen Wickern zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1626.

Definit. XXI.

Sicuti etiam exceptio Senatusconsulti Macedoniani.

1 NOn errant, qui in terris quoque Electoratus Saxonici, exceptionem SCti Macedoniani, in processu executivo, contra instrumentũ gvarentigiatum efficaciter opponi asserunt; ad impediendam scilicet paratam executionem, cum Dan. Mosler. *lib. 3. semestr. 18.* Matth. Col. *de proceff. execut. part. 4. c. 1. n. 163.* Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 26. n. 93.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 84. n. 20.* † Ecquis enim negabit, exceptionem hanc ex 2 ipso mutui contractu oriri ac dependere; cum per eam filiof. absq; consensu patris mutuò accipienti pecuniam & sic invito patre, contrahenti succurratur adversus creditorem, *l. 1. & passim. tit. ff. & C. ad Senatusconf. Macedon.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 29. defin. 3.* † At certi juris est, impe- 3 diri executionem paratam, per exceptionem, instrumento gvarentigiato oppositam, quando ea ex ipso contractu suam originem trahit, uti clara est Sanctio Electoralis in Ordin. Polit. *de An. 1612. tit.* von *Justitien*-Sachen. *n. 19.* §. dieweil dann dieses Suchen. *supr. Defin. 17.*

Ita Domini in causa C. à S. contra C. à S. zum Hayn / Mens. Septembr. Anno 1625. (Verba sent. Dieweil aber dennoch solche Schulden noch bey Lebzeiten seines Vatern / in dessen väterlichen Gewalt er gewesen / gemacht worden / dannenhero sich Beklagter des beneficii SCti Macedoniani, Inhalts der Rechte / nicht unbillich zu gebrauchen hat / welche Exceptio nicht allein ex ipso contractu mutui herrühret / sondern auch alsobald bescheiniget / und dargethan werden kan / &c. So wird Beklagter mit solcher seiner Exception vor allen Dingen / auch wider klar Brieff uñ Siegel gehöret und zugelassen / und inmittels mit der angefangenen Hülffe billich in Ruhe gestanden / V. R. W.)

Et in causa Daniel Rothens contra Ludwigen von Bisting zu Zörbig / Mens. Septemb. Anno 1625.

Definit. XXII.

Impedit qvoq; executionem paratam exceptio Crediti, à Curatore, suscipiente tutelam debitoris sui, haud manifestati.

1 SUsceperat Creditor minoris, ex mutuo sibi obligati, curatelam, nec tamen Creditum illud manifestaverat; quem propterea actionis periculũ subire jura volunt, *Auth. minoris. C qui dar. tutor. vel Curat. Novell. 72. c. 4. & 5. Joh. Gutierrez. de tutel. part. 1. c. 20. n. 2. Franc. de Caldas in repetit. l. si Curatorem habens 3. verb. sine Curatore constitutus*

n. 105.

2 *n. 105. c. de in integr. reſtit.* †Repetente poſtea ipſo pecuniam, mutuò datam, atque exhibito inſtrumento obligationis guarentigiato, executionem urgente, minor, major jam factus, ex *prædicta Auth. minoris*, excipiebat ſe nihil debere, eò quod curatelam ſuſcipiens, prorſus tacuiſſet, ac propter-
3 ea creditum amiſiſſet? † Admittendam hanc exceptionem pro impediendâ executione, rectiſsimè judicârunt Domini. Cùm manifeſtò hæc exceptio ex ipſo contractu dependebat, eumque annullabat; quo caſu per oppoſitam exceptionem, non obſtante inſtrumento obligationis liquido & confeſſato, executionem impediri, certum eſt in terris Electoratus Saxonici ex Ordin. Polit. *de Anno 1612. tit.* von *Juſtitien*-Sachen. *n. 19.* §. dieweil dann dieſes Suchen. §. Es hätte denn die vorgeſchützte *Exceptio.*

Ita Domini in cauſa Ulrich Chriſtophens & Nicolai von Ende / Menſ. Decembr. Anno 1630. (Verba ſent: Ob ihr nun wol zu ſolchem Ende allbereit die Execution geſuchet: Da aber dennoch Abraham von Ende die exceptionem Novell. 72. cap. 4. Daß ihr nemlichen durch Verſchweigung der Schuld bey antretender Vormundſchafft euch derſelben verluſtig gemacht / dawider oppouiren wolte / dieſelbe auch in continenti zu beſcheinigen ihme getrauete / ꝛc. So würde er damit billich zugelaſſen / und mit der Execution in Ruhe geſtanden / V. R. W.)

Definit. XXIII.

Excuſſionis etiam exceptio ad impediendam executionem validè opponitur.

1 COntra inſtrumenta guarentigiata aliæ quoque exceptiones ad impediendam executionem admittuntur; ſi ſcilicet ſint notoriæ, vel in continenti liquidabiles aut probabiles, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. cap. 1 n. 48. & ſeqq.* Joh.
2 Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. n. 61. & ſeqq.* † Veluti inhabilitatis perſonæ; ut, ſi minor, vel mulier in foro Saxonico ſine Curatore ſe obligave-
3 rint, Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 18.* †Exceptio moratoriâ, vel dilationis quinquennalis, Moller. *l. 4. ſemeſtr. 6.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 25. n. 102.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 9. defin. 2. n. 1.* Coler.
4 *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. n. 33. & ſeqq.* † Debiti non liquidi; vel ex causâ nullâ aut prohibitâ; putà, ex luſu illicito petiti, Rauchb. *dict. loc. num. 95.* aliæque plurimæ exceptiones, in continenti liquidabiles atque probabiles; quas copioſè adducunt Matth. Berl. *part. 1. concl. 84.* Zang. & Coler. *dict.*
5 *loc.* † Inter quas rectiſsimè refertur exceptio excuſſionis, quam ad impediendam executionem fidejuſſor Creditori opponere poteſt, in hunc finem, ut excutiatur ante omnia debitor principalis, num
6 ſolvendo ſit nec ne. † Haud enim negari poteſt, ex ipsâ Contractûs naturâ hanc exceptionem provenire, *Auth. præſente. C. de fidejuſſ.* Ut dubium prorſus non ſit, eam contra inſtrumentum liquidum & confeſſatum, ad impediendam executionem, validè opponi, Ordin. Polit. Elect. Saxon. *de Anno 1612.* von *Juſtitien*-Sachen *n. 196.* dieweil dann dieſes Suchen / ꝛc.

Ita Domini in cauſa Caſpari Cödels zu Meiſſen / Menſ. Decembr. Anno 1632. (Verba ſententiæ: Ob nun wol der Creditor, weil er von dem Principal-Schuldner nicht befriediget werden kan / euch allein in Anſpruch genommen / und auff euer Brieff und Siegel wider euch executivè geklaget: Da ihr aber dennoch bey der Bürgſchafft dem beneficio excuſſionis ausdrücklichen nicht renunciret hättet / ꝛc. So wäre euch dieſelbe Exception gebührlichen zu opponiren, und dadurch die Hülffe wider euch abzuwenden / unbenommen / V. R. W.)

Definit. XXIV.

Valida etiam eſt exceptio erroris calculi, ad impediendam executionem paratam.

EJusdem quoque efficaciæ eſt exceptio erroris 1
calculi. Quæ contra inſtrumentum liquidum & confeſſatum oppoſita, æquè impedit paratam executionem; quippè, quæ fundamentum intentionis, ipſumque contractum invertit & annihilat, ex eoque procul dubio naſcitur atque dependet; Ut dubium non ſit, eam validè opponi inſtrumento guarentigiato ex Ordin. Polit. *de Anno 1612. tit.* von *Juſtitien*-Sachen. *n. 19.* §. dieweil denn. † Eadem- 2
que eſt ratio exceptionis promiſſionis erroneæ, juxta tradita Anton. Teſſaur. *deciſ. 26. n. 55.* Bartol. *in l. error. 8. C. de jur. & facti ignor. n. 9. & 10.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 84. num. 61.* † Quin 3
etſi promiſſio erronea geminata, ac ſæpiùs reiterata fuerit: nihilominus contra executionem validè eam opponi, tradunt Jaſon *in dict. l. error. 7. C. de jur. & fact. ignor. n. 28.* Teſſaur. *dict. deciſ. 26. n. 15.* † Quia ſcilicet etiam in deliberando quis er- 4
rare poteſt, *l. de ætate. 11. §. ex cautâ. 8. ff. de interrog. in jur. faciend.*

Ita Domini in cauſa Dorotheen, viduæ Georgii Schilbachs zu Salfeld / Menſ. Septembr. Anno 1627. (Verba ſent: Ob nun wohl auff ſolches producirtes Brieff und Siegel die Hülffe wider euch angeſetzet worden; Da ihr aber dennoch / euerm Fürgeben nach / exceptionem erroris calculi dawider einwenden würdet / und ſolche in continenti behaupten / und beybringen köntet / ꝛc. So wäret ihr damit zuläßlichen / und würde immittelſt mit der angeſtalten Execution billich in Ruhe geſtanden / V. R. W.)

Definit. XXV.

Etiamſi exceptioni huic à Reo fuerit renunciatum.

NOn impediri paratam executionem per appo- 1
ſitam exceptionem erroris calculi, ſi fuerit huic renunciatum, ſcribit poſt Jaſon. *in l. un. C. de error. calcul. n. 5.* Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 84. n. 65.* per text. *in dict. l. un. C. de error. calc.* † Quod 2
quidem conceſſerim, ſi transactio ſupervenerit expreſſa, dato aliquo à parte adversâ; Veluti de transactione diſertè loquuntur Impp. Dioclet. & Maxim. *in dict. l. un.* Et de eo caſu forſan accipienda ſententia Scabinor. Lipſienſ. à *Berlich.* adducta. † Cæ- 3
teroquin ſimplicem renunciationem debitori non magis obſtare putaverim, quàm opponenti exceptionem non numeratæ pecuniæ; de qua communis eſt *Dd.* ſententia, quòd, etſi huic exceptioni in inſtrumento expreſsè renunciaverit debitor, nihilominus intra tempus præfinitum, illâ commodè uti poterit, ut videre eſt apud Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 12. num. 4.* † Quia pro errore Reus ad de- 4
bitum ſe obligat, eo quoque exceptioni calculi cenſetur renunciare, juxta tradita in ſimili ab Hart. Piſtor. *dict. loc.* Felin. *in c. ſi cautio 14. num. 48. extr. de fid. inſtrum.*

Ita Domini in cauſa Johannis Wilhelmi à Lindenau / Menſ. Septembr. Anno 1624 (Verba ſent: Ob ihr nun wohl dem errori calculi ausdrücklichen renunciret und

und daß ihr auch deſſelbigen nicht gebrauchen wollet/ euch verpflichtet. Da ſich aber dennoch ſelthero befunden hätte/ daß ein Jrrthum begangen/ und euch 968. Fl. 7. Gr. 10. Pfen. mehr/ als ihr ſchuldig geweſen/ angeſetzet worden/ ihr auch ſolches in continenti, wie recht/ beſcheinigen köntet/ ſo wäret ihr ſolcher Exception vor bevorſtehender Execution gebührlichen zu gebrauchen wol befugt/ und ihr würdet damit billig gehöret und zugelaſſen/ V. R. W.)

DEFINIT. XXVI.

Negȝ ſolutionis, negȝ aliæ exceptiones in continenti haud probabiles, contra inſtrumentum confeſſionatum admittuntur, ſed reconventionis judicio reſervantur.

1 NOn aliter contra inſtrumentum liquidatum & confeſſionatum in proceſſu executivo admittuntur exceptiones; ſive ſolutionis, ſive aliæ, ad impediendam paratam executionem, quàm ſi in continenti ſint liquidabiles atque probabiles, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. n. 43.* Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 10. n. 18. & ſeqq.* Andr. Rauchb.
2 *part. 2. quæſt. 25. num. 102.* † Nempè, quia ſummariè & absque ambagibus ex inſtrumento guarentiato procedi, & executionem inſtitui, vult Ordin. Provincial. *de Anno 1555. tit.* verſatzt Brieff und Siegel. *In verb.* ſchleunig ſoll verholffen werden.
3 † Quod fieri certè non poſſet, ſi exceptio altioris indaginis, & difficilis probationis admitteretur, ut in
4 aperto eſt. † Et ex quo Creditor, ad inſtantiam proceſſus executivi provocans, non aliter audiendus, quàm ſi in continenti de debito fidem faciat: inde nec debitor excipiens admittendȝ eſt, ſi in continenti
5 exceptionem docere haud valeat; † Quia Creditor & debitor ſunt correlata: quorum eadem eſt ratio ac juris diſpoſitio, *l. fin. C. de indict. vid. toll.* Bald. *in l. ult. n. 23. C. de evict. div. Adrian. tollend.* Matth.
6 Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. cap. 2. n. 25.* † Non tamen prorſus rejicienda eſt exceptio altioris indaginis, ſed reconventioni reſervanda; ita, ut finitâ executione in judicio reconventionis Reus eam tractare valeat, *arg. l. 1. C. de except. rei judic.* Col. *dict. cap. 2. n.*
7 *24. & c. 1. num. 166.* † Quod in Saxoniæ Electoratu verbis diſertis diſpoſitum, Ordin. Polit. *de Anno 1612. tit.* von *Juſtitien*-Sachen. *n. 14.* §. dieweil dann. *verſ.* Sondern der *Debitor* damit in die *reconvention* gewieſen werden ſoll/ ꝛc. *Et* Ord. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* von wucherlichen *Contracten.* §. da aber dennoch *verſ.* So vermöge gedachter. Proceſſ. judic. *tit. 39.* §. wann aber das Urtheil. *In verb. fin.* wann er davon nicht abſtehen wolte/ damit in die *reconvention* gewieſen werden. vide *Reſolut. grav. de Anno 1661. tit.* von *Juſtitien*-Sachen. §. hätte aber zum dritten & §. könte aber der Beklagte zum fünfften. *Et Deciſ. Elect. noviſſ. 2.*

Ita Domini in cauſa Bernhardi Grundmans zu Halla/ Menſ. Majo Anno 1625. (Verba ſent: So iſt doch der Schuldner ſeinem Brieff und Siegel/ weil daſſelbe richtig/ nachzukommen/ und bey Vermeidung der Hülffe die Zahlung zu thun pflichtig/ und wird mit ſeiner Exception, wofern er davon abzuſtehen nicht gemeinet/ weil er dieſelbige in continenti nicht beyzubringen vermag/ in die reconvention billich verwieſen/ V. R. W.)

It. in cauſa Thomæ Langrocks zu Burghauſen/ Menſ. Julio Anno 1619.

Et in cauſa Ludovici Colditzens zu Weiſſenfels/ Menſ. Jan. Anno 1633.

DEFINIT. XXVII.

Exceptiones in continenti dicuntur liquidabiles, quæ plenè & integrè intra terminum executioni præfixum probantur.

SEd ambigunt Dd. *quando & quomodo in continenti probatio fieri debeat?* † Cenſent ſiquidem 1
nonnulli, eam in momento eſſe expediendam, per *l. 3. verſ. hodiè conſtet de fideicommiſſo, hodiè agamus & c. ff. ut in poſſeſſ. legat. nom.* † Alii verò largiuntur 2
debitori biduum vel triduum, *l. ult. ubi Dd. C. de error. advocat. l. ult. C. de judic.* † Nonnulli decen- 3
dium, *l. promiſſor. 21. §. 1. ff. de Conſtit. pecun.* † Alii 4
quindecim dies, *arg. c. 1. extr. de reſtit. ſpoliat. in ſexto.* † Alii duos vel tres menſes, ex *l. in fraudem.* 5
45. §. fiſcalibus. 10. l. aufertur. 46. §. qui compenſationem. 4. ff. de jur. fiſci. † Vel etiam quatuor men- 6
ſes, per *l. ult. C. de Uſur. rei judic.* Et ſic mirè variant, ut videre eſt apud Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 25. n. 104.* † Ut non immeritò temporis hujus de- 7
terminationem judicis arbitrio quis committendam exiſtimet, cum Hartm. *tit. 19. obſerv. 1.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. qv. lib. 2. cent. 1. caſ. 17. n. 8.* Hartm. Piſtor. *part. 4. qv. 10. n. 18.* † Quicquid ſit, 8
in terris Electoratus Saxonici, probatio tùm dicitur fieri in continenti, quando plenè & integrè fit intra terminum, executioni præfixum, nempe intra 6. ſeptimanas & dies tres, ita ut poſt ulteriori deductione haud indigeat, Ordin. Torg. *de Anno 1583. tit.* von wucherlichen *Contracten.* §. da aber dennoch. *In verb.* binnen der Zeit/ da ihme die Hülffe angekündiget/ und dieſelbige würcklichen ergehen ſoll/ uñ alſo *in continenti & c.* Rauchb. *dict. loc.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 4. cap. 2. n. 19.* Joh. Zang. *de except. part. 3. cap. 26. n. 125.* Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 19.* † Etſi verò *Andr. Rauchb.* exceptio- 9
nem ſolutionis excipiat, ac ſufficere exiſtimet, intra terminum probatorium articulos, literariorumque documentorum copias judici exhiberi, ad impediendam executionem, *dict. quæſt. 25. n. 106.* † nollem 10
tamen ſvaſor eſſe, ut quiſpiam huic doctrinæ confidat, propter verba manifeſta in Ordin. Proceſſ. jud. *tit. 38.* §. wenn aber das Urtheil. *In verb.* und keine andere *Exceptio* als *Solutionis* oder *Compenſationis intra terminum executionis liquidæ, & c.*

Ita Domini in cauſa Thomä Langrocks zu Burghauſen/ Menſ. Jul. Anno 1629. (Verba ſent: Jnmaſſen euch deñ dieſe eure Nothdurfft (weil dergleichen Exceptiones ſo wol als die exceptio ſolutionis und compenſationis widerklar Brieff und Siegel/ wenn ſie in continenti zu beſcheinigen opponiret werden mögen) vorzuſchützen unbenommen/ ꝛc.)

DEFINIT. XXVIII.

Probatio exceptionis in judicio ſummario, paratæ executioni oppoſitæ, per inſtrumenta, non etiam per teſtes ordinario probationis modo expediri debet.

NOn ſufficit, exceptiones, paratæ executioni 1
in judicio oppoſitas, in continenti probari, ſed etiam per inſtrumenta præcisè probatio hæc debet expediri: † Nec auditur Reus, ſi teſtes ad- 2
duce-

ducere, & per illos exceptiones probare velit, *l.* Const. 8. *vers.* iedoch daß derselbige *ex Confessione partis productis instrumentis*, oder sonst *ex actis conventionis* dermassen *liquida* und kund sey/ damit es ferner und sonderlicher *probation* und Ausführung derhalben nicht bedürffte. Ordin. Polit. *de Anno 1612. tit.* von *Justitien*-Sachen. *num. 19.* §. Dieweil dann. *In verb.* So nicht *in continenti* durch unlaugbare Urkunden/oder sonsten *ex actis*, oder *Confessione partis* erweißlich seyn/ Matth. Coler. *de proc. execut. part. 4. c. 2. n. 23.* Joh. Zang. *de except. part. 3. c. 26. num. 115.* Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 10. n. 19.*

3 † Nam ex quo Creditor paratam executionem intentare volens, necesse habet, ut judici de debito fidem faciat, vel per instrumenta, vel per confessionem, nec audiendus, si per testes probare velit, Ord. Prov. *tit.* verfaßt Brieff und Siegel. *Et* Ordin. Polit. *de Anno 1612, tit.* von *Justitien*-Sachen. *n. 19.*

4 §. Dieweil denn. † Inde quoque obligatus censetur debitor, contra instrumentum liquidum & confessionatum excipiens in continenti, exceptiones suas vel per instrumenta, vel per confessionem creditoris probare; quia creditor & debitor sunt correlata, quorum eadem est ratio, juris[que] dispositio, *l. ult. C. de indict. viduit. tollend.* Nicol. Everh. *in*

5 *top. loc. à correl. 20. n. 10. & seqq.* † Et judicantur ad paria circa probationes Actor & Reus, ita, ut nil plus faveri debeat Reo, quàm Actori, Matth. Coler.

6 *dict. cap. 2. n. 26.* † Ac certè si aliter diceretur, testesque ad probandas exceptiones executionis impeditivas admitterentur, ecquis non videt, creditorem per indirectum ad processum ordinarium remitti,

7 diuque super executione suspendi? † Quia absque ordine judiciali ad testium probationem haud facilè perveniri potest, *c. 1. & tot. tit. extr. ut lit. non contest. l. si quando. 19. C. de testib.* Jacob. Schult. *observ. 40. n. 12.* Coler. *de proc. execut. part. 4. cap. 1. n. 195. & seq. Vide Resolut. grav. & An. 1661. Tit.* von *Justitien*-Sachen. §. 4. & 5. *verb.* sondern wolte sich auff Zeugen beruffen.

Ita Domini in causa heredum Henrici à Brederlohen/ Mens. Junio Anno 1632. (Verba sentent : So wird solches allein von dem Beweiß / so mit documenten geschicht/ verstanden/ und ist demnach Beklagter den ihme nachgelassenen Beweiß binnen Sächsischer Frist/ und also in continenti mit Brieflichen Uhrkunden zu verführen pflichtig/ und es hat der ordentliche Beweiß/so durch Zeugen geschicht/ nach Gelegenheit dieser Sachen/ weil executivè auß klar Brieff und Siegel geklaget worden/ nicht statt/ V. R. W.)

Definit. XXIX.

Admittitur tamen probatio per testes summaria, contra instrumentum gvarentigiatum ad impediendam executionem.

1 RAtio igitur, quod debitor, exceptiones contrà instrumentum liquidum & confessatum probare volens, præcisè instrumentis, non etiam testibus probationem expedire debeat, solum in eo consistit: ne per ordinariam & solennem testium probationem, executio ultra terminum præfixum suspendatur, & ita processus summarius atque executivus in ordinarium processum convertatur, contra Ordin.

2 Provincial. *tit.* verfaßt Brieff und Siegel. † Quia scilicet absque ordine judiciali, putà, absque libelli editione, litis contestatione, aliisque solennibus, probatio ordinaria nequit expediri, *c. 1. & tot. tit. extr. ut lit. non contest. definit. præced.* † Quid autem si 3
Reus testes, ad probandum ejusmodi exceptiones, statim intra terminum executioni præfixum producat, & summariter, absque articulis ordinariis & interrogatoriis, aliisque solennitatibus, ad processum ordinarium pertinentibus, examinari faciat? † Ad- 4
mittendam esse hanc testium probationem summariam contra instrumentum etiam liquidum & confessatum, ad impediendam executionem, dixerim cum Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 13. n. 28.* & Matth. Berlich. *part. 1. concl. 84. n. 82. & 83.* † ubi pro con- 5
firmatione hujus sententiæ, Rescriptum Electorale *Anno 1585.* ut & Responsum facultatis juridicæ Lipsiens. *de Anno 1618.* adducit. † Nec enim habet 6
Creditor, quod jure conqueri possit de suspensâ aut protractâ executione privilegiatâ, *ex Ord. Provinciali*, si debitor circa productionem & examinationem testium summariè procedat & intra terminum, executioni præfixum, exceptiones suas perinde ac per instrumenta plenè ac perfectè probet. † Quod 7
si dixeris, præcidi hoc modo interrogatoria creditori, haud sine magno ipsius periculo: Respondeo, in processu summario non semper interrogatoria admitti; aut si admittantur, quin & super ipsis testes summariè & in continenti examinari possint, ecquis negaverit? Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 2. num. 26.* † Planè hâc in re judicis arbitrium non 8
prorsus excludum velim, num pro ratione qualitatis causæ, aliarumque circumstantiarum, probationem ejusmodi testium admittendam: an verò in processum reconventionis rejiciendam, existimaverit.

Ita Domini in causa Catharinæ, Viduæ Andreæ Kellers zu Buch/ Mens. Nov. Anno 1630 (Verba sent: Dieweil aber dennoch eure Foderung auff klaren Brieff und Siegel beruhet/ ꝛc. So ist er euch zu befriedigen pflichtig/ und in Mangelung gütlicher Entrichtung / wird mit der angesatzten Hülffe wider ihn gebührlichen billich verfahren/ und er mit seiner Gegenfoderung in die reconvention und Wieder-Klage verwiesen. Er könte denn seine Gegenfoderung in continenti vor Vollstreckung der angesatzten Hülffe / durch der beyden angegebenen Zeugen summarische/ iedoch eydliche Aussage/ wie recht/ erweisen und beybringen/ damit würde er billich gehört und zugelassen/ V. R. W.)

It. in causa Hansen Hermans zum Schwanfall / Mens. August. Anno 1633. (Verba sentent: Da ihr aber dennoch mit Quittung und andern Brieflichen Uhrkunden in continenti wie recht bescheinigen/ oder auch durch zwey summarischer Weise/ iedoch eydlichen/ abgehörte Zeugen vor Ausgang des angesetzten Hülffs-Termins/ erweisen und beybringen könter / daß ihr nach vorgehender Aufkündigung die Zahlung einmahl richtig geleistet. So möchtet ihr euren Gläubiger noch einsten zu befriedigen beständiger Weise nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Et ad consultationem der Churfürstl. Sächsischen Stifft-Regierung zu Wurtzen/ Mens. April. Anno 1630.

Definit. XXX.

Confecto instrumento super attestationes testium probari potest exceptio, opposita instrumento gvarentigiato, ad executionem impediendam.

PAriter hinc, impediri executionem, si Reus 1
contra instrumentum liquidum & confessatum

excipiens, coram Notario, teſtes ſuper cauſæ exceptiones examinari fecerit, ac inſtrumentum ſolenne deſuper confectum, intra terminum execu-
2 tioni præfixum, exhibuerit. † Cui vel propterea eo magis annuendum, quod in continenti exceptionem oppoſitam, inſtrumenti exhibitione
3 probaſſe videatur. † Nec movet, quod vulgò dicitur, teſtationes de quacunque re factas etiam apud judicem competentem, non aliter valere,
4 quàm ſi præſente adverſario factæ ſint: † Siquidem hoc ad effectum juramenti reſtringendum eſt, nempè ut jurent teſtes parte adversâ præſente, non etiam ut examinentur, Johann. Andr. *ad ſpecul. tit. de teſte §. ſequitur, verſ. & nota.* Abb. *in cap. fraternitatis. 17. extr. de teſtib.* Anton. Fab. *in*
5 *Codic. lib. 4. tit. 14. def. 13. num. 1.* † Examinatos autem jam antea teſtes, præſente & volente creditore, in judicio ſummario denuò jurare, quid impediet?

Ita Domini in cauſa Andreæ Reuters contra Petrum Alt-nern/ ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. April. Anno 1635.

Definit. XXXI.

Non poteſt deferri juramentum ſuper exceptione, contra inſtrumentum liquidum & confeſſatum oppoſitâ, in proceſſu executivo.

1 NOn loquor hîc de proceſſu ordinario, in quo ſi inſtrumenti executio à Creditore petatur, quin Reus excipiens non minus juramentum ſuper exceptione actori deferre, quàm modo ordinario eam probare valeat, dubium omninò non eſt, ut multis firmat Hartman. Piſtor. *part. 4. quæſt. 13.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 36.* Reinhard. Roſa *ad*
2 *Moller. Conſt. Elect. 11. num. 11. part. 1.* † Sed extra proceſſum ordinarium, absque cauſæ cognitione & ſententiâ judicis, ad jurandum aliquem invitum adigere, nec juri conſentaneum eſſe, nec temporum noſtrorum conſvetudinem pati, teſtatur Dan.
3 Moller. *dict. cap. 36. num. 1.* † Non ergò audiendus erit debitor, ſi in proceſſu executivo exceptionem, contra inſtrumentum liquidum & confeſſatum oppoſitam, conſcientiæ Creditoris committere velit, Moller. *dict. loc.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. num. 119.* Jacob. Schult. *obſervat. 40. num. 14.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 84.*
4 *num. 84.* † *Tùm* quia juramentum eſt ſpecies legitimæ ac ordinariæ probationis, Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 11. num. 25.* quæ in proceſſu executi-
5 vo non admittitur *ſupr. Defin. 28.* † *Tùm* quod in proceſſu executivo exceptio, inſtrumento liquido & confeſſato oppoſita, in continenti de-
6 beat probari, *ſupr. Definit. 28.* † At jusjurandum deferre, non eſt probare in continenti, gloſſ. *in l. ult. ff. de R. V. l. eum qui juravit. 30. in pr. ff. de*
7 *jurejur.* † *Tùm*, quia extra proceſſum ordinarium actor non valet Reo juramentum deferre, Moller. *dict. cap. 36. numer. 1.* Jacob. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. Remed. 5. ex l. Creditores. 3. C. de pignor. n. 153.* † Ergò nec Reus actori, ex natura Correlativorum, *l. ult. C. de indict. Vid.* Nicol. Everh. *in loc. à correl. 20. num. 10. & ſeqq. add. Reſol. grav. de Anno 1661. Tit.* von *Juſtitien*-Sachen. §. Könte aber der Beklagte zum fünfften. *verſ.* oder ſeine *Exceptiones* dem Kläger ins Gewiſſen ſchieben. 8

Ita Domini in cauſa Mariæ Viduæ Zachariæ Schönens contra Georgium Sandrittern zu Leipzig/ Menſ. Nov. Anno 1630. (Verba ſentent: Daß angegebener Curator ſeine Perſon gebührlichen zu legitimiren ſchuldig/ und hat die von Beklagten gethane Eydes-Delation, geſtalten Sachen nach/ weil executivè auff klar Brieff und Siegel wider ihn geklaget wird/ nicht ſtatt/ V. R. W.)

Et in cauſa Peter Wiebonts zu Leipzig/ Menſ. Decembr. Anno 1633. (Verba ſentent: So ſeyd ihr auch die Miethe wiederum auff 3. Jahr lang zu halten/ das erſte Jahr Zinß heraus zu geben/ und eure Nothdurfft in der Reconvention ordentlicher Weiſe zu ſuchen ſchuldig; und die Eydes-Delation hat in dieſem Summario proceſſu, da auff Brieff und Siegel geklaget worden/ nicht ſtatt/ V. R. W.)

Definit. XXXII.

Neq; in depoſito, neq; commodato admittitur Compenſatio.

1 NOn magis compenſationem, quàm deductionem, vel doli aut non numeratæ pecuniæ, aliumvè altioris indaginis exceptionem actio depoſiti admittit, *l. pen. C. depoſit. l. ult. C. de Compenſat. l. in contractibus. 14. §. 1. C. de non num. pecun.* † Siquidem compenſatio tantummodò in 1
quantitatibus, quæ inter ſe mutuam functionem recipiunt, non verò in ſpeciebus locum obtinet, *l. ſi convenerit, 18. in pr. ff. de pign. act.* † Ex quo 3
fit, ut nec in Commodato audiatur, qui compenſare velit. † Nempè, quod & in hoc contractu 4
eadem ſpecies ſit reſtituenda, §. *item 2. num. 52. inſtit. quib. mod. re contr. obligat. l. 2. in pr. ff. de Reb. Credit.* † Quin & in commodato diſertis 5
verbis improbatur Compenſatio ab *Impp. Dioclet. & Maximian. in l. ult. C. de commodat.* † Nec 6
enim concedenda eſt Jac. Cujac. *libr. 9. obſervat. 37. & ad Paul. lib. 2. ſentent. tit. 12. §. ult.* correctio *dict. l. ult.* ita ut pro *Commodati* legatur *Commendati* h. e. *depoſiti.* Quia lectionem hanc omnia pariter manuſcripta & impreſſa exemplaria reſpuunt: † Et cum textus ille non ſub *tit. depoſit.* in quo de 7
commendato agitur, ſed potiùs ſub *tit. de Commodato*, collocatus ſit, utique correctionem Cujacianam, ceu in merâ conjecturâ poſitam, rectè rejiciunt Joh. Harppr. *in §. item. 2. n. 52. inſtit. quib. mod. re contr. oblig.* Hortenſ. & Herm. Vultej. *ad §. in bonæ fidei. 30. inſt. de action.* Caſpar. Schifordeck. *tract. 2. quæſt. 2. & ſeq.* Forner. *lib. 2. ſelect. cap. 14.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Chriſtoffs von Lauterbachen & Conſort. contra Hanſen Aushelm/ ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Novembr. Anno 1635.

CON-

CONSTITUTIO IX.

PARTIS PRIMÆ.

Von dem Rechtlichen Einbringen in und nach der Litis contestation.

De formâ seu modo proponendi jus litigatorum in litis contestatione & post eam.

SUrden sich in oder nach der litis contestation, unter den Partheyen solche disputationes zutragen / so nicht auff den deferirten Eyd- oder Beweisungen stünden / sondern belangten etwan exceptiones peremptorias, oder eingelegte und producirte instrumenta, Brieff / Handschrifften / oder in actis allbereit geschehene Confessiones, und es würden die Partheyen bey den Richtern ansuchen / daß ihnen mehr Zeit zum Einbringen / und gründlicher deduction gelassen würde / so soll ihnen der Richter dazu zweene Sätze / oder product Wechsels-weise von vier Wochen zu vier Wochen einzulegen / und damit zum Urtheil zu beschliessen / vergönnen und freylassen; Sonsten aber soll in und nach der litis-contestation, so wohl als vor derselbigen / vom Munde in die Feder gesatzt / und obgesagter Meynung zum Urtheil beschlossen werden.

SI quæ controversiæ, vel in litis contestatione, vel post eam incidant, non delata juramenta vel probationes concernentes, sed vel exceptiones peremptorias, vel exhibita aut producta instrumenta, vel scripturas, vel factas denique in actis confessiones, & litigantes juri suo eò plenius deducendo, aliquantò plus temporis à judicibus sibi dari petant, duos menses singulis concedi volumus, quibus alternis duabus vicibus, jus suum in scriptis proponentes judicis cognitioni se submittant. Aliàs autem tàm ante litis contestationem, quàm in eâ & post eam, vivâ voce dictando procedant.

DEFINITIONES.

1. *Post litem etiam contestatam litigatores jura sua vivâ voce proponere tenentur in foro Saxonico.*
2. *Impetrare tamen possunt litigantes à judice, ut merita causæ post litem contestatam, scriptis mutuis tractent ac proferant.*
3. *Reus contumax in foro Saxonico, antequam causæ amissione puniatur, ad legitima impedimenta, tàm in actionibus personalibus, quàm realibus, condemnari debet.*
4. *Licet Reus sæpius citatus contumax fuerit, pro convicto tamen non habetur, antequam usq; ad legitima impedimenta sit condemnatus.*
5. *Non obstante petitione actoris alienâ vel inconsvetâ, Reus contumax ad legitima impedimenta condemnandus est, priusquam habeatur pro convicto.*
6. *Ut & is, qui expressè dicit, se nolle comparere.*
7. *Impedimenta legitima quænam sint & Reum à pœnâ contumaciæ excusent?*
8. *Conjugis etiam ac liberorum morbus sonticus Reum à pœnâ contumaciæ liberat.*
9. *Carentiâ vel morbo Advocati, Reus contumaciam purgare valet.*
10. *Probare debet Reus legitima impedimenta documentis vel testibus.*
11. *Reus impedimenta legitima juramento suo probare volens admittitur, si aliæ deficiant probationes.*
12. *Reus usq; ad legitima impedimenta condemnatus ad deducenda ea specialiter citari debet, priusquam contra ipsum ulterius ad contumaciæ pœnam procedatur.*
13. *Purgatâ contumaciâ, omnia redeunt in pristinum statum & secundum ordinem juris denuò proceditur.*
14. *Reus non probans legitima impedimenta, vel ad probanda ea citatus emanens, condemnatur usq; ad executionem (biß auff die Hülffe) secundum contenta libelli & principalem actoris intentionem, non etiam quoad accessoria.*
15. *Non condemnatur Reus usque ad legitima impedimenta, vel ad executionem, si non accusatio contumaciæ præcesserit.*
16. *Non ad impedimenta legitima, nec ad executionem condemnari potest Reus, quando de insinuatione citationis judex dubitat.*
17. *Aut quando non apparet, citationem continuisse terminum legalem.*
18. *Utroq; tamen casu, si vel de legitimo termino vel citationis insinuatione non constat, Reus contumax in expensas termini potest condemnari.*
19. *Reus in termino per literas absentiam excusans, non usq; ad impedimenta legitima, sed duntaxat in termini expensas condemnari debet.*
20. *In arbitrio quandoq; judicis est, Reum contumacem vel saltem in expensas termini, vel usq; ad legitima impedimenta condemnare.*
21. *Ex compromisso quando agitur, non punitur contumacia Rei amissione causæ.*
22. *Actor contumax ulterius ad agendum non admittitur, donec Reo ab instantiâ absoluto expensas restituerit, & cautionem de lite prosequendâ præstiterit.*

DEFINIT. I.

Post litem etiam contestatam litigatores jura sua vivâ voce proponere tenentur in foro Saxonico.

1 QUod saluberrimè constitutum ab Electore Illustrissimo *supr. Constit. 1.* ut litigantes jura sua de simplici & plano, ore tantùm, absque scriptis mutuis, vivâ voce proferant, † scilicet, ne per api-
2 ces juris & subtilitates legum domi excogitatas & in scriptis conceptas, lites protrahantur, sed citius determinentur atque finiantur, Joh. Schneidewin. *in §. omnium. 1. n. 99. instit. de action.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 1. n. 6. & seq.* Matth. Coler. *part. 1.*
3 *decis. 111. num. 4.* † Illud non duntaxat ante litis contestationem obtinet, de quo casu propriè loquitur *dict.* Const. 1. sed etiam ad jura ea, quæ post litem contestatam sunt proferenda ac proponenda, haud obscurè extenditur, *h.* Const. 9. ut proinde
4 † regulariter quoque nec in litis contestatione; nec post eam jura litigatorum mutuis scriptis, sed solummodo vivâ voce proferenda sint, *verf.* Sonsten aber soll in und nach der *litis contestation* so wohl als für derselben vom Munde in die Feder gesetzt/ &c. *ubi* Moller. Quod & practica fori Saxonici quotidiè observat.

Ita Domini in causa Melchior Eusens zum Hayn/ Mens. Aug. Anno 1623. (Verba sent: Habt ihr wider Hansen Schergen wegen eines getroffenen Pacht-Contracts Klage erhoben/ darauff er auch litem contestiret, und unterschiedene exceptiones mit angehenget; wann nun gleich sonsten so wohl in als nach der litis contestation beyde Theile/ vermöge Churfürstl. Sächsischer Constitution, ihre Nothdurfft vom Munde aus in die Feder einzubringen schuldig/ &c.)

DEFINIT. II.

Impetrare tamen possunt litigantes à judice, ut meritа causæ post litem contestatam, scriptis mutuis tractent ac proferant.

1 NOluit tamen Elector Illustrissimus sanctione suâ facultatem jura in scriptis proferendi litigantibus prorsus adimere: Quid enim, si ante delationem juramenti vel probationes utrinque deductas, ejusmodi incidant disputationes, quæ vel exceptiones peremptorias, vel exhibita aut producta literaria documenta, vel confessiones in actis factas,
2 & sic merita ipsius causæ concernant? † Tantùm nimirum abest, jura hæc in scriptis ventilare ac disputare partes prohiberi, ut potius judex litigatoribus, jura sua alternis duobus scriptis, ex intervallo quatuor septimanarum, deducere volentibus, annu-
3 ere, expressè jubeatur *h. Const. 9.* † ne scilicet me-
4 rita causæ negligantur. † Quia non semper Advocati in tantâ celeritate extra bibliothecam suam, omnia rectè & sufficienter attendere & proponere valent, haud absque periculo clientum suorum, *arg. can. ponderet. 14. distinct. 50.* Dan. Moller. *hic n. 1.*
5 † & propter temporis angustiam in judiciis aliàs multum errant, Hartm Pistor. *part. 3. quæst. 10. n. 24. & part. 4. quæst. 25. n. 17.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Da aber dennoch gedachte exceptiones der Wichtigkeit wären/ daß sie reifflichen erwogen/ und darinne mit gutem Rath und Bedacht verfahren und gehandelt werden müste; So würde euch auff euer Ansuchen/ eure gründliche deduction in zween Sätzen Wechselsweise von vier Wochen zu vier Wochen in Schrifften einzubringen billich verstattet/ &c.)

DEFINIT. III.

Reus contumax in foro Saxonico, antequam causæ amissione puniatur, ad legitima impedimenta, tàm in actionibus personalibus, quàm realibus, condemnari debet.

IN foro Saxonico Reus ob contumaciam amissio- 1
ne causæ punitur; Contumax enim pro confesso & convicto habetur; ideoque in eum non aliter, ac discusso negotio principali, fertur sententia condemnatoria, ut est textus *in art. 9. verf.* kommt er denn nicht wieder vor. *art. 24. verf.* und kommt er denn nicht vor. *lib. 2.* Landr. Chil. König. *in process. cap. 37. num. 2. & num. 5.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 14. & part. 1. decis. 104. num. 11.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 3. num. 2.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 1. n. 2.* Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 14. numer. 1. & differ. 15. in fin.* † Quæ pœna cum nimis dura ac rigida sit, siquidem 2
ex justis causis vel impedimentis Reus detentus abesse potuerit, † super quibus meritò, priusquàm con- 3
demnetur, audiri debet, *l. desertorem. 3. §. si ad diem. 7. verf. factâ prius copiâ docendi. ff. de re milit. l. in exceptionibus. 19. §. 1. ff. de probat.* rectissimè obtinuit, † quod Reus primò ob contumaciam usque 4
ad legitima impedimenta duntaxat, biß auff Ehehafft und behelffliche Widerrede/ & postea demùm in amissionem causæ, biß auff die Hülffe/ condemnetur, si non habeat justas absentiæ causas ac impedimenta legitima, † nec ea in sequenti judicio 5
docere queat, Gloss. Latin. *ad text. Germ.* Landr. *lib. 2. dict. art. 9. lit. a. verf. & intelligitur hîc articulus*, Zobel. *part. 1. diff. 12. num. 1. & 2. differ. 13. n. 2. & differ. 15. 10.* Reinhard. *part. 4. differ. 8.* König. *dict. cap. 37. num. 5.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 3. n. 13.* Rauchb. *dict. quæst. 1. num. 2.* Dan. Moller. *ad Const. Elector. 10. n. 7. part. 1.* Coler. *dict. decis. 104. num. 13. & dict. t. 2. num. 15.* † Quod & disertè ap- 6
probatum est in terris Electoratus Saxonici, per Ordin. judiciar. process. *tit. 8. §.* im Fall aber der Beklagte. Et procedit idipsum non solùm in actionibus personalibus, sed etiam † realibus, ut obser- 7
vantia fori Saxonici quotidiana docet, Coler. *dict. cap. 2. num. 62. & part. 3. cap. 12. num. 56.* König. *dict. cap. 37. num. 3.* Joh. Schneidew. *in §. summa autem divisio. 2. instit. de interdict. n. 16.*

Ità Domini in causa Hansen Anshelms contra Barthol Lauterbachen zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1626. (Verba sentent: Daß Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagten/ seines ungehorsamen Aussenbleibens halber/ biß auff Ehehafft und behelffliche Widerrede erstanden und erlanget hat/ &c.)

Item in causa Engelbrecht Deußens contrà Heinrich Feldhausen und Georgen Bierbaum/ Mens. Februario Anno 1626. (Verba sentent: Daß Kläger Beklagte wegen ihres ungehorsamen Aussenbleibens biß auff Ehehafft und behelffliche Wider-Rede erstanden und erlanget hat/ &c.)

Et in causa Adami Brosemans contra Margarethen Sachers/ Mens. Novembr. Anno 1627.

DEFI-

DEFINIT. IV.

Licet Reus ſæpiùs citatus contumax fuerit, pro convicto tamen non habetur, antequam ad impedimenta legitima ſit condemnatus.

1 NUnquam hodiè in foro Saxonico Reus contumax amiſſione cauſæ punitur, ſi non prius ad impedimenta usque legitima condemnatus fue-
2 rit, Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 3. n. 13.* † Ex quo fit, ut licet quis ſæpius citatus contumax extiterit, non tamen tanquam convictus condemnari ſoleat, niſi prius ſententia, quâ ad docendum impedimentum admittitur, (in Ehehafft und behelffliche Wider-Rede) præceſſerit, uti ex *Modeſtino Piſtor.* probat
3 Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 3. n. 15.* † Sequeretur enim alioqui, ut is, qui ex juſto aliquo impedimento abſens fuit, amiſſione cauſæ puniretur, quod iniquiſſimum eſſet Gloſſ. *in cap. quoniam contra. 11. extr. de probat.* Jaſon. *in l. 2. ff. ſi quis in jus vocat.*

Ita Domini in cauſa Eliæ Rumpffens contra Chriſtophorum Leonharden zu Leipzig / Menſ. Maj. Anno 1623.

Et in cauſa Adam Pfaffens contra Zacharias Eckarten / Menſ. April. Anno 1628.

DEFINIT. V.

Non obſtante petitione actoris inconvenienti, vel inconſuetâ, Reus contumax ad legitima impedimenta condemnandus eſt, priusquam habeatur pro convicto.

1 SÆpiùs accidit, ut Actores non, prout moris eſt, petant Reum contumacem usque ad legitima impedimenta, biß auff Ehehafft / ſed ſimpliciter, ut convictum condemnari, biß auff die Hülffe / ubi ſolet dubitari: *An judex hoc caſu id, quod juris & conſuetudinis eſt, ex officio ſupplere, & reum ad docenda impedimenta*, biß auff Ehehafft und behelffliche
2 Wider-Rede / *condemnari poſſit?* † Quod rectiſſimè affirmat Hart. Piſtor. *part. 1. quæſt. 3. n. 15. & 16. Tùm* quia ſententia hæc non eſt prorſus aliena à petito actoris, quin potiùs eò tendit, ut ad cauſæ
3 amiſſionem perveniri queat. † *Tùm*, quod petens aliquem tanquam convictum condemnari, cenſeatur omnia ea petere, quibus ad id perveniri poteſt, *l. illud 77. ubi Bart. & Dd. ff. de acquir. hæred. Panorm. in c. olim cauſam 20. de cenſib.* Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 3. n. 16.*

Ita Domini in cauſa Jacobi de Boucquoy contra Hanſen Rothoffen zu Leipzig / Menſ. Jul. Anno 1626. (Verba ſent: Daß Kläger ſeine Klage und Zuſprüche wider Beklagten / wegen ſeines ungehorſamen Auſſenbleibens / biß auff Ehehafft und behelffliche Widerrede erſtanden und erlanget hat / V. R. W.)

Item in cauſa Dietrichens von Caſſel contra Johann Baptiſten & Conſortes, Menſ. Jan. Anno 1631 (Verba ſentent: Daß Kläger ſeine Klage und Zuſprüche wider Beklagte / ihres ungehorſamen Auſſenbleibens halber / biß auff Ehehafft und behelffliche Widerrede erſtanden und erlanget hat / V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Ut & is, qui expreſsè dicit, ſe nolle comparere.

1 DE jure civili, Reo contumace exiſtente, actor mittitur in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto *c. quoniam frequenter. 5. §. ult. extr.*
2 *ut lit. non conteſt.* † vel ſi actio realis eſt intentata, in poſſeſſionem rei petitæ, *c. ult. extr. de eo qui mittit. in poſſeſſ. dict. cap. quoniam 5. l. conſentaneum. 8. C. quomod. & quand. jud.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. c. 2. n. 11. & part. 1. deciſ. 104. n. 5.* Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de contumace. §. 2. n. 2.* Chil. König. *in proceſſ. c. 37. n. 1.* † Severior autem 3
eſt diſpoſitio juris Saxonici, ubi Reus ob contumaciam, amiſſione cauſæ totius punitur, *artic. 9. & 24. lib. 2.* Landr. antequam ergò in hanc pœnam Reus condemnetur, audiendus erit, num cauſas abſentiæ juſtas docere valeat, ne inauditus tàm ſeverè puniatur, *ſupr. Defin. 3.* non ſolum ſi ci-
tatus emaneat, † ſed etiam ſi expreſsè dixerit, ſe 4
nolle comparere, Chriſtoph. Zobel. *part. 1. differ. 16. n. 19.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 104. n. 35.* † Quamvis de jure com- 5
muni vix negari poterit, Reum hoc caſu pro vero contumace haberi & pœnis contumaciæ affici, adeò ut denuò citari non debeat, Felin. *in cap. ad petitionem. 22. extr. de accuſat. n. 8.* Dom. Arum. *part. 1. deciſ. 11. num. 1. ſeq.*

Ita Domini in cauſa Valentini Geißlers Erben contra T. C. Menſ. Mart. Anno 1628. (Verba ſent: Daß Kläger ſeine Klage und Zuſprüche wider Beklagten biß auff Ehehafft und behelffliche Wider-Rede erſtanden und erlanget hat / V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Impedimenta legitima quænam ſint & Reum à pœna contumaciæ excuſent?

A Severâ igitur pœnâ contumaciæ, in foro Saxo- 1
nico receptâ, amiſſionis nimirum cauſæ exemptus erit Reus, † ſi juſtas abſentiæ cauſas, ſeu 2
legitima impedimenta (Ehehafften) docere valeat, *defin. 3. ſed quænam ſunt legitima impedimenta ad contumaciæ purgationem ſufficientia?* Genera horum impedimentorum vulgò quatuor conſtituunt, † ſcilicet Captivitatem, Ægritudinem, Pe- 3
regrinationem & Expeditionem publicam, Landr. *lib. 2. art. 7. in pr.* vier Sachen ſeynd / ꝛc. Jac. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 104. num. 33.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 9. n. 13.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 57.* Coler. *de proc. part. 1. cap. 1. n. 21.* Quæ quidem impedimenta legitima ſunt frequentiora, & inter hæc † ægritudo, ſive morbus 4
ſonticus Reum maximoperè à pœna contumaciæ liberat, *l. contumacia. 53. §. pœnam. 2. l. quæſitum. 60. ff. de re jud. l. non exigimus. 2. §. ſi quis. 3. ff. ſi quis caution. jud. ſiſt. cauſ. fact. ubi* Jaſon. *n. 1.* Attamen & alia quoque impedimenta prædictis ſimilia ad purgationem contumaciæ ſufficientia habentur, † 5
puta, Exceptio loci non tuti, Coler. *dict. cap. 2. n. 21.* Jac. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 153. n. 10. & ſeq.* † Tempeſtas ventorum, pluvia- 6
rum, aut vis fluminis, *l. non exigimus. 2. §. ſi quis. 3. verſ. vel tempeſtate, vel vi fluminis. ff. ſi quis caut.* Zang. *dict. c. 9. n. 13.* Menoch. *dict. loc. n. 9.* Schult. *ad Coler. dict. deciſ. 104. n. 33.* † Bellorum motus & 7
hoſtilitates, Jodoc. Damhoud. *in pr. crim. cap. 25. n. 15.* Nicol. Boër. *deciſ. 40. n. 1. & ſeq.* † Peſtilentiæ 8
periculum, Damh. *dict. loc. n. 16.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 52. n. 11.* Zobel. *part. 1. differ. 17. n. 3.* & quæ ſunt alia, † quæ judex prudens ac diſertus ſuffi- 9
cientia arbitratus fuerit, Zanger. *dict. cap. 9. n. 13.* Menoch. *dict. caſ. 153. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Wolrabens zu Hedſtadt / Menſ. Aug. Anno 1623. (Verba ſententiæ: Seyd ihr wegen

wegen ungehorſamen Auſſenbleibens für Gerichte auff vorgehende des Klägers Ungehorſams-Beſchuldigung in die Ehehafft vertheilet / und zu dero Ausführung citiret worden. Da ihr nun ſelbigen Termin wegen Kranckheit / Gefängniß / unumgänglichen Außreiſens / ungeſtümen Gewitters / oder anderer dergleichen Gefahr und nothwendiger Urſachen halber / nicht beſuchen können / ꝛc. So würdet ihr aus der Ehehafft / darein ihr vertheilet / wiederum genommen / und mit eurer Nothdurfft Hauptſächlichen nochmals gehöret / V. R. W.)

Definit. VIII.

Conjugis etiam ac liberorum morbus ſonticus Reum à pœnâ contumaciæ liberat.

1 NOn ergò certâ regulâ, impedimenta legitima ad purgationem contumaciæ ſufficientia
2 definiri ac comprehendi poſſunt; † ſed arbitrio judicis diſcreti ſunt relinquenda, *Definit. præced.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 153. num. 4.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap.*
3 *9. num. 13.* † Procul dubio verò judex non tàm rigorosè procedet adverſus Reum, qui bonam cauſam fovet, & qualem qualem exceptionem allegare valet, veluti quod Conjunx laboraverit in puerperio, aut ſi ipſa mulier citata fuerit prægnans, aut non ita dudùm è puerperio levata, Damhoud. *in pract. crim. cap. 25. num. 14.* Jacob. Schult. *in ad-*
4 *dit. ad Coler. part. 1. deciſ. 104. num. 33.* † Pariter & Reus juſtam fovens litigii cauſam, facilè excuſabitur à pœnâ contumaciæ, ſi morbum ſonticum Conjugis aut liberorum prætendat, juxta tradita Joh. Zang. *dict. cap. 9. n. 13* Chriſtoph. Zobel. *part. 1.*
5 *differ. 17. n. 2.* † maximè verò, ſi eo tempore, quo comparere debebat Reus, funus deducendum fuerit, Jac. Schult. *dict. loc. n. 33.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 57. n. 6.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent: Da ihr nun ſelbigen Termin aus erheblichen Urſachen / als Kranckheit / Gefängniß ꝛc. oder auch wegen euers Weibes und Kinder gefährlichen Zuſtand und Schwachheit nicht beſuchen können; So würdet ihr aus der Ehehafft / darein ihr vertheilet / wiederum genommen / und mit eurer Nothdurfft Hauptſächlichen nochmahls gehöret / V. R. W.)

Definit. IX.

Carentiâ vel morbo Advocati, Reus contumaciam purgare valet.

1 CAveat tamen judex, ne omnia indifferenter admittat impedimenta, nec illa arbitretur legitima, quæ de facili removeri poterunt, nullamque excuſationem merentur, *l. quibus diebus. 40. ff. de condit. & demonſtr. c. ult. extr. de elect.* Matth. Weſ. *vol. 1. conſ. 42. n. 99.* Anton. Theſaur. *deciſ. 10.*
2 *n. 11.* † Sed in juſtâ etiam causâ litigii, ea ſolummodò ad purgationem contumaciæ ſufficientia judicet, quæ vera ſunt, non affectata; Neminem ſiquidem affectata & fictitia impedimenta excuſare debent, *l. 2. §. ult. ff. ſi quis caut. l. 3. §. ſubvenitur 6. ff. ad SCtum Syllan. l. & qui data opera 5. ff. ex quib.*
3 *cauſ. major.* † Nec injuſta cauſa liberat à pœna contumaciæ *l. properandum 13. §. fin. autem 3. ubi Dd. C. de judic. & in l. qui ſolidum. 78. §. 1. ff. de leg. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 7. defin. 17. num. 11.*
4 † Planè, non videtur impedimentum inſufficiens Carentia, vel etiam infirmitas ac morbus advocati, Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 9. n. 13.*
5 † dummodò de facili, Reus alium advocatum vel procuratorem habere non potuerit, alioqui non excuſabitur, Bartol. *in l. idemq; erit dicendum. 16. ff. pro ſocio. num. 16.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 468. num. 26.*

Ita Domini, in cauſa Eraſmi Gerbitzens zu Tauchſtadt / Menſ. Novembr. Anno 1577. (Verba ſent: Da Beklagter darthun oder eydlichen erhalten möchte / daß er ſeinen Advocaten nicht haben können; So wäre er für ungehorſam nicht zu achten / ſondern Hauptſächlichen nochmahls zuzulaſſen / V. R. W.)

Et ad eundem Menſ. Nov. Anno 1577. (Verba ſent: Da Kläger ſeines Advocaten Schwachheit darthun könte / So wäre er für ungehorſam nicht zu achten / ſondern es würde ein ander Termin in der Sachen zu verfahren billich angeſetzt / V. R. W.)

Definit. X.

Probare debet Reus legitima impedimenta documentis vel teſtibus.

NOn ſufficit, legitima impedimenta à Reo al- 1
legari, ſed etiam probari ea debent, † nec 2
Reus contumaciam unquam purgabit, priusquàm cauſas abſentiæ prætenſas docuerit ac demonſtraverit, Ordin. Proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 10. §.* Im Fall aber der Beklagte. *verſ.* folgenden Termin ſolche Ehehafft und *legitimum impedimentum* ausführen / ꝛc. Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 9. n. 11.* Zobel. *part. 1. differ. 16. n. 1.* † Siquidem 3
Impedimentum, quia facti eſt, non præſumitur, Bartol. *in l. quæſitum. 60. ff. de re judic.* Ergò probari debet † teſtibus ad minimum duobus, Jodoc. 4
Damhouder. *in prax. crim. cap. 25. num. 9.* Zanger. *dict. cap. 9. n. 12.* † vel etiam documentis, veluti 5
morbus Rei facilimè doceri poteſt per literas & teſtimonium Medici, Jodoc. Damhoud. *dict. c. 25. n. 9.* id quod ſæpius practicatum memini.

Ita Domini in cauſa Hauſen Wolrabens zu Hedſtatt / Menſ. Aug. Anno 1613. (Verba ſent: Da ihr nun ſelbigen Termin wegen Kranckheit oder anderer erheblicher Verhinderniß nicht beſuchen können / ſolche Ehehafften auch durch Zeugen oder gnugſamen Schein beybringen und darthun möchtet / inmaſſen euch zu thun obliget; So würdet ihr aus der Ehehafft / darein ihr vertheilet / wiederum genommen / und mit euer Nothdurfft Hauptſächlichen nochmals gehöret / V. R. W.)

Definit. XI.

Reus impedimenta legitima juramento ſuo probare volens admittitur, ſi aliæ deficiant probationes.

SI Reus ad legitima usque impedimenta con- 1
demnatus, ea docere velit, nec tamen teſtes vel documenta habeat, quibus illa demonſtrare ac probare valeat, juramento ſuo credendum eſt, † ne forſan innocens ex probationis defectu rigo- 2
roſam juris Saxonici pœnam contumaciæ incurrat, Ordin. Proceſſ. judic. *tit. 10. §.* im Fall aber. *in verb.* Solche Ehehaft und *legitimum impedimentum* ausführen und darthun / oder eydlichen erhalten würde / ꝛc. Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 9. n. 52.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 57. n. 7.* Chriſt. Zob *part. 1. differ. 16. n. 18.* † Attamen probatio im- 3
pedimentorum legitimorum regulariter per juramentum fieri non poteſt, niſi in defectu aliarum probationum, juxta diſtinctionem traditam à Jaſon. *in l. 2. §. quod diximus. 6. ff. ſi quis caut.* † Quod & juri Saxon. videtur conſentaneum in 4
art. 7. verſ. wer aber Bürgen ſetzet. *lib. 2.* Landr.

Matth.

Matth. Coler. *part. 1. decis. 104. num. 16.* Zobel. *dict.*
5 *diff. 16. n. 12.* †Nam & aliàs juramentum est vice probationis, in ejusq; defectum Reo injungendum, *l. non erit. 5. § dato. 2. l. cum qui 30. ff. de jurejur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 41. n. 2.*

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris & Senatus Bitterfeldensis, Mens. Jun. Anno 1582. (Verba sent: Daß Beklagte ihre vorgewandte Ehehafft/ wie recht/zu erweisen/oder in Manglung des Beweises eydlichen zu erhalten schuldig/Sie thun nun solches oder nicht/ so ergehet alsdenn des Beschuldigten Ungehorsams halben oder sonsten ferner was recht ist/V.R.W.)

Item in causa Hansen Friesens contra Valentin Listen zu Leipzig/Mens. Febr. An. 1626. (Verba sent: Würde Beklagter seine angezogene Ehehafft eydlichen erhalte; So erschiene daraus so viel/daß er für ungehorsam nicht zu achten/sondern mit seiner rechtlichen Nothdurfft auff die von Klägern übergebene liquidation nochmahls billich gehöret und zugelassen wird/V.R.W.)

Item in causa Simon Fischers zu Trena/ Mens. Martio Anno 1603.

Et in causa Erasmi Gerbitzens zu Tauchstadt/ Mens. Nov. Anno 1577.

Definit. XII.

Reus ad legitima usq; impedimenta condemnatus, ad deducenda ea specialiter citari debet, priusquam contra ipsum ulterius ad contumaciæ pœnam procedatur.

1 SCribit equidem Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 33.* Reum usque ad legitima impedimenta (biß auff Ehehafft und behelffliche Wiederrede) condemnatum, etiamsi non citetur, debere infra tres quaterdenas sive sex septimanas & tres dies, articulos probatorios suorum impe-
2 dimentorum offerre, †adeò, quòd per lapsum hujus temporis Reus ita constituatur in morâ, ut postea cum probatione suorum impedimento-
3 rum amplius non sit audiendus: † Quia scilicet terminus probatorius est peremptorius & exclusivus aliarum probationum, secundum tradita Bartol. *in l. cessante. 2. n. 6. C. quomodo & quando judex.* Salycet. *in l. si ea. 7. n. 7. C. de his qui accus.*
4 *non poss.* †Sed in foro hoc non observatur, & sufficit Reum summariè saltẽ causas absentiæ probare ac deducere, vel etiam nudis schedulis atque
5 privatis testimoniis. †Tantumque abest, terminum probandorum impedimentorum esse peremptorium, ut etiam Reus haud specialiter citatus ad docenda ac deducenda impedimenta legitima, nullo probationis onere sit gravandus, cùm adversus condemnatum usque ad impedi-
6 menta legitima, †ulterius ad contumaciæ pœnam procedi nequeat, antequàm is specialiter fuerit citatus ad docenda & deducenda impedimenta legitima, ad instantiam actoris, Ord. Proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 10. §.* Im Fall aber. *in verb.* und da er auff fernere Ladung/ welche der Kläger hierzu ausbringen soll/ &c.

Ita Domini in causa Dn. Comitis zu Mansfeld contra Heinrichen von Claußbruch zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1598. (Verba sententiæ: Dieweil nicht zu befinden/daß Beklagter zu Ausführung der Ehehafft/ darinnen er vortheilet/gebührlichen citiret worden; So geschicht solches nochmahls billich/ darauff also denn ferner ergehet/was recht ist/V.R.W.)

Definit. XIII.

Purgatâ contumaciâ, omnia redeunt in pristinum statum, & secundum ordinem juris denuò proceditur.

INcumbit igitur Reo citato, probare impedi- 1
menta legitima, † non etiam quòd diligentiam 2
suam in removendis illis adhibuerit, Matth. de Afflict. *decis. 29. n. 7.* qvamvis aliter sentiat Bartol. *in l. non exigimus. 2. §. qvod diximus 6. ff. si quis caut. judic. sist. caus. fact.* per text. *in l. qui commeatu. 14. vers. dum non tardius à loco ff. de re militar.* †Et 3
probatis impedimentis, sive per testes aut documenta, sive per juramentum *supr. Defin. 10. & 11.* purgata est contumacia †omniaq; redeunt ad sta- 4
tum pristinum, ita ut secundum juris ordinem denuò procedatur, secundum tradita Jason. *& Dd. in l. 2. ff. si qvis in jus vocat. non ierit. & in l. 2. ff. si qvis caut. judic. sist.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 1. c. 2. n. 38.* Jac. Schult. *in addit. ad Matth. Coler. part. 1. decis. 104. num. 33.* †ubi formulam 5
pronunciandi talem ponit: (daß Beklagter aus der Ehehafft/ darein er vortheilet/ wiederum genommen/ und nochmahls mit seiner Nothdurfft in der Hauptsache gehöret wird) †Contumacia 6
enim hactenus obstabat, qvod audiri non poterat Reus, *l. 1. C. qvor. appell. non recip.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 15. defin. 18. n. 1.* qvâ purgatâ, ipsum admitti nil ulterius prohibet.

Ita Domini in causa Georgii Sandritters contra Mariam, Viduam Zachariæ Schönens zu Leipzig/ Mens. Martio Anno 1632. (Verba sent: Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden/daß Beklagtens Pflegefrau vor Ungehorsam nicht zu achten/sondern sie wird nochmahls mit ihrer Nothdurfft billich gehöret/V.R.W.)

Et in causa Hansen Magnussen von Schönfeld contra die Häuseler und Gärtner zu Wachau/Mens. Maj. An. 1625. (Verba sent: Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden/daß Beklagte für Ungehorsam nicht zu achten/ sondern mit ihrer rechtlichen Nothdurfft auff die angestalte Klage nochmahls billich gehöret werden/V.R.W.)

In causa Hansen Friesens contra Valentin Listen zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1626.

Et in causa Michael Stummens contra Martin Plötzen/ Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sentent: Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden/daß Beklagter für ungehorsam nicht zu achten/sondern mit seiner rechtlichen Nothdurfft auff die angestalte Injurien-Klage nochmahls billich gehöret wird/V.R.W.)

Definit. XIV.

Reus non probans legitima impedimenta, vel ad probanda ea citatus emanens, condemnatur usq; ad executionem (biß auff die Hülffe) *secundum contenta libelli & principalem actoris intentionem, non etiam qvoad accessoria.*

SIn verò Reus vel iterum non comparet, vel 1
comparet qvidem, sed impedimenta sufficienter probare nequit, tunc in amissionem causæ & usq; ad executionem (biß auff die Hülffe) con- 2
demnatur, †perinde ac si legitimis probationibus esset convict9, Ord. Proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 10. §.* im Fall aber. *in vers.* Im Gegenfall da er solche Ehehafft nicht darbringen könte/ oder auff die andere *Citation* gar nicht erschiene/ soll er alsdann auff fernere Beschuldigung des Klägers in

in die Hülffe vertheilet/ und dieselbe nach Inhalts der Klage wider ihn vollstrecket werden. Hartm. Pistor. *part. 1. qvæst. 3. n. 14. & seq.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 2. n. 41. & part. 1. decis. 104. num. 12.* † Facit enim contumacia, ut Reus habeatur pro confesso & convicto, Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 12. defin. 44. num. 1.* contra quem aliàs non posset procedi ad definitivam sententiam, *l. 1. & l. consentaneum. 8. C. qvomodo & quando judex.* † At confessus ita vel convictus condemnatur ad executionem secundũ contenta libelli, saltem qvoad ipsam causam seu principalem actoris intentionem, non etiam qvoad accessoria, putà damna, expensas & quæ his sunt similia: † ubi certè moderatio & arbitrium judicis nunquam excluditur, ut eleganter docet atq; exemplis demonstrat Dan. Moller. *lib. 3 semestr. 38. vers. verum hæc ita.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 17. num. 97.* Jacob. Schult. *in addit. ad proceſſ.* Petr. Termin. *cap. 17. lit. a. num. 34.*

Ita Domini in causa D. Ernesti Moßbachs contra Christophorum Qvelnitzen zu Leipzig / Mens. Junio Anno 1632. (Verba sent: Daß Klager seine Klage und Zusprüche wider Beklagten wegen seines beharrlichen Ungehorsams / biß auff die Hülffe erstanden und erlanget hat/ derowegen ist Beklagter Klägern die libellirten 200. Reichsthaler Capital zusammt dem auffgelauffenen interesse und verursachten Unkosten / jedoch auff Ermässigung/ zu erstatten schuldig/ V. R. W:)

Definit. XV.

Non condemnatur Reus usque ad legitima impedimenta, vel ad executionem, si non accusatio contumaciæ præcesserit.

1 NOn potest adversario objicere contumaciã, qui & ipse in judicio non comparuit, *l. & post edictum. 73. §. quod si is 1. ff. de judic.* Anton Fab. 2 *in Codic. lib. 3. tit. 1. def. 30. n. 1.* † Ex quo fit, ut nunquam Reus ob contumaciam condemnetur, vel ad impedimenta usque legitima biß auff Ehehafft / vel ad executionem auf die Hülffe/ si non 3 præcesserit accusatio contumaciæ. † Ad hoc enim, ut ad ejusmodi condemnationem deveniatur, requiritur, ut actor contumaciã Rei accuset, eumq; secundum qualitatem negotii, vel ad legitima impedimenta, vel in amissionem causæ condemnari petat, Ord. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 10. §.* im Fall aber der Beklagte. *verſ.* Soll er auff des Klägers vorgehende Beschuldigung in Ehehafft. Et postea: Soll er alsdann auff ferner Beschuldigung des Klägers in die Hülffe verthei- 4 let werden. † Quia judex officium suum non impertit, nisi imploratus, *l. 4. §. hoc autem judicium 8. ff. de damn. infect.* Jacob. Schult. *in addit. ad Matth. Coler, part. 1. decis. 104. n. 28.* † Et regulariter nemo 5 pro contumace habetur, nisi ejus contumacia accusetur, & desuper sententia interlocutoria feratur, *l. ad peremptorium. 68. ff. de judic. l. properandum. 13 §. 1. C. eod. tit.* Hartm. Pistor. *part. 1. qvæst 3. n. 10.* Anton. Thesaur. *decis. 19.*

Ita Domini in causa Christiani Friedmans contra Hansen Zeberlein / Mens. Jan. Anno 1627. (Verba sentent: Würde Kläger Beklagtens Ungehorsam gebührlichen beschuldigen / so ergehet in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Nec ad impedimenta legitima, nec ad executionem condemnari potest Reus, quando de insinuatione citationis judex dubitat.

RIgorosa quia est pœna contumaciæ in foro 1 Saxonico *supr. Defin. 3.* † ad eam haud deveni- 2 endum erit, antequam de ipsâ contumaciâ judici constet, ex qvo certè fit, quod pœnam illam nunquam Reus incurrat, † priusquàm ei termi- 3 nus ad allegandas & deducendas absentiæ causas fuerit præfixus *dict. defin. 3.* † Sed nec usq; ad 4 legitima impedimenta, biß auff Ehehafft / Reus condemnari debet, si non ex actis appareat, Reo citationem fuisse insinuatam. Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 10. §.* im Fall aber. *verſ.* Jedoch daß man in allewege zuvor / ehe eines oder das andre wider ihn erkannt werde / gewiß sey / daß ihme die *citation* gebührlichen *insinuiret* worden/ &c. † Nec enim contumax dici potest, qvi 5 citatus non fuit: Siqvidem citatio est principium & fundamentum judicii, *ſ. ult. Inſt. de pœn. temer. litig. cap. quoniam. 11. extr. de probat.* qvâ deficiente proceſſus redditur nullus, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 48. n. 1.* Johan Zanger. *de except. part. 1. c. 2. num. 5.*

Ita Domini ad reqvisitionem Qvæstoris Lipsiensis, Mens. Jun. Anno 1583. (Verba sent: Dieweil nicht zu befinden/ daß dem Beklagten die Citation gebührlichen insinuiret worden/ So ist er auch noch zur Zeit vor Ungehorsam nicht zu achten / &c.)

Et in causa Hansen Kolreuters contra Tobiam Soñern/ Mens. Jun. 1626. (Verba sentent: Daß die Ungehorsams-Beschuldigung nicht statt hat/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Aut quando non apparet, Citationem continuisse terminum legalem.

NOn sufficit, Reum citari, † sed & legitimo 1 modo ipsum citari oportet, inferto scilicet citationi termino legali, sex septimanarum & trium dierum. (Non enim in foro Saxonico trina reqviritur citatio per intervalla quatuordecim dierum, † sed sufficit unà citatio peremptoria continens intervallum trium quaterdenarum, Hartm. Pistor. *part. 1. qvæst. 3. num. 3. & seqq.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 2. num. 16.*) Alioquin pro contumace Reus haberi non potest; † Adeoque, si de termino legali non appa- 3 reat, usque ad impedimenta legitima haud condemnari is debet, Ordin. proc. judic. Elect. Saxon. *tit. 10. §.* Im Fall aber. *verſ.* und er von Zeit an solcher *insinuation* die vollkommene Sächsische Frist gehabt habe &c. Christ. Zobel *part. 1. differ. 16. n. 19.* † ubi probè notandum, terminum non à 4 die scriptionis, sed ab insinuatione ac receptione citationis computari, ut innuunt verba prædicta (von Zeit an solcher *insinuation.*) † Qvare si per 5 nuncium citatio tardiùs Reo fuerit insinuata, pœna contumaciæ neutiquam obtinebit, Mynsing. *Cent. 2. observ. 62.*

Ita Domini in causa Georgii Herrns & Johann Zippels contra Gerhard Schimmelmann / Mens. Januar. Anno 1626. (Verba sententiæ: daß Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auff unsere Ermässigung zu erstatten und auff anderweit vorgehende gebührende / und von Zeit an der Insinuation vollkommene Sächsische Frist in sich haltende Ladung / bey Straff Ungehorsams zu erscheinen / und auff die angestalte

gestalte Klage seine rechtliche Nothdurfft einzubringen schuldig/ V.R.W.)
Et in causa Creditorum Johannis Lercalits/ Mens. Octob. Anno 1626.

Definit. XVIII.

Utroque tamen casu, si vel de legitimo termino, vel citationis insinuatione non constat, Reus contumax in expensas termini potest condemnari.

1 NOn ergò adversus Reum in termino haud comparentem, usque ad legitima impedimenta procedendum erit, si non certò constet, citationem ipsi fuisse insinuatam, ac terminum continuisse legalem, *Definit. 17. & 18.* sed nonnè in expensas saltem termini istius tùm erit condemnan-
2 dus? † Negaveris id forsan, propterea quòd pœna sit contumaciæ restitutio expensarum, Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. cap. 6. num. 21.* Salycet.
3 *in l. 3. C. qui accusar. non poss.* † At contumax non est, qui modo legitimo non fuit citatus, Hippol. de Marsil. *singul. 118. num. 1.* Felin. *in cap. quoniam*
4 *contra 11. extr. de probat. num. 13.* † Nihilominus ad restitutionem expensarum Reum hoc casu condemnandum dixerim, non tam in contumaciæ, quàm negligentiæ pœnam, quod debito modo exceptionem termini anguſti aut non ritè insinuatæ citationis in judicio haud protulerit, aliumque terminum petierit, juxta tradita *Dd. in l. edita a. 3. C. de edend.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 35. num. 4.*
5 † Quod & placuit Illustrisimo Saxoni in Ordinat. proceſſ. judic. *tit. 10. §.* Im fall aber. *vers.* Sonsten aber/ und da hieran ein Zweiffel/ oder der *terminus legalis* nicht vollkommen/ mag er weiter nicht/ als in die *expens* vertheilet/ und ihme die Antwort bey Straffe Ungehorsams aufferleget
6 werden. † Quamvis arbitrium judicis hîc neutiquam exclusum existimem, qui nimiam termini anguſtiam, vel quòd citationis notitiam Reus planè non habuerit, advertens, si onere expensarum ipsum gravare noluerit, à vero haud aberrâsse videbitur, teste observantiâ quotidianâ.

Ita Domini in causa Petri Walthers contra Eliæ Blutners Eheweib zu Zeitz/ Mens. Martio Anno 1635. (Verba sent: Daß Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ so von Zeit der Insinuation vollkommene Sächsische Frist in sich hält/ durch ihren Curatorn zu erscheinen/ und auff erhobene Klage mit ihrer rechtlichen Nothdurfft sich einzulassen/ auch die Unkosten dieses Termins/ auff richterliche Ermäßigung/ Klägern zu erstatten schuldig/ ꝛc.)
Item in causa Wilhelmi Breuns & Consortium contra heredes Hansen Meissets zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1620. (Verba sentent: Daß beklagte Erben Klägern die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermäßigung zu erstatten/ auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auff erhobene Klage/ bey Straff Ungehorsams/ sich einzulassen schuldig/ V.R.W.)
Et in causa Christiani Scherls contra Christoph Heringen/ Mens. Octobr. Anno 1632. (Verba sentent: Daß Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermäßigung zu erstatten/ und auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ bey Straff Ungehorsams/ zu erscheinen/ und auff die wider ihn angestalte Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V.R.W.)

Definit. XIX.

Reus in termino per literas absentiam excusans, non usq; ad impedimenta legitima, sed duntaxat in termini expensas condemnari debet.

QUid verò, si Reus legitimè citatus, per literas absentiam suam judici in termino excuset, causasque alleget, quibus impeditus citationi parere nequeat, num in judicando illud usque adeò non attendetur, ut nihilo seciùs tanquam planè contumax in pœnam juris Saxonici, adeoque primâ vice usque ad impedimenta legitima (biß auff Ehehafft) condemnandus veniat? † Multùm quondam de 2
hoc disceptatum, ac Lipsiæ qvidem in superiori judicio Curiali eo casu strictius; Wittebergæ verò, & in illustrisimâ aulâ Electorali mitius pronunciatum fuisse, apparet ex traditis Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 1.* Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 42.* Johann. Zanger. *in tract. de except. part. 2. cap. 8. num. 33. & seq.* † Dicebant equidem alii, paria esse, aliquid 3
prorsus non fieri, vel non ritè seu legitimè fieri, ac prorsus non venire, vel non sufficienter venire, *c. si quis. 46. §. si autem nullus. ubi* gloss. *in verb. admitti de elect. in sexto. l. quoties. 6. ubi* Jason. *num. 3. qui satisd. cog. l. ult. C. de succes. edict.* ex quo sequebatur, pro contumace etiam habendum ac in pœnam contumaciæ condemnandum esse, qui per literas duntaxat absentiam allegat. † Cùm de jure Sa- 4
xonico ne quidem per nuncium id expediri queat, nisi is speciale habeat mandatum secundum tradita Matth. Coler. *part. 1. decis. 124. num. 2.* † Sed re- 5
ctiùs putabant alii, jura Saxonica, quæ Reos velut convictos condemnant, loqui duntaxat de iis, qui in judicium vocati planè non veniunt, nullis absentiæ suæ causis judici expositis, *art. 41. art. 67. lib. 1. art. 9. & 24. lib. 2. art. 39. lib. 3.* Landr.
† Quorum nempe major ac gravior contumacia 6
est, quàm illorum, qui licet citati non compareant, judici tamen suam absentiam excusant, quocunque tandem modo hoc fiat, *argum. l. contumacia. 53. in fin. l. quæsitum. 60. ff. de re judic. l. non exigimus. 2. §. 1. ubi Dd. ff. si quis caution.* † Cui 7
omninò consequens est, contumaciam hancce non tàm gravem pœnam mereri, adeoque per literas absentiam excusantem non litis sed expensarum damno coërceri: † Quod & placuit Sere- 8
nissimo Dn. Electori Saxon. in Ordin. Proceſſ. judic. *tit. 10. §.* dieweil sichs aber. *vers.* Aber gleichwohl ihres Nicht-erscheinens wegen/ ꝛc. Andr. Rauchb. *dict. loc.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 17. num. 95.*

Ita Domini in causa Wolff Clausens contra Hansen Dieterichen/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Novemb. Anno 1629. (Verba sententiæ: Daß Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auff unsere Ermäßigung zu erstatten/ und auff anderweit vorgehende gebührende Ladung bey Straffe Ungehorsams zu erscheinen/ und auff erhobene Klage mit seiner rechtlichen Nothdurfft sich einzulassen schuldig/ V.R.W.)
Et in causa Stephan Rudigers contra die Löffler/ Mens. Octobr. Anno 1628. (Verba sent: Daß Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins/ so hiermit auff 5. Thaler 15. Gr. gemäßiget werden/ zu erstatten/ und der ausgegangenen Citation, bey Straff Ungehorsams/ Folge zu leisten schuldig/ V.R.W.)

Definit. XX.

In arbitrio quandoq; judicis est, Reum contumacem vel saltem in expensas termini, vel usque ad legitima impedimenta condemnare.

1 AN ergò pœna contumaciæ duplex erit in foro Saxonico, causæ scilicet amissio, ita tamen ut contumaci prius concedatur terminus impedimenta legitima probandi, *supr. Definit. 3.* & Restitutio
2 expensarum, *Definit. 18. & 19.* † Ita certè rectissimè dixeris cum Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 1. n. 17.* ubi tamen notari velim 1. Pœnas hasce non cumulandas esse; † Absurdus enim haberetur judex,
3 condemnans Reum contumacem usque ad impedimenta legitima, & simul ad restitutionem expensarum istius termini. † Nec habet actor, de quo
4 conqueri possit, cum non probatis legitimis impedimentis, Reoque ad executionem (biß auff die Hülffe) condemnato, totius litis sumptus ipsi ad-
5 judicentur. 2. † Non præcisè judicem adstringi ad indicendam certam contumaciæ pœnam, sed pro ratione circumstantiarum, ac qualitate causæ, ipsius arbitrio permitti, vel ad legitima usque impedimenta, vel ad expensas termini duntaxat Reum condemnare, Andr. Rauchb. *dict. quæst. 1.*
6 *num. 18.* ubi dicit: † Reum ob contumaciam in foro Saxonico non statim in causâ principali, biß in Ehehafft/ sed quandoque in expensas condemnari, interdum verò planè non puniri, si videlicet exceptiones legitimæ vel utcunque probabiles fuerint, Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 2. num. 17. 18. 19.*
7 † Et sufficit, quandoque clausulam sententiæ apponi, (bey Straff Ungehorsams) ut nempe specialiter injungatur, quod etiam clausulâ illâ omissâ, semper subintelligitur, rectissimè notante Matth.
8 Berlich. *part. 1. conclus. 17. num. 85.* 3. † contumaciam secundâ etiam vel tertiâ vice commissam arbitrariè quandoque puniri, & Reum vel ad impedimenta legitima vel ad expensas termini solum condemnari, unde vulgò clausula (bey endlicher Straffe Ungehorsams vorigem Urtheil Folge zu leisten) sententiis inseri solet; Quæ omnia ob-
9 servantiâ fori Saxonici comprobata sunt; † Licet *Ordin. proceff. judic.* hoc ultimo casu magis ad condemnationem (auff Ehehafft) inclinet, *in tit. 10. §. dieweil sichs aber. in fin.* quam de eo casu interpretari licet, quo nulla extat causa rationabilis, quæ veniam aliquam Reo largiri queat.

Ita Domini in causa Georgii Wichmans contra Michael Hoffmann zu Leipzig / Mens. April. Anno 1628. (Verba sent: Daß Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung / bey Straff Ungehorsams/ zu erscheinen/ und auff die wider ihn angestalte Klage sich einzulassen/ zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befestigen/ auch weil er solches itzo abermals nicht gethan/ Klägern die Unkosten dieses Termins / auff richterliche Ermäßigung/ zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

It. in causa Eliæ Webers contra Reinhard Kochen/ Mens. Jan. Anno 1623 (Verba sentent: Daß Beklagte Klägern auch die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten / und auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und bey endlicher Straffe Ungehorsams/ vorigem Urtheil Folge zu leisten/ schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Wolffen Ulmans contra Christoff Scheiben/ Mens. Mart. Anno 1629.

Definit. XXI.

Ex compromisso quando agitur, non punitur contumacia Rei amissione causæ.

Pœna Contumaciæ quia in foro Saxonico severa 1
admodum & rigorosa est, *supr. Defin. 3.* † re- 2
stringenda potius quàm extendenda videtur, quia in pœnalibus & odiosis licita non est extensio, *c. odia. 15. de Reg. jur. in sexto.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 1. n. 14.* † Ex quo fit, quod in causa Appellationis 3
ac Leuterationis imponi haud soleat, vid. infr. Constit. Elect. *19. defin. 31. & 32.* † At nec in causâ com- 4
promissi adversus Reum contumacem practicari ea consvevit, sed compromittentes ut plurimum sub certâ pœnâ, puta, (bey Verlust des ersten Satzes) ad processum se obstringunt, † quâ in compromisso expressa omninò standum erit, *l. ubi pactum. 40. C. de transact.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 10. n. 7.* † Cæteròquin, Reum contumacem 5
ultra restitutionem expensarum termini istius, aliquâ severiori pœnâ gravatum fuisse, haud memini.

Ita Domini in causa Hansen Schumans contra Georg Leven zu Sittichenbach/ Mens. Jan. Anno 1616. (Verba sentent: Daß Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins/ auff vorgehende Liquidation und richterliche Ermäßigung/ zu erstatten / und auff Klägers Fürbringen/ Inhalts des aufgerichteten Compromissi mit seiner rechtlichen Nothdurfft sich nochmals einzulassen/ und gebührlichen zu verfahren schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXII.

Actor contumax etiam in compromisso ad agendum ulterius non admittitur, donec Reo, ab instantiâ absoluto, expensas restituerit, & cautionem de lite prosequendâ præstiterit.

DE jure Saxonico actore contumace existente, 1
Reus citationem cassari & se ab instantiâ cum refusione expensarum absolvi, petere potest, quod si fiat, actor simul ad mulctam judici exsolvendam tenebitur, *art. 2. post pr. lib. 2.* Landr. Christ. Zob. *part. 1. differ. 16. n. 4.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 104. num. 18.* † Sed ex observantiâ, quæ in foro etiam 2
Saxonico hanc dispositionem immutavit, solet Reus absolutionem petere ab instantiâ, itemq; refusionem expensarum & cautionem de lite prosequendâ, † ita, 3
ut actor denuò non audiatur, priusquàm Reo expensas restituerit & cautionem de lite prosequendâ præstiterit, juxta sanctionem juris Canonici in *cap. 1. extr. de dolo & contum.* † Quam disertè confirma- 4
vit in provinciis suis Illustrissimus Sax. Elector, in Ordin. proceff. judic. *tit. 10. in pr.* Zobel. *part. 1. diff. 12. num. 10.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1. dec. 104. n. 28.* Chil. König. *in proceff. cap. 36. n. 1. & seq.* Hartm. Pistor. *observ. 140. n. 1.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 9. n. 4.* † Nec refert, an 5
contumacia ante, vel post litem contestatam ab actore commissa fuerit, sed indifferenter, etiam in compromisso, hæc pœna obtinet, Matth. Coler. *dict. dec. 104. n. 19.* Zobel. *part. 1, diff. 16. n. 15. & seq.*

Ita Domini in causa Georgii Beckers & Consort. contra Eliam Lösern ad consultationem Henrici à Schönbeck/ Mens. Mart. Anno 1603. (Verba sent: Daß Beklagte von dieser Instantz mit Erstattung der expens billich entbunden werden / und wird Kläger mit fernern Klagen nicht gehöret / er habe dann zuvor Beklagten die expens auff richterliche Ermäßigung erleget / und cautionem de lite prosequendâ gebührlichen bestellet/ V.R.W.)

In

In causa Hansen Gutners und Lorentz Kastners contra heredes Arnoldi Flusingers zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1626. (Verba sent: Daß Beklagte derowegen / daß Klägere ihre Klage binnen compromittirter Frist nicht einbracht/von dieser Gerichts-Instantz billich entbunden/ und Klägere mit ihrer Klage ferner nicht zugelassen werden / Sie haben denn cautionem de lite prosequendâ bestellet / und Beklagten die Unkosten dieser Instantz auff vorgehende Liquidation und Richterliche Ermäßigung erstattet und abgetragen / V. R. W.)

Item ad requisitionem der Fürstlichen Niedersächsischen Räthe zu Lauenburg / Mens. Decembr. Anno 1592.

Et in causa Curatorum Catharinen Jacob Maschkens Ehe-weibs contra Marthen von Militzen zu Meissen/ Mens. Septemb. Anno 1635. (Verba sent: Daß Beklagte/ weil Klägere binnen compromittirter Frist ihre Klage nicht einbracht / von dieser Instantz billich entbunden wird/ und ist Klägerin die aufgewandte Unkosten auff Richterliche Ermäßigung Beklagten zu erstatten / auch cautionem de lite prosequendâ zu bestellen schuldig; Ehe und zuvor solches geschicht/ ist Beklagte auff die Klage sich einzulassen nicht verbunden / V. R. W.)

CONSTITUTIO X.

PARTIS PRIMÆ.

Von der Litis Contestation.

DAmit der General und ungewissen litis-contestation halben die Sachen nicht verlängert/ auch allerhand Gefahr / so darunter gesucht / verhütet werde; So ordnen und constituiren wir / daß in den Rechtfertigungen der Beklagte auff alle und jede Puncte und Stück / und derselbigen Narration und Conclusion, ausdrücklich / klärlich / in specie und insonderheit antworten / und den Krieg also durch Specification befestigen / und da solches vom Beklagten verbliebe / daß wider ihn / als einen Contumacem, so den Krieg gantz nicht / oder je nicht vollkömlich contestiret, erkannt und gesprochen werden soll.

De Litis Contestatione.

NE per Generales & incertas litis Contestationes causæ differantur, nevè captionibus, quibus contestationes illæ multipliciter obnoxiæ sunt, locus ullus relinquatur, ordinamus & constituimus, ut reus conventus ad omnia & singula quæque capita libelli, ejusque narrationem & conclusionem, sine ambagibus, apertè, expressè & specificè respondeat, & hoc pacto litem contestetur, & ni faciat, pœnis in eos, qui litem vel omnino non, vel certè non sufficienter contestantur, statutis subjaceat.

DEFINITIONES.

1. *Non sufficit in foro Saxonico generalis litis contestatio, sed Reus ad omnia ac singula capita libelli in specie respondere tenetur.*
2. *Non solum specifica, sed & clara atq; aperta esse debet litis contestatio, affirmativa vel negativa, exclusis omnibus ambagibus.*
3. *Parte licet non opponente, ex officio Litis contestationem generalem & obscuram judex rejicere debet.*
4. *Extra provincias Saxonicas, litis contestatio mediante juramento dandorum & respondendorum fieri solet.*
5. *Quandoq; tamen absq; juramento respondendorum per verba (Credo aut non Credo) Reus etiam extra provincias Saxonicas litem contestatur.*
6. *De facto suo proprio, Reus de jure communi, per verba (Verum vel non Verum) litem contestari tenetur.*
7. *Libello simplici vel summario exhibito, sufficit etiam de jure communi simplex litis contestatio, nec singulariter singulis Reus tenetur respondere.*
8. *In causis summariis necessaria non est solennis contestatio litis.*
9. *Ne quidem extra provincias Saxonicas accusator tenetur juratò respondere positionibus defensionalibus Rei accusati.*
10. *Nec in causis executivis necessaria est solennis contestatio litis, sed tenetur Reus instrumentum guarentigiatum recognoscere vel juratò diffiteri.*
11. *Ultra recognitionem tamen, tenetur Reus litem contestari, si actor unà cum producto instrumento libellum exhibuerit.*
12. *Contumacia ejus, qui primo in termino generaliter saltem vel obscurè litem contestatur, non nisi refusione expensarum coërcenda est.*
13. *Quandoq; tamen absq; condemnatione in expensas, saltem cum comminatione reo injungitur specialior litis contestatio.*
14. *Consistente Reo in generali vel obscurâ litis contestatione etiam in termino secundo, sub pœna confessi, denuò ei injungitur legitima contestatio.*
15. *Removenda est ab actis litis contestatio facta in quadruplicâ seu ultimâ propositione,* im letzten Satze.
16. *Quomodo pronunciandum est, si Reus quidem compareat, attamen taceat, nec litem contestetur.*
17. *Plures consortes contestationi litis ab uno factæ bene adhærere possunt.*
18. *Reus tenetur probare se adimplevisse contractum, cujus nomine actor adversus ipsum experitur.*
19. *In causis quoq; criminalibus, accusatus specificè litem contestari, & ad singula libelli capita respondere tenetur.*
20. *Admittitur tamen in causa criminali qualificata litis contestatio, quæ onus probandi in accusatum transfert.*
21. *Ad proposita in libello, quæ ipsum negotium haud concernunt, Reus non tenetur respondere.*

DEFINIT. I.

Non sufficit in foro Saxonico generalis litis contestatio, sed Reus ad omnia ac singula capita libelli in specie respondere tenetur.

1 INter humana litium abbreviandarum Remedia, unum sufficere existimat Nicolaus Vigel. *in præfat. lib. de lit. cont. pag. 533.* Veram nempe litis contestationis explicationem, hoc est, verum causæ statum indagare, & isto cognito, litis decisionem ma-
2 turare. † Plurimum certè ad lites expediendas hæc res valeret, quia litis contestatio ipsum quasi fundamentum litis habetur, *l. un. C. de lit. contest.* quo feliciter ac ritè posito, celeriter processum agitari & bono ventô expediri, necesse est, Ventur. de Va-
3 lent. *in parth. litigios. lib. 2. cap. 1. num. 21.* † Non ergò probatur in foro Saxonico litis contestatio generalis (putà: *Nego narrata, prout narrantur*) quæ nec simpliciter negativa, nec affirmativa est,
4 sed tantum implicita, † quia nempe particula (*prout*) denotat aliqua in libello contenta esse vera, & aliqua falsa, licet ea, quæ vera aut falsa sint, non appareant, ut post Pract. Papiens. *in formâ responsionis Rei conventi, §. Narrata prout narrantur. n. 1. & seq.* docent Dan. Moller. *hic num. 1.* Jacob. Schult. *observat. 44. num. 6.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 26. num. 2. &* Anton. Hering. *de fide-*
5 *juss. part. 1. cap. 27. num. 222.* † Sed Reum ad omnia atque singula capita in libello contenta, in specie respondere, jubet Elector Saxon. Illustrissimus *hâc* Const. *10.* So ordnen und *constituiren* wir. ad evitanda scilicet multa pericula atque incommo-
6 da, † quæ tàm litigatoribus, quam ipsis Judicibus, ex generali litis contestatione oriuntur, & quò eò citius lites finiantur, ut demonstrat Dan. Moller. *hîc num. 2. 3. & 4.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 50. n. 9. & seqq.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 298. n. 4.*

Ita Domini in causa Hansen Pelßkers contra Antonium Brucken und Heinrich Schultzen zu Leipzig/ Mense April. Anno 1624. (Verba sent: Daß Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auff angestalte Klage/ anderer Gestalt/ denn geschehen/ auch deutlicher und in specie auff alle Puncta, sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Antonii Sommers contra Hansen Webern/ Mens. Mart. Anno 1625.

DEFINIT. II.

Non solum specifica, sed & clara atq; aperta esse debet litis contestatio, affirmativa vel negativa, exclusis omnibus ambagibus.

1 PLura solent vulgò ponere Litis contestationis requisita; † Nempe ut fiat animo litem contestandi, prævio libello, in continenti, judice jubente, vel audiente, Reoque præsente, per verba: Nego narrata, prout narrantur; quæ recenset post alios, quos allegat,
2 Matth. Berlich. *part. 1. concl. 26. n. 24.* † Sed ea omnia ex consvetudine forsan magis, quàm ex necessitate, ut rectè sentit Matth. Coler. *part. 1. decis. 298. num. 1.* quibus omissis ipsam litis contestationem non vitiari existimaverim, modò ea sit specifica, *Defin. præced.* † ac prætera etiam clara & expressa: Non enim sufficit litis contestatio specifica, sed etiam clara, rotunda & aperta esse debet, pura, non conditionalis affirmativa vel negativa, omnibus exclusis ambagibus, omnique appendice rejectâ *h.* Const. *10. vers.* Ausdrücklich/ klärlich/ ꝛc. Ordin. proces. judic. *tit. 16. post pr.* † Sicuti enim in stipulationibus; ita & in ju-
4 dicio contrahitur, vel saltem quasi contrahitur, *l. licet Prætor. 3. §. 11. l. 5. §. si filius f. 2. ff. de pecul.* † qui contractus imprimis per litis contestationem
5 celebratur, Bartol. *in dict. l. licet Prætor. 3. §. 11. n. 6.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 74. n. 6.* Ut ergò in stipulationibus rem, de qua agitur, clarè & perspicuè exprimi oportet, tam stipulantis interrogatione, quâ responsione promittentis congruâ, *l. obligamur 52. §. verbis. 2. ff. de O. & A. l. 65. ff. de V. O.* † Ita quo-
6 que litis contestationem clarè & perspicuè ad narrata libelli fieri consentaneum est, Jacob. Schult. *observat. 42. n. 3.* † Idque tantò magis, quantò
7 majus incommodum ex obscurâ litis contestatione non solùm litigatoribus, sed & judicibus ipsis ac Reipublicæ imminet, juxta tradita Moller. *hic num. 2. 3. 4. Defin. præced.* Jacob. Schult. *observ. 43. num. 1.*

Ita Domini in causa Jacobi & Heinrici der Rüssele contra Sigmund Bocken zu Leipzig/ Mens. Novemb. Anno 1627. (Verba sententiæ: Und ist Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ bey Straffe Ungehorsams/ zu erscheinen/ und auff die erhobene Klage und alle derselben Puncta, anderer Gestalt/ denn geschehen/ auch deutlicher/ und in specie mit Ja und Nein/ ohne allen Anhang/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen pflichtig/ Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

Item an die Chur- und Fürstliche Sächsische Cantzler und Räthe zu Meinungen/ Mens. Julio Anno 1611. (Verba sentent: Daß Beklagter noch zur Zeit für ungehorsam nicht zu achten/ sondern er ist auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ auff die wider ihn erhobene Injurien-Klage/ und derselben Puncta richtiger und anderer Gestalt/ denn geschehen/ auch deutlicher und in specie mit Ja oder Nein zu antworten/ und also ohne allen Anhang litem zu contestiren schuldig/ er thue nun solches oder nicht/ so ergehet alsdenn darauff in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Parte licet non opponente, ex officio Litis contestationem generalem & obscuram judex rejicere debet.

QUid verò, si actor generalem vel obscuram 1
ac conditionatam litis contestationem acceptet & taceat, nec contumaciam Rei accuset, aut verbo quidem eam reprehendat, nihil autem, quod desideret, specificet? † Quicquid 2
etiam in contrarium proferat Jacob. Schult. *observ.* 43. Judicem hoc casu ex officio super litis contestatione pronunciare, Reumque ad specialem, puram & expressam litis contestationem adigere, obstrictum existimaverim: † *Tùm* per *h.* Const. *10.* 3

quæ

quæ ſpecialem & puram litis conteſtationem exigens, indefinitè loquitur, nulla adhibitâ diſtinctione, an eam actor petierit vel non: Ideoque etiam generaliter accipi debet, *l. de pretio 8. ff. de public. in rem act. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſtand.* † *Tùm* per text. expreſſum in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 16. circa fin. verſ.* Und ſoll das richterliche Ampt hierinnen *suppliren, &c.* † *Tùm*, quod generalis, conditionata, vel obſcura litis conteſtatio, ut plurimum ad protrahendas lites uſurpari ſoleat, nec judex ſine hac certam ſuper negotio ſententiam proferre poſſit, Dan. Moller. *hîc num. 8.* Jac. Sichard. *dict. obſervat. 43. num. 1.* Ergò vel propterea ex officio rejici debet, † quia Judex omnia ea, qvæ ad litis protelationem tendunt, removere tenetur, Paul. de Caſtr. *in l. properandum 13. n. 7. C. de judic.*

4

5

Ita Domini in cauſa Hanſen Dehlern contra Eraſmum Buchnern zu Leipzig/ Menſ. Auguſt. Anno 1622. (Verba ſent: Daß Beklagter anderer geſtalt / dann geſchehen/ auch deutlicher und in ſpecie auff alle und iede Klag-Puncta, ohne allen Anhang / mit Ja und Nein zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig/ V. R. W.)

It. in cauſa Chriſtophori Gablers contra Hanſen Schmieden zu Weiſſenſee/ Menſ. April. Anno 1576.

It. in cauſa David Gänſereiffs contra Matthes Köhlern zu Ortrand/ Menſ. Novemb. Anno 1635.

Et in cauſa Adami Pfaffens contra Zachariam Steugeln & Caſparum Eckarten/ Menſ. Oct. Anno 1627.

Definit. IV.

Extra provincias Saxonicas, litis conteſtatio mediante Juramento dandorum & reſpondendorum fieri poteſt.

1 DE jure tamen communi admittitur generalis illa litis conteſtatio, putà: Nego narrata, prout narrantur; quæ etiam eſt frequentiſſima, teſte Pract. Papienſ. *in forma reſponſionis Rei conventi. §. narrata prout narrantur n. 1. & ſeq.* Jacob. Schult. *obſervat. 42. num. 5. & ſeq.* Andr. Gail.
2 *lib. 1. obſervat. 73. num. 1.* † Eaq; in Camera qvoqve Imperiali recepta eſt, & ſufficit generalis litis conteſtatio, hiſce verbis concepta: In cauſa N. contra N. nego actionem inſtitutam & peto, me ab eâ cum refuſione damni & expenſarum abſolvi, Ordin. Cam. *part. 3. tit. 13. §.* und nachdem
3 bißher. Jacob. Schult. *dict. obſervat. 42. num. 10.* † Attamen Reus ſequentibus terminis ad libellum articulatim, ſive ad articulos ipſos ſeparatim oblatos, diſtinctim per verba (*Credo aut non Credo, vulgo*: Glaub war oder nicht war ſeyn) re-
4 ſpondere tenetur: † Qvin & mediante juramento dandorum ac reſpondendorum litis conteſtatio perficitur: Actor ſiqvidem mediante juramento exhibet articulos & jurat, quod eos credat eſſe veros; Econtra Reus non tantùm mediante juramento reſpondendorum, ad articulos ſeu poſitiones actoris reſpondere, ſed etiam ſuos articulos peremtoriales aut defenſionales juratò affirmare cogitur, Ordin. Cam. *dict. part. 3 tit. 13. §. 1. & ſeqq. tit. 14. in pr. & tit. ſeq. §.* Zum andern die *reſponſiones*. Johan. Monach. *in pract. judic. part. 8. cap. 2. n. 5.* Jacob. Schult. *dict. obſervat. 42. num. 11.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 79. num. 10. & obſervat. 82. num. 1.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 22. artic. 5. & 9.* Joh. Sichard. *ad l. 3. num. 10. C. de judic.* Ventur de Valent. *in parth. litig. lib. 2. cap. 13. n. 13.* † Qvi modus litis conte- 5
ſtationis etiamnum hodiè obſervatur in Principum ac ſtatuum Imperii judiciis, quæ jus civile ſequuntur, Schult. *dict. loc.* † Quod juramentum 6
dandorum & reſpondendorum ſi non ipſum calumniæ, ſimilimum tamen huic eſt juramento, quod de jure communi Actor & Reus ſtatim poſt litis conteſtationem præſtare tenentur, quò malitiis & calumniis contentioſorum obvietur. *l. 2. cum A. ſeq. C. de juram. propt. calumn. junct.* Gloſſ. *verb. Calumnia. in c. 1. extr. eod. tit.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 118. n. 1.*

Ita Domini in cauſa Curatoris Annens Thiemens contra Joachimum von Schönbecken an die Chur-Fürſtliche Brandenburgiſche Regierung zu Cüſtrin / Menſ. Nov. Anno 1614 (Verba ſent: Daß Beklagter / ſeines Fürwendens ungeachtet / auff Klägers articulirte Klage/ wann er dieſelbe vermittels Eydes dandorum wiederholen wird/ ſich mediante juramento reſpondendorum einzulaſſen/ litem zu conteſtiren, und ſingulariter ſingulis ohne einigen Anhang durch das Wort: Glaube war oder nicht war ſeyn/ zu antworten ſchuldig / und werden ihm ſeine exceptiones, ſo viel derſelben erheblichen/ nach beſcheheuer Kriegs-Befeſtigung zerſtörlichen einzuwenden billich vorbehalten/ darauff in der Sachen ferner ergehet/ was recht iſt/ V. R. W.)

Et in cauſa Franciſci Borckens contra Günther Reinern und Hanſen von der Goltzen zu Cüſtrin/ Menſ. Novemb. Anno 1614. (Verba ſent: Daß Friedrich von Birckholtzens hinterlaſſenen Söhnen Vormündere billich zu zuordnen/ und wann Appellant das Juramentum Calumniæ leiſten/ und vermittels deſſelben ſeine articulirte Klage an ſtatt der poſitionum nochmahls wiederholen würde; So wären Appellaten, ihres Widerfechtens ungeachtet / ſingulariter ſingulis mediante juramento reſpondendorum ohne einigen Anhang durch das Wort: Glaub war oder nicht war / zu antworten ſchuldig / V. R. W.)

Definit. V.

Quandoqve tamen abſq; juramento reſpondendorum, per verba (Credo aut non Credo) Reus etiam extra provincias Saxonicas litem conteſtatur.

NOn tamen præciſè de Jure communi & or- 1
dinatione Cameræ Imperialis, litis conteſtatio per juramentum reſpondendorum fieri ſolet, ſed qvandoque Reus absque juramento per verba (*Credo aut non Credo*, hoc eſt: Glaube war oder nicht war ſeyn) litem conteſtatur, omiſſo 2
nempe ab Actore juramento dandorum; † Etenim qvia juramentum hoc jus partium potiſſimùm concernit, quin tacitè ſaltem omitti poſſit, dubitandum non eſt, ad inſtar juramenti Calumniæ, cui licet à partibus litigantibus non poſſit expreſſè renunciari, † cum hoc in favo- 3
rem publicum introductum ſit, per *l. 2. §. ſed quia veremur 4. C. de jurejur. propt. calumn. ubi* Bartol. † tacitè tamen id benè fieri poteſt per text. 4
in cap. 1. extr. eod. tit. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 117. num. 5.*

Ita Domini in cauſa des Raths zu Königsberg contra Wernerum von Balcken zu Kleinmantel/ ventilata

in Curia Electorali Brandenburgica zu Cüstrin/ Mens. August. Anno 1632. (Verba sent: Daß Beklagter und Widerkläger/ seines Fürwendens ungeachtet/ auff Klägers und Wiederbeklagter articulirte Injurien-Klage sich einzulassen und litem zu contestiren, und singulariter singulis ohne einigen Anhang durch das Wort/ Glaube wahr oder nichtwahr seyn/ zu antworten schuldig/ und werden ihm seine Exceptiones, so viel derselben erheblichen/ nach beschehener Kriegs-Befestigung zerstörlichen einzuwenden billich vorbehalten/ &c.)

Definit. VI.

De facto suo proprio, Reus de jure communi, per verba (Verum vel non Verum) litem contestari tenetur.

1 NE tamen modo hic litem contestandi quempiam fallat, sciendum est, per Verba *(Credo aut non Credo)* tùm demùm fieri Litis contestationem, si Reus super facto alieno respondere tenea-
2 tur, † quod ideò introductum, ne super facto alieno anceps perjurium incurrat, *l. videamus 4 post pr. ff. de in lit. jur. l. 34. §. 3. ff. de jurejur. l. Marcellus 11. §. jurare 2. ff. rer. amotar.* † Cæterò quin,
3 si de facto proprio Reus cogatur respondere, nihil impedit, quo minus per verba (*Verum aut non Verum*, wahr oder nicht wahr seyn) litis fiat con-
4 testatio, † nec dubiæ credulitati assertio Rei committatur, Matth. Coler. *part. 1. dec. 118 n. 1.*

Ita Domini in causa Petri Krügers contra Philippum Borcken & Georgium von Weihern zu Cüstrin/ Mens. Octob. Anno 1634. (Verba sentent: Daß Beklagter auff articulirte Klage sich einzulassen/ singulariter singulis, und zwar/ so viel ihre eigene Wissenschafft anlanget/ durchs Wort wahr oder nicht wahr/ So viel aber nicht ihre eigene facta oder Geschichte betrifft/ durchs Wort Glaube wahr oder nicht wahr seyn/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens ohne einigen Anhang zu befestigen schuldig/ und werden Beklagten ihre Exceptiones, so viel derselben erheblichen/ nach geschehener litis contestation zerstörlichen einzuwenden hiermit vorbehalten/ V. R. W.)

Definit. VII.

Libello simplici vel summario exhibito, sufficit etiam de jure communi simplex litis contestatio, nec singulariter singulis Reus tenetur respondere.

1 MUtuus est inter oblationem libelli & litis contestationem respectus, & qualis ille, ta-
2 lis quoque hæc esse debet. † Ex quo fit, quòd exhibito libello articulato, litis quoque contestatio articulata, quæ nempe sit singulariter sin-
3 gulis, requiratur, ut dixi *Defin. 4. & 5.* † At si offeratur libellus summarius vel simplex, ut solet vocari qui articulatus non est, nec Reum articulatè & singulariter singulis respondere teneri,
4 dixerim rectissimè. † Ut sic de jure communi in arbitrio actoris sit, litis contestationem simplicem vel articulatam exigere. Perindè ut omisso ab actore juramento dandorum, nec Reus mediante Juramento respondendorum litem con-
5 testari cogitur, *supr. Defin. 5.* † Concernunt nempe hæc omnia potissimum jura partium, quibus absque dubio litigantes renunciare valent, *l. pen. C. de pact.*

Ita Domini in causa Hansen von Sidau contra Leonhard Stören und Consorten zu Cüstrin/ Mens. Octob. Anno 1614. (Verba sent: Daß Kläger das gefoderte Juramentum Calumniæ zu leisten schuldig/ und wann solches geschehen/ seyn Beklagte anders/ ihres gethanen Fürwendens ungeachtet/ auff die erhobene Klage/ und derselben Umstände/ sich mit richtiger und vollständiger Antwort einzulassen/ und litem zu contestiren schuldig/ und werden ihnen ihre exceptiones, so viel derer erheblich/ nach beschehener Kriegs-Befestigung zerstörlichen einzuwenden/ billich vorbehalten/ darauff ferner in der Sachen ergehet/ was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Francisci Borckens contra die Hornen und Consorten zu Cüstrin/ Mens. Octobr. Anno 1614. (Verba sent: Daß Beklagte die Horne/ vermöge des von uns am 17. Septembr. Anno 1610. eröffneten Urtheils/ ihres Widersechtens ungeachtet/ sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ mit der angehefften Commination und Verwarnung/ daß/ wo sie solchem unserm Urtheil in gebührender Kammer-Frist/ nicht Folge leisten werden/ alsdann lis pro contestatâ gehalten werden soll/ &c.)

Definit. VIII.

In causis summariis necessaria non est solennis contestatio litis.

LItis contestatio quia substantia est ipsius ju- 1
dicii, *l. un. C. de lit. contest.* in omnibus causis atque controversiis regulariter est necessaria, in tantùm, ut nec à judice, nec consensu partium omitti possit, secundum tradita *Interpp. in Rubr. & tit. extr. de lit. contest. & C. eod. tit. A. offeratur C. de lit. contest. per Clem. sepè 2. de V. S.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 75. cum seqq.* † Nihilominus causæ quæ- 2
dam excipiuntur, quæ solennem litis contestationem necessariò non requirunt, quas post alios congessit Joh Monach. *in pract. judic. part. 8. c. 4. n. 8. & seqq.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 26. n. 5. & obs. 76. 77. 78.* Mynsing. *cent. 1. obs. 20. & 38.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 3. c. 5. n. 2. 3. & seq.* † 3
Planè in causis summariis pro litis contestatione habetur adversæ partis contradictio, & actus ille, qui aliàs in causis ordinariis post ipsam litis contestationem subsequi solet, nempe positionalium, seu articulorum exhibitio, aut meritorũ causæ disputatio, † nec alia litis contestatio solen- 4
nis hîc requiritur, Felin. *in c. insinuante. 25. in fin. extr. de offic. & potest. judic. delegat.* Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 2. num. 24.* Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 13. num. 25.* Monach. *dict. c. 4. n. 11.* † 5
Nec immerito, siquidem in summariis causis opus quoque non est libelli oblatione solenni, *Clem. sepè 2. de V. S.* sed sufficit qualis qualis petitio & facti narratio, ut Reus deliberare possit, cederenè velit, an contendere, Joh. Zanger. *dict. cap. 2. n. 14.* † Qvidni ergò sufficeret qvoq; qualis 6
qualis responsio ac litis contestatio, cum hujus atque libelli sit mutuus quidam respectus, *Defin. præced. num. 1.*

Ita Domini in causa Petri Schmieds contra Georgium Platen zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1625.

Et in causa Joh. Kinderichs contra Wilhelm Wachtenbruchen/ Mens. Septembr. Anno 1616.

Definit. IX.

Ne quidem extra provincias Saxonicas accusator tenetur juratò respondere positionibus defensionalibus Rei accusati.

DE jure communi, non solùm in civilibus, 1
sed etiam criminalibus causis admittuntur positiones actoris sive accusatoris, quibus Reus accu-

accusatus mediante juramento tenetur respondere; Etsi enim practica hæc videatur periculo-
2 sissima propter metum perjurii manifestum, † nec quisquam cogi debeat ad detegendam propriam turpitudinem, *l. alias. 18. ff. de jurejur.* Dec.
3 *in l. ult. n. 6, C. de edend.* † Attamen in contrarium est communis opinio Bartol. *in l. inter omnes 46. §. rectè 7. in fin. ff. de furt.* quæ ab omnibus approbatur, & observantia est recepta, à quâ non recedendum juxta tradita Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 45. n. 9.*
4 † Alia verò est ratio accusatoris, qui ad positiones Rei accusati defensionales neutiquam sub juramento tenetur respondere, sed incumbit reo accusato, defensionales positiones modo legitimo probare, prout observat usus judiciorum, teste Jacob. de Are. *in tract. positionum. §. 9. n. 1.* quem allegat & sequitur Jul. Clar. *in pract. §. ult. dict. quæst. 45. n. 4.*

Ita Domini in causa Nicolai Stevens contra Daniel Cramern ejusque conjugem zu Stralsunde/Mens. Martio Anno 1596.

Definit. X.

Neque in causis executivis necessaria est solennis contestatio litis, sed sufficit instrumentum gvarentigiatum à Reo cognosci vel juratò negari.

1 NOn minus quoque in causis executivis, quæ & ipsæ sunt sumariæ, omittitur litis contestatio solennis, putà, si agatur ad executionem ex Instrumento gvarentigiato, auff klar Brieff und Siegel; Quo exhibito, non injungenda est Reo
2 litis contestatio solennis, † sed tenetur is instrumentum productum recognoscere, vel juratò diffiteri, Matth. Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 1. n. 97.* Quo ipso respondere ac litem contestari
3 videtur; † Nam recognitio debitoris vim confessionis seu affirmativæ litis contestationis habet, cui omninò standum est, *l. cum de indebito 25.*
4 *§. ult. ff. de probat. l. plures. 19. C. de fide Instrum.* † & in confessum non minus, atq; in judicatum, parata datur executio, *l. post rem judicatam. 56. ff. de re*
5 *judic. l. proinde. 25. §. ult. ff. ad Leg. Aqvil.* † Econtra, instrumenti jurata diffessio vim habet litis contestationis negativæ, ut proinde ad solennem li-
6 tis contestationem neutiquam sit recurrendum. † Quod si verò Reus citatus recognitionem vel diffessionem recuset, vel differat, instrumentum productum pro recognito & sic lis pro contestatâ, Reusque pro confesso & convicto habebitur,
7 † qvo casu non aliter procedendum, ac si instrumentum fuisset probè recognitum & confessatum, Andr. Gail. *lib. 1. observ. 80. n. 6.* Matth. Coler. *de proc. execut part. 3. cap. 1. n. 101. Vid. Resolut. grav. Tit.* von *Justitien*-Sachen. §. 8. *vers.* wann nun. Et *Decis. Elect. noviss. 12.*

Ita Domini in causa Johannis Wolstedes contra heredes Ulrici Rölings zu Leipzig / Mens. Majo Anno 1632. (Verba sent: Daß Beklagte Klägern die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermässigung zu erstatten / und auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und die producirte Handschrifft gebührlichen zu recognosciren, oder eydlichen zu diffitiren schuldig/mit dieser ausdrücklichen Verwarnung / daß im widrigen Fall dieselbe pro recognito gehalten werden soll/ V. R. W.)

Definit. XI.

Ultra recognitionem tamen, tenetur Reus litem contestari, si actor unà cum producto instrumento libellum exhibuerit.

ACcidit tamen quandoque, ut actor etiam ex 1 instrumento guarentigiato experiatur adversus Reum processu ordinario, vel unà cum instrumento libellum, super certis quibusdam circumstantiis, exhibeat: Qvibus in casibus si omitteretur litis contestatio consveta, † fieri haud 2 certè posset, ut non præjudicaretur juri actoris, ipseque processus redderetur admodum difficilis: † Habetur siqvidem Recognitio vel dif- 3 fessio instrumenti, loco litis contestationis tantummodò quoad ipsum instrumentum, non etiam quoad reliqua libelli contenta, quibus Reus etiam respondere tenetur: † Placuit igitur, tùm 4 Reo unà cum Recognitione litis contestationem injungi, quod observantiâ ita hactenus receptũ est, nec qvispiam id mirabitur, perpendens, libello exhibito semper debere correspondere litis contestationem juxta tradita Matth. Berlich. *part. 1. concl. 26. num. 13. & 15.* † & liberum est a- 5 ctori ex Instrumento etiam guarentigiato ordinarium processum agitare, libellum exhibere, ac litis contestationem solennem exigere, quo ipso processui summario, atque sic favori pro se introducto renunciat, quod facere omninò potest, *l. pen. C. de pact.*

Ita Domini in causa Ambrosii Huttens contra heredes Arnsts zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1632. (Verba sent: Daß Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auff erhobene Klage / ihres Fürwendens ungeachtet / sich einzulassen / auch die von Klägern producirte Vorschreibung zu recognosciren oder eydlich zu diffitiren schuldig/ferner darauff zu beschehen / was recht ist/ V. R. W.)

Item in causa Petri Hennicks contra Vidtam Antoniã Kaphans/Mens. Maj. An. 1633. (Verba sent: Würde Kläger anderer Gestalt bescheinigen und beybringen/daß Beklagtens Pflegefrau ihres Mannes Erbin worden/immassen ihme vor allen Dingen solches zu erweisen oblieget; So ist Beklagter auff erhobene Klage zu antworten/und litem zu contestiren, auch die producirte Handschrifft gebührlichen zu recognosciren, oder aber seine Pflegefrau dieselbe zu diffitiren schuldig / ferner darauff zu beschehen / was recht ist / V. R. W.)

Item in causa Henrici Kochens contra Matthes Krausen & Consortes, Mens. Maj. Anno 1631.

Item in causa Jeremiæ Baudewins contra Herman Haßlitz/ Mens. Febr. Anno 1633.

Et in causa D. Georgii Ernesti Moßbachs contra Christophorum Qvelnitzen / Mens. Decembr. Anno 1631.

Definit. XII.

Contumacia ejus, qvi primo in termino generaliter saltem vel obscurè litem contestatur, non nisi refusione expensarum coërcenda est.

NOn solùm contumax dicitur, qvi citatus in 1 judicio omninò non comparet, *l. contumacia 53. §. 1. ff. de re judic. c. qvoniam frequenter 5. §. porrò speciales causæ. 1. extr. at lit. non contest.* † Sed etiam 2 qui comparet quidem, at non debito modo litem contestatur, saltem generaliter, vel obscurè & dubiè respondendo, *l. de ætate. 11. §. nihil. 7. ff. de interrog.*

interrog. in jur. fac. Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de contumacia. §. 1. n. 1. verſ. item etiam contumax eſt is.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 80. n. 1. & ſeq.* Chil. König. *in proceſſ. cap. 35. n. 3.* † An ergo pœna contumaciæ hoc quoque caſu obtinebit? Ita certè eſt, propter verba clara *h.* Conſt. *10. in fin.* daß wider ihn/ als einen *contumacem*, ſo den Krieg gantz nicht/ oder je nicht völkömmlichen *conteſtiret*; erkannt und geſprochen werden ſoll/ ꝛc. † Ideoque tergiverſatorem hujusmodi ſtatim primo in termino usq; ad legitima impedimenta condemnandum, dixeris *cum* Dan. Moller. *hîc n. 7.* ? † Durum omninò hoc eſſet, cum pœna illa adverſus eos duntaxat decernatur, qui plane non comparent, *art. 9. & 24. lib. 2.* Landr. Chil. König. *in proceſſ. cap. 37. n. 3.* Chriſtoph. Zobel. *part. 1. differ. 12. n. 1. & 2.* † Qvorum contumacia certè gravior eſt, qvàm illorum, qui in litis conteſtatione moram trahunt, ſæpiſſimè magis errore ac ignorantiâ, quàm ex proterviâ & malitiâ qvadam. † Quos propterea refuſione expenſarum ſatis puniri exiſtimaverim, veluti ſancitum à Sereniſſimo Dn. Electore Saxon. in Ordin. Proceſſ. judic. *tit. 16. verſ.* Sein *Client* aber vermöge gedachter *Conſtitution in expenſas retardati proceſſus* vertheilet werden.

Ita Domini in cauſa Adami Pfaffens contra Zachariam Stengeln und Caſpar Eckarten zu Leipzig/ Menſ. Octob. Anno 1627. (Verba ſentent: Daß Beklagte Klägern die Unkoſten dieſes Termins auff richterliche Ermäſſigung zu erſtatten/ und auff die erhobene Klage und alle derſelben Puncta anderer Geſtalt/ denn geſchehen/ auch deutlicher und in ſpecie mit Ja oder Nein/ ohne allen Anhang/ ſich einzulaſſen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig/ darauff alſodann in der Sachen ferner ergehet/ was recht iſt/ V. R. W.)

Item in cauſa Jacobi & Henrici der Rüſſele contra Sigmund Bocken zu Leipzig/ Menſ. Nov. Anno 1627.

Definit. XIII.

Quandoque tamen absque condemnatione in expenſas, ſaltem cum comminatione, reo injungitur ſpecialior Litis conteſtatio.

1 IN primo itaque termino, ſi generaliter ſaltem vel obſcurè Reus litem conteſtatus fuerit, propterea in expenſas termini condemnatur, nec ſeveriori contumaciæ pœnâ coërcendus eſt *Definit. præced.* † Quandoq; tamen Reus ob litem, in primo termino ſpecificè non conteſtatam, ne quidem refuſione expenſarum gravatur, ſed cum comminatione pœnæ contumaciæ ſpecialiter ſaltem litis conteſtatio ei injungi ſolet, ut refert ex *Weſenbec.* Dan. Moller. *hîc n. 8.* † Si ſcilicet judex animadvertat parum aut nihil malitiæ imputari poſſe Reo, quod non ſpecialius aut verbis apertioribus litem conteſtatus fuerit. † Neq; enim ita conſtricta eſt Judicis poteſtas, quin pro arbitrio Reum ab expenſarum refuſione liberare queat, † præſertim ſi exceptiones legitimas vel ſaltem utcunque probabiles animadverterit, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 17. 18. 19.* Andr. Rauchb. *part. 1. qvæſt. 1. n. 18 ſupr.* Conſt. *9. Defin. 20.*

Ita Domini in cauſa Hauſen Peißkers contra Antonium Brucken und Heinrich Schultzen zu Leipzig/ Menſ. April. Anno 1624. (Verba ſent: Daß Beklagte auff anderweit vorgehende gebährende Ladung zu erſcheinen/ und auff angeſtalte Klage/ anderer Geſtalt/ denn geſchehen/ auch deutlicher und in ſpecie auff alle Puncta, bey Straff Ungehorſams/ ſich einzulaſſen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig/ V. R. W.)

Et in cauſa Hanſen Dehlers contra Eraſmum Buchnern zu Leipzig/ Menſ. Auguſt. Anno 1622. (Verba ſent: Daß Beklagter anderer Geſtalt/ dann geſchehen/ auch deutlicher und in ſpecie auff alle und jede Klage-Puncta, ohne allen Anhang/ mit Ja oder Nein zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befeſtigen ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Conſiſtente Reo in generali vel obſcura litis conteſtatione, etiam in termino ſecundo, ſub pœnâ confeſſi denuò ei injungitur legitima conteſtatio.

QVid autem, ſi Reus in generali illâ vel obſcurâ litis conteſtatione perſeveret, nec per ſententiam judicis termino ſequenti, ad ſpecialiorem & puram, ſive expreſſam litis conteſtationem commoveri ſe patiatur? † Eò gravior certè videtur tunc contumacia Rei, ſententiam Judicis contemnentis, qui propterea etiam graviori pœna coërcendus erit, quam præter refuſionem expenſarum termini etiam ſequentis, arbitrariam eſſe voluit Illuſtriſſimus Saxon. Elector in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 16. verſ.* über die *expenſen* gleichfalls in eine willkührliche Straffe vertheilet werden. † Non memini tamen pœnam Reo tergiverſanti hoc caſu fuiſſe dictatam, ſed unà cum refuſione expenſarum iſtius termini, denuò ei ſolet injungi litis conteſtatio ſpecialior, ſub expreſsâ comminatione, quod ſi in contumacia perſeveraverit, lis pro conteſtatâ ipſeque pro confeſſo haberi debeat; † Quæ ſententia effectum habet parem condemnationis usque ad legitima impedimenta, biß auff Ehehafft/ quibus non probatis, contumax pro confeſſo & convicto habetur, *art. 9. & 24. lib. 2.* Landr. Hartm. Piſtor. *part. 1. qvæſt. 3. n. 14. & ſeqq.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 41. & part. 1. deciſ. 104. n. 12.* † Facit ſiquidem contumacia, ut Reus habeatur pro confeſſo & convicto, Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 12. defin. 44. n. 1.*

Ita Domini in cauſa Hauſen Degenkolbens contra Nicolaum Bauern/ ventilata in præfectura Voigtsbergenſi, Menſ. Junio Anno 1625. (Verba ſententiæ: Daß Beklagter Klägern auch die Unkoſten dieſes Termins auff richterliche Ermäſſigung zu erſtatten/ und auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erſcheinen/ und vorigem Urtheil nochmals allenthalben Folge zu leiſten ſchuldig/ mit der ausdrücklichen Commination und Verwarnung/ daß in Verbleibung deſſen lis pro conteſtatâ, und er pro confeſſo geachtet und gehalten werden/ und in dieſer Sachen ferner ergehen ſoll/ was recht iſt/ V. R. W.)

Item in cauſa Hanſen Heinrichs von Werthern contra Abraham-Eſaias Schlegeln/ ventilatâ in Prætorio Numburgenſi, Menſ. Octob. Anno 1630. (Verba ſent: Und iſt Beklagter Klägern auch die Unkoſten dieſes Termins/ auff richterliche Ermäſſigung/ zu erſtatten/ und nochmals anderer Geſtalt/ denn geſchehen/ auch deutlicher und in ſpecie auff alle Puncta zu antworten/ und litem zu conteſtiren, auch alſobald beym erſten Geſetz ſolches zu thun ſchuldig/ mit dieſer ausdrücklichen Commination und Verwarnung/ daß in Verbleibung deſſen lis pro conteſtata und Beklagter pro confeſſo geachtet und gehalten werden/ und in der Sachen ferner ergehen ſoll/ was recht iſt/ V. R. W.)

Item

Item an die Chur- und Fürstliche Sächsische verordnete Herren Cantzler und Räthe zu Meinungen / Mens. Jan. Anno 1612.

Definit. XV.

Removenda est ab actis litis contestatio facta in quadruplicâ seu ultimâ positione, im letzten Satze.

1 COntumax quoque dicitur Reus, qui litis contestationem protrahit, eamque in ultimâ demùm positione (in dem letzten Satz) profert, haud sine fraudis & deceptionis suspicione, quò scilicet actori beneficium excipiendi contra litis contestationem præcidatur, non absque insigni ejus injuriâ atque periculo. † Neutiquam ergò propterea 2 Reus pœnam expensarum effugiet, quæ tamen sola non sufficit, sed rejicienda ac prorsus ab actis removenda est litis contestatio, ex sanctione Electorali, † quæ in positione ultimâ, sive quadruplicâ, quicquam novi à Reo proferri prohibet *in* 4 Const. Elect. *t. p. 1.* Vid. ibidem *Defin. 8.* † Quo facto, denuò injungitur Reo litis contestatio, eoq; ipso actori facultas examinandi illam ac contra eam excipiendi restituitur; † Nunquam enim judex de iis, quæ controversa sunt inter litigantes, non auditâ utrâque parte, cognoscere debet, *l. in causa 13. pr. vers. causa enim cognita ff. de minor. l. de quâre 74. ff. de judic.*

Ita Domini in causa Syndicen des Sattler-Handwercks zu Leipzig contra Hansen Bergmannen / ventilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sentent: Daß die im letzten Satz eingebrachte litis contestation billich verworffen wird / und ist Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermäßigung zu erstatten / und auff erhobene Klage nochmahls zu antworten / und litem richtig zu contestiren schuldig / V R. W.)

Et in causa Henrici à Werthern contra Abrahamum-Esaiam Schlegeln / ventilatâ in prætorio Numburgensi, Mens. Octob. Anno 1630.

Definit. XVI.

Quomodo pronunciandum est, si Reus quidem compareat, attamen taceat, nec litem contestetur.

1 ALia præterea est species contumaciæ: Si Reus quidem citatus in judicio compareat, sed taceat, ac litem contestari vel respondere nolit, *l. de state 11. §. qui tacuit 4. ff. de interrogat. in jur. faciend.* Gloss. *in A. qui semel. C. quomod. & quando judex verb. locum habet.* Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de contumacia §. 1. post pr.* Andr. Rauchb. *part. 1.* 2 *qv. 1. n. 7.* † Quæ certè contumacia non minor est, ac ejus, qui citatus planè non comparet, quoniam paria sunt, non venire, vel non sufficienter venire, Gloss. *in cap. si quis justo 46. §. si autem nullus verb. admitti de elect. in sexto.* Jason. *in l. quoties 6. ff. qui satisd. cog. num. 3.* Rauchb. *dict. quæst. 1. n. 7.* 3 † Vix igitur dubium est, quin utraque hæc contumacia pari pœnâ coërceatur, nimirum ut Reus causâ cadat, vel quod idem est, pro confesso & convicto habeatur, si impedimenta legitima, vel justas absentiæ aut silentii causas probare non posit, Gloss. *latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 2. art. 9. lit. a. vers. Et intelligitur hic articulus.* Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 12. num. 1. & 2.* Rauchb. *dict. quæst. 1. num. 2.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 3. n. 13.* 4 † Quamvis in Electorali Saxon. Scabinatu, hoc casu aliam pronunciandi formulam receptam noverim, nimirum, (daß Beklagter billich noch einsten citiret werde / anzuhören / wie und welcher Gestalt er in die Hülffe zu vertheilen / oder gnugsame Ursachen anzuzeigen / warum er damit nochmahls zu verschonen.) † Quod in effectu nil 5 aliud est, quàm Reum usque ad legitima impedimenta condemnare.

Ita Domini in causa D. Christophori Brauns contra Georgium Wolckewitzen zu Großpesna / Mens. Novembr. Anno 1608. (Verba sentent: Daß Beklagter billich noch einsten citiret wird / anzuhören / wie und welcher Gestalt er in die Hülffe zu vertheilen / oder gnugsame Ursachen anzuzeigen / warum er damit nochmals zu verschonen / V R. W.)

Et in causa Syndicen der Collegiaten des Fürsten-Collegii zu Leipzig / contra Hansen Ludachern / Mens. Maj. Anno 1579. (Verba sent: Daß Beklagter billig noch einsten geladen wird / anzuhören / wie er wegen seines vorsetzlichen Ungehorsams in die Hülffe zu vortheilen, oder erhebliche Ursachen / warum solches nicht geschehen soll / vorzubringen; Er thue nun solches also oder nicht / so ergehet darauff ferner in der Sachen / was recht ist / V. R. W.)

Definit. XVII.

Plures consortes contestationi litis ab uno factæ benè adhærere possunt.

SI plures sint litis consortes, ex quibus unus li- 1 tem ritè & sufficienter fuerit contestatus, reliqui litis contestationi adhærere possunt, quæ adhæsio pro sufficienti litis contestatione habetur, dummodò expressè consortes dixerint, se per hoc litem eodem modo, quo à consorte est contestata, cum omnibus clausulis & qualitatibus contestatam habere velle, † disponente sic Elec- 2 tore Illustrissimo in Ordin. process. judic. *tit. 16. circa fin. vers.* Im Fall aber zweene oder mehr / &c. † Nec enim consortes, absque expressâ adhæsionis 3 declaratione, litem ab alio contestatam, sine novo processu prosequi valent, Rutg. Ruland. *in addit. ad process.* Joh. Ferrar. Montan. *part. 2. lib. 1. c. 1. §. in versu tamen.* † Sed nocet quoque hæc ad- 4 hæsio consortibus, si litis contestatio, ab uno facta, fuerit imperfecta & vitiosa, quia adhærens cum eo, cui adhæret, est unum corpus ac spiritus unus, juxta tradita Oldr. *con. 290. n. 2.*

Ita Domini in causa Martini Hopffens & Consortium contra Petrum Lobarten / Mens. Jun. Anno 1624.

Definit. XVIII.

Reus tenetur probare, se adimplevisse contractum, cujus nomine actor adversus ipsum experitur.

QUando negativa est fundamentum intentionis 1 alicujus, is, qui eâ nititur, illam probare tenetur, *l. pen. §. dovere 2. ubi* Bartol. *ff. Ne quis eum, qui in jus vocat. & in l. item ait Prætor. 21. §. hæc autem 2. ff. ex quib. caus. major.* Quod quidem regulariter verum est, † sed fallit omninò, si is, cui ex 2 contractu aliquid dari vel fieri debuerat, dicat, adversarium id, quod promiserat, non adimplevisse; Nam licet hoc actoris fundamentum intentionis sit, † Reus tamen probare tenebitur, se 3 id, quod promisit, in contractu adimplevisse, Bartol. *in l. in illa §. & ibi* Jason. *n. 15. ff. de V. O.* Hart. Pistor. *part. 1. q. 22. n. 2.* Cravett. *cons. 192. num. 15.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 22. n. 45.* Anton. Gabriel.

4 Gabriel. *lib. 1. concl. tit. 1. concl. 6. num. 15. & seq.*† veluti ad Emphyteutam, à Domino ob non solutum Canonem conventum, spectat onus probandi, se Canonem solvisse, licet Dominus ad privationem Emphyteusis agat, eoque fundamento potissimum nitatur, quod canon non fuerit solutus, Gabriel. *dict. concl. 6. n. 21.* Jason. & Dd. *in l. 2. C. de jur. Emphyt.* Jul. Clar. *de emphyteusi. quæst. 10. vers. fin.* Pacian. *dict. cap. 22. n. 46.* † Et venditore 5 agente ad precium, licet emptor excipiat, de nondum facta traditione, venditor tamen, se rem venditam tradidisse, probare obstrictus est, Hartm. Pist. 6 *dict. quæst. 22. n. 4. & 5.* † ubi idipsum restringit ad hunc solummodò casum, quo negativa, videlicet, non satisfactum esse promissioni, allegatur ab eo, cui debetur affirmativa, & cui quis ex contra- 7 ctu est obligatus; † Secùs si ab alio, cui non debetur, fuerit allegata, Anton. Gabriel, *dict. concl. 6. n. 14.*

Ita Domini in causa Hansen von Dießkau/ Mens. August. Anno 1619. (Verba sent: So ist euch solches im ordentlichen Proceß zu suchen unbenommen / und wann ihr / wie recht/erweisen würdet/daß berührte Aeckere recht Erb-Zins-Gut wären / gedachter Tobias Frischmann auch / daß er in 3. Jahren nicht säumig gewesen / sondern den gewöhnlichen Canonem entrichtet / darthun und beweisen könte/immassen ihme zu thun obliegt/ so ergehet alsodann / ob ihr solche Aeckere einzuziehen befugt oder nicht/ ferner was recht ist / V. R. W.)

Definit. XIX.

In causis quoque criminalibus, accusatus specificè litem contestari, & ad singula libelli capita respondere tenetur.

1 QUod dixi, Reum generali litis contestatione non admitti, sed singulis libelli capitibus 2 specialiter respondere teneri, *supr. Defin. 1.* † id non modò in causa civili obtinet, sed etiam in processu criminali ordinario, ubi litis contestatio requiritur, non minus specifica, quam clara atque 3 expressa, † non solùm propter generalitatem textus in *h.* Const. 10. quæ etiam generaliter intelligi, & ad causas criminales extendi debet, *l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. præses 3. in fin. ff. de offic. præsid. l. ut nullo 28. C. de usur.* † sed &, quod causa criminalis sit majoris præjudicii quàm civilis, quæ propterea etiam cautius tractanda ac ventilanda 5 est, † maximè, cum in criminalibus, perinde ut in civilibus, lis contestetur, Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. q. 45. n. 2. & seq.*

Ita Domini in causa des Raths zu Zörbig contra Henricum à Burckhausen/ Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent: Daß Heinrich von Burckhausen auff erhobene Anklage anderer Gestalt/denn geschehen/auch deutlicher und in specie, ordentlich und auff alle Puncta categoricè mit Ja oder Nein zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befestigen / und weil er solches itzo nicht gethan / Anklägern die Unkosten dieses Termins / auff Richterliche Ermäßigung / zu erstatten schuldig / V. R. W.)

Definit. XX.

Admittitur tamen in causa criminali qualificata litis contestatio, quæ onus probandi in accusatum transfert.

1 ILlud autem specialiter receptum est in foro Saxon. ex observantia longæva, quod qualificata etiam litis contestatio in causa criminali admittatur, veluti si Reus confiteatur, se occidisse, sed ad sui defensionem, quæ responsio licet qualificatam & conditionatam faciat litis contestationem, neutiquam tamen rejicienda est, Constit. Elect. *8. part. 4.* Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 26. n. 10.* † in tantum ut ex hac litis contestatione 2 onus probandi ipsi Reo sit imponendum, qui damnandus est ex suâ exceptione, nisi defensionem allegatam probaverit, ut demonstravi in *practica Criminali part. 3. quæst. 106. n. 84.* † Nec 3 obstat, quod ex confessione qualificatâ actoris intentio minimè fundetur, sed ab eo aliter probari debeat, ut notant Bartol. & Dd. *in l. siquidem 9. C. de except.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. q. lib. 2. cent. 1. cas. 93. n. 21.* Fulv. Patian. *de prob. lib. 1. c. 25. n. 4.* Joh. Gutierretz. *l. 1. qv. 126.* † Etsi enim 4 hoc regulariter verum sit, fallit tamen multis in casibus, ut si qualitas confessioni ex intervallo annectatur: Vel inutiliter adjiciatur: Aut factum contineat diversum & separatum ab eo, de quo in confessione agitur: † Vel si qualitas confessioni adjecta 5 sit potiùs juris quàm facti, de quibus singulis tractat Hartm. Pistor. *part. 4. qv. 16.* † Inprimis verò ex qualificatâ etiam confessione, actoris intentionem fundari dixerim, quando contra confitentem seu qualitatem confessioni adjectam aliqua militat præsumptio, Felin. *in C. cum venerabilis 6. n. 15. de except.* Bald. *in l. 2. C. de donat. ant. nupt.* † Veluti accidit in casu præsenti, quo Reus confi- 7 tetur, se occidisse aliquem ad sui defensionem, cui præsumptio Juris adversatur: † Ex quo inferendum, 8 fundatam esse accusatoris intentionem, Reoque incumbere probationem defensionis allegatæ, ut post multos alios, quos allegat, docet Hartm. Pist. *dict. qu. 16. n. 9.*

Ita Domini in causa H. R. contra A. à W. Mens. Jul. Anno 1626. (Verba sent: Dieweil Angeklagter auff erhobene peinliche Anklage geantwortet / und derselben geständig/ darneben aber vorgiebt / daß er zu Rettung seines Leibes und Lebens eine Nothwehr thun müssen; So ist Angeklagter solches sein Vorgeben binnen Sächsischer Frist darzuthun und zu erweisen schuldig / dawider Anklägern seine rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten wird ferner darauff zu beschehen / was recht ist / V. R. W.)

Definit. XXI.

Ad proposita in libello, quæ ipsum negotium haud concernunt, Reus non tenetur respondere.

TEnetur equidem Reus ad omnia & singula capita, in narratione & conclusione libelli con- 1 venta, expressè & in specie respondere, & quæ vera quæque falsa sunt, dicere *h.* Constit. 10. *ubi* Dan. Moll. *n. 5.* Jac. Schult. *observat. 42. n. 9. & seqq.* † Sed hoc non aliter accipiendum, quàm si 2 narrata libelli ipsum negotium concernant. † 3 Quid enim si Advocati, ut plerumque solent facere in causis injuriarum, facta aliena, aut ea, quæ juris sunt, libello immiscuerint, vel saltem proœmii loco præmiserint? Non certè litis contestatio ad hæc necessariò requiritur, † ne frivolè lites 4 protrahantur, quas ocyùs finiri publicè interest, *l. properandum. 13. C. de judic. l. fin. ff. pro suo l. 2. C. de re judic. l. quidam 21. ff. de reb. credit.* Frider. Pruckm. *consil. 38. n. 92.* Ventur. de Valent. *in parth. litigios. lib. 1. cap. 2. n. 2.*

Ita Domini in causa Dn. Joh. Heinrici à Werthern contra Abraham Esaiam Schlegeln zu Naumburg/ Mens. Jan. Anno 1636.

CON-

CONSTITUTIO XI.

PARTIS PRIMÆ.

Wann Lis contestirt, und doch die Gewehr der Klagen nicht angelobet / ob alsdann nach Sachsen-Recht der Kläger seine Klage mutiren und verändern/auch den Eyd deferiren könne?

Lite contestatâ, gvarandâ autem nondum præstitâ, num in foro Saxonico libellum mutare, vel juramentum reo deferre possit actor?

WIewol wir berichtet / daß dißfalls weitläufftige Disputationen und zweiffelhafftige Meynungen/so zum theil auf Distinctionen gerichtet seyn sollen; dieweil aber unser Gemüth und Meynung ist/die rechtliche Proceß in unsern Landen zu befördern/ und dieselbe/ so viel müglich/ in schleunige Richtigkeit zu bringen/ damit männiglich desto eher sein Recht erlangen möge/So ordnen und wollen wir / daß in beyden Fällen / wann die Gewehr angelobet/ oder der Krieg ohne Fürbehalt der gefoderten Gewehr / purè bestätiget/ der Kläger nicht mehr Macht haben soll die Klage zu ändern / oder den Grund der Klagen dem Beklagten / wie auff Sächsischem Boden gebräuchlich / zu deferiren und ins Gewissen zu stellen.

ETsi intelligimus, varias & multiplices de hac quæstione JCtorum esse opiniones, quas nonnulli illorum distingvendo conciliare conentur: Quia tamen processus judiciarios in ditionibus nobis subjectis & expeditiores & planiores reddere cupimus, quò citiùs unusquisque jus suum consequatur, igitur ordinamus & volumus, ut utroque casu, ubi nimirum vel gvaranda præstita est, vel absque ejus reservatione litem purè contestatus est reus, actor mutare libellum, vel fundamentum intentionis suæ, pro more fori Saxonici, conscientiæ rei committere volens, ne audiatur.

DEFINITIONES.

1. *Post præstitam gvarandam, non licet mutare libellum in foro Saxonico.*
2. *Sicut nec post litis contestationem, haud præstitâ licet gvarandâ.*
3. *Non tamen obstante litis contestatione sub conditione gvarandæ adhuc præstandæ, actor libellum mutare valet.*
4. *Non efficit clausula salutaris libello adjecta, ut illum post litem contestatam mutare liceat.*
5. *Nec in causis summariis post responsionem Rei, ad merita causæ factam, petitionem mutare licet.*
6. *Post præstitam gvarandam vel litem contestatam, ne quidem minuere licet summam in libello expressam.*
7. *Libellus alternativè vel conditionaliter conceptus post litis contestationem mutari ac purè concipi nequit.*
8. *Non valet actor post præstitam gvarandam, vel litem contestatam, mutare libellum, etiamsi Reo omnes expensas refundat.*
9. *Si ab actione desistat actor, Reo expensas refundere tenetur.*
10. *Frangens gvarandam per mutationem libelli, solâ expensarum refusione hodie punitur.*
11. *Tenetur quoq; actor ad refusionem expensarum, si ante præstitam gvarandam vel litem contestatam, attamen in ipso termino libellum mutare velit.*
12. *Declarare tamen licet obscurum libellum post gvarandam præstitam, vel litem contestatam.*
13. *Haud prohibitum est in foro Saxonico, mutare libellum post præstitam gvarandam in petitione hæreditatis, aliisq; judiciis universalibus.*
14. *Post litem contestatam sive præstitam gvarandam, actor nequit deferre Reo jusjurandum, etsi antea de eo fuerit contestatus.*
15. *Post litis contestationem opponuntur validè exceptiones dilatoriæ noviter exortæ.*
16. *In quovis tempore Judicii, actore vel Reo defuncto, ejus hæredes processum reassumere tenentur.*
17. *In unâ eâdemq; sententiâ, hæredibus reassumtio processus ac litis contestatio, aliisq; actus judiciarius simul rectè injungitur.*
18. *Opus est reassumptione processus, etiamsi defunctus per Procuratorem litem peregerit.*

DEFINIT. I.

Post præstitam gvarandam, non licet mutare libellum in foro Saxonico.

1 INter alios effectus, qui ex litis contestatione
2 nasci solent, † nimirum ut actio perpetuetur, *l. si cui 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. omnes 26. l. sciendum 58. ff. de obligat. & action. l. un. C. ex*
3 *delict. defunct.* † præscriptionis cursus interrumpa-
4 tur, *dict. l. si cui.* † Ut possessor in mala fide constituatur, *l. sed etsi lege 25. §. si ante 7. ff. de petit. hæred. l. 2. C. de fruct. & lit. expens.* † Ut res fiat litigiosa, 5
A. litigiosa. C. de litig. Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 8. Definit. 2.* & qui sunt alii, rectissimè quoque refertur † ademptio facultatis mutandi libellum: 6
Est enim juris expeditissimi, licere actori libellum suum mutare vel emendare usque ad litis contestationem, † post litem contestatam non item, 7
l. non potest. 23. ff. de judic. ubi Gothofr. quia
† per litis contestationem quasi contrahitur in ju- 8
dicio & litigantes instantiæ obligantur, *l. licet tamen 3. §. idem scribit 11. ff. de pecul. A qui semel C. quomod.*

8 *quom. & quando Judex.* † à quâ, alterâ parte invitâ, discedere non licet, *l. is qui se obtulit. 25. ff. de R.V.* *l. sicut. 5. C. de oblig. & action.* Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 22. n. 1.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 21. n. 67.* Jacob. Schult. *observat. 48. n. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 74. n. 5. 8. & 9.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 109. n. 1.* Joh. Schneidewin. *ad §. si minus. 34. inst. de action. n. 8. & seqq.* † At in foro Saxonico, potestas mutandi libellum aliquo modo restrictior est, & licita emendatio tantùm ante gvarandam præstitam, † non etiam postea, etiamsi vel maximè res adhuc integra sit, & lis nondum cõtestata, Landr. *lib. 3. art. 14.* §. denn dieweil die Gewehr. *lib. 1. art. 63. verf.* doch mag der Mann. *b.* Constitut. *11. verf.* wann die Gewehr angelobet/ &c. Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 5.* §. da auch einer. *verf.* Soll er solches/ ehe denn die Gewehr angelobet. Zanger. *dict. cap. 21. n. 62.* Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 3. n. 13. sub fin. part. 1.* Schult. *dict. observ. 48. n. 12.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 28. n. 4.* Christ. Zobel. *part. 1. diff. 11. n. 2. & 7.*

Ita Domini in causa Hansen Ebelers zum Hayn/ Mens. Decemb. Anno 1622. (Verba sent: Habt ihr wider Martin Körbitzen eine Klage erhoben. Ob ihr nun wohl dieselbe zu ändern vorhabens seyd; da ihr aber dennoch allbereit die Gewehr der Klage angelobet hättet/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ &c. So wäret ihr nunmehr das Libell zu ändern und die Klage zu verbessern nicht befugt/ V.R.W.)

Definit. II.

Sicuti nec post litis contestationem, haud præstitâ licet' gvarandâ.

1 APparet hinc, effectum litis contestationis, ut nempe actor post eam libellum emendare nequeat, in foro Saxonico tribui gvarandæ, *Definit. præced.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 22. n. 63.*

2 † Quid autem, si in foro Saxonico Reus litem fuerit contestatus, non præstitâ vel petitâ gvarandâ? Adhuc emendationi libelli locum relinqui, tradit

3 Mauser. *in proceſſ. tit.* von der Gewehr. † propterea, quod post gvarandæ præstationem, libellum mutare prohibeant jura Saxonica *in artic. 14. lib. 3. art. 63.* Landr. *lib. 1. artic. 40. & 115.* Weichbild. Ergò non ante gvarandæ præstationem, eamvè plà-

4 nè omissam, lite quantumvis contestatâ. † Sed non putandum, jura Saxonica dispositionem Juris civilis, ex quâ post litem contestatam emendatio & mutatio libelli ulterius concessa non est, juxta tradita

5 *Defin. præced.* corrigere voluisse, † quin potiùs secundum jus commune restringi & interpretari debent, *l. 2. ubi* Bald. & Dd. *C. de nox. act.* Panorm. *in c. causam. n. 6. de rescript.* Mynsing. *cent. 1. observ.*

6 *5.* ita ut † in foro Saxonico, non saltem post litem contestatam, ex dispositione Juris Civilis, sed etiam post gvarandæ præstationem, lite nondum contestatâ, moribus Saxonicis, actor libellum haud va-

7 leat emendare. † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Electori, *b.* Constit. *11. verf.* So ordnen und wollen wir/ daß in beyden Fällen/ wenn die Gewehr angelobet/ oder der Krieg befestiget/ der Kläger nicht mehr Macht haben soll/ die Klage zu

8 ändern/ &c. † Ex quo manifestum est, alterutrum saltem, vel præstationem gvarandæ, vel contestationem litis mutationem libelli impedire, adeoque nec post litem contestatam, omissâ licet gvarandâ, actorem posse libellum emendare. † Idque verbis diser- 9
tis expressum in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 5.* §. da auch einer. *verf.* wann aber derer beyder. Dan. Moll. *hic n. 1.* Joh. Zanger. *dict. c. 22. n. 65.* † ubi etiam ex- 10
tra territorium Electoratus, à Wittenbergensibus ita responsum, refert Christoph. Zobel. *part. 11. diff. 1. n. 9.* Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 22. n. 9.* Matth. Coler. *ad c. dilect. 3. extr. de except. n. 18.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Da ihr aber dennoch allbereit die Gewehr der Klagen angelobet/ oder aber Beklagter auff die Klage geantwortet/ und litem contestiret hätte/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ &c. So wäret ihr nunmehr das Libell zu ändern/ und die Klage zu verbessern nicht befugt/ V.R.W.)

Definit. III.

Non tamen obstante litis contestatione sub conditione gvarandæ adhuc præstandæ, actor libellum mutare valet.

1 NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm de litis con-
2 testatione purâ & absolutâ: † Cæteroquin si Reus litem sub conditione tantummodò gvarandæ ab actore præstandæ, aliarumvè exceptionum actori oppositarum, contestatus fuerit, tantum abest, actorem, antequàm præstatio gvarandæ fiat, vel exceptiones Rei rejectæ fuerint, libellum mutare prohiberi, † ut etiam non obstante litis contestatione 3
eventuali, idipsum ei verbis expressis concedatur, *h.* Const. *11. verf.* oder der Krieg ohne Fürbehalt der gefoderten Gewehr *purè* bestätiget/ &c. & Ordin. proceſſ. judic. *tit. 5.* §. da auch einer. *verf.* oder der Beklagte den Krieg Rechtens *purè* befestiget. Moller. *hic n. 5.* Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 22. n. 12.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 28. n. 26.* Jac. Schult. *obs. 48. n. 28.* † Siquidem lis sub conditione con- 4
testata pro nondum contestatâ habetur, cum conditio nihil ponat in esse, *l. si quis sub conditione. 8. ff. si quis omiss. caus. testam. l. cedere diem. 213. ff. de V. S.* † Quid ergò obstat, quò minus hoc casu mutatio 5
libelli admitteretur ante præstationem gvarandæ, & conditionem impletam? Hartm. Pistor. *dict. quæst. 22. n. 14.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Oder auch Beklagter allbereit auff die Klage purè und ohne Bedingung der Gewehr geantwortet/ und litem contestirt hätte/ &c. So wäret ihr nunmehr das Libell zu ändern und die Klage zu verbessern nicht befugt/ &c.)

Definit. IV.

Non efficit clausula salutaris libello adjecta, ut illum post litem contestatam mutare liceat.

1 NOn ergò in potestate actoris est, pro lubitu semper mutare vel emendare libellum, sed
2 juris requisita solennia hic observari oportet, † nempè ut fiat mutatio libelli ante gvarandam præstitam atque litem contestatam, quorum alterutro non observatô, actor libellum emendans nihil efficit *h.* Const. *11. Defin. 2.* † etiamsi 3
in emendationem istam post præstitam gvarandam, vel à litis contestatione factam Rei consensus accesserit, † siquidem litis contestatio aliique 4
actus substantiales judicii, partium consensu tolli nequeunt, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 74. num. 9.* Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 22. num. 3.* Jac. Schult. *observ. 48. n. 3. & seq.* † Multò minus clausula illa 5
salu-

ſalutaris: *Salvo jure addendi, minuendi, emendandi, &c.* libello adjecte efficiet, ut poſt litem conteſtatam vel præſtitam guarandam, eum mutare liceat, Joh. Schneidew. *in §. omnium. 1. n. 130. inſt. de act.* Jac. Schult. *obſerv. 48. n. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 28. n. 34.* † qvia poteſtas mutandi vel emendandi libellum, non dependet à voluntate actoris, ſed à poteſtate Legis: Nihil ergo reſervatio per clauſulam ſalutarem operari poteſt, Bart. *in l. Niſennius. 34. ff. de negot. geſtis. n. 2.*

Ita Domini in cauſa Bernhard Sahlfelds contra Chriſtophorum Zeumern/ Menſ. April. Anno 1614. (Verba ſent. Daß ſich Beklagter auf die verbeſſerte Klage einzulaſſen nicht ſchuldig/ und wird Kläger ihm die Unkoſten dieſes Termins/ auf Richterliche Ermäſſigung/ zu erſtatten billich angehalten/ V.R.W.)

Definit. V.

Nec in cauſis ſummariis poſt reſponſionem Rei, ad meritа cauſæ factam, petitionem mutare licet.

1 NUnqvam igitur poſt guarandam præſtitam, aut litem conteſtatam, in foro Saxonico re-
2 gulariter libellum mutare, vel emendare licet † in multis ampliationibus demonſtrant Jac. Schult. *obſervat. 48.* & Matth. Berlich. *part. 1. concl. 28.*
3 *n. 7. & multis ſeqq.* † Adeoqve nec in cauſis ſummariis, vel ſaltem propter generalitatem textus in *h.* Conſt. 1. & Ord. proceſſ. jud. *Elect. Saxon.*
4 *tit. 5. §.* Da auch einer ſeine Klage. † Nec movet, qvod in cauſis ſummariis libello ac litis conteſtatione opus non ſit, Jacob. Schult. *obſ. 3. n. 8.* Joh. Zanger. *de except. part. 1. c. 2. n. 14. & 23.* ut
5 ſic fruſtrà de hoc diſputari exiſtimaveris, † cum non entis nullæ ſint qvalitates, *l. non ſolùm 1. §. ut ſi adeò. 3. ff. qvib. mod. uſusfr. amitt. l. qvidam referunt. 14. ff. de jur. codicill. l. ſi Titio. 22. ff. qvando dies legat.* † Qvis enim refert, in ejusmodi cauſis ſum-
6 mariis, qvalemcunqve petitionem, libelli loco haberi, ac vel propterea neceſſariam eſſe, qvo reus certior fiat de eo, qvod petitur. Zanger. *dict.*
7 *c. 2. n. 14.* † Sicuti etiam his ipſis in cauſis, vicem litis conteſtationis obtinet actus ille, qvo primùm cauſæ merita tractari incipiunt, qvalis eſt reſponſio ad rem ipſam, oblatio articulorum, teſtium vel inſtrumentorum productio, vel qvid ſimile, Gloſſ. *in c. ſtatuimus. 1. §. ſed ſi pars verb. abſentiæ. extr. de Elect. in 6to.* Felin. *in c. exceptionem. 12. n. 10. extr. de except.* Zanger. *dict. c. 2. n. 24.* Schult. *obſervat. 49. n. 6.* Hart. Piſtor. *part. 4. q. 13. n. 25.*
8 † Ergò poſt hujusmodi actum aliqvem, in judicio geſtum, petitionis qvalis qvalis propoſitæ mutatio ampliùs fieri non poterit, ut rectè infert Jacob. Schult. *dict. obſerv. 49. n. 8.*

Ita tractatum in cauſa Jacobi Wentzels contra Michael Reinsbergern zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1619.

Definit. VI.

Poſt præſtitam gvarandam vel litem conteſtatam, ne qvidem minuere licet ſummam in libello expreſſam.

1 SEd annon poſt præſtitam gvarandam, vel litem conteſtatam, actori ſaltem liceat minuere libellum, & ſummæ, qvam in libello petiit, qvid detrahere, putà ſi actor triginta petiit, libello autem deminuto, duntaxat viginti petere velit? † Ita forſan dixeris, cum Gloſſ. latin. *ad art. 14. in lit. C. n. 5. lib. 3.* Landr. & Joh. Schneidew. *in §. minus. 31. inſt. de action. n. 10.* eò, † qvod Reo nihil per hoc depereat, ſed jus ſuum maneat ſalvum. † Attamen cum generaliter poſt præſtitam guarandam, vel litem conteſtatam, actor libellum mutare prohibeatur, *h.* Conſt. 1. Etiamſi juſtus & probabilis error intervenerit, atqve ab actore probatus fuerit, ut eleganter docent Hart. Piſtor. *part. 4. q. 23. n. 4.* & Jac. Schult. *obſerv. 48. n. 15.*
† Negari certè neqvit, ne qvidem deminutionem ſummæ poſt litem conteſtatam aut præſtitam guarandam, concedendam eſſe, qvippe qvæ & ipſa mutatio libelli eſt; † Veluti qvoqve deminutionem libelli diſertis verbis prohibet jus Saxon. *in dict. art. 14. verſ.* Beſſern und Mindern/ Dan. Moller. *hîc n. 3.* Jac. Schult. *dict. obſerv. 48. n. 13.* Matth. Coler. *ad c. dilecti 8. n. 66. extr. de except.*
† Planè ſi Reus contra ſummæ deminutionem nihil excipiat, actoris variationem admitti, tradit Dan. Moll. *hîc. n. 4.* de qvo tamen dubito, ex traditis *ſupr. Defin. 4. n. 2.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Ebelers zum Hayn/ Menſ. Dec. Anno 1622. (Verba ſent: Ob ihr nun wol das Klag-Libell zu endern Vorhabens ſeyd; Da ihr aber dennoch die Gewehr der Klagen allbereit angelobet/ oder aber Beklagter auf die Klage purè und ohne Bedingung der Gewehr geantwortet/ und litem conteſtirt hättet/ davor ſichs aus eurer Frage anſehen läſſet; So wäret ihr numehr das Libell zu ändern/ und die Klage zu verbeſſern/ oder auch die geklagte Summa zu vermindern nicht befugt/ V.R.W.)

Definit. VII.

Libellus alternativè vel conditionaliter conceptus, poſt litis conteſtationem mutari ac purè concipi neqvit.

1 MUtare qvoqve dicitur libellum, qvi qvod alternativè vel conditionaliter petiit, poſtea petit purè, non minùs ac ſi plus peteret, qvàm in priori libello petitum fuiſſet, † cum tempore
2 plus petat exigens debitum purè, qvod conditionaliter debetur, *c. un. de plus petit. arg. l. 1. C. qvando dies legat. ced. §. omnis 2. inſt. de V. O. l. cedere diem. 213. ff. de V. S.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 11. n. 4.* † Dubium ergò non eſt, qvin actor libel-
3 lum alternativè vel conditionaliter conceptum, poſt litem conteſtatam purè concipere prohibeatur, † maximè, qvia intereſt Rei, ſententiam alter-
4 nativè pronunciari, cum ei jam qvæſitum ſit beneficium, hoc vel illud eligendi, Thom. Gramm. *deciſ. Neapol. 68. num. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 28. n. 27.*

Ita Domini in cauſa Melchior Werners von Hamburg contra deſſen Gläubigere zu Leipzig/ Menſ. Mart. Anno 1616. (Verb. ſent. Daß es/ eingewendeter Leuterung ungeachtet/ bey unſerm jüngſt-geſprochenen Urtheil nochmahls verbleibet; Jedoch mit dieſer Erklärung/ daß Beklagten von der verbeſſerten Klage auf künftigen Termin ſich darnach zu achten/ und ſeine Nothdurfft darauf zu bedencken/ neben der Citation, Copien billich zugeſchickt wird/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Non valet actor poſt præſtitam gvarandam, vel litem conteſtatam, mutare libellum, etiamſi Reo omnes expenſas refundat.

1 COntra formalia proceſſus qvia peccatur, mutando libellum poſt guarandæ præſta-

tionem vel litis conteſtationem, *ſupr. Defin. 1. & 2.*
2 tutò dixerim, libellum non ſubſiſtere, † licet
ejus mutatio, vel emendatio ſtatim in continenti
poſt litem conteſtatam facta fuerit, qvamvis ali-
ter ſentiat Gloſſ. *in l. Pomponius 40. §. ratihabitio-*
nis 3. verb. ratihabitio verſ. etſi poſt ff. de procurat.
3 & Jaſon. *in l. edita. 3. n. 15. C. de edend.* † Qvin
nec tùm mutatio libelli poſt litem conteſtatam vel
gvarandam præſtitam admittenda erit, ſi actor
Reo omnes expenſas refundere velit, ut tradit
Hartm. Piſt. *part. 4. q. 12. n. 2.* Jac. Schult. *obſ. 48.*
numer. 7.

Ita Domini in cauſa Bernhard Sahlfelds contra Chriſtophorum Zeumerum, Menſ. April. Anno 1624.

Definit. IX.

Si ab actione deſiſtat actor, Reo expenſas refundere tenetur.

1 COnſultum nihilominus eſt actori, poſt litem
conteſtatam vel gvarandam præſtitam li-
2 bellum mutare vel emendare volenti, † nempe
ut à priori inſtantia penitùs recedat novumqve
libellum offerat, ac novam inſtantiam inchoet,
cum nunqvam actor, etiamſi libellum mutare no-
lit, ab actione deſiſtere prohibeatur, Hart. Piſtor.
3 *part. 4. q. 22. n. 5.* † Attamen utroqve caſu actor
tenetur Reo expenſas refundere, *l. 18. §. ult. ff. de*
vi & vi armat. Specul. *lib. 2. part. 3. tit. de expenſis*
§. ſi ante litis conteſtationem 3. n. 11. Hartm. Piſtor.
4 *dict. loc. n. 2.* Jac. Schult. *obſerv. 48. n. 36.* † Qvod
& verbis diſertis ſancitum à Sereniſſimo Dn. Elec-
tore Saxon. in Ord. Proceſſ. judic. *tit. 5. §.* Da
auch einer. *verſ.* Er wolte dann die vorige Klage
gantz fallen laſſen/ und eine neue vorbringen/ auf
ſolchen Fall iſt er gleichwol dem Beklagten zuvorn
die Unkoſten / auf Richterliche Ermäſſigung / zu
erſtatten ſchuldig. Zobel. *part. 4. differ. 24.* Matth.
Berlich. *part. 1. concl. 28. n. 35.*

Ita Domini in cauſa Johannis Cramers von Wien contra Georgium & Chriſtophorum die Polmänere ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Octobr. An. 1626.

Definit. X.

Frangens gvarandam per mutationem libelli, ſolâ expenſarum refuſione hodie punitur.

1 POſt gvarandam præſtitam vel litem conteſta-
tam, ſi actor libellum mutet vel emendet,
absqve dubio in foro Saxonico incidit in pœnam
fractæ & violatæ gvarandæ, qvæ eſt in cauſis civi-
libus triginta ſolidorum (zwey alte Schock) par-
2 ti ſolvendorum: † In criminalibus verò, amputa-
tio manûs, niſi malit mulctæ nomine medietatem
Wergeldi, hoc eſt, 10. thaleros (vel 12. alte Schock)
parti ſolvere, Landr. *libr. 2. art. 15. &* Weichbild.
art. 114. Chil. König. *in proceſſ. c. 48. n. 2.* Matth.
3 Coler. *ad cap. dilecti 8. extr. de except. num. 17.* †
Qvamvis alii pœnam amputationis manûs ad
eum reſtringant caſum, qvo criminaliter actum
fuerit, ita, ut ſi ex crimine civiliter agatur, pœna ſit
duntaxat dimidium Wergeldum, Gloſſ. *in* Weich-
bild. *dict. art. 114. n. 4.* Zobel. *part. 1. differ. 11. n. 6.*
Joh. Schneidew. *ad §. ſi minus 31. inſt. de action. n.*
4 *15. ſub fin.* † Sed pœna hæc fractæ gvarandæ ho-
die prorſus in deſvetudinem abiit, nec alio mo-
do punitur actor, mutato libello gvarandam
frangens, qvàm ſolâ expenſarum refuſione, teſte
obſervantiâ fori Saxonici, Matth. Wehner. *in ob-*
ſerv. pract. verb. Gewehr. *verſ. illud etiam non præ-*
tereundum.

Ita Domini in cauſa Hanſen Ebelers zum Hayn / Menſ. Decembr. Anno 1622. (Verba ſentent. So wäret ihr numehr/ nach angelobter Gewehr oder beſchehenen Litis Conteſtation, das Klag-Libell zu endern/ und die Klage zu verbeſſern / oder auch an der geklagten Sum̃a zu vermindern nicht befugt; Sondern da ſolches von euch beſchehen / wäret ihr Beklagten die aufgewandte Gerichts-Koſten zu erſtatten ſchuldig / und es möchte derſelbe ſich auf die verbeſſerte Klage einzulaſſen nicht gehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XI.

Tenetur qvoq; actor ad refuſionem expenſarum, ſi ante præſtitam gvarandam vel litem conteſtatam, attamen in ipſo termino libellum mutare velit.

REſpicit ergò hodiè pœna fractæ gvarandæ ſo- 1
lumnodò intereſſe Rei, ne ſcilicet hic damnum
ſentiat ex libelli mutatione; † Ex qvo etiam fit, 2
qvod actor condemnetur in expenſas, ſi ante præ-
ſtitam gvarandam vel litem conteſtatam, in ipſo
termino libellum mutare velit, & ad hoc reum,
transmiſſo libello mutato, citari non fecerit, Ord.
proceſſ. judic. *tit. 5. §.* Da auch einer ſeiner Kla-
ge. *verſ.* Würde aber der Kläger. *usq; ad fin.* † in 3
tantum, ut actor cum novâ actione & libello mu-
tato non audiatur, niſi expenſæ fuerint reſtitutæ,
Jaſon. *in l. edita actio. 3. n. 37. C. de edend.*

Ita Domini in cauſa Jacobi Wentzels & Conſort. contra Syndicen der Ober- und anderer Meiſtere des Kannengieſſer-Handwercks zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1629. (Verb. ſent. Daß Klägere Beklagten die Unkoſten dieſes Termins/ auf richterliche Ermäſſigung/ zu erſtatten pflichtig. Würden ſie nun Beklagte mit Uberſchickung der verbeſſerten Klage nochmals gebührlichen citiren laſſen; So ſeyn Beklagte zu erſcheinen / und ſich darauf einzulaſſen und zu antworten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XII.

Declarare tamen licet obſcurum libellum poſt gvarandam præſtitam, vel litem conteſtatam.

ETſi in foro Saxonico nec poſt præſtitam 1
gvarandam, nec poſt litem conteſtatam, li-
ceat mutare vel emendare libellum *ſupr. Definit. 1.*
& 2. † Declaratio tamen ejusdem prohibita 2
haud eſt, ſed poteſt actor etiam poſt gvarandam
præſtitam & litem conteſtatam, usqve ad ſenten-
tiam libellum obſcurum declarare, per *l. ſi qvis*
intentione 66. ff. de judic. Modeſt. Piſtor. *part. 4. qv.*
155. num. 7. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 28. n. 27.*
Joh. Schneidew. *ad §. ſi minus 31. inſt. de action. n. 8.*
† Qvoniam qvi declarat, nihil de novo addit, 3
Jac. Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 1. n. 177.* Bald.
in c. ſuper literis 20. n. 61. extr. de reſcript. † Ex 4
qvo fit, qvod etiamſi in cauſis criminalibus non-
minus atqve civilibus, prohibita ſit libelli mu-
tatio poſt gvarandam præſtitam vel litem con-
teſtatam, nova tamen ac plura indicia contra
accuſatum proponere liceat, † ſiqvidem ejus- 5
modi addictio indiciorum potiùs declaratio ac
ſpecificatio qvædam eſt, qvàm emendatio &
mutatio libelli, ut demonſtravi in *practica crimi-*
nali part. 3. qvæſt. 106. n. 64. Modeſt. Piſtor. *part. 4.*
qvæſt. 139. † Pariter etiam & ex eodem funda-
men-

mento, poſt præſtitam gvarandam in actione injuriarum, exprimi poſſe locum & tempus commiſſæ injuriæ, docet multis Modeſt. Piſt. *part. 4. qvæſt. 155.* † Planè, hæres actoris libellum ambiguum & obſcurum mutare & declarare non valet, per text. *in l. idem Pomponius 5. §. ult. ff. de R. V.* Dan. Moller. *hic num. 7.* Jacob. Schult. *obſerv. 48. n. 21. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Senatus Zwickavienſis contra Michael Dechen/ Menſ. Sept. Anno 1629.

Definit. XIII.

Haud prohibitum eſt in foro Saxonico mutare libellum poſt præſtitam gvarandam in petitione hæreditatis, aliisq; judiciis univerſalibus.

1 CErti juris eſt, in judiciis univerſalibus & generalibus, puta petitione hæreditatis, actione tutelæ, &c. etiam poſt litis conteſtationem, actorem libellum & actionem editam mutare vel emendare poſſe, addendo aliqvid libello, plures res hæreditarias ac plura negotia ſpecificando, Joh. Zanger. *de except. part. 2. c. 21. num. 69.* Joh. Schneidow. *ad §. ſi minus 31. inſt. de action. n. 10.* Jacob Menoch. *de arbitr. judic. qvæſt. cent. 2. caſ.*
2 *176. num. 4. & ſeqq.* † Sed num idem actor facere poterit in foro Saxonico poſt præſtitam gvarandam? Omninò, qvia in foro Saxonico, qvoad ef-
3 fectum emendationis libelli, † gvarandæ & litis conteſtationis eadem eſt ratio ac qvalitas, & qvi effectus eſt de Jure civili, litis conteſtationis, is de jure Saxonico tribuitur vel gvarandæ vel litis conteſtationi, Joh. Zanger. *dict. cap. 21. num. 63.* Matth Berlich. *part. 1. concl. 28. n. 33.*

Ita Domini in cauſa Johannis Rudolphi contra Paulum Börnern & Conſortes zu Leipzig/ Menſ. Jul. Anno 1625. (Verba ſent. Daß Beklagte/ ihres Widerfechtens ungeachtet/ auf die verbeſſerte Klage/ bey Straf Ungehorſams/ ſich einzulaſſen u. zu antworten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Poſt litem conteſtatam ſive præſtitam gvarandam, actor neqvit deferre Reo jusjurandum, etſi antea de eo fuerit conteſtatus.

1 EFFectus gvarandæ vel litis conteſtationis non ſolùm in mutatione vel emendatione libelli,
2 † ſed etiam in delatione jurisjurandi locum ſibi vendicat, ſiqvidem poſt litem conteſtatam ſive
3 præſtitam gvarandam, † non magis licet actori jusjurandum deferre Reo, qvàm mutare vel emendare libellum, *h.* Conſt. *11. verſ.* Oder den Grund der Klagen. Ordin. proceſſ. jud. Elector. Saxon. *tit. 18. in pr. verſ.* Wenn aber die Gewehr angelobet / Dan. Moller. *hic n. 8.* Chil. König. *in proceſſ. cap. 53. n. 3.* Hartm. Piſtor. *part. 4. qvæſt. 22. num. 7.* Jacob. Schult. *obſervat. 48. n. 16.* Andr.
4 Rauchbar. *part. 1. qvæſt. 9. n. 5. & 7.* † Idqve verum eſt, etiamſi actor ante litis conteſtationem de eo proteſtatus fuerit; Neqve enim tùm facultas deferendi juramentum poſt litem conteſtatam vel præſtitam gvarandam, competit actori, *dict. tit. 18. in pr. verſ.* Ob er gleich zuvor derentwegen *proteſtirt* und bedinget hätte. § Hartman. Piſtor. *dict. loc. num. 8.* † qvia proteſtatio interpoſita ſuper eo, qvod non dependet à voluntate partium, ſed ex diſpoſitione juris, nec proteſtantem relevat, nec qvicqvam operatur, Guid. Pap. *qvæſt. 172. n. 2.* Garſ. Maſtril. *deciſ. 40. n. 2.* Schult. *dict. obſerv. 40. n. 20.*

Ita Domini in cauſa Friedrich Rauſchers zu Leipzig/ Menſ. April. Anno 1576. (Verba ſent. Daß allein vor angelobter Gewehr und der Krieges-Befeſtigung ihr eure/ wider den von Schönach angeſtalte Klage/ ihme in ſein Chriſtliches Gewiſſen zu ſtellen wol befugt/ V. R. W.)

Definit. XV.

Poſt litis conteſtationem opponuntur validè exceptiones dilatoriæ noviter exortæ.

EFFectus qvoqve litis conteſtationis eſt, qvod 1
poſt eam non admittantur exceptiones dilatoriæ: † Has enim ante litem conteſtatam opponi 2
oportet, neqve poſtea locus iis conceditur, *l. ſi qvis advocatus pen. & l. ſeq. C. de except. l. 13. C. de procurat.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. ult. n. 2.* Dan. Moller. *ad Conſtit. Elect. 3. n. 1. part. 1.* † 3
Sed hoc ita, ſi tales non ſint, qvæ judicium retrò nullum reddunt, ut eſt falſi procuratoris &c. qvas omni tempore litis, adeoq; etiam poſt ſententiam latam proponere licet, Zanger. *dict. part. 2. c. 22. n. 8.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 47. n. 2. & lib. 2. obſerv. 100. n. 4.* † Pariter qvoqve tertius interve- 4
niens poſt litem conteſtatam, dilatorias exceptiones proponere valet, Zanger. *dict. cap. ult. n. 12.* Jacob. Schult. *obſerv. 7. n. 4.* † Planè, ſi exceptio 5
dilatoria judicio jam accepto gignatur, aut reo innoteſcat, poterit Reus eandem adhuc in medium afferre, † modò hoc caſu juret, exceptionem 6
illam ſibi ante litem conteſtatam fuiſſe incognitam, *c. inſinuante 25. ibi.* Felin. *n. 8. extr. de offic. delegat.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 18. n. 13.* Jacob. Schult. *dict. obſerv. 7. n. 5.* Dan. Moll. *lib. 1. ſemeſtr. 1. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Burckard Kochens contra Johann. Sieberu/ Menſ. Jan. Anno 1635.

Et in cauſa Martini Antonii ab Harlims contra Hans Wirthen/ Menſ. Octobr. Anno 1630.

Definit. XVI.

In qvovis tempore Judicii, actore vel Reo defuncto, ejus hæredes proceſſum reaſſumere tenentur.

DE jure eqvidem reaſſumtio proceſſus, actore 1
vel Reo defuncto, non adeò videtur neceſſaria, ſed hæredes defuncti ſtatim comparere & proceſſum continuare poſſunt, † cum inſtantia 2
activè & paſſivè ipſo jure ad eos transmittatur *l. ſi eum 33. ff. de fidejuſſ. l. ſi operarum 29. ff. de oper. libert. l. Lucius 78. §. pen. ff. ad SCtum Trebell. l. heres abſens 19. ff. de judic. l. ſciendum 58. ff. de oblig. & action.* † Nihilominus ubiqve locorum hodiè 3
receptum eſt, ut hæredes ad proceſſum continuandum non admittantur, priusqvam illum legitimè reaſſumſerint, Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 109. n. 5.* † 4
Qvod & diſertè approbatum ab Illuſtriſſimo Dn. Electore Saxon. in Ord. proceſſ. jud. *tit. 17.* † in 5
tantùm, ut litis reaſſumtione non præcedente, nullitas committatur, veluti ex Reſponſo Scabinorum Lipſienſium probat Matth. Berlich. *part. 1. concl. 27. n. 4.* † Et ſanè, qvocunqve etiam tem- 6
pore alteruter litigantium moriatur ante concluſionem cauſæ, proceſſus eſt reaſſumendus ab hæredibus, etiam ante litis conteſtationem, modò

terminus saltem unicus vivente adhuc Reo vel
7 actore præcesserit, † processus siqvidem instantia non solùm litem, qvæ incipit demùm post responsionem Rei atqve litis contestationem, *l. un. C. de lit. contest.* Sed & acrem atqve assiduam flagitationem, omniaqve ea, qvæ litis contestationem præcedunt, significat, §. *1. instit. de pœn. tem.*
8 *litig. l. ult. §. fin. ff. de pign. act.* † ut omninò necessarium sit, instantiam ante litis contestationem ab hæredibus reassumi, non minus atqve Reum ante litis contestationem ab instantiâ absolvi, Dan. Moller. *ad Const. Elect. 2. n. 6. ubi vid. Defin. 19.*
9 † Qvin etiam post conclusionem causæ, si pars moriatur ante executionem, opus esse reassumtione processus, tradit rectissimè Jac. Schult. *qvæst. 52.*
10 *num. 1. & 2.* † Planè si hæredes ad reassumendum citati non compareant, in eorum contumaciam processus habetur pro reassumto, Berlich. *dict. concl. 27. n. 25.*

Ita Domini in causa der Scheiben contra die Ulmannische Erben / Mens. April. Anno 1632. (Verba sent. Daß Beklagte Klägern die Unkosten dieses Termins/ auf vorgehende Liqvidation und richterliche Ermässigung / zu erstatten/ und auf anderweit vorgehende rechtliche Ladung/ den Process wegen ihrer verstorbenen Mutter/ ihres Fürwendens ungeachtet/ gebührlichen zu reassumiren schuldig/ in Verbleibung dessen wird derselbe pro reassumto billich gehalten/ V. R. W.)

Item in causa Jonæ Lappens contra Ludolphum Brobstein zu Leipzig/ Mens. Majo Anno 1633. (Verba sent. Daß beklagte Erben Klägern die Unkosten dieses Termins/ auf richterliche Ermässigung/ zu erstatten/ und auf anderweit vorgehende Ladung zu erscheinen / den Process gebührlichen zu reassumiren, und auf Klägers eingebrachte Ungehorsams-Beschuldigung wegen desertion eingewendeter Leuterung und eventual-Appellation zu verfahrē schuldig/ mit dieser ausdrücklichen Verwarnung/ daß im widrigen Fall der Process pro reassumto gehalten/ und auf Klägers Ungehorsams-Beschuldigung zu recht erkant werden soll/ V. R. W.)

Et in causa D. Petri Ritters contra Ludolphum & Andream die Qvenstette zu Qvedlinburg / Mens. Martio Anno 1635.

Definit. XVII.

In unâ eâdemq; sententiâ, heredibus reassumtio processus ac litis contestatio, aliusq; actus judiciarius simul rectè injungitur.

1 ERrant omninò, qvi putant, hæredibus litigantium nec litis contestationem, nec recognitionem documentorum, aliumvè actum judiciarium injungi posse, priusqvam super litis reassumtione fuerit sententionatum, per text. in Ordin. Process. judic. Elect. Saxon. *tit. 17. in fin.* Und über diesen *passu expreßè*, ob der *Proceß* zur Gnüge
2 *reassumirt* oder nicht/ erkennen lassen. † Sed nil minus, qvàm idipsum probari inde poterit, cum sententia super reassumtione non excludat litis contestationem, aliosqve actus judiciarios,
3 † nec absurdum sit, injuncto jam antea actu qvodam judiciario hæredibus, super litis reas-
4 sumtione postea pronunciare; † Ac vel propterea cum litis reassumtione actus alii judiciarii debent cumulari in sententia interlocutoriâ, qvò eò citiùs lis abbrevietur, † siqvidem ad officium Ju- 5
dicis pertinet, in id intendere mentem, ut lites finiantur atqve minuantur, neqve litigatores inani sumptu di vexentur, *l. qvidam existimaverunt 21. in fin. ff. si cert. petat. c. nonnulli 28. §. cum autem lites extr. de rescript.* Dan. Moll. *ad Const. Elect. 3. n. 8. part. 1.* Jac. Schult. *observ. 7. n. 34.*

Ita Domini in causa Angel von Godens contra Viduam & Hæredes Caspari Reutzens zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1626. (Verba sent. Daß Beklagte noch zur Zeit vor ungehorsam nicht zu achten/ sie seynd aber auf anderweit vorhergehende gebührende Ladung/ bey Straf Ungehorsams/ zu erscheinen/ den Process zu reassumiren, und auf die erhobene Klage zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu besestigen schuldig/ V. R. W.)

Et postea in eadem causa Mens. Mart. Anno 1627. (Verba sent. Daß der Process pro reassumpto numehr billich gehalten wird/ und hat Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagte biß auf Ehehafft und behelfliche Wider-Rede erstanden und erlanget/ V. R. W.)

It. in causa Dietrichs Schnecks contra Gotthard Plötzers Erben/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sent. Daß Beklagte Klägern die Unkosten dieses Termins auf unsere Ermässigung zu erstatten / auf anderweit vorhergehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und den Process zu reassumiren; so wol die von ihrem Vater eingewendete Leuterung gebührlichen zu prosequiren schuldig/ mit dieser ausdrücklichen Verwarnung/ daß im widrigen Fall der Process pro reassumto gehalten/ und die Leuterung desert. erkant werden soll/ V. R. W.)

Et in causa Petri Altners contra hæredes Tobiæ Frischmans/ Mens. Jan. Anno 1631.

Definit. XVIII.

Opus est reassumtione processus, etiamsi defunctus per procuratorem litem peregerit.

SI procurator post litem contestatam, ubi jam 1
dominus litis factus est, moriatur, litis reassumtione opus non est, sed sufficit in locum demortui alium substitui procuratorem, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 6. defin. 14. n. 8.* Guid. Pap. *decis. 86.* † Qvod idem ad tutores & Curatores, qvi 2
procuratoribus æqviparantur, Bald. *in l. neq; tutores 11. C. de procur. num. 2.* rectissimè extendit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 27. n. 26.* Anton. Fab. *dict. defin. 4. n. 11.* † At defuncto actore vel Reo, 3
licet is non in propriâ personâ, sed per Procuratorem, qui post litem contestatam dominus litis factus est, *l. nulla 23. C. de procur. l. 4. §. ult. ff. de appellat.* causam agitaverit, hæredes tamen processum reassumere tenentur, † vel saltem ex ob- 4
servantiâ judiciorum, de qua testatur Andr. Gail. *lib. 1. obs. 109. n. 6.*

Ita Domini in causa der Anwälde Hansen Anshelms contra Hans Christoph Lauterbachen/ Mens. Octob. Anno 1627. (Verb. sent. Würde Hans Anshelm des Beklagten und nunmehr verstorbenen Barthel Lauterbachs sämtliche Erben ad reassumendum processum gebührlichen citiren lassen. So erginge alsdann darauf in der Sachen ferner/ was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Nicolai Knauers contra Viduam & Hæredes Philippi Landgrafens/ Mens. Junio Anno 1625. (Verba sent. Daß Philipp Landgrafens Wittib und Erben den wider ihren Vater erhobenen Diffamation-Process, ihres dawider gethanen Vorwendens ungeachtet/ zu reassumiren schuldig/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XII.

PARTIS PRIMÆ.

Wann ein aufgelegter Eyd soll geleistet werden?

Juramentum per sententiam alicui delatum quando præstari debeat?

DEr einem Part ein deferirter oder ander Eyd/ Juramentum purgatorium oder suppletorium zu leisten auferleget und zuerkant/ so soll er in 8. Tagen von der Zeit an/ als solches Urtheil seine Krafft erreicht/ den Gegentheil/ welcher den Eyd vor Gefehrde vorhero schweren soll/ citiren zu lassen/ und berührten Haupt-Eyd innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen zu leisten/ oder da er sein Gewissen mit Beweisung zu vertreten Vorhabens/ die Beweiß-Articul ausserhalb benanter Zeit einzulegen schuldig seyn.

Geschehe solches von ihme nicht / so soll gesprochen werden/ daß er sich mit dem Eyde versäumet / und damit ferner nicht zuzulassen/ auch was des versäumten Eydes halben mehr recht ist / und der Sachen und Acten Nothdurfft erfodert.

Wann aber der/ so einen deferirten Eyd schweren soll/ den andern/ welcher den vorgehenden Eyd vor Gefehrde zu leisten schuldig/ citiren liesse/ und derselbige würde ungehorsamlich nicht erscheinen/ oder thäte sich des Eydes vor Gefehrde weigern/ so soll der deferirte Eyd vor geschworen und geleistet geachtet / auch darauf also erkannt und gesprochen werden.

Vi vel delatum sibi juramentum judiciale, vel purgationis, aut suppletorium præstare per sententiam jussus est, intra octo dies, ab eo tempore, qvo rei judicatæ vires illa consecuta est, numerandos, adversario, ut de calumnia juret, citato, intra sex septimanas & tres dies sententiæ pareat, aut si probationibus uti malit, articulos ante dictum terminum elapsum exhibeat. Qvod si factum ab ipso non fuerit, judex eum postea jurare cupientem audiendum non esse pronunciabit, & cætera faciet, qvæ deserto vel neglecto juramento, fieri oportere, pro qvalitate causæ & actorum, existimaverit.

Si verò is, cui juramentum delatum est, adversarium, qvi de calumnia jurare tenetur, ad hoc citari faciat, ille verò vel non compareat, vel jurare de calumnia nolit, tùm juramentum delatum pro præstito haberi, & ita judicari & responderi volumus.

DEFINITIONES.

1. *Post qvarandam præstitam vel litem contestatam non licet deferre juramentum, nisi super qvæstionibus noviter incidentibus.*
2. *Juramentum ab actore etiam penitus nihil probante Reo deferri potest.*
3. *Revocare potest actor juramentum Reo delatum, & ad probationes ordinarias confugere etiam post præstitam qvarandam & litem contestatam.*
4. *Postqvàm Reus juramentum delatum acceptaverit, aut retulerit, vel etiam à Judice desuper pronunciatum fuerit, ab actore id revocari neqvit.*
5. *In foro Saxonico juramentum judiciale intra terminum probatorium, h. e. sex septimanas & tres dies præstandum est.*
6. *Jussus jurare, intra octo dies à tempore lapsi decendii, ad præstationem juramenti se offerre & citationem impetrare debet.*
7. *Terminus Juramenti præstationi præfixus à tempore lapsi decendij vel rei judicatæ currere incipit.*
8. *Neglectâ formâ Citationis intra octiduum impetrandæ, juramentum pro deserto habetur, licet postea Reus ante elapsum terminum juramento præfixum, ad jurandum se offerat.*
9. *Interpositâ leuteratione, non currit octiduum juranti, antequam is notitiam consequatur, leuterationi fuisse renunciatum.*
10. *Non ab ipsâ rejectione leuterationis vel appellationis, sed post decendium demùm currit octiduum juranti.*
11. *Anticipatio octidui, antequam decendium fuerit elapsum, facit, ut juramentum pro deserto habeatur.*
12. *Ad jurandum qvis se offerre potest etiam per mandatarium, exhibito tamen speciali mandato.*
13. *Suppletorium qvoq; juramentum ad terminum probatorium jurandi & ad octiduum se offerendi adstrictum est.*
14. *Sicuti & Juramentum purgatorium.*
15. *In causa tamen criminali, juramentum purgationis neq; ad octiduum, neq; ad terminum probatorium est adstrictum.*
16. *In causis qvoq; matrimonialibus peremptorius jurandi terminus non observatur.*
17. *Juramentum, qvo, deficiente Inventario, hæreditariæ res sunt manifestandæ, ad terminum jurandi legalem adstrictum non est.*
18. *Post terminum præterlapsum admittitur juramenti præstatio, si adversarius contra eam non excipiat.*
19. *Neglecto termino jurandi, jusjurandum pro deserto habetur, ac lis secundum eum datur, cui jurari debuerat.*

20. *De jure civili novo, juramentum calumniæ ſpeciale ſive malitiæ regulariter exigi neqvit.*
21. *In foro Saxon. juſtiſſimis de cauſis juramentum calumniæ generale abrogatum eſt.*
22. *Ejus tamen loco juramentum calumniæ ſpeciale ſive malitiæ ad compeſcendam temeritatem litigantium injungi poteſt.*
23. *Deferens adverſario juijurandum, non aliter tenetur de calumnia jurare, quàm ſi adverſarius id exigat.*
24. *Parentes, deferentes liberis juramentum, non tenentur jurare de calumnia.*
25. *Impoſito alicui juramento ſuppletorio vel purgatorio, exigi neqvit juijurandum calumniæ.*
26. *Nec is, qui juramento res hæreditarias patefacere tenetur, jusjurandum calumniæ petere valet.*
27. *Sicuti nec is, qui ſcripturam recognoſcere juſſus eam juramento diffitetur.*
28. *Si adverſarius de calumnia jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, juramentum delatum principale pro præſtito habetur.*
29. *Non poteſt actor deferre juramentum ſuper eo, qvod probare intendit.*
30. *Ad confirmandum ſaltem vel probandum matrimonium licet deferre juramentum, non etiam ad diſſolvendum illud.*
31. *Non poteſt jusjurandum referri depoſitario, ſi contra bonam fidem, & dolosè qvid feciſſe dicatur.*
32. *Etiam in foro Saxonico poſt litis conteſtationem & præſtitam gvarandam, Reus ſuper exceptionibus peremptoriis actori juramentum deferre poteſt.*
33. *Niſi Reus ad reprobationem ſe jam obtulerit, eavè ipſi per ſententiam injuncta fuerit.*
34. *Absq; delatione vel Judicis impoſitione nullum præſtandum eſt jusjurandum.*
35. *Extra proceſſum ordinarium non poteſt deferri juramentum.*
36. *In proceſſu ordinario Reus etiam exceptionem ſolutionis, contra inſtrumentum gvarentigiatum oppoſitam, conſcientiæ actoris committere poteſt.*
37. *Non poteſt recuſari jusjurandum à parte delatum propterea, qvod agatur ex compromiſſo judiciali.*
38. *Mulier qvatenus autoritate Curatoris ſui valeat deferre juramentum.*
39. *Non poteſt per Procuratorem præſtari juramentum in foro Saxonico.*
40. *Differunt ab invicem committere factum alicujus conſcientiæ; Et committere ſcientiæ ſive notitiæ: Solum enim factum proprium alicujus conſcientiæ committi poteſt.*
41. *At factum alienum ſoli alicujus conſcientiæ neqvit committi, ſed tenetur in ſe ſuſcipere hoc casu deferens juramentum, onus probandi.*
42. *Juramentum pupillo delatum, ſi jurare velit referre nolit, differtur usq; dum pubes fuerit factus.*
43. *Differtur qvoq; juramentum ſuper exceptionibus pupillo actori delatum, usq; ad ejus pubertatem, qvo tamen caſu, Reo deferenti juramentum malitiæ eſt imponendum.*

Definit. I.

Poſt gvarandam præſtitam vel litem conteſtatam non licet deferre juramentum, niſi ſuper qvæſtionibus noviter incidentibus.

1 ETſi de jure civili, juramentum tàm in principio litis, qvàm in medio, vel in ipsâ ſententiâ definitivâ licitè deferatur, *l. generaliter 12. ſub fin. pr. C. de reb. credit. & jurejur.* Joh. Schneidew. *in §. item ſi qvis poſtulante 11. n. 83. inſt. de action.* Jaſon. *in l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 72. & 74.*
2 Andr. Rauchb. *part. 1. q. 9. n. 23.* † Attamen in foro Saxonico, delatio jurisjurandi duntaxat ante præſtationem gvarandæ & litis conteſtationem locum habet, nec poſtea actor juramentum deferre volens admittitur, etiamſi de hoc antea proteſtatus fuerit, ut dixi & probavi Conſt. Elect. *præced. Defin. 14.*
3 † Aliud tamen dicendum, ſi lis non purè, ſed conditionaliter & eventualiter fuerit conteſtata, & gvaranda nondum præſtita, ut manifeſtum eſt ex verbis Conſt. Elect. *11. verſ.* Wañ die Gewehr. & Ordin. proceſſ. judic. *tit. 18. in fin. pr. verſ.* Es wäre dann.
4 † Planè ſuper qvæſtionibus poſt gvarandam præſtitam vel litem conteſtatam incidentibus & emergentibus, qvin poſtea etiam juramentum validè deferatur, ambigendum non eſt, juxta tradita Dan. Moll. *part. 1. Conſt. Elect. 11. n. 9.*
5 † Quænam verò dicantur qvæſtiones incidentes vel emergentes, de eo vid. Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. q. lib. 1. q. 45. n. 2. & ſeqq.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 58.*

Ita Domini in cauſa Auguſti & Stephani der Clamer contra Heinricum Zourſchen/Menſ. Maj. Anno 1630.

Definit. II.

Juramentum ab actore etiam penitus nihil probante, Reo deferri poteſt.

ETſi qvidam haud malè forſan exiſtimaverint, juramentum litis deciſorium judiciale nunqvam deferri poſſe Reo, ab actore nihil probante, per text. *in l. qui accuſare 4. C. de edend. l. negantes 9. C. de O. & A. l. ult. C. de R. V. l. in bonæ fidei 3. C. de reb. credit. & jurejur. cap. ult. §. ſanè 1. extr. de jurejur.* Specul. *lib. 2. part. 2. tit. de juram. delat. §. 1. num. 4.* Erneſt. Cothm. *vol. 2. conſ. 82. n. 2. & ſeqq.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 93. n. 2.* 1
† Videntur tamen in eo errâſſe, quod non diſtinxerint inter juramentum neceſſarium, qvod à judice parti defertur, & juramentum judiciale, qvod pars parti in judicio defert: 2
† Conceſſerim ſiqvidem juramentum illud neceſſarium absqve ſemiplenâ probatione à judice parti haud injungendum eſſe, qvod omninò ll. modò allegatæ probant, ſcilicet, qvia juramentum illud præcisè præſtandum eſt, nec referri poteſt: 3
† Qvod cum aliter ſe habeat in juramento judiciali litis deciſorio, nil certè obſtare videtur, qvò minus ab actore nihil etiam probante, Reo id deferri poſſit, cum huic liberum ſit, iſtud, ſi malit, actori referre, atqve eo medio à jurando ſe liberare; 4
† Qvod & manifeſtiſſimè probatur per text. *in l. manifeſtæ 38. l. jusjurandum 34. §. ait Prætor. 6. ff. de jurejur. l. ult. C. de fideicommiſſ. l. cum de indebito 25. §. in omnibus 3. ff. de probat. l. tutor. 35. in pr. ff. de jurejur. l. generaliter 12. in pr. C. de reb. credit.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de jurejur. num. 9.* 5

Jacob.

Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. qvæst. 130. n. 31. & seq.* Hartm. Pist. *part. 4. q. 13. n. 1. & 16.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 122. n. 1.* Johan. Schneidew. *in §. item si qvis postulante 11. n. 21. inst. de act.*

6 † Certè hac de re minus dubium est in foro Saxonico, ubi jure manifesto sancitum reperitur, qvod actor etiam nihil omninò probans, possit Reo juramentum super causæ veritate deferre, Landr. *lib. 2. art. 22.* §. Zeuget ein Mann. *Ubi* Gloss. Latin. *sub lit. F.* Ord. proces. jud. Elect. Saxon. *tit. 18. in pr. vers.* Wann er gleich keinen Schein. Christ. Zobel. *part. 1. diff. 21. n. 7. & 11.* Hartm. Pistor. *dict. q. 13. n. 16.* Col. *dict. decis. 122. n. 2.* Modest. Pistor. *vol. 2. conf. 45. q. 2. n. 28.* Chil. König. *in proces. c. 66.*

Ita Domini in causa Johannis Gatzwillers contra Walther Brielen/ Mens. Mart. Anno 1631. (Verba sent. Und dieweil nunmehr Beklagter auf erhobene Klage geantwortet/ und derselben nicht geständig / Kläger aber auf solchen Fall ihme dieselbe in sein Gewissen/ Wissenschaft und Wolbewust gestellet; So ist Beklagter auf vorgehenden Klägers Eyd vor Gefehrde/ sein Gewissen/ Wissenschaft und Wolbewust zu eröffnen schuldig; Er wolte dem Klägern den Haupt-Eyd referiren, oder sein Gewissen mit Beweiß vertreten / damit würde er binnen Sachsischer Frist billich gehöret/ und zugelassen/ darauf ferner zu beschehen/ was recht ist/ V. R. W.)

Item in causa Hansen Ladens contra Elisabethen Arnolds/ Mens. Maj. Anno 1630.

Et in causa Balthasar Schumans contra Bartholomæum Willischen/ Mens. Jul. Anno 1632.

Definit. III.

Revocare potest actor juramentum Reo delatum, & ad probationes ordinarias confugere, etiam post præstitam qvarandam & litem contestatam.

1 QVotiescunqve igitur placuerit, actor nil etiam probans ante litem contestatam & præstitam qvarandam, Reo juramentum potest de ferre, *De-*
2 *fin. præced.* † Sed & revocare licet delationem & ad probationes ordinarias recurrere, *l. si qvis jusjurandum 11. C. de reb credit.* Joh. Borch. *in tract. de jurejur. c. 6. n. 1. & seqq.* Petr. Heig. *part. 2. q. 4. n. 14.*
3 † Prudenter sanè, ne qvis litis victoriam, qvam ex novis liqvidis probationibus supervenientibus sibi exploratam comparare possit, Rei perjurio committere cogatur, ut loqvitur in simili Anton. Fab. *in Cod. l. 4. tit. 1. defin. 3. n. 4.* † Nec de jure Saxonico aliud dicendum arbitror, cum Matth. Wesenb. *in parat. ff. de jurejur. n. 9.* Reinh. *part. 4. differ. 14.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 123. n. 8.* Chil. König. *in proces. c. 66.* propter text. in Landr. *lib. 2. art. 11.* §. Ist aber der Mann bereit. qvia ante juramenti acceptationem nullum jus Reo acqvisitum videtur, sed adhuc integra res est, ut propterea actori aliud eligere medium prohiberi neqveat, ut multis demonstrat Dan. Moll. *ad Const. Elect.* 4 *§ 14. n. 8. & seq.* † Qvin potiùs, in nostro foro etiam post præstitam qvarandam & litem contestatam, revocationem juramenti licitam esse disertè probat Ord. proces. jud. Elect. Saxon. *tit. 18. §.* Ob nun gleich der Kläger/ &c. Dan. Moll. *dict. loc.* ubi pluribus hanc se ventia persequitur Christoph. Zobel. *part. 1. diff. 12. n. 6.*

Ita Domini in caus. Hansen Kirchners zu Helmsgrun/ Mens. Julio Anno 1625. (Verba sentent. Habt ihr wider Martin Winkler Klage erhoben/ und ihme dieselbe in sein Gewissen/ Wissenschafft und Wohlbewust gestellet; Ob nun wol sonsten dergleichen Eydes-Delation auch nach der Kriegs-Befestigung und angelobter Gewehr/ von dem Kläger wiederruffen werden mag/ &c.)

Definit. IV.

Postqvàm Reus juramentum delatum acceptaverit, aut retulerit, vel etiam à Judice desuper pronunciatum fuerit, ab actore id revocari neqvit.

NOlo tamen id aliter accipi, qvàm si res adhuc sit integra, & arbitrium revocationis actori haud ademptum, per acceptationem scilicet, vel relationem juramenti à Reo factam, veluti accipi debet textus in Landr. *lib. 2. art. 11.* §. Ist aber der Mann bereit zu leisten. prout eum rectè explicat Dn. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 32. n. 4.* 1
† Adeoqve, si Reus juramentum sibi delatum ac- 2
ceptaverit, vel actori retulerit, vel etiam super juramenti delatione, sententia interlocutoria à judice lata, nec per Leuterationem suspensa, vires rei judicatæ adepta fuerit, qvin tùm actori ulterius facultas revocandi juramentum, & ad probationes ordinarias confugiendi præcisa sit, haud dubitare licet, † propter manifestam sanctionem E- 3
lectoralem in Ord. proces. jud. *tit. 18.* §. Ob nun gleich. *vers.* Wann es nun geschicht/ &c. Paria namqve sunt, acceptare juramentum vel in continenti jurare, Bartol. *in l. non erit 5.* §. *ult. n. 2. & ibi* Jason. *in pr. ff. de jurejur.* † Sed præstito Juramento 4
actor pœnitere non potest, *l. si qvis jusjur. 11. C. de reb. credit.* Ergò nec post juramentum à Reo acceptatum, Modest. Pist. *part. 1. q. 23. n. ult.* Matth. Col. *part. 1. decis. 123. n. 10.* Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 3. n. 1. & seqq. & ad Constit. Elect. 14. n. 4. & seqq. p. 1.* † Nisi forsan actori novæ probationes & nova in- 5
strumenta superveneriut; Tùm enim non obstante Rei acceptatione aut sententiâ Judicis, revocationem juramenti adhuc concessam esse, arbitrantur Dd. *communiter* Bart. *& alii in l. non erit 5.* §. *ult. ff. de jurejur.* Joh. Schneidewin. *in* §. *item si qvis postulante 11. n. 81. Inst. de act.* Dan. Moller. *dict. loco.* Matth. Berlich. *dict. concl. 32. n. 6.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber dennoch der Beklagte solchen Eyd zu leisten sich allbereit erkläret/ oder denselben euch hinwiederum referiret, oder aber sonsten ein Urtheil darauf ergangen / so Krafft Rechtens erreichet / davor sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ &c. So wäret ihr nunmehr von solcher Eydes-Delation wieder abzuweichen/ und den Weg ordentliches Beweises zu kiesen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. V.

In foro Saxonico juramentum judiciale intra terminum probatorium, h. e. sex septimanas & tres dies præstandum est.

NUllus eqvidem terminus de jure Civili est 1
præfixus Juramenti præstationi; Attamen ab *Interpp.* communiter receptum, † ut intra ter- 2
minum eum, qvi probationi à judice constitutus est, deponatur juramentum, Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 10. n. 32.* Jacob. Schult. *observ. 51. n. 4.* † Sci- 3
licet, qvia jusjurandum loco probationis succedit, *l. generaliter 12. in pr. ubi* Gloss. *in verb. probationes C. de reb. credit.* Dan. Moller. *hic n. 1.* Hart.

3 Pistor. *part.4.q.13.n.10.* † Ex qvo fit, qvod si ex forma statuti, probationis tempus sit definitum, in tempore hoc probatorio juramentum qvoq; præstari debeat, König. *in proceſſ.c.66.n.2.* Bald. *in dict.*
4 *l. generaliter 11.n.1.* † Ergò, qvia de jure Saxonico terminus probatorius sex septimanas atqve tres dies continet, *lib.1.art.62.ubi* Gloss. *lit.L* Const.Elect.
16.in pr.ubi Moller. *n.1.part.1.* meritò qvoqve in præstando juramento, hoc tempus observandum
5 dixeris in foro Saxonico, † veluti disertè sancitum ab Illustrissimo Saxoniæ Electore *b* Const. *12.*
in pr. verſ. Und berührten Haupt-Eyd innerhalb 6. Wochen und dreyen Tagen zu leisten schuldig seyn/ &c. *& in* Ord. proceſſ. judic. *tit.18.* §. Wann nun also einem/ &c. Dan. Moller. *hîc num.1. & ſeq.* Christ.Zobel. *part.1.differ.34.n.10.* Jacob. Schult.
6 *obſerv.51.n.7.* † Sed hoc ita obtinet in judiciis inferioribus: In aula verò Electorali & Curiis provincialibus, qvia certi per singulos annos termini constituti sunt, qvibus causæ in processu ordinario pendentes agitantur, semper in termino seqventi post impositum juramentum præstari illud consvevit, Ord. Cur. provinc. Lipſ. *de Anno 1549. tit.* Wann ein aufgelegter Eyd. Ord. Cur. prov. Witteb. *de Anno 1550. eod. tit.* Dan. Moller.
7 *lib.4.ſemeſtr.32.n.3.* † Ex moribus nempe Saxon. veteribus, qvibus omne jusjurandum præstari oportuit proximo die judiciario non feriato, qvi judicis interlocutionem super jurejurando secutus esset, In den nechsten zukommenden Gerichten. *art.10.ſub fin.lib.2.* Landr. König. *dict.c.66.n.22.* Jac.Schult. *dict.obſ.51.n.11.*

Ita Domini in causa Tobiæ Fessels contra Heinricum Arndten zu Leipzig/ Mens. Septembr Anno 1623.
Et in causa Antonii Sommers contra Hansen Webern/ Mens. Jun. Anno 1626.

Definit. VI.

Jussus jurare, intra octo dies à tempore lapsi decendii, ad præstationem juramenti se offerre & citationem impetrare debet.

1 PRobatorius itaqve terminus, 6. nempe septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico etiam præstationi juramenti est præfixus, *Desin.*
2 *præced.* † Qvem sanctio Electoralis ita limitavit, ut jussus per sententiam jurare, intra octo dies à tempore lapsi decendii, qvo sententia vires rei judicatæ consecuta est, computandos, ad præstationem juramenti se offerat, citationem impetret, & si qvidem juramentum à parte fuerit delatum, actorem deferentem, ut prius de calumnia
3 juret, citari faciat; † vel si probationibus ad salvandam conscientiam uti, qvàm jurare malit, intra eundem terminum articulos probatorios judici offerat, *b.* Const. *12. in pr. verſ.* So soll er in 8. Tagen. Ord. proceſſ. jud. *tit.18.* §. Wann nun also. *verſ.* innerhalb 8. Tagen anzuhalten/ &c. Qvod re-
4 petitum est in *Deciſ. Elect. Nov. 18.* † Ut sic duo jurantem in foro Saxonico probè observare oporteat. *Primo:* tempus juramenti præstandi, qvi est terminus probatorius sex septimanarum & trium dierum. *Deinde:* terminum ad impetrandam Citationem, qvi est octo dierum, Dan. Moll. *hîc n.1. & ſeq.* Christoph. Zobel. *part.1.diff.34.n.10.*

Ita Domini in causa Conradi Melfers zu Cummerstadt/ Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sent. Hat Martin Rammeler wider euch Klage erhoben/ und dieselbe euch ins Gewissen geschoben/ worauf die Eydes-Leistung/ durch rechtliches Erkäntnüs/ euch auferleget worden; Da ihr nun euer Gewissen nicht mit Beweiß vertreten/ noch den Haupt-Eyd referiren, sondern denselben würcklichen ablegen woltet/ &c. So wäret ihr euch binnen 8. Tagen von Zeit an/ als das gesprochene Urtheil/ Krafft Rechtens erreichet/ anzugeben/ und damit Gegentheil hierzu gebührlichen citiret werde/ anzusuchen schuldig/ &c.)

Definit. VII.

Terminus juramenti præstationi præfixus à tempore lapsi decendii vel rei judicatæ currere incipit.

1 DUplex igitur terminus præstationi juramenti in foro Saxonico est præstitutus, *Unus* ad jurandum, qvi est terminus probatorius sex septimanarum atqve trium dierum, de qvo *Desin.5.* *Alter* verò ad se offerendum & adversam partem ad id citari faciendum, qvi est octo dierum, *Desin. præced.* † Sed uterqve currere incipit à tem-2
pore lapsi decendii, postqvàm scilicet sententia, per qvam qvis jussus est jurare, vires rei judicatæ fuerit consecuta. † Id qvod haud obscurè 3
colligendum ex *b.* Constit. *12.* & Ord. proceſſ. jud. *tit.18.* §. Wenn nun also. † Cui accedit, qvod ju- 4
ramentum intra terminum probatorium debeat præstari, *supr. Desin.5.* At currere incipit terminus probatorius, qvamprimùm sententia transiit in rem judicatam, *infr.* Const. Elect. *16.b.part.1.* † Qvamvis aliter sentiat *Aut. Hering.* terminum 5
jurandi à præterlapsis demùm octo diebus incipere autumans, *in tract. de fide juſſ.c.10.n.152.* qvem benè refutat Matth. Berlich. *part.1.concl.30.n.36.* † Sed, dixeris, hac ratione terminus prior, qvi est 6
octo dierum, ad offerendum constitutus continebitur in ipso termino jurandi, qvi est sex septimanarum & trium dierum? † Ita omninò est: 7
Et comprobat hoc practica fori Saxonici, prout testantur Chil. König. *in proceſſ.c.66.n.2. poſt med. verſ.* Aber der Gebrauch in den andern Gerichten. & Matth. Berlich. *dict. concl.30. num.36. verſ. præterea qvia interpres.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. So wäret ihr euch binnen 3. Tagen von Zeit/ als das gesprochene Urtheil Krafft Rechtens erreichet/ anzugeben/ und damit Gegentheil hierzu gebührlichen citiret werde/ anzusuchen/ auch binnen Sächsischer Frist von ebenmässiger Zeit an/ als das Urtheil Krafft Rechtens erreichet/ anzurechnen/ den Eyd zu leisten schuldig/ &c.)

Definit. VIII.

Neglectâ formâ Citationis intra octiduum impetrandæ, juramentum pro deſerto habetur, licet postea Reus ante elapsum terminum juramento præfixum, ad jurandum se offerat.

1 SUfficit autem Reum jurare jussum, intra octo dies actorem ad juramentum calumniæ citari petere, & se ad juramentum principale offerre, etiamsi realiter citatio non fuerit emissa, nec terminus ad jurandum præfixus vel juramentum præstitum: Cum nemo possit judicem ad citationem emittendam & terminum præfigendum coge-

2 cogere † ac propterea excusandus est, qvi diligentiam suam in promovendâ citatione adhibuit, ut docet post Dan. Moll. *ad Const. Elect. 6. n. 1. part. 1.* 3 Matth. Berlich. *part. 1. concl. 30. n. 8.* † Aliud dicendum, si jurare jussus intra octo dies adversarium ad juramentum calumniæ præstandum non citari faciat: Tùm enim juramentum pro deserto habe- 4 bitur, † ut maximè postea, ante elapsum etiam terminum sex septimanarum & trium dierum, se ad jurandum offerat, adversariumqve ad audiendum juramentum citari petat, *b.* Const. *12.* §. Geschehe solches von ihme nicht/ & Ord. proces. jud. *tit. 18.* §. Wann nun also. *vers.* oder vorbemeldte *formam impetrandæ Citationis* nicht in acht nehme/ sich 5 daran versäumet haben/ &c. † Nec immeritò, qvia forma præscripta præcisè observari debet, nec per æqvipollens adimpleri potest, Andr. Gail. 6 *lib. 2. observ. 19. n. 17. vers. & in materia.* † Qvamvis aliter sentiat Matth. Berlich. *dict. concl. 30. n. 39.* sententiam facultatis Juridicæ Lipsiensis contra manifestam sanctionem Electoralem latam approbans. Junge *Decis. Elect. Noviss. 18.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und wenn ihr binnen jetzo bemeldten 8. Tagen um Citation nicht anhalten würdet/ hättet ihr euch an der Eydes-Leistung/ unangesehen ihr euch nochmals vor Verfliessung der Sächsischen Frist darzu anerbieten thätet/ versäumet/ und wäret damit ferner nicht zuzulassen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Interpositâ leuteratione, non currit octiduum juranti, antequàm is notitiam consequatur, leuterationi fuisse renunciatum.

1 Præcisè itaqve jussus jurare, intra octiduum ad jurandum se offerre, adversariumqve ad id ci- 2 tari facere debet, *Defin. præced.* † Sed currit hic terminus à tempore decendii, vel rei judicatæ, *b.* Const. *12.* Ergò interpositâ leuteratione vel appellatione, eâ demum finitâ, ac causâ remissâ, Ordin. proces. judic. *tit. 18.* §. Wann nun also. 3 *vers.* und solche *forma* auch gehalten werden. † Aut desertâ appellatione vel leuteratione, à die pronunciatæ desertionis, juxta tradita in Proces. ju- 4 dic. *tit. 20. vers.* oder dieselbe vor *desert* erkannt. † Qvod si verò leuterans renunciaverit leuterationi, non currit juranti octiduum illud, priusqvàm notitiam renunciationis fuerit consecutus, veluti obtinet in probatione *dict. tit. 20. in pr. vers.* Und die *renunciation* dem *producenten* gebührlich *noti- 5 ficiret* werden. † Qvidni ergò etiam in præstatione juramenti, qvod loco probationis succedit, *l. generaliter 12. in pr. ubi* Gloss. *in verb. probationes C. de Reb. Credit.* Dan. Moll. *hîc num. 1.*

Ita Domini in causa Syndicen der Gemeinde zu Plausig contra Tobiam Friedrichen/ Mens. Aug. An. 1632.

Definit. X.

Non ab ipsa rejectione leuterationis vel appellationis, sed post decendium demùm currit octiduum juranti.

1 Qvid verò si appellatio vel leuteratio fuerit 2 rejecta? † Non à tempore rejectionis, sed post decendium demum octiduum juranti currere existimaverim: Nempe, qvod terminus hic juramenti præstationi præfixus tùm demum currere incipiat, † postqvam sententia, per qvam 3 qvis jussus est jurare, vires rei judicatæ fuerit consecuta, *b.* Const. 12. Ordin. proces. judic. *tit. 18.* §. Wann nun also. *supr. Defin. 7.* † Ergò post la- 4 psum decendium, intra qvod etiam à rejectione leuterationis vel appellationis ad superiorem provocari, & sic à viribus rei judicatæ, sententia suspendi potuisset; † Cum ex fori Saxonici con- 5 svetudine, à qvovis etiam gravamine appellare liceat. Andr. Rauchb. *part. 2. qvæst. 6. n. 55.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 269. n. 2.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appellat. n. 8.* † Secundum sanctionem 6 juris Canonici, qvæ etiam in foro Saxonico est recepta, *c. super 12. c. ex parte 47. c. 60. extr. de appellat.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 120. n. 2. & obs. 129. n. 1.* Joachim. Mynsing. *cent. 4. obs. 43.*

Ita Domini in causa M. Johannis Kreusings contra Nicolaum Beiern zu Leipzig/ Mens. Novemb. Anno 1635. (Verba sent. Daß sich Beklagter an deme ihm zuerkanten Juramento noch zur Zeit nicht versäumet/ sondern damit nochmals zulässlichen/ V. R. W.)

Definit. XI.

Anticipatio octidui, antequam decendium fuerit elapsum, facit, ut juramentum pro deserto habeatur.

Qvid autem, si jurare jussus anticipare velit, 1 & priusqvam decendium fuerit elapsum sententiaqve effectum judicati acceperit, se ad jurandum offerat, vel adversarium, ut de calumniâ juret, citari petat? † Nihil ipsum efficere, sed 2 juramentum pro deserto haberi, probant verba clara Ordin. proces. judic. *tit. 18.* §. Wann nun also. *vers.* Darinnen ihm zu *anticipiren* nicht frey stehen soll. † Pro formâ siqvidem reqviritur, ut ju- 3 rare jussus præcisè lapsum decendii expectet, ac posteà demum intra octiduum pro citatione adversarii de calumniâ juraturi instet, *dict. tit. 18.* §. Wann nun also einem. † At forma à lege 4 præscripta servari debet, Bald. *in l. qvoniam 1. n. 1. C. Ut in possess. legator.* ac prætermissa actum annihilat, Jason. *in l. qvid sit nominatim 1. n. 25. ff. de lib. & posth.* Nicol. Boër. *decis. 1. num. 40.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 4. qvæst. 155. num. 5.*

Ita Domini in causa Petri Calenbergers contra Basilium Bernharden/ Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sent. Daß Beklagter an deme ihm zuerkanten Eyd sich versäumet/ und damit ferner nicht zu hören noch zuzulassen/ derowegen ist er Klägern die libellirten 600. Stück Ungarische Ducaten und die 100. Reichsthal. in specie, zusamt denen von Zeit des Verzugs an aufgelauffenen Zinsen/ wie ingleichen die Unkosten/ so auf die Sache gangen/ iedoch auf vorgehende Liqvidation und richterliche Ermässigung/ zu zahlen und abzustatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XII.

Ad jurandum qvis se offerre potest etiam per mandatarium, exhibito tamen speciali mandato.

Admittere debet judex delationem jurisju- 1 randi factam à procuratore, qvi universorum bonorum administrationem sustinet, aut in rem suam procurator est, vel cui nominatim id ipsum mandatum fuit, *l. jusjurandum, qvod ex conventione 17.* §. *ult. & l. seqvent. ff. de jurejur.* Ant. Fab.

2 Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 38. n. 1.* † Qvidni ergò acceptationem qvoqve juramenti per procuratorem fieri posse autumabimus? Si scilicet jura-
3 re jussus per mandatarium se offerat: † Qvo tamen casu nihil efficitur, si non speciale mandatum ad acceptationem juramenti exhibeatur, qvippe qvod etiam in delatione ac relatione juramenti reqviritur, *l. 17. §. procurator. 3. ff. de jurejur.* Fulv. Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 70. num. 8.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 8. num. 38.*

Ita Domini in causa Petri Kohlens contra Viduam Thomæ Gentzschens zu Meissen/ Mens. Januar. Anno 1619. (Verba sent. Würde Kläger bescheinigen und beybringen/ daß er Thomas Schultzen insonderheit gevollmächtiget/ sich den 26. Julii abgewichenes 1628. Jahres seinetwegen zur Eydes-Leistung anzuerbieten / So hat er sich an deme zuerkanten Eyd noch zur Zeit nicht versäumet / sondern er wird binnen Sächsischer Frist damit nochmals billich zugelassen/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Suppletorium qvoq; juramentum ad terminum probatorium jurandi & ad octiduum se offerendi adstrictum est.

1 QVondam certè terminus juramento præstitutus ad voluntarium & judiciale duntaxat jusjurandum restringebatur, à Scabinis Lipsiensibus, ut apparet ex traditis Dan. Moll. *hîc n. 6. vers. porrò qvod &c.* & Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 10. n. 33.*
2 † Nec etiamnum hodie in juramento suppletorio ac purgatorio terminum illum observari, nec jussum jurare intra octiduum ad præstationem juramenti se hoc casu offerre teneri, tradunt Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 30. num. 41. & seq.* & Jacob. Schult. *observ. 53. n. 3.* à semetipsis tamen dissentientes, ut videre est apud Berlich. *dict.*
3 *concl. 30. n. 11.* † Et intricatè loqvitur de hâc re Jacob. Schult. *dict. observ. 53.* ut qvid tandem sen-
4 serit, hactenus percipere non potuerim. † Res tamen expedita videtur, & juramentum qvoqve suppletorium sive necessarium, tàm ad terminum jurandi, qvi est sex septimanarum ac trium dierum, qvàm ad octiduum, qvô jussus jurare ad præstationem juramenti se offerre debet, adstrictum esse, apertissimè probatur *ex h.* Const. *12. in pr. ibi:* Oder ander Eyd *juramentum suppletorium* zu lei-
5 sten aufferleget. † Et clarior adhuc est sanctio Electoralis in Ordin. proces. judic. *tit. 18. §.* Wann nun also. *vers.* oder *Suppletorium junct. vers.* Allein wollen wir von solcher *præscriptione octiduana causas matrimoniales* und *criminales*
6 *eximirt* haben/ &c. † Qvo ipso sat manifeste probatur, juramentum suppletorium præscriptioni octiduanæ subjacere, qvia exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis, *l. nam qvod 4. §. ult. ff. de pen. legat. l. qvæsitum 12. §. denig; in fin. ubi* Bartol. *ff. de fund. instr.* Nicol. Everh. *in loc. l. 9. ab*
7 *except. ad regul.* † Non minus qvoqve juramentum suppletorium probationis vices obtinet, ac juramentum judiciale sive à parte delatum, ut propterea utrumqve ad terminum jurandi eundem sit restringendum, secundum tradita Andr. Rauchb. *dict. qvæst. 10. n. 32. in fin.*

Ita Domini in causa Syndicen der Gemeinde zu Plausigk contra Petrum Hartmannen/ Mens. Aug. Anno 1632. (Verba sentent. Daß Kläger an dem ihme zuerkannten juramento in supplementum sich versäumet / und damit ferner nicht zu hören und zuzulassen/ &c.)

Definit. XIV.

Sicuti & Juramentum purgatorium.

EAdemqve est ratio juramenti purgatorii, qvod 1
æqvè vices probationis obtinet atqve juramentum delatum vel suppletorium, ac proindè is, cui juramentum purgatorium imponitur, intra octiduum ad præstationem se offerre, idqve præcisè intra terminum probatorium deponere tenetur, *Defin. præced.* † Qvod & disertè sancitum 2
h. Const. *12. in pr. &* Ordin. proces. jud. *tit. 18. §.* Wann nun also. Qvicqvid etiam in contrarium disputet Matth. Berlich. *part. 1. concl. 30. n. 41. &*
42. Ad alia verò juramenta legalia præscriptio octiduana non pertinet. *Dec. Elect. nov. 70.*

Ita Domini in causa Matthes Fusels zu Meissen / Mens. Januar. Anno 1629. (Verba sent. Habt ihr Hansen Sommern wegen eines Stücks Wiesewachs in Anspruch genommen/ und wider ihn Klage erhoben; Worauf nach eingewandter Exception und vorgehenden Beweiß/ euch das juramentum purgatorium zuerkant worden/ &c. So seyd ihr euch binnen acht Tagen darzu anzugeben/ und um Citation anzuhalten / auch binnen Sächsischer Frist den Eyd würcklichen zu leisten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XV.

In causa tamen criminali, juramentum purgationis neq; ad octiduum, neq; ad terminum probatorium est adstrictum.

ETsi in causis criminalibus verè sic dictis dela- 1
tioni jurisjurandi locus non sit, ut rectè sentit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 29. n. 33. & seqq.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. definit. 43.* † Attamen qvin juramentum purgationis Reo criminis 2
accusato, vel inqvisito injungi possit, nemo ambigit, ubi hoc specialiter receptum, † ut jussus ju- 3
rare intra octiduum se præcisè offerre haud teneatur, sicuti etiam post terminum probatorium elapsum juramentum hoc admittitur, nec in causa criminali illud ad certum terminum adstrictum censetur, ut est de hâc re clara sanctio Electoralis in Ord. proces. judic. *tit. 18.* Wann nun also einem. *vers.* Allein wollen wir. † Rationem spe- 4
cialitatis si qværas, dico, juramentum purgatorium Reo injungi pro obtinendâ suâ innocentia, in cujus favorem sæpè receditur à Regulis Juris, Hippolyt. de Marsil. *in leg. 1. §. si qvis ultrò 27. n. 98. & seqq. ff. de qvæst. & in pract. crim. §. opportune n. 7. & seqq.* Dan. Moller. *ad Constit. Elector. 23. num. 13. part. 4.* † Exempla si scire aveas, vid. 5
pract. meam Crimin. part. 3. qvæst. 115. num. 74. & seqq.

Ita Domini in causa Martini Scheibens an die Stadt-Gerichte zu Leipzig/ Mens. August. Anno 1620. (Verba sent. Daß Beklagter nach Gelegenheit dieses Criminal-Processus sich an deme ihm zuerkanten juramento purgatorio noch zur zeit nicht versäumet hat / sondern damit nochmals billich gehöret/ und ihme hierzu ein gewisser Termin ernant und angesatzt wird/ Er leiste nun also den berührten Eyd oder nicht / So ergehet darauf seiner Straffe halber oder sonsten ferner was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Lorentz Krügers zu Weissenfels/ Mens. Martio Anno 1604. (Verba sent. Daß Beklagter nach Gelegenheit dieses angestalten Inqvisition-Processus sich an deme

deme ihme in unserm vorigen Urtheil zuerkanten Juramento purgatorio noch zur Zeit nicht versäumet hat/ sondern damit nochmals billich gehöret/ und ihme hierzu ein gewisser Termin genannt und angesagt wird; Er leiste nun also den berührten Eyd oder nicht/ so ergehet darauf seiner Straffe halben/ oder sonsten ferner/ was recht ist/ V.R.W.)

Definit. XVI.

In causis qvoq; matrimonialibus peremptorius jurandi terminus non observatur.

1 EXcipiuntur qvoqve causæ matrimoniales, in qvibus juramentum haud pro deserto habetur, licet jurare jussus intra octiduum à die sententiæ publicatæ citationem non impetraverit, nec intra terminum probatorium, qvi est sex septimanarum & trium dierum, juramentum præstiterit, Ord. proceſſ. judic. *tit. 18.* §. Wann nun also, *vers. fin.* Allein wollen wir von solcher *præscriptione octiduanâ causas matrimoniales* und *criminales eximirt* haben/ &c. † Efficit nempe matrimonii favor ejusqve probandi difficultas, ut à Regulis Juris recedatur, ac qvandoqve etiam leviores probationes admittantur, qvæ alioqvi non admitterentur, ut multis docet Anton. Fab. *in C. lib. 4.*
3 *tit. 14. defin. 8.* † Qvidni ergò etiam juramentum post terminum elapsum, qvippe qvod in vicem probationis deficientis succedit, *c. sicut consvetudo 2. in fin. extr. de probat. l. in bona fidei 2. C. de reb. cred.* Jacob. Schult. *observat. 52. n. 17.*

Ita Domini in causa Michael Moritzens zu Mühlhausen/ Mens. Octobr. Anno 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch damahls eure Schwester der Klage mit solcher Bedingung/ wofern ihr Bruder damit zufrieden wäre/ gestanden/ worauf ein Urtheil publiciret, und Klägern zu schweren auferleget worden/ daß ihr/ als der Beklagten Bruder/ in solches Ehegelöbniß consentiret hättet/ darauf unlängsten Kläger zu Ablegung des Eydes-Termin ausgebracht/ &c. So wird er zu solchem Eyde billich zugelassen/ und mag demnach derselbe pro deserto noch zur Zeit nicht erkant/ noch eure Schwester absolvirt werden/ V.R.W.)

Definit. XVII.

Juramentum, qvo, deficiente Inventario, hereditariæ res sunt manifestandæ, ad terminum jurandi legalem, adstrictum non est.

1 REstringi debet terminus, intra qvem jussus jurare se offerre, ac juramentum præstare necesse habet, ad ea solummodò juramenta, qvæ vicem probationis obtinent, ut eleganter tradit Andr. Rauchb. *part. 1. q. 10. n. 32.* Ex qvo seqvitur,
2 † si illi, à qvo editio qvorundam documentorum petebatur, qviqve ea se non habere asserebat, juramento se purgare, suamqve assertionem comprobare fuerit injunctum, jurantem admitti, ut maximè is intra octiduum nec citationem impetraverit, nec ante terminum probatorium elapsum juraverit; † Nempe qvia juramentum hoc loco probationis non injungitur, Matth. Berlich.
4 *part. 1. concl. 30. n. 43.* † Eadem est ratio juramenti illius, qvo is, à qvo hæreditas evincitur, si legitimum inventarium exhibere neqveat, res hæreditarias patefacere & manifestare cogitur, juxtà
5 *l. ult. C. de jur. delib.* † Nec enim hoc juramentum ad terminum prædictum adstrictum censetur, Andr. Rauchb. *dict. q. 10. n. 32.* Non solùm, qvia juramentum illud vice probationis non est, sed etiam, qvòd in pœnam inventarii haud confecti † sit constitutum, *Novell. 1. c. 2.* §. *1. vers. sed etiam* 6 *per jusjurandum junct.* §. *2. vers. sed dabit eis pœnam.* † At leniendæ sunt pœnæ, non exasperandæ, 7 *l. interpretatione 41. de pœn.* Matth. Berlich. *dict. concl. 30. n. 45.*

Ita Domini in causa Hansen Meisarts zu Luca/ Mens. August Anno 1620. (Verba sent. Ist euch durch einen Gerichtlichen Abschied auferleget worden/ eines Brudern Erbschaft/ derer ihr euch/ ohne Aufrichtung eines rechtmässigen Inventarii, angemasset/ eydlichen zu specificiren und anzuzeigen; Ob nun wol dasieder eine geraume Zeit und fast ein halb Jahr verflossen/ ihr euch auch inmittels zu Ablegung des Eydes nicht angegeben/ &c. So werdet ihr doch mit solchem zuerkanten Eyd nochmals billich zugelassen/ V.R.W.)

Definit. XVIII.

Post terminum præterlapsum admittitur juramenti præstatio, si adversarius contra eam non excipiat.

NOn videtur terminus jurandi tàm præcisè & 1
arctè ad certum tempus constrictus, ut non postea etiam admittatur, qvi justâ ex causâ jurare impeditus fuerit, Ordin. proceſſ. judic. *tit. 18.* §. Wenn nun also. *vers.* Da er aber *in termino* ohne rechtmässige Verhinderung ausen bliebe/ &c. Qvare audiendus est, † qvi dilationem ac proro- 2
gationem termini petit, justâ ratione ad hoc commotus, Landr. *lib. 2. art. 11.* Es benehme ihms denn. Dan. Moll. *hîc n. 2.* Jacob. Schult. *observ. 51. n. 9.* Chil. König *in proceſſ. c. 66. n. 2.* prout qvotidiè practicari solet, † modò petatur prorogatio 3
ante terminum elapsum, nam postea nulla ejus fieri potest prorogatio, Andr. Gail. *lib. 1. obs. 91. n. 20.* Gars. Mastril. *decis. 61.* Jacob. Schult. *observ. 52. n. 28.* Sed etsi terminus jurandi omninò præterlapsus sit, † rectè tamen, jussus jurare etiam 4
sine prorogatione impetratâ admittetur ad jurandum, si adversarius contra hoc non exceperit, qvia jusjurandum in vicem probationis deficientis succedit, *l. generaliter 12. in pr. ubi* Glos. & Dd. *C. de reb. credit. l. sed si possessor. 11.* §. *ult. ff. de jurejurand.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 10. n. 32.* † Ad- 5
mittitur verò probatio post terminum elapsum, parte adversâ non opponente, Jacob. Schult. *obs. 52. n. 18.* Hipp. de Marsil. *in prax. crim.* §. *seqvitur. n. 9.* † Nec infreqvens est, ut ea, qvæ propter la- 6
psum termini, vel aliam qvamcunqve legis prohibitionem fieri non possunt, si tamen adversario non contradicente fiant, minimè improbentur, Felin. *in c. exceptionem 12. num. 32. extr. de except.* Hipp. de Mars. *dict.* §. *seqvitur. n. 8.* Andr. Gail. *lib. de pac. publ. c. 12. n. 9.* Andr. Rauchb. *dict. qv. 10. n. 28.* Schult. *dict. observ. 52. n. 20.*

Ita Domini in causa Melchior Hertels contra Tobiam Schreien/ Mens. Jun. Anno 1626.
Et in causa Hansen Modrachs contra Barthol Fleischern/ Mens. Septembr. Anno 1622.

Definit. XIX.

Neglecto termino jurandi, jusjurandum pro deserto habetur, ac lis secundum eum datur, cui jurari debuerat.

DUo jurare jussus probè attendere debet: † 1
ut nempe intra octiduum ad jurandum se

ſe offerat, & adverſarium citari faciat, deinde ut intra terminum probatorium juramentum præ-
2 ſtet: † Qvorum alterutrum ſi neglexerit, poſt terminum præterlapſum, ampliùs ad jurandum non admittitur, ſed jusjurandum pro deſerto habetur, ac lis ſecundum eum datur, cui jurari debue-
3 rat. † Scilicet, ut Reus, ſi actor jurare debuit, abſolvatur, actor verò, ſi Reus non juravit, conſequatur id, ad qvod actionem inſtituit, *l. non erit* 5. §. *ſi neq; 4. ubi* Bartol. *in pr. ff. de jurejur. art.* 11. *in pr. ubi* Gloſſ. nov. *lit. C. lib.* 2. Landr. *b.* Conſtit. 12. §. Geſchehe ſolches von ihme nicht/ ꝛc. Ord. proceſſ. judic. *tit.* 18. §. Wann nun alſo. *verſ.* da er aber *in termino*. Dan. Moll. *hîc n.* 2. Chil. König *in proceſſ. c.* 66. *n.* 2. Jac. Schult. *obſ.* 52. *n.* 21.

Ita Domini in cauſa Tobiæ à Ponickau/ Menſ. Febr. An. 1608. Verba ſent. Daß ſich Kläger an dero ihme zuerkannten Eydes-Leiſtung verſäumet hat/ derowegen wird Beklagter von angeſtalter Klage billich loßgezählet und entbunden/ V. R. W.)

Item in cauſa Hanſen Freundes contra Martin Wincklern zu Meiſſen/ Menſ. Jul. Anno 1614. (Verba ſent. Daß Beklagter nunmehr an dem deferirten Eyd ſich verſäumet/ und damit ferner nicht zuzulaſſen/ derowegen iſt Beklagter das libellirte Gut/ gegen Erlegung der von ihme ausgezahlten Kauf-Summen/ Klägern hinwiederum abzutreten ſchuldig/ V. R. W.)

Et in cauſa Sylveſter Keilings & Nicolai Zickers zu Elſterberg/ Menſ. Maj. Anno 1595.

Definit. XX.

De jure civili novo, juramentum calumniæ ſpeciale ſive malitiæ regulariter exigi neqvit.

1 JUramenti calumniæ duæ vulgò ſpecies conſtituuntur, *Generale*, qvo litigatores ad totam cauſam, nihil ſe, calumniandi animo, contra adverſarium ſuſcipere profitentur, *l. 1. & 2. & tot. tit.*
2 *C. de jurejur. propt. cal. dand.* † & *Speciale*, qvod & *jusjurandum malitiæ* perſæpè appellatur, ac generaliter in unaqvaqve parte litis toties præſtatur, qvoties præſumptio eſt contra aliqvem, qvod malitioſè aliqvid proponat, vel ab adver-
3 ſario poſtulet, † & imprimis freqventari circa probationes ſolet, Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 87.* Jacob. Schult. *obſ. 55.* Etſi verò qvondam ſpeciale calumniæ juramentum in ſingulis judicii partibus præſtari poterat, *dict. l. 1. C. de juram. propt. calumn.*
4 † Attamen conſtitutum eſt poſtea in *Novell. 49. c. 3.* ut cum olim, qvoties de probationis aliqvâ ſpecie agebatur, jurandum eſſet, hodie ſufficiat, ſemel in univerſum jurare, ſe nihil calumniæ causâ factu-
5 rum: † Dixeris ergò rectiſſimè, juramentum calumniæ ſpeciale hodie de jure communi regulariter non exigi, cum Matth. Weſenb. *in ſupplem.*
6 *ad* Joh. Schneidew. *inſt. de pœn. tem. lit. n. 4.* † Qvod nec Hugo Donell. *lib. 24. comm. in tr. de jurejur. c. 13. n. 5. &* Jac. Cujac. *in dict. Novell. 49. c. 3.* negant, concedentes nihilominus, etiam poſt novam illam *Juſtin.* conſtitutionem, qvibusdam ſpecialibus caſibus, juramentum calumniæ præ-
7 ſtari debere; † qvod non negaverim, qvoniam occurrunt aliqvando actus ſingulares, putà: juramenti delatio, ut inſtrumenta edantur, literæ comparentur, ut inſtrumentum ſemel probatum falſi arguere liceat, qvibus citra ſpeciale malitiæ juramentum, locus non videtur tribuendus, *arg. l. 20. & 21. C. de fid. inſtrum.* Joh. Sichard. *ad dict. l. 20. n. 2.* † Non ergò ſublatum erit de jure com- 8
muni juramentum dandorum & reſpondendorum, ſive illud juramentum calumniæ generale, cum Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 79. n. 10.* ſive ſpeciale, cum Jac. Schult. *obſ. 56. n. 24.* appellitare velis. † Referri nempe poterit inter eos caſus exceptos, 9
qvibus juramentum calumniæ ſpeciale etiamnum hodie imponi ſolet, ut modò dixi.

Ita Domini in cauſa Franciſci Borckens contra Günther Reimern und Hanſen von der Goltzen zu Cüſtrin/ Menſ. Novemb. Anno 1614.

Et in cauſa Annen Thielens contra Joachim von Schönbecken zu Cüſtrin/ Menſ. Nov. Anno 1614.

Definit. XXI.

In foro Saxon. juſtiſſimis de cauſis juramentum calumniæ generale abrogatum eſt.

NOn præſtatur juramentum calumniæ gene- 1
rale, iis in locis, ubi conſvetudine judiciorum immemoriali fuit abrogatum, Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 85. n. 4.* Jacob. Schult. *obſerv. 55. n.* 33. † Veluti in foro Saxonico hoc juramentum 2
conſvetudine ſublatum eſt, Gloſſ. *ult. art. 88. lib. 3.* Landr. Ord. proceſſ. judic. *tit. 33. in pr.* Chil. König. *in proceſſ. cap. 67.* §. Aber es iſt ein ander Eyd. Andr. Rauchb. *part. 1. q. 10. n. 3.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 117. n. 10.* Matth. Weſenb. *in parat. C. de jurejur. propt. calumn. dand. n. 4.* Chriſtoph. Zobel. *part. 1. differ. 24. n. 7.* † Num bene, dubita- 3
veris eqvidem, ſi credere velis Henning. Goeden. *in proc. jur. ſub tit. de lit. conteſtat. num. 11. 12.* conſvetudinem hanc diabolicam aſſerenti: † 4
Attamen juſtiſſimis cauſis ac rationibus conſvetudinem Saxonicam niti, dico intrepidè, I. Utpropter levitatem jurantium, præſumpta perjuriorum crebritas evitetur *c. 3. de cohab. Cler.* ubi propter metum perjurii, Pontifex non vult cogi Clericos ad abjurandas concubinas. † Ac liti- 5
gatores hodie potius jurare de calumnia committenda, ſcribit Marant. *part. 2. part. 6. pr. n. 11.* Iſtudqve juramentum contemni, ac non appreciari unum obulum, tradit Bald. *in l. ſi poſt. 24. C. de evict.* II. † Qvod propter hanc cauſam viri 6
boni abſtineant foro, qvorum locum ſubeunt improbi & mali, ut ait Weſenb. *in parat. C. de juram. propt. cal. dand. n. 5.* † III. Qvod in foro Sa- 7
xonico juramento calumniæ ſpeciali qvandoqve tribuatur locus, ſi id judex neceſſarium animadvertat, ut dicam *Defin. ſeq.* Qvo ipſo ſatis conſultum videtur litiganti adverſus calumniam adverſarii.

Ita Domini in cauſa Heinrich Oltzen zu Corbetäu/ Menſ. Septembr. Anno 1628. (Verba ſent. Habt ihr wider Martin Gengeln eure Klage und Beweiß biß auf ſeinen Gegen-Beweiß vorführet/ dabey denn derſelbe eine weit abgeſeſſene Perſon zum Zeugen angeben; Ob nun wol ſonſten auf Sächſiſchen Boden das Juramentum calumniæ generale nicht gewöhnlich/ ꝛc.) 8

Definit. XXII.

Ejus tamen loco juramentum calumniæ ſpeciale, ſive malitiæ ad compeſcendam temeritatem litigantium injungi poteſt.

ETſi in foro Saxonico juramentum calumniæ 1
generale conſvetudine prorſus abrogatum ſit:

2 ſit; † Attamen qvin ejus loco ſpeciale juramentum calumniæ, qvod ab aliis *malitiæ* appellatur, qvandoqve injungi poſſit, dubitandum non eſt,
3 † ut nempe juret pars, qvæ proponit aut petit, non calumniæ aut litis differendæ gratiâ ſe proponere aut poſtulare, ſed tantum ad juris ſui tuendi neceſſitatem: Daß er das jenige / ſo er vorbringet und begehret / nicht aus Gefehrde oder böſer Meynung / noch zur Verlängerung der Sachen / ſondern alleine zur Nothdurfft thue. Ordin.
4 Camer. Imper. *part. 1. tit. 74.* Jac. Schult. *obſ. 56. n. 2.* † Adinventum ſiqvidem eſt hoc juramentum, ut timore ejus, temeritas contentioſorum hominum, in lites facilè proruentium, compeſci poſſit, *l. 1. ubi* Goth. *C. de jur. propt. calumn. & ibi Sichard. num. 9.* Vent. de Valent. *in partit. litig. lib. 2. c. 6. n. 16.* Qvod
5 propterea etiam in foro Saxonico † Judex ex arbitrio, ubi id neceſſarium animadvertit, partibus ſimponet, vel à parte delatum approbabit, Ord. proceſſ. jud. *tit. 33. per tot.* Vide Dec. Elect. 70.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Da aber dennoch bemeldter euer Gegenpart nur allein zur Verzögerung der Sachen / ſolchen Zeugen angegeben hätte / ꝛc. So möchte ihme das Juramentum malitiæ, und daß er ſolches nicht gefährlicher Weiſe noch zum Verzug der Sachen gethan / zu ſchweren wol auffer leget werden / V. R. W.)

Definit. XXIII.

Deferens adverſario jusjurandum, non aliter tenetur de calumnia jurare, qvàm ſi adverſarius id exigat.

1 SPecialiter verò juramentum hoc calumniæ deferenti jusjurandum parti adverſæ injungi ſolet: Cum enim jure Saxonico ſpeciatim rece-
2 ptum ſit, † ut actori liceat omni in negotio civili à probationibus deſiſtere, intentionemqve ſuam juramento Rei conventi committere, *ſupr. Defin. 2.* Jac. Schult. *obſerv. 50. n. 2.* Matth. Col. *part. 1. dec. 122.* conſervatum eſt meritò eo in caſu jusjuran-
3 dum calumniæ ſpeciale, ſcilicet, † ut is, qvi defert adverſario jusjurandum, juret prius de calumnia, ſe nimirum non calumniæ causâ Reo detuliſſe jusjurandum, *l. jusjurandum. 34. §. qvi jusjurandum. 4. ff. de jurej. l. delata 9. C. de reb. credit. h.* Conſt. *12.* §. Wann aber der. Ord. proceſſ. jud. *tit. 18.* § nachdem auch der jenige. Joach. Beuſt.
4 *rubr. ff. de jurejur. n. 19.* † Sed hoc ita, ſi is, cui jusjurandum delatum eſt, exigat ab adverſario juramentum calumniæ: Cæteroqvin, niſi exigatur, præſtare neceſſe non eſt, *dict. l. 34. §. 4. dict. proceſſ. jud. tit. 18.* § nach dem auch. *verſ.* Aber gleichwol nicht ehe. Matth. Weſenb. *in parat. C. de jure-*
5 *jur. propt. calumn. n. 5.* Jac. Schult. *obſ. 56. n. 14.* † Qvin & juſſus jurare, ſi juramentum calumniæ exigere velit, in illa ipſa citatione, qvam impetrare neceſſe habet intra octiduum *ſupr. Defin. 6.* etiam actorem ad Juramentum calumniæ præſtandum citari curare debet, *dict.* §. Nachdem auch. *verſ.*
6 Damit aber gleichwol. † Qvod facere poteſt etiam poſt latam ſententiam, qvæ nullâ juramenti calumniæ factâ mentione, neceſſitatem jurandi Reo impoſuit, etiamſi antea in actis illud actori injungi non petierit, illâq; ſententia in rem judicatam tranſierit, *dict.* §. Nachdem auch. *verſ.* So laſſen wir geſchehen. Jac. Schult. *obſ. 50. n. 7.* Hart. Piſtor. *part. 4. q. 14.* Andr. Rauchb. *lib. 1. q. 10. n. 7.*
7 † Planè ſi in ſententia juramentum calumniæ Reo fuerit injunctum, ut communiter hodiè fieri ſolet, præſtandum id eſſe, etiamſi poſtea jurare juſſus hoc non ſpecialiter petierit, haud ineptè exiſtimaveris, cum hoc caſu, qvo ſententia in rem judicatam transiit, juramentum Reo non aliter fuerit injunctum, qvam prævio juramento calumniæ ab actore præſtando.

Ita Domini in cauſa Hauſen Landes contra Eliſabethen Arnolds / Menſ. Maj. Anno 1630.

In cauſa Johann Gatzwillers contra Walther Brielen / Menſ. Mart. Anno 1631.

Et in cauſa Balthaſari Schuhmans contra Bartholomæum Williſchen zu Leipzig / Menſ. Julio Anno 1632.

Definit. XXIV.

Parentes deferentes liberis juramentum, non tenentur jurare de calumnia.

NUllâ aliâ de causâ deferens jusjurandum te-1
netur prius jurare de calumnia, qvàm ut ſuſpicionem malitiæ litigiiqve temerarii avertat; Qvæ ſuſpicio cum in parentibus deferentibus ju-
ramentum liberis ceſſet; † ecqvis non ipſos à præ-2
ſtatione juramenti calumniæ exemptos arbitrabitur? † veluti etiam manifeſtè ſancitum in *l. ſi pa-*3
tronus 16. ff. de jurej. l. de die ponenda 8. §. jubetur 5. ff. qvi ſatisd. cog. l. licet famoſæ 7. §. nec deferentes 3. ff. de obſ. par. & patr. præſt. l. 13. §. 14. ff. de damn. infect. † Ac certè injurioſum fuerit, patrem aut 4
patronum à filio vel liberto calumniæ alicujus inſimulari, *arg. l. 6. §. pen. & l. 6. ff. de obſ. par. præſt.* † cum etiam contra hos nulla actio detur, qvæ 5
fraudis habet mentionem, *l. 2. & l. 5. ff. eod. tit.* Anton. Fab. *in Rational. ad l. jusjurandum 34. §. qvi jusjurandum 4. ff. de jurej.* Joh. Borch. *de jurejur. c. 7. n. 23. & ſeqq.* Jac. Cujac. *lib. 9. obſ. 37.* Vinc. Caroc. *de juram. lit. deciſ. q. 13. n. 12.* Jac. Schult. *obſ. 55. n. 31.* Donell. *lib. 24. comm. de jurej. c. 13. poſt pr.* † Nec obſtat *l. jusjurandum 34. §. 4. ff. de jure-* 6
jur. Siqvidem libri Norici affirmativam lectionem probant, & habet vetus editio de Anno 1529. (*æqvè parentibus, patronisq; remittitur*) qvam lectionem etiam Baſilica confirmant, teſte Dion. Gothofr. *dict.* §. 4. Cujac. *dict. obſerv. 37.* Donell. & Borch. *dict. loc.* † Sanè, non admitti poteſt di- 7
ſtinctio Forner. *2. ſelect. 4.* an juretur ob rem, an ob perſonam ex *l. 14. ff. de jurejur.* † Qvæ non 8
de juramento calumniæ ſed deciſorio tractat, qvod utiqve remitti non poſſe apertum eſt; & omne juramentum calumniæ perſonæ fidem & ſinceritatem concernit, ut rectè notat Jac. Cujac. *dict. obſerv. 37.*

Ita Domini in cauſa Antonii Kretzſchmars contra Filium ſuum Donad Kretzſchmarn zum Hof / Menſ. Maj. Anno 1622. (Verba ſent. Daß Kläger den Eyd vor Gefehrde zu ſchweren nicht ſchuldig / V. R. W.)

Definit. XXV.

Impoſito alicui juramento ſuppletorio vel purgatorio, exigi neqvit jusjurandum calumniæ.

COnſiſtit itaqve ratio & cauſa juramenti calu-1
mniæ in ſola ſuſpicione ac præſumtione litigii temerarii, ac malitioſæ delationis jurisjurandi, *l. 1. & 2. C. de juram. propt. calumn. dand.* qvo juret deferens juramentum, ſe non calumniosè

2 id deferre: † Ex qvo fit, ut in iis juramentis, qvæ vel à lege, vel à judice deferuntur, putà suppletorio vel purgatorio, juramentum calumniæ pe-
3 ti neqveat, † qvia judex calumniari non præsumitur, *l. 3. §. 1. ff. qvod met. caus. l. vir bonus 18. ff. judic. solv. l. 137. §. eum ita 2. ff. de V. O.* nec ulla suspicio calumniæ in Leges, qvæ sanctæ sunt, cadere potest, *l. sacra 9. §. propriè 3. ff. de rer. divis.* Jacob. Schult. *observ. 56. n. 20.* Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 11. n. 34. & seqq.* Jac. Thoming. *decis. 44. n. 20.* Matth. Wesenb. *lib. 1. cons. 3. n. 50.* Dan. Moller. *lib. 2 semestr. 14.* Reinh. Rosa *ad Moll. hic n. 6.*
4 † Negotium saltem videntur facessere verba *h.* Const. *12. in pr.* So einem Part ein *deferirter* oder ander Eyd *juramentum purgationis vel suppletorium* zu leisten aufferleget / so soll er binnen 8. Tagen den Gegentheil / welcher den Eyd vor Gefehrde zuvor schweren soll / *citiren*
5 lassen / ꝛc. † Sed restringi debent hæc verba posteriora, ne juri communi adversentur, ad judiciale vel à parte parti delatum juramentum, ut rectè monet Andr. Rauchb. *dict. qvæst. 11. num. 35.*
6 † Qvod & novissimè approbavit Serenissimus Dominus Elector in Ord. proces. jud. *tit. 18. §.* Es hat aber dieser Eyd vor Gefehrde.

Ita Domini in causa Valentini Meslers zu Freyberg / Mens. Septembr. Anno 1597. (Verba sentent. Ist in Sachen dem Rath zum Geyer Kläger an einem / und euch Beklagten anders Theils / das Juramentum Purgatorium euch zu erkannt worden / ꝛc. So seyn Klägere den Eyd vor Gefehrde vorhero zu leisten schuldig / V. R. W.)

Definit. XXVI.

Nec is, qvi juramento res hæreditarias patefacere tenetur, jusjurandum calumniæ petere valet.

1 EAdemqve de causa nec hæres, qvi non confecto Inventario res hæreditarias juramento suo patefacere & indicare tenetur, jusjurandum
2 calumniæ exigere potest: † Etsi enim hoc sacramentum legatarii, fideicommissarii, vel creditores ab hærede petere soleant, *l. ult. §. licentia 10.*
3 *§. sin autem 14. in fin. C. de jur. delib.* † Non tamen ideò judiciale aut delatum dicendum est, sed à lege aut judice ad instantiam duntaxat partis imponitur, ideoq; non magis referri potest, ac purgationis, & reliqva juramenta legalia, Glos. *in l. præsenti 6. §. sanè 5. verb. conscientia ubi* Dd. *C. de his qvi ad Eccles. confug.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 11. n. 38.* Jacob. Schult. *obs. 56. n. 20. & in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. q. 130. n. 80.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 14. in fin.* Jac. Thoming. *q. 44. n. 20.*
4 † Sed hoc ita, si ob inventarium omninò non confectum hæredi juramentum ad res hæredita-
5 rias patefaciendas injungatur: † Cæteroqvin, si confecto inventario actor in illo qvid omissum dicat, ac super eo hæredi juramentum deferat, qvia pro inventario præsumendum, & calumnioscè propterea juramentum deferri videtur, dubium
6 non est, † qvin Reo id postulante, prius de calumnia jurare debeat, Andr. Rauchb. *dict. loc. n. ult.* Moll. *dict. c. 14. n. ult.*

Ita Domini in causa M. Andreæ Cottens, Pastoris zu Laußig / Mens. Octob. Anno 1633. (Verba sent. So seyn bemeldte Erben die Barschafft und gantze Väterliche Verlassenschafft / weil sie kein Inventarium aufgerichtet / vermittels ihres leiblichen Eydes anzuzeigen schuldig / den Eyd vor Gefehrde aber seyn sie zu fordern nicht berechtiget / V. R. W.)

Definit. XXVII.

Sicuti nec is, qvi scripturam recognoscere jussus eam juramento diffitetur.

1 EX inveteratâ qvadam consvetudine Saxonica, ubiqve in judiciis receptum est, ut qvi scripturam vel instrumentum productum recognoscere recusat, illud mediante juramento diffiteri teneatur, Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 43. n. 2. vers. in Electoratu Saxon.* Ordin. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 25. vers.* Desgleichen wenn der / ꝛc.
2 † Qvi tamen à parte producente instrumentum juramentum calumniæ haud petere valet,
3 † scilicet, qvia juramentum diffessionis non à parte defertur, sed jure & consvetudine Saxonicâ, in qva omnis calumniæ suspicio cessat, *l. sacra 9. §. proprie ff. de rer. divis.* nolenti recognoscere imponitur, † ac propterea juramentum
4 legale dicitur, in qvo nunqvam calumniæ jusjurandum sibi vendicat locum, Ordin. proces. judic. Elect. Sax. *tit. 18. §.* Es hat aber dieser Eyd. *vers.* Wann aber einem aus sonderlicher Verordnung der Rechte / oder sonst aus Richterlichem Ampt ein Eyd aufferleget wird / hat er den Eyd vor Gefehrde zu fordern nicht fug. *supr. Defin. 25.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 11. n. 34.* Jacob. Schult. *observ. 56. n. 20.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 14. in fin.* Reinh. Rosa *ad Moll. hic n. 6.*

Ita Domini in causa Melchior Planitzens contra Martin Römischen zu Leißnig / Mens. April. Anno 1634. (Verba sent. Würde des verstorbenen Melchior Planitzens hinterlassener Sohn den Proces gebührlichen reassumiren, immassen er zu thun pflichtig; So ist Beklagter das producirte Brieff und Siegel nochmals entweder zu recognosciren oder eydlichen zu diffitiren schuldig / und mag Kläger den Eyd vor Gefehrde zu leisten / zu Recht nicht angehalten werden / V. R. W.)

Definit. XXVIII.

Si adversarius de calumnia jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, juramentum delatum principale pro præstito habetur.

1 IN solo ergò juramento à parte delato jusjurandum calumniæ sibi locum vendicat, & à deferente exigi potest, Ord. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 18. §.* Es hat aber dieser Eyd vor Gefehrde allein in dem Fall statt / wann einem der Part den Eyd *deferirt*, Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 11. n. 34.* Jacob. Schult. *observ. 56. num. 15.*
2 † Qvid verò, si deferens ad jurandum de calumnia citatus contumaciter non compareat, vel de calumniâ jurare nolit? Certè hoc ipso temeritatem ac malitiam suam prodit, † qvare
3 jussus jurare tùm juramentum præstare non tenebitur, sed hoc pro præstito habendum atqve pro eo pronunciandum est, *h.* Const. *12. §. ult. vers.* Und derselbige würde. Ordin. proces. judic. *tit. 18. §.* nachdem auch derjenige. *vers. fin.* würde aber auch der *deferent.* † Remittere siqvidem ju-
4 ramentum videtur, qvi de calumniâ jurare recusat.

ſat, *c. ſignificante 7. extr. de pignor. l. ſi non fuerit 37.*
5 *ff. de jurejur.* † Et conditio pro impleta habetur, qvoties non ſtat per eum, qvi implere debuit, ſed magis per adverſarium, *l. ſtatu liberos 3. §. ſi qvis hæred. 11. ff. de ſtatu lib. l. jure civili 24. l. Jul. Paul. 81. ff. de cond. & demonſtr. l. in omnibus 39. ff. de Reg. Jur.* Dan. Moller. *hic n. 4.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 123. num. 8.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Wandereiſſens contra Jacoben zu Qvedlinburg/ Menſ. April. Anno 1635. (Verba ſent: Und erſcheinet ſonſten aus den Acten allenthalben ſo viel/ daß der vom Beklagten Klägern deferirte Eyd nunmehr vor geſchworen und geleiſtet billich geachtet wird/ derowegen Beklagtens Erben ihres Vaters Zuſage nachzukommen/ und Klägers Erben die bewilligte 150 Rthl. zuſambt denen auffgelauffenen Zinſen zu bezahlen/ auch die verurſachte Schäden und Unkoſten/ auff vorgehende Liqvidation und richterliche Ermäſſigung/ zu erſtatten pflichtig/ ꝛc.)

Definit. XXIX.

Non poteſt actor deferre juramentum ſuper eo, qvod probare intendit.

1 NOn poſſum juramentum deferre adverſario ſuper eo, qvod probare velim modo ordina-
2 rio: † Nec utroq; modo, delatione nempe juramenti, & probatione ſimul ac conjunctim actor qvispiam experiri valet, Ord. proceſſ. judic. Elect. Sax.
3 *tit. 18. §.* Es wird aber auch dem *deferenten.* † Siqvidem jusjurandum in vicem probationis deficientis ſuccedit, *c. ſicut conſuetudo 2. in fin. extr. de probat. l. in bonæ fidei 3. C. de Reb. Cred.* Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 8. de cont. int. domin. & Vaſ.* Henn. Gœden. *conſil. 48. n. 11.* Jac. Schult. *obſerv. 52. n. 17.*
4 Ergò cum probatione concurrere neqvit: † Planè, ſi libellus diverſos atq; diſtinctos contineat articulos, qvin ſuper uno deferre liceat juramentum, etiamſi ſuper aliis probatio ſuſcipiatur ordinaria, dubitandum non eſt, *dict. tit. 18. §.* Es wird aber auch. *verſ.* Es wäre denn/ daß derſelbe/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa Hanſen von der Sahle contra hæredes Chriſtophori von der Sahle zu Dreßden/ Menſ. Jul. Anno 1633. (Verba ſent: Dieweil Beklagte auf erhobene Klage geantwortet/ und derſelben nicht geſtändig/ ſo ſeyn Klägere den Grund derſelben/ und ſo viel ihnen daran verneinet/ binnen Sächſiſcher Friſt/ wie Recht/ zu erweiſen ſchuldig/ dawider Beklagten ihre bedingte Gegen-Beweiſung und andere rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten wird/ ferner darauff zu beſchehen/ was recht iſt/ und hat die Eydes-Delation zugleich nicht ſtatt/ V. R. W.)

Definit. XXX.

Ad confirmandum ſaltem vel probandum matrimonium licet deferre juramentum, non etiam ad diſſolvendum illud.

1 IN qvæſtione illa: † *An in cauſis matrimonialibus locum habeat delatio juramenti?* communiter recepta eſt diſtinctio: an deferatur juramentum affirmativum pro matrimonio, an verò negativum
2 contra matrimonium, † illud licitum habetur, non etiam hoc, Joh. Schneid. *ad §. item ſi qvis poſtulante 11. n. 26. & ſeqq. inſt. de act.* Joh. Borch. *in tract. de jurejur. c. 5. n. 23.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 94. n. 13. & ſeq.* Beuſt. *ad l. ait Prætor. 3. ff. de jurej. n. 63. & ſeq.*
3 † Nempe, qvod in poteſtate partium non ſit diſſolvere matrimonium, ut notat Gloſſ. *in l. 3. §. qvacunq; 1. verb. agitur, & ibid.* Bartol. *n. 2. ff. de jurej.*
4 † Sicuti nec eo caſu, ſuper matrimonio transactio valet, *c. fin. extr. de tranſact.* At benè contrahi poteſt de novo matrimonium etiam ſub conditione, ſi altera pars juraverit, Schneidevv. & Gail. *dict. loc.* † Dicitur autem juramentum af-
5 firmativum pro matrimonio deferri, affirmanti matrimonium eſſe contractum, ut ſi puella vel uxor dicat: Volo eſſe uxor tua, ſi juraveris, qvæ delatio vel propterea ſubſiſtit, qvia de novo qvaſi contrahitur matrimonium propter conſenſum conditionalem, † qvalis conditio neutiqvam ma-
6 trimonium impedit, *tot. tit. extr. de condit. appoſ. l. qvi juráſſe 26. §. ult. ff. de jurejur.* † At negativum
7 defertur juramentum neganti matrimonium, putà ut puella juret, ſponſalia non eſſe contracta, qvæ delatio non valet ad diſſolvendum matrimonium, cum non dependeat hoc à voluntate partium, Schneidevv. *dict. loc. n. 26.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Ninckens zu Qvedlinburg/ Menſ. Januar. Anno 1635. (Verba ſent: Hat vorgedachte Magdalena Elbings vorgeben/ ob wäre ihr die Ehe von euch verſprochen und zugeſaget worden/ deſſen ihr aber keines weges geſtändig ſeyd/ ꝛc. So iſt ſie ihr Vorgeben/ wie Recht/ zu beweiſen/ und beyzubringen ſchuldig/ und es hat die Eydes-Delation, nach Gelegenheit dieſes Falls/ nicht ſtatt/ V. R. W.)

Definit. XXXI.

Non poteſt jusjurandum referri depoſitario, ſi contra bonam fidem, & dolosè qvid feciſſe dicatur.

1 DUbium eqvidem non eſt, qvin etiam in actione depoſiti, qvæ ſuper rebus qvaſi ſine ſcriptis datis movetur, jusjurandum ad exemplum cæterorum bonæ fidei judiciorum deferri poſſit, ex Reſcripto Impp. Dioclet. & Maximian. *in l. in actione 10. C. de reb. credit.* † Sed hoc ita, ſi ex de-
2 poſito ſimpliciter agatur, reiqve depoſitæ reſtitutio petatur: Qvod ſi verò depoſitarius in libello perfidiæ ac doli arguatur, putà qvod re depoſitâ contra bonam fidem uſus fuerit, eamvè contrectârit, haud locum eſſe juramenti delationi, dixerim: † *Tùm*, qvod ejusmodi actio procul du-
3 bio ſit famoſa, *arg. l. qvi depoſitum 10. C. depoſit.* †
4 ubi delatio juramenti ex receptâ ſententiâ *Interpp. Juris Saxon.* non admittitur, juxta Dan. Moller. *ad* Conſt. Elect. *5. n. 17. & ſeqq. part. 3. &* Conſtit. Elect. *42. n. 14. & ſeqq. ubi etiam* Reinh. Roſa. *p. 4.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 21. n. 87.* † *Tùm*, qvia
5 metuendum eſt perjurium depoſitarii ad dolum & perfidiam avertendam, qvæ cauſa facit, qvod nec in criminalibus locus ſit delationi jurisjurandi, Jaſ. *in repetit. l. admonendi 31. n. 274. ff. de jurejur. & in l. ait Prætor. 3. n. 19. ff. eod. tit.* Hippol. de Marſil. *in l. maritus 20. n. 6. & ſeq. ff. de qvæſt.* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. qvæſt. 63.* Andr. Fach. *lib. 1. controv. 15.* Setſer. *de juram. lib. 4. c. 14. n. 8.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 141. n. 9.* † *Tùm*, qvod ſicuti
6 in delictis, ita etiam in dolo, reqviratur probatio luce meridianâ clarior, *l. ult. C. de probat.* Fulv. Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 39. n. 11.* † Atqvi ju-
7 ramentum ſubſidiaria, extraordinaria & exorbitans eſt probatio, imò non tàm probatio, qvàm à probatione revelatio & exoneratio, *l. eum qvi 30. in pr. ff. de jurejur.* Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. §. 43. Gloſſ. 1. n. 35.* Matth. Weſenb. *part. 1. conſ. 36. n. 37.*

num. 37. Non ergò causa doli juramento adversarii committenda erit.

Ita Domini in causa Lucretiæ Uxoris Hieronymi Schmiedens contra Timotheum Aleſium zu Leipzig/ Menſ. Mart. Ann. 1632. (Verba ſentent. Dieweil Beklagter auff erhobene Klage geantwortet/und ſolcher allerdings nicht geſtändig / So iſt Kläger den Grund derſelbigen/ und was ihme daran verneinet/binnen Sächſiſcher Friſt/ wie recht/zu erweiſen ſchuldig/dawider Beklagten ſeine bedingte Gegenbeweiſung und andere Rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten wird/ ferner darauff zu beſchehen/was Recht iſt/ und hat die Eydes-Delation nach Gelegenheit dißfalls nicht ſtatt/ V. R. W.)

Definit. XXXII.

Etiam in foro Saxonico poſt litis conteſtationem & præſtitam gvarandam, Reus ſuper exceptionibus peremptoriis actori juramentum deferre poteſt.

1 QVantumvis actor poſt litem conteſtatam vel præſtitam gvarandam Reo juramentum deferre neqveat in foro Saxon. *Defin. 1. Conſt. præced.*
2 *Defin. 14.* † Qvin tamen Reus poſt litis conteſtationem vel præſtitam gvarandam, ſuper exceptionibus peremptoriis actori jusjurandum deferens admittatur etiam in foro Saxonico, dubitandum non eſt, Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 21. n. 74.* Chriſt. Zobel. *part. 1. differ. 21. n. 4.* Dan. Moll. *lib. 3. ſemeſtr. 36. poſt pr.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 122. n. 10. & ſeqq.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 19. n. 24.* Hartm. Piſtor. *part. 4. q. 13. n. 82.* Matth. Berlich. *part. 1. conſl. 29. n. 61.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de jurejur. n. 9.* † *Tùm*,
3 qvia hoc permittitur de jure communi, *l. generaliter 12. pr. verſ. omne C. de Reb. Cred. & jurejur.* nec ullibi expreſsè
4 reperitur ademptum Reo de jure Saxonico. † *Tùm.* qvod exceptio peremtoria, qvæ in continenti probabilis non eſt, haud objici poſſit ante litem conteſtatam, *c. 1. de lit. conteſt. in ſexto l. 2. C. ſent. reſc. non poſſ. l. 9. C. de his qvi accuſ. non poſſ. l. 4.*
5 *ff. qvi teſt. fac. poſſ.* † *Tùm*, propter Sanctionem Electoralem, in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 18. §.* Da aber der Beklagte/ꝛc.

Ita Domini in cauſa Wilhelmi Metzſchens zu Plohna/ Menſ. Auguſt. Anno 1607. (Verba ſent: Ob nun gleich euch/als Beklagten/unbenommen geweſen / nach gethaner Krieges-Befeſtigung und angelobter Gewehr/ eure Exceptiones dem Kläger in ſein Gewiſſen zu ſtellen/ und ihme den Eyd zu deferiren, &c.)

Definit. XXXIII.

Niſi Reus ad reprobationem ſe jam obtulerit, eavè ipſi per ſententiam injuncta fuerit.

1 SEd hoc ita, ſi nondum Reo probatio Exceptionis per ſententiam injuncta fuerit: Hæc enim ſi in rem judicatam tranſierit, Reus ad juramenti delationem ulterius confugere haud valet, Ord. proceſſ. jud. Elect. Sax. *tit. 18. §.* Da aber der Beklagte. *verſ.* Nach aufferlegtem Beweiß aber. Felin. *in rubr. extr. de probat. n. 4. & ad c. cum cauſam 13. n. 20. eod. tit.* Zang. *de except. part.*
2 *2. c. 21. n. 74.* † qvia per appellationem probationis intelligitur probatio plena & legitima, *l. Lucius 83. ff. de condit. & demonſtrat.* † Atqvi probatio
3 per juramentum legitima, probatio non eſt, *l. ult. C. de probat.* † Rectè itaqve monet Joh. Zanger. ad-4 vocatos, ut, vel ante ſententiam interlocutoriam, ſuper exceptionibus deferant juramentum actori, vel per Leuterationem aut Appellationem ſententiam ſuſpendant, *dict. c. 21. num. 77.* † 5 Qvin & ſi Reus ad probationem exceptionis ſe jam obtulerit, reſervando nempe ſibi in litis conteſtatione Reprobationem ſuam, (mit Bedingung und Vorbehaltung des Gegen-Beweiſes/) nec tùm ei dabitur regreſſus ad delationem jurisjurandi, *dict. tit. 18. §.* Da aber der Beklagte. *verſ.* Nach aufferlegten Beweiß aber / oder wenn er ſich ſelbſt darzu erboten / ſoll er ferner zur *delation* nicht gelaſſen werden.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch daſſelbe von euch nicht geſchehen / ſondern ihr eure Gegenbeweiſung auch bey eurer Litis Conteſtation ausdrücklichen bedinget/ Kläger ſich auch ſeines Beweiſes allbereit angemaſſet / ꝛc. So ſeyd ihr nunmehr ſolche eure Exceptiones, ſo ihr in die Gegenbeweiß-Artickul verfaſſet/Klägern in ſein Gewiſſen/Wiſſenſchaft und Wolbewuſt zu ſtellen nicht befugt / ſondern ihr ſeyd euern Gegenbeweiß gebührender und ordentlicher Weiſe zu vollführen ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Abſq; delatione vel Judicis impoſitione nullum præſtandum eſt jusjurandum.

QVum multi homines religionis contemptu 1 ad jurandum, imò & pejerandum perfacile ſint; alii contra perqvàm timidi, metu numinis divini ad ſuperſtitionem usqve à jurando abhorreant *l. qvæ ſub conditione 8. in pr. ff. de condit. inſt. l. ait Prætor. 3. in pr. ff. de jurej. l. cum qvidam 21. C. de fide inſtrum.* † qvandoqve etiam 2 procuratores (qvi aſſvefacti ad jurandum putantur, nec pluris facere juramenta, qvàm domus vetuſta fumum, Henning. Gœden. *conſ. 87. n. 27.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 115. n. 10.*) ad depoſitionem juratam clientes alliciant, prudentiſſimè in toto Imperio Romano-Germanico receptum eſt, † ut nullum in judicio præſtetur juramen- 3 tum, nec præſtitum alicujus momenti habeatur, niſi à judice interloqvente fuerit impoſitum, Matth. Weſenb. *in parat. ff. de jurej. n. 9. verſ. qvod tamen ita verum eſt.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſt. 3. num. 1.* Cravett. *conſ. 196. n. 2.* † Nil itaqve effi- 4 cit, qvi propriâ ſponte jurat, aut ad jurandum in judicio ſe offert, *l. 3. in pr. ff. de jurej.* Ergonè Reus juramentum præſtans, haud prævia judicis interlocutione, ab omni ſuſpicione liber non erit? ita qvidem dicendum videtur, *arg. dict. l. 3.* Henning. Gœden. *conſ. 48. n. 12.* † Attamen ju- 5 dex juranti hoc caſu connivens, interloqvi, aut ſaltem probare conditionem jurisjurandi delatam cenſetur, Cravett. *dict. conſ. 196. num. 2.* Jac. Schult. *obſ. 50. n. 12.*

Ita Domini in cauſa David Morgends zu Leipzig / Menſ. Januar. Anno 1594. (Verba ſentent. Ob nun wol ſolche Verwilligung zu Papier nicht gebracht worden/da aber dennoch ihr dieſelbe beweiſen köntet / ſo wären gedachte beyde Handels-Leute ihre Verwilligung zu halten ſchuldig/ und ihr möget ſolches mit eurem Eyde/woferne ſie es euch dahin nicht ſelbſt ſtellen / oder auch euch gerichtlichen aufferleget würde/zu erhalten nicht zugelaſſen werden/ V. R. W.)

DEFI-

DEFINIT. XXXV.

Extra proceſſum ordinarium non poteſt deferri juramentum.

1 EXtra proceſſum ordinarium absqve cauſæ cognitione & ſententia Judicis, ad jurandum aliqvem invitum adigere, nec juri conſentaneum eſſe, nec temporum noſtrorum conſuetudinem pati, teſtatur Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 36. n. 1.* Jac. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. Remed. 5. ex l. creditores 23. C. de pignor. n. 153.* † Non ergò audiendus eſt actor, ſi in proceſſu executivo ſive ſummario, jus-
3 jurandum Reo deferre velit: † Quia ſcilicet juramentum eſt ſpecies legitimæ ac ordinariæ probationis, Andr. Rauchb. *part. 1. q. 11. n. 25.* & quidem fortiſſima atque efficaciſſima, *l. eum qui 30. ff. de jurejur.* contra quam probationem alia nulla poſtmodum admitti poteſt, *l. ſi duo 13. §. idem Julianus 2. ff. eod. tit.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. de-*
4 *fin. 23. n. 3.* † Atqvi probatio ordinaria in proceſſu ſummario locum non habet, Ordin. Polit. Elect. Sax. *de Anno 1612. tit.* von *Juſtitien*-Sachen. *19.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. c. 2. n. 23.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 26. n. 115.*

Ita Domini in cauſa Hieronymi von Leipzig/ Menſ. Mart. Anno 1589. (Verba ſentent. Ob gleich Hanſen von Auerswalda eheliche Hausfrau ihr Vorgeben in euer Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt geſtellet hat; dieweil aber dieſe Eydes-Delation auſſerhalb des Proceſſus geſchehen/ꝛc. So mag euch auch dieſelbe nach Gelegenheit dißfalls nicht verbinden / und ſie iſt demnach anderer Geſtalt ihr Vorgeben beyzubringen ſchuldig / V. R. W.)

Et ad Reqviſitionem Qvæſtoris zu Lichtenwalda / Menſe Jan. Anno 1583.

DEFINIT. XXXVI.

In proceſſu ordinario Reus exceptionem ſolutionis, contra inſtrumentum gvarentigiatum oppoſitam, conſcientiæ actoris committere haud prohibetur.

1 IN ſolo itaque proceſſu ordinario juramentum
2 deferre licet, *Defin. præced.* † Idque verum eſt, non ſolùm reſpectu actoris, ſed etiam ex parte
3 Rei: † Etſi enim hic ſuper exceptione ſolutionis, oppoſitâ inſtrumento liquido & confeſſato, ex quo ſummariè ſive executivè agitur, juramentum actori deferre, haud valeat, ut probavi *ſuprà*
4 Conſtit. Elector. *8. Defin. 31.* † Secus tamen eſt in proceſſu ordinario, putà ſi Reus per libelli oblationem & litis conteſtationem experiatur, atque per modum ordinariæ probationis unà cum exhibitis articulis, obligationis inſtrumentum li-
5 quidum & gvarentigiatum producat, † Qvo certè caſu, Reus de ſolutione excipiens juramentum deſuper actori deferre non prohibetur, Hartm. Piſtor. *part. 4. q. 13.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 36.* Reinhard. Roſa *ad Moll. Conſt. Elect. 11. n. 11. part. 1.*
6 † Nam ſi in ejusmodi proceſſu ordinariæ probationes admittantur, etiam ex parte Rei, uti extra controverſiam eſt, ſecundum tradita Hartm. Piſtor. *p irt. 4. q. 13. n. 30.* & Matth. Weſenb. *inſtit. de*
7 *except. n. 7.* † Qvidni etiam admitteretur delatio jurisjurandi, ceu ſpecies quædam legitimæ probationis, *l. 11. §. ult. ff. de jurejur. l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 11. num. 25.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 23. n. 3.* † Et cum 8 actori in proceſſu ordinario ſuper actione liceat Reo deferre juramentum, *Defin. præced.* utique & Reo exceptionem ſuam in proceſſu ordinario conſcientiæ actoris committere fas erit, vel ſaltem ex natura correlativorum, quorum una eademque eſt ratio, *l. ult. C. de indict. viduit.* Nicol. Everh. *in loc. à correl. 20. n. 10. & ſq.*

Ita Domini in cauſa Hæredum Wilhelmi à Berbiſdorff contra Hanſen von Könitzen ventilata in Præfectura Rochlitenſi, Menſ. Mart. Anno 1602. (Verba ſent. Ob gleich Beklagter die producirten Urkunden vor richtig recognoſciret; Dieweil er aber dennoch dawider Exceptionem Solutionis vorgewand / und dieſelbe Klägers Principaln in ſein Chriſtliches Gewiſſen geſtellt/ ſo iſt er darauff nach Gelegenheit dißfalls (weil man in proceſſu ordinario verſiret) ſein Gewiſſen zu eröffnen ſchuldig/ Er thue nun ſolches alſo oder nicht/ ſo ergehet darauf in der Sachen ferner/ was recht iſt/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXVII.

Non poteſt recuſari jusjurandum à parte delatum propterea, quod agatur ex compromiſſo judiciali.

COnceſſerim equidem Hartm. Piſtor. *part. 4.* 1 *q. 13. n. 29.* coram arbitratoribus juramentum deferri non poſſe; † Sed reſtringendum hoc pu-2 to ad arbitratores extrajudiciales ſeu benevolos compoſitores, quorum dicto vel ſententiæ ſtandum eſt, ex ſola conventione, *arg. l. 2. C. comm. utriuq; jud.* Anton. Fab. *in C. lib. 2. tit. 35. defin. 1. n. 2.* Ventur. de Valent. *in parth. litigioſ. lib. 2. c. 4. n. 15.* † Scilicet, quia in judicio ſolummodo per-3 miſſa eſt jurisjurandi delatio, *l. ait prætor. 3. in pr. ff. de jurejur. ſupr. Definit. 33.* Ergo non coram arbitris illis benevolis, apud qvos extrajudicialiter proceditur, Hartm. Piſtor. *dict. q. 13. num. 20.* † 4 Alia eſt ratio arbitratorum judicialium, vel etiam commiſſariorum, in quos ſolent compromittere litigatores, ut non ſervato ordine proceſſus, abſque ambagibus cognoſcant, ipſique de ſolennibus proceſſus quid remittatur, *arg. l. ſocietatem 76. verſ. arbitrorum, ubi latè* Bartol. *ff. pro ſocio.* Anton. Fab. *dict. tit. 35. defin. 2. n. 3.* † Coram hiſ-5 ce cum judicialiter procedatur ex compromiſſo, quid obſtat, quo minùs licitè juramentum deferatur?

Ita Domini in Compromiſs-Sachen Georg Thomaſen contra Andreas Kühnen zu Döbeln/ Menſ. Junio Anno 1627. (Verba ſententiæ: Dieweil Beklagter Klägern Exceptionem Solutionis objiciret, und ihme dieſelbe in ſein Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt geſtellet / So iſt Kläger auff Beklagtens vorhergehenden Eyd vor Gefehrde/ ſein Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt zu eröffnen ſchuldig/ er wolte denn Beklagten den Haupt-Eyd referiren, oder ſein Gewiſſen mit Beweiß vertreten/ damit würde er billich gehöret und zugelaſſen/ und ergienge alsdann darauff in der Sachen ferner/ was recht iſt / V. R. W.)

DEFINIT. XXXIIX.

Mulier quatenus autoritate Curatoris ſui valeat deferre juramentum.

CUm mulier perſonam ſtandi in judicio non 1 habeat, expeditum eſt, qvod nec juramentum

per se deferre qveat, qvia delatio juramenti est actus judicialis *l. 3. in pr. ff. de jurejur.* Jac. Schult. *obs. 50. n. 7.* † Attamen autoritate curatoris in litem id facere non prohibetur, cum & tutori ac curatori, ut & procuratori († Modò hic speciale habeat Mandatum, vel si procurator universorum bonorum, aut in rem suam) delatio juramenti permissa sit *l. jusjurandum 17. §. 1. & §. ult. l. tutor. 35. in pr. l. 9. §. 4. ff. de jurejur.* Joh. Zang. *de except. part. 3. c. 16. n. 40. & seqq.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 8. n. 1. & seqq.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 20. n. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 83. n. 1. & seq.* Joh. Borch. *in tract. de jurejur. c. 3. n. 31. & seqq.* † Speciale tamen est in Curatore mulieris ad litem, qvod in foro Saxonico ad instar procuratoris absq; speciali mandato neqveat deferre juramentum, nempe qvod ipsa mulier per se, non per Curatorem vel procuratorem juramentum delatum, vel relatum præstare teneatur, *art. 46. lib. 1.* Landr. Rauchb. *dict. q. 8. n. 4. & 5qq.* Reinh. Rosa *ad* Moll. *Const. Elect. 15. n. 105. part. 2.*

Ita Domini in causâ Hieronymi à Leipzig / Mens. Martio Anno 1589. (Verba sent Dieweil aber solche Eydes-Delatio auf Seiten der Klägerin ohne Kriegischen Vormunden geschehen ꝛc. So mag euch auch dieselbe nach Gelegenheit dißfalls nicht verbinden/und sie ist demnach anderer Gestalt ihr Vorgeben zu erweisen schüldig/ V. R. W.)

Definit. XXXIX.

Non potest per Procuratorem præstari juramentum in foro Saxonico.

1 ETsi de jure communi juramentum judicialiter delatum regulariter præstetur, vel per ipsam partem in propria persona, vel per procuratorem habentem ad id speciale mandatum, *l. nam posteaqvam 9. § jusjurandum 6. l. ult. §. Sed etsi* 2 *2. ff. de jurejur.* † modò adversarius deferens consentiat, *l. generaliter 12. §. 4. C. de Reb. Credit.* Bartol. *in l. 13. §. 13. ff. de damn. infect. n. 14.* Wes. *in parat. ff. de jurejur. n. 9.* qvod & in aliis juramentis, purgatorio, calumniæ, &c. obtinet, *c. ult. de juram. calumn. in sexto c. qvi ad agendum 4. de procur. in sexto.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 8. n. 11.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 115. n. 2.* Dan. Moller. 3 *lib. 4. semestr. 20. n. 1.* † Attamen in foro Saxonico qvodvis juramentum sive judicialiter delatum, sive in supplementum, sive purgatorium, vel etiam calumniæ fuerit, in propria persona præstari debet, nec admittitur procurator alterius nomine jurare volens, etiamsi ad id habeat speciale mandatum, *art. 46. vers.* Wo es aber. *lib. 1.* Landr. Georg. Rotsch. *in proceff. art. 11. sub tit.* Von der Klage auffs Gewissen. Addit. *Gloss. in art. 6.* Landr. *lib. 1. lit. D.* Matth. Wesenb. *in suppl. ad* Johan. Schneidevv. *ad §. item si qvis postulante 11. num. 107. lit. A. Inst. de action.* Andr. 4 Rauchb. *dict. q. 8. n. 15.* † Ac disputent alii, qvicqvid velint, distingvant licet etiam inter personas illustres & plebejas, ut videre est ex traditis 5 Moll. *dict. c. 20. &* Rauchb. *dict. q. 8. n. 16. & 18.* † Expeditum certè est hodiè, neminem prorsus per intermediam personam jurare posse, ex sanctione Electorali manifesta in Ordin. proc. jud. *tit. 18. §.* 6 Es soll auch ein ieder ꝛc. † Qvæ justissimâ nititur ratione, siqvidem jusjurandum est qvid personalissimum, *c. veritatis 14. ubi* Hostiens. *extr. de jurejur.* Cujusmodi qvæ sunt, per procuratorem fieri non possunt, *l. generaliter 12. §. his de præsentibus 4. C. de Reb. Credit. & jurejur.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 31. n. 1.* †Et magis soliciti sunt de 7 salute animæ litigaturientes ipsi jurantes in propria persona, nec tam facilè ad litigandum prosiliunt, qvàm si per procuratorem admitterentur, haud considerantes, procuratorem qvidem eorum nomine jurare, sed non eorum nomine descendere in gehennam, Auct. *disc.* Von *Justitien*-Werck. *pag. 84.* Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. c. 7. n. 12.* † Taceo, qvod plerumqve 8 fieri soleat, ut ex jurantis vultu & mutatione judex perjurium aut pejerandi proclivem voluntatem animadvertere, ac jurantem dehortari possit, ut de testibus scriptum est *in l. 3. in pr. & §. 1. & 2. junct. l. ob carmen. 21. §. ult. ff. de test.* Ant. Fab. *dict. defin. 31. num. 5.*

Ita Domini in causa Michael Thielens contra Margarethen Ballassen zu Helmsdorff / Mens. Decembr. Anno 1616. (Verba sent Dieweil Beklagte Klägern den deferirten Eyd wider referiret; So ist Kläger denselbigen in der Person zu leisten und zu schweren schuldig / V. R. W.)

Definit. XL.

Differunt ab invicem, committere factum alicujus conscientiæ; & committere scientiæ sive notitiæ: Solum enim factum proprium alicujus conscientiæ committi potest.

UBiqve locorum in foro Saxonico recepta est 1 differentia circa delationem juramenti; An scilicet qvis intentionem suam solùm conscientiæ adversarii committat: (Wenn er ihme die Klage allein ins Gewissen schiebet.) An verò scientiæ qvoqve sive notitiæ ejus intentionem committat. (Wenn er ihme die Klage nicht allein ins Gewissen / sondern auch in seine Wissenschafft und Wolbewust stellet) Joh. Schneidevv. *in §. item si qvis postulante 11. n. 88. & seqq. inst. de act.* Georg. Rotsch. *in proceff. part. 1. art. 11. num. 6.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 116. n. 5. & seqq.* Hart. Pistor. *observ. 184. n. 2.* Matth. Wesenb. *vol. 1. conf. 3. n. 50.* † Qvæ distinctio effectu non caret: Priori 2 siqvidem casu de veritate juratur, qvod certò sciat jurans rem ita se habere, nec tum toleranda est ignorantia vel error, *l. qvanqvam 7. ff. ad SCtum Vellejan.* Schneidevv. *dict. loc. num. 90.* † At casu 3 posteriori juratur duntaxat de credulitate & notitia, qvod nempe jurans credat & probabiliter sciat, hoc vel illud verum esse, aut qvod etiam notitiam ejus rei non habeat, Joh. Schneidevv. & Matth. Coler. *dict. loc.* † Ex qvo seqvitur, 4 super facto adversarii proprio, solam ejus conscientiam tangi posse: Es kan ihme die Klage allein ins Gewissen geschoben werden / quo casu de ipsa rei veritate, qvam benè perspectam habet, jurare tenetur, Ord. proceff. jud. Elect. Saxon. *tit. 18. §.* Weil es aber dennoch. † Nec enim ad- 5 versarius juramentum hoc declinare poterit, cum id propriè referatur ad factum suum, cujus sententiam exactam habet Joh. Schneidevv. *dict. loc. n. 90. & ibid.* Matth. Wesenb. *in supplem. lit. A.*

Ita Domini in causâ Stephani Lehemanns contra Hansen Adlern zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1617. (Verba

(Verba ſentent. Nunmehr aus den Acten ſo viel zu befinden/daß Beklagter ſein Gewiſſen/ſo viel ſein proprium factum allein anlanget/ zu eröffnen ſchuldig/Er wolte dann daſſelbe mit Beweiß vertreten/ damit würde er binnen Sächſiſcher Friſt billich gehöret/ꝛc.)

Definit. XLI.

At factum alienum ſoli alicujus conſcientiæ nequit committi, ſed tenetur in ſe ſuſcipere hoc caſu deferens juramentum, onus probandi.

1 SEd factum alienum adverſarii ſcientiæ ſive notitiæ committi debet, ut nempe juret ſaltem de probabili notitia & credulitate, vel etiam de ipsâ ignorantiâ, qvòd de facto illo nullam habeat notitiam, (Es wird ihme die Klage in ſein Chriſtlich Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt geſtellet.) † Cumulari ſiqvidem hæc ſolent 2 in delatione juramenti ſuper facto alieno, ut ſi jurans illud certò non ſciat, ſaltem qvid de eo audiverit, & credat, juret, *art. 11. lib. 3.* Landr. *ubi* Gloſſ. *pen. in fin.* Gloſſ. Landr. *lib. 2. art. 22.* Matth. Weſ. *in ſupplem. ad* Schneidevv. *in §. item ſi qvis poſtulante 11. n. 89. lit. A. inſt. de act.* Chil. König. *in proceſſ. c. 66.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 116. num. 7.* † 3 Soli verò conſcientiæ alicujus factum alienum nequit committi, (Es kan ihme *ſuper facto alieno* die Klage ins Gewiſſen allein nicht geſchoben werden.) Ord. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 18. §.* 4 Weil es aber, *verſ.* alſo daß im erſten Fall/ ꝛc. † Habet enim jurans facti alieni probabilem ignorantiam, ut propterea conſcientia ejus haud debeat gravari, *l. Marcellus 11. §. 1. ff. rer. amotar. l. qvi in alterius 42. ff. de reg. jur.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 15. n. 13.* Joh. Schneidevv. *dict. loc.* 5 *n. 90.* † Ergò ſi qvis ſuper facto alieno conſcientiam adverſarii onerare velit, nihil efficit, ſed intentionem ſuam modo legitimo probare tenebitur, Matth. Coler. *dict. deciſ. 116. n. 10.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. So viel aber die geklagte Lämniß und Facta aliena anlanget / iſt Kläger ſolche innerhalb Sächſiſcher Friſt / wie zu Recht darzu thun und zu erweiſen ſchuldig/dawider Beklagten ſeine Gegen-Beweiſung und andere rechtliche Nothdurfft billich vorbehalten wird/ferner darauff zu beſchehen / was recht iſt/ V. R. W.)

Definit. XLII.

Juramentum pupillo delatum, ſi jurare vel id referre nolit, differtur usqve dum pubes fuerit factus.

1 ACcidit qvandoqve, ut juſtiſſimâ de causâ jusjurandum deferatur, nec tamen ſtatim cogendus ſit adverſarius vel jurare vel referre. 2 † Qvid enim, ſi tale qvid probare is velit, qvo probato futurum ſit, ut etiamſi maximè verum eſſet id, de qvo jurandum proponitur, condemnari nihilominus debeat is, qvi jusjurandum de- 3 fert? † Supervacuum omninò eſſet jusjurandum, contra *l. hæc ſtipulatio 14. §. 1. ff. Ut legat. ſeu fi-* 4 *deicomm. ſerv. cauſ.* † Ergò differendum, donec appareat, qvid ab adverſario probatum ſit, Ant. 5 Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 45.* † Qvid itidem, ſi pupillo deferatur juramentum? Annè ipſum ad jurandum obſtringemus? † Vulgata eqvidem 6 eſt regula, qvod jurare cogatur aut referre qvisqvis ille eſt, cui delatum fuit juramentum, *l. manifeſtæ 38. ff. de jurejur.* † Attamen excipitur pupil- 7 lus, cui deferri neqvit juramentum, *l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. pupillo 2. ff. de jurejur.* † Ad 8 hoc ſcilicet, ut jurare vel juramentum referre cogatur, prout bene *dict. l. 34.* Accurſ. & Jerem. Setſer. *de juram. lib. 4. c. 3. n. 5.* † Nam ſi pupillus 9 jusjurandum delatum volens ſuſceperit ac juraverit, omnimodò cuſtodiri debet jusjurandum, *l. qvi juraſſe 26. in pr. ff. de jurejur. ubi* Accurſ. & Dion. Gothofr. *lit. O.* Setſ. *dict. c. 3. n. 5.* † Nec 10 enim pejerare videtur, qvi ſciens fallere non videtur, *dict. l. 26. in fin. pr.* † Et imputet ſibi defe- 11 rens, qvod ſtultus detulerit juramentum ei, qvi pejerare neqvit. † Poteſtqve itaqve jurare pu- 12 pillus, ſi velit: At qvid ſi nolit? † Anne tutor ſal- 13 tem, ut nomine pupilli juret, cogendus erit? Neutiqvam certè: † Qvia jusjurandum eſt qvid 14 perſonaliſſimum *c. veritatis 14. ubi* Hoſt. & Dd. *extr. de jurejur.* cujusmodi qvæ ſunt, per intermediam perſonam præſtari neqveunt, *l. generaliter 12. §. his de præſentibus 4. C. de reb. cred.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 31. n. 1.* † Qvid ergò eſt? 15 Tantiſper differenda erit præſtatio juramenti, donec is, cui defertur juramentum, pubes factus fuerit, ut tùm demum vel ſaltem de credulitate, jurare vel juramentum referre cogatur, ex obſervantia fori Saxonici; † Qvia de veritate ejus, 16 qvod in infantia vel impubertate accidit, nunqvam jurare poſſunt puberes facti; † Scilicet, 17 qvod infantes & impuberes nihil diſcernere vel rectè ſcire qveant, † non magis qvàm furioſi, *l. more 8. §. ult. cum l. ſeq. ff. de acqvir. hæred.* Jerem. Setſer. *de juram. lib. 1. c. 10. n. 1.* 18

Ita Domini in cauſa Tutorum Chriſtoph. Bunlers Kinder contra Marien Arnſtin / ventilata in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Sept. Anno 1636. (Verba ſentent. Und ſeyn Klägers Mündlin/iedoch ehe nicht als wenn ſie zu ihren mündigen Jahren kommen/ihre Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt zu eröffnen ſchuldig; Sie wolten dem Beklagten den Haupt-Eyd referiren/oder ihr Gewiſſen mit Beweiſung vertreten / damit würden ſie gebührender maſſen billich gehöret und zugelaſſen / ferner darauff zu beſchehen/was recht iſt/ V. R. W.)

Definit. XLIII.

Differtur qvoqve juramentum ſuper exceptionibus pupillo actori delatum, usqve ad ejus pubertatem, qvo tamen caſu, Reo deferenti juramentum malitiæ eſt imponendum. 19

SI ergo pupillus, cui jusjurandum litis deciſorium fuit delatum, volens jurare nolit, præſtatio juramenti usqve ad pubertatis tempora erit differenda, *Definit. præced.* † Nec habet actor, 2 qvod de mora & litis protractione conqveratur, cum ſibi imputare debeat, qvod ejusmodi probationis medium elegerit, *l. 1. in pr. ff. qvar. rer. act. non det l. ſi non fuerit 37. ff. de jurejur.* † At non- 3 nè cauſam conqverendi habet pupillus actor, ſi ipſi ſuper exceptionibus à Reo jusjurandum deferatur? † qvod jure fieri poteſt, *ſupr. Definit. 32.* 4 Joh. Zang. *de except. part. 2. c. 21. n. 74.* Dan. Moll. *libr. 3. ſemeſtr. 36. poſt pr.* † Negaveris hoc forſan 5

propterea, qvod pupillus ipsemet præstationem jurisjurandi detrectet, cum tamen volens adhuc impubes benè jurare valeret, *l. qui jurâsse 26. in*
6 *pr. ff. de jurejur. Defin. præced. n. 8. 9.* † Attamen jure suo utitur, si jurare nolit, qvia ipsius arbitrio committitur jurare vel non jurare, *l. jusjurandum 34. §. 2. junct. dict. l. 26. ff. de jurejur. Defin. præced.*
7 *n. 7. & seqq.* † Nec etiam Reo jusjurandum deferenti, ulla fraudes vel moræ suspicio jure impugari potest, vel saltem propter juramentum ca-
8 lumniæ, † qvod præstare necesse habet, *supr. Defin. 23. l. jusjurandum 34. §. 4. ff. de jurejur. l. delata 9. C. de reb. credit. b.* Constit. 12. §. Wann
9 aber. † Qvidni ergò protractio litis hoc casu ei permitteretur, etiam cum jactura & damno actoris, † cui supereſt remedium id avertendi, si
10 nempe adhuc impubes juret *dict. l. 26. in pr. ff. de*
11 *jurejur.* † Sed cum juramentum calumniæ tùm demùm exigatur, si pupillus actor ad jurandum
12 vel referendum paratus sit, *supr. Defin. 23.* † ne ullum malitiam palliandi medium relinqvatur, hoc casu Reo, † placuit Dominis, ipsi injungere 13
juramentum malitiæ, ita ut super exceptionibus deferens pupillo actori juramentum non admittatur, priusquàm malitiæ juramentum præstiterit, *arg. l. 1. ubi* Gothofr. *C. de juram. propt. calumn. & ibi* Sichard. *n. 9. supr. Defin. 22.* † Qvo tamen 14
præstito, denuò juramentum calumniæ ab eo exigi neqvit, si pupillus pubes factus jurare velit.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Würde Beklagtens Pflegefrau das Juramentum malitiæ, und daß sie nicht gefährlicher Weise noch zum Verzug der Sachen Klägern den Eyd deferiret, schweren/ immassen ihr/ gestalten Sachen nach/zu thun oblieget; So hätte die Eydes-Delatio statt / und seyn auff solchen Fall Klägers Mündlin / iedoch eher nicht/ als wann sie zu ihren mündigen Jahren kommen/ ihre Wissenschafft und Wolbewust/dahin ihnen die vorgeschützten Exceptiones gestellet/zu eröffnen schuldig/Sie wolten dann Beklagten den Haupt-Eyd referiren, oder ihr Gewissen mit Beweisung vertreten/ damit würden sie gebührender massen billich gehöret und zugelassen / ferner darauff zu beschehen/was recht ist/ V.R.W.)

CONSTITUTIO XIII.
PARTIS PRIMÆ.

Durch wen und wie ein Collegium oder Commun die deferirte Eyde schweren soll?

ON wegen einer Commun oder Collegii, sollen 3. oder 4. der Elti-sten/und welche um die Sache am besten Wissenschafft haben möchten/die deferirten Eyde leisten / und sonsten darzu kein Syndicus zugelassen werden.

Da aber etlichen Personen allein des Collegii, und nicht dem gantzen Collegio der Eyd deferiret, so soll derselbige / weil die Delation der Klagen/welche auf das gantze Collegium gerichtet/nicht gemeß/ mit dermassen Particular-Delation nicht zugelassen werden/Es wären denn solche Personen insonderheit ex suo facto in der Klagen mit beklaget.

Juramentum Collegio vel communitati delatum per qvem & qvomodo præstandum?

NOmine communitatis vel Collegii tres vel qvatuor è Senioribus, & qui negotium optimè cognitum habent, juramentum delatum ipsimet, non per Syndicum præstabunt.

Quod si verò non toti Collegio, sed certis quibusdam ejus personis juramentum deferre velit actor, id, cùm actioni contra totum Collegium institutæ non conveniat, ei permitti nolumus, nisi fortè illos ex facto ipsorum proprio simul conveniri libellus ostendat.

DEFINITIONES.

1. Ad jurandum pro universitate admittuntur tres vel qvatuor Seniores, qvi veritatem sciunt.
2. Præferuntur tamen senioribus ex universitate juniores, si exactiorem negotii istius notitiam habeant.
3. Regulariter arbitrio universitatis vel Collegii committendum est, per qvas personas ex universitate vel Collegio jurare velit.
4. Nec calumniæ juramentum per Syndicum, sed per tres vel qvatuor Seniores ex universitate præstari oportet.
5. Universitates sive Collegia non nisi per Syndicos litem in judicio peragere ac defendere valent.
6. Constitui quoq; potest Syndicus extraneus, qui non est ex corpore universitatis.
7. Syndicus Civitatis à Consulibus & Senatoribus absq; Tribunorum plebis interventu rectè constituitur.
8. In pagis à majore parte Incolarum Syndicus constituitur, autoritate tamen Curatorum & Tutorum ex parte Viduarum & pupillorum.
9. Defunctis licet qvibusdam personis ex universitate, harum tamen nomine Syndicus litem reassumere necesse non habet.
10. Majore tamen universitatis parte defunctâ, & litis reassumptione pariter, atq; novo Syndicatus instrumento opus erit.

DEFINIT. I.

Ad jurandum pro universitate admittuntur tres vel qvatuor Seniores, qvi veritatem sciunt.

1 UNiversitas non tantum ad juramentum supletorium admittitur, si semiplenè saltem probaverit, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. Definit. 40. n. 1.* sed & juramentum judiciale ei rectè defertur.

2 fertur. † Ad præstandum autem pro universitate jusjurandum, qvod universitas per se præstare non posset, admittendi sunt ii ex universitate, qvi veritatis conscii dicuntur, maximè verò, si in eo ipso negotio rem universitatis tractâsse probabuntur, *l. municipibus 97. ff. de condit. & demonstr. l. 14. ff. ad municip.* Bartol. *in dict. l. municipibus.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. definit. 40.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 7. num. 17. & 18.*

3 † Qvod non aliter in foro Saxonico se habet, nec de hoc jure Syndicus speciale habens mandatum, nomine universitatis ad jurandum admittitur, ut olim qvidam existimaverint, Chil. König. *in process. c. 19. n. 5.* Aut. Consult. Constit. Saxon. *tom. 1. part. 3. q. 2. n. 1. & tom. 2. part. 3. q. 4. num. 1.*

4 † Sed juramentum judicialiter delatum, per tres vel qvatuor ex Collegii vel universitatis Senioribus, qvibus negotium optimè cognitum sit, præstari debet, *hâc* Const. *13. in pr.* Christoph. Zobel. *in addit. ad* Gloss. germ. Landr. *lib. 1. art. 6. n. 3. & part. 1. differ. 21. n. ult.* Dan. Moller. *hic n. 1.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 8. n. 13.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 115. n. 13.* præsumantur, *arg. l. municipes 14. ff. ad municip. l. aliud 160. §. 1. ff. de Reg. Jur.* † Ergò, si forsan accidat, ut qvidam ex Universitate vel Collegio qvopiam, etsi minores ætate sint, negotium tamen illud, de qvo controvertitur, præ reliqvis etiam Senioribus optimè cognitum habeant, tantum abest, hosce Illustrissimum Electorem excludere voluisse, † ut potius hoc casu ex prædictâ ratione, jurandi onere eos gravâsse censeatur, prout rectè sentit post Wesenb. qvem allegat Dan. Moll. *hic n. 4.* † Nec etiam particula copulativa (*Et*) contrariari videtur, qvæ sæpissimè alternativè ponitur pro vocûlâ (*Vel*) *l. sæpè ita 53. ubi* Dd. *ff. de V. S.* Nicol. Everh. *in loc. à nat. copul. n. 12.* † & alibi sæpiùs pro alternativâ est posita ab Illustrissimo Electore, ut *part. 2.* Const. *15. p. 3.* Const. *20. p. 4. & 18. ubi* Dan. Moll.

4 5 6 7

Ita Domini in causa Erich Schellendorffs contra die Gemeinde zu Görbitz/ Mens. Majo Anno 1631. (Verba sent: Daß beklagte Gemeinde den ihr deferirten Eyd durch 3. oder 4. der Eltisten/ oder aber da die andere bessere Wissenschafft hiervon haben/ durch derselben 3. oder 4. Personen/ zu schweren schuldig/ V. R. W.)

Ita Domini in causa Jacobi Hofmanns contra Syndicum der Gemeinde zu N. N. an die Land-Herren zu Leipzig/ Mens. Julio Anno 1588. (Verba sentent: Weil beklagter Syndicus auff erhobene Klage geantwortet/ und derselben nicht geständig/ So ist beklagte Gemeinde ihr Gewissen/ Wissenschafft und Wolbewust/ dahin es ihr auff den Fall von Klägern gestellet/ auff desselben vorgehenden Eyd vor Gefehrde/ durch ihre drey Eltisten/ welche hiervon am besten Wissenschafft haben/ zu eröffnen schuldig/ Sie wolte denn Klägern den Haupt-Eyd referiren, oder ihr Gewissen mit Beweisung vertreten/ damit würde sie binnen Sächsischer Frist billich gehöret/ ferner darauff in der Sachen zu beschehen/ was recht ist/ V. R. W.)

Et ad reqvisitionem Wolff Heinrichen von Schleunitz auff Salhayn/ Mens. Maj. Anno 1603. (Verba sent. Dieweil Beklagter auf erhobene Klage mit Nicht-gestehen geantwortet/ Kläger aber seine Klage Beklagten in ihr Gewissen/ Wissenschafft und Wolbewust gestellet/ So seyn Beklagte durch drey der Eltisten aus ihrer Gemeinde/ auff vorgehenden Eyd vor Gefehrde des Klägers/ ihr Gewissen/ Wissenschafft und Wolbewust zu eröffnen schuldig/ Sie wollen dann dasselbe mit Beweiß vertreten/ oder Klägern den Haupt-Eyd referiren, damit würden sie in gebührender Frist billich gehöret/ und ergienge alsdann darauff in der Sachen ferner/ was recht ist/ V. R. W.)

Definit. II.

Præferuntur tamen senioribus ex universitate Juniores, si exactiorem negotii istius notitiam habeant.

1 NOmine itaq; Universitatis aut Collegii tres vel qvatuor Seniores, qvibus negotium optimè cognitum est, jurare jubet Const. *hac Elect. 13. Defin. præced.* Qvid verò si minores ætate, vel Juniores præ cæteris, etiam Senioribus, exactè
2 negotium cognitum habeant? † Non certè putandum est, Illustrissimum Constituentem copulativè fuisse locutum, ut nempe ad præstationem Juramenti sint admittendi, qvi ætate Majores vel Seniores sunt, simulqve notitiam negotii exa-
3 ctiorem habent; † Qvin potius jurandi onus propterea Senioribus Collegii vel Universitatis injunxit, qvod regulariter hi præ cæteris junioribus res municipii & Collegii exactius scire

Definit. III.

Regulariter arbitrio universitatis vel Collegii committendum est, per qvas personas ex universitate vel Collegio jurare velit.

CUm Seniores, aliivè de Universitate vel Col-1
legio ad jurandum præsentati in animam reliqvorum & sic periculo omnium de corpore Collegii jurent, procul dubio qvoqve in arbitrio & potestate Collegii erit, qvibus potissimùm è Senioribus suis atq; Collegiis juramenti præstationem committere velit; † Idq; vel ex eo colligi potest, 2
qvod, ubi totum Collegium convenitur, audiri actorem prohibet *Constit. Electoralis*, si certis qvibusdam personis Collegii juramentum deferre velit, nisi illæ specialiter ex proprio suo facto conveniantur *h.* Const. *13.* §. Da aber etlichen Personen. *ubi* Dan. Moller. *n. 6.* † Attamen si perso- 3
næ à Collegio vel Universitate ad jurandum electæ ac deputatæ sint suspectæ vel inhabiles, qvin à parte adversâ juramentum deferente rejici ac recusari, aliævè personæ ad jurandum postulari qveant, dubitandum non est, qvippe cum adversæ partis maximè interfit, rectè jurari: † Qvare 4
partibus hâc in re discordantibus, judici incumbit, ut de causa utriusq; partis summariter informatus, arbitrium suum interponat, *l. cum specialis ult. ubi* Jas. *n. 4. C. de jud.* Dan. Moll. *hic n. 7.* Felin. *in c. significâsti 17. n. 3. extr. de homicid.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Daß beklagte Gemeinde den ihr deferirten Eyd durch 3. oder 4. der Eltisten/ oder aber/ da die andere bessere Wissenschafft hiervon haben/ durch derselben 3. oder 4. Personen/ welche die Gemeinde aus ihrem Mittel eligiren und vorschlagen wird/ wofern Kläger nichts erhebliches wider solche Personen einzuwenden hat/ zu schweren schuldig/ V. R. W.)

Definit. IV.

Nec calumniæ juramentum per Syndicum, sed per tres vel qvatuor Seniores ex universitate præstari oportet.

ETsi *Const. Elect. h. 13.* de juramento solummodò

dò principali à parte delato loqvatur, illudqve per Syndicum præstari prohibeat; Attamen
2 qvin idem obtineat in juramento calumniæ, † illudqve per tres vel qvatuor Seniores ex Universitate vel Collegio æqvè præstari oporteat, ambigendum non est, ex ratione sanctionis Electoralis, qvod scilicet ii res universitatis & Collegii optimè scire præsumantur, *l. municipes 14. ff. ad*
3 *municip. l. aliud 160. §. 1. ff. de Reg. Jur.* † Ergò etiam an calumniosè & frivolè lis ab universitate moveatur ac juramentum deferatur. Et aliàs
4 etiam juris expediti est, † qvod nec juramentum calumniæ per procuratorem vel Syndicum præstare liceat, sed principales personæ etiam hoc in casu præcisè in propria persona jurare teneantur, propter generalitatem textus *in art. 46. l. 1.* Landr. Andr. Rauchb. *part. 1. q. 8. n. 9. & 13.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic n. 13.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Wulckenitz contra die Gemeinde zu Kötzelitz/ Mens. Nov. Anno 1603.

Definit. V.

Universitates sive Collegia non nisi per Syndicos litem in judicio peragere ac defendere valent.

1 SYndicus, aut qvod idem est, actor universitatis fungitur partibus procuratoris, *l. item 6. §. ult. ff. qvod cujusq; univers. nom.* Anton. Fab. *in C. lib. 2. tit. 6. defin. 7. n. 5.* At non, uti per procuratorem vel in propria persona, ita qvoqve univer-
2 sitas pro lubitu per Syndicum agere valet, † sed hunc constituere necesse habet: Etenim non nisi per Syndicos Collegia & universitates litem rectè peragunt aut defendunt, *l. 1. §. qvibus 1. vers. fieri oporteat ff. qvod cujusq; univers. nom.* Bald. *in l. cum & 2. §. hoc etiam 5. n. 2. C. de jurejur. propt. cal. dando.* Jas. *in l. 1. §. Si autem Collegium 15. n. 7. ff. ad SCtum Trebell.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 1. n. 1.* Chil. König. *in pract. c. 19. §.* Es wird auch/ &c. Matth. Wesenb. *in parat. ff. qvod cuj. univ. nom.*
3 *n. 4.* † Ratio in promptu est, ne scilicet defensio vel actio, per plures scissa, adversarium incommodò afficiat, *l. Et ancillarum 27. §. ult. ff. de pecul. l. jam tamen 5. §. si tamen 7. ff. jud. solv.* Rauchb. *dict. q. 1. n. 2.*

Ita Domini in causa Nicolai Hennickens contra des Handwercks der Becker zu Dahlen / Mens. Dec. Anno 1633. (Verba sentent: Würde beklagtes Becker-Handwerck durch gewisse hierzu verordnete Syndicen erscheinen / und ihre Leuterungs-Prosecution vom Mund aus in die Feder wiederholen / und gebührlichen einbringen / immassen ihnen vor allen Dingen zu thun obliget/ So ist Kläger sich darauf einzulassen und zu verfahren schuldig/ V. R. W.)

Definit. VI.

Constitui qvoq; potest Syndicus extraneus, qvi non est ex corpore universitatis.

1 NOn ergò universitas per Syndicos litem judicialiter tractare valet, *Defin. præced.* Sufficit tamen, unicum saltem constitui Syndicum in causa Universitatis, ut videtur innuere *h.* Const. 13. *vers.* Und sonsten dazu kein *Syndicus.* Chil. König.
2 *in process. c. 19. n. 3.* † qvantumvis communiter plures in unâ licet causâ eligi soleant: Et qvidem regulariter ex universitate, *l. 4. ff. qvod cujusq; univ. nom.* Aretin. *in §. præterea 31. n. 38. inst. de act.* †3 qvanqvam si idonei in Universitate non reperiantur, extranei qvoq; huic muneri rectè præficiuntur, *arg. l. ut gradatim 11. §. 1. ff. de mun. & honor.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. qvod cujusq; univ. nom. n. 4. & part. 1. consil. 35. n. 17.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 1. n. 3.* †Sed licet in Collegio vel Universitate 4 idonei adsint, non tamen extraneos ab hoc munere excluses putaverim, per text. *in l. 1. §. ult. ff. qvod cujusq; univ. nom.* qvia Syndicus fungitur partibus procuratoris, *l. item 6. §. ult. ff. qvod cujusq; univ. nom.* † cujus Constitutio libera est & in arbi-5 trio litigantium, *arg. l. 1. §. usus 2. ff. de procur. l. sed si 17. §. idem Julianus 19. & §. seq. ff. de injur.* † Qvod 6 & placuit Illustrissimo Saxon. Elect. in Ordin. proceff. jud. *tit. 7. §.* Da nun ein Mandat. *vers.* Sonsten aber auch ein Syndicus/ wenn er gleich nicht aus der Gemein/ oder *de Universitate* ist/ zugelassen werden. † Planè, etsi maximè qvis concesserit, 7 regulariter extraneam personam huic muneri non esse præficiendam, semel tamen extraneus constitutus Syndicus ab officio repellendus non erit, ut benè concludit, & sententiâ Wittebergensium confirmat Andr. Rauchb. *dict. q. 1. n. 4.* † qvia 8 multa etiam contra prohibitionem facta firmitatem obtinent, *c. ad Apostolicam 16. extr. de regul. c. 2. & 3. de claud. despons. c. consuluit. 4. & c. pen. qvi Cler. vel voventes l. patre furioso, ubi* Jason. *n. 12. ff. de his qvi sunt sui vel alien. jur.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Würde beklagtes Becker-Handwerck durch gewisse aus ihrem Mittel / oder auch andere Personen hierzu verordnete Syndicen erscheinen / immassen ihnen vor allen Dingen zu thun obliget/ &c.)

Definit. VII.

Syndicus Civitatis à Consulibus & Senatoribus absq; Tribunorum plebis interventu rectè constituitur.

QVum Civitas universa ex mutuo, aliovè con-1 tractu cum Consulibus & Senatoribus inito non obligetur, nisi civium nomine tribuni plebis consenserint, juxta tradita Dd. *in l. civitas 27. ff. si cert. petat.* Hartm. Pistor. *part. 1. qvæst 37. n. 1. & seq.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. cap. 3. n. 348.* Joh. Köpp. *qvæst. 60. num. 3.* Vid. infr. *p. 2.* Const. Elect. *6. Defin. 18.* putaveris forsan, † nec 2 ad negotia in judicio pertractanda, absqve interventu tribunorum plebis, Syndicum civitatis validè constitui, qvia in judiciis qvasi contrahitur, *l. 3. § idem scribit. 11. ff. de pecul.* † & valet aliàs 3 argumentatio à contractibus ad judicia, Nicol. Everh. *in Topic. loc. 36. & 37.* Sed vereor, ne subsit differentia inter contractus sive alienationes, & constitutionem Syndici: † Neminem siqvidem 4 fugit, alienationem bonorum Civitatis non nisi decreto aliisqve solennitatibus adhibitis promissam esse, *l. 1. & tot. tit. C. de præd. decur. sin. decret. non alien. lib. 10. & l. ult. C. de vend. reb. civit. lib. 11.* †: qvæ tamen solennitates ad constitutionem 5 Syndici nullibi reqviruntur, qvin potiùs hanc absqve decreto valere, tradunt Bartol. & Dd. *commun. in l. nulli 3. & l. 4. ff. qvod cujusq; univ. nom.* † Ergò, non tuto à contractibus ad Syndici con- 6

stitu-

stitutionem inferri poterit: Et ab ordine Decurionum benè & validè Syndicum constitui, probatur ex *text. in l. 4. & l. 6. §. si decuriones 1. ff. qvod*
7 *cujusq; univers. nom.* † Qvidni ergò etiam nomine Civitatis à Consulibus & Senatoribus, qvi vicem Decurionum hodiè gerunt, Glöss. & Bartol. *in Rubr. & l. omnes 33. & tot. tit. C. de decur. lib. 10.*
8 † Qvæ sententia etiam, in hisce ditionibus, usu est recepta, Chil. König. *in proceſſ. c. 19. n. 3.* Weſenb. *in parat. ff. qvod cuj. univ. nom. n. 4.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 1. n. 13.*

Ita Domini in causa Syndicen des Raths zu Dölitzſch contra Joachim Seideln zu Leipzig / Menſ. Aug. Anno 1581.

Definit. VIII.

In pagis à majore parte Incolarum Syndicus constituitur, autoritate tamen Curatorum & Tutorum ex parte Viduarum & pupillorum.

1 ALia est ratio incolarum in pagis & villis, qvi, cum decuriones vel tribunos non habeant, ipsimet Syndicos constituere tenentur, subscriptis Syndicatui omnium ac singulorum constituen-
2 tium nominibus: † In magna tamen universitate sufficit, à majori parte Syndicos constitui, *arg. l. 3. & l. 4. ff. qvod cujusq; univers. nom.* Chil. König. *in proceſſ. c. 19. n. 2.* Matth. Weſenb. *in pa-*
3 *rat. ff. qvod cuj. univ. nom. n. 6.* † Quâ in re credendum est instrumento Syndicatus judicialiter, vel à Notario confecto, etiamsi nulla omninò nomina sint expressa, Bald. *in l. Civitas 27. ff. de reb. credit. n. 13.* König. & Weſenb. *dict. loc.* Matth.
4 Berlich. *part. 1. concl. 14. n. 89.* † Qvocunqve autem modo Syndicus constituatur, ex parte Viduarum & pupillorum constituentium, autoritatem Curatorum & tutorum intervenire necesse est.
5 † Ex quo fit, quod Syndicus in judicio non admittatur, antequam unà cum Syndicatu, tutoria quoque & Curatoria exhibeat, ad instar procura-
6 toris, † cum quo ratione muneris Syndicus omninò convenit, *l. 6. §. 3. ff. qvod cuj. un. nom. & ibi* Matth. Weſenb. *in parat. in fin.* Anton. Fab. *in C. lib. 2. tit. 6. defin. 7. n. 5.*

Ita Domini in causa Syndicen der Cramer-Innung contra Hansen Weihman zu Leipzig / Menſ. August. Anno 1634. (Verba sententiæ: Daß klagende Syndicen ihre Personen nochmals / anderer Gestalt dann geschehen / mit Vorlegung richtiger Tutorien und Curatorien zu legitimiren schuldig / ꝛc.)

Definit. IX.

Defunctis licet quibusdam personis ex universitate, harum tamen nomine Syndicus litem reassumere necesse non habet.

1 ETsi hodie defunctis litigatoribus, heredes ad processum continuandum non admittantur, priusquàm illum legitimè reassumserint, Andr. Gail. *lib. 1. observ. 109. n. 5. supr.* Constit. Elect. 11.
2 *Definit. 16.* † Attamen idipsum extendi non debet ad casum, quo universitas per Syndicum in judicio experitur, nec si quidam ex universitate post litem motam decesserint, horum nomine Syndicus processum reassumere necesse habet,
† Scilicet, qvia non singulorum sed universitatis 3
nomine agitatur, *l. si municipes 2. ff. qvod cuj. univ. nom.* † Et si aliter diceretur, metuendum esset, 4
lites qvàm plurimas malitiosè in multos annos protrahi, qvas tamen finiri & abbreviari Reipublicæ interest, *l. properandum 13. C. de judic. l. 2. C. de re judic. l. cum qvis ult. in fin. C. de reb. cred. l. 10. C. de transact. c. 1. de appell. in sexto l. qvidam 21. ff. de reb. credit.* Vent. de Valent. *in parth. litig. lib. 1. c. 2. n. 2.* † Ex qvo etiam fit, qvod hoc casu, Syn- 5
dicatus instrumentum mutari & ab hæredibus defunctorum subscribi necesse non sit, qvia communitas, cujus nomine fit constitutio, semper vivere & perdurare intelligitur, *l. sicut 7. §. ult. ff. qvod cuj. univ. nom. & ibi* Matth. Weſenb. *in parat. n. 8.*
† Nec enim per mortem qvorundam ex universi- 6
tate videtur extinctum mandatum non tàm à singulis, qvàm ab ipsa universitate Syndicis exhibitum, *dict. l. 2. ff. qvod cuj. univ. nom.*

Ita Domini in causa der Cramer-Meistere contra die Possamentirer zu Leipzig / Mens. April. Anno 1635.

Definit. X.

Majore tamen universitatis parte defunctâ, & litis reassumptione pariter, atq; novo Syndicatus instrumento opus erit.

SEd hoc ita, si qvidam duntaxat ex universitate 1
decesserint, cæteris majori ex parte adhuc viventibus atq; collegium repræsentantibus, *Defin. præced.* † Alioqvi si major pars universitatis vel 2
incolarum in villis aut pagis morte obierit, tam litem ab hæredibus defunctorum reassumendam, qvàm ab iis instrumentum Syndicatus denuò subscribendum, vel aliud novum producendum esse, propterea dubitare non licet, † qvod ma- 3
jor saltem pars ipsum collegium vel universitatem repræsentet, *l. nulli 3. in fin. ff. qvod cuj. univ. nom.* Chil. König. *in proceſſ. c. 19. n. 2.* † Qvâ extinctâ mandatum qvoqve cessat, ac propterea Syndi- 4
cus alterius mandati exhibitione personam suam legitimare, nec non defunctorum nomine processum reassumere necesse habet, ad instar procuratoris, cujus partibus hoc casu fungitur, *l. item eorum 6. §. actor 3. ff. qvod cujusq; univ. nom.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Deitzen contra Georg Balthasern und Hansen Bernharden von Fitzscher / ventilatâ in præfectura Bornensi, Mens. August. Anno 1628. (Verba sent. Würde angegebener Syndicus durch Vorlegung eines richtigen Syndicats / wegen der verstorbenen Personen Erben seine Person gebührlichen legitimiren / immassen er zu thun pflichtig / So wären Beklagte auff Klägers Vorbringen sich einzulassen und zu verfahren schuldig / V. R. W.)

Et in causa etlicher Dorffschafften im Ampt Sonzig contra das Handwerck der Schuster und Schneider zu Myngeln / Mens. Jan. Anno 1620. (Verba sent. Würden klagende Syndicen ihre Personen nochmals anderer Gestalt / dann geschehen / legitimiren, um̃ wegen der verstorbenen Personen den Proceſs gebührlich reassumiren, immassen ihnen zu thun oblieget; So wären Beklagte ihres andern Vorwendens ungeachtet / auf die erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig / V. R. W.)

CON-

CONSTITUTIO XIV.
PARTIS PRIMÆ.

Wann der Kläger dem Beklagten den Grund der Klagen in das Gewissen stellet/ und Beklagter wil dasselbige mit Beweisunge vertreten/ ob dann der Kläger zur Gegen-Beweisunge auff seine Bitt zu-zulassen?

Actor ubi Reo juramentum defert, & is probationibus uti, qvàm jurare mavult, an tum probationes ejus contrariis probationibus elidere actor cupiens audiri debeat?

DJeweil dem Kläger gebühret/ demjenigen/ so er einmal selbst erwehlet und beliebet/ nachzusetzen/ auch dißfalls dem Beklagten der Rechten Wolthat nicht zu nehmen ist/ sintemal derselbige/ da er gleich zu Vertretung seines Gewissens keine genugsame Beweisunge verführet/ gleichwohl der gemeinen Practicken nach den Eyd nochmals schweren kan/ sol auch dißfalls der Kläger mit keiner Gegen-Beweisung zugelassen/ sondern dieselbige ihme stracks ohne Mittel aberkannt und abgeschlagen werden. Deßgleichen sol es auch gehalten werden/ wann Klägern der Haupt-Eyd von dem Beklagten referiret wird/ Nemlichen/ daß er auch in solchem Fall gantz keine Beweisung zu Vertretunge seines Gewissens oder zu Ergründung seiner Klagen führen möge/ sondern den referirten Eyd stracks zu leisten schuldig sey.

CUm actorem viæ, qvam semel eligit, insistere oporteat, & beneficium Reo à jure concessum, qvo illi, si in probatione, qvâ ad vitandum juramentũ usus est, deficiat, ad juramentum recurrere permittitur, auferendum non sit: igitur hoc in casu actorem contrariâ probatione uti volentem non audiri, sed præcisè hanc illi denegari præcipimus. Idem tùm qvoq; observabitur, cum juramentum sibi delatum actori refert reus, nimirum ut sine tergiversatione id præstet actor, nec ullo modo ad illud vitandum intentionemqve suam fundandam probationes deducere volens audiatur.

DEFINITIONES.

1. *Nemo præcisè jurare cogitur, sed referre jusjurandum potest, etiamsi id ab initio non petierit.*
2. *Referri autem debet jusjurandum delatum intra octiduum, qvo aliàs citatio ad juramentum est impetranda.*
3. *Juramentum semel acceptatum referri neqvit.*
4. *Præcisè à deferente præstandum est jusjurandum ei relatum, nec admittitur probationibus intentionem suam defendere volens.*
5. *Factâ relatione jurisjurandi, deferens utrumqve juramentum calumniæ & decisorium præstare tenetur.*
6. *Efficit relatio jurisjurandi, ut infamis juramentum non magis deferre qveat, qvàm jurare.*
7. *Non potest referri juramentum purgatorium vel necessarium.*
8. *Nec juramentum, qvod hæres ob non confectum inventarium præstare tenetur, parti adversæ referri potest.*
9. *Sicuti nec juramentum diffessionis in casu non recognitæ scripturæ vel instrumenti.*
10. *Non refertur juramentum super eo, qvod alicujus conscientiæ tantummodò commissum fuit* (Wañ die Klage allein ins Gewissen geschoben worden.)
11. *Reus juramentum super facto suo proprio sibi delatum neqvit referre actori, etiamsi negotium istud scientiæ qvoq; ac notitiæ suæ fuerit commissum*, Wann ihme die Klage nicht allein in sein Gewissen/ sondern auch Wissenschafft und Wolbewust gestellet worden.)
12. *Tutor pro pupillo juramentum deferre potest.*
13. *Sed & juramentum relatum tutor præstare tenetur.*
14. *Nec jurare cogitur Reus, nec jusjurandum referre, qvi aliter suam intentionem vult probare, etiamsi hanc probationem ante latam sententiam sibi non reservaverit.*
15. *Non potest prosilire ad probationem Reus, si jusjurandum semel acceptaverit.*
16. *Non admittitur actor ad contrarias probationes, qvando Reus ad juramentum declinandum intentionem suam probat.*
17. *Probationibus conscientiam defendere volens, intra octiduum se ad id offerre, & intra spacium Saxonicum articulos probatorios exhibere tenetur.*
18. *Reo conscientiam probationibus defendere volenti ac nihil probanti ad juramentum datur regressus.*
19. *At juramentum neqvit referre Reus in probationibus succumbens.*
20. *Etiam in juramentis legalibus ad probationes prosilire licet.*
21. *Non tamen in juramento suppletorio permissum est confugere ad probationes.*
22. *Sicuti nec in juramento diffessionis.*
23. *Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deserat, non habet regressum ad præstationem jurisjurandi.*
24. *Conceditur tamen regressus ad præstationem juramenti delati Reo, si juramentum suppletorium ex semiplenâ probatione ipsi injunctum pro deserto habeatur.*

Definit. I.

Nemo præcisè jurare cogitur, ſed referre jusjurandum poteſt, etiamſi id ab initio non petierit.

1 NUnqvam in eas anguſtias conjiciendus eſt is, cui defertur jusjurandum, ut vel jurare, cogatur, vel causâ cadere; Sed permittitur illi referre jusjurandum, ſi malit, *l. jusjurandum & ad petunias 34. §. datur 7. l. manifeſtæ 38. ff. de jurej.*
2 † Sunt enim pleriqve tàm ſuperſtitioſâ religione & conſcientiâ, ut nec, ſi ſciant veriſſima eſſe qvæ affirmant, jurare tamen velint, *l. qvæ ſub conditione 8. ff. de cond. inſt. l. cum qvidem 21. verſ. neq; enim*
3 *C. de fid. inſtr.* † qvibus per relationem juramenti ſuccurrendum fuit, Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 9.* Joh. Schneidevv. *in §. item ſi qvis poſtulante 11.*
4 *n. 85. inſt. de act.* † de qvo licet qvondam in foro Saxonico aliqvi dubitaverint, ut videre eſt apud Chriſt. Zobel. *in addit. ad* Landr. *lib. 1. art. 6. lit. M. & lib. 2. art. 22. lit. G.* Matth. Col. *part. 1. deciſ. 122.*
5 *n. 7. & ſeq.* † hodiè tamen res expedita eſt, in foro ſcilicet Saxonico etiam Relationem juramenti obtinere, propter text. manifeſtum in *h.* Conſt. *14. verſ.* Desgleichen ſoll es auch. *& in* Ord. proceſſ.
6 judic. *tit. 18. §.* Ferner die *relation*, † qvod verum eſt, etiamſi in actis ab illo, cui juramentum eſt delatum, relatio non fuerit petita, Aut. *Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 3. part. 3. q. 41.*

Ita Domini in cauſa Tobiæ Feſſels contra Heinrich Arndten zu Leipzig/ Menſ. Sept. Anno 1623. (Verba ſent. Dieweil Beklagter auf erhobene Klage geantwortet/ und derſelben allenthalben nicht geſtändig/ Kläger aber ihme auf ſolchen Fall die Klage in ſein Gewiſſen/ Wiſſenſchaft und Wohlbewuſt geſchoben/ ꝛc. So iſt Beklagter ſein Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt/ iedoch auff vorgehenden Eyd vor Gefehrde/ ſo Kläger zu thun ſchuldig/ zu eröffnen verpflichtet/ er wolte dem Klägern den Haupt-Eyd referiren, oder ſein Gewiſſen mit Beweiſung vertreten/ damit würde er innerhalb Sächſiſcher Friſt billich gehöret und zugelaſſen/ ferner darauff zu beſchehen/ was recht iſt/ V. R. W.)

It. in cauſa Johann Gatzwillers contra Walther Brielen/ Menſ. Mart. Anno 1631. (Verba ſent. So iſt Beklagter auf vorgehenden Klägers Eyd vor Gefehrde ſein Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt zu eröffnen ſchuldig/ er wolte dem Klägern den Haupt-Eyd referiren, oder ſein Gewiſſen mit Beweiß vertreten/ damit würde er binnen Sächſiſcher Friſt billich gehöret und zugelaſſen/ darauff ferner zu beſchehen/ was recht iſt/ V. R. W.)

Et in cauſa Balthaſar Schumanns contra Barthel Williſchen/ Menſ. Jul. Anno 1632.

Definit. II.

Referri autem debet jusjurandum delatum intra octiduum, qvo aliàs citatio ad juramentum eſt impetranda.

1 REferri etiam poteſt juramentum delatum qvovis tempore, non ſolùm in primâ inſtantiâ, ſed etiam ſi Reus ab illa ſententia appellaverit, vel eam per Leuterationem ſuſpenderit, in Leuteratione & Appellatione, Modeſt. Piſtor.
2 *part. 2. q. 149. n. 1. & ſeqq.* † Modo fiat relatio vel ſtatim poſt factam dilationem ante ſententiam interlocutoriam, in qva ſuper delatione pronunciatum eſt, vel anteqvam illa ſententia interpoſitâ Leuteratione vires rei judicatæ acceperit, niſi Reus ſibi expreſsè relationem reſervaverit, Ord. proceſſ. judic. *tit. 18. §.* Ferner die *relation. verſ.* Soll der/ welcher dem Haupt-Eyd. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 32. n. 56.* † Ita tamen, 3
ut reſervatione factâ, Reus intra octiduum illud, intra qvod citationem ad præſtationem juramenti implorare neceſſe habet, *ſupr.* Conſt. *12. Defin. 6.* ſe declaret, an juramentum referre, an verò id præſtare, aut pro liberandâ conſcientia probationibus uti velit; † Qvod ſi non obſervaverit, 4
relatio juramenti ulterius locum non habet, *dict.* Ord. proceſſ. jud. *tit. 18. §.* Ferner die *relation*. † Cæteroqvin ſi relatio ad octiduum illud non 5
reſtringeretur, ecqvis non videt, neglectum ſpacii hujus Reo minus nocere? † Qvin & poſt octi- 6
duum præterlapſum, juramentum cenſetur expiråſſe: Ergò referri non poterit, qvia non entis nullæ ſunt qvalitates, *l. ſi Titio. 22. ff. qvando dies legat. ced. l. qvidam referunt 14. ff. de jure Codicill. l. ult. ff. de collat. bonor.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Beumels wegen ſeines Eheweibs contra Jonas Klingen/ Menſ. Martio Anno 1602. (Verba ſent. Daß Beklagter ſich nunmehr an dem ihme zuerkannten Eyde uñ deſſelben Relation verſäumet hat/ derowegen iſt er Klägern die libellirte 182. fl. 3. gr. ſamt dem Intereſſe zu zahlen/ und auch die aufgewandte Unkoſten/ auff Richterliche Ermäßigung/ zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. III.

Juramentum ſemel acceptatum referri neqvit.

1 ETſi delatum jusjurandum non ita conſtringat Reum, ut neceſſe is habeat jurare, ſed id benè actori referre qveat, *Defin. 1.* † Attamen ſi ſemel 2
acceptatum fuerit, Reusqve jurare ſe declaraverit, ulterius relationi locus non eſt, ſed jusjurandum præcisè præſtandum ad inſtar juramenti voluntarii, qvod referri neqvit, *l. jusjurandum 17. in pr. ff. de jur.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 16. n. 18. & ſeq.* Franc. Duar. *in tract. de juram. cap. 5.* Hugo Donell. *lib. 24. comm. in tract. de jurej. c. 13. n. 8.*
† Qvia ab initio in voluntate & arbitrio partis fu- 3
it, juramentum delatum ſuſcipere & acceptare vel referre: † Qvod verò ab initio fuit voluntatis, ſi ac- 4
ceptetur ſemel, poſtea fit neceſſitatis, *l. in commodato 17. §. ſicut 3. ff. commod. l. ſicut 5. C. de Oblig. & act. l. contractus 23. ff. de Reg. jur. l. 1. §. ſi convertit 6. ff. depoſit.*

Ita Domini in cauſa Annæ, Viduæ Johannis Kellers/ contra die Obbariſche und Reaudriſche Erben zu Heringen/ Menſ. Septembr. Anno 1634.

Definit. IV.

Præcisè à deferente præſtandum eſt jusjurandum ei relatum, nec admittitur probationibus intentionem ſuam defendere volens.

QVi jusjurandum detulit, ſi ei referatur, nullo 1
prætextu id recuſare poteſt, *l. manifeſtæ 38. ff. de jurejur.* Ant. Fab. *lib. 4. Tr. 8. defin. 11. num. 39.* nec ſi potuit ab initio recuſare is, cui primo delatum fuit: † Hanc viam ſiqvidem elegit defe- 2
rens, eamq; legem poſuit, qvam ipſemet transgredi neqvit, *l. 1. & tot. tit. ff. qvod qvisq; jur. l. 3. ff. de condit. inſtit. l. illud. 55. §. 1. ff. de conſtit. pecun.*
† Præcisè ergò deferens jusjurandum ſibi rela- 3
tum præſtare tenebitur, nec volens intentionem ſuam probationibus defendere audiendus erit,

b. Const. *14. vers.* Desgleichen soll es auch). Ordin. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 19. §. in pr. vers.* Oder da ihme derselbige *referiret.* Dan. Moller. *hic n. 2. & lib. 3. semestr. 3. n. ult.* Modest. Pistor. *part. 1. q. 23. n. 1. & seqq.* Joach. Beust. *ad rubr. ff. de jurej. n. 76. & seq.* Joh. Schneidevv. *ad §. item si quis postulante & seq. inst. de action. 11. n. 92.*

Ita Domini in causa D. Joh. Neutzels contra Hansen Arnolden/ Mens. Decembr Anno 1628.

Et in causa Hansen Wehnmanns Erben contra Ambrosium Sonnen/ Mens. Mart. Anno 1630.

Definit. V.

Facta relatione jurisjurandi, deferens utrumq; juramentum & calumniæ & deciſorium præſtare tenetur.

1 JUramentum calumniæ à ſolo deferente præſtandum eſt, ut ſcilicet juret, qvod non malitiosè Reo detulerit juramentum litis deciſorium: Ex qvo fit, qvod à Reo jusjurandum delatum refe-
2 rente, neqveat exigi juramentum calumniæ, † qvia non eſt ferendus actor, ſi conditionis, qvam ipſe detulit, de calumnia velit jurari, *l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. datur autem 7. ff. de jurej.* Christoph. Zobel. *part. 1. diff. 24. n. 2.* Joh. Schneidevv. *ad §. item ſi qvis poſtulante 11. n. 94. inſt. de act.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. q. 130.*
3 *n. 29.* † Nec abſurdum erit, ut deferens hoc caſu utrumq; præſtet juramentum, & calumniæ & litis deciſorium, ſibi relatum, illud qvidem, ut ſe purget à malitia, hoc verò, ut probet ſuam intentionem, medio eo, qvod ipſemet elegit ac Reo præſcripſit, Ordin. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *t. 18. §.* Ferner der *relation. vers.* Auff den Fall aber. Christoph. Zobel. *dict. differ. 24. n. 2.*

Ita Domini in causa Christiani Reisigers Eheweibs contra Paul Langen zu Freyberg/ Mens. Mart. Anno 1631. (Verba sent. Dieweil Beklagter auf die erhobene Klage geantwortet/ und solcher nicht geſtandig/ auf solchen Fall aber den Grund deſſelben Ihme in ſein Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt geſtellet/ welchen End Beklagter Klägern hinwiederumb referiret; So iſt Kläger den ihme referirten Haupt-Eyd neben dem Eyd vor Gefehrde/ und alſo beyderley Eyde zugleich zu ſchweren ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. VI.

Efficit relatio jurisjurandi, ut infamis juramentum non magis deferre qveat, qvam jurare.

1 NOn admittitur ad præſtationem juramenti infamis perſona, non ſolum qvod bonæ ac integræ opinionis ac frontis eſſe debeat, qvisqvis pro alio teſtimonium dicit, *l. qvæſitum 13. ff.*
2 *de teſtibus l. teſtium 18. C. eod. tit.* † qvantò magis ergò ille, qvi in propria cauſa judex conſtituitur
3 *l. 1. ff. qvar. rer. act. non det.* Sed etiam † qvia perjurii pœna præcipua ea eſt, ut infamis fiat, qvisqvis fuit perjurus, *l. 41. C. de transact.* qvam pœnam facilè qvis contemnet ob infamiam ſuam jam aliundè contractam, *l. ſi qvis injuriam 35. ff.*
4 *de injur.* Bartol. *in l. admonendi 31. ff. de jurej.* † Infamis itaqve ſicuti jurare non poteſt, ita nec jusjurandum deferre, ne ſcilicet referendi facul-
5 tas ei adimatur, cui fuit delatum: † Qvàm ob cauſam non alii admittuntur ad delationem jurisjurandi, qvàm qvibus ipſis jusjurandum referri poteſt, ut notat Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 9. n. 5.*

Ita Domini in causa Caroli Marrens contra Matthes Wittichen/ Mens. Auguſt. Anno 1621. (Verba sent. Daß die Eydes-Delation, geſtalten Sachen nach/ nicht ſtatt hat/ V. R. W.)

Definit. VII.

Non poteſt referri juramentum purgatorium vel neceſſarium.

NOn tamen omne jusjurandum referri poteſt, ſed tantum judiciale, qvod à parte parti defertur, *l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. datur 7. l. manifeſtæ 38. ff. de jurej.* Ord. proceſſ. jud. Elect. Sax. *tit. 18. §.* Ferner die *relation.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *part. 3. q. 130. n. 26.* Joh. Schneidevv. *ad §. item ſi qvis poſtulante 11. inſt. de act. n. 85.* † Er 2
gò referri non poteſt juramentum neceſſarium, nec purgatorium *c. ult. extr. de jurej.* qvippe qvæ non à parte ſed à judice deferuntur, *l. in bonæ fidei 3. C. de reb. credit. & jurej l. admonendi 31. ff. de jurej.* † Et 3
ceſſat vel propterea relatio, qvia referri neqveunt judici, ne cogatur jurare de facto & re alienâ contra *l. Marcell. 11. §. jurare 2 ff. de rer. amot. act.* † Nec 4
parti adverſæ, qvæ non detulit, *l. jusjurandum 34. §. 7. ff. de jurej.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 9.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 32. n. 45.* Petr. Heig. *part. 1. q. 40. n. 37.* Hugo Donell. *lib. 24. comm. de jurej. c. 13. n. 21.* Matth. Weſenb. *vol. 1. conſil. 3. n. 49.*

Ita Domini in causa Melchior Oſtens zu Calbe/ Mens. Apr. Anno 1631. (Verba sent. Iſt euch in Sachen Conrad Griefen/ Klägern an einem/ und euch Beklagten anders Theils das Juramentum purgatorium aufferleget worden; Ob ihr nun wol ſolches Klägern zu referiren gemeynet/ dieweil aber dennoch die Relatio Juramenti allein in dem Fall ſtatt hat/ wenn ein Part dem andern den Eyd deferiret, dieſelbe aber ad juramenta neceſſaria und purgatoria keines weges zu ziehen/ ꝛc. So mag auch obgedachtes Juramentum purgatorium Klägern von euch beſtändiger Weiſe nicht referiret werden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Nec juramentum, qvod hæres ob non confectum inventarium præſtare tenetur, parti adverſæ referri poteſt.

EAdemqve ratio efficit, qvod nec reliqva jura- 1
menta legalia, qvæ à Lege vel Magiſtratu deferuntur, referri qveant: † Non itaq; audiendus eſt 2
hæres, qvi juramentum ob non confectum inventarium præſtare tenetur, ſi hoc parti adverſæ referre velit, Matth. Col. *in tract. de proceſſ. execut. part. 2. c. 3. n. 402. & part. 1. deciſ. 123. n. 14. & ſeq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 32. n. 46.* Matth. Weſenb. *vol. 1. conſ. 3. n. 49.* † *Tùm*, qvia juramentum 3
illud non à parte ſed lege defertur, *l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib.* † *Tùm*, qvod ſi aliter diceretur, 4
pars adverſa de facto alieno, ipſius nempe hæredis, jurare teneretur contra *l. Marcellus 11. §. jurare 2. ff. de act. rer. amot.* † *Tùm*, qvia jusjurandum hoc 5
ſimilimum eſt juramento purgatorio, qvo hæres, ſe nihil de rebus hæreditariis celâſſe vel abſtuliſſe, juratò obtinet, *dict. l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib.* Referri autem non poteſt juramentum purgatorium *Defin. preced.*

Ita Domini in eadem causa (Verba ſententiæ: Ob ihr nun wol ſolches Klägern zu referiren gemeynet/ dieweil aber dennoch die Relatio Juramenti allein in dem Fall

Fall statt hat/wann ein Part dem andern den Eyd deferiret; Solche Relatio aber Juramenta legalia necessaria und purgatoria, so wol auch auff den Fall/ wenn ein Erbe sich ohne Auffrichtung eines Inventarii der Erbschaft unterfangen/und daher dieselbe eydlichen anzuzeigen verpflichtet/keines weges zu ziehen/ &c. So mag auch obgedachtes Juramentum Klägern von euch beständiger Weise nicht referiret werden/V.R.W.)

Definit. IX.

Sicuti nec juramentum diffessionis in casu non recognitæ scripturæ vel instrumenti.

1 Minùs verò dubium est, referri haud posse juramentum illud, qvod qvis alicui defert super editione instrumentorum, propter manifestam sanctionem Electoralem in Ordin. process. judic. *tit. 26. §.* Es soll auch ferner. *vers.* Und 2 könte ihm dem Gegentheil nicht *referiren.* † Sicuti nec juramentum, qvo scripturam vel instrumentum qvis diffiteri cognoscere jussus est, 3 † scilicet qvia jusjurandum hoc diffessionis non tàm à parte, qvàm jure & consuetudine Saxonicâ alicui imponitur, Ord. process. jud. Elect. Saxon. *tit. 25. vers.* Desgleichen wenn der. Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 43. n. 2. vers. in Electoratu Saxoniæ*, qvo in casu relationi locus non est, *Defin.* 4 *7. & 8.* † Ex qvo etiam fit, qvod instrumentum juratò diffiteri jussus jusjurandum calumniæ petere haud valeat, ut dixi *suprà* Const. Elect. *12. Defin. 26.* † Ac certè, si propria scriptura veniet recognoscenda, eò magis scribens ipsemet jurare tenebitur, qvod nemo alius scripturam illam melius cognoscere præsumatur.

Ita Domini in causa Melchior Werners contra Hansen Schwendendörffers Erben / Mens. Julio Anno 1630. (Verba sent. Daß Beklagter die Documenta sub n. 1. 2. 3. 4. 5. wann solche in Originali produciret werden/zu recognosciren oder eydlichen zu diffitiren schuldig / mit der ausdrücklichen Verwarnung/daß im widrigen Fall dieselbe pro Recognitis gehalten/ und darauff erkannt werden soll / und es mag das Juramentum Diffessionis Klägern nicht referiret werden/ V. R. W.)

Et in causa Henrici Kochens contra Matthes Krausen und Consorten, Mens. Jun. Anno 1631.

Definit. X.

Non refertur juramentum super eo, qvod alicujus conscientiæ tantummodò commissum fuit (Wann die Klage allein ins Gewissen geschoben worden.)

1 Evenit aliqvandò, ut is, cui à parte delatum est jusjurandum, cogatur omnimodò jurare, nec audiatur; si id referre velit, puta si actor intentionem suam soli conscientiæ adversarii commiserit, non etiam simul scientiæ vel notitiæ ejus (Wann er die Klage allein in Gegentheils Gewissen geschoben / nicht aber zugleich in sein Wis-
2 senschafft und Wolbewust.) † Nec enim Reus juramentum hoc actori deferenti potest referre, qvia factum ipsius proprium concernit, super qvo tantummodò ejus conscientia onerari potuit, ut
3 demonstravi *supr.* Const. Elect. *12. Defin. 39.* † Sed nemo alius, qvàm ipsemet Reus propriam suam conscientiam liberare valet, qvippe qvi solus facti sui proprii scientiam exactam habet, Joh. Schneidevv. *ad §. item si qvis postulante 11. n. 90. inst de action. ubi* Matth. Wesenb. *in supplem. lit. A. supr. dict.* Const. *12. Defin. 39. in fin.* † Qvin &, si concederetur hoc casu relatio juramenti, actoris conscientiæ factum alienum, nempe rei referentis, committeretur, qvod neutiqvam jus admittit, *l. Marcell. 11. §. 1. ff. rer. amotar. l. qvi in alterius 42. ff. de Reg. Jur.* Ordin. process. jud. Elect. Saxon. *tit. 18. §.* Weil es aber. *vers.* Also daß im ersten Fall/ R. Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 15. num. 3.* Schneidevv. *dict. loc. sup.* Const. Elect. *12. Defin. 40.*

Ita Domini in causa Nicolai Hofmanns contra Curatorem George Herfarts Eheweibes zu Meissen/Mens. Novemb. Anno 1631. (Verba sent. Immassen dem auch bey dem Punct der 17. offt. die Relatio Juramenti, weil derselbe der Klägerin allein in ihr Christliches Gewissen gestellet/nicht statt hat/und bleibet sonsten/eingewandter Leuterung ungeachtet / bey vorigem Urtheil nochmahls billich/V.R.W.)

Et in causa M. Viduæ D.I.S. contra W. S. zu Zwickau / Mens. Julio Anno 1636. (Verba sent. Daß die von Klägern bey der Post der 200. Rthl. Beklagter gethane Relatio Juramenti, weil sie ihm allein in sein Gewissen/ und nicht zugleich in seine Wissenschafft und Wolbewust geschoben/nicht statt hat/ V. R. W.)

Definit. XI.

Reus juramentum super facto suo proprio sibi delatum nequit referre actori, etiamsi negotium non scientiæ qvoqz ac notitiæ suæ fuerit commissum;

(Wann ihme die Klage nicht allein in sein Gewissen/sondern auch Wissenschafft und Wolbewust gestellet worden.)

PRohibetur itaqve relatio juramenti propter- 1
ea; qvod super factum Rei proprium fuerit delatum, *Defin. præced.* † At qvid si factum ejus- 2
modi Rei, non solùm conscientiæ, sed etiam scientiæ ac notitiæ illius committatur, (Wenn ihme die Klage *super facto suo* nicht allein ins Gewissen / sondern auch in seine Wissenschafft und Wolbewust gestellet worden) qvod fieri posse nemo ambigit, annon tùm saltem relatio erit permissa? † Ita forsan putaveris, qvia in ejusmodi 3
juramento etiam de credulitate & notitiâ sola juratur, qvare & super facto alieno ita juramentum deferre licet, ut apparet ex traditis, *supr.* Const. Elect. *12. Defin. 39.* qvidni ergò validè qvoq; referri poterit? † Nihilominus & hoc casu rela- 4
tionem prohibitam, existimat rectissimè Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 3. n. 5.* cui ex parte assentitur Hartm. Pistor. *observ. 184. n. 6.* † *Tùm*, qvia 5
delatio juramenti ex animo deferentis explicanda est, qvi procul dubio super facto Rei haud juramentum credulitatis, sed decisorium veritatis voluit deferre, qvod superfacto alieno actori referri neqvit, *Defin. præced.* † nec enim aliter ju- 6
rari vel referri debet, qvàm delatum est, *l. 3. §. ult. cum l. seq. ff. de jurejur.* Matth. Wesenb. *dict. consil. 3. n. 50.* † *Tùm*, qvia nemo de facto Rei, qvàm 7
ipsemet exactiorem notitiam seu scientiam habere potest. Æqvum igitur est, ut ipse juret de proprio facto, *l. Marcellus 11. §. 2. ff. de rer. amot. act.* † *Tùm* per Gloss. germ. *in art. 11. n. 4. vers.* Dann 8
ob einer. *lib. 3.* Landr. & Gloss. latin. *in art. 22. lit. H. lib. 2.* Landr.

Ita Domini in causa Johann Ehrenholds zu Grimme/ Mens. Julio Anno 1605. (Verba sententiæ: Habt ihr hierauf mehr-erwehnten von Witzenburg vor dem Churfürstl. Sächsischen Ober-Hof-Gerichte obbenannter Schulden halben beklaget/ und ihme diese 2. Puncta/ daß er nemlich vorgedachte Schreiben in seinem Namen zu verfertigen und euch zu überschicken nicht befohlen/ und daß auch auff solche Schreiben ihme die abgeholeten Cramwahren nicht zukommen/ noch in seinen oder der Seinigen Nutz gewendet worden/in sein Gewissen/Wissenschafft und Wolbewust gestellet/ꝛc. So ist er darauff sein Gewissen/weil bemeldte beyde Puncta ihm allein am besten bewust/ und sein eigen Thun betreffen/ zu eröffnen/ oder dasselbige mit Beweiß zu vertreten schuldig/ und mag der deferirte Eyd/nach Gestalt dieser Sachen/ von ihme euch nicht wiederum referiret noch heimgeschoben werden/ V.R.W.)

Et in causa Melchior Schorbands/ Mens. August. Anno 1599. (Verba sent. Habt ihr in eurer vor dem Ober-Hoff-Gerichte allhier angestalten Klage Alexander von Ragwitzen nachfolgende Puncta in sein Gewissen/ Wissenschafft und Wolbewust gestellet/ ꝛc. So mag nach Gelegenheit dißfalls/ weil ihr dessen Facti nicht Wissenschafft haben könnet/der Haupt-Eyd euch nicht referiret werden/ und wann ihr solches also in der Läuterung gebührlichen deduciren, und obbemeldte an euch ergangene Missiven mit den Originalien bestärcken würdet/ Alexander von Ragwitz auch nichts anders noch erheblichers/ als in den übersandten Acten zu befinden/ dawider einbringen würde/ ꝛc. So erschiene daraus so viel/daß durch das Läuterungs-Urtheil das vorige/ darinn ihm den Haupt-Eyd euch zu referiren, nachgelassen worden/ oberwehnter massen billich erkläret würde/ V.R.W.)

Definit. XII.

Tutor pro pupillo juramentum deferre potest.

1 QVum juramentum deferre non possit, nisi qvi rerum administrandarum potestatem habet, cuiqve solvi potest, *l. jusjurandum 17. §. pupillus 1. sub fin. junct. §. 2. l. servus 20. l. 21. 2l. tutor. 35. §. 1. ff. de jurejur.* † expeditum inde fit, pupillum, ut qvi rerum administrandarum potestatem non habet, haud juramentum validè deferre, *dict. l. 17. §. 1. & seq.* Johann. Zanger. *de except. part. 3. cap. 16. num. 42. & seq.* Joach. Beust. *ad l. nam posteaqvam 9. §. si minor. 4. ff. de jurejur. num. 1.* Borch. *in tract. de jurejur. cap. 3.* 3 *num. 9.* † Attamen tutori permissum est, ut nomine pupilli deferat jusjurandum, si aliis omnibus probationibus pupillus destituatur, *l. tutor. pupilli 35. junct. l. 17. §. si tutor. 2. ff. de jurejur.* 4 † Nam & alienare valet tutor res pupilli, eiqve solvi potest, & ab eo res in judicium deduci, *dict. §. si tutor. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1.* 5 *definit. 20. num. 1.* † Qvidni ergò jusjurandum qvoqve deferre posset? Nec verendum, ne pupillus tanqvam læsus in integrum restituatur, cum nullas læsionis probationes habiturus sit, nisi pœnas ex postfacto alias supervenisse, qvibus uti velit, *arg. l. admonendi 31. ff. de jurejur.* Ant. Fab. *dict. loco.*

Ita Domini in causa Hansen Frobergers zu Nimitzsch/ Mens. Decembr. Anno 1629. (Verba sent. Daß ihr von wegen eures Mündleins wider Melchior Arndten zu Einbringung der gefoderten Schuld-Post Klage zu erheben/und ihme dieselbe in sein Gewissen/Wissenschaft und Wolbewust zu stellen wol befugt/ꝛc.)

Definit. XIII.

Sed & juramentum relatum tutor præstare tenetur.

ATqvid, *si Reus tutori nomine pupilli jusjurandum deferenti id referre velit?* † Audien- 2
dus omninò erit, ac poterit tutor jurare de eo qvod ipse sciat, ita esse aut non esse, *l. videamus 4. ff. de in lit. jur. junct. l. 11. §. pen. ff. rer. amotar.* † Qvin &, si relatum à Reo jusjurandum nolit 3
accipere tutor, adigi ad hoc poterit, cum imputare sibi debeat, cur detulerit, si nolebat ex relatione jurare, *l. si non fuerit 37. ff. de jurejur. l. si fidej. 7. §. 1. ff. qvi satisd. cog.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 20. n. 3.* † Qvod licet forsan juris re- 4
gulis repugnet, ut nempe pupilli nomine & de eâ re, qvam is nesciat, tutor juret, favorabiliter tamen id pro pupillo receptum est, † ut & alia pleraqve *l. pupillus 9. ff. de acqvir. hared.* ne alioqvi damno litis afficiatur pupillus, si non liceat tutori jusjurandum deferre, aut juramentum relatum præstare, Ant. Fab. *dict. defin. 20. n. 5.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Ihr seyd aber auch/ dafern Beklagter euch hinwiederumb das Juramentum referiren würde/ solches würcklichen zu leisten schuldig/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Nec jurare cogitur Reus, nec jusjurandum referre, qvi aliter suam intentionem vult probare, etiamsi hanc probationem ante latam sententiam sibi non reservaverit.

QVod vulgò jactatur, manifestæ turpitudinis 1
esse nolle jurare, nec jusjurandum referre, *l. manifesta 38. ff. de jurej.* ostendit satis nunqvam ita constringi eum, cui defertur jusjurandum, ut vel jurare cogatur, vel causâ cadere, qvia nempe referre potest juramentum, *l. jusjur. & ad pecunias 34. §. datur 7. & §. ult. ff. de jurej. supr. Defin. 1.* † Sed & aliud adhuc remedium restat, scilicet pro- 2
bationis; Nam qvi intentionem suam testibus aut instrumentis probare non diffidit, delatum sibi ab adversario jusjurandum nec suscipere cogitur, nec referre, *l. eum qvi 30. vers. cum omissa ff. de jurej.* Jason. *in §. item si qvis postulante 11. n. 80. inst. de action.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 3.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 19. & 21.* † Non enim 3
turpiter facere videri potest, sed modestè potiùs, qvi religione magis, qvàm conscientiâ motus tàm facilè jurare nolit, *l. qvæ sub conditione 8. ff. de cond. inst. l. cum qvidam 21. vers. neqve enim C. de fide instrum.* † Prudenter verò, qvi nec litis 4
victoriam, qvam ex liqvidis probationibus sibi exploratam comparare possit, certò deferentis perjurio velit committere, *l. jusjurandum 34. circa pr. ff. de jurejur.* Anton. Fab. *dict. defin. 3. num. 4.* † Nec etiam in foro Saxonico res aliter 5
sese habet, ut apparet ex *h.* Constit. *14. & suprà* Constit. Elector. *12. in pr.* Ordin. proceff. judic. Elector. Saxon. *tit. 19.* Christoph. Zobel. *part. 1. diff. 34.* Dan. Moller. *hic n. 1. & lib. 3. semestr. 3.* Jacob Schult. *observat. 52. n. 10. & seqq.* Matth. Col. *part. 1. decis. 123. n. 12.* † in tantum, ut is, cui de- 6
latum

latum eſt jusjurandum, haud prohibeatur proſilire ad probationem ſuæ intentionis, etiamſi illud ante ſententiam latam ſibi non reſervaverit, nec per ſententiam latam id expreſsè permiſſum fuerit, ut clara habet Sanctio Electoralis in *dict. Ord. proceſſ. jud. tit. 19. verſ.* Wann er ihm gleich daſſelbe/ ꝛc.

Ita Domini in cauſâ Hanſen Ladens contra Eliſabetham Viduam Andreæ Arnolds zu Leipzig/Menſ. Mart. Anno 1630. (Verba ſentent. Dieweil Beklagte auff die erhobene Klage mit Nicht-geſtehen geantwortet/Kläger aber auff ſolchen Fall ihr dieſelbe in ihr Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt geſtellet/ So iſt Beklagte auff vorgehenden des Klägers Eyd vor Gefehrde/ ihr Gewiſſen/Wiſſenſchafft uñ Wolbewuſt zu eröffnen ſchuldig; ſie wolte dann Klägern den Haupt-Eyd referiren, oder ihr Gewiſſen mit Beweiß vertreten/ damit würde ſie binnen Sächſiſcher Friſt billich gehöret und zugelaſſen/ und ergienge darauf in der Sachen ferner/was recht iſt/ V.R.W.)

Et in cauſa Auguſti & Stephani der Clamere contra Heinrich Zourſchen/Menſ. April. Anno 1630.

Definit. XV.

Non poteſt proſilire ad probationem Reus, ſi jusjurandum ſemel acceptaverit.

1 SEd hoc ita, ſi Reus, cui defertur jusjurandum,
2 id nondum acceptaverit: † Quo facto, jurare tenetur, nec ulteriùs ad probandam ſuam intentionem proſilire poteſt, Ord. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 19. in pr. verſ.* Wie auch der. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 33. n. 6.* Petr. Heig. *part. 2. q.*
3 *4. n. 37. & ſeq.* † Nam qvod ab initio fuit voluntatis, ſi acceptetur ſemel, poſtea fit neceſſitatis, *l. in commodato 17. §. ſicut 3. ff. commod. l. ſicut. 5. C. de obl. & act. l. 1. §. ſi convenit 6. ff. depoſit. l. contractus 23. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in cauſa Annæ, Viduæ Hauſen Kelners/ contra die Obbariſche und Neandriſche Erben zu Heringen/ Menſ. Septembr. Anno 1634.

Definit. XVI.

Non admittitur actor ad contrarias probationes, qvando Reus ad juramentum declinandum intentionem ſuam probat.

1 ETſi qvondam in foro Saxonico diſceptatum fuerit, num actor deferens juramentum, ſi Reus intentionem ſuam probare conetur, ad contrarias probationes ſit admittendus? ut patet *ex Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 3. q. 1. &*
2 *tom. 2. part. 3. q. 1.* † Attamen deciſa hodie res eſt, & rejiciuntur hoc caſu contrariæ actoris probationes verbis diſertis, *h.* Conſt. *14. in pr. ubi* Moll. *n. 2.* & Ord. proceſſ. jud. *tit. 19.* §. Wann
3 nun einer *in princ.* † Ne ſcilicet auferatur Reo in probationibus deficienti regreſſus ad juramentum, contra *text. in c. indultum 17. de Reg. jur. in*
4 *6to. l. qvod favore 6. C. de legib.* † qvod omninò fieret, ſi actor plenè vel ſemiplenè ſaltem contra eum probaret, propter periculum perjurii, ut tradit in ſimili Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 21.* Unde nulla admittuntur Interrogatoria ſpecialia, ſed ſolum generalia. *Deciſ. Elect. noviſſ. 19.*

Ita Domini in cauſa Balthaſar Schuhmanns contra Barthol Williſchen/Menſ. Julio Anno 1632.

Et in cauſa Johannis Gatzwillers contra Walther Brielen/ Menſ. Mart. Anno 1631.

Definit. XVII.

Probationibus conſcientiam defendere volens, intra octiduum ſe ad id offerre, & intra ſpacium Saxonicum articulos probatorios exhibere tenetur.

NOn exiſtimet Reus, cui jusjurandum delatum eſt, facultatem defendendi probationibus conſcientiam ſuam nullis prorſus legibus eſſe circumſcriptam, qvod ſi diceretur, num malitiæ potiùs aut favori ipſius indulgeretur, haud immeritò qvis ambigeret. † Certo itaqve tem- 2
poris ſpacio facultas probandi adſtricta eſt, nempe ut qvis intra octiduum, poſtqvam ſententia vires rei judicatæ acceperit, ſe probationibus conſcientiam defendere velle declaret, † & de- 3
inde intra ſpacium Saxonicum articulos probatorios exhibeat, aliaqve faciat, qvæ ad probationem reqviruntur, Proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 19. in pr. verſ.* Jedoch daß er ſich deſſen ꝛc. † Ex 4
qvo inferendum, poſt elapſum octiduum, Reum ad probationem ulteriùs non admitti, etiamſi articulos probatorios infra ſpacium Saxonicum exhibeat.

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Dechſtlers contra Viduam Chiliani Schultzens zu Freyberg / Menſ. Nov. Anno 1630. (Verba ſent. Und weil Beklagter auff angeſtalte Klage mit Nicht-geſtehen geantwortet/So iſt ſeine Pflegefrau darauff ihr Gewiſſen/Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt/dahin es ihr geſtalt/ ihres gethanen Vorwendens ungeachtet/ zu eröffnen ſchuldig/ Sie wolte dann ſolchen Eyd-Klägern wiederumb heimſchieben/ oder ihr Gewiſſen mit Beweiß vertreten/ damit würde ſie binnen Sächſiſcher Friſt billich gehöret/ und ergienge hierauff alsdann in der Sachen ferner/ was recht iſt/ V.R.W.)

Et in cauſa Chriſtinen Anshelms contra Hanſen Hennigken zu Leipzig/ Menſ. April. Anno 1602. (Verba ſent. Daß Beklagter ſich nunmehr an dem ihme zuerkannten Eyde verſäumet hat/ und iſt dahero auch ſein Gewiſſen mit Beweiſung zu vertreten nicht zuläßlichen.)

Definit. XVIII.

Reo conſcientiam probationibus defendere volenti ac nihil probanti ad juramentum datur regreſſus.

SI Reus, cui jusjurandum fuit delatum, conſcientiam ſuam probationibus liberaverit, atqve id, ſuper qvo ei juramentum deferebatur, ſufficienter probaverit, qvin ſtatim à juramento liberetur, nec jurare neceſſe habeat, dubitandum non eſt, Ord. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 19.* §. Wenn nun einer. *verſ.* Und da der Zeug-Führer. † At ſi in probationibus defecerit, ad juramen- 2
tum ei dabitur regreſſus, & ſi obtinere velit, adhuc jurare tenebitur, *h.* Conſt. *14. ubi* Dan. Moller. *num. 1.* Proceſſ. jud. *dict. tit. 19.* §. Wenn nun einer. *verſ.* Wenn er es aber. Andr. Rauchb. *part. 1. qveſt. 3. num. 29.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 123. num. 122.*

Ita Domini in cauſâ Balthaſar Mörells contra Balthaſar Nönnings Wittben und Erben zu Zwickau / Menſ. Febr. Anno 1631. (Verba ſent. Daß Beklagter das jenige/ſo er zu erweiſen ſich angemaſſet / wie recht nicht erwieſen noch beybracht/derowegen er den ihme deferirten Eyd auff vorgehenden Klägers Eyd vor Gefehrde nochmals zu ſchweren ſchuldig/ V.R.W.)

Et in causa Gregor. Thomassen contra Andream Kühnen zu Schleinitz/ Mens. Martio, Anno 1632. (Verb. sent. Daß Kläger dasjenige / so ihme zu Vertretung seines Gewissens zu erweisen obgelegen/ und er sich angemasset/ wie Recht nicht erwiesen/ derowegen ist er auf Beklagtens vorgehenden Eyd vor Gefehrde / sein Gewissen/ Wissenschafft und Wohlbewust nochmahls zu eröffnen schuldig/ V.R.W.)

DEFINIT. XIX.

At juramentum neqvit referre Reus in probationibus succumbens.

1 QVid verò, *si Reus, cui juramentum fuit delatum, in probationibus ad exonerandam conscientiam susceptis succumbens, jusjurandum actori* 2 *velit referre?* † Neutiqvam audiendus erit: Ecqvis enim non animadvertit, Reum hoc casu onus sive jurandi sive probandi semel in se suscepisse, qvod propterea in actorem postea transferre haud valet, † qvia qvod ab initio fuit vo- 3 luntatis, post acceptationem factum est necessitatis, *l. sicut 5. C. de O. & A. l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commodat. l. contractus 23. ff. de Reg. jur.* 4 † Et cum intra octiduum illud post latam sententiam, qvo aliàs Citatio ad jurandum est impetranda, juramentum referri debeat, ut demonstravi *supr. Defin. 2.* nunqvam certè post terminum probationis effluxum relationi locus dabitur, ut in aperto est.

Ita Domini in causa Balthasar Morellens contra Balthasar Nömings Wittben und Erben zu Zwickau/ M. Febr. Anno 1631. (Verba sent. Daß Beklagter dasjenige/ so er zu erweisen sich angemasset / wie Recht nicht erwiesen und beybracht / derowegen er den ihme deferirten Eyd auf vorgehenden Klägers Eyd vor Gefehrde nochmals zu schweren schuldig/ denselben aber ist er Klägern nunmehr zu referiren nicht befugt/ V.R.W.)

DEFINIT. XX.

Etiam in juramentis legalibus ad probationes prosilire licet.

1 NOn solùm is, cui juramentum judiciale delatum fuit, à parte adversa, sed etiam, cui juramentum aliqvod legale à judice injunctum est, ad probationes prosilire, conscientiamqve suam probationibus defendere valet, ex sanctione Electorali manifestâ in Ordin. process. judic. *tit. 19.* §. Wann nun einer. *vers.* welcher *Regreß* auch. & 2 *vers.* Also auch wann einem. † Cui consequens est, in juramento purgatorio, de qvo vide infrà Const. Elect. 22. *Defin. 16.* & minorationis, Reo ad probationes confugere, & damnum datum non esse probare licere, Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 38. n. 3.* 3 Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 33. n. 4.* † Idemqve dicendum eo in casu, qvô alicui in defectum inventarii res hæreditarias mediante juramento manifestare fuit injunctum, disertis verbis ita disponente Electore Illustrissimo *in dict. vers.* welcher *Regreß* auch/ *ibi:* Als wann einem in Mangelung eines zu recht beständigen *Inventarii*, vermittels Eydes *res hæreditarias* zu *specificiren* auferlegt wird / und andern dergleichen Fällen/ darinnen die Vertretung des Gewissens statt hat. 4 † Qvin & deficienti in probationibus Reo, ad juramenta ejusmodi legalia regressum dari, manifestum est *ex dict. vers.* Welcher *Regreß* auch *in juramentis legalibus observiret* werden soll.

Ita Domini in causa Hansen Remens zu Zwenitz / Mens. Februar. Anno 1632. (Verba sentent. Habt ihr in Sachen euch Klägern an einem / und Benedix Rambachen Beklagten anders Theils/ Beweiß geführet / und demnach ihr den Grund eurer Klage nur semiplenè erwiesen/ ist euch der Eyd in Supplementum zuerkannt worden ; Ob nun wohl sonsten auch in Juramentis legalibus das Gewissen mit Beweiß zu vertreten nachgelassen/ &c.)

DEFINIT. XXI.

Non tamen in juramento suppletorio permissum est confugere ad probationes.

EXcipiendum tamen est juramentum necessa- 1 rium sive suppletorium, qvod jurare jussus neutiqvam avertere potest, etiamsi intentionem suam probare velit: † Etenim, cùm hoc juramen- 2 tum non nisi in defectum plenæ probationis deferatur, unde & suppletorium vocari solet, *c. sicut consvetudo 2. extr. de probat.* Pacian. *de probat. lib. 1. c. 32. n. 18. & seqq.* † Frustra certè qvis 3 ad illud refugium qværet, qvod antea perficere & præstare non potuit, ut notat Marsil. *consil. 51. n. 17.* † Ac esto, ut is, qvi antea semiplenè pro- 4 baverit, ac cui juramentum hoc in supplementum fuerit delatum, alios testes, documenta & similia, qvibus jam suam intentionem plenè probare posset, noviter repererit, ad probandum tamen vel propterea haud admittendus erit, † 5 qvia terminus probatorius semel est elapsus, qvo in casu ulterior probatio recipienda non est, König. *in proc. iff. c. 71. n. 4.* Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 36. post pr.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. So ist doch solches auf das Juramentum in Supplementum keines weges zu deuten/ &c. Derwegen ihr gestalten Sachen nach den Eyd zu leisten schuldig / und möget euer Gewissen mit Beweiß zuvertreten/ bevoraus weil ihr zuvor allbereit Beweiß geführet/ nicht zugelassen werden/ V.R.W.)

DEFINIT. XXII.

Sicuti nec in juramento diffessionis.

CEssant qvoqve probationes in juramento il- 1 lo, qvod in materia editionis instrumentorum imponitur. † Nec enim is, qvi instrumenta 2 cedere, vel jurare debet, se ea non habere, nec malitiosè alienâsse, conscientiam haud probationibus liberare potest, sed præcisè jurare tenetur, Ord. proces. judic. *tit. 26. in pr. vers.* Noch sein Gewissen mit Beweisung vertreten/ & §. Es soll auch ferner. *vers.* Noch in solchem Fall/ &c. † Similiter nec audiendus est Reus, cui injuncta 3 fuit Recognitio vel diffessio jurata alicujus instrumenti, si ad declinandum jusjurandum conscientiam suam probationibus liberare velit: † Ne- 4 scilicet processus executivus per ordinarias probationes in processum ordinarium commutetur, atqve hoc modo executio, ex instrumento gvarentigiato instituta, frivolè retardetur, contra Ord. provinc. Elect. Saxon. *de Anno 1555. tit.* Von klar Brieff und Siegel. Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 36.* Jac. Schult. *observ. 40. n. 12.* Jac. Menoch. *de adipisc. possess. Remed. 5. n. 153.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob nun wol sonsten auch in Juramentis legalibus das Gewissen mit Beweiß zuvertreten nachgelassen/ &c. So ist doch solches auf das juramentum in supplementum, oder auch auf den Fall/ wenn einem Beklagten in Processu executivo die Recognitio instrumenti, oder eydliche Diffessio auferleget/ keines weges zu deuten/ &c.)

DEFI-

Definit. XXIII.

Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deserat, non habet regressum ad præstationem juris-jurandi.

1 ETsi Reus, cui jusjurandum est delatum, si in probationibus ad liberandam conscientiam susceptis defecerit, ad præstationem ejus etiam-
2 num admittatur *h.* Const. *14. supr. Defin. 18.* † Secus tamen res se habet, si vel terminum probatorium elabi passus fuerit, vel aliter probatio-
3 nem deseruerit. † Non solùm enim tùm à probatione ulteriori, sed etiam à juramenti præstatione excluſus est, ex Sanctione Electorali *in*-proceſſ. judic. *tit. 19.* §. Wenn nur einer ſich/ ꝛc.
4 *verſ.* Da aber derjenige / ꝛc. † Siqvidem hoc casu probatio surrogata est in locum juramenti, ut docet Jacob. Schult. *in addit. ad proceſſ.* Petr. Termin. *c. 46. num. 8. & seq.* Atqvi surrogatio cum eâdem temporis determinatione facta cen-
5 setur, & pœna, † qvæ in surrogato locum habet, extenditur etiam ad illud, cui fit surrogatio, Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 33. num. 20.* Domin. Cardin. Tusch. *tom. 6. verb. pœna. concluſ. 213. num. 5.*

Ita Domini in causa Donati Ferbers contra Erasmum Ludwigen zu Zörbig/ Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Da Beklagter an seinem Beweiß / damit er sein Gewissen vertreten wollen/ sich versäumet/ und nunmehr auch mit der Eydes-Leistung ferner nicht zuzulassen/ V. R. W.)

Definit. XXIV.

Conceditur tamen regressus ad præstationem juramenti delati Reo, si juramentum suppletorium ex semiplenâ probatione ipsi injunctum pro deserto habeatur.

SEd aliud dicendum, si Reus qvidem proba- 1
tionem ad liberandam conscientiam susceptam non deseruerit, sed consummaverit, attamen juramentum suppletorium ex semiplenâ probatione sibi injunctum neglexerit: † Nihilo- 2
minus tùm ad præstationem juramenti delati adhuc erit admittendus, non minus ac ejus hæredes hoc casu audiendi sunt, si de credulitate jurare velint, ex dispositione Electorali Saxonica in Ord. proceſſ. judic. *tit. 19.* §. Damit nun auch. *ult.* † Iniqvum enim esset à juramenti princi- 3
palis præstatione excludi eum, qvi in probatione legitimè proceſſerit, eamqve consummaverit, cui postea negligentia in præstatione juramenti suppletorii commissa neutiqvam potest nocere, † nec per hanc Reus probationem, qvam semel 4
consummavit, deserere videtur, ut meritò præstatio juramenti delati adhuc locum sibi vendicare possit, ex *h.* Const. *18. verſ.* Da er gleich zu Vertretung ſeines Gewiſſens. proceſſ. jud. *dict. tit. 19.* §. Wann nun einen. *verſ.* Wann er es aber. *supra Defin. 18.*

Ita Domini in causa Petri Alberts contra Simon Hempen zu Dreßden/ Mens. Jul. Anno 1623. (Verba sent. Daß sich Beklagter an dem ihme zuerkannten Juramento suppletorio versäumet / Er wird aber den Haupt-Eyd zu schweren nochmals billich zugelassen/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XV.

PARTIS PRIMÆ.

Was nach geleisteten Eyde geschehen soll?

Post præstitum juramentum quid fieri debeat?

WAnn der Beklagte den deferirten Eyd geschworen / so soll stracks/ Inhalts der Acten, was darauf recht ist/ erkant/ und da sich gleich Kläger erbieten würde zu beweisen/ daß der Beklagte Unrecht geschworen/ soll er doch damit nicht zugelassen werden.

IUramentum delatum ubi præstitit reus, judex sine mora officio fungens suo ad sententiam juri & actis conformem, progrediatur, nec actorem, si probare velit, non justè reum jurâsse, audiat.

DEFINITIONES.

1. *Causa jurejurando decisa ex probationibus contrariis retractanda non est.*
2. *Nec admittitur actor, si in alio judicio, & novâ institutâ actione contrarium probare velit.*
3. *Ne qvidem ex instrumentis de novo repertis contrarium probari potest contra præstitum juramentum.*
4. *Contra præstitum tamen juramentum in litem admittitur probatio adverſæ partis.*
5. *Retractari potest jusjurandum suppletorium ex instrumentis de novo repertis.*
6. *Sicuti & juramentum purgationis.*
7. *A sententiâ definitivâ super præstito juramento latâ appellare non licet.*
8. *A præstatione verò juramenti neceſſarii sive suppletorii, omninò concessa est appellatio.*
9. *Formam delati vel relati jurisjurandi judex non præcisè seqvi cogitur.*
10. *Certa autem semper est forma juramenti calumniæ.*

Definit. I.

Causa jurejurando decisa ex probationibus contrariis retractanda non est.

1 PRæstito juramento, non aliud qværitur, qvàm num juratum sit, remissâ qvæstione an debeatur, qvasi satis probatum sit jurejurando, *l. non erit 5. §. dato. 2. ff. de jurejur. l. 11. §. 3. l. 26. l. 28. §. ult. ff. eod. tit. l. adverſus 15. ff. de except.* † Adeoqve 2
causa jurejurando decisa ob probationes contrarias non retractatur, *l. 1. C. de reb. credit. & jurejur.* Nec contra præstitum juramentum probationes in contrarium admittuntur, *b.* Const. *15. ubi* Moll. *n. 3. & seq.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæst. 3. n. 32.*

3 *n. 32.* † Qvoniam imputare sibi debet, qvi adversarium in causâ suâ judicem constituerit, *l. 1. in pr. ff. qvar. rer. act. l. si non fuerit 37. ff. de jurej.* Ant. 4 Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6.* † Hocqve ipsum est, qvod vulgò dici solet, causam jurejurando decisam perinde haberi, ac si super eâ transactum fuerit, *l. 2. ff. de jurejur.* † scilicet, qvia 5 transactio sub prætextu novorum instrumentorum rescindi non potest, *l. sub prætextu 19. C. de trans. l. Imperatores 3. ff. eod. tit.* Matth. Wesenb. *in pamt. ff. de jurej. n. 11.* Jac. Cujac. *lib. 18. observ. 35.* Joh. Borch. *de jurejur. c. 8. numer. 54.* Andr. Rauchb. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Andreæ Apollonii zu Lauchstedt / Mens. Maj. Anno 1629. (Verba sent. Habt ihr wider Conrad Menden wegen eines Stück Holtzes Klage erhoben/und ihme dieselbe in sein Gewissen/Wissenschafft und Wolbewust gestellet/darauff er auch den Eyd würcklichen abgeleget/und/ daß er bemeldtes Holtz euch nicht verkauffet/geschworen/ꝛc. So wird er nunmehr billich dabey geschützet/und ihr möget ein anders/ und daß Beklagter unrecht geschworen/ zu beweisen nicht zugelassen/ noch darauff etwas erkannt werden/V.R.W.)

Definit. II.

Nec admittitur actor, si in alio judicio, & novâ institutâ actione contrarium probare velit.

1 AT qvid, si actor, qvi juramentum detulit, in alio judicio & novâ institutâ actione contra- 2 rium ejus, qvod juratum est, probare velit? † Non eo magis ipsum audiendum existimaverim, cum 3 Dan. Moller. *hic n. 15.* † *Tùm*, per text. *in l. nam postea qvam 9. ff. de jurejur.* ubi post præstitum jusjurandum actio propterea denegatur, qvia sublata fuit per juramentum, tàm qvoad obligationem civilem, qvàm naturalem. Sine obligatione verò & actione nemo experiri valet, † *Tùm*, 4 qvod juramentum habeat vim rei judicatæ, *l. jus- 5 jurandum 2. sub fin. l. ult. §. 2. ff. de jurej.* † At semper & ubiqve obstat exceptio rei judicatæ, qvò minus nova actio institui possit, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de re judicat.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. So wird er nunmehr/vermöge seines geleisteten Eydes/bey solchem Stücke Holtz billig geschützet / und wenn ihr gleich wider ihn anderweit Klage erheben/und daß Beklagter unrecht geschworen/vor andern Gerichten erweisen und ausführen woltet/ꝛc. So möchtet ihr doch damit nicht zugelassen und darauff etwas erkannt werden/V.R.W.)

Definit. III.

Ne qvidem ex instrumentis de novo repertis contrarium probari potest contra præstitum juramentum.

1 PEr testes de perjurio Rei probare volentem non audiri facilius concedi potest, juxta tra- 2 dita Ant. Fab. *in C. l. 4. tit. 1. defin. 24. n. 6.* † cum nec probatio per confessionem Rei in contrarium admittatur, ut docet Dan. Moll. *hic n. 5.* Bartol. *in l. si duo patroni 13. §. idem Julianus 2. ff. de jurejur. n. 3.* Qvid autem si actor ex instrumentis de novo 3 repertis aliud probare velit? † Nec tùm eum admittendum dixerim, propter generalitatem *h. Const. 15.* qvæ inter probationem per testes & instrumenta non distingvit, sed indifferenter verbisqꝫ generalibus probationem contrariam rejicit; † Ergò generaliter qvoqve accipi debet, *l. 1. 4 §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem. act.* Dan. Moller. *hic n. 4.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 34.* Qvod tamen eatenus verum est, qvatenus instrumenta aliqvo modo sunt ambigua: † 5 Cæteroqvin, si ex novis instrumentis evidens perjurium in continenti probetur, boni judicis officio incumbit, ut videat, ne ex tàm improbo delicto impium sibi lucrum qværere victor possit, *l. ult. C. de reb. cred. & jurej.* † in tantum, ut et- 6 iam ex jurejurando illo solutum tanqvàm indebitum repeti qveat, *dict. l. ult.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 2.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Und wenn ihr gleich wider ihn anderweit Klage erhoben/ und daß Beklagter unrecht geschworen / vor andern Gerichten per Instrumenta de novo reperta oder sonsten erweisen und ein anders ausführen woltet / ꝛc. So möchtet ihr doch damit nicht zugelassen / noch darauff etwas erkannt werden / V.R.W.)

Definit. IV.

Contra præstitum tamen juramentum in litem admittitur probatio adversæ partis.

ADversus jusjurandum tamen à Collitigante 1 ultrò præstitum admitti potest probatio in- contrarium, ut qvi juravit, mendacii convincatur & perjurii, veluti demonstrat Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 37.* † Neqve enim hoc jusjuran- 2 dum simile est ei, qvod ab adversario delatum est, in qvo jurisjurandi genere, postqvàm juratum est, non solet facilè qværi de perjurio, *l. 1. C. de reb. cred. l. ult. ff. de in lit. jur. l. 5. §. dato 2. ff. de jurej.* † Scilicet qvia deferens juramentum ad- 3 versarium in causâ suâ judicem constituit, cumqve eo transigit, *l. admonendi 31. sub fin. ff. de jurej. l. 1. in pr. ff. qvar. rer. act. l. si non fuerit. 37. ff. de jurej.* Ant. Fab. *in C. l. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6.* meritò ergò facto suo contravenire prohibetur, † cùm 4 nec transactio sub prætextu novorum instrumentorum rescindatur, *l. sub prætextu 19. C. de transact.* Qvæ ratio cum in omni juramento non à parte sed à judice, vel lege ac statuto delato cesset, † contra illud probationes contrarias per- 5 testes vel instrumenta admitti, rectissimè dixeris cum Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 30. & seq. &* Ludolph. Schrader. *in tract. feudal. part. 9. c. 1. n. 47.* † Ergò etiam contra præstitum jusjurandum in li- 6 tem qvod lege defertur, ut docet eleganter Vincent. Caroc. *decis. 12.*

Ita Domini in causa Hermanni Ladens contra Valentin Reibolden zu Luca/Mens. Jan. Anno 1628. (Verba sent. Daraus so viel zu befinden / daß Beklagter mit seinem Vorbringen und Beweiß/gestalten Sachen nach/ billich gehöret und zugelassen wird/V.R.W.)

Definit. V.

Retractari potest jusjurandum suppletorium ex instrumentis de novo repertis.

NOn ergò admittitur probatio contra jura- 1 mentum delatum, propterea qvod partes in ejusmodi juramento super lite transegisse videantur, *l. admonendi 31. sub fin. ff. de jurej. Defin. præced. n. 3.* † Cessat verò hæc ratio in juramento necessario seu suppletorio æqvè ac in omni alio jura-

3 juramento à judice delato: † Haud mirum ita- qve est, qvod juramentum hoc ex instrumentis de novo repertis possit retractari, ut rectè docent Felin. *in c. dilecti filii 1, extr. de appellat. n. 4.* Jac. Cujac. *lib. 18. observ. 35.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de jurejur. n. 11.* Joh. Borch. *de jurejur. c. 8. n. 55.*
4 *& seqq.* † Nec opus est hoc casu, restitutione in integrum juxta tradita Bald. *in l. sub specie 4. C. de rejud. n. 2.* qvem seqvitur Joach. à Beust. *in l. ad-*
5 *monendi 31. n. 1100. ff. de jurejur.* † Sed ipso jure competit retractatio, veluti per text. *in l. cum à te pecuniam 25. ff. de dol. malo.* probat benè Matth.
6 Berlich. *part. 1. conclus. 53. n. 82.* † Qvò & facit *dict. l. admonendi 31.* ubi is, qvi nova instrumenta se invenisse dicit, causam ex integro agere jube-
7 tur: † Atqvi ex integro dicitur agi causa, non per restitutionem in integrum, sed cùm sententia lata ipso jure nulla est, pristinaqve actio & causa instituitur, perinde ac si nulla sententia lata fuisset, *l. Et qvi non provocaverunt 2. C. si ex falsi instrum. l. 14. C. de transact.*

Ita Domini in causa Martin Scheibens zu Hoyerswerda/ Mens. Septembr. Anno 1634. (Verba sent. Habt ihr wider Frantz Botecken Klage erhoben / und nachdeme Beklagter seine vorgeschützte Excepcionen beweisen wollen/und solche nicht plenè erwiesen/ist ihme das Juramentum in supplementum zu schweren auffgeleget worden/ welches er auch würcklichen geleistet. Ob nun wol sonsten wider einen geleisteten Eyd contraria Probatio nicht zugelassen; dieweil aber dennoch solches allein in deferirten Eyden statt hat/aber keines weges auf das Juramentum in supplementum zu ziehen/ &c. So werdet ihr auch/dafern ihr per Instrumenta de novo reperta nochmahls ein anders auszuführen gemeynet/ damit billich gehöret/V.R.W.)

Definit. VI.

Sicuti & juramentum purgationis.

1 PAriter, si post purgationem obtentam, actor novis probationibus supervenientibus uti, Reumqve pejerâsse, demonstrare velit, admittendus & intentione probatâ, juramentum purgatorium retractandum erit, Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 5.* Petr. Heig. *part. 1. q. 40. n. 40. & seqq.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 30.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac.*
2 *publ. c. 7. n. 12.* † Nam & hoc juramentum à judice, non à parte defertur, Heig. *dict. q. 40. num. 1.* Joh. Schneidew. *ad §. item si qvis postulante 11. n. 25. inst.*
3 *de action.* † Qvidni ergò ex novis probationibus retractari posset, secundum tradita *supr. Defin. 4.* Præsertim, cum nec adhiberi soleat, nisi ad excludendam suspicionem doli, *l. qvoties 21. §. Prætor.*
4 *ait 2. & §. qvod si Reus 4. ff. de noxal. act.* † cujus probationem semper salvam esse oportet, *l. si unus 27. §. illud nulla 3 ff. de pact.* ne eò id minus puniatur, qvod cum perjurio junctus esse colligitur, ut scitè tradit Anton Fab. *dict. defin. 5. n. 5.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Ob nun wol sonsten wider einen geleisteten Eyd contraria Probatio nicht zugelassen/ dieweil aber dennoch solches allein in deferirten Eyden statt hat/ aber keines weges auf das Juramentum Purgationis oder in Supplementum zu ziehen/&c.)

Definit. VII.

A sententia definitiva, super præstito juramento lata, appellare non licet.

1 ETsi Dan. Moller. *hic n. 7.* secutus Joach. Mynsing. *cent. 2. obs. 14.* contra sententiam definitivam super præstito juramento latam appellationem admitti dicat, vereor tamen, † ne hæc 2
assertio sit periculosa ac juri contraria, propter textum in *l. generaliter 12. §. sed juramento 1. & §. sive autem illatum 3. C. de reb. cred. & jurejur.* ex qvo manifestum redditur, provocationi hoc casu locum haud relinqvi. Nec immeritò: † 3
Tum, qvod deferens juramentum adversarium in causâ suâ judicem constituat, cujus decisо jurato acqviescere omninò cogitur, nec illud retractare potest, *l. 1. C. de reb. credit. l. si non fuerit 37. ff. de jurejur.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6.* † *Tum*, qvia jusjurandum eo ipso, qvo 4
præstitum est, vim rei judicatæ obtinet, *l. 1. ff. qvar. rer. act. non l. postrem. 56. ff. de re judicat.* † 5
si non majorem auctoritatem adhuc habeat, qvàm res judicata, *l. jusjurandum 2 ff. de jurejur.* Non verò admittitur appellatio à re judicata. † *Tum*, 6
qvod si appellatio admitteretur, fieri posset, ut in secunda instantia ex novis probationibus jusjurandum præstitum rescinderetur, contra *l. Const. 15. & l. si duo patroni 13. §. idem Julian. 2. ubi* Jason. *n. 7. ff. de jurej.* Joh. Borch. *in tract. de jurejur. c. 9. n. 9. & seq.* Andr. Fach. *in lib. 1. controv. 23.* Donell. *lib. 24. comm. c. 10. in fin.*

Ita Domini in causa Abrahami Telligers zu Zethen/Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sent. Habt ihr wider Martin Nauberern Klage erhoben/und ihm dieselbe in sein Gewissen geschoben/und als Beklagter den Eyd würcklichen geleistet/ist darauf zu Recht erkannt/und er von der Klage losgezehlet worden/ &c. So verbleibets darbey billich/ und ihr seyd von solchem Urtheil zu appelliren nicht befugt/&c.)

Definit. VIII.

A præstatione vero juramenti necessarii sive suppletorii, omninò concessa est appellatio.

SEd hoc ita obtinet in juramento judiciali à parte delato, de qvo loqvitur *l. generaliter 12. §. 1. & 3. C. de Reb. Cred.* ubi propterea non permittitur provocatio, qvod ferendus non sit deferens juramentum, ac postea ad appellationis veniens auxilium in his, qvæ facienda ipse procuravit: † Qvæ ratio cessat in juramento necessario 2
sive in supplementum, qvod non à parte, sed judice defertur. Ex qvo fit, qvod juramentum illud ex instrumentis, de novo repertis, retractari qveat, ut dixi *supr. Defin. 5.* † Qvidni ergò etiam à præstito 3
juramento necessario sive suppletorio appellare liceret, uti rectè disputat Hugo Donell. *lib. 24. de jurejur. cap. 11. n. 12* Joach. Mynsing. *cent. 1. obs. 39.* Joach. Beust. *ad l. admonendi 31. n. 162. ff. de jurejur.*

Ita Domini in causa Petri Lorichs contra Hansen Wagnern zu Kommitzsch/Mens. Jan. Anno 1623 (Verba sent. Daß die eingewandte Appellation/ gestalten Sachen nach/zulässlichen/ V.R.W.)

Definit. IX.

Formam delati vel relati jurisjurandi judex non præcisè sequi cogitur.

NOn cogitur judex, qvando jurare jubet 1
eum, cui adversarius jusjurandum detulit, præcisè seqvi formam delatam, sed ejus pro arbitrio ex justâ causâ moderandæ facultatem habet, *l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. non semper 8. ff. de jurejur.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin.*

2 *defin. 10. n. 1.* † Qvid enim, si deferens majorem jurandi solennitatem exigeret, qvàm pecuniæ, de qva controvertitur, qvantitas, vel conditio per-
3 sonarum litigantium patitur? † Qvid itidem, si superstitionem admixtam habeat delatio? Non certè jurans obstrictus erit ad verba à deferente præscripta jurare; sed judicis arbitrio res commit-
4 tenda erit, qvi pro varietate circumstantiarum fatere potest, † ut sub alienâ juretur formâ, etiam ab eo, cui relatum est juramentum (observatis tamen libelli contentis) *dict. l. 34. §. non semper §.* Anton. Fab. *dict. loc. n. 4.* etsi non debeat displicere conditio jurisjurandi ei, qvi detulit, ut Ulpian. scribit *in dict. l. 34. §. datur 7.*

Ita Domini in causa C. R. contra P. L. zu Freyberg/ Mens. Nov. Anno 1631. (Verba sent. Daß der referirte Haupt-Eyd auf diese Weise abgelegt wird; Ich M. C. R. Eheweib schwere/ demnach P. L. mir den Haupt-Eyd/ so ich ihme deferiret, hinwiederumb zugeschoben und referiret, Inhalts der Acten und ergangenen Urtheilen/ daß/ ꝛc. (prout habent Contenta Libelli) So wahr mir Gott helffe und sein Heil. Wort/ A. R. W.).

DEFINIT. X.

Certa autem semper est forma juramenti calumniæ.

SEd alia est ratio jurisjurandi calumniæ, qvod 1
cum semper ad eundem finem & effectum tendat, utiq; eadem forma observari in hoc solet: jurat nempe is, qvi defert adversario jusjurandum,
† se non calumniæ causâ reo detulisse juramen- 2
tum, *l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. qvi jusjurandum 4. ff. de jurejur. l. delata 9. C. de reb. Credit.* Jacob. Beust. *in rubr. n. 186. ff. de jurejur.* Jacob. Schult. *observ. 56. n. 4.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Daß Klägers Eheweib den Eyd vor Gefehrde in eigner Person auf diese Masse zu leisten schuldig; Ich M. C. R. Eheweib schwere/ daß ich in meinen Sachen/ so viel ich wider P. L. habe/ sein Gewissen durch die Zuschiebung des Eydes nicht gefährlicher Weise beschweret habe/ sondern es davor halte/ daß solches billich von mir geschehe/ treulich und ohne Gefehrde/ so wahr mir GOTT helffe und sein H. Wort/ ꝛc.)

CONSTITUTIO XVI.

PARTIS PRIMÆ.

Von der Beweisung und Gegenbeweisung.

IN jeglicher Part/ dem Beweisunge aufferleget/ soll innerhalb des rechtlichen Termins in sechs Wochen und dreyen Tagen nicht allein die Beweiß-Articul einbringen/ sondern auch an ihme mit fleißigem Anhalten beym Richter oder Commissarien nichts erwindē lassen.

Wenn auch das Gegentheil in denen Fällen/ da die Gegen-Beweisung zuläßlich/ dieselbige verführen wolte/ so soll es innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen von der Zeit an/ als ihm die Citation zu der Publication der Beweisung zukommen/ sich nicht allein dieselbige vorzunehmen erklären/ sondern auch in benannter Zeit der Gegenbeweisung Articul übergeben/ und müglichen Fleiß anwenden/ damit das Zeugniß darinn vollendet und verführet werden möge/ da solches von ihme nicht geschehe/ soll der Terminus probatorius verflossen und die Gegen-Beweisung gleich der Beweisung ferner nicht zugelassen werden.

So soll auch nach der Publication und Eröffnung der Beweisung keinem Theil/ er hätte von der Zeugen Aussage Abschrifft bekommen oder nicht/ ferner Beweisung zu führen/ oder mehr Zeugen verhören zu lassen gestattet werden.

De probatione tàm actoris qvàm Rei.

QUicunq; probatio injuncta est, is intra terminum juris Saxonici, non tantùm articulos probatorios offerat, sed & in solicitando apud judicem sive ordinarium sive delegatum diligentiam adhibeat.

Qvod si etiam adversarius iis in casibus, ubi reprobatoriæ probationi locus est, eâ uti volet, non solùm intra eundem terminum ab illo tempore, qvo citatio ad publicandas attestationes ipsi insinuata est, inchoandum, animum suum declaret, sed & articulos reprobatorios offerat, & insuper omnem diligentiam adhibeat, ut ante præstitutum tempus finitum, reprobationes deducantur & perficiantur, qvod nisi fecerit, tùm ulteriùs, utpote termino probatorio elapso, non secùs ac adversarium, ad probandum admitti eum nolumus.

Qvemadmodum & publicatis attestationibus utriqve parti, sive copiam illarum nacta sit, sive non sit, viam omnem ulterius probandi vel testes plures producendi, præclusam esse volumus.

DEFINITIONES.

1. *Terminus probatorius, nempe sex septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico est peremptorius, etiam in causis summariis & incidentibus.*
2. *Sufficit tamen intra terminum probatorium etiam ultimo die articulos probatorios & nomina testium offerri, licet probatio non consummetur.*
3. *Negligentia judicis in citandis & examinandis testibus non nocet probationibus partium.*

4. Ter-

4. *Termino probatorio elapſo, ne qvidem in contiuenti mora purgari, nec teſtes & articuli offerri poſſunt.*
5. *Non admittuntur poſt terminum probatorium additionales articuli vel teſtes, etiamſi termino durante producens ſuper iis fuerit proteſtatus.*
6. *Admittuntur tamen poſt terminum probatorium inſtrumenta noviter reperta.*
7. *Poſt terminum elapſum non poteſt producens variare, & vel inſtrumenta, vel teſtes denuò offerre.*
8. *Terminus probatorius ſtrictiſſimè obſervandus eſt, & de momento in momentum currit.*
9. *Terminus probatorio currere incipit à die pronunciatæ deſertionis, Leuterationis vel Appellationis.*
10. *Vel à tempore renunciationis, ſi Leuterationi vel Appellationi expreſsè fuerit renunciatum.*
11. *Currere incipit terminus probatorius à tempore rei judicatæ, non à tempore Remiſſorialium.*
12. *Terminus reprobatorius currere incipit à die inſinuatæ citationis ad publicandam probationem, & an dies ille computetur in terminum.*
13. *Probatione factâ per documenta, à qvo tempore currere incipiat terminus Reprobatorius.*
14. *Reprobatorii reprobatorii regulariter in foro Saxonico non admittuntur, nec valet actor contra reprobationem Rei, novos articulos exhibere.*
15. *Prorogari poteſt terminus probatorius etiam ſecundavice, modò prorogatio ante terminum elapſum petatur.*
16. *Poſt terminum probatorium admittitur demonſtratio* (die Beſcheinigung) *actori vel Reo injuncta.*
17. *Adverſus omiſſam probationem ex causâ paupertatis, datur Reſtitutio in integrum.*
18. *Non facilè mulier à probatione dotis illatæ arcenda eſt propter elapſum terminum probatorium.*
19. *Nec univerſitas ob terminum præterlapſum probationibus ſuis ſtatim eſt privanda.*
20. *Intra terminum probationes ſuas producere impeditus poſt terminum eſt audiendus.*
21. *Confeſſio extrajudicialis à parte adversâ acceptata plenam facit probationem.*
22. *Atteſtationes factæ in causâ poſſeſſorii, probant etiam in petitorio.*
23. *Poſſeſſio non relevat ab onere probandi, qvando contra poſſidentem militat jus commune, vel præſumptio juris.*
24. *Non ſufficit in Rei vendicatione probari dominium de præterito, ſed de præſenti illud probandum eſt.*
25. *Acta publica & libri reditnum pro ipſa Republica contra ſubditos non probant.*
26. *Calendarium Eccleſiaſticum matrimonium & nativitatem legitimam probat abſqꝫ omni alio adminiculo.*
27. *Credendum aſſertioni judicis etiam non juratæ de iis, qvæ coram eo geſta ſunt.*
28. *Delictum in conſpectu judicis, pro tribunali ſedentis commiſſum, abſqꝫ ulteriori aliâ probatione & proceſſu puniri poteſt.*
29. *Etiam Dominus feudi teſtes, jurisdictioni Vaſalli ſubjectos, per ejusdem ſubſidium citare tenetur.*
30. *Factâ publicatione atteſtationum, repeti poſſunt teſtes ad declarandam depoſitionem ambiguam.*
31. *Teſtes non jurati nihil probant, niſi ex conventione partium iis fuerit remiſſum jusjurandum.*
32. *Teſtes haut jurati deponentes, publicatis atteſtationibus, denuò ſub juramento examinari debent.*
33. *Exigi poteſt juramentum malitiæ à producente peregrinos teſtes.*
34. *Reus ſuſpectus, qvod atteſtationes actoris didicerit, non admittitur ad reprobationes, priusqvam juramento ſe ab illa ſuſpicione liberaverit.*
35. *Actor non niſi ex causâ rationabili & ſufficiente ad probationes in perpetuam rei memoriam, ante litis conteſtationem admittitur.*
36. *Teſtationes ad futuram rei memoriam factæ poſt litem demum conteſtatam & Reprobationes adverſæ partis, ſunt publicandæ.*
37. *Mors regulariter non probatur per unicum teſtem.*
38. *Niſi mors occultæ veniat probanda, putà qvod qvis in loco aliqvo remoto, mari, aciē, aut morbo contagioſo obiiſſe dicatur.*
39. *Unius teſtis de proprio facto deponentis teſtimonio qvando credendum.*
40. *Teſtes ſingulares de uno eodemqꝫ licet facto, attamen de diverſo loco & tempore deponentes, plenè non probant.*
41. *Probatur tamen ſolutio & debitum ex Confeſſione Creditoris vel Debitoris, de qvâ teſtes in loco & tempore variant.*
42. *Varietas ſeu diſcrepantia teſtium modica non obſtat, qvo minus eorundem depoſitio plenam faciat probationem.*
43. *Teſtibus inter ſe diſcrepantibus, credendum eſt potius juratis qvam non juratis.*
44. *Credendum magis eſt teſtibus deponentibus verisimiliora ratione negotii, vel accedentis alicujus præſumptionis, qvàm aliis.*
45. *Teſtibus hinc inde contrariis, plures numero vincunt pauciores.*
46. *Diſcrepantibus inter ſe teſtibus, judex pronunciabit pro Reo.*
47. *Teſtis invitus ad teſtimonium perhibendum, certâ mulctâ compelli poteſt.*
48. *Parentes pro filiis & contrà idonei teſtes non ſunt.*
49. *Admittitur tamen parentum teſtimonium in causâ matrimoniali ad favorem filiorum.*
50. *Nec contra parentes vel liberos admittendum eſt teſtimonium.*
51. *Uxor pro marito teſtis eſſe non poteſt, contra maritum poteſt, ſed non cogitur, niſi veritas aliter haberi neqveat.*
52. *Admittitur etiam uxor teſtis contra maritum in criminalibus.*
53. *Frater aut ſoror pro fratre teſtes admiſſi maximè probant, ſi aliorum concurrat teſtimonium.*
54. *Famuli admittuntur ad teſtificandum pro domino, de iis qvæ domi fiunt, qvæqꝫ non niſi per domeſticos probari qveunt.*
55. *Pubes non prohibetur teſtificari de iis, qvæ vidit in pupillari ætate.*
56. *Non rejiciendus eſt teſtis ob inimicitiam, qvi utriusqꝫ partis inimicus eſt.*
57. *Tutor vel Curator durante tutelâ aut curatelâ non admittitur teſtis.*
58. *Niſi cauſa pupilli vel minoris agitetur per actorem à judice vel contutore conſtitutum.*
59. *Nec Advocatus nec Procurator poteſt eſſe teſtis in causâ Clientis ſui, in qvâ eſt Advocatus aut Procurator.*
60. *Vali-*

60. *Validum est testimonium Advocati in causa Clientis, qvando ex defectu testium veritas aliter haberi non potest.*
61. *Judex ne qvidem causâ finitâ cogitur testimonium ferre super iis, qvæ respiciunt justitiam vel injustitiam suæ sententiæ.*
62. *Non cogendus est judex ferre testimonium in causa, qvâ impugnatur testamentum ex defectu solennium à judice non adhibitorum.*
63. *Neq; Notarius compelli potest ad testificandum de gestis coram eo, tanqvam coram Notario.*
64. *Subditi qvatenus in causa dominorum legitimi habeantur testes.*
65. *Testes de universitate non admittuntur in causa, qvæ commodum & utilitatem singulorum respicit.*
66. *Denunciator in processu inqvisitionis ad testificandum admitti debet.*
67. *Creditor est testis idoneus in causa debitoris, non vice versâ debitor in causâ creditoris.*
68. *Venditor pro emptore in causâ rei venditæ non est testis idoneus, qvando tenetur de evictione.*
69. *Clerici etiam in causis Laicorum, mediante juramento, ad testificandum compelluntur.*
70. *Non tamen tenetur sacerdos revelare confessionem sibi factam.*
71. *Spurii & Naturales à testimonii dictione haud sunt repellendi.*
72. *Reus de jure braxandi Cerevisiam à se prætenso conventus, intra duos menses id probare tenetur.*
73. *Veritatem aliter haberi non posse, non dicitur ex eo, qvod alii testes actu non intervenerint, nisi etiam habitu intervenire haud potuerint.*
74. *Qvomodo probanda sit præscriptio temporis immemorialis.*

gentibus, der Terminus probatorius, so nach Sächsischen Rechten ist 6. Wochen und 3. Tage/in acht genommen werden muß/ ꝛc.)

DEFINIT. I.

Terminus probatorius, nempe sex septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico est peremptorius, etiam in causis summariis & incidentibus.

1 TErminus probatorius, qvi jure communi arbitrarius habetur, & judicantis moderamini
2 conceditur, † qvantum scilicet is tempus probationibus deducendis præfinierit, *l. 1. C. de dilat. c. inducias 4. §. spacium caus. 3. q. 3.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 53. n. 20. & obs. 91. n. 12.* Jac. Menoch. *de*
3 *arbitr. judic. q. lib. 2. cent. 1. cas. 52. n. 1. & sqq.* † in foro Saxonico ad certum temporis spacium, nempe sex septimanarum atqve trium dierum est restrictus, *h.* Const. *16. in pr.* Ordin. Proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 20. in pr.* Landr. *lib. 1. art. 62. §.* Gezeugnüß soll man. Weichbild *art. 75. & art. 86.* Chil. König. *in proceſſ. c. 71.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 33. & seqq. & part. 1. decis. 121. n. 2. & seq.* Joh. Schneidevv. *in §. in bonæ fidei 30. n. 22. inst. de action.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 24. n. 23.* Modest. Pistor. *part. 4. q. 132. n. 10. sub fin.*
4 † Qvo elapso, ad probandum nemo admittitur, König. *dict. c. 71. n. 4.* Christoph. Zobel. *part. 1. dif-*
5 *fer. 36. post pr.* † in tantum, ut judex neqve ex officio neq; ad instantiam partis alium probationis terminum concedere valeat, Zobel. *dict. loc. n. 5.*
6 Matth. Col. *dict. decis. 121. n. 4.* † Neq; causas incidentes & summarias ab hoc termino exceptas existimaverim, licet aliàs in hisce de plano sine strepitu & figura judicii procedatur, *Clem. sæpè de*
7 *V. S.* Siqvidem hoc non ita accipiendum, † ut in causis ejusmodi pro lubitu vagari liceat, sed potius, ut dilationes, qvæ aliàs in causis ordinariis ad certum & prolixius tempus sunt adstrictæ, abbrevientur atqve angustentur, Jason. *in l. in pecuniariis*
8 *ult. ff. de feriis n. 3.* † Unde & summariæ causæ dicuntur, non qvod in illis summatim respectu probationum cognoscatur, sed qvia breviores termini ac dilationes dantur, Bartol. *in l. Carbonianum 3. §. causæ 4. ff. de carbon. edict. n. 3.*

Ita Domini in causa Hansen Henigkens zu Froburg/Mens. Octobr. Anno 1631. (Verba sentent. Habt ihr wider Matthes Lehmannen eine summarische Klage erhoben/ worauff als Beklagter mit Nicht-gestehen geantwortet/ euch der Beweiß aufferleget worden. Ob nun wol auch in causis summariis, incidentibus & emergentibus, der Terminus probatorius, so nach Sächsischen Rechten ist 6. Wochen und 3. Tage/in acht genommen werden muß/ ꝛc.)

DEFINIT. II.

Sufficit tamen intra terminum probatorium etiam ultimo die articulos probatorios & nomina testium offerri, licet probatio non consummetur.

AT num intra terminum probatorium plenè & perfectè consummanda erit probatio, ita 1
ut intra hoc tempus testes qvoqve recipi & examinari aliaqve omnia perfici debeant, qvæ ad plenam pertinent probationem? Ita qvondam existimatum fuit propter text. *in* Landr. *lib. 1. art. 62. verb.* Gezeugnüß soll man in 6. Wochen vollkommen. † Qvæ certè verba plenam denotant pro- 2
bationem, ita ut nihil ampliùs deesse videatur, Aut. *Consult. Constit. Saxon. tom. 1. part. 3. q. 10. n. 1. & tom. 2. part. 3. q. 17. n. 3. & seq.* † Attamen con- 3
trarium usus ac observantia docuit, ut nempe sufficiat, intra terminum probatorium, articulos probatorios ac nomina testium offerri, licet testes jurato recepti & examinati non fuerint, Autor *Consult. Constit. Saxon. dict. q. 10. num. 2. & seqq.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de probat. n. 9. sub fin.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 36. n. 9.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 33.* † Qvod & in- 4
ditionibus sui Electoratus diserte approbavit Saxo Illustrissimus, *hâc* Constitut. *16. in pr. &* Ordin. proceſſ. judic. *tit. 20. in pr.* Dan. Moller. *hic num. 1.* † Nempe, qvod difficile sit, intra hoc tem- 5
pus plenè & perfectè probationes consummari, qvæ potiùs adjuvari qvàm coarctari vel restringi debeant, *l. qvoniam 21. C. de hæret. Manich.* † Ex 6
qvo etiam fit, ut ultimo saltem die ac momento termini, articulos probatorios & nomina testium offerri sufficiat, prout tradunt Col. *dict. c. 2. n. 41.* Hartm. Pistor. *obs. 224. n. 4. & seqq.* Reinh. Rosa *ad Moll. hic n. 1.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Da ihr aber dennoch binnen solcher Zeit eure Beweiß-Articul zusammt der Zeugen Nahmen/ und den brieflichen Uhrkundten/ damit ihr zu beweisen Vorhabens seyd/ eingegeben/ und umb Citation und Ansetzung eines Termins fleißig angehalten hättet/ inmassen dann solches auch noch den letzten Tag des Termins geschehen können/ ꝛc. So hättet ihr auch euch an eurem Beweiß noch zur Zeit nicht versäumet/ V. R. W.)

DEFI-

Definit. III.

Negligentia judicis in citandis & examinandis testibus, non nocet probationibus partium.

1 NOn tamen sufficit intra terminum legitimum articulos probatorios, nomina testium at-
2 qve documenta offerri, † sed insuper reqviritur, ut producens pro expedienda probatione solicitè instet, adversarium testesqve citari petat, copias articulorum & instrumentorum sive documentorum, unà cum nominibus testium adversario exhiberi faciat, ac in termino compareat,
3 testesqve realiter producat: † Qvod si non fecerit, jure suo cecidisse & facultatem probandi amisisse censebitur, qvia actum non videtur, cum qvid ad agendum supereſt, *l. qvoties 6. ff. qvi satisd. cogunt. l. cum Syllanianum 11. C. de bis qvib. ut indig.*
4 † Qvid si verò judex ad instantiam producentis negligens reperiatur, nec testes citari atqve examinari faciat, an propterea producens facultate probandi erit privandus? Hoc certè iniqvum
5 videtur, † nec enim negligentia judicis partibus nocere potest, *l. pupillus 24. ff. qvæ in fraud. credit.*
6 Ant. Fab. *in C. lib. 7. tit. 32. defin. 20. n. 9.* † Nihilominus tamen producens obstrictus est diligentiam suam adhibere & sæpiùs instare apud judicem, eumqve, mandato à Superiore Magistratu impetrato, ad consummationem probationis impellere, Ordin. proceſſ. judic. *tit. 20. in pr. & §.* Nachdem aber zu Verhörung der Zeugen/ ꝛc.

Ita Domini in causa Lucæ Beyers zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1590. (Verba sent. Ist anlängst ein Urtheil in Sachen euch Klägern an einem / und Wolff Kirstens Kindere/Beklagte am andern Theil belangende / eröffnet/und unter andern darinne euerm Gegentheil/seinem Erbieten nach/der Beweiß der in seiner Klage libellirten Beschuldigung auffer legt worden; Da nun eure Widerpart in gebührender Zeit seine Beweiß-Articul einbracht und übergeben/ auch sonsten seinen gebührenden Fleiß dabey angewendet hätte/so möchte demselben/daß die Zeugen von Gerichten zu rechter Zeit nicht citiret und examiniret worden/zu Nachtheil nicht gereichen/ sondern er würde nochmals/euers Vorwendens ungeachtet/ zu Vollführung berührtes Zeugnüsses billich zugelassen/ V.R.W.)

Definit. IV.

Termino probatorio elapso, ne qvidem in continenti mora purgari, nec testes & articuli offerri possunt.

1 INtra terminum itaqve probatorium testes, articuli, & documenta offerri debent, *supr. Defin.*
2 2. † Qvo elapso, producens ulterius non admittitur, etiamsi in continenti, forsan subseqventi die, testes vel articulos saltem additionales offerre velit, Ord. proceſſ. judic. *tit. 20.* §. Und dieweil
3 die zur Beweisung. † At, inqvies, nonnè purgatio moræ in continenti admittenda erit? Non certè, ut benè sentiunt Joach. Mynsing. *cent. 2. obs. 99. n. 1. & sqq.* Felin. *in cap. licet causam 9. n. 15. & seqq. extr. de probat.* Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de dilation. § videndum 4. num. 9.* Bernh. Græven. *lib. 1. 4 pract. jur. concl. 91. n. 6.* † *Tùm*, qvia terminus probatorius continet tempus continuum, & de momento in momentum currit, ut dicam infrà *Defin. 8.* † qvo casu etiam ea, qvæ in continenti post ter- 5
minum fiunt, non videntur inesse, *l. Thais 41. §. intr. 12. ff. de fideicomm. libert.* Jason. *in l. ita demum 13. C. de procurat. n. 4.* † *Tùm*, qvod proba- 6
tione intra terminum legitimum non facta, producens facultate probandi cedat, ex sanctione Electorali manifestâ *in b.* Const. *16. vers.* Da solches von ihme nicht geschehe. & Ord. proceſſ. judic. *dict. tit. 20.* §. Und dieweil die. † Atqvi pœ- 7
nâ & die expressâ, purgatio moræ non admittitur, *l. trajectitiæ 23. vers. de illo ff. de O. & A. l. Celsus ait 23. ff. de recept. arbitr. l. 4. §. ult. de leg. commiss. l. 47. ff. de act. empt.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 3. n. 9. & seq.*

Ita Domini in causa Henrici à Claußbruchs contra Ernestum Harren & Consortem zu Leipzig / Mens. Sept. Anno 1595. (Verba sent. Und weil nicht zu befinden/ daß Andreas Grabner von Klägern zum Zeugen innerhalb der Beweisungs-Frist gebührlichen angegeben / so ist er auch nach Gelegenheit dißfalls nicht zuläßlichen/ V.R.W.)

Et in causa Curatoris Georgii Sachsens Eheweibes contra Petrum Mußdorffen/ ventilatâ in Præfecturâ Sceudicensi, Mens. Octob. Anno 1596. (Verba sent. Daß die nach verflossenen Beweisungs-Termin nahmhaft gemachte und vorgestellte Zeugen und übergebene Additional Articul nicht zuläßlichen/ꝛc.)

Definit. V.

Non admittuntur post terminum probatorium additionales articuli vel testes, etiamsi termino durante producens super iis fuerit protestatus.

TEstes intra terminum probatorium nomina- 1
ri tantoperè reqviritur, ut nec in locum demortuorum alii post terminum possint substitui, ut apparet ex Consult. Saxon. *part. 3. q. 7. & q. 80. tom. 3.* † nisi forsan extra omnem producentis 2
culpam terminus fuerit præterlapsus, qvo casu, novos testes in locum demortuorum substituere permittit Ord. proc. jud. Elect. Saxon. *tit. 20. §. in fin.* † Pariter nec post terminum probatorium admit- 3
tuntur articuli additionales, etiamsi super hisce protestatio illa vulgaris post terminum adjiciendis fuerit addita, *dict. tit. 20.* §. Und dieweil die. *vers.* Ob er ihme gleich solches innerhalb Sächsischer Frist bedinget hätte/und der *terminus productionis* noch nicht vorüber. † Nulla siqvidem & 4
irrita est hæc protestatio, tanqvam contra solennia probationis adjecta, Dan. Moller. *lib. 4. semest. 36. n. 1. & seqq.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. c. 8. in fin.* Reinh. Rosa *ad Moll. hic n. 1.* Petr. Heig. *part. 2. q. 2. n. 32.* Zobel. *part. 1. differ. 36. n. 11.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 107. n. 15. & seq.*

Ita Domini in causa Hansen Georgen von Wolffersdorff / Mens. Nov. Anno 1597. (Verba sent. Dieweil so viel zu befinden/daß gedachtes Simon Fritzschens Additionales nach verflossener Beweisungs-Frist übergeben worden/So seyn dieselbe nicht zuläßlichen/ V.R.W.)

Definit. VI.

Admittuntur tamen post terminum probatorium instrumenta noviter reperta.

QVum in foro Saxonico omnis terminus pro- 1
batorius sit peremptorius, Chil. König. *in proceſſ. c. 21. n. 4.* Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 33.* dubitandum non est, † qvin etiam 2
copiæ instrumentorum, si hisce actoris vel rei

intentio probanda veniat, intra legitimum terminum sex septimanarum atq; trium dierum produci debeant, eoq; elapso ulterius non admittantur, Ordin. Processf. judic. Elect. Saxon. *tit. 24. in pr.* Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 53. n. 2. & seq.* Dan. Moller. *ad Const. Elect. 17. p. 1. n. 3.* Hartm. Pist. 3 *obs. 183. n. 4.* † Qvamvis aliter sentiant Matth. Wesenb. *in parat. ff. de fide instr. n. 5.* Matth. Coler. 4 *part. 1. decis. 121. n. 10. & seqq.* † Attamen si instrumenta post terminum probatorium elapsum noviter fuerint reperta, neutiqvam prohibendi sunt litigatores ea post terminum producere, modò qvòd antea eorundem notitiam non habuerint, demonstrare, vel saltem juratò obtinere valeant, Ordin. proceff. judic. *dict. tit. 24. in pr. vers.* Sollsten soll er eydlichen. Dan. Moll. *hic n. 29. & seqq.* 5 † Nam qvæ in conscientia alicujus consistunt, soli ipsius assertioni juratæ sunt committenda, Gloss. & Dd. *in* §. *3. sed istæ. verb. dicit. ubi* Jason. *num. 88. inst. de act.* Felin. *in c. significasti 17. n. 2. & seqq.* 6 *extr. de homicid.* † Planè, non semper id verum esse, nec literaria documenta noviter reperta indifferenter juramento producentis probari, patet ex limitationibus distinctè relatis à Dan. Moller. 7 *hic n. 24. & seqq.* † Nec testes noviter repertos post terminum probatorium produci posse, tradit idem Moll. *hic n. 31.*

Ita Domini in eadem causâ Curatoris Georgii Sachsens Eheweibes contra Petrum Mußderffen / ventilatâ in Præfectura Sceudicensi, Mens. Octobr. Anno 1596.

It. in causa Hæredum Heinrici à Brederlohen contra Herr Donat von Freywalden / Mens. Sept. Anno 1632.

Et in causa Caspari von Bergens / Mens. Jun. Anno 1627. (Verba sent. Darauff sie Exceptionem instrumentorum noviter repertorum objiciret, &c. So seyn sie solche Exception eydlichen zu erhalten / und daß sie zuvor von gedachten Instrumenten keine Wissenschafft gehabt / zu schweren schuldig / &c.)

Definit. VII.

Post terminum elapsum non potest producens variare, & vel instrumenta, vel testes denuò offerre.

1 QVemadmodum producenti post terminum non licet plures articulos, vel testes addere, 2 *supr. Defin. 4.* † ita si semel articulos & testes obtulerit, eosdem per pœnitentiam revocare non potest, modò testes realiter fuerint producti, ac solenni juramento obstricti, Petr. Heig. *part. 2. q. 4. n. 20. & seqq.* Joach. Mynsing. *cent. 6. obs. 76. n. 2.* 3 *& seqq.* Nicol. Boër. *decis. 242. n. 1.* † Cæteroqvin, si non realiter, sed tantùm in schedula & verbaliter, ut vulgò fieri solet, absentes tanqvam præsentes producti sint, nil impedit, qvò minùs revocari qveant, disponente ita Electore Saxoniæ Illustrissimo in Ordin. proceff. judic. *tit. 20.* §. Ebenmäßig soll dem Zeugen-Führer / &c. Petr. Heig. *dict. q. 4. n. 27.* Aut. Consult. Const. Saxon. 4 *tom. 3. part. 3. q. 101. n. 27.* † Variare autem simpliciter non licet post elapsum terminum probatorium: Nec intra terminum testibus productis, post terminum ad probationem per documenta confugere, nec vice versâ exhibitis documentis, post terminum probatorium testes & articulos producere valent litigantes, Ordin. proceff. jud. Elect. Saxon. *dict. tit. 20.* §. Und dieweil die zur Beweisung. *in fin.* ubi tamen minoribus & Universitatibus reservatur beneficium Restitutionis in integrum.

Ita Domini in causa Dieterich Heidfelds zu Qvedlinburg / Mens. Julio Anno 1635. (Verba sent. Immassen denn auch Kläger / weil er allbereit Beweiß-Articul und Namen der Zeugen eingegeben / nunmehr nach verflossenem Beweisungs-Termin zu pœnitiren, und den Beweiß mit Documenten und Urkunden zu führen nicht befugt ist / V. R. W.)

Definit. IX.

Terminus probatorius strictissimè observandus est, & de momento in momentum currit.

1 TEmpus termini probatorii non solùm continuum est, ita ut nullis feriis, sive solennes, sive repentinæ illæ fuerint, interrumpatur atq; impediatur, *l. sive pars 3. vers. feriæ autem C. de dilat.* *l. 26.* §. *7. ff. ex qvib. caus. major.* Dan. Moll. *hic n. 4.* 2 † Sed & de momento in momentum currit, ita ut ultimo etiam die post elapsum termini momentum, probationes ulterius non admittantur: † 3 *Tùm*, qvia terminus probatorius, à jure Saxonico præfixus, in modum præscriptionis statutus intelligitur, Felin. *in c. licet causam 9. extr. de probat.* *n. 17.* Fulv. Pacian. *de probat. l. 2. c. 52. n. 25.* † At in 4 præscriptione tempus de momento ad momentum currit, ac moræ nullus relinqvitur locus, Angel. de Peruf. *consil. 404. n. 2.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 3. n. 13. & seq.* † *Tùm*, qvia termini tempus pro 5 formâ probationis est definitum, qvo in casu, ne horæ qvidem momentum immutari potest, Andr. Rauchb. *dict. q. 3. n. 8.* Ludolph. Schrader. *in tract. feud. part. 10. sect. 8. n. 16.* † *Tùm*, qvod currere in- 6 cipiat terminus probatorius ab eo momento, qvo sententia transiit in rem judicatam, Ord. proceff. jud. Elect. Saxon. *tit. 20. in pr. vers.* Von der Zeit an zu rechnen / da das Urtheil seine Krafft erreichet. † Ergò etiam finiri debet in momento eo 7 qvo terminus est præterlapsus, *arg. l. placet 5. ubi* Gloss. *in verb. abhinc C. de SS. Eccles.* Jas. Bartol. & Dd. *in l. 1. ff. si qvis caut.*

Ita Domini in causa Valentini Starckens contra Balthasar Kirsten zu Taubenhayn / Mens. Septembr Anno 1620. (Verba sent. Daß Kläger sich nunmehr an seinem Beweiß versaumet hat / derowegen wird Beklägter von angestalter Klage billich absolviret und entbunden / V. R. W.)

Definit. IX.

Terminus probatorius currere incipit à die pronunciatæ desertionis, Leuterationis vel Appellationis.

1 EXtra controversiam est, qvod terminus probatorius incipiat currere ab eo ipso momento, qvo sententia, per qvam alicui probatio est injuncta, vires rei judicatæ consecuta fuerit, Ordin. proceff. jud. Elect. Saxon. *tit. 20. in pr. vers.* Von der Zeit an zu rechnen / da das Urtheil seine Krafft erreichet. Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 36. n. 3.* Dan. Moll. *hic n. 4.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 121. n. 3.* Chil. König. *in proceff. cap. 71. n. 3.* † Qvid ve- 2 rò, si qvis sententiam illam, in qva ei probatio injuncta fuit, per Leuterationem vel Appellationem suspendat, eamqve postea tacitè deserat? † Et hoc casu à tempore finiti decendii, non à die pronunciatæ desertionis terminum probatorium

rium currere docet Dan. Moller. *hic num. 39.* ita ut si tantum tempus, pendente Leuteratione vel Appellatione, elapsum fuerit, qvod terminum probatorium excedit, Leuterans vel Appellans
4 ulteriùs non admittatur: † Qvia desertâ Appellatione, perinde est, ac si nunqvam interposita fuisset, *l. tempore 2. §. ult. C. de tempor. & repar. appell.*
5 *ubi* Gloss. *vers. executionem.* † cùm paria sint non appellâsse, vel appellasse qvidem, sed Appellationem non introduxisse vel deseruisse, Anton. Fab.
6 *in C. lib. 7. tit. 27. defin. 14. n. 1.* † Et qvis non intelligit, si aliud diceretur, fore, ut terminus probatorius, qvi aliàs peremptorius est, pro lubitu partium sine ulla causa in integrum annum aut ulteriùs etiam protraheretur & penitùs eluderetur, cum magno adversæ partis detrimento.

Probabiliter certè hæc à Dan. Moll. dicuntur,
7 † Attamen contraria sententia jamdudum à Dominis fuit recepta, ita ut terminus probatorius à die pronunciatæ desertionis currere demum incipiat, propter maximum probationum favorem, *l. 2. & l. seq. ff. de interr. act. l. curent. 22. ff. de testib.*
8 † & qvia judicis partes sunt, veritatem summoperè juvare, & ad lucem producere, *l. ult. ff. de probat. l. illicitas 6. §. veritas 1. ff. de offic. præsid.* Cra-
9 vett. *consil. 203. n. 29. & consil. 207. n. 9. & 10.* † Qvæ sententia etiam postea diserte fuit confirmata ab Illustrissimo Saxon. Electore, in Ordin. process. jud. *dict. tit. 20. in pr. vers.* oder dieselbe vor *desert* erkannt.

Ita Domini in causa Rudolphi à Bünau zu Treben contra Wolff-Christoffen von Heinitz und Consorten, ventilatâ in Præfectura Rochlicensi, Mens. August. Anno 1596. (Verba sent. Daß Kläger an seiner Beweisung sich noch zur Zeit nicht versäumet hat / sondern wird damit nochmahls billich zugelassen / und seyn Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung / die producirte Urkunden gebührlichen zu recognosciren schuldig/ V.R.W.)

Definit. X.

Vel à tempore renunciationis, si Leuterationi vel Appellationi expressè fuerit renunciatum.

1 EX eâdem pariter ratione, si Leuterationi vel Appellationi expressè fuerit renunciatum, terminus probatorius non à tempore decendii,
2 sed factæ renunciationis currere incipit: † Militat siqvidem hoc casu idem probationis favor, ob qvem terminus potiùs prorogandus, qvàm restringendus videtur, *l. 2. & l. seq. ff. de interr. act. l. 22. ff. de testib.* Reinhard. Rosa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic n. 43.* Matth. Berlich. *part. 1. concluss. 38. n. 76.*
3 Domin. Arum. *part. 1. decis. 2.* † Qvod & disertè approbavit & confirmavit Serenissimus Dn. Elect. Saxon. in Ord. proces. jud. *tit. 20. in pr. vers* oder der dawider eingewandter Leuterung *renunciret.*
4 † ubi porrò dispositum, ut ab adversa parte Leuteratione interpositâ, terminus probatorius currere debeat à tempore notificationis, Leuterationi fuisse renunciatum.

Ita Domini in causa Petri Persickens & Consortium contra Georgii Streuters Eheweib zu Eisleben/ Mens. April. Anno 1601. (Verba sent. Ob wol Georgii Streuters Eheweibes Curator wider das Urtheil/ darinn ihme der Beweiß von wegen seiner Pflege-Frauen eingebrachten Guts zu Recht auferleget worden/ eine Leuterung eingewendet/ dieselbe aber hernach wiederum fallen lassen; Dieweil er aber dennoch innerhalb Sächsischer Frist / von der Zeit an / als er sich seiner Leuterung begeben/ sich des Beweises angemasset/ so wird er damit/ des von euch in eurer Frage und den übersandten Leuterungs-Gesetzen dawider angezogenen Vorwendens ungeachtet / billich gehöret und zugelassen/ V.R.W.)

Definit. XI.

Currere incipit terminus probatorius à tempore rei judicatæ, non à tempore Remissorialium.

APpellaverat Reus à sententia, in qva actori 1
onus probandi injungebatur, sed in prima instantia benè judicatum & malè appellatum fuisse; ac proinde causam ad priorem judicem remittendam pronunciabatur: † Cumqve sen- 2
tentia illa absqve ulteriori remedio suspensivo vires rei judicatæ accepisset, qværebatur, an ab eo statim tempore currere inciperet terminus probatorius, an verò à tempore Remissorialium, ubi causa ad judicem priorem fuerat remissa? † Posterius eqvidem post JCtos Curiæ 3
Electoralis Wittebergensis, qvorum præjudicium adducit, multis rationibus tuetur Matth. Berlich. *decis. 99.* qvæ omnes eò collimant, † qvod 4
per Appellationem factam suspensa sit judicis inferioris jurisdictio, nec in judicio inferiori qvicqvam pendente Appellatione fieri, vel in causâ principali procedi qveat, *c. ad hæc 6. extr. de appellat.* Felin. *in c. qvaliter & qvando 17. extr. de accus. fall. 4. n. 14.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 131. n. 4.* † Sed non video, qvomodo inde opinio *Berlichii* 5
probetur, cum latâ sententiâ in judicio Appellationis, causâqve ad judicem inferiorem remissâ, finita sit Appellatio & sublata inhibitio, *c. ut debitus honor. 59. vers. fin. extr. de appellat.* adeoqve cessante eâ, cesset qvoqve suspensio jurisdictionis judicis inferioris, ut nihil ulteriùs obstet, qvò minùs in causa procedere & probationes statim suscipere qveant litigantes in judicio inferiori. † Qvin potiùs id præcisè facere obstricti sunt, 6
qvia prior sententia vires rei judicatæ accepit, à qvo tempore terminus probatorius currere incipit, Ordin. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 20. in pr.* Chil. König. *in proces. c. 71. n. 3.* Matth. Col. *part. 1. decis. 121. num. 3.* † Qvo jure etiam in casu 7
præsenti standum erit, cum de hoc nullibi aliud dispositum reperiatur, *arg. l. ab ea parte 5. ff. de probat. l. dissentientis 5. C. de repud.* † Idqve eò ma- 8
gis, qvod finitâ secundâ instantiâ, etiam ante remissoriales impetratas, juramentum præstare jusserit Serenissimus Elector in casu, qvo alicui juramentum fuerit delatum in Ordin. proces. nov. judic. *tit. 18. §.* Wann nun also. *vers.* Dieselben aber. † Qvidni ergò idem diceremus de proba- 9
tione, cui terminus idem est præfixus, *supr.* Const. Elector. *12. junct.* Const. *b. 16.* & benè argumentari licet à juramento ad probationem, † qvia & illud 10
probatio est, si non ordinaria, attamen subsidiaria saltem & privilegiata, *argum. l. ult. §. licentia 10. de jur. deliber. l. admon. 31. & l. 38. ff. de jurejur.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 9. n. 24.* Moll. *lib. 3. semest. 38.*

11 *num. 3.* Wesenb. *part. 1. consil. 36. n. 37.* † Nec obstat, si dicere velis cum Berlich. *dict. loc. n. 9.* jurisdictionem inferioris judicis non nisi per expressam & realem remissionem, adeoqve post impetratas literas remissoriales revivisce re ac resuscitari; Ne aliàs hisce denegetur effectus, ac per id frustra-
12 torii prorsus sint Remissoriales † contra id qvod vulgò dicitur, actum frustraneum haud præsumi, *arg. l. 14. §. 1. ff. Ut legator. seu fideicommiss. ser-*
13 *vand. l. qvoties 59. ff. de V. O.* † Est enim hoc ipsum qvod nego, & nullibi remissorialibus sive remissioni reali hæc efficacia tribuitur, qvin potiùs manus judicis inferioris per inhibitionem ligatas, per solam verbalem remissionem in sententia factam resolvi, probat *dict. cap. ut debitus 59.*
14 *extr. de appellat.* † Nec tamen remissoriales literæ effectu destituuntur; Qvippe per hasce demum certior redditur judex, ut in processu liberiùs
15 progredi qveat. † Nihilominùs interim partes, qvæ ex publicatione sententiæ remissionem cognoverunt, probationes expedire debent, si non
16 jure probandi & causâ cadere velint. † Nimirum remissoriales solius judicis causâ, qvò notitiam is certam remissionis consequatur, dari solent, 17 † adeoq; ipsos litigantes non juvant, nec à mora
18 excusant. † Qvin potius culpæ & negligentiæ ipsorum imputandum est, qvod remissoriales non petierint, ac probationes acceleraverint, ut vel solum propter illam negligentiam probatio-
19 nibus suis privari debeant, † cum jura vigilantibus, non dormientibus scripta sint, *l. pupillus 24.*
20 *§. ult. in fin. ff. qvæ in fraud. Creditor.* † Idqve eò magis, qvod terminus probatorius sit exclusivus & peremptorius, Chil. König. *in proceff. c. 71. n. 4.* Felin. *in c. licet causam 9. extr. de probat. num. 17.* Matth. Coler. *de proceff. exec. part. 1. c. 2. n. 33.* Minus obest favor probationum, qvem etiam urget
21 D. Berlich. *dict. decis. 99. n. 12.* † qvippe hic tantus non est, ut pœnam negligentiæ tollere qveat, & favorem hunc facilimè superat favor litium abbreviandarum, qvi ipse nostram sententiam haud parum videtur juvare, *arg. l. si qvis 1. C. de temp. appell.* Joh. Petr. Surd. *dec. 120. n. 8.* Vent. de Valent. *in part hen. litig. lib. 1. c. 2. n. 12.*

Ita Domini in causa Andreæ Kindlers zu Zethen / Mens. Decembr. Anno 1630. (Verba sent. Habt ihr von dem jenigen Urtheil/darinnen Klägern der Beweiß auffer-legt worden / an das Churfürstliche Sächsische Ober-Hof-Gerichte allhier appelliret, allda aber voriges Urtheil confirmiret, und die Sache hinwiederumb remittiret worden. Wenn und gleich keine Remissoriales noch zur Zeit ergangen / so gebühret doch Klägern binnen Sächsischer Frist / so à Tempore Rei judicatæ im Ober-Hof-Gerichte anzurechnen/seinen Beweiß zu führen/und wenn er solches nicht thut/ macht er sich dessen/ unangesehen keine Remissoriales noch zur Zeit ergangen/verlustig/V.R.W.)

Definit. XII.

Terminus reprobatorius currere incipit à die insinuatæ citationis ad publicandam probationem, & an dies ille computetur in terminum.

1 SIcuti probatorius, ita etiam reprobatorius terminus est sex septimanarum atq; trium dierum, intra qvod tempus is, qvi reprobatione fungi velit, non tantum animum suum declara-
re, sed etiam articulos reprobatorios & nomina testium offerre, ac insuper omnem diligentiam adhibere debet, ut ante elapsum terminum reprobatorium reprobationes deducantur & perficiantur: † Qvod si non fecerit, terminus re- 2
probatorius pro elapso habetur, nec ulteriori reprobationi locus datur, *b.* Const. *16. §.* Wenn auch das Gegentheil. *ubi* Dan. Moller. *n. 11. & 16.* Ordin. proceff. judic. *tit. 21. in pr.* Matth. Coler. *ad c. cum venerabilis 6. extr. de except. n. 67.* † Cur- 3
rere autem incipit terminus hic reprobatorius ab eo tempore & die, qvo parti citatio ad publicandam probationem adversarii est insinuata, *b.* Const. *16. vers.* Von der Zeit an / als ihme die *Citation* zu der *publication* der Beweisung zukommen. Ord. proc. jud. *dict. tit. 21. in pr.* Dan. Moll. *hic n. 11.* † Nisi reproducens citationem præve- 4
niat, reprobationeqve fungi velit prius, qvàm ad publicandam probationem citatus fuerit, qvod bene facere potest, *dict. tit. 21. §.* Jedoch wollen wir. † Qvo casu terminus reprobatorius 5
currit ab eo ipso tempore, qvo ad reprobandum se obtulit, etiamsi citatio ad publicandum nondum emissa fuerit, ut docet post Autor. Consult. Const. Saxon. *tom. 3. part. 3. q. 81.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 38. n. 5.* † Planè, in terminum repro- 6
batorium non computari diem factæ insinuationis ad publicandum, tradit Matth. Berlich. *dict. concl. 38. n. 4. post* Dan. Moller. *hic n. 131.* † Qvod 7
ego asserere non ausim, siqvidem notissimum est, terminum hunc currere de momento in momentum, ut dixi *supr. Definit. 8.* † At hoc qvando fit, 8
dies termini computandus est in termino, ut post Andr. Gail. *lib. 1. observat. 139. num. 5.* docet Andr. Rauchb. *part. 1. q. 3. n. 16.*

Ita Domini in causa Ernst Beckers contra Heinrich Schillings Erben zu Leipzig/ Mens. Oct. Anno 1620. (Verba sent. Daß gedachte Heinrich Schillings Erben an ihrem Gegen-Beweiß sich noch zur Zeit nicht versäumet / sondern binnen Sächsischer Frist damit nochmals zuläßlich/ V.R.W.)

Et in causa Andreæ Ratis contra Johann Baptistæ Wittib/Mens. April. Anno 1631.

Definit. XIII.

Probatione factâ per documenta, à qvo tempore currere incipiat terminus Reprobatorius.

FActâ autem probatione per instrumenta, & literaria documenta, qvo casu publicatione opus haud est, currere incipit terminus reprobato- 1
rius non à tempore recognitionis, vel sententiæ super recognitione latæ, sed à die insinuatæ citationis ad procedendum super probatione, Ord. proc. jud. Elect. Saxon. *tit. 21. §.* Wenn aber der Beweiß/&c. † Nisi sententiæ illi, qvæ super reco- 2
gnitione lata est, inserta fuerit clausula hæc (daß mit der bedingten Gegenbeweisung billich verfahren werde:) qvo casu terminus reprobatorius à die judicati currere incipit, *dict. tit. 21. vers.* Es wäre dann Sach. † Qvamvis clausula illa sententiæ 3
inferri non debeat, nisi in actis petatur, disponente ita Elect. Serenissimo in *dict. tit. 21. vers.* Solche *Clausul* aber. † Planè, etsi Reus de reprobatione 4
solenniter non fuerit protestatus, nec reprobatio ipsi in sententia expressè reservata, qvin tantùm ad reprobandum admittatur, ambigendum non est,

dict.

dict. tit. 21. in pr. verſ. Wann ihme auch gleich/ꝛc.

5 † Siqvidem reprobatio eſt ſpecies defenſionis, qvæ nemini deneganda eſt, qvin & ipſo jure competit, ut de novo à judice eam impetrari haud neceſſe ſit, *arg. l. 1. verſ. ut ſuperfluum C. de theſaur. lib. 10.* Reinhard. Roſa *ad Moll. hic n. 13.* Hart. Piſtor. *part. 2. q. 2. n. 46.* Jacob. Schult. *part. 1. q. 49. n. 12.*

Ita Domini in cauſa Georgii und Hanſen der Bauſen contra Balthaſar Brottkorben zu Wurtzen/ Menſ. Jun. Anno 1617.

Definit. XIV.

Reprobatorii reprobatoriorum regulariter in foro Saxonico non admittuntur, nec valet actor contra reprobationem Rei novos articulos exhibere.

1 ETſi de jure communi, qvo certus terminus probationis præfixus non eſt, *ſupr. Defin. 4. n. 1.* actor contra reprobationes Rei aliis Reprobatorialibus uti, novosq; articulos exhibere non prohibeatur, *cap. licet dilectus 49. extr. de teſt.* Felin. *in*
2 *c. ex tenore 35. extr. eod. tit.* † Secùs tamen res ſe habet in foro Saxonico, ubi certus terminus eſt præſtitutus, intra qvem probationes debent expediri, qvi terminus eſt peremptorius & excluſivus, eoqve elapſo, actor ampliùs non auditur, *b.* Conſt. *16.* Chil. König. *in proc. c. 71. n. 4.* Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 33.* Felin. *in c. licet cauſam 9. extr. de probat. n. 17.* Chriſt. Zobel. *part. 1.*
3 *diff. 36.* † Ergò nec contra reprobationes Rei poſt terminum elapſum, aliis reprobatoriis uti poterit, Ordin. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 21.* §. Da auch der Beklagte. *verſ.* Wie auch der Kläger in ſolchem
4 Fall/ꝛc. Matth. Berlich. *deciſ. 50.* † Nec habet actor, qvod de facultate exceptiones Rei invertendi ſibi
5 præreptâ conqveri poſſit, † cum Reus exceptiones peremptorias litis conteſtationi in hunc finem annectere teneatur, qvod adverſus eas actor probationes ſuas dirigere qveat, *dict. tit. 21.* §. Da auch der Beklagte. *in pr.* Si tamen ex poſtfacto aliqvæ exceptiones peremptoriæ noviter ſupervenerint, qvas tempore litis conteſtatæ ſe ignoraſſe Reus juratò affirmat, actori contra exceptiones illas, reprobatoriis reprobatoriorum uti omninò permiſſum erit, *dict. tit. 21. verſ.* Es wäre dann. Matth. Berlich. *dict. deciſ. 50. in fin.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Cobens contra Martin Neubergen zu Bodenitz/ Menſ. Jun. Anno 1631. (Verba ſent. Daß Kläger mit ſeinen neu-übergebenen Beweiß-Articuln und Urkunden wider Beklagtens Gegen-Beweiß nicht zuläßlichen/ V. R. W.)

Definit. XV.

Prorogari poteſt terminus probatorius etiam ſecundâ vice, modò prorogatio ante terminum elapſum petatur.

1 NUnqvam tàm ſtrictè & præcisè obſervari debet terminus probatorius, qvin ex juſtâ causâ qvandoq; ad inſtantiam partis à judice prorogari
2 poſſit, † id qvod etiam ſecundâ vice ipſi facere conceſſum eſt ab Illuſtriſſimo Saxon. Electore, in Ord. proceſſ. judic. *tit. 20.* §. Wir laſſen auch/ ꝛc. Dan. Moll. *hic n. 5. 6. 7. & ſeqq.* Chriſt. Zobel. *part. 1. differ. 36. n. 6. & 9.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 121. n. 5. & ſeq.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 91. n. 2. & ſeq.*
3 Ubi notandum: † *Primò*: Prorogationem tùm demùm concedendam, ſi intra terminum probatorium adhuc currentem, licet in ultimo termini momento petita fuerit; † Elapſo enim termino, 4
prorogatio ampliùs non conceditur, *l. orat. 7. ff. de fer. l. ſed ſi man. 5. in pr. & §. 1. ff. de prec. l. 21. §. 5. ff. de rec. arbitr. dict. proc. jud. tit. 20.* §. wir laſſen aber auch. *verſ.* jedoch daß ſolche *prorogation, &c.* Reinhard. Roſa *ad Moll. hic n. 10.* Gail. *dict. obſ. 91. n. 20.* Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 34. Secundò*: † Conceſsâ prorogatione, currit termi- 5
nus à tempore indultæ dilationis, Chil. König. *in proceſſ. c. 71. n. 3.* niſi forſan per ſententiam interlocutoriam prorogatio ad lapſum primi termini expreſsè fuerit reſtricta, (*veluti:* Daß dem Kläger zu Verführung ſeines Beweiſes noch eine Sächſiſche Friſt/ nach Verflieſſung der erſten/ billich gegeben wird) † qvo caſu terminum prorogatum 6
non à tempore indultæ dilationis, ſed à lapſu primi termini currere, docet uſus practicus, Matth. Berlich. *part. 1. concl. 38. n. 70. Tertiò*: † Durante 7
termino prorogato, is cui probatio injuncta fuit, priores articulos mutare, augere, & plures aliosq; teſtes producere non prohibetur, *dict. tit. 20.* §. Wir laſſen aber auch. *verſ.* in welchem Fall. Berlich. *dict. concl. 38. n. 73.* Ant. Teſſaur. *deciſ 8. n. 1.* Non aliter tamen hæc procedunt, qvàm ſi impedimentum legale in continenti demonſtretur. *Reſ. Grav. de Anno 1661. Tit.* von *Juſtitien*-Sachen. §. Nachdem auch zum Ein und Zwantzigſten.

Ita Domini in cauſa Annen Schmiedens zu Meiſſen/ Menſ. Mart. Anno 1601. (Verba ſent. Ob nun gleich Kläger ſolche Sächſ. Friſt gedoppelt verflieſſen laſſen/ und ſeine Beweiß-Articul weder in der erſten noch andern Friſt nicht eingebracht; Dieweil ihr aber dennoch ſelbſten berichtet/ daß er vor Verflieſſung des Termins um deſſen Prorogation angehalten/ und dieſelbige zu zweyen unterſchiedenen mahlen erhalten/ und darauff im dritten Termin ſeine Beweiß-Articul gebührlichen übergeben/ ꝛc. So wird er damit nochmals billich zugelaſſen/ und demnach mit Vereydung und Abhörung der Zeugen gebührlichen verfahren/ V. R. W.)

Et in cauſa Hæredum Heinrici von Brederlohens/ Menſ. Septembr. Anno 1631.

Definit. XVI.

Poſt terminum probatorium admittitur demonſtratio (die Beſcheinigung) *actori vel Reo injuncta.*

1 SÆpè accidit, ut judex juſtâ ratione commotus ad evitandas forſan ambages & difficultates probationum legitimarum, in cauſis præſertim favorabilibus, non probationem, (den Beweiß) ſed duntaxat Oſtenſionem vel Demonſtrationem aliqvam (eine Beſcheinigung) injungat; † Ubi 2
fallunt omninò, qvi hæc duo confundere, adeoq; demonſtrationem etiam ad terminum probatorium adſtringere conantur: Sicuti enim hæc nomine differunt, & voculis diverſis appellitantur; 3
† ita & illorum diverſa ratio in modo probandi ſubeſſe videtur, *l. ſi idem 7. C. de Codicill.* † Scilicet 4
qvia *Conſtitutio b. Electoralis & jura Saxonica* de probatione ſolenni diſertè loqvuntur, eiqve certum terminum præfigunt, † utiqve diſpoſitio ea ad 5
probationem extraordinariam, qvæ demonſtratio vocari ſolet, (die Beſcheinigung) neutiqvam extendi debet, *arg. l. in bus 15. & l. ſeq. ff. de LL.* † Qvid 6
ergò obſtat, qvò minùs poſt elapſum etiam terminum probatorium Demonſtrationem impoſitam

(die Bescheinigung) admittendam arbitremur, 7† si non constet de malitia vel negligentia litiganti-
um, cui haud indulgendum erit, *arg. l. absentem 5. ff. pœn.* Anton. Fab. *in C. lib. 1. tit. 12. definit. 11. n. 2.*

Ita Domini in causa Caspari Werners & Consort. contra Joachimum Schlauderbachen/ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Februar. Anno 1618. (Verba sentent. Ob wol wider die eingegebene Bescheinigung vorgewendet wird/daß sie allererst post Lapsum Termini Probatorii den Gerichten überreichet worden; Dieweil aber dennoch Klägern in seinem Urtheil keine ordentliche Beweisung/sondern nur allein gebührende Bescheinigung desjenigen/was ihme zu Ergründung der allegirten Competenz pro fundandâ Jurisdictione vonnöthen/ aufferleget worden/ &c. Als erscheinet daraus so viel/ daß Kläger an der aufferlegten Bescheinigung noch zur Zeit sich nicht versäumet/ sondern damit billich zuzulassen/ V.R.W.)

Definit. XVII.

Adversus omissam probationem ex causa paupertatis, datur Restitutio in integrum.

1 Minorem adversus omissam probationem in integrum restitui extra dubium est, propter *text. in l. minor. 18. §. sin autem 1. & l. minor. 36. ff. de minor. c. auditis 3. extr. de in integr. restit.* Ord. proces. jud. Elect. Saxon. *tit. 20. §.* Und dieweil. *vers.* Es würde dann. Hartm. Pistor. *part. 1. q. 12.*
2 Ant. Tessaur. *decis. 240. n. 3.* † in tantum, ut beneficium hoc restitutionis prosit etiam majoribus, si unam eandemqve causam cum minoribus habeant communem & simul institutam, Matth. Col.
3 *part. 2. decis. 273.* † Sed num etiam majores soli litigantes ad hoc beneficium adversus probationem omissam confugere poterunt? † Non certè arbitror, siqvidem specialiter id minoribus fuit-
4 indultum, ut patet ex juribus modò allegatis. † Nihilominùs, si majores causam aliqvam rationabilem omissæ probationis prætendere qveant, iniqvum certè foret, Restitutionem ipsis denega-
5 ri, *arg. l. 25. ff. de minor.* † Existimavêre itaqve
6 Domini, † adversus omissam probationem ex causa paupertatis, litigantibus Restitutionem in integrum concedendam esse, juxta tradita Marant. *in prax. part. 6. n. 101. &* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 142. n. 1.*
7 † Semper enim difficultas excusat à morâ, Gloss. *in l. qvod te 5. ff. si cert. petat.*

Ita Domini in causa Elisabethen Hegeners zu Zwickau / Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wohl solcher Abschied Krafft Rechtens erreichet / und immittels die Beweisungs-Frist längsten verflossen; Da ihr aber dennoch/daß ihr aus Armuth die Sache nicht treiben/noch verständige Leute zu Rath nehmen könnet / zu bescheinigen/ und die Kosten darauff wenden wollet/ &c. So wäre euch dessentwegen eine Restitution-Klage anzustellen unbenommen/V.R.W.)

Definit. XVIII.

Non facilè mulier à probatione dotis illatæ arcenda est propter elapsum terminum probatorium.

1 Non putandum est, terminum probatorium ita constringi, qvin post hujus lapsum in causa favorabili, in qvâ aliàs de æqvitate proceditur,
2 ulterior admittatur probatio: † Ex qvo etiam post publicatas attestationes, in causis mercatorum probationes recipi, tradit Felin. *in c. licet causam 9. extr. de probat. n. 18.* Bartol. *in l. si fidejussor. 29. §. qvædam 1. ff. mandat. n. 1.* † Sanè, non minor favor est mulierum ad dotem consequendam in-
3 judicio procedentium, qvàm ipsis salvam integramq; servari publicitus interest, *l. 1. ff. solut. matrim.* † Qvis non ergò post elapsum etiam ter-
4 minum probationem dotis illatæ admittendam existimaverit, † cum favorabili probationi succur-
5 ri æqvum sit, ne pereat, *l. curent 22. ff. de testib.* Ant. Fab. *in C. lib. 1. tit. 10. defin. 22. n. 4.*

Ita Domini in causa Jacobi Heintzens contra Joh. Ammanns Wittiben zu Lützen/Mens. Decembr. Anno 1614. (Verba sent. Daß des Stadt-Schreibers Wittib an Beweisung ihres Einbringens der 225. fl. noch zur Zeit/ gestalten Sachen nach/sich nicht versäumet/sondern es wird ihr ex abundanti noch eine Sächsis. Frist/ damit sie sich übereylens nicht zu beschweren/ darzu nochmahls billich angesetzet/mit der Verwarnung/ daß/ wo sie binnen solcher Zeit und Frist den Beweiß wegen ihres Einbringens nicht verführen wird/ sie alsdann ferner damit nicht gehöret und zugelassen werden soll/V.R.W.)

Definit. XIX.

Nec universitas ob terminum præterlapsum probationibus suis statim est privanda.

Cum universitas gaudeat iisdem ferè privile- 1
giis, qvæ minoribus concessa sunt, haud certè mirum est, qvod adversus omissam probationem, non minùs universitatibus, qvam minoribus beneficium Restitutionis in integrum concesserit Elector Saxoniæ Illustrissimus in Ordin. proces. judic. *tit. 20. §.* Und dieweil die zur Beweisung. *vers.* Es würde dann *in causis minorum & universitatum* vermittels des *beneficii restitutionis in integrum* ein anders erhalten. † Qvin 2
& non semper beneficio restitutionis opus habere Universitatem, sed qvandoqve post terminum elapsum ejus probationes admittendas existimaverim, modò causam excusationis leviusculam prætendere qveat, † qvia scilicet interest Uni- 3
versitatis, res ejus non relinqvi desertas, ut tradit Matth. Wesenb. *in parat. ff. qvod cujusq; univ. nom. n. 4. in fin.*

Ita Domini in causa Adam Bergers & Consortium contra die Gemeinde zu Grubnitz / ventilatâ in Præfectura Dahlensi, Mens. Julio Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagte mit dem ihnen nachgelassenen Beweiß nach Gelegenheit dißfalls/in Sächsischer Frist/nochmahls zu hören und zuzulassen/ V.R.W.)

Definit. XX.

Intra terminum probationes suas producere impeditus post terminum est audiendus.

Etsi probationibus certus terminus fuerit præ- 1
finitus in foro Saxonico, *suprà Definit. 1.* qvin tamen certis casibus post tempus illud elapsum, probationes qvoq; admittantur, dubitandum non est, vel saltem propter verba Illustrissimi Elect. in Ord. proces. jud. *tit. 20. §.* Und dieweil die zur Beweisung. *vers.* In welchem *passu* wir es bey Verordnung gemeiner Rechte / so wol in etlichen andern Fällen bey der *observantz* bewenden lassen.

† Ca-

2 † Casus hosce si scire cupias, vide Andr. Gail. *lib. 1. obs. 105. & obs. 107. n. 5.* Felin. *ad c. licet causam 9. extr. de probat. n. 18.* Hart. Pist. *part. 1. q. 12. n. 8. & seq.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. qvæst. cent. 2. cas. 118.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 18.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 14.* ubi casus *39.* refert, in qvibus post publicatas etiam attestationes, multò magis ergò post terminum probatorium elapsum, testes & instrumenta producere licet. † Sanè, qvævis causa probabilis ad excusandum à morâ suffi-
3 ciens haberi poterit, putà morbus sonticus, pestis, bellum, qvibus si intra terminum litigantes probationes suas producere impediti fuerint, post terminum omninò audiendi erunt, *arg. l. si procuratorem. 8. §. si ignorantes 7. ff. mandat. c. licet*
4 *4. de censib.* † Difficultas siqvidem & impedimentum à morâ excusat Gloss. *in l. qvod te 5. ff. si cert.*
5 *petat. & ibid.* Jas. *n. 30.* † Ergò etiam à pœna moræ, qvæ est amissio probationis, Chil. König. *in proc. ff. c. 71. n 4. supr. Defin. 1.*

Ita Domini in causa Michael Löhners contra Ludolf Probsteinen zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1629. (Verba sent. Würde Beklagtens Principal vermittels seines leiblichen Eydes erhalten / daß er bey anwesendem Kriegs-Volck in Halberstadt zu seinen Briefflichen Urkunden nicht kommen können/ꝛc. So hätte er sich an seinem Beweiß noch zur Zeit nicht versäumet / sondern er wird damit in Sächsis. Frist nochmals billich zugelassen; Er ist aber binnen solcher Frist seinen Beweiß/ bey Verlust desselben/ zu verführen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Confessio extrajudicialis à parte adversâ acceptata plenam facit probationem.

1 COnfessio partis extra judicium facta saltem semiplenè probat, Bartol. *in l. admonendi 31. ff.*
2 *de jurej.* Felin. *in cap. Et si clerici 4. extr. de jud.* † Ex qvo fit, ut ei, qvi extrajudicialem habet adversarii confessionem, jusjurandum deferri possit in supplementum probationis, Bartol. & Jas. *in dict. l. admonendi 31. & in l. in bonæ fidei 3. C. de reb. cred.*
3 *& jurej.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 25. n. 4.* † Facit tamen plenam probationem confessio extrajudicialis, si fuerit geminata, qvæ judicialis confessionis vim instar obtinet, *arg. l. si domus 71. §. in pecun. 2. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. cum scimus 22.*
4 *C. de agricol. & censit.* Fab. *dict. defin. 25. n. 2.* † vel à parte adversa acceptata, qvo casu in promissionem incidit, atqve integram & perfectam fidem facit, Berous *in dict. c. & si clerici 4. extr. de jud.* Ferrar.
5 in *form. interrog. feud. verb. compellatis. n. 8.* † Ac certè probatio hæc ex confessione extrajudiciali acceptata adeò firma & privilegiata est, ut post terminum etiam elapsum, imò post publicatas attestationes admittatur, ut notat post *Innoc. in c. ult. extr. de testib.* qvem allegat Moll. *hic n. 44.*

Ita Domini in causa Margarethen / Viduæ Laurentii Küchenmeisters / Mens. Marc. Anno 1577. (Verba sent. Hat euer Ehemann Galle Apizen zu Dauche ein Bauer-Gut abgekaufft/ und dasselbe biß auff 401. fl. 16. gr. 6. pf. bezahlet; Da ihr nun wie Recht darthun köntet / daß Galle Apiz gegen eurer Kinder Vormunden gestanden/ daß ihme euer Mann ein mehrers nicht als obgesatzte Summe schuldig verblieben/ und es hätten die Vormunden solches Bekäntnüß an statt ihrer Mündlich angenommen; So wäret auch ihr ihme ein mehrers zu zahlen nicht pflichtig; Es könten dann Galle Apizens Erben das Gegenspiel erweisen/ daß ihnen euer Mann mit einer grössern Summa verhaftet blieben; Damit würden sie billich gehöret/ V. R. W.)

Definit. XXII.

Attestationes factæ in causâ possessorii, probant etiam in petitorio.

PEremptâ licet instantiâ judicii, non tamen 1
perimuntur probationes & confessiones, nec alia respicientia merita causæ, maximè in eodem judicio & inter easdem personas, Bartol. & Dd. *in l. properandum 13. §. 1. C. de jud.* Guid. Pap. *dec. 136. n. 1.* † Ex qvo fit, qvod probationes habitæ 2
in unâ causâ, faciant fidem inter easdem personas etiam in aliâ causâ, Dd. *in l. un. C. qvan. civil. act. crim. præj.* † actaqve judicii probent inter eas- 3
dem personas etiam in secundo judicio, dummodò in eo producta fuerint speciatim, *arg. cap. causam qvæ 11. extr. de testib. ubi* Felin. *l. acta 45. ff. de re jud. l. cum lite mortuâ 2. ff. jud. solv. l. cum antea fun. fin. C. de arbitr. l. jubemus 41. C. de liber. caus.* Jas. *in l. naturaliter 12. §. 1. n. 106. ff. de acqvir. possess.* Afflict. *dec. 390. n. 7.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 33.* ubi multis ampliationibus & limitationibus hanc sententiam declarat. † Ergo- 4
nè attestationes sumptæ in causa possessorii fidem facient in petitorio? Negat hoc Mascard. *dict. concl. 33. n. 31. & 32. cum* Socin. Jun. *vol. 1. consil. 1. n. 80.* ubi dicit, possessorium judicium nullum præjudicium inferre petitorio, † actaqve possessorii 5
non probare ratione petitorii per text. *in l. ordinarii 13. C. de R. V. l. incerti 3. C. de interdict. l. un. C. si de moment. poss. fuer. appell. l. 1. §. inter litigatores 3. ff. Uti possid.* † Sed nihil aliud ex textibus 6
hisce probari poterit, qvam qvod differat judicium possessorium à petitorio: Qvod eqvidem concesserim; Ast male inde infertur, acta & attestationes in possessorio non probare in petitorio. † Hoc 7
enim ut dicam cum Guid. Pap. *dict. decis. 136. n. 2. &* Bart. *in l. prætor. 2. §. hoc edicto l. ff. de vi bonor. raptor.* movet me regula prædicta generalis, † qvod acta in uno judicio faciant fidem in alio, ab 8
Interpp. communiter recepta. † Et facit huc tex- 9
tus elegans *in l. præses 8. junct. l. 1. C. ad leg. fab. de plagiar.*

Ita Domini in causa Hansen Hermans & Consort. contra Ernestum Harren / ventilatâ in Prætorio Dresdensi, Mens. Maj. Anno 1595. (Verba sentent. Und demnach Beklagter auf erhobene Klage mit Nicht-gestehen geantwortet/ So ist Kläger den Grund seiner Klagen innerhalb Sächsischer Frist/ wie Recht/ zu beweisen schuldig/ darzu ihme der Beweisung voriger Justantz sich gebührlichen zu gebrauchen unbenommen/ und wird Beklagten die bedingte Gegen-Beweisung und andere Rechtliche Nothdurft dawider billich vorbehalten/ ferner darauf zu beschehen/ was recht ist/ V. R. W.)

Definit. XXIII.

Possessio non relevat ab onere probandi, qvando contra possidentem militat jus commune, vel præsumptio juris.

MElior certè est conditio possidentis, qvàm 1
petentis; qvia possessor plus juris habet in retinendo, qvàm actor in agendo: secundum *Specul. in tit. de emphyt. §. 5. n. 83.* † Et rem ipsam 2
habere dicitur, qvi jure possessionis fruitur, *l. 1. §. habere 38. ff. ne qvid in loco publ.* Alia commoda ut taceam, hoc unicum possessionem maximoperè com-

commendat, † qvod onus probandi transferat in adversarium, *c. sapè 18. de rest. spoliat. c. ex literis 3. de probation. c. ad aures 6. de præscript. l. circa 14. ff. de probat. l. si qvis liberum 20. ff. eod. tit. l. liberis 7. §. ult. ff. de liber. caus. l. ult. C. de rei vindic. l. 2. l. actor. 23. l. vis ejus 15. C. de probat. l. qvi accus. 4. C. de edend.* † Cùm enim possidens jure possidere præsumatur, pro ipso omninò judicandum est, donec actor contrarium legitimè probaverit, §. *retinendæ 4. ubi* Dd. *j. de interdict.* Qvoniam ex possessione titulus & jus ipsum præsumitur, *Clem. 1. ut lit. pendent.* † Non tamen hoc tam generaliter verum, qvin multas patiatur limitationes, qvas tractat post alios latè Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1194.* † Planè non relevat ab onere probandi possessio, qvando jus commune, vel juris præsumtio ei resistit: ut colligitur ex Gloss. *in l. sive possidetis 16. verb. facti C. de probat. c. ex insinuatione 3. de procurat. c. constitutis 47. de elect. c. cum Ecclesia 3. de caus. possess. & propriet.* Joseph. Mascard. *dict. concl. 1194. n. 66. & 67.* † Siqvidem præsumptio ista possessorem in malâ fide constituit: At nunqvam possessio cum malâ fide transfert onus probandi in adversarium, *l. igitur 12. §. potest. 2. l. liberis 7. §. ult. ubi* Gloss. *in verbo: dolo malo ff. de lib. caus.* Mascard. *dict. loc. n. 42.* † Placuit igitur Dominis, probationem injungere possessoribus hæreditatum patris & filii impuberis, unâ die peste defunctorum, asserentibus, patrem præ filio impubere decessisse, contra *l. qvi duos 9. §. ult. l. si mulier 23. ff. de reb. dubiis l. inter socerum 26. in pr. ff. de pact. dotal.* Joh. Schneidevv. *ad præfat. Instit. de hæred qvæ ab intest. defer. subtit. de secund. ord. succed. ascend. n. 4.* Didac. Covarr. *lib. 2. var. resolut. c. 7. n. 9.*

Ita Domini in causa Georgii Werners zu Behteritz/Mens. Majo Anno 1635. (Verba sent. Ist ein Vater und Sohn in einem Tage an der gefährlichen Seuche der Pestilentz Todes verfahren / und weil man eigentlich nicht wissen kan/ wer unter ihnen beyden zu erst verstorben / hat sich zwischen des Vaters und des Sohns Erben/der Verlassenschafft wegen/Streitigkeit erhoben. Ob sich nun wol des Sohns Erben allbereit vor 2. Jahren der Erbschafft angemasset/und dieselbe de Facto zu sich gezogen haben: Dieweil aber dennoch/einem Vorgeben nach/ bemeldter Sohn/als er Todes verfahren/noch unmündig gewesen/ und daher aus Vermuthung der Rechte davor gehalten wird / daß er zuvor / nach ihme aber allererst der Vater gestorben sey/ꝛc. So ist auch beyder Verlassenschafft auf des Vaters Erben gebracht und verfället worden; Derowegen ihnen solche eingeräumet/und sie nachmals/biß so lange des Sohns Erben ein anders/und daß nemlichen der Vater vor dem Sohne verstorben/gebührlichen ausgeführet und beybracht/bey solcher Possess billich geschützet werden/ V.R.W.)

Definit. XXIV.

Non sufficit in Rei vendicatione probari dominium de præterito, sed de præsenti illud probandum est.

1 PRobatâ præsentis temporis possessione, in præteritum qvoqve probata ea intelligi debet, Salycet. *in l. ex persona 3. C. de probat.* Hactenus nempe, ut contrariæ probationis onus in adver-
2 sarium transferatur. † Idemqve obtinet è contrario, pro dicente, se adhuc possidere rem, qvam antea possedit, maximè si possessio sit recens, Bartol. *in l. sive possidetis 16. C. eodem tit.* Ossasc. *decis. 40. num. 9.* Non ita dominium præteriti temporis probatum, etiam de præsenti probatum intelligitur. † Qvid enim, si res qvæ vendicatur, à domino vendita, aliovè titulo alienata fuisset? Nempe haud sufficit probari vendicantem dominum qvondam fuisse: † Sed probari debet do-4
minium temporis præsentis; si non agens doceat simul, rem sibi ablatam, aut casu fortuito ex possessione cecidisse, *l. 2. ff. de probat. l. 23. ubi* Dd. *C. eod. tit.* † Ergò, inqvies, difficilioris erit probationis dominium, qvam possessio? Ita omninò est, *§. 4. vers. commodum instit. de interd.* Qvia & majoris momenti habetur dominium, qvàm possessio. † Nec facilè præsumendum, ne qvi-6
dem ex præteritâ multorum annorum possessione, Guid. Pap. *q. 28.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 3. n. 9.*

Ita Domini in causa Martin Müllers contra Balthasar Zehmann / Mens. Febr. Anno 1635. (Verba sentent. Würde Kläger des andern Zeugen beym vierdten Articul gethane Aussage / vermittels seines leiblichen Eydes/ bestärcken/und also daß ihme das streitige Pferd vor dem Jahre auff der Strassen abgeraubet worden/ in supplementum schweren/inmassen er zu thun schuldig; So erscheinet daraus und sonsten allenthalben so viel/ daß er das jenige/so ihme zu beweisen obgelegen/und er sich angemasset/zur Nothdurfft beybracht/derowegen ihme auf solchen Fall das streitige Pferd ohne Entgeld billich abgefolget wird/ V.R.W.)

Definit. XXV.

Acta publica & libri redituum pro ipsa Republica contra subditos non probant.

INdubitati juris est, probationes seu libros, ex 1
archivis publicis desumtos, plenam fidem mereri, *Auth. adhæc vers. item & charta C. de fid. instrument. l. census 10. ff. de probat. c. pervenit. 30. q. 1.* Joh. Köpp. *decis. 46. n. 16.* Felin. *in c. cum causam 13. extr. de prob. n. 7.* Molin. *in consuet. Parisiens. tit. 1. de materiâ feudi §. 2. n. 25. & 26.* † Qvod & 2
dicendum arbitror de actis judicii, *c. bonæ memoriæ 23. extr. de elect. l. 15. apud qvem 2. C. de ædendo.* Et libris reditum vel annuorum censuum, vulgò Schoß- und Steur-Bücher / cum Modest. Pist. *consil. 8. n. 10. & 11.* Joh. Köpp. *dict. decis. 46. n. 14.* † Nolo tamen hoc ipsum ad alios, qvi subditi non 3
sunt, extendi; sed inter subditos duntaxat acta publica probare, tradunt Dd. *communiter* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 27. n. 7.* Chil. König. *in process. c. 91. n. 4.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. q. lib. 2. cent. 1. cas. 91.* Matth. Col. *de proceff. exec. part. 3. c. 1. n. 78.* † Qvamvis nunqvam consvetudinem 4
cujusqve loci existimem exclusam, secundùm qvam probatio hæc omninò regulanda est, *arg. c. cum dilectus 9. extr. de fid. instrum.* Hieron. Schurff. *cent. 3. cons. 90. n. 11. & 13.* Matth Wesenb. *dict. consil. 27. n. 10.* König. *dict. loc.* † Illud tamen certum 5
est, acta publica pro ipsâ Republicâ non firmiter probare, nec fidem facere, si forsan subditi super factâ solutione cum Magistratu litigent. † Vix 6
enim fieri potest, ut non suspecti habeantur libri publici à Magistratu in causâ propriâ producti, *l. nullus 10. ff. de testib.*

Ita Domini in causa Consulum & Senatus zu Wernigerode/ Mens. Decembr. Anno 1621. (Verba sentent. Ob nun wol eine Zeithero wohlermeldtes Capitel solche Zinsen nicht entrichtet / noch abkürtzen lassen/ sondern dieselbe gäntzlichen inne behalten; Da ihr aber dennoch wie zu Recht darthun / und erweisen könter/ darzu

darzu aber eure eigene Gerichts-Bücher und gehaltene Register nicht gnugsam/daß obgedachte Zinsen der 60. Fl. iederzeit defalciret und zurücke behalten worden/ꝛc. So möchte sich auch wolgedachtes Capitel der Zahlung fernerer Zinsen nicht entbrechen/ꝛc.)

Definit. XXVI.

Calendarium Ecclesiasticum matrimonium & nativitatem legitimam probat absq; omni alio adminiculo.

1 Difficillimæ ac penè impossibilis probationis est filiatio, atqve nativitas legitima, *l. filium 6. ff. de his qvi sunt sui vel alien. jur. l. Lucius 83. ff. de condit. & demonstr.* Anton. Faber. *in C.* 2 *lib. 4. tit. 14. defin. 6. num. 3.* † Scilicet, qvia ipsius matrimonii probatio difficilis est, ac propterea per testem unum cum famâ impleri creditur, Gloss. *in c. 1. de appellat. & in c. veniens 10. extr. de testib.* Innoc. *in c. præterea 27. de testib. & c.* 3 *illud 11. de præsumpt.* † Non minùs ergò nativitatem per testem unicum, vel saltem per conjecturas probari dicemus, † sicuti & cætera 4 omnia, qvæ sunt difficilis probationis, *l. non* 5 *omnes 5. §. à barbaris 6. ff. de re milit.* † Adeoqve etiam per solam famam, tametsi parentum tractatus nullus probetur, Dec. *consil. 272. num. 4.* maximè verò, si alia, qvaliacunqve etiam ad- 6 minicula, concurrant; † puta: distantia locorum, vel antiqvitas temporis, Salycet. *in l. 1.* 7 *in pr. C. de testib.* † Qvæ res certè facit, ut leviores qvoqve probationes admitti debeant, qvæ alioqvin non admitterentur; ex veneratione nempe antiqvitatis, Cravett. *in tract. de antiqv. temp. part. 1. vers. ampliatur num. 12. & 13.* Anton. Faber. *in C. lib. 4. tit. 14. definit. 6. num. 4.* 8 † Illa verò longè fortior erit probatio, qvæ ex Calendario Ecclesiastico, vulgò, (aus dem Kirchen- oder Tauff-Buche) producitur: Etenim si scripturæ publicæ fides habetur, absqve omni alio adminiculo, ut dixi *Defin. præced.* † qvidni multo magis libro sive Calendario Ecclesiastico, propter autoritatem Ecclesiæ, favoremqve ipsius causæ? Anton. Faber *dict. tit. 14. defin. 8. in pr.*

Ita Dominii in causa Christophori Kaldoffens zu Leissigk/ Mens. Novembr. Anno 1617. (Verba sentent. Ob nun gleich inmittels alle die jenige Personen/ so auff eurer Eltern Hochzeit gewesen/ verstorben/ und ihr dahero so wohl wegen Länge der Zeit niemand auffzubringen vermöget/ so der Hochzeit beygewohnet/ und Braut und Bräutigam zur Kirchen gehen gesehen/ ꝛc. So habt ihr doch durch den eingebrachten Extract aus dem Ehe- und Tauff-Buche der Kirchen zu St. Thomas, so mit des Herrn Pastoris D. Polycarpi Leisers Hand und Siegel bekräfftiget ist/ so viel erwiesen und dargethan/ daß ihr nicht allein aus einem rechten und unbefleckten Ehe-Bette gezeuget und gebohren seyd; sondern auch/ daß eure Eltern/ wie gebräuchlich/ öffentlich seyn proclamiret, nachmals getrauet/ und sie also ihren Kirchgang gehalten haben; Und es ist euch die Obrigkeit des Orts/ allda ihr euch niederzulassen gedencket/ das Bürger-Recht deßwegen/ daß ihr niemand auffbringen noch verstellig machen könnet/ so auff euerer Eltern Hochzeit gewesen/ nach Gelegenheit dißfalls/ beständiger Weise zu versagen und abzuschlagen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XXVII.

Credendum assertioni judicis etiam non juratæ de iis, qvæ coram eo gesta sunt.

CUm testamentum coram Judice & Scabinis factum in libro Judicii publico (in dem Gerichts-Buche) non reperiebatur, qvæsitum fuit: † *An non fides esset habenda Judici* 2 *& Scabinis, de testamento coram se facto deponentibus?* Qvod affirmare Domini haud dubitavêre; Cùm juris certissimi sit, † Judicis assertionem probare, *l. Divus 14. ff. de offic. Præsid.* 3 De iis scilicet rebus, qvæ coram ipso fiunt, qvæqve ad ejus officium spectant, *c. significavit 48. de appellat.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 7. num. 5.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 950. num. 30.* † Etenim si creditur viro nobili & 4 bono, ut dicit Gloss. *in l. Titio fundus 73. ff. de condit. & demonstr.* multo magis credendum erit judici, tanqvam viro bono, *l. vir bonus 18. ff. jud. solv.* † Pro qvo aliàs etiam maxima est præ- 5 sumptio, *l. si qvis 2. C. de offic. civil. judic.* † Modò 6 adfuerint Scabini, *c. cum à nobis 28. extr. de testib. c. post cessionem 7. de probat.* Joseph. Mascard. *dict. concl. 950. num. 2.* Majus forsan dubium qvis existimaverit: *Num hoc casu jurare debeant Judex & Scabini?* Sed videtur sufficere juramentum 7 ab initio semel ad officium hoc præstitum, qvod ipsum facit, ut eorum depositio jurata habeatur, Matth. Coler. *part. 1. decis. 196. num. 3.* † 8 Idqve potissimum de Jure Saxonico, qvo Judici & Scabinis adhibetur plena fides, testificantibus superhis, qvæ coram illis gesta sunt; etiam absqve speciali juramento, Landr. *lib. 3. art. 88.* Gloss. Weichbild. *art. 11. §.* Wäre es auch Sache. Addit. *latin. ad text. german. lit. E. art. 7. lib. 1.* Landr.

Ita Dominii in causa Georgii Großens zu Pelgershayn/ Mens. Martio Anno 1597. (Verba sent. Hat Peter Wehner vor Richter und Schöppen seinem Schwäger Laux Leignitzen alle sein Vermögen auff sin Todes-Fall beschieden/ welches bemeldte Gerichts-Personen alsobald durch den Kirchen-Schreiber auffzeichnen lassen. Ob nun gleich solche Schrifft dem Gerichts-Buche nicht einverleibet/ auch durch den Erb- und Gerichts-Herrn nicht bestätiget worden; Da aber dennoch ermeldte Gerichts-Personen bey dem Eyde/ so sie zu den Gerichten geschworen/ ausgesagt/ daß solches vor ihnen also geschehen/ und durch den Kirchen-Schreiber auf ihren Befehlich in solche Schrifft verfasset worden/ dem Gerichts-Buche aber dieser Ursach halber nicht einverleibet werden können/ weil die Gerichts-Bücher nicht verhanden gewesen/ ꝛc. So wäre gedachter letzter Wille/ seiner Solennitäten halber/ zu Recht kräfftig/ V. R. W.)

Definit. XXVIII.

Delictum in conspectu judicis, pro tribunali sedentis, commissum, absq; ulteriori probatione & processu puniri potest.

EAdemqve ratio facit, ut magistratus sive 1 Judex delictum, se præsente ac pro tribunali sedente commissum, absqve omni ulteriore processu coërcere, ac injuriam, in judicio sibi tanqvam judici illatam, vindicare qveat;

2 qveat. † Scilicet, qvia ſuper eo, qvod geſtum eſt in conſpectu judicis, pro tribunali ſedentis, 3 nulla ampliùs probatio exigitur; † cùm de hoc judici, ut judici, jam ſatis conſtet, Joach. Mynſing. *cent. 6. obſerv. 3.* ubi ita in Camera judicatum tradit Cancell. *de offic. Prætor. tit. de notor. crimin.* 4 *n. 14.* † Non enim in notoriis expedit cognoſcere, vel ſententiam proferre, ſed exſeqvi vel punire, *c. de manifeſta c. manifeſta 2. q. 1. c. evidentia 9. de accuſat. l. ea qvidem 7. C. eod. tit.* Andr. Gail. 5 *lib. 1. obſerv. 39. n. 3.* † Nec movet qvicqvam, ſi dicere velis, judicem hâc ratione in propria cauſa atqve negotio teſtari, atqve judicare, contra *l. nullus 10. ff. de teſtib. & l. un. C. Ne qvis in ſuâ cauſ.* 6 † Nam qvoties judici infertur injuria ut judici, tùm ipſe judex puniendo, non in ſuo, ſed alieno negotio procedere, & condemnare dicitur, per text. in *c. 1. de pœn. in ſexto, ubi* Gloſſ. *in verb. pun. l. illud 9. ubi* Caſtr. *de appell.* Panormit. *in c. ſi qvis* 7 *contra 4. n. 11. & 17. de for. compet.* † Ex qvo aliud omninò dicendum eſt, ſi pœna imponenda foret ratione proprii intereſſe; ut puta, ſi judex injuriam paſſus ad privatam vindictam, puta ad 8 pœnam ſibi applicandam, agere vellet; † Ne videlicet in propriâ causâ jus dicere cenſeatur; contra *dict. l. un. C. Ne qvis in ſuâ cauſ.* Andr. Gail. *dict. obſ. 39. n. 4.*

Ita Domini in cauſa des Raths zu Grimme / Menſ. April. Anno 1600. Verba ſent. Da nun bemeldter N. N. ſolchen Frevel in der gewöhnlichen Rath-Stube / in Beyſeyn des Bürgermeiſters / zweyer Richter / und eines Baumeiſters / welche damals Ammts-halben allda beyſammen geweſt / verübet; So wäret ihr der Rath ſolcher Verbrechung halber / wider ihn rechtliche Klage anzuſtellen / oder ſonderlichen Beweiß zu führen / nicht ſchuldig; Sondern er wäre euch die auffer legte Straffe zu zahlen pflichtig; In Verweigerung deſſen / wäret ihr dieſelbe durch Hülffs-Zwang von ihme einzubringen wol befugt / ꝛc. V. R. W.)

Definit. XXIX.

Etiam Dominus feudi teſtes, jurisdictioni Vaſalli ſubjectos, per ejusdem ſubſidium citare tenetur.

1 EVocatio teſtium ex alieno territorio, procul dubio non niſi per ſubſidium magiſtratus illius territorii facta, valet. Nec teſtes aliter citati comparere tenentur; qvia extra territorium jus dicenti impunè non paretur, *l. fin. ff. de jurisdict. omn. judic.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 13. n. 1. & ſeqq.* Qvid verò ſi Dominus feudi ſubditos Vaſalli 2 ſui ad teſtimonium ferendum citare velit? † Proprio jure ac poteſtate hoc facere ipſum poſſe, irreqviſito Vaſallo, multis diſputat Andr. Rauchb. *dict. q. 13. n. 12. & ſeqq.* Cujus rationes eò 3 potiſſimum collimant, † qvod Dominus feudi jurisdictionem Vaſallo non privativè, ſed cumulativè concedere videatur; ut proinde eandem in ſubditos Vaſalli exercere, haud prohi- 4 beri debeat. † Sed ut *Rauchb.* conceſſerim, de jure communi jurisdictionem inferiori non privativè, ſed cumulativè conceſſam videri: Pa- 5 norm. *in c. paſtoralis 11. n. 6. extr. de offic. Ordin.* † Certè ad ſtatum Reipublicæ præſentem nil inde inferre licet. Cum juris notiſſimi ſit, Vaſallis jure feudi in perpetuum hodiè concedi jurisdictionem, ut proinde revocari, vel ſaltem à concedente turbari neqveat. † Siqvidem feudum eſt 6 inſtar uſusfructus, *tit. 23. in fin. F. 2.* Atqvi non poteſt à proprietario Uſufructuarius impediri, qvò minus utatur-fruatur liberè prædio Uſufructuario, Heinr. Bocer. *de jurisdict. cap. 8. n. 80.* Taceo, qvod maxima illa *Dd.* † *Conceſſionem nempe cumulativè, non privativè factam cenſeri*, procedat ſaltem qvoad jus ſuperioritatis, der Fürſtlichen oder Gräfflichen Landes-Obrigkeit: Secùs verò qvoad juſtitiæ adminiſtrationem in cauſis civilibus; qvarum cognitio non niſi ad inferiorem 8 ſpectat. † Dixerim ergò, hodiè Vaſallis non cumulativè, ſed privativè jurisdictionem cenſeri conceſſam, † adeòqve nec ſuperiorem in exercitio ju- 9 risdictionis inferiorem judicem turbare, aut irreqviſito eo, ſubditos ad teſtimonium dicendum citare poſſe, juxta tradita Felin. *in c. paſtoralis 11. n. 4. extr. de offic. Ord.* Heinr. Bocer. *dict. loc.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. c. 1. n. 158.* Matth. Weſenb. *conſil. 95. n. 57.* Chriſtoph. Beſold. *in colleg. polit. Claſſ. 1. diſp. 3. th. 14. infin.* † Planè, ſi con- 10 ſvetudine loci aut obſervantiâ Cancellariæ aliud ſit introductum, qvin tùm aſſertione *Rauchb.* ſtandum ſit, non reclamaverim. Vid. *pract. meam crim. part. 3. q. 109. n. 94.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Reudels in Bettfeld / Menſ. Aug. Anno 1596. (Verba ſentent. Da der Landes-Fürſt / von deme eure Frage meldet / die Perſon / derer auch in eurer Frage gedacht wird / mit den Ober- und Nieder-Gerichten beliehen / und ſeine Fürſtl. Gn. gedachter Perſon Unterthane zu Zeugen in bürgerlichen und peinlichen Sachen citiren wolte; So geſchicht von hochermeldter Ihr. Fürſtl. Gn. ſolches Vermöge der Rechte / wofern des Orts / dem Hof- und Cantzeley-Brauch nach / ein anders nicht herbracht / per ſubſidium und durch Befehlich an den Unter-Richter billich / V. R. W.)

Definit. XXX.

Factâ publicatione atteſtationum, repeti poſſunt teſtes ad declarandam depoſitionem ambiguam.

NOn nego eqvidem, qvòd factâ atteſtationum 1 publicatione, teſtes ad partis inſtantiam repeti prohibeantur, *c. per tuas 48. ubi* Gloſſ. *in verſ. audiendum in pr. &* Hoſtienſ. *in Summar. n. 3. ac ibidem* Felin. *n. 2. extr. de teſtibus.* Proſp. Farin. *de teſtib. q. 66. n. 255.* † Verendum enim eſſet, ne te- 2 ſtes, ut plurimùm ruſtici, & timidi metu perjurii aliud nihil prodere vellent, qvàm idipſum, qvod priore teſtatione contineretur, unde fieret, ut iterata illa auditio nullius planè effectus eſſet, prout diſputat Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 15. Definit. 47. n. 4.* † Attamen qvando dubia & ambigua eſt 3 teſtium depoſitio, neceſſe omninò eſt, teſtes denuò audiri eamqve declarari, Felin. *dict. loc.* Proſp. Farin. *dict. q. 66. n. 264.* Hartm. Piſtor. *part. 1. q. 41. n. 2.* non qvidem per repetitionem, ut *Pragmatici* loqvuntur, † ſed ex integro, ac ſi nunqvam auditi 4 fuiſſent, ut in ſimili loqvitur Anton. Fab. *dict. defin. 47. n. 3.* † Qvamvis & plurimi extent caſus, ubi repetitio teſtium admittitur, qvos per Limitationes 5 tractat Farinac. *dict. q. 66.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Merlichs contrà Hanſen Francken / ventilata coram Senatu Lipſienſi, Menſ. Octobr.

Octobr. Anno 1618. (Verba sententiæ: Daß die angegebene zween Zeugen zu Magdeburg/ Levin Braun nũ Hans Albrecht/ Beklagtens Wiederfechtens ungeachtet/ auff die von Klägerin angezogene Mängel/ Vermittelst ihres in dieser Sachen allbereit geleisteten Eydes/ billich vernommen/ auch ihre dunckele Aussage zu erklären und gewiß zu machen angehalten werden/ V.R.W.)

Definit. XXXI.

Testes non jurati nihil probant, nisi ex conventione partium iis fuerit remissum jusjurandum.

1 EXpediti juris est, † juramentum à testibus, priusqvam deponant, præstari debere, *cap. fraternitatis. 17. in fin. extr. de testib.* Hartm. Pistor. *part. 1. q. 43. n. 1.* atqve testationum vis & potestas adeò pendet ex testium jurejurando, † ut nec aliter fidem faciant, qvàm si juratæ sint, *l. jurisjurandi 9. C. de testib. cap. nuper. 51. c. quoniam 5. &* 3 *c. licet universis 23. extr. eodem tit.* † nec alio die factæ videantur, qvàm qvo juratum est, Gvid. Pap. *qvæst. 125.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 8. n. 2.* Et qvidem præsentia partis adversæ ad hoc ipsum 4 requiritur. † Perpetuum siqvidem est, ut de qvacunqve re factæ testationes, etiam apud competentem judicem, non aliter valeant, qvam si præ- 5 sente adversâ parte factæ sint, † non ut audiantur testes, parte præsente, sed ut jurent, ne alioqvi facile sit, fraudem & injuriam comminisci, *l. si qvando 19. cum Auth. sed & si qvis C. de* 6 *test.* Ant. Fab. *dict. tit. 14. defin. 13.* † Qvod & disertis verbis confirmatum ab Electore Saxoniæ Illustrissimo in Ordin. process. judic. *tit. 20.* §. 7 Wenn es nun hierauff. † Planè, valent etiam ac plenè probant attestationes testium non juratorum, si litigantes hisce juramentum expressè remiserint, qvod ipsos facere posse vel inde 8 dubium non est, † qvia eorum interesse potissimum versatur in juratis attestationibus. Qvidni ergò beneficio huic renunciare liceret, *l. pen. C.* 9 *de pact.* † Idqve probat Ord. process. judic. *tit. 20.* §. Wenn es nun hierauff. *vers.* Sollen dieselbe/ in Gegenwart der Partheyen/ den gewöhnlichen Zeugen-Eyd leisten/ und dessen keiner/ ohne beyder Theile ausdrückliche Bewilligung/ erlassen werden.

Ita Dominiin causa Vincentii Colrads zu Zwickau/ Mens. Jan. Anno 133. (Verba sententiæ: Dieweil den Zeugen/ so in einer streitigen Sachen Zeugnüß geben/ anderer Gestalt nicht Glauben zuzustellen/ als wenn sie zuvor den gewöhnlichen Zeugen-Eyd/ in Gegenwart der Partheyen (dafern ihnen solcher Eyd von denselben ausdrücklichen nicht erlassen worden) gebührender masse geleistet/ ꝛc.)

Et in causa Wolffen von Lists zu Kasell/ Mens. Febr. Anno 1591.

Definit. XXXII.

Testes haud jurati deponentes, publicatis attestationibus, denuò sub juramento examinari debent.

1 AT qvid, si testes haud jurati jam deposuerint, *num publicatis attestationibus denuò examinari debeant?* † Negandum id forsan existima- 2 veris, propter suspicionem subornationis, qvæ regulariter ulteriorem examinationem testium impedire solet, *Auth. At qvi semel C. de probat. cap. fraternitatis 17. de testib.* † Qvin & metuendum 3 esset inde perjurium; Nam si testis denuò juratus deponere cogeretur, verisimile est, eum, ne semetipsum mendacii convincat, atqve adeò falsi pœnam incurrat, haud facilè ea, qvæ prius dixerat, mutaturum, sed potius metu pœnæ, eadem juramento suo confirmaturum, ut proinde hoc casu anceps perjurii periculum subsit, atqve hinc testium repetitio haud admittenda videatur. † Sed periculum hoc perjurii & subornatio- 4 nis ejus momenti non est, ut propterea partes probandi facultate defraudari debeant. Qvinimo testes juramento devincti, periculum hoc inviti subire coguntur potius, qvàm ut producenti probandi facultas denegari debeat, † qvod 5 vel ideò magis in casu proposito locum habet, qvo major ipsorum testium intervenit culpa, qvi juramento prius non præstito, uti par fuerat, deposuerunt, vel injurati ea protulerunt, qvæ deinceps juramento comprobare non audent. † Cùm 6 econtra nulla partium interveñerit culpa, qva juramentum omissum fuit, uti pluribus demonstrat & tuetur Hartm. Pist. *part. 1. q. 43.* † qvi hoc 7 ipsum qvoqve ad interrogatoria extendit, ita, ut testes, qvi propter interrogatoria prætermissa repetuntur, denuo jurare teneantur, nisi prius juramentum generaliter super totâ causâ fuerit præstitum *dict. part. 1. qu. 41.* † Hocqve disertâ Elec- 8 toris Saxonici sanctione fuit confirmatum in Ord. process. jud. *tit. 20.* §. Wenn es nun hierauff. *vers.* Auch auff Gegenfall/ da der Zeuge nichts minder ohne Eyd abgehöret würde/ auff des Partheyen Ansuchen/ auch nach eröffnetem Gezeugniß auff vorgehenden gewöhnlichen Zeugen-Eyd von neuen *examiniret* werden. † Planè, licet 9 testes sub juramento denuo examinari debeant, attamen prius dicta per juramentum subsecutum confirmare non tenentur, † qvæ duo ab invicem 10 multum differunt, cum depositio sine juramento facta sit nulla, ac propterea confirmari neqveat, sed de novo testes sub juramento examinari non prohibeantur, ut modò dixi, Vid. eleganter Hart. Pist. *dict. q. 43. n. 5.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Und aber nicht zu befinden/ daß die Zeugen in dieser Sachen den Zeugen-Eyd abgeleget/ ꝛc. So werden sie auch nach eröffneten Gezeugnüß auff vorgehenden gewöhnlichen Zeugen-Eyd/ von neuem billich examiniret. V.R.W.)

Definit. XXXIII.

Exigi potest juramentum malitiæ à producente peregrinos testes.

1 SOlent qvandoqve advocati dolosè vel ex imperitiâ, (nescientes scilicet aliter partes juvare & causam protrahere,) testes plane peregrinos ultramarinos & in longinqvis regionibus degentes nominare, & ad eos producendos bene multas petere dilationes, Gloss. *in c. statutum 11. sub fin. §. proferendo qvoqve testimonio, verb.* *expen-*

2 *expensas in pr. de rescript. in sexto.* † Qvibus occurritur juramento malitiæ, qvod à litigantibus hoc casu exigi potest, *c. præsentium 2. circa fin. de* 3 *testib. in sexto* Gloss. *dict. loc.* † nec non præfinitione certi termini ad reproducendas ejusmodi depositiones, prout sancitum ab Electore Illustrissimo in Ord. proces. jud. *tit. 23. in fin.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 42. n. 18.*

Ita Domini in causa Andreæ Simmingers contra Hæredes Susannen Seymerin zu Franckenhausen / Mens. Majo Anno 1602. (Verba sent. Daß es/ eingewandter Leuterung ungeachtet / bey jüngst-gesprochnem Urtheil nochmals billich bleibet/ iedoch mit dieser Erklärung/ daß Beklagte den gefoderten Eyd Malitiæ vor Abhörung derer von ihnen angegebenen weit-abgelegenen Zeugen zu leisten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Reus suspectus, qvod attestationes actoris didicerit, non admittitur ad reprobationes, priusqvam juramento se ab illa suspicione liberaverit.

1 CUm Reus Notarium, multis modis suspectum, testium examini adjungi petiisset, exi-
2 stimaverunt Domini, † eum posteà ad reprobationes non admittendum, priusqvàm mediante juramento se purgaret, qvod à Notario illo attestationes testium non didicisset, per text. *in Novell. 90. c. 4. verb. primitus Sacramento dando ab eo, qvod neq; subtraxit neqve percunctatus testationes, neqve ipse, neq; aliqvis advocatorum ejus, &c.*
3 † Etsi enim agatur ibidem de qvartâ productione, ex qvâ præsumptio oritur adversus produ-
4 centem, qvod testificata didicerit; † attamen cum eadem præsumptio hoc in casu militaret, ex rationis identitate sanctionem Justiniani Imp. hùc extendere haud dubitavere Domini, maximè
5 † qvia in qvacunqve litis parte ex justâ causâ litigantibus deferri qveat juramentum malitiæ, *supr.* Constit. Elector. *12. Definit. 21.* cui hoc est simillimum.

Ita Domini in causa Dn. Andreæ Abbatis des Königlichen Stiffts zu St. Petersberge in Erffurt / Mens. August. Anno 1592. (Verba sent. Da die angegebnen Ursachen des Verdachts/ so in euren Gesetzen wider den Notarium Adjunctum, welchen Beklagte bey Verführung des Beweises niedergesetzt/ in den Acten, so uns vollkömmlichen nicht zugeschicket/ oder sonsten/ wie Recht / dargethan werden möchten; So erschiene daraus so viel/ daß Beklagte/ Vermittels ihres leiblichen Eydes/ zu erhalten schuldig/ daß sie den Inhalt der abgehörten Zeugen Aussage/ weder von ihrem Adjuncto Notario, noch sonsten erkundiget/ oder erfahren / und ehe und zuvor solches geschicht/ möchten sie mit ihrem angegebenen Gegen-Beweiß nicht zugelassen werden/ V. R. W.)

Definit. XXXV.

Actor non nisi ex causâ rationabili & sufficienti, ad probationes in perpetuam rei memoriam, ante litis contestationem admittitur.

1 IN actoris personâ regulariter statutum est, eum non nisi ob certas causas ad probationem in perpetuam rei memoriam, ante litis contestationem, admittendum, veluti: ob ætatem decrepitam, absentiam diuturniorem, aut adversam valetudinem, &c. *c. qvoniam frequenter 5. extr. ut lit. non contest.* Dd. *in Auth. sed & si qvis C. de testib.* Hartm. Pistor. *part. 1. q. 39. n. 2.* † Qvod 2 & approbavit Elector Saxoniæ Illustrissimus in Ordin. proces. judic. *tit. 27. in pr. vers.* Denn dem Kläger. † ne scilicet veritas supprimatur, 3 *l. ult. §. si verò qvis 4. C. de episc. audiend. l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib. l. 18. C. de solut.* Etsi namqve minus faveri soleat actori qvàm Reo, † qvia in ejus potestate est, qvando agat, non 4 etiam in potestate rei, qvando conveniatur, *l. puto 5. §. ult. ff. de doli except. l. qvi in alterius 42. ff. de reg. jur. l. petendæ 6. C. de temp. pet. in integ. rest.* † perinde tamen non modò æqvum, sed etiam 5 necessarium est, hac parte succurri actori, qvia nonnullas moras semper injicit exercitio judicii, ut ait JCtus Paulus *in l. etiam 15. ff. ut legat. nom. caveat.* Anton. Faber. *in C. lib. 4. tit. 14. def. fin. 1. num. 5.* † Sed reus plus juris habet, ac pro- 6 bationem ad perpetuam rei memoriam, indifferenter, & absqve causâ sufficiente suscipere valet, *c. significavit 41. c. Alberitus 43. extr. de testibus.* † Modò hoc faciat ante litis contestatio- 7 nem. Postea enim non minus, qvàm ipse actor, ad causas sufficientes astrictus est, *dict. tit. 27. in pr. vers.* Ein Beklagter aber. Hartm. Pistor. *dict. q. 39.* ubi totam hanc materiam ad amussim tractat, de qva etiam vid. *eleganter* Ant. Fab. *dict. tit. 14. defin. 1.* † Qvicunqve autem (sive actor 8 sive reus) testes ad perpetuam rei memoriam examinari petit, reqvisita solennis probationis tàm in exhibitione articulorum, qvam citatione adversæ partis observare tenetur, *dict. tit. 27. vers.* Wenn nun einer solch Gezeugnüß / &c. Cujus rei effectus potissimùm hic est, † qvod testes ita re- 9 cepti & examinati perpetuò probent, tanqvàm publicum instrumentum, *dict. cap. significavit 41. extr. de testib.* † qvorum testimonia, non obser- 10 vatis illis solennibus, concidunt, nisi producens intra annum convenerit adversarium, *dict. c. qvoniam frequenter 5. extr. ut lit. non contest.* Hartm. Pistor. *dict. q. 39. num. 21. ubi* Simon Ulricus Pistor. *in addit. lit. F.* † Idqve placuit Serenissimo Domi- 11 no Electori Saxon. in *dict. tit. 27. in fine vers.* Es soll aber auch.

Ita Domini in causa Hansen Liebeners zu Leipzig / Mens. Aug. Anno 1620. (Verba sent. Habt ihr wider Andreas Räffschmieden eine Klage erhoben / und demnach etliche unter den Personen/ so ihr künfftig zu Zeugen anzugeben gemeynet / eines hohen Alters seyn / ist euch dieselbe ad perpetuam Rei Memoriam abzuhören nachgelassen worden/ worauff ihr den Beweiß solcher massen geführet/ &c.)

Et in causa Hæredum Dn. Daniel. à Liechtenfels contra Comitissam à Kinitz und Zettau zu Dreßden / Mens. Februar. Anno 1636. (Verba sententiæ: Daß der Beweiß ad perpetuam Rei Memoriam nach Gelegenheit dißfalls/ weil die Zeugen meistentheils Exulanten, und an einem gewissen Ort allezeit nicht anzutreffen / zulässlich/ derowegen nach anderweit an die Partheyen und Zeugen vorgehender gebührender Citation mit Aufnehmung / Vereydung und Abhörung derselben und sonsten allenthalben den Rechten gemäß verfahren wird/ V. R. W.)

Defi-

Definit. XXXVI.

Testationes ad futuram rei memoriam factæ post litem demùm contestatam & Reprobationes adverse partis sunt publicandæ.

1 TEstationes ad futuram rei memoriam conscriptæ, nec ab adversario inspici possunt ante publicationem, nec publicari debent, priusqvam adversarius qvoqve testes suos produxerit, & audiri curaverit, † ne alioqvi per testes
2 probandi ratio nulla superstit ei, qvi testationes ab adversario prolatas jam didicerit, propter metum corruptionis & subornationis, *c. fraternitatis 17. extr. de testib.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 44. n. 6.* Matth. Col. *part. 2. decis. 299. n. 3.*
3 † Neutiqvam ergò ante litem contestatam admittenda erit publicatio, Hartm. Pistor. *part. 1. q. 39. n. 7.* Qvod & ipsi actori haud parùm proficiet, ne alioqvin præcludatur via producendi alios testes, Salycet. *in Autb. sed etsi qvis n. 7. C. de*
4 *testib.* Hartm. Pistor. *dict. q. 39. n. 8.* † Qvo & caute respexit Saxo Illustrissimus in Ordinat. process. judiciar. *tit. 27.* § Wann nun das Gezeugnüß. *Col. dict. decis. 299.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sententiæ: So wird mit Eröffnung dieses ad perpetuam rei memoriam geführten Gezeugniß/biß nach beschehener litis contestation und von Beklagten geführten Gegen-Beweiß billich in Ruhe gestanden/ V. R. W.)

Definit. XXXVII.

Mors regulariter non probatur per unicum testem.

1 QVum vivere qvilibet præsumatur, *l. ult. C. de SS. Eccles.* mors tanqvam facti extrinseci &
2 accidentalis probari debet, † maximè qvando est fundamentum intentionis, *l. 2. §. si dubitetur 4. ubi* Bartol. & Dd. *ff. testament. qvemadmod. aper.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 39. n. 9.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1073. n. 1.*
3 † Non autem sufficit unicum testem de morte alicujus deponere. Sed probanda ea est testimonio duorum, qvi viderunt illum vitâ functum & tumulo mandari, *arg. l. jurejurandi 9. §. 1. C. de testib.* Bartol. *in d. l. 2. §. si dubitetur 4. n. 1.* Jacob. Menoch. *de adipisc. possess. Remed. 4. n. 675.* Besold. *part. 3. cons. 91. num. 123.* maximè qvia tùm agitur de gravi præjudicio tertii, putà de hæreditate deferendâ, Nicol. Boër. *decis. 288. n. 1.* Joseph. Ludu.
4 *part. 1. decis. 12. n. 8.* † Nec refert, an testes sint extranei vel consangvinei, qvibus de morte alicujus deponentibus vel propterea haud minor
5 fides haberi debet, † qvia hi magis qvàm extranei mortem consangvineorum scire præsumuntur, *arg. l. de tutel. 7. C. de in integr. restitut. l.*
6 *octavi 9. ff. Unde cognat.* Menoch. *dict. loc.* † Qvin & probata alicujus mors est, licet testes non deponant, se vidisse illum mortuum, sed tantummodò mori, & vice versâ, *l. siqvidem 5. C. solut. matrim.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1075. n. 4.*

Ita Domini in causa hæredum Petr. Weinolds zu Kemnitz/ Mens. Septembr. Anno 1624. (Verba sent. Ob gleich Georg Clemme endlichen berichtet und ausgesagt/daß Peter Weinold/ ein Fleischhauer/ so in verwichenen Jahren sich vor einen Soldaten schreiben und brauchen lassen/zu Frankfurt an der Oder auf einem bösen Halse/daran er darnieder gelegen/des andern Tages gestorben/und daselbst auff den Kirchhofe begraben worden/ inmassen er denn selbst darbey gestanden/und ihn in die Erde legen/ und die Soldaten/so der Leichen das Geleite geben/ihrẽ Brauch nach auf das Grab Salve schiessen gesehen und gehöret/rc. So ist doch durch dieses einigen Zeugens Aussage bemeldtes Peter Weinolds Todt/wie recht/nicht erwiesen und beybracht/ derowegen desselbigem Eheweibe sich anderweit zu verehlichen/und denen nechsten Freunden/die Erbschafft unter sich zu vertheilen / noch zur Zeit nicht verstattet werden mag / V. R. W.)

Definit. XXXVIII.

Nisi mors occulta veniat probanda, putà qvod qvis in loco aliqvo remoto, mari, acie, aut morbo contagioso obisse dicatur.

1 NOn tamen nego, qvin aliter qvandoqve mors alicujus probetur, putà per jusjurandum, qvando agitur de levissimo præjudicio, Lanfranc. *in c. qvoniam contra 11. tit. de testib. num. 189. extr. de probat.* Dec. *in l. ult. num. 28. in fin. C. de edict. divi Adrian.* † & ex libris Rectorum Eccle-2 siarum, in qvibus describi solent nomina mortuorum, modò extet consvetudo, ut fides habeatur ejusmodi libris, neqve de magno præjudicio agatur, Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. vidimus per l. si qvidem 5. C. solut. matrim.* † Nec le-3 vis ea est mortis probatio, qvæ fit per diligentiam exploratorum missorum à judice, qvi facta inqvisitione & investigatione referunt, illum in rebus humanis non inveniri & nusqvam esse, Durand. *in tit. de art. testand.* Campeg. *de test. Reg. 350. v. 10.* † Nam qvi nusqvam est, mortuus est, 4 secundum Ciceron. *in orat. pro Plane.* † Qvate-5 nus etiam per famam mors probetur, tradit latissimè Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1074.* † Planè sufficiens est depositio etiam unius 6 testis, qvando agitur de morte occultâ, sive obscurâ, puta si qvis in loco aliqvo remoto, mari, acie aut morbo aliqvo contagioso mortuus dicatur, per text. *in Nov. 117. c. 11. Auth. hodie C. de Repud.* id qvod difficillimè constare potest, Felin. *in c. veniens 10. de testib.* Anton. Gabriel. *in tit. de testib. concl. 35. limit. 13.* Prosp. Farin. *oper. crim. part. 5. q. 140. p. 2. n. 49. 54. tit. 16.* † Modo testis hic sub 7 juramento deponat, qvod interfuerit sepulturæ, vel ipsum viderit cadaver, Campeg. *dict. reg. 350. v. 9.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1075. n. 6.* Farin. *dict. loc. n. 16.*

Ita Domini in causa hæredum Daniel Weissens zu Marienberg / Mens. Septembr. Anno 1624. (Verba sent. Hat Simon Zimmermann/vermittels Eydes/ Gerichtlichen ausgesagt/ daß er nebenst dem ausländischen Daniel Weissen den Venetianern zu Wasser und Lande vor einen Soldaten gedienet / und in Candiam verschicket worden/allda wären sie von dem Winde verschlagen/und in die Insul Anconam getrieben / Daniel Weisse wäre dazumahl kranck worden/ und auff dem kleinen Gallion verstorben / worauff seine Spieß-Gesellen den todten Leichnam/mit einem weissen Hembde angethan/in einen Sarck geleget / denselben mit Werg wohl verstopffet und zugepicht/so dann aufs Wasser gesetzet/und in GOttes Nahmen dahin schwimmen lassen / Sie hätten auch ein Schreiben und zweene Cronen darzu gelegt / damit der todte Leichnam/wo er anlenden würde/ehrlicher Weise möchte begraben werden/dabey hätte die gantze Compagnie auf solchem Schiff/nach Soldaten Gebrauch/ 3. mahl loß geschossen/inmassen er Zeuge auff dem andern Schiffe auch gethan / und seinem Landesmann und alten Bekandten damit gleichsam den letzten Ehren-Dienst/ nach Gewohnheit der Soldaten/ bewiesen/ und solches

alles wäre vor sechsthalb Jahren geschehen / ꝛc. So ist hierdurch / gestalten Sachen nach / berührtes Daniel Weissens Todt zur Nothdurfft erwiesen / derowegen seinen Geschwistern / als nechsten Erben / seine Verlassenschafft / ohne Gerichtliche Caution und Versicherung / billich abgefolget wird / V.R.W.)

Item in causa hæredum Thomæ Franckens zu Naumburg / Mens. Majo Anno 1625. (Verba sententiæ: Hat nun ein Zeuge / vermittels Eydes / gerichtlichen ausgesagt / daß er gesehen und gehöret / daß Thomas Franckens in der Stadt Riga in Liefland / als das Schwedische Kriegs-Volck den 7. Septembr. Anno 1621. nach Mittage umb 4. Uhr die Stadt bey der Sand-Pforten mit Sturm angelauffen / auff einem Rundel erschossen worden und umbkommen / ꝛc. So ist Thomæ Franckens Todt / gestalten Sachen nach / dadurch zur Nothdurfft erwiesen / derowegen nunmehr den nechsten Erben seine Verlassenschafft eigenthümlichen billich abgefolget wird / ꝛc. V.R.W.)

Definit. XXXIX.

Unius testis de proprio facto deponentis testimonio qvando credendum.

1 EVenit aliqvando, ut unici solius testis admittatur testimonium, nimirum testantis de facto proprio, Salycet. *in l. si qvis decurio 21. C. ad Leg. Cornel. de falsf.* Socin. *lib. 1. consil. 61. n. 8.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 35.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. in præfat. q. 11. n. 15.* Jac. Menoch. 2 *de arbitr. jud. q. lib. 2. cas. 99. n. 13. & seqq.* † Qvod tamen non aliter procedere existimaverim, qvàm si testis deponat de negotio, cujus ratione nihil sua interest, uter ex litigatoribus vincat, Cravett. 3 *consil. 220. n. 18.* Anton. Fab. *dict. defin. 35. n. 2.* † Et cum ejus depositione adminicula qvædam & præsumptiones concurrant, qvas judex discretus sufficientes arbitratus fuerit, ut post alios, qvos copiosè allegat, docet Prosp. Farin. *de testib. q. 63. n. 221. & seqq.*

Ita Domini in causa Pauli Poëtii zu Dißschnitz / Mens. Decembr. Anno 1633.

Definit. XL.

Testes singulares de uno eodemq; licet facto, attamen de diverso loco & tempore deponentes, plenè non probant.

1 VUlgatum est, testes singulares non probare, qvia cum non sint conteſtes, non possunt jungi, ut numerum faciant, ideoqve non plus probant 2 mille qvàm unus, imò minus, † qvoniam alter alterius fidem debilitat, Bald. *in l. jurisjurandi 9. C. de testib.* Nicol. Boër. *decis. 23. n. 45.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 46. n. 2.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 5. n. 4.* Cravett. *cons. 267. n. 1.* † Consequitur inde, 3 si testes de uno eodemqve facto sive negotio, attamen de diverso loco aut tempore deposuerint, nihil probatum censeri, neqve horum testium depositiones uniri & conjungi posse ad 4 faciendam plenam probationem, † qvia testes dicuntur singulares, qvi non conveniunt in loco & tempore, vel aliis causæ circumstantiis, Gloss. *in l. testium 18. in verb. præsto, ubi* Dd. *C. de testib.* Rauchb. *dict. q. 5. n. 2.* Crot. *de testib. part. 7. n. 318.* 5 † Neqve hoc casu, qvo plures sunt de eadem re testes singulares, deferri jusjurandum in supplementum, nisi deposuerint testes de actu reiterabili, eorumqve testationes ad eundem tendant finem, docet post Caccialup. *in l. admonendi 31. de jurejur.* Anton. Faber. *dict. defin. 46. n. 3.* †qvia 6 scil. testes singulares minus probant qvàm unus, ut dixi antea, Fab. *dict. loc. n. 1.*

Ita Domini in causa Augusti Ritzschens contra Barthol Drolitzschen zu Rochlitz / Mens. Novembr. Anno 1616. (Verba sentent. Ob gleich etliche Zeugen vorhanden / darunter einer oder der ander auff den 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. übergebene puncta oder Articul etwas bejahet und ausgesagt. So erscheinet doch daraus und den andern Acten so viel / daß Beklagter das jenige / was ihme zu beweisen auffgelegt worden / und er sich angemasset / wie zu recht gnugsam (weil die Zeugen singulares seyn) nicht bewiesen und dargethan hat / V.R.W.)

Definit. XLI.

Probatur tamen solutio & debitum ex Confessione Creditoris vel Debitoris, de qvâ testes in loco & tempore variant.

SEd hoc ita, ubi tempus & locus est de substan- 1 tiâ Rei, Gloss. & Bart. *in l. ob carmen 21. §. ult. ff. de test.* Cravett. *consil. 78. n. 3.* Salycet. *in l. testium 18. C. de testib.* † Cæteroqvin, qvando in genere 2 qvid est probandum, ut puta jurisdictio, possessio, aditio hæreditatis, aliqvem esse prodigum, usurarium, &c. † diversitas in loco & tempore 3 singularitatem non inducit, nec testibus fidem tollit, Prosper. Farin. *de testib. q. 64. num. 78.* Gloss. & Bartol. *in l. 21. §. fin. verb. assistit. ff. de testib.* † Qvoniam singuli actus possessionis vel jurisdictionis 4 singulis testibus, qvamvis à se invicem in loco & tempore discrepantibus probati, in unum colligi & coacervari qveunt, collectiqve atqve conjuncti plenam & absolutam probationem constituunt. † Nempe qvia hi actus singuli ad unum eundemqve finem, qvi probandus est, referri possunt: Ex qvo seqvitur, † si particularis aliqvis actus in specie 6 circa possessionem vel jurisdictionem probandus esset, singulare testimonium haud recipi, Gloss. & Bartol. *dict. loc.* Bald. *in l. datâ operâ 11. C. qvi accus. non possess.* Modest. Pistor. *part. 1. q. 50. in fin.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 5. num. 5.* Joach. Mynsing. *cent. 3. observat. 76.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 749. num. 23. & conclus. 947.* † Hinc 7 etiam dixerim, solutionem vel debitum ex confessione Creditoris aut Debitoris probari variantibus licet testibus in loco & tempore, qvo facta est confessio, cum Andr. Rauchb. *dict. q. 5. num. 5.* † Qvoniam nempe in hoc casu singulæ 8 probationes per singulos testes factæ tendunt ad unum eundemqve finem, nimirum ad unius ejusdemqve facti sive debiti sive solutionis probationem. Ut proinde, † qvia singularitas te- 9 stium non obstativa vel diversificata, sed saltem cumulativa testium dictis inest, ea ad plenam probationem conjungi, nil prohibeat, Bald. *in Auth. rogati C. de testib.* Cravett. *de antiqvit. tempor. part. 4. §. Sed enim n. 9. & seq.* Rauchb. *dict. q. 5. n. 6.* Crot. *de testib. part. 7. n. 325.* Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 369.*

Ita Domini in causa Wolffgangi Windischen contra hæredes Johannis Tölzens zu Plauen / Mens. Novembr. Anno 1634. (Verba sententiæ: Würden die abgehörte Zeugen / vermittels gewöhnlichen Zeugen-

Zeugen-Eydes ihre Ausſage wiederholen / immaſſen ſie zu thun pflichtig / ſo erſcheinet daraus ſo viel / daß Kläger ſein Vorgeben zur Nothdurfft erwieſen und beybracht habe / derowegen ſeyn Beklagte / dafern Hans Merckel allbereit gebührlichen excutiret, und nicht mehr ſolvendo iſt / Klägern die geſoderten 50. fl. zu zahlen ſchuldig / V.R.W.)

Et in cauſa hæredum Chriſtophori Rauchens contra hæredes Caſpari Schweiniegels zu Freyburg / Menſ. Nov. Anno 1633. (Verba ſentent. Daß beklagte Rauchiſche Erben die angeführte exceptiones ſolutionis durch die vermittels Eydes abgehörte Zeugen / geſtalten Sachen nach / zur Nothdurfft erwieſen und beybracht haben / derowegen werden ſie von Klägers Zuſprüchen billich entbunden und loßgezehlet / V.R.W.)

Definit. XLII.

Varietas ſeu diſcrepantia teſtium modica non obſtat, qvò minus eorundem depoſitio plenam faciat probationem.

1 TEſtium dicta ita ſunt interpretanda, qvantum fieri poteſt, ut teſtes ad concordiam redigantur, Papienſ. *in form. oppoſ. contra teſt. poſt* 2 *publ. verſ. ac etiam varii n. 4.* † Idqve in perpetuum obſervare judex debet, ne dicta teſtium per cavillationem & calumniam malè accipi pa- 3 tiatur, † qvæ potiùs benignè ſunt adjuvanda favore probationum, *l. curent 22. ff. de teſtib. l. in lege 40. ff. ad Leg. Aqvil.* modo teſtis talis perſona ſit, cui non minus qvàm ejus teſtimonio fidem adhibere oporteat, ut loqvitur Anton. Fab. *in C.* 4 *lib. 4. tit. 15. definit. 59. n. 5.* † Ergò ſi teſtes de diverſo tempore depoſuerint, putà unus de ſex, alter de ſeptem annis: non diſcordes habendi erunt, qvia ille teſtis, qvi dixit de ſex annis, non negavit de ſeptem, & ſaltem conveniunt in minori tem- 5 pore, Proſp. Farin. *de teſtib. q. 65. n. 251.* † Et cum in probatione Rapinæ unus teſtis hora nona eqvum ablatum dicebat, alter verò horâ duodecima ejusdem diei id factum aſſerebat, haud ipſis fidem 6 denegandam exiſtimavêre Scabini, † qvia teſtes in viâ publicâ ambulantes nec audientes pulſum campanæ, in temporis momento facillimè errare 7 potuiſſent: † Nec etiam in ſubſtantialibus modica varietas teſtibus fidem tollit, Boſſ. *in tit. de tort. teſt. n. 32.* Corrad. *in pract. tit. de teſtib. Rubr. de contrar. teſt. fol. 122. n. 14.* Proſp. Farin. *de teſtib. q. 64. n. 36.*

Ita Domini in cauſa Wolffgangi Heſſens contra Martin Müllern zu Leipzig / Menſ. Jan. Anno 1635. (Verba ſentent. Daraus ſo viel zu befinden / daß Kläger das jenige / ſo ihme zu beweiſen auffer leget / und er ſich angemaſt / zur Nothdurfft erwieſen und beybracht habe / V.R.W.)

Definit. XLIII.

Teſtibus inter ſe diſcrepantibus, credendum eſt potius juratis qvàm non juratis.

1 QVando teſtes inter ſe diſcrepant, ſive ab unâ parte, ſive ab utraqve ſint producti, neceſſe eſt, ut judex ingenii ſui lumen oſtendat, teſtiumqve dicta diligenter ponderet, perſonas comparet, qvantâ auctoritate, qvantâ fide, qvantaq; religio- 2 ne qvisqve dixerit, accuratè perpendat, † qvâ in re judicem, certis præſcriptis Regulis, benè inſtruunt, Proſp. Farin. *de teſtib. q. 95. n. 107. & multis ſeqq.* & Juſtus Reuber. *de teſtib. part. 3. n. 149. & ſeqq.* † Nimirum ante omnia judex videat, 3 num teſtimonia, benignâ qvâdam interpretatione adhibitâ, conciliare & ad concordiam reducere poſſit, qvò perjurii ſuſpicio evitetur, *c. cum tu filii 16. extr. de teſtib. arg. l. item veniunt 20. §. 1. l. illud 40. ff. de petit. hæredit.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 30. n. 6.* Sin vero teſtimonia ita inter ſe diſſident, ut conciliatio locum habere neqveat, † ante omnia judex perſonarum collatio- 4 nem diligentem inſtituat: Creditur ſiqvidem magis ſenioribus qvàm junioribus, honoratis & dignioribus, qvàm minùs dignis, maſculis qvàm fœminis, peritis & Doctoribus, qvàm imperitis & plebejis, de negotio informatis, qvàm iſtius ignaris, Clericis qvàm Laicis, hominibus probatæ fidei & exiſtimationis, qvàm levis conditionis & vitæ reprehenſibilis, *l. teſtium 3. in pr. ff. de teſtibus l. ult. ff. de fide inſtr. l. ſi plures 16. ff. de accuſatione l. non debet 11. ff. de dolo malo l. in multis 9. ff. de ſtatu hom.* Reuber. *de teſtib. dict. part. 3. num. 150.* Farin. *dict. q. 65. num. 114. & ſeqq.* † Id- 5 qve non ſolùm, qvando honeſtiores reliqvis ſunt pares, ſed etiam, qvando ſunt pauciores; † qvia non tam multitudo conſideranda eſt, 6 qvàm fides & autoritas teſtium, *l. ob carmen 21. in fin. ff. de teſtib.* Reuber. *dict. loco n. 151.* † Planè 7 diſcrepantibus inter ſe teſtibus, ſemper potiùs credendum eſt juratis qvàm non juratis teſtibus, cum teſtationum vis atqve poteſtas dependeat ex teſtium jurejurando, ita ut nec aliter fidem faciant, qvàm ſi juratæ ſint, *l. jurisjurandi 9. C. de teſtib. c. nuper 51. c. qvoniam 5. c. licet univerſis 23. extr. eod. tit.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 8.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Neßlers contra Martin Stechern zu Roſſen / Menſ. Majo Anno 1633. (Verba ſent. Daß Nicol Neßler das Eigenthum des ihme auff der Straſſen abgeraubeten und bey Martin Stechern angetroffenen Pferdes durch die von ihme angegebene u. vermittels Eydes abgehörte Zeugen zur Nothdurfft erwieſen / derowegen Stecher ſeines Vorwendens / und der von ihme angegebenen und ohne Eyd abgehörten Zeugen ungeachtet / ihme daſſelbe ohne Entgeld abfolgen zu laſſen ſchuldig; Es iſt aber Stechern an ſeinem Verkäuffer ſich ſeines Schadens zu erholen unbenommen / V.R.W.)

Definit. XLIV.

Credendum magis eſt teſtibus deponentibus veriſimiliora ratione negotii, vel accedentis alicujus præſumptionis, qvàm aliis.

SI judex teſtibus diſcrepantibus ex perſona- 1 rum comparatione ſtatuere neqveat, qvid ſequendum ſit, ipſa teſtimonia examinet eaqve diligentiſſimè ponderet, ut videat, qvæ naturæ negotii magis conveniant. † Nam teſtibus depo- 2 nentibus veriſimiliora potiùs credendum eſt, qvàm deponentibus inveriſimilia, *l. ob carmen 21. §. ſi teſtes 3. ff. de teſtibus.* Felin. *in c. in noſtra 32. n. 3. extr. de teſtibus.* Anton. Gabriel. *tit. de teſtib. concl. 4. n. 28. lib. 1.* Proſp. Farin. *de teſtibus qvæſt. 65. num. 128. & ſeqq.* uti hoc multis ampliationibus & limitationibus declarat Joſeph. Maſcard-

3 *de probat. vol. 3. conclus. 1364. n. 8.* † Et vero pro-
ximiora videntur, qvæ negotio ipso, de qvo agi-
tur, sunt aptiora & convenientiora, accedente
præsertim probabili aliqvâ præsumptione, *dict.*
l. ob carmen 21. §. si testes 3. in verb. credendum est,
qvod naturæ negotii convenit. Just. Reuber. *de test.*
4 *part. 3. n. 153.* † Ex qvo ipso etiam fit, qvod testi-
bus in specie deponentibus magis credatur,
5 qvàm deponentibus in genere, † & magis depo-
nentibus cum ratione & redditione causæ, qvàm
deponentibus sine causâ & ratione, secundum
Bald. *in l. presbyteri 8. n. 14. C. de Episcop. & Cleric.*
Felin. *dict. loc. n. 10.* qvia nempe dicta in specie &
cum ratione videntur veriora, Farin. *dict. q. 65.*
6 *n. 170. & 172.* † Veriora qvoqve censentur, qvæ
sunt contra commoda testium, cum nemo facilè
censeatur velle jactare suum, *l. cum de indebito*
7 *25. ff. de probat.* † nec pejerâsse qvisqvam præsu-
mitur, si nullum ex testatione suâ sentiat commo-
8 dum *l. ult. C. de ad leg. Jul. repet.* † Ergò in du-
bio longè magis credendum testibus adversus pro-
pria commoda testificantibus, Bald. *in l. omnibus*
10. n. 5. C. de testib. Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15.*
defin. 42. n. 1.

Ita Domini in causa Martini Böttigers contra Jacobum Schlegeln zu Nachsburg/Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sententiæ: Ist zwischen Martin Böttigern und Jacob Schlegeln wegen einer Kuhe Streitigkeit entstanden / indem iedweder zu derselben sich als Eigenthums-Herr angegeben / und zu Bescheinigung des Eigenthumbs gewisse Zeugen vorgestellet / derer etliche berichten / daß benemte Kuhe Böttigern gehörig / hergegen andere standhafftig ausfagen / daß solche Kuhe Schlegeln eigenthümlichen zuständig sey / und von ihme auferzogen worden. Ob nun wohl beyder Theil Zeugen auf ihrer Deposition beruhen / auch solche eydlichen zu erhalten erbietig seyn; Dieweil aber dennoch auff Schlegels Seiten über der Zeugen Aussage auch dieses sich ereignet / daß / als die streitige Kuhe auf seine Trifft getrieben worden / sie alsbald nicht alleine den Vieh-Weg / wo Schlegels Kühe aus- und eingehen / getroffen / sondern auch in seinen Hof gegangen / und sich in den Stall zum Strick und Ort / da sie zuvor gestanden seyn soll / gefunden / wogegen sie sich aber auff Böttigers Trifft frembde gestellet / und zu keinem gewissen Ort finden wollen / &c. So wird solche Kuhe / iedoch wo zuvor Schlegels Zeugen solche Aussage nochmahls eydlichen wiederholen / immassen sie zu thun schuldig / mehrgedachtem Jacob Schlegeln / als dem rechten Eigenthumbs-Herrn / vor Böttigern überlassen / und werden die in dieser Sachen aufgewendete Unkosten von ihnen beyden zugleich / auff Ermäßigung / billich abgestattet / V. R. W.)

Et in causa Hieronymi Kirchners contra Heinrich Lewen zu Leipzig / Mens. Maj. Anno 1634.

Definit. XLV.

Testibus hinc inde contrariis, plures numero vincunt pauciores.

1 QVid autem, si testes ejusdem sint existimatio-
nis & fidei, itemqve testimonia æqvè con-
veniant? Procul dubio tùm secundum majorem
2 † testium numerum pronunciandum erit; Et te-
stibus hinc inde contrariis, plures numero vin-
cunt pauciores, *c. in nostra 32. ubi* Felin. *in summ.*
extr. de testib. C. licet causam 9. extr. de probat.
Prosp. Farin. *de testib. q. 65. n. 107.* Just. Reuber.
de testib. part. 3. num. 145. Joach. Mynsing. *cent. 4.*
observ. 38. † Nam ubi major est numerus, ibi major 3
præsumitur veritas, *c. Ecclesia vestra 57. extr. de e-*
lect. † Et integrius judicium esse solet, qvod pluri- 4
um sententiis confirmatur, *c. prudentiam 21. extr.*
de offic. delegat.

Ita Domini in causa Syndicen der Gemeinde zu Kirchelsgen contra die Gemeinde zu Blanckenburg / vencilata in Præfectura Saltzensi, Mens. April. Anno 1622.

Definit. XLVI.

Discrepantibus inter se testibus judex pronunciabit pro Reo.

ACcidit tamen qvandoqve, ut discrepantibus 1
inter se testibus, omnia in unam æqvalita-
tem concurrant, & neqve ex personarum, testi-
moniorumqve comparatione, neqve ex numeri
inæqvalitate judex habeat, qvid seqvatur? † 2
Tùm certè judex dabit sententiam secundum
Reum, ex communi *Dd.* sententiâ, qvam multis
autoritatibus tuetur Prosp. Farin. *de testib. q. 65.*
n. 152. Just. Reuber. *de testib. part. 3. n. 155.* † qvia 3
rei partes sunt favorabiliores, qvàm actoris,
l. favorabiliores 125. ff. de Reg. jur. Andr. Gail. *de*
pignor. observat. 22. n. 1. † Et facilior esse debet 4
judex ad liberandum reum qvàm ad condem-
nandum *l. Arrianus 47. ff. de O. & A.* Qvamvis
nec hoc indifferenter verum existimaverim:
† Qvid enim, si causa actoris ex ratione speciali 5
sit magis favorabilis, qvalis est causa matrimonii,
dotis, libertatis, testamenti, Viduarum, pupillo-
rum, pauperum & similium? Nec sanè præ-
valebit tùm favor Rei; † Sed pro actore erit 6
pronunciandum, *l. inter pares 38. ff. de re judic.*
l. 24. ff. de manumiss. l. 1. in pr. ff. solut. matr. l. 4. ff.
de inoffic. testam. l. un. C. qvand. Imp. int. pup. &
vid. l. 19. C. de SS. Ecclesiis. Reuber. *dict. part. 3.*
num. 156.

Ita Domini in causa Martin Krügers contra Georgen von Stutterheimb zu Doberlücke / Mens. Majo Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagter das Eigenthum des in Anspruch genommenen Pferdes zur Nothdurfft erwiesen / derowegen ist Kläger ihme dasselbe wieder abfolgen zu lassen / und die auffgewandte Unkosten auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig / V. R. W.)

Definit. XLVII.

Testis invitus ad testimonium perhibendum certâ
mulctâ compelli potest.

INdubitati juris est, qvod qvis invitus testimo- 1
nium dicere teneatur, *l. current. 22. ff. de testib. l.*
si qvando 19. C. eod. tit. Wesenb. *in parat. ff. eod.*
n. 2. † Non solùm qvia ferre testimonium, munus 2
publicum est, ad qvod invitus etiam qvis cogitur,
l. si qvis magistratus 9. ff. de mun. & honor. Anton.
Gometz. *de delict. c. 12. Rubr. de probat. delict. n.*
24. Andr. Gail. *lib. 1. observat. 100. num. 2.* † Sed 3
etiam qvod publicè interfit, veritatem non occultari, siqvidem veritatem celare peccatum
mortale est, † ac propterea, qvi se à testificando 4
subtrahit, peccatum mortale committit, *c. qvis-*
qvis 11. q. 3. Felin. *in c. 1. n. 2. extr. de testibus.* Sed
qvo medio testis cogi poterit? † Procul du- 5
bio indictione certæ mulctæ sive pœnæ, qvæ
cum

cum de jure definita non ſit, arbitrio judicis relicta cenſetur, Felin. *in c. dilectorum 10. extr. de teſtib. cog. n. 4.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. q. cent. 2. caſ. 280. num. 2. & cent. 4. caſ. 381. num. 32.* Rutger. Ruland. *de commiſſ. 2. lib. 2. c. 7. num. 10.*

6 † In Electoratu tamen Saxoniæ hodiè pœna eſt definita, nempe decem aureorum Rhenenſium, pro dimidiâ parte judicii, pro altera dimidiâ parte producenti applicandorum in Ordin. proceſſ. ju-
7 dic. *tit. 22. in pr.* † Qvæ pœna toties, qvoties teſtimonium qvis recuſat, imponi & exigi poteſt; Nec tamen invitus à teſtimonio ferendo per id libe-
8 ratur, † qvin potius arctiori mulctâ ad hoc compelli debet, *dict. tit. 22. verſ.* Und da er gleich ſolche/ꝛc.

Ita Domini in cauſa Jonæ Ludewigs contra Heinrich / Hanſen und Jobſten die Müllere ad reqviſitionem Cæſaris à Breitenbach zu Leipzig / Menſ Sept. Anno 1585. (Verba ſent. Daß Jonas Ludwig / ſeines Vorwendens ungeachtet / auff vorgehenden Zeugen-Eyd in Sachen gedachte Müllere Beklagte / und Hanſen Zuckman Klägern belangende / Zeugniß zu geben ſchuldig / und in Verweigerung wird er darzu durch gebührliche Mittel und Anſetzung einer gewiſſen Straffe billich gezwungen / V. R. W.)

Definit. XLVIII.

Parentes pro filiis & econtrà idonei teſtes non ſunt.

1 EXpediti juris eſt, qvod pater pro filio, & filius pro patre teſtis idoneus non ſit, *l. teſtis idoneus 9. ff. de teſtib. c. ſi teſtes verſ. item teſtis ido-*
2 *neus 4. q. 2. & 3.* † Imò, nec ad teſtificandum admittatur, *l. parentes 6. juncta* Gloſſ. *in verb. ad-*
3 *verſus ſe*, & Salycet. *in ſummario C. eod. tit.* † Nempe, qvia pater & filius cenſetur una eademqve perſona, & vox unius eſt vox alterius, Proſp.
4 Farin. *de teſtib. q. 54. n. 145.* † Et fieri vix poteſt, ut ex cauſa filii vel patris ad teſtes commodum aliqvod non redundet, qvod qvando accidit, teſtimonium haud licitum habetur, *l. omnibus 10. Codic. de teſtibus.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit.*
5 *25. Definit. 30. num. 2.* † Qvamvis & ſola affectio inter parentes & liberos ejusmodi teſtimonium
6 prohibeat. † Ex qvo nec matrem contra liberos nec econtra ad teſtimonium admitti putaverim, qvia ſcilicet eadem affectio, qvæ eſt in patre erga filios, militat qvoqve in matre & forſan major,
7 † cum mulieres ſint faciliores ad amandum & etiam faciliores ad pejerandum, Anton. Gabriel. *tit. de teſtib. concl. 17. n. 4.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1148. num. 4.* Crot. *de teſtib. part. 4. num. 210.*

Ita Domini in cauſa Georgii Grübers zu Plauen / Menſ. Julio Anno 163[illegible]. (Verba ſentent. Euere Kinder aber ſeyn vor euch Zeugniß zu geben nicht zuläßlichen / V. R. W.)

Et in cauſa Heinrici Zippels contra George Walten zu Leipzig / Menſ. Octobr. Anno 1619. (Verba ſententiæ: Daß Klägers Sohn Heinrich Zippel der Jüngere in dieſer Sachen zum Zeugen nicht zuläßlichen / ꝛc.)

Definit. XLIX.

Admittitur tamen parentum teſtimonium in cauſâ matrimoniali ad favorem filiorum.

NIhilominus multis modis parentes pro libe- 1
ris & vice versâ liberi pro parentibus teſtimonium perhibere valent, ut ſic aſſertio in *Defin. præced.* tradita, neutiqvam excludat certas exceptiones, de qvibus vide latè Proſp. Farin. *de teſt. q. 54. n. 177. & ſeqq.* † Veluti in probatione ætatis 2
filiorum, parentum ac imprimis matris teſtimonium habetur legitimum ſecundum Bartol. *in l. parentes 6. in pr. C. de teſtib.* Anton. Gabr. *in tit. de teſtib. concl. 17. n. 9.* Grammat. *deciſ. 48. n. 13.* Crot. *de teſtib. part. 4. n. 111.* † Pariter in cauſa matrimo- 3
niali parentum teſtimonium recipitur ad favorem filiorum, *c. videtur 3. ubi* Gloſſ. *in verbo conjungendo, extr. qui matrim. accuſ. poſſ.* Anton. Gabr. *dict. concl. 17. n. 16.* Joſ. Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1184. n. 23.* † Nec enim alii, qvàm parentes, hujus 4
rei exactiorem ſcientiam habere præſumuntur, ut vel propterea eorum teſtimonium rejiciendum haud ſit, per text. *in dict. c. videtur.* Proſp. Farin. *dict. q. 54. n. 194.* Gabr. *dict. concl. 17. n. 8.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Günters zu Zwickau / Menſ. Majo. Anno 1634. (Verba ſent. Iſt eure Tochter Catharina geſchwängert worden / und hat H. S. welcher ihr auch die Ehe verſprochen haben ſoll / zum Zeugen angegeben / nachdem aber derſelbe der Klagen nicht geſtändig geweſen / iſt gedachter euer Tochter ſolche zu beweiſen / vermittels eines Abſchieds / auferleget worden / und weil ſie ſolches durch niemand anders / als euch / euer Eheweib und andre Kinder / als durch ihre Eltern und Geſchwiſter / beyzubringen vermag / iſt ſie euch zu Zeugen anzugeben gemeinet / ꝛc. So werdet ihr nach Gelegenheit dißfalls vor eure Tochter Zeugniß zu geben billich zugelaſſen / und möget vom Beklagten beſtändiger Weiſe nicht verworfen werden / V. R. W.)

Definit. L.

Nec contra parentes vel liberos admittendum eſt teſtimonium.

CUm affectio & ſpes alicujus lucri prohibeat 1
teſtimonium pro parentibus vel liberis, *l. omnibus 10. C. de teſtib.* Ant. Fab. *in C. libr. 4. tit. 15. Defin. 30. n. 2.* † Saltem contra parentes vel liberos 2
teſtimonium admitti dixeris? † Sed & hoc im- 3
probant *Impp. Diocl. & Maxim. in l. parentes 6. ibi: Parentes & liberi invicem adverſus ſe nec polentes ad teſtimonium admittendi ſunt Cod. de teſtib.* † 4
Multo minus ad id cogi poterunt, Salyc. *in dict. l. parentes 6. verſ. nota, qvod cogi non debent*, Proſp. Far. *de teſtib. q. 54. n. 170.* † Obſtat ſiqvidem reveren- 5
tia naturalis, qvò minus liberi contra parentes teſtimonium ferre qveant. † Parentes verò amor erga 6
liberos, & inde nata perjurii ſuſpicio à teſtimonio repellit. † Planè in caſu, qvo veritas aliter haberi 7
non poteſt, præſertim in probatione delicti, etiam contra parentes vel liberos teſtes admittendos, non multùm reclamaverim, ſecundū tradita Proſp. Farin. *dict. q. 54. n. 171. &* Anton. Gometz. *tom. 3. variar. reſolut. c. 12. n. 24.* † Qvamvis *Jul. Clar.* et- 8
iam in delicto atroci judicem ab examine horum teſtium abſtinere moneat, in *pract. §. ult. q. 24. verſ. ſcias tamen in fin.*

Ita Domini in cauſa Georgii Kreuſels contra George Schilbachen zu Schwartzenberg / Menſ. Jun. Anno 1632. (Verba

(Verba sententiæ: Daß Beklagter seinen Beweiß bey Verlust desselben binnen Sächsischer Frist gäntzlich zu verführen schuldig/und es mag Klägers Tochter / Christoff Georgens Eheweib / wider Klägern ihren Vater Zeugniß zu geben / beständiger Weise nicht gedrungen werden/V.R. W.)

In causa Simon Closemans contra Augustum Ringen zu Torgau/Mens. Aug. Anno 1605. (Verba sent. Daß Beklagte wider Klägern ihren leiblichen Vater Zeugniß zu geben nicht schuldig/ V.R.W.)

Et in causa David Walters contra die Gulmänner/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi , Mens. Novembr. Anno 1635.

Definit. LI.

Uxor pro marito testis esse non potest, contra Maritum potest, sed non cogitur, nisi veritas aliter haberi neqveat.

1 FOeminam qvidem testimonium dicere nihil prohibet, præterqvam in causa testamenti, *l. qvi testamento 20. §. mulier 6. ff. qvi testam. fac. poss.*
2 Anton. Fab. *in C. l. 4. tit. 15. defin. 58. n. 2.* † Attamen pro marito uxor testis esse neqvit, qvia testimonium hoc esset domesticum, *§. item is qvi ædilium 2. verf. & cum Uxore. Instit. de usu & habit. l. qvicunqve 10. C. de re militar. lib. 12. l. ædiles 25. §.*
3 *familiæ 2. ff. de ædil. edict.* † Ideoqve prohibitum, *l. 3. C. de testib.* Crot. *de testib. p. 4. num. 122.* Prosp. Farin. *de testib. q. 54. n. 210.* Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. §. ad qvæstionem 3. ff. de qvæstion.* Joseph.
4 Mascard. *de prob. vol. 3. concl. 1420.* † Contra Maritum autem qvin Uxor testimonium dicere possit, nullâ lege prohibitum est, cur non ergo admitteretur, si velit? *arg. l. mutus 43. §. 1. ff. de pro-*
5 *cur.* † Nam invita ut cogatur, nimis durum est, Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 1. n. 4.* Prosp.
6 Farin. *dict. q. 54. n. 219.* † non solum propter reverentiam, qvam Uxor debet Viro suo, *l. alia 14.*
7 *in fin. ff. solut. matrim.* † Sed & qvod cum ipso sit una caro, unumqvè corpus, & una anima, *Genes. c. 1.* Sed hoc ita, si veritas aliter haberi neqveat,
8 † Cæteroqvin, ne veritas occultetur, qvod peccatum esset mortale, *c. qvisqvis 2. q. 3.* in defectu aliorum testium Uxor ad testimonium contra maritum omninò compelli debet, Varin. *dict. loc. 221.*
9 † Sanè maritum indifferenter cogi ad testificandum contra Uxorem tradit Aym *de Antiqvit. temp. part. 1. sect. Viso de fama, num. 17. verf. licet secus à marito, allegatus à* Farin. *dict. q. 54. n. 220.* qvia scilicet in Marito deponente contra Uxorem non imminet ratio periculi, sicuti in Uxore deponente contra maritum.

Ita Domini in causa Christophori & Matthæi der Kargesse contra Martin Rehmans Eheweib zu Schneeberg/ Mens. Julio, Anno 1632. (Verba sententiæ: Daß Martin Rehmans Eheweib/ ihres Vorwendens ungeachtet/ in dieser Sachen Zeugniß zu geben schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Heinrici Zippels contra | George Walten zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Die hinterstellige Zeugen aber/wie auch Beklagtens Eheweib mögen/gestalten Sachen nach/nicht verworffen werden/ sondern sie seynd in dieser Sachen Zeugniß zu geben schuldig/V.R.W.)

Definit. LII.

Admittitur etiam uxor testis contra Maritum in criminalibus.

NOn magis in causâ criminali, qvam civili, 1 Uxor contra Maritum testimonium dicere prohibetur, si velit, Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 1. n. 2.* † Sed & ipsam ad hoc cogi posse pu- 2
taverim propter bonum publicum, ne scilicet delictum maneat impunitum, *l. 51. verf. æstimatio. ff. ad leg. Aqvil.* † Idqve eo magis, si delictum sit 3
difficilis probationis, in qvo exactius scit verisimiliter Uxor veritatem, qvam alii; † qvo casu etiam 4
conjuges pro conjugibus ad testificandum admitti, tradunt *Dd.* per text. *in l. consensu 8. §. 1. C. de repud.* Anton. Gabr. *tit. de testib. concl. 16. num. 7.* Prosp. Farin. *de test. q. 54. n. 227.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1420. n. 13.*

Ita Domini in causa Matthes Gössewitzens an Dieterichen von Burkersroda/Mens. April. Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wol inqvisit solche Verbrechung nicht geständig seyn will; Da aber sein Eheweib ihre Aussage vermittels gewöhnlichen Zeugen-Eydes wiederholen würde/inmassen sie zu thun pflichtig / &c. So erscheinet daraus so viel/daß inqvisit vermittels seines Eydes sich zu reinigen/und daß er nicht das Licht in Pulver-Sack gestecket/noch die Feuers-Brunst aus lauter Muthwillen und Frevel verursachet/zu schweren schuldig/ er thue nun solches oder nicht/so ergehet darauf ferner was recht ist/V.R.W.)

Definit. LIII.

Frater aut soror pro fratre aut sorore admissi maximè probant, si aliorum concurrunt testimonia.

FRater aut soror pro fratre vel sorore in causa 1 civili testimonium dicere valet, cessantibus dummodò hisce tribus, † patriâ potestate, bono- 2
rum communione & cohabitatione, Gloss. *in l. parentes 6. ubi* Bartol. *n. 4. C. de testib.* Felin. *in c. literas 14. n. 4. extr. de præsumpt.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. §. ad qvæstionem 3. n. 8. ff. de qvæst.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 24. n. 1.* Camp. *de testib. reg. 6. in pr.* Menoch. *de arbitr. judic. q. cas. 164. in pr. & lib. 2. præs. 53. n. 4.* † Nec enim 3
ullo juris loco prohibitum est, ut frater fratri sit testis: Atqvi permissum censetur, qvod prohibitum non est, *arg. l. mutus. 43. §. 1. ff. de prot. junct. l. qvæsitum 13. ff. de test.* † Nec obesse potest suspi- 4
cio, qvæ oritur ex consangvinitate, qvippe qvæ tollitur per præsumptiones contrarias, qvæ oriuntur præstito juramento de veritate dicendâ, qvia nemo præsumitur immemor salutis æternæ, † ac nunqvam præsumitur delictum aut perjuri- 5
um, maximè si testis aliàs sit homo nobilis, aut probatæ fidei & honestæ vitæ. Eleganter Modest. Pistor. *part. 1. qv. 46.* Hippol. de Marsil. *sing. 273. num. 10.* Anton. Corset. *singul. 16.* † Qvod si ma- 6
ximè arctissimam conjunctionem & inde præsumptam affectionem urgere velis, dubium certè ampliùs nullum restabit, † si alius accedat te- 7
stis, de cujus fide ac probitate dubitari non potest, *l. si qvis ex argentariis 6. §. 1. ff. de ed. nd.* † Nam & evenit plerumqve, ut minus idonei 8
testis testimonium per eum, qvi omni exceptione major est, repleatur, *dict. l. si qvis 6. §. 1.* Ant. Fab. *dict. defin. 24. n. 5.* Bartol. *in l. admonendi 31. ff. de jurejur.* † planè si causa, de qva in judicio

dicio disceptatur, sit magni momenti & valde præjudicialis, fratrem pro fratre ad testificandum non admitti, post multos alios, qvos allegat, docet Prosp. Farin. *de testib. q. 45. n. 114.*

Ita Domini in causa Michael Voigtens contra George Rummelu an die Land-Herren zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sentent. Daß Sabina Friebergers/so Klägers Schwester ist/als eine untüchtige Zeugin nicht zu verwerffen/V.R.W.)

Definit. LIV.

Famuli admittuntur ad testificandum pro domino, de iis qvæ domi fiunt, qvæ non nisi per domesticos probari qveunt.

1 Domestica testimonia sicuti regulariter prohibentur, *l. etiam 3. ubi* Dd. *C. de testib. l. 1. §. ad qvæstionem 3. ubi* Hippolyt. de Marsil. *ff. de qvæst. l. 2 testes eos pen. ff. de testib.* † Ita nec famuli, servi aut ancillæ ad testificandum pro domino admittun-3 tur, *c. in literis 24. extr. de testib.* † qvia (scilicet) famuli consveverunt obedire Domino suo pro fas & nefas, *arg. c. cum ad sedem 15. de restit. spoliat. & l. 1. C. de rap. virgin.* Specul. *in tit. de teste §. 1. n. 14. vers. sunt etiam domestici.* Prosp. Farin. *de test. 4 q. 55. n. 135.* † Attamen si probandum id sit, qvod nisi per famulos ac domesticos probari haud potest, nihil de horum testium fide ob id solùm, qvod domestici fuerint, detrahetur, *l. consensu 8. 5 §. servis etiam 6. C. de repud.* † ne vel repellantur ii, qvi de negotio controverso melius sunt in-6 formati, qvam alii, Farin. *q. 55. n. 163.* † vel ad impossibilis probationis necessitatem nimia juris severitas litigatores adigere videatur, ut pulchrè loqvitur Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 15. de-7 fin. 60. n. 9.* † Nam & testes minus idonei probant, qvando veritas aliter haberi non potest, Camp. *de testib. regul. 11. in 17. fallent.* Anton. Gabriel. *tit. de concl. 10. n. 47.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 8 1. concl. 124. n. 48.* †. Nec rejiciendum est famulorum testimonium, si aliorum testium, qvi omni exceptione majores sunt, fides consentiat cum domesticis, qvia absurdum non est, unius testis fidem per alium suppleri, *l. si qvis ex argentariis 6. §. 9 1. ff. de edendo.* Anton. Fab. *dict. defin. 60. num 7.* † Cæterùm intellecta hæc velim de famulis, qvi revera tales sunt; Nam famuli non habentes salarium pro Domino testes esse haud prohibentur, Specul. *in dict. tit. de teste §. 1. n. 13.* Farin. *dict. q. 55. n. 138.* Crot. *de test. n. 127.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 758. n. 7.*

Ita Domini in causa Jacobi Engelschalchs zu Tauche / Mens. Novembr. Anno 1629. (Verba sentent. Habt ihr euer Rind-Vieh durch eure Magd vor den gemeinen Hirten desselben Orts treiben lassen/und als auff den Abend das Viehe wiederumb eingetrieben worden / und eurer Kuh eine nicht mit nach Hause kommen / habt ihr dieselbige und den Hirten suchen lassen/da denn folgends Morgends die Kuhe im Wasser bey der Weide todt funden worden/worauf ihr den Hirten/als durch dessen Unachtsamkeit die Kuh ertruncken/um Abtrag gerichtlichen verklaget/dieweil aber Beklagter/daß die Kuh ausgetrieben worden/nicht geständig seyn wollen/ist euch der Beweiß / daß ihr nehmlichen die verlohrne Kuh selbigen Tages mit vor den Hirten getrieben/auferleget worden/ darauff ihr eure Mägde zu Zeugen angeben/ꝛc. So werden dieselben/gestalten Sachen nach/ weil sie hierum die beste Wissenschafft haben/ als Zeugen billich zugelassen/ und mögen in dieser Sachen nicht verworffen werden/ V.R.W.)

Ita in causa Georgii Grubers zu Plauen/Mens. Julio Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wol die hinterlassene Erben an solcher Schuld nichts geständig seyn wollen / ihr auch dieselbe mit keiner Handschrifft zu beweisen habet; Da aber dennoch unter eurem Gesinde zwey / daß ihr ihme beydes die Gerste und das Stroh geliehen/und durch euer Gesinde entrichten lassen / vor Gerichte eydlichen erhalten/und ausgesaget hätten/ oder solches nochmahls thun würden; So wären des Schuldners Erben euch berührte Gerste und Strohe wieder zu geben / oder dem ietzigem Werth nach zu bezahlen schuldig.)

Et ad requisitionem præfecti Rochlicensis, Mens. April. Anno 1636.

Definit. LV.

Pubes non prohibetur testificari de iis, qvæ vidit in pupillari ætate.

1 Etsi pupillus in causa civili testis esse neqveat, *l. 3. §. lege Julia 5. ff. de test. can. parvuli, & can. pueri 22. q. 5.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 12. n. 1.* † attamen puber factus non prohibetur te-2 stificari de iis, qvæ vidit in pupillari ætate, Gloss. *in dict. l. 3. §. lege Julia 5. verb. impubes, ubi etiam* Bartol. *n. 2.* Felin. *in cap. cum vobis 14. n. 9. extr. de præscript.* Campeg. *de testib. regul. 112. n. 1. fallent.* Farin. *de testib. q. 58. n. 53.* † modo deponat de iis, 3 qvæ tempore pupillaris ætatis cadere potuerunt in sensum & intellectum pupilli, † isqve eo tem-4 pore habuerit aliqvam discretionem, ut post alios declarat Farin. *dict. loc. n. 58. 60. & 61.* ubi dicit, Si pupillus factus pubes deponat, se vidisse in pupillari ætate fabricari falsam monetam, ejus testimonium minimè fore recipiendum; † qvia non 5 præsumitur in ea ætate habuisse intellectum cognoscendi falsam monetam, *l. 1. vers. impuberes C. de fals. monet.* † Eâ de causâ nec valebit testimo-6 nium puberis de iis, qvæ vidit in infantiâ, Bartol. *in dict. l. 3. §. lege Juliâ 5. n. 1. per text. in l. excipiuntur 14. ff. de Syll. an.* Camp. *de testib. regul. 250. vers. secundo.* Farin. *dict. q. 58. n. 61.*

Ita Domini in causa Michael Voigtens contra George Rummelu / an die Land-Herren zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Daß Sabina Friebergers in dieser Sachen/so in ihrer Unmündigkeit geschehen / gestalten Sachen nach/ als eine untüchtige Zeugin nicht zu verwerffen/ꝛc.)

Definit. LVI.

Non rejiciendus est testis ob inimicitiam, qvando utriusq; partis inimicus est.

1 Dubium non est, qvin inimicus à testimonio sit repellendus, *l. 3. ubi* Dd. *commun. ff. de test. l. 1. §. præterea 24. ff. de qv. est.* † cum naturale sit, ut 2 inimicus inimicum odio habeat, eiq; male cupiat, ut ait Aristot. *lib. 4. Polit. c. 11.* eaqve est natura inimicitiæ, ut inimicus inimicum qværat offendere, modo qvocunqve, Angel. Consil. *261. Col. 3. in fin. vers. secundo qvia.* † Ex qvo etiam fit, qvod inimi-3 citia ab accusando aliqvem repellat, *c. repellantur 7. c. cum oporteat 19. c. meminimus 13. extr. de accusat. c. 2. & c. Suspectus 3. q. 5.* † Non verò admitti-4 tur ad testificandum, qvi neqvit accusare, & vice versâ, *c. super prudentia 14. q. 2. c. ipsi Apostoli, & c. testes 2. q. 7.* Tiber. Decian. *in tract. rer. crimin. lib. 3. c. 26. n. 1. & seqq.* Anton. Gometz. *tom. 3. var. resolut. cap. 12. n. 14.* Prosper. Farin. *de testib. q. 53. num. 3.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2.*

5 *concl. 899. n. 1.* Crot. *de testib. part. 3. n. 97.* † Nolo tamen hæc aliter accipi, qvam si testis unius saltem partis, contra qvam ad testificandum pro-
6 ducitur, sit inimicus; † Secùs verò, si utriusq; partis inimicus habeatur; Nam sicut par affectio testem non repellit, secundum Bartol. *in l. non solum*
7 *67. §. 1. ff. de ritu nupt.* † Ita nec eum repellet par odium, Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. §. cum qvis latrones 26. n. 28. & 29. ff. de qv.* Farin. *dict. q. 53. n. 66.* Anton. Gomez. *dict. c. 12. n. 14.*

Ita Domini in causa Georgii Friderici à Ritzenstein, Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Daß die Käyserl. Soldaten und Reuter in dieser Sachen Zeugnüß zu geben zuläßlichen/und es mag ihr Zeugnüß von mehr berührtem von Wildenstein als testimonium inimicorum capitalium, weil dieselbe nicht allein seine/ sondern auch eure und unser allerseits Feinde seynd/nicht verworffen werden/ V.R.W.)

Definit. LVII.

Tutor vel Curator, durante tutelâ aut curatelâ, non admittitur testis.

1 NOn potest esse testis tutor in causa pupilli sui, durante tutelâ, ex receptâ omnium Interpp. sententiâ, Bartol. *in l. omnibus 10. n. 6. vers. tertio modo C. de testib.* Alber. de Malet. *de testib. c. 4. n. 53.* Campeg. *de testib. Reg. 78. & Reg. 83.* Jodoc. *in pract. crimin. c. 50. n. 12.* Prosp. Farin. *de testib. qv. 60. n. 272.* Joseph. Mascard. *de probat. vol.*
2 *3. concl. 1357. n. 30.* † Qvia tutor largo modo dicitur habere pupillum in potestate suâ, siqvidem tutela est vis & potestas in pupillo, *l. 1. ff. de tut.* & habetur loco Domini, *l. qvi fundum 7. §. si tutor. 3. ff. de usucap. pro empt.* Joh. Crot. *de testib. part.*
3 *4. n. 171.* † Sed opus non est, ut anxiè in rationem prohibitionis inqviramus, cum neminem fugiat, testificationem tutoris in causa pupilli, in qva ipse actoris vices gerit, & causam qvasi propriam agit, facilè ipsius tutoris commodo vel incom-
4 modo cedere posse, † qvæ sola ratio efficiens est, ut à testimonio qvis repellatur, *l. omnibus 10. C. de testib.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 30.*
5 *num. 2.* † Qvin nec curator in causâ minoris vel mulieris, suæ curandæ, in qva ipse actoris vices gerit, vel alium actorem constituit, ad testificandum admittitur *dict. l. 10. C. de testib.* vel saltem propter affectionem, qvam erga minorem aut curandam habere præsumitur, Joh. Campeg. *de testib. regul. 83.* Jodoc. Damhoud. *de testib. Rubr. de reprobat. test. n. 12.*

Ita Domini in causa Curatoris Reginæ, uxoris Caspari Reinhards contra D. Christian Becken zu Meissen/ Mens. April. Anno 1632. (Verba sent. Daß es/ eingewandter Leuterung ungeachtet/ bey vorigem Urtheil nochmahls billich verbleibet/ und mag Paul Seiffned/ als beklagter Principalin Curator, nach Gelegenheit dißfalls/weil er als Vormund mit in lite und einen Actorem hierzu constituiret, wider seine Pflege-Frau in dieser Sachen Zeugnüß zu geben nicht gedrungen werden/V.R.W.)

In causa curatoris Wentzel Weissens Wittiben contra Curatorem Margarethen Christoff Weissens Wittiben an die Land-Herren zu Leipzig/ Mens. Novembr. Anno 1634. (Verba sent. Daß angegebene Curatores ihre Curatoria ad acta zu bringen schuldig/und erscheinet sonsten aus dem Einbringen so viel/daß die angegebene Zeugen/ gestalten Sachen nach/nicht zuläßlichen/V.R.W.)

Et in causa Johannis Erben contra hæredes Hermanni Hüttens zu Leipzig/ Mens. Julio Anno 1632. (Verba sent. Daß Vormündere Herman Hüttens Erben/ gestalten Sachen nach/ weil sie in diesem Process, wegen ihrer Mündlein/Klägers Stelle halten/zu Zeugen nicht zuläßlichen/ V.R.W.)

Definit. LVIII.

Nisi causa pupilli vel minoris agitetur per actorem à judice vel contutore constitutum.

SEd hoc ita, qvando ipsemet tutor vel curator 1
actoris vel rei vices in judicio gerit, aut etiam actorem ad litem suo periculo deputavit, qvi propterea repellitur à testimonio dicendo, qvod Dominus litis factus sit, & in re propria testimonium ferre censeatur, *l. omnibus 10. C. testib. Defin. præced.* † Cæteròqvin, si causa mi- 2
noris, pupilli, vel Curandæ ventiletur in judicio per actorem ad lites, non à tutore vel curatore, sed à judice vel contutore deputatum, ratio prohibitionis & periculum tutoris atqve curatoris cessat, † adeoqve nihil impedit, qvo mi- 3
nus testificatio ejus sit admittenda, ut est communis *Dd.* sententia Campeg. *de testib. reg. 78.* Alber. de Malet. *de testib. c. 4. n. 53.* Lanfranc. *de testib. num. 70.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1357. n. 32.*

Ita Domini in causa Christophori Weilichens contra Casparum Böhmen/ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Octobr. Anno 1627. (Verba sentent. Daß Weichberger/ seines Vorgebens ungeachtet/ vermittels Eydes/ Zeugnüß zu geben schuldig/V.R.W.)

Definit. LIX.

Nec Advocatus nec Procurator potest esse testis in causâ Clientis sui, in qvâ est Advocatus aut Procurator.

PRocurator aut advocatus in causâ clientis 1
sui, in qvâ vel procurator vel advocatus est, propter præsumptam affectionem testimonium ferre non potest, nec proindè ad id cogendus erit, *c. si testes omnes §. testes, qvos accusator. 4. q. 3. c. ult. de testib. in sexto l. ult. ff. de testib.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 19.* Prosp. Farin. *de testib. q. 60. n. 155.* Matth. Col. *part. 2. decis. 241. n. 1.* Specul. *in tit. de teste §. 1. n. 74.* Nell. *de testib. n. 13.* Campeg. *de testib. regul. 58.* † In alia tamen causâ 2
vel articulo saltem, in qvo non advocavit, nil prohibet, qvo minus testis admittatur, Gloss. *in l. fin. in fin. ff. de testib.* Anton. Fab. *dict. defin. 19. n. 3.* Farin. *dict. q. 60. n. 178.* † Sicuti nec finito advocan- 3
di officio, à testimonio repelli debet, Col. *dict. Decis. 241. n. 2.* qvamvis hoc aliter limitet Farin. *dict. loc. n. 157. & seqq.*

Ita Domini in causa Michael Vogtens contra George Rummeln zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Heinrich Zippel aber als Beklagtens Advocat ist in diesem noch schwebenden Processs zu zeugen nicht zuläßlich/ꝛc.)

Et in causa Gabriel Hilleson contra Hansen Rudolffen/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Jun. Anno 1621. (Verba sent. Daß M. Abraham Gißbach in dieser Sachen/nach Gelegenheit/ dißfalls Zeugnüß zu geben nicht gedrungen werden mag/V.R.W.)

DEFI-

Definit. LX.

Validum est testimonium Advocati in causâ clientis, qvando ex defectu testium veritas aliter non potest haberi.

1 NOn tamen semper repellendus est advocatus à testificando in causâ clientis sui, ut patet ex limitationibus traditis à Prosp. Farin. *de testib. q. 60. n. 170. & multis seqq.* Sanè, cogitur Ad-
2 vocatus ad testificandum, † Si ob eam causam, ne scilicet testis admitteretur, in fraudem captatum ipsius patrocinium probetur, Anton. Fab. *in*
3 *Codic. lib. 4. tit. 14. definit. 19. n. 2.* † nempe, qvod consilium fraudulentum consultori suo damnosum, non utile esse debeat, *l. 3. §. scio 2. ff. de minor. l. procurator 11. §. 1. de dol. mal. except.* Pariter qvoqve advocatus testis existit idoneus in causâ
4 clientis sui, † si veritas aliter probari neqveat; Nam qvando agitur de probando actu, in qvo alii testes non intervenerunt, tunc saltem in subsidium advocati testimonium recipitur, secun-
5 dum communem sententiam, † à qvâ in judicando non est recedendum, ut dicit Alb. de Malet. *in tract. de testib. c. 4. n. 6.* Lanfranc. *de testib. n. 67.* Campeg. *de testib. regul. 58. n. 5. fallent.* Farin. *dict. q. 60. n. 188.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1.*
6 *concl. 66. n. 14.* † Eaqve generaliter vera est, sive alii testes intervenire potuerint, sive non, modò non intervenerint, nec eorundem depositio haberi qveat, ut benè declarat Prosper. Farin. *dict. q. 60.*
7 *n. 190.* † Nec jure probata est limitatio Matth. *sing. 188. n. 2.* valere scilicet advocati testimonium pro clientulo suo, tùm demum, si qvæstioni is fuerit subjectus: Qvam meritò rejicit Farin. *dict. q. 60. n. 192.*

Ita Domini in causa Andreæ Müllers contra Sybillen Matthes Krügers Wittiben zu Dreßden / Mens. Julio Anno 1635. (Verba sent. Daraus allenthalben so viel zu befinden/ daß D. Zacharias Schilter nach Gelegenheit dißfalls und in subsidium in dieser Sachen Zeugniß zu geben billich zugelassen wird/ V. R. W.)

Definit. LXI.

Judex ne qvidem causâ finitâ cogitur testimonium ferre super iis, qvæ respiciunt justitiam vel injustitiam suæ sententiæ.

1 ETsi judex in causâ coram se vertente neqveat testimonium ferre, *tùm* propter præsumtam affectionem, *tùm* qvia absurdum est, qvod qvis in unâ eademqve causâ duplici fungatur officio, judicis nempe atqve testis, *arg. l. qvisqvis 6. C. de postuland. can. 1. 4. q. 4. Speculat. in tit. de teste §. 1. n. 74.* Felin. *in c. cum à nobis 28. n. 6. extr. de testib.* Lanfr. *de testib. n. 69.* Prosp. Farin. *de testib. q. 6. n. 89.* Jo-
2 seph. Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 124. n. 2. & vol. 2. concl. 950. n. 1.* † Aliud tamen dicendum putaverim post causam finitam & litem determinatam, cessante nempe tunc causâ prohibi-
3 tionis, † maximè, si ex depositione suâ non habeat expectare aliqvod commodum vel incommodum pecuniæ aut honoris, Alb. de Malet. *de te-*
4 *stib. c. 4. n. 11.* † Qvo & facit text. in Landr. *lib. 2. art. 22. ubi* Gloss. *n. 4.* Denn das Gerichte ist von dem/ was vor ihnen gehandelt / Zeugniß zu geben schuldig/ Weichbild. *art. 11. ante fin.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 241.* † Sed hoc cum micâ salis accipi velim, ut nempe judex causâ finitâ cogatur 5
ad testificandum super iis, qvæ respiciunt solum processum. † Cæteroqvin si testimonium feren- 6
dum esset super iis, qvæ respiciunt justitiam vel injustitiam sententiæ, tunc nullatenus judex ad testificandum admittitur, ut benè limitat Prosp. Farin. *dict. q. 60. n. 93. post* Bartol. *in l. ne in arbitris 4. n. 6. C. de arbitr.*

Ita Domini in causa Hansen Buschirizens contra Hiob Magdebergen zu Weimar / Mens. Mart. Anno 1593. (Verba sent. Daß Andreas Caspar von Ebeleben nach Gelegenheit dißfalls in dieser Sachen wider seinen Willen Zeugniß zu geben nicht mag gedrungen werden/ &c.)

Definit. LXII.

Non cogendus est judex ferre testimonium in causâ, qvâ impugnatur testamentum ex defectu solennium à judice non adhibitorum.

HOcqve ipsum commovit Dominos, † ut re- 1
sponderent, non esse cogendos judicem ejusqve assessores, ferre testimonium in causâ testamentariâ, cum hæres ab intestato testamentum judiciale ex eo capite impugnare conabatur, qvod judex & assessores adhoc reqvisiti solennia debita non observassent. † Nec enim negari poterat, 2
hoc casu testimonium exigi super iis, qvæ judex & Scabini ratione officii fecissent, aut saltem facere debuissent: † Idqve eò minus, qvò majus pericu- 3
lum vel dedecus ipsis ex depositione accederet: Notissimi verò juris est, † non posse judicem de 4
gestis coram se testificari, qvando ex suâ depositione vel dedecus fugiat, vel honorem consequatur, Campeg. *de test. reg. 60. 100.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 124. n. 5.*

Ita Domini ad reqvisitionem Qvæstoris zu Freyburg / Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent. Hat eine Person/ von welcher eure Frage meldet/ vor denen hierzu ernanten Gerichts-Personen und Notario ihren letzten Willen auffgerichtet/ und es ist der jenige / deme solche Verordnung widrig und nachtheilig ist / angeregtes Testament zu fechten und umbzustossen gemeynet / mit Vorgeben/ daß bey dessen Auffrichtung von den Gerichten nicht allerdings richtig procediret, und die gebührenden Solennia in acht genommen worden; Wann er nun gleich dasselbige erweisen und beybringen/ auch zu solchem Ende vorgedachte Gerichts-Personen zu Zeugen angeben wolte/ &c. So möchten doch dieselben/ gestalten Sachen nach/ in dieser Sachen Zeugniß zu geben nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. LXIII.

Neq; Notarius compelli potest ad testificandum de gestis coram eo, tanqvam Notario.

ALia certè ratio non est Notarii, † qvi licet 1
nullibi prohibeatur ferre testimonium in causâ, cui tanqvam Notarius fuit adhibitus, ut proindè eum pro teste legitimo habendum dixeris, *arg. l. mutus 43. ff. de procurat. junct. l. qvæsitum 33. de test.* † Attamen si gesta coram eo tanqvam 2
Notario impugnentur, neutiqvam ad testificationem ipsum cogendum putaverim, ut ad sui commodum & exonerationem seu avertendum dedecus deponere censeatur, *arg. l. omnibus 10. C. de testib.* † Nec enim Notario, qvi forsan scripsit, 3
testatorem, qvo tempore suprema ordinabat,

sanæ

sanæ mentis fuisse, usqve adeò creditur, qvin probari contrarium possit citra falsi accusationem, Bald. *in l. 1. ff. de confess. & in rubr. C. de fide instrum.*
4 Salycet. *in l. furiosum 9. C. qvi testam. fac. poss.* † Qvid enim si Notarius (ut sæpè fieri videmus) clausulam illam ex vulgari Notariorum Stylo potius
5 qvàm ex proposito adscripsisset? † Qvid etiam, si in aliâ causâ Notarius dixerit, certioratam à se mulierem de vi & potestate Senatusconsulti Vellejani,
6 cujus exceptioni renunciaverit? † Non enim creditur ei nisi hactenus, ut in mulierem contrarium asserentem probandi onus transferatur. An-
7 ton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 26. n. 6.* † Qvod & de aliis clausulis, qvibus exprimere notarii solent, nec vi, nec metu, nec dolo factum qvicqvam
8 fuisse, asserendum est; † Nunqvam enim excludit ea res probationem intervenientis violentiæ, metusvè aut doli, tametsi is, qvi vim aut metum, dolumvè allegat, de falso Notarium accusare nolit;
9 † Qvia præsumptio cedit probationi, ut supersit locus veritati, *l. si Chirographum 24. l. 29. in fin. ff. de probat.* Anton. Fab. *dict. defin. 26. n. 4.*

Ita Domini in causa Michael Voigtens contra Georgium Kümmeln zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Jnmassen denn auch Michael Sorge/als Notarius, gestalten Sachen nach/ Zeugniß zu geben nicht gedrungen werden mag/ ꝛc.)

Et in causa Hansen Genzschers contra Hansen Vezers Wittiben zu Dreßden/ Mens. Jan. Anno 1612.

Definit. LXIV.

Subditi qvatenus in causâ Dominorum legitimi habeantur testes.

1 CLarum est responsum Licinii Rufini, qvod idonei non sint testes, qvibus imperari potest, *in l. idonei 6. ff. de testib.* Non ergo subditorum in causa Domini sui, testimonium valere dixeris:
2 † Nam licet interpp. communiter *textum* illum de iis exaudiant testibus, qvibus imperari potest vel ratione patriæ potestatis, vel ratione particularis & privatæ jurisdictionis, ut est jurisdictio Dominorum contra servos, non autem ratione universalis jurisdictionis, qvam Princeps aut Nobilis habet in subditos suos, Cyn. *in l. eos. 5. in fin. C. de testib.* Prosp. Farin. *de testib. q. 55. n. 203.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. §. ad qvæstionem 3. n. 2. ff. de qvæst.* Spe-
3 cul. *in tit. de teste. §. 1. n. 18.* † Attamen restrictionem hanc textui minimè convenire, apparet vel saltem ex vocula (*imperari*) qvæ propriè denotat potestatem eam, qvam & imperium appellamus, *l. pot. 215 ff. de V. S.* ut bene animadvertit Modest.
4 Pist. *vol. 1. consil. 7. n. 25.* Qvicqvid sit, † observantia contrarium docet, admitti nempe subditos in causa Dominorum, remisso ipsis hâc in re juramen-
5 to, qvo aliàs domino sunt obstricti, † proutestatur Modest. Pist. *dict. loc. num. 26. vers.* Aber in practica habe ich observiret, daß man in solchen Sachen die Unterthanen der Pflicht/ damit sie dem Herrn verwand/ loßgezehlet / so viel das Zeugniß belanget/ daß sie ohne Scheu derselben die Warheit bekennen mögen; und in solchem Fall werden gemeinen Brauch nach die Unterthanen auch in Sachen ihre Herren belangende zu Zeugen zugelassen/ Et hoc jure utimur. † Idqve eo magis verum
6 puto in casu, qvo veritas aliter haberi non potest: Nam qvi aliàs non admittuntur ad testificandum, coguntur etiam testes esse, si veritas aliter haberi neqveat, Host. *in c. 2. ext. de test. cog. & ibi* Felin. *n. 8.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 141. n. 6.*

Ita Domini in causa Hansen Georgen von Hessen contra Matthes Müllern und Martin Wagnern / ventilatâ in Præfectura Coldicensi, Mens. Sept. Anno 1621. (Verba sent. Daß Matthes Müller und Martin Wagner / gestalten Sachen nach / der Warheit zu Steuer/ in dieser Sachen Zeugniß zu geben schuldig/ V. R. W.)

Et ad reqvisitionem præfecti Rochlicensis, Mens. April. Anno 1636. (Verba sent. Jnmassen denn auch die angegebene beyde Zeugen/ als des Klägers und producenten Unterthanen/ iedoch wenn sie ihrer Pflicht zuvor loß gezehlet/ gestalten Sachen nach/ nicht verworffen werden mögen/ V. R. W.)

Definit. LXV.

Testes de universitate non admittuntur in causâ, qvæ commodum & utilitatem singulorum respicit.

1 COmmunis eqvidem est *Dd.* conclusio, qvod testis de universitate admittatur ad testificandum pro suâ universitate, Felin. *in c. insuper 6. n. 1. extr. de testib.* Specul. *in tit. de teste § 1. n. 2.* Salycet. *in l. parentes 6 n. 10. C. de testib. q. 60. n. 450.* Crot. *de test. n. 129.* Alber. de Malet. *de testib. c. 4. n. 71.* † *Tùm* 2 qvia singuli de collegio vel universitate non dicuntur ferre testimonium in propriâ causâ, † cum 3 aliud sit universitas, & aliud singuli de universitate, *l. sed si hac 10. §. qvi manumittitur 4. ff. de injus voc.* † *Tùm*, qvia singulorum nihil interest, causam 4 pro universitate tractari. Qvod vel inde apparet, qvia singuli suo nomine non possunt agere, nec excipere, atqvi illius saltem dicitur interesse, qvi suo nomine agere vel excipere potest, *l. sed si unius 17. §. procur. 15. ff. de injur.* Felin. *dict. loc.* † Atta- 5 men restringenda omninò est hæc conclusio ad ea, qvæ respiciunt commodum & utilitatem universitatis, non autem singulorum: † Nam super 6 iis, qvæ singulorum commodum & utilitatem respiciunt, putà, qvando agitur de jure pascendi, piscandi, &c. singuli de universitate ad testificandum neutiqvam admittuntur, uti post alios, qvos copiosè allegat, docet Prosp. Farin. *dict. q. 60. n. 596. & seqq.* † ubi eleganter qvoqve per certas 7 conclusiones declarat, qvando dicatur causa respicere vel non respicere singulorum utilitatem, Modest. Pistor. *part. 3. q. 103.*

Ita Domini in causa Herrn Heinrich des IV. Reussen/ Herrn von Plauen contra Syndicen der Gemeinde zu Elsesberg & Consort. ventilatâ in præfectura Zwickaviensi, Mens. August. Anno 1630. (Verba sent. Daß Beklagtens 8. angegebene Zeugen/ Paulus Peter / George Heym/ Wolff Becke/ Valentin Jrhoff/ Hans Hermann/ Hans Zwicker/ Hans Hessel und Lorentz Ortel nicht zuläßlich/ ꝛc.)

Et in causa der 3. Schul-Collegen und sämptlichen Musicanten zu Laucha/ Mens. Jun. Anno 1635.

Definit. LXVI.

Denunciator in processu inqvisitionis ad testificandum admitti debet.

1 QVemadmodum accusator, † ita etiam denunciator testimonium ferre prohibetur in causâ, in qvâ denunciavit, Dd. *in l. ea qvidem 7. C. de accus.* Alber. de Malet. *in tract. de test. c. 3. n. 60.* Joh. Campeg. *de test. regul. 103. in pr.* † Sed hoc 2 ita, si aliorum testium assertio & testimonium

non

3 non concurrat: Et ponit Campeg. *dict. loc.* † alias adhuc limitationes, qvibus denunciatoris testi-
4 monium admittendum asserit: † Putà, si denunciator sit persona publica, & deponat de facto sibi commisso, ut si dicat, se citâsse aliqvem, vel aliqvid feciſſe ex mandato judicis, Cyn. *in l. ea qvi-*
5 *dem 7. C. de accusat.* † Aut, si denunciata fuerint maleficia levia, veluti, si denunciator dixerit, se inveniſſe vel portantes arma aut similia, Bartol. *in l. Divus 3. ff. de custod. Reor.* Farin. *de testib. q.*
6 *60. n. 75.* Qvin, † etsi non agatur in processu ordinario, sed judex super denunciatione procedat per inqvisitionem, denunciator omninò examinari debet, Bartol. *in dict. l. Divus.* Campeg. *dict. Regul. 107. vers. 5.*

Ita Domini ad reqvisitionem Adolphi à Görsdorff/ Mens. Septembr Anno 1621. (Verba sent. Wird Heinrich Becke ein Tischer von einem Soldaten folgender Begünstigung beschuldiget/ der es aber nicht geständig seyn wil/ ꝛc. So wird gedachter Soldat neben den andern Personen als Zeugen/ vermittels gewöhnlichen Zeugen-Eydes/ hierüber abgehöret/ und ihrer allerseits Aussage in eine ordentliche Registratur bracht/ darauf denn des inqvisiti Person und verwürckten Strasse wegen ergehet was recht ist/ V. R. W.)

Et in causâ Qvæstoris Dresdensis contra George Rudolphen von der Sahle zu Dreßden / Mens. August. Anno 1633.

Definit. LXVII.

Creditor est testis idoneus in causa debitoris, non vice versa debitor in causa creditoris.

1 Nullibi creditor pro suo debitore testimonium ferre prohibetur; Qvidni ergò in causa debitoris ceu testis idoneus admittendus es-
2 set? † Nam qvod prohibitum non est, hoc ipsum censetur permissum, *arg. l. mutus 43. §. 1. ff. de procur. junct. l. qvæsitum 13. ff. de testib.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. defin. 24. num. 2.* veluti etiam Dd. communiter sentiunt ac plenam fidem creditoris dispositioni tribuunt, Felin. *in c. insuper 6. n. 15. in fin. extr. de testib.* Campeg. *de testib. regul. 102. in tert. fallent.* Prosp. Farin. *de testib. q. 60. n. 316.*
3 Crot. *de testib. n. 185.* † modò creditoris com-
4 modum vel utilitas nulla interveniat, † veluti in causâ pignoris, qvæ propria videtur ipsius creditoris causa, *l. ab executore 4. §. alio 2. ff. de appellat. l. 2. §. Sed si alius 1. ff. qvando appellat. sit.*
5 † At nemini in re propriâ dicendi testimonii facultas concedenda est, *l. omnibus 10. C. de testib.*
6 Campeg. *dict. reg. 102.* Farin. *dict. q. 60. n. 318.* † Planè Debitor pro Creditore testimonium ferre non potest, & si ferat, suspectus est, cum ratione debiti subditus qvodammodo creditoris, ut vulgò dicitur, & servus reputetur, per Gloss. *in l. fideicommissa 11. §. si rem 12. in verb. non accipere. ff. de legat. 3.* Campeg. *dict. regul. 102.* Prosp. Farin. *dict q. 60. n. 321.*

Ita Domini in causa Valentini Kirstens zum Hoff/ Mens. Maj Anno 163 . (Verba sent. Und weil der Schuldener nicht zahlen können/ habt ihr zu eurem Theil ihm 25. fl. abstatten und bezahlen müssen / deswegen ihr Matthes Schindelers / als des gewesenen Oberbürgens Erben hinwiederumb belanget. Ob nun wohl dieselbe der Oberbürgschafft / und daß sich Schindeler gegen euch hinwiederumb verpflichtet/ nicht geständig seyn wollen. Da aber dennoch der Creditor Andreas Schuster (welcher in dieser Sachen zu zeugen zulässigen) dasselbe eydlich aussagen/ und ihr nachmals solche seine Aussage/ vermittels eures Eydes/ bestärcken/ und das Juramentum in supplementum schweren würdet/ ꝛc. So hättet ihr euer Vorgeben zur Nothdurfft beybracht / und seyn euch auff solchen Fall die Schindlerische Erben die Wiederzahlung der 35. fl. benebens dem Landüblichen interesse zu leisten schuldig. Der Debitor aber Donat-Kreyschmar ist in dieser Sachen zum Zeugen nicht zuläßlich/ inmassen auch durch den Schein sub A. eure Forderung/ wie recht/ nicht erwiesen wird/ V. R. W.)

Et in causa hæredum Christophori Drechslers des ältern contra Hansen Drechslers Kinder zu Halle / Mens. Majo Anno 1633.

Definit. LXVIII.

Venditor pro emptore in causâ rei venditæ non est testis idoneus, qvando tenetur de evictione.

VEnditor pro emptore in causâ rei venditæ 1
testis esse neqvit, propter periculum evictionis: Evictâ namq; re venditâ, tenetur ipse de evi-
ctione, † & sic propter interesse à testimonio re- 2
pellitur, *arg. l. omnib. 10. C. de testib.* Lanfranc. de *testibus n. 66.* Crot. *de testib. 164.* Prosp. Farin. *de testib. q. 60. n. 325.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1357. n. 11.* Alb. de Malet. *de testib. c. 4. n. 42.*
† Ex qvo seqvitur, Venditorem ad testificandum 3
admitti, si certâ ex causâ, neq; de evictione, neqve ad pretii restitutionem teneatur, cessante nimirum prohibitionis ratione, Felin. *in c. insuper. 6. n. 12. extra de testib.* Alb. de Malet. *dict. c. n. 41.* Prosp. Farin. *dict. q. 60. n. 126. & n. 328.* Crot *dict. loc.*

Ita Domini in causa Hieronymi Kirchners contra Heinricum Löwen/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Maj. Anno 1634.

Definit. LXIX.

Clerici etiam in causis Laicorum, mediante juramento, ad testificandum compelluntur.

ETsi de jure sacerdos cogi neqveat, † ut coram 1
judice Laico perhibeat testimonium, ne persona oneretur & dignitas Sacerdotii exempta confundatur, juxta constitutionem Imp. Theodosii *in l. nec honore 7. C. de Episcop. & Cleric.*
† Attamen cum jure consuetudinario nulla du- 2
catur ratio personarum secularium & religiosarum, minimè concedenda ipsis erit exemptio, sed perinde ac laici ad testificandum hodiè Clerici sunt compellendi, ut multis tuetur Virgil. Pingitz. *qvæst. 35.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 211. & part. 2. decis. 241.* † Nam qvo major alicujus 3
est dignitas, eò minus debet se subtrahere à testificando & perhibitione veritatis: Præsumitur siqvidem contra testem eo ipso, qvò testificari recusat, qvod velit libenter tacere veritatem, Gloss. *in c. 2. extr. de testib. & ibi* Felin. *n. 9.* † Qvamvis 4
hoc ipsum ad eum solummodò casum ab aliis restringatur, qvo veritas aliter haberi neqvit, utùm demum coram judice saltem Ecclesiastico Clericus testimonium dicere cogatur, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 100. n. 16.* † Qvia etiam privilegia- 5
ti, qvi aliàs non possunt compelli ad testificandum, non gaudent privilegio, sed coguntur testes esse, qvando veritas aliter haberi non potest, Felin. *dict. loc.* Matth. Coler. *dict. decis. 241. n. 6.*
† Sed num etiam ad præstationem juramenti 6
hoc casu clerici erunt cogendi? Omninò; Qvia testis injuratus nullam fidem facit, & consistit tota substantia depositionis testium in juramento, *l. jurisjurandi 9. §. 1. C. de testib. can. horiamur 20. caus. 3.*

cauſ. 3. q. 9. c. tuis 39. extr. de teſtib. Bald. *in l. milites C. de re milit.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 101. num. 1.* Coler. *dict. loc. n. 7.* Hipp. de Marſil. *ſing. 241. n. 7.*

7 † Etſi enim qvis maximè ſit religioſus, tamen ei niſi jurato non creditur in præjudicium alterius, qvia juramentum iſtud, qvod teſtis præſtat, neceſſarium eſt usqve adeò, ut niſi ipſe, anteqvam teſtimonium perhibeat, juraverit, planè irrita ſit ejus depoſitio, qvantumvis poſtmodùm ex intervallo juramentum præſtiterit, Felin. *dict. c. 2.*

8 *de teſtib. n. 56. c. fraternitatis 17. n. 4. de teſtib.* † Atqve in ſpecie de Clericis, ut juramentum antedepoſitionem ſubeant, præcipitur in *c. nuper nobis 51. extr. de teſtib.* Proſp. Farin. *de teſtib. qv. 74. n. 66.* Et cur juramentum renuere vellent Clerici, cum hoc per ſe malum non ſit, ſed ſaltem confirmatio veritatis, *c. etſi Chriſtus 26. circa fin. extr. de jurejur. can. 3. cauſ. 22. q. 1.* & ſpecies cultus divini, Set-

9 ſer. *de juram. lib. 1. c. 1. n. 11.* † Veriſſimè qvoqve de Clericis ſcripſit Matth. Coler. qvod hoc genus hominum non minus affectibus regatur, qvàm alii privati, ut ſic periculoſum ſit, remittere ipſis juramentum, *dict. deciſ. 241. n. 7.* Virgil. Pingitz. *dict.*

10 *q. 35.* † Nec obſtat textus in *Auth. Sed judex C. de Epiſc. & Cler. in verb. Sacerdotes dicant ea, qvæ no-*

11 *verint, non tamen jurent &c.* † *Tùm* qvia verba hæc (*Non jurent*) in *Novell. 123. c. 7.* ex qvâ *dict. Auth.* ab Irnerio eſt deſumta, non reperiuntur,

12 Borch. *de jurejur. c. 4. n. 13.* † *Tùm* qvod *dict. Auth.* agat de Epiſcoporum privilegio, qvibus eatenus videtur indultum, ut non tactis, ſed ſaltem propoſitis SS. Evangeliis jurent, *c. cum in causâ 7. extr. de juram. calumn.* Conrad. Rittershuſ. *ad Novell. p. 1. c. 7. n. 82.* & Matth. Steph. *ad Novell. 123. n. 23.*

Ita Domini in cauſa Jacobi Reinſteins zu Schendiz/ Menſ. Sept. Anno 1632. (Verba ſent. Würde der Pfarrer zu Zöſchen M. Joh. Löhner ſeine gethane Ausſage / vermittels gewöhnlichen Zeugen-Eydes/ wiederholen und beſtärcken/ immaſſen er zu thun ſchuldig; So erſcheinet aus den Acten ſo viel/ daß Jacob Reinſtein das jenige/ ſo ihm zu beweiſen auffer leget/ und er ſich angemaſſet/ zur Nothdurfft erwieſen und beybracht hat/ V. R. W.)

DEFINIT. LXX.

Non tamen tenetur ſacerdos revelare confeſſionem ſibi factam.

1 NOlo tamen, hoc extendi ad confeſſionem auri-
2 cularem; † Nam ſacerdos neqve cogi poteſt à ſuperiore, ut confeſſionem ſibi factam propalet, neqve ſi id faciat, fide dignus habetur, vel qvicqvam teſtimonium hoc operatur, Anton. Gomez. *tom. 3. var. reſolut. c. 13. n. 9.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 100. n. 8.* Mynſing. *cent. 5. obſerv. 41. n. 4.* Frid. Pruckmann. *vol. 2. conſil. 16. n. 77.* Jac. Menoch. *lib. 1. præſumpt. q. 89. n. 26. & 27.* Decian. *in tract. crimin. lib. 2. c. 14. n. 5.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 377. n. 1. 5.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 15. Defin. 38.*

3 † *Tùm*, qvia illicitum hoc eſſet teſtimonium, contra leges ſacrosqve canones datum, *c. ſacerdos 2. de pœnit. diſtinct. 6. c. ſi ſacerdos 2. extr. de offic. judic. ordin. c. dilectus 13. extr. de exceſſ. prælat. c. omnis 12. verſ. caveat autem extr. de pœnit.* Idcircò ſiqvidem dicitur ſecretum confeſſionis, qvia divulgandum non eſt; ut in ſimili di-

4 cit Ulpian. *in l. 1. §. ſi qvis tabulas 38. ff. depoſit.* † *Tùm*, qvod non ſcire deceat ſacerdos tanqvam homo ea, qvæ illi, ut vices Chriſti ſummi ſacerdotis gerenti, explicata fuêre, *dict. c. ſi ſacerdos 2. c. dilectus 13. ubi* Panormit. *extr. de exceſſ. præfat.* Fab. *dict. defin. 38. n. 2.* Ripa *ad fin. tract. de peſte n. 59. & ſeqq.* † Et complacuit etiam hæc ſententia D. Luthero *in colloq. german. c. 14. fol. 191. in tom. Jenenſ. ibi:* Sie hat mir nichts gebeicht / ſondern dem HErrn CHriſto/ und weil es Chriſtus heimlich hält/ ſo ſoll ichs auch heimlich halten / und ſtracks ſagen: Ich habe nichts gehöret / hat Chriſtus was gehöret/ ſo ſage Ers. *Et paulò poſt:* Iſt ſie *abſolviret*, da weiß ich *D. Martinus* nichts umb / ſondern Chriſtus weiß es/ mit welchem ſie geredet. Dann ich höre nicht Beichte/ *abſolvire* auch nicht/ ſondern Chriſtus/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa M. Johannis Weidners/ Paſtoris zu Wirſchen/ Menſ. Jun. Anno 1634 (Verba ſent. Hat unter euren Pfarr-Kindern eine ledige Weibs-Perſon einen Wittiber zugeſagter Ehe wegen in Conſiſtorio beklagt und in Anſpruch genommen/ und als Beklagter auf die erhobene Klage mit Nicht-geſtehen geantwortet/ und einiger Zuſage nicht geſtändig geweſen / iſt ſolche zu erweiſen der Klägerin auffer leget worden. Ob ſie nun wol unter andern auch euch/ gegen deme / als ſeinem Beicht-Vater/ er in der Beichte ſich zu der vermeinten Zuſage bekant hätte/ zum Zeugen angeben/ ꝛc. So ſeyd ihr doch dißfalls Zeugnüß zu geben nicht ſchuldig/ möget auch darzu nicht angehalten werden; Und wenn ihr es gleichthun wollet/ wäret ihr doch damit nicht zu hören/ noch zu zulaſſen/ V. R. W.)

DEFINIT. LXXI.

Spurii & Naturales à teſtimonii dictione haud ſunt repellendi.

1 NEgari neqvit, in qvæſtione teſtium admitten-
dorum vel repellendorum, multùm arbitrio ac diſcretioni judicis eſſe tribuendum, an ſcilicet ad ſui commodum & exonerationem, vel in favorem partis teſtificari præſumantur, *l. omnibus 10. C. de teſtib.* † Ex qvo fit, qvod etiam Proxenetæ ſeu 2
mediatores teſtes eſſe prohibeantur, ſuper iis contractibus, qvi coram eis geſti ſunt, Dd. *in c. dilectorum 10. extr. de teſtib. cogend.* † Qvod nec jure Sa- 3
xonico immutatum fuiſſe, demonſtrat Matth. Col. *part. 1. deciſ. 197. n. 4.* † Qvandoqve etiam qvalitas 4
perſonæ à teſtificando eam repellit: Ex qvo, Judæus contra Chriſtianum perhibere teſtimonium non valet, *c. placuit 1. extr. de teſtib. c. non poteſt 24. cauſ. 2. q. 7.* Jaſon. *in rubr. ff. de juſt. & jur. n. 14.* † qvamvis hoc jure Saxonico eatenus ſit reſtric- 5
tum, ut Judæi à teſtimonio adverſus Chriſtianum neqveant repelli, ſi cum eis alius inſuper Chriſtianus teſtificetur, ut notat ex text. Weichbild. *art. fin. in fin.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 127. Sed qvid de ſpuriis & naturalibus habendum?* † 6
Etſi aſſerere vix poteris, hoſce infamiæ omnis vel ſaltem ejus, qvæ facti dicitur, expertes eſſe, non qvidem ex facto ſuo, ſed propter illegitimos Natales, & qvia ex putrido ſangvine fuêre procreati, Anton. Fab. *in C. lib 9. tit. 28. defin. 20. num. 3.* Joach. Mynſing. *cent. 4. obſervat. 31.* † At- 7
tamen propterea à teſtimonii dictione arcendi non ſunt, qvia infamia facti, ut maximè exiſtimationem minuat apud bonos & graves viros, neminem tamen à teſtimonio dicendo repellit, † Sed ſola infamia juris, *l. 3. §. lege Jul. 5. ff. de te-* 8
ſtib. l. is cui lege 18. §. 1. ff. qui teſtam. facer. poſſ. Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 15. definit. 45. num. 1.*

† Qvic-

9 † Qvicqvid etiam in contrarium dicat Petr. Heig. *part. 1. q. 21. n. 7.*

Ita Domini in causa Heinrici Zippels contra Georgium Walten zu Leipzig/ Mens. Oct. Anno 1629. (Verba sent. Die hinterstellige Zeugen aber/ wie auch beklagtes Ehe-Weib mögen gestalten Sachen nach nicht verworffen werden/ sondern sie seynd in dieser Sache Zeugniß zu geben schuldig/ V. R. W.)

Definit. LXXII.

Reus de jure braxandi Cerevisiam à se prætenso conventus, intra duos menses id probare tenetur.

1 ETsi de jure Saxonico terminus sex septimanarum atqve trium dierum probationibus fuerit præfixus *h.* Const. 16. & Ordin. Nov. proceſſ. 2 judic. *tit. 20.* † non tamen ad omnes indifferenter probationum casus, terminus hic est extendus: 3 † Qvid enim, si Reus conventus de facultate braxandi cerevisiam, hanc sibi competere 4 asserat, eamqve probare velit? † Non certè hic adstrictus est ad sex septimanas & tres dies, sed terminum probatorium specialem, nimirum duorum mensium ipsi indulget Ordinat. provincial. Saxon. *de Anno 1555. Rubr.* Brauen / Schencken/ und andere Bürgerliche Handthierung / ꝛc. *vers.* 5 Aber auff solchen Fall/ ꝛc. † Rationem specialitatis si qværas, dico favorem Rei in qvasi possessione juris braxandi cerevisiam constituti, terminum 6 probandi longiorem exposcere, † cùm & aliàs possessor qvilibet ita sit privilegiatus, ut onere probandi planè non debeat gravari, *c. ex literis. 3. 7 extr. de probat.* † qvia probatio regulariter actori incumbit, non Reo vel possessori, *l. 2. ff. de probat. l. 21. ff. eod. tit.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Steutbahr contra Friderich Spiegeln/ Mens. Jun. A. 1634. (Verba sent. Daß Beklagter seine angemaßete Brau-Gerechtigkeit vermöge Churfl. Sächs. Landes-Ordnung binnen 2. Monaten/ wie recht/ zu erweisen schuldig / darwider Klägern ihre rechtliche Nothdurft billich vorbehalten wird/ ferner darauff zu beschehen/ was recht ist/ V. R. W.)

Definit. LXXIII.

Veritatem aliter haberi non posse non dicitur ex eo, qvod alii testes actui non intervenerint, nisi etiam habitu intervenire haud potuerint.

1 NIl ferè vulgatius est advocatis & litigantibus in productione testium inhabilium, qvàm ut ad præsidium difficillimæ probationis confu-2 giant: † Veritatem nimirum aliter haberi non posse, ex eo qvod nulli alii testes adsint vel actui litigioso intervenerint, existimantes, satis sibi per id prospectum esse, nec exceptionem inidoneitatis locum ulterius habere. † Sed errant meherclè 3 non intelligentes, qvando dicatur, veritatem aliter haberi non posse: † Etenim si hoc accipere 4 velis de eo casu, qvo testes alii actui non intervenerint, haud efficies, ut testes minus idonei aut 5 suspecti admittantur. † Sed tùm demum veritas non aliter haberi posse dicitur, si negotium, de cujus probatione agitur, sit difficilis probationis 6 de sui naturâ, hoc est tale, † ut vel ratione loci, vel temporis verisimiliter alii testes habitu intervenire non potuerint, *cap. ult. ext. de testib. cogend. c. tertio loco. 5. extr. de probat. l. consensu. §. §. servis 6. C. de repud.* † proùt est in criminalibus: 7 Conjuratio, Conspiratio, hæresis, furtum, adulterium, partus suppositus, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. q. lib. 2. cas. 116. & de præsumpt. lib. 1. q. 58.* Prosp. Farin. *de testib. q. 62. n. 62.* † In civilibus 8 autem: gesta in collegio, loco occulto, capitulo & congregatione Canonicorum, in qvâ soli Canonici intervenire solent, *dict. cap. tertio loco 5. dict. l. consens. §. §. servus 6.* † Et hæc est verissima 9 omnium *Dd.* sententia & explicatio ejus, qvod vulgò dicitur, veritatem in hoc vel illo facto aliter haberi non posse, † veluti infinitis ferè auctoritatibus *Interpp.* confirmat Prosp. Farin. *dict. loco.* Anton. Gometz. *tom. 3. var. resolut. c. 12. n. 21.* Felin. *in dict. c. tertio loco 5.* Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1359. n. 9.* 10

Ita Domini in causa Severin Beckers contra Paul-Jacob Böhmen zu Leipzig/ Mens. Maj. Anno 1636.

Definit. LXXIV.

Qvomodo probanda sit præscriptio temporis immemorialis.

VAriant admodum *Interpp.* in definiendâ præ- 1
scriptione temporis immemorialis. † Vel e- 2
nim centum annos ad hanc reqvirunt, Bald *de præscript. 2. p. 3. princip. q. 6.* Carol. Molin. *in consvet. Paris. §. 5. n. 63.* Mynsing. *consil. 13. num. 21.* Guid. Papæ. *q. 575.* † Vel minorem eam præscri- 3
ptione centenariâ asserunt, Gloss. *in c. auditis. 13. verb. cent. extr. de præscript.* Cravett. *in tract. de antiq. temp. p. 4. §. absolutis. in pr.* † Vel et- 4
iam præscriptionem immemorialem majorem centenariâ præscriptione dicunt, Felin. *in c. ad audientiam. 13. n. 28. extr. de præscript.* Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. qvæst. cas. 3. num. 7.* † 5
Et qvidem *Cravetta* opinionem suam argumentis probat desumptis à præscriptione Ecclesiæ Romanæ, aliarumqve Ecclesiarum, ex *c. si diligenti. 17. extr. de præscript. Auth. qvas actiones. C. de SS. Eccles.* † Qvæ tamen refellit Didac. Covarr. *in c. 6 possessor. 2. p. 5. num. 9.* Sed neutra placet opinio. † 7
Nam si centum anni sufficerent, vel necessariò reqvirerentur, jam nulla esset ratione temporis differentia inter immemorialem & centenariam præscriptionem, qvod tamen falsum est. † Cur 8
enim una diceretur centenaria, altera non centenaria? † Habent scilicet hæ præscri- 9
ptiones diversa nomina, diversosqve tractatus & diversa tempora, *arg. l. si idem. 7. C. de jur. Codicill.* Joh. Schneidevv. *ad tit. inst. de usucap. rubr. qvot sunt species præscript. n. 35.* Matth. Steph. *de jurisd. Imper. Rom. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 155.* † Neqve minorem esse præscriptionem tem- 10
poris immemorialis præscriptione centenariâ, vel inde apparet, qvod non sufficiat centum annorum probatio ad immemorialem præscriptionem adstruendam. † Qvia immemoriale dicitur, 11
cujus memoria non est in contrarium. † Fieri au- 12
tem potest, qvod ejus, cujus non est memoria in contrarium à centum annis, sit memoria in centum & decem, vel viginti, &c. Matth. Steph. *dict. loc. n. 157.* † Et rursum accidit qvandoqve, ut me- 13
moria terminetur ab octuaginta vel nonaginta annis. † Ex qvo præscriptionem centenariam re- 14
ctissime dixeris majorem præscriptione immemoriali, Joh. Schneidevv. *dict. loc.* † Nimirum 15

præscriptio immemorialis omnem terminum excludit, atqve initium memoriæ omnium homi-
num, *cap. 1. de præsc. in 6to.* Matth. Stephan. *dict.*
16 *loc. n. 161.* † Adeoqve non sufficit, testes in proban-
da præscriptione de sua memoria saltem depone-
17 re; † Sed reqviritur, ut asserant, non solum se vi-
disse semper ita fieri & nunqvam vidisse contra-
18 rium actum; † Sed etiam à majoribus & seniori-
bus se audivisse, ita factum fuisse, nec unqvam
majores & seniores aliter audivisse & vidisse, sed
19 semper se à majoribus id audivisse, † atqve hujus
rei publicam esse famam & opinionem apud eos,
qvi rei cognitionem habent, Gloss. *in Cap. 1. de præscript.* Cæpoll. *in tract. de servit. urban. præd. c. 19. n. 15.* Bald. *de præscript. 2. p. 3. pr. q. 6.* Covarr. *dict. §. 3. n. 7.* Matth. Stephan. *dict. c. 7. n. 158.* Johann. Schneidevv. *dict. loc. n. 37.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 1041.*

Ita Domini in causa H.H. ab H. & S. à B. nach Freyburg/ Mens. Sept. Anno 1636. (Verba sent. Daraus zubefinden/ daß H. H. von H. und S. von B. die angezogene præscriptionem immemorialem, so ihnen zu beweisen obgelegen/ und sie sich angemasset / wie recht nicht erwiesen/ V.R.W.)

CONSTITUTIO XVII.

PARTIS PRIMÆ.

Von brieflichen Urkunden.

De Literariis documentis.

Hätte Zeugführer intra terminum Copeyen brieflicher Urkunden übergeben und eingelegt/ und würde dieselbige post terminum folgends mit den Originalien stärcken / so soll er damit zugelassen/ und solches zur Beweisung erheblich und relevant gesprochen und erkant werden.

Si qvis fundamentum intentionis suæ probaturus intra terminum copiam literariorum documentorum exhibeat, illorumqve originalia post terminum producat, admitti illa, & tanqvam ad probationem utilia relevantiaq; in judicando attendi jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Probationibus suis cadit, non solum qvi instrumenta intra terminum probatorium offerre negligit, sed & qvi intra eundem terminum articulos formare iisq; tenorem instrumentorum inferre omittit.*
2. *Post terminum non valet actor producere instrumenta, etiamsi intra terminum super iis producendis fuerit protestatus.*
3. *Non minus privatæ scripturæ qvàm publica instrumenta intra terminum probatorium sunt producenda.*
4. *Instrumentum ad aliud se referens, absqve productione relati instrumenti nil probat.*
5. *Non semper producendum est necessario integrum instrumentum, sed sufficit qvandoqve partem instrumenti, qvæ ad probationem facit, produci.*
6. *Intra terminum probatorium se referens ad instrumentum commune, qvod est penes adversam partem, non statim probationis jure privandus est, ex eo qvod copiam non produxerit.*
7. *Efficit protestatio producentis, velle se instrumento saltem uti, in qvantum pro eo faciat, ut illud pro adversa parte nil probet.*
8. *Nisi pars adversa etiam præsens sit idemq; instrumentum pro se producat.*
9. *Nihil efficit actor producendo instrumenta unà cum exhibitione libelli, sed post litem contestatam ea in vim probationis reproducere tenetur.*
10. *Instrumenta tamen, qvæ paratam habent executionem, validè ante litis contestationem producuntur ac statim recognosci debent.*
11. *Originália instrumentorum etiam post publicatas attestationes qvandoqve produci possunt, modò debitô tempore fuerint copiæ exhibitæ.*
12. *Adversarius instrumenta contra se producta vel absq; juramento recognoscere, vel mediante jurejurando diffiteri tenetur.*
13. *Alioqvin documenta producta pro recognitis habentur.*
14. *In arbitrio producentis est, an documenta contra aliqvem producta ejus diffessioni juratæ submittere, an verò hæc per testes recognosci facere velit.*
15. *Scriptura defunctorum qvando nemini cognita est, comparatio literarum in locum recognitionis succedit.*
16. *Protestatio de non recognoscendo adjecta recognitioni non facit, qvò minus instrumentum pro recognito habeatur.*
17. *Ex causa senectutis, adversæ valetudinis, dignitatis, &c. subsistit recognitio extra judicii locum in domo recognoscentis facta.*
18. *Per Procuratorem qvoqve & Curatorem fieri potest Recognitio documentorum.*
19. *Diffessio autem jurata per ipsum principalem fieri debet, nec admittitur Curator vel Procurator.*
20. *Publicum etiam instrumentum in foro Saxonico absq; recognitione nihil probat.*
21. *Recognosci debet instrumentum ex eo solo, qvod sigillum est appositum, licet manu sigillantis nec scriptum nec subscriptum fuerit.*
22. *Instrumentum etiam non sigillatum recognosci debet.*
23. *Non probat instrumentum absqve recognitione, etiamsi huic expressè in instrumento fuerit renunciatum.*
24. *Probat tamen instrumentum obligationis absq; recognitione debitoris, qvod subscriptum est à testibus.*
25. *Recognitione vel sacramentali diffessione documentorum nemo gravandus est, qvando ea contra ipsum nihil probant.*
26. *Instrumenta Communia vel in duplicibus judiciis, Reus qvoqve Actori edere tenetur.*
27. *Instrumenta, qvæ propriè ad actorem pertinent, Reus semper edere obstrictus est.* 28. In-

28. *Instrumenta edere jussus, si neget, ea se habere, juramento id obtinere debet.*
29. *Jussus à Judice edere documenta, non potest petere juramentum calumniæ à parte adversâ, nisi ei in processu ordinario juramentum super editione fuerit delatum.*
30. *Detrectans editionem & juramenti præstationem, si actor est, causa cadit, sin Reus, instrumenta pro editis & recognitis habentur.*
31. *Quandoque etiam indictione mulctæ arbitrariæ ad edendum instrumenta, vel jurandum Reus compellitur.*
32. *Ex instrumento etiam continente debitum in diem, quandoq; ad paratam executionem cogitur.*
33. *Cessionarius ex instrumento cesso executionem paratam non habet, priusquàm de cessione sibi facta doceat.*
34. *Scriptura privata vel liber rationum pro scribente non probat.*
35. *Libri Mercatorum quando semiplenè probent, & juramento suppletorio confirmentur.*
36. *Plenè probant Libri mercatorum, quando unius testis depositio concurrit.*
37. *Mercatorum Libri saltem in iis rebus probant, quæ ad commerciorum & negotiationis materiam spectant.*
38. *Plenè probat Exemplum seu conceptum alicujus instrumenti, in archivis publicis repertum.*
39. *Obligatio seu instrumentum, causam debiti non exprimens, nihil probat nec paratam executionem habet.*
40. *Confessio debiti judicialis etiam absq; causæ expressione facta probat, & confitentem obligat.*
41. *Ad reassumptionem processus non admittitur procurator absq; speciali mandato ad reassumendum sibi dato.*
42. *Charta blanca, vulgò Blanqvet, subscribentem & sigillantem obligat ad hoc, ut executivè contra eum agi possit.*
43. *Recognitio documentorum speciale desiderat Procuratoris mandatum.*
44. *Protocollo Notarii major fides habetur, quàm instrumento.*

Definit. I.

Probationibus suis cadit, non solum qvi instrumenta intra terminum probatorium offerre negligit, sed & qvi intra eundem terminum articulos formare, iisqve tenorem instrumentorum inferre omittit.

1 CUm terminus probandi (qvi † de jure communi arbitrarius est, *c. inducia. 4. §. spacium. tauf. 3. q. 3. l. 1. C. de dilat.* Andr. Gail. *l. 1. obs. 53. n. 20.*)
2 in foro Saxonico, † ad certum temporis spatium, scilicet sex septimanarum atqve trium dierum, fuerit restrictus, Const. *præced. Defin. 1.* Matth. Col. *de process. execut. part. 1. c. 2. n. 33. & seq.* Modest. Pist. *part. 4. q. 132. n. 10. sub fin.* multum qvondam discepta-
3 batur: † An etiam intra terminum eum probatorium, copiæ instrumentorum, si hisce forsan actor intentionem suam probare velit, essent produ-
4 cendæ? † Nam & post terminum, productionem instrumentorum admitti, docent Matth. Coler. *part. 1. decis. 121. n. 10. & seqq.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de fide instrum. num. 5.* Attamen res decisa
5 hodiè est: † Copias saltem instrumentorum intra terminum probatorium Saxonicum necessariò offerendas, ac postea demum originalia producenda esse, *h.* Const. *17.* & Ordin. Process. Judic. Elect. Saxon. *tit. 24. in pr.* Dan. Moll. *hic. num. 3.*
6 Hartm. Pist. *obs. 183. n. 4.* † Nec tamen sufficit instrumenta produci, sed & intra terminum eundem, in certos articulos probatorios hæc redigi, eorumqve tenor induci debet, qvo Reo de intenti-
7 one actoris constare qveat. † Qvæ si non observaverit actor, probationum jure cecidisse censebitur, *dict. tit. 24. in pr. verf.* Sein *intent* umb besserer Nachrichtung willen/ꝛc.

Ita Domini in causa Curatoris Annen Moserin contra Petrum Poßnern zu Arnshaucke/Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent. Daß sich Kläger an seinem Beweiß verseumet/u. damit ferner nicht zuzulassen/ derowegen Beklagter von angestalter Klage billich entbunden und loßgezehlet wird/ V. R. W.)

Definit. II.

Post terminum non valet producere actor instrumenta, etiamsi intra terminum superiis producendis fuerit protestatus.

1 NOn ergo satis est instrumenta realiter vel originaliter in judicio produci, qvod etiam post terminum probatorium elapsum fieri potest,

b. Const. *17. verf.* und würde dieselbige *post terminum.* Ordin. process. judic. Elect. Saxon. *tit. 24. §.* deßgleichen wenn einer: si non prius intra terminum eundem copiæ exhibitæ ac parti datæ fuerint, *Def. præc.* † Absqve eo enim producta non
2 dicuntur, & consequenter non probant, *l. ult. ubi* Salycet. *C. de fid. instrum.* Spec. *in tit. de instrum. edit. §. videndum. ubi* Joh. Andr. *in addit. num. 10.* Dan. Moll. *hic n. 9.*] in tantum ut termino elapso,
3 nec copiæ postea admittantur, sed actor jure probandi cadat, etiamsi de pluribus instrumentis producendis termino adhuc durante protestatus fuerit, Ord. process. judic. *tit. 24. in pr. verf.* weil auch derselbe *terminus.* † Nil enim efficere potest
4 protestatio contra solennem probationis formam adjecta, Dan. Moll. *lib. 4. semestr. 36. n. 1. & seqq.* Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 36. num. 11.* Matth. Col. *de process. execut. part. 3. c. 8. in fin.* Andr. Gail. *l. 1. obs. 108. n. 15. & seq.* † Planè si instrumenta post
5 terminum probatorium elapsum noviter fuerint reperta, non prohibendi sunt litigatores, ea post terminum producere, † dummodò antea in arti-
6 culis eorundem mentionem fecerint, vel notitiam horum se non habuisse, juramento suo confirmaverint, *dict. tit. 24. in pr. verf.* Es wäre denn Sache. *Vid. præc.* Const. *defin. 6.*

Ita Domini in causa Heinrich Peretz zu Deisen/ Mens. Nov. Anno 1631. (Verba sent. Ist in Sachen euch Klägern an einem/ und Martin Voigten Beklagten andern Theils belangende/ euch der Beweiß zuerkannt worden/ welchen ihr mit instrumenten und andern brieflichen Urkunden zu führen erbietig seyd. Da ihr nun binnen Sächs. Frist/ derer Copeyen nebenst den Beweiß-Articulen/ allermassen euch zu thun gebühret/ nicht überreichet hättet/ꝛc. So wäret ihr nunmehr/ wenn ihr auch gleich vor Verfliessung des Termins euch solche zu produciren bedinget und vorbehalten/ damit ferner nicht zulässlich/ sondern hättet euch an eurem Beweiß versеumet/ꝛc.)

Definit. III.

Non ming privatæ scripturæ qvã publica instrumenta intra terminum probatorium sunt producendæ.

1 ETsi juxta usum loqvendi privata scriptura non sit instrumentum, *l. 1. in pr. C. de jurejur. propt. Calum. dando.* Attamen, si litigatores privatâ ejusmodi scripturâ intentionem suam probare
2 velint, † qvin & copia hujus intra terminum

probatorium Sax. produci debeat, ambigendum non est, Dan. Moll. *hic n. 2.* Matth. Berlich. *part. 1.*
3 *concl. 43. n. 6.* † *Tùm*, propter generalitatem *h.* Const. *17.* qvæ non modo de instrumentis, sed generaliter de literariis documentis loqvitur, von
4 briefflichen Urkunden / † qvorum appellatione etiam privatas scripturas contineri, nemo dubitat,
5 *l. 4. ff. de pignor. l. 20. & Auth. seq. C. de fid. instrum.* †
6 *Tùm*, per text. *in l. instrumenta 5. C. de probat.* † *Tùm*, qvia privata etiam scriptura causam instruit, qvo respectu instrumento similima est, nec absurdè instrumentum vocari poterit, Bart. *in dict. l. 1. C. de jurej. propt. cal. dand. n. 2.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Ist in Sachen euch Klägern an einem und Martin Voigten anders Theils belangende/ euch der Beweiß zuerkant worden/ welchen ihr mit instrumenten, so wohl etlichen privat-Missiven und andern briefflichen Urkunden zu führen erbötig seyd/ da ihr nun binnen Sächs. Frist derer Copey/ nebst den Beweiß-Articuln/ allermassen euch zu thun gebühret/ nicht überreichet hättet/ so wäret ihr damit ferner nicht zulässlich/ sondern hättet euch an eurem Beweiß versäumet/ V. R. W.)

Definit. IV.

Instrumentum ad aliud se referens, absqve productione relati instrumenti nil probat.

1 SÆpe accidit, ut qvis intra terminum probatorium producat copiam instrumenti, ad aliud instrumentum se referentis (hisce forsan verbis, Vermöge einer darüber auffgerichteten Kauff-Verschreibung/) qvod relatum tamen, putà, instrumentum super contractu venditionis confe-
2 ctum non producitur, ubi disceptari solet, † an per instrumentum referens contractus in instrumento relato celebratus probetur? Etsi verò con-
3 cesserim, † producentem hoc casu non privandum esse facultate probandi, ob non productum instrumentum relatum, qvia termino probatorio non excidit is, qvi suam diligentiam adhibuit, intraqve terminum aliqvid fecit, licet non legitimè & sufficienter, ut demonstrat Modest. Pistor.
4 *vol. 1. consil. 68. n. 19. & seqq.* † Contractum tamen in instrumento relato celebratum per instrumentum referens probari non dicere ausim, † Qvia
5 instrumentum referens absqve relati productione non probat, *Auth. si qvis in aliqvo. C. de edend. ubi* Bald. *num. 7.* Qvid enim si instrumentum, ad qvod fit relatio, cancellatum aut aliàs ita vitiosum esset, ut productum non probaret? † Certè
6 per instrumentum referens defectus ille neutiqvam posset suppleri, Dan. Moll. *hic n. 5.* † Sed hoc
7 ita, si inter alias personas probatio fiat. Nam instrumentum referens se ad aliud, inter easdem personas, inter qvas confectum est, probat etiam absqve relati productione, *l. optimam. 14. in med.*
8 *C. de contr. & comm. stipulat.* † Qvin & inter alias personas probat instrumentum referens, si contineat claram facti narrationem, in instrumento relato contentam, Felin. *in c. ex epistolæ verbis. 1. extr. de probat. n. 26. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 43. n. 14.* Dan. Moll. *hic n. 5. & 6.* Matth. Col. *de process. execut. part. 3. c. 1. n. 56. & seqq.* ubi plures
9 ponit limitationes. † Planè in instrumento qvoq; ultimæ voluntatis aliter se rem habere, docet Dan. Moll. *lib. 5. semestr. 84.*

Ita Domini in causa Hansen Seelmans contra Heinrichen Hain zu Niemberg/ vencilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Sept. Anno 1604.

Definit. V.

Non semper producendum est necessariò integrum instrumentum, sed sufficit qvandoqz partem instrumenti, qvæ ad probationem facit, produci.

SI in instrumento qvædam contineantur, qvæ 1
pro parte adversa facere videntur, & vereatur producens, ne adversarius instrumento producto in sui favorem contra producentem utatur; † 2
poterit duntaxat partem instrumenti, qvæ pro se facere videtur, originaliter producere, nec cogi debet, ut integrum producat instrumentum, *l. argentarius. 10. §. 2. ff. de edendo. l. 11 C. de pact. cap. contingit. 5. extr. de fid. instrum.* Pract. Papiens. *in formâ petendi copiam instrum. §. cum anno. n. 18.* Jas. *in rubr. de nov. oper. nunciat. n. 8.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 106. n. 10.* Felin. *in c. 1. extr. de probat. num. 29.* Specul. *lib. 2. part. 2. tit. de instrum. edit. §. videndum restat. 6. n. 19.* † Qvamvis hoc ipsum non semper 3
verum, sed arbitrio judicis relinqvendum existimet Dan. Moll. *hic n. 10.* qvando nempe productio partis instrumenti ad probandum sufficere videatur, † qvia judici dicuntur fieri probationes, *l. qvingenta. 12. ff. de probat. l. eos. 5. l. si qvando. 19. C. de testib.* † Limitationes qvoqve prædictæ assertionis 5
ponit Felin. *loc. alleg.*

Ita Domini in causa Jacobi Brauns contra Salomon Würpfenningen zu Leipzig/ Mens. Apr. A. 1632. (Verba sent. Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden/ würde Kläger den producirten Extract des Vertrages sub Signo ✠/ und die in Gerichten vorhandene 31. Stücke Wahren gebührlichen recognosciren, inmassen er zu thun schuldig/ so verbleibet Beklagter mit ferner Production und aufferlegtem Beweiß billich verschonet/ V. R. W.)

Definit. VI.

Intra terminum probatorium se referens ad instrumentum commune, qvod est penes adversam partem, non statim probationis jure privandus est ex eo, qvod copiam non produxerit.

TEnetur producens intra terminum probato- 1
rium Saxonicum, copiam instrumenti, qvo probare vult, producere & unà cum articulis exhibere, † *Supr. Defin. 1.* Sed hoc ita, si illud habe- 2
at in sua potestate; Qvid enim si producens se referat ad instrumentum commune, qvod est penes partem adversam, judicisqve officium implore, qvo parti adversæ productionem instrumenti illius in termino, ejusqve recognitionem injungat? † Satisfeciſſe omninò videtur suo officio, nec 3
propter non factam productionem Copiæ instrumenti illius, qvod non habebat, jure probationis privari debet, ut videtur sensisse *Elect. Saxon. Illustrissimus in* Ord. proces. judic. *tit. 24. in pr. vers.* Es wäre denn Sache. † Censetur namqve pro- 4
ducens satis diligentiam suam adhibuisse, qvod se ad instrumentum, apud partem adversam existens, retulerit, illudqve ab eâ edi & recognosci petierit, ut proinde jus probandi neutiqvam ipsi sit auferendum, † vel saltem ob favorem proba- 5
tionis, qvæ potius amplianda, non coangustanda est, *l. qvoniam. 21. sub fin. C. de hæret. & Manich. l. cum qvidam. 19. de lib. & posth. l. hoc modo. 64. §. 1. ff. de condit. & demonstr.* Ant. Fab. *in C. l. 4. tit. 14. defin. 1. n. 1. & 2.*

Ita Domini in causa Melchior Werners contra hæredes Hansen Schwendendörffers zu Leipzig/ Mens. Sept. A. 1631.

DEFI-

DEFINIT. VII.

Efficit proteſtatio producentis, velle ſe inſtrumento ſaltem, uti in qvantum pro eo faciat, ut illud pro adverſa parte nil probet.

1 EXtra dubium eſt, qvod omne productum in judicio cenſeatur per producentem approbatum, Carol. Mol. *in conſvet. Pariſ. part. 1. §. 5. n. 36.* Felin. *in c. examinata, 15. n. 2. extr. de jud.* Matth. de Afflict. *deciſ. 14. & 25.* Dan Moller. *lib. 1. ſemeſtr.* 2 *22. in pr.* † Caveant ergò litigatores, ne inſtrumenta producant, qvæ ex parte ſibi contrariari 3 videantur & partem adverſam juvare qveant: † aut ſi pro obtinendo jure ſuo ea producere neceſſe habeant, proteſtentur, ſe velle iis uti, non ali-4 ter qvàm in qvantum pro ſe faciant. † Qvæ proteſtatio Advocatis eſt uſitatiſſima & reſervat jus ſalvum proteſtantis, idqve efficit, ut in favorem partis adverſæ inſtrumentum productum fidem haud faciat, Dan. Moll. *dict. c. 22. n. 5.* Felin. *in c. imp. 13. extr. de fide inſtrum.* Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 3. c. 8. n. 62.* Pract. Papienſ. *in form. product. inſtrum. §. in illis caſibus. n. 1.* Jac. Menoch. 5 *de præſumpt. lib. 2. præſ. 45. n. 21.* † Nempe, qvia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, *l. non omnis. 19. ff. ſi cert. petat. l. ſi cum argentum. 21. ff. de except. rei jud. l. qvoties. 9. ff. de hered. inſt. l. multum intereſt. 6. C. ſi qvis alt. vel ſibi. l. ſive emancipatis. 17. C. de donat.* Ant. Fab. *in C. lib. 6. tit. 5. defin. 4. n. 2.*

Ita Domini in cauſa Valentini Böttigers zu Deitzen/Menſ. Oct. A. 1633. (Verba ſent. Habt ihr zu Folge des euch aufgelegten Beweiſes unter andern eine Vergleichung/ ſo ihr mit Gegentheilen Andreas Barten getroffen/ produciret, welche Vergleichung er auch vor ſich anzuziehen und zu gebrauchen gemeynet; Ob ihr nun wol bey derſelben Vorlegung ausdrücklichen proteſtiret, daß ihr dieſelbe weiter nicht/ als ſo viel ſie euch dienlichen/ produciret haben wollet/ dergleichen proteſtatio auch ſonſten vor kräftig/ uñ dem producenten dienlichen gehalten/ ꝛc.)

DEFINIT. VIII.

Niſi pars adverſa præſens ſit, idemq; inſtrumentum pro ſe etiam producat.

1 NOlo tamen id aliter accipi, qvam, ſi unus ex litigatoribus, altero abſente, inſtrumentum 2 appoſitâ cujusmodi proteſtatione producat, † cæteroqvin, ſi pars adverſa præſens eſſet, eademqve jura produceret pro ſe, & qvatenus ejus favorem concernerent, tum hæc, non obſtante prædicta proteſtatione, pro ea qvoqve fidem fa-3 cere, dixerim † per text. *in l. ſi ita ſtipulatio 39. in fin. ff. de oper. libert. l. cum qværitur. 16. ff. de adminiſtr. tutor. cum* Petr. de Ferrar. Papienſ. *in pract. aurea, tit. de forma productionis inſtrumentorum. §. in illis paſſib. n. 2.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent. Da aber dennoch Gegentheil bey der Producirung gegenwärtig geweſen/ und berührte Vergleichung vor ſich gleichfals angezogen und ſich darauf beruffen hätte / davor ſichs aus eurer Frage anſehen läſt/ ꝛc. So wäre er dieſelbe zu ſeinen Behuß zu gebrauchen und ſein Recht daraus zu beſcheinigen und zu beweiſen wol befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. IX.

Nihil efficit actor producendo inſtrumenta, unà cum exhibitione libelli, ſed poſt litem conteſtatam ea in vim probationis reproducere tenetur.

1 ANte litem conteſtatam inſtrumenta producere non licet ad hoc, ut ſuper iis cognoſcatur & definitivè pronuncietur; Nec qvicqvam producentem relevat, † ſi unà cum libello ea ex-2 hibeat, Ord. proceſſ. judic. Elect. Sax. *tit. 24. §.* Wenn auch einer gleich briefflíche Urkunden / Felin. *in c. cauſam. qvæ 11. extr. de teſt. & atteſt. n. 6.* † 3 Eſt enim productio inſtrumentorum pars qvædam & reqviſitum probationis, qvæ poſt litem demum conteſtatam ſecundum formam præſcriptam fieri debet, ad ungvem ſiqvidem & præcisè hæc forma eſt obſervanda, † nec per æqvipollens adim-4 pleri poteſt, Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſt. part. 4. q. 155. n. 8. & ſeqq.* † Qvare ſi actor produ-5 ctioni inſtrumentorum ante litem conteſtatam factæ acqvieverit, efficit omninò nihil, ac per conſeqvens ex defectu probationis Reus abſolvendus erit, Hippolyt. de Marſil. *ſingul. 170. n. 1.* † Ni-6 ſi poſt litem conteſtatam eadem inſtrumenta in vim probationis reproducat, qvod facere ipſi fas eſt, Felin. *in cap. licet cauſam. 9. extr. de probat. n. 28.* Hippol. de Marſil. *dict. ſing. 170. n. 1.* diſponente ita Electore Sereniſſimo, *in dict. tit. 24. §.* wenn auch gleich einer. *verſ.* Es habe denn Beklagter zuvorn den Krieg Rechtens befeſtiget / und Kläger ſolche *documenta in vim probationis reproducirt.* † 7 Nec ſufficiet tùm nuda & verbalis reproductio, qvâ producens ſe refert ad inſtrumenta ante litem conteſtatam unà cum libello exhibita, ſed denuò realis hoc caſu inſtrumentorum oblatio reqviritur, ita, ut actor poſt litem conteſtatam intra terminum probatorium non ſolùm articulos, ſed etiam copias de inſtrumentis prius productis unà cum articulis exhibeat, & parti adverſæ transmitti petat. † Qvia reproductio legaliter & cum ef-8 fectu fieri debet, *l. 1. §. 1. ff. qvod qvisqve jur.* † Veluti 9 hoc multis perſeqvitur, & præjudicio ex Appellatione Electorali Dreſdenſi confirmat Matth. Berl. *part. 1. concl. 43. n. 39.*

Ita Domini in cauſa Jacobi de Bocqvoy contra Johannem Neerhoffen, ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Nov. Anno 1630. (Verba ſent. Dieweil Beklagter auf die wider ihn erhobene Kummer-Klage geantwortet/ u. ſolcher nicht geſtändig/ ſo iſt Kläger den Grund deroſelben/ und was ihme ſonſten daran verneinet/ binnen Sächſ. Friſt/ wie Recht/ zu beweiſen ſchuldig/ darzu deñ ihme die zuvor allbereit bey Ubergebung der Klage producirte Urkunden anietzo nochmals in vim probationis zu reproduciren, u. in formâ probante zu gebrauchen unbenommen/ dawider Beklagten ſeine Nothdurfft rechtlich vorbehalten wird/ ferner darauff zu beſchehen/ was recht iſt/ V. R. W.)

DEFINIT. X.

Inſtrumenta tamen, qvæ paratam habent executionem, validè antè litis conteſtationem producuntur ac ſtatim recognoſci debent.

1 ETſi productio inſtrumentorum, ante litis conteſtationem facta nil juvet producentem, ſed hic poſt litem conteſtatam ea denuò in vim probationis reproducere teneatur, *Defin. præc.* † Fal-2 lit tamen id ipſum duplici in caſu, 1. ſi inſtrumenta ad litis ingreſſum impediendum producantur, ex iisqve exceptio litis ingreſſum impediens probata fuerit, Ord. Proc. judic. Elect. Sax. *tit. 24. §.* wenn auch gleich. *verſ.* oder es wäre mit dergleichen *Originalien.* † Eſt enim effectus harum exceptio-3 num, ut litis conteſtationem excludant, nec Reus ad inſtitutam actionem reſpondere teneatur, Ord. Proceſſ. judic. *tit. 11. §.* wenn nun alſo die *exceptiones.* Jac. Schult. *obſerv. 7. n. 27.* Matth. Col. *in c.*

cum venerabilis. extr. de except. n. 40. Vid. supr. Const. Elect. *3. defin. 15.* Ergò differenda non erit
3 usqve post litis contestationem. 2. † Qvando executivè agitur & talia producuntur instrumenta, qvæ paratam habent executionem; Qvo certè casu, unà cum litis contestatione, si qvæ necessaria est,
4 (*de qvo vid. supr.* Const. 10. *defin. 11.*) † etiam Recognitio instrumentorum Reo est injungenda, *dict. tit. 24.* §. wenn auch gleich. *vers.* Es wären
5 denn solche Urkunden/&c. † Qvia hoc casu Recognitio est loco litis contestationis, nec in executivis ad instrumentum ipsum alia reqviritur litis contestatio, *l. cum de indebito. 25.* §. *ult. ff. de probat. l.*
6 *plures. 19. C. de fide instrum.* † ut proinde recognitiò usqve post litem contestatam differri non debeat, *Vid. supr.* Const. Elect. 10. *defin. 10. & 11.*

Ita Domini in causa Petri Henniers contra Viduam Antonii Kaphans, Mens. Maj. A. 1633. (Verba sent. So ist Beklagter auf erhobene Klage zu antworten / und litem zu contestiren/auch die producirte Handschrift gebührlichen zu recognosciren, oder aber seine Pflege-Frau dieselbe eydlichen zu diffitiren schuldig / ferner darauf zu beschehen/was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Jeremiæ Baudevveins contra Herman Hesing/ Mens. Febr. An. 1613.

Definit. XI.

Originalia instrumentorum etiam post publicatas attestationes qvando 93 *produci possint, modò debitô tempore fuerint copiæ exhibitæ.*

1 QVemadmodum in productione testium necesse non est, ut realiter intra terminum probatorium producantur, sed sufficit horum nomina tantum offerri, modo testes post terminum elapsum producantur, ita qvoqve in docu-
2 mentis literariis haud necesse est, † intra terminum probatorium ipsa documenta originalia produci & recognosci, sed sufficit, si copiæ tantùm eorum intra terminum exhibeantur, originalia verò post terminum demum producantur, *b.* Const. 17. Ordin. proces. jud. Elect. Saxon. *tit. 24.* §. deßgleichen wenn einer. Moll. *hic n. 3.* Felin. *in c. licet causam. 9. extr. de probat. n. 18.* Matth Col.
3 *de proces. execut. part. 3. c. 1. n. 47. & seqq.* † Anum etiam post publicatas attestationes originalia poterunt produci? Etsi regulariter hoc ad-
4 mittendum non sit, † attamen si justa & rationabilis causa productionem antè impedierit, ne producens citra culpam jure suo defraudetur, audiri omnino debet, si originalia ad recognoscendum adhuc producere velit, juxta tradita Hippolyt. de Marsil. *in Pract. crim.* §. *diligenter. num.*
5 *103.* post alios ab ipso allegatos. † Idqve maximè, si sumptus adversæ parti restituere paratus sit, qvo casu non tam magnum incommodum ac dispendium ipsi accedere, in aperto est, *l. in creditore. 38. in fin. ff. de evict.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 16. defin. 12. n. 5.*

Ita Domini in causa Georgii Guttkesens contra Andream Riesen & Consort. zu Saugerhausen/ Mens. Oct. Anno 1595. (Verba sent. Da Beklagter Klägern die Expens von Zeit an beschehener Kriegs-Befestigung auf richterliche Ermäßigung erlegen würde / So wäre er mit der Production des Originals seines Bruders Testaments/ der Klägere Widerfechten ungeachtet/nochmals zuläßlichen/und wenn Klägere zu desselben Recognition anderweit gebührlichen geladen / und mit ihrer rechtlichen Nothdurfft/so sie wider berührtes Testament vorzuwenden haben möchten/gehöret würden/ so ergienge darauff in der Sachen ferner/was recht ist/ V. R. W.)

Definit. XII.

Adversarius instrumenta contra se producta absqve juramento recognoscere, vel mediante jurejurando diffiteri tenetur.

NEutiqvam fides habenda est instrumentis 1
contra aliqvem productis, anteqvam hæc debito modo ab eo fuerint recognita, nec facit sola scriptura privata contra scribentem plenam fi-
dem, *l. scripturas. 11. C. qvi pot. in pignor. l. 13. l. 14. C. de probat. c. 2. extr. de fide instr.* † Qvid enim, si 2
producens falsa instrumenta, adulterina sigilla, fictitiasq; scriptiones sub alterius nomine suppo-
neret: † Fieri namqve potest, ut alicui suum sigil- 3
lum clam surripiatur atqve ita falsitas cum eo committatur, Bart. *in dict. l. scripturas. n. 3.* † & præ- 4
bet etiam comparatio scripturæ fallax atq; debile indicium, cum multi reperiantur, qvi exactè norunt in scribendo manum alterius imitari, Bart. *in Auth. si contract. C. de fid. instr. n. 6.* Marsil. *in rubr. C. de probat. n. 318.* † iniqvum sanè esset, magnum 5
lucrum, cum alterius jacturâ producentem inde reportare; † Qvare recognitio præcedat necesse 6
est, *l. cum plures. 15.* §. *ult. de reb. aut. judic. possid.* † Qvâ factâ, adversarius ex confessione propria 7
tenebitur, ut qvi recognoscendo instrumentum, contenta in eo fatetur: Ex qvo fit, † ut Recogni- 8
tio debitoris vim confessionis habeat, cui omnino standum est, *l. cum de indebito. 25.* §. *ult. ff. de probat. l. plures. 19. Cod. de fide instr.* & in confessum, sicut in judicatum, parata detur executio, *l. post rem 56. ff. de re jud. l. proinde. 25.* §. *fin. ff. ad leg. Aqvil.* Matth. Col. *de proces. execut. part. 1. cap. 3. n. 99.* Dan. Moll. *lib. 4. semestr. 43. n. 1.* † Nec re- 9
cognitio juramento confirmari debet, qvia creditur confessioni recognoscentis contra eum, etiam non juratæ, ut bene tradit Dan. Moll. *dict. cap. 43. n. 1. in fin.* † At negante eo scripturam, aut 10
recognoscere nolente, aliter fides ipsi non habetur, qvam si juraverit, Moll. *dict. loc. n. 2.* Et sic optimâ ratione nititur inveterata illa consvetudo, † qvâ in foro Saxon. qvilibet scripturam con- 11
tra se productam absqve juramento recognoscere, vel mediante jurejurando diffiteri tenetur, Ord. proces. jud. Elect. Sax. *tit. 25.* §. weil es auch in den Gerichten. & §. desgleichen wenn der/&c. † A- 12
lia est ratio testium, qvi suas vel aliorum scripturas, subscriptiones & sigilla semper mediante juramento recognoscere compelluntur, † qvia testi- 13
bus absqve juramento deponentibus fides habenda non est, & consistit vis & potestas attestationum in testium jurejurando, *l. juris jurandi. 9. C. de test. c. nuper. 51. c. qvoniam 5. extr. eod. tit.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 8. n. 2.* Daniel Moller. *dict. c. 43. n. 1. vers. ego verò.* † Qvod & disertis 14
verbis est approbatum ab Electore Illustrissimo, in Ord. proces. jud. *tit. 25.* §. da aber dem *producenten.*

Ita Domini in causa Hansen Jacob Pettbiers & Consort. contra Hansen Reinitzen/ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Jan. Anno 1620. (Verba sent. Daß Beklagter auf anderweit vorgehende Ladung zu erscheinen und das producirte Documentum entweder zu recognosciren oder eydlichen zu diffitiren schuldig/mit dieser ausdrücklichen Verwarnung / wofern solches von ihme nicht geschicht/daß berührtes Documentum pro Recognito geachtet und gehalten werden solle/ V. R. W.)

Et in causa Tobiä Finsingers contra Wolffen Meisens Wittib und Erben/Mens. Aug. an. 1618.

DE-

DEFINIT. XIII.

Alioqvin documenta producta pro recognitis habentur.

1 AT nonnè pars adversa consvetudinem hanc Saxonicam eludere poterit? † *Qvid enim si documenta contra se producta recognoscere aut diffiteri renuat?* Malitiæ huic aliâ consvetudine fori Sa-
3 xon. occurritur, † qvâ judex partem ad recognoscendum compellere potest; Aut si parere nolit, & recognitionem pariter atqve diffessionem ex
4 contumacia differat, † documenta pro recognitis & confessatis haberi debent; Andr. Gail. *lib. 1. observ. 80. n. 6.* Joh. Köpp. *decis. 46. n. 33.* Matth. Col.
5 *de process. execut. part. 3. c. 1. n. 101.* † Qvam consvetudinem etiam expressa sanctione confirmavit Elector Illustrissimus in Ord. process. judic. *tit. 25. §.* Weil es auch. *vers.* Und daß im widrigen Fall.

Ita Domini in causa der Fihnischen contra Caspar Müllern zu Leipzig/Mens. Sept. Anno 1622. (Verba sent. Daß nunmehr die sub N. 1. 2. und 3. producirte Documenta pro Recognitis zu achten und zu halten/ V.R.W.)

Item in causa Andreä Heidenreiches contra Abrahamum Dreuern zu Leipzig/Mens. Jun. A. 1631. (Verba sent. Und wird nunmehr das von Klägern copialiter und sub lit. A. producirte Documentum pro edito und recognito billich gehalten/ V.R.W.)

Et in causa Melchior Werners contra Hansen Schwendendörffers Erben zu Leipzig/Mens. Mart. A. 1631. (Verba sent. So viel aber Mitbeklagtens Frantz Schwendendörffers Person anlanget/ werden selbige Documenta pro Recognitis gehalten/ und wird nunmehr mit der bedüngten Gegenbeweisung billich verfahren/ V.R.W.)

DEFINIT. XIV.

In arbitrio producentis est, an documenta contra aliqvem producta ejus diffessioni juratæ submittere, an verò hæc per testes recognosci facere velit.

1 COmmittuntur itaq; instrumenta producta adversæ partis, contra qvam producuntur, recognitioni vel juratæ diffessioni, *Supr. defin. 12.* Ex qvo producentis jura haud parum periclitari
2 existimabis: † Qvid enim si pars adversa de perjurio suspecta esset, an & tùm producens diffessionem ejus juratam admittere obstrictus erit?
3 Neutiqvam certè, † sed potest hoc casu testes alios ad recognoscendum producere, & per eos veritatem documentorum probare, Ord. process. jud. Elect. Sax. *tit. 25. §.* Da aber dem *producenten.* † Attamen testium recognitio jurata esse de-
5 bet, ut dixi *Supr. defin. 12.* † Qvin & hoc casu, parti adversæ permittendum, contra testes illos, qvi ad recognoscendum sunt nominati, interrogatoria tam generalia, qvàm specialia proponere, ut sancitum est *dict. §.* Da aber dem *producenten. vers.* sollen dieselbe vorher schweren/ &c. Qvod vero post alios, qvos allegat, tradit Dan. Moll. *lib.*
6 *4. Semestr. 43. n. 4.* † non satis esse, si testis ad recognoscendum scripturam productus, dicat eam esse hujus vel alterius, addatqve rationem, qvia novi manum ejus, nec hujusmodi depositionem probare, sed necesse esse, ut dicat, se fuisse præsentem, & vidisse id, de qvo qværitur, scribi, id
7 certè nunqvam practicatum memini, † sed putarem, sufficere testificationem de manuscribentis; Qvod & placuisse videtur Serenissimo Electori *in dict. tit. 25. §.* Da aber dem *producenten, verb.* Daß sie auf die vorgelegten Urkunden/wovor sie dieselben halten oder erkennen/ die rechte Warheit sagen wollen/ &c.

Ita Domini in causa Johannis Siebers contra Ludwig Fachsen & consort. ventilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mens. Apr. A. 1625. (Verba sent. So viel aber Mitbeklagten Ludwig Fachsen betrifft/derselbe ist die Gerichts-Bücher/daraus die producta sub N.I.K. und L. genommen/nochmals bey voriger Commination, ob er dieselbe vor richtige Originalia halte oder nicht/ zu recognosciren, oder eydlichen zu diffitiren schuldig; Es wolte denn Kläger/auff in Fall sich beklagter Ludwig Fachs zu eydlicher Diffession der Gerichts-Bücher nochmals erböte/ es darzu nicht kommen lassen/ sondern vielmehr/ daß es richtige Originalia, durch Zeugen/oder sonsten beweisen/ damit würde er billich gehöret/V.R.W.)

DEFINIT. XV.

Scriptura defunctorum qvando nemini cognita est, comparatio literarum in locum recognitionis succedit.

1 ACcidit etiam qvandoqve, ut nec Recogni-
2 tioni, nec juratæ diffessioni locus sit, † putà, si scriptura negata, propter mortem scribentis vel absentiam testium subscriptorum, heredibus aliisqve sit incognita, ac propterea recognosci haud
3 qveat? † Nec tamen propterea instrumento omnis fides denegari debet, qvod certè iniqvissimum esset, nec sine gravi producentis præjudicio id fieri posset. † Succedit ergò hoc casu, in lo-
4 cum Recognitionis comparatio literarum tàm ad scripturam, qvàm ad testium subscriptionem, & sigilla: † Nimirum, si inveniatur concordans
5 literarum vel sigillorum similitudo per omnia, sola comparatio plenam fidem faciet contra negantem, *arg. Nov. 73. cap. si qvis igitur. 1. vers. similia qvidem.* Matth. Col. *de proc. execut. part. 3. c. 1. n. 145.*

Ita Domini in causa Wolffen von Lists zu Kasell/Mens. Febr. A. 1591. (Verba sent. Ob gleich die Personen/so die Missiven, Qvittantzen und andere Urkunden mit N. 6. 7. 8. 9. 13. 16. 17. 18. und 23. in vorbemeldten Acten signiret/ geschrieben/mit Tode abgangen/ da aber dennoch solche Schrifften von andern beglaubten Personen/ denen sie kentlichen/gebührlich recognosciret, oder auch durch Vergleichung anderer der abgestorbenen Personen kentlichere Schrifften beglaubiget würden; So wäre dadurch/ und der beyden abgehörten Zeugen Aussage/ weil ihnen von beyden Partheyen der Zeugen-Eyd erlassen/euer Intent zur Nothdurfft erwiesen/V.R.W.)

DEFINIT. XVI.

Protestatio de non recognoscendo adjecta recognitioni non facit, qvo minus instrumentum pro recognito habeatur.

1 NOn qvævis Recognitio plenam fidem tri-
2 buit, sed justa & legitima sit, necesse est, † cujus reqvisita ponit Matth. Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 1. n. 104. 108. 123. 127. 129. & 132.* †
3 Nimirum, debet fieri Recognitio coram judice competente, bonâ fide, ita ut debitor, postqvam eam legerit, dicat, se recognoscere illam scripturam & sigillum pro sua manu atqve sigillo, & instrumentum istud pro sua obligatione: Qvod verò

verò alii imponunt recognoſcenti, ut dicat ſigil-
3 lum iſtud cum voluntate ſua fuiſſe appoſitum: † iſtud neutiqvam placet Colero *dict. cap. 1. num. 128.* qvia recognoſcens ſigillum pro ſuo, in contractu cum adversâ parte celebrato, eo ipſo præſumitur, vel ipſemet illud appoſuiſſe, vel alius de ejus con-
4 ſenſu, niſi contrarium debitor probare velit, Paſtrum. † Nam conſignatio & ſubſcriptio, vel eorum alterutrum duntaxat, conſenſum & obligationem inducit, *l. ſicut. 8. §. non videtur. 15. ff. qvib. mod.*
5 *pign. ſolv.* Bartol. *in rubr. C. de fide inſtrum. n. 41.* † At qvid ſi recognoſcens inſtrumentum pro vera obligatione, manu ſuâ ſcripta, ſigilloqve ſuo confirmata, proteſtetur, ſe citra recognitionem hoc dicere, an proteſtatio recognitionem annul-
6 labit? ita forſan dixeris, † qvia proteſtatio interveniens ſolet conſervare jus proteſtantis, *l. ſi debitor. 4. §. 1. ff. qvib. mod. pig. vel hypoth. ſol. l. pro here-de. 20. ff. de acqvir. hered. l. ſed etſi qvis. 14. § pleri-qve. 8. ff. de relig. & ſumpt. funer.* Ant. Fab. *in C. lib.*
7 *8. tit. 29. defin. 51. n. 1.* Sed conceſſerim hoc, † niſi proteſtatio ipſi facto contraria ſit, juxta tradita Modeſt. Piſtor. *part. 2. q. 88. n. 1.* Qvid verò magis contrarium, ne dicam ineptius dicere potuiſſet, Reus, qvàm ſe recognoſcere inſtrumentum pro ſua obligatione, at citra animum recognoſcendi?
8 † Non ergo faciet hæc proteſtatio, qvò minus recognitio ſubſiſtat, ac inſtrumentum pro verè recognito habeatur.

Ita Domini in cauſa M. Nicol. Moſhauers zu Leipzig/Menſ. Jan. A. 1634. (Verba ſent. Hat einer/von wegen ihrer Frage meldet/eine Original-Obligation Beklagten zu recognoſciren vorgelegt/welcher ſolche Obligation geleſen/und ſich darauf erkläret/ daß dieſes die rechte Original-Obligation/auch Hand und Siegel richtig ſey/iedoch darneben proteſtiret, daß er ſolches citra recognitionem vermeldet haben wolle/ꝛc. So iſt vom Beklagten der gethanen proteſtation ungeachtet/die producirte obligation richtig recognoſciret worden/ und mag ihm fernere recognitio nicht auferleget werden/V. R. W.)

Definit. XVII.

Ex cauſa ſenectutis, adverſæ valetudinis, dignitatis, &c. ſubſiſtit recognitio extra judicii locum in domo recognoſcentis facta.

1 INter alia reqviſita ad recognitionem legiti-
2 mam neceſſaria haud minimum certè eſt, † qvod ea fieri debeat ex judicis mandato, in judicio eo, ubi inſtrumenta fuêre producta, *l. prætor ait. 4. §. ſed ibi compellitur. 5. ff. de edend.* Matth. Coler. *de proceſſ. exec. part. 3. cap. 1. n. 104. & ſeq.*
3 Joh. Köppen. *deciſ. 46. n. 27.* † Attamen ſi inſtrumenta in alia ſint provincia, vel archivo publico,
4 unde non facilè apportari poſſunt, † vel perſonæ ſufficientes à judice ad locum illum, qvo inſtrumenta inſpicere, ac de iis fidem facere qveant,
5 ablegantur, † vel pars, contra qvam documenta producuntur, ad illum locum evocari debet, ſumptibus partis producentis, ut ibidem inſtrumenta recognoſcat, *l. judices. 18. C. de fid. inſtrum. c. accepimus. 4. extr. eod.* Jaſ. *in dict. l. prætor. ait. 4. §. is etiam ff. de edend. n. 8. &* Bald. *in dict. l. 4. §.*
6 *ſed ibi compellitur. 5. n. 3.* † Sed & ſi per fœminas recognitio fieri debeat, tunc ut in judicio fiat, neceſſe non eſt, ſed mitti plerumqve ſolet Notarius judicii ad ædes illarum, qvo fœminæ coram illo documenta recognoſcant. † Idemqve juris eſt in 7 ſenibus, valetudinariis, illuſtribus aliisqve egregiis perſonis, qvia nec illæ in judicio documenta recognoſcere coguntur, ſed ad illarum domus inſtrumenta ad recognoſcendum mitti oportet, expenſis eorum, qvi talem miſſionem poſtulant, *arg. l. ad perſonas. 15. ff. de jurej.* Bald. *in l. generaliter. 12. §. his de præſentibus. 4. C. de reb. credit. & jurej. n. 5.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 44. n. 5.*

Ita Domini in cauſa Curatoris Annen Viduæ Balthaſaris Freunds und Conſort. contra Bernh. Wigleben zu Salze/Menſ. Apr. A. 1633. (Verba ſent. Daß Beklagter das documentum ſub B. ſeines darwider gethanen Vorwendens ungeachtet/bey Straff Ungehorſams zu ediren und beneben dem producto ſub A. num. 1. & 2. zu Deuſtadt in ſeiner Behauſung/dahin ſolcher Actus geſtalten Sachen nach billich committiret wird/zu recognoſciren ſchuldig/ ꝛc.)

Definit. XVIII.

Per Procuratorem qvoqve & Curatorem fieri poteſt Recognitio documentorum.

PArum refert, an qvis ipſemet an per alium re- 1
cognoſcat documenta producta, ex regula illa vulgata, qvia ipſemet cenſetur feciſſe, qvod qvis per alium facit, *c. qvi facit. 72. de Reg jur. in 6to. in l. is damnum. 169. ubi* Dec. *ff. de Reg. jur.* Salyc. *in l. non ideo minus. 5. C. de accuſ. qveſt. 6.* Ergò non ſolùm per ipſas perſonas principales, † 2
ſed etiam per procuratorem fieri poteſt recognitio, ſecundum tradita Dan. Moll. *lib. 4. ſemeſtr. cap. 43. n. 3.* Rutger. Ruland. *in tract. de commiſſ. part. 2. lib. 5. c. 39. n. 3.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 44. n. 17.* † Qvod & diſertis verbis approbavit E- 3
lector Saxon. Illuſtriſſimus in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 25. §.* Weil es auch. *verſ.* oder durch ſeinen *Mandatarium* zu *recognoſciren, &c.* † Modò tamen 4
procurator ad id ſpeciale habeat mandatum, ex ſententia Rütger. Ruland. *dict. c. 39. n. 4.* † Eodem- 5
qve modò, Curatorem in litem ad recognoſcendum inſtrumenta ab adverſa parte producta admitti, dixerim, † qvia inter Curatorem ad litem & 6
Procuratorem litis cauſa conſtitutum nihil aut parum intereſt, *l. neqve tutores. 11. C. de procurat. junct. l. 1. C. qvi per tut. l. 1. 2. & ult. C. de in lit. dand. tut.* Ant. Fab. *in C. lib. 3. tit. 1. defin. 29. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Petri de Hennins contra Curatorem Viduæ Antonii Kaphans, verhandelt in Prætorio Lipſenſi, Menſ. Maj. A. 1631. (Verba ſent. Würde Kläger anderer Geſtalt beſcheinigen/uñ beybringen/daß Beklagtens Pflege-Frau ihres Mannes Erbin worden/immaſſen ihme vor allen Dingen ſolches zu erweiſen oblieget/ ſo iſt Beklagter Curator auf erhobene Klage zu antworten und die producirte Handſchrifft von wegen ſeiner Pflege-Frauen gebührlichen zu recognoſciren ſchuldig/ferner darauf zu beſchehen was recht iſt/V. R. W.)

Definit. XIX.

Diffeſſio autem jurata per ipſum principalem fieri debet nec admittitur Curator vel Procurator.

POteſt ergò Procurator per Recognitionem 1
præjudicare ſuo principali, contra qvem inſtrumenta vel documenta producuntur, fatendo ſcilicet ſcripturam & ſigillum ejus eſſe, cujus eſſe contenditur, Defin. *præced.* † At ipſi producenti 2
Procurator vel Curator nocere neqvit, ideoq; ſi neget, ſe ſcripturam aut ſigillum productum noſſe, aut

non

non esse id ejus, cujus pars adversa esse affirmat, non standum est procuratoris aut Curatoris dicto & diffessione, † sed Dominus vel mulier ipsa
3 juramento suo documenta producta diffiteri cogitur, Dan. Moll. *lib. 4. Semestr. 34. n. 3. vers. si tamen Procur.* Matt. Berl. *part. 1. concl. 44. n. 20.* Rutg. Rul.
4 *de commiss. part. 2. l. 5. t. 39. vers. nam si confitetur.* † *Tum* propter manifesta verba sanctionis Electoralis, in Ord. proces. jud. *tit. 25.* §. weil es auch. *vers.* oder in der Person eydlich zu *diffitiren*, daß er nem-
5 lich weder Hand noch Siegel kenne. † *Tum* qvia in foro Saxonico qvodvis juramentum in propria persona præstandum est, nec admittitur procurator vel curator alterius nomine jurare volens, etiamsi ad hoc habeat speciale mandatum, *art. 46. vers.* Wo es aber *l. 1.* Landr. Matth. Wesenb. *in suppl. ad* Joh. Schneidevv. *ad* §. *item si qvis, postul. 11. n. 107. lit. a. inst. de action.* Andr. Rauchb *p. 1. q. 8.*
6 *n. 15.* † Scil. qvia jusjurandum est qvid personalissi-
7 mum, *c. veritatis. 14. ubi* Hostiens. *extr. de jurej.* † cujusmodi qvæ sunt, per procuratorem fieri non possunt, *l. general. 12.* §. *bis de præsentib. 4. C. de reb. cred. & jurej.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 31. n. 1. Vid. supr.* Const. Elect. *12. defin. 38.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. So ist Beklagter auf die erhobene Klage zu antworten/uñ die producirte Handschrifft von wegen seiner Pflegefrauen gebührlichen zu recognosciren, oder aber gedachte seine Pflegefrau in der Person dieselbe eydlichen zu diffitiren schuldig / ferner darauff zu beschehen/was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Tobiæ Finsingers contra Wolf Meissens Wittib und Erben/Mens. Aug. A. 1618. (Verba sent. Und wenn Kläger die Originalia selbiger Urkunden nochmals produciren wird/ ist Beklagter entweder dieselbe zu recognosciren, oder nebenst seinen Consorten in der Person eydlich zu diffitiren schuldig/und wird Beklagter nach beschehener Recognition oder Diffession mit seiner Gegenbeweisung billich zugelassen/ V. R. W.)

Definit. XX.

Publicum etiam instrumentum in foro Saxonico absq; recognitione nihil probat.

1 DE jure communi recognosci debet solummodò scriptura privata, *l. compaxit. 20. C. de fide instrum. Auth. si qvis vult cautè. C. qvi potior. in*
2 *pign. Nov. 73. c. si qvis igitur. 1.* † Publicum verò instrumentum recognitione opus non habet, qvoniam illud per se plenam fidem facit, satisqve probat, *l. script. 11. C. qvi potior. in pign. Nov. 73. c. oportet*
3 *vero in iis. 8.* † modo adsint solennia instrumenti publici, saltemqve inspectio, & examinatio præcedat, *l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll.* Petr. Heig. *p. 2. q. 7. n. 32.* Matt. Col. *de proces. exec. p. 3. c. 1. n. 92. & seqq.* Specul. *tit. de instrum. edit.* §. *restat. 8. n. 1. & 6.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. q. l. 2. cent. 2. cas. 113. n. 8.*
4 Rutg. Rul. *in tr. de commiss. p. 2. l. 5. c. 39. n. 22.* † Sed aliud docet observantia fori Saxonici, in qvo nec publico instrumento fides habetur absqve Recognitione, teste Petr. Heig. *dict. q. 7. n. 3.* Matth. Berl.
5 *part. 1. concl. 44. n. 31. in fin.* † Qvod & generalitas verborum probat in Ord. proces. jud. Elect. Sax. *tit. 25. in pr.* alle briefliche Urkunden. Nec sine ra-
6 tione, † qvia nempe recognitio facit confessionem ejus, adversus qvem instrumentum producitur,
7 *supr. defin. 12.* † At nulla firmior videtur esse probatio propriâ confessione, *l. generaliter 13. C. de non num. pecun.* Siqvidem confessus habetur pro judicato, *l. si convenerit. 26 ff. de re jud. l. 1. & 2. ff. de confess.* Ant. Fab. *in C. l. 7. tit. 2. n. 8.* Matth. Col. *dict. c. 1. n. 99. Adde Decis. Elect. nov. 74.*

Ita Domini in causa Hansen Streibers contra Curatorem Mariæ Hansen Desterrits Eheweibes/ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Dec. A. 1631. (Verba sent. Würde Beklagter Curator die von Klägern sub N. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. producirte Urkunden und instrumenta publica gebührlichen recognosciren, inmassen er zu thun schuldig/So erschiene daraus u. sonsten allenthalben so viel/daß Kläger die darinnen angesetzte Posté zu Nothdurft erwiesen/ꝛc.)

Et in causa Syndicen der Gewercken der Kramer contra Michael Hahnen zu Wittenberg/ Mens. Jun. A. 1632. (Verba sent. Würden Klägere eine deutlichere und förmlichere Klagé anstellen/und das Churf. Sächs. gnädigste Privilegium, darauf sie sich gründen thun/in originali vorlegen/ immassen sie zu thun pflichtig; So ist Beklagter deutlichen und in specie auf alle puncta mit Ja oder Nein ohnelimschweif und Anhang sich darauf einzulassen u. zu antworten/ auch das producirte Privilegium zu recognosciren schuldig/ferner darauf zu beschehē/wz recht ist/V. R. W.)

Definit. XXI.

Recognosci debet instrumentum ex eo solo, qvod sigillum est appositum, licet manu sigillantis scriptum nec subscriptum fuerit.

CUm sigilla contrahentium perfectionem con- 1
tractus in instrumento contenti arguant, *arg. ejus. qvod notat gloss. in l. contr. 17. verb. absoluta. C. de fide instrum. &* Aretin. *consil. 159. n. 11.* haud inepte producens instrumentum recognitionem sigilli petit ab adversa parte, cujus sigillum reperitur appositum, † etiamsi subscriptio non acces- 2
serit, nec manu sigillantis instrumentum scriptum fuerit. Scilicet, † qvia sigillum etiam absqve sub- 3
scriptione probat, præsertim qvoties apparet consensu ejus, ad qvem istud pertinet, appositum fuisse, *l. 2. junct.* Gloss. *C. de reb. alien. non alien.* Bartol. *in l. qvæ dotis. 33. ff. solut. matr.* Cravett. *de antiqvit. temp. p. 1. §. qværitur etiam n. 44.* † Neqve du- 4
bium est, ex eo solo contrahentes invicem obligatos & devinctos esse, cum ex solo consensu nascatur obligatio, *tot. tit. inst. de oblig. qv. cons. perfic. l. 2. ff. de transact. l. 1. in fin. pr. ff. de pact.* Hartm. Pist. *p. 3. q. 27. n. 6.* † In casu tamen ejusmod. propo- 5
sito, res propterea anceps visa fuit, qvodipse sigillans jamdudum mortem obierat, & recognitio ab heredum tutoribus petebatur; Sed postqvam usu apud nos receptum est, † ut ad petitionem acto- 6
ris, Reo passim injungatur recognitio scripturæ etiam alienæ, modo verisimiliter appareat, ipsum notitiam ejus habere posse, Hart. Pistor. *obs. 197. n. 4.* Bursat. *cons. 39. n. 23.* Scaccia *de jud. l. 2. c. 11. n. 1070. & seqq.* nil certè obstare potuit, qvò minus etiam sigilli recognitio tutoribus injungeretur.

Ita Domini in causa Nicolai Storenkorps & Nicolai Rauchens zu Leipzig/Mens. Jun. A. 1593. (Verba sent. Ob gleich euer Mündlein Vater weder schreiben noch lesen kön̄en; Da aber dennoch die Verschreibung / darauff Werner Gerhard seine Mahnung angestellt / mit einem Pittschafft/darauf sein Name geschnitten/gesiegelt; So wäret ihr solche Verschreibung zu recognosciren, und euer Vorwenden/daß er dergleiche Pittschaft nicht gehabt/noch gebrauchet / vermittelst Eydes zu erhalten/oder euers Mündleins wegē die Zahlung zu thun schuldig/V. R. W.)

Definit. XXII.

Instrumentum etiã non sigillatum recognosci debet.

SEd qvid in casu converso, *si instrumentum profe-* 1
ratur à parte qvidem adversa, contra qvam producitur scriptum, vel saltem subscriptum, at non sigillatum? † Non minus recognosci debet, ac si im- 2
pressum esset sigillum, Gloss. & Bart. *in l. 2. ff. qvem. test. aper.* Matt. Col. *de proc. execut. part. 3. c. 1. n. 91.* † Nec enim alio fine petitur recognitio scriptu- 3
ræ aut instrumenti, qvàm ut hoc medio extorqvea-

qveatur confessio partis adversæ, cum recognitio debitoris vim confessionis habeat, cui omnino standum est, *l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de prob. l.* 4 *plures. 19. C. de fide instrum.* † sed qvis nescit obligari etiam debitorem ex solâ scripturâ & conventione sigillo non appositio, *l. 1. in fin. pr. ff. de pact.* 5 *tot. tit. inst. de oblig. qvæ consens. perfic.* † ut vel propterea de confessione debitoris, super ejus scriptu-6 ra constare, multum intersit producentis, † præsertim, cum scriptura privata recognita æqviparetur publico instrumento, ut notat *ex* Zas. *vol. 1. consil. 6. n. 8.* Matth. Col. *dict. c. 1. n. 100.*

Ita Domini in causa Hansen Wogasters zum Hayn / Mens. Febr. A. 1630. (Verba sent. Habt ihr Martin Schmieden wegen 16. fl. Mieth-Zinß in Anspruch genommen/deßwegen ihr den Mieth-Contract wider ihn produciret; Ob nun wol derselbe von ihme nicht besiegelt worden / dieweil er aber dennoch nebenst euch solchen Contract unterschrieben/ꝛc. So ist er auch seines Vorwendens ungeachtet angeregten Contract zu recognosciren, und demselben nachzukommen schuldig/ꝛc.)

DEFINIT. XXIII.

Non probat instrumentũ absq; recognitione, etiamsi huic expressè in instrumento fuerit renunciatum.

1 SCribit post alios, qvos allegat, Matth. Col. *de proces. execut. part. 3. c. 1. n. 137.* Si fuerit conventum inter partes, ut stetur, & adhibeatur plena fides scripturæ, etiam privatæ non recognitæ, omissâ recognitione executivè procedendum esse 2 adversus debitorem. † Qvod certè affirmare ego non ausim, nec placuit Sententia *Coleri* Dominis 3 Scabinis, † qvia nunqvam Scriptura privata plenam fidem facit contra scribentem, *l. scripturas 11. C. qvi pot. in pign. c. 2. extr. de fide instrum. l. non epistolis. 13. l. non nudis. 14. C. de probat. l. comparationes. 20. C. de fide instrum.* nisi accesserit recogni-4 tio, † qvæ confessionis vim habet, *l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de probat. l. plures. 19. C. de fide instr.* 5 † Neutiqvam ergo tuto judex debitorem condemnabit, priusqvam debitum per recognitionem confessus aut de eo convictus fuerit, *arg. c. nos in qvengam. 1. c primates. 2. q. 1. l. qvi sitient. 16. C. de* 6 *pæn.* Nec contra hoc urgeri poterit † renunciatio in instrumento facta, ex eo, qvod juri & favori suo qvilibet renunciare valeat, *l. pen. C. de pact. l. pactum. 46. ff. eod. l. si judex circumvento. 41. ff. de mi-*7 *nor.* † cum nec ipsa renunciatio non recognita subsistat, nec renuncianti præjudicare queat, *dict. l. cum* 8 *de indebito. 25. §. ult. ff. de probat.* † Et qvis non animadvertit fraudem, qvâ, stante *Coleri* sententiâ, debitor circumveniretur, cum fallax creditor eodem pariter dolo, qvo scripturam falsam pingit, etiam renunciationem recognitionis addere posset, 9 † ut vel propterea renunciatio nullius sit momenti secundum trádita Dd. *in l. pen. C. de pact.*

Ita Domini in causa Martin Mebusens zu Hatzleben/Mens. Jul. A. 1633. (Verba sent. Habt ihr wider Conrad Schillingen auf klar Brief und Siegel geklagt; Ob nun wohl darinnen dieses pactum zu befinden/daß dem Brieff und Siegel auch ohne vorgehende recognition geglaubet/ und darauf die execution angestellet werden solte/ꝛc. So mag doch selbiges pacti ungeachtet/gedachter Schilling/ ehe und zuvor Brieff und Siegel von ihme gebührlichen recognosciret wird/demselben nachzukommen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIV.

Probat tamen instrumentũ obligationis absq; recognitione debitoris, qvod subscriptum est à testibus.

1 NUnqvam ergo, inqvies, *instrumento fides habenda erit absq; recognitione ejus, contra qvem producitur?* Omnino, † si nempe testes adhibiti 2 fuerint, illúdqve subscripserint, juxta tradita Bartol. *in Auth. At si contract. num. 8. C. de fide instrum.* Matth. Col. *de proces. execut. part. 3. c. 1. n. 138.* † Non 3 solùm, qvod testium præsentia cessare faciat suspicionem fraudis atqve erroris, Bald. *in l. script. 11. n. 5. C. qvi pot. in pign.* Jas. *in l. admonendi. 31. n. 88. ff. de jurejur.* Sed etiam, † qvia testium assertioni non 4 minus atqve ipsius debitoris confessioni fides habenda est, *c. 1. c. primates. 2. q. 1.* † modò assertio illa 5 sit jurata, *l. jurisjur. 9. C. de test. c. qvoties. 5. extr. eod. tit. supr. defin. 12.* † ut sic confessione opus non 6 sit, ac proinde nec recognitione, *l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de probat.* † si modò testes ad minimum 7 duo subscripserint, *l. ubi 12. ff. de test.* Attamen hoc casu, † ipsorum testium recognitio præcedat, 8 necesse est, ut benè docet Col, *dict. c. 1. n. 141.* Neq; enim tùm ipsum instrumentum, sed testes arguunt veritatem negotii, qvod inter contrahentes actum est, adeò ut hîc scriptura non probet, † sed conten-9 tum in eo probetur, prout in simili de adminiculis, ad fidem instrumenti reqvisitis, loqvitur Molin. *in consvet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 16. Vid. qvoqve* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 16. defin. 22.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Es wäre denn/daß zum wenigsten 2. Zeugen darbey gewesen/und das Brieff und Siegel unterschrieben hätten/solches auch nochmals eydlichen bezeugen würden/auf solchen Fall wäre des debitoris recognitio unvonnöthen / und er nichts weniger Brieff und Siegel Folge zu leisten schuldig/V. R. W.)

DEFINIT. XXV.

Recognitione vel sacramentali diffessione documentorum nemo gravandus est, qvando ea contra ipsum nihil probant.

EFfectus recognitionis, aut diffessionis juratæ 1 in eo potissimùm consistit, ut pars adversa, contra qvam documenta producuntur, fateatur vera esse, vel non eorum contenta. At qvid opus est anxiùs in veritatem documentorum inqvirere, si nihil ex iis probetur? † Non ergo vel reco- 2 gnitione vel sacramentali diffessione onerandus, si documenta producta talia sint, ut nihil probare, nec recognoscenti præjudicare qveant, Ordin. proces. judic. Elect. Sax. *tit. 25. §.* Weil es auch *vers.* Allein ehe es zur Eydesleistung gereichet/ꝛc. † 3 Scilicet ut nemo supervacuâ probatione, ita nec inani recognitione gravari debet, *arg. l. hæc stipul. 14. §. 1. ff. ut legat. seu fidei serv. caut. cav.* multò minus sacramento frustraneo astringi, † cum metu 4 numinis divini, nemo facilè jurare velle credatur, *l. qvæ sub condit. 8 ff. de condit. inst. l. cum qvidam. 21. C. de fide instr. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 8. n. 4.*

Ita Domini in causa Curatoris Annen Viduæ Balthasaris Freunds/contra Bernh. Wigleben zu Saltze/Mens. Apr. A. 1633. (Verba sent. Die andere documenta aber sub E. G. H. I. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. und Ee. weil dadurch wider Beklagten nichts erwiesen werden kan/ mag er zu recognosciren oder eydlichen zu diffitiren nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Et in causa Joach. Gerings contra hæredes Leonhardi Laubens/ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Oct. A. 1636.

DEFINIT. XXVI.

Instrumenta communia vel in duplicibus judiciis Reus qvoqve actori edere tenetur.

ACtor indistinctè omnia instrumenta Reo po- 1 stulanti edere tenetur, *l. non est nov. 5. l. just. 6. l. ult. C. de edend.* † non solùm rationes, de qvib. prædicti textus propriè loqvuntur, sed etiam qvævis alia 2 instrumenta & documenta, † qvæ ad fundandam 3 inten-

intentionem rei idonea censentur, Bald. *in dict. l. ult. C. de edend.* Hart. Pistor. *observat. 218. n. 5. & seqq.* ubi hoc eleganter probat Fulv. Pacian. *de probat. lib. 63. n. 118. & seq.* sive instrumenta communia sint sive non; Et sive actor illis usurus est in judicio sive non, Hart. Pistor. *dict. observat. 218.*
4 *n. 3. n. 12. & seqq.* † Qvamvis & qvibusdam in casibus actor ad editionem cogi neqveat, qvos post alios refert Matth. Berlich. *part. 1. concl. 45. n. 15.*
5 *& seqq.* † Sed contra, Reus actori regulariter instrumenta atqve documenta edere non tenetur, *l. 1. C. de edend. l. qvi accusare. 4. l. ult. C. eod. tit.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de edend. n. 12.* Hartm. Pistor. *dict. observat. 218. in pr.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 106. n. 1. & seqq.* Fulv. Pacian. *dict. lib. 1. cap.*
6 *61. n. 48. & seq.* † Nisi in certis casibus, qvos distinctè post alios refert Matth. Berlich. *dict. concl. 45. n. 28. & multis seqq.* Sæpissimè autem actor à Reo exigit editionem instrumentorum communium, † qvæ ipsi omninò injungi debet, *l. si qvæ*
7 *sunt. 5. ff. famil. ercisc. l. procurator. 7. C. de edendo.* Andr. Gail. *dict. loc. n. 3.* Pacian. *dict. c. 63. n. 143.*
8 † Qvod & disertè approbavit Serenissimus Saxon. Elector in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 26. in pr. verſ.* Oder ihnen beyden gemein sey. Qvalia sunt instrumenta Emptionis-Venditionis, Locationis-Con-
9 ductionis, &c. † Pariter, & in duplicibus judiciis tenetur Reus ad editionem instrumentorum, sci-
10 licet, qvia in hisce judiciis † Reus etiam actoris vices sustinet, Bald. *in l. instrumenta. 24. C. de fideicomm. ff. n. 7.* Pacian. *dict. c. 63. n. 129.* Jac. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. qvæst. cent. 5. cas. 499. n. 85.*

Ita Domini in causa Hansen und Matthiä der Clausse & Consort. contra Michael Petzschmannen ventilatâ coram Senatu Lipsiensi Mens. Nov. Anno 1616. (Verba sent. Daß Beklagter nochmals den Original Kauff-Brieff / und die Qvittung mit lit. D. signiret, zu ediren, und auszuantworten schuldig / ꝛc.)

Definit. XXVII.

Instrumenta, qvæ propriè ad actorem pertinent, Reus semper edere obstrictus est.

1 IN genere autem tenetur qvoqve Reus instrumenta & documenta edere actori, si veritas aliter haberi neqveat, ut qvia facultas probationum absqve culpâ actoris periit, vel is instrumenta sua amisit, aut originalia perdidit, Specul. *lib. 2. part. 2. tit, de instrum. edit. §. videndum restat. 6. n. 17.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 63. n. 153. & sqq.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. q. cent. 5.*
2 *cas. 499. n. 55. & seqq.* † maximè verò, si rationes vel instrumenta sint inutilia Reo, actori verò possint esse utilia, Pacian. *dict. c. 63. n. 136. & seq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 45. n. 53.* Menoch.
3 *dict. cas. 499. n. 88.* † Planè, semper imponenda est Reo editio instrumentorum eorum, qvæ propriè & qvasi dominii jure ad actorem pertinent, Pacian. *dict. c. 63. n. 142. & seqq.* Menoch. *dict. cas.*
4 *499. n. 75.* † Qvod & placuit Saxoni Serenissimo, in Ord. proceſſ. judic. *tit. 26. in pr. verſ.* Als da seyn die Briefe / welche dem / der *Edition* suchet / zugehören.

Ita Domini in causa Melchior Werners von Hamburg contra Hansen Schwendendörffers Erben / ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. April. Anno 1632. (Verba sent. Daß Beklagte Schwendendörffische Erben den libellirten Wechsel-Brieff zu Klägers Nothdurfft zu ediren, und vorzulegen schuldig / ꝛc.)

Definit. XXIIX.

Instrumenta edere jussus, si neget se ea habere, juramento id obtinere debet.

ATqvi, inqvies, facillimè actor sive Reus do- 1
cumenta edere jussus editionem avertere poterit, negando scilicet, se ea penes se habere? Sed contra hanc malitiam adinventa est sacramentalis purgatio: † Usu enim & consuetudine re- 2
ceptum fuit, ut jussus exhibere instrumenta vel documenta, ea vel edere vel jurare debeat, se illa documenta non habere, nec dolosè vel malitiosè habere desiisse, *l ult. C. de fide instrum.* Anton. Tessaur. *decis. 171.* Rutg. Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. c. 25.* † Qvod & approbavit Illustrissimus 3
Saxon. Elector in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 26. in pr. verſ.* Ist durch üblichen Brauch der Gerichte. ita tamen, † ut anteqvam alicui editio vel Sacra- 4
mentalis purgatio imponatur, præsumptio vel suspicio sit contra illum, qvod rationes vel instrumenta ea, qvæ edi petuntur, penes se habeat, *dict. tit. 26. §.* Es soll auch ferner. † veluti, si instrumen- 5
tum fuerit penes defunctum, tunc enim ad hæredem qvoqve perveniſſe videtur, aut si conventus habuerit causam à petente, vel ab initio instrumentum renuerit, Rutg. Ruland. *dict. lib. 5. cap. 12. n. 4.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 45. n 74.*
† Nec injunctâ alicui instrumentorum editione, 6
confestim ad juramenti præstationem properari debet, sed si jussus edere certa aliqvâ instrumenta, omnia sua documenta, qvæ penes se habet, ad inspiciendum & perlustrandum exhibere velit, prius audiri debet, anteqvam juramento gravetur, Ordin. proceſſ. judic. *dict. tit. 26.* Da aber gleich. Anton. Tessaur. *decis. 171.*

Ita Domini in causa Hansen und Matthiä der Clausse und Consort. contra Michael Petzschman zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1616. (Verba sent Daß Beklagter nochmals den Original Kauf-Brief und die Qvittung mit lit. D. signiret, zu ediren und auszuantworten schuldig; Er könte sich denn vermittels seines leiblichen Eydes reinigen und schweren / daß er solche beyde documenta nicht bey sich / dieselbe auch zu seinen Händen oder in seine Verwahrung niemals empfangen / noch daß er solche dem Kläger vorsetzlichen vorenthalten thäte / mit solchem Eyde würde er gestalten Sachen nach billig gehöret und zugelassen / Er thue nun solches also oder nicht / so ergehet darauf ferner in der Sachen / was recht ist / V. R. W.)

It in causa Melchior Werners contra Hansen Schwendendörffers Erben zu Leipzig / Mense Sept. Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagter vorigem Urtheil zu Folge / entweder den gefoderten Wechsel-Brieff zu Klägers Nothdurfft nochmals vorzulegen / oder dem Erbieten nach / ungesemmt / und ohne fernern Verschleiff / das Juramentum solcher Gestalt / daß sie den libellirten Wechsel-Brief bey sich nicht gehabt / noch gefährlicher Weise von abhanden kommen lassen / zu leisten und zu schweren schuldig / V. R. W.)

Et in causa Johannis Cornelii contra Heinrich Mitzen / ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Mart. Anno 1636.

Definit. XXIX.

Jussus à judice edere documenta, non potest petere juramentum calumniæ à parte adversa, nisi ei juramentum in processu ordinario super editione fuerit delatum.

ETsi de jure communi is, qvi editionem do- 1
cumentorum ab adversa parte postulat, juramen-

ramentum calumniæ præstare teneatur, *l. si qvis ex argentariis. 6. §. exigitur. 2. l. qvædam. 9. §. cæterum omnibus. 3. ff. de edend.* Salycet. *in l. 1. C. eod.*
2 *n. 6.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 64. n. 76.* † Hodie tamen in foro Saxonico aliud receptum est, nec jussus jurare, qvod instrumenta penes se non sint, ab adversa parte juramentum calumniæ petere valet, Ord. proces. judic. Elector. Saxon.
3 *tit. 26. in pr.* Matth. Wesenb. in *parat. ff. de edend. n. 13. vers. sed hoc non multum.* † *Tùm* qvod præsumptio calumniæ non cadat in eum, qvi juxta dispositionem juris petit editionem, *l. nullus 55. l. ne-*
4 *mo. 151. ff. de Reg. jur.* † *Tùm* qvia juramentum hoc casu non à parte, sed lege ac consuetudine defertur, *l. ult. C. de fide instrum. dict. tit. 26. in pr.* ubi jusramentum calumniæ locum non habet, *Supr.* Constit. Elect. 12. *defin. 24. & 25.* Andr. Rauchb. *part.*
5 *1. q. 11. n. 36. & seq.* Dan. Moll. *lib. 2. Semestr. 14.* † Sed hoc ita, nisi qvis jure ordinariæ actionis petat editionem instrumentorum, ac super eâ parti
6 adversæ deferat juramentum; † Qvo casu actor à præstatione juramenti calumniæ haud liber est, *dict. tit. 26.* §. Es soll auch ferner. *vers.* Es wolle denn der. Nec enim tùm à lege, sed à parte
7 juramentum defertur, † ubi semper deferens ad præstationem juramenti calumniæ est obstrictus,
8 *Supr.* Constit. Elect. 12. † Utroqve tamen casu, sive à judice sive à parte juramentum hoc deferatur, illud præcisè præstandum est, nec relationi nec probationi ad exonerandam conscientiam locus datur, *dict. tit. 26. in pr. &* §. Es soll auch
9 ferner *in fin.* † Qvia scilicet ipsam partis notitiam concernit, qvo casu cessat relatio juramenti, ut
10 dixi *Supr.* Const. Elect. 14. *defin. 11.* † Probatio autem ad exonerandam conscientiam propterea censetur prohibita, ne processus summarius vel executivus, in qvo plerumqve editio instrumenti & obligationis petitur, per ordinarias probationes in processum commutetur, ut dixi *Supr.* Const. *14. defin. 28.*

Ita Domini in causa Martin Böttigers contra Hansen Heintzen zu Leipzig/ Mens. August. Anno 1632. (Verba sent. Daraus allenthalben so viel zu befinden/daß Kläger auf vorgehendes des Beklagten Eyd vor Gefehrde den deferirten Eyd zu schweren/und daß er das gefoderte Handels-Buch und Wechsel-Brieff nicht habe/ noch gefährlicher Weise von abhanden kommen lassen/zu schweren schuldig/ferner darauf zu beschehen/was recht ist/ V.R.W.)

Definit. XXX.

Detrectans editionem & juramenti præstationem, si actor est, causa cadit, sin reus, instrumenta pro editis & recognitis habentur.

1 AT qvid, *si jussus edere instrumenta, vel jurare, obedire nolit, & editionem pariter atqve juramenti præstationem detrectet?* Nec tùm medium
2 compellendi deest: † Etenim, si Reus est, qvi edere vel jurare renuit, instrumenta petita pro editis & recognitis haberi debent, Ord. proc. jud. Elect. Saxon. *tit. 26.* §. Würde sich aber ie-
3 mands, *vers.* oder wenn es Beklagter wäre. † Sin verò actor, causâ cadit & ulterior audientia vel actio ei denegatur; *dict.* §. Würde sichs aber. *vers.* oder auch da es Klägers. Felin. *in cap. 12. extr. de fid. instrum. n. 13.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de edend. n. 14.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 66. n.*
4 *174.* † Qvo ipso parti adversæ satis prospectum videtur, † cui insuper etiam competit actio ad in-5 teresse, qvanti scilicet ejus interfuit, editionem debito modo & tempore factam fuisse, *l. 6. §. ex hoc edicto. 5. l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. §. 2. ff. de edend.* Wesenb. *dict. loc. n. ult. in fin.* Pacian. *dict. c. 66. n. 139. & seqq.*

Ita Domini in causa Andreæ Heidenreichs contra Abraham Drauern zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sent. Und wird nunmehr das von Klägern copialiter und sub lit. A. producirte documentum pro edito & recognito billich gehalten/ V.R.W.)

Definit. XXXI.

Qvandoqve etiam indictione mulctæ arbitrariæ ad edendum instrumenta vel jurandum Reus compellitur.

NOn tamen semper hoc medio actori petenti 1 instrumentum prospectum videtur; *Qvid enim, si de contentis instrumentorum non constaret?* Fateor, non juvari actorem ex eo, † qvod ejus-2 modi instrumenta, de qvorum contentis non apparet, pro editis & recognitis habeantur. † Nec enim condemnare potest Reum judex, si nesciat, 3 ad qvod ex instrumento obligetur, in qvo editionis pariter instrumenti atqve recognitionis effectus existit, *l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de prob. l. plures. 19. C. de fide instr.* † Qvid etiam, si editio in-4 strumenti, cujus certè contumacia ei, qvi in instrumento nominatus est, nocere neqvit, qvia pœna non debet egredi suos autores, *l. sancimus. 22. C. de pœn.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 9. defin. 2. n. 4.* † Alia 5 itaqve via hoc casu procedendum erit adversus Reum comtumacem; † Nimirum, mulctâ arbitrariâ 6 ad edendum vel jurandum compelli debet, disponente sic Electore Illustrissimo in Ordin. proces. judic. *tit. 26.* §. Würde sich aber iemands. Andr. Gail. *lib. 1. observ. 134. n. 11.* Rutg. Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. c. 26. n. 3.*

Ita Domini in causa Melchior Werners contra Hansen Schwendendörffers Erben zu Leipzig/ Mens. Apr. Anno 1632. (Verba sent. Daß beklagte Schwendendörffische Erben nochmals und bey Straffe 100. Goldfl. den libellirten Wechsel-Brieff zu Klägers Nothdurfft entweder vorzulegen/oder da sie denselben bey sich nicht gehabt/ noch gefährlicher Weise von abhanden kommen lassen/ zu schweren schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXXII.

Ex instrumento etiam continente debitum in diem, qvandoqve ad paratam executionem agitur.

ETsi regulariter obligationes sive instrumenta, 1 qvantumvis fide digna, non habeant paratam executionem, sed ab actore processus ordinarius inchoari debeat, *l. 1. & 2. C. de execut. rei judic. l. negantes. 9. C. de oblig. & action. l. un. C. de probib. sequestr.* † Attamen multi existunt casus, ubi à Re-2 gula illa receditur, qvos latè refert ac tractat Matth. Col. *de process. execut. part. 2. c. 2. n. 3. & multis seqq.* Imprimis verò fallit hæc Regula † in in-3 strumentis, qvibus ex statuto vel consuetudine loci tribuitur parata executio, qvia consuetudo facit instrumentum authenticum, qvòd aliàs non foret authenticū, Felin. *in c. 2. extr. de prob.* Matt. Col. *dict. c. 2. n. 7.* Eleganter Petr. Heig. *part. 2. q. 7. n. 7. & n. 21. & seqq.* † Veluti in provinciis Saxo-4 nicis

nicis, super instrumentis liqvidis non habentibus a-liqvod vitium visibile, qvatenus non continent pactum turpe, contra debitorem præcisè fieri debet executio, ex Ord. provinc. D. Augusti Elect. Saxon.
5 *de Anno 1555. tit.* Versatzt Brief und Siegel. † *Sed num hac sanctio etiam in instrumento locum habeat, qvod continet debitum conditionale vel in diem, qvæ nondum venit,* disceptari solet? Qvod rectè negant Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 23.* & Hartman.
6 Pistor. *observ. 209. num. 12.* † Nam cum ex hoc agi neqveat, multò minus executio peti poterit, *l. cedere diem. 213. ff. de V. S. l. qvod in diem. 7. ff. de compensat.* Bartol. *in l. ita stipulatus. 125. ff. de verb. obligat. l. i. §. ult. ff. qvando dies Usufr. leg. ced.*
7 † At si conditione pendente, vel anteqvam venerit dies solutionis, facultatibus labatur debitor, aut de fuga suspectus sit, non video, cur prohiberi debeat
8 Creditor petere executionem, † saltem in eum finem, qvo jus reale in bonis debitoris conseqvatur, si aliàs sufficienter ipsi cautum non sit, prout docet
9 Moll. *dict. cap. 23.* † Cum & hoc in casu, ante diem vel conditionis eventum, cogi possit debitor, ut pignoribus vel fidejussoribus caveat Creditori, *l. qvæsitum. 14. ubi* Glos. & Bartol. *ff. de pignor.* Moll. *dict. loc. num. 2.*

Ita Domini in causa Martini Zoppens zu Merseburg/ Mens. Sept. Anno 1626. (Verba sent. Seyd ihr ex Jure cesso wider Hansen Bernharden auff Brieff und Siegel zu klagen gemeinet/ immassen ihr euch auch solches allbereit gegen gedachten Bernharden verlauten lassen/ darwider er aber vorwendet/ daß der in der Obligation zugesagte Zahlungs-Termin noch nicht herbey kommen; Ob nun wohl sonsten in dem Fall/ wenn der Schuldner in Abfall seiner Nahrung kömpt/ auch vor der Zahlungs-Frist/ die Executio auff klar Brieff und Siegel zu Versicherung des Creditoris angeordnet werden mag/ &c.)

Definit. XXXIII.

Cessionarius ex instrumento cesso executionem paratam non habet, priusqvàm de cessione sibi facta doceat.

1 DUbium eqvidem non est, vigore *Ordinat. Provincial.* instrumenta obligationum liqvida ad instantiam cessionarii non minus, qvàm ad petitio-
2 nem Creditoris cedentis executioni mandari, † cum & is verè ac propriè Creditor dicatur & ex cedentis jure experiri censeatur, *l. qvi stipendia. 2. C. de procur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 29. definit. 16.*
3 *num. 3.* † Attamen hoc ita demum, si de cessione legitima constet, de qva ante omnia Cessionarius fidem facere debet, ut eleganter docent Nicol. Boër. *decis. 10. num. 1. & 2.* Anton. Fab. *in Codic. dict. tit. 29. defin. 10. num. 2.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 20.* Matth. Cóler. *de process. execut. part. 2. cap. 2.*
4 *num. 58.* † Nec sufficit, produci instrumentum obligationis, in qvo non saltem Creditori ejusqve hæredibus, sed & qvibuslibet bonæ fidei possessoribus ac debitoribus instrumenti prospectum est, al-
5 len treuen Brieffs-Inhabern. † Qvid enim, si cessionarius istud furatus fuisset? Et unde constabit, cessionarium esse bonæ fidei possessorem vel detenta-
6 torem instrumenti producti? † Ergò necesse est, titulum traditionis doceri, qvo instrumentum devenerit ad exhibentem de voluntate Domini. Nunqvam enim ex nuda traditione præsumitur vel donatio vel venditio, vel alius titulus ad translationē Dominii habilis, † nisi probetur, qvod talis titu-7 lus præcesserit, & in ejus executionem traditio subsecuta fuerit, *l. nunqvam nuda. 31. ff. de acqv. rer. domin.* † Anteqvam hoc fecerit Cessionarius, non 8 obtinebit paratam executionem, ut pluribus firmant Coler. & Dan. Moll. *dict. loc.* ubi etiam ad textus contrarios respondent.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch/ eurem Ansehen nach/ durch Vorlegung richtiger Cession, oder sonsten nicht beybringen möget/ welcher Gestalt ihr vorgedachte Obligation, so auf Andreas Kormans Namen gerichtet/ überkommen/ und an euch bracht/ &c. So mag auch/ ehe und zuvor solches von euch geschicht/ die Executio wider Hansen Bernharden nicht angestellet werden/ V. R. W.)

Item in causa Domini Francisci Alberti, Ducis Saxon. contra Samuel de Conte zu Leipzig / Mens. Octobr. Anno 1635. (Verba sentent. Daß Kläger vor allen Dingen / welcher gestalt/ und qvo Titulo Beklagtens Obligation zu seines gnädigen Herrn Principalen Händen kommen/ zu bescheinigen und beyzubringen pflichtig; Ehe und zuvor solches geschicht / ist sich Beklagter mit ihme ferner einzulassen/ oder die Zahlung zu leisten nicht schuldig / V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Scriptura privata vel liber rationum pro scribente non probat.

COntra scribentem scripturam vel Epistolam 1 probare expeditum est, per text. *in C. 2. extr. de fide instrum. l. Publica. 26. §. 2. in fin. depos.* † et-2 iamsi penes defunctum fuerit reperta, nec data ei, ad qvem scripta fuerit, ut disputat Dan. Moller. *lib. 14. semestr. cap. 44. num. 4. & seqq.* † At pro scri-3 bente vel proferente, Scriptura privata vel liber rationum nunqvam probat, *l. rationes. 6. l. exemplo. 7. l. instrumenta. 5. C. de probat. l. ult. C. de Conv. fisc. debitor. lib. 10.* † præsertim, si agatur de præ-4 judicio tertii, ut notant Dd. *in l. admonendi. 31. ff. de jurej. ubi* Jason. *num. 76.* Felin. *in cap. 2. num. 2. extr. de fide instrum. & in c. cum causam. 13. extr. de probat.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 20. num. 1.* Joh. Schneidew. *in tit. inst. de liter. obligat. num. 14.* Non enim qvisqvam in causâ propriâ testis esse potest vivâ voce, *l. omnibus 10. C. de testib.* Ergo, neqve scripturâ privatâ, *Nov. 73. c. 3.* Petr. Aug. Morla *in Empor. tit. 8. de reb. Cred. qvæst. 17. num. 12.* Qvod tamen vulgo limitant, † si is, ad qvem Epistola 5 scripta est, eam tacitus acceptet, nec qvicqvam contradicat, qvia tum fidem ejus approbare censeatur, Bartol. *in dict. l. admonendi. 31. num. 30.* Dan. Moll. *dict. c. 44. num. 2.* † Aut, si duo connexa con-6 tineat scriptura vel epistola, unum proscribente, alterum contra eum, & is ad qvem scribitur, ea, qvæ in favorem ipsius scripta sunt, acceptet, atqve probet, † qvo ipso alteram qvoqve partem pro scriben-7 te facientem probare censeatur, Joseph. Mascard. *de probat. concl. 626. num. 20.* Dan. Moll. *dict. cap. 44. num. 3.*

Ita Domini in causa Hieronymi von Striege zu Annaberg/ Mens. Maj. Anno 1635. (Verba sent. Wenn gleich euer Eydam berührte Post der 400. Gülden bey euch zu fordern berechtiget wäre / &c. So wäret ihr ihm doch die Zahlung/ ehe und zuvor er solche seine Forderung entweder durch eures Sohnes Hand und Siegel/ oder sonsten gebührlichen/ und anderer Gestalt/ als durch sein Hand-Buch und eigene Schrifft/ bescheiniget und beybringt/ zu leisten nicht verpflichtet/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXV.

Libri Mercatorum qvando semiplenè probent, & juramento suppletorio confirmentur.

1 QVid autem de libris mercatorum & campsorum
2 *habendum?* †Sanè, qvia libri hi etiam privatæ sunt scripturæ, proscribente & proferente eos fidem non facere, dixerit qvis cum Gloss. *in l. qvædam. 9. §. nummularios. 2. verb. decurritur. ff. de edendo.* Communiter tamen *Dd.* in sententiam hanc ive-
3 runt, †ut libros mercatorum, deficiente aliâ probatione, in subsidium saltem semiplenè probare existimaverint, ita ut proferenti juramentum suppletorium deferri possit, Bartol. *in l. admonendi. 31. ff. de jurej. num. 26. & ibidem* Jason. *num. 127.* Felin. *in c. 2. de fide instrum. num. 21.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 20. num. 2.* Hartm. Pistor. *observat. 86.* Gravett. *in tract. de antiq. tempor. part. 1. §. qvarto limitatur. n. 24.* Joh. Sichard. *ad l. 3. num. 33. C. de reb. credit.* Casp. Klock. *de contrib. cap. 20. num. 420.* Hering.
4 *de fidejuss. c. 20. §. 1. num. 71.* † *Tùm,* qvia in causis mercatorum non disputandum de apicibus juris, sed tantum de æqvitate & bona fide, *l. si fidejussor. 29. §. qvædam 4. ff. mandat. l. etsi non cognitio. 4. C. si contra jus vel util. publ.* Andr. Gail. *dict. observat. 20. num. 5.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 27. defin.*
5 *3. num. 2.* Matth. Wesenb. *consil. 10. num. 40.* †*Tùm,* qvod mercatores qvibusvis mercium suarum emptoribus sine Chirographo fidem habere soleant, ut tantò æqvius sit, ex adverso qvoqve plus fidei illorum libris adscribi, Reinh. Bachov. *in not. ad*
6 *Treutl. vol. 2. disp. 4. th. 2. lit. B. in fin.* † Qvod tamen non aliter accipi velim, qvàm tribus hisce conjunctim concurrentibus, *Primò:* si mercator proferens libros sit bonæ famæ, & persona honesta ac fide digna, veritatemqve scribere consveverit, *l. vel universorum. 12. ff. de pignor. act. l. qvi semisse. 13. §. 1. ff. de Usur. l. 5. §. à barbaris. 6. ff. de re milit.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 63. num. 20.* Casp. Klock. *de re. c. 20. num. 417.* Wesenb. *con-*
7 *sil. 36. num. 23.* † *Secundò:* Qvod causa debiti sit expressa, *l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de probat.* Pacian. *dict. loc. num. 22.* Qvia sola scriptura non est modus constituendi obligationem, sed inducit saltem præsumptionem obligationis ex causa, qvæ allegatur præcessisse Sichard. *in dict. l. 3. num. 36.*
8 *C. de Reb. Credit.* † *Tertiò:* Ut liber rationum contineat data & accepta cum designatione dierum, *l. cum servus. 82. ff. de condit. & demonstr.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 16. defin. 5. num. 1.* Hartm. Pistor. *dict. observ. 86.* Joh. Köpp. *decis. 46. num. 55.*
9 Qvod verò Andr. Gail. *dict. loc. num. 3.* † insuper addit librum mercatoris eatenus rationes propria manu mercator conscripserit, per text. in *l. generaliter. 13. C. de non num. pecun.* id certe ex textu il-
10 lo non probatur, † nec in practicâ fori Saxonici receptum est, sed sufficit, rationes saltem ab administratore, vel institore, aliâve certâ personâ, honestâ & fide dignâ fuisse consignatas, Hart. Pist. *dict. observat. 86. num. 15. vers. siqvidem ab administratore, &c.*

Ita Domini in causa Georgii Cramers zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1578. (Verba sentent. Hat Christoph Weidner eine zeithero mit euch gehandelt/und ist euch vermöge des Auszugs 869. Gülden/14. Groschen 4. Pfenninge schuldig blieben; Ob er nun gleich euch darüber keine Handschrifft gegeben/da ihr aber deñoch oder euer Handels-Diener/so die Posten des Auszugs in euer Handels-Buch geschrieben/dasselbe mit seinem leiblichen Eyde bestärcken würde/ꝛc. So würde euch die Zahlung des Restes aus seinen Gütern billich gefolget/V.R.W.)

In causa Hansen Saltzwedels contra Matthes Clemmen / Amptschösser zu Meissen/Mens. Mart. Anno 1626. (Verba sent. Hat Churfürstl. Durchl. zu Sachsen/ unser gnädigster Herr/ auff eingeschickten euren unterthänigsten Bericht/gnädigst befohlen/wofern klagender Saltzwedel sein Handels-Buch mit einem leiblichen Eyde bestärcken würde/so sollet ihr in Verbleibung gütlicher Zahlung ihme wider Beklagten darzu gebührlichen verhelffen/ u. es ist Saltzwedel solchen Eyd durch seinen Diener / so die Bücher gehalten/ablegen und leisten zu lassen erbötig/ꝛc. so wird er damit billich gehöret uñ zugelassen/V.R.W.)

In causa Georgii Wincklers contra Christoph Bihlers Erben/ventilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mens. Oct. Anno 1635. (Verba sent. Würde nun Kläger sein Handels-Buch in Person oder durch den Handels-Diener/welcher dasselbe gehalten/und die verzeichnete Posten eingeschrieben/mit einem leiblichen Eyde bestärcken/inmassen ihme zu thun oblieget / so seyn auch Beklagte die im andern Auszuge nahmhafft gemachte Posten ihres Vorwendens ungeachtet abzustatten pflichtig/V.R.W.)

Et in causa Martini Michaels zu Franckenberg/ Mens. Jan. Anno 1636.

DEFINIT. XXXVI.

Plenè probant Libri mercatorum, qvandò unius testis depositio concurrit.

SEmiplenè igitur probant libri mercatorum pro 1 scribente & proferente eos, concurrentibus reqvisitis, de qvibus dixi *Defin. præced.* Ex qvo seqvitur, plenam ejusmodi libris fidem habendam, nec juramento scribentis eos confirmandos esse, † si 2 unius saltem testis depositio concurrat. Scilicet, † qvia duæ semiplenæ probationes unam plenam 3 probationem faciunt, per text. *in l. instrumenta. 5. C. de probat. l. qvi sententiam. 16. C. de pœn. c. præterea. 27. extr. de testib. & attest. c. ult. extr. de succes. ab intest.* Pract. Papiens. *in pract. forma responsionis rei conventi. §. jurisjur. n. 4.* Salycet. *in l. bonæ fidei. 3. C. de reb. Credit. & jurejur.* Joh. Campeg. *in tr. de testib. reg. 303.* † veluti hinc privata scriptura 4 & testis unus, vel fama, qvæ sunt semiplenæ probationes diversi generis, conjunguntur ad plenam probationem, *c. cum causam. 13. extr. de probat.* † 5 Qvidni ergò etiam libri mercatorum cum unius testis depositione plenam facerent probationem, cum libris ejusmodi longè major fides habenda sit, qvàm privatæ scripturæ, Bartol. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 48. Defin. præced.*

Ita Domini in causa Georgii Gülbens zu Annaberg/Mens. Apr. Anno 1630. (Verba sent. Ob ihr nun wohl solche Schuld-Forderung mit keiner Verschreibung zu belegen; Da aber dennoch der kriegische Vormund als ein Zeuge vermittels Eydes aussagen würde / daß Christoff Hancke euch die geklagte Forderung schuldig worden/ihr auch hierüber mit euren Handels-Büchern die Schuld richtig belegen und beybringen würdet/ꝛc. So wäre solche eure Schuld zur Nothdurfft erwiesen / und wären demnach Christoff Hanckens Erben euch dieselbe zu bezahlen und abzustatten schuldig/ V.R.W.)

DEFI-

DEFINIT. XXXVII.

Mercatorum libri ſaltem in iis rebus probant, qvæ ad commerciorum & negotiationis materiam ſpectant.

1 QVod dixi, libros mercatorum ſemiplenè probare, etiam pro ſcribente & proferente eos,
2 *Supr. Defin. 35.* † illud notabiliter reſtringendum eſt ad cauſas eas, qvæ ad commerciorum & negotiationis materiam ſpectant; creditur enim libris mercatorum ſaltem in iis, qvæ pertinent ad artis exercitium, & non aliter, *l. 3. §. eod. modo. 2. ff. naut. caup. ſtabul.* Hippolyt. *ſingul. 560. n. 1.* Jaſ. *in*
3 *l. Lage cum Geminiano 3. num. 3. C. de tranſact.* †Ergò, ſi ſcripſiſſet mercator in libris ſuis domum meam ad ſe pertinere, aut me in tali re damnum dediſſe, nulla prorſus fides libris eſſet habenda, per notata Joh. Andr. *ad Specul. tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicendum num. 4. adverb. ſi œconomus.* Andr. Gail.
4 *lib. 2. obſerv. 20. num. 8.* Hocqve eſt, † qvod cauſa debiti neceſſariò exprimi debeat in libris mercatorum, ad hoc, ut fides aliqva ipſis tribuatur, *l. apparitores. 5. C. de exact. tribut. lib. 10. l. neminem. 4. C. de ſuſcept. præpoſ. & arcar. lib. 10.* Anton. Fab. *in C.*
5 *lib. 4. tit. 16. defin. 5. num. 3.* † Planè mercatoris confeſſio, in libro ſuarum rationum ſcripta, probat plenè contra ipſum mercatorem, etiamſi abſente debitore facta ſit, adeoqve etiam poſt mortem mercatoris, ut conſulit Hippol. *ſingul. 457. num. 2.* Andr. Gail. *dict. obſerv. 20. num. 10.* Vid. qvoqve Dan. Moll. *lib. 1. Semeſtr. 44.*

Ita tractatum in eâdem cauſa Georgii Guldens zu Annaberg/ Menſ. Apr. Anno 1630.
Et in cauſa Martini Michaels zu Franckenberg/ Menſ. Jan. Anno 1636.

DEFINIT. XXXIIX.

Plenè probat Exemplum, ſeu conceptum alicujus inſtrumenti, in archivis publicis repertum.

1 INſtrumentum, qvod nec ſcriptum nec ſubſcriptum eſt à Notario, fidem nullam facere poteſt,
2 licet repertum ſit in Notarii protocollo, † qvia ſubſcriptio Notarii unum eſt de eſſentialibus inſtrumenti, *l. generali. 3. ubi* Dd. *C. de tabell. lib. 10.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 16. definit. 21. num. 1.* A-
3 liud dicendum, † ſi ejusmodi inſtrumentum imperfectum, vel potiùs exemplum ſive conceptum
4 inſtrumenti repertum fuerit in archivis publicis. † Nam ſi ſcriptura vel Apocha privata in actis reperta plenam probationem facit, *l. ne in arbitris. 4. §. ſi igitur 1. C. de recept. arbitr.* Jaſon. *in l. admonendi.*
5 *31. ff. de jurejur. n. 93. & 97.* † Cur non multò magis ſcriptura vel inſtrumentum, qvod in archivis publicis reperitur, plene probabit? Cum proba-
6 tiones, † ſeu libri ex archivis publicis deſumpti, plenam fidem mereantur, *Auth. ad hæc. verſ. item & Charta. C. de fide inſtrum. l. cenſus. 10. ff. de probat.* Tract. Papienſ. *in forma productionis inſtrumenti. §. exhibens & producens. num. 12.* Felin. *in*
c. cum cauſam. 13. extr. de probat. num. 7. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 1. num. 53. &*
7 *ſeq.* Joh. Köppen. *deciſ. 46. num. 11. & ſeq.* † Planè, facit qvoq; Conventio ſeu pactum inter partes contrahentes de ſtando privatæ alicujus ſcripturæ, vel inſtrumento, ut id plenè probet, Bartol. *in l. ult. ff. de prætor. ſtipulat.* Petr. Heig. *part. 2. qvæſt. 3. num. 15.* † non qvidem, ut privata illa ſcriptura § vim habeat publici inſtrumenti, (qvod in poteſtate partium non eſt, *l. ſi forte. 8. ff. de Caſtrenſ. pecul.*) ſed ut plenam fidem inter paciſcentes obtineat, †ſaltem ex conventione, qvæ facultatem probandi 9 alterare & minuere poteſt, Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 5. numer. 15. & ſeqq.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1294. num. 13. 14.* modò non do- 10 lus ſubſit, † qvi à partibus contrahentibus remitti neqvit, ut maximè aliæ ſolennitates remittantur, Felin. *in cap. 2. n. 13. extr. de fide inſtrument.* Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 10. & ſeqq.* † de qvo tamen vide omninò Petr. Heig. *qv. 11 3. num. 19. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Thomæ Börners/ ejusqve Conjugis zu Rochlitz/ Menſ. Jul. Anno 1600. (Verba ſentent. Ob gleich die Vergleichung/ davon die überſandte Copey meldet/ dem Ampts-Buche nicht einverleibet/ und alſo authentiſiret worden; Dieweil aber dennoch das erſte Concept ſolcher Vergleichung dem vorigen Ampts-Schöſſer zugeſtellet/ er auch daſſelbe mit eigener Hand corrigiret und verbeſſert/ und es hernach zu etlichen andern Acten gebunden und beygelegt/ allda ſolches auch in der Amt-Stuben befunden worden/ ꝛc. So wird durch ſolches beygelegte Concept obberührte Vergleichung und derſelbten Innhalt zur Nothdurfft erwieſen/ ꝛc.)

DEFINIT. XXXIX.

Obligatio ſeu inſtrumentum, cauſam debiti non exprimens, nihil probat, nec paratam executionem habet.

QVamdiu de qvantitate & cauſa debiti non ap- 1 paret ex obligatione ſeu inſtrumento, tamdiu executioni ſemper opponi poteſt, qvod debitum non ſit liqvidum, qvæ exceptio remoratur paratam executionem, Jaſon. *in pr. Supereſt. num. 86. inſt. de action.* Bartol. *in l. proinde. 25. §. notandum 2. num. 3. ff. ad Leg. Aqvil.* † Vocatur enim debi- 2 tum liqvidum, qvod eſt certum, hoc eſt, de qvo apparet, qvid, qvale, qvantumvè ſit, *arg. l. certum 6. ubi* Bart. & Jaſon. *ff. ſi cert. petat. l. ubi autem non apparet. 7. ff. de Verb. Obligat.* † Ergò, ſi de cau- 3 ſâ debiti ex inſtrumento vel obligatione non appareat, in effectu nihil probatum eſt, nec cautio obligatoria ſine expreſſione cauſæ efficax erit; etiamſi ſtipulatio intervenerit, & deſuper inſtrumentum confectum fuerit, per text. in *l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de probat. l. 13. C. de non num. pecun. l. ult. ibi: Si cauſa liqvida ſit. C. de compenſat. cap. ſi cautio. 14. extr. de fide inſtrum.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 13. n 9.* Matth. Col *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 1. num. 7. & ſeqq.* Hirt. Piſtor. *obſervat. 39.* Johann. Schneidevv. *ad tit. inſtit. de lit. oblig. numer. 14.* †Neqve enim ſubſiſtere poteſt debitum vel obliga- 4 tio absqve cauſa dependi, cui ſemper obſtat doli exceptio, *l. 2. §. circa. verſ. ſi qvis ſine cauſa ab alio ſtipulatur. ff. de doli mali except.* † In tantum, ut 5 ſolutum ex obligatione ſine causâ condici qveat, *l. qvi ſine cauſa. 3. ff. de condict. ſin. cauſ. l. 26. de donat. l. inſtrumenta. 5. C. de probat.* † Atqvi paria 6 ſunt, cauſam nullam ſubeſſe, aut eam, qvæ eſt, non exprimi ſeu ignorari, *arg. l. annua 6. ff. de calumniat.*

l.pen.§.ult.ff.de Vocat.& excuſat. mun. Anton.Fab. *7.in C. l.3.tit.1.defin.2.num.3.* † Sufficit tamen,ſi de causâ debendi per conjecturas saltem conſtet, ut tradit Felin. *in dict. cap. 41. ſi cautio. num. 13. extr. de fide inſtrum.* & Maſcard. *de probat. concl. 345. num.51. vol.1.* puta, ſi in obligatione fiat mentio 8 acceptæ pecuniæ, des empfangenen Geldes; † Cenſetur enim verbum mutationis errore ſcriptoris omiſſum,qvod omninò ſupplendum, qvia ubicunqve magnæ pecuniæ qvantitas absqve causæ adjectione alicui datur, videtur in dubio data ex causâ mutui,Gloſſ. *in l.cum qvid.3.ff. ſi cert. petat.* 9 † prout à Scabinis obſervatum meminit Hart.Piſt. *dict.obſerv.39.n.2.in fin.*

Ita Domini in cauſa Daniel Zobels zu Schneeberg/ Menſ. Oct. Anno 1629. (Verba ſent. Ob ihr nun wohl zu Behauptung derſelben Schuld eine Obligation produciret, darin Jacob Seelnich ſich zur Zahlung anerboten / dieweil aber dennoch dabey keine cauſa debendi zu finden/ſo mag auch ſolche Obligation vor richtig nicht gehalten / noch dadurch obberührte Schuld/wie zu recht erwieſen/ und den Seelnigiſchen Erben die Zahlung zu leiſten/ beſtändiger Weiſe auffzuerleget werden/V.R.W.)

Item in cauſa Matthæi Stamblers zu Podelwitz/Menſ. April. Anno 1629. (Verba ſent. Ob ſie nun wohl zu Beſcheinigung ſolcher Forderung ein Inſtrumentum eines ertheileten Conſenſus, ſo vor 17. Jahren ausgehändiget worden/produciret: Da aber dennoch euerm Bericht nach/ darinnen gantz keine cauſa debendi zu befinden/ noch auch ſonſten eine Obligation vorhanden wäre/daraus zu vernehmen/wo die Schuld eigentlich herrühret/ ꝛc. So wäre angeregter Conſens zu Recht nicht beſtändig/derwegen ihr auch die Zahlung zu thun nicht angehalten werden möchtet/ꝛc.)

Et in cauſa Hanſen Florey von Prage contra Dominum Baronem à Schönburg / ventilatâ in Præfectur. Zwickavienſi, Menſ. Julio, Anno 1631.

Definit. XL.

Confeſſio debiti judicialis etiam absq; cauſæ expreſſione facta probat, & confitentem obligat.

1 ALia eſt ratio confeſſionis, in judicio factæ: Nam confeſſio debiti judicialis etiam ſine causa probat & confitentem obligat, ſecundum Felin. *in c. ſi cautio. 14. extr. de fide inſtrum.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol.1. concl.345. n.16.* Hartm. Piſt. *obſervat.39.num.7.* Ant. de Padiæ. *in l. ſive apud a-*
2 *ctia.27.num.7.C.de tranſact.* † Propter autoritatem nempe & præſentiam Magiſtratus, qvæ errorem
3 & doli ſuſpicionem excludit, Felin. *dict. loc.* † Planè conſvetudine qvoqve introduci poſſe, ut inſtrumentis credatur, absqve expreſſione cauſæ, ex ſententia Scabinorum tradit Hartman. Piſt. *dict. obſ.*
4 *39. num. 9. & ſeqq.* † Nempe, qvia Statutum, Conſvetudo vel pactum poſſunt alterare facultatem probandi, ut poſt Fulv. Pacian. *le probat. lib.1.cap. 5.num.15.& ſeqq.* docet Petr. Hig. *part. 2. qvæſt. 3. num.14.*

Ita Domini in eadem cauſa Matthei Stamblers zu Podelwitz / Menſ. Apr. Anno 1629. (Verba ſent. Es wäre dem/daß ihr angeregte Schuldgerichtlichen geſtanden/ auff den Fall wäret ihr/ungeachtet keine cauſa debendi darbey gedacht worden / die Zahlung zu leiſten pflichtig/V.R.W.)

Definit. XLI.

Ad reaſſumptionem proceſſus non admittitur procurator absqve ſpeciali mandato ad reaſſumendum ſibi dato.

INſtantia eqvidem à defuncto inchoata morte e- 1
jus non perit, ſed ipſo jure tranſit in hæredes, *l. ſi eum.33.ff.de fidejuſſ.* † Adeoqve nec opus eſt, ut no- 2
vus proceſſus cum hærede inſtituatur. † Attamen 3
reaſſumendus eſt proceſſus defuncti ab hærede per declarationem expreſſam, qvæ fieri neqvit à Procuratore, † niſi ſpeciale ad reaſſumptionem manda- 4
tum exhibuerit, ut bene ſentiunt Andr. Gail. *lib.1. obſervat. 109. num. 6.* Joach. Mynſing. *cent. 1. obſervat. 55.* Matth. Weſenbec. *part.7.conſil.332.n. 115.* Matth. Berlich. *part.1.concl. 27. num. 21.* † *Tùm*, ſ qvia mutatâ perſona per mortem defuncti, lis & cauſa etiam mutata, † nec procurator defuncti, ul- 6
terius litis Dominus cenſetur, *l. & an eadem.14. l. cum de hoc. 27. ff. de excépt. rei judic. Tùm*, † qvia 7
per reaſſumptionem proceſſus, domino haud leve creatur præjudicium, ut vel propterea etiam non ſufficiat mandatum cum liberâ, nec hoc in caſu æqviparetur mandato ſpeciali, arg. *l. ſi qvis. 25. § 5. ff. de acq. hæredit.* † *Tùm*, qvia mandatum eſt ſtricti ju- 8
ris, & cum defuncto expirat, nec ad perſonas alias extenditur, *c.32. in fin. extr. de offic. & poteſt. judic. delegat.* † Qvid ergo mirum, ut novum ac ſpe- 9
ciale reqviratur mandatum ad reaſſumptionem litis à defuncto jam cœptæ, Vant. *de nullit. ex defect. inhabil. num.55.* Weſenb. *dict. conſ.332.num. 149.& 144.*

Ita Domini in cauſa Andreæ Gerſachens contra Martin Feigens Erben zu Schneeberg/ Menſ. Jan. Anno 1628. (Verba ſent. Daß angegebener actor wegen Martin Feigens Erben anderer Geſtalt und mit Vorlegung eines richtigen und ſpecial-Mandats zu legitimiren, und nachmals den Proceſs gebührlichen zu reaſſumiren ſchuldig/V.R.W.)

Definit. XLII.

Charta blanca, vulgò Blanqvet, ſubſcribentem & ſigillantem obligat ad hoc, ut executivè contra eum agi poſſit.

EXpediti juris eſt, qvod inſtrumentum ſubſcri- 1
ptione & ſigillo munitum paratam habeat executionem, præſertim in foro Saxonico, ex Conſt. Elect. provinc. *de Anno 1555. Rubr.* Verſetzt Brief und Siegel/ Novâ Ordin. proceſſ. jud. *tit. 25. §.* Wann auch gleich einer. † Qvidni ergò eandem 2
juris efficaciam chartæ blancæ, vulgò *Blanqvet*, à Reo convento ſubſcriptæ & ſigillatæ tribueremus, contraqve eum paratam dari executionem aſſereremus? † cum Matth. Coler. *de proceſſ.execut.part.* 3
3.cap.1.num.130.& Franc. Pfeil. *conſil.39.* Nec enim metuendum erit, † qvod contra ignorantem & 4
non conſentientem procedatur ex eo, qvia tradens chartam vacuam, atqve tenorem ſcripturæ ſubſecutæ haud inſpiciens ignorat id, qvod ibi ſcriptum eſt, † qvi certè nec conſenſiſſe, nec obligatus 5
eſſe dicetur, *l. filius fam. 8. §. 1. ff. de procurat. l. diſtrahente. 2. C. de reb. alien. non alienand.* † Siqvi- 6
dem præſumptio eſt contra ſcribentem vel ſigillantem. Nam ex qvo hic inſpiciendi ac cognoſcendi

ſcendi habuit facultatem, cognoviſſe etiam atqve ita approbaſſe præſumitur inſtrumentum *arg. l. 2. §. inſpectio. 5. ff. teſtam. qvemadm. aper.* † Qvin & eo ipſo, qvo qvis paſſus eſt alterius ſcriptione repleri chartam blancam à ſe ſubſcriptam, ſuoqve ſigillo munitam, in ſcriptionem illam omniaqve contenta conſenſiſſe, eaqve approbâſſe cenſetur, † qvia patientia conſenſum & ratihabitionem inducit, *l. alienationis. 28. in pr. ff. de V. S.* † At inqvies, hac ratione Reo denegabitur remedium detegendi actoris falſitatem & dolum, ſi forte contra datam promiſſionem & intentionem Rei in chartâ blancâ ſubſcripta & ſigillatâ qvid notaverit? † Non certè hoc ſeqvitur, ſed differtur ſaltem facultas dolum actoris arguendi usqve poſt finitam executionem paratam, atqve in Reconventionem rejicitur. † Etenim ſi Reus poſt executionem docere velit, qvod fuerit deceptus & non legerit inſtrumentum, audiendus omninò erit in reconventione, Matth. Coler. *dict. c. 1. num. 130.* † Non enim inſtrumentum ſubſcribens & non relegens obligatur, *l. ſi falſum. 5. C. plus val. qvod agit.* Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 44. num. 11.* † nec errantis ullus eſt conſenſus vel obligatio, *l. ſi per errorem. 15. ff. de juris dict. l. 8. C. de jur. & fact. ignor.* † interim antequam error & dolus actoris probetur, ſtandum eſt inſtrumento, *l. 2. C. plus val. qvod agit.* Col. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Hempels & Danielis Schneiders zu Eißleben/ Menſ. Sept. A. 1636. (Verba ſent. Ob nun wohl R.R. ſich mit der Wittwen in Vergleichung einzulaſſen nicht befehliget geweſen; Da aber dennoch die Blanqvet mit verrechnet/ worzu ſie gebrauchet werden ſollen/ von des verſtorbenen Teſtatoris Freunden und Erben vollzogen worden/ ꝛc. So würde die Wittwe bey der auffgerichteten Vergleichung/ und darauf ihr eingeräumten Erbſchafft/ biß ſie im Stande des Rechtens ordentlicher Weiſe daraus wiederum entſetzt/ billich geſchützet/ und es möchte ihr unterdeſſen an Verwaltung der Erbſchafft einiger Innhalt beſtändiger Weiſe nicht gethan werden/ V.R.W.)

Definit. XLIII.

Recognitio documentorum ſpeciale deſiderat Procuratoris mandatum.

1 NOn admittitur Procurator ad recognoſcendum documenta originalia, priusqvam mandatum ſpecialiter ad hoc ſibi conceſſum exhibue-
2 rit, † ex communi *Interpp.* ſententia, Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 44. num. 18.* Mindan. *de mandat. jud. lib. 2. cap. 75. num. 8.* Ruland. *de commiſſ. part. 2. lib.*
3 *5. cap. 39. num. 4.* † Qvæ & in Curiâ Electorali ſupremâ, obſervantiâ fuit recepta. Rationem ſi pe-
4 tas, dico, † Recognitionem documentorum præterea deſiderare mandatum ſpeciale, qvia res eſt magni præjudicii, † qvippe recognitione factâ, 5
ſtatim executivè procedendum eſt, *ex* Ordin. provinc. *de Anno 1555. tit.* Verſetzt Brieff und Siegel. & Proceſſ. jud. *tit. 24. §.* Wenn auch gleich. & *tit. 39. §.* Wenn aber das Urtheil. † Atqvi in caſibus 6
magni præjudicii non admittitur Procurator abſqve ſpeciali mandato, *arg. l. ſi qvis. 25. §. ſed utrum. 5. ff. de acqvir. hæredit.* Jaſon. *ad l. jusjurandum. 17. §. procurator. 3. num. 4. ff. de jurejur.*

Ita Domini in cauſa Curatoris Annen Moſten contra Paul Gebharden zu Sondersleben/ Menſ. Aug. Anno 1626. (Verba ſent. Daß Beklagtens Anwald zur Recognition der producirten Documenten, ſeine Perſon durch Vorlegung eines ſonderbahren hierzu ertheilten Mandats zu legitimiren ſchuldig/ V.R.W.)

Definit. XLIV.

Protocollo Notarii major fides habetur, qvàm inſtrumento.

SÆpè accidit, ut inſtrumentum, qvantumvis vitium viſibile non habeat, indubium vocetur; † Nimirum, ſi Adverſarius paratus ſit, ex protocollo Notarii aliud probare: Anne admittendus, & protocollo major fides, qvàm ipſi inſtrumento habenda erit? † Omnino certè, per text. in *l. ſi qvis ex argentariis. 6. §. pen. & §. ult. ff. de edendo.* Bartol. *in l. Sempronius. 47. num. 3. ff. de legat. 2.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 16. defin. 24. num. 5.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1243. num. 2. ubi plures allegat.* † Nam cujusq; rei origo eſt ſpectanda, à qvâ velut à fonte cætera omnia profluunt. Ex qvo etiam fit, ut ſicuti ſtandum potius eſt protocollo, qvam inſtrumento, † ita & magis originali & 4
mattici ſcripturæ potius, qvàm protocollo, Anton. Fab. *dict. defin. 24. num. 5.* † Aſt non aliter hoc 5
verum putaverim, qvàm ſi protocollum omnia habeat requiſita, qvæ requiruntur in inſtrumentis ipſis ad effectum probandi, † videlicet; ſubſcriptio- 6
nem Notarii, ſignum ipſius, rogationem, publicationem, locum & tempus celebrati actus; prout poſt alios multos, qvos allegat, eleganter hoc limitat & declarat Joſeph. Maſcard. *dict. concl. 1243. n. 26. & ſeqq.* Adde Deciſ. Elect. *noviſſ. 20.*

Ita Domini in cauſa Clemens Hauckels Erben zu Meiſſen/ Menſ. Octobr. Anno 1634. (Verba ſentent. Ob ſie nun wohl ſich auff das Inventarium beruffen thun; Da aber dennoch/ eurem Bericht nach/ ihr in des Notarii Protocollo nachſuchen laſſen/ und ſich darinnen ſolcher Reſt nicht befinden thäte/ ꝛc. So würde dem Protocollo, wofern ſolches vom Notario richtig gehalten worden/ mehr Glauben/ als dem Inventario zugeſtellet/ und ihr möchtet demnach obgedachte 100. fl. zu zahlen nicht angehalten werden/ V.R.W.)

CONSTITUTIO XIIX.

PARTIS PRIMÆ.

Von Geſetzen und Producten, ſo nach der Publication der Beweiſung und Gegenbeweiſung einzubringen.

WAnn die Beweiſung und Gegen-Beweiſung eröffnet/ ſollen die Partheyen darauff ohne weitere Verfaſſung/ Krafft dieſer unſrer Conſtitution ſchuldig ſeyn/ von

De diſputationibus partium, poſt publicatas atteſtationes.

PUblicatis probationibus utrinqve deductis, litigatores nullâ aliâ præſcriptâ à judice procedendi formâ expectatâ, vigore hujus Con-

Zeit an der erlangten Abschrifft / so ihnen aus dem Gericht sonderlich und zum längsten innerhalb zweyen Monaten gefolget werden soll / von Sechswochen zu Sechswochen / ihre Exception, duplica, replica und triplica einzubringen / und also mit zweyen Sätzen Wechsels-Weise zum End-Urtheil zu beschliessen / und mit keinen fernern Sätzen zugelassen werden / es soll aber auch eine iegliche Part seine Exception und Replica auff die Beweisung und Gegen-Beweisung in einem Satz mit einander zugleich einbringen / damit Vielheit der Sätze verhütet / und desto schleuniger zum Urtheil geschlossen werde.

Constitutionis nostræ, à tempore acceptæ copiæ, qvam ad summum intra duos menses à judice illis dari volumus, excipiendo, duplicando, replicando, & triplicando, & sic alternis duabus vicibus, nec pluribus, interjecto spacio sex septimanarum, jus suum super probationibus in scriptis deducentes, judicisqve definitivæ sententiæ se submittentes, concludant, sed ita ut qvilibet illorum Exceptionem & replicam suam in uno & eodem scripto simul proponat, qvò minus acta multiplicentur, eoqve citius in causa concludatur.

DEFINITIONES.

1. *Testium qvalitates & depositiones post publicatas demum attestationes impugnari solent.*
2. *Admittuntur etiam disputationes attestatorum vel documentorum in Processu summario.*
3. *In processu etiam criminali ordinario disputari possunt attestata testium.*
4. *Disputationes attestatorum in scriptis proponuntur in foro Saxonico, nec oretenus eas proferri necesse est.*
5. *Litigatores post publicatas attestationes jura sua alternis vicibus, interjecto semper spatio sex septimanarum, proponere tenentur.*
6. *Spacium hoc sex septimanarum à tempore acceptæ copiæ publicatarum attestationum currere incipit.*
7. *Factâ autem probatione per documenta, fatale, sex septimanarum ad exhibendam primam positionem, à tempore rei judicatæ currere incipit.*
8. *In foro Saxonico disputationes attestationum duabus alternativis dispositionibus finiri debent, nec ulterior disputatio admittitur.*
9. *Is, contra qvem probatio suscepta est, primam positionem exhibet, nempe exceptionem.*
10. *Probationes & reprobationes in uno & eodem scripto sunt disputandæ & proponendæ.*
11. *Disputante licet unâ parte probationes & actitata, altera tamen pars disputationibus bene renunciare valet.*
12. *Per dita licet exceptione post terminum præstitutum præterlapsum, admitti nihilominus debet Duplica Rei.*
13. *Replicâ actoris propter contumaciam qvantumvis rejectâ, admittitur tamen ejusdem triplica.*
14. *Duplicâ autem vel triplicâ intra spatium legitimum non propositâ, concludendum est in causa principali.*
15. *Nex exceptio, nec replica aliavè positio, ultimâ saltem termini die in judicio exhibita, rejici, nec Sanctio Electoralis de sex septimanis inferendis disputationibus præfinitis, ad terminum Saxonicum trahi debet.*

Definit. I.

Testium qvalitates & depositiones post publicatas demùm attestationes impugnari solent.

1 SÆpissimè per disputationes attestationum, lites multùm ab Advocatis protelantur, non alio fine, qvàm ut majora à litigantibus eliciant honoraria, suaqve impleant marsupia; ut rationabiliter
2 qvis existimare posset, † longè utilius fore, absqve ulla disputatione attestationes testium publicatas judicis cognitioni statim subjicere, juxta tradita Rutg. Ruland. *de commiss. part. 1. lib. 6. cap. 3. &*
3 Anton. Fab. *in C. lib. 9. tit. 22. art. 33.* † Nec enim judices verbositatem & prolixitatem Advocatorum, aut allegatorum farraginem perpendere solent, sed potiùs omnia rimantur, ac ea, qvæ ad probationem negotii & decisionem causæ faciunt, ipsimet ex attestationibus testium extrahunt, prout
4 experientia compertum habeo. † Nihilominus ejusmodi disputationes & allegationes super testibus & actitatis, arbitrio litigantium relinqvuntur, *Novell. 90. cap. 4. Auth. si testis productus. C. de test. c. in causis ecclesiasticis. 15. sub fin. extr. eod. tit. c. inter delictos 6. extr. de fide instrum.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 87. num. 5. & seq.* Rutg. Ruland. *dict. §. 3.* † Qvid enim, si Reus contra personas testium ab actore productorum, excipere, eorumqve idoneitatem impugnare velit, puta, qvod sint infames, minores, domestici, affines, consangvinei, aliâve ratione suspecti? † Qvid itidem, si eorum attestationes & dicta tanqvam falsa & minus concludentia
6 examinare atqve refutare cupiat? † Nunqvam cer-
7 tè commodius, qvàm post publicatas attestationes id fieri posse creditur, ut propterea disputationes attestatorum meritò admittendas existimaverit Elector Saxon. Illustrissimus, *h.* Const. *18. ubi.* Dan. Moll. Specul. *lib. 2. part. 2. tit. de disput. & allegat. advocat. §. post hoc autem. 4. num. 1. & seq.*

Ita Domini in causa Syndicen der Gemeinde zu Bernsdorff & Consort. contra Hansen Heinrichen von Schönberg auf Limbach / Mens. Jul. A. 1608. (Verba sent. Es ist euch aber nach eröffnetem Gezeugniß / was ihr beydes wider der Zeugen Person und Aussage vorzuwenden habt / gebührlichen einzubringen unbenommen / V. R. W.)

In causa Basilii Bernhards contra Frantz Ritzen zu Leipzig / Mens. Octobr. Anno 1620. (Verba sent. Daß die von Klägern angegebene Personen zu Zeugen zulässlichen seyn / es ist aber Beklagten / was er wider eines oder des andern Person und Aussage vorzuwenden hat / nach Eröffnung des Gezeugniß / gebührlichen einzubringen unbenommen / V. R. W.)

Et in causa Jacobi Stephans contra Viduam & Hæredes Matthæi Meyers zu Leipzig / Mens. Sept. An. 1620.

DEFI-

Definit. II.

Admittuntur etiam disputationes attestationum vel documentorum in processu summario.

1 NOn admittit generalitas *hâc* Constit. *18.* ut disputationes attestationum ad processum ordinarium restringantur, cum nullibi causæ summa-
2 riæ reperiantur ab hâc dispositione exceptæ, † qvas potius verba generalia comprehendunt, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstand. l. præses. 3. in fin. ff.*
3 *de offic. præsid. l. ut nullo. 28. C. de usur.* † Nec movet qvicqvam, qvod in processu summario absqve strepitu judicii, solâ facti veritate inspectâ, procedatur & pleraqve alia, qvæ in processu ordinario observari solent, in summario judicio negligantur, Joh.
4 Zang. *de except. part. 1. c. 2. num. 3.* † Siqvidem hoc verum est saltem qvoad solennia processûs à jure civili inducta, secus verò in substantialibus judicii, qvæ jure naturali nituntur, Johan. Andr.
5 *in cap. sapè. de V. S.* Bartol. *in Extravag. ad reprimendum. verb. figura. num. 4.* † Inter qvæ etiam referendæ sunt disputationes attestatorum, juxta
6 tradita Bartol. *dict. loc.* † qvamvis aliter sentiat Vant. *in tract. de nullit. sentent. tit. ex defect. proces. n. 40. &* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 105. in pr.*

Ita Domini in causa Hæredum Heinrici à Brederlohens, Mens. April. Anno 1633. (Verba sent. Da nun Beklagter nach geführten Beweiß und Gegenbeweiß seine Nothdurfft und Disputation-Gesetze gebührlichen einbringen wolte/ &c. So wird er damit auch in diesem summarischen Proceß billich gehöret und zugelassen/ &c.)

Definit. III.

In processu etiam criminali ordinario, disputari possunt attestata testium.

1 EAdemqve generalitas *hâc* Constit. *18.* comprehendit qvoqve causas criminales, qvæ in processu ordinario agitantur, ut propterea in hisce non minus ac in causis civilibus disputationes attestatorum admittendas existimaverim, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstat. l. 8. ff. de public. in rem*
2 *act.* † Idqve eo magis, qvia processus ordinarius in criminalibus eodem ferè modo agitur, per accusationem nempe, litis contestationem, exceptiones,
3 probationes, &c. qvo in civilibus agitari solet, † ita, ut processus criminalis ordinarius à judicio civili parum differat, *l. 2. C. de cust. reor. l. qui accusare. 4. C. de edendo. l. adulterii. 33. C. ad Leg. Jul. de adult. l. si maritus. 15. §. præscriptiones. 4. ff. eod. tit.* Matth.
4 Wesenb. *in parat. ff. de accusat. num 2.* † Et cum in causis criminalibus probationes atqve reprobationes admittantur, uti expeditum est, & dixi *in pract. criminal. part. 3. qv. 106. num. 80.* cur non disputationes qvoqve attestatorum admitterentur?

Ita Domini in causa der Bodenheusischen Lehens-Erben constituirten peinlichen Anwaldes contra Valtin Möhren zu Wittenberg/ Mens. Jan. An. 1634. (Verba sent. Daß nach Gelegenheit dieses peinlichen Processus, Angeklagten nach eröffnetem Beweiß und Gegen-Beweiß seine Exception- und Salvation-Schrifft gebührender massen einzubringen/ und darinnen die Attestata Testium zu disputiren, und seine Nothdurfft allenthalben auszuführen billich verstattet und nachgelassen/ dagegen aber Anklägern seine Replica und Gegennothdurft vorbehalten wird/ V. R. W.)

Definit. IV.

Disputationes attestatorum in scriptis proponuntur in foro etiam Saxonico, nec oretenus eas proferre necesse est.

ETsi in foro Saxonico litigantes jura sua orete- 1
nus proponere sint obstricti, non solum ante, sed & post litis contestationem, *Supr.* Const. Elect. *1. & 9. ubi defin. 1.* nec audiantur scripta offerentes, ne scilicet per apices juris & subtilitates Legum domi excogitatas atq; in scriptis conceptas, lites protrahantur, qvas potiùs finiri & abbreviari publicitùs interest, *l. properandũ. 13. C. de jud.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 1. n. 6. & seq.* Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 1. c. 2. n. 30.* † Attamen circa disputationes & 2
allegationes super testibus & actitatis, rigor hic juris Saxonici litigantibus est remissus, ac concessum, disputationes post publicatas attestationes multis scriptis proferre, ab Illustrissimo Saxon. Elect. in Ordin. proces. judic. *tit. 29. in pr.* † Nempe, qvia 3
disputationes hæ, merita causarum concernentes, aliqvantò plus laboris & temporis reqvirunt, qvàm reliqva partium jura & tractationes, Dan. Moll. *hic n. 1.* Andr. Gail. *lib. 1 observ. 105. n. 17.* Rutg. Rul *de commiss. part. 1. lib. 6. c. 3. n. 3.*

Ita Domini in causa Heinrich Brederlohens Erben/ Mens. Apr. Anno 1633. (Verba sent. Da nun Beklagter nach geführten Beweiß und Gegen-Beweiß seine Nothdurfft und Disputation-Gesetze gebührlichen einbringen wolte/ &c. So würde er damit billich gehöret/ und solche in Schrifften in Gerichten einzubringen zugelassen/ &c.)

Definit. V.

Litigatores post publicatas attestationes, jura sua alternis vicibus, interjecto semper spatio sex septimanarum, proponere tenentur.

AT, inqvies, hâc ratione multùm altercandi & 1
protelandi litem occasio & ansa dabitur advocatis? † Fateor eqvidem, eos, qvibus volupe est lites 2
protrahere, malitiam suam hâc constitutione palliare posse: Attamen, qvo temeritatem hanc compesceret † Illustrissimus Saxoniæ Elector, omnem 3
in conficiendis disputationibus attestatorum prolixitatem vitare jussit advocatos, *in* Ordin. proces. judic. *tit. 29. §.* Es soll aber auch/ simulqve nova documenta actis inseri, nec non testium dicta cavillare, vel in perversum sensum retorqvere, atqve priora acta sinistrè allegare prohibuit, † sub commina- 4
tione mulctæ arbitrariæ, à judice per sententiam imponendæ, *dict. tit. 29. §.* Es sollen aber auch. † 5
Qvin nec protractio temporis metuenda est, qvia litigatores post publicatas attestationes, jura sua & disputationes alternis vicibus excipiendo, replicando, duplicando & triplicando, interjecto semper spacio sex septimanarum, proponere tenentur, *b.* Constit. *18. vers.* von Sechs-Wochen zu Sechs-Wochen/ &c. *ubi* Dan. Moll. *n. 1.* † nisi invicem de 6
alio termino expresè convenerint; qvod in ipsorum arbitrio positum videtur, Ordin. proces. jud. *dict. t. 29. in pr. vers.* Wechsels-Weise von Sechs-Wochen zu Sechs-Wochen/ &c. Adde Resol. Grav. *de An. 1061. Tit.* von Justitien-Sachen. §. ingleichen auch zum zwey und zwantzigsten/ *vers.* und also ist es auch zu halten. *& seqq.*

Ita Domini in causa Hansen Volraths zu Belgern / Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sentent. Ist in Sachen euch Klägern

Klägern an einem und Peter Mebussen anders Theils/ Beweiß und Gegenbeweiß geführet worden/welches Gezeugniß ihr und Gegenpart zu disputiren gemeinet seyd/ ꝛc. So ist euch dasselbe gebührender massen zu thun / und von Sechswochen zu Sechswochen Wechsels-Weiß gegen einander zu verführen / und eure Nothdurfft einzubringen unbenommen/ꝛc.)

Definit. VI.

Spacium hoc sex septimanarum à tempore acceptæ Copiæ publicatarum attestationum currere incipit.

1 ALterius igitur vicibus, interjecto semper spacio sex septimanarum, litigatores jura sua post publicatas attestationes proponere tenentur, *De-*
2 *fin. præced.* † Qvod temporis spacium currere incipit à tempore acceptæ Copiæ publicatarum attestationum, *hâc* Constitut. *18. verf.* Von Zeit an
3 der erlangten Abschrifft/ *ubi* Moller. *num. 1.* † obstrictus siqvidem est judex, copias attestationum publicatarum statim & ad summum, intra duo Menses partibus tradere, *b.* Constit. *18. in pr. verf.* so ihnen aus dem Gerichte förderlich. Et si partes
4 copias exigere negligant, † judici porrò incumbit terminum certum, octo nempe, vel qvatuordecim dierum, aut etiam integri mensis, pro ratione circumstantiarum & distantiæ locorum, ad redimendas copias, tempore publicationis semel pe-
5 titas, præfigere; † Qvo elapso, spacium prædictum sex septimanarum currere incipit, qvod sub pœna desertionis postea præcisè debet observari in juri-
6 bus & disputationibus proferendis; † Sanciente id Electore Illustrissimo in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 29* §. Weil aber solche Frist. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 48. n. 17.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. So ist euch dasselbe gebührender massen zu thun / und von Sechs-Wochen zu Sechs-Wochen / von Zeit der erlangten Abschrifft des Gezeugniß anzurechnen / (welches euch zum längsten binnen gedoppelter Monats-Frist aus den Gerichten zu ertheilen) Wechsels-Weise gegen einander zu verfahren/und eure Nothdurfft einzubringen unbenommen/V.R.W.)

Definit. VII.

Factâ autem probatione per documenta, fatale sex septimanarum ad exhibendam primam positionem, à tempore rei judicatæ currere incipit.

1 SEd hoc ita, si probatio per testes fuerit facta. Sin verò expediatur per documenta literaria, ubi publicatione opus non est, distingvi omninò debet, an causa ipsa sit celeris expeditionis, an verò altiorem disqvisitionem reqvirat, & documenta
2 sint benè multa producta atqve recognita: † Priori casu, super ejusmodi probatione saltem oretenus procedendum est, illaqve pars, contra qvam probatio est suscepta, citationem impetrare, suisqve exceptionibus initium facere debet, Ordin. proceſſ. judic. Elector. Saxon. *tit. 29.* §. wann aber
3 Beweiß und Gegenbeweiß. † At casu posteriori, in causâ nempe arduâ, & qvando multa documenta fuêre producta, ad instantiam & petitionem partis, de admittendis disputationibus in scriptis factam, statim post recognitionem documentorum, judex per sententiam desuper interlo-
4 qvitur, † & admissis disputationibus in scriptis proponendis, fatale sex septimanarum ad exhibendam primam positionem à tempore rei judicatæ currere incipit, *dict. tit. 29.* §. Wann aber Beweiß/ *verf.* Sonsten aber/ da die Sache richtig/ꝛc.

Ita Domini in causa Hæredum Heinrici à Brederlohens, Mens. Apr. Anno 1633. (Verba sent. Diesem nach ist von beyden Theilen Beweiß und Gegenbeweiß mit Documenten und brieflichen Urkunden geführet worden; Da nun Beklagter seine Nothdurfft und Disputation-Gesetze gebührlichen einbringen wird/ so wird er damit billich gehöret/und solche gestalten Sachen nach/weil die Sache wichtig und eine grosse Summa Geldes betrifft / der Documenten auch eine ziemliche Anzahl vorhanden/ in Schrifften in Gerichten einzugeben zugelassen / und binnen Sechswochen à Tempore Rei Judicatæ, nachdem hierüber erkant/damit der Anfang gemacht/ ꝛc.)

Definit. IIX.

In foro Saxonico disputationes attestationum duabus alternativis positionibus finiri debent, nec ulterior disputatio admittitur.

1 ETsi de jure communi certus numerus præfinitus haud sit exceptionibus, replicationibus, duplicationibus, triplicationibus, qvadruplicationibus, sed partes pro lubitu multiplicatis disputationibus progredi valeant, §. 2. §. 3. *inst. de replicat. l. 2. §. sed & contra. 3. ff. de except.* † nisi judex cer-
2 tum numerum positionibus præfinierit, *Auth. jubemus. C. de judic. Novell. 115. c. 2.* Matth. Col. *in rubr. extr. de except. n. 6.* Matth. Wesenb. *in supplem. ad* Joh. Schneidevv. *inst. de replicat. num. 3.*
3 † Attamen in foro Saxonico paulò aliter res se habet, & disputationes attestationum duabus alternativis positionibus (mit zweyen Setzen Wechselsweiß) putà exceptione, replicatione, duplica-
4 tione & triplicatione finiri debent, † qvibus in sententiâ omninò concludendum, nec ulterior disputatio admittenda est, *b.* Const. *18. verf.* Ihre *Exception, duplica, &c.* Ordin. proceſſ. judic. Elect. Sax. *tit. 29. in pr. verf.* von beyden Theilen nur zweene Sätze/ꝛc. Dan. Moll. *hic. num. 1. sub fin.* † Idqve
5 eo fine, ut lites citius finiantur, qvas abbreviari, publicitus interest, Joh. Petr. Surd. *decis. 120. num. 8.* Ventur. de Valent. *in pariben. litigios. lib. 1. cap. 2. num. 12.*

Ita Domini in causa Hansen Vollraths zu Belgern / Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sentent. Ist in Sachen euch Klägern an einem/ und Peter Mebussen anders Theils/ Beweiß und Gegenbeweiß geführet worden / welches Gezeugnüß beyderseits zu disputiren gemeynet seyd/ ꝛc. So ist euch dasselbe gebührender massen zu thun / und von Sechswochen zu Sechswochen/ von Zeit der erlangten Abschrifft des Gezeugnüß anzurechnen / (welches euch zum längsten binnen gedoppelter Monats-Frist aus den Gerichten zu ertheilen) einem ieden mit zween Sätzen/als der Exception, Replica, Duplica, Triplica und ferner nicht/Wechsels-Weise gegen einander zu verfahren / und eure Nothdurfft einzubringen unbenommen/ V.R.W.)

Definit. IX.

Is, contra qvem suscepta est probatio, primam exhibet positionem, nempe exceptionem.

1 SEd, *qvisnam litigatorum initium disputandi fa-*
ciet? † Sanè, de jure communi prius semper ac-
2 tor incipere, suamqve actionem proponere solet, cui postea Reus excipiendo respondet, qvam exceptionem denuò actor replicando elidit, &

dit & ſic conſeqventer, §. *1. & ſeqq. Inſt. de except.* *L2. §. 1. & ſeqq. ff. eod. tit.* Specul. *lib. 2 part. 3. tit. de diſp. & allegat. advocat. §. nunc breviter. 2. verſ.* 2 *qvod actor prius debet proponere.* † At de jure Saxonico Reus, vel is, contra qvem probatio fuit ſuſcepta, incipere debet exceptivè actoris intentionem, probationes & atteſtationes infringere, inſtrumenta producta impugnare, atqve alia, qvæ contra ſe facere videntur, refutare, Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 29. in pr. verſ.* der Anfang aber von dem / wider welchen der Beweiß verführet / gemacht werden / Jacob. Thoming. *conſil. 17.*
3 Dan. Moller. *hic num. 4.* † ubi benè monet, in ultimâ poſitione, nempe in triplica, in dem Schluß-Satze / nil novi afferendum eſſe, qvod antea non fuerit deductum, aut ſi aliud fiat, judicem in concipiendo id non attendere debere, juxta Conſt. Elect. *1. h. part. 1.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent. So iſt euch daſſelbe gebührender maſſen zu thun / und von Sechswochen zu Sechswochen / von Zeit der erlangten Abſchrifft des Gezeugniß anzurechnen / einem ieden mit zween Sätzen Wechſels Weiſe alſo / daß nach Gelegenheit dißfalls / weil ihr als Klägere den Beweiß geführet / Beklagter excipiendo den Anfang mache / gegen einander zu verfahren / u. eure Nothdurfft einzuwenden unbenommen / V. R. W.)

Definit. X.

Probationes & reprobationes in uno eodemq; ſcripto ſunt diſputandæ & proponendæ.

1 CUm Reus ad reprobationes, non minus atqve actor ad probationes admittatur, eæqve in ſuo genere nihil āliud ſint, qvàm veræ & legitimæ probationes, eodemqve modo, termino ac tempore pariter reprobationes ſint proponendæ, ut dixi *Supr.* Conſtit. Elector. *16. defin. 12.* dubitari poteſt:
2 † *An non eodem qvoqve modo reprobationes diſputari, & qvæ hactenus dicta fuêre de modo diſputandi probationes, ad reprobationes etiam extendi debe-*
3 *ant?* Qvod omninò dicendum. † Attamen ne acta multiplicentur & lites protrahantur, ſed ut celerrimè in cauſâ concludatur & lis finiatur, *l. properandum. 13. C. de judic.* conſtituit Elector Saxo-
4 niæ Illuſtriſſimus, † ut tum probationes ſimul in uno eodemqve ſcripto diſputentur ac proponantur, *hâc* Conſt. *18. verſ.* Es ſoll aber auch. Ord. Proceſſ. judic. *tit. 29. in pr. verſ. final.* auch Beweiß und Gegen-Beweiß / ꝛc.

Ita Domini in cauſa Andreæ Gärtners & Conſort. contra Wentzel Gärtnern / ventilata in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Nov. Anno 1621. (Verba ſent. Und erſcheinet aus den Acten ſo viel / daß ſich Beklagter an ſeiner Exception- und Salvation-Schrifft / ſo er zugleich in einem Product und auf einmal einzubringen ſchuldig geweſen / nunmehr verſäumet / ꝛc.)

Definit. XI.

Diſputante licet unâ parte probationes & actitata, altera tamen pars diſputationibus benè renunciare valet.

1 DIſputationes atteſtatorum procul dubio jura partium concernunt, † ex qvo dubium non eſt, qvin iis à litigatoribus renunciari poſſit, *arg. l. pen. C. de pact.* veluti etiam horum arbitrio relic-
2 tum eſt, † an terminum diſputationibus proponendis definitum immutare & coarctare velint, Ord. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 29. in pr. verſ.* Da ſich die Partheyen beyderſeits nicht eines andern *termins* willkührlichen vergleichen. † Neqve 3
in diſputationibus ſuper documentis productis litigatorum arbitrium videtur excluſum, *dict. tit. 29. §.* wenn aber Beweiß. *verſ.* wie und auff was Maß ſie zu verfahren bedacht / ſich erklären. † Qvin & di- 4
ſputante licet parte unâ atteſtationes & actitata, alteram juri ſuo renunciare poſſe eo minus dubitaverim, qvo citius hac ratione in cauſâ totâ concludatur, † in qvo non minimum utriusqve partis, ne- 5
dum Reipublicæ intereſſe verſatur, *l. properandum. 13. C. de judic.* Anton. Fab. *in C. lib. 9. defin. 22. in pr.* Matt. Weſenb. *in complem. ad* Joh. Schneidevv. *Inſt. de Replicat. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Hæredum Heinrici à Brederlohens Menſ. Apr. A. 1633. (Verba ſent. So wird er mit ſolchen Diſputation-Geſetzen billich gehöret / und zugelaſſen; Aber euers Theils möget ihr das Gezeugniß zu diſputiren wider euren Willen nicht gedrungen werden / ſondern es iſt euch der Exception-Schrifft und fernern Duplicen zu renunciiren, und derſelben euch zu begeben unbenommen / V. R. W.)

Et in cauſa Hauſen-Jacob Bethbiers & Conſort. contra Hauſen Renitzen zu Leipzig / Menſ. Nov. Anno 1622. (Verba ſent. Dieweil aus den Acten nicht zubefinden / daß die Partheyen nach erlangter Abſchrifft der eröffneten Beweiſung mit ihren Geſetzen und Producten gebührlichen verfahren / oder ob ſie die Einbringung derſelbigen verbleiben / und auf vorberührte Beweiſung alſobald definitivè erkennen laſſen wollen / ſich erkläret / ſo geſchicht ſolches aufs förderlichſt nochmals billich / und ergehet alsdenn in dieſer Sachen ferner / was recht iſt / V. R. W.)

Definit. XII.

Perdita licet exceptione poſt terminum præſtitum præterlapſum, admitti nihilominus debet Duplica Rei.

NEutiqvam pro lubitu retardare licet diſputa- 1
tiones atteſtatorum, ſed intercedente ſemper ſpatio ſex ſeptimanarum excipiendo, replicando, duplicando & triplicando jura litigatorum ſunt proponenda, *Supr. Defin. 5.* Idqve ſub pœnâ deſertionis, Ordin. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 29. §.* weil aber ſolche. *in fin. verſ.* Sie ſich hieran *ipſo facto* verſäumet haben / ꝛc. Reinh. Roſa *in addit. ad* Dan. Moll. *hic n. 1.* ita tamen, ut ſine præcedente accuſatione contumaciæ nudæ relationi nuncii fides habeatur. *Reſol. Grav. de Anno 1661. Tit.* von Juſt. Sachen. §. Do ſich auch zum drey u. zwantzigſten.
† Sed num Reus, qvi poſt publicatas atteſtationes 2
intra terminum præſtitutum jura ſua non proferens exceptionem perdidit, *adhuc audiendus erit cum duplicâ ſuâ contra perſonas teſtium eorumq; atteſtata?* ſita certè eſt, prout diſpoſuit Elect. Saxoniæ 3
Illuſtriſſimus *in Ordin. proceſſ. jud. in dict. tit. 26. §.* würde aber nach beſchehener Ankündigung. *verſ.* Soll gleichwol derjenige / welcher ſich an ſeiner *exception* verſäumet / mit der *duplicen* in der dazu nachgelaſſenen Friſt gehöret werden. † Ratio hujus ſanctio- 4
nis manifeſta eſt, qvà Reus in eo ſolummodo peccavit, qvod intra terminum præfinitum exceptionem ſuam conficere neglexerit; Hanc ergò ſolam per contumaciam perdidit, neqve ulterius privationis pœna ad duplicam extendenda erit, † cum 5
pœna debeat correſpondere delicto, *l. ſancimus. 22. C. de pœn. l. qvoniam multa. 6. C. ad Leg. Jul. de vi publ. & privat. l. ſi qvis aliqvid ex metallo. 38. §. auctores ſeditionis. 2. ff. de pœn. Lin hoc. 10. ff. de ſerv. corrupt.*

Ita

Ita Domini in causa Jacobi Stephans contra Matthæi Meyers Erben/ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Jan. Anno 1622. (Verba sentent. Daß Beklagter sich an seiner Exception-Schrifft nunmehr versemet / Es ist ihme aber seine rechtliche Nothdurfft / was er wider der Zeugen Person / und derselben Aussage vorzuwenden hat/in seiner Duplicen zu suchen unbenommen/ &c.)

Et in causa Andreæ Gärtners & Consort. contra Weußel Gärtnern zu Leipzig/Mens. Nov. Anno 1621. (Verba sent. Daß gedachter Balthasar Lindner und Wolff Albrecht durch Beybringung der Tutorien und Vollmacht zu den acten ihre Personen gebührlichen zu legitimiren schuldig/und erscheinet sonsten aus den acten so viel/daß sich Beklagter an seiner Exception-Schrift nunmehr versäumet; Es ist ihme aber dasjenige / was er wider der Zeugen Person und Aussage einzubringen hat / in der Duplicen anzuführen unbenommen/ V.R.W.)

Definit. XIII.

Replicâ actoris propter contumaciam qvantumvis rejectâ, admittitur tamen ejusdem Triplica.

1 EAdemqve ratio facit, ut licet actor terminum Saxonicum elabi patiatur, & nihil contra exceptionem Rei proferat, ac per id replicam suam perdat, nihilominus cum triplicâ admittatur, & sic in vim triplicæ exceptiones Rei refellere & contra testium personas eorumqve attestata jura sua propo-
2 nere valeat. † Ne scilicet pœna excedat delictum,
3 *l. sancimus. 22. C. de pœn.* ut dixi *Defin. præced.* † Qvo tamen casu Reus id commodi consequitur, ut contra actoris positionem in vim triplicæ factam duplicare possit, atqve ita ultimam positionem, seu conclusionem finalem in causa habeat, cum alias actor, si legitimè comparuisset & respondisset, in causâ concludere debuisset, Ordinat. proceſſ. jud. Elect. Sax. *tit. 29. §.* würde aber nach beschehener. *vers.* daß dem andern nichts desto minder. Matth.
4 Berlich. *part. 1. concl. 48. n. 33.* † Qvis enim non animadvertit, si aliter diceremus, haud parum Reo præjudicari ex negligentiâ & culpâ actoris, dum facultas respondendi ad jura actoris ei prorsus ad-
5 imeretur, contra id qvod vulgò dicitur, † unius negligentiam alteri non nocere, *l. pupillus. 20. ff. qvæ in fraud. creditor.* Ant. Fab. *in C. lib. 7. tit. 32. defin. 20. n. 9.*

Ita Domini in causa der Vormunden Hansen Lunds Wittib und Erben contra Matthes Mageln zu Delitzsch/ Mens. Febr. Anno 1596. (Verba sent. Daß Kläger sich an seiner Replicâ versäumet/Es wird ihme aber seine Nothdurfft wider der Beklagten Exception in der Triplica nochmals vorzuwenden/billich vorbehalten/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Duplicâ autem vel triplicâ intra spatium legitimum non propositâ, concludendum est in causâ principali.

1 NOn minus qvoqve Duplica atqve Triplica ex causâ contumaciæ admittuntur, si intra spatium sex septimanarum jure definitum non proponantur, propter generalitatem verborum in Ordin. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 29. §.* weil aber solche
2 Frist. *vers.* zu Einbringung der *product.* † Idqve eò magis, qvò minus litigatores hâc pœnâ gravantur, qvippe qvorum jura jam ante in Exceptione vel Replicâ proposita ac pro judicis informatione actis
3 inserta fuêre. † Dubium ergò non est, qvin ex contumacia hoc casu, Duplicâ vel Triplicâ rejectâ, in causâ sit concludendum, qvo ipso lis eò citius finiri &
4 abbreviatur, † haud absqve insigni litigantium pariter ac Reipublicæ commodo ac utilitate, *l. cum qvis. 13. in fin. C. de reb. credit, l. properandum. 13. C. de judic.* Frider. Pruckm. *conſ. 38. n. 92.*

Ita Domini in causa Martini Borcks Erben contra Matthes Schneidern zu Pirna / Mens. Febr. Anno 1610. (Verba sent. Daß ietzo erwehntes Borcks Erben zu Einbringung ihrer Duplicen und Schluß-Satz ein ander Termin billich ernennet und angesetzt wird/mit dieser ausdrücklichen Verwarnung/ wofern sie innerhalb Sächsischer Frist ihre rechtliche Nothdurfft nicht einbringen werden/ daß sie also denn damit ferner nicht gehöret/ sondern die Sache vor beschlossen angenommen/ und auff die allbereit geführte Beweisung und andere rechtliche Nothdurfft ergehen soll / was recht ist / V. R. W.)

Et in causa Jacobi Stephans contra Viduam & Heredes Matthæi Mägers zu Leipzig / Mens. Jul. Anno 1622. (Verba sentent. Daß Beklagter an seiner Duplicen sich nunmehr versäumet hat/dahero diese Sache vor beschlossen billich angenommen wird / und erscheinet demnach aus der verführten Beweisung und den andern Acten allenthalben so viel/daß Kläger dasjenige / so ihme zu beweisen aufferleget/und er sich angemasset/zur Nothdurft erwiesen / und dargethan hat/ derowegen seyn Beklagtens Principalen ihme die libellirten Schulden zusammt denen dahero rührenden Zinsen zu entrichten / so wohl auch die verursachten Unkosten auf vorgehende Liqvidation und richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

Definit. XV.

Neq; exceptio, neq; replica aliavè positio, ultimâ saltem termini die in judicio exhibita, rejici, neq; Sanctio Electoralis de sex septimanis, inferendis disputationibus præfinitis, ad terminum Saxonicum trahi debet.

1 QVum terminus sex septimanarum proferendus disputationibus attestatorum pro formâ fuerit definitus, negari neqvit, tempus istud de momento in momentum currere, juxta tradita Andr. Rauchb. *part. 1. q. 3. n. 5.* Rudolphi Schraderi *in tract. feudal. part. 10. sect. 8. n. 16.* † prout de probationis
2 termino dixi *suprà* Const. Elect. *16. Defin. 8.* † Qvod
3 & lucvlenter apparet ex *b.* Const. *18. vers.* vñ Sechswochen zu Sechswochen. & Ordin. Proceſſ. judic. *tit. 29. in pr. vers.* von Sechswochē zu Sechswochē. *junct. §.* weil aber solche *in fin. vers.* sie sich hieran *ipso facto* versäumet haben. Nimirum terminus hic
4 in modū præscriptionis præfinitꝰ intelligitur, † qvo in casu, tempus de momento in momentum currere, expeditum est, Andr. Rauch. *dict. q. 3. n. 13. & seq.* Angel. de Perus. *consil. 404. n. 2.* † Ex qvo porrò se-
5 qvitur, effluxo spatio sex septimanarum, ne qvidem in continenti postea admitti litigatores positiones suas exhibere volentes, † qvia pœnâ & tempore ex-
6 presso, purgatio moræ non admittitur, *l. 23. vers. de illo. ff. de O. & A. l. Celsus ait. 23. ff. de recept. arbitr. l. 47. ff. de act. empt.* † nec ea, qvæ post terminum in
7 continenti fiunt, inesse videntur, *l. Thaïs. 41. §. intra. 12. ff. de fideicom. libert.* Jas. *in l. ita demum. 13. C. de procur. n. 4.* † Nec obstat, qvod de jure Saxo-
8 nico, sex septimanis adhuc tres dies adjiciantur, Sandr. *lib. 1. art. 62.* Zobel. *part. 1. differ. 21.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 33. & seqq.* † Qvia hoc verum est in termino Saxonico, qvi
9 disputationibus attestatorum haud præfinitus fuit, sed intra sex septimanas disputationes hasce confici jussit Elector Sereniſſimus *hâc* Constitut. *18.*
10 † Ergò à qvalitate termini Saxonici ad tempus disputandarum attestationum nil prorsus inferendum.

dum, ne scilicet sanctionem Electoralem contra-
mentem Illustrissimi Constituentis ad terminum
11 trahamus Saxonicum, † maximè, cum Statutariæ
Constitutiones strictissimè sint accipiendæ, Andr.
Tiraq. *de jur. connub. Gloss. 2. n. 23. post pr.* Jac. Schult.
lib. 2. q. pract. 65. n. 32. & seqq. Vide tamen *Resolut.*
Grav. Tit. von Justitien-Sachen. §. ingleichen und
zum zwey und zwantzigsten. *vers.* und also ist es ꝛc.
12 † Ante effluxum verò terminum nunqvam disputa-
tiones attestatorum excludendæ erunt, sed ultimo
etiam die ac momento termini positiones in judi-
cio offerri sufficit, perinde, ut de articulis proba-
toriis dixi *supr.* Const. *16. Defin. 3.* Hartm. Pistor. *ob-*
serv. 224. n. 4. seqq.

Ita Domini ad reqvisitionem Ernesti à Bebessen zu Leipzig/ Mens. Maj. Anno 1584. (Verb. sent. Daß sich Beklagter an seiner Exception noch zur Zeit nicht verfeu-
met hat / er ist aber nach erlangter Abschrifft des Gezeugnüß / so ihme umb die Gebühr billich mitgetheilet wird / innerhalb der in Churfürstl. Sächsis. Constitution geordneten Frist / bey Verlust derselbigen damit zu verfahren schuldig / Er thue nun solches oder nicht / so ergehet darauff in der Sachen ferner / was recht ist / V. R. W.)

Item ad reqvisitionem Qvæstoris zu Nebra / Mens. Aug. Anno 1612. (Verba sent. Daß Beklagte in ihrer Triplicen oder Schluß-Satz noch zur Zeit sich nicht verseumet / sondern es wird solcher Satz / Klägers Widerfechtens ungeachtet / billich bey den acten gelassen / und nunmehr die Sache vor beschlossen auf- und angenommen / und erscheinet demnach aus dem geführten Beweiß und acten allenthalben so viel / ꝛc.)

Et in causa Curat. E. W. contra MM. zu Leipzig / Mens. Oct. Anno 1636. (Verba sent. Daß sich Beklagter an seiner Duplicen verseumet und damit ferner nicht zuläßlichen / sondern es wird die Sache vor beschlossen billich auf- und angenommen ꝛc.)

CONSTITUTIO XIX.

PARTIS PRIMÆ.

Von den Leuterungen.

ES soll forthin auff alle und iede ergangene Urtheil / sie seynd interlocutoriæ oder definitivæ, nicht mehr dann eine Leuterung / so von beyden Theilen zugleich vorgenommen werden mag / welche auch nicht weniger als die Appellationen beyden Theilen gemein seyn sollen / in allen unsern Landen und Gerichten / auch in unserm Hof-Gerichte selbst vorgenommen werden / und gantz keine Ober-Leuterung statt haben / allein wollen wir dieselbe in denen Fällen / wie es biß anhero bräuchlich gewesen / und unsere Lands-Ordnung vermag / an unserm Hofe zulassen / sonsten aber und ausserhalb solcher Ober-Leuterung / soll es im Hof-Gericht bey dem Proces bleiben / so wir in der Hof-Gerichts-Ordnung verfasset und auffgerichtet. Ein ieglicher Leuterant soll schuldig seyn innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen bey dem Richter / so das Urtheil publiciret, umb Citation zur Prosecution und Vollführung der Leuterung anzusuchen / und da solches von ihme verbleibe / soll die Leuterung erloschen seyn / und das gesprochene Urtheil seine Krafft erreicht haben. Es soll auch ein ieglicher Richter schuldig seyn zu solcher Vollführung einen förderlichen Termin und zum längsten nach beschehenem Ansuchen / innerhalb drey Monat zu ernennen und anzusetzen / auch sich darauff schleunig des Belernungs-Urtheil erholen / und dasselbige eröffnen; In der Prosecution und Vollführung aller und ieden Leuterung / wie und auff was Urtheil dieselbige eingewandt / soll anders nicht / dann mit Versetzung vom Munde in die Feder und mit Beschliessung zum Urtheil / durch drey und drey Sätze / Wechsels-Weise procediret und verfahren werden; Es sollen auch forthin in Leuterungs-Sachen / wenn

De Leuterationibus.

ADversus omnes & qvascunqve sententias, sive interlocutoriæ sive definitivæ illæ sint, unicam tantum Leuterationem, qvæ tamen utriqve parti non minus atqve appellatio communis sit tàm actori qvam Reo, in omnibus ditionibus & judiciis nostris, ne qvidem Curialibus seu Provincialibus exceptis, concedi, secundam verò, seu ut vulgò appellatur, Ober-leuterationem omninò nullam recipi volumus, præterqvam in iis casibus, in qvibus usus aulæ nostræ eas hactenus admisit, qviqve in Ordinatione Provinciali nostra sunt expressi, in cæteris, vigorem suum Ordinationibus judiciorum Curialium obtinentibus. Unusqvisqve autem Leuterationis beneficio uti volens, intra terminum Saxonicum sex septimanarum & trium dierum à judice, qvi sententiam dixit, citationem petat ad prosecutionem Leuterationis, qvod ni fecerit, pro deserta illa habebitur, & vires rei judicatæ sententia consequetur. Qvemlibet vero etiam judicem ut plurimum intra tres menses à petita citatione terminum prosequendæ leuterationi præfigere, & tùm qvam primùm acta causæ ad decidendum transmittere, & sententiam publicare volumus. In prosecutione autem omnium & qvarumcunqve Leuterationum, contra qvascunqve sententias interpositæ illæ sint, non aliter qvam vivâ voce, ternis dictando vicibus repetitis, concludi & procedi jubemus. Tandem qvemadmodum ob Leuterationem frivolè interpositam in expensas retardati processus Leuterantem condemnari præcipimus;

dieſelbe freventlich eingewandt/die expens retardati proceſſus erkannt; So aber die Leuterung ehelich befunden/ und das vorige Urtheil etwas erkläret/der Leuterant mit der condemnation expenſarum verſchonet werden.

pimus: ita juſtas ejus interponendæ cauſas qvem habuiſſe, ſi judex cognoſcens priorem ſententiam aliqvatenùs declaraverit, eum ab expenſis excuſari æqvum eſt.

DEFINITIONES.

1. *Sicut appellationis, ita etiam Leuterationis beneficium in foro Saxonico habet effectum ſuſpenſivum, ita ut pendente eâ nihil liceat innovare.*
2. *Clauſula illa (Non deducta deducam, &c.) ex l. per hanc. 4. C. de tempor. appellat. etiam in Leuteratione locum habet.*
3. *Non admittitur Leuteratio à procuratore abſqve mandato.*
4. *Leuterari neqvit ſententia in Leuteratione lata.*
5. *Niſi per ſententiam Leuterationis novum inferatur gravamen.*
6. *Leuteratio abſq; mandato interpoſita, poſt decendium non ratificari poteſt à Domino Principali.*
7. *Leuteratio utriq; parti communis eſt, nec præjudicare poteſt Leuterato Leuterans, ſi poſt emiſſam citationem Leuterationi renunciare velit.*
8. *At citatione nondum emiſſa, Leuterans ſuâ renunciatione præjudicat Leuterato, niſi hic intra decendium Leuterationi expreſſe adhæſerit.*
9. *Leuteratio à certo ſententiæ articulo interpoſita, non eſt communis alteri collitigatori qvoad reliqva capita, ſi non hic intra decendium adhæſerit Leuterationi.*
10. *Generaliter tamen interpoſita Leuteratio, qvantumvis deinceps Leuterans certum impugnaverit caput ſententiæ, Leuterato etiam in aliis capitibus eſt communis.*
11. *Tertio cuidam Leuteratio partium litigantium tùm demum eſt communis, ſi huic intra decendium expreſſè adhæſerit.*
12. *Sententia ſuſpenſa per Leuterationem poteſt mutari in deterius contra Leuterantem, etiam parte adversâ non petente.*
13. *Tempus decendii in Leuteratione æqvè ac in appellatione à momento publicatæ ſententiæ in momentum currit.*
14. *Decendium ad Leuterandum non currit ignoranti haud citato ad publicationem ſententiæ.*
15. *Non currit decendium ei, qvi juſtâ ex causâ impeditus fuit Leuterationem interponere.*
16. *Non ſufficit Leuterationi petitionem citationis inferi, ſed deinceps intra ſpacium ſex ſeptimanarum & trium dierum citatio ad proſecutionem impetrari debet.*
17. *Sufficit tamen ultimo etiam die atq; momento hanc ſex ſeptimanarum & trium dierum citationem ad Leuterationis proſecutionem impetrari.*
18. *Sententiâ licet ſuper alio proſecutionis termino præfigendo latâ, nihilominus intra ſex ſeptimanas & tres dies Leuterans denuò citationem impetrare tenetur.*
19. *Non deſerit Leuterationem, qvi causâ qvâdam rationabili impeditus intra ſex ſeptimanas & tres dies citationem impetrare neqvivit.*
20. *Non præjudicatur Leuteranti ex eo, qvod judex terminum proſecutionis poſuerit ultra tres menſes.*
21. *In proſecutione Leuterationis, ab interlocutoriâ interpoſitæ, duabus ſaltem alternis poſitionibus ad ſententiam eſt concludendum.*
22. *Proteſtatio tùm demum vim Leuterationis habet, qvando ſententia verbis expreſſis ſuſpenditur à viribus rei judicatæ.*
23. *In foro Saxonico à qvalibet ſententia, ſive ſit definitiva, ſive interlocutoria, etiam poſt tres conformes ſententias leuterare licet.*
24. *A ſententia in ſummariſſimo poſſeſſorio lata non licet appellare vel leuterare.*
25. *In proceſſu criminali inqviſitorio nec appellare nec leuterare licet in foro Saxonico.*
26. *Loco tamen appellationis vel leuterationis in proceſſu inqviſitorio admittitur defenſio inqviſiti.*
27. *Nec conſangvinei in proceſſu inqviſitorio ſententiâ contra conſangvineũ latam leuterare valent, licet ejo defenſionem deducere non prohibeantur.*
28. *Admittitur tamen Leuteratio in proceſſu etiam inqviſitorio, ſi de levi agitur crimine, qvod pœnâ haud corporis afflictivâ coërcetur.*
29. *Rejici poteſt Leuteratio abſq; ſufficienti gravamine interpoſita.*
30. *Temerè Leuterans in expenſas retardati proceſſus condemnatur.*
31. *Contrà Leuteratum contumacem non proceditur ad legitima impedimenta, & amiſſionem cauſæ, ſed jungitur ei primâ vice ſimul reſponſio ad proſecutionem Leuterationis, qvandoq; etiam refuſio expenſarum.*
32. *Si Leuteratus in contumaciâ perſeveret ſuper gravaminibus per Leuterantem deductis, judex ex actis primæ inſtantiæ informatus cognoſcit.*
33. *Leuterante in termino contumaciter emanente Leuteratio pro deſertâ habetur.*
34. *Qvandoq; tamen juſtâ causâ apparente alius terminus ad proſecutionem Leuterationis præfigitur.*

DEFINIT. I.

Sicut appellationis, ita etiam Leuterationis beneficium in foro Saxonico habet effectum ſuſpenſivum, ita ut pendente ea nihil liceat innovare.

1 ERrant omninò, qvi Leuterationis beneficium ex jure civili vel Saxonico ſcripto originem traxiſſe autumant: Non enim petitio declara-
2 tionis ſententiæ, † qvæ in jure communi fundata eſt, *l. ab exeçutore. 4. §. ſed ab eo. 1. ff. de appellat.* alium
3 gignit effectum, qvàm ut verbum obſcurum in ſententia declaretur, † non etiam ut effectus ſententiæ ſuſpendatur, Joh. Schneidevv. *in §. curare. 32. num. 37. inſt. de action.* Matth. Col. *part. 1. deciſ. 138. n. 1.* † Nec qvod de increpatione & reprobatione
4 ſententiæ, von Urtheil ſtraffen oder ſchelten / diſpoſitum reperitur in jure Saxonico, Landr. *lib. 2. art. 12.* Weichbild. *art. 74.* ad beneficium leuterationis trahendum eſt, cum increpatio illa & reprobatio nil aliud ſit qvam ipſa appellatio, *dict. art. 74.* Weichbild. Gloſſ. *n. 3.* Dan. Moller. *hic n. 1.*

† Tan-

5 † Tantum nimirum abest, leuterationem, qvæ omninò effectum suspensivum habet, & à beneficio appellationis devolutivo differt, principium suum ex jure civili vel Saxonico scripto petere;
6 † Adeoqꝫ solâ consvetudine & moribus potius qvàm jure leuterationis beneficium invaluisse, docet rectissimè post Dan. Moller. *hîc n.2.* Frider. Pruckman. *vol.1.consil.33. n.5.* Matth. Col. *dict. decis.38.n.3.* Christ. Zobel. *part.1.differ.40.n.1. & differ.41. n.1.* Schneidew. *dict. §. curare.32. n.35. inst. de action.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig lib.2.*
7 *cap.13. n.33.* † Nihilominus Leuteratio cum appellatione ex jure civili petita rectissimè comparatur, & omnia ferè jura, qvæ de appellationibus loqvuntur, etiam in Leuteratione Saxonicâ locum habent, *b.* Const. *19. in pr. vers.* welchen auch nicht weniger/*ubi* Moll *n.24.* Jac. Schult. *in addit. ad Modest. Pist. part.1.qv.22.n.11.*
8 Zobel. *dict. diff.40. n.15.* Andr. Rauchb. *part.1. qv.12. n.17.* † Ex qvo fit, qvod sicut pendente appellatione, ita etiam pendente Leuteratione nil qvicqvam innovari debeat, *tot. tit. ff. nihil innov. appellat. interpos.* Sci-
9 licet, † qvia utriusqve effectus est suspensivus, ne sententia transeat in rem judicatam, Pruckm. *dict. consil.33. num.26. & seqq.* Coler. *dict. loc.* Modest. Pistor *part.1. qv.22. num.6. & seqq.* Schneidew. *dict. loc.37.*

Ita Domini in causa Michael Walthers contra George Walthern zu Saltze/ Mens. Jul. A. 1617. (Verba sent. Daß Kläger vor allen Dingen das am dreyßigsten Jun. nechst-verschienen auf der streitigen Wiesen von ihme selbsten abgehauene und hinweg geführte Graß Beklagtem vollständig zu restituiren pflichtig; Würde nun beydes Kläger und Beklagter / Vermöge der den 11. Martii jüngsthin ausgegangenen Citation, mit ihrer rechtlichen Nothdurfft vollend gegen einander verfahren/ So ergienge alsdenn auf die eingewandte Leuterung und in dieser Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

Definit. II.

Clausula illa (Non deducta deducam) ex l. per hanc. 4. C. de tempor. & repar. appell. etiam in Leuteratione locum habet.

1 COnvenit ergò Leuteratio cum appellatione in eo, qvod utraqꝫ habeat effectum suspensi-
2 vum, Def. *prac.* † Sed differunt vicissim hæc duo beneficia, qvod non ut appellatio, ita etiam Leuteratio sit remedium devolutivum, qvia coram eodem judice interponitur, Dan. Moll. *hîc n.34.* Correctio tamen & declaratio pariter utriqꝫ com-
3 munis est. † Nam sicut in appellatione, ita qvoqꝫ in Leuteratione petitur in effectu, non tantum verba sententiæ obscura declarari, sed etiam corrigi, emendari & aliqvando in totum mutari sententiam, Joh. Schneidevv. *ad §. curare. 32. inst. de*
4 *act. n.37.* Qvod nemini mirum videbitur, † cum haud rarò ab initio multa omittantur, qvæ postea in Leuteratione de novo deducta, judicem mo-
5 veant, sententiam mutare & corrigere; † ita enim in Leuteratione non minùs qvàm in appellatione clausula illa (*Non deducta deducam, non probata probabo, ex l. per banc. 4. Codic. de temp. & repar. appell.*) locum sibi vendicat in veriori sententia, Johann. Schneidevvin. *in dict. §. Curare. num.37. in fin.* Dan. Moll. *hîc num.35.* & Frider. Pruckman.
6 *vol.1. consil.33. num.30.* † qvam & stylus in Leuterationibus probat (nunmehr aus den Acten so viel zu befinden.) Nempe, qvando in actis leuterationis ea deducta fuêre, qvæ in prioribus vel prorsus omissa, vel saltem non ita perspicuè, ut oportuit, deducta fuerint; † Qvamvis formulam 7
illam alii referant ad accuratiorem & meliorem judicis informationem, cum Matth. Wes. *in parat. ff. de re jud. n.10. Vid.* Mod. *dict. n.25.*

Ita Domini in causa Andreæ Wirckers Wittiben contra Erhard Wirckers Gläubigere/ad Reqvisitionem Hiob à Milckau/Mens. Jan. A. 1616. (Verba sent. Daß nunmehr von der Wirckerischen Wittiben in der Leuterungs-Prosecution so viel ausgeführet / daß sie in der vierdten Claß der 175. fl. gleich der vorigen Post zu befriedigen/ V. R. W.)

It. in causa Hansen Hammers contra Georgium Runholtzen zu Leipzig/ Mens. Jul. Ann. 1630. (Verba sent. Nunmehr aus den acten so viel zu befinden / daß Kläger an deme ihme nachgelassenen Beweiß sich versäumet / und damit ferner nicht zugelassen wird / V. R. W.)

It. in causa Jobst Glimmers contra Jacobum Heintzen zu Leipzig/ Mens. Mart. A. 1631. (Verba sent. Nunmehr aus den acten so viel zu befinden / daß Beklagter mit recognition des producirten Schreibens billich verschonet wird/ V. R. W.)

It. in causa Hansen Rudolphs contra Daniel Klotzens Erben zu Leipzig/ Mens. Dec. A. 1625. (Verb. sent. Nunmehr aus den acten so viel zu befinden / daß Kläger mit seiner Klage/ehe und zuvor er sich von Beklagten wircklichen entbrochen/nicht zuläßlichen/ V. R. W.)

Et in causa Melchior Werners contra dessen Gläubiger zu Leipzig/Mens. April. A. 1626 (Verba sent. Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet bey unserm jüngst-gesprochenen Urtheil nochmahls verbleibet/ iedoch mit dieser Erklärung/ daß Beklagter von der verbesserten Klage auf künfftigen termin sich darnach zu achten / und seine Nothdurfft darauf zu bedencken/ neben der citation eine Copeyen billich zugeschicket wird/ V. R. W.)

Definit. III.

Non admittitur Leuteratio à procuratore absq; mandato.

1 LEuterare possunt omnes, qvi in sententia sunt gravati, non tantùm Domini principales, sed
2 etiam procuratores, † qvia & hisce appellare licet, *l. invitus. 17. C. de procurat. l. Si procuratorem. 8. §. qvod & ad actionem. 8. ff. mandat. l. 18. ff. de appell. l. si procurator. 2. ff. an per alium causæ appell. l. dominus. 9. l. seq. C. de appell.* Hart. Hartm. *lib.2. observ. tit.19. observ.3. n.2. & seqq.* Andr. Gail. *lib.1. observ. 139. n.1. & seqq.* Mynsing. *cent.2. observ.2. num.4.*
3 Qvidni ergò etiam Leuterare, † cum leuteratio & appellatio iisdem ferè comprehendantur regulis juris, *supr.* defin *1.* Frider. Pruckm. *vol.1. consil.33. num.26.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part.1. qvæst.22. n.11.*
4 † Attamen non admittitur procurator exhibens leuterationem absq; mandato, qvamvis sufficiat mandatum generale sive
5 cum libera, † nec opus est ad hoc speciali mandato, *dict. l. invitus. 17. C. de procur. l. 8. §. 8. ff. mandat.* Andr. Gail. *dict. observ. 139. n.9.* Mynsing. & Hart. Hartm. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Hansen Rudolphs von Schleinitz contra Heinrichen von Haugwitz zu Grimme / M. Oct. An. 1616. (Verba sent. Daß Beklagtens ohne Mandat eingewandte Leuterung/ gestalten Sachen nach/ nicht zuläßlichen/ V. R. W.)

Et in causa Johann Büttners contra Jacob und Johann Verberten zu Leipzig/ Mens. Maj. A. 1628. (Verba sent. Daß die von Johann Büttners ausgegebenen Anwalden eingewandte Leuterung aus Mangelung eines richtigen Mandats nicht zuläßlich/ und ist derselbe wider Beklagte die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig / V. R. W.)

Definit. IV.

Leuterari neqvit sententia in Leuteratione lata.

1 PEr leuterationes nimiùm protelari lites, arbi-
tratur post *Auctor.* discurs vom Justitienwerck.
pag.33.& 116. Vent. de Valent. *in parthen. litigios.*
2 *lib.2.cap.13.n.33.* Qvod qvidem concesserim, † si
libera cuiqve litigatori pateat facultas leuteran-
di, qvæ tamen certis legibus circumscripta est ab
Electore Saxoniæ Illustrissimo, *hâc* Const. *19.* &
Ord.proceff.judic. *tit.35.* Voluit enim Serenissi-
mus Constituens præcidere litigia & occurrere
3 malitiæ litigantium: † In qvem finem non nisi
unicam leuterationem admittit, nec litigatori-
bus indulget, si sententiam in Leuteratione la-
tam leuterare velint, *h.* Constit. *19. in pr. verf.* Nur
4 eine Leuterung verstattet werden solle. † Qvo ipso
tamen Ober-vel superleuterationibus non indif-
ferenter præjudicatur, qvippe qvæ in aulis Saxo-
nicis etiamnum hodiè admittuntur, non qvidem
in omnibus causis, sed solùm in sententiis defini-
tivis, in iisq́, qvæ non per viam appellationis
5 eò devolutæ sunt, † sed qvæ statim in prima in-
stantia ibi cœptæ, vel per Commissarios Electoris
eò sunt delatæ, *hâc* Constit. *18. in pr. v.* Allein wol-
len wir dieselbige. Ord. proceff. judic. *dict. tit.35.*
§. dieweil aber sonderlich. *verf.* und die Ober-Leu-
terungen. Ord. jud. appellat. Christiani II. Elect.
Saxon. *sub tit.* Von der *supplication* und *Revision*,
post pr. verf. auch wenn die Sachen / Dan. Moll.
hîc num.26. Petr. Heig. *part.1.q.10.n.54.& seq.* Joh.
Zanger. *in tract. de except. part.2. cap.1. num.443.*
6 † Planè, etiam in Episcopatibus Electoral. bene-
ficium Leuterationis usu fuisse receptum, testa-
tur observantia.

Ita Domini in causa M. Johannis Gebhards contra M. Cunradum Beyern zu Leipzig/Mense Novembr. Anno 1629. (Verb. sentent. Daß die Leuterung nicht zulässlichen / und ist Beklagter unserm vorigen Urtheil bey endlicher Straff ungeacht Ampts-Folge zu leisten schuldig/wo solches künfftig von ihme nicht geschicht/ soll alsdenn wegen seines Ungehorsams / auf die übergebene Liqvidation erkannt werden/ was recht ist/ V.R.W.)

Definit. V.

Nisi per sententiam Leuterationis novum inferatur gravamen.

1 ETsi in judiciis inferioribus unica saltem ad-
2 mittatur leuteratio, Def. *præc.* † per id tamen
parti adversæ non præjudicatur, qvò minus sen-
tentiam in Leuteratione latam, qvâ se gravatam
animadvertit, denuò leuterare qveat, cum litiga-
tori cuivis una permittatur leuteratio, *hâc* Const.
3 *19. in pr.* † Sicuti & eo in casu, qvo novum grava-
men per sententiam Leuterationis leuteranti in-
fertur, vel novum capitulum annectitur, aut ali-
qvid, qvod in Leuteratione jam primum est de-
ductum atq́ petitum, in sententia omittitur, Leu-
4 teratio denuò permissa est; † dummodò in Leu-
teratione novum illud gravamen, propter qvod
interponitur Leuteratio, in specie exprimatur,
disponente sic Electore Sax. *in dict. tit. 25. in pr.*
verf. es würde dann in dem Leuterungs-Urtheil/
5 &c. † Voluit siqvidem Constituens Illustrissimus
præcidendo Leuterationes, malitiæ litigantium
occurrere, qvæ certè præsumenda non est, ubi de
novo per sententiam litigantes gravantur.

Ita Dominii in causa Jacobi & Friderici der Baudissen contra Hansen Ludolffen und Dieterich Nacken zu Leipzig/ Mense Septembr. Anno 1626. (Verba sentent. Daß Beklagter auf anderweit vorgehende gebührende Ladung bey Straff Ungehorsams zu erscheinen / und auf Klägers prosequirte Leuterung mit ihrer rechtlichen Nothdurfft sich einzulassen/ und gebührlichen zu verfahren schuldig/ V.R.W.)

Definit. VI.

Leuteratio absq́ mandato interposita, post decendium non ratificari potest à Domino Principali.

QVod dixi, Leuterationem absq́ mandato in- 1
terpositam non valere, def.3. † id notabilem 2
patitur limitationẽ, si Dominus Principalis illam
leuterationem ratihabuerit, nempe, † qvod rati- 3
habitio hâc in parte, ut & in cæteris ferè omnibus,
comparetur mandato, *l.vero Procuratori.12.§.ult.*
ff.de solut. l.si pupilli.6 §.item qværitur.9.ff.de negot.
gest. l.licet.56.ff.de jud. l.1.§.sed & si qvod.14.ff.de vi
& vi armat. l.7. in fin. C. qvod cum eo. l.ult. C. ad SCtũ
Macedon. Ant. Fab. *in C. lib.2. tit.6. def.10. n.4.* † Sed 4
hoc ita, si intra decendium à tempore publicatio-
nis re adhuc integrâ, & anteqvam sententia in
rem judicatam transierit, ratihabitio subseqvatur;
† Cæteroqvin sera & inutilis erit, *l.pen. ff. rat. rem* 5
haberi. l. cum filiofamilias. 5. in fin. pr. ff. qvis Ord.
in Possess. serv. Reinhard. Rosa *ad* Dan. Moll. *hîc.*
num.13. Nam qvod vulgò dici solet, † ratihabitio- 6
nem reducere negotium ad illud tempus, qvo
contractum fuit, *dict. l.6. §. item qværitur. 9. ff. de*
negot. gest. l. donationes. 25. ad fin. C. de donat. int.
vir. & uxor. locum non habet re amplius non in-
tegrâ, Andr. Tiraqvel. *de retract. in verb. intra.*
§.1. Gloss. *10. num.85.* Osac. *decis.119. num.23.& seq.*
† Nec enim valere potest ratihabitio in præjudi- 7
cium adversæ partis, cui post decendium per sen-
tentiam jam fuit jus qvæsitum, † ne scil. in alicu- 8
jus potestate sit, alterius tertii jus lædere, qvod
nunqvam ferendum est, *l.1.§.ult. l.qui balneum.9.*
§.1. verf. si modo. l. potior 11. in pr. ff. qui potior in
pign. Ant. Fab. *in C. lib.4. tit.20. def.1. n.4.*

Ita Domini in causa Hæredum Günther von Barthensleben contra die Schulenburgische Erben/ ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mense April. A. 1603. (Verba sent. Daß M. Friedrich Dittels/ als angegebenen substituirten Barthenslebischen Anwaldens/ ohne mandat eingewandte Leuterung nicht zulässlich / und demnach Schulenburgischer Anwald auf des von den Barthenslebischen hernach constituirten Anwalden Leuterungs-Prosecution, ob gleich derselbige nunmehr seine Person gnugsam legitimiret hat/ sich einzulassen nicht schuldig/ V.R.W.)

Definit. VII.

Leuteratio utriq́ parti communis est, nec præjudicare potest Leuterato Leuterans, si post emissam citationem Leuterationi renunciare velit.

CErti juris est, qvod sicut Appellatio, ita qvo- 1
qve Leuteratio ab uno interposita utriqve
litigatori sit communis & utraq́ pars, etiamsi al-
tera non leuteraverit, in prosecutione sua grava-
mina deducere, & si forte condemnationẽ expen-
sarũ in priori deductione omiserit, in Leuteratio-
ne hâc petere valeat, *h. C.19. in pr. v.* welche auch
nicht weniger als die *appellationen* beyden Thei-
len gemein seyn sollen / Ord. proc. jud. El. Sax. *tit.*
35. §.

35. §. da auch ein Urtheil / *verſ.* und darneben ob
3 gleich die Leuterung. † Qvod verum eſt, etiamſi leu-
teratus intra decendium expreſſis verbis non ad-
hæſerit leuterationi interpoſitæ, propter generali-
4 tatem verborum in *dict. textibus.* † Non enim res
eadem duplici & qvidem diverſo jure cenſeri de-
bet, *l. eum, qui ades. 23. ff. de Uſucap. c. cognovimus. 29.*
in fin. cauſ. 12. qveſt. 2. c. cum in tua. 30. extr. de decim.
Dan. Moll. *hic num. 20. & lib. 4. Semeſtr. 35.* Mo-
deſt. Piſtor. *part. 1. qveſt. 22. num. 3. & ſeq. & in*
addit. ibid. Jacob. Schult. *num. 8. & ſeqq.* Andr.
Rauchb. *part. 1. qveſt. 12. n. 2.* Frider. Pruckm. *vol.*
1. conſil. 33. num. 33. & ſeq. Matth. Col. *part. 1. deciſ.*
138. num. 5. & ſeq. Dom. Arumæus *part. 1. deciſ. 2.*
num. 8.

Ita Domini in cauſa Adam Puchels zu Torgau/
Menſ. Decembr. Anno 1635.

5 † Qvid autem ſi leuterans renunciaverit ſuæ leute-
rationi, an per id præjudicabitur leuterato, qvò mi-
nus hoc beneficio uti qveat? Non certè valet leu-
terans poſt emiſſam citationem ad proſecutionem
leuterationis, renunciatione ſuâ nocere leuterato,
6 † atqve ideo poſt emiſſam citationem, leuteratus,
renunciatione leuterantis haud obſtante, leutera-
tione tanqvam communi beneficio uti & jura ſua
deducere non prohibetur, *dict.* Ord. proceſſ. judic.
tit. 25. §. nachdeme auch. *verſ.* Wann aber der
Leuterant. Etenim favori ſuo qvilibet renunciare
7 qvidem poteſt, † ſed non in tertii præjudicium,
l. 1. 2. & 3. ff. de liber. cauſ. Gloſſ. *in l. ſi qvis in conſcri-*
bendo. 29. verb. antiqvi. C. de pact. Bartol. *in l. hâc*
edictali 6. in fin. pr. C. de ſecund. nupt. Andr. Rauchb.
8 *dict. qveſt. 12. num. 3.* † qvia jus qvæſitum absqve fa-
cto noſtro nobis auferri non poteſt, *l. id qvod no-*
ſtrum 11. ff. de Reg. Jur.

Ita Domini in cauſa Caſpari & Hanſen Schenckens contra Hanſen Crollen zu Uffhoffen/ Menſ. Oct. An. 1624. (Verba ſent. Daß Hans Croll auf die von Caſparo und Hanſen Schencken eingebrachte Leuterungs-Proſecution, ſeines Vorwendens ungeachtet/ ſich nochmahls einzulaſſen/ und gebührlichen zu verfahren/ auch demſelbigen/ weil er ſolches itzo nicht gethan / die Unkoſten des Termins auf vorgehende Liqvidation und Richterliche Ermäßigung zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. VIII.

At, citatione nondum emiſſâ, Leuterans ſua renunciatione præjudicat Leuterato, niſi hic intra decendium Leuterationi expreſſe adhæſerit.

1 SEd hoc ita, ſi Leuterans poſt emiſſam demùm ci-
2 tationem leuterationi renunciaverit: † Cæteroqvin, ſi citatione nondum emiſsâ hoc fecerit, qvin
parti adverſæ per id præjudicetur, dubium vix eſſe
3 poteſt, qvia leuteratus † ita demum leuteratione,
velut communi beneficio utitur, ſi ad proſecutio-
nem Leuterationis citatio emiſſa fuerit, ad exem-
plum Appellationis, *l. per hanc 4. verb. in exercen-*
dis conſultationibus. C. de tempor. & repar. appellat.
4 † Qvod & ſatis innuunt verba conditionalia in Or-
din. Proceſſ. judic. *tit. 35. §.* nachdeme auch / *verſ.*
wann aber der Leuterant oder ſein Gegentheil all-
bereit *citation* ausbracht hätte / &c. Andr. Rauchb.
part. 1. qveſt. 12. num. 5. & ſeqq. Dan. Moller. *lib. 4.*
ſemeſtr. 35. Matth. Col. *part. 1. deciſ. 138. num. 8.*
5 † Qvare & Appellationem interpoſitam omittere
appellator poteſt, etiam contradicente parte adver-
ſâ, introductam non æqvè, *l. ſi qvis libellos 28. C. de*
appellat. c. ei qvi appellat. 41. §. ſi qvis libellos cauſ. 2.
qvæſt. 6. Felin. *in c. prudentiam. 2. num. 1. extr. de*
mut. petit. † Ex qvo rectiſſime infertur ad Leu- 6
terationem, qvæ haud abſimilis eſt appellationi,
gloſſ. *in* Lehnrecht / *art. 70. in pr. Supr.* Defin. 1.
Andr. Rauchb. *dict. qvæſt. 12. num. 6. & num. 8.*
† Habet nihilominus remedium leuterationis, qvo 7
ſibi hoc caſu proſpicere qveat, nempe leuterationi
ante decendium à tempore publicatæ ſententiæ ex-
preſsè adhærendo; Qvod ſi fecerit, à tempore ſta-
tim adhæſionis jus conſeqvitur, non minus ac ſi i-
pſemet Leuterationem debito tempore interpoſu-
iſſet, Bald. *in Auth. bodiè C. de appellat. num. 6.* Andr.
Gail. *lib. 1. obſerv. 122. num. 2.* † cui juri leuterans ſuo 8
facto & renunciatione neutiqvam poteſt præjudi-
care, *l. 1. §. ult. l. qvi balneum. 9. §. 1. verſ. ſi modo l. po-*
tior. 11. in pr. ff. qvi pot. in pignor.

Ita Domini in cauſa Hanſen Georgen von Bernſtein contra die Gemeinde zu Sebbier / ventilatâ in Præfectura Dresdenſi, Menſ. Julio, Anno 1600. (Verba ſent. Dieweil Leuterant ſeine Leuterung vor ausgegangener Citation wieder fallen laſſen/ und Beklagte innerhalb zehen Tage nach Eröffnung voriges Urtheils ſich nicht erkläret/ daß ſie itzo berührter Leuterung anhängig ſeyn/ und derſelben ſich auch gebrauchen wolten/ uñ alſo das jüngſt-eröffnete Urtheil in ſeine Krafft haben ergehen laſſen / So mögen ſie auch nunmehr mit ihrem Suchen nicht zugelaſſen werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Leuteratio à certo ſententiæ articulo interpoſita, non eſt communis alteri collitigatori qvoad reliqva ſententiæ capita. ſi non hic intra decendium adhæſerit Leuterationi.

ETſi leuteratio ab unâ parte interpoſita, utriqve 1
parti tàm leuteranti, qvàm leuterato poſt emiſ-
ſam citationem ſit communis, ut dixi Defin. 7. &
8. Aliter tamen hoc intellectum non velim, † qvàm 2
qvoad articulum illum ſententiæ, à qvo leuteratio
fuit interpoſita, cum Frider. Pruckm. *vol. 1. conſil.*
33. num. 35. & Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Pi-
ſtor. *part. 1. qveſt. 22. num. 12.* † Nam ſi diverſa 3
ſint planeqve ſeparata Sententiæ capita; leutera-
tio qvoad unum ſaltem caput interpoſita, nil juvat
leuteratum in reliqvis capitibus, qvibus ſe forſan
gravatum exiſtimat, Andr. Rauchb. *part. 1. qveſt. 12.*
num. 13. Reinh. Roſa *ad* Daniel. Moller. *hic n. 20.*
Jac. Schult. *dict. loc. num. 20.* Matth. Coler. *part.*
1. deciſ. 138. num. ult. Chriſt. Zobel. *part. 1. differ.*
40. num. 4. & 11. & differ. 41. num. 3. † *Tùm* per 4
textum expreſſum in Ordin. proceſſ. jud. Elect.
Sax. *tit. 35. §.* Da auch ein Urtheil / *verſ.* und darum
ob gleich. *Tùm* qvia hoc juris eſt in appellatione,
† qvâ factâ à certis qvibusdam capitibus, qvoad 5
reliqva, à qvibus provocatum non eſt, ſententia
in rem judicatam tranſire dicitur, tàm appellatori
qvàm adverſæ parti, Gloſſ. *in l. ampliorem. 39. in*
verbo judicatis & ibi Salycet. *num. 3. C. de appellat.*
Felin. *in c. cum Joannes. 10. num. 20. & 21. extr. de*
fide inſtrum. & in cap. prudentiam. 2. num. 1. extr.
de mutuis petit. † At valet argumentatio ab Ap- 6
pellatione ad Leuterationem, *b.* Conſt. *19. in pr.*
Supr. Defin. *1.* † *Tùm*, qvod tot videantur eſſe ſen- 7
tentiæ, Felin. *in c. cum inter. 13. num. 7. extr. de ſent.*
& re judic. Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 110. num. 2.*

Fulv.Pacian. *de probat. lib. 1. c. 26. num. 39. & 40.*
8 †Ergo leuteratione ab uno interpositâ, cætera capita rei judicatæ auctoritati relicta censentur, *arg. l. etiamsi patre 29. §. ex causa. 1. ff. de minor. l. circa. 24. ff. de inoff. testam.* Ord. proceſſ. judic. *tit. 25. §.* Da auch ein Urtheil. *in pr.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 1. qvæſt. 22. num. 12.* Chriſt.
9 Zobel. *part. 1. differ. 14. num. 3.* † Cæterum, ſi leuteratus leuterationi ab alio interpositæ ſe adhærere velle, intra decendium ſe declaraverit, tùm etiam in aliis capitulis ſua jura, perinde ac ſi ipſimet ab initio debito tempore leuterâſſet, deducere valet, juxta tradita Defin. *præced.* Specul. *lib. 2. part. 3. tit. de appellat. §. 1. num. 7.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 122. num. 2.*

Ita Domini in cauſa Adam Priels zu Torgau/ Menſ. Dec. Anno 1635. (Verba ſent. Ob nun wohl in der Churfürſtl. Sächſiſch. Gerichts-Ordnung ausdrücklichen verſehen/ daß wann ein Urtheil mehr denn einen Punct in ſich hält/ und die Leuterung allein von einem Theil/ und nur über einen gewiſſen Articul eingewendet wird / dieſelbe weiter nicht/ als nur allein in dem Punct/ deßhalben geleutert/ beyden Theilen gemein ſeyn ſolle; Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall Beklagter / daß er der Leuterung iedoch in einem andern Punct zu adhæriren vermeynet/ durch ein abſonderlich Schreiben intra decendium ſich erkläret/ ꝛc. So iſt dadurch das Urtheil auch im ſelbigen Punct auf Beklagtens Seiten à viribus rei judicatæ ſuſpendiret worden/ ꝛc.)
Et in cauſa Syndicen der Stadt-Gerichte zu Naumburg & Conſort. contra Salomon Würffpfenningen zu Zeiß / Menſ. Mart. Anno 1632. (Verba ſent. Daß Kläger auff die vom Beklagten eingewandte und proſeqvirte Leuterung/ ſeines darwider gethanen Vorwendens ungeachtet/ nach Gelegenheit dißfalls ſich einzulaſſen/ und gebührlichen zu verfahren ſchuldig/ und iſt mit Beklagtens Hanſen Pelſens Adhæſion, darzu er ſich ietzo in Termino allererſt anerboten/ nicht zuläßlichen/ V.R.W.)

Definit. X.

Generaliter tamen interpoſita Leuteratio, qvantumvis deinceps Leuterans certum impugnaverit caput ſententiæ, Leuterato etiam in aliis capitibus eſt communis.

1 NOlo tamen id aliter accipi, qvam ſi capitula diverſa ſint ac ſeparata, ubi qvorundam leuteratio non habet effectum ſuſpenſivum qvoad reli-
2 qva: † Secus vero in articulis connexis, conjunctis, vel inter ſe cohærentibus, qvæ ſcilicet ex continentia factorum ſeparationem non recipiunt, *l. etiamſi patre 29. §. ex cauſa 1. ff. de min. l. ſi qvi ſeparatim. 10. §. ult. ff. de appell. tot. tit. C. ſi un. ex plurib.* Andr.
3 Rauchb. *part. 1. qvæſt. 12. num. 15.* † Qvin &, ſi verbis generalibus à ſententia interponatur leuteratio, ea in omnibus ſententiæ capitibus tam connexis, qvam ſeparatis, leuterato qvoqve erit communis, etiamſi leuterans deinceps Leuterationem in certis qvibusdam duntaxat capitulis proſecutus fuerit & gravamina deduxerit, Ord. proceſſ. jud. Elect. Sax. *tit. 35.* Da auch ein Urtheil. *verſ.* Es wäre denn
4 die Leuterung. † Nam generalis ejusmodi appellatio proficit qvoqve appellato in omnibus ſententiæ capitibus, etiamſi poſtea appellator in juſtificatione appellationis non omnia, ſed nonnulla duntaxat ſententiæ capita impugnaverit, Felin. *in c. cum Johannes num. 18. extr. de fide inſtrum.* Rauchb. *dict. qvæſt. 12. num. 16.* † Qvidni ergò idem 5
etiam obtineret in leuteratione, qvæ cum appellatione pari jure gaudet, *ſupr.* Defin. *1.* Rauchb. *dict. loc. num. 17.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Ernſts aus dem Winckel/ und deſſelben Creditoren, ventilatâ in Præfectura Bitterfeldenſi, Menſ. Jun. Anno 1633.
Et in cauſa Johann Bohnens contra D. Conrad Müllern/ Menſ. Aug. Anno 1620.

Definit. XI.

Tertio cuidam Leuteratio partium litigantium tùm demum eſt communis, ſi huic intra decendium expreſſè adhæſerit.

COmmunis eſt leuteratio ab uno facta utriqve 1
litiganti, *b.* Conſt. *19. in pr. Supr.* defin. 7. Sed non tertio: † *Tùm,* qvia actus agentium non ope-2
rantur in aliis ultra eorum intentionem, *l. non omnis. 19. in pr. ff. ſi cert. petat.* Dec. *in l. 1. num. 38. verſ. ſed illa Regula negativa. ff. de offic. ejus cui* Andr. Gail. *in tract. de arreſt. Imper. c. 14. num. 3.* † *Tùm,* qvod nullibi id diſpositum reperiatur, nihil 3
autem absqve lege temerè eſt aſſeverandum, *l. diſſentientis. 5. C. de repud. Novell. 2. c. 3. c. is qvi in Eccl. 18. in fin. pr. extr. de ſentent. excomm. in 6to.* †Nec in practicâ habetur, qvod lege non cavetur, 4
Bald. *in c. nihil. 44. num. 25. verſ. item qvod in lege extr. de elect. & elect. poteſt.* Jaſon. *in l. illam. 19. n. 8. C. de collat.* †Nihilominus juvabitur tertius ratio- 5
ne ſui intereſſe leuteratione partium litigantium, ſi huic verbis expreſſis adhæſerit intra decendium à tempore ſententiæ publicatæ, † ſcilicet, qvia ad- 6
hæſio ejusmodi eſt inſtar peculiaris leuterationis, qvàm gravatus qvilibet intra decendium interponere valet; Bald. *in Auth. hodie C. de appellat. num. 6.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 122. num. 2. in fin.*

Ita Domini in cauſa Vollrath Rauchhäuptens contra Hanſen Ernſten aus m Winckel zu Bitterfeld / Menſ. Junio, Anno 1633. (Verba ſentent. Hanſen Otten Kölers und Heinrich von Schwartzholtzens Erben Erklärung aber/ daß ſie von des Rauchhäupts Leuterung adhæriren wollen/ weil dieſelbige binnen den zehen Tagen/ dem vorigen geſprochenen Urtheil nach/ nicht geſchehen: Wie auch die von Oßwald aus m Winckels Erben eingewandte Leuterung ſey nicht zuläßlichen/ V.R.W.)

Definit. XII.

Sententia ſuſpenſa per Leuterationem poteſt mutari in deterius contra Leuterantem, etiam parte adversâ non petente.

EXinde qvod dixi, leuterationem perinde atqve 1
appellationem eſſe beneficium utriqve parti commune, *b.* Conſt. *19. in pr. Supr.* defin. 7. † infe-2
rendum porrò eſt, contra leuterantem, duriorem ſententiam declaratoriam, qvam fuit ſententia prior, proferri poſſe, etiamſi adverſa pars leuterationem non interpoſuerit, cum Modeſt. Piſt. *part. 1. qvæſt. 22. &* Matth. Col. *part. 1. deciſ. 138. num. 5.* †Nempe, qvod ſuſpenſa per leuterationem ſenten- 3
tia ab una ſaltem parte, etiam alterius partis, qvin & judicis ipſius reſpectu, non tranſierit in rem judicatam, ut nil prohibeat, eam juſtâ ex ratione in commodum vel incommodum Leuterantis declarare aut corrigere; † Nec debet qvid imputari non 4
leute-

leuteranti, cum ex utriusqve leuteratione videatur aliqvo modo lædi honor judicis, *l. omnem bonorem 10. C. qvando provoc. non eſt neceſſe.* Matth. Col. *dict.* 4 *deciſ. 138. num. 7.* † Qvod ipſum tamen cum mica ſalis accipiendum eſt, ut ejus duntaxat articuli correctio, vel declaratio judici permiſſa cenſeatur, à qvo leuteratio fuit interpoſita, cum reſpectu reliqvorum capitulorum ſententia non fuerit ſuſpenſa 5 à viribus rei judicatæ: † Qvidni ergò horum no- 6 mine ſententia executioni mandari poſſet, † ſiqvidem res judicata paratam habet executionem, *l. minor annis. 40. in pr. ff. de minor. l. ſi cauſam. 2. C. de execut. rei judic.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. qvæſt. 22. num. 24.*

Ita Domini in cauſâ Creditorum Nicolai von Dulſen zu Leipzig/ Menſ. Oct. Anno 1627.

Et in cauſa Michael Schwabens Gläubiger contra M. Johannem Rhenium zu Leipzig/ Menſ. Nov. A. 1627.

Definit. XIII.

Tempus decendii in Leuteratione æqvè ac in appellatione à momento publicatæ ſententiæ in momentum currit.

1 EXpediti juris eſt, qvod Leuteratio æqve ac Appellatio intra decendium neceſſario ſit interponenda, Ord. proceſſ. jud. Elect. Sax. *tit. 35. in pr.* obtinuit enim hactenus conſvetudine in foro Saxo- 2 nico, † ut leuterationes non ſtatim altera die interponantur, ſed ſufficit, hoc fieri intra decendium, Chriſtoph. Zobel. *part. 1. differ. 41. num. 4.* Chil. König. *in proceſſ. cap. 104. num. 4.* Dan. Moller. *hic num. 6. & 24.* Modeſt. Piſtor. *part. 4. qvæſt. 151. in pr.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de re jud. num. 10.* 3 Frid. Pruckm. *vol. 1. conſil. 33. num. 13.* † Currere tamen incipit hoc decendium à momento ipſius horæ, in qvo ſententia fuit publicata, & finitur die 4 decimo eodem horæ illius momento; † ita ut decendio haud ſatisfactum videatur, qvando leuteratio horâ ſubſeqventi ejusdem diei interponitur, Andr. Rauchb. *part. 1. qvæſt. 3. num. 13.* Dan. Moll. *hic* 5 *num. 7.* Pruckm. *dict. conſil. 33. num. 15. & ſeqq.* † Qvia in appellatione decendium de momento in momentum currit, *c. qvod ad conſultationem 15. extr. de ſent. & re jud.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 139.* 6 *num. 5.* Jacob. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 95. num. 6.* † Ergo etiam in Leuteratione, ad qvam ab Appellatione rectè infertur, *Supr.* Defin. *1.*

Ita Domini in cauſa Georgii Schrots & Conſort. zu Kommitz/ Menſ. Jan. A. 1620. (Verba ſent. Iſt in unſern / euren Juncker Dieterich von Schleinitz/ ꝛc. mitgetheiltem Urtheil dieſes zu Recht erkandt worden / daß ihr als Caſpar Ziemichens Kinderer Vormunderer eurem Mündlein deßwegen / daß ihr Jacob Jehmichen dem Stief-Vater die An- und Tag-Zeit Gelder / ſo viel deroſelben gebühret gehabt / einnehmen / ſolches auch bey ihme ſtehen laſſen / Rede und Antwort zu geben / auch euch deßwegen mit eurem Mündlein abzufinden ſchuldig ſeyd / welches Urtheil am ꝛc. Dec. nechſt-abgewichenē 1619. Jahres publiciret und eröffnet worden. Ob ihr nun wohl darwider eine Leuterung eingewendet; Dieweil aber dennoch daſſelbe Vermöge der überſchickten Regiſtratur nicht binnen den 10. Tagen / ſondern etliche Stunden hernach geſchehen; Als iſt auch ſolche Leuterung nicht zuläßlichen / ꝛc.)

Definit. XIV.

Decendium ad Leuterandum non currit ignoranti haud citato ad publicationem ſententiæ.

DEcendium hoc in Leuteratione tàm ſtricte ob- 1 ſervari debet, ut nec à judice, nec à partibus, vel per compromiſſum prorogari qveat, Dan. Moll. *hic n. 7.* Modeſt. Piſtor. *part. 4. qvæſt. 152. num. 1. & ſeq.* Dom. Arum. *part. 1. deciſ. 3. num. 6.* † Qvo- 2 niam termino hic pro forma à lege eſt præſcriptus, qvi nunqvam omitti, nec judicantis & partium arbitrio immutari poteſt, *c. indultum. 17. de Reg. jur. in ſexto.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 140. num. 1.* † Qvin 3 & continuum eſt hoc tempus decendii ad leuterandum indultum, adeoq; etiam ignoranti currit, Matth. Col. *part. 2. deciſ. 291.* Dan. Moll. *hic num. 6.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 49. n. 20.* † Nec habet, 4 qvod conqveri aut ignorantiam prætendere poſſit, qvi ad publicationem ſententiæ citatus nec per ſe, nec per ſuum procuratorem comparuerit, † 5 cum mora & negligentia cuiqve ſua ſit nociva, *l. in condemnatione. 173. §. unicuiqve 2. ff. de reg. jur.* † imò 6 nec procuratoris negligentia, qvi intra decendium leuterare omiſit, dominum excuſat, licet ei detur regreſſus adverſus procuratorem, † niſi appa- 7 reat, ipſum non eſſe ſolvendo, qvo caſu propter negligentiam procuratoris, domino competit reſtitutio in integrum, ut probat Hartm. Piſt. *part. 1. qv. 36.* † Aliter res ſe habet, ſi nec procurator nec do- 8 minus ad publicationem ſententiæ citatus fuerit; Ecqvis enim tum negabit, à die ſcientiæ demùm abſenti decendium currere incipere? *Auth. hodie ubi Dd. C. de appellat.* Dan. Moll. *hic num. 10.*

Ita Domini in cauſa Erneſti Kippers Erben contra Chriſtophorum Herolden / ventilatá in Prætorio Lipſienſi, Menſe Febr. A. 1629. (Verba ſent. Daß die eingewandte Leuterung zuläßlich/ ꝛc.)

It. in cauſa Bernhardi Degen Kolbens contra Hanſen Hagen Kolben zu Voigtsberg/ Menſ. Sept. Anno 1631.

Definit. XV.

Non currit decendium ei, qvi juſtâ ex cauſâ impeditus fuit Leuterationem interponere.

QVod dixi, tempus decendii ad leuterandum eſ- 1 ſe continuum, Defin. *13.* † id limitandum vi- 2 detur in caſu, qvo qvis fuerit in gravamine ſucceſſivo, puta Carceratione, Dan. Moll. *hic num. 11.* † Nam 3 qvi in carcere eſt, ſingulis diebus de novo gravari dicitur, ſi injuſtè detineatur, juxta tradita Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 156.* † Qvare 4 ſemper carceratus dicitur eſſe intra hos decem dies, etiamſi ſint lapſi 30. anni, Moller. *hic n. 20.* † Pla- 5 nè, nec leuterare impedito currit decendium, putà ſi qvis propter incurſum hoſtium, carentiam advocati, peſtem, morbum ſonticum, &c. leuterationem interponere non potuerit, qvi certè poſt decendium adhuc eſt audiendus. † Juſtum ſiqvidem 6 impedimentum à mora aliqvem excuſat, Gloſſ. *in l. qvod te. 5. ff. ſi cert. petat. & ibid.* Jaſon. *num. 30.* † 7 Ergò etiam à pœnâ moræ, qvæ eſt amiſſio leuterationis, Defin. *præced.*

Ita Domini in causa Catharinæ Borckin zu Kemnitz/ Menſ. Maj. A. 1635. (Verba ſententiæ: Hat der Rath zu Franckenberg in vorgedachten Sachen euch einen widrige

Abschied ertheilet; Ob ihr nun wohl binnen zehen Tagen darwider keine Leuterung eingewendet/dieweil aber dennoch/eurem Anziehen nach/das Käyserliche Volck alsobald des andern Tages nach solchen publicirten Abschiede ins Gebirge/ und sonderlich bey euch zu Kemnitz feindlichen eingefallen/und dieselbe Stadt gantzer neun Wochen inne gehabt / hierüber die Strassen so unsicher gewesen/daß ihr von Kemnitz nacher Franckenberg nicht kommen/viel weniger eures Advocatens/weil er in dem Einfall tödtlich geschossen worden / und hart darnieder gelegen/auch der bey ihme verhandenen Acten mächtig seyn können/ über dieses der gantze Rath zu Franckenberg selbige Zeit über / des Feindes wegen ausgerissen / und an andere Oerter sich salviret, also / daß ihr binnen dem gesatzten Decendio zu Einwendung der Leuterung nicht gelangen können/ ꝛc. So ist die von euch nach dem Decendio, als der Feind die Stadt Kemnitz wieder qviriret, die Strassen sicher worden/und bemeldter Rath zu Franckenberg/als dieser Sachen Richter / wieder anzutreffen gewesen/eingewandte Leuterung zulässlichen/und ihr werdet mit der Prosecution wider berührten Abschied billich gehöret/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Non sufficit Leuterationi petitionem citationis inseri, sed deinceps intra spatium sex septimanarum & trium dierum citatio ad prosecutionem impetrari debet.

1 QVum forma Leuterationis inter alia qvoq; in eo consistat, ut Leuterans intra spacium sex septimanarum & trium dierum citationem ad prosecutionem Leuterationis ab eo judice, qvi sententiam tulit, impetret, Const. *19.* §. Ein ieglicher Leute-
2 rant/*ubi* Dan. Moll. *hic num. 3.* † hanc cautelam Advocati communiter usurpare solent, ut statim Leuterationi petitionem citationis, ad prosecutionem leuterationis apponant, Moll. *hic num. 5. in fin.* Frider. Pruckman. *vol. 1. consil. 33. num. 24.* Sed fru-
3 strà, † nisi actualiter citatio impetretur; Non enim habitâ ratione ejusmodi petitionis, denuò intra spacium prædictum sex septimanarum atqve trium dierum, citationem ad prosecutionem leuterationis impetrare, jubet Elector Serenissimus in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 35.* §. Nachdem auch. *vers.* So wollen wir.

Ita Domini in causa Christophori Walpurgens & Cons. contra Laurentium Könitzern zu Leipzig/Mens. Maj. A. 1624. (Verba sent. Daß die eingewandte Leuterung desert und erloschen/V.R.W.)

Item in causa Hansen Pörners Wittiben und Erben contra Lorentz Vuckern/Mens. Nov. Anno 1629. (Verba sententiæ: Daß die eingewandte Leuterung desert und erloschen/und Beklagte Klägern die Leuterungs-Expensen auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig / V. R.W.)

Definit. XVII.

Sufficit tamen ultimo etiam die atq; momento harum sex septimanarum & trium dierum citationem ad Leuterationis prosecutionem impetrari.

1 CUrrere autem incipit spacium illud sex septimanarum & trium dierum, non à die latæ sententiæ, sed interpositæ leuterationis, ut tradit post Wesenb. qvem allegat Dan. Moll. *hic num. 31.* †ita ut dies insinuatæ leuterationis non compute- 2
tur in terminum illum impetrationi citationis ad prosecutionem Leuterationis præstitutum, ut tradit idem Moller. *hic n. 5. & 39. & l. 1. Semestr. 7.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 140. num. 1.* Gvid. Pap. *decis. 270.* Mynsing. *cent. 1. observat. 31.* Qvid verò, † si in ulti- 3
mo saltem die atq; momento harum sex septimanarum & trium dierum citationem ac prosecutionem leuterationis qvis petat? Eum omninò audiendum, nec leuterationem pro desertâ declarandam dixerim cum Matth. Berlich. *part. 1. concl. 49. num. 29.* † Siqvidem spacium hoc de momento in 4
momentum currit, ut certè ultimum etiam momentum in termino comprehendi non absurdè existimetur, *arg. l. 3. §. 3. ff. de minor.* Qvia si certum tempus ad aliqvid faciendum est destinatum, sufficit, si fiat ultimâ horâ istius temporis, *l. cum qvi certarum 138. ff. de V. O.* † Et dum Constit. *h.* generali- 5
ter loqvitur, & impetrationem intra terminum citationis admittit, qvis dubitaverit, ultimâ etiam die ac momento, termino nondum effluxo, leuterantem audiri, *l. Hic titulus 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstand. l. 8. ff. de public. in rem act.*

Ita Domini in causa Thomæ Fischers contra Matthes Gebharten zu Zwickau/Mens. Oct. A. 1631. (Verba sent. Daß Beklagter/ seines Vorwendens ungeachtet / auff Klägers gethane Leuterungs-Prosecution sich einzulassen und zu verfahren schuldig/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Sententia licet super alio prosecutionis termino præfigendo latâ, nihilominus intra sex septimanas & tres dies Leuterans denuo citationem impetrare tenetur.

1 CUm judex super accusatione contumaciæ pronunciâsset, ac Leuteranti novum terminum ad prosecutionem Leuterationis præfigere per sententiam jussisset, Leuterans verò à die publicatæ sententiæ intra sex septimanas & tres dies citationem non impetraverat, dubitabatur, an non Leuteratio pro deserta esset habenda? † Etsi verò Leuterans 2
ad judicis pronunciatum super termino novo præfigendo se referebat, ejusq; executionem præcisè urgebat; † Placuit nihilominus, Leuterantem ulteri- 3
us non audiendum, sed Leuterationem pro deserta habendam esse, propter moram ac negligentiam in citationis impetratione commissam, † qvam 4
Constitutio *h.* potissimum coërceri voluit, † Qvæ 5
sententia tantò æqvior videbatur, qvantò citius per eam lites finiuntur, qvas abbreviari publicè interest, *l. properandum. 13. C. de judic. l. 2. C. de re jud. l. 10. C. de transact. l. cum qvis. 13. in fin. C. de reb. credit.*

Ita Domini in causa Zachariæ Schönens Wittiben contra Georg Sandrittern/ ventilatâ in prætorio Lipsiensi, Mense Septembr. Anno 1634. (Verba sentent. Daß die eingewandte Leuterung nunmehr desert und erloschen; Und ist Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auff unsere Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

DEFI-

Definit. XIX.

Non deserit Leuterationem, qvi causâ qvâdam rationabili impeditus intra sex septimanas & tres dies citationem impetrare neqvivit.

1 PRo forma leuterationis reqviritur, ut intra spacium sex septimanarum & trium dierum leuterans impetret citationem ad leuterationis prosecutionem; Qvâ formâ præcisè non observata, leute-
2 ratio pro desertâ habetur, †etiamsi contumaciæ accusatio non præcesserit, ac demùm post terminum effluxum, leuterans citationem impetraverit, teste
3 judiciorum in hisce provinciis observantiâ. † Qvæ haud obscurè etiam probatur *h.* Constitut. *19.* §. Die ieglicher Leuterant. *vers.* Und da solches von ihme verbliebe/ & Ordin. proceſſ. judic. *tit. 35.* §. Nachdem auch in vielgedachter. *vers.* Und wenn solches verbleibet/ sich hieran versäumet haben/ &c.
4 †Atqvid, si leuterans impeditus intra spacium præfinitum citationem impetrare neqviverit? Non puto, hoc casu leuterationem pro deserta habendam,
5 †modò justum & sufficiens impedimentum probetur, qvod semper à mora ejusq; pœna aliqvem excusat, Gloss. *in L. qvod te 5. ff. si cert. petat. & ibi* Jason. *num. 30.*

Ita Domini in causa D. Hieronymi Günthers contra Abraham Kitzigen & Consort. zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1583. (Verba sent. Daß der Beklagten Leuterung nunmehr erloschen/ sie möchten denn die angezogene Verhinderung wie recht erweisen/ oder endlichen erhalten/ auff den Fall würden sie mit Prosecution berührter ihrer Leuterung nochmals billich zugelassen/ und ergienge also deñ ferner in der Sachen/ was recht ist/ V. R. W.)

Definit. XX.

Non præjudicatur leuteranti ex eo, qvod judex terminum prosecutionis posuerit ultra tres menses.

1 REqviritur etiam ad formam leuterationis, ut judex à petitâ citatione ad prosecutionem, intra tres menses (gedoppelte Sächs. Frist) certum terminum prosecutioni leuterationis præfigat, *hâc* Const. *19.* §. Es soll auch ein ieglicher Richter / *ubi* Dan. Moll. *hic num. 32.* Sed num etiam intra hunc
2 terminum prosecutio realiter expedienda erit? † Negari sanè neqvit, æqvissimè judicem procedere, si citationem emittens terminum prosecutionis ultra duos illos menses non extendat, sed eum litigantibus terminum statuat, qvo ante lapsos tres menses à petita citatione, prosecutio etiam leutera-
3 tionis fieri qveat, †cum mens fuerit Illustrissimo Electori lites contrahere atq; prospicere, qvo processus celeriter expediatur, ut apparet ex verbis *h.* Const. *19. dict.* § Es soll auch/ &c. Attamen si hoc ju-
4 dex non observaverit, †tantum abest, per id leuteranti præjudicari, ut nulla etiam ipsi culpa ex facto judicis imputari debeat, *arg. l. pupillus 24. ff. qvæ in fraud. credit.* † Minus verò nocebit leuteranti, si
5 intra hosce tres menses acta ad decidendum haud
6 transmittantur, † nec sententia publicetur, cum transmissio actorũ non præcisè sit astricta ad hunc terminum, ut cuivis perpendenti verba *h.* Constit.
7 *19.* §. Es soll auch ein ieglicher/ obviam est, †qvamvis aliter sentiat Matth. Berlich. *part. 1. concl. 49. num. 37.*

Ita Domini in causa Melchior Glossens zum Hayn/ Mense Sept. A. 1634. (Verba sentent. Ist in Sachen euch Klägern an einem/ und Peter Haberlanden Beklagten anders Theils ein Urtheil eingeholet und eröffnet worden/ und demnach ihr euch dadurch beschweret befunden/ habt ihr darwider Leuterung eingewendet/ auch binnen 6. Wochen und 3. Tagen um Citation zur Prosecution angehalten; Ob nun wohl hierauff der Richter nicht binnen 3. Monaten/ inmassen ihme zu thun obgelegen/ sondern allererst 4. Monat hernach den Termin angesatzt/ &c. So mag euch doch solches an euren Leuterungs-Rechten nicht nachtheilig seyn/ sondern ihr werdet mit Prosecution eurer Leuterung auff den angesetzten Termin nochmals billich zugelassen/ &c.)

Definit. XXI.

In prosecutione Leuterationis ab interlocutoria interposita, duabus saltem alternis positionibus ad sententiam est concludendum.

1 POrrò & illud pro forma leuterationis reqviritur, ut prosecutio oretenus & non in scriptis fiat, atq; gravamina non ex charta, sed ex ore dictentur, *b.* Constit. *19.* §. in der *prosecution. ubi* Dan. Moll. *num. 29.* Frider. Pruckm. *vol. 1. consil. 33. num. 25.* † non alio fine, qvàm ut lites citius determi-
2 nentur ac finiantur, non etiam per apices juris & subtilitates Legum domi excogitatas atqve in scriptis conceptas protrahantur, juxta tradita Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 1. num. 6. & seq.* Joh. Schneidevv. *ad* §. *omnium. 1. num. 99. Inst. de action.* † Qva
3 de causa etiam prosecutionem leuterationis, à sententiâ interlocutoriâ factæ, duabus duntaxat positionibus pertractari & ad sententiam concludi, voluit Elector Saxon. Illustrissimus in Ord. proceſſ. jud. *tit. 35.* §. Dieweil aber sonderlich. *vers.* Wie denn auch in den Leuterungen *ab interlocutoriis*, †
4 licet aliàs in prosecutione leuterationis, à definitivâ interpositæ, regulariter tribus alternis positionibus procedatur, *b.* Constit. *19.* §. in der *prosecution, vers.* und mit Beschliessung zum Urtheil durch 3. und 3. Sätze Wechsels-weise *procediret* und verfahren werden.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Sondern ihr werdet mit Prosecution eurer Leuterung auff den angesetzten Termin nochmals billich zugelassen/ ihr seyd aber gleichwohl/ dafern nur eine interlocutoria geleutert worden/ mehr nicht als mit zween abgewechselten Gesetzen mit Gegentheilen zu verfahren/ und zum Urtheil zu beschliessen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXII.

Protestatio tùm demum vim Leuterationis habet, qvando sententia verbis expressis suspenditur à viribus rei judicatæ.

1 NIhil ferè est freqventius Rabulis ac procuratoribus imperitis, qvàm ut contra sententiam latam protestentur, persvadentes sibi, omne periculum, qvod ex sententia lata Clientulis suis imminere videtur, per id declinari, ex vulgata illa theorica,
2 † qvod protestatio conservet jus protestantis, *l. si qvis in principio testamenti. 22. ff. de legat. 3. l. ut si qvis 14.* §. *plerique 8. ff. de religios. & sumpt. funer. l. Nesennius. 34. ff. de negot. gest. c. cum M. Ferrariensis. 9. extr. de constit.* Matth. Coler. *part.*

part. 2. decis. 289. ubi multis effectum protestatio-
3 nis perstringit. † Sed falluntur omninò, qvia effecto judicati non à potestate hominis, sed dispositione legis dependet, ut dicit Oldrad. *cons. 307. n. 10.* Ergo nec suspendi poterit effectus ille à rei judicatæ viribus, nisi per remedia legitima, qvæ jura pro formâ suspensionis reqvirunt, nempe per leuteratio-
4 nem & appellationem, † non etiam per nudam protestationem, *l. cum hi 8. §. si prætor. 17. ubi Dd. ff. de transact. c. venerabili. 37. extr. de offic. & pot. jud. delegati. l. non dubium est. 5. C. de legib.* Dan. Moll. *lib.*
5 *1. semestr. 38.* † Qvod & diserte confirmavit Saxo Illustrissimus in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 35. in fin. vers.* So wollen wir/daß dergleichen *protestation*-Schrifften *effectum suspensivum* nicht haben/noch
6 *in vim leuterationum* gelten sollen. † Aliud dicendum puto, si protectam verbis disertis sententiam à viribus rei judicatæ suspendat. Qvo certè casu protestatio amplius nuda non est, sed in vim Leuterationis valet, etiamsi hæc verbis expressa non-
7 fuerit. † Non enim qvid protestans locutus est, sed qvid senserit, potissimum inspici debet, *arg. l. divus. 15. §. item Senatus 2. ff. ad leg. Cornel. de falsi. l. nominis. 6. §. verbum. 1. ff. de V. S. l. ubi 19. §. Te rogo. 1. ff. ad SCtum Trebell.*

Ita Domini in causa Baumeister Johann Betzers Erben contra M. Augustinum Kühnen zu Leipzig/Mens. Jul. A. 1635. (Verba sent. Daß die Ungehorsams-Beschuldigung nicht statt hat/sondern Kläger mit Prosecution der eingewandten Leuterung billich gehöret/und hierzu ein Termin förderlichst auffgesetzet wird/V. R. W.)

DEFINIT. XXIII.

In foro Saxonico à qvalibet sententia, sive sit definitiva, sive interlocutoria, etiam post tres conformes sententias leuterare licet.

1 CUm jure Pontificio, qvod & apud Saxones observatur, teste Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appellat. num. 8.* Chil. König. *in proceſſ. c. 105. & 106.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæst. 6. num. 55.* à qvacunqve interlocutione ex causa, & ab omni gravamine tam judiciali, qvàm extrajudiciali appellare liceat, *c. cordi l. de appell. in sexto. c. non ita. 18. caus. 2. qvæst. 6. c. cum sit Romana. 5. c. super eo. 12. c. bonæ memoriæ. 51. c. ut debitus. 59. extr. de appel-*
2 *lat.* dubium certè non est, † qvin etiam gravatus ab interlocutoriâ sententiâ leuterare possit propter paritatem appellationis & leuterationis, qvæ facit, ut ab illa ad hanc rectissimè inferatur, Pruckm. *vol. 1. Consil. 33. num. 26.* Christoph. Zobel. *part. 1. dif-*
3 *fer. 40. num. 15. Vid. supr.* defin. *1.* † Qvod & diserte confirmatum est *b.* Constit. *19. in pr. vers.* Sie seyn *interlocutoriæ* oder *definitivæ.* Ordin. proceſſ. judic. *tit. 35. §.* Dieweil aber sonderlich/ *vers.* Wie
4 denn auch in den Leuterungen *ab interlocutoriis.* † Ergò in foro Saxonico, indifferenter permissa est appellatio & leuteratio à qvibusqve sententiis, sive
5 sint interlocutoriæ, sive definitivæ, † in tantùm, ut, qvamvis de jure Civili post tres conformes sententias non liceat victo provocare, sed simpliciter executioni mandandæ sint sententiæ, *tot. tit. C. ne liceat in una eademq; sentent. tert. prov. ubi* Bald. Ant.
6 Tessaur. *decis. 122. num. 1. & seqq.* † nihilominus in foro Saxonico, à tribus sententiis conformibus leuteratio & appellatio concedatur, ut tradit Matth. Col. *part. 1. decis. 140. & post eum* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 49. num. 10. vers. tamen à tribus.* † Ne 7
fraus fiat jurisdictioni superioris judicis, ad qvem causa gradatim defertur, Andr. Gail. *lib. 1. observ. 72. n. 3.* Ant. Tessaur. *dict. decis. 122. num. 2.*

Ita Domini in causa Barthel Bergens contra Martin Rennewolffen zu Zeitz/Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sent. Daß die eingewandte Leuterung zuläßlich/und ist Beklagter auff anderweit vorgehende Ladung bey Straff Ungehorsams sich darauff einzulassen schuldig/V. R. W.)

DEFINIT. XXIV.

A sententia in summarissimo possessorio lata non licet appellare vel leuterare.

CLara & manifesta est Sanctio Impp. Valent. 1
Theodosii & Arcadii: Qvod si de possessione ejusqve momento causa dicatur, etsi appellatio interposita fuerit, lata tamen sententia effectum sortiatur, *in l. un. C. si de moment. possess. fuer. appell.* Ergò, inqvies, nihil operabitur, aut (qvod idem est) non valebit appellatio in judiciis possessoriis? † Ita 2
certè est, & tàm qvoad devolutionis qvam suspensionis effectum, in qvibuscunqve possessoriis non concedi appellationem, inferunt Dd. communiter, qvos copiosè allegat & seqvitur And. Rauchb. *part. 2. qvæst. 6. num. 8.* ubi hanc sententiam communem & magis communem dicit, † qvam etiam probat 3
textus in *l. qvisqvis 6. C. qvor. appellat. non recip. l. ult. de appellat. recip.* Nec rationibus urgentibus destituitur. Neminem siqvidem latet, † possessio 4
nis causam, celeriter & sine ulla cunctatione, mora, vel dilatione, & qvasi in momento, ne litigatores ad manus vel arma veniant, expediri debere: † Ergo remotâ omni appellatione & com 5
pensatione, *dict. l. un. C. si de moment. poss l. ult. C. de compensat.* Nam ubi res declarationem non recipit, haud admittitur appellatio, *l. fin. de appellat. recip.* ne, qvod beneficio celeritatis inventum est, subdatur injuriis tarditatis, Jac. Cujac. *in parat. C. si de moment. poss. fuer. appellat. & lib. 1. observat. 20.* † Neqve in causa momenti ita possessionis fit refor- 6
matio, ut non integra proprietatis qvæstio servetur, *dict. l. unic. C. si de moment. possess. fuer. appell.* ut hâc ratione per sententiam in possessorio latam minus qvis gravetur, † velut latius deducit, alio- 7
rumqve sententias refert ac refellit Andr. Rauchb. *dict. qv. 6. num. 2. & seqq. & num. 23. & seqq.* Qvod si verum est, † nec leuteratio in possessoriis erit con- 8
cedenda, qvippe qvæ pari nititur ratione cum appellatione, juxta tradita *Supr.* defin. *1.* † Nihilo- 9
minus de jure Pontificio provocatio etiam in judiciis possessoriis permissa est, *c. 2. extr. ut lit. non cont. c. cum ad sedem. 15. extr. de restit. spoliat. Clem. 1. de seq. possess. & fruct. & Clem. un. de caus. propr. & possess.* † Etsi verò Saxones hoc casu observent 10
jus Pontificium, teste Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appellat. num. 8.* Chil. König. *in proceſſ. cap. 105. & 106.* scilicet, † qvia judices facile amplectun- 11
tur ea omnia, qvibus litium modus excrescit, Jac. Cuj. *in parat. C. qvor. appell. non recip.* † unde hodiè 12
non modò in foro Saxonico, sed etiam in tota ferè Germania, in possessoriis generatim & regulariter appellationes recipiuntur, teste Andr. Gail. *lib. 1. obs. 147. n. 9.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 6. n. 58. & 59.*
† Attamen excipiuntur ab hac Regulâ possesso- 13
ria

ria summaria, vel potius summarissima, ut vocant, in qvibus scilicet non jure actionis, nec observatò juris ordine, sed per implorationem officii judicis, sine figura & strepitu judicii absqve libello & litis contestatione proceditur, Ord. Camer. *part. 2. c. 21. in fin. vers.* Und alsbald darauff. Jacob. Menoch. *in remed. ult. retin. num. 34.* Mascard. *de probat. vol. 143. concl. 1198.* Gail. *lib. 1. observ. 7. n. 2. & 6.* († Qvæ enim natura sit summarissimi possessorii & qvomodo ab ordinario possessorio differat, vid. præ aliis eleganter Rauchb. *dict. q. 6. num. 61. & multis 15 seqq.*) † In hisce ergò possessoriis summariis vel summarissimis, ex usu fori appellationes non recipiuntur, ut tuentur Rauchb. *dict. q. 6. n. 75.* Gail. *dict. obs. 7. n. 7. & obs. 147. n. 6.* Menoch. *in prælud. recup. n. 33. & in remed. ult. retin. num. 48. & seqq.* 16 †Ergo nec leuteratio licita erit in summarissimis, qvia eadem est natura, & ratio appellationis atqve leuterationis, *Supr.* defin. *1.* Frider. Pruckm. *vol. 1. conf. 33. n. 26.* Zobel. *part. 1. diff. 40. n. 15.*

Ita Domini in causa Hiroben von Miskau contra Hansen von Schönfels zu Zwickau/Mens. Oct. An. 1616. (Verba sentent. Daß ermeldter von Schönfels mit seiner eingewandten Leuterung gestalten Sachen nach nicht zuzulassen/ V. R. W.)

Definit. XXV.

In processu criminali inqvisitorio nec appellare nec leutemre licet in foro Saxonico.

1 ETsi de jure communi, non solum in civili sed etiam in criminali causa appellare licitum sit, *l. 1. l. addictos. 29. C. de appell. l. 2. C. si pend. appellat. mors interv. l. 2. C. qvor. appellat. non recip. l. si qvis filio. 6. §. hi autem omnes. 8. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. test. l. 13. §. ult. ff. qvi test. fac. poss.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. q. 94.* Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 23. num. 14.* Ant. Gometz. *lib. 3. var. resolut. c. 13. n. 31.*
2 †Qvod etiam in processu criminali ordinario obtinet in foro Saxonico, ut demonstravi in *Pract. crimin. part. 3. q. 139. n. 31. & seqq.* † Attamen ex con-
3 svetudine Germaniæ inveterata, in processu inqvisitorio appellatio hodiè non admittitur. † Ne scilicet processus inqvisitorius, qvi summarius est &
4 mox finiendus, in ordinarium processum commutetur, uti manifestum est ex Recess. Imper. Aug. *de Anno 1530. §. item*, als ietzt etliche Zeit. & Ordinat. Camer. Imp. *part. 2. tit. 28. §. item*, Nachdem auch
5 dem alten hergebrachten Gebrauch/ &c. & † testantur de illa consvetudine Dan. Moller. *lib. 4. Semestr. 33.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 1. num. 28. & lib. 1. de pac. publ. c. ult. in fin. n. 36.* Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 1. c. 14. n. 23.* Matth. Wesenb. *consil. 43. n. 80.*
6 Nicol. Reusn. *dict. decis. 23. n. 2.* † Nec magis conceditur Leuteratio in processu inqvisitorio, qvippe qvæ palam ab Appellatione differt; qvin & in effectu nihil aliud est, qvam Appellatio, Weichbild/
7 *art. 74. ubi Gloss. n. 3. b.* Const. *19. in pr.* † Ex qvo fit, ut omnia fere jura, qvæ de appellationibus loqvuntur in foro Saxonico, in Leuterationibus etiam locum habeant, Moller. *hic num. 7.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 12. num. 17.* Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 40. n. 5.*

Ita Domini in causa Christiani Seumans zu Sangerhausen/Mens. Aug. Anno 1603. (Verba sentent. Daß die eingewandte Leuterung nach Gelegenheit dieser Sachen nicht zulässlich/ sondern es wird derselbigen ungeachtet/ wider oberwehnten Gefangenen/ mit dem angestalten Inqvisition-Process, Vermöge unsers vorigen Urtheils billich verfahren/ V. R. W.)

Et in causa B. M. zu Lützen/ Mens. Nov. Anno 1635. (Verba sent. Wann nun gleich wider solches Urtheil nach Gelegenheit dieser Sache/ weil man im Inqvisition-Process versiret, keine Leuterung zulässlich/ &c.)

Definit. XXVI.

Loco tamen appellationis vel leuterationis in processu inqvisitorio admittitur defensio inqvisiti.

SEd rejectâ Appellatione & Leuteratione in pro- 1
cessu inqvisitorio, † nonne per consequentiam 2
defensio etiam inqvisito denegabitur? Qvod certè esset contra rationem juris naturalis, ipsumq; Reipublicæ commodum, qvam hominum conservatione augeri & ampliari, publicè expedit, *l. 1. ff. solut. matrim. l. cum ratio. 7. §. si plures 3. ff. de bon. damnat.* † Satiusqve est, impunitum relinqvi faci- 3
nus nocentis, qvam innocentem condemnari, *l. Arrianus. 47. ff. de O. & A. l. absentem. 5. ff. de pœn.* † Hoc ne inferatur, vel innocentiæ inqvisiti qvic- 4
qvam præjudicetur, audiendum esse puto inqvisitum, si gravamen ex sententia sibi proveniens, per modum defensionis deducendæ avertere atqve innocentiam suam probare velit, † ut sic defensio & 5
deductio innocentiæ hoc casu loco appellationis & leuterationis successerit, prout demonstravi *in Pract. crim. part. 3. q. 139. n. 37.*

Ita Domini in causa Georgii Kestners zu Grimme/ Mens. Nov. Anno 1600. (Verba sent. Daß solche Leuterung nach Gelegenheit dißfalls nicht zulässlichen/ es wird aber gleichwohl gedachter Kestner mit Ausführung seiner angezogenen Unschuld/ dadurch er sich von dem/ ihme von wegen der an Hansen und Peter der Henseln Gebrüdern begangener Beschädigung/ zuerkannten Juramento Purgationis zu entledigen vermeynet/ in Sächsis. Frist billich gehört/ und ergehet darauf alsdann ferner/ was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa B. M. zu Lützen/ Mens. Nov. Anno 1635. (Verba sent. Wann nun gleich in diesem Inqvisition-Process die Leuterung nicht zulässlichen/ so ist euch doch per Modum Defensionis eure Gravamina einzuwenden/ und gebührender massen auszuführen unbenommen/ und ihr werdet darmit/ unangesehen ihr allbereit zuvor auch eure Defension geführet hättet/ nochmals billich gehöret, und zugelassen/ V. R. W.)

Definit. XXVII.

Nec consangvinei sententiam in processu inqvisitorio contra consangvineum latam leuterare valent, licet ejus defensionem deducere non prohibeatur.

NOn tantum parentibus, sed etiam fratribus, 1
aliisqve conjunctis personis inqvisiti Consangvinei sui defensionem allegare ac deducere licet, *art. 47.* Ordin. Crim. Carol. Joh. Zanger. *in tract. de q. & tort. c. 3. n. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 36. n. 4.* † Qvia publice interest, innocentium cau- 2
sas defendi, *l. servum. 33. §. publicè. 2. ff. de procur.* † Qvantò magis ergo cognatis atqve conjunc- 3
tis personis facultas hæc concedenda erit, ut qvas liti alterius nomine se offerre posse constat, *l. 1. §. ult. ff. de postul. l. sed & hæ personæ. 35. ff. de procur.*

procur. l. Si qvis 3. §. sed & si 3. ff. jud. solv. c. si duo 6.
4 *§. ult. de procur. in 6to.* † Nimirum favor defensio-
nis efficit, ut contra regulas processus multa admit-
5 tantur: Ex qvo etiam fit, † ut ipsemet judex ex of-
ficio defensiones Rei qværere, easqve supplere &
qvoqvo modo adjuvare debeat, qvamvis Reus id
non petat, *l. si non defendantur. 19. ubi* Bartol. *ff. de*
pœn. l. 1. ff. de qvæst. Wesenb. *in parat. ff. de accusat.*
6 *num. 12.* Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 10. num. 13.* †
Sed non plus juris competit Consangvineis & con-
junctis personis, qvam ipsi inqvisito competeret:
7 † Ergo nec ii leuterare valebunt, cum hoc ipsi in-
qvisito haud sit permissum, *supr.* defin. 25. Nihilomi-
nus si ex sententiâ in processu inqvisitorio latâ Re-
8 um gravatum Consangvinei deprehendant, † loco
appellationis vel leuterationis defensionem inqvi-
siti docere volentes, audiendos eos existimaverim,
cùm & ipsi inqvisito id facere liceat, prout dixi in
Pract. crim. part. 3. q. 115. numer. 35. & seq. Nicol.
Reusn. *lib. 3. consil. 4. n. 7.*

Ita Domini ad Consultationem Hansen Christoffs von der Olßnitz / Mens. Nov. Anno 1600. (Verba sentent. Daß die von Simon Töpffers Freunden wider unser voriges Urtheil / darinnen ietzogedachten Töpffern von wegen der am Schulteissen zu Rudelsdorff und seiner Tochter begangenen Beschädigung die scharffe Frage zuerkannt / eingewandte Leuterung nicht zulässlich; Da sie aber / oder der Gefangene selbst / nochmals etwas zu seiner Entschuldigung / dadurch er sich von der scharffen Frage zu entledigen vermeynet / vorzuwenden hätte / würde er damit billich gehöret / und ergienge also denn darauff ferner / was recht ist / V. R. W.)

Definit. XXIIX.

Admittitur tamen Leuteratio in processu etiam inqvisitorio, si de levi agitur crimine, qvod pœnâ haud corporis afflictivâ coërcetur.

1 QVod vulgò dicitur verissimè, ex inveteratâ Germaniæ consvetudine non admitti Appellationes vel Leuterationes in processu inqvisitorio, *Supr.* defin. 23. Dan. Moller. *lib. 4. Semestr. 33.* Wesenb. *consil. 43. num. 80.* Nicol. Reusn. *lib. 2. decis. 23.*
2 *num. 2.* † Id videtur restringendum ad causas eas criminales, in qvibus pœna corporis afflictiva inqvisito est infligenda, uti probatur ex Recess. Imp. *de A. 1530. §. item* als ietzt etliche Zeither von peinlichen Sachen an unser Käyserlich Kammer-Gerichte vielfältig *appelliret* worden / & Ord. Camer. *part. 2. tit. 28. in verb.* Daß hinfürder in peinlichen Sachen / die Leibes-Straffen auff ihnen tragen /
3 keine *appellation* angenommen werden soll. † Qvibus conseqvens est, Appellationem, ac proinde etiã Leuterationem (qvæ hoc casu parum ab Appellatione differt, Defin. 15.) non nisi in causis criminalibus pœnam corporalem concernentibus prohibitam esse. Etsi verò processu inqvisitorio, contra aliqvem formato, incertum adhuc sit, an pœna cor-
4 poralis vel mitior aliqva inqvisito adjudicabitur, † ac proinde propter aptitudinem & incertum eventum nunqvam concessa videatur Appellatio vel Leuteratio in processu inqvisitorio, ut dixi in *Pract. criminal. part. 3. q. 139. num. 24.* Attamen si forsan
5 accidat, † ut jam mitior pœna, veluti carceris aut mulcta pecuniaria, Reo indicta fuerit, qvâ is se nihilominus gravatum existimat, qvin audiendus sit, leuterationem à sententia interponens, vix dubium esse potest, † cum jam certò constet, causam pro 6
criminali (peinlich) non habendam esse, præsertim si delictum perpetratum jus partis læsæ potius, qvam interesse Reipublicæ concernat, † veluti in 7
causis injuriarum, in qvibus inqvisitorius qvandoqve processus locum habet; nec enim tùm favor publicæ disciplinæ, qvi aliàs remedia suspensiva excludere videtur, ut dixi *in Pract. crimin. dict. q. 139. n. 18.* considerari debet.

Ita Domini in causa Simon Walters zu Rochlitz / Mens. Dec. Anno 1603. (Verba sent. Daß gedachten Simon Walters eingewandte Leuterung zulässlich / und seyn die beyden Bürgermeistere zu Geithen / M. Johann Zenitzsch und Sigismund Schmidt / weil auf ihr Ansuchen dieser Inqvisition-Process angestellet / auff Simon Walters Leuterungs-Prosecution gebührlichen zu verfahren schuldig / V. R. W.)

Definit. XXIX.

Rejici potest Leuteratio absq; sufficienti gravamine interposita.

1 HAud rarò fit, ut litigatores beneficio Leterationis ad protrahendas lites abutantur, leuterantes haud per sententiam gravati, sed alios gravantes, contra atqve utilitas Reipublicæ svadet lites cito finiri & abbreviari, *l. properandum 13. C. de judic. l. 2. C. de re judic. l. 10. C. de transact. l. cum qvis 13. in fin. C. de reb. credit.* † Qvibus prudens judex
2 facile occurrere potest, gravamina leuterantis exactè perpendendo, & si momenti alicujus ea non deprehenderit, Leuterationem rejiciendo. † Nec
3 enim judex malitiæ litigantium indulgere, nec ambagibus processus connivere debet, Jason. *in l. ult. num. 5. C. de edict. div. Hadr. tollend.* Wesenb. *consil. 14. num. 51. & seq.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. c. 15. num. 36.* † Qvod & placuisse vi-
4 detur Illustrissimo Saxoni in Ordin. proces. judic. *tit. 35. §.* Dieweil aber sonderlich das Mittel / *vers.* Sondern auch. † Qvin etiam pro ratione circum-
5 stantiarum Judex leuteranti juramentum malitiæ imponere valeat; ut nempe juret, se non calumniæ aut litis differendæ gratiâ leuterationem interponere, *dict. tit. 35. §.* Dieweil aber sonderlich. *vers.* oder zum wenigsten. Adinventum siqvidem est hoc juramentum malitiæ sive calumniæ, † ut timore sa-6
cramenti contentiosa litigantium malitia compescatur, Resolut. Grav. *de Anno 1661. Tit.* von Justitien-Sachen. §. Es ist zwar zum vier und zwantzigsten. *l. 1. ubi* Gothofr. *C. de jur. propt. calum.* Johan. Sichard. *ibid. num. 9.* Vent. de Valent. *in parthen. litig. lib. 2. c. 6. n. 17.*

Ita Domini in causa Hansen Nebelers contra Martin Großman / Mens. Maj. Anno 1621. (Verba sent. Daß die eingewandte Leuterung nicht zulässlich / V. R. W.)

Definit. XXX.

Temerè Leuterans in expensas retardati processus condemnatur.

AD compescendam temeritatem leuterantis 1
aliud præterea remedium in promptu est, ut scilicet in expensas retardati processus condemnetur; † Etsi enim refusione expensarum gravan- 2
dus haud sit, qvi justâ ratione commotus leuterationem interponit, maximè si vel correctionem vel saltem declarationem prioris sententiæ obti-

obtineat, *h.* Constit. *19. in fin. vers.* So aber die
3 Leuterung erheblich/ † iniqvum siqvidem esset, ul-
lo modo gravari eum, qvi justam litigandi cau-
sam habet, *l. qvi solidum. 78. §. etiam Respubl. 2. vers.*
nec aliud servabitur. ff. de legat. 2. l. 79. ff. de judic.
Hart. Pist. *part. 1. qv. 11. num. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. ob-*
4 *serv. 151. n. 23.* † Attamen si qvis temerè & sine ju-
stâ ratione atqve gravamine, tantùm ad protra-
hendam litem beneficio leuterationis usus fue-
rit, restitutione expensarum retardati proces-
sus eum coërceri, ecqvis non æqvissimum judi-
caverit, *hâc* Constit. *19.* §. Es sollen auch/ *ubi* Moll.
num. 14. & lib. 1. Semestr. 8. num. 1. Frider. Pruckm.
5 *vol. 1. consil. 33. num. 8. & seqq.* † in tantum, ut judex
hoc nomine etiam à parte adversâ non implora-
tus ex officio frivolè leuterantem ad refusionem
expensarum condemnans; non à vero aberret,
6 † licet hoc casu, qvo petitæ non fuerint expensæ,
id facere jure obstrictus haud sit, juxta tradita
Moll. *hic. num. 18. & dict. lib. 1. Semestr. c. 8.* Pruckm.
dict. loc. Andr. Gail. *lib. 1. observ. 151. n. 11. & seqq.*

videtur, † ut proinde magna inter causam Leute- 4
rationis vel Appellationis, & primam instantiam
appareat diversitas, Hartm. Pist. *dict. q. 3. num. 18.*
† Sepositâ ergo hâc severitate, Appellatum vel 5
Leuteratum, si opus fuerit, adhuc audiri, eiq; re-
sponsionem ad Appellationis vel Leuterationis
prosecutionem injungi, vult Serenis. Saxon. Ele-
ctor *in* Ordin. proc. jud. *tit. 10.* §. Wenn aber der
appellat. in fin. vers. oder weñ man befindet. Qvod
si dixeris, † contumaciam Leuterati vel Appellati 6
hâc ratione planè non puniri? Respondeo, † non 7
propriè eum dici posse contumacem, qvia non te-
nebatur præcisè comparere, sed potuisset simpli-
citer allegare acta primæ instantiæ & petere, ut
superiis, non obstantibus, qvæ per actorem pro-
ponebantur, procedatur, ac juxta ea pronuncie-
tur, Matth. Col. *part. 1. decis. 104. n. 26* Hartm. Pist.
part. 1. q. 3. n. 18. † Qvamvis & judex, si hoc ipsi &
æqvum fuerit visum, leuteratum vel appellatum
hoc casu ad refusionem expensarum condemna-
re non prohibeatur, † qvia hæc pœna contuma- 9
ciæ est, ut nunqvam audiatur contumax, nisi re-
fusis expensis, *l. sancimus. 15. C. de jud.* Ant. Fab. *in*
C. lib. 7. tit. 16. defin. 7. num. 1.

Ita Domini in causa M. Conradi Beyers contra die Bind-
druckere zu Leipzig/ M. Dec. A. 1622. (Verba sent. Daß
es eingewandter Leuterung ungeachtet / bey jüngst-
eröffnetem Urtheil billich verbleibet/ und seyn Beklagte
Klägern die Expensas retardati Processus auf Richter-
liche Ermässigung zu erstatten pflichtig / V. R. W.)

Item in causa Matthæi Fleischers contra Sebastian Ge-
ringen zu Leipzig/ Mens. Oct. Anno 1625.) Verba sent.
Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet bey jüngst-
gesprochenem Urtheil nochmahls billich verbleibet/ und
ist Kläger Beklagtem die Expensas retardati Processus
auf Richterliche Ermässigung zu erstatten pflichtig /
V. R. W.)

Et in causa Wolff Ulmans Erben contra die Scheiben
und Consorten, Mense Apr. Anno 1628. (Verba sen-
tentiæ: Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet/
bey unserm jüngst-gesprochenem Urtheil nochmahls bil-
lich verbleibet / und seyn Klägere Beklagtem die Ex-
pensas retardati Processus auf unsere Ermässigung zu
erstatten schuldig / V. R. W.)

Ita Domini in causa Matthes Lorentzens Erben contra
Hans Reinharden/ und dessen Eheweibes Curatorn,
ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, M. Aug. A. 1631. (Ver-
ba sentent. Daß Klägere auf anderweit vorgehende ge-
bührende Ladung bey Straffe Ungehorsams zu erschei-
nen / und auf die von Beklagten eingebrachte Leute-
rungs Prosecution mit ihrer rechtlichen Nothdurfft sich
einzulassen/ und gebührlichen zu verfahren/ auch weil sie
solches jetzo nicht gethan/ Beklagten die Unkosten dieses
Termins auf Richterliche Ermässigung zuerstatten schul-
dig/ V. R. W.)

Item in causa Eustachii Müllers contra Heinrich Schä-
delu/ Mens. Aug. Anno 1634. (Verba sententiæ: Daß
Kläger auf die vom Beklagten prosequirte Leuterung
sich einzulassen und zu verfahren schuldig / V. R. W.)

Et in causa Syndicen des Fleischer-Handwercks contra
Martin Breuern und dessen Eheweib zu Leipzig/ Mens.
Maj. Anno 1633.

Definit. XXXI.

Contra Leuteratum contumacem non proceditur ad legitima impedimenta, & amissionem causæ, sed injunguur ei primâ vice responsio ad prosecutionem Leuterationis, qvandoq; etiam simul refusio expensarum.

1 QVondam in foro Saxonico, æqvè contra ap-
pellatum vel leuteratum contumacem, atq;
Reum in primâ instantiâ procedebatur; Nimi-
rum, contumax Appellatus vel Leuteratus primò
usq; ad legitima impedimenta, biß auf Ehehafft/
& deinde in causa principali, in die Hülffe con-
demnabatur, Chil. König. *in proceß. c. 115. n. 4. vers.*
Aber dennoch das unangesehen/ Hart. Pist. *part. 1.*
q. 3. n. 17. & seqq. Christ Zobel *part. 1. differ. 16. n. 16.*
2 † Sed rigorosè nimis: Qvia contra Appellatum
vel Leuteratum, qvi sententiam pro se habet, non
tanta militat præsumptio injustitiæ, ac contra
eum, qvi ab initio contemnit judicem, dum ipsi
de causæ planè nihil adhuc liqvet, Mod. Pist. *part.*
33. q. 119. n. 3. † Qvin & in secunda instantia simul
de iniqvitate prioris judicis agitur, *c. interposi-*
ta. 70. §. sanè extr. de appell. qvem ex contuma-
cia Rei injustitiæ insimulari non satis æqvum

Definit. XXXII.

Si Leuteratus in contumacia perseveret super gravaminibus per Leuterantem deductis, judex ex actis primæ instantiæ informatus cognoscit.

QVid autem, *si leuteratus vel appellatus ne qvi-* 1
dem denuò citatus appareat, & ad justificationem Appellationis vel prosecutionem Leuteratio-
nis respondeat? † Nec tùm judicis arbitrium pla- 2
nè exclusum existimaverim, qvi pro ratione cir-
cumstantiarum, etiam secundâ atq; tertiâ vice
contumacem ad respondendum adigere poterit,
† condemnato simul eo ad refusionem expensa- 3
rum, ut sæpius factum memini. † Attamen si per 4
appellantem vel leuterantem gravamina non
multum dubia nec altioris indagationis propo-
nantur, aut Leuteratus vel Appellatus in contu-
maciâ perseveret, † cur judex super gravaminib9, 5
per appellantem vel leuterantem deductis, ex
actis primæ instantiæ satis informatus cognosce-
re non valeat, haud certè video; † Qvin potiùs 6
ipsum hoc facere oportet, qvò lis finiatur, cum
de justitia causæ ex actis antea deductis satis con-
stare possit, *l. per hanc. 4. C. de temp. & repar. ap-*
pel. c. per tuas. 58. c. interposita. 70. §. fin. extr. de ap-
pel.

6 *pel.* Hart. Pistor. *part. 1. qvæst. 3. num. 18.* † Qvod & placuit Illustrissimo Saxoniæ Electori in Ordin. process. judic. *tit. 10.* §. wenn aber der *appellat. circa fin. vers.* Sondern auf *Appellantens* Vorbringen.

Ita Domini in causa Georgii Rothens contra Heinricum Krahmern / ventilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mens. Decembr. Anno 1585. (Verba sententiæ: Daß Kläger billich noch einsten vorgeladen wird/ auf Beklagtens Leuterungs-Prosecution gebührlichen zu verfahren/ Er thue nun solches oder nicht/ So ergehet alsdenn auf des gehorsamen Theils Vorbringen ferner / was recht ist/ V. R. W.)

Item in causa Jobst von Efferns Wittbe und Erben contra Joh. de Four & Consortes, Mens. Mart. Ann. 1631. (Verba sent. Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet/ bey vorigem Urtheil allenthalben nochmahls billich verbleibet/ V. R. W.)

Et in causa Urbani Frölichs Kindere contra Tobiæ Torrens Wittben zu Leipzig/ M. Decembr. A. 1633.

Definit. XXXIII.

Leuterante in termino contumaciter emanente, Leuteratio pro deserta habetur.

1 ETsi actor, qvi in primâ instantiâ termino præfixo non comparet, haud mox causa cadat, sed Reo ab instantia absoluto teneatur tantùm refundere expensas & cavere de lite prosequendâ, *cap. 1. de dol. & contum. in 6to. Sup.* Constit. Elec-
2 tor. *9. defin. 22.* † Attamen, si leuterans vel appellans in termino ad justificationem Appellationis, vel Leuterationis prosecutionem præfixo non comparuerit, appellatio vel leuteratio pro deserta habetur, eoq; ipso judicatum confirmatur, Ordin. process. judic. Elector. Saxon. *tit. 10.* §. Da aber in *appellation*-Sachen. Hartm. Pistor. *observ. 176. num. 2.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 104.*
3 *num. 24.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 26. defin. 7. num. 4.* † Nec immeritò, qvia publicè interest, res judicatas effectum habere, *l. servo. 65. §. cum*
4 *prætor. 2. ff. ad SCtum Trebell.* † scilicet, ut sit aliqvis litium finis, *l. 1. ff. de re judic. l. singulis. 6. ff. de*
5 *except. rei judic.* † Ideoqve publicâ utilitate certante, cum appellantis vel leuterantis jure, licet forsan ex actis appareat, justam fuisse appellandi vel leuterandi causam, potior tamen publicæ utilitatis, vel saltem in pœnam contumaciæ ratio habebitur, *l. 51. ff. ad Leg. Aqvil.*

Ita Domini in causa Hansen Hammers contra George Runholtzen zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1631. (Verb. sententiæ: Daß die von Klägern eingewandte Leuterung desert und erloschen / und ist derselbe Beklagten die Expensas retardati Processus auf vorgehende Liqvidation und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig / V. R. W.)

It. in causa Andreæ Reuters contra Peter Altnern/ Mens. April. An. 1634. (Verba sent. Daß die von Beklagten eingewandte Leuterung desert und erloschen/ und ist derselbige Klägern die Expensas retardati Processus auf vorgehende Liqvidation und Richterliche Ermässigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Caspari Gebhards contra Peter Altnern/ Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sententiæ: Daß die eingewandte Leuterung desert und erloschen/ V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Qvandoqve tamen justâ causâ apparente, alius terminus ad prosecutionem Leuterationis præfigitur.

1 NOlo tamen judicem ad leuterationis vel appellationis desertionem præcisè astringi, †
2 ita ut nullo modo Leuteranti vel appellanti indulgere, aut veniam contumaciæ largiri qveat; Qvid enim, † si Leuterans vel Appellans dila-
3 tionem petiisset, vel in scriptis aliqvod impedimentum allegâsset, aut saltem exceptionem non insinuatæ citationis, vel terminum legitimum non continentis opposuisset? † Sunt certè hæ ex-
4 ceptiones taliter qvalificatæ, ut omninò appellanti vel leuteranti aliqvo modo sit connivendum: † Qvare, si judex hoc casu ad prosecutio-
5 nem Leuterationis vel Appellationis justificationem, alium præfixerit terminum, ac simul leuterantem vel appellantem in expensas condemnaverit, rectè judicâsse censebitur. † Cum hâc in re
6 nunqvam ferè arbitrium judicis sit exclusum, ut dixi *Supr.* Const. Elect. *9. definit. 20.* Andr. Rauchb. *part. 1, qv. 1. num. 18.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 2. n. 17. & seqq.* † Qvod & placuisse
7 videtur Sereniss. Saxoni in Ordinat. process. judic. *tit. 10.* §. Da aber *appellant.*

Ita Domini in causa Andreæ Johns contra Philippum Landgrafen / ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mense Jul. Anno 1622. (Verba sentent. Daß Beklagten zu Prosecution seiner eingewandten Leuterung ein ander Termin förderlichst billich ernannt und angesetzt wird; Er ist aber also dann seine eingewandte Leuterung bey Verlust derselben zu prosequiren schuldig/ V. R. W.)

Item in causa Michael Pernelli contra Caspar Anckelman/ Mens. Jun. Anno 1625. (Verba sentent. Daß Beklagtem ein ander Termin zu Prosecution seiner eingewandten Leuterung förderlichst beniemt und angesetzet wird; Er ist solche also dann bey Verlust derselben zu prosequiren, auch weil er solches ietzo nicht gethan/ Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig / V. R. W.)

Item in causa Hansen Anshelms contra D. Paul Spiegeln/ Mens. Octob. Anno 1624. (Verba sentent. Daß Beklagter Klägern dieses Termins Unkosten auf richterliche Ermäßigung zu erstatten / und auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und seine eingewandte Leuterung bey Verlust derselben zu prosequiren schuldig / V. R. W.)

Et in causa Jobst Glimmers contra Jacob Schencken/ M. Jul. A. 1630. (Verba sent. Daß Beklagtem zu Prosequirung seiner eingewandten Leuterung ein ander Termin, so vollkommene Sächsische Frist in sich hält / förderlichst billich beniemt und angesetzt wird; Es ist aber so dann Beklagter solche seine Leuterung bey Verlust derselben zu prosequiren schuldig/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XX.

PARTIS PRIMÆ.

Ob die Appellation, so vor Notarien und Zeugen geschehen/anzunehmen?

Appellatio coram Notario & testibus interposita, num recipienda?

JEwol es nicht ohne/daß in gemeinen Rechten die Appellation vor Notarien und Zeugen ohne Unterscheid nicht gestattet/sondern allein angenommen werden soll/ wenn der Appellant den Richter nicht haben kan/oder aber er hätte sich von ihme zu befahren / so halten doch etliche/ daß es auch dieser Orter soll zuläßlich seyn / Damit nun derwegen auch Gewißheit sey/so wollen wir/daß diese letzte Meinung gehalten/und den Appellationen/so gleich auch für Notarien allein geschehen / deferirt werden solle.

Etsi non desint, qvi jure communi coram Notario & testibus Appellationes non passim admittendas existimant, sed tùm demùm, ubi vel copia judicis deest, vel tutò is adiri non potest. Nos tamen contrariam opinionem probantes, etiam coram solo Notario interpositæ appellationi deferri mandamus.

DEFINITIONES.

1. *Valet indistinctè in foro Saxonico appellatio coram Notario & testibus interposita, etiam absqve insinuatione.*
2. *Coram solo tamen Notario absqve testibus valida haud est appellatio.*
3. *Subsistit etiam jure Leuterario coram Notario & testibus interposita.*
4. *Admittuntur qvoqve appellationes in provinciis Saxonicis ad Qvæstores præfecturarum, qvando hi sunt judices superiores.*
5. *Etiam in foro Sax. non tantùm vivâ voce statim post latam sententiam, sed etiam intra decendium in scriptis admittitur Appellatio.*
6. *Judice inferiore appellationem recipere nolente, appellator judicem superiorem desuper implorare potest.*
7. *Deserta est appellatio, si præcisè intra 30. dies à tempore latæ sententiæ non fuerint petiti Apostoli.*
8. *Habenda etiam est appellatio pro deserta, qvando appellans in termino, ad Apostolos accipiendos sibi assignato, contumaciter emanet.*
9. *Introducenda est appellatio in foro Sax. intra mensem à die, qvo Apostoli dati fuêre, qvo tempore neglecto, appellatio habetur pro deserta.*
10. *Deserta porrò est appellatio, si nõ fuerit justificata intra annũ, vel justis ex causis intra bienniũ.*
11. *Etiam in foro Sax. intra annum civilem justificari debet Appellatio sub pœna desertionis.*
12. *Non solùm à definitiva, sed etiam ab interlocutoria sententia in foro Sax. appellare licet.*
13. *Rejicienda est appellatio ab executione ex instrumento & debito liqvido factâ.*
14. *Non habent jus appellandi Appellationum desertores.*
15. *Appellatio unius ex litis consortibus prodest etiam cæteris, qvi non appellárunt, si eadem horum omnium est ratio, non diversa.*
16. *Revisio locum habet, sublatâ licet appellatione*
17. *In causa appellationis judex superior partes litigãtes, inferiori judice irreqvisito, citare potest.*
18. *Super reassumtione litis & causâ appellationis simul potest pronũciari.*
19. *Admittitur etiam appellatio in processu criminali ordinario.*
20. *In processu verò criminali inqvisitorio appellare non licet.*
21. *Judex appellationis super usuris etiam pronunciare potest, licet de his nihil dictum fuerit in priore sententiâ.*
22. *Appellatio pro expensis saltem interposita non devolvit negotium principale ad judicem appellationis.*
23. *Neqve ab Electore Serenissimo, neqve à reliqvis Ducibus Saxoniæ ad Cameram Imperialem provocare licet.*
24. *Haud obstante privilegio de non appellando, Subditi Ducum Saxoniæ super nullitate sententiæ in Camera Imperiali conqveri possunt.*
25. *Privilegium de non appellando haud tollit supplicationem ad Superiorem.*
26. *Sententiâ in appellationis judicio reformatâ, tota causa principalis ad judicem appellationis devolvitur, nec locum habet remissio.*
27. *Sed confirmatâ sententiâ in judicio appellationis, causa ad judicem à qvo remittitur.*
28. *Licet judex appellationis remissionem disertis verbis in sententia exprimere haud obstrictus sit.*
29. *Hodie in foro Sax. nulla est alia pœna temerè appellantis, qvàm ut in expensas condemnetur.*
30. *Non habetur appellatio introducta pro deserta, priusqvam coram judice appellationis contumacia appellantis propter non factam justificationem fuerit accusata.*
31. *At super desertione appellationis nondum introductæ ad judicem superiorem, judex inferior à qvo, pronunciat.*

DEFINIT. I.

Valet indistinctè in foro Saxonico Appellatio coram Notario & testibus interposita etiam absqz insinuatione.

1 QVisqve, qvi se gravatum & injuriâ affectum putat, ad potentiorem, adeoqz etiam superiorem confugere solet, ex qvo jus appellandi natũ putat Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2. disp. 33. th. 1. lit. a.* †Qvod nec de jure divino incognitũ, 2 *Act. c. 25. v. 11.* †Et jamdudum à Moyse probatum 3 fuit, qvi *Exod. c. 18.* ex consilio soceri sui constituit judices, qvi deciderent causas & controversias levio-

leviores, majores verò ad se referrent, ubi non dubitandum, inqvit Bachov, qvin permissum fuerit populo, si se injuriâ à judicibus illis affectum putaret, Moysen interpellare. † Non tamen admittitur appellatio, nisi coram judice competente interponatur, puta coram eo, qvi sententiam tulit, *l. 1. ff. qvis & à qvo appellet.* † Nisi copia judicis haberi neqveat, qvo casu etiam coram Notario & testibus licet appellare, *c. si justus. 73. extr. de appellat. l. cum qvidam. 7. ff. eod. tit.* Ordin. Camer. *part. 2. tit. 29. §. 5.* Pract. Papiens. *de form. appellat. à sent. definit. §. coram vobis. n. 11. vers. sunt tamen aliqvi.* Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de primo decreto. §. jam de effectu. 5. n. 29.* Mynsi. *cent. 4. obs. 44. & 45.* † At jus Saxonicum hodiè appellationem coram Notario & testibus indifferenter admittit, sive judicis copia haberi qveat, sive non, *b.* Const. *20. ubi* Dan. Moll. *n. 1.* Joach. à Beust. *ad rubric. ff. de jurejur. n. 97.* † etiamsi ea non fuerit judici insinuata, modò in scriptis fiat & schedula appellationis instrumento Notarii inseratur, juxta tradita Dan. Moller. *hîc n. 13.* Mynsing. *dict. cent. 4. obs. 45.* † Qvantumvis tutius sit, propter revocationem attentatorum appellationem, coram Notario & testibus factam, judici insinuari, qvia haud facta insinuatione, judex ad instantiam partis appellatæ in executione procedere non prohibetur, ante inhibitionem subsecutam, Moll. *hîc n. 11.* † Planè in judicio Curiali harum provinciarum non admitti appellationem coram Notario & testibus consvetudine obtinuit, de qva testatur Auth. Consult. Const. Sax. *tom. 3. part. 3. q. 76.* Nuperrimè etiam constitutum reperitur, non aliter recipiendam esse talem appellationem, qvam si appellantem à judice inferiore nullos Apostolos accipere potuisse, demonstratum fuerit, Resol. Grav. de Anno 1661. Tit. von Justitien-Sachen. §. Und weil zum dreyßigsten/ ꝛc.

Ita Domini in causa Melchior Kornemans zu Freyberg; M. Jun. A. 1631. (Verba sent. Ist in Sachen euch Klägern an einem und Martin Richtern Beklagten anders Theils/ von dem Gerichte des Orts ein Abschied ertheilet worden / dadurch ihr euch höchlichen beschweret befunden. Da ihr nun eurem Andeuten nach für Notarien und Zeugen von solchem Abschied gebührender Maßen appelliren würdet/ ꝛc. So wäre die appellatio, ob schon sie auch bey dem Gerichte nicht insinuiret würde/ zu Recht beständig/ V. R. W.)

Definit. II.

Coram solo tamen Notario absq; testibus valida haud est appellatio.

1 QVid autem, *si gravatus coram Notario appellet, nullis adhibitis testibus?* † Nihilominus appellationem valere existimaveris, propter verba *b.* Const. *in fin.* Von den *appellationen*, so gleich auch für *Notarien* allein geschehen/ *deferirt* werden
2 solle. † Sed non putandum est, Illustrissim. Constituentem dictione illâ (Allein) testes excludere voluisse, qvin potiùs id sancire videtur, ut valeat appellatio coram Notario & testibus, etiamsi judex adsit, nec tamen ei appellatio insinuata fuerit.
3 † Idq; non modò apparet ex *Rubrica b.* Const. qvæ de testibus simul agit, Ob die *Appellation*, so vor Zeugen und *Notarien* geschehen / anzunehmen.
4 † Sed etiam convenit hoc ipsum Cameræ Imper. Ordin. *in part. 2. tit. 29. §. item* so soll einem ieden.
5 Matth. Wesenb. *consil. 1. n. 30.* † Nec enim soli scripturæ Notarii absq; testibus creditur, *Nov. 44. in prefat. & Novell. 73. c. sed & si instrumenta. 5. Dd. in l. generali. 3. C. de tabular. & scrib. lib. 10.* ut vel propterea saltem testes adhiberi necesse sit, Dan. Moll. *hîc. n. 2. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Da ihr nun/ eurem Andeuten nach/ für Notarien und Zeugen (so dißfalls nothwendig darbey seyn müssen) von selbigem Abschied gebührender Maßen appelliren würdet/ So wäre die appellatio zu Recht beständig/ V. R. W.)

Definit. III.

Subsistit etiam jure Leuteratio coram Notario & testibus interposita.

QVum Leuteratio parum differat ab appella- 1
tione, qvin & in effectu nihil aliud sit, qvàm appellatio, Weichbild. *art. 74. ubi* Gloss. *n. 3.* ita ut omnia ferè jura, qvæ de appellatione loqvuntur, in foro Saxon. etiam in Leuterationibus locum habeant, Andr. Rauch. *part. 1. q. 12. n. 17.* Christoph. Zob. *part. 1. diff. 40. n. 5.* † Inferre hinc licet, non 2
minus Leuterationem qvàm appellationem, coram Notario & testibus interpositam, subsistere, juxta tradita Def. 1. qvod & placet Matt. Wesenb. & Dan. Moll. *hîc. n. 17.* † Et si hoc non concederetur, haud certè video, qvomodo consulendum esset Leuteranti eo casu, qvo judicis vel assessorum copia haberi neqvit, † ut vel tùm saltem co- 4
ram Notario & testibus Leueratio interposita valida jure haberi debeat, prout animadvertit Dan. Moll. *ad Const. Elect. 19. n. 9. part. 1.*

Ita Domini in causa Abel Gottlers zu Lucca/ Mens. Jan. A. 1634. (Verba sent. Ist in Sachen euch an einem und Barthel Hertels am andern Theil/ ein Abschied ertheilet worden/ darüber ihr euch höchlich beschweret befunden; Demnach ihr aber binnen dem decendio der Gerichten nicht mächtig seyn können/ habt ihr wider vorgedachten Abschied vor Notarien und Zeugen eine Leuterung eingewendet / und darüber ein Instrumentum aufrichten lassen/ ꝛc. Da ihr nun solches Instrumentum den Gerichten gebührl. insinuiren würdet; So möchte euch ein Termin zur prosecution solcher Leuterung nicht abgeschlagen werden/ sondern ihr würdet damit billig zugelassen/ V. R. W.)

Defin. IV.

Admittuntur qvoq; appellationes in provinciis Saxonicis ad Qvæstores præfecturarum, qvando hi sunt judices superiores.

NOn fit appellatio, nisi ad judicem superio- 1
rem, qvoniam reformatio sententiæ, qvæ non rarò fit in secundâ instantiâ, non potest contingere, nisi vi potestatis majoris & superioritatis. Neqve à pari vel minori judice inhibitiones compulsoriales & alia id genus decerni qveunt: † Qvidni ergò admitteretur appellatio ad Qvæ- 2
stores præfecturarum in provinciis Saxonicis, tùm scilicet, qvando hi judices existunt magistratuum eorum, à qvibus provocatur. † Nec enim 3
statim ad Principem confugere licet, sed appellatio gradatim à judice inferiore ad superiorem, nullo intermedio omisso, fiat necesse est, *c. dilecti. 66. extr. de appellat. l. appellandi. 1. §. si qvis. 3. l. Imperatores. 21. ff. eod. tit. l. præcipimus. 32. C. eod. tit.* Ordin. Camer. *part. 2. tit. 29. §. 1.* Ordin. appellat. Elect. Saxon. *tit.* Wer vor unser *Appellation*-Gericht/ *post pr. vers.* Jedoch weil in der Landes-Ordnung/ Andr. Gail. *lib. 1. observ. 19. n. 2.* † ne sci- 4
licet confundantur jurisdictiones, *l. nemo. 4. C. de jurisd. omn. judic. c. pervenit. 39. caus. 11. qv. 1.* Gvid. Pap. *dec. 436. n. 3.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appell. n. 9.* † Licet hoc qvibusdam in casibus fallat, 5

ubi

ubi omiſſis etiam intermediis judicibus, ſtatim provocatur ad ſuperiorem, de qvibus *vid.* Sigiſ. Scacc. *de appellat qvæſt. 7. n. 36. 52. & ſeqq. n. 88. & ſeqq. &* 6 Matth. Berlich. *part. 1. concl. 50. n. 68. & ſeqq.* † Imprimis verò licet confugere ad ſuperiorem, ſi judex intermedius deneget juſtitiam; Ord. Camer. *dict. tit. 20. §. 1. in med. verſ.* Es wäre denn daß der nechſte Unterrichter. Gail. *dict. obſervat. 119. n. 2. & lib. 1. obſervat. 28. n. 3.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 4. n. 138. & ſeqq.* Dan. Moller. *lib. 2. Semeſtr. 30. in pr. & n. 1.* Jac. Menoch. *lib. 1. arbitr. jud. qvæſt. 7 70. n. 15. & ſeqq.* † Non ſolùm expreſsè, ſed etiam ſi alterutri parti inanibus ſubterfugiis, litem malitioſè protrahenti, nimis indulgeat, Moller. & Schra- 8 der. *dict. loc.* † Semper tamen juſtitiæ denegatio prius eſt docenda, anteqvam intermedio excluſo, ad ſuperiorem deveniatur, nec creditur nudis narratis partium, de qvo *vid. omninò* Andr. Gail. *dict. obſervat. 28.*

Ita Domini in cauſa der Gemeinde zu Kaucha & Conſort. contra Gottfried von Niſchwitz/ ventilatâ in Præfectura Miſnenſi, Menſ. Sept. A. 1601. (Verba ſent. Daß die eingewandte Appellation ihrer Formalien halber zu Recht beſtändig/ und daher dieſe Sache zu gebührlicher Rechtfertigung an euch den Schöſſer erwachſen/ der Materialien halben aber erſcheinet aus den Acten allenthalben ſo viel/ daß in erſter Inſtantz wol geſprochen/ und übel davon appelliret/ derowegen dieſe Sache an den vorigen Richter billich remittiret wird/ V. R. W.)

Definit. V.

Etiam in foro Saxonico non tantùm vivâ voce ſtatim poſt latam ſententiam, ſed etiam intra decendium in ſcriptis admittitur appellatio.

1 SUfficit ſola vocula (*Appello*) vivâ ſaltem voce ſtatim poſt latam ſententiam in continenti prolata, ut ad judicem appellationis cognitio 2 cauſæ devolvatur; † qvia vocula hæcvim devolutivam & ſuſpenſivam habet, *l. 2. ff. de appellat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 26. defin. 12. num. 1.* 3 † Poteſt tamen etiam intrà decendium in ſcriptis appellari, ſi vivâ voce in continenti litigatores appellare noluerint, *l. 6. §. pen. l. litigatoribus. Auth. hodie. C. de appellat.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 130. num. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 119. n. 1.* Mynſing. *cent. 2. obſervat. 12. & cent. 3. obſervat. 15.* Hoſtienſ. *in ſummar. extr. de appellat. n. 6.* At num 4 etiam in foro Saxonico? † Certè hoc jure ſemper in continenti & ſtatim poſt latam ſententiam vivâ voce appellationes fieri, auff friſchen unverwandten Fuß mit lebendiger Stimme/ probatur per text. *in art. 6. circa fin. lib. 2.* Landr. Gloſſ. Weichbild. *art. 14. poſt pr.* junctis iis, qvæ tradit Chilian. König. *in proceſſ. c. 106. num. 4. & c. 124.* Chriſt. Zobel. *part. 1. differ. 41. num. 4. & ſeqq.* 5 † Sed de conſvetudine hodiernâ aliud obſervatur, & nihil freqventius eſt in foro Saxonico, qvam ut in ſcriptis, ſaltem intra decendium appellationes recipiantur, Zobel. *dict. loc.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 130. num. 3.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. qvando appellat. ſit, num. 3.* Georg. Rotſchitz. *in* 6 *proceſſ. part. 1. c. 38. n. 11. & ſeq.* † Qvam conſvetudinem etiam diſertè approbavit Elector Sereniſſimus in Ordinat. Appellat. *tit.* Von *Appel-* 7 *lationen* wie die angenommen. † Qvin & ſi ab interlocutoria ſententiâ appelletur, præcisè appellationem eſſe interponendam, nec vivâ voce fieri poſſe, niſi habeat vim definitivæ, non malè qvis dixerit, per text. in *cap. 1. extr. de appellat. in 6to.* Ordin. Camer. *part. 2. tit. 29. §. 3. & ſeq.* Weſenb. *in parat. ff. de appellat. n. 9.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 130. n. 1. & ſeq.* Mynſ. *cent. 1. obſerv. 66. in pr. & cent. 3. obſ. 15. n. 3. & ſeqq.* Currit autem in appellationibus perinde ut in leuterationibus † Decen- 8 dium à die latæ ſententiæ, à momento in momentum, Ordin. Camer. *part. 2. tit. 29. §.* So ſollen auch. Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 139. n. 6.* Mynſing. *cent. 2. obſervat. 68.* † Etiam ignoranti, *l. 1. §. ult. ff. qvando* 9 *appellat. ſit.* Hart. Piſtor. *part. 1. qvæſt. 36. n. 3.* Felin. *in cap. qvod ad conſultationem. 15. extr. de ſent. & re judicat. n. 34.* † Sufficit tamen ultimâ ſaltem horâ 10 interponi appellationem, Salycet. *in Aut. hodie. C. de appellat.* perinde ut de leuteratione dixi Conſt. *præced.* Defin. 17.

Ita Domini in cauſa Curatoris Viduæ Valtin Hünerfelds contra Syndicen des Raths zu Friederichroda/ ventilata in aula Ducum Sax. Vinarienſ. Menſ. Sept. A. 1613.

Et in cauſa Hanſen Calixtens Wittiben contra Martin Winckler Wittben und Tochter zu Dreßden/ Menſ. Jun. Anno 1601.

Definit. VI.

Judice inferiore appellationem recipere nolente, appellator judicem ſuperiorem deſuper implorare poteſt.

QVid verò, ſi judex inferior appellationem intra decendium coram ſe interpoſitam recipere nolit, ſed tanqvam frivolè interpoſitam rejiciat? Duplici modo tùm appellanti proſpectum eſt: 1 † Vel enim coram Notario & teſtibus appellare 2 valet, *Supr.* Defin. 1. † Vel poteſt adire judicem ſu- 3 periorem, eiq; ſupplicare, ut recipiat appellationem, *l. à proconſulibus. 19. C. de appellat. ubi* Bartol. *n. 4. verſ. qvandoq; ejus appellavit fruſtratoriè.* Matt. Berlich. *part. 1. concl. 50. n. 110.* † Qvin & ſi judex in- 4 ferior ob non receptam appellationem, appellanti det Apoſtolos refutatorios, propterea tamen res ſtatim perdita non eſt, ſed hoc etiam caſu, appellator judicem ſuperiorem adire, eiqve cauſas & gravamina appellandi proponere, atqve ſimul inhibitionem petere poteſt. † Sæpiùs enim tum appel- 5 lantem à judice ſuperiore inhibitionem impetrâſſe & ad juſtificationem appellationis admiſſum fuiſſe compertum habemus, veluti qvoqve id practicari in Camerâ Imperiali, teſtatur Joach. Mynſing. *cent. 3. obſervat. 55.*

Ita Domini in cauſa Jacobi Hennickers Beklagten/ und Appellanten an einem/ Ernſt Wagewitzens Klägern und Appellanten anders Theils/ ventilatâ in aula Anhaldina Deſſavienſi, Menſ. Jun An. 1601. (Verba ſent. Daß die Appellation ihrer Formalien halber zu Recht beſtändig/ ꝛc.)

Et in cauſa Jonâ Lappens contra Ludolff Probſteinen/ Menſ. Maj. A. 1631.

Definit. VII.

Deſerta eſt appellatio, ſi præcisè intra triginta dies à tempore latæ ſententiæ non fuerint petiti Apoſtoli.

ETſi ſola etiam Vocula (*Appello*) ſufficiens ſit 1 ad id, ut ad judicem appellationis cognitio

causæ devolvatur, & conseqventer, ne qvicqvam in appellationis præjudicium attentari debeat, *l. 2.ff.de appellat. l.1. & tot. tit. ff. nihil innovar. appellat. interp. Supr.* Defin. 5. † attamen neqvaqvam 2 sufficiet, nec scriptis etiam interposita appellatio ad hoc, ut satis introducta censeatur, nec desertio videri possit, ni appellans qvoqve intra triginta dies Apostolos petierit, *l. judicibus. 24. l. eos qvi. 6. §. ult. C. de appell. l. un. ff. de libell. dimiss. c. ult. §. judicib. caus. 2. qv. 6. Clem. qvamvis. 2. de appell.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appell. n. 4.* Joh. Zanger. *de exsenb. cept. part. 2. c. 20. n. 3.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 139. n. 15.* Joach. Mynsing. *cent. 4. obs. 36. in pr.* Specul. *l. 2. part. 3. tit. de appell. §. qvaliter autem appellatio.* 3 *6. n. 15.* † Qvod nec in foro Saxonico aliter observatur, ut patet ex Ordin. appellat. Elect. Sax. *tit.* Von *appellationen*, wie die angenommen. *post pr.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 41. n. 10.* Georg. Rotschitz. *in process. cap. 39. n. 2. & seqq.* Reinh. *part.* 4 *4. differ. 51. sub fin.* † Et currere incipit hoc tempus triginta dierum, non à die interpositæ appellationis, ut putat Hostiens. *in cap. cordi. 1. de appell.* 5 *in sexto.* Rotschitz. *dict. cap. 39. num. 4. & 8.* † Sed à die latæ sententiæ, ita ut in his triginta diebus contineatur etiam decendium illud, intra qvod appellatio interponi debet, *dict. l. 24. C. de appell. cap. ult. §. judicib. caus. 2. qv. 6.* Wesenb. *dict. num. 4.* Matth. Col. *de process. execut. part. 3. cap. 8. n. 51.* Joh. Zanger. *dict. cap. 20. n. 2. in fin.* nisi forsan appellans 6 ignoraverit sententiam esse latam, † qvo casu spatium 30. dierum non nisi à die scientiæ currit, Zang. *dict. loc. n. 3.* Wurmbs. *lib. 1. observ. tit. 24. obs.* 7 *23. n. 4.* † Qvamvis tutius agat appellator ad omnem disputandi occasionem evitandam, statim in ipsa appellatione apostolos petendo, qvod facere potest, *dict. Clem. qvamvis. 2. post pr. de appell.* Rotsch. 8 *dict. cap. 39. n. 4. & 8.* † Planè, in appellatione coram Notario & testibus interposita, ejusmodi Apostolis reverentialibus opus non est sed, sufficiunt testimoniales, qvi à Notario dati unà cum appellatione transmittuntur, licet eæ non statim, sed re prius cognitâ, cur nempe judex inferior appellationem denegaverit, recipiantur, juxta Ordin. appell. Elect. Sax. *tit.* Von *appellationen*, wie die angenomẽen und *justificiret* werden sollen/ *vers.* Dieweil aber auch/ &c. teste Dan. Moll. *hic n. 10.*

Ita Domini in causa Melchior Werners contra Hansen Schwendendörffers Erben/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Sept. A. 1632. (Verba sent. Daß die Appellation desert und erloschen/ und seyn Beklagte Klägern die expensen retardati processus auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. IIX.

Habenda etiam est appellatio pro deserta, qvando appellans in termino, ad Apostolos accipiendos sibi assignato, contumaciter emanet.

1 INtra hosce qvoqve triginta dies, (qvi parti petenti Apostolos & judici eosdem concedenti sunt communes) judex hoc nomine reqvisitus terminum ad dandos apostolos petitos præfigere debet, *l. 6. §. ult. l. 24. C. de appell. Nov. 126. cap. 3. in fin. c. ult. §. judic. caus. 2. qv. 6.* Georg. Rotschitz. *in process. part. 1. cap. 59. n. 9. & seq.* Pract. Papiens. *in forma responsionis judic. à qvo appelletur. §. sta-*2 *tuit & assignavit n. 2.* † At nonne etiam parti haud petenti judex Apostolos dare tenebitur? Ita qvidem videtur disposito in *dict. l. 6. §. ult. C. de appell.* † Sed nimirum officio judicis incumbere 3 Imperatores voluerunt, statim deferre appellationi, & oblatione Apostolorum etiam partem prævenire, idqve sub comminatione pœnæ, ut communiter statuunt *Dd. in l. 24. C. de appell.* † & 4 tamen si judex in officio faciendo cesset, partem ipsam Apostolos petere oportebit, nisi appellationem pro deserta haberi velit, Defin. *præced.* † 5 qvoniam negligentia judicis non excusat partem appellantem, in cujus potestate fuit Apostolos petere, & ut ait Castrens. *dict. l. 6. §. ult.* major est negligentia partis non petentis, qvam judicis non offerentis. † Licet existimet Jac. Cujac. *ad Paul.* 6 *5. sent. 34. Impp.* in *dict. l. 6. §. ult.* aliqvid novi constituisse. † Cæterum diligenter appellans attende- 7 re debet, ut in termino sibi ad Apostolos accipiendos assignato compareat, ne aliàs appellatio pro desertâ habeatur, *c. ab eo 6. de appell. in 6to. Clem. qvamvis. 2. eod. c. ad aures. 33. extr. eod. tit. l. præses. 5. l. qvoniam 18. C. eod. tit.* Felin. *in c. personas. 4. extr. eod. n. 1.* Pract. Papiens. *dict. §. statuit & assignavit.* Mynsing. *cent. 3. observat. 22. n. 4. Vide Resolut. Grav. de Anno 1661. tit.* Von *Justitien*-Sachen. §. zum neun und zwantzigsten/ &c.

Ita Domini in causa Curatoris Annæ Viduæ Joh. Keiners contra die Obbarische und Neandrische Erben zu Heringen/ Mens. Sept. A. 1634. (Verba sent. Daß die von Klägern eingewandte Appellation desert und erloschen/ &c.)

Definit. IX.

Introducenda est appellatio in foro Saxonico intra mensem à die, qvo Apostoli dati fuêre, qvo tempore neglecto, appellatio habetur pro deserta.

1 PRo forma appellationis reqviritur etiam, ut judex, à qvo appellatur, appellanti certum & congruum tempus statuat, intra qvod se cum Apostolis Reverentialibus, præsentet judici ad qvem, & coram eo appellationem introducat ac inhibitionem ad judicem à qvo impetret, *l. præses. 5. C. de appellat.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 3. cap. 8. n. 51.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 140. num. 1. & seqq.* Georg. Rotschitz. *in process. cap. 39. n. 12.* † Etsi ve- 2 rò de jure communi, tempus hoc introducendæ appellationis haud certum, sed judicis arbitrio commissum sit, *dict. l. 5. C. de appellat. c. personas. 4. & cap. seq. c. oblatæ. 57. extr. eod. tit.* † Vel qvia 3 Lex, qvæ ignorabat distantiam loci, ad qvem appellaturus qvis esset, non potuerit certum præscribere terminum, ut putat Salycet. *in dict. l. 5.* Vel qvod verius videtur, † qvia leges id relinqve- 4 re voluerunt officio judicis, qvi dat Apostolos, ut hic simul definiret spatium, intra qvod judici superiori Apostoli præsentarentur, juxta *gloss. in dict. l. 5.* † Attamen in foro Saxonico certum tem- 5 pus introductioni Appellationis præfinitum est, nimirum Mensis unus à die, qvô Apostoli dati fuere, computandus, Ordin. Appellat. Elect. Saxon. *tit.* Von *Appellationen*, wie die angenommen / *post pr. vers.* Auch darinne den *Appellanten* eine Monats-Frist. † Qvod tempus 6 tàm præcisè est observandum, ut si appellans hoc omiserit, appellatio pro desertâ habeatur,

tur, *dict. tit.* Von *appellationen*, wie die angenommen. Bald. *in dict. l. 5. C. de appellat.* 1. Matth. Col. *dict. cap. 8. n. 51.*

Ita Domini in causa Actoris Curatoris Magdalenæ Viduæ Johannis Ulmans/ contra Michael Ulman & Consorten zu Dreßden/ Mens. Aug. A. 1635. (Verba sent. Daß die Appellation defert und erloschen/ und ist Beklagter Klägern die Unkosten retardati processus auff vorhergehende liqvidation und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. X.

Deserta porrò est appellatio, si non fuerit justificata intra annum, vel justis ex causis intra biennium.

1 PRoseqvendæ sive justificandæ appellationis tempus est hodiè annus, & ex justa causa biennium, *l. ult. §. illud. 4. C. de temp. & repar. appell.* Nam postqvam appellans intra decendium appellationem interposuit, Apostolos reverentiales petiit, & se intra legitimum terminum judici superiori præsentavit, 2 † necesse porro est, ut appellationem sic introductam sub pœna desertionis prosequatur & justificet, intra annum, vel si ex justis causis impediatur, intra biennium, *dict. l. ult. §. 4. & Auth. ei qui C. de temp. & repar. appell.* Matt. Wesenb. *in parat. ff. qvando appellat. n. 6.* Georg. Rotschitz. *in proceff. part. 1. cap. 40. n. 1. & seqq.* Christ. Zobel. *part. 1. diff. 4. n. 6.* Dan. Moller. *lib. 4. Semestr. 32. n. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 141.* Joh. 3 Zanger. *de except. part. 1. cap. 1 n. 68.* † Qvod tempus currere incipit non à die introductæ, sed interpositæ appellationis, ita ut in hoc anno triginta dies, intra qvos Apostoli petendi sunt, & simul mensis introducendæ appellationis contineatur, *l. 2. & 3. C. de temp. & reparat. appell.* Matth. We- 4 senb. Gail. & Rotschitz. *dict. loc.* † Ideoqve vult Constitutio *dict. l. 3.* ut gesta & acta primæ instantiæ maturè edantur judici Superiori, qvò idoneum tempus decidendæ causæ habere possit, Reinh. Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 33. th. 8. lit. K. § verb. Hoc tempus à die appellationis.* † Sanè, in judicio Appellationis Electorali Saxonico, qvod singulis semestribus Dresdæ habetur, hoc specialiter receptum est, ut appellatio in proxime seqventi termino debeat justificari, Ord. Appell. Elect. Sax. *tit.* Von *Appellationen*, wie die angenommen werden. §. Wann nun also die *appellation*. Dan. 6 Moll. *dict. c. 32. n. 2. & 3.* † modò à tempore introductæ appellationis ad proximè seqventem terminum tantum tempus (putà sex septimanarum ac trium dierum) restet, ut citatio legitimo mo- 7 do potuerit impetrari: † Cæteroqvin si tantum temporis non supersit, appellans excusationem meretur & appellationem in altero proximè seqventi termino prosequi debet, *dict. tit.* Von *appellationen*, wie die angenommen. §. Darum wenn der *appellant. post pr.*

Ita Domini in causa Friedrichs Seyfrieds von Pünickau contra Abraham Herbsten zu Weissenfels/ Mens. Sept. A. 1634. (Verba sent. Daß die Appellation defert und erloschen/ V. R. W.)

DEFINIT. XI.

Etiam in foro Saxonico intra annum civilem justificari debet Appellatio sub pœna desertionis.

1 REgulariter ergò justificationi appellationis præscribitur spacio unius anni defin. *præced.* At cum in foro Saxonico præscriptio annalis continet annum Saxonicum, nempe trecentos, sexaginta qvinqve dies, sive annum civilem, unà cum sex hebdomadis & tribus diebus, Landr. *lib. 1. art. 38.* Andr. Rauchb. *part. 2. qv. 24. n. 34.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de usucap. n. 7.* qværi posset, † an 2 non sufficiat in foro Saxonico justificari appellationem post effluxum annum civilem, saltem intra sex illas septimanas & tres dies à jure Saxonico anno Civili additas? † Qvod affirmat Matth. Col. 3 *part. 1. decis. 140. n. 4.* qvem seqvitur Matth. Berlich. *part. 1. concl. 50. n. 152.* persvasum nempe sibi habent, † præscriptionem annalem indifferenter 4 in foro Saxonico esse anni & diei, h. e. Ein Jahr/ sechs Wochen und drey Tage/ prout multis textibus ex jure Saxonico tueri conatur D. Berlich. *in decis. 115.* † Sed nimirum, hoc verum est duntaxat 5 in regularibus seu decretivis, & in jure Saxonico adinventis præscriptionibus, annali scilic. bonorum mobilium, & triennali immobilium atqve jurium incorporalium. † Secus vero in præscri- 6 ptionibus juris Civilis specialibus & singularibus in foro etiam Saxonico usitatis, ut est biennii, qvinqvennii, vicennii, &c. qvippe qvæ juri communi fuêre relictæ. † Neqve enim existimandum est, 7 Saxones definitione sua duorum temporum totam observationem præscriptionum tantis vigiliis excogitatam voluisse evertere, *l. si qvando 55. in pr. C. de inoff. testam.* Petr. Heig. *part. 1. qv. 16. n. 47.* † Proindè, cùm etiam præscriptio annalis 8 in appellationis justificatione specialiter de jure civili fuerit statuta & adinventa, *l. ult. §. illud 4. C. de temp. & repar. appell.* nec qvicqvam in hac de jure Saxonico expressè immutatum reperiatur, † 9 etiam in foro Saxonico, intra annum civilem, qvi continet saltem trecentos sexaginta qvinqve dies, justificationi appellationis præscribi, rectissimè qvis dixerit *cum* Reinh. *part. 4. diff. 40.* † Idqve eo 10 magis, qvod prosecutio appellationis, qvo lis non parum protrahitur, restringenda potiùs, qvam amplianda sit, *c. odia. 15. de Reg. jur. in Sexto.* † Qvin ne- 11 qve ex statuto Saxonico, qvô breviores sunt præscriptiones, videri debent prorogatæ, sed qvæ longiores erant, autoritate & intellectu statuti contractæ, *arg. l. sicut. vers. hæ autem. l. omnes. 4. in pr. C. de præsc. 30. vel 40. annor. l. in omnibus. 13. ff. de diverf. temp. præsc.* Petr. Heig. *dict. qv. 16. n. 53.* Noviter constitutum est, qvod appellationes in proximo termino Dicasteriorum supremorum justificari debeant, *Ref. Grav. de An. 1661. tit.* Von *Justitien*-Sachen. §. und damit zum acht und zwantzigsten.

Ita Domini in causa Ambrosii Sommers contra Hieronymum Heidern und Consorten, Mens. Majo Anno 1627. (Verba sent. Daß die eingewandte Appellation defert und erloschen/ und seyn Beklagte Klägern die Unkosten retardati processus auf unsere Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. XII.

Non solùm à definitivâ, sed etiam ab interlocutoriâ sententiâ in foro Saxonico appellare licet.

ETsi de jure communi, regulariter duntaxat à 1 sententia definitiva, non etiam ab interlocutoria, † nisi in casibus qvibusdam (de qvibus vid. 2 Sigism. Scacc. *de appell. qv. 17. n. 81. & seqq. &* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 50. n. 41. & seqq.*) appellatio recipiatur, *l. si Clericus. 2. C. de Episc. audient. l. 2. ff. de appellat. recip. l. ante sententiæ. 7. C.*

qvor.appell.non recip. Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appell. n. 8.* Hostiens. *in summar. extr. de appell. n. 5.* Matth.Col. *part.2.decis.269.n.1.& ibid. in addit.* Frider. Pensold. Christ. Zobel. *part. 1. diff. 41.*
3 *n.9.* † Attamen, de jure Canonico à qvocunqve gravamine & qvâvis sententia, etiamsi sit interlocutoria, appellare licet, *c. super eô 12. c.ex parte.47. c.cum cessante.60. extr. de appell.* Wesenb. *dict.loc.* Andr.Gail. *lib.1.observ.120.n.2.& observ. 129.num.1.*
4 Joach.Mynsing.*cent.4.observ.43.* † Qvod jus Pontificium hoc in casu etiam Saxones seqvuntur, ita ut in foro Saxonico, à qvacunqve interlocutione & ab omni gravamine, tam judiciali qvàm extrajudiciali, appellare liceat, teste Andr. Rauchb. *part. 2.qv.6.n.55.* Matth.Col. *dict.decis.269.n.2.* Wesenb. & Zobel. *dict.loc.*

Ita Domini in causa Abel Harladens zu Hertzberg / Mens. Sept. A. 1634. (Verba sent. Ist in Sachen euch Klägern an einem/und Martin Kolben Beklagten anders Theils/ ein interlocut Urtheil gesprochen worden. Und demnach ihr euch dadurch beschwert befindet / seyd ihr davon zu appelliren vorhabens; Ob nun wol sonsten auf Sächsis. Boden auch die appellation in dergleichen Fall statt hat/ &c.)

Definit. XIII.

Rejicienda est appellatio ab executione ex instrumento & debito liqvido facta.

1 FLeri vix potest, ut non frivola habeatur appellatio, qvæ fit ab executione ex instrumento ac debito liqvido & confessato, ut proinde ipsi defe-
2 rendum non sit. † Qvia nunqvam recipiendæ sunt frivolæ & frustratoriæ appellationes, *c.cum appellationibus.5. de appell. in sexto. junct.c.constitutis.46. extr. eod. tit.* veluti rectissimè concludit
3 Matth. Col. *de process.execut.part.4. cap.2. n.33.* † Nam operatur probatio instrumentalis propter recognitionem, vim confessionis, *l. cum de indebito.25.§.ult.ff. de probat. l. plures. 19. C. de fide instrum.* At contra propriam Confessionem prohibita est appellatio, *l. 2. C. qvor. appell. non recip.*
4 Dec. *in c. cum speciali 61. §. porrò de appellat.* † Et sanè, qvia judicium executivum non admittit exceptiones vel contradictiones, reqvirentes longam vel altiorem indaginem, frustra provocatur ad cognitionem plenariam, *l. ult. C. de compensat. l. 2. C. de edict. D. Hadr. toll. l. ille à qvo 13. ff. ad SCtum Trebell. l. in hâc 3. §. ibidem. 3. ff. ad exhib.* Coler. *dict.loc.n.32.*

Ita Domini in causa Hansen Wintzers contra Barthel Hennigen zu Lützen/ Mens. Mart. A. 1633. (Verba sent. Daß die eingewandte Appellation, gestalten Sachen nach/ nicht zulässlich/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Non habent jus appellandi Appellationum desertores.

1 CUm in foro Saxonico non minus à sententia interlocutoria, qvàm definitiva, imò & à qvocunqve gravamine tam judiciali qvam extra-
2 judiciali liceat appellare, *Supr.* Defin. 12. † non malè forsan putaveris, provocari qvoqve posse à sententia, in qva appellatio interposita deserta pronunciatur: prout sentit Andr. Gail. *lib. 1. ob-*
3 *serv. 138.* † Sed manifestæ appellatorum contumaciæ neutiqvam favendum, ne appellationem à deserticnis declaratione recipiendam esse, tradunt *Dd.* communiter, per text. *in cap. personas. 4. cap. cum sit Romana.5. ubi* Panormit. *n.18. & 19. extr. de appell.* Marant. *de Ordin. judic. part. 6. de appell. n. 102.* Andr.Rauchb. *part.1.qvæst.14. n. 14.* † Nam &
4 in prima instantia manifesti & veri contumaces, & qvi ex eremodicio condemnantur, Imperiali autoritate appellationis auxilio indigni habentur, *l.1.C. qvor.appell.non recip. l. ex consensu 23. §. fin. ff. de appell. l. properandum. 13. §. sin autem.3. C. de jud.* † Qvidni ergò multo magis in secunda instantia
5 desertores litis ab appellationis beneficio excluderentur? maximè, cum nefas sit, † lites in infinitum
6 extendi, *l. apertissimi. 16. C. de judic.* multisqve appellationibus protrahi, *l. oportet. 36. C. de appell.* & litem alteram ex litis primæ materia admitti, *l. terminato.3. C. de fructib. & lit. expens.* † Nec mo-
7 vet in contrarium, qvod dicitur in *c. directe.39. extr. de appell.* provocare posse eum, qvi deseruit appellationis causam; siqvidem diversa ibi fuere gravamina, & non à desertione appellationis, † sed
8 ab alio & diverso atqve novo gravamine denuò provocare conceditur, ut bene explicat Rauchb. *dict.qv.14. n.16.*

Ita Domini in causa Abel Harladens zu Hertzberg / Mens. Sept. A. 1634. (Verba sent. Da ihr aber dennoch hiebevor allbereit appelliret hättet / und im jüngsten Urtheil selbige Appellation für desert erkant worden wäre / dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet: So wäret ihr von solchem Urtheil anderweit zu appelliren nicht berechtiget/ V.R.W.)

Definit. XV.

Appellatio unius ex litis consortibus prodest etiam cæteris, qvi non appellârunt, si eadem omnium horum est ratio, non diversa.

QVod constitutum est, ut uno ex pluribus e-1
jusdem litis consortibus appellante, debeat appellatio prodesse etiam iis, qvi non appellârunt, ad impediendam interea judicati executionem, *l.1.& 2.C. si unus ex plurib. appellav. l. si qvi separatim. 10. §. ult. ff. de appell. l. 1. C. de divers. rescript. c.una sententia. 72. extr. de appell.* † Id locum ha-2
bet non solùm in dividuis rebus, sed etiam in individuis. † Qvia sententia prius lata, de qvâ potis-3
simum agitur in appellationis instantiâ, suâ vi individua esse censetur, *l. in judicio. 47. ff. famil.ercisc.* ut & tàm in his, qvi in solidum obligati fuerunt, † 4
qvàm etiam in iis, qvi pro virili saltem, ex communi tamen causa tenentur, *dict. l. si qvis separatim. 10. §. qvoties. 2. junct. §. ult. ff. de appell.* Salycet. *in d.l.1. C. si unus ex plurib.* Hart. Pist. *part. 1. q. 47. n.5.* †Sed nunqvam aliter, qvam si una eademqve fuerit 5
condemnationis & appellationis causa inter plures, *dict. l.1. & 2. C. si unus ex pluribus appell.* Anton. Fab. *in Codic. lib.7. tit.31. defin. 1.num.2.* Hart. Pistor. *qvæst. 47.n.17.* † Dubito itaqve, an rectè sen-6
serit Andr. Rauchbar. appellationem debitoris non prodesse fidejussori *part. 2. qvæst. 7.* cum una eademqve horum sit causa & ratio, Cujac. *in parat. C. de fidejuss.* Valent. Franc. *de fidejuss. c.1.n.10.* † ac 7
propterea exceptiones debitoris, ipsam obligationem concernentes, prosint etiam fidejussori, *l. ult. C. de fidej. l. cum duo. 2. l. pen. ff. de duob. reis. l. mora. 32. §. pen.*

§. pen. ff. de Usur. l. centum Capuæ. 8. ubi Donell. n. 8. ff. 8 *deeo qvod certo loco.* † Qvamvis hoc eatenus largiar Rauchb. qvatenus ex diversâ causâ contra fidejussorem vel debitorem principalem agatur, de qvo casu loqvi videtur *dict. qvæst. 7.* ut apparet ex 9 traditis *n. 17. & 18.* † Cæterùm qvando appellatio unius reliqvis litis consortibus non prosit, per limitationes tractat ad amussim Hart. Pistor. *dict. qv. 47. n. 16. & multis seqq.*

Ita Domini in causa Jacobi Henigkens contra Ernestum Wagenitzen zu Dessau/Mens. Jun. Anno 1601.

Definit. XVI.

Revisio locum habet, sublatâ licet appellatione.

1 PRohibitâ licet appellatione, neqvaqvam tamen Revisionem actorum, sicut nec supplicationem prohibitam censeri, tradunt *Dd.* communiter, qvos copiosè allegat Petr. Heig. *part. 1. qv. 10. n. 49.* Vinc. Franc. *decis. 148. n. 3.* Rol. à Valle *consil. 29. n. 48. & seq. lib. 1.* Natta. *lib. 1. consil.* 2 *172. n. 9. & seq.* † cum hoc casu Revisio potius loco appellationis successerit, secundum Hippol. de Marsil. *sing. 88. in fin.* Jac. Cujac. *ad tit. C. ne liceat in una eademq; causa.* Rol. à Valle. *lib. 1. consil. 94. n. 9. & seq.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. qv. lib.* 3 *1. qv. 71. n. 18.* † Qvo argumento in Gallia, Hispania, Regno Neapolitano & Ducatu Pedemontano, Supplicationis & Revisionis usus invaluit. †
4 Qvin & in Germanico Imperio supra Imperialem cameram, placuit constitui aliud Tribunal superius pro Revisione actorum, Ordin. Camer. *part. 3. tit. 53.* Petr. Heig. *dict. qv. 10. n. 51.* Ventur.
5 de Valent. *in parth. litig. lib. 2. cap. 14. n. 13.* † Sicuti ergo per appellationem, ita etiam per Revisionem, executio judicati suspenditur, ut multis rationibus tuetur Heig. *dict. qv. 10. n. 63. & multis seqq.* Et sicuti non admittitur appellationis appel-
6 latio; † Ita nec revisionis revisio, *l. si qvis. 5. C. de prec. Imp. offer.* Afflict. *decis. 231. n. 5.* Heig. *dict. qv. 10. n. 84.* Vent. de Val. *dict. c. 14. n. 16.* Franch. *lib. 1. dec. 135. n. 3.* Mod. Pist. *part. 4. qv. 157. & ibi in addit.* Jac.
7 Schult. † Planè, qvia in Summo Elector. Sax. Tribunali causæ per Leuterationem & oberleuterationem tractantur, in inferioribus autem judiciis Leuterationibus & appellationibus uti licet, meritò in provinciis Electoratus Saxonici cessat Remedium Revisionis, ne in infinitum lites protra-
8 hantur, † nec unqvàm Revisionem in aulâ Electorali impetrari potuisse, testatur Heig. *qv. 10. n. 52.* qvem vide, ut & Vent. de Valent. *dict. loco.* si plura de Revisionibus scire cupias.

Ita Domini in causa der Klingenbürgere contra Antonium Fürstenauen zu Herford/Mens. Majo, Anno 1634. (Verba sent. Auff gebetene revision und beygefügte Urtheil in Sachen/ꝛc. S. W. daß es bey vorigem publicirten decret nochmals billich verbleibet/ V. R. W.)

Definit. XVII.

In causâ appellationis judex superior partes litigantes, inferiore judice irreqvisito, citare potest.

1 OBtinuit hodie, ut partes litigantes in causâ appellationis à judice superiore, irreqvisito etiam judice inferiore, citati comparere teneantur, nec opus sit hoc casu citationem per subsidium judicis inferioris insinuari. † Qvod & in supre- 2
mo Consistorio Appellat. Electorali & judicio Curiali sic practicari, compertum habemus, Modest. Pistor. *part. 2. q. 53. & ibi* Jacob. Schult. *in addit.* † Rectissimè sane, non qvidem propterea, qvod 3
jurisdictio Vasallis inferioribus judicibus accumulativè concessa sit, ut putat Andr. Rauchb. *part. 1. qv. 13. n. 13.* † Id enim qvoad statum Reipu- 4
blicæ præsentem falsum esse, ac propterea Dominum superiorem irreqvisito Vasallo, subditos ejus ad testimonium dicendum citare non posse, probavi *Supr.* Const. 16. Defin. 29. *& latius in pract. crim. part. 3. qv. 109. n. 98. & seqq.* † Sed qvia per 5
appellationem causa, ad judicem superiorem devoluta, & judici inferiori per inhibitionem jurisdictio interdicta censetur, non solum qvoad causam, sed etiam qvoad personas, eatenus saltem, qvatenus de causâ, per appellationem devolutâ, in judicio superioris Domini tractatur. † Idqve est 6
qvod vulgò dicitur, judicem appellationis succedere in locum judicis à qvo, *arg. l. 20. ff. judic. solv.* Jason. *in l. imperium. 3. n. 29. ff. de jurisd.* † Et 7
certè, si aliter diceretur, præsertim in casu, qvo judex, à qvo esset potens, & non libenter vellet retractari sententiam suam, periculum omninò subesset, ne ipse in subsidium imploratus citationem non exeqvatur, Modest. Pistor. *dict. qv. 52. n. 2. vers. verum si judex.*

Ita Domini in causa Hansen Melbers zu Halla/Mens. Sept. A. 1618. (Verba sent. Daß nach introducirter appellation der Oberrichter die Parteyen für sich und ohne Zuthun des Unterrichters/von dessen Urtheil oder Abschied appelliret worden/zu citiren wol befugt/und es hat sich gedachter Unterrichter darüber nicht zu beschweren/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Super reassumtione litis & causâ appellationis simul potest pronunciari.

1 UBiqve locorum hodie est receptum, ut hæredes ad processum continuandum non admittantur, priusqvam illum legitimè reassumpserint, Andr. Gail. *lib. 1. observ. 109. n. 5.* Dubium ergo non est, † qvin post introductam appellatio- 2
nem, defunctis litigantibus, etiam in causâ appellationis hæredes teneantur instantiam sive processum assumere. Idqve eò magis, † qvod tempo- 3
re qvocunqve processus, etiam ante litis contestationem, opus sit reassumptione, ut dixi *Supr.* Const. El. 11. *Def. 16.* Cur non ergo etiam in appellationis instantiâ, ubi ad executionem prope deventum est, Jacob. Schult. *qv. 52. n. 1. & 2.* † Non 4
tamen propter reassumptionem processus appellationis suspenditur, sed uterqve punctus reassumptionis & appellationis, in judicio simul ventilari, ac super utroqve conjunctim pronunciari potest ac debet. † Idqve vel propterea, qvod hoc medio 5
lites citius finiantur, nec litigatores inanibus sumptibus divexentur, *l. qvidam existimaverunt. 21. in fin. ff. si cert. petat. c. nonnulli. 28. §. cum autem lites. extr. de rescript.* Jacob. Schult. *observ. 7. n. 34. Vid. supr.* Const. 12. *Defin. 12.*

Ita Domini in causa Daniel Gölickens & consort. contra die Sämmtlichen von Wedel zu Cüstrin/

Mens. Apr. A. 1635. (Verba sent. Daß wegen Hansen von Wedels Erben/lis pro reassumptâ und wegen der sämtlichen Appellaten, causa pro conclusâ nunmehr billich gehalten und angenommen wird/und ist die appellation in ihren formalien beständig und zu gebührender Rechtfertigung an Churf. Durchl. zu Brandenburg/ꝛc. erwachsen. Die materialia belangend/ erscheinet aus den Acten so viel/daß in erster Instantz wol verabschiedet/ ꝛc.)

Definit. XIX.

Admittitur etiam appellatio in processu criminali ordinario.

1 IN omnibus causis, non tantum civilibus, sed etiam criminalibus appellare licet, *l. addictos. 29. l. si qvis provocatione. 30. sub fin. C. de appell. l. non tantum ei. 6. ff. eod. t. l. addictos. C. 6. de episc. audient. l. observare. 2. C. qvor. app. non recip.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 8.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. qvæst. 94.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 26. defin. 16. & defin. 21.*
2 Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 7. n. 27.* † Qvod nec in foro Saxonico aliter obtinet & Reum condemnatum ad Magistratum superiorem provocare posse, patet ex Ord. appell. Elect. Saxon. *tit.* Wer vor unser *Appellation*-Gerichte geladen/auch was Sachen daselbst angenommen und gerechtfertiget werden mögen. §. iedoch allein *vers.* wenn peinliche oder fiscalische Sachen/ꝛc. Dan. Moll. *lib. 4. Semestr. 33. n. 1. & seqq.* Andr. Rauchb. *dict. qv. 8. n. 45.* Nicol. Reusn. *lib. 2. decis. 23. n. 21. Vid. pract.*
3 *meam criminalem part. 3. qvæst. 139. n. 31. & seqq.* † Qvin & in causis criminalibus post elapsum etiam decendium, admittendam esse appellationem, propter qvod gravamen semper duret, *l. non tantum 6. ff. de appell.* docet Anton. Fab. *dict. defin. 16. n. 1.* ubi porrò tradit, in ejusmodi causis & hoc sin-
4 gulari jure receptum esse, † ut non liceat ei, qvi semel appellavit, renunciare appellationi, sed qvod necessariò de appellatione cognoscendum sit, cum non minus interfit Reipublicæ, absolvi innocentem, qvam nocentem damnari, *l. absentem.*
5 *5. ff. de pœn.* † Qvod tamen restringendum videtur ad eum casum, qvo pœna corporalis per priorem sententiam Reo fuerit indicta; Secus si mulcta pecuniaria esset adjudicata, cum Anton. Fab. *dict. def. 16. n. 2.*

Ita Domini in causa Martini Rennewolfens zum Jauer/ Mens. Aug. A. 1621. (Verba sent. Ob wol durch Urtheil und Recht/ (darinnen die scharffe Frage zuerkant) das ertheilte sichere Geleit cassiret und auffgehoben worden. Dieweil aber dennoch bemeldtes Urtheil vor Verfliessung des decendii seine Krafft Rechtens nicht erreichet/ sondern per appellationem, oder Leuterationem, nach Gelegenheit dißfalls / weil man in ordinario processu versiret, gar wol suspendiret werden können/ꝛc.)

Definit. XX.

In processu verò criminali inqvisitorio appellare non licet.

1 SEd hoc ita obtinet in processu criminali ordi-
2 nario; † Cæteroqvin si adversus delinqventem per modum inqvisitionis procedatur, non admittitur appellatio in criminalibus, ex inveterata saltem Germaniæ consvetudine, de qva testantur Dan. Moll. *lib. 4. Semestr. 33.* Matth. Wesenb. *consil. 43. n. 50.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 1. n. 28.* Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 23. n. 2.* Vent. de Valent.
3 *in parthen. litig. lib. 1. cap. 14. n. 23.* † Eaqve confirmata est in Recess Imper Augusti. *de Anno 1530. §. item* als ietzt etliche Zeither. *vers.* So setzen und ordnen wir. & Ord. Camer. Imper. *part. 2. tit. 28. §. item* Nachdem auch. † Ne scilicet processus inqvi-4 sitorius, qvi sublato (qvod dicitur) velo, absqve multis ambagibus & circuitionibus expediri debet, Nicol Reusn. *lib. 1. decis. 24. n. 32.* in processum Ordinarium commutetur, & sic inqvisitio multùm protrahatur, haud sine dispendio publicæ utilitatis, † qvæ maleficia confestim svadet puniri, 5 *l. ita vulneratus. 51. §. æstimatio autem. 2. ff. ad leg. Aqvil. l. locatio. 9. §. qvod illicitè. 5. ff. de publ. & vectigal.* Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 1. cap. 14. n. 24.* † Neqve aliud in Electoratu Saxoniæ ob-6 tinere, manifestum est ex Ord. appell. Elect. Saxon. *tit.* wer vor unser *Appellation*-Gerichte geladen/ꝛc. §. iedoch allein / *vers.* denn so viel die peinliche Sachen anlanget. † Planè, licet in processu 7 inqvisitorio ademptum sit jus appellandi, per id tamen facultas deducendæ innocentiæ, Reo fublata haud est, sed si prætendat is defensionem, non obstante sententiâ condemnatoriâ, denuò audiri, atqve interim executio sententiæ suspendi debet, ut probavi *in pract. criminal. part. 3. qvæst. 139. n. 37.*

Ita Domini in causa Stephan von Zehmens zu Dölitzsch/ Mens. Oct. A. 1592. (Verba sent. Daß nach Gelegenheit dißfalls des gefangenen Inqvisiti Stephan von Zehmens eingewandte appellation nicht zulässlich/ V. R. W.)
Et in causa Petri Pillings zu Krimmitzschau/ Mens. Maj. A. 1592. (Verba sent. Daß nach Gelegenheit dißfalls die eingewandte appellation nicht zulässlich/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Judex appellationis super usuris etiam pronunciare potest, licet de his nihil dictum fuerit in priore sententiâ.

CUm in sententiâ, à qva debitor condemnatus 1 appellaverat, judex de usuris nihil dixisset, disceptatum fuit: *Num judex appellationis super interesse cognoscere ac pronunciare possit?* Putaverunt omninò ita Scabini, † modò ex naturâ propositæ 2 actionis usuræ venire deberent in condemnationem, *l. tutor. 41. ff. de usur. l. ult. ff. de re judic. l. negotiorum. 24. ff. de app.* † Qvia judici cuilibet sta-3 tim, atqve judex factus est, incumbit officium rerum omnium, qvæcunqve in judicio versantur, *l. ædiles. 25. §. item sciendum. 8. ff. de ædilit. edict.* Gvid. Pap. *qv. 405.* † Et qvid, si tempore latæ prio-4 ris sententiæ, non nisi paucorum dierum mora intercessisset, ut nihil tùm actoris interesse videtur, postea verò ob protractam sententiæ executionem, ex culpâ appellantis ceperit interesse, *l. intra utile. 39. ff. de minor. l. 7. C. de excut. rei judic.* Ab hujus restitutione appellantem liberari, iniqvissimum certè esset. † Nec enim potest purgari 5 mora, postqvam cepit actoris interesse, *l. etsi post tres. 8. ff. si qvis caution. l. utig. 22. ff. de recept. qvi arbitr. recep. l. si ita qvis. 135. §. Seja. 2. ff. de V. O.*

Ita Domini in causa Daniel Gölickens & Consort. Appellantium an einem/ die sämmtlichen von Wedel Appellaten anders Theils zu Cüstrin / Mens. Apr. A. 1635.

DEFI-

DEFINIT. XXII.

Appellatio pro expenſis ſaltem interpoſita non devolvit negotium principale ad judicem appellationis.

1 SÆpè accidit, ut litigatores ſaltem ratione expenſarum provocent ad ſuperiorem, qvo caſu judex ille, ad qvem fuit appellatum, nihil poteſt conſtituere in negotio principali, † deficiente 2 ſcilicet jurisdictione ac facultate cognoſcendi de causâ principali, *l. 2. l. 4. §. ult. ff. de offic. proconſul. l. 31. & tot. tit. C. ſi à non compet. judic.* † Qvoniam appellatio non devolvit cognitionem cauſæ ad judicem appellationis, niſi qvatenus appellatum eſt, † 4 ne ſcilicet latius pateat effectus qvam ſua cauſa, ut loqvitur Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 26. defin. 45. n. 2.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Calirtens Wittben contra Martin Winckler's Wittben zu Dreßden/ Menſ. Jun. A. 1601.

DEFINIT. XXIII.

Neqve ab Electore Sereniſſimo, neq; à reliqvis Ducibus Saxoniæ ad Cameram Imperialem provocare licet.

1 INter alia Principum Electorum privilegia atque Majeſtatis jura haud minimum eſt certè, qvod ab iis provocatio ad Cæſarem vel Cameram Imperialem haud concedatur, *tit. 11.* Aur. Bull. Peucer. *lib. 5. Chron.* Jacob. Ayrer. *in proc. Hiſtor. part. 1. c. 4. obſervat. 4. num. 22.* Petr. Heig. *part. 1. qv. 2 4. num. 30.* † Exiſtimavit nempe Imperator, Electores pro ſapientiâ ac luce dignitatis ſuæ, qvâ pollent, non aliter, qvam ipſemet, eſſe judicaturos, ut de præfectis prætorio dicitur *in l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. prætor.* qvibus Electores æqvipa- 3 rari ſolent. † Non omnes tamen Electores privilegium de non appellando retinuerunt, ſed, excepto Saxonico & Brandenburgico Electore, illud non utendo & ex contrariâ conſvetudine amiſe- 4 runt. † Etſi enim ſcribat Heig. *dict. qvæſt. 4. num. 32.* Brandenburgicum qvoqve Electorem illud neglexiſſe, at non ita dudùm per conceſſionem Imperialem recuperâſſe, qvod & probat Dom. Arum. 5 *dadit. 11. Aur. Bull.* † Attamen falſum id eſſe, nec unqvam Electorem Brandenburgicum Privilegium de non provocando amiſiſſe, manifeſtum eſt ex renovatione iſtius privilegii factâ ab Imper. Rudolpho II. Anno 1586. ſecundum Petr. Frider. *in tract. de proceſſ. & mandat. extrab. in fin. ſub rubr. de privil. qvor. Imp. ſtat. pag. 308.* in qvâ renovatione inter alia hæc verba habentur: Uber hundert und mehr Jahren / und alſo weit über Menſchen-Gedencken eingeführet / herbracht / gebrauchet / und behalten worden / daß niemand von der Churfürſten zu Brandenburg Urtheilen / *decreten*, Erkäntnüß und Abſchieden / ꝛc. an unſern Vorfahren / unſer und des Reichs Cammergericht zu *appelliren* Macht gehabt: *Et verſ.* hiergegen aber / ibi: Seine Liebe / und derſelben löbliche Voreltern wären auch bey ſolcher Ihrer Churfürſtlichen Befreyunge biß anhero geruhlichen gelaſſen worden. It. und ob wohl ſeine Liebe ſolchen Muthwillen in dero Landen bißhero nicht geſtattet / auch daſſelbe ferner nicht nachzulaſſen Fug und Macht hätte. *Ex poſtea:* Daß wir ſolche der Churfürſten zu Brandenburg hergebrachte Gerechtigkeit des nicht *appellirens* von ihren Urtheilen / *decreten*, und Erkäntnüſſen / deſſen ſie / wie obgemeldt / ohne das befugt und bißher unverrückt gehalten / ꝛc. † Qvæ 6 omnia certè luculenter probant, privilegium hoc ab Electore Brandenburgico nunqvam neglectum, nec de novo ab Imp. Rudolpho II. conceſſum, ſed potius renovatum & confirmatum fuiſſe. Non minus qvoqve Sereniſſimus Saxo privilegium hoc omni tempore ſalvum tectumqve retinuit. † Qvin 7 & reliqvi Duces ac Principes Saxoniæ eo gaudent, ut apparet ex Conſtitutione Ferdinandi I. Imper. de Anno 1559. & Rudolphi II. de Anno 1586. † Qvod 8 privilegium de non appellando Ducibus Saxoniæ videtur conceſſum propter ignorantiam juris Saxonici, qvam illi, qvi in aula Imp. & Camerâ Imperiali aſſident, habere præſumuntur, Buxtorff. *ad tit. 11. Aur. Bull.* Reg. Sixtin. *de Regal. lib. 1 cap. 5. n. 15.* Petr. Heig. *dict. qvæſt. 4. n. 42.* Gilman. *in ſymphor. tom. 6. c. 1. §. 6.*

Ita Domini in cauſa Michael Michaelis zu Weiſſenſee / Menſ. Oct. A. 1620.

DEFINIT. XXIV.

Haud obſtante privilegio de non appellando, Subditi Ducum Saxoniæ ſuper nullitate ſententiæ in Camera Imperiali conqveri poſſunt.

ETſi à ſententiis Electorum & Ducum Saxoniæ 1 provocare non liceat ad Cameram Imperialem, Defin. *præced.* qverela tamen ſuper nullitate per id prohibita non eſt, † Sed hoc nomine etiam 2 contra Duces Saxoniæ mandata decernuntur, Thom. Michael. *de jurisdict. tb. 26. lit. c. in fin.* Compilat. præjud. Camer. *tit. de permiſſ. privileg.* & concluſum fuiſſe in Camerâ, † ut attento haud 3 privilegio de non appellando, citatio ſuper nullitate principaliter deducendâ abſqve inſtitutione decernatur, teſtatur Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 135. n. 4.* † eò, qvod appellatio & Nullitas diverſa 4 & ſeparata ſint remedia, ita, ut uno ſublato, aliud adhuc ſupereſſe videatur, *C. inter cæteras. 9. extr. de Sentent. & rejudicat. cap. licet. 14. in fin. de ſent. excomm. in 6. l. Divus. 24. ff. de teſtam. milit. l. un. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appell.* Gail. *dict. obſerv. 135. n. 4.* † At, nonne hâc ratione privilegium de 5 non appellando eluſorium reddetur, cum qvivis appellare volens, nullitatem prætendere qveat? Non certè, † qvia ſententia, qvæ vigore privilegii 6 de non appellando in rem judicatam tranſiit, ſtatim executioni mandatur, qvam nullitatis exceptio vel proceſſus non impedit, niſi evidens & notoria foret, *l. ult. C. ſi ex falſ. inſtr. l. ſi prætor. 75. verſ. Marcellus ff. de judic.* † & ſic privilegium de non 7 appellando operatur, qvod executio in continenti, non attento nullitatis proceſſu, fieri poſſit, Gail. *dict. obſerv. 135. n. 7.*

Ita Domini in eâdem cauſa (Verba ſent. Ob nun wol vorgegeben wird / ob hättet ihr hierdurch wider das Fürſtl. Sächſ. privilegium de non appellando gehandelt. Dieweil ihr aber dennoch eure Klage bey dem Käyſerl. Cammergerichte zu Speyer / davor es ſich aus der / vor bemeldten Käyſ. Cammergericht an die Fürſtl. Weymariſ. Regierung ertheilten citation anſehen läſſet / allein per viam ſimplicis qverelæ und ex capite nullitatis anbracht / ꝛc. So habt ihr auch nach Gelegenheit dißfalls dem obberührten Fürſtl. Sächſ. privilegio de non appellando zuwider nicht gehandelt / V. R. W.)

DEFI-

DEFINIT. XXV.

Privilegium de non appellando haud tollit supplicationem ad Superiorem.

1 EAdemqve est ratio supplicationis; nec enim per privilegium de non appellando, superioris auxilium supplicando saltem litigatores implorare prohibentur, præsertim ex causa denegatæ justitiæ, Christoph. Besoldus *in tract. de appellat. cap. 2. n. 105. & seq.* Hartm. Hartmann. *tit. de appellat. 2 observ. fin.* Henning. Göden. *Consil. 62. n. 3.* † Scilicet, qvia diversa sunt remedia Appellatio & supplicatio: Ista enim iniqvitatis vel imperitiæ judicem 3 priorem arguit, *l. 1. ff. de appellat.* † At hæc proprii erroris veniam, vel adversarii circumventionem 4 implicat, *l. 19. ff. de minor.* † Unde & adversus sententiam à præfecto prætorio latam supplicare licebat, *l. un. C. de sent. præfect. prætor.* licet ab eâdem appellare haud concedebatur, *l. 1. ff. de offic. præ- 5 fect. prætor.* † Et licet regulariter supplicatio fiat ad eundem, qvi sententiam tulit, *l. 5. C. de precib. 6 Imp. offer.* † Attamen etiam in Camerâ supplicationes recipi, testis est Mynsing. *Cent. 6. observ. 15.* † Planè, in aula Electorali Saxon. non admitti supplicationes contra sententias in eâdem aulâ latas, propter remedium nempe Leuterationis & Oberleuterationis, qvo Litigatoribus satis prospectum videtur, testatur Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 38.* 7

Ita Domini in causa Henrici à Forchtensheyn/Mens. Oct. A. 1599. (Verba sent. Ob nun gleich die beyden Fürstenthümb Schweinitz und Jauer An. 1511. vom Könige Uladislao dergestalt privilegiret worden / daß niemand von ihren Urtheilen und Erkäntnüssen vor J. Kön. Maj. dero Erben / nachkommende Könige zu Böhmen / oder andere Rechte ziehen / appelliren oder sich beruffen / sondern alle solche Züge / appellationes und Beruffungen / wie dieselbe vorgenommen und geschehen möchten / nichtig und krafftloß seyn sollen / ꝛc. Dieweil aber dennoch vermöge gemeiner geschriebenen Rechte auch in denen Gerichten / da die Appellation nicht zugelassen / den Partheyen / so sich durch ein Urtheil beschwert befinden / wann sie solcher ihrer Beschwerung erhebliche Ursach haben / dieselbe an die hohe Obrigkeit supplicando gelangen zu lassen unbenommen / ꝛc. So wird auch in obbemeldten streitigen Sachen solche supplicatio euch billich gestattet und nachgelassen / V. R. W.)

DEFINIT. XXVI.

Sententiâ appellationis judicio reformata, tota causa principalis ad judicem appellationis devolvitur, nec locum habet Remissio.

1 EFfectus appellationis legitimè interpositæ & justificatæ potissimus est, ut per eam sententia in inferiori judicio lata vel confirmetur, vel infirmetur & rescindatur, *l. prefecti. 17. ff. de minor. l. 1. §. ult. ff. ad SCtum Turpill. l. 1. in pr. ff. de appellat.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appellat. n. 2 10.* Bartol. *in l. 1. in pr. ff. de appellat. n. 1.* † Et si qvidem judex appellationis benè appellatum malè judicatum pronunciaverit, tunc causa tota ad judicem appellationis devolvitur, nec locum ha- 3 bet remissio. † Sed ipsemet porrò de causa principali cognoscere debet, per text. *in cap. ut debitus. 59. in fin. extr. de appellat.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 131. n. 1.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 42.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 4. qvæst. 149. n. 10. & seq.* Joach. Mynsing. *cent. 4. observ. 46. post pr.* † Qvia scilicet is, qvi appellantem semel gravavit, præsumitur inposterum etiam eum gravare velle, *l. eos. 6. ubi Bald. n. 1. C. de appellat.* † cui alio modo haud commodius subveniri potest, qvam omnimoda jurisdictionis inferioris suspensione, ut benè advertit Andr. Gail. *dict. observat. 131. n. 2.* 4 5

Ita Domini in causa Curatoris Valentini Hünerfelds Wittben contra Syndicen des Raths zu Friederichroda / ventilatâ in aulâ Vinariensi Mens. Sept. An. 1613. (Verba sent. Daß die Appellation ihrer Formalien halber beständig / und an Ihre Fürstl. Gn. zu gebührender Rechtfertigung erwachsen. Die Materialia belangende / erscheinet aus den Acten allenthalben so viel / daß in erster Instantz übel gesprochen und wol appelliret / würde nun Beklagte / wie recht / erweisen und darthun / daß sie dasjenige / was sie vermöge Churf. S. Befehls / welcher wegen Verwahrung und Verschliessung der Klägerin Behausung an sie abgangen / und was sie sonsten Amptshalber zu thun schuldig gewesen / gebührlichen verrichtet / so bleiben sie gestalten Sachen nach mit der zuerkannten Erstattung des Verlusts billich verschonet / V. R. W.)

Et in causâ Eckhardi und Siegfrieds von Domitzen contra Wolff Rulligen zu Cüstrin Mens. Mart. A. 1626. (Verba sent. Daß die Appellation in ihren Formalien beständig / und zu gebührender Rechtfertigung an J. Churf. Durchl. unsern gnädigsten Churfürsten und Herrn erwachsen; die materialia belangende / erscheinet aus den Acten allenthalben so viel / daß in erster Instantz übel gesprochen und wohl appelliret / derowegen ist appellat appellanten die Zinsen von dem Capital der 700. fl. zu entrichten und abzustatten schuldig / V. R. W.)

DEFINIT. XXVII.

Sed confirmatâ sententiâ in judicio appellationis causa ad judicem à quo remittitur.

SI verò judex appellationis pronunciaverit, benè 1 judicatum, malè appellatum fuisse, † tunc cau- 2 sa ad judicem inferiorem remittitur pro executione prioris sententiæ, *cap. ut debitus. 59. extr. de appellat.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 131. n. 2.* Mynsing. *cent. 4. observat. 46.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 278. n. 3.* † Cessat enim hoc casu præsumptio gravami- 3 nis in judice inferiore, cujus sententia à superiore confirmata fuit; † Qvi tamen ulterius in causâ, ad 4 superiorem per appellationem devolutâ, procedere neqvit, anteqvam facta fuerit remissio, Matth. Coler. *dict. loc.* † Qvæ & tunc locum habet, qvan- 5 do sententia judicis inferioris in appellationis instantiâ saltem explicatur vel declaratur, siqvidem declaratio propius confirmationi, qvam correctioni accedit, ut in aperto est.

Ita Domini in causa Curatorum Hansen Calixtens Wittiben contra Martin Wincklers Wittben und Tochter zu Dreßden / Mens. Jun. An. 1601. (Verba sent. Daß die Appellation ihrer Formalien halber zu Recht beständig / und dahero diese Sache an E. Fürstl. Gn. zu gebührender Rechtfertigung erwachsen / so viel aber die materialia anlanget / erscheinet aus den Acten allenthalben so viel / daß in erster Instantz wol gesprochen und übel appelliret / derowegen diese Sache billich zum vorigen Richter remittiret und verwiesen wird / die Unkosten aber dieser Instantz werden aus bewegenden Ursachen gegen einander verglichen und auffgehoben / V. R. W.)

It. in causa Brix Mollenstedts contra Jacobum Henischen zu Cüstrin / Mens. Jan. anno 1627. (Verba sent. Die materialia belangend / erscheinet aus den Acten allenthalben so viel / daß in erster Instantz wohl verabschiedet

schiedet und übel appelliret, derowegen diese Sache an vorigen Richter zur execution hinwiederum billich remittiret wird / Inmassen wir (nomine scilicet judicis si pronunciatur) sie hiermit dahin remittiren und weisen/ V. R. W.)

Et in causa Daniel Gölickens & consort. contra die sämtlichen von Wedel zu Cüstrin/M. April. A. 1635. (Verba sent. Daß die appellation in ihren formalien beständig und zu gebührender Rechtfertigung an Ihre Churfürstl. Durchl. ꝛc. erwachsen/ die materialia belangende / erscheinet aus den Acten allenthalben so viel/ daß in erster instantz wohl verabschiedet und übel appelliret, iedoch mit dieser Enderung / daß / wofern appellant den rückständigen Mühlenpacht an Körnern abstatten würde/ er damit billich zuzulassen/derowegen diese Sache an vorigen Richter billich remittiret wird/ V. R. W.)

Definit. XXIIX.

Licet judex appellationis remissionem disertis verbis in sententiâ exprimere haud obstrictus sit.

1 SEd, *num judex appellationis benè in priori instantiâ judicatum & malè appellatum pronuncians, verbis semper expressis, disertis & conceptis causam ad judicem priorem remittere tenebitur?*

2 † Distingvit Andr. Gail. utrum Judex à qvo detulerit appellationi vel non: Et priori casu, si judex causam remittere velit, ut id verbis expressis faciat, necesse esse dicit; secus in posteriori casu, *lib. 1. observ. 131. n. 3. & 4.* qvem seqvitur Matth Berlich. *part. 1. concl. 50. n. 202.* & Jacob. Schult. *in addit.*

3 *ad* Modest. Pistor. *4. qvæst. 149. n. 13.* † Sed videtur mihi Gail. distinctione hâc rem nimis involvere,

4 nec mentem ejus satis percipere possum. † Existimaverim potius, Remissionem hoc casu nunqvam omitti, qvia eo ipso, qvod judex appellationis pronunciat, malè appellatum, benè judicatum, facultas cognoscendi de causa principali ad

5 judicem à qvo revertitur, *l. eos. 6. C. de appell.* † ut proindè disertâ & verbis expressâ remissione opus non sit, cum nullibi ad hanc judex astringa-

6 tur, † qvantumvis sæpissimè judices illud observare ac remissionem verbis expressis exprimere soleant, Turza *Comm. opin. 23.*

Ita Domini in causa Albrechten von Maltitz und Consorten contra Dorotheen Hansen von Bombstorffs Wittiben/und Consorten, an den von Löben in der Niederlaußnitz/ Mens. Febr. A. 1583. (Verba sentent. Daß in erster instantz wohl gesprochen/und übel appelliret, V. R. W.)

Definit. XXIX.

Hodiè in foro Saxonico nulla est alia pœna temerè appellantis, qvàm ut in expensas condemnetur.

1 JUre civili appellantem, si in causa succumbat, ob interpositam appellationem frustratoriam, incurrere pœnam, expeditum est, *l. eos qvi 6. §. ne*

2 *temerè. 4. l. à proconsulibus. 19. C. de appellat.* † Licet Interpp. varient, qvænam pœna hoc casu veniat irroganda, ut videre est apud Matth. Berlich.

3 *part. 1. Concl. 50. n. 206. & sqq.* † adeò, ut pleriqve temerè appellantem judicis arbitrio puniendum existiment per text. *in dict. l. 6. §. 4. C. de appell.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 131. num. 1.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 41. n. 12. & seqq.* Benedict. Reinhard.

4 *part. 4. differ. 28.* † At dubio hæc res caret de jure Saxonico, ubi temerè appellans primò, judici mulctam arbitrariam solvit, deinde Scabinis, qvorum sententiam tanqvam injustam culpaverat, pœnam 30. solidorum luit, demùm tertiò in expensas causæ condemnatur, Landr. *lib. 2. art. 12. vers.* der aber das Urtheil. Weichb. *art. 74. in pr. & ibi* Gloss. *n. 4.* Lehenrecht. *cap. 70.* Matth. Col. *dict. decis. 131. n. 4.* Berlich. *dict. concl. 50. n. 212.* Zobel. & Reinh. *d. loc.* † Nihilominus usu hodiè inolevit 5 in foro Saxonico, ut temerè appellans duntaxat in expensas condemnetur, nec ullâ aliâ pœnâ coerceatur, testo Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appellat. n. 11.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 1. n. 117.* Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 20. n. 9.* † juxta dispositionem scilicet juris Canonici, *in* 6 *cap. ut debitus. 59. sub fin. extr. de appellat. c. cum appellationibus. 5. eod. in 6to.* Coler. *part. 2. decis. 278. n. 2.* Wesenb. *dict. loc. n. 11.*

Ita Domini in causa Valentini & Christophori frarrum à Wedel contra Christoph. Hemningen & consort. zu Cüstrin/ Mens. Mart. A. 1626. (Verba sent. Weñ gleich die appellation in ihren formalien beständig / und zu gebührender Rechtfertigung an Ihre Churfl. Durchl. erwachsen / so erscheinet doch der materialien halber daraus allenthalben so viel/ daß in voriger instantz wol gesprochen und übel appelliret / derowegen wird diese Sache an vorigen Richter mit Erstattung der Unkosten dieser instantz auf desselben Ermäßigung zur execution billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. XXX.

Non habetur appellatio introducta pro deserta, priusqvam coram judice appellationis contumacia appellantis propter non factam justificationem fuerit accusata.

QVomodo adversus appellantem & appellatum contumacem procedatur, dixi Constit. Elect. *praced. Def. 31. 32. 33. & 34.* † Nec enim qvo- 2 ad contumaciam inter appellationem & Leuterationem, ulla existit differentia, ut apparet ex traditis in *dict. Definitionibus. Vid.* Hart. Pist. *part. 1. qv. 1. n. 3.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 42.* Modest. Pist. *part. 3. qvæst. 119.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 1. n. 3.* † Nunqvam autem ap- 3 pellatio ipso facto absqve judicis declaratione pro desertâ habetur; Qvid enim, si justa causa vel impedimentum legitimum appellanti subveniat, ejusqꝫ contumaciam purget? Non certè pœna desertionis tùm locum habebit, sed potius alius terminus ad justificandum præfigendꝫ erit, Dan. Moll. *lib. 4. semestr. 32. n. 3.* † Ergo, Cognitio judi- 4 cis super desertione appellationis, ejusqꝫ declaratio præcedat, necesse est, nec Appellatio introducta pro desertâ habebitur, anteqvam coram judice appellationis contumacia appellantis ab appellato in termino ad hoc præfixo accusata, & causâ cognitâ judex appellationem desertam declaraverit, Moll. *dict. 32. n. 5.* Zobel. *part. 1. differ. 16. n. 5.* Hart. Pist. *part. 1. qvæst. 3. n. 13.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 104. n. 24.*

Ita Domini in causa Gregor Ahrenbergers contra Curatorem Annâ/ Samson Putschers Eheweibes zu Annaberg/ Mens. Sept. A. 1630. (Verba sent. Daß Kläger vor allen Dingen Beklagtens Ungehorsam im Churfl. Sächs. Ober-Hoff-Gerichte gebührlichen zu beschuldigen/und daselbst super desertione appellationis introductæ mit ihme zu verfahren schuldig; Ehe und zuvor solches geschehen/ und darüber zu Recht erkannt worden / mag in dieser Sachen weiter nicht verfahren werden/ V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. XXXI.

At super desertione appellationis nondum introductæ ad judicem superiorem judex inferior à qvo pronunciat.

1 COgnoscit ergo tantum judex Superior super
2 appellationis desertione Defin. *præc.* † Sed hoc ita, si appellatio jam introducta & inhibitio judici à qvo insinuata fuerit, qvia post factam inhibitionem appellatio ad judicem superiorem
3 devoluta dicitur, † ideoqve nemo, nisi is, ad qvem spectat causa, de ea cognoscere potest, *l.*
4 *ult. ff. de jurisdict. l. 3. & sq. C. eod.* † Cæteroqvin, si inhibitio judici inferiori nondum insinuata & ita appellatio haud justè introducta fuerit, nihilominus vel ob non justo tempore petitos apostolos, vel præsentationem legitimè haud factam, aliasve ob causas, appellantis contumacia veniat
5 accusanda, † tunc certè judex inferior, cujus jurisdictio ante inhibitionem suspensa non est, super desertione appellationis cognoscere & pronunciare debet, *Clem. qvamvis. 2. de appellat.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 137. n. 3.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 1. n. 118.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 50. num. 185.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 20. n. 7. & seqq.*

Ita Domini in causa Jacobi & Heinrici der Nyssel contrà Sigismund Becken / ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mense Jul. Anno 1625. (Verb. sententiæ: Daß die von Beklagtem eingewandte appellation desert und erloschen / und ist Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermessigung zu erstatten schuldig / V. R. W.)

Item in causa Johann Borckoffs contra Hansen Launingen zu Leipzig / Mense April. Anno 1632. (Verba sentent. Daß die eingewandte appellation desert und erloschen / und Appellant Appellaten die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermessigung zu erstatten schuldig / V. R. W.)

Et in causa Friderici Seyfards von Pönikau contra Abraham Herbsten zu Weissenfels / Mense Sept. An. 1634. (Verba sentent. Daß die Appellation desert und erloschen / V. R. W.)

CONSTITUTIO XXI.

PARTIS PRIMÆ.

Von der Beweisung in der andern Instantz.

ES ist bißhero in unsern Landen in Ubung gehalten / daß anderweit Beweisung durch Zeugen über die vorigen Artickel / derowegen in prima instantia Gezeugniß geführet / oder auch super articulis directò contrariis nicht zugelassen worden. Dieweil dann solcher Gebrauch den gemeinen und Sächsischen Rechten gemäß / So wollen wir / daß derselbige auch nochmals gehalten und also gesprochen werde.

De Probatione Secundæ Instantiæ.

QVod usitatum huc usq; in dictionibus nostris fuit, ut ultra probationes in prima instantia deductas, super iisdem vel etiam directò contrariis articulis, alii testes non admitterentur, id cum juri tam Saxonico, qvàm Communi conveniat, deinceps qvoqve in judicando & respondendo volumus, ut observetur.

DEFINITIONES.

1. Probatio in prima instantia ob terminum elapsum perdita, in secundâ Appellationis instantiâ denuò suscipi neqvit.

2. Non satis probata in prima instantia, per alios vel eosdem testes in appellationis instantia probari non possunt.

3. Neq; super articulis prioribus directò contrariis in appellat. instantia testes examinari qveunt.

4. Super articulis in. indirectè contrariis, testes in appellationis instantiâ producti admittuntur.

5. Per instrumenta probari possunt in appellationis instantia ea, qvæ sufficienter in priori instantia haud probata fuére.

6. Admittitur nova probatio in appellationis instantia super articulis prioribus in causa dotis.

7. Super articulis prioribus in appellationis instantia novæ admittuntur probationes, adversâ parte consentiente.

8. In appellationis instantiâ proponi possunt nova capitula, modò ab antiqvis dependeant.

9. Nova capitula ab antiqvis dependentia in appellationis instantia proponi & probari queunt, etiamsi consultò in prima instantia fuerint prætermissa.

10. Exceptiones peremtoriæ in prima instantia omissæ neqveunt opponi in appellationis instantia.

DEFINIT. I.

Probatio in prima instantia ob terminum præterlapsum perdita, in secundâ appellationis instantiâ denuò suscipi neqvit.

1 CONcors eqvidem est Dd. sententia in appel-
2 lationis instantia probari posse ea, qvorum probatio in priori instantiâ litigatoribus injuncta, sed vel non suscepta, Bartol. Bald. Salycet. & *Dd. in l. per hanc. 4. C. de temp. appell.* † vel ob elapsum terminum, à judice præfinitum, deperdita est, Fel. *in cap. licet causam. 9. n. 18. ext. de prob.* Hart.
3 Pistor. *part. 4. qvæst. 24. n. 2.* † Attamen hoc neutiqvam extendendum videtur ad eum casum, qvo ipso jure municipali probationibus certus est terminus præfinitus, veluti est terminus probatorius in foro Saxonico, sex nempe septimanarum ac trium dierum, *Sup.* Const. Elect. *16.* Landr. *lib. 1. art. 62.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 51.* † Qvo
4 termino in primâ instantiâ præterlapso, atqve id probatione deperditâ, certè in secunda instan-

ſtantiâ denuò probatio non admittitur, Hartm. Piſtor. *dict. qv. 24. n. 4.* † Qvoniam termino hoc elapſo, fertur ſententia, juris ulterius proponendi 5 viam præcludens, à qva non poteſt appellari, *l. ſi qva pœna. 244. ff. de Verb. ſignif.* Felin. *dict. loc. & in cap. paſtoralis. 4. n. 29. extr. de except.* Nec datur contra terminum juris communis vel municipalis reparatio, † niſi probato impedimento, ut 6 docet Bald. *in l. diffamari 5. n. 5. in fin. C. de ingen. manumiſſ.* † Qvin & is, qvi patitur labi terminum 7 juris, videtur juri ſui, qvod intra illum terminum exercere poterat, renunciare, *l. 1. §. qvibus. 10. ff. de ſucceſſ. edict.* Gloſſ. *in l. ſi ego. 24. de neg. geſt.* ut ſic nullo modo in appellationis inſtantia ad jus probationis redire liceat, Hartm. Piſt. *part. 4. qvæſt. 23. n. 54. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Melchior Sperbers zu Frauen-Loba/ Menſ. Febr. Anno 1630. (Verb. ſent. Dieweil ihr ſelbſten berichtet/ daß ihr euch an dem in erſter inſtanz zuerkanten Beweiß verſäumet/ ꝛc. So möget ihr nunmehr in der appellation-inſtanz damit nicht gehöret werden/ ꝛc.)

Definit. II.

Non ſatis probata in prima inſtantia, per alios vel eosdem teſtes in appellationis inſtantia probari non poſſunt.

1 QVid verò, ſi qvis intentionem ſuam, qvam in prima inſtantia propoſitam teſtibus productis non probaverit, in appellationis inſtantia adeoqve publicatis & deductis atteſtationibus denuò probare, eosdemqve vel alios teſtes ſuper iisdem articulis examinari facere velit? † Neutiqvam audiendus erit, ex conſtitutione manifeſtâ 2 Pontificis in *Clem. ult. de teſt.* Qvæ conſtitutio etiam in foro Communi & Saxonico vigorem habet, qvantumvis de jure civili aliud dicendum exiſtiment Interpp. communiter, qvos copioſè allegat 3 Hart. Piſtor. *part. 4. qvæſt. 24. n. 5.* † *Tùm*, qvia nulla lex civilis expreſsè diſponit, qvod in causâ appellationis liceat ſuper iisdem articulis teſtes producere: Qvidni ergò ſtandum eſſet diſpoſitione manifeſtâ 4 juris canonici? † cum tralatitium ſit inter Dd. qvoties aliqvid ſecundum juris civilis rationes eſt controverſum, & jure Canonico clarè deciſum, qvod tunc jure Canonico ſtandum ſit in utroqve foro, Gloſſ. *& Dd. in cap. 1. extr. de nov. oper. nunciat.* Hartm. Piſt. *dict. qvæſt. 24. n. 6.* † *Tùm*, qvia 5 ratio hujus conſtitutionis Pontificiæ in *dict. Clem. expreſſa*, qvod ſcilicet non minus in appellationibus, qvàm in cauſa principali ſubornatio ſit timenda, æqvè locum habeat in foro Saxonico, Daniel 6 Moll. *hîc n. 1.* † *Tùm*, qvod poſt publicatas atteſtationes ulterior probatio non admittatur, Conſt. 7 Elect. *16. part. 1.* Hart. Piſtor. *dict. q. 24. n. 8.* † *Tùm*, per text. clarum, *in h.* Conſt. 21. hanc ſententiam in foro Saxonico luculenter probantem & confirmantem, qvæ etiam ab Interpp. plerisqve recepta eſt, Andr. Gail. *obſerv. 105. n. 2.* Matth. de Afflict. *dec. 216. in pr.* Guid. Pap. *deciſ. 14. & dec. 347.* Jacob. Mynſing. *cent. 1. obſervat. 41. ſub fin.* Hartm. Piſtor. *dict. qvæſt. 24.* Roll. à Vall. *vol. 2. conſil. 45. n. 8.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verb. ſent. Und wañ ihr auch gleich in voriger Inſtanz Beweiß geführet/ und weil ihr dadurch euer Fürgeben wie recht nicht beybracht/ anietzo in der appellation-Inſtanz anderweit und kräfftigern Beweiß führen wolltet; So wäret ihr doch damit nicht zuläßlichen/ und möchten weder vorige noch andere Zeugen auf die vorige Sach und articul abgehöret werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Neq; ſuper articulis prioribus directè contrariis in appellationis inſtantia teſtes examinari qveunt.

NOn ſolùm ſuper iisdem articulis, qvi in priori inſtantia exhibiti fuêre, ſed etiam ſuper aliis, qvi prioribus directè ſunt contrarii, teſtes examinari prohibentur, *h.* Conſt. 23. *verſ.* oder auch *ſuper articulis directò contrariis* nicht zugelaſſen werden. *ubi* Dan. Moll. *n. 3.* Aut. *Conſult. Conſt. Sax. tom. 1. part. 3. q. 12. n. 4.* † Rationem ſi ſcire 2 cupias, dico, non minus hoc caſu ſubornationem metuendam eſſe, ac ſi ſuper articulis teſtes præſertim iidem examinarentur, qvam rationem potiſſimum conſiderat conſtitutio Pontificia in *Clem. ult. de teſtib.* † vel, qvod in appellationis inſtantiâ iis tantum aſſertionibus & exceptionibus uti 3 liceat, qvæ, etſi novæ ſint, ab illis tamen oriuntur & conjunctæ ſunt iis, qvæ apud priorem judicem fuerunt compoſitæ, *l. per hanc. 4. C. de tempor. appell.* † Siqvidem judex appellationis non 4 poteſt cognoſcere, niſi de qvo cognovit prior judex, & qvod per appellationem ad eum fuit devolutum, Bart. *in l. 1. C. ſi adverſ. libert.* Hart. Piſt. *part. 4. qv. 23. n. 18.*

Ita Domini in cauſa Jeremiâ Sandbergers zu Annaberg/ M. Oct. Anno 1628. (Verba ſent. Seyd ihr in Appellation-Sachen euch an einem / und Martin Gebharten anders Theils betreffend / über gewiſſe articul Zeugen abhören zu laſſen vorhabens/ dawider aber eure Widerpart proteſtiret, mit Fürwenden / daß die übergebene Articul vorigen zuwider ſeyn. Ob nun wol ſonſten in der appellation inſtantz ſuper articulis directò contrariis keine Zeugen abgehöret/ und gelaſſen werden mögen/ ꝛc.)

Definit. IV.

Super articulis tamen indirectè contrariis, teſtes in appellationis inſtantiâ producti admittuntur.

NOlo tamen id aliter accipi, qvàm de articulis directò contrariis: † Cæteroqvin, ſi arti- 1 culi prioribus illis in primâ inſtantiâ propoſitis per indirectum ſaltem & per qvandam conſeqventiam fuerint contrarii, ſuper iis teſtes in appellationis inſtantiâ examinari poſſe, dixerim omninò cum Dan. Moll *hic n. 5.* † *Tùm*, qvia Conſt. 2 Electoralis *h. 21.* loqvitur tantùm de articulis directò contrariis, qvod nempe ſuper iis non poſſint teſtes in appellationis inſtantia examinari: Ergò ad articulos indirectè contrarios extendi *h.* Conſtit. non debet, qvoniam Conſtitutiones Electorales ceu ſtatutariæ ſunt ſtrictè accipiendæ, non verò extendendæ, Jac. Schult. *lib. 2. pract. q. 65. n. 32. & ſeqq.* Andr. Tiraqvell. *de lb. connub.* Gloſſ. *2. n. 23. poſt pr.* † *Tùm*, qvod Sereniſſimus 3 Conſtituens ſe referat ad jus commune *in* §. Dieweil denn *h.* Conſt. 21. At de jure Communi, ſuper aliis & diverſis articulis etiam per conſeqventiam & indirectè contrariis, in appellationis inſtantia teſtes admitti, conveniunt Dd. pleriqve, Proſp. Farin. *de teſt. q. 75. c. 3. n. 139. & ſeqq.* Joh. Campeg. *de teſt. Reg. 269. verſ. ſecundo fallit.* Alb. de Mapelet. *de teſt. c. 7. n. 114.* † Qvinam verò articuli dire- 4 ctè aut indirectè dicantur contrarii, docet Specul. *lib. 1. part. 4. tit. de teſte. § ſatis utiliter. 8. n. 7. & ſeq.* & Ma-

& Malet. *dict. loc. n. 120.* nempe, si qvis probaverit in priori instantia aliqvem promisisse qvid certo tempore in civitate Mediol. & postea in appellationis instantia probare vellet, illo ipso tempore promissorem non Mediolani sed Bononiæ fuisse, qvod certè priori probationi per indirectum, duntaxat esset contrarium, prout declarat Malet. *dict. loc.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sent. Da aber dennoch eurem Bericht nach/ selbige Beweiß-articul nicht gantz und gar/ sondern nur etwas und per consequentiam widrig wären/ &c. So würdet ihr damit in der Appellation-Instanz billich zugelassen/ und die Zeugen darüber abgehöret/ V.R.W.)

Definit. V.

Per instrumenta probari possunt in appellationis instantia ea, qvæ sufficienter in priori instantia haud probata fuêre.

1 ETsi super articulis, in priori instantia propositis, iidem vel novi testes neqveant examina-
2 ri in appellationis instantiâ *Supr.* Defin. 2. † Attamen si appellator articulos per instrumenta probare velit in secunda instantia, eum admittendum putaverim cum Dan.Moll. *hic n. 5.* Marant. *de ordin. judic. part. 6. de appell. n. 162.* Salycet. *in l. per hanc. 4. n. 5. vers. circa prædictorum intelligentiam.*
3 *C. de tempor. appell.* † *Tùm* per text. *cap. cum Johan-*
4 *nes 10. extr. de fide instr.* † *Tùm,* qvia Const. Electoralis *h. 21.* non admittens novas probationes super articulis in prima instantiâ propositis, loqvitur expresè de testibus, *in verb.* Daß anderweit Beweisung durch Zeugen. Secus ergo erit in pro-
5 bationibus, qvæ fiunt per instrumenta, † qvoniam constitutio statutaria non patitur extensionem, sed secundum literam strictè accipi debet, Jac. Schult.
6 *lib. 2. qvæst. pract. 65. n. 32. & seqq.* † *Tùm,* qvia ratio prohibitionis, qvod nempe in testibus subsit metus subornationis, *Clem. ult. de test.* cessat
7 omninò in instrumentis. † At dixeris, post publicatas attestationes novæ probationes nec per testes, nec per instrumenta admittuntur, *Supr.* Const. Elect. 16. Fateor eqvidem hoc, sed qvia Constituens Illustrissimus *h.* Const. 21. de testibus duntaxat in appellationis instantia non recipiendis loqvitur, à sanctione *d.* Constit. 16. hoc casu recessisse
8 videtur, † inhærens eatenus dispositioni juris communis in *l. per hanc. 4. C. de temp. appellat.* præsertim cùm ad jus commune se referat expresè *h.* Const. 21. *in verb.* den gemeinen Sächsischen Rechten gemäß.

Ita Domini in causa Georgii Guckesen zu Sangerhausen/ Mens. Julio Anno 1595. (Verba sent. Daß ihr euers Brudern Bürgermeister Hansen Guckesens Testament bey prosequirung eurer wider das jüngst-gesprochene Urtheil eingewandten Appellation zu produciren wol befugt seyd/ und auch wol damit zugelassen werdet/ und wenn euer Gegentheil mit seiner Nothdurfft darauff auch gehöret/ und dawider nichts erhebliches vorzuwenden haben würde/ So würdet ihr darauff von desselben Klage und Zuspruchen billich entbunden/ V.R.W.)

Definit. VI.

Admittitur nova probatio in appellationis instantia super articulis prioribus in causa dotis.

1 IN foro Saxonico super articulis, in prima instantia propositis, testes novos in appellationis instantiâ vel propterea non examinare aut novas probationes producere licet, qvia regulariter post terminum elapsum & publicatas attestationes, probationes novæ non recipiuntur, *Supr.* Const. Elect. *16. ubi* Dan. Moller. *n. 15. & seqq.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. qvæst. 106. n. 8.* † Sed cum multi reperiantur casus excepti, 2 in qvibus vel ex æqvitate saltem etiam post terminum probatorium & didicita testificata, novæ probationes admittantur, † veluti, in causa mer- 3 catorum, Felin. *in cap. licet causam. 9. extr. de probat. n. 18.* Bartol. *in l. si fidejussor. 29. §. qvædam. 4. ff. mandat. n. 1.* aliisqve plurimis, qvos copiosè congessit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 40.* † an non tum 4 etiam in appellationis instantiâ probationes novæ admittendæ erunt? Ita omninò est, † prout benè 5 sentit Dan. Moller. *hic n. 4.* ubi in specie hoc tradit de causa matrimonii, in qva sententia contra matrimonium lata, nunqvam transit in rem judicatam, qvin retractari possit compertâ veritate, *c. lator. 7. c. consanguinei 11. extr. de sentent. & re judic.* † Eâdem pariter ratione, in causa dotis su- 6 per articulis prioribus in appellationis instantia testes novos examinari, nil prohibet, † qvia scili- 7 cet post elapsum etiam terminum probatio dotis illatæ admittitur, ex singulari favore, qvi dotem perimi haud permittit, *l. 22. ff. de testib.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 10. defin. 22. n. 4.*

Ita Domini in causa Jacobi Heinßens contra Johan. Ammans Wittiben zu Cüßen/ Mens. Dec. Anno 1614.

Definit. VII.

Super articulis prioribus in appellationis instantia novæ admittuntur probationes, adversâ parte consentiente.

1 ETsi appellans intentionem suam, jam antea in prima instantiâ ventilatam, denuò in appellationis instantiâ probare & super articulis prioribus testes novos examinari facere neqveat, *Supr.* Defin. 2. & 3. † Secus tamen res se habet, si 2 adversa pars in novam probationem consenserit, juxta tradita in simili *ab* Hart. Pistor. *part. 1. q. 23. n. 13.* † Procul dubio enim prohibitio de non reci- 3 piendis novis probationibus in appellationis instantiâ, super prioribus articulis, jus partium concernit, † Qvidni ergo huic à partibus renunciari 4 posset *l. pen. C. de pact. & pactum. 46. ff. eod. tit. l. si judex circumvento. 41. ff. de minor.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 13. n. 4.* † Qvod qvandò fit, de novo qvasi 5 partes in judicio experiri videntur, qvod ex conventione facere nullibi prohibentur.

Ita Domini in causa Jacobi Henigkens contra Ernestum Wagenitzen zu Dessau/ Mens. Jun. Anno 1601. (Verba sent. Daß die Appellation ihrer formalien halber zu recht beständig/ und weil Kläger und Appellat dabey sich erkläret/ daß er zufrieden/ daß die Sache vor der andern Instanz vorgenommen/ und der Beweiß geführet werde/ &c. So wird mit Abhörung der Zeugen billich verfahren/ V.R.W.)

Definit. VIII.

In appellationis instantiâ proponi possunt nova capitula, modò ab antiqvis dependeant.

1 PEculiare appellationis interpositæ perhibetur beneficium, ut ea, qvæ in prima instantiâ prætermissa vel non satis discussa fuerunt, proponere, eademqve probare atqve adeò non deducta deducere liceat utriqve parti, ex Constit. Justiniani Imper. *in l. per hanc. 4. C. de temp. appellat.* † Qvod qvidem qvoad capi- 2

tula

tula antiqva in priori inſtantia propoſita, in foro Saxonico immutatum eſt, per *h.* Conſt. 21. qvæ non permittit ſuper articulos priores, vel intentionem jam antea propoſitam & ventilatam, ceu poſt terminum probatorium elapſum, novas fieri probationes, *Supr.* Defin. 2. † Sed ſuper capitulis novis, qvæ in prima inſtantia non fuêre propoſita, tàm in foro communi, qvàm Saxonico in ſecunda inſtantia novæ probationes rectè admittuntur, Hartm. Piſt. *part. 4. qv. 23.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 51. n. 16.* † Qvod tamen non aliter intellectum velim, qvàm ſi capitula illa nova ab antiqvis oriantur & dependeant, atq; conjuncta ſint illis, qvæ apud priorem judicem fuêre propoſita, ut reſcripſit Imp. *in dict. l. per hanc. 4. C. de temp. appell.* † qvoniam ſcilicet judex appellationis non poteſt cognoſcere, niſi de qvo cognoverit prior judex, & qvod per appellationem ad eum fuerit devolutum, Bartol. *in l. 1. C. ſi adverſ. libert.* Hartm. Piſtor. *dict. qv. 38. n. 18.* † Dicuntur autem dependere ab antiqvis omnia illa capitula, qvæ ex fundamento actionis, in prima inſtantiâ propoſita emanant, † veluti ſi rei vendicatione ſimpliciter absqve mentione tituli domini inſtitutâ, in appellationis demùm inſtantia titulus aliqvis allegetur & probetur, Bald. *in dict. l. per hanc. 4. n. 17. 18. &* Salycet. *n. 13. in fin.* † aut, ſi expenſæ in appellationis inſtantia petantur, Hart. Piſt. *dict. qv. 23. n. 29.* † Sed planè nova cenſentur capitula, qvoties in re ipsâ, vel in actione diverſitas aliqva ſubeſt, ut ſi in prima inſtantia ex commodato actum fuerit, in appellationis autem inſtantia appellans ex vendito velit experiri. Qvi certè propter novitatem capituli ex fundamento actionis non dependentis, neutiqvam audiri debet, *Vid.* Hart. Piſt. *dict. qv. 23.* ubi id fuſius declarat.

Ita Domini in cauſa Hanſen Volraths von Wurtzen/ Menſ. April. Anno 1624. (Verba ſent. Iſt euch durch Urtheil und Recht auferlegt worden/ Martin Raben das Pferd/ darum er euch/ als ob es ſein eigen wäre/ in Anſpruch genommen/ wieder zu geben/ demnach ihr aber ſolches allbereit etliche Jahr gehabt/ und daher euch mit der præſcription zu behelffen/ ſeyd ihr dieſelbe bey Juſtificirung eurer eingewandten Appellation einzuwenden vorhabens. Ob nun wol ſonſten in der appellation-inſtanz dergleichen prætenſiones, ſo aus der angeſtalten Klage herrühren/ oder zu Abwendung derſelben dienlichen/ vorbracht und getrieben werden können/ ꝛc.)

Definit. IX.

Nova capitula ab antiqvis dependentia in appellationis inſtantia proponi & probari qveunt, etiamſi conſultò in prima inſtantia fuerint prætermiſſa.

1 AN ergò appellationis beneficium, qvod aliàs dicitur præſidium innocentiæ & relevatio gravaminis, negligentiæ & malitiæ litigatorum indultum exiſtimabimus, qvo nempe ea, qvæ conſultò & negligenter prætermiſerunt, beneficio *l. per banc. 4. C. de tempor. appell.* in appellationis inſtantia proponere valeant? Qvod certè 2 iniqvum videtur, † cum qvilibet culpæ ſuæ pœnam pati debeat, *arg. l. qvi bonâ fide. 13. §. cum inter. 2. ff. de damn. infect.* nec indulgendum ſit ma- 3 litiis *l. in fundo. 38. ff. de Rei vendicat.* † Unde nec appellatio reſcindit gravamen, qvod qvis ſuo facto & negligentia ſibi ingerit *arg. l. ſed etſi ſuſcepit. 52. ff. de jud. l. argentarius. 10. §. cum autem 3. ff. de e-* 4 *dendo.* † Commovit hæc res Interpp. qvosdam, ut beneficium *dict. l. per hanc. 4. C. de tempor. appell.* ad ignoranter prætermiſſa reſtringendum putaverint, cum Gloſſ. *in cap. ad audientiam 31. verb. irritum. in fin. extr. de reſcript.* & Bald. *in l. ita demum. 13. n. 2. C. de procurat.* Sed vereor, † ne generalitas *dict. l. per hanc. 4. C. d. temp. appell.* reſpuat illam reſtrictionem: nec enim Imperator *in dict. l.* diſtingvit, utrum ſcienter ſive dolosè, an verò ignoranter qvis prætermiſerit aliqvid; Qvidni ergo verba Imperatoris generaliter intelligi deberent? *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſtat. l. 8. ff. de publ. in rem act.* † Qvò & facit text. *in cap. exceptionem 12. extr. de except.* ubi dicitur, malitiam in differendo commiſſam non præcludere alicui viam proponendi, ſed hanc ſolam pœnam mereri, ut qvis expenſas refundere teneatur: † Veluti etiam malitiosè in prima inſtantia prætermiſſa, in appellationis cauſa proponi poſſe, docet poſt Felin. *in cap. ad audientiam 31. extr. de reſcript. n. 14.* aliosqve, qvos allegat, Hart. Piſtor. *part. 4. qv. 23. n. 45. & ſeqq.* ubi id latius perſeqvitur. † Nec obſtat, qvod hâc ratione malitiæ ac negligentiæ tergiverſantis ſubveniatur, qvippe qvi reſtitutione expenſarum retardati proceſſus ſatis coërcetur, *dict. cap. exceptionem. 12. extra de except.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent. Ob nun wol ſonſten in der Appellation-inſtanz dergleichen prætenſiones, ſo aus der angeſtalten Klage herrühren oder zu Abwendung derſelben dienlichen/ unangeſehen dieſelbe wiſſentlichen zuvor verſchwiegen worden/ vorbracht/ und getrieben werden können/ ꝛc.)

Definit. X.

Exceptiones peremptoriæ in prima inſtantia omiſſæ neqveunt opponi in appellationis inſtantia.

QVod dicitur, prætermiſſa in primâ inſtantiâ 1 proponi poſſe in appellationis inſtantia, *l. per banc. 4. C. de temp. appell.* Defin. *præced.* Id locum habet duntaxat in his, qvæ in prima inſtantiâ poſt litem demùm conteſtatam proponi potuiſ- 2 ſent, † non etiam in illis, qvæ ante hanc debuiſſent expediri, ut patet ex *l. ita demum. 13. C. de procurat.* 3 † cui conſeqvens, dilatorias exceptiones, qvas ante litem conteſtatam opponere neceſſe eſt, *l. exceptionem. 19. C. de probat. l. ſiqvidem. 9. & l. pen. C. de except. Supr.* Conſt. Elect. 3. ſi in prima inſtantiâ prætermiſſæ fuerint, in appellatione non admitti, 4 ut benè docet Hart. Piſt. *part. 4. q. 23. n. 3.* † Nempe, qvia appellatio reducit cauſam in eum ſtatum, in qvo fuit lite jam conteſtatâ, non autem ad eum ſtatum, in qvo fuit ante litem conteſtatam, ut notant poſt Bart. *Dd. in l. ita demum. 13. C. de procurat.* Hart. Piſt. *dict. q. 23. n. 3.* Cravett. *conſil. 20. n. 6. & conſil. 335. n. 3.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv.* 5 *144. n. 1.* † Neqve aliud dicendum exiſtimaverim de exceptionibus peremtoriis, qvippe qvæ in ipſa litis conteſtatione opponi debent, *d. l. 9. verſ. habitâ exceptionis conteſtatione & l. præſcriptionem. 8. C. de except.* Ord. proc. jud. Elect. Sax. *tit. 11. §. Es ſoll aber auch.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 20. n.* 6 *34. & ſeqq.* † nec poſt litem conteſtatam admittitur, *dict. tit. 11. §. Es ſoll aber auch. Supr.* Conſt. Elect. 3. *defin. 13.* † Ergo multò minus in appellationis inſtantiâ poterunt opponi, ut notabiliter ſcripſit Hart. Piſtor. *dict. qv. 23. n. 38.* 7

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent. Dieweil per-

aber dennoch die angeführte exceptio præscriptionis peremptoria ist/ welche so bald bey der litis-contestation hätte sollen opponiret werden/ so aber von euch nicht geschehen/ ꝛc. So seyd ihr auch nunmehr in der appellation-instanz euch derselben zu gebrauchen nicht berechtiget/ V.R.W.)

CONSTITUTIO XXII.

PARTIS PRIMÆ.

Ob das Juramentum purgationis in causis civilibus, ex officio dem Beklagten könne aufferlegt werden?

ABwol das Juramentum purgationis fürnemlich in peinlichen und in Ehesachen/ aus Richterlichem Ampt/ da es gleich nicht gebeten/ dem Beklagten/ wo ein rechtlicher Verdacht wider ihn ausgeführet/ kan aufferlegt werden/ So hat es doch Zweifel/ ob solches aus beweglichen Ursachen/ auch in causis Civilibus geschehen könne? Man hat sich aber verglichen/ daß justa ex causa in Civilibus solches juramentum ex officio, ein Richter befugt seyn soll zu erkennen/ als wenn der Kläger hätte einen grossen Verdacht bewiesen/ und es wären grössere Ursachen/ das Juramentum purgatorium als suppletorium zuzusprechen/ So solte dem Beklagten dieser Eyd in solchen und dergleichen Fällen zuerkannt werden/ darbey wir es auch bleiben lassen.

Juramentum Purgationis, num in causis civilibus ex officio, Reo deferre judex possit?

QVamvis Juramentum purgationis potissimùm in causis criminalibus & matrimonialibus etiam non petitum, ex officio judicis reo, si vel præsumptio qvædam juris, vel suspicio contra eum probata sit, deferri potest: dubio tamen non caret, num idem etiam in civilibus fieri possit? In id autem conventum est, ex justa causa, veluti, si ex probatis ab actore suspicio contra reum tanta appareat, ut judicem magis ad juramentum purgationis, qvàm suppletorium deferendum moveat, in hoc & hujusmodi similibus casibus, posse in civilibus ex officio, juramentum hoc reo deferri, qvod & nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Locum habet juramentũ purgationis in causis criminalibus, qvando adsunt sufficientia indicia, nec deveniri potest ad pœnam corporis afflictivam.*
2. *In actione injuriarum criminaliter intentatâ Reo injungi potest juramentum purgationis.*
3. *Sicuti etiam in causis matrimonialibus.*
4. *Confessio stupri facit indicium sufficiens ad juramentum purgationis.*
5. *Ex præsumptionibus & indiciis stupri, deferri potest juramentum purgationis super stupro simul & matrimonio promisso.*
6. *Ignorantia, qvæ in animo alicujus consistit, juramento purgationis probanda est.*
7. *Emptores rerum furtivarum ignorantiam prætendentes juramento se purgare tenentur.*
8. *Res furto ablata juramento Dni debet æstimari.*
9. *Qvi negat se rem habere, qvam tamen habere præsumitur, juramento se purgare tenetur.*
10. *Ad excludendam tacitam remissionem non creditur conjugi prætendenti ignorantiam adulterii à conjuge perpetrati, priusqvã juratò eã obtinuerit.*
11. *Necessaria defensio qvandoqꝫ juramento Rei purgatorio probatur.*
12. *Peritis in arte sua non nisi juratis credendum est.*
13. *In causis etiam civilibus tutò qvandoqꝫ imponitur juramentum purgationis.*
14. *Succedit juramentum purgationis, qvando locus non est juramento in supplementum.*
15. *Juramentum purgationis, etiam à parte non petitum, ex officio judicis imponitur.*
16. *Reus, cui jummentum purgationis fuit injunctum, illius evitandi causa ad probationem admittitur.*
17. *Præstito juramento purgationis, Reus definitivè absolvi debet.*
18. *Juramentum purgationis Viro & mulieri simul injunctum, prius à Viro præstari debet.*
19. *Juramentum purgationis in loco judicii publico debet præstari.*
20. *Jusjurandum purgatorium novas contrarias probationes semper admittit.*

Definit. I.

Locum habet juramentum purgationis in causis criminalibus, qvando adsunt sufficientia indicia, nec deveniri potest ad pœnam corporis afflictivam.

1 DUbium eqvidem non est, qvin in causis criminalibus imponi qveat Reo juramentum purgationis, qvippe qvod in odium hominum maleficorum adinventum fuit, ne gravati indicis & præsumptionibus, ad condemnandum insufficientibus, prorsus absolvantur, sed conscientiam suam per juramentum purgare teneantur, *c. ult. extr. de jurejur. c. ex tuarum. 8. c. ult. extr. de purg.*

canon. l. ubi. 22. C. ad leg. Cornel. de falſ. l. ult. C. de abolit. Joach. à Beust. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 148.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 40. n. 25.* Wesenb. *ad* Johan. Schneidew. *Inst. de publ. judic. in pr. n. 10.* Fulv. Pacian. *lib. 1. de probat. c. 7. n. 14.* Qvod & disertis verbis probatur *b.* Constit. *22. in pr.* † Attamen non indifferenter judex properare debet ad 2
juramentum hoc purgationis, aliàs certè nunqvam in criminalibus ad torturam deveniri posset, sed arbitrio & discretioni judicis prudentis committendum, qvando hôc mediô ad eruendam veritatem uti tutum existimet. † Qvod omnino erit necessarium in criminibus iis, qvorum pœna corporis afflictiva non est, nec taliter qvalifica- 3

lificata, ut tortura, vel territio cum præparatoriis torturæ indici qveat, de qvo dixi in *Pract. crimin.* 4 *part. 3. qveſt. 119.* †vel etiam, ſi indicia ad torturam ſufficientia non adſint in criminibus etiam gravioribus, qvæ tamen indicia ad juramentum purgationis imponendum ſufficere videntur, Jul. Clar. *lib. 5 ſent. § ult. qveſt. 63. n. 4.* Petr. Heig. *dict.* 5 *qveſt. 40. n. 32.* †Nec enim putandum eſt, absqve indiciis & præſumptionibus deveniri poſſe ad juramentum purgationis, qvin potius ex defectu indiciorum verisimilium Reus abſolvendus, qvàm juramento erit gravandus, *h.* Conſt. 22. *verſ.* Wo ein rechtlicher Verdacht wider ihn ausgeführet. *dict. c. ex tuarum. 8. extr. de purgat. canon. l. ult. §. 4. C. de his qvi ad Eccl. confug. Auth. novo jure. C. de pœn. jud. qvi male jud. l. 26. § ult. in fin. C. de uſur. l. ult. §. 10. C. de jur. delib.* Joh. Schneidewin. *ad §. item ſi qvis poſtulante. 11. n. 31. & 32. Inſt. de action.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 7. n. 1. & 11.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 34. q. 6. n. 34.* Heig. *dict. qveſt. 40. n. 34.*

Ita Domini in cauſa Petri Kinaſtens zu Schweinitz/ Menſ. Jun. Anno 1603. (Verba ſentent. Ob wol wider den gefangenen Kleinſchmieds-Geſellen von wegen des verdächtigen Diebſtals ſo viel nicht ausgeführet/ daß etwas peinliches wider ihn vorzunehmen. So erſcheinet doch aus der Zeugen Auſſage ſo viel/ daß er vermittelſt ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen/ und daß er den articulirten Diebſtal ſelbſten nicht begangen noch begehen helffen/ noch ihm etwas darum bewuſt ſey/ zu ſchweren ſchuldig/ Er thue nun ſolches oder nicht/ ſo ergehet darauf ſeiner Straffe halber ferner was recht iſt/ V.R.W.)

Et in cauſa peinlichen Anklägern des Raths zu Halle/ contra Hanſen Riemerten daſelbſt/ Menſ. Aug. Anno 1601. (Verba ſent. Daß Ankläger dasjenige/ ſo ihme zu beweiſen auferleget/ und er ſich angemaſſet/ wie zu Recht gnugſam nicht bewieſen hat. Derowegen mag auch Angeklagter von wegen der an Sebaſtian Donathen begangenen Entleibung/ an Leib oder Leben nicht geſtraffet werden/ Es erſcheinet aber ſonſten aus den acten ſo viel/ daß er auf vorhergehende Bewilligung der hohen Obrigkeit des Landes ewiglich billich verwieſen wird. Er könte dann vermittelſt ſeines leiblichen Eydes erhalten und ſchweren/ daß er dem Verſtorbenen Sebaſtian Donathen die an ihm befundene Beſchädigung nicht zugefüget/ damit würde er billich gehöret/ und ergienge alsdenn darauf ferner was recht iſt/ V.R.W.)

Definit. II.

In actione injuriarum criminaliter intentatâ Reo injungi poteſt juramentum purgationis.

1 ETſi in actione injuriarum criminaliter ad palinodiam inſtitutâ locum non habeat delatio juramenti judicialis, ut demonſtravi *in pract. Crimin. part. 2. qveſt. 95. n. 67. & ſeqq.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 42. part. 4. n. 15. & ſeq. ubi* Reinh. Roſa. Matth. Col. *part. 1. deciſ. 141. n. 7. & ſeq.* Erneſt.
2 Cothman. *vol. 2. conſil. 82. n. 98. & ſeqq.* †attamen qvin juramentum purgationis Reo injuriarum ſive civiliter, ſive criminaliter convento à judice imponi qveat, dubitandum non eſt, *l. furti accipi. 6. §. ſed et ſi jurejurando. 4. ff. de his qvi not. inf. l. non damnatos. 18. verſ. qvod ſi jurejurando. C. ex qvib. cauſ. infam. irrog.* Dan. Moll. *dict. conſt. 42. n. 6. verſ. de juramento verò purgationis.* Petr. Heig. *part. 1. qveſt. 40. n. 33.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 106.*
3 *n. 1. & ſeqq.* †Etenim, ſi in aliis cauſis criminalibus locus ſit juramento purgationis, ut dixi Defin. *præced.* non certè video, cur in causâ injuriarum criminali aliud debeat obtinere, modo ſufficientes contra Reum militent præſumptiones & indicia, Petr. Heig. *dict. qveſt. 40. n. 33.*

Ita Domini in cauſa Valentini Zehlfelders zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1597. (Verb. ſent. Ob nun gleich vorbemeldter Zehlfelder ſolcher injurien nicht geſtändig ſeyn wollen: Dieweil aber dennoch Caſpar Steiger auf vorgehenden gewöhnlichen Zeugen-Eyd ausgeſagt/ daß er angeregte injurien von gedachten Zehlfeldern gehört/ꝛc. So erſcheinet daraus ſo viel/ daß ſich mehrerwehnter Zehlfelder vermittelſt ſeines leiblichen Eydes zu reinigen/ und daß er obbeniemte Worte nicht geredet/ zu ſchweren ſchuldig. Er thue nun ſolches alſo oder nicht/ ſo ergehet darauf ferner was recht iſt/ V.R.W.)

Definit. III.

Sicuti etiam in cauſis matrimonialibus.

NOn poteſt deferri juramentum judiciale ne- 1
gativum contra matrimonium, Joh. Schneidewin. *ad §. item ſi qvis poſtulante, 11. n. 26. & ſeq. Inſt. de action.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 94. n. 13. & ſeqq.* Joach. à Beuſt. *ad l. ait prætor. 3. ff. de jurejur. n. 6. & ſeqq.* † ne ſcilicet in poteſtate parti- 2
um ſit diſſolvere matrimonium, ut dixi *Supr.* Conſtit. Elect. 12. *Defin. 29.* †Nec locus eſt in cauſa ma- 3
trimoniali juramento neceſſario ſive in ſupplementum, *c. mulieri 34. extr. de jurejur.* ne Reus nolens volens, ſi actor juraverit, in matrimonium detrudatur contra libertatem matrimonii, ut dicam Conſt. *ſeq. Defin. 10.* Jaſon. *in l. admonendi 31. ff. de jurejur. in repetit. n. 277.* Petr. Heig. *part. 2. qveſt. 16. n. 26. & ſeqq.* †Utrôqve igitur casû 4
ſuccedit juramentum purgationis, ne Reus ſimpliciter abſolvatur, ſed deterritus juramento purgationis, matrimonium, qvod actor contractum dicit, fateatur atqve in illud conſentiat, *h.* Conſtit. 22. *in pr. verb.* Ob wol das *juramentum purgationis* fürnemlich in Peinlichen und in Eheſachen kan auferlegt werden/ꝛc. Joh. Schneidewin. *ad dict. §. item ſi qvis poſtulante. 11. n. 32.* Moll. *hic n. 10.* Petr. Heig. *part. 1. qveſt. 40. n. 25. in pr.* Henr. Göden. *conſil. 94. n. 12. & conſil. 92. n. 10.*

Ita Domini in cauſa Michael Moritzens zu Mühlhauſen/ Menſ. Oct. Anno 1634. (Verb. ſent. Dieweil aber dennoch damals eure Schweſter die Klage mit ſolcher Bedingung/ wofern ihr Bruder damit zufrieden wäre/ geſtanden/ darauf ein Urtheil publicirt und Klägern das Juramentum purgationis auferleget worden/ꝛc. So wird er zu ſolchem Eyde nochmals billich zugelaſſen/ꝛc.)

Definit. IV.

Confeſſio ſtupri facit indicium ſufficiens ad juramentum purgationis.

NUnqvam locus eſt juramento purgationis, ſi 1
non præceſſerint indicia & præſumptiones ſufficientes, *Supr.* Defin. 1. †Ergo nec in cauſa ma- 2
trimoniali absqve indiciis ad juramentum purgationis erit properandum, Petr. Heig. *part. 1. q. 40. n. 25.* Sed num ſolam ſtupri imprægnationis confeſſionem ſufficiens indicium ad jurandum de non promiſſo matrimonio exiſtimabimus? †O- 3
mninò cum Joach. Beuſt. *de ſponſ. c. 47.* ubi ait in Proto-Synedrio Dresdenſi ita pronunciari. Sicut enim nemo præſumitur jactare vel projicere bona ſua, *l. cum de indebito. 25. ff. de probat.* †ita 4
nec virgo cenſetur ſtupratori conceſſiſſe florem Virginitatis decerpere, absqve facta ſpe de ineundo matrimonio, Alex. Trentacinq. *lib. 3. reſolut. de matrim. n. 2.* †Et capienda eſt conjectura 5

pro matrimonio, qvod cognoscens aliqvam cognoverit eam tanqvam futuram uxorem, non causa libidinis, ad tollendam fornicationis præsumtionem, *c. is qvi fidem. 30. de sponsal.* Andr. Fach. *lib. 3. controv. 29.* † Qvin & cum id ipsum in animo 5 stupratoris consistat, juramento ejus committendum erit, Nevitz. *in syl. nupt. lib. 2. n. 121.* Contrariam sent. amplectitur in Ipr. Const. 1. *lib. 3. tit. 4. def. 47.* nec non Decis. Elect. nov. 81.

Ita Domini in causa M. filiæ H. M. zu Großpaden Mens. Oct. Anno 1620. (Verba sent. Ob nun wol beniemter G. S. nicht geständig/ daß er euch iemahls die Ehe versprochen/ auch seine Eltern ihren Willen und consens darzu nicht geben wollen; Dieweil er aber dennoch nicht in Abrede seyn kan/ daß er euch fleischlichen erkant/ inmassen er sich denn erboten wegen der Schwängerung und des Kindes Alimenten sich mit euch abzufinden/ euch auch allbereit eine Tasche u. Gürtel gekaufft/ &c. So erscheinet daraus allenthalben so viel/ daß berührter Georg Schmiedt vermittelst seines leiblichen Eydes sich zu reinigen/ und daß er euch die Ehe nicht versprochen/ zu schweren schuldig/ Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauf ferner was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa C. T. contra I. F. zu Greiß/ Mens. Sept. Anno 1625. (Verba sentent. Ob nun wol Beklagter J. F. der zugesagten Ehe nicht geständig seyn wil/ &c. Dieweil aber dennoch berührter J. F. nicht in Abrede seyn kan/ daß er mit C. T. fleischlichen zu thun gehabt/ und sie geschwängert/ &c. So ist er vermittelst seines leiblichen Eydes sich zu reinigen/ und daß er vorgedachter C. T. die Ehe nicht versprochen/ zu schweren schuldig/ Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauf ferner was recht ist/ V. R. W.)

Definit. V.

Ex præsumptionibus & indiciis stupri deferri potest juramentum purgationis super stupro simul & matrimonio promisso.

1 Cum stuprata adversus stupratorem de promisso sibi matrimonio experiebatur, stuprator verò utrumqve & stuprum & matrimonii promissionem negabat, propositis ab actrice conjecturis & præsumptionibus de dolo stupro ad juramentum purgationis sufficientibus, 2 † placuit Dominis, super utroqve stupratori jusjurandum purgationis deferri. Rectissimè sanè, si enim confessio sola stupri indicium facit promissi matrimonii accedente stupratæ assertione, ut dixi *Def.* præced. 3 † certè per consequentiám qvándam necessariam, ex indiciis stupri urgentibus promissio matrimonii etiam præsumenda erit, ut proinde super utroqve Reum ad jurandum adigere haud absurdum 4 sit; † Idq; eo minus, qvo major habetur favor matrimonii ejusqve probandi difficultas, qvæ facit, ut qvandoqve etiam leviores præsumptiones admittantur, qvæ alioqvin non admitterentur, juxta tradita Anton. Fabr. *in Codic. lib. 14. defin. 8.*

Ita Domini in causa C. B. contra H. B. zu Arnshaug/ Mens. Julio, Anno 1622. (Verba sententiæ: Daraus so viel zu befinden/ daß Beklagter H. B. vermittelst seines Cörperlichen Eydes sich zu reinigen/ und daß er C. B. weder fleischlichen erkannt/ noch die Ehe versprochen/ zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauf ferner was recht ist/ V. R. W.)

Definit. VI.

Ignorantia, qvæ in animo alicujus consistit, juramento purgationis probanda est.

1 Etsi non negaverim, ex variis conjecturis de ignorantiâ alicujus constare posse, qvin & in genere per conjecturas & præsumptiones ignorantiam probari, *c. si qvi à Simoniacis. 108. caus. 1. q. 1. & c. sicut 25. extr. de accus.* Bald. *in l. 1. n. 10. ff. de lb.* † probatio tamen hæc plena non est Jos. Ma- 2 scard. *de probat. vol. 2. concl. 880. n. 1.* † Æqvissimè 3 ergo jusjurandum purgationis imponitur ignorantiam prætendenti, deficientibus præsertim conjecturis & præsumptionibus, qvo conscientiam suam ab omni scientia liberet atqve purget, *c. nulli. 8. extr. de elect. in 6to. c. Pastoralis. 4. extr. de except.* Felin. *in c. qvosdam. 7. in gloss. 1. extr. de præsumpt.* Pett. Heig. *part. 1. qvæst. 40. n. 20.* † Habet 4 enim is, qvi allegat ignorantiam, contra se militantem præsumptionem, qvæ sola sufficiens videtur ad deferendum jusjurandum purgationis, ut multis docet Heig. *dict qvæst. 40. n. 4. & 5.* † Qvin 5 & ignorantia in animô consistit, adeoqve ex numero est eorum, qvæ juramento probari debent, Bartol. *in l. inter omnes. 46. §. rectè. 7. n. 2. ff. de furt.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 48. n. 24.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 881. n. 2.* Anton. Gometz. *in fin. Inst. de action.*

Ita Domini in causa Hansen Salomons von Eisenach zu Sangerhausen/ Mens. Febr. Anno 1607. (Verba sent. So ist des Gefangenen N. N. sein Fürwenden/ daß er uemlichen nicht gewust/ daß das gefangene Weib/ mit welcher er zu schaffen gehabt/ ein Eheweib gewesen/ sondern er sie vor eine ledige Vettel und gemeine Dirne gehalten/ vermittelst seines leiblichen Eydes zu erhalten und zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauf seiner Straffe halber was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Andreä Böhmens zu Reichenbach/ Mens. Sept. Anno 1618. (Verba sent. Würde der Gefangene N. N. schweren/ daß er nicht anders gewust/ als daß des verwiesenen Eheweibes Mann todt wäre/ und also seine Unwissenheit Eydlichen erhalten/ inmassen er zu thun schuldig/ So ergienge darauf in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

Definit. VII.

Emptores rerum furtivarum ignorantiam prætendentes juramento se purgare tenentur.

EX eâdem pariter ratione concludendum, † 1 qvod emptores rerum furtivarum, ignorantiam prætendentes, jurare teneantur, se non scivisse res emptas fuisse furto subtractas, ad hoc, ut pœnam evadant, † qvæ aliàs emptoribus rerum 2 furtivarum solet irrogari, *l. 2. l. 5. C. de furt.* de qvâ dixi in *Practica criminali part. 2. qvæst. 87. n. 54. & seqq.* † Præsumitur enim scientia in emente 3 rem furtivam, præsertim si eam clam emerit, Prosp. Farin. *part. 7. oper. crimin. qv. 177. n. 25.* Joh. Sich. *in l. in civilem. 2. n. 6. C. de furt.* Salycet. *in l. civile. 5. n. 5. C. eod. tit.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 831. n. 16.* † Contrarium ergo si emptor 4 asserat & ignorantiam prætendat, obstrictus est eam probare, qvod solo juramento purgationis fieri potest, Defin. *præced.* Petr. Heig. *part. 1. q. 40. n. 11.* † qvamvis non negem, concurrentibus aliis 5 ac fortioribus indiciis scientiæ, hoc casu emptorem ad eruendam veritatem torturæ subjici posse, ut demonstravi in *Pract. criminali dict. qvæst. 87. n. 68.*

Ita Domini in causa Christophori Müntzens zu Bernstein Mens. Jul. Anno 1621. (Verba sententiæ: So ist Chri-

Christoff Müntze vermittelst seines leiblichen Eydes sich zu reinigen/ und daß er die verzeichnete Sachen/ nicht wissentlich/ daß sie gestohlen gewesen/ an sich erkaufft/ zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet alsdann darauf in der Sachen ferner was recht ist/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Res furto ablata juramento Domini debet æstimari.

1 Juramentum purgationis multùm & ad varios casus se extendit † adeò, ut generaliter scripserit Paul. de Castr. allegatus à Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 40.* qvando contra aliqvem est suspicio & non urgentes conjecturæ, stari ipsius juramento
2 ad purgationem: † Ex qvô fit, qvod etiam Emphyteuta qvantitatem pretii rei emphyteuticæ
3 venditæ juramento manifestare compellatur, † & qvi jure retractus uti vult, jurare, se suo nomine detrahere, ut tradit Petr. Heig. *dict. qvæst. 40. n. 12. & seqq.* † Qvò & refero æstimationem rei
4 furto subtractæ, qvam Dominus juramento suo obtinere debet, *l. si qvando. 9. C. Unde vi. cap. ult. extr. de his qvæ vi metusvè caus.* † qvod juramentum in effectu jusjurandum purgationis est, qvia Dominus eo se purgare videtur ab enormi & injustâ æstimatione rei furto subtractæ, cui juramento in dictamine pœnæ præcisè standum est, Ægid. Boss. *in tit. de Rapina. n. 36.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. § furtum. n. 18.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. lib. 2. cas. 208. n. 2.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 471. n. 32.*

Ita Domini in causa Qvæstoris Delitiani, Mens. Jan. Anno 1616. (Verba sent. Da nun der Bierführers-Geselle mit seinem leiblichen Eyde bestärcken würde/ daß die ihme gestohlene Sachen/ so viel er angegeben/ ihrem rechten Werth nach würdig gewesen/ &c.)

Et in causa Qvæstoris in Sachsenberg/ Mens. Jan. Anno 1612. (Verba sent. Da nun gedachter B. R. seinen im Amt gethanen Bericht/ indem er ausgesagt/ daß seine verlohrne 8. Schaf-vösser/ darunter 6. tragende Schafe und 2. Lämmer/ zum wenigsten 15. fl. würdig gewesen/ mit seinem leiblichen Eyde/ daß nemlichen dieselbe so viel werth/ und also theuer verkaufft/ und gelöset hätten werden können/ bekräfftigen und erhalten würde/ &c.)

Definit. IX.

Qvi negat se rem habere, qvam tamen habere præsumitur, juramento se purgare tenetur.

1 Qvotiescunqve ex præsumptione juris constat, ad aliqvem rem pervenisse, is verò se eam habere negat, locus est juramento purgationis, qvô se à præsumptione illâ liberet, Petr. Heig.
2 *part. 1. qvæst. 40. n. 4.* Ex qvô fit, † ut heres ejus, apud qvem constabat, rem fuisse, negans possessionem, juramento se purgare obstrictus sit; Nam
3 qvia juris præsumptio est, † omnia qvæ apud defunctum fuerunt, ad hæredem pervenisse, *l. 1. & seq. ff. de fidejuss. tutor. l. omnia. 193. ff. de reg. jur.*
4 ad restitutionem heres tenebitur, † nisi per juramentum se purget ab istâ præsumptione, Heig. *dict. loc. n. 8. & 9.* qvamvis dissentiant Bartol. *in l. omnes. 46. §. rectè. 7. de furt.* Anton. Natt. *lib. 2. consil. 238. n. 9. 10.* Jac. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. § præs. 77. n. 3. & seq.* Pariter, † qvando ex suspicione aliqvâ conjicitur, rem litigiosam ad aliqvem pervenisse, isqve se eam habere neget, cogitur certè juramento præstito conscientiam suam manifestare, *l. præsenti. 6. §. cum autem. 3. vers. sicubi depositæ. C. de his qvi ad Eccles. confug. l. prætor ait. 4. §. sed si servus. 3. ff. de edend.* Petr. Heig. *dict. qv. 40. n. 2.* Jacob. Menoch. *de præs. lib. 6. præsumpt. 61. n. 7.*

Ita Domini in causa Hansen Glitzens zu Pforta/ Mens. Junio, Anno 1616.

Item in causa Ottonis à Maschwitzens auf Lössa/ Mens. Sept. Anno 1595.

In causa Hansen und Wolffen der Spetner zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1576.

Item in causa Andreæ Lehmans zu Mugeln/ Mens. Oct. Anno 1601.

Et in causa Andreæ Weidmans zu Schwartzenberg/ Mens. Oct. Anno 1629.

Definit. X.

Ad excludendam tacitam remissionem non creditur conjugi prætendenti ignorantiam adulterii à conjuge perpetrati, priusqvam juratò eam obtinuerit.

Cum ex copulâ carnali inter conjuges præ- 1
sumatur remissio adulterii à maritô vel uxore commissi, † multum certè interest conjugis a- 2
dulteri, post perpetratum delictum copulam conjugalem intercessisse, qvò pœnam gladii evitare qveat, ut dixi in *Pract. crim. part. 2. qvæst. 55. n. 40. & seqq.* Dan. Moller. *ad Const. Elect. 19. n. 12. part. 4.* Virgil. Pingitzer. *qvæst. 57. n. 4.* † Qvæ tamen 3
copula non juvat adulterum, si innocens conjunx inscius adulterii perpetrati, nocenti cohabitaverit, juxta *l. si uxor. 13. §. ult. ff. ad leg. Jul. de adult.* Nicol. Reusn. *lib. 4. decis. 5. n. 106.* Virg. Pingitz. *dict. qvæst. 57. n. 4.* † Neqve enim remitti potest de- 4
lictum ab eo, qvi prorsus id ignorat. † Ergo, si ig- 5
norantia prætendatur, juramento innocentis conjugis obtinenda erit, secundum tradita *Supr.* Defin. 6. † ne scilicet facultas contraveniendi facto 6
suo relinqvatur conjugi, contra *c. in istis. 3. distinct. 4. c. dilectissimi. 2. caus. 8. qvæst. 2. c. horrendum 17. caus. 32. q. 5.* Nicol. Reusner. *dict. dec. 5. n. 107.*

Ita Domini ad reqvisitionem Qvæstoris Bornensis, Mens. Majo, Anno 1628. (Verba sent. Daß der Gefangene E. B. wegen solches begangenen und bekannten Ehebruchs/ wofern sein Eheweib vermittelst Eydes erhalten wird/ daß sie von Zeit an der erlangten Wissenschafft/ daß ihr Ehemann eine Concubin und Beyschläferin hätte/ mit ihm ferner nicht zu thun gehabt/ noch sich von ihme weiter fleischlichen erkennen lassen/ mit der ordentlichen Straffe des Schwerdts vom Leben zum Tode gerichtet werde/ &c.)

Definit. XI.

Necessaria defensio qvandoqve juramento Rei purgatorio probatur.

Probatur qvandoqve necessaria defensio solis 1
præsumtionibus & conjecturis, Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 19. n. 61. & seq.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 15. n. 21. & c. 16. n. 22.* de qvibus dixi in *Pract. criminal. part. 1. qvæst. 33. n. 40. & multis seqq.* † At, probatio hæc tantummodò semiple- 2
na est & præsumptiva, qvæ ad plenam absolutionem consequendam non sufficit, sed ad id saltem prodest, qvò Reo pœna mitigetur. † Aliud 3
dicendum, si Reus probationem istam juramento suo velit supplere, qvod jusjurandum dicitur purgatorium, qvo se Reus liberat à dolô & propositô occidendi: † Potest namqve Judex 4
Reo

Reo homicidii juſtâ ex causâ juramentum hoc deferre, adhibitâ tamen circumſpectione debitâ, ne
5 perjurio detur occaſio, † modò etiam conjecturæ ac præſumptiones ad juramentum ſufficientes adſint, Jodoc. Damhouder. *in pmx. rer. crim. c. 76. n. 29. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa peinlichen Anwaldens Rachels Viduæ à Schönberg/ contra Melchior Böttichern/ Menſ. Majo, Anno 1602. (Verba ſentent. Da Angeklagter die von ihme angezogene Nothwehr vermittelſt ſeines leiblichen Eydes erhalten würde / darzu er dann nach Gelegenheit dißfalls billich gelaſſen wird/ So erſcheinet daraus ſo viel/ daß er von wegen der an Jacob Haſerten begangenen Entleibung an Leib oder Leben nicht zu ſtraffen ſey/ꝛc.)

Et in cauſa Nicolai Wertmans zu Leipzig/ Menſ. Januar. Anno 1601. (Verb. ſent. Daß Gefangener vermittelſt ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen/und daß der Entleibete Jnhalts des 15. und 16. articuls ſich nicht allein mit ſchimpflichen Worten an ihme vergriffen/ſondern auch mit einer Radehauen zu erſt auf ihn geſchlagen/zu ſchweren ſchuldig/ er thue nun ſolches oder nicht/ ſo ergehet darauf ſeiner Straf halber/ oder ſonſten ferner was recht iſt/V.R.W.)

Definit. XII.

Peritis in arte ſuâ non niſi juratis credendum eſt.

1 TRalatitium eſt apud *Dd.* qvod peritis in unaqvaqve arte ſeu ſcientiâ ac diſciplinâ, adeoq; in omni negotio haud aliter fides habeatur, qvàm ſi jurent ſuper depoſitione ſuâ, Felin. *in cap. qvia judicante. 9. in pr. extr. de præſcript.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 4. qvæſt. 142. n. 11.* Proſp. Farin. *part. 5. oper. criminal. qvæſt. 127. n. 118.* Nicol. Böer. *deciſ. 323. n. 24.* Didac. Covarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. 13. n. 4.* Dec. *in cap. propoſuiſti. 4. n. 51. extr. de probat.* † Qvod juramentum
2 partim credulitatis, Jaſon. *in repetit. l. admonendi*
3 *31. n. 237. ff. de jurejur.* † partim purgatorium habetur, qvo peritus liberat conſcientiam ab omni
4 ſuſpicione depoſitionis falſæ ac dolosæ: † Factum inde, ut Medicis ſive Chirurgis, ſuper lethalitate vulneris in cauſa homicidii deponentibus, haud fides habeatur, priusqvam depoſitionem juramento ſuo confirmaverint, *art. 149.* Ord. Crim. Carol. V. Imperat. ut demonſtravi in *Pract. cri-*
5 *min. part. 1. qvæſt. 26. n. 38. & ſeqq.* † Sic etiam obſtetricum aſſertioni ſuper ſtupro conſummato in puellâ impubere aliter non creditur, qvàm ſi juratæ depoſuerint, Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 31. part. 4. n. 4.* Fulv. Pacian, *de probat. lib. 1. c. 47. n. 17. & lib. 2. cap. 2. n. 12. & ſeqq.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 42. n. 37.* Rutg. Ruland. *de commiſſ. part. 1. lib. 4. cap. 17. n. 11. & 12.*

Ita Domini in cauſa Thomâ Rothens zu Eulenberg/ Menſ. Jul. Anno 1630. (Verba ſent. Daß uns vor allen Dingen Bericht zugefertiget werde/ wer bey der Beſichtigung des todten Cörpers geweſen/ auch ob der Barbirer oder Bader ſolche Stiche vor tödlich gehalten/ welches er denn vermittelſt ſeines leiblichen Eydes/ wofern er ſonſten zu ſeinem Amt nicht vereydet iſt/auszuſagen pflichtig/ꝛc.)

Definit. XIII.

In cauſis etiam civilibus, tutò qvandoq; imponitur juramentum purgationis.

1 SUnt ergò plurimi caſus, in qvibus locum habet juramentum purgationis, de qvibus fuſius tractat Petr. Heig. *part. 1. qvæſt. 40.* ubi in genere concludit, non modò in criminalibus, ſed etiam in civilibus cauſis receptum eſſe, ut Reus oneratus urgentibus præſumptionibus, cogatur ſe juratò purgare, *dict. qvæſt. 40. n. 25.* † Qvod & 2 placuit Sereniſſimo Saxoni, *hac* Conſtit. *21. verſ.* man hat ſich aber verglichen/daß *juſtâ ex causâ in civilibus* ſolches *juramentum purgationis ex officio* ein Richter befugt ſeyn ſoll zu erkennen/*& in* Ord. proceſſ. jud. *tit. 22. verſ.* das *juramentum purgationis* auch in bürgerlichen Sachen nachgelaſſen. † 3 Et ſatis prægnans hujus diſpoſitionis ratio habetur: Accidit enim ſæpiùs, ut controverſia in judiciô proponatur de factô, cujus notitiam exactiorem habet Reus, qvàm actor, ubi longè æqvius ac conſultius eſt, Reo imponere jusjurandum purgatorium, qvam actori juramentum neceſſarium vel in ſupplementum, † vel etiam, ſi aliis ex 4 cauſis illud indicere judici viſum fuerit, prout monet Illuſtriſſimus Conſtituens, *hîc verſ.* Als wenn der Kläger.

Ita Domini in cauſa Wilhelmi Seuſings contra Peter Meyen zu Kemnitz/ Menſ. Januar. Anno 1631. (Verba ſentent. Daraus ſo viel zu befinden / daß Beklagter vermittelſt ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen/ und daß er Andreä Piſens Schuld nicht auf ſich genommen/ noch dieſelbe Klägern von dem Seinigen zu zahlen verſprochen / zuſchweren ſchuldig. Er thue nun ſolches oder nicht / ſo ergehet darauf ferner was recht iſt/ V.R.W.)

Et in cauſa Hanſen Schwartzen contra Valtin Schwartzen/ ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Februar. Anno 1603. (Verba ſentent. Aus der geführten Beweiſung ſo viel erſcheinet / daß Beklagter ſich vermittelſt ſeines leiblichen Eydes zu reinigen/ und daß ihme die ſtreitigen 87. Gülden 9. Groſchen nicht bezahlet worden/ zu ſchweren ſchuldig. Er thue nun ſolches oder nicht / ſo ergehet darauf in der Sache ferner was recht iſt/V.R.W.)

Definit. XIV.

Succedit juramentum purgationis, qvando locus non eſt juramento in ſupplementum.

PLurimi certè ſunt caſus, in qvibus haud locum 1 habet juramentum neceſſarium ſive in ſupplementum, qvos congeſſit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 54.* An ergo tùm Reum abſolvendum exiſtimabimus? Neutiqvam ſanè, qvia ex ſemiplenâ probatione oritur contra Reum præſumptio, licet ad condemnationem imbecillior, † qvam Reus 2 per jusjurandum purgationis amoliri debet, *l. admonendi. 31. ff. de jurejur. cap. ult. §. fin. extr. de jurejur.* † Succeſſit ergò loco juramenti in ſup- 3 plementum, jusjurandum purgationis, qvod iis in caſibus eſt imponendum, qvibus ad juramentum neceſſarium vel in ſupplementum deveniri neqvit, Anton. Teſſaur. *deciſ. 47. n. 5.* Nicol. Böer. *deciſ. 86. n. 5.* Petr. Heig. *part. 1. qv. 40. n. 24.* Joachim. Beuſt. *part. 1. de ſponſal. cap. 46. verſ. & generaliter locum habet.*

Ita Domini in cauſa Even Krachzin contra Hanſen Schobeln / ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Majo, Anno 1622. (Verba ſententiæ: Daraus ſo viel zu befinden / daß Beklagter Hans Schobel vermittelſt ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen/ und daß er von Klägerin die articulirte verſiegelte Lade in ſeine Verwahrung nicht genommen / zu ſchweren ſchuldig. Er thue nun ſolches oder nicht / ſo ergehet alsdann in der Sachen ferner was recht iſt/ V.R.W.)

Definit. XV.

Juramentum purgationis, etiam à parte non petitum, ex officio judicis imponitur.

1 JUramentum purgationis procul dubio legale
2 est, Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 11. n. 36.* † Ergò solo etiam judicis officio defertur, etiamsi à parte haud fuerit petitum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 8.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 40. n. 42.* Jo-
3 seph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 956. n. 47.* † Qvod & diserte comprobatum ab Electore Saxoniæ *b.* Const. *22. in pr. & vers.* Man hat aber sich ꝛc. Et certè, in processu etiam inqvisitionis locum habere juramentum purgationis, extra dubium
4 est, *Supr.* defin. 1. † qvô casu à nemine peti potest, cum accusator deficiat, officiumqve judicis vices
5 accusatoris suppleat, † inqvisitione nempe in locum accusationis succedente, *Dd. in l. ea qvidem. 7. C. de accusat.* Bartol. *in l. 2. §. si publicos. n. 12. ff. ad leg. Jul. de adult.* Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 24. n. 37.* Hippol. de Marsil. *in pract. crimin. §. constante. n. 32.*

Ita Domini in causa Andreä Lehmans zu Müglen/ Mens. Oct. Anno 1601.

Item in causa hæredum Matthiä Eichlers zu Lommitzsch/ Mens. Jun. Anno 1590.

Et in causa Hansen Kölers zu Leipzig/ M. Mart. An. 1576.

Definit. XVI.

Reus, cui juramentum purgationis fuit injunctum, illius evitandi causa ad probationem admittitur.

1 NOn turpiter, sed modestè potius facere videtur, qvi religione magis, qvàm conscientiâ motus tam facilè jurare nolit, *l. qvæ sub condi-*
2 *tione. 8. ff. de condit. instit. l. cum qvidam, 21. vers. neqve enim. C. de fide instrum.* † præsertim, si probationibus non destituatur, qvibus conscientiam
3 exonerare valeat: † Adeoqve is, cui juramentum purgationis injunctum fuit, ad probationem se offerens, omninò audiri debet, ut multis demonstrat Andr. Rauchb. *part. 2. qvæst. 3. n. 11. & seqq.*
4 contra Dan. Moller. *hîc n. 9.* † Eò namqve respicit generalitas Const. Elect. *14. part. 1.* ubi dicitur, qvod tùm demum Reus, cui juramentum delatum est, jurare debeat, si jusjurandum evitare & probationibus pro suâ defensione uti non possit; Generaliter enim qvia Sanctio Electoralis loqvi-
5 tur, † etiam generaliter intelligi debet, *l. de pretio 8. ff. de publ. in rem. action. l. præses. 3 ff. de off. præfid. l ut nullo. 28. C. de Usur.* † Idqve ipsum hodiè caret dubio, propter manifestam dispositionem Electoralem in Ord. proces. jud. *tit. 19.* §. Wenn nun einem. *vers.* Also wenn einem das *juramentum purgatorium.*

Ita Domini in causa Matthes Gustels zu Pirna/ Mens. Junio, Anno 1604. (Verba sententiæ: Hat Matthes Gustel/ welchem Inhalts unsers gesprochenen Urtheils das juramentum purgationis zuerkant worden/ sich erkläret/ daß er sein Gewissen mit Beweiß vertreten wolte/ ꝛc. So wird er mit solchem Beweiß billich zugelassen/ V. R. W.)

Et in causa Wolff. Mezens zu Arnshaucke/ Mens. Mart. Anno 1626. (Verba sent. Ist euch durch Urtheil und Recht das juramentum purgationis zuerkannt worden; Wenn ihr nun gleich zuvor allbereit eure defension geführet hättet; da ihr aber dennoch anietzo euer Gewissen mit Beweiß zu vertreten/ und also eure defension aus erheblichen Ursachen noch einsten zu führen gemeynet wäret/ ꝛc. So würdet ihr damit nochmals billich zugelassen/ und immittelst ehe und zuvor auf euren Beweiß zu Recht erkannt/ mit der Eydesleistung verschonet/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Præstito juramento purgationis, Reus definitivè absolvi debet.

QVod aliis juramentis commune est, id etiam 1
in jurejurandô purgationis usu servatur, utnempe Reus jurare detrectans pro confessô habeatur, *l. 2. §. qvod si actor. 6. C. de jur. propt. Calumn. dando.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 40. n. 36.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. qvæst. 63. n. 4.* Mynsinger. *cent. 2. observ. 58. n. 1. & centur. 3. observ. 52. v. cæterùm in causis purgationis.* † At præstitô juramentô purgationis, 2
Reus, qvi juravit, non obstantibus contrariis præsumptionibus, definitivè absolvi debet, non tantùm qvoad ipsam causam & actionem principalem, † sed etiam qvoad expensas & alia acciden- 3
tia, Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 40. v. 38. & seqq.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 7. n. 12.* Qvamvis dissentire videatur Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 5.*

Ita Domini in causa Albrecht Brandis zu Weissenfels/ Mens. Febr. Anno 1605. (Verba sententiæ: Dieweil Albrecht Brandis das juramentum purgationis, so ihme in unserm vorigen Urtheil zuerkannt/ würcklichen geleistet/ und daß er N. N. so bey ihme für eine Schliefferin gedienet/ die Woche vor Pfingsten des verschienenen 1603. Jahres/ als sie truncken gewesen und geschlaffen/ fleischlichen nicht erkannt/ geschworen; so mag auch nunmehr derenthalben wider ihn ferner nichts vorgenommen werden/ V. R. W.)

Et in causa Martin Gablers contra Wolffgang Raben/ Mens. April. Anno 1614. (Verba sent: Dieweil Beklagter das ihme zuerkannte Juramentum purgationis würcklichen geleistet/ So wird er nunmehr von angestalten Klage billig entlediget und losgezehlet/ und ist ihme Kläger die in dieser Sache aufgewandte Unkosten auf Richterliche Ermässigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIIX.

Juramentum purgationis Viro & mulieri simul injunctum, prius à Viro præstari debet.

OBtinuit hactenus usu, ut si masculus & fœ- 1
mina super eôdem crimine simul sint torqvendi, prius fœminæ tormenta infligantur, ceu personæ debilissimæ & cruciatui ferendo maximè impari, Joh. Zang. *in tract. de qvæst. & tortur. c. 4. n. 27.* Jac. de Belloviso. *lib. 3. pract. crim. c. 6. n. 5. & 6.* Henr. Boc. *de torm. & qvæst. c. 5. n. 11.* † Qvia 2
nempe fœminarum summa est inconstantia atqve mollities, ita ut ad veritatis confessionem tùm persvasionibus, tùm cruciatibus, facilius induci posse præsumantur, *l. filia in orbitate. 20. C. de inoff. testam.* † At incipiendum in torturæ exe- 3
cutione ab eo, qvi timidior creditur vel teneræ ætatis videtur, ut facillimè ex eo veritas possit exqviri, *l. 1. §. idem divus Hadrianus. 2. l. unius. 18. in pr. ff. de qvæst.* Franc. Brun. *in tract. de jud. secund. part. qvæst. 5. num. 54.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. qvæst. 64. num. 29.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 37. num. 14.* † Qvæ ratio cessat 4
in juramento purgationis, ut propterea neutiqvam hoc prius à fœmina præstari debeat, si conjunctim masculo & fœminæ fuerit impositum. † Qvin potius cum major levitas & incon- 5
stantia in fœminâ præsumatur qvàm in viro, *cap. forus.*

forus. 10. in fin. extr. de Verb. signif. ad præcavendum perjurium, jusjurandum primò à Viro exigendum dixerim.

Ita Domini in causa D. Z. & A. B. zu Schneeberg/ Mens. Aug. Anno 1620. (Verba sent. Ist in unserm jüngsterthеilten Urtheil zu Recht erkant worden / daß D. Z. und A. B. daß sie mit einander nicht geehebruchet noch Oberhurerey getrieben/ sich vermittelst Eydes zu reinigen schuldig seyn sollen / daher zwischen euch und euren zugeordneten Commissarien Streit entstehet/ welches Theil den zuerkannten Eyd zuerst schweren soll/ ꝛc. So ist vermöge unsers vorigen Urtheils/ auf ausgegangene Citation, der Mann D. Z. zuerst/ und folgends das Weib A. B. des in eurer Frage dawider gethanen Fürwendens ungeachtet/ den Eyd abzulegen verpflichtet/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Juramentum purgationis in locô judicij publicô debet præstari.

1 JUssus jurare ad sui purgationem, non audiendus est, si per alium & intermediam personam juramentum præstare velit, qvoniam multò facilius & audacius absens & per alium, qvàm præsens
2 pejeraret: †Præcedere namqve solent atqve debent admonitiones judicis, coram qvo juratur, ut qvi juraturus est, videat, ne temerè aut malitiosè
3 pejeret. † Qvin & præsentia judicis terret maximè pejeraturum, ne tàm impudenter pejerare audeat, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 31. n. 3.*
4 † Scilicet omnibus modis laborandum est, qvo perjurium evitetur; Eamqve ob causam benè faciunt judices, qvi in loco judicii publico Reos juraciunt judices, qvi in loco judicii publico Reos jurare faciunt, ut saltem populi conspectus & fre-
6 qventia audaciam pejerandi supprimat, † cum hâc ratione omnes scire possint, qvâ fronte, qvâqve vel fiduciâ vel trepidatione fuerit juratum, *arg. l. 3. in pr. & §. 1. & 2. junct. l. ob carmen. 21. §. ult. ff. de testibus.*

Ita Domini in causa des Amts Weide constituirten peinlichen Anwaldens contra Wolff Christoffen von Steinsdorff/ Mens. Febr. Anno 1628. (Verba sent. Ist von uns zu Recht erkant worden/ daß Angeklagter vermittelst seines Cörperlichen Eydes sich zu reinigen/ und daß er dem entleibten Hansen Göpnern die an ihme befundene Stiche/ davon er verstorben/ nicht zugefüget/ zu schweren schuldig. Worauf Angeklagter sich zur Eydesleistung anerboten/ ꝛc. So ist er solchen Eyd auf vorgehende gnugsame Verwarnung vor der Straf des Mineydes/ in der Amts- oder Gerichtsstuben öffentlichen / also daß die Thür aufgemacht / und männiglichen/ so es begehrt/ hinein gelassen wird/ abzulegen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XX.

Jusjurandum purgatorium novas contrarias probationes semper admittit.

1 ETsi Reus præstito juramento purgationis definitivè absolvatur, *Supr.* Defin. 17. †qvin tamen ex novis supervenientibus probationibus, &
2 ex novâ infamiâ ab aliô accusari possit, dubium non est; Qvia nec contrarias probationes jusjurandum purgationis excludit, *l. admonendi. 31. ff. de jurejur.* Pet. Heig. *part. 1. qvæst. 40. n. 40.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 5. n. 2.* Mynsing. *lib. 2. observ. 82.* †Idqve maximè verum est, qvando ad
3 suspicionem doli excludendam adhibetur, cujus probationem semper oportet esse salvam, *l. 27. §. illud nulla. 3. ff. de pact. l. 17. in pr. ff. commodat.* †
4 ne ob id minus puniatur, qvod cum perjurio junctum esse cœperit, ut scitè loqvitur Ant. Fab. *dict. def. 5. n. 5.* †Planè, si semel terminus fuerit præfixus
5 omnibus accusare volentibus cum clausulâ decreti exclusivâ, præstito juramento, novam accusationem non admitti, docet post alios, qvos allegat, Petr. Heig. *dict. qvæst. 40. n. 41.*

Ita Domini in causa Bernhardi Moschers contra Reimen von Geyer/ Mens. Mart. Anno 1601.

CONSTITUTIO XXIII.

PARTIS PRIMÆ.

Ob Juramentum suppletorium in acten soll gebeten werden / oder ob es ex officio zu erkennen?

Juramentum suppletorium in actis peti necessenè sit, an verò ex officiô deferri possit?

DJerinne ist auch widertwärtig gesprochen/ dann etliche seynd der Meynung bißhero gewesen/ der Richter könne diesen Eyd/ damit einer die halbe Beweisung ersetzt oder supplirt, da es gleich in den acten nicht gebeten/ erkennen/ Etliche aber haben das Widerspiel gehalten/ und nemlichen daß es nicht zu sprechen/ es wäre denn von den Partheyen gesucht und gebeten.

Wir lassen uns dißfalls die erste Meinung gefallen / und wollen / daß in des Richters Macht stehen soll/ solches necessarium juramentum suppletorium, wann er aus den acten befinden wird/ daß es geschehen möge/ dem Part aufzuerlegen/ und zu erkennen/ solches sey in actis gebeten oder nicht; Darnach sich unsere Hofgerichte/ Juristen-Facultäten, und Schöppenstüle/ in Urtheilen richten und halten sollen.

ETiam in eô diversimodè à nostris pronunciatum aliqvando fuisse animadvertimus, qvibusdam juramentum hoc suppletorium, qvamvis in actis non petitum, deferri posse existimantibus, aliis contrarium sentientibus; Nos verò priorem probantes opinionem, judicis arbitrio permittimus, ut, si fieri id posse ex actis cognoverit, hoc qvoq; juramentum, sive petitum sit, sive non sit, ex officio parti per sententiam deferat, idqve, tàm judicia nostra Curilia, qvàm Collegia Facultatum Juridicarum & Scabinatus observare jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Juramentum in supplementum etiam à parte non petitum ex officio judicis potest deferri.*
2. *Juramentum suppletorium judex deferre cogitur, si aliâ ratione causam decidere neqveat.*
3. *Non potest deferri jusjurandum suppletorium, nisi qvando semiplenè est probatum.*
4. *Semiplena dicitur probatio facta per unum testem.*
5. *Modò unus ille testis sit omni exceptione major, nec probatio contrariâ præsumtione oneretur.*
6. *Non semper actori, sed qvandoqz etiam Reo deferri potest juramentum suppletivum, si ita visum fuerit judici.*
7. *Christiano potius & viro honesto, qvàm Judæo, aut pejerare solito juramentum suppletorium deferri debet.*
8. *Super credulitate etiam juramentum suppletivum qvandoqz defertur.*
9. *Peti potest juramentum suppletorium, etiam post elapsum terminum probatorium.*
10. *Non potest deferri juramentum suppletorium in causis matrimonialibus.*
11. *Nec in causis criminalibus, qvando pœna corporis afflictiva venit infligenda.*
12. *In probandâ consangvinitate potest deferri juramentum suppletorium, ut juretur saltem de credulitate.*
13. *Non potest exigere juramentum calumniæ, qvi jurare tenetur in supplementum.*
14. *Nemo ad juramentum paupertatis admittitur, qvi non prius de paupertate aliqvando fidem fecerit.*
15. *Minorationis juramentum non solum in rei ipsius ablatæ, sed etiam damnorum æstimatione locum habet.*
16. *Post qvarandam & litis contestationem, non est audiendus actor, petens Reo jusjurandum minorationis imponi.*
17. *Juramentum minorationis locum habet saltem in vi ablativâ vel expulsivâ, non etiam in realibus injuriis personæ illatis.*
18. *Minorationis juramentum Reo, sed juramentum in litem actori defertur, & qvomodo hæc duo juramenta conveniant, & vicissim ab invicem differant.*
19. *In omnibus actionibus hodiè in litem jurari potest.*
20. *Juramentum in litem non respuit moderationem judicis, qvæ tamen præstationem juramenti præcedere debet.*

Definit. I.

Juramentum in supplementum etiam à parte non petitum ex officiô judicis potest deferri.

1 MUltum disputant contrà juramentum necessarium, qvod & vulgò dicitur suppletivum, Hugo Donell. *in tract. de jurej. lib. 24. comm. 11.* & Anton. Faber *de error. pragmat. decad. 19. Error. 1.* nec id ullâ juris ratione defendi posse autu-
2 mant, † qvia actore non probante, Reus, tametsi nihil præstet, jure vulgato absolvitur, *l. qvi accusare. 4. C. de edendo. l. uti frui. 5. vers. qvod si forte ff. si Usufr. pet. l. actor. 23. C. de probat. l. si priusqvam. 15. in fin. ff. de oper. nov. nunciat.* tantum nimirum abest, ut in præjudicium Rei actor ad jurandum
3 admitti debeat in casu semiplenæ probationis, †
4 qvæ contradictionem habere videtur in adjectô, cum probationis vocula semper denotet probationem legitimam, *arg. l. 4. l. 12. C. de probat.* † & actor intentionem suam implere debeat, *l. 1. C. de probat. l. 9. C. de obligat. l. ult. C. de Rei vendicat.*
5 Qvò & pertinet † qvod unius testimonium pro
6 nullo habendum, *l. 9. C. de test.* † omnibusqve in re propriâ perhibere testimonium interdictum sit, *l. omnibus. 10. junct. l. etiam. 3. C. eod. tit.* Certè non sunt hæ rationes de nihilo, & facillimè aliqvem ad
7 assentiendum movere possent: † Attamen jamdudum ab Interpp. species hæc jurisjurandi recepta est, ut temeratium omninò sit ab eâ recedere, *l. minimè. 23. ff. de lib. l. in rebus. 2. ff. de const.*
8 *princ.* Et dubito, † an jure errori pragmaticorum inveterato jusjurandum hoc adscribat Anton. Fab. *dict. loc. & in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 5.* qvod vulgò probatur ex *l. admonendi. 31. in fin. ff. de jurejur.*
9 † Nec de aliâ juramenti specie accipere possis Justinianum Imper. *in l. 12. C. de reb. credit. & jurejur.* ut ipsemet fatetur Anton. Fab. *decad. 19. Er-*
10 *ror. 2.* † Et ut maximè hoc juramentum rationi juris antiqvi non conveniret, sed consvetudine & usu tempore Justiniani receptum fuisset, ut disputat

Anton. Fab. *dict. l. loc.* satis tamen hoc esset ad adstruendam hujus juramenti autoritatem. Neqve in
11 eo mihi convenit cum Ant. Fab. † qvod jusjurandum hoc suppletorium non nisi petenti, sive actori, sive Reo sit deferendum, in *Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 8. in pr.* ubi allegat ad hoc Bartol. *in l. admonendi 31. n. 60. ff. de jurej.* † Nam hoc si verum es-
12 set, nulla omninò dari posset differentia inter juramentum judiciale, qvod à parte defertur, & interjusjurandum hoc necessarium, cum & illud juramentum, nempe à parte delatum, non statim præstetur, sed causâ demùm cognita, si judex interloqvendo id præstandum definiat, *l. si qvis 11. vers. si qvis autem Sacramentum & seq. C. de reb. cre-*
13 *dit.* † Qvin & judicis officio incumbit, exigere probationes ulteriores; Eumqve parte etiam non petente, juramentum in supplementum deferre posse, probant textus in *l. admonendi. 31. ff. de jurej. in verb. solent enim judices. l. bonæ fidei. 3. C. eod. tit. & in cap. ult. §. sinè si actor. 1. extr. eod. tit.* † Qvod
14 & diserte approbavit in provinciis suis Illustrissimus Saxo *b.* Const. 2. §. Wir lassen uns bißfalls. & in Ordin. proces. judic. *tit. 30. vers.* Es sey in den *acten* gebeten oder nicht. Dan. Moller. *hic n. 4.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 22. n. 7.* Beust. *ad l. admonendi. 31. ff. jurejur. n. 449.* † Qvod si dixeris, ju-
15 dicem suum officium non impertiri, nisi fuerit imploratum, *l. diei cautioni. 4. §. hoc autem judicium. 8. ff. de damno infecto.* Respondeo, † verum id esse
16 nullo prorsus existente actore: At institutâ jam actione, initoqve processû, nil amplius impedit judicem, qvò minus autoritatem suam interponere qveat, *l. un. ubi Dd. C. ut qvæ desunt Advocat. part. judic. suppl.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 53. n. 45.* *Vid. qvoqz* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 108. n. 6. & seqq.* Andr. Fachin. *lib. 1. controv. 6. in fin.*

Ita Domini in causa Hansen Hofmans contra Moritz Göricken zu Leipzig/ Mens. August. Anno 1632. (Verba sent. Würde Hans Hoffmann des ersten Zeugens beym siebenden/und des andern Zeugens beym 11. articul gethane

thane Aussage mit seinem Eyde bestärcken/und also ein supplementum schweren/ inmassen er zu thun schuldig. So erscheinet aus dem geführten Zeugniß so viel/daß er dasjenige/so ihme zu beweisen obgelegen/zur Nothdurfft bewiesen und beybracht / derowegen ihme das streitige Hauß um die darauf gesatzte Kauff-Summa billich zugeschlagen wird/ die aber in dieser Sachen von beyden Theilen aufgewandte Unkosten werden aus bewegenden Ursachen gegen einander compensiret und aufgehoben/ V.R.W.)

DEFINIT. II.

Juramentum suppletorium judex deferre cogitur, si aliâ ratione causam decidere neqveat.

1 IN arbitriô ergò judicis est ex officiô etiam jusjurandum necessarium sive suppletivum deferre, Defin. *præced.* Sed num id facere tenebitur,
2 si causa negotii hoc postulet? †Negaveris id forsan cum Hugon. Donell. *de jurej. lib. 24. comm. 11. n. 8.* cujus sententiam qvoq; amplectitur Matth.
3 Berlich. *part. 1. concl. 53. n. 53.* † Qvomodo enim arbitrarium qvid esse potest, qvod necessitati subjacet? † Et videtur hæc sententia minimè conve-
4 nire verbis *b.* Constitut. 52. (daß in des Richters Macht stehen sol/ solches *necessarium juramentum suppletorium* aufzuerlegen.) Potest nempe juramentum hoc deferre, si velit, qvod & dicitur in
5 *cap. ult. §. sanè si actor. 1. exir. de jurejur.* † At vocula hæc (*potest*) non importat necessitatem, sed voluntatem, *l. sæpe audivi. 8. ff. de offic. præsid. l. non*
6 *qvicqvid 40. ff. de jud.* † Sed non captanda sunt verba Illustrissimi Constituentis, qvi certè nihil aliud decidere voluit *b.* Const. 23. qvàm juramentum necessarium ex officiô deferri posse, qvamvis pe-
7 ritum non esset, † neutiqvam verò eò respexit, ut liberum sit judici, etiam petitum non deferre, si nolit, qvamvis causam denegandi justam nullam habeat. Contrarium siqvidem verius est, qvod
8 judex necesse habeat hoc juramentum deferre, † *Tùm* ex *l. 3. C. de jurej.* ibi: (*oportet*) qvæ vocula necessitatem innuit, *l. verbum oportere. 37. ff.*
9 *de V. S.* † *Tum*, qvod hoc necessitatis est, qvod officii ratio imponit judici, si qvidem alio modo, nisi mediante hoc juramento, causam decidere non
10 possit. † Et hæc opinio à *Dd.* communiter est recepta, adeò, ut nisi deferat judex, actor appellare possit per notata à Joh. Sichard. *ad rubr. C. de probat.* Cyn. *in dict. l. 3. n. 7. & ibi* Salyc. *n. 5.* Bart. *in l. admonendi. 31. ff. de jurej. n. 59.* Dan. Moll. *hîc n. 5. & seqq.* Matth. Col. *de proceff. execut. part. 1. cap. 10. n. 141.* Jason. *in dict. l. admonendi. 31. col. 5. vers. qvartò nota*, ubi ait, qvod verbum (*solent*) *in dict. l. admonendi. 31.* sit necessitatis.

Ita tractatum in eâdem causa Hansen Hoffmans contra Moritzen Gölicken/ Mens. August. Anno 1631.

DEFINIT. III.

Non potest deferri juajurandum suppletorium, nisi qvando semiplenè est probatum.

1 QVemadmodùm actore non probante, Reus, etiamsi nihil præstet, absolvitur, *l. actor. 23. C.*
2 *de probation. l. qvi accusare. 4. C. de edendo.* † ita vicissim condemnatur, si probatâ per actorem intentione, necessariis exceptionum suarum, in qvibus vice actoris fungitur, probationibus destituatur, *l. si pactum. 9. l. qvotiens 18. §. qvi dolo. 1. ff. de*
3 *probat.* † Si tamen alteruter semiplenas, ut vocant, probationes adferat, qvod justis deerit, jurerando necessario suppleri potest, *Supr.* Defin. 1. † 4 Sed hoc ita demum, si semiplenas esse judici liqveat, Mynsing. *cent. 1. observ. 68. n. 5.* Beust. *ad l. admonend. 31. ff. de jurej. n. 178. ubi &* Jason. *in repetit. n. 269.* Bald. *in l. 1. C. qui & adversus quos. n. 5.* † 5 ne alioqvin decidendi ultro negotii potius, qvàm probationis supplendæ potestatem facere judex videatur, cui jusjurandum deferat, † qvia judex 6 constituitur in causa propria, qvisqvis jurat, *l. 1. in pr. ff. qvar. rer. act. non det.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 7.* † Planè, apparentibus sal- 7 tem qvibusdam præsumtionibus, ut maximè hæ semiplenam non faciant probationem, adeoqve nec juramentum suppletivum admittant, efficere tamen possunt, ut locus sit juramento purgationis, juxta tradita *in* Const. *præced. defin. 14.*

Ita Domini in causa Ludovici Fachsen contra die Fachsens zu Leipzig/ Mens. Nov. An. 1611. (Verba sent. Daß Beklagte dasjenige/so ihnen zuerweisen nachgelassen worden/und sie sich angemaßt/ wie recht nicht erwiesen/ auch nicht so viel dargethan / daß sie mit dem gebetenen juramento in supplementum zu hören und zuzulassen / derowegen es bey deme in der Sachen jüngst eröffneten Urtheil nochmals billich verbleibet/ V.R.W.)

DEFINIT. IV.

Semiplena dicitur probatio facta per unum testem.

DIsputent *Dd.* qvicqvid velint de semiplenâ 1 probatione, & inter eos plenissimè Jason. *in l. 31. ff. de jurej. & l. 3. Cod. eod. tit. ubi & prolixè Salyceet.* ego certè putarem, arbitrio judicis committendum esse, † qvænam sit & dicatur plena pro- 2 batio. Sicuti enim non temerè passim hoc juramentum deferendum est, ita absurdum fuerit facultatem istam planè judici negare, † cujus ani- 3 mum multa movere possunt, ut etiam extra casum plenæ probationis in alterutram partem inclinet, qvo citra præstationem juramenti nec absolvere jure possit, nec condemnare, ut benè monet Reinh. Bach. *in not. ad* Treutler. *vol. 1. disp. 21. th. 10. lit. a.*

Veluti qvoq; pronunciatum memini in causa Ehe, Jacobi Schroters Wittiben zu Sckeitbahr/ *M. Decembr. Anno 1635.*

concesserim tamen omninò, † semiplenam esse 4 probationem, qvæ fit per unum testem omni exceptione majorem; † Scilicet, qvia duo testes fa- 5 ciunt probationem plenam, veluti hoc argumento passim utuntur *Dd.* post Bartol. *in l. admonendi 31. ff. de jurejur.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 8. & definit. 18. n. 7.* † Qvod tamen argu- 6 mentum alicui ineptum videri possit, qvod ita per qvatuor testes semiplenè probaretur testamentum, † nisi salvetur per notata Salyceti *in l. 3.* 7 *C. de jurejur. n. 16.* ubi docet, speciale esse, qvando ad solemnitatem actus plures testes desiderantur, qvorum uno deficiente actus sit nullus, eoqve ad juramenti delationem perveniri non possit.

Ita Domini in causa Urbani Zollmanns zu Wildenfels/ Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sentent. Habt ihr wider Tobiam Höfflern Klage erhoben/und nachdeme von euch beyden Beweiß und Gegen-Beweiß geführet / ist beklagtem Tobiâ Höfflern das juramentum in supplementum zu leisten zuerkant worden. Ob nun wol ihr als Kläger eure Klage durch einen Zeugen erwiesen und vorbracht habt/in welchem Fall die probatio pro semiplenâ zu achten und daher mit dem Juramento in supplementum zu bestärcken/ &c.)

DEFI-

DEFINIT. V.

Modò unus ille testis sit omni exceptione major, nec probatio contrariâ præsumptione oneretur.

1 QVò jusjurandum necessarium sive suppletori-
um deferatur actori, qvi suam intentionem
unius hominis testimonio probavit, non solùm ne-
cesse est, ut testis ille sit omni exceptione major, ut
loqvitur Justinianus Imp. *in l. optimam. 14. in fin. C.*
de contr. & committ. stipulat. l. 18. C. de testib. An-
2 ton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 8.* † Sed et-
iam, ut testimonium illud nullâ contrariâ præsum-
ptione debilitetur. Nam si qvæ vel minima præ-
sumptio sit contra testem vel contra producen-
3 tem, aut etiam contra ipsum testimonium, † non
potest videri semiplena probatio, qvæ unum dun-
taxat testem habet, *arg. cap. 1. de præsumpt. in sexto.*
4 † nec ulla ejus ratio habenda est, *l. 3. in fin. pr. ff. de*
testib. Bartol. *& Dd. in l. admonendi 31. ff. de jure-*
jur. Anton. Fab. *dict. defin. 4. num. 9.* Finge, pro-
ductos fuisse ab actore testes duos, qvorum alter
dicat, se vidisse vel audîsse id, qvod per visum vel
auditum probari debeat, in eamqve rem nominet
alium contestem, qvi aut neget se tum adfuisse aut
fateatur qvidem, sed neget se audîsse vel vidisse,
5 qvale exemplum ponit Ant. Fab. *in Cod. dict. tit. 1.*
defin. 18. num. 3. † Qvô sanè casû non potest non su-
spectum esse testimonium ejus, qvi contestem alle-
gat illum, qvem non habet, ut proinde tum locus
non sit juramento in supplementum, Anton. Fab.
dict. defin. 18. num. 4.

Ita Domini in eadem causa (Verba sententiæ: Ob nun wohl ihr als Kläger eure Klage durch einen Zeugen erwiesen und beybracht habt/ in welchem Fall die probatio pro semiplena zu achten/ und dahero/ wann solcher Zeuge omni exceptione major, und das Gezeugnüß ohne Verdacht verbracht worden/ mit dem juramento in supplementum zu bestärcken ist/ &c.)

DEFINIT. VI.

Non solùm actori, sed qvandoq; etiam Reo deferri potest juramentum suppletivum, si ita visum fuerit judici.

1 NOn semper actori probanti, sed etiam qvan-
doq; Reo reprobanti rectè defertur juramen-
tum suppletorium, Odofred. *in l. 3. C. de jurejur.*
Cyn. *ibid. num. 9.* Salycet. *num. 24.* Bartol. *in l. 31.*
ff. de jurejur. n. 57. Andr. Fachin. *l. controv. 18.* ut
videlicet vel probationum ratio vel personæ qvali-
2 tas hoc svadet. † Discretioni nempe judicis id com-
mittendum videtur, qvi secundum qvalitates per-
sonarum & rerum circumstantias arbitrabitur, u-
tri potiùs an actori vel Reo sit deferendum hoc ju-
ramentum, per text. *in cap. ult. §. ult. extr. de jurej.*
l. in bonæ fidei. verb. causa cognita. C. reb. credit.
& jurej. Specul. *lib. 2. part. 2. tit. de juramenti de-*
latione. §. 1. num. 8. Hugo Donell. *de jurejur. lib.*
3 *24. comm. cap. 11. num 9.* † cum aliâs etiam sit ju-
dicis æstimare, qvantum probatum sit, *l. 3. §. 2. ff.*
de testib. Joh. Sichard. *ad rubr. C. de probatione.*
4 † Qvod & disertis verbis approbavit Illustrissimus
Saxo in Ordin. proces. judiciar. *tit. 30. vers.* Welchem Part aber. Malè siqvidem injungeretur acto-
5 ri hoc juramentum, † si pro Reo major esset præ-
sumptio victoriæ & veritatis, aut etiam gravior se-
miplena probatio, Jason. *in repetit. l. 31. ff. de jure-*
jur. num. 314. Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. qvæst.*
lib. 2. cent. 2. cas. 190. n. 20. & seq. Matth. Coler. *de*
proces. execut. part. 1. cap. 10. num. 140.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Da aber dennoch Beklagter in seinem Gegenbeweiß gleichfalls einen guten Zeugen und über die noch ferner und bessere Vermuthung der Warheit vor sich gehabt hätte/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet; So wäre ihm das Juramentum in supplementum billich zuerkannt worden/ und ihr hättet euch darüber mit Fuge nicht zu beschweren/ V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Christiano potius & viro honesto, qvàm Judæo, aut pejerare solito juramentum suppletorium deferri debet.

1 NOn tamen absolutum est judicis arbitrium
circa delationem juramenti suppletorii, ut
pro lubitu actori vel Reo, cui velit, id deferre qve-
at; † Sed diligenter & accuratè circumstantias 2
qvasq; pensare debet, uter scilicet graviorem pro
se habeat probationem, *c. ult. §. ult. extr. de jurej. c.*
1. §. sacrament. tit. de consvet. recti feudi, &c. † qvæ 3
præsumptione contrariâ facilè possit labefactari, *l.*
1. C. qvi & adversus qvos. ubi Bartol. *num. 1.* † num- 4
actor vel Reus sit masculus aut fœmina, qvia illi
potius qvàm huic deferendum est juramentum *C.*
un. §. inter filiam defuncti. 1. tit. si de feudo defuncti
content. sit inter dom. & agnat. Vasalli. † qvia nempè 5
variæ & mutabiles sunt fœminæ, adeoqve ad peje-
randum procliviores, *c. forus. 10. sub fin. extr. de V. S.*
de qvibus & id genus aliis circumstantiis & qvali-
tatibus latissimè agit Matth. Berlich. *part. 1. concl.*
53. num. 16. & seqq. † Imprimis verò, qvando pares 6
sunt utriusqve partis probationes, qvalitas & di-
gnitas personarum attendi debet, ut si altera perso-
na sit legalior, magis honesta, dives, nobilis & si-
milis; altera verò persona infamis, inhonesta, pe-
jerare solita, pauperrima, plebeja, illi potius defe-
ratur juramentum, qvàm huic, proùt luculenter
innuit Saxo Illustriss. in Ord. proces. judic. *tit. 30.*
vers. In was Ansehen / Ehren und Würden iede Part sey. † Ex qvo fit, qvod Christianus litigans 7
cum Judæo facilius ad juramenti suppletorii præ-
stationem admittatur, † qvia Christiano seu viro 8
honesto magis creditur qvàm Judæo, *l. testium. 3. in*
pr. & §. 1. ff. de testib. l. un. §. his cunabulis. 1. vers. cre-
didit. ff. de offic. præf. prætor. Jason. *in repetit. l. ad-*
monendi 31. num. 296. ff. de jurej. Jac. Menoch. *de ar-*
bitr. jud. qvæst. lib. 2. cent. 5. cas. 464. n. 12. & seqq.

Ita Domini in causa David Lauers Erben contra Abrahamum Passavi Judæum Pragensem ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sententiæ: Würden Zeugen beym 4. 5. 6. 7. 8. 9. und 10. und des andern beym 9. Articul gethane Aussage vermittelst ihres leiblichen Eydes erhalten/ und also in supplementum schweren/ inmassen sie zu thun schuldig/ So erscheinet daraus und sonsten allenthalben so viel/ daß Klägere dasjenige/ so ihnen zu erweisen obgelegen/ und sie sich angemasset/ zur Nothdurfft beybracht/ derowegen ist ihnen beklagter Jude die geliehenen 1448. Reichsth. und 22. Gr. zusamt den aufgelauffenen Landüblichen Zinsen zu bezahlen/ auch die in dieser Sache aufgewandte Unkosten auf vorgehende liqvidation und Richterliche Ermässigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Super credulitate etiam juramentum suppletivum qvandoq; defertur.

1 ARbitrium ergò suum judex in deferendô juramentô suppletoriô eò dirigere debet, qvò semper ad jurandum admittat eum, sive sit actor, sive Reus, à qvo facilius veritas exqviri possit, Ord. process. jud. Elect. Sax. *tit. 30. Defin. præced.* Qvid autem, † si neuter certam rei scientiam habeat, nec
2 de veritate jurare qveat? Tùm procul dubio super credulitate saltem deferendum erit juramentum ei, qvi semiplenè probavit, & graviorem veritatis
3 atq; honestatis præsumtionem pro se habet. † Cum absurdum non sit, ut super factô etiam alieno de credulitate saltem qvis ad jurandum admittatur, Johan. Schneidew. *ad. §. item si qvis postulaverit. 11. n. 89. & seq. Instit. de Action.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. qvæst. 126. num. 189.* Reinh. Rosa. *in addit. ad* Dan. Moller. *part. 1. const. 24. num. 13.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 116. num. 5. & seqq.*

Ita Domini in causa Christophori Drechslers Erben contra Hansen Drechslers Kinder zu Halle/Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent. Würden Klägere des ersten Zeugen Wolff Wagners beym ersten und dritten Articul gethane Aussage vermittelst ihres leiblichen Eydes/ so viel ihnen davon bewust/ bestärcken/ und also in supplementum schwereu/ inmassen ihnen zu thun obliget; So erscheinet daraus und sonsten allenthalben so viel/ daß sie dasjenige/ so ihnen zu erweisen obgelegen/ und sie sich angemasset/ zur Noth beybracht haben/ &c.)

Definit. IX.

Peti potest juramentum suppletorium, etiam post elapsum terminum probatorium.

1 JUdex juramentum suppletorium in qvacunqve judicii parte potest deferre, non solùm antè, sed etiam post conclusionem in causa, & in secundâ instantiâ appellationis, *l. general. 12. sub fin. pr. vers. omne igitur juramentum. C. de reb. credit.* † nempe, qvia causam officio rescindere potest, Andr.
3 Gail. *lib. 1. observat. 108. num. 5.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 27.* † Alia est ratio partium litigantium, qvarum una vel altera post con-
4 clusionem causæ ad juramentum suppletorium se offerens non admittitur; † Sed num saltem post terminum probatorium elapsum? Negat hoc itidem Gail. *dict. observ. 108. num. 1.* qvem seqvitur in foro Saxonico Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 53.*
5 *num. 62.* † qvia scilicet supplementum est pars vel species probationis, cui certus est terminus præfixus, nec elapso eo, ulterior probatio admittitur,
6 Const. Elect. *16. §. ult. part. 1.* † Sed nimirum Const. *illa 16.* de veris ac solis probationibus, qvæ fiunt per testes aut documenta, accipienda est; At-
7 qvi juramentum suppletorium non † tam probatio qvàm revelatio est ab onere probandi, ut sic in foro etiam Saxonico id post terminum probatorium elapsum peti posse existimem, juxta tradita Salycet. *in l. 3. C. de jurejur.* Andr. Fach. *lib. 1. controv. 17.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap.*
8 *10. num. 141.* † Idqve eò magis, qvod procul dubio, etiamnum post probationes peractas, in arbitrio judicis sit juramentum suppletorium ex officio deferre vel non, *b.* Const. *23. Supr. defin. 1.* cur non ergò etiam petitioni actoris vel rei, ad jurandum se offerentis, annuere?

Ita Domini in eadem causa Christophori Drechslers contra Hansen Drechslers Kinder zu Halle/Mens. Majo, Anno 1633.

Definit. X.

Non potest deferri juramentum suppletorium in causis matrimonialibus.

NOn semper deferri potest jusjurandum in 1
supplementum semiplenæ probationis, qvod vulgò dicitur necessarium sive suppletorium: † 2
Qvid enim, si is, qvi jurare vult, perjurus probetur, aut falsarius, aut spurius, aut usurarius, aut infamis eo infamiæ genere, qvod per pœnitentiam & satisfactionem non fuerit deletum, *cap. testimonium. 54. extr. de testib. cap. eam. 7. extr. de rescript.* † Qvid 3
si non sit verisimile id, super qvo jusjurandum postulatur, vel si is, qvi semiplenè probavit, ignoret veritatem, Hippolyt. de Marsil. *in l. maritus 20. n. 7. ff. de qvæst.* † Qvid, si causa sit vel præjudicialis, 4
vel odiosa, puta, in qvâ agatur de temporis præscriptione, Marsil. *sing. 635.* † Qvid, si præsumptio sit 5
contra probantem unius tamen testis fide subnixum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 44. num. 13.* † aut si insolitum sit id, de qvo jusjuran- 6
dum petitur, Marsil. *in l. de minore 10. ff. de qvæst.* † Qvid, si probatio semiplena non necessariò pro- 7
bet, sed præsumptivè aut per præsumptionem elidatur contrarium, Marsil. *sing. 83.* † Qvid, si negotium tale, in qvo is, qvi semiplenè probavit, non 8
posset, tametsi maximè vellet, judicem facere adversarium ipsum, ut in specie *l. in contractibus. 14. §. illo videlicet 3. C. de non numer. pecun. l. si qvis. 11. C. de reb. credit. & jurej.* His nimirum aliisqve casibus similibus, qvos congessit † Ant. Fab. *dict. de-* 9
fin. 44. & Matth. Berlich. *part. 1. concl. 54.* placet, jusjurandum istud suppletorium nullo modo deferri; † Licet in ejus locum successerit juramen- 10
tum purgationis, ut dixi Const. *præc. definit. 14.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 40. num. 24.* † Planè, nec 11
in causis matrimonialibus licet deferre jusjurandum necessarium vel in supplementum, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 94. in pr.* Bart. *in l. 3. n. 2. ff. de jurejur.* Anton. Fab. *dict. defin. 44. n. 6.* † ne scilicet Reus no- 12
lens volens, si actor juraverit, in matrimonium detruderetur, qvod esset contra libertatem matrimonii, qvamvis & hoc casu imponi qveat juramentum purgationis, ut dixi Const. *præced. defin. 3.*

Ita Domini in causa Hansen Rieckens zu Qvedlinburg/ Mens. Jan. Anno 1635. (Verba sent. Hat Magdalena Elbings euch wegen versprochener Ehe belanget/ so ihr aber nicht geständig seyd/ &c. So ist Klägerin ihr Fürgeben/ daß ihr nemlichen von euch die Ehe versprochen worden/ zu Recht zu erweisen uñ beyzubringen schuldig. Und sie mag mit der angebotenen Eydesleistung/ oder auch auf allen Fall/ mit dem Juramento suppletorio, nach Gelegenheit dieser Sachen nicht zugelassen werden/ V. R. W.)

Definit. XI.

Nec in causis criminalibus, qvando pœna corporis afflictiva venit infligenda.

PAriter nec in causis criminalibus locus est dela- 1
tioni jurisjurandi in supplementum probationis, Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 43. num. 1.* Dan. Moll. *hîc num. 10. & seqq.* Jason. *in repet. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 274.* Mynsing. *cent. 2. observ. 87.* Joh. Crot. *de testib. part. 2. num. 12. & seqq.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. lib. 2. cent. 5. cas. 464. n. 1. & seqq.* † *Tùm,* qvia causæ hæ sunt 2
gra-

graviſſimæ, in qvibus non licet jurare in ſupplementum, ex communi Dd. ſententia, Gloſſ. *in l. 3. C. de jurejur. verb. decidi. ſub fin. & in c. ult. §. ult. extr. de jurejur. verb. probatione.* Mynſing. *cent. 1. obſervat. 68. num. 4.* Nicol. Boër. *deciſ. 85. num. 3.* 3 Frider. Pruckman. *vol. 1. conſil. 10. num. 88.* † *Tum*, qvod in criminalibus reqvirantur probationes certiſſimæ & luce meridianâ clariores, *l. ult. C. de probat. l. qui ſententiam. 16. C. de pœn. l. ult. C. ſi ex falſ. inſtrum.* Sed hoc ita, ſi in cauſa criminali pœna 4 corporis afflictiva veniat infligenda; † Cæteroqvin, ſi levius ſit crimen, qvod obtenditur, ut ex eô non niſi mulcta pecuniaria irrogari poſſit, placet perindè jusjurandum hoc deferendum eſſe, atqve ſi de civili negotio tractaretur, *l. 3. §. 1. verſ. ſive pœnali actione ff. de jurejur.* Jaſon. *in repetit. l. admonendi. 31. num. 275. ff. de jurejur. & ibi* Joach. à Beuſt. *n. 256. & ſeqq.* Nicol. Boër. *deciſ. 86. n. 2.* Dan. Moller. 5 *hic n. 12.* † Qvod eò magis admittendum, ſi Reus non alias innocentiæ ſuæ probationes habeat, qvàm qvas ex ipſius actoris jurejurando velit deſumere, propter favorabiliſſimam innocentiæ probationem, *l. abſentem. 5. ff. de pœn.* Anton. Fab. *in Codic. dict. defin. 43. num. 3.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Aſmus von Beulwitz zu Plauen/ Menſ. Aug. Anno 1610. (Verba ſent. Dieweil der gefangene Aſmus von Beulwitz zu mehrer Ausführung ſeiner Unſchuld noch andere Zeugen angegeben/ und daß dieſelbe gleichfals abgehöret werden möchten/ in ſeiner Supplication unterthänigſt gebeten/ Als iſt er mit fernern Beweiß/ damit er ſich Ubereilens nicht zu beſchweren haben möchte/ innerhalb Sächſiſcher Friſt nochmals zuläßlich/ Aber das gebetene Juramentum in ſupplementum hat nach Gelegenheit dißfals nicht ſtatt/ V. R. W.)

Definit. XII.

In probanda conſangvinitate poteſt deferri juramentum ſuppletorium, ut juretur ſaltem de credulitate.

1 DUbitari eqvidem poſſet, an jusjurandum ſuppletorium admitti deberet in probatione conſangvinitatis, cùm ea verè ſciri vix qveat, qvippe qvæ non cadit in externos corporis ſenſus, Dec. *conſil. 321. n. 5.* Joſ. Maſcard. *de prob. concl. 410. n. 21.* Solet enim tale juramentum nemini deferri, niſi 2 qvi ſcit veritatem. † Sed videtur omninò ſufficere, de credulitate ſaltem jurari, cum nec probatio per teſtes alia præcisè reqviratur, qvàm ut de credulitate deponant, ob difficultatem nempe hujus pro- 3 bationis, qvæ facit, ut etiam † per conjecturas & præſumptiones conſangvinitas probari qveat, *arg. l filium. 6. ff. de his qvi ſunt ſui vel alien. jur.* Bartol. 4 *in l. ſi qvis ex argentariis. 6. §. ult. ff. de edend.* † Qvin & validum eſt hôc caſu teſtimonium auditûs de auditu, ſi conſangvinitas ultra qvartum gradum veniat probanda, Felin. *in cap. licet, 47. num. 1. extr. de teſtib.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 844.* 5 *n. 5.* † Qvidni ergò ipſemet actor vel Reus etiam, ſuper conſangvinitate de credulitate in ſupplementum jurare poſſet? ut rectè docet Modeſt. Piſtor. *part. 2. qvæſt. 83. & p. 3. qvæſt. 128.* qvia in perſona, qvæ vicem unius teſtis jurejurando ſuo ſupplet, talis ſufficit ſcientia, qvalis pro qvalitate negotii cu- 6 jusq; in teſte reqviritur atq; admittitur. † Succedit enim jurans in ſupplementum in locum unius teſtis, Bald. *in l. bonorum. 2. num. 6. verſ. qvia loco unius teſtis. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *dict. qvæſt. 128. num. 50.* † At qvi in alterius vicem ſuccedit, naturam ejus, 7 cui ſubſtituitur, induit, *c. Eccleſia. 3. extr. ut lit. pendent.* Jaſon. *in l. 10. §. 2. num. 2. ſi qvis caut.*

Ita Domini in cauſa Catharinâ Barthel Kreins Eheweib contra Gertrauden Peter Klangens Wittibe zu Weiſſenfels/ Menſ. Majo, Anno 1633. (Verba ſent. Würde beklagte Wittibe vermittelſt ihres leiblichen Eydes erhalten/ und daß ſie anders nicht wiſſe/ noch glaube/ als daß ſie der verſtorbenen Catharinen Simon Vogels Wittiben nechſte Freundin/ auch von ihr iederzeit davor gehalten worden/ ſchweren/ immaſſen ſie zu thun ſchuldig/ So würden ihr die legirten 100. fl. von Klägerin billich abgefolget und ausgeantwortet/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Non poteſt exigere juramentum calumniæ, qvi jurare tenetur in ſupplementum.

FRuſtra petit juramentum calumniæ, qvi in ſup- 1 plementum jurare juſſus eſt, Andr. Rauchb *art. 1. qvæſt. 11. num. 35.* † Nempe, qvia juramentum ſup- 2 pletorium legale eſt & à judice defertur, qvô casû calumniæ jusjurandum neutiqvam locum habet, Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 18.* §. Es hat aber dieſer Eyd vor Gefehrde/ ꝛc. † Nec e- 3 nim Judex calumniari præſumitur *l. 3. §. 1. ff. qvod met. cauſ. l. vir bonus. 18. ff. judicat. ſolv. l. 17. §. ait prætor. 5. ff. de appellat. l. 137. §. cumita 2. ff. de V. O.* † nec 4 ulla ſuſpicio calumniæ in leges, qvæ ſanctæ ſunt, cadere poteſt, *l. ſacra. 9. §. proprie. 3. ff. de rer. diviſ.* Jac. Schult. *obſervat. 56. num. 20.* Jac. Thoming. *deciſ. 44. num. 20.*

Ita Domini in cauſa Melchior Haberlandes zu Hertzberg/ Menſ. Febr. Anno 1618. (Verba ſent. Habt ihr Hanſen Mollenbergern um ein Stück Ackers in Anſpruch genommen. Und nachdem ihr auf vorhergehendes rechtliches Erkäntniß Beweiß geführet/ iſt euch das Juramentum in ſupplementum zuerkant worden/ ꝛc. So ſeyd ihr daſſelbige zu leiſten ſchuldig/ den Eyd vor Gefehrde aber ſeyd ihr zu fordern nicht berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Nemo ad juramentum paupertatis admittitur, qvi non prius de paupertate aliqvo modo fidem fecerit.

NE pauperes juſtam litigandi cauſam foventes 1 indefenſi relinqvantur, judiciales expenſæ non modo ipſis remittendæ, ſed & advocatus vel procurator ex officio adjungendus eſt, qvi exſoluto ſibi honorario ex fiſco publico, patrocinium iis præſtet, ut dixi *Supr.* Conſt. *1. Defin. 25.* † Non ali- 2 ter tamen, qvam ſi litigantes juramentum præſtiterint paupertatis, *c. ſtatutum. 11. §. inſuper extr. de reſcript. in 6to.* Ordin. proceſſ. Judic. Elect. Saxon. *tit. 1.* §. Würde ſich nun ſo viel/ ꝛc. Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 43. num. 18.* † Nec qvisqvis indifferenter 3 paupertatem allegans ad jurandum admittitur; Qvid enim, ſi de perjurio ſuſpectus falſam paupertatis lamentationem objiceret, aut verè pauper non eſſet? † Qvem vulgò definiunt, qvi non ha- 4 bet 50. aut 100. aureos in bonis, *arg. l. 10. ff. de accuſat. §. 3. inſt. de ſucceſſ. lib.* † Sed rectiùs hoc ju- 5 dicis arbitrio committitur, Valas. *in l. 3. num. 264. ff. de jurisdict.* Jacob. Menoch. *de arbitrar. judic. qvæſt. cent. 1. caſ. 61.* † Qvid itidem, ſi paupertatem 6 propriâ culpâ ſibi accerſiviſſet? qvi certè privilegio paupertatis non gaudet, Jaſon. *in Auth. res qvæ n. 20. C. com. de legat.* Andr. Tiraq. *de LL. connub. gl. 8. n. 288.*

num.288. Ventur. de Valent. *in parth. litigios. lib. 1. cap. 11. num. 31.* Frider. Pruckm. *vol. 2. consil. 16. num. 8.* † Placuit ergò, de paupertate fidem aliqvo modo facere eum, qvi se hâc exceptione tuetur, priusqvam ad juramentum paupertatis admittur, priusqvam ad juramentum paupertatis admittatur. † Qvò & respexisse videtur Saxo Illustrissimus in *dict. tit. 1. §.* Würde sich nun. *vers.* Sie das *juramentum paupertatis* nach eingenommener Erkündigung schweren/ ꝛc.

Ita Domini in causa Matthäi Tarens contra Hansen Mebussen zu Buchholtz/ Mens. Majo, Anno 1632. (Verba sent. Würde Kläger gnugsamen Schein/ daß er dermassen unvermögend/ daß er diese Rechtfertigung nicht könte verlegen/ zu den acten bringen/ immassen er zu thun schuldig/ so ergienge alsdenn wegen des Juramenti paupertatis ferner was recht ist/ V.R.W.)

Definit. XV.

Minorationis juramentum non solùm in rei ipsius ablatæ, sed etiam damnorum æstimatione locum habet.

1 PRæter juris civilis rationem, introductum est de jure Saxonico, ut is, qvi per vim damnum alicui intulit, æstimationem ejus ab adversa parte 2 factam præstare, vel eandem juramento proprio deminuere teneatur *art. 47. & 51. lib. 3.* Landr. † ex qvô juramentum hoc minorationis, vel minutionis vulgò appellari consvevit, Matth. Coler. *de processs. execut. in præf. num. 15.* Andr. Rauchb. *p. 1. qvæst. 9. num. 3. & 4.* Hartman. Pistor. *p. 1. qvæst. 16. num. 1.* Joh. Schneidew. *ad §. ex maleficiis 18. num. 19. Inst. de action.* † Videtur autem juramentum hoc tantummodò obtinere in æstimatione rei ablatæ, non etiam damni dati, veluti ex verbis textuum in *dict. art. 47. & 51.* colligere est. † Nec sine ratione, qvoniam ei, qvi rem abstulit atqve ita vidit & contrectavit, de valore atqve æstimatione ejus optimè constare potest, ut mirum haud sit, cur æstimationem ab actore factam proprio juramento deminuere teneatur. † Qvæ ratio in damno alteri illato prorsus cessat, siqvidem de eo, utpote extrinsecus accedente, is qvi damnum dedit, notitiam habere non potest, sed de hoc magis ei, qvi damnum passus est, constat, ut proinde ad damna, dispositionem illam juris Saxonici neutiqvam accomodare liceat, † cum à separatis non rectè inferatur *l. ult. ff. de calumniat. l. neg; natales. 10. C. de prob.* † nec statutaria dispositio ad casus alios extendi debeat, *c. cum dilectus. 8. extr. de consvetud. c. cum expediat. 20. extr. de Elect. in 6to. l. 2. C. de nox. action.* veluti differit Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 16. num. 6.* † Sed qvicqvid sit, vulgò receptum est, ut non solùm res ipsa ablata, verùm etiam damna ab actore æstimari possint, & æstimationem hanc Reus vel præstare vel juramento deminuere cogatur, *teste ipsomet* Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 16. num. 9. & seqq.* † ut proindè ab hâc sententiâ observantia juris Saxonici approbatâ minimè sit recedendum, *l. minimè sunt mutanda. 23. ff. de lb. l. qvod si nolit. 31. §. qvia assidua. 20. ff. de ædil. edict.* † Qvam & in provinciis sui Electoratûs expresâ sanctione confirmavit Illustrissimus Saxo in Ord. proceſſ judic. *tit. 31. vers.* Darum soll auch nachmahls.

Ita Domini in causa des Fischer-Handwercks zu Wittenberg contra Apel von Ebeleben zu Wartenburg/ Mens. April. Anno 1592. (Verb. sent. Habt ihr dem Fischer-Handwerck zu Wittenberg etliche Fisch-Netze abgepfändet/ derenthalben sie euch belanget/ die Netze/ Schäden und interesse, so viel sie damit die Zeit über/ als sie in euren Gerichten gewesen/ und mit ihrem Fischer-Handwerck erwerben können/ auf eine namhaffte Summa Geldes auf etliche 100. fl. erstreckende taxiret, und euch/ was ihr mit eurem Eyde daran nicht vermindern würdet/ darein zu vertheilen gebeten. Ob nun gleich bemeldte Netze in euren Gerichten liegen blieben/ und ihr derselben immittelst keinen Nutzen noch Frommen gehabt/ auch nicht wissen könnet/ ob und wie offt die Fischer mit solchen ihren Netzen unterdeß gefischet/ und was oder wie viel sie damit gefangen und erworben haben möchten; Da aber dennoch mehrbemeldte Fischer die angemaßte Gerechtigkeit wider euch ausführen möchten/ So wäret ihr ihnen derowegen/ ihre geklagte Schäden/ so viel ihr daran mit eurem Eyde nicht vermindern möchtet/ zu erstatten verpflichtet/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Post gvarandam & litis contestationem, non est audiendus actor, petens Reo jusjurandum minorationis imponi.

1 CUm post gvarandam vel litis contestationem simpliciter & purè factam, delatio juramenti fieri neqveat, *Supr.* Const. Elect. *11. hâc part. 1. & ibi Defin. 14.* Hartm. Pistor. *p. 4. qvæst. 22. num. 7.* Jacob. Schult. *observ. 48. num. 16.* Chil. König. *in proceſſ. cap. 53. num. 3.* nec audiendum esse actorem, si post gvarandam vel litis contestationem petat imponi Reo jusjurandum minorationis, dixeris rectissimè, † ne forsan per hanc petitionem nimis se- 2 ram inducatur libelli mutatio, qvæ post litis contestationem & gvarandam non admittitur, *dict.* Const. Elect. *11. b. part. 1.* Chil. König. *in proc. cap. 48. Dd. in l. edita. 3. C. de edendo. & in §. si minu. 36. Inst. de action.* † Obloqvitur eqvidem Andr. 3 Rauchbar. vel propterea saltem hoc juramentum post gvarandam & litis contestationem admittens, qvod id non à parte parti, sed à judice vel lege deferatur, adeoqve juramentum legale sit, qvod post litis contestationem imponi qveat, *in part. 1. qvæst. 9. num. 8. & multis seqq.* † Sed vel non concesserim hoc Rauchbaro, ecqvis enim non videt, à parte juramentum minorationis deferri, in cujus solius potestate sit, arbitrio Rei jurato æstimationem committere vel non, præsertim cum & Reus præcisè non teneatur jurare, sed taxatione actoris stare qveat, secus atq; Rauchb. *dict. qvæst. 9. num. 19.* existimat, juramentum nempe hoc necessitatem præstandi afferre, qvin nec aliter Reo hoc juramentum decernendum esse, qvàm si actor id petierit, & ita Reo detulerit, fatetur ipsemet Rauchb. *dict. qvæst. 9. num. 44.* † Vel dixerim, petitionem jurisjurandi minorationis post litis contestationem vel præstitam gvarandam propterea non admitti, ne qvantitas in libello expressa, postea deminuatur, atqve ita mutatio fiat libelli post præstitam gvarandam vel litem contestatam contra *art. 63. lib. 1. art. 15. lib. 2. & art. 14. lib. 3.* Landr. Const. Elect. *11. part. 1.* † De qvo certè hodiè minus dubium est in provinciis Electoratus Saxonici propter Sanctionem expressam in Ord. pr. jud. *tit. 31. vers.* Jedoch wofern Kläger vor der Gewehr und Kriegsbefestigung die *petition* seiner Klagen darauf gerichtet/ dann hernach ist er damit nicht zu hören/ ꝛc. 6

Ita Domini in eadem causa des Fischer-Handwercks zu Wittenberg/ contra Apel von Ebeleben zu Wartenburg/ Mens. April. Anno 1592.

Defi-

Definit. XVII.

Juramentum minorationis locum habet saltem in vi ablativâ vel expulsivâ, non etiam in realibus injuriis personæ illatis.

1 Extra controversiam est, qvod juramentum minutionis vel minorationis locum tantummodò habeat in casu violentiæ, damno scil. per vim dato, uti manifestum redditur ex verbis *art. 47. & 51. l. 3.* Landr. Mit Gewalt oder ohne sein Vorwissen/ Hart. Pistor. *part. 1. qvæst. 16. num. 12.* † veluti si
2 qvis oppignorationis nomine, minus tamen ritè factæ, animalia alterius ceperit, eaq; cum damno
3 Domini aliqvandiu detinuerit. † *An ergò etiam in injuriis realibus violenter personæ alicui illatis, verbi gratia, manu in rixâ amputatâ?* Ita qvidem sentit Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 38.* Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 9. in pr. & 29.* Matth. Coler. *de aliment. lib. 3. cap. 12. num. 21.* veluti etiam hoc casu à Dominis Assessoribus Collegii Juridici Wittebergensis, juramentum minorationis admissum esse, eamqve
4 sententiam multis in aulâ Electorali placuisse testatur Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 16. in fin.* † Sed loqvitur dispositio Saxonica disertis verbis, de rebus solummodò vi ablatis, *in dict. art. 47. & 51.* Wer dem andern ichtwas nimmt/ *& ibi.* Wiedergeben.
5 † Ex qvo rectissimè infert Hart. Pistor. *dict. qvæst. 16. num. 17.* Juramentum minorationis non nisi in vi ablativâ vel expulsivâ obtinere, qvia nempe verbis statuti inhærendum est, *l. 1. §. Licet. 20. vers. in re igitur dubiâ. ff. de exercit. act. l. qvod constitutum. 21. ff. de milit. testam. l. constitutionibus. 24. ff. ad mu-*
6 *nicip.* † ac proinde non audiendum esse actorem, si taxationem vel æstimationem injuriarum realium sibi illatarum, vel manûs amputatæ juramento
7 Rei committere velit, † præsertim, qvia pro injuriis ejusmodi realibus, certa est statuta æstimatio sivé Wergeldum in Jure Saxonico; in *art. 16. lib. 2.* Landr. ut vel propterea etiam non liceat devenire ad juramentum minorationis, qvippe qvod iis in casibus duntaxat obtinet, in qvibus anceps & dubia est rei alicujus æstimatio, *d. art. 51. lib. 3.* Landr. ut demonstrat Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 16. circa*
8 *fin.* † Eaqve sententia disertè fuit approbata à Saxone Illustrissimo in Ordin. process. judic. *tit. 31.* §. Dieweil aber auch / &c.

Ita Domini in causa Simon Conrads contra Gottfried Fuchsen zu Dreßden/ Mense Febr. Anno 1627. (Verba sent. Und es hat das gebetene Juramentum minorationis nach Gelegenheit dißfalls / und der zugefügten Beschädigung nicht statt/ V. R. W.)

Et in causa Christophori & Petri der Kirchbäche wider Hansen Reicheln und Consorten zu Dreßden / Mense Jul. Anno 1603.

Definit. XVIII.

Minutionis juramentum Reo, sed juramentum in litem actori defertur, & qvomodo hæc duo juramenta conveniant, & vicissim ab invicem differant.

1 NUlla reperitur juramenti species magis cognata & affinis minorationis juramentò, qvàm jusjurandum in litem, usqve adeò, ut hæc duo pro eodem posuerit Christ. Zobel. *in gloss. art. 47. lit. B. lib. 3.* Landr. † qvia utrôqve juramentô æstimatio 2
rerum abreptarum vel invasarum, sive damnorum datorum manifestatur. *l. si qvando. 9. C. unde vi. l. cum furti. 9. ff. de in lit. jurand. cap. ult. extr. de his, qvæ vi metusv. caus.* † & utriqve etiam juramen- 3
to locus est ita demùm, si adsit probationum difficultas, *dict. l. si qvando. 9. & ibi* Plotus §. 2. *num. 2. & §. 22. num. 1.* Dan. Moller. *lib. 3. semestr. cap. 38. num. 3.* † Nihilominus tamen differunt etiam 4
ab invicem hæc duo juramenta. Nam juramentum minorationis imponitur saltem ob violentiam Defin. *præced.* † Sed juramentum in litem tàm 5
ob violentiam. *d. l. si qvando. 9. C. unde vi.* qvàm ob dolum vel contumaciam, qvandoqve etiam ob latam culpam, *l. 1. l. 2. l. in actionibus. 5. l. tutor. 8. ff. de R. V. sed etsi lege. 25. §. hæc verba. 10. ff. de petit. hæred.* Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 9. num. 30.* † Deinde, 6
standum est præcisè juramento minutionis, nec Reus, qvi actoris taxationem moderatus est, suo juramento in plus vel minus condemnari potest: † Contra juramentum verò in litem Reus proba- 7
tiones contrarias inducere non prohibetur. Ploc. *dict. loc. §. 48. num. 22. cum seqq.* prout in aliis etiam juramentis, qvæ vel ex legis, vel statuti dispositione deferuntur, observatur, Rauchb. *dict. qvæst. 9. n. 35.* † Deniqve etiam minutionis juramentum 8
Reo, *art. 47. & 51. lib. 3.* Landr. at juramentum in litem actori defertur, *l. vulgò præsumitur. 7. ff. de in lit. jur.* Andr. Rauchb. *dict. qv. 9. n. 28.*

Ita Domini in causa Matthes Lösen und George Mölcken contra Urban Müllern ventilatâ coram Senatu Lipsiensi Mens. Septembr Anno 1628. (Verba sententiæ: Dieweil Beklagter sich ausdrücklichen erkläret / daß er nicht schweren / und die verlassene Gerade eydlichen anzeigen wolle / So werden nunmehr Klägerer Eheweibere auf vorgehende richtige Liqvidation-Würderung und Gerichtliche Moderation der mangelenden Geradestücken wider Beklagten in litem zu schweren billich zugelassen / V. R. W.)

Et in causa Michael Büttners contra Christian von Starschedel zum Häyn/ Mense Majo, An. 1634. (Verba sententiæ: Würde Kläger die angegebene und moderirte Summen eydlichen erhalten/ und schweren / daß er die abgenommenen mobilien so hoch und nicht geringer/ als er sie in dem Verzeichniß fol. 196. angegeben/ achte/ auch so viel / und nicht darunter von seinem Hab und Gütern verlohren/ und entbehren müste/ &c. So wäre Beklagter obgedachte Summen Klägern abzutragen schuldig/ und in Mangelung gütlicher Entrichtung würde ihm darzu gebührlichen verholffen / V. R. W.)

Definit. XIX.

In omnibus actionibus hodiè in litem jurari potest.

1 DUas vulgò faciunt species jurisjurandi in litem, actionis nempe & veritatis, illo permitti ajunt, actori rem æstimare pro arbitrio, *l. 1. l. 8. ff. de in lit. jur. l. 68. ff. de R. V. l. 54. ff. mandat.* † hoc verò 2
qvanti reverâ res est, *l. 2. §. 1. ff. de in lit. jur.* † Illud 3
in bonæ fidei saltem judiciis arbitrariis atqve directis ob dolum, hoc verò indifferenter in omnibus judiciis etiam ob culpam locum habere asserunt, *l. 5. in pr. & §. ult. & l. seq. l. 2. l. 4. ff. de in lit. jurando.* Hugo Donell. *in prælud. & ad l. 1. n 5. l. ult. n. 6. & 8. & ad dict. l. 5. §. ult. n. 14. 20. & 21. ff. de in lit. jur.*

4 *jur. & ibi etiam* Duar. † Sed ſuſpecta alicui videri poſſet hæc diſtinctio, ſiqvidem etiam per juramentum, qvod affectionis dicitur, juratur qvanti res eſt, licet non æſtimatione communi, ſed jurantis.
5 † Atqve neceſſum eſt, qvâcunq; ſpecie hujus juris-
jurandi res æſtimetur, condemnationem fieri,
6 qvanti in litem juratum eſt; † Et ſubtiliter diſputat Anton.Fab. *lib.16.conject.1. & 13. & decad.17. Error.*
8. nunqvam jurari poſſe in litem, qvi aliqvo modo affectioni jurantis indulgeatur, ut ita nunqvam ſimpliciter dici qveat, æſtimari rem, qvanti revera
7 eſt. † Etſi verò lubens fatear, prædictam diſtinctionem ab Interpp. fuiſſe receptam, ac commodè etiam retineri atqve defendi poſſe, ſiqvidem in caſu, qvo exercetur dolus & contumacia Rei, qvo in infinitum jurari poſſe JCti tradunt, conſtat, indul-
8 geri affectioni jurantis, † qvod non concedendum ob ſolam culpam, *dict.l.2.l.5.§.ult.l.8.ff. de in lit.*
9 *jur.* † Non memini tamen, in praxi differentiam hanc multùm attendi, qvin potius arbitrio judicis relinqvi, qvando juramentum hoc, ſive affectio-
10 nis, ſive veritatis, deferendum exiſtimet; † Nam circa jusjurandum in litem, arbitrio judicis multum eſſe tribuendum, ſatis apparet ex *l.4.§. 2. & 3.*
11 *l5.§.3. & 4.ff.de in lit.jurando.* † Ex qvo fit, ut hodiè non ſolùm in omnibus bonæ fidei actionibus ſive in rem, ſive in perſonam, qvibus res reſtituitur, ſed etiam in ſtrictis judiciis arbitrariis & non arbitrariis ex causâ juſtâ atqve ſufficiente in litem juretur, ut notat Andr.Rauchb. *part.1.qvæſt.9.num.*
12 *32.* † Qvin & in bonæ fidei judiciis contrariis, præſertim ſi non de damnô pecuniariô, ſed de fide ruptâ agatur, Plot. *in l ſiqvando 9.§.20. & §.39.C.und. Vt.* Rauchb. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Chriſtophs von der Planitz zu Auerbach/Menſ.Sept.Anno 1634.

Et in cauſa Hanſen von Eichberg zu Iſſhoffen/Menſ.Febr. Anno 1593.

Definit. XX.

Juramentum in litem non reſpuit moderationem judicis, qvæ tamen præſtationem juramenti præcedere debet.

1 PRæter differentias inter juramentum minorationis & in litem, de qvibus dixi Defin. 18. † alia adhuc exiſtit, nempe qvod per illud damnum ab ipſo Reo æſtimetur absq; alia judicis taxatione, *art. 47. & 51.lib.3.* Landr. Andr.Rauchb. *part.1.qvæſt.9.*
2 *num.3. & 34.* † At juramentum in litem taxationem & moderationem judicis recipit, *l. videa-*
mus.4.§.3.l.in actionib.5.§.1.ff. de in lit.jur.l.3.§. præterea.2.ff.ad exhib.l.tutor.8.ff. de in lit.jur.l.ſi qvando 9.C.unde vi. † Qvod qvidem alicui mirum 3
videri poſſit, præſertim qvando propter dolum & contumaciam rei in litem juratur, in cujus pœnam indulgetur actori, etiam jurare in infinitum, ut proindè ipſum non immeritò ad rationem juris antiqvi ſuſpectum videatur Anton. Fab. *decad.18. Error.pragmat.9. & lib.16. conject.17.* † Attamen 4
ipſiſſima æqvitas judicem ad taxationem impellit, ne in arbitrio ſit ejus, qvi jurare debet, ut affectioni ſuæ in infinitum indulgeat, Ant. Fab. *in Cod. lib. 5.tit.32.defin.1.num. 4.* atqve ita jurando in infinitum perjurio & delicto anſa detur, præſertim cum in hôc juramentô nunqvam cenſeatur excluſum judicis arbitrium, Defin. *præced.* † Præcedat autem 5
moderatio judicis ipſum juramentum, neceſſe eſt, *dict.l.4.§.2. & l.5.§.1.ff.de in lit.jur.* † ne, ſi juratum 6
fuerit, difficile ſit juramentum retractari, *arg.l.9. C.unde vi.l.4.§.4.ubi Dd.ff. de in lit.jur.* Ant.Fab. *dict.tit.32.defin.1.num.5.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Königsfeld zur Naumburg/ Menſ. Sept. Anno 1630. (Verba ſent. Würdet ihr nun die vermiſſete Sachen liqvidiren, und in einen gewiſſen Anſchlag bringen/ dieſelbe folgends Gerichtlichen moderiren und mäſſigen laſſen/ und dann daß euch ſo viel/ als die Gerichtliche moderation beſaget/aus obgedachtes euers Schwiegervaters Verlaſſenſchafft entwendet worden/ wider eure Stieff-Schwiegermutter in litem ſchweren/ immaſſen ihr dergeſtalt damit billich zugelaſſen werdet; So würde gedachte eure Stieff-Schwiegermutter euch daſſelbe zu erſetzen und zu bezahlen vertheilet und angehalten/ V.R.W.)

Item in cauſa Matthes Loſſern und Georgii Mockens contra Urban Müllern zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1630. (Verba ſent. Dieweil Klägerer Eheweibere das ihnen zuerkannte Juramentum in litem auf vorgehende Liqvidation und Gerichtliche Moderation würcklichen geleiſtet/ und daß die gefoderte Geradeſtücken 55. fl.13.Gr.6.Pf. werth ſeyn/geſchworen; So iſt Beklagter Klägern angeregte Summa Geldes der 55.fl.13. Gr. 6.Pf. zuſamt denen in dieſer Sachen aufgelauffenen/ und ohne Eyd angegebenen Unkoſten/ ſo hiermit auf 15. Thal.19. Gr. gemäſſiget werden/ zu erſtatten ſchuldig/in Mangelung gütlicher Entrichtung wird Klägern darzu gebührlichen geholffen/V.R.W.)

Item in cauſa Hanſen Wolffens von Wolfframbsdorff contra ſeine Unterthanen und Pferde-Fröhnere daſelbſten/Menſ.Jun. Anno 1626.

Et in cauſa Michael Büttners contra Chriſtian von Starſchedeln zum Hayn/Menſ.Majo, Anno 1634.

CONSTITUTIO XXIV.
PARTIS PRIMÆ.

Ob und wie die Eydesleiſtung den Erben zuzuerkennen ſey?

Juramentum an & qvatenus heredibus ſit imponendum?

Etzerinnen haben unſere Schöpenſtüle wider einander geſprochē/ etliche haben in dem Fall/ wañ der/ ſo einen Eyd ſchweren ſollen/ für der Leiſtung geſtorben/ alsdann die Sache auf ordentliche Beweiſung richten wollen. Etliche haben geachtet/ obwol die Erben mit dem Eyde ſuper Veritate zu verſchonen/ daß ſie dennoch/ damit der vorige proceſs und Urtheil

IN hac qvæſtione contraria in Scabinatib9 noſtris reddita fuêre reſponſa. Qvidam enim defuncto eo, qvi jurare debuit, ante juramentum præſtitum, ordinariâ probatione opus eſſe exiſtimârunt. Alii contra, etſi heredes, ut de veritate jurarent, cogendos non eſſe conceſſerint, ne tamen prior proceſſus & ſen-

nicht gantz cassiret / de credulitate zu schweren zulässlich seyn solten.

Wir lassen uns solche letzte Meinung gefallen / nemlichen / wenn das Urtheil des Eydes halben bey Leben des Parts gesprochen / er den terminum bey seinem Leben nicht verfliessen lassen / und sich des Eydes expressè sine causa in actis, oder sonsten nicht gewegert / daß alsdann Juramentum credulitatis in heredibus statt haben / und auch also darauf gesprochen werden soll.

sententia super eo lata prorsus in irritum redigerentur, saltem ad juramentum credulitatis eos admittendos censuerunt; Idqve nos probamus, ita nimirum, ut ubi sententia de præstando juramento, vivo qvopiam prolata, is, qvi jurare debuit, intra terminum ei præfinitum decedens, juramentum expressè sine causa in actis aut aliàs non recusavit, tunc juramentum credulitatis in heredibus locum habet, & ita pronunciari volumus.

DEFINITIONES.

1. Factum defuncti, heredis scientiæ, sive notitiæ committi potest, non etiam ejus conscientiæ.

2. Defuncto eo, cui juramentum est delatum super facto proprio, antequam illud præstitum fuerit, heredes ejus saltem de credulitate jurare tenentur.

3. Non tenentur hæredes jurare de credulitate super facto conscientiæ Rei commissò, si is ante conceptionem vel publicationem sententiæ decesserit.

4. Aliud tamen hoc casu dicendum est, si factum non solùm conscientiæ defuncti, sed & ejus scientiæ atq; notitiæ fuerit commissum.

5. Pendente Leuteratione licet jurare jussq; decesserit, ejus tamẽ hæredes de credulitate jurare teneutur.

6. Defuncto actore ante præstitum juramentum sive relatum, ejus hæredes qvoq; de credulitate jurant.

7. Admittuntur qvoq; hæredes ad juramentum credulitatis, si defunctus in probationibus, qvibus conscientiam suam exonerare voluit, defecerit.

8. Non exigendum est juramentum veritatis principale ab hæredibus, etiamsi de facto defuncti benè sint informati.

9. Hæredes de credulitate jurare jussi, ad evitandum juramentum, probationibus uti possunt.

10. Juramentum credulitatis hæredes præcisè tenentur præstare, nec illud referre possunt.

11. Pupilli juramentum pariter judiciale sibi delatum & credulitatis in propriâ personâ tenentur præstare, sed suspenditur actus jurandi, donec ad pubertatem pervenerint.

12. Juramentum tamen Credulitatis præstare possunt tutores nomine pupillorum, qvando cohæredes majorennes concurrunt.

Definit. I.

Factum defuncti, hæredis scientiæ, sive notitiæ committi potest, non etiam ejus conscientiæ.

1 HÆredi vel alii Successori de facto alieno, puta, defuncti vel alterius prædecessoris, cum qvo judicium nondum est cœptum, juramentum deferri haud posse, expediti juris est, *l. Marcellus. 11. §. jurare autem tàm vir. 2. ff. de act. rer. amotar. l. vi-*
2 *deamus, 4. ff. de in lit. jur. l. 34. §. 3. ff. de jurejur.* † qvia hæres justam & probabilem rerum à defuncto gestarum ignorantiã habere censetur, *l. generaliter. 12. C. de jurejur. l. qvi in alterius, 42. ff. de R. jur. l. si sterilis. 21. §. 1. ff. de act. empt. l. ult. ff. pro suo.* Jac. Thoming. *part. 1. decis. 45. num. 1. & seqq.* Joh. Schneidew. *ad §. item si qvis postulante. 11. Inst. de action. n. 87. & n. 109.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 28. n. 2.*
3 *& seq.* Mynsing. *cent. 1. observ. 13. in pr.* † Qvod cum jure Saxonico nullibi reperiatur immutatum, qvin standum sit dispositione juris communis, nec proinde super facto defuncti in foro Saxonico hæredi juramentum deferre liceat, dubitandum prorsus non est, *arg. l. sancimus. 27. C. de testam. l. præci-*
4 *pimus. 32. in fin. C. de appellat.* † veluti tradunt post Gloss. *ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 6. num. 3.* Georg. Rotschitz. *in proc. part. 1. art. 11. n. 5. & 6.* Joh. Schneidewin. *dict. §. item si qvis postulante. 11. n. 87. Inst. de act.* Frider. Pruckman. *vol. 1. consil. 2. n. 338.*
5 *& seqq.* † Sed hoc ita, si actor factum defuncti conscientiæ hæredis committere velit, ihme die Klage ins Gewissen allein stellen / qvod facere non po-
6 test. † Cæteroqvin, si scientiæ & notitiæ hæredis, factum defuncti committatur (wann die Klage in sein Gewissen / Wissenschafft und Wohlbewust gestellet wird) eum jurare teneri vel exinde patet, qvod hoc casu saltem de credulitate sit jurandum, aut potiùs de ipsâ ignorantiâ, qvòd jurans de facto nullam habeat notitiam. † Ex qvo etiam de facto 7
alieno qvilibet notitiam atq; scientiam suam juratò aperire obstrictus est, ut demonstravi *suprà* Const. Elect. *12. defin. 40.* Ord. proces. jud. El. Sax. *tit. 18. §.* weil es aber. Chil. König. *in proces. cap. 66.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 116. n. 7.* Matth. Wesenb. *in supplem. ad* Joh. Schneidewin. *dict. §. item si qvis postulante. 11. n. 89. lit. a. Inst. de action.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. qvæst. 126. n. 189.* Reinhard. Rosa *ad* Moll. *hîc. n. 13.*

Ita Domini in causa Caspari Eberleins zu Bitterfeld / Mens. Majo, Anno 1628. (Verba sent. Ist euch Hans Wollenstein mit 87. fl. verhafftet gewesen / deswegen ihr nunmehr nach seinem Absterben / seine Erben zu belangen / und ihnen die Klage in ihr Gewissen / Wissenschafft und Wohlbewust zu stellen Vorhabens seyd / ꝛc. So seyd ihr solches zu thun wohl befugt / V. R. W.)

Definit. II.

Defuncto eo, cui juramentum est delatum super facto proprio, antequam illud præstitum fuerit, heredes ejus saltem de credulitate jurare tenentur.

1 ACcidit qvoqve sæpiùs, ut de proprio facto qvis conventus, & juramentum sibi delatum præstare, suamqve conscientiam purgare per sententiam jussus, decedat ante præstitum juramentum, ubi controverti solet, *an non heredes vel successores juramentum illud defuncto delatum præstare teneantur?* † Qvod qvidem negan- 2
dum, propter ignorantiam rerum à defuncto gestarum

ſtarum probabilem, *l. qvi in alterius. 42. ff. de Reg. jur. l. generaliter. 12. C. de jurejurando.* qvin & viro bono atq; probatæ fidei haud rarò hæres levis & 3 improbus ſuccedit, † ut vel ſaltem deferentis juramentum interſit, ab hærede non jurari, ſecundum tradita Gloſs. *in dict. l. generaliter.* & Baldi *in l. 2. ff. de condict. indebit.* Jac. Thoming. *deciſ. 45. num. 2.* 4 † Attamen de credulitate ſaltèm hôc caſu heredes jurare obſtricti ſunt, qvòd ſcil. ejus rei notitiam non habeant, neqve credant, tale qvid à defuncto contractum vel factum eſſe, per text. *in* Landr. *l. 3. art. 11.* Gloſs. *latin. ad text. latin.* Landr. *lib. 1. art. 6. §. ſi verò negaverit.* Joh. Schneidevv. *ad §. item ſi qvis poſtulante. 11. num. 89. & n. 109. Inſt. de action.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 116. n. 5. & ſeqq.* Chri- 5 ſtoph. Zobel. *part. 1. differ. 29. n. 1.* † Qvod ipſum diſertè approbavit Illuſtriſſimus Saxo *h.* Conſt. *24.* §. Wir laſſen uns ſolche letzte Meinung gefallen/ nemlichen/ weñ das Urtheil des Eydes halber bey Leben des Parts geſprochen/ er den *terminum* bey ſeinem Leben nicht verflieſſen laſſen/ und ſich des Eydes *expreſsè ſine cauſa in actis* oder ſonſten nicht geweigert/ daß alsdenn das *juramentum credulitatis in heredibus* ſtatt habe. † Tria nimirum *Conſtituens Illuſtriſſimus* conjunctim reqvirit, ad hoc, 6 ut juramentum credulitatis injungatur heredibus 1. ut ſententia de juramento præſtando vivo adhuc eo, qvi jurare juſſus fuerat, lata ſit. 2. Ut is, qvi jurare debet, terminum elabi non fuerit paſſus. 3. Ut juramentum juſtâ ex causâ in actis non recuſaverit, Dan. Moll. *hîc n. 5.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 55. n. 25.* Jacob. Thoming. *dict. deciſ. 45. n. 21.* Zobel. *part. 1. differ. 29. n. 5.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Freunds/ contra Martin Wincklern zu Meiſſen / Menſ. Sept. Anno 1631. (Verba ſent. Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet/ bey jüngſtem Urtheil billich verbleibet/ iedoch mit dieſer Erklärung/ daß Beklagter den deferirten Eyd auf dieſe Maße / ſo viel ihm von dieſer Sache bewuſt / und er gläube / zu ſchweren ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. III.

Non tenentur heredes jurare de credulitate ſuper facto conſcientiæ Rei commiſſo, ſi is ante conceptionem vel publicationem ſententiæ deceſſerit.

1 DE credulitate ergò tenentur jurare heredes, ſi facto proprio defuncti conſcientiæ ſaltem commiſſo, (Wenn die Klage allein in ſein Gewiſſen verſchoben worden/) & deſuper ſententiâ latâ atq; publicatâ, ante præſtationem juramenti is de- 2 ceſſerit, *Defin. præced.* † At qvid, ſi *in cauſa duntaxat concluſum, ſententia autẽ ſuper delatione juramenti ante obitũ defuncti vel nondum concepta, vel ſaltem haud publicata fuerit?* Nihilominus ad præſtationem juramenti credulitatis hæredes obſtrictos 3 eſſe, † exiſtimare qvis poſſet, cum Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 55. n. 37.* propterea qvòd paria ſint, in cauſa eſſe concluſum, & ſententiam latam atqve publicatam eſſe, *c. paſtoralis. 5. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propr. l. ſi rem. 29. §. ult. verb. dum tamen ne prope ipſam condemnationem id fiat. ff. de evict. l. 19. C. ad* 4 *Leg. Jul. de adult.* † Sed refellitur id ipſum ex *h.* Conſtit. *24.* §. wir laſſen uns/ qvæ heredibus juramentũ credulitatis ſuper facto defuncti ejus conſcientiæ commiſſo tùm demũ injungit, ſi vivo adhuc Reo ſententia lata & publicata fuerit, terminus jurandi cũrrere cœperit, non tamen præterierit, nec jurare juſſus juramentum recuſaverit. † Qvæ certè omnia contingere neqveunt, ſi ante 5 conceptionem, vel ſaltem publicationem ſententiæ Reus, cui juramentum delatum eſt, deceſſerit, ut proindè eo caſu heredes juramento credulitatis gravare haud liceat. † Idq; eò minus, qvòd jus 6 ſtatutarium, à jure communi præſertim exorbitans ad caſus alios non ſit extendendum. Jac. Thoming. *deciſ. 45. n. 2. & ſeq.* Andr. Tiraqvell. *de lib. connub. gloſſ. 2. num. 23. poſt pr.* Jacob. Schult. *lib. 2. pract. qvæſt. 65. n. 32. & ſeqq.* † qvin potius forma 7 in conſtitutione Electorali præſcripta ad ungvem obſervanda, Jaſon. *in l. qvid ſit nominatim. 1. ff. de lib. & poſth. n. 18.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 19. num. 15. & ſeq.* † Et ſi rationem Sanctionis Electoralis 8 indagare lubeat, deprehendetur, heredes propterea ad juramentum credulitatis admitti, qvia pro defuncto, qvi per ſententiam jurare juſſus, juramentum non recuſavit, nec terminum elabi paſſus eſt, militat præſumptio, qvod juſtè fuiſſet juraturus, ſed defuncto eo ante publicationem ſententiæ, præſumptionem hanc ceſſare, ecqvis non videt?

Ita Domini in cauſa Martini Roſens zu Weiſſenſee/ Menſe Aug. Anno 1621. (Verba ſentent: Habt ihr Baſtian Hempeln wegen eines Stücke Wieſen / ſo er euch verkaufft haben ſoll/ gerichtlichen belanget/ und den Eyd gebührlichen deferiret. Ehe und zuvor aber über der Eydes-delation zu Recht erkannt/ und das Urtheil eröffnet worden/ iſt gedachter Hempel Todes verfahren/ derwegen ihr nunmehr von ſeinen Erben das juramentum credulitatis geleiſtet haben wollet; Ob nun wohl dieſelbe ſich deſſen verweigern / geſtalt denn auch / wenn die Klage einem in ſein Gewiſſen allein geſtellet worden/ und derſelbe vor geſprochenem und eröffneten Urtheil verſtirbet / ſeinen Erben das juramentum credulitatis zu leiſten nicht auferleget werden mag/ ꝛc.)

Definit. IV.

Aliud tamen hoc caſu dicendum eſt, ſi factum non ſolùm conſcientiæ defuncti, ſed & ejus ſcientiæ aut notitiæ fuerit commiſſum.

NOlo tamen id aliter accipi, qvàm ſi factum 1 conſcientiæ ſaltem defuncti fuerit commiſſum. (Wenn ihm die Klage allein in ſein Gewiſſen geſchoben worden.) † At, causâ ſimul ejus notitiæ & ſcientiæ commiſsâ (in ſein Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt) qvin heredes eo etiam caſu, qvo Reus, cui juramentum delatum eſt, ante conceptionem, vel publicationem ſententiæ deceſſerit, de credulitate jurare teneantur, vel propterea dubitandum non eſt, qvod & ipſis heredibus eo modo juramentum ſuper facto defuncti liceat deferre, ut dixi *ſupr.* def. 1. † Habent ſiqvidem 3 verba illa (Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt) hanc vim & operationem, ut heredes ſemper de credulitate jurare teneantur, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 116. num. 5. & ſeq.* Joh. Schneidevvin. *ad §. item ſi qvis poſtulante. 11. numer. 89. & 109. Inſt. de action.* † Ex qvo etiam rectiſſimè infert Matth. Berlich. 4 licet Reus, cui delatum eſt juramentum, ante litem conteſtatam deceſſerit, propterea tamen delationem juramenti non evaneſcere, ſed ejus heredes de credulitate jurare teneri, *part. 1. concl. 55. n. 43.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſentent. Da ihr aber dennoch

dennoch dem Verstorbenen die Klage nicht allein in seine Wissenschafft und Wohlbewust gestellet hätte/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ &c. So wären seine Erben/ ihres Fürwendens ungeachtet/ das Juramentum credulitatis zu leisten schüldig/ V.R.W.)

Definit. V.

Pendente Leutemtione licet jurare jussus decesserit, ejus tamen heredes de credulitate jurare tenentur.

1 QVid autem, *si per sententiam jurare conscientiamq; purgare jussus, eam per leuterationem vel appellationem à vi judicati suspendat, ac pendente leuteratione vel appellatione moriatur?* † Negari certè neqvit tùm latam ac publicatam fuisse
2 sententiam. Qvidni ergò defuncto Reo, ejus hæredes ad præstationem juramenti credulitatis obstricti essent, ex *h.* Const. 24. §. wir lassen uns/ præsertim, cum pendente Leuteratione vel appellatione
3 dici neqveat, † qvod jurare jussus præstationem juramenti recusaverit, vel terminum jurandi elabi passus fuerit, qvam rationem potissimùm attendit
4 Sanctio Elect. *dict.* §. wir lassen uns. † Nec movet qvicqvam, qvod Leuteratio vel appellatio sententiam suspendat, causamq; ad eum statim redigat, qvalis fuit ante sententiam prolatam vel publicatam, *l. i. §. ult. ff. ad SCtum Turpil. l. i. in pr. ff. de appellat.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de appellat. num. 10.* † item, qvod Reus per Leuterationem
5 aut appellationem censeatur recusare præstationem juramenti. † Siqvidem hæc omnia fiunt saltem per fictionem juris, qvæ tàm efficax non est, ut actori præjudicare, eumq; onere probandi gra-
6 vare qveat. † Idqve tantò minus, qvantò iniqvius esset, hæredes ex malitia defuncti, ejusqve temerariâ leuteratione vel appellatione commodum aliqvod sentire, & à præstatione juramenti credulitatis liberari, qvia nunqvam malitiis est indulgendum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 12. defin. 11. num. 2.*

Ita Domini in causa George Weinlebens zu Weissenfels/ Mens. Majo, Anno 1602. (Verba sent. Obnun gleich seine Erben vorwenden/ daß weil Beklagter pendente leuteratione verstorben/ sie nunmehr das juramentum credulitatis nicht ablegen können; Dieweil aber dennoch das Urtheil noch bey Leben des Beklagten/ darinn ihme der Eyd zuerkannt/ gesprochen worden/ und er dawider nur Leuterung eingewendet/ sich aber des Eydes ausdrücklichen nicht verweigert/ &c. So mag auch der Beweiß euch nicht aufgedrungen werden/ Sondern es werden bemeldte Erben ad juramentum credulitatis nochmals billich zugelassen/ V.R.W.)

Definit. VI.

Defuncto actore ante præstitum juramentum sibi relatum, ejus hæredes qvoq; de credulitate jurant.

1 QVod de juramento Reo delato sancitum reperitur *h.* Const. 24. id ad juramentum etiam
2 actori relatum extendendum est, † nempe, ut defuncto actore ante præstationem jurisjurandi rela-
3 ti, hæredes de credulitate jurare teneantur. † Idq; non solum propter rationis identitatem, qvæ idem jus facit, *l illud. 32. ff. ad leg. Aqvil. l. 108. ff. de V. O.*
4 † Sed & qvod Constit. *h.* 24. generaliter de præstatione juramenti loqvatur, adeòqve generaliter tàm de relato, qvàm delato jurejurando accipi debeat, *l. i. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. præses. 3. in fin. ff. de offic. præsid. l. ut nullo. 28. C. de Usur.*

Ita Domini in causa Hansen Bemmels contra Jonas Klugen & consortes zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1601.

Definit. VII.

Admittuntur qvoq; hæredes ad juramentum credulitatis, si defunctus in probationibus, qvibus conscientiam suam exonerare voluit, defecerit.

1 NOn semper, nec qvovis in casu exigendum est juramentum credulitatis à defuncti here-
2 dibus. † Qvid enim, si actor ante præstationem jurisjurandi calumniæ decessisset? † Aut qvid si juramentum minorationis defuncto injunctum fuisset? Neutro casu hæredes juramento credulitatis esse gravandos, rectissimè, meo judicio, sentit Matth.
3 Berlich. *part. 1. concl. 31. num. 25. & concl. 55. num. 7.*
4 *& num. 27. & 28.* † non qvidem propter ignorantiam probabilem, qvam hæredes de calumnia actoris vel æstimatione damni habere præsumuntur, ut putat Berlich. *dict. Lor.* propter hanc causam, si-
5 qvidem de credulitate saltem jurandum esset *Supr.* Defin. 2. † Sed qvia *h.* Constit. 24. non nisi de juramento judiciali loqvitur, ut ex toto contextu appareat, ac proinde à jure communi exorbitans ad casus alios neutiqvam extendi debet, Andr. Tiraq. *de*
6 *LL. connub. gloss. 2. num. 23. post pr.* Jac. Schult. *lib. 2. qvæst. 65. num. 32. & seqq.* † Qvid verò, si defunctus, cui juramentum delatum fuit, conscientiam
7 suam probationibus exonerare volens, in iisdem defecerit? Non certè video, † qvare hôc casû hæredes ad juramentum credulitatis haud admittendi essent, ex dispositione scilicet *h.* Const. 24. qvæ tùm demùm juramentum credulitatis excludere videtur, qvando defunctus absqve justa causæ præstationem juramenti recusaverit, qvod neutiqvam
8 asseri potest † de eo, qvi prius conscientiam suam probationibus liberare tentavit, sub tacita condi-
9 tione, ut si in probationibus defecerit, sibi regressus ad jurandum pateat, *Supr.* Constit. Elect. 14. Matth. Coler. *cons. 3. n. 68. vers. nisi & ipse.* † Qvod hodiè minus dubii habet in provinciis Electoratûs Saxonici, propter sanctionem expressam in Ordin. proces. judic. *tit. 19.* §. wenn nun einer. *vers.* würde sich auch einer/ &c.

Ita Domini in causa Jacobi Volkmars contra Andream Reicharten/ ventilatâ coram Senatu Lipsi. Mens. Jun. Anno 1584. (Verb. sent. Daß Beklagter sein Gewissen/ wie zu Recht/ genugsam nicht vertreten/ derowegen seyn seine nunmehr hinterlassene Erben den ihme hiebevor zuerkanten Eyd/ iedoch ferner nicht/ als de credulitate zu schweren schüldig/ Sie thun solches oder nicht/ so ergehet ferner in der Sachen was recht ist/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Non exigendum est juramentum veritatis principale ab heredibus, etiamsi de facto defuncti benè sint informati.

1 CAusam dedit juramento credulitatis ignoran-
tia probabilis, qvam hæredes de facto defuncti habere censentur, *l. generaliter. 12. C. de jure-*
2 *jur. l. qvi in alterius. 42. ff. de Reg. jur.* † An eritatis defuncto delatum præstare tenebuntur, si de fa-

de facto ipsius fuerint informati? Ita putat Matth. Berl. *part. 1. concl. 55. n. 48.* per text. *in* Landr. *lib. 3.*
3 *art. 11. vers.* Ob ihme um die Sache bewust. † Sed nihil omninò probant hæc verba, qvia de juramento credulitatis sunt accipienda, ut nempe jurent
4 hæredes de scientia & credulitate, † veluti ea explicat Gloss. *pen. in fin. dict. art. 11. &* Matth. Coler.
5 *part. 1. decis. 116. num. 7.* † Rectius meo judicio ar-
6 bitratur Dan. Moller. *hîc. n. 9.* † neutiqvam juramentum veritatis heredibus imponendum esse, ut maximè etiam de facto defuncti sint informati ex mente scilicet Saxonis Illustrissimi, qvi *hâc* Const. *24.* in juramento credulitatis pedem figit, nec qvic-
7 qvam de jurejurando veritatis disponit. † Et licet heredes notitiam rerum defuncti habeant exactissimam, horum tamen conscientia (de eo siqvidem casu hîc loqvor, qvo factum defuncti conscientiæ solummodò fuit commissum, wenn die Klage in das Gewissen allein gestellet wird) facto anteces-
8 soris gravari haud debet, † qvia nunqvam soli alicujus conscientiæ factum alienum committitur, Ordin. proces. jud. Elect. Saxon. *tit. 18.* §. weil es aber / *vers.* also daß im ersten Fall. *Supr.* Const. *12. defin. 40.*

Ita Domini in causa Martini Rosens zu Weissensee/Mens. August. Anno 1621. (Verba sent. Ob nun wol die Erben sich dessen verweigern/ gestalt denn auch/ wenn die Klage einem in sein Gewissen allein gestellet worden/ nach dessen Absterben seinen Erben das juramentum veritatis, unangesehen sie um die Sache gute Wissenschaft tragen/zu leisten nicht auferleget werden mag/ꝛc.)

Definit. IX.

Hæredes de credulitate jurare jussi, ad evitandum juramentum, probationibus uti possunt.

1 NOn dubito, qvin hæredes de credulitate jurare jussi, si ad evitandum juramentum probationibus uti velint, audiri debeant; etsi enim aliter docuerit Matth. Wesenb. qvem seqvitur Dan. Moller. *hîc num. 20.* solâ ejus autoritate commotus;
2 † ipsa tamen veritas me ad dissensum cogit, cum nemini ignotum sit, ipsum defunctum, cui juramentum delatum fuerat, omisso eo, probationibus uti, & si defeciisset in iis, ad juramentum recurrere
3 potuisse, *Supr.* Const. Elector. *14. b. part. 1.* † Cur non ergò ideò idem liceret ejusdem hæredibus, qvi in jus defuncti succedunt, *l. heredem. 59. l. hereditas. 62. ff. de R. I.*
4 † præsertim, cum per se durum sit, hæredes de facto defuncti jurare cogi, ut vel propterea saltèm parcissimè, nec aliter, qvàm in defectum aliarum legitimarum probationum, juramento, seu subsidiariâ probatione, sit utendum, *c. 2. extr. de probat. l. 3. C. de jurej.* Veluti ipsemet Dan. Moller. animadvertit.

Ita Domini in causa Esaiæ Mallenreits contra Peter Schmiedens Erben zu Borna/ Mens. Majo, Anno 1630. (Verba sentent. Daß beklagte Erben gestalten Sachen nach / das juramentum credulitatis zu leisten schuldig; Sie wolten dann ihre Wissenschaft und Wohlbewust mit Beweiß vertreten/ damit würden sie binnen Sächsischer Frist billich gehöret und zugelassen / und ergienge darauf ferner was recht ist/V.R.W.)

Definit. X.

Juramentum Credulitatis hæredes præcisè tenentur præstare, nec illud referre possunt.

REferre tamen neqveunt hæredes juramentum 1
Credulitatis, sed illud præcisè tenentur præstare, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 32. n. 3.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 55. n. 51.* † *Tùm*, qvia 2
defunctus non recusando juramentum sibi delatum, (de qvo casu tantummodò agit Const. *24.*) illud videtur acceptasse: Ergò referre id neqviverit, juxta tradita *Supr.* Const. Elect. *14. Definit. 3.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 16. num. 18. & sq.* Franc. Duar. *in tract. de juram. c. 5.* † adeoqve nec 3
ejus hæredibus id facere licebit, *arg. l. haredem. 59. l. hereditas. 62. ff. de hered.* † *Tùm*, qvod juramen- 4
tum hoc Credulitatis deferatur à lege, Constitutione nempe Saxonica, qvæ contra jus commune id introduxit, *Supr.* Defin. *1. & 2.* Referri autem neqvit juramentum legale, qvod à judice seu lege defertur, *Supr.* Const. *14. Defin. 7. & 8.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæst. 3. num. 9.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 40. num. 37.* † *Tùm*, qvia juramentum super eo, qvod 5
alicujus conscientiæ tantummodò fuit commissum, (wann die Klage allein ins Gewissen geschehen worden) non potest referri, ut demonstravi *Supr.* Const. Elect. *14. Defin. 10.* Ergò nec ab heredibus juramentum credulitatis, qvod in locum juramenti illius succedit, *Supr.* Defin. *2.* † Nam de 6
hoc casu solummodò agit Constit. *h. 24.* qvando scilicet conscientiæ defuncti duntaxat causa fuerit commissa, ut dixi Defin. *4. pr.* † Planè, si defuncti 7
scientiæ ac notitiæ simul (in sein Wissenschafft uñ Wohlbewust) causa fuerit delata, qvin tùm heredes juramentum credulitatis benè referre possint, ambigendum non est, Matth. Coler. *consil. 3. num. 68. vers. veletiam juramentum.* Matth. Berlich. *dict. concl. 55. n. 52.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Aber das juramentum credulitatis seyn sie Klägern hinwiederum zu referiren nicht berechtiget/ V.R.W.)

Definit. XI.

Pupilli juramentum pariter judiciale sibi delatum & credulitatis in propriâ personâ tenentur præstare, sed suspenditur actus jurandi, donec ad pubertatem pervenerint.

DUbium non est, qvin etiam pupillis & mino- 1
ribus juramentum litis decisivum deferri qveat, *l. qvi jurâsse. 26. sub fin. pr. ff. de jurej. l. videamus. 4. in fin. pr. ff. de in lit. jur.* Joh. Borch. *in tr. de jurej. cap. 4. n. 7.* Sed num pupilli etiam ad præstationem juramenti saltem per tutores admittendi erunt? † 2
ita qvidem sentit Gloss. *in dict. l. videamus. 4. ff. de in lit. jur. verb. admittendam, vers. idem est in eo & ibi* Jas. *n. 15. vers. tamen cogitur subire*, veluti etiam in Curia Lips. qvondam pronunciatum refert Aut. *Consult. Const. Saxon. part. 3. tom. 3. qvæst. 85. n. 1. & sq.* † At hodiè in foro Saxonico nec juramentum de- 3
latum, nec credulitatis jusjurandum, pupillorum nomine, tutores præstare volentes admittuntur, sed pupilli in propria persona jurare tenentur, ita tamè ut actus jurandi suspendatur, donec ad pubertatem per-

pervenerint (de qvo dixi *Supr.* Conſt. *12. defin. 24.*)
4 † qvia ſcilicet in foro Saxonico nemo per procura-
torem, curatorem, aliamve intermediam perſo-
nam jurare valet, *lib. 1.* Landr. *art. 46.* Ord. proceſſ.
jud. Elect. Sax. *tit. 18.* Es ſoll auch ein ieder/ Andr.
Rauchb. *part. 1. qvæſt. 8. n. 115. Vid. ſupr.* Conſt. *12.*
5 *Defin. 38.* † Nec immeritò, ſiqvidem jusjurandum
eſt qvid perſonaliſſimum, *cap. veritatis. 14. ubi*
Hoſtienſ. *extr. de jurejur.* cujusmodi qvæ ſunt, per
intermediam perſonam fieri neqveunt, *l. generali-*
ter. 12. §. hîc de præſentibus. 4. C. de jurejur. Anton.
Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 31. n. 1.*

Ita Domini in cauſa Caſpari von Bergens/ M. Jun. Anno 1627. (Verba ſententiæ: So ſeynd die Unmündigen berührte exception Eydlichen zu erhalten / und daß ſie anders nicht glauben / als daß ihr Vater zur Zeit der aufgerichteten Vergleichung von gedachten Inſtrumenten keine Wiſſenſchafft gehabt habe / zu ſchweren ſchuldig / Es wird aber ſolche Eydesleiſtung / biß ſie ihre Mündigkeit erreichet / verſchoben / und ihr / als der Vormund / möget zu derſelben nicht zugelaſſen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XII.

Juramentum tamen Credulitatis præſtare poſſunt tutores nomine pupillorum, qvando coheredes majorennes concurrunt.

1 INiqvum tamen dixeris, hâc ratione litem in in-
finitum protrahi, non absqve incommodo acto-
ris juramentum deferentis, ut & ipſorum pupillo-
2 rum, † cum tamen Reipublicæ interſit, litem
qvàm citiſſimè abbreviari, *l. properandum. 13. C. de*
judic. l. 2. C. de re judic. l. 10. de tranſact. l. ult. ff.
3 *pro ſuo.* † Fateor eqvidem, non omni ex parte, per
ſuſpenſionem juramenti usqve ad pubertatem pu-
pillorum, litigatoribus conſultum eſſe, ſed aliud
4 medium procedendi vix ſuppeditari poterit; † Nec
enim diſcretionem habent pupilli *l. pupillus. 9. verb.*
neq; decernere. ff. de acq. hæred. l. ult. ff. de jur. &
fact. ignorant. qvomodo ergo ad juramenti præ-
ſtationem cogi poterunt, cum mentis diſcretio ſit
de ſubſtantiali reqviſito juramenti, Donell. *lib. 24.*
comm. 13. n. 9. † qvin & propterea pupillo jura- 5
mentum deferri expreſsè prohibetur *l. jusjuran-*
dum 34. §. pupillo. 2. ff. de jurejur. ad hoc ſcilicet, ut
jurare cogatur *Supr.* Conſtit. *12. defin. 42.* † nec tu- 6
tò horum nomine tutor ad jurandum admittitur,
propter juris Saxonici diſpoſitionem, qvæ jura-
mentum per intermediam perſonam præſtari pro-
hibet, Defin. *præced.* Eatenus tamen ab hâc obſer-
vantiâ Domini receſſerunt, † ut tutores pupillo- 7
rum nomine juramentum credulitatis præſtare ad-
mitterent, concurrentibus aliis hæredibus puberi-
bus & majorennibus, qvi defectum reliqvorum
ſupplere & credulitatem tutorum ſuo qvoqve ju-
ramento confirmare cenſerentur. † Qvin & ſi in 8
tutore ignorantia rerum à defuncto geſtarum præ-
ſumatur, placuit tamen in favorem pupillorum à
regulis juris recedi, qvod & in jure ſæpiſſime fa-
ctum videmus, *l. pupillus. 9 ff. de acq. hered.* Anton.
Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 20. n. 4.*

Ita Domini in cauſa heredum Walburgin / Hanſen Fabers Wittiben contra Thomâ Freundes Erben/ ventilata coram Senatu Lipſ. Menſ. Jan. Anno 1604. (Verba ſent. Daß der Freundiſchen Erben angegebene Vormunden ihre Perſonen durch Einbringung richtiger Curatorien und Vollmachten zu legitimiren ſchuldig; Und erſcheinet ſonſten aus den acten allenthalben ſo viel: würden der verſtorbenen Wittben Erben / und der unmündigen Vormunden in eigner Perſon ſchweren/ daß ſie gäntzlichen gläubeten / daß ietzo bemeldte Wittbe ihre Mutter und Großmutter ihrem geweſenen Kriegiſchen Vormunden Martin Kierſen / ihrem Fürgeben nach/ nicht befohlen / die ſtreitige 200. fl. in das zu den acten gebrachte Schuld-Verzeichnüß zu bringen/ und daß ihr ſolches Verzeichnüß nicht vorgeleſen worden; So wäre daſſelbe zu Beweiſung dero von den Freundiſchen Erben gefoderten 200. fl. nicht genugſam/ und demnach ietzo gedachte Freundiſche Erben ſolche Schuldfoderung binnen Sächſiſcher Friſt/ anderer Geſtalt und wie recht darzuthun und zu erweiſen pflichtig/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXV.

PARTIS PRIMÆ.

Ob die Richter über die præſcription, ſo ex actis dargethan/ können ex officio erkennen?

IEtzerinnen iſt man auch einig/ ungeachtet / daß dieſe qvæſtion weitläufftig diſputiret wird/ daß die Præſcription, da ſie manifeſtè bewieſen / oder der Richter deſſen aus den acten gewiß ſeyn könte/ erkant/ und ex officio ſupplirt werde / wann gleich die Partheyen ſich in den Acten darauf nicht gezogen/ dabey wir es bleiben laſſen.

Præſcriptionis exceptionem à parte non oppoſitam ex officio ſupplere judex num poſſit?

ETiam de eo inter noſtros, non obſtantibus, qvæcunqve in contrarium diſputando adducantur, convenit, exceptionem præſcriptionis, ubi manifeſtè probata eſt, aut aliter judici ex actis de ea certò conſtat, ex officiô ſuppleri poſſe, etiamſi à litigatoribus oppoſita non ſit, qvod & nobis placet.

DEFINITIONES.

1. *Præſcriptionis exceptionem etiam à parte non oppoſitam ex officiô judex ſupplere poteſt.*
2. *Qvin & præſcriptionis exceptionem à parte licet non oppoſitam, attamen ex actis apparentem judex ſupplere neceſſe habet.*
3. *In cauſis etiam criminalibus, judex præſcriptionis exceptionem ſupplere tenetur.*

DEFI-

Definit. I.

Præscriptionis exceptionem etiam à parte non oppositam judex ex officio supplere potest.

1 QVondam differebat usucapio à longi temporis præscriptione: Illa siqvidem erat adjectio dominii per continuationem possessionis, temporis lege definiti, *l.3.ff. de usucap.* At hæc, nempe
2 † præscriptio longi temporis erat exceptio ad defendendam rem possessam comparata, nata ex possessione justa, & lapsu decem annorum adversus præsentes, & viginti annorum adversus absentes, *l. emptor. 9. & tot. tit. C. de præscript. longi temp. l.*
3 *pen. C. qvib. non officit long. temp. præscript.* † illa itaq; ipso jure, hæc verò ope exceptionis actionem tollebat, *l. super longi. 11. C. de præscript. longi temp.*
4 *l. 8. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* † Sed discrimine usucapionis atqve præscriptionis hodie sublato, eodemqve utriusqve effectu inducto, *l. un. C. de usucap. transform. ubi Dd. &* Donell. *lib. 5.*
5 *comm. jur. civil. c. 4.* † indifferenter præscriptio ipso jure debitorem liberat ab actione *l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Johan. Zanger. *de except. part. 3. in præfat. num. 13. & cap. 10. num. 17.* Nicol. Böer. *decis. 344. numer. 4. & seq.* Petr. Gilken. *de*
6 *præscript. part. 1. cap. 4. num. 1. & seqq.* † Cui consequens est, præscriptionis exceptionem etiam à parte non oppositam, si de hac ex actis manifestè constet, judicem supplere, Reumqve absolvere posse, Bartol. *in l. 2. num. 6. ff. de except.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. num. 19. & 20.* Matth. Wesenbec. *in supplem. ad* Joh. Schneidew. *instit.*
7 *de except. num. 8.* † Nam ubi actio ipso jure sublata est, judex actorem tanqvam eum, qvi sine actione in judicio experiri velit, ex officio repellit, Nicol. Böer. *dict. decis. 344. numer. 5.* Felin. *in cap. ad*
8 *aures. 6. extr. de præscript. num. 3.* † Qvod & diserte comprobavit Illustrissimus Saxoniæ Elector *hâc* Const. *25. vers.* und *ex officio suppliret* werden/ weñ gleich die Partheyen sich in den *acten* darauf nicht gezogen/ *ubi.* Dan. Moller. *num. 3.* Zanger. *dict. cap.*
9 *26. num. 20.* † Nec refert, an tempus ad præscriptionem sufficiens articulatum, adeoqve præscriptio probata sit, nec ne, modò ex instrumento producto, vel actis ea appareat, prout liqvet ex verbis *h.* Constit. *25.* daß die *præscriptio*, da sie *manifestè* bewiesen/ oder der Richter dessen aus den *actis* gewiß seyn könte/ Modest. Pistor. *part. 1. qvæst. 44. ubi in addit.* Jacob. Schult. *n. 4.*

Ita Domini in causa Hansen Vogelmans zu Saltza/ Mens. Julio 1613. (Verba sentent. Hat euch Barthel Schneider wegen einer Schuld auf 160. Gülden/ damit ihr ihme allbereit vor 34. Jahren verhafftet worden/ in Anspruch genommen/ und demnach euch die Gerichten die Zahlung zu thun auferleget/ habt ihr euch derowegen/ daß solche Schuld durch Verjährung aufgehoben/ über dem Abschied beschweret befunden/ dannenhero ihr darwider Leuterung eingewendet. Ob ihr nun wol bey der Verhör die exceptionem præscriptionis nicht opponiret und vorgeschützet; Dieweil aber dennoch solche aus der producirten Handschrifft und dem unterzeichneten dato genugsam offenbar gemacht/ &c. So ist der Gerichts-Herr selbige exceptionem præscriptionis nicht allein ex officio zu suppliren, und euch von der angestalten Execution-Klage zu entbinden befugt gewesen/ &c.)

Definit. II.

Qvin & Præscriptionis exceptionem, à parte licet non oppositam, attamen ex actis apparentem judex supplere necesse habet.

POterit ergo judex præscriptionis exceptionem 1
etiam à parte non oppositam, ex officio supplere, si velit, Defin. *præced.* Sed num id facere necesse habebit? † Primâ facie id negandum videtur, vel 2
solùm propterea, qvod arbitrio judicis commissum censeatur exceptionem hanc supplere vel non, ut apparet ex Rubr. *h.* Constit. 25. Ob die Richter über die *præscription*, so *ex actis* dargethan/ können *ex officio* erkennen. † Non enim necessitatem im- 3
ponit lex, qvæ arbitrio alicujus qvid committit, ut in aperto est, Mynsing. *cent. 3. observ. 28. in fin.* Nicol. Boër. *decis. 344. num. 8. post pr.* Felin. *in cap. 6. extr. de præscript. num. 3.* † Sed luditur in verbis 4
Rubricæ, cum procul dubio mens fuerit Illustrissimi constituentis, non qvid possit, sed etiam qvid facere judex debeat, decernere, uti disertè probant verba Nigri, daß die *præscriptio* erkant/ und *ex officio suppliret* werde. † Qvâ loqvendi formula, in- 5
qvit Dan. Moll. *hîc num. 4.* solemus uti nos Germani, significare volentes, qvid habitâ deliberatione concluſum sit, ut fiat: † Ac certè, ut judex præscri- 6
ptionis exceptionem ex actis apparentem, qvantumvis à parte adversâ non oppositam, suppleat, eamqve in judicando attendat, fortissimâ juris ratione obstringitur. Siqvidem hâc exceptione actio ipso jure tollitur, *l. 3. C. præscr. 30. vel 40. annor.* atq; ita sine actione in judicio actor experitur; Qvod 7
qvando fit, judex actorem ex officio repellere, Reumq; absolvere tenetur, Bartol. *in l. ubi pactum. 40. C. de transact. num. 7. vers. unde fateor. & ibi* Jas. *n. 11.* † Qvin &, si judex hoc non fecerit, nec præ- 8
scriptionis exceptionem suppleverit, sententiam contra Reum latam nunqvam in rem judicatam transire, sed haud obstante exceptione rei judicatæ, semper retractari posse, tradit *arg. l. 1. l. 2. & tot. tit. C. si ex fals. instrum. vel test. judic.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 59. n. 18.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. So ist der Gerichts-Herr selbige exceptionem præscriptionis nicht allein ex officio zu suppliren, und euch von der angestalten execution-Klage zu entbinden befugt gewesen/ Sondern es hat ihme auch solches Amts halben zu thun obgelegen/ und demnach dasselbe von ihme nicht geschehen/ wird numehr in der Leuterung der gegebene Abschied dahin billich reformiret und geändert/ V. R. W.)

Definit. III.

In causis etiam criminalibus, judex præscriptionis exceptionem supplere tenetur.

EX eo, qvod Constitut. Elector. *h. 25.* generaliter 1
& indefinitè loqvitur, ac judicem præscriptionis exceptionem, qvantumvis à parte adversâ non allegatam, attendere & secundum eam judicare jubet, satis manifestè liqvet, in causis etiam criminalibus judicem ad id obstrictum esse, adeoqve præscriptionis exceptionem, etiamsi Reus eam non allegaverit, supplere teneri, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem action.* † Et sanè, qvia præscriptio vicennalis ipso 2
jure

jure tollit obligationem ex delictis, utiqve poterit judex Reum condemnare non magis, ac si jam antea fuisset punitus, † qvia satisfactio criminis & præscriptio pari passu ambulant, *l. 17. §. 6. ff. de inj.* Nicol. Boër. *decis. 26. num. 18.* † Igitur confessionem non nocere confitenti, qvotiescunq; ex actis appareat de præscriptione delicti, rectissimè docent Prosp. Farin. *in prax. crim. lib. 1. tit. 1. qvæst. 10. num. 14.* Hippolyt. de Marsil. *in pract. crim. §. post qvam. num. 10. & in l. 1. num. 69. ff. de qvæst.* † Atqve ita in Dicasterio Jenensi pronunciari solere, testatur Virgil. Pingitz. *qvæst. Saxon. 57. num. 14. & seqq.* † Qvin & in causis criminalibus, judicem præscriptionem etiam à Reo non allegatam, tantò accuratius attendere & supplere teneri dixerim, qvantò magis ex officio pro Rei defensione laborare & defectum partis supplere debeat, *l. si non defendantur. 19. ff. de pæn. l. 1. ff. de qvæst. Auth. qvi semel. C. qvom. & qvando judex.* † cùm publicè intersit, innocentes defendendi, *l. servum. 33. §. publicè. 2. ff. de procurat.*

Ita Domini ad consultationem Rudolphi à Bünaw, Mense Jul. Anno 1595. (Verba sententiæ: Wenn gleich euer Unterthaner C. N. ein Ehemann mit C. T. einer ledigen Dirnen fleischliche Unzucht getrieben und geehebruchet: Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet/ und aus den inqvisitions-acten zu befinden/ daß solches allbereit vor 13. Jahren geschehen / So ist bemelote Verbrechung nunmehr durch Verjährung aufgehoben/ und mag demnach gedachter C. N. derowegen mit einiger Straffe nicht beleget werden/ V. R. W.)

It. An Nicoln von Schönberg auf Mylla/ Mens. Septemb. Anno 1594.

Et ad reqvisitionem Qvæstoris Ilenburgensis, Mens. Novembr. Ano 1604.

CONSTITUTIO XXVI.
PARTIS PRIMÆ.

Wann die Urtheil in einem frembden Nahmen publiciret, ob sie in rem judicatam geben?

Sententia publicata alterius, qvàm judicis nomine, num in rem judicatum transeat?

WIr werden berichtet / daß der mehrer Theil Urtheil in unsern Landen / wie sie von den Juristen - Facultäten oder Schöppenstülen gefast / ohne Veränderung und Einverleibung des Richters Nahmen / darunter die Sachen schweben / eröffnet und publiciret werden. Da nun solcher Gebrauch aufgehaben / so würden viel proceß dadurch genichtiget und zerrüttet; Derhalben ordnen und constituiren wir / daß solcher Gebrauch nochmahls beständig / und die also publicirte Urtheil kräfftig seyn / auch in rem judicatam gehen sollen / ungeachtet / was von etlichen de sententiâ nomine consultoris latâ, weitläuftig dißfalls disputiret und angezogē wird, qvæ de sententiæ nomine consultoris lata in contrarium adduci solent, non obstantibus, consequantur.

EX relatione nobis factâ percepimus, plerasqve sententias in nostris ditionibus, in ea forma, qvâ à Collegiis Facultatum Juridicarum vel Scabinatuum conceptæ sunt, nihil illis mutatis; & ne nomine qvidem illius judicis, coram qvo causa pendet, in iis expresso, publicari, qvæ consvetudo si tolleretur, manifestum fuit fore, ut multi processus rescinderentur & irriti fierent.

Ex Ordinatione igitur & constitutione hac nostra, eâdem consvetudine deinceps qvoqve ratâ & firmâ manente, sententiæ eo, qvo diximus, modo publicatæ valeant, reiqve judicatæ vim, iis,

DEFINITIONES.

1. *Ad judicium peritorum adjecto judicis nomine lata sententia valida est, & in rem judicatam transit.*
2. *Valet qvoqve sententia ad judicium peritorum lata, & judicis nomine non expresso, publicata.*
3. *Idemq; de sententia in judicio Summario latâ asserendum est.*
4. *Subsistit etiam sententia architectorum & artificum de rebus ad peritiam suam spectantibus lata & partibus publicata.*
5. *Sententia tamen Chirurgorum super lethalitate vulneris lata semper probationem in contrarium admittit.*
6. *Causâ in libello positâ non probatâ, Reo absolvi debet, etsi actor in processu aliâ probaverit causam.*
7. *In judicio petitorio pronunciare potest judex super possessorio, si narrata libelli ad hoc referri qveant, appositâ clausulâ salutari.*
8. *In petitione hereditatis judex etiam super fructibus non petitis pronunciare valet, & qvomodo intelligenda sit Regula: Sententiam libello conformem esse debere.*
9. *Valet sententia conditionalis, si Reus vel testes juraverint.*
10. *Subsistit qvoqve sententia, justâ ex causâ conditionaliter lata, si actor probaverit.*
11. *Deficiente conditione sententiæ appositâ, statim potest fieri executio, neqve expectanda est alia sententia.*
12. *Nunqvam ferri debet sententia contra inauditos.*
13. *Nec contra pupillos vel minores indefensos ferri debet sententia.*
14. *Sententia contra rem judicatam lata jure non subsistit.*
15. *Sententia inter solos litigatores jus facit, aliis verò non præjudicat.*

16. *Parit tamen sententia inter alios lata exceptionem rei judicatæ, qvoties eadem est causa vincendi, idemqve causæ status apud judicem eundem.*

17. *Nocet creditoribus etiam non vocatis sententia inter alios Creditores lata pro herede debitoris.*

18. *Rescripta principis ad supplicata unius partis impetrata non transeunt in rem judicatam.*

19. *At, præcedente causæ cognitione, Rescripta principis partibus publicata in rem transeunt judicatam.*

20. *Non valet pactum super re judicatâ, nisi per expressam Novationem ab ea recedatur.*

21. *De jure communi actio Nullitatis intra triginta annos à tempore latæ sententiæ institui potest.*

22. *Actio nullitatis vel petitio Restitutionis in integrum non impedit executionem contractus.*

23. *Non audiendus est actor petens restitutionem in integrum, priusqvam doceat læsionem, vel causam restitutionis.*

24. *Sententia contra jura manifesta, ipso jure haud subsistit, nec opus est Leuteratione vel appellatione.*

Ita Domini in causa Viduæ Christiani von Oppens contra Petrum Timpelhagen zu Cüstrin/Mense Julio, Anno 1626.

Item in causa Valentini & Christophori fratrum à Wedell contra Christophorum Hennigen und Levin von Wedell zu Cüstrin/ Mense Mart. Anno 1626.

Et in causa Caspari Aßmussens contra Georgium Müllern zu Cöllin an der Sprew/ Mens. Maj. Anno 1627.

Definit. I.

Ad judicium peritorum, adjecto judicis nomine, lata sententia valida est, & in rem judicatam transit.

1 INtricatè nimis videntur loqvi Interpp. an & qvatenus sententia, ad consilium & judicium peritorum lata, valeat atqve in rem judicatam transeat, ut videre est ex traditis Jason. *in repetitione. l. admonendi. 31. col. 15. ff. de jurej.* Marant. *part. 6. act. 2. de appell. num. 103. & part. 6. act. 1. de sentent. n. 130.*

2 Mynsing. *cent. 6. observ. 35.* † Confundunt nimirum qvæstiones diversas; An scilicet ad judicium peritorum adjecto judicis nomine sententia lata subsistat; & an consilium sive Responsum sapientum simpliciter, non adjecto nomine judicis, partibus publicatum, vigorem sententiæ habeat, & in

3 rem judicatam transeat? † Qvæ licet ab invicem differant, utramqve tamen qvæstionem affirmativè decidere haud dubitaverim: † Scio eqvidem,

4 Marant. *dict. part. 6. act. 1. de sentent. num. 13.* sententiæ ad consilium peritorum latæ, & nomine judicis publicatæ, tùm demùm efficaciam tribuere, si prius judex, anteqvàm legat responsum sapientum, in calce ipsius scripserit: *Nos judex pronunciamus, ut in suprà scripto Consilio continetur.*

5 † Sed hæc ratio frivola mihi videtur, ex eo qvod parum roboris insit subscriptioni, sed sufficit nomine judicis sententiam publicari, qvo ipso satis innuitur, judicis autoritatem illi responso, vim & efficaciam tribuere, ut benè animadvertit Reinh. Bach. *in not. ad* Hier. Treutl. *vol. 2. disp. 23. th. 2. lit.*

6 *b. vers. atq; hæc de primâ.* † Nec movet alia Marant. ratio, qvam adducit *dict. loc. n. 15.* peritos solere sua responsa concipere per verba, qvæ habent tractum in futurum, ita ut non condemnent vel absolvant, sed tantùm absolvendum vel condemnan-

7 dum esse Reum, dicant. † Rectè enim respondet Bachov. *in loco allegato*, sententiam eo modo conceptam non esse habendam pro nullâ, cùm satis constet de mente judicis, qvi super iis, qvæ apud se acta fuêre, sententiam ferre voluit, qvia etiam aliàs sententia per verba æqvipollentia ferri potest:

8 † Qvamvis & rarum non sit, judicem responsum peritorum in tempore præsenti publicare, Vant.

9 *de nullit. ex defect. proceff. num. 90. & 91.* † Qvin & hoc à peritis nomine judicis concipi, id qvod ad judicis instantiam non semel factum memini in Elect. Saxon. Scabinatu.

Definit. II.

Valet qvoqve Sententia ad judicium peritorum lata, & judicis nomine non expresso publicata.

Difficilior autem videtur qvæstio: *An sententia in eâ formâ, qvâ à peritis concepta est, judicis nomine haud adjecto, partibus publicata subsistat & in rem judicatam transeat?* Qvod certè communiter negant Dd. † per text. *in l. Divi fratres. 17. ff. de jur. patron.* Jas. *in rep. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 47.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 111. num. 18.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. de re judic. n. 8.* Johan. Crot. *de testib. part. 7. num. 53.* Hippolyt. de Marsil. *in pract. crimin. §. ordine. num. 4.* Felin. *in cap. proposuisti. 4. num. 10. extr. de probat.* † Nihilominus & hoc modo sententiam latam subsistere, atqve in rem judicatam transire, existimaverim cum Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 47. n. 83. & seqq.* † ne scilicet occasio detur judicibus improbis retractandi sententias, & qvò litium aliqvis sit finis, *l. properandum. 13. C. de re judic. l. fin. ff. pro suo l. 2. C. de re jud. l. 10. C. de transact.* † Neqve enim autoritas judicis sententiæ eo modo publicatæ denegari poterit, ut maximè nomen ejus verbis expressum haud sit. † Ponimus siqvidem, ipsum judicem legisse ac protulisse sententiam, qvæ propterea ipsius autoritate, licet is alios consuluerit, subsistit, cæteroqvin de omnibus sententiis ex consilio assessorum latis idem fuerit affirmandum. † Nec obstat *dict. l. divi fratres. 17. ff. de jur. patron.* vel, qvia Impp. ibi mutant opinionem suam, sed sententiam anteà in simili casu probatam retractare non proponuntur; *Vel*, qvia alia ratio est supremi principis, alia judicis inferioris, cui si ex præsumptione falsi responsi sententiam retractare liceret, vix infinita cõmoda evitari possent. † Qvod insuper dicitur ex falsis instrumentis sententiam latam retractari posse, *l. admonendi. 31. ff. de jurej. l. ult. & tot. tit. C. si ex fals. instrum.* nihil cum hoc casu

1 2 3 4 5 6 7 8

caſu commune habet, niſi qvis perabſurdè prudentes conſultos, & aliqvantulum lapſos, pro falſis teſtibus aut inſtrumentis haberi velit, † præſertim cum in dubio militet præſumptio pro autoritate rei judicatæ. † Ac, ne qvis opinione illa Interpp. ſe commoveri patiatur, ſuſtulit illam in provinciis ſui Electoratûs Sereniſſimus Saxo, vim plenariam reiqve judicatæ autoritatem ſententiis, eo modo publicatis, attribuens, *hâc* Conſtit. 26. *verſ.* derohalben ordnen und *conſtituiren* wir/ *ubi* Dan. Moller. *num. 3.*

Ita Domini in cauſa Hioben von Milckau contra Hanſen von Schönfeld zu Zwickau/ Menſe Octobr. Anno 1616.

Et in cauſa Hanſen Rudolphs von Schleinitz contra Heinrichen von Haugwitz zu Grimma/ Menſe Octobri, Anno 1616.

Definit. III.

Idemq; de ſententia in judicio ſummario lata aſſerendum eſt.

1 DE jure qvidem communi parum intereſſe, putant Dd. an ad privati alicujus conſilium, an verò ad totius alicujus Collegii reſponſum lata fuerit ſententia, per text. *in l. divi fratres. 17. ff.* 2 *de jur. patron.* † Sed Conſt. *h. 26.* totius Collegii conſilium & aſſenſum reqvirit, *in verb.* wie die Urtheil von den *Juriſten-Facultäten*, oder Schöpenſtülen gefaſſet/ *ubi* Moller. *num. 4.* qvamvis eo 3 modo, † qvo per unum conſervatur collegium, ab unoqvoqve conſultore ſententiam latam valere, ſi qvis dixerit, non multum reclamaverim, per text. *in l. ſicut. 7. §. ult. ſub fin. ff. qvod cujusq; univ.* 4 *nom.* † ut maximè collegium per pauciores, qvàm per tres haud conſtituatur, *l. Proculus 85. ff. de V. S.* Nec refert, qvâcunqve in causâ procedatur, 5 in tantum, ut etiam † in feudalibus & ſummariis cauſis, reſponſum Collegii alicujus juridici à judice partibus publicatum valere & in rem judicatam tranſire, exiſtimem cum Ludolph. Schrad. *in tract.* 6 *feudal. part. 10. ſect. 14. num. 6. & ſeqq.* † non ſolùm ex identitate rationis, qvæ idem jus facit, *l. il-*7 *lud. 32. ff. ad Leg. Aqvil. l. 108. ff. de V. O.* † Sed & propter generalitatem verborum, *h.* Conſt. *26.* qvæ generaliter qvoqve accipi, & per conſeqvens ad cauſas feudales & ſummarias extendi debent, *l. 1. §. generaliter, 1. ff. de legat. præſt. l. 8. ff. de publ. in rem action.*

Ita Domini in cauſa D. Georgii Kirchhoffs & Conſort. contra Petrum Roſinen zu Dölitzſch / Menſe Januario, Anno 1633.

Et in cauſa Caſpari Hiebauers Eheweibes contra Jacobum Kirchnern zu Eudorff/ Menſ. April. A. 1593.

Definit. IV.

Subſiſtit etiam ſententia architectorum & artificum de rebus ad peritiam ſuam ſpectantibus lata & partibus publicata.

1 QVod de ſententia jurisperitorum *h.* Conſtitut. *26.* ſancitum reperitur, ut nempe à judice partibus publicata tranſeat in rem judicatam, niſi per 2 leuterationem vel appellationem ſuſpendatur; † Id qvoqve ad ſententias architectorum, fabrilignariorum, paſtorum, aliorumq; artificum extendi verum, cum Anton. Teſſaur. *deciſ. 25. num. 2.* Ario Pinell. *ad l. 2. C. de reſcind. vendit. part. 3. cap. 4. num. 6.* & Matth. Berlich. *part. 1. concl. 59. nu. 35.* per text. *in Novell. 7. cap. 3. §. ſcire autem emphyteutas. 2. verſ. ut neqve ulla circumſcriptio.* ubi expreſsè dicitur, † illud, qvod ab Architectis, vel aliis 3 artificibus mechanicis judicatum eſt, firmum eſſe, nec retractari: † Et ſi aliter diceretur, qvisnam, 4 qvæſo, finis controverſiarum illarum, ad peritiam & diſcretionem mechanicorum pertinentium, unqvam expectandus eſſet, cum ſemper alii, qvi ſibi peritiores eſſe perſvadent, inveniri poſſent, *arg. l. 1. in fin. pr. ff. de ventr. inſpic. l. item ſi unus. 17. §. principaliter. 6. poſt pr. ff. de recept. qvi arbitr.* † Prætereà ejusmodi peritis mechanicis de arte ſua 5 deponentibus non creditur, niſi juratis, *l. comparationes. 20. verſ. omnes autem. C. de fide inſtrument. l. hâc edictali. 6. §. hinillud. 1. verſ. mobilium. C. de ſecund. nupt.* † At ſervandum eſt omni- 6 nò juramentum præſtitum, nec reſcindendum ex melioribus & firmioribus probationibus, *l. admonendi. 31. ſub fin. de jurejur. l. 1. C. de reb. credit.*

Ita Domini in cauſa Leonhard Weilers contra Urban Götzen zu Leipzig/ Menſe Julio, Anno 1619.

Et in cauſa Martin Pfintzings Erben zu Nürnberg contra Ludovicum Lottern zu Leipzig / Menſe Januario, Anno 1594.

Definit. V.

Sententia tamen Chirurgorum ſuper lethalitate vulneris lata, ſemper probationem in contrarium admittit.

NOlo tamen hoc extendi ad cauſas, qvæ certi- 1 tudinem haud admittunt, neqve enim in hisce ſententia peritorum reis qvoad probationem contrariam præjudicare valet, Arius Pinell. *ad l. 2. C. de reſc. vendit. part. 3. cap. 24. num. 6.* † putà 2 in ventris inſpectione, an mulier ſit prægnans, nec ne, *l. cum qvidam. 30. §. qvod dicitur. 3. ff. de acqvir. heredit.* † ut & in probatione virginitatis, *cap. 3* 3 *cauſam matrimonii. extr. de probat.* † Pariter, li- 4 cet Chirurgorum ac medicorum judicio ac ſententiâ ſuper lethalitate vulneris ſtandum, juxtaqve eam pœna homicidii dictanda vel mitiganda ſit, *art. 149.* Ordin. crimin. Carol. Proſp. Farinac. *part. 5. oper. crimin. qvæſt. 127. numer. 102.* Jul. *in pract. §. homicidium. num. 34.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 111. num. 2.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crim. cap. 75. num. 3.* † Attamen hoc ca- 5 ſu probatio in contrarium nunqvam excluditur. Nam ſi Reus per modum defenſionis contrarium probare velit, nempe vulnus illatum non fuiſſe lethale, ſed vulneratum ex malo regimine, alióve ſymptomate deceſſiſſe, audiendus certè erit. † Nec enim ſententia Chirurgorum ita tranſit in 6 judicatum, qvin ex probationibus contrariis, qvandocunqve etiam poſt didicita teſtificata retractari qveat, Gaudin. *in tit. de homicid. num. 26.* Hippol. de Marſil. *ad l. fin. num. 66. ff. ad Leg. Corn. de ſicar.* Andr. Gail. *dict. obſerv. 111. num. 16.* Pet. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 13. num. 14.*

Ita Domini in causa I. P. ad consultationem Senatûs Leisnicensis, Mens. Jun. Anno 1627.

Definit. VI.

Causâ in libello positâ non probatâ, Reus absolvi debet, etsi actor in processu aliam probaverit causam.

1 SEntentia conformis debet esse libello & petitioni actoris, non responsioni, qvam Reus fecerit ad petitionem, *l. si præses. 32. ff. de pœn. l. de rebus. 43. ff. de recept. qvi arbitr.* Anton. Fab. *in Co-*
2 *dic. lib. 2. tit. 37. defin. 3. num. 5.* † Et fatuus est judex, qvi aliter condemnat, qvàm fuerit petitum, *l. ult. C. de fideicommiss.* qvippe cùm potestas judicis ultra libellum non extendatur, Hartm. Pistor.
3 *part. 1. qvæst. 45. num. 5.* † Nec judex supplere poterit, si plus est probatum, qvàm petitum, Gloss.
4 *in l. verbum oportere. 37. ff. de V. S.* † Ex qvo porrò fit, si ex una causâ in libello actum, ea verò non probata fuerit, tùm etiamsi actor in processu aliam causam probet, ex qva de jure actoris omninò constat, nihilominus tamen Reum absolvi debere, *l. Bebius. 30. in fin. ff. de pact. dotal. l. qvod in diem. 7. §. 1. ff. de compens.* Anton. Fab. *in Codic. dict. defin. 3. num. 6.* Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 13. num. 16.* Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 45. num. 7.* Jacob.
5 Menoch. *de arbitr. judic. qvæst. lib. 1. qvæst. 31.* † Nec immeritò, cùm probatio sit de mediis causæ, & sine petitione utpote principio, ad probationem tanqvam medium perveniri non possit, Jason. *in §. præjudiciales. 13. num. 25, inst. de Action.* Hartman. Pistor. *dict. loc. num. 8.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 67. num. 22.*

Ita Domini in causa Mag. Antonii Kruppachs zu Pirna/ Mense April. Anno 1622. (Verba sententiæ: Habt ihr Melchior Wendelern wegen einer Erbschafft in Anspruch genommen/ und auch so viel erhalten/ daß Beklagtem nicht allein die Erbstück/ sondern auch die eingehobene Früchte euch abzustatten auferleget worden/ deßwegen sich aber Beklagter/ weil der eingehobenen Früchte in dem Klag-Libell ausdrücklich nicht gedacht worden/ höchlich beschweret befindet. Ob nun wol sonsten allewег die Sententia dem Klag-Libell gemäß seyn soll/ dergestalt/ daß der Richter ein anders oder aus einer andern Ursach/ als in dem Libell gesetzt/ zu verabschieden/ und Beklagten zu vertheilen nicht befugt/ &c. V. R. W.)

Definit. VII.

In judicio petitorio pronunciari potest judex super possessorio, si narrata libelli ad hoc referri qveant, appositâ clausulâ salutari.

1 ERgò, inqvies, *si super possessorio libellatum fuerit, judex super petitorio pronunciare non poterit, nec vice versa?* Ita omninò est, ut multis deducit
2 Hartman. Pistor. *part. 1. qvæst. 45.* † ne scilicet judicis pronunciatum sit difforme libello, *l. ut fundus. 18. ff. comm. divid. c. licet Heli. 31. extr. de Simon.*
3 † Idq; verum est, etiamsi possessio in processu fuerit probata, judex siqvidem potissimùm intentionem actoris & qvid petitum sit in conclusione libelli, attendere debet, qvia narrata in libello non extendunt vires libelli ultra, qvàm in conclusione
4 petitum fuit, Decius *Consil. 28. n. 3.* † Sed hoc ita, nisi libello subjiciatur clausula salutaris, qvâ actor petit jus & justitiam sibi administrari. † Qvia vi- 5
gore istius clausulæ utrumqve horum, nempe possessorium & petitorium, ac qvidem illud, qvod probationibus deinceps factis magis convenit, in judicium deductum censetur, ut non immeritò secundùm ea, qvæ probata fuerunt, ferenda sit sententia, Cravett. *Consil. 1. num. 215.* Burlat. *Consil. 26.* Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 45. num. 24. & seqq.* ubi tamen sententiam hanc rectissimè triplici modo limitat. I. † Ut procedat saltem in casibus, qvibus 6
in libello fuerunt narrata ea, qvæ tàm ad possessorium qvàm petitorium referri possunt, qvia scilicet clausula illa generalis non nisi ad narrata & specificata in libello refertur, *Vid. supr.* Constit. Elect. *2. defin. 15.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 37. defin. 3. n. 4.* II. † Ut clausula prædicta tùm de- 7
mùm effectum hunc producat, qvoties id in actoris commodum cederet, secus si in detrimentum illius redundaret, M. Anton. Eugen. *Consil. 4. numer. 18.* III. † Si nulla inde resultet contrarie- 8
tas, Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 41. num. 4.* † Etenim, si actor dilucidè asseruisset, se petitorio saltem acturum, neutiqvam tùm 9
in ejus favorem libellus vigore clausulæ salutaris ad possessorium extendi deberet, Hartman. Pistor. *dict. qvæstion. 45. num. 27.* Vide omninò Decis. Novis. *13.*

Ita Domini in causa Leonhardi à Milckaw, & Caspari à Schönfels/ Mens. Decembr. Anno 1615.

Et in causa Hansen von Schönfels & Hansen Abel Fischers zu Zwickau/ Mens. Decembr. Anno 1630.

Definit. VIII.

In petitione hereditatis, judex etiam super fructibus non petitis pronunciare valet, & qvomodo intelligenda sit Regula: Sententiam libello conformem esse debere.

1 NOn ita crassè & ruditer accipienda est Regula Interpp. qvòd sententia libello debeat esse conformis, ut scilicet semper totum, qvod petitur, adjudicandum, & reus condemnandus esset; sed id potissimum regula hæc innuit, † qvod judex 2
extra libelli metas judicare ac vagari neqveat, juxta *l. ut fundus. 18. ff. comm. divid. & cap. licet Heli. 31. extr. de Simon.* † Qvatenus tamen fieri potest, 3
Reus convictus ad eum modum, qvo petitum est, condemnari debet, *l. ult. C. de fideicomm. libert.* † Et tradit eleganter Jason. *in §. curare. 32. Inst. de* 4
action. num. 27. & seqq. I. Non dici sententiam difformem libello, si, ubi pars ad interesse egit indefinitè, judex certam qvantitatem determinet. II. † Qvod Regula illa de conformitate sententiæ 5
procedat, qvoad causam, & res in libello petitas, non qvoad conclusionem. III. † Sententiam posse 6
ferri super non petitis, si sint de natura petitorum, & ex eodem fonte. Hinc dijudicare licet, † judicem 7
in petitione hereditatis, Reum qvoqve ad restitutionem fructuum simul condemnare posse, etiamsi hi non fuerint petiti, ut benè advertit Hartman. Pistor. *observ. 102. n. 8.* non solùm, qvod petitio

8 titio hereditatis sit universale judicium, † in qvo etiam fructus comprehendantur, ita ut tutò in hoc judicio super fructibus non petitis judex cognoscere & pronunciare valeat, Jason. *in §. actionum. 28. n. 52. & ibi* Joh. Schneidew. *num. 39. & seqq. Inst. de action.* Johan. Zanger. *de except. part. 3. cap. 17. num. 32. & seqq.* Hartman. Pistor. *dict. obser-*
9 *vat. 102. num. 9.* Sed etiam, † qvia fructus sunt de natura petitorum, & in libello comprehensi censentur, licet non sint expressi in conclusione & pe-
10 titione. † Ex qvo fit, qvod sicut in aliis actionibus universalibus, ita etiam in petitione hereditatis, incerta admittatur petitio, Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2. disputat. 23. thesi 4. lit. a. vers. qvoniam autem.*

Ita Domini in causa Mag. Antonii Kruppachs zu Birna/ Mense April. Anno 1622. (Verba sententiæ: Ob nun wohl sonsten allewege die Sententia dem Klag-Libell gemäß seyn muß/ dergestalt/ daß der Richter ein anders/ oder aus einer andern Ursach/ als in libell gesatzt und gebeten/ zu verabschieden/ und Beklagten zu vertheilen nicht befugt. Dieweil ihr aber dennoch auser Zweiffel nach Gestalt dieser Sache/ als in einem judicio universali, auch auf die eingehobene Früchte in der angestalten Klage euer Absehen gehabt/ auch sonsten in petitione hereditatis wegen der Früchte/ ob gleich solche ausdrücklichen nicht gebeten worden/ erkannt werden mag/ ꝛc. So ist auch vorgedachter Abschied zu Recht beständig/ und mag in der Leuterung nicht geändert werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Valet sententia conditionalis, si Reus vel testes juraverint.

1 QVum finis sententiæ sit, ut lis & controversia finiatur, hic autem finis per incertam sententiam obtineri neqveat, qvippe qvæ post se aliam
2 reqvirat, † utiqve semper certa sententia est ferenda, etiamsi petitio sit incerta, ut expressè traditum est *in §. curare 32. Inst. de action. ubi* Joh. Fab. *tot.*
3 *tit. C. de sentent. qvæ sine certa qvantit.* † Cui conseqvens, non subsistere sententiam sub conditione incertâ, sed expectandum necessariò esse, ut sciatur, qvid in facto certum sit, priusqvam ad sententiam deveniri possit, *l. 3. & 4. C. de sentent. qvæ sin. cert. qvantit. l. 1. §. biduum. 5. ff. qvando appell. sit & intra qvæ temp. l. qvi testamento. 37. ff. de excus. l. in sententiis. 59. ff. de re judic.* Anton. Fab. *in Codic.*
4 *lib. 4. tit. 10. defin. 1. num. 14.* † Ergò, inqvies, non valebit sententia à judice lata sub conditione hac, si Reus vel testes juraverint? Contrarium cer-
5 tè totâ die in judiciis practicari videmus, † & hanc sententiam subsistere, probat disertè textus *in l generaliter. 12. in fin. pr. C. de Reb. Credit.* Gloss. & Bartol. *in l. cum judex. 11. C. de sentent. & interlocut.* Hartm. Pistor. *observat. 119. num. 7.* Vant. *de*
6 *nullit. sentent. ex defect. proces. num. 111.* † Nimirum, inqviunt, valere sententiam conditionalem, si conditio in continenti qveat purificari, ut accidit in præstatione juramenti, Hartm. Pistor. *dict. observat. 119. num. 7.*

Ira Domini in causa Caspari Gebhards contra Michael Steinbergern/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mense Jan. Anno 1629. (Verba sententiæ: Würde Kläger die summarischer Weise abgehörte Zeugen nochmahls vermittelst Eydes abhören lassen; So erschiene daraus/ und sonsten aus den Acten allenthalben so viel/ daß Kläger sein Fürgeben zur Genüge bewiesen/ derowegen ist Beklagter Klägern den hinterstelligen Rest von dem erkaufften Weit abzutragen/ so wol die von Zeit an des Verzugs aufgelauffene landübliche Zinsen zu entrichten/ auch hierüber die in dieser Sachen aufgewandte Unkosten auf vorhergehende Liqvidation und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Item in causa Melchior Bürgers Gläubigere contra desselben Erben zu Leipzig/ Mense Octobri, Anno 1632. (Verba sententiæ: Würden beklagte Erben ihres Vatern Erbschafft vermittelst eines beständigen inventarii, oder in Mangelung dessen/ Endlichen specificiren/ auch die mangelnde Handels-Bücher und Geräthe wieder verschaffen/ inmaßen sie zu thun schuldig; So werden die Gläubigere in folgender Ordnung bezahlet/ ꝛc.)

Et in causa George Pintzbachs contra Hansen Anshelm zu Leipzig/ Mense Januario, Anno 1633.

Definit. X.

Subsistit qvoqve sententia, justâ ex causâ conditionaliter lata, si actor probaverit.

1 AT qvid, si conditio adjecta non mox verificari qveat, ut putà, si judex condemnaverit Reum: Si actor probaverit? † Non valere senten-
2 tiam ejusmodi conditionalem, tenent Bartol. *in l. cum judex. 11. C. de sentent. & interlocut.* Jason. *in l. qvi Romæ. 122. §. Agerius. 4. ff. de V. O. & in l. ait prætor. 5. §. si judex. 1. num. 31. ff. de re judic.* Vant. *de nullit. sent. ex defect. proc. n. 112.* † *Tùm*, qvod
3 prius liqvere debeat id, de qvo est pronunciandum, qvo non observato, ordo juris & solennitas judiciorum intervertitur, contra *l. prolatam. 4. C. de sent. & interl. omn. judic.* † *Tùm*, qvia post sen-
4 tentiam prolatam probationes haud amplius recipi debent, & ita conditio de jure redditur impossibilis, *l. peremptorias. 2. C. sentent. rescind. non poss. cap. pastoralis. 4. extr. de except.* † idq; verum
5 videtur non solùm in conditione suspensiva, sed etiam resolutiva, putà si judex purè qvidem condemnet Reum, sed postmodùm subjungat conditionem, in cujus eventum sententia retractanda, Bartol. *in l. judex posteaqvam. 55. ff. de re judic.* Salycet. *in l. ea qvidem. 7. num. 56. C. de accusat.*
6 † Nihilominus, ejusmodi sententiam subsistere, docent alii, Bald. *in l. peremptorias. 2. col. 3. Codic. sentent. rescind. non poss.* Felin. *in c. qvod ad consultationem. 15. extr. de Sent. & re judic. & in cap. cum contingat. 36. ext. de offic. & pot. jud. delegat.*
7 Octav. Cacher. *decis. 146.* † Cum & modus hic sententionandi in omnibus ferè judiciis hodiè fuerit receptus, qvem eatenus probat Hartman. Pistor. si judex justâ causâ motus ita pronunciaverit, veluti si actor intentionem suam fundatam, Reus probationes verò in promptu non habeat,
8 *observat. 119. num. 27.* Bald. *dict. loc. &* Felin. *in dict. cap. qvod ad consultationem. 15. num. 1. vers. & adde.* Gvid. Pap. *qvæstion. 67.* † Qvin etiam haud absurdè dixerim, probationem non minus ac juramenti præstationem in continenti posse verificari, cum in continenti fieri dicatur, qvod

qvod fit intra ſpatium ſex ſeptimanarum & trium dierum, juxta tradita Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. cap. 2. numer. 10.* Andr. Rauchbar. *part. 2. qvæſt. 25. num. 104.* † Vel ſaltem anteqvam 9 judex ad actus extraneos divertat, Paul. de Caſtr. *in l. continuus. 137. ff. de V. O.* Hartm. Piſtor. *dict. obſervat. 119. num. 41.*

Ita Domini in cauſa der Plötzeriſchen Erben contra Dieterich Schöcks zu Leipzig/Menſe Junio, A. 1632. (Verba ſent. Würde Kläger / wie recht / erweiſen und beybringen / daß nicht allein die ſub 28. Maji Anno 1612. ausgeantwortete Obligation, ſondern auch die darunter verzeichnet gehaltene Abrechnung/und alſo das fol. 3. act. befindliche gantze Documentum von der Beklagten Vater gerichtlichen recognoſciret worden/So wären Beklagte Inhalts vorigen Urtheils die gefoderten 640. Thaler bey Vermeidung der Hülffe nochmahls zu zahlen ſchuldig/ V. R. W.)

Item in cauſa Nicolai Jahns de Meyer contra Jacobum Wiſando, Menſe Jan. Anno 1632.

Et in cauſa Petri de Hennins contra Antonium Kaphans, Menſe Majo, Anno 1633.

Definit. XI.

Deficiente conditione ſententiæ appoſitâ, ſtatim poteſt fieri executio, neq; expectanda eſt alia ſententia.

1 VAlet itaq; ſententia conditionaliter lata, ſi teſtes vel Reus juraverint, Definit. 9. aut ſi actor
2 probaverit, Defin. *præced.* † Sed deficiente conditione, vel qvod non juratum, vel intra terminum præfinitum probatum non ſit, dubium exoritur, *num ſtatim peti poſſit executio ſententiæ jam*
3 *latæ, an verò ſit expectanda alia ſententia?* † Et placuit Dominis, ſine ulteriore judicis declaratione executionem commodè peti poſſe, teſte Hart.
4 Piſt. *obſerv. 219. n. 45.* † Nimirum qvod ejusmodi ſententia non tam conditionalis ſit, qvàm pura, ſolvenda tamen ſub conditione, ut ſenſit Zaſ. *in l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re judicat. poſt.* Gloſſ. *in l. 2. ff. de in diem addict.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Jahns de Meyer contra Jacobum Wiſando, Menſ. Jan. Anno 1632.

Et in cauſa Zachariæ Walpurgers contra Caſparum und Daniel die Gebharde zu Leipzig/ Menſ. Mart. A. 1631.

Definit. XII.

Nunqvam ferri debet ſententia contra inauditos.

1 GRaviter procul dubio peccat & iniqvus eſt judex, qvi præcipitanter agit, nimium properando ad ſententiam, eamq; ferendo qvandoqve contra inauditos, Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. n. 32. & ſeqq.* Qvod vitium præcipitantiæ hoc ſe-
2 culo, proh dolor! deplorandum eſt, † qvo pleriq; judices pro animi ſui levitate vel ambitione, ne ſc. imperitiores ex deliberandi morâ videantur, re non accuratè admodum penſitatâ, verè tumultuarias ſententias præcipitanter effutiunt, dum manè accepto proceſſu, veſperi litẽ determinant, Franc.
3 Pfeil. *conſ. 118. n. 6.* † Sapientiores hâc in re fuerunt Græci, qvi cum urgerentur ad ſententiam, antequam de cauſa liqveret, reſponderunt, patres ſuos ſolem apud Antipodes non vidiſſe, ſed expectâſſe ſemper, donec & ipſis oriretur, Ventur. de Valent. *in parth. litig. l. 1. cap. 12. num. 24.* † Vix enim fieri 4 poteſt, ut ex præcipitantiâ non conjecturanda ſit inſufficiens cauſæ cognitio, ſine qva ſententiam haud volunt jura valere, *c. nullum. 10. c. judicantem. 11. cauſ. 30. qv. 5. Clem. paſtoralis. 2. de ſentent. & re judic. l. ult. §. fin. ff. qvod mer. cauſ.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de re judic. num. 7.* † Sed præ- 5 cedant, neceſſe eſt, litis conteſtatio & probationes partium, qvibus ſe judex ſe informari non patiatur, verendum ne contra inauditos ferat ſententiam, Weſenbec. *dict. loc.* Herm. Vultej. *in jurisprudent. Romana lib. 2. cap. 31.* qvæ proculdubio erit nulla, † qvia ſententia duntaxat inter auditos 6 & conſentientes jus facit, *l. ſi fundus. 16. §. ſi pluris. 6. ff. de pignor. l. 3. §. pen. ff. de jurejur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 9. n. 8.*

Ita Domini in cauſa Melchior Siegels contra Jonas Kirſten zu Marienberg / Menſe Decembr. Anno 1620. (Verba ſent. Dieweil gedachter Kirſten auf eure übergebene Liqvidation mit ſeiner Nothdurfft nicht gnugſam gehöret / So mag auch noch zur Zeit darauf nichts beſtändiges erkannt werden/ꝛc.)

Et in cauſa Nicolai Meiſters zu Plahne an Sebaſtian Metzſchen/Menſe Majo, Anno 1600. (Verba ſentent. Dieweil nicht zu vernehmen/daß gedachter Nicol Meiſter mit ſeiner Nothdurfft gehöret worden / So mag auch noch zur Zeit wider ihn nichts beſtändiges erkannt werden. Da er aber zuvor mit ſeiner Nothdurfft vernommen würde / So ergienge darauf in der Sachen ferner was recht iſt/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Nec contra pupillos vel minores indefenſos ferri debet ſententia.

SIcuti pupilli vel minores perſonam ſtandi in ju- 1 dicio non habent, absqve tutore vel curatore, ita nec contra eos indefenſos, abſente ſcilicet tutore vel curatore, ferri poteſt ſententia, *l. acta. 45. §. contra indefenſos. 2. l. contra pupillum indefenſum. 54. ff. de re judicat.* Gloſſ. *in dict. l. acta. 45. verb. non habentes.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 25. defin. 5. n. 2.* Sed hoc ita, † niſi ſententia fuerit uti- 2 lis pupillis atqve minoribus, aut niſi minor pubes juraverit, ſe acta rata habiturum, qvia juramentum eum facit majorem, *Auth. ſacramenta. C. ſi adverſ. vendit.* Dion. Gothofr. *in dict. l. acta. 45. §. 2. lit. l.* † Econtra ſententia contra tutorem vel Curato- 3 rem lata, in tantum valida eſt, ut etiam contra pupillum aut minorem executioni mandari qveat, *l. 2. ff. de admin. tutor. l. tutori. 7. ff. qvand. ex facto tutor. l. 4. §. tutor qvoqve. 1. ff. de re judic.* † modò 4 colluſio non interceſſerit, *l. à ſententia. 5. §. ſi hæres. 1. l. ſi perluſorio. 14. ff. de appellat.* † non tamen 5 ita, ut pupilli aut minoris perſona capi, & in carceres detrudi poſſit; Sed ut executio fiat in ejus bona, qvæ poſſidet, *dict. l. 4. §. tutor qvoqve. 1. ff. de re judicat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 20. defin. 33. num. 6.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Schneideweins Erben contra Hanſen Funckens Erben Vormündere zu Wiehe/ M. Apr. A. 1561. (Verba ſent. Dieweil aus den Acten nicht zu befinden/daß Beklagte ihre Mündlein gebührl. defendiret nũ vertheidigt/ ſo mag auch die von Klägern

geſuch-

gesuchte Hülffe noch zur Zeit nicht vorgenommen / oder zu Werck gerichtet werden; Sondern beklagte Vormündere werden auf vorgehende gebührende Ladung mit der Beweisung/so ihnen in unserm jüngsten Urtheil nachgelassen / dieselbe binnen Sächsischer Frist gebührlichen und wie recht zu vollführen/ nochmahls billich gehöret/ ihnen auch von Gerichts wegen auferleget/ ihrer Mündlein Sachen / wie ihnen aus Erheischung ihres Ampts gebühret / treulich und gebührlich vorzustehen/ und das jenige zu thun / was sich nach Inhalt der Rechte eignet und gebühret / V. R. W.)

Definit. XIV.

Sententia contra rem judicatam lata jure non subsistit.

1 SEntentia lata contra sententiam, qvæ jam vires rei judicatæ accepit, nec jure subsistit, nec sententiam priorem invertit, *l. 1. C. qvando prov. non est necess.* Felin. *in c. inter monasterium. 20. extr. de sent. & re judic.* Hartm. Pistor. *observ. 137. num. 10.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. lib. 1. qvæst. 52. n. 2.* Magon. Lucens. *decis. 9. numer. 7.* Lancellot. *de attentat. part. 3. cap. 24. qvæst. 31.* Gramm. *decis. 110. num. 9.* † *Tùm*, qvia res judicata plenissimum jus tribuit, qvod nec Princeps ex potestate plenariâ immutare vel auferre alicui potest, *l. causas. 16. C. de transact. l. ult. C. sent. resc. non poss.* Bald. *in l. ingenuum. 25. ff. de stat. hom.* Menoch. *dict. qvæst. 52. n. 2.* † *Tùm*, qvod objectum sententiæ sit res controversa in judicio agitata, qvæ per sententiam adhuc decidenda & dijudicanda est, Zas. & Duar. *ad l. 1. ff. de re judic. ubi &* Bartol. non ergò qvæ jam antea per autoritatem rei judicatæ fuit decisa. † *Tùm*, qvod pro veritate res judicata habeatur, *l. res judicata. 207. ff. de reg. jur.* qvin & justa ac bona præsumatur, Modest. Pistor. *part. 2. qvæst. 75. num. 10.* Iniqvum autem esset, contra veritatem per sententiam qvicqvam statuere.

Ita Domini in causa Hansen-Bernhard Degenkolbens contra Hansen Degenkolben zu Voigtsberg / Mense Sept. Anno 1634. (Verba sententiæ: Wann gleich die eingewandte Leuterung nicht zulässlichen; So erscheinet doch aus den Acten so viel / daß der am 30. Junii Anno 1631. publicirte Abschied / weil er wider den vorigen am 25. Julii Anno 1627. ertheileten und Krafft Rechtens erlangeten Abschied / und also contra rem judicatam gegeben/ zu Recht nichtig und unverbündlich/ derowegen es bey dem vorigen am 25. Julii An. 1627. gegebenen Abschied nochmals billich verbleibet/ V. R. W.)

Definit. XV.

Sententia inter solos litigatores jus facit, aliis verò non præjudicat.

1 QVemadmodum sententia & voluntas testatoris heredi, ita sententia judicis litigantibus qvædam lex est, eosqve obstringit, *l. servo. 65. §. cum prætor. 2. ff. ad SCtum Trebell.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 33. num. 2.* † Tertio tamen, contra qvem actum haud est, non nocet, nec ipsi exceptio inde nascens obesse potest, Hartm. Pist. *p. 4. qv. 29. num. 1.* Est enim ipsius naturæ vel gentium juris, 3 † ne per alterum alteri inferatur iniqva conditio, neq; res inter alios acta alteri obsit, cui etiam non 4 prodest, *l. 1. & tot. tit. C. res inter alios act.* † Idqve ipsum, qvod sententia inter alios lata non præjudicet aliis, sæpè constitutum esse, dicitur in *l. sæpe. 63. ff. de re judit.* qvem textum emendat paululùm † Jacob. Cujac. *12. obs. 25.* & legendum vult, [*Non* 5 *obest.*] propter autoritatem Exemplaris Norici & editionis Haloandri, qvam correctionem ferè svadet contextus & ampliatio subjecta, de qva multùm differunt Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2. disp. 23. th. 5. lit. E. &* Hartman. Pistor. *dict. qvæst. 29. num. 2.* † Sanè, nec propterea tertiò 6 prodesse vel obesse sententiam dixerim, qvòd hæc semper sit stricti juris, strictèqve interpretanda, *l. 1. C. si plur. un. sent. condemn. l. terminato. 3. ubi Dd. C. de fruct. & lit. expens.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 15. defin. 1. num. 6.* † Indeqve fit, qvod cum qvæ- 7 ritur de exceptione rei judicatæ, maximè inspiciatur, non tantùm an sint eædem personæ, sed etiam utrum eadem sit conditio personarum, *l. & an eadem. 14. l. cum de hoc. 27. ff. de except. rei jud.* † Scilicet, qvia pronunciatum intelligitur ad alios & nullos pertinere, *l. si inter me & te. 15. ff. de except. rei judic.*

Ita Domini in causa Barbara Barthel Gebler Eheweibes zu Probstheida / Mens. Jun. Anno 1635. (Verba sent. Ob wol Peter Canitz wider euren Ehemann auf 345. fl. 13. Gr. achthalb Pf. geklaget / und daß ihme euer Ehemann solche zu bezahlen schüldig / einen Abschied/so Krafft Rechtens erreichet/fürgelegt. Dieweil ihr aber dennoch nicht mitbeklagt gewesen / noch umb den Abschied Wissenschafft gehabt/ꝛc. So mag auch euch als personæ tertiæ solcher Abschied zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ ꝛc.)

Et in causa Ambrosii Hüters contra Hansen Oelern zu Leipzig/ Mens. Decembr Anno 1635. (Verba sentent. Daß das in Sachen Beklagten an einem / und Curatorn bonorum, Hansen Gravenhasts / anders Theils am 27. Aug. abgewichenen 1634. Jahres publicirte Urtheil Amb. Hütern nicht nachtheilig seyn mag / sondern er wird mit seiner Nothdurfft nochmahls billich gehöret / V. R. W.)

Definit. XVI.

Parit tamen sententia inter alios lata exceptionem rei judicatæ, qvoties eadem est causa vincendi, idemq; causæ status apud judicem eundem.

ACcidit tamen qvandoq;, ut etiam tertio, con- 1 tra qvem actum non est, noceat sententia inter alios lata, qvando nempe causa tractatur cum legitimo contradictore vel defensore, qvi primas habet agendi & defendendi partes, à qvo jus aliorum dependet & derivatur, † qvod maximè accidit 2 in causis præjudicialibus de statu *per l. ingenuum. 25. ff. de stat. hom. l. divi fratres. 27. §. 1. ff. de liber. caus.* † itemq;, si de jure primogenii aut fideicom- 3 missi tractetur, ut sententia lata noceat iis, qvi vocentur post primum, *per l. si suspecto. 29. ff. de inoff. test. l. ex contractu. 44. ff. de re jud.* qvod pluribus confirmat Did. Cov. *pr. q. 13. n. 6. & eleganter.* Ant. Fab. *in C. l. 7. tit. 19. Def. 4. latèq;* Hart. Pist. *part. 4. q. 29.* † Nocet ergò qvandoq; sententia etiam igno- 4 rantibus, etsi de hoc nihil dixerit JCtus in *l. sæpè. 63. ff. de re jud.* qvod fortassis ideo omisit, † qvia hoc fit 5 ex speciali causa præjudicii, qvod ex sententia emergens, & ipsam rem afficiens, per consqventiã necessariam, aliis qvoq; obstaculo est & impedimento. † Ex qvo suâ sponte corruunt objectiones, 6 qvas post alios contra regulam in *pr. d. l. 63. ff. de re jud.* propositam affert Hottom. *6. obs. 63.* † Planè, 7 qvod Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 29. num. 12. & 14.* ita demùm sententiam inter alios latam tertio præ-

judicare tradit, si hic causam habeat ab alio, contra qvem prolata est sententia, in eo nimis videtur restringi assertio JCti *in dict. l. 63. ff. de re jud.* ut benè advertit Simon-Ulric. Pistor. *in not. ad* Hartman. Pistor. *dict. loc. lit. b.* † siqvidem sola vincendi causa in eodem qvæstionis statu, exceptionem rei judicatæ adversus alios qvoqve parit, putà si qvis alterius jura impugnans nihil obtinuerit, sententiâ contra se datâ, qvâ repellendus posteà qvoqve est alius, si ex eodem fundamento experiri velit, † qvia omnibus modis lites sunt abbreviandæ, nec facultas frustrà litigandi cuiqvam est concedenda, *l. properandum. 13. C. de judic. l. 2. C. de re judic.*

Ita Domini in causa Martini Brauers contra die Ober- und andere Meister des Fischer-Handwercks/ ventilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mens. Decembr. A. 1634. (Verba sententiæ: Ob nun wol darbey die intervenienten auf ihre in Schrifften übergebene intervention-Klage sich referiret, und sie zu rechtlicher Ausübung zulassen gebeten. Dieweil aber dennoch Martin Brauers Actor sich einzulassen nicht schuldig erachten wollen/ die zwischen ihr und ihrem Ehemann/und dem Fischer-Handwerck entstandene Rechtsache durch ertheilten Abschied/ und unterschiedene darauf erfolgete Urtheile/ so Krafft Rechtens ergriffen/ gäntzlich erörtert / also daß derowegen zwischen ihnen ferner kein Streit / und auch keine intervention statt haben kan / bevoraus weil der ietzigen Klägere prætendirtes interesse von der Ober- und ander Meister vor diesen opponirten exceptionen kein absonderlich Werck / sondern alles / was ietzo von ihnen vorbracht wird / zuvor auch auf der Bahn gewesen / und gemeinen Nutzen mercklichen daran gelegen/ daß das gesprochene Urtheil schleunigst exeqviret werde / und ein Streit aus dem andern nicht mehr erwachsen möge / &c. So werden Klägere mit ihrem Suchen billich abgewiesen / und wird dessen ungeachtet mit der hiebevor allbereit angeordneten execution nunmehr ohne fernern Verzug billich verfahren/ V. R. W.)

Et in causa der Ober- und ander Meister des Seiler-Handwercks contra Wilhelm Adelern und consorten zu Leipzig / Mens. Octobr. A. 1634.

Definit. XVII.

Nocet creditoribus etiam non vocatis sententia inter alios Creditores lata, pro herede debitoris.

1 EVenit hinc etiam, ut sententia in qvosdam creditores & heredem debitoris lata, exempli gratia, per qvam pronunciatum est, heredem reum esse cum beneficio Legis & inventarii, noceat aliis creditoribus etiam non auditis nec vocatis, qvia nempe sententia ea afficit statum & conditionem
2 personæ, † qvalem sententiam jus facere qvoad omnes, dixi Defin. *præced. l. ex ea causa. 9. ubi* Bartol. *ff. de postul. l. de ætate. 43. ff. de minor.* Anton.
3 Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 19. defin. 15.* † Neqve enim fieri potest, ut pro parte qvis heres sit, & pro parte non, *l. 1. & 2. ff. de acqvir. heredit. l. Pomponius. 8.*
4 *in fin. ff. de Rei vindicat.* † Non tamen præjudicabit ejusmodi sententia aliis creditoribus, si probetur lata per collusionem, vel gratiam, qvo casu ferendum non est, ut ex unius facto lædatur alius, *l. 1. ff. de alien. judic. mut. caus. fact.*

Ita Domini in causa der gesammten Herren Grafen zu Mannsfeld contra Heinrich Cramers hinterlassene Wittwe zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1601.

Definit. XVIII.

Rescripta principis ad supplicata unius partis impetrata non transeunt in rem judicatam.

FAllunt omninò, qvi Rescripta Principis, ad nuda supplicata & narrata unius partis impetrata, ad instar decreti judicialis litigatores obstringere existimant, ita ut pars gravata ea vel per Leuterationem vel per appellationem à viribus rei judicatæ suspendere necesse habeat. † Nec enim Re- 2
scripta ab unâ vel alterâ parte sic impetrata, vel etiam decreta extraordinaria, absqve præcedente causæ cognitione lata, in rem judicatam transeunt. Sed qvocunqve tempore etiam post decendium, 1
omissâ licet interpositione leuterationis vel appellationis, iis contradici potest, per text. *in l. prolatam. 4. C. de sentent. & interlocut. l. 2. l. 5. l. 6. C. comminat. Epist. programm. autor. rei jud. non habere. l. rescripta. 7. C. de precib. Imp. off.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 1. cap. 2. num. 9. vers. dico autem cum mysterio.* † Nunqvam siqvidem valet 3
sententia absqve præcedente causæ cognitione, *c. nullum. 10. c. judicantem. 11. caus. 30. qv. 5.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de re jud. numer. 7.* Ergò nec Principis rescriptum, † qvia in causæ cognitione 4
defensio partis consistit, qvæ nec per Principem alicui potest auferri, *l. 2. §. merito. 10. & §. si qvis à princ. 10. ff. ne qvid in loc. publ. l. 4. C. de emancip. lib.* † nec principis beneficium cuiqvam debet esse ca- 5
ptiosum, *l. Paulus notat. 8. ff. de præt. stipul.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. n. 21.*

Ita Domini in causa Dn. à Biberstein, Domini in Forst & Pforte, Mens. Majo. A. 1572. (Verba tenent. Da obgedachte Gläubiger berührten Ew. Gn. gegebenen Abschied/ darinnen versehen/ waser Gestalt sie nach einander bezahlet werden sollen / ausdrücklich beliebet und angenommen hätten/ So würde demselben billich nachgegangen: Da sie ihn aber ausdrücklich nicht acceptiret oder gewilliget hätten / So wäre dem jenigen/welcher dadurch beschweret worden / solchen Abschied/ ungeachtet daß derselbe appellations- oder Leuterungs-Weise nicht impugniret worden/ (in Ansehen/daß solche und dergleichen ausserhalb vorgehende process und gehaltene Verhör/ ergangene præcepta, Rescripta und Abschiede vermöge der Rechte vires rei judicatæ nicht haben/) gebührlichen zu fechten nöchmahls unbenommen / V. R. W.)

Definit. XIX.

At, præcedente causæ cognitione, Rescripta principis partibus publicata in rem transeunt judicatam.

SEd hoc ita, si præcepta vel Rescripta principis 1
ad nuda partis narrata vel supplicata absq; cognitione causæ emanaverint, *l. judex qvi. 5. l. programma. 6. C. comminat. epistolas, programmata autorit. rei jud. non habere.* † Cæteroqvin, si cau- 2
sæ cognitio, licet duntaxat summaria, præcesserit, ac rescriptum Principis partibus litigantibus publicatum fuerit, qvin tùm ei non interpositâ Leuteratione vel appellatione intra decendium, autoritas rei judicatæ tribuenda sit, dubium non est, *c. qvod ad consultationem, 5. extr. de sent. & re jud.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 1. c. 2. n. 266.* Ern. Cothm. *vol. 1. consil. 20. n. 9.* Joh. Sich. *in l. 4. C. de sentent. & interloc.* † Non enim tùm habent par- 3
tes, de qvo conqveri possint, qvia princeps præ-

viâ

viâ causæ cognitione & perspectis juribus litiganti-
um, ad acta processit, *l. in causæ. 13. vers. causa e-*
nim cognita. ff. de minor. dict. l. 4. C. de sent. & in-
4 *terloc. omn. judic.* † Cæterùm, si præcepta principis
executiva habeant adjunctam clausulam justifica-
toriam: Si te gravatum senseris, & illa, haud etiam
præcedente citatione, vel causæ cognitione, vale-
re, docet experientia, Marant. *de ordin. judic. part.*
6. tit. de sentent. num. 27. Specul. *in tit. de citatione.*
§. *jam de citatione num. 9.* Andr. Gail. *lib. 1. observ.*
5 *19. n. 5.* † Qvod & de jure Saxonico probatum est,
Landr. *lib. 1. art. 70. §.* Klaget man aber. Matth.
Coler. *dict. cap. 2. n. 268.*

Ita Domini in causa Hansen Leuens contra Petrum Welmern zu Lucca/ Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent. Dieweil Besage der Acten, der Churfl. S. gnädigste Befehlich auf vorgehende genugsame Erkundigung und Verhör ergangen/ darauf den Partheyen publiciret/ und Krafft Rechtens erreichet/ so verbleibet es auch darbey billich/ und es ist sich nunmehr kein Theil darüber mit Bestande zu beschweren befugt/ V. R. W.)

Definit. XX.

Non valet pactum super re judicata, nisi per expressam Novationem ab ea recedatur.

1 NOn parùm eqvidem à transactione differt sententia, qvippe qvæ non ex litigatorum consensu, sed ex judicis, rerumq; judicatarum autoritate vires accipit, *l. servo invito. 65. §. cum prætor. 2. ff. ad SCtum Trebell.* sicut & ipsum judicium
2 in invitum redditur, *l. inter. 83. §. 1. ff. de Verb. Obl.* † Transactio verò ex solâ contrahentium voluntate paciscentes obligat, *dict. l. inter. 83. §. 1. ff. de V. O.*
3 Nihilominus in eo conveniunt, † qvod sicuti transactio sub prætextu instrumentorum noviter repertorum rescindi neqveat, *l. sub prætextu instrumenti. 19. C. de transact. junct. l. non minorem. 20. C.*
4 *eod. tit.* † ita nec scientia, *l. sub specie. 4. C. de re jud. l. cum de hoc. 27. ff. de except. rei jud.* Anton. Fab. *in*
5 *Codic. lib. 2. tit. 4. def. 13. n. 2.* † Qvin, nec ab utraqve recedi potest per pactum, nisi inter contrahentes expressè agatur, qvòd priorem obligationem ex re judicata natam novare velint; Contrahitur enim
6 vel etiam ab invitis in judicio; † Ergò valebit obligatio nata ex sententia, qvæ vires rei judicatæ accepit, donec, usqve ei satisfiat, vel expressâ novatione ab illa recedatur, *l. ult. C. de novat. ubi* Salyc. Joh. Schneidew. *ad §. 3. num. 9. Inst. qvib. mod. toll. obligat.* Casp. Schiferdegker. *lib. 2. ad* Anton. Fab. *tract. 5. qvæst. 1.*

Ita Domini in causa Martini Ruppels Erben zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1635. (Verba sentent. Ob nun wol solchem Abschied zuwider eine Vergleichung getroffen/ etc. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß die transigenten in solcher Vergleichung von dem einmahl gegebenen und Krafft Rechtens erreichten Abschied per novationem abzustehen sich ausdrücklichen erkläret/ &c: So verbleibet es auch bey vorgedachtem Abschiede nochmahls billich/ und es seyn die Seydelische Wittib und Kinder obberührte 600. fl. bey euch nochmahls zu suchen wol befugt/ V. R. W.)

Definit. XXI.

De jure communi actio Nullitatis intra triginta annos à tempore latæ sententiæ institui potest.

1 VErissimè dixit, qvisqvis dixit, sententiam judicis atqve litis victoriam inter casus fortuitos referri, Molin. *ad Consvet. Paris. §. 18. gloss. 1. n. 26.* Ventur. de Valent. *in parth. lurg. l. 1. cap. 11. num. 2.*
† Nempe, qvia exitus causarum est in potestate & 2
motu judicantis, *l. qvi explicandi. 10. C. de accusat.* adeoqve dubius litis eventus, sicut belli, † ita ut 3
multi etiam sub justo clypeo pereant, Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 12. num. 55.* ut rectè scripserit Salycet. *in l. ult. C. comminat. epistol. programm. autor. rei jud. non habere num. 1.* meliorem & veriorem esse pacem certam, qvàm incertam victoriam, cùm in manibus nostris hæc sit, illa verò Dei. † Ut maxi- 4
mè enim causa habeatur justa, nec non patrocinium Advocati summâ præstitum sit industriâ, adhuc tamen incerta est victoria, cùm non semper laborem seqvatur effectus, *c. nisi cum pridem. 10. vers. qvippe. extr. de renunciat.* & fieri possit, ut judex rectè & legitimè sententiam ferat, uti in dubio præsumitur, *l. 2. C. de offic. civil. judic.* Alciat. *reg. 3. præsumpt. 9.* † fieri etiam possit, ut iniqve decernat, 5
l. 11. vers. prætor qvoqve. ff. de justit. & jur. l. 1. in pr. ff. de appellat. vel imperitè judicet, *l. qvi cum major. 14. §. si tamen. 4. ff. de bon. libertor.* vel malè suo officio fungatur, *l. judex. 55. ff. de re judic.* aut ob inimicitias, gratiam vel sordes à vero aberret perperamq; pronunciet, *l. filius familiâs. 15. §. 11. ff. de judic.* † An ergo semper standum erit judicis pro- 6
nunciato? Non certè, sed provisum est parti læsæ per beneficium Leuterationis vel appellationis, *supr.* Const. Elector. *19. & 20.* † Qvin & si judex 7
partibus inauditis, sine causæ cognitione, aut nullis probationibus factis processerit, vel manifestè contra jura pronunciaverit, nullius erit momenti sententia lata, ita ut omissâ etiam Leuteratione vel appellatione, læsus de nullitate valeat experiri, Vant. *de nullit. per tot.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 15. defin. 61.* Joh. Zang. *de except. part. 3. cap. 26. num. 67. & seqq.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de LL. num. 9.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 42. num. 1. & seqq.*
† nec metuendum, ut actioni de nullitate mox 8
præscribatur, prout de beneficio Leuterationis vel appellationis post effluxum decendium, constitutum reperitur *supr.* Const. *19. def. 13.* † Qvia fa- 9
cultas agendi de nullitate sententiæ usq; ad triginta annos durat, Bald. *in l. data opera. 11. C. de his, qvi accus. non poss. num. 59.* Sigism. Scacc. *de appellat. part. 2. qvæst. 29. Remed. 1. concl. 7. numer. 1. & seqq.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 127. num. 8.* † nisi causa 10
principalis, de qvâ sententia lata est, brevioribus vel longioribus terminis finiatur, Bald. *dict. loc.* Vel statuto aliqvo certus terminus fuerit præfixus ad deducendas nullitates, † veluti in provinciis Elec- 11
toratûs Saxonici, saltem intra sex septimanas & tres dies à die publicatæ sententiæ computandos, nullitatem allegare licet, Ordin. proces. judic. Elector. Saxon. *tit. 38. in pr.* † Qvi terminus præcisè 12
observari debet, Scacc. *dict. part. 2. qv. 19. Remed. 1. concl. 4. n. 49. & seqq.*

Ita Domini in causa David Sommers/ Gläubiger zu Guben/ Mens. Decembr. Anno 1633. (Verb. sentent. Dieweil nicht zu befinden/ daß Margaretha Prüfferin oder dero Erben/ wider das von uns gesprochene Urtheil/ darinnen sich nebens andern summarischen Gläubigern in gewisse Ordnung gesetzet/ und also in concursum creditorum gezogen worden/ binnen gehöriger Zeit Leuterung eingewendet/ sondern dasselbe seine verbindliche Krafft Rechtens erreichen lassen. So verbleibet es auch bey solchem Urtheil billich/ und seyn die Prüfferischen Erben in solchen concursum Creditorum nunmehr ihr

Recht

Recht auszuführen und zu erwarte schuldig. Sie wolten denn wider solches Urtheil actionem nullitatis anstellen/ solches wäre ihnen vor Verfliessung 30. Jahr/ wofern daselbst durch ein sonderbahres Statut kein kürtzer termin præfiniret, gebührender Maßen zu thun unbenommen/ V. R. W.)

DEFINIT. XXII.

Actio nullitatis vel petitio Restitutionis in integrum non impedit executionem contractûs.

1 INdubitata ferè est Interpp. conclusio, qvod sententia, nullitatis causâ non obstante, executioni debeat mandari, Bald. *in l. un. C. ne lic. in una ead. caus. num. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 127. n. 10.* Mynsing. *cent. 4. obs. 64.* † approbata etiam expresè
2 à Saxone Illustrissimo, in Process. *judic. tit. 38. vers.*
3 Wenn auch gleich. † nisi nullitas sit notoria, dilucideqve & liqvidè ex actis appareat, vel aliunde in continenti probari possit, *dict. tit. 38. vers.* Es wäre denn. Mynsing. *dict. loc.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 113. num. 2.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 4.*
4 *cap. 1. n. 87.* † Eademqve est ratio Restitutionis in integrum. Hâc siqvidem postulatâ, etsi nihil novi faciendum sit, *l. un. C. de in integ. restit. post. ne qvid*
5 *novi fiat. l. si causa cognita. 32. C. de transact.* † officio tamen judicis de eo reqvisiti incumbit, ut contractum, cujus rescissio petitur, intereà tenere, viresq; suas habere pronunciet, Bart. *in dict. l. un.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 30. defin. 1. num. 2. per c. suscitata. 6. & c. constitutus. 8. ubi Canonistæ. extr. de in integr. restit.* Scacc. *de appellat. qvæst. 19. Remed. 2. n. 86.* Maurit. *de restit. in integr. cap. 30. n. 5. &*
6 *6.* Salycet. *ad dict. l. un. n. 1.* Marchisell. *recollect. lib. qv. 97. n. 6.* Menoch. *de adipisc. poss. Remed. 4.*
6 *n 912.* † ne alioqvin is, qvi restitutionem duntaxat petiit, hoc ipso eam impetrâsse videatur, qvia aliud est restitutionem petere, aliud impetrare; petitur enim facilè, sed non impetratur neqve concedi-
7 tur, † nisi causâ cognitâ, & auditis omnibus iis, qvorum interest, *l. in causæ. 13. vers. causâ enim*
8 *cognitâ. l. etiamsi. 29. §. ult. ff. de minor.* † Planè, & eum, qvi restitutionem petiit, si qvid ipsi fortè vicissim præstandum fuit ex contractu ultrò citròq; obligatorio, pendente restitutionis processu, ad id experiri posse, perinde ac si restitutionem non postulâsset, tradit eleganter Anton. Fab. *in dict. tit 30.*
9 *defin. 2.* † ex naturali nempe necessitate contractus, qvi cum ultrò citròq; sit obligatorius, non potest tenere ex unâ parte, qvin ex alterâ teneat, Fab. *dict.*
10 *loc. num. 2.* † Ergò venditor, qvi vult adversus venditionem restitui, non prohibetur pretium petere, ne intereà emptor & rem & pretium habeat, *l. 11.*
11 *§. qvi autem. 18. l. bona fides. 50. ff. de act. emt.* † Sed melius facit, si protestetur, ne qvid ex ea re præjudicii petitæ restitutioni fiat, cùm protestatio conservet jus protestantis, *l. 4. §. 1. ff. qvib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 20. §. 1. ff. de acq. hered.* Vide Decis. Novis. 15.

Ita Domini in causa heredum Georgii Friederichs contra Christoff Friederichen zu Leipzig/ M. Aug. Anno 1635. (Verba sent. Daß Beklagter/ seines Fürwendens ungeachtet/ deme mit Klägern geschlossenen Kauff nachzukommen pflichtig; Es ist ihme aber dagegen die angezogene læsion, bey der allbereit angestalten Restitution-Klage/ auszuführen unbenommen/ V. R. W.)

Et in causa Curatoris Justinen Heurich Platners Tochter contra Matthes Heurichen zu Kemnitz/ M. Jan. A. 1636.

DEFINIT. XXIII.

Non audiendus est actor petens restitutionem in integrum, priusqvam doceat lesionem vel causam restitutionis.

CAveant Advocati patrocinantes imploranti- 1
bus restitutionem in integrum, ne libellum offerant absqve expressione læsionis, sive causæ, ob qvam clientes in integrum restitui velint: † Vereor 2
enim, ne libellus ceu ineptus rejiciatur, prout tradunt Bartol. *in l. verum. 11. §. sciendum. 3. ff. de minor.* Jacob. Mynsing. *cons. 53. n. 8.* Bald. *in l. non videtur. 9. C. de in integr. rest.* † Nec enim cuivis pe- 3
tenti absq; causa probabili, restitutio in integrum concedenda est, † sed restituendi sunt tantum- 4
modò ii, qvorum interest, & qvi inciderunt in læsionem aliqvam vel captionem, ut loqvitur *l. 1. ff. de in integr. rest. l. scio. 4. ff. eod. tit. l. 3. §. sed utrum. 4. l. minor. 40. ff. de minor.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 33. defin. 2. n. 2.* † Nec qvævis læsio restitutio- 5
nem in integrum causatur, sed ea solumodò, qvæ ex proprio errore & facilitate, vel adversarii conventione provenit, *l. 17. ff. qvando provoc. non est necess. l. 1. l. ex consensu. 23. §. ult. ff. de appellat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 6. defin. 11. n. 3. Addit. ad* Bald. *dict. loc.* † Priusqvam ergò judex restitutionem 6
decernat, de læsione & causâ restitutionis constare, eamqve actor, restitutionem petens, probare debet, Lancell. *de attent. p. 2. c. 14. num. 2. & seqq.* Vinc. Honded. *vol. 1. decis. 28. num. 41.* ubi plures allegat.

Ita Domini in causa Curatoris Justinen Platnerin contra Matthes Heurichen zu Kemnitz / Mens. Jan. Anno 1636. (Verba sententiæ: Würde Kläger ein ander und förmlicher Libell übergeben / demselben auch/ warumb und aus was Ursachen seine Curandin in integrum zu restituiren / einverleiben / So wäre Beklagter sich darauf einzulassen und gebührender Massen zu verfahren schuldig/ darauf also in der Sachen ferner ergehet/ was recht ist/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIV.

Sententia lata contra jura manifesta, ipso jure haud subsistit, nec opus est Leuteratione vel appellatione.

MUlti eqvidem sunt casus, qvibus per reme- 1
dium Leuterationis vel appellationis, sententiam à viribus rei judicatæ suspendere, haud necesse est, † nimirum qvod ipso jure sit nulla, nec 2
vires rei judicatæ conseqvi valeat, de qvibus casibus vide latissimè Pract. Papiens. *in form. sent. definit. n. 12. & multis seqq.* Imprimis verò † ipso 3
jure nulla est sententia, si lata sit contra jus scriptum expresso errore, *l. 2. C. qvando prov. non est necess. l. 1. §. 1. ff. qvæ sent. sin. appell. rescind. cap. 1. & ib. Dd. extr. de sent. & re jud.* Johann. Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. num. 72.* † Secus tamen est, 4
si lata esset contra jus litigatoris; Nam tunc valeret, & nisi per viam appellationis vel restitutionis rescindi neqvit, *l. 1. & tot. tit. ff. de appell.* † Qvia 5
judex etiam iniqvè decernens, jus facere dicitur, *l. fin. ff. de just. & jur.* Pract. Papiens. *dict. loc. n. 43.*

Ita Domini in causa Hansen Einers Kinder zu Halbach/ Mens. Sept. Anno 1635. (Verba sent. Ist Melchior Einer Todes verfahren/ und hat euch seines Bruders Hansen 6. Kinder an einem/ des andern Brudern Caspars 2. Kinder am andern/ und der Schwester Kind am dritten Theil/ zusammen eine Erbschafft nach sich verlassen/ &c.

Ob

Ob nun wol von dem Gerichts-Verwalter ein Abschied gegeben/und euch des Bruders Hansen 6. Kindern mehr nicht als ein Drittentheil der Erbschafft zugetheilet. Dieweil aber dennoch solcher Abschied wider klare ausdrückliche Rechte / Vermöge welcher oberwehnte Erbschafft unter die sämptlichen Erben nicht in stirpes, und nach denen Stämmen/sondern in capita nach der Personen Anzahl vertheilet werden sollen/ &c. So ist auch berührter Abschied nichtig und unverbindlich / und ihr seyd dessen ungeachtet/bey der Obrigkeit/daß eure Mit-Erben die Theilung nach den Häuptern mit euch anzustellen/ angehalten werden mögen / zu suchen wohl befugt / V. R. W.)

Et in causa Caspar Hensels contra Martin Jägern zu Altmügeln/ Mens. April. Anno 1636. (Verb. sententiæ: Und mag der gegebene Abschied zu recht nicht bestehen/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXVII.

PARTIS PRIMÆ.

Ob der Proceß in Lehensachen / so zwischen dem Lehenherrn und Lehenmann gehalten/ nach Sachsen- oder gemeinen Käyserl. Rechten zu richten?

Lite vertente inter Dominum & Vasallum de feudo, num processus Juris Saxonici, an verò communis servari debeat?

OBwol die Sächsischen Lehen-Rechte in den Fällen/wenn der Lehenherr seinen Lehenmann / sonderlich aber auf die privation beschuldigen will / eine sonderliche Art haben/ wie das Lehen-Recht zu bestellen / und sich der Lehenherr und Lehenmann allenthalben verhalten soll; So haltens doch unsere Verordnete davor / daß solcher Proceß nach den gemeinen Rechten dißfalls in diesen unsern Landen anzuordnen seyn soll/welches wir uns gnädigst gefallen lassen / und wollen hiermit die disposition der Sachsen-Rechte dißfalls aufgehoben / und denselben derogiret haben / ordnen und setzen / daß in solchen Fällen der Proceß des gemeinen Rechtens fortan in unsern Landen angestellet und gehalten werden soll.

VAmvis Jure Saxonico feudali, iis in casibus, ubi Dominus feudi contra Vasallum, præsertim ad privationem feudi agere vult, statutum habetur, qvaliter judicium instituì, qvomodo item uterqve in eo se gerere debeat: Consultius tamen esse deputati nostri existimaverunt, ut processus ejusmodi secundùm juris communis dispositionem in terris nobis subjectis instituerentur. Illorum igitur sententiam nos probantes, juris communis processum, Jure Saxonico hisce in casibus per ordinationem & constitutionem hanc nostram sublato, deinceps in iis observari mandamus.

DEFINITIONES.

1. *Modus procedendi in causis feudalibus de jure Saxonico specialiter receptus, etiamnum in foro Saxonico obtinet.*
2. *In provinciis tamen Electoratûs Saxonici proceditur hodiè in causis feudalibus secundum jus commune.*
3. *Proceditur in provinciis Electoratûs Saxonici secundùm jus commune, omnibus in casibus, qvibus Dominus adversus Vasallum experitur.*
4. *Vasallus qvoq; adversus Dominum feudi agens, secundùm jus commune in provinciis Electoratûs Saxonici procedere tenetur.*
5. *Non potest in provinciis Electoratûs Saxonici mulier absq; Curatore in causa feudali agere, vel se defendere.*
6. *Etiam in Saxoniæ Electoratu, in causis feudalibus guaranda præstanda, & vivâ voce procedendum est.*
7. *Bona in dubio præsumuntur allodialia, non feudalia, etsi de iis possessor fuerit investitus.*
8. *Filiâ contendente cum Agnato de feudo, hujus possessio, lite pendente, filiæ adjudicari debet.*
9. *Possidens rem aliqvam tanqvam allodialem, qvam Dominus feudalem asserit, non tenetur titulum possessionis indicare.*
10. *Studiosus conventus coram Rectore non potest hodiè ejus forum declinare, ob juramentum Rectori præstitum.*
11. *Concessio jurisdictionis atq; Regalium titulo feudi non cumulativè sed privativè facta censetur.*
12. *Paribus Senatorum votis existentibus, ea pars vincit, qvæ causam tuetur magis favorabilem ac rationabiliorem.*

Definit. I.

Modus procedendi in causis feudalibus de jure Saxonico specialiter receptus, etiamnum in foro Saxonico obtinet.

1 MUltum à processu juris communis recessit in causis feudalibus jus Saxonicum, multaqve & varia solennia in ventilatione processus feudalis adhiberi & observari jubet, in Lehnrecht/*art. 65. &* 2 *68. ubi* Gloss. † Qvæ omnia latissimè tractant Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 7. 8. 9. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 62.* Henning. Göden. *Cons. 29.* & peculiarem tradit informationem processus feudalis Saxonici Benedictus Reinhard. *subtit.* Kurtzes Bedencken/welcher massen nach Verordnung Sächsischer Lehenrechte und Gebrauch dieser Land-Art ein Mañ-Lehen-Gericht mag geheget/ bestellet und gehalten werden. *post decis.* Matth. Coler. *part. 2. p. m. 341.* † Imprimis verò non 3 permittit jus Saxon. experiri adversus Vasallum, anteqvam Dominus negotium aliis qvibusdam Vasallis exposuerit, licentiamq; agendi peculiari modo impetraverit, *d. art. 65.* Lehenrecht. *in pr. n. 3. & n. 7.* † Qvamvis posteà ipsemet solus ad minimum 4 sex pares eligere, & ad cognoscendam causam deputa-

putare qveat, *dict. art.65. num.6.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 2. num. 8.* Matth. Coler. *part.1. de-*
5 *cis.87. num.3.* †atqve debet judicium feudale, de jure Saxonico, celebrari sub dio in locis apertis, ad qvos Vasallus securè accedere & recedere potest, non etiam sub tectis aliisq; locis præclusis, *dict. art. 65. num.8.* Zobel. *dict. diff.2. num.5.* Coler. *part.1.*
6 *decis.85. num.2.* †Nec advocatum pro lubitu Dominus sibi eligere valet, sed uni ex assessoribus judicii Vasallis, negotium agendi committere tenetur, *dict. art.65. num.6. & 7.* Qvæ omnia post Benedict. Reinhard. & Schrader. *in loc. allegat.* ordine refert & tractat Matth. Berlich. *dict. concl. 62.*
7 †Eaqve in foro Saxonico adeò sunt necessaria, ut pro forma essentiali & substantiali processus reputentur, ac omisso unô, totus processus annihiletur, Schrader. *dict. part. 10. sect. 8. numer. 35. & seqq.*
8 †Nec putandum, dispositionem hanc juris Saxonici hodiè usu & effectu destitui, cùm in Saxoniâ inferiore, Marchiâ, Silesiâ, aliisq; regionibus, ubi jus Saxonicum viget, processus ille solennis etiamnum observetur, *teste* Ludolph. Schrader. *dict. sect. 8. num.89. & seq.*

Ita Domini in causa Hansen Christoffs von Starschedels/ Mense Sept. Anno 1621. (Verba sentent. Ist zwischen euch und eurem Lehenmann/so von euch sein Pferdegut zu rechten Mannlehen hat/ wegen desselbigen Lehens Irrung entstanden / deßwegen ihr ihn rechtlichen zu belangen gemeinet. Ob nun wol in dergleichen Fall zu Sachsenrecht ein sonderlicher proceß verordnet / so auch an denen Orten/ da Sachsenrecht ist/ billich observiret wird / ꝛc.)

Definit. II.

In provinciis tamen Electoratûs Saxonici proceditur hodie in causis feudalibus secundùm jus commune.

1 SEd nimis captiosa & superflua visa fuere Illustrissimo Saxoniæ Electori reqvisita illa juris Saxonici solennia, circa constitutionem & processum judicii feudalis: Qvare iis abrogatis, in
2 provinciis sui Electoratûs †secundùm jus commune, in causis feudalibus procedere jubet, *hâc* Const. *27. ubi* Dan. Moll. *n.1. & seqq.* Christoph. Zobel. *part.1. diff.2. n.7.* Ludolph. Schrad. *de feud. part.*
3 *10. sect.8. n.26. & seq.* Ex qvo seqvitur, †in provinciis Electoratus haud teneri Dominum, si adversus Vasallum experiri velit, consilium Curiæ adhibere, ab iisq; licentiam agendi impetrare, sed statim omnes ac singulos Pares is conscribere ac petere potest, qvò Vasallum Reum ad constituendum judicium feudale citari faciant, *c. un. tit. de*
4 *milit. Vasallo, qvi contumax est.* †Qvi postea unà cum Domino, conjunctim pares Curiæ tanqvam judices feudales eligit, sed alternatim, ita ut, si Dominus unum elegerit, Vasallus eligat secundum, si Dominus tertium, Vasallus qvartum, & ita conseqventer usq; ad numerum parem, à Domino comprobatum, *cap. un. tit. de controv. feud. apud par.* Zas. *de feud. part.11. num.12.* Christ. Zob. *part.1. differ. 2. num.5.* Henring Göden. *consil. 29. num. 4.*
5 †Non etiam sub dio, unter freyen Himmel / sed qvocunqve in loco, etiam sub tecto, judicium feudale celebrari potest, Zobel. *dict. loc. n.4.* Matth.
6 Coler. *part.1. decis.185. num.1.* †Nec opus est de jure communi feudali, ut litigatores ex partibus electis, sibi aliqvem advocatum eligant, sed pro lubitu, qvemvis etiam extraneum adhibere possunt, 7
Sonsb. *de feud. part. 14.* †Etsi verò Dd. communiter existiment, pares Curiæ ad judicandum electos non admitti, priusqvam de rectè justeqve judicando juraverint, Matth. Coler. *part.2. decis.294. n.2.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.10. sect.11. numer.105. & seqq.* Attamen videtur sufficere, †si Va- 8
salli & pares electi, sub juramento suo fidelitatis semel præstito, controversiam inter Dominum & Vasallum vertentem dirimant, per text. *in cap. un. sub fin. §. præterea si inter duos. ult. tit. de prohib. feudi alien. per* Frider. Joh. Borch. *de feud. cap.10. num.37.* Berlich. *part.1. concl.62. num.79.* Mynsing. *cent.4. observat.89. n.8. & seq.*

Ita Domini in eâdem causâ (Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch solcher proceß im Churfürstenthum Sachsen aufgehoben / und nach gemeinen Lehenrechten / in causis feudalibus vermöge Churfl. S. Constitution zu procediren ist/ ꝛc. So seyd ihr auch wider euren Lehenmann nach gemeinen Lehenrechten zu verfahren schuldig / V. R. W.)

Definit. III.

Proceditur in provinciis Electoratûs Saxon. secundùm jus commune, omnibus in casibus, qvibus Dominus adversus Vasallum experitur.

NOn certè dubito, qvin Saxo Illustrissimus in provinciis sui Electoratûs, processum Saxonicum feudalem indifferenter abrogare voluerit, substituendo processum juris feudalis communis,
2 †qvacunqve etiam ex causa feudali Dominus adversus Vasallum experiatur, sive ad privationem feudi, sive alio in casu, ut rectè advertit Dan. Moll. *hîc num.2.* non solùm propter generalitatem, qvâ utitur, *in verb.* Wenn der Lehn-Herr seinen Lehnmann beschuldigen will/ †qvæ generaliter qvoq; 3
accipi debent, *l.1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. præses. 3. in fin. ff. de offic. præsid. l. ut nullo. 28. C. de usur.* †Sed etiam, ob verba seqventia: Sonder- 4
lich aber auf die *privation.* Siqvidem dictio (*Maximè*) secundùm ejus propriam naturam stat implicativè, & includit casum magis dubitabilem, juxta tradita Jason. *in l. qvi se patris. n.34. & 35. C. unde lib.* Nicol. Everh. *in loc. à natur. diction. implicativa.* †Et sanè absonum esset, Dominum con- 5
tra Vasallum agentem, qvandoqve secundùm jus Saxonicum, qvandoqve secundum jus commune procedere, qvod certè Sereniss. Elector haud voluisse videtur, †cui potius mens fuerit, captio- 6
sa & superflua illa juris Saxonici reqvisita, in processu inter Dominum & Vasallum vertente, præcidere, Defin. *præced. in pr.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Dieweil aber dennoch solcher proceß im Churfürstenthum Sachsen/ wann ad privationem feudi oder sonsten in andern Fällen agiret wird/ aufgehoben/ ꝛc.)

Definit. IV.

Vasallus qvoqve adversus Dominum feudi agens, secundùm jus commune in provinciis Electoratûs Saxonici procedere tenetur.

QVid autem in casu converso, *si Vasallus adver-* 1
sus Dominum ex causa feudali velit experiri in Electoratu Saxoniæ, num & tùm secundùm dispositionem juris feudalis communis procedendum erit?

Ex-

Expressis eqvidem verbis Constitutio *hæc 27.* pro-
cessum feudalem Saxonicum abrogans, de hoc ca-
2 su non loqvitur; † Attamen vel implicitè saltem &
ex naturâ correlativorum, hunc etiam casum san-
ctione Electorali comprehensum, dixerim cum
Dan. Moll. *hic n. 6.* cùm neminem fugiat, Vasallum
& Dominum feudi esse correlativa, Lud. Schrader.
de feud. part. 10. sect. 5. n. 173. Jacob. Schult. *in ad-*
3 *dit. ad* Modest. Pist. *part. 4. q. 137. n. 19.* † Jam verò
posito uno correlativorum, ponitur & alterum,
atqve dispositum in uno ex correlatis, locum etiam
habet in altero, præsertim qvando evidens diversi-
tatis ratio inter utrumqve dari haud potest, *l. ult. C.*
de indict. viduit. toll. Nic. Everh. *in loc. à correlat.*
4 *n. 1. & seq.* † Idqve in præsenti casu tantò certius
videtur, qvantò generalioribus verbis Rubrica
h. Const. concepta est: Ob der *Proceß* in Lehen-
Sachen/so zwischen dem Lehen-Herrn und Lehen-
Mann gehalten/ nach Sachsen-oder gemeinen
Käyser-Rechten zu richten. Secundum qvam ipsi-
us qvoqve Constitutionis verba generaliter erunt
5 intelligenda, † qvia Rubrum per Nigrum non
restringitur, sed potius Nigrum per rubrum am-
pliatur, juxta Gloss. *in l. 1. & ibi* Bartol. *C. de capi-*
tat. civ. Censib. eximen. lib. 11. Salycet. *in l. 1. ff. si*
6 *cert. petat.* Nicol. Everh. *in loc. à rubr. n. 11.* † Pla-
nè, qvia utrumqve & nigrum & rubrum loqvitur
disertè de processu feudali inter Dominum & Va-
sallum vertente, qvoad litem inter alios, putà du-
os vel plures Vasallos institutam, nihil fuisse im-
mutatum per hanc Const. 27. Sed ejusmodi in casu,
in terris etiam Electoratus, non juris communis
sed Saxonici processum observandum esse, rectissi-
mè infert Dan. Moll. *hic n. 25.* Johan. Zanger. *de*
except. part. 2. c. 1. n. 303.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dieweil aber
dennoch solcher/ der Sächs. Rechte Proceß im Churfür-
stenthum Sachsen/ wenn ad Privationem Feudi, oder
sonsten in andern Fällen agiret wird/ aufgehoben/ und
nach gemeinen Lehen-Recht in Causis feudalibus, wenn
entweder der Herr den Lehen-Mann/ oder der Lehen-
Mann den Lehen-Herrn rechtlichen belanget/ Vermöge
Churf. Sächs. Constitution zu procediren ist/ &c.)

Definit. V.

Non potest in provinciis Electoratus Saxonici mu-
lier absq; Curatore in Causa feudali agere, vel
se defendere.

1 NOn putandum est, Illustrissimum Saxonem
h. Const. 27. in provinciis sui Electoratus,
totum processum Saxonicum, in causis feudali-
bus abrogare voluisse, qvippe cui mens solummo-
dò fuerit, peculiaria illa captiosa & superflua re-
qvisita in causis feudalibus, jure Saxonico spe-
cialiter recepta, Lehenrecht *art. 65. & 68.* præ-
2 cidere. † Ergò in reliqvis standum erit regulis
communibus in processu rerum allodialium, de
3 jure Saxonico usitatis: † Cui consequens est, e-
um, qvi 21. ætatis annum complevit, in causâ
feudali experiri posse absqve Curatore, etiam in
4 Electoratu Saxoniæ. † Econtra mulierem, cu-
juscunqve sit ætatis, absqve Curatore in causis
feudalibus agere, vel se defendere non valere, ut
benè tradunt Dan. Moller. *hic. n. 11. &* Ludolph.
Schrader. *de feud. part. 10. sect. 17. n. 25. & seqq.* † 5
Nec enim Constitutio Electoralis processum Sa-
xonicum in causis feudalibus abrogans, ad habili-
tatem personarum trahenda est, ut multis demon-
strat Schrader. *d. loc.* † Scilicet, qvia Constitutiones 6
statutariæ strictè accipi debent, ita, ut qvantum
fieri potest, juri communi minus derogetur, *arg. l.*
constitutionibus. 24. ubi Bartol. *ff. ad municip.* Bald.
in l. contractus. 17. in pr. C. de fide instrum. † ac ne cor- 7
rectio inducatur, *præcipimus. 32. in §. ult. ubi* Bartol.
C. de appellat. l. sancimus. 27. C. de testam. ut pluribus
persequitur Schrad. *dict. loc.* verbotenus relatus à
Dan. Moll. *hic n. 12. & seqq.*

Ita Domini in causa Curatoris Annen von Portitzen con-
tra Hansen Wedeln/ Mens. Aug. An. 1621. (Verba sent.
Würde angegebener Curator mit Vorlegen eines richti-
gen Curatorii seine Person gebührlichen legitimiren,
immassen er auch nach Gelegenheit dieses Processus feu-
dalis, seines Vorwendens ungeachtet/ zu thun schuldig/
V. R. W.)

Definit. VI.

Etiam in Saxoniæ Electoratu in causis feudalibus
gvaranda præstanda, & vivâvoce proce-
dendum est.

NOn minus qvoqve in causa feudali, atqve alio 1
in processu, etiam in terris Electoratus Saxo-
nici, gvaranda præstari debet; Scilicet, qvia hæc
per Constitutionem Electoralem haud reperitur
abrogata, † cur ergo præstanda non esset? *arg. l. 2*
præcipimus. 32. §. ult. C. de appellat. l. sancimus. 27.
C. de testam. † Nec enim correctio processus feu- 3
dalis Saxonici in provinciis Electoratus, ad alia so-
lennia, qvàm qvæ specialiter in causis feudalibus
jura Saxonica adhibere volunt, trahi debet, ut ex
Const. *hâc 27.* apertissimè liqvet, † qvamvis aliter 4
sentiat Dan. Moller. *hic n. 24.* Pariter qvoqve in
causis feudalibus, † vivâ saltem voce in Electora- 5
tu Saxon. procedendum putaverim, cum Reinhard.
Rosa *in addit. ad* Moll. *hic n. 25.* propter Const. E-
lect. *1. part. 1.* † qvod & de Jure feudali Saxonico 6
constitutum reperitur in Lehenrecht/ *art. 65.* Lud.
Schrader. *de feud. part. 1. sect. 1. n. 103.* Matth. Berlich.
part. 1. concl. 62. n. 92.

Ita Domini in eâdem causa (Verba sent. Würde angegebe-
ner Curator mit Vorlegung eines richtigen Curatorii
seine Person gebührlichen legitimiren, und die gesonne-
ne Gewehr der Klagen würcklichen angeloben/ immassen
ihme auch nach Gelegenheit dieses Processus feudalis,
seines Vorwendens ungeachtet/ zu thun obliget/ so wä-
re Beklagter sich auf erhobene Klage einzulassen/ und
Vermöge Churf. Sächs. Constitution, vom Munde aus
in die Feder zu verfahren schuldig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Bona in dubio præsumuntur allodialia, non feudalia,
etsi de iis possessor fuerit investi-
tus.

SIcut res qvælibet pro liberâ habetur, *l. altius.* 1
8. l. si in ædibus. 9. C. de servit. & aqva. ita etiam
allodialis potius, qvàm feudalis præsumitur,
Bald. *in c. 1. de cont. feud.* Hartm. Pistor. *part. 2. q. 39.*
n. 2. Jac. Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 3. præs.*
91. n. 2. Andr. Gail. *lib. 2. observ. 69. n. 4.* Natta *consil.*
514. n. 34. † Est enim feudum qvædam servitutis 2

ſpecies, Gloſſ. *& Dd. in l. ſi cujus. 13. ff. de Uſu-*
3 *fruct.* † Qvod tamen fallit, ſi contrariæ præſumptiones atqve conjecturæ adſint, ex qvibus res potius feudalis, qvàm allodialis cenſeri poterit, ſecundum tradita Matth. de Afflict. *ad c. 1. num. 68. ex qvib. cauſ. feud. amittit.* Menoch. *dict. præſumpt. 91. n. 45. & 46.* Roll. à Valle. *vol. 2. conſil. 2. num. 37.*
4 *& n. 58.* † putà ex principis aſſertione, juramento fidelitatis præſtito, ſervitiorum præſtatione, ex deſcriptione in Cataſtrum & conſvetudine regionis, †
5 qvas, aliasqve ſimiles conjecturas & præſumptiones referunt Jac. Menoch. *dict. præſumpt. 91. n. 65. & ſeqq.* Simon. Ulric. Piſtor. *in not. ad*
6 Hartm. Piſtor. *dict. q. 39. lit. b. verſ. ex qvibus.* † Ubi tamen notari velim, ex ſolâ inveſtiturâ ejusq; renovatione, nunqvam præſumendum eſſe feudum, cum & de bonis emphyteuticis, qvin & cenſiticis, poſſeſſores inveſtiri ſoleant; ac renovationem inveſtituræ petere teneantur, Conſt. Elect. 38. §. Alldieweil aber. *part. 2.*

Ita Domini in cauſa Annen Benigncn Hanſen Georgen von Poſens nachgelaſſenen Wittben/ Menſ. Maj. A. 1635. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch die bloſſe Lehens-Pflicht/ und Belehnung/ keine Feudalitæt giebt/ vielweniger die Natur und Eigenſchafft der Erb- und Allodial-Güter benimmt/ weil auch Erb- und ſchlechte Zinß-Güter auf gewiſſe Pflicht in Lehen pflegen genommen zu werden/ ꝛc. So kan auch hieraus nichts beſtändiges wider die natürliche Vermuthung der Gütere Erbligkeit und Liberræt inferiret werden/ ꝛc.)

Definit. VIII.

Filiâ contendente cum agnato de feudo, hujus poſſeſſio, lite pendente, filiæ adjudicari debet.

1 QVando inter filiam defuncti, ejusqve agnatos de prædio qvæſtio incidit, agnatis feudum, filiâ vero allodium ſive libellarium eſſe aſſerentibus, filiæ interim poſſeſſionem adjudicandam clarè definitum eſt, *c. 1. §. inter filiam. 1. ſi de feud. defunct. cont. ſit.* Hart. Piſtor. *part. 2. qvæſt. 39.* Matth. Weſenbec. *conſil. 1. & conſil. 39.* Jacob. Menoch. *de adipiſc. Poſſeſſ. Remed. 4. n. 375. & ſeqq.*
2 † Cujus rei rationem triplicem tradunt Interpp. 1. Qvia Filia nititur juris communis præſumptione, ſiqvidem qvælibet res potius allodialis, qvàm
3 feudalis præſumitur, ut dixi defin. *præced.* † II. Qvod poſſeſſionis Qvalitas cenſeatur eſſe continuata in heredem, *l. ſive poſſideris. 16. C. de probat.* talisqve præſumatur poſſeſſio in Filia, qvalis fuit in Patre, juxta tradita *Dd. in §. ſui 2. Inſt. de hered.*
4 *qvæ ab inteſt. defer.* † III. Et qvia juxta regulas juris communis, ipsâ naturâ dictante, filia perinde ut maſculus ſuccedere ſolet, non facilè præſumendum eſt, talem aliqvam ſervitutem rebus paternis eſſe inditam, qvo minus filia heres ſit in bonis paternis, *l. maximum vitium. 4. C. de lib.*
5 *præter.* † qvamobrem ſemper potius res talis reputabitur, in qvâ filia ſuccedere poteſt, nempe allodialis & libellaria, qvam feudalis, qvæ paternæ ſucceſſionis commodo filiam privat, Schenck. Baro à Tautenbergk *ad dict. c. 1. §. inter filiam. 1.*
6 † Qvin etſi manifeſtò conſtet, prædium de qvo convertitur, eſſe feudale, nihilominus pendente lite, filiam in poſſeſſionem rei controverſæ mittendam eſſe, tradunt propter generalitatem textus in *dict. §. inter filiam. 1.* Interpp. communiter, qvos allegat & ſeqvitur Hart. Piſtor. *dict. q. 39. n. 34. & ſeqq.* † ubi tamen hoc limitat. I. Si mani-7 feſtò conſtet, vel agnati probationes in promptu habeant, qvod bona controverſa, non ſolum feudalia, ſed etiam ejus ſint qvalitatis, ut à fœminis poſſideri neqveant. † II. Si filia nihil prætendere 8 poſſit, cujus vigore ad ſucceſſionem feudi contra naturam ejus admittatur. † III. Si agnati jam ſint 9 in poſſeſſione, ut pluribus perſeqvitur Hartm. Piſtor. poſt alios, qvos allegat *dict. q. 39. n. 35. & ſeqq.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent. Und weil über dieſes alles die Rechte dahin ſchlieſſen/ daß bey einfallenden Streit zwiſchen den Agnaten und Töchtern/ die Poſſeſs eines prætendirten Lehens/ den Töchtern und Erben vor den Agnaten einzuräumen/ und ſie darbey biß auff rechtmäßige Entſetzung zu laſſen/ ꝛc. So erſcheinet daraus ſo viel/ daß offtangeregte Güter nicht allein vor Erb-Güter zu achten/ ſondern ihr werdet auch nebenſt euren Töchtern bey der apprehendirten Poſſeſs derſelben ſo lange/ biß der Lehens-Folger ein anders/ wie zu Recht/ gnugſam ordentlicher Weiſe ausführet/ geruhiglichen billich geſchützet und gelaſſen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Poſſidens rem aliqvam tanqvam allodialem, qvam Dominus feudalem aſſerit, non tenetur titulum poſſeſſionis indicare.

1 ETſi regulariter nemo teneatur indicare titulum ſuæ poſſeſſionis, *l. cogi. 11. C. de petit. hereditat.* Gloſſ. *in c. ordinarii. 3. verb. exhiberi extr. de offic. ordinar. in 6to.* Jaſon. *in §. actionum. 28. n. 200. Inſt. de action.* † qvippe cùm nimis grave ſit 2 reum urgeri ad exhibitionem eorum, per qvæ ſibi negotium fiat, *l. nimis grave. 7. C. de teſtib.* † 3 Attamen Vaſallo id neqve prodeſſe, qvo minus cogi poſſit oſtendere Domino inſtrumentum inveſtituræ, & docere de titulo ſuæ poſſeſſionis, Bart. *in l. inſtrumenta. 24. Col. 2. verſ. qværo an feudatarius. C. de fideicommiſſ.* Molin. *in conſvet. Pariſienſ. tit. 1. §. 5. n. 6.* Hartm. Piſtor. *part. 2. q. 46. n. 2.* † argumento ducto à Clerico, qvi titulum 4 ſuæ poſſeſſionis oſtendere tenetur, *c. ordinarii. 3. extr. de offic. ordinarii in 6to.* † Et qvia feuda o- 5 mnia procedunt à providentia principis, *cap. & qvia videmus. 1. tit. de his qvi feud. dar. poſſ.* videtur eo ipſo ſatis fundata intentio Domini, qvæ onus probandi in Vaſallum transfert, *arg. l. altius. 8. l. ſi tibi 10. C. de Servit. & aqva. §. pen. Inſt. de ſervit.* † nam & aliàs, qvoties pro actore militat præſumptio, poſſidenti verò reſiſtit, poſſidens titulum poſſeſſionis edere obſtrictus eſt, ut tradunt *Dd.* in *d. l. ſive poſſideris. 16. C. de probat. per c. cum contingat. 29. extr. de decimis.*

Velut pronunciarunt Dni. in cauſa Georgii Bensdorff zu Breßlau/ Menſ. Dec. Anno 1603. (Verba ſent. Daß diejenigen/ ſo ſich vor Vaſallen und Lehnleute bekennen/ alle dero Lehen-Brieffe alt- und neue zu ediren pflichtig/ V. R. W.)

† Sed

7 † Sed hoc ita, si possidens fatetur, id esse feudum Domini, requirentis titulum: Cæteroqvin, si hoc 8 negare & contendere potiùs, † se rem tanqvàm propriam possidere, tùm possessionis suæ titulum proferre non tenebitur, sed Dominus ante omnia probare debebit, rem esse feudalem, Johan. Petr. Surd. *lib. 2. consil. 151. num. 63.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 6. c. 6. num. 111. vers. hæc tamen ita demùm, & part. 10. sect. 17. vers. qvartò hæc conclusio*, Matth. Wesenbec. *part. 5. consil. 223. num. 51.* Bartol. *in l. 1. C. de conduct. & procurat. libr. 11.* 9 Hartm. Pistor. *dict. q. 46. n. 13.* † ubi monet possessores, ne, si sciant, rem possessam esse feudalem, temerè id negent, cùm si posteà de mendacio convicti fuerint, amissionis periculum sint subituri, *c. Vassalu. 3. tit. si de feudo controv. fuerit inter* 10 *dom. & agnat. defunct.* † Sanè, aliud qvoqve obtinere, si qvis feudum longissimo tempore, vel ab antiqvo possederit, probat latè Hart. Pistor. *dict. q. 46. n. 14. & seqq.*

Ita Domini in causa Johannis Heinrici à Wachtell in Hertzogswalde & Sockling, Mens. Nov. Anno 1622. (Verba sentent. Daß berührte eure Schwiegermutter/ die über benamtes Gut Meuckschutz aufgerichtete Verträge und andere briefliche Urkunden zu ediren, oder auch den Titulum Possessionis zu dociren, nach Gelegenheit dißfalls/ wider ihren Willen nicht gezwungen werden mag/ V. R. W.)

Et in causa Georgii Bensdorffs zu Breßlau/ M. Dec. Anno 1603. (Verba sent. Ob gleich in dem Fall/ da es der Besitzer eigentlich und gewiß davor hält/ daß sein Gut Erbe und eigen sey/ er die Urkunden/ so er darüber hat/ dem Fiscaln, welcher solche Güter vor Lehen anspricht/ zu ediren nicht schuldig/ sondern demselbigen/ daß sie Lehen seyn/ darzuthun und zu erweisen obliget/ &c.)

Definit. X.

Studiosus conventus coram Rectore, non potest hodiè ejus forum declinare, ob juramentum Rectori præstitum.

1 INter alia studiosorum privilegia non minimum certè est, qvod Electionem sive optionem habeant, utrum coram Præceptore suo, vel Episcopo loci velint conveniri, *Auth. habitá. C. ne filius pro patre*; 2 † Qvibus & alii Dominum loci, qvem potestatem aliqvibus in locis vocant, tanqvam Ordinarium adjungunt, Gloss. *in dict. Auth. verb. dedimus. ibi* & Bartol. *num. 5.* & Joh. Sichard. 3 *n. 16.* † Etsi verò maxima Interpp. pars hoc ipsum privilegium ad Criminales qvoqve causas trahant, ut videre est apud Bartol. *dict. loc. num. 4.* 4 *in fin.* Jul. Clar. *§. ult. qv. 35. n. 23.* † Rectiùs tamen videntur dissentire cum Jason. *in l. 3. num. 52. ff. de const. pecun.* Donell. *lib. 17. comment. c. 20.* & Joh. Sichard. *in dict. Auth. habita. num. 20. in fin.* Petr. Heig. *part. 2. qv. 11. n. 7.* Non qvidem ex vocabulo litis & negotii, qvarum meminit *dict. Auth. ha-* 5 *bita.* † cùm certum sit, hisce nominibus causas qvoqve criminales venire, secundùm tradita à 6 Jacob. Cujac. *lib. 9. observ. 21.* † Sed qvod nunqvam in generali concessione jurisdictionis, Imperium merum comprehensum censeatur, *l. 1. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisdict.* nec forum alicui privilegiatum concessum unqvam ad causas criminales in Romanâ Jurisprudentiâ fuerit perdu- 7 ctum, *l. 1. C. ubi Senat. vel Clariss.* † ne scilicet sub prætextu concessi privilegii, vel flagitiorum crescat autoritas, vel publica vacillet utilitas, *l. 2. C. de priv. Schol. lib. 12.* prout pluribus demonstrat Petr. Heig. *dict. qvæst. 11. num. 12. & seqq.* † Qvic- 8 qvid sit, hodiè multum est recessum ab hac opinione per juramentum Rectori præstitum, qvod studiosos ligat ad tribunal Rectoris, ita ut jurisdictionem ejus declinare non valeant. † Idqve 9 est, qvod dicit Johan. Sichard. *in dict. Auth. habita. num. 15.* Juramenta præstita Rectoribus multum derogare, *A. habita. C. ne fil. pro patr.* & sic privilegiis studentium, qvem etiam refert Petr. Heig. *dict. qvæst. 11. n. 4.*

Ita Domini in causa Jacobi Albani, Medicinæ Studiosi, contra Petrum Lauterum ad consultationem Rectoris & Professorum Jenensium, Mens. Maj. Anno 1623. (Verba sent. Daß Beklagter seines Vorwendens ungeachtet/ sich vor euch auf erhobene Klage einzulassen und zu antworten schuldig/ ferner darauf zu beschehen/ was recht ist/ V. R. W.)

Definit. XI.

Concessio jurisdictionis atq; Regalium titulo feudi, non cumulativè, sed privativè facta censetur.

1 QVemadmodum per præscriptionem acqvisita jurisdictio vel Regalia privativè respectu majoris vel superioris acqvisita intelliguntur; ita qvoqve Dominus infeudans Vasallum de omnimoda jurisdictione sive de Regalibus, ea abdicativè & privativè in accipientem contulisse censetur, non verò cumulativè, Felin. *in c. pastoralis. 28. numer. 4. extr. de offic. & pot. deleg.* Matth. Coler. *de proc. exec. part. 2. c. 1. num. 158.* Henr. Bocer. *in tract. de jurisdict. cap. 8. num. 80.* Matth. We- 2 senbec. *consil. 95. num. 57.* † Scilicet, qvia feudum est Ususfructus, *tit. 23. in fin. FF. 2.* atqvi notissimi juris est, proprietarium impedire non posse Usufructuarium, qvò minùs utatur-fruatur prædio Usufructuario, Bocer. *dict. loc.* † Nec obstat, 3 qvod vulgò dicitur, solo judicum vetante eo, qvi majus Imperium in eadem jurisdictione habet, *l. judicium solvitur. 58. ff. de judic.* † Et per 4 supervenientiam majoris Magistratûs, cessare minoris jurisdictionem, *l. potioris. 5. C. de offic. Rector. provinc.* † Qvò & facit *art. 60. lib. 3.* Landr. 5 in welche Stadt der Käyser kömmt/ da ist ihme das Gerichte ledig/ *art. 26. & art. 52. dict. lib. 3.* † Qvia hæc omnia vera sunt in concessione tem- 6 poralis jurisdictionis, qvæ scilicet est revocabilis ad beneplacitum concedentis, proùt est mandata vel delegata jurisdictio, *l. 6. ff. de jurisdict. c. pastoralis. 28. extr. de offic. & pot. deleg.* † aut qvan- 7 do inferiori jurisdictio tribuitur pro coadjuvatione Imperii Superioris, ut inter eos qvasi communio sit & societas muneris, *l. 1. C. de offic. præf. Urb. l. 30. C. de donat.* † Secus verò in jurisdictione ac 8 Regalibus feudi titulo, vel aliàs in perpetuum concessis, *dict. tit. 23. FF. 2.* Matth. Coler. *dict. c. 1. n. 162. & seq.* Henr. Bocer. *dict. loc.*

Ita Domini in causa der Herren Grafen zu Neuburg am Walde/ Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wol von Ihrer Churfürstl. Durchl. wohlgedachte Herren Grafen alle ihre Gerechtigkeit/ Zölle und Herrligkeiten in der Grafschafft N. N. ex Concessione erlanget/ dannenhero/ weil solche Concessio, vermuthlichen/ nur allein cumulativè geschehen/ es das Ansehen gewin-

winnen will/ ob wäre Churfl. Durchl. in der Pfaltz dero gnädigsten Beliebung nach in selbiger Grafschafft den neuen Grentzen-Zoll anzulegen wol befugt; Dieweil aber dennoch höchst-gedachte Concession Titulo Feudi, und also nach gemeinem Wahn und Deutung der Rechts-Gelahrten privativè geschehen / wodurch die Herren Grafen/als Vasalli, das Utile Dominium und vollständige possess, Gebrauch und Nutzbarkeit aller Gerechtigkeiten und Herrligkeiten / besonders der Zölle und Fehren auffm Rheine zu N. N. erlanget/also daß sie an dem Exercitio und Gebrauch von dem Lehn-Herrn hinführo nicht gehindert/oder perturbiret, noch ihnen hierinnen auf der Grafschafft N. N. einigerley Eintrag gethan werden mag/ꝛc. So erscheinet daraus so viel/daß wohlgedachte Herren Grafen zu N. N. auf der Fehren am Rhein die Churfürstliche neue Zoll-Anordnung und Eröffnung wider ihren Willen einzuräumen nicht verbunden / sondern sich solcher Beschwerung gebührender Maßen zu entbrechen wol befugt seyn / V. R. W.)

Definit. XII.

Paribus Senatorum votis existentibus, ea pars vincit, qvæ causam tuetur magis favorabilem ac rationabiliorem.

1 MElius eqvidem cum rebus humanis ageretur, si ponderarentur sententiæ, non numerarentur, *arg. l. 1. §. sed neqve ex multitudine. 6. C. de veter. jur. enucl.* cum, ut Plinius ait *lib. 2. epist. 12.* argumentum pessimi turba est; Attamen Sena-
2 torum & Assessorum autoritas facit, † ut qvæ numero vincit sententia, eadem rationis pondere qvoqve superior esse existimetur, *l. qvod major. 19. ad municip. l. aliud est. 160. §. refertur. 1. ff. de*
3 *Reg. jur. l. nominationum. 45. C. de decur. 10.* † ne contentio oriatur inter Senatores periculosissima de singulorum dignitate atqve eruditione, ut tradit scitè Anton. Fab. *in C. lib. 1. tit. 7. definit. 2. num. 3.* † Nihilominus fieri potest, ut ab hoc mo- 4
do decidendi, ex numero scilicet votorum, sit recedendum: † Qvid enim, si uno aut altero Sena- 5
tore absente, aut etiam defuncto, paria sint vota, & qvisqve in sua opinione perseveret? Vincet utiqve tùm ea pars, † qvæ rationabiliorem aut fa- 6
vorabiliorem, putà matrimonii, dotis, testamenti, libertatis aut pietatis causam tuetur, vel pro ratione negotii cujusqve æqvitati ac observantiæ receptæ propiùs accedit, *l. inter pares. 38. ff. de re judic.* Anton. Fab. *dict. defin. 2. n. 7.* † Ac qvidem, 7
si cætera omnia sint paria, vincet Reus hoc ipso, qvod actore favorabilior habetur, *l. favorabiliores. 125. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in causa Senatûs Wurtzensis, Mens. Sept. An. 1634. (Verb. sent. Seyd ihr unlängsten nach Gewohnheit selbiges Orts zur neuen Raths-Wahl geschritten/ und als ein neuer Bürgermeister gewehlet worden/ sollen seyn 4. Vota auf den Stadt-Richter / die andern 4. Vota aber auf eine andere Person / so dem Rathstuhl nicht verwandt / gefallen. Ob nun wol die Vota paria seyn / und beyde Personen darzu gnugsam qvalificiret/ daher zwischen euch sämtlichen wegen des neuen Bürgemeisters Differentien entstanden; Dieweil aber dennoch itzt-gedachte andere Person dem Rathstuhl bißhero nicht zugethan gewesen / auch von denen Raths-Personen / so ihme mit naher Schwägerschafft verwandt / 2. Vota erlangt/hingegen aber der Stadt-Richter gantzer 16. Jahr dem Rathswesen beygewohnet / und dessen kündig ist/ zumahln auch biß dato nicht gebräuchlich gewesen / daß eine frembde Person außer dem Rathstuhl zum Bürgemeister-Ampt erkieset werde/ꝛc. So wird bemeldter Stadt-Richter vor der andern Person / von welcher eure Frage meldet / zum Bürgermeister-Ämt billich bestellet/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXVIII.
PARTIS PRIMÆ.

Wie eine Schuld vor der andern bezahlet werden soll?

De jure prioritatis inter Creditores.

DAnn zwischen den Gläubigern der Erstigkeit halben Streit vorfället / So constituiren, ordnen und wollen wir / daß vor allen andern Schulden erstlichen bezahlet werden sollen das Lied-Lohn/ was auf des verstorbenen Schuldeners Begräbniß und in seiner Kranckheit der Artzney halben aufgewandt/ auch Schoß / Steuer und Erb-Geld / und nach diesem soll des Schuldeners Ehe-Weib/ mit ihrem eingebrachten Gut / so viel sie deß erweisen kan / allen andern Gläubigern / so nicht ältere ausdrückliche Verpfändung haben / vorgezogen werden. In dem Gegen-Vermächtniß aber hat sie sich dißfalls der Prioritât / den Gläubigern zu Nachtheil / nicht anzumassen / iedoch was der Leib-Gedinge halben verordnet / bleibet in Würden und Kräfften.

Nach ietzt-berührten Schulden folgen alle die / so auf des Schuldeners Gütern

IN qvæstione de prioritate inter creditores statuimus, ordinamus, & volumus, ut præ omnibus aliis primo loco solvantur merces familiæ debita, qvæqve in funus defuncti, ejusqve curationem impensa sunt, census item publicus Magistratui debitus, & pecunia illa, qvæ Erb-Geld Germanicè dicitur.

Deinde uxorem debitoris in bonis, qvæ ad maritum se intulisse probare potest, omnibus aliis ejus creditoribus, expressam anteriorem hypothecam non habentibus, præferimus.

In donatione tamen propter nuptias nullam hoc casu prioritatem, in præjudicium creditorum, illi tribuimus, firmis interim manentibus, qvæ de dotalitiis sunt statuta.

Hos, qvos modò diximus, creditores, ii, qvi vel expressam, vel tacitam in bonis credi-

ausdrückliche/oder Vermöge der Rechte/stillschweigende Pfand haben / unter welchen die Aeltisten / von Zeit der erlangten Pfändung anzurechnen / ie einer dem andern vorgezogen werden. Und da zwo Verpfändung auf einen Tag geschehen / und nicht erwiesen werden können / welche vor- oder nachgangen / auf den Fall sollen die Gläubiger zugleich / nach Anzahl eines ieden Schuld / zugelassen werden. Dergleichen haben auch die solchen Vorzug / welche auf vorgehenden ordentlichen Process und Recht / die würckliche Einladung und Immision erlanget haben; Wäre aber einem Gläubiger ein Termin zur Hülff angestellet / oder auf ausgebrachten Befehl / ohne Process und Urtheil / verholffen worden / So soll er derwegen mehr / denn er sonst zu Recht befugt / sich der Erstigkeit nicht anzumassen haben.

Ferner sollen nach denen bezahlet werden die Schuld wegen eines zu treuen Händen hinterlegten Guts / welches der Schuldener verändert und verthan hat / auch alles / was zu milden Sachen und zu Alimenten gehörig; und dann nach diesen sollen die Arestanten, welche keine rechtliche Immission erlanget / zugelassen werden / denen wir auch hiemit eine dingliche Gerechtigkeit / der Priorität halben / von der Stund anzufangen / da der erste Kummer geschehen / und gebührlichen verfolgt / geben und gestatten.

Folgends und wann niemands von den obgesatzten Gläubigern mehr verhanden / sollen die andere / so sonsten in Rechten personaliter privilegirt, die Priorität haben / und letzlichen die Chirographarii, welche allein Brieff und Siegel / oder andere Nachrichtung ihrer Schulden halben vorzülegen haben / ohne Unterscheid der Zeit / pro ratâ eines ieglichen Schuld / nach Verordnung gemeiner Rechte / zugleich bezahlet werden.

Creditoris habent hypothecam, secundùm ordinem temporis, qvo qvæq; contracta est, seqvantur.

Duabus verò hypothecis unâ & eâdem die constitutis, si, utra alteram præcesserit, probari liqvidò non possit, ambo creditores, pro ratâ cujusqve debiti, simul admittantur.

Pari jure prioritatis cum hypothecariis & illi gaudebunt, qvi præcedente ordinario processu & sententia, in bona debitoris realiter immissi sunt.

Qvod si verò cuidam è creditoribus terminus tantùm faciendæ executioni præfinitus sit, vel per rescriptum absqve processu & sententia executionem qvis impetraverit, is ex eo, qvantum ad jus prioritatis attinet, nihil amplius consequetur, qvàm qvod ante factam executionem habuit.

Hos depositum subseqvi volumus, qvod alienavit, vel consumsit debitor, qvæqve ad pias causas & alimenta pertinent, tùmqve arestantes, qvi nullam judicialem immissionem consecuti sunt, in ordine seqventur, qvibus & ipsi, qvantum ad prioritatem, jus reale, ab illa ipsa hora, qvà arestum impetrârunt, illudqve legitimè prosecuti sunt, tribuimus.

Prædictis creditoribus omnibus dimissis, satisfieri volumus illis, qvi personaliter ex juris communis dispositione privilegiati sunt. Ultimo verò loco Chirographariis, qvi nimirum nudis tantùm cautionibus debitorum, aut aliter credita sua probantes, pignora aut jura realia ulla non habent. Et hi qvidem nulla temporis habitâ ratione, pro rata cujusqve debiti, secundùm jura communia, admittentur.

DEFINITIONES.

1. *In concursu creditorum ante omnia probari debent credita per liqvidationem exhibita.*
2. *Non definitivè pronunciandum est super prioritate Creditorum, anteqvàm bi jura sua demonstraverint, & adinvicem de prioritate disputaverint.*
3. *Injungitur qvandoqve Creditoribus probatio crediti & deductio jurium prælationis, sub pœna præclusioni, ad maturandum prioritatis processum.*
4. *Non errat judex, super prioritate definitivè pronuncians, adjectâ conditione: si hic vel ille Creditor jus suum probaverit.*
5. *Sententiâ definitivâ super prioritate latâ, exsolvendum est debitum Creditoribus, qvi sententiæ acqviescunt, licet alii de prioritate ulterius disceptent.*
6. *Non decernendum est super prioritate Creditorum, anteqvàm instrumenta exhibita debitor recognoverit, vel juratò diffessus fuerit.*
7. *Debitor latitans vel fugitivus per edictum publicum debet citari.*
8. *Defuncto debitore, cui heres nemo existit, bonis Curator dandus est, qvi Creditoribus respondeat, eorumq; instrumenta recognoscat.*
9. *In judicando super prioritate Creditorum attendi debent Statuta domicilii debitoris, etiamsi bona mobilia alibi sita sint.*
10. *Creditores defuncti debitoris petere possunt separationem bonorum, qvando hæredis bona prioris Creditoribus non sufficiunt; Non etiam Creditores venditoris in bonis emptoris.*
11. *Judex, de prioritate facie informatus, super concursu Creditorum definitivè pronunciare, ac qvemvis in classe suâ & ordine collocare debet; qvotq; sint classes Creditorum.*

CLASSIS PRIMA.

In qvâ veniunt singulari qvâdam prærogativâ & prioritate præ aliis omnibus privilegiati Creditores.

12. *Privilegiati Creditores, in primâ classe concurrentes, non pro ratâ portione Credita accipiunt, sed juxta ordinem privilegiorum alter alteri præfertur.*
13. *Vidua vel Uxor, jure dominii repetens bona sua, in hereditate mariti reperta, alios Creditores indifferenter in iis excludit.*
14. *Liberis etiam bona propria, in parentum hereditate adhuc reperta, jure dominii præ aliis omnibus debentur Creditoribus.*
15. *Sicuti etiam res depositæ, præ omnibus aliis Creditoribus, qvalitercunqve privilegiatis vindicari potest.*
16. *Pecuniâ ad certum usum datâ, non tamen à mandatario in eum conversâ, sed consumptâ, Domino repetenti non competit jus prælationis præ hypothecariis, aliisq; Creditoribus.*
17. *Non præfertur hypothecariis, aliisq; Creditoribus privilegiatis, Venditor, in mercibus venditis, adhuc extantibus penes emptorem, qvando fides habita est de pretio.*
18. *Nisi emptor dolosè cum Venditore contraxerit, emendo merces, cum jam solvendo non esset.*
19. *Qvo casu Venditor merces ab emtore dolosè alienatas, etiam à tertio possessore vendicare potest.*
20. *Reservans sibi hypothecam in re venditâ, etiam extra judicium, ratione pretii omnibus aliis creditoribus præfertur.*
21. *Jus qvoq; prælationis Venditor habet ratione pretii in re vendita, si dominium sibi reservaverit, vel ei in foro Saxonico non judicialiter resignaverit.*
22. *Omnibus indifferenter Creditoribus debitoris præferuntnr illi, qvi hypothecam in feudo consecuti fuêre, anteqvam illud debitor emeret.*
23. *Non gaudent hoc jure prælationis, qvi rem venditam jure pignoris obligatam non habent.*
24. *Famuli privilegium habent prælationis, etiam ratione mercedis, ex præcedentibus annis, apud Dominum restantis.*
25. *Privilegio mercedis gaudent saltem ii ministri, qvi pro certo servientes salario in ædibus & convictu debitoris reperiuntur.*
26. *Gaudet qvoqve hoc prælationis jure pædagogus ad informandos debitoris liberos certâ mercede conductus.*
27. *Non verò gaudent privilegio hoc prælationis operarii vel opifices, qvi non in ædibus & convictu defuncti commorantur, vel absqve certo salario operas præstant.*
28. *Neqve factores mercatorum hoc prælationis privilegium prætendere valent.*
29. *Actuariis judicii prælationis privilegium eatenus concessum videtur, qvatenus pane Domini fruuntur.*
30. *Advocatus ratione salarii, sibi promissi, reliqvis Creditoribus non præfertur.*
31. *Liberi parentibus operas familiares præstantes, ac mercedem exigentes, haud præferuntur aliis creditoribus.*
32. *Nisi ipsis certa merces fuerit promissa.*
33. *Amittitur privilegium mercedis, si ejus nomine, tanqvàm creditæ pecuniæ, usuras famulus à Domino acceperit.*
34. *Qvantitatem mercedis famuli juramento suo probare possunt, si non constet, qvantum ipsis debeatur.*
35. *At, ministros se fuisse, famuli aliter, qvàm per juramentum suum probare debent.*
36. *Salarium qvoq; Curatoris bonorum, & qvod ab eo impensum fuit, privilegio mercedis famulitiæ in concursu Creditorum gaudet.*
37. *Præferuntur qvoqve reliqvo ære alieno, impensæ, in culturam agrorum factæ,* (das Acker-Lohn.)
38. *Sicuti etiam frumentum Sementarium* (Saam-Getreydig.)
39. *Post mercedes famulorum præferuntur impensæ funebres, reliqvis etiam Creditoribus hypothecariis anterioribus expressis.*
40. *Prælationis privilegium concessum est saltem impensis funebribus, qvæ ad sepulturam ipsius debitoris, non etiam uxoris & liberorum fuerunt erogatæ.*
41. *Etiam impensæ, pro vestibus lugubribus erogatæ, privilegio prælationis gaudent.*
42. *Non potest efficere debitoris dispositio, ut impensæ funebres immodicæ reliqvo ære alieno præferantur.*
43. *Impensis funebribus succedunt sumptus, in ægroti debitoris curationem facti; qvibus etiam Salaria Chirurgorum accensentur.*
44. *Non verò sunt privilegiatæ impensæ, in curationem uxoris & liberorum debitoris factæ.*
45. *Privilegiatæ sunt impensæ, duntaxat erogatæ in curationem morbi, ex qvo debitor ægrotus obiit.*
46. *Non locus est prælationi impensarum, in curationem debitoris ægroti factarum, anteqvàm haverisimiliter fuerint probatæ.*
47. *Post sumptus in curationem ægroti debitoris factos, collectæ, etiam inferiori magistratui exsolvendæ, reliqvo ære alieno præferuntur.*
48. *Non præferendus est Creditor hypothecarius Magistratui ex eo, qvod ante impositam collectam jus pignoris acqvisiverit.*
49. *Privilegium tributorum, reliqvo ære alieno præferendorum, ad omnes indifferenter collectas, etiam extraordinarias extenditur.*
50. *Qvicqvid ad processum executionis adversus debitorem expediendum, à Magistratu erogatum est, in prælatione creditorum tributis annectitur*
51. *Non tamen gaudent hoc privilegio Collectarum debita ex contractu cum Magistratu inito, dependentia, vel aliàs in commodum debitoris erogata.*
52. *Magistratus in tributis* (der Land- und Tranck-Steuer) *pro debitore erogatis privilegio hoc prælationis non nisi ad qvadriennium gaudet.*
53. *Laudemiorum nomine Magistratus tacitam saltem habet hypothecam in bonis debitoris, absq; omni prælationis privilegio.*
54. *Canon verò Emphyteuticus, Decimæ, Census, similesq; pensiones annuæ unà cum tributis atqve collectis hypothecariis, etiam antiqvioribus, ac reliqvo ære alieno præferuntur.*
55. *Sicuti & annui reditus, etiam redimibiles.*

56. Post

56. *Post tributa & collectas exsolvenda est pecunia hereditaria, vel ex rei alicujus venditione certis terminis promissa;* Erb- oder Tagzeit-Gelder.

57. *Emptor pecuniæ hereditariæ succedit venditori etiam in jure prælationis.*

58. *Non competit privilegium hoc prælationis pretio venditionis parato,* dem Angelde; *etiamsi distinctis terminis intra annum & diem exsolvatur.*

59. *Cessat prælationis privilegium, si creditor pecuniam hereditariam, postquam dies cessit, in mutuum convertit, vel usuras à debitore acceperit.*

60. *Vel etiam, si creditor pecuniam hereditariam, cujus dies jamdudum venit, non petierit, cum tamen eam benè consequi potuisset.*

61. *Non tamen cessat prælationis privilegium, si Creditor, postquam dies venit, de solutione debitorem interpellans eam consequi non potuerit.*

62. *Non mutantur termini & intervalla exsolvendæ pecuniæ hereditariæ ex jure prælationis.*

CLASSIS SECUNDA.

In quâ veniunt Creditores, qui præter tacitam hypothecam, ex privilegio quoq; personali jus habent prælationis.

63. *Inter Creditores, hâc in Classe positos, concurrentes, is semper reliquis præfertur, qui anteriorem hypothecam consecutus est.*

64. *Sicuti in dote, ita etiam in augmento dotis mulier præfertur omnibus Creditoribus, etiam hypothecariis; exceptis iis, qui anteriorem expressam habent hypothecam.*

65. *Etiam de jure communi, extra forum Saxonicum, hypothecarii anteriores expressi præferuntur mulieri, dotem repetenti.*

66. *Non præfertur mulier ratione dotis iis Creditoribus, qui prius arestum vel immissionem in bona debitoris judicialem impetrârunt.*

67. *In rebus saltem mobilibus præferuntur mulieri, dotem illatam repetenti, Creditores ii, qui hypothecam extra judicialem anteriorem sunt consecuti.*

68. *Non præfertur mulier assecurata ratione dotis, expressâ hypothecâ, Creditoribus anteriorem expressam habentibus.*

69. *Mulier non solùm defuncto, sed etiam vivente adhuc marito, & adinopiam vergente, jus prælationis in dote habet.*

70. *Vidua ratione dotis præferenda est Agnato, res expeditorias petenti.*

71. *Competit mulieri privilegium prælationis ratione dotis, etiam in bona mariti non conversæ.*

72. *Modò marito illata probetur, aliter, quàm solius mariti confessione.*

73. *Ne quidem jurata mariti confessio efficit, ut locus sit juri prælationis in dote confessata.*

74. *Exceptio non solutæ dotis objici potest à Creditoribus mariti post elapsa tempora, intra quæ opponi à marito potuit.*

75. *Non probat mariti confessio dotem illatam, etiamsi mulier in supplementum jurare velit.*

76. *Competit tamen privilegium prælationis mulieri in dote confessata, si reliqui etiam Creditores per solam confessionem debitoris numerationem probent.*

77. *Mariti confessio obligat heredes ad restitutionem dotis, etiamsi hujus illatio aliter à Vidua non probetur.*

78. *Gaudet mulier in dote confessata privilegio prælationis, si confessio mariti, de receptione dotis, antea promisse, ex intervallo temporis subsequatur.*

79. *Vel si maritus dotem, non à parentibus uxoris, sed à tertio sibi datam in apochâ confessus fuerit.*

80. *Probatur dotis numeratio ex confessione mariti, accedente unius saltem testis fide digni depositione.*

81. *Ad probandam dotis numerationem fratres uxoris ad testimonium admittuntur.*

82. *Mariti bonis dos illata censetur, eo ipso, quod utrique, marito & uxori, simul fuerit numerata.*

83. *Non competit jus prælationis in dote mulieri, quæ, cum marito communem negationem exercens, debita simul contraxit.*

84. *Nec gaudet mulier, ratione dotis, prælationis privilegio, si sciens viro, jam antea obærato, nupserit.*

85. *Vel si culpâ mulieris maritus ad inopiam pervenerit.*

86. *Ratione bonorum paraphernalium mulieribus competit saltem jus tacitæ hypothecæ, non etiam prælationis privilegium.*

87. *Voculâ* (Heyraths-Gut) *dotalia saltem bona, non etiam paraphernalia significantur; & quænam ita dicantur?*

88. *Dona nuptialia pro bonis dotalibus habentur, adeoq; repetitione partis dimidiæ uxor gaudet privilegio prælationis.*

89. *Bona, aliundè per hereditates acquisita, & marito illata, non dotalia sunt, sed paraphernalia.*

90. *Uxor repetens pecuniam, quam mutuò dederat marito, nec hypothecariis, nec Chirographariis præfertur.*

91. *Ratione donationis propter nuptias, si mulier de hypothecâ expressâ sibi non prospexit, inter Chirographarios Creditores referenda est.*

92. *Liberis prioris matrimonii, præferuntur in legitimâ paternâ Novercæ, donationem propter nuptias petenti.*

93. *In dotalitio perinde atque in dote uxor munita est jure tacitæ hypothecæ, ac prælationis privilegio, marito etiam adhuc vivo, sed non solvendo existente.*

94. *Uxori, morgengabam & cibaria domestica petenti, omnes indifferenter Creditores, etiam nudi Chirographarii præferuntur.*

95. *Prælationis privilegium in dote soli uxori competit, non etiam heredibus collateralibus, vel ascendentibus, nec ab uxore alii potest cedi.*

96. *Liberi tamen, aliiq; heredes descendentes in dote maternâ jure prælationis æquè gaudent.*

97. *Defunctâ licet matre ante maritum, liberi tamen ejus, ratione legitimæ maternæ, jus prælationis habent, & Novercæ ratione dotis suæ in concursu præferuntur.*

98. *Liberi tamen, post matrem defunctæ, jus prælationis maternum ad collaterales & ascendentes heredes non transmittunt.*

99. *At jus tacitæ hypothecæ, sicuti extraneo cedi, ita etiam ad heredes quoscunque à muliere, ejusq; liberis transmitti potest.*

100. *Defuncto patre, liberi petere nequeunt legitimam paternam, priusquàm viduæ de bonis illatis, vel portione statutaria satisfactum fuerit.*

101. *Ratione legitimæ paternæ filii in bonis vitrici non præferuntur viduæ, bona illata petenti.*

102. *Post dotem mulieris fiscus præfertur hypothecariis omnibus posterioribus.*

103. *Præfertur tamen fiscus etiam anterioribus hypothe-*

cariis, sive expressis, sive tacitis, in bonis postea qvæsitis.

104. *Cessat jus prælationis Fisci in pœnis fiscalibus, qvarum ratione solam habet tacitam hypothecam, à tempore condemnationis.*

105. *Qvi ad refectionem vel conservationem domus, vel alterius rei, pecuniam mutuò dedit, præfertur hypothecariis, etiam anterioribus expressis.*

106. *Modò ad conservationem pecunia nominatim mutuò data, ex eaq; res refecta probetur.*

107. *Qvi ad emendam domum, aliamvè rem, pecuniam mutuò dat, non aliter prælationis privilegium consequitur, qvàm si expressè sibi de hypotheca in illâ re prospexerit.*

108. *Non consequitur privilegium prælationis, qvi post factam demùm emptionem, pecuniam ad exsolutionem pretii mutuò dat emptori; ut maximè de hypotheca sibi prospiciat.*

109. *Pupillus tamen & minor rem suâ pecuniâ emptam jure pignoris obligatam habet; etiamsi de hypothecâ sibi expressè non prospexerit.*

CLASSIS TERTIA.

In qvâ veniunt Creditores, qvi ex hypothecâ tacitâ, sive expressâ, arresto, vel immissione judiciali jus reale consecuti fuêre.

110. *Inter hypothecarios, arrestantes, vel judicialiter in bona debitoris immissos Creditores, qvi prior tempore, potior qvoqve est jure, & reliqvis præfertur.*

111. *Pro ratâ autem simul admittuntur hi creditores, si uno eodemq; momento impetraverint jus reale in bonis debitoris, vel qvis prior fuerit, sciri neqveat.*

112. *Posterior hypothecarius, arripiens possessionem hypothecæ, non præjudicat per id hypothecario anteriori.*

113. *Ratione bonorum adventitiorum, qvæ pater tutorio nomine administravit, competit liberis tacita hypotheca in bonis paternis.*

114. *Jus tacitæ hypothecæ, qvod pupillis in bonis tutoris competit, incipit à die susceptæ vel confirmatæ tutelæ.*

115. *Competit qvoqve jus tacitæ hypothecæ Civitati, Ecclesiæ & Hospitali in bonis Administratorum.*

116. *Ratione pecuniæ, mutuò datæ, competit jus tacitæ hypothecæ Ecclesiis, Hospitalibus & Scholis in bonis debitoris.*

117. *Competit etiã jus tacitæ hypothecæ locatori ratione mercedis in rebus, domui conductæ illatis.*

118. *Non habet jus tacitæ hypothecæ maritus in bonis uxoris, ratione portionis, in pactis dotalibus sibi in casum mortis uxoris promissæ.*

119. *Qvando pignus incipiat, in casu, qvo non in ipso contractus tempore de hoc fuerit conventum.*

120. *Potior est hypothecarius in diem, qvàm is, cui postea ante diei adventum eadem res purè oppignorata fuerit.*

121. *Ex promissione, de re oppignorandâ, non præfertur qvis creditori, cui postea res eadem fuit oppignorata.*

122. *Valet de jure civili hypotheca bonorum immobilium extrajudicialis in tantum, ut anterior mulieri ratione dotis præferatur.*

123. *Postqvàm venditâ hypothecâ, de pretio satisfactum est hypothecariis, in residuo pretii, Chirographariis præferuntur ii, qvi conventionalem habent hypothecam.*

124. *In fructibus fundi præfertur hypotheca extrajudicialis anterior judiciali posteriori, etiam in foro Saxonico.*

125. *Non subsistit hypotheca extrajudicialis, coram duobus vel tribus testibus in bonis emphyteuticis, censiticis & feudalibus constituta.*

126. *In tantum, ut ne qvidem in fructibus prædii feudalis vel Emphyteutici hypotheca, coram testibus constituta, præferatur hypothecæ judiciali.*

127. *Præfertur hypotheca coram testibus constituta anterior posteriori tacitæ, ut & doti mulieris.*

128. *Generalis hypotheca anterior præfertur speciali posteriori, etiamsi alia sufficiant bona; & qvando id fallit.*

129. *Nec præferendus est creditor anteriori generali ex eo, qvod specialem posteriorem hypothecam per decennium possederit atq; fructus perceperit.*

130. *Creditor, qvi in bonis pariter feudalibus atqve allodialibus debitoris, de hypothecâ sibi legitimè prospexit, non probibetur petere executionem in bona feudalia ante excussionem allodialium bonorum.*

131. *Primus creditor, in pignus tertii vel qvarti creditoris consentiens, non à tota hypotheca recedit, sed locum tertii vel qvarti subintrat.*

132. *Jus pignoris sui non remittit, qvi patitur se præsente rem obligatam distrahi, nisi expressim consenserit.*

133. *Non succedit qvis in locum anterioris creditoris ob id solum, qvod ex ejus pecuniâ dimissus sit anterior creditor, nisi de eo expressim convenerit.*

134. *Is, ex cujus pecunia dimissus est privilegiarius creditor, succedit in ejus privilegium, etiam citra conventionem.*

135. *Conventio de succedendo, in jus anterioris creditoris facta, in continenti post numerationem prodest non minus, ac si antea facta fuisset.*

136. *Pignora hodie judicialia plerumq; sunt, adeoq; exiguus est usus l. fin. C. de jur. Dom. impetr.*

137. *Ex instrumento qvarentigiato, extra processum etiam ordinarium, in bona debitoris judicialiter immissus creditor pignus reale consequitur.*

138. *Sicut & immissus ex debito confessato absqve productione cautionis.*

139. *Non tribuit executio creditori pignus ante immissionem realem in bona debitoris.*

140. *Consequitur tamen pignus creditor, si post interlocutoriam judicis, antè immissionem realem, debitor ei cesserit possessionem.*

141. *Judex dilationem immissionis indulgens debitori, non præjudicat creditori in jure reali, per immissionem ei competituro.*

142. *At creditor, in dilationem consentiens, præjudicat sibi in prioritate, ex reali immissione competiturâ.*

143. *Arestum in foro Saxonico jus reale tribuit, ex qvo arestantes præferuntur Creditoribus, hypothecam posteriorem tacitam vel expressam habentibus.*

144. *Inter Arestantes reliqvis præfertur, qvi prius ratione horæ atq; momenti jus reale impetravit.*

145. *Petenti Arestum non nocet mora judicis, si alius interim hoc impetret.*

146. *Pro ratâ simul admittuntur arestantes, si unâ die*

die vel horâ arestum impetraverint, de momento autem prioritatis constare neqveat.

147. *Pro debito etiam in diem & nondum exigibili, arestantibus jus reale, & prioritas competit.*

148. *Venditâ re oppignoratâ, Creditores, in pretio arestum impetrantes, præferuntur hypothecariis anterioribus.*

CLASSIS QVARTA.

In qvâ referuntur Creditores, personale solummodò privilegium habentes.

149. *Creditores, personaliter privilegiati, omnes simul, sed prorata admittuntur.*

150. *Deponenti competit privilegium personale, etiam de jure communi, ratione rei depositæ, qvæ non amplius exstat in bonis depositarii.*

151. *Necessarium sive judiciale depositum arestantibus & hypothecariis præfertur.*

152. *Qvicqvid alimentorum nomine debetur, privilegiatum est, & Creditis Chirographariis præfertur.*

153. *Reliqvis etiam Chirographariis præferuntur, qvi pecuniam gratis, & sine usuris mutuò dederunt.*

154. *Præferendus est Chirographariis aliis Venditor in residuo pretii, qvi sibi de jure pignoris non prospexit.*

155. *Competit etiam personale privilegium iis, qvi ad rem emendam credunt pecuniam absqve constitutione hypothecæ in re emptâ.*

156. *Non habet privilegium personale Collegium in bonis Collegæ, etiamsi qvid debeat is ex ratociniis Collegii.*

157. *Non debentur liberis ex ejusdem bonis alimenta, antequam Creditoribus omnibus fuerit satisfactum.*

CLASSIS QVINTA.

In qvâ veniunt Chirographarii.

158. *Chirographarii indifferenter omnes simul prorata admittuntur.*

159. *Chirographariorum appellatione continentur qvoq; Creditores ii, qvi per confessionem debitoris, vel testes sua credita probant.*

160. *De jure communi in concursu Creditorum, unà cum sorte etiam usuræ sunt adjudicandæ.*

161. *In foro autem Saxon. non adjudicantur usuræ in concursu Creditorum, antequam omnibus, etiam Chirographariis, de sorte satisfactum fuerit.*

162. *Licet super usuris, æqvè ac super ipsâ sorte, hypotheca fuerit constituta.*

163. *Non efficit renunciatio mulieris, ut Creditor, ejus locum subintrans, aliis Creditoribus ratione usurarum præferatur.*

164. *Interesse tamen sive usuræ compensatoriæ, etiam in foro Saxonico, unà cum sorte principali, Creditoribus adjudicari solent.*

165. *Ex pacto antichreseos fructus percepti in concursu Creditorum non sunt restituendi.*

166. *Mulieri in concursu Creditorum, unà cum dote & bonis illatis, usuræ qvoqve sunt exsolvendæ, etiamsi reliqvis Creditoribus de sorte satisfactum non fuerit.*

167. *Usuræ qvoq; pretii haud soluti in concursu Creditorum prærogativâ gaudent.*

168. *Debentur etiam usuræ, unà cum sorte pecuniæ hereditariæ, in concursu Creditorum, si ea, postqvam dies venit, haud exsoluta fuerit.*

169. *Usuræ in annuis reditibus sunt exsolvendæ, licet reliqvi Creditores sortem non consequi valeant.*

170. *Repetit fidejussor in concursu Creditorum unà cum sorte usuras, qvas pro suo principali solvit.*

171. *Ecclesiæ & Hospitalia ratione usurarum qvoqve aliis Creditoribus præferuntur.*

172. *Gaudent etiam prærogativâ usuræ pupillares.*

173. *Sed non ultra, qvàm tutela duret, licet rationes tutelæ nondum redditæ fuerint.*

174. *Postqvam Creditoribus omnibus de sorte satisfactum est, usuræ qvoqve secundum cujusq; Creditoris prærogativam exsolvi debent.*

175. *Mulier ratione temporis tertia, qvoad dotem illatam, vincit ex seipsa primum Creditorem, hypothecam tacitam: & ex persona primi, secundum, intermediam expressam habentem.*

176. *Præfertur etiam ratione dotis illatæ mulier, in ordine secunda, primo Creditori, hypothecam expressam anteriorem habenti, si tertius, ad refectionem ædium pecuniam credens, hypothecam sibi constitui fecerit.*

177. *Secundus Creditor habens arestum, ex persona tertii habentis hypothecam judicialem, vincit primum Creditorem, qvi nititur jure hypothecæ extrajudicialis.*

178. *Qvod uni ex Chirographariis à debitore solutum est, id repeti neqvit à reliqvis Chirographariis.*

179. *Repetere tamen possunt hypothecarii, vel privilegiati Creditores, qvod Chirographariis est solutum.*

180. *Pecuniam qvoq; posterioribus hypothecariis solutam, priores hypothecarii jure repetunt.*

181. *Nunqvam repetitur solutum Creditoribus, si ex bonis debitoris reliqvis satisfieri qveat.*

182. *Emptor, qvi publicæ auctionis pretium solvit magistratui, securus qvidem est, sed magistratus rationem pecuniæ acceptæ reddere tenetur Creditoribus.*

183. *Emptor sub hastâ, si pretium semel solverit, tutus est, nec à Creditoribus posterioribus, qvibus ex pretio haud satisfactum, denuò conveniri potest.*

DEFINIT. I.

In concursu Creditorum ante omnia probari debent Credita, per liqvidationem exhibita.

1 ERrant Creditores, qvi solutionis spem sibi persvaderi patiuntur, anteqvam Credita liqvidaverint, & vel testibus, vel documentis sive 2 instrumentis probaverint. † Qvid enim absurdius dici aut cogitari posset, qvàm debitorem condemnari ad solutionem crediti, qvod forsan nunqvam extitit, & Creditorem eo ipso, qvod debitum postulavit, illud probâsse censeri? contra *l. 1. & 2. ubi* Bartol, *& Dd. C. si adverss. Credit. l. 2. C. de filiof. minor.* † Qvin nec ratio juris pa- 3 titur, ut ab executione incipiatur, anteqvam cognitio causæ & probatio præcesserit, *l. 1. C. de execut. rei judic. l. si cum nulla. 58. ff. de re judicat.* † 4 idqve eò minùs, si defuncto debitore adversus ejus heredes agatur. † Qvid enim, si beneficio 5 legis & inventarii hereditatem debitoris agnoverint, vel bona hereditaria juratò indicare vellent,

lent, qvibus jura ſua integra conſerventur? *l. ult.*
6 *C. de jur. delib.* † Aut qvid ſi hereditatem repu-
diaverint; Nec enim ſciri poteſt, an qvis ſit he-
res, priusqvam in jus vocatus & interrogatus fue-
7 rit; † cum aditio hereditatis animi ſit potiùs,
qvàm facti, *l. pro herede. 20. l. gerit. 88. ff. de ac-*
8 *qvir. hered.* † Efficit certè vel hæc ſola cauſa, ut
cognitio & probatio crediti præcedere debeat in
concurſu creditorum, anteqvam ſolutio debitori
vel heredibus imponatur.

Ita Domini in cauſa der Apeliſchen Gläubigere contra des Schuldeners Erben/ David Pleißnern/ zu Leipzig / M. Jan. A. 1622. (Verba ſent. Daß angegebene Anwalden Hanſen Schmiedens und M. Joh. Klingens durch Beybringung richtiger Vollmachten ihre Perſonen gebührlichen zu legitimiren ſchuldig. Würden nun obgedachte Gläubigere ingeſammt auf anderweit vorgehende gebührende Ladung erſcheinen / ihre Forderungen liqvidiren, beſcheinigen / und mit den Originalien beſtärcken/ auch des Schuldeners Erbe/ David Pleißner/ ſolche richtig recognoſciren, und was er einem und dem andern geſtändig oder nicht/ antworten/ auch die Gläubigere ingeſammt der Prioritat halber gegen einander verfahren / immaſſen ſie zu thun ſchuldig / ſo erginge alsdenn ihrer allerſeits Befriedigung wegen / und wie einer vor den andern zu bezahlen / ferner was recht iſt/ V. R. W.)

It. in cauſa D. Johannis Steinmetzens Gläubiger zu Leipzig / Menſ. April. Anno 1617.

In cauſa Matthæi Frubens Gläubiger/ Menſ. April. Anno 1619.

Et in cauſa Creditorum Hanſen von der Linde / Menſe Octob. Anno 1619.)

Definit. II.

Non definitivè pronunciandum ſuper prioritate Creditorum, anteqvam bi jura ſua demonſtraverint, & ad invicem de prioritate diſputaverint.

1 NEc ſatisfeciſſe ſuo officio cenſeri debent Creditores, demonſtrantes ſimul atqve probantes ſua Credita, per liqvidationem exhibita, anteqvàm jura prioritatis docuerint, & ad invicem
2 de prioritate diſputaverint. † Qvàm varia enim ſint prælationis jura, qvàm multiplicia etiam competant Creditoribus privilegia prioritatis, neminem fugere poteſt, qvi paululum ſaltem jura didicit, & limina judicii in concurſu Credito-
3 rum & cauſis prioritatum ſalutavit. † Ut nullam veriſſimè difficiliorem materiam in judiciis ventilari exiſtiment, qvàm ſi de prioritate Creditorum ſit diſceptandum. Id qvod ſæpiùs expertus ſum, & luculenter probat *tit. de privil. Creditor. ubi* Matth. Weſenbec. *in parat.* Dyn. *in c. qvi*
4 *prior eſt tempore. 54. de Reg. jur. in 6to. n. 8. & ſeq.* Petr. Heig. *part. 2. qvæſt. 6.* † Ecqvis verò judex tanti acuminis habet judicium, ut qvicqvam ſuper prioritate decernere verè qveat, priusqvam de ſingulorum juribus ac privilegiis ex mutuis eorundem diſceptationibus & probationibus facto-
5 rum fuerit informatus; † Conceſſerim tamen non ſemper longo, ac ordinario proceſſu Creditores defatigandos eſſe, ſed judici ipſi qvando-
6 qve incumbit, † in jura Creditorum ſaltem ſummariè inqvirere, totumqve negotium penſitare, id qvod ſæpiùs in cauſis Ruſticorum, ac modici lucri, ex qvibus ſcilicet non tantum commodi ſperandum, qvantum pro obtinenda prioritate expendendum eſſet, factum ſcio; † præſertim
7 cum & Reipublicæ interſit, lites ocyùs finiri, *l. properandum. 13. C. de judic. l. fin. ff. pro ſuo.*

Ita Domini in cauſa Creditorum Caſpari della porta, ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, M. Sept. A. 1619. (Verb. ſent. Dieweil die ſämtl. Gläubigere wegen der Prioritat und Erſtigkeit gegen einander noch zur Zeit nicht verfahren/ So geſchicht ſolches nochmahls billich / und ergehet alsdenn in der Sachen ferner/ was recht iſt/ V. R. W.)

It. in cauſa der Reubriſchen Gläubigere zu Leipzig/ Menſ. Aug. Anno 1620.

Et in cauſa Matthes Pintzbachs Gläubiger zu Leipzig / M. Aug. Anno 1620.

Definit. III.

Injungitur qvandoqz Creditoribus probatio crediti & deductio jurium prælationis, ſub pœnâ præcluſionis, ad maturandum prioritatis proceſſum.

AT, inqvies, hâc ratione multum anſæ dabi- 1
tur Creditoribus, lites protrahere, & prioritatis proceſſum in infinitum extendere; haud ſine injuriâ Creditorum aliorum, qvorum credita, cum liqvida & præ aliis privilegiata ſint, non poteſt non intereſſe ipſorum, proceſſum abbreviari, litemqve finiri, qvod & aliàs commodum Reipublicæ ſvadet, *l. 2. C. de re judic. l. 10. C. de transact. l. qvidam. 21. ff. de Reb. Credit. c. 1. extr. de appellat.* † Haud parùm qvoqve iniqvitatis acce- 2
dere videbitur, ſi ponamus, Creditores, qvi non niſi lucrum qværunt, (Ut fieri videmus in legato ad pias cauſas; † qvod æris alieni loco eſſe intel- 3
ligitur, *l. ſed ſi non ſervus. 36. l. æris alieni. 39. ff. ad leg. Falcid.*) juſſui judicis, in probandâ prioritate haud obtemperantes, negligentiâ ſuâ nocere aliis, qvi ſolùm de damno vitando certant; † Qvorum 4
tamen ratio ſemper debet eſſe potior qvàm eorum, qvi lucrum captant, *l. qvod autem. 6. §. ſimili modo dicimus. 11. & l. ult. §. 1. ff. qvæ in fraud. Cred. l. non debet. 41. §. 1. ff. de reg. jur. l. ult. C. de jur. del.* † Sed 5
occurrere poteſt judex malitiæ huic Creditorum, ſi intra certum terminum eos credita ſua probare ac jura prioritatis proponere jubeat, ſub pœna præcluſionis. Cui juſſui ſi non obtempera- 6
verint, poſteà non erunt ulterius audiendi, ſed jure ſuo privandi, & à concurſu excludendi. † 6
Qvem modum compeſcendi creditores negligentes, in Electorali Saxoniæ Scabinatu ſæpiùs practicatum memini. † Et, ut opinor, æqviſſimè; ſiqvi- 7
dem diligentibus, non negligentibus jura ſuccurrunt, *l. non enim. 16. ff. ex qvib. cauſ. major. l. pupillus. 24. in fin. ff. qvæ in fraud. Creditor.* † Ac maturan- 8
di omninò ſunt proceſſus in cauſis prioritatum, Ord. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 41. in pr. verſ.* und dergleichen *diſputat*, ſo viel möglich / ohne Weitläufftigkeit Rechtens abgeholffen werden möge. Noviſſimè certum procedendi modum hîc præſcripſit Sereniſſ. Sax. Elector. *in Reſolut. Grav. Tit.* von *Juſtitien*-Sachen. §. Und demnach zum zehenden.

Ita Domini in cauſa der Apeliſchen Gläubigere contra David Pleißnern/ M. Maj. A. 1626. (Verb. ſent. Würden nun künfftigen Termin auch N. N. ihre Forderungen gebührlichen beſcheinigen und beybringen / und die Apeliſchen Gläubigere ingeſamt der Prioritat halber gegē einander verfahren/ immaſſen ſie zu thun ſchuldig; So ergienge alsdenn endl. in dieſer Sachen/ und wie einer vor den andern zu bezahlen / ferner was recht iſt / mit dieſer ausdrückl. Comination und Verwarnung/ dz/ weñ ſolches von einē

oder dem andern Gläubiger nicht geschicht/ derselbe mit seiner Forderung ferner nicht gehöret/ sondern von diesem Concursu gäntzlichen abgewiesen werden soll/ V.R.W.

It. in causa D. Johannis Steinmetzens Gläubiger / Mens. April. Anno 1617. (Verba sent. Belangende die andere Gläubigere/ welche Anfangs nebenst oberzehlten Creditoren sich gleicher Gestalt angeben / als nemlichen N.N. N.N. &c. weil sie gebührlichen citiret, dem Urtheil und Citation auch dieses mit angehengt/ daß/ wo sie ihre angegebene Schulden nicht richtig liqvidiren und beybringen würden/ sie damit ferner nicht gehöret werden solten/ haben sich dieselben an ihren rechtlichen Zusprüchen nunmehr versäumet/ und mögen etwas weiter zusuchen nicht zugelassen werden/ V.R.W.)

It. in causa Jobst Breckenbergs Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Oct. Anno 1630. (Verba sent. So viel aber die andere Gläubigere anlanget / weil solche ungeachtet der in unsern vorigen Urtheil gesatzten Commination, bey der Sachen nichts weiters gethan / so werden sie nunmehr von diesem Concursu billich abgewiesen/ V.R.W.)

Et in causa der Bucherischen Erben contra Christoff Küchenmeisters Erben/ Mens. Dec. Anno 1617.

Definit. IV.

Non errat judex, super prioritate definitivè pronuncians, adjectâ conditione, si hic vel ille Creditor jus suum probaverit.

1 SÆpè tamen accidit, ut Creditores etiam sub Commination præclusionis citati, justâ ex causâ comparere, & jura sua demonstrare prohibeantur, ubi procul dubio judex neutiqvam
2 peccabit, novum præfigens terminum. † Attamen si reliqvis comparentibus, & definitivam petentibus, annuere velit, pronunciare utiqve poterit super prioritate, salvo tamen jure absentium, *l. ult. ff. de pact.* Ita nimirum, ut hoc allegatum, vel saltem conjecturatum, ceu jam sufficienter demonstratum, præsupponat, imposità
3 simul probatione Creditoribus. † Qvod decretum, etsi conditionale sit, jure tamen subsistit, vel saltem ex observantiâ in judiciis communiter recepta, de qvâ dixi Supr. Const. Elect. 26. *defin. 10.* Hartm. Pist. *obs. 119. n. 27.* Felin. *in c. qvod ad consultationem. 15. n. 1. vers. & adde. extr. de*
4 *sent. & re judicat.* † Eoqve modo pronunciandi sæpissimè utuntur Domini, processum prioritatis maturare volentes, sibi creditores præsentes, sive absentes, in probando credito vel demonstrandâ prælatione qvicqvam omiserint, sine qvo aliàs tutò neqveat deveniri ad sententiam definitivam. † Nec enim in prioritatis processu ita constrictum est judicis arbitrium, ut vel partium jura supplere, vel sententiam ad certum præsuppositum
5 ferre prohibeatur, id potissimum contendens, qvo lis abbrevietur, atqve processus finiatur, *arg. l. properandum 13. C. de judic. l. cum qvis 13. in fin. C. de reb.*
6 *Credit. §. item. 13. Inst. de inutil. stipulat.* Qvô & respexit Illustrissimus Saxo in Ord. proces. judic. *tit. 41. in pr. vers.* und dergleichen *disputat*, so viel müglich/ ohne Weitläufftigkeit Rechtens abgeholffen werden möge.

Ita Domini in causa Johannis Gilfeldes Gläubigere zu Leipzig/ Mens. Oct. A. 1630. (Verba sent. Würde des Debitoris Anwald die von den Gläubigern producirte Documenta gebührlichen recognosciren, immassen er/ sub Pœna Recognitorum zu thun schuldig; So werden bemeldte Gläubigere in folgender Ordnung bezahlet/ &c.)

[illegible] Georgii Alsdorff Gläubiger zu Franckfurt / an [illegible] oder/ Mens. Dec. An. 1634. (Verba sent. Wenn nun [illegible] alles geschehen / und der Curator Bonorum die angegebenen Schulden gestanden / oder aber dieselbige von Gläubigern bescheiniget und beybracht worden; So werden sie in folgender Ordnung bezahlet/ &c.)

It. in causa Jobst Bredenbergs Gläubiger/ Mens. Oct. An. 1630. (Verba sent. Zum 4ten Johann Grastet / und Consorten 1348. Rthl. / iedoch anderer Gestalt nicht/ als wofern gedachter Grastet seine Handels-Bücher eydlichen beschweren wird/ &c.)

Et in causa Joh. Arnsts Gläubiger contra Michael Stummen/ Mens. Nov. Anno 1634. (Verba sent. Zum [illegible] Sabinen/ Hansen Schneiders Tochter. 400. fl. Aliment-Gelder/ wofern sie bescheinigen mag/ daß Vermöge getroffener Vergleichung und Contracts, nach Absterben ihres Vatern/ solche Gelder auff sie kommen und gebracht worden/ &c.)

Definit. V.

Sententiâ definitivâ super prioritate latâ exsolvendum est debitum Creditoribus, qvi sententiæ acqviescunt, licet alii de prioritate ulterius disceptent.

1 ITa qvandoqve morosi sunt Creditores, ut neuter alteri saltem in tempore exsolutionis cedere velit, etsi per judicem super prioritate jam fuerit pronunciatum; qvo ipso non parum processus retardari solet, suspensâ nimirum per leuterationem vel appellationem sententiâ definitivâ:
2 † Attamen reliqvis, qvi sententiæ parent, mora hæc neutiqvam nocere debet, sed exsolvendum est ipsis debitum adjudicatum; † scilicet, qvia
3 tot sunt sententiæ, qvot nomina creditorum, & debita in sententiâ expressa, *l. etiam 29. §. 1. ubi* Gloss. *de minor.* Gloss. *in c. 2. extr. de ord. cognit.* † Qvo casu
4 per leuterationem unius altera non suspenditur, *l. in hoc judicio. 27. ubi* Gloss. *ff. famil. erciscund. c. placet. 12. extr. de convers. conjugat. c. non solum. 7. de appell. in 6.* Nicol. Boër. *decis. 73. n. 4.* † Qvin & sepa-
5 rata ab invicem sunt debita Creditorum. Ergo & separata horum erit ratio, neqve conjunctio ulla, *l. si maritus. 10. C. de donat. int. vir. & uxor. c. inqvisitioni 71. extr. de appell.*

Ita Domini in causa D. Johannis Ulrici zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1583. (Verba sent. Ist euch vor allen andern Barthel Scherlings Gläubigern die Priorität zu Recht zuerkant worden / und dieweil die andere Gläubigere nichts darwider eingewendet/ hat solches Urtheil/ so viel eure Zusprüche anlanget / seine Krafft Rechtens erreichet; So wird euch zu dem jenigen/ was euch darinnen zuerkant ist/ ungeachtet/ daß die andern Gläubigere noch unter einander streitig seynd/ gebührlichen billich verholffen/ V.R.W.)

Definit. VI.

Non decernendum est super prioritate Creditorum, antequam instrumenta exhibita debitor recognoverit, vel jurato diffessus fuerit.

1 QVemadmodum Creditoribus de debito asserentibus, non creditur, antequam id vel per testes, vel per instrumenta probaverint: †
2 Ita nec debitor ad exsolutionem condemnandus est, priusqvam responderit, & instrumenta producta recognoverit, vel jurato diffessus fuerit:
3 † Semper enim executionem cognitio causæ, & responsio debitoris præcedat, necesse est, *l. 1. C. de execut. rei judic. l. si cum nulla. 58. ff. de re judic.*

† Qvid

3 † Qvid enim si debitum jam exsolutum fuisset, aut defuncto debitore, beneficio inventarii adita, ad solutionem debiti non sufficeret? iniqvum sanè esset, heredem injuriâ gravari, *l. ult. C. de jur.*
4 *delib.* † Qvin nec instrumento obligationis producto fides habetur, priusqvam id debito recognoverit, ac confessione propriâ id confirmaverit. † Ita
5 enim Recognitio vim confessionis habet, cui standum est, *l. cum de indebito 25. §. ult. ff. de probat. l.*
6 *plures. 19. C. de fide instrum.* † Qvæ propterea etiam necessaria perhibetur: ne ex falso instrumento debitor condemnetur, aliiqve creditores, minus privilegiati, graventur, juxta tradita Bartol. *in l. scripturas 11. n. 3. C. qui pot. in pign.* Matth. Col. *de process. execut. part. 1. c. 3. n. 99.* Dan. Moll. *lib. 4. semestr. 43. num. 1.*

Ita Domini in causa Jacobi Apels Gläubiger contra des Debitoris Erben/David Pleißnern zu Leipzig / Mens. Jan. An. 16 12. (Verba sent. Daß des Schuldners Erbe/ David Pleißner/vor allen Dingen/ was er den Gläubigern geständig oder nicht/zu antworten/ auch die producirten Brieff und Siegel richtig zu recognosciren schuldig/ &c.)

It. in causa D. Joh. Steinmetzens Gläubiger/ Mens. Apr. An. 1617.

Et in causa Matthäi Pintzbachs Gläubiger/Mens. August. An. 1620.

Definit. VII.

Debitor latitans vel fugitivus per edictum publicum debet citari.

1 SÆpe debitores, qvi solvendo non sunt, creditoribus se subtrahunt, inani spe confisi, qvod latitantes à solutione pariter & executione se ipsos,
2 suaqve bona liberare possint. † Falluntur siqvidem, nec præjudicare debet ullatenus hæc mora dolosi debitoris Creditoribus, non qvidem, ut ipsis fas sit debitorem fugientem propriâ autoritate
3 prehendere, & in carceres detrudere; † Qvia mali exempli res esset, permittere alicui sibi jus dicere, *l. 1. ff. qvod legat. l. extat. 13. ff. qvod met. caus. l. non est singulis. 176. ff. de Reg. jur. l. 3. C. de pignor.*
4 † Sed publico edicto, in trium dominorum territoriis affigendo, debitor latitans citari debet, ut termino præfixo compareat, & Creditoribus respondeat, eorumqve instrumenta recognoscat.
5 † Cujus Citationis effectus hic est, ut non comparente debitore, instrumenta pro recognitis habeantur, & Creditoribus ex ejusdem bonis satisfiat;
6 teste observantiâ qvotidianâ, † qvæ etiam in jure fundata est, *Clem. 1. de judic. Novell. 134. c. 5.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 56. n. 7. & obs. 57.* Vid. *supr.* Const. Elect. 2. *Defin. 29.*

Ita Domini in causa Martini Weißels/ejusq; Creditorum zu Lucke/Mens. Febr. Anno 1616. (Verba sent. So wird oberwehnter Weißel/weil er an keinem gewissen Ort anzutreffen/durch öffentliche Edicta in dreyer Herren Landen gebührlichen billich citiret und vorgeladen/ mit der ausdrücklichen Verwarnung / er erscheine alsdenn oder nicht/daß auff seiner Gläubiger ferner Ansuchen mit der Hülffe und Subhastation in sein erkauffstes Hauß und Hof verfahren/u. die Gläubiger bezahlet werdē sollen/ &c.)

Definit. IIX.

Defuncto debitore, cui heres nemo existit, bonis Curator dandus est, qvi Creditoribus respondeat, eorumq; instrumenta recognoscat.

1 HEreditati nunqvam datur Curator, qvando heres adest, licet non nisi cum beneficio legis &
2 inventarii; † qvia hereditas jacens dici non potest, qvæ habet heredem cum beneficio inventarii, *l. ult. C. de jur. delib.* † Alia est ratio, si debitori de-
3 functo heres nemo existat; vel qvis, metuens onera hereditaria, æsqve alienum, ab hereditate abstineat. † Ubi omninò ex officio Curator dandus
4 est, qvi hereditatem defendat, ne alioqvin videatur hoc casu judicium sine reo consistere, *c. forus. 10. extr. de Verb. Signif. tot. tit. ff. de cumt. bon. dando.* Anton. Fab. *in C. lib. 6. tit. 11. Defin. 29. num. 4.*
5 † Qvin & si causæ cognitio atq; recognitio instrumentorum præcedere debeat sententiam judicis, super prioritate Creditorum ferendam, ut dixi *Supr.* Defin. 1. & 6. vel ob hanc solummodo causam in casu heredis deficientis, Curatorem, ad respondendum & recognoscendum instrumenta, constituendum putaverim. † Vel privatâ Credito-
6 rum voluntate, qvorum in potestate est, aut per sē, aut per Procuratorem agere; † Vel autoritate Ma-
7 gistratus, si convenire non possint, aut nemo idonus subire velit, *l. fin. ff. de Curat. bon. dando. ubi* Matth. Wesenb. *n. 2.*

Ita Domini in causa Matthæi Rickens Gläubiger zu Denstadt/Mens. Maj. A. 1617. (Verba sent. Dieweil Matthes Rickens Kinderer Vormünden Gerichtlichen sich erklähret/daß sie sich wegen ihrer Mündlein der Väterlichen Erbschaft/als welche übermäßig mit Schulden beschweret/nicht annehmen/sondern sich solcher gäntzlich enthalten und entschlagen wollen / immassen sie auch alsobald derselben renuncirer: So wird ein gewisser Curator bonorum billich verordnet/welcher auff vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/und auf der Gläubigere angegebene Schulden/was er einem oder dem andern darann geständig/oder nicht/ zu antworten/ auch die Handschriften und andere Documenta der Gläubigere/damit sie ihre Forderungen zu bescheinigen/iedoch wenn sie zuvor dieselbe in Originali vorzeigen werden / richtig zu recognosciren schuldig/ darauf alsо eines ieden Bezahlung halber/oder sonsten in der Sachen ferner ergehet/ was recht ist/V. R. W.)

It. in causa D. Johannis Steinmetzens Gläubiger zu Leipzig/Mens. Maj. Anno 1617.

In causa Johannis Josephi Bottini & Consort. Gläubigere/Mens. Dec. Anno 1624.

Et in causa Georgii Alsdorffs Gläubigere zu Franckfurt an der Oder/Mens. Dec. Anno 1634.

Definit. IX.

In judicando super prioritate Creditorum attendi debent Statuta domicilii debitoris, etiamsi bona mobilia alibi sita sint.

1 CUm Mercator Hamburgensis, ære alieno gravatus, ibidem decesserat, ejusqve Creditores super merces, hîc Lipsiæ positas, aresta impetraverant, existente concursu Creditorum, dubitabatur: An secundum Statuta Civitatis Hamburgensis super prioritate judicandum: an vero ex Constitutionibus Electoralibus Statutariis, qvæ hic Lipsiæ vigent, cuiqve suum jus prælationis attribuendum esset? † Etsi vero qvoad
2 processum prioritatis formandum Constitutiones Electorales attendi debere, Domini non ambigerent, judicio scilicet hic Lipsiæ super prioritate instituto: † Attamen qvoad decernendam prioritatem inter Creditores à jure Com-
3 muni & Statutis Hamburgensibus neutiqvam decedendum esse, arbitrati fuere. Bonis nempe non

non niſi mobilibus ſive mercibus hîc exiſtentibus;
4 † Qvæ ſemper cenſentur eſſe ſub jurisdictione ejus loci, in qvo debitor ſuum habet domicilium, adeoqve domicilio adhærent, ceu acceſſorium ſuo principali, *l. nam qvæ acceſſionum. 2. ff. de pecul. legat.* Hocqve ipſum eſt, qvod vulgò dicuntur mobilia perſonæ ſeu oſſibus defuncti inhærere,
5 Jac. Schult. *part. 1. qveſt. 39. num. 54.* † Et ſi in ſucceſſione mobilium Statuta domicilii attenduntur, licet alibi ſita fuerint, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 3. num. 245.* Hartman. Piſtor. *obſervat. 55. num. 4.* Andr. Rauchb. *part. 1. qv. 17. num. 3.* qvidni etiam in aſſignatione & adjudicatione, qvæ fieri debeat Creditoribus pro debiti exſolutione? cum nulla diverſitatis ratio ſufficiens dari qveat.

Ita Domini in cauſa Jobſt Bredenbrocks/Gläubiger contra den Schuldener und deſſen Eheweib / ventilatâ hic Lipſiæ, Menſ. Octobr. Anno 1630. (Verba ſent. Und werden bezahlet erſtlich der Schwerdt-Fegeriſchen Wittib und Erben 1800. Rthl. Vermöge der Gerichtlichen Hypothec und der Stadt Hamburg Statuten, &c.)

Definit. X.

Creditores defuncti debitoris petere poſſunt ſeparationem bonorum, qvando heredis bona propriis Creditoribus non ſufficiunt; Non etiam Creditores venditoris in bonis emptoris.

1 SI heres ſuos habeat Creditores, nec defuncti hereditas ſit ſolvendo, impetrare ſeparationem non poſſunt Creditores heredis, *l. 1. §. 1. ff. de*
2 *ſeparat.* † Qvia heres adeundo debitoris hereditatem, cenſetur hoc ipſo qvaſi contrahere cum Creditoribus hereditariis, *l. 3. §. 1. & l. ſeq. ff. qvib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. §. heres qvoqꝫ. 5. Inſt. de oblig.*
3 *qvæ ex qvaſ. contr. naſc.* † Adeoqve hereditarii creditores, non minus qvàm alii, ſunt etiam Creditores heredis; qvamvis heredis facultates non eodem pignoris vinculo teneantur debitoris defuncti creditoribus; etſi iis bona defuncti fuerunt obligata, *l. 1. C. comm. de legat.* Anton. Fab. *in C.*
4 *lib. 7. tit. 32. Defin. 15. num. 2.* † Sed ex contrario, defuncti debitoris Creditores poſſunt, ſi heredis bona dimittendis propriis Creditoribus non ſufficiant, ſeparationem petere, *dict. l. 1. §. 2. ff. de ſeparat.* Modò id faciant ante lapſum qvinqven-
5 nii, *dict. l. 1. §. 13.* † Nam iniqviſſimum eſſet, Creditorum defuncti debitoris conditionem fieri deteriorem ex facto heredis, *dict. l. 1. §. 2. verſ. at qvi. l. debitorum. 25. C. de pact. junct. l. 2. §. ex his. ff. de V. O.* Qvantumvis liceat heredi, adjiciendo ſibi creditores, ſuorum Creditorum conditionem facere deteriorem, *dict. l. 1. §. 1. & §. qvæ-*
6 *ſitum. 5. ff. de ſeparat.* † Attamen defuncti debitoris Creditoribus tamdiu ſaltem petere licet ſeparationem bonorum, qvamdiu res adhuc eſt integra, hoc eſt, anteqvam hereditas diſtrahatur; vel Creditores cum herede animo novandi con-
7 trahant; † vel res hereditariæ ita cum bonis heredis confundantur, ut ſeparari ampliùs non poſſint, *dict. l. 1. §. illud. 10. & §§. ſeqq. l. 2. ff. de ſe-*
8 *parat. ubi* Matth. Weſenb. *in paratit. num. 4.* † Planè locum etiam ſeparatio ſaltem inter Creditores Chirographarios habet. Nam ſi ſint hypothecarii, qvamvis tempore poſteriores, haud dubiè præferuntur Creditoribus defuncti debitoris, qvibuscunqve in bonis; & qvidem ſuo jure, † ita ut 9
nullo egeant beneficio ſeparationis; non tanqvam potiores, ſed tanqvam ſoli in pignore, *l. 2. ff. qvi pot. in pignor.* Ant. Fab. *dict. defin. 15. num. 4. in fin.* † Non tamen Chirographarii ſeparationem 10
petere valent, ſi debitoris bona titulo particulari, putà per venditionem in alium translata fuerint, qvi æqvè multa contraxit debita, † Siqvidem *tot.* 11
tit. ff. de ſepar. bonor. non niſi de heredibus agit, adeoqve minus rectè ad ſucceſſores particulares extenditur, Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de ſepar. bonor.*

It. Domini in cauſa Judithen Sauberſchwartzin Gläubigere zu Breßlau/ Menſ. Februar. Anno 1634. (Verba ſententiæ: Hat nach Abſterben David Pezels / deſſen Sohn ſein Hauß angenommen / und die Gläubigere zu befriedigen verſprochen / welcher aber nachmals auch in Schulden gerathen / ꝛc. Da nun ſeine Güter zur Bezahlung aller Creditoren nicht zureicheten / ꝛc. So werden die Väterlichen Gläubigere vor allen des Sohnes Gläubigern von dem Väterlichen Hauß billich befriediget/ V. R. W.)

It. in cauſa Hanſen Adam von Köckeritz / Menſ. April. Anno 1636. (Verba ſent. So iſt euch/ weil der Teſtaments-Erbe nunmehr auch verſtorben / und eine ziemliche Schulden-Laſt nach ſich verlaſſen / Separationem Bonorum zu ſuchen unbenommen / und wañ ſolches geſchehen / werdet ihr eurer Forderung wegen aus eures verſtorbenen Schuldners Gütern / vor des Erben Creditoren, unangeſehen dieſelben Hypothecarii, ihr aber nur ein Chirographarius ſeyd / billich befriediget / V. R. W.)

It. in cauſa Nicolai Glücks zu Plawen/ Menſe Julio, Anno 1635.

Et in cauſa Creditorum Andreæ & Laurentii der Müller zu Leipzig/ Menſ. Febr. A. 1636.

Et in cauſa heredum Balthaſari Schabens zu Oberbobericzſch/ Menſ. Octobr. Anno 1636. (Verba ſententiæ: Hat euer Vater ſein Ritter-Gut von Thomas Möhnern an ſich erkaufft / daran er noch etliche Gelder den Möhneriſchen Gläubigern zu bezahlen ſchuldig verblieben: Da nun dieſelben ihrer Forderung wegen auf berührtem Gute nicht verſichert wären / noch einige Verpfändung darauf erlanget/ ꝛc. So würdet ihr ihnen wegen eures Mutter-Theils billich vorgezogen/ und ſie wären Separationem Bonorum zu ſuchen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XI.

Judex, de prioritate ſatis informatus, ſuper concurſu Creditorum definitivè pronunciare ac qvemvis in claſſe ſuâ & ordine collocare debet: Qvotꝫ ſint claſſes Creditorum.

CReditis per inſtrumenta vel teſtes probatis, 1
factâqve reſponſione debitoris aut Curatoris bonorum, & ſubſecutâ inſtrumentorum exhibitorum recognitione, nec non prioritate Creditorum ſingulorum ſufficienter demonſtratâ: nil ampliùs reſtare videtur, qvàm ut judex ſuper concurſu & prælatione Creditorum definitivè pronunciet, ac qvemvis in ſua claſſe ac juſto or-

dine collocet. † Tantò minus enim lis protrahenda videtur in concursu Creditorum, qvantò magis horum intereſt, qvemqve Creditum ſuum conſeqvi, nec ulteriori morâ Creditores, per deductionem prioritatis jam multò defatigatos, gravari. † Cautè tamen ac providè hîc judex procedat, cujusqve ſcilicet Creditoris jure ac privilegio benè & accuratè penſato; ne invertendo ordinem & claſſes, anſam det per Leuterationem vel Appellationem protelandi & multiplicandi lites, de prioritate Creditorum & excuſſione debitoris; † qvæ aliàs in Curiis Germaniæ tàm familiares ſunt, qvàm obſonium in prandio, Johann. Köppen. *qvæſt. 56. in pr.* Hering. *de fidejuſſ. c. 27. num. 33.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. c. 13. n. 15.* † Sed qvænam illæ ſint Claſſes Creditorum, à judice obſervandæ? Multiplices ſanè ab Interpp. referuntur, ac diverſimodè pronuntur, ut videre eſt apud Vincent. Caroc. *in tract. de excuſſ. bonor. part. 2. qvæſt. 65.* Neguzant. *de pignor. part. 5. membr. 2. num. 1. & ſeqq.* Johan. Michael Beuther. *de jur. prælat.* Dyn. *in cap. qvi prior eſt tempore. 54. de Reg. jur. in 6to. num. 8. & ſeq.* Qvam varietatem non modò ipſa rei difficultas cauſatur: † ſed & Statuta, qvæ pro ratione cujusqve loci jus commune non parum immutavêre, negotium hîc facere cenſentur. † Multum certè Illuſtriſſimus Saxo hâc in re mihi videtur præſtitiſſe in Ordinat. proceſſ. judic. *tit. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. & 50.* non modò ſummâ dexteritate atqve judicio privilegia Creditorum univerſa pertractando: ſed & Claſſes qvinqve diſtinctas ponendo, ſecundùm qvas Creditoribus ſua Credita ſunt adjudicanda, *dict. tit. 41.* Veniunt nempe ex ſanctione Electorali, † in Prima Claſſe, qvi ſingulari qvâdam prærogativâ & privilegio prioritatis gaudent, cæterisqve omnibus creditoribus, qvocunqve etiam privilegio munitis, præferuntur. † In ſecundâ illi, qvi præter hypothecas privilegium prælationis habent. † Tertiâ, qvi jus reale ex hypothecâ, arreſtô, & immiſſione fuêre conſecuti. † Qvartâ, perſonaliter privilegiati. Et deniqve in † Qvinta claſſe veniunt Chirographarii. Qvem ordinem in explicatione privilegiorum Creditorum ſeqvemur.

Ita Domini in cauſa der Reuteriſchen Gläubiger/ ventilatâ hîc Lipſiæ, menſ. Sept. Anno 1620. (Verb. ſent. Dieweil Curator Bonorum auf eine und des andern Gläubigers Forderunge / was er daran geſtändig oder nicht / geantwortet / Brieff und Siegel recognoſciret, und die Gläubigere der Priorität halben gegen einander verfahren; Als werden ſie nunmehr in nachfolgender Ordnung: Nemlichen zum erſten die Begräbniß-Koſten. Zum andern des Weibes Einbringen. Zum dritten die Hypothecarii. Und zum vierdten die/ſo ohne Verzinſung ihr Geld geliehen/bezahlet. Nachfolgende Chirographarii aber werden ohne Unterſcheid der Zeit befriediget / ꝛc.

It. in cauſa Johannis Joſephi Bottini und dero Mit-Verwandten Gläubigern zu Leipzig / menſe Decemb. Anno 1624.

Et in cauſa Matthes Pintzbachs Gläubiger zu Leipzig / menſ. Aug. Anno 1620.

Classis Prima.

In qvâ veniunt ſingulari qvâdam prærogativâ & prioritate præ aliis omnibus, privilegiati Creditores.

Definit. XII.

Privilegiati Creditores, in primâ Claſſe concurrentes, non pro ratâ portione Credita accipiunt, ſed juxta ordinem privilegiorum alter alteri præfertur.

CReditores, qvi in primâ Claſſe veniunt, & ſingulari qvâdam prærogativâ atqve prioritate præ aliis omnibus ſunt privilegiati, non indifferenter omnes æqvali jure concurrunt: Sed alii præ aliis pingviori privilegio gaudent. Continet ſiqvidem Claſſis hæc prima octo privilegia diſtincta. † Nempe 1. privilegium res proprias repetentium. 2. In vendito fundo hypothecam vel dominium usqve ad ſolutionem pretii totalis ſibi reſervantium. 3. Eorum, qvi jure hypothecæ rem obligatam habuerunt, anteqvam debitor illam emeret. 4. Privilegium mercedis famulorum. 5. Impenſarum funebrium. 6. Medicamentorum, in curationem debitoris ægroti factorum. 7. Privilegium collectarum, aliarumqve publicarum exactionum. Et 8. pecuniæ hereditariæ. Prout eo in ordine poſuit hæc privilegia Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector in *tit. 42. proceſſ. judic.* † An ergò etiam ſecundùm hunc ordinem privilegiorum Creditores, in prima Claſſe poſiti, credita ſua recipient, priorqve poſteriori præferendus erit, ſi bona debitorum omnibus hisce Creditoribus non ſufficiant? † Putaveris forſan, Creditores hosce æqvaliter concurrere, ac cuiqve pro ratâ portione de Credito ſuo qvid detrahendum eſſe; † veluti de privilegiatis diſpoſitum in *l. privilegia. 32. ff. de reb. autor. judic. poſſid. l. ſi hominem. 7. §. qvoties. 2. ff. depoſit. l. idemqve. 7. ff. qvi pot. in pignor.* Sed verum eſt hoc duntaxat in iis, qvi nondum habent privilegium absqve ullo prælationis jure. † At Creditores, in hâc primâ claſſe poſiti, ultra privilegium, habent etiam jus prælationis, *hâc* Conſt. *28. in pr.* diverſisqve titulis gaudent, Dyn. *in cap. qvi prior 54. de Reg. jur. in 6to. n. 16.* Adeoqve ab illis ad hosce nil inferendum erit. † Et qvod inter hosce Creditores alter alteri juxta ordinem privilegiorum, modò poſitum, ſit præferendus, ex verbis Sereniſſimi Domini Electoris luculenter apparet, *dict. tit. 42.* Proceſſ. judic. *in pr. verſ.* Soll ihnen daſſelbe vor allen andern / ſie ſeyn gleich berechtiget oder *privilegiret*, wie ſie wollen / folgen. *junct. verſ.* Nechſt dieſem. *& verſ.* ferner ſoll das jenige/ ꝛc. † Qvin & ex ordine literæ atqve ſcripturæ arguitur prærogativa & jus prælationis, ita ut is ſit præferendus, qvi prius literis exprimitur, niſi aliud diſpoſitum reperiatur, Gloſſ. *in cap. qvorundam. 24. verb. prædicatorum. de Elect. in 6to.* Bald. *in l. un. Codic. de Juſtin. Codic. confirm. num. 1. in pr.* † Nec movet, qvod vulgò dici ſolet: Prior tempore, potior eſt jure, *c. qvi prior. 54. de Reg. jur. in 6.* Ex qvo dicendum videtur, ſaltem temporis rationem, qvo qvisqve privilegium

gium suum consecutus est, habendam esse. † Qvia illud Doctorum axioma obtinet tantummodò in hypothecariis; ad allos verò creditores, qvi privilegio aliqvo singulari, & jure prælationis gaudent, neutiqvam extendi debet, *l. assiduis. 12. C. qvi pot. in pignor. l. qvamvis. 2. C. de privil. fisci.*

Ita Domini in causa Hansen Knoblauchs zu Schneeberg/ Mens. Mart. Ann. 1632. (Verba sent. Hat sich zu Martin Ferbers Verlassenschafft ein Concursus Creditorum ereignet / und weil ihr bey ihme über 100. fl. Liedrum Lohn zu fordern / habt ihr nebst andern Gläubigern solches gleichfalls liqvidiret, &c. So werdet ihr desselben vor der Begräbniß-Kosten und Steuer billich befriediget; Und wenn auch gleich über bemeldtes euer Liedrum Lohn nichts mehr übrig wäre; So möchtet ihr doch/ etwas daran schwinden zu lassen / mit Bestande nicht aufgehalten werden / V. R. W.)

It. in causa Alexandri Hüters zu Annaberg / Mens. Jul. Anno 1632.

It. in causa Jonæ Richters zu Freyberg / Mens. Octobr. Anno 1635.

It. in causa Matthes Bintzbachs Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1620.

Et in causa der Knoblochischen Gläubiger / Mense Maj. Anno 1623.

Definit. XIII.

Vidua vel Uxor, jure dominii repetens bona sua, in hereditate mariti reperta, alios Creditores indifferenter in iis excludit.

1 REs inter bona debitoris reperta, Domino repetenti restitui debet, etiamsi creditores reliqvi nihil prorsus capiant, *l. 39. vers. hanc enim & seq. ff. de pecul. l. 31. §. 1. ff. de reb. Cred.* Ord. proces. 2 jud. Elect. Saxon. *tit. 42. in princ.* †Nempe, qvia Rei Vindicatio est supra omnes actiones personales & hypothecarias, Ludov. à Peguer. *decis. 38. n. 1.* 3 *p. 1.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 6. n. 13.* †Et Creditores non ex alterius tertii, sed debitoris bonis exsolutionem petere valent, ipsâ svadente æqvitate, prout innuit Illustrissimus Saxo *dict. tit. 42. in pr. vers.* Weil es wider alle Billigkeit / daß sich die Gläubiger nicht von ihres Schuldeners / sondern 4 von frembden Gute bezahlet machen solten. † Cui conseqvens, Uxorem seu Viduam in rebus suis, mobilibus & immobilibus, ex Cognatorum forsan hereditate perceptis, & marito illatis, etiamnùm extantibus, jus prælationis habere præ reliqvis omnibus indifferenter Creditoribus, *l. 1. C. de privil. fisci. l. 1. C. ad Leg. Jul. de vi publ. l. ob maritorum. 2. C. Ne uxor pro marito. dict. tit. 42. in pr. vers.* Deßgleichen wenn etwa ein Weib. Matth. 5 Berlich. *part. 1. concl. 64. n. 18.* †Licet aliàs ratione harum rerum, tanqvam bonorum paraphernalium, uxori saltem jus tacitæ hypothecæ, absqve prælatione, competat, ut dicam *infr.* defin. 85.

Ita Domini in causa Georgii Alsdorffs Gläubiger zu Franckfurt an der Oder/ Mens. Decembr. Ann. 1634. (Verba sentent. Wann nun solches geschehen / so werden vor allen Dingen der Witben die angegebene Fahrniß und Stücken / so in der Erbschafft verhanden/ dafern solche ihr eigenthümlichen gehörig / und dasselbe beybracht wird/ abgefolget / und hernach die sämmtlichen Gläubiger / darunter die Privilegirten und des Raths Steuer mit begriffen / sowol nach Sächsischen als gemeinen Käyserlichen Rechten in folgender Ordnung bezahlet / ꝛc.)

Definit. XIV.

Liberis etiam bona propria, in parentum hereditate adhuc reperta, jure dominii præ aliis omnibus debentur Creditoribus.

SImili qvoqve ratione liberi bona, aliundè per 1 successionem hereditariam, aliumvè titulum acqvisita, si adhuc extent, & in hereditate paterna reperiantur, jure dominii repetunt: † aliisqve 2 omnibus indifferenter creditoribus præferuntur, *l. assiduis. 12. §. 1. vers. exceptis. C. qvi pot. in pignor. d. tit. 42. post princ. vers.* oder es wäre den Kindern. Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 1. c. 38.* † Etenim qvotiescunqvè in bonis debitoris inve- 3 nit qvis id, qvod jure dominii vel proprietatis ad se pertinere probat, sive mobile sive immobile sit, id ei præ aliis Creditoribus restitui debet, *dict. tit. 42. in pr.* definit. *præced.* † Qvidni ergò etiam 4 liberis bona castrensia vel adventitia in patris debitoris hereditate reperta?

Ita Domini in causa Caspari Reinholds zu Reichenbach/ Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sententiæ: Und es hat Caspar Ackermann seiner Kinder Antheil zu sich genommen/ und biß an sein Ende bey sich behalten; Nachdem er aber auch verstorben / hat sich zu seiner Verlassenschafft ein Concursus Creditorum ereignet/ Immassen auch etliche Gläubigere Aresta gesucht und angelegt/ ꝛc. So werden eurem Ehenweibe / unangesehen sie ihres Vatern Erbin worden/ beydes die Mobilia und Immobilia, so sie von ihrem Väter ererbet/ und noch in ihres Vatern Erbschafft würcklichen verhanden / vollständig und ohne Abbruch ausgeantwortet / ꝛc.)

Definit. XV.

Sicuti etiam res depositæ, præ omnibus aliis Creditoribus, qvalitercunqve privilegiatis, vindicari potest.

REs etiam depositæ, qvæ apud debitorem vel 1 depositarium adhuc extat, aliis Creditoribus, qvalitercunqve privilegiatis, exclusis, vindicari potest, *l. 7. §. 2. ff. depos. l. si res. 8. C. ad exhib. l. 8. C. depos.* Ordin. proces. jud. Elect. Saxon. *tit. 42. in pr. vers.* Darumb wenn einer etwas bey einem *deponiret.* Dan. Moll. *hic num. 74.* Joh. Köppen *decis. 28. n. 3.* Ludov. à Peguer. *decis. 38. n. 13.* Joh. Mich. Beuth. *de jur. prælat. part. 1. c. 31.* †Nem- 2 pe, qvia deponens dominium rei depositæ apud se retinet; qvod & fit, si pecuniam in sacculo deponat, Bald. *in l. 11. C. si cert. petat. n. 8.* † Ergò vel sal- 3 tem jure dominii & vindicationis eam repetet; qvo nomine aliis Creditoribus præfertur, Defin. 13. & 14. † Ex qvo rectissimè inferri potest, si contra 4 naturam depositi, Dominium rei depositæ in depositarium transferatur, *l. 24. ff. depos.* jus hoc prælationis omninò cessare, Ludov. à Peg. *dict. decis. 38. n. 4.* Vinc. Caroc. *de depos. part. 2. q. 47. n. 4.* †5 Sanè Dominum etiam rem furtivam, sive apud furem ipsum, sive apud alium repertam, præ omnibus

bus aliis Creditoribus repetere ac vindicare posse, ex prædictis dubium haud est, Johann. Mich. Beuther. *part.1. c.44.* † Qvamvis re furtivâ consumptâ, præstimatione, domino hypotheca saltem tacita competat in bonis furum, ut dicetur *infrà part.4.* Const. Elect. *39. Defin.10.*

Ita Domini in causa Georgii Alsdorffs Gläubiger zu Franckfurt an der Oder/ Mens. Decembr. Anno 1634. (Verba sentent. So werden vor allen Dingen die deponirten Kramwahren/ so noch unaufgemacht und eingepackt liegen/dem jenigen/ welchem sie gehören/ billich abgefolget / und nachmahls die sämptlichen Gläubiger in folgender Ordnung bezahlet / ꝛc.)

Definit. XVI.

Pecuniâ ad certum usum datâ, non tamen à mandatario in eum conversâ, sed consumptâ, Domino repetenti non competit jus prælationis præ hypothecariis, aliisq; Creditoribus.

1 INferri qvoqve hinc potest rectissimè, eum, qvi alicui, tanqvam suo mandatario, pecuniam, aliamvè rem ad certum usum & finem dederit, in repetitione ejus pecuniæ vel rei, si adhuc exstet, præferri omnibus aliis Creditoribus; qvalitercunqve fuerint privilegiati, Ord. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit.43. in pr. verſ.* Oder ihme/ als seinem Befehlighaber etwas gebe/ ꝛc. † Nempe qvod re adhuc extante, domino semper competat ratione dominii & vindicationis jus prælationis, *supr. defin.13. & 14.* † Aliud itaqve dicendum, si pecunia aliavè res fuerit consumpta. Cessante siqvidem causâ hujus privilegii, qvæ est vindicatio rei, adhuc extantis, ipsum qvoqve privilegium, sive jus prælationis cessabit, *l.1. §. qvod si rem. 12. ff. depoſit. l. si vero. 12. §. dedi tibi. 10. ff. mandat. l. Cassius. 17. ff. de solut.* Modest. Pistor. *part.4. q.156. post pr.* Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part.2. c.5. verſ.* belangend den jenigen. Qvod ipsum qvoqve luculenter innuit Sanctio Electoralis in proceſſ. judic. *tit.42. verſ.* Und es wäre dasselbe noch unverwendet verhanden. † Ergò si qvis mercatori vel Factori suo pecuniam dederit, ut suo nomine alibi pensiones solveret, vel merces emeret, is verò pecuniam consumserit & decoxerit: Dominus pecuniæ in bonis mandatarii sive Factoris nullum habebit jus prælationis, nec hypothecariis præferri poterit; ut benè concludit Matth. Berlich. *part. 1. concl.64. n.17.* † Qvantumvis enim hoc casu pecuniæ dominium in mandatarium translatum haud fuerit, *l. non omnis. 19. ff. de reb. credit.* † Ex eo solo tamen mandanti non competit jus prælationis, ut malè sentit Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part.1. c.43.* † Siqvidem non sola dominii reservatio, sed & existentia rei traditæ privilegio huic causam præbet, ut modò dixi, & luculenter probat Ord. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit.42. in pr. verb.* Und es wäre dasselbe noch unverwendet verhanden/ ꝛc.

Ita Domini in causa Adami Löbels & Caspari Müllers zu Schönfeld/ Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Haben die Schallerischen zu Augspurg den beyden Meisen/ Vater und Sohne/ als ihren Factoren, zum Verlag der Schlackewaldischen Berg-Werck / und zu wöchentlicher Bezahlung der Arbeiter viel Geldes/ und in die 1000. fl. anvertrauet und zugeschickt; Ob nun wohl beyde Factores von solchen Geldern ein ansehnliches zu ihrem eigenen Nutzen angewendet/ verthan und verzehret; So haben doch die Schallerischen deßwegen sich in bemeldter ihrer Factoren Gütere einiger Priorität nicht zu erfreuen / und mögen dannenhero auch denjenigen/ so ein stillschweigend oder ausdrückliches Unterpfand / oder auch sonsten ein älter und besser Recht darauf erlanget / beständiger Weise nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Non præfertur hypothecariis, aliisvè Creditoribus privilegiatis, Venditor, in mercibus venditis, adhuc extantibus penes emptorem, qvando fides habita est de pretio.

AD hoc igitur, ut locus sit huic privilegio repetentium res proprias, duo conjunctim concurrere necesse est: 1. Ut repetens Dominus rei traditæ manserit. 2. Ut res tradita adhuc extet. Veluti expressè dispositum in Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit.42. in pr. verſ.* Was eigenthümlichen / *junct. verſ.* Und es wäre dasselbe noch unverwendet verhanden. † Cui consequens est, ut in mercibus venditis, etiamsi adhuc extantibus, habitâ tamen fide de pretio, atqve ita dominio translato, potior sit causa hypothecariorum, qvàm venditoris; nec hic merces exstantes, reliqvis Creditoribus exclusis, repetere qveat, *l. qvidam fundum. 16. ff. de in rem. verſ. l. incivile. 12. C. de R. V. l. traditionibus. 20. C. de pact.* Andr. Gail. *lib.2. obſervat.15.* Anton. Fab. *in Codic. lib.8. tit.7. defin.6. num.3.* Andr. Rauchbar. *part.1. qv.6. num.1.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.2. cap.3. num.468.* † Nec enim vindicare rem potest Venditor, qvi non nisi personalem actionem ad pretium habet, *l. procuratoris. §. §. planè si in eâdem tabernâ. 17. ff. de tribut. act. l. qvamvis. 17. C. de pignor. l. licet. 7. C. qvi potior. in pignor.* † Qviqve imputare sibi debet, cur rem tradendo secutus fuerit fidem emptoris, nec expressâ pignoris conventione sibi melius caverit, Anton. Fab. *in dict. defin.6. num.5.* † Adeoqve nec bibliopolam, libros, apud studiosos decoctores adhuc repertos, repetere posse, putaverim cum Zasio *in l. Creditor. 25. ff. de reb. Credit. num.8.* Qvamvis aliter sentiat Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part.1. cap.22.* † Aliud tamen dicendum erit, si Venditor merces venditas nondum tradiderit, *l. Julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt.* Ant. Fab. *in Codic. lib.8. tit.7. defin.6. num.1.* Aut fidem de pretio non habuerit, *l. procuratoris. 5. §. sed si dedi mercem. 18. ff. de tribut. act.* Andr. Gail. *dict. obſervat.15. num.4.* † Cessante nempe ratione impediente hoc privilegium, videlicet, translatione dominii, ut *suprà* dixi. † Planè etsi venditor, fide de pretio habitâ in mercibus traditis adhuc extantibus, non præferatur hypothecariis; personale tamen privilegium, qvod Chirogra-

rographarios excludit, ipsi competere, dubitandum non est; ut dicam *infra* defin. 152.

Ita Domini in causa Julii Weißbrodts zu Dreßden / M. Maj. Ann. 1630. (Verba sententiæ: Hat einer dem andern etliche Centner Pfeffer verkaufft / solchen ihme abfolgen lassen / und die Kauffgeldere auf gewisse Zeit gestundet / ehe aber der Zahlungs-Termin herbey kommē / hat Käuffer fallirt und Banckerott gemacht; Ob nun wol berührter Pfeffer noch verhanden / und die Gläubiger sich desselben wieder anzumassen / und daran zu halten gemeinet; Dieweil er aber dennoch solchen Pfeffer dem Käuffer einmahl getrauet / tradiret und übereignet / und also Käuffer einmahl derselben Eigenthums-Herr worden / so ist auch Verkäuffer sich daran zu halten / und vor den Hypothecariis oder andern / so ein dingliches Recht in des Schuldeners Gütern erlanget / sich damit bezahlet zu machen nicht befugt / V. R. W.)

Definit. XIIX.

Nisi emptor dolosè cum Venditore contraxerit, emendo merces, cum jam solvendo non esset.

1 NOlo tamen hoc aliter accipi, qvàm si emptor bonâ fide & animo pretium exsolvendi, 2 qvid emerit: † Cæteroqvin, si fraudulenter & dolosè agat cum venditore, emendo scilicet merces, cum jam solvendo non esset, (qvod inde constare poterit, si statim post venditionem vel non diu post fallat) facillimè concesserim, venditorem in repetitione mercium traditarum omnibus aliis creditoribus, qvin & hypothecariis præ- 3 ferri, † etiamsi fidem de pretio habuerit, Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. Gloss. 23. n. 17.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 15. n. 10.* Joh. Mich. Beuther. *de jure prælat. part. 1. c. 18. vers.* denn wo ein *dolus*. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 64. n. 58.* Ex ratione eviden- 4 ti: † qvod scilicet dominium rerum venditarum & traditarum non transferatur in emptorem dolosum; Qvia dolus causam habendæ fidei dedit; Et sic fides eo casu habetur pro non habitâ; & res non tradita, sed fraudulenter ablata censetur, *l. si qvasi. 3. ff. de pign. act.* Andr. Gail. *dict. obs.* 5 *15. n. 9.* † Qvidni ergò venditor, ceu dominus, merces adhuc exstantes, vindicare poterit, juxta def. *præc. in pr.* Ord. proc. jud. Elect. Saxon. *tit. 42.* 6 *in pr.* † Idq; verum est, sive sub spe pecuniam in continenti, sive ad terminum recipiendi, merces 7 vendantur; propter rationis generalitatem: † cum æqvè dolosè agat emptor, qvi cum non solvendo est, certis terminis pretium solvere pro- 8 mittit, Carol. Molin. *dict. loc.* † Qvamvis aliter videatur sentire Dan. Moll. *lib. 4. sem. 28. n. 6. seq.*

Ita Domini in causa Heinrich Kothens und Johann Bonnenbergs zu Leipzig / Mens. Oct. A. 1630. (Verba sent. Ob ihr nun gleich Käuffern die Engländischen Lacken tradiret / und ihme die Kauffgeldere auf gewisse Zeit gestundet; Dieweil er dennoch allbereit zur Zeit des geschlossenen Kauffs nicht solvendo, und also euch zu hintergehen gemeinet gewesen / &c. So hat er auch durch die beschehene Tradition den Eigenthum der von euch erkaufften Wahren nicht erlanget / sondern es ist derselbige bey euch verblieben / derwegen ihr euch an solche / als euer Proper-Gut nochmals zu halten / wohl befugt / und sie werden euch vor allen andern Gläubigern billich abgefolget / V. R. W.)

Er in causa Georgii Krumholtzens contra Hansen Hammern zu Leipzig / Mens. Jan. A. 1629.

Definit. XIX.

Quo casu Venditor merces, ab emptore dolosè alienatas, etiam à tertio possessore vindicare potest.

QVid verò, si emptor ejusmodi dolosus, qvi 1 cum solvendo non esset, merces emit, pretio nondum exsoluto eas postea alteri vendat? † 2 Nihilominus primo venditori prospectum existimaverim Rei vindicatione; qva non solùm adversus emptorem suum: sed etiam contra tertiũ possessorem, apud qvem merces fuerint repertæ, experiri valeat. † Etenim cùm dolus emptoris 3 impediat dominii translationem, ut dixi def. *præced.* utiq; nec postea tertius possessor ab eo dominium consequi potuit. † Cùm nemo plus juris in 4 alium transferre qveat, qvàm ipse habet, *l. traditio. 20. in pr. ff. de acqvir. rer. dom. l. si noxale. 27. §. ex his. 1. ff. de nox. action. l. nemo plus juris. 54. l. nemo plus commodi. 120. l. 160. ff. de Reg. jur.* Joh. Harppr. *ad §. per tradition. 40. n. 5. Inst. de rer. divis. & acq. ipsar. domin.* Nil ergo obstat, qvò minus venditor primus, ceu Dominus, eas à tertio possessore 5 vindicare poterit, absqve refusione pretii; † Non 6 minus ac Dominus rem furtivam à qvocunqve possessore absqve restitutione pretii petere valet, *l. 2. C. de furt. l. 3. & l. 23. C. de Rei Vendicat. art. 213. & art. 214.* Ord. Crimin. Carol.

Ita Domini in causa Martini Kostkiebs zu Saltze. Mens. Jul. A. 1630. (Verba sent. Ob nun wohl Verkäuffer Käuffern das Kauffgeld geborget / und ihme die verkaufte Leinwand abfolgen lassen / derselbe auch hinwiederum dieselbe veräussert / und einem andern verkaufft; Dieweil er aber dennoch zur Zeit / als er die Leinwand verkaufft / albereit nicht solvendo, und also seinen Verkäuffer verschiedlichen zu hintergehen und zu betriegen gemeinet gewesen / &c. So hat er auch durch die beschehene Tradition der Leinwand / derselben Dominium und Eigenthum nicht erlanget / sondern es ist solches beym Verkäuffer verblieben / und er demnach sich berührter Leinwand / wo und bey weme er sie antrifft / hinwiederumb ohn einig Entgeld anzumassen wohl befugt / V. R. W.)

Definit. XX.

Reservans sibi hypothecam in re venditâ, etiam extra judicium, ratione pretii omnibus aliis Creditoribus præfertur.

VEnditor, qvamdiu pretium solutum non est, 1 retinere rem venditam, necdum traditam, qvasi pignoris jure potest; etiamsi de pignore nihil convenerit, *l. Julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt.* † Sed post traditionem factam, tametsi 2 pretium solutum non sit, nec avocare possessionem potest, nec in eam ipsam rem exercere qvasi Servianam; non magis qvàm in cæteras res emptoris; cum ex hac causa tacitum pignus nullum contrahatur. † Qvia ex vendito personalis tan- 3 tùm actio nascitur, non etiam hypothecaria, si nihil de pignore nominatim convenerit, *l. 1. in pr. ff. de pignor.* Ant. Fab. *in C. lib. 8. tit. 7. defin. 6. n. 2.* † Cæteroqvin, si in re vendita sibi hypothecam, 4 donec integrum pretium fuerit solutum, reservaverit, ultra jus hypothecæ ita privilegiatus est, ut omnibus aliis Creditoribus, etiam hypothecariis

cariis anterioribus, qvi nempe in omnibus bonis debitoris præsentibus & futuris generalem hypothecam consecuti fuêre, ratione pretii, sibi debiti, in re venditâ præferatur, *l. procuratoris.5. §. planè. 17. ff. de tribut. action.* Neguz. *de pign. part.5. membr.2. n.18.* Andr. Gail. *lib.2. observ.15. n.7.* Ant.Fab. *in C.l.8.tit.7. defin.6. n.5.* Joh. Mich. Beuth. *de jur. prælat. part.1. c.18.* † Qvod & diserè confirmavit Serenissimus Saxo in Ordin.proc. judic. *tit.42. in pr. vers.* Da auch einer etwas verkaufft / und ihme alsobald bey solchem Kauff auf dem Gut / ehe ers dem Käuffer *tradiret* und einräumet/ein beständig Unterpfand wegen des hinterstelligen Kauffgeldes vorbehält/ꝛc. Ubi duo probè notanda veniunt circa reservationem hypothecæ in re venditâ. † Primò enim reqviritur, ut Venditor in specie in re venditâ sibi reservet hypothecam, *dict.tit.42.vers.* auf dem Gut. † Secundò ut hoc faciat ante traditionem, vel in ipso traditionis actu, *in verb.* Alsobald bey solchem Kauffe / ehe ers dem Käuffer *tradiret* und einräumet / *l. 1. §. ult. l. seq. ff. de reb. eor. qui sub tutela.* Ant.Neguz. *de pignor. part.4. in pr. num.34.* Qvibus observatis, procul dubio competit venditori jus prælationis, etiamsi hypotheca saltem extrajudicialiter fuerit reservata. † Valere enim pignus, etiam in foro Saxonico, pro residuo pretii in re venditâ, citra consensum judicis retentum, probabo *infrà part. 2.* Constitut. Elect. *23. defin.16.*

1 2 3 4 5 6 7 8

Ita Domini in causa Alexandri Hüttens zu Annaberg/ Mens. Jul. A. 1632. (Verba sentent. Ob nun wol der Schuldener auch dem Mühlen-Ampt und Rathe mit Zinsen und Steuern verhafftet; Da ihr euch aber dennoch bey Ubergebung des Guts wegen der restirenden Kauff-Summa eine ausdrückliche Hypothecam auf demselben bedinget und vorbehalten hättet/ davor sichs aus eurer Frage ansehen lässet; So würde euch auch die restirende Kauff-Summa vor dem Mühl-Ampt und Rathe / so wohl allen andern des Schuldners Gläubigern und ältern Hypothecariis billich entrichtet und abgestattet / V. R. W.)

It. in causa Viduæ Caspari Wigands à Schönberg/ Mens. April. A. 1547.

Et in causa Martini Zeidners zu Saltze / Mens. August. Anno 1651.

Definit. XXI.

Jus qvoq; prælationis Venditor habet ratione pretii in re venditâ, si dominium sibi reservaverit, vel ei in foro Saxonico non judicialiter resignaverit.

1 EAndem qvoq; prærogativam habet venditor, qvi in casum pretii non soluti, rei venditæ dominium retinuit, ut nempe omnibus aliis Creditoribus, etiam hypothecariis antiqvioribus, præferatur, remq; venditam vindicare & repetere qveat, non minus atqve Dominus rem suam, in 2 bonis debitoris repertam, *supr.* defin. *13.* † Prout disertè sancitum ab Illustrissimo Saxone in Ord. proces. judic. *tit. 42. §.* also auch wenn einer. Andr.Rauch. *part.1. qv.6. num.12.* Dan.Moll. *lib.1. Semestr.4. num.2.* Neguz. *de pign. part.5. membr.2.* 3 *n.18.* † Cui consequens est, ante resignationem dominii judicialem (vor der Auffiassung der Lehen.) venditori in re immobili venditâ, jus hoc 4 prælationis semper competere. † Qvoniam sc. in foro Saxonico dominium fundi, non nisi per resignationem & traditionem judicialem transfertur; (durch die Auffiassung) Weichbild. *art.20. & art.60. in fin. lib.2.* Landrecht. *art.30. Gloss. in lib.1.* Landr. *art.34. lit.A.* Petr. Heig. *part.2. q.17. n.18. & qv.18. n.9.* Mod. Pist. *vol.1. consil.64. n.3.* Jac. Schult. *in addit. ad* Matth. Col. *part.2. decis.279.* † Planè etiamsi venditor non verbis expressis dominium sibi reservaverit; si tamen facto ipso hoc agere voluisse, se declaraverit; putà fidem de pretio non habendo; † qvin rei vindicatione 6 ex jure hoc prælationis experiri qveat, dubium non est; juxta tradita Andr. Rauchb. *part.1. qv.6. n.11.* Dan. Moll. *lib.4. Semestr.28. num.2.* Matth. Berlich. *part.1. concl.64. num.45. & multis seqq.* ubi pluribus demonstrat exemplis, qvando & qvibus casibus venditor in re venditâ dominium sibi reservâsse censeatur. Unde ratione pretii peculiari Aresto non est opus. *Decis. El.58.*

5

Ita Domini in causa Joachimi und Hansen der Arnste Gläubiger contra Michael Stummen / ventilata in Prætorio Lipsiensi, M.Nov. A. 1634. (Verba sentent. Weil nicht zu befinden / daß Käuffer dem Schuldener Hansen Arnsten das Haus iemahls in Lehen gegeben/ wodurch denn biß zu völliger Abstattung des Kauffgeldes Verkäuffers Kindern und Erben das Dominium vorbehalten worden; So werden dieselbe vor allen andern Gläubigern / wie die immer Nahmen haben mögen/ billich befriediget/ ꝛc.)

Et in causa Creditorum Michael Böttigers zu Reichenbach/ Mens. Jun. A. 1634. (Verba sent. So werden vor allen Dingen und zu erst gezahlet 100. fl. rückständige Kauffgeldere / iedoch anderer Gestalt nicht/ als wofern derowegen Verkäuffere auf dem verkauffien Gut / entweder das Dominium, oder ein Unterpfand/ ihnen ausdrücklichen vorbehalten/ ꝛc.)

Definit. XXII.

Omnibus indifferenter Creditoribus debitoris præferuntur illi, qvi hypothecam in fundo consecuti fuére, antequam illud debitor emeret.

1 EX privilegio præcedente aliud profluit jus prælationis in eos, qvi rem jure hypothecæ obligatam habuerunt, antequam debitor illam emeret. † Etenim qvodcunq; etiam emptor cre- 2 ditum fecerit, aliàs privilegiatum, neutiqvam tamen iis, qvibus ab antecessore pignus in re venditâ constitutum fuit, præjudicare poterit, sed hi omnibus indifferenter debitoris Creditoribus, etiam mercedi famulorum, & impensis funebribus, erunt præferendi, per sanctionem expressam Electoralem, in Ord. proces. judic. *tit.42. §.* Gleiche Meinung hat es auch mit denen Schulden/ die zuvor und ehe der Schuldener das Gut an sich kaufft/ darauf verpfändet gestanden. † Nam 3 si venditor, in re venditâ sibi reservans hypothecam, præfertur omnibus aliis Creditoribus, etiam hypothecariis antiqvioribus, propterea nempe, qvod jus retinuit in re venditâ, antequam in emptoris dominium perveniret, *supr.* defin. *20.* Ordin. proces. jud. *dict. tit. 42. §.* In Erwegung/ daß der Schuldener / ꝛc. † Qvidni idem dice- 4 remus de hypothecariis, qvi jus reale obtinuerunt in re venditâ, antequam dominium in debitorem fuerit translatum? Ex identitate rationis, † qvæ idem jus facit, *l. illud, 32. ff. ad Leg. Aqvil.* 5 *l.108. ff. de V.O.* † Ac certè iniqvissimum esset, hy- 6 po-

pothecariorum conditionem fieri deteriorem ex facto ſucceſſoris, ſive emptoris, *l. 1. §. 2. verſ. atqui. ff. de ſeparat. l. debitorum. 25. C. de pact. junct. l. 2. §. ex his. 2. ff. de V. O.*

Ita Domini in cauſa Melchior Bürgers Gläubiger zu Leipzig/ Menſ. Octobr. An. 1632.

Definit. XXIII.

Non gaudent hoc jure prælationis, qui rem venditam jure pignoris obligatam non habent.

1 SOli tamen hypothecarii hoc jure prælationis
2 gaudent, defin. *præced.* † Cæteroqvin etſi venditor Creditores reliqverit, ſi tamen hi nullum jus pignoris unqvam in re venditâ obtinuerint, nullâ ratione præferendi erunt creditoribus emptoris, ſed pariter cum iis concurrunt; ita ut prior tempore vel potior jure reliqvis indifferenter
3 præferatur. † Ceſſat enim tùm ratio hujus privilegii, qvæ in ſolo jure reali ſive hypothecæ con-
4 ſiſtit, ut dixi defin. *præced.* † Idq; luculenter patet ex verbis Sereniſſimi Electoris in Ord. proc. jud. *tit. 42. §.* gleicher Meinung. *ibi:* darauf verpfändet geſtanden. Qvo ipſo hoc privilegium ad ſolos
5 hypothecarios reſtringitur; † nec ad caſum alium extendi debet, *arg. l. cum prætor. 12. ff. de judic.*
6 Nicol. Boër. *deciſ. 298. n. 4.* † Neq; jure ſeparationis Venditoris heredes hoc caſu ſe tueri poterunt; qvippe, qvod duntaxat in ſucceſſione hereditatis univerſali locum habet: non etiam in venditione & ſucceſſione particulari, *tot. tit. ff. de ſeparat.* Ant. Fab. *in C. lib. 7. tit. 32. defin. 15.*

Ita Domini in cauſa Joachims und Hanſen der Aruſte Gläubiger zu Leipzig/ Menſ. Nov. A. 1634.

Definit. XXIV.

Famuli privilegium habent prælationis, etiam ratione mercedis, ex præcedentibus annis, apud Dominum reſtantis.

1 ETſi de jure civili miniſtri ſive famuli ratione mercedis nullum habeant privilegium, ſed reliqvis creditoribus ſint exæqvati, juxta tradita Hartm. Piſt. *part. 1. q. 8. n. 2. & ibidem* Simon-Ulric.
2 Piſt. *in addit. lit. b.* † Attamen jura Saxonica mercedes famulorum (das Lied-Lohn) reliqvis omnibus aliis Creditoribus præferri volunt, Landr. *l. 1. art. 22. b.* Conſt. *28. in pr. verſ.* daß vor allen andern. Ord. proc. jud. Elect. Sax. *tit. 42. §.* Nechſt dieſen. Matth. Weſenb. *in parat. ff. de privileg. Credit. n. 5.* Dan. Moll. *hîc. num. 3. & ſeq.* Matth. Col. *part. 1. deciſ. 200. num. 6. & deciſ. 201. n. 10.* Hartm. Piſt. *dict. qv. 8. n. 1.* Joh. Köppen. *deciſ. 28. num. 13.*
3 † Procul dubio enim conſideraverunt Legislatores Saxonici operas famulorum, qvibus tota debitoris familia, ejusq; bona & facultates, unde poſtea Creditoribus omnibus ſatisfieri poteſt, conſervatæ
4 fuêre? † Æqviſſimum igitur viſum fuit, ipſos operarum ſuarum effectu & commodis in rece-
5 ptione Crediti ſui præ aliis omnibus frui. † Qvocunq; ergò modo ac tempore, ſ. domino defuncto, ſ. eo adhuc vivente concurſus fiat Creditorum, famuli in hâc Claſſe primâ atq; ordine ſuo poſiti, præ reliqvis aliis Creditoribus ratione mercedis præferendi erunt, *Gloſs. latin. ad text. germ. dict. art. 22. l. 1.* Landr. *ſub tit. C. verſ. an hoc etiam.* Moll. *hîc. n. 6.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 2. qvæſt. 62 num. 7.* † Nec refert, an mer- 6
ces ſaltem unius vel dimidii anni: an verò à multis annis fuerit reſidua, ſed indifferenter pro ſalario, apud Dominos reſtante, privilegium hoc prælationis competit, Hartm. Piſt. *dict. q. 8. n. 4. & 5.* † Qvamvis enim textus in *dict. art. 22. lib. 1.* Landr. 7
loqvatur ſaltem de mercede unius vel dimidii anni: Attamen verba illa exempli potiùs gratiâ, qvàm ut diſpoſitionem iſtius textus reſtringerent, addita fuiſſe, ex mente Scabinorum rectiſſimè monet Hartm. Piſt. *dict. loc.* † At ea, qvæ ex- 8
empli gratiâ adducuntur, diſpoſitionem non reſtringunt, *l. regula. 9. §. ult. ff. de jur. & fact. ignor. l. 2. in fin. ff. de damn. infect.*

Ita Domini in cauſa der Apeliſchen Gläubiger/ ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Maj. A. 1627. (Verba ſent. Zum 1. werden vor allen andern bezahlet Marien/ Martin Dietzens Eheweibe/ 16. fl. und Eliſabethen Ranſchin 172. fl. von unterſchiedenen Jahren her verdientes und reſtirendes Lied-Lohn/ ꝛc.)

Et in cauſa der Knobiochiſchen Gläubiger/ M. Maj. Anno 1623. (Verba ſent. Erſtlichen und vor allen andern Gläubigern werden bezahlet Sibyllen Hausmannin 84. Rthl. und Marthen Langin 62. fl. 16. gr. 6. pf. von unterſchiedenen Jahren her Liedlohn / ꝛc.)

Definit. XXV.

Privilegio mercedis gaudent ſaltem ii miniſtri, qui pro certo ſervientes ſalario in ædibus & convictu debitoris reperiuntur.

PRivilegium hoc prælationis, pro mercede fa- 1
mulorum conceſſum, non niſi ad miniſtros & famulos domeſticos pertinet, qvibus merces certa conſtituta fuit, ut liqvet ex *textu art. 22. lib. 1.* Landr. demonſtrante Hartm. Piſt. *part. 1. qvæſt. 8. num. 12.* † Adeoq; ut locus ſit huic privilegio, duo 2
concurrere neceſſe eſt: Primò, certam mercedem fuiſſe promiſſam. Nec enim abſqve hac privilegium exerceri poterit. Dan. Moll. *hîc. num. 5.* Matt. Berlich. *part. 1. concl. 64. n. 07.* † Secundò: ut 3
tempore mortis debitoris, vel qvando Creditores de prioritate certare cœperunt famuli in ædibus, convictu, & ſervitio ejus reperiantur; qvi ſoli propriè dicuntur domeſtici, Ordin. proceſs. jud. Elector. Sax. *tit. 42. §.* nechſt dieſem. *verſ.* Es wird aber Liedlohn. *l. 2. §. hæc actio. 14. verſ. familiæ. Ibi: qvi in miniſterio ſunt. ff. Vi bonor. raptor. l. 1. §. familiæ. 5. ff. de publican. l. 1. §. familiæ. 16. ff. de vi & vi armat.* † Ex qvo ſatis manifeſtum 4
eſt, privilegium hoc competere famulis, ſervis, ancillis, pediſſeqvis omnibusq; iis familiaribus, qvi ſunt præpoſiti ad famulandum, vel in coqvinâ, vel in menſâ, vel in Camerâ; ut Cubicularii, ſtabularii, vulgò Brodtlinge oder Brodtgeſinde/ qvi nempe in ædibus domini morantur, ejusq; pane & aqvâ fruuntur. Dan. Moller. *hîc num. 5.* Hartmann. Piſtor. *dict. qvæſt. 8. num. 12.* Joh. Köpp. *deciſ. 28. num. 14.*

Ita Domini in cauſa Gottfried Mahlers zu Eulenberg/ Menſe Maj. A. 1633. (Verba ſentent. Daß das Liedlohn vor allen andern Gläubigern zu bezahlen; Es wird aber eigentlich Lied-Lohn genannt das verſprochene

Lohn / so der Debitor schuldig ist dem Gesinde / so wesentlich bey ihme in seiner Behausung an seinem Brodt / oder an statt dessen in einem gewissen Kostgelde seyn und befunden werden; Als da seyn Katzscher / Knechte / Reiter / Mägde / Muhmen / Schliesserin / Köchin und dergleichen / ꝛc.

Definit. XXVI.

Gaudet qvoqve hoc prælationis jure pædagogus, ad informandos debitoris liberos certâ mercede conductus.

1 DUbitatum memini, an etiam pædagogus sive Præceptor, informationi liberorum debitoris præfectus, ratione salarii aliis Creditoribus præferendus esset? Nam si qvis famulum eum appellitare velit, vereor, ne bilem moveat Pædagogo, ac in studia liberalia impingat? † Placuit nihilominus & huic privilegium prælationis attribuere ratione salarii, si hoc certum ipsi fuerit constitutum. † Qvippe qvod pædagogi regulariter in ædibus & convictu debitoris reperiantur. Qvidni ergò domesticorum etiam jure rationis Salarii promissi gaudere deberent? Secundùm tradita defin. *præced. &* Moll. *hîc. num. 5.*

Ita Domini in causa Jobst von Esserens Gläubiger / ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Majo, Anno 1630. (Verba sent. So werden die Gläubiger in folgender Ordnung bezahlet / als zum 1. der Kinder Præceptor, Peter Portius 120. fl. / Thomas Wilhelm 36. fl. 4. gr. 6. pf. / Christina Kirsin 27. fl. 12 gr. / Martha die Käsemutter 6. fl. 6. gr. und Barthel Wülscher 28. Rthl. alles Lied-Lohn / ꝛc.

Definit. XXVII.

Non verò gaudent privilegio hoc prælationis operarii vel opifices, qvi non in ædibus & convictu defuncti commorantur, vel absq; certo salario operas præstant.

1 FAcilè dijudicare licet, qvibusnam mercenariis privilegium hoc prælationis concessum haud sit; Etenim qvia privilegium illud mercedis duo conjunctim reqvirit: certum nempe salarium; & ut mercenarii in ædibus atqve convictu debitoris commorentur, *supr.* def. 25. seqvitur inde, horum alterutro deficiente, jus prælationis qvoqve cessare. † Ergò Sutores, Sartores, Pistores, Lanii, Aurigæ conductitii, Tabelliones, Barbitonsores, cerevisiæ coctores, Scriniarii, Typographi, librorum Compactores, aliiq; ejusmodi artifices, & operarii privilegio prælationis non gaudent, sed inter Chirographarios recensentur, Reinh. Rosa *ad* Dan. Moll. *hîc n. 5.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 64. n. 73.* Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 1. c. 29. post pr. vers.* dann die Schumacher. † Tùm, qvod operariis hisce certum salarium haud promitti soleat. † Tùm etiam, qvod rarissimè vel nunqvam in ædibus debitoris operarii hi commorentur, ejusq; convictu fruantur.

Ita Domini in causa Gottfried Mahlers zu Eulenberg / Mens. Maj. Anno 1630. (Verba sent. Was man aber denen / so nicht an des Debitoris Brodt seyn / noch gewisse Salaria haben / schuldig worden / als da seyn Schneider / Schuster / Becker / Bier-Brauer / Mielkutzscher / Botenläuffer / Fleischer / Barbierer / und dergleichen / solches wird vor kein Lied-Lohn geachtet / sondern es werden diese Gläubigere unter die Chirographarien billich gerechnet / V. R. W.)

1t. in causa Hans Georgen von Stentsch / Mens. Jul. Ann. 1632. (Verba sentent. Daß die Handwercks-Leute / so nicht in des Schuldeners Behausung / und an dessen Brodte / oder an statt dessen in einem gewissen Kostgelde gewesen / ihrer Forderung wegen / vor denen Chirographariis sich einiger Erstigkeit nicht anzumassen haben / V. R. W.)

Et in causa Hansen Geyers zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1586. (Verba sententiæ: Ob auch gleich Simon Hüter 161. fl. 6. gr. Drucker-Lohn hinterstellig blieben; So ist doch solches nicht vor Lied-Lohn zu achten / und möget demnach auch andern seinen Gläubigern in der Bezahlung nicht vorgezogen werden / V. R. W.)

Definit. XXIIX.

Negq; Factores mercatorum hoc prælationis privilegium prætendere valent.

NOn certè alia ratio est Factorum, à mercatoribus ad negotiationes constitutorum: 1
Qvia enim hi utplurimùm extra ædes Domini principalis vivunt, proprioq; pane fruuntur, ratione salarii sibi promissi, reliqvis Bancorothæ creditoribus neutiqvam præferendi erunt, utrectè sentiunt Matt. Berlich. *part. 1. concl. 64. num. 75. &* Reinh. Rosa *ad* Dan. Moll. *hîc n. 5. post pr.* † Idqve eò minus, qvod Factores communiter utantur mercibus & pecuniis suorum principalium, magnaq; inde percipiant commoda & lucra, qvæ prælationis privilegium vix admittunt, *l. si hominem. 7. §. 2. ff. depositi. ubi* Bartol. 2

Ita Domini in eadem causa Gottfried Mahlers zu Eulenberg / Mens. Maj. An. 1633. (Verba sentent. Was man aber Becken / Barbierern und dergleichen / sowohl auch Factorn schuldig worden / wird vor kein Lied-Lohn geachtet / sondern die Gläubiger unter die Chirographarien billich gerechnet / V. R. W.)

Definit. XXIX.

Actuariis judicii prælationis privilegium eatenus concessum videtur, qvatenus pane Domini fruuntur.

NEq; actuariis judicii (den Gerichts-Haltern) t privilegium hoc prælationis concessum videri, non malè forsan dixeris; qvia sæpissimè hi proprio pane fruuntur, qvantumvis certum Salarium illis constitui soleat; † Attamen cum alibi 2
etiam ejusmodi Scribæ & Actuarii judicii in ædibus & convictu suorum Dominorum reperiantur, haud certè video, qvâ ratione illis jus prælationis denegari qveat, concurrentibus nempe reqvisitis hujus privilegii, de qvibus dixi *supr.* Def. 25. Ord. proc. jud. El. Sax. *tit. 42. §.* Nechst diesem.

Ita Domini in causa R. G. à P. Gläubigern zu Cüstrin / Mens. Aug. Anno 1632. (Verba sent. Zum 1. werden vor allen andern Gläubigern bezahlet / Joachim Tieden / Henrich Drechslern und Stephan Velhoffen / ihr restirendes Lied-Lohn / sowohl auch Georgio Cyriaco seine Gerichts-Bestallung / wofern er an des Schuldeners Tische und Brod gewesen / ꝛc.)

Definit. XXX.

Advocatus ratione salarii, sibi promissi, reliqvis Creditoribus non præfertur.

MInùs certè dubium est, Advocatorum salaria appellatione mercedis famulorum (Unter dem Wort Lied-Lohn.) non comprehendi; adeoqve nec eos in petitione salariorum hoc privilegio gaudere, vel reliqvis Creditoribus 1

præ-

præferri, Hartman. Pistor. *part. 1. q. 8. n. 12.* Johan. Köppen. *decis. 28. n. 14.* Reinh. Rosa *ad* Dan. Moll.
2 *hîc n. 6. post pr.* † Qvantumvis enim sæpissimè Salarium annuum Advocatis promittatur: non statim tamen inde privilegium hoc prælationis ipsis
3 concessum videtur; † Scilicet, qvo ii duntaxat famuli gaudent, qvi in ædibus domini commorantur, ejusq; pane & aqvâ fruuntur, *Supr.* Defin. 25. Qvorum numero non comprehenduntur Advo-
4 cati; ut in apertoest. † Qvin & hi super salario sibi promisso plerumqve instrumenta confici curant; qvo in casu privilegium prælationis cessare, docet
5 Hartman. Pistor. *dict. q. 8. n. 10.* † Qvò & facit Sanctio Electoralis in Ordin. proces. jud. *tit. 42.* §. Nechst diesem. *vers.* darumb ist der *Advocaten* Besoldung und anders dergleichen anhero zum
6 Lied-Lohn nicht zu rechnen/ &c. † Nec movet qvicqvam, si dicere velis, Advocatorum patrociniis clientum bona conservari non minus ac operis Curatoris bonorum, ex qvo postea omnibus Creditoribus satisfieri possit, ut proindè advocati ad instar Curatorum bonorum, de qvibus infrà Defin. 36. prærogativâ gaudeant. † Qvis enim non
7 videt diversitatem inter Curatorem bonorum & Advocatum, siqvidem ille causa principalis existit, ut res salva fuerit, hic verò, nempe Advocatus, causa tantummodò accidentalis, ut qvi causam aliàs bonam & justam ratione officii publi-
8 ci saltem defendit atqve obtinuit; † Minus qvoq; obest, qvod summam Reipublicæ præstent Advocati utilitatem, *l. advocati. 14. C. de advoc. diverf.*
9 *jud.* † Ex qvo sanè ad jus prioritatis, qvod jura Creditoribus qvibusdam specialiter tribuunt, nihil firmiter est inferendum, *arg. l. pro debito. 6. C. de bon. aut. jud. possid.*

Ita Domini in causa Creditorum H. G à K. zu Zerbst/ Mens. Jun. Ann. 1634. (Verba sententiæ: Würde auch der Advocatus, Martin Frentzel/ des andern Zeugen gethane Aussage vermittelst seines leiblichen Eydes bestärcken/ und also in Supplementum, auch darneben/ daß ihme Jährlichen 18. Rthl. und 12. Scheffel Rocken zur Bestallung zugesaget worden/ schweren/ immaßen er zu thun pflichtig; So wäre er solcher seiner Advocaten-Bestallung unter denen Chirographariis zu contentiren, &c.)

Et in causa Henrici Heinrich zu Cüstrin/ Mens. Aug. Anno 1634. (Verba sent. Würde nun nach bezahlten diesen Schulden/ von des Schuldners Vermögen noch etwas übrig seyn/ So würden davon die Chirographarii und auch unter denselben Heinricus Heinrich wegen 16. Rthlr. 12. gr. Advocaten-Gebühr/ ohne Unterscheid der Zeit billich befriediget/ V. R. W.)

Definit. XXXI.

Liberi, parentibus operas familiares præstantes, ac mercedem exigentes, haud præferuntur aliis Creditoribus.

1 NOn negaverim eqvidem, liberos, qvi operas præstant serviles & qvotidianas in ædibus paternis, petere posse mercedem famulitii, si parens loco alimentorum bonis liberorum adventi-
2 tiis utatur-fruatur; † Ne scilicet denegetur liberis, qvod etiam famulis debetur, cujus vices liberi gerunt, *c. charitatem. 45. caus. 12. q. 2. cum sit. 10. extr.*
3 *de Simon.* † Nec qvisqvam suis sumptibus alteri inservire tenetur, *arg. l. in rebus. 18. §. possunt. 2. ff. com-*
4 *modat.* Vid. *infr. p. 2.* Const. Elect. *10. defin. 8.* † Alia tamen ratio est, si liberi bona adventitia non habeant, qvorum ususfructus patri accedat, & tamen ab ipso alimenta accipiant; Qvo casu iniqvissimum esset, & qvasi contra reverentiam, parentibus debitam, mercedis loco qvicqvam exigere; † Multò minus hoc privilegium prælatio-5
nis prætendere valebunt; ut maximè enim loco mercedis ipsis qvid deberi, assereremus: propterea tamen privilegio hoc juvari haud poterunt, cum merces aliqva certa eis promissa non fuerit; qvod tamen necessariò ad exercitium privilegii hujus requiri, dixi *supr.* defin. 25.

Ita Domini in causa Hansen Fausts zu Berlin / Mense Febr. Anno 1635. (Verba sentent. Daß die Kinder aus ihrer Eltern Verlassenschafft / dannenhero/ daß sie ihnen im Alter zur Haud gangen / und mit Arbeiten die Haußhaltung fortsetzen und bestellen helffen/ vor andern Creditoren Lied-Lohn zu fodern nicht berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XXXII.

Nisi ipsis certa merces fuerit promissa.

ALiud dicendum existimaverim, si parentes 1
liberis certam mercedem promiserint. Sive enim liberi bona adventitia habuerint, sive non: 2
† jure omninò exigunt, qvod promissum ipsis est; & parentes, vel defunctis iis, Curator bonorum, conventione initâ stare tenetur, *l. 1. l. juris gentium. 7. ff. de pact.* † Qvidni ergò etiam hoc ca- 3
su liberis privilegium mercedis indulgendum esset: qvod nec famulis & servis denegatur in certa mercede promissâ, *arg. c. Charitatem 45. caus. 12. q. 2. c. cum sit. 10. extr. de simon.*

Ita Domini in causa Creditorum Andreæ Müllers zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1636.

Definit. XXXIII.

Amittitur privilegium mercedis, si ejus nomine, tanqvam creditæ pecuniæ, usuras famulus à Domino acceperit.

NOn indulgetur privilegium prælationis mer- 1
cenariis, sed ratione salarii, sibi promissi, inter Chirographarios saltem referuntur, si ejus nomine, tanqvam pecuniæ creditæ, usuras à Domino acceperint, ut benè advertit Dan. Moll. *hîc n. 7.* 2
† Nempè qvod rùm merces promissa in pecuniam, mutuò sub usuris elocatam, transmutata censeatur, adeòqve non plus juris, qvàm pecuniæ mutuò datæ, illi erit attribuendum. † Ex qvo fit, qvod 3
licèt aliàs debitum aliqvod sit insigniter privilegiatum; stipulando tamen & accipiendo usuras, privilegium amittatur, per *text. in l. si hominem. 7. §. qvoties foro. 2. ff. depos. l. si ventri. 24. §. in bonis. 2. ff. de reb. aut. judic. possid.* Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 2. c. 29.*

Ita Domini in causa Simon Fürstenhäusers zu Leipzig/ Mens. Aug. Ann. 1585. (Verba sent. Dieweil ihr selbst berichtet / daß ihr euch mit eurem Bruder / Balthasar Fürstenhäusern/ dergestalt verglichen / daß er euch die 591. fl. so er euch von eurem verdienten Lied-Lohn schuldig gewesen / so lange dasselbe bey ihme stehen bleiben würde/ das 100. mit 6. fl Jährlichen verzinsen solte/ und daß ihr auch die Verschreibung oder Schuld-Brieff von ihme also angenommen: So habt ihr auch euch des Privilegii, so sonsten auf das Lied-Lohn zu Recht verordnet/ dißfalls nicht anzumassen / V. R. W.)

Et in causa Wolffgang Hoffmanns zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1575.

DEFINIT. XXXIV.

Qvantitatem mercedis famuli juramento suo probare possunt, si non constet, qvantum ipsis debeatur.

1 ULtra privilegium prælationis, mercedi famulorum adhuc duo alia specialiter concessa sunt. Primum est, qvod literæ dilationis qvinqvennalis à Principe impetratæ, ad debitum il-
2 lud mercedis haud pertineant; † ne præbeatur materia delinqvendi contra jus divinum, qvod operariis mercedem suam dari jubet, nec per unicam saltem diem vult retineri, *Levit. 19. vers. 13. Deut. 24. vers. 15. Tob. 4. vers. 15. Malach. 3. vers. 5.* Petr. Rebuff. *ad Constit. Regn. Galliæ lib. 2. tit. de lit. dilator. art. 1. Gloss. 1. n. 26.* Dan. Moll. *lib. 4. se-*
3 *mestr. 6. n. 2.* Reinh. Rosa *ad* Moll. *hîc n. 4.* † Alterum est, ut si non constet, qvantum famulis mercedis nomine debeatur, stetur in hoc proprio ipsorum juramento. Landr. *lib. 1. art. 22. §.* Verleugnet man ihnen das Lohn / so mögen sie es wohl auf
4 den Heiligen erhalten. † Nec obstat, qvod nemo regulariter testis admittatur in propria causa, *l. omnibus. 10. C. de testib.* † Qvia hoc in casu ex speciali juris Sax. dispositione in favorem mercedis famulitiæ aliud introductum est, ut benè adver-
5 tunt Matth. Col. *part. 1. decis. 198. n. 7.* Hartm. Pist. *part. 1. q. 8. n. 3.* Dan. Moll. *hîc n. 5. vers. prius autem*
6 *illud.* † Anteqvam tamen famulus juramento suo
7 admittatur, de tribus prius constare debet; † Primò: fuisse aliqvem ministrum: Secundò: de pretio conventum: Tertiò: ministrum saltem verbotenùs conductum esse, nec cum eo desuper instrumentum confectum, ut notat ex observantia Scabinorum Hartm. Pistor. *dict. q. 8. n. 6. & 10.*

Ita Domini in causa Creditorum Alberti Christels zu Cöthen-Mens Sept. Anno 1594. (Verba sent. So wird zu erst und vor allen andern Gläubigern dem Gesinde ihr angegebenes Lied-Lohn bezahlet; Jedoch / wofern man ihnen dessen geständig / oder sie solches / auff Fall des nicht-Gestehens / mit ihrem Eyde erhalten werden / ꝛc.)

DEFINIT. XXXV.

At, ministros se fuisse, famuli aliter, qvàm per juramentum suum probare debent.

1 NOn ergò famuli, ad probandam mercedis qvantitatem, juramento suo admittuntur, priusqvam constet, de pretio conventum, ipsosqve ministros fuisse, Defin. *præced.* Et qvidem de pretio fuisse conventum, sine ulteriori probatio-
2 ne præsumitur; † Cùm non sit verisimile, qvem gratis operas suas locâsse, *arg. l. cum de indebito.*
3 *25. ff. de prob.* † Ideoqve contrarium asserenti, gratis nempe qvem inserviisse, onus probandi incumbit, *arg. l. sive possidetis. 16. C. de probat. l. ab eâ par-*
4 *te. 5. ff. eod. tit.* Hartm. Pistor. *part. 1. q. 8. n. 7.* † Sed ministrum aliqvem fuisse, probandum omninò est, nec statur hîc juramento ministri; veluti ex observantiâ Dominorum Scabinorum docet Hart. Pistor. tùm temporis Assessor Scabinatûs gravissimus & eminentissimus, *dict. q. 8. num. 9.* ad exem-
5 plum Statuti; † qvo licet caveatur, esse de damno dato standum juramento damnum passi; attamen prius aliter, qvàm per juramentum probari debet, damnum datum fuisse, juxta tradita Bart. *in l. Divus Trajanus. 24. ff. de testam. milit. & Dd. in l. si qvando. 9. C. unde Vi.*

Ita Domini in causa Marien Großmannin contra Matthæum Göbgen/ventilatâ in Prætorio Lipsiensi. Mense Sept. Anno 1634. (Verba sentent. Daß Kläger vor allen Dingen sein Vorgeben / daß er nemlichen in Sept. Anno 1619. zu Peter Cramern in Dienst kommen/und darinnen biß Anno 1633. verblieben / gebührlichen zu bescheinigen und beyzubringen schuldig/in dem übrigen verbleibet es/ eingewandter Leuterung ungeachtet/ bey jüngst-ertheiltem Abschiede (darinnen ihme das versprochene Lied-Lohn eydlichen zu erhalten nachgelassen worden) nochmahls billich / V. R. W.)

DEFINIT. XXXVI.

Salarium qvoq; Curatoris bonorum, & qvod ab eo impensum fuit, privilegio mercedis famulitiæ in concursu Creditorum gaudet.

1 CUratorem, bonis datum, sub appellatione mercenariorum & famulorum contineri, non absurdè negaveris, qvippe qvod hic in ædibus & pane debitoris haud reperiatur. † Cui consqvens
2 est, nec ratione salarii sibi constituti, nec factarum in administratione impensarum, putà pro confectione inventarii, sumptuum litis, &c. eum cæteris creditoribus præferendum esse, juxta tradita *Supr.* defin. *25.* Ord. proceſſ. jud. Elector. Saxon. *tit. 42. §.* nechst diesem. † Placuit nihilominus, Sa-
3 larium Curatori bonorum constitutum, non secùs ac mercedem familiæ præ aliis Creditoribus exsolvi, Dan. Moller. *hîc n. 86.* ubi in magna causa ita judicatum refert. † Scilicet, ratio hujus privile-
4 gii in Curatore etiam bonorum sibi locum vendicat; siqvidem hujus studio & operâ omnis substantia debitorum & ipsis, & Creditoribus salva conservatur; qvo nomine etiam utrisqve tenetur, *l. 2. §. ult. & l. seq. ff. de Curat. bon. dand.* † Qvid-
5 ni ergò eadem qvoqve illius conditio esse deberet, atqve illorum, qvâ vel stabulo purgando, vel agro arando, à patrefamiliâs præficiuntur? ut scitè argumentatur Moller. *hîc dict. num. 86. in fin.* Vid. *supr.* defin. *24. num. 4.* † Cumqve eadem
6 ratio in expensis, à Curatore bonorum, ad conservanda debitoris bona, erogatis; putà, pro conficiendo inventario, sumptibus litis, &c. obtineat: utiqve & harum nomine privilegium prælationis competere, rectissimè infertur. † Qvia identitas
7 rationis idem jus facit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aqvil. l. 108. ff. de V. O.*

Ita Domini in causa Greger Werners Gläubiger zu Puhan/ M. Jul. An. 1629. (Verba sent. Zum 1. und vor allen Dingen wird bezahlet das Liedlohn / als 22. fl. 18. gr. Barthel Deudrichen Ackerlohn/ und 22. fl. dem Curatori Bonorum seine Bestallung ꝛc.)

Et in causa Hansen Lehnmüllers Kinder zu Leipzig/ Mens. Mart. A. 1586. (Verba sent. Da ihr nun den Gläubigern zum besten / solche Scheucke mit Beschickung der Felder und anderer Nothdurfft wiederumb anrichten werdet/so werden euch die Unkosten/so darauf gewandt/ vor allen andern Gläubigern billich wieder erstattet/ V. R. W.)

It. an Moritzen von Schönbergen/M. Aug. A. 1636. (Verba sentent. Zum 1. N. N. das gefoderte Lied-Lohn und die 3. Rthl. in dieser Sachen angesatzte Urtheils-Gebühr / ꝛc.)

It. in causa Creditorum Andreæ Müllers zu Leipzig/ M. Febr. A. 1636. (Verba sententiæ: Zum 1. dem Notario 7. fl. 9. gr. pro Inventario und Lorentz Müllern 44. fl. Lied-Lohn/ ꝛc.)

Et ad consultationem Mauritii à Schönberg / Mense Jul.

Jul. Anno 1636. (Verba sententiæ: Zum ersten werden bezahlet 24. fl. vor Saam-Haber/ 5. fl. 3. gr. vor Korn zum Samen/ und 4. fl. 12. gr. Urtheils-Gebühr ꝛc.)

Definit. XXXVII.

Præferuntur etiam reliqvo ære alieno impensæ in culturam agrorum factæ, (das Acker-Lohn.)

1 CUm operâ & labore aratorum agri ad fructus producendos præparentur & colantur, nempe per subactionem cum aratro, seminationem, & rastrationem: æqvissimum certè est, horum mercedi privilegium, qvoqve prælationis tribui. 2 † Etsi enim aratores propterea, qvod pane & aqvâ debitoris non fruantur, neqve in ejusdem ædibus reperiantur, proprie non sint famuli, vel ministri 3 debitoris, *Supr.* definit. 25. † nihilominus tamen horum merces vel exinde pari gaudet privilegio, qvia illorum industriâ & culturâ bona & facultates debitoris in commodum tàm debitoris, qvàm ipsorum Creditorum amplificantur, & conservan- 4 tur. † Qvâ solâ ratione nititur privilegium hoc prælationis, ut dixi Defin. *præced. & supr. defin. 25.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Qveistens an Asmus von Fitzschern/ Mens. Jul. Anno 1598. (Verba sentent. So werden die angegebene Gläubigere ihrer Schulden in folgender Ordnung bezahlet. Zum ersten und vor allen Dingen Hansen Kastelin 4. alte Schock vor Acker-Lohn/ und Thomas Starcken 4. alte Schock vor Saam-Haber. Zum andern die vorhandene Erbe-Gelder/ ꝛc.)

Et in causa Philippi Stollens Gläubiger zu Radeburg/ Mense Jul. Anno 1629. (Verba sententiæ: So werden die Gläubiger in nachfolgender Ordnung billich bezahlet. Zum aller ersten Martin Bauer/ wegen des rückständigen Acker-Lohns/ nachmals die Kinder erster Ehe/ wegen ihrer verstorbenen Mutter eingebrachten Güter/ ꝛc.)

Definit. XXXIIX.

Sicuti etiam frumentum Sementarium (Saam-Getreydigt.)

1 EX eâdem pariter causâ eos, qvi debitori vel curatori bonorum frumentum ad sementationem agrorum vendunt, vel commodatò dant, ratione pretii aliis creditoribus præferendos, exi- 2 stimaverim. † Cùm & per id cultura agrorum promoveatur, bonaq; debitoris in ipsorum etiam creditorum commodum amplificentur & conser- 3 ventur. † Ut mirum haud sit, ejusmodi pretio privilegium hoc prælationis accommodari, ex iden- 4 titate rationis, † qvæ idem jus constituit, *l. illud. 32.* 5 *ff. ad Leg. Aqvil.* † Qvò & facit, qvod fructus agri ipso jure diminuere dicatur, qvicqvid impendii in agro factum est, *l. qvod in fructus. 49. ff. de Usuris.* 6 † Nec ullus intervenire qveat casus, qvi hoc genus deductionis impensarum impediat, *l. fundus, qvi dotis. 51. ff. famil. ercisc. l. fructus. 7. ff. solut. matrim.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Werners zu Pichau/ Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sent. So dann die sämtlichen Gläubigere in nachfolgender Ordnung bezahlet. Als erstlichen 22. fl. 18. gr. Barthel Dendrichen Acker-Lohn/ und 27. fl. dem Curatori Bonorum seine Bestallung/ so wohl 22. fl. M. Martin Wirthen vor Saam-Getreydigt. Zum 2. den hinterstelligen Erb-Zins und Land-Steuer/ ꝛc.)

Ita in causa Creditorum Michael Böttigers zu Reichenbach/ Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent. Zum andern werden 60. fl. Liedlohn und 80. fl. vor Saam-Getreydigt zu Bestellung der Aeckere vor andern Forderungen bezahlet und abgestattet/ ꝛc.)

Et in causa Hansen Georgen von Stentzsch / Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Daß der erborgete Saam-Haber von allen Gläubigern nach dem Lied-Lohn zu erstatten/ ꝛc.)

It. An Moritz von Schönbergen / Mense Septembr. Anno 1636.

Definit. XXXIX.

Post mercedes famulorum præferuntur impensæ funebres reliqvis Creditoribus, etiam hypothecariis anterioribus expressis.

COnvenit in eo jus civile cum jure Saxonico, 1 qvod impensæ funerum ante omnia alia ex hereditate deducantur, & præcedant, *l. & si qvis. 14. §. si colonus. 1. l. impensa enim funeris. 18. l. ideoqj 14. etiam. 19. l. funeris sumptus. 37. l. 45. & l. seq. ff. de religios. & sumpt. funer. l. qvæsitum. 17. ff. de reb. autor. jud. possid. hâc* Const. *28. vers.* was auf des verstorbenen Schuldeners Begräbniß/ ꝛc. Ord. proceff. judic. Elect. Sax. *tit. 42.* §. ferner soll das jenige. Dan. Moll. *hîc n. 9. & seq.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 199. n. 1.* Joh. Köppen *decis. 28. n. 15.* Herm. Meyer. *in tract. de præfer. Credit. lib. 2. tit. 2.* † Nempe 2 propter utilitatem publicam: ne cadavera jaceant insepulta, Jas. *in l. ult. §. 9. C. de jur. delib.* Joh. Gars. *in tract. de expens. & meliorat. c. 8. n. 18. & 25.* Joh. Köpp: *dict. loc.* † Sed num etiam impensæ funerum 3 hypothecariis expressis anterioribus erunt præferendæ? Negant qvidem hoc Hart. Pistor. *observ. 67. n. 4.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 200. n. 1.* Vincent. de Franch. *15. n. 1. & seqq.* † Sed contrarium verius vi- 4 detur per text. in *dict. l. impensa funeris. 45. ff. de religios. & sumpt. funer.* ubi impensa funeris semper ex hereditate deducitur, & omne creditum solet præcedere, cum bona solvendo non sint. † Ergò 5 si omnibus; utiqve etiam hypothecis anterioribus expressis præcedet, Joh. Mich. Beuth. *de jur. prælat. part. 2. c. 9.* Gars. *c. 8. n. 23.* † Qvod in foro Saxo- 6 nico minus dubium habet, propter Sanctionem Electoralem *b.* Const. 28. §. Nach ietzo berührten Schulden/ ꝛc.

Ita Domini in causa Hansen und Joachim Arnsts Gläubigere zu Leipzig contra Michael Stummen/ Mense Nov. Anno 1634. (Verba sententiæ: Nach diesen werden auch von Hansen Arnsten Verlassenschafft desselben Gläubigere in folgender Ordnung/ als zum 1. die aufgewandte Begräbniß-Kosten 60. fl. 7. gr. 6. pf. vor allen andern Hypothecariis, auch vor denen Steuern bezahlet/ ꝛc.

Et in causa Creditorum Johannis Röthens zu Penig/ Mens. Maj. Anno 1634.

Definit. XL.

Prælationis privilegium concessum est saltem impensis funebribus, qvæ ad sepulturam ipsius debitoris, non etiam uxoris, & liberorum fuerunt erogatæ.

DE Jure Saxonico nemo recuperat expensas 1 funebres, nisi qvi eas cum consensu heredis fecerit, Landrecht/ *lib. 1. art. 22. ibi:* Mit seinem Rath soll die Frau das Begräbniß bestellen. † Ex 2 qvo infert Christoph. Zobel. *in addit. lit. B.* qvod si mulier per se faciat sumptus funeris, non reqvi-

sitis desuper heredibus, eas repetere neqveat ex communi hereditate; Qvia scilicet præsumitur ex pietate hoc feciſſe de suo, non verò animo repetendi, *l. & si qvis. 14. §. sed interdum. 7. ff. de religios. & sumpt. funer.* † Qvod tamen vix hodiè 3 in praxi obſervabitur, juxta tradita Dan. Moll. *hic num. 19.* Qvamvis Vidua aliiqve, impensas funebres erogantes, meo judicio, tutius agant, si protestantur super repetitione; proùt benè monet 4 Matth. Coler. *part. 1. decis. 199. num. 4.* † Hoc autem certum est, qvod privilegium prælationis concessum sit duntaxat in impensis funebribus iis, qvæ ad sepulturam ipsius debitoris, non etiam Conjugis & liberorum antea defunctorum fuêre erogatæ; ut liqvet ex verbis *h.* Const. *28.* & Ord. proceſſ. judic. *tit. 42.* §. ferner ſoll / *ibi:* auf des verſtorbenen Schuldeners Begräbniß. Qvo ipso 5 satis excluduntur impensæ, in funere liberorum atqve Uxoris factæ; † Qvia unius inclusio est alterius exclusio. Nec patiuntur verba Constitutionis Statutariæ ejusmodi extensionem, per tradita Andr. Tiraqvell. *de LL. connub. Gloss. 2. n. 23. post pr.* & Jac. Schult. *in pract. q. l. 2. q. 65. n. 32. & seqq.* 6 † Qvamvis de jure civili non malè forsan contrarium defendi qveat, per text. *in l. qvæsitum. 17. ubi* Bartol. *ff. de reb. aut judic. possid.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Köthens zu Peunigk / Mens. Maj. Anno 1634. (Verba sententiæ: Aber wegen der jenigen Begräbniß-Kosten / so auf des Schuldeners Sohnes und Weibes Begräbniß gewendet worden / haben sich die Gläubiger vor andern einiger Priorität nicht anzumassen / sondern sie werden derer nebenst den andern Chirographariis billich befriediget / &c.)

Et in causa Johann Hopffelders contra Matthes Müllern / ventilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mense Aug. Anno 1630.

Definit. XLI.

Etiam impensæ pro vestibus lugubribus erogatæ privilegio prælationis gaudent.

1 FUnebrium impensarum nomine continentur, qvæcunqve corporis causa erogata fuere, ut & pretium loci, ubi defunctus humatus est, item sarcophagi, *l. funeris sumptus. 37. ff. de religios. & sumpt. funer.* Jac. Cujac. *lib. 11. observ. 21.* Joh. Garz. *in tract. de expens. & meliorat. c. 8. n. 1. & seqq.*
2 † Sed, num etiam lugubres, putà, fasciæ sericæ, qvæ funus comitantibus proximis cognatis dari solent, eaqve, qvæ in defunctorum convivia paranda,
3 coëmpta sunt? † Negandum hoc videtur per text. *in l. funeris sumptus. 37. l. 14. §. 6. ff. de relig. &*
4 *sumpt. funer.* Garz. *dict. c. 8. num. 17.* † Attamen in foro Saxonico consvetudine aliud obsevatur, & impensæ ejusmodi non minus, ac reliqvi sumptus funerum, impensarum funebrium nomine comprehenduntur, ac reliqvo æri alieno præferuntur, teste Dan. Moll. *hîc n. 9. in fin.* & Matth. Berlich.
5 *part. 1. concl. 64. n. 9.* † Qvæ consvetudo satis fundata est in generalitate verborum, (Was auf des verſtorbenen Schuldeners Begräbniß auffgewandt) *h.* Const. *28.* & Ordin. proceſſ. judic. *tit. 42.*
6 §. ferner ſoll. † Sanè, Viduæ qvoqve vestes lugubres ex bonis defuncti mariti deberi, docet rectissimè Dan. Moll. *hîc n. 18.* per text. *in l. verbo victus. 43. ff. de V. S. junct.* Const. El. *5. pr.* Weichbild. *art. 24.*

Ita Domini in eâdem causâ Creditorum Georgii Köthens zu Peunigk / Mens. Majo, Anno 1634. (Verba sent. So werden die angegebene Schulden in folgender Ordnung befriediget. Als erstlichen 61. fl. 15. gr. 3. pf. Begräbniß-Kosten / so auf des Schuldeners Begräbniß zu dessen Bestellung / Erkauffung nothwendiger Schleyer und Binden / so wohl bey dem Trauermahl aufgewendet worden / &c.)

Definit. XLII.

Non potest efficere debitoris dispositio, ut impensæ funebres immodicæ reliqvo ære alieno præferantur.

SEd hâc ratione, inqvies, ansa dabitur heredi- 1 bus, bona debitoris dilapidandi, non sine injuriâ & præjudicio Creditorum? † Qvod ne fiat, 2 modus semper in rebus servandus est; eæqve saltem funeris impensæ privilegiatæ censentur, qvas secundùm dignitatem & facultates defuncti erogari oportuit. † Pro arbitrio nempe judicis, cujus 3 discretioni hæc omnia committuntur, *l. & si qvis. 14. §. hæc actio. 6. vers. æqvum autem accipitur & §. judicem. 10. ff. de religios. & sumpt. funer.* Dan. Moll. *hîc n. 10.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. qv. lib. 2. cent. 2. c. 227. num. 12.* Joh. Garz. *de expens. c. 8. n. 2.* Joh. Schneidevv. *in §. ult. Inst. de leg. Falcid. num. 5.* † In tantum, ut nec debitoris dispo- 4 sitio de sumptibus immodicis præjudicare qveat reliqvis Creditoribus; veluti de monumentis constitutum reperitur, voluntatem nempe testatoris haud seqvendam esse, si id, qvod ædificari jusserit, justam sumptûs rationem egrediatur, *l. funeris sumptus. 37. in fin. dict. l. & si qvis. 14. hæc actio. 6. vers. Qvid ergò. ff. de religios. & sumpt. funer.* Dan. Moller. *hîc num. 23.* Cæterùm, † probari 5 possunt funerum impensæ ex verisimilibus conjecturis, Bald. *in l. 4. C. de petit. hæredit. num. 3.* Vel deficientibus iis, † saltem per juramentum ejus, 6 qvi hasce impensas fecit, Gloss. *in l. ult. §. 9. verb. approbaverit. C. de jur. deliber.* Moll. *hîc n. 26.*

Ita Domini in causa Matthes Grimmers zu Lützenſommern / Mense Aug. Anno 1634. (Verba sententiæ: Derowegen seyd ihr angeregtes Pferd / wenn es von dem verordneten Curatore Bonorum begehret wird / wieder zu erstatten schuldig / und mögen auch diejenigen Begräbniß-Kosten / so nach Verordnung des Schuldeners aufgewendet worden / weil sie übermäßig seyn / nicht passiret, noch vor den andern Schulden bezahlet werden / V. R. W.)

Definit. XLIII.

Impensis funebribus succedunt sumptus, in ægroti debitoris curationem facti; qvibus etiam Salaria Chirurgorum accensentur.

EXpensæ infirmitatis eadem habent privilegia, 1 qvæ habent impensæ funeris, secundùm tradita *Dd. in l. ult. §. in computatione. 9. C. de jur. delib.* Vincent. de Franch. *decis. 51. n. 1.* Neguz. *de pignor. & hypoth. membr. 2. qvint. part. num. 28.* Qvidni ergò hæ qvoq; reliqvo æri alieno præferrentur? † 2 Nimir. impensis funebribus in ordine annectuntur sumptus in curationem ægroti facti, *l. in restituenda. 4. C. de petit. hereditat. l. legatum à defuncto. 3. C. de religios. & sumpt. funer.* Matth. Wes. *in parat. ff. de privil. Creditor. n. 5. sub fin.* Johann. Michaël Beuther. *de jur. prælat. part. 1. c. 20. & part. 2. cap. 10.* † Qvod & clarâ sanctione Electorali 3 approbatum est in foro Saxonico, *h.* Const. *28.*

in

in pr. vers. auf des Schuldners Begräbniß/ und in seiner Kranckheit der Artzney halber aufgewandt. Ordin. proces. judic. *tit. 42. §.* ferner sol das jenige / was auf des verstorbenen Schuldeners Begräbniß/ und in seiner Kranckheit der Artzney halber aufgewandt/ vergnügt werden. † Ex qvo manifestissimum redditur, impensas hasce præferri non modò iis, qvi tacitam: sed etiam, qvi expressam anteriorem habent hypothecam, juxta tradita *supr.* defin. *38.* Qvamvis dissentiat Hartm. Pistor. *observ. 67. num. 3. & 4.* † Veniunt autem appellatione horum sumptuum impensæ qvæqve, in curationem ægroti debitoris factæ; † Adeoqve etiam Salaria Medicorum, Chirurgorum, & Pharmacopolarum, qvibus æqvè privilegium prælationis attribuitur, Dan Moll. *hic num. 27.* Joh. Mich. Beuth. *dict. loc.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 64. num. 96.* Vincent. de Franch. *dict. decis. 51. num. 1.*

Ita Domini in causa Christiani Reichens/ Barbierers zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1590. (Verba sentent. Habt ihr Hansen Strahlen/ so am Scharbock tödtlichen kranck/ auch am gantzen Leibe lahm und krum gewesen/curirt/ dafür er euch 20. fl. Artztlohn versprochen/ und es ist gedachter Strahl/ mit viel Schulden beladen/ Todes abgangen/ &c. So werden euch aus seiner Verlassenschafft die versprochene 20. fl. Artzgeld vor andern seinen Glaubigern nach dem Liedlohn billich bezahlet/ &c.)

Definit. XLIV.

Non verò sunt privilegiatæ impensæ, in curationem uxoris, & liberorum debitoris factæ.

1 QVid verò, si impensas fecerit debitor in Curationem uxoris vel liberorum suorum? Hasce neutiqvam privilegiatas esse, vel inde apparet, qvod Sanctio Electoralis disertè loqvatur de persona debitoris ægroti (in seiner Kranckheit) *h.* Const. *28.* & Ord. Proces. judic. *tit. 42.* §. Ferner sol das jenige. † Ex qvo satis liqvet, ad medicamenta, curationi Uxoris vel liberorum adhibita, privilegium hoc prælationis haud extendi debere; prout dixi *supr.* 3 defin. *39.* de impensis funebribus. † Qvarum eadem est ratio, atqve sumptuum, in curationem debitoris ægroti factorum, Defin. *præced. Dd. in l. ult. §. in computatione 9. C. de jur. delib.* Vincent. de Franch. *decis. 51. num. 1.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Köthens/ zu Penigk/ Mense Majo, Anno 1634. (Verba sent. Die jenige Begräbniß-Kosten aber und Artzney/ so auff des Schuldners Sohnes und Weibes Kranckheit und Begräbniß auffgewendet worden/haben sich die Gläubigere vor andern einiger priorität nicht anzumassen/ sondern sie werden derer/nebenst den andern Chirographariis billich befriediget/ &c.)

Et in causa Barthel Hertels Gläubiger/ ventilatâ coram Senatu Lipsiensi, Mense Septemb. Anno 1635.

Definit. XLV.

Privilegiatæ sunt impensæ, duntaxat erogatæ in curationem morbi, ex qvo debitor ægrotus obiit.

1 SUnt ergò privilegiatæ impensæ erogatæ in curationem ipsius debitoris Defin. *præced.* † Sed nec hæ indifferenter omnes. Qvid enim si debitor ægrotus ex medicamentis & curatione Medicorum, Chirurgorum, & Pharmacopolarum reconvaluerit, ac pristinæ sanitati restitutus, aut etiam in curationem anterioris morbi, ex qvo jamdudum pristinam sanitatem recepit, erogatæ fuerint? † Non certè 2 tùm impensæ reliqvo æri alieno sunt præferendæ, sed restringendum est privilegium prælationis ad curam eo in morbo adhibitam, ex qvo postea decesserit ægrotus. *l. in restituenda. 4. Ibi: in mortui infirmitatem. C. de petit. heredit. l. legatum. 3. Ibi: morbum ejus defuncti. C. de relig. & sumptib. funer.* Petr. Heig. *part. 2. qvæst. 26. num. 70.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic. num. 27.* Roland. à Valle *vol. 1. consil. 14. num. 27.* † Concesserim tamen in casibus 3 prædictis, alimentorum saltem privilegium Medicis tribuendum esse, *l. verbo victus 43. de V. S.* Gars. *de expens. c. 3. num. 42.*

Ita Domini in causa Tobiæ Glatzers & Consort. zu Breßlau/ Mens. April. Anno 1635. (Verba sentent. Pfleget es bey euch gar offt zu geschehen/ daß gute Leute in unterschiedenen ihren Kranckheiten Medicamenta und Artzney bey euch zurichten und abholen lassen/und wenn sie hernach versterben/ Schulden hinter sich verlassen/ und ihre Gütere und Vermögen zu derselben Bezahlung nicht zureichet/ entstehet Irrung und Zweiffel/ welcher Artzneyen wegen ihr in concursu Creditorum den Vorzug habt/ &c. So werden euch vor den andern Gläubigern allein die jenigen Medicamenta und Artzneyen/ so der verstorbene Schuldener in seiner letzten Kranckheit/ daran er verstorben/ abholen lassen/ bezahlet/ der andern wegen aber habt ihr euch einiger Erstigkeit anzumassen/ nicht fug/ V. R. W.)

Definit. XLVI.

Non locus est prælationi impensarum, in curationem debitoris ægroti factarum, antequam hæ verisimiliter fuerint probatæ.

NUllo igitur modo locum sibi vendibabit prælation, hoc privileg um in pharmacis, non in curationem ægroti debitoris: sed in culina ad condendos cibos adhibitis, ut verè docet Johann. Michaël Beuther. *de jur. prælat. part. 1. cap. 26. sub. fin.* 1 2
† Sicuti nec omnes sumptus, in curatione debitoris facti, reliqvo æri alieno præferuntur: sed duntaxat ii, qvi bonâ fide, & non superfluè sunt insumpti, *l. in restituenda. 4. verb. bona fide. C. de petit. heredit.* Beuth. *dict. cap. 26. sub fin.* † Qvin nec Creditoris assertioni simplici, se nempe in curationem debitoris ægroti sumptus fecisse, fides habetur, sed ante omnia probatio præcedat, necesse est, *dict. l. in restituenda. 4. C. de petit. heredit. l. legatum. 3. C. de relig. & sumptib. funer.* † Sufficit tamen probatio 4 verisimilis & conjecturalis, secundum Bald. *in dict. l. 4. C. de petit. heredit. num. 3.* † ubi porrò dicit, si 5 desit probatio conjecturalis, creditorem juramento suo admittendum esse. Vid. *supr.* defin. *41. in fin.*

Ita Domini in causa Pancratii Wolffens zu Naumburg/ Mens. April. Anno 1602. (Verba sentent. Ist der verstorbene Schösser zu Freyburg euren Vorfahren 64. fl. für Artzney/ so er in seiner Kranckheit abholen lassen/ schuldig worden/ &c. So werdet ihr/ solcher Schulden wegen/ iedoch so viel ihr derer mit Recepten/oder sonsten gebührlichen bescheinigen könnet/ auch vor des verstorbenen Schössers Vorstand Bürgen billich befriediget/ V. R. W.)

Definit. XLVII.

Post sumptus, in curationem ægroti debitoris factos, collectæ, etiam inferiori magistratui exsolvendæ, reliqvo æri alieno præferuntur.

POst sumptus, in curationem debitoris ægroti 1

factos, Fiscus vel Magistratus, ratione tributorum sive collectarum reliqvis Creditoribus, etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus, præferuntur, per text. *in l. satis notum. 4. C. in qvib. caus. pign. tacit. contr.* & *l. 1. C. si propter. pub. pensi. vendit. fuer. celebr.* † Adeoqve unà cum tacità hypothecâ etiam jus prælationis magistratui competit; ut verissimè sentit Joh. Röppen *decis. 28. num. 18.* & Pract. Papiens. *in form. libell. in act. hypothec. §. sub eâdem obligatione bonorum. n. 16.* † (Licet contrarium placeat Dan. Moll. *hic. num. 28.* aliisqve ab eo allegatis.) † Æqvissimè sanè; qvia bona subditorum pro tributis etiam futuris fisco sunt obligata. *l. 1. C. in qvib. caus. pign. tacit. contrab. l. 40. §. 3. ff. de jur. fisci.* † Qvo casu prælationis qvoqve privilegium competere, nemo facilè negaverit, *arg. l. qvi balneum. 9. l. potior. 11. ff. qvi pot. in pignor.* † De qvo certè minùs dubitandum est, in foro Saxonico, propter Sanctionem Electoralem in *h.* Const. *28. vers.* auch Schoß/ Steuer/ *junct.* §. Nach ietztberührten Schulden. Ordin. process. judic. *tit. 42.* §. Ferner sol. *vers.* desgleichen Schoß / Steuer. Nec solùm Principib. supremis, qvi jus fisci habent: † Sed etiam aliis magistratibus inferioribus; puta, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, qvibus tributa & collectæ debentur, hoc prælationis privilegium indultum censetur, propter generalitatem verborum, (auch Schoß/ Steuer) *h.* Const. *28. & dict. tit. 42.* Köppen. *dict. decis. 28. n. 21.* Joh. Mich. Beuther. *de jur. pralat. part. 1. cap. 12. & seq.*

Ita Domini in causa Joachim und Hansen der Arnste Gläubiger/ zu Leipzig/ Mens. Novembr. Anno 1634. (Verba sent. Vor allem Dingen einem Ehr. Rath allhier die rückständige 269. fl. 14. gr. Schoß und Steuer/ so wol 7. fl. Soldaten-Geld.)

It. in causa der Reuterischen Gläubigere zu Leipzig/ Mens. Septemb. Anno 1620. (Verba sentent. Zum andern verfessene Landsteuer 93. fl. 7. gr. Item dem Rath allhier an auffgewachsenen Schoß 22. fl. 18. gr.)

Et in causa Barthel Hertels Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1635.

Definit. XLIIX.

Non præferendus est Creditor hypothecarius Magistratui ex eo, qvod ante impositam collectam jus pignoris acqvisiverit.

1 Duplici itaqve privilegio munitus est fiscus, ratione tributorum & collectarum; nempe, tacità hypothecâ in bonis debitoris: & jure prælationis, Defin. *præced.* † Ex qvo fit, qvod Creditor 2 hypothecarius adversus Magistratum, tributa exigentem, tueri se neqveat, etiamsi jus pignoris expressi anterioris prætendat. † Posito namqve, qvod collectâ postea demum impositâ, cum jam bona debitoris hypothecario Creditori obligata essent, tacita hypotheca non nisi à tempore indictæ collectæ fisco competere cœperit: attamen jus prælationis efficit, ut ratione collectarum, noviter impositarum, etiam hypothecæ anteriori expressæ sit præferendus, ut rectè docet Pract. Papiens. *in forma libelli in actione hypothecaria. §. sub eadem obligatione. n. 11.* † Id 4 qvod generalitas qvoqve verborum in Sanctione Electorali *h.* Const. *28.* & Ord. process. judic, *tit. 42.* §. Ferner sol das jenige: luculenter probat; Qvæ certè distinctionem, inter collectas atqve tributa, ante vel post obligationem hypothecæ impositæ, non admittunt, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de public. in rem action.* † Nec obstat ar- 5 gumentum Dn. Matthiæ Berlichii, qvod urget contra hanc assertionem, *part. 1. concl. 64. n. 107*, obligationem nempe pignoris ad tempus contractus retrotrahi haud posse, si non causa aliqva præcedat, cujus intuitu obligatio pignoris subsistere, & retrotrahi possit, *l. qvi balneum. 9. l. potior. 11. in pr. ff. qvi pot. in pign.* † Siqvidem non sola hypotheca vel pi- 6 gnus, sed jus etiam prælationis fisco ratione collectarum concessum est. Ut maximè ergò hypothecaria anteriorem expressam vincere non posset, jure tamen prælationis fisco subvenitur † ex speciali Le- 7 gis dispositione *h.* Const. *28. & dict. tit. 42.* Ordin. process. judic. Minus verò obest textus à Berlich. allegatus *in l. ult. ff. qvi potior. in pignor.* † In qvo ne 8 qvidem verbulum habetur de tributis & collectis, earumqve privilegiis; adeoqve nec qvicqvam inde inferri potest.

Ita Domini in causa Barthel Hertels/ zu Leipzig/ Mens. Sept Anno 1635.

It. in causa der Reuterischen Gläubiger/ zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1620.

Et in causa Creditorum Christophori Opitzens/ zu Halla/ Mens. Jul, Anno 1632.

Definit. LXIX.

Privilegium tributorum, reliqvo ære alieno præferendorum, ad omnes indifferenter collectas, etiam extraordinarias extenditur.

Satis generaliter loqvitur *h.* Const. *28.* de collectis 1 atqve tributis, Von Schoß und Steuern. Qvæ verba generalia repetuntur qvoqve in Ord. n. process. judic. *tit. 42.* §. Ferner sol. *vers.* desgleichen. † Unde manifestum redditur, omnibus indifferenter 2 tributis atqve collectis privilegium prælationis fuisse indultum, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst. l. ut nullo. 28. C. de Usur. l. Præses. 3. in fin. ff. de offic. Præsid.* † Ergò non refert, an collecta sit ordinaria, vel extraordinaria; & qvocunqve etiam nomine indigitetur Opffer/ Korn/ Wächter/ Soldaten/ Fröhne/ Hueffengeld/ Defension-Steuer/ Contribution, Discretion, Cortesy/ vel Præsent-Geld. † (Qvæ genera atqve nomina collectarum hoc belli seculum satis, proh dolor! nos docuit.) Omnes enim hæ collectæ, si à Magistratu legitimè imponantur, qvin reliqvo ære alieno in concursu Creditorum præferri debeant, dubitandum non est; † ex prædictâ Sanctionis Electoralis generalitate, qvæ etiam sumptus, qvos subditi in executionibus criminalibus ex receptâ consvetudine persolvunt, vulgò Henckergeld/ comprehendit, Petr. Heig. *part. 2. qvæst. 23. num. 15. & seq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 64. num. 109.*

Ita Domini in causa Christophori Opitzens Gläubiger/ zu Halla/ Mens. Jul. Anno 1632. (Verbum sentent. Zum ersten wird befriediget der Rath zu Halla wegen restirenden Schoß/ Steuer/ Wächter/ Graben/ und extraordinari Kriegs-contribution-Gelder/ so sich ingesammt über 200. fl. belauffen. Nachmahls die Hypothecarii, &c.

Item in causa Hansen Schletzen Gläubiger zu Steinsdorff/ Mens. Septemb. Anno 1630. (Verba sentent. So werden die Gläubiger in folgender Ordnung bezahlet: erstlich

erstlichen 4. Rthl. 6. gr. Begräbniß-Kosten. Zum andern 2. Rthl. 10. gr. dem Churfürstl. Ampt Mildenfurt Fröhn-Geld/ und 22. Rthl. 7. gr. 8. pf. ins Ampt Meida Hueffen-Geld/ Land- und Defension-Steuer. Zum dritten 48. Rthl. Erbgeldere/ Simon Herman. Zum vierdten 70. Rthl. Jacob Bratfischen/ vermöge seiner Gerichtlichen Hypothec. &c.

Et in causa Barthel Herthels/ Gläubiger zu Leipzig/ Mense Sept. Anno 1635. (Verba sent. Ein Ehrnv. Rath 115. fl. 12. gr. 10. pf. an Land-Steuer/ Schoß/ Soldaten-Opffer- und Wächter-Geld/ so wol an Holckischen und Wallensteinischen Discretion, Cortesy/ und andern Contribution-Geldern/ &c.

Definit. L.

Quicquid ad processum executionis adversus debitorem expediendum, à Magistratu erogatum est, in prælatione creditorum tributis annectitur.

1 NOn semel observavi in judicando super prioritate Creditorum, tributis atque collectis annecti statim pecuniam, in actu executionis, ad maturandum processum erogatam, das Hülff-Geld.
2 Jure magis an consvetudine: † dubito sanè; cum pecunia ejusmodi vix tributis atque collectis accenseri queat; justissimè tamen privilegium prælationis
3 huic asignari, putaverim. † Cum per erogationem ejus pecuniæ non modò processus abbrevietur: Sed etiam hæc, omnium pariter creditorum commodo cedat; Ut vel propterea aliqua prærogativa magistratui sit concedenda, juxta tradita *supr.* defin. *14. circa med.*

Ita Domini in causa Davids Mirischens Gläubiger/ an Hansen von Grunraden/ Mens. Febr. Anno 1626. (Verba sentent. So werden die Gläubigere in nachfolgender Ordnung bezahlet: Als erstlichen nebenst der restirenden Steuer/ 7. Rthl. Gerichts-Gebühr/ so bey Vollstreckung der Hülffe angewendet werden müssen/ &c.

It. in causa Georgii Alsdorffs Gläubiger zu Franckfurt an der Oder/ Mens. Decembri, Anno 1634, (Verba sent. Erstlich werden bezahlet 11. Rthl. 9. gr./ so zur inventur und Beförderung des Processus allen Gläubigern zum besten angelegt worden/ &c.)

Et in causa Joachim und Hansen Arnsts/ Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1634. (Verba sentent. Zum 3. dem Rath allhier unabgelegten Schoß- Ordinari- und Extraordinari-Steuer/ so wol Michael Stummen 20. fl. 6. gr. so er den Gläubigern zum besten/ zu Beförderung des Processus vorgeschossen/ &c. Zum 4ten des Schuldeners Wittib eingebracht Gut 1100. fl. &c.)

Definit. LI.

Non tamen gaudent hoc privilegio Collectarum debita ex contractu cum Magistratu inito, dependentia, vel aliàs in commodum debitoris erogata.

1 NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm de impensis, in processu executionis & prioritatis erogatis, in commodum nempe omnium Creditorum. Defin. *præced.* Cæteroquin, si fiscus vel magistratus cum debitore contraxerit, vel in commodum
2 & utilitatem ipsius quid impenderit, † hujus nomine privilegium collectarum ipsi neutiquam competere, nec æs hoc alienum, hypothecariis anterioribus præferri, facillimè concesserim, *l. si pignus. 8. ff. qui potior. in pign. l. si fundum. 4. D. eod. tit. l. un. vers. potuit ergo Curator. C. rem. alien. gerent. non interd.* Cujac. *in paratit. C. de jur. fisc. post pr.* Didac. Covarr. *lib. 1. var. resolut. c. 16. num. 2.* Ant. Neguz. *de pignor. part. 5. membr. 2. n. 11.* Jac. Menoch. *lib. 2. præsumpt. 72. num. 12.* † Quod 3
placuit Serenissimo Saxon. Electori in Ord. proces. judic. *tit. 43. §.* desgleichen ob wol der *fiscus.* Nihilominus fisco ratione debiti, ex contractu inito dependentis, † jus tacitæ hypothecæ indultum est, cum 4
privilegio, ut omnibus hypothecariis posterioribus præferatur, *dict. l. 8. ff. qui pot. in pignor. l. quod quis 34. ff. de reb. auth judic. possid. l. quamvis. 2. Cod. de jur. fisc.* † Quod tamen privilegium cessat in pœ- 5
nis, fisco debitis; quarum nomine ipsi sola tacita hypotheca competit, Ordin. proces. judic. *dict. tit. 43. §.* desgleichen ob wol der *fiscus, &c.* Vide *infrà* defin. 104.

Ita Domini in causa Christophori Opitzens/ Gläubiger zu Halle/ Mens. Jul, Anno 1632. (Verba sentent. Nach vorgehenden Hypothecariis wird bezahlet der Rath zu Halle wegen 138. fl. 12. gr. so er als ein Mutuum vor den Schuldner zu Ausübung der Halberstädischen Recht-Sache vorgeschossen/ &c.)

Definit. LII.

Magistratus in tributis (der Land- und Tranck-Steuer/) *pro debitore erogatis privilegio hoc prælationis non nisi ad quadriennium gaudet.*

ETsi magistratus municipalis, (ut vulgò fieri solet) 1
pro debitore tributa & collectas Principi superiori exsolvens, mutuum contrahere videatur; ut proindè in eorum repetitione anterioribus hypothecariis, non præferri debeat, juxta tradita Defin. *præced.* † At- 2
tamen in Provinciis Electoratûs Saxonici aliud sanctione expressà dispositum est, ut nempe Magistratus, si pro subditis & civibus tributa & census, quos vulgò Land- und Tranck-Steuer vocamus, expenderit, jure prælationis gaudeat, ac reliquis Creditoribus omnibus, anteriorem expressam habentibus præferatur in Ord. polit. *de Anno 1612. tit.* Justitien-Sachen, *num. 17. §.* Dieweil aber gleichwol; † Quod privilegium tamen ad quadriennium dun- 3
taxat est restrictum, & cessat in iis omninò tributis cerevisiariis, quæ ultra quadriennium erogata furêre, *dict. num. 17. §.* Dieweil aber *vers.* iedoch daß derselbe/ &c.

Ita Domini in causa Hansen und Joachim Arnst Gläubiger/ Mense Novemb. Annò 1634,

Et in causa Barthel Herthels Gläubiger Mense Septemb. Anno 1635.

Definit. LIII.

Laudemiorum nomine Magistratus tacitam saltem habet hypothecam in bonis debitoris, absq; omni prælationis privilegio.

LAudemia quoque nomine tributorum compre- 1
hendi ac reliquo æri alieno præferri, non ineptè forsan quis putaverit. Siquidem hæc non minus atque tributa & onera realia, (quæ collectis Illustrissimus Saxo annectit in Ordin. proces. jud. *dict. tit. 42. §.* ferner soll. *in fin.* und dergleichen *onera realia*) fundo inhærere censetur, eoque dependent non minus ac reliqui fructus fundi, † eleganter An- 2
ton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 42. defin. 1. num. 17.* Bald. *in l. si traditio. 4. Cod. de act. empt.* Chass. *in consvet. Burg. tit. 4. §. 17. Gloss. 5.* † Sed loquitur 3
procul dubio Illustrissimus Elector in *dict. tit. 42.* de ejusmodi tributis & oneribus realibus, quæ quotannis solvuntur, certamque & determinatam quantitatem semper habent. Qualia certè Laudemia non sunt; ut proinde nec privilegium tributo-

4 butorum ad hæc extendere liceat, † concesserim tamen, ratione laudemiorum competere magistratui jus tacitæ hypothecæ; Quia laudemiorum præstandorum obligatio ex re ipsâ proficiscitur, ut quæ causam habent à translatione dominii rei Emphy-
5 teuticæ. *l. ult. ubi Dd. C. de jur. emphyt.* † Ex quo videtur æquissimum, ea fundo inhærere, & sequi quemcunque possessorem, sicut & cætera onera rea-
6 lia, *l. si debitor. 12. C. de distr. pignor.* † petiq; posse actione hypothecariâ, Anton. Eab. *in C. dict. tit. 42. defin. 4. n. 3. & 4.*

Ita Domini in causa Christiani Niemands zu Oetzdorff/ Mens. Majo, Anno 1629. (Verba sent. Haben etliche Unterthanen biß anhero keine Lehenwahr entrichtet/ sondern es seyn dero Gütere biß in die andere und dritte Hand veräussert worden. Ob nun wol der Erb-Herr solcher aussenstehenden Lehenwahr halben auf den Gütern ein stillschweigend Unterpfand erlanget/ ꝛc. So ist er sich doch/ ehe und zuvor die vorigen Schuldner gebührlichen executiret/ daran zu halten nicht befugt/ V. R. W.)

Et in causa Senatus zu Moren/ Mens. Febr. Anno 1636.

It. in causa Martin Kratzens/ Gläubiger zu Glauche/ Mens. Julio, Anno 1636.

Et in causa Creditorum Matthæi Bocks zu Grossen/ Mens. August. Anno 1636.

Definit. LIV.

Canon verò Emphyteuticus, Decimæ, Census, similesq; pensiones annuæ unà cum tributis atq; collectis hypothecariis, etiam antiquioribus, ac reliquo ære alieno præferuntur.

1 QVantumvis Saxo Illustrissimus in Provinciis sui Electoratus onera realia, unà cum tributis atque collectis reliquo ære alieno præferri velit, in Ord. proces. judic. *tit. 42. §.* ferner sol das jenige.
2 *In verb. final.* und dergleichen *onera realia*: † Non tamen indifferenter de omnibus oneribus realibus hoc disposuisse videtur; alioquin & pignorum atque hypothecarum jura, quæ etiam bona realiter afficiunt, *l. si debitor. 12. D. de distract. pignor.* hâc classe comprehendi, dixeris; contra mentem Illustrissimi Legislatoris *h.* Constit. *28. §.* nach ietztberührten Schulden. Et Ord. proces. judic. *tit. 44. §.* alle
3 diese Gläubiger. † Sed proculdubio de oneribus realibus annuis, iis scilicet, quæ ad instar tributorum quotannis in certâ & determinatâ quantitate solvuntur, sanctio prædicta Electoralis accipienda erit; uti satis liquet ex vocula (desgleichen) quæ naturam & qualitatem tributorum annuorum implicat. Vid.
4 defin. *præced.* † Rectissimè hinc infertur: Canonem Emphyteuticum, decimas, census, Erb-Zinsen / Korn-Pächte / Zins-Getreytig / aliasque similes pensiones, quæ ut plurimum Ecclesiarum Pastoribus, Ædituis, Scholaribus, aliisque piis causis debentur, unà cum tributis in unâ eâdemque classe
5 & ordine, reliquo ære alieno præferri. † Nempe, quod pensiones hæ ad instar tributorum, quotannis in determinata certaque quantitate solvantur. Veluti etiam clarè sancitum in Ord. proces. judic. *dict. tit. 42. §.* Ferner soll das jenige. *vers.* desgleichen Schoß / Steuer / und was auf den Gütern zu Besoldung der Kirchen- und Schul-Diener oder andern milden Sa-
6 chen zu entrichten / als *Decem &c.* † Quamvis de jure communi hujusmodi pensionibus solummodò tacita hypotheca absque prælationis privilegio indulta sit, *l. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. l. lex vectigali. 31. ff. de pignor. l. 15. ff. qui potior. in pign.* Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 1. c. 11.* Joh. Köpp. *decis. 28. n. 20.* Anton. Neguz. *de pignor. membr. 4. part. 2. n. 126.*

Ita Domini in causa Hansen Geußlers Gläubiger zu Rossen/ Mens. Octob. Anno 1630. (Verba sent. So werden nunmehr die Gläubiger in folgender Ordnung bezahlet. Als erstlichen Frantz Beverigen 8. fl. Lied-Lohn. Zum andern der Obrigkeit restirende Steuer 26. fl. und Wentzel Kretzschmarn 105. fl. 19. gr. 6. pf. vor ausgelegtes Zins-Getreydig/ ꝛc.)

It. in causa Hansen Schlatzens Gläubiger zu Steinsdorff/ Mens. Sept. Anno 1654. (Verba sent. So werden die Gläubiger in nachfolgender Ordnung bezahlet; Als erstlichen 4. alte Schock 16. gr. Begräbniß-Kosten. Zum andern 3. alte Schock 6. gr. dem Lehen- und Gerichts-Herrn restirenden Erb-Zins/ ꝛc.)

It. in causa Creditorum Matthæi Bocks/ an George Heinrichen zu Grossen/ Mens. Aug. Anno 1636. (Verba sentent. Zum ersten die rückständige Land-Steuer/ und 8. fl. 15. gr. dem Pfarr-Herrn Besoldung / und 1. Rthl. Decem. Zum andern 33. fl. 11. gr. den Kindern erster Ehe Mutter-Theil / vermöge ihres stillschweigenden Unterpfands / ꝛc.)

Et in causa Ascanii Helwigs zu Rheinhartz/ Mens. Sept. Anno 1621.

It. ad Consultationem Mauritii à Schönberg. Mens. Jul. Anno 1636.

Definit. LV.

Sicuti & annui reditus, etiam redimibiles.

EAdem quoque ratione annuos reditus, unablegliche Zinsen/ hoc privilegio gaudere, & hypothecariis pariter anterioribus, atque reliquo ære alieno 1
præferri, dixeris rectissimè. † Scilicet, quia & hi 2
reditus bonis debitoris non minùs, atque tributa inhærent, & in fructibus, singulis annis redeuntibus, constant; quâ ratione etiam immobilibus bonis accensentur. Vincent. Caroc. *de excuss. bonor. part. 2. quæst. 44. num. 2.* Andr. Tiraquell. *de retract. §. 1. Gloss. 6. num. 5.* † Nec refert, an reditus illi sint re- 3
dimibiles, nec ne, unablegliche oder wiederkauffliche Zinsen. Ita enim sæpissimè emptioni annuorum redituum additur pactio de retrovendendo, si venditori eos redimere libuerit, qui vulgò dicuntur wiederkauffliche Zinsen / Hartm. Pistor. *observ. 63. num. 1.* Andr. Rauchb. *part. 3. qv. 19. num. 6.* † Nam 4
& hosce reliquis præferri debitis, ad instar tributorum & collectarum, clara juber Sanctio Electoralis in Ord. proces. judic. *tit. 42* §. ferner sol das jenige. *vers.* Item Jährliche Zinsen von wiederkäufflichen Häupt-Summen/ ꝛc.

Ita Domini in causa Michael Stummens zu Leipzig / Mense Januar. Anno 1634. (Verba sentent. So hat sich auch Käuffer mit seinem Einwenden nicht zu behelffen/ sondern er ist mehr-berührte 20. fl. Jährliche wiederkäufflische Zinsen zugleich nebenst dem Schoß, Steuern und andern Rathsgefällen / vor allen andern Gläubigern/ so nicht besser privilegiret/ abzustatten schuldig/ V. R. W.)

It. in causa Veit Bohners Gläubiger zu Bernburg/ Mens. Decembr. Anno 1603. (Verba sentent. Zum 3. werden zugleich bezahlet 69. fl. 11. gr. Euch dem Rath an Steuer/ Schoß und andern Gefällen. Item 67. fl. Haupt-Stamm dem Hospital und 6. fl. 8. gr. davon veressene wiederkäuffliche Zinse/ 8. fl. vor eine eiserne Kuhe und 11. fl. 20. Jahr davon fälligen Zins/ Jährlichen 12. gr. der Kirchen Beatæ Virginis Haupt-Stamm und 10. gr. veressenen wiederkäufflichen Zins.)

Et in causa Creditorum Joachæ Richters zu Freyberg/ Mens. Octobr. Anno 1635.

De

Definit. LVI.

Post tributa & Collectas exsolvenda est pecunia hereditaria, vel ex rei alicujus venditione certis terminis promissa, Erb- oder Tagzeit-Geldere.

1 TRibutis atque collectis succedit in ordine pecunia hereditaria; quæ etiam hypothecis anterioribus, ut & reliquo æri alieno præfertur, *hâc* Const. 28. *in pr. vers.* und Erb-Geld. Ord. proces. jud. Elect. Saxon, *tit.* 42. §. Ferner sol das jenige / *in verb. fin.* und das Erbgeld bezahlet werden. Daniel Moller. *hic. num.* 29. *& lib.* 1. *semestr.* 26. *in pr.* Andr. Rauchb.
2 *part.* 1. *q.* 6. *num.* 8. † Quia scilicet ante exsolutionis diem is, cui pecunia hereditaria debetur, tanquam coheres, jus suum hereditarium æquè in re illâ immobili retinet & habet, atque alter, cui ea res in divisione cessit, Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor.
3 *part.* 3. *q.* 124. *num.* 37. † Ut proindè Creditor, si non jure dominii expresse sibi reservati, *supr.* Defin. 21. attamen ex singulari aliquo privilegio sit præferendus.
4 † Etsi verò hæc ratio non nisi pecuniæ, quam heres coheredi é bonis immobilibus, ex hereditate sibi acquisitis, titulo familiæ herciscundæ singulis annis præstare obstrictus est, adaptari queat; veluti etiam hæc sola pecunia propriè dicitur hereditaria, ut demonstrabo *infr. part.* 3. Const. Elect. 21. *defin.* 8. Dan. Moll. *hic. n.* 29. *& ad dict. Const.* 21. *num.* 10. *& lib.* 1. *semestr.* 26. *&* c. 41. *num.* 8. Jac. Schult. *dict. quæst.* 124. *num.* 32. Andr. Rauchb. *dict.*
5 *quæst.* 6. *num.* 8. † Attamen hodie privilegium prioritatis indifferenter omni pecuniæ, ex venditione aliovè quovis contractu, certis distinctisque terminis exsolvendæ, tribuitur, vulgò den Tag-Zeit-Geldern / quæ impropriè dicitur pecunia hereditaria.
6 † Idque ex speciali sanctione Illustrissimi Electoris Saxon. in dict. Ord. proces. judic. *tit.* 42. §. Es wird aber Erb-Geld. *vers.* doch soll es gleichwol / &c.

Ita Domini in causa Marien / Wolff Clammens Wittben / contra ihres Ehemannes Geschwister / zu Freyberg / Mens. April. Anno 1635. (Verba sentent. Darnach werden gezahlet nach der Wittben eingebrachten Gut / die Erb-Geldere oder Tagezeiten / &c.)

It. in causa Hansen Schlatzens / Gläubiger zu Steinsdorff / Mens. Sept. Anno 1634, Verba sentent. Zum 3. Simon Hermannen 48. alte Schock Erb-Geldere oder Tage-Zeiten.

Et in causa Barthel Hertels / Gläubiger zu Leizig / Mens. Sept. Anno 1635.

Definit. LVII.

Emptor pecuniæ hereditariæ succedit venditori etiam in jure prælationis.

1 NOn competit Creditori privilegium prælationis in pecunia hereditaria ratione personæ suæ: Sed ratione rei ipsius, nempe pecuniæ hereditariæ, cui inhæret, *h.* Constit. 28. *in pr. vers.* und Erb-Geld. † Adeoque privilegium non personale, sed reale est. Quidni ergò competeret etiam
3 emptori pecuniæ hereditariæ? † in quem unà cum ipsâ hereditariâ pecuniâ transfertur, non minùs atque hypotheca cum re vendita, cui inhæ-
4 ret, *l. si debitor. n. C. de distr. pign.* † Quò & pertinet generalitas verborum *h.* Constit. 28. & Ord. proces. judic. *tit.* 42. §. ferner sol das jenige. *in fin.* Quæ certè inter possessores, sive creditores, pecuniam hereditariam exigentes, neutiquam distinguunt, sed indifferenter pecuniæ hereditariæ jus prælationis attribuunt; Quibus omninò standum est, *arg. l.* 1. §. *generaliter.* 1. *ff. de legat. præst.*

Ita Domini in causa Petri Schneiders zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1584. (Verba sentent. Habt ihr nun solche Tage-Zeit-Geldere umb eine gewisse Summa Geldes käufflichen an euch gebracht / &c. So werdet ihr bey solchen erkaufften Tag-Zeiten billich gelassen / und die andern Gläubiger mögen euch in derer Bezahlung nicht vorgezogen werden / V. R. W.)

Et in causa Barbaren / Barthel Gebler Eheweibs zu Probscheida / Mense Jun. Anno 1635.

Definit. LVIII.

Non competit privilegium hoc prælationis pretio venditionis parato, dem Angelde / *etiamsi distinctis terminis intra annum & diem exsolvatur.*

1 DIfferunt omninò rem pro pecuniâ præsenti vendi, umb baar Geld oder gewiß Angelde / terminis licet distinctis exsolvendâ; modò intra tempus modicum, veluti intra annum & diem hisce in terris communiter convenire solent contrahentes umb baar Geld / binnen Jahr und Tag zu bezahlen:
2 † Et rem vendi pro pretio, per terminos vel intervalla, de anno in annum, auf Tage-Zeiten / solvendo.
3 † Quantumvis igitur hoc casu posteriori locum sibi vendicet privilegium prælationis, quo venditori subvenitur, ratione pecuniæ hereditariæ, præ omnibus aliis Creditoribus, etiam hypothecariis Defin. 56.
4 † Attamen ad casum priorem, & pretium venditionis paratum, auf die Angeldere / id neutiquam extendi debet; quippe quod pretium istud, das Angeld / vel, baare Geld / non dicatur pecunia hereditaria; etiamsi intra modicum tempus certis & distinctis terminis sit exsolvenda, uti expeditum est.
5 † Atqui soli pecuniæ hereditariæ privilegium prælationis indultum fuisse, liquet ex verbis claris *h.* Constit. 28. & Ord. proces. judic. *tit.* 42. §. ferner sol das jenige. *in fin.*

Ita Domini in causa Barbarae Barthel Geblers Eheweibs zu Probscheida / Mense Majo Anno 1635. (Verba sent. Wenn ihr gleich euer eingebrachtes Gut richtig erweisen und beybringen würdet / &c. So möget ihr doch in der Zahlung deren Erbgeldern und darvon aufgelauffnen Zinsen / nicht vorgezogen werden; Wegen der Angeldere aber hat sich Verkäuffer / wofern er ihm derwegen kein Unterpfand auf dem verkaufften Gute ausdrücklichen vorbehalten / vor euch der Erstigkeit nicht anzumassen / V. R. W.)

Et in causa Marien / Wolff Clammens Wittben contra ihres Mannes Geschwistere zu Freyberg / Mens. April. Anno 1635.

Definit. LIX.

Cessat prælationis privilegium, si Creditor pecuniam hereditariam, postquam dies cessit, in mutuum convertit, vel usuras à debitore acceperit.

1 COmpetit privilegium prælationis pecuniæ hereditariæ, quatenus talis est, atque manet, uti manifestò liquet ex vocabulo (Erbgeld /) *h.* Const. 28. & Ord. proces. judic. *tit.* 42. §. ferner sol das jenige / *in fin.*
2 † Cui omninò consequens est, nullam prærogativam prætendere posse Creditorem, si pecuniam hereditariam, postquàm dies exsolutionis cessit, non receperit, sed debitori titulo mutui

3 mutui reliquerit. † Scilicet, quia tunc pecunia he-
reditaria naturam ſuam amittit, & in pecuniam mu-
tuò datam convertitur. Ceſſat ergò non immeritò
4 quoque privilegium pecuniæ hereditariæ, † *arg. l.*
inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. verſ. ſed hæc diſſi-
milia ſunt. ff. de V. O. l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff.
de jur. patronat. Adeoque hoc caſu Creditor, tan-
quam ex cauſa mutui, inter Chirographarios refertur;
5 prout dixi in ſimili *ſupr.* defin. *33.* † Nec aliud di-
cendum putaverim, in caſu, quo Creditor pecuniam
hereditariam non quidem expreſsè in mutuum con-
vertit: attamen hoc nomine à debitore uſuras, tan-
6 quam creditæ pecuniæ, recepit; † quia nempe ta-
citè à qualitate pecuniæ hereditariæ recedit, eamque
in pecuniam creditam ſaltem tacitè & per conſequen-
tiam convertere videtur, per text. in *l. ſi ventri. 24.*
§. in bonis. 2. ff. de reb. aut. jud. poſſid. Dan. Moll. *hîc.*
7 *num.* 8. † Quò facit, quod privilegium prælationis
per acceptionem uſurarum amitti dicatur, *l. ſi homi-*
nem. 7. §. quotiens. 2. ff. depoſit. Joh. Mich. Beuther.
de jur. prælat. part. 2. c. 29. Adde Deciſ. Noviſſ. 9.

Ita Domini in cauſa Marthen Valentin Kaldtſchmieds Wittben zu Grumbach/ Menſ. Jan. Anno 1634. (Verba ſententiæ: Ob wol gedachtes eures Ehemannes Geſchwiſter auf berührten Gute noch etliche Erb. Gelder zu foderu; Dieweil aber dennoch ſolche/ als ſie allbereit vor 6. Jahren gefällig geweſen/ eurem Ehemann auf ſeine bloſſe Handſchrifft als ein Mutuum umb Verzinſung ferner geſtundet worden/ ꝛc. So haben ſie auch dadurch die Natur und Eigenſchafft/ benebenſt dem Recht und Privilegio der Erb-Gelder verlohren/ und ihr werdet demnach mit eurem eingebrachten Gute in der Zahlung ihnen billich vorgezogen/ ꝛc)

It. in cauſa Philippi Peuckers zu Meiſſen/ Menſ. Jun. Anno 1599. (Verba ſententiæ: Es were/denn/ daß er ſolche Erb-Gelder von Jahren zu Jahren/umb einen gewöhnlichen Zins/ bey ermeldten ſeinen Brüdern ſtehen laſſen; Auf den Fall hätte er ſich nunmehr einiger Erſtigkeit nicht anzumaſſen/ ꝛc.)

It. in cauſa Creditorum Nicolai Jahns/ an Perrum von Neitzenſtein/ Menſ. Aug. Anno 1630. (Verba ſentent. 59. fl. 10. gr. Nicol Tumblern/ als Erb-Gelder/ wofern ſolche nicht längſten betaget/ und dem Schuldner gutwillig umb Verzinſung geſtundet/ und alſo in ein Mutuum verwandelt worden/ ꝛc.)

Et in cauſa Julii von Lichtenheims/ Menſ. Novembr. Anno 1582. 74. fl. betagte Erbgelder/ wofern ſolche nicht etwa durch Nachläßigkeit uneingemahnet verblieben/ noch gutwillig geſtundet worden/ ꝛc.

It. in cauſa Caſpari Rudolphi à Schönberg/ Menſ. Jun. Anno 1626. (Verba ſentent. Ob nun wol die Neiſchen Erben 30. fl. reſtirende betagte Erb-Gelder gefodert/ derer ſie vor euch befriediget ſeyn wollen; Dieweil ſie aber dennoch berührte 30. fl. unangeſehen ſie vorlängſt betaget geweſen/ biß anhero uneingemahnet auf dem Hauſe ſtehen laſſen/ dahero ſie vor bloſſe Chirographarien zu halten/ ꝛc. So haben ſie ſich auch nunmehr einiger Priorität nicht zu erfreuen/ ſondern ihr werdet eurer Forderung wegen/ von ihnen billich befriediget/ V. R. W.)

Et in cauſa Jobſt Strobels Geſchwiſter zu Treuen/ Menſ. Jul. Anno 1634.

Definit. LXI.

Non tamen ceſſat prælationis privilegium, ſi, poſtquam dies venit, Creditor de ſolutione debitorem interpellans, eam conſequi non potuerit.

1 AN ergò privilegium prælationis ad eum tantummodò casum reſtringendum erit, quo dies ſolutionis nondum ceſſerit? Ita ſanè eſt. † Poſtea, ſi 2
debitor ſolvendo fiat, imputet ſibi creditor, quod exe-
cutionem tempore opportuno non impetraverit. De-
fin. *præced.* † Planè, ſi Creditor debitorem interpel- 3
lando ſolutionem nullâ operâ atque labore conſequi
potuerit, etiamſi multum temporis, à termino ſolu-
tionis effluxerit, nihil tamen tùm Creditori imputari
poteſt; † iniquiſſimum ergò eſſet, Creditorem hoc 4
caſu privilegio prælationis defraudari, *l. in condemna-*
tione. 173. §. unicuique. 2. ff. de reg. jur.

Ita Domini in cauſa Chriſtoff Klutzners Gläubiger in Grünhain/ Menſ. Sept. Anno 1621. (Verba ſententiæ: Zum 2. Barthel Flohren 217. fl. 5. gr. 6. pf. an Oſtern verfloſſenes Jahres/ 28. fl. an Oſtern dieſes Jahres betaget/ (ſo er über allen angewandten Fleiß vom Schuldner nicht erlangen können/) und 41. fl. unbetagte Erbs-Gelder/ ꝛc.

Definit. LXII.

Non mutantur termini & intervalla exſolvendæ pecuniæ hereditariæ ex jure prælationis.

CUm pecunia hereditaria certis intervallis ex- 1
ſolvenda ita ſit privilegiata, ut non modò hy-
pothecariis anterioribus, ſed reliquo etiam ære alieno
præferatur, *ſupr.* defin. *56.* vix fieri poſſe, inquies, † ut 2
non intervalla terminique ſolutionis invertantur,
vel ſaltem reliqui æris alieni exſolutio ad multum
tempus differatur, usque dum ſcilicet omnes illi pe-
cuniæ hereditariæ termini effluxerint, ac ita poſterio-
ribus Creditoribus locus fuerit relictus. † Sed neu- 3
tram inde videtur inferendum. Non enim putan-
dum eſt, jure prælationis Creditorem pecuniæ he-
reditariæ, paratam conſequi totius ſummæ exſolu-
tionem, ſed contentum eum oportet eſſe terminis
atque intervallis ſolutioni præfinitis. † Sicuti enim 4
actus agentium, ita & diſpoſitio Legis vel privilegii
ultra ejus expreſſam intentionem nihil operatur,
l. non omnis. 19. ff. de reb. credit. l. quotiens. 9. ff. de
hered. inſt. l. multum intereſt. 6. C. ſi quis alteri vel
ſibi. l. ſive emancipatis. 17. C. de donat. † Neque
etiam poſteriores Creditores intervalla pecuniæ he-
redi-

reditariæ expectare neceſſe habent: quippe quibus jus prælationis ſaltem ratione ſummæ, non etiam
6 ratione temporis nocere poteſt. † Quod ſi ponamus bona debitoris pro paratâ pecuniâ fuiſſe diſtracta, ita ut omnibus indifferenter creditoribus præſens pecunia exſolvatur, de pecuniâ hereditariâ medii temporis interuſurium potiùs detrahendum, quàm reliquis Creditoribus per id præjudicandum exiſtimaverim, per text. elegantem in *l. ait Prætor. 10. §. ſi*
7 *cum in diem. 12. ff. quæ in fraud. Creditor.* † Ne cum horum injuriâ & detrimento Creditor pecuniæ hereditariæ locupleteretur, & unà cum prioritate, pinguioremetiam ſummam conſequatur, contra *l. nam hoc natura. 14. ff. de Condict. indebit. l. jure naturæ. 206. ff. de Reg. Jur.* Joh. Harppr. *ad §. is quoq;. I. inſt. quib. mod. re contr. obligat. n. 33.*

Ita Domini in cauſa Marien / Wolff Clemens Wittben / contra ihres Ehemannes Geſchwiſtere / zu Freyberg / Menſe April. Anno 1635. (Verba ſentent. Zum andern / die auf ſolchem Gute noch habende betagte und unbetagte Erb-Gelder / iedoch mit dieſer Erklärung / daß die betagte ietzo alſobald / die unbetagte Erb-Gelder aber / auf die iedesmahl Inhalts des geſchloſſen Kauff-Brieffs fällige Termin abgeſtattet werden / ꝛc.

GLASS. SECUNDA.

In quâ veniunt Creditores, qui præter tacitam hypothecam, ex privilegio quoq; perſonali jus habent prælationis.

Definit. LXIII.

Inter Creditores, hâc in Claſſe poſitos, concurrentes, is ſemper reliquis præfertur, qui anteriorem hypothecam conſecutus eſt.

1 QVatuor ponuntur in *hâc Claſſe ſecundâ* Creditores, qui præter jus reale, tacitam nempe hypothecam, ex perſonali quoque privilegio jus prælationis habent, videlicet *1. Mulier ratione dotis illatæ. 2. Fiſcus. 3. Qui ad refectionem & conſervationem domûs vel alterius rei pecuniam mutuò dederunt. 4. Et qui ad emendum prædium cum reſervatione hypothecæ pecuniam mutuârunt.* Ord. proceſſ.
2 judic. Elect. Saxon. *tit. 43.* † At quid, ſi concurrant hi Creditores? Præferendum procul dubio dixeris eum, cui ordo in hâc claſſe priorem aſſignat locum, veluti de privilegiatis in *Claſſe primâ* poſitis dixi, *ſupr.* defin. 12. † Prout etiam uxorem ratione do-
3 tis indifferenter præferunt aliis privilegiatis *Dd. communiter.* Salycetus *in Auth. quo jure. C. qui potior. in pignor. n. 3.* Ant. Neguz. *de pignor. part. 5. membr. 2. n. 16.* Jaſ. *in l. Creditor. 25. ff. de reb. cred.*
4 *num. 4.* And. Rauchb. *part. 1. q. 4. n. 25.* † Sed placuit aliud Sereniſſimo Saxoniæ Electori, præferenti nimirum eum, qui prior eſt tempore & primò jus hypothecæ conſecutus eſt, *dict. tit. 43. §.* Wenn ſie
5 aber mit einander *concurriren.* † Idemque jamdudum ſenſit Cyn. *in Auth. quo jure* C. *qui potior. in pignor.* Cloſſ. *in l. aſſiduis 12. C. eod. tit. verb. licet anterioris* Matt weſenb. *in parat. ff. de privil. Creditor. n. 5.* Didac. Covarr. *lib. 1. var. reſolut. c. 7. num. 3.*
6 † Quod ſi in dubio verſemur, nec ſciri queat, cujus hypotheca atque jus reale ſit anterius, primo loco vult poni Illuſtriſs. Legislator uxorem ratione dotis, poſtea pupillum, qui forſan ad refectionum domus mutuam dedit pecuniam, & demum Fiſcum. † Re- 7
liquos verò, qui ad emendam & conſervandam domum, pecuniam mutuârunt, omnes æqualiter locari jubet, *dict. tit. 43. §.* Wann man aber. *Vid.* Salycet. *in dict. l. aſſiduis. 12. C. qui potior. in pign. num. 4. &* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de priv. Credit. num. 6. poſt. pr.*

Ita Domini in cauſa der Reutnitſchen Gläubiger / ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſ. Sept. Anno 1620.

Et in cauſa Chriſtophori Klutzners / Gläubiger zu Grünhain / Menſ. Sept. Anno 1621.

Definit. LXIV.

Sicuti in dote, ita etiam in augmento dotis mulier præfertur omnibus Creditoribus, etiam hypothecariis, exceptis iis, qui anteriorem expreſſam habent hypothecam.

IN *ſecundâ hâc Claſſe* primum obtinet locum mu- 1
lier, cui dos ante reliquos Creditores omnes reſtitui debet: Ex favore nimirum dotium publico, *l. 1. ff. ſolut. matrim.* qui talem prærogativam meretur, *l. un. C. de rei uxor. action.* † Non ſolùm igitur 2
Chirographariis, ſed etiam hypothecariis expreſſis atque tacitis, mulier ratione dotis præfertur, *l. aſſiduis. 12. C. qui potior. in pignor. dict. l. un. §. 1. & ſeqq. C. de rei uxor. action. h.* Conſt. *28. in pr. verſ.* und nach dieſem. Ord. proceſſ. jud. Elect. Saxon. *tit. 43. in pr.* Dan. Moll. *hic. num. 33.* † At num 3
etiam iis, qui expreſſam anteriorem hypothecam habent? Noluit Illuſtriſſimus Saxo horum juri per prærogativam mulieris præjudicari, *dict.* Conſtit. *28. verſ.* Allen andern Gläubigern. *dict. tit. 43. in pr. verſ.* aber gleichwol nicht den jenigen. † Nè 4
ſcilicet hypothecariis jus hypothecæ propriâ ipſorum conventione acquiſitum abſque eorundem facto auferatur, † quia faciliùs jus tacitæ hypothecæ le- 5
ge conceſſum per aliam Legem, quàm quæſitum propriâ conventione immutari poteſt, *l. 2. §. merito 10. junct. §. ſi quis à principe. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 2. C. de precib. Imper. offer. l. 4. C. de emanc. liber.* Ant. Fab. *in C. l. 4. tit. 8. defin. un. num. 4.* Dubium itaque non eſt, quin hypothecarii anteriores expreſſi in foro Saxonico mulieri præferantur; Dan. Moll. *hic. num. 33.* Matth. Col. *part. 2. Deciſ. 270. n. 1. ſub fin.* non ſolùm ratione dotis, † ſed etiam augmen- 6
ti dotis, quoniam augmentum regulatur ſecundum naturam ipſius dotis, *l. etiamſi non dotem. 8. C. de jur. dot. Novell. 97. cap. 3.* Joh. Campeg. *in tract. de dot. part. 1. q. 77. n. 1.*

Ita Domini in cauſa Herman Carls zu Dreßden / Menſe Jan. Anno 1596. (Verba ſentent. So werden der Wittiben ingeſammt die bemeldte 500. fl. / ſo der Ehe-Mann in Dotem empfangen / vor allen andern ſeinen Gläubigern / ſo auf ſeinen Gütern nicht ältere ausdrücklichere gerichtliche Verpfändung erlanget / vor voll billig bezahlet / V. R. W.)

Et in cauſa Caſpari Rudolphi à Schönberg / Menſe Junio Anno 1626.

It. in cauſa D. Johannis Steinmetzens Gläubiger / ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, M. Majo, Anno 1617.

Et in cauſa Matthes Friederichs Gläubiger zu Leipzig / Menſ. April. Anno 1619.

DEFINIT. LXV.

Etiam de jure communi, extra forum Saxonicum, hypothecarii anteriores expressi præferuntur mutieri, dotem repetenti.

1 NOn itaque mulier ratione dotis illatæ præfertur Creditoribus iis, qui expressam anteriorem habent hypothecam, quod quidem in foro Saxonico & provinciis Electoratus extra dubium est, Defin. *præced.* † Sed quid de jure communi asseremus? Probabile omninò est, Imperatorem justi-
2 nianum, qui primus hypothecam tacitam & simul jus prælationis dedit, totq; verbis, tot coloribus mulierum cautam defendit, ipsis plenariè consulere voluisse, in *l. assiduis. 12. C. qui potior. in pignor.*
3 † Quem scopum minimè assecutus fuisset, si mulieribus tantum contra anteriores hypothecas tacitas privilegium dedisset, à quibus, quia paucæ & singularibus duntaxat casibus concessæ sunt, longè minus periculi imminet mulieribus, quàm ab expres-
4 sis. † Quin & cùm generaliter ibidem loquatur Imper. anteriorem hypothecam expressam habentes à dispositione illâ fuisse exceptos, vix tutò affirmari poterit, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstand.* † Accertè, si Imper. tantùm contra hy-
5 pothecas tacitas mulierem præferri voluisset, illud procul dubio, cum in eo plurimum momenti sit, & sæpiùs circa expressas hypothecas controversia
6 occurrat, vel uno verbulo significàsset. † Ut proinde omninò expressis etiam anterioribus mulierem ex mente Justiniani Imperat. præferendam exi-
7 stimem. † Quod & luculenter probant textus in *Novell. 97. cap. bis consequens est 3. verb. Volumus igitur. Auth. quo jure. C qui potior. in pign. Novell. 109. c. 1. l. ubi adhuc 29. post. pr. C. de jur. dot. l. in rebus dotalibus 30. C. eod. tit.* Jac. Cujac. *in parat. C. de privil. dot. in princ. & in dict.* Novell. *97. post pr. vers. mulier præfertur.* Anton. Fab. *lib. 13. conject. c.* 11. Joh. Mich. Beuther. *de jure præl part. 1. c. 35.* Joach. Mynsing. *cent. 4. observ. 13. num. 3. &*
8 *seqq.* † Nec etiam vocula (*privilegii*) quâ Justinianus utitur in *dict. l.* 12. negotium facessere videtur, ut vulgò putant, quasi tacitam saltem hypothecam
9 Imper. respexisset. † Siquidem à plurimis verbum id jejunè captatur, nec animadvertitur, quod non simpliciter de privilegio, sed expressè de temporis
10 privilegio loquatur Justinianus. † Quod si dixeris, hypothecario anteriori, qui conventione expressâ sibi jus acquisivit, hâc ratione multùm præjudicari? Fateor equidem, hoc ita esse, sed si consideretur ex altera parte favor uxorum & dotium, cui publica quodammodò utilitas implicata est, *arg. l. 1. ff. solut. matr.* facilè injuriæ illa species excusa-
11 tur. † Cum nec novum sit, ut prætextu publicæ utilitatis, in casibus singularibus juri privatorum aliquando detrahatur.

Ast quicquid sit, contra Imper. Justiniani sanctionem, communis ferè ubique terrarum recepta
12 est opinio. † Ut si debitum præcedat dotis constitutionem, potior sit causa hypothecarii expressi, cujus conditio per dotem deterior fieri non magis potuit, quàm conditio mariti per creditorem
13 uxoris, † ne jus uni quæsitum alterius facto deminuatur. *l. 2. §. merito. 10. junct. §. si quis à principe. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 1. C. de prec. Imper. offer. l. 12. in fin. ff. ad SCtum Trebell.* ut eleganter tradit Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 8. Defin. un.* † ubi dicit, 14
Justiniani Constitutionem hodiè usu fuisse abrogatam, neque ita doti favendum esse, ut aliis injuriam faciamus, *c. ex tenore* 11. *extr. de for. compet.* Eamque opinionem ceu æquiorem defendit multisDan. Moll. *hîc num. 3.* † Et in Camera ab ea nunquam fuisse 15
recessum, testatur Andr. Gail. *lib. 2. observ. 25. n. 10.* Vereor ergò, ne sanctioni Imperatoriæ in *dict. l. 12.* inhærentes ab æquitate pariter & observantiâ divortium faciamus, † cum tamen ea quæ antea obser- 16
vata fuerunt, studiosè tenenda sint, *l. 3. C. de ædif. privat.* † id quod tam à JCtis quàm Impp. factitatum 17
fuisse reperimus, qui sæpiùs opinionis suæ fundamentum non aliundè, quàm ex communi observantiâ desumunt, ut apparet ex *l. filius emancipatus. 14. ff. ad leg. Corn. de falsi. & in l. 1. ff. ad SCtum Syllan. §. pen. inst. de satisdat.* † Quæq; moris & consvetudinis 18
sunt, maximè observari debent, *l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 20. ff. de ædil. edict, l. ult. C. de fide-juss.* † Vide quoque Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 30.* 19
num. 4. & seqq. Matth. Wesenbec. *in parat. ff. qui potior. in pign. num. 3.* Johann. Schneidevv. *ad §. fuerat. 29. inst. de Act. num. 57. & seqq.* Matth. Col. *part. 1. decis. 57. num. 6. & part. 2. decis. 270. num. 1. & de proces. execut. part. 1. c. 2. n. 219.*

Ita Domini in causa Hansen Georgen von Stentzsch/ Mens. Julio, Anno 1632. (Verba sent. Wann nun gleich selbiges Orts nicht das Sächsische/ sondern das gemeine Käyserliche Recht in üblicher Observantz wäre/ &c. So würde doch das Eheweib/ oder nunmehr dero Kindere ihrer Mutter Ehe-Geldes vor allen andern Gläubigern/ so kein älter ausdrücklicher Unterpfand vor gedachter ihrer Mutter in des Verstorbenen Gütern erlanget/ billich befriediget/ &c.)

Et in causa Georgii Alsdorffs/ Gläubiger zu Franckfurt an der Oder/ Mens. Decembr. Anno 1634.

DEFINIT. LXVI.

Non præfertur mulier ratione dotis iis Creditoribus, qui prius arrestum, vel immissionem in bona debitoris judicialem impetrârunt.

QVemadmodum soluto matrimonio, cum de 1
restituendâ dote agitur, Creditores anteriores hypothecam expressam habentes mulieri præferuntur, secundum sententiam Interpp. quâ hodiè utimur, Defin. *64. & 65.* ita etiam pari prælationis jure gaudent, † qui prius arrestum vel immissionem ju- 2
dicialem in bona debitoris obtinuerunt, antequàm mulier matrimonium iniret, ac dos constitueretur, † Tùm, quod hi non minùs ac hypothecarii expressi 3
facto suo proprio, nempe per arrestum vel immissionem, jus sibi acquisiverunt, quod ab alio neutiquam ipsis auferri vel diminui potest, *l. 2. §. merito. 10. ff. ne quid in loc. publ.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 25. n. 10.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 9. Defin. un. num. 4.* † *Tùm* 4
quod arrestum etiam & immissio pignus tribuat prætorium & judiciale, non tacitum sed expressum, *l. si & jure. 10. ff. qui potior. in pign. l. non est. mirum. 26. in pr. & §. 1. ff. de pign act.* † Neque enim hoc 5
casu debitoris consensum, ut vult Daniel Moller. *hîc numer. 82.* sed potiùs quid expressè in judicio actum fuerit, considerandum putaverim. Quidni ergò jus pignoris expressi arresto quoque &

im-

6 immiſſioni in bona debitoris tribueremus. † *Tùm*, quod Illuſtriſſimus Saxo mulieres ſaltem hypothecariis antiquioribus iis, qui jus tacitæ hypothecæ habent, præferri velit, non etiam iis, qui expreſſo facto jus pignoris anterius obtinuerunt, ut liquet ex verbis Ord. proceſſ. jud. *tit. 43. in pr. verſ.* daß ſie damit auch denen Gläubigern/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa Henrich Dorgeriſch' zu Leipzig/ Menſ. Decemb. Anno 1631. (Verba ſententiæ: Habt ihr in Bürgſchafft Benedicti Beckens 45. Rthl. zahlen müſſen/ deswegen ihr die Hülffe und Einweiſung in ſein Hauß/ ehe er ſein ietziges Eheweib geehliget/ erlanget/ ꝛc. So werdet ihr auch derſelben in der Zahlung billich vorgezogen/ und eurer Forderung / vor ihr Ehe-Gelde und Einbringen befriediget/ V. R. W.)

Definit LXVII.

In rebus ſaltem mobilibus præferuntur mulieri, dotem illatam repetenti Creditores ii, qui hypothecam extrajudicialem anteriorem ſine conſecuti.

1 ILlis quoque Creditoribus, quibus, hypotheca extrajudicialis anterior conſtituta fuit, quam vulgò conventionalem appellitant, per dotis conſtitutionem ſaltem in mobilibus debitoris bonis non præjudicari exiſtimaverim. † Nempe quia res mobiles extrajudi-
2 cialiter validè oppignorantur etiam in foro Saxoni-
3 co. † Tamque efficax eſt pignus conventionale in rebus mobilibus, quàm judicialis hypotheca in bonis immobilibus, Conſtit. Elect. *23, §. ult. part. 2. ubi*
4 Dan. Moll. *num. 36.* † Quidni ergò vigore pignoris conventionalis anterioris creditor in rebus ſaltem mobilibus præferendus eſſet uxori dotem repe-
5 tenti, ex *h.* Conſt. *28. ſupr.* Defin. *64. & 65.* † cùm etiam poſterioribus creditoribus expreſſam hypothecam judicialem habentibus præferatur, Dan. Moll. *lib. 1. ſemeſtr. 3.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Melanders zu Freyberg/ Menſ. Jun. Anno 1635. (Verba ſentent. Ob nun wol eure Tochter wegen ihres eingebrachten Guts ſich des Juris Tacitæ Hypothecæ & Prælationis in ihres Mannes des Schuldners Gütern zu gebrauchen befugt; Dieweil aber demnoch bemeldtes Studioſi conventionalis Hypotheca älter iſt/ ꝛc. So wird er auch ſeiner Forderung wegen von den Mobilien vor euer Tochter eingebrachten Gute billich befriediget/ V. R. W.)

Et in cauſa Georgii Alsdorffs/ Gläubiger zu Franckfurt an der Oder/ Menſ. Decemb. Anno 1634.

Definit. LXIIX.

Non præfertur mulier aſſecurata ratione dotis, expreſſa hypothecâ, Creditoribus anteriorem expreſſam habentibus.

1 QUid verò, ſi mulier expreſsâ pactione in bonis mariti ratione dotis ſuæ hypothecam poſteriorem ſibi judicialiter conſtitui fecerit; *anne tùm ſaltem Creditoribus expreſſam anteriorem habentibus eam præferendam dicemus? cum* Baldo No-
2 vell. *in tract. de dot. part. 10. num. 36.* † Propterea, quòd eadem ſit virtus & efficacia taciti, atque expreſſi, *l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. l. triticum. §4. ff. de V. O. l. 32. in fin. ff. de lb.* quare cum tacita hypotheca tribuat mulieri prælationem præ anterioribus tacitis hypothecariis, idem forſan operabitur expreſſa hypotheca, ut nempe anterioribus expreſſam habentibus præferatur mulier. † Sed 3
non licet argumentari in privilegiis ſpecialiter contra jus commune receptis, à tacito ad expreſſum, & vice versâ. † Quia ſpecialia ad conſequentiam non tra- 4
huntur, Jaſon *in dict. l. cum quid. 3. ff. de Reb. Credit. num. 20.* † Ceſſante ergò prælationis privilegio in 5
hypothecâ expreſsâ, non habet mulier, quo ſe tueri queat adverſus hypothecarios anteriores. † Quia 6
prior tempore potior eſt jure, *l. potior. 11. ff. qui pot. in pignor. c. qui potior. 54. de Reg. jur. in 6to.* Joh. Schneidew. *ad §. fuerat. 29. inſt. de act. num. 59. ubi in addit.* Weſenb. *ſub lit. E.* Ant. Neguz. *de pignor. part. 2. membr. 4. n. 100. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Martini Habermeels zu Frauenwalde/ Menſ. Aug. Anno 1630. (Verba ſentent. Habt ihr Conrad Schmieden 100. fl. geliehen und vorgeſtreckt/ wogegen er euch ſein Hauß zum ausdrücklichen Unterpfand gerichtlichen verſchrieben. Ob nun wol anietzo/ nachdem der Schuldner Todes verfahren/ ſein Eheweib ihres Einbringens/ vor euch befriediget ſeyn wil; Dieweil ihr aber dennoch allbereit vor ihrer Verehligung ein älter ausdrücklicher Unterpfand erlanget/ ꝛc. So werdet ihr auch der bemeldten Wittben / wenn gleich dieſelbe nach ihrer Verehligung über das Jus Tacitæ Hypothecæ auch ihres Einbringens wegen eine expreſſam Hypothecam in ihres Mannes Gütern überkommen/ eurer Forderung halben billich contentiret/ V. R. W.)

Definit. LXIX.

Mulier non ſolùm defuncto, ſed etiam vivente adhuc marito, & ad inopiam vergente, jus prælationis in dote habet.

DOtium cauſa ſemper & ubique favorabilis eſt, 1
& expedit Reipublicæ, dotes mulieribus conſervari, *l. 1. ff. ſolut. matrim.* Adeoque Legislatores non tantùm ſoluto matrimonio, † verùm etiam vi- 2
ris ad inopiam & egeſtatem vergentibus, variis remediis mulieribus ſubvenerunt, ne de dotibus illatis periclitari cogerentur, de quibus vide latiſſimè Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 33.* † Imprimis verò 3
repetere licet dotem, per actionem perſonalem vergente ſaltem marito ad inopiam, non ſecus ac ſi matrimonium morte vel aliam ob cauſam diſſolutum eſſet, *l. ſi conſtante. 24. ff. ſolut. matrim. ubi* Bartol. *num. 61. &* Jaſon. *num. 20.* Rauchb. *dict. quæſt. 33. num. 14.* † An ergò etiam hoc caſu marito nempe 4
ad inopiam vergente, jus prælationis dabitur mulieri ratione dotis? omninò certè, cùm absque hoc minimè conſultum ac proſpectum eſſet mulieribus, *arg. l. aſſiduis. 12. C. qui potior. in pign.* † Cùm & gene- 5
ralia ſint verba Illuſtriſſimi Saxonis *h.* Conſt. *28. &* Ord. proceſſ. jud. *tit. 43. in pr.* quibus privilegium prælationis mulieribus ratione doris conceditur: † Quidni ergò ea quoque ad caſum inopiæ exten- 6
dere liceret, *arg. l. 1. § generaliter. 1. ff. de legat. præſt.* Dan. Moll. *hic. n. 63.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 65. n. 37.*

Ita Domini in cauſa Barbaren, Abraham von Maltitzens Hauſſfrauen/ Menſ. Febr. Anno 1580. (Verba ſentent. So werdet ihr ſolches euers Einbringens vor allen andern Gläubigern/ ſo kein älter ausdrücklicher Unterpfand haben/ungeachtet euer Ehemann noch zur Zeit mit nicht abgangen/billich befriediget/ V. R. W.)

Et in cauſa Margrethen / Hanſen Priſchmanns Eheweibes contra Gregorium Körichen zu Oledra / Menſ. Junio Anno 1630. (Verba ſentent. Daß Klägerin wegen ihres Ehe-Geldes/ wofern ihr Ehemann nicht mehr ſolvendo iſt/ vor allen andern Gläubigern/ ſo kein älter aus-

ausdrücklicher Unterpfand erlanget/ billich befriediget wird/ ꝛc.)

Definit. LXX.

Vidua ratione dotis præferenda est Agnato, res expeditorias Petenti.

1 LAtissimè accipi debet privilegium prælationis mulieri ratione dotis concessum, adeò ut etiam in feudis locum habeat, si bona allodialia non sufficiant, vel Feudum venditum fuerit, Const. Elect. 25. *in med. vers.* Allein wo sichs begebe. Ord. profess. judic. *tit.* 45. §. iedoch wo sichs begebe. de quo
2 dicam infrà *part* 2. Const. Elect. 25. *Defin.* 2. † Idque non solùm quoad creditores, sed etiam quoad Dominum feudi, ita ut si pro dote feudum consensu Domini fuerit hypothecatum & postea ad Dominum revertatur, mulier ipsi præferri debeat juxta tradita Hartm. Pistor. *part.* 2. *quæst.* 48. *num.* 2. &
3 *seqq.* † Neque aliud dicendum putaverim de bonis fideicommisso subjectis, in quibus æquè mulier ratione dotis iis, quibus bona illa per fideicommis-
4 sum restitui debent, præferenda videtur; † Quia ad exsolutionem æris alieni valet etiam alienatio earum rerum, quas testator expressè prohibuit alienare, modò non alia supersint bona. *l. pater filium.* 38. *ff. de legat.* 3. *l. filiusfam.* 114. §. *divi.* 14. *ff. de legat.* 1. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 137. *num.* 4. *vide in-*
5 *frà part.* 3. Const. Elect. 8. *Defin.* 34. † Sed num etiam agnato res expeditorias petenti mulier ratione dotis præferenda erit? Omninò; quia in subsidium de rebus expeditoriis, omnibus creditoribus satisfieri debet, Modest. Pistor. *part.* 1. *quæst.* 32.
6 *num.* 1. *Vid. infr. part.* 3. Const. 38. *Defin.* 41. † Ergò multò magis mulieri, quæ ratione dotis reliquis
7 creditoribus præfertur, *h.* Const. 28. † Nec obstat textus *in art.* 24. *lib.* 1. Landr. quem in contrarium urget Matth Col. *part* 1. *decis.* 203. *num.* 6. quia ibidem agitur de successione ab intestato in geradam pariter, & res expeditorias, ubi facilè concesserim, Agnatum petentem res expeditorias præferri viduæ geradam petenti, ut dicam infrà *dict.* Const, 32. *De-*
8 *fin.* 40. † Sed nihil inde ad casum præsentem & concursum Creditorum, ubi specialiter locum habet jus prælationis, inferri poterit.

Ita Domini in causa Martin Felreuters zu Schneeberg/ Mens. Julio Anno 1632. (Verba sentent. Ist euer Mann Todes verfahren/ und hat eine ziemliche Schulden-Last nach sich verlassen/ inmassen denn auch der nechst Agnat das Heer-Geräht begehrt/ derowegen ihr euer eingebracht Ehe-Geld zu fodern gemeynet/ ꝛc. So werdet ihr dessen vor allen andern Gläubigern/ so kein älter ausdrücklicher Unterpfand erlanget/ so wol auch vor Abstattung des Heer-Gerähts billich befriediget/ V. R. W.)

Definit. LXXI.

Competit mulieri privilegium prælationis ratione dotis, etiam in bona mariti non conversæ.

1 FAlsò sibi quidam persvasum habent, mulieri dotem repetenti non competere privilegium prælationis, priusquàm doceatur, in bona mariti dotem
2 fuisse illatam. † Contrarium enim haud obscurè probatur ex sanctione Justiniani Imper. in *l. assiduis.* 12. §. 1. *vers. licet res dotales non extent, sed quocunq; modo, vel dissipatæ vel consumptæ sint. C. qui potior in pign.* † Quin &, dum *h.* Constit. 28.
3 ad privilegium prælationis solummodò probationem dotis numeratæ exigit *in verb.* So viel sie des erweisen kan/ eo ipso ulteriorem versionis probationem excludere videtur. *l.* 12. *ff. de judic.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sentent. So werdet ihr solches eures eingebrachten Ehe-Geldes / wenn auch gleich solches in eures Mannes Gütern nicht verwendet wäre/ vor allen andern Gläubigern/ so kein älter ausdrücklicher Unterpfand erlangt / billich befriediget/ V. R. W.)

Definit. LXXII.

Modò marito dos illata probetur aliter, quàm solius mariti confessione.

1 NEcesse tamen est ad hoc, ut mulier jure prælationis uti possit, dotem actualiter marito numeratam & illatam probari. *l. assiduis.* 12. *in med. vers. Si tamen re ipsa fuerint marito datæ. (qui potior. in pignor. h.* Const. 28 *in pr. vers.* Mit ihrem eingebrachten Gute / so viel sie des erweisen kan/ etc.
2 † Nec sufficit ad hoc confessio mariti, quia in dote confessatâ jus prælationis cessat, *l.* 1. *& tot. tit. C. de dote caut. non numerat. l.* 1. *C. de donat. ant. nupt.*
3 † Ecquis enim non animadvertit, mariti confessionem de dote receptâ constante matrimonio factam, si neque numeratio intervenerit, neque dotis constitutio præcesserit, suspectissimam esse, *arg. l. qui testamentum* 27. *ff. de probat. l. cùm quis decedens.* 37.
4 §. *pen. ff. de legat.* 3. † Ut proinde nec creditoribus nocere debeat, Ant. Fab. *in C. lib.* 5. *tit.* 10. *defin.* 1. *num.* 1. Andr. Rauchb. *part.* 2. *q. ult. n.* 6. Dan. Moll. *hîc n.* 35. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 81. *n.* 1. *& seqq.* Johan. Schneidevv. *ad* §. *fuerat.* 29. *instit. de Action. n.* 63. *& 65.* Joh. Köppen. *decis.* 28. *n.* 31.

Ita Domini in causa Barthol. und Thomae der Winckler zu Langendorff/ Mens. Jan. Anno 1581. (Verba sent. Daß gedachtes Peter Großbachs Ehe-Weib durch ihres Ehe-Manns blosse Aussage alleine/ ihr Einbringen und Ehe-Geld gnugsam nicht erwiesen/ derowegen sie sich auch vor den andern Gläubigern/ einiger Erstigkeit nicht anzumassen hat/ V. R. W.)

Definit. LXXIII.

Ne quidem juncta mariti confessio efficit, ut locus sit juri prælationis in dote confessatâ.

1 QVæsiveris tamen, an nunquam confessioni mariti fides habenda ac doti confessatæ privilegium prælationis indulgendum sit? † Quid enim,
2 si confessio facta fuerit in instrnmento publico & gvarentigiato? Quid, si in Testamento? † Neutro
3 casu mulierem juvari ex confessione mariti existimaverim, ne quidem, † ut Chirographariis & perso-
4 nalem actionem habentibus præferatur, *l. assiduis.* 12. *C. qui potior in pignor.* Andr. Rauchb. *part.* 2. *qvæst.* 30. *num.* 19. Bald. Novell. *in tract. de dot. part,* 10, *num.* 20. Ludov. à Peguer *decis.* 147. *num.* 1. *& seqq.* Sicuti nec tùm; quando maritus confitetur, se à tertio quodam extraneo dotem recepisse per text. in *Novell.* 100. *cap. si ergo annis.* 1. §. 1. Andr. Rauchb. *dict. quæst.* 30. *num.* 12 Jacob Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 12. *num.* 78. *& seqq.*
† Quin, etsi confessio mariti juramento fuerit confirmata; non tamen inde efficitur, ut doti confessatæ tribuendum sit prælationis privilegium, ob suspicionem falsitatis, quæ hoc in casu juramento non probatur. † *Tùm,* quod juramenti virtus &
6 effe-

effectus tertio neqveat præjudicare, *c. veritatis. 14. ubi* Panorm. *num. 3. extr. de jurejur. l. veteris. 13. C. de contr. stipul.* † *Tum* qvod confessio ejusmodi nihil aliud sit, qvàm donatio inter virum & uxorem, † qvæ constante matrimonio juramento non roboratur; Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. c. 1. n. 116.* Joh. Schneidevvin. *ad §. fuerat. 29. instit. de action. n. 66.* Ant. Tessaur. *decis. 112.* Didac. Covarr. *lib. 1. var. resol. 7. n. 4.* † Licet aliter sentiat & juratæ confessioni mariti jus prælationis tribuat Andr. Gail. *lib. 2. obs. 81. n. 9.*

Ita Domini in causa Barbaren Barthel Geblers Eheweibs zu Probscheida/ Mens. Jun. Anno 1635. (Ob ihr gleich mit eures Mannes Bekäntniß bescheinigen könnet/ daß ihr ihme 877. fl. 20. gr. 3. pf. würcklichen zugebracht/ und derselbe euer Ehemann hierüber oder auch ihr solches eydlichen erhalten würdet/ ꝛc. So hätte ihr doch dadurch euer Vorgeben/ und die realem illationem, wie recht/ nicht erwiesen/ noch beygebracht/ V. R. W.)

Definit. LXXIV.

Exceptio non solutæ dotis, objici potest à Creditoribus mariti, post elapsa tempora, intra qvæ opponi à marito potuit.

1 TEmpus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, non à tempore dotis illatæ, nec con-
2 tracti sed dissoluti matrimonii computatur. † Et qvidem si intra biennium dissolutum fuerit matrimonium, anni spatium, si post biennium, trium mensium opponendæ huic exceptioni præfinitum est, qvo elapso, vel etiam si matrimonium diutius decennio steterit, exceptioni non numeratæ dotis ulterior
3 locus non relinqvitur. † Sed nocet ejusmodi temporis lapsus marito, ejusve heredibus ex constitutione Justiniani Imper. *in Novell. 100. cap. 1. & c. 2. ubi* Jacob. Cujac. Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 10. defin. 2. num. 1.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæst. 30. n. 7.*
4 † At num etiam Creditoribus? Ita qvidem vult Ant. Fab. *dict. loc. num. 3.* ne scilicet hi plus juris habeant ex persona mariti, qvàm maritus ipse, contra *l. ult. §. 1. ff. ad SCtum Vellej. l. si rem legatam. 6. ff. de*
5 *excep.* † postqvam placuit, creditoribus exceptionem hanc non nisi ex persona mariti competere.
6 † Qvod etiam probant Andr. Gail. *lib. 2. observat. 81. num. 20.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 1. num. 119.* Jac. Menoch. *lib. 3. præs. 13. num. 14. & seq.*
7 † Sed loqvitur *dict. Novell. 100.* tantummodò de marito & ejus heredibus, à qvibus tanqvam in lucro
8 captando versantibus, non licet inferre ad creditores, qvide damno vitando certant, præsertim † qvia præscriptio odiosa, Franc. Balb. *in tract. de præscript. part. 2. pr. q. 1. n. 1. & seq.* adeoq; de casu ad casum non extendenda, *cap. odia. 15. de Reg. Jur. in 6to. l. in-*
9 *terpretatione. 42. ff. de pœn.* † Non igitur obesse poterit creditoribus præscriptio exceptionis non numeratæ dotis. Qvin potiùs mulieribus, etiamsi tempora exceptionis jamdudum elapsa essent, hisce in provinciis per sententiam sæpiùs injunctum fuisse,
10 † ut dotes reverâ, & actualiter illatas legitimè comprobarent, testatur Andr. Rauchb. *dict. qvæst. 30. num. 23.*
11 † Qvod & placet Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 94. num. 3.* & Joh. Schneidevvin. *ad §. fuerat. 29. inst. de action. n. 66.* Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 65. num. 54.* Vincent. Caroc. *in tract. de excuß. bonor. part. 1. qvæst. 10. in pr. n. 24. & seq.*

Ita Domini in causa Barbaræ George Heins Eheweibs zu Rudesdorff/ Mense Jul. Anno 1621. (Verba sentent. Hat nun unter andern Gläubigern auch des Schuldners Wittib Barbara ihr eingebracht Gut gefodert/ deßwegen sie allen andern Gläubigern/ so kein älter ausdrücklicher Unterpfand auff ihres verstorbenen Mannes Gütern erlanget/ fürgezogen werden will/ ꝛc. So ist sie für allen Dingen/ wann auch gleich die exception non numeratæ dotis vorlängst præscribiret wäre/ gestalten Sachen nach/ weil sie nicht mit des Mannes Erben/ sondern mit den Creditoribus zu thun hat/ solches ihr Einbringen anderer Gestalt/ dann durch des Mannes Qvittung/ und wie recht/ entweder durch gerichtlichen Schein oder Zeugen darzuthun und zu erweisen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Henrici Volckmars zu Freyberg/ Mens. Jul. Anno 1636.

Definit. LXXV.

Non probat mariti confessio dotem illatam, etiamsi mulier in supplementum jurare velit.

COnfessio mariti dotem numeratam propterea 1
non potest probare, qvia hujus testimonium suspectum habetur, adeoqve plenum est simulationis & consilii fraudis, *l qvi testamentum. 27. ff. de probat. l. cum qvis decedens. 37. §. pen. ff. de Legat. 3.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 10. defin. 1. num. 1.*
† Ergò nec audienda mulier erit, si in supplemen- 2
tum jurare velit, qvippe qvod juramentum suppletivum locum haud habeat, si non semiplena probatio præcesserit, Joach. Mynsing. *Cent. 1. observat. 68. n. 5.* Bald. *in l. 1. C. qvi & adverß. qvos. num. 5.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 7.* † At qvo- 3
modo semiplena dici poterit probatio mariti Confessio, qvæ suffragatione non caret, ut modò dixi, † & 4
per unicum testem omni exceptione majorem demum perficitur, ut loqvitur Justinianus Imp. *in l. optimam. 14. in fin. C. de contrab. & comm. stipul. l. 18. C. de testibus.* † Et si qva vel minima præsump- 5
tio sit contra testem, vel contra ipsum testimonium, non potest videri semiplena probatio, qvæ unum duntaxat testem habet, *arg. cap. 1. de præscript. in 6to. l. 3. in fin. pr. ff. de testib.* Anton. Fab. *dict. defin. 4. num. 9.*

Ita Domini in causa Benedicti Haselbaums zu Colleda, Mens. Majo, Anno 1631. (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß eure Ehefrau ihr eingebracht Gut anderer Gestalt nicht/ als durch ihres verstorbenen Mannes blosse Qvittung bescheinigen mag/ ꝛc. So ist dahero dasselbe ihr eingebracht Gut/ wann sie auch das juramentum in supplementum gleich zu schweren erbötig wäre/ wie sichs zu Recht gehört/ nicht erwiesen/ derhalben sie den andern Creditorn keines weges zu præferiren/ ꝛc.

Definit. LXXVI.

Competit tamen privilegium prælationis mulieri in dote confessatâ, si reliqvi etiam Creditores per solam confessionem debitoris numerationem probent.

ETsi in dote Confessatâ mulier non gaudeat jure 1
prælationis, adeò, ut ne qvidem Chirographariis & personalem actionem habentibus præferatur, *l. si cui. 15. C. de non numer. pecun. l. assiduis. 12. C. qvi potior. in pignor. supr.* definit. 72. *numer. 3.*
† haud tamen putandum est, confessionem mari- 2
ti prorsus inutilem esse mulieri, nec qvicqvam operari ad effectum prælationis: † Qvid enim si 3
reliqvi creditores debita sua ex solâ mariti confessio-

fessione vel apochâ confessâ tantummodò probent, nec aliter realem numerationem docere qveant?
4 † certè qvia hoc casu par est conditio dotis & creditorum, meritò dos tanqvam favorabilior prævalere debet, *arg. l. in ambiguis. 70. ff. de jur. dot. l. 1. ff. solut. matrim.* Vincent. Caroc. *in tract. de excuss. bonorum. part. 1. qvæst. 10. num. 16. & seqq.* Joh. Schneidevvin. *ad §. fuerat. 29. num. 67. instit. de action.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 3. c. 1. num. 122.* Joh. Köppen. *decis. 28. num. 31.* Andr. Gail. *l. 2. observat. 81. num. 5. & seq.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæst. 30. num. 24.* Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 1. cap. 35.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 65. num. 51.* Didac. Covarruv. *lib. 1. variar. resolut. cap. 7. n. 6. vers.*
5 *ex præmissis colligo.* † Qvõd & procedere existimaverim in bonis paraphernal bus, ita, ut horum nomine mulier ex nuda Confessione mariti posteriores saltem hypothecariis præferatur, qvi nec aliter sua credita, qvâm per Chirographum debitoris probare possunt juxta tradita *infrà* defin. 85.

Ita Domini in eâdem causa, (Verba sentent. Es wäre dann/ daß die andern Creditores ihre Foderungen und würcklicheres Darlegen anderer Gestalt auch nicht/ als durch des Schuldeners Bekäntniß und Handschrifft erweisen und beybringen möchten; Auf den Fall hätte sich bemeldte eure Pflegefrau des juris prælationis auch auf vorgelegte ihres Mannes blosse Qvittung wol zuerfreuen/ V. R. W.)

Ita in causa Henrici Volckmars Freyberg / Mens. Julio, Anno 1636. (Verba sentent. So ist die Wittib ihr Einbringen anderer Gestalt/ dann durch des Ehemannes Bekäntniß zu erweisen schuldig. Es wäre dann/ daß auch die andere Gläubigere zu Beschönigung ihrer Foderungen nichts als des Schuldeners Hand und Siegel vorzulegen hätten/ auff solchen Fall/ wären sie auch von der Wittiben andern Beweiß zu fodern nicht befugt V. R. W.)

Et in causa Gläubiger zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1636.

Definit. LXXVII.

Mariti confessio obligat heredes ad restitutionem dotis, etiamsi hujus illatio aliter à Vidua non probetur.

1 NEqve etiam heredes mariti defuncti ultra ejus confessionem, aliam & pleniorem dotis illatæ probationem à vidua petere valent, si nempe hæc
2 non concurrentibus aliis creditoribus, nec de prioritate certantibus, bona illata repetat. † Sed sufficit mariti confessio, qvæ heredes, tanqvàm in jus
3 defuncti universum succedentes obligat ad præstationem facti sui, † cui contravenire non possunt, *l. cum à matre. 14. C. de R. V. l. si qvis hâc lege. 3. ff. de serv. export. l. 1. ubi* Bartol. C. *si mancip. ita fuer. alien.* † Non tamen heredibus auferenda est exceptio dotis non numeratæ, qvam intra tempora jure constituta, non minus ac ipsemet defunctus viduæ opponere possunt, *Novell. 100. cap. 1. & 2. vid. supr.* Defin. 74.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententiæ: Es wäre dann/ daß die andern Creditores ihre Foderungen auch nicht anderer Gestalt/ als durch des Schuldners blosses Bekäntniß beybringen möchten/ oder auch in gegenwärtigem Fall kein concursus Creditorum vorhanden/ sondern bemeldte eure Pflegefrau ihr eingebracht Gut/allein von des verstorbenen Mannes Erben sondern thäte/ ꝛc. Auff solchen Fall wird ihr dasselbe von den Erben billich entrichtet/ꝛc.)

Definit. LXXVIII.

Gaudet mulier in dote confessata privilegio prælationis, si confessio mariti de receptione dotis anteà promissæ ex intervallo temporis subsequatur.

ETsi mariti confessio de dote receptâ constante 1
matrimonio facta, si non numeratio intervenerit, suspectissima sit, nec creditoribus noceat, *L. 1. & tot. tit. C. de dot. caut. non numer.* non tamen id perpetuum est; † Nam si confessio probabilem causam ha- 2
beat, ex qua suspicio fraudis qveat purgari, nil certè obstat, qvo minus etiam doti confessatæ privilegium prælationis concessum asseramus. † Accidit hoc, 3
si anteà dos in pactis dotalibus vel aliter promissa, confessio autem dotis receptæ ex intervallo temporis subsecuta fuerit. † Nam tùm mulieri ratione dotis 4
confessatæ jus prælationis competere, probant pertext. *in l. in contractibus. 14. §. qvoniam 1. vers. ideoqve sancimus. C. de non num. pec.* Didae. Covarruv. *lib. 1. variar. resolut. cap. 7. num. 6.* Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 65. num. 60.* Jacob. Cujac. *in Novell. 100. sub. fin. vers. illud. quoque notandum est;* Vincent. Caroc. *de excuss. bonor. part. 1. quæst. 10. num. 3.*
† modò tempore confessionis non appareat æs alie- 5
num, cujus intuitu maritus præsumeretur confessionem fecisse. † Vix enim confessio mariti hoc casu non 6
suspecta censebitur, Covarr, *dict. cap. 7. n. 7.*

Ita Domini in causa Christoph von Ruhmeisens zu Barnavichen hinterlassener dreyer Töchter/ contra desselben Creditores zu Cüstrin/ Mens. April. Anno 1635. (Verbasentent. Würden Klägere/ so nunmehr in ihrer Mutter Recht getreten/ ihres Vatern Che-Verschreibung und Qvittung mit A. und B. bemärckt originaliter producirten/ und beklagte solche recognosciren/ immassen ihnen zu thun oblieget; So werden klagenden Töchtern/ die darinnen benante von ihrer Mutter eingebrachte Gelder Kosten aus ihres Vatern Gütern vor den andern Creditoren billich abgestattet/ ꝛc.)

Definit. LXXIX.

Vel si maritus, dotem non à parentibus uxoris, sed à tertio sibi datam in apochâ confessus fuerit.

CEssat quoque suspicio falsitatis, si maritus à ter- 1
tio quopiam extraneo se dotem recepisse confessus fuerit, nempe quod is, qui ad dotationem obstrictus haud est, simulare quicquam velle non præsumatur. † Adeoqve doti confessatæ jus prælatio- 2
nis tùm demum denegant Interpp. qvando maritus ab uxore, vel ejus parentibus se dotem recepisse confessus est, Salycet. *in Auth. sed jam necesse. C. de donat. ant. nupt.* Johann. Schneidevvin. *ad §. fuerat. 29. inst. de action. n. 67. vers. secus si confiteatur.* Hippol. de Marsil. *singul. 344.* Vincent. Caroc. *in tractat. de excuss. bonorum part. 1. qvæst. 10. num. 40. & seqq.*
† Non ignoro eqvidem, alios indefinitè statuere, 3
qvod jus prælationis locum non habeat in dote confessatâ, qvantumvis maritus à tertio qvopiam se dotem accepisse confessus fuerit, per text. in *Novell. 100. cap. 1. §. 1. vers. sive pater sive alter quispiam pro eâ.* Matth. Berlich. *part. 1. Concl. 65. num. 48.* Didac. Covarruv. *lib. 1. variar. resolut. cap. 7. num. 6.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 12. num. 78. & seqq.* † Sed loqvitur *dict. Novell. 100. cap. 1.* 4
dun-

duntaxat de exceptione dotis non numeratæ, quam ipſi marito non ſolùm contra parentem, ſed etiam extraneos, à quibus dotem ſibi numeratam fatetur, tribuit. † Ex quo ſanè nihil inferendum eſt ad Creditores, qui confeſſionem mariti ex ſolâ falſitatis ſuſpicione impugnare conantur.

Ita Domini in cauſa Caſpari Löbens auff Eulau/ Menſe Majo, Anno 1585.

Definit. LXXX.

Probatur dotis numeratio ex confeſſione mariti, accedente unius ſaltem teſtis fide digni depoſitione.

1 Vides ergo, quod ſola falſitatis atque ſimulationis ſuſpicio probationem dotis numeratæ ex confeſſione mariti annihilet, *arg. l. 27. ff. de probat. l. 37. §. pen. ff. de Leg. 3.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5.* 2 *tit. 10. defin. 1. num. 1.* in tantum, † ut nec mulier in ſupplementum jurare volens admittatur, *Supr.* 3 Defin. 75. At purgatâ falſitatis ſuſpicione, † confeſſioni mariti nullam prorſus fidem haberi, tantùm abeſt, ut per unius etiam teſtis jurati depoſitionem, confeſſione mariti correſpondentem numerationem dotis plenè probari exiſtimem. † Videtur 4 enim purgata falſitatis ſuſpicio per teſtis alicujus fide digni aſſertionem, & efficit favor dotium, ut ſemiplenæ ſaltem probationi, vel confeſſione mariti vel præſumptione probabili munitæ plena attribu- 5 atur fides. † Nempe, quod publica utilitas exigat, dotes mulierum integras ſalvaſque ſervari, *l. 1. ff. ſolut. matrim.* Anton. Fab. *in Codic. l. 2. tit. 22. Defin. 1. num. 9.* Ex quo etiam illa Dd. aſſertio prove- 6 nit. † Quod ſi vir uxori tanquam dotatæ alimenta exhibuerit, dos verè numerata inde cenſeatur, Joh. Campeg. *in tract. de dot. part. 1. quæſt. 53. num. 2.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 12. num. 22. & ſeqq.* Vincent. Caroc. *de excuſ. bonor. part. 1. quæſt. 10. num. 27.*

Ita Domini in cauſa Barbaræ Hanſen Diezens Wittiben contra deſſelben Creditores zu Dölitzſch / Menſ. Aug. Anno 1634. (Verba ſententiæ: Daraus ſo viel zu befinden / daß Dietzens Wittibe ihr angegebenes Einbringen der 50. fl. zur Nothdurfft erwieſen und beybracht hat / V. R. W.)

Et in cauſa Joh. Prambachs zu Qvedlinburg / Menſ. April Anno 1635.

Definit. LXXXI.

Ad probandam dotis numerationem, fratres uxoris ad teſtimonium admittuntur.

1 NOn ſtrictè nimis & rigoroſè adverſus mulierem dotis numerationem probare volentem procedendum eſt, quippe quod dotis probatio ſit favorabilis, *l. 1. ff. ſolut. matrim.* cui ſuccurri æqvum eſt, ne pereat, *l. curent. 22. ff. de teſtib.* Anton. Fab. 2 *in Codic. lib. 1. tit. 10. Defin. 22. num. 4.* † Quidni ergo fratres uxoris ad teſtimonium in probandâ dote admitteremus? Cum nec fratrum teſtimo- 3 nium uno juris loco prohibitum reperiatur. † Ergò permiſſum cenſebitur, *arg. l. mutus 43. §. 1. ff. de* 4 *procur. junct. l. quæſit. 13. ff. de Teſt.* † Quod nec Dd. inficiantur modo ceſſent patria poteſtas, bonorum communio & cohabitatio, Felin. *in cap literas. 14. num. 4. extr. de præſumpt.* Campeg. *de teſtib. reg. 6. in pr.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 14. Defin. 24. num. 1.* Jac. Menoch. *lib. 2. præſ. 35. num. 4.* † Sanè quantumvis ex conſangvinitate & conjunctione arctiſſimâ ſiniſtra ſuſpicio contra fratres oriatur, ex præſtito tamen juramento de veritate dicendâ eam refelli, facillimè conceſſeris, quùm nemo immemor ſalutis æternæ falſum teſtimonium perhibere cenſeatur, Mod. Piſtor. *part. 1. quæſt. 46.* Ant. Corſet. *ſing. 16.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Brauers Eheweibs contra gedachtes ihres Mannes Gläubigere zu Freyberg/ Menſe Majo, Anno 1630. (Verba ſententiæ: Würde des Schuldeners Eheweib Maria zu Beweiſung ihres Einbringens gewiſſe Articul übergeben/ und dieſelbe auff eine und andere angegebene Poſt/ daß ſolche ihrem Ehemann würcklichen zur Mitgifft zubracht und zugeſtellet worden/ richten/ ſo würden die von ihr angegebe Zeugen ihre Brüdere darauff Eydlichen billich abgehört/ V. R. W.)

Definit. LXXXII.

Mariti bonis dos illata cenſetur, eo ipſo, quod utrique, marito & uxori ſimul fuerit numerata.

1 NOn rarò accidit, ut dos ſoluta probetur, quam tamen maritus ſibi illatam negat; Fieri nempe potuit, ut ipſa uxor dotem receperit, nec tamen bonis mariti intulerit. † Quo certè caſu iniquiſ- 2 ſimum eſſet, mulierem creditoribus mariti præferri, ut qui reverâ dotem nunquam accepiſſet.

Veluti pronunciatum memini in cauſâ Even Jacobi Schröters Wittiben zu Sckeitbahr / *Menſe Dec. Anno 1635.*

Ergò non ſufficit, dotis numerationem probari, 3 ſi non etiam de reali illatione marito factâ appareat, ut vel ex ſolâ voculâ (eingebrachtem Gute) cui privilegium prælationis *h.* Conſtitut. *28.* tribuitur, manifeſtum eſt. † Præſumitur autem dos mariti bonis illata, ex eo ſolo, quod marito & uxori ſimul 4 adnumerata probetur vel per teſtes vel per inſtrumentum apochæ ab utroque conjuge ſubſcriptum; † Cui mulieris perſona ideò videtur inſerta, ut ap- 5 pareat, mulieris nomine & ad ejus commodum dotem fuiſſe exſolutam, cujus tamen exactio ſolius mariti eſt, quamdiu conſtat matrimonium *l. doce 9. C. de R. V. l. quamvis. 75. ff. de jur. dot.* ad quem ſolum etiam videtur dos perveniſſe, tanquam ad potentiorem *l. ſi cum dotem 22. §. transgrediamur 12. ff. ſolut. matrim. ubi* Bartol. *& Dd.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. Defin. 8. num. 3.* † Idque eo ma- 6 gis verum eſt, ſi maritus (ut communiter fieri ſolet) ad totius dotis reſtitutionem, ſe ſuaque bona in inſtrumento obligaverit, quia nempe reſtitutio præſupponit illationem jam realiter factam, *arg l. cum ei. 42. ff. de legat. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 13. Defin. 6. num. 10.*

Ita Domini in cauſa Curatoris Annen/ George Schneiders Wittiben zu Dahlen/ Menſe April. Anno 1633. (Verba ſententiæ: Daß Klägers Pflege-Frau ihr angegebenes Einbringen der 349. fl. 11. gr. 1. pf. durch das producirte documentum, ſo von ihr und ihrem Ehe-Mann zugleich unterſchrieben/ zur Nothdurfft erwieſen und beygebracht hat/ V. R. W.)

Definit. LXXXIII.

Non competit jus prælationis in dote mulieri, quæ cum marito communem negotiationem exercens, debita simul contraxit.

1 NUnquam præferenda est mulier creditoribus sive anterioribus, sive posterioribus, si in credita mariti consenserit, ac juri prælationis debito modo renunciaverit, de quo *infr. p. 2.* Constitut. Elect. *16.* Defin. *1. 14. & 15.* † Multò minus si ipsamet cum
2 creditoribus contraxerit, & debita mariti sua propria
3 fecerit. † Ex quo fit, quod jus prælationis uxori non competat, si unà cum marito communem negotiationem aut cauponariam exercuerit, wann das Weib zu offenen Kram-Laden oder Marckt sitzet/ Zettel unterschreibet / oder mit ihrem Manne
4 Wirth-oder Gastschafft hält. † Videntur nempe cum uxore simul atque marito creditores contraxisse, ideoque denegandum hoc casu ipsi est privilegium prælationis, ne cum eâ contrahentes iniquè decipiantur, *l. si eum 5. §. pen. ff. de exercit. act. l. planè 24. ff. pro socio.* Bartol. *in l. eandem. 9. num. 9. ff. de*
5 *duobus reis.* † Et quia uxor ex negotiatione mariti lucrum & augmentum rei familiaris percipit, pecunia Creditorum in ejus utilitatem versa censetur, ac proinde cum marito simul obligata est, *Auth. si qua mulier. C. ad Sctum Vellej. l. jure societatis. 82. ff. pro*
6 *socio.* Andr. Gail. *lib. 2. obs 90. num. 5.* † Accedente præsertim communissimâ totius Germaniæ consvetudine, de quâ testatur Johan. Mich. Beuth. *de Jur.*
7 *præl. part. 1. cap. 35. vers.* oder aber das Weib. † Planè, de solo debito ratione negotiationis contracto hoc accipi velim, secus si maritus extra negotiationem contraxisset ad suam tantummodò utilitatem.
8 † Nec enim tum creditum in communem negotiationem versum est, adeoque nec socia inde obligari potuit, *dict. l. jur. societatis. 82. l. nemo ex sociis. 68. ff. pro socio.* ut notabiliter docet Andr. Gail. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Petri Sergers Wittben contra desselben Creditores zu Qvedlinburg / Mense Aptil. Anno 1630. (Verba sent. Da aber dennoch eurem Bericht nach/ bemeldte Wittib neben ihrem verstorbenen Ehemanne Zeit währendes Ehestandes öffentliche Handlung getrieben/ im Laden gesessen/ Wahre/ welche ihr Hauß-Wirth pro communi negotiatione geschafft/ nach Gewicht/Maß und Ellen verkaufft/sich also beyderseits daraus alimentiret und erhalten/ und was ihr / dem Weibe in einem oder dem andern beliebet/ aus dem Kram genommen/ &c. So ist auch die Wittbe wegen ihres eingebrachten Guts des Juris prælationis zu Schaden und Nachtheil der Gläubiger sich zu gebrauchen nicht berechtiget/ sondern als eine Handels-Frau/ ihrer weiblichen Gerechtigkeit/ und eingebrachten Guts ungehindert die Schulden abzutragen pflichtig/ V. R. W.)

Definit. LXXXIV.

Nec gaudet mulier ratione dotis, prælationis privilegio, si sciens viro, jam ante obærato, nupserit.

1 VIgilantibus mulieribus, non negligentibus subvenire voluit privilegio prælationis Imp. Justinianus *in l. assiduis. 12. C. qui pot. in pignor.* nec præferenda erit mulier dotem repetens reliquo æri alieno, † si ipsius culpa intervenerit, quò minus 2
dotem suam integram salvamque habeat, quin negligenti & volenti non fit injuria *cap. scienti 27. de reg. Jur. in 6to l. cum donationis 34. C. de transact. l. §. ult. ff. de act. empt.* † Quid enim si mulier sci- 3
ens, prudensque viro prodigaliter sumptuoso, vel jam antea obærato nupserit ? Videtur certè tum mores mariti approbasse. *l. promittendo 41. §. si à debitore 3. ff. de jur. dot. l. inter causas 26. §. abesse 2. ff. mandat. l. si legibus 16. C. de episc. audient.* † Ad- 4
deoq; non magis ei succurrendum erit, quàm fidejussori, qui scienter pro homine inope vel prodigo, fidem suam interposuit, cui propterea actio mandati ad liberationem non competit, etiamsi diu fidejussionis nexu fuerit obligatus, *l. si creditores. 31. ff. de privil. credit.* † Sed Stultitiæ & levitati suæ expen- 5
sum ferre debet mulier, quod viro obærato nupserit, *l. si is à quo 3. §. fin. ff. ut in possess. leg. l. ult. vers. his illud quoque C. de sponsal.* † Quin & fieri vix 6
potest, ut mulier viro obærato scienter nubens, haud versetur in dolo : Quis ergò tùm ei jure prælationis prospectum putaverit ? † Siquidem mu- 7
lieri, quæ dolo malo aliquid fecit, nunquam succurritur, *l. cum post mortem 43. §. 1. vers. præterea. ff. de administr. tutor. l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 2. C. si min. se maj. dixer.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 21. defin. 4. n. 3.* † ut profecto mulierem prælationis 8
privilegium allegantem hoc casu, non audiendam existimaverim cum Petr. Heig. *part. 2. quæst. 7. num. 59.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 84.* Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 1. cap. 35. pag. mihi 59. in fin.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 65. num. 81.* Jason *in l. si constante. 24. num. 170. ff. solut. matr.* † Nec 9
contra hoc urgeri potest favor dotis repetendæ. *l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot. l. 1. & l. 24. ff. solut. matrim.* † Ex quo mulieres defendunt, Bartol. *in* 10
dict. l. 24. num. 22. ff. solut. matrim. Panorm. *in cap. per vestras. 7. num. 15. extr. de donat. int. vir. & uxor.* Joh. Frider. à Sole *in tract. de dote quæst. 17.* † Quos in pronunciando secuta 1. *Facultas Juridica* 11
Lipsiensis Mens. Decemb. Anno 1632. † Quia favor 12
non attenditur, quando mulier in dolo versatur, *arg. dict. l. 43. §. 1. ff. de administr. tutor. l. 37. §. 1. ff. de minor.* dolosè verò agere mulierem, si in præjudicium creditorum dotem viro obærato scienter inferat, ecquis dubitaverit ? † Nec obstat porrò, 13
si dicere velis, privilegium prælationis hoc casu mulieri propterea non esse denegandum, quod huic expressè haud renunciaverit, *arg. l. ult. C. de indict. viduit. tollend. l. 29. C. de jur. dot. l. assiduis 12. C. qui pot. in pign.* † Cum certè nullâ opus sit renuncia- 14
tione in casu, quo privilegium non competit, puta si mulier fraudulenter nupserit viro abærato, cui beneficium prælationis propterea denegatur, † quia in dolo versantibus nunquam est succurrendum, *dict. l. 43. §. 1. ff. de administr. tutor. l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 2. C. si min. se maj. dix.* Ant. Fab. *dict. defin. C. num. 3.* † Quid etiam, si mulier in dote re- 15
petendâ negligens fuerit, & cum bona mariti defuncti administrans, dotem sibi solvere potuerit, hoc non fecerit, neque eam ab heredibus mariti petierit? † Et tum sibi in hypotheca ac jure præla- 16
tionis mulier præjudicasse censebitur, nec bona, præsertim si ad tertium possessorem pervenerint, recuperare valebit ; *l. ait prætor. 3. post. pr. ff. de neg. gest.*

geſt. Vincent. Caroc. *in tract. de excuſſ. bonor. part. 2. quæſt. 65. num. 19.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 65. num. 78. & num. 83.* Contrarium, ſi modo fraus abſit, deciſum eſt in Deciſ. Noviſſ. 6.

Ita Domini in cauſa Margarethen Hanſen Priſchmanns Eheweibes contra George Körichen zu Clodra/ Menſe Junio, Anno 1630. (Verba ſententiæ. Daraus ſo viel zu befinden/ daß beklagter Klägers Pflege-Frauen ihres Einbringens/ ſo viel ſie ihrem Manne würcklichen zu und einbracht/ wofern derſelbe nicht mehr ſolvendo iſt/ vor allen andern Gläubigern zu befriedigen ſchuldig/ er könte denn/ wie recht/ darthun und beybringen/ daß ſie gar wohl gewuſt/ welcher Geſtalt ihr Ehemann/ als er an ihr gefrihen/ allbereit mit viel Schulden beſchweret geweſen/ und doch nichts weniger ihme die Ehe verſprochen/ und das Ehegeld würcklichen zugewendet hätte. Auff den Fall hätte ſie ſich des juris prioritatis vor andern Gläubigern nicht zu erfreuen / V. R. W.)

Definit. LXXXV.

Vel ſi culpâ mulieris maritus ad inopiam pervenerit.

1 QUid etiam, ſi mulieris culpâ, puta ob luxuriam,
2 aut malam rei familiaris adminiſtrationem maritum ad inopiam perveniſſe probari poſſit? † Minimè gentium tum mulieri dotem repetenti ſuccurrendum erit prælationis jure, ſed imputet hæc ſibi, quod dotem ipſamet conſumpſerit. Non enim ignoſci ſolet illi, † qui ſe ſponte in neceſſitatem aliquam
3 conjecit, & fruſtra autor Calamitatis ſuæ auxilium legis implorat, *l. nemo videtur 145. ff. de reg. jur.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 7. num. 57.* Matth. Berlich. *part. 1. conl. 65. num. 80.* Reinh. Roſa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic. num. 63.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſententiæ: Er könte dann/ wie recht/ darthun und beybringen/ daß ſie/ das Weib/ gar wohl gewuſt/ welcher Geſtalt ihr Ehemann/ als er an ihr gefreyet/ allbereit mit vielen Schulden beſchweret geweſen/ und doch nichts weniger ihme die Ehe verſprochen/ und das Ehegeld würcklichen zugewendet hätte/ oder auch daß ſie gedachtes ihres Mannes Gut liederlichen durchbringen und verzehren helffen/ auff den Fall hätte ſie ſich des juris prioritatis vor andern Gläubigern nicht zu erfreuen/ V. R. W.)

Definit. LXXXVI.

Ratione bonorum paraphernalium mulieribus competit ſaltem jus tacitæ hypothecæ, non etiam prælationis privilegium.

1 ERrant omninò, qui omnibus indifferenter bonis ab uxore marito illatis privilegium prælationis aſſignant, inter quos etiam eſt Matth. Wetenb. *in addit. ad* Johann. Schneidevvin. §. *eſt & aliud ult. inſt. de donat num. 6. ſub liter. E.* Matth. Coler.
2 *part. 1. deciſ. 57. num. 3. & 4.* † Etenim, ſolummodò dotibus ſubvenire voluit Imp. Juſtinianus in *l. aſſiduò. 12. C. qui potior. in pignor.* quippe quas ſalvas integrasque ſervari, publicitus intereſt, *l. 1. ff. ſalut. matrim.* Neutiquam igitur privilegium hoc dotis ad bona paraphernalia extendendum erit.
3 † Nec horum ratione mulier anterioribus tacitis hypothecis præferri debet, quamtumvis conceſſerim, jus tacitæ ſaltem hypothecæ etiam quoad bona paraphernalia mulieri competere, cujus vigore poſterioribus creditoribus ſive expreſſis ſive tacitis præferenda eſt, prout diſertè ſancitum ab Electore Illuſtriſſimo in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 43. §.* Was aber die Eheweiber. † Non ergò eſt, quod multum 4
laboremus de voculâ (eingebrachtem Gut) cui prælationis privilegium tribuitur *h.* Conſtit. *28. in pr.* ex quo dicendum videbatur omnibus indifferenter bonis illatis jus prælationis datum fuiſſe à Conſtituente Illuſtriſſimo; † Siquidem per ver- 5
bum illud bona ſaltem dotalia denotari, manifeſtiſſimum eſt ex *dict. tit. 43. in pr. junct. §.* was aber die Eheweiber *& ex* Conſtit. *25. ſub fin. verſ.* Ihre Mitgifft *part. 2.* † Veluti etiam vocabula hæc duo 6
Mitgifft und Einbringen in foro Saxonico pro eodem reputari ſolent, Conſtitut. Elect. *16. & 24. in verb.* Mitgifft und Einbringen. *part. 2.* Dan. Moller. *hic num. 17. & ibi* Reinh. Roſa *in addit.* Frieder. Penſold. *in addit. ad* Coler. *part. 2. deciſ. 270. num. 16.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 34. num. 43. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 94. numer. 10.* Joh. Mich. Beuth. *de jur. præl. part. 1. cap. 35.* Joh. Köpp. *Deciſ. 28. numer. 3.* Joh. Schneidevv. *ad §. fuerat. 29. inſt. de action. num. 37.* † Planè ſi bona 7
paraphernalia etiamnum extent, nec conſumpta fuerint, quin uxori præ omnibus aliis creditoribus reſtitui debeant, dubium prorſus non eſt, *dict tit. 43. §.* was aber die Eheweiber *verſ.* Es wäre dann/ non quidem ex privilegio prælationis; † Sed do- 8
minii jure, quo repetens bona ſua præfertur etiam privilegiatis, ut mercedi famulorum & ſumptibus funebribus &c. de quo dixi *Supr.* Defin. *13.* Ordin. proceſſ jud. *tit 42. in pr. verſ.* dergleichen wann etwa ein Weib.

Ita Domini in cauſa Suſannen B. S. Eheweibs zu Leipzig/ Menſe April Anno 1567. (Verba ſententiæ: Habt ihr eurem Ehemanne 4000. fl. Mitgifft zugebracht/ auch in ſtehender Ehe von euren Geſchwiſtern 2000. fl. ererbet / welche euer Hauswirth auch zu ſeinen Händen empfangen/ und an ſeinen Nutz gewendet/ ꝛc. So gebühren euch nach bezahltem Liedlohn/ Schoß/ Steuer und Erbgeldern/ vor allen andern Gläubigern/ welche nicht ältere ausdrücklichere Verpfändung haben/ aus euers Mannes Gütern die 4000. fl. eingebracht Ehegeld billich. Und ob gleich der ererbeten 2000. fl. halben eures Ehemannes Güter euch gleichesfals heimlichen verpfändet ſtehen/ ſo habt ihr doch derſelben wegen kein jus prælationis, jedoch verbleibet euch das jus retentionis, biß ſo lange ihr des eurigen vergnüget/ in eures Haußwirths Gütern nicht unbillich/ ꝛc.)

Et in cauſa Hanſen George von Stentzſch / Menſ. Jul. Anno 1632. (Verba ſententiæ: So wird ſie ihres Ehegeldes vor allen andern Gläubigern/ ſo kein älter ausdrücklicher Unterfand in ihres Mannes Gütern überkommen/ des paraphernal Guts aber unter den hypothecarien in der Ordnung / wie ſie ihr ſtillſchweigend Unterpfand erlanget/ billich befriediget/ ꝛc.)

Definit. LXXXVII.

Voculâ (Heyraths-Gut) *dotalia saltem bona, non etiam paraphernalia significantur & quænam ita dicantur?*

1 Solis ergò bonis dotalibus privilegium prælationis concessum est, non etiam paraphernalibus, Defin. *præced.* ex quo insignis horum bonorum re-
2 sultat differentia, cui & hanc addo; † Quod intercessio uxoris pro marito juratam requirat renunciationem quoad bona dotalia, cum tamen simplex sufficiat renunciatio absque juramento in bonis paraphernalibus, de quâ differentiâ dicam *infr. part. 2.*
3 Constit. Elect. 16. Defin. *1. & 9.* † Quænam igitur sunt bona dotalia, quæ itidem paraphernalia? sanè in dubio bona mulieris non dotalia, sed paraphernalia censeri fatentur omnes, quos allegatos Vide infr. *dict.* Const. *16.* Defin. 10. Dan. Moll. *hic*
4 *num. 38. & seqq.* Vel solùm propterea, quod dotis constitutio sit facti, perinde ac cæteri contractus & traditio quælibet, *l. consilio. 7. §. ult. ff. de curat. furios. junct. l. 1. C. de dot. caut.* † Quare non præ-
5 sumenda sed probanda erit, *l. 2. ff. de probat.* Ant. Fab. *in Cod. l. 5. tit. 7. Defin. 18. num. 2.* Probabitur autem dotis constitutio, si de mente contrahentium appareat, vel certa saltem tempore contracti matrimonii fuerit inita conventio, quantumvis absque dotis mentione; omnia enim tùm bona illata censebuntur dotalia secundum tradita Hart-
6 man. Pistor. *observat. 46. num. 2.* † Idemque dicendum, si minima etiam constitutæ dotis emergat præsumptio, ut si ex parte mulieris traditio vera in-
7 terceserit, Ant. Fab. *dict. defin. 18. num. 5.* † Vel, si bona legata fuerint mulieri, ut ipsi solverentur, cum nuberet, aut ut essent in dotem *l. Titio centum 71. §. Titio genero 3. ff. de condit. & demonstr.* Quô
8 & refero: † Si bona marito fuerint illata sub voculâ, (Heyraths-Gut) quâ ex consvetudine Germaniæ significantur solummodò dotalia, non etiam paraphernalia bona; Præsumuntur ergò contrahentes observasse, quæ moris sunt *l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 20. ff. de edil. edict. & l. ult. C. de fidejuss.* † Nimirum, utcunque dotis con-
9 stituendæ animus quæratur conjectura potest admitti, *arg. l. si ego 9. §. ult. ff. de jur. l. dotem. 30. ff. eod. tit.* Hartman. Pistor. *dict. observ. 46. num. 11. & seqq.*

Ita Domini in causa Josephi Dorsens zu Leipzig/ Mense Septembr. Anno 1577. (Verba sententiæ; Ob gleich unter dem Wort Heyraths-Gut alleine das Ehe-Geld und nicht die Paraphernalien, oder was die Frau sonsten ihrem Manne zubracht/ zu verstehen; So wird doch des Schuldners Weib in Zahlung der Paraphernalien, von ihres Mannes unbeweglichen Gütern/ den jenigen Gläubigern/ so ohne Zeugen/ und gebührliche solenniteten eine ältere Pfands-Verschreibung erlanget/ billich vorgezogen/ V. R. W.)

Et in Causa Erhardi Sieghards zu Annaberg/ Mense Januario Anno 1634. (Verba sententiæ: Ob nun wohl berührte Renunciatio bey dem Wort der ewigen Warheit vor einen Cörperlichen Eyd nicht zuachten/ noch desselben Krafft und Würckung haben. Die weil aber dennoch das Weib die Güter/ so sie wiederfodert/ ihrem Ehemanne nicht als Ehe-Geld oder Heyraths-Gut zubracht/ sondern erst nach ihrer Eltern Absterben ererbet/ und ihme zugewendet/ die Churfürstliche Sächsische Constitution aber die Eydliche Renunciation allein in rebus dotalibus & in donationem propter nuptias constitutis erfodert/ ꝛc. So ist auch die von Abraham Augers Eheweibe beschehene Renunciation zu recht beständig/ und sie mag mit ihren eingebrachten Gütern/ euch in der Zahlung nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

Definit. LXXXVIII.

Dona nuptialia pro bonis dotalibus habentur, adeoque in repetitione partis dimidiæ uxor gaudet privilegio prælationis.

Quæcunque bona tempore contracti matrimo- 1
nii à sponsa vel uxore afferuntur, dotalia habentur, juxta tradita Hartman. Pistor. *observat. 46. num. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. Defin. 18.* † Quasi nuptiarum sola mentio atque tempus præ- 2
sumptionem dotis constitutæ inducat, quippe quæ conjecturis etiam probatur, *arg. l. si ego 9. §. ult. l. dotem. 30. ff. de jur. dot.* † Quidni ergo dona Nu- 3
ptialia (das Hochzeit-Geschencke.) marito tempore nuptiarum illata pro dotalibus haberentur? Cui porrò consequens est, † Uxorem partem di- 4
midiam donorum Nuptialium una cum bonis dotalibus reliquis repetentem ex Constitut. Elect. *22. p. 3. Ubi vid.* Defin. 9. omnibus aliis creditoribus, qui expressam anteriorem hypothecam non habent, præferendam esse *h.* Const. *28. Supr.* Defin. *63.* prout rectè sentit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 32. num. 16.* † Idque eò minus dubium habet, si 5
dona nuptialia in dotem expresse fuerint data, ut sæpius fieri solet, perinde ut impensæ nuptiales quandoque in dotem imputantur ex conventione inter sponsum, & socerum, vel sponsam inita, quo casu etiam impensis nuptialibus in repetitione jus prioritatis indulgendum, non dubitaverim, *Vid. infr.* Const. Elect. *11. p.* 3. Defin. *21.*

Ita Domini in causa Margarethen Ludwigs zu Lommitzsch Mense Majo, Anno 1587. (Verba sententiæ: Da eyers Ehemanns Gläubiger in seinen Gütern nicht ältere ausdrückliche Verpfändung oder sonsten bessere Gerechtigkeit erlanget hätten/ ꝛc. So würde euch vor denselben euer eingebracht Gut zusammt den halben Hochzeit-Geschencke/ so viel ihr dessen/ wie recht liquidiren möchtet/ billich bezahlet/ V. R. W.)

Et in causa Georgii Alsdorffs Wittiben contra desselben Gläubiger zu Franckfurt an der Oder/ Mense Decemb. Anno 1634.

Definit. LXXXIX.

Bona aliunde per hereditatem acquisita & marito illata, non dotalia sunt, sed paraphernalia.

Extra causam dotis, quæ post matrimonium 1
contractum mariti bonis inferuntur, si nulla dotis constituendæ præsumtio vel conjectura appareat, nec de eo quicquam dictum fuerit, procul dubio habentur pro paraphernalibus, non dotalibus.

libus. † Veluti, ſi per hereditatem uxori fuerint ac- 2
quiſita; † Nempe, quod in dubio bona ſint para- 3
phernalia, non dotalia, Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 82.* Dan. Moller. *hic num.* 38. Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. Defin. 18. num.* 1. Hartman. Piſtor. *obſerv. 46. num. 5. & 6.* † Nec refert, an tempore con- 4
tracti matrimonii dos in bonis aliis fuerit conſtituta nec ne, cum nihil prohibeat, matrimonium eſſe ſine 5
dote *l. 3. ff. de jur. dot.* † Quantumvis dotis datio ſit de ſolennitate matrimonii, *l. aut. C. de donat. ant. nupt.* Nicol. Boër. *Deciſ. 22. num.* 2.

Ita Domini in cauſa Eliſabethen viduæ Hanſen Frobergers zu Droißig/ Menſ. Mart. Anno 1634.

Definit. XC.

Uxor repetens pecuniam, quam mutuo dederat marito, nec hypothecariis, nec Chirographariis præfertur.

QUid verò, ſi mulier à marito obærato ejusve 1
heredibus repetat pecuniam, quam antea ipſi mutuò dederat? Finge mulierem nubentem quædam ſibi bona reſervare, quod certè ipſam facere potuiſſe vel ſaltem ex conventione cum marito initâ, dubitandum non eſt: † De hiſce ſi quid ven- 2
diderit, pecuniamque inde redactam marito mutuò dederit, haud jus tacitæ hypothecæ uxori competere dixerim, tantum nimirum abeſt, ut jus prælatio- 3
nis hoc nomine ei conceſſerim. † Neque enim paraphernalia dicuntur, quæ marito adminiſtranda non commiſit; Ex quo ipſo ſatis manifeſtum redditur, jus tacitæ hypothecæ atque prælationis in bonis iis ceſſare, ut benè advertit Hartman. Piſtor. *obſervat. 110. num. 2.* † Ergò ſi repetat uxor mutuò 4
data, pro Chirographariâ habenda, nec reliquis ullo jure præferenda erit, ſanciente verbis diſertis Elector Illuſtriſſimo in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 43. §.* was aber die Ehefrauen. *verſ.* da ſie aber ihren Ehemännern.

Ita Domini in cauſa Joachimi Winckelmanns zu Dreßden/ Menſe Martio Anno 1597. (Verba ſententiæ: Was aber bemeldte Frau ihrem Manne zu Erkaufung ſeines Hauſes/ und zu Erlegung der Erbgelder geliehen und vorgeſatzt/ ſolches iſt vor eingebracht Gut nicht zu achten/ ſondern ſie wird deſſen gleich den andern Chirographariis befriediget/ V. R. W.)

Definit. XCI.

Ratione donationis propter nuptias, ſi mulier de hypothecâ expreſsâ ſibi non proſpexerit, inter chirographarios Creditores referenda eſt.

SI mulier ratione donationis propter nuptias ſibi 1
de expreſsâ hypothecâ proſpexerit, quin à tempore conſtitutæ hypothecæ jus prælationis nanciſcatur, & pro creditrice hypothecariâ habeatur, dubitandum non eſt, Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 43. §.* So wollen wir. *verſ.* Es wäre dann
ein Weib. † At quid, *ſi hypotheca mulieri conſti-* 2
tuta non ſit? Tantum abeſt, ullum jus prælationis tum uxori compeere, ut nec jus tacitæ hypothecæ in foro Saxon. donationi propter nuptias concedendum exiſtimem, cum Matth. Weſenb. *part. 1. conſil. 50. num. 27.* Joh. Schneidevv. *ad §. fuerat 29. num. 62. inſt. de action.* Reinh. Roſa *ad* Dan. Moller. *hîc num. 60.* † Ne ſcilicet uxori lucrum quærenti credito- 3
res de damno vitando certantes poſtponamus. † Quod & placuit Sereniſſimo Domino Electori, *dict. tit. 43.* Ordin. proceſſ. judic. §. So wollen wir. *verſ.* die ſonſt keine Verpfändung haben/ ꝛc. † Ceſſante ergo jure pariter tacitæ hypothecæ atque prælationis, ratione donationis propter nuptias, inter nudos Chirographarios uxorem referri expeditum eſt *h. Conſt. 28. verſ.* zu dem Gegenvermächtniß aber. *dict. tit. 43. §.* So wollen wir. † Quamvis non igno- 6
rem, de jure civili plenius conſultum eſſe mulieribus in donatione propter nuptias, cujus nomine tacitam habent hypothecam in bonis mariti, licet absque privilegio prælationis, *l. aſſiduus. 12. §. hoc autem. 2. C. qui potior. in pignor.* Joh. Schneidevv. *dict. loc. num. 36. & 60.* Henning. Göden. *conſil. 100. num. 6. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Georgii à Stentzch. Menſ. Jul. Anno 1632. (Verba ſentent: Wegen des Gegenvermächtniß aber/ wofern die Wittibe keine ſonderbahre hypothecam erlanget/ wird ſie unter die Chirographarien geſetzet/ und der Ordnung nach billich befriediget/ ꝛc.

Item in cauſa Abrahami Lauens zu Adorff/ Menſe Febr. Anno 1598.

Et in cauſa Henrici Chriſtophori Eberhardi à Klizſchen, Menſ. Decembr. Anno 1597.

Definit. XCII.

Liberi prioris matrimonii præferuntur in legitimâ paternæ Novercæ, donationem propter nuptias petenti.

NOn inficior equidem, liberos ex bonis paren- 1
tum legimam petere haud poſſe, priusquam omnibus Creditoribus ſatisfactum, æsque alienum ſolutum fuerit *l Papinianus. 8. §. quarta. 9. ubi Dd. ff. de inoff. teſtam.* Bald. *in l. ult. §. in computatione. 9. C. de jur. deliber.* Matth. Weſenbec. part. *1. conſtit. 50. num. 30.* Dan. Moll. *ad Conſt. Elect. 20. part. num. 45.* † Ergò nec matri ex promiſſione 2
mariti donationem propter nuptias petenti hi erunt præferendi in legitimâ, maximè cum factum & promiſſionem patris præſtare obſtricti ſint, *l. cum à matre 14. C. de R. V. l. ſi quis hâc lege 3. ff. de ſerv. export.* † Alia eſt ratio, ſi uxor ſecundi ma- 3
trimonii donationem propter nuptias petat, cui propterea liberi prioris matrimonii præferuntur, quia iis jam exiſtentibus, pater ad ſecunda tranſiens vota, in pactis dotalibus quoad legitimam haud potuit præjudicare. † Non enim per 4
pacta dotalia liberos prios matrimonii in legitimâ defraudare licet, nec pacta dotalia pro eâ parte, quâ liberis ratione legitimæ aliquid de-

tractum est, subsistunt, *l. si constante 19. C. de donat. ant. nup. in fin.* Matth. Coler. *cons. 59. num. 5. & part. 2. Decis. 288. num.* 1. Henning. Göden. *consil. 99. num.* 28. † Eatenus scilicet potestas parentum dispo-
5 nendi de bonis suis restricta est, ut legitimam de bonis omnibus, quæ tempore mortis habent, liberis relinquere teneantur, *l. cum quæritur 6. l. parentibus 8. l. omnimodo 30. C. de inoff. testam.*

Ita Domini in causa Jacobi Hermans zu Leipzig / Mens. Octobr. An. 1584. (Verba sent. So wird den Kindern erster Ehe ihre väterliche Legitima, vor der Wittben Gegen-Vermächtnüß billich entrichtet/ V. R. W.)

Et in causa Hansen und Zachariæ Pfinziegers zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1584. (Verba sent. So wird von solchem Gelde seinen Kindern erster ehe / vor dem Gegen-Vermächtnüß seines Eheweibes/ ihre väterliche Legitima, so dißfals der halbe Theil ist/ billich entrichtet/ und vergnüget/ V. R. W.)

Definit. XCIII.

In dotalitio perinde atque in dote, uxor munita est jure tacitæ hypothecæ, ac prælationis privilegio, marito etiam adhuc vivo, sed non solvendo existente.

1 RAtione donationis propter nuptias mulier in foro Saxonico, nec tacitam hypothecam nec prælationis privilegium habet in bonis mariti, *Supr.*
2 Defin. *91.* † At quid juris in dotalitio per universam penè Germaniam, imprimis verò in terris Saxonicis, inter Nobiles præsertim longissimo usu introducto; (zu dem Leibgedinge oder Leibzucht) quod vir uxori ratione dotis datæ in suis bonis concedit, ut eo vidua facta ad dies vitæ utatur fruatur, Hartman. Pistor. *p. 1. quæst. 4. in pr.* Andr. Rauchb.
3 *part. 1. quæst. 47. num. 21.* † Species certè hoc est donationis propter nuptias, ut dicam infra *part. 2.* Const. Elect. 42. Defin. 2. Henr. Bocer. *de donat.*
4 *cap. 11. num.* 2. † Quidni ergò in dotalitio idem quod in donatione propter nuptias obtinere putabimus? sed ratio inter hæc duo diversissima existit,
5 † in donatione siquidem propter nuptias salva manet dos uxoris, in cujus assecurationem donatio propter nuptias constituta est, *l. ult. vers. sancimus. C. de donat. ant. nupt. Vid. infr.* Constitut. Elect. 42. *p.* 2. *Defin.* 1. Fieri ergò vix potest, ut mulier petens donationem propter nuptias non certet de
6 lucro captando. † Ast per dotalitium dos in totum absorbetur, *dict.* Constit. Elect. 42. *p. 2. & ibi Defin. 3.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 4. num. 20.* Matth. Coler. *part.* 1. *Decis. 57. & Decis. 60. num.* 12. Rauchb. *part. 1. quæst. 30. num.* 22. Perdito itaque
7 dotalitio, nec de dote uxor secura esse potest. † Quare hoc casu, quo de solo damno vitando agit uxor, omninò ei prospiciendum est per tacitam hypothecam & jus prælationis, quod cum ratione dotis competat mulieri, *Supr.* Defin. 64. Cur non etiam competeret ratione dotalitii, quod dotis loco surrogatum est, ut proinde de hoc æquissimè idem feratur judicium, *dict.* Const. *42. p.* 2. Wesenb.
8 *part.* 1. *consil. 50. num. 47.* † Accedente observantiâ fori Saxonici, fundatâ *in lib. 1.* Landr. *art.* 21. *& art. 31. hâc.* Const. *28. in fin. pr.* Jedoch was der Leibgedinge halben verordnet / *ubi* Dan Moller. *num. 61.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 30. num. 17.* Henning. Göden. *consil. 99.* Wesenb. *dict. cons. 50.*
9 *num. 27.* † Quam observantiam quoque haud obscurè approbavit Illustrissimus Saxo in Ordin. proces. judic. *tit. 43. §.* So wollen wir/ *in fin. vers.* Also auch/wann einem Eheweib ein Leibgedinge beständiglich verordnet/ wird sie bey demselben / und wie es bishero damit in unsern Landen gehalten worden/ auch nicht unbillich gelassen. † Nolo tamen hoc aliter accipi, quàm si modus legitimus secundum æqualitatem nimirum dotis in dotalitio constituendo fuerit observatus, de quo dicam *infra part.* 2. Const. Elect. *42. Defin. 2.* † Nam quatenus modum excedit, non nocet Feudi successoribus, multò minus in eo mulier jus prælationis aut hypothecæ prætendere poterit, *Vid. dict.* Const. *42. Defin.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 4. num. 4. & seqq.* † Cæterùm, quando in dotalitio jus tacitæ hypothecæ & prælationis incipiat, dicam infra *p. 2.* Const. Elect. *24. Defin. 2.*

Ita Domini in causâ Barbaræ, Abrahams von Maltitzens Eheweibs Mens. Febr. An. 1580. (Verba sentenz. Hat euch euer Ehemann gegen 700. fl. euers Einbringens mit 70. fl. Jährlicher Leibzins nach seinem Absterben versehen; ist nun gedachter euer Ehemann dermassen in Schulden und Unvermögen gerathen / daß er seine Güter zu Befriedigung seiner Gläubiger verkauffen müssen/ &c. So werden euch jährlichen die 70. fl. ungeachtet / daß die Güter zu gantzlicher Abfindung der Gläubiger nicht zureichen / auch daß euer Ehemann noch zur Zeit nicht mit Tode abgangen/ aus ermeldten Gütern/ vor andern seinen Gläubigern / welche keine ältere ausdrückliche Verpfändung und besser Recht darinnen erlanget/ billich gefolget/ V. R. W.)

Et in causa Wolfgangi Wilhelmi von der Mustell Mens. April. Anno 1600.

Definit. XCIV.

Uxori Morgengabam & cibaria domestica petenti omnes indifferenter Creditores etiam nudi Chirographarii præferuntur.

CUm vidua ex bonis mariti defuncti geradam proprio jure capiat; de eâ certè tanquam de bonis suis propriis; ne quidem in subsidium creditoribus mariti satisfacere tenetur; ut multis probatum dedi *infra part. 2.* Constit. Elect. *14. Defin. 61.* † Quid ergo obstat, quò minus geradam petens tanquam res proprias in bonis mariti existentes, omnibus omnino Creditoribus etiam privilegiatis, ut mercedi famulorum & expensis funebribus præferatur, juxta tradita *Supr.* defin. *13.* † De quo ut minus dubitetur in provinciis Electoratus Saxonici manifesta extat Sanctio Electoralis in Ordin. proces. judic. *tit. 43. §.* und dieweil hierbey. *vers.* So lassen wir geschehen. † Alia verò est ratio Morgengabæ & cibariorum domesticorum, quæ mulier solo titulo lucrativo ex hereditate mariti capit. † Ex quo iniquissimum esset, eam hoc nomine creditoribus ex causâ onerosâ, atque ita de solo damno vitando certantibus præferri, *l. ult. §. sin verò 5. sub fin. C. de jur. delib.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part.* 1. *quæst. 32. num. 16.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. Decis. 286. num. 194.* † Quin potius de Morgengabâ & cibariis domesticis in subsidium æs alienum exsolvendum erit, ut pluribus docui infra *part. 3.* Constitut. Elect. *36. Definit. 9.* † Cui omninò consequens est marito sive defuncto, sive adhuc vivo, haud solvendo tamen existente, omnes indifferenter Creditores etiam nudos Chirographarios uxori in Morgengabâ & cibariis domesticis præferri. † Quod & vo-

& voluit Saxo illustrissimus, *dict. tit. 43.* §. Und weil hierbey. *vers.* Aber die Morgengabe/ &c. Limitationem vide in Dec. Elect. nov. 72.

Ita Domini in causâ Hansen Georgen von Stentzsch/ Mens. Jul. An. 1632. (Verba sent. Aber der Morgengabe und des Mußtheils ist sich die Wittbe/ehe und zuvor alle Gläubiger auch die Chirographarien bezahlet/ anzumassen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XCV.

Prælationis privilegium in dote soli uxori competit, non etiam heredibus collateralibus, vel ascendentibus, nec ab uxore alii potest cedi.

PRælationis privilegium in dote mulieris procul dubio personalissimum est, ex Constitutione Imp. Justiniani, *in l. assiduis. 12. C. qui potior. in pignor.* † Ergo in heredes extraneos, collaterales, vel ascendentes non transmittitur, *l. privilegia. 196. ff. de Reg. jur. l. 12. & 13. ff. solut. matrim.* † Nam ubi persona locum facit beneficio, deficiente eâ, deficit quoque beneficium, *l. in omnibus. 68. ff. de Reg. Jur.* Anton. Fab. *8. conject. 13.* † Quod & manifestè probant text. *in Novell. 91. in pr. & l. un. C. de privil. dot.* † Solius enim mulieris providentiâ privilegium hoc inductum est §. *fuerat 29. inst. de action.* quo ipso heredes mulieris excluduntur *arg. l. admonendi. 31. in verb. quibus nunc solis. ff. de jurejur.* Jason. *in l. 1. ff. solut. matr. num. 17. & seqq.* Joh. Schneidevv. *ad §. fuerat. 29. inst. de action. num. 68. & seq.* Jacob. Cujac. *in parat. C. de priv. dot.* † Cui porrò consequens est, nec extraneo, nec heredibus collateralibus vel ascendentibus jus hoc prælationis à muliere cedi posse, quia cessibilia haud sunt, quæ non transeunt ad heredes *l. ex pluribus. 42. ff. de admin. & peric. tutor.* Johan. Schneidevv. *dict. §. fuerat. 29. inst. de action. num. 70.* † Non igitur licet contra cessionem hanc argumentari à beneficio restitutionis in integrum, quod minor alii cedere valet *l. quod si minor. 24. ff. de minor.* † quia beneficium istud ad heredes transmittitur, *l. non solum. 6. ff. de in integr. rest l. 3. §. 9. l. minor. l. 18. §. ult. ff. de minor. l. ex personâ. 4. C. de tempor. in integr. restit.* † Nec à fisco, qui per cessionem jus suum transferre potest, *l. ult. C. de priv. fisci* ad prælationis privilegium mulieri competens rectè infertur; † quia & fiscus jus suum certo respectu ad heredes transmittit, nempe ad novos principes & magistratus, ex quorum personis sustinetur; Nihil enim aliud sunt novi illi magistratus & principes in locum demortuorum substituti quàm fisci heredes *l. proponebatur. 76. ff. de judic.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 65. num. 108.* Neguz. *dict. membr. 4. num. 107.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 189. n. 42. & seqq.*

Ita Domini in causa Jacobi Dietzens Wittben zum Hohenstein/ Mens. Febr. An. 1632. (Verba senrent. Und nachdeme sich zu gedachtes verstorbenen Bürgermeisters Gütern ein Concursus Creditorum ereignet/ hat sich unter andern auch seines Weibes (so nach ihme/ dem Ehemann/mit Tode gleichfals abgangen) Mutter Jacob Diezens Wittbe angeben und ihrer Tochter Einbringen gefodert; Ob sie nun wohl dasselbe zur Nothdurfft bescheiniget/ und beybracht/ &c. So hat sie sich doch dahero der Erstigkeit und juris prælationis (so ihrer verstorbenen Tochter in ihres Mannes Gütern ihres Einbringens wegen vor allen andern Gläubigern so kein älter ausdrückliches Unterpfand erlanget/zugestanden/) mit Recht nicht anzumassen/ V. R. W.)

Et in causa Blasii Geiers zu Zwickau/ Mens. Martio Anno 1634.

Definit. XCVI.

Liberi tamen, aliique heredes descendentes, in dote materna, jure prælationis æquè gaudent.

AT, *quid juris in liberis aliisque heredibus?* Certè 1
veniunt & hi nomine heredum, ex quo dicendum videtur, † non magis privilegium prælationis iis competere, quàm reliquis heredibus, sive sint ascendentes, sive collaterales, juxta tradita Definit. *præcedent.* † Quam sententiam etiam multis propugnat Anton. Fab. *lib. 8. conject. 13.* imprimis verò urget, solius mulieris providentiâ privilegium prælationis inductum fuisse, ut dicit Imp. Justin. *in §. fuerat. 29. inst. de action.* † quo ipso omnes alii heredes indifferenter excluduntur, in quos nec alias personalia privilegia transmitti solent, *l. privilegia. 196. ff. de reg. jur. l. 12. l. 13. ff. solut. matrim.* † sed benè advertendum est, liberos dotem matris repetere ex bonis mariti defuncti non simpliciter quâ heredes, sed quâ liberos heredes. † Etsi enim liberi quatenus opponuntur heredibus suis matri sint extranei heredes, juxta *§. 3. instar. de hered. qualit. & differ.* attamen non eandem esse rationem liberorum ad matrem, quæ prorsus extraneorum; ultrò perspicuum est, ex summâ nempe conjunctione, quâ liberi tàm naturali, quàm civili jure, matri suæ non sunt heredes extranei, † quin potius ex jure sangvinis materni cum matre eadem persona habendi ad instar suorum heredum, *l. ult. C. de impub. & aliis substit.* † Unde fit, quòd liberi hereditatem etiam matris aut avi materni non aditam ad instar suorum ad posteriores suos transmittant, ex constitutione Theodosii in *l. un. C. de his qui ant. apert. tabul.* † Adeoque liberi non tàm hereditario, quàm sangvinis & connexitatis jure, ex personâ matris, cui arctissimè sunt conjuncti, dotem maternam repetunt; † Ex quo solo concurrunt ultrò argumenta Anton. Fabri, qui ex nudo jure hereditario disputat adversus liberos, *dict. cap. 13 conject. lib. 8.* † Ac quò minus dubitemus, liberis etiam, aliisque descendentibus jus prælationis in dote maternâ competere, satis manifesta est constitutio Imp. Justiniani in *l. assiduis. 12. §. exceptis videlicet. 2. C. qui potior in pign. & Novel. 91.* quibus textibus communis opinio contra Anton. Fab. satis munita videtur Joh. Schneidevv. *in §. fuerat. 29. inst. de action. num. 68. & seq.* Ant. Neguz. *de pignor. part. 2. membr. 4. num. 111. & seq.* † Nec movet quicquam responsio Anton. Fab. quod scilicet in *dict. l. 12. & Novell. 91.* Imper. liberos saltem Novercæ præferri voluerit, ne privilegiatus contra privilegiatum utatur suo jure ac privilegio. † Etenim si liberi præferuntur novercæ, quæ omnibus anterioribus præfertur, quidni multò magis aliis quoque Creditoribus? quibus nullum jus prælationis indultum est; † Ac certè, ex ipsâ Anton. Fab. confessione liberi præferuntur Novercæ ex privilegio prælationis, quod si habeant liberi, non certè video, cur adversus reliquos creditores in concursu eo uti non possent?

Ita Domini in causa Creditorum Adami von Schliebens zu Luben / Mens. Jan. Anno 1631.
Et in causa Hansen Jeckens zu Dreßden / M. Nov.

Anno 1635. (Verba sent. Dieweil aber dennoch euers Mündleis Mutter wegen ihrer Ehegelder ex personali privilegio ein solch jus prælationis, vermöge dessen sie auch denen Gläubigern/ die vor ihr stillschweigende Verpfändungen erlanget / vorgehen können in des Mannes Gütern gehabt/ welches sie auch auff ihre überlebende Kinder gebracht/ ꝛc. So haben anietzo dieselbe nichts minder als die Mutter selbsten sich solches juris prælationis zu erfreuen/ ꝛc.)

Definit. XCVII.

Defunctâ licet matre ante maritum, liberi tamen ejus ratione legitimæ maternæ jus prælationis habent & Novercæ ratione dotis suæ in concursu præferuntur.

1 JUre itaque matris ex naturali connexitate liberi in dote maternâ privilegio prælationis æquè ac ipsamet mater gaudent, non solum si mater vidua
2 post obitum mariti decesserit, Defin. *præced.* † Sed etiam matre ante maritum defunctâ, petentibus nempè liberis legitimam ex dote maternâ, in quâ præferuntur Novercæ, sive conjugi secundæ dotem suam petenti, ex Constitutione Justiniani Imper. expressa *in l. assiduis. 12. §. exceptis videlicet. 2. C. qui potior. in pignor.* Novell. 91. *C. his igitur.* 1. in
3 quo etiam convenit Anr. Fab. *lib. 8. conject.* 13. † Non enim privilegiatus contrà privilegiatum uti potest
4 suo privilegio. † Quin &, cum uxoris prioris privilegium in persona liberorum antiquius sit privilegio Novercæ, meritò hi debent præferri in legitima ex dote maternâ sibi debita, *l.* 8. §. *ult. C. de secund. nupt. l.* 6. §. *ult. C. de bon. quæ lib.* Dan. Moll. *hic num.* 62. *& lib.* 4. *Semestr.* 26. *n.* 1. *& seq.* Johan. Schneidewin. *ad §. fuerat.* 29. *Inst. de action. n.* 73. Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part.* 1. *cap.* 35. *vers.* ferner ist allhier zu mercken. Matth. Berlich. *part.* 1. *concl.* 65. *num.* 75. Anton. Neguz. *de pignor. part.* 5. *membr.* 2. *n.* 12. *& n.* 23. Dupliciter tamen
5 hoc limitandum puto. I. † Ut locum habeat duntaxat in dote materna: Etenim si filii primi matrimonii non de dote, sed bonis paraphernalibus legitimam petant maternam, neutiquam præferuntur Novercæ, cùm nec ipsa mater in bonis iis, jus prælationis ultra tacitam hypothecam habuerit,
6 *Supr.* Defin. *86.* II. † Præfertur Noverca liberis primi matrimonii, in rebus suis dotalibus, vel paraphernalibus adhuc existentibus & in bonis defuncti mariti repertis, *dict. Novell. 91. cap.* 1. Dan. Moller. *dict. cap.* 26. *in pr. vers. quia verò. Vid. supr.* Defin. *13.*

Ita Domini in causa Lucæ Schullers Kinder erster Ehe zu Mülberg Mens. Majo Anno 1632. (Verba sentent. Haben euere Mündlein aus gemeiner Erbschafft ihr Muttertheil ex bonis dotalibus zu fodern/ ꝛc. So werden sie desselben für der Wittiben als des Weibes anderer Ehe Einbringen/ und allen andern Gläubigern/ so in ihres Vatern Gütern kein besser Recht und älter ausdrückliches Unterpfand erlanget/ billich befriediget/ V. R. W.)

It. in causa Bernhardi Hopffens & Christophori Kempffens zu Torgau Mens. August. 1635. (Verba sentent. So werden eure Mündlein als die Kinder erster Ehe ihres Muttertheils/ so viel ihnen nach Absterben der Mutter/ Inhalts und Vermöge des Orts statuten gebühret/ vor dem Weibe anderer Ehe/ und allen andern Gläubigern/ so kein älter ausdrückliches Unterpfand/ uud besser Recht/ als sie die Mutter wegen ihres Einbringens gehabt/ billich befriediget/ ein mehres aber und der Mutter gantzes In- und zubringen/ seynd sie gestalten Sachen nach/ weil die Mutter vor dem Ehemann verstorben/ zu fodern nicht befugt/ V. R. W.)

It. in causa Georgii Försters zu Meissen Mens. Jul. Anno 1601.

Et in causa Hans Georgen Stentzsch Mens. Jul. Anno 1632.

Definit. XCVIII.

Liberi tamen post matrem defuncti, jus prælationis maternum ad collaterales & ascendentes heredes non transmittunt.

QVid verò, si liberi, antequam ex persona matris 1
jure prælationis in dote materna usi fuerint, decedant, *annon ipsi privilegium hoc prælationis ad heredes transmittent?* † De heredibus sanè de- 2
scendentibus & nepotibus prædefunctæ aviæ, nullus dubito, quin & hi jure prælationis æquè ac parentes sui gaudeant in dote avita, per text. *in l. assiduis. 12. §. exceptis videlicet. 2. C. qui pot. in pignor. Supr.* Defin. 96. † Sed ad heredes ascendentes vel collate- 3
rales ne quidem à liberis, jus prælationis transmittitur, juxta tradita *dict.* Definit. 95. † ne plus 4
concessum videatur liberis quam ipsi matri, ex cujus persona liberi prælationis privilegio gaudent, contra *l. 1. §. Scævola* 15. *ff. sis qui testam. lib. ess. juss.* 5
† Quin &, cum privilegium hoc sit personale, in extraneos heredes, collaterales vel ascendentes transire nequit, *l. privilegia.* 196. *ff. de reg. jur. l.* 12. *& l.* 13. *ff. solut. matr.*

Ita Domini in causâ Thomæ Glucke zu Plauen/ Mens. Jan. An. 1635. (Verba sent. Ob wohl eurer Schwester/ von welcher obbemelte Erbfälle herrühren/ in ihres Mannes Gütern nebens dem stillschweigenden Unterpfand auch das jus prælationis zugestanden/ vermöge dessen sie allen andern auch den ältern hypothecariis, so kein ausdrücklich Unterpfand gehabt/ vorgezogen werden; Dieweil aber dennoch solch jus prælationis als ein privilegium personale allein auff ihre Kinder/ von denen aber weiter nicht auff die Großmutter/ und folgendes auff euch gebracht werden können/ ꝛc. So habt auch nunmehr weder ihr noch der Verstorbenen Schwester euch des juris prælationis zu erfreuen/ ꝛc.)

† Nec aliud dicendum existimaverim, si filiis duo- 6
bus matri suæ heredibus existentibus, unus postmodum decedat, qui portionem equidem suam bonorum maternorum dotalium in coheredem transfert, sed non jus prælationis maternum. † Ex quo 7
fit, ut filius superstes saltem quoad partem dimidiam bonorum maternorum creditoribus paternis præferatur, quippe quæ jure matris petit. † Reli- 8
quam verò dimidiam non aliter, quàm bona ex hereditate fratris sibi delata poscere valet, in quibus nullum jus prælationis ei competere, expeditum est.

Ita Domini in causâ Hansen Jeckens zu Dreßden Mens. Novembr. An. 1635 (Verba sent. So hat sich zwar euer Mündlein in dem jenigen Antheil / so es von seiner Mutter bekommen/ des juris prælationis zu gebrauchen fug/ in der brüderlichen Erbfoderung aber/ weil dergleichen Recht auff die seitwerts Linien nicht kan bracht werden / mag dasselbe obgedachten Gläubigern nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

Et in causa Creditorum Jacobi Spalteisens zu Leipzig/ Mens. Decemb. Anno 1636.

DEFI-

Definit. XCIX.

At jus tacitæ hypothecæ ſicuti extraneo cedi, ita etiam ad heredes quoscunque à muliere, ejusve liberis transmitti poteſt.

1 NEque ergo liberi, neque mater jus prælatio-
nis in dote ad heredes extraneos, aſcendentes
2 vel collaterales transmittunt, Defin. *96. & 99.* † Quod tamen de ſolo ac nudo prælationis privile-
3 gio, quo dos anterioribus etiam hypothecis tacitis præfertur, intellectum velim. † Cæteroquin jus tacitæ hypothecæ, quod mulier in dote habet, tam liberos matri ſuccedentes, quàm ipſam matrem poſt obitum ſuum ad extraneos etiam here-
4 des transmittere, ultrò perſpicuum eſt. † Ceſſante nimirum perſonalitatis ratione in jure hypothecæ,
5 quod reale eſt & ſemper bonis inhæret. † Quâ de causâ etiam jus hoc tacitæ hypothecæ per ceſſionem in quemvis tertium benè transfertur, Anton. Neguz. *de pign. part. 2. membr. 4. num. 30.* Johan. Schneidevvin. *ad §. fuerat. 29. inſtitut. de act. num. 49.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent. So hat auch nunmehr weder ihr noch der verſtorbenen Schweſter auch des juris prælationis zu erfreuen. Aber des bloſſen juris tacitæ hypothecæ, vermöge welches ihr allen andern Creditorn, ſo kein älter ſtillſchweigendes oder ausdrückliches Unterpfand/ noch beſſer Recht erlanget/ vorzuziehen/ ſeyd ihr gleichesfals zu gebrauchen wohl befugt. Allermaſſen auch daſſelbe von dem verſtorbenen Weibe / oder derer Kindern einem tertio mit Beſtande cediret und abgetreten werden können/ V. R. W.)

Definit. C.

Defuncto patre, liberi petere nequeunt legitimam paternam, priusquam viduæ de bonis illatis, vel portione ſtatutariâ ſatisfactum fuerit.

1 NOn ut in legitima materna, ita etiam paterna liberi novercæ vel matri ſunt præferendi; illam ſiquidem ex perſonâ matris petunt, adeoque ju-
2 re prælationis materno ipſis proſpectum eſt, *Supr.* Defin. *86.* † At ceſſat hæc ratio in legitima pater-
3 na, quam proprio jure quærunt. † Quare defuncto marito ante uxorem, non petere valent liberi legitimam paternam, priusquam novercæ vel matri, de bonis illatis dotalibus pariter, atque, paraphernalibus ſatisfactum fuerit, Dan. Moller. *ad* Conſt. Elect. *20. num. 42. part. 3.* Matth. Weſenb. *part. 1. conſil. 50. num. 23. & ſeq.* Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 3. num. 10. & 11.* Matth. Berlich. *part. 1. con.*
4 *cluſ. 27. num. 86.* † Non enim debetur legitima, quæ pars eſt bonorum *l. ſcimus 36. in pr. C. de inoff. teſtam.* ex bonis paternis; niſi deducto prius ære alieno, *l. ſubſignatum 39. §. 1. ff. de V. S. l. Papinia-*
5 *nus. 8. §. 4. ubi Dd. ff. de inoff. teſtam.* † Ergo & bonis ab uxore illatis, quæ tanquam æs alienum vidua ex hereditate mariti petit *arg. l.* Conſt. *28.* Dan. Moller. *dict. loc. num. 47.* Welenb. *in ſuppl. ad* Johan. Schneidevvin. *inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. in quarto ordin. ſucceſ. viri ſcilicet & uxor. n. 47.*
6 † Alia certè ratio non eſt portionis ſtatutariæ, hanc enim viduæ ex bonis mariti petenti liberos præferri, tantum abeſt, ut etiam in favorem novercæ vel matris, bona à patre adhuc vivo accepta conferre teneantur, † ad ſupplendam nimirum portionem ſtatu-
7 tariam, quæ viduæ ex omnibus & univerſis defuncti mariti bonis debetur, Conſtit. Elect. *20. p. 3.* §. Wo aber dieſe Dinge *verſ.* aus allen ihres verſtorbenen Mannes Gütern/ ꝛc. Vide quæ dixi *infra* 3. Conſt. Elect. *11. Defin. 26.*

Ita Domini in cauſa Michaël Haſelfels zu Luca Menſ. April, An. 1630. (Verba ſentent. Daß die Kinder aus ihres verſtorbenen Vaters Erbſchafft ehe und zuvor deſſelben Wittib ihres Einbringens oder der portionis ſtatutariæ, ſo ihr Vermöge Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution zuſtändig befriediget worden/ ihre gebührende väterliche Legitimam, und Antheil zu fordern nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. CI.

Ratione Legitimæ paternæ filii in bonis vitrici non præferuntur Viduæ, bona illata petenti.

1 CUm viduâ ad ſecunda vota tranſeunte, bona paterna filiis primi matrimonii debita, ad vitri-
cum fuiſſent translata, qui conjuge defunctâ aliam duxerat uxorem, mortuo vitrico, filii illi prioris matrimonii petebant legitimam paternam pariter atque maternam, & in utraque viduæ vitrici præferri volebant, quærebatur: *num petito ipſorum defe-*
rendum eſſet? † Sanè ratione legitimæ maternæ 2
omninò videbatur eis annuendum ex Conſtitutione Imp. Juſtiniani *in L. aſſiduis. 12. §. exceptis videlicet 2. C. qui potior in pign. Novell. 91. c. 1. ſupr.* Defin. 97. † At quoad legitimam paternam, in 3
bonis vitrici nullam ipſis competere prærogativam, quin potius viduam vitrici bona illata petentem eis præferendam pronunciarunt Domini, † propter 4
jus nempe tacitæ hypothecæ & prælationis, quo vidua munita erat, *dict. l. 12. C. qui potior in pignor.* † Nec enim filii ratione legitimæ paternæ ullum 5
jus prætendere poterant in bonis vitrici, juxta tradita Modeſt. Piſtor. *p. 1. quæſt. 4.* † Niſi forſan 6
vitricus pro tutore vel curatore ſe geſſiſſet, quo ipſo procul dubio bona ſua tacitè obligaſſet, Gloſſ. & Dd. *in l. pro officio 20. C. de adminiſtr. tutor.* Anton. Fab. *in Codic. l. 8. tit. 7. Defin. 2. num. 1.* † De quo 7
tamen cùm non apparebat, ullam filiis prærogativam aſſignari nulla ſvadebat ratio.

Ita Domini in cauſa Martini Fiſchers zu Altenburg Menſe April. Anno 1635. (Verba ſentent. Und es wollen die Stieff-Kinder ihres Vater- und Muttertheils aus des Stieff-Vatern Gütern befriediget ſeyn/ ꝛc. So werden ſie zwar ihres Muttertheils vor des Stieff-Vaters Wittben und ihrem Einbringen billich befriediget/ aber wegen des Vaterstheils mögen ſie derſelben nicht vorgezogen werden/ V. R. W.

Definit. CII.

Poſt dotem mulieris, Fiſcus præfertur hypothecariis omnibus poſterioribus.

1 MUlieri dotem repetenti ſuccedit fiſcus, qui in bonis ſui debitoris tacitam habet hypothecam, *l. certum eſt ejus. 2. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrab. 1. aufertur. 46. l. fiſcus 6. ff. de jur. fiſci.* † Cui conſequens eſt, eum non ſolùm Chirographariis, & perſonaliter privilegiatis antiquioribus, verum etiam hypothecariis poſterioribus præferendum,

3 dum, † jure nimirum tacitæ hypothecæ, *l. si pignus. 8. ff. qui potior. in pign. l. quodquis 34. ff. de reb. author. judic. posſid. l. quamvis. 2. C. de privil. fiſci ubi* 4 Jacob. Cujac. *in parat.* † Non etiam illis, qui hypothecam habent anteriorem ſive tacitam ſive expreſſam, *l. un. verſ. potuit ergo Curator. C. rem alien. gerent. non interd.* Ordin. proceſſ. judic. Elect. Sax. *tit.* 5 *43. §.* Desgleichen ob wohl der *Fiſcus.* † Nam qui prior eſt tempore inter æquales potior quoque eſt jure, *c. qui prior. 45. de* Reg *jur. in ſexto* Gloſſ. *in l. aſſiduus. 12. verb. licet anteriores, poſt med. verſ. Nam & privatus habens tacitam. C. qui pot. in pign.* Didac. Covarr. *lib. 1. var. reſolut. 16. num. 2.* Jacob. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 72. n. 12.* Anton. Neguz. *de pignor. part. 5. membr. 2. n. 42.* † Nec refert, an Princeps vel 6 civitas jure fiſci præferri velit, omnes enim indifferenter, qui jus fiſci ſibi competere docent, hujus jure 7 gaudebunt. † Videat tamen civitas ne quodcunque indifferenter debitum Magiſtratus inter debita fiſci referat, in quo multos errare novi, cùm fiſcus propriè dicatur pecunia ad conſervandam Rempublicam ſtatuta, vel ærarium Reipublicæ, quo reponitur pecunia pœnalis propter aliquod maleficium, vel ſimile quid præſtita, † veluti bona hereticorum, it. con- 8 trahentium inceſtas nuptias, & hereditas eorum, qui mortem defuncti jure non vendicant, referuntur ad fiſcum, *l. 1. ubi Dd. ff. de jur. fiſci.* † Et quando quis ſine herede moritur, in bonis vacantibus ſuccedit fiſcus, *l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. lib. 10. art. 28. hb.* 1. Landr.

Ita Domini in cauſa Creditorum Andræ Jahrens zu Mucheln Menſ. Decembr. Anno 1633. (Verba ſententiæ: Zum andern wird bezahlet dem Rath und der Commun 300. fl. wofern ſie deſſen fiſco zuſtändig/ und der Kirchen zu Zobigker 22. fl. 18. gr. als hypothecarien, jedoch in der Ordnung wie ſie ihr Unterpfand nach einander erlangt/ etc.)

Et in cauſa Juſtinen/ Chriſtoff Mühlhäuſers Wittben zu Bernburg. Menſ. Mart. Anno 1604.

Definit. CIII.

Præfertur tamen Fiſcus etiam anterioribus hypothecariis ſive expreſſis ſive tacitis, in bonis poſtea quæſitis.

1 AT hâc ratione, inquies, nullum præ aliis hypothecariis fiſco conceſſum erit privilegium. Quis enim neſcit, inter hypothecarios expreſſos pariter, atque tacitos, antiquiorem tempore poſterioribus præferri, *l. ſi pignus 8. l. ſi & jure. 10. l. potior. 11. l. creditor qui prior 12 ff. qui potior. in pign. l. ſi decreto 2. l. aſſiduus 12. C. eod. tit. b.* Conſt. 28. §. nach letztberührten Schulden *verſ.* unter welchen. adeoque fiſcus ſolâ hypothecâ tacitâ erit contentus. 2 † Neutiquam ſanè, ſed præter tacitam hypothecam id porrò juris fiſco indultum eſt, ut in bonis ſaltem poſteà acquiſitis, Creditoribus priorem tacitam vel expreſſam, ſpecialem vel generalem habentibus præferatur, per text. *in l. ſi qui mihi 28. ff. de jur. fiſci.* Ordinat. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 43. §.* desgleichen ob wol. *verſ* ſondern auch in denen Gütern. Jacob. Cujac. *lib. 10. obſervat. 22. in med.* Didac. Covarr. *lib. 1. var. reſolut. 16. n. 2.* Anton. Neguz. *de pignor. part. 2. membr. 4. n. 113.* Nic. Everh. 3 *in loc. à fiſco ad dotem 62. n. 3.* † Negotium tamen faceſſere videtur Scævola, contrarium reſpondens *in l. ult. ff. qui pot. in pignor.* in cujus textus enodatione multum laborat Accurſ. intelligit nimirum *primò* ibidem bona quæſita poſt primam obligationem, antequam cum fiſco contractum eſſet, ubi certè nulla apparet ratio dubitandi, † & rectè Anton. Fab. *lib. 2. conject. 10.* exiſtimat. Scævolam aliquid magis dubitabile tractaſſe. † Nec melior eſt *tertia* Accurſii explicatio, ut omninò Titium antea cum fiſco, quàm cum Seja contraxiſſe intelligamus. † *Inter-media* ejusdem conciliatio tolerabilior & fortaſſis vera eſt, quod *in dict. l. ult.* fiſcus concurrat cum eo, qui & anterior tempore eſt, & inſuper ſpeciali privilegio ſubnixus, puta pupillus, quod & quodammodò placet Connan. *comm. 17. n. 7. & 8.* ubi ſpeciale hoc eſſe, ait, in hypothecâ legali tacitâ, ut quæcunque poſt initum contractum debitor acquirit, ea priorita- tis quoddam jure ſint obligata, videlicet, quod lex potentius operetur, quàm privatorum conventio, † Quamvis & contra hanc Accurſii conciliationem 7 multum inſurgat & anxiè laboret Ant. Fab. *dict. c.* 10. † Planè, quando dubitatur, an res ſint quæſitæ poſt 8 contractam hypothecam vel non, is debet probare qui agit, ſive dicat prioritatem, ſive poſterioritatem. † Ergo ſi creditor agat contra fiſcum, debet 9 probare, acquiſitionem eſſe factam ante hypothecam; † Si verò fiſcus agat contra Creditorem ante- 10 riorem, probare tenetur, acquiſitionem eſſe poſtea factam. Anton. Neguz. *de pign. part. 5. membr. 2. n. 43.*

Ita Domini in cauſa Annen-Marien/ Martin Hirſchfeldens Eheweibes zu Eißleben M. Decemb. Anno 1630. (Verba ſentent: So wird Inhalts ſolches rechtlichen Erkäntnüß/ der fiſcus von des Schuldeners Gütern befriediget/ jedoch aber werden vor allen Dingen von denſelben die andern Gläubiger/ ſo ein älter dingliches Recht erlanget/ allein in denen Gütern/ ſo zuvor allbereit vorhanden geweſen/ vor dem fiſco bezahlet/ etc.

Definit. CIV.

Ceſſat jus prælationis Fiſci in pœnis fiſcalibus, quarum ratione ſolam habet tacitam hypothecam, à tempore condemnationis.

1 ATtamen privilegium hoc fiſci, qui in bonis poſtea quæſitis, anterioribus etiam hypothecariis præfertur, neutiquam trahendum eſt ad pœnas fiſcales, *l. un. C. pœn. fiſcalib. Cred. præf.* Ordinat. Proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 43.* §. desgleichen ob wohl *verſ.* So hat doch ſolches *jus prælationis* in den verwirckten Straffen nicht ſtatt. † Nihilominus ha- 2 rum ratione, fiſco competit jus tacitæ hypothecæ, ex quo ſaltem poſterioribus hypothecariis ſive expreſſis ſive tacitis, præfertur, propter generalitatem text. *in l. aufertur. 46. §. fiſcus 3. ff. de jur. fiſci* Gloſſ. *in dict. l. un. C. pœn. fiſcal. credit.* † Quod jus hypo- 3 thecæ incipit à tempore latæ ſententiæ & condemnationis, Jul. Clar. *l. 5. ſent. §. ult. quæſt. 78. n. ult.* Anton. Neguz. *de pignor. part. 2. membr. 4. n. 115.* veluti etiam dilertè ſancitum ab Illuſtriſſimo Saxon. 4 Electore *in dict. tit. 43. §.* desgleichen *verſ.* Sondern es muß ſich der *fiſcus.*

Ita Domini in causâ Chriſtophori Löſeners zum Sathayn/ Menſ. Febr. Anno 1630. (Verba ſentent. So iſt der von Mergenthal die ihme zuerkante Straffe und Unkoſten/ in Mangelung güttlicher Entrichtung/ durch die Hülffe einzubringen wol befugt. Es wäre denn daß des Schuldeners ſämptliche Güter eher zuvor unterpfändlichen verſchrieben/ und ihr ein älter und beſſer Recht darauff erlanget/ auf den Fall möchte euch vorgedachter Hülffs-Actus zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ V. R. W.)

Defi-

Definit. CV.

Qui ad refectionem vel conſervationem domus, vel alterius rei pecuniam mutuò dedit, præfertur hypothecariis, etiam anterioribus expreſſis.

1 PRæter hypothecam tacitam, jus etiam prælationis habet ex perſonali privilegio, qui ad ædificationem, refectionem, reparationem & conſervationem domus, alteriuſvè rei mutuò dedit pecuniam, ex quo omnibus creditoribus etiam hypothecam anteriorem expreſſam habentibus præfertur, *l. 1. ff. in quib. cauſ. pig. vel hypoth. tacit. contr. l. interdum 5. ff. qui potior. in pign. Nov. 97. cap.* 3. Ordin. proc. judic. Elect. Saxon. *tit.* 43. §. Wann auch einer

2 † Nempè, quia pecunia Creditoris ſalvam fecit totius pignoris cauſam, *l. 5. & l. 6. ff. qui pot. in pignor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 7. defin. 10. num. 1.*

3 † Cui conſequens, denegari hoc privilegium Creditori, ſi res refecta amplius non extet, *dict. l. 5. & 6.* Zaſ. *in l. Creditor. 25. ff. de reb. cred.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 12. num. 4.* Johan. Mich. Beuth. *de jur. prælat. part. 1. cap. 20. pag. mihi 35.* † Planè, non obeſt

4 hoc privilegium ei, qui etiam privilegium perſonale habet: Quod ſi pingvius & fortius eſt, quin præferendum, vix dubitare licet. † Quare ex refectione

5 domus alteriusve rei, Creditor prælationis jure non utitur adverſus impenſas funebres, *dict. tit. 43.* §. Wann auch einer *in fin.*

Ita Domini in cauſa Michaël Schaffhirtens Gläubiger zu Dreßden/ Menſ. Auguſt. Anno 1631. (Verba ſent. Zum andern wird bezahlet vor andern auch ältern hypothec D. Alexander Faber wegen 80. Rthl. ſo er zu Verbeſſerung der Pappier-Mühlen dargeliehen/ ꝛc.)

Er in cauſa Jacobi Böhmens zur Neuſtadt/ Menſ. Febr. Anno 1635.

Definit. CVI.

Modò ad conſervationem pecunia nominatim mutuo data, ex eaq; res refecta probetur.

1 NUnquam tamen mutuò danti pecuniam ad refectionem domus vel alterius rei conceditur privilegium prælationis, ſi non ſpecialiter & expreſsè in eum finem contraxerit, ex eâque pecunia

2 res refecta & conſervata fuerit. † Nimirum, duo conjunctim requiruntur ad hoc, ut locum habeat

3 privilegium id prælationis 1. † Ut ſpecialiter & nominatim ſit data pecunia ad refectionem vel conſervationem rei. Non enim ſimpliciter credita pecunia gaudet aliquâ in concurſu Creditorum prærogativâ, etiamſi debitor eam ad rei refectionem impendiſſet, *l. procuratoris. 5. §. plane. 17. ff. de tribut. action.* Ordinat. proc. judic. Elector. Saxon. *tit. 43.* §. Wann auch einer *verſ.* auch daß es zu dem Ende geſchehen. Anton. Neguz. *de pignor. part. 5. membr. 2. num. 15.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 12. num. 4.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 65. n. 113. 2.*

4 † Ut ex illâ pecuniâ domus reverâ probetur refecta, non etiam ſi in alium uſum ea fuerit converſa, Andr. Gail. *dict. loc.* † Nec difficilis hujus rei eſt

5 probatio: Sufficit enim, ſi per teſtes fieri nequeat, per conjecturas ſaltem id demonſtrari, puta, ut Creditor doceat, ædes forſan reparatione indiguiſſe & poſtea fuiſſe refectas, *l. Lucius Titius. 7. poſt pr. ff. de exercit. act. dict. tit. 43.* §. Wann auch einer/ *verſ.* und erweißlich wäre/ Matth. Berlich. *dict. concl. 65. n. 135.* Joh. Köppen. *deciſ. 28. n. 35.*

Ita Domini in cauſa Mariæ Renfelds zu Voigtsberg/ Menſ. Decembr. Anno 1628. (Verba ſent. Ob wohl Martin Schuſter zu Beſſerung ſeines Hauſes von euch 37. fl. erborget/ deßwegen ihr allen Gläubiger/ auch den jenigen/ ſo ältere hypothecen auff ſelbigen Hauſe erlanget/ vorzugehen gemeynet ſeyd; Da aber dennoch/ daß ſolches Darlehen zu dem Ende von euch geſchehen/ in der Obligation ausdrücklichen nicht gemeldet würde/ oder aber von demſelben Gelde das Hauß in Warheit nicht gebeſſert worden wäre/ dafür ſichs aus eurer Frage anſehen läſſet/ ꝛc. So hättet ihr euch auch einiges Vorzugs vor andern Gläubigern nicht zu erfreuen/ V. R. W.)

Definit. CVII.

Qui ad emendam domum, aliamvè rem pecuniam mutuò dat, non aliter prælationis privilegium conſequitur, quàm ſi expreſsè ſibi de hypotheca in illâ re proſpexerit.

COntroverti ſolet an Creditori ad domum, prædium, res aliasve emendas, pecuniam mutuanti, eo ipſo emptæ res jure tacitæ hypothecæ obnoxiæ reddantur? † Quod poſt Gloſſ. *in l. quod quis. 34. verb. venditam, & in Auth. quo jure verb. perſonali C. qui pot. in pignor.* affirmat Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. tit. 27. obſerv. 8. num. 15.* † Idque ſi verum eſt, ſuperflua omninò cenſetur hypothecæ expreſſa conſtitutio in re pecuniâ Creditoris emptâ, cum per ſolam rei emptionem ipſi ſatis conſultum ſit; † Ac certè fundamento non deſtituitur hæc Gloſſæ opinio: Etenim ſi ad refectionem domus dans mutuò pecuniam, eo ipſo præ aliis creditoribus, expreſſam quoque hypothecam habentibus, privilegiatus eſt, ſi modò in cauſam eam ſit converſa pecunia, ut dixi Defin. *præced.* æqvum omninò videtur, † idem prælationis privilegium indulgeri multò magis ei, qui ad emptionem prædii vel alterius rei credidit pecuniam. † Verùm, diverſa eſt horum Creditorum ratio, ſiquidem ad refectionem domus mutuò data pecunia propterea eſt privilegiata, quod ſalvam fecerit totius pignoris cauſam, *l. 6. ff. qui potior. in pignor.* † quodque interſit Reipublicæ, ſarta tectaque & non ruinoſa eſſe ædificia, ne urbis aſpectus deformetur, *l. 1. & tot. tit. ff. de tig. junct. l. cætera 41. ff. de legat. 1. l. præſ. 7. ff. de offic. præſid. l. 2. C. de ædific. privat.* † quæ rationes in credente pecuniam ad emptionem domus locum non habent, Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 8. defin. 10.* Hartman. Piſtor. *part. 3. quæſt. 3. num. 7.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 6. num. 18.* † Et licet nulla diſparitatis ratio reddi poſſet in mutuante, tamen ad comparationem novæ domus autoritas legis deeſſet, quæ ſola privilegium prælationis tribuit, ut benè advertit Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 5. num. 21.* Nequaquam ergò concedendum eſt, † Creditori jus taciti pignoris competere ex eo ſolo, quod ad emendam rem, pecuniam mutuò dederit, ſi non etiam verbis expreſſis de hypothecâ ſibi proſpexerit, per text. *in l. quamvis. 17. C. de pignor. l. licet iisdem. 7. C. qui*

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

C. qui pot. in pignor. l. 5. §. 7. ff. de tribut. action. Auth. quo jure C. qui potior. in pignor. Nov. 136. cap. 3.

11 † Ex quibus textibus luculenter apparet, Creditorem *ad* emptionem rei pecuniam mutuò dantem, sibique de hypotheca expresè prospicientem ita privilegiatum esse, ut reliquis etiam Creditoribus hypothecam anteriorem tacitam sive expressam habentibus præferatur, perinde ac is, qui ad refectionem domus vel alterius rei pecuniam mutuò dedit,

12 *Supr.* Defin. *105.* † Veluti quoque expresè sanctum ab Illustrissimo Saxone, *in* Ordin. process. judic. *tit. 43.* §. Also wann einer. Dan. Moller. *hic num. 73.* Joh. Sichard. *in l. licet. 7. C. qui potior. in pign.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 65. n. 144.* Hart. Pistor. *dict. part. 3. quæst. 15. per tot.* Joh. Köppen. *decis. 39. num.* 45. Anton. Neguz. *de pign. part. 5. membr. 2. n. 17. & seqq.* Andr. Rauchb. *dict. quæst.* 5. ubi ad contraria respondet.

Ita Domini in causâ Viduæ & heredum M. Sigismundi Steffans zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1634. (Verba sent. Hat euer Ehemann und Vater seinem Bruder zur Erkauffung seines Hauses 470. Rthl. geliehen und vorgestrecket. Dafern nun der Schuldener in seiner Verschreibung bekandt / daß berührte Gelder zur Erkauffung seines Hauses angewendet/ und dasselbe dagegen gedachten eurem Ehemann und Vater zum Unterpfand ausdrücklichen verschrieben und eingesetzt worden. Auff den Fall werden euch berührte 470. Rthl. von dem davor erkauften Hause vor andern Gläubigern/ wann sie auch gleich in des Schuldeners Gütern ein älter Unterpfand erlanget/ billich bezahlet/ und dieselben haben sich dawieder damit/ daß die Hypothec nicht gerichtlichen / noch anderer Gestalt / als durch des Schuldners Bekäntnüs bestellet / beständiger Weise nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Et in causâ Justinen/ Christoff Mühlhausens Wittben zu Bernburg/ Mens. Mart. Anno 1604.

Definit. CVIII.

Non consequitur privilegium prælationis, qui post factam demum emptionem pecuniam ad exsolutionem pretii mutuò dat emptori, ut maximè de hypothecâ sibi prospiciat.

1 NOn aliter itaque dans mutuò pecuniam ad emptionem domus vel prædii, privilegium prælationis consequitur, quàm si de hypothecâ in re emptâ sibi expresè prospexerit, Definit. *præced.*

2 † At neque id sufficere existimaverim, nisi etiam

3 ipsam emptionem-venditionem mutuum ac constitutio hypothecæ præcesserit. † Etenim si quis post contractam jam emptionem pecuniam det emptori, quo pretium exsolvere queat, neutiquam gaudet prælationis jure, ut maximè verbis expressis hypothecam acquisiverit, veluti apparet ex verbis Illustrissimi Elector. Saxon. *in* Ordinat. process. judic. *tit. 43.* §. Als wann einer *vers.* zur Erkauffung eines Hauses oder andern Guts. Nimirum duo præcisè requiruntur ad hoc, ut privilegium prælationis competat ei, qui ad emendum prædium pe-

4 cuniam mutuò dedit, † 1. Expressa hypothecæ

5 acquisitio, Defin. *præc.* 2. Et † ut præcedat hypothecæ constitutio ipsam emptionem domus vel prædii; Ne forsan Creditori hypothecam anteriorem generalem habenti in momento traditionis post perfectam emptionem, prædium illud jure

6 pignoris obligetur, † cui posterior conventio, præjudicare non poterit, siquidem prior tempore potior quoque est jure, *c. qui prior. 54. de reg. jur. in 6to.*

Ita Domini in causa Herman Zangers zu Utten-Hausen Mens. Martio Anno 1635. (Verba sent. Dieweil aber dennoch aus beygefügter Obligation nicht zu befinden/ daß ihr zu Erkauffung der Gütere dem Schuldener das Darlehen gethan / noch auch so bald darbey euch ein Unterpfand ausdrücklichen bedinget/ welches beydes gleichwohl zu Erlangung obgedachtes Rechtens von nöthen / sondern es ist vielmehr aus bemeldter Obligation abzunehmen/ daß der Schuldener selbige Gütere zuvor allbereit erkaufft/ und nachmahls allererst zu dero Bezahlung das Geld von euch erborget und auffgenommen ꝛc. So habt ihr euch auch / auff mehrbemeldten Gütern eines dinglichen Rechtens/ und juris prælationis nicht anzumassen/ u.)

Definit. CIX.

Pupillus tamen & minor rem suâ pecuniâ emptam jure pignoris obligatam habet, etiamsi de hypothecâ sibi expresè non prospexerit.

ETsi Creditori, qui ad domum aliamve rem e- 1
mendam pecuniam mutuò dedit, nec jus prælationis nec hypothecæ competat, si in re illâ sibi pignus nominatim non acquisiverit, *Supr.* Definit. *107.* Attamen singulari jure cautum est, † quod 2
pupilli, minores, milites, mulieres, in rebus pecuniâ suâ coëmptis absque hypothecæ constitutione expressâ, pignoris vel potius domini jus habeant, *l. idemq; 7. ff. qui potior. in pignor. l. 3. ff. de reb. eor. qui sub tutela vel curâ. l. 2. quando ex facto tutor. l. si (ut proponis) 8. C. de R V. l. uxor. 55. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. res quæ. 54. ff. de jur. dot. l. ex pecuniâ. 12. C. eod. tit.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 5. num. 7.* Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 15. num. 12. & 13.* Anton. Neguz. *de pignor. part. 2. memb. 4. n. 163.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 65. n. 145. & multis seqq.*
† An ergò rem pecuniâ pupilli comparatam non 3
esse pupilli jure dominii, asseremus cum Ant. Fabr. *libr. 5. conject. 9.* contra *l. 2. l. 8. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel curâ. l. 3. C. arbitr. tutelæ.* † Quoniam 4
(scilicet res propria non potest eidem esse pignori obligata, *l. 45. ff. de reg. jur.* † Sed utrum- 5
que concurrere dicimus sub electione, ut pupillo vel vindicatio, vel pignoris persecutio detur, veluti post alios statuit Salycet. *in l. si (ut proponis) 8. C. de R. V.* Simon. Ulr. Pistor. *in not. ad* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 7. lit. C.* † Putaverim etiam interesse, an res pecuniâ pupilli comparetur ab ipso tu- 6
tore, an ab alio, ut hoc casu non nisi pignus in re, illo etiam dominium & utilis vindicatio pupillo acquiratur, *l. 2. C. si quando ex facto tutor.* Bartol. Salyc. & Johan. Sich. *in dict. l. 8. C. de R. V.* † *Vid.* 7
infr. part. 2. Constit. Elect. *11. defin. 20.* Quamvis nec absurdè quis dixerit, concurrere aliquando jus pignoris cum dominio, Lege nempe ita disponente, quod & in casu rei legatæ & dominii civiliter quæsiti plerique Dd. admittunt in casu *l. 1. C. comm. de legat.*

Ita Domini in causa Nicolai à VValvvitz Mens. Octobr. Anno 1621. (Verba sentent. Hat euer Bruder und Vormund Bastian von Walwitz in eurer Unmündigkeit von eurem Gelde/ Gottfried Wildgruben zu Pirna etliche 100. Thaler als Unmündigen Kindesgeld zu Erkauffung seines Gasthoffes geliehen/ und vorgestreckt/ welches auch der Debitor in seiner Obligation also bekandt und gestanden / ob nun gleich ein ander Creditor, so zu des Schuldners Gütern nachmahls

arrest

arreſt geſuchet/ euch vorzugehen gemeinet/ dieweil aber dennoch eure Gelder als pecunia pupillaris, davon der Gaſthoff erkaufft worden/ in Rechten jure tacitæ hypothecæ, zuvor darauff gehafftet/ und ihr alſo vor den andern Creditorn ein älter Recht erlanget/ ꝛc. So werdet ihr auch demſelben in der Zahlung billich vorgezogē/ ꝛc.

CLASSIS TERTIA.

In quâ veniunt Creditores, qui ex hypothecâ tacitâ ſive expreſsâ areſto vel immiſsione judiciali jus reale conſecuti fuêre.

DEFINIT. CX.

Inter hypothecarios, areſtantes vel judicialiter in bona debitoris immiſſos Creditores, qui prior tempore, potior quoq; eſt jure & reliquis præfertur.

1 IN claſſe hâc tertiâ ponuntur Creditores ii, qui jus reale in bonis debitoris conſecuti fuêre, vel 1. ex hypothecâ tacitâ ſive legali. 2. vel hypothecâ expreſsâ, utriusque nempe, Creditoris & debitoris conventione conſtitutâ. 3. aut immiſſione judiciali in bona debitoris. 4. vel denique ex areſto. Quem ordinem obſervat Ordin. proceſſ. judic, Elect. Saxon. *tit. 44.* 2 † Nimirum, hi indifferenter omnes jure nituntur æquali in bonis debitoris ſibi competenti. *h.* Conſtit. *28.* §. Nach ietzt berührten Schulden / *ubi* Dan. Moll. *num. 29. & ſeq.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de privil. Credit. num. 9. in med.* 3 † Ergò ſi invicem concurrant, præferendus erit reliquis, qui primò jus reale fuerit conſecutus, ſive per hypothecam tacitam aut expreſſam, ſive per immiſsionem aut areſtum. † Nam inter pares, qui prior 4 eſt tempore, potior quoque eſt jure, *c. qui prior. 54. de Reg. jur. in 6to. l. qui generaliter. 2. l. ſi pignus. 8. l. 10. l. 11. & l. 12. ff. qui potior. in pignor. l. 2. l. 4. &* 5 *l. 12. C. eod. tit.* † Ac licet *h.* Conſt. *28.* hypothecarios præferat Creditoribus ex decreto judiciali immiſſis & arreſtantibus, §. ferner ſollen nach denen; attamen ab Illuſtriſſimo Electore id poſtea correctum, & ad paritatem ac æqualitatem juris realis expreſsè fuit reductum in Ordin. proceſſ. judic. 6 *dict. tit. 44.* §. Alle dieſe Gläubigere † ut ſic in foro Saxonico de prioritate horum Creditorum, hodie non amplius dubitare liceat, Hartman. Piſtor. *obſervation. 64.* Johan. Köppen. *deciſ. 28. num. 6.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 25. num. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 66. num. 2.*

Ita Domini in cauſâ D. Johannis Steinmetzens Gläubiger zu Leipzig/ Menſe Majo, Anno 1617.

Item in cauſa Matthæi Pintzbachs Gläubiger / Menſe Auguſt. Anno 1620.

In cauſa der Beuteriſchen Gläubiger / Menſe Septembr. Anno 1620.

In cauſa der Knoblochiſchen Gläubiger/ Menſe Majo, Anno 1623.

Et in cauſa Petri Antonii Dreſels Gläubiger/ Menſe Majo, Anno 1626.

DEFINIT. CXI.

Pro ratâ autem ſimul admittuntur hi Creditores, ſi uno eodemq; momento impetraverint jus reale in bonis debitoris, vel quis prior fuerit, ſciri nequeat.

IN tantum verò temporis prærogativa conſideratur in concurſu Creditorum, qui vel per hypothecam, vel per immiſſionem aut areſtum, jus reale in bonis debitoris impetrârunt, ut etiam is, qui in unâ tantum horâ vel horæ puncto prior fuerit, alteri præferatur, *arg. l. Titius 25. §. Lucius Titius. 1. ff. de lib. & poſth.* Dan. Moll. *hîc num 64. & lib. 3. Semeſtr. 44. num. 12.* Andr. Gail. *lib 2. obſervat. 25. num. 3* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 128. n. 32. & ſeqq.* † At quid ſi uno eodemque momento plures hypothecam acceperint, vel areſtârint, aut immiſſi fuerint? † vel etiam ſi liquidè ſciri ac probari nequeat, quis prior fuerit? † Etſi de jure civili melior forſan hoc caſu ſit conditio Creditoris pignus poſſidentis; *l. ſi debitor. 10. ff. de pignor. l. ſi quis à multis. 14. ff. de noxal. action.* Anton. Neguz. *de pignor. part. 5. membr. 2. num. 31.* † Attamen in foro Saxonico, omnes qui tempore eodem pignus aeceperunt, ſi de prioritate eorum conſtare nequeat, pro rata ſui debiti ſimul admittuntur, *h.* Conſt. *28.* §. nach ietzt berührten. *verſ.* und da zwo Verpfändungen. *ubi* Dan. Moll. *num. 6.* Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 44.* §. da auch ihrer zween.

1 2 3 4 5

Ita Domini in cauſa Petri Antonii Dreſels Gläubiger ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſe Maj. Anno 1626 (Verba ſententiæ: Zum andern werden zugleich bezahlet Johann de Famaars von Franckfurt 1040. Reichthaler und Abraham de Brah von Nürnberg 5427. fl. 14. gr. Weil ſolche in einem Tage ihr Unterpfand erlanget/ und man nicht wiſſen kan/ welcher der erſte geweſen: Da auch dieſe nicht vollſtändig befriediget werden könten/ iſt ein jeder an ſeiner Forderung pro rata etwas ſchwinden zu laſſen ſchuldig.)

Et in cauſa Creditorum Abrahami Reſens zu Annebergk Menſe Novembr. Anno 1365. (Verba ſententiæ: Jedoch/ daß dieſe drey Gläubigere/ weil ihre Verſicherungen alle auff einen Tag geſchehen/ und man keine Gewißheit haben kan/ welcher dieſelbe zu erſt erlanget/ pro rata ihrer Forderungen zugelaſſen werden/ ꝛc.)

DEFINIT. CXII.

Poſterior hypothecarius arripiens poſſeſſionem hypothecæ non præjudicat per id hypothecario anteriori.

IN pignore vel hypothecâ conſtituendâ ipſum conventionis, non traditionis tempus inſpiciendum eſt, & propterea is, cum quo de pignore prius conventum fuit, absque traditione, præferendus eſt illi, cui poſtea res pignori tradita eſt, *l. Creditor. 12. §. ult. ff. qui pot. in pign.* † Etſi enim juris civilis ratione inſpectâ, re tantummodò pignus contrahatur, ac propterea traditio rei ut interveniat neceſſe ſit, *l. 1. §. creditor. 6. ff. de O. & A. §. ult. Inſt. quib. mod. re contr. obligat* † attamen ex jure prætorio ſolâ etiam conventione pignus conſtituitur, & ex pacto pignoris actio datur, *l. ſi tibi 17. §. 2. ff. de pact. l. 1. ff. de pign. action.* quæ hypothe-

1 2

ca propriè dicitur, prout pluribus demonſtrat Hartman. Piſtor. *part. 3. quæſt.* 14. *num. 3. & 4.* † Con-
4 ſequens huic eſt, ſi ſecundus vel poſterior Creditor rem alii prius hypothecatam poſſideat, vel eximmiſſione aut arreſto poſſeſſionem nactus fuerit, per id primo Creditori nullatenus præjudicari, *dict. l. Creditor.* 12, §. *ult. ff. qui pot. in pignor.* Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit.* 44. §. Und das hat auch
5 ſtatt. † Sed nonne beneficio ſaltem excuſſionis poſteriori Creditori, cui res tradita fuit, proſpectum erit, ita ut primus Creditor pignus poſſeſſori auferre nequeat, antequam alia debitoris bona fuerint ex-
6 cuſſa? † ita quidem ſentit Dion. Gothofr. *in Novell.* 112. *cap. 1.* §. *hoc autem præcipimus lit. F. verſ. quid ſi generalis Creditor.* † Sed rectius hoc negat
7 Hart. Piſt. *part. 3. quæſt.* 12. *n.* 12. Nempe, quod excuſſio tum demum ſit neceſſaria, quando tertius quiſpiam poſſidet pignus nomine proprio: Atqui poſterior Creditor, qui nactus eſt poſſeſſionem pignoris, debitoris nomine eam tenet, *l. pignori.* 13. *ff. de uſu cap. l. qui pignoris.* 36. *ff. de acquir. poſſeſſ.* at-
8 que locum ipſius obtinet, *l. cum notiſſimi.* 7. §. *ſed. cum illud.* 2. *C. de præſcript.* 30. *annor.* † Ita ut quod Creditor agit in pignore, pro eo habeatur, ac ſi Debitor id per Procuratorem egiſſet, *l. ſi pignori.* 29. *ff. fam. erciſc.* ut proinde ſicut ipſemet debitor, ita etiam Creditor poſſidens, beneficio excuſſionis ſe tu-
9 eri nequeat. Hart. Piſt. *dict. loc.* † veluti etiam hoc placuit Illuſtriſſimo Domino Electori *in dict. tit.* 44. §. Und das hat auch. *verſ.* dann ob wohl ſonſten/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa Melchior Helleborn zu Wuſtenſe/ Menſ. Nov. Anno 1621. (Verba ſent. Habt ihr Hanſen Mahnern 100. fl. geliehen und vorgeſtrecket/ wogegen er einen Acker Wieſewachs unterpfändlichen verſchrieben: Ob er nun wol hernach ſolchen Acker gleichfals einem andern gegen einem gewiſſen Darlehen unterpfändlichen abgetreten und demſelben die Poſſeſs des Ackers eingeraumet/ ꝛc/ So mag doch euch an eurem ältern Unterpfande daſſelbe nicht nachtheilig ſeyn/ ſondern ihr ſeyd euch des Ackers/unangeſehen der debitor noch zur Zeit nicht excutirt, gebührender weiſe anzumaſſen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. CXIII.

Ratione bonorum adventitiorum, quæ pater tutorio nomine adminiſtravit, competit liberis tacita hypotheca in bonis paternis.

1 EX ſolâ legis vel ſtatuti diſpoſitione tacita hypotheca alicui tribuitur, quæ & propterea legalis dicitur, Anton. Neguz. *de pignor. part.* 2. *membro.* 4. *num.* 1, ubi ergò ſanctio juris ceſſat, ibi quoque jus tacitæ hypothecæ non inducendum eſt, nec quod certis tantummodò caſibus, certoque modo per diſpoſitionem juris expreſſam introductum, id ad alios caſus extendere licet, ut pulchrè docet Ant.
2 Fab. *de Error. pragmat. decad.* 1. *Ercor.* 1. † Caſus igitur, quibus tacitæ hypothecæ jus Creditoribus indultum, ſi ſcire aveas, ad diſpoſitionem juris
3 recurras neceſſe eſt. † Quos tamen poſt alios congeſſit Matth. Berlich, *part.* 1. *concl.* 67. eosque majori ex parte tractavi *infr. part.* 2. Conſt. Elect. 24. & 25. ubi etiam reperies, quando in bonis feudalibus locum habeat tacita hypotheca. † In bonis
4 certè patris liberos ratione bonorum adventitiorum jus tacitæ hypothecæ prætendere poſſe expeditum eſt, *l. cum oportet.* 6. §. *ult. C. de bon. quæ lib.* Matth. Weſ. *in parat. ff. in quib. cauſ. pign. vel. hypoth. tacit. contr. num.* 4. Anton. Neguz. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 13. † Quod tamen Juſti- 5
nianus Imp: in *dict. l.* 6. §. *ult.* ad bona materna reſtringit, in quibus pater uſumfructum habet, ut dixi infra *part.* 2. Conſt. Elect. 24. *defin.* 17. † An 4
ergò ratione reliquorum adventitiorum bonorum jus tacitæ hypothecæ liberis in bonis paternis erit denegandum? Non certè, ſi parens bona adventitia tutorio nomine adminiſtraverit, quod ſemper in dubio feciſſe præſumitur, *l. pro officio.* 20. *C. de adminiſtr. tut. vid. infr. dict.* Conſt. Elect. 24. *defin.* 14. *& 18.* † Quod & probat Illuſtriſſimus Saxo in 7
Ordin. proceſſ. jud. *tit.* 45. *in pr.* deßgleichen die Kinder in ihres Vatern und die Mündlein in ihrer Vormunden Vermögen/ wegen ihrer Güter/ ſo ſie *adminiſtriren.*

Ita Domini in cauſa Caſpar Reinholds zu Reichenbach/ Menſ. Jun. Anno 1634. (Verba ſent. Hat Hans Ackermann in einem gerichtlichen Teſtament ſeines Bruders Caſpar Ackermanns Kindern/ derer eins ihr nachmals geehliget/ zur Helffte zu Erben eingeſetzet/ worauff als der teſtator Todes verfahren/ hat gedachter Caſpar Ackermann ſeiner Kinder Antheil und erlangete Erbſchafft zu ſich genommen/ und biß an ſein Ende bey ſich behalten und adminiſtriret. Als er aber auch Todes verfahren/ hat ſich zu ſeiner Verlaſſenſchafft ein Concurſus Creditorum ereignet/ ꝛc. So werden eurem Eheweibe/ unangeſehen ſie ihres Vatern Erbin worden/ beydes die Mobilia und Immobilia, ſo ſie von ihrem Vater ererbet/ und noch würcklichen vorhanden/ volſtändig/ und ohne Abbruch ausgeantwortet/ des jenigen aber/ ſo von ihrem Vater veräuſert und verthan worden/ wird ſie der Æſtimation nach vermöge ihres erlangten juris tacitæ hypothecæ vor allen andern Gläubigern/ ſo kein ältere Verpfändung/ oder ander dingliches Recht erlanget/ billich befriediget/ V. R. W.)

Definit. XCIV.

Jus tacitæ hypothecæ, quod pupillis in bonis tutoris competit, incipit à die ſuſceptæ vel confirmatæ tutelæ.

PUpillis quoque in bonis tutorum jus tacitæ hy- 1
pothecæ competere, extra dubium eſt, *l. pro officio.* 20. *C. de adminiſtr. tutor.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. in quib. cauſ. pign. vel. hypoth. tac. contr. num.* 4. Anton. Neguz. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 6. † At, quo tempore incipiet hoc caſu 2
tacita hypotheca? Non ab eo tantum die, quo rationes redditæ & reliqua explicata ſunt. Anton. Fab. *in Codic. lib.* 8. *tit.* 7. *defin.* 1. *num.* 2. † Nec 3
rurſum à tempore cœptæ adminiſtrationis, cùm tutor non minus teneatur de neglectis, quàm de malè geſtis, *l.* 1. *& tot. tit. C. ſi tutor. vel curat. non geſſ.* † Sed ab ipſo ſuſcepti officii die vel confirmatæ tu- 4
telæ, *dict. l. pro officio.* 20. *C. de admin. tutor.* † Quod & diſerte approbavit Illuſtriſſimus Saxon. 5
Elector. in Ordin. proceſſ. judic. *tit.* 35. §. ob auch wohl. † Plane, ſi quis ſe pro tutore ſaltem geſſe- 6
rit, à die adminiſtrationis jus tacitæ hypothecæ incipere, vix dubium eſſe poteſt, ſecundum tradita infra *p.* 2. Conſtitut. Elect. 24. *defin.* 24. † Quod 7
& pla-

& placuit Illuſtriſſimo Electori in *dict. tit.* 45. §. Ob auch wol/ *verſ.* wann aber einer.

Ita Domini in cauſa Balthaſari Bormans zu Sommſtorff/ Menſe Octobr. Anno 1634. (Verba ſententiæ : Da aber dennoch gedachten N. N. eures Weibes Vormundſchafft etliche Jahre zuvor / ehe das Kirchen-Geld erborget/ auffgetragen worden/ ꝛc. So würde eures Weibes Forderung der Kirchen-Schuld / inhalts der Recht und Churfürſtl. Sächſ. Gerichts-Ordnung billich vorgezogen/ V. R. W.)

Et in cauſa Creditorum Georgii Köthens zu Pehnig/ Menſe Majo, Anno 1634. (Verba ſententiæ : Zum fünfften 59. Gülden 14. Groſchen / ſo der Schuldener in Vormundſchafft Hanſen Richters/ und 22. Gülden/ 10. Groſchen 6. Pfenning/ ſo er in Vormundſchafft Marien Köthen eingenommen / jedoch daß unter dieſen beyden der jenige/ deſſen Vormundſchafft der debitor vor erſt auff ſich genommen/ dem andern vorgehe/ ꝛc.)

Definit. CXV.

Competit quoque jus tacitæ hypothecæ Civitati, Eccleſiæ, & hoſpitali in bonis adminiſtratorum.

1 NOn ſolùm pupillis & minoribus in bonis tuto-
2 rum & Curatorum, † Sed & iis, qui minoribus atque pupillis comparantur, in bonis adminiſtratorum competit jus tacitæ hypothecæ, puta: Eccleſiæ in bonis œconomi vel prælati, aliusve adminiſtratoris, Felin. *in cap. accepimus. 4. extr. de fide inſtrum. n. 1.*
3 Ant. Neguz. *de pign. part. 2. membr. 4. n. 120.* † Hoſpitali & Cœnobio in bonis hoſpitalarii, Neguz. *dict.*
4 *membr. 4. num. 123.* † Civitati ac Communitati in bonis adminiſtratorum, Neguz. *dict. loc. num. 129.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. in quib. cauſ. pign. vel*
5 *hypoth. num. 5.* † Quæ omnia diſertè approbavit Illuſtriſſimus Saxo, in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 45. §.* So ſeynd auch die Gütere.

Ita Domini in cauſa Barthel Hertels Gläubiger/ Menſe October Anno 1635.

Et in cauſa der Knoblochiſchen Gläubiger zu Leipzig/ Menſe Majo, Anno 1625.

Definit. CXVI.

Ratione pecuniæ mutuò datæ, competit jus tacitæ hypothecæ Eccleſiis, hoſpitalibus, & ſcholis in bonis debitoris.

1 NOn tamen utitur civitas aliave communitas jure tacitæ hypothecæ adverſus alium debitorem, cui forſan ab adminiſtratore pecunia ſua mutuò fuerit data, ſed duntaxat in bonis ipſius adminiſtratoris hoc jus Eccleſiæ & civitati indultum eſt, *l. ſimile 10. ff. ad municip. l. ſi fundum. 4. C. qui potior in pignor. l. 2. C. de jur. Reipubl. l. 11.* Matth. Weſenb.
2 *in parat. ff. de privileg. Credit. num. 5.* † Perindè ſicuti nec bona ejus, cui pecunia pupillaris à tutore mutuò data eſt, jure tacitæ hypothecæ pupillo ſunt obligata, ut dixi *infr. part. 2.* Conſt. Elect. *24. defin.* 13. Anton. Fab. *in Codic. l. 8. tit. 7. defin. 2. numer.*
3 *6. 7.* † Ergò, inquies, neque Eccleſiæ, hoſpitalibus, & ſcholis, ratione pecuniæ creditæ in bonis debitoris, qui adminiſtrator non eſt, jus tacitæ hypothecæ conceſſum erit ? Ita quidem dicendum videtur de jure communi, † Quia Eccleſiæ & ſcholæ 4
pupillis atque minoribus æquiparantur, Gloſſ. *in l. Reſpublicæ. 4. verb. ſolet. verſ. ſic & in Eccleſia. C. quib. ex cauſ. major.* Hartmann. Piſtor. *obſervat. 68.* Attamen in provinciis ſui Electoratus Illuſtriſſimus Saxo Eccleſias, Scholas, Univerſitates, Stipendia, & hoſpitalia majori favore digna judicavit, iisque jus tacitæ hypothecæ in bonis cujuscunque debitoris aſſignavit, † ita tamen, ut membra Eccleſiarum vel ſcho- 5
larum, tanquam ſingulæ perſonæ, puta Profeſſores, vel miniſtri Eccleſiæ beneficio eo ſe tueri valeant adverſus alios Creditores, in Ordin. proceſſ. judic. *tit.* 45. §. Weil wir aber dennoch.

Ita Domini in cauſa Creditorum Georgii Köthens zu Pehnig/ Menſe Majo, Anno 1634.

Item in cauſa Hanſen und Joachim der Arnſte Gläubigere zu Leipzig/ Menſe Novembr. Anno 1634.

Item in cauſa Jobſt von Efferns Gläubiger/ Menſe Majo, Anno 1630.

Et in cauſa D. Johan. Steinmetzens Gläubiger / Menſe April. Anno 1617.

Definit. CXVII.

Competit etiam jus tacitæ hypothecæ locatori ratione mercedis in rebus, domui conductæ illatis.

1 LOcum etiam habet tacita hypotheca in bonis in domum, aream, cellam, aliamve rem conductam illatis atque invectis, pro mercede nempe promiſsâ
l. Pomponius. 2. l. eo jure. 4. l. licet in prædiis. 6. ff. quib. in cauſ. pign. l. certi juris. 5. C. de locat. † Quod & ver- 2
bis manifeſtis confirmavit Illuſtriſſimus Saxon. Elector. in Ordin. proceſſ. judic. *tit.* 45. §. Wann auch einer. Johan. Schneidevv. *in §. item Serviana. 7. inſt. de action. num. 15.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. in quib. cauſ. pign. tac. contrab: num. 2.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 235. & ſeqq.* Ant. Neguz. *de pign. part. 2. membr. 4. n. 128.* † Nec 3
minor eſt favor legatarii, qui pro legato in bonis teſtatoris æquè tacitam habet hypothecam, *§. ſed olim. 2. ſub fin. inſt. de legat. l. 1. C. comm. de legat.* Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 45. §. item.* wann einem. Johan. Schneidevvin. *in §. ſed olim. 2. inſt. de legat. num 21.* Anton. Neguz. *dict. membr. 4. n. 157.* Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 1. cap. 14.* † Attamen non præfertur legatarius ratione hujus 4
hypothecæ Creditoribus teſtatoris, etiamſi nudi ſint Chirographarii, per text. *in l. creditoribus. 4. §. legatarios. 1. l. quotiens. 6. in pr. ff. de ſeparation. l. ſcimus. 22. §. etſi præfatam. 4. & §. ſeq. C. de jur. delib.* † Scili- 5
cet, quia legata non niſi deducto ære alieno debentur, *§. ult. inſt. de leg. Falcid. l. 4. §. 1. l. 6. ff. de ſeparat. l. 1. pen. ad SCtum Trebell. l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. ff. de inoff. teſtament.*

Ita Domini in cauſa Creditorum Georgii Köthens zu Pehnig/ Menſe Majo, Anno 1634. (Verba ſententiæ: Zum ſechſten Hans Ferber 22. Gülden Mühl-Zinß / jedoch nur in des Schuldeners fahrender Habe / ſo in dem abgemieteten Kram-Gewölbe befunden worden/ vermöge des darinnen erlangeten ſtillſchweigenden Unterpfands/ ꝛc.

DEFINIT. CXIIX.

Non habet jus tacitæ hypothecæ maritus in bonis uxoris, ratione portionis in pactis dotalibus sibi in casum mortis uxoris promissæ.

1 CUm mulieri ratione dotis non modò jus tacitæ hypothecæ, sed & prælationis in bonis mariti competat, *Supr.* Defin. 64. & 65. eodem jure, ratione portionis ex bonis uxoris in casum mortis promissæ, sibi prospectum putabat maritus, vel saltem ex naturâ correlativorum, quorum eadem est ratio, *l. legem Juliam 3. in pr. ubi* Bartol. Jason. & Dd. *C. de indict. viduit. toll.* Nicol. Everh. *in topic. loc. à correlatis. num. 3.* Nicol. Boër. *decis. 48. num. 3.*
2 † Sed ridiculus penè videbatur, cum privilegium istud specialiter dotì concessum à Justiniano Imper. *in l. assiduis. 12. C. qui potior. in pign.* ad casum alium extra causam dotis trahi nequeat, † ex quo ipso
3 satis apparet disparitas correlatorum. Neque jus tacitæ hypothecæ absque prælatione etiam, matito
4 tribuendum sine juris autoritate; † quippe, quòd tacita hypotheca non inducatur nisi in casibus à Lege expressis. Gloss. *in fin. l. 2. ff. de priv. creditor.* Bald. *in l. 2. C. in quib. caus. pign. tac. contr.* Franc. Vivius. *decis. 451. num. 6. & 35.*

Ita Domini in causa David Hermans zu Dreßden/Mens. Junio, Anno 1633. (Verba sententiæ: Ob nun wohl derselbe derer in der Ehestifftung / auff eines Weibes Todesfall ihme verschrieben 2400. fl. fürzugehen/ und sich der Erstigkeit zu gebrauchen gemeinet; dieweil ihr aber dennoch berührter eurer Schuld halber/ eine ausdrückliche hypothecam erlanget/den Ehemännern aber in dergleichen von ihren Weibern in der Ehestifftung ihnen ausgemachten und versprochenen portion zu recht kein stillschweigend Unterpfand noch einiges jus prælationis zustehet. So werdet ihr auch vorerst billich befriediget/ und es hat sich bemeldter W. H. vor euch einiger Erstigkeit nicht anzumassen/ V. R. W.)

DEFINIT. CXIX.

Quando pignus incipiat, in casu, quo non in ipso contractus tempore de hoc fuerit conventum.

1 ETsi pignoris actio ex sola conventione de jure prætorio nascatur, *l. si tibi. 17. §. 2. ff. de pact. l. 1. ff. de pign. act.* ac proinde quantum ipsum pignus per se consideratum attinet, id ipso conventionis tempore incipiat, *l. Creditor. 12. §. ult. ff. qui pot. in*
2 *pign. Supr.* defin. *111. in pr.* † Attamen si pignus relativè ad ipsum contractum principalem, ut omninò fieri oportet, consideremus, ex ipso contractu, siquidem huic pignus statim adjectum, & eodem tempore de contractu & pignore conventum fuerit, de hoc judicare debemus, illudque omnes qualitates principalis obligationis induit, *l. grege. 13. §. si sub conditione. 5. ff. de pign.* Hartm Pistor. *part. 3. quæst. 14. num. 5. & 6.*
3 At, quando non ipso contractus tempore, sed diverso de pignore conventum fuerit, distinguendum est, an pignoris conventio contractum præcesserit, an secuta fuerit?
4 † Priori casu, quin conventio pignoris accessoria sine principali consistere nullo modo potuit, ab ipso
5 contractus tempore pignus incipiet. † Ex quo fit, ut is, cui eadem res interim pignori data fuit, præferatur, *l. pen. ff. quæres pign. oblig. non poss. l. potior. 11. in pr. ff. qui potior. in pign.* † Sed casu posteriori, 6
quando post contractum demum perfectum de pignore fuerit conventum, conventionis pignoratitiæ potius, quàm contractus tempus inspicitur; scilicet, quod absque conventione pignus expressum contrahi nequeat, *l. 1. ff. de pign. act.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 14. num. 28.*

Ita Domini in causa Nicolai Waldens & Johannis Jungmichels contra Christophorum Grummen zu Grünhain/ Mens. Decembr. Anno 1630.

DEFINIT. CXX.

Potior est hypothecarius in diem, quàm is, cui postea ante diei adventum eadem res purè oppignorata fuerit.

EOdem igitur modo de hypothecâ, quæ in ipso 1
contractus tempore constituta fuit, aut præcessit, judicandum est, atque de ipso contractu principali, Defin. *præced.* Quare si pro contractu puro pignus acceptum fuerit, † ipsum tempus, quo de con- 2
tractu conventum, non autem quo numeratio secuta est, inspicitur, † ac propterea is, qui prius contra- 3
xit, in pignore eo nomine accepto præferendus est illi, cui, priusquam pecunia ex illo contractu debita numeraretur, eadem res pignori data fuit *l. 1. ff. qui pot. in pignor.* Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 14. num. 7.* † In contractu verò in diem, sive ex die cele- 4
brato, ipsum conventionis tempus, non autem ejus, quo dies venit, spectandum est, adeoque si ante diei adventum alteri eadem res oppignorata fuerit, is, qui prius ex die pignus accepit, tanquam potior præferri debet, *l. Creditor. 12. §. si primus. 2. ff. qui pot. in pignor.* † Etenim quia etiam, antequam dies 5
venerit, obligatio necessitatem quandam pariens contracta est, dies quoque ejus cessisse intelligitur, *l. cedere diem. 213. ff. de V. S.* ut proinde meritò ipsum obligationis tempus spectetur, nec debitori, pignore semel dato, in præjudicium Creditoris, contravenire concedendum sit, *l. sicut. 5. C. de obligat. & action.* † Planè, Creditorem quoque qui sub condi- 6
tione hypothecam accepit, præferendum esse illi, cui ante conditionis eventum hypotheca purè constituta est, si postea conditio exiterit, probat text. *in l. qui balneum. 9. §. amplius. 1. & in l. potior est 11. §. videamus. 1. ff. qui potior in pign.* † Nimirum, 7
quod conditionis eventus in contractibus retrotrahatur ad ipsum contractus tempus, *l. necessario. 8. pr. vers. quod si pendente 1. ff. de peric. & comm. rei vendit.* ut pluribus docet Hartman. Pistor. *dict. quæst. 14. num. 15. 16. & seqq.* Modò conditio sit casualis vel mixta: † Nam si ex merâ debitoris 8
potestate dependet, hypotheca non retrotrahitur ad tempus contractæ obligationis, sed attenditur tempus conditionis existentis *l. 1. C. qui pot. in pign. l. potior. 11. in pr. ff. eod. tit.* Anton. Neguz. *de pign. part. 5. membr. 2. numer. 10.* Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 66. numer. 32.* Mynsing. *cent. 1. observat. 59. post pr.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dieweil der Pfarr-

Pfarrherr Nicolaus Walde, ehe und zuvor Hansen Jungmicheln zu dem Acker die Fuchsleite genandt/ würcklichen verholffen worden/ auff alle des Schuldeners Christoff Grummens Gütern/ und also auch auff bemeldten Acker/ seiner Forderung wegen ein beständig Unterpfand allbereit erlanget gehabt. So mag ihme auch/ unangesehen/ daß der Zahltermin noch nicht fällig gewesen/ Hans Jungmichel nicht vorgezogen werden/ &c.)

Definit. CXXI.

Ex promissione de re oppignorandâ, non præfertur quis Creditori, cui postea res eadem fuit oppignorata.

1 Fieri potest, ut ex conventione expressâ pignus tacitè inducatur, quasi in necessarium antecedens, *arg. l. 2. ff. de jurisdict. l. ad legatum. 62. ff. de procurat.* 2 † puta, si Creditori potestas data sit ingrediendi propriâ autoritate bona debitoris, quod facere non potest is, cui bona non sunt obligata, *l. Creditores. 3. C. de pign. l. dotis actione. 9. C. solut. matrim.* 3 † aut, si convenerit, ut liceat Creditori vendere bona debitoris, quo ipso de obligandis iis actum quoque intelligitur, cum alioqui bona aliena distrahere nemini permittatur *tot. tit. C. de reb. alien. non alien.* 4 † Tacitum verò an expressum hoc casu pignus censeatur contractum disputat Anton. Fab. *in Cod. l. 8. tit. 7. defin. 7. num. 7.* & pro 5 tacito concludit, † quippè, quod expressa pignoris conventio nulla intervenerit, nec novum sit, tacitum induci pactum ex alio, quod sit expressum, *l. 2. & 4. ff. de pact. l. qui in futurùm. 57. ff. eod. tit.* 6 † Sed neque tacita neque expressa conventio hypothecam faciet, si non sit inita de actu præsenti & ipsâ 7 oppignoratione. † Nam promissio de oppignorando pignus non facit; Ergò nec præferendus erit quispiam ex promissione Creditori posteriori, cui res fuit actualiter & de præsenti oppignorata, juxta tradita Matth. de Afflict. *decis. 286.* Daniel. Moller. *l. 3. semestr. 26.* Joach. Mynsing. *cent. 4. observ. 87.*

Ita Domini in causa Antonii Corberi zu Lauchstadt Mense April. Anno 1630. (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß euer Schuldener euch sein Haus würcklichen nicht verpfändet/ sondern euch nur darauff vertröstet/ und dasselbe zu thun versprochen/ &c. So möget ihr auch dem jenigen Creditori, deme es hernach würcklichen verhypotheciret worden/ in der Zahlung nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

Definit. CXXII.

Valet de jure civili hypotheca bonorum immobilium extrajudicialis, in tantum, ut anterior mulieri ratione dotis præferatur.

1 ETsi bonorum immobilium oppignorationes in foro Saxonico aliter non valeant, quam si judicis seu Magistratus ordinarii autoritate muniantur & corroborentur, Landr. *l. 1. art. 8.* Const. Elect. 23. *p. 2. ubi vid. defin.* 1. Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 6. num. 14.* Marth Coler. *de process. executiv. part. 1. cap. 10. num. 194.* Christoph. Zobel. *part. 2. differ.* 2 *28. num. 12.* † Attamen quin valida sit hypotheca saltem de jure civili, etiam in bonis immobilibus extrajudicialiter constituta, ambigendum non est, Gloss. *in l. ult verb. aliis vendere, vers. item an pignorare C. de jur. emphyteut.* Matth. Coler. *dict. cap. 10. num. 188.* † Ergò, inquies, hypotheca extrajudicialis 3 modo anterior sit, præferenda quoque erit de jure civili, mulieri ratione dotis? ita omninò est, secundum tradita *Supr.* Defin. *65. l. assiduis. 12. C. qui potior. in pignor.* † Quod tantò minus alicui videbi- 4 tur absurdum, quantò certius est, in foro etiam Saxonico anteriorem hypothecam extrajudicialem præferri doti mulieris, saltem in rebus mobilibus *Supr.* defin. *67.* † Planè extrajudicialis hypotheca 5 tàm valida non est, ut præferatur publicæ scripturæ sive hypothecæ judiciali quantumvis posteriori per text. *in l. scripturas 11. C. qui potior. in pignor.* † Ex 6 quo tamen nihil inferendum ad conventionalem hypothecam rerum mobilium Saxonicam, quam nec judicialis posterior oppignoratio, nec arestum vincit, ut dixi *infr. part. 2.* Const. Elect. *23. defin. 9.* Dan. Moll. *l. 1. Semestr. 3.*

Ita Domini in causa Georgii Alsdorffs Gläubiger zu Franckfurt an der Oder Mens. Decembr. Anno 1634. (Verba sententiæ: So werden nach gemeinen Käyserlichen Rechten anfänglichen bezahlet 300. Reichsthaler Andreas Eckarden/ laut der ihme ausgehändigten obligation, und darinnen constituirten extrajudicial hypothec, wofern solches vor des Schuldeners Weibes/ mit ihme dem Schuldener getroffenen und vollzogenen Verehligung geschehen/ hernach die Wittibe mit ihrem Einbringen/ &c.)

Definit. CXXIII.

Postquam venditâ hypothecâ, de pretio satisfactum est hypothecariis, in residuo pretii, Chirographariis præferuntur ii, qui conventionalem habent hypothecam.

MObilium oppignorationes extrajudicialiter factas etiam in foro Saxonico validas haberi, adeò 1 certum est, ut conventionali hypothecâ (prout vulgò solet appellari) in mercibus sibi pleniſſimè prospectū arbitrentur mercatores, nec falli possunt, cum sola conventio mobilium oppignorationi validitatem attribuat, Const. Elect. *23. §. ult. p. 2. ubi V. d. Defin. 9.* Dan. Moll. *l. 1. Semestr. 3.* † Dubium hinc esse vix po- 2 terit, quin venditis bonis immobilibus, æreque alieno hypothecariis exsoluto, in residuo saltem pretii præferri debeant Chirographariis, Creditores ii, qui de conventionali hypothecâ sibi prospexerunt; † Nempe, quod pretium ex immobilibus redactum 3 conventionali hypotheca fuerit affectum, ut meritò huic in pretio concedenda sit prærogativa, non minus, ac in cæteris debitoris bonis mobilibus, prout in simili concludit Elector Saxon. Illustrissimus in Constit. *25. part. 2. ubi Vid. Defin.* 1.

Ita Domini in causa Hansen Kindlers zu Breßlau/ Mense Septembr. Anno 1601. (Verba sententiæ: Nach deme aber nach des Schuldeners Tode/ sein verlassenes Hauß zur Bezahlung seiner Gläubiger umb 1000. Thlr. verkaufft worden/ seyn nach Befriedigung der hypothecarien, so gerichtliche Verpfändung auf bemeldtem Hause gehabt/ 546. Thlr. übrig geblieben. Ob nun gleich gedachtem euren principal das Hauß gerichtlichen nicht verpfändet worden/ dieweil aber dennoch ihme neben dem Hause auch alle andere des Schuldeners Güter zum Unterpfand verschrieben/ und itzo erwehnte 546 Thlr nicht mehr unbeweglich Gut seyn/ sondern Baarschafft worde so wird vielberührter euer principal von mehr angeregten 546. Thlr. so wol auch der andern des verstorbenen Schuldeners Fahrnuß un̄ aussenstehende Schulden vor den

den andern Gläubigern/ so keine ältere Verpfändung haben/ billich befriediget/ V. R. W.)

DEFINIT. CXXIV.

In fructibus fundi præfertur hypotheca extrajudicialis anterior judiciali posteriori, etiam in foro Saxonico.

1 PRæfertur itaque etiam in foro Saxonico extrajudicialis hypotheca anterior posteriori judiciali, saltem in rebus mobilibus, Defin. *præced. infr. part.* 2. Constit. Elect. *23. defin. 9. 10. 11. 12. 13.* Ordin. proceſſ. 2 judic. *tit. 46. in pr.* † Sed num etiam in fructibus fundi adhuc pendentibus? Negaveris forsan hoc ipsum, propterea quod fructus à solo nondum separati immobilium jure censeantur, *l. fructus. 44. ff. de R. V.* Speculat. *in tit. de fruct. & intereſſ. §. 1. verſ. ſed pone prælatus.* † Sed concesserim hoc saltem 3 de jure civili, quo considerantur fructus velut accesſorium & pars fundi. † At jura Saxonica separatam 4 à fundo habent eorum rationem, æstimant scilicet jus percipiendi fructus, non tam ex fundo, quàm ex culturâ, quâ peractâ, fructus possessori jàm acquisiti censentur, ut maximè percepti haud fuerint, Landr. 5 *l. 2. art. 58.* Const. Elect. *32. p. 3. ubi Defin. 1.* † Ergò in foro Saxonico fructus adhuc solo cohærentes inter mobilia rectissimè referuntur, Matth. Berlich. *part. 3. concl. 30. num* 20. Hartm. Pistor. *part. 1. quæst.* 6 24. *num.* 81. & quod huic consequens, † in iis etiam extra judicialis hypotheca valebit. Quidni ergò Creditor, cui fundus extrajudicialiter fuit antea oppignoratus, in fructibus duntaxat erit præferendus illi, qui postea demum judicialem hypothecam in eo acquisiverit? *dict. tit. 46. in pr.* Ordin. proceſſ. jud. 7 † Plane, restringendum omnino id est ad tempus illud, quo ager jam seminatus & rastro subactus fuit, antequam enim id fiat, fructus, qui tum reverâ nondum extant, nec mobilium jure, nec pignore gravati censetur, *dict. art.* 58. *l.* 2. Landr. Matth. Coler. *part.* 2. *deciſ.* 286, *num.* 101.

Ita Domini in causâ Martin Rösels zu Lutteritz Mense April. Anno 1634. (Verba sententiæ: Habt ihr Conrad Mohren 100. fl. geliehen/ wogegen er euch seinen Acker verpfändet. Ob nun wohl solches Unterpfand in Gerichten nicht verschrieben/ noch mit der Obrigkeit Consens vollzogen worden/ ꝛc. So werdet ihr doch nichts minder in denen darauff erwachsenen und noch stehenden Früchten/ denen Gläubigern/ so auff selbigen Acker nach euch ein gerichtlich Unterpfand erlanget/ billich vorgezogen/ V. R. W.)

DEFINIT. CXXV.

Non subsistit hypotheca extrajudicialis, coram duobus vel tribus testibus, in bonis emphyteuticis, censiticis & feudalibus constituta.

1 VAlida est hypotheca de jure Saxonico, etiam in rebus immobilibus extrajudicialiter constitutâ in præsentiâ duorum vel trium testium aut pacto & transactione sigillis eorundem signatâ non quidem ut hypothecæ judiciali, licet posteriori, sed solummodò Chirographariis Creditoribus præferatur, ex sanctione manifesta Illustrissimi Saxonis in Constit. Elect. 23. §. Wann auch ein Gläubiger. *part. 2. ubi vid. defin.* 14. Ordin. proceſſ. judic. *tit.* 2 46. §. da auch ein Gläubiger. † Attamen noluit Serenissimus Elector sanctionem hanc extendi ad bona feudalia, emphyteutica, vel censitica, *dict. tit.* 46. §. Wann aber einer. † Quod quidem facilius 3 concedendum in bonis feudalibus & emphyteuticis, propter dominium directum domino reservatum, *tit.* 23. *FF. 2. l. ult.* C. *de. jur. emphyt.* in quo domino haud est præjudicandum, juxta tradita Anton. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 42. † Sed cum de bonis etiam cen- 4 sitiis possessores hodiè investiantur, Const. Elect. 39. §. Alldieweil aber *part.* 2. ne quicquam honoris domino detrahatur, istius consensus ad oppignorationem bonorum censiticorum omninò necessarius visus fuit.

Ita Domini in causa Hansen Salfelds contra Augustum Mien zu Boigtsberg Mens. Jun. Anno 1625. (Verba sententiæ: Daß sich Beklagter in des Schuldeners verlassenen Erbzinsgute gestalten Sachen nach/ weil er allein für Notarien und Zeugen seine Verpfändung erlanget/ vor Klägers gerichtlichen hypothec seiner Forderung nicht anzumassen/ ꝛc.)

DEFINIT. CXXVI.

In tantum, ut ne quidem in fructibus prædii feudalis vel Emphyteutici hypotheca, coram testibus constituta, præferatur hypothecæ judiciali.

ADeò necessarium existimavit Illustrissimus Elector Saxon. consensum domini ad oppignorationem bonorum feudalium, emphyteuticorum vel censiticorum, ut ne quidem in fructibus anteriorem hypothecam coram duobus vel tribus saltem testibus constitutam, judiciali oppignorationi præferri voluerit, in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 46.* §. Wann aber einer/ *verſ.* jedoch soll der. † ut maximè aliàs, etiam simplici hypothecæ conventionali prærogativa hæc fuerit indulta, scilicet, ut non minus in fructibus, quàm reliquis mobilibus hypothecæ judiciali, si antiquior hæc sit, præferatur, ut dixi *Supr.* 1. Defin. *124.* † Ne tamen omnino à dispositione juris communis 3 Saxonici recederet Legislator Illustrissimus, duntaxat chirographariis in fructibus bonorum feudalium, emphyteuticorum aut censiticorum, præferri jussit eos, qui coram testibus hypothecâ conventionali sibi prospexerunt, *dict. tit. 46.* §. Wann aber *in fin.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententiæ: Daß sich Beklagter in des Schuldners verlassenen Erbzinsgut oder denen darauff erwachsenen und noch stehenden Früchten/ gestalten Sachen nach/ weil er allein für Notarien und Zeugen seine Verpfändung erlanget/ vor Klägers gerichtlichen hypothec seiner Forderung nicht anzumassen/ V. R. W.)

DEFINIT. CXXVII.

Præfertur hypotheca coram testibus constituta anterior posteriori tacitæ, ut & doti mulieris.

SUbsistit omninò bonorum immobilium oppi- 1 gnoratio in foro Saxonico extrajudicialiter facta, si duo vel plures testes fuerint adhibiti, Constit, 23. §. Wann auch. *part.* 2. Ordin. proceſſ. judic. *tit. 46.* §. da ein Gläubiger / non solùm ut Chirographariis, † sed etiam arestantibus & immissis ju- 2 dicialiter in bona debitoris præferatur, ut dixi *infr. part.* 2. Const. Elect. *23. defin.* 14. & 15. † Solam 3 enim judicialem hypothecam excepit Illustrissimus Saxo, *dict.* Const. 23. §. Es sollen aber & *dict. tit.* 46. §. Da auch ein Gläubiger. † Ex quo porrò 4 inferre licet, jure tacitæ hypothecæ posterioris, haud præferendos esse creditores oppignorationi anteriori coram testibus extrajudicialiter factæ. † 5 Quia exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis

exceptis, *l. nam quod liquidæ. 4. §. fin. de penu legat. l. quæsitum. 12. §. 43. vers. denique in fin. ubi* Bartol. *ff. de instr. vel instr. legat.* Felin. *in cap. quoniam frequenter. 5. extr. ut lit. non contest.* † Nec immeritò, cùm hypotheca coram testibus, vel instrumento constituta adipiscatur naturam & qualitatem veræ hypothecæ, *dict.* Const. 23. §. Wann auch. † Quin nec privilegio dotis eam postponendam putaverim, quippe quod mulier hoc nomine expressæ anteriori haud præferatur *hâc* Const. *28. Supr. Defin. 64.* † Cur ergò hypothecæ coram testibus expressâ conventione constitutæ? † Certè, eo minus id dicendum erit, quantò propius per id acceditur ad rationem juris communis, quod hypothecam quantumvis extrajudicialem, mulieri etiam ratione dotis posteà illatæ præfert. *Supr.* Defin. 122. † Et sanè, si in bonis saltem mobilibus nuda conventionalis anterior prævalet dotis privilegio, ut demonstravi *Supr.* Defin. 67. Quidni etiam in bonis immobilibus hypotheca coram testibus constituta? † Scilicet, ultra tacitam hypothecam anteriorem privilegium dotis neutiquam extendi debet, Ordin. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 43. in pr. vers.* Die vor ihnen stillschweigende Verpfändung erlanget. Sed hoc mutatum est in Decis. Elect. nov. 60.

Ita Domini in causa Michaël Haselfelds zu Luca Mens. April. Anno 1630. (Verba sent. Aber den jenigen Creditorn, so vor ihrer Verehligung allbereit/ auf ihres Mannes Behausung in beyseyn Notarien und Zeugen/ ein Unterpfand erlanget/ mag sie/ ungeachtet solche Verpfändung nicht gerichtlichen geschehen/ gestalten Sachen nach nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

Definit. CXXVIII.

Generalis hypotheca anterior præfertur speciali posteriori, etiamsi alia sufficiant bona, & quando id fallat.

1 QUi bona debitoris generaliter tantum obligata habet, quamcunque voluerit, rem eligere pote-
2 rit, *l. Creditorie. 8 ff. de distr. pign.* usque adeò, † ut si eligerit rem, quæ deinde alteri specialiter obligata fuit, veluti prior tempore, etiam in re istâ præferatur, *l. si generaliter. 6. C. qui pot. in pignor. l. qui generaliter. 2. ff. eod. tit.* Harmnn. Pistor. *part. 3. quæst.* 13.
3 *num. 2.* † Quod si opponas regulam vulgatam, quâ generi per speciem dicitur derogari, *c. in toto 80. de reg. jur. in 6to.* Respondeo, † in potestate debitoris haud situm esse, ut secundo Creditori rem specialiter obligando, priori jus ex generali hypotheca quæsitum auferat, *cum* Fulgos. *in dict. l. qui generaliter. 2. ff. qui pot. in pign.* quem ablegat Hartman. Pistor.
5 *dict. quæst. 13. num. 2.* † Aliter se res habet in Creditore, cui generalis & specialis simul hypotheca fuerit constituta, qui prius specialem excutere tenetur antequam generali utatur, *dict. l. 2. & dixi de hoc infr. part. 2.* Const. Elect. *23. Defin. 29.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 6. Defin. 8. num. 1. & lib. 6. conject. 13.*
6 † Quod & placuit Serenissimo Saxon. Electori, in Ordin. proces. judic. *tit. 46. §.* Ob nun wohl alle.
7 † Planè non potest hypothecarius, cui generalis constituta est hypotheca, reliquis Creditoribus præjudicare in speciali hypotheca, si certam rem semel elegerit, ut demonstravi *infr. part. 2.* Const. Elect. *23. Defin. 30.*

Ita Domini in causâ Johannis Prætorii zu Meissen Mens. Jun. Anno 1635.

Definit. CXXIX.

Nec præferendus est Creditor anteriori generali ex eo, quod specialem posteriorem hypothecam per decennium possederit atque fructus perceperit.

NOn eò magis erit audiendus Creditor, qui po- 1
steriorem habet hypothecam specialem, quod eam per longum tempus puta per decennium possederit, ac fructus perceperit; † Quomodo enim 2
quæso, anteriori generale pignus habenti præjudicare potuerit, quem vel sola prioritas temporis juvat & prærogativam tribuit, *l. qui generaliter. 2. ff. qui potior. in pignor. l. si generaliter. 6. C. eod. tit.* † Nisi per possessionem jus hypothecæ generalis di- 3
minutum dicere velis forsan eatenus saltem, ne pignus possessori auferatur antequam alia debitoris bona fuerint excussa, ut putat Dion. Gothofr. *in Novel. 112. c. 1. §. hoc autem præcipimus lit. F. vers. quid si generalis creditor.* † Quod omnino falsum 4
est. Non enim possessio hypothecæ plus juris affert, nec Creditor posterior rem alii prius hypothecatam possidens, juri primi Creditoris per id quicquam detrahit, *l. Creditor. 12. §. ult. ff. qui potior. in pign.* † ac nec quidem excussioni hoc casu locum 5
dari, probavi *Supr.* Defin. *112. ex* Hart. Pist. *part. 3. quæst. 12. num. 12.* † Veluti etiam liquet ex Or- 6
din. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 44. vers.* Dann ob wohl sonsten/ &c.

Ita Domini in causa Wolff Lösers Mens. Jun. Anno 1604. (Verba sent. Und wiewol etlichen Gläubigern unterschiedene Aeckere und Wiesen in specie verpfändet worden/ dieselbe auch solche in die 10. Jahr geruhlichen inne gehabt und genossen/ uñ Balthasar Rudolf darwider nichts geredet. Dieweil aber dennoch derselbige eine ältere und ausdrückliche Verpfändung auf allen Gütern in gemein erlanget/ so können ihme auch diese special-Verpfändungen zu keinen Nachtheil gereichen/ &c.

Definit. CXXX.

Creditor, qui in bonis pariter feudalibus atque allodialibus debitoris, de hypothecâ sibi legitimè prospexit, non prohibetur petere executionem in bona feudalia ante excussionem allodialium bonorum.

SEmper in arbitrio Creditoris est quamcunque 1
voluerit rem sibi hypothecatam eligere, in eamque petere executionem, *l. Creditoris 8. ff. de distract. pign.* Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 13. numer. 2.* † An ergò in bona etiam feudalia, si hæc pariter atque allodialia bona consensu Domini & Agnatorum fuerint oppignorata? Ita omninò dicendum 2
erit, † nisi quis arbitrium Creditoris certo executionis modo astringere ausit, contra *dict. l. Creditoris. 8. ff. de distr. pign.* Nec enim ullibi in hypothecâ bonorum feudalium electio Creditori adempta est, in quæ si executio petatur, neque agnatis neque domino feudi ullatenus præjudicari credide- 3
rim, † vel saltem propter consensum adhibitum, 4
quem revocare non magis possunt; quam facto suo contravenire *l. 1. tot. tit. ff. de O. & A. l. post mortem. 25. ubi* Bartol. & Dd. *ff. de adopt. l. per fundum 11. ff. de serv. rust. præd. l. 14. Codic. de R. V.* † Et 5
quis nescit, consensu domini & agnatorum bona etiam feudalia valide oppignorari, non secus atque

bona allodialia. Const. Elect. *46. vers.* Wann aber mit ihrer Bewilligung/ *p. 2.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 44. num. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. q. 120.* † ut certè cur potius in hæc, quàm illa executio peti debeat rationem animadvertere nequeam, † nisi quis forsan putet, in subsidium duntaxat feudum obligari, si scilicet non supersint bona allodialia, ex quibus satisfieri possit Creditoribus, secundum tradita Rauchb. *dict. q. 44. n. 3.* Modest. Pist. *part. 3. q. 120.* Schrader. *de feud. part. 7. c. 7. num.* 42. Quod ut concesserim de jure communi, † in provinciis certè Electoratus Saxonici aliud obtinet, & exsolvenda sunt debita ejusmodi feudalia ex feudo, etiamsi bona allodialia Creditoribus sufficere possent, *dict.* Const. Elect. *46. vers.* Sollen solche Schulden *p. 2. & ibi Defin. 7.*

Ita Domini in causa Annen von der Oelßnitz Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Ob nun wol der Lehensfolger vermeinet/ daß die Lehengütere weiter nicht als in subsidium, und wofern die Erbstücke zur Bezahlung nicht zureichen/ hafften. Dieweil aber dennoch solcher Schulden wegen beydes die Lehen- und Erbgütere zugleich euch unterpfandlichen verschrieben worden/ ꝛc. So stehet es auch disfals bey euch/ wo ihr die Bezahlung suchen wollet/ und wañ ihr den Lehenfolger in Anspruch zu nehmen erwehlet/ hat er sich darwider beständiger Weise nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Definit. CXXXI.

Primus Creditor in pignus tertii vel quarti Creditoris consentiens, non à tota hypotheca recedit, sed locum tertii vel quarti subintrat.

1 COnsensus, etiam tacitus & præsumptus sufficit, ad hoc ut quis pignori vel hypothecæ renunciasse credatur, veluti si Creditor permittat pignus suum vendi, vel alio quovis modo alienari, inque id expresse consentiat, *l. si debitor. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. sicut. 8. §. si voluntate. 6. ff. eod. tit. l. 2. C. de remiss. pign.* Anton. Fab. *in Codic. l. 8. tit. 14. defin. 6. numer. 1. Vid. infr.* Constitut. Elect. *23. part. 2. Defin.* 28. † At num etiam consentiens in oppignorationem rei sibi hypothecatæ penitus à jure hypothecæ recedere censebitur ? Ita † quidem volunt Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 16.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 10. num. 164. & seqq. & part. 2. decis. 279. numer.* 4. Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 119. num. 1. & seq.* † Sed vereor, ne opinio hæc juri pariter & æquitati repugnet : Sanè, si evidenter appareat, † quid inter Creditorem consentientem & debitorem actum est, procul dubio eo standum erit, Jacob. Menoch. *dict. præs. 119. num. 1.* † At si hoc non appareat, in dubio potius illud actum censebitur, ut ordo inter Creditores servetur, ac Creditor primus illi, in cujus oppignorationem consensit, cedat, ejusque locum subintret, per *text. in l. Creditor. 12. §. si. tecum 4. sub fin. ff. qui pot. in pign. l. Paulus respondit. 12. ff. quib. mod. pign. vel. hypoth. l. 9. §. ult. ff. eod. tit.* † Quin nec æquitas patitur, ut ex solo consensu in oppignorationem posteriori Creditori factam, totalis remissio inducatur, † siquidem renunciationis ea est natura, ut strictè accipiatur, & renuncianti minus obsit, *l. ex pluribus 89. ff. de solut. l. 17. §. 1. ff. de pact.* † Neque aliud inter Creditorem consentientem & debitorem actum videtur, quam ut Creditoris jus posteriori cedatur ac hujus locum prior subintret, cui actui omninò standum erit, *l. semper. 34. ff. de reg. Jur. l. 1. §. 1. ff. de pact.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 34. num. 34. & seqq.* † veluti etiam disertè sancitum ab illustrissimo Saxone in Ordinat. process. judic. *tit. 46. §.* Es trägt sich auch oftmahls zu. *vid. infr. part. 2.* Constitut. Elect. *16. Definit. 15.* † Nec obstat, quod Creditor in alienationem pignoris expresse consentiens, illud totaliter remittat, ut dixi *in princip. h.* defin. † Verùm enim hoc est, nisi alia consentiendi causa appareat, prout declarat id eleganter Anton. Fab. *in Codic. l. 8. tit. 14. defin. 6.* † Atqui consensus pignori alterius dati eam esse causam, ut saltem jus hypothecæ, posteriori, in cujus solius favorem consentit, remittatur, inque ejus locum prior Creditor substituatur, modo dixi, & ex tacitâ contrahentium mente pariter atque textibus juris probavi.

Ita Domini in causâ Wolffgangi Lösers Mense Junio Anno 1594.
In causa Creditorum Christophori Klutzners zu Grünhain Mense August. Anno 1621.
Et in causa Matthiæ Pintzbachs Gläubiger Mense August. Anno 1620.

Definit. CXXXII.

Jus pignoris sui non remittit, qui patitur se præsente rem obligatam distrahi, nisi expressim consenserit.

1 ALia itaque & diversa ratio est Creditoris consentientis oppignorationi rei sibi hypothecatæ, & consentientis distractioni sive alienationi hypothecæ : Ille equidem jus suum hypothecæ totaliter non perdit, sed posteriori Creditori, in cujus favorem consentit, cedere videtur Definit. *præced.* † At hic 2 jus pignoris debitori remisisse censetur, *infr. part. 2.* Constit. Elect. *23. Defin. 28.* modo expresse in distractionem vel alienationem hypothecæ consenserit. † Cæteroquin, ex eo solo quod Creditor præsens ac 3 sciens patiatur, rem sibi oppignoratam aliter vendi ac distrahi, non jus suum remittere videbitur, cum ea potius ratione id passus censeri debeat, quod sciverit, jus suum durare, *l. sicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* † Nisi proponas, in 4 eam rem ipsum adfuisse & vocatum esse, ut in alienationem consentiret. † Planè, tutius semper agit 5 Creditor, si præsens protestetur ad evitandam omnem disceptationem, quia protestatio conservat jus protestantis *l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. l. pro herede. 20. §. 1. ff. de acquir. heredit.*

Ita tractatum in causa Christoph. Martini & Joannis fratrum der Pfützen zu Ebersbach/ Mense Julio Anno 1635.

Definit. CXXXIII.

Non succedit quis in locum anterioris Creditoris ob id solum, quod ex ejus pecuniâ dimissus sit anterior Creditor, nisi de eo expressus convenerit.

ETsi priori Creditori hypothecario ex meâ pe- 1
cuniâ solutum fuerit, non tamen in ejus locum, & pignus succedere potero, propterea solum, quod pecunia mea ad illum pervenerit, sive Creditor sim, sive extraneus, *l. 1. ubi* Gloss. & *Dd. C.*

2 *Dd. C. de his qui in prior. Credit. loc. ſuccedit.* † etiamſi inter me & debitorem conveniſſet, ut ex pecuniâ meâ antecedens Creditor dimitteretur, ſi non etiam de pignore pactus fuero, *l. 3. ff. quæ res pign. oblig. poſſ.* † Sed etſi de pignore convenerit, vix ſatis id 3 erit, ut in jus primi ſuccedere debeam, niſi de hoc 4 quoque expreſſim conventum ſit. † Poſſet enim conventio intelligi de novo pignore potius, quàm de eo, quod penes priorem Creditorem fuit, Gloſſ. 5 *& Dd. dict. loc. l. ult. C. de privil. fiſci.* † Non eadem eſt ratio hypothecariorum Creditorum, ubi ſi tertius Creditor ſolvat primo, in ejus utique locum ſuccedet, quamvis pactum de eâ re nullum intervenerit, *l. ult. C. de his qui in prior. Credit. loc. ſucced. l. 1. C. qui potior in pign.* Ideoque ſecundo Creditori præferetur, *l. Claudius. 16. verſ. planè cum tertius. l. eum, qui à debitore. 17. ff. qui pot. in pign.* Ant. Fab. *in Cod. l. 8. tit. 9. defin. 2. n. 4. & 5.*

Ita Domini in cauſa Creditorum Sigiſmundi â Nickbuſchens zu Lubben Menſ. Octobr. Anno 1632.
Item in cauſa Andreæ Jacobi zu Reichlitz/ Menſe Octobr. Anno 1635.
Item in cauſa Marien Taubens zu Gruhnberg/ Menſe April. Anno 1636.
Et in cauſa Hanſen Reiffſchneiders contra Martin Leibolden zu Lützenſommern/ Menſ. April. Anno 1630.

Definit. CXXXIV.

Is, ex cujus pecuniâ dimiſſus eſt privilegiarius Creditor, ſuccedit in ejus privilegium, etiam citra conventionem.

1 ALia quoque eſt ratio eorum, quorum pecunia ad priores & privilegiarios Creditores pervenit. Nam in locum, & jus illorum omninò ſuccedunt, *l. ſi ventri. 24. §. ult. ff. de reb. aut. jud. poſſid. l. 2. ff. de ceſſ bonor. l. ſed. Julianus. 7. ff. ad Sctum Macedon. l. 1. §. nunc tractemus. 10. ff. de tutel. & rat.* 2 *diſtr.* † neque neceſſe eſt, in id creditam eſſe pecuniam ab eo, qui poſterior contraxit, ut prior Cre- 3 ditori ſolvatur. † Sed ſufficit, ut ejus pecunia ad priorem pervenerit, ſive ſtatim & rectâ viâ, ſive per ipſius debitoris perſonam, modò non ex intervallo, 4 *dict. l. ſi ventri 24. §. ult.* † quoniam quæ in continenti fiunt, videntur ineſſe, *l. lecta. 40. verſ. docebam* 5 *ff. de reb. Credit.* † & ne alioquin paſſim quæſtio incurrat, utrum ex eâ ipſâ pecuniâ, an ex alia ſit facta ſolutio, cui diſceptationi occurrendum videtur, *l. 4. §. aut prætor. 3. ff. de re judic. l. ſingulis. 6. ff. de except. rei jud.* Ant. Fab. *in Codic. l. 8. tit. 9. defin. 1.*

Ita Domini in cauſa Creditorum Andreæ Müllers zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1636.

Definit. CXXXV.

Conventio de ſuccedendo in jus anterioris Creditoris facta in continenti poſt numerationem, prodeſt non minus ac ſi antea facta fuiſſet.

1 SEcurus autem omninò eſt Creditor, ex cujus pecuniâ priori hypothecario à debitore ſolvitur, ſi inter ipſum & debitorem id agatur, ut ſuccedat 2 in locum primi Creditoris etiam ingnorantis. † Cum & invito eo hoc fieri poſſit, *l. quidam. 21. ff. de reb. credit. l. ſi debitor. 30. ff. de ſolut.* † Neque verò 3 ceſſio ulla neceſſaria eſt, niſi cum extraneus pro debitore ſolvit Creditori, *l. ſi cum pecuniam 3. & l. ult. C. de privil. fiſci.* † Quin & ſi ponas, minus cau- 4 tum Creditorem tertium dediſſe mutuam pecuniam debitori, quæ primo Creditori ſoluta ſit, nullâ conventione factâ de pignore, † poſtea verò debitorem pepigiſſe, ut in primi Creditoris jura ter- 5 tius ſuccederet, æquè ſanè tum tertius ſecundo erit præferendus, modo in continenti, non ex intervallo pactio ſecuta ſit, *arg. l. 24. §. ult. ff. de reb. autor. judic. poſſid.* † Siquidem quæ in continenti fiunt, 6 ineſſe videntur, *l. juris gentium 7. §. quin imo 5. ff. de pact. l. lecta. 40. ff. de reb. credit.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Reiffſchneiders contra Martin Leibolden zu Lützenſommern/ Menſ. April. An. 1630. (Verba ſent. Daraus ſo viel zu befinden/ daß Kläger ſeines Fürwendens ungeachtet/ vor Beklagten ſich einiger prioritât nicht anzumaſſen/ V. R. W.)

Definit. CXXXVI.

Pignora hodiè judicialiter plerumq; conſtituuntur, adeoq; exiguus eſt uſus l. fin C. de jur. dom. impetr.

1 COnceſsâ facultata vendendi pignoris pacto expreſſo, dubium vix erit, quin jure iſtud vendere poſſit Creditor, & vendendo dominium transferat, *l. ſi convenerit. 18. l. ſi neceſſarias. 8. §. ſi. annua 3. ff. de pign. act.* † mora tantummodò debitoris ut 2 interveniat, neceſſe eſt, *l. cum ſolvendæ. 4. ubi Dd. ff. de diſt. pign. l. ſi ceſſante. 7. l. quæ ſpecialiter. 9. C. eod. tit.* † Sed etſi de pignoris venditione in con- 3 tractu nil dictum, nec conventum fuerit, nihilominus ſi debitor in morâ reperiatur, vendendi jus & facultatem ex ipſa contractus natura Creditor habet, *dict. l. ſi convenerit. 18. l. creditoris. 8. l. creditor. 13. ff. de diſtr. pign. l. 1. C. de pact. pign.* Hartm. Piſtor. *part. 3. quæſt. 18.* † Videat tamen Creditor, 4 ut pignus bonâ fide & ſolenniter diſtrahat. *l. quæ ſpecialiter. 9. C. de diſtr. pign.* † ne ſi aliter agat, 5 emptorem decipiat, à quo tum venditione non obſtante, debitor rem ſuam benè vindicare poteſt, *l. ſi priusquam 8. C. de diſtr. pign. l. 2. C. ſi vendit. pign. agat.* Hartm. Piſtor. *part. 3. quæſt. 19.* † Conſiſtit au- 6 tem bona fides in eo, ne pignus viliori pretio vendatur, *l. ſi uxor. 3. C. ſi vend. pign. agat.* Sed ut venditor in pignore vendendo ſe gerat, prout paterfamilias diligens in diſtrahendis rebus ſuis verſari ſolet *l. ea igitur. 14. ff. de pign. action.* † Ad ſolenni 7 tatem verò quondam requirebatur, ut res vendenda qublicè præſcriberetur, idque debitori prius denunciaret Creditor, *l. Creditor. 4. Codic. de diſtr. pigg.* † Limitavit autem Juſtin. Imper. pignoris 8 vendendi facultatem, ita ut Creditor, poſtquam in morâ conſtitutus fuit debitor, biennium expectare tenearur, priusquam pignoris venditionem ſuſcipere poſſit, *l. fin. C. de jur. domin. imper.* Bart. Bald. Salyc. *& Dd. in l. Creditor. 4. ff. de diſtr. pign.* † Quamvis alii ſanctionem hanc Imperatoris Juſti- 9 niani *in d. l. fin.* reſtringant ad fœneratores. † Sed 10 communiter rejecta eſt opinio hæc, ut poſt alios, quos allegat, teſtatur Vincent. Carcc. *de excuſſ. bonor. part. 2. quæſt. 7. numer. 14.* † Rectius dixe- 11 rim

rim, Justinianum de eo duntaxat casu fuisse locutum, quando de distractione pignoris nihil conventum est, cum Hartm. Pistor. *dict. quæst. 18. num. 14.*
12 † Quin nec in pignore judiciali dispositio *dict. l. ult.* locum habet, quippe quod post duorum mensium spacium à die captionis rectè venditur, *l. debitoribus.*
13 *31. ff. de re jud.* † Quod & verum est, si quis pignus conventionale autoritate judicis interveniente vendi & sibi in solutum dari curet, Salyc. *in Auth. qui C. de bon. aut. judic. poss.* Anton. Fab. *de*
14 *error. pragm. decad. 1. Error. 5. in fin.* Illud quoque certum est, quod pignus judiciale dicatur omne id, quod capitur vigore instrumenti habentis paratam executionem, Bartol. *in l. si & jure. 10. num. 3. ff. qui*
15 *pot. in pign.* Anton. Fab. *decad. 1. Error. 6.* † Ex quo fit, quod cum hodiè in foro Saxonico ex Ordin. prov. instrumenta paratam executionem habeant, nullus vel saltem exiguus sit usus *dict. l. ult. C. de jur. dom. impetr.* benè monente Hartman. Pistor. *quæst. 18. in fin.*

Ita tractatum in causa Stephani Hanemans zu Dreßden/ Mens. Jan. Anno 1622.

Definit. CXXXVII.

Ex instrumento gvarentigiato extra processum etiam ordinarium, in bona debitoris judicialiter immissus Creditor pignus reale consequitur.

1 CReditores in possessionem bonorum debitoris immissi pignus judiciale conseqvuntur, & pari passu cum hypothecariis ambulant, ita, ut prior tempore potior sit jure, ex Ordin. proceff. judic. Elect. Saxon. *tit. 44. & 47.* quæ *h.* const. 28. hypothecarios præferentem, correxit & immutavit. Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 9. num. 39.* Matth.
2 Wesenb. *in parat. ff. de privil. Credit. n. 9.* † Quod nec aliter de jure communi se habet, *l. si & jure. 10. ff. qui potior. in pign. l. si decreto. 2. l. cum Rempublicam. 3. C. eod. l. non est mirum. 26. in pr. & §. 1. ff. de pign. act.* Jac. Cujac. *l. 9. observ. 37.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 68. n. 3. & 4.* Andr. Rauchb. *dict.*
3 *quæst. 9. num. 39.* † At quid, si extra processum ordinarium ex instrumento gvarentigiato, vel ad Principis rescriptum Creditores fuerint immissi? Dubium videntur facere verba *h.* Constit. *28.* §. nach jetztberührten. *vers.* Dergleichen haben auch die solchen Vorzug/welche auff vorgehenden ordentlichen *proceff* und Recht/ die würckliche Einweisung und *immission* erlanget haben/ quæ sanè illis solummodo jus reale tribuunt, qui præcedente processu ordi-
5 nario immissionem impetrarunt. † Sed verba captantur Illustrissimi Constituentis, ut demonstrat Berlich. *dict. concl. 68. num. 9. & 10.* & ne quempiam remorentur, satis manifestè disposuit Sereniſſimus Saxo in Ordin. Proceff. judic. *tit. 47. in pr.* ut immissus ex instrumento gvarentigiato, vel ad Principis rescriptum, non minus consequatur pignus reale, ac si processus ordinarius præcessisset. † Rectis-
6 simè sanè, ne Ordinatio provincialis instrumentis gvarentigiatis, vel aliis scripturis liquidis paratam
7 executionem tribuens, defraudetur effectu, † maximè cum idem obtineat de jure communi, Bartol. *in l. 12. ff. de reb. aut judic. poss. numer. 11. in pr.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1 c. 3. num. 20.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 9. n. 40.* Dan. Moll. *hic n. 68. & l. 1. Semestr. 25.*

Ita Domini in causa Sebastiani Mönchs zu Dreba / M. Decembr. Anno 1632. (Verba sentent. Habt ihr auff Michael Cloben wegen euer Schuld geklaget/ und die gerichtliche immission in sein Haus erlanget/wann nun gleich solches summarischer Weise/ und ohne ordentlichen rechtlichen proceß geschehen / &c. So habt ihr doch nichts desto weniger durch die beschehene immission ein dingliches Recht bekommen / und mögen euch demnach die jenigen Creditores, so hernach allererst ein Unterpfand auff gedachten Clobens Gütern erlanget/ nicht vorgezogen werden / V. R. W.)

Definit. CXXXIIX.

Sicuti & immissus ex debito confessato absque productione cautionis.

NEque jus pignoris reale denegandum est ei, qui 1
cautione quidem sive Chirographo haud producto, attamen credito in summario processu per confessionem debitoris probato, in bona ejus immittitur, cum negari nequeat, † Confessionem 2
partis esse probationem probatam atque liquidissimam, ac partem haberi sententiæ in processu ordinario latæ, *l. si convenerit. 26. ff. de re judic. l. 1. & 2. ff. de confess.* † Quod nec aliter se habet eo casu, 3
quo per testes saltem debitum verificatur, ut benè advertit, Matth. Berlich *p. 1. concl. 68.* nisi forsan id contrariari existimaveris verbis *h.* Constitut. *28.* §. nach jetztberührten/ *vers.* Wäre aber. *cum* Dan. Moll. *hic num. 68. vers. vel testibus probet. & l. 1. semestr. 25. numer. 1.* † Sed accipienda sunt procul 4
dubio verba *dict. vers.* Wäre aber/ de eo casu, quo Creditor nec testes nec cautionem ullam produxit, sed sub- & obreptitiè immissionem impetravit, ut proinde ad hunc casum nil quicquam inde inferre liceat, Berl. *dict. Concl. 68. n. 11.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Wann nun gleich solches summarischer Weise/ und ohne ordentlichen rechtlichen proceß, auch ohne Vorlegung richtiges Brieff und Siegels auff des debitores Geständnüß allein geschehen/ &c. So hättet ihr doch nichts desto weniger durch die beschehene immission ein dingliches Recht erlanget/ und mögen euch demnach die jenigen Creditores, so hernach allererst ein Unterpfand auff gedachtes Clobens Gütern erlanget/nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

Definit. CXXXIX.

Non tribuit executio Creditori pignus, ante immissionem realem in bona debitoris.

SOla immissio in bona debitoris Creditori pignus 1
tribuit, *h.* Const. *28. vers.* Die würckliche Einweisung uñ *immission* erlanget haben. † Ergò ad hoc, ut Creditores illi qui ex causa judicati, vel instrumento, vel confessione debitoris in possessionē mittuntur, hoc jus hypothecæ conseqvantur, non sufficit interlocutoria & comminatio de mittendo in pos- 2
sessionem, sed requiritur † realis immissio *l. non est mirum. 26. §. sciendum est. 1. ff. de pign. act. h.* Const. *28. &* Ordin. proceff. judic. Elect. Saxon. *tit. 47. §.*

Es ist aber solches Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 165.*
4 *n. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 78. num. 13.* † Dicitur autem Creditor realiter immissus & bona debitoris possidere, non solùm si ea occupet & detineat, sed etiam si resecatum fuerit frustulum ligni è januâ, wann ein Spahn ausgehauen / quod solum
5 hodie indicium est factæ realis immissionis, † quamvis & aliis in locis solennitates aliæ realem denotent immissionem, de quibus si constet, ulterius de immissione realiter factâ dubitandum non est, *dict. tit. 47. §.* Es ist aber solches allein von denen Hülffen zu verstehen / welche würcklich und actualiter durch Aushauung eines Spahns oder andere dergleichen jedes Orts hergebrachte und gewöhnliche Solennitäten ergangen / und nicht nur bloß durch Befehliche oder Comminationes ohne Vollstreckung angeordnet seyn / ꝛc.

Ita Domini in causa Creditorum Christophori Opitzens zu Halla Mens. Jul. Anno 1632. Verba sentent. Zum fünfften werden bezahlet Jacob Libolten 8. Thl. wofern er am 3. Junii Anno 1629. die würckliche Hülffe durch Ausschneidung eines Spahns oder sonsten in des debitoris Gütere erlanget. Zum sechsten Marien Gerhards Nodorffs Wittiben 27. Thl. 17. gr. vermöge ihres dem 7. Septembr. Anno 1629. angelegten und prosequirten Arests &c.

Et in causa Eraimi Trögers Erben & Consorten contra die Meister des Tuchmacher-Handwercks zu Plauen / Mense Octobr. Anno 1630.

Definit. CXL.

Consequitur tamen pignus Creditor, si post interlocutoriam judicis, ante immissionem realem, debitor ei cesserit possessionem.

1 NOn ergo sola comminatio vel indictio executionis, die Ansetzung der Hülffe / ante realem immissionem factam pignus Creditori tribuit De-
2 fin. *præced.* † At quid, si debitor ejusmodi comminationi vel interlocutoriæ paruerit, & ante judicialem immissionem Creditori rem tradiderit, eoque modo Creditor possessionem apprehenderit?
3 † Non certè video, cur conventionalis hæc immissio tam efficax haut esse debeat, ad tribuendum pignus sive jus reale, ac si judiciaiiter facta esset cum debitor ad mandatum & comminationem judicis
4 possessionem cesserit, † ac proinde hæc ipsa possessionis cessio pro judiciali immissione sit habenda, disponente ita Serenissimo Dn. Electore in Ordinat. proces. judic. *tit. 47. §.* Es ist aber solches *vers.* Es hätte dann ein Schuldener hierüber *parirt*, und dem Gläubiger sein Gut würcklich eingeräumet / welcher durch die *apprehendirte Possess* gleichfals ein dingliches Recht erlanget haben soll ꝛc.

Ita Domini in causa Joachimi und Hansen der Arnste Gläubiger zu Leipzig / Mens. Novembr. Anno 1634. (Verba sent. Zum vierdten Zacharias Grubenern 151. fl. und Lorentz Krebsens Wittiben 160. fl. welchen auf vorgehende Ansetzung der Hülffe der Schuldener Gütere abgetreten und eingeräumet worden / ꝛc.

Definit. CXLI.

Judex dilationem immissionis indulgens debitori, non præjudicat Creditori in jure reali per immissionem ei competituro.

1 SÆpius accidit, ut judex decernens executionem & actu paratus ad immissionem, alteram dilationem sex septimanarum & trium dierum debitori indulgeat, hâc conditione, ut si ei debitor intra illud spacium creditum non exsolverit, realiter Creditor immittatur: Interim alius Creditor executionem & realem immissionem simul impetret, *an hic secundus priori præferendus erit?* Etsi hoc pri- 2
mâ fronte affirmandum videtur ex verbis *h.* Const. 28. §. nach ietzo berührten / *vers.* Die würckliche Einweisung / quæ soli reali immissioni effectum pignoris tribuunt, *Supr.* Definit. 139. † Rectius ta- 3
men id negant Dan. Moller. *hic, num. 68. & 69. &* Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 165.* propterea, † quod Creditor, facto judicis impeditus, quô minus realiter immittatur, pro immisso habeatur, & jus reale 4
consequatur, non aliter ac si verè esset immissus, *l. cum unus. 12. § si propter. ult. cum. l. seq. in pr. ff. de bon. autor. jud. possid.* Bartol. *in dict. l. 12. & ibi* Zasius *num. 2.* † Nec enim factum judicis partibus 5
nocere debet, *c. ea quæ fiunt à judice 26. extr. de reg. jur. in 6to.* † Haud ineptè quoque dici posset, dila- 6
tionem hoc casu, sub conditione casuali, si debitor non satisfecerit Creditori, concessam in puncto prioritatis retrotrahi, juxta naturam conditionis casualis, *l. Titius. 4. ff. quæ res pign. vel. hypoth. l. qui balneum. 9. §. amplius. 1. l. potior. 11. §. videamus 1. ff. qui potior. in pignor.*

Ita Domini in causa Ernesti Rapschers contra Jacobum Fichtenhein zu Hertzberg / Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sententiæ: Daß sich Kläger Krafft der erlangten würcklichen Immission in Hansen Forbergens Gütere / vor beklagten gestalten Sachen nach / weil er vorerst die Hülffe ausbracht / ohne seine Bewilligung aber dem Debitori zum Uberfluß noch eine Dilation ertheilet worden / einiger Priorität nicht anzumassen / V. R. W.)

Definit. CXLII.

At Creditor in dilationem consentiens, præjudicat sibi in prioritate ex reali immissione competiturâ.

ALia certè ratio est, si ipsemet Creditor dilatio- 1
nem à debitore petitam annuat, immissionemque realem differri patiatur; Nam si alius interim Creditor executionem, atque simul immissionem realem impetret, quin is præferri debeat, vix ambigitur? † Nec enim tùm primus Creditor habet, quod de facto judicis aut damno ullo conqueri pos- 2
sit, sed sibimet ipsi imputet, quod dilationem concedendo, realem immissionem, ac per consequens jus prioritatis sibi inde competiturum impediverit; † non enim damnum intelligitur sentire, quod 3
quis suâ culpâ sentit, *l. quod quis. 203. ff. de reg. jur.*

Ita Domini in causa Sebastian Seidels und Wolff Weidlingens zu Teuchern / Mens. Jun. Anno 1602. (Verba sententiæ: Hat den 15. Januarii jüngst verschienen / von Bastian Seideln etlicher Schulden halber die Hülffe uñ Immission in George Arnstens Gütere wiederfahren sollen / welche aber dazumal auf ietztgedachtes Arnstens Bitte von gedachten Seideln eingestellet / und noch biß auf eine Sächsis. Frist erstrecket worden. Ist nun den 3. Febr. hernach und also nach verflossener Sächsis. Frist / Wolff Weidlingen seiner Schulden halber / die Hülffe / Einweisung und Widerung zugleich auf einmahl in bemeltes Arnstes Gütere mitgetheilet worden / ꝛc. so wird derselbe

derselbe obberührten Seideln in der Bezahlung billich vorgezogen/ V. R. W.)

Definit. CXLIII.

Arestum in foro Saxonico jus reale tribuit, ex quo arestantes præferuntur Creditoribus hypothecam posteriorem tacitam vel expressam habentibus.

1 MUltum disceptari solet, an arestantes præferantur Creditoribus hypothecam posteriorem tacitam vel expressam habentibus? Et quidem si negativè quis decidere vellet hanc quæstionem, † haud
2 certè destitueretur is fundamentis & rationibus, ut demonstrat Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 4.* in quam sententiam etiam inclinat Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 162. & quæst. 165.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de privil. Creditor. n. 9.* † Sed nimirum argumen-
3 ta & rationes eorum procedere possunt de jure communi, ubi arestantibus nullum jus reale & tacita hypotheca tribuitur, ut benè animadvertit Jacob Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *dict. quæst. 165. num. 2. in fin.* † At cum in foro Saxonico,
4 Arestantes, jus reale & tacitum pignus in bonis debitoris consequantur, *h.* Const. 28. §. Ferner sollen. *vers.* denen wir auch eine dingliche Gerechtigkeit. Ordin. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 48. in pr.* †
5 quin posterioribus Creditoribus tacitam vel expressam hypothecam habentibus præferri debeant, vix
6 dubium esse potest; † Siquidem natura pignoris est, ut prior posteriori præferatur, *l. 1. l. 11. ff. qui potior. in pignor.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 1. cap. 2. numer. 19. & part. 3. cap. 8. num. 53. & seq. part. 1. decis. 137. n. 8. & seqq.* Dan. Moller. *hic num. 78. & seqq. & lib. 3. semestr. 26. num. 4. & seqq.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 43. num. 8.* † Quod & verbis disertis approbatum est ab Illustrissimo Electore Saxon. *in dict. tit. 48. in pr. vers.* Allen andern Gläubigern/ die erst nach ihnen stillschweigende oder ausdrückliche Verpfändung oder Hülffe erlangen/ mit der Bezahlung vorgezogen. *Et tit. 44. §.* alle diese Gläubiger/ ꝛc.

Ita Domini in causâ Joachimi und Hansen Arnsts Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1634.

Et in causa Barthel Hertels Gläubiger zu Leipzig / Mense Sept. Anno 1635.

Definit. CXLIV.

Inter arestantes reliquis præfertur, qui prius ratione horæ, atque momenti jus reale impetravit.

1 JUs reale & tacitum pignus acquirunt arestantes ab eâ ipsâ horâ, quâ primum arestum imposuerunt, atque legitimè illud prosecuti sunt, *h.* Constit. 28. §. Ferner sollen. *vers.* von der Stunde anzufangen/ & proces. judic. *tit. 48. in pr. vers.* von dem Tage und Stunde an/ da sie erstlich den Kummer schrifftlich angelegt/ Dan. Moller. *hic n. 78.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 4. n. 1. & seq.* Matth. Coler.
2 *de proc. execut. part. 3. cap. 11. num. 35. & 39.* † Cui consequens est, circa arestantium prioritatem, rationem temporis habendam esse, ita ut is, qui prius judicem pro aresto sibi decernendo adivit & impe-
3 travit, alteri præferatur, † scilicet quia prior tempore potior est jure, *cap. qui prior. 54. de reg. jur. in 6to. l. 1. & l. 11. ff. qui potior. in pignor.*

Ita Domini in causâ Creditorum Petri Antonii Dreselers zu Leipzig Mens. Majo Anno 1626. (Verba sent. Diese werden in gesatzter Ordnung alle als Arestanten bezahlet/ jedoch anderer Gestalt nicht/ als wann dieselbe zuvor/ ob eines und des andern Arrest der angegebenen Stunde und Moment nach vor dem andern angeleget/ auch alle wege zu gebührender Zeit renoviret, und zu welcher Stunde solches geschehen/ richtig darthun und bescheinigen werden/ ꝛc.)

Item in causa Matthæi Friebens Gläubiger zu Leipzig Mens. Mart. Anno 1619.

Et in causa der Knoblochischen Gläubiger Mens. Majo. Anno 1623.

Definit. CXLV.

Petenti arestum non nocet mora judicis, si alius interim hoc impetret.

1 INferre hinc licet, si judex pro aresto decernendo imploratus, Creditorem post aliquod tempus redire jubeat, interim verò alius Creditor arestum impetret, hoc priori neutiquam nocere, sed eum omninò posteriori præferendum esse, cum Dan. Moller. *lib. 3. Semestr. 44. num. 10. & seqq.* & Dom. Arum. *lib. 2. decis. 7.* † Nempè, quod circa prioritatem, etiam horæ & puncta temporis attendantur, 2
Defin. *præced.* Neque objicere hic licet, primum Creditorem nec arestum, nec jus reale unquam fuisse consecutum, † cum aliud sit ipsum arestum, 3
aliud promissio de aresto decernendo, perinde atque aliud est factum, aliud verò promissio de faciendo, *l. 1. C. de pact.* Glos. *in l. in bonæ fidei 7. §. si tamen 1. ff. de eo quod cert. loc.* † Quemadmodum 4
in simili ad evitandam pœnam Edicti de in jus vocando, non sufficit veniam petitam fuisse à Prætore, nisi impetrata sit, *l. 2. junct.* Glos. *in verb. petita. C de in jus vocand.* † Siquidem eo ipso dum 5
judex primo Creditori arestum non denegavit, sed eum redire jussit, arestum videtur concessisse, non
autem se concessurum promisisse † quamvis & 6
hoc feciisset, non tamen sine summâ injuriâ alterum intervenientem priori præferre potuisset, ut benè animadvertit Dan. Moller. *dict. cap. 44. num. 20.* Non enim in concursu Creditorum gratificationi locus est, nec factum aut mora judicis ulli Creditori obesse debet, *c. ea quæ fiunt à judice. 26. de reg. jur. in 6to.*

Ita Domini in causa Creditorum Nicolai von Dülsen zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1626. (Verba sentent. Diese Gläubiger alle/ werden als Arestanten, jedoch wann zuvor Hanß Koch bescheinigen würde/ daß er zu angegebener Zeit und Stunde seinen Arest angelegt/ oder doch nur deßwegen Ansuchung gethan/ ihn aber der Richter wieder zu kommen geheissen / in gesagter Ordnung billich bezahlet/ ꝛc.)

Definit. CXLVI.

Pro ratâ simul admittuntur Arestantes, si unâ die, vel horâ arestum impetraverint, de momento autem prioritatis constare nequeat.

1 ACcidit sæpè, ut plures simul Creditores unâ die, atq; etiam quandoq; unâ horâ petant arestum, nec tamen de momento temporis, quisnam primus vel secundus fuerit, appareat, vel quod ipsimet simul judicem convenerint, vel momentum negligentia actu alius in judicio assignatum non fuerit, quo casu,
2 acerrimè disputari solet de prioritate. † Sed neuter alteri nocet: Admittendi enim sunt omnes simul pro

3 pro ratâ, † Nam quod in genere de Creditoribus hypothecam vel jus reale prætendentibus dispositum reperitur, ut nempe si de horum prioritate nequeat constare, omnes simul pro ratâ admittantur *b.* Const. 28. §. Nach ietzo berührten. *verf.* und da zwo Verpfändungen/ & Ord. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit.* 44. §. Da auch ihrer zween; id appositâ ad † are-
4 stantes in specie accommodare licet.

Ita Domini in causa Hansen Ritzens Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1635. (Verba sentenr. Zum dritten werden Balthasar Waldreichen 186. Reichsthaler 8. Gr. und Hansen Erben 219. Reichsthaler. 6. Gr. 7. Pfen. weil ihre Aresta einen Tag und Stunde angelegt/ zugleich bezahlet/ ꝛc.)

It. in causa Creditorum Jeremiæ Trimmers zu Annaberg/ Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentenr. Und werden demnach George Königen und Abraham Hoffmannen (weil nicht zu befinden/ daß unter diesen beyden einer vor dem andern der Stunde und Zeit nach eine Erstigkeit erlanget/) zugleich/ jedoch pro rata ihre Forderungen unter sich zuvertheilen/billich gefolget/ V. R. W.)

Item in causa Pauli Keßlers Gläubiger zu Reichenbach/ Mens. Decembr Anno 1628. (Verba sentenr. Zum vierdten des Schuldeners Wittib. 149. fl. Jobst Vetzscher 100. Reichsthaler/ Paul Müller 26. fl. weil diese 3. Gläubiger auff einen Tag ihre Aresta angelegt/ und nicht zu befinden/ welcher vor dem andern der Stunde nach/ eine Priorität erlanget/ ꝛc.)

Definit. CXLVII.

Pro debito etiam in diem & nondum exigibili arestantibus jus reale & prioritas competit.

1 CUm duo Creditores aresta impetrassent, unus verò qui prior erat, debitum in diem prætendebat, disceptabatur: *num illi prioritas competeret?* Etenim quia debitum non erat purum, sed infra cer-
2 tum tempus demum exigibile, † intempestivè & contra leges arestum ab ipso petitum videbatur, per *l. pen. §. Creditor. 2. l. Fulcinius. 7. §. si in diem. 14.*
3 *ff. quib. ex cauf. in poff. eat.* & † obstabat quoque ei exceptio plus petitionis tempore, *c. un. verb. tempore plus. extr. de plus petit. l. 40. ff. ad leg. Aquil.*
4 *§. temporales. 10. inst. de except.* † Respondetur tamen, iste, si ante diei adventum non admittendus esser, fieri posse, ut interim totum debitoris patrimonium exhauriretur, & ita jus hypothecæ, quod ex vi aresti consecutus fuerat, ei prorsus inutile sit fu-
5 turum, quod dici non debet, † cum vigilantibus
6 jura subveniant, non dormientibus, *l. pupillus. 24. ff. quæ in fraud. credit.* † Atque per id obtinebat, ut Domini prioritatem ei concedendam esse pronunciarent vel saltem ratione sui interesse, ex quo ipso etiam arestum pro debito in diem impetratum sub-
7 sistebat: † ut proinde parum obstent text. in dict. *l. Fulcinius. 7. §. si in diem, 14. l. pen. §. creditor. 2. ff.*
8 *ex quib. cauf. in poff.* † Loquuntur siquidem illi de Creditoribus non obtendentibus aliquod interesse, quare videlicet petant debitum ante diem; Atque ita ad casum præsentem, quo Creditori periculum creatur ex morâ nil indè inferendum videtur.
9 † Idque tantò minus, quantò certius est, ratione debiti etiam ante diem, ex causâ, ad hoc ut idoneè caveatur, agi posse *l. quæsitum. 14. ff. de pign. & hypoth. l. si ab arbitro. 10. l. inter omnes 12. ff. qui satisd. cog. l. in omnibus. 41. ubi* Dd. *ff. de judic.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 7. nom. 100.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. cap. 3. num. 115.*

Ita Domini in causa Creditorum Barthel Hertels zu Leipzig/ Mense Septembr. Anno 1635.

Et in causa der Qvitzschauischen Gläubiger/ Mense Novemb. Anno 1623.

Definit. CXLIIX.

Venditâ re oppignoratâ, Creditores in pretio arestum impetrantes, præferuntur hypothecariis anterioribus.

IN bonis equidem oppignoratis quin arestantes po- 1
steriores nullum jus prioritatis habeant, nemo ambigit, quia inter hypothecarios pariter atque arestantes prior tempore semper etiam potior est jure, ut demonstravi *Supr.* Defin. 110. Ordin. proceff. judic. Elect. Saxon. *tit. 44. §.* Alle diese Gläubiger. † At 2
quid, si venditis bonis hypothecariis in pecuniâ inde redactâ alii Creditores arestum impetraverint? † Sa- 3
nè, si hypothecarii non in universis debitoris bonis, sed specialem duntaxat in bonis distractis hypothecam fuerint consecuti, arestantes iis vel propterea præferendos existimaverim, quod in pretio ex bonis hypothecariis redacto, priores tempore sint, ac primò jus reale in pecuniâ obtinuerint, ut & hic meritò locum habeat regula qui prior tempore, potior jure, *c. qui prior. 54. de reg. jur. in 6to. dict. tit. 44. §.* Alle diese Gläubiger. † Nisi quis dicere ausit, pretium 4
ex bonis hypothecariis redactum naturam bonorum venditorum induere, ac onus hypothecæ assumere; † Quod tamen falsum est. Non enim pretium loco 5
rei succedit, nec consequenter reliqui Creditores hypothecarii in hoc pretio quicquam juris habent. Anton. Neguz. *in tract. de pign. part. 5. membr. 1. num. 48.* Andr. Gail. *l. 1. de pign. obferv. 11. num. 3.*

Ita Domini in causa Andreæ Zobers zu Hertzberg Mense Majo Anno 1632. (Verba sentent Ob wohl Martin Froneisen sein Hauß gegen einer gewissen Geldsummen Christoph Schneidern allbereit vor 6. Jahren unterpfändlichen eingesetzt/ dahero derselbe in der Zahlung vor euch eine Priorität zu haben gemeynet/ dieweil ihr aber dennoch als der Debitor benendtes Hauß verkaufft/ so bald die Kauff-Gelder mit Arest beschlagen/ und aber in denselben gedachter Schneider keine hypothec jemahls erlanget/ ꝛc. So werdet ihr auch eurer Forderung wegen vor ihme billich befriediget/ V. R. W.)

CLASSIS QUARTA.

In qua referuntur Creditores, personale solummodo privilegium habentes.

Definit. CXLIX.

Creditores personaliter privilegiati, omnes simul, sed pro rata admittuntur.

IN quarta classe posuit Illustrissimus Saxo Credi- 1
tores personale privilegium habentes, eosque Chirographariis saltem præferri jussit, *l.* Const. 28. §. folgends. Ordin. proceff. judic. *tit. 49. in pr.* Dan. Moll. *hîc num. 82.* Joh. Köppen. *decif. 28. num. 39.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 4. num. 29.* † Sed 2
quid, *si plures personaliter privilegiati concurrant?* Nulla tùm prioritatis habenda est ratio, sed pro ratâ cujusque debiti omnes sunt admittendi, *l. privilegia. 32. ff. de reb. autor. jud. possid. b.* Const. 28. *in fin.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de privil. Creditor. num. 6.* Andr. Gail. *l. 2. observat. 25. num. 11. & seqq.* † Quod verum puto, etiamsi Creditores per- 3
sonales prætendant titulum diversum sive causam

debendi aut etiam diversa privilegia, propter generalitatem verborum, in *hâc* Const. 28. §. *ult. in fin.* Ohne Unterscheid der Zeit † quantumvis aliter sen-
4 tiat Matth. Berlich. *part. 1. concl. 70. num. 28.*

Ita Domini in eadem causa: (Verba sententiæ: Diejenigen Creditores aber/ so allein personaliter privilegiret seyn/ werden zugleich pro rata ohne Unterscheid der Zeit befriediget/ V. R. W.)

Definit. CL.

Deponenti competit privilegium personale etiam de jure communi, ratione rei depositæ, quæ non amplius extat in bonis depositarii.

1 DUbium non est, in foro Saxonico, quin ratione rei depositæ in bonis depositarii non amplius extantis, competat privilegium personale deponenti, propter sanctionem Electoralem manifestam, in Ordin. process. judic. *it. 49. in pr. verf.* Und wird
2 hierunter. † Sed nec de jure civili res aliter se habet, per text. *in l. si ventri. 24. §. in bonis. 2. ff. de reb. autor. jud. posid.* Dan. Moller. *l. 1. Semestr. 26. num. 3.* Ludov. à Pegver. *decis. 38. n. 12.* Joh. Köppen.
3 *decis. 28. num. 44.* † Non enim concedendum est deponenti jus tacitæ hypothecæ, unà cum privilegio prælationis, ut sentit Johan. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 2. cap. 13. & 14.* ubi ratione rei depositæ non amplius extantis, deponentem etiam fisco, & doti mulieris præfert, per text. *in l. si hominem 7. §. quotiens. 2. ff. depos.* † qui *dict. l. 24. §.*
4 *2. ff. de reb. autor. judic. posid.* è diametro adversari
5 videtur. † Sed conciliat hosce textus Zas. *in dict. l. 24.* per distinctionem inter privilegia realia & personalia, ita ut illis quidem posterior sit deponens
6 juxt. *dict. l. 24.* † his autem potior & prior, *dict. l.*
7 *7.* Rectius dixerim. † in *dict. l. 7.* rem depositam adhuc extitisse, quo sanè casu jus hypothecæ deponenti
8 competere, tantum abest me negare, † ut etiam omnibus aliis Creditoribus quibuscunque privilegiatis, deponentem præferendum, ac jure dominii rem extantem vindicare posse statuerim, *Supr.* Defin. 15. *l. 38. verf. hanc enim & seq. ff. de pecul. l. 31. §. 1. ff. de reb. Credit.* Ordin. process. judic. Elect. Saxon. *tit. 42. in pr. verf.* Darumb wann einer etwas bey einem *deponiret.*

Ita Domini in causa Creditorum R. G. zu P. an die Regierung zu Cüstrin/ Mense August. Anno 1632. (Verba sententiæ: Nach diesen hypothecariis, werden bezahlet noch vor den Chirographarien, Michael von Goltzen 450. fl. deponirte Gelder / so der Schuldener zu sich genommen/ ꝛc.

Definit. CLI.

Necessarium sive judiciale depositum arestantibus & hypothecariis præfertur.

1 AT verum est hoc saltem in depositò voluntario ac extrajudiciali: Cæteroquin, si quis per rescriptum principis vel mandatum judicis, pecuniam apud judicem deponere jussus fuerit, is certè non
2 modò privilegium personale habet, † sed etiam arestantibus præferri debet, ex dispositione manifestâ Illustrissimi Electoris in *b.* Const. *28.* §. Ferner sollen nach denen. Ordin. process. judic. *tit. 49. in pr. verf.* Daß doch solches allein. † At num etiam hypothecariis? † Ita omnino puto, sive expressam sive tacitam hypothecam habeant, quia hodiè arresta cum hypothecis pari passu ambulant, neque extra temporis prioritatem ulla prærogativa hypothecariis concessa est, *Supr.* Defin. *100.* † Idque eò magis, si rationem sanctionis Electoralis pensitaverimus, quæ in eo potissimum consistit, quod depositum necessarium in judicio factum propter autoritatem magistratus propius accedat hypothecæ judiciali, quàm nudo ac simplici credito: † Ex quo porrò sequitur, deponentem etiam in necessario depositò præveniri ab arestantibus & hypothecariis prioribus, cum temporis prærogativa nullibi hoc casu fuerit expressè sublata, † quamvis dissentiat Matth. Berlich. *part. 1. concl. 69. num. 4.*

Ita Domini in causa Hansen Ulmans Gläubiger ad consultationem Wilhelmi Pistoris, Mense Decembr. Anno 1629. (Verba sententiæ: Zum vierdten werden bezahlet 20. fl. 4. gr. 5. pf. Gerichtliche depositen-Gelder/ so der Schuldener/ als er Richter worden/ zu sich bekommen. Zum fünfften Bürgermeister Hans Grenlich 150. fl. vermöge seiner hernach erlangten hypothec, &c.)

Et in causa Ilgen Böhmens Gläubiger zu Lengefeld/ Mense Mart. Anno 1629.

Definit. CLII.

Quicquid alimentorum nomine debetur, privilegiatum est, & Creditis Chirographariis præfertur.

1 PErsonale quoque privilegium habent alimenta in concursu Creditorum, quæ propterea alia Chirographaria credita præcedunt *b.* Const. 28. §. Ferner sollen. Ordin. process. judic. *tit. 49. §.* Alles was zu
2 milden Sachen. † nec refert an pauperi, an verò diviti debeantur *l. cum hi. 8. §. nihil autem interest. 7. ff. de transact.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 69. num. 7.* Martini Coler. *in tract. de aliment. l. 2. c. 7. num. 3. & seq.* † Attamen pingviori gaudent jure alimenta, si annuatim ex certo fundo veniant præstanda,
3 quippe quorum nomine non solùm personale privilegium, sed & tacitam hypothecam competere, probavi *Supr.* Defin. 54.

Ita Domini in causa Georgii Böhmens zu Kemnitz/ Mense Febr. Anno 1634. (Verba sententiæ: So wird eurer Tochter Kind/ von ihrer Mutter Einbringen der dritte Theil an stat seiner gebührenden legitimen von berührtem Gute/ vor allen andern Gläubigern / so kein ältere ausdrückliche Verpfandung darauff erlanget/ billich entrichtet und abgestattet/ so viel aber die ausgemachte aliment und Ziehe-Gelder anlanget/ so wird es derowegen allein den Chirographariis vorgezogen/ V. R. W.)

Definit. CLIII.

Reliquis etiam Chirographariis præferuntur, qui pecuniam gratis, & sine usuris mutuò dederunt.

1 COncessit quoque privilegium personale Saxo Illustrissimus Creditoribus iis, qui pecuniam gratis & sine usuris debitori mutuò dederunt, eosque reliquis chirographariis præferri jussit in Ordin. process. judic. *tit.* 49. §. Wann auch einer/ † Rationem si quæsiveris, procul dubio ea
2 consistit in odio usurarum, ut si nullâ lege, attamen prioritatis privilegio, homines ad charitatem Christianam & mutuum gratuitum invitarentur.

Ita

Ita Domini in causa Creditorum Sigismundi a Kickpuschens zu Lubben/ Mense Octobr. Anno 1632. (Verba sent. Und dann wird auch vor allen andern Chirographarien bezahlet und abgefunden Maria von Kickpuschin wegen ihrer vorgestreckten 250. fl. wofern sie solche dem Schuldener ohne Zinß geliehen/ ꝛc.)

Definit. CLIV.

Præferendus est Chirographariis aliis Venditor in residuo pretii, qui sibi de jure pignoris non prospexit.

1 RArissimè venditores bonorum immobilium, absque expressâ hypothecæ constitutione vel reservatione dominii, res suas distrahere solent, eoque modo in tantum sibi prospiciunt, ut reliquis creditoribus omnibus præferantur, ut dixi *Supr.* Defin. *20.* 2 *& 21.* † At si hoc non fecerint, post traditionem factam non habent, quod adversus reliquos Credito- 3 res hypothecarios prætendere queant; † Quin nec avocare possessionem possunt, nec in eam ipsam rem exercere quasi Servianam, non magis quàm in cæteras res emptoris, si de pignore conventum haud fuerit, *l. 1 pr. ff. de pignor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 8. tit. 7. defin. 6. num. 2.* 4 † Ex singulari nihilominus favore & gratiâ Saxo Illustrissimus personale privilegium concessit venditoribus in residuo pretii, qui habitâ fide de pretio rem venditam emptoribus tradiderunt, nec sibi de jure prioritatis prospexerunt; 5 † Ex quo saltem Chirographariis reliquis præferuntur, Ordin. proceſſ. judic. *tit. 49.* §. ingleichen, *ult.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 70. num. 15.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. c. 3. num. 468.*

Ita Domini in causa Georgii Grüllers Erben zu Sornzigk/ Mense April. Anno 1633. (Verba sent. Da nun George Grüllers Kindere und Erben bey Verkauffung des väterlichen Guts das dominium oder eine hypothec biß zu vollständiger Bezahlung des Kauffgeldes ihnen vorbehalten/ so werden sie nebens den Väterlichen Creditorn vor den andern Gläubigern und hypothecariis billich befriediget. Da sie aber dergleichen ihnen nicht vorbehalten/ haben sie vor andern Creditorn ausserhalb den Chirographarien, keinen Vorzug/ V. R. W.)

Et in causa Creditorum Jacobi Spalteysens zu Leipzig/ Mense Decembr. Anno 1636. (Verba sentent. Nach den hypothecariis wird auch vor allen Chirographarien bezahlet der Borgkeller wegen 33. Reichsthaler vor verkaufftes Bier/ zusampt denen davon auffgelauffenen Zinsen/ ꝛc.)

Definit. CLV.

Competit etiam personale privilegium iis, qui ad rem emendam credunt pecuniam absque constitutione hypothecæ in re emptâ.

1 PLenissimè sanè prospectum est Creditoribus, qui ad rem aliquam emendam, pecuniam mutuò dantes, expresè sibi hypothecam in re illâ constituti 2 faciunt: † Præferuntur nimirum hi reliquis Creditoribus etiam hypothecam anteriorem tacitam sive expressam habentibus. *Auth. quo jure. C. qui* 3 *potior. in pign. Novell. 136. cap. 3.* † Sed jus hoc hypothecæ atque prælationis non competit iis, qui ab rem emendam credentes pecuniam, de hypotheca sibi expresè haud prospexerunt, ut dixi *Supr.* Defin. *108.* Joh. Sichard. *in l. licet. 7. num. 8. C. qui potior. in pign.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 5. num. 8.* 4 † Non tamen omnis prioritatis hi sunt expertes, sed competit iis privilegium personale ex eo solum, quod ad emptionem rei pecuniam mutuò dederint, quod effecit, † ut saltem Chirographariis præferantur Per 5 text. *in l. qui in navem. 26. ff. de reb. author. jud. possid. l. quod quis. 43. ff. eod. tit.* Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 15. num. 13.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 5. num. ult.* Joh. Köppen. *decis. 28. n. 27.*

Ita Domini in causa Hartmanni Zengens zu Ulttenhausen/ Mense Martio, Anno 1635. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch aus beygefügter obligation nicht zu befinden/ daß ihr euch bey solchem darlehen ein Unterpfand ausdrücklichen vorbehalten/ ꝛc. So habt ihr euch auch/ auff mehrberührten Gütern einiges dinglichen Rechtens/ und jus prælationis vor den hypothecariis nicht anzumassen/ ihr werdet aber gleichwol den andern Chirographariis in der Zahlung billich vorgezogen/ V. R. W.)

Definit. CLVI.

Non habet privilegium personale, collegium in bonis collegæ, etiamsi quid debeat is ex ratiociniis collegii.

NOn desunt equidem, qui Doctoribus & Scho- 1 laribus in debitis studiorum causâ factis, personale tribuunt privilegium eosque aliis Creditoribus non solum Chirographariis, sed etiam hypothecariis anterioribus præferri volunt. Jason. *in l. dotium causa. 1. ff. solut. matr. num. 51. vers. & pondera quod.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 66. num 61. & concl 70. num. 22.* Rebuff. *de privil. Schol. privil. 118.* Joach. à Beust. *in l. admonendi 31. ff. de jurejur. numer. 968.* † Sed absque fundamento: Nullibi enim in jure de 2 hoc quicquam statutum reperitur; Ergò nec temerè absque juris autoritate id asseverandum est, *l. dissentientis. 5. C. de repud. Novell. 2. c. 3. c. 15. qui in Ecclesiâ. 18. in fin. pr. de sent. excomm. in 6to.* † Nultò 3 minus verò collegio opificum ulla est indulgenda prærogativa præ aliis Creditoribus, in bonis Collegæ, qui ex ratiociniis quid debet, cum nec jura de hoc quid disposuerint. † Et certè privilegii personalis 4 ea est natura, ut sicuti personam privilegiatam non egreditur. *l. quia tale. 13. ff. sol. matr. l. ex pluribus. 42. ff. de administr. tutor.* † Ita nec ad casus alios haud 5 expressos extendatur, Anton. Fab. *in Codic. l. 1. tit. 2. defin. 10. n. m. 4.*

Ita Domini in causa des Tuchmacher-Handwercks zum Hoff/ Mens. April. Anno 1583. (Verba sententiæ: Ob er nun gleich auch obgemeldtem Handwerck in gehaltener Rechnung 300. fl. schuldig verblieben: So ist doch vielgemeldtes Handwerck einiger priorität sich anzumassen nicht befugt/ sondern wofern seine Güter zu Bezahlung aller seiner Schulden nicht zureichen/ so würde dasselbige seines ausstendigen Rests/ nach den jenigen/ so ausdrückliche Verpfandung/ und dingliche Gerechtigkeit haben/ nebens andern Chirographariis pro rata ihrer Schuldforderung/ billich bezahlet/ V. R. W.)

Definit. CLVII.

Non debentur liberis debitoris ex ejusdem bonis alimenta, antequam Creditoribus omnibus fuerit satisfactum.

MEmini, in concursu Creditorum, liberos de- 1 bitoris obærati omni spe hereditatis paternæ sibi adempta, sæpius alimenta petiisse ex bonis debitoris quibus etiam annuendum quidam ex dominis putarunt, † vel saltem ex æquitate & ju- 2 dicis officio, ne liberi fame perirent. Anton Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 9. defin. 20. numer. 2.* † Sed vereor ne æquitas hæc cerebrina potius sit quàm ullo jure fundata, cum bona patris ad liberos non deve-

deveniant, antequam Creditoribus satisfactum fuerit. † Scilicet, qvia bona dicuntur, quæ deducto demum ære alieno superfunt, *l. subsignatum. 39. §. 1. ff. de V. signif. l. in imponenda. 6. l. Successores. 16. C. ad Leg. Falcid.* † Ergo nec alimenta liberis erunt præstanda, siquidem ubi bona non debentur, frustra ex eis petuntur alimenta, † sublato enim principali tollitur omne accessorium, *l. cum principalis. 178. ff. de reg. jur.* Joh. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 9. quæst. 38. num. 3.* † Et cum legitima liberis non debeatur, priusquam satisfactum fuerit Creditoribus, *l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. ubi Dd. ff. de inoff. testam.* Bald. *in l. ult. §. in computatione. 9. C. de jur. delib.* utique nec alimenta ante exsolutionem æris alieni peti poterunt; † Valet enim argumentum à legitima ad alimenta, Ferd. Vasquius *in tract. de Success. creat. lib. 2. §. 20. requisit. 42. num.* 341. Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 2. n. 2.*

Ita tractatum in causa liberorum Georgii Köthens/ contra ejusdem Creditores zu Pehnig/ Mense Majo, Anno 1634. (Verba sententiæ : Ehe und zuvor nun die sämptlichen Gläubiger ihrer Forderung wegen befriediget/ seyn des Schuldeners Kindere / wofern itzo gedachte Gläubigere aus Gutwilligkeit bey ihnen nichts thun wollen/ einiges Zucht-Geld und alimenta zu fordern nicht berechtiget/ V. R. W.)

CLASSIS QUINTA.

In quâ veniunt Chirographarii.

DEFINIT. CLVIII.

Chirographarii indifferenter omnes simul pro rata admittuntur.

POstquam omnes Creditores hypothecarii & privilegiati sua Credita receperunt, sequuntur ultimò Chirographarii, qui omnes æqualiter, nullo temporis vel quantitatis habito respectu, pro ratâ portione concurrunt & admittuntur *l. cum tibi. 10. C. qui potior. in pignor. l. 12. §. 2. ff. eod. tit. h.* Const. *28. in fin. verf.* Und letzlichen. Ordin. proceff. judic. *tit. 50. in pr.* Dan. Moll. *hic numer. 84. & seqq.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de privil. Creditor. n. 9.* Andr. Rauchb. *part 1. quæst. 4. num. 29. sub. fin.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. quæst. 129. n. 22.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 32. Defin 3.* Joh. Mich. Beuther. *in tract. de jur. prælat. part. 1. cap. 79. & seq.*

† Etsi verò in concursu Chirographariorum, cognatis Creditoribus concedatur prærogativa præ aliis, *in l. 1. ff. de priv. Credit.* ex quo Creditor, qui est frater, patruus, avunculus &c. propter naturalem conjunctionem, reliquis Creditoribus extraneis venit præferendus, Joh. Mich. Beuther. *de jur. prælat. part. 1. cap. 63.* † hoc tamen in foro Saxonico observatum non memini; † quin potius obloquitur generalitas verborum in *dict.* Ordin. proceff. judic. *tit. 50. in pr. verf. pro ratæ & quantitate* eines jeden Schuld/ &c. quæ cum indefinitè loquantur, iisdem quoque cognatos Creditores comprehendi, vix negari poterit, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstand. l. 8. ff. de publ. in rem action.*

Ita Domini in causa der Reuterischen Gläubiger zu Leipzig/ M. Sept. An 1620. (Verba sent. Nachfolgende Gläubiger aber als N. N. N. N. &c. werden als Chirographarii ohne Unterscheid der Zeit billich befriediget und auffn Fall die Ritterliche Erbschafft zu ihrer vollständigen Bezahlung gäntzlichen nicht zureichet/ ist ein jeder unter diesen Gläubigern / pro rata an seiner Forderung etwas schwinden und fallen zu lassen schuldig/ &c.)

Et in causa der Apelischen Gläubiger zu Leipzig / Mens. Majo, Anno 1627. (Verba sent. Nach diesen werden die nachfolgende Gläubiger als Chirographarii ohne Unterscheid der Zeit befriediget/ &c.)

DEFINIT. CLIX.

Chirographariorum appellatione continentur quoque Creditores ii, qui per confessionem debitoris vel testes sua credita probant.

QUid verò, si Creditores Chirographa sive cautiones non habeant, attamen credita sua alio modo, veluti per testes, aut confessionem debitoris probent: † Et hosce Chirographariorum appellatione comprehendi existimaverim, ita scilicet, ut cum iis qui cautiones sive chirographa producunt, simul admittantur: † Cum hâc classe ultimâ jure eos Creditores venire velint, qui nullo privilegio vel jure hypothecæ nituntur, nudaque ac simplicia credite petunt. † Quò & faciunt verba manifesta Illustrissimi Saxonis in *h.* Const. *28. §. ult. verf.* Und letzlichen die Chirographarii, welche allein Brieff und Siegel/ oder andere Nachrichtung ihrer Schulden halben vorzulegen haben. † Quæ verba etiam repetuntur in Ordin. proceff. judic. *tit. 50. in pr. verf.* So werden dann erst/ &c.

Ita Domini in causa der Knoblochischen Gläubiger/ ventilatâ in Pratorio Lipsiensi, Mense Majo, Anno 1623. (Verba sent. Nach diesen werden Veit Böttcher / oder nunmehr seine Kinder/ der ihnen von den Knoblochischen Erben gestandener Schuldforderung der 93 fl. 20 gr. 1. pf. unangesehen sie dieselbe mit documenten oder sonsten nicht bescheinigen / noch beybringen können/ nebens andern Chirographarien, &c. ohne Unterscheid der Zeit befriediget/ wofern aber itzo ermeldte Chirographarii ihre vollkommene Bezahlung nicht erlangen möchten/ seyn dieselben ein jedweder pro rata an seiner Foderung etwas fallen und schwinden zu lassen pflichtig/ &c.)

Et in causa Veit Böttchers Gläubiger zu Leipzig/ Mense Decembr. Anno 1620.

DEFINIT. CLX.

De jure communi in concursu Creditorum, unà, cum sorte etiam usuræ sunt adjudicandæ.

JUre prælationis & hypothecæ sibi competentis, Creditor quilibet non solum sortis, sed etiam usurarum ratione gaudet, adeoque non tantummodo in sorte principali, sed etiam in usuris licitis locum habet regula vulgata: † qui prior tempore, potior quoque est jure, & unà cum sorte Creditoribus justo ordine positis usuræ adjudicari debent, per text. in *l. Lucius Titius. 18. ff. qui potior. in pignor. l. si plures. 9. §. ult. ff. de pact.* Hartman. Pistor. *part. 3. quæst. 14. numer. 24.* Anton. Negus, *de pign. part. 5. membr. 2. num. 10.* Johan. Köpp. *decis. 28. numer. 11.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 66. numer. 8.* Joach. Mynsing. *cent. 1. observat. 59. in pr.* Dan. Moller. *lib. 1. Semestr. 28. numer. 2. verf. deinde & illud.* † Nempe, usuræ sunt accessio Sortis & debiti principalis, ac propterea eodem jure censeri debent, *c. accessorium. 42. de reg. jur. in 6to.* † Ex quo fit, quod sortem pariter atque usuras eodem libello petere, eâdemque sententia terminare liceat, secundum tradita Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 12.*

lia

Ita Domini in cauſa Hanſen Georgen von Stentzſch/ Menſ. Julio, Anno 1632. (Verba ſentent. Ob nun wohl zu der ſämbtlichen Gläubigere Bezahlung die vorhandene Güter nicht zureichen/ da aber dennoch des Orts das Gemeine Käyſerliche und nicht das Sächſiſche Recht bräuchlich wäre/ dafür es ſich aus eurer Frage anſehen läſſet/ ꝛc. So möchten die prioritätiſchen Gläubigere die Zinſen fallen zu laſſen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ ſondern es würden ihnen dieſelbige neben denen Capitalien/ oder Hauptſummen ihrer Ordnung billich befriediget/ ꝛc.)

Et in cauſa Creditorum Georgii Alsdorffs zu Franckfurt an der Oder/ Menſe Dec. Anno 1634.

Definit. CLXI.

In foro autem Saxonico non adjudicantur uſuræ in concurſu Creditorum, antequam omnibus, etiam Chirographariis de ſorte ſatisfactum fuerit.

1 AT in foro Saxonico aliter ſe res habet, neque in concurſu Creditorum uſuras quantumvis licitas, nempe quincunces, priusquam omnibus etiam chirographariis ratione ſortis ſatisfactum fuerit, adjudicari, vult Illuſtriſſimus Saxo, in Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. ſub tit.* Von Wucher/ wucherlichen Contracten *&c.* §. Jedoch wann eines Schuldeners/ *& in* Ordin. proceſſ. judic. *tit. 50. §.* Es iſt aber auch hierbey/ *verſ.* der Zinſen aber. Dan. Moller. *hic num. 64.* Matth. Coler. *de proceſſ. executt. part. 1. cap. 10. num. 112. & ſeqq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 66. num. 9.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 6. n. 13. & ſeqq.* Joh. Zanger. *de except. part.*
2 *3. cap. 25. num. 47. & ſeqq.* † Quod ſapientiſſimo Electoris ſapientiſſimi conſilio proviſum, dicit Coler. *dict. loc. tùm* in odium uſurarum, quantumvis
3 quincuncium, aliàs licitarum; † *Tùm*, ne priores Creditores lucrum uſurarum captantes præferantur reliquis de damno ſortis vitando certantibus,
4 Moller. *lib. 1. Semeſtr. 28. num. 1.* †. Quæ rationes cum æquè locum habeant in Creditore, qui pecuniam debitori mutuò datam, prius ab alio ſub uſuris accepit, ecquis dubitabit, nec huic uſuras deberi, priusquam reliqui Creditores omnes ſortem
5 acceperint, † quoniam eadem ratio idem jus facit,
6 *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de V. O.* † & impudet Creditor ſuæ facilitati atque negligentiæ, quod cum ipſemet pecuniam in promptu non haberet, ab aliis ſub cambio & uſuris acceperit, aliique mutuò dederit, priusquam ejus conditionem an ſolvendo ſit & uſuras unà cum ſorte reſtituere poſſit, exploraverit, *l. qui cum alio 19. ff. de reg. jur.*

Ita Domini in cauſa der Knoblochiſchen Gläubiger zu Leipzig/ Menſ. Majo, Anno 1633. Verba ſentent. Und auff n Fall nach vollſtändiger Bezahlung aller Capitalien/ an des Schuldeners Gütern noch etwas übrig verbleibet/ wird ein jeglicher aus obemeldten Creditorn ſeiner Ordnung nach/ der Landüblichen auffgelauffenen Zinſen/ auff vorgehende Liquidation billich contentiret, &c.)

Item in cauſa der Apeliſchen Gläubiger zu Leipzig/ Menſe Mart. Anno 1627. (Verba ſentenr. Und auff n Fall nach vollſtändiger Bezahlung der Capitalien/ an des Schuldners Gütern noch etwas übrig/ wird ein jeder aus obbemeldten Creditorn ſeiner Ordnung nach/ der Landüblichen auffgelauffenen Zinſen/ auff vorgehende Liquidation billich contentiret/ V. R. W.)

Et in cauſa Creditorum Petri Antonii Dreſſels zu Leipzig/ Menſe Majo, Anno 1626.

Definit. CLXII.

Licet ſuper uſuris æquè ac ſuper ipsâ ſorte hypotheca fuerit conſtita.

SEd *nonne Creditoribus tùm ſaltem ratione uſurarum jus prælationis erit indulgendum, ſi ſuper hiſce non minus atque ſuper ſorte, hypotheca fuerit conſtituta?* Neutiquam ſanè, † ut docent rectiſſimè Joh. Zanger, *in tract. de except. part. 3. cap. 25. num. 101.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 113.* † *Tum*, quod hoc caſu militet æquè ratio prohibitionis, quæ in odio uſurarum conſiſtit, & ne potior habeatur ratio eorum, qui lucrum ex uſuris quærunt, quàm qui de damno ſortis vitando certant, Defin. *præced.* † Quidni ergò idem etiam juris hic obtineret? *arg. l. illud. 32. ff. de leg. Aquil.* cum ratio prædicta ex conſtitutione hypothecæ ſive oppignoratione bonorum neutiquam invertatur: † *Tum*, propter verba generalia Ord. Torg. *de Anno 1583. ſub tit.* Von Wucher/ wucherlichen Contracten/ ꝛc. §. Jedoch wann eines Schuldners, quæ indefinitè adjudicationem uſurarum ante exſolutionem ſortis prohibent. Ergo caſum quoque præſentem, quando nempe ſuper uſuris oppignoratio facta eſt, comprehendent, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt. l. 8. ff. de publ. in rem act.* † *Tum* per verba manifeſta Ord. proceſſ. judic. *tit. 50. §.* Es iſt aber auch. *verſ.* ob wohl alle hiebevor erzehlete Gläubigere/ quæ ad hypothecarios ſe expreſsè referunt, eosque ante exſolutionem ſortis, in concurſu Creditorum ad petitionem uſurarum non admittunt. † Sed hoc de hypothecâ in bonis allodialibus conſtitutâ tantummodo acceptum velim: Nam in bonis feudalibus conſenſu domini & agnatorum hypothecatis, rem aliter ſe habere, docent Johan. Zang. *de Except. part. 3. cap. 25. num. 81.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 66. num. 14.* Reinh. Roſa *ad* Moller. *p. 2.* Conſt. Elect. *30. num. 4.*

1 2 3 4 5 6 7

Ita Domini in cauſa Hanſen Puffendorffs zu Lauſig/ Menſe Jun. Anno 1592. (Verba ſent. So werdet ihr/ ſo viel die Hauptſumma anlanget/ des Schuldners andern Eheweibe vorgezogen/ aber der Zinſen halber/ habt ihr euch vor denen andern Gläubigern/ ehe und zuvor dieſelbe ihres Hauptguts vergnügnet/ ungeachtet ihr die erſte Verpfändung erlanget/ keiner Erſtigkeit anzumaſſen/ V. R. W.)

Item in cauſa Johann Pelſens zu Zwickau/ Menſe April. Anno 1632. (Verba ſenteur. So werdet ihr zwar des Capitals halber/ vermöge euer erlangten hypothec, den andern Gläubigern vorgezogen; So viel aber die Zinſen und Unkoſten anlanget/ mögen dieſelbe/ ehe und zuvor die andere Creditores ingeſampt ihrer Capitalien concentirer, unangeſehen eure Verpfändung auch ausdrücklichen auff die Zinſen und Unkoſten gerichtet/ euch nicht abgeſtattet werden/ V. R. W.)

Item in cauſa Rudolphi von Schmertzen/ Menſ. Jan. Anno 1632 (Verba ſentenr. So werdet ihr eures Capitals der 100. fl. vor allen andern Gläubigern/ ſo kein älter und beſſer Recht erlanget/ billich befriediget/ die auffgelauffene Zinſen aber/ unangeſehen die hypotheca ausdrücklichen zugleich darauff gerichtet/ ſeyd ihr/ ehe und zuvor die ſämptlichen Gläubiger bezahlet zu fodern nicht befugt/ V. R. W.)

Item in cauſa M. Cœleſtini Görtzens zu Leipzig/ Menſ. Jun. Anno 1593.

Et in causa der Apelischen Gläubiger zu Leibzig / Mens. April. Anno 1627.

Definit. CLXIII.

Non efficit renunciatio mulieris, ut Creditor ejus locum subintrans aliis Creditoribus ratione usurarum præferatur.

1 CUm mulier in debitum mariti consensisset, ac beneficio SCti Vellejani aliisqve juris ac privilegiis mulieribus sollenniter renunciasset, putabat Creditor, cujus gratia facta fuerat renunciatio, non solùm sortis sed etiam usurarum ratione, prærogativam sibi competere, † quam vehementer urgebat ex personâ saltem mulieris, quæ ratione dotis & usurarum vel reliquis præfertur, in cujus locum ipsemet intrasset, † Sed licet mulieri jus prælationis tam quoad usuras, quam ipsam dotem indultum sit, ut dicetur *infrà* Defin. 166. id tamen Creditorem nil juvare poterat, quippe qui non ex capite dotis, cui id privilegium concessum est, sed ex causâ mutui agebat: † Ac cum eo casu unà cum sorte usuræ haud sint adjudicandæ, ut dixi *Supra* Defin. 116. Ordin. processs. judic. *tit.* 50. Es ist aber *in fin.* non certè beneficium dotis ad hunc casum extendi poterat, ex ratione, diversitatis, quæ jus diversum facit, *l. inter stipulantem. 83. §. Sacram vel religiosam rem. 5. ibi: Sed hæc dissimila ff. de V. O,* Schrad. *de feud. part. 1. quæst. 6. num 16.*

Ita Domini in causa Wentzel Gärtners contra Michael Schillings Wittbe zu Rochlitz. Mens. Jul. Anno 1613. (Verba sent: Daraus viel zu befinden/ daß Kläger wegen der 263. Gülden Hauptsumma/ derlag Wittiben ihres eingebrachten Guts halber in in der Bezahlung billich vogezogen wird/ aber die Zinsen ist er/ ehe und zuvor die Wittib wegen ihres eingebrachten Guts befriediget / zu fordern nicht befugt / V.R.W.)

Definit. CLXIV.

Interesse tamen sive usuræ compensatoriæ etiam in foro Saxonico unà cum sorte principali, Creditoribus adjudicari solent.

1 ODium itaque usurarum, & ne lucrum quærentes præferantur Creditoribus de damno vitando certantibus, efficit, ut exolutioni harum locus non sit in concursu Creditorum, priusquam omnibus de sorte satis factum fuerit, *Supr.* Defin. 161. Johan. Zanger. *de except. part. 3. c. 25. numer. 47.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 14.*

2 † Quæ ratio cum esset in usuris compensatoriis sive interesse, in quo Creditor æque de damno vitando certat, firmiter inferre licet, non minus ratione interesse, atque ipsius sortis prærogativam Creditoribus etiam in foro Saxonico indulgendam esse, cum Joh. Zanger. & Matth. Coler. *dict. locis.* Daniel. Moller. *lib. 4. Semerst.* 16. † Quid enim, si Creditor probet, se ob defectum pecuniæ, quam debitor justo tempore non solvit, coactum fuisse vendere lares paternos, vel prædia, vel aliunde sub usuris pecuniam mutuo accipere, anne petere prohibetur interesse cum sorte principali, si reliquis de sorte satisfactum non fuerit? † Iniquissimum certè id esset, quia hoc causa Creditor non lucrum quærit, sed de damno vitando laborat. † Hocque ipsum est, quod de solo contractu mutui Dispositio Electoralis loquitur, adeoque duntaxat usuras lucrator unà cum sorte petere prohibet in Ordin. Torgens. *de Anno 1583. sub tit.* Von Wucher/ und wucherlichen *Contracten. §.* Jedoch wann eines. *vers.* Soll man auff solchen Fall. & Ordin. process. judic. *tit. 50. it.* Es ist aber auch. *in fin. tibi.* doch hat solches allein *in mutuo* statt.

Ita Domini in causa Barthol Hertels Gläubiger / Ventilata in Prætorio Lipsiens. Mens. Sept. Anno 1635.
Et in causa Joachimi und Hansen Arnst Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1634.

Definit. CLXV.

Ex pacto Antichreseos fructus percepti in concursu Creditorum non sunt restituendi.

NEque alienum statuendum putaverim de fructibus in contractu Antichreseos, qui tanto minus sunt restituendi, quod concursum Creditorum percepti fuerint loco mercedis, † propter notabilem scilicet laborem impensum in culturâ agrorum, Anton. Neguz. *de pignor. part. 5. membr. 5. num. 5.* † Ex quo etiam contractus hic sustinetur, licet proximè accedat ad eam contractûs speciem, quæ fieri solet in fraudem legitimarum usurarum, *l. si eâ pactione. 14. C. de us.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 23. defin. 3. num. 4. & lib. 4. tit. 35. defin. 7. num. 3.* † Nimirum efficit ille labor, ut Creditor operarum potius mercedem atque compensationem, quàm illum ex usuris lucrum quærere censeatur, ex quo ratio, quæ restitutionem fructuum exigere possit, *supr. defin. 116.* prorsus infringitur † Neque fructus illi propriè sunt loco usararum, neque contractus Antichreseos, quâ talis, in mutuum incidit, † in quo solo tamen Creditorem unà cum sorte usuras petentem non audiri, probavi Defin. *præced. ex* Ordin. Torgens. *sub. tit.* Von Wucher und wunderlichen Contracten. & Ordin. process. judic. *tit. 50.* Es ist aber auch. *in fin.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Werners zu Lichau/ M. Jun. An. 1620.] Verba sent. Und dafern nach Befriedigung aller Capitalia / etwas übrig verbleibet/ werden davon die sämtlichen Gläubiger auch der Zinsen wegen in gesetzter Ordnung contentiret: So viel aber Paul Reitschen anlanget / weil ihme der verconsentirte Acker Wiesewachs anstatt der Zinsen zur Nutzung eingethan worden/ so mag er die eingehobene Nutzung/ so fern dieselbe den gewöhlichen Landsüblichen Zinß/ als jährlichen 5. fl. pro 100. nicht übertrifft / wiederumb herauszugeben / nicht anhalten werden/ rc.)

Definit. CLXVI.

Mulieri in concursu Creditorum unà cum dote & bonis illatis, usuræ quoq; sunt exsolvendæ, etiamsi reliquis Creditoribus de sorte satisfactum non fuerit.

QVin marito in concursu Creditorum interesse & usuras dotis promissæ, sed non exsolutæ petenti annuendum sit, vix dubium esse poterit perpendenti, ob onere matrimonii, quæ interim maritus sustinuit, non tam usuras lucatorias, quàm compensatorias exigi, juxta tradita Definit. 164. Reinh. Rosa. *in addit. ad* Dan. Moll. *part. 2. Const. 30. num. 4.* Joh. Zang. *de except. part. 3. c. 35. n. 67. & seqq.* † Multò magis erit audienda mulier ipsa, si marito mortuo, vel ad inopiam vergente, dotem illatam

illatam repetat, cui propterea unà cum sorte usuræ debentur, quod non ex metuo agat, † in quo solo 3 casu prohibitio Electoralis locum habet, ut dixi Defin. 164. *in fin.* sed interesse damni exigat, & ali- 4 menta petat, † veluti diserte sancitum ab Illustrissimo Saxon. Elect. in Ordin. proceſſ. judic. *tit.* 50. §. Dann wann einer. *vers.* wie nicht weniger die Zinsen/ welche einem Ehe-weibe wegen ihres eingebrachten Ehegeldes *loco alimentorum* gebühren/ ꝛc. Matth. Berlich. *part.* 1. *concl.* 66. *n.* 13.

Ita Domini in causa Gertruden/ Hansen Müllers Wittwen zum Hayn/ Mense Novembr. Anno 1630. (Verba sentent. Da ihr wie recht erwiesen und beybracht hättet/ daß ihr gedachten eurem Ehemanne/ als ihn Anno 1615. geehliget 700. fl. Mitgifftgelder zubracht hättet/ ꝛc. So würdet ihr aus diesen hinterlassenen Gütern vor allen andern Gläubigern/ so kein ältere ausdrückliche hypothec darauf erlanget/ oder sonsten vor euch privilegiret und befreyet seyn/ berührter euer Mitgifftgelder billich befriediget/ und euch nebens dem Capital auch die Zinsen/ von der Zeit an/ als euer Ehemann Todes verfahren/ wofern ihr in andere Wege mit nothdürfftigen Unterhalt nicht versehen gewesen/ entrichtet und abgetragen/ V. R. W.)

Et in causa George Günthers Eheweibes zu Dreßden/ Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sentent. Jumassen dem auch Georgen Günthers Eheweibe von obbemeldten ihrem Ehegelde/ die Landüblichen Interesse von Zeit an/ da ihr keine alimenta und Unterhalt mehr als dem Gute gereichet worden nebens dem Capital in gesetzter Ordnung billich erstattet werden/ ꝛc.)

Definit. CLXVII.

Usuræ quoque pretii haud soluti in concursu Creditorum prærogativâ gaudent.

1 MInus verò ambigendum est, quin usuræ pretii non soluti in concursu Credirorum venditori unà cum sorte, precio nempe venditionis exsolvi debeant quantumvis reliqui Creditores sortem suam consequi non possint. Dan. Moller. *l. 1. semestr. 28. n. 1. & seqq.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 66. n. 12.* Joh. Zanger, *in tract. de except. part. 3. c. 25. n. 55. & seqq.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. q. 108.* 2 *n. 13. & seq.* † *Tum,* quod Ord. Torg. *de Anno 1583. sub. tit.* Von Wucher und wucherlichen Contracten. §. Jedoch wenn eines. quæ usuris prærogativam adimit, de solo mutuo loquatur, adeoque ad contractum venditionis contra dispositionem juris communis extendi haud debeat, *arg. l. quicquid adstringendæ 99. ubi Dd. ff. de V. O.* † *Tùm,* per claram 3 sanctionem Electoralem, quæ unà cum pretio non soluto usuras simul venditori adjudicari jubet, in 4 Ordin. proceſſ. jud. *tit,* 50. §. Dann wann einer † *Tum,* quia hoc in casu venditor non de lucro captando certat, sed de damno vitando, nec tàm usuras petit, quàm rem propriam persequitur, fructus nimirum, quos ex re venditâ percipere poterat & de- 5 bebat, aut eorum compensationem, † quæ fundata est in æquitate justitiæ commutativæ, ut quatenus unus contrahentium implet, alter vicissim impleat, aut lucrum implementi recepti reddat, vel compenset, ne cum alterius jacturâ locupletetur, verba sunt Dan. Moll. *dict. c. 28. n. 3.*

Ita Domini in causa Ursulen Bergin zu Wilsdorff/ Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sententiæ: Da ihr aber dennoch wegen der Kauffgelder/ euch auff dem verkauften Gute/ ein dingliches Recht vorbehalten hättet/ ꝛc. So würdet ihr auch vor denen andern Creditorn billch befriediget/ und ihr möchtet an euer Forderung etwas schwinden zu lassen nicht angehalten werden immassen euch auch neben dem Capital des restirenden Kauffgeldes/ zugleich die davon auffgelauffenen Landübliche Zinsen vor den andern Creditorn billich abgestattet werden/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Ritzens Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1635. (Verba sent. Und werden den jenigen/ dero Forderungen von verkaufften Wahren herrühren/ nebens den Capitalien zugleich die à tempore moræ auffgelauffene Zinsen ihrer Ordnung und prioritat nach/ billich entrichtet und abgestattet/ V. R. W.)

Definit. CLXVIII.

Debentur etiam usuræ unà cum sorte pecuniæ hereditariæ in concursu Creditorum, si ea postquam dies venit, exsoluta haud fuerit.

EAdemque est ratio pecuniæ hereditariæ, vel ex 1 rei alicujus venditione certis terminis promissæ, Der Erb oder Tagzeitgelder. † Nam si hæc tem- 2 pore debito & postquam dies venit, exsoluta haud fuerit, in concursu Creditorum proculdubio usuræ unà cum sorte erunt solvendæ venditori, etiamsi reliqui Creditores nihil consequi valeant. † Pecunia si- 3 quidem hereditaria certis terminis exsolvenda pars est pretii haud soluti: Quod ergò in hoc juris est idem quoque in pecuniâ hereditariâ obtinebit. arg. *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de V. O.* † Quin 4 nec venditor hoc casu usuras ut usuras, sed ut interesse pretii justo tempore haud soluti petit, ut certè iniquissimum esset, ratione ejusmodi interesse prærogativam ipsi denegari, *supr.* Defin. 164. quippe quam in solo mutui contractu abrogatam voluit Saxo Illustrissimus, ut dixi Defin. *præced. n. 2.*

Ita Dominiin causâ Gregorii Werners Erben zu Pichan. Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sententiæ: Zum vierdten des Schuldeners Schwestern 171. fl. 9. gr. Erbgelder oder Tagzeiten/ zusampt denen von Zeit des Verzugs an auffgelauffenen Landüblichen Zinsen/ ꝛc.)

Ita in causa Nicolai Pitschens Gläubiger zu Meissen/ Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sentent. Zum ersten werden vor allen andern Gläubigern bezahlet die alten Erbgelder so viel derselben bescheinigen werden können/ neben denen Zinsen/ ꝛc.

It. in causa Georgii Huttens zu Zeipzig/ Mens. Dec. Anno 1578.

It. in causa Sebastiani Conraden zu Leipzig/ Mens. Martio Anno 1583.

Et in causa Tobiæ Uhlichs zu Franckenberg. Mens. Martio Anno 1634.

Definit. CLXIX.

Usuræ in annuis reditibus sunt exsolvendæ, licet reliqui Creditores sortem non consequi valeant.

NEque sanctio Electoralis, quæ exsolutionem 1 usurarum ante sortis restitutionem prohibet, in Ord. Torgens. *sub. tit.* Von Wucher und wucherlichen Contracten/ & pro judic. *tit.* 50. ad annuos reditus & census extendi debet, † sed exsol- 2 vendi hi sunt in ordine suo, etiamsi reliqui Creditores sortem consequi non valeant. Petr. Hein. *part. 1. quæst. 34. n. 36.* Hart. Pistor. *obs. 63. n. 2.* Dan. Moller. *libr. 1. semestr. 28. n. 3.* † *Tùm,* per claram dispo- 3 sitionem Illustrissimi Saxonis, *in* Ordin. proc. judic. *dict. tit. 50.* §. Dann wann einer. *vers.* Auch mit den *usuris in annuis reditibus* † *Tùm,* quia id, quod an- 4 nuatim ex redituum emptione percipitur, non est usura

usura nec accessio aliqua ad sortem, sed ipsa sors
5 Gail. *lib. 2. observat. 7.* † tantum scilicet abest, horum redituum exsolutionem in concursu Creditorum prohibitam esse, ut restitutionem sortis impedire nulli Legislatori unquam in mentem venerit. † *Tùm*, quod in solo contractu mutui cesset petitio usurarum, priusquam reliquis Creditoribus de sorte satisfactum fuerit, Ordin. process. judic. *dict. tit. 50. §.* Es ist aber. *in fin.* Nil itaque ad venditionem annuorum redituum inde erit inferendum, juxta tradita *Supr* Defin. *164*,

Ita Domini in causa M. Nicolai Mohauers zu Leipzig/ Mens. Jan. An. 1634. (Verba sent. Ob nun wohl sonsten in concursu Creditorum die Zinsen/ ehe und zuvor alle Capitalia abgetragen/ im Stand des Rechten nicht gefodert werden können/ dieweil aber dennoch solches allein in simplici mutuo stat hat/ und keines weges auf die annuos reditus und Zinsen von unableglichen Capitalien zu ziehen/ &c. So hat sich auch Käuffer Michael Stumme mit seinem Einwenden nicht zu behelffen/ sondern/ er ist mehr berührte 20. fl. rückständige Zinsen vor allen andern Gläubigern/ so ihrer Capitalien wegen nicht besser privilegiret, abzustatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. CLXX.

Repetit fidejussor in concursu Creditorum unà cum sorte usuras, quas pro suo principali solvit.

1 FIdejussori quoque si pro suo principali usuras solverit, indulgendum est, ut eas unà cum sorte principali in concursu Creditorum repetere valeat, etiamsi reliquis de sorte haud fuerit satisfactum, per text. *in l. creditor.* 12. §. *sciendum est* 6. *ff. qui potior. in pign.* Dan. Moller. *l. 1. semestr. 28. numer. 3. vers. tandem hoc ipso.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap.*
2 *25. n. 78. in fin,* † Quod nec in foro Saxonico aliter se habere, probat sanctio Electoralis in Ordinat. process. judic. *tit. 50. §.* Dann wann einer. *vers.* und denen Zinsen/ welche ein Bürg. Matth. Berlich.
3 *part. 1. concl. 66. n. 16.* † Æquissimè sanè, quia fidejussor usuras non tanquam aliquod lucrum, sed tanquam rem propriam & sortem repetit, Vincent. de Franch. *decis. 254. num. ult.* Jacob. Menoch. *l. 2. ar-*
4 *bitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 119. n. 26.* † Quo casu usurarum rationem etiam in concursu Creditorum habendam esse dixi Definit. *præced. &* Definit. 164. Dan. Moller. *dict. cap. 28. n. 2.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. quæst. 108. n. 13.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 10. n. 114.*

Ita Domini in causa Matthæi Frickens zu Wurtzen Mens. August. Anno 1627. (Verba sentent. Habt ihr vor Martin Bergern/ für deme ihr euch in Bürgschafft eingelassen/ 166. fl. Capital benebens 13. fl. Zins zahlen müssen/ &c. So seyd ihr solch Capital und Zinsen vermöge der hierüber erlangten hypothec wieder zu fodern berechtiget/ und ihr werdet derselben vor allen andern Creditoren, so kein älter und besser Recht erlanget/ billich befriediget/ V. R. W.)

Definit. CXXI.

Ecclesiæ & Hospitalia ratione usurarum quoque aliis Creditoribus præferuntur.

1 COnveniunt denique in eo *Dd.* quod etiam in foro Saxonico unà cum sorte exsolvi debeant usuræ, eo casu, quo jure Canonico prohibitæ non sunt, etiamsi reliqui Creditores sortem consequi non possint, Dan. Moller. *l. 1. semestr. 28. num. 3.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 66. n. 17.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 25. n. 52. & 66.* † Nempe, quod jus Pontificium usuras non tanquam usuras, sed tanquam interesse damni admittat. Petr. Heig. *part. 2. quæst. 1. num. 141.* † Ex quo hactenus in Scabinatu 3
Electorali Saxonico receptum est, ut hospitalibus & Ecclesiis usuræ etiam de pecuniâ mutuò datâ, adjudicentur, in concursu Creditorum, quantumvis reliquis de sorte satisfactum haud fuerit? † Eò quod 4
hospitalia & Ecclesiæ nunquam propriè usuras, sed interesse petere præsumantur, Panormit. *in cap. conquestus. 8. ext. de usur.* Heig. *dict. quæst. 1. num. 141. supr. defin. 162.* Adde Decis. Nov. 8.

Ita Domini in causâ Creditorum Hansen Schletzens zu Steinsdorff/ Mense Septembr. An. 1634. (Verba sent. Zum 6. werden bezahlet 44. Alteschock/ Capital/ und siebendhalb Alte Schock davon auffgelauffene Zinsen/ dem Gotteshause Steinsdorff/ dafür eine Wiese mit Consens verschrieben/ wofern solcher Consens älter als der folgenden Creditorum &c.)

Item in causâ Zachariæ Pitzschens Gläubiger zu Dresden/ Mens. Octobr. An. 1632. (Verba sentent. Zum vierten dem Religion-Ampt/ oder Hospital zu Neudressden 80 fl. Capital zusampt denen auffgelauffenen Landüblichen Zinsen/ &c.)

It. in causa Carl Stelbogens contra Petrum Rosinum zu Dölitzsch. M. Jan. Anno 1633.

In causa Wilhelmi Pistoris, Mens. Decembr. Anno 1629.

In causa Johann Otten zu Meissen/ Mens. Decembr. Anno 1629.

Et in causa Chiliani Schuhmans Gläubiger zu Gaschwitz M. Jun. Anno 1635.

Definit. CLXXII.

Gaudent etiam prærogativâ Usuræ pupillares.

NEc in usuris pupillaribus aliud obtinet, sed exsolvendæ sunt hæ pupillis non minus atque sors 1
ipsa, etiamsi Creditores reliqui sortem suam consequi nequeant; † Æquiparantur siquidem de jure 2
Canonico pupilli, Ecclesia & Fiscus *c. 1. de integr. restit.* Anton. Fab *in Codic. l. 1. tit. 9. defin. 20. n. 10.* † Quare, quod de jure Pontificio in usuris Ecclesiæ 3
receptum est, Defin. *præced.* in usuris quoque pupillaribus obtinebit, *arg. l. illud 32. ff. ad legem Aquil.* † Idque tantò magis, quantò majore beneficio gau- 4
dent usuræ pupillares, Pet. Heig. *part. 2. qu. 1. n. 140.* † Ex quo etiam fit, quod usuræ usurarum pupillarium à tutore exigi possint, *l. tutor, qui repertorium. 7. §. si usuras. 12. l. qui negotiationem. 58. §. ex duobus. 1. ff. de admin. & peric. tutor.* † quantumvis 6
aliàs nec usuræ usurarum, nec accessionis accessio præstanda sit, *l. ult. C. de usur. l. si non sortem 26. in pr. ff. de condict. indebit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 4. n. 1.* Bartol. *in l. neque eorum 15. ff. de usur.* Adde Decis. Nov. 9.

Ita Domini in causa Hansen Braunens Gläubiger zu Freyberg/ Mens. Majo. Anno 1630. (Verba sentent. Und weil D. Oßwald Hilligers Kinder Forderung unmündiger Kinder Geld ist/ so werden ihnen auch zugleich nebens dem Capital der 200. fl. die davon auffgelauffe Landübliche Zinsen/ wann auch gleich die andern Creditores ihrer Capitalien nicht befriediget würden/ zugleich nebens dem Capital billich abgestattet/ &c.)

Item in causa Curatoris Amen/ George Heinens Eheweibes contra dessen Gläubiger zu Dressden/ Mens. Majo Anno 1633. (Verba sentent. Und erscheinet nunmehr aus den Acten so viel/ daß Klägers Pflegfrauen

frauen/ nebens dem angegebenen Capital/ der 1390. fl. zugleich auch die davon auffgelauffenen Landübliche Interesse als usuræ pupillares der im Abschiede geschiede gesetzten Ordnung nach/ vor den andern Gläubigern billich entrichtet werden/ V. R. W.)

It. in causa Georgii Baditzens zu Wartenberg/ Mense August. Anno 1627.

Et in causa Heinrichen von Landen/ und Martin Krenschens zu Dreßden/ Mens. Jan. Anno 1622.

Definit. CLXXIII.

Sed non ultra, quam tutela duret, licet rationes tutelæ nondum redditæ fuerint.

1 SOlis autem pupillis beneficium hoc competit,
2 quamdiu scilicet tales sunt. † Nam factis eis puberibus, tutelâque finitâ, nil quicquam ipsis ulterius indulgendum erit, ne scilicet beneficium usurarum pupillarium ad alias usuras accommoderur, & privilegium, quod personale est, personam privilegiatam egrediatur, contra *l. quia tale. 13. ff. solut. matrim. l. ex pluribus. 42. ff. de administr. tutor.* † Quin
3 etsi rationes tutelæ nondum redditæ fuerint, ultra tempus tutelæ tamen, usuræ ipsis exsolvendæ haud sunt, priusquam reliqui Creditores sortem suam ac-
4 ceperint. † Cessante nimirum ratione beneficii solis usuris pupillaribus concessi, *arg. l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron.* Jason. *in l. quod dictum.*
5 *32. num. 2. ff. 5. de pact.* † Nec enim raro accidit, ut post tutelam finitam, rationum redditio in multum tempus differatur, Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 23. defin. 9. n.* 8.

Ita Domini in causa Creditorum Erhard Richters zu Wartenburg/ Mens. August. Anno 1633. (Verba sent. Zum ersten werden bezahlet Andreæ Eckards Wittiben und Kindern 92. fl. Capital benebens denen auffgelauffenen Landüblichen Zinsen die Zeit über/ als Andreas Eckard unmündig gewesen/ ꝛc.)

Et in causa Caspari Reinholds zu Reichenbach/ Mens. Jun. Anno 1634.

Definit. CLXXIV.

Postquam Creditoribus omnibus de sorte satisfactum est, usuræ quoq; secundum cujusq; Creditoris prærogativam exsolvi debent.

1 REgulariter itaque in foro Saxonico usurarum ratio non habetur, antequam Creditores indifferenter omnes, adeoque etiam Chirographarii, sortem suam acceperint, *Supr.* Definit. *161.* Dan. Moller. *hic numer.* 64. Petr. Heig. *part. 2. quæst. 6. n.*
2 *13. & seqq.* Matth. Col. *de process. execut. part. 1. c. 10. n. 112. & seqq.* † Quod si factum fuerit, bonaque debitoris æs alienum superaverint, nil amplius obstat, quò minus Creditoribus de usuris etiam sit satisfaciendum, non pro ratâ ut singuli quid de usuris
3 participent, † sed juxta ordinem, in exsolutione sortis principalis observatum, ita ut priores & privilegiati, etiam ratione usurarum posteriores alios-
4 que minus privilegiatos excludant. † Nullibi enim in jure Saxonico prioritas quoad usuras adempta est Creditoribus, quidni ergò ea in harum exsolutione observanda esset? *l. præcipimus. 32. C.*
5 *de appellat.* † Veluti quoque claris verbis dispositum ab Illustrissimo Saxone *in* Ordin. proces. judic. *tit. 50. §.* Es ist aber auch. *vers.* der Zinsen aber sollen sie so dann erst wann alle Gläubiger und also auch die Chirographarii der Haupt-Summen vergnüget/ ihrer Ordnung nach bezahlet werden/ ꝛc.

Ita Domini in causa der Knoblochischen Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Majo Anno 1623. (Verba sentenr. Und wann nach Bezahlung aller Capitalien/ an des Schuldeners Gütern noch etwas übrig verbleibet/ wird ein jeglicher aus obbemeldten Creditoren seiner Ordnung nach/ der Landüblichen auffgelauffenen Zinsen billich contentiret, &c.

Ita in causa Hansen Börners zu Laslau Mens. April. Anno 1635. (Verba sententiæ: Wann die andern Gläubiger ihrer Capitalien befriediget/ und es verbleibt von den Kauff-Geldern des Hauses noch etwas übrig/ so werdet ihr gleichfalls vor den andern Gläubigern/ euer rückständigen Zinsen/ ohne einigen Abgang/ davon vergnüget/ V. R. W.)

Et in causa der Apelischen Gläubiger zu Leipzig/ Mense Mart. Anno 1627.)

Definit. CLXXV.

Mulier ratione temporis tertia quoad dotem illatam vincit ex seipsâ primum Creditorem, hypothecam tacitam, & ex personâ primi, secundum intermediam expressam habentem.

NOn putandum est, observatis Creditorum classibus rem ita expeditam reddi, ut in concursu 1
nulla prorsus ulterior difficultas occurrere possit; Sed quia varia sunt Creditorum jura & privilegia, ea quandoque ita intricantur, ut pluribus concurrentibus, vix nodus dissolvi queat. † Pone nimirum tres 2
Creditores, quorum primus taciram habet hypothecam: Secundus expressam intermediam: Tertius putà mulier intulit dotem: † Certè, hoc casu 3
non facile poteris invenire principium & finem. Non enim primus præferri potest, quia vincitur à tertio Creditore, scilicet muliere, quæ ratione dotis hypothecæ tacitæ etiam anteriori præfertur, *Supr.* Defin. *64. l. assiduis. 12. C. qui potior. in pignor. h.* Const. *28. in pr.* Ordin. process. judic. Elect. Saxon, *tit. 44. in pr.* Dan. Moller. *hic num. 33.* † Neque secundus expressam intermediam habens, erit præ- 4
ferendus, quippe quem vincit Creditor primus jure tacitæ hypothecæ anterioris, *Supr.* Defin. 119. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. *tit. 44.* §. Alle diese Gläubiger. † At nec mulier ratione temporis 5
tertia primum obtinebit locum, quia vincitur à secundo anteriorem expressam habente *Supr.* Defin. *64. hâc* Const. *28. vers.* Allen andern Gläubigern. Ordin. process. judic. *dict. tit. 43. in pr.* Moll. *hic num. 33.* Matth. Coler. *part. 2 decis 270. numer. 1. sub fin.* Quomodo igitur nodus hic dissolvendus erit? † Ajunt communiter: Mulierum primo 6
loco ponendam esse, ut utramque tàm expressam, quàm tacitam superet, tacitam quidem ex seipsâ, quoniam mulier ratione dotis præfertur hypothecæ tacitæ, *Supr.* Defin. 64. expressam verò hypothecam non ex seipsâ, sed ex personâ primi Creditoris secundùm vincentis, ex regulâ vulgatâ, † quâ si 7
vinco vincentem te, multo magis vinco teipsum, *l. de accessionibus. 14. §. & si mihi pign. 3. ff. de diverse. tempor. præscript.* Andreas Rauchb. *part. 1. q. 4. n. 12. & seqq.* † Sed regula hæc si vera est, cur non primus 8
Creditor secundum Creditorem ex seipso, & mulierem ex persona secundi Creditoris vincet: Aut cur non potius secundus Creditor vincet tertium Creditorem, putà mulierem ex se ipso, & ex personâ mulieris primum? † Nullam profectò rationem 9

diver-

diversitatis probabilem invenies, quamtumvis anxià
10 labores; Nisi forsan dixeris, † Regulæ illi: si vin-
co vincentem te, multò magis vinco te, ex *l.* 14. §. 3. *ff. de diverſ. tempor. præſcript.* locum non dari, ubi rationes victoriæ sunt diversæ propter jura validiora & magis privilegiata, ad hærentia uni Creditori & non alii, cum Salycet. *in Aut. quo jure in fin. C. qui potior. in pignor.* Didac. Covar. *l.* 1. *var. reſolut. c.* 7.
11 *n.* 3, Andr. Rauchb. *dict. quæſt.* 4. *n.* 23. † Sed vereor, ne hoc repugnet textui manifesto *in cap. authoritate Martini.* 7. *de conceſſ. præb. in* 6*to.* Existimaverim po-
12 tius, † judicis arbitrio hâc in re tribuendum quid esse, ut attentis variis circumstantiis, facultatoribus Creditorum, eorumque qualitatibus & conditionibus, ex æquo & bono rem decidat, *arg. l.* 1. §. *ult. ff. de jure delib.* ut benè docet Matth. Berlich. *p.* 1. *concl.*
13 72. *n.* 30. † Ac ita quidem communi opinioni, quæ mulierem primo loco ponit, inhærendum arbitratur, non solum ob dotis favorem, *l.* 1. *ff. ſolut. matrim.*
14† Sed etiam, propter observantiam jam antea in foro receptam, quæ studiosè tenenda est, *arg. l.* 3. *C. de ædif. privat.* Id quod tam à JCTIS quàm *Immpp.* fa-
15 ctitatum reperimus, † qui sæpius opinionis suæ fundamentum non aliunde, quàm ex communi observantiâ desumunt, veluti apparet ex *l. filius emancipatus* 14. *ff. ad Leg. Corn. de falſ. l.* 1. *ff. ad SCtum Syllan. & in* §. *pen. inſt. de ſatisd.*

Ita Domini in causa Marien Höffers zum Wolckenstein/ Mens. Sept. Anno 1630. (Verba senter. Habt ihr aus euers verstorbenen Mannes Verlassenschafft / darzu sich ein concursus Creditorum ereignet/ 700 fl. eingebracht Ehegeld zu fodern / wann nun gleich Martin Rabener vor eurer Verehligung/ wegen 100. fl. geliehenes Geldes/ in gedachtes eures Mannes Gütern eine ausdrückliche Verpfändung erlangt hätte. Da aber dennoch Hansen Weisens Foderung und das ihme zustehende jus tacitæ hypothecæ noch älter / und also Martin Rabenern vorzuziehen wäre/ ꝛc. So würdet ihr dannenhero/ weil ihr gedachten Hansen Weissen in Rechten ratione dotis illatæ zu præferien, auch vor Martin Rabenern/ euers Ehegeldes gestalten Sachen nach/ billich befriediget/ V. R. W.)

Definit. CLXXVI.

Præfertur etiam ratione dotis illatæ mulier, in ordine ſecunda, primo Creditori, hypothecam expreſſam anteriorem habenti, ſi tertius ad refectionem ædium pecuniam credens, hypothecam ſibi conſtituti fecerit.

1 OCcurrit sæpius & hæc difficultas inter Creditores, † Nempe, primus Creditor habet hypothecam expressam; Secundus, putà mulier habet privilegium prælationis ratione dotis illatæ; Tertius verò hypothecam & jus prælationis pro eo, quod in
2 refectionem domus credidit. † Sanè priori hypothecæ expressæ neutiquam erit concedenda prærogativa, quoniam ei præfertur Creditor tertius, qui ad refectionem domus pecuniam mutuò dedit, *Supr. Defin. 105. Novell. 97. cap.* 3. Ordin. proceſs. judic. Elect. Saxon. *tit.* 43. §. Wann auch einer/ ꝛc.
3 † Neque etiam hic tertius primo erit loco ponendus, quia eum vincit mulier ratione dotis illatæ, præsertim si tempore sit prior, *Supr.* Defin. 63. *dict. tit.*
4 43. §. Wann sie aber. *& §. ult.* † Sed & mulier vincitur à primo, ut nec huic primus sit locus tribuendus. *Supr.* Defin. 64. Quid ergo dicendum? † Et 5
hic judicis arbitrio decisionem committo, secundum tradita Defin. *præced.* Æquus autem videbitur, † si 6
præferet mulierem ratione dotis, quæ favorabilis habetur, *l.* 1. *ff. ſolut. matr.* ita ut hæc tertium posteriorem ex se ipsâ, primum verò ex personâ tertii Creditoris vincat & superet, *arg. l.* 14. §. 3. *ff. de diverſ. temp. præſcript. l.* 2. §. 17. *ff. ad SCtum Tertull. c.* 7. *de conceſſ. præb. in* 6*to.* veluti ita infert. Nicol. Everh. *in topic. l. à primo ad ultimum.* 106. *numer.* 3. † Idque 7
eò magis, quod in dubio dotem mulieris ei, quod ad refectionem ædium creditum fuit, præferri jubeat Illustrissimus Elector *in dict. tit.* 43. §. Wann man aber. † quamvis dissentire videatur Andr. Rauchb. 8
part. 1. *quæst.* 4. *n.* 16. *& seqq.*

Ita Domini in causa Curatoris Annen Martin Heuselers Wittiben contra Valentinum Stielen zum Hayn Mens. April. Anno 1632. (Verba sententiæ: Daraus so viel zu befinden/ daß Klägers Pleg-Frau wegen ihres eingebrachten Ehe-Geldes beklagten/ unangesehen dessen Verpfändung älter ist/ gestalten Sachen nach in der Zahlung nach billich vorzuziehen/ V. R. W.)

Definit. CLXXVII.

Secundus Creditor habens areſtum, ex perſona tertii habentis hypothecam judicialem, vincit primum Creditorem, qui nititur jure hypothecæ extrajudicialis.

EXercebit porro judex arbitrium suum, si primus 1
Creditor habeat hypothecam extrajudicialem coram Notario & testibus constituta: Secundus arestum Intermedium: Tertius verò expressam hypothecam judicialem posteriorem; † Etenim si 2
primum hic velis præferre, obstabit Const. Elect. 23. §. Wann auch *p* 2. *ubi vid. Defin.* 14. & Ordin. proceſs. judic. Elect. Saxon. *tit.* 46. §. Da auch ein Gläubiger. ex quâ posterior hypotheca judicialis vincit priorem extra judicialem coram duobus vel tribus testibus constitutam. † Si verò secundum? 3
gravabitur inde primus, quia hypotheca extrajudicialis præfertur etiam aresto ut demonstrabo *infr. part.* 2. Const. Elect. 23. *Defin.* 14. *ubi etiam* Dan. Moller, *n.* 29. † Sin tertium? Deterior fiet condi- 4
tio secundi, cùm arestum prius fræferatur hypothecæ judiciali posteriori, *Supr.* Defin. 143. Ordin. proceſs. judic. Elect. Saxon. *tit.* 48. *in pr. verſ.* Allen andern. *& tit.* 44. §. Alle diese Gläubiger. † Nihilomi- 5
nus rectè decidet judex, secundo jure aresti primum locum assignando, † ita ut tertium ex se ipso, pri- 6
mum verò, ex personâ tertii Creditoris vincat, veluti sentit Bonifac. *in cap. autoritate Martini.* 7. *de conceſſ. præb. in* 6*to. allegatus à* Matth. Berlich. *part.* 1. *concl.* 72. *n.* 13. † Rationem si petas, dico, non mul- 7
tum conqueri posse primum Creditorem, ex solâ conventione privatâ agentem, si postponatur eis, qui ultra conventionem privatam de pignore quoque judiciali sibi prospexerunt, *arg.* Const. Elect. 23. §. Es sollen aber/ *part.* 2.

Ita Domini in causa Nicolai Helleborns contra Martin Stieffeln zu Weissensee/ Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sententiæ: Daß sich der Kläger gestaltem Sachen nach/ vor Beklagten einiger Prioritât nicht anzumassen hat/ V. R. W.)

DEFI-

Definit. CLXXVIII.

Quod uni ex Chirographariis à debitore solutum est, id repeti nequit à reliquis, Chirographariis.

1 COnveniunt in eo *Dd.* quod pecuniam uni ex Chirographariis à debitore exsolutam reliqui Creditores Chirographarii repetere nequeant, per text. *in l. si non expedierit. 6. §. quid ergo 2. ff. de reb. autor. judic. possid. l. quod autem. 6. §. sciendum. 7. ff. quæ in fraud. creditor. l. pupillus 24. verb. sin verò ff. eod. tit.* Andr. Gail. *l. 2. observ. 25. n. 14. & seq.* Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 20. n. 1.* Joh. Köppen. *decis. 62. n. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 71. num. 7.* Strach. *de decoct. part. ult. n. 31. & seq.* Vincent. Caroc. *decis.*
2 *109. n. 23. & seqq.* † Meritò enim Creditori vigilanti industria sua prodest, ac negligentibus inertia nocet, *dict. l. pupillus. 24. vers. sin verò juste & §. ult.* Quod tamen non universaliter verum putaverim.
3 † Quid enim, *si bona debitoris jam sint possessa, & Creditor ex iis suum receperit?* Omninò tunc id, quod uni exsolutum est, revocari, & reliquis communicari debet, *dict. l. quod autem cum possit. 6. §. sciendum 7. ff. quæ in fraud. creditor.* Hart. Pist. *dict. q. 20. n. 2.* Joh. Köppen. *decis. 62. n. 4.* Caroc. *dict. decis.*
4 *109. n. 23. & seq.* † Idemque asserendum, si debitor per gratificationem uni ex creditoribus solvit, quamvis hoc ante bona possessa fecerit, *dict. l. 6. §. quid ergo 2. ff. de reb. autor. judic. possid. l. pupillus. 24. vers. ut si per gratificationem ff. quæ in fraud. credit.* Hartm.
5 Pist. *dict. quæst. 20. n. 3. & seqq.* † ubi alias adhuc ponit limitationes, quàs etiam refert Matth. Berlich. *dict. concl. 71. n. 14. & seqq.*

Ita Domini in causa Melchior Thumens zu Denstädt/ Mense Jul. Anno 1632. (Verba sent. Ist Peter Helmer in grosse Schulden-Last gerathen/ also daß sich zu seinem Vermögen ein concursus Creditorum ereignet/ darbey ihr euch wegen 36. fl. geliehenen Geldes gleichfals angegeben/ und weil gedachter Schuldener hiebevor albereit/ einem unter seinen Gläubigern Nahmens Hansen Wolffen 100. fl. auff seine Forderung ausgezahlet/ seyd ihr euch daran zu halten gemeinet? Ob nun wohl sonsten unter den Chirographariis das jenige/ was einem von dem Schuldener ausgezahlet worden/ von dem andern nicht repetiret, noch wieder eingefodert werden mag/ &c.

Definit. CLXXIX.

Repetere tamen possunt hypothecarii vel privilegiati Creditores, quod Chirographariis est solutum.

1 NEque solùm in Chirographariis, sed etiam privilegiatis aliisque Creditoribus, qui non secundum prioritatem temporis, sed æqualiter & quilibet pro ratâ suâ concurrunt, id juris obtinet nempe, ut si unus reliquos prævenerit suumque receperit, reliqui Creditores id repetere non possint,
2 † quia pari jure nituntur, ac propterea vigilando & præoccupando meliorem suam conditionem facere possunt, *l. inter eos. 19. ff. de rè judic.* Hartman. Pistor. *part. 3. quæst. 20. n. 1.* Matth. Berlich. *part.*
3 *1, concl. 71. num. 29.* † Sed alia est ratio, si Creditores non pari & æquali jure nitantur, sed alii aliis sint potiores in jure prælationis. Nam quod uni ex Creditoribus Chirographariis, aut etiam omnibus solutum est, id rectè à Creditoribus hypothecariis vel privilegiatis repetitur per text. *in l. deferre. 28. §. ult. l. seq. ff. de jur. fisci. l. pecunia. 5. C. de privil. fisci. l. 3. ff. quod cum eo qui in alien. potest. est l. ex facto 52. §. ult. ff. de pecul.* † Nec enim vigilantia & indu- 4
stria unius alteri in jure quæsito præjudicare debet, ut latè docet Hartm. Pist. *dict. q. 20. n. 11. & seq.* Matth. Berl. *dict. concl. 71. n. 20.* Vincent. Caroc. *decis. 109. n. 18.* Joh. Köpp. *dec. 62.* † Idque verum est, sive res 5
Creditori Chirographario soluta adhuc extet vel non, & sive malâ, sive bonâ fide fuerit consumpta, *dict. l. deferre 18. ff. de jure fisci.* Hartman. Pist. *dict. q. 20. n. 12. & 15.* Köpp. *dict. decis 62. n 9. & seqq.* Berlich. *dict. loc.* ubi plures ponit ampliationes. † Planè arestan- 6
tes quoque repetere posse id, quod post impetratum arestum Chirographariis exsolutum est, vel indè apparet, quod arestum jus reale ac pignus tribuat, Andr. Rauchb. *part. 1. q. 4. n. 2.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de privil. credit. n. 9.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Dieweil ihr aber dennoch auff des Schuldeners Gütern eine gerichtliche Verpfändung und vor andern ein privilegium erlanget/ dahero euch zu Nachtheil keine Verenderung geschehen können/ &c. So seyd ihr auch das jenige/ was Hansen Wolffen ausgezahlet worden/ so weit sich euer Schuld erstrecket/ wieder einzufodern und euch davon bezahlet zu machen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. CLXXX.

Pecuniam quoque posterioribus hypothecariis solutam, priores hypothecarii jure repetunt.

AT num etiam *Creditores anteriores generalem hypothecam habentes, poterunt repetere pecuniam solutam posterioribus hypothecariis Creditoribus?* Hoc quidem jus fisci esse statuunt † *Dd.* com- 1
muniter per *l. pecunia. 5. C. de privil. fisci. l. 18. §. ult. cum l. seq. ff. de jur. fisci.* † Sed & in privato idem ob- 2
tinere, probari videtur per *l. si fundus. 16. §. in vindicatione 3. ff. de pign. l. distractis. 14. l. debitorem. 15. C. eod. tit.* † Vacillant tamen alii, & distinguunt vel 3
inter condictionem ex Lege, & actionem hypothecariam, arg. *l. ult. §. sin verò heredes. 6. C. de jur. delib.* † vel inter causam lucrativam & onerosam, ut vi- 4
dere est apud Anton. Peregrin. *l. 6. de jur. fisci tit. 6. n. 6. & seqq.* Covarr. *pract. q. 19.* Joh. Fab. *in §. item si quis in fraudem 6. n. 25. inst. de action.* † Et quidem 5
haud ineptè forsan quis dixerit, nullum prorsus jus repetendi hypothecariis anterioribus competere, non quod translato rei pignoratæ dominio, jus pignoris evanescere videatur; † cùm utique res tran- 6
seat cum suâ causâ, & onere, *l. alienatio. 67. ff. de contr. empt. l. via 23. § si fundus 2. ff. de servit. rust. prædior.* † Sed propter solam naturam, conditio- 7
nem & qualitatem pecuniæ, quæ in perpetuo quasi motu est, & destinata commutationibus atque commerciis; ita ut si aliud diceretur, necessum sit, turbari totam rationem commerciorum, & forum perpe- 8
tuis controversiis personare, Andr. Rauchb. *part. 2. q. 9. n. 31.* Dan. Mol. *l. 2. semestr. 4. num. 1.* † Quin 9
& perquam absurdum videtur, negare debitori jus liberè expendendi & recipiendi pecunias, quod certè fieret, si repetendi facultas prioribus concederetur hypothecariis. † Nihilomi- 10
nus expeditum est, jus pignoris ita rei inhærere, ut ejus vindicatio detur Creditori contra quem-

quemcunque poſſeſſorem *l. pignoris perſecutio. 17. ff. de pign. l. pignoris vel hypothecæ. 18. C. eod. tit.* Hartm. Piſt. *part. 3. q. 20. n. 19.* Andr. Gail. *l. 2. obſerv. 25. n.*
11 *16. in pr.* † Ex quo facilè colligendum, vindicationem competere anterioribus Creditoribus, ſi res hypothecata adhuc extet, vel ſaltem condictionem
12 ex lege, ſi bonâ fide conſumpta fuerit, † veluti probatur *ex l. creditor. 12. §. Papinianus 5. ff. qui potior. in pign. l. ult. §. fin verò Creditores. 5. & §. fin verò heredes. 6. C. de jur. delib. l. deferre. 18. §. ult. ff. de jur. fiſci.* † Eaque ſententia communis & in foro
13 Saxonico recepta eſt, teſte Andr. Rauchb. *dict. q. 9.*
14 *n. 12.* adeoque ab eâ non recedendum, † quam etiam pluribus tuentur Hartm Piſt. *dict. q. 20 n. 19. & ſeqq.* Joh. Köpp. *deciſ. 62. n. 10. & ſeq.* Matth. Berlich. *p. 1. concl. 71. n. 47. & ſeqq.* ubi ad contraria reſpondet. Vincent. Caroc. *deciſ. 109. n. 14. & ſeq.* Benev. Stracha
15 *de decoct. part. ult. n. 30. & ſeqq.* † Planè, ut commerciorum ratio conſervetur, ad merces aliasvè res venalas, hanc aſſertionem non extendere licet.
16 † Etſi enim haſce quoque res generalis hypotheca omnium bonorum comprehendat, attamen ſi res illæ venales ad alium translatæ fuerint, creditor contra tertium poſſeſſorem neutiquam hypothecariâ
17 agere volebit, † quantumvis res illæ adhuc extent, ut dicam *infr. part. 2.* Conſt. Elector. *23. defin. 13.* Hartm. Piſtor. *dict. q. 20. num. 27. & ſqq.* Anton. Neguz. *de pign. part. 2. membr. 2. n. 23.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Fiſchers contra Stephan Rinckfuſen zu Deuma / Menſe Auguſt. Anno 1632. (Verba ſentent. Daß Beklagter ſeines Fürwendens ungeachtet / Klägern die geklagte Gelder herauszuantworten ſchuldig / V. R. W.)

Definit. CLXXXI.

Nunquam repetitur ſolutum Creditoribus, ſi ex bonis debitoris, reliquis ſatisfieri queat.

Etſi hypothecarii anteriores, id quod poſterioribus hypothecariis, Defin. *præced.* vel Chirographariis ſolutum eſt, repetere queant, Definit.
1 179. † attamen fallit idipſum, ſi debitor alia adhuc poſſideat bona, ex quibus Creditoribus anteri-
2 oribus ſatisfieri poſſit; † Non enim debet inquietari tertius poſſeſſor, quando per reliquà debitoris
3 bona creditori eſt proſpectum, † ideoque excuſſio debitoris ſemper præcedat, neceſſe eſt, *l. ſi non expedierit. 6. §. ult. ſub fin. verſ. ſed ſi nihil ſit in bonis. ff. de bon. autor. judic. poſſ.* Joh. Köppen. *deciſ. 62. n. 14. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Melchior Thumens zu Denſtädt / Menſe Jul. 1632. (Verba ſentent. So ſeyd ihr auch / auffn Fall ihr euch ſonſten in des Schuldeners Gütern nicht zu erholen / das jenige / was Hanſen Wolffen außgezahlet worden / ſo weit ſich eure Schuld erſtrecket / wieder einzufodern / und euch davon bezahlet zu machen wohl befugt / V. R. W.)

Definit. CLXXXII.

Emptor, qui publicæ auctionis pretium ſolvit magiſtratui, ſecurus quidem eſt, ſed magiſtratus rationem pecuniæ acceptæ reddere tenetur Creditoribus.

1 Liberatur equidem emptor, qui bona ſub haſtâ vendita comparavit, ſi pretium magiſtratui exſolverit, non minus ac ſi Creditoribus ipſis mandante judice ſolviſſet, *l. ait prætor. 7. §. 2. verſ. permittitur. ff. de minor. l. ſancimus. 25. C. de adminiſtr. tutor.* † Sed propterea ipſe Magiſtratus ab omni 2
actione haud tutus erit. † Eſt enim, quod Imputetur potius judici, qui ſolvere juſſit, quam emptori, parere qui habuit neceſſe, *l. non videntur data. 167. §. 1. ff. de regul. jur.* Anton. Fab *in Codic. l. 8. tit. 16. defin. 29.* † Ex quo fit, quòd magiſtratus ratio- 4
num redditionem ſuper pecuniâ acceptâ, à Creditoribus petitam avertere haud queat. 3

Ita Domini in cauſa Johannis Sangerhauſens zu Dölitzſch / Menſe Septemb. Anno 1635. (Verba ſententiæ: Dieweil Käuffer die Kauff-Gelder allezeit Gerichtlichen deponiret, und mit der Obrigkeit dißfals contrahiret, &c. So iſt auch der Rath zu Lützen von den eingehobenen Kauffgeldern den Creditoribus richtige Rechnung zu thun / und dieſelbe gebührlichen zu juſtificiren ſchuldig / V. R. W.)

Definit. CLXXXIII.

Emptor ſub haſtâ, ſi pretium ſemel ſolverit, tutus eſt, nec à Creditoribus poſterioribus, quibus ex pretio haud ſatisfactum, denuò conveniri poteſt.

1 Non habet metuere emptor, qui publicæ auctionis pretium ſolvit, ut à Creditoribus poſterioribus, quibus in concurſu ex pretio illo haud
2 ſatisfieri potuit, denuo actione hypothecariâ conveniatur; † Sed extinguuntur hypothecæ, quam-
3 primum res ſubhaſtata licitori adjudicatur. † Siquidem per venditionem ſub haſtâ, non tam à judice, quam ad ipſis Creditoribus bona debitoris diſtrahuntur, quibus licet abſentibus ſi in judicio licitator pretium ſolverit, liberatur perinde, ac ſi Creditoribus ipſis mandante judice ſolviſſet, *l. ait prætor. 7. §. 2. verſ. permittitur. ff. de minor.* Defin. *præced. n. 1.* Factâ autem ſolutione venditori, nil amplius ab emptore exigi poteſt, † ne bis idem quis 4
ſolvere teneatur, *l. ſi quis dolo. 51. in fin. ff. de re jud.* Aliter quoque ſi diceretur, quisnam bona ſubhaſtata emere vellet? † Ex quo ſanè debitori pariter 5
& Creditoribus malè conſuletur, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 107. & 108.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Heinigkens Erben zu Mohran / Menſ. Febr. Anno 1636. (Verba ſentent. Da nun vor das ſubhaſtirte Haus niemand ein mehrers über die darauf licitirte 89. fl. zu geben erbötig wäre / ꝛc. So wird ſolches Haus dem jenigen ſo 89. fl. ſub haſta darauff licitiret, auffn Fall er ſein Recht erſtehet / billich zugeſchlagen / und Heinigkens Erben haben ihrer hypothec wegen / weil dieſelbe durch den ietzigen Kauff ſub haſta expiriret, und erliſchet / darzu ferner kein Recht / V. R. W.)

Definit. CLXXXII.

Emptor, qui publicæ auctionis pretium ſolvit magiſtratui, ſecurus quidem eſt, ſed magiſtratus rationem pecuniæ acceptæ reddere tenetur Creditoribus.

1 Liberatur equidem emptor, qui bona ſub haſtâ vendita comparavit, ſi pretium magiſtratui

CON-

CONSTITUTIO XXIX.

PARTIS PRIMÆ.

Welcher geſtalt ein Kommer beſtändiger und kräfftiger Weiſe geſchehen ſoll?

WIr befinden / daß mit den Kommern und areſtiren viel Mißbrauch / Unrichtigkeit und Ungleichheit in den Gerichten biß anhero vorgefallen / derowegen ordnen / ſetzen und wollen wir / daß ein jeder / ſo ſich der Kommer-Gerechtigkeit brauchen will / ſchuldig ſeyn ſoll / alsbald wann ihme der erſte Kommer geſtattet / demſelbigen von vierzehen Tagen zu vierzehen Tagen / gebührliche Folge zu thun / und zugleich mit dem letzten Kommer / die Klage mit ausdrücklicher Angebung und Specification ſeiner Schulden dergeſtalt einzubringen / daß man daraus eigentlich zu finden habe / wie er dieſelbige zu erweiſen vermeynet / dabey er dann auch Citation und Ladunge an den Schuldener ſuchen und bitten ſoll / und ſoll alsdann mit fernern Kommer zu verfahren nicht ſchuldig ſeyn. Und wo dieſe Form von einem areſtanten überſchritten / ſo ſoll der geſuchte Kommer nichtig ſeyn / ungeachtet / ob gleich der areſtant von vierzehen Tagen / zu vierzehen Tagen / mehr dann dreymahl denſelbigen verneuert hätte.

Begebe es ſich auch / daß einer einen Kommer erlanget / und ein ander folgte dem nach / und brächte alſobald mit dem erſten Kommer ſeine Klage ein / ſo ſoll doch der Letzte hierdurch vor dem Erſten / wofern derſelbige auff den dritten Kommer-Tag ſeine Klage / wie obſtehet / übergibt und Citation ausbringet / hierdurch kein Vortheil erlanget haben.

Wir verbieten auch hiermit alle heimliche Kommer / und wollen daß dieſelbige hinführo in den Gerichten unſer Lande nicht verſtattet werden / und da ſolches gleich beſchehe / ſo ſollen ſie doch an ſich ſelbſt nichtig und unkräfftig ſeyn.

Areſtum qvaliter ritè fieri oporteat?

ABuſum areſtorum, qvem in judiciis non exiguum fuiſſe hactenus animadvertimus, tollentes, ſtatuimus & ordinamus, ut unusquisque jure areſti uti cupiens, ſimul ac primùm areſtum impetravit, illud interjecto ſpacio quatuordecim dierum, ter renovet, & tertiâ vice libellum quoque areſtatorium offerat, ita conceptum, ut expreſſam & ſpecificatam crediti ſui mentionem contineat, & liquidò ex eo cognoſci poſſit, qvaliter id ſit probaturus, ſimul etiam debitorem citari petat, quo facto ulteriori proſecutione areſti opus non erit.

Qvod ſi formam hanc areſtans qvispiam non ſervaverit, nullum & irritum erit areſtum, licet ſæpius etiam qvàm ter, poſt toties elapſum ſpacium qvatuordecim dierum, illud renovaverit.

Etſi verò etiam eum, qvi primus areſtum impetravit, alter ſubſeqvens unà cum areſto, libellum qvoq; areſtatorium offerat; nihilo tamen magis priori illi præferetur, dummodo is in termino tertiæ renovationis libellum areſtatorium, ut diximus, exhibeat, & citari debitorem petat.

Prohibemus autem clandeſtina areſta omnia, & volumus, ne cuiqvam deinceps in in judiciis noſtrarum ditionum illa concedantur, &, ſi contra fiat, ipſo jure nulla & irrita eſſe jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Areſtum pignus prætorium & jus reale tribuit Creditori, in qvo ipſo tamen circa effectum principalem ſeqveſtro differt.*
2. *Efficax demum eſt areſtum, qvoad jus reale & prioritatis, à tempore ſcientia vel denunciationis debitori factæ.*
3. *Validè jus areſti impetrati, per ceſſionem in alterum transferri poteſt.*
4. *Bona areſtata poſt factam denunciationem alienata, Creditor à tertio poſſeſſore vindicare poteſt.*
5. *Creditor qvi certâ ex causâ areſtum impetravit, bona areſtata etiam ex aliâ causâ pignoris jure retinere poteſt.*
6. *Non decernendum eſt areſtum, anteqvam Creditor probet ac liqvidum faciat ſuum Creditum.*
7. *Anteqvam probatum fuerit, debitorem multo ære alieno obſtrictum, & non amplius ſolvendo eſſe, haud concedendum eſt areſtum.*
8. *Sufficit tamen, præſumptionibus atqve conjecturis probabilibus demonſtrari, debitorem facultatibus labi & non ſolvendo fieri.*
9. *In provinciis Electoratus Saxonici areſtum bis renovari debet, de unâ qvaterdenâ in aliam, nec tempus hoc anticipare vel minutare licet.*
10. *Circa renovationem areſti tempus qvaterdenarum de momento in momentum currit.*
11. *Et dies termini computatur in terminum.*
12. *In ſecundâ renovatione Creditor præcisè libellum areſtatorium offerre tenetur, nec valet areſtum ſi libellus in primo vel ſecundo termino ſtatim exhibeatur.*
13. *Non minus impetratio citationis, qvàm oblatio libelli areſtatorii in ultimâ renovatione reqviritur.*
14. *Alterius nomine abſq; ſpeciali mandato nemo areſtum impetrare valet.*
15. *Qvocunqve in loco areſtum impetrari poteſt.*

16. *Peti potest Arestum tempore qvocunqve, etiam die feriato.*
17. *Impetrari debet arestum à judice eo, qui bassam habet jurisdictionem,* die Erb- oder Nieder-Gerichte.
18. *Arestum non apud judicem, sed senatum impetratum plerisqve in locis haud subsistit.*
19. *Arestum impetratum in judicio, sub qvo debitor habet domicilium, bona immobilia alibi sita non afficit.*
20. *Bona immobilia eo in loco, ubi sunt sita, arestari debent.*
21. *Bona tamen mobilia alibi sita per arestum in loco domicilii debitoris impetratum afficiuntur.*
22. *Arestum in bonis feudalibus impetratum à judice, qui Dominus feudi non est, fructus solummodò feudales jure pignoris afficit.*
23. *Arestum in supremo Principis judicio impetratum etiam ad bona mediatè subjecta extenditur, dummodo inferiori judici notificetur.*
24. *Conveniri potest judex ad interesse, si pro aresto decernendo requisitus, absque causâ justa illud accusaverit.*
25. *Licet tamen judici cautionem de se indemnem servando exigere.*
26. *Admittenda est nuda Creditoris promissio, si ex inopiâ cautionem præstare nequeat.*
27. *Nemo Creditorum bona debitoris sui arestare prohibetur.*
28. *Liberi etiam parentum suorum bona arestare possunt.*
29. *Omnia indifferenter bona arestari possunt, etiam annuæ præstationes.*
30. *Arestum pro debito in diem impetratum Creditum haud purum, nec meliorem Creditoris conditionem facit.*
31. *Arestari quoque possunt libri Studiosorum in Academiâ.*
32. *Ut & Salaria Professorum & Advocatorum.*
33. *Arestari nequeunt bona ad alimenta debitoris destinata.*
34. *Sicuti nec stipendia Studiosorum.*
35. *Arestum in certis tantummodo bonis impetratum ad bona alia non extenditur.*
36. *Sed arestum generaliter & indefinitè impetratum extenditur etiam ad bona futura postea acquisita.*
37. *Excluditur quandoq; jus aresti ex eo solo, quod alius Creditor bona debitoris detineat.*
38. *Defuncto debitore, etiam intra trigesimum bona ejus possunt arestari.*
39. *Arestum absque causâ sufficiente & injustè indultum in totum relaxari debet absque ullâ præstita cautione.*
40. *Legitimè autem decretum arestum sub cautione demum relaxatur, salvo tamen jure proprietatis arestatori acquisito.*
41. *Qui in causâ conventionis condemnatus pecuniam depositam aresto constringit, id renovare necesse non habet.*
42. *Non tribuit præceptum judiciale de non alienando Creditori hypothecam aut jus prioritatis in bonis debitoris.*
43. *Aresto licet haud subsistente, Reus tamen convictus ad libellum respondere & litem contestari tenetur.*
44. *Modo debitor ratione domicilii vel contractus ibidem forum sortiatur.*
45. *Valet etiam arestum & hypotheca in contractu usurario, saltem quoad sortem ipsam.*
46. *De bonis arestatis non satisfaciendum est Creditori arestanti, nisi in subsidium, deficiente nimirum alio exsolutionis medio, & quomodo hoc casu pronunciandum.*

Definit. I.

Arestum pignus præteritum & jus reale tribuit Creditori, in quo ipso tanquam circa effectum principalem à sequestro differt.

1 NOn veretur scribere Matth. Coler. unum idemque esse sequestrum & Arestum, neque hæc inter se nisi nudis vocabulis differre, *de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. nu. 184. & seqq.* † quamvis germanico
2 idiomate utrumque eâdem quoque voculâ (Kummer) notetur, Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon.
3 *tit. 51. iunct. pr.* Coler. *dict. cap. 2. n. 72.* † Ex quo *Dd.* Aresti & Sequestri doctrinam sæpius confundunt, unumque pro altero accipiunt, Andr. Gail, *de arest. imper. c. 1. num. 3. & 4.* Joh. Gœdd. *in tract. de*
4 *sequestr. in rubr. n. 21.* † Sed quam benè, viderint ipsi; Summam enim horum differentiam & forma
5 & effectus faciunt manifestissimam. † Nam forma aresti hisce in terris trinam requirit renovationem, *b.* Const. *29. in pr. ubi* Moller. *num. 1.* Ordin. proceſſ. judic. *dict. tit. 51. §.* Wie aber nun. Andr.
6 Rauchb. *p. 1. q. 3. n. 1.* † quæ tamen in sequestratione necessaria non est, Matth. Col. *de proceſſ. exe-*
7 *cut. p. 1. c. 2. n. 184. & seqq.* † Porrò, hujus, nempe sequestrationis, effectus, juris & debiti conservationem respicit, ne scilicet res sequestrata invertatur, nec statu & loco suo moveatur, Ordin. proceſſ. *dict. tit. 51. in pr.* Guid. Papæ. *decis. 245. num. 4.* Matth.
8 Coler. *dict. cap. 2. num. 67. in med.* † At finis & effectus aresti potissimus est, ut per illud Creditor hypothecam taciram, sive pignus prætorium & jus reale consequatur, atque omnibus hypothecam vel arestum antiquius non habentibus, præferatur, Const. *præc. Defin. 142.* Matth. Coler. *de proc. execut. p. 3. c. 11. num. 26. & seqq.* Rauchb. *p. 1. q. 4. num. 1.*
† Quam differentiam aresti & sequestrationis, tanquam principalem & ab effectu desumptam, notat 9
diserte Saxo Illustrissimus, in Ordin. proceſſ. judic. *dict. tit. 51. in pr. verſ.* Erstlich. *junct. verſ.* Zum andern. † quamvis adhuc alias sequestri & aresti dif- 10
ferentias referat Joh. Gœdd. *in dict. rubr. de sequestr. num. 19.*

Ita Domini in causa Matthæi Fiebens Gläubiger zu Leipzig / Mens. April. Anno 1619.
Item in causa der Reuterischen Gläubiger / Mens. Octobr. Anno 1620.
Et in causa der Knoblochischen Gläubiger / Mense Majo, Anno 1632.

Definit. II.

Efficax demum est arestum, quoad jus reale & prioritatis, à tempore scientiæ vel denunciationis debitori factæ.

CAutè agunt arestantes, si arestum per nun- 1
cium juratum debitori judicialiter denunciari & notificari faciant, ne forsan per alienationem vel posterioris aresti aut hypothecæ impetrationem, alii ipsos præveniant: † Nimirum incipit demum effectus aresti, postquam id debitori per nuncium juratum fuerit denunciatum & noti-

& notificatum; Antequam enim hoc fiat, vel debitor aliundè ſcientiam areſti impetrati conſecutus
3 ſit, † certè ullum jus pignoris vel reale creditor in bonis debitoris prætendere non habet, Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit.* 51. §. Wann auch ein Kummer. Matth. Berlich. *part.* 1. *concl.* 74 *num.* 141.
4 *&* 161. † Cui porrò conſequens eſt, Creditori jus prioritatis haud competere, ſed in concurſu eos præferri, qui ante factam denunciationem, in bonis debitoris poſterius licet areſtum vel hypothecam
5 impetrarunt, † veluti expreſsè ſancitum ab Electore Sereniſſimo, in Ordin. proceſſ. judic. *tit.* 48. *in pr. verſ.* Es wäre dann. Berlich. *dict. concl.* 74. *num.* 142.

Ita Domini in causâ Hanſen Schuſters contra Martin Schöppen zu Hertzberg / M. Sept. Anno 1631. (Verba ſent. Daß Kläger vor beklagten geſtalten Sachen nach / weil derſelbe (ehe und zuvor Klägers areſt dem Schuldener notificiret / und zu wiſſen gemacht worden / und alſo ein dingliches Recht daran erlangt) eine Gerichtliche Verpfändung und hypothec in gedachtes Schuldeners Gütern überkommen / ſich einiger priorität nicht anzumaſſen / V. R. W.)

Definit. III.

Valide jus areſti impetrati per ceſſionem in alterum transferri poteſt.

?
1 Facta autem denunciatione areſti, adeò firmum eſt jus reale ſive pignoris in bonis debitoris, ut mortuo Creditore, etiam ad heredes transferatur, Matth. Coler. *de proc. execut. part.* 1. *c.* 2. *num.* 204.
2 *& ſeq.* † Quin & areſti affectus competit fidejuſſoribus, nec non Correis debendi vel ſociis, ſi unus ex illis propter totam ſummam, in bonis debitoris areſtum acquiſiverit, Ordin. proceſſ. judic. Elector. Saxon. *tit.* 51. §. Von eines andern. §. Da aber
3 ihrer zween. *At num etiam ceſſionarius?* † Omninò ſanè. Quidni enim jus areſti validè cedi poſſet, cum ceſsibile ſit id, quod eſt transmisſibile ad heredes, *l. ex plurib.* 42. *ff. de admniſtr. tutor.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.* 1. *c.* 3. *num.* 265. Jaſon. *in l.*
4 *cum ſecundum.* 3. *C. de fideicommiſſ. num.* 2. † Quod nec diſplicuit Illuſtriſſimo Saxoni in Ordin. proceſſ. *dict. tit.* 51. §. *ult.*

Ita Domini in cauſa Heinrich Langfuſens zu Weida / M. Novembr. Anno 1628. (Verba ſent. Dieweil ihr ſelbſten berichtet / daß Hans Ferber das jenige dingliche Recht / ſo er durch den erlangten areſt in euren Gütern gehabt / durch ceſſion, immaſſen ihm zu thun frey geſtanden / auff Peter Dielen gebracht und transferiret / &c.

Definit. IV.

Bona areſtata poſt factam denunciationem alienata, Creditor à tertio poſſeſſore vendicare poteſt.

1 Quin debitor bona areſtata, etiam poſt factam ſibi denunciationem areſti, alienare queat, non certè dubitaverim, cum per impetrationem areſti bona haud fiant litigioſa, *arg. Auth. litigioſa l.* 3. *& ſeq. C. de litigioſ.* ut docet Matth. Coler. *de*
2 *proceſſ. execut. part.* 2. *c.* 3. *num.* 463. † licet aliter ſentiat Modeſt. Piſt. *part.* 4. *quæſt.* 162. ubi Jacob. Schult. *in addit. num.* 17. *ſub fin.* † Attamen non
3 prohibetur Creditor, qui areſtum impetravit, bona poſt factam denunciationem alienata à tertio poſſeſſore vendicare per actionem hypothecariam, † in
4 ſubſidium nempe & ſi ex aliis debitoris bonis, ſibi haud ſatisfieri poſsit, *l. perſecutione pignoris* 24. *cum Auth. hoc ſi debitor, C. de pign. & Auth. ſed hodie C. de Obl. & action.* Matth. Coler. *de proc. execut. p.* 2. *c.* 11. *num.* 26. Matth. Berlich. *p.* 1. *concl.* 74. *n.* 156. 5
† Transeunt enim bona areſtata cum onere areſti ad quemcunque ſucceſſorem, etiam ſingularem, *arg. l. ſi debitor.* 12. *C. de diſtract. pign. l.* 1. *C. vend. pignor. deb. imped. non poſſ.* idque ceu pignus & privilegium reale bona ita afficit, ut Creditori neutquam præjudicari, nec invito jus ſuum inverti & auferri queat, *l. ſi fundus.* 6. §. *in vindicatione.* 3. *ff. de pignor. l. diſtractis.* 4. *l. ſeq. C. eod. tit. l. ult. C. de R. V.* † Et ſi 6
Creditoris ſive tacitam & legalem, ſive expreſſam hypothecam habentes, poſſunt bona ſibi obligata ab aliis, quibus ſoluta ſunt, revocare, ut demonſtravi Conſt. *præc. defin.* 179. *&* 80. † Quidni idem
juris competeret areſtantibus, qui per impetrationem areſti hypothecam in bonis debitoris conſequuntur, *Supr.* defin. 1. Andr. Rauchb *part.* 1. *quæſt.* 4. *num* 1. Joh. Zanger. *de except. p.* 2. *c.* 1. *num.* 268. 7
Matth. Coler. *de proc. execut. part.* 1. *c.* 3. *num.* 189. Veluti quoque exppreſsè ſancitum à Sereniſſ. Saxon. Elect. in Ordin. proc. jud. *tit.* 51. §. Wann auch ein Kummer. † Planè, quia hoc caſu revocatio 8
bonorum areſtorum, non niſi in ſubſidium ubi alia debitoris bona haud ſuffiziunt, conceditur, Col. *dict. p.* 3. *num.* 472. utique tutius agere videtur Creditor, ſi alienationem impediat, per præceptum judicis de non alienando. † Nam & facilius eſt alie- 9
nationem impedire, quàm factam revocare, Coler. *dict. c.* 3. *n.* 479. Berlich. *dict. concl.* 74. *n.* 160.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. So iſt numehr derſelbe ſich an die verareſtirte Güter zu halten / und weil ihr ſolche nach erlangter Wiſſenſchafft des angelegten areſts veräuſſert / wofern ihr ſonſten ihn nicht befriedigen köntet / von dem jetzigen Beſitzer dieſelbe wieder zu fodern / und ſich davon bezahlet zu machen wol befugt / V. R. W.)

Definit. V.

Creditor, qui certa ex causâ areſtum impetravit, bona areſtata etiam ex aliâ causâ pignoris jure retinere poteſt.

1 Licet Creditor certâ ex causâ, putà locationis aut fidejuſſionis, areſtum impetraverit ac modo legitimo proſecutus fuerit, attamen quin bona areſtata & jus pignoris etiam ex aliâ cauſâ, veluti ex mutuo, donec usque de eo ſibi ſatisfactum fuerit, retinere poſsit, eoque nomine prioritatis jure gaudeat,
2 dubium apud me non habet, † ſi conſidero jus hypothecæ, quod ſemel conſtitutum ob aliam etiam cauſam & pecuniam Chirographariam, Creditor exercere poteſt, *l. un. C. etiam ob Chirograph. pecun. pign.* Anton. Fab. *in Cod. lib.* 8. *tit.* 15. *Defin.* 9. *n.* 3. *Vid. inf. p.* 2. Conſt. Elect. 32. *Defin.* 25. *&* 26. † Ne- 3
que enim diſpoſitio *dict. l. un.* tantummodo in hypothecâ & pignore conventionali atque legali, ſed etiam in pignore prætorio & judiciali locum habet, Gloſſ. *in dict. l. un. ſub fin. verſ. idem eſt prætor.* Matth. Col. *de proc. exec. part.* 1. *c.* 2. *n.* 300. *& ſeq.* Anton. Neguz. *de pign. part.* 1. *membr.* 3. *part* 5. *princip. n.* 82.
† Quidni ergo etiam in hypothecâ, quam Conſtitutio Saxon. tribuit areſtanti, cum areſtum nihil aliud 4
ſit, quàm hypotheca legalis, Matth. Col. *dict. c.* 2. *num* 189. † Placet itaque quod tradit Matth Berl. 5
Si quis pro modicâ ſummâ areſtum impetraverit, illudq; alteri, qui in multò majori ſumma debitorem obligatum habet, ceſſerit, Ceſſionarium non duntaxat in illa ſumma, pro qua ſibi areſtum ceſſum eſt, ſed etiam in reſiduo, omnibus aliis Creditoribus

6 præferri, *part. 1. concl. 24. n. 153.* rectisſimè ſanè, † quoniam, ut modo dixi, areſtator bona areſtata etiam ex aliâ causâ & credito poteſt retinere.

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent. So iſt bemelder Ceſſionarius ſich an die verareſtirte Güter zu halten/ und weil ihr ſolche nach erlangter Wiſſenſchaft des angelegten Areſts veräuſſert/ wofern ihr ſonſten ihn nicht befriedigen köntet/ von dem jetzigen Beſitzer dieſelbe wieder zu fodern/ und ſich unangeſehen ſeine Schuld viel höher als darauff der Areſt angelegt/ auch aus einer andern Sache herrühret/ davon bezahlet zu machẽ wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. VI.

Non decernendum eſt areſtum, antequam Creditor probet ac liquidum faciat ſuum Creditum.

1 INcognita ſunt de jure Civili areſta & omninò prohibita, quia ab executione nunquam inchoare licet: † Sed debitor prius legitimè convincendus,
2 ac poſtea ad ſolutionem pulſandus eſt, *l. un. C, de ſequeſtr. pecun. l. negantes. 9. C. de O. & Act. l. ſi cum nulla ſententia. 58. ff. de re judic. l. ult.* C. *de execut. rei judic.* Joh. Gœd. *in tract. de ſequeſtr. c. 1. axiom. 2. num. 83. & ſeq.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 148. n. 1. & ſeq.* Pract. Pariſienſ. *in formâ ſequeſtri ſeu ſaxamenti. §. ſapiens vir. 1. n. 1. ſeqq.* ubi tamen decem ponit limitationes. † Ergo, quicquid ferè de areſtis proditum eſt, id moribus Saxonicis videtur adſcribendum, Ordin. proceſſ. judic, Elect. Saxon. *tit.* 51. §. Was dann den andern *effect.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 184. & ſeqq.* †
4 Sed non, niſi prius Creditor qui areſtum petit, creditum ſuum probaverit, ac liquidum fecerit, areſtũ erit concedendum, Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. ſub tit.* Von *Areſt*, wie derſelbige zu geſtatten. *verſ.* Es habe dann der. Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit.* 51. §. Dieweil aber gleichwol. *verſ.* Es ſey denn/ daß er. Matth. Col. *de proc. execut. p.* 3. *c. 1. num.* 32. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74. num.*
5 *83.* † Neque enim propter debitum illiquidum & incertum areſtum decerni debet, Johann. Baptiſt. Caccialup. *in tract. de debitor. ſuſpect. & fngit. qu. 6. num. 13. in pr. & verſ. igitur doctrina Baldi, &c.*
6 † Non tamen exacta hic requiritur probatio, quæ nempe fit per modum proceſſus in formâ probante ſolenni, † ſed ſufficit, fidem crediti facere ſaltem
7 per exhibitionem obligationis, vel inſtrumenti, vel per productionem teſtium, qui contractui aut numerationi interfuerunt, *dict.* Ordin. Torgenſ. *ſub tit.* Von *Areſt*, *verſ.* Durch Urkunden/ oder andern gläublichen Schein/ quæ verba etiam repetuntur in Ordin. proceſſ. *dict. tit. 51.* §. Dieweil aber gleichwol. Sigiſm. Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 38. n. 27.*
8 Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 44. num. 8.* † Quare nec exhibitionem originalis obligationis ad impetrandum areſtum, præcisè neceſſariam putaverim, ut benè docet Matth. Berlich. *deciſ. 107.*

Ita Domini in cauſa Dieterich Heydfelds zu Quedlinburg/ M. April. Anno 1632. (Verba ſent. Dannenhero ihr verurſachet worden/ die Zahlung ſo wol des ihme vorgeliehenen Geldes/ als auch Erſtattung des Getreydigs/ uñ aller anderer Sachen zu ſuchen/ auch zu beſſerer Erlangung euers Befügnis/ im Ampt Arnſtein umb Areſt zu des Schuldeners Gütern anzulangen/ Da ihr nun erſtlich eure Schuld-Foberung durch Urkunden oder andern gläublichen Schein beybrinen würdet/ etc. So würde euch der Areſt verſtattet/ und in quantũ de jure billich angenommen/ V. R. W.)

Definit. VII.

Antequam probatum fuerit, debitorem multo ære alieno obſtrictum, & non amplius ſolvendo eſſe, haud concedendum eſt areſtum.

NOn ſufficit ad hoc, ut areſtum decernatur, creditum demonſtrari, ſed inſuper quoque pró- 1
bare debet Creditor, † quod multo ære alieno debi- 2
tor ſit obſtrictus, facultatibus labatur, & deſinat eſſe ſolvendo; † Priusquam enim id fiat, neutiquam 3
ſibi perſuaderi patiatur, ſe ullo modo areſtum impetratum eſſe, Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* Von *Areſt*, wie derſelbe zu geſtatten. *verſ.* Und dann auch darneben/ daß ſein Schuldener mit vielen Schulden behafft/ und in Abfall ſeines Vermögens gerahten/ quæ verba etiam habentur in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 11.* §. Dieweil aber gleichwol. *verſ.* Und dann auch zum andern. Dan. Moll. *hic num. 10.* Joh. Köpp. *deciſ. 39. num. 16. & ſeq.* Matth. Berlich. *p. 1. concl. 74. num. 84. & 108.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 44. num. 5. & ſeqq.* At hoc cur tam anxiè indagandũ? † Cautè certè & prudenter id ſancitum eſt, ne injuriâ periclitetur fama debitoris. † Ecquis enim ne- 4
ſcit, per areſtum lædi alicujus æſtimationem, famam apud bonos & honeſtos viros ſuggillari, atque ignominiam irretractabilem inferri, *dict.* Ordin. Torg. *verſ.* Auch wolhabende Leute dadurch in Verdacht und Unglauben geſetzt werden. *dict. tit. 51.* Ordin. proc. §. Dieweil aber/ *in pr.* Andr. Gail. *de Areſt. Imper. cap. 1. num. 12.* Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 154.* 5

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Da ihr nun erſtlich eure Schuld-foderung durch Urkunden/ oder andern gläublichen Schein beybringen und dañ zum andern darneben beſcheinigen würdet/ daß gedachter debitor mit vielen Schulden beladen/ und in Abfall ſeines Vermögens gerahten/ auch die andern Gläubiger auffwachen/ und zu ſeinem Vermögen und Gütern ein concurſus Creditorum ſich ereignen möchte/ etc. So würde euch der Areſt verſtattet/ und in quantum de jure billich angenommen/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Sufficit tamen, præſumptionibus atq; conjecturis probabilibus demonſtrari, debitorem facultatibus labi & non ſolvendo fieri.

AT, inquies, hoc modo Creditor vix unquam are- 1
ſtum impetrare valebit, cùm difficile admodũ, quin ferè impoſsibile ſit, inopiam debitoris verè probare? † Fateor id equidem; ac præſertim hoc tem- 2
pore, quo homines, inprimis mercatores, valdè ſunt cauti & circumſpecti, facultates patrimonii ſui de induſtriâ occultando, ne detegatur ipſorum inopia, *arg. l. 2. C. quando & quib. quart. pars debeat. l. 10.* † Itaque Creditor ſummariâ ſaltem pro- 3
batione admittendus erit, putà, † ſi docere velit, debitorem vel nulla amplius poſsidere immobilia, 4
Bald. *in l. apertiſſimi. 16. num. 9. C. de judic.* Andr. Gail. *l. 2. obſ. 44. num. 7.* † vel adeò pauca, ut non æquivaleant debito, in quo eſt obligatus Creditori, 5
per *l. ſciendum. 15. & l. ſi fidejuſſ. 7. §. ult. ff. qui ſatisd. cogunt. junct. l. ſi Creditores. 21. ff. de reb. aut. jud. poſſid.* Ferrar. *in forma Sacramenti. verb. ſapiens. num. 2.* Curt. *de ſequeſtr. quæſt. 6. num. 33.* † Aut etiam, ſi debitor hactenus fuerit moroſus in 6
ſolutione, bona decoquat, vel negotiis intricatis & difficilibus ſe immiſceat, ex quo facilè facultatibus labi & non ſolvendo fieri queat, juxta tradita Gôden. *ſub rubr. de ſequeſtr. conſ. 103. n. 4.* Matth. Col. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 130.* † Probari etiam poteſt 7
pericu-

periculum dilapidationis aut fugæ ex vitâ anteà male actâ, ut, quia jamdudum fuit prodigus unumque prædium poſt aliud alienavit. Curt. *dict. loc. num. 33. & 40.* cum de præterito præſumatur in præſens & in futurum, *l. non omnes. 5. §. à barbaris, 6. ff. de re*
8 *milit. c. ſemel malus 8. de reg. jur. in 6to.* † Nimirum, fieri poteſt hoc caſu probatio per demonſtrationem præſumptionum atque conjecturarum, quæ tamen in arbitrio judicis reſident, an ſufficientes haberi debeant, Matth. Col. *dict. c. 2. num. 130. verſ. quæ quidem indicia.* Reſol. Gravam. *de An. 1601. Tit.* Von Juſtitien-Sachen. § Hierüber iſt unterthänigſt er-
9 innert/etc. † Quin &, ſi præſumptionibus pariter ac legitimis probationibus Creditor deſtituatur, ac periculum ſit in morâ, juratæ ejus affirmationi fides habenda eſt, ſi nempe juret, debitorem multo ære alieno obrutum, facultatibus labi, & fieri non ſolvendo. Dan. Moller. *hic num. 111.* Andr. Gail. *l. 2. obſerv. 44. num. 5.* Matth. Col. *de proc. execut. p. 3.*
10 *c. 1. n. 74. & ſeq.* Joh. Kopp. *deciſ. 29. num. 16.* † Quamvis diſſentiant Jacob. Menoch. *l. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 1. cal. 87. n. 7. & ſeq.* & Bernh. Græv. *l. 2. concl. 44. conſid. 1. n. 11. ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Wolffgangi Reſchens zu Leipzig/Menſ. Jan. Anno 1635. (Verba ſententiæ:) Ob nun wohl/wann die pretia rerum itzo dem Ein- und Ankauffe gleichmäßig und die Schulden exigiret und gut wären/ gnugſam zu bezahlen vorhanden ſeyn möchte. Dieweil aber dennoch die liegende Gründe itziger Zeit ihrem rechten Werth nach gefallen/ daß ſie entweder gar/ oder noch auff lange Zeit nicht umb den 4. Pfennig auszubringen/ die Schulden theils bey hohen Chur- und Fürſtl. Perſonen/theils aber auſſerhalb Landes hafften/ und alſo ſchwer zu ermahnen und einzubringen/ über dieſes die hinterlaſſene Witbe ein anſehnliches als eingebracht Gut fodert/die Erben unter unterſchiedenen Obrigkeiten geſeßen/einem hier/dem andern dort eine Schuld cediren und einräumen/ auch für ſich ſelbſten einnehmen/ und in ihren Nutz verwenden/ alſo daß die Erbſchafft in Abfall geräth/ ihr euch eines concurſus Creditorum befürchtet/ und euer Anfoderung wegen/ in Gefahr ſtehet/ ꝛc. So ſeyd ihr derowegen auff eine und die andere auſſenſtehende Schuld areſt zu ſuchen/ und anzulegen wohl befugt/ und es wird euch derſelbige von der Obrigkeit/unter denen die Schuldener wohnen/ billich erſtattet und nachgelaſſen/ V. R. W.)

Definit. IX.

In provinciis Electoratus Saxonici areſtum bis renovari debet, de una quaterdena in aliam nec tempus hoc anticipare vel immutare licet.

1 CUrioſus admodum fuit Illuſtriſſimus Saxo in conceſſione areſti; ne vel Creditor periculum ſubeat, vel debitor infamiam & maculam aliquam incurrat, ut liquet *ex* Ord. Torg. *de Anno 1583. ſub.*
2 *tit.* vom *Areſt*, wie derſelbige zu geſtatten/ † Nimirum Creditorum areſtum impetrare volentem ad obſervationem certæ ſolennitatis, ſeu formæ ſubſtantialis aſtrinxit, & areſtum jam impetratum de unâ quaterdenâ in aliam bis renovari juſſit, *hac* Conſt. *29. in pr. verſ.* Alsbald wann ihme der erſte Kummer. Ordin. proceſſ. judic. *tit. 51. §.* Wie aber nun. *v.* Und demnach ein jeder Kummer/ alsbald er verſtattet/von 14. Tagen zu 14. Tagen zweyer verneuert/&c. Moll. *hic n. 1.* Andr. Rauchb. *part. 1.*
3 *quæſt. 3. n. 1.* Matth. Coler *de proc. exec. p. 1. c. 2. num. 185. 188.* † An ergo hoc tempus non immutare vel renovationem anticipare licebit? Neutiquam certè per Edictum Illuſtriſſ. Electoris 11. Jan. Anno 1607. Scabinis inſinuatum, *verſ.* So wollen und befehlen wir. Ordin. proceſſ. judic. *dict. tit. 51. §.* Wann auch dieſer. † Quis etenim neſcit, formam eſſentialem adeo præcisè obſervari debere, ut ne quidem per æquipollens adimpleri poſſit. Andr. Tiraq. *de LL. connub. gloſſ. 7. num. 160. verſ. neque enim forma*, Jaſ. *in l. quod ſi nominatim. 1. ff. de lib. & poſth. n. 18.* Nic. Boër. *deciſ. 1. num. 44.* † Et cum prædictæ tres quaterdenæ in favorem debitoris ſint indultæ, ne ejus bona tam ſubito areſto conſtringantur, iniquum omninò eſſet, ei hoc beneficium per Creditorem præripi poſſe, *arg. l. 6. C. de LL. l. nulla juris ratio. 25. ff. eod. tit.* Ex quo ſequitur, † non obſervato tempore renovationis, nullum eſſe areſtum, nec ullum jus reale aut prioritatis Creditori id tribuere; † Quod & diſertè ſancivit Illuſtriſſ. Elector in Edicto modo allegato, *verſ.* Und da dieſen nicht nachgelebet/ *& dict. tit. 51. §.* Wann auch dieſer.

Ita Domini in cauſa Eliæ Behrs zu Meiſſen/ Menſ. Octobr. Anno 1592. (Verba ſent. Ob gleich Frantz Kuntz auff Philip. Droiſchens des ältern Gütern vor euch einen Areſt erlanget. Dieweil er aber dennoch nach Ausweiſſung der Regiſtratur bey renovirung des Areſts die in Churfl. Conſtitution beſtimpte Zeit von 14. Tagen zu 14. Tagen eigentlich nicht gehalten; So iſt ſolcher Kummer nichtig/ und er mag dannenhero euch/ weil ihr euren Areſt richtig proſequiret, in der Zahlung nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

Et in cauſa Nicolai à Dilſens gläubiger zu Leipzig/ Menſ. Octobr. Anno 1626.

Definit. X.

Circa renovationem Areſti, tempus quaterdenarum de momento in momentum currit.

NIl itaque agitur, ſi tempus circa areſti renovati- 1
onem haud præcisè attenditur, tanquam pro formâ à jure præſcriptum, *l. ſcire oportet. 13. §. conſequens. 4. ff. de excuſat. tutor.* Felin. *in c. cum dilectâ. 12. verſ. geſta contra formam num. 6. & ſeq. extr. de reſcript.* usque adeò, † ut ne horæ quidem momentum 2
immutari poſſit, Andr. Rauchb. *p. 1. quæſt. 3. num. 8.* Idque eſt quod in areſto, momenta & horas obſervari, vulgò ajunt, *b.* Conſtit. *29. in pr. verſ.* Alsbald wann ihme der erſte Kummer verſtattet/ Conſt. *28. b. part. 1. §.* Ferner ſollen. *verſ.* Von der Stunde an/ da der Kummer geſchehen. Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 51. §.* Wie aber nun. *verſ.* Alsbald er verſtattet/ *&c.* Dan. Moller. *l. 3. Semeſtr. c. 42. num. 16.* non aliter atque in decendio ad appellandum, *Auth.* 3
hodiè. C. de appellat. c. quoad conſultationem. 15. ubi Panormit. *n. 4. extr. de ſentent. & re judic.* Andr. Gail. *l. 1. obſ. 139. num. 5.* † Ergò ſi unica tantum hora 4
poſt effluxum quaterdenam in renovatione areſti excedatur, moræ purgatio locum non habet. † Scilicet 5
quia ſpacium quaterdenarum de momento in momentum currit, Berlich. *part. 1. concl. 74. num.* 122. *& 125.* Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 3. num. 15.*

Ita Domini in cauſa Jobſt Kummers zu Naumburg/M. Jan. An. 1626. (Verba ſent. Hat Jobſt Kummer den 23. Nov. zu eines Kauffmanns Gütern Areſt geſucht/darauff ſie Wilhelm Clammer auch angegeben/ und ſelbiges Tages umb zehenthalb Uhr obgedachte Güter gleichfalls verkümmert. Ob nun wohl Jobſt Kummer den 7. Dec. darauff den angelegten Areſt renoviret und folgends den 21. ejusdem ſeine Kummer-Klage überreichet/ dahero er numehr vor Wilhelm Clammern eine prioritat zu haben vermeynet. Dieweil er aber dennoch bey Uebergebung der Kummer-Klage die gebührende Zeit/ ſo de momento in momentum zu rechnen/ nicht in acht genommen/ ſondern allererſt umb 10. Uhr den 21. Dec. da die

Zeit umb 8 Uhr allbereit vorüber gewesen/und also zwo Stunden zu spat den Arest zum andern mal renoviret/ und die Kummer-Klage eingegeben/etc. Als ist auch der von mehr gedachten Jobst Kummern angelegte Arest nichtig/deßwegen sich derselbe für Wilhelm Clammern an des Schuldeners Gütern / einiger prioritat nicht anzumassen/ V.R.W.)

Definit. XI.

Et dies termini computatur in terminum.

HInc porrò inscribendum est, diem termini com-
1 putandum esse in termino, ita ut impetrato are-
sto 1. die mensis, quaterdena prima ad renovatio-
nem data, decimoquinto die ejusdem mensis finia-
tur, Andr. Rauchb. *p. 1. q. 3.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74. num. 121. & seqq.* Matth. Col. *de proceff. execut. p. 3. c. 8. n. 50. & seqq.* † ex vulgatâ illâ In-
2 terpp. regulâ, quod ubi tempus de momento in mo-
mentum labitur, dies termini computetur in termi-
no, Andr. Gail. *l. 1. obferv. 139. n. 5.* Rauchb. *dict.*
3 *q. 3. n. 16.* † quamvis aliâs hoc dubio non careat,
propter text. *in l. 1. ff. fi quis caution. l. Eum, qui 41. ff. de V. O.* Dan. Moll. *lib. 1. Semeftr. 7.* Rauchb.
4 *dict. quaft. 3. n. 4.* † Quò & facit, quod renovatio
aresti fieri debeat de una quaterdenâ in aliam, von vierzehen Tagen zu vierzehen Tagen / *b.* Const. *29. in pr.* Ajunt verò, † quando adverbium (hinc inde)
5 ponitur, diem termini computandum esse in ter-
mino, Bartol. *in dict. l. 1. ff. fi quis caution. n. 1. ubi & Jason. n. 20.* † Idque eo magis, quod in casu præ-
6 senti, renovatio de unâ quaterdenâ in aliam, sit de formâ aresti substantiali, *Supr.* Defin. *9.* quæ à lege vel statuto posita, præcisè ad unguem observari de-
bet, Jason. *ad l. jubemus. 29. C. de testam. n. 12.* Berl. *dict. concl. 74. n. 124.*

Ita Domini in causa Nicolai Antonii Toneths & Consort. contra Hermannum Hessing / ventilata in prætorio Lipsiensi, M. Mart. Anno 1632.

Definit. XII.

In secunda renovatione Creditor præcisè libellum arestatorium offerre tenetur, nec valet arestum, si libellus in primo vel secundo termino statim exhibeatur.

PEtitio quidem, & Renovatio aresti in scriptis ne-
1 cessariò fieri haud debet, sufficit enim nuda facti recitatio, Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 3. c. 11. num. 80.* At in secundâ renovatione, sive tertio judicii arestatorii termino. † Creditur advertat ne-
2 cesse est, ut simul libellum arestatorium in scriptis cum specificatione crediti sui exhibeat, *b.* Constit. *29. in pr. verf.* Und zugleich mit dem letzten Kummer. Ordin. proceff. judic. *tit. 51.* §. Wie aber nun. *verf.* Und neben dem dritten/ &c. Moller. *hic n. 1.* † Quid autem, si Creditor prævenire velit, & primo statim termino arestum impetrans, vel in termino secundo primâ vice renovans libellum exhibeat? Fieri id posse, nec ulteriori renovatione opus esse, docent quidem Moll. *lib. 2. Sem. 11. n. 3.* Joh. Zang. *de except. part. 3. c. 1 n. 268.* Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 3.*
3 *num. 21.* † Sed Creditorem anticipantem non audiendum, nec ullum jus reale vel prioritatis per id consequi, rectius putaverim cum Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 3. c. 8. n. 83.* & Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74. nu. 132.* † *Tùm* per text. manifestum. *b.* Const. *29.* §. Begebe es sich auch. Ordin. proceff. judic. *dict. tit. 51.* §. Wann auch dieser
5 Form. † *Tùm* quia forma essentialis ad unguem observari debet, & neglecta totum vitiat arestum, *b.* Constit. *29. in pr. verf.* Und wo diese Form. † *Tùm* quia tres quaterdenæ in favorem debitoris in- 7
dultæ censentur, ne is tempore nimis coangustetur, & periculo tam subito exponatur; † Ergò facto Creditoris beneficium hoc ei non auferendum, nec 8
in ejus odium retorquendum erit, *l. quod favore 6. C. de lib. l. plures. 19. sub fin. C. de fide instrum.*

Ita Domini in causa Hansen Ferbers zu Neuenthal / M. Jul. Anno 1630. (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet / daß ihr so bald bey der ersten Renovirung euers angelegten Arests / nicht aber bey den letzten Termin die Kummer-Klage übergeben / allermassen zu recht nothwendig gewesen und geschehen sollen/ etc. So ist auch bemeldter Arest nicht beständig / und ihr habt euch dannenhero einiger Erstigkeit vor den andern Gläubigern nicht anzumassen/ V.R.W.)

Definit. XIII.

Non minus impetratio citationis, quàm oblatio libelli arestatorii in ultimâ renovatione requiritur.

NOn sufficit, libellum arestatorium in ultimâ
1 renovatione à Creditore exhiberi, sed necesse quoque is habet, ut simul debitorem citari petat, & pro citatione decernendâ instet, *h.* Const. *29. in pr. verf.* Dabey er dann auch *Citation* und Ladunge an den Schuldener suchen und bitten soll. Ordinat. proceff. judic. Elect. Saxon. *tit. 51.* §. Wie aber nun / *verf.* Auch hierbey umb *Citation* und Ladung an den Schuldener angesucht werden solle. Daniel. Moll. *hic num. 1.* † Adeoque non minus citationis 2
impetratio, quàm oblatio libelli arestatorii pro formâ substantiali ipsius aresti requiritur; Ex quo porrò inferendum, † id neutiquam subsistere, si citatio petita haud fuerit, ut luculenter apparet ex *b.* 3
Const. *29. in pr. verf.* Und wo diese Form/ etc.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet / daß ihr so bald bey der ersten Renovirung eures angelegten Arests / nicht aber beym letzten Termin die Kummer-Klage übergeben / noch auch dabey umb Citation und Ladung des Schuldeners angesucht / allermassen zu Recht nothwendig gewesen / und geschehen sollen/etc. So ist auch bemeldter Arest nicht beständig / und ihr habt euch auch dannenhero einiger Erstigkeit vor den andern Gläubigern nicht anzumassen / V.R.W.)

Definit. XIV.

Alterius nomine absq; speciali mandato nemo arestum impetrare valet.

ARestare possunt Creditores, qui suum debito-
1 rem facultatibus labi vident & de suo Credito periclitantur, non solummodo ipsi, † sed etiam eo-
2 rum nomine procuratores, modo speciale habeant mandatum, ut rectè sentiunt, Joh. Harppr. *in §. procurator. 1. inst. de iis per quos agere possum.* Caval-
3 can. *part. 1. decis. 1, n. 46.* † Non solùm, quia causa aresti est executiva, quæ mandatum speciale requirit, Jason. *in l. invitus. 17. C. de procurat. num. 17.* † Sed & quod arestum alicujus famam & honorem 4
lædat, ignominiamque irretractabilem inferat, Andr. Gail. *de arest. imper. c. 1. num. 12.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. cap. 3. num. 154.* Ex quo absque speciali mandato ad aresti impetrationem nemo est admittendus, ut recte advertit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74. n. 9.* † Quod in provinciis Elector. Saxonici minus dubium habet, propter 5
claram sanctionem in Ord. proc. jud. *tit. 51.* §. Von eines andern wegen. ubi tamen excipitur persona conjun-

6 conjuncta, † quæ audienda est, si cautionem de rato præstare velit. Rectissimè lanè, quia & aliàs conjunctio sangvinis & proximitatis facit, ut cautio de rato suppleat defectum mandati, *l. exigendi. 12. C. de procur. Vid. supr.* Const. 1. *Def.* 29.

Ita Domini in eadem causâ [Verba sent. So ist auch bemeldter Arest/ bevoraus/weil euer Anwalt bey Anlegung desselben/ so bald kein speciale mandatum vorlegen können/ nicht beständig/ und ihr habt euch auch dannenhero einiger Erstigkeit vor den andern Gläubigern nicht an zumassen/ V. R. W.)

DEFINIT. XV.

Quocunq; in loco arestum impetrari potest.

1 NOn requiritur pro formâ aresti, ut Creditor judicem pro tribunali sedentem adeat, sed sufficit, eum saltem domi suæ, vel in viâ publicâ, aliove in loco pro aresto in bona debitoris decer-
2 nendo compellari. † Nempe, quia aresta de plano conceduntur, Dan. Moller. *l. 3. semestr. 44. num.* 8. Matth. Coler. *de proceff. exec. part. 3. c. 11. n. 64. &*
3 *part. 2. c. 3. n. 416.* † Ea verò est natura illorum, quæ de plano peti possunt, ut licet sint contentiosæ jurisdictionis, & summariam causæ cognitionem desiderent, à judice tamen etiam non sedente pro tribunali expedire queant, *l. 2. §. dies bonorum possessionis 1. junct. glos. in verb. sessionum & in verb. de plano ff.*
4 *quis ordo in bon. posf. servet.* † Qvo ipso respondetur ad objectionem, quæ aliàs moveri solet, arestum scilicet esse contentiosæ jurisdictionis, & cognitionem requirere, quam in loco judicii expediri oportet, *l. à procedente 4. ubi Bart. & Dd. C. de dilat. l. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de V. O.* † Qvamvis etiam haud ineptè dicatur, quotiescunque periculum in morâ est, veluti in aresti impetratione, à regulis juris communis recedi, ac remitti dispositionẽ juris etiam prohibitivi, *l. de pupillo 5. §. si quis rivos 11. ubi* Jason. *ff. de novi oper. nunciat.* Dan. Moll. *dict. c. 44. n. 6.*

Ita Domini in causa Joachimi & Christophori fratrum à Re. bod. M. Jan. A. 1630. [Verba sent. Daß obbemeldte Gläubiger nicht allein in loco judicii, sondern auch ausserhalb des Gerichts an andern Orten Arest anzulegen wol befugt gewesen/ derowegen solche Aresta vor kräfftig und beständig billich geachtet/ und gehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XVI.

Peti potest Arestum tempore quocunq; etiam die feriato.

1 EAdemq; ratio facit, ut tempore quocunq; impetrari queat arestum, non solum in diebus ju-
2 ridicis, sed etiam die feriato, ut omnes fatentur, teste Dan. Moll. *l. 3. semestr. 44. n. 1.* † Scilicet quod omnes actus, in quibus periculum in morâ versatur, possint diebus feriatis, atque divinæ Majestati dedicatis expediri, *cap. significaverunt. 21. §. verum pars*
3 *altera. extr. de judic.* † Ex quo etiam fit, ut sequestrum concedatur die feriatâ, Bart. *in l. ait. prætor, 10. §. si debitorem. 16. ff. quæ in fraud. Creditor. n. 3.*
4 Jalon. *in l. fidejussor. 7. §. si satisdatum, ult. ff. qui satisd. cog. n. 19.* † Quin & periculum sit in morâ, Creditorque metuat, ne alii Creditoris eum prævenian, etiam de nocte concedi posse arestum, docet rectissimè Petr. Pek. *in tr. de jure sistend. c. 10. n. 2.*
5 † quia tamen valet factum de nocte, quantum de die, *l. non minorem 20. C. de transact. ubi* Bart. *in pr. & n. seq.* & ubi periculum evidens est in morâ, neque loci, neque temporis habenda est ratio, Dan. Moll. *dict. c. 44. n. 1. & sq.*

Ita Domini in eadem causa [Verba sentent. Daß obberührte Gläubiger nicht allein in loco judicii, sondern auch ausserhalb des Gerichts an andern Orten/ und zu aller Zeit/ in und ausser den Gerichts-Tagen/ an Werck- und Feuer-Tagen/ Arest anzulegen wol befugt gewesen/ derowegen solche Aresta vor kräfftig und beständiglich geachtet/ und gehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XVII.

Impetrari debet Arestum à judice eo, qui bassam habet jurisdictionem, die Erb- oder Niedergerichte.

CAveat Creditor, ne arestum sibi decerni petat 1
à judice incompetente nihil enim hâc ratione
efficiet, † quia quod à judice fit incompetente, sive 2
per processum ordinarium, sive per executionem, cui arestum æquiparatur, And. Gail. *lib. 1. de Arest. Imper. c. 1. n. 10.* perinde habetur ac si privatâ autoritate factum esset, Bartol. *in l. Creditores 3. C. de pignor. n. 26.* Matth. Coler. *de proceff. executiv. part. 2. cap. 1. n. 12. sub fin.* Competens autem est judex, 3
non qui merum Imperium sive jurisdictionem altam (Die Ober-Gerichte) sed qui bassam sive inferiorem habet jurisdictionem, Die Erb- oder Nieder-Gerichte/ † quippe ad quem omnes causæ civi- 4
les & pecuniariæ pertinent, Ordinat provinc. Elector. Saxon. *de Anno 1555. sub t. 1.* was zum Ober-Nieder- und Erb-Gerichte gehöret. §. was aber kleiner, *in fin.* non solùm infra, sed etiam ultra trecentos aureos Landr. *l. 2. art. 13.* §. Umb Pfenninge eher/ *ubi* Gloss. *n. 8. in fin.* prout demonstravi *in practica mea criminali part. 3. quæst. 109. n. 86.* † Planè, si 5
judex superior judici inferiori jurisdictionem cumulativè non privativè concesserit, qui in Creditoris arbitrio sit, num judicem superiorem aut inferiorem adire velit, dubitandum non est, per tradita Matth. *Col. dict. c. 1. n. 146. &* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 2. n. 1. & seq.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententen. Daß obberührte Gläubiger an allen Orten und zu ieder Zeit/ iedoch bey dem Richter allein/ welchem die Erbgerichte zustehen/ Arest anzulegen befugt gewesen/ derowegen solche Aresta vor kräfftig und beständig billich geachtet und gehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XVIII.

Arestum non apud judicem, sed senatum impetratum, pleriq; in locis haud subsistit.

ETsi quocunque in loco ac tempore arestum pe- 1
ti queat, si periculum evidens in morâ versetur; *Supr.* Definit. 15. & 16. Dan. Moll. *l. 3. semestr. 44.*
† Nihilominus tamen hoc non voluntariæ sed con- 2
tentiosæ jurisdictionis habetur, & causæ cognitionem aliquam vel saltem summariam requirit, Mol- 3
ler, *dict. cap. 44. n. 5.* † Dixeris ergò rectissimè, solùm à judice sive prætore arestum validè impetrari, nec apud Senatum impetratum subsistere, † non 4
quod senatus expedire haud possit illa, quæ contentiosæ sunt jurisdictionis, cum etiam hujus nomine Prætor sive judex oppidanus exerceat jurisdictionem; † Sed quia plerisque in locis id usu rece- 5
ptum est. At quæ moris sunt, & consvetudinis, maximè observari debent. *l. quod. si nolit. 31. §. quia assidua 20. ff. de. ædil. edict. l. ult. C. de fidejuss.* Anton. Fab. *in Cod. l. 5. tit. 13 defin. 3. n. 8.*

Ita Domini in causa Henrici Kramers contra Georgen Schelhammern/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. Jun. Anno 1592. [verba sent. Und ist der von Klägern Heinrich Kramern angelegte Arest zu Recht nicht beständig/ &c.

Et in causa Martin Zeiners & consortium contra Barthel Keseweissen zu Saltza Mens. Jan. Anno 1604. (Verba sent. Daß der angelegte Arest zu Rechte nicht beständig/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Arestum impetratum in judicio, sub quo debitor habet domicilium, bona immobilia alibi sita non afficit.

1 DUbium non est, quin judex aresti competens sit is, sub quo debitor suum habet domicilium, in tantum, ut arestum ibi Creditor impetrare obstrictus sit, si ex eo jus reale & prioritatis consequi velit, Ordin. proceß. jud. Elect. Saxon. *tit.* 51. §. Es soll aber ein solcher Arest *ad effectum impetrandi jus reale* bey denen Gerichten/darunter der/ wider den er begehrt wird/gesessen/gesucht werden/ꝛc. † Semper enim forum domicilii est generale & ordinarium & prædominatur, vel saltem concurrit cum quolibet alio foro, usque adeo ut ex alio foro, puta contractus, delicti, vel rei sitæ non dicantur propriè subditi, sed solùm ex domicilio, Felin. *in c. licet ratione delicti* 20. *extr. de foro compet. numer.* 23. Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 2. c. 1. num.* 29. † At non extenditur arestum in loco domicilii impetratum ad bona immobilia alibi sita, *dict. tit.* 51. §. Es soll aber. *verß.* uñ sich weiter nicht erstrecken/als desselben Richters urisdiction und Botmäßigkeit gehet/ etc. † quia scilicet judex domicilii alterius judicis jurisdictioni non præjudicat, *l. ult. ff. de jurisdict.*

Ita Domini in causa Joachim und Christoph der Reibolde Gebrüdere Mens. Jan. Anno 1630.

Definit. XX.

Bona immobilia eo in loco, ubi sunt sita, arestari debent.

1 QUomodo ergo *Creditor sibi de jure prioritatis prospiciet, si bona alibi sint sita*? Judicem loci bonorum situatorum adire; ab eoque arestum impetrare necesse habet, id si fecerit, tutus omnino erit, Ordin. proceß. judic. Elect. Saxon. *tit.* 51. §. Es soll aber.
2 *verß.* Darumb wann einer † Quod si dixeris, solam bonorum situationem non tribuere fori competentiam in processu executivo adversus debitorem, qui alibi domicilium habet alioque in loco contraxit, juxta tradita Matth. Coler. *de proceß. exec. part. 2. c. 1.*
3 *n.* 57. *& part. 1. c. 2. n.* 110. † Respondeo, excipiendum esse casum aresti, propter periculum, quod in morâ versatur, ex quo uti tempore ac loco quovis, ita etiam à judice loci bonorum situatorum impetratum arestum jure subsistit: † Nimirum, quotiescuuq; pereculum in morâ est, à regulis juris communis recedi-
4 tur, *l. de pupillo.* 5. §. *si quis rivos 11. ubi* Jas. *ff. de novi oper. nunciat.* Dan. Moller. *l. 3. semestr.* 44. *n.* 6. *Vid.*
5 *supr.* Defin. 15. *& 16.* † Et aliàs quoque quando debitor est vagabundus & fugitivus qualis semper præsumitur, qui non solvendo factus est, sola situatio bonorum competentiam fori facit, Matth. Coler. *dict. cap.* 1. *numer.* 89.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und als sich ein concursus Creditorum zu seiner Verlassenschafft ereignet/ haben die Gläubiger Theils in Ambte/ Theils aber beym Rathe zu Plauen Arest gesucht/ immassen auch ihr wegen unterschiedener Posten/ damit euch der Debitor verhafftet gewesen/im Ampt Arest erlanget/ ꝛc. So haben/die Arestanten allein zu denen Gütern/ so unter dem Ampt oder Rath zu Plauen gelegen/ bey welchem einer oder der ander Arest gesucht, ein dingliches Recht erlanget/ und werden demnach die jenigen/ so beym Rath arestiret/ des Ampts Arestanten/ungeachtet sie der Zeit nach junger/in den Stadtgütern/ wie auch hinwiederumb die jüngere Amptsarestanten/ denen so beym Rath zuvor allbereit Arest angelegt gehabt/ in den Amts-Gütern billich vorgezogen/V. R. W.)

Definit. XXI.

Bona tamen mobilia alibi sita per arestum in loco domicilii debitoris impetratum afficiuntur.

1 AT vera sunt hæc saltem in bonis immobilibus; Nam ad bona mobilia alibi sita arestum in loco domicilii impositum omninò extenditur, ut rectissimè sentit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74. n. 66.*
2 † Quia nempe bona mobilia censentur esse sub juris dictione ejus loci, in quo debitor habuit suum domicilium, eaque perpetuò possidere voluit aut cogitavit, *l. ex facto* 35. §. *rerum.* 3. *ff. de hered. inst. l. debitor.* 32. *in fin. ff. de pign. l. Gajus.* 86. *in pr. ff. de leg.* 2. *l. si fundus.* 44. *l. si ita legatum* 86. *ff. de leg.* 3. † Idque ipsum est, quod personæ seu ossibus defuncti mobilia inhærere dicuntur, Jacob. Schult. *part. 1. quæst.* 39. *num.* 54. Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 3. n.* 245.
3

Ita Domini in causa Wolff Raschens zu Leipzig/ M. Jan. Anno 1635. (Verba sent. So seyd ihr derowegen auff eine und die andere ausstehende Schuld Arest zu suchen und anzulegen wolbefugt/und es wird euch derselbige von der Obrigkeit/unter denen die Schuldener wohnen/ billich erstattet und nachgelassen/ V. R. W.)

Definit. XXII.

Arestum in bonis feudalibus impetratum à judice qui Dominus feudi non est, fructus solummodo feudales jure pignoris afficit.

QUemadmodum Dominus feudi Creditoribus ipsum feudum, sive substantiam feudi executionem feudi facere potest, ut docet multis Hartman. Pistor. *part. 1. q. 15. numer. 70. & seqq.* & approbat hoc ipsum Sanctio Electoralis manifesta in Ordin. proceß. judic. *tit. 40.* ita certè dubium non est, † 2
quin apud eum quoque impetratum arestum bona feudalia afficiat, eatenus saltem, quatenus executio facta in bona feudalia subsistit, *dict.* Ordin. proceß. judic. *tit. 51.* Sonderlich aber. *verß.* wäre er aber auch Lehenherr. † Sed aliud dicendum, si arestum 3
impetratum fuerit à judice, qui simul dominus feudi non est. † Hoc enim non ipsam feudi substan- 4
tiam, sed fructus tantummodo & commoditates feudi jure pignoris afficit, *dict. tit. 51.* §. Sonderlich aber † Siquidem executio, cujus species aliqua est 5
arestum, juxta tradita Matth. Coler. *de proceß. exec. part. 1. c. 2. num. 183. & seqq.* Andr. Gail. *de arest. c. 1. n. 10.* à judice loci ordinario, qui dominus feudi non est, haud fieri potest in feudum ipsum, sed solummodò in fructus & commoditates feudi, Hartman. Pist. *dict. quæst. 15. n. 30.* Ordin. proceß. judic. *dict. tit. 49. in pr.* † Rationem nempe laboris & culturæ habet 6
jus Saxonicum, adeoque fructus ex ea promeritos jure proprietatis Vasallo, ejusque heredibus tribuit, quantumvis ipsius feudi dominium directum apud Seniorem seu Dominum resideat, *art. 58.* §. Des Mannes statt. *l. 2.* Landr. Constit. Elect. *32. p. 3. ubi* Dan. Moll. *n. 3.* Hartm. Pistor. *part. 1. q. 21. n. 71.* Joh. Köppen. *decis. 30. num.* 43. Jacob. Thoming. *decis. 3. n. 6.* Matth. Col. *part. 1. decis. 74. n. 2. & de proceß. execut. part. 2. c. 3. n. 303.*

Ita Domini in causa Johannis à Kostitz & consort. zu Merseburg / Mens. Jun. Anno 1601 (Verba sentent. Ist euch Hans Thilo von Trotta mit unterschiedlichen Schul-

Schulden verhafftet gewesen/ und weil ihr in Güte keine Bezahlung bey ihm erlangen mögen/habt ihr zu seinen Dörffern in der Fürstlichen Cantzley daselbsten einen Arest erlanget/ und gebührlichen prosequiret. Ob nun wol hernach vorbemeldter von Trotta Albrechten von Nötzschau von wegen der Bürgschafft/dafür er sich eingelassen/ auff vorberührte Dörffer/ als Lehen-stücke mit des Lehn-Herrens consens versichert/&c. So werdet ihr doch vermög euers zuvor erlangten und prosequirten Arests/itzo gedachtem von Nötzschau mit euer Bezahlung/ an den Früchtē obberührten beyder Lehenstücke/ oder da dieselbe verkaufft würden/ an dem Kauf-Gelde billich vorgezogen/ V. R. W.)

Definit. XXIII.

Arestum in supremo Principis judicio impetratum, etiam ad bona mediatè subjecta extenditur, dummodo inferiori judici notificetur.

1 QUantumvis in supremo Principis judicio vel Cancellariâ arrestum contra eos, qui immediatè subjecti haut sunt, absque justa & prægnanti causa, puta quod debitoris bona & facultates in diversis locis existant, vel quædam saltem bona immediatè Principi subjecta sint, non concedatur, Ordin. Process. judic. Elect. Saxon. *tit.* 51. §. Wenn aber. *vers.*
2 Man sol aber gleich. † Attamen si impetratum ibidem fuerit, non duntaxat ad bona immediatè, sed etiam mediatè subjecta, quocunque nempe in Principis territorio ea reperiantur, extenditur, *dict tit.* 51. §. Wann aber in unserer Cantzley/ *in pr.* † Sed
3 hoc ita, si judicibus inferioribus, sub quibus debitor arestatus domicilium vel bona habet, id notificetur, ne forsan alii Creditores ex ignorantiâ, per oppignorationes & obligationes bonorum decipiantur, *dict.* §. Wann aber. *vers.* Und gleichwol den Untergerichten/ &c. ad instar oppignorationis bono-
4 rum immobilium, † quæ in foro Saxonico propterea Magistratus consensum requirit, ne una eademque res pluribus simul obligetur atque Creditores Credito suo defraudentur, Const. Elect. 23. §. Und dieß/ *part.* 2. *ubi* Dan. Moll. *num.* 15. Andr. Rauchb. *part.* 1. *qu.* 6. *n.* 15.

Ita Domini in causa Hansen Melbers contra Heinrich Herolden zu Dölitzsch. M. April. An. 1632. (Verba sent. Daß sich Beklagter vor Klägern/ dessen Arest in Churf. Sächs. Regierung zuvor allbereit angelegt und euch notificiret worden/ und demnach auch auff des Schuldeners unter euch liegende Güter zu ziehen/ gestalten Sachen nach einiger Priorität nicht anzumassen/ V. R. W.)

Definit. XXIV.

Conveniri potest judex ad interesse, si pro aresto decernendo requisitus, absq; causâ justa illud recusaverit.

1 NOn est in potestate judicis arestanti annuere, ejusque petito deferre, vel non deferre, sed pro decernendo aresto requisitus præcisè illud decerne-
2 re tenetur. † Cæteroquin, si hoc absque justâ & sufficienti causâ denegaverit, aliique Creditores prævenerint, vel aliter bona debitoris interierint, tenebitur primo Creditori, arestum petenti ad interesse & æstimationem quantitatis ejus, in quâ Creditor debitorem habebat obligatum, *arg. l. ult. C. de pœn. jud. qui mal. jud. l.* 4. *C. de custod. Rer.* Matth. Coler. *de process. execut. part.* 1. *c.* 2. *num.* 116. *& seq.* Matth. Berlich. *part.* 1. *concl.* 74. *num.* 90. Henn. Göden. *cons.* 106. *n.* 7. † Nam & aliàs judex de negligentiâ, quæ adsorbet jus partis, ad totum interesse tenetur, *l. si quando* 19. *sub fin. C. de testib. Paris. de puteo in tr. de Syndic. verb. negligentia vers. contra magistratum. num.* 5.

Ita Domini in causa Dietrich Heydfelds zu Quedlinburg M. April. An. 1632. (Verba sent. Auff Fall das Ampt Arnstein/ den von euch rechtmässigen gesuchten Arest nicht annehmen wolte/ und durch solche Verweigerung euch einiger Schaden zugezogen würde/etc. So wäret ihr bemeldtes Ampt ad interesse und umb Erstattung des Schadens gebührlichen zu belangen wohl befugt/ etc.

Definit. XXV.

Licet tamen judici cautionem de se indemne servando exigere.

AT judici periculosum dixeris, si omnibus indifferenter arestum efflagitantibus annuere teneatur. Quid enim, si debitor talis non esset, qualis forsan à Creditore præsumitur, aut solvendo ex fieret, cui per impetrationem aresti non minima injuria inferretur, Matth. Coler. *de proc. execut. part.* 2. *c.* 3. *n.* 154. Jas. *in l. si se non obtulit.* 4. § *condemnatum. 6. ff. de re judic. n.* 32. † ut proinde judex actionem injuriarum, vel saltem expensarum præsta- 2
tionem metuere necesse habeat? Sanè ipsius arbitrium prorsus excusum esse haud putaverim, quin potius diligenter advertere & cognoscere judex debet qualitates & conditionem debitoris, priusquam arestum decernat, † aut si de hisce satis informari 3
nequeat, tutissimum erit, cautionem de servando indemne tribunal judicis & refundendo expensas cum omni interesse in casu succumbentiæ exigere, † quam cautionem Creditor præstare obstrictus est, 4
si arestum sibi decerni cupiat, Matth. Coler. *de proc. execut. part.* 1. *t.* 2. *num.* 116. Joh. Monach. *in proces. part.* 20. *c.* 4. *num.* 3. Reinh. Rosa *ad* Dan. Moller. *hic num.* 20.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Ihr seyd aber gleichwol/ dafern bemeldtes Ampt Schadloßhaltung und Caution von euch fordern würde/ dieselbe zu præstiren schuldig/ etc.)

Definit. XXVI.

Admittenda est nuda Creditoris promissio, si inopiâ cautionem præstare nequeat.

NEque difficile erit Creditori arestum petenti cautionem præstare; si fuerit possessionatus aut fidejussores inveniat: At quid si media ipsi non 1
præstò sint, quibus cavere queat, putà si arestator sit forensis aut pauper, num ei propterea arestum erit denegandum? † iniquum certè hoc foret. Non 2
enim paupertas cuiquam debet esse nociva secundum Bald. *vol.* 1. *cons.* 5. *numer.* 1. *& seq.* † Quare juratoria saltem cautio hoc casu præstetur, necesse 3
est, ut probat per *l. omnes. qui* 33. §. *in hac autem l. C. de Episc. & Cler.* Matth. Coler. *de proc. execut. part.* 3. *c.* 11. *num.* 107. † Quamvis nec hanc præcisè necessariam esse, sed nudam promissionem sufficere 4
putaverim cum Matth. Berlich. *part.* 1. *concl.* 74. † quia Creditor exhibendo pro se instrumentum obligationis debitorem qui Creditum haud exsol- 5
vit; non parùm facit suspectum, ut propterea saltem absque cautione admittatur, juxta tradita Nicol. Boër. *decis.* 247 *num.* 9. Idque eo magis, † quod 6
cautionis appellatione, sola & nuda etiam promissio comprehendatur, *l. sancimus* 3. *C. de V. S. Berlich. dict. concl.* 74. *num.* 94.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ihr seyd aber gleichwol/ dafern bemeldtes Ampt Schadloßhaltung und Caution von euch fordern würde/ dieselbe entweder mit Bürgen oder Verpfändung eurer Güter zu bestellen/ oder doch solche durch einen Handschlag anzugeloben pflichtig/ V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. XXVII.

Nemo Creditorum bona debitoris sui arestare prohibetur.

1 ARestare possunt Creditores omnes, qui debitorem suum facultatibus labi vident, ac de Credito suo periclitantur. Joh. Monach. *in proc. par. 20. c. 41. n. 12* Petr. Peck. *in tract. de jure sistendi. c. 3. n. 1. & seq.* † Neque Vasallum hic excipiendum 2 putaverim, cur enim is bona sui domini arestare prohibendus sit, haud certè video. † Nam quod 3 vulgò objicitur, Vasallum gravem & inhonestam injuriam domino inferentem feudo privari. *c. un. §. 2. vers. porro. tit. quæ fuit. prim. cauf. benefic. amitt.* Curt. jun. *de feud. part. 4. n. 35.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 74. n. 18.* † id certè de injuriâ facti acci- 4 piendum est, puta si dominum incluſum non liberauerit, cum tamen id facere benè potuisset, *dict. c. un. in §. vers. item si delator.* † Non etiam si jure 5 suo utatur, sibique prospiciat, ut fit per aresti impetrationem, siquidem injuriam nemo facere videtur, qui jure suo utitur, *l. factum. 155. §. 1. l. nemo damnum, 151. ff. de reg. jur.* † aut beneficium jure com- 6 muni & publico sibi indultum exercet, *l. si duorum 42. ff. de act. empt.* Ant. Fab. *in Codic. l. 3. tit. 17. n. 4.*

Ita Domini in causa Sebastian Volckens zu Deuma / M. Mart. An. 1624. (Verba sent. Dieweil einem jeden Creditori, auff n Fall er zu bescheinigen / daß der Schuldener in Abfall seiner Nahrung gerahten / und nicht mehr wol solvendo sey / dessen Güter zu seiner Versicherung zu arestiren zugelassen / etc.)

DEFINIT. XXVIII.

Liberi etiam parentum suorum bona arestare possunt.

1 QUid autem, si liberi parentum suorum bona arestare velint? † Neutiquam hoc ipsis indulgendum esse, multis argumentis evincere conatur Matt. Berlich. *part. 1. concl. 74. n. 10. & seqq.* quæ omnia eò collimant, ut honor, quem liberi parentibus debent, conservetur. *l. veluti. 2. ff. de just. & jur.* 2 *l. 1. §. 15. ff. de ventr. in posseß. mittendo.* † cùm negari vix possit, per impetrationem debitoris famam lædi eique injuriam inferri secundum tradita Andr. Gail. *de arest. Imp. c. 1. n. 11.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 2. c. 3. n. 154.* † nullum verò actum, per 3 quem fama & honor parentum offenditur, liberi exercere valent, *l. non debet dari. 11. ff. de dolo malo. l. apud Celsum. 4. §. adversus parentes. 16. ff. de dol. mal. except.* † Sed si vera hæc sint, non certè ullâ acti- 4 one filii adversus parentes experiri poterunt, quippe quod per id obsequium filiale, & per consequentiam honor parentum haud parum periclitari incipiat. 5 † Nec tamen id facere aut jure suo uti prohibentur, non magis ac vitam suam defendere adversus parentes, † cum vita & bona paribus passibus ambu- 6 lent, *l. justa causa 9. ff. de manumiss. vindict.* † Ni- 7 mirum, injuriam non facere censentur, qnando jure suo utuntur, *l. 155. §. 1. ff. de reg. jur.* † Quo ipso et- 8 iam occurritur patriæ potestati, ex quâ filius potest exheredari, si patri injuriam inferat, *Novell. 115. c. 3. §. 8.* quamvis, si pater solvendo non sit, disputatio de exheredatione liberorum facilè cesset.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dieweil einem jedwedern Creditori, auff n Fall er zu bescheinigen / daß der Schuldener in Abfall seiner Nahrung gerahten / und nicht mehr wol solvendo sey / dessen Güter zu seiner Versicherung zu arestiren zugelassen / so seyd auch ihr dannenhero euers Vatern Güter / wegen euers rückständigen Muttertheils mit Arest zu beschlagen wol befugt gewesen / derowegen ihr euch vermöge solches erlangten Arests vor andern Gläubigern einer priorität billich zu erfreuen habt / V. R. W.)

DEFINIT. XXIX.

Omnia indifferenter bona arestari possunt, etiam annuæ præstationes.

NUllibi in jure distinguitur inter bona juri arestationis subjecta vel non, adeoque omnia indifferenter bona, sive mobilia, sive immobilia sint, arestari poterunt, vel saltem experientia quotidianâ id comprobante, de quâ testatur Matth. Coler. *de proc. execut. part. 3. c. 11. n. 58.* Petr. Peck. *de jur. sistendi c. 4. n. 1. & seqq.* † Quidni ergo etiam annuæ præstationes, sive mobilibus, sive immobilibus 2 bonis eas accensere, vel separatam vel peculiarem harum speciem constituere velis, cum Panormit. *in c. nulli. 5. num. 10. vers. Sed tu distingue extr. de reb. Eccles. alien.* Johan. Köpping. *decis. 24. n. 7.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. qu. 124. n. 47.* † Semper enim standum est generalitate juris, donec usque doceatur exceptio, *arg. l. 3 præses. 3. in fin. ff. de off. præsid. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de leg. præst.*

Ita in Domini causa Christiani Hondeckens zu Döbelu / M. Febr. An. 1634. (Verba sentent. Ist euch Bastian Wehner mit 97. fl. 16. gr. geliehens Geldes verhafftet gewesen / und demnach ihr die Zahlung nicht erlangen können / der Schuldner auch in Abfall seiner Nahrung gerahten / habt ihr zu seinen Gütern Arest erlanget / &c. So habt ihr dadurch auch auff denen beym Rath stehenden unableglichen Zinsen / ein dingliches Recht erlanget / und werdet demnach vermöge dessen / den andern Gläubigern billich vorgezogen / V. R. W.)

DEFINIT. XXX.

Arestum pro debito in diem impetratum, Creditum haud purum, nec meliorem Creditoris conditionem facit.

1 NOn refert, an Creditum purum sit, vel in diem saltem debeatur: † Pro utroque enim arestum rectè impetrari, probavi Const. *præced. Defin. 147.* Matth. Coler. *de procoss. execut. part. 2. c. 3. num. 115.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 7. n. 100.* Anton. Hering. *in tract. de fidejuss. c. 5. n. 45. & seq.* † At Creditor per id protinus non integrum suum debitum 2 consequitur, sed possunt reliqui Creditores, quibus purè debetur, arestum relaxare, & bona debitoris interim ad se recipere, si cautionem de satisfaciendo, & pecuniâ die adveniente exsolvendâ præstiterint, Matth. Coler. *dict. c. 3. n. 116.* Petr. Heig. *dict. quæst. 6. num. 99.* † Putaverim tamen, audiendum 3 esse Creditorem, si interusurium medii temporis, hoc est, tantum, quanti debitoris, vel reliquorum Creditorum interest, debitum in diem non statim fuisse exsolutum, de totâ summâ sibi detrahi patiatur, per text. *in l. ait prætor. 10. §. si cum in diem. 12. ff. quæ in fraud. credit.* † Ne scilicet Creditor, si totam & integram pecuniam acciperet, plus tem- 4 pore petere & accipere videretur, Anton. Hering. *dict. cap. 5. num. 48. Vid. quæ dixi* Const. *præced. Defin. 62.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sent So habt ihr dadurch auff allen seinen / Gütern / darunter auch die beym Rath stehende unableglche Zinsen begriffen / ein dingliches Recht erlanget / und werdet demnach vermöge dessen in der Bezahlung / jedoch weil eure Forderung noch zur Zeit fällig / nach Abzug des interusurii medii temporis, den andern Gläubigern billich vorgezogen / V. R. W.)

DEFI-

Definit. XXXI.

Arestari quoque possunt libri studiosorum in Academiâ.

1 EXcipiendi erunt omninò libri studiosorum ab aresti onere, si credendum *Dd.* in hisce perinde atque in armis militum, nec tacitam hypothecam locum habere, neque executionem fieri posse, *l. commodis. 49. ff. de re judic.* Johan. Schneid. *in §. item Serviana. 7. n. 43. inst. de action.* Matth. Coler, *de proceff. exec. part. 2. c. 3. n. 132.* Johan. Sichard. *ad rubr. C. de pign. & hypoth. n. 18.* Zas. *ad §. item Ser-*
2 *viana. 7. n. 231. inst. de act.* † Quod tamen non aliter verum putaverim, quàm si bona alia adsint, in quæ
3 possit fieri executio, *dict. l. commodis. 40. ff. de re jud.* † Cæteroqvin, si alia bona deficiant, nec libris nec armis parcendum est: Quidni ergo tum etiam are-
4 stum in bonis studiosorum impetrari poterit? † Id quod experientia probat quotidiana, teste Matth. Coler. *dict. c. 3. n. 148. & part. 1. c. 2. num. 126. & seq.* Virgil. Pingitz. *quæst. 88. n. 22. & seqq.*

Ita Domini in causa Hansen Kölers contra Jeremias Dappen zu Jehna / M. Decembr. An. 1622.

Definit. XXXII.

Ut & Salaria Professorum & Advocatorum.

1 NEc aliud juris obtinere putaverim in salariis Professorum & Advocatorum; Etenim quia hæc saltem in subsidium, sinempe alia haud extent bona, arestari queant, vel propterea dubitandum
2 non est, † qvod ejusmodi salaria atque stipendia in causam judicati per viam executionis aliis bonis non existentibus, capi possint, *l stipendia. 4. C. de execut. rei judic. l. commodis. 40. ff. de re judicat. ubi* Jas. *n. 1. & seq. & in l. 7. §. ult. ff. qui satisd. cogunt.*
3 *n. 13. & 16.* † Sed nihil aliud est arestum Saxonicum, quàm species executionis, Andr Gail. *de arest. c. 1. num. 10.* Coler. *de proceff. execut. part. 2. c. 3. num. 144. & seqq.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sent: Daß Beklagter vermöge seines zu Martin Hansens Büchern und ausstehenden Advocaten-Gebühr erlangten Arests Klägern in der Zahlung billich vorgezogen wird/ V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Arestari nequeunt bona ad alimenta debitoris destinata.

1 REgulariter equidem verum est, quod bona debitoris sive mobilia sive immobilia sint, arestari queant, *Supr.* Defin. *29.* Sed non putandum exce-
2 ptioni planè nunquam locum dari. † Quid enim, si bona ad debitoris alimenta essent destinata? Certè jure alimentis satis subveniunt, prohibent nimirum
3 executionem in ea fieri, *l. si pupillus, 33. l. ult. ff. de reb. autor. judic. possid.* † Ergò & prohibitum erit arestum in ejusmodi bonis, quippe quod species est executionis, Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. c. 2. n. 183. & seq. & num. 188.* Andr, Gail, *de arestis.*
4 *c. 1. num. 10.* † Neque sequestrari possunt bona alimentis destinata; Martin. Coler. *de æliment. l. 1. cap. 13. n. 20.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Dan. Moller. *hîc*
5 *n. 13.* † adeoque nec arestari, cum à sequestro ad arestum Saxonicum validè liceat argumentari, Matth. Coler. *dict. c. 2. n. 184. & part. 3. c. 11. num. 88. & seq.*
6 Christoph. Zobel. *part. 1. differ. 44. n. 8.* Rutg. Ruland. *de commiss. part. 4. lib. 4. c. 6. n. 1.* † Atque ita jamdudum in Scabinatu Lipsiensi pronunciatum & usu quotidiano observatum, tradit Moll. *hîc n. 13.*

Ita Domini in causâ Hansen Barthels zu Geßnitz Mens. August. An. 1621. (Verba sent. Habt ihr zu Peter Voigten Gütern/ weil euch derselbe mit Schuldē verhafftet gewesen/ gerichtlichen Arest gesucht. Wann ihr nun gleich denselben erlanget/ u. zu rechter Zeit jedesmal prosequiret hättet/ etc. So möchte er doch auf diejenigen Güter/ so zu des Schuldners alimenta u. nothdürftigem Unterhalt verordnet/ nicht gezogen werdē/ derowegen ihr euch daran einiger Gerechtigkeit und juris prioritatis nicht anzumassen habt / V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Sicuti nec Stipendia studiosorum.

EAdemque ratione stipendia studiosorum, qvæ 1
iis ad studia continuanda & absolvenda è publico porriguntur, ab onere aresti exempta statuerim, cum Matth. Berl. *part. 1. concl. 74. n. 45.* † Favora- 2
bilior namque horum est causa, quàm librorum quos æquè aresto affici probat *Supr.* Defin. *31.* † Ni- 3
mirum, æquiparantur ejusmodi stipendia alimentis, ut apparet ex traditis Matt. Col. *de proceff. exec. part. 2. c. 3. n. 122.* & facilius pariter ac tolerabilius est, 4
† ex stipendio alios comparare libros, quàm libros vendere, ut soli stomacho prospiciatur, quod certè fieret, si relictis libris stipendium aresto gravaretur.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Wann ihr nun gleich den Arest auf alle Güter erlanget/ und zu rechter Zeit jedesmal prosequiret hättet/ etc. So möchte er doch auff die jenigen Güter nū Stipendien-gelder/ so zu des Schuldners alimenta und nothdürftigem Unterhalt verordnet/ nicht gezogen werden / derowegen ihr euch daran einiger Gerechtigkeit / und juris prioritatis nicht anzumassen hättet / (V. R. W.

Definit. XXXV.

Arestum in certis tantummodo bonis impetratum, ad bona alia non extenditur.

SÆpe fit, ut Creditor certa quædam debitoris bo- 1
na exprimat, in iisq; sibi arestum decerni petat; Quod si impetratum fuerit, ad reliqua debitoris bona haud extendi debet, † non solum quod actus 2
agentium ultra eorum intentionem & voluntatem nihil operentur, *l. non omnis 19. ff. de reb. cred. l. quoties 9. ff. de bebed. inst. l. sive emancipatis. 17 C. de don.* † Sed etiam, quia aresta sunt odiosa, adeoqve 3
potius restringenda quàm amplianda, *c. odia 15. de reg. jur. in 6to. l. interpretatione. 42. ff. de pœnis.* † 4
Plenius itaque sibi prospiciunt Creditores in bonis debitorum universis aresta sibi decerni petentes; † Nec tamen putent, aresta generaliter impetrata 5
absque expressione certorum bonorum extendi etiam ad bona aliena, puta quæ debitori sunt commodata, vel apud eundem deposita, Petr. Peck. *de jur. sistendi c. 16. n. 5.* Matth. de Afflict. *dec. Neapolitan. 369. n. 1. & seq.* † Absurdum etenim foret, veris bo- 6
norum Dominis fallimento debitoris tanquam facto alterius præjudicari, *l. non debet. 74. ff. de Reg. jur. l. de pupillo. 5. §. si plurimum. 5. ff. de oper. nov. nunciat.*

Ita Domini in causa Michael Abels contra Veit Klammern zu Geithen M. Sept. An. 1621, (Verba sent. Daß sich Beklagter an Hansen Mebusens Hanse gestalten Sachen nach / weil er zu seinem Acker allein und in specie Arest gesucht / vor Klägern einiger priorität nicht anzumassen hat / V. R. W.)

Definit. XXXVI.

Sed arestum generaliter & indefinitè impetratum, extenditur etiam ad bona futura postea acquisita.

1

NOn inepte quoque ab onere aresti bona futura exceperis, putà, si post impetratum arestum aliæ mercedes & bona ad debitorem pertinentia advecta fuerint, quæ aresto priori inclusa non censentur, vel saltem propterea, † quod aresti onus

maxi-

maximè sit odiosum, adeoq; non extendendum, *cap. odia 15. de regul. jur. in 6to, l. interpretatione. 42. ff. de pœn.* veluti quoque sentit Modest. Pistor. *part. 4.*
3 *quæst. 136. & ibidem in addit.* Jac. Schult. † Sed placuit contrarium illustrissimo Saxoni, qui arestum generaliter & indefinitè in bonis debitoris impetratum ad bona futura post arestum acquisita extendi voluit, *in* Ordin. processs. judic. *tit. 48. in fin. pr. vers.* und wann er *in genere.* † Nec sine causa,
4 cum notissimi juris sit, sub hypothecâ conventionali in genere constituta, comprehendi quoque bona futura, *l. obligatione. 6. ff. de pignor. l. ult. ff. qui potior. in pign. l. si qui mihi. 28. ff. de jur. fisci.* Bart. *in*
5 *l. 1. ff. de pignor.* † Quidni ergò etiam arestum ad bona postea aequisita erit extendendum, quippe quod pignori conventionali æquiparatur, Ord. processs. judic. *tit. 44.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de privil. Cred. n 9.* Matth. Col. *de processs. exec. p. 1. c. 2. n. 157. & seqq.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 4. n. 2.*

Ita Domini in causa Hansen Försters zu Brockwitz/ Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sententiæ: So seyd ihr solcher eurer Forderung wegen/ zu vigiliren und aresi zu allen und jeden des Schuldeners Gütern anzulegen wohl befugt/ ihr werdet auch vermöge desselben/ allen andern Gläubigern/ so kein besser Recht haben/ auch in den jenigen Gütern/ so nach Anlegung des Aresis dem Schuldener zukommen/ billig vorgezogen/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXVII.

Excluditur quandoq; jus aresti ex eo solo, quod alius Creditor bona debitoris detineat.

1 NOn tamen extenditur arestum ad bona ea, quæ jam alius Creditor detinet saltem, in iisque jus retentionis vel compensationis exercere potest: Finge Creditorem rem aliquam, quæ ad debitorem spectat, penes se habuisse, in eâque contra debitorem, ante aresti impositionem & denunciationem tale jus acquisivisse, cujus virtute nimirum per re-
2 tentionem vel compensationem, se contra debitorem etiamnum tueri potest: † iniquum certè esset, medium hoc ipsi præripere, quin potius ex jure prius
3 acquisito, arestanti posteriori etit præferendus. † Expressè sic disponente Illustriss. Saxoniæ Electore *in* Ord. proc. judic. *tit. 51.* §. Es soll aber. *vers.* desgleichen wenn ein ander. † Semper enim plenius
4 consultũ est Creditori retentione vel compensatione, quã petitione, quia retentio etiam perceptio est, *l. deducta. 58. §. acceptis 3. ff. ad SCtum. Trebell. l. cum pater. 77. in pr. ff. de legat. 2. l. 16. ff. de lib. legat.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 30. defin. 2. n. 6.*

Ita Domini in causa Hansen Hilberts contra Martin Spiesen zum Hayn/ Mens. Dec. Anno 1632. (Verba sent. Das Kläger vermöge seines prætendirten Aresis/ sich für Beklagten einiger Erstigkeit nicht anzumassen/ sondern es ist sich Beklagter der vorgeschützten Compensacion nochmahls zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXVIII.

Defuncto debitore, etiam intrà trigesimum bona ejus possunt arestari.

1 MOrtuo debitore, cujus hereditas de ære alieno suspecta habetur, non nisi post diem tricesimum à tempore mortis computandum, Creditores aresta petentes audiendos esse, tradunt *Dd.* communiter, Matth. Col. *de processs. execut. p. 2. c. 3. n. 587. & seqq.* Jacob. Schult. *part. 1. pract. q. 21. nu. 10. & seq.* Matth. Berl. *p. 1. concl. 74. n. 04.* Christoph. Zob. *p. 2. differ. 55. n. 2. & 6.* Bened. Reinhard. *p. 1. differ.*
2 *34. & p. 6. differ. 57.* † nempe quod ante tricesimũ nullo modo inquietari liceat hereditatem, per text. *in Nov. 115. hæc autem disposuimus. 5. §. memi-*
nimus. Gloss. Landrecht. *lib. 1. art. 22. verb.* Der Erbe mag wohl. † Sed nimirum textus illi loqvuntur disertè de exactione & reali molestatione, 3
per qvam mortui sepultura vel confectio inventarii impeditur, aut etiam heredes in possessione rerum hereditariarum turbantur, ut fit per detentionem rerum vel sequestrationem cadaveris defuncti † uti 4
ex verbis *dict. Nov. 115. &* Gloss. Saxon. *vers.* Also daß dadurch das Begräbnis nicht gehindert werde/ manifestissimè liquet, & de ejusmodi aresto, per quod nempe manus rei vel personæ injicitur, vocu-
lam (Kummer) *in dict.* gloss. accipiendam esse, demonstrat multis Dom. Arum. *l. 2. dec. 4. n. 50. & 51.* † At cum tale non sit arestum Saxonicum vel con- 5
suetudinarium, ut turbet possessionem debitoris, aut impediat sepulturam defuncti, quippe quod non debiti exigendi, sed prælationis ergò, & ut pignus seu jus reale in bonis debitoris Creditori acquiratur, petitur, *h.* Const. *29. Supr. Defin. 1.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. c. 2. n. 207.* † ipsaque debiti
exactio adeoque aresti vigor, factâ renovatione tertiâ, post tricesimum demum incipiat aresti hujus impetrationem *dict. Nov. 115. &* Gloss. Saxon. *art. 22. lib. 1.* Landr. intra tricesimum non prohiberi, quin potius expressâ ratione permittit, nemo non animadvertit, † atque ita quotidiè practicari, testa- 7
tur Joh. Menoch. *in suo proc. part. 20. c. 5. n. 14.* & post eum Reinh. Rosa *in addit. ad* Dan. Moll. *hic*
n. 14. in fin. † Et certè si contra absentem, insciumque & invitum, arestum peti concediique potest, quod nemo facilè negaverit, Coler. *de processs. exec. p. 3. c. 11. n. 29.* † Quidni etiam adversus debitorem de- 9
functum, qui absenti comparatur, Bart. *in l. ea quæ 5. C. de temp. in integr. rest.* Asin. §. 4 *c. 123. n. 4. de exec.*
† Aut, si præfractè debitorem extare requirimus, di- 10
co, hæreditatem reprælentare personam defuncti, *l. hereditas. 34. l. 61. ff. de acquir. rer. domin. l. cum hereditas. 9. C. deposit. l. mortuo, 22. ff. de fidejussor.*
† Quin & constat, judicium contra hereditatem ja- 11
centem, quando periculum in morâ est, rectè intentari posse, *l. 4. §. toties. 6. ubi* Ang. *ff. de damn. infect.* Andr. Gail. *l. 2. observ. 130. n. 6.* † Ergò etiam are- 12
stum Saxonicum sive consuetudinarium, quod non nisi periculo præsenti peti solet ac potest, Coler. *p. 1. de processs. exec. c. 2. n. 207.* † Plura qui velit, videat 13
Dom. Arum. *dict. dec. 4.* ubi ad contraria multis respondet, atque in hanc sententiam à Lipsiensibus, Hallensibus & Helmstadiensibus, judicatum refert.

Ita Domini in causa Hansen ab Arnstadt. Mens. Octobr. Anno 1599. (Verba sent. Daß die Aresta, so zu eines verstorbenen Gütern innerhalb des dreyssigsten geschehen und gebührlichen prosequiret werdẽ/ vor beständig zu achten/ und den andern/ so allerst nach dem dreyssigsten angeleget/ billich vorgezogen werden/ V. R. W.)

Item in causa Jacobi Volckmars zu Leipzig/ Mense Aug. Anno 1608. (Verba sent. Daß der Gläubiger/ davon eure Frage meldet/ so bald nach dem dreyssigsten zu des verstorbenen Schuldeners Gütern einen beständigen Aresi erlanget/ dem andern/ so innerhalb des dreyssigsten verkummert/ des in eurer Frage ausgezogenen Fürwendens ungeachtet/ nicht vorzuziehen/ V. R. W.)

Et in causa Pauli Reißlers Gläubiger zu Reichenbach Mens. Dec. Anno 1628.

DEFINIT. XXXIX.

Arestum absq; causâ sufficiente & injustè indultum in totum relaxari debet absq; ullâ præstitâ cautione.

Non

NOn omne areſtum bona debitoris jure pignoris afficit; Quid enim ſi absque requiſitis ſubſtantialibus, injuſtè atque ſine ſufficiente cauſa indultum eſſet forſan, quod debitum nondum probatum, vel debitor haud ſolvendo factus non fuerit? † Certè, tùm ſtatim areſtum absq; cautione, in totum relaxari debet, Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 51. §.* Wann aber in der Ausführung. *verſ.* Soll alsdann der Areſt aufn erſten Fall/ *in totum relax*iret werden/ꝛc. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74. n. 163.* † Nam ſicuti judex facilis fuit in concedendo areſtum, ita etiam facilis eſſe debet in revocando & relaxando, *l. 1. §. neceſſario. 2. ff. ſi ventr. nomin. mul.* Bald. *in l. ſi pacto. 14. C. de pact. num. 2.* Matth. Col. *de proc. execut. p. 1. c. 2. n. 93. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Dieterich Heydfelds zu Quedlinburg/ M. April. An. 1632. [Verba ſent. Da ihr nun erſtlich euer Schuldforderung durch Urkunden oder andern gläubichen Schein beybringen/ und denn zum andern darneben beſcheinigen würdet/ daß der debitor mit vielen Schulden beladen/ und in Abfall ſeines Vermögens gerathen/ auch wegen des marchirenden Kriegsvolcks/ täglichen Einquartirens und contribution zu befürchten/ daß die andern Gläubiger aufwachen/ und zu ſeinem Vermögen und Gütern ein concurſus creditorum ſich ereignen möchte/ꝛc. So würde euch der Areſt verſtat'et/ und in quantum de jure billich angenom̃en. Und da ſolches alles bey Anlegung des Areſts gebührender maſſen nicht in acht genom̃en würde/ hätte nachmals der debitor, daß bemeldter areſt in totum relaxiret würde/ zu ſuchen gut Fug/ V. R. W.)

Definit. XL.

Legitimè autem decretum areſtum ſub cautione demum relaxatur, ſalvo tamen jure prioritatis areſtatori acquiſito.

1 COncedunt ferè omnes, ſi debitum non uſquequaq; liquidum ſit, vel de requiſitis areſti ſaltem dubitetur, ſub idonea & legitimâ cautione, quæ nempe ſit fidejuſſoribus vel pignoribus, de judicio ſiſti & judicatum ſolvi, relaxari debere areſtum. Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 3. c. 11. n. 93. & part. 2. c. 1. num. 97.* Petr. Peck. *de jur. ſiſtend. c. 45. n. 3. & ſeq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74. n. 166.* Dan. Moll. *l. 2. ſemeſtr. 4. n. 12. & ſeq. aliiq; quamplurimi à* Berl. *alleg.* † Sed idem dicendum putaverim, etiamſi debitum ſit liquidum & certum, non
3 quidem ut in totum relaxetur areſtum, † ſed ſaltem quoad effectum adminiſtrationis & alienationis, ſalvo jure prioritatis Creditori acquiſito, diſponente ſic Electore Illuſtriſſimo in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 51. §.* Wann aber in der Ausführung *verſ.*
4 aufn andern aber/ꝛc. † Non enim habet areſtator, de quo conqueri poſſit, ſi ſalvum ſibi ſit jus prioritatis, quippe cum per impetrationem areſti, nil aliud quàm prioritatem in bonis debitoris acquiſiverit, *Supr.* Defin. *1.* Matth. Coler. *dict. c. 11. n. 26. & ſeqq.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 4. n. 1.*

Ita Domini in cauſa Hanſen von der Linden Gläubiger zu Leipzig/ Menſ. Novembr. Anno 1620.

Definit. XLI.

Qui in cauſa conventionis condemnatus pecuniam depoſitam areſto conſtringit, id renovare neceſſe non habet.

1 ETſi Reo in cauſa conventionis, pecuniam, in quam condemnatus eſt, in judicio deponere eamque areſto conſtringere haud fas ſit, nec admittatur reconventio, priusquam pecunia effectivè fuerit exſoluta, ut dixi *Supr.* Conſt. Elect. *7. Deſin. 18.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *p. 3. quæſt. 114. n. 7. & ſeqq.* † Attamen ſi actor reconveniendus 2
nec poſſeſſionatus ſit, nec ſatisdationem pro reconventione præſtiterit, audiendus eſt Reus deponendo pecuniam in judicio, eamque areſto conſtringendo, † ne eluſoria reddatur reconven- 3
tio, Ord. proc. jud. Elect. Saxon. *tit. 6. §.* Es wäre dann. *verſ.* und daß er ſeinen Gegentheil. *Supr. dict.* Conſt. *7. Deſin. 19.* † Sed num hoc caſu 4
Reus areſtum renovare neceſſe habebit, iis nimirum adhibitis ſolennitatibus, de quibus dixi *Supr.* Defin. *9. 10. 11. & 12.* Non opinor; † Sed ſufficit 5
unà cum areſto libellum reconventionis exhiberi, diſponente ita Saxone Illuſtriſſ. in Ord. jud. *dict. tit. 6. §.* Es wäre dann. *verſ.* iedoch daß auch der *deponens.* † Rectiſſimè omnino, quia ejusmodi 6
areſtum propriè non dicitur areſtum, ſed potius depoſitum judiciale, *dict. §.* Es wäre dann. *verb.* die *depoſitio judicati*, † quod certè ullâ renovatio- 7
ne vel ſolennitate aliâ opus non habet.

Ita Domini in cauſa Wilhelmi Ebelins zu Freyberg/ M. Febr. An. 1632. [Verba ſent. So möget ihr euch doch der würcklichen Auszahlung dadurch nicht entbrechen/ ſondern ihr ſeyd dieſelbe vermöge des geſprochenen Urtheils mehrbenahmtem Verßmann zu leiſten ſchuldig/ und ehe und zuvor daſſelbige geſchicht/ mag er ſich auff die Reconvention-Klage einzulaſſen nicht angehalten werden. Es wäre dann/ daß Matthes Verßmann ausländiſch oder ſonſten unbegütert wäre/ auff den Fall wäret ihr obgedachte 100 fl. zu deponiren wohl befugt/ und es möchten ihme dieſelbe/ ehe und zuvor er gnugſamen Vorſtand de ſolvendo beſtellet/ wann auch gleich die ſolennia areſti von euch nicht in acht genommen würden/ weil ſolches mehr pro depoſito judiciali als pro areſto zu halten/ keines wegs gefolget werden/ V. R. W.)

Definit. XLII.

Non tribuit præceptum judiciale de non alienando Creditori hypothecam aut jus prioritatis in bonis debitoris.

PRæceptum de non alienando, non ſolùm in- 1
terdicit ei, cui inhibitio facta eſt, alienationem rerum ſuarum, verùm etiam inhibitum adeò coarctat, ut ſi de facto ſubſequatur alienatio, impediatur dominii translatio in accipientem, *l. ſi ſciens. 26. ubi* Bart. *ff. de contr. empt.* Matth. Col. *de proc. exec. p. 3. c. 11. n. 10.* † Severius ergò putaveris præceptum de non alienando, quàm areſtum? Ita
quidem eſt, † cum bona areſtata diſtrahere haud- 3
quaquam prohibitum, ut dixi *Supr.* Defin. *4.* Matth. Col. *de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 463.* Attamen fortius & efficacius eſt areſtum † quoad tribuendum jus tacitæ 4
hypothecæ & prioritatis, quod creditori competit ex impetrato areſto, *h.* Conſt. *29. Supr. Def. 1.* & multis tuetur hoc Matth. Col. *dict. c. 11. num. 26. & ſeqq.* Non etiam ex præcepto judiciali de non alienando, † cujus finis & effectus verè alius non 5
eſt, quàm ne res petita, vel tota vel aliquid ex eâ diſtrahatur, *l. divus. 5. in pr. ff. de petit. hered.* † Ma- 6
net ſiquidem debitor poſt factam inhibitionem, non tantùm dominus rei ſuæ, verùm etiam poſſeſſor, retinendo videl. in manibus propriis omnia ſua bona, quamdiu pendet controverſia, utendo & fruendo iis ſine cujusquam impedimento pro arbitrio, *dict. l. 5. ff. de pet. hered. & l. alienationes, 13. ff. fam. erciſc.* † Ex quo ipſo etiam ſatis apparet, tolerabi- 7
lius eſſe præceptum de non alienando, ipſa ſequeſtratione, quæ medio tempore ſuſpendit & interdicit domino uſum rei ſequeſtratæ, donec lis inter Creditorem & debitorem terminata fuerit, *c. 1. 2. & 3. extr. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Col. *dict. c. 11. num. 11.*

Ita Domini in causa Christiani Hoffmanns zu Leipzig/ M. Sept. Anno 1632. [Verba sentent. Ob nun wol N.N. ein gerichtliches Verbot zu den Geldern gethan/ und derowegen eine Erstigkeit daran zu haben vermeinet. Dieweil aber dennoch dergleichen gerichtliches Verbot ohne Anlegung eines rechtmässigen Arests zu Recht kein jus prioritatis, und beständiges dingliches Recht geben mag/ &c. So hat sich auch N. N. mit angeregtem gethanen Verbot nicht zu behelffen/ sondern es verbleiben eurer Pflegefrauen die in solutum abgetretene 200. Thl. billich/ V. R. W.)

Definit. XLIII.

Aresto licet haud subsistente, Reus tamen conventus ad libellum respondere, & litem contestari tenetur.

1 SÆpius memini, dubitasse Reos debitores, an litem contestari & actioni propositæ respondere obligati essent, si de nullitate aresti constet, vel quod absque mandato, sive causa sufficiente, cum debitor adhuc solvendo existeret, impetratum, vel debito
2 modo renovatum non fuerit? †Excipiebant nempe, aresto haud valido existente, nec libellum, qui in eo fundatus esset, subsistere, ut proinde litis contestatio exigi nequeat, juxta tradita *Supr.* Const. E-
3 lect. 2. *Defin.* 11. †Sed cum liberum fuerit Creditori ab initio statim absque aresto ex Chirographo debitoris agere, ut saltem inter Chirographarios referatur, quin & post arestum rejectum vel annullatum, hoc facere ipsi adhuc fas sit, nulla certè causa impedit, quò minus litis contestatio & responsio ad priorem libellum, Reo imponatur, quod eo magis fieri debet, ne Creditor denuò actionem instituere cogatur, ut rectissimè docet Daniel. Moll. *libr. 4. semestr. 12.* † quia circuitus sunt vitandi in judiciis,
4 & lites abbreviandæ *l. properandum. 13. C. de jud. l. 2. de re judic. l. cum quis. 13. in fin. C. de reb. Credit. l. 10. C. de transact.* Ventur. de Valent. *in parth. litigios. l. 1. c. 1. n. 2.* Jason *in l. cum fundus. 31. §. 1. ff. si cert. petat.* Thom. Gram. *decis. 103. n. 192. & seq.* †Nec
5 annullato aresto, libellus statim corruit, cum juris notissimi sit, utile per inutile non vitiari, quoties aliqua separationis vel divisionis ratio iniri potest. *c. utile. 37. ubi* Gloss. *de Reg. jur. in 6to. l. 1. §. sed si mihi. 5. ff. de V. O. l. sed & si. 12. ff. de Const. pecun. l. pecuniæ. 9. l. placuit. 29. ff. d. usur. l. 1. §. sed Pomponius. 3. & §. seq. ff. quod fals. tut. aut. gest. ess. dic. l. sed si sibi. 11. ff. de stipulat. servor. l. proprium. 5. comm. prædior. l. sancimus. 34. in pr. & l. seq. 35. §. sin autem. 3. C. de donat.*

Ita Domini in causa Hansen Frühehauffen contra Abraham Böttichern zu Mansfeld/ Mense Jan. Anno 160[illegible]. [Verba sententiæ: Daß der wider Beklagten angelegte Arest nach Gelegenheit dißfalls nicht zuläßlich/ es ist aber Beklagter sonsten auf erhobene Klage/ so viel den libellirten Kauff anlanget/ sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Curatoris Magdalenen Paul Prockners Eheweibs contra Paul Prockners zu Dreßden/ M. Febr. A. 1615. [Verba sent. Ob wol nunmehr aus den Acten so viel zu befinden/ daß Martini Rabeners angelegter Arest/ weil er zu gebührender Zeit denselben nicht prosequiret/ nichtig/ so ist doch gleichwol Beklagter auff dieses Gläubigers erhobene Klage und libellirte Foderung sich einzulassen/ und was er davon geständig oder nicht/ zu antworten schuldig/ bey jüngst-eröffneten Urtheil nochmals billich/ V. R. W.)

Definit. XLIV.

Modò debitor ratione domicilii vel contractus ibidem forum sortiatur.

SEd hoc ita, si debitor conventus sub illo judice, 1
coram quo arestum fuit impetratum, non solum bona possideat, sed etiam ratione domicilii vel contractus ibidem forum sortiatur. † Cæteroquin si 2
alibi contraxerit vel domicilium suum habuerit, neutiquam de debito in loco impositi aresti, quod annullatum est, respondere tenebitur, Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num. 269.* † Siquidem ju- 3
dicium aresti, quod cœptum erat, jam finitum est; Ergò ex jurisdictionis defectu, ad ulteriora judex procedere, & debitorem, ut ibidem actioni personali respondeat, cogere nequit, *arg. l. ult. C. de jurisd. omn. judic.* Zanger. *dict. c. 1. n. 269.*

Ita Domini in causa Stephan Hillebrands contra Valentin Sauppen zu Grusa M. Jul. An. 1631. [Verba sentent. Daß der angelegte Arest zu recht unbeständig/ und ist dahero Beklagter auf die wider ihn angestallte Klage sich selbiges Orts einzulassen nicht schuldig: Sondern es wird Kläger mit seiner Klage und Zusprüchen an Beklagtens ordentliche Obrigkeit billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. XLV.

Valet etiam arestum & hypotheca in contractu usurario, saltem quoad sortem ipsam.

CUm de prioritate controvertebatur inter Cre- 1
ditores, unus alteri, jus aresti & hypothecæ prioris prætendenti, opponebat exceptionem usurariæ pravitatis, eâque non modò ipsum contractum, sed & hypothecam sive arestum impetratum annihilari, contendebat: †Astutè satis, si contractum 2
principalem in totum evertere atque annullare potuisset, cum sublato principali contractu, hypothecam ceu accessorium quoddam non subsistere quivis facilè concessisset, *l. nihil dolo. 139. §. 1. l. cum principalis. 198. ff. de regul. jur.* Anton. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 24. defin. 5. num. 3.* †Idque ut obtine- 3
ret, maximopere urgebat Recess. Imp. August. *de An. 1530. in Reformat. polit. tit.* von wucherlichen Contracten. §. Dieweil aber solche und dergleichen Contracte. *Et in* Polit. Francofurt. *de An. 1577. sub Imper. Rudolph. II. tit.* Von wucherlichen Contracten. §. Setzen und ordnen/ *vers.* Wann solche wucherliche Contracte und *partiten* für die Richter bracht/ daß sie dieselben unwürdig/ kraftloß und unbündig erkennen/ erklären und *declar*iren/ wie wir sie auch als unkräftig/ und unbündig erklären und erkennen/ und auf solche Contracte keine *execution* oder Vollziehung thun oder verhelffen/ &c. †Ex quo satis manifestum 4
redditur, ob usurariam pravitatem rescindi contractum, ipsamque corruere obligationem, ex contractu aliàs provenientem. †At rescisso contra- 5
ctu & annullatâ obligatione, quomodo hypotheca vel arestum pro ea impetratum subsistere poterit? †Neque in provinciis Saxonicis aliud receptum, 6
quis sibi perfunderi patiatur, cum sanctio Imperatoria quoad contractus annullationem, disertis verbis fuerit repetita *in* Ord. provincial. *de A. 1550. & 1555. nec non* Ordinat. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Von Wucher und wucherlichen Contracten. §. Setzen/ ordnen und wollen demnach &c. und damit allen Richtern/ in *verb.* daß sie solche wucherliche Contracte unwürdig/ kraftloß und unbündig erkennen/ und darauf keine *execution* thun noch verhelffen sollen/ &c. †Veruntamen, neutro in loco toto 7
evertitur & annullatur contractus, sed eatenus duntaxat, quatenus usurarius habetur. †Nimirum volu- 8
erunt Imperatores invictissimi, nec non serenissimo

Saxo

Saxo occurrere pravitati usurariæ, quæ tantummodo versatur in excessu usurarum legitimarum, & de jure permissarum, in quibus etiam subsistendum,
9 †nec dispositio Imperat. & Elect. ultra mentem Legislatorum ad licitas usuras, nedum ad sortem ipsam trahenda est. Etenim, cum summæ usurarum diversæ, ut & sors ipsa ab usuris bene discerni
10 & separari queant, †quidni admitteremus theoricam illam *Dd.* quâ utile per inutile non vitiari dicitur, *c. utile. 37. de regul. jur. in 6to. l. pecuniæ 9. l. placuit. 29. ff. de Usur. l. 1. §. sed si mihi. 5. ff. de V. O.*
11 †Vel saltem ergò, quoad sortem ipsam obligatio
12 subsistit, annullatâ licet promissione usurarum. †Atque ex contractu etiam usurario sortem ipsam restituendam esse, nemo forsan unquam negaverit, vel propterea quod hoc casu Creditor usurarius quartam sortis partem solummodo in pœnam usurariæ pravitatis amittat, *dict.* Ord. Torgens. §. über diß
13 soll auch. †Residuæ ergo tres partes ipsi sunt restituendæ, quarum nomine arestum impetratum, vel hypotheca semel constituta quidni subsisteret?

Ita Domini in causa Christophori Melanders zu Freyberg/ M. Jun. A. 165. [Verba sent. Hat ein Studiosus, als er in fremde Lande verreiset/ Friederich Großmuthen 500. Thl. um Verzinsung jährlichen 7. pro 100. vorgesetzet/ deßwegen er nicht allein eine conventional-hypothecam, sondern auch nachmals einen Arest zu des Schuldeners mobilien erlanget/ &c. So wird er dannenhero seines Capitals vor den andern Gläubigern/ so nach ihm allererst eine dingliche Gerechtigkeit in des Schuldeners Gütern erlanget/ befriediget/ er ist aber den seithero an Zinß zu viel eingehobenen siebenden Gülden/ ihme abkürtzen und zum Capital zu rechnen zu lassen pflichtig/ V. R. W.)

Definit. XLVI.

De bonis arestatis non satisfaciendum est Creditori arestanti, nisi in subsidium, deficiente nimirum alio exsolutionis medio, & quomodo hoc casu pronunciandum.

1 ERrant, qui sibi persuaderi patiuntur, per impetrationem aresti, bona debitoris in tantum obligari Creditoribus, ut probato debito ea statim sint ipsis adjudicanda. Qui vel ex pronunciandi modo hisce in terris usitato refelluntur; † Videmus siquidem post impetratum arestum, creditores per judicatum ita demum ad bona arestata admitti, si alio
2 módo debitor nolit vel nequeat eis satisfacere. †Neque formula hæc pronunciandi effectu suo destituitur. Quis non enim videt debitori per hanc id favoris indulgeri, † ut bona arestata redimere possit,
3 4 si paratâ pecuniâ debitum exsolvere velit, quod medium redimendi ipsi præriperetur, si bona arestata Creditoribus statim adjudicarentur, contra id
5 † quod vulgo dicitur, debitori favendum, atq; optionem in modo satisfactionis tribuendam esse, *l. illud. 25. ff. de constit. pecun. l. cum illud aut illud. 25. ff. quando dies legat. l. plerumq; 10. in fin. ff. de jur. dot. l. 2. §. 3. ff. de eo quod cert. loco.* Matth. Col. *de proces. execut. p. 2. c. 1. n. 50.* † Nec aliud in aresto
6 obtinebit, quàm in pignore & hypothecâ, cui perpetua illa conditio inest, si solutum non sit debitum, aut aliter eo nomine satisfactum, *l. grege 13. §. etiam 4. ff. de pign. l. si rem alienam. 9. §. omnis. 3. ff. de pign. act. l. 59. ff. ad Sctum Trebell.* † cum &
7 jus hypothecæ Creditor per arestum consequatur, *Supr.* Defin. *1.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 4. n. 2.*

Ita Domini in causa Michael Ayrers contra Ludwig de Mündern zu Dreßden/ M. Febr. An. 1635 [Verba sent. Daß Kläger durch den angelegten Arest/ zu des Beklagten gantzen Vermögen/ ein dingliches Recht erlanget/ derowegen wird er/ in Verbleibung gütlicher Befriedigung/ daraus seiner Forderung vor allen andern/ so kein älter und besser Recht erlanget/ billich befriediget/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Schockwitzens contra Christoff Wenglern zu Leipzig/ M. Aug. A. 1635. [Verba sent. Derowegen ist Beklagter Klägern die geklagten 120. Thl. zusamt dem interesse à tempore moræ zu bezahlen schuldig/ in dessen Verbleibung wird Kläger von den arestirten Haab und Gütern vor allen andern/ so kein besser Recht daran erlanget/ billich befriediget/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXX.
PARTIS PRIMÆ.

Wie weit/ und in welchen Personen die Kommer/ sonderlich in währenden Märckten/ zu gestatten?

Aresta petentibus quatenus & contra quas personas, præsertim in mercatibus, concedi debeant?

QUia relatum ad nos est, varias etiam de hâc quæstione opiniones esse, & in ipsis quoque Scabinatibus nostris diversimodè responsum, huic quoque rei, edita hac constitutione, competentem formam dare cupientes, ordinamus, statuimus & volumus, ut illi tantummodò, qui in certo loco contrahentes, se ibidem soluturos promiserunt, tamdiu, donec de eo sufficienter caverint, aresto detineri possint. Alios verò omnes, qui neque ipsimet consensum saltem suum liberè & firmiter contractui adhibuerunt, etiamsi illorum, qui obligati sunt, subditi sint vel ministri, arestis detineri non permittimus.

Wir wollen aber sonderlich / daß in allen Fällen / innerhalb der öffentlichen Märckte / der Händel und Werbung halben / die Freyheit gehalten / kein Arest statt haben / auch Bürgerlicher Sachen und obligation wegen / niemands angehalten werden soll.

Potissimum autem durantibus Nundinis, privilegium illarum, commerciorum causa servari & nulla aresta concedi, nulliusque personam ex causa vel obligatione civili arestari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Sequestrum sive arestum personarum regulariter prohibitum est, etiam in foro Saxonico.*
2. *Pacto tamen expresso, debitor sequestro & incarcerationi se potest obstringere.*
3. *Incarcerationis quoque pœnam luit in provinciis Electoratus Saxonici, debitor haud solvendo existens.*
4. *Ex solutionis morâ sequestrari potest Creditor, qui in loco aliquo cõtrahens, solutionẽ ibidẽ promisit.*
5. *Nor, etiamsi in loco aliquo contrahens, se alibi soluturum promittat.*
6. *Heres quoq; debitoris, qui in loco contracto solutionem facere promisit, personaliter detineri potest.*
7. *Nec non fidejussor ex morâ debitoris, si in loco contractus se soluturum promiserit.*
8. *Detineri potest debitor, qui in loco contractus solutionem facere promisit, etiamsi in transitu saltem ibi reperiatur.*
9. *Pro debito minimo, nunquam debitor personaliter detineri potest.*
10. *Nec arestandus est debitor, qui testimonii dicendi causa, in loco, ubi contraxit, & solvere promisit, commoratur.*
11. *Ministri mercatorum, ut sunt Institores & factores, pro debitis suorum dominorum nequeunt arestari, & personaliter detineri.*
12. *Nec cives singuli eorumve bona pro debito Civitatis sive Universitatis arestari possunt.*
13. *Nisi semetipsos singulatim obligaverint.*
14. *Sequestrari & detineri potest debitor forensis, si Creditor in loco domicilii debitoris jus & justitiam consequi nequiverit.*
15. *Dilapidatio bonorum causam præbet sufficientem detentioni personæ debitoris.*
16. *Sicut & fuga debitoris.*
17. *Debitor saltem de fugâ suspectus personaliter detineri potest.*
18. *Inquilini emigrantis persona arestari potest, donec pensionem solvat.*
19. *Præstita cautione de solvendo, sequestratio sive arestum debitoris relaxari debet.*
20. *Ad relaxandum sequestrum non admittitur cautio juratoria, sed præstanda ea est pignoribus vel fidejussoribus.*
21. *Creditor, ad cujus instantiam sequestrum injustè fuit decretum, ad interesse conveniri potest.*
22. *Arestari non potest Cadaver defuncti debitoris.*
23. *Privilegium de non arestandis bonis vel personis, tempore Nundinarum, pertinet tantummodò ad Nundinas solennes, & ab Imperatoribus privilegiatas.*
24. *Solis mercatoribus indultum est privilegium de non admittendo aresto tempore Nundinarum, non etiam aliis Civibus, qui mercatores non sunt.*
25. *Durantibus Nundinis haud decernendum est arestum adversus Mercatoris bona vel personam, etiamsi sit fugitivus, aut de fugâ suspectus.*
26. *Nec pro debito, in ipsis nundinis contracto, durantibus adhuc iis arestum decerni debet.*
27. *Cessat privilegium de non arestando bona & personam debitoris, durantibus Nundinis, si huic expressè fuerit renunciatum.*
28. *Nundinis per signum campanæ finitis, mercatores, eorumq; bona quovis in loco arestari possunt.*
29. *Pro ratâ simul admittuntur Creditores, qui proximè sequenti septimanâ post Nundinas Lipsienses* in der Zahlwochen / *antequam merces in conductu Norimbergensi avehantur, aresta impetrarũt.*
30. *Non pertinet ad Bannitos privilegium Nundinarum.*

Definit. I.

Sequestrum sive arestum personarum regulariter prohibitum est, etiam in foro Saxonico.

1 VEreor, ne quæ de aresto & sequestro juris Saxonici scripserunt *Interpp.* confusè nimis & intri-
2 catè tradita sint, †cum teste Matth. Coler. *de proc. exec. p. 3. c. 8. n. 41.* ante promulgatas Novellas, Electoris Saxoniæ Constitutiones, Remedium arestatorium secretum dicasteriorum, & paucis etiam Doctoribus nisi benè in practica harum regionum
3 exercitatis rectè cognitum fuerit. † Parum enim aut nihil de aresto in jure Saxonico proditum est, Simon. Pist. *consil. 7. n. 1.* Coler. *de proc. exec. p. 1. c. 2. n. 194.* Petr. Heig. *ad §. Creditor. 4. num. 19. inst. quib. mod. re contr. obligat.* † exceptis paucissimis locis,
4 in quibus quasi per transitum, inquit Col. *dict. loc. n. 195.* invenio leges Saxonicas meminisse aresti des Kumers / *ut in* Gloss. Landr. *l. 1. art. 22.* Weichbild.
5 *art. 6. art. 27. & art. 40.* † quamvis & ibidem vocula Kummer pro detentione personæ duntaxat accipi-
6 atur, prout inspicienti verba textus demonstrant. † Sed res adeò difficilis non est, si arestum à sequestro (quod aliàs vocabulo generali etiam appellitatur arestum) probè distinxerimus. Illud enim renovatione opus habet, & Creditori jus pignoris atq; prælationis tribuit; † Sequestrum verò absque ullâ re- 7
novatione subsistit, & solam juris ac debiti conservationem respicit, ne res debitoris invertantur, vel statu aut loco suo moveantur; † quam differenti- 8
am tradit Ord. proc. jud. Elect. Saxon. *tit. 51. in pr.* & dixi de *h.* Const. *præc. Defin. 1.* † Præterea seque- 9
strum non tantummodò bona & res debitoris, sed & ipsius personam afficit, si nempe Creditor debitorem sequestrari faciat; Et appellitari solet arestum personarum, de quo agitur *h.* Const. *30.* † Sive au- 10
tem de rerũ, sive de personarum sequestro quæras, utrumque regulariter prohibitum est; Non solùm de jure Civili & Canonico, quod sequestrationem judicialem neutiquam permittit, Hier. Schurff. *cent. 8. Consil. 24. n. 3.* Andr. Gail. *l. 1. observ. 148. n. 1. & 3. de arest. Imper. c. 1. n. 7.* Johan. Gœdd. *in tract. de sequestr. cap. 1. n. 38. & seq.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 2. n. 102. & seqq.* Henn. Goeden. *consil. 106. n. 1.* † Sed etiam de jure Saxonico 11

Landr.

Landrecht. *lib. 2. art. 17. & l. 3. art. 73.* Coler. *dict. c. 2. num. 103.* Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 51. in pr. verſ.* Und aber in dem erſten. *h.* Conſtit. *30. verſ.* daß allein. Æquum namque eſt, † ut actor viâ ordinariâ experiatur, deque jure ſuo doceat, antequam patiatur judex poſſeſſionem adverſarii impetere, *l. un. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. c. ult. cauſ. 11. quæſt. 1.* Gœden. *dict. conſil. 106. num. 1.*

Ita Domini in cauſa Abrahami Hollebreds zu Gebeſee/ M. Nov. An. 1624. [Verba ſentent. Habt ihr bey Andreas Perſchmannen von Goltzen im Braunſchweigerlande 200. fl. zu fodern/ſo ihr biß anhero von ihme nicht mächtig ſeyn können/ derowegen ihr ſeiner Perſon/ wann ihr ihn bey euch antreffet/gerichtlichen euch zu verſichern/und dieſelbe anhalten zu laſſen gemeinet ſeyd. Ob nun wol in gemein der Proceß ab executione nicht anzufangen/ noch eines andern Leib oder Gut alſobald zu kümmern und mit Arreſt zu beſchlagen/ꝛc.)

Definit. II.

Pacto tamen expreſſo, debitor ſequeſtro & incarcerationi ſe poteſt obſtringere.

1 NOn ergò valet ſequeſtratio perſonarum, defin. *præced.* nec debitoris perſona ob æs alienum detineri poteſt, *l. ob æs alienum. 12. C. de oblig. & action.* 2 † Regulariter ſcilicet, † niſi pacto expreſſo incarcerationi debitor ſe obſtrinxerit, de quo dicam infra *part. 2.* Conſtit. Elect. *21.* vel haud ſolvendo factus fuerit, de quo *infr. dict. part. 2.* Conſtit. Elect. 22. aut cauſa ſequeſtrationis juſta & ſufficiens 3 extiterit *hac* Conſt. *30.* † Triplex nimirum hæc exceptio in foro Saxonico probata eſt, ac ſequeſtrum perſonarum admittit. Nemo etenim, opinor, pactionem, quâ debitor in caſum haud factæ ſolutionis ad ſequeſtrum vel areſtum ſe obligat, in- 4 validam exiſtimaverit, † quam non modo inveterata & apud omnes gentes receptiſſima conſuetudo, de quâ teſtatur Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 5 6. defin. 7. num. 2.* † Sed etiam textus juris communis jamdudum probarunt, *in l. Titius. ſervum. 9. de ſerv. export. l. 65. ff. de contr. empt. l. 1. & 2. C. ſi manc. ita fuer. alien. ne proſt. l. 1. C. ſi ſerv. export. ven.* Matth. Col. *de proceſs. execut. part. 1. c. 6. n. 45. & ſeqq.* Köpp. *quæſt. 29. num. 5.* Andr. Gail. *lib. 2.* 6 *obſerv. 45. num. 3.* † De quo perſonarum ſequeſtro & incarceratione minus dubium eſt in foro Saxonico propter Conſtitut. Elect. *21. part. 2. ubi vid. Defin. 1.*

Ita Domini in cauſa Johann Meyers zu Leipzig / M. April. Anno 1580. [Verba ſentent. Da nun euer debitor in guten auff vorgehende Erinnerung nicht zahlen würde/ ꝛc. So ſeyd ihr ihn vermöge ſeines pacti u. eigener Verpflichtung durch Hülffe der Obrigkeit in gefängliche Haft zu nehmen/ und biß er euch bezahlet / darinnen enthalten zu laſſen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. III.

Incarcerationis quoque pœnam luit in provinciis Electoratus Saxonici, debitor haud ſolvendo exiſtens.

1 NEc ſequeſtrationem vel potius incarcerationem effugiet Reus ſolvendo non exiſtens, quem quidem jura Saxonica ad manus Creditoris tradunt, donec usque operis ſuis debitum diſſolvat, Landrecht. *l. 3. art. 39. ubi* Gloſſ. *num. 3.* & Weichbild. *art. 27.* Matth. Col. *de proceſs. execut. part. 1. c. 3. num. 160. & cap. 6. num. 114.* Chriſt. Zobel. *p. 2.* 2 *differ. 30. num. 6. & 7.* † At rigoroſior eſt ſanctio Electoralis, quæ debitores obæratos ſive decoctores carceris pœnæ ſubjicit, Conſt. Elect. *22. part. 2. ubi Vid.* Defin. 2. Joh. Zang. *de except. p. 3. c. 1. num. 143.* † Non, ut omnes indifferenter debitores non ſolvendo exiſtentes hâc pœnâ graventur, ſed quibus gratiam facere, debitumque remittere nolunt Creditores, ut dicam infr. *part. 2.* Conſtit. *22. Defin. 6.* † Planè, ſi præter ſuam culpam debitor fortunæ vitio ad inopiam pervenerit, commiſeratione potius, quàm coërcitione dignus erit, † quem propterea à carceris publici pœnâ eximit Illuſtriſſimus Saxo *in dict.* Conſt. 22. Ord. proceſſ. judic. *tit. 52.* & Edicto Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* Von denen / welche mehr aufborgen/ ꝛc. De quo dicam *infr.* Conſt. Elect. *22. Defin. 5. p. 2.*

Ita Domini in cauſa Samuel Völckens zu Meuſelwitz/ M. Jun. A. 1593. [Verba ſentent. Da nun der debitor bey euch keine Nachlaſſung erlangen/noch auch ſonſten auf andere Wege euch behandeln könte/ꝛc. So möchte er in den Schuldthurm geleget/ und darinnen/ biß er euch befriediget/verwahrlichen enthalten werden/ V. R. W.)

Et in cauſa Pauli Fleiſchers zu Torgau/ M. Mart. An. 1596. [Verba ſentent. So würdet ihr auff der Gläubiger Begehren und Suchen/vermöge Churfl. S. Conſtitution, in den Schuldthurm gelegt/ꝛc.)

Definit. IV.

Ex ſolutionis morâ ſequeſtrari poteſt debitor, qui in loco aliquo contrahens ſolutionem ibidem promiſit.

AT hoc ita, ſi debitor haud ſolvendo exiſtat: 1 Quid verò, *ſi quidem adhuc ſolvendo ſit, moram tamen committat?* † Nec tum ceſſabit jus ſe- 2 queſtrationis, ſiquidem debitor extraneus in loco ubi contraxit, ſolutionem promiſerit, *h.* Conſt. *30. verſ.* Ordnen/ſetzen und wollen demnach/ꝛc. † Di- 3 xeris tamen, ob moram & ceſſationem ſolutionis, debitoris perſonam, extra caſum inopiæ areſtari & detineri non poſſe, *c. lator. 2. extra de pign. l. ob æs alienum. 12. C. de oblig. & act. l. nemo carcerem. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.* Matth. Col. *de proceſs. execut. p. 1. c. 6. n. 80. & c. 7. n. 1.* † Verum equidem 4 hoc eſt de jure civili, & regulariter etiam de jure Saxonico, ſed permiſit ſpecialiter Illuſtriſſimus Saxo in ditionibus ſui Electoratus debitores extraneos, qui in loco contractus ſolutionem quoque facere promiſerunt, detineri & areſtari, † donec usque ſuf- 5 ficienter caverint, *dict.* Conſt. *30.* §. Ordnen/ſetzen ꝛc. *ubi* Dan. Moll. *num. 1.* Ord. proceſſ. judic. *tit. 51. in pr. verſ.* Oder wann ein Ausländiſcher. Matth. Berl. *part. 1. concl. 75. num. 6.*

Ita Domini in cauſa Andreæ Weidmans zu Schwartzenberg/ M. April. An. 1633. [Verba ſentent. Habt ihr in vergangener Neuenjahrs-Meſſe mit Hans Trechslern und euerm Bruder Chriſtian Weidmañen einen Geſellſchaftscontract auff gewiſſe Maſſe geſchloſſen/ auch euers Theils/ ſo bald 1000. Thl. in die Geſellſchafft bezahlet / wiewol aber gedachter Trechsler gleichfalls ſo viel in die Societät zu entrichten verſprochen/ hat er doch biß dato ein mehres nicht als 388. fl. dahinein gewendet/ gleichwol aber ſich der adminiſtration unterfangen/ die Wahren in Böhmen verhandelt/ und das gelöſete Geld/ ſo ſich in die 900. Thl. belaufft/ zu ſich genommen / und euch davon nichts überall gezahlet. Ob nun wol ſelbiger contract allhier zu Leipzig geſchloſſen worden/ und vermöge Churfl. S. Conſtitution derjenige debitor, ſo an einem gewiſſen Ort contrahiret/ und auch zur ſolution ſich daſelbſt verpflichtet / gar wohl areſtiret und verkümmert werden mag/ꝛc.)

Definit. V.

Non etiam ſi in loco aliquo contrahens ſe alibi ſoluturum promittat.

QUid verò, *ſi contrahēs in aliquo loco, alibi ſe ſoluturum promiſerit?* Non certò aliter debitoris 1 per-

persona arestari permittit Serenissimus Saxo, quam si ad solutionem quoque in loco contractus faciendam se obligaverit, *h.* Const. *30. in verb.* So an einem gewissen Ort *contrahirt*/sich verpflichtet/und die *solution* am selbigen Ort zu thun versprochen.

2 † Ex quo utrumq; pro formâ requiritur ad arestum personæ debitoris, ut non tantummodò in aliquo loco contraxerit, sed etiam simul ibi solutionem promiserit, *arg. l. un. sub fin. C. de nund. & mercat.*

3 † Consequens ergò huic est, non posse detineri debitorem, qui in loco aliquo contrahens se alibi solu-

4 turum promittat. † Quod & menti Illustrissimi Electoris convenit in Ordin. proces. judic. *tit. 51. in pr. vers.* oder wann ein Ausländischer. *verb.* und in demselben zu bezahlen sich verpflichtet. Matth.

5 Berl. *part. 1. concl. 75. num. 39.* † Planè, in loco destinatæ solutionis detineri posse personam debitoris, etiamsi is alibi contraxerit, docet Col. *de proces. exec. part. 2. c. 1. num. 64. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß in oberwehntem contract Wechsler einige Auszahlung alhier zu Leipzig zu thun/ und euch an diesem Ort zu befriedigen versprochen/ &c. So seyd ihr auch seine Person künftige Messe alhier anhalten zu lassen nicht schuldig/ V. R. W.)

Definit. VI.

Heres quoque debitoris, qui in loco contractus solutionem facere promisit, personaliter detineri potest.

1 NOn melior certè est conditio heredis, quàm ipsius debitoris, quem propterea æquè ac ipsum debitorem, qui in loco contractus solutionem facere promisit, personaliter sequestrari & detineri posse, docent rectissimè Matth. Col. *de proc. execut. part. 1. c. 10. n. 334. & seq.* Joh. Köpp. *decis. 29. num. 1.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 75. num. 8.* Pet. Peck. *in tr. de jure sistendi. c. 4. n. 10. & cap. 12.*

2 *n. 4.* † *Tùm*, quia heres defunctum repræsentat, inque ejus locum succedit, ita ut censeatur eadem esse persona, *Novell. 48. l. ult. C de impub. & aliis substit.* Anton. Fab. *in Codic. l. 7. tit. 20. defin. 44.*

3 *n. 9.* † *Tùm*, quod bona heredis post aditam hereditatem pro debitis defuncti possint arestari, Col. *dict. cap. 1. num. 310. & seq.* Quidni ergò etiam

4 persona heredis, † cum à rebus ad personas firmiter liceat argumentari, *l. qui furere. 20. ff. de stat. homin.* Jason *in l. si se nõ obtulit. 4. ff. de re jud. n. 261.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Ob nun wol selbiger contract alhier zu Leipzig geschlossen worden/ und vermöge Churfl. S. Constitution derjenige debitor, so an einem gewissen Ort contrahiret / und auch zur Zahlung sich daselbst verpflichtet / wie nichts weniger auch dessen Erben gar wohl arestiret und verkümmert werden mögen/ &c.)

Definit. VII.

Nec non fidejussor ex morâ debitoris, si in loco contractus se soluturum promiserit.

1 ET quod magis, fidejussorem quoque debitoris principalis, si hic in loco contractus se soluturum promiserit, ex morâ commissâ, sequestrationi subjicit, Pet. Peck. *in tract. de jur. sistend. c. 4. num. 9.* quem sequitur Matth. Berl. *part. 1. concl. 75. num. 9.*

2 † *Tùm* quia in bona fidejussorum manus injectio, quam statutum forsan adversus debitorem admittit, conceditur, Matth. Coler. *de proces. execut. part. 2. cap. 3. num. 43. & seq.* Joach. Mynsinger. *centur. 4. observ. 96. num. 1. & seq.* † Ergò etiam in eorun- 3
dem personas: quoniam firmum est argumentum à rebus ad personas, *l. 20. ff. de stat. hom.* Defin. *præced. num. 4.* † *Tùm*, quod fidejussor tam ex princi- 4
palis, quàm ex suâ propriâ morâ, si solutio in loco certo destinata facta haud fuerit, ad interesse conveniri queat, *l. centum capuæ. 8. ff. de eo quod certo loco, ubi* Bart. *in pr.* Berl. *dict. concl. 75. n. 9. vers. quarto quia etiam fidejuss.* † *Tùm*, quia debitoris 5
appellatione continetur quoque fidejussor, *l. si servum 91. §. nunc videamus. 4. de V. O.* Col. *de proces. exec. p. 2. c. 3. n. 43.* † Ergò quod *h.* Const. *30.* de ipso debitore est sancitum, etiam de fidejussore dispositum censetur.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Ob nun wol selbiger contract alhier zu Leipzig geschlossen worden/ und vermöge Churfl. S. Constitution derjenige debitor, so an einem gewissen Ort contrahiret / und auch zur Zahlung sich daselbst verpflichtet / wie nichts weniger auch dessen Erben und Bürgen gar wohl arestiret und verkümmert werden mögen/ &c.)

Definit. IIX.

Detineri potest debitor, qui in loco contractus solutionem facere promisit, etiamsi in transitu saltem ibi reperiatur.

QUod de sequestratione debitoris, qui in loco 1
contractus solutionem facere promisit, *hâc* Const. *30.* dispositum reperitur, ad eum solummodò casum forsan restringendum putaveris, quo debitor perpetuò vel aliquandiu saltem in loco contractus permanserit, si credendum Matth. Col. asserenti, † debitorem si in transitu reperiatur, vel 2
per unam aut alteram duntaxat noctem hospitio commoretur, haud personaliter esse detinendum *de proces. exec. part. 1. c. 2. n. 110. & part. 2. c. 3. n. 34. & seq.* † Sed vereor, ne hac ratione Const. 3
Elect. rarò aut nunquam effectum sortiatur, cùm semper debitor locum contractus datâ operâ, ut non perpetuò ibidem permaneret, posset evitare *l. 1. ff. de eo quod certo loco.* † Quin potius indif- 4
ferenter debitorem, in loco contractus, per transitum etiam repertum, rectè detineri dixerim cum Matth. Berl. *p. 1. concl. 75. n. 12.* † Propter generalitatem 5
h. Const. *30.* quæ etiam generaliter accipi debet, *l. 1. §. generaliter. 1. ff. delegat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem action.*

Ita Domini in causâ Melchior Vorhoffs zu Sommern/ M. Decembr. An. 1632. [Verba sent. Ist euch Martin Seidenitz mit einer Schuld verhaftet worden / so er daselbst/ allda er auch contrahiret/ zu zahlen versprochen/ und weil solches von ihme nicht geschehen / und er bißweilen bey euch durchzureisen pfleget/ seyd ihr denselben gerichtlichen anhalten zu lassen vermeinet. Ob nun gleich vermöge Churfl. S. Constitution dergleichen arest auf des debitoris Person ausdrücklichen nachgelassen/ &c.)

Definit. IX.

Pro debito minimo, nunquam debitor personaliter detineri potest.

NOn semper tamen debitoris persona sequestra- 1
ri potest, etiamsi in loco contractus solutio ex promissione sit facienda. † *Quid enim si debitum* 2
non sit adeò magnum? Iniquum sane esset per arestum & detentionem personalem, debitori magnam inferri injuriam & ignominiam irretractabilem, secundum Matth. Col. *de proces. exec. p. 2. c. 3. n. 154.* † Nunquam n. ob modicâ summâ infamiâ debet ir- 3
rogari, *l. si quis affirmavit. 9. §. ult. l. seq. ff. de dolo malo.* † Adeoq; pro debito minimo personam debitoris 4
haud

haud areſtandam & detinendám eſſe, rectiſsimè meo judicio, docent Petr. Peck. *in tr. de jure ſiſtend. c. 5. n. 20.* Joh. Köpp. *deciſ. 29. n. 23.* Matt. Berl. *part. 1. concl. 75. n. 35.* † Vocant autem communiter debitum modicum vel minimum, quod eſt infra duos aureos, *l. id eſt. 10. ff. de dolo malo.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. l. 2. cent. 2. caſ. 145. n. 2. & ſeq.* † At rectius hoc judicis arbitrio committi, exiſtimaverim cum Pet. Peck. *dict. c. 5. n. 14.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent: Dieweil aber dennoch eurem Bericht nach angeregte eure Schuldforderung gar gering/und ſich kaum über 5. fl. beläufft/ꝛc. So verbleibet geſtalten Sachen nach der debitor, zumal weil er anderswo mit unbeweglichen Gütern angeſeſſen / mit dergleichen ſchimpflichen Zwangsmitteln und ſequeſtration ſeiner Perſon/billich verſchonet/ V. R. W.)

Definit. X.

Nec areſtandus eſt debitor, qui teſtimonii dicendi causâ, in loco, ubi contraxit & ſolvere promiſit, commoratur.

1 REctè quoque feceris, ſi à ſanctione Electorali Nobiles, Comites, Doctores & milites armatos exceperis, cum Matt. Col. *de proceſſ. execut. part. 2. c. 3. n. 161.* † Quia hi, licet prorſus haud ſolvendo exiſtant, capi tamen, carcerari & perſonaliter detineri nequeunt; † Sed tantùm eatenus tenentur, quatenus facere poſſunt; *l. miles qui ſub armata. 6. l. item miles. 18. ff. de re judic.* † Similiter quoque impedit publica utilitas, quò minus ſequeſtratio debitoris admittatur. *l. utilitas publica. 3. C. de primip. l. 12.* † Si nempe Legati vel Ambaſiatoris munere fungatur, *l. conſenſiſſe. 2. §. legatis. 3. l. ſi quis in legatione. 8. ff. de jud.* † vel ſi teſtimonii dicendi aut judicandi causâ, ſit evocatus ad locum illum, ubi contraxit & ſolvere promiſit, *dict. l. 2. §. legatis. 3. ff. de jud.* Matt. Col. *de proceſſ. execut. part. 2. c. 3. n. 197.* Pet. Peck. *de jur. ſiſtend. c. 5. n. 11. ſub fin.* Bartol. *in dict. l. 2. §. legatis 3. n. 2. verſ. unde ſit unus.* † Aut etiam, ſi juſtificandæ appellationis gratiâ, ad locum illum fuerit citatus; † Nunquam certè hiſce in caſibus, areſtum ſive detentio perſonæ debitoris locum habebit, prout evidenter apparet ex textu *in dict. l. 2. §. 3. ff. de jud. ubi.* Bartol. *n. 2.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba ſent. So verbleibet geſtalten Sachen nach der debitor, zumal weil er anderswo mit unbeweglichen Gütern angeſeſſen / anietzo auch eurem Andeuten nach/ allein in Zeugnüs-Sachen zu erſcheinen/und ſeine Ausſage zu deponiren dahin citiret und vorgeladen worden / mit dergleichen ſchimpflichen Zwangsmitteln und ſequeſtration ſeiner Perſon/ billich verſchonet/ V. R. W.)

Definit. XI.

Miniſtri mercatorum, ut ſunt Inſtitores & factores pro debitis ſuorum dominorum, nequeunt areſtari & perſonaliter detineri.

1 ODioſa nimis eſt Sanctio Electoralis, quæ ob moram ſolutionis, debitoris perſonam detineri permittit, *h.* Conſt. *30. verſ.* Ordnen / ſetzen
2 und wollen demnach. † Ergò ad alios, qui ipſimet ex ſuâ promiſſione haud obligati ſunt, non extendenda, *c. odia. 15. de reg. jur. in 6to. l. interpretatione 41. ff. de pœn.* † Fit inde, ut miniſtri pro debitis dominorum, ac Inſtitores ſive Factores pro debitis Mercatorum areſtari & perſonaliter detineri nequeant, etiamſi Domini & Mercatores in loco contractus ſolutionem facere promiſerint. † Idque diſertis verbis ſanxit Illuſtriſſimus Saxo *h.* Conſtit. *30. verſ.* Wann ſie gleich der *obligirten* Perſonen Diener. Noluit ſcilicet, alios areſto impediri, qui ſuo nomine non contraxerunt, *verſ.* aber alle andere. † Quod & juri communi convenit in *l. hâc definitione. 12. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. l. 1. & tot. tit. C. ne fil. pro patre. l. 1. & tot. tit. C. ne uxor pro marito. Novell. 52. c. propterea ſancimus. 1.* † Non ſolùm enim grave eſt legibus, ſed etiam naturali æquitati contrarium, pro alienis debitis aliquem moleſtari, *l. un. C. ut null. ex vic in. pro alien. vicin. debit. teneat.* † Neque poſſeſſio ulla pro debitis alienis publicis vel privatis conveniri debet, *l. nullam poſſeſſionem. 4. C. de execut. & exact. lib. 12.* Multò minus ergò pro debito alieno perſona ſequeſtrari & detineri, † cum areſtum bonorum facilius indulgeatur, quàm ſequeſtratio & detentio perſonarum, Bald. *in l. per diverſas. 22. C. mandat. n. 22.*

Ita Domini in cauſa Heinrich Liebolden contra Seyfrid Jungen zu Schlieben/ M. Auguſt Anno 1632. (Verba ſent. Daß Klägers Suchen wider Beklagten wegen Anhaltung und Kummerung ſeiner Perſon / geſtalten Sachen nach / weil er nicht ſelbſt ſchuldiger / ſondern allein des debitoris Factor und Diener iſt / nicht ſtatt hat/ V. R. W.)

Definit. XII.

Nec cives ſinguli, eorumvè bona pro debito Civitatis ſive Univerſitatis, areſtari poſſunt.

1 EAdemque ratione nec cives ſingulos pro debito civitatis ſive univerſitatis perſonaliter detineri vel areſtari poſſe, dixeris rectiſſimè cum Hart. Piſtor. *part. 1. q. 37. n. 5.* Henn. Gœden. *conſil. 34. n. 33.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. c. 3. n. 326.* Johann. Köpp. *deciſ. 60. n. 3. & ſeqq.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 76. num. 2.* † *Tùm* per text. clarum *h.* 2
Conſt. *30. verſ.* Wann ſie gleich der *obligirten* Perſonen Unterthanen oder Diener/ſollen mit keinem *areſt* belegt werden. † *Tùm*, quia Magiſtratus con- 3
trahendo ſaltem bona univerſitatis obligat, non etiam bona ſingulorum & ſubditorum, quæ non ſunt in dominio ac poteſtate univerſitatis & magiſtratus, *l. ſicut. 7. §. ſi quid. 1. ff. quod cujusq; univerſit. nom. §. univerſitatis 6. §. ſingulorum. 11. inſt. de rer. div. & acquir. ear. domin.* † adeoque non ma- 4
gis hæc oppignorari vel obligari poſſunt à Magiſtratu, quàm bona aliena, *l. rem alienam. 41. ff. de pign. act. l. ſi Titio 22. ff. de pign.* † *Tùm*, quia bona 5
civium pro debito univerſitatis capi nequeunt, Hart. Piſtor. & Col. *dict. loc.* Ergò nec cives perſonaliter areſtari, quia facilius indulgetur areſtum bonorum, quàm detentio perſonarum. Bald. *in l. 22. C. mandat. n. 22.*

Ita Domini in cauſa Martini Römers zu Zittau/M. Jan. An. 1626. [Verba ſent. Habt ihr bey euer Stadt/von welcher euer Frage meldet/ eine Summen Geldes von 3000. Reichsthalern umb Verzinſung hinterlegt/wann nun gleich der Magiſtrat ſelbiger Stadt mit Zuziehung und Einwilligung der Zunfftmeiſter und gemeiner Bürgerſchafft ſolches Anlehen auffgenommen hätten/ꝛc. So möchte doch bemeldte Bürgerſchafft von ſich und von ihren eigenthümblichen privat-Gütern die Zahlung zu

leisten nicht gedrungen / noch derselben Personen oder Güter angehalten und arestiret werden/ ꝛc.)

DEFINIT. XIII.

Nisi semetipsos singulatim obligaverint.

1 NEque eo magis singuli cives pro debito civitatis sive universitatis erunt obligati, si Magistratus expresè & specialiter non tantum sua, sed etiam suorum subditorum & ministrorum bona atque personas, in casum non factæ solutionis op-
2 pignoraverit, † cum id facere Magistratui haud licuerit, *l. rem alienam. 41. ff. de pign. action. l. 22. ff.*
3 *de pign.* † Nec tum ergo singuli cives personaliter detineri poterunt, Matt. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. c. 3. n. 329.* Joh. Köpp. *deciſ. 60. n. 15.* Matth.
4 Berl. *part. 1. concl. 76. n. 3.* † At hoc ita, si cives in obligationem & contractum magistratus non consenserint. Cæteroquin, si factum decurionum ac
5 Syndicorum approbaverint, † dubium certè non est, quin ex proprio saltem consensu & obligatione tanquam singuli teneantur, ac proinde etiam personaliter detineri queant, *l. 1. in pr. ff. de magiſtr. conven. l. ult. verſ. in provinciis verò C. de vend. reb. civit. l. 11.* Henn. Gœden. *conſil. 5. numer. 14.* Johan. Köpp. *deciſ. 60. num. 20.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæſt.*
6 *37. num. 7.* Coler. *dict. cap. 3. n. 372.* † Planè, si aliqui duntaxat cives, quantumvis etiam major horum pars, consenserit, & Syndicum ad contractum pro arestandis & capiendis subditorum bonis atque personis constituerint, illi, qui non consenserunt,
7 arestari & personaliter detineri haud possunt, † sed tenentur saltem ii, qui præsentes fuerunt, ut benè docet *per l. 1. post pr. verſ. ſed ſi ordo. ff. de Magiſtr. conv.* Simon. Pist *post conſil.* Modest. Pist. *vol. 1. conſ. 13. n. 5.* Joh. Köpp. *dict. deciſ. 60. n. 21. ſub. fin. & n. 22.*
8 † Quia in his quæ competunt pluribus ut singulis, major pars non potest præjudicare minori, *c. quod omnes. 29. de reg. jur. in 6to. c. cum omnes. 6. §. cum igitur. 1. extr. de conſt. l. per fundum. 11. ff. de S. R. P.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann/ daß bemeldte Bürgerschafft sampt und sonders sich zur Wiederzahlung verpflichtet/und also diese Schuld auff sich genommen / auch wol ihre eigenthümliche Güter unterpfändlichen verschrieben hätten/ auff solchen Fall hafteten dieselbe dafür billich / und möchte auch eines oder des andern Bürgers Person gar wol angehalten werden/ ꝛc.)

DEFINIT. XIV.

Sequestrari & detineri potest debitor forensis, si Creditor in loco domicilii debitoris jus & justitiam consequi nequiverit.

1 EOs tantummodo debitores, qui certo in loco contrahentes se ibidē soluturos promiserunt, ex morâ solutionis personaliter detineri, permittit Sanctio Electoralis *h.* Const. *30. verſ.* Ordnen/ſetzen und wollen demnach/ ꝛc. *Num ergò hoc unico saltem casu, sequestrationi locus erit in foro Saxonico?*
2 † Ita forsā putaveris propter vim dictionis taxativæ (Allein) excludentis alia omnia, quæ expresè posita non fuêre, *Dd. in l. un. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp. Bartol. in l. ult. C. de revoc. donat. num. 1. & 3.*
3 † At non semper vocula taxativa alios casus excludit, non certè similes, multò minus verò majores, *l.*
4 *ob æs alienum, 12. junct.* gloss. *C. de præd. minor.* † Et produnt satis verba sequentia, quos per dictionem taxativam excluſos voluerit Elector, nimirum, qui vel ipsemet non contraxerunt, vel contractui firmiter & sponte non consenserunt, Dan. Moll. *hîc n. 4.* 5
† tantumque abest, aliam fuisse mentem Serenissimi Constituentis, ut etiam verbis disertis casus adhuc alios, quibus sequestratio personarum obtinet, posuerit ac jus commune confirmaverit, in Ord. proc. jud. *tit. 51. in pr. verſ.* Ausserhalb derer Fälle/in welchen die *aresta* nach gemeinen beschriebenen Rechten vergönnet / und nachgelassen seynd. † Quid 6
enim si debitor sit forensis, Creditor verò in loco, ubi Reus convenitur & possessionatus est, ad debitam requisitionem jus & justitiam consequi nequiverit? † Quantumvis debitor in loco ubi deprehen- 7.
ditur, nec contraxerit, nec solutionem eò destinaverit, ob moram tamen ibidem detineri poterit, ex Sanctione Electorali manifestâ *dict. tit. 21. §.* Oder aber/wann sonst ein Frembder/ ꝛc. † Nec opus erit 8
hoc casu prævia citatione, sed statim detinendus est debitor, ne fugam forsitan arripiat, juxta tradita Petr. Peck. *de jure ſiſtendi c. 4. n. 5.*

Ita Domini in causa Abrahami Hollebreds zu Gebesee / M. Nov. Anno 1624. (Verba sent. Ob nun wol in gemein der proceſs ab executione nicht anzufangen / noch eines andern Leib oder Gut alsobald zu verkümmern und mit arest zubeschlagen / da es aber dennoch euerm Bericht nach diese Gelegenheit hätte / daß ihr im Braunschweiger Lande/ alda bemeldter euer debitor gesessen / durch vielfältiges anhalten und klagen / keine gerichtliche Hülffe und Zahlung erlangen können/ ꝛc. So wäret ihr gestalten Sachen nach / euern Schuldener / wann er sich daselbst antreffen läst/anzuhalten und seine Person zu verkümmern wol befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. XV.

Dilapidatio bonorum causam præbet sufficientem detentioni personæ debitoris.

1 QUid etiam, *si debitor bona sua dilapidet, & ad inopiam vergat?* Sufficere & hanc causam ad id, ut debitor personaliter detineri queat, etiamsi in loco contractus solutionem facere haud promiserit, sentiunt vulgò *Dd.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 147. num. 3. & obſerv. 148. num. 2.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. num. 128. & ſeq.* Henn. Gœden. *conſil. 106. num. 2.* Guid. Pap. *deciſ. 246. num. 5.*
† Quorum sententiam verbis disertis approbavit Sa- 2
xo Illustrissimus in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 51. §.* oder aber *verſ.* oder wann vermuthlichen/ ꝛc. † Vo- 3
luit scilicet prospicere Elector Creditoribus, ne dilapidatio debitoris ullum iis damnum afferat. Quam tamen allegare non sufficit, † sed probari omninò 4
dilapidatio debet, Gail. *dict. obſerv. 147. n. 5.* Coler, *dict. cap. 2. num. 530.* Si non per testes, † attamen 5
summariter saltem per præsumptionem aliquam probabilem, quæ judicem ad decernendam sequestrationem commovere queat, Coler. *dict. loc.* putà, quod debitor sit perditæ vitæ, & nulla amplius possideat immobilia, Gail. *dict. obſ. 147. num. 3.* Coler. *dict. cap. 2. num. 130.* † vel adeo pauca, ut non æ- 6
quivaleant debito, in quo est obligatus Creditori, *l. 51. Creditores. 31. ff. de privil. Creditor.* † aut si 7
non solverit debitor ad terminos promissos, vel in causa simili fidem non servaverit, Gœden. *dict. conſil. 106. num. 3. & 4.* † aut si hactenus in bo- 8
nis suis male fuerit versatus, unumque prædium post aliud

aliud alienaverit, Col. *dict. c. 2. n. 130.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 73. n. 82. & multis seqq.* ubi plures
9 cumulat præsumptiones, † quas luculenter indigitat Serenissimus Elector *dict. tit. 51. vocula* oder wann vermuthlichen/daß etwas von den Innhabern *dilapidiret.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Oder es aber sonsten mit dem debitore also beschaffen / daß er zimlichen reich haußalte / seine Güter dilapidire, und denselben übel vorstehe/ also daß zu besorgen/ihr gäntzliche umb eure Forderung gebracht werden möchtet / so wäret ihr bemeldten euren debitorem, wann er sich daselbst antreffen läst/anzuhalten/ und seine Person zu verkümmern wolbefugt/V. R. W.)

Definit. XVI.

Sicuti & fuga debitoris.

1 NUnquam ferè magis Creditoribus metuendum est, ne credita perdant, quàm si debitor est fugitivus, quem propterea sequestrari ac personaliter detineri jura permittunt, *l. ait prætor. 10. §. si debitorem. 16. ff. quæ in fraud. credit.* Joh. Schneidevv. *in §. actiones 10. inst. de action. n. 15.* Matth.
2 Col. *de process. execut. part. 1. c. 2. n. 122.* † Quod & placuit Serenissimo Saxon. Electori in Ordin. proc. jud. *tit. 51. pr. vers.* Als wañ einer/ der nicht gnugsam gesessen/ flüchtig wäre/ &c. † Nec refert, an debitor judicis licentiâ, an privatâ autoritate capiatur & detineatur, quod hoc casu ob summum fu-
4 gæ periculum creditori indultum censetur; † si copia judicis deficiat, Bartol. *in l. dies festos. 11. C. de feriis. num. 1.* Andr. Gail. *l. 1. observ. 48. n. 14.* Matth.
5 Col. *dict. c. 2. n. 122.* † modò Creditor postea debitorem propriâ autoritate apprehensum judici tradat, atque ita sequestro præsentet, ad evitandam nimirum carceris privati pœnam, *l. un. C. de privat.*
6 *carcer.* † Quin & si debitor ex unâ provinciâ vel jurisdictione emigrare velit, tantaque bona mobilia vel immobilia ibi non relinquat, ut de iis Creditoribus satisfieri possit, ipsissimâ æquitatis ratio sequestrationem & detentionem personæ debitoris
7 admittit, † disponente ita Serenissimo Electore in Ordin. process. jud. *dict. tit. 51. vers.* Oder aus unsern Landen in ein frembd Gericht ziehen/und nicht so viel hinter ihm an liegenden oder sonsten gewissen Gütern verlassen wolte/daß sich der Kläger daran zu erholen. Matth. Berl. *part. 1. concl. 73. n. 60.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 36. n. 20.*

Ita Domini in causa Hansen Waltzens zu Leipzig / M. Jan. An. 1580. (Verba sent. Da euere Gläubigere/nicht ausführen könten/daß ihr auff flüchtigem Fuß wäret / so wären dieselbe euch allhier mit Arest anzuhalten nicht befugt gewesen/derowegen würdet ihr auff solchen Fall / des angelegten Arests billich loßgezehlet/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Debitor saltem de fugâ suspectus personaliter detineri potest.

1 ADeò periculosa est Creditoribus fuga debitoris, ut vix alio quàm detentionis remedio sibi consulere queant: Ideoque etiam contra debito-
2 rem † de fugâ saltem suspectum sequestrationem decernere jussit Saxo Illustrissimus in Ordin. proces. judic. *tit. 51. in pr. vers.* Als wann einer/ der nicht gnugsam besessen/ flüchtig/ oder derenthalbē
3 aus erheblichen Ursachen verdächtig wäre. † Quod & jamdudum docuerunt *Interpp.* Joh. Schneidevv. *in §. actiones 10. inst. de action. n. 15.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 2. n. 125.* Hippol. de Marsil. *sing. 43. num. 1.* Andr. Gail. *l. 1. observ. 26. num. 1.* Natta *consil. 430.* Cravett. *cons. 847.* † etiamsi dies 4
vel conditio solvendæ pecuniæ nondum extiterit, Schneidevvin. & Coler. *dict. loc.* Non tamen sufficit, suspicionem de fugâ allegare, † sed evidenti- 5
bus & claris indiciis Creditor, sequestrationem petens, eam docere debet, uti patet ex verbis Illustrissimi Electoris *dict. tit. 51.* Aus erheblichen Ursachen verdächtig wäre. † veluti si debitor faciat præpara- 6
menta ad fugam, vel latitet & sit vagabundus, Col. *dict. 2. num. 123. & 126.* † Si à loco, ubi Creditores 7
non pauci sunt, discesserit, nec revertatur, Cravett. *dict. cons. 847. num. 1.* † aut eò se conferat, insciis 8
Creditoribus, ubi copia ejus haberi non possit, *l. quis sit fugitivus. 17. §. idem ait. 4. §. idem celsus ff. de ædil. edict.* Cravett. *dict. consil. 847.* ubi plures fugæ præsumptiones refert. † Quibus indiciis ac 9
præsumptionibus si Creditor destituatur, ad evitandum fugæ periculum audiri debet, si mediante juramento suo suspicionem probare velit, secundum tradita Cravett. *consil. 978. num. 5.* Andr. Gail. *l. 2. obs. 44. num. 7. & seq.* † Planè, si debitor possideat 10
bona immobilia, vix dici poterit de fuga suspectus, *l. sciendum 15. ibi Dd. ff. qui satisd. cogunt.* Johan. Schneidevvin. *in dict. §. actiones 10. n. 16.*

Ita Domini in eâdem causâ (Verba sent. Da eure Gläubigere nicht ausführen könten/ daß ihr auff flüchtigem Fuß/ oder der Flucht gnugsam verdachtig wäret / oder jonsten nicht zu bezahlen hättet; So wären sie euch allhier mit Arest anzuhalten nicht befugt gewesen/derentwegen würdet ihr auff solchen Fall des angelegten Arests billich loßgezehlet/V. R. W.)

Definit. XIIX.

Inquilini emigrantis persona arestari potest, donec pensionem solvat.

ETsi regulariter forensis vel extraneus in bonis 1
ac persona detineri nequeat, ex veriore *Dd.* opinione, quam tuentur Matth. Col. *de proces. execut. p. 2. c. 3. n. 34. & seqq.* Petr. Peck. *in tract. de jur. fisk. cap. 4. n. 4.* Joh. Gœdd. *in rubr. extr. de sequestr. n. 22.* † Secus tamen se res habet, si Credi- 2
tor cum forensi contrahens fidem ejus non fuerit secutus, sed præsentem ejus pecuniam, vel factum speraverit, Pet. Peck. *dict. loc.* Ex quo fit, † quod 3
forensis personaliter detineri queat ab opificibus, à quibus quid emerit, vel sibi parari fecerit, nec statim pretium solverit, Ordin. proces. judic. *tit. 51. in fin. pr. vers.* Ob er bey Handwercksleuten. † Nem- 4
pe, quia opifices ideò operas suas conficiunt, ut statim solutio sequatur, Peck. *dict. loc.* † Eâdemque 5
de causâ permittitur sequestratio hospitis, qui, priusquam cauponario solvat, discedere velit, *dict. tit. 51.* §. Desgleichen wañ ein Gast. Matth. Col. *de proces. exec. part. 1. c. 2. n. 249. & seqq.* Virgil. Pingitz. *qu. 58.* Pet. Peck. *de jur. sistend. cap. 3. n. 2.* † Quin & si inqui- 6
linus sive conductor mercede non solutâ, velit migrare & discedere, detineri poterit, donec pensionem vel mercedem exsolverit, *dict. tit. 51.* §. Desgleichen wann ein Gast. *vers.* und ein Zinsmann der hinweg ziehen will. † Nimirum, quod nec cauponarius, nec locator ædium, fidem de pretio habere cen- 7

seatur

featur, Matth. Coler. *dict. c. 2. n. 236. & seqq.* Joh. Schneidevv. *in §. item Serviana. 7. inst. de act. n. 19.*

Ita Domini in causâ Georgii VVendlers contra Michael Schmoltzen zu Löbena 1/M Sept A. 1633. (Verba sent. Daß Beklagter Klägern anhalten zu lassen gestalte Sachen nach wol befugt gewesen / derowegen er von Klägers Zusprüchen billich zu entbinden / &c.)

Definitio XIX.

Præstitâ cautione, sequestratio sive arestum debitoris relaxari debet.

1 Effectus sequestrationis sive detentionis personæ debitoris in eo consistit, ut periculũ aver-
2 tatur, suumque jus creditor conservet. † Fit inde, si debitor præstitâ cautione de solvendo sufficienti, Creditorem reddat securum, quod arestum sive sequestratio sit relaxanda, *l. si fidejussor. 7. §. ult. ff. qui satisd. cog. h.* Const. *30. vers.* biß sie gewisse Versicherung gemacht. Ord. proces. judic. *tit. 51. §.* in allen denen Fällen/ &c. Matth. Col. *de proceff. execut. part. 1. c. 2. n. 90.* Henn. Gœden. *consil. 106. num. 23.*
3 Joh. Gœdd. *de sequestr. in rubr. n. 22.* † in tantum, ut contra judicem, sequestrum sub præstita cautione relaxare recusantem, mandata cum clausulâ justificatoriâ decernantur, teste Andr. Gail. *l. 1. obs. 26. n.*
4 *1. & l. 2. obs. 44. n. 9.* † Non tamen sufficiet hîc cautio de judicio sistendi, sed simul præstanda est de solvendo, adveniente termino vel die solutionis, Matth. Col. *dict. c. 2. n. 124.* per glos. *in l. in possessionem. 6. ff. quib. ex caus. in possess. eat.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sent. Daß Beklagter Klägern anhalten zu lassen gestalten Sachen nach wol befugt gewesen, derowegen er von Klägers Zusprüchen zu entbinden. Dafern aber Kläger gnugsame caution bestellen und Versicherung der Zahlung machen würde/ wird der Arest hinwiederumb billich relaxiret, &c.)

Definit. XX.

Ad relaxandum sequestrum, non admittitur cautio juratoria, sed præstanda ea est pignoribus vel fidejussoribus.

1 Debitor arestatus, si relaxationem aresti petat, cautionem præstare tenetur idoneam de judicio sistendo, & de re conservandâ integrâ, Definit.
2 *præced.* talem scilicet, † quæ sit fidejussoribus vel pignoribus. Hæc enim in jure dicitur idonea & sufficiens cautio, *l. si mandatum 59 §. ult. ff. mandat. ubi* Glos. *in verb. accepta. l. 4. §. si sub conditione. 6. ff. de fideicomm. libert. l. si debitori 21. ff. de judic. l. 1. ff. qui satisd. cog. l. si Creditores. 31. ff. de privil. Cre-*
3 *ditor.* Andr. Gail. *l. 1. obs. 26. n. 6.* † Quid verò si debitor pignora non habeat, nec fidejussores invenire queat; an sub cautione juratoriâ relaxandus
4 erit? † Periculosum hoc esset Creditori, ac metuendum, ne Credito suo defraudetur, adeoque debitorem ad juratoriam cautionem se offerentem non audiendum putaverim, cum Jason. *in l. si fidejussor. 7. § si satisdatum. ult. ff. qui satisd. cogunt. num. 18.* Bartol. *in l. litibus 20. n. 8. C. de agricol. & censit. lib. 11.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 135. n. 14. & de proceff. execut. part 3. c. 11. n. 110.* Petr. Peck. *de jur. sistend. cap. 45. n. 9. & seq.* Dan. Moll. *l. 2. semestr. 4. n. 14. & seq.* Jacob. Schult. *in addit.* ad Modest. Pist. *part.*
5 *3. quæst. 110. n. 27.* † Quod & menti illustrissimi Saxonis convenire videtur in Ordinat. proceff. judic. *tit. 51. §.* in allen denen Fällen/ *vers.* gnugsame *cautionem* und Versicherung machen würde. Nolo tamen hîc omne judicis arbitrium exclusum censeri.
6 † Quid enim, si persona offerens juratoriam cautionem vitæ integritate sit conspicua, & probatæ existimationis, debitum verò non adeo magnum? Vereor, ne, si cautio renueretur, gravis debitori in-
7 feratur injuria, † ut non sine causâ juratoriam cautionem à debitore honesto & non suspecto accipiendam, existimaverit Andr. Gail. *l. 1. obs. 148. n. 6.* ubi in Camerâ Imperiali id practicari ait, quod idem testatur Joach. Mynsing. *cent. 2. observ. 11.* Coler. *dict. c. 11. n. 102.* Schult. *dict. quæst. 110. n. 29.* Peck. *c. 45. n. 10.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sent. Dafern aber Kläger genugsame caution bestellen/und Versicherung der Zahlung machen würde/ wird der Arest hinwiederumb billich relaxiret/ es ist aber Kläger solche caution mit Pfanden oder Bürgen zu bestellen pflichtig/ und hat die anerbotene cautio juratoria nach Gelegenheit dißfalls nicht statt/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Creditor, ad cujus instantiam sequestrum injustè fuit decretum, ad interesse conveniri potest.

1 Sequestrum ergo justè & in casibus à jure permis-
2 sis decretum, non nisi præstitâ cautione idoneâ & sufficiente, cassatur, Definit. *19.* † sequestrum verò injustè indultum, absque omni cautione sta-
3 tim relaxari debet, Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. c. 2. n. 93.* Schurff. *cent. 3. consil. 15. n. 5. & seq.* † Nec tutus erit hoc casu Creditor, qui sequestrum adversus debitorem impetravit, sed sequestrato ad
4 restitutionem sumptuum, damnorum & interesse tenetur, ut docet Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. c. 3. n. 39.* † Et quod magis est, conveniri etiam poterit arestator ejusmodi injustus à Magistratu & Creditoribus aliis, quibus forsan detentio injusta nocuerit, ut & ipsis damnum atque interesse refundat, juxta tradita Joh. Petr. Molignat. *in tract. de jur. retent. quæst. 341.*

Ita Domini in causa Herman Tedens contra Christian Gottschalcken zu Gruna, M. Octobr. An. 1632. (Verba sent. Daß Beklagter seines Fürwendens ungeacht / auff erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXII.

Arestari non potest Cadaver defuncti debitoris.

1 Impium fuit apud Ethnicos, nedum apud Christianos cadaver inopis debitoris insepultum detineri. Quantumvis ergo debitor, non exsoluto prius ære alieno, ex humanis decesserit, neutiquam tamen defuncti corpus sive Cadaver à Creditoribus sequestrari vel arestari poterit, *l. cum sit injustum. 6. cum Auth. seq. C. de sepulch. violat. Novell. 60. cap. 1.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. c. 6. numer. 116. & p. 2. cap. 3. num. 428.* Specul. *tit. de appellat. §. in quibus. vers. 8.* Anton. Hering. *de fidejuss. c. 10. num. 42. & seqq.* Joh. Schneidevv. *ad §. 1. inst. de interdict. n. 41. & seqq.* Prosp. Farin. *in pract. crim. l. 1. tit. 3. quæst. 20. numer. 139. & seqq.* Franc. Pfeil. *cent. 2. conf. 180.* † Interest enim Reipublicæ, 2
mortuorum corpora quàm citissimè mandari sepulturæ, ne cadavera fœtorem excitent, pestem-

peſtemque aliosvè morbos cauſentur, *arg. l. 3. §. divus. 5. ff. de ſepulchr. violat.* Specul. *dict. loc. n. 10.* Didac. Covarr. *l. 2. variar. reſolut. c. 1. n. 10.* Nicol. 3 Boër. *deciſ. 287.* † Ex quo facilè corruit intereſſe 4 Creditorum, quod forſan prætendere habeant, † cum ratio publicæ utilitatis cuicunque commodo privato ſit anteferenda, *arg. l. 1. ff. ſolut. matrim.* 5 Anton. Gomez. *tom. 2. c. 12. n. 56.* † Quin potius caveant ſibi Creditores, ne contra facientes debitum amittant, & aliud tantundem heredibus injuriati ſolvere cogantur, ac inſuper tertiæ partis omnium bonorum ſuorum confiſcationem patiantur cum infamiâ, ex diſpoſitione Imperatoris Juſtiniani 6 *in dict. Novell. 60. cap. 1.* † Nec immeritò, quia contaminata defunctorum religio habet pœnam ſacrilegii, *l. pergit audacia. 5. C. de ſepulch. violat.* 7 † Quin & ſi defunctus ex ſententiâ latâ teneatur ſatisfacere Creditoribus, aut etiam in inſtrumento producto à Creditoribus ad incarcerationem ſe obligaverit, nihilo magis tamen inde areſtum Cadaveris erit permittendum, ſecundum Felin. *in cap. ſicut judæi. 9. extr. de judæis.* Joh. Schneidevv. *dict. §. 1. de interdict. n. 43. & 44.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Ehrenreichs zu Lucca / M. Mart. Ann. 1632. (Verba ſent. Iſt euch Chriſtian Oberſchmied 106. fl. zu zahlen ſchuldig worden / ehe und zuvor aber die Zahlung erfolget / iſt er Todes verfahren. Wann er nun gleich mit noch mehren Schulden andern gleichfals verhaft / und nicht ſo viel nach ſich verlaſſen / davon alle Gläubiger befriediget werden könten / ꝛc. So wäret ihr doch die Leiche zu küñern / und dadurch ſein Begräbnüß zu hindern nicht befugt / V. R. W.)

Definit. XXIII.

Privilegium de non areſtandis bonis vel perſonis tempore Nundinarum, pertinet tantummodò ad Nundinas ſolennes & ab Imperatoribus privilegiatas.

1 NOva non eſt prohibitio pignorationis & areſti in Nundinis & mercatibus, ſed jamdudum ab Impp. Valente & Valentio conſtitutum, ne quis durantibus Nundinis mercatoribus ullam inferat moleſtiam, *in l. un. C. de Nundin. & mercat.* & ab Imp. Juſtiniano *in Novell. 52. c. 1.* Bartol. *in dict. l. un. C. de Nundin.* Pet. Peck. *de jur. ſiſt. c. 10. n. 3.* Rutger. Ruland. *de commiſſ. part. 4. l. 4. t. 6. n. 21.* Matth. Co-
2 ler. *de proceſſ. execut. part. 2. c. 3. num. 163.* † Quam prohibitionem repetiit Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector *h.* Conſt. *30.* §. Wir wollen aber ſonderlich / daß in allen Fällen inner halb der öffentliche Märckte / der Händel und Werbung halben / die Freyheit gehalten / kein *areſt* ſtatt haben / auch Bürgerlicher Sachen und *obligation* wegē niemands angehal-
3 ten werden ſoll. † Non tamen putandum eſt, privilegium hoc de non areſtandis bonis vel perſonis, ad omnes indifferenter Nundinas eſſe trahendum, adeoque etiam ad eas, quæ in oppidis ſingulis ſeptimanis ſemel, bis vel ter fieri ſolent, ubi homines ex vicinis oppidis & pagis conveniunt, victumq; quo-
4 tidianum vendunt atque emunt. † Sed Nundinas hîc intelligimus duntaxat ſolennes & ab Impp. privilegiatas, quæ bis vel ter ſolummodò in anno celebrari conſuevêrunt. Märckte oder Stappel / ubi mercatores ex univerſo Imperio, aliisque longinquis regionibus, commerciorum causâ conveniunt. † Quales ſunt Nundinæ Francofurtenſes ad 5 Mœnum, Lipſienſes, Francofurtenſes ad Oderam, Naumburgenſes & ſimiles, quæ undique in civitatibus Imperialibus ſolenniter fieri ſolent. † Ita enim 6 Nundinæ Lipſienſes ab Imp. Maximiliano I. Anno 1497. & 1507. & Carolo V. Anno 1521. & 1547. privilegiatæ ac confirmatæ fuêre, ut prohibitio areſti ad eas procul dubio pertineat, non ſolùm ex Conſtitut. *h.* Elect. ſed etiam ex ipsâ Imperiali ſanctione & vigore dati privilegii, quod verbis diſertis prohibet areſta durantibus Nundinis Lipſienſibus, ut ex tenore privilegii, quod apud Senatum Lipſienſem habetur, perſpicuum eſt.

Ita Domini in cauſa Chriſtiani Hoffmanns zu Leipzig / M. April. An. 1632. (Verba ſent Iſt ein Bürger alhier / von welchem eure Frage meldet / mit 97. fl. 18. gr. euch verhaftet / und demnach ein Abfall ſeiner Nahrung gerathen / und ſich ein concurſus Creditorum bey ihme ereignet / ſeyd ihr zu ſeinen Gütern Areſt zu ſuchen gemeinet. Ob nun gleich hinnen währender Leipziger Meß / wie auch andern privilegirten Märckten / kein Areſt und Kummer verſtattet werden mag / ꝛc.)

Definit. XXIV.

Solis mercatoribus indultum eſt privilegium de non admittendo areſto tempore Nundinarum, non etiam aliis Civibus, qui mercatores non ſunt.

RAtionem privilegii de non admittendo areſto 1 tempore Nundinarum ſi quæras, reſpondeo id propterea conceſſum, ne commercia turbentur & negotiationes impediantur, quas liberas relinqui, publicum commodum ac intereſſe ſuadet, *l. un. C. de Nundin. & mercat. h.* Conſt. *30. §. ult. in verb.* der Händel und Werbung halben die Freyheit gehalten / ꝛc. Conſequens hinc eſt, † privilegium hoc 2 ſolis mercatoribus, qui commercia exercent, indultum cenſeri, non etiam aliis, putà civibus & opificibus, qui licet in loco Nundinarum commorentur, haud tamen negotiantur; Ergò horum bona tempore Nundinarum areſtari nil prohibet, † ceſſante nimirum privilegii ratione, quæ, ut modo dixi, 3 ſolam reſpicit commerciorum libertatem, adeoque jus ipſum ſeu privilegium ceſſare facit, *l. adigere 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron.* Jaſon. *in l. 32. n. 2. ff. de pact.* † De quo ne ulterius dubitetur, Sere- 4 niſſimus Elector privilegium de non admittendo areſto durantibus Nundinis ad ſolos mercatores reſtrinxit, alios verbis expreſſis excludens, in peculiari reſcripto ad Senatum Lipſienſem emiſſo ſub dato 25. Julii *Anno 1621. in verb.* Ingleichen was wegen Anlegung der *areſte* verordnet / unter ihnen den Handelsleuten allein ſtatt haben ſol. *Et paulo poſt.* Zwiſchen den Märckten aber unter den Kauff- und Handelsleuten ſelbſten / wie auch ſonſten auſſerhalb der Kauffmanns-Handelung / zwiſchen andern Partheyen in gemein / es bey unſern Landes-*Conſtitutionen*, üblichen Rechtē / *areſt* und Hülffs-*proceſſen* allerdings verbleiben ſoll / ꝛc.

Ita Domini in eadem cauſa. [Verba ſent. Dieweil aber dennoch ſolche Marcktfreyheit allein die Kauff- und Handels-

delsleute angehet/auff die jenigen Bürger aber/so nicht handeln und Kauffmanschafft treiben/ keines weges zu ziehen/ꝛc. So seyd ihr auch zu euers Schuldeners Gütern / weil derselbe kein Handelsmann ist / auch binnen währendem Marckt/Arest zu suchen wol befugt/ und es wird derselbe von euch billich angenommen/V.R.W.)

Definit. XXV.

Durantibus Nundinis, haud decernendum est arestum adversus Mercatoris bona vel personam, etiamsi sit fugitivus, aut de fugâ suspectus.

1 Solis igitur Mercatoribus indultum est privilegium de non arestando bona vel personam debitoris tempore Nundinarum, Defin. *præc.* At quid si debitor Mercator durantibus Nundinis sit fugitivus, vel de fugâ saltem suspectus? † Cessare tum privilegium Nundinarum, ac in ipsis Nundinis, adversus debitorem fugitivum arestum impetratum subsistere, docet *per l. ait prætor. 10. §. si debitorem. 16. ff. quæ in fraud. Creditor.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 77. numer. 10. post.* Petr. Peck. *in tract. de jur. sist. c. 10. n. 6. &* Bernh. Græv. *l. 2. pract. concl. 44. consid. 1. numer. 25.* † Sed vereor, ne hâc ratione multum derogetur privilegio Electorali, cum nemo non facillimè Mercatores, commerciis quasi tempore Nundinarum obrutos, de fugâ suspectos reddere queat. † Ut maximè ergò de jure communi assertio Berlichii vera sit, practica tamen fori Saxonici quotidie aliud docet. Non enim solet decerni arestum adversus mercatores durantibus Nundinis, quantumvis de fugâ vel banchorupto maximè sint suspecti, Dan. Moller. *hic n. 6.* † Nec admittit limitationem in mercatoribus fugitivis Constit. *h. 30.* quæ verbis generalibus loquitur, & tempore Nundinarum, personam vel merces cujusquam aresto præcludi vel detineri indifferenter prohibet. † Ergò generaliter quoque prohibitio hæc erit accipienda, *l. 1. §. generaliter, 1. ff. de legat. præst. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action.* † Et concesso tempore Nundinarum aresto adversus mercatores, quomodo, quæso, hi merces suas tuti ac impediti reducere valebunt, qui certè non minimus effectus est privilegii Nundinarum, uti apparet ex verbis privilegii ab Imper. Maximiliano I. Senatui Lipsiensi An. 1497. concessi: Alle und iegliche Personen/so die vorgemeldten Jahrmärckte mit ihren Kauffmanschafften/Haab und Gütern besuchen/ dazu und darvon ziehen / sich derselben Jahrmärckte Gnaden und Freyheit / nach ihren Inhaltungen/von iedermänniglich unverhindert gebrauchen und geniessen/ꝛc. Et de Anno 1507. in verb. desgleichen die Wahren und Güter / so zu und von bestimmten Märckten und Niederlagen getrieben und geführet werden/nicht sollen auffgehalten/verhindert/oder rechtlich arestiret werden.

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sentent. Wann nun gleich solche Schuld binnen währenden Marckt gemacht worden/der debitor auch sich verdächtig erweisete/und zu befürchten/ daß er fallit werden möchte/ꝛc. So seyd ihr doch binnen währendem Marckte / vor Ausläutung desselben/gedachten Kauffmann euren debitorem anzuhalten/oder seine Wahren zu verkümmern nicht befugt/V.R.W.)

Definit. XXVI.

Nec pro debito in ipsis Nundinis contracto, durantibus adhuc iis, arestum decerni debet.

1 Solent communiter à privilegio Nundinarum excipere debitum in ipsis Nundinis contractum, pro quo durantibus adhuc Nundinis, adversus mercatores jure decerni arestum autumant, Pet. Peck. *de jur. sistend. c. 4. n. 4. & c. 10. num. 16.* Cavalcan. *part. 1. decis. 2. n. 1. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 77. num. 8.* † per text. *in l. heres absens. 19. §.* 2 *proinde. 2. vers. numquid dicimus. ff. de judic.* † Et 3 quia legati de eo, quod in officio legationis contraxerunt, possunt conveniri, licet maximè sint privilegiati & eo in loco, ubi funguntur legatione, haud conveniendi, *l. consensisse. 2. §. omnes autem. 4. ff. de judic. l. si legationis tempore. 25. ff. eod. tit.* Matt. Col. *de proceff. execut. part. 2. c. 3. num. 196.* † Sed 4 nimirum de jure communi hæc sententia subsistere potest: In foro autem Saxonico & præsertim in provinciis Electoratûs, ne quidem pro debito in ipsis Nundinis contracto, bona mercatorum arestari, ipsosvè detineri posse, dixerim *cum* Dan. Moll. *hic num. 8.* † *Tùm*, propter generalitatem Sanc- 5 tionis Electoralis, quæ limitationem non admittit, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. præses 3. in fin. ff. de off. præsid.* † *Tùm*, propter rationem 6 privilegii *h.* Constit. *30.* expressam, ne scilicet commercia & negotiationes impediantur in Nundinis. *vers.* innerhalb der öffentlichen Märckte/der Händel und Werbung halben die Freyheit gehalten. Quam rationem in debito etiam in ipsis Nundinis contracto, locum sibi vendicare, ecquis non animadvertit? † Utique ergò & in eo privilegium Nun- 7 dinarum obtinebit, *arg. l. 32. ff. ad Leg. Aquil.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sentent. Wann nun gleich solche Schuld binnen währenden Marckt gemacht worden/der debitor auch sich verdächtig erweisete/und zu befürchten/ daß er fallit werden möchte/ꝛc. So seyd ihr doch binnen währendem Marckte / vor Ausläutung desselben/gedachten Kauffmann euren debitorem anzuhalten/oder seine Wahren zu verkümmern nicht befugt/V.R.W.)

Definit. XXVII.

Cessat privilegium de non arestando bona & personam debitoris durantibus Nundinis, si huic expresse fuerit renunciatum.

1 Non tamen putandum est, privilegium Nundinarum semper obstare, quò minus merces Nundinis durantibus, aresto præcludi, vel ipsimet debitores personaliter detineri queant. Quid enim, 2 si debitores huic expresè renunciaverint? † Non fieri id posse, inquies, cum privilegium Nundinarum publicum favorem concernat, si non principaliter, ut sentit Petr. Peck. *in tract. de jur. sistendi cap. 12. num. 2.* † attamen secundariò, sci- 3 licet ne commercia turbentur, ac per id publicum impediatur commodum, Gloss. *in l. à divo Pio. 58. verb. actionem. ff. de rit. nupt.* † Sed valere re- 4 nunciationem hujus privilegii, probat Dan. Moller. ex rescripto quodam Electoris Augusti, Anno 1581. Mens. Majo ad Senatum Lipsiensem emissi.

Ita Domini in causâ Esaiæ Löffelmans zu Leipzig M. Febr. Anno 1635. (Verba sent. Ist euch ein Kauffmann von Köthen vor aberkauffte Wahren 167. Thl. schuldig worden/ wann nun gleich derselbe sich der Flucht wegen verdächtig erweiset/und zu befürchten / daß er fallit werden möchte/ꝛc.. So seyd ihr doch binnen währenden Marckt vor Ausläutung desselben / ihn anzuhalten oder seine Wahren zu verkümmern nicht befugt/V.R.W.)

emissi. Cum enim Senatus ad instantiam Mercatorum privilegium hoc propter nimium ejus abusum
5 tolli per literas petiisset, † rescripserat Elector, satis cavere sibi posse Creditores, si huic privilegio in casum non factæ solutionis à debitoribus expresse renunciare facerent, Moll. *hic num. 8. & l. 1. semestr. 12. num. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 77. n. 12.*
6 † Plane, & principem ex causa jus hoc Nundinarum impedire atqve auferre posse, respondit Natta *consil. 511. & 512.* allegatus *à* Dan. Moll. *dict. c. 12. n. 7.*
7 † Nec ad debitum juratum privilegium Nundinarum pertinere, tradit Petr. Peck. *de jure sistend. c. 10. num. 3.* † Qvod ipsi defendendum relinqvo.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Es wäre dann/ daß bemeldter Kauffmann von Cöthen der Marck-Freyheit ausdrücklichen renunciret / und sich derselben begeben hätte; auff den Fall wäret ihr auch vor Ausläutung des Marckts seine Güter zu verarestiren/ oder ihn selbsten anhalten zu lassen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. XXVIII.

Nundinis per signum campanæ finitis, mercatores, eorumq; bona qvovis in loco arestari possunt.

1 CEssat privilegium de non arestando bona, aut personam debitoris, Nundinis finitis, postqvam scilicet signum publicum finitarum Nundinarum per campanam datum fuit, wann der Marckt ausgeläutet worden/ † Qvin ergò seqventi Septimanâ
2 exsolutioni debitorum destinatâ, in der Zahlwoche/ aresta cuivis petenti sint concedenda, modò reqvisita, de qvibus dixi *Supr. &* Const. *præced.* observentur, ambigendum prorsus non est, Daniel. Moll. *hic num. 10.* Christoph. Zobel. *part. 1. concl. 77. n. 14.*
3 † Qvod & Serenissimus Elector in rescripto qvodam peculiari de arestis mercatorum, sub dato Dresdæ 25. Julii Anno 1621. verbis expressis approbavit, *vers.* Wodurch dann/ und weil ohne das/ von Einbis zur Auslautung des Marckts/ kein Arest oder
4 Verbot angelegt noch verstattet wird. † Cui porrò consequens est, illis in locis, per qvos mercatores ad Nundinas transire, vel finitis iis redire solent, aresta benè decerni posse, nempe qvod Nundinis nondum cœptis vel finitis, etiam in loco ubi habentur, vel habitæ fuêre, id permissum sit, ut modo probavi, Moller. *hic numer. 10. & latius* Matth. Berlich.
5 *dict. concl. 77. num. 9.* † Videtur nihilominus obstare privilegium Imperiale Maximiliani I. qvod pariter in reditu, atqve in accessu ad Nundinas Lipsienses, merces aresto inqvietari prohibet, de Anno 1507. in verb. desgleichen die Wahren und Güter/ so zu und von bestimmten Märckten und Niederlagen getrieben und geführet werden/ nicht sollen aufgehalten/ verhindert oder rechtlichen *arestiret* wer-
6 den/ &c. † En, qvid clarius dici potuisset, qvam qvod merces in locis, per qvos mercatores ad Nundinas
7 transire vel redire solent, non debeant arestari. † Sed nimirum, verba Imperatoris ad tempus Nundinarum jam cœptarum atqve durantium sunt restringenda: Vel sanctio Imperatoria usu contrario immutata est, qvò etiam videtur inclinare Dan. Moller. *hic numer. 10.*

Ita Domini in causa Andreæ Weidmanns zu Schwartzenberg / Mense April. Anno 1633. [Verba sententiæ: So seyd ihr seine Person / künftige Messe albier anhalten zu lassen nicht befugt / wider seine Wahren aber / auff Fall er in Abfall seiner Nahrung gerathen / ist euch nach ausgeläuterem Marckt in der Zahl-Wochen an allen denen Orten / da bemeldte Wahren anzutreffen / gebührlichen Arest zu suchen unbenommen / V. R. W.]

Definit. XXIX.

Pro rata simul admittuntur Creditores, qvi proximè seqventi septimanâ post nundinas Lipsienses, in der Zahlwochen / antequam merces in conductu Norimbergensi avehantur, aresta impetrarunt.

FInitis Nundinis Lipsiensibus, campanâ vix qvi- 1
escente, Creditores, qvò alter alterum præveniat, ad Prætorium convolare & nimis properare solent, præcludentes aresto bona mercatoris, qvem de banchorupto suspectum habent, † Nimirum de 2
prioritate, sibi prospicere volunt in concursu, cum prior tempore potior sit jure, *c. qvi prior 54. de reg. jur. in 6to l. 1. & l. 11. ff. qvi potior. in pign.* † ac in- 3
ter arestantes semper præferatur aliis, qvi prius ratione horæ atqve momenti jus reale impetravit, *Supr.* Constitut. Elector. *28. ubi dixi Defin. 144.* Ordin. process. judic. Elector. Saxon. *tit. 48. in pr. vers.* von dem Tage und Stunde / Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 4. num. 1. & seq.* Daniel. Moller. *ad dict. Const. Elect. 28. num. 78.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 3. cap. 11. num 35. & seq. 39.*
† Sed frustra properant: Fecit namqve Serenissi- 4
mus Saxo omnes pariter æqvales, nec qvempiam alteri præferri voluit, inter eos, qvi proximè seqventi septimanâ post Nundinas Lipsienses, in der Zahl-Wochen / antequam merces in conductu Norimbergensi avehantur, vor Abgehung des Nürnbergischen Geleits / aresta impetrarunt, Edicto peculiari hâc de re ad Senatum Lipsiensem emisso, Mens. Jul. Anno 1621. in qvo hæc verba habentur: Sondern da auch ins künftige einer in währendem Marckt für abgehendem Geleit ein *falliment* begehen würde/ daß in solchem Fall kein Gläubiger in Suchung und Anlegung des Arests für den andern einen Vorzug erlangen/ sondern ein iglicher Gläubiger (ausser denjenigen/ so etwan *in specie* eine sonderbare *hypothec* oder ander dinglich Recht auf einem Stück Gut/ oder sonsten erlanget an des *fallit*en Gütern/ gleiches Rechtens sich zu gebrauchen Fug und Recht haben soll. † Qvo 5
ipso & Creditoribus pariter atq; debitoribus, Illustrissimus Elector prospexit: Illis qvidem, ut omnes saltem pro ratâ Credita sua consequantur, nec alter alterũ astutè præveniendo excludat. † Hisce verò, 6
ne per nimiam Creditorum præcipitantiam impediantur, qvò minus mutuando forsan ab aliis pecuniam sibi consulere, & à fallimento se liberare qveant. 7
† Attamen solis mercatoribus, non aliis hoc Edicto Elector Serenissimus modũ arestandi definivit, neqve Sanctionem hanc diutius, qvam postqvam Mer-

ces in conductu Norimbergensi avectæ fuerint, valere voluit, uti liqvet ex *verb. Edict. in §.* inglei-chen die obgesetzte Limitirung des Arests nur auff die wenige Zeit / bis das Nürnberger Geleit abgehet/*restring*iret / zwischen den Märckten aber/ unter den Kauff- und Handelsleuten selbsten/wie auch sonsten ausserhalb der Kauffmanns-Handelung zwischen andern Partheyen in gemein / es bey unsern Landes-*Constitution*en/üblichen Rechten/ Arest- und Hülffs-Processen allerdings verbleiben/und dieselbe hierdurch im wenigsten nicht aufgehoben seyn sollen.

Ita Domini in causâ Jobst Bredenbecks Gläubiger ventilatâ in Prætorio Lipsiensi,M.Octobr. A. 1630. (Verba sent. Zum vierdten Lucas Spreckel und Consorten 1500. Thl. Johann Grastadt und Consorten 1348. Thl. die Schwendendörfferische Erben 500. Reichsthl. welche drey Gläubiger ohne Unterscheid der Zeit / ihres in der Zahlwochen vor Abgehung des Nürnbergischen Geleits angelegten Arests befriediget werden/ &c.)

DEFINIT. XXX.

Non pertinet ad Bannitos privilegium Nundinarum.

FAlsò sibi persvadent banniti, sive præstitâ Urphedâ ex provinciâ aliqvâ relegati, tempore Nundinarum sibi reverti licere impunè,eò qvod durantibus Nundinis nec bona arestari, nec persona detineri qveat,*h.*Const.*30.§.ult.* † Hoc enim si voluisset Illustrissimus Constituens, procul dubio delinqventibus indulsisset, qvod certè præsumendum haud est. † Idqve ne asseramus, privilegium Nundinarum verbis disertis ad negotia civilia restrinxit *verf.* auch Bürgerlicher Sachen und *Obligation* wegen/ eo ipso delinqventes prorsus excludens, ut rectè docet Dan.Moll. *hic num.13. & seqq.* † Qvin, nec causa & ratio privilegii, qvæ est favor & utilitas commerciorum, extensionem prædictam admittit; Videant ergò relegati, ne revertentes pœnam abscissionis digitorum incurrant, juxta Constit. Elect. *48.part.4.* nil prorsus adjuti Nundinarum privilegio, non magis atqve bursicopi, fures & homicidæ, † qvos durantibus etiam Nundinis, incarcerari videmus qvotidiè. 1 2 3 4 5

Ita Domini ad reqvisitionem Prætoris Lipsiensis, Mens. Jul. Anno 1606.
Et Mens. Octobr. Anno 1624.

CONSTITUTIO XXXI.

PARTIS PRIMÆ.

Wann die Gerichtskosten ohne oder mit dem Eyde angegeben werden/wie sich der Richter in der Taxation zu verhalten?

In Taxandis Expensis, qvæ vel cum juramento, vel sine eo petuntur, qvæ sint partes judicis?

DJe Schöppenstule haben bishero / wann die Gerichts-expensen / so iemands zuerkannt worden/ ohne Eyd angegeben / allein die gesprochen/ welche auf das Gericht gangen / und also wegen des Proceß nothwendig aufgewendet worden/als Citation, Urtheil-Geld / Boten-Lohn/und dergleichen. Da aber andere Expens mit eingemenget/ die extrajudiciales gewesen/als was auf Fuhrlohn/die Reisen/ Zehrung in den Herbergen/Advocaten Lohn &c. ausgeben/ die hat man gäntzlich disfalls übergangen.

Wann aber die Expens mit dem Eyde angegeben worden/so hat man dieselbe taxiret/ und zu schweren erkant/daß zum wenigsten / so viel als moderirt / aufgewandt. Es haben aber unsere Verordnete dahin geschlossen/ weil in Expens-Sachen mancherden Eyd zu thun Bedencken hat/und dannoch dieselbige pœnæ temerè litigantium seyn sollen.

Daß auch auff diesen Fall / so die Gerichtskosten ohne Eyd angegeben/etliche extrajudicial-expens, derer man ungefehrlich gewiß seyn möcht / iedoch auf ziemliche und billige Taxation zu erkennen seyn sollen; welches wir uns auch also gefallen lassen/setzen und ordnen / daß demselbigen in Gerichten / auch in

IN Scabinatibus id observatum hactenus fuisse intelligimus, ut in expensas litis qvopiam condemnato, adversario sine juramento eas petenti, judiciales tantum adjudicârint, qvas nimirum is in citationes,sententias, mercedes nunciorum, & qvæ sunt præterea ejusmodi sportulæ,necessariò erogasset; Extrajudiciales verò expensas omnes, puta vecturarum & alios itineris sumptus, salaria advocatorum &c. tacitè prætergressi sunt.

Ubi verò expensas victor ita petiisset, ut de iis se juraturum polliceretur, æstimatis iis, qvas scripto comprehensas judici exhibuisset,jurandum illi fuit,se non minus, qvàm à Judice æstimatum esset, expendisse.

Qvia verò multi reperiuntur, qvibus hujus rei causâ jurare grave est, nec tamen hujusmodi pœnæ temerè litigantibus remittendæ; ideò deputatis nostris visum fuit, etiam isto casu, ubi expensas qvis sine juramento petit, extrajudiciales nonnullas, de qvibus fidem judici facere posset, illi,præviâ tamen moderatione,adjudicãdas esse; id qvod nos qvoq; probantes, statuimus & ordinamus, ut

deinceps

Stellung und Faſſung der Urtheil alſo nachgegangen werden ſoll.

deinceps in concipiendis ſententiis obſervetur.

DEFINITIONES.

1. *Etiamſi victor expenſas juramento ſuo probare velit, taxatio tamen judicis non omittenda, ſed juramento præmittenda eſt.*
2. *Syndicus, nomine Collegii vel univerſitatis ſuper expenſis jurare volens, admittitur.*
3. *Non ſolùm judiciales, ſed etiam extrajudiciales expenſas absqve juramento petere licet.*
4. *Non citatâ neqve auditâ parte adverſa, haud taxandæ ſunt expenſæ.*
5. *Niſi unius ſaltem termini expenſæ petantur, qvæ ſi modicæ fuerint, in adjudicatione ipſa ſtatim taxari poterunt.*
6. *Moderatio expenſarum judicis arbitrio committitur, pro varia victoris conditione.*
7. *Moderatus ſit judex in adjudicatione expenſarum, victus cauſa inſumptarum.*
8. *Non ſunt taxandæ expenſæ judiciales, à victore probatæ, ſed usq; ad teruntium adjudicandæ.*
9. *Notariorum expenſæ pro teſtibus examinandis qvatenus à judice ſint æſtimandæ.*
10. *Potiſſimum tamen circa Notariorum alias q; expenſas judiciales, cujus q; loci ſtatutum & conſvetudo in moderatione attendi debet.*
11. *Salaria qvoqve Advocatorum taxationi judicis ſubjecta ſunt.*
12. *Advocatus in propria cauſa, à condemnato in expenſas exigere neqvit ullum Advocati ſalarium.*
13. *Niſi id petere velit per modũ damni & intereſſe.*
14. *Victus condemnatus in expenſas victori reſtituendas, non tenetur ad damna & intereſſe.*
15. *Niſi ratione contumaciæ, vel in expenſis retardati proceſſus fuerit condemnatus.*
16. *Actor, ſpoliatus in itinere, non poteſt repetere damni reſtitutionem à Reo, qvantumvis ex cauſâ contumaciæ in expenſas is fuerit condemnatus.*
17. *Victus victori etiam expenſas, in termino moderationis factas reſtituere tenetur.*
18. *A moderatione expenſarum appellare qvoq; ac leuterare licet.*
19. *Expenſas, qvæ ante omnia ſunt reſundendæ, ſufficit refundi per compenſationem.*
20. *In expenſas judex victum condemnare poteſt ex officio, parte etiam non petente.*
21. *Lite principali per ſententiam finitâ, haud peti poſſunt peculiari actione litis expenſæ, qvæ non niſi in officio judicis debentur.*
22. *Expenſas verò qvæ jure actionis debentur, etiam poſt latam ſententiam victor actione peculiari petere poteſt.*
23. *Ex contumacia qvoq; vel delicto, ſi qvæ debentur expenſæ, poſt litem finitam etiamnum peti poſſunt.*
24. *Victus regulariter victori in expenſas condemnari debet, & qvatenus hoc verum ſit in cauſis criminalibus.*
25. *Qvando is uno plura habet capita, expenſæ pro uno capite compenſari, pro alio adjudicari poſſunt.*
26. *Compenſari debent expenſæ, ſi victus juſtam litigandi cauſam habuerit.*
27. *Ex juramento ſuppletorio condemnatus non ſolvit expenſas victori.*
28. *Victus ab expenſis excuſatur, qvando pro ſe habuit inſtrumentum obligatorium, vel ob honorem ſervandum litigavit.*
29. *Veneratione Conſangvinitatis & affinitatis, vel ratione honeſtatis perſonæ, expenſarum condemnatio plerumq; victo remittitur.*
30. *Victus ab expẽſis liber eſt, ſi de calumnia juraverit.*
31. *Condemnatus ex jurejurando litis deciſorio nullas debet expenſas.*
32. *Moderandæ qvoqve ſunt expenſæ immodicæ & ſuperfluæ, qvantumvis debitor nuda Creditoris aſſertione ſuper iisdem ſtare promiſerit.*
33. *Pauperi litiganti à parte adverſa non niſi certis in Caſibus ſumptus litis ſubminiſtrari debent.*
34. *Sed judex pauperibus litigantibus expenſas litis è fiſco publico ſubminiſtrat.*
35. *Poſſeſſor ad reſtitutionem rei litigioſæ condemnatus non tenetur ad expenſas, niſi dolo poſſediſſe probetur.*
36. *Non tenetur refundere expenſas victus, qui jam admiſſus eſt ad beneficium Reſtitutionis in integrum.*

Definit. I.

Etiamſi victor expenſas juramento ſuo probare velit, taxatio tamen judicis non omittenda, ſed juramento præmittenda eſt.

1 QVantumvis expenſarum condemnatio acceſſoria ſit, & officio judicis fiat, *l. 3. & l. 4. C. de fru... & lit. expenſ.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 12. defin. 10. n. 3.* † nunqvam tamen victus ad reſtitutionem tenebitur, anteqvam victor expenſas fecerit liqvidas, easqve probaverit, id qvod procul dubio juramento ſuo facere poteſt, *l. ſancimus 15. C. de jud. h.* Conſt. 31. §. Wann aber die *expens* mit dem
3 Eyde angegeben worden. † At nec huũc ſimpliciter credendum, nec taxatio judicis omittenda eſt,
4 qvin potius hæc juramentum præcedere debet. † Qvondam eqvidem de jure communi victor primò jurabat, ſe tantum expendiſſe, ac poſtea judex expenſas juratas taxabat & æſtimabat, *l. ſancimus. 15.*
5 *C. de judic.* † Sed aliud hodiè ſancitum eſt, ſcilicet, ut via perjuriis obſtruatur, *Auth. poſt. jus juran-*
6 *dum. C. de judic. Novell. 82. c. 10.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 151. num. 11. & lib. 2. obſerv. 102. n. 11.* Matth. Coler. *de proceſſ. exęcut. part. 3. cap. 9. n. 172. & ſeq.* Jaſon. *in l. ſi qvando. 9. C. unde vi. n. 25.* † Qvod & Serenisſimo Saxoniæ Electori videtur placuiſſe, *hâc* Conſt. *31.* §. Wann aber. *verſ.* So hat man dieſelbe *taxiret* und zu ſchweren erkant. ut dubium
7 non ſit, † qvin etiam in foro Saxonico, prævia judicis taxatione, ſuper expenſis juramentum præſtetur, Auth. *Conſult. Saxon. tom. 2. p. 3. q. 32.* Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 214. n. 1. & ſeq.* Georg. Rotſchiz. *in proceſſ. part. 1. art. 43. num. 4.*

Ita Domini in cauſa Cuno Arlebens contra Glorium Beyendorffen zu Magdeburg/M. Febr. A. 1602. (Verba ſent. Daß die angegebene expens, auff 56. Th. 3. gr. 6. Pf. billich moderiret und gemäßiget worden. Möchte nun Kläger ſchweren/daß er ſo viel und nicht weniger von wegen dero zwiſchen ihm und beklagten Beyendorffen ſchwebenden u. erörterten appellation-Sachen ausgegeben. So wäre Beklagter ihme dieſelbe zu erſtatten ſchuldig/ und würde ihme auch hierzu in Mangelung gütlicher Entrichtung / wider den Beklagten billich verholffen/V.R.W.)

Et in causâ Georgii Möschens contra Jonas Schössern zu Cüstrin/M. Febr. A. 1615. (Verba sent. Und werden die von Klägern angegebene Unkosten auff 87. Reichsth. 3. gr. 7. Pfen. gestalten Sachen nach/billich moderiret und gemäßiget. Möchte nun Kläger schweren / daß von ihme so viel und nicht weniger/von wegen dero zwischen ihm und Beklagten bißhero schwebenden Irrungen auffgewendet worden / So wäre Beklagter ihme dieselbe zu erstatten schuldig / und wird ihm auch hierzu in Mangel gütlicher Entrichtung wider Beklagten gebührlichen billich verholffen/V. R. W.)

Definit. II.

Syndicus nomine Collegii vel Universitatis super expensis jurare volens, admittitur.

1 CUm lite finitâ Collegio Canonicorum tanqvam victori expensæ litis fuissent adjudicatæ nomine hujus Syndicus ad processum istius causæ constitutus, juramento suo expensas probare contendebat. Cui à parte adversa opponebatur obser-
2 vantia fori Saxonici, † qva Syndicus etiamsi speciale mandatum exhibuerit, nomine universitatis jurare prohibetur, qvam observantiam præbet sanctio Electoralis manifesta in Constit. *13. in pr. part. 1. ubi* Dan. Moller. *n. 2.* Andr. Rauchb. *part. 1. qv. 8. n. 13.*
3 Matth. Coler. *part. 1. decis. 115. n. 13.* † Placuit nihilominus Dominis, Syndicum super expensas jurare volentem admitti, non obstante Constit. Elect. *13. p. 1.* qvippe qvæ de juramento judicialiter delato principali vel etiam calumniæ accipienda est, qvod certè non per Syndicum, sed per tres vel qvatuor ex Collegii vel universitatis Senioribus præstari debet, † nimirum, qvod hisce negotium princi-
4 pale optimè, ac forsan melius qvàm Syndico & Advocato cognitum sit, *arg. l. municipibus. 97. ff. de condit. & demonst. l. 14. ff. ad municip.* Anton. Fab. *in*
5 *Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 40.* † Sed alia est ratio juramenti super expensis præstandi, harum enim notitiam ecqvis meliorem & exactiorem habere posset, qvàm Syndicus ipsemet, qvi litem tractando
6 eas impendit. † Ut ita cessante ratione prohibitionis, qvâ *dict.* Const. Elect. *13. p. 1.* nititur, ipsa etiam prohibitio cesset, *arg. l. 6. §. qvamvis 2. ff. de jur. patron.* nec inde assertio hæc infringatur, qvin potius ipsâ Constitutionis ratione, manifestò probetur.

Ita Domini in causa Balthasari à Denstads contra Syndicum des Stiffts zu St. Marien in Erfurt/ventilatâ in Præfectura zu Weissensee/ Mens. Sept. Anno 1603. (Verba sent. Daß klagender Syndicus nach Gelegenheit dißfalls/zu Leistung des ihme zuerkannten Eydes / Beklagtens darwider gethanen Fürwendens ungeachtet/ billich zugelassen wird/V. R. W.)

Definit. III.

Non solùm judiciales, sed etiam extrajudiciales expensas absq; juramento petere licet.

1 DUrum nimis atqve difficile, inqvies, super expensis jurare; non solùm qvia memoria fal-
2 lere potest, sed etiam, † qvod multi reperiantur metu divini numinis ad superstitionem usqve timidi, *l. qvæ sub conditione §. in pr. ff. de condit. inst.* qvibus certè expensarum causâ jurare, gravissimum foret, *arg. l. cum qvidam. pen. vers. neqve enim C. de fide instrum.* † Hisce ut subveniret Saxo Illustrissi- 3
mus, expensas absqve juramento etiam petere permisit, *h.* Constitut. *31. §.* daß auch auff diesen Fall. † qvin & in dubio, si expressè victor ad jurandum se 4
non obtulerit, expensas absqve juramento taxare & moderari jussit, in Ordin. process. judic. *tit. 36. §.* Wann es dann. *vers.* ohne Eyd/wenns gleich nicht *in specie* gebeten. Auth. *Consult. Const. Saxon. tom. 2. part. 3. qvæst. 32.* Joach. Beust. *ad rubr. ff. de jurejur. n. 248.* † Nec solummodò judiciales & ne- 5
cessarias expensas, *l. sancimus. 15. C. de judic. l. si qvando 9. C. Unde Vi. Novell. 82. cap. 10.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 151. num. 1. & seq.* Specul. *lib. 2. part. 3. tit. de expensis. §. postremò. 6. in pr. num. 1.* † Sed & 6
utiles atqve extrajudiciales, putà, Salaria Advocatorum, sumptus vecturarum, itineris ac similes absqve juramento petere licet. *dict. l. 15. C. de jud. & dict. Novell. 82. cap. 10.* Etiam in foro Saxonico, 7
† qvantumvis de hoc multum qvondam à plerisqve dubitabatur, *h.* Const. *31. §* Daß auch auff diesen Fall. Ordin. process. judic. *dict. tit. 36. §.* wenn es dann. *in pr.* Dan. Moll. *hîc num. 3.*

Ita Domini in causa Alexandri Rumpels contra Jacobum Rendeln zu Freyberg / Mense April. Anno 1631. (Verba sententiæ: Daß die angegebene Unkosten insgesambt auff 21. fl. 13. gr. 3. pfen. ohne Eyd gemäßiget werden/welche Beklagter Klägern zu erstatten schuldig/ in Verbleibung gütlicher Entrichtung wird ihme dazu gebührlichen billich verholffen/V. R. W.)

Et in causa Otto von Bodenhausens contra dessen Unterthanen oder Dorffschafften Langenbach/Thierbach und Consorten, ventilatâ in Præfecturâ Plavensi Mens. Majo, Anno 1631. (Verba sent. Daß die von Klägern angegebene sämbtliche Unkosten auff 39. Thlr. 9. gr. ohne Eyd gemäßiget werden/welche beklagte Unterthanen Klägern abzustatten schuldig/in Verbleibung gütlicher Entrichtung wird deswegen wider sie gebührlich billich verholffen/V. R. W.)

Definit. IV.

Non citata neqve audita parte adversa, haud taxandæ sunt expensæ.

1 SIcut nemo inauditus ad restitutionem expensarum condemnari, ita nec hæc parte adversa inauditâ taxari debent, sed præcedat taxationem cita-
2 tio necesse est, † qvo ab utraqve parte arbitrium judicis æstimantis & taxantis expensas informetur, Ordin. process. judic. Elect. Saxon. *tit. 36. §.* Wann nun einem. Bartol. *in l. terminato. 3. C. de fructib. & lit. expens. num. 7.* Nicol. Boër *decis. 52. num. 2.*
3 † Plane si victus propter alios punctos citatus comparuerit, absqve aliâ speciali citatione, etiam super puncto expensarum procedi & moderatio fieri potest, *dict. tit. 36. §.* Wann nun einem. *vers.* Wann auch sein Gegentheil.

Ita Domini in causa Esaiæ Uttenhoffs contra Sebastian Werlen/Mense Octobr. Anno 1627. (Verba sentent. Daß Beklagter vor allen Dingen auff Klägers übergebene liqvidation sich einzulassen und zu verfahren schuldig/darauff also denn der gebetenen moderation halber/ergehet was recht ist/V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. V.

Nisi unius saltem termini expensæ petantur, quæ si modicæ fuerint, in adjudicatione ipsa statim taxari poterunt.

1 MEmini tamen, expensas qvandoqve parte adversâ nondum auditâ fuisse taxatas & æstimatas, nempe, cum actor vel Reus unius saltem termini sumptus ob contumaciam partis adversæ, eosqve
2 modicos petiisset. † Idqve rectissimè factum arbitror, vereor enim, ne si responsio ad liqvidationem à condemnato exigenda fuisset, litigantes aureo hamo piscari essent coacti, hoc est, plures & majores expensas impendere in moderatione expensarum modicarum. † Ac semper judici incumbit,
3 rem ita temperare, ne ob causam minimi valoris, lis ex lite oriatur, nec finis negotii alterius causæ exordium fiat, *l. properandum. 13. C. de judic. l. fin. ff. pro suo. l. 2. C. de rè judic. l. 2. in pr. ff. de aqvâ & aqvâ pluv. arcend. l. 10. C. de transact.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 2. num. 1.* Frider. Pruckmann. *consil. 38. num. 92.*

Ita Domini in causa Christophori Limmers contra Gerhard Beckern zu Leipzig/M. Febr. Anno 1631. (Verba sent. Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet/bey unserm jüngstgesprochenen Urtheil nochmals billich verbleibet/und ist Beklagter Klägern / auch die Unkosten dieses Termins, so hiermit auff 4. fl. 13. gr. gemäßiget werden/zu erstatten schuldig/V.R.W.)

It. in causa Henrici Zuorschen contra D. A. F. zu Leipzig/ Mense Majo, Anno 1635. (Verba sent. Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet bey deme am 9. Octob. des abgewichenen 1634. Jahres ertheileten Abschied nochmahls billich verbleibet/und ist Beklagter Klägern die expensas retardati processus, so hiermit auff 6. Thaler 3. gr. gemäßiget werden / zu erstatten schuldig/ in Verbleibung gütlicher Entrichtung wird ihme darzu gebührlichen billich verholffen/V.R.W.)

Et in causa Hansen Schockwitzens contra Christophorum Wenglern zu Leipzig/Mense Aug. Anno 1635.

DEFINIT. VI.

Moderatio expensarum judicis arbitrio committitur, pro variâ victoris conditione.

1 NOn solùm personæ conditio inspici debet in taxandis sumptibus extrajudicialibus, sed etiam modus facultatum, si forsan homo rusticus & vilis alioqvi conditionis, sed dives eqvitasse probetur, ut accederet ad locum, in qvo lis instruebatur,
2 † vel etiam, si salutis suæ tuendæ gratiâ famulum, aut alium vitæ Comitem in summâ itinerum difficultate sibi adjunxerit, cùm nemo pro lite mortis periculum subire cogatur, *l. 2. §. si qvis judicio. 3. ff. si qvis caution. l. si pater. 34. §. 1. ff. de donat.*
3 † Qvid econtra, si vir Nobilissimus, sed exigui patrimonii fuerit? Non minus in hoc Nobilitas generis, qvàm in superiore facultatum ratio habebi-
4 tur, *arg. l. suspectum. 8. ff. de susp. tutor.* † Sufficit ergò, alterutrum adesse aut conditionem personæ aut facultates, ut major fiat expensarum taxatio.
5 Prævalet tamen, si utrumqve concurrat, personæ conditio, ad hoc ut ampliores aut exiguiores taxentur expensæ, qvia Conditio personæ trahit ad se conditionem bonorum, *l. per curatorem. 90. §. 1. ff. de acqvir. hered. l. ult. C. de inoff. testam.* † Ni- 6
mirum versatur in æstimandâ conditione personæ judicis arbitrium, non minus atqve in ipsâ expensarum taxatione, qvæ merè est arbitraria, ut verè sentit Saxo Illustrissimus in Ordin. proces. judic. *tit. 36. §.* Und wiewol wegen Ungleichheit der Sachen und der Personen hierinnen keine gewisse Regel füglichen zu geben/sondern das Werck allermeist in des Richters *discretion* und Bescheidenheit stehet/ *&c.* Dan. Moller. *hic num. 4.*

Ita Domini in causa Hieronymi Recklebens contra Hansen Anshelmen ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mense Mart. Anno 1618.

In causa Caspari Börners contra Christoph. Siegeln M. Aug. Anno 1620.

Et in causa D. Georgii Lists contra Valtin Lists M. Dec. Anno 1621.

DEFINIT. VII.

Moderatus sit judex in adjudicatione expensarum victus causa insumptarum.

DEbentur victori expensæ non tantum modò 1
judiciales & necessariæ, sed etiam utiles, nempè mercedes nunciorum, sumptus vecturarum, itineris, nec non sumptus in hospitio ab Advocato etiam & procuratore facti & similes, *h.* Const. *31.* Ordin. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 36. §.* Zum vierdten/ *&* §. Zum fünfften. Hartm. Pistor. *observ. 40.*
† Videat tamen judex, ut moderatus sit in adjudica- 2
tione sumptuum in diversoriis pro convictu factorum, cùm sæpius litigantes in diversoriis lautiùs qvàm pro conditione suâ se tractari patiantur, & plures secum ducant Comites, atqve eqvos, non sine
magno adversæ partis gravamine. † Id si fiat, cir- 3
cumstantias etiam minutissimas judex perpendat, & qvantum fieri potest, ventris sumptus supprimat, *dict. tit. 36. §. ult.* Dan. Moll. *hic num. 4.* † nem- 4
pè, de deducto eo qvod verisimiliter qvis domi existens insumsisset, Jason *in l. properandum 13. §. sive autem alterutra. 6. num. 14. C. de judic.* Plot. *in l. si qvando. 9. num. 674. C. Unde vi.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. l. 2. cas. 154.* & admissis saltem sumptibus iis, qvi necessarii fuerint, nec aliter evitari potuerint, Hartm. Pist. *observ. 139. n. 4.* † Qvia deli- 5
catarum & voluptuariarum expensarum ratio non habenda est, *l. inter qvos. 39. §. ult. l. 40. ff. de damn. infect. l. properandum. 13. §. 2. vers. sin autem ex gestis. C. de jud.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 151. num. 1. & num. 11.*

Ita Domini in causa Christophori Jahns von Taubenheimb contra Hansen Kellers Erben/ Mens. Jul. Anno 1625.

Item in causa Sebastiani Herings contra Matthes Fleischern/Mens. April. Anno 1626.

Et in causa Matthes Englers contra Michael Schneidern/M. Majo Anno 1630.

DEFINIT. VIII.

Non sunt taxandæ expensæ judiciales à victore probatæ, sed usqve ad teruncium adjudicandæ.

CIrca expensas tamen judiciales, non adeo libe- 1
rum est judicis arbitrium; Qvia scilicet hæ maximè necessariæ sunt & inevitabiles. † Qvare 2
si victor

si victor eas verè erogatas fuisse probaverit, cessabit taxatio, & condemnare debet judex adversarium usqve ad teruncium ejus qvantitatis, qvàm victor legitimè probavit, Ordinat. proceſſ. judic. Elector. Saxon. *tit. 36. §.* Erſtlich ſollen. Daniel. Moller. 3 *hic num. 4.* † Idqve eò magis, qvo major hodiè est malitia hominum litigaturientium, qvæ nec condemnatione expensarum refrenari potest, tantasqve vires acqvisivit, ut existiment sibi magis commodum esse, expensas persolvere & retardare litem, qvàm restituere alterius bona. Ventur. de Valent. *in parth. litigios. lib. 2. cap. 6. num. 16.*

Ita Domini in eadem causa Johann Tillens & Consort. contra Johann Jacobs Erben zu Dreßden / Mens. Octobr. Anno 1631. (Verba sententiæ: Daß Beklagte die 6. Gülden/20. Groschen/6. Pfenning angegebene gerichtliche expensen klagenden Johann Tillen zu erstatten schuldig/in Verbleibung gütlicher Entrichtung/wird gedachten Klägern darzu billich verholffen/ V.R.W.)

Definit. IX.

Notariorum expensæ pro testibus examinandis qvatenus à judice sint æstimandæ?

1 LOngè ergò diversa est ratio extrajudicialium qvàm judicialium expensarum: Etenim illæ judicis taxationi & moderationi regulariter sunt subjectæ Defin. *6. & 7.* Non etiam hæ, Definit. 2 *præced.* † nisi actuarius judicii modum expensarum legitimum excesserit. Certè, nec aliud habendum de expensis pro examine testium Notario debitis, † Qvibus ab Electore D. Augusto, certus in 3 foro Saxonico fuit modus præfinitus, in Ordin. Torgens. *de Anno 1583.* die Notarien belangende/ *ibi:* denselben sol von einem Zeugen oder *part* zu *citiren* mehr nicht denn 3. Groschen/von einem Tage-Zettel einen Groschen/und dann den Zeugen zu *examiniren*, zu *protocolliren*, und in gewöhnliche *registratur* zu bringen/auff den Fall / da der Articul nicht über funffzehen/in bürgerlichen Sachen/ fünff Groschen und drey Pfennige / und in peinlichen Sachen einen halben Gülden gegeben werden. Da aber derer Articul über funffzehen / und doch nicht mehr denn dreyßig wären / in bürgerlichen einen halben Gülden/in peinlichen Sachen einen Gülden zur Gebühre vergnüget werden. Wären aber der Articul mehr / so soll es zu des Richters Ermässigung gestellt seyn. Hunc ergo modum si Notarii in liqvidando observaverint, ju- 4 dicis taxatio cessabit. † Sin minus, expensæ liqvidatæ ad modum præscriptum erunt reducendæ, jubente Saxoniæ Electore Serenissimo, in Ord. proceſſ. judic *tit. 36. §.* Zum andern/wann Jungen verhöret werden.

Ita Domini in causa Tobiæ Bernburgers zu Freyburg/ Mense Junio, Anno 1582. (Verba sententiæ: Daß ihr dem Notario causæ, davon eure Frage meldet/ von ieden Zeugen zu verhören 5 Groschen / 3. Pfenninge / und von einem Zeugen zu laden 3 Groschen/ und von Abschrifft der Zeugnüß / von iedem Blat/ darauff ungefehrlich dreißig Zeilen auff beyden Seiten geschrieben/ einen Groschen zu entrichten schuldig/ aber von der collation und extension ist er hierüber sonderliche Gebühr zu fodern nicht befugt/V.R.W.)

Item in causa Lucæ Hertzogens zu Eulenberg / Mense Octobr. Anno 1577. (Verba sent Daß ihr dem Notario causæ wegen des verführten Gezeugniß / von einem ieden Zeugen 5. gr. 3. pfen. auch von ieglichem Blat des Protocolls, darauff ungefehrlich 30. Zeilen stehen sollen/einen Groschen/ und von Abschrifft des Gezeugniß/auch von iedem Blat einen Groschen / von ieder Citation 5. gr. von Zeugen zu laden 3. gr. und von Tagezetteln einen Groschen zu erlegen/ihme auch die Zehrung anhero/so er zu Collationirung des Zeugnüß-Registers auffgenommen/zu erstatten schuldig/V.R.W)

Et in causa Christophori Müllers zu Ordtrandt/M. Jul. Anno 1606. (Verba sent. Daß der Notarius adjunctus, so in der zwischen euch und Jonas Bosen entstandenen peinlichen Rechtfertigung / gebraucht worden/ die angegebene 25. fl. 15. gr. Reisegeld / vermöge des Churfl. Sächs. Torgauischen Ausschreibens zu fodern nicht befugt. So seyd ihr ihme auch von Abhörung euer 17. Zeugen mehr nicht als von einem Zeugen einen halben fl von des angeklagtens 15. Zeugen aber von einem ieden 1. fl. weil desselben Gegenbeweiß-Articul über 15. gewesen/zu entrichten schuldig/V. R. W.)

Definit. X.

Potissimum tamen circa Notariorum atq; expensas judiciales, cujusq; loci statutum & consvetudo in moderatione attendi debet.

AThoc ita, si speciale alicujus loci statutum vel 1 consvetudo non extet. Cæteroqvin, si peculiariter introductum fuerit, certo aliqvo in loco, vel majores expeinsæ vel etiam minores Notario, vel Actuario judicii debeantur, † haud certo ab obser- 2 vantiâ hâc recedendum erit, temperante ita suam Constitutionem D. Augusto Electore, in Ordin. Torgens. *de Anno 1583.* Die Notarien belangende. §. Wann aber in unsern Aemptern/Städten oder andern Orten ein wenigers verordnet/ so dißfalls den Notarien oder geschwornen Amts-Personen bißhero gegeben / so soll es nochmahls darbey gelassen/und durch diese unsere Ordnung keine neue Steigerung der Oerter eingeführet werden. † 3 Nempè, qvod in omnibus ea maximè observari debeant, qvæ moris sunt & consvetudinis, *l. qvod si nolit 31. §. qvia assidua. 20. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de fidejuss.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 13. defin. 3. num. 8.* † præsertim verò hoc in casu, qvo condemnatio- 4 ne expensarum coërcenda est litigiosa hominum malitia. Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 2. c. 6. num. 11.* † Qvalis ergò qvocunqve in loco hæc est, 5 talis qvoqve erit taxa expensarum, † qvia pœna si- 6 ve coërcitio debet correspondere delicto *l. in hoc 10. ubi* Gloss. *ff. de serv. corrupt. l. si qvis aliqvid ex metallo. 38. §. actores seditionis. ff. de pœn. l. sancimus. 22. ubi* Gloss. *in verb. teneant. C. eod. tit. l. qvoniam multa 6. C. ad leg. Jul. de vi publ. & privat.*

Ita Domini in causa Georgii Hüffners zu Torgau/Mense Sept. An. 1581. (Verba sent. Ihr seyd auch mehr/ als von einem ieden Blate/darauff ohn gefehr 30. Zeile auff beyden Seite geschrieben/1. gr. und von einer ieden Citation 5. gr. 3. pfenning/ inmassen auch von einem ieden Zeugen zu verhören 5. gr. 3. pfen. von einem Tage-Zettel aber mehr nicht denn 1. Groschen zu geben pflichtig. Und da er hierüber euern fernern Anzeigen nach / ein mehrers von euch erzwungen/ so ist er euch solches

solches wieder heraus zu geben schuldig. Es wäre dann in den Gerichten des Orts / durch eine beständige Gewohnheit anders hergebracht / auf den Fall würde es dabey billig gelassen/ V.R.W.)
Et in causa Hansen von Schönfels/ Mens. Sept. An 1629.

Definit. XI.

Salaria qvoqve Advocatorum, taxationi judicis subjecta sunt.

1 Advocatis qvoqve certa Salaria præfinivit Illustrissimus Saxoniæ Elector D. Augustus, *in* Ord. Torgens. *de Anno 1583. tit.* von *Advocaten* und *Procuratoribus.* §. Wann die *Advocaten &*
2 §§. *seqq.* † Sed & hi sæpius modum excedunt majo-
3 ra à Clientibus salaria extorqventes. † Qvidni ergò tum judicis moderatio expetenda esset, disponente sic Elector Serenissimo, in Ordin. process. judic. *tit. 36.* §. Zum dritten der Advocaten Be-
4 lohnung. † Ac certè, hic abusus litigantes maximè affligit, ut liberaliter non saltem in judices sed & Advocatos plura expendant, qvo eorum operam & favorem sibi concilient. Qvorum restitutio à
5 parte adversa iniqvissimè repeteretur. † Unde fit, ut adhibitâ taxatione damnis potius opprimantur, qvàm ex jure reddito juventur, Petr. Gregor. *Tholos. lib. 2. de Republ. c. 6. n. 10.* Vent. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. c. 6. n. 16.*

Ita Domini in causa D. Petri Werners contra Martin Gartmann zu Leipzig/ Mens. April. An. 1629. [Verba sent. Dieweil Klägers Principal seine Advocaten-Gebühr auf ein gewisses angegeben/und zur rechtlichen Moderation gestellet / als wird solche Gebühr nach Gelegenheit disfalls auf 31. Th. 18 gr billig gemässiget/ welche Beklagter Klägers Principalen zu entrichten schuldig / in Mangelung gütlicher Zahlung wird ihme darzu gebührlich billig verholffen/ V.R.W.)

Definit. XII.

Advocatus in propriâ causâ, è condemnato in expensas exigere neqvit ullum Advocati salarium.

Dubium ergò non est, qvin victus in expensas condemnatus etiam Salarium advocato solutum victori restituere teneatur, *l. sancimus 15. in med. C. de judic. hac* Const. *31. ubi* Dan. Moller. *n. 1.*
2 Hartm. Pistor. *obs. 140. num. 29.* † At qvid, si victor ipsemet in causa propria fuerit Advocatus?
3 † Nullum certè tum poterit exigere salarium pro operâ, qvam in causâ propriâ impendit, uti probat per *text. in l. qvod si domi 28. ff. locati.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 151. n. 16.* ubi in Camerâ Imperiali hoc observari, testatur Bartol. *in dict. l. qvod si domi. 28.* Nicol. Boër. *decis. 210. n. 4.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 72. num. 51.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. qvæst. lib. 2. cent. 2. cas. 154. n. 4. & seqq.*

Ita Domini in causa Hansen Voigtens zu Freyberg M. Mart. An. 1632. [Verba sent. Habt ihr wider Peter Seldnern daselbsten wegen 100. fl. gelichenes Geldes Klage erhoben/ worauf Beklagter zu Abtragung solcher Schuld/ so wol auch zu Erstattung der aufgewendeten Expensen durch Urtheil und Recht vertheilet worden. Ob ihr nun wol die aufgewandten Unkosten liqvidiret/ und unter andern auch die Advocaten-Gebühr angeben/ꝛc. So mag euch doch solche Gebühr/gestalten Sachen nach/ weil ihr in eurer eignen Sachen selbst Advocatus gewesen / und keinen andern hierzu gebrauchet/ nicht passiret werden/ꝛc.)

Definit. XIII.

Nisi id petere velit per modum damni & interesse.

Sed hoc ità, nisi Advocatus in propria causa per 1
modum damni & interesse Salarium petat. Nam si per negocium proprium tempore exclusus, aliis operam suam locare non potuerit, ac sic damnum, ex patrocinio causæ propriæ passus fuerit, haud certè hujus restitutionem exigere prohibetur, † qvia officium suum nemini debet esse damnosum, 2
l. sed si qvis. 7. ff. testam. qvemadm. aper. l. si qvando 19. vers. sed cum minime oporteat. C. de testib. Andr. Gail. *lib. 1. obs. 151. num. 17.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 78. n. 52.* Nicol. Boër. *decis. 210. num. 4.* † Qvod si dicas, in expensis victoriæ venire solum- 3
modò expensas circa litem factas, non etiam damna circa res alias ipsius victoris, *l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. 6. l. sancimus. 15. Codic. de judic.* Defin. *seq.* Respondeo, † limitandum id esse, 4
qvando damnum in personâ petentis consistit, ut si talis sit persona, qvæ ex arte sua lucrum faciat, Jason. *in dict. l. properandum. 13. §. 6. n. 13.* † Ex qvo 5
etiam fit, ut si victor sit artifex, qvi diu ex causa litigi, à labore suo vacârit, damni hujus ratio haberi debeat in condemnatione expensarum, *l. sed & si hereditas. 11. §. 1. ff. ad exhib.* Andr. Gail. *dict. obs. 51. n. 8.* Qvidni ergo de Advocato in causa propriâ iden dicendum esset? † Planè, si Advocatus cum 6
alio causam communem habeat; qvin pro dimidia saltem parte, salarium jure petat, ambigendum non est, † qvia nemo tenetur gratis postulare & patroci- 7
nium præstare, Nicol. Boër. *dict. loc.* Andr. Gail. *dict. obs. 151. num. 20.*

Ita Domini in eadem causa [Verba sent. Es wäre denn/ daß ihr immittels andern zu patrociniren / und etwas zu verdienen durch eure eigene Sache verhindert worden/ auf den Fall wäret ihr solchen Schaden zu liqvidiren und ein Gewisses dafür zu fodern wohl befugt/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Victus condemnatus in expensas victori restituendas, non tenetur ad damna & interesse.

An ergò condemnatus in expensis, etiam ad interesse & damna à victore probata, tenebitur? † Non certè hoc seqvitur, licet Advocatus in 1
causâ propriâ Salarium tanqvam interesse petere valeat, ut demonstravi Defin. *præced. n. 4.* † Nec 2
enim expensarum appellatione veniunt damna, interesse & deteriorationes, sed tantum expensæ litis, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 18. defin. 3. num. 10.* † Condemnatus ergò in expensis haud tenebitur ad 3
restitutionem damnorum & interesse, *l. sancimus. 15. l. properandum 13. §. sive autem alterutra. 6. C. de jud.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 151. n. 4.* Nicol. Boër. *decis. 52. n. 6.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 78. n. 100.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 17. n. 43.* † Nisi forsan 4
sententia se referat ad instrumentum, in qvo debitor vel Reus ad damna & interesse se expressè obligaverit, Anton. Tessaur. *decis. 135.* † Tantum enim 5
abest, hoc casu victum ad damna & interesse non teneri, ut etiamsi judex neqve de instrumento neqve de damnis in sententiâ qvicqvam dixerit, victorem tamen jure obligationis ea separatim adhuc petere possie, existimem *cum* Joh. Zanger. *dict. cap. 17. num.*

17. num. 38. Jason. *in l. 1. C. de judic. n. 13.* Joh. Garf. *de expenf. & meliorat. c. 5. n. 17.*

Ita Domini in causa Hansen Wolffens zu Frauenloba/ Mens. Sept. An. 1634. [Verba sent. Seyd ihr in Sachen Martin Schneidern/Klägern an einem/euch Beklagten anders Theils betreffend / durch Urtheil und Recht in die Unkosten vertheilet worden/ ꝛc. So seyd ihr alle diejenigen Expensen/so von Klägern bey Ausübung des rechtlichen Proceß aufgewendet worden/ ihme zu erstatten schuldig; die Schäden und Interesse aber / so ihm durch Verzug der Zahlung verursachet worden/ist er gestalten Sachen nach zu fodern nicht befugt/ꝛc.

Definit. XV.

Nisi ratione contumaciæ vel in expensis retardati processus fuerit condemnatus.

1 IDqve verum est in casu, qvo agitur de expensis ratione victoriæ, Defin. *præced.* † Cæteroqvin, si ex contumaciâ actor vel Reus fuerit condemnatus in expensas, tum non solum expensas litis & retardati processus, sed etiam damna & interesse restituere tenebitur, *l. sancimus. 15. Codic. de judic.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 115. n. 14.* Anton. Tess. *decis. 67. n. 4.* Nicol. Boër. *decis. 52. num. 6.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. qvæst. lib. 2. cent. 2. casu 154. num.*
2 *1. & seq.* † Qvod & tunc verum est, qvando fuerit condemnatus in expensis ratione retardati processus *§. 1. vers. hæc autem omnia inst. de pœn. temer. litig. l. non ignoret. 4. Codic. de fructibus & lit. expens. l. ult. Codic. qvando provoc. non est necess.* Jason. *in l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. 6. n. 23. C. de judic.* Nicol. Boër. *dict. decis. 52. n. 6.*

Ita Domini in eadem causa [Verba sent. Es wäre dann/ daß ihr ex contumacia, oder weil ihr frivolè gelautet hättet/ in die expensas retardati Processus wäret vertheilet worden/ auf den Fall wäret ihr auch Klägern zu Geltung der verursachten Schäden und Interesse verbunden/ꝛc.)

Definit. XVI.

Actor spoliatus in itinere non potest repetere damni restitutionem à Reo, qvantumvis ex causâ contumaciæ in expensas is fuerit condemnatus.

NOn tamen generaliter ac indifferenter damna qvævis refarcire ac restituere tenebitur victus in expensas condemnatus, neqve ea, qvæ victori ad judicium proficiscenti in itinere à prædonibus ablata fuêre. 2 † De qvo certè minus dubitaveris, si in litis expensas ratione victoriæ Reus sit condemnatus, qvia nempe tum victor damnorum restitutionem prorsus repetere prohibetur, ut dixi Definit. *14.*
3 † Sed nec melior erit conditio actoris, propterea qvod ex contumacia Reus sit condemnatus in ex-
4 pensas, † Obligatus enim tum est Reus ad interesse & damna, saltem intrinseca, non extrinseca, neq; principaliter sed per qvandam saltem non necessariam consequentiam, ex morâ provenientia, qvalia sunt, si litigans eundo ad judicem à Latronibus sit captus, spoliatus, vel eqvus in itinere mortu-
5 us. † Hæc enim damna extrinseca qvia haud veniunt sub appellatione expensarum, restituenda non erunt parti adversæ, sive de expensis contumaciæ, vel retardati processus, sive de expensis victoriæ agatur, Anton. Tessaur: *decis. 67. n. 4.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Auf den Fall wäret ihr auch Klägern zu Geltung der verursachten Schäden und Interesse verbunden; aber dasjenige/ so ihme unterwegens abgeraubet worden/ seyd ihr ihm in keinem Fall zu erstatten und zu bezahlen pflichtig/ V R. W.)

Definit. XVII.

Victus victori etiam expensas in termino moderationis factas restituere tenetur.

AEqvissimum sanè est, ut victus victori etiam 1
expensas, in termino moderationis expensarum prius adjudicatarum factas, restituat. † Sicuti 2
& sumtus, qvos pro conseqvendis expensis jam taxatis & non solutis impendere necesse habuit, Matt. Col. *de process. execut. part. 3. c. 9. num. 175. & seq.* † Aliter enim si diceremus, vix condemnati 3
malitiam & damnum expensarum victor effugere poterit, contra dispositionem juris *in l. sancimus. 15. C. de judic. hac* Const. *31.* † At, inqvies, cum Matth. 4
Berlich. *part. 1. concl. 78. num. 95.* nunqvam litium finis erit, si semper expensæ moderationis sint restituendæ, cum sine moderatione nullæ debeantur, nec moderatio absqve expensis fieri possit, & ita lis ex lite nascetur, contra *l. terminato. 3. C. de fruct. & lit. expens.* † Sed metuendum hoc non erit, si 5
victor in termino moderationis, & eas ipsas expensas qvas in termino moderationis facere coactus est, liqvidet ac moderationi judicis submittat, qvod omnino facere tenetur. † Hoc enim si neglexerit, 6
pœnam negligentiæ luet eam qvod moderationis expensas denuo petere volens, non audiatur.

Ita Domini in causâ Marci Antonii von Harten contra Hansen von Wirthen & consortes zu Leipzig/M. Dec. Anno 1631.

In causa der Plötzerischen Erben contra Dieterichen Schnöcks/ Mens. Jun. An. 1632.

Et in causa Georgii Sandritters contra Marien Schönin/ M. Majo Anno 1633.

Definit. XIIX.

A moderatione expensarum appellare qvoqve ac leuterare licet.

MOderatio expensarum qvia arbitrio judicis 1
committitur, *h.* Const. *31. §. ult.* Ordin. proceff. judic. Elect. Saxon. *tit. 36. §.* und wiewol. *Supr. defin. 6.* facilè accidere potest, ut condemnatus per taxationem se gravatum existimet: † Qvid enim 2
si judex arbitrium suum nimium extendet, vel taxando expensas, in mitiorem partem ultra modum inclinet, & se gratiosum exhibeat, † aut errori ejus 3
qvid imputetur, ut sæpissimè in materiis ejusmodi arbitrariis fieri solet: Anne revocari poterit immoderata expensarum taxatio & error corrigi? † Non certè, per *text. in l. terminato 3. sub fin. C. de* 4
fruct. & lit. expens. siqvidem judex, postqvam sententiam semel tulit, functus est officio *l. judex postea qvam 55. ff. de re jud.* † Et corrigi neqvit sen- 5
tentia definitiva, qvoad casum principalem semel lata, Zas. *in l. qvod jussit. 14. de re jud. c. 311.* † Ergò 6
nec qvoad expensas, qvæ accessorie veniunt, de qvibus idem juris est, qvod de causa principali, *l. si deposita. 4. C. deposit.* Nihilominus gravato succurrendum est per appellationem vel leuterationem. † Etenim, si pars alterutra se in taxatione expensa- 7
rum gravatam dicat, appellare vel leuterare ei omninò licebit, per text. *in l. ult. C. qvando prov. non est necess.* Dan. Moll. *hîc. n. 8.* Bartol. *in l. ab executore. 4. ff. de appellat. n. 13.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 78. n. 94.*

Ita

Ita Domini in causa heredum Ægidii Beckers contra Georg. Klirtschen ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, M. Nov. Anno 1628.
It. in causa Matthes Keglers contra Michaël Schmieden/Mens. Majo Anno 1630.
Et in causa Christophor. Limmers contra Gerhard Beckern/M. Febr. Anno 1631.

Definitio XIX.

Expensas, quæ ante omnia sunt refundenda, sufficit refundi per compensationem.

1 NEutiqvam confundendæ sunt expensæ, in qvas actor in uno termino, Reus in altero ex con-
2 tumacia forsan fuerit condemnatus. † Non enim, qvi condemnatus est in uno termino ex causa contumaciæ, & postea in causa principali victor existit, repetere valet expensas primi termini, qvas vel adhuc debet, vel jam solvit, *l. damni infecti. 43. §. eum parietem. 1. ff. de damn. infect. l. si pignore 22. ff. de*
3 *pign. action.* † Compensatio tamen admittitur, si nondum solutæ fuerint. Qvantumvis enim litis expensæ ob contumaciam debitæ ante omnia sint
4 exsolvendæ, *l. sancimus. 15. C. de judic.* † Non tamen faciet ea res, qvo minus cum eo, qvod victor vicissim victo debet, compensari possint, si modo liqvidum id sit, & statim solvendum, qvia compensatio vicem solutionis obtinet, *l. si constat. 4. & tot. tit. C. de compensat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 18.*
5 *defin. 29. num. 2.* † Ergò, si nihil sit, qvod in principali negotio condemnationem remorari possit, non malè decernet judex, si qvantum ob expensas contumaciæ actor Reo debuit, tantum de Rei con-
6 demnatione detrahat, † cum possit compensatio opponi etiam in executione judicati *l. cum militi. 26. §. 4. ff. de compensat.* Ant. Fab. *dict. definit. 29. num. 3.*

Ita Domini in causâ Hansen Fuchsens contra Paul Böhmen zu Leipzig/Mens. Majo An. 1628.
It. in causa Petri Plechschmieds contra Christoph. Fürlegern zu Leipzig/M. April. An. 1630.
In causâ Hansen Hennings contra Georg. Rudolph. Gangloffen/M. Jan. An. 1631.
Et in causa Tobiæ Siemans contra Dieterich Hoppen/ Mens. Majo An. 1633.

Definit. XX.

In expensas judex victum condemnare potest ex officio, parte etiam non petente.

1 COndemnare potest judex victum in expensas, non solùm ad instantiam partis, sed etiam ex officio, parte non petente, *l. sancimus. 15. C. de judic. l. ædiles. 25. §. item sciendum est. 8. ff. de ædil. edict. l. cum fundus. 31. ff. de reb. credit.* Ordinat. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 36. §.* So wollen wir, *vers.* Da es auch gleich nicht gebeten würde/doch zu der Richter Ermäßigung stehen soll: Ob sie nach Be-
2 findung auff die *expens* erkennen wollen. † Nimirum, qvia ad officium judicis pertinet reprimere malitiam litigaturientium etiam non reqvisitum, qvod
3 fit per adjudicationem expensarum, † qvæ propterea non intermittenda, qvia dantur fomenta detestabilis jurgii, cum improbi vincuntur illæsi, ut notat ex Heimins. *tom. 3. con. 8. p. 108.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 2. cap. 6. num. 11.* Herm. Vultej. *ad pr. inst. de pœn. temer. litig. num. 21.* Joh. Gœdd *in l. 22. num. 17. ff. de V. S.*

Ita Domini in causâ Melchior Haselbachs zu Pottschau/ M. Sept. An. 1628. (Verba sent. Seyd ihr von George Wanlebens zusprüchen und der wider euch angestelten Klage/durch einen Gerichtlichen Abschied/ loßgezehlet und absolviret/der Unkosten aber darbey gantz nicht gedacht worden. Wañ nun gleich den Gerichten nach Befindung der Sachen/zu Erstattung der auffgewendeten expensen, wann ihr auch gleich solche nicht gebeten/ Klägern ex officio zu vertheilen freygestanden/ꝛc.)

Definit. XXI.

Lite principali per sententiam finitâ, haud peti possunt peculiari actione litis expensæ, quæ non nisi officio judicis debebantur.

EX officio ergò judex victum condemnare po- 1
test in expensas, si velit, parte etiam non petente, Defin. *præced.* Si tamen id non fecerit nec victum in expensis non petitis condemnaverit, † nullate- 2
nus peccat, nec qvicqvam ei poterit imputari, *l. dies cautioni 4. §. hoc autem judicium. 8. ff. de damn. infect.* Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 8. circa fin.* Johan. Schneidevv. *ad §. omnium. 1. n. 128. inst. de action.* Mynsing. *cent. 2. obs. 22.* † Aliter verò se res habet 3
in casu, qvo expensæ fuerint à parte petitæ; Nam tum judex præcisè tenetur victum in expensis condemnare; † Idqve si facere neglexerit, parti tene- 4
bitur, *l. properandum. 13. §. seve autem alterutra 6. l. sancimus. 15. vers. si hoc prætermiserint. C. de judic.* Bartol. *in dict. l. properandum. 13. §. 6. numer. 5.* Pract. Papiens. *in forma libelli. in actione reali. §. & expensis præsentis causæ. num. 8.* † Neqve enim vi- 5
ctor post latam sententiam in causa principali, expensas à victo novâ actione petere potest, † qvia 6
finita principalis negotii lite, nulla supersesse potest controversia de expensis, qvæ non ex conventione, sed officio tantùm judicis debitæ fuerunt, *l. terminato. 3. C. de fructib. & lit. expens.* Anton. Fab *in Codic. lib. 7. tit. 18. Defin. 82.* † Siqvidem officio 7
judicis locus nullus relinqvitur finita jam lite, cum ex qvo tempore sententiam definitivam tulit, judex esse desierit, *l. judex posteaqvam. 55. ff. de re judic. l. centum Capuæ. 8. ff. de eo qvod cert. loco l. qvi per collusionem. 49. §. 1. ff. de act. empt. l. qværo. 54. ff. locat. l. 4. C. depos.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 4. n. 4.* † Planè, si victor sententiæ judicis 8
acqvieverit, nec eam per leuterationem vel appellationem suspenderit à viribus rei judicatæ, vix ei nomine expensarum, adversus judicem regressum competere putaverim, qvia in sententiam & omissionem expensarum consensisse videbitur.

Ita Domini in eadem causâ (Verba sent. Dieweil abe dennoch solches nicht geschehen/und der expensen in bemeldtem Abschied gantz nicht gedacht worden/ꝛc. So seyd ihr nunmehr solche expensen von Klägern absonderlichen zu fodern oder ihn deßwegen ferner zu belangen nicht befugt/V. R. W.)

Et in causa Gregor VVeiskens zu Bemdorff/ Mens. Dec. Anno 1636.

DEFI-

DEFINIT. XXII.

Expensas verò, qvæ jure actionis debentur, etiam post latam sententiam, victor actione peculiari petere potest.

1 SEd obtinet hoc saltem in expensis, qvæ debentur officio judicis mercenario: qvomodo ut plurimum deberi solent expensæ litis, qvarum condemnatio propter temerariam litem & in ejus pœnam infligitur, §. *1. in fin. inst. de pœn. tem. litig. l. 4. C. de fructib. & lit. expens.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 2. tit.* 2 *35. defin. 4. n. 4.* † Secus est in expensis qvæ debentur jure actionis, putà ex conventione, qvia in instrumento per solemnem stipulationem fuerunt 3 promissæ. † Hasce à judice omissas petere potest victor via ordinaria, etiam post latam sententiam. Jason *ad l. properandum 13. §. sive autem alterutra. 6. C. de judic. n. 28.* Anton. Fab. *in Codic. de judic.* 4 *lib. 7. tit. 18. defin. 3. n. 5.* † Ratio diversitatis in eo consistit, qvod officio judicis locus ulterior non sit finitâ lite principali, ergò nec circa expensas, qvæ 5 officio tantum judicis debebantur, † At qvæ ex conventione debentur expensæ, peti possunt jure actionis peculiaris, qvæ per determinationem litis principalis sublata non est, Ant. Fab. *dict. defin. 4.* 6 *n. 4.* † Deinde, finita principalis negotii lite de expensis, officio judicis saltem debitis, propterea nulla supersest controversia, qvod post absolutum dimissumqve judicium, nefas sit litem alteram consurgere ex litis primæ materia, *l. terminato. 3. C. de fruct.* 7 *& lit. expens.* † Qvæ ratio cessat in expensis ex conventione debitis, qvæ si jure actionis petantur, lis nova non ex lite veteri, sed ex obligatione & conventione ipsa consurgit, Anton. Fab. *dict. defin. 4. n. 3.*

Ita Domini in causa Adami Rauschwitzens zu Plauen/ Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Ob nun wol in selbigem Urtheil der Unkosten gantz nicht gedacht worden/ &c. So seyd ihr doch dieselbe / weil sich Gegentheil in dem auffgerichten Contract darzu ausdrücklich verpflichtet/ und sie also ex conventione und jure actionis euch gebühren/ nochmals zu fordern wolbefugt / und wann Beklagter mit seiner Nothdurfft vernommen/ ergehet der Erstattung so wol der moderation halben ferner was recht ist/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIII.

Ex contumacia qvoqve vel delicto si qvæ debentur expensæ, post litem finitam etiamnum peti possunt.

1 AJunt qvoqve, aliqvando expensas non esse in obligatione, neqve officio judicis deberi, sed tamen jure actionis peti posse, qvales sunt, qvæ debentur ex contumacia, qvas placet peti posse actione in factum, *L. 1 ff. si qvis jus dicent. non obtemp.* Pract. Papiens. *in forma libelli act. real. vers. & expensis præsentis caus. n. 9.* Apostill. *ad* Guid. Pap. *qvæst. 55.* 2 † Qvo exemplo sunt, qvi idem putant de expensis, qvibus punitur temeritas & negligentia appellantis, qvasi possint peti condictione ex *c. reprehensibilis. 26. extr. de appellat.* & sic jure actionis, An-3 ton. *Fab. in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 3. n. 5.* † Huc & refero expensas ex delicto debitas, ex qvo non minus atqve ex conventione obligantur, *tot. tit. inst.* 4 *de Oblig. ex. qvæ ex delict. nasc.* † Idqve eò magis, qvod tum expensæ sint pars pœnæ ac coercitionis, 5 qvæ neutiqvam remitti debet, † Ac in genere, qvotiescunqve debentur expensæ jure actionis, seperatim post litem finitam rectè petuntur, nempe qvod harum actio per determinationem negotii principalis haud fuerit sublata Defin. *præced.* Anton. Fab. *dict. defin. 3. n. 5. in fin.*

Ita Domini in causa Hansen Sengers zu Liebenwerda/ M. April. Anno 1635. [Verba sent. Ist in Injurien Sachen euch und euer Weib Klägere an einem / Thomas Hankeln Beklagten anders Theils zu Recht erkannt/ daß die libellirten injurien zur Nothdurfft erwiesen/ derowegen Beklagter euch und euerm Weibe eine Christliche Abbitt vor Gerichte zu thun schuldig/ und möchte hierüber wilkührlicher entweder ein 6. Tage lang mit Gefängnüß in Strafe genommen werden. Ob nun wol in angeregtem Urtheil/ so Krafft Rechtens erreichet/ der Unkosten nicht gedacht worden/ So ist euch doch solche bey Beklagten absonderlich zu suchen und gebührlichen zu liqvidiren unbenommen/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIV.

Victus regulariter victori in expensas condemnari debet, & qvatenus hoc verum sit in causis criminalibus.

REgula est vulgaris in omnium fere hominum 1 ore: Victum victori in expensas litis condemnandum esse, *l. 79. in pr. ff. de judic. l. ult. C. qvando prov. non est necess. l. 4. C. de fruct. & lit. expens.* Joh. Gœdd. *in l. 7. n. 9. ff. de V. S.* Pract. Papiens. *in form. libell. act. real. verb. & expensis n. 3.* Ventur. *de* Valent. *in parth. litig. lib. 2. c. 6. n. 11. & seqq.* † 2 Qvam generaliter intelligunt de eo etiam, qvi liti renunciavit, qvod facere non potest invito adversario, Jason. *in l. properandum. 13. § sive autem alterutra. 6. n. 2. C. de judic.* † nec non de heredibus, si 3 defunctus non habuerit justâ causam litigandi, qvia litis instantia cum omnibus cohærentibus transit in heredem, Bartol. *in l. si eum hominem. 33. ff. de fidejuss. n. 1. & seqq.* Jason. *dict. loc.* † modò defunctus 4 ex contumacia non fuisset condemnandus in expensas, *l. un. §. ult. ff. si qvis jus dicent. non obtemp.* † 5 qvia contumacia est delictum *l. 6. §. 2. ff. de re milit.* qvod heredes non obligat. §. *non autem omnes. I. i. st. de perpet. & temp. action. §. 9. vers. ideoq; constat. inst. de Lege Aqvil.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 78. n. 9.* ubi regulam pluribus illustrat ampliationibus. Sed num etiam † in causis criminalibus victor 6 tenebitur victori in expensas? Utiqve, si actor in probationibus criminis objecti deficiat, Jas. *dict. l. 13. §. 2. n. 21. C. de judic.* Jul. Clar. *l. 5. sent. §. ult. qvæst. 62. n. 4. & ibi in addit.* Joh. Bajard. *n. 16. & seqq.* Ventur. de Valent. *dict. cap. 6. n. 12.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 151. n. 1.* Modest. Pistor. *part. 1. qvæst. 11. n. 1. & seqq.* Felin. *in cap. accedens. 23. X. de accusat. n. 3.* † Sed Reus de crimine convictus tum demum in ex- 7 pensas condemnandus est, qvando nullâ sanguinis pœnâ, hoc est ultimo supplicio, vel pœnâ corporis afflictivâ afficitur, ut multis argumentis probavi *in practica mea criminali part. 3. qvæst. 138. n. 7. & seqq.* Veluti etiam docent Matth. Coler. *part. 1. decis. 214. n. 4.* Matth. Wesenb. *in pr. inst. de publ. judic. num. 11.* Jul. Clar. *dict. qvæst. 62. n. 10.*

Ita Domini ad consultationem D. Andreæ Tallingers zu Eyßleben/ Mens. Decembr. Anno 1631. [Verba sententiæ: Dafern aber Gefangener nicht peinlichen / sondern allein mit Landes-Verweisung in Straff genommen würde / so wäre er auch auff solchen

Fall

Fall zugleich die auf dieſe gantze Sache gewendete Unkoſten auf Richterliche Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig/ V.R.W.)

Definit. XXV.

Qvando lis una plura habet capita, expenſæ pro uno capite compenſari, pro alio adjudicari poſſunt.

1 TEnetur ergò victus victori ad expenſas, Defin. *præced.* At qvid, ſi actor in libello plura capitula ſeparata & diſtincta propoſuerit, qvorum unum probaverit, reliqva non, & ſic in uno victor
2 exiſtit, non item in aliis? † Pro rata victoriæ actor in expenſis obtinebit, ut rectè ſentiunt Nicol. Boer. *deciſ. 74.* Anton. Fab. *in Codic. tit. 18. definit. 27.*
3 † Iniqvum enim eſſet, Reum condemnari in omnes indifferenter expenſas, cum in plerisqve capitulis libelli juſtam litigandi cauſam habuerit, nec victus ſit, *l. qvi ſolidum. 78. §. 1. ubi* Bartol. *ff. de legat. 2.*
4 † Nec tamen ab omnibus expenſis eſt abſolvendus, qvia in uno ſaltem capite nullam litigandi cauſam habuit, *l. eum qvem temerè. 79. ff. de judic.* Anton. Fab. *dict. defin. 29. n. 5.*

Ita Domini in cauſâ Vincentii Remſingks zu Bonna/ M. Jul. Anno 1622. [Verba ſent. Darneben iſt er auch die Expenſen/ wie viel derſelben auf die reſervirte Puncta, weil er nunmehr durch ſeinen Ungehorſam damit fällig worden/ gangen/ iedoch auf vorgehende Liqvidation uñ richterliche Ermeſſigung zu erſtatten ſchuldig/ V.R.W.)

Definit. XXVI.

Compenſari debent expenſæ, ſi victus juſtam litigandi cauſam habuerit.

1 NOn ſemper tamen victus victori tenetur ad expenſas: Qvid enim, ſi victus juſtam litigandi cauſam habuerit? Omnino ab expenſis erit excuſandus, *l. qvi ſolidum. §. etiam Respublica. 2. verſ. nec aliter ſervatur. ff. de legat. 2. l. eum qvem te-*
2 *merè. 79. ff. de judic.* † Etiam in foro Saxonico propter ſanctionem manifeſtam Illuſtriſſimi Electoris, in Ordin. proceſſ. jud. *tit. 36. §.* So wollen wir. *verſ.* ſeines Vornehmens nicht erhebliche Urſachen gehabt. Hartm. Piſtor. *part. 1. q. 11. n. 1.* Andr. Gail. *l. 1.*
3 *obſerv. 151. num. 23.* † Non enim ratione victoriæ debentur expenſæ litis victori, ſed ob temeritatem
4 victi, ex regula juris, de qva in *l. 79. ff. de judic.* † At nulla exiſtit temeritas aut culpa ejus, qvi juſtam litigandi cauſam habuit, Anton. Fab. *in Codic. l. 7. tit.*
5 *18. defin. 4. num. 3.* † Niſi forſan expenſæ fuerint promiſſæ & ſic debeantur ex contractu atqvè conventione, Hartm. Piſt. *dict. q. 11. num. 2. & ſeq.* Jaſon *in l. properandum 13. §. ſive autem alterutra. 6. n. 3. C. de jud.* Lanfranc. de Orian. *ad cap. qvoniam.*
6 *11. ext. de probat.* † Planè licet victus juſtam litigandi cauſam habuerit, ſi tamen ratione contumaciæ, forſan in tota cauſa vel uno ſaltem termino, ut contumax ſuccubuerit, in expenſas condemnari debet, Jaſon *dict. loc. n. 7.* Specul. *l. 2. part. 3. tit. de expenſis. §. ſi ante litis conteſtationem n. 5.*

Ita Domini in cauſa Gabriel Hilleſohns contra Hanſen Rudolphen ventilata in Prætorio Lipſienſi M. Majo An. 1623. [Verba ſent. Daß Beklagter Klägern die gefoderten 628. fl. benebens den Landüblichen Zinſen à tempore moræ abzutragen und zu zahlen verpflicht/ die aufgewendete Unkoſten aber werden aus bewegli-chen Urſachen gegen einander compenſiret und aufgehoben/ V. R. W.)

Item in cauſa Tobiæ & Georgii der Kühnen contra Caſpar. Müllern/ M. Nov. An. 1625.
Et in cauſa Thomæ Michaëlis contra Jacobum Spalteyſen/ M. Jun. An. 1631.

Definit. XXVII.

Ex juramento ſuppletorio condemnatus non ſolvit expenſas victori.

CUm non ratione victoriæ debeantur expenſæ litis victori, ſed ob temeritatem victi, Definit. *præced. num. 3.* tutò inferre licet, à reſtitutione expenſarum meritò excuſari condemnatum, qvi cauſâ etiam qvâcunqve temeritatem purgare valet, Anton. Fab. *in Codic. l. 7. tit. 18. defin. 4.* † Qvid enim, ſi victus unum duntaxat bonum teſtem pro ſua parte produxerit? † Victoriam ſanè litis vel ſaltem mediante juramento ſuppletorio ſperare potuiſſet, ut propterea expenſarum reſtitutione gravandus haud ſit, Bald. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 22.* † Perinde, ac ſi communem *Dd.* opinionem, Jacob. Menoch. *l. 2. præſumpt. 71. num. 3.* † Vel etiam duorum clariſſimorum *Dd.* aut ſaltem uniùs conſilium pro ſe habuerit, Fulv. Pacian. *l. 2. de probat. c. 41. n. 256.* Andr. Gail. *l. 1. obſerv. 152. n. 6.* Jaſon *in l. properandum. 13. §. ſive autem alterutra 6. num. 8. C. de jud.* qvem propterea in expenſas haud condemnandum, ajunt, qvod juſtitia cauſæ ſibi perſvaderi paſſus fuerit. † Veluti etiam ſi perſonæ honeſtæ & fide dignæ pro aliqvo teſtari promiſiſſent, nec tamen id feciſſent, juxta Joh. Crot. *de teſtib. part. 3. num. 156.* Omnium maximè verò temeritatis ſuſpicionem effugit, † qvi condemnatus eſt ſaltem ex juramento actoris ſuppletorio, Jaſon *dict. loc. n. 10.* Jacob. Menoch. *de arbitr. Jud. qvæſt. l. 2. cent. 2.* Jaſ. *d. l. num. 8. & ſeq.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 236. num. 1. & ſeqq.* Nimirum, qvod actor duntaxat ſemiplenè probaverit, ubi victus facilimè credere potuiſſet, actorem haud juraturum eſſe, † cum pleriqve metu divini numinis usq; ad ſuperſtitionem ſint timidi ad jurandum, ut loqvitur Ulpian. *in l. qva ſub conditione. 8. ff. de condit. inſtit. l. cum qvidam 21. verſ. neq; enim C. de fide inſtrum.*

1
2
3
4
5
6
7

Ita Domini in cauſa Hanſen Hoffmanns contra Moritz Gelicken zu Leipzig/ M. Auguſt. An. 1632. (Verba ſent. Würde Hans Hoffmann des erſten Zeugniß beym 7. und des andern Zeugniß beym 11. Articul gethane Ausſage mit ſeinem Eide beſtärcken/ und alſo in ſupplementum ſchweren/ inmaſſen er zu thun ſchuldig/ ſo erſcheinet aus dem geführten Zeugniß ſo viel/ daß er dasjenige/ ſo er ſich zu beweiſen angemaſſet/ zur Nothdurfft erwieſen/ und beybracht; derowegen ihme das ſtreitige Haus/ um die geſagte Kauff-Suma der 2500. fl. gerichtlichen billig adjudiciret und zugeſchlagen wird/ die aber von beyden Theilen aufgewendete Unkoſten werden gegen einander compenſiret und aufgehoben/ V. R. W.)

Definit. XXIIX.

Victus ab expenſis excuſatur, qvando pro ſe habuit inſtrumentum obligatorium, vel ob honorem ſervandum litigavit.

1 NOn videtur etiam temerarius litigator, qvi pro parte ſaltem obtinuit, Modeſt. Piſtor. *conſil. 29. qvæſt. 3. n. ult.* Nicol. Boër. *deciſ. 74. n. 1. & ult.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. qvæſt. cent. 2. caſ. 177. n.*
2 *5.* † Vel in prima inſtantia, ſuccubuit autem in appellatione vel leuteratione, Andr. Gail. *l. 1. obſerv.*

152.

152. n.5. Joach. Mynsing. *cent.2. observ. 89.* † Aut si 5
probatio ejus fuerit elisa per reprobationem contrariam, Jason *in l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. 6. n. 8. Codic. de judic.* Jacob. Menoch. 4
dict. cas.177. n.19. † Vel si jussu superioris litem susceperit, Jacob. Menoch. *dict. loc. n.16.* Cavalc. 5
part.1. decis.14. n.1. & seqq. † Aut, si habuerit testes, qvi extra judicium jactabant, se scire veritatem, at producti in judicio recedunt, vel contrarium deponunt, vel judicio pendente moriuntur, Jac. Menoch. *dict. loc. n. 11.* Jas. *in dict. l.13. §. 6. numer. 8.*
† Neutro itaqve casu tenebitur victus in expensas, 6
qvia condemnatio solius temeritatis pœna est, non præmium victoriæ, ut notant *Dd. in l.29. ff. de judic.* Anton. Fab. *in Codic. l.7. tit.18. defin.4.n.5.* † Simi- 7
liter & victus excusabitur ab expensis, si litigaverit ob honorem servandum, Domin. Arum. *part.2. decis.9. n.19.* Jacob. Menoch. *dict. cas.177. numer. 14.*
† Vel si habuerit pro se instrumentum obligatorium, 8
contra qvod fuerit ostensa solutio vel acceptilatio, Rebuff. *in tract. de expens. damn. & interess. art.1.* Glos. *un. n.36.* † scilicet, qvia & conservatio honoris, & instrumentum obligatorium temeritatem purgat. 9

Ita Domini in causa heredum Joachimii à Schmiedberg contra Clausens von Schmiedberg Land Erben an George von Winterfelden/ M. Majo An. 1633.
Et in causa Hieronymi Kirchners contra Heinrich Löwen zu Leipzig/ M. Majo An. 1634.

Definit. XXIX.

Veneratione consangvinitatis & affinitatis vel ratione honestatis personæ, expensarum condemnatio plerumq; victo remittitur.

QVando inter fratres vel consangvineos proximiores lis tractatur, non est locus regulæ, qvæ vult victum victori in expensas litis condemnari, *l. properandum. 13. §. sive autem alterutra. 6. C. de* 2
judic. † Sicuti & inter affines lite motâ, hæc regula cessat, ne scilicet ex condemnatione expensarum, odia exacerbentur inter eos, qvi sangvine vel affinitate sunt conjuncti, Anton. Fab. *in Codic. l.7.* 3
tit.18. defin.63. n.2. † Planè, nec victum in expensas condemnandum dixerim, qvando est persona valdè honesta, magnæ & spectatæ fidei & vitæ, non solùm, qvod reverentia aliqva huic debeatur, sed 4
etiam, † qvia hoc casu cessat præsumptio temeritatis, qvæ condemnatione expensarum coërceri debet, *Supr.* Defin. *26. num.3.* Jas. *in repet. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 182.* Matth. Berlich. *part.1. concl.73. num.23.* Joh. Crot. *de test. part.3.* 5
n.152. † Sed hæc ita, nisi manifesta calumnia dolusqve malus ejus, qvi succumbit, arguatur, nam tum nec conditio personæ, nec conjunctio affinitatis aut consangvinitatis, qvenqvam à condemnatione expensarum liberabit, Anton. Fab. *dict. defin.* 6
63. n.4. † scilicet, ne dolus aut calumnia maneat impunita, *l.1. ff. si mulier ventr. nom. l. Procurator 11. §.1. ff. de dol. mal. except.*

Ita Domini in causa Daniel Bielers Kinder contra Niclas Richtern/ M. Febr. An. 1628.
Et in causa Georgii Stribels contra Daniel Clausen zu Dreßden/ M. Octobr. An. 1635.

Definit. XXX.

Victus ab expensis liber est, si de calumnia juraverit.

NOn facilè dubitaverit qvis, actorem vel Reum 1
deferentem juramentum parti adversæ eo ipso qvo de calumnia jurare tenetur, suspicionem remeritatis purgare, qvippe qvod juramentum calumniæ ad compescendam temeritatem contentioserum hominum in lites facilè proruentium, fuerit adinventum, *l.1. ubi* Dion. Gothofr. *C. de jurejur. propt. calumn. & ibi* Joh. Sichard. *numer.9.* Vent. de Valent. *in parthen. litig. l.2. c.6. n.16.* † Qvan- 2
tumvis igitur pars adversa præstito juramento sibi delato, in causa vincat, haud tamen deferens victus in expensas condemnari poterit, scilicet, † qvia so- 3
la temeritas, non etiam victoria litis condemnationem expensarum importat, *Supr.* defin. *26. num.3.* Ant. Fab. *in Codic. l.7. tit.18. defin. 4. n.3.*

Ita Domini in causa der Gemeine zu Wülkenitz contra die Gemeine zu Röselitz an Wolff Heinrichen von Schleinitz Mens. Nov. Anno 1603. [Verba sentent. Dieweil beyde Partheyen die im jüngst-gesprochenen Urtheil ihnen zuerkannte Eide wircklichen geleistet und geschworen/ so werden nunmehr Beklagte von angestallter Klage billig entbunden / die aufgewendete Unkosten aber, aus bewegenden Ursachen gegen einander verglichen und aufgehoben/ V.R.W.)

Et in causa Georgii Sandritters contra Martin Schönen zu Leipzig/ M. Decembr. Ann. 1633. [Dieweil beyde Partheyen die in unserm jüngst-gesprochenen Urtheil ihnen zuerkante Eide wircklichen geleistet und geschworen/ so wird nunmehr Beklagter von angestallter Klage billig entbunden / die Gerichtskosten aber werden aus beweglichen Ursachen gegen einander compensiret und aufgehoben/ V.R.W.)

Definit. XXXI.

Condemnatus ex juramento litis decisorio, nullas debet expensas.

EXpensarum condemnationi, qvæ temerè liti- 1
gantibus pœnæ nomine infligenda est, haud fit obnoxius, qvi jusjurandum inficianti detulit, aut deferenti superstitiosâ fortasse religionis veneratione retulit, si jurante adversario vincatur, Bald. *& Dd. in Auth. Generaliter. C. de Episc. & Cleric.* Anton. Fab. *in Codic. l.4. tit.1. defin.1. n.6.* † Qvod 2
qvidem minus dubium habet in actore si Reus juraverit, præstito nimirum prius à deferente juramento calumniæ, qvo ipso temeritas actoris satis purgata est, ut meritò qvoqve pœna temeritatis, qvæ est condemnatio expensarum, cessare debeat, juxta tradita Defin. *præced.* † At, nec reus in expensas 3
condemnatus erit, si actor juramentum relatum præstiterit, nempe qvod victor, etiamnum pejeret, † jus tamen sibi dicere credatur, *l.5. in pr. ff. qvar.* 4
rer. act. non dat. ex qvo testimonium ejus de adversarii temeritate non parùm redditur suspectum, † cum omnibus in re propria dicendi testimonii fa- 5
cultatem jura submoverint, *l. omnibus. 10. junct. l. etiam. 3. C. de testib.* † Sufficere ergò debebit acto- 6
ri, qvod probandi necessitate fuerit exoneratus, ob idqve vicerit, *arg. l. eum qvi 30. ff. de jurejur.* Ant. Fab. *dict. defin. n.10.*

Ita Domini in causa Catharinen Margarethen/ Christian Reisigers Ehewerbs contra Paul Langen zu Freyberg/ Mense Mart. Anno 1632. [Verba sentent. Die-

Dieweil Klägers Principalin nunmehr den referirten Eyd wircklichen geleistet; so ist Beklagte alle und iede libellirte Gerädestücken Klägern zu erstatten schuldig/ die von beyden Theilen aufgewendete Unkosten aber werden aus bewegenden Ursachen gegen einander billich compensiret und aufgehoben/ V.R.W.)

Definit. XXXII.

Moderandæ quoq; sunt expensæ iramodicæ & superfluæ, qvantumvis debitor nudâ Creditoris assertione super iisdem stare promiserit.

1 Sæpius accidit, ut debitor in casum haud factæ solutionis, non modo ad interesse, sed etiam ad omnes expensas judiciales & extrajudiciales se obliget, ac qvidem nullâ Creditoris assertione super expensis liqvidatis stare promittat; Ex qvo postea controvertitur, an moderationi sive taxationi judi-
2 cis super expensis locus relinqvatur? † Negari sanè neqvit, moderationem expensarum in favorem victi inductam esse, ne is plus æqvo gravetur, Andr.
3 Gail. *1. obs. 151. n. 11.* † At cum favori pro se introducto qvilibet renunciare qveat, *l. si judex 41. vers. qvia unicuiq; ff. de minor. l. pactum. 46. sub fin. ff. de pact. l. 29. C. eod. tit.* Cur non valebit pactum inter litigatores, ut stetur dicto partis, super expen-
4 sis in lite factis? † Qvod & placet Dan. Moll. *hic n. 6.* Joach. Beust. *in l. 17. ff. de jurejur. n. 3. & seq.* Pet. Heig. *part. 2. qv. 3. n. 18.* Sed concesserim hoc in
5 sumptibus probabiliter impensis. † Cæteroqvin, si victor immensas & superfluas expensas liqvidaverit, non minus eas atqve interesse (de qvo dicam *infr. part. 2.* Const. Elect. *30. Defin. 15.*) ad arbitrium boni viri seu judicis Ordinarii reducendas existimaverim, cum Ant. Hering. *de fidejuss. c. 26. n. 75. & seqq.* Heig. *dict. loc.* Joh. Thoming. *decis. 37.*
6 Joh. Schneidew. *ad inst. de succes. lib. n. 10.* † Qvia in omni promissione, modicum & superfluum excluditur *l. sciendum tamen est 19. §. illud sciendum est. 4. ff. de ædil. edict. l. 30. de oper. libert. l. 3. C. de*
7 *dot. promiss.* Joach. Beust. *dict. loc. n. 10.* † Et qvis non animadvertit, pactum litigatorum de stando partis dicto super expensis, non tàm moderationem superfluorum sumptuum, qvàm moram taxationis excludere, qvod certè ita omninò explican-
8 dum est, † ne materia detur delinqvendi & victum nimis gravandi, contra *l. illud convenire. 5. ff. de*
9 *pact. dotal. l. si unus. 27. §. illud 3. §. pacta qvæ turpem. 4. ff. de pact.* † Planè, si victus promiserit stare assertione victoris juratâ super expensis, qvin promissio hæc subsistat, adeoqve taxationem judicis excludat, non multum ambigerem, propter *l. jusjur. in fin. 17. ff. de jurejur.* & pluribus id probat Matth. Berl. *part. 1. concl. 78. n. 77. & seqq.*

Ita Domini in causa Hansen Rauchen contra Christian Hoffmannen ventilatâ in Prætorio Lips. M. April. A. 1623. [Verba sent. Daß die von Klägern ohne Eyde angegebene Unkosten / seines Fürwendens ungeachtet/ auf 193. fl. 3. gr. 5. pf. gemässiget werden/ welche Beklagter Klägern zu erstatten pflichtig / in Manglung gütlicher Entrichtung wird Klägern darzu gebührlichen billich verholffen/ V.R.W.)

Definit. XXXIII.

Pauperi litiganti à parte adversâ non nisi certis in casibus sumptus litis subministrari debent.

1 Pupillo petenti expensas litis à tutoribus, contra qvos agebat, rescripserunt Impp. Non habet rationem postulatio tua volentis in sumptum litis ab his tibi pecuniam subministrari, referente Ulpiano JCto *in l. Imperatores. 17. ff. de tutel. & rat. distrah.* † Ex qvo regulam faciunt Bartol. & Bald. *ibi-* 2
dem, qvod nemo teneatur adversario suo contra se ipsum suppeditare sumptus litis. † Qvæ & placet *Dd.* 3
communiter, Felin. *in c. si qvi testium. 8. extr. de testib.* Nic. Boër. *decis. 103.* Hart. Pist. *part. 1. qv. 20. n. 2.* Didac. Covarr. *in pract. qvæst. c. 6. n. 5.* † Sunt ni- 4
hilominus casus, in qvibus pauperi litiganti à parte adversâ sumptus litis subministrantur, qvos & innuit Illustrissimus Saxo in Ord. proceß. jud. *tit. 1. §.* Ob wir auch wol. *vers.* Und daß entweder das Armuth in gewissen Fällen / von seinem Gegenpart mit nothwendigem Verlag des *Processus* versehen werden soll/ &c. † Nempe, si actor pauper litiget 5
super bonis, qvæ prætendit esse communia, vel ad se pertinere, & habet aliqvam pro jure suo præsumptionem, per text. *in l. si instituta. 27. §. de inofficioso. 3. ff. de inoff. testam. & in l. 2. C. de Carbon. edict.* Specul. *in tit. de inqviss. §. ult. vers. porro.* Felin. *in dict. c. si qvi testium. 8. extr. de testib.* Gvid. Papæ. *qv. 561.* Alciat. *in tract. præsumpt. regul. 3. præs. 9. n. 9.* Hart. Pist. *dict. qvæst. 20. n. 4.* Joh. Baptist. Asin. *in praxi jud. §. 32. Ampliat. 29.* Joach. Mynsing. *cent. 6. obs. 21.* Matth. Col. *part. 2. decis. 276. n. 1.* † 6
Aut si disceptetur de alimentis. † Nam & hoc ca- 7
su pauperi agenti tenetur Reus conventus præstare tàm expensas, qvàm alimenta, Joseph. Ludov. *decis. 46.* Hart. Pistor. *dict. qv. 20. n. 5.* Asin. *dict. §. 32. Ampl. 23. & seqq.*

Ita Domini in causa Josephi Mollners contra Adam Preschern zu Weida/ M. Jul. A. 1632. [Verba sent. Daß Kläger von Beklagten / gestallten Sachen nach / den Verlag der Rechtfertigung zu fodern nicht befugt/ &c.)

Definit. XXXIV.

Sed judex pauperibus litigantibus expensas litis ex fisco publico subministrat.

AT, inqvies, fiet hac ratione, ut pauperes justam 1
qvantumvis soventes causam, indefensi relinqvantur, aut ex inopiâ ab actione desistere cogantur? Non certè, sed alio iis prospectum est remedio. † Nempè, judex sumptus litis inopibus sub- 2
ministrare tenetur, Gloss. *in l. 1. §. ait. in verb. non habebunt ff. de postul.* Hart. Pist. *part. 1. qv. 20. n. 6.* Matth. Col. *de proces. execut. part. 1. c. 2. num. 120.* Martin. Col. *de alim. lib. 1. c. 14. num. 25. cum seq.* † Idemqve placuit Saxoni Illustrissimo in Ord. pro- 3
cess. judic. *tit. 1. §.* Ob wir auch wol. *vers.* Oder auser denselben von den Gerichten mit nothwendigen Verlag des *Processus* versehen werde/ &c. † Sed hoc non aliter, qvàm si prævia cognitione, ju- 4
stam litigandi causam subesse judex deprehenderit, *dict. tit. 1. §.* Dieweil sich aber. *vers.* Ob und wie weit der Kläger. † Qvin nec hoc casu sumptus sunt 5
erogandi, priusqvam juramentum paupertatis fuerit præstitum, *dict. tit. 1. §.* Würde sich nun. *in fin.* de qvo dixi *Supr.* Const. *23. Defin. 14.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Es werden ihm aber wegen prætendirter Unvermögenheit / wofern er dermassen fundiret/ daß er vermuthlichen wider Beklagten etwas erhalten möchte/ nach abgelegten juramento paupertatis, die nothwendigen sumptus litis zu dieser Rechtfertigung/ von der Obrigkeit/ Gerichts wegen billig gereichet/ V.R.W.)

Definit. XXXV.

Possessor ad restitutionem rei litigiosæ condemnatus, non tenetur ad expensas, nisi dolo possedisse probetur.

1 NOn tenetur ad restitutionem expensarum victus, si justam litigandi causam habuerit, *l. qvi solidum. 78. §. etiam Respublica. 2. vers. nec aliter servatur. ff. de legat. 2. l. eum qvem temerè. 79. ff. de jud.* † qvia nulla ejus existit temeritas aut culpa,
2 qvi causam habet litigandi probabilem & sufficientem, Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 4. n. 3.*
3 † Ergò nec restitutione expensarum gravandus est possessor Rei vindicatione conventus, & ad restitu-
4 tionem possessionis condemnatus. † Hunc enim vel saltem ratione possessionis, qvæ probandi onus in actorem transfert, justam litigandi causam habe-
5 re, ecqvis negare ausit? † Secus tamen res se habet, si dolosè possedisse & actori temerariè contradixisse probetur, qvi certè propter dolum, à præstatione expensarum immunis non erit, † qvia temeritatis & contumaciæ pœna est restitutio expensa-
6 rum, *l. 79. in pr. ff. de jud. l. ult. C. qvando provoc. non est necess. l. 4. C. de fruct. & lit. expens. Supr.* Defin. *24.*

Ita Domini in causa an Albrechten von der Schulenburg/ Mense Jan. Anno 1636. [Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch euer Unterthaner das dominium solches Pferdes erwiesen und beybracht/ &c. So ist ihme dasselbe der Besitzer auszuantworten schuldig / die verursachten Unkosten aber / weil der Possessor das Pferd mit gutem Glauben an sich bracht/ mag er ihme zu erstatten nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Et in causa Andreæ Hetzschels contra Georgium Welcken zu Weissenfels/ M. Majo, Anno 1636.

Definit. XXXVI.

Non tenetur refundere expensas in causâ convictus, qvi jam admissus est ad beneficium Restitutionis in integrum.

NUnqvam condemnabitur Reus convictus in 1
expensas, qvi jam admissus est ad beneficium restitutionis in integrum, qvippe qvod nemini conceditur, nisi qvi justam læsionis causam docere potest, Lancellot. *de attent. part. 2. c. 14. n. 2. & seqq.* Vinc. Honded. *vol. 1. decis. 28. n. 42.* † justam ve- 2
rò causam si Reus probavit, ecqvis eum temerarii litigii arguere vellet? † At soli temerarii & contu- 3
maces litigatores restitutione expensarum gravantur, *l. 79. in pr. ff. de jud. l. 4. C. de fruct. & lit. expens.*

Ita Domini in causa Curatoris Justinen Platners contra Matthes Henrichen zu Kempnitz/ M. Jan. An. 1636.

Constitutio XXXI. Partis Primæ.

Von der Hülff auferklagte und gestandene richtige Schuld.

DAnn auf vorgehenden Proceß und Urtheil/ oder gestandene richtige Schuld/ dem Schuldener die Zahlung auferlegt / oder in Verbleibung dessen/ die Hülff ernannt und angesatzt worden / darzu ihme dann Sächsische Frist gegeben werden soll / und es thut mittlerzeit der Schuldener seinen Gläubigern keine Bezahlung / so soll der Richter auch nach beschehener Hülffe/ das verholffene Gut in der Gemein / und auf dem Marckt / durch den Fronboten feil bieten und subhastiren lassen.

Giebt sich dann ein Kauffmann an/ und setzt ein Geld drauff/ so soll dasselbige hinwiederum ausgeruffen/ und das verholffene Gut deme/ so am meisten darvor geben will / gelassen werden.

Findet sich aber nach beschehener Feilbietung kein Kauffmann / so soll das verholffene Gut/ nach Verlauffung dreyer vierzehen Tage/ durch die Gerichte/ um baar Geld und auf Tagezeit / beydes dem rechten und gemeinen Kauff nach / wie des Orts die Güter auff die Zeit gültig/ gemindert und geschätzt / und mit Vermeldung solcher Tax ferner zu feilen Kauff/ drey vierzehen Tage nach einander/ öffentlich verkündiget werden / und da Ausgangs der Zeit solch verholffenes Gut nicht verkaufft würde / alsdann sollen die

De Executione pro debito, sive ex confessione Rei, sive ex re judicatâ liqvido tribuenda.

DEbitor vel condemnatus per sententiam, vel confessus, si cum commination̄e executionis solvere jussus, intra terminum sex septimanarum & trium dierum, (hanc enim illationem illi dare volumus) non pareat, facta executione, bona, in qvæ immissus est Creditor, publicè per præconem hastæ subjiciantur, & licitante qvopiam denuò proscribantur, eiqve qvi majus pretium obtulerit, tradantur.

Si verò nullus, factâ subhastatione, reperiatur emptor, tum post spacium qvatuordecim dierum ter elapsum, bonis judicialiter, justo, & tum temporis, eoqve loci, usitato pretio, tàm in paratâ pecuniâ, qvàm post tempus solvendo, æstimatis, pretium illud denuò publicè per præconem, eodem temporis spacio interposito, ter significetur; Qvod si ne tùm qvidem reperiatur, qvi eo pretio emere velit, Creditores illa in solutum accipiant; ita tamen, ut qvantum ad prioritatem jus unicuiqve suum salvum maneat, & liberum sit Creditoribus, ut pretium æstimatum vel intra certum tempus, vel, si malint, in paratâ pecuniâ solvant.

Gläu-

Gläubiger daſſelbige in dem Werth / wie es taxiret / iedoch unbeſchadet eines ieden Rechtens und Priorität / anzunehmen ſchuldig ſeyn / und ihnen frey ſtehen / ob ſie es der Schatzung nach / um baar Geld / oder auf Tagezeit annehmen wollen.

Würde ſich aber der Schuldener / oder auch die Gläubiger ſolches Tax aus erheblichen Urſachen beſchweren / ſo ſoll ihnen nachgelaſſen werden / das verholffene Gut anderweit durch die Landſchöppen / um baar Geld / und auf Tagezeit / abermals wirdern zu laſſen / und wie es durch dieſelbe geſchätzt / darbey ſoll es bleiben / und ſolches in perſönlichen Klagen.

Sin verò Debitores vel Creditores hujusmodi æſtimationi acqviescere ex juſtis cauſis nolint, tum qvoq;, ſi ita velint, permittimus, ut bona per alios (qvi Landſchöppen vulgò dicuntur) denuo æſtimentur, pretio, vel in parata pecunia vel poſt tempus ſolvendo, cui ipſorum æſtimationi tandem ſtari volumus. Et hæc in actionibus perſonalibus.

In realibus verò ſententiam, qvam Creditor obtinuit, intra qvatuordecim dies, poſtqvam rei judicatæ vires illa conſecuta eſt, executioni mandari jubemus.

Wann aber auf Klagen / ſo dinglich ſind / die Hülffe geſucht würde / ſo ſoll der Richter dem Gläubiger zu dem erklagten Gut / in vierzehen Tagen / nachdem das Urtheil ſeine Kraft erreichet / verhelffen.

DEFINITIONES.

1. *Judex, pro decernendâ executione reqviſitus, denegans eam, actione in factum, ad intereſſe conveniri poteſt.*
2. *Tenetur qvoq; ad intereſſe judex, ad cujus perſvaſionem Creditor in prorogationem executionis conſentiens, damnum inde patitur.*
3. *Ex actione reali condemnatus, ſi rem non reſtituat intra qvatuordecim dies, per executionem res ipſi aufertur, & traditur victori.*
4. *Condemnato verò ex actione perſonali terminus Saxonicus, (Sächſiſche Friſt) ad ſolvendâ vel executionem ſive immiſſionem ſubeundâ præfigitur.*
5. *Termini executionis, immiſſionis & taxationis in præjudicium debitoris haud ſunt coarctandi nec contrahendi.*
6. *Niſi debitor in coarctationem terminorum conſenſerit.*
7. *Qvo in caſu debitor nõ niſi pro unico termino expẽſas executionis, (das Hülffgeld) ſolvere tenetur.*
8. *Pluribus bonis ſimul oppignoratis, liberum eſt Creditori, in qvæ executionem fieri velit.*
9. *Avertere poteſt debitor executionem per ceſſionem bonorum univerſorum non etiam unius vel alterius ſaltem rei immobilis.*
10. *Non debet fieri executio in bona debitoris immobilia, qvando mobilia adſunt.*
11. *Executio in bona immobilia, fieri debet pro ratione, & qvantitate debiti.*
12. *Audiendus eſt debitor, ſi executionem potius in nomina certa & liqvida, qvàm bona immobilia fieri velit.*
13. *Non ſubſiſtit executio adversùs pupillos indefenſos, ſed reſtituenda ſunt bona, per executionem occupatâ.*
14. *Non poteſt fieri executio pro debito pupilli adverſus tutores.*
15. *Beneficiũ competentiæ, ne ſcilicet per executionem auferantur alimenta debitori, etiamnũ hodiè competit militibus atq; Nobilibus, & in ipſo executionis actu opponi poteſt in foro Saxonico.*
16. *In beneficio competentiæ, ne debitor egeat, potiſſimum conditio & qvalitas perſonæ ejus conſiderari debet.*
17. *Privilegium deductionis ſivè competentiæ indultum qvoq; cenſetur liberis & familiæ Debitoris.*
18. *Doctoribus qvoqve competit beneficium competentiæ, ſive in qvantum facere poſſunt.*
19. *Non poteſt validè renunciari beneficio competentiæ.*
20. *Non poteſt fieri executio pro debito mariti in bona uxoris dotalia vel paraphernalia.*
21. *Valida eſt executio, facta in bona uſufructuarii pro ipſius debito, licet alius in bona iis habeat proprietatem.*
22. *Res litigioſa ſicut non poteſt alienari, ita nec per executionem diſtrahi.*
23. *Valet alienatio rei litigioſæ, ſi is, qvi alienavit, patiatur eſt judicium pati, perinde ac ſi poſſideret.*
24. *Contra ſingularem debitoris ſucceſſorem, ejusq; bona, ſic non poteſt executio.*
25. *Executio a Domino feudi in dubio cenſetur facta in feudum ipſum, non ſolùm in fructus & commoditates feudi.*
26. *Per executionem, in feudum factam, non præjudicatur Agnatis, ſimultanèe inveſtitis, ſi non conſenſerint in hypothecam vel executionem.*
27. *Valet qvidem pactum de ingrediendo poſſeſſionẽ bonorum debitoris propriâ autoritate, ſed tutiùs procedit Creditor, adhibendo judicis Imperium.*
28. *Reddenda eſt ratio de fructibus ex fundo, in qvem Creditores immiſſi fuerunt, perceptis.*
29. *Non eò minus tenentur Creditores reddere rationes de fructibus perceptis, qvod debitor ſimplici eorum aſſertione ſtare promiſerit.*
30. *Non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare debitor, contra qvem ſit executio, ſi poſſideat bona immobilia.*
31. *Durante executionis proceſſu, debitor ad interuſurium Creditoribus obſtringitur.*
32. *Debentur judici expenſæ poſt factam executionem, haud ſubſecutâ licet taxatione.*
33. *Non deveniendũ eſt ad ſubhaſtationẽ, ſi Creditor bona certo pretio æſtimata, in ſolutum accipiat, vel ex eorundẽ Uſufructu ſatisfactionẽ qværat.*
34. *Subhaſtari qvoq; debent res mobiles, ſi Creditor eas, à judice taxatas, in ſolutum acceptare nolit.*
35. *Poſt factam ſubhaſtationem, cum judice contrahit licitator de bonis debitoris; & qvæ ſit ſubhaſtationis cauſa.*
36. *Creditor absq; prævia ſubhaſtatione bona debitoris*

ris, judicialiter taxata, accipiens insolutum, tutus non est, qvo minus ea restituere, & debitori, sive reliqvis Creditoribus de fructibus perceptis rationem reddere teneatur.

37. *Non valet venditio sub hastâ, si taxatio praecesserit subhastationem, vel si non per tres qvaterdenas subhastatio facta fuerit.*

38. *Factâ subhastatione qvilibet suo nomine licitari potest, etiam pro tertio, à qvo mandatum licitandi habet, insciis licet judice ac Creditoribus.*

39. *Licitatori, majus pretium offerenti, bona subhastata sunt adjudicanda, nisi in secundâ, tertiâ, vel qvartâ subhastatione, durantibus adhuc tribus qvaterdenis, ab alio, plus licitante, is superetur.*

40. *Ultimâ qvoqve die, durante adhuc subhastationis tempore, licitator, majus offerens pretium, admittitur.*

41. *In licitatione, praesens pecunia praefertur pretio, distinctis terminis exsolvendo, nisi hoc, interusurio deducto, illam in qvantitate superet.*

42. *Primus licitator offerendo augmentum pretii, à seqventibus licitatoribus oblati, tempore subhastationis nondum effluxo, in emtione reliqvis praefertur.*

43. *Liberum est debitori & Creditoribus bona subhastata minus pretium offerenti vendere, alteri ex subhastatione, jure perfectè nondum qvaesito.*

44. *Factâ licet subhastatione, & licitatione subsecutâ, liberum tamen est debitori, oblato Creditoribus debito, res subhastatas redimere, & ad se recipere.*

45. *Tempore subhastationis effluxo, non potest ulterius poenitere licitator, nec licitationem revocare.*

46. *Adjudicatio rei subhastatae judicialis plenissimum tribuit dominium, & unà periculum in licitatorem, vacuâ licet nondùm existente possessione.*

47. *Termino subhastationis elapso, periculum rei subhastatae pertinet ad licitatorem, adjudicatione licet nondum subsecutâ.*

48. *Nisi debitor morâ suâ fecerit, qvo minus licitatori bona subhastata fuerint adjudicata.*

49. *Deterioratio fundi subhastati pertinet qvandoqve ad licitatorem, etiamsi tempus subhastationis nondum sit effluxum.*

50. *Licitator, fundum subhastatum possidens, à praestatione tributorum & collectarum se liberare neqvit ex eo, qvod fundus sibi nondum sit judicialiter adjudicatus.*

51. *Factâ subhastatione, Creditor ad licitationẽ admittendus est, sive reperiatur alius licitator, sive nõ.*

52. *Jus Reluitionis, qvod competit debitori adversus Creditorem licitantem, praescribitur anno civili in foro Saxonico.*

53. *Non efficit Creditor, bona sibi adjudicata intra annum alienando, qvò minus ea petitor à tertio possessore redimere qveat.*

54. *Currere incipit annus reluitionis à tempore factae realis adjudicationis, non etiam à termino adjudicationi praefixo, sicuti nec ab exmissione debitoris.*

55. *Sufficit, debitorem intra anni spacium, se ad reluitionem verè & actualiter offerre, licet non statim pretium, & expensas judiciales exsolvat.*

56. *Debitori, fundum adjudicatum redimenti, non tenetur Creditor ad rationum redditionem, aut restitutionem fructuum.*

57. *Debitor, bona Creditori adjudicata redimens, non tenetur praestare Domino Laudemium.*

58. *Non competit debitori jus reluitionis adversus extraneum, cui post licitationem, sive ab extraneo, sive à Creditore factam, bona subhastata adjudicata fuêre.*

59. *Non potest exercere debitor jus reluitionis adversus Creditorem, si vel praeviâ judicis taxatione bona subhastata fuerint, vel Creditor primum licitatorem superaverit.*

60. *Non obtinet jus reluitionis in bonis, absq; praeviâ subhastatione à debitore Creditori in solutũ datis.*

61. *Bonis licet judicialiter taxatis & subhastatis, Creditor tamen, haud reperto emptore, ea in solutum accipere cogendus non est.*

62. *Nisi Creditor bona per Scabinos provinciales,* (durch die Landschöppen) *aliter taxari fecerit.*

63. *Sive per Scabinos provinciales, sive per alios fiat taxatio, jurata esse debet.*

64. *Non tantummodò solutionis, sed & qvaevis alia exceptio, in continenti probabilis, in actu executionis, ante factã adjudicationẽ, validè opponitur.*

65. *Contra executionem, jam intentatam, firmiter etiam opponitur Exceptio non numeratae pecuniae; & qvid si huic fuerit renunciatum.*

66. *Exceptio non numeratae pecuniae, post biennium oppositа, haud impedit paratam executionem, sed in reconventionem rejicienda est, si debitor nil sibi numeratum probare velit.*

67. *Impedit tamen paratam executionem exceptio non numeratae pecuniae, etiam post biennium oppositа, si in continenti est probabilis.*

68. *In aliis contractibus, extra casum mutui, & dotis, exceptio non numeratae pecuniae haud transfert onus probandi in Creditorem.*

69. *Inter mercatores locum non habet exceptio pecuniae non numeratae ad impediendam paratam executionem.*

70. *Nec admittenda est inter mercatores actio ex causâ non numeratae pecuniae, ad repetendum Chirographum ante factam solutionem.*

Definit. I.

Judex, pro decernendâ executione reqvisitus, denegans eam, actione in factum ad interesse conveniri potest.

1 FRustra fertur sententia, si non executioni mandetur, & similis est Campanæ absqve pistillo, Dan. Moll. *hîc n. 2.* Andr. Gail, *l. 1. observ. 113. in pr.*

2 Matth. Col. *de proc. exec. in praef. n. 4.* † Nec parum autoritatis Magistratui per id detrahitur, Jac. Thoming *vol. 1. conf. 27. n. 6.* † Videant ergò judices, ne ipsimet injuriam & contemptum sibi contrahant, reqvisiti executionem denegantes; Ad qvam jure

4 obligantur, sive per executoriales à superiore, † sive per literas mutui compassus (vulgò Compaß-Brie-

fe) à pare & æqvali demandanda sit executio, Andr. Gail. *dict. obs. 113. n. 16.* Matth. Col. *de process. exec. part. 3. c. 7. n. 31.* † Omnium maximè verò judex 5
à superiore jussus exeqvi, id facere tenetur, si pœnam incurrere nolit, de qvo tractatur in Ord. proc. judic. Elect. Saxon. *tit. 39. in pr.* qvàm latè explicat Matth. Berl. *p. 1. concl. 79. n. 12. & seqq.* † Qvaliscunqve autem judex fuerit, ad decernendam executionem reqvisitus, si eam deneget, metuere semper 6
habet, ne damno per moram Creditori dato, actione in factum ad interesse conveniatur, Bart. *in l. à divo Pio 15. §. sententiam. 1. ff. de re judicat. n. 5. vers. tenebitur etiam parti, & ibid.* Jason *n. 19.*

Ita Domini in causâ Matthæi Spenglers zu Rochlitz/ Mens. August. Anno 1632. [Verba sent. Ihr getrauet euch denn beyzubringen und zu erweisen / daß ihr durch

durch des Raths Nachläſſigkeit und ungebührliche Verweigerung / euch die Hülffe ſo bald auf euer Anſuchen wiederfahren zu laſſen / um euer Schuldforderung gebracht worden / ꝛc. Auf ſolchen Fall wäret ihr bemeldten Rath gebührlichen zu beklagen wohl befugt. Und wann derſelbe nachmals mit ſeiner rechtlichen Nothdurfft darauff gehöret / und daw der nichts beſtändiges einzuwenden hätte / ſo wäre er euch den zugefügten Schaden und Intereſſe zu erſtatten ſchuldig / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Tenetur qvoq; ad intereſſe judex, ad cujus perſvaſionem Creditor in prorogationem executionis conſentiens damnum inde patitur.

1 NEc aliud dicendum putaverim, ſi judex non qvidem deneget executionem, eam tamen in aliud tempus differri & prorogari faciat, perſvadens
2 Creditori, ſolvendo adhuc eſſe debitorem, † ejusqve bona ad exſolvendum æs alienum ſufficere, cum tamen res aliter ſe habeat, nec poſtea in concurſu Creditorum ei ſatisfieri qveat. Qvantumvis enim non dolosè qvicqvam dixerit judex, ex falsâ tamen perſvaſione, culpa ejus argui poteſt, qvæ non mi-
3 nus ad reſtitutionem damni ipſum obligat, † qvippe qvod ipſemet dediſſe cenſetur, *arg. l. qvi occidit. 30. §. in hâc qvoq; actione. 3. ff. ad Leg. Aqvil. l. prætor.*
4 *ait. 4. in fin. ff. Vi bon. raptor.* † Qvin & regulariter judex de negligentiâ (ne dicam de culpa) qvæ abſorbet jus partis, ad totum intereſſe tenetur, *l. ſi qvando. 19. ſub fin. C. de teſtib.* Par. de Putèo *in tract. Syndic. verb. negligentia, verſ. contra magiſtratum. num. 5.*

Ita Domini in cauſa Mauritii Pfeiffers zu Leipzig / M. Mart. Anno 1593. [Verba ſent. Hat der Rath zu Nanſtatt auf euer Anſuchen die Hülffe wider ihren Stadt-Schreiber / ſo euch mit 50. fl. verhaftet geweſen / wegen ſeiner Leibes-Schwachheit einzuſtellen gebeten / mit Vermeldung / es ſey bey ihm allewege ſo viel verhandē / daß ihr euer angegebenen Schuldforderung vollſtändig vergnüget werden köntet / deme ihr getrauet / und die Hülffe damals eingeſtellet / hernach aber iſt bemeldter Stadtſchreiber mit Tode abgangen; und es hat ſich befunden / daß ſeine Verlaſſenſchaft zu Bezahlung eurer und anderer Gläubiger Foderung nicht zureichet ꝛc. So habt ihr bemeldten Rath derowegen zu beklagen wohl Fug / und es iſt derſelbe euch vorerwehnte 50. fl. zuſamt den vorgeſchriebenen Zinſen / oder an ſtat derſelben die gebührende Intereſſe und Unkoſten / ſo viel ihr deren / wie recht / liqvidiren werdet / zu erſtatte ſchuldig / V. R. W.)

DEFINIT. III.

Ex actione reali condemnatus, ſi rem non reſtituat, intra qvatuordecim dies, per executionem res ipſi aufertur & traditur victori.

1 NUnqvam executio facienda, qvin non prius terminus præfigatur, intra qvem Reus judicato vel juſſui judicis parens, executionis ignominiam a-
2 vertere qveat. † Etſi enim de jure Civili in actionibus realibus Reus, ſi executionem effugere velit, ſtatim & in continenti rem petitam reſtituere teneatur, §. *Etſi in rem 2. Inſt. de offic. judic. ubi* Matth. Weſenb. *num. 16.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut.*
3 *p. 3. c. 6. n. 14.* † Attamen jus Saxonicum condemnato ex actione reali, ad paritionem & reſtitutionem qvatuordecim dies, à tempore præcepti executivi concedit Landr. *l. 2. art. 5.* Joh. Schneidew. *ad*
4 *§. qvadrupli. 25. Inſt. de act. n. 62.* † Qvod & probatum ab Illuſtriſſimo Saxone. *h.* Conſt. *32. §. ult.* & Ord. proceſſ. judic. *tit. 39. §.* Nemlich wann ein Urtheil. Intra qvem terminum ſi condemnatus non pareat, fit executio in rem petitam, † non ut 5
actor in poſſeſſionem immittatur, (prout fieri ſolet in actionibus perſonalibus Defin. *ſeq.*) † ſed ut 6
Reo poſſeſſori res qvaſi manu militari auferatur & tradatur victori, *l. qvi reſtituere 68. ff. de R. V. l. 1. C. de exec. rei judic. dict. tit. 36.* Ord. proceſſ. judic. §. Nemlich / wann ein Urtheil. *in fin. verb.* Das Gut oder Ding / darein er vertheilet / von dem Beklagten gewinnen / und Klägern zugeſtellet werden. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 18.*

Ita Domini in cauſa Matthæi Fladens contra Gottfried Schäffern zu Weida / M. Jul. Anno 1632. [Verba ſent. Daß Beklagter dem gegebenen Decret zu Folge Klägern das ſtreitige Pferd binnen vierzehen Tagen auszuantworten ſchuldig / in Verbleibung deſſen wird ſolches von ihme Gerichtlichen genommen / und Klägern zugeſtellt / V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Condemnato verò ex actione perſonali terminus Saxonicus, (Sächſiſche Friſt) ad ſolvendum vel executionem ſive immiſſionem ſubeundam præfigitur.

ALiud obſervatur in actionibus perſonalibus, ubi de jure Civili, tempus qvadrimeſtre ad ſolu- 1
tionem faciendam debitori indultum eſt *l. intra dies. 7. ff. de re judic. l. eos qvi condemnati. 2. C. de Uſur. rei judic.* Joh. Schneidew. *ad §. qvadrupli. 25. Inſt. de action. n. 62.* Matth. Col. *de proceſſ. execut. p. 3. c. 6. n. 2. & ſeqq.* † Jus verò Saxonicum ter- 2
minum hunc ad unam qvindenam reſtringit, Landrecht. *l. 2. art. 5. poſt princip. & art. 70. verſ.* Daß er zum nähеſten Ding. Weichb. *art. 26.* Zobel. *part. 1. differ. 45. n. 1.* † Sed utrumqve Practica fori noſtri immutavit, ſaltem de conſvetudine, qvæ terminum Saxonicum Sächſiſche Friſt; puta ſex ſeptimanas & tres dies debitori concedit, Schneidewin. *dict. loc.* Coler. *dict. p. 3. c. 7. n. 7.* Zobel. *dict. differ. 45. n. 4. & 7.* † Qvam & Saxo Illuſtriſſimus diſertè 4
approbavit, *h.* Conſt. *32. in pr. verſ.* Darzu ihm dann. Ord. proc. jud. *tit. 39. §.* Wann aber das Urtheil. † Nec refert an ex re judicatâ vel confeſſi- 5
one propriâ petatur executio, de qvo caſu propriè loqvitur *h.* Conſtit. *32. in pr.* † an vero ex inſtru- 6
mento gvarentigiato vel merente paratam executionem ex vi ſtatuti vel pacti. † Cum unus idemqve 7
judicati & inſtrumenti recogniti ſit effectus, Matt. Col. *de proceſſ. exec. p. 3. c. 9. n. 17. & ſeq.* † Utro- 8
qve nimirum caſu terminus executionis in perſonalibus eſt Saxonicus, & currere incipit à momento facti præcepti executivi, Gloſſ. Landr. *l. 2. art. 5. ſub lit. E.* Zobel. *dict. diff. 45. n. 4.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 81. n. 19.* † intra qvem ſi Reus non ſolvit, re- 9
alis ſive actualis fit executio in bona debitoris, eo ipſo die, qvem judex in præcepto executivo, eventualiter in caſum non factæ ſolutionis debitori præfigit, *dict.* Ord. proc. jud. *tit. 30. §.* Wann aber das Urtheil. *verſ.* Und darneben alſobald. Col. *dict. cap. 9. num. 15. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Gabriel Frigens zu Königswalda / M. Jul. An. 1598. [Verba ſent. Iſt euer Bruder euch 70. fl. zu bezahlen ſchuldig geweſen / und als er euch keine Bezahlung gethan / habt ihr wider ihn die Hülffe geſucht, ꝛc. So wird ihme zur Zahlung / ehe und zuvor die Hülffe wider ihn wircklich ergehet / eine Sächſiſche Friſt billich verſtattet und præfiniret / er iſt aber binnen ſolcher Zeit

obberührte Hauptsumma benebens den Land-üblichen Zinsen / von Zeit an des Verzugs/abzutragen und zu entrichten / V.R.W.)

Definit. V.

Termini executionis, immissionis & taxationis in præjudicium debitoris haud sunt coarctandi nec constrahendi.

1 NOn ergò ad executionem properandum, nec terminus hic præfinitus debitoribus præcidendus est, qvibus commiserationis gratiâ adhuc alia temporis intervalla, pluresqve terminos, nempe ad immissionem, & taxationem indultos videmus,
2 non tàm expressâ legis dispositione, † qvàm consvetudine cujusqve judicii, qvæ ubivis maximoperè
3 attendi debet, Dan. Moll. *hic n.9.* † Succurrendum nimirum est debitoribus, qvi non statim cum sacco parati sunt ad solutionem, *l. qvod dicimus. 105. in fin.*
4 *ff. de solution.* † In qvorum favorem cum termini hi sint inducti, non certè putandum est, eos coarctari vel contrahi posse, ita ut executioni, immissioni & taxationi unus duntaxat præfigatur terminus, prout malè qvidam opinantur, per text. *in c. qvod ad consultationem. 15. sub fin. vers. qvia id arctari potest. extr. de sent. & re jud.* Georg. Rotschitz. *in process. part. 1. art. 44. num. 4.* cui respon-
5 det Matth. Berlich. *part. 1. concl. 81. n. 21.* † Nec enim in certo temporis intervallo debitoribus indulto judex arbitrium suum ad voluntatem proprii capitis, sed potius ad dispositionem legis vel Statuti conformare debet, *l. vir bonus. 18. ff. judic. solv. l. si societatem. 6. ff. pro Socio l. 1. ff. de arbitr.* Jason *in l. si convenerit. 18. n. 3. ff. de jurisd.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 3. c. 6. n. 7.*

Ita Domini in causa Matthes Kölers contra Christian Dorren zu Orttrand/M. April. A. 1635. [Verba sent. Ob nun wol von Beklagten die Zahlung ziemlich lang verzogen worden. Dieweil sie aber dennoch niemals gewilliget / daß in Verbleibung gütlicher Befriedigung alle Hülffs-Actus zugleich zu Werck gerichtet werden sollen/ꝛc. So ist auch von euch disfalls nulliter verfahren / und werden Beklagten die zu einem und dem andern Hülffs-actu gewöhnliche gesetzte unterschiedene Fristen nochmals billich gegönnet/ꝛc.)

Definit. VI.

Nisi debitor in coarctationem terminorum consenserit.

1 SEd hoc ita, nisi debitor in coarctationem expressè consenserit: Nam si forsan in literis obligatoriis, beneficio dilationis legalis in specie renunciavisset, utqve in primo statim termino non modo ad executionem, sed simul ad immissionem & subhastationem procedatur, convenisset, † dubium certè haud est, qvin standum sit conventione partium,
2 *l. si qvis in conscribendo. 29. C. de pact.* Matth. Co-
3 ler. *de process. execut. part. 3. c. 6. n. 9.* † Neqve enim negari potest, terminos illos diversos ad executionem, immissionem & taxationem legalem, debi-
4 toris favorem concernere, † qvidni ergò huic à debitore renunciari posset? *l. pen. C. de pact.*

Ita Domini in causa Jobst Königs zu Leipzig/M. August. An. 1629. [Verba sent. Dabey der Schuldener verwilliget/wofern er den ersten Termin nicht einhalten würde/ die gantze Summa der 700. Thl. auff einmal verfallen seyn/und er derowegen alsobald ohne fernere Dilation und Termin die Subhastation dulden wolle/ꝛc. So ist solch seine Verwilligung vor eine zu recht beständige Obligation zu achten/ und weil er den ersten Termin nicht eingehalten/ist er nunmehr die vollständige Zahlung auf einmal zu leisten / und in Verbleibung gütlicher Entrichtung mit der Subhastation wider sich verfahren zu lassen schuldig/ꝛc.)

Definit. VII.

Quo in casu debitor non nisi pro unico termino expensas executionis, (das Hülffgeld) solvere tenetur.

DUbitatum memini, An eo casu, qvo debitor in 1
coarctationem terminorum consenserat, adeoqve in uno termino, executionem simul atq; immissionem & taxationem fieri convenerat, pro singulis terminis expensæ peculiares solvendæ essent?
† Qvod qvidem Judices & Scabini executores appe- 2
terent: † Sed placuit Dominis contrarium, sufficere nempe unius termini expensas. Rectissimè o- 3
mninò, † cùm unicus saltem terminus fuisset præ- 4
finitus, & sic cum terminis operæ & labores executorum simul contracti, ut ita executores jure expensas plurimum terminorum petere haud valerent.
† Idqve eò minus, qvò magis, si aliud diceremus, de- 5
bitores gravarentur, qvippe qvod expensæ in exe-
cutionem factæ ab hisce exigantur, † qvibus tamen 6
omninò favendum est, *l. favorabiliores. 125. ff. de Reg. jur. l. inter pares. 38. ff. de re judic.*

Ita Domini an die Churfürstl. S. Herren Stiffts-Cantzler und Räthe zu Wartzen/M. August. Anno 1628. [Verba sent. Begiebt sichs im selbigen Stiffts-Amt zum öftern/ daß die Debitores in Hülffs- und Executions-Sachen/ Dilation und Frist zu erlangen / zur gütlichen Zahlung sich anerbieten/und in Verbleibung derselben alle actus executionis benamentlichen Hülffe / immission, taxation und adjudication auf einmal wircklichen ergehen zu lassen/angeloben und versprechen. Und wann nachmals zu bestimmter Zeit die Zahlung nicht erfolget/ wird des Schuldeners Angelobung nach die Hülffe vollstreckt/und mit Aushauung des Spahns/Taxation und Immission nicht auf sonderliche legalische Fristen/ sondern uno actu verfahren/ꝛc. So mag auf solchen Fall die vollständige Gerichts-Gebühr / als wann selbige Actus zu unterschiedenen malen und Zeiten geschehen/nicht gefodert werden / sondern es seyn Land-Richter und Schöppen sich an demjenigen/ was sonsten pro uno actu gegeben wird/begnügen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Pluribus bonis simul oppignoratis, liberum est Creditori, in qvæ executionem fieri velit.

CIrca executionem decernendam in bona debi- 1
toris, non solùm debitoris, sed maximoperè etiam Creditoris commodum attendi debet, ex qvibus nempe bonis ipsi faciliùs satisfieri qveat, ut innuit Ordin. process. judic. Elect. Saxon. *tit. 39. §.* Man soll aber auch. † In tantum ut si Creditor 2
hypothecam habeat generalem, pluraqve bona ipsi sint obligata, ejus arbitrio relictũ censeatur, qvodnam eligere velit, *l. Creditoris. 8. ff. de distract. pign. ubi* Bartol. *in pr.* Matth. Col. *de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 29.* Hartm. Pist. *p. 3. qv. 12. n. 7.* † Qvod & disertè confirmavit Illustriss. Saxo in Ordin. process. judic. *dict. tit. 39. §.* Wann aber sonsten der Gläubiger.

† Nisi

4 † Nisi forsan res certa fuerit in sententia expressa, inqve eam Reus condemnatus. Nam tum judicatum præcisè observari, atqve in illam ipsam rem executio fieri debet, Ordin. proceſſ. jud. *dict. tit. 39.* §. Und da das Urtheil. Bartol. *in l. eum qvi certarum. 138. §. cum purè 1. num. 4. ff. de V. O.* Ant. Capyc. *decis. 35. n. 3.*

Ita Domini in causa Lucæ Vosseners zu Weide / M. Jun. Anno 1630. (Verba sent. Ist euch Veit Siebenlist mit 100. fl. verhaftet/wogegen er euch alle seine Güter unterpfändlichen verschreiben lassen / ob ihr nun wol die Hülffe wider ihn zu suchen/und eurer Beliebung nach/ in eines oder das andere stück Guts / so euch verpfändet / und davon ihr am füglichsten bezahlet werden möchtet/ergehen zu lassen befugt/ꝛc.)

Definit. IX.

Avertere potest debitor executionem per cessionem bonorum universorum, non etiam unius vel alterius saltem rei immobilis.

1 NUllone ergò remedio sibi consulere poterit debitor qvo executionem avertat, si parata pecunia in promptu non sit? Non certè putandum
2 est, † jura miserabilem debitorem omni auxilio destitutum derelinqvere; Ut maximè enim is precibus dilationem executionis impetrare neqveat, nihilominus tamen ex parte ipsi prospectum est, saltem ut actum executionis ignominiosum aver-
3 tat, † nempe, per cessionem bonorum, qva omninò audiri debet, *l. 1. §. an potest. 5. ff. de constit. pecun. l. item liberatur. 6. §. qvia paratus. 1. ff. qvib. mod. pign. vel hypoth. solv.* †Qvod & verbis disertis approbavit Serenissimus Saxon. Elector in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 39.* §. Weil sichs aber auch wol.
5 † dummodò ante terminum executionis bona realiter Creditori tradantur, Jas. *in l. 2. §. mutui datio. 1. ff. si cert. petat. n. 3.* Joh. Köpp. *decis. 55. n. 14. & 15.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber dennoch der Schuldener zu Abwendung der Hülffe erbietig wäre/ seine Güter gutwillig einzuräumen / demselben auch also nachkommen thäte/etc. So würde gestalten Sachen nach die Hülffe billich eingestellet/ V. R. W.]

6 † Idqve procul dubio obtinet in cessione universorum bonorum. Cæteroqvin, si debitor duntaxat unam vel aliam rem immobilem cedere velit, per id non liberabitur ab executione, ne scilicet libera facultas petendi executionem, in qvæ bona velit, Creditori præripiatur, contra *l. Creditoris 8. ff. de distr. pign. ubi* Bartol. *in pr.* Defin. *præced.*

Ita Domini in causâ Pauli Thammers zu Leipzig / Mens. Febr. An. 1597. (Verba sent. Ob nun gleich der Debitor sich erbeut mit seinem Hause zu bezahlen; So seyd ihr doch solches wider euren Willen anzunehmen nicht schuldig/ sondern die Hülffe zu seinen Feldgütern zu suchen wolbefugt/ V. R. W.)

Et in causâ Wilhelm Bernhard von Hagens/ Mens. Majo Anno 1636.

Definit. X.

Non debet fieri executio in bona debitoris immobilia, qvando mobilia adsunt.

1 NOn potest judex indifferenter omnia debitoris bona pro debito pignori capere, & Creditori adjudicare, sed certum ordinem in executione ob-
2 servet, necesse est, † Nempe de mobilibus in executione est incipiendum, nec iis existentibus, ad bona immobilia deveniendum *l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. vers. primo qvidem res mobiles. ff. de re jud.* Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 39.* §. Anfänglich zwar zu der fahrenden Haab. † Qvin 3
non indistinctè mobilia capi debent, sed ea, qvæ commodius distrahi possunt, ut celeriter solvatur res judicata, *dict. l. 15. §. 4. vers. sed illud. ff. de re jud.* † Saue si pecunia parata exter, qvin de hâc satisfieri 4
debeat Creditori, vix ambigendum est, Gloss. *in dict. l. 15. §. 2. verb. animalia. in fin. ff. de re jud. & ibidem.* Zas. *n. 11.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. c. 9. num. 25. & 26.* † Non verò extante pecu- 5
niâ, capi debent mediocriter pretiosa, postea vasa aurea & argentea, aliaqve pretiosa suppellex, Zas. *dict. loc.* † Et tandem lecti, vestes, instrumenta, 6
resqve se moventes, putà oves, vaccæ, eqvi aratorii, & frumentum, ad seminandos agros deputatum, *dict. l. à Divo Pio 15. §. in venditione 2 ff. de re judic.* modò res illæ agrorum culturæ haud inserviant. † Alioqvin enim ita sunt privilegiatæ, ut non nisi in 7
subsidium, deficientibus nempe bonis aliis mobilibus, nec non immobilibus, juribus & actionibus capi qveant, Ord. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *dict. tit. 39.* §. Anfänglich zwar. Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 2. c. 3. n. 180.*

Ita Domini in causa Johannis Salfeldens zu Lucca / M. April. An 1632. (Verba sent. Habt ihr wider Bastian Erothen wegē 367. fl. damit er euch verhaftet/ die Hülffe gesucht/ gestalt er denn der Schuld nicht in Abrede seyn können/ sondern sich darin richtig bekant/etc. So wird euch im Fall der nicht Zahlung / anfänglich zu des Schuldeners Mobilien, und zwar den jenigen / so ehest verkaufft/ und ihr daraus eurer Forderung am schleunigsten fähig werden könnet/ verholffen/ꝛc.)

Definit. XI.

Executio in bona immobilia fieri debet, pro ratione & qvantitate debiti.

DEficientibus mobilibus, capiuntur res soli seu 1
immobilia, *l. à Divo Pio 15. §. in venditione. 2. vers. si non suffecerit. ff. de re jud.* Ord. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 39.* Im Fall nun so viel Fahrnüß. Matth. Col. *de proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 45.* non indifferenter & promiscuè, sed ordine juris observato. Nimirum I. † ut non inchoetur in bonis im- 2
mobilibus pretiosis, nec unumqvodqve pro lubitu Creditoris, sed illud qvod debitori minus damnosum est, Creditori verò ad exsolutionem sui Crediti sufficit, capiatur, dict. Ordin. proceſſ. judic. *tit. 39.* § Und da das Urtheil. *in fin.* Bartol. *in dict. l. 15. §. 2. n. 5.* Col. *dict. c. 9. n. 24.* II. † Nec pro debito 3
exiguæ qvantitatis capiantur & distrahantur bona omnia, nec ea, qvæ magni sunt valoris & pretii, si ex qvibusdam & qvidem rebus vilioribus facilè pecunia redigi possit, *dict. tit. 39.* §. Im Fall nun *in pr. & vers.* Allein daß man. Col. *dict. loc. n. 45.* † ita 4
tamen, ut pro dubio & incerto alienationis & distractionis pignoris eventu, aliqvantò majorem & pingviorem rem pro judicato capere prohibitum haud sit, *dict. tit. 39.* §. Im Fall nun. *in pr.* III. † 5
Caveant executores, ne in rerum immobilium executione prædia rustica & tributaria, de qvibus certa servitia, census & tributa præstari & solvi debent, dividantur, † nec bona, inprimis verò sylvæ, in qvas 6
executio facienda, devastentur, *dict.* §. Im Fall nun. *vers.* und soll in den Hülffen. † Et summatim 7
executio in bona immobilia bona fide & arbitratu boni viri fiat, Bartol. *in l. ab executore 4. ff. de appellat. n. 2.*

Ita Domini in eadem causâ (Verba sent. Oder da keine mobilia und Fahrnüß vorhanden/wird euch in ein oder das ander unbewegliche Gut / daraus ihr nach Befindung eurer Schuld vollständig befriediget werden könnet/verholffen/etc.)

DEFINIT. XII.

Audiendus est debitor, si executionem potiùs in nomina certa & liqvida, qvàm bona immobilia fieri velit.

1 AD executionem nominum, jurium & actionum, non aliter pervenitur, qvam si nulla alia bona mobilia vel immobilia existant, in qvibus executio fieri potest, ut sic circa executionis ordinem, deficientibus demum mobilibus atqve immobilibus bonis, nomina succedant, *L. à Divo Pio. 15. §. 2. & 8. ff. de re jud. l. 2. & l. pen. C. qvando fiscus vel privat.* Ordin. proc. jud. Elect. Saxon. *tit. 39. §.* Endlichen wann die. Matth. Col. *de process. execut.*
2 *part. 3. c. 9. n 19.* † Nihilominus, si ipse debitor malit executionem fieri in nominibus, actionibus & juribus, qvàm in bonis immobilibus, audiendus
3 omninò erit, † modò nomina sint liqvida & idonea, ac facile sine expensis & judiciali strepitu exigi possint, *dict. tit. 39. §.* Endlich wann. *vers.* es wolte dann. † Planè, si res certa Creditori oppignorata
4 vel in judicato expressa fuerit, præcisè in eam facienda est, executio, nec audiendus debitor, si vel mobilia, vel nomina, qvantumvis certa & liqvida offerat, *dict. tit. 39. §.* Und diese bißhero erzehlete
5 Ordnung. † Nunqvam enim jus Creditori in re certâ acqvisitum, per executionis actum immutari vel auferri debet, *dict. tit. 39. §.* Und da das Urtheil. Anton. Capyc. *decis. 33. n. 3.* Bart. *in l. eum qvi certarum. 138. §. cum purè 1. num. 4. ff. de V. O.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 81. n. 34.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wolte denn der Schuldener lieber geschehen lassen/daß zu seinen aufsenstehenden Schulden die Hülff ergienge/damit würde er/iedoch anderer gestalt nicht/als wofern solche Schulden richtig / und ohne sondere Mühe / Kosten und Hülffszwang leichtlichen einzubringen/ billich gehöret/ V. R. W.)

DEFINIT. XIII.

Non subsistit executio adversus pupillos indefensos, sed restituenda sunt bona, per executionem occupata.

SPeciale hoc est in pupillis & minoribus, ut si contra eos executio intentetur, prius nomina, jura & actiones, qvam bona immobilia pignori capiantur *l. magis puto 5. §. non passim. 9. vers. cujus officio. ff. de reb. eor. qvi sub tutel.* Ord. proces. jud. Elect. Saxon. *tit. 39. §.* Endlich wann. *vers.* desgleichen wann wider unmündige. Matt. Col. *de process. execut. part. 3. c. 9. n. 31. & seqq.* † Neqve tamen
2 nomina, neqve alia bona mobilia vel immobilia pupillorum & minorum capi possunt, nisi hi legitimos habeant tutores vel curatores. † Qvia non
3 valet executio contra pupillos & minores indefensos: Nec dici potest defensus, qvi neqve per se, neqve per legitimam personam defensus fuit, *l. pen. C. si adversus rem judic.* Anton. Fab. *in C. l. 8. tit. 16. defin. 31. n. 1.*
4 † An ergò bona, in qvæ facta executio, restituenda erunt? Ita omnino putaverim, cum non subsistente executione, bona absqve titulo possideantur à Creditore tanqvam à prædone, Herm. Vultej. *ad pr. inst. de usucap. n. 38. & ibid.* Johan. Harppr. *n. 102.* † Qvidni ergo restituenda essent? 5 Qvamvis aliter sentiat Anton. Fab. *dict. defin. 31.*

Ita Domini in causâ Hansen von Dalwitz / M. Octobr. An. 1635. (Verba sent. Ob nun wol die würckliche Hülffe in ein stück Guts vollstreckt worden/ dieweil aber deßoch des Schuldeners Kinder unmündig und nicht bevormundet gewesen / solches die Wittibe zwar zum öfftern vorgeschützet/und wider die Hülffe gebeten/aber doch nichts ausgerichtet/sondern mit der execution verfahren worden/etc. So ist auch berührte execution zu recht nichtig/ derowegen der Gläubiger die ihme verholffene Heyde zusampt den eingehobenen Nutzungen wieder abzutreten schuldig/etc.)

DEFINITIO. XIV.

Non potest fieri executio pro debito pupilli adversus tutores.

HAud ergò fieri potest executio adversus pupil- 1
los & minores indefensos, h. e. eos, qvi tutores vel curatores non habent, Definit. *præced.* Sed num adversus ipsos tutores & Curatores pro ære alieno pupillorum atqve minorum? † Negat hoc 2
rectissimè Matth. Col. *de process execut. part. 2. c. 3. numer. 256.* † Ne scilicet eorum officium sit ipsis 3
damnosum, *l. sed si qvis ex signatoribus 7. ff. qvem ad test. aper. l. si servus. 61. §. qvod verò 5. ff. de furt. l. videlicet. 29. ff. ex qvib. caus. major.* † cum negari ne- 4
qveat, eos non voluntariè, sed ex necessitate muneris sibi injuncti contraxisse, *l. adversus 30. §. tutoribus. 1. l. filius 22. ff. de inoff. testam.* † Nec valet ex- 5
ecutio facta in bonis ejus, cujus nomine non fuit contractum, *l. si non subscripsisti. 15. C. de administr. tutor. l. Juliana. 1. vers. nam tutores. C. qvando ex facto tutor. l. 13. C. si cert. petat. l. sæpe. 63. ff. de re jud.* † Aliud dicendum esset, si tutor pro pupillo, 6
proprio nomine se obligasset, qvo casu parata foret adversus ipsum executio, etiam finito officio, *l. cum qvædam 26. vers. invenimus. & vers. damus igitur junct. dict. l. si non subscripsisti. 15. C. de administr. tutor.* † aut, si ex dolo vel culpâ tutoris ageretur, 7
l. Julianus. 13. §. sed cum in facto. 7. ff. de act. empt. Matth. Coler. *dict. c. 3. n. 258.* Ex qvo fit, ut si mutuum nomine pupilli factum, in utilitatem ejus versum non probetur, † adversus ipsum tutorem tan- 8
qvam ex culpâ, competat actio pariter & executio, ut notat post alios, qvos allegat, Matth. Coler. *dict. c. 3. num. 258.*

Ita Domini in causa Georgii von Opels/contra hæredes Christophori von Opels / eorumqve tutores M. Octobr. Anno 1635.

DEFINIT. XV.

Beneficium Competentiæ, ne scilicet per executionem auferantur alimenta debitori, etiamnum hodiè competit militibus atqve Nobilibus, & in ipso executionis actu opponi potest in foro Saxonico.

REgulariter fieri potest executio in omnia debi- 1
toris bona, qvæ probabiliter ascendunt ad qvãtitatem liqvidati debiti, in tantum, ut ne debitori qvicqvam relinqvatur, unde vivere possit, *l. 1. C. qvi bon. ceder. poss.* Matt. Wesenb. *p. 1. cons. 50. num. 17.* Matt. Col. *de proc. execut. part. 2. c. 3. n. 116.* † Nisi pri- 2
vilegium personæ aliqvem eximat, putà patrem, matrem, socerum, socrum, patronum, Dominum, liberos, maritum, uxorem & similes, qvibus vel ob sangvinis vinculum & reverentiam hoc debetur, ne eos planè denudemus, *l. sunt qvi in id. 16. vers. item parens. l. patronus. 17. l. 21. ff. de re jud. l. alia. 14. §.*

14. § eleganter 1. ff. solut. matrim. junct. l. parentes 6. ff. de in jus vocando. l. 9. ff. de obseq. à lib. & libert. præst. Matth. Col. *de process. execut. dict. c. 3. num. 117.* Anton. Fab. *l. 2. conject. 14.* Jac. Cujac. *l. 24. observ. 38.* Georg. Everhard. *cons. 38. n. 52.* Ant. Hering. *de fidejuss. part. 4. c. 27. n. 80.* Joh. Schneidew. *in §. sed & si quis 40. n. 2. Inst. de act.* Valent. Franck. *de Fide-*
3 *juss. c. 3. n. 106. & seqq.* † Idqve privilegium itidem habent milites, Nobiles, Comites, aliæqve personæ illustres, *l. miles 6. & l. item miles. 18. ff. de re jud.*
4 † Nec non socius respectu socii *l. 16. vers. qui pro so-*
5 *ciô l. 22. §. qvod autem 1. ff. eod. tit.* & † donator respectu donatarii *l. ne liberalitate 50 ff. eod. tit.* Contra qvos si fiat executio, relinqvi ipsis debent ali-
6 menta, & qvantum ei sufficit ne egeant. † Qvod privilegium vulgò appellitant *Beneficium Competentiæ, vel Exceptionem in qvantum debitor facere potest,* Matth. Col. *dict. c. 3. n. 118. &* Schneidevv in.
7 *dict. loc.* † Sed an etiamnum hodiè beneficio Competentiæ, personæ illæ privilegiatæ adversus executionem in bona sua universa sese tueri poterunt? Negat eqvidem Matth. Col. *dict. c. 3. n. 119. in fin. & num. 131.* beneficium istud in foro Saxonico pra-
8 cticari. † Sed cum nullibi in jure Saxonico sublatum vel immutatum reperiatur, haud certè video, cur locum habere non debeat, qvantumvis forsan rarius accidat, ut de alimentis debitores excipiant.
9 † Placuit igitur Dominis adversus milites atqve nobiles ita fieri executionem, ne egeant, & in solidum exigantur, sed ut alimẽta ipsis relinqverentur, veluti qvoqve consuluit Matth. Wesenb. *dict. cons. 50. n. 20.* Et cum exceptiones qvamplurimæ contra executionem opponi soleant in ipso executionis actu, *Supr.* Const. Elect. *§. defin. 17. & infr. defin. 64.*
10 † nihil obstat, qvo minus de exceptione hâc Com-
11 petentiæ contrarium asseramus. † Planè si Creditor petens executionem, in casu, qvo solidum non consequeretur, ipsemet laboraturus esset inopiâ, ita ut omnino egendum sit, æqvius esse debitorem indigere, nec habendum respectum ad splendorem unde vivat, qvàm Creditorem carere necessariis, facilè concesserim Col. *dict. c. 3. n. 126. Vid. infr. p. 2.* Const. Elect. *25. Def. 6.*

Ita Domini in causâ cujusdam Baronis ad consultationem Eliæ Friedels zu Leipzig/M. Jul. An. 1631. [Verba sent. Dieweil aber dennoch Inhalts der Rechte/so wol die seqvestratio der Güter als auch die executio oder Hülffe wider die Milites anderer Gestalt nicht statt hat/ als daß ihnen ihrem Stande nach/die alimenta und jährliches Auskommen/so wol zu ihren/und der ihrigen Unterhalt/als auch zu Verrichtung der Herrn-Dienste/ aus denen Gütern frey gelassen wird/ welches beneficium Competentiæ denen Illustribus und Adelspersone/ nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten heutiges Tages/auch auff Sächs. Boden gleichesfalls/und nicht weniger/als denen Kriegsleuten zustehet/damit es auch ferner diese Beschaffenheit hat/ daß selbige exceptio gleich andern dergleichen auch bey Verrichtung der seqvestration oder execution vorgeschützet werden mag/ etc. So hat sich auch hochgedachter Herr Debitor des angezogenen beneficii Competentiæ nochmals zu gebrauchen wol fug/V. R. W.)

Et in causa Wilhelm Bernhard von Hagen M. Majo Anno 1636.

Definitio XVI.

In beneficio Competentiæ ne debitor egeat, potissimum conditio & qualitas personæ ejus considerari debet.

NOn gaudet privilegio Competentiæ debitor, 1
si amplum habat patrimonium, ex qvo post factam executionem tantum ipsi supersit, unde vivere possit; sed deficientibus demum aliis bonis, ad beneficium hoc recurrendum est, Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. c. 3. num. 120.* † in qvo 2
computatio alimentorum fieri debet secundum debitoris conditionem, qvalitatem & honestatem, cum Nobilis aliusvè in dignitate positus, lautioribus & delicatioribus esculentis & potulentis vesci consveverit, † ut proinde honestius veniat exhi- 3
bendum *per l. tutor. secundum dignitatem. 13. ff. de adminisr. tutor. l. 1. §. mulier. 19. l. habitatio. 4. §. servis. 1. ff. de ventr. in poss. mitt.* aliter, qvàm rustiCus, † cui pro victu qvotidiano in casu, qvo dene- 4
gatur adversus ipsum executio solidi, sufficit constitui panem atrum, allium & cepas cum caseo, Gloss. *in l. servis urbanis 99. in pr. verb. libellis ff. de legat. 3.* Eleganter Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 50. n. 20. & 21.* Matth. Col. *dict. c. 3. n. 120. & seqq.* † Cæte- 5
rum, si debitor sit artifex aut operarius, ita ut labore & exercitio artificii alimenta consequi valeat, audiendus non est, si ad deductionis beneficium confugere velit, ne fiat ex laborioso & industrio artifice unus de validis mendicantibus, contra *l. 1. C. de valid. mend. lib. 10.* Matth. Col. *dict. c. 3. n. 123.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sent. So hat sich auch hochgedachter Herr Debitor des angezogenen beneficii Competentiæ nochmahls zu gebrauchen wol fug/und wird demnach Ihr. Gn. dem Herrn Debitori der Creditoren Verweigerung ungeacht/ ihrem Stand und Herkommen nach/ iedoch auff des Lehenherrn und dessen verordneten executoren Gutachten und Ermessigung/jährlichen eine gewisse Summa Geldes billich angesetzt/und von der Fruchtniessung entrichtet/ V. R. W.)

Et in causâ Wilhelm Bernhards von Hagen M. Majo An. 1636.

Definit. XVII.

Privilegium deductionis sive Competentiæ indultum qvoqve censetur liberis & familiæ Debitoris.

FAllûtur omninò debitores privilegiati, qvi be- 1
neficio deductionis sive Competentiæ in tantũ sibi prospectum existimant, ut relictum ad sui sustentationem, post obitum in liberos aliosvè heredes successionis jure transferre possint. † Nec enim 2
aliâ conditione bona ab executione excepta debitoribus privilegiatis ad sustentationem assignantur, qvàm ut post mortem debitoris, rursum Creditoribus applicentur, Matth. Col. *de proc. execut. p. 2. c. 3. n. 125. v. Et istud obs. consvet. horum locorum.* † Nihilominus vivo adhuc debitore, per be- 3
neficium hoc Competentiæ, liberis etiam atqve familiæ debitoris succurritur, ita ut in computatione alimentorum, ratio ejus omninò sit habenda juxta veriorem opinionem Matth. Wesenb. *part. 1. cons. 50. num. 22.* † non solùm, qvod privilegium con- 4
cessum personis, intelligatur etiam familiæ indultum, *arg. Auth. habita. C. ne filius pro patre. ubi Dd.* Bart. *l. semper. 5. §. immunitati. 4. ff. de jur. immun.* Andr. Tiraqv. *de Nobilit. c. 10. n. 124.* † Sed potissi- 5
mum, qvia sine liberis & familiâ debitor cum honestate vivere non potest; Et in consideratione qvalitatis & conditionis, qvæ omninò in computatione alimentorum attenditur, Defin. *præced.* non minor liberorum atqve familiæ, qvàm ipsius debitoris ratio

7 tio habetur, † ne ex paupertate & damno familiæ ipsi debitori injuria accedat, *l. si quis à liberis. 5. §. non tantum 12. ubi* Glos. *ff. de lib. agnos. l. 2. ff. de usu*
8 *& habitat. l. si stipulatus fuerim. 76. ff. de V. O.* † Qvamvis dissentiat Matth. Col. *dict. c. 3. n. 125.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und wird demnach Ihr Gnaden dem Herrn debitori der Creditoren Verweigerung ungeacht/ so wol zu Verrichtung der Ritterdienste/ Unterhaltung der Pferde/ als auch zu ihrer/ und der ihrigen alimentation, ihrem Stande und Herkommen nach/ jährlichen eine gewisse Summa Geldes angesetzt/ ꝛc.)

Et in causa Wilhelmi Bernhard von Hagens M. Majo, An. 1636.

Definit. XVIII.

Doctoribus qvoqve competit beneficium Competentiæ, sive in qvantum facere possunt.

1 NOn solummodò Nobilibus & militibus armatis exceptio deductionis, sive in qvantum facere possunt, concessa est, sed etiam togatæ & cœlestis militiæ hominibus, putà Doctoribus, Magistris, Professoribus, Advocatis, Scholaribus & Clericis, ut rectè sentiunt Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. c. 3. n. 19.* Glos. *in l. item miles. 18. verb. sub armata militia ff. de re jud.* Jas. *in l. miles 6. n. 9.*
2 *ff. de re jud.* Brun. *de ceff. bonor. q. 3. pr. n. 10.* † Non minus enim hi provident humano generi, qvàm si præliis atqve vulneribus patriam, parentesqve tuerentur *l. advocati. 14. in pr. C. de advoc. diverf. jud.*
3 † qvorum scientiâ totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo ac Magistratui vita subjectorum informatur, *Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Col.
4 *dict. c. 3. n. 119.* † Nec ullam hîc prærogativam Doctoribus juris tribuendam putaverim, qvibus solis beneficio competentiæ subveniendum tradit
5 Matth. Berl. *part. 1. concl. 80. n. 54.* † Qvia privilegium hoc competentiæ nominatim militibus indultum, propter omnis generis disciplinarum, legumqve divinarum & humanarum cognitionem, ad Clericos extenditur, juxta tradita Col *dict. c. 3.*
6 *n. 119.* † Cur ergò aliarum facultatum Doctores & Professores, inprimis verò Doctores Theologiæ, qvorum labores generi humano longè magis suht proficui qvam unqvam fuit studium maximi etiam JCti, excluderemus? Matth. Brun. *de cession. bon. q. 10. q. 4. pr. n. 1. & 3.* Ludov. à Peg. *decis. 163. num. 1. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent Welches beneficium Competentiæ denen Illustribus, Adelspersonen/ Doctoribus und Clericis nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten/ heutiges Tages/ auch auff Sächsischem Boden gleichesfalls und nicht weniger als den Kriegsleuten zustehet / ꝛc.)

Definit. XIX.

Non potèst validè renunciari beneficio Competentiæ.

1 ADeò favorabile habetur beneficium Competentiæ sive in qvantum facere potest debitor, ut huic nullo pacto qveat firmiter renunciari, qvicqvid etiam dixerint aut contraxerint debitores, per *text. in l. alia causa. 14. §. eleganter. 1. ff. solut. matr.* Matt. Coler. *de proceff. execut. part. 2. c. 3. n. 127.*
2 Matt. Wesenb. *part. 1. conf. 50. n. 20.* † Qvia privilegium hoc partim ex causâ reverentiæ, partim sangvinis ratione inductum est, *Supr.* Defin. 15. ut
3 fieri non possit, † qvin renunciatio sit contra bonos mores, *dict. l. 14. §. 1. ff. solut. matr.* Neqve jus sangvinis tanqvam publicum pactis tolli potest, *§. sed naturalia 11. Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. juris gentium. 7. §. & generaliter. 16. l. 24. §. 4. l. 14. ff. de pact.* † Ex qvo seqvitur, saltem inter alias perso- 4
nas, qvæ sangvinis & reverentiæ ratione haud sunt conjunctæ, putà inter socium & donatorem renunciationem omninò subsistere, Decius *in l. 15. num. 7. ff. de re jud.* Matth. Col. *dict. c. 3. 129.*

Ita Domini in eadem causâ (Verba sent. Immassen auch des beneficii Competentiæ hochgedachter Herr Debitor mit ausdrücklichen Worten sich niemals begeben/ noch demselben beständig renunciren können/ ꝛc.)

Definit. XX.

Non potest fieri executio pro debito mariti in bona uxoris dotalia vel paraphernalia.

PRivilegiata sunt circa executionem super debi- 1
to mariti, bona mulierum dotalia pariter atq; paraphernalia, nec fieri potest in ea executio, qvantumvis à marito possideantur, Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. cap. 3. num. 262.* Jacob. Schult.
qvæst. pract. 46. † Qvia executio non facienda 2
nisi adversus personas contrahentes, earumq; bona, Felin. *in c. cum super 17. n. 15. & c. pen. extr. de sent. & re jud.* Bartol. *in l. 1. §. interdum. 4. n. 4. ff. à qvib. appell. non lic.* † At nonnè marito in bonis uxoris 3
jus utendi fruendi competit pro exhibitione uxoris, aliisqve matrimonii oneribus, *l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot. l. dotis fructum. 7. & l. 57. ff. eod. tit.* qvidni ergò in usumfructum saltem horum bonorum, pro debito mariti fiet executio? † Conces- 4
serim hoc eqvidem, nisi uxor proprietaria suum interesse etiam in Usufructu prætendere posset, ex qvo scilicet ipsius & totius familiæ exhibitio dependet, *dict. l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot. & l. dotis fructum. 7. ff. eod. tit.* † Qvod vel maximè verum est 5
de jure Saxonico, qvo conjuges in tali indissolubili communione omnium bonorum hinc inde illatorum & acqvisitorum constituti sunt, ut eorundem possessio sit penes utrumqve pro indiviso, Landr. 6
lib. 1. art. 31. & art. 45. §. Daß weil. † Fieri ergò non potest, qvin per executionem in Usumfructum bonorum dotalium vel paraphernalium factam haud ipsa offendatur uxor, ut pluribus demonstrat Matth. Coler. *dict. c. 3. num. 271. & seqq.* † Alia 7
est ratio fructuum ex rebus dotalibus & paraphernalibus perceptorum, sive à solo separati sint, sive non, dummodo ultima cultura fundo dotali fuerit adhibita: † Qvia enim tùm fructus in foro Saxo- 8
nico indubitatè ad maritum, pleno jure pertineant, Landr. *l. 2. art. 58. vers.* Des Mannes Saat / nihil certò obstat, qvo minus pro debito mariti fructus capiantur, Matth. Col. *dict. c. 3. n. 277.* Jacob. Schult. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Matthes Mebusens contra Veit Gülden zu Oberthau/ M. Jan. An. 1630. (Verba sent. Daß die execution in Beklagtens Acker/ weil solcher seinem Weibe eigenthümblichen zustehet / gestalten Sachen nach nicht statt hat/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Valida est executio facta in bonis Usufructuarii pro ipsius debito, licet alius in bonis iis habeat proprietatem.

NOn ergò valet executio pro debito mariti in 1
bonis uxoris dotalibus, & paraphernalibus, ne qvi-

qvidem qvoad Usumfructum pones maritum residentem, ex speciali nempe ratione, qvod in ipso usufructu uxoris interesse aliqvo modo versetur, ut
2 dixi Defin. *præced.* † Qvæ ratio cum alibi in usumfructum cesset, rectissimè vulgò infertur, adversùs Usufructuarium fieri posse executionem, ratione scilicet commoditatis fructuum, qvamdiu usufru-
3 ctuarius vivit, †per *l. cujuscunq; 60. §. si fundus 1. vers. sed si ipsi usufructuario qvæst. moveatur ff. de Usufr.* Bald. *in c. cum super. 17. n. 12. extr. de sent. & re jud. & in cap. qvoniam frequenter 5. §. qvod si super. n. 5. extr. Ut lit. non contest.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 2. c. 3. n. 266. & 270.* Matth. Berl.
4 *part. 1. concl. 80. n. 26.* † Nec obstat, qvod executio sit species alienationis, non magis ergò valebit qvàm ipsa alienatio, vel cessio Ususfructus, *l. si Ususfructus 35. in pr. ff. de usufr. §. 3. vers. item finitur*
5 *Inst. eod. tit.* † Etsi enim ipsum jus neqveat alienari vel cedi, attamen perceptionem commoditatis alienari, nil prohibet, videtur enim tum Usufructuarius mediante persona cessionarii uti frui, *§. minus*
6 *autem 1. Inst. de usu & habitat.* † At licet non valeat tamen concessio, ut non ineptè distingvit Matt. Col. *dict. c. 3. n. 268.*

Ita Domini in causa Eliæ Krumbholtzens zu Weissenfels/ M. April. An. 1633. (Verba sent. Ob nun wol solche Schulden/auff die donirten Güter nicht versichert/und die Mutter andere Güter hat / davon dieselben bezahlet werden können/ꝛc. So hat doch die Hülffe in die donirte Güter/iedoch weiter nicht/ als qvoad usum fructum, und die Mutter als usufructuaria lebete / wol vollstrecket werden können/V. R. W.)

Definit. XXII.

Res litigiosa sicut non potest alienari, ita nec per executionem distrahi.

ICtorum pariter responsis, atqve Impp. rescriptis interdictum est, ne res litigiosa alienetur, *tot. tit. ff. & C. de litigios.* Ergò nec valebit executio facta
2 in res litigiosas, †, cum vocula alienationis comprehendat qvoqve jus pignoris, qvod per executionem Creditori acqviritur, *l. fis. C. de reb. alien. non alien.* Non tamen existimet qvis, eo ipso, qvo actio de re aliqvâ movetur, illam litigiosam fieri.
3 † Sanè qvin per actionem realem, qvâ dominium directum vel utile urgetur, res efficiatur litigiosa, minus dubium est, sicuti & ipsa actio realis in judicium deducta litigio afficitur, *Auth. litigiosa. C. de*
4 *litig.* Hart. Pist. *part. 1. qv. 40. num. 2. & 3.* † Nec non personalis actio ipsa per litis contestationem in
5 judicium deducta, *l. 2. C. de litigios.* † Alia verò est ratio rei, qvæ petitur per actionem personalem, utpote si emptor agat ex empto ad consequendam rem venditam, qvæ nunqvam efficitur litigiosa per actionem personalem, juxta veriorem sententiam *Dd.* qvos copiosè allegat & sequitur Hart. Pistor.
6 *dict. qv. 40. num. 7. & 8.* † ubi hoc ipsum qvoqve extendit ad judicis officium, nec per idrem litigio-
7 sam fieri tradit, ex Bald. *in l. 1. C. comm. divid.* † Planè divisiones absqve vitio litigiosi, commodè fieri posse, probat text. *in Auth. de litigiosis.* Hartm. Pist.
8 *dict. qv. 40. n. 15.* † Hoc tamen qvatenus procedat declarat pluribus Cephalus *cons. 164.*

Ita Domini in causa der Cammermeister contra Frantz Ritzen / ventilatâ in Prætorio Lips. Mense April. Anno 1635. (Verba sent. Und wird biß nach Erörterung dieser Sache/die gesuchte execution billich eingestellet/V. R. W.)

Definit. XXIII.

Valet alienatio judicii litigiosi, si is, qvi alienavit, paratus est judicium pati, perinde ac si possideret.

SUccurrere voluit Prætor agenti contra Reum 1
rem litigiosam alienantem, dando ipsi actionem in factum ex edicto peculiari. *in l. 1. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* † Sed tum demum, cum per alie- 2
nationem judicii molestior adversarius subjicitur, aut aliâ ratione agendi conditio fit durior atqve deterior, *l. 1. l. 2. l. 3. & l. 4. §. 1. ff. dict. tit. ubi* Matth. Wesenb. *in parat. n. 6.* † Adeoqve si ex alienati- 3
one nullum detrimentum sentiat actor, putà qvod in æqve commodum & similem hominem alienatio sit facta, cessabit ex hoc edicto actio sicuti & hoc in casu †. qvo alienator paratus est vindicationis 4
judicium pati, perinde ac si possideret, per text. *in l. 3. §. ult. ubi* Bart. *ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* † Ne- 5
qve enim tum interest agentis, alienationem esse factam vel non, & proinde nihil exigere poterit, Wesenb. *in parat. dict. loc. n. 6.*

Ita Domini in causa Bartholomæi Stoltzenbergers zu Guteborn/M. Nov. An. 1635. [Verba sent. Ob nun wol solche Vereusserung für eine lite pendente, geschehene innovation, und in Rechten / in potentiorem verbotene alienatio gehalten werden wil / dieweil aber dennoch dabey dieses pactum zwischē den contrahenten vorgangen/daß der Kriegs Officirer mit den jenigen actionibus und Streitigkeiten / so dieses eingeräumbten Guts wegen/sich zwischen Titio und Sempronio erhalten/oder künfftig ereignen möchten/durchaus nichts zu thun haben/sondern solche Titius alleine auff seine Gefahr und Unkosten ausüben solte und wolte / und also dem Sempronio in lite kein potentior adversarius opponiret wird/ꝛc. So mag auch diese des Titii geschehene Einreumung des ihme zugestandenen juris possessionis, weil er zuförderst einer von Adel/ und dem Kriegs Officirer am Stande gleich / vor eine lite pendente verbotene innovation, oder unzuläßliche alienation in potentiorem nicht geachtet werden/ꝛc.)

Definit. XXIV.

Contra singularem debitoris successorem, ejusqve bona fieri non potest executio.

EXpediti juris est, contra heredem debitoris fie- 1
ri posse executionem, Felin. *in c. 11. extr. de jud. n. 4.* Matth. Col. *de proces. execut. part. 1. cap. 10. n. 32.* † pro ratâ scilicet, ut qvilibet pro suâ qvotâ & por- 2
tione tantummodo conveniatur, nisi pignus vel hypotheca intercesserit, † qvæ facit, ut possessor teneatur in solidum, *l. pecuniam. 1. l. pro hereditariis. 2. C. de hered. action.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 80. n. 28.* 3
† Sed alia est ratio successoris singularis, putà emptoris, donatarii, legatarii, &c. adversus qvem pro 4
debito antecessoris, neqvaqvam fieri potest executio per *l. cum precibus. 4. C. de rer. permutat.* Berl. *dict. concl. 80. n. 46.* Matth. Col. *de proces. execut. part. 2. c. 3. n. 433.* Nicol. Boer. *decis. 204. num. 47.*
† Qvia obligatio personalis non sequitur fundum, 5
l. 1. §. si heres. 16. ff. ad SCtum Trebell. l. ut pomum. 8. ff. de servit. l. 13. C. de oblig. & action. Et sicuti executio ex personali conventione tertio non prodest,
† ita nec nocere debet, *l. si unus. 27. §. 4. vers. ante* 6
omnia ubi Jason. *n. 4. & 5. & l. jurisgentium. 7. §. prætor. ait. 7. n. 9. ff. de pact.* † Nisi forsan perso- 7
naliter & executivè obligatus alienaret sua bona in frau-

fraudem Creditoris, qvo casu, rescissâ & revocatâ alienatione, executionem adversus singularem successorem rectè intentari, non multum reclamaverim, Salycet. *in l. ult. in fin. C. de execut. rei jud.* Matt. Col. *de processs. execut. p. 2. c. 3. n. 439.*

Ita Domini in causa Virgilii Kreppens contra Barthel Kempffen zu Lauchstädt / M. Octobr. An. 1629. (Verba sent. Daß die in Beklagtens erkauffte Mühl gesuchte execution gestalten Sachen nach / nicht statt hat / V. R. W.)

DEFINIT. XXV.

Executio à Domino feudi, in dubio censetur facta in feudum ipsum, non solùm in fructus & commoditates feudi.

1 QVod dicitur, executionem in ipsam feudi substantiam & utile dominium haud fieri posse, sed saltem in fructus & commoditates feudi, Hennig. Goeden. *consil. 15. n. 15.* Matt. Coler. *de processs. execut. in part. 2. c. 3. num. 282.* Joh. Köpp. *decis. 39. n. 5. & seqq.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 50. n. 7.*
2 *& seqq.* Andr. Gail. *l. 1. obs. 117. n. 2. & seq.* † id omninò restringendum ad judicem loci ordinarium qvi simul dominus feudi non est, veluti demonstrat
3 Hart. Pist. *part. 1. q. 15. n. 34.* ac † placet qvoqve hoc ipsum Saxoni Illustrissimo in Ord. processs. *tit. 40. in pr.* Nec enim facultas exeqvendi in ipsam feudi substantiam & utile dominium, feudi domino est adimenda, † qvi si pro executione reqvisitus, velit Creditoribus in ipsum feudum facere executionem, eisqve facultatem alienandi permittere, jurè id facere poterit, ut rationibus atqve fundamentis eleganter defendit Hartm. Pist. *dict. q. 15. n.*
5 *70. & seqq.* † cujus sententiam qvoqve amplectitur serenissimus Saxon. Elector, *dict. tit. 40. vers.*
6 So hat es hierum eine andere Gelegenheit. † Qvin & si de mente Domini non manifestè constet, an in feudi substantiam, an verò in fructus saltem & commoditates exeqvi voluerit, in dubio in feudum ipsum & utile dominium executio facta censeri debet, *dict. tit. 40. vers.* Was aber bey solcher Hülffe.
7 † Planè, si debita cùm domini consensu sint contracta, isqve in hypothecationem feudi consenserit, cogi omninò potest, ut executionem faciat in ipsam feudi substantiam, si Creditores in fructibus & commoditatibus feudi acqviescere nolint. *dict. tit.*
8 *40. §.* Was aber die Schulden betrifft. † Qvod & verum putaverim in aliis debitis feudalibus, qvæ onera feudi concernunt, & in ejus utilitatem versa fuere, Joh. Köpp. *decis. 39. num 30. & seq.* Matth. Wesenb. *dict. consil. 50. n. 14.*

Ita Domini in causâ Wentzel von Meusebachs / M. Jun. An. 1632. (Verba sent. Habt ihr wegen eurer Schuldforderung / damit Heinrich Olberta euch verhaftet / in seinem Lehengut die hülffe gesucht / welche ihr auch bey dem Lehnherrn / ungesehen ihr auff solchem Gut keine Verpfändung gehabt / erlanget / etc. So wird dafür gehalten / daß bemeldte execution nicht nur in die Früchte / sondern auch in das Eigenthumb des Lehenguts geschehen / ꝛc.)

DEFINIT. XXVI.

Per executionem in feudum factam non præjudicatur Agnatis simultaneè investitis si non consenserint in hypothecam vel executionem.

1 IN arbitrio igitur ac voluntate Domini positum est, an pro debito non feudali, executionem ipsum feudum, vel saltem in fructus & commoditates feudi facere velit, Defin. *præced.* † At, in- 2
qvies, nonne per hanc executionem præjudicabitur Agnatis de feudo simultaneè investitis? Non certè, sed restringenda ita est executio, sive in fructus saltem & commoditates feudi facta, † ut di- 3
utius non duret, qvàm Vasallus debitor vixerit, mortuo verò Vasallo ejusqve liberis expiret, & feudum ad Agnatos & simultaneè investitos revertatur, Ordin. processs. judic. Elector. Saxon. *tit. 40. §.* Es sollen aber auch. Joh. Köpp. *decis. 39. numer. 15.* Matth. Col. *de processs. execut. part. 2. c. 3. num. 300.* Andr. Gail. *l. 1. observ. 117. n. 2.* † Sed hoc ita, nisi 4
Agnati vel simultaneè investiti in executionem vel etiam hypothecam feudi consenserint, nec enim tum habent, de qvo conqveri possunt, *dict. tit. 40.* † Qvin nec tum post mortem Vasalli executionem 5
poterunt revocare, si pro debito feudali in utilitatem feudi conversò, vel feudi onera concernente, facta fuerit, Matth. Berl. *part. 1. concl. 82. num. 41. & 42.* Anton. Hering. *de fidejuss. c. 21. num. 45. & seq.*

Ita Domini in eadem causâ (Verba sent. Es mag aber gleichwol solche executio den Agnaten und Mitbelehnten / wofern sie darein nicht gewilliget / an der gesampten Hand und Lehensfall / wann solcher nach Absterben des Lehenmannes und seiner Söhne / an sie kömpt / nicht nachtheilig noch hinderlich seyn / V. R. W.)

DEFINIT. XXVII.

Valet qvidem pactum de ingrediendo possessionem bonorum debitoris propriâ autoritate, sed tutiùs procedit Creditor adhibendo judicis Imperium.

NOlo hîc repetere argumenta, qvæ pro utrâqve sententiâ prolixè admodum adducit Matth. Col. *de processs. execut. part. 1. c. 5.* ubi demum con- 1
cludit pro communi opinione, † qvod virtute pacti 2
de ingrediendo possessionem bonorum debitoris, Creditor post moram rectè occupet ejus bona, etiam propriâ autoritate, per *l. Creditores. 3. ubi* Bartol. *num. 4. C. de pign. l. pignoris 11. C. de pign. action. l. 1. & l. 2. C. si serv. export. ven. l. 2. C. si mancip. ita fuer. alien. ne prosit.* Panorm. *in c. de cetero. 5. n. 13. extr. de sent. & re jud.* Et multis refellit Col. *dict. loc.* contraria, qvæ huic opinioni adversari videntur. 3
† Rectissimè tamen svadet, judicis autoritatem adhibere, ut securiores sint Creditores non solùm ratione actionis injuriarum, qvam pro violatâ jurisdictione ejus potestatis, in cujus territorio vis privata committitur, metuendam habent, *c. ex parte. 1. ubi Dd. extr. de V. S. l. si qvis §. §. sed hæc 2. & §. sed. & si qvis. 3. C. de præscript. 30. annor.* † sed & pro evi- 4
tando periculo armorum & fusionis sangvinis, si invenirent Creditores resistentem. † Qvo casu, nec 5
ipsum pactum de ingrediendo in possessionem bonorum debitoris propriâ autoritate subsistere, ait Col. *dict. c. 5. n. 99.* per multas autoritates qvas ibidem adducit, † ne forsan ejusmodi conventio 6
præbeat occasionem tumultus & fusionis sangvinis, *l. non est singulis. 176. ff. de reg. jur. l. si cujus. 15. §. sed. si inter. 3. ff. de Usufr.* † Qvod periculum certè avertere 7
poterit, si petat saltem à judice officiales sibi adjungi, donec realiter fuerit ingressus, possessionemqve nactus

nactus, ut ſcilicet metu miniſterialium judicis, adverſa pars ſibi temperet ab injuriis, rixis & ſcandalis, Salycet. *in dict. l. creditores. 3.* † Nec habent Creditores qvod metuant moram & proceſſus ambages, qvibus per pactum iſtud de ingrediendo poſſeſſionem propriâ autoritate occurrere voluerint, † cùm vigore iſtius pacti, etiam judex reqviſitus absqve ulteriori proceſſu, Creditores ſtatim per officiales ſuos immittere teneatur, Jaſon. *in l. juſtè. 11. n. 16. & 19. ff. de acqvir. poſſeſſ.* Matth. Coler. *dict. c. 5. n. 82.*

Ita Domini in cauſa Johann Salfelds zu Lucca/M. Apr. A. 1632. (Verba ſent. Inmaſſen euch auch/ wofern ihr ſelbſten zu eurer beſſerer Verwahrung und Sicherung / die Obrigkeit und Gerichtliche Hand hierzu anzulangen nicht gemeinet/Vermöge des aufgerichteten pacti, propria autoritate die poſſeſs des Schuldeners Güter einzunehmen/und euch biß zu eurer Befriedigung dahinein zu ſetzen/unbenommen/ V. R. W.)

Definit. XXVIII.

Reddenda eſt ratio de fructibus ex fundo, in qvem Creditores immiſſi fuerunt, perceptis.

1 SIve propriâ authoritate, vi pacti initi Creditores poſſeſſionem bonorum debitoris ingrediantur, ſive prævià executione, in eam judicialiter fuerint immiſſi, non ſibi perſvadeant aliqvod jus
2 dominii, † ſed ita bonis ſui debitoris utantur, ut de fructibus perceptis qvotannis rationem reddere qveant, veluti ad hanc obſtringuntur, ex Ord. proceſſ. judic. Elect. Sax. *tit. 39. §.* Im Fall nun. *in*
3 *fin. verſ.* Derowegen diejenigen. † Ac certè tùm Creditores in adminiſtrandis bonis debitoris, eandem curam & diligentiam, ac in propriis impendere, atqve fructus perceptos in ſortem computare & cum debito compenſare neceſſe habent, Jaſon. *in l. à Divo Pio. 15. §. ſi pignora. 3. ff. de re judicat. num. 4.* Ant. Neguz. *de pignor. part. 5. membr. 5. n. 1. & ſeqq.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3.*
4 *cap. 9. num. 83.* † in tantum, ut ſi bona debitoris aliqvandiu poſſederint, ac fructus perceperint, eisqve opponatur exceptio ſolutionis, onus probandi, ſe ſcilicet ex fructibus integram ſolutionem haud percepiſſe, iis incumbat, Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr.*
5 *19.* † Deſtituti autem probationibus, Creditores fructus perceptos mediante juramento judicare, & ſi qvid in rebus pignori captis omiſſum vel neglectum fuerit, reſarcire tenentur, Ord. proc. judic. *dict. tit. 39. §.* Im Fall nun. *in fin.* Dan. Moll. *dict. cap. 19. n. 2.*

Ita Domini in cauſa Barthel Kochens zu Marienberg/ M. Octobr. Anno 1601.
Et in cauſa D. Andreæ Schonii & D. Ottonis Menandri zu Budiſſin/ Menſ. Novembr. An. 1603.

Definit. XXIX.

Non eò minùs tenentur Creditores reddere rationes de fructibus perceptis, qvod debitor ſimplici eorum aſſertione ſtare promiſerit.

1 SEd num ſemper Creditores in bona debitoris immiſſi, de fructibus perceptis rationem red-
2 dere tenebuntur? † Qvid enim, ſi debitor hoc caſu, eorum nudâ ac ſimplici aſſertione ſtare promiſerit? † Ex conventione propriâ debitorem tum prohiberi exigere ratione dixeris, cùm favori ſuo bene renunciare potuerit, *l. ſi qvis in conſcribendo. 29. C. de pact.* veluti ſentiunt Bartol. *in l. ult. ff. de prætor. ſtipul.* Alex. *lib. 2. conſil. 54. n. 1. & lib. 1. conſil. 47. n. 4.* † Sed vereor, ne renunciatio 3
hæc ſit contra bonos mores & præbeat occaſionem delinqvendi, qvo ſanè caſu, nulla pactio vel renunciatio valida eſt, † ut benè limitat Jaſon. *in* 4
dict. l. ſi qvis in conſcribendo. 29. C. de pact. per l. illud convenire. 5. ff. de pact. dotal. Matth. Col. *de proceß. execut. part. 1. c. 10. n. 152.* † Vix unqvam e- 5
nim ſubtilior fabrica vel melius fomentum pravitatis uſurariæ atqve deceptionis fraudulentæ, qvam per ejusmodi factum dari poſſet. Taceo alia inconvenientia, † qvod nempe unus idemqve 6
foret pars & teſtis in propriâ causâ, contra *l. nullum. 14. C. de teſtib.* † Qvod fides unius dicto tantùm 7
habeatur, id qvod legibus eſt execrabile *c. licet univerſis 23. c. in omni. 4. ubi* Gloſſ. *extr. de teſtib.* † & qvod credatur teſti non jurato contra *l. juris* 8
jurandi 9. C. de teſtib. Placuit ergo Dominis, non obſtante certâ conventione, † à Creditoribus benè 9
rationes ſpeciales de fructibus perceptis exigi poſſe, præſertim ſi ipſorum aſſertio nuda veritati conſona haud ſit, qvo ſcilicet occurratur delicto & pravitati naturæ hominis, cui qvaſi innatum eſt vitium aviditatis habendi, Bertrand. *vol. 3. conſil. 59.* † veluti in causâ ſimili, qvod non ſtan- 10
dum ſit aſſertione nudâ & ſimplici Creditoris ſuper intereſſe, prolixè diſputat atqve tuetur Matth. Coler. *dict. cap. 10. n. 147.* † ubi dicit, ne qvidem 11
Principem ſummum decernere poſſe, ut ſtetur dicto partis contra adverſarium, Socin. *in cap. dilecti 17. ſuper* Gloſſ. *3. extr. de foro compet. per c. judicet ille. 4. cauſ. 3. qvæſt. 7.*

Ita Domini in eadem cauſa DD. Andreæ Schonii & Ottonis Menandri zu Budiſſin/ Menſ. Nov. Anno 1603. (Verba ſent. Ob nun wol dabey geredet worden / daß der Creditor dem Debitori wegen der Einnahme und Ausgabe keine ſpecificirte / ſondern nur ſummariſche Rechnung zu thun ſchuldig ſeyn / noch auch einige Eydes-Betheurung oder Beweiß von ihm geſodert werden ſolte. Dieweil aber dennoch/ eurem Bericht nach/ bemeldter von Adel gedachtes Gut in dem Anſchlage/ wie es auch ein Bruder von dem andern hätte kauffen mögen / nicht annehmen wollen / ſondern alle billiche Mittel ausgeſchlagen/ ſtracks auf die Hülffe gedrungen/ und als ers Hülff-weiſe einbekommen / übel darauf hausgehalten/ und an jährlichen Nutzung kaum 2000. fl. angeben/ da es doch der Debitor auf 4000. fl. genoſſen/ und der Werth des Guts dem Landüblichen Anſchlge anach/ ſich auff 43000. fl. erſtrecket/ ꝛc. So iſt er auch geſtalten Sachen nach/ eine richtige ſpecificirte Rechnung der Einnahme und Ausgabe zu übergeben ſchuldig / darauff erwarten ſie alſo denn der ordentlichen Obrigkeit moderation und Weiſung. Und was dieſelbige vor recht und billich erkennen wird / daß der Creditor an übermäſſiger Nutzung über die Landüblichen Zinſen empfangen und eingenommen/ ſolches iſt er in ſortem zu computiren/ und ihme an der Hauptſumma abkürtzen zu laſſen pflichtig / V. R. W.)

Definit. XXX.

Non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare debitor, contra qvem fit executio, ſi poſſideat bona immobilia.

NOn modo executionis ordo reqvirit, mobi- 1
lia prius capi, qvam immobilia, *l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re judicat. Supr.* Defin. *10.*

Sed & ipsi Creditori, executionem petenti, id con-
2 sultius videtur, † cùm mobilia longè citius qvàm immobilia distrahi qveant: ideoq; debitor, adversus qvem executio facienda, seras & ferramenta forium atqve cistarum, aliorumqve receptaculorum, in qvibus asservari solent mobilia, aperire, eaqve manifestare obstrictus est, Bald. *in l. ordo. 3. C. de execut. rei judic. num. 9.* Matth. Col. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. num. 43.* † Sed qvid, si de-
3 bitor hoc facere recuset, mobiliaqve sua vel saltem pretiosa facilè & celeriter distrahenda occultet, aut
4 alio transferat? † Tùm mediante juramento debitorem universa sua mobilia indicare teneri, vulgò *Dd.* asserunt, Pract. Papiens. *in formâ responsionis libelli in act. hypoth.* Gloss. *exceptionem solut. n. 3.* Matth. Col. *de proceß. exec. part. 3. c. 9. n. 44. in fin.*
5 Matth. Berl. *part. 1. concl. 81. n. 76.* † Qvod qvidem concesserim, si alia debitoris bona sive immobilia
6 sive mobilia non extent; † Cæteroqvin, qvando possessionatus est debitor, periculosum certè est juramentum ei deferri propter perjurii metum, cùm debitores haud solvendo existentes, præsertim falliti, sæpissimè sint homines leves, divinum numen
7 parum metuentes. † Nec est, qvod contumaciam debitoris hac ratione impunitam existimes, cùm parum commodi in ipsum redundabit, si vel res soli statim & celeriter, aut etiam reliqva mobilia pro
8 vili pretio distrahantur, † vel ipsemet debitor tanqvam non solvendo existens incarceretur, Paris. de Puteo *in tract. syndic. verb. exec. vers. pone qvod*
9 *commissa. n. 3. in fin.* † Veluti hanc cautelam commendat, & contra mercatorem qvendam astutum practicatam meminit Col. *dict. cap. 9. n. 48.*

Ita Domini in causa Johann Lindners Erben zu Krempnitz. M. Mart. Anno 1629. [Verba sent. Seyn euch die Meister des Handwercks der Leinweber zu Mitweida / derer fast über 50. seyn / mit 2560 fl. Hauptsumma in solidum verhaft / und dieweil sie sich mit der Wiederzahlung säumig erwiesen / habt ihr wider sie auf die Hülfe geklagt / und solche zu ihrer Fahrniß ausgebracht. Ob nun wol darauf benemte Schuldner die Leinweber / eurem Fürgeben nach / ihre mobilien weggeschafft und versteckt / also daß man nichts oder gar wenig finden können / &c. so mögen sie doch gedachte ihre Fahrnis / weil aus eurer Frage so viel zu vernehmen / daß etliche der Schuldiger mit unbeweglichen Gütern gesessen / vermittels Eydes anzuzeigen / nicht angehalten werden / es wird euch aber auf solchen Fall / wofern keine andere mobilia verhanden / in bemeldte ihre unbewegliche Güter schleunig billich verholffen / V. R. W.)

Definit. XXXI.

Durante executionis processu, debitor ad interusurium Creditoribus obstringitur.

1 CReditoribus tamen non parùm præjudicari, inqvies, si bonis mobilibus à debitore occultatis, de rebus soli æs alienum sit exsolvendum, cùm hæ nunqvam tàm celeriter distrahantur, ac bona mobilia, qvæ facilè emptorem invenI-
2 unt. † Sed non habent Creditores, qvod de damno per id sibi dato conqverantur, cum debitor iis ad interesse qvoqve sit obstrictus, & durante executionis processu, usuras præstare teneatur, tanqvam rei judicatæ *l. 2. C. de usuris rei judic.* ex mo-
3 râ. † Ex qvâ solâ si promissæ specialiter non fuerint, usuræ debentur *l. cum qvidam. 17. §. si pupillo. 3. ff. de usur. l. Titia Sejo. 87. §. usuras. 1. ff. de legat. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. Defin. 19. n. 3.*

Ita Domini in causa M. Balthasar Büttners zu Leipzig / Mens. Febr. An. 1600. [Verba sent. Und weil der Schuldener nicht zu zahlen gehabt / hat der Creditor die Hülffe und Immission in desselben Haus erlanget. Ob sich nun gleich auf vorgehende Subhastation biß anhero kein Käuffer dazu gefunden; da aber dennoch sonsten keine Gläubigere mehr vorhanden wären / &c. So würde (dem Creditori und nunmehr euch / als dessen Cessionario, vor des Schuldeners Erben) vorangeregte Hauptsumma billich verzinset / V. R. W.)

Et in causa Gabriel Feigens zu Königswalda / Mens. Jul. An. 1598.

Definit. XXXII.

Debentur judici expensæ post factam executionem, haud subsecutâ licet taxatione.

NOn solet executio gratis concedi, sed officia- 1
libus judicis vel executoribus certæ executionis expensæ, qvas vulgò Hülffsgeld vocamus, debentur, qvæ statim ipso executionis actu sunt exsolvendæ, † nec conceditur executio etiam pro debi- 2
to liqvidissimo, anteqvam expensæ illæ fuerint numeratæ, Dan. Moller. *lib. 2. c. 40. n. 8.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. cap. 8. n. 25. & seq.* † Re- 3
stituendæ tamen hæ sunt Creditoribus iis, qvi facta executione ex bonis debitoris exsolvendo omni ære alieno haud sufficientibus, credita non recipiunt, Dan. Moller. *ad Const. Elect. 28. num. 69. part. 1.* † Qvam restitutionem & tunc injungit officialibus 4
Illustrissimus Saxo, si realiter facta non fuerit executio, immissio & taxatio, in Ord. Torgens. *de Anno 1583. tit.* vom Feylbieten / *subhastat. §. zlt. in fin.* † Hinc cum post factam executionem & immissio- 5
nem, debitor ante taxationem cum Creditore transegerat, eiqve Creditum suum exsolverat, expensas jam solutas jure sibi repetere licere existimabat, † propterea qvod dicta Ordin. Torgens. executio- 6
nem, immissionem & taxationem conjunctim ac simul reqvirat ad hoc, officialibus expensæ debeantur, veluti qvoqve sentit Matth. Berlich. *part. 1. concl. 81. num. 254.* † Sed nohuerunt domini ad 7
restitutionem expensarum officiales condemnare, cùm jam facta fuerat executio & immissio realis, qvi certè actus omninò honorarium meretur. † Nec putandum est, Illustrissimum Electorem ad 8
ultimum executionis actum, subhastationem nempe vel taxationem, sanctionem suam astringere voluisse, † cui procul dubio mens fuerit immo- 9
destam expensarum petitionem officialibus præcidere, si nullum omninò executionis actum fecissent.

Ita Domini in causa Qvæstoris Pirnensis, M. Mart. Anno 1628. [Verba sent. Ob nun wohlberührtes Gut nicht gewürdert oder taxiret worden / und dannenhero der Schuldener die gewöhnliche Hülffgelder abzutragen sich verweigert. Dieweil aber dennoch die Hülffe mit Ausschneidung eines Spahns wircklichen ergangen / die immission darauf erfolget / und die subhastation angeordnet worden; so ist auch der Schuldner die gewöhnlichen Hülffs-Gelder zu entrichten pflichtig / und hat sich dawider beständiger Weise nicht zu behelffen / V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. XXXIII.

Non deveniendum eſt ad ſubhaſtationem, ſi Creditor bona certo pretio æſtimata in ſolutum accipiat, vel ex eorundem Uſufructu ſatisfactionem quærat.

1 NOn ſufficit, fieri executionem in bona debitoris, ac Creditores in poſſeſſionem realiter immitti, ſi non etiam bona diſtrahantur, atqve ex pretio inde redacto debita exſolvantur, ut latè tra-
2 ctat Matth. Col. *de proceß. execut. part. 3. c. 9.* † non tamen ad diſtractionem eſt deveniendum, ſi
3 aliâ ratione Creditoribus ſatisfieri qveat: † Nempè, ſi partes de valore & æſtimatione rerum conveniant, easqve Creditores in ſolutum accipiant, per text. *in l. ult. verſ. ea obſervantes, de qvibus inter debitorem & Creditorem conventum eſt. C. de jur. domin. impetr.* Gloſſ. *in l. 15. §. ſi pignora. 3. ff. de re judic. verb. addicantur*, Matth. Coler. *dict. cap. 9.*
4 *n. 55.* †Sive ergò mobilia ſive immobilia veniant diſtrahenda, tentandum prius, an Creditores pro certo atqve convento pretio, ea in ſolutum velint
5 acceptare, † prout de mobilibus expreſsè ſancit Illuſtriſſimus Saxon. Elect. in Ordin. proc. judic. *tit.*
6 *39. §.* Und wann alſo zum Fahrnüs/ꝛc. † Qvin &, ſi de pretio partes convenire neqveant, aut Creditores bona debitoris in ſolutum accipere nolint, nec tum ſtatim ad diſtractionem properandum erit, ſed alius ſatisfactionis modus Creditoribus propo-
7 nendus, † ut nempe rebus pro executione captis tamdiu utantur fruantur, donec fructus percepti ſorti atqve uſuris reſpondeant. Gloſſ. *in dict. l. à Divo Pio 15. §. ſi pignora. 3. ff. de re judic. verb. ad-*
8 *dic.* Matt. Col. *dict. cap. 9. n. 77.* † Ac licet modus hic ſatisfactionis rarò ſit acceptus Creditoribus, propter particularem ſolutionem, qvæ multa ſecum affert incommoda *l. planè. 3. ff. famul. erciſc. l. cum hi. 8. §. 9. verſ. aut ſi cauſa aliqva urgeat. ff.*
9 *de tranſact.* † Tentandus tamen omnino eſt, antequam ad diſtractionem deveniatur, Col. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Sigismundi Schlageinhauffens zu Leipzig/ Menſe Jan. An. 1583.
Et in cauſa Pauli Tannens zu Leipzig/ M. Febr An. 1587.

DEFINIT. XXXIV.

Subhaſtari qvoq; debent res mobiles, ſi Creditor eas à judice taxatas in ſolutum acceptare nolit.

1 LIberum itaqve eſt Creditoribus, an bona debitoris certo pretio æſtimata in ſolutum acceptare, an verò iisdem tamdiu uti frui velint, donec fructus percepti ſorti & uſuris reſponderint, atqve ita plenariè iis ſatisfactum fuerit, Defin. *præced.*
2 † Ad neutrum tamen inviti poterunt cogi, ſed deveniendum tunc erit ad diſtractionem, ita ut bona ſubhaſtentur, & plus offerenti tradantur, Gloſſ. *in l. à Divo Pio. 15. §. ſi pignora. 3. ff. de re judic. verb. addicantur. verſ. tertiò qvia poteſt. & ibi* Bartol. *n. 3.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3.*
3 *c. 9. n. 78.* † Neqve diverſa hic eſt ratio rerum mobilium: Qvantumvis enim haſce à judice taxatas, Creditores ut plurimum in ſolutum acce-
4 ptent, † attamen ſi vel per taxationem immoderatam gravatos ſe exiſtiment, vel pecuniam paratam habere malint, qvin & tùm mobilia publicè ſubhaſtanda & plus offerenti ſint tradenda, dubium non eſt, † ne ſcilicet Creditores unqvam ad acce- 5
ptationem in ſolutum cogantur, Modeſt. Piſt. *part. 1. qvæſt. 12.* Job. Kopp. *deciſ. 55. n. 17. & deciſ. 44. n. 15.* Reinhard Roſa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic n. 19.* † Qvòd & diſertè approbavit Sereniſſimus Sa- 6
xo in Ordin. proceſſ. judic. *tit. 39. §.* Und wann alſo zum Fahrnüs. *verſ.* Da er aber ſolches zu thun. † Neqve tunc Creditores prorſus excluſi e- 7
runt, ſed factâ ſubhaſtatione ad licitationem admittendi, iisqve ſi alius emptor pingvius pretium non offerat, res adjudicandæ, ex diſpoſitione Electorali in *dict. tit. 39.* §. Findet ſich aber. † in tantum, ut 8
hoc caſu debitori jus redimendi prorſus non competat, qvippe de qvo in ſanctione Electorali hoc caſu ne verbulum habetur, ut benè docet Matth. Berlich. *p. 1. concl. 81. n. 97.*

Ita Domini in cauſa Gertraudten viduæ Nicolai Dorohesen zu Kreipa/ M Mart. An. 1595. [Verba ſent. Ob auch gleich ſonſten nichts als etliche reyſige Pferde/ darzu euch verholffen werden könte/ vorhanden ſeyn: So möget ihr doch dieſelbige an euer Bezahlung anzunehmen/ und das übrige Geld/ was ſie mehr werth ſeyn/ heraus zu geben nicht gedrungen werden/ ſondern es werden dieſelbige auf vorhergehende Hülffe/ zu Erlangung eurer Bezahlung/ von den Gerichten öffentlich ſubhaſtiret und verkaufft/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXV.

Poſt factam ſubhaſtationem, cum judice contrahit licitator de bonis debitoris, & qvæ ſit ſubhaſtationis cauſa.

SEculo hodierno, qvo partim ex temporis injuriâ, partim luxu immoderato crebriora ſunt fallimenta, & homines ad inopiam ſæpè vergunt, vix 1
in ſubſelliis & tribunalibus freqventiores audiuntur lites, qvàm de executionibus & diſtractionibus pignorum. † Et qvot lites, tot ferè difficultates 2
exiſtunt circa ſubhaſtationem, qvæ licet de jure qvoqve communi diſtractionem pignorum judicialium pariter atqve conventionalium præcedere debeat, *l. ordo 3. verſ. ſi itaq; præſid. C. de exec. rei jud. l. 2. l. 3. l. ſi qvis 6. C. de fid. & jur. haſt. fiſc. lib. 10. l. ſi qvos 16. C. de reſcind. vend. l. ult. §. ult. C. de jur. domin. impetr. l. eleganter. 24. ff. de pign. act.* Chil. König. *in proceſs. c. 103.* Damhoud. *in pract. de ſubhaſt. cap. 3. in pr. & n. 34.* Jac. Cujac. *in parat. C. de jur. dom. impetr.* † De jure tamen 3
Saxonico, non parum immutata reperitur, ut demonſtrat multis Andr. Rauchb. *part. 1. qvæſt. 46. per tot.* † Sed utroqve in foro, ſummè neceſſaria eſt 4
ſubhaſtatio, debitori æqvè ac Creditori, † illi qvidem, ne ex taxatione viliori lædatur, Anton. Fab. *in* 5
Codic. lib. 8. tit. 16. Defin. 3. n. 7. huic verò, † ut eò fa- 6
cilius res pignori capta diſtrahatur emptorqve inveniatur, Matth. Col. *de proceß. execut. part. 3. c. 9. n. 107. & 108.* Sed qvid ſi de valore ac pretio convenire neqveant partes? † Illud certè juſtum æſtimabi- 7
tur, qvod qvivis extraneus fuerit licitatus, Gloſſ. *in l. à Divo Pio. 15. §. ſi pignora 3. verb. addicantur. verſ. tertiò poteſt emere. ff. de re jud.* Salycet. *in l. ordo. 3. n. 2. verſ. qværo primò. C. de exec. rei jud.* Col. *dict. c 9. n. 108.* † Taceo fraudes circa diſtra- 8
ctionem pignorum ut plurimùm occurrentes, qvibus vix alio remedio qvam per ſubhaſtationis ſolennitatem potuit obviari, Damhoud. *dict. c. 5. n. 11.*
† Nempe, qvia factâ ſubhaſtatione, cum judice 9

magis qvam cum ipso debitore contrahitur,& qvicqvid post subhastationem agitur, judicialiter fieri censetur, † cessat verò præsumptio fraudis & doli in judicio, *arg. l.3.§.1.ff. quod met. caus. l. vir bonus.18.ff. judic. solv. l.137. §. cum ita 2.ff. de V. O.*

Ita Domini in causa Johannis Sangerhausens zu Döltzsch/M.Sept. An.1635. [Verba sent. Ist ein Haus daselbsten wegen verhandener Schulden sub hastâ verkaufft worden/ und nachdem Käuffer in Abfall seiner Nahrung kommen/ hat solches Haus gleichfalls sub hastâ wiederum ausgeboten werden müssen. Worauf sich ein licitator angegeben/ ein gewiß Gebot darauf gethan/das Kaufgeld deponiret/ und also mit der Obrigkeit contrahiret/rc.)

Definit. XXXVI.

Creditor absq; prævia subhastatione, bona debitoris judicialiter taxata accipiens in solutum, tutus non est, qvo minùs ea restituere & Creditoribus reliqvis sive debitori, de fructibus perceptis, rationem reddere teneatur.

1 NOn ego eqvidem, Creditori bona pignori capta ante subhastationem in solutum tradi posse, qvin nec ad subhastationem deveniendum erit, si Creditor bona debitoris in solutum acceptare velit, ut dixi, *Supr.* Defin.*33.* † Sed hoc ita, si debitor consentiat, nec alii adsint Creditores, qvibus per datationem in solutum præjudicari possit, *veluti pronunciatum* an Philippen von Lindenau/ *Mens. Jan. Anno 1636.* † Cæteroqvin, si debitor, præsertim qvando est pupillus aliave persona favorabilis, talisve qvæ sibimetipsi non semper de meeliori prospicere censetur, haud consentiat, aliiqve Creditores æqvè satisfactionem petant, † nihil efficiet judex, uni vel alteri Creditori bona debitoris judicialiter qvantumvis taxata in solutum dando, si non præcesserit subhastationis solennitas, *l. in civile. 4. C. de bon. autor. judic. poss.* Matt. Coler. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. n. 107.* † Nempe qvia hæc præcisè necessaria est, inducta nimirum in favorem non minus debitoris ipsius, qvàm omnium Creditorum, Defin. *præced.* † qvi si per omissionem subhastationis se gravatos existiment, totum venditionis vel in solutum dationis actum invertere, ac restitutionem bonorum unà cum fructibus perceptis petere poterunt, Bald. *consil. 184. n. 1. lib. 2.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 81. n. 150.* Joh. Baptist. Asin. *in tract. de execut. §. 4. cap. 80, n. 1. & seq. & §. 6. cap. 1. n. 15.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. qvæst. cent. 2. cas. 129.* † Semper enim observandum, ut qvæ à statuto forma præscripta est, ab ea ne latum qvidem ungvem recedatur, Felin. *in cap. qvoniam frequenter. 5. extra. Ut lit. non contest.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 16. Def. 3. n. 3.* † Adeoqve, si in formâ minimum fuerit peccatum, nec possessio, nec dominium in emptorem transfertur, deficiente nempe titulo, *l. nullo. 24. C. de R. V.* † Neqve enim titulus est, qvi factus fuit contra leges & formam statuti, *l. qvemadmodum. 7. C. de agricol. & censit. lib. 11.* Anton. Fab. *dict. tit. 16. Def. 4. n. 2.*

Ita Domini in causa M. Sebastiani Leonhards zu Arnstadt/ Mens. April. Anno 1606. [Verba sent. Ob nun gleich der Amtschösser des Schuldeners Mühle gerichtlichen taxiren lassen/und dieselbe dem Creditori Zieglern vor und um 2000. fl. baares Geldes eingeräumet/ dieweil aber dennoch zuvor/vermöge Churf. Sächs. Constitution mit der subhastation nicht verfahren worden/rc. So haben sich auch Zieglers Erben des Eigenthums der Mühle nicht anzumassen/ sondern syn des debitoris Erben von der eingenommenen Nutzung Rechnung zu thun/ und wann sie ihres Rests vollkömmlich bezahlet/ihnen die Mühle wiederum abzutreten und einzuräumen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXXVII.

Non valet venditio sub hastâ, si taxatio præcesserit subhastationem, vel si non per tres qvaterdenas subhastatio facta fuerit.

NEutiqvam ergò omitti potest subhastatio in distractione pignorum, *h.* Const. *32. in pr. vers.* So soll der Richter. Ordin. proc. judic. Elect. Saxon. *tit. 39. §.* So soll man diese Ordnung halten. Defin. *præc.* † At nec subhastationis ordo inverti debet, qvi in eo potissimum consistit, ut in foro Saxonico bona pro executione capta primò, absqve ullâ æstimatione subhastentur, & qvidem post elapsam unam qvaterdenam à factâ immissione. *Resol. Grav. de Anno 1661. Tit.* von Justitien-Sachen. §. Wenn es nun zum höchsten. Vel secundò, præcedente Creditoris licitatione venalia exponantur: Vel tertiò, judicialiter taxentur, & ita taxata publicè proclamentur, *dict.* Ord. proc. jud. *tit. 39. §.* und weil vermöge. *junct. §. seq.* So soll man diese Ordnung. † Errant itaqve judices, nec qvicqvam efficaciter agunt in foro Saxonico à taxatione incipiendo, bonaqve judicialiter taxata proclamari faciendo; Andr. Rauchb. *part. 1. q. 46. n. 3.* † Fit namqve inde, ut aut debitor ex viliori taxatione lædatur, vel Creditor ob taxationem immensam pignus pro tantâ qvantitate æstimatum in solutum accipere recuset, ex qvo alii deterrentur emptores, qvo minus ad licitationem accedant, † adeò, ut per hanc viam tam debitori, qvàm Creditori noceatur, qvibus tamen jura per subhastationem succurrere voluerunt, *Supr.* Defin. 35. Matth. Col. *de proceß. exec. part. 3. c. 9. n. 107.* † Sed hoc ita, nisi in judiciis alium subhastationis ordinem introduxerit consvetudo, qvæ ubivis attendi debet, *l. qvod si nolit. 31. §. qvia assidua 20. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de fidejussor.* † Nec minor temporis, qvàm ordinis, in subhastatione haberi debet ratio, nempe ut in foro Saxonico fiat per tres qvaterdenas, von 14. Tagen zu 14. Tagen dreymal/ *hac* Const. 32. §. Findet sich aber. *vers.* Nach Verlauffung dreyer 14. Tage. Ord. Torg. *de An. 1583. sub tit.* Von Feylbieten/ *subhastation. §.* Dieweil aber auch. *vers.* Drey 14. Tage nach einander öffentlich verkündiget werden. Ordin. proceß. judic. *dict. tit. 39. §.* So soll man. Landr. *lib. 1. art. 70. §.* thut er das nicht. Dan. Moll. *hic. n. 3.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. n. 89.* Andr. Rauchb. *part. 1. qv. 46. n. 15.* † Qvod tempus præcisè observari debet, in tantum, ut eo neglecto, venditio sub hastâ irrita habeatur. † Secus atqve de jure Civili, qvo subhastationis tempora sunt arbitraria, *l. si tempora. 4. C. de fid. & jur. hast. fisc. lib. 10. l. 1. C. de vend. reb. civit. lib. 11.* Rauchb. & Col. *dict. loc.* Matth. Berlich. *part. 1. concluf. 81. n. 161.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. qvæst. lib. 2. cent. 2. cas. 129. n. 2.*

Ita Domini in causa Jacob Löbigens contra Georg. Kühneln zu Mutzschen/ Mens. Jun. Anno. 1632. [Verba sent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß in solchem der Gläubiger Kauff richtig verfahren/ und den interessirenden Unmündigen zum besten/das Gut ohne vorgehende Gerichtliche Taxation öffent-

öffentlich subhastiret / und von 14. Tagen zu 14. Tagen dreymal feyl geboten worden / und gleichwol ein mehrers würdig ist / indem voriger Käuffer Jacob Löwig allbereit 500. fl. darauf geboten / ꝛc. So hat sich auch Georg Kühnel / der beschehenen Belehnung ungeacht / angeregtes Guts eigenthümlichen noch zur Zeit nicht anzumassen / sondern es wird dasselbige den Unmündigen und sämtlichen Gläubigern zum besten öffentlich ohne taxation gebührlichen subhastiret / und demjenigen / so das meiste dafür gibt / billich zugeschlagen / V. R. W.)

Et in causa Tobiæ Pezolds zu Plauen / M. April. An. 1635. [Verba sent. Dieweil mit subhastation des Guts allerdings nicht richtig verfahren / ꝛc. So mag auch nunmehr Tobiæ Pezolds Erbin das Gut um die gesatzte Kauff-Summa anzunehmen nicht gedrungen werden / V. R. W.)

Definit. XXXVIII.

Factâ subhastatione, qvilibet suo nomine licitari potest, etiam pro tertio, à qvo mandatum licitandi habet, insciis licet judice ac Creditoribus.

1 Fieri debet subhastatio vel præconizatio in loco publico sive in foro, tempore mercatûs. per præconem publicum, durch den Frohnboten / *h.* Const. 32. *in pr. verf.* und auf dem Marckte durch den Fronboten / feil bieten und *subhastiren* lassen. Ordin. proc. judic. Elect. Saxon. *tit. 39. §.* So soll man. Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 10. n. 210.* † Ergò non diebus dominicis & feriatis, in qvibus mercatus consveti per hebdomadam singulam non habentur. *l. ult. §. 1. verb. præconis horrida vox silescat. C. de feriis. ubi* Goth, *lit. H.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. n 91.*
3 Damhoud. *de subhast. cap. 3. n. 6.* † Nisi forsan in villis & pagis aliud sit usu introductum, Coler. *dict. cap. 9. n. 101.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 81. n. 159.*
4 †Sed num etiam in tribus distinctis diversorum dominorum territoriis subhastatio erit facienda? Plerisqve eqvidem in locis id observari solet, sed nulla ratio hanc necessitatem inducit, nec jura eam ullibi
5 reqvirunt. † Qvidni ergò subsisteret subhastatio in uno solummodo pago vel oppido publicè facta? Erubescimus enim sine lege loqvi, nec in practica habetur, qvod lege non cavetur, *l. dissentientis. 5. C. de repud.* Bald. *in cap. nihil. 44. num. 25. extr. de elect. & elect. potest.* Jason. *in l. illam. 19. n. 8. C. de*
6 *collat.* † Planè, qvin factâ subhastatione, etiam pro tertio qvis possit licitari, suo tamen nomine, clanculum licet, & insciis Creditoribus atqve judice, non multum dubitaverim, qvantumvis sciam ejusmodi licitationem ex capite falsi commissi fuisse
7 oppugnatam, sed absqve effectu. † Nec enim debitoris nec Creditorum vel judicis interest, qvisnam
8 fuerit licitatus, cum id omnibus licuerit. † Et qvid si licitator jus suum alteri cesserit, qvod certè facere nullibi prohibetur.

Ita Domini in causa Hansen Cunrads zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1632. [Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet / daß ihr euer Recht noch zur Zeit nicht erstanden / und die Wittib sich angeben / und 200. fl. mehr als ihr geboten / ꝛc. So wird sie damit billich zugelassen / und mag dannenhero / daß auf ihr Ansuchen die subhastation ergangen / wann sie auch gleich einem andern / der sie hierzu vermocht / zum besten licitiren thäte / mit Bestande nicht abgewiesen werde / V. R. W.)

Definit. XXXIX.

Licitatori majus pretium offerenti bona subhastata sunt adjudicanda, nisi in secunda, tertia, vel qvarta subhastatione, durantibus adhuc tribus qvaterdenis, ab alio plus licitante is superetur.

PRocul dubio licitatori majus pretium offeren- 1
ti bona subhastata à judice tradenda & adjudicanda erunt, *h.* Const. 32. §. Giebt sich dann. *in fin.* Und das verholffene Gut deme / so am meisten dafür geben will / gelassen werden. Ordin. proceß. jud. Elect. Saxon. *tit. 36. §.* So soll man dann. *verf.* und das verholffene Gut deme / so am meisten dafür geben will / hinterlassen. Sed hoc ita, 2
† nisi alius adhuc majus offerat pretium, primumqve superet licitatorem. Etenim si licitator qvispiam certum denominet pretium, non statim ei res subhastatæ pro pretio illo adjudicantur, sed denuo ac secundâ vice per tres qvaterdenas proclamantur, † ubi si alius reperiatur, qvi majus offerat pretium, 3
is certè priorem vincit, *h.* Const. *32. dict. §.* Giebt sich dann / *& dict. tit. 39. §.* So soll man diese Ordnung. Dan. Moller. *hic n. 3.* Matth. Col. *de proc. execut. p. 3. c. 9. n. 105. & n. 108.* † At num poste- 4
qvoqve tertiâ vice cum pretio à secundo licitatore oblato bona erunt denuo subhastanda? Negat hoc Matth. Berl. *part. 1. concl. 81. n. 171.* † propter ver- 5
ba illustrissimi Saxonis, qvibus post subhastationem secundam, res plus offerenti tradi jubet, *h.* Const. *32. & dict. tit. 39. verf.* Soll das Gut wiederum ausgeruffen / und deme / so am meisten davor geben will / hingelassen werden. † Sed nimirum Illustris- 6
simus Constituens non restrictivè loqvitur, nec tertiam & qvartam subhastationem excludit, verùm exempli tautummodò gratiâ secundam subhastationem determinat, ac secundo licitatori rem subhastatam vult adjudicari, scilicet si ab alio in tertiâ vel qvartâ subhastatione non superetur. † Pro- 7
prius namqve subhastationis finis in eo consistit, ut res tali pretio æstimetur, qvod qvilibet pluris unqvam offert, & in qvo à nemine superatur, *Supr.* Defin. 35. Matth. Col. *de proceß. execut. p. 3. c. 9. n. 108.* † At, secundum licitatorem à nemine superari, 8
verè asseri neqvit, priusqvam denuo & tertiâ vice cum aucto pretio res fuerit subhastata, ut in aperto est. † Qvin & si aliter diceretur, res damno debito- 9
ris vel propterea cederet, qvod ipsius maximoperè interest, qvàm plurimos ad emptionem invitari, nec ullo modo à licitandi facultate & voluntate deterreri, ut tanto pluris pignus distrahatur, Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 16. Defin. 3. n. 7.*

Ita Domini in causa D. Pauli Wagners zu Leipzig / Mens. Jun. An. 1632. [Verba sent. Und als ihr auf solches Gut 5000. fl. geboten / und das Gut mit solchem Gebot wiederum zu dreyen unterschiedlichen malen von 14. Tagen zu 14. Tagen ausgeruffen worden / hat sich Andreas Cramer angegeben / und ein mehrers licitiret / inmassen es dann solcher Gestalt ferner zu dreyen malen subhastiret worden; Ehe und zuvor aber die letzten 14. Tage zu Ende gelauffen / habt ihr / als der erste emptor, zu gleichmässiger Hauptsumma und Angelde euch erkläret. Ob ihr nun wol hiedurch euer Recht erstandē zu habē vermeinet / dieweil aber deñoch Ursula / Thomä Bauers Ehewerb / an stat ihres Sohns / den letztē Tag der subhastation-Zeit / und ehe ū. zuvor dieselbe vollständig verflossen / das Kaufgeld noch ferner erhöhet ꝛc. So wird sie damit zugelassen / und angeregtes Gut auf selbige

bige Masse/und mit den erhöheten Angelden noch einsten und zum vierdten male ausgerussen/und so denn alsdenn erst/ wann sich binnen gehöriger subhastation-Zeit niemand angiebet/ so ein mehrers darauf licitiret/ ihr billich zugeschlagen/ ꝛc.)

In causa Sebastian Ottens zu Leipzig/ Mens. Jul. An. 1632.

In causa Johannis Beckers zu Leipzig/Mens. Novembr. Anno 1612.

In causa der Eichhornischen Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Dec. Anno 1635.

Definit. XL.

Ultimâ quoque die, durante adhuc subhastationis tempore, licitator majus offerens pretium admittitur.

NOn statim ergò licitatori res subhastatæ traduntur, sed tum demum, si intra tempus subhastationis, quod est trium quaterdenarum, nemo reperiatur qui majus offerat pretium, adeoque primus ille licitator ex subhastatione jus perfectum acquisiverit, wann er sein *licitation*-Recht erstanden/*hâc* Const. 32. §. Giebt sich dann. Ord. proces. 2 judic. Elect. Saxon. *tit. 39. §.* So soll man. † Videtur autem primus licitator jus perfectum acquisivisse, si durante tempore subhastationis, majus pre- 2 tium à nemine fuerit oblatum. † Effluxo siquidem hoc tempore, licitatio ulterior non admittitur, nec audiendus, qui majus pretium offerre velit.

Veluti pronunciavimus Sebastiano Otten zu Leipzig/M. Jul. An. 1632. [Verba sent. Ob wol die Frischmannische Wittib 4000. fl. und also das allermeiste auf obgedachtes Haus geboten. Dieweil aber solches allererst den 26. Jun. und also nach verflossener subhastation-Zeit/ihr euer Licitation-Recht allbereit erlanget gehabt/geschehen/ ꝛc. So mag sie auch nunmehr mit solchem ihrem Gebot ferner nicht zugelassen werden/ V. R. W.)

At quid si ultimâ die subhastationis sive tertiæ quaterdenæ, aliquis pretium majus licitari velit? † Non 4 certè tempus subhastationis effluxit, durante adhuc die ultimâ, quia hoc tempus de momento in momentum currit, non minus atque in decendio appellationis, propter verba in sanctione Electorali 5 expressa, von 14. Tagen zu 14. Tagen. † Quorum verborum hunc esse sensum, ut de momento in momentum tempus currat, tradit Andr. Rauchb. 6 *part. 1. qu. 3. num. 17.* † Cui consequens, licitatorem omnino audiendum, licet ultimâ saltem die, ceu durante adhuc tempore subhastationis, se offerat.

Ita Domini in eadem causa D. Pauli Wagners zu Leipzig/ M. Jun. An. 1632. [Verba sent. Dieweil aber dennoch Ursula Bauers an statt ihres Sohns am 23. dieses Monats/ und also den letzten Tag der subhastation-Zeit/und ehe und zuvor dieselbe vollständig verflossen/ das Kauff-Geld erhöhet/ und also ferner licitiret/ ꝛc. So wird sie auch damit nochmals zugelassen.

It. in causa der Eichhornischen Gläubiger zu Leipzig/ M. Dec. An. 1635. [Verba sentent. Und demnach Curator wegen seiner Pflegefrauen/noch vor Verfliessung der subhastation-Frist/ wiewol in der letzten Stunde/ die auf das streitige Haus gesatzte Kauffsumma mit 1000. fl. erhöhet/ so wird vor allen Dingen solches Haus mit dem erhöheten pretio nochmals gebührlichen billich subhastiret und feyl geboten/ V. R. W.)

Definit. XLI.

In Licitatione præsens pecunia præfertur pretio distinctis terminis exsolvendo, nisi hoc, interusurio deducto, illam in quantitate superet.

ETsi de jure Civili res pro executione pignori capta & subhastata præsenti pecuniâ tantummodò um baar Geld / non etiam distinctis terminis exsolvendâ auf Tagzeiten distrahatur, *l. à Divo Pio. 15. §. sed si emptor 7. vers. oportet enim ff. de re judicat.* Damhoud. *in tract. de subhast. c. 5. n. 3.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. n. 49.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 46. n. 4.* † Attamen, 2 quin in foro Saxonico, etiam sub pecuniâ distinctis terminis solvendâ, bona sub hastâ vendi queant, dubium non est, per text. *in hâc* Const. 32. §. Findet sich aber. *vers.* um baar Geld / und auf Tagzeit. *ubi* Dan. Moller. *num. 3. & 11.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 46. n. 6.* Hartm. Pist. *observat. 77. num. 3.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 142. n. 13.* † nisi concurrant plures emptores, quo- 3 rum unus pecuniam præsentem, alter verò distinctis terminis exsolvendam offerat. Quo casu prior paratam pecuniam exsolvens, alteri præfertur, quantumvis minus pretium licitetur. Joh. Baptist. Asin. *in tract. de execut. §. 6. c. 4. n. 2.* Nempe quia non tantùm quantitate, sed & die minus solvitur, *l. solidum. 85. ff. de solut. l. minus. 32. ff. de V. S.* Et quis nescit, particularem solutionem (auf Tagezeiten) multa secum trahere incommoda. *l. planè. 3. in pr. ff. fam. ercisc. l. qui pignori. 19. ff. de pignor.* Joh. Zang. *de except. part. 3. c. 2. n. 10. & seqq.* † Sed 4 hoc ita, si de præsenti pecunia omnibus Creditoribus satisfieri queat. † Cæteroquin, si omnes de 5 pecuniâ paratâ Credita sua accipere non possint, haud certè hypothecariis, & prioribus creditoribus ita favendum est, ut posterioribus & Chirographariis noceatur, *arg. Novell. 39. cap. 1. circa fin. in pr.* Non enim subhastatio in unius vel alterius Creditoris, sed omnium Creditorum favorem est inducta. † Cur non ergò favor omnium unius vel al- 6 terius utilitati præferendus esset; perinde ut commodum publicum utilitati privatorum. *l. un. §. hæc autem. 14. C. de caduc. tollend. l. jubemus. 10. C. de SS. Eccl. l. 43. ff. de relig. & sumpt. funer.* † maximè, quia 7 Prætor id semper agit, ut Creditoribus omnibus ex æquo consulatur, *l. juris gentium 7. §. hodiè. 19. ff. de pact.* † Scilicet, quod major pars pro debiti 8 quantitate æstimetur, *l. majorem. 8. ff. de pact.* † Meritò itaque hoc casu qui plus solutione in certos terminos dilatâ offert, præferendus erit, Matth. Col. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. n. 93. sub fin.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 81. n. 184.* † Nolo ta- 10 men hoc aliter intelligi, quàm si pretium distinctis terminis exsolvendum, post interusurium deductum, superet pecuniam præsentem. † Aliàs sanè 11 pro pretio majore reverà haberi haud poterit, juxta tradita Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 97. num. 8. & 9.*

Ita Domini in causa Hansen Pragers zu Freyberg/ Mens. Jun. Anno 1634. [Verba sent. Und es hat der eine prioritätische Gläubiger Nicolaus Horn 400. fl. in Jahr und Tag zu bezahlen geboten/ womit aber die Chirographarii nicht befriediget werden können / und also ihre Foderung entrathen müssen. Ob ihr nun wol ein mehrers und 1800. fl. als 400. fl. zum Angelde/und jährlichen 40. oder 50. fl. Tagezeiten dafür zu geben gemeinet seyd; Dieweil aber dennoch die 1400. fl. baar Geld/die 1800. fl. Tagzeiten/weit übertroffen/ ꝛc. So wird auch Nicol Horn vor euch zum Kauffer billich zugelassen/ V. R. W.)

Et in causa der Pintzbachischen Gläubiger zu Leipzig/ M. Febr. Anno 1636. [Verba sent. So wird N. N. auf

Das

das Haus und Garten zugleich gethanes Gebot/weil es ein höher Angeld in sich hat/und die andere beyde Gebot nach Abzug des interusurii medii temporis dem gezogenen calculo nach/weit übertrifft/den andern zweyen Licitanten billich vorgezogen wird/V.R.W.)

DEFINIT. XLII.

Primus licitator offerendo augmentum pretii à sequentibus licitatoribus oblati, tempore subhastationis nondum effluxo in emtione reliquis præfertur.

1 NOn admittitur primus licitator, si durante tempore subhastationis ab alio majus offeratur pretium, *h.* Const. 32. Gibt sich denn. *Supr.* Defin. 39. qvia non temporis sed quantitatis pretii potissimum habenda est ratio in pignorum distra-
2 ctione. † *An ergo nulla primi licitatoris erit prærogativa?* Est omninò: Poterit enim si velit, pretio suo tale augmentum addere, ut si non superet, adæquet tamen pecuniam à secundo & tertio oblatam. † Idque si fecerit, reliquis præferri debet, Jo-
3 doc. Damhoud. *de subhast. c. 5. n. 9.* Fab. de Mont.
4 *in tr. de empt. vendit. qu. 5. princip. n. 89.* † Nam si pluribus licitatoribus, æquè idoneis concurrentibus, & tantundem offerentibus, locus est gratificationi, Bald. *in l. ult. C. de testam. manu-*
5 *miss. n. 11.* Fab. de Mont. *dict. loc. n. 89.* † Quidni ratione prioritatis saltem, primo magis favendum,
6 & gratificandum esset? † Vel ex sola æquitate, pari pretio primus emptor superat alium licitantem,
7 Bald. *in L. si in emptione 35. ff. de minor.* † Videat tamen licitator, ne tempus subhastationis præterlabi patiatur; Hoc enim si effluxerit, audiendus non est,
8 etiamsi majus precium offerre velit, † acquisito scilicet pleno jure venditionis emptori, qui intra tempus subhastationis plus licitatus est, quod nullo pretii augmento, nec ulteriori licitatione ei auferri potest, *Supr.* Defin. 40.

Ita Domini in causâ Sebastian Ottens zu Leipzig/Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wol binnen solcher subhastation-Zeit kein fernerer licitator gefunden / noch ein mehrers darauff geboten/ dannenhero ietztgedachte Vormünder ihr Recht daran erstanden zu haben vermeinen; Dieweil aber dennoch allwegen / ehe und zuvor ein ander sein Licitation-Recht erstehet/und die subhastation-Zeit verflossen/dem ersten licitatori in den Kauff zu treten freystehet/auch derselbe dem andern Licitatorn vorgehet/welches Rechtens denn ihr als der allererste Licitator euch gebrauchet/und nach Verfliessung der subhastation-Zeit zu ebenmäßigen Kauffgelde euch anerboten/dabey es auch verblieben / und in gebührender subhastation-Zeit niemand etwas höhers licitiret, &c. So habt ihr auch euer Licitation-Recht dardurch erstanden/und wird euch demnach angeregtes Haus umb selbige Kauffsumma vor denen Vormündern billich adjudiciret und zugeschlagen/ V.R.W.)

Et in causa D. Paul Wagners zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Es ist aber euch / als dem ersten Licitatori in selbigen Kauff zu treten nochmals unbenommen/ und wenn ihr euch zu solchem Angelde vor Verfliessung der subhastation-Zeit gleichesfals erklären werdet/ wird euch vor allen andern / so nicht ein mehrers binnen gehöriger Subhastation-Zeit darauf licitiret, mehr besagtes Gut billich zugeschlagen/V.R.W.)

DEFINIT. XLIII.

Liberum est debitori & Creditoribus bona subhastata minus pretium offerenti vendere alteri subhastatione, jure perfectè nondum quæsito.

1 FRustra disputari, inquies, num debitor ac Creditores bona minus pretium offerenti vendere queant, si alius pretium pingvius licitetur, cùm vix quispiam præsumatur bona distrahere velle pro viliori pretio, qui majus lucrari posset? † Accidit ni-
2 hilominus, ut interdum res subhastata non ei, qui plus, sed qui minus offert, tradantur, vel ex singulari erga emptorem affectione, † Vel, quod minus
3 offerens sit persona magis honesta & ad solutionem pronior atque facilior: An ergo venditionem hanc invalidam judicabimus? † Non certè, quia per sub-
4 hastationem debitoris & Creditorum agitur negocium, qui si proprio commodo contravenire, & minori pretio contenti esse velint, quid obstabit, minus à subhastatione jam cœptâ eos desistere posse existimabimus? Bart. *in l. si tempora. 4. C. de fid. instr. & fid. hast. fisc. n. 4.* Damhoud *in tr. de subhast. c. 5. n. 11.* † Modò res adhuc sit integra; Nec enim
5 audiendi sunt Creditores contradicentes subhastationi, ex qva licitator majus pretium offerens perfectum jam sibi jus acquisiverit, † quia jus tertii sem-
6 per illæsum servari debet, *l. de unoquoque 47. ff. de re judic. l. 2. §. meritò. 10. & si qvis à Principe. 15. ff. ne quid in loco publico.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 16. Defin. 8. n. 4.*

Ita Domini in causâ Friderici Voigts zu Meissen/ M. Nov. An. 1601. (Verba sent. Und wiewol ihr auff solche Mühle/ als sie öffentlich subhastiret und feyl geboten worden/ 2500. fl. zur Kauffsumma gesetzt und licitiret, hat doch der Schuldener/ ehe und zuvor ihr euer Licitation-Recht erstanden/selbige Mühle einem andern umb 2400. fl. kauffslichen zugeschlagē. Ob nun wol solcher Kauff heimlicher weise/ohne euer Vorbewust und Einwilligung geschehen / da aber dennoch die Gläubiger damit zu frieden wären / und an obgesagtem Kauff-Gelde sich der Bezahlung erholen könten und wolten/rc. So wäret ihr solchen Kauff zu hinterziehen nicht befugt/V.R.W.)

Et in causa Georgii Reuters Wittib und Erben contra Balthasar Friederichen zu Leipzig/M. Jul. An. 1636.

DEFINIT. XLIV.

Facta licet subhastatione & subsecuta licitatione, liberum tamen est debitori, oblato Creditoribus debito, res subhastatas redimere & ad se recipere.

MInus verò dubium est, ipsummet debitorem post factam subhastationem ac licitationem subsecutam, pœnitere, ac pretio Creditoribus oblato rem subhastatam redimere & ad
2 se recipere posse: † Siquidem præconizatio fa-
3 vore debitorum introducta est, *supr.* Def. 35. † Quidni ergo iis medio tempore coram judice vel executore liceret denuò realiter offerre pecuniam debitam, & sic impedire pignoris venditionem *arg. l. 2. C. debit. vend. pig. imped. non poss. l. si rem 9. §. ult. ff. de pig. action.* Matth. Col. *de proc. ess. execut. part. 3. c. 9. n. 95.* Ant. Fab. *in C. lib. 8. tit. 16. Def. 5. in pr.* † Neque ex eo, quod in favorem et-
4 iam Creditorum subhastatio facta sit, *supr.* Def.
5 35. † aliud inferendum erit, cum parum intersit eorum, ab emptore an verò à debitore ipsis satisfiat. † Quin &, cum eo fine bona debitoris sub-
6 hastentur, ut ex pretio inde redacto debita exsolvantur, desistendum omninò erit à subhastatione, vel propterea quod aliunde Creditores debita consequantur, & sic causa subhastationis cesset, *c. cum cessante. 60. extr. de appellat. c. 13. extr. de pœnit. & remiss. c. etsi Christus. 26. extr. de jurejur.*

6 Andr. Tiraqvell. *in reg. ceſſante cauſ. n. 11.* † Sed nec hoc aliter accipi velim, qvàm re adhuc integrâ exiſtente, & jure venditionis licitatori nondum acqviſito. † Elapſo enim tempore ſubhaſtationis, non magis debitori, qvàm ulli alii licitatori plus offerenti, jus primi licitatoris turbare licet, *arg. l. 47. ff. de re jud.* Def. *præced. & ſupr.* Def. 40.

Ita Domini in cauſa der Schöſſleriſchen Wittwen Erben zu Eulenburg/M. Febr. An. 1632. (Verba ſent. Iſt nach Abſterben euer Mutter/derer hinterlaſſenes Haus öffentlich ſubhaſtiret und feyl geboten worden/ Ob nun wol Lucas Hertzog 3600. fl. darauff licitiret und geboten/da aber dennoch mit demſelbigen nichts beſtändiges geſchloſſen/ noch er ſein Licitation-Recht erſtanden hätte/darfür ſichs aus eurer Frage anſehen läſſet; So wäret ihr auch dem Subhaſtation-Proceß re adhuc integra zu renunciren, und berührtes euer Mütterliches Haus wieder anzunehmen wol befugt/ V. R. W.)

It. in cauſa Tobiä Schenckens zum Hayn / Menſ. Sept. Anno 1634.

Et in cauſa Hanſen Polmans zu Leipzig / Menſ. Oct. An. 1634.

Definitio. XLV.

Tempore ſubhaſtationis effluxo, non poteſt ulterius pœnitere licitator, nec licitationem revocare.

1 Sed qvid in caſu converſo, ſi licitator, durante adhuc ſubhaſtationis tempore, pœnitere ac licitationem revocare velit? Omninò id facere poterit reclamante licet debitore; Etenim ſi hic, nempe debitor, ſubhaſtationi contravenire, & pœni-
2 tere valet re adhuc integrâ, Defin. *præced.* † Cur non etiam id licitatori ſive emptori facere liceret,
3 ſaltem ex naturâ correlatorum, † qvorum eadem eſt ratio, *l. legem Juliam. 5. in pr. ubi* Bart. Jaſon. *& Dd. C. de indict. Viduit. tollend.* Nicol. Everh.
4 *in loc. à correlat. n. 3.* † Qvin & eo ipſo, qvod alius licitator majus obtulit pretium, primus licitationem ſuam revocaſſe cenſetur, adeoqve ſi ultimus aufugiat, vel inidoneus exiſtat, primus neutiqvam cogi poterit, ut eo pretio, qvod primò obtulit, res ſubhaſtatas ſibi emptas habeat, Dan. Moll. *hic n. 8. & ſeq.* Fab. de Mont. *de empt. vendit. qv. 5. n. 93.* Jodoc. Damhoud. *de ſubhaſt. cap. 4. n. 8.* Nicol.
5 Boër. *deciſ. 248.* † Aliud dicendum exiſtimaverim, ſi tempore ſubhaſtationis effluxo, licitator pœnitere
6 velit. † Non certè magis hic erit audiendus, qvàm venditor ſive debitor, qvi poſt tempus ſubhaſtationis effluxum, neutiqvam ſubhaſtationi contravenire
7 poteſt, Defin. *præced. n. 7.* † Nempe, re non amplius integrâ, ſed inter proclamantem ſeu vendentem,
8 & licitatorem, ſive emptorem firmâ exortâ obligatione, † qvæ invitâ alterâ parte revocari neqvit, Bart. *in l. Locatio. 9. ff. de publ. & vectig. n. 4.* Joh. Bapt. Aſin. *de exec. §. 9. c. 2. n. 1.* Fab. de Mont. *dict. qv.*
9 *5. n. 89.* † Remanet ergò licitator obligatus nec reſilire poteſt propterea, qvod ſecunda ſubhaſtatio ſubſecuta fuerit, *per l. qvoties 2. ſub fin. ff. de in diem addict.* Jodoc. Damhoud. *de ſubhaſt. cap. 5. n. 11.* Nicol. Boër. *dict. deciſ. 248. n. 3.*

Ita Domini in cauſâ Johannis Huſani zu Leipzig/Menſ. Jul. An. 1631. (Verba ſent. Qværitur à nobis Elector Saxon. Scabinis: Num emptor, qvi facta ſubhaſtatione alicujus prædii, certum licitatus eſt precium, tempore ſubhaſtationis effluxo, ab emptione recedere qveat? Qvod ut maximè Emptori licere, prima facie qvispiam arbitrari poſſet, propterea, qvod nemo juri ſuo renunciare prohibeatur. Attamen qvum accepta licitatione, & proceſſu ſubhaſtationis perfecto, Contractus emptionis-venditionis perfectè fuerit conſummatus, qvi utriq; contrahenti jus tribuit, invita parte altera, ab uno eorum irrevocabile; ideoq; Emptori à contractu hoc emptionis perfecto neutiqvam reſilire licere exiſtimamus, qvin & de jure ita reſpondendum judicamus, in cujus rei teſtimonium & fidem, Reſponſum hoc Scabinatus Sigillo muniendum ac ſignandum curavimus.

Item in cauſa Georgii Nötzels zu Rochsburg / Menſ. Sept. An. 1629. (Verba ſent. So werden obangeregter Unterthanen Güter den jenigen Perſonen/ ſo das meiſte darauff licitiret und geboten/ auch ihr Licitation-Recht erſtanden/ex officio billich kauffweiſe zugeſchlagen/ und ſie ſeynd davon wieder abzuſtehen nicht befugt/ V. R. W.)

Et in cauſa Annen Scharten / contra Hanſen George Scharten zu Freyburg / M. Jul. An. 1634.

Definit. XLVI.

Adjudicatio rei ſubhaſtatæ judicialis pleniſſimum tribuit dominium, & unà periculum in licitatorem transfert, vacuâ licet nondum exiſtente poſſeſſione.

1 Nemo forſan dubitaverit, qvin per adjudicationem rei ſubhaſtatæ judicialem, pleniſſimum transferatur dominium in licitatorem, juxta tradita Gloſſ. *in l. 1.* Landr. *art. 34. lit. a. & l. 3.* Landr. *art. 34. n. 7.* Dan. Moll. *ad Conſt. Elect. 23. & ibi* Reinh. Roſa. *n. 16. p. 2.* Mod. Piſtor. *vol. 1. conſ. 64. n. 3.* Petrus Heig. *part. 2. qv. 17. n. 18. & q. 18. n. 9.* Jac. Schult. *in addit. ad* Matt. Col. *part. 2. deciſ. 279.* † Et per conſeqvens periculum qvoq; rei, cum
2 res ſemper pereat ſuo domino. *l. pignus. 9. C. de pignor. act.* † ſed cum vacua nondum erat poſſeſſio
3 rei ſubhaſtatæ in caſu Dominis propoſito, hoc prætextu licitator damnum avertere contendebat, qvod nempe absqve poſſeſſione vacua dominium, adeoqve nec periculum in ſe transferri potuiſſet.
4 † Et hæc qvidem communis eſt *Dd.* opinio, absqve poſſeſſione ſcilicet vacuâ, Dominium nunqvam transferri, *l. 2. §. 1. ubi* Bart. *l. 3. §. 2. ff. de act. empt. l. 8. C. eod. tit. l. 78. §. 1. ff. de contr. empt. l. 12. C. de prob.* Matth. Weſ. *in parat. de contr. empt. n. 13.* Contius. *1. diſp. 8.* Joach. Mynſing. *cent. 1. obſ. 53.*
5 Jaſon. *in §. actionum. 28. n. 141. inſt. de action.* † ubi, ſi per poſſeſſionem corporalem detentionem intellexeris, nil verius videtur, qvàm qvod alio exiſtente rei alicujus detentore, dominium non trans-
6 feratur in tertium. † Cæteroqvin, cum Hugone Donello. *4. com. 19.* non abſurdè dixerim, poſſeſſionem civilem, qvæ in animo ſaltem conſiſtit, non impedire dominii translationem, vel ſaltem per text. *in l. ſi fundum. 16. ff. de fundo dotali*, qvem malè explicat Contius de fundo non in dotem tradito, ſed doti duntaxat deſtinato, ut multis diſputat & rationibus firmis demonſtrat Donell. *ibidem.*
7 † Et certè, ſine poſſeſſione dominium acqviri poſſe, expeditum, *l. 1. §. 6. ff. de acqvir. poſſeſſ.* qvidni ergo etiam absqve poſſeſſione vacuâ? † ſed poſito
8 reram omninò eſſe communem Interpp. opinionem, procul dubio tamen ea ad acqviſitionem dominii ex jure gentium erit reſtringenda: † Nam jure
9 civili ex qvibusdam cauſis ſine ullâ apprehenſione rerum, earum domini efficiuntur, veluti legatarius, &c. Non malè autem adjudicationem rei ſubhaſtatæ judicialem inter modos translationis dominii juris civilis retulerim, qvia adjudicatio illa in ſolo ſtatuto videtur fundata *h.* Conſt. 32. §. Giebt ſich dann.

Ita

Ita Domini in causâ Hansen Burckharts von Schönberg zu Rotschönberg/M. Majo An. 1633. (Verba sent. Ob nun wol die exmission noch zur Zeit nicht erfolget / noch die possessio vacua ist/ dieweil aber dennoch euer Schwester durch die einmahl geschehene gerichtliche adjudication der subhastirten Güter Eygenthumb und dominium erlanget/ꝛc. So ist sie auch den Schaden über sich gehen zu lassen schuldig/und mag derowegen an den licitirten Kauffgeldern nichts abgekürtzet werden/V.R.W.)

Definit. XLVII.

Termino subhastationis elapso, periculum rei subhastatæ pertinet ad licitatorem, adjudicatione licet nondum subsecuta.

1 Mirum certè non est, damnum rei subhastatæ post adjudicationem judicialem licitatoris esse tanqvam domini, *l. pignus. 9. C. de pignor. act.* 2 Defin. *præced.* † cum & ante factam adjudicationem damnum ad licitatorem pertineat, ex naturâ emptionis venditionis, qvæ periculum rei venditæ contractu perfecto, statim in emptorem transfert, 3 † etiamsi res nondum tradita, nec emptor dominus factus sit, §. *cum autem emptio. 3. Inst. de empt. vendit. l. id qvod post. 7. l. necessario. 8. l. si vendita 11. ff. de peric. & comm. rei vendit. l. 35. §. 4. ff. de contr. empt. l. 1. l. 4. l. 5. C. de per. & commod. rei* 4 *vendit.* † non ex solo juris rigore, ut putat Jacob. Cujac. *in tract. 8. ad African. in explicatione, l. si fundus. 33. ff. locat. & in parat. C. de peric. &* 5 *comm. rei vend.* † Sed ex ipsâ etiam æqvitate, qvia commodum ad emptorem spectat ante traditionem: Ergo & incommodum, ut argumentatur Imp. Justinianus *in dict. §. cum autem emptio. 3. Inst. de empt. vendit. l. secundum naturam. 10. ff.* 6 *de Reg. jur.* † Nimirum, perfectâ emptione, emptor statim jus habet dominii, qvandocunqve volet, nanciscendi, ut proinde haberi debeat, ac si jam esset dominus, cum non stet nisi per eum, *arg. l. is qui actionem. 15. & l. qui potest facere. 174. ff. de reg. jur.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 40. Defin.* 7 *8. n. 9.* † Hæc cum ita sint in venditione privatâ, qvidni etiam in venditione sub hastâ, qvæ effluxo subhastationis tempore, statim perfecta est, ex eoqve temporis momento jus plenissimum licitatori competit, *Supr.* Defin. 40.

Ita Domini in causa Hansen Reinikens Kinder zu Leipzig/M. Mart. An. 1632. (Verba sent. Und es hat sich begeben/ daß das subhastirte Haus ehe und zuvor es Töpffern adjudiciret worden/am 4. Sept. des abgewichenen 1631. Jahrs nebens andern Häusern mit verbrant. Da nun eurem Fürgeben nach/berührtes Haus mit den darauff gesetzten 700. fl. zu dreyen unterschiedenen malen ausgeruffen worden/ und sich kein fernerer Käuffer/so ein höhers geboten/angegeben/Jacob Töpffer auch nach verflossener subhastation-Zeit die adjudication durch seinen Verzug selbsten gehindert hätte/ꝛc. So wäre ihme der Schaden allein zugewachsen/und würde euch das versprochene Kauffgeld abzustatten billich angehalten/V. R. W.)

Definit. XLVIII.

Nisi debitor morâ suâ fecerit, qvo minus licitatori bona subhastata fuerint adjudicata.

1 Sed hoc ita, si debitor non retardaverit adjudicationem judicialem. Qvotiescunqve enim mora venditoris impedit traditionem, à periculo 2 rei venditæ emptor est immunis, † illudqve venditori accrescit, qvia per eum stetit, qvo minus traditio fieret, Joh. Schneidevv. *in §. cum autem emptio. 3. n. 5. ubi* & Joh. Harpp. *n. 8. Inst. de empt. vendit.* † cujus rei rationem profe- 6 ram *infra, p. 2.* Const. Elect, *26. Definit. 22.*

Ita Domini in causa Michael Findeysens & Consort. zu Eyderitzsch/ M. Dec. Anno 1631. (Verba sent. Ob nun wol die Käufferin das Gut anderer Gestalt nicht/als mit dieser ausdrücklichen Bedingung / wofern binnen gewöhnlicher Subhastation-Zeit / niemand ein mehrers dafür geben würde/angenommen/ehe und zuvor aber die Subhastation-Zeit verflossen/und die conditio sich ereignet/gedachter Kriegsschaden erfolget/welchen Inhalts der Rechte / der Verkauffer zu tragen schuldig. Dieweil aber dennoch solches allein von dem Totalschaden / und gäntzlichen Ruin des verkauffte stück Guts zu verstehen/die deterioration aber und Vergeringerung des Guts/ darunter gegenwärtiger Kriegsschade zu ziehen/auch in venditione conditionali von der tradition und adjudication des Guts / dem Käuffer zuwachsen thut/ꝛc. So ist auch mehrgedachte Wittib den Schaden für sich zu tragen / und weil binnen gebührender Subhastation-Zeit niemand ein mehrers licitiret; das Gut unib die einmahl gesetzte

gesetzte Kauffsumma der 2400 fl. zu behalten schuldig/und ihr möget sie des Kauffs wieder zu erlassen / wider euren Willen nicht gedrungen werden/V. R. W.)

Definit. L.

Licitator fundum subhastatum possidens à præstatione tributorum & collectarum se liberare nequit, ex eô, quod fundus sibi nondum sit judicialiter adjudicatus.

1 CUm licitator fundum subhastatum anteqvam sibi adjudicaretur possedisset, & tributa sive collectas magistratui exsolvisset, ad restitutionem earum adversus debitorem experiebatur contendens maximè, 2 † qvod dominium penes debitorem ante judicialem adjudicationem remansisset, cui propterea onus collectarum & tributorum incumberet. 3 † Sed cum negare haud poterat, commoda & fructus fundi ex possessione ad ipsum pervenisse, frustra agebat, nec placuit Dominis debitorem ad 4 restitutionem condemnare. † Nam juris indubitati est, onera tributorum & collectarum fisco exsolvendarum ipsis prædiis inhærere, in tantum, ut prædia per se & persona possidens ipsorum causa sit obligata, *l. Imperatores. 7. ff. de publ. & vectigal.* 5 † nempe, qvod possessor commoda & fructus percipiat, qvorum causa prædia istiusmodi oneribus subjecta censentur, *l. neq; stipendium. 13. in fin. ff. de impens. in res dotal. fact. l. fructus. 13. C. de act. empt.* 6 † Ex qvo fit, qvod etiam Usufructuarius, licet dominus prædii non sit, collectas tamen, aliaq; onera sive ordinariè, sive extraordinariè imposita subire debeat, *l. usufructu. 7. §. 2. vers. hactenus. l. si pendentes. 27. §. si qvid. 3. ff. de Usufruct.* Joh. Garz. *in tract. de expens. & meliorat. c. 11. n. 45. & seqq.* Jac. Cujac. *lib. 7. observ. 4.* Alvar. Valasc. *in tract. de jur. Emphyt. qv. 17.* Hart. Pistor. *part. 1. qv. 46. n. 33.* Joh. del Castillo *de Usufr. c. 56. n. 14.*

Ita Domini in causa Creditorum Joachim und Hansen der Arnste zu Leipzig / M. Nov. An. 1634. (Verba sent. So viel aber den rückständigen Schoß / Steuer und andere Contributiongelder anlanget/ weil dieselbe seither der Zeit als ietziger Käuffer Michael Stumme das Haus in Besitz und Gebrauch gehabt/allererst fällig worden / werden sie von ihme/ ungeacht die Adjudication nach Recht geschehen / nicht unbillich bezahlet und abgestattet/ꝛc.)

Definit. LI.

Facta subhastatione, Creditor ad licitationem admittendus est, sive reperiatur alius licitator sive non.

1 SI res pignori captæ ita simpliciter absqve taxatione & æstimatione subhastatæ nullum inveniant emptorem, de jure communi Creditori pro eâ qvantitate, qvæ ipsi debetur, addicuntur, *l. à Divo Pio. 15. §. si pignora. 3. ff. de re judic. l. ult. §. sin verò nemo. 2. & seq. C. de jur. dom. impetr.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 46. n. 18.* Matth. Col. *de proceff. execut. part. 3. c. 9. n. 114.* 2 † At observantia fori Saxonici aliud introduxit, non qvidem, ut statim ad taxationem sive æstimationem judicialem procedatur, *ex hâc* Const. 32. §. Findet sich aber. 3 † Qvæ paululum immutata est per Ord. Torg. *de Anno 1583. tit.* Von feylbieten/ *subhastation. &c.* 4 † Sed ut prius Creditor ad licitationem admittatur, eiq; pro pretio oblato, si factâ denuo subhastatione intra tres qvaterdenas pingvior emptor haud reperiatur, nec pretium à Creditore denominatum, veræ æstimationi prorsus sit inæqvale, pignus subhastatum adjudicetur, *dict.* Ord. Torg. *tit.* Von feylbieten/ *subhastation, &c. §.* Dieweil aber auch/ Ord. proc. jud. El. Sax. *tit. 39. §.* So soll man diese Ordnung. *vers.* da aber nach geschehener *subhastation.* Andr. Rauchb. *dict. qv. 46. n. 19.* † An ergo 5 Creditor ad licitationem non admittendus, si alius licitator se offerat? † Hoc velle videntur verba Illustrissimi Electoris *in dict.* Ord. Torg. *& proc. judic.* † Sed cum factâ subhastatione publicâ à licitatione 7 nemo excludatur, qvi majus pretium offert, eumq; in finem præconizatio inducta sit, ut multi emptores ad licitationem invitentur, atqve tanto pluris pignus distrahatur, † cur non statim Creditor qvo- 8 qve admitti debeat ad licitationē haud certè animadvertere possum, † Putaverim itaqve Illustrissi- 9 mum Electorem Creditoribus potius in casu deficientis licitatoris succurrere, qvàm eosdem in casu alterius licitatoris existentis excludere voluisse, † 10 qvod & jamdudum Scabinos sensisse, ab iisqve ut Creditores ab initio statim factæ subhastationis ad licitationem admitterentur, die 25. Martii Anno 1581. in pleno Senatu conclusum fuisse, ex libris Antecessorum nostrorum didici.

Ita Domini in causa Cornelii von Miltitzen/ Mens. Mart. Anno 1591.

Et in causa Hansen Burckharts von Schönberg / Mens. Majo Anno 1633.

Definit. LII.

Juri reluitionis qvod competit debitori adversus Creditorem licitantem, præscribitur anno civili in foro Saxonico.

SI autem alio licitatore non reperto, Creditor 1 ad licitationem admissus eiq; majus pretium offerenti pignus subhastatum adjudicatum fuerit, specialiter hoc casu indultum est debitori in foro Saxonico, ut intra annum ipsemet, si velit, pignus redimere, vel pingviorem emptorem offerre possit, Ord. Torg. *de Anno 1583. tit.* Von feylbieten/ *subhastation.* §. Damit auch der Schuldiger. Ordin. proc. judic. Elect. Saxon. *tit. 39.* §. Damit aber der Schuldener. D. Moll. *hic n. 17.* Andr. Rauchb. *part. 1. qv. 46. n. 20.* † At num de Anno civili qvi 2 constat ex trecentis sexaginta qvinqve diebus vel 52. Septimanis. *l. ita vulneratus 51. §. æstimatio autem. 2. ff. ad leg. Aqvil. l. 4. §. 5. ff. de stat. lib.* † an vero de anno Saxonicó, qvi est spacium unius añi, sex septimanarum, atqve trium dierum, *lib. 1 art. 38. & ibi* Glos. *n. 1.* Landr. Rauchb. *par. 2. q. 24. n. 34.* id accipiendum erit? † Posterius vi- 4 detur voluisse Matth. Berl. *dec. 115.* ubi adducit sententiam Facultatis Juridicæ Lipsiensis. Sed placuit Dominis contrarium, † existimantibus, solo 5 anno civili huic reluitionis juri in foro Saxonico præscribi, † qvorum sententia etiam in judicio 6 supremo appellationis Dresdensi, termino Trinit. Anno 1627. in causa Rohrs contra Maltitzen approbata est, † *Tùm* qvia Sanctio Electoralis in 7 Ord. Torgens. & proceff. judic. præcisè loqvitur de spacio anni (Innerhalb Jahrsfrist) haud factâ mentione ullius Septimanæ vel diei ulterioris. † *Tùm*, qvia jus reluitionis admodum 8 odiosum

odiosum censetur, per ea qvæ tradit Matth. Wesenb. *part. 3. consil. 129. n. 58.* At restringenda potius sunt odiosa qvàm extendenda, *cap. odia. 15. de reg. jur. in 6to.* † *Tum*, qvia spacio anni Saxonici adjici solent dies vel septimanæ, Jahr und Tage/ vel Jahr und sechs Wochen/ ut constat ex Landrecht *lib. 1. art. 38. in pr.* Lehenrecht *cap. 25. & 26.* Const. El. *25. & Const 50. part. 2.* † Qvod cum in casu præsenti haud factum reperiatur, non credendum, Saxonem Illustrissimum de anno Saxonico sensisse, qvem aliàs voculis illis consvetis facilimè exprimere potuisset, *Adde Decis. Novis. 11.*

Ita Domini in causa M. Christophori Lucii zu Leipzig / M. Oct. Anno 1597. (Verba sent. Daß die Wort im Churf. Sächsischen Ausschreiben sub tit. von feylbieten / subhastation und Verkauffung der verbolffenen Güter/ rc. Daß nemlichen dem Schuldiger/ wann dem Gläubiger auff seine vorgehende licitation das Guth zukommet/ frey stehen solle / dasselbe innerhalb Jahresfrist wieder an sich zu lösen/ von einem Jahre/ so 52. Wochen in sich hält/ zu verstehen sey/ V. R. W.)

Et in causa Ehrenreichs von Wildenhain auff Wildenstein/ M. Dec. Anno 1626. (Verba sent. Ob nun wol der Debitor vermeinet/ daß die im Churf. Sächs. Torgauischen Ausschreiben/ zur reluition des Guts auff solchen Fall gesetzte Jahresfrist vermöge der Sächsischen Rechte/ von einem gantzen Jahre/ und darüber 6. Wochen 3. Tagen verstanden werden müsse/ dannenhero er vor Verfliessung selbiger Zeit den Hinderstand vollends zu zahlen/ und das Gut wiederumb an sich zu lösen gemeinet. Dieweil aber dennoch obberührte Wort im Torgauischen Ausschreiben von einer blossen Jahresfrist ohne Anhang reden / und dannenhero strictè von einem Jahre/ so 52. Wochen in sich hält/ zu verstehen/ welche Zeit er aber nicht in acht genommen/ sondern allererst etliche Stunden nach verflossener Jahres frist sich eingestellet/ rc So hat er sich gestalten Sachen nach / an reluition versäumet/ und mag damit ferner nicht zugelassen werden/ sondern es verbleibet euch das Gut nunmehr eigenthümblichen billich/ V. R. W.)

Definit. LIII.

Non efficit Creditor bona sibi adjudicata intra annum alienando, qvò minus ea debitor à tertio possessore redimere qveat.

AT, inqvies, Creditor facilimo negotio facultatem reluendi bona debitori poterit adimere, alienando scilicet ea, qvamprimum in suam venerint 2 possessionem. † Nec enim credendum est, ex jure reluitionis actionem realem competere debitori, qvà adversus tertium possessorem experiri qveat, nec datur actio personalis contra singularem successorem *L ult. § fin. ff. de contr. empt. l. 1. §. si heres. 16. ff. ad SCtum Trebell.* 3 † prout in pacto de retrovendendo fieri videmus, ex qvo venditor adversus secundum emptorem agere non valet, Zas. *l. 1. consil. 12. n. 34.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 16. n. 4.* Modest. Pist. *vol. 1. consil. 13. n. 20. & seqq.* Matth. Wesenb. 4 *part. 1. consil. 39. n. 6.* † Sed nego, jure reluitionis haud 5 affici bona Creditori post licitationem adjudicata. † Neqve enim ex pacto personali, sed ex statuto & lege Saxonica, potestas reluendi competit debitori, ex qvâ licet non actio realis, sed personalis, putà condictio ex lege, detur, ea tamen vi statuti in rem scripta videtur, ut mirum haud sit, adversus qvemcunqve possessorem agere posse debi- 6 torem, † qvod & verba generalia ac indefinita Ord. Torg. *sub. tit.* Von feylbieten / *subhastation. §.* Damit auch. *vers.* wieder an sich zu lösen/ luculenter innuunt. † Ex qvo facilè corruit objectio, 7 qvod non liceat experiri ex pacto de retrovendendo adversus secundum emptorem, qvia actio illa nascitur ex solo pacto, & merè personalis est, à qva ad actionem ex statuto in rem scriptam nihil inferre licet. † Qvin & vulgò existimant, pactum 8 de retrovendendo judicialiter saltem confirmatum rem afficere, & per conseqvens dominii translationem impedire, Dd. *in Auth. res qvæ. C. comm. de legat.* Andr. Gail. *dict. obs. 16. n. 7.* † Qvidni ergo 9 multo magis juri reluendi à lege non modò confirmato, sed introducto, hæc efficacia adscribenda esset?

Ita Domini in causa Christophori Töpners zu Gerau / M. April. 1622. (Verba sent. Und es hat der Creditor solche Scheune/ als sie ihme auff seine gethane licitation gerichtlichen übereignet worden/ so bald einem andern umb 60. ff. verkaufft/ welche Scheune ihr nunmehr wiederum an euch zu lösen bedacht seyd Wofern nun von selbiger Zeit an/ als die Scheune dem Gläubiger zugeschlagen worden/ noch kein Jahr verflossen/ rc. So würde euch angeregte Scheune gegen Erlegung des Kauffgeldes von dem itzigen Besitzer hinwiederumb billich eingeräumet/ V. R. W.)

Definit. LIV.

Currere incipit annus reluitionis à tempore factæ realis adjudicationis non etiam à termino præfixo adjudicationi, sicuti nec ab exmissione debitoris.

EVenit sæpissimè, ut facta licitatione à Credi- 1 tore, & pingviore emptore haud reperto, terminus præfigatur adjudicationi, qvi tamen postea ex impedimento incidente utriusq; tam debitoris qvàm emptoris consensu prorogatur: Subsecuta postmodum adjudicatione, dubitari solet, à qvonam tempore annus reluitionis currere incipiat, an à termino adjudicationi faciendæ præfixo, an verò à tempore factæ realis adjudicationis? † Placuit Dominis ab ipsa reali adjudicatione an- 2 num reluitionis computari. † *Tum* qvod Sanctio 3 Electoris debitori jus reluitionis tribuat intra spacium anni ab eo tempore, qvo bona subhastata ad Creditorem prævia licitatione pervenerunt, Als ihme das Gut zukommen. Ord. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Von feylbieten / *subhastation. &c. §.* damit auch der Schuldiger. At verò, ante adjudicationem non dicuntur bona pervenisse ad Creditorem, † qvia sola judicialis adjudicatio loco traditio- 4 nis est, & dominium rei subhastatæ in licitatorem transfert, *Supr.* Defin. 46 per tradita Gloss. *in* Landr. *lib. 1. art. 34. lit. a, & lib. 3. art. 4. n. 7.* Petr. Heig. *part. 2. qv. 17. n. 18.* † *Tùm*, qvia reluitio procul dubio in 5 debitoris favorem introducta est, qvi certè favor nimis restringeretur, si ab ipsâ licitatione, vel termino adjudicationi præfixo annus reluendi computandus esset. † Ex qvo porrò asserendum, si debi- 6 tor factâ adjudicatione fundi cedere nollet, usq; dum judicialiter exmitteretur, non impedire, qvò minus interim spacium annale reluitioni datum currat, factâ scilicet jam antea adjudicatione. † Nullus enim unqvam favor est moratoris, 7 sive debitor ille sit, sive Creditor, ne sua ei mora & frustratio prosit, *l. hominem. 37. ff. mandat. l. in con-*

l. in condemnatione. 173. §. unicuiq; 2. ff. de Reg. jur. Ant. Fab. *Codic. lib. 8. tit. 29. Def. 47. n. 4.*

Ita Domini in causa David Genfereiffs zu Meiſſen/M. Nov. Anno 1616. (Verba sent. So iſt dem Schuldener innerhalb Jahres friſt/vermöge des Churf. Torgauiſchen Ausſchreibens/ſolches Haus wiederumb an ſich zu löſen unbenommen/ und wird die Jahresfriſt von Zeit an der würcklich erfolgten adjudication, und nicht von der Zeit an/ als dieſelbe erſtlich geſchehen ſollen/aber mit eurer Einwilligung eingeſtellet/und prorogiret worden/ billich gerechnet/ V. R. W.)

Et in causa Hanſen Burckards von Schönberg / M. Majo, Anno 1613. (Verba sent. Ob nun wol die exmiſſion von einer Zeit zur andern verſchoben / und nicht zu Werck gerichtet worden/dieweil aber dennoch durch berührte adjudication der Gläubigerin das Gut eigenthümblichen zukommen/ꝛc. So wird auch die zu Wiederlöſung geſetzte Jahresfriſt/von Zeit der beſchehenen Adjudication billich angerechnet/V R. W.)

Definit. LV.

Sufficit debitorem intra anni ſpacium ſe ad reluitionem verè & actualiter offerre, licet non ſtatim pretium & expenſas judiciales exſolvat.

1 NOn aliter locũ habet reluitio debitori adverſus Creditorem licitantem conceſſa, qvàm ſi intra annum elapſum realiter fiat, omneſqve ſimulationes abſint, Ord. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* Von feylbieten / *ſubhaſtation.* §. damit auch. *vers.* Jedoch daß ſolches auch binnen der Jahrszeit würcklichen erfolge/ und alle *ſimulationes* und
2 Scheinkäuffe hierbey vermieden werden. † Qvæ verba repetuntur in Ord. proceſſ. jud. *tit. 19.* §. Damit aber der Schuldener. An ergò neceſſe eſt, ut debitor redimens ante annum elapſum pretium qvoqve reluitionis, aliasqve judiciales expenſas realiter exſolvat? † Ita exiſtimare eqvidem qvis poſſet,
3 propter verba Sanctionis Electoralis modò adducta: Daß ſolches binnen Jahrs-Zeit würcklichen erfolge. Sed putaverim, ſatisfeciſſe debitorem juſſui Electorali, † ſi intra anni ſpacium ad re-
4 dimendum ſe purè & realiter obtulerit, mentemq; ſuam declaraverit, ut maximè pretium reluitionis
5 atqve judiciales expenſas non exſolverit. † Notiſſimi enim juris eſt, ſolo conſenſu & mentis declaratione perfici emptionem, qvantumvis pretium numeratum non ſit, modò de eo convenerit, *pr. Inſt. de empt. vendit. L. 1. in fin. l. in venditionibus. 9. in pr. ff. de contr. empt. l. 2. in pr. & l. in qvibuscunqve. 48. de obligat. & action.* † Qvidni ergò
6 idem aſſeremus de reluitione ſive redemptione, qvæ
7 ſpecies eſt emptionis-venditionis? † Idqve eo magis, qvod re verbulo qvidem exſolutionem pretii
8 Ordinatio Electoralis reqvirat. † At erubeſcimus ſine lege loqvi, nec absq; juris autoritate qvicqvam eſt aſſerendum, *l. diſſentientis 5. C. de repud. c. 18. in fin. extr. de ſent. excomm. in 6to.*

Ita Domini in cauſa Georgii Schirmers zu Krimmlitz/Menſ. Nov. Anno 1617. (Verba sent. Es ſeyn des Creditoris Erben vorbemeldte zween Aecker gegen Empfahung der 209. fl. euch wieder abzutreten und einzuräumen ſchuldig/ und haben ſich damit/daß ihr ſolches Geld nebens denen Hülffs-Geldern und Gerichtsgebühren / binnen Jahresfriſt bey der Erklärung nicht ſo bald ausgezahlet / und im Ampte würcklichen deponiret, nicht zu behelffen / V. R. W)

Et in cauſa Dn. à Freywalds contra Nobiles ab Ende, Menſ. Mart. 1635.

Definit. LVI.

Debitori fundum adjudicatum redimenti non tenetur Creditor ad rationum redditionem aut reſtitutionem fructuum.

CReditori eqvidem debitor, res judicatas in- 1
tra annum redimens, obligatus eſt ad refundendas, meliorationes & impenſas, ſi qvas fecerit, Ord. Torg. *de Anno 1583. tit.* Von feylbieten/ *ſubhaſtation.* §. Damit auch der Schuldiger. *vers.* So ſol auch Ord. proceſſ. judic. *tit. 39.* §. Damit aber der Schuldener. *vers.* Imgleichen ſol auff den Fall. † At è contrario, Creditor debitori fun- 2
dum redimenti ad redditionem rationum, aut reſtitutionem fructuum non tenetur, † qvippe qvos 3
jure dominii percepit, ſuosqve fecit, *l. fructus. 33. ſub fin. junct. l. idem eſt. 34. ff. de R. V. l. adeo. 7. §. præterea. 1. vers. per alluvionem. ff. de acqvir. rer. domin. l. ſi ego 11. §. 6. ff. de publ. in rem action.* † 4
Non enim jus reluitionis translationem dominii impedit, cum nec pactum de retrovendendo nec pactum commiſſorium id impedit, licet poteſtate ſuâ contractum diſſolvat, *l. ult. ff. de leg. commiſſ. l. 4. C. de pact. int. empt. & vendit.* Zaſ. *1. conſ. 12. n. 34.* Jacob. Menoch. *lib. 1. conſil. 26. n. 3. & ſeq.* Joach. Mynſ. *6. obſer. 70.* † & cum omne incre- 5
mentum ad emptorem ſpectet, *l. id qvod 7. de peric. & comm. rei vendit. l. 1. C. eod. tit.* §. *3. vers. ſed & ſi poſt emptionem. Inſt. de empt. vendit.* † 6
Cur non etiam ad Creditorem perfecta jam & conſummata venditione ſub haſta, qvam certè non impedit jus reluitionis conditionale, † qvia nun- 7
qvam efficit conditio, qvin venditio perfecta dicatur, Gloſſ. *in l. 1. C. de periculo & comm. rei vendit.* † Taceo, qvod fructus Creditori loco intereſ- 8
ſe & uſurarum cedant, qvas à debitore reluente, Creditor à tempore adjudicationis aliàs petere non valet, deficiente ſcilicet cauſa uſurarum qvæ eſt vel promiſſio ex ſtipulatione vel mora *l. cum qvidam. 17. §. ſi pupillo. 3. ff. de Uſur. l. 87. §. uſuras. 1. ff. de leg. 2.*

Ita Domini in cauſa Jlgen Webers zu Kleinſtöckewitz/Menſ. Mart. Anno 163 . (Verba sent. Ob ihr nun wol von eurem Bruder bey Wiederabtretung der Aecker von denſelben die jährige Nutzung und Rechnung begehret/ꝛc. So iſt doch derſelbe zu einiger Rechnung oder Erſtattung der eingehobenen Früchte euch nicht verbunden/V. R. W.)

Definit. LVII.

Debitor bona Creditori adjudicata redimens non tenetur præſtare domino Laudemium.

NOn magis debitor ex jure reluitionis ſtatu- 1
tario, fundum Creditori adjudicatum redimens Domino tenetur ad præſtationem Laudemii, qvàm Venditor rem venditam ex pacto retrovenditionis reemens, † Utroqve enim 2
caſu reluitio fit non ex nova aliqva cauſa, ſed ex neceſſitate & cauſa antiqva inhærente primæ venditioni, cui dominus ſemel conſenſit, † ut 3
ſic neqve in retrovenditione, neqve reluitione, de novo ejus conſenſum reqvirere neceſſe ſit, Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſt. 5. n. 2. & 4.*

Hart.

4 Hart. Piſt. *part. 1. quæſt. 50. n. 22.* † Iniquum ergò eſſet contrahentes ad effectum producentes id, de quo priùs expreſsè vel tacitè conventum fuit domino conſentiente, novo onere prægravari, Hart. Piſt.
5 *d. quæſt. 50. n. 21.* † Taceo, quod ex jure reluitionis ſtatutario neceſſaria ſit alienatio, in qua laudemium non præſtari, aſſerit Hart. Piſt. *dict. loc. num. 52.*
6 † quod tamen omni dubio non caret, ut demonſtrabo *infra part. 2.* Conſt. Elect. *39. Defin. 17.*

Ita Domini in cauſa Johannis Stieffels zu Saltza/Menſ. Sept. Anno 1621. [Verba ſent. Aber ihr ſeyd nunmehr die Huſe Landes binnen währender Jahres-Friſt von dem Creditore wieder an euch zu löſen gemeinet/ꝛc. So iſt euch ſolches zu thun unbenommen/ und ihr ſeyd auff ſolchen Fall von obbenamter Huſe Landes neue Lehen-Wahr zu entrichten nicht verpflichtet/ V. R. W.)

Definit. LIIX.

Non competit debitori jus reluitionis adverſus extraneum, cui poſt licitationem, ſive ab extraneo, ſive à Creditore factam, bona ſubhaſtata adjudicata fuere.

1 FAllunt omninò, qui debitori in quovis caſu diſtractionis neceſſariæ & ſub haſta factæ jure reluitionis proſpectum exiſtimant, cum Sanctio Electoralis à ſolo Creditore rem adjudicatam intra anni ſpacium redimere permittat, in Ordinat. Torgenſ. *de An. 1583. tit.* Von Feylbieten / *ſubhaſtation.* §. Damit auch. *verſ.* Wann dem Gläubiger. Ordin. proceſſ. judic. *tit. 39.* §. Damit aber der Schuldener. *verſ.* Wann dem Gläubiger.
2 † Nunquam ergò jus reluitionis adverſus extraneum licitatorem, qui Creditor non eſt, debitor poterit exercere, ſive ab initio ſtatim extraneus fuerit licitatus, ſive poſt licitationem à Creditore factam majus pretium obtulerit, & ita Creditorem ſuperaverit, *dict. tit. 39.* §. Damit aber. *verſ.* Solche *reluitio* aber auf den Fall/wann einem Fremden/ der nicht *Creditor* iſt / das verholffene Gut zugeſchlagen wird/ nicht ſtatt finden. Dan. Moll. *lib. 3. ſemeſtr. 9. n. 2.* Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 46. n. 20.*
3 Reinh. Roſa *ad* Moller. *hîc n. 18.* † Metuendum namque eſſet, ut difficilius reperiantur, qui ad ejuſmodi emptionem, intra anni ſpacium reſcindendam accederent, non abſque damno ipſius debitoris, & Creditorum, quorum intereſt maximè, pignora ſubhaſtata citò diſtrahi, Matth. Coler. *de proceß.*
4 *execut. part. 3. c. 9. n. 107. & 108.* † Nec habent, quod de læſione forſan ultra modum conquerantur debitores; adempto ſibi jure reluitionis adverſus extraneos licitatores, cum alio remedio ipſis ſit proſpectum. † Nempe per beneficium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* quod in caſu læſionis ultra dimidium etiam in venditione ſub haſta facta obtinere, putaverim cum Andr. Rauchb. *part. 1. q. 46. in fin.* & Anton. Fa-
6 bro *in C. lib. 4. tit. 30. defin. 4.* † De quo dicam infra *part. 2.* Conſt. Elect. *34. Defin. 12.* Aut ſi per ſubha-
7 ſtationem debitor ſe gravatum exiſtimet, † beneficio appellationis uti poterit ex quorundam ſententia, quam tamen non admittit Dan. Moller. *hîc*
8 *n. 22. & 23.* † Etſi omninò damni aliquid pateretur debitor, cogitet nullo prorſus caſu de jure communi jus reluitionis ſibi conceſſum eſſe, *l. 16. C. de reſcind. vend. l. 8. C. de remiß. pignor.* Matth. Coler. *de proceß. executor. part. 3. cap. 9. num. 105.* Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 46. n. 21.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtian Ottens zu Leipzig/Menſ. Jul. Anno 1631.

Definit. LIX.

Non poteſt exercere debitor jus reluitionis adverſus Creditorem, ſi vel prævia judicis taxatione bona ſubhaſtata fuerint, vel Creditor primum licitatorem ſuperaverit.

NEc adverſus Creditorem licitantem indifferenter debitori jus reluitionis indultum eſt, 1
ſed obtinet id tantummodo in hoc unico caſu, quo poſt executionem factam & bonis ſubhaſtatis, nulloque alio exiſtente emptore, Creditor neceſſitate quaſi coactus ipſemet licitatur, ex ſanctione Electorali *in* Ordin. Torgenſ. *de An. 1583. tit.* Von Feylbieten / *ſubhaſtation.* §. Dieweil aber auch *junct.* §. Damit auch der Schuldener *verſ.* So ſoll ihm auf ſolchen Fall / & Ord. proceſſ. judic. *tit. 30.* §. So ſoll man *verſ.* Da aber nach beſchehener. *junct.* §. Damit aber der Schuldener. † Non 2
itaque privilegium hoc ſive Conſtitutio ſtatutaria ad caſus alios contra mentem Conſtituentis Illuſtriſſimi extendi debet, Matth. Berlich. *l. part. 1. concl. 81. n. 195. & 198.* Dan. Moller. *hîc n. 17. & lib. 3. ſemeſtr. 9. in fin.* † Ergò ſi non à Creditore ipſo, 3
ſed à judice res fuerint æſtimatæ, & ſubhaſtatione facta, nulloque emptore invento, qui majus pretium offerret, Creditori volenti adjudicatæ, ceſſabit omninò jus reluitionis, ut benè docet Berlich. *dict. concl. 81. n. 195.* † Competit enim hoc caſu 4
debitori aliud remedium ordinarium, quod ſcilicet per Scabinos provinciales poſſit easdem res iterum taxari facere, ut dicam *infr.* Defin. 62. † Neceſſe 5
ergò non eſt, hoc caſu ad extraordinarium reluitionis remedium confugere. *l. in cauſæ cognitione 16. ff. de minor.* † Nec eo magis locum ſibi vendicabit 6
jus reluitionis, ſi res pignori captæ, nec à Creditore, nec à judice æſtimatæ ſed ſimpliciter ſubhaſtatæ fuerint, emptorque reperiatur, qui certum offerat pretium, quem facta denuò proclamatione ſuperat Creditor: Ab hoc, inquam, debitor rem adjudicatam redimere nequit, † quia caſus ille in ſanctio- 7
ne Electorali haud comprehenſus eſt, Matth. Berlich. *d. concl. 81. n. 198.* † Et in ſumma triplex eſt 8
modus ſubhaſtationis: I. Bona pro executione capta abſque ulla æſtimatione ſubhaſtantur, de quo *Supr.* Defin. *37. & ſeqq.* II. Præcedente Creditoris licitatione venalia exponuntur, nullo ſcilicet reperto licitatore, *Supr.* Def. *51.* III. Judicialiter taxantur, & ita taxata publicè proclamantur, *infr.* Defin. *61.* veluti hunc ordinem ſubhaſtationis tradit Sereniſſimus Elector in Ord. proceſſ. jud. *tit. 39.* §. Und weil Vermöge. † At in ſolo caſu ſecun- 9
do jus reluitionis conceſſit debitoribus Sereniſſimus Elector, prout eſt apertiſſimum ex Ordin. Torgenſ. & proceſſ. jud. Ergò neqve ad caſum primum, neq; tertium hoc extendi debet. † Æqviſ- 10
ſimè ſanè, cum per jus reluitionis Elector occurrere ſaltem voluerit fraudulentæ Creditorum licitationi, qua non reperto alio licitatore pro minimo quandoque debito atque viliſſimo pretio bona debitoris ſibi adjudicari, petere non verentur.

Quæ sanè ratio aliis in casibus tam facilè metuenda
21 non est, ut verissimum hîc sit, † cessante ratione dispositionis, ipsam quoque cessare dispositionem, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patr.* Nicol. Everh. *in loco. à cessat. rat. n. 2.*

Ita Domini in causa Marien Widuæ Caspari Fladens zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1617. [Verba sent. Ob ihr nun wol binnen Jahres-Frist benantes Haus zu reluiren erbötig seyd / dieweil aber dennoch euer Eidam seiner Foderung wegen nicht in euch gedrungen/ noch ihme als einem Creditori ohne gerichtliche taxation, und weil sich sonsten keine Käuffer angeben/ sondern als ein anderer allbereit licitiret gehabt/ und er ein mehrers darauf gesatzt/das Haus zugeschlagen worden/ꝛc. So hat auch nach Gelegenheit disfalls vermöge des Churfl. S. Torgauischen Ausschreibens / die reluition nicht statt/ V. R. W.)

Et ad consultationem Christophori à Carlewitz. Mens. Dec. Anno 1636. [Verba sent. Dieweil bemeldte Creditrix, ehe und zuvor es zum gerichtlichen Tax kommen/selbst nicht liciriret / noch auf das Gut ein Kaufgeld/ darum sie es anzunehmen bedacht/gesetzt/sondern der gerichtliche Tax unter Würderung vorgangen/ꝛc. So hat auch nach Gelegenheit disfalls Inhalts Churfl. S. Torgauischen Ausschreibens die reluition nicht statt / und mag demnach berührte Creditrix, wann gleich binnen Jahres-Frist der debitor solches Gut wiederum annehmen wolte / dasselbe abzutreten nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. LX.

Nec obtinet jus reluitionis in bonis absq; prævia subhastatione à debitore Creditori in solutum datis.

1 MInus autem dubium est, quin debitori sit deneganda facultas reluitionis, si facta executione bona absque prævia subhastatione Creditori in solutum data fuerint, de quo satisfactionis modo
2 dixi *Supr.* Defin. *33.* † Non solùm quod hoc casu debitor de ulla læsione & fraudulenta Creditoris extorsione vix conqueri possit, cum volens lubensqve bona sua dederit in solutum Creditori, pretiumque ipsemet elegerit, nec per subhastationis remedium pinguiorem emptorem quærere voluerit,
3 † quæ certè ratio jus reluitionis cessare facit, ut de-
4 monstravi Defin. *præced.* Sed & † quod sanctio Electoralis verbis difertis restringat jus reluitionis ad eum casum; quo licitatione facta, jure subhastationis bona Creditori fuere assignata, in verb. So soll ihme auf solchen Fall/ wann dem Gläubiger auf seine vorgehende *licitation* das Gut zukommet/ꝛc. Ordin. Torg. *de Anno 1585.* von Feylbieten/ *subhastation.* §. damit auch. Ordin. proceſſ. judic.
5 *tit. 39.* §. damit aber der Schuldener. † Subsistendum ergò in hoc casu, nec ad casus similes, nedum alios atque diversos facultas reluendi extendi
6 debet; † Cum statutariæ Constitutiones ejusmodi extensionem neutiquam admittant, Andr. Tiraquell. *de LL. connub. glòß. 2. num. 23. post pr.* Jac. Schult. *lib. 2. pract. quæst. 65. n. 32.*

Ita Domini in causa Johannis Stieffels zu Saltza / Mens. Mart. Anno 1622. [Verba sent. Ob nun wol gedachte Gläubiger die Güter / deßwegen daß sie ihnen einmal vor ihre Schuld ohne vorgehende subhastation und licitation in solutum abgetreten worden/ jure reluitionis euch wiederum einzuräumen und abzutreten/nicht gezwungen werden können/ꝛc.)

Definit. LXI.

Bonis licet judicialiter taxatis & subhastatis, Creditor tamen haud reperto emptore, ea in solutum accipere cogendus non est.

SI Creditor res pignori captas vel ipse æstimare 1
& licitari nolit, vel æstimaverit quidem, sed nimis inæquali pretio. Succedit tertius subhastationis modus, qui fit prævia Taxatione judiciali, *Supr.* 2
Defin. *37.* † Æstimandæ namque tum sunt res judicialiter, præsenti pecuniâ vel in distinctos termi-
nos exsolvendâ, & unà cum taxatione judiciali denuò publicè venales exponendæ, ac emptori, qui se offert pretiumque taxatum exsolvere velit, adjudicandæ, *h.* Const. *32.* §. Findet sich aber. Ord. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Von Feylbieten/ *subhastation.* §. Da aber der Gläubiger. Ord. proceſſ. judic. *tit. 39.* §. Wann aber der Gläubiger.
† At, si prævia judiciali taxatione & subhastatione 3
insecurâ, ne tum quidem emptor reperiatur, num Creditor præcisè atque necessariò res pignoratas pro pretio taxato in solutum accipere tenebitur?
† Ita voluit D. Augustus Saxon. Elect. *h.* Const. *32.* 4
§. Findet sich aber. *in fin.* Modest. Pist. *part. 1. quæst. 12. num. 1.* † Sed recessit postea ab hâc sententiâ 5
Elector Illustrissimus, in Ordin. Torgens. *dict. tit.* Von Feylbieten/ *subhastation.* §. Dieweil aber solche. utnempe Creditor pretio taxato res subhastatas neutiquam in solutum accipere cogendus sit.
† Quod & denuò confirmatum est, in Ordin. pro- 6
ceſſ. judic. *tit. 39.* §. Wann nun gleich ein Gut.
† Durum enim videbatur Creditorem cogere, ut 7
loco pecuniæ merces certo pretio æstimatas accipiat, contra *l. mutuum. 2. §. mutui datio. 1. in fin. ff. si cert. petat.* Ideo enim merces vendidit, quod
pecuniam ex iis redimere voluit, † cui certè non sa- 8
tisfieret, si merces æstimatæ ei offerantur, Modest. Pist. *dict. quæst. 12. n. 3.* Joh. Köpp. *decis. 55. n. 17.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 46. n. 19.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. n. 108.*

Ita Domini in causa Sigismund Schlageinhauffens zu Leipzig/ Mens. Januar. Anno 1583. [Verba sent. Ob gleich Hieronymo Buchnern und Paul Donnern auf ihr selbst Begehren und Ansuchung vorgemeldtes Geyerisches Bergwerck/ wegen etlicher Schulden / damit ihr ihnen verhaftet/ zu einem Unterpfand gerichtlichen verschrieben und eingesetzt worden/ꝛc. So mögen sie dennoch solches Bergwerck in dem Werth / wie es gerichtlichen taxiret worden/anzunehmen / wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ꝛc.)

Definit. LXII.

Nisi Creditor bona per Scabinos provinciales (durch die Land-Schöppen) *aliter taxari fecerit.*

QUid ergò faciendum, si factâ taxatione ju- 1
diciali, & subhastatione insecutâ, non reperiatur emptor? Liberum est Creditori, an pro pretio judicialiter taxato res subhastatas emere: † an 2
verò denuo licitari resque postea subhastari, vel etiam si judiciali taxationi acquiescere neqveat, res subhastatas per Scabinos provinciales, aliter eam in pecuniâ paratâ, qvàm distinctis temporibus solven-

ſolvenda, æſtimari & taxari facere velit, *h.* Conſt. *32.* §. würde ſich aber. Ord. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* von feylbieten und *ſubhaſtation.* §. Da aber der Gläubiger. *ſub fin.* Ord. proceſſ. jud. *tit. 39.* §. Wann nun gleich. *junct.* §. Würde aber der Gläubiger. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 81. n. 217.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. n.*
3 *120. & 125.* † Sed factâ ad inſtantiam Creditoris æſtimatione & taxatione per Scabinos provinciales, vel per alios, in ea acquieſcendum eſt, & Creditor res ita taxatas, ſi non alio modo ei ſatisfieri queat, in ſolutum accipere tenetur, *h.* Conſt. *32.* §. Würde ſich aber *in fin. dict. tit. 39.* §. Würde aber *in fin.*
4 † In tantum, ut debitor ne quidem ab ejusmodi taxatione & æſtimatione appellare poſſit, Dan. Moller. *hic num. 23.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 46. num. 14. ſub fin.*

Ita Domini in cauſa Heinrich Rothäupts zu Leipzig, Menſ. Septembr. Anno 1652. [Verba ſent. Und als ihr die Hülffe in euers Schuldeners Haus erſtanden und erlanget/ iſt es folgenden Tages durch die Gerichte öffentlich feyl geboten/ und nach Verflieſſung dreyer vierzehen Tage taxiret/ uñ darauf der geſatzte Tax öffentlich verkündiget und ausgeruffen worde. Da ſich nun kein Käuffer angegeben/ und ihr durch ſolchen Tax euch aus erheblichen Urſachen beſchweret befindet / So würde es durch andere vereydete Perſonen wiederum billich taxiret / und in ſolchem Tax wäret ihr daſſelbige anzunehmen ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. LXIII.

Sive per Scabinos provinciales, ſive per alios fiat taxatio, jurata eſſe debet.

1 SI Creditor judiciali taxationi acquieſcere nolit, ſed denuo bona ſubhaſtata æſtimari petat, adhibendi ſunt Scabini provinciales ad hunc actum quovis in loco deputati, vulgò die Land-Schöppen.
2 † Vel ſi non habeantur, vicini agrorum Feld-Nachbaren / judices nempe & Scabini ex tribus proximè adjacentibus pagis: Quibus tamen æſtimatoribus fides aliter habenda non eſt, quàm ſi ju-
3 raverint, non quidem de veritate, † ſed duntaxat de credulitate, quod nempe in ſua conſcientia credant, rem non minoris vel majoris pretii eſſe, quàm prout ipſi eam æſtimayerint, *l. hac edictali. 6. §. his illud adjungimus. 1. verſ. mobilium. C. de ſecund. nupt.* Panorm. *in c. cum cauſa. 42. Extr. de teſtib. & atteſt. n. 3.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 3. cap. 9. num. 130. & ſeq.* Hartm. Piſt. *obſerv. 77.* Dan. Moller. *hic n. 14. & ſeqq. & lib. 1. ſemeſtr. 10.* Petr. Heig. *part. 1. qu. 20. n. 19.* Rauchb. *part. 1. qu.*
4 *46. n. 7. & ſeqq.* † Quoniam ſcilicet ejusmodi æſtimatores nihil aliud ſunt, quàm teſtes *cap. pro-*
5 *poſuiſti. 4. extr. de probat.* † injuratis verò teſtibus haud credi notiſſimum eſt, *l. 9. C. de teſtib.* ſed hoc ita, ſi æſtimatores jam primum eligantur:
6 † Cæteroquin, ſi ab initio functionis ſuæ juramento generali ad hoc munus fuerint abſtricti, denuò jurare non compellentur, Dan. Moll. *dict.*
7 *loc.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 196. n. 3.* † Planè, quomodo æſtimatio ſit facienda, de hoc videantur pleniſſimè Matth. Coler. *dict. cap. 9.* Joh. Köpp.
8 *dec. 44.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 83.* † Hoc autem certum eſt, quod ex quantitate redituum atque fructuum unius anni nunquam poſſit iniri certa computatio integralis pretii rerum & redituum,
9 † ſed perceptio multorum annorum cumulari, & inde certa valoris æſtimatio conſtitui debet, quo ubertas ùnius anni compenſet ſterilitatem cæterorum annorum, Joh. Köpp. *dict. deciſ. 44. num. 30.* Coler. *dict. c. 9. n. 149.* † Nimirum integrale alicu- 10
jus rei pretium taxari debet, ex quantitate redituum, qui præſtantur per viginti annos & viginti annis ſortem adæquant, Matth. Coler. *dict. cap. 9. n. 150.* Köpp. *dict. deciſ. 44. n. 30.* Arius Pinell. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. part. 3. c. 4. n. 29.* † Quia tan- 11
to tempore collecta quantitas fructuum conſtituit verum totius rei valorem, Pinell. Coler. & Köpp. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Hanſen von Briebel zu Gangloffſommern contra Chriſtoph von Hauſen zu Lützenſommern ventilata in Præfectura Salzenſi Menſ. Sept. Anno 1613. [Verba ſent. Daraus allenthalben ſo viel zu befinden / daß billich Feldnachbaren aus dreyen Dörffern/ als nemlich aus iedem der Richter mit zweyen Schöppen zu verordnen und zu vereyden/ ſo die Güter in Augenſchein nehmen / und nach derſelben Beſchaffenheit/ und auf den vorgemachten Ausſchlag über die jährliche Nutzung oder Ertrag derſelben deponiren und ausſagen/ darauf alſo dann in dieſer Sache ferner ergehet/ was recht iſt/ V R. W)

Et in cauſa Henrich Rothhäupts zu Leipzig/ Menſ. Sept. An. 1592. [Verba ſent. So würde das Gut durch andere vereydete Perſonen wiederum billich taxiret/ und in ſolchem Tax wäret ihr daſſelbe anzunehmen ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. LXIV.

Non tantummodo ſolutionis, ſed & quævis alia exceptio in continenti probabilis, in actu executionis ante factam adjudicationem validè opponitur.

NEmo forſan dubitaverit, quin exceptio ſolu- 1
tionis in ipſa executione mox facienda, vel etiam jam intentata validè opponatur, vel ſaltem ex Ordinat. Elect. Saxon provinciali *de Anno 1555.* Von verſatzten Briefen und Siegel. *in fin.* & proceſſ. judic. *tit. 39.* §. Wann aber das Urtheil. † ubi ſolutionis exceptio oppoſita contra inſtru- 2
mentum obligationis guarentigiatum, impedit paratam executionem, perinde atque exceptio compenſationis, *l. 16. §. cum intra. 1. ff. de compenſat. l. ex cauſa. 2. C. eod. tit. l. intra dies. 7. ff. de re judic.* Dan. Moller. *ad Conſtit. Elect. 8. part. 1. n. 5.* Quod tamen ſpeciale non eſt, in exceptione ſolutionis aut compenſationis, † Sed obtinet idem in aliis quoque 3
exceptionibus, quarum Catalogum ingentem referunt, Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 25. num. 102.* Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 84.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 4. cap. 1. n. 48. & ſeqq.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. n. 61. & ſeqq.* † Neque 4
hoc Ordinationi provinciali *dict. tit.* Von verſatzten Briefen und Siegel. *vel* ordin. proceſſ. judic. *tit. 39.* §. Wann aber das Urtheil/ *verſ.* und keine andere *exception*, als *ſolutionis* oder *compenſationis intra terminum executionis liquidæ* davor der zugelaſſen/ contrariari exiſtimaveris, † ſi verba 5
ſanctionis Electoralis intelligamus cum Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 25. num. 106.* de termino probandi ordinario, aut ſufficiat circa probandam exceptionem ſolutionis aut compenſationis, intra terminum probatorium, articulos & literaria documenta exhiberi, † cum tamen aliarum ex- 6
ceptionum probatio non aliter admittatur, quàm ſi debitor per confeſſionem Creditoris, aut inſtru-

strumenta, intra executionis terminum easdem plenè & integrè probaverit. † Sed vide quæ pro explicatione Ordin. provinc. scripsi *Supr.* Const. Elect. 8. *Defin. 17. & Defin. 26.*

Ita Domini in causa Michael Lösers zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1593. [Verba sent. Ob nun wol der Gläubiger deßwegen allbereit die Hülffe zu eurer Behausung ausbracht. Da ihr aber dennoch wie Recht darthun möchtet/ daß ihr/ eurem Vorwenden nach/ solche Schulden allbereit bezahlet und abgetragen hättet: So würdet ihr damit innerhalb Sächsischer Frist billich gehöret/ und die angesatzte Hülffe mittler Zeit eingestellet/ V. R. W.)

Et. in causa Ludovici Colditzens zu Weissenfels / Mens. Jan. Anno 1631. [Verba sent. Welche exceptiones dann insgesamt auch bey der Hülffe/ und ehe und zuvor die adjudication des geholffenen Guts geschicht/ zu Recht vorgeschützt werden mögen/ &c.)

Et in causa Bernhardi Dieterichs von Staischedel contra George Heinrichen von Ende / ventilata in Prætectura Rochlicensi Mense Jan. Anno 1630.

Definit. LXV.

Contra executionem jam intentatam firmiter etiam opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ; quid, si huic fuerit renunciatum?

1 VErissima pariter atque communissima est Interpp. opinio, quod in foro etiam Saxonico, contra executionem jam intentatam, pro ea impedienda, validè opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ, cum & instrumento liquido & confessato eadem opponere liceat, Hartm. Pistor. *part. 4. quæst 12. n. 7.* Matth. Col. *de proceß. execut. part. 1. c. 10. num. 230.* Matth Berlich. *part. 1. concl 84. n. 16.* Johan. Zanger. *de except. part. 3. c. 26. num. 90.*

2 † Quam opinionem quoque in supremo judicio Appellationum Dresdensi Anno 1605. probatam

3 & confirmatam novimus. † Non obstante Ordin. provinc. *de Anno 1555. tit* von verfaßten Brief und Siegel/ ut demonstravi *Supr.* Const. Elect.

4 *8. Defin. 17.* † Neque eo minus debitor hâc exceptione contra executionem se tueri potest, si in instrumento obligationis ei expressè renunciaverit,

5 Matth. Coler. Berlich. Zanger. *dict. loc.* † Non, quod huic exceptioni renunciari haud possit, ut frustra quidam disputant, & in rationem hujus specialitatis anxiè inquirunt, sed potius, † quia sicut de-

6 bitor spe futuræ numerationis confessus fuit, ita etiam hujus intuitu, renunciasse eâdem facilitate videtur, Bartol Bald. Salyc. *in l. si ex cautione. 3. C. de*

7 *non num. pecun.* Hart. Pist. *dict. quæst. 12. n. 4* † Sequitur hinc ergò, si debitor non in eodem instrumento, sed ex intervallo renunciasset, quia consultò id factum videtur, excipiendi facultatem debitori ademptam esse, Dd. *in dict. l. si ex cautione 3. C. de non num. pec.* Hart. Pist. *dict. quæst. 12. num. 5.* Coler. *dict. cap. 10. num. 246. & part. 4. cap. 1. num. 110.* Berlich. *dict. concl. 84. num. 17.* Vinc.

8 Caroc. *decis. 14. num. 2.* † Cæterum nunquam validè opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ, quando huic mediante juramento est renuncia-

9 tum, † quia facilitatis suspicio juramenti religione magis purgatur, quàm per temporis intervallum, Hart. Pist. *dict. quæst. 12. num. 6* Matth. Col.

10 *dict. cap. 10. n. 248.* † Quæ omnia Senatus Appellat. Elect. Sax. An. 1605. unanimi voto & sententia approbavit. Quis ergò summi hujus tribunalis Saxon. Elect. placita non sequeretur? *arg. §. quam formam. 7. Instit. de satisdat. l. si imperialis. 2. C. de lib. l. 11. §. 2. ff. ad SCtum Trebell.* Conf. Marpurg. *vol. 3. conf. 21. n. 263.*

Ita Domini in causa Michael Tentzers zur Liegnitz/ Mens. Mart. Anno 1628. [Verba sent. Ob nun wohl berührte von euch gegebene Schuld-Verschreibung keine causam debiti in sich hält/ und aus den euch zugeschickten Rechnung sich befindet/ daß eines Theils Posten euch nicht angehen/ und allbereit bezahlet/ der Gläubiger viel ungebührlich Interesse angesetzt/ und ihr die angegebene Summen nicht geständig seyd/ sondern ihme exceptionem non numeratæ pecuniæ zu opponiren gemeinet/ gestalt denn ein debitor durch solche exceptiones von der angesetzten Hülffe sich wohl los wircken kan/ &c.)

It. in causa Michael Lösers zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1593. [Verba sentent. Ob nun wol der Gläubiger allbereit die Hülffe ausgebracht/ da ihr aber dennoch wie Recht darthun möchtet/ daß ihr/ eurem Vorgeben nach/ allbereit bezahlet / und die geklagte Hauptsumma niemals vor voll bekommen/ &c. So würdet ihr damit innerhalb Sächsischer Frist billich gehöret/ und die angesatzte Hülffe mittler Zeit eingestellet/ V. R. W.)

Definit. LXVI.

Exceptio non numeratæ pecuniæ post biennium opposita haud impedit paratam executionem, sed in reconventionem rejicienda est, si debitor nil sibi numerarum probare velit.

EA est natura exceptionis non numeratæ pecu- 1
niæ, ut onus probandi pecuniam fuisse numeratam, transferat in Creditorem, quo debitoribus consulatur, qui sæpius necessitate adacti mutuum sumentes, instrumento cavere solent, etiam antequam pecuniam numeratam percipiant, *l. 1. l. 3. l. si quasi. 7. l. adseveratio. 10. C. de non numer. pecun. lib. 1. C. si conv. pignor. numer. pecun. sec. non fuer.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 22. defin. 1. num. 1. & defin. 3. num. 3.* † Sed hoc ita, si intra bi- 2
ennium fuerit opposita exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ postea biennio elapso, ulterius locum non habet, *l. in contractibus. 14. in pr. C. de non num. pecun. §. 1. Instit. de liter. obligat.* † At quid, 3
si debitor sibi pecuniam non numeratam probare velit? Multi sanè, quos vide allegatos apud Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 12. n. 13.* arbitrati sunt, post biennium, debitorem contra instrumentum de non numerata pecunia excipientem omninò non audiendum, † quod & placet Johan. Fabr. *§. 1. Inst. de* 4
liter. oblig. n. 9. vers. quæritur octavo. Felin. *in c. si cautio. 14. num. 60. extr. de fide instrum.* Andr. Fach. *lib. 2. controv. c. 8.* Frid. Pruckm. *consil. 9. n. 19. & seq.* † Quam sententiam quoque, si strictam juris rationem potius, quàm autoritates sectari malimus, veriorem dicit Hartm. Pistor. *dict. quæst. 12. num. 13.* † Non solùm, quia jura excludentia 6
post biennium non numeratæ pecuniæ exceptionem generaliter loquuntur, † sed etiam, 7
quod de probatione ejus, cujus opponendi facultatem quis non habet, frustra disputetur. † Quin 8
& cum jura ex solis literis, obligationis quoddam vinculum, & quidem efficax, elapso biennio, introducant, etiamsi res nulla intervenerit,

rol.

tot. tit. Inſt. de liter. obligat. nihil ſanè referre videtur ad hanc obligationem, utrum pecunia numerata ſit nec ne, † & quod conſequens, fruſtra debi- 9
tor in ſe ſuſcipiet probationem, pecuniam non fuiſſe numeratam, cum etiam ſine numeratione literis ille obligetur, ut diſputat Hart. Piſt. *dict. loc.* † Attamen rei veritate inſpectâ, putaverim, non ex- 10
ſolis literis, ſed ex præſumpto mutuo, quod pecuniam numeratam eſſe & intendere & ante biennium probare oportet *l. ult. C. de cond. ex lege. l. 3.* *C. de non num. pecun.* obligationem induci; † idq; 11
diſertè probat *l. 5. C. dict. tit.* ubi dicitur pet pecunia, quaſi credita, ut neſciam, † an non verè ſcripſe- 12
rit Reinh. Bachov. *in not. ad* Hier. Treutl. *vol. 1. diſp. 20. th. 2. lit. 6.* ab Imp. Juſtiniano abuſivè, impropriè & pingvioriMinerva obligationem ex literis fuiſſe appellitatam. † Quâ ſtante ſententiâ, haud 13
animadverto, cur non jura exceptionem nō numeratæ pecuniæ poſt biennium excludentia, *in l. 14. C. de non num. pecun. & §. 1. inſt. de lit. obligat.* ad ordinariam opponendi rationē reſtringere liceat, quà ſcilicet onus probandi rejicitur in Creditorem, ut tamen ei locus ſit poſt biennium, ſi debitor probare velit, atque ita negligentia ejus difficultate & onere 14
probationis quaſi coërceatur. † Veluti id ipſum probat *l. 13. C. de non num. pecun. & l. 25. §. ult. ff. de probat.* Ut ſic opinionem contrariam ſicuti communem, ita etiam veriſſimam & in jure fundatam ſtatuerim, † à quâ in praxi neutiquam eſt rece- 15
dendum, Hart. Piſt. *dict. quæſt 12. n. 13. in fin.* ubi ingentem Dd. Catalogum allegat Ant. Fab. *in Codic. dict. lib. 4. tit. 22. defin. 1. n. 6.* Matth. Coler. *de proceſs. execut. part. 1. c. 10. n. 253. & 255.* Joh. Schnei- 16
dew. *ad tit. inſt. de lit. oblig. n. 10. & ſeqq.* † Cæterum, quia poſt biennium probatio hujus exceptionis tanquam negativæ difficilima eſt, non certè per hanc impedire poterit debitor paratam executionem, ſed mandabitur inſtrumentum executioni, exceptione non numeratæ pecuniæ ad reconventionem & proceſſum ordinarium reſervatâ juxta Ordin. proc. jud. *tit. 39. §.* Wann aber das Urtheil. *in fin.* Matth. Col. *dict. cap. 10. n. 254.* Hart. Piſt. *dict. quæſt. 12. n. 15.*

Ita Domini in cauſa Auguſtini Stephani Kleiners & Conſort. contra Hanſen Wilcken / ventilata in Prætorio Lipſienſi M. Jun. Anno 1626. [Verba ſent. Daß Beklagter ſeinem Brief und Siegel nachzukommen / und Klägern zu bezahlen ſchuldig / und hat ſich dawider mit der vorgeſchützten exception non numeratæ pecuniæ geſtalten Sachen nach / und nach Verflieſſung zweyer Jahr nicht zu behelffen / Es wird ihm aber ſolche ſeine Nothdurfft nach geleiſteter Zahlung in der reconvention gebührlichen zu ſuchen / billich vorbehalten / V. R. W.)

Definit. LXVII.

Impedit tamen paratam executionem exceptio non numeratæ pecuniæ etiam poſt biennium oppoſita, ſi in continenti eſt probabilis.

1 REgulariter itaque in foro Saxonico exceptio non numeratæ pecuniæ poſt elapſum biennium objecta, non impedit paratam executionem, ut maximè debitor onus probandi in ſe recipiat, ſed rejicitur hæc exceptio in reconventionem & proceſſum ordinarium, Defin. *præced. in fin.* † At hoc ita, ſi aliter quam per teſtes, & modum 2
probandi ordinarium, intentio Rei nequeat demonſtrari; † Nam ſi debitor in continenti pecu- 3
niam ſibi non numeratam probare velit, cur non hæc exceptio perinde atque aliæ exceptiones in continenti probabiles, ad impediendam paratam executionem admitti debeat, rationem haud animadvertere poſſum, † veluti etiam aſſerit Hart. Piſt. 4
part. 4. quæſt. 12. num. 15. nec non Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. c. 10. n. 253.* Idque in pleno Judicii Appellat. Dreſdenſis Senatu Anno 1605. probatum eſt. † Et tradit Hart. Piſt. *dict. loc.* du- 5
plicem modum, quo pecuniam non numeratam fuiſſe in continenti probatur. Nempe, 1. † ſi ultra 6
inſtrumentum ſuper pecuniâ jam numeratâ aliud adhuc adeſt, quo debitori poſt confeſſionem priorem inſtrumentalem de pecuniâ illâ numerandâ eſſet cautum, *arg. l. minor. 25. annis. 32. ff. de minor. 2.* † Si probentur numerationes diverſis temporibus 7
factæ, per alia forſan inſtrumenta, unde fortiter colligendum primam confeſſionem ſpe ſaltem futuræ numerationis fuiſſe elicitam., Salycet. *poſt* Gloſſ. *in l. 2. C. de non num. pecun.* Hart. Piſt. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Ludwig Coldițens zu Weiſſenfels / M. Jan. Anno 1633. [Verba ſent. welche exceptio non numeratæ pecuniæ (wann dieſelbe von Klägern entweder geſtanden wird / oder ex actis notoria und bewißlich iſt) auch poſt biennium wider die ausgebrachte Hülffe zulåßlichen / ꝛc. So werdet ihr geſtalten Sachen nach / wann ſelbige exceptio in continenti verificiret werden kan / damit nochmals gehöret und zugelaſſen / und wird immittels mit fernerm Hülffs-Proceß und Adjudication des Hauſes billich in Ruhe geſtanden / V. R. W.)

Definit. LXIIX.

In aliis contractibus extra cauſam mutui & dotis, exceptio non numeratæ pecuniæ haud transfert onus probandi in Creditorem.

IN ſolâ mutui & dotis confeſſione exceptio non 1
numeratæ pecuniæ intra biennium oppoſita hâc prærogativâ munita eſt, ut Creditor teneatur probare numerationem, † nempè ut conſulatur de- 2
bitoribus, qui ſæpius neceſſitate adacti mutuum ſumentes inſtrumento cavere ſolent, etiam antequam pecuniam numeratam acceperint, *l. 1. l. 3. l. adſeveratio. 10. C. de except. non num. pecun.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 22 Defin. 1. n. 1.* † Ceſ- 3
ſat verò hæc ratio in aliis contractibus: In quibus ſi quis exceptione hâc tueri ſe velit contra inſtrumentum, probari ante omnia debet, numerationem factam non eſſe, ut apparet ex *l. generaliter. 13. & l. in contractibus. 14. §. ſuper cæteris. 2. C. de non num. pecun.* Felin. *in cap. ſi cautio. 14. n. 54. extr. de fide inſtrum.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 24. n. 35.* Hart. Piſt. *part. 4. quæſt. 12. n. 9* Donell. *lib. 14. comm. c. ult.* Matth. Weſenb. *vol. 5. conſil. 42. n. 21.* Natta *conſil. 431. n. 4.* Roland. à Vall. *vol. 4. conſil. 4. num. 1.*

Ita Domini in cauſa Michael Aytrers contra Ludovicum de Munters zu Dreßden / Menſ. Jul. Anno 1633.

Definit. LXIX.

Inter Mercatores locum non habet Exceptio pecuniæ non numeratæ ad impediendam paratam executionem.

COmmunis eſt Interpp. & in foro recepta o- 1
pinio

pinio, quod locum haud habeat exceptio non numeratæ pecuniæ inter mercatores ad impediendam executionem paratam, Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 4. cap. 1. num. 109.* Gloss. *in Novell. 4. cap. 3.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 14. n. 54.* Matth. Wesenb. *vol. 1. conf. 31. n. 23.* Jason. *in l. qui pecuniam. 30. n. 6. ff. si cert. petat.* Salyc. *in l. ſi literas. 7. C. mandat.* † Rationem si quæras, dicunt, inter mercatores rejectis apicibus juris ex bono & æquo judicari, *l. ſi fidejuſſor. 29. §. quædam. 4. ff. mandat.* Matth. Col. & Joh. Zang. *dict. loc.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. Defin. 3. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 15. n. 5.* † Sed apicibus juris hanc niti exceptionem, tantum abesse videtur, ut eam potius contra fraudes fœneratorum ex æquitate introductam existimaverim cum Reinh. Bachov. *in not. ad* Hier. Treutl. *vol. 1. diſput. 20. th. 2. in fin.* † Et quidnam æquius, quàm probari prius pecuniam fuisse numeratam, antequam repetatur. † Dixerim ergò, in foro Mercatorum huic exceptioni propterea haud locum dari, quod ea solutionem retardet atque in longum tempus differat; † At, interest mercatorum, pecuniam habere in promptu, ne fides eorum periclitetur. † Non tamen aliter id obtinere putaverim, quàm si ambo contrahentes sint Mercatores; Nam si unus saltem sive Creditor, sive debitor non sit ex genere mercatorum, † haud recedendum erit à jure communi, quod per exceptionem non numeratæ pecuniæ debitori succurrit, *l. 1. l. 3. l. 10. C. de except. non num. pecun.* † veluti in casu simili tradit Ant. Fab. *dict. defin. 3. n. 1. & lib. 8. tit. 23. defin. 8.*

Ita Domini in causa Matthæi Tentzers zur Ligniß/ Mens. Mart. Anno 1628. [Verba sent. Ob ihr nun wol die exceptionem non numeratæ pecuniæ vorzuschützen gemeinet: Dieweil aber dennoch beyde ihr und euer Gläubigere Kauffleute seyd / und die Schuld von Handelungen herrühret/ꝛc. So möget ihr auch mit solcher exception nicht gehöret noch zugelassen werden/ sondern ihr seyd mehrerwähnten euren Gläubiger / Inhalts eures Briefs und Siegels zu bezahlen schuldig/ und in Mangelung gütlicher Entrichtung/wird mit der Hülffe wider euch gebührlichen billich verfahren/ es ist euch aber nach geleisteter Zahlung/ euer Nothdurfft in der reconvention hinwiederum zu suchen unbenommen/ V. R. W.)

Definit. LXX.

Nec admittenda est inter Mercatores actio ex causa non numeratæ pecuniæ ad repetendum Chirographum ante factam solutionem.

NOn magis mercator audiendus, si agat & repetat Chirographum, ante factam solutionem, ex causa non numeratæ pecuniæ, quam si de hac excipiat; † Utroque enim modo impediretur parata executio, haud sine ingenti damno Mercatorum, † quorum interest pecuniam mox habere paratam, ne fides eorum periclitetur, Defin. *præced.* † Et cui non competit exceptio non numeratæ pecuniæ, si conveniretur ex causa mutui, eidem multò minus competet actio ad condicendum Chirographum, quasi sine causa factum, per tradita Ant. Fabr. *in Codic. lib. 4. tit. 22. Defin. 4. n. 1. & 2.*

Ita Domini in causa Caspari & Danielis Gerhards contra Hans Jacob Mauln / ventilatâ in Prætorio Lipsiensi M. Febr. Anno 1632. [Verba sent. Daß Klägere Suchen nach Gelegenheit diß falls nicht statt hat / sondern sie seyn ihr Brief und Siegel wiederum an sich zu lösen / und Beklagten/oder dessen cessionarium zu bezahlen / und nach geleisteter Zahlung ihre Nothdurfft in der reconvention gebührlichen zu suchen schuldig/ V. R. W.)

FINIS PARTIS PRIMÆ.

IN

IN NOMINE JESU CHRISTI!

JURISPRUDENTIÆ FORENSIS ROMANO-SAXONICÆ

PARS SECUNDA.

De Contractibus, vel Quasi.

Secundùm ordinem Constitutionum Divi Augusti Electoris Saxoniæ.

PARTIS SECUNDÆ CONSTITUTIO I.

Ob Unterpfand und Wiederkauff Juri offerendi aut pacto de retrovendendo an præscribatur?

præscribirt und verjähret werden mögen?

ES seynd in dieser Frage bey den Rechtsgelehrten zweyerley Meynungen/ denn etliche halten / daß die Verjährung statt haben solle/ die andern aber schliessen darauff/ daß keine præscription darinn zuläßlich sey. Dieweil denn unsere Juristen-Facultäten und Schöppenstühle derenthalben auch ungleich gesprochen / so haben wir ihnen durch unsere verordnete Räthe aufferlegen / und sie mit einander vergleichen lassen/ nach dieser opinion, so an dem Käyserlichen Cammergerichte / und unserm Ober-Hoffgerichte zum Theil gehalten/ zu erkennen/ nemlichen / daß in beyden Fällen des Pfandes und Wiederkauffs halben einige Verjährung oder præscription durchaus/ auch hundert und mehrjährige / nicht statt habe / sondern zu iederzeit ein Verpfänd- oder Wiederkäufflich verkaufft Gut Krafft und Innhalts des auffgerichteten erwiesenen Contracts gelöset / oder wieder erkaufft werden möge.

DUæ sunt de hâc quæstione Jurisconsultorum opiniones, quibusdam præscriptioni locum esse affirmantibus, aliis contrà id negantibus. Quia verò nec in Collegiis quidem etiam Facultatum Juridicarum & Scabinatuum nostrarum ditionum, eadem omnium de hâc fuit sententia: igitur nobis per Consiliarios nostros mandantibus, in id Deputati nostri convenerunt, ut secundum eam opinionem, quæ in Camera Imperiali, partim etiam judicio Curiali seu provinciali nostro obtinet, deinceps & respondeatur & judicetur, nimirum quòd neq; juri offerendi, neq; pacto de retrovendendo, ullo unquam tempore, ne centum quidem annorum aut plurium etiam, præscribatur, sed semper & quandocunq; pignus redimi, vel res vendita, juxta legem Conventionis, ubi illa probatur, lui & reemi possit.

DEFINITIONES.

1. *Contractus pignoratitius differt ab emptione-venditione cum pacto de Retrovendendo.*
2. *Contractus cum pacto retrovenditionis occasione mutui initus judicatur pignoratitius & usurarius.*
3. *Heres Creditoris pignoratitii jus offerendi contra debitorem præscribere nequit.*
4. *Emptor pignoris adversus debitorem præscriptione sese tueri potest.*
5. *Actio hypothecaria non minus ac personalis condictio ex mutuo, tollitur præscriptione.*
6. *Præscriptio debiti non nisi à tempore solutioni destinato currere incipit.*
7. *Præscriptio temporis immemorialis differt à præscriptione centenariâ.*
8. *Pactum de retrovendendo intra certum tempus elapso eo, ulterius non obligat paciscentem.*
9. *Vendito fundo ad certũ tempus cum pacto de retroven-*

trovendendo tempore licet elapso, Reluitio tamen locum habet.

10. *Obligatio ex pacto de retrovendendo transit etiam ad heredes.*
11. *A duobus re vendita cum pacto de retrovendendo, quando unus ex illis rem venditam reemere possit.*
12. *Pactum de retrovendendo etiam extraneo cedi potest.*
13. *Quando ex pacto retrovenditionis actio quæratur absenti.*
14. *Minor heres Emptoris rem emptam cum pacto de retrovendendo absque decreto Magistratûs revendere potest.*
15. *Emptor, qui rem cum pacto de retrovendendo possidet, præcisè eam revendere tenetur, nec liberatur præstatione ejus quod interest.*
16. *Vendita re empta cum pacto de retrovendendo ab emptore, primus venditor à secundo emptore rem vendicare nequit, sed habet actionem personalem ex vendito adversus primum emptorem in id quod interest.*
17. *Ex pacto Retrovenditionis verbis directis concepto seu resolutivo competit Rei vindicatio primo venditori adversus tertium possessorem.*
18. *Omne incrementum seu commodum pariter atq; incommodum, quod rei cum pacto de retrovendendo venditæ quocunq; modo accedit, indifferenter ad emptorem spectat, non autem ad venditorem.*
19. *Revendenti id quod ex speciali pacto solvit, una cum pretio restituendum non est.*
20. *In contractu Retrovenditionis fructus pendentes ultimi anni inter Emptorem & Venditorem pro rata temporis dividuntur, nisi inter contrahentes aliter conventum fuerit.*
21. *Venditor pretium Revenditionis non paratâ pecuniâ, sed statis & distinctis temporibus solvere volens, quando admittendus sit?*
22. *Pretium reluitionis solvi debet in moneta, quæ fuit tempore primæ venditionis.*
23. *Ex venditione, quæ fit cum pacto de retrovendendo, debetur Laudemium Domino, non etiam ex ipsa Retrovenditione.*
24. *Revendenti id, quod Laudemii nomine ex prima venditione Domino solvit, à Reemptore restitui debet.*
25. *Cessat jus retrovenditionis, quando bona publicè sub hasta venduntur.*
26. *Contractus pignoratitius non censetur tacitè prorogatus in annum integrum, ex eo, quod debitor termino præfinito non solverit.*
27. *Revendenti omnes impensæ & meliorationes sunt restituendæ à reemptore.*

reddere, remque cum fructibus nullo pretio refuso restituere cogatur *l. ex pignore. 1. l. seq. C. de pign. act. l. si convenerit. 18. §. 1. ff. eodem tit.* † utpo- 10
te qui horum ratione perinde malæ fidei possessor censendus, ac si possessionis suæ titulum nullum haberet; † Parum enim refert, an quis habeat titulum 11
nullum, an vitiosum, *l. quoties 6. ff. qui satisd. cog. l. 2. de aut. tutor.* Ant. Fab. *dict. tit. de rescind. vendit. defin. 3.* Matth. Col. *cons. 28. n. 103.* Nicol. Boër. *decis. 44. n. 34.* Henning. Gœden. *cons. 109. n. 26.* Mod. Pist. *dict. cons. 13. n. 16.*

Ita Domini ad requisitionem Hansen Garcissens zu Meissen/ Mens. April. Anno 1600. (Verba sent. Und weil obbemeldte Gläubigere die ihnen verpfändete Stücke inne gehabt und genossen / sind sie / wofern solche Stücke so austräglichen/daß sie über alle auffgewendete Mühe und Unkosten/dieselbe höher/als die Landübliche Zinsen genieſſen können/davon Rechnung zu thun / und was sie über die Landübliche Zinsen eingenommen / ihnen an der Hauptsumma abkürtzen zu lassen schuldig/V.R.W.)

Definit. II.

Contractus cum pacto Retrovenditionis, occasione mutui initus, judicatur pignoratitius & usurarius.

MAgna quia est differentia inter Emptionem Venditionem cum pacto de retrovendendo & contractum pignoratitium seu usurarium, ut dixi Defin. *præced.* multum sanè refert nosse, † 1
Quando contractus celebratus sit empti-venditi cum pacto de retrovendendo, aut verò pignoratitius vel simulatus? † Sanè si ex verbis obligationis de 2
mente & intentione contrahentium, quem scilicet contractum celebrare voluerint, manifestò constet, quin ille Contractus servandus sit, nec ei nomen alienum affingendum, dubium prorsus non est. Hart. Hartman. *lib. 2. observ. tit. 22. observ. 4. n. 2.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 22. n. 16.* † ; At, si verba contrahentium obscura & dubia sint, quippe quod sæpissimè verba Revenditionis & pignorationis promiscuè in Instrumentis utantur,

4 tur, † ex præsumptionibus & conjecturis decisio erit desumenda. Simulatio enim cum sit dolus &
5 in animo consistat, † probari potest ex solis indiciis & conjecturis, *l. 1. & 3. C. plus val. quod agit. l. dolum. 6. C. de dolo l. non omnes. 5. §. à Barbaris,*
6 *6. ff. de re milit.* † Quare hoc casu judicis requirit officium, totam rem acutè ponderare & præsumptionem capere ex causis quàm plurimis, pro personarum & rerum varietatibus, quarum benè multas refert Matth. Berl. *p. 2. concl. 1. n. 6. & seqq.* cui calamum de manu eripere nolo, ut loquitur
7 Bald. *vol. 1. cons. 315. in fin.* † Ex sola tamen pretii vilitate, etiamsi accedat enormissima læsio, non præsumitur Venditionis Contractus fœneratitius & simulatus, nisi fœnerandi quoque consvetudo interveniat ex parte Emptoris, aut alia conjectura,
8 Thom. Grammat. *decis. 76.* † Etenim si hæc tria concurrant: pactum de Retrovendendo, Modicitas pretii, & consvetudo fœnerandi, quin Contractus sit pignoratitius & usurarius, nemo dubitat secundum Ant. Fab. *in C. tit. de rescind. vendit.*
9 *defin. 5. n. 6.* † Quamvis omninò Judicis arbitrium hâc in re excludendum existiment, juxta tra-
10 dita Hart. Pist. *observ. 219.* † Non levis autem præsumptio pro usurario & pignoratitio contractu oritur, si emptio cum pacto de retrovendendo ex causa mutui originem sumpserit: Veluti quod venditor emptorem pro pecuniâ sibi mutuandâ
11 requisiverit, † vel Creditor & possessor noluerit mutuare, nisi sibi fundus cum pacto de retrovendendo venderetur. Licet namque tum verbis manifestis fiat mentio Emptionis-Venditionis cum pacto de retrovendendo, attamen cum causa origi-
12 nalis fuerit mutui & non Emptionis, † Contractus judicabitur usurarius Matth. Col. *cons. 29. n. 74.* Jac. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 122. n. 46.* Franc. Zoanet. *in tract. de Empt. Vendit. sub pact. revend.*
13 *n. 62.* † Omne enim id, quod mutui ratione præstatur, censetur usura *c. plerumque 88. caus. 11. q. 3.* Gloss. *in l. rogasti. 11. §. si tibi. 1. ff. si cert. petat. l. si*
14 *ea. 14. l. cum allegas. 15. ubi Dd. C. de Usur.* † Quod tum demum admittit Hart. Pistor. si talis accesserit læsio, quam ipsa Venditionis Natura respuit,
15 † vel si aliæ præsumptiones concurrant, ex quibus de usuraria pravitate constare queat, *observ. 219. n. 56.* Qua in re judicis arbitrio multum tribuendum existimaverim. *Vid. infr.* Const. 30. *Defin. 42. & 43.*

Ita Elect. Saxon. Scabini ad consultationem VVolffgangi à Totlebens, M. April. Ann. 1631. (Verba sent. Ob nun wol der Creditor in denen Gedancken stehet / daß er vermöge des auffgerichteten Contracts die ihme eingeräumete 12. Marck-Scheffel Getreydig unbeschadet des Capitals zugebrauchen habe / und ihme die eingehobene Nutzung nicht in Sortem computiret werden möge / dieweil aber dennoch dieser Wiederkauff ex causa mutui entstanden / und dahero nach gemeinem Wahn der Rechts-Gelehrten pro contractu usurario zu halten / &c. So hat sich auch der Creditor dessen nicht zu erfreuen / sondern er ist bey Wiederempfahung des Capitals von den eingehobenen Nutzungen Rechnung zu thun / und das jenige / so er über den Landüblichen Zins daran gewonnen / ihme in sortem computiren zu lassen schuldig / V. R. W.)

Definit. III.

Heres Creditoris pignoratitii jus offerendi contra debitorem præscribere nequit.

Juri offerendi, quod competit debitori adver- 1
sus Creditorem pignoratitium, nunquam præscribitur, quia Creditor non sibi possidet, sed debitori *l. pignori 13. ff. de usucap.* † & quod debi- 2
tor Creditori suo offerre potest ad luendum pignus, in mera facultate magis quàm in jure versatur *Bart. ad l. cum notissimi 7. C. de præscription. 30. vel 40. annorum ubi &* Ant. Fab. *in Cod. defin. 7. Const. Elect. h. 1. ubi* Dan. Moll. Beust. *ad l. admonendi, 31. ff. de jurejur. n. 871.* † Quod & verum, si 3
pactum Legis commissoriæ fuerit adjectum pignori, ut demonstrat Moller. *3. semestr. 19. Sed num idem obtinebit in herede Creditoris pignoratitii?* † utique. Non solùm enim vitium reale, 4
ut furtum, spolium, rapina, sed & personale vitium, hoc est, mala fides defuncti impedit præscriptionem in herede seu successore universali, non tantùm quando vult uti accessione temporum, quibus defunctus fuit in possessione, † sed 5
& quando ex propria persona velit computare tempora præscriptionis; Ut maximè enim is fuerit in bona fide, attamen mala fides defuncti, cui successit, præscriptionem impedit in herede, † 6
Quippe qui ignoratione suâ defuncti vitia excludere non potest *l. cum heres. 11. ff. de diverss. temp. præscript.* Ant. Fab. *in Cod. tit. plus valer. quod agit. defin. 2. n. 1.* † Quin & heres in universum jus 7
defuncti succedit, ejusque personam repræsentat. *l. quoties. 9. §. heredes. 12. l. non minus. 31. in fin. ff. de hered. inst. l. nihil aliud. 24. ff. de verb. sign.* † Ergo sicut defunctus non potuit præscribere, ita 8
nec heres; † Cujus etiam interest, ne fama defuncti, quam ut propriam defendere debet, lædatur, 9
l. 1. ff. de injur. Aut. Consult. Const. Sax. *tom. 1. part. 1. qu. 1. n. 9.*

Ita Domini in causa Melchior Lindeners zu Roßwein / Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Hat euer Vater seinem Nachbar vor vielen Jahren ein Stück Guts Pfandweis eingethan / und solches ihn nützen und gebrauchen lassen / Ob nun wol da sie der bemeldter Gläubiger Todes verfahren / da ihr aber dennoch vorgedachtes Gut wieder einzulösen gemeinet wäret / &c. So wären euch des Gläubigers Erben solches Gut abzutreten schuldig / und hätten sich mit der præscription dawider nicht zu behelffen / V. R. W.)

Definit. IV.

Emptor pignoris adversus debitorem præscriptione sese tueri potest.

Quia Creditor, ut pignoris possessor semper 1
est in mala fide, successor singularis, si ipse velit computare tempora, quibus Autor, à quo ipse causam habet, possedit, nec tempore longissimo pignus emptum præscribere valebit, *Auth. malæ fidei. C. de præscript. long. temp.* † Quod si ve- 2
rò emptor pignoris incipere velit præscriptionem ex propria persona, nil certè obest, quo minus usitato tempore, puta triginta annis de jure communi (in foro autem Saxonico triginta annis, cum anno & die) pignus emptum præscribere, & vindicantem debitorem hâc exceptione repellere possit, Auth. Consult. Const. Sax. *tom. 1. part. 1. qv. 1. n. 15. vers. de successore verò singulari.*

† *Tùm,*

3 † *Tùm*, quod Emptor fuerit in bona fide justoque titulo pignus acquisiverit *l. 5. & tot. tit. ff. pro empt.* cui mala fides venditoris haudquaquam nocere potest, scilicet, quia hic non ope & adjumento autoris sui ad defensionem utitur, sed proprio jure præscriptionis sese tuetur Aut. Con-
4 sult. *d. qu. 1. n. 16.* † *Tùm*, quod quando universa seu mutata est possessio, ut quia ex aliâ causâ alius incipit possidere, juri offerendi præscribatur, Matth. de Afflict. *in c. 1. de feud. dat. invicem leg. commiss.*
5 † *Tùm*, quia *Constitutio Electoralis* soli Creditori pignoratio præscriptionem juris offe-
6 rendi aufert; † Neutiquam ergo hæc prohibitio ad alium casum, quo possessor vindicantem Dominum præscriptione repellit, extendi debet, per tradita Andr. Tiraquell. *de leg. connub. gloss. 2. n. 23. post pr.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob wol sonsten wider die Einlösung eines Unterpfandes die Verjährung nicht statt hat / da aber dennoch obgedachter Gläubiger das verpfändete Gut einem andern / Namens Johann Rühel verkaufft / derselbe auch unwissend / daß es ein Pfand-Schilling gewesen / solches als sein Eigenthum binnen 30. Jahr / Jahr und Tag geruhlichen besessen hätte / ꝛc. So hätte Johann Rühel durch Verjährung das Eigenthum solches Guts erlanget und ihr wäret dasselbe nunmehr beständiger Weise zu vindiciren nicht befugt / V. R. W.)

Definit. V.

Actio hypothecaria, non minus ac personalis Condictio ex mutuo, tollitur præscriptione.

1 JUs luendi pignoris, quod debitori competit adversus pignoratitium Creditorem, quia in mera facultate versatur, nullius quantumvis longissimi temporis præscriptione excluditur, *Supra*
2 Defin. 3. † Non item est, si tractetur id è pignore aut hypotheca, quam Creditor habet constitutam in bonis debitoris ad debiti sui assecuratio-
3 nem; † Hæc namque uti juris est, non facultatis, ita eandem, quam cætera jura, patitur triginta annorum præscriptionem *l. sicut 3. l. omnes. 4. C. de*
4 *præscript. 30. vel 40. annorum.* † Adeoque in foro Saxonico extinctâ hypotheca præscriptione tricennali cum anno & die, Creditor debitum ex
5 mutuo petens repellitur. † Hæc enim præscriptio omnes indifferenter actiones tàm reales quam personales perimit, Joh. Schneidevv. *in tit. Inst. de usucap. rubr. quot sunt species præscript. n. 13. & 53.* Et debito ipso præscriptione sublato, pignus
6 certè seu hypotheca haud sustineri poterit, † ut quæ accessoria est contractus principalis, *l. 43. ff. de solut. l. 5. l. 15. ff. quib. mod. pignus.*

Ita Domini in causa VVolffgangi à VVolfframbsdorff, Mens. Febr. Anno 1629. (Verba sent. Und es ist der Besitzer des Guts obangeregte 100. fl. abzustatten schuldig / Es wäre denn / daß der Gläubiger binnen rechtsverwehrter Zeit seine Forderung nicht angestellet / noch-lemahls den Schuldener / oder seine Erben / weniger den Besitzer des Guts in Anspruch genommen hätte / auff solchen Fall wäre beydes die Schuldforderung so wol das Unterpfand erloschen / und wäre dennoch der Gläubiger weder des Schuldeners Wittib / noch den Besitzer in Anspruch zu nehmen befugt / V. R. W.)

Definit. VI.

Præscriptio debiti non nisi à tempore solutionis destinato currere incipit.

EXpediti juris est, quod is, qui in diem debet, 1
ante diem solvere non teneatur, sed totum illud tempus arbitrio solventis relinquatur *l. 41. §. 1. l. 42. l. 118. §. 2. ff. de verb. obligat. §. pen. inst. de inut. stipulat.* † adeo ut Creditor plus petat, de- 2
bitum ante diem exigens *§. 33. inst. d. action.* Quod si ergo Creditor ante diem solutioni destinatum nulla competit actio, † neutiquam huic præscribi 3
poterit, cum non entis nullæ sint qualitates *l. 1. ff. comm. prædior. l. in actionibus. 5. ff. de in lit. jur.* Gail. *2. obs. 18. n. 6.* † Et semper dandum est ini- 4
tium aliquod præscriptionis, Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 13. defin. 2. n. 5.* Nec debitor quicquam ante possessionem præscriptione sibi acquirere potest, † siquidem tantum videtur præscriptum, quantum 5
possessum *l. quod meo. 18. §. fin. ff. de acquir. possess. l. 1. §. si quis hoc interdicto. 4. §. Julianus. 5. ubi* Bartol. *ff. de itin. act. privat. & in l. cum de in rem verso. 6. col. fin. ff. de usur.* † Ac quomodo quæso 6
præscriptione puniri poterit negligentia Creditoris debitum non exigentis, qui ante diem debitorem compellans pœnam plus petitionis incurrit *d. §. 33. Inst. de act.*

Ita Domini in causa Jacobi Rudels zu Kannewurff / Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wol von solcher Zeit an dreyßig Jahr / Jahr und Tag verflossen / dieweil aber dennoch das Darlehen auff 6. Jahr gerichtet worden / von derer Verfliessung selbige Schuld nicht gemahnet werden mögen / und aber von Zeit der verschriebenen Zahlung anzurechnen / die zur Verjährung nach Sachsen-Recht erforderte Frist als 30. Jahr / Jahr und Tag noch nicht verflossen / ꝛc. So haben sich auch des Schuldeners Erben mit der Verjährung nicht zu behelffen / sondern sie seynd beydes das Capital und Zinsen nochmahls zu zahlen schuldig / V. R. W.)

Definit. VII.

Præscriptio temporis immemorialis differt à præscriptione Centenaria.

EXistimat Guid. Papæ *q. 575.* ad præscriptionis 1
immemorialis probationem, necessariò requiri probationem centum annorum, quam sententiam quoque tenet Balb. *de præscr. 2. part. 3. pr. qu. 6. &* Mynsi. *cons. 13. n. 21.* Qui certè confundere videntur utramque præscriptionem; At malè. † Vel sola enim nominis ratio indicat, non 2
sufficere centum annorum probationem ad immemorialem præscriptionem adstruendam. † Im- 3
memoriale namque dicitur, cujus memoria non est in contrarium; † Sed fieri potest, quod ejus, 4
cujus non est memoria in contrarium à centum annis, sit memoria in centum & decem vel viginti, &c. † Falsum ergo est, quod probatis cen- 5
tum annis, sit probata præscriptio immemorialis. Quin & præscriptio centum annorum probatur ex depositione testium de tempore centum annorum. † Quæ tamen neutiquam sufficit 6
ad probationem temporis immemorialis, sed ad hanc requiritur, testes ultra asserere, se vidisse semper ita fieri, & nunquam vidisse contrarium actum, nec à majoribus & senioribus aliud audivisse, neque etiam hosce majores à suis majoribus & senioribus aliter audivisse, hujusque rei

pub-

publicam esse famam & opinionem apud eos, qui rei cognitionem habent, Gloss. *in c. 1. extr. de præscript.* Capit. *dec. 139.* Matth. Stephan. *de Jurisd. Imp. Rom. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 158.* Gabr. Comm.
7 *concl lib. 5. tit. de præsc. concl. 1 n. 81.* † Hinc articuli probatorii vulgò formari solent: Wahr und Zeugen wissen / daß Zeugführer und seine Vorfahren vor 10. 20. 30. 40. 50. 60. und mehr Jahren weit über Menschen-gedencken mit den Schafen auff N. N. Feldern getrieben haben: Zum andern / Wahr und Zeugen wissens / daß sie es nicht allein für ihre Person gesehen / sondern auch von ihren Eltern und andern solches gehöret / und nie anders erfahren noch gehöret haben / auch niemand sey / der es anders gedencke. Joh. Schneidevv. *in tit. inst. de usucap. rubr. de speciebus præscript. n. 37. vide quoq;* Matth. Col. *ad c. cum vobis. 14. n. 23.*
8 *& seqq. extr. de præscript.* † Ubi aliqvot modos probandi seu articulandi super tempore immemoriali tradit, eamque differentiam præscriptionis centenariæ & temporis immemorialis, indi-
9 gitat quoq; † Elector Sax. Illustriss. *in h.* Const. 1. *verb.* Einige Verjährung oder *præscription* durchaus / auch hundert / und mehr Jährige nicht statt habe / est ergo præscriptio aliqua ultra centum annos, quæ immemorialis sit necesse est. Neqve
10 hæc differentia suo effectu destituitur; † Etsi enim in utraque hâc præscriptione ex solo lapsu tam longi temporis, & titulus & bona fides facilimè præsumatur, ipso etiam temporis antiquitas utroque casu justi tituli vim obtineat, *l. ult. ff. de aq. & aqv. pluv. arc. junct. l. 1. §. ult. cod. tit. l. 3. §. ductus*
11 *aqvæ. 4. ff. de aqv. quotid. & æstiv.* † Attamen si tam diutinæ possessionis titulus aliquis vitiosus præferatur, aut qua alia ratione malam fidem ab initio interveniss e, appareat, præscriptio centenaria corruit, Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 13. de-*
12 *fin. 2.* † Quæ tamen exceptio non cadit in præscriptionem temporis immemorialis, cum immemoriale tempus futurum non sit, si ponas malæ fidei, quæ ab initio intervenit, memoriam aliquam constare, *l. si arbiter. 28. ff. de probat.* Fab. *d. loc.* Matth. Steph. *dict. c. 7. n. 156.*

Ita tractatum in causa Melchior Lindners zu Roßwein / Mens. Mart. Anno 1633.

Definit. VIII.

Pactum de Retrovendendo intra certum tempus, elapso eo ulterius non obligat pacisc entem.

ET si pacto de Retrovendendo nullo unqvam tempore præscribatur, *h.* Const. Elect. 1. *p. 2.* Hart. Pist. *observ. 38.* Andr. Fach. *l. 2. Contr. c. 13.*
1 Cavallos. *com. opin. qu. 207.* † Si tamen hoc ad certum tempus verbis expressis restrictum fuerit, e-
2 lapso eo jus reluendi ulterius non obtinet. † Nec is, qui intra certum tempus promisit retrovendere, eo elapso amplius tenetur, Gozadin. *consil.*
3 *87. n. 5. & cons. 94. n. 51.* Cagnol. *in l. 2. q. 7. n. 63. C. de pact. int. empt. & venditor.* Hart. Pist. *observ.*
3 *223.* Moller. *ad const. Elect. 32. n. 41. p. 2.* † Nam quod intra certum tempus fieri debet, postea censetur prohibitum, *l. si intra. 23. ff. de statu lib. l. Titia, cum Testamento. 34. §. ult. ff. de leg. 2. l. Thais.*
4 *41. §. intra. 12 ff. de fideicom. libert.* † Et conditio intra tempus expressum implenda, post illud adimpleri nequit, Gloss. & Dd. *in l. 1. C. de inst. & subst.* † Quo & facit *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* ubi si quis promisit retrovendere quandocunque, vel intra certa tempora, lex conventionis est servanda; † Quin & facultatem habens intra
6 certum tempus redimendi, si intra illud non redimat, censetur juri suo renunciare; † Siquidem
7 paria sunt lapsu temporis vel renunciatione excludi *l. 1. §. sed videndum. 11. ff. de succes. edict.* Ant. Hering. *in tract. de fidejuss. c. 28. n. 4.* Moll. *dict. const. 32. n. 45.* † Limitanda tamen videtur hæc as-
8 sertio, quando venditor justum habuit impedimentum, quò minus rem intra tempus præfinitum redimeret, ut quia amisit pecunias per nuntium, vel si ab hostibus detentus est, aut aliud simile quippiam contigit. † Quo sanè casu, proba-
9 to impedimento, mora purgatur, & venditor ad redimendum admittitur. † Ex causa namque ra-
10 tionabili, aliquid temporis venditori est indulgendum ultra conventum, per tradita Decian. *cons. 84. vol. 2.* Hart. Pist. *dict. observat. 223. n. 7. & 8.*

Ita Domini in causa Caspari Kolckens Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Hat euer Unterthaner einer seinem Nachbar einen Acker umb eine gewisse Summa Geldes verkaufft / darneben aber ihme ausdrücklichen vorbehalten / dafern er nach dreyen Jahren bemeldten Acker wiederumb lösen würde / ihme so dann / jedoch länger nicht solches freystehen solte / und es hat sich Verkauffer / ungangesehen die gesatzten drey Jahr allbereit vor einem halben Jahr verflossen / zur Wiederlösung des Ackers nicht anerboten. ꝛc. So ist solcher Wiederkauff erloschen / und hat sich Verkauffer nunmehr dessen ferner zugebrauchen nicht fug; Er könte denn wie Recht darthun und erweisen / daß er sich des vorbehaltenen Wiederkauffs zu gebrauchen durch das Kriegswesen bißhero verhindert worden / und wegen Unsicherheit des Wegs / das Kauffgeld / so er bey sich vorhanden gehabt / dahin nicht schaffen noch auszahlen können / dessen genösse er auff solchen Fall billich / V. R. W.)

Definit. IX.

Vendito fundo ad certum tempus cum pacto de Retrovendendo, tempore licet elapso, Reluitio tamen locum habet.

MUltum differt, utrum Venditor jus reluendi certo tempore exercendum sibi reservaverit: An verò venditioni ad certum tempus factæ pactum retrovenditionis fuerit adjectum. Priori enim casu tempore exercendæ reluitionis elapso, nulla ulterior reluitio obtinebit, prout dixi Defin. *præced.* † Casu verò posteriori facta scilicet vendi- 2
tione ad certum tempus cum pacto de retrovendendo, videlicet (auff drey Jahr wiederkäufflichen) elapso licet triennio, vel tempore longiori, reluitio tamen fieri potest. † Ratio diversitatis est, 3
quod casu priori, tempus certum reluitioni fuerit præfinitum, si nempe venditor velit intra illud, binnen so viel Jahr / fundum venditum reluere, quo ipso conditio ponitur potestativa, quæ post tempus elapsum contra pactum contrahentium ulterius adimpleri nequit. *l. Sticho. 40. §. Titius 7. ff. de Statu liber.* Virg. Pingiz. *qu. sax. 6. n. 5.* † At 4
casu posteriori, facultas redimendi ad certos annos non restringitur, neque tempus reluitioni, sed potius venditioni sub pacto de Retrovendendo apponitur. Cujus unicus hic esse videtur effectus,

quod

quod durante tempore, Venditor facultatem redimendi non habeat, nec emptori offerendo pre-
5 tium ullam moleſtiam creare poſſit; † Quæ ſanè mens videtur fuiſſe contrahentium, quæ obligationi legem dat & formam *l. 1. §. ſi convenit. 6. ff. depoſiti. l. 52. ff. de verb. obligat. l. contractus. 23. ff.*
6 *de Reg. Jur.* † Cui etiam in dubio acquieſcendum eſt, usque dum alia contrahentium intentio ex verbis inſtrumenti probetur, maximè quia hæc pacti interpretatio æqua & benignior eſt, quâ minus
7 Venditori præjudicatur, † qui & aliàs ex juſta aliqua cauſa poſt transactum tempus revenditionis facilè in integrum reſtituitur *l. quibus diebus. 40. ff. de Condit. & demonſtr. c. ſignificante. 7. & ibi* Dd. *extr. de pignor.* Bald. *in repet. l. Æmilius. 38. de minor.* Roman. *conſ. 435. in fin.*

Ita Domini ſenatui Weidenſi, Menſ. Sept. Anno 1623. (Verba ſent. Ob nun wol der Wiederkauff auff drey Jahr lang gerichtet/ dieſelbe auch allbereit vorlängſt vorüber und die Wiedereinlöſung biß dato noch nicht erfolget/ ꝛc. So hat doch der Käuffer beſtändiger Weiſe ſich damit nicht zu behelffen/ ſondern es iſt nichts deſtoweniger von dem Kauff wieder abzuſtehen/ und gegen Wiederempfahung ſeines ausgezahlten Kauff-Geldes/ den erkaufften Teich abzutreten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. X.

Obligatio ex pacto de Retrovendendo tranſit etiam ad heredes.

1 Sicuti regulariter pacta ad heredes tranſeunt, *l. ex contractibus. 49. ff. de oblig. & action. l. ve-*
2 *teris. 13. C. de contr. & comm. ſtip.* † Ita etiam ex pacto de retrovendendo heredibus actio competit, & datur ex hoc pacto jus redimendi, non ſolum
3 ipſi venditori, ſed & ejusdem heredibus, † Licet iis venditor ſpecialiter non proſpexerit *l. ſi pactum. 9. ff. de probat.* Nicol. Boër. *deciſ. 182. n. 21. & ſeqq.* Hart. Piſt. *obſerv. 154.* Matth. Berl. *part. 2.*
4 *concl. 2. n. 22. & 23.* ubi plures allegat. † Ut maximè enim concedatur, pactum de retrovendendo eſſe perſonale, exinde tamen heredis perſona haudquaquam ab eo excluditur, quia cum contrahente heres usque eo magnam habet ſimilitudinem, ut etiam Juris ratione eadem cum ipſo per-
5 ſona eſſe cenſeatur *l. heredem. 59. ff. de Reg. Jur.* † Quod ipſum tamen limitat Hart. Piſt. *d. obſerv. 154. n. 23.* in caſu, quo inter contrahentes ita convenit, ut Venditori tantùm, vel ſoli venditori liceat rem venditam reſtituto pretio redimere, quæ verba taxativa pactum hoc ad certam perſonam reſtringunt, ut mirum haud ſit, heredes ſub eo pacto
6 non contineri; † Licet aliàs omiſſa reſtrictione, vis hujus pacti adeo extendatur, ut & ad collaterales heredes tranſeat, ceu jus quoddam obligationis ex contractu vel pacto acquiſitum, *d. l. ex contractibus. 49. ff. de oblig. & action.*

Ita Domini in cauſa Johan Boyens zu Pranſitz/ Menſ. Sept. Anno 1621. [Verba ſent. Iſt nach euers Vatern Abſterben/ dem jüngſten Bruder zum Beſten das väterliche Gut auff 18. Jahr lang einem Frembden wiederkäufflichen hingelaſſen worden/ und es iſt gedachter euer jüngſter Bruder in ſeiner Unmündigkeit vor Verflieſſung der 18. Jahr Todes verfahren/ ꝛc. So hat er ſolches Wiederkauffs-Recht auff euch und eure Brüder gebracht und verfället/ und ihr habt euch nach verfloſſenen 18. Jahren/ vermöge ſolches Wiederkauffs/ des Guts anzumaſſen wol fug/ V. R. W.)

Definit. XI.

A duobus re vendita cum pacto de retrovendendo, quando unus ex illis rem venditam reemere poſſit?

1 Si duo vel plures vendunt fundum reſervato ſibi jure reluitionis, aut ſi venditor deceſſit, duobus vel pluribus heredibus relictis, qværitur, *an unus ex hiſce admittatur, ſi partem pretii offe-*
2 *rat, ac partem rei venditæ redimere velit, reliquis reemere nolentibus?* † Quod ſimpliciter negat Bartol. *in l. ſi quis. 46. n. 4. ff. de ſolut.* Cujus aſſertio vel exinde probatur, quod Retrovendere contineat Rei traditionem, adeoque ſit quiddam individuum, quod pro parte exerceri nequeat, *l. 72. ubi* Donell.
3 & Dd. *ff. de verb. oblig.* † Quod ſi verò unus ex venditoribus aut heredibus venditoris totum pretium Emptori cum pacto de retrovendendo offerat, & petat ſibi integrum fundum revendi, communis eſt Dd. concluſio, quod admittatur, & Emptor hunc totum fundum revendere teneatur, *per l. fiſtula. 78. §. qui fundum. 2. ff. de contr. empt.* Joh. Schneidevv. *in §. actionum. 28. Rubr. de act. ex vendit. n. 20. inſt. de action.* Nicol. Boër. *deciſ. 25. n.*
4 *1. & 2.* † Modò etiam Reemptor caveat de revendendo partem ſocio, ſi is in poſterum eam voluerit habere & redimere, Jaſon. *in l. ſtipulationes non dividuntur. 72. n. 21. ff. de verb. obligat.* Joh. Schneidevv. *d. §. actionum. 28. n. 20.* †. Neque enim
5 emptor hoc caſu habet, de quo conqueri poſſit, quippe qui non modò propter ſatisdationem præſtitam tutus eſt ab altero venditoris herede, ſed & totum rei venditæ pretium recipit.

Ita Domini in cauſâ Petri Bidermans zu Grimmeritz / M. Auguſt. An. 1629. (Verba ſent. Und nach dem der Verkäuffer Todes verfahren und etliche Erben hinter ſich verlaſſen/ iſt der eine unter ſolchen Erben ſich des Wiederkauffs zu gebrauchen/ und die Länderey wiederumb an ſich zu löſen gemeinet; da nun derſelbe die gantze Kauffſumma vollſtändig erlegen/ und wegen ſeiner Mit-Erben/ daß er euch gegen ſie vertreten/ und ſchadloß halten wolle/ gnugſame Caution beſtellen würde/ ꝛc. So ſeyd ihr ihme die erkaufften Gütere wiederumb abzutreten und einzuräumen ſchuldig/ und ihr habt euch darwider beſtändiger Weiſe nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Definit. XII.

Pactum de Retrovendendo etiam extraneo cedi poteſt.

1 Jus redimendi ex pacto de retrovendendo non modò heredi univerſali venditoris competit, ſed & ceſſionario, vel alii ſingulari ſucceſſori, in quem venditor hoc jus per donationem, venditionem, aliamve ſimilem ceſſionem tranſtulit, Joſeph. Lud. *dec. Luc. 47.* Molin. *in Conſvet. Pariſien. tit. 1. §. 13. n. 20.* Joh. Schneidevv. *ad §. actionum. 28. Rubr. de Action. ex Vendit. n. 18. Inſt. de action.* Franc. Zoannet. *tr. de empt., vendit. cum pacto retrovendit. num. 7. & ſeqq.* Mod. Piſt. *p. 3.*
2 *q. 109.* † Etenim, quæ ad heredem transmittuntur, alteri quoque cedi poſſunt. *arg. l. ex pluribus. 42. ff. de adminiſtr. tutor.* Et aliàs etiam juris eſt
3 expediti, † quod actio perſonalis alteri cedi queat, *l. per diverſas. 22. C. mandat. l. ult. & tot. tit. C. de heredit. & act. vendit.* Quidni ergo idem quoque obtineret in actione ex pacto de retrovendendo, quæ certe nullibi cedi prohibetur. *l. præcipimus 32. in fin. Codic. de appellat.*

† Quam

4 † Quamvis aliter res se habeat in casu, quo expressè fuit conventum: Ut solus venditor per se possit redimere, non etiam alii id jus cedere, tunc enim pactum servari debet, nec cessio valebit. Hier. Cagnol. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. col. 8. vers. limita nisi pactum.*

Ita Domini Senatui Weidensi Mens. Sept. Anno 1623. [Verba sent. Hat Adam Weber vor etlichen Jahren Christoph Nürnbergern einen Teich auf eine Zeitlang wiederkäufflichen verlassen und zugeschlagen/ und demnach Verkäuffers Bruder nebens andern des Verkäuffers Gütern auch dieses Wiederkauffs-Recht durch Cession an sich bracht/ ist er bemeldten Teich wieder an sich zu lösen gemeynet/ &c. So ist gedachter Christoph Nürnberger/ gegen Wiederempfahung seines ausgezahlten Kauff-Geldes/ denselben abzutreten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Quando ex pacto Retrovenditionis actio quæratur absenti?

1 MOrtuis parentibus in favorem liberorum impuberum, prædia paterna sæpè venduntur extraneo cum pacto de Retrovendendo, ita ut si ad eam ætatem pervenerint liberi, quâ rei familiari utiliter præesse & prædia administrare
2 queant, eadem reemere ipsis liceat; † Ejusmodi contractus impuberibus vix prodesse potest, qui tempore pacti initi ejus ætatis fuisse videntur, ut etsi præsentes fuissent, negotium tamen aliquod cum ipsis geri non potuerit, ut haud immeritò pro ab-
3 sentibus habiti fuerint. † Quibus pactum retrovenditionis neutiquam prodesse potest propter *text. in l 1. C. de contr. stip.* qui licet de stipulatione loquatur & ad ejus validitatem præsentiam stipulatoris requirat, eadem tamen ratio videtur sub-
4 esse in pacto de retrovendendo, † cum ad hoc, ut pactum validè ineatur, alterius partis acceptationem accedere necesse sit, Hartm. Pistor. *obs. 106.*
5 *n. 9.* † Nec est, quod acceptatio ex temporis longinquitate præsumenda erit. Quia hæc ipsa pacti substantiam concernit, adeoque tempore longissimo non inducitur per tradita Cravett. *in tract. de*
6 *antiq. temp.* † Alioquin, quæ ad tollendas obligationes adinventa est temporis præscriptio, easdem potius induceret, & sic contrarium sortiretur effe-
7 ctum, Pistor. *dict. loc. n. 14. & 15.* † Meminisse tamen oportet pactum hoc retrovendendi cedere in utilitatem pupillorum aliorumque absentium, si autoritate Magistratus confirmatum ac corrobo-
8 ratum fuerit; † Judicem enim aut aliam publicam personam pupillis & cuivis absenti acquirere, eorumque nomine stipulari posse, expeditum est *l. 2. ff. rem pupilli salv. for. l. non aliter 18. ff. de adopt.* Glossa & Dd. *in §. si quis alii 4. Inst. de inut. stipulat.*

Ita tractatum in causa quorundam pupillorum ad consultationem Joh. Boyens, Mens. Sept. Anno 1621.

Definit. XIV.

Minor heres Emptoris rem emptam cum pacto de retrovendendo absq; decreto Magistratus revendere potest.

1 EX utraque parte pactum de retrovendendo ad hæredes transit. Quare non solum Venditoris heredibus ex hoc pacto actio competit, sed & contra Emptoris heredes datur *l. si fundum 2. C. de pact. int. Empt. & Vendit.* Joh. Schneidewin. *§. item, si qui in fraudem Creditorum 6. num. 24. Inst. de act.* Hartm. Pistor. *lib. 2. observat. tit. 22. observ. 4. num. 15. & seqq.* † Quod & verum, 2
quando heres Emptoris est minor viginti quinque annis, qui tenetur venditori vel ejus heredibus rem revendere, etiamsi decretum Magistratûs non intervenerit, † ex sanctione Impp. Sever. & Anton. 3
in l. verb. si probare potes, patrem pupilli, cujus tutores conveniisti, consensisse, ut reddito sibi prædio pretium reciperet id quod convenit, servabitur. Neque enim in ea re autoritas præsidis necessaria est, ut tutorum solicitudini consulatur, si voluntati defuncti pareant C. quando decreto opus non est. † Ad quid enim requirenda esset autoritas 4
judicis, qui pactum conventum rescindere ac revenditionem promissam impedire nequit, Nicol. Boër. *decis. 182. num. 24.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 64. n. 38.*

Ita Domini in causa Caspari Rolckens/ Mens. Sept. Anno 1630. [Verba sent. Wann gleich Kauffer inmittels Todes verfahren/ &c. So seyn doch dessen hinterlassene Erben/ auch die minderjährigen/ ohne vorgehendes Decret den Wiederkauff zu halten/ und vorgedachten Acker gegen Wiederempfahung des ausgezahlten Kauffgeldes Verkauffern abzutreten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XV.

Emptor, qui rem cum pacto de retrovendendo possidet, præcisè eam revendere tenetur, nec liberatur præstatione ejus, quod interest.

EAdem verè hæc quæstio est, quæ in materiâ Emptionis-Venditionis vulgò movetur, *an venditor, qui potestatem tradendi habet, præcisè rem tradere teneatur?* † Quæ sanè quæstio si ad 1
apices juris revocetur, & ex Juris meditullio examinetur, satis expedita non est, ut apparet ex iis, quæ subtiliter & acutè scripserunt Salyc. *in l. 4. C. de act. empt.* Cujacius *ad Paul. 1. sent. 13.* Anton. Fab. *6. conject. 17. & de Error. pragmat. decad. 22. Error. 4.* & sibi ipsi contrarius *decad. 85. Error. 4.* Donell. *in l. 72. ff. de verb. obl.* † Attamen in 2
praxi res tam magnam difficultatem non habet, sed ubiqve locorum teste Moller. *h. Const. 1. in fin.* affirmativa opinio recepta est, ut scilicet venditor rem possidens, præcisè eam tradere teneatur, & præstando interesse non liberetur. † Quam multum 3
juvat textus *in l. 68. ff. de rei vindicat.* ubi manu militari possessio dicitur auferenda, quem locum à Triboniano corruptum absque ratione asserit Ant. Fab. *dict. conject. 17.* † Minus quoque probabiliter 4
alii hunc textum ad extraordinarium procedendi modum restringunt. † Accedit *text. in l. 25. §. 1. ff.* 5
de contr. empt. l. ubi autem 75. §. ult. ff. de verb. obligat. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. ex quibus necessitas tradendi haud obscurè evincitur, Dom. Arum. *part. 1. decis. 13. per tot.* Andr. Fach. *l. 2. contr. c. 8.* Franc. Zoannet *ad d. l. 2. n. 78. C. de pact. inter empt. & vendit.* † Ac certè utilius est Reipublicæ, 6
ut qui non alia lege jus suum in alium transferri passus est, nisi tali fretus conventione, nullam captionem ex contrariâ patiatur interpretatione, secundũ Arium Pinell. *in repet. l. 2. p. 2. c. 3. C. de resc. vendit.* † 7
per l. fin. C. de pact. int. empt. & vendit. † In foro 8
saltem Saxonico de hac decisione dubitare quis possit perpendens *art. 9.* Landr. *l. 1. junct. Apostill. ibid.*

ibid. ad text. in fin. verb. Stirbet der Verkäuffer/ehe er nur das verkauffte Gut auffgelöset/ seine Erben seynd nicht schuldig den Kauff zu halten. Sequitur hinc ergò, venditoris heredes ad rem tradendam cogi non posse, sed liberari præstatione ejus quod interest. † At verba hæc juris Saxonici 9
intelligi debent secundum jus commune, putà, quando venditor vel ejus heredes non habent facultatem tradendi rem venditam, aliàs secus, ut rectè advertit, & probat ex verbis præcedentibus istius textus Matth. Coler. *part. 1. decis. 8. n. 4.* † Semper enim facienda est interpretatio, ut jura 10
juribus concordentur & vitetur, quantum potest, Legum correctio, *L. præcipimus 32. in fin. C. de appellat.*

Ita Domini in causa Thomæ Weissens zu Rammelburg/ Mens. Mart. Anno 1613. [Verba sent. Habt ihr vor etlicher Zeit euerm Nachbar einen Garten wiederkäufflichen um eine gewisse Summa Geldes hingelassen/ welchen ihr wiederum an euch zu lösen gemeynet seyd/ da nun euer Abkäuffer solchen Garten nochmals in Besitz hat/ und des Wiederkauffs geständig ist/ ꝛc. So wird er zur Abtretung selbiges Gartens billich angehalten/und er hat sich mit seinem Erbieten zu Abtrag des Interesse beständiger Weise damit nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Venditâ re emptâ tum pacto de retrovendendo ab emptore, primus venditor à secundo emptore rem vindicare nequit, sed habet actionem personalem ex vendito adversus primum emptorem in id quod interest.

1 ILlud hic controvertitur, *an pactum Retrovenditionis rem venditam afficiat, ita ut exinde nascatur realis, nimirum utilis Rei vindicatio?*
2 † Hoc enim si dicamus, sequitur inde, primum venditorem vigore pacti de Retrovendendo contra tertium possessorem, cui emptor non obstante eo pacto rem illam rursus vendidit, agere remque ab
3 eo vindicare posse. † Idque ipsum haud pauci arbitrantur, nec ut sibi videntur, destituti textibus juris & rationibus, ut cernere est apud Nic. Boër. *decis. 182.* Didac. Covarr. *var. resolut. lib. 3. c. 8.* per totum, ubi hanc quæstionem latissimè discutit, Schurff. *cons. 40. cent. 2. per tot.* Socin. *Sen. cons. 80.*
4 *n. 1. vol. 3.* † Sed absque dubio verius est, quod pactum Retrovenditionis rem ipsam non afficiat, adeoque nec actio realis inde nascatur, sed tantummodò actio personalis ex empto vel præscriptis
5 verbis, † per textum expressum *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.* quem ad hoc benè ponderat Zasius *lib. 1. cons. 12. n. 34.*
6 † Et inepta est responsio Vasq. *illustr. contr. c. 69.* quod ibi sit verbum obliquum (restituatur) quia non tam à verbis, quàm à natura & qualitate pactorum hic effectus pendet.
7 † Similis est textus *in l. rebus 6. C. de rer. permut. & in l. si sterilis 21. §. si tibi fundum 4. ff. de act. empt.*
8 † Sequitur hinc ergò, quod nec venditor primus contra secundum emptorem rei vindicatione agere possit, quia personalis actio non datur contra singularem successorem *l. fin. §. f. ff. de cont. empt.*
9 *l. 1. §. si heres 16. ff. ad SCtum Trebell.* † Quæ sententia quoque communis & in praxi recepta est, eamque defendit pulchrè Zas. *lib. 1. cons. 12. num. 34.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 16. n. 4.* ubi testatur de observantia Cameræ Imperialis Wesenb. *part. 1. cons. 39. n. 6.* Cujac. *8. ad Afr. in l. 24. de præscr. verb.* Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 13. q. 2. n. 20. & seq.* † Ne 10
tamen venditor prorsus causâ cadat, tenetur ipsi emptor primus ad interesse Gail. *dict. loc. num. 5.* Nam licet in Contractibus prohibitio non impediat alienationem quoad translationem Dominii, *l. nemo paciscendo 61. ff. de pact.* † Impeditur ta- 11
men eatenus alienatio, ut si contra fiat, committatur obligatio ad interesse, vel ad pœnam si adjecta sit *l. fin. C. de reb. alien. non alien. l. si ita quis 135. §. eâ lege 3. ff. de verb. obligat.* Hartm. Hartm. *lib. 2. obs. tit. 22. observ. 5.* Mynsing. *6. observ. 69.* † Ea- 12
que sententia minus dubii habet in foro Saxonico propter sanctionem claram Illustrissimi Elector. *in* Constit. *32. p. 2. vers.* aber da dißfalls. Quæ licet de jure retractus ex singulari pacto competenti loquatur; † Haud ineptè tamen ex rationis identi- 13
tate ad pactum retrovenditionis extenditur, in utroque siquidem casu solius pacti vis & efficacia attenditur, quæ ubique ferè æqualis est.

Ita Domini ad requisitionem Georgii Lösers zu Geyersdorff/ Mens. Jul. Anno 1611. [Verba sent. Ob nun wol der Wiederkauff solcher Güter um eben selbige Kauff-Summa euch vorbehalten worden; Dieweil aber dennoch die Käuffere hernach einem andern solche Güter hinwiederum verkaufft und zugeschlagen/ ꝛc. So ist/ gestalten Sachen nach/ solcher Kauff/ des beschehenen Pacts ungeachtet/zu recht kräftig und beständig/ und mag von euch nicht hinterzogen werden/ ihr seyd aber nichts minders eure Abkäuffere ad interesse zu belangen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Ex pacto Retrovenditionis verbis directis concepto, seu resolutivo, competit rei vindicatio primo venditori adversus tertium possessorem.

PRædictam Definitionem, quæ omnem prorsus actionem denegat venditori adversus tertium possessorem, nemo universaliter veram existimet; † Quidenim, si pactum retrovenditionis hypothecâ judiciali corroboratum fuisset? † vel tertius 1 2
haud ignarus hujus pacti rem ab Emptore emisset, *Anne* & tum *Venditori primo Vindicationis via erit præclusa?* Non certè; † Siquidem hisce casibus jus retractus, quod ex pacto alicui competit, tribuit rei vindicationem adversus tertium possessorem, ut demonstrabitur *infra* Const. *32. Defin. 11. & 12.* † Quidni ergo idem diceremus de pacto 3 4
retrovenditionis, cujus certè haud minor vis est & efficacia, † quodque judicialiter confirmatum procul dubio rem afficit, & per consequens Dominii translationem impedit, Dd. *in Auth. res quæ C. comm. de legat.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 16. n. 7.* 5
† Alios præterea casus, quibus venditori datur actio 6
realis adversus tertium possessorem, refert Matth. Berlich. *p. 2. concl. 2. num. 17. & seqq. inter quos* notabilis hic est, qui admodum frequenter accidit, † si nempe pactum de revendendo verbis directis 7
conceptum fuerit, putà: Quod si venditor pretium offerret, liceat ei rem suam recipere, vel res sit inempta & similiter. † Tum enim, licet maximè Emptor alii vendidisset, nihilominus ven- 8

ditor

ditor eam à tertio possessore vindicare poterit, Berlich. *dict. loc. num. 18.* Nic. Boër. *decis 182. n. 16.*
9 † Prout luculenter probat *l. 13. in fin. pr. ff. de pact.* ubi ex pacto Creditoris actio in rem datur debitori,
10 *junct. l. 10. §. ult. ff. quib. mod. pign. solv.* † Non enim existimet quispiam cum Anton. Fab. *Decad. 22. Err. 9. illum versiculum à Triboniano fuisse ad-*
11 *jectum*; † Sed peculiariter hoc receptum est in casu præsenti, ut aliquis effectus sit pacti hujus, qui aliàs nullus esset, cum actio in personam ex illo pa-
12 cto debitori quæri non possit; † ut sic pactò illi data sit vis quædam pacti resolutivi, quod eleganter probat *d. l. 10. §. ult. ff. quib. mod. pign. solv.* quo
13 posito, necessum est. † Jus pristinum vindicandi salvum manere debitori, uti & accidit in casu simili, *in l. 7. §. 1. ff. de distr. pign. Vid.* Bald. *in l. ea lege 3, col. 2. vers. ad evidentiam, & vers. ego dico C. de condict. ob caus. dat.*

Ita judicatum à Scabinis in causa Martini Großmanns zu Wachau/ Mens. Majo Anno 1625. [Verba sentent. Ist euers Vatern Gut von seinen Erben dem ältesten Bruder vor und um 520. fl. käufflichen zugeschlagen/ darneben aber dieses ausdrücklichen bedinget worden/ daß euch heut oder morgen frey stehen solte/ dieses Gut um eben den Kauff wiederum anzunehmen/ welcher Bedingung zuwider/ der Käuffer ohne euer und euer Miterben Vorwissen bemeldtes Gut M. T. vor und um 682. anderweit verkaufft/ und ihr seyd nunmehr obgedachtes Gut vermöge der Vergleichung um die gesetzte Kauff-Summa der 520. fl. wieder an euch zu lösen bedacht/ ꝛc. So ist M. T. euch dasselbe um 520. fl. zu überlassen schuldig/ es ist ihme aber wegen des Hinderstandes seiner angezehlten Kauff-Gelder sich an seinen Verkäuffer/ oder dessen Erben gebührlichen zu halten unbenommen/ V. R. W.)

Definit. XIIX.

Omne incrementum seu commodum pariter atque incommodum, quod rei cum pacto de retrovendendo venditæ quocunq; modo accedit, indifferenter ad Emptorem spectat, non autem ad venditorem.

FUndamentum hujus decisi in eo ponitur, *an per Vindicationem cum pacto de retrovendendo transferatur verè dominium in Emptorem?*
1 † Quod si asseramus, commodum pariter atque incommodum ad eum pertinere, expeditum est, quia hoc rei venditæ cohæret, & Domino accedit *l. fructus 33. sub fin. junct. l. idem est 34. ff. de Rei Vindicat. l. adeo 7. §. præterea 1. vers. per alluvionem ff. de acq. rer. dom. l. si ego 11. §. 6. ff. de publ. in rem*
2 *act.* † At satis perspicuum est, pactum de Retrovendendo translationem dominii haud impedire, cum
3 nec pactum commissorium hoc impediat, † licet potestate sua contractum dissolvat *l. ult. ff. de leg. commiss. l. 5. ff. eodem tit. l. 4. C. de pact. int. Empt. & Vendit.* Jac. Menoch. *l. 1. cons. 26. n. 3. & seqq.* Zas.
4 *l. cons. 12. numer. 34.* Mynsing. *6. observ. 70.* † Quin & juris aperti est, quod incrementum ad emptorem spectet, *l. id quod 7. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. 1. C eodem §. 3. vers. sed etsi post em-*
5 *ptionem Inst. de empt. & vendit.* † & perfecta emptione commodum & incommodum ex re vendita emptorem sequitur, *l. necessariò 8. ff. de pe-*
6 *ricul. & comm. rei vendit.* † Satis autem perfecta dici venditio potest, licet sub pacto Retrovenditionis facta fuerit, quia conditio non efficit, quin venditio perfecta dicatur, ut ait Glos. *in l. 1. C. de per. & comm. rei vendit. & in d. l. necessario 8. ff. eod.* † Licet ergò concesserim, venditorem re- 7
dimere posse rem venditam cum augmento, attamen secundum jam dicta non aliter hoc accipi debet, quàm si venditor æstimationem augmenti solvat, quod de omni indifferenter incremento, tam ex factô hominis, quàm à natura contingente, sive latens sive patens sit, intellectum velim; † Ita ut 8
hoc soli emptori accedat, qui in contrario omne quoque damnum atque incommodum sentit, uti eleganter docet Anton. Tessaur. *decis. 140. num. 4. & seq. &* Jacob Menoch. *l. 1. cons. 26.* † Quamvis 9
aliter sentiant Baptist. Aym. *in tr. de jur. alluv. l. 2. c. 10. num. 10. & seqq.* Amœde à Ponto *in quæst. laudem. quæst. 8. num. 12.* Andr. Tiraq. *de retr. convent. ad fin. num. 92. quos sequitur* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 2. num. 53.* † rationes ac jura prædictæ 10
opinionis restringentes ad eum Emptorem qui perpetuò est Dominus & à quo dominium revocari non potest, quod in pacto Retrovenditionis de emptore neutiquam asserendum, † penes quem non 11
nisi revocabiliter sit dominium rei emptæ, perinde ac fundi dotalis dominium penes maritum, *§. per traditionem 40. Inst. de rer. divis. l. dotale 13. §. 2. ff. de fund. dotal. l. si prædium 23. C. de jur. dot.* † qui propterea soluto matrimonio, cum omnibus 12
incrementis ad mulierem revertitur, *l. si proprietati 4. ff. de jur. dot.* † Existimant scilicet, Emptorem cum pacto de retrovendendo non plus juris 13
habere in fundo empto, quàm usufructuarium, ut expressè docet Matth. Berlich. *de concl. 2. num. 16. vers. primò quia Emptor.* † Quod quàm falsum 14
sit, patet ex antea dictis. † Nec commodè emptor 15
cum pacto de retrovendendo comparari potest cum Marito, qui dominus quidem dicitur fundi dotalis, sed non nisi subtilitate quadam juris, & quoad effectum vindicandi, atque fruendi, † verè au- 16
tem & naturaliter res dotalis permanet in dominio mulieris, *l. 30. C. de jur. dot. l. 3. §. 5. ff. de minor. l. 16. de relig. & sumpt. funer.* Cujac. *in observ. 32.* Vult. *l. disc. 17. & l. Jurisp. 20. n. 29.* ubi juris solùmmodò in re dotali constituti, hoc est, dotis in proprio significatu dominum statuit maritum, Rei verò ipsius uxorem.

Pronunciarunt ita Scabini ad consultationem Johann Dieterichs von Haritzsch/ Mens. Jun. Anno 1632. [Verba sent. Ob nun wol wegen allerhand Durchzüge und Einquartierungen des Kriegsvolcks vielerley Beschwerungen und extraordinar-Steuern dem Gute auferleget worden/ zu welchen sich Käuffer in des Guts nicht verstehen will/ dieweil sie aber dennoch durch den geschlossenen Wiederkauff das Eigenthum und dominium des Guts erlanget/ und dannenhero alle onera und Beschwerungen zu tragen verbunden/ so wol als sie sich hingegen Zeit währenden Wiederkauffs aller und ieder Nutzungen und Zugänge zu erfreuen hat/ ꝛc. So ist sie auch für sich obangeregte Beschwerungen und extraordinar-Steuern zu tragen und abzustatten schuldig/ und es mögen Verkäuffere damit nicht belegt werden/ V. R. W.)

Et in causa simili an Barbaren Lorentz Moritzens Wittben zu Schönau/ Mens. Jun. An. 1632.

Ein Verwalter zu Semzig/ Mens. April. An. 1632.

In causa Martin Johas zu Bahren/ Mens. Apr. A. 1634.

Item in causa Hansen Köppens zu Behla/ Mens. Febr. Anno 1635.

Et in causa Heinrici Friderici à Lüttichau, Mens. Mart. Anno 1636.

Definit. XIX.

Revendenti id quod ex speciali pacto solvit, unà cum pretio restituendum non est.

1 INter rusticos usitatum est, ut cum quis illorum decedit relictis liberis impuberibus, horum tutores viduæ matri bona defuncti certo pretio vendant, hoc pacto, ut natu minimo è filiis, si factus fuerit major, eodem pretio illa redimere liberum sit, durante autem contractu retrovenditionis, usque dum filius ad majorem ætatem pervenerit, Mater emptrix liberis alimenta præstare, & in nuptias eorum ex bonis emptis sumptus impendere teneatur. † Quod genus impensarum vulgò appellant, Das zubereis oder zugeschnittel/ liberisque ante nuptias morientibus ulterius non debetur, sed bonis venditis accedit, *Vid. infra* Const. Elect. *46. Defin.* 21. † Sumptus ergò nuptiales si quos mater impenderit, quæritur, *an filius bona paterna redimens, hosce unà cum pretio matri restituere sit obstrictus?* † Sanè, si de restitutione harum impensarum expresse inter contrahentes conventum fuerit, dubium prorsus non est, quin hoc pacto stare teneantur *l. juris gentium 7. §. ait prætor 7. ff. de pact.* † At si de hoc nil dictum fuerit, Matrem bona paterna revendentem, impensas in nuptias liberorum factas haudquaquam repetere posse, judicarunt Domini. † *Tùm*, quod mater nil prorsus de suo erogaverit, sed ea, quæ liberis matrimonium contrahentibus præstitit, & in nuptias impendit, ex bonis paternis desumserit, quæ hoc pacto & onere emit, nec sibi de restitutione, si bona à filio minore redimantur, expresse cavit; † Igitur & sibi imputet, quod legem apertiorem non dixerit, *l. veteribus 39. ff. de pact. l. stipulatio ista 38. §. stipulationibus 18. ff. de verb. obligat.* † *Tùm*, quod mater pietatis causa impensas nuptiales fecisse præsumatur: † Expensæ autem pietatis causa factæ non repetuntur, *l. ex duobus fratribus 27. §. ult. ff. de negot. gest. ubi* Gloss. *& in l. utrum 47. ff. de donat. inter vir. & uxor.* † *Tùm*, quod factum Emptoris sibi ipsi, non autem venditori nocere debeat, præsertim cum aliud in conventione non sit dictum, *l. non debet alteri 74. ff. de Reg. Jur. l. si quis in suo 33. C. de inoff. Testam.*

2 3 4 5 6 7 8 9 10

Ita Domini in causa Hansen Wincklers zu Ochelwitz/ Mens. April. Anno 1601. [Verba sent. Was aber die Stücken/ so die Tochter zur Ausstattung empfangen/ anlanget/ weil dahero/ daß dieselben aus dem Gute entrichtet werden/ und wenn die Kinder unverehlichet sterben/ wiederum ins Gut fallen sollen/ so viel zu befinden/ daß sie nicht ein Stück des Kauffgeldes seyn/ die Mutter auch derentwegen der Wiedererstattung ihr nicht vorbehalten; So seyd ihr auch derselbigen halber einige Erstattung zu thun nicht schuldig/ V. R. W.)

Definit. XX.

In Contractu Retrovenditionis fructus pendentes ultimi anni inter Emptorem & Venditorem pro ratâ temporis dividuntur, nisi inter contrahentes aliter conventum fuerit.

NOn unanimis hac de re Dd. est sententia. Equidem Zoanet. *ad L. 2. C. de pact. int. Empt. & Vendit. n. 137.* tempus initi Contractus & cadentis diei spectandum arbitratur, ita ut si illo anni tempore, quo primitus facta venditio fuit, extent fructus, in fundo eodem modo retrovenditio facienda sit, sin verò lectis fructibus fundus emptus fuerit, nullo jure redemptio ante perceptos fructus fieri possit. † Quæ opinio admodum probabilis videtur. Nec movet, quod Ant. Tessaur. *decis. 56. n. 3.* objicit, ita non posse decidi casum, quo pacto concessa est facultas quandocunque redimendi. † Etenim tale pactum civiliter intelligendum erit, ut incertus annorum terminus intelligatur excluſus, non etiam ut quocunque die & mense fundi evictio permittatur. † Quin & si id expresse fuerit actum, haud ineptè hoc imputandum dixerim Emtori, qui tale pactum adjici permisit, & hactenus ei succurrendum, ut sumptuum in agrorum culturam & curam factorum ratio habeatur. † In practica tamen & judiciis receptum est, ut fructus pendentes ultimi anni inter Emptorem & venditorem pro ratâ temporis dividantur, ita ut si Emtor fundum per quatuor menses detinuit, tertiam partem fructuum percipiat, venditor verò reliquum; † ex magis communi sententia, quæ & procul dubio æquior est, ut demonstrant Tessaur. *decis. 56.* Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 56. q. 2. n. 24.* † Quamvis & hæc sententia suas patiatur limitationes, ut videre est apud Berlich. *p. 2. concl. 2. n. 75. & seq.* Pist. *d. loc. n. 25.* † Imprimis autem tenor pacti inspiciendus, & secundum hunc decidendum. † Rarissimè enim fundus cum pacto de retrovendendo vendi solet, ut de singulis redemtionis qualitatibus & circumstantiis expresse non prospiciatur, quod & innuit Const. Elect. *1. p. 2. in verb.* Kraft und Inhalts des aufgerichteten erwiesenen *Contracts* gelöset/ oder wieder erkauffet werden möge.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Placuit hæc sententia Dominis ita respondentibus Thomæ Weissens zu Rammelburg/ Mens. Mart. Anno 1633. [Verba sent. Ob wol sonsten nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten/ bey Ablösung wiederkäufflicher Güter/ die vorhandene unabgenommene Früchte unter Käuffern und Verkauffern pro rata temporis zu theilen/ da aber dennoch bey Schliessung des Wiederkauffs dieses Punkts halber ein anders abgeredet und verglichen worden wäre/ &c. So würde solcher Vergleichung allenthalben billich nachgelebt/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Venditor pretium revenditionis non paratâ pecuniâ, sed statis & distinctis temporibus solvere volens quando admittendus sit?

QUando Emtor cum pacto de retrovendendo rem emit paratâ pecuniâ, nemo dubitat, quin Venditor redimens rem venditam, pariter pecuniâ paratâ, pretium solvere debeat, nec admittatur, si statis temporibus solutionem facere velit, † quia pactum de Retrovendendo non parum est odiosum, & propterea strictè accipi-

1 2

cipiendum, *l. interpretatione 42. ff. de pœn. c. odia* 3 *15. de Reg. Jur. in sexto.* † At quid, si emtor non parata pecunia, sed solutione pretii in distinctos terminos (auf Tagezeiten) dilatâ, rem cum pacto de Retrovendendo emerit? Dixerim, hoc casu ven- 4 ditorem audiendum, † si pari modo rem venditam redimere & pretium reluitionis statis ac distinctis temporibus solvere velit, cum Andr. Scheffer. *lib.* 5 *3. qu. 10.* † Debet siquidem fieri revenditio pro eodem pretio ex natura hujus Contractus propria, quæ Venditorem duriori conditione haud gravari permittit, juxta tradita Matth. Coler. *cons. 28. n. 43.* id quod in Retrovenditionis instrumento haud ra- 6 rò etiam disertis verbis exprimitur; † Sed quis non animadvertit, solutionem difficiliorem exigi à venditore, qui, distinctis terminis factâ solutione pretii ab emptore, illud paratâ pecuniâ pendere cogitur, 7 † quoniam is, qui rem præsenti pecunia emit, majus solvit pretium, quàm qui emit solutione in tempus dilatâ *l. eum qui 15. ff. de ann. legat. l. solidum 85. ff. de solut. l. si prædio 15. sub fin. ff. de in diem addict.* Bartol. *in l. à Divo Pio 15. §. 4. ff. de re judic. num. 2.* 8 † Facit namque mora solvendi pretii quandam deminutionem *l. circa legem 66. ff. ad Leg. Falcid.*

Ita Domini in causa Martini Kirstens zu Salitz / Mens. Decembr. Anno 1572. [Verba sent. Haben eure Mutter und Geschwister Paul Grundmanne / als dem einen Schwester Mann / euer Väterlich Gut auf 12. Jahr lang um 500. fl Wiederkäufflichen verkaufft / also daß er in Jahr und Tag 200. fl. zum Angelde / und das andere auff Tagzeiten zahlen solte / &c. Und es seyn nunmehr die 12. Jahr verlauffen / derowegen ihr das Gut annehmen wollet. So ist Käuffer euer Schwager euch dasselbe zu dem Kauff / wie ers angenommen / wiederum abzutreten / und sich gleicher Gestalt mit Tagzeiten befriedigen zu lassen schuldig / V. R. W.)

Et ad requisitionem Johann Fischers zu Dahlen / Mens. April. Anno 1635.

Definit. XXII.

Pretium reluitionis solvi debet in moneta quæ fuit tempore primæ venditionis.

1 EOdem semper modo, eodemque pretio fieri debet Revenditio, quo res fuit vendita cum pacto de retrovendendo, ne vel Emptoris, vel Venditoris conditio dura pariter & iniqua reddatur, Matth. Coler. *cons. 28. n. 43.* Dd. *in l. cum quid 3. l.* 2 *quod te 5. l. vinum 22. ff. si cert. petatur.* † Quare si valor monetæ mutatus fuerit, æstimatio ea, quæ fuit tempore venditionis, inspici ac secundum hanc 3 pretium reluitionis solvi debet. † Ut maximè ergò moneta reprobata, à venditore Thaleri Imperiales exigi queant, attamen ut Venditor secundum valorem & æstimationem hodiernam, quæ est tempore reluitionis, hosce solvat, haudquaquam cogi poterit, Aut. Cons. Constit. Saxon. *tom. 1. part. 1. qu.* 4 *40.* Andr. Fach. *lib. 2. controvers. c. 10.* † Dissoluto enim contractu, uterque nil amplius consequi debet, quam haberet, si venditio facta non fuisset, *l. cum autem 23. §. 1. ff. de ædil. edict.* Dan. Moller. 5 *lib. 4. semest. 4. n. 5.* † Nam & aliàs in solutionibus valor monetæ respiciendus est, qui fuit tempore contractus; Const. Elect. *28. part. 2.* Ernest. Cothman. *vol. 1. cons. 34. num. 32. & seqq.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 73. n. 6. & seq.* Pruckm. *vol. 2. cons. 12. n. 18.*

Ità Domini ad consultationem Senatus Weidensis, Mens. Sept. Anno 1623. [Verba sentent. So ist Käuffer solchen geschlossenen Wiederkauff zu halten / und gegen Wiederempfahung der ausgezahlten 60. alten Schock / welche ihm an solcher Müntze / so Anno 1611. Zeit des geschlossenen Wiederkauffs gangbar gewesen / oder derselben Werth nach billich abgetragen worden / das erkauffte Teichlein abzutreten schuldig / V. R. W.)

Definit. XXIII.

Ex venditione, quæ fit cum pacto de Retrovendendo, debetur Laudemium Domino, non etiam ex ipsa Retrovenditione.

SI bona vendantur emphyteutica cum pacto de 1 Retrovendendo, debetur Laudemium domino consentienti, Hart. Pistor. *part. 1. q. 50. n. 8.* Dan. Moller. *4. semestr. 3. in pr.* Ant. Tess. *decis. 71.* † quia ejusmodi venditio cum pacto de retroven- 2 dendo pura est atque perfecta, non conditionalis, † Idque minus dubii habet in terris Electoratus Sa- 3 xonici, propter Constit. Elect. *tit.* Von Lehenwahr / quæ est prima inter eas, quæ certis de causis publicè editæ non fuerunt: *in verb.* Wo ein Gut auf einen Erb- oder Wiederkauff verkaufft wird / so ist der Käuffer wegen der *recognition*, und daß er von dem Herrn in Schutz genommen / die Lehenwahr zu entrichten schuldig / &c. Sed, *an postea Venditor rem venditam ab emptore redimens, laudemium denuò solvere tenebitur?* † Neutiquam; Siquidem 4 retrovenditio non fit ex nova aliqua causa, sed ex necessitate, & causa antiqua inhærente primæ venditioni, cui dominus semel consensit, † ut sic de 5 novo consensum ejus in Retrovenditione requirere non sit necesse, Moller. *dict. cap. 3. n. 2. & 4.* Hartm. Pistor. *dict. q. 50. n. 22.* † Nam dominus 6 recipiendo Laudemium pro primo contractu, simul etiam causam illam, ex qua videlicet secundus Contractus, nempe Retrovenditionis descendit, comprobavit, atque inde simul pro secundo contractu, qui in primo tanquam pars ejus inclusus fuit, Laudemium recepit; † ut proinde rationi non sa- 7 tis convenire videatur, si contrahentes ad effectum producentes id, de quo prius convenerunt, & Laudemium jam persolverunt, novo onere graventur, Molin. *in consuetud. Paris. 1. p. §. 22. n. 15. & 19.* Pist. *d. quæst. 50. n. 21.*

Pronunciantibus ita Dominis Thomæ Weisen zu Rammelburg / Mens. Mart. Anno 1633. [Verba sent. Hat bemelder Kauffer / als er den Garten wiederkäufflichen angenommen / dem Lehenherrn die gewöhnliche Lehenwahr entrichten und abstatten müssen. Ob nun wol anitzo der Lehenherr / nachdem ihr / vermöge des Wiederkauffs / selbigen Garten gelöset / von euch als Wiederkauffern / abermals Lehenwahr zu fodern gemeynet / &c. So möget ihr doch einige fernere Lehenwahr zu entrichten nicht angehalten werden.)

Definit. XXIV.

Revendenti id quod Laudemii nomine ex prima venditione Domino solvit, à Reemptore restitui debet.

QUamvis venditor ab emtore cum pacto de 1 Retrovendendo fundum redimens, denuò Laudemium ex reemptione Domino solvere non teneatur, ut dixi *Defin. præced.* † Attamen illud, 2 quod primus Emptor Laudemii nomine ex prima venditione dedit, ipsi restituere obstrictus est, Moller. *lib. 4. semestr. cap. 4.* Arius Pinell. *in rep. l. 2. p. 2. cap. 3. n. 37. & 38. C. de resc. vend.* Cagnol. *ad*

3 *ad l. 2. n. 190. C. de pact. int. empt. & vendit.* † Nam dissoluto contractu, uterque nil amplius consequi debet, quàm haberet, si venditio facta non fuisset,
4 *l. cum autem 23. §. 1. ff. de ædil. edict.* † Et quicquid rei emptæ causa erogavit emptor, modò sponte non dederit, restitui ei debet dissoluta ven-
5 ditione *l. debet 27. in fin. ff. eod. tit.* † Quis autem negabit, Laudemium in casu proposito necessariò dandum fuisse Domino, cum absque eo venditio contrahi non potuisset, quare illâ dissolutâ, emptori unà cum pretio hoc restituendum erit.
6 † Nec movet quicquam, quod unus Laudemiorum ad emptorem pertineat, non ad venditorem, *l. fin. C. de jur. Emphyt.* Socin. Jun. *cons. 70. num. 8. vol. 8.*
7 Hartm. Pistor. *p. 1. q. 50. n. 4.* † quia hoc tamdiu conceditur, quamdiu Emtor vices Emptoris tenet,
8 atque venditio durat. † Qua resoluta, restitui debent laudemia, quo emptor indemnis ab emptione discedat *d. l. debet 27. ff. de ædil. edict.* Moller. *dict. cap. 4. n. 7.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sententiæ: Ihr seyd aber Käuffern gleichwol dasjenige/ so er hiebevor zur Lehenwahr entrichten müssen / zugleich nebenst der Kauff-Summa wieder zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXV.

Cessat jus Retrovenditionis, quando bona publicè sub hasta venduntur.

1 SAt validum quidem est jus Retrovenditionis, adeò ut etiam heredes obliget *supr. Defin. 10.*
2 † Attamen venditionem publicam sive necessariam haud annullare potest, sed venditis sub hasta bonis, jus Retrovenditionis prorsus cessat, subsecutâ maximè adjudicatione. Publicas namque venditiones sub hasta factas non facilè irritas fieri, publicè interest *l. 7. §. etsi 7. & §. quæsitum 8. l. quod si minor.*
3 *24. §. non semper 1. ff. de minor.* † Ne alioquin futurum sit, ut difficilius reperiantur, qui ad ejusmodi emptiones velint accedere, † propterea
4 quod nulla de evictione obligatio hoc casu quæratur, *l. 1. & tot. tit. C. credit. evict. pig. non deb.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 3. defin. 4. n. 3.*

Ita Domini in causa Ursulæ, viduæ Melchior Wesens zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1629. [Verba sent. Ob ihr nun wol euers Theils in solchen Kauff nicht gewilliget/ derowegen ihr die Schencke/ vermöge des Wiederkauff-Rechts/ wiederum an euch zu lösen gemeynet seyd. Dieweil aber dennoch gedachter Kauff drangseliger Schulden halben nothwendig geschehen müssen/ und die Schencke einmal von den Gerichts-Personen judiciali autoritate Peter Kettern erblichen zugeschlagen und verkaufft worden/ &c. So verbleibets auch dabey billich/ und ihr seyd den Käuffer wiederum abzutreiben nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XXVI.

Contractus pignoratitius non censetur tacitè prorogatus in annum integrum, ex eo quod debitor termino præfinito non solverit.

1 QUod jure constitutum reperitur, in conductione, ut scilicet conductor, finito conductionis tempore, remanens in prædio conducto, eadem pensione, iisdemque, quibus antea, conditionibus illud reconduxisse censeatur, *l. item quæritur 13. §. qui impleto 11. & l. seq. ff. locat.* Ant. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 41. Defin. 48.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 23. n. 28.* id neutiquam ad casus alios extendi debet. † Non certè ad contractum pigno- 2
ratitium. Haud enim ut in conductione utriusque & locatoris & conductoris utilitas versatur, ita & in contractu pignoratitio creditoris lucrum attendi debet, aut si commodi quicquam ei indulgendum erit, † id certè in sola restituendi fide 3
& securitate consistit, *arg. §. Creditor. 4. inst. quib. mod. re contr. obligat. l. legata 9. §. ult. ff. de supell. legat.* † Salva autem res est, si debitor solu- 4
tionem offerat. Ergò, quocunque tempore id fiat, Creditor ad pignoris restitutionem paratus sit necesse est. † Quid autem, *si pignore, loco interesse,* 5
uti concessum fuerit? Non eò magis Creditorem audiendum existimaverim, modò debitor unà cum sorte interesse quoque pro ratâ temporis solvere velit, ne scilicet habeat Creditor, quod de damno conqueri possit. † Est enim Contractus ille pigno- 6
ratitius, quem vulgò antichreticum appellitant, sæpissimè usurarius & maximè odiosus. Anton. Fab. *in Codic. tit. de rescind. vendit. defin. 5.* † ac pro- 7
inde absque contrahentium conventione expressâ non prorogandus, sed omninò restringendus *c. odia 15. extr. de Reg. Jur. in 6to.*

Ita Domini in causa Wilhelmi Kirchners zu Weymar/ Mens. Dec. Anno 1634. [Verba sent. Dieweil aber dennoch berührte Vergleichung die Natur und Eigenschaft eines rechten Miet-Contracts nicht hat/ sondern vielmehr pro contractu pignoratitio zu achten/ &c. So hat auch derselbe stillschweigend nicht erlängert/ und nach Verfliessung des ersten Jahrs auf das andere erstrecket werden mögen/ derowegen die Mutter/ wenn ihr der Sohn das schuldige Capital zusamt dem von Zeit des Verzugs an auffgelauffenen Landüblichen interesse nochmals entrichtet und abgestattet/ das Gut abzutreten pflichtig ist/ V. R. W.)

Definit. XXVII.

Revendenti omnes impensæ & meliorationes sunt restituendæ à Reemptore.

1 NOn valet venditor rem sub pacto retrovendendi reluere, priusquam emptori omnes impensas & meliorationes restituerit, Franc. Zoann. *in tract. de empt. vendit. sub pact. retrovend. num. 122.* Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 11. q. 3. num. 13.* Matth. Coler. *cons. 29. n. 61.* † Ne scilicet venditor 2
cum emptoris jactura locupletetur, contra *l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb. l. jure naturæ 206. de reg. jur.* † Nam & minor volens recupe- 3
rare prædium per Curatores venditum à possessore, tenetur emptori præstare omnes impensas, quas bona fide emptor factas probaverit, *l. intra utile 39. §. vendentibus 1. ff. de minor.* † Quidni ergò 4
ad idem obligatus esset venditor sub pacto reluitionis rem suam distrahens? idque eo magis, quod dissoluto venditionis contractu, † uterque 5
nil amplius consequi debeat quàm haberet, si venditio facta non fuisset *l. cum autem 23. §. 1. ff. de ædil. edict.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 4. n. 5.* † Quò 6
& facit text. *in l. emtor. 65. ff. de rei vindicat.* ubi possessor prædii, qui id habet à non domino, haud tenetur restituere, nisi recipiat de pretio id, quod in utilitatem domini vertit. † Hoc si ve- 7
rum est in possessore rei alienæ, quam consecutus est à non domino, bona fide tamen; multò magis utique id obtinebit in illo, † qui ab 8
ipso

ipso domino rem emit cum pacto de retrovendendo, ut benè refert Modest. Pist. *cons. 11. n. 13.*

Ita Domini in causa Heinrici Friderici à Luttichavv, Mens. Mart. Anno 1636. (Dafern N.N. Zeit währendes Wiederkaufs Hauptgebäude in berührtem Gute führen müssen/ so würde ihme die scheinbarliche Besserung auff Erkantnüß hinwiederumb billich erstattet/ V.R.W.)

CONSTITUTIO II.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob jährliche Zinse und Pächte gantz und gar können præscribirt oder verjähret werden?

OJewol eine schwere Disputation in Rechten ist/ num annuæ præstationi in totum possit præscribi? Dennoch so haben unsere Verordnete dahin geschlossen/ daß die jährliche Zinse und præstationes, die aus einer Zusage oder Contract ihren Ursprung haben/ so sie über Rechtsverwehrte Zeit nicht erleget/ können verjähret werden/ nicht allein/ daß die versessene Zinse nicht zu zahlen / sondern daß auch die zukünfftigen nicht dürffen erleget werden / welches auch in Testament und letzten Willen ohne Unterscheid/ als Krafft unserer Constitution, dieweil in Rechten derowegen Zweiffel gewesen/ statt haben/ und die Zinse præscribiret werden sollen/ darauf dann unsere Gerichte zu erkennen haben.

Annuæ præstationi an in totum possit præscribi?

ET si quæstio admodùm ambigua & difficilis est, annuæ præstationi num in totum præscribi possit? Inter deputatos tamen nostros ita convenit, ut quæ ex promissione vel ex contractu originem habent, præstationes, vel annui census, si ultra tempus præscriptioni illorum constitutum, soluti non sint, præscribi possint, adeò ut non præteritorum tantùm, sed nec futurorum quidem etiam nomine actio detur, id quod indistinctè in iis quoque, quæ ex ultimis voluntatibus debentur (nam etiam de eo dubitatum fuisse intelligimus) locum habere, atque ita autoritate Constitutionis nostræ pronunciari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Annuis reditibus ex pacto de retrovendendo in futurum solvendis non præscribitur.*
2. *Præstationi Laudemiorum nullo unquam tempore præscribitur.*
3. *Conductor sive colonus pensionem futuri temporis præscribere nequit.*
4. *Libertas à decimis præstandis quadraginta annis præscribitur.*
5. *Annuas præstationes viginti annorum spacio in minori summa recipiens residuum petere nequit.*
6. *Nisi creditor petitionem residui expressa protestatione, aliove modo sibi reservaverit.*
7. *Ex solutione annuæ pensionis, tribus annis proximis facta, inducitur præsumptio totius debiti in præteritum soluti.*
8. *Præsumptio debiti soluti ex annuæ pensionis solutione triennali probationem admittit contrariã.*
9. *Ex usurarum præstatione ultra tempus præscriptionis legitimum inducitur obligatio tam super usuris, quàm super ipsa sorte.*

Definit. I.

Annuis reditibus ex pacto de retrovendendo in futurum solvendis non præscribitur.

1 QUod Elector Saxon. Illustrissimus *h.* Const. 2. disponit, ut scilicet is, qui per triginta annos, annum & diem annuos census solvere cessaverit, amplius eosdem præstare non teneatur, sed se præscriptione adversus Creditorem exi-
2 gentem tueri possit §, † secutus hac in re sententiam Bulgari *in l. cum notissimi 7. §. in his etiam ult. C. de præsc. 30. vel 40. annorum.* † id ad reditus annuos sub pacto de retrovendendo promissos haudquaquam extendi debet. Minimè enim hi
3 ita præscribi possunt, ne in futurum debeantur, sed in illis etiam in Electoratu Saxon. solùm de anno in annum & pro singulis, pro quibus cessatur, triginta annorum spatio præscriptio procedit, Franc. Bald. *in tract. præscript. in 4. parte quart. princip. qu. 4. num. 3. & 4.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 74.* Joh. Zanger. *de except. p. 3. c. 10. num. 189.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 4. num. 22.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Moller. *h.* Const. 2. *num. 8.* † Etenim 4
Constituens Illustrissimus non nisi de accessionibus annuis & usuris loquitur, verbis disertis (Daß die jährliche Zinß nicht zu zahlen.) † Atqui quod 5
annuatim ex ipso contractu emptionis cum pacto de retrovendendo percipitur, non est usura, sed fructus pecuniæ, neque accessio aliqua ad sortem, sed sors ipsa, sive merx & res empta. Andr. Gail. *lib. 2. observ. 7. num. 6.* Zanger. *dict. cap. 10. num. 189.* quæ cum antequam dies solu- 6
tionis venerit, in rerum natura non est, † utique nec adversus eam præscriptio aliqua currere potest, *l. cum notissimi 7. §. illud autem 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

Ita Domini in causa fratrum Nobilium à Steinitz in Stauchitz & Cartitz, Mens. Majo Anno 1598. (Verba sent: So seyn nach Gelegenheit dieses Contracts, als eines Wiederkaufs / nur alleine die Zinsen, von welcher

Vertagung/als sie nemlich fällig worden/ 30. Jahr/ Jahr und Tag verflossen / durch die Verjährung auffgehoben/ aber wider die Zinsen / so innerhalb Rechtsverwehrter Zeit vertaget / hat gedachter Rath mit der angezogenen Verjährung sich nicht zu behelffen / sondern sie sind auch dieselbe zu entrichten schuldig/ V.R.W.)

Item ad consultationem Quæstoris in Hering, Mens. Febr. Anno 1608. [Verba sententiæ: So seyn auch nach Gelegenheit dieses Contracts, als eines Wiederkaufs/die jenigen 6. Marckscheffel/von welcher Vertagung an / als sie nemlich fällig worden / so viel Jahr verflossen / durch die Verjährung auffgehoben / aber wider die andere Zinsen/ so innerhalb Rechtsverwehrter Zeit betaget / hat sich wol ermeldtes Grafen Wilhelms hinterlassene Frau Wittib nicht zu behelffen/sondern sie ist solche Zinsen zu entrichten schuldig/V.R.W.)

Definit. II.

Præstationi Laudemiorum nullo unquam tempore præscribitur.

1 QUæ Principibus & Superioribus in signum subjectionis & superioritatis solvuntur, ut sunt tributa, census aliæque pensiones, nullo tempore præscribuntur *l. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Balb. *in tract. de præscript. p. 2. part. 5. princip. qu. 1. num. 1. & seq.* Felin. *in cap. ad audientiam 13. extr. de præscript. num. 20.* Dan. Moller. *ad h.*
2 *constit. 2. n. 8.* † Ubi hoc verum quoque existimat in tributis & pensionibus, quæ Principibus inferioribus superiorem recognoscentibus debentur, quippe quod hi in suis territoriis Imperatorem repræsen-
3 tent, † Idemque possint quod Imperator in Imperio, Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 6. n. 10.* Modest. Pistor. *vol. 1. conf. 24. n. 1.* Ludolph. Schrader. *in tr. feudal. p. 2. part. princip. sect. 10. n. 36. &*
4 *seqq.* † Quin & ex rationis identitate idem asserendum puto de Nobilibus aliisque Magistratibus inferioribus, quibus tributa & census æquè in signum subjectionis solvuntur. Eoque refero præsta-
5 tionem Laudemiorum, † quæ non minus ac reliqui census vel tributa, in recognitionem Dominii & signum subjectionis debentur, *l. ult. C. de jur. Emphyt.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 42. defin. 1.*
6 *n. 18. & 23.* † Quare licet forsan accidat, ut intra centum annos fundus Emphyteuticus non fuerit alienatus, propterea tamen Emphyteuta, facta postea translatione, à Laudemii præstatione se libe-
7 rare nequit; † Maximè cum & prædii Emphyteutici alienatio, & per consequens Laudemii exa-
8 ctio sit res meræ facultatis; † Atqui ea, quæ consistunt in mera facultate, præscriptione non tolluntur *l. viam publicam 2. ff. de via publ.* Andr. Gail, *lib. 2. obs. 18. n. 4.* Cujac. *in parat. C. de præscr. 30. ann.* Wurms. *1. observ. tit. 44. obs. 5.*

Ita Domini ad consultationem Johann à Wolffersdorff/ Mens. Mart. Anno 1653. (Verba sentent. Ob sich nun gleich der Fall mit Verkauffung des Guts zu Dölitz länger als in hundert Jahren nicht zugetragen / da es aber dennoch im Stifft Merseburg / darunter diß Gut gehöret/ durch eine beständige Gewonheit eingeführet / und über Rechtsverwehrte Zeit unverbrüchlichen gehalten worden/ daß/wann ein Rittersitz oder Dorff verkaufft / die Unterthanen ihre Güter von dem neuen Herrn in Lehn zu empfahen/und das gebräuchliche Lehngeld zu entrichten pflegen/ꝛc. So wären auch bemeldte eure Unterthanen/ so ihr mit dem Gut Dölitz erkaufft / sich solchem Gebrauch gemäß zu verhalten schuldig/V.R.W).

Definit. III.

Conductor sive Colonus pensionem futuri temporis præscribere nequit.

Conductor per annos triginta & ultrà pensio- 1
nes locatori solvere cessavit, quæritur, an locator in posterum eas petere queat? Sanè quin pensiones ante triginta annos debitæ nec solutæ præscriptæ fuerint, non multum dubito; † talis etenim 2
præscriptio omnia fere debita perimit, *l. cum notissimi 7. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* † At 3
quo minus conductor pensionem temporis futuri præscribat, facit *textus in l. malè agitur 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* quæ præscriptionem proprietatis impedit in prædio conducto. † Etsi enim 4
Colonus seu conductor per triginta annos nihil solverit, haudquaquam tamen aliquid præscribit, quia non sibi sed alii possidet, † atque ita semper 5
in mala fide versatur *l. pignori 13. ff. de Usucapion. d. l. 2. ubi Accurs. in verb. debeant.* † Eadem certè ra- 6
tio pensionis quoque præscriptionem impedit, cum nec Colonus, titulo ad præscriptionem apto destitutus, mercedem solvere cessans, bonam fidem allegare queat, Balb. *de præscript. part. 4. p. 4. princip. q. 11. n. 3.* † Quin & Constit. Elect. *h. 2.* præscri- 7
ptionem saltem præstationum annuarum seu usurarum permittit, ad quas minus ritè pensiones Conductoris referri poterunt.

Ita Domini in causâ Johannis Döbers in Altenberg/ Mens. Mart. Ann. 1629. (Verba sentent. Habt ihr von euerm Gut / so ihr viel Jahr her Pfachtweiß innen gehabt / die Pfachtgelder nicht entrichtet. Ob nun wol der Locator die jenigen / so allbereit vor 30. Jahren / Jahr und Tag fällig gewesen / und biß dato nicht eingefodert worden/ nunmehr zu mahnen nicht bemächtiget; So habt ihr euch doch wegen der künfftigen Pfachtgelder / so wol auch der jenigen / so binnen Rechtsverwehrter Zeit allererst fällig worden / wider den Verpfachter einiger Verjährung nicht zu erfreuen/sondern ihr seyd dieselben Pfachtgelder nochmals abzustatten schuldig/V. R. W.)

Definit. IV.

Libertas à Decimis præstandis quadraginta annis præscribitur.

JUs decimandi seu decimæ nullo unquam tempo- 1
re à Laicis præscribuntur, *c. causam 7. extr. de præscript. c. revertimini 65. caus. 16. qu. 1.* † Non so- 2
lùm quod Deo in signum universalis Dominii debeantur, *c. tua nobis 26. §. nimis profectò. c. cum non sit in homine 33. §. cum autem extr. de decim.* Sed & † quia jus decimandi spirituale est ac pro- 3
inde in Laicum non cadit, *c. final. de rerum permut. junct. c. causam. 7. extr. de præscript. ubi* Matth. Coler. Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 13. defin. 14.* † Ubi 4
hoc ipsum limitat in quotâ decimæ, quam bene tam ratione petitorii, quàm possessorii præscribi posse asserit, Balb. *de præscript. part. 1. part. 5. princip. qu. 7. num. 2. & seqq.* Aliud obtinet in præscriptione libertatis à decimis præstandis. † Sic- 5
uti enim liber & immunis à Decimis solvendis consuetudine fieri quis potest, sic & præscriptione, eò quod potestate & autoritate sint pares, Azor. *1. instit. moral. lib. 7. c. 26. vers. quarti.* † De- 6
ficit enim hic ratio prohibitionis, nempe incapacitas, immunitatis namque Laicos incapaces esse nec ex juris pontificii sanctionibus, nec aliunde

7 unde liquet. † Quid ergò obſtat, quò minus Laici libertatem hanc non ſolvendi decimas, & ſic fructus integros absque detractione ex Agris propriis percipiendi jus præſcribere poſſint, *arg. l. ſequitur 4. §. libertatem 29. ff. de uſucap. l. pen. C. de ſervit. & aqua l. ult. in fin. C. de præſcript. longi temp.* Vasq. *illuſtr. controv. l. 2. c. 89. n. 20.* Canis *de decim. c. 17. n. 16.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſerv. in verbo Noval-*Zehend/*verſ. An autem liber-*
8 *tas.* Didac. Covarr. *l. 1. var. reſol. c. 17. n. 10.* †Nec huic contradicit Conſt. Elect. Eccleſiaſt. *c. 275. tit. 22.* Von den Zehenden. §. als auch zum offternualen/&c. Quia non loquitur de præſcriptione immunitatis unius vel alterius Laici à Decimis præ-
9 ſtandis, ſed de † præſcriptione & acquiſitione agrorum, ex quibus Decimæ debentur, quam omninò prohibet. Wann der Zehend etliche Jahr nicht gegeben und zur Unbilligkeit vorenthalten / die Pfarr-Lehen geſchwächet/und dem Pfarr-Herrn
10 entzogen worden. † Notandum tamen, quod ad præſcriptionem hanc libertatis non ſufficiant triginta anni annus & dies, ſed requiritur præſcriptio quadraginta annorum, ſecundùm Conſt. Elect. *3. part. 2. c. neque decennii 16. q. 4. Novell. 111. c. 1. & Novell. 131. c. 6. c. de quarta 4. c. ad aures 6. c. auditis 15. extr. de præſcript.*

Ita Scabini in cauſa Syndicorum Univerſitatis zu Horſchmar/Menſ. Aug. A. 1519. (Verba ſent. Ob wol vor vielen Jahren dem Dom-Capitel zu S. Martini in Heiligenſtätt die jährliche Decemhafer von euren Vorfahren unweigerlichen entrichtet worden/ dieweil ſie aber dennoch hernach ſich deſſen verweigert/ und weder ſie noch ihr nunmehr weit über 40. ja über 50. Jahr ſelbigen Decem entrichtet/ dabey es das Dom-Capitel bewenden laſſen/ und binnen ſolcher Zeit euch gerichtlichen deswegen nicht belanget/&c. So habt ihr euch nunmehr mit der Verjährung zu behelffen / und möget ferner den gefoderten Decemhafer zu entrichten geſtalten Sachen nach nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Annuas præſtationes viginti annorum ſpacio in minori ſumma recipiens reſiduum petere nequit.

1 Quæritur; *An Creditor, à debitore certi annui cenſus, viginti annorum ſpacio minorem cenſum recipiens reſiduum illud, quod minus ſingulis annis ſolutum erat, petere poſſit?* Equidem regulariter Creditor partem debiti recipiendo non excluditur à reſidui petitione, niſi legitimæ præſcriptionis tempus jam decurſum eſſet; Quod cum in caſu præſenti, quo non niſi aliquot annorum ſpacio minor cenſus ſolutus, evinci inde videtur, creditorem ceſſatione hâc vicennali haud ſibi præjudicaſſe, quo minus Reſidui petitio amplius ſit
2 integra. † Idque potiſſimum videtur procedere in foro Saxonico. Nam cum hoc jure uniformis tantummodo, videlicet tricennalis locum habeat præſcriptio, ſane viginti annorum præſcriptione quis ſeſe tueri non poterit juxta tra-
3 dita Thoming *deciſ. 33. n. 1.* † Quò & expreſsè facit Conſt. Elect. *3. p. 2.* ex qua porro infertur absque titulo allegatam præſcriptionem nil quid-
4 quam prodeſſe. † Ac licet ex curſu 10. vel 20. annorum Remiſſionis titulus præſumatur, ut tradunt Dd. *in l. ſi certis 28. C. de pact. & in l. cum de in rem verſo 6. ff. de uſuris & in cap. pervenit 5. extr. de cenſib.* † Res tamen absque dubio aliter ſe 5
haber, quando ſine tituli allegatione quis ſimpliciter temporis præſcriptione nititur Jaſon. & Dd. *dict. locis.* † At neutrum neceſſario requiri, ſed 6
ſolam receptionem ſpontaneam cenſus minoris complurium annorum ſpacio factam, ante impletam etiam præſcriptionem & absque titulo jus reſiduum petendi tollere, arbitror cum Jac. Thoming. *deciſ. 33.* Hartm. Piſt. *obſerv. 144.* Balb. *de præſcript. part. 4. princip. q. 7. n. 4.* † Ex diutina enim 7
receptione minoris reſiduum præſumitur remiſſum; † Et dum Creditor ejusmodi receptionem 8
multoties per decem ac viginti annorum curricula repetiverit, ex tam crebris & tam ſæpè multiplicatis receptionibus, enixa & ſpontanea voluntatis perſeverantia elucet, ut ulteriori aliquo titulo haud ſit opus, ſecundum tradita Gloſſ. *in fin. in cap. ſi quis 1. cauſ. 2. q. 3.* † Hocque ipſum luculenter pro- 9
batur *ex l. adverſ. 5. C. de uſur.* Qui textus licet de uſuris loquatur, tamen quò minus in annuis cenſibus idem admittamus, cauſa ſatis juſta ſubeſſe non videtur, † præſertim ſi non ſolùm triennalis re- 10
ceptio, quæ in uſuris ſaltem conſideratur, ſed viginti annorum ſpacium intervenerit Hart. Piſt. *dict. obſerv. 144. n. 21.* ut taceam, † contractum an- 11
nuarum penſionum non omni carere vitio & ſcrupulo uſurarum Bald. *in l. 1. n. 29. C. de his qui pœn.* † Quin & conſimilem habemus textum *in l. quicunque 3. C. de Apoch. publ. lib. 10.* ubi is, qui tribus 12
annis proximè elapſis amicas penſiones ſolverat, retrò ſemper ſolviſſe intelligitur. Qui textus non loquitur de ſolutione uſurarum, ut proinde odii ratio, quæ *ex d. l. adverſus 5. C. de uſur.* in cauſa uſurarum allegari poſſit, hîc non ſubſit. † Nec 13
quicquam obeſt, quod de præſcriptione 30. annorum modò dictum fuit, cum hîc non de jure vel quærendo, vel omninò tollendo, quin imò nec etiam de præſcriptione agatur, † ſed de præſumtâ 14
remiſſione, ſiquidem magna eſt differentia, utrum de lapſu temporis agatur in eum finem, ut inducatur præſcriptio, quo caſu legitimum præſcriptionis tempus requiritur *l. hereditatis 7. C. de petit. heredit.* † an verò in eum effectum ut inducatur 15
præſumtio. † Hoc etenim caſu legitimum præſcri- 16
ptionis tempus non eſt neceſſarium *l. ſi filius familias 10. C. eodem tit.* Hart. Piſt. *dict. obſerv. 144. n 28. & ſeqq.* † Et ad quemnam porrò effectum tituli alle- 17
gatio hoc caſu foret neceſſaria, cum non de obligatione in ducenda, ubi titulus requiritur Bart. & Dd. *in l. ſi certis annis 28. C. de pact.* † Sed de libe- 18
ratione & remiſſione obligationis hâc agatur, quo certè caſu nulla cauſæ vel tituli allegatio deſideratur, *l. tale pactum 40. in pr. ubi* Dd. *ff. de pact.* Thoming. *d. deciſ. 33. n. 7.*

Ita Domini in cauſa Johann Thiemens zu Alteroda/ Menſ. April. An. 1633. (Verba ſententiæ: Ob ihr wol vermöge eines getroffenen Contracts einem von Adel einen gewiſſen jährlichen Zins als iedes Jahr fünff alte Schock abzuſtatten anheiſchich worden/da ihr aber dennoch eine geraume Zeit her und in die 20. Jahr jährlichen mehr nicht als ein neues Schock entrichtet hättet; So möchtet ihr nunmehr den hinterſtelligen Reſt und Abgang der jährlichen Zinſen ferner zu zahlen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. VI.

Nisi creditor petitionem residui expressa protestatione, aliovè modo sibi reservaverit.

1 EAtenùs Creditor complurium annorum spacio censum minorem recipiens, id quod annuatim residuum permansit, repetere non potest, si sponte vel sine protestatione, ohne Fürbehalt/ census minores per tot vices receperit, Hart. Pist.
2 *observ. 144. n. 40.* † Quòd si verò qualitercunque appareat, Creditorem non sponte recepisse hanc in minori censu factam solutionem, nil impedit, quò minus adhuc integra sit Residui repetitio, *per text. in l. qui semisses 13. ff. de usur.* Paul. de Castro
3 *in l. adversus 5. C. de usur. ubi docet.* † Quod etsi is, qui per triennium minores usuras debito recipit, censeatur renunciasse majoribus, id tamen tum demum procedat, si sponte recepisset cum potuisset
4 habere majores. † Proindè si Creditor minores census receperit, expressâ protestatione sibi reservando id quod annuatim residuum permansit, nemo ferè dubitat, quin hoc residuum petere possit, fit enim regulariter protestatio ad jus conservandum.
5 *l. ult. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvitur.* † Quin etsi protestatio omissa fuerit, si tamen Creditor probare velit, se non remittendi animo minorem summam recepisse, audiendus omninò est, eoque probato ad petitionem Residui admittendus, cedit enim præsumptio remissionis veritati, Hartm. Pistor. *dict. observ. 144. n. 42.* Neque sola protes-
6 statio remissionis præsumptionem infringit, † sed aliis quoque modis doceri potest, quem non remittendi animo minorem censum recepisse, utpote si doceat, se non sponte, sed quia à debitore plus exigere non potuerit, recepisse, Paul. de Castro *in d. l. adversus 5. C. de usur.* quia in necessitatibus
7 nemo liberalis existit. † Nec debitor, qui renitente Creditore, minorem summam solvit, bonam fidem (quæ ad præsumptionem necessaria est) allegare poterit, præsertim si instrumentum obligationis, quâ ad majorem summam devinctus est, penes se habuerit, Hartm. Pistor. *dict. observ. 144. n. 50. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sententiæ: Es wäre dann / daß der Creditor wegen des Hinterstandes ausdrücklichen protestirt hätte/ oder sonst beybringen möchte / daß er die vollständigen jährlichen Zinsen von euch jedesmahl gefodert/solche aber nicht erlangen können / und also sein Gemüth und Meynung niemals gewesen / von dem geschlossenen Contract abzuweichen / und die Ubermasse euch zu erlassen/ dessen genösse er auff solchen Fall billich /und wäret ihm wegen der rückständigen Zinsen Erstattung zu thun verpflichtet/V.R.W.)

DEFINITIO VII.

Ex solutione annuæ pensionis, tribus annis proximis facta, inducitur præsumptio totius debiti in præteritum soluti.

1 REgula ab Interpp. tradita est. † Ex solutione annuæ pensitationis pro tribus annis præteritis, de quâ constat per tres Apochas induci juris præsumptionem quod totius temporis præ-
2 cedentis nomine nil omninò debeatur, † quasi integris solutis omnium annorum pensionibus *per text. in l. quicunque 3. C. de Apoch. publ. l. 10.* Gloss. & Dd. *in l. 2. C. de jur. Emphyteut.* Joh. Sichard. *ad l. si probaveris 1. n. 9. C. de fideicomm.* Ant. Fab. *in Cod. l. 8. tit. 29. defin. 32.* Hartm. Pist. *obs. 195.* † Nec enim verisimile est exactorem tam 3
negligentem esse, ut recipiat solutionem continuatam trium posteriorum annorum, omissâ exactione annorum præcedentium. † Ex qua ratio- 4
ne generali dispositionem *dict. l. 3. C. de apoch. publ.* ad quascunque privatorum causas Dd. extendunt, Trentacinq. *var. resolut. l. 2. resol. 2. num. 5.* Mynsing. *cent. 1. observ. 39. num. 1.* And. Fach. *13. contr. 89.* Jac. Menoch. *l. 3. præs. 139. n. 15. 16.* Masc. *de probat. vol. 3. concl. 1320. n. 4.* Alciat. *de præs. Reg. 2. præs. 26. num. 3.* Ubi notatu dignum est, † quod 5
hæc præsumptio tum demum efficax sit, quando singulis continuis annis tribus census soluti fuere, & integra tribusque pensionibus & apochis divisa solutio probatur. † Alioquin, si vel unâ numeratione 6
trium annorum pensitationes solutæ sint, vel minus integra solutio, aut non continui triennii facta proponatur, † nulla de reliquorum anterio- 7
ris temporis solutione præsumtio nascitur, *d. l. quicunque 3. ibi: si trium cohærentium sibi annorum apochas securitatesque protulerit C. de Apoch. publ.* Hart. Pist. *dict. obs. 195. num. 4. & seqq.* Anton. Fab. *d. def. 32. n. 2.* Jos. Mascard. *dict. conclus. 1320. n. 7.* Menoch. *dict. præs. 139. n. 24.* Trentacinq. *dict. loc. n. 19.* Jas. *ad l. 28. num. 4. & seqq. C. de pact.*

Ita Domini in causâ prædicta Joh. Thiemens / Mens. April. Anno 1634. (Verba sent. Habt ihr die nechsten drey Jahr her nach einander die jährlichen Zinsen bezahlet und abgestattet/da ihr nun einen ieden Jahres-Termin iedesmal in rechter Zeit absonderlichen und völlig erlegt / und solche Zinsen niemahls zusammen stehen lassen/ꝛc. So würde vermuthlichen dafür gehalten / daß auch vorige Jahrs-Zinsen von euch bezahlet worden/ und ihr möchtet derowegen vom Creditore ferner nicht belanget werden/ V.R.W.)

DEFINIT. IIX.

Præsumptio debiti soluti ex annuæ pensionis solutione triennali probationem admittit contrariam.

QUamvis ex solutione annuæ pensionis pro tribus annis præteritis factâ, oriatur præsumptio solutæ pensitationis omnium annorum, ut dictum *Defin. præced.* † Attamen si Creditor probare 1
velit contrarium, reliquorum scilicet præteritorum annorum pensiones adhuc deberi, omninò audiendus est, Ant. Fab. *in Cod. l. 8. tit. 29. defin. 32 n. 3.* Jac. Menoch. *l. 3. præs. 139. n. 29.* Trentacinq. *var. resol. l. 2. in fin.* † Vincit namque præsum- 2
ptionem probatio, *l. si Chirographum 24. & seq ff. de probat. l. 10. C. de non numerata pecunia.* † 3
Neque hujus alius est effectus, quam ut probandi onus transferat in adversarium *l. alimenta 11. C. de negot. gest.* † Ideoq; cedit probationi, nisi sit juris 4
& de jure *l. fin. in pr. C. quod met. caus.* Cravett. *cons. 35. n. 5. & cons. 146. n. 7.* Quin & contra præsumptionem Juris & de jure admitti probationem, non solùm per confessionem partis, sed etiam per
indirectum, id est, † ratione facti, quod jus præsup- 5
ponit, tractat Osasc. *decis. 101. n. 33. & seqq.*

Ita Domini in eadem causâ (Verba sentent: Es könte dann Creditor ein anders / und daß die vor 4. 5. 6. und mehr Jahren gefällige jährliche Zinsen noch nicht abgestattet worden/ erweisen und darthun / damit er denn

denn billich zugelassen wird / auff den Fall wäret ihr die Zahlung nochmals zu leisten schuldig/ V. R. W.)

Definitio IX.

Ex usurarum præstatione ultra tempus præscriptionis legitimum inducitur obligatio tam super usuris, quàm super ipsa sorte.

1 SI quis ultra præscriptionis tempus legitimum, quod est de jure Saxonico, triginta annorum, anni & diei, nomine alterius, qui principaliter in obligatione est, annuum censum, vel usuras præstiterit, is absque dubio ad solutionem pensionum futurarum in posterum tenebitur, *per l. cum de in rem verso 6. ff. de usuris.* † Et aliàs expedi-
2 tum est, quod per legitimi temporis præscriptionem obligatio inducatur, juxta tradita Thomingii *decis. 33. num. 5. & 7.* Hartm. Pistor. *observat. 144. n. 29.* † Sed *num & sors exigi ab eo poterit?* Ita 3 existimat Bartol. *ad d. l. cum de in rem verso 6. n. 12. ff. de Usur.* nec ut opinor absque ratione; † Præsup- 4 ponunt enim annuæ præstationes semper aliquam sortem, cujus respectu fuerunt solutæ. † Estque 5 sortis obligatio principalis, usurarum verò accessoria; † Atqui non potest accessorium subsistere, 6 principali non subsistente, *l. nihil dolo 129. §. 1. l. cum principalis 178. ff. de Reg. Jur.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. Defin. 5. n. 3.*

Ita Domini in causa Aschen à Morenholtz / Mens. Majo An. 1600. (Verba sent. Hat Anno 1550. Herr I. à M. Eintausend Goldgülden jährliche wiederkäufliche Zinsen ausgethan/ob nun gleich die Hauptverschreibung auff den Rath zu D. gerichtet / da aber dennoch S. H. die jährliche Zinsen biß auff die nechste abgelauffene zwey Jahr / und also über Rechtsverwehrter Zeit erleget/ &c. So wäre auch S. H. nochmahls die jährliche Zinse oder Hauptsumma abzutragen schuldig/ V. R. W.)

CONSTITUTIO III.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann jährliche Zinse oder Pächte in guter Müntz oder Getreyde Anfangs hätten sollen gegeben werden / und es ist die Bezahlung über Rechtsverwehrte Zeit in geringer Müntze oder Pächten geschehen/ob dißfalls die Verjährung statt finde?

MEre Verordnete haben sich vereiniget / ohne Unterschied zu sprechen / daß die Verjährung dißfalls statt finde / es wäre dann / daß mala fides wider den/so den Zinß zu reichen schuldig / nicht allein vorgewandt/sondern auch erwiesen würde/welches wir uns auch gefallen lassen.

Obligatus solvere annuum censum in certo genere monetæ vel frugum, si ultra longissimum tempus in alio & minoris valoris genere monetæ vel frugum solverit, an contra primam obligationem sit præscriptum?

ETiam de eo convenit inter Deputatos nostros, quod indistinctè hoc in casu locum habeat præscriptio, nisi & alleget malam fidem debitoris petitor, & probet, idque nobis placet.

DEFINITIONES.

1. *Protestatio Creditoris recipientis annuum censum in alio genere frugum ultra tempus longissimum, non interrumpit præscriptionem.*
2. *Ex solutione annui census, ultra tempus longissimum in alio frugum genere, difformiter tamen facta non inducitur præscriptio.*
3. *In foro Saxonico non nisi duæ habentur species præscriptionum, Triennalis nempe & Annalis.*
4. *Speciales Juris communis præscriptiones etiam in foro Saxonico usu receptæ sunt.*
5. *Quare præscriptionibus Saxonicis augmentum sex Hebdomadarum atq; trium dierum fuerit adjectum, Quidq; juris in præscriptionibus juris communis singularibus in foro etiã Saxonico usitatis.*
6. *Annalis præscriptio in foro Saxonico requirit bonam fidem, quæ à præscribente probari debet.*
7. *Ad præscriptionem quoq; tricennalem requiritur in foro Saxonico bona fides, quæ tamen ex lapsu temporis longissimi pro præscribente præsumitur.*
8. *Nisi is, contra quem præscriptum est, malam fidem præscribentis probare velit.*
9. *Præscriptio annalis in foro Saxonico quæcunque res mobiles regulariter comprehendit.*
10. *Bona hereditatis mobilia quanto tempore præscribantur in foro Saxonico.*
11. *Liberi bona hereditatis maternæ nulla obstante præscriptione à patre petere valent.*
12. *Geradæ quoq; & Res expeditoriæ præscribuntur anno & die, quod tempus tamen post trigesimum currere incipit.*
13. *Annalis præscriptio Geradæ & rerum expeditoriarum ignoranti non nocet.*
14. *Filiæ matris defunctæ Geradam à patre non petentes præscriptione annali eam haud amittunt, etsi de jure suo protestatæ non fuerint.*
15. *Res inventa adversus Dominum præscribitur in foro Saxonico sex hebdomadis.*
16. *Res furtiva tempore longissimo præscribi potest.*
17. *Colonus & Emphyteuta quanto tempore dominium Emphyteuseos prædiiq; conducti præscribant.*
18. *Quanto tempore præscribatur evictioni in foro Saxonico.*
19. *Ædificium, quod quis in suo solo non jure extruxit, elapso etiam decennio potest impugnari.*
20. *Actioni Pauliane, quæ competit ad revocanda bona in fraudem Creditorum alienata, quanto tempore præscribatur.*
21. *Ad introducendam consuetudinem in foro Saxonico requiritur spacium triginta annorum cum anno & die.*

22. *Præ-*

22. *Præscriptio consvetudinis debet esse continuata, non interrupta.*
23. *Privilegium per non usum longissimum temporis haud amittitur, quando occasio utendi se non obtulit.*
24. *Regalia etiam in foro Saxonico tempore immemoriali præscribuntur.*
25. *Venatio præscriptione temporis immemorialis in foro quoque Saxonico potest acquiri in fundo alieno.*
26. *Probatis extremitatibus temporis ad præscriptionem requisiti, principio scilicet & fine, probata censetur continua possessio.*
27. *Probata possessione vel quasi alicujus juris per majorem partem provinciæ, videtur probata possessio etiam in aliis locis ejus provinciæ.*

Definit. I.

Protestatio Creditoris recipientis annuum censum in alio genere frugum ultra tempus longissimum, non interrumpit præscriptionem.

1 OBligatus solvere annuum censum in certo frugum genere, si ultra longissimum tempus in alio frugum genere eum solverit, ex obligatione amplius non tenetur, sed præscriptione se tueri
2 potest, *h.* Const. 3. *ubi* Dan. Moll. *n.* 1. † Quod & verum est, etiamsi Creditor censum annuum in alio frugum genere recipiens protestatus fuerit, ac jus suum ex primâ obligatione quæsitum sibi reservaverit, ut in terminis tradunt Budel. *de moneta l.* 2. *c.* 2. *n.* 25. & Albert. Brun. *de monet. augm. limit.* 4.
3 *n.* 3. *quos sequitur* Matth. Berlich. *p.* 2. *concl.* 5. *n.* 8. † Etsi enim protestatio remissionem census excludat, atque jus protestantis conservet *l. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* Hart. Pistor. *observ.* 144. *n.* 41.
4 *& seq.* † Præscriptionem tamen haudquaquam impedit; Neque enim hoc loco de remissione aliqua census, de qua dixi *Defin.* 6. *const. præced.* sed de
5 præscriptione legitimâ agitur, † quæ & contra ignorantem currit, & semel bona fide inchoata, extrajudiciali denunciatione vel protestatione non interrumpitur, *l.* 23. *ubi* Bartol. *n.* 2. *ff. pro emtor.* Balb. *de præscr. p.* 3. *p.* 6. *princ. q.* 4. *n.* 19. Matth. Co-
6 ler. *de proceff. execut. part.* 1. *c.* 3. *n.* 103. † Nec movet quicquam, quod debitor per protestationem, eo ipso momento, quo scit, aliquid à se peti, etiam extrajudicialiter constituatur in mala fide *l.*
7 *item veniunt* 20. §. 11. & 12. *de petit. heredit.* † Sufficit enim initium possessionis inculpatum eamque bonâ fide, videlicet sine scientia juris alieni cum interventu patientiæ Domini, cœptam esse *l. sequitur* 4. §. *de illo* 16. *l. justo* 44. §. *etsi possessionis* 2. *ff. de usucap. l. clam possidere* 6. *in pr. ff. de acquir. poss.*
8 † quam superveniens scientia rei alienæ ex protestatione Contradictoris extrajudiciali non interrumpit, ut pulchrè demonstrat Coler. *dict. c.* 3. *n.* 104. & *seqq.*

Ita Domini in causa Melchior Lüders zu Auerbach / Mens. Jan. An. 1625. (Verba sent. Ist euch N. N. jährlichen ein gewisses Pacht-Getreidicht an 12. Scheffel des besten Rockens zuerschütten schuldig worden / dafür er aber biß anhero 12. Scheffel Hafer entrichtet / ob ihr nun wol dawider unterschiedlichen protestirt; Da ihr aber dennoch über Rechtsverwährte Zeit das schuldige Pacht-Getreidicht allewege an 12. Scheffel Hafern angenommen hättet / &c. Da verbliebe es auch künfftige Zeit bey solchen 12. Scheffeln Hafern billich / und ihr wäret den versprochenen Rocken hinführo zum jährlichen Pacht-Getreidicht mit Bestand zu fodern nicht berechtiget / V. R. W.)

Definit. II.

Exsolutione annui census, ultra tempus longissimum in alio frugum genere, differmiter tamen facta non inducitur præscriptio.

1 PRæscriptio adversus Creditorem, annuum censum in alio frugum genere ultra tempus longissimum recipientem, aliter locum non habet, quam si uniformiter semper, seu ad unum eundemque modum, at in alio quopiam, certo tamen frugum genere facta fuerit solutio. † Nam si de- 2
bitor in alio quidem, sed diverso semper frugum genere, & sic differmiter ac diversimodè censum solverit, haudquaquam præscriptione tutus est, † *Tùm*, quod ad legalem præscriptionem requiratur 3
possessio continua §. *diutina* 7. *Instit. de usucapion. l. nunquam* 31. §. 1. *ff. eod. tit. l. longi temporis* 2. *C. de præscript. longi temp.* † At continua non potest 4
dici possessio, si possessor modò hoc, modò aliud accipiat, sicuti nec continuam possessionem allegare potest, qui interdum plus, interdum verò minus accipit, Bald. *in l. sicut* 3. *n.* 3. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* † Tùm *per* Constit. Elector. 4. *part.* 2. §. 5
Wann aber das Dienstgeld / ubi si Rustici non certam & uniformem sed differmem pecuniæ quantitatem solverint, præscriptio dicitur interrupta, Dan. Moller. *ad dict. constit.* 4. † quod ipsum 6
ad præsentem quoque casum annui census, in diverso frugum genere soluti, ex rationis identitate haud ineptè extenditur. † *Tùm*, quod mutatio 7
pensionum regulariter cursum præscriptionis interrumpat, Aut. Consult. Const. Saxon. *p.* 5. *q.* 15. *n.* 3. *tom.* 2.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Es wäre dann / daß der Debitor nicht alle Jahr bemeldte Pächte auff einerley Weise / und allewege an Hafer / sondern zuweilen an Gersten / und dann wieder an Hafer abgestattet hätte / &c. Auff solchen Fall hätte er sich mit der Verjährung nicht zu behelffen / sondern er wäre dem ersten Contract zu folge / die Pächte nochmals an Rocken zu liefern schuldig / V. R. W.)

Definit. III.

In foro Saxonico non nisi duæ habentur species Præscriptionum, Tricennalis nempe & Annalis.

1 BOno publico, ne incerta semper essent rerum dominia, & ut aliqua inter desides & vigilantes extaret differentia, inducta fuit Usucapio *l.* 1. *ff. de usucap.* Ang. Mattheac. *de vita ac ratione jur. l.* 2
1. *c.* 19. *n.* 1. & *seq.* † Cujus natura & qualitas apud omnes pariter gentes haud æqualis est ac uniformis; Nulla siquidem hodie est provincia, quæ non certo jure in Præscriptionibus utatur, † unde & 3
tam variæ ac infinitæ ferè quæstiones de materia Præscriptionum inter Interpp. extiterunt, teste Heig. *part.* 1. *quæst.* 16. *n.* 10. quibus haud minimam causam dederunt diversæ præscriptionum species, † quarum in jure civili variæ admodum & multæ 4
reperiuntur, de quibus Oldendorp. *in tract. de usucap.* Joh. Schneidew. *in tit. Inst. de usucap.* Hostiens. *in sum. de præscript.* † Quamvis præcipuæ & magis 5
frequentes potissimum tres sint, Mobilium nempe rerum

rerum, quæ triennio perficitur, Immobilium; quæ inter præsentes decennio, inter absentes viginti annorum spacio completur, *princ. Inst. de usucap.* Et jurium seu actionum, quæ spacio annorum 30. vel 40. perficitur, *l. sicut 3. l. omnes 4. C. de præ-*
6 *script. 30. annor.* In foro tamen Saxonico † duæ tantùm reperiuntur expressæ species præscriptionum: Una est Annalis, † quæ res mobiles respicit,
7 & completur spacio unius anni & sex hebdomadarum (vulgò dicitur Jahr und Tag / das ist / ein Jahr und 6. Wochen / Landr. *lib. 1. art. 28. in pr. lib. 2. art. 44.* Gloss. Weichbild. *art. 4. in verb.*
8 Jahr und Tag. † Altera est tricennalis, quæ concernit bona immobilia, & completur curriculo triginta annorum & unius anni, junctis sex hebdomadis, de quâ loquitur textus Landr. *lib. 1. art. 29. junct.* Gloss. Landr. *lib. 1. art. 28.* Gloss. Weichbild. *art. 21. & 26. & 140.* Gloss. Lehnr. *cap. 29. & 26.*
9 † Eaque ad jura quoque, actiones & servitutes ahasque res incorporales pertinet, quæ tanto tempore, videlicet triginta annis, anno & sex hebdomadis, præscribuntur, Matth. Coler. *ad c. de quarta 4. n. 77. extr. de præscript. & part. 1. decis. 20. n. 3. & 10.* Schurff. *cent. 1. cons. 32. n. 14. & cons. 69. n. 1.* Henning. Göden. *cons. 2. n. 56.* Petrus Heig. *part. 1. q. 16. n. 11.* Zobel. *p. 2. differ. 1.*

Ita Domini in causa Valentini Wanglers zu Altengottern / Mens. Majo Anno 1627. [Verba sentent. Ob nun wol sonsten in Sächsischen Rechten mehr nicht / denn zweyerley Art der Verjährung eingeführet / durch derer eine / alleine die mobilien und Fahrniß in Jahr und Tag præscribirt / die unbeweglichen Güter aber / so wol actiones und jura binnen 30. Jahr / Jahr und Tag durch Verjährung verändert werden können.)

Definit. IV.

Speciales Juris communis præscriptiones etiam in foro Saxonico usu receptæ sunt.

Quæ licet tantummodò præscriptionum species habeantur apud Saxones, de quibus *De-*
1 *fin. præced.* † Attamen ubi propter causarum vel personarum singularem aliquam prærogativam tempus longius in jure civili statutum reperitur, certè & jus Saxonicum illud sequitur,
2 † Siquidem nova constitutio seu statutum non trahitur ad casus speciales in jure antiquo comprehensos, ne per illud auferatur privilegium à jure communi concessum Heig. *p. 1. quæst. 16.*
3 *num. 43.* † Hinc fit, quod adversus Ecclesiam & pia loca in foro Saxonico, non nisi 40. annis præscribatur, Const. Elect. 5. *p. 2.* Matth. Coler.
4 *ad c. de quarta 4. n. 87. extr. de præscript.* † Veluti & quæ de immemoriali & centenariâ præscriptione in causis exceptis de jure civili statuta sunt, in foro quoque Saxonico obtinent, Matth. Coler. *c. de quarta 4. n. 88. & seqq.* Heig. *d. loco num. 48.*
5 † Non aliter quoque judicandum de præscriptionibus, quæ spaciis brevioribus à jure civili terminantur, ut est biennii, quinquennii, in actione de dolo, inofficiosi Testamenti, adulterio, &c. quæ nec in foro Saxonico sublatæ sunt, sed unaquæque procedit in suo casu Zobel. *p 2. diff. 1.* Coler. *dict. c. de quarta 4. n. 93. extr. de præscr.* Sicuti & delicta vicennio in foro Saxonico præscribuntur, Joh. Schneidewin. *in tit. Inst. de usucap. rubr. quot sunt species præscription. num. 55.* Quare & Const. Elect. *6. p. 1.* † in probandâ Exceptione spolii non vulga- 6
rem terminum Saxonicum, sed communem, & singulariter in hâc causâ receptum secundum jus Canonicum retinuit, *cap. 1. de rest. spoliat. in sexto.* † Nempe, distinguendum est inter præscriptiones 7
Regulares seu decretivas, quarum in foro Saxonico non nisi duæ habentur *Defin. præced.* & permissivas seu speciales, † quæ jure communi ex causa qua- 8
dam peculiari in casibus specialibus inductæ, apud Saxones quoque usu receptæ sunt. † Non enim 9
existimandum est, Saxones definitione sua duorum temporum totam observationem præscriptionum, tantis vigiliis excogitatam, voluisse evertere *l. si quando 35. in pr. C. de inoff. testam.* † ut proinde 10
in specialibus & singularibus illis præscriptionibus, ne quidem in foro Saxonico ad Regulas hujus Juris sit recurrendum.

Ita Domini in eadem causa [Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch dadurch diejenigen Verjährungen / so nach gemeinen Rechten in sonderbaren Fällen binnen gewisser Zeit eingeführet / und auf Sächsischen Boden nicht aufgehoben / sondern üblichen seyn / &c. So hat auch die præscriptio biennii in gegenwärtigem Fall statt / und ihr habt euch wider erhobene actionem doli damit billich zu behelffen / V. R. W.)

Definit. V.

Quare præscriptionibus Saxonicis augmentum sex Hebdomadarum atq; trium dierum fuerit adjectum, quidq; juris in præscriptionibus juris communis singularibus in foro etiam Saxonico usitatis.

SAxones præscriptionem annalem uno anno & sex septimanis, Tricennariam verò triginta annis, anno & die, h. e. sex septimanis terminant *Defin. 3.* † Huic tempori triduum addit Const. Elect. 1
6. p. 2. Ut hodiè in foro Saxonico præscriptio tricennaria sit, Ein und dreyssig Jahr / 6. Wochen / 3. Tage; præscriptio verò annalis Ein Jahr / sechs Wochen und 3. Tage. Andr. Rauchb. *p. 2. quæst. 24. n. 34.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de usucap. n. 7.* † *Quod cur ita factum & annorum spacio ad-* 2
huc septimanæ & dies aliquot adjecti fuerint, mirari aliquis posset? Sanè licet præscriptionum temporalium ratio exacta dari nequeat, secundum Zas. *in l. non omnium 20. ff. de legib. num. 16.* admodum tamen probabile videtur, † placuisse ma- 3
joribus in foro Saxonico, post ordinarium præscriptionis tempus adhuc modicum aliquod laxamentum desidibus & ociosis indulgeri, intra quod moram veluti purgare, & res suas recuperare possint, † id quod jure communi interdum admitti- 4
tur, *l. promissor. 21. ff. de const. pecun. l. si debitori 21. §. de Judic.* † Præsertim, cum hoc tempus pro 5
justo & legitimo intervallo judicialium & extrajudicialium actionum plerumque habeatur, quam dilationem Saxonicam, completo licet annali spacio ei, contra quem præscribitur, indulgeri æquum

6 fuit visum, *arg.* Lehenrecht/ *art.48.70.* † Autumat quoque Heig. *p.1. q.16. n.30.* dies illos præscriptionibus Saxonicis additos fuisse propter varias annorum & mensium computationes, & dierum intercalarium interventum, ne quis ex ejusmodi computationibus apud Saxones error nasceretur, *l.cum*
7 *bisextum 98. ff. de verb. signif.* Quicquid sit, † illud notatu dignum est, quod augmentum hoc septimanarum ac trium dierum, non nisi regularibus seu decretivis, in Jure Saxon. adinventis præscriptionibus, annali scilicet & tricennariæ fuerit ad-
8 jectum, ac propterea † ad præscriptiones juris civilis speciales & singulares ac in foro etiam Saxonico usitatas (ut est biennii, quinquennii, vicennii, 40. annorum præscriptio, &c.) neutiquam extendendum, † quippe quod præscriptiones hæ juri
9 communi sint relictæ, nec in foro Saxonico quoad eas quicquam immutatum, Pet. Theod. *in colleg. crim. disp. 10. Them. 7. lit. D.* Aut. Conf. Constit. Saxon. *p.4. q.1. Vide practicam meam criminalem part.2. q.59. n.14. & seqq.* quamvis dissentiat Zobel. *2. differ.3.*

Judicatum ita à Scabinis, Mens. Jun. Anno 1592. [Verba sentent: Da von Zeit an solches delicti allbereit 20. Jahr vollständig verflossen wären/ so wäre selbiges delictum auch auf Sächsischen Boden nunmehr verjähret/ und ihr möchtet dannenhero / wann auch gleich die inquisitio binnen 6. Wochen nach verflossenen 20. Jahren wider euch erhoben worden wäre / mit einiger Straffe nicht beleget werden/ V.R.W.)

Definit. VI.

Annalis præscriptio in foro Saxonico requirit bonam fidem, quæ à præscribente probari debet.

1 BOna fides (quæ definitur sincera & illæsa conscientia excusans possessorem de ignorantia rei alienæ, Joh. Schneidew. *in tit. Inst. de usucap. n.14.* Vel justa opinio, quâ quis credit, rem esse suam, Matth. Coler. *ad rubr. extr. de præscript. num. 8.*) ad præscriptionem in tantum est necessa-
2 ria, † ut absque eâ nec possessio justa sit, nec usucapio ulla subsistat, id quod in præscriptione rerum mobilium annali minus dubii habet, siquidem & de jure communi ad triennalem & longi temporis
3 præscriptionem bona fides requiritur, † quam etiam præscribens probare debet, *pr. & §. furtivæ 2. Inst. de usucap. l.2. C. de præscript. long: temp. l.un. vers. cum autem C. de Usucap. transform.* Mynsing *1. dec. resp. 4. n.22.* Joh. Schneidew. *ad tit. Inst. de*
4 *Usucap. n.19.* † Atqui præscriptio Saxonica annalis surrogata est præscriptioni triennali juris communis, Andr. Rauchb. *part.2. q.28. num.8. post pr.* Quare nec hæc absque bonâ fide ullum habebit effectum, † quam propterea ipsemet præ-
5 scribens probare debet Andr. Goldb. *in tr. gerad. cap.9. num.38.* Quo ipso statim includitur
6 titulus possessionis, † sine quo vix subsistere potest bona fides; Quomodo enim quæso credat præscribens rem esse suam, si causam & titulum possessionis ignoret? Matth. Coler. *dict. loc. n.7.*
7 † Ut non minus titulum ac bonam fidem ad præscriptionem annalem requiri existimem cum Goldb. *dict. c.9. num. 38.* Aut. diff. jur. civ. & Saxon. *part. 1. diff. 11.* & quod hæc duo requisita in præscriptione annali de jure Saxon. necessariò intervenire debeant, est textus apertus *junct.* Gloss. Landr. *l.2. art.18. num.4. &* Gloss. Lehnrecht/ *c.13. §.* Auch ist diß zu vernehmen, *vers.* entweder. Landr. *l.2. art.36.* Matth. Coler. *ad c. de quarta 4. n.79. extr. de præscript.*

Pronunciarunt ita Domini ad requisitionem Lucæ Döring s/ Mens. Decembr. Anno 1601. [Verba sent. Ob nun wol sonsten in dergleichen Fall die præscriptio binnen Jahr und Tag statt hat/ da aber dennoch P. B. in mala fide gewesen/ &c. So hätte er sich auch mit der angeführten præscription nicht zu behelffen / sondern er wäre euch euer eigenthümliches Gut wiederum abzutreten schuldig / V.R.W.)

Definit. VII.

Ad præscriptionem quoq; tricennalem requiritur in foro Saxonico bona fides, quæ tamen ex lapsu temporis longissimi pro præscribente præsumitur.

1 MAjor est dubitatio, *An in tricennali præscriptione de jure Saxonico bona fides exigatur?* Hæc enim de jure civili in præscriptione longissimi temporis non requiritur, sed sufficit cum pos-
2 sessione solus cursus 30. vel 40. annorum: † Tanto siquidem tempore tollitur omne jus, omnis actio realis & personalis, non attentâ bonâ fide *l. sicut 3. l. omnes 4. l. cum notissimi 7. C. de præscript. 30. vel*
3 *40. annorum.* † At jura Canonica, malæ fidei possessorem nullo unquam tempore præscribere ajunt, *c. fin. c. si diligenti 17. c. vigilanti 5. extr. de*
4 *præscript. c. possessor malæ fidei 2. de reg. jur. in sexto.* † Quæstio inde orta est, *an in terris Imperii jura Canonica hac in re corrigant jura civilia?* Quod licet neget ac multis rationibus tueatur Matth. Coler. *ad C. quoniam 20. extr. de præscript.*
5 † Fatetur tamen postea ipsemet *num.33.* secundum magis communem Dd. opinionem per dispositionem Juris Canonici *in d. c. f. extr. de præscript.* correcta esse jura civilia, quæ permittunt præscriptionem tricennariam cum malâ fide *l. si quis emptionis 8. §.1. C. de præscript. 30. annor. c. placuit 15. §. præscriptionum vers. præscriptiones junct. vers.*
6 *quod si cum mala fide caus. 16. q.3.* † Quâ ceu veriore & in practica recepta opinione stante, ne quidem in foro Saxonico præscriptionem tricennalem cum mala fide perfici posse, rectissimè asserunt Schurff. *cons. 32. cent. 1. num. 13. vers. clarum est enim.* Joh. Schneidewin. *ad pr. Institut. de usucap. num.20.* Andr. Goldb. *de gerada cap.9. numer. 42.*
7 Heig. *p.1. q.16. num.59.* † Quicquid etiam in contrarium dicat Matth. Welenbec. *in addit. ad* Schneidew. *dict. loc. lit. A. & consil.14. num.77. &* Matth. Coler. *de proceß. execut. p.1. c.3. num.138.* Hartm. Pistor. *observ.201. num.5.*
8 † *Tùm,* quia jus Saxonicum de bona vel mala fide nihil determinat, sed hoc saltem dicit: An Erb und Eygen mag sich der Sachs verschweigen binnen 30. Jahren/ Jahr und Tag/ eher nicht / *art. 29. lib. 1.* Landr.
9 † Ideoque standum est in foro Saxonico dispositione Juris communis, siquidem præscriptio statutaria surrogatur loco præscriptionis Juris com-

communis & regulatur secundum ejus naturam, Corn. *cons. 180. n. 4. & seqq. vol. 2.* Coler. *ad c. ult. de præscript. num. 33.* † *Tum*, ob verba manifesta Const. Elect. *3. p. 2.* Es wäre denn/ daß *mala fides* nicht allein fürgewendet/ sondern auch erwiesen würde. † *Tùm*, propter Gloss. *in c. 13.* Lehnr. Gloss. *art. 29. in verb.* An Eygen und Erbe/ *lib. 1.* Landr. *& addit. margin. ad art. 18. in verbo:* Man soll auch nicht/ *lib. 2.* Landr. *add. ad text. lat. d. art. 29. l. 1.* Landr. † Hoc tamen certissimum est, quod in præscriptione tricennali seu temporis longissimi, de jure civili pariter atque Saxonico non sit opus aliquâ probatione sive tituli sive bonæ fidei, sed hæc ambo præsumantur ex cursu longissimi temporis, prout hisce in provinciis & Scabinatibus Saxoniæ pronunciatur, teste Matth. Coler. *ad c. ult. n. 39. ext. de præscript.* Petr. Heig. *p. 1. q. 16. n. 55.* Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. p. 5. q. 15. n. 9. tom. 2. p. 5. q. 13. n. 1. & 2.* † Id quod etiam haud obscurè innuit *h.* Const. Elect. *3. p. 2.* † Modò à præscribente bona fides saltem allegata, quippe quæ non allegata non præsumitur, ut eleganter docet Col. *d. c. ult. n. 31.* Joh. Schneidew. *in princ. Inst. de usucap. num. 26.*

Ita Domini in causa Elizæ Wagens zu Arlebach / Mens. Majo Anno 1625. [Verba sent. Hat N.N. als ihr sein Haus gebührlichen in Anspruch genommen/ exceptionem præscriptionis vorgeschützet. Ob nun wol zu dergleichen Verjährung bona fides auch auf Sächsischen Boden nothwendig erfodert wird/ da aber dennoch gedachter N.N. über 30. Jahr und Tage das streitige Haus geruhig besessen hätte/ ꝛc. So würde daraus bona fides vermuthlich geschlossen/ und wäre demnach Besitzer denselben zu erweisen nicht verpflichtet/ V.R.W.)

Definitio VIII.

Nisi is, contrà quem præscriptum est, malam fidem præscribentis probare velit.

1 Licet in præscriptione tricennali bona fides pro præscribente præsumatur, † Attamen si is, contra quem præscriptum est, velit probare malam fidem præscribentis, omninò auditur per tex-
2 tum expressum *in h.* Const. *3.* † qua probatâ, præscriptio nullum habet effectum Dan. Moller. *ad Const. 3.* Berlich. *p. 2. conclus. 4. n. 28.* Heig. *p. 1. q. 16.*
3 *n. 15.* Rauchb. *p. 2. q. 28. n. 36.* Zobel. *ad text. latin.* Landr. *l. 1. art. 29.* Etenim in dubio † cuilibet præsumptioni opposita veritas hoc præstat, ut superior in conflictu evadat *l. divus 7. ff. de in integr.*
4 *restit.* † Neque videtur jus Saxonicum impium in præscriptione præsidium constituisse & delinquendi occasionem præstare, maximè cum hodiè in universum placeat definitione Canonicâ de mala fide in foro quocunque standum esse, Mynsing. *cent. 4. observ. 6.* Heig. *dict. q. 16. n. 59.* † Pro-
5 batur autem mala fides conjecturis & præsumptionibus variis, veluti quod ante Contractum præscribenti fuerit denunciatum, rem esse alterius, *l. si*
6 *fundum 17. C. de Rei Vindic.* † Aut si de hoc inter
7 vicinos fuerit fama: † Vel præscribens contraxerit non adhibitis solennitatibus requisitis à jure communi vel municipali, vel etiam insolitis adhibitis cautelis, aliisque multis modis, quibus scientia rei alienæ probari potest, Joh. Schneid. *ad pr. Inst. de usucap. n. 24.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. l. 2. centur. 3. c. 225.* Zobel. *in addit. ad text. latin.* Landr. *l. 1. art. 29. sub fin.* † Quin & in dubio 8
quandoque existentibus indiciis & præsumptionibus contra præscribentem, ipsius juramento bona fides erit probanda, ut juret se bonâ fide possedisse, Gloss. *in l. atqui 19. §. cum me absente 3. in verb. committat. & ibi* Bart. *ff. de negot. gest.* Schneidew. *dict. loc. n. 30. & 31.* † Sufficienter autem probatur 9
mala fides per confessionem præscribentis, quando nempe confessus est, se scivisse rem alienam, quia tunc præsumitur illud habuisse in mente, quod dixit, *l. Labeo 7. §. Tubero 2. ff. de supellect. legat.* † Nulla enim probatio est melior, quàm confessio 10
partis *l. cum te 2. C. de transact. l. generaliter 13. C. de non numer. pecun.*

Ita Domini in eadem causâ [Verba sentent. Ihr könnet dann durch N.N. eigenes Bekäntniß/ oder sonsten durch andere starcke und unzweifelbare Vermuthungen ein anders und malam fidem præscribentis beweisen und darthun / damit würdet ihr binnen Sächsischer Frist billich zugelassen/ und ergienge darauff in der Sache ferner was recht ist/ V.R.W.)

Definit. IX.

Præscriptio annalis in foro Saxonico quascunq. Res mobiles regulariter comprehendit.

PRactici antiqui harum provinciarum præscri- 1
ptionem annalem Juris Saxonici valdè coarctabant, eamque restringebant ad bona triplicia in hereditate defuncti reperta, putà ad bona utensilia, Res expeditorias & Cibaria domestica, propter *text. in art. 28. l. 1.* Landr. † Verùm ex usitata in- 2
terpretatione textus ille ad quæcunque alia mobilia non hereditaria, item non tantùm ad personam Judicis occupantis, sed cujuscunque etiam privati possidentis talia mobilia per annum, regulariter extenditur, secundum Gloss. *in l. 2.* Landr. *art. 44. n. 4. in verb.* Welche man/ *vers.* und diß ist allermeist zu verstehen von fahrender Haabe/ ꝛc. † Quam interpretationem satis probant verba fi- 3
nalia *d. art. 28. ibi:* Diß ist aber geredt von fahrender Haabe. † Rectissimè igitur sentit Matth. 4
Coler. *ad c. de quarta 4. extr. de præscript. n. 78. & part. 1. decis. 20. n. 16.* quod in foro Saxonico regulariter omnia mobilia & moventia, quatenus bonâ fide & cum titulo per annum possidentur, dicantur esse præscripta, adeò ut possessori deinceps super iis aliqua controversia in effectu vel utiliter moveri non possit. † Quod & disertè probatur 5
artic. 44. Landr. *l. 2.* (Welch Mann ein Gut hat in sein Gewehren Jahr und Tag / ohne rechtliche Widerspruch/ der hat daran eine rechte Gewehr.)

Pronunciarunt ita Domini ad requisitionem Hansen Fuchsens zu Leipzig/ Mens. Martio Anno 1575.

Et Valentini Wanglers zu Altengottern/ Mens. April. Anno 1625.

Definit. X.

Bona hereditatis mobilia quanto tempore præscribantur in foro Saxonico.

DUbium est inter Dd. *An simpliciter & indistinctè possidens bona alicujus hereditatis mobilia* 1

per annum & diem ea præscribat, ita ut possessori super iis bonis deinceps non possit movere per heredem controversia? † Licet autem quondam Interpp. antiqui hoc indistinctè affirmaverunt, *teste* Matth. Coler. *ad c. de quarta 4. n. 80. extr. de præscript.* † Rectius tamen hodiè communiter distinguitur inter res hereditarias mobiles separatim existentes: Et bonis immobilibus vel juribus hereditariis cohærentes, Petr. Heig. *p. 1. quæst. 16. num. 35.* Christoph. Zobel. *in art. 28. lib. 1.* Landr. *lit. e.* Matth. Coler. *dict. c. de quarta 4. n. 80. & p. 1. decis. 20. n. 13.* † Pro illis, quatenus scilicet res mobiles separatæ sunt ab aliis rebus hereditariis immobilibus vel juribus, post annum denegatur actio heredibus, propter *text. in art. 28. l. 1.* Landr. *& art. 44. l. 2.* Landr. quod & forsan minus dubii habet, Col. *d. loco.* † Quatenus autem bona hereditaria mobilia inveniuntur commixta cum aliis immobilibus vel juribus hereditariis, petitio horum ad instar ipsius hereditatis est perpetua, & durat 30. annis, anno & die, Heig. & Coler. *d. loco* Matth. Wesenb. *in not. marginal. ad* Joh. Schneidew. *Inst. de usucap. rub. quot. sunt species præscript. n. 53. lit. B. ubi dicit, quod* anno & die non præscribatur hereditas, quamvis constet ex solis mobilibus. † Transeunt enim hoc casu res mobiles cum hereditate, & censentur secundum Naturam hereditatis, non aliter atque partes secundum naturam totius, *arg. l. quæ de totâ 76. ff. de Rei Vindicat.* † Petitio autem hereditatis durat in foro Saxonico 31. annis & sex septimanis, Landr. *lib. 2. art. 29.* Col. *d. c. de quarta 4. n. 81.*

Ita Domini in causa Dominorum Comitum zu Gleichen und Hohenlohe/ Mens. Novembr. Anno 1627. [Verba sentent: Und kan Ihrer Gräflichen Gnaden an Forderung der Erbschaft/ beydes an mobilien und immobilien/ die præscriptio, weil noch zur Zeit nicht 31. Jahr/ 6. Wochen/ 3. Tage verflossen/ keines weges hinderlich seyn/ V. R. W.)

Definit. XI.

Liberi bona hereditatis maternæ nulla obstante præscriptione à patre petere valent.

1 ETsi aliàs bona hereditaria tàm mobilia, quam immobilia, certo temporis spacio præscribantur, ut dixi *Defin. præced.* † Attamen si pater hereditatem conjugis ad liberos devolutam possideat, nulla certè impedit præscriptio, ne quidem quadraginta annorum, quò minus liberi bona materna à patre petere possint, prout in simili tradit Moller, *l. 2. semest. c. 6. num. 5.* † Præsumuntur enim liberi tacuisse ob reverentiam paternam, quod ipsis nequaquam præjudicare potest *l. pen. ff. de furt. l. 1. §. si quis tamen 10. ff. quod vi aut clam. in verb. Non offenderent vel te, vel eum, quite magni faciebat.* Felin. *in c. causam matrimonii 16. extr. de offic. & potest. jud. delegat. n. 3. ubi &* Philipp. Decius. Nec patientia filii operatur consensum, quando agitur de magno ipsius præjudicio, ut tradit Nicol. Boër. *decis. 100. n. 20.* præsertim quia liberi in potestâte patris constituti adversus ipsum actione experiri nequeunt, *l. 4. ff. de jud. l. 4. C. de bon. quæ lib.* Matth. Coler. *consil. 3. num. 7. & 8.*

4 † Ac quomodo, quæso, jure suo privari ac præscriptione puniri poterunt liberi tacentes, qui tanto majore præmio videntur digni, quod patrem offendere noluerint?

Ita Domini in causa Hansen Henningkens zu Kenitzsch/ Mens. Novembr. Anno 1616. [Verba sentent. Ist eure Mutter allbereit vor 40. Jahren Todes verfahren/ worauf der Vater zum andern und drittenmal sich wiederum verehlichet/ euer zustehendes Muttertheil aber alleweg bey sich behalten/ darüber er unlängsten gleichfalls verstorben. So wird euch solches euer Mütterliches Erbtheil aus euers Vatern Verlassenschaft zum Voraus billich gefolget und ausgeantwortet/ und es haben eure Miterben/ die Kinder anderer Ehe/ sich mit der von ihnen vorgeschützten præscription, weil ihr aus Kindlicher Furcht und Gehorsam/ zu Ausantwortung euers Mütterlichen und Großmütterlichen Antheils/ ihn euern Vater bey seinem Leben nicht dringen wollen/ damit beständiger Weise nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Et in causa Nicolai Herolds zu Burckstädt Kinder/ ad requisitionem Quæstoris zu Rochsburg/ Mens. April. Anno 1634.

Definit. XII.

Gerada quoq; & Res expeditoriæ præscribuntur anno & die, quod tempus tamen post trigesimum currere incipit.

1 COmprehendit etiam præscriptio annalis Geradam & Res expeditorias, Dan. Moller. *2. semest. 11.* Andr. Goldb. *de gerada c. 9. num. 19.* Jacob. Schult. *ad* Modest. Pistor. *p. 4. q. 131. n. 260.* Matth. Coler. *ad c. de quarta 4. n. 78. extr. de præscript. & p. 1. decis. 20. n. 14.* Petr. Heig. *part. 1. q. 16. num. 35.* Frid. Pruckm. *vol. 1. cons. 31. n. 22.* Wesenb. *cons. 79. circa fin.* 2 † Non solùm quod res hæ inter mobilia referuntur, sed & ob clarum textum juris Saxon. 3 † *in art. 28. l. 1.* Landr. *ibi:* Was solches Dinges erblos stirbet/ als Heergeräthe/ Erbe oder Gerade/ das soll man antworten dem Richter oder Fronboten/ ob er es heischet nach den Dreyssigsten/ &c. Das soll denn der Richter behalten Jahr und Tag unverthan/ und warten/ ob sich iemands darzu ziehen wolte mit Recht/ kommt denn niemand/ so kehre es der Richter zu seinem Nutz. 4 † Ubi probè notetur, non statim à tempore mortis sed demum à die trigesimo initium præscriptionis esse computandum, Goldb. *d. c. 9. n. 35.* 5 † Accedit, quod harum rerum nomine nemo debeat molestari ante trigesimum, *artic. 15.* Landr. *l. 3.* Gloss. Weichbild. *art. 23.* 6 † At, non valenti agere de jure non currit præscriptio, *l. 1. in fin. C. de annal. except.*

Ita Scabini in causa Gottfried Gebhards/ Mens. Novemb. Anno 1592. [Verba sentent. Ob ihr nun wol zu solchem Heergeräthe der nächste Schwerdmagen seyd/ da ihr aber dennoch nach dem dreyssigsten/ Jahr und Tag verfliessen lassen/ und solches Heergeräthe nicht gefodert hättet/ &c. So wäre die euch zu solchem Heergeräthe zustehende Forderung nunmehr verjähret/ und es möchte M. L. dasselbe euch abfolgen zu lassen ferner nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Annalis præscriptio Geradæ & rerum expeditoriarum ignoranti non nocet.

1 PRæscribitur quidem petitioni geradæ & rerum expeditoriarum anno & die in foro Saxonico, *Defin. præced.* † Sed hoc aliter verum

non

non eſt, quàm ſi heres aliusvè ad quem res hæ ſpectant, eas ſic delatas eſſe, ſciverit; Secus ſi ignora-
2 verit; † Ignoranti enim memorata præſcriptio non nocet, Andr. Goldb. *de gerada cap. 9. num. 33.* Matth. Coler. *in cap. de quarta 4. num. 78. verſ. quod tamen dicimus extr. de præſcript.* Zobel. *in*
3 *addit. ad* Gloſſ. *art. 28. lib. 1.* Landr. † *Tùm* ob textum *in dict. art. 28. junct. ibid.* Gloſſ. *num. 3. in verb.* Erſtlichen/ſo er nicht gewuſt/daß jener verſtorben geweſen/ hindert ihme ſolches nichts an ſeinen Rechten/ ſondern mag es nochmals bey Jahr und Tag/nachdem er es erfähret/fodern/ꝛc.
4 † Tùm, quia non valenti agere, non dicitur currere præſcriptio *l. 1. §. 2. C. de annal. except. l. 30. C. de jur. dot.* Neque enim fieri poteſt, ut quis de eo jure, quod ſibi competere ignorat, experiatur *l. 55. ff. de ædil. edict. l. 19. ff. de inoffic. teſtam.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 9. def. 1. n. 1. & 2. Tùm* quod unius anni ſpacium ignoranti nunquam currere ſoleat, *l. ſemper adverſ. 15. §. hoc interdictum 3. verſ. annus ff. quod vi aut clam l. annus 6. ff. de calumniat. l. genero 8. ff. de his qui not. infam. l. 2. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſervet.* Tiraquell. *de retract. §. 36. Gloſſ. 4. num. 1. & 22.* Hart. Piſtor. *lib. 2.*
5 *quæſt. 12. n. 24.* † Niſi forſan ignorantia fuerit affectata & provenerit ex doloſo facto ejus, qui prætendit ignorantiam; Hæc ſiquidem non impedit, quò minus annuum etiam tempus currere incipiat; *l. 1. §. 1. ff. de act. empt. l. qui contra 4. C. de inceſt. nupt.* Tiraquell. *d. l. n. 28.*

Ita judicatum à Scabinis in cauſa Senatus Hallenſis contra Senatum Martisburgenſem ad requiſitionem Sculteti Hallenſis, Menſ. Novembr. An. 1628. [Verba ſent. Ob nun wol bemeldter Rath unter andern auch die Verjährung vorſchützet/ indem ſich die Gerichten zu Halla binnen Jahresfriſt zu ſolcher Gerade nicht angegeben/ noch dieſelbe gefodert/ dieweil aber dennoch dergleichen Verjährung von Zeit der erlangten Wiſſenſchaft an zu rechnen/ da ſeither aber/und als ſie hierum Wiſſenſchaft erlanget/die Gerichten zu Halla die Jahresfriſt nicht verflieſſen laſſen/ꝛc. So hat ſich auch der Rath zu Merſeburg obangeregter Gerade nicht anzumaſſen/ ſondern es wird dieſelbe denen Gerichten zu Halla auff ihr gebührliches Anſuchen nochmals billich gefolget/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Filiæ matris defunctæ Geradam à patre non petentes præſcriptione annali eam haud amittunt, etſi de jure ſuo proteſtatæ non fuerint.

1 QUod de præſcriptione Geradæ annali dictum fuit *Defin. præced.* illud notabiliter limitandum eſt in filiabus, quæ, licet defunctæ matris Geradam intra annum & diem à patre non petierint, eum tamen propterea non amittunt, nec patri vel ejus heredibus, exceptionem præſcriptionis agen-
2 tibus poſtea filiabus opponere licet, † quia ex reverentiâ paternâ tacuiſſe præſumuntur juxta tradita *Supra* Defin. *11.* Dan. Moller. *2. ſemeſtr. 8. num. 5.* Andr. Goldb. *de Gerad. c. 9. num. 26.* Nicol. Boër. *deciſ. 100. in fin.*

Pronunciantibus ita ſcabinis an. Chriſtoph Schumanns Erben zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1588.

3 † *At quid, ſi filiæ tacentes intra annum & diem, de jure ſuo proteſtatæ non fuerint?* Licet Rotſchitz. *poſt proc. in tract. Gerad. Sub rub.* Gerade weme die zuſtändig. §. darauf iſt kürtzlich zu antworten/ proteſtationem neceſſario † requirat, & ſi filiæ in- 4
tra annum & diem hanc non interpoſuerint, eas poſtea non audiendas exiſtimet. † Contrarium 5
tamen verius eſt ſecundum Moller. & Goldb. *dict. loc. 2.* † Neque enim proteſtationi hæc vis & effi- 6
cacia eſt adſcribenda, ut præſcriptionem annalem impedire queat, † quippe quæ nec citatione ſola in- 7
terrumpitur, prout Berlich. *p. 2. concl. 9. n. 23. & 33. per l. 2. §. 21. ff. pro empt. l. Julianus 9. §. proinde 6. ff. ad exhib.* † Sed ob ſolam reverentiam pater- 8
nam filiæ ad petitionem Geradæ etiam poſt annum & diem admittuntur, Nicol. Boër. & Moller. *dict. loc.*, † quæ reverentia in filiabus tanto majori præ- 9
mio digna videtur, quanto minus hæ erga patrem de jure ſuo proteſtari auſæ fuerint.

Ita Domini an G. H. Wittib und Erben zu Leipzig / Menſ. Febr. Anno 1632. [Verba ſent. Würden G. H. Töchter erſter Ehe gebührender maſſen beſcheinigen / daß ſie nach Abſterben ihrer Mutter etliche Sachen/ſo zur Gerade gehörig/ bey ihrem Vater ſtehen laſſen / und ſolche ob reverentiam paternam nicht gefodert/ꝛc. So würden ihnen ſolche Geradeſtücke/ ungeachtet ſie darwider nicht proteſtiret/billich gefolget/ und es haben ſich ihre Miterben mit der angeführten præſcription nach Gelegenheit dieſes falls nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Definit. XV.

Res inventa adverſus Dominum præſcribitur in foro Saxonico ſex hebdomadis.

1 EST & alia peculiaris ſpecies præſcriptionis in foro Saxonico, nempe trium quaterdenarum circa res inventas, aut furibus vel raptoribus in fugâ ablatas vel extortas. † Etenim de jure civi- 2
li ſi quis res furtivas, aut alio vitio affectas inveniat, nec ſciat Dominum, cui reddere debeat, licitè poteſt eas retinere & uſucapere ſaltem ex titulo pro derelicto, ſecundum Bartol. *in l. falſus 43. §. qui alienum 4. numer. 4. ff. de furt.* † Si verò non 3
exiſtimet, res habitas pro derelicto, dabit eas pauperibus, ſi ipſe eſt dives, Bartol. *d. loc.* Johann. Fab. & Angel. *in §. ult. inſt. de rer. diviſ.* Matth. Weſenb. *in parat. de furt. numer. 10.* At Jure Saxonico aliud diſpoſitum eſt: † Nam inventor, ut & is, 4
qui in fugâ conſtitutis raptoribus aut furibus extorſit res furtivas, factâ hujus rei denunciatione in foro per perſonam publicam, ita ut ad plurium notitiam perveniat, profiteri debet palam, ſe tales res tenere, easque Domino intra tres quaterdenas repetenti & refundenti expenſas, ſi quæ in eas res factæ ſunt, reſtituere tenetur. † Niſi forſan Do- 5
minus rerum inventarum alienæ jurisdictioni fuerit ſubjectus: Tum enim de rebus inventis, aut in fuga extortis à furibus vel raptoribus, non recipiet niſi duas partes, tertiâ remanente penes inventorem, vel eum, qui à furibus vel raptoribus illas receperit. † Quâ de re 6
eſt textus manifeſtus *in art. 37.* Landrecht / *lib. 2. in verb.* Und was ein Mann alſo findet/ꝛc. † Aliter enim, & ſi inventor ejusmodi res inventas 7
aut à furibus vel raptoribus extortas, lucri faciendi cauſa occultaverit, furtum committitur, *art.*

37. *in pr.* Zobel *part. 2. differ. 61.* Ludovic. Fachs. *differ. 59.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 149. num. 4.*

7 † Post lapsum verò sex hebdomadarum, res inventa est præscripta, ac denegatur Domino omnis actio pro repetitione rei suæ, & applicantur duæ partes istorum bonorum fisco, tertia parte remanente penes inventorem *dict. art. 37. lib. 2.* Landr. *in verb.* Kommt aber niemand in 6. Wochen/der sich darzu zöge/so nimmt der Richter zwey Theil/ und jener behält den dritten Theil / Matth. Coler. *ad cap. de quarta 4. numer. 83. in fin. extr. de præscript.*

Ita Domini ad consultationem Senatus in Ronneburg/ Mens. Jun. Anno 1630. [Verba sentent. Da nun der Herr des Beutels/so ihm verlohren/sich gebührlichen angeben/ und daß er sein sey/bescheinigen möchte/so würde ihm der Beutel/benebens dem Gelde/billich ausgeantwortet/ iedoch/dafern er unter andern Gerichten gesessen/ist er deme/so ihn gefunden / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/den dritten Theil davon zu entrichten pflichtig. Auff n Fall aber binnen 6. Wochen von Zeit des Ausruffens sich niemand darzu finden würde/ verbliebe der dritte Theil des gefundenen Geldes dem Finder billich/die andern zwey Theil aber wären euch/ dafern ihr die Obergerichte habt / anheim gefallen/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Res furtiva tempore longissimo præscribi potest.

1 CErtissimi juris est, quod res furtivæ non præscribantur, neque à fure, nec alio quopiam possessore. Nam *lex 12. tabul. & lex Attilia* inhibent usucapionem rerum furtivarum, *§. furtivæ quoq; 2. Inst. de usucap. l. 4. §. 6. l. 33. pr. ff. eod. tit.*

2 quia vitium furti ipsam rem afficit; † Ejusmodi autem vitia realia præscriptionem impediunt in persona cujuscunque possessoris universalis vel singularis, quia rem comitantur, ad quemcunque res

3 illa transit *l. vitia 11. C. de acquir. possess.* † Sed verum est hoc solummodò in præscriptione longi temporis, non etiam temporis longissimi 30. videlicet annorum; Nam per tale tempus purgatur

4 illud vitium reale, † ita ut etiam de jure civili fur ipse tempore longissimo rem furtivam præscribat; *l. omnes 4. l. sicut 3. junct.* Gloss. *fin. C. de præscript. 30. annor. l. 1. §. adhæc 1. C. de annal. except.* ubi spacio 30. vel 40. annorum tollitur actio furti: Ergò & vitium: seu qualitas furtivitatis Joh. Schneidew. *in tit. Inst. de usucap. Rubr. quæ res pos. præscript. n. 65.*

5 † Quare, licet res furtiva in foro Saxonico anno & die non præscribatur, ut reliquæ res mobiles, attamen præscriptione tricennali comprehenditur, ita ut possessor rei furtivæ effluxis 30. annis, anno & die eam haudquaquam restituere teneatur.

Judicarunt ita Domini in causa Melchior Fickers zu Aulick/ Mens. April. Anno 1633. [Verba sententiæ: Habt ihr ein gülden Halsband bey N. N. angetroffen / wann nun gleich dasselbe hiebevor euern Eltern gestohlen worden wäre/ dieweil aber dennoch eurem eigenen Bericht nach bemeldter N. N. solch Halsband/allbereit über dreyssig Jahr/Jahr und Tag in gebührlichem Besitz gehabt/ und darum nicht angesprochen worden/ ꝛc. So hat er sich auch nunmehr mit der Verjährung zu behelffen / und ihr seyd dasselbe ferner zu vindiciren nicht befugt / V. R. W.)

Definit. XVII.

Colonus & Emphyteuta quanto tempore dominium Emphyteuseos prædiiq; conducti præscribant.

1 PRæscriptio temporis longissimi sive tricennalis currit pro rebus immobilibus, & incorporalibus, ac perficitur in foro Saxonico triginta & uno annis cum sex hebdomadis & 3. dieb. Landrecht *lib. 1. art. 29.* Lehnr. *cap. 13. in pr.* Weichbild. *art. 21.* adeò ut si tanto tempore quis detineat & usurpet bona aliena, ea ex præscriptione acquisisse dicatur, Matth. Coler. *ad c. de quarta 4. num. 84. extr. de præscript.* † *An* ergò *Colonus & Em-* 2 *phyteuta quoque proprietatem prædii conducti & emphyteutici præscriptione hác acquirere poterunt?* † Non certè *per l. 2. & 7. §. ult. C. de præ-* 3 *script. 30. annorum.* Ex quibus textibus haud obscurè probatur, quod nec 30. aut 40. annorum præscriptione Colonus vel Emphyteuta, quò minus Dominum agnoscat, eique rem restituat, se defendere possit. † Quod absque dubio verum est hoc 4 solummodò casu, quo quis pensionem aut Canonem solvit, seque emphyteutam aut Colonum fatetur, & simpliciter propter lapsum 30. annorum, actionem consumptam putat, de quo casu citati textus loquuntur. † At si Colonum vel emphy- 5 teutam quis se negans pensionem solvere recusaverit, & sic pro suo possidere inceperit, eamque possessionem 30. annis continuaverit, vix dubitandum erit, † quin post tantum tempus exceptione tricen- 6 nali se defendere queat, secundum tradita Bartol. & Salycet. *in l. 2. C. de præscript. 30. annor.* Gloss. & Castrens. *in l. 1. C. de usucap.*

Ita Domini in causa Jacobi Ruhels/ Mens. Jul. Anno 1618. [Verba sent. Ob nun wol sonsten das Eigenthum eines verpachten Guts nicht leichtlichen præscribiret werden mag/ꝛc. Da ihr aber dennoch allbereit vor 30. Jahren Jahr und Tag den Pacht verneinet/ auch das Pachtgeld zu erlegen euch verweigert/ und also den Acker bis anhero über Rechts-verwehrte Zeit als euer Eigenthum in gebührlichem Posseß gehabt hättet/ꝛc. So hättet ihr euch nunmehr gestalten Sachen nach mit der Verjährung zu behelffen / und ihr möchtet berührten Acker wiederum abzutreten mit Bestande nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Quanto tempore præscribatur Evictioni in foro Saxonico.

1 DE jure civili, quocunque etiam tempore Res evicta fuerit emptori, Venditor Evictionis nomine conveniri potest, non obstante longi temporis præscriptione, ex sanctione Impp. *in l. empti 21. C. de eviction.* † Quin tamen longissimo 2 tempore, triginta nempe annis hæc actio perimatur dubium non est, Matth. Coler. *p. 1. decis. 27. n. 1.* † At jure Saxonico aliud dispositum *in art. 83.* 3 *Lib. 3.* Landr. *in verb.* Wer eigen oder fahrend Haab verkaufft/deß soll er ein Gewehre seyn/dieweil er lebet/ꝛc. † Nulla ergò obstante præscri- 4 ptione evictionis nomine Venditor allodii tenebitur, quamdiu vivet. † Quamvis aliud obti- 5 neat in Venditore prædii feudalis, qui solummodò per annum est Guarandator rei venditæ *dict. art. 83. vers.* Wer ein Gut leihet. Sed

textum

textum hunc juris Saxonici Christophorus Zo-
6 bel. ad eum restringit casum, † quo traditio nondum judicialiter facta, aut expresè inter contrahentes ita conventum fuerit, *in addit. dict. art. 38. lit. d.* ubi porrò tradit, de consuetudine hodiernâ fori
7 Saxonici; † Venditorem immobilium regulariter de evictione conveniri posse usque ad 31. annum cum tribus quaterdenis, Mobilium autem Vendi-
8 torem post annum non amplius teneri. † Quæ sanè consuetudo optimâ nititur ratione, siquidem emptor tenens res mobiles per annum poterat se tueri exceptione præscriptionis annalis, quâ si usus non est, habet, quod sibi imputet, nec regressus ei datur contra Venditorem *l. 19. C. de evict.* Matth. Co-
9 ler. *dict. decis. 27. n. 4.* † Adeoque hodie in foro Saxonico venditor rei venditæ Guarandator tamdiu esse debet, donec emptor eam præscribat, quod fit in rebus immobilibus triginta annis, anno & die, in rebus autem mobilibus post annum & diem Zobel. *dict. loc.*

Ita Domini in causâ Johann Meusers in Seidewitz / M. April. Anno 1633. (Verba sent. Habt ihr eurem Nachbar hiebevor ein Haus umb eine gewisse Summa Geldes verkaufft / und in Lehen reichen lassen / ꝛc. So seyd ihr ihme dasselbe gebührlichen zu gewehren schuldig / Es wäre denn / daß Käuffer über 30. Jahr / Jahr und Tag / und also über rechtsverwehrte Zeit solch Haus geruhlichen besessen hätte / auff solchen Fall wäret ihr ihme zu fernerer Gewehr nicht verbunden // V. R. W.)

Definit. XIX.

Ædificium, quod quis in suo solo non jure extruxit, elapso etiam decennio potest impugnari.

ÆDificium quis extruxerat in suo solo, ex quo vicino damnum aliquod inferri, ejusq; aquæ ductus injuriâ impediri videbatur, quæsitum hinc fuit: *An post decennium hoc opus impu-*
2 *gnari & ad ejus destructionem agi possit?* † Sanè quia ad ejusmodi opus destruendum nulla alia actio competit, quàm interdictum, Quod vi aut
3 clam, Matth. Wesenb. *lib. 1. cons. 34. n. 51.* † Quod interdictum absque dubio annale est *l. semper 15. §. hoc interdictum 3. ff. quod vi aut clam*, videbatur dicendum ædificium hoc elapso decennio ulte-
4 rius impugnari non posse. † Maximè cum ex lapsu decennii præsumatur consensus, ut tradit We-
5 senb. *dict. cons. 34. n. 46.* † Sed contrarium Dominis verius fuit visum post elapsum nempe decennium ac etiam vicennium, ædificium non jure exstructum à vicino impugnari posse, siquidem præter in-
6 terdictum, Quod vi aut clam, † etiam negatoria actio competit contra ædificium non jure extructum, ut in simili tradit Modest. Pistor. *p. 1. q. 28. n.*
7 *5.* † Quæ quia perpetua est, dummodò servitus, triginta annis, anno & die non fuerit præscripta, sicuti & ipsa rei Vindicatio, Johan. Schneidevvin. *in §. ult. num. 19. Inst. de servit. & Inst. de usucap. sub*
8 *tit. de specieb. præscript. n. 53.* † nil certè obstat, quo minus hac actione ad destructionem novi operis agi possit.

Ita ac Domini in eadem sententia (Verba sent: Hat bemeldter euer Nachbar in seinem erkaufften Hause eine Küche erbauet / ob nun wol solches allbereit vor 11. Jahren geschehen / da aber dennoch solche Küche von ihme weniger als mit Recht erbauet / und dadurch euch zur Ungebühr Schaden zugezogen worden wäre / ꝛc. So wäret ihr deswegen bemeldten euren Nachbarn zu beklagen / und daß die erbauete Küche wiederumb eingerissen und abgeschaffet werde / zu suchen wohl befugt / und es hätte sich derselbe mit der Verjährung noch zur Zeit nicht zubehelffen / V. R. W.)

Definit. XX.

Actioni Pauliane, quæ competit ad revocanda bona in fraudem Creditorum alienata, quanto tempore præscribatur.

CErti juris est; quod Creditoribus liceat revo- 1
care bona à debitore fraudulenter alienata intra annum utilem, quo effluxo, ipsis porrò nulla competit actio *l. 1. & 10. in pr. ff. quæ in fraud. Credit. ubi* Matth. Wesenb. *in parat. num. 12.* Zas. *ad d. l. 10. num. 18.* † Quod tamen dupliciter fal- 2
lit; *Primò* in actionibus seu juribus incorporalibus, veluti si debitor in fraudem Creditoris debitorem suum liberasset, quo casu Creditori ad revocandam suam liberationem tantum datur tempus, quantum actio illa debitoris durasset, *l. ait prætor. 10. §. si conditionalis 23. ff. quæ in fraud. Creditor. Secundò*, † in alienatione factâ ex causâ lu- 3
crativâ. Nam de eo, quod ex causâ onerosâ hoc casu tenet possessor, intra annum utilem solummodò à Creditoribus conveniri potest, de hoc verò, quod ad ipsum pervenit ex causa lucrativa, tenetur perpetuò, nimirum intra triginta annos, *per. text. in d. l. ait prætor. 10. §. 24. ff. quæ in fraud. Creditor. ubi* Bartol. Joh. Schneidevv. *in §. item si quis in fraudem 6. num. 81. Inst. de action.* † Ergò factâ 4
donatione in fraudem Creditorum, actioni revocatoriæ in foro Saxonico non nisi triginta annis, anno & die præscribitur.

Ita Domini in causa C. A. ab H. Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sentent. Auff ein Fall die angeführte donatio in fraudem Creditorum geschehen / seynd die Gläubigere actionem revocatoriam anzustellen befugt / mit welcher action sie aber nach Gelegenheit dieses Falls / weil ihr des Schuldeners mobilia ex causa lucrativa erlanget / auch nach verflossener Jahres-Frist zugelassen werden / V. R. W.)

Definit. XXI.

Ad introducendam consuetudinem in foro Saxonico requiritur spacium triginta annorum cum anno & die.

NOn unanimis est Dd. opinio, quantum tem- 1
pus ad Consuetudinis præscriptionem de jure civili sit necessarium. Etsi enim communiter existiment, ad hoc, ut consuetudo introducatur, sufficere de jure communi spacium longi temporis, scilicet decem vel 20. annorum juxta *l. sed & ea 35. ff. de leg. arg. l. 1. in fin. C. de usucap. transform. l. pen. & tot. tit. C. de long. temp. præscript. l. si cum fideicommissa 16. §. Aristo 3. ff. qui & à quib. manum. l. sine præfinito 23. ff. de pœn.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 28. & part. 1. decis. 21. num. 1.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 31.* Ludov. Fachs. *1. differ. 12.* † Attamen 2
dissentiunt alii, ut videre licet apud Christ. Zobel.

part 2. differ. 4. & recenſet quatuor diverſas opi-
3 niones hac de re Bald. *lib. 5. conſ. 340. n. 2.* † tan-
demque in eô ſubſiſtit, quod longiſſimo tempore
4 præſcribatur conſuetudo. † Nec enim hæc res a-
perto jure definita eſt, ut meritò tempus præſcri-
ptionis ad introducendam conſuetudinem arbi-
trio Judicis relinquendum exiſtimem cum Jac.
Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ.*
33. n. 6. De jure autem Saxonico, res dubio caret.
5 † Sive enim præter, ſive contra jus inducatur
conſuetudo, requiruntur ſemper triginta anni,
annus & dies; dreyßig Jahr / Jahr und Tag/
Ludov. Fachſ. *dict. diff. 12.* Bened. Reinh. *diff. 2.*
part. 6. Zobel. *dict. differ. 4. in fin.* Matth. Coler.
dict. cap. 3. n. 29. & deciſ. 21. num. 5. Schneidevv.
in §. ſine ſcripto 9. num. 5. Inſtit. de jur. nat. gent.
& Civili.

Pronuntiantibus ita Dominis in cauſa H. ab H. ab una, ejusdemque ſubditorum ab altera parte, Menſ. Sept. Anno 1620. (Verba ſent: Es wäre denn ein anders durch eine beſtändige Gewonheit über 30. Jahr / Jahr und Tag eingeführet/ꝛc)

Definitio XXII.

Præſcriptio conſuetudinis debet eſſe continuata, non interrupta.

1 QUi ſuper conſuetudine intentionem ſuam
fundat, eam probare debet, Andr. Gail. *lib. 2.*
2 *obſerv. 31. n. 14.* † Adeo ut non credatur Judici de
conſuetudine teſtanti.

Veluti pronunciarunt Domini in cauſa Magdalenen Martin Lincken Ehewirths contra Georg Schönern zu Dölitzſch/ Menſ. Jul. Anno 1633.

3 Quia conſuetudo facti eſt, *c. 1. de conſt. in 6to.* †
Facta verò non præſumuntur *l. in bello 12. §. facti*
2. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. c. cum in jure 31. Ex-
4 *tra de offic. & poteſt. jud. delegat.* † Niſi conſue-
tudo ſit generalis & notoria, quæ probatione non
indiget, Bartol. *in l. Lege Juliâ 4. ff. de teſtib.* Gail.
lib. 1. obſerv. 36. n. 16. Non ſufficit autem in gene-
5 re conſuetudinem probari, † ſed ſi quis ſuccum-
bere nolit, debet eam probare cum ſuis requiſi-
tis, de quib. vide Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 31.* Johann.
Schneidevv. *in §. ſine ſcript. 9. n. 4. & ſeqq. Inſt. de*
jur. nat. gent. & civil. Matth. Coler. *de proceſſ. exe-*
cut. p. 1. c. 3. n. 34. ubi inſtruit advocatos in pro-
banda conſuetudine & formandis articulis proba-
6 toriis. † Imprimis verò bene notandum, quod con-
ſuetudo præſcriptione aliter non indicatur, niſi
præſcriptio ſit continuata, non interrupta adeo-
que probanda quoque eſt continuatio conſuetudi-
nis per diverſos actus, Coler. *dict. c. 3. n. 34. verſ.*
tertiò articulabit per l. 1. & 2. C. quæ ſit longa
7 *conſuet.* † Sufficit tamen duos ad minimum pro-
bari actus, ſi frequentiores haberi nequeant, ac-
cedente tempore longiſſimo, modò nec contra-
rii actus exiſtant. Col. *dict. loc.* Gail. *dict. lib. 2. ob-*
ſerv. 31. n. 7. Joh. Schneidevv. *dict. §. ſine ſcripto. 9.*
numer. 6.

Ita Domini in cauſa A. à S. zu S. Menſ. Auguſt. Anno 1632. (Verba ſentent. Ihr köntet denn euren Fürgeben nach wie recht erweiſen und beybringen / daß in euren Gerichten ein anders durch eine beſtändige Gewonheit eingeführet/ſolche auch über rechtsverwehrte Zeit unverbrüchlichen iedesmal auff begebende Fälle alſo gehalten worden wäre/ꝛc.)

Definit. XXIII.

Privilegium per non uſum longiſſimi temporis haud amittitur, quando occaſio utendi ſe non obtulit.

1 PRivilegium, quo alicui facultas faciendi ali-
quid conceditur, decem jure communi, & tri-
ginta annorum anni & diei ſpacio jure Saxonico
non utendo amittitur *l. 1. ff. de Nundin.* Ant. Fab.
in Codic. lib. 7. tit. 13. defin. 10. Andr. Rauchb. *part.*
2. quæſt. 11. num. 98. Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 60.*
2 Quod aliter verum non eſt, † quàm ſi curricu-
lum temporis effluxerit ab illo termino, quo pri-
vilegii uſus aliquis eſſe potuerit, nec tamen ullus
ſubſecutus ſit Anton. Fab. *dict. defin. 10.* † Etenim,
3 ſi occaſio utendi ſe non obtulerit, quia tùm nulla
negligentiæ culpa non utenti imputari poteſt, pri-
vilegium haud amittitur, etiamſi eo ultra homi-
num memoriam vel mille annos quis non fuerit
uſus Peck. *in c. decet 16. n. 6. & 8. de Reg. Jur. in*
6to. Gail. *dict. obſerv. 60. n. 1.* Rauchb. *dict. q. 11. n.*
100. † *Tùm, per l. unus ex ſociis 34. §. ult. cum ſeq.*
4 *ff. de ſerv. ruſt. præd.* ubi ſervitus hauriendi aquam
ex fundo alterius non amittitur, ſi fons exaruerit,
ita ut ſervitute poſſeſſor uti non potuerit, & *l. &*
Attilicinus 35. ff. eod. tit. † *Tùm,* quod non valenti
5 agere non currat præſcriptio *l. 1. §. ne autem 2. C.*
de annal. except. † *Tùm,* ubi non eſt negligentia,
6 ibi nec debet eſſe pœna, Jaſon. *Col. 3. conſ. 7. in*
fin. † Hinc adverſus nobiles, qui ex conceſſio-
7 ne & privilegio merum habent imperium, non
currit præſcriptio, ſi longiſſimo tempore gladii
poteſtate adverſus facinoroſos uſi non ſint, eò
quòd non obvenerit occaſio puniendi facinoro-
ſos: † Sed eveniente poſteà occaſione, nullâ
8 præſcriptione obſtante, poſſunt non tantùm in fa-
cinoroſos animadvertere, ſed & furcas reſtaurare,
& loco collapſarum novas erigere, *Gail. dict. ob-*
ſerv. 60. n. 6.

Ita Domini in cauſa Johann Chriſtoph à Melbern / Menſ. April. Anno 1633. [Verba ſent. Seyn euern Vorfahren und Eltern die Obergerichte verliehen / und auff euch beſtätiget worden. Ob nun wol binnen 40. Jahren ihr euch ſolcher Obergerichte nicht gebraucht / da aber dennoch daſſelbe nicht aus Nachläßigkeit / ſondern dahero geſchehen / daß ſich binnen ſolcher Zeit kein Ubelthäter bey euch betreten laſſen / und ihr alſo biß dato keinen actum Executionis in euern Gerichten exerciren können / ꝛc. So hättet ihr auch bemeldte Obergericht per non uſum und durch Verjährung nicht verlohren / ſondern es wäre euch derſelben auff begebenden Fall nochmahls zugebrauchen / und die Ubelthäter rechtfertigen / auch zu ſolchem Ende einen neuen Galgen bauen zu laſſen unbenommen/W.R.W.)

Definit. XXIV.

Regalia etiam in foro Saxonico tempore immemoriali præſcribuntur.

1 QUæ de præſcriptione longi atque longiſſimi
temporis jure communi tradita ſunt, ea ad ju-
ra Imperii ſive Regalia, ſoli Principi in ſignum ſu-
premæ poteſtatis reſervata, ut ſunt jura imponen-
di vectigalia, metalla fodiendi, monetandi, jura cõ-
fiſcandi, collectandi &c. neutiquam extendere licet.
† Hæc

2 † Hæc enim ut maximè usurpentur longo vel longissimo tempore, per inferiores tamen non
3 præscribuntur, † sed requiritur tantum tempus, de cujus initio memoria non extat inter homines, *cap. super quibusdam 26. §. præterea extr. de verb. sign.* Recess. Imper. August. *Anno 1548. §.* Wann auch ein ausgezogener. *& §.* Wo aber innerhalb Menschen-Gedencken. Schurff. *cent. 3. cons. 90. num. 48.* Cravett. *cons. 111. n. 25.* Modest. Pistor. *cons. 4. num. 32. & 36.* Matth. Wesenbec. *cons. 45. num. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest.
4 Pistor. *part. 1. q. 142. num. 10.* † In quo jus Saxonicum nil quicquam differt à Jure communi; Neque concesserim Modest. Pistor. quod Jure Saxonum 31. annorum & totidem dierum spacio præscribantur etiam ea, ad quorum præscriptionem de jure communi requiritur tempus excedens memo-
5 riam hominum, *part. 4. q. 148. num. 6.* Sanè † in foro quoque Saxonico Regalia non nisi tempore immemoriali præscribi rectissimè scribunt Matth. Coler. *ad c. de quarta 4. n. 88. extr. de præscript.* Petr. Heig. *part. 1. q. 16. n. 47.* Christoph. Zobel *p. 2.*
6 *diff. 2. n. 10.* † Quod & disertè probatur *lib. 1.* Landr. *art. 29. vers.* Des Reichs Schatzkammer kan sich nimmer verschweigen. Qui textus licet loquatur in casu speciali, vacantis videlicet, & fisco
7 delatæ hereditatis, attamen † quare ad alia jura Regaliorum fisco vel Imperio competentium haud extendendus sit, maximè cum idem disponat, quod jure communi reperitur dispositum, rationis dissimilitudinem certè non video, Coler. *dict. loc.*

Ita Domini in causa M. VV. ab V. Mens. Jul. Anno. 1618. (Verba sent. Ob wol die Zoll-Gerechtigkeit ein sonderbares Regalstück ist/und demnach ohne sonderliche concession durch die gemeine Verjährung der 30. Jahr / Jahr und Tag/ auch nach Sachsen-Recht nicht erlanget werden mag/da ihr aber dennoch wie zu recht darthun und erweisen möchtet/ daß ihr und eure Vorfahren über Menschen-Gedencken zu iederzeit ohne einiges Menschen Hinderung und Einhalt euch dieser Gerechtigkeit gebraucht/ und von den Durchreisenden einen gewissen Zoll gefodert und eingenommen hättet/ꝛc. So würdet ihr dabey billich gelassen/ und es möchte euch nunmehr solche Gerechtigkeit mit Bestande nicht entzogen werden/ V. R. W.)

Definit. XXV.

Venatio præscriptione temporis immemorialis in foro quoque Saxonico potest acquiri in fundo alieno.

1 OMni prorsus dubio hoc primâ fronte non caret, propter sanctionem D. Augusti Elector. in Ordin. Provinc. *de Anno 1555. tit.* Daß keiner auff des andern Grund und Boden jagen/ hetzen/ Hüner fahen / oder andere Weidewerck treiben soll. §. So wollen wir / *in verb.* Daß ein ieder mit Jagen / Hetzen / und Weidewerck zu treiben / auff seinem und seiner Leute Eigenthumb bleiben / und eines andern Güter damit nicht berühren soll / ungeachtet einiges Fürwendens/daß es anders hergebracht und im Brauch gehalten / ꝛc. Unde haud ineptè concludere quis
2 posset, † ne quidem tempore immemoriali venationem præscribi in fundo alieno, quod & sensisse videtur Dan. Moller. *ad Const. 7. & 8. part. 2.* Attamen cum nihil verius, &, si in clara luce oculos claudere noluerimus, nil manifestius sit, † quàm ut Venationes hodie inter Regalia 3
computari debeant secundum Petr. Heig. *part. 1. quæst. 15. num. 44.* nulla certè ratio prohibet, quo minus quis Venationes etiam in fundo alieno acquirere possit præscriptione temporis immemorialis. † Quippe quâ jura etiam Principis 4
sive Regalia præscribuntur in foro Saxonico juxta tradita *Defin. præced.* Nec quicquam movet *dict.* Ord. Provinc. Daß keiner auff des andern Grund und Boden/ꝛc. † Quæ de sola præscriptione sta- 5
tutaria Juris Saxonici, annorum videlicet triginta, anni & diei exaudienda est, ad præscriptionem verò immemorialis temporis haud extendi debet, siquidem hæc nunquam submovetur verbis generalibus præscriptionem excludentibus, prout tradit Salycet. *in l. cum notissimi 7. §. eodem 3. C. de præsc. 30. annor. & in l. licet 5. C. de jur. deliber.* Guid. Pap. *sing. 906.* Matth. Coler. *cons. 30. n. 65.* Didac. Covart, *l. 1. var. resol. c. 9. n. 1.* Ant. Fab. *in Cod. l. 7. tit. 13. defin. 5. n. 1. & 2.*

Ita Domini in causa Jobst Christoph von Feilitzsch / Mens. August. An. 1603. (Verba sententiæ: Dieweil in der Churfürstl. Sächsischen Landes-Ordnung ausdrücklichen versehen / daß keiner auff eines andern / ausserhalb seiner Unterthanen eigenthümlichen Gütern / darunter er keine gemengte Güter hat / der Jagt oder des Weidewercks mit Hünerfahen sich gebrauchen soll / so seyd ihr euch auch auff Vollrath von Watzdorffs eigenthümlichen Gütern zu Rentha berührter Jagt und Weidewercks Gerechtigkeit wider seinen Willen anzumassen nicht befugt/ ihr köntet dañ wie recht darthun und beweisen/ daß euerm Bericht nach ihr und eure Vorfahren über Menschen-Gedencken / euch der Fuchs- und Hasen-Jagt / desgleichen des Weidewercks mit Hünerfahen / auff gedachtes von Watzdorffs Gütern/ohne männigliches/sonderlich aber aller voriger Besitzer und Innhaber obbemeldtes Guts Rentha Verhinderung und Einhalt gebraucht/des genössen ihr auff solchen Fall billich/V. R. W.)

Et in causa Matthiæ Harlebens zu Schlaitz / Mens. April. Anno 1573.

Definit. XXVI.

Probatis extremitatibus temporis ad præscriptionem requisiti, principio scilicet & fine, probata censetur continua possessio.

ABsque possessione continuatâ præscriptio 1
non procedit *l. 3. de usucap. c. sine possessione 3. de Reg. Jur. in 6to.* Quare si probanda veniat præscriptio, † cauti esse debent advocati in formatio- 2
ne articulorum probatoriorum, ut dicta testium concludant tempus continuum Bart. & Bald. *in l. Celsus 27. ff. de usucap.* † unde vulgo articuli con- 3
cipi solent (Wahr und Zeugen bewust/daß Zeugführer und seine Vorfahren vor 5. 10. 20. 30. 35. 40. und mehr Jahren das streitige Haus geruhlichen bewohnet / besessen und innen gehabt/ auch Zeugführer dasselbe nachmahls geruhlichen besitzet / ꝛc. Joh. Schneidevvin. *in tit. Inst. ff. de usucap. c. 63.* † Quamvis & sufficiat ad proban- 4
dam continuam possessionem probari solummodò

modò principium possessionis, & quod lapsum sit
5 tempus requisitum ad præscriptionem. † Nam ex possessione de præterito præsumitur possessio in præsens continuata, nisi contrarium probetur, modò actor adhuc sit in possessione, Bald. *in d. l. Celsus 27. n. 6.* Alciat. *de præsumpt. 2. regul. in 21.*
6 *præsumpt.* † Quin & probatô hoc, quod quis ante decennium possederit, & adhuc possideat, præsumitur quoque medio tempore possedisse & possessionem sic continuasse *l. sive possidetis 16. ubi*
7 Dd. *C. de probat.* † Nam probatis duobus extremis, principio scilicet & fine, præsumuntur media, Gloss. *in c. per tuas 6. in verb. præsumendam X. de condit. appos.* Alciat. *dict. Reg. 2. præs. 22.* Schneidevv. *dict. loc. n. 61.*

Ita Domini in causa Martin Schwartzens ab una, & Marthen Viduæ Galle Schwartzens ab altera parte, ventilatâ in præfectura Delitiana, Mens. Sept. Anno 1630.

Definit. XXVII.

Probatâ possessione vel quasi alicujus juris per majorem partem provinciæ, videtur probata possessio etiam in aliis locis ejus provinciæ.

8 VUlgatum equidem est apud Dd. quod unusquisque tantum intelligatur adeptus & possidere, quantum revera & naturaliter occupavit, Panormit. *in cap. cum olim 18. n. 6. ext. de præscr.* Jason. *in l. 3. in pr. num. 36. ff. de acquir. possess.* Bart. & Dd. *in l. 1. ff. de itin. act. privat.* Schurff. *cent. 1. cons. 86.* Matth. Wesenbec. *part. 4. consult. 194. n 30.* Matth. Coler. *cons. 4. n. 44.* Joh. Schneidevv. *ad*
2 *§. possidere 5. Inst. de interdict. n. 106.* † Quia scilicet litata causa limitatum producit effectum *l. cum servo 63. ff. de contr. empt. l. in agris 16. ff. de acqu. rer. domin.* † Attamen procedit hoc solummodò 3
in distinctis & separatis: † Secus in cohærentibus 4
vel universitati ac Jurisdictioni eidem subjectis. † Finge, probare quem velle possessionem vel quasi certi alicujus Laudemii aliusvè juris: Hic si doceat Laudemii istius perceptionem vel alius juris exercitium in majori provinciæ parte, certè videtur etiam probasse possessionem in reliquis locis & pagis istius provinciæ, uni eidemque jurisdictioni subjectis, *arg. l. possideri 3. in pr. l. quod meo 18. §. rursum ult. ff. de acquir. possess.* Matth. Coler. *cons. 34. n. 62.* Innoc. *in c. cum dilectus 8. n. 3. Extr. de relig. dono.* Panorm. *vol. 2. cons. 71. n. 3.* † Et 5
hoc ipsum est, quod vulgò asserunt Dd. in præscriptione Jurisdictionis per majorem partem provinciæ ex longo tempore acquisitæ, tribui præscribenti jus universale in omnibus aliis locis ejus provinciæ, † præ aliis videlicet, non existen- 6
tibus in quasi possessione Jurisdictionis eorum locorum, quæ negantur ad Jurisdictionem pertinere præscribentis, ut tradit plenè Felin. *in cap. auditis 15. n. 19. X. de præscript. post* Innoc. *in c. dilectus 10. extr. de offic. archidiac.* † Et eatenus pos- 7
sessio & præscriptio extenditur de personâ in personam, Joh. Schneidevvin. *in dict. §. possidere 5. v. 106. & 107. Inst. de interdict.*

Ita Domini in causa Georgii Berckmanns contra Hansen von Portzig zu Eysenberg / Mens. Decembr. Ann. 1635. (Verba sententiæ: Daß Beklagter bey der possess vel quasi der gesammten Lehenwahr / solche von Klägers Mühlen zu fodern / biß so lange in ordinario possessorio oder petitorio ein anders ausgeführet / billich gelassen und geschützet wird / V. R. W.)

CONSTITUTIO IV.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Bauern / so über 30. Jahr / Jahr und Tag / ein gleichförmig Dienstgeld gegeben / und nicht gedienet / solches præscribirt haben?

Rustici, ubi ultra XXX. annos, annum & diem, loco operarum vel servitiorum certam quantitatem pecuniæ solvérunt, an contra servitia præscripserint?

INsere Verordnete seynd dessen einig / wann die Bauren durch rechtliche Verjährung / über 30. Jahr / Jahr und Tag / an statt ihrer Dienste / ein Dienstgeld oder anders gleichförmig / ohne Vermehrung oder Verminderung gegeben / und man die Dienste von ihnen habẽ wolte / sie aber solches zu thun sich wegerten / daß sie bey dem Dienstgelde und præscribirter Gerechtigkeit / wo sonst keine andere Verträge vorhanden / bleiben und gelassen werden sollen. Also auch dagegen / da die Bauren nach solcher Zeit das Dienstgeld nicht mehr geben / sondern die Dienste viel lieber thun wolten / so sey ihre Herrschafft auch solches anzunehmen nicht schuldig. Hätten aber in solcher Zeit die Bauern

IN id quoq; conventum est à Deputatis nostris, ut, ubi rustici ultra annos unum & triginta, sex septimanas & tres dies loco operarum, certam quandam pecuniæ summam, vel quid aliud uniformiter, sine ulla vel diminutione vel augmento solverunt, deinceps ad præstanda servitia cogendi non sint, sed jure suo per præscriptionem tanti temporis quæsito, nisi aliter pactum sit, gaudere meritò debeant: E contra verò, etiamsi post tempus illud elapsum servitia vel operas præstare, quàm pecuniam solvere malint, audiendi non sint. Quin etsi præter solutionem pecuniæ, operas nonnullas ultra idem temporis spacium præsti-

ern neben dem Dienstgelde/etliche Dienste über 30. Jahr/ Jahr und Tag gethan/ so wären sie dieselbe hinführo gleichfals neben dem Gelde zu thun pflichtig / welches wir uns auch gefallen lassen. Wann aber das Dienstgeld innerhalb 30. Jahren/Jahres und Tages/ nicht uniformiter gegeben/sondern bißweilen vermindert und vermehret/und auff etliche Jahr gerichtet/ so wollen wir/daß in einem solchen Fall auff die interruption gesprochen/und die Bauern dadurch der Dienste nicht entlediget oder gefreyet seyn sollen.

præstiterint, deinceps quoq; idem ut faciant, quod & nos probamus. Quod si verò loco operarum, pecuniam vel quid aliud uniformiter intra dictum tempus non solverunt, sed interdum plus, interdum minus, idque ex pacto in aliquot annos; eo casu præscriptionem interruptam, & rusticos à præstatione nequaquam liberatos esse, pronunciari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Operæ rusticæ præscribuntur triginta annis, anno & die in foro Saxonico.*
2. *Nisi Jure familiaritatis aut amicitiæ, præstita fuerint,* zur Bethe.
3. *Rusticis non jure servitii sed precariò tantùm, vel etiam vi coactos se aliquandiu præstitisse operas & servitia, asserentibus, incumbit probatio.*
4. *Rustici loco operarum, quibus Dominus commodè uti nequit, per tempus etiam longissimum certam pecuniæ summam solventes, præscriptione sese tueri non possunt, quò minus servitia denuò præstare teneantur.*
5. *Rusticis alternativè ad operas vel pecuniæ præstationem obligatis, ipsorum est electio, quidnam præstare velint.*
6. *Libri Nobilium, qui vocantur* Erb-Register oder Erb-Bücher/*quando probent contra Rusticos.*
7. *Quatenus itidem probent chartæ Partitæ,* Auß-geschnittene Zettel/*& bacilla fissa* Kerbhöltzer.
8. *Omnes indifferenter servitutes reales, sive causâ continuam sive discontinuam habeant, in foro Saxonico præscriptione tricennariâ, anni & diei acquiruntur.*
9. *Jus utendi certo aliquo molendino adversus incolas alicujus pagi vel oppidi triginta annis, anno & die præscribitur.*
10. *Molam olearium absq; concessione speciali in molendinum frumentarium commutare haud licet.*
11. *Domino præcipienti subditis suis, ne alibi quàm in suo molendino molant, tertius, in cujus præjudicium facta est prohibitio, contradicere eamq; impedire potest.*
12. *Ex justâ causâ Dominus cogere potest subditos, ut uno ac certo utantur artifice.*
13. *Servitutes negativæ, nullâ præcedente prohibitione, præscribi nequeunt.* (*nequit.*
14. *Jus compascuorũ vulgò* Koppelweyde *præscribi*
15. *Ex causâ tamen novâ superveniente, etiam jus compascuorum præscribitur.*
16. *Feudum in foro Saxonico triginta annis, cum anno & die præscribitur.*
17. *Inter Emptorem & Venditorem quandoq; tempora continuãtur ad complendam usucapionem.*

DEFINIT. I.

Operæ rusticæ præscribuntur triginta annis, anno & die in foro Saxonico.

1 NOn unanimis quondam hâc de re fuit opinio Jac. Thoming. & Mod. Pist. Ille enim ad præscriptionem operarum Rusticarum tantum requiri tempus arbitrabatur, cujus memoria non extat; Hic autem triginta annos cum anno & die su-
2 ficere existimabat, *ut part. 1. q. 38.* † Absque dubio
3 verior fuit sententia Modest. Pist. † *Tùm*, quod læ operæ sint fructus hominum & servitutes personales *l. 3. l. 4. ff. de oper. serv.* † quæ in foro Saxonico
4 præscriptione tricennali acquiruntur. Christ. Zobel. *in art. 29. lit. A. l.* Landr. Matth. Coler. *ad c.*
5 *de quarta 4. n. 85. extr. de præscript.* † *Tùm*, propter textum *h.* Const. *4. tit. 5.* Hätten aber in solcher
6 Zeit die Bauern; Ex quo satis liquet, tanto temporis spacio operas Rusticorum præscribi, † *Tùm*, quod jus Saxonicum in servitutibus indifferenter tàm continuis, quam discontinuis aliisque juribus realibus nullam aliam præter tricennalem præscriptionem noverit, *infra* Defin. 8. Schurff. *cent. 1. conf. 32. n. 13.* Wesenb. *in not. ad* Schneidew. *in*
7 *§. ult. n. 18. Inst. de serv. rust. & urb. præd.* † Ex quo facilè corruit ratio Thoming. qui præscriptionem temporis immemorialis propterea requirebat, quod operæ rusticæ discontinuam contineant causam, & nemo tàm continenter & perpetuò laborare possit, ut nullo momento possessio interpellari videretur *l. 14. in pr. ff. de serv.*

Ita Domini in causa Martin Wiedemans zu Reinberg/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent: Haben eure Unterthanen in der Erndte so wol / als auch ausser solcher Zeit auff eurem Gute vielfältige Fuhren gethan / und Dienste geleistet/welche sie über 30. Jahr/Jahr und Tag/und also über Rechtsverwehrte Zeit unverweigerlichen verrichtet. Ob nun wol binnen selbiger Zeit / dergleichen Dienste und Fröhnen auff Sächsischem Boden durch Verjährung erlanget werden/ꝛc.)

DEFINIT. II.

Nisi jure familiaritatis aut amicitiæ præstitæ fuerint, zur Bethe.

QUamvis regulariter operæ rusticæ tempore longissimo præscribantur, *Defin. præced.* † Fal- 1
lit tamen hoc, si Rustici operas & servitia non jure subjectionis vel obligationis, sed jure familiaritatis aut amicitiæ præstiterint, zur Bethe / Andr. 2
Gail. *de Arest. c. 7. n. 17. in fin.* † *Tùm*, quia absq; possessione præscriptio non procedit *l. 3. ff. de usucap.* 3
c. sine possessione 3. de Reg. Jur. in 6to. † Atqui possidere non videtur, qui jure familiaritatis rem aliquã tenet, *l. qui jure familiaritatis 41. ff. de acquir. vel amitt. possess.* † *Tùm*, quod servitute non videatur usus, qui non credidit, se jure suo uti, quare nec actio, nec interdictum hoc casu competit, *l. fin. ff. quemadm. servit. amitt. l. 1. §. Aristo 19. ff. de aquâ quotid. & æstiv.* † *Tùm*, quod in præscribendis servitutibus personalibus requiratur titulus & bona fides *l. ult. in fin. C. de præscript. long. temp.* Balb. *de præscript. part. 2. part. 4. princip. q. 2. n. 3.* † At 6
quomo-

quomodo quæso titulum justum, bonamque fidem allegare poterit, qui precario solùm usus est operis rusticis?

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Da aber dennoch berührte eure Unterthanen solche Dienste aus keiner Schuldigkeit oder Pflicht / sondern nur allein auff euer Ansuchen und aus Gutwilligkeit zur Bethe verrichtet hätten / ꝛc. So hättet ihr euch mit der Verjährung nicht zu behelffen / und möchten auch dannenhero eure Unterthanen die Dienste ferner zu leisten wider ihren Willen nicht gedrungen werden / V.R.W.)

DEFINIT. III.

Rusticis non jure servitii, sed precariò tantùm, vel etiam vi coactos se aliquandiu præstitisse operas & servitia, asserentibus, incumbit probatio.

1 EX generali præsumptione Juris pro libertate, operas aut præstationes, de quarum causa vel titulo haud constat, non sponte & liberâ subditorum voluntate factas, sed precariò aut per vim Dominorum, quibus subditi pares esse nequeunt, extortas videri, adeoque Dominis jure suo illas exigentibus onus probationis incumbere, arbitrari 2 quisque posset, † in quam sententiam quoque inclinat Dan. Moller. *l. 4. semest. c. 38. allegans* Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto 2. n. 12. de itin. act. privat.* Jacob. Menoch. *de recup. possess. Remed. 13. n. 72.* Ncol. Boër. *decis. 132.* Joh. Fabr. *in §. æquè. 2. n. 24. inst. de act.* qui juribus hanc sententiam propugnant. 3 † Fatetur tamen ipsemet Moller. hisce terris id non observari, sed semper ferè, ubi de possessione vel quasi Nobilium ac Dominorum constat, in eâ, quaiscunque tandem sit, hosce defendi ac spoliatos etiam restitui, reservato jure suo rusticis & subditis, quod habere se putant in petitorio, *dict. c. 38. n.* 4 † Quæ observantia nititur I. Regulâ generali, quæ onus probandi imponit affirmanti *l. ei incumbit. ff. de probat. l. 23. C. eod. tit.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de probat. n. 6.* Felin. *in c. ex literis 3. n. 11. &* 5 *seqq. ext. de probat.* † II. Juris Saxonici dispositione *in art. 24. l. 2.* Landr. ubi dicitur: Man soll niemand aus seinen Gewehren weisen / ob er gleich 6 mit Unrecht darein kommen wäre / † quæ & habetur *in dict. l. 2.* Landr. *art. 70. in pr.* Lehnr. *c. 39. in* 7 *pr.* & Weichb. *art. 29.* † III. Facit quoque hûc regula, quæ vult actum quemlibet in dubio sponte magis quàm metu gestum præsumi *l. 2. C. de his quæ vi metuve.* Alciat. *de præsumpt. Reg. 2. præs. 3.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Da sie aber dennoch solche Dienste nicht aus Schuldigkeit und Pflicht / sondern aus Gutwilligkeit und zur Bethe verrichtet hätten / sie die Unterthanen auch dasselbe wie recht beybringen und erweisen möchten / inmassen denn ihnen solches zu thun obliget / ꝛc.)

DEFINIT. IV.

Rustici loco operarum, quibus Dominus commodè uti nequit, per tempus etiam longissimum certam pecuniæ summam solventes, præscriptione sese tueri non possunt, quò minus servitia denuò præstare teneantur.

1 NOn aliter Rustici adversus exactionem operarum præscriptionis exceptione tuti sunt, quàm si conventionem vel transactionem negent, simpliciter opponentes, se loco operarum, quas Domino quondam præstare tenebantur, certam pecuniæ quantitatem, aut quid aliud, per annos totos triginta, annum & diem, uniformiter solvisse, *h.* Const. *4.* † Quod si verò Rustici requisiti 2 fateantur, Dominum loco operarum, quibus non semper commodè uti potuerit, ipsorum consensu annuam pensionem accepisse, præscriptio eos non juvat, Aut. Conf. Const. Sax. *p. 5. q. 17. tom. 1.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 6. n. 8.* † Siquidem Dominus, 3 quando non potest commodè operis uti, pecuniam pro iis accipiens, videtur Rusticis servitia locare & contractum locationis cum illis celebrare, ut probat *text. elegans in l. patronus 25. §. 1. ff. de oper. libert. & l. 1. C. eod. tit.* † Conductor verò, quia 4 non possidet, nunquam præscribit, *l. malè agitur 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* † Eoque respiciunt *Verba* Const. (Wo sonsten keine andere Verträge verhanden.) Ita namque Rustici pro operis, quibus Dominus uti nequit, pecuniam præstantes transigere videntur, & in locationem consentiunt, quâ obstante præscriptio ipsis prodesse nequit. 5

Ita Domini in causa Caspari Zobels zu Auma / Mens. Jul. Anno 1625. (Verba sentent. Ob wol eure Unterthanen an statt der schuldigen Dienste nunmehr über rechtsverwehrte Zeit jährlichen ein gewisses Geld allewege erleget und abgestattet / da sie aber dennoch nicht in Abrede seyn könten / daß solches aus keiner andern Ursache geschehen / als weil ihr der Dienste nicht füglichen gebrauchen mögen / und dannenhero an solcher statt ein gewisses Geld gefodert / so sie auch willig biß dato erlegt / ꝛc. So hätten sie sich mit der Verjährung nicht zu behelffen / sondern sie wären berührte Dienste auff Erfodern nochmals zu leisten schuldig / V.R.W.)

DEFINIT. V.

Rusticis alternativè ad operas vel pecuniæ præstationem obligatis, ipsorum est electio, quidnam præstare velint.

1 NUllum equidem dubium est, si in favorem & gratiam Domini, loco operarum, certa pecuniæ summa à Rusticis promissa fuerit, in ipsius arbitrio esse, an pecuniam accipere, an verò operas exigere velit. † Sicuti & standum est conventione 2 expressâ, hac de re inter Dominum & subditos initâ *l. 1. §. si convenit 6. ff. depos. l. in conventionalibus 12. ff. de V. O. l. contractus 23. ff. de Reg. Jur.* † Aloquin simpliciter factâ promissione alternativâ 3 operarum vel pecuniæ, subditorum electio est, an pecuniam vel operas præstare velint. † Quia in al- 4 ternativis electio est debitoris *l. plerumque 10. §. ult. ff. de jur. dot. §. 34. vers. huic autem Inst. de action. l. si heredi plures 5. ff. de condit. inst. l. 6. §. 1. ff. de jur. patron.* Anton. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 24. defin. 13. n. 1.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Köpfen / Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent. So stehet dißfalls die Wahl / ob ihr das Geld abstatten / oder die Frondienste leisten wollet / nochmahls bey euch / und ihr möget zu den Diensten wider euren Willen nicht gedrungen werden / sondern wann ihr von ieder Hülffe jährlichen wie zuvor nochmals 4. fl. entrichtet / lassen sich die Gerichtsherren damit billich begnügen / V.R.W.)

DEFINIT. VI.

Libri Nobilium & Censuales, qui vocantur Erb-Register oder Erb-Bücher *quando probent contra Rusticos.*

1 AD probationem servitiorum, censuum aliarumque præstationum, quas Domini ac Nobiles

biles

biles à Rusticis exigunt, communiter solent producere libros censuales, in quibus omnia ferè consignata habentur, quæ à subditis præstanda veniunt,
2 † quos libros vulgò vocant Erb-Bücher oder Erb-Register. Hi sæpè ita scripti sunt, ut ex iis nec quo tempore, nec quibus præsentibus, nec à
3 quo conscripti sint, intelligi queat, † quos sanè libros ad instar privatæ alicujus scripturæ contra rusticos nil quicquam probare, expeditum est *l. instrumenta. 5. l. rationes 6. l. exemplo 7. C. de probat. Auth. si quis vult. in fin. Cod. qui pot. in pign.*
4 Matth. de Afflict. *Decis. 364.* † Nec enim cuivis scripturæ ac libro judiciali, omni alio adminiculo destituto, in præjudicium alterius fides est tribuenda, ne ansa detur Nobilibus pro lubitu servitia quæque insolita ac præstationes iniquas à rusticis exigendi, Molin. *ad consuet. Parisien. §. 8. Gloss. 1. n. 11. sequentib.* Hart. Pist. *Observ. 159. num. 1.* Georg.
5 Frantzk. *de Laudem. cap. 4. n. 30.* † Quamvis autem in hoc genere ac modo probationis consuetudini loci cujusque & judicantis religioni ac prudentiæ multum tribuendum existimaverim, nec regulariter ejusmodi libris, nisi alio quopiam admi-
6 niculo suffulti sint, putà, † quia sunt antiqui, & ordinatâ serie conscripti, in archivo publico custoditi ac reperti, morte scriptoris confirmati, vel testibus verificati, Georg. Frantzk. *dict. cap. 4. & latè* Hartm. Pistor. *dict. Obs. 159.* aliquam probationem vel simplicem præsumtionem adscribere ausim, *cum* Carol. Molin. *in consuet. Paris. 1. p. §. 5. n. 11.*
7 *per text. in cap. 2. extr. de fid. instrum.* † Attamen hoc certum est & observantia hactenus comprobavit, si Rusticis & subditis consentientibus libri ejusmodi conscripti fuerint, plenam iis fidem esse tribuendam, eosque tùm contra rusticos probare, ut eleganter docet Felin. *in cap. cum causam. 13. n. 3. extr. de probat.* quem sequitur Dan. Moll. *lib. 4. Semestr. cap. 37.*

Ita Domini in causa Michael Grubners zu Maschen/Mens. April. Anno 1633. [Verba sent. Hat sich der Gerichts-Herr des Orts unterstanden / seine Unterthanen zu gewissen Diensten anzuhalten / und als sich die Unterthanen deswegen bey der hohen Obrigkeit beschweret / ist bemeldtem Gerichts-Herrn solche Gerechtigkeit zu erweisen auferleget worden/zu welchem Ende er seine Erb-Büchet und Register zu produciren vorhabens ist. Da nun dieselben mit Einwilligung der sämtlichen Unterthanen aufgerichtet/ ihnen nochmals vorgelesen und beliebt worden wären/ꝛc. So würden dadurch die Dienste/wofern sie darinnen zu befinden / zu Nothdurfft beybracht / und wären demnach die Unterthanen solche nochmals zu leisten schuldig/ V.R.W.)

Definit. VII.

Quatenus itidem probent chartæ Partitæ Ausgeschnittene Zettel *& bacilla fissa* Kerb-Hölzer.

1 HAud rarò etiam ad probationem servitiorum aliarumque præstationum & censuum, chartæ partitæ **ausgeschnittene Zettel** & bacilla fissa tàm ruri, quàm in oppidis usitata (quæ vulgò **Kerb-Hölzer** dicuntur, quod incisis crenis demonstrent, quantum solvi & præstari debeat) produci solent, quibus etiam Rustici quandoque solutos census aliasque præstationes datas probant. † De hisce idem ferè dicendum, quod 2
de libris censuum, Defin. *præced.* ut nimirum iis aliter fides habenda non sit, quàm si ex utriusque partis, Rusticorum videlicet, ac Domini conventione mutuâ, confecta fuerint *l. Publica. 26. ff. depositi.* Nicol. Boër. *decis. 105. n. 7.* † Ita namque 3
literæ quædam, in magnâ figura chartæ seu instrumento impositæ, per medium inciduntur, vel ipsa etiam scinditur charta non rectè sed ad modum ochæ, unaque portio datur Rusticis, alia verò Dominò remanet, sicuti & bacilla fissa, incisis crenis inter Dominum & rusticos dividuntur, ut iisdem postea conjunctis, qui datum solutumvè fuerit, quidque adhuc debeatur, probari queat, Nicol. Boer. *dict. decis. 105. n. 8.* † Hisce enim, ceu signa- 4
culis & probationibus ex consensu utriusque partis plena fides habetur, ex iisque res perfectè cognoscitur, perinde ut fit in panno, † qui datur tonsori 5
ad tondendum, ex quo capitur aliqua parva portio, quæ Domino remanet ad pannum recognoscendum, *arg. l. ad recognoscendos singulos. 10. C. de ingen. manum. vid.* Bald. *in Auth. dos data. C. de donat. ant. nupt.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Inmassen dann auch die Zinsen und Fröhnen / so immittelst allbereit erlegt und verrichtet worden/ durch die ausgeschnittene Zettel und Kerbhöltzer/ dafern solche beyde Theil allewege/mit einander und zugleich richtig gehalten/zur Nothdurfft erwiesen und beybracht werden/V.R.W.)

Definit. IIX.

Omnes indifferenter servitutes reales sive causam continuam sive discontinuam habeant in foro Saxonico, præscriptione tricennaria, anni & diei acquiruntur.

SI quis per decem annos inter præsentes, vel vi- 1
ginti inter absentes usus sit servitute reali, eam per præscriptionem, accedente patientiâ & scientiâ adversarii, acquisivisse dicitur, *l. si quis diuturno. 10. ff. si servit. vindic. l. ult. in fin. C. de præscript. long. temp. l. 2. C. de servit. & aqua.* † Quod 2
vulgò Dd. restringunt ad servitutes causam continuam habentes; in servitutibus verò discontinuam causam habentibus, in quibus factũ hominis requiritur, ut in servitute itineris, juris pascendi, coquendi cerevisiam, quarum usus non est perpetuus aut continuus, sed consistit in interpolatis vicibus, exigunt præscriptionem tanti temporis, cujus initio non supereſt memoria. † Quæ sententia 3
communibus Interpp. calculis approbata est, teste Zanger. *de except. part. 3. cap. 10. num. 180.* Modest. Pist. *in cons. 7. num. 5. & 6. vol. 1.* Guid. Pap. *decis. 573.* Joh. Schneidewin. *ad §. ult. instit. de servit. num. 15. & sequentib.* Mynsing. *Cent. 4. observat. 53.* † Quamvis subsistere vix possit, si ad textus 4
& rationes Juris revocetur, ut eleganter docuit Matth. Wesenb. *in parat. ff. de servit. n. 5. per l. un. C. de usucap. transf. l. ult. in fin. C. de præscript. long. temp. l. pen. C. de servit. l. corruptionem. 16. C. de usufr.* † Ast in foro Saxonico hæc distinctio haud- 5

quaquàm attenditur, sed omnes omninò servitutes ac jura quævis, sive causam continuam vel discontinuam habeant, triginta annis cum anno & die præscribuntur, † adeò, ut si tanto tempore quietè fuerim in quasi possessione servitutis alicujus in 6 tuo prædio, sive tu præsens, sive absens fueris, dicar ex tunc præscriptione acquisivisse servitutem in prædio tuo, propter textum generalem *in Art. 29. lib. 1.* Landr. *ubi gloss. lit. A. & gloss. pen. Art. 28. lib. 2.* Landr. † quæ loquitur de jure piscandi in 7 flumine & sic discontinuam causam habente, Matth. Col. *ad cap. de quarta 4. n. 68. extr. de præscr. & p. 1. decis. 20. num. 5.* Wesenb. *in addit. ad* Schneidew. *& §. ult. Inst. de servit. n. 19. & in parat. ff. eod. num. 5. vers. Sed & jure Saxonico.* Schurff. *cent. 1. conf. 32. n. 13. & conf. 69. n. 25.* Henning. Göden. *conf. 2. n. 56.* Pet. Heig. *p. 1. qu. 16. n. 39.* Fachs. *diff. 11.*

Ita Domini in causa Dorotheæ viduæ Christophori Naumanns zu Leipzig/ Mens. Dec. Anno 1597. [Verba sentent. Haben sich Balthasar Fürstenhäusers seine Vorfahren und Besitzer seines Hauses über Rechtsverwehrte Zeit als 30. Jahr / Jahr und Tag / der Durchfahrt durch euren Thorweg gebraucht/ &c. So wird er bey solchem Gebrauch des Durchfahrens / inmassen es für Alters hergebracht/ nochmals billich gelassen / und ist demnach obbemeldter Fürstenhäuser / daß Besitzern seines Hauses solcher Gebrauch des Thorwegs jure servitutis nachgelassen worden / zu erweisen nicht schuldig/ V. R. W.)

Definit. IX.

Jus utendi certo aliquo molendino adversus incolas alicujus pagi vel oppidi triginta annis, anno & die præscribitur.

1 CIvibus alicujus oppidi, vel incolis pagi prohiberi non posse, quò minus ad caupones alibi existentes accedant, vel alibi molant, expeditum est, Hartm. Pistor. *obs. 200.* Andr. Rauchb *p. 1. quæst. 27. num. 2.* Jason *in l. quò minus. 2. n. 156. quæst. 25. ff. de flumin.* Bartol. Socin. *cons. 272. col. 4.*
2 † Sunt enim hi actus voluntarii & meræ facultatis, ex quibus nec obligatio, nec quasi possessio alicui facilè acquiri potest, *l. Lucius. 88. §. Testator. 5. ff. de legat. 2. l. 2. §. 1. l. & habet. 15. ff. de precar. l. 2. ubi* Dd. *de via publ. l. 1. §. denique. 12. l. si in meo. 21. ff. de aqua & aqua pluv. arcend.* Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 7. cas. 160.* Aliter tamen
3 res se habet, † si prohibitioni factæ cives ac incolæ per 31. annorum atque diei spacium acquieverint, & semper ad certum aliquod molendinum accesserint. Nam tum jure servitutis acquisitæ compelli ac cogi possunt, † ne in posterum alibi molant.
4 Etenim, quia indifferenter servitutes continuæ ac discontinuæ in foro Saxonico tanto temporis spacio
5 præscribuntur, Defin. *præced.* † dubium non est, quin & jus utendi certo molendino, ejusmodi præscriptione acquiri possit, Par. de Puteo *tract. de syndicat. cap. de excess. baron. vers. Excedunt etiam baroner. num. 15.* Cœpoll. *de servit. urb. prædior. cap. 50. num. 2.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 27. num. 1.* Matth. Wesenbec. *cons. 67. num. 29.* Nicol. Boër. *dec. 125. n. 5.*

Ita judicatum à Dominis in causa præfecturæ Lichtenwaldensis & Incolarum Auerswaldensium atque Gormsdorffensium, ad requisitionem Quæstoris zu Lichtenwalde/ M. Mart. Anno 1594. [Verba sentent. Da ihr nun darthun und erweisen köntet / daß von der Zeit an/ als obbemeldte beyde Dörffere in der Amts-Mühle zu Lichtenwalde zu mahlen gedrungen worden/ Rechtsverwehrte Zeit/ als nemlich 30. Jahr/ Jahr und Tag/ das sind 31. Jahr/ 6. Woche und 3. Tage verflossen/ und die Einwohnere bemeldter Dörffer diese Zeit über ohne Verweigerung und Widerrede darinnen gemahlen hätten. So hätte das Amt die Gerechtigkeit einer Zwangmühlen durch solche Verjährung erlanget/ und wären die Einwohnere bemeldter Dörffer in vorgedachter Amtsmühle, nochmals zu mahlen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Seyfrieds von Schönfeld / Mens. Mart. Anno 1622. [Verba sent. Da nun hiebevor von euren Vorfahren ihnen den Unterthanen ein gewiß Gebot geschehen/ daß sie nirgend anders/ als in der Mühlen nach Grünberg gehörig mahlen solten/ die Unterthanen hernach bey solchem Gebot beruhet / und über Rechtsverwehrter Zeit unverbrüchlichen darbey verblieben/ und immittels nirgends anderswo/ als in dieser Mühlen/ gemahlen/ &c. So wären sie auch hinführo nochmals in selbiger Mühlen allein zu mahlen verpflichtet/ V. R. W.)

Definit. X.

Molam olearium absque concessione speciali in molendinum frumentarium commutare haud licet.

1 ETsi commodi & utilitatis suæ gratiâ nemo in solo proprio ædificare, ac molam extruere prohibeatur *l. 1. §. denique. 12. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend. l. Proculus. 26. ff. de damn. infect.* Andr. Gail. *lib. 2. Observat. 69. num. 27.* Salyc. *in l. se manifestè. 7. in verb. procurat. n. 1. Codic. de serv. & aqu.* 2 † Attamen hisce in provinciis usu obtinuit, ut nemini etiam in solo proprio absque speciali Magistratus concessione, molam extruere liceat, teste Modest. Pistor. *p. 1. qu. 28.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 27. num. 9.* Köpp. *quæst. 20.* † Multò minus 3 ergò in loco publico hoc concessum erit, † Planè 4 etiamsi quis in flumine publico à Magistratu facultatem extruendi molam olearium consecutus fuerit, attamen in alium usum is eam convertere, ac ejus loco molendinum frumentarium absque singulari concessione extruere non poterit, † ut 5 maximè utilitatem publicam prætendat; Sunt namque ejusmodi concessiones ac privilegia strictissimè interpretanda, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 2. Definit. 10. num. 4.*

Ita Domini in causâ Matthæi Kapsen zu Dennstadt/ Mens. Decembr. Anno 1633. [Verba sent. So seyd ihr solches ohne sonderbare Urlaub und Vergünstigung der Obrigkeit zu thun / und die auf der Stadt gemeinem Wasser euch zustehenden Oel- Weyd- oder Schleiß-Mühlen-Gerechtigkeit / in eine Mehl-Mühle und Mehl-Gerechtigkeit / euers Gefallens nach/ zu verwandeln nicht berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XI.

Domino præcipienti subditis suis, ne alibi quàm in suo molendino molant, tertius, in cujus præjudicium facta est prohibitio, contradicere eamque impedire potest.

1 CUilibet in re propria, suæ utilitati etiam cum alterius incommoditate inservire licet *l. flumi-num. 24. §. ult. l. Proculus 26. in fin. de damn. in-fect. l. 1. §. Neratius scribit. 2. §. denique 12. l. 2. §. idem Labeo. 8. l. 12. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend.*
2 Unde dicendum videtur, † hoc casu tertio adversus prohibentem nullam prorsus competere actionem, quod & sensit Cravet. *de antiq. temp. p. 1. vers. circa præmissa. n. 7. & seq.* Sed licentia ista † pro lubito
3 quid in suo faciendi neutiquam trahenda est ad casum, quo quis nocendi animo & ad aliorum æmulationem suis studet commodis. † Cujus malitiæ
4 jura non indulgent *l. in fundo. 38. ff. de Rei vindic. l. si cui. 9. ff. de servitut. l. 1. §. sed & 5. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend. l. opus novum. 3. ff. de oper. publ.*
5 † Quare, cum per ejusmodi prohibitionem injustam & iniquam non tam subditis ipsis, quàm vicinis, quorum molendinis per hanc legem subtrahuntur reditus, valdè præjudicetur, dubium non est, quin vicini huic contradicere, & adversus pro-
6 hibentem utiliter judicio experiri queant, † ut prohibitione abrogatà, subditos pristinæ libertati restituat, *arg. l. 2. C. de decret. decur. lib. 10. l. qui gravatos. 5. C. de censib. lib. 11. l. 7. l. 12. ff. si serv. vindic.* Nicol. Boër. *decis. 125. num. 4. quem sequitur* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 27. n. 11. & sequentibus.*

Ita Domini in causa Christophori à P. & Civitatis L. Mens. Octob. Anno 1622. [Verba sent. Wann nun gleich die Unterthanen damit zu frieden / und solchem Verbot nachzukommen gemeynet seyn / dieweil aber dennoch hierdurch eurer Mühlen-Gerechtigkeit nicht wenig Eintrag und Schaden zugefüget wird / &c. So seyd ihr auch gedachten C. à P. deßwegen gebührlichen zu belangen / und damit das an seine Unterthanen gethane Verbot hinwiederum cassiret und aufgehoben werde / zu suchen wohl befugt / V. R. W.)

Definit. XII.

Ex justâ causâ, Dominus cogere potest subditos, ut uno ac certo utantur artifice.

1 CUm Nobilis quidam in oppido suo Vespillonem assumsisset, prohibuerat subditis, ne alio uterentur, quæsitum fuit, an subditi parere teneantur?
2 Sanè, † quia actus voluntarii ac liberæ voluntatis non possunt prohibitionibus constringi *l. Lucius. 88. §. testator. 5. ff. de leg. 2. l. 2. ubi* Dd. *ff. de via publ. l. si in meo fundo. 21. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend. l. 13. ff. de precar.* præceptum illud, quo Nobilis astringere volebat subditos ad utendum uno Vespil-
3 lone, non videbatur valere, † Maximè cum quibusdam in locis ac communiter in pagis ipsimet Rustici
4 mortuorum cadavera humare soleant. † Videbatur præterea hoc præceptum concernere monopolium, aliisque Vespillonibus præcidere occasionem aliquid acquirendi *l. un. C. de Monopol.* Attamen ob bonum publicum præceptum hoc sustinebatur; † Conduxerat siquidem Nobilis Vespillonem pu- 5
blicæ utilitatis causâ, ut esset, qui omni tempore, imprimis verò oppido lue pestiferâ infecto, mortuorum cadavera humaret, oppidumque purgaret, quod alias neno facilè facturus esset, si res hæc libertati suæ permitteretur. † Quare subditos hoc 6
mandato Nobilis constringi æquissimum visum fuit, quia publicæ utilitatis gratiâ à Regulis juris communis receditur, † multaque permittuntur, 7
quæ aliàs sunt interdicta & prohibita *l. ita vulneratus. 51. §. 2. vers. multa. ff. ad leg. Aquil. c. Abbate. 3. §. ult. de sent. & rè jud. in 6to.* Hippol. de Marsil. *in pract. crim. §. aggredior. num. 61. & sequentib.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 56. n. 4.* Jason. *in l. 2. n. 26. Codic. de jur. Emphyt.*

Ita Domini in causa der Unterthanen zu Hoyerswalde / Mens. Dec Anno 1625. [Verba sent. Hat der Gerichts-Herr des Orts einen Todtengräber angenommen / und euch seinen Unterthanen anbefohlen / keinen andern als denselben bey der Verstorbenen Begräbniß zu gebrauchen / &c. So seyd ihr solchem der Obrigkeit Gebot allerdings nachzukommen / und zu gehorsamen schuldig / und stehet euch demnach auf begebenden Fall einen andern Todtengräber aus der Nachbarschaft zu gebrauchen / oder auch die todten Cörper selbsten zu begraben / gestalten Sachen nach nicht frey / V. R. W.)

Definitio XIII.

Servitutes negativæ nullâ præcedente prohibitione, præscribi nequeunt.

SErvitutes negativæ, veluti: Altiùs non tollendi: Ne luminibus vel prospectui officiatur &c. 1
absque prohibitione præcedente nunquam præscribuntur, sed à tempore demum prohibitionis currere incipit præscriptio, Joh. Schneidew. *in §. ult. n. 7. Inst. de servitut.* Jac. Thoming. *cons. 17. n. 71.* Cyn. *in l. 1. num. 5. in fin. Cod. de servit. & aqua.* Balb. *de præscript. 4. part. quint. part. princip. quæst. 5. n. 3.* Cæpoll. *in tract. de servit. urb. præd. c. 50. in 2. quæst.* Hen. Göden. *cons. 2. n. 46.* † *Tum,* 2
quod ad servitutis acquisitionem requiratur factum aliquod utentis, seu præscribere volentis, Bald. *in §. f. Inst. de servit.* quod certè in præscribente servitutem negativam nullum aliud esse potest, quàm prohibitio. † Ne scilicet vicinus utatur li- 3
bertate suâ, quæ aliàs ei competit, videlicet ne altiùs ædificet, ac luminibus vel prospectui officiat, Bart. *in l. sicut. 8. §. sed qui quæritur. 3. ff. si Serv. vindic.* † *Tum,* quia præscriptio servitutis sine qua- 4
si possessione non procedit *cap. sine possessione. 3. de Reg. Jur. in 6to.* Atqui per solum prohibitionis actum cum patientia adversarii, præscribens constituitur in quasi possessione servitutis negativæ. † Et 5
nisi prohibitio interveniat, nunquâ vicinus dicitur fuisse in quasi possessione servitutis, ut demonstrat Schneidewin. *dict. §. ult. num. 7. Inst. de servit.* †Hinc si vicinus, ædificando domum suam, velit ob- 6
scurare lumina ædium mearum, semper hoc facere potest, nisi semel prohibitioni factæ acquieverit, & per spacium triginta annorum, anni & diei altiùs ædificare cessaverit, † incipit enim tum currere 7

præscriptio à tempore prohibitionis & elapso tanto tempore, servitutem negativam præscriptione acquisivi.

Ita Domini in causa Henrici Rothäuts zu Leipzig/ Mens. Majo Anno 1581. [Verba sentent. Wann gleich das Fenster/davon euer Frage meldet/in eurem Hause/als ihr dasselbe erkaufft/gefunden/ und solches allein in eurer Wand/dazu euer Nachbar keine Gerechtigkeit hat/stehet / auch in siebenzig Jahren nicht verbauet worden; So ist dennoch bemeldtem euren Nachbarn/ auch mit Verbauung solches Fensters / auff seinem Grunde seiner Nothdurfft nach ein Gebäu zu führen unbenommen/ es wäre dann/ daß hiebevor seinem Vater / als er auch gemeldtes Fenster verbauen wollen/ Verbot geschehen/ darauf er sich des Bauens enthalten/und da sieder dreyssig Jahr / Jahr und Tag verflossen wären/ und ihr also eine Gerechtigkeit und servitut erlanget hättet / auff den Fall wäre sich auch mehr-berührter euer Nachbar hinfüro des Bauens zu enthalten schuldig/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Reginæ Haschin zu Freyberg / M. Jul. Anno 1627. [Verba sentent. Ihr köntet dann wie zu Recht darthun und erweisen / daß seine Vorfahren die Besitzere des Hauses vor Rechtsverwehrter Zeit dergleichen auch zu thun vorgenommen / welches ihnen nicht verstattet werden wollen / und sie darauff über Rechtsverwehrter Zeit ferner nichts gethan / also daß eurem Hause am Licht nicht zu hindern jure præscriptionis die servitut zuständig sey/ auff solchen Fall wäret ihr ihme numehr dasselbige zu wehren befugt/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Jus compascuorum vulgò Koppelweyde *præscribi nequit.*

1 NOnnunquam vicini jure quodam familiaritatis ac societatis in prædiis suis mutua & communia sibi pascua concedunt; Quod genus pascuorum germanicâ voce usitatissimâ vocatur Koppelweyde/ in quibus omnem prorsus præscriptionem cessare docet Matth. de Afflict. *decis. 290.*
2 *quem sequitur* Joh. Köppen. *decis. 12. n. 9.* † Siquidem compascuorum usus reverà nihil aliud est, quam precarium reciprocum, quod nullo unquam tempore præscribitur *l. malè agitur. 2. Codic. de*
3 *præscription. 30. vel 40. annor.* † Nec ineptè quis dixerit; Vicinos super usu pascendi communionem aliquam, vel contractum innominatum Facio ut facias celebrare, qui semper impedit præscriptionem. Paris. *part. 1. conf. 27. num. 112. & 133.* † Quin
4 & ipso facto palàm est, in compascuis jura familiaritatis & mutuæ quasi societatis attendi; At juris est expediti, quod, dum socii in communione sunt,
5 alter contra alterum non præscribat, † quia alter alterum semper censetur recognoscere, ut eleganter declarat Balb. *de præscript. 4. part. 4. part. pr. quæst. 13.* Eoque facit Dd. concluſio, quâ dicitur,
6 † qui feudum alterius jure familiaritatis usus est, quod etiam per mille annos servitutem non acquirat *per l. 1. §. Aristo. 19. ff. de aq. quotid. & æstiv. l. viam publicam. 2. ubi Bart. ff. de via publ. & it.* Balb. *de præscript. 2. part. 4. part. princip. qu. 1. n. 9.* Cœpolla *in tr. de servit. part. 1. cap. 70. in pr.*

Ita Domini in causa der Gemeine zu Elsterberg / Mens. April. Anno 1634. [Verba sentent. Ob nun wol die Wartenburger solche Gerechtigkeit vor undencklichen Jahren erlanget / und also præscribiret haben wollen. Dieweil aber dennoch bemeldte Triftgerechtigkeit deme von Ebeleben und dessen Wartenburgischen Unterthanen nicht jure servitutis, sondern nur aus Vergünstigung als eine Koppelwende zuständig/ mit welcher es in Rechten diese Gelegenheit hat / daß hierinnen keine præscriptio zuläßlichen/ sondern dieselbe nach Art eines precarii reciproci zu ieder Zeit widerrussen werden mag/ &c.)

Et in causa Petri Boms & Jacobi Naumanns zu Löppe/ Mens. Jun. Anno 1630.

Definit. XV.

Ex causa tamen novâ superveniente, etiam jus compascuorum præscribitur.

BEnè tamen doctrinam hanc limitat Joh. Köpp 1
decis. 12. num. 13. ut vera non sit, si aliqua nova causa supervenerit quæ jus servitutis inducere possit. † Veluti quod unus contra prohibitionem & 2
cessationem alterius à compascuis non abstinuerit, sed per longissimi temporis spacium denuò pascuis usus fuerit, allegans Corn. *vol. 3. conf. 293. col. 3. &* Socin. *vol. conf. 131. col. 1. & 2.* † Nam licet 3
aliàs ex actibus meræ facultatis nullum jus oriatur etiam quantocunque tempore *l. viam publicam. 2. ff. de via publica & itin.* Bald. & Dd. *in l. 1. C. de servit. & aqua.* Hier. Schurff. *cent. 1. conf. 69. n. 23. & cent. 3. consil. 77.* † Attamen ex causa super- 4
veniente jus servitutis induci potest, Köpp. *d. dec. 12.*

Ita Scabini in causa der Gemeinde zu Grabe/ Mens. Jun. Anno 1620.

Definit. XVI.

Feudum in foro Saxonico triginta annis cum anno & die præscribitur.

SI quis per triginta annos rem aliquam ut feu- 1
dum possederit & servitium Domino exhibuerit, quamvis de eâ re non sit investitus, præscriptione tamen triginta annorum se tueri potest. Verba sunt feudistæ *in tit. 26. §. si quis per triginta, Feud. 2.* † Ex quibus luculenter apparet, absque 2
investiturâ solâ] præscriptione triginta annorum feudum in prædiis allodialibus acquiri Wurmser. *in pract. observat. tit. de feud. obs. 15. & 25.* Mynsing. *cent. 4. obs. 49.* Bocer. *de præscript. feud. c. 2. num. 8. & sequentib.* Göden. *conf. 46. num. 16.* Menoch. *lib. 1. conf. 2. num. 312.* † In foro tamen Sa- 3
xonico huic temporis spacio additur annus & dies *art. 28. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *ad cap. de quarta. 4. num. 84. extr. de præscript.* † Sola 4
vero temporis longissimi possessio præscriptionem feudi non inducit, sed ad hanc duo insuper requiruntur. † *Primò:* ut præscribens possideat 5
rem tanquam feudalem, ut Vasallus, *dict. tit. 26. §. si quis in verb. rem aliquam ut feudum possedit. ubi* Bald. Alvarot. *& alii.* Franc. Balb. *in tract. de præscript. 4. part. quart. part. princip. qu. 2. n. 1. Secundò* requiritur etiam, † ut præscribens servi- 6
tium Domino præstet, *dict. §. si quis, ibi & servitium Domino exhibuerit.* Bocer. *dict. tract. de præscript. feud. cap. 3. n. 10.* † Hisce requisitis concur- 7
rentibus feudum in prædiis allodialibus tempore longissimo præscribi, ambigendum non est.

Ita Domini in causa A. &. S. Mense Martio Anno 1628. [Verba sentent. Da nun berührte Mühlen und

und Wiesen zu solchem Lehn-Gut geschlagen/und demselben einverleibet/ auch bis anhero dabey verblieben/ und über Rechts-verwehrte Zeit allerdings für Lehen besessen/gehalten und verdienet worden/ꝛc. So werden obangerührte Mühlen und Wiesen gestalten Sachen nach für Lehen nochmals gehalten/und seynd dannenhero die Vettern sich derer neben andern Lehen-Gütern anzumassen wohl befugt/V. R. W.)

Item in causa Georgii Bensdorff zu Breßlau / Mens. Dec. Anno 1603.

Definit. XVII.

Inter Emptorem & Venditorem, quando tempora continuantur ad complendam usucapionem.

1 ETsi stricto jure possessio defuncti non prosit heredi ad continuandam præscriptionem, quia possessio facti est, ac proinde in hæredem transferri nequit, *l. cum heredes. 23. in pr. l. 30. §. 5. ff. de acquir. vel amitt. poß.* Attamen ex æquitate
2 hæredi succurritur; †Etenim quia hic defuncti personam repræsentat, & ejusdem cum defuncto Juris censetur; accessio etiam temporis, quo defunctus possedit, ipsi prodest, §. *diutina possessio. 7. Inst. de usucap. l. de accessionibus. 14. in pr. ff. de di-*
3 *verf. temp. præscript.* † Idque verum est non solùm in herede universali, sed & in successore singulari, ita scilicet, ut & Emptor venditori succedens, utatur accessione temporis ejus, quo venditor in possessione fuit, *dict. §. 7. instit. de usucap. l. 14. ff.*
4 *eod. tit. lib. 2. pen. ff. pro emtor.* † Quamvis inter heredem & Emptorem haud minima existat differentia; illi enim defuncti mala fides nocet, bona verò defuncti fides prodest. † At huic, nec mala vendi- 5
toris fides obest, si modò à sua persona usucapionem incipiat, *l. 5. ff. de div. temp. præscript. l. 13. §. 4. ff. de acqu. vel amitt. poß.* nec bona fides prodest *l. 2. §. 14. ff. pro empt.* † Non enim ut heres de- 6
functi, si emptor venditoris personam repræsentat, neque ut heres in jus universum, sed in rem duntaxat singularem succedit, *l. 24. ff. de verb. signif. l. 62. ff. de Reg. Jur.* † Adeoque ad continuandam usu- 7
capionem in persona Emptoris ipsius bona fides omninò requiritur. † Quamvis si expressè de 8
malâ fide non constet, bona fides ex cursu temporis longissimi præsumatur, nisi contrarium, emptorem scilicet in malâ fide constitutum fuisse, à Domino probari queat, Matth. Coler. *ad c. ult. n. 39. extr. de præscript.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 16. n. 55. Vid.* Const. *præced. Defin. 7.*

Ita Domini ad consultationem Prætoris & Scabinorum Freibergensium. Mens. Dec. Anno 1633. [Verba sent. Ob nun wol solche Erb-Gelder allbereit vor dreyssig Jahren/Jahr und Tag/fällig gewesen/und die Häuser/ darauff sie stehen und haften/solche Zeit über nicht einen/ sondern unterschiedene Besitzer gehabt / und etliche in die dritte und vierdte Hand kommen / und verkaufft worden. Da sie aber dennoch binnen obgesetzter Zeit niemals gemahnet worden/ꝛc. So wären sie numehr verjähret/ und möchten mit Bestande ferner nicht eingemahnet werden/ V. R. W.)

Et in causa Lucæ Döring's zu Breßlau / Mens. Decembr. Anno 1601.

CONSTITUTIO V. PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Præscription der Sächß. Rechte/als 30. Jahr/Jahr und Tages/ auch wider Kirchen/Universitäten/Hospital und pia loca statt habe?

Præscriptio Juris Saxonici, quæ est XXX. annorum, anni & diei, num locum habeat contra Ecclesias, Universitates, Hospitalia & pia loca?

UNsere Verordnete seyn dessen einig/ daß der Præscription der 30. Jahr/Jahr und Tages/ davon die Sache redet/ nicht statt habe wider Kirchen/ Universitäten/Schulen/ und andere pia loca. Und weil dañ die gemeinen Rechte verordnen/ daß nach Verlauffung 40. Jahr wider Kirchen könne præscribiret werden/ daß sie auch innerhalb vier Jahren und nach 4. Jahren/justâ ex causâ zu restituiren / derowegen sey billich / daß man sich im Sprechen dißfalls nach den gemeinen Rechten halte / solches privilegium aber die Clerici, Professoren der Universitäten oder einzele Personen / in ihren selbst Privat-Sachen / nicht haben sollen/ So lassen wir es auch dabey bleiben/und sollen sich unsere Gerichte in rechtlicher Erkäntniß dessen also halten.

PRæscriptionem Juris Saxonici triginta annorum, anni & diei, contra Ecclesias, Universitates, Scholas & alia pia loca admittendam non esse, Deputati nostri existimârunt. Sed cùm jure communi quadraginta annorum præscriptio contra Ecclesiam requiratur, eoque tempore elapso intra annos quatuor subsequentes, & postea ex justa causa in integrum eadem restituatur, id in judicando sequentem existimarunt, ita tamen ut privilegium hoc ad Clericos, Academiarum Professores aliosque, quatenus de rebus ipsorum privatis agitur, non extendatur, quod & nos probantes, in judiciis nostrarum ditionum servari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Contra prædia, ad Ecclesias & Universitates pertinentia, non nisi quadragenaria præscriptio obtinet.*
2. *Neq; Ecclesia contra Ecclesiam, hospitalia aliaq; pia loca breviori temporis spacio præscribit.*
3. *Ecclesia succedens privato, contra quem inchoata est præscriptio, gaudet privilegio præscriptionis quadragenariæ.*
4. *Præscriptio quadragenaria pertinet etiã ad Reditus annuos, qui Ecclesiæ aliisve piis locis debẽtur.*
5. *Contra pagum vel universitatem currit præscriptio usitata Saxonica tricennalis cum anno & die.*
6. *Res mobiles Ecclesiarum, Hospitalium aliorumque piorum locorum, anno & die in foro Saxonico præscribuntur.*
7. *Præscriptioni quadragenariæ contra Ecclesiã ne quidem in foro Saxonico additur augmentum anni & diei in præscriptionibus Saxonicis alias usitatum.*
8. *Stipendium certis personis atq; familiæ studiorum causa relictum, etiamsi nemo in familia literis operam navet, in alios tamen pios usus converti nequit.*
9. *Salarium semestre sive annum gratiæ,* das Gnaden-Jahr/ *lucrantur heredes defuncti, etiamsi hereditati paternæ renunciaverint.*
10. *De anno gratiæ seu salario semestri æs alienum defuncti exsolvi haud debet.*
11. *Defuncto Ecclesiæ ministro proventus ex anno gratiæ simul liberis & viduæ ipsius debentur, etiamsi hæc bona marito illata repetat.*
12. *Salarium semestre inter defuncti Pastoris viduam & liberos æqualiter & secundum capita dividi debet.*

DEFINIT. I.

Contra prædia, ad Ecclesias & Universitates pertinentia, non nisi quadragenaria præscriptio obtinet.

1 DEfinitionem generalem ponit jus civile, quod præscriptio longi ac longissimi temporis non currat adversus Ecclesiam aliaque pia loca, sed requiratur ad hanc spacium quadraginta annorum,
2 *Auth. quas actiones. C. de Sacros. Eccles.* † quod & Juri Canonico *in c. de quarta 4. c. ad aures. 6. c. illud. 8. extr. de præscript.* † atque moribus Saxonicis convenit, *in* Gloss. *art. 29. lib. 1.* Landr. *num. 4.*
3 §. der Sachß *hac* Constit. Elect. 5. Eaque definitio ampliatur *primò* †
4 in prædiis ad Ecclesias aliaque pia loca pertinentibus, ut putà si quis prætenderet jus servitutis ex præscriptione in prædio, ad Ecclesiam pertinente, Didac. Cov. *pract. qu. 37. n. 8.* Hartm. Pist. *observ. 90.* Joh. Schneidew. *in tit. Inst. de præscr. rubr. quot sunt spec. præscript. n. 22.*
5 † *Tùm*, propter verba generalia *dict.* Const. &
6 Gloss. *art. 29. lib. 1.* Landrecht. *Tùm*, † quod prædium pertinens ad Ecclesiam istius pars quædam censeatur, sicuti villa vel castrum dicitur pars Civitatis, Salycet. *in l. Respublica. 4. num. 4. C. quib. ex*
7 *caus. major.* † *Tùm, per text. in l. qui ex vico 30. ff. ad municip. l. nulli. 28. §. quod si in vico. 4. C. de Episc. & Cleric.* ex quibus probatur, quod juris est in civitate, idem etiam obtinere in villis ad civitatem pertinentibus, Hart. Pist. *d. l. n. 7.*

Ita Domini in causa des Hospitals zu Werben / und der Kirchen zu Gertewitz/ Mens. April. Anno 1633. [Verba sentent. Hat das Hospital zu Werben auff etlichen Bauer-Aeckern/ eine Schafftrift und servitut prætendiret/ und sich derselben gebrauchet. Ob nun wol vor 14. oder mehr Jahren berührte Aecker der Kirchen zu Gertewitz verkaufft/ihren Gütern zugeeignet worden / und numehr vor Kirchengut zu halten seyn / da aber dennoch das Hospital numehr in die 40. Jahr die Schafftrift auff selbigen Aeckern gemhiglichen gehabt hätte/ꝛc. So hätte auff solchen Fall berührtes Hospital durch Verjährung auff den Kirchenäckern eine servitut und Gerechtigkeit erlanget / und möchte derselben wider seinen Willen nicht entsetzet werden / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Neque Ecclesia contra Ecclesiam, Hospitalia, aliaq; pia loca breviori temporis spacio præscribit.

1 AMpl. *secundò* in Hospitalibus & Ecclesiis præscribentibus contra Ecclesias atque pia loca. De quo equidem primâ fronte dubitare quis posset propter Canones, qui tricennalem hoc casu comprobant præscriptionem, ut est *cap. placuit. 4. c. quicunque. 44. caus. 16. quæst. 3. c. sanctorum. 3. extr. de præscript.* † Quibus suffragatur vulgatum 2
illud brocardicum, quod privilegiatus non utatur privilegio adversus privilegiatum *l. verum. 11. §. pen. ff. de minor.* † At Canones istos, concedentes 3
præscriptionem tricennalem Ecclesiæ adversus Ecclesiam, hodie correctos esse, satis liquet ex verbis *c. illud. 8. extr. de præscript.* Unde rectissimè infertur, † nedum in privato præscribente contra Ec- 4
clesiam, sed etiam si una Ecclesia præscribat contra aliam Ecclesiam aliave pia loca, semper requiri præscriptionem quadragenariam, † quod & 5
probant *c. ad aures. 6. c. de quarta. 4. extr. de præscript.* † Idemque sentiunt Dd. *communiter in* 6
Auth. quas actiones Cod. de Sacros. Eccles. Matth. Coler. *in dict. cap. illud. 8. num. 3. ubi &* Gloss. Balb. *de præscript. part. 1. part. 5. princip. quæst. 1. num. 4.* † Nec quicquam movet Dd. brocardi- 7
cum, Privilegiatum scilicet suo privilegio non uti adversus privilegiatum. Quod certè universaliter verum non est, *secundum* Gloss. *in l. verum. 11. §. p. ff. de minor. &* Matth. Coler. *dict. c. illud. 8. num. 3.* † Quin & falsum hoc esse, dicit Ant. Fab. 8
in Codic. lib. 1. tit. 2. defin. 86. num. 17. Absque dubio † illud non aliter intelligendum, quàm si 9
privilegiatus (ut in casu præsenti) certet de damno vitando adversus privilegiatum lucrum quærentem, prout eleganter probat *l. fin. ff. ex quib. caus. major.*

Ita Domini in eadem causa [Verba sententiæ: Auf solchen Fall hätte benanntes Hospital durch Verjährung (der 40. Jahr) auff den Kirchenäckern eine Servitut erlanget/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Ecclesia succedens privato, contra quem inchoata est præscriptio, gaudet privilegio præscriptionis quadragenariæ.

AMpliatur *Tertiò*, si Ecclesia succedat privato, contra quem inchoata est præscriptio. 1
Quo casu, Ecclesiam uti jure privati cui succedit, tradit Gloss. *in Authent. quas actiones. Cod. de Sacros. Eccles.* † per text. *in l. fiscus, cum in pri-* 2
vati

vati jus succedit, 6. ff. de jur. fisc. idemq; probare videtur *l. si fundum. 16. ff. de fundo dotali*, ubi privilegium non interpellat eam possessionem, quæ antea
3 cœperat. † Sed Glossam hanc reprobant communiter Dd. tribuentes privilegium præscriptionis quadragenariæ Ecclesiæ vel universitati, aut alii pio loco, etiamsi privato, cœptâ jam præscriptione, successerit, teste Jason. *in Auth. quas actiones. n. 36. C. de SS. Eccles.* ubi pro confirmatione hujus assertio-
4 nis † allegat textum notabilem in *Auth. quod si quis quibusdam. C de præscript. long. temp. 10. vel 20. annorum.* quò motus in eandem descendit sententiam
5 Dan. Moller. *ad Const. hanc 5. n. 6.* † Quæ neutiquam infringitur *d. l. fiscus. 6. ff. de jure fisci*, jubet siquidem hic textus fiscum uti jure privati, cui succedit pro antiquo saltem tempore, relinquens ipsi pri-
6 vilegium suum, posteaquam successerit. † Quamvis & dici queat, agi ibidem de jure privati perfecto & consummato, non etiam de jure seu præscriptione cœptâ, nondum consummatâ, quæ si semel contra privatum fuerit perfecta, ne quidem ab Ecclesia,
7 succedente privato, rescindi potest. † Minus obest *dict. l. si fundum. 16. ff. de fundo dotali*, quæ illo tantummodo privilegio uti prohibet privilegiatum succedentem privato, per quod præscriptio in to-
8 tum tollitur. † At privilegium præscriptionis quadragenariæ, Ecclesiæ competens, jus præscriptionis non tollit; sed paulisper immutat atque differt, ut propterea Ecclesia suo privilegio uti nulla ex causa
9 prohiberi debeat; † Quantum enim differat jus aliquod differri, & simpliciter tolli, vel exinde constat, quod princeps possit concedere debitori rescriptum, per quod differatur solutio & debitum, sed non licet ipsi dare rescriptum, per quod in totum tollatur debitum, *l. quoties. 2. l. universa. 4. C. de prec. Imp. offer.* Jason *dicto loco. n. 37.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent: Ob nun wol vor 40. oder mehr Jahren berührte Bauer-Aeckere zu Gertewitz verkaufft worden/ihren Gütern zugeeignet / und nunmehr vor Kirchen-Gut zu halten seyn/ꝛc.)

Definit. IV.

Præscriptio quadragenaria pertinet etiam ad Reditus annuos, qui Ecclesiæ aliisve piis locis debentur.

1 AMpl. *quartò* Definitio 1. in annuis reditibus aliisque præstationibus, quæ Ecclesiæ, Universitati aliisque piis locis debentur, ut hisce non nisi
2 spacio quadraginta annorum præscribatur. † Satis enim generalia sunt verba Constit. Elect. quod scilicet præscriptio juris Saxonici triginta annorum, anni & diei contra Ecclesias, Universitates, Hospitalia
3 & alia pia loca admittenda non sit, † quæ & propterea generaliter de omni indifferenter præscriptione contra Ecclesiam & pia loca eorumque jura intelligi debet *l. de pretio. 8 ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstand.* Bald. *l. 1. cons. 35.* ut
4 dubium non sit, † quin & annuæ præstationes, quæ Ecclesiæ piisque locis debentur, privilegio hoc quadragenariæ præscriptionis gaudeant; Quò & facit quod *Novell. 131. cap. 6.* privilegium quadragenariæ præscriptionis extendat ad exactionē legatorum & hæreditatum, quæ ad pias causas relicta sunt, cum quibus ratione qualitatis benè comparantur annui reditus ac præstationes, quæ Ecclesiæ debentur.

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris in Heringen/ M. Febr. Anno 1608. (Verba sentent. So viel aber die übrigen 6. Scheffel Haber jährlicher Zinß anlanget / dieweil mehrgedachtes Hospitals Vormunden von bestimter Zeit an zwölff Marck-Scheffel nicht allein jährlichen angenommen/sondern auch darüber quittiret/die übrigen 6. Marck-Scheffel aber von derselben Zeit an nicht genahnet/ꝛc. So seyn auch die jenigen 6. Marck-Scheffel / von welcher Vertagung an 40. Jahr verflossen/durch die Verjährung auffgehoben/V. R. W.)

Definit. V.

Contra pagum vel universitatem currit præscriptio usitata Saxonica tricennalis cum anno & die.

LImitatur autem *primò dict. Defin. 1.* in universi- 1
tate Rusticorum, sive pago alioque hominum civiumque collegio. Rationem dubitandi quidem præbet *hæc* Const. Elect. 5. † quæ præscriptionem 2
tricennariam Saxonicam contra Universitatem non magis atque contra Ecclesiam admittit, sed ad præscribendum hoc casu præcisè quadraginta annos requirit, quare nec breviori temporis spacio adversus communitatem in pago vel oppido præscribi existimat Matth. Coler. *part. 1, decis. 20. num. 7. & ibidem* Jacob. Schult. *in addit. num. 17.* † quod & jamdudum 3
sensisse videtur Zobel. *in addit. ad art. 29. lit. B. l. 1.* Land-Recht. † At si verba Const. Elect. penitius in- 4
spiciantur, ex illis hoc nequaquam probari, quilibet fateri necessum habet, † quippe de Universitatibus 5
ibidem agitur seu Academiis, ut manifestè probatur ex verbis initialibus, *Universitäten* / Schulen/ꝛc. Et subsequentibus verb. Aber die *Professorn* der *Universitäten* oder einzele Personen / ꝛc. † Nec ratio 6
dict. Const. quæ potissimum favorem piorum locorum concernit, communitati hominum civiumque in pagis & oppidis accommodari potest. † Quin 7
& si tricennalis præscriptio usitata Saxonica currit contra Rempubl. ac civitatem, uti probat Const. Elect. *6. p. 2.* multò magis præscriptio hæc triginta annorum, anni & diei contra communitatem in pagis locum habebit, nec opus erit præscriptione quadragenariâ, † Ne scilicet Rustici in pagis majori gau- 8
deant privilegio, quàm cives ac incolæ in oppidis & Civitatibus, ut probè animadvertit Dan. Moller. *ad hanc Constit. 5. num. 8.*

Ita Domini in causâ Rudolphi à P. und der Gemeinde von Götteritz/Mens. Octobr. Anno 1630. (Verba sent. Ob wol die Gemeinde zu Götteritz euch die Trifft-Gerechtigkeit auff ihren der Gemeinde Feldern nicht geständig seyn wil / da ihr euch aber dennoch derselben über 30. Jahr/ Jahr und Tag geruhlichen gebrauchet hättet/ꝛc. So hättet ihr solche Trifft-Gerechtigkeit auff der Gemeinde Feldern durch Verjährung erlanget / und es wäre euch nunmehr berührte Gemeinde beständiger Weise darwider Eintrag zu thun nicht befugt/V. R. W.)

Definit. VI.

Res mobiles Ecclesiarum, Hospitalium aliorumque locorum piorum anno & die in foro Saxonico præscribuntur.

LImitatur *secundò* in rebus mobilibus ac se mo- 1
ventibus Ecclesiarum, aliorumq; locorum pio-

rum, in quibus præscriptio quadragenaria cessat.
2 † Hasce tamen res mobiles etiam in foro Saxonico non anno sed triennio præscribi, secundum dispositionem Juris communis in *Auth. quas actiones. Cod. de S.S. Eccles.* tradit Matth Berlich. *part. 2. concluſ. 7. num. 12.*
3 † eò quod Lex vel statutum ad jus commune reducens, atque privilegium præscriptionis quadragenariæ contra Ecclesiam concedens sit favorabile, ac propterea de uno ad alium casum extendatur, secundum Jason. *in l. non dubium. 5. num. 42. Cod. de legib. & l. num. 4. Cod. de in jus vocando.*
4 † Sed vel non intelligo hanc rationem ejusque applicationem ad casum præsentem, vel si quicquam stringit, sequitur exinde, non nisi quadraginta annis res mobiles Ecclesiarum præscribi.
5 † Loquitur enim *Constitutio statutaria* de præscriptione quadragenaria, quæ hac ratione, si extensio fieret cum omnibus suis qualitatibus, prout de jure fieri debet, *l. sed si manente. ff. de precar.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 39. num. 33.* traheretur etiam ad res mobiles, quod nec ipsemet sensit Berlich.
6 † Sanè quia *dicta* Constitut. Elect. *5.* non nisi de casibus agit, in quibus aliàs in foro Saxonico locum habet præscriptio tricennaria anni & diei, in cujus locum substituit præscriptionem quadragenariam, utique de rebus mobilibus ac se moventibus nil speciale ibidem dispositum videtur, quia hæ res non continentur tricennariâ præscriptione.
7 † Remanente ergò circa res mobiles Ecclesiæ, dispositione communi Saxonicâ, ad harum præscriptionem annum & diem sufficere, concludimus *ex art. 28. lib. 1.* Landr. *art. 21.* Weichbild. *Gloss. in* Weichbild. *art. 4.* Schneidevv. *in tit. Inst. de præscript. Rubr. quot sunt spec. Præscript. n. 53.*

Ita Domini ad requisitionem Caspari Schlegels zu Birckhaim / Mens. Majo Anno 1633. [Verba sentent: Seyn etliche Schafe / so dem Spital daselbsten gehörig / unter euer Vich vermenget worden. Da nun solches die Vorsteher des Hospitals gewust / und binnen Jahr und Tag darzu stille geschwiegen / ihr auch nicht anders vermeinet / als daß selbige Schaffe euch gehörig gewesen / &c. So hättet ihr nunmehr berührte Schaffe durch Verjährung erlanget / und möchtet sie dem Hospital ferner auszuantworten nicht gedrungen werden / V.R.W.)

Definit. VII.

Præscriptioni quadragenariæ contra Ecclesiam, ne quidem in foro Saxonico additur augmentum anni & diei in præscriptionibus Saxonicis aliàs usitatum.

1 CUm dispositio juris Saxonici præscriptioni tricennariæ addat annum & diem, hoc est, sex septimanas & tres dies, intra quem terminum nemo contra alium res immobiles & incorporales præscribere potest, nisi exactè sit præterlapsus, dubitatur, *an in præscriptione quadragenaria contra Ecclesias vel alia pia loca etiam annus & dies requiratur, ita ut contra Ecclesias in foro Saxonico nõ præcisè quadraginta annis, prout de jure communi dispositum est, sed annis quadraginta addito anno*
2 *uno & die præscribatur?* † ita quidem sentit Christ. Zobel. *part. 2. diff. 3. n. 3. & seqq.* quẽ sequitur Matth.
3 Berlich. *p. 2. concl. 7. n. 8. & seqq.* † At dictum suprà Const. *3. Definit. 5.* augmentum anni & diei in præscriptionibus usitatum, ne quidem in foro Saxonico præscriptionibus specialibus & singularibus, quæ aliàs de jure communi æstimantur, adjiciendum esse, † eò, quod dispositio nova statutaria trahi 4
non consueverit ad casus speciales in antiquo jure communi expressos & exceptos, † ne alioquin per 5
illam privilegium à jure communi concessum alicui auferatur, Andr. Tiraquell. *de retract. lignar. §. 1. gl. 14. num. 103. & seq.* † Quare nec in casu 6
præsenti præscriptio quadragenaria contra Ecclesiam in foro Saxonico immutanda, eique spacium anni & diei addendum erit, † Idque tanto minus, 7
quando clarioribus verbis D. Augustus Elector *in h. Constitut. 5.* confirmando præscriptionem quadragenariam ad jus commune (quo augmentum istud anni & diei planè incognitum est) se refert, & secundum hoc in judiciis Saxonicis pronunciari jubet, *verb.* Derowegen sey billich / daß man sich in Sprechen dißfalls nach den gemeinen Rechten halte / &c. So lassen wir es auch dabey bleiben / und sollen sich unsere Gerichte im rechtlichen Erkäntnüß dessen also halten.

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris in Heringen / Mens. Febr. Anno 1608. (Verba sentent: So seynd die jenigen 6. Marck-Scheffel / von welcher Vertagung an / als sie nemlich fällig worden / 40. Jahr vollständig verflossen / durch die Verjährung auffgehoben / und es ist das Hospital solche Zinsen ferner zu fodern nicht berechtiget / V.R.W.)

Definitio IIX.

Stipendium certis personis atq; familiæ studiorum causa relictum, etiamsi nemo in familia literis operam navet, in alios tamen usus pios converti nequit.

1 DUbitandum non est, quin verosimilis etiam voluntas testatoris servanda sit, *l. cum res 47. in pr ff. de legat. 1. l. sicut certi. 9. l. si cum vel in utero. 10. C. de testam. milit. l. Titius. 25. §. Lucius Titius. 1. ff. de lib. & posth.* † illudque potissimum inspici debeat, 2
quod testator verisimiliter disposuisset, si de eo fuisset interrogatus, *l. ult. Cod. de post. her. instit. l. quoniam. 4. C. de donat. liber. l. qui gravi. 11. ff. de jur. Codicill.* † adeò, ut licet casus omissus habeatur pro 3
omisso, tamen si subsit Conjectura mentis testatoris, dispositio extendatur, Jul. Clar. *libr. 3. sentent. §. testam. quæst. 76. vers. quinta regula.* Jason. *vol. 1. cons. 4. num. 1.* Francisc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 19. num. 4.* † Quare cum verisimile 4
sit, testatorem stipendium, certæ familiæ studiorum causâ relictum, in alium similem finem potius collocari quam extingui maluisse, probabiliter forsan quis dixerit, † ex mente etiam testatoris 5
ejusmodi stipendium ad alios usus pios converti posse, si nemo in familia existat, qui studiis incumbere velit, † maximè cum ob favorem piæ 6
causæ multò faciliùs fiat extensio dispositionis de causa ad causam, ut tradit Mantic. *dict. tit. 19. num. 10.* † Verum de mente disponentis non contro- 7
vertendum, nec voluntatis extensio admittenda est, quando dispositio ipsa effectum sortiri potest, Mant. *dict. libr. 3. tit. 3. num. 14.* † quod fit in casu præsenti, 8
si deficientibus in familia studiosis, pecunia ad honestum lucrum & usuras licitas collocetur, indeque stipendium augeatur ac crescat, quo tempore futuro Studiosus in familia existens ampliori ac pinguiori testatoris fruatur beneficio. Ut sic, contra expres-

sam

sam disponentis voluntatem quicquam moliri impium esse videatur. † *Tùm* quod potius servanda sit 9
voluntas Testatoris, quàm contra ejus voluntatem danda libertas *l. contra voluntatem. 7. C. de test. man. l. si cui purè libertas. 31. in fin. pr. ff. ad SCtum* 10
Trebell. † Nec pertinet ad arbitrium alicujus, mutare voluntatem testatoris, adeò ut relicta ad certum usum non possint etiam in meliorem usum ab executoribus comutari, ut latè consuluit Natta *cons. 7.* 11
† *Tùm*, quod voluntas testatoris, si in totum servari non possit, debeat saltem servari, quantum potest, *l. in testamento. 31. ff. de condit. & demonstr.* Cravett. *cons. 1. num. 5.* † *Tùm*, quod nec favore piæ causæ 12
liceat à voluntate disponentis declinare, sed favorabilibus causis ita demum favor debet exhiberi, si aliis injuria non fiat, *cap. ex tenore. 11. Extr. de for. competet. cap. nuper. 6. Extr. de donat. int. vir. & uxor.* Bald. *vol. 1. cons. 254. in fin.* Angel. *cons. 328. n. 5.* ubi 13
ex facto respondit, † quod pia dispositio ad pium propositum testatoris debeat conservari, sed non ita, ut trahatur ad alium pium usum, de quo testator non sensit, quia in hoc, inquit, nulla versatur pietas, sed magis impietas.

Ita Domini in causa H. E. ab H. Mens. Dec. Anno 1630.

Definit. IX.

Salarium semestre sive annum gratiæ das Gnaden-Jahr *lucrantur heredes defuncti, etiamsi paternæ hereditati renunciaverint.*

1 PLerisque in locis liberis & heredibus ministrorum Ecclesiæ mortuorum salaria totius insequentis anni concedi solent, vulgò das Gnaden-
2 Jahr/ Andr. Rauchb. *p. 1. qu. 25. n. 12.* † Hisce autem in terris, semestria solummodò salaria liberi defunctorum pastorum consequuntur ex dispositione D. Augusti Elect. Saxon. *in Const. Ecclesiast. de Anno 1580. sub tit.* Von *immunitäten* und Freyheiten der Kirchen-Diener. §. Und zu fernerer Gnade/ &c.
3 † Eaque ipsis debentur etiamsi paternæ hereditati renunciaverint, siquidem salarium hoc non ex here-
4 ditate patris, † sed ex liberalitate Principis ceu peculiare quoddam beneficium lucrantur, uti satis appareat *ex dict.* Constit. Ecclesiast. *loco allegato in verb.* Und zu fernerer Gnade/ &c. Ex gratia itaque Principis Electoris Illustrissimi hoc beneficium tenent.
5 † Atqui liberi ea, quæ non à patre sed aliunde accipiunt, retinere possunt, etiamsi patris hereditate se abstineant *l. si arrogator. 22. §. 1. ff. de adopt. l. si maritus. 46. ff. famil. erciscund. l. Papinianus. 8. §. meminisse. 14. ff. de inoffic. testam. l. si post mortem. 68. in pr. ff. de*
6 *legat. 1.* † Idemque obtinet in anno gratiæ quod competit post mortem Prælatorum Canonicorum ipsorum liberis, ex identitate nempe rationis, quæ in casu simili idem jus facit, *l. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 9. §. 2. ff. de edendo.*

Ita Domini in causa liberorum I. E. ab H. gegen Zeiß Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Ob euch nun wohl das annus gratiæ verweigert werden wil/ in Betrachtung/ daß ihr euch euers Vaters Erbschafft einmahl verziehen / und dahero selbiger proventuum euch anzumassen nicht befugt wäret / dieweil aber dennoch bemeldtes beneficium der Verstorbenen Prælaten und Canonicorum Nachkommen und Erben nicht jure hereditario, sondern aus einer sonderbahren Concession und Verordnung zuständig / und also unter des Verstorbene Erbschafft nicht begriffen/ noch dahero die von euch beschehene renunciatio hereditatis paternæ Inhalts der Rechte auff das annum gratiæ zu ziehen/ &c. So habt ihr euch auch/ der beschehenen renunciatione hereditatis ungeachtet / des anni gratiæ nochmahls zu erfreuen / und es werden euch die Einkünfften selbiges Jahres billich abgefolget.)

Definit. X.

De anno gratiæ seu salario semestri æs alienum defuncti exsolvi haud debet.

SAlaria vel honoraria annua etiam nondum emerita, si intra annum illi, qui officium gesserunt, 1
veluti Doctores, Professores & Advocati, moriantur, ad eorundem heredes integra transmittuntur *l. si quis in sacris. 11. in fin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. l. matriculam 3. C. de agent. in rebus lib. 12. l. 1. §. 13. ff. de var. & extraordin. cognit. l. qui operas. 38. ff. locati. l. 11. §. 9. C. de Judic.* Bartol. *in dict. l. 1. §. 13. n. 8. ff. de var. & extr. cognit.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 44. n. 12.* † De quibus dubium non esse videtur, quin 2
heredes Creditoribus defuncti satisfacere teneantur, *per text. in d. l. si quis in sacris. 11. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* cum hoc additamentum jure hereditario heredibus quibuscunque tàm ab intestato quàm ex testamento deferatur *l. post duos. 15. C. de Advoc. diversi judicior. dict. l. matriculam. 3. C. de agent. in reb. lib. 12.* †. Sed *num etiam de anno gratiæ seu salario semestri, quod liberis defuncti ministri Ecclesiæ debetur, æs alienum solvendum erit?* Rectè hoc ne- 3
gat Andr. Rauchb. *p. 1. qu. 25. n. 23.* † *Tùm per text.* 4
in l. ult. cum Auth. seq. C. de pignor. Novell. 53. c. 5. Nov. 97. c. 4. ubi in iis commodis, quæ mortuis militantibus heredibus eorum pro tenore communis militantium placiti vel divinæ sanctionis tale præstantis beneficium dari solent *d. l. ult. C. de pign.* Creditoribus nihil omninò juris competit, nisi defuncti eorum pecuniâ militiam sibi comparaverint. † At- 5
qui huic militum beneficio, Annus gratiæ, de quo in præsenti, optimè comparari potest, † *Tùm*, quod 6
heredes defuncti pastoris annum gratiæ non ex hereditate patris, sed ex speciali privilegio & concessione principis habeant, ut dixi Defin. *præced.* † Quare nec de hoc debita hereditaria solvere te- 7
nentur, perinde sicuti nec Agnati & filii, ad quos feudorum successio ex pacto & providentia defertur, debita hereditaria agnoscere compelluntur. † Cum 8
feuda ex Domini investientis & primi acquirentis beneficio, non hereditario jure vel ab ultimo defuncto adipiscantur *c. un. & ibi feudist. an filius vel agnatus.* Rauchb. *dict. qu. 25. n. 25.*

Ita Domini in causa Georgii Blauschieds/ & Wolffgangi Kiesens zu Weyda/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Dieweil aber dennoch nach Absterben eures Pfarr-Herrns der hinterlassenen Wittib und Erben vermöge Churfl. Sächs. Kirchen-Ordnung / die halb-jährige Pfarr-Einkünfften als eine sonderbahre Begnadigung zustehen/ und also mit des verstorbenen Pfarr-Herrns Erbschafft nicht vermenget / noch des Pfarr-Herrn Schulden davon bezahlet werden dörffen /&c.)

Definit. XI.

Defuncto Ecclesiæ ministro proventus ex anno gratiæ simul liberis & viduæ ipsius debentur, etiamsi hæc bona marito illata repetat.

DEfuncto Ecclesiæ ministro semestria salaria 1
libe-

liberis solis non debentur, sed & vidua ex proventibus anni gratiæ suam portionem lucratur, de quo vix dubium esse potest, propter verba clara Ord. Ecclesiastic. Elect. Saxoniæ *de Anno 1580. tit.* Von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu ferner Gnad *ibi:* wollen wir der verstorbenen *Pastorn* und Kirchendiener Wittiben und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehewirths und Vatern Absterben den halben Theil seiner Jahrs-Besoldung von Zeit seines Absterbens
2 an folgen lassen/ &c. † Quid autem, si vidua bona marito illata repetat, nec portionem statutariam eligat, quod ipsi facere licet, ex Constitut. Elector.
3 *20. part. 3.* † Sanè, nec tum viduam à proventibus anni gratiæ excludendam dixerim, quia Constit. Ecclesiastica non distinguit, sed indefinitè ac generaliter viduæ ac liberis hoc beneficium tribuit, quare nec nos distinguere debemus *l. de pretio 8. ff. de public. in rem act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de*
4 *legat. præstand.* † Nec movet me, quod viduæ bona illata repetenti, nil quicquam ex bonis mariti competat, secundum Constitut. Elector. *20. p. 3. ubi*
5 Dan. Moll. † Siquidem salarium semestre post obitum mariti viduæ & liberis non jure hereditario, & ex bonis mariti ac patris, sed potius ex liberalitate Principis, ceu speciale quoddam beneficium debetur, quod cum bonis hereditariis nil commune habet, *dict.* Ord. Eccles.

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Ob wol vorgedachte Wittib zu ihrem Einbringen gegriffen/ daher sie die Kinder zu den halbjährigen Pfarr-Einkünfften/ das Gnaden-Jahr genannt / zuzulassen nicht gemeinet seyn/ dieweil aber dennoch solches Gnaden-Jahr der hinterlassenen Wittib und Erben als eine sonderbahre Begnadigung zustehet/ &c. So wird auch mehrgedachte Wittib zugleich nebenst ihrem Einbringen zu solchen halbjährigen Pfarr-Einkünfften zu gleichem Theil billich zugelassen / V. R. W.)

Et in causa heredum Martini Riedels zu Kauffungen/ Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent. So wird solches Gnadengeld unter die Wittib, was sie auch gleich zu ihrem eingebrachten Gut kiesete / und die Erben zugleich billich vertheilet/ V. R. W.)

DEFINIT. XII.

Salarium semestre inter defuncti Pastoris Viduam & liberos æqualiter & secundum capita dividi debet.

QUæsitum etiam fuit, *si plures liberi cum vidua* 1
defuncti Ecclesiæ ministri concurrant, an proventus anni gratiæ æqualiter & juxta capita inter eos dividi debeant? Quod affirmare non dubitavimus. † *Tùm*, quod si proventus salarii semestris com- 2
petat ipsis ex speciali quodam privilegio Principis, non jure hereditario, neque ex bonis defuncti patris & mariti, † ut sic divisio secundum 3
Constit. Elect. *20. p. 3.* quæ viduæ tertiam aut quartam partem bonorum mariti tribuit, residuo liberis relicto, nequaquam fieri debeat. † *Tùm*, quod si- 4
mul viduæ & liberis defuncti pastoris salarium semestre concedatur *in* Ordin. Eccles. *sub tit.* Von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener/ §. zu ferner Gnad *in verb.* Wollen wir der verstorbenen *Pastorn* und Kirchendiener Wittben und Kindern/ *&c.* Ubi notanda particula (&) conjunctiva, † cujus ea est Natura, ut conjuncti æqua- 5
liter & pro virilibus portionibus admittantur, *l. Reos. 11. §. cum in tabulis. 1. ff. de duobus reis. l. duobus. 85. in pr. ff. de legat. 1. l. un. §. his ita 10. vers. hoc ita tam variè. & §. ubi autem. 11. Cod. de caduc. toll. l. si quis Titio 7. ff. de usufr. accresc.* † Hinc frater & ejus filii heredes instituti conjunctim & ex æquis portionibus vocati videntur, Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 7. n. 20.*

Ita Domini in causa Johannis Sartorii zu Scheidlitz / Mens. Dec. Anno 1631. (Verba sentent. Ist euer Großvater ein Pfarrherr im Stifft Merseburg Todes verfahren / und hat seine Wittib an einem / und euch und euer Brüder seine Kinder am andern Theil/ hinter sich verlassen/ &c. So werden die halbjährigen Einkunfften/ so vermöge Churfl. Sächs. Kirchen-Ordnung der Wittiben und Erben gehören / unter euch und eure Brüdere als seine Kindes-Kinder/ und die Wittibe zugleich nach den Häuptern/ also daß eins so viel als das andere bekomme / billich vertheilet/ V. R. W.)

It. an Georg Blauschmieden zu Weida/ M. Mart. Anno 1633. (Verba sent. So wird die Wittib zugleich mit den Kindern zugelassen / und ihr davon so viel als einem unter den Kindern billich ausgeantwortet/ V. R. W.)

CONSTITUTIO VI.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob wider eine Stadt die Præscription der Sächs. Rechte statt habe?

Num eadem præscriptio Juris Saxonici contra Civitatem locum habeat?

ES halten gleicher Gestalt etliche davor/ daß die Verjährung der S. Recht/ wider eine Stadt oder Rempublicam nicht statt habe. Dieweil aber unsere Schöppenstühle aus guten erheblichen Ursachen biß anhero nach Sachsen-Recht auff die Verjährung der ein und dreyßig Jahr / sechs Wochen und drey Tage / in diesen Landen dißfalls gesprochen/ So lassen wir es auch dabey bleiben / und wollen / daß hinführo dermassen auch also erkant werden sol.

SUnt item, qui volunt, Præscriptionem Juris Saxonici triginta annorum, anni & diei adversus Civitatem vel Rempublicam locum non habere; Quia verò Scabinatus nostri contrarium hactenus observarunt, deinceps quoque idem ut fiat, jubemus.

DEFI-

DEFINITIONES.

1. *Præscriptio contra certos quosdam cives intentata civitati non nocet.*
2. *Magistratus municipalis, licet jurisdictionem non habeat, circa res tamen venales ordinationes condere potest.*
3. *Impetrans Privilegium contra utilitatem publicam quando & quatenus peccet contra Juramentum, quo juravit se promoturum utilitatem publicam.*
4. *Nobilibus in pagis & castris suis, absque speciali concessione aut præscriptione Cerevisiam vendere, aliudq; perniciosum urbibus mercimonium exercere non licet.*
5. *Neq; Rusticis ac Incolis in villis aut pagis Cerevisiam coquere & vendere, aliaq; Civium commercia exercere permissum est.*
6. *Liberi ædium paternarum possessores Cerevisiam coquere possunt, etiamsi ipsimet in numerum Civium recepti non sint.*
7. *Nobiles tamen pro usu domus & familiæ suæ Cerevisiam coquere haud prohibentur.*
8. *Privilegia Civitati aut Civibus concessa latissimè sunt interpretanda, & quisnam eorum interpres.*
9. *Collegia opificum de causis ad Collegium pertinentibus cognoscere, Collegiatos punire ac coërcere possunt.*
10. *Extra causas tamen ad Collegium pertinentes jurisdictio Opificum in collegiatos ad alias causas & delicta non extenditur.*
11. *Non valent statuta opificum, quibus prohibent, Ne quod unus cepit, alter perficiat.*
12. *Legitimatus per subsequens matrimonium, in collegium opificum recipi debet.*
13. *Non minùs quoque in collegium opificum est recipiendus, ducens uxorem, quam antea imprægnaverat.*
14. *Nec removendus è Collegio opificum, qui ab alio imprægnatam ducit in matrimonium.*
15. *Legitimato per subsequens matrimonium dari potest testimonium natalitium, quod ex thoro legitimo & parentibus honestis natus fuerit.*
16. *Legitimatus per Comitem Palatinum Civium consortio dignus judicatur.*
17. *Collegio per mortem Collegiatorum dissoluto bona Collegii Superiori, seu Magistratui accrescunt.*
18. *Ex Contractu Senatus & Administratorum Civitas, ejusq; bona non obligantur, nisi Cives, vel saltem consilium omnes Cives repræsentans in contractum illum consenserit.*
19. *Vel si probetur Mutuum in rem & utilitatem civitatis versum esse.*
20. *In venditione annuorum redituum à Civitate factâ probatio in rem versionis ab Emptore non exigitur.*
21. *Quando pecunia mutuò data non est versa in utilitatem Civitatis, soli Administratores, qui contraxerunt, ex mutuo tenentur.*
22. *Quâ de causâ, Creditor actionem ex mutuo adversus Civitatem & Administratores eodem libello alternativè intendere potest.*
23. *Nec Administratores exceptione non versæ pecuniæ in rem Civitatis, adversus Creditores sese tueri possunt.*
24. *Pro debito communi legitimè contracto, Cives singulares, eorumq; bona non obligantur.*
25. *Nisi cives contrahentes semetipsos singulatim obligaverint.*
26. *Bonis Civium singulorum obligatis, num unusquisq; in solidum conveniri queat?*
27. *Legitimatio per Rescriptum Principis aut Comitem Palatinum facta in successione jus quæsitum nemini aufert.*

Ita Domini in causa Civitatis G. Mens. Nov. Anno 1630. [Verba sent. Ist euer Stadt und gemeine Bürgerschafft vor undencklichen Jahren vom R. Käyser aller Zölle im Reiche/ aus sonderbahrer Begnadigung befreyet worden/ wenn nun gleich etliche unter den Bürgern in der Nachbarschafft und bey etlichen vom Adel den gewöhnlichen Tuch-Zoll auch über Rechts-verwehrte Zeit entrichtet hätten/ &c. So hätte doch die Stadt und gemeine Bürgerschafft solche ihre Freyheit dadurch nicht verlohren/ und haben auch dannenhero bemeldte vom Adel einige Verjährung wider die Stadt und gantze Bürgerschafft zu prætendiren nicht Fug/ V. R. W.)

DEFINIT. I.

Præscriptio contra certos quosdam Cives intentata Civitati non nocet.

1 PRæscriptio Juris Saxonici triginta annorum, anni & diei etiam adversus Civitatem vel Rempublicam locum habet, *b.* Const. 6. Ad hoc tamen ut
2 contra Civitatem præscribatur, requiritur, † quod præscriptio sit incepta contra ipsam Civitatem & communionem nomine universali; aliàs si contra certas quasdam personas singulares tantummodò
3 præscribatur, † haud contra Civitatem præscriptum censetur, Modest. Pist. *vol. 1. conf. 12. n. 12. & 13.* Felin.
4 *in c. cum accessissent 8. n. 29. Extr. de const.* † Siquidem ea, quæ sunt Civitatis seu Universitatis, non sunt singulorum §. *universitatis. 6. inst. de rer. divis. l. sed si hac lege 10. §. qui manumittitur. 4. ff. de in jus vocand. l. sicut municipium. 7. §. si quid universitati. 1. ff. quod cujus q; univers. nom.* † Quare nec factis sin-
5 gulorum jura totù Civitati competentia immutari, nec præscriptione adversus singulos intentatâ, quic-
6 quam Universitati auferri potest. † Quia nemini sine proprio facto jus suum aufertur, *l. id quod nostrum. 11. ff. de Reg. Jur. l. fin. ff. de pact.* † Nec factum
7 alterius alteri obesse, aut præjudicium afferre debet, *l. non debet alteri. 74. ff. de Reg. Jur. l. de pupillo. 5. §. si plurium. 5. ff. de oper. nov. nunciat. l. quidam. 25. §. si quis filium. 2. ff. ad SCtum Trebell.*

DEFINIT. II.

Magistratus municipalis, licet Jurisdictionem non habeat, circa res tamen venales ordinationes condere potest.

QUæsitum fuit, *an Magistratus municipalis Civitatis, quæ Jurisdictionem non habet, facere* 1
queat ordinationes de rebus, quæ venales in foro sunt proponendæ? † Rectissimè id affirmat Mod. Pist. 2
p. 4. qu. 134. Tùm, quod Magistratus, etiamsi Jurisdictionē non habeat, nihilominus tamen repræsentet populū istius Civitatis, in cujus dominio videtur esse forum, Hottom. *in §. universitatis. 6. Inst. de rer. divis.* † adeoque jure dominii licet Magistratui facere 3
ordinationes de rebus in foro venalibus, cum quilibet sit justus moderator & arbiter rei suæ, *l. 21. C. mandati.* † *Tùm,* quod forum sit locus publicus magis 4
jure

jure Civitatis, quàm vi alicujus Jurisdictionis *l. prætor ait. 2. §. & tàm publicis. 2. ff. ne quid in loc. publ.* † Quare & ii, quibus jura Civitatis competunt, de foro disponere possunt, *arg. l. omnes populi. 9. ff. de Just. & jur. ubi* Bartol. *qu. 1. num. 3. vers. si verò quæris.* permittit hujusmodi Magistratibus facultatem statuendi circa administrationem bonorum suorum, ad quæ videtur pertinere & forum. † *Tùm*, per *tit. ff. de administr. rer. ad Civitat. pert.* Ex quo colligi videtur, quod administratio talium rerum civitatis pertineat ad Magistratus civitatis illius, Modest. Pist. *dict. qu. 134. n. 8.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent: Wann gleich selbiger Stadt/davon eure Frage meldet/eine jurisdiction nicht zuständig wäre / So wären doch die Gerichtspersonen gemeiner Stadt zum besten eine gewisse Marckordnung zu machen, wol befugt/V R.W)

Definit. III.

Impetrans Privilegium contra utilitatem publicam quando & quatenus peccet contra juramentum, quo juravit, se promoturum utilitatem publicam.

1 PErjurium & contrà Jusjurandum facere videri, qui impetrat privilegium contra utilitatem publicam, quam se promoturum juravit, tradit Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 121. num. 1. secutus* Joh. Bolognetum *in l. si quis major. 41. n. 50. Cod. de transact.* † Ubi docet, impetrantem privilegium
2 contra utilitatem Reipublicæ in perjurium incidere,
3 quamvis eo non fuerit usus. † In quam sententiam videtur quoque inclinare ipsemet Modest. Pistor. absque dubio motus autoritate & rationibus Bologneti, quas refert Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *dict. quæst. num. 121. num. 5. & seqq.* † Ac
4 sanè ipsa intentio personæ impetrantis privilegium reprehensione digna est, quæ nec quicquam petere debeat contra fidem jurisjurandi. † Neutro
5 tamen casu impetrans privilegium, sive eo fuerit usus, sive non, perjurium incurrit, si per id nullum Reipublicæ damnum afferatur, sed tantùm lucri
6 perceptio impediatur: † Inter quæ duo magna existit differentia, cum commodo suo cuilibet inhiare liceat, quamvis alterius lucro, quo is antea usus est, aliquid decedat, ut bene advertit Jacob. Thoming. *allegatus à* Modest. Pistor. *dicto loco. num. 2.*

Ita Domini in causa Martini Großmans zu Horschleben/ Mens. Majo Anno 1633. (Verba sentent. Habt ihr als eine Raths-Person des Orts/den gewöhnlichen Eyd ablegen/ und gemeiner Stadt bestes zu suchen schweren müssen/ worauff ihr unlängsten bey der hohen Obrigkeit umb den Weinschanck süppliciret, und auff eurem Hause ein sonderbahres privilegium Wein zu schencken erhalten. Ob nun wol hierdurch dem Rathskeller und also gemeiner Stadt nicht wenig Genieß entzogen wird/&c. So habt ihr doch durch Erhaltung gedachtes privilegii eurem geleisteten Eyde keines weges zuwider gehandelt / derowegen ihr auch mit einiger Straffe nicht zu belegen seyd / V. R.W.)

Definit. IV.

Nobilibus in pagis & castris suis absq; speciali concessione aut præscriptione, Cerevisiam vendere aliudq; perniciosum urbibus mercimonium exercere non licet.

1 SIngulæ Civitates de jure fundatum habent privilegium, ne infra miliare circumcirca habeatur Vinum vel Cerevisia extranea venalis, & ne fiant decoctiones hujusmodi, neque incolis, in villis adjacentibus, pernicioſa urbibus mercimonia exercere permittatur, *art. 66. in pr. ubi* Zobel. *lit. a. l. 3.* Landr. † Nam quælibet Civitas ad tantum 2
spacium & imò amplius habet dominium & territorium sive districtum, *Bart. in l. ult. Cod. de colleg. lib. 11. Dd. in cap. ubi periculum. §. porrò. in verb. territorio. de elect. in 6to. l. nulli. 28. quod si in vico. 4. Cod. de Episcop. & Cleric.* † Adeoque & nobiles in- 3
fra miliare & Cerevisiam vendere, aliave mercimonia exercere prohibentur. † Sed *num in ca-* 4
stris vel pagis, ultra miliare adjacentibus, illud Nobilibus permissum erit? Sanè si Nobiles ex speciali concessione aut privilegio, vel etiam præscriptione hoc jus non acquisiverint, † facultatem co- 5
quendi & vendendi cerevisiam, aliaque mercimonia civium propria exercendi, neutiquam ipsis competere existimandum est, *per text. in l. Nobiliores. 3. Cod. de commerc & mercat. ibi: Nobiliores natalibus & honorum luce conspicuos; & patrimonio ditiores pernicioſam urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebejos & negotiatores, facilius sit emendi vendendiq; commercium.* † 6
Quæ sanctio cum jure Saxonico expresè sublata aut mutata non reperiatur, nil certè prohibet, quò minus observari etiamnum debeat in foro quoque Saxonico, *l. præcipimus. 32. Cod. de appellat.* † Nam casus in jure provinciali omissus dispositio- 7
ni juris communis censetur relictus, *arg. l. quicquid adstringendæ. 99. ubi* Dd. *ff. de Verb. Obligat.* Jas. *in l. si posthumus. 14. n. 1. ff. de lib. & posth.* Gram. *decis. 47. n. 4. & 5.* † Quo & facit *sententia post* Weichbild. *rubr.* Ob Edelleut auff ihren Lehengütern mögen Bier brauen und ausschencken lassen *p. inf. fac. 2. in verb.* daß die Erbare Mannschafft Bier zu verkauffen oder auszuschencken / noch andere Bürgerliche Nahrung zu üben oder zu treiben gar nicht fug noch recht haben/&c. † Quin & ejus- 9
modi commercia perinde ac artes mechanicæ Nobilitati non conveniunt, Anton. Fab. *in Cod. l. 9. tit. 28. definit. 18. num. 1. & 2.* † ut vel propterea Nobi- 10
les ab exercitio vilis hujusmodi mercaturæ abstinere debeant; † Siquidem Nobilitas amittitur, quoties Nobilis utitur vilibus artibus & mechanicis, Tiraqu. *de nobil. c. 27.* Bald. *d. l. 3. Cod. de commerc. & mercat.* Fab. *dict. defin. 18. n. 2.* † Atque de hoc mi- 12
nus dubii est in Electoratu Saxoniæ, propter claram sanctionem D. Augusti Electoris *in Ord. provinc. de Anno 1555. sub tit.* Brauen/Schencken/und andere Bürgerliche Handthierungen auffm Lande/&c.

Ita Domini ad consultationem Wolffens von Krafftheimb/M. Nov. An. 1595. (Verba sentent. Dieweil denen vom Adel vermöge gemeiner geschriebenen Rechte/Bürgerliche Nahrung und Handthierung zu treiben verboten/ auch nicht zu befinden / daß in Sächs. Rechten ein anders verordnet/sondern vielmehr auch auff Sächs. Boden solches in Ubung und Brauch also gehalten wird. So mag auch denen vom Adel / welche solche Gerechtigkeit durch ein privilegium oder Verjahrung nicht erlanget / ungeachtet/daß sie weiter als eine Meilweges von der Stadt/ davon eure Frage meldet / gesessen sind / mit deme von ihnen gebrauhenen Bier / ihre Kretzschmar / Krüge / oder Schencken zu verlegen / nicht gestattet und nachgelassen werden/V.R W.)

Defi

DEFINIT. V.

Neq; Ruſticis ac Incolis in villis aut pagis cereviſiam coquere ac vendere aliaq; Civium commercia exercere permiſſum eſt.

1 QUod nobilibus ceu Magiſtratui non licet, Definit. *præced.* † Illud multò minus Ruſticis ſive ſubditis erit concedendum. Quare nec hiſce commercia urbibus pernicioſa exercere, imprimis ve-
2 rò cereviſiam coquere ac vendere licebit. † Et quidem de habitantibus in villis infra milliare adjacentibus, minus dubium eſſe videtur *propter text. manifeſt. in art. 66. lib. 3.* Landrecht. *in pr. ibi:* Man
3 mag keinen Marckt bauen dem andern auff eine Meile zu nahe / † Ubi per Vocabulum (Marckt) quævis intelliguntur commercia, aliaque jura, quæ Civium ac incolarum in urbibus ſunt propria, ſecundum Gloſſ. *dict. art. 66. lit. a. in final. verb. Et intellige* textum hîc in verb. Marckt von allerley Bürgerlicher Handthierung / welche den Städ-
4 ten zuſtändig ſeynd. † At nec Ruſticis in villis & caſtris ultra milliaria adjacentibus facultas commercia ejusmodi exercendi cereviſiamque braxan-
5 di & vendendi, competit. † Quia commerciorum jura ſunt privilegiata, ac non niſi iis conceſſa, qui exercendorum mercatuum licentiam Principis indultu & autoritate meruerunt, *l. un. C. de nundin. l. 1. ff. eod. tit.* Gloſſ. German, *dict. art. 66. in verb.* Man mag keinen Marckt bauen. *num. 2. art. 1.*
6 Weichbild. *verſ.* Marckrecht iſt dieſes. † Quare cum nullibi Ruſticis jura commerciorum ac Civitatis conceſſa reperiantur, utique nec absque ſpeciali privilegio aut præſcriptione, iisdem exercere ea licere, dicendum erit.

Ita Domini in eadem ſententia [Verba ſent. Wie denn auch die Bauersleute auſſerhalb der Städte und Märckte in Dörffern / welche von der hohen Obrigkeit Stadt- und Marckt-Recht nicht erlanget / oder ſonſten dermaſſen privilegiret / daß ſie Bürgerlicher Handthierung und Nahrung ſich gebrauchen mögen / ungeachtet / daß ſolche Dörffer von bemeldter Stadt auch weiter als eine Meilwegs gelegen / Bier zu brauen / und daſſelbige den Kretzſchmarn oder andern zu verkauffen nicht befugt / V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Liberi ædium paternarum poſſeſſores Cereviſiam coquere poſſunt, etiamſi ipſimet in numerum Civium recepti non ſint.

1 INter jura Civium ſive Incolarum haud certè minimum eſt, quod Cereviſiam coquere ac vendere queant; id quod ſpeciali privilegio civibus indultum videtur, nec aliis, qui in Civium numero haud reperiuntur, vel certo pretio exſoluto Jura Civitatis (das Bürger-Recht) aſſecuti ſunt, concedi ſo-
2 let. † Hinc defuncto aliquo ex numero Civium, liberis ſive heredibus ejus, etiamſi ædes paternas poſſideant, jus Cereviſiam coquendi ſeu braxandi non
3 competere, multi ſibi perſuaſum habent. † Cum enim id privilegium, non niſi ratione officii & juris municipalis datum ſit, quod neque in heredes tranſit, neque in liberos, fieri non poteſt, ut finito illo jure & officio, duret, finitur † ſiquidem 4
privilegium competens ob certam aliquam qualitatem, illa qualitate finita. *l. athletæ. 8. §. gentium. 1. ff. de excuſ. tutor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 28. defin. 9. num. 10.* † Neque privilegium perſonale 5
perſonam privilegiatam egreditur *l. quia tale. 13. ff. ſolut. matrim. l. ex pluribus. 42. de adm. tutor.* † Sed iniquiſſimum eſſet, hoc emolumenti, quod in- 6
ter fructus hereditatis non malè refertur, liberis atque heredibus, ædium paternarum poſſeſſoribus, denegare, maximè cum jus braxandi Cereviſiam merè perſonale non ſit, † ſed plerumque ipſis ædi- 7
bus inhæreat, & tanquam jus reale poſſeſſorem ſequatur, in remunerationem aliquam adminiſtrationis familiæ ac domûs. † Ex qua cauſa & ratione 8
privilegium illud & reſtringendum & ampliandum eſt *arg. l. Titia Sejo. 87. §. uſuras. 1. ff. de legat. 2. l. 26. §. 1. ff. de Teſtam. milit. l. impuberi. 40. ff. de adminiſt. tutor.* † Et quis neſcit, tributa, collectas, 9
aliaque onera ab heredibus ceu poſſeſſoribus ædium exigi? † Quidni ergò ædibus fruendi ac proin- 10
de etiam facultas Cereviſiam coquendi & vendendi ipſis concedenda erit? *l. videlicet. 29. ff. ex quib. cauſ. major.* † Quod tum certè æquiſſimum vi- 11
detur, quando liberi ſunt minorennes & Jurium municipalium nondum capaces, & nihilominùs interim periculum atque incommodum rei familiaris eos ſubire oporteat, *arg. l. 5. §. ult. ff. de teſtib. l. 7. ff. teſtam. quem. aper.*

Ita Domini in cauſa Evæ filiæ Michael Lauters zu Pegau / Menſ. Febr. Anno 1634. [Verba ſent. Ob ihr nun wol das Bürger-Recht noch zur Zeit nicht erlanget / dieweil ihr aber dennoch gleich andern Nachbarn alle bürgerliche Beſchwerung tragen müſſet / ſolches aber / da ihr euer Haus nicht nutzen ſollet / euch zu thun nicht müglichen / dahero andern Bürgern die Onera zuwachſen / und der hohen Obrigkeit die Tranckſteuer geſchmälert würden ꝛc. So iſt auch berührter Rath euch das Bier-brauen zu verweigern nicht befugt / V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Nobiles tamen pro uſu domus & familiæ ſuæ, Cereviſiam coquere haud prohibentur.

ETſi non magis Nobilibus ac Ruſticis ipſis in ca- 1
ſtris & villis Cereviſiam venalem habere, aliaque, quæ propriè civium ſunt, exercere liceat; † At- 2
tamē, quin ſolùm pro uſu domûs & familiæ ſuæ Nobiles Cereviſiam coquere queant, ambigendum nō eſt, prout in ſimili ferè caſu tradit Dan. Moller. *de Nobili*, cum hoc pacto in Civitatem recepto, ne Cereviſiam coquere ei liceret, quem tamen, conventione non obſtante, tantùm Cereviſiæ coquere potuiſſe, quantùm pro familia opus haberet, reſponderunt Scabini, *lib. 4. Semeſtr. 17.* Hart. Piſtor. *Obſervat. 49.* ubi ſimilem ferè caſum tra- 3
ctat. † Ita enim *text. in l. nobiliores. 3. C. de Commerc. & mercat. ab Interpp.* communiter ſolet limitari, ut mercimonia Civium, Nobilibus etiam conceſſa, intelligantur pro neceſſitate domûs ſuæ & familiæ, Moller. *dicto loco.* † Eamque li- 4
mitationem jamdudum placuiſſe *JCtis Saxonicis*, apparet *ex ſententia poſt* Weichbild / *rubr.*

Ob Edelleute auf ihren Lehngütern mögen Bier brauen und ausschencken lassen / *pag. 115. fac. 2. in verb.* Allein mögen sie für sich und zur Nothdurfft ihrer Haushaltung Bier und allerley Getränckе brauen/und ihr Getreyde/ was sie deß auf ihren eigenen Gütern bauen/uñ anders nichtihres Gefallens wohl verkauffen/&c. † Quin & disertis verbis hoc in Elector. Sax. permissum est Nobilibus, Ord. Prov. Elect. Augusti *de Ao. 1555. tit.* Brauen / schencken / und andere Bürgerliche Handthierung aufm Lande / *vers.* darum ordenen *in verb.* anders denn er vor seine Haushaltung nothdürfftig ist / und nicht auff den Kauff brauen soll/&c.

Ita Domini in causa M. à R. Mens. Majo Anno 1633. [Verba sentent. Ob wol denen vom Adel aufm Lande/ohne der hohen Landes-Obrigkeit sonderbare Verwilligung zu brauen/und das Bier zu verschencken/und den Kretzschmarn zu verhandeln / oder auch andere Bürgerliche Handthierung zu treiben nicht gebühret/ da ihr aber dennoch für eure Haushaltung allein Bier brauen wollet/&c. So wäre euch dasselbe auch ausser erlangter sonderlicher Concession für euch selbsten zu thun unbenommen/ V. R. W.)

Definitio VIII.

Privilegia Civitati aut civibus concessa latissimè sunt interpretanda, & quisnam eorum interpres?

1 ILlustrissimus Elector Saxoniæ cùm privilegium super impressione alicujus libri concessisset, eumque recudere, recudendum dare, vel alibi impressum palàm seu occultè distrahere, sub certâ pœnâ alios prohibuisset, typographi autem quidam librum illum non quidem separatim, sed cum aliis ejusdem ferè materiæ libris conjunctim typis alibi impressum & in certum aliquod volumen redactum
2 vendidissent, † quæsitum fuit, *an hisce typographis pœna in privilegio prænominata esset imponenda?* † Certè, cum beneficia seu privilegia principalia ipsi Principes eorumvè successores soleant interpretari, *l. ex facto. 43. ubi* Dd. *ff. de vulgar. & pupill. substitut. l. Neratius. 191. ff. de Reg. Jur. l. ult. & ibi* Bald. *C. de legib. c. ordinarii. 3. de offic. jud. ord. in sexto. c. fin. extr. de conces. præbend.* causa hæc haud ineptè forsan remitti potuisset, ad explicationem Illustrissimi privilegiantis. † Attamen Princeps tùm demùm interpres est suorum privilegiorum, quando de mente vel sensu privilegii inter subditos contentio oritur difficilis, quæ ex verbis privilegii neutiquam potest decidi, Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 11. num. 142.* † In casu autem præsenti, quo privilegium indefinitè concessum, ac prohibitio verbis generalibus facta fuerat, vix dubium esse potuit,
6 † quin prædicti typographi vigore hujus privilegii ab opere suo abstinere, nec librum, cum aliis ejusdem farinæ materiis commixtum impressum vendere debuissent, ut propterea nulla ratione à pœna,
7 in privilegio expressâ, exempti essent. † Siquidem beneficia ac privilegia Principis non sunt restringenda, sed latissimè interpretanda, Jason. *in l. beneficium. 3. num. 18. ff. de constit. Princip.* Dan. Moller.
8 *lib. 4. semestr. 21.* † Hinc Hyppol. de Marsil. *in pract. §. aggredior. num. 143. & seqq. &* Octav. Cacher. *decis. 136.* tradunt, immunitatem in dubio concessam censeri pro bonis etiam postea quæsitis, per text. *in c. quia circa. 22. extr. de privileg.*

Ita Domini in causa Johann Helffrichs zu Leipzig / Mens. Septembr. Anno 1584. [Verba sentent. Hat der Churfürst zu Sachsen und Burggraf zu Magdeburg/ꝛc. Unser gnädigster Herr/ auf euer unterthänigstes Ansuchen über euer Büchlein/darinnen ihr die Reise ins heilige Land beschrieben/ ein gnädigst Privilegium ertheilet/ und darinnen dasselbe nachzudrucken / oder auch/ da es anderswo nachgedruckt/ in diesen Landen zu verkauffen/bey Straffe 100. Reichsthaler/und Verlust der nachgedruckten Exemplarien verboten/dessen ungeachtet/haben die Buchführer alhier obbemeldtes euer Itinerarium, so zu Franckfurt am Mayn nachgedruckt/ öffentlich feil gehabt. Ob nun gleich dasselbe nicht besonders und allein/ sondern neben etlichen andern Büchern/so von gleichen Reisen beschrieben/ in ein Volumen zusammen gedruckt/da aber dennoch obgedachtes Privilegium gebührlichen publiciret worden / und sie dessen Wissenschaft also bekommen hätten/ꝛc. So wäre ein ieder insonderheit in die Straffe des obbemeldten Privilegii gefallen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Collegia opificum de causis ad collegium pertinentibus cognoscere & collegiatos punire ac coërcere possunt.

1 COllegia Opificum approbata, putà Fabrorum, Sutorum, Pistorum &c. de rebus ad eorum artem & professionem spectantibus, statuta inter sese specialia, etiam contra statuta Civitatis generalia condere possunt, *l. ult. Cod. de Jurisdict. omn. judic. l. 2. §. fin. Cod. de Constit. pecun.* Bartol. *in l. omnes populi. 9. num. 6. ff. de Justit. & Jur. ibi* & Jason. *num. 37.* Angel. *in §. jus a. civile. 1. num. 4. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civil.* Dan. Moller. *libr. 2. Semestr. 15. in pr.* De hisce statutis notandum
2 *primò:* † Quòd necessariò non egeant confirmatione Superioris, cum à lege communi confirmentur, *d. l. 2. Cod. de const. pec.* Jason. *d. l. 9. n. 38. ff. de J. & J.* Herm. Vultej. *in l. ult. n. 18. vers. verius tamen est. C. de Jurisdict.* † Quamvis de consuetu-
3 dine contrarium observari videamus, daß die Innungen und Zünfte von den Oberherren confirmiret werden/Johan. Schneidewin. *in §. jus autem Civile. 1. num. 15. institut. de jure Nat. gent. & civil. Secundò:* † Ejusmodi statuta non nisi collegiatos
4 ligant, hoc est eos, qui sunt ex numero Collegii, Zunftbrüder/ Jason. *dict. l. 9. num. 37. ff. de J. & J.* Vultej. *dict. l. ult. num. 23.* † Dicuntur nam-
5 que hujusmodi statuta Collegiorum conventiones, *l. sed & ea 35. ff. de legib.* Atqui conventio inter certas personas aliis non præjudicat, *l. si unus. 27. §. 4. vers. ante omnia. ff. de pact. Tertiò:* † Tri-
6 buunt quoque hæc statuta Magistris Collegiorum, den Zunftmeistern / aliqualem jurisdictionem ac potestatem coërcendi, mulctamque civilem irrogandi, Paul. de Castro. *in l. privatorum. 3. num. 5. C. de Jurisd. Vult. in d. leg. ult. num. 18. & 20. Cod. eod.* † ita ut de causis, inter collegiatos controver-
7 sis, cognoscere, ac transgressores statutorum punire queant, Oldrat. *consil. 128. num. 2. & 3.* † Quam
8 Jurisdictionem consequuntur Seniores Collegii eo ipso, quod eliguntur sive ab ipsis Collegiatis, sive

9 sive ab ipsorum superiori. † Neque hoc casu contra *l. privatorum. 3. C. de Jurisdict.* privatorum consensu
10 Jurisdictio datur. † Quippe quod Collegium aliquod sive universitas approbata non simpliciter loco privatorum habeatur, & ab initio ita constitutum sit, ut eligendi sibi judices potestatem habeat, quales esse nequeunt sine Jurisdictione, ejusdemque exercitio. Matth. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 8. n. 19.*

Ita Domini in causa der Ober- und anderer Meister des Posamentierer-Handwercks/ Mens. Sept. Anno 1629. (Verba sent. So seyd ihr beyde in eure Zunfft gehörige Personen mit einer gewissen / eurem Artickuls-Briefe gemäßen Buß oder Straffe zu belegen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. X.

Extra causas tamen ad Collegium pertinentes Jurisdictio Opificum in Collegiatos, ad alias causas & delicta non extenditur.

1 Sicuti statuta Opificum non nisi Collegiatos li-
2 gant Gloss. *in l. 2. C. de Constit. pecun.* † Ita & Collegiati non nisi de rebus ad Collegium pertinenti-
3 bus statuta condere possunt. † Quæ duntaxat valent in causis civilibus, non etiam Criminalibus, Herm. Vult. *in l. per iniquum ult. C. de Jurisd. n. 19. & seq.*
4 † Et quidem non indefinitè in omnibus causis civilibus, sed solùm ipsorum artem vel professionem concernentibus, non in aliis putà hereditatibus & similibus, Bald. *in l. omnes populi. 9. ff. de Just. & jure num. 33. & in l. per iniquum. ult. num. 3. & 4. C. de Jurisd. ubi* & Paul. de Castro *num. 2.* & Vultej. *num. 19.* Joh. Schneidevv. *in §. jus autem civile. 1. num. 15. Inst. de jur. nat. gent. & civil.*
5 † Unde porro infertur, Collegia Opificum ac mercatorum nec super delictis à Collegiatis perpetratis cognoscere, nec delinquentes punire posse, siquidem Jurisdictio Collegiorum cognitioni Magistratus ordinarii neutiquam præjudicat, neque ad delicta contra jus commune civitatis perpetrata ullatenus extenditur, Vult. *dict. loc. num. & 26.*

Ita Domini ad consultationem J. H. à VV. Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sentent. Hat N. N. ein Schuster in gutem bekannt und gestanden / daß er dem Schäfer zu Heckendorff zwey Thüren / und anderswo einen Sack mit Hopffen veruntreuet und entwendet/ ꝛc. So wird er solcher seiner Verbrechung wegen von euch willkührlichen/ entweder 14. Tage lang mit Gefängnüß oder umb fünff Neueschock billich in Straffe genommen / das Schuster-Handwerck aber ist ihn derowegen zu bestraffen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XI.

Non valent Statuta opificum, quibus prohibent, ne quod unus cœpit, alter perficiat.

1 Collegia mercatorum & Opificum licita & approbata, quæ Syndicum constituere, & in certo aliquo loco convenire, vel tractatus collegiales negotiorum communium exercere, aut etiam arcam communem, Gemeine Lade/ & sigillum habere solent, Matth. Stephan. *in pr. de Jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 6. num. 82. & seqq.* Felin. *in c. accedentes. 11. extr. de præscript. n. 2.* † Statuta de 2
rebus ad ipsorum collegium pertinentibus condere posse, dixi Defin. *præced.* † Quod tamen aliter ve- 3
rum non est, quàm si ejusmodi statuta juri divino, & naturali non sint contraria, aut irrationabilia, nec inter eos aliquod præjudicium generent, Jason. *in l. omnes populi. 9. n. 27. & seqq. ff. de Just. & jur.* Matt. Steph. *dict. p. 2. de Jurisd. cap. 8. n. 24.* † Quare nec 4
statutum, Ut quod unus cœpit, alteri perficere ne liceat. Daß / was einer angefangen oder zugeschnitten / der andere nicht ausmachen dürffe/ valet, sed unusquisque, non obstante hoc statuto, quod ab altero inchoatum & derelictum est, sine timore aliquo dispendii perficere potest, † prout di- 5
sertis verbis sancitum ab Imp. Zenone *in l. un. vers. Ut nequis. C. de monopol.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. cap. 15.* Matth. Stephan. *d. c. 8. num. 26.* † Quamvis à 6
plerisque Collegiis ex perversâ consuetudine contrarium observari, testetur Moll. *dicto loco.*

Ita Domini in causa des Tischer-Handwercks zu Glaucha/ Mens. Decembr. Anno 1630. (Verba sentent: Ob wohl in euern Innungs-Briefen klar und deutlichen versehen / daß / was ein Tischer zu arbeiten angefangen und liegen lassen / ein ander Meister in solchem Handwerck nicht verfertigen und ausarbeiten dürffe / dieweil aber dennoch dergleichen Vorsehung und Verordnung den gemeinen Käyserlichen Rechten schnurstracks zuwider ist/ ꝛc. So seynd auch berührte Innungs-Briefe/ so viel diesen Articul anlanget / zu Recht nicht gültig noch zulässlichen/ V. R. W.)

Definit. XII.

Legitimatus per subsequens matrimonium, in Collegium Opificum recipi debet.

Inter alia opificum statuta irrationabilia, & illud minimè probandum est, quô statuitur: Ne quorundam certorum opificum liberi, verbi gratia, Molitorum, Textorum, Chirurgorum, Pastorum ovium, Tibicinum, Balneatorum, &c. in Collegia recipiantur, prout ejusmodi error abundè convincitur *ex* Recess. Imp. August. *de Anno 1548. sub rubr.* Von Handwercks-Söhnen/ Gesellen/ und Lehr-Knaben. *in pr. 2. part.* Von Reformation guter Policey. *p. 67.* Matth. Steph. *de Jurisdict. lib. 2. p. 2. cap. 8. & 43. & 44.* At hoc sta- 2
tutum omninò valet: † ut nemo in Collegium recipiatur, nisi qui sit legitimè natus, Joh. Schneidew. *in §. jus autem civile. 1. num. 15. in fin. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* † Quod ipsum tamè ad legitimatos per 3
subsequens matrimonium nequaquam extendi potest, quippe qui planè non differunt à legitimis *Novell. 74. & 89. cap. 1.* † Nam subsequens matri- 4
monium purgat vitia omnia, quibus sublatis, matrimonium existit justum, ac liberi inde nati habentur legitimi, *c. tanta. 6. ubi* Gloss. *extr. qui filii sint legitimi.* Andr. Gail. *lib. 2. Observ. 141. num. 2.*
† Nec valeret ejusmodi statutum contra matrimo- 5
nii jus & favorem, etiamsi hunc casum disertè comprehenderet, Matth. Wesenb. *in §. aliquando autem. 13. verb. efficitur. Inst. de nupt.* † Quin & 6
iniquissimum esset, liberos innoxios tanquam peccantes puniri, ut ait Imp. *in præfat. Nov. 12.* Hartm. Pist.

Pist. *lib. 1. quæst. 30. num. 31. & 26.* Matth. Stephan. *dict. c. 8. num. 40. & seqq.*

Ita tractatum in Scabinatu Mens. Decembr. Anno 1612.

Definit. XIII.

Non minus quoque in Collegium opificum est recipiendus ducens Uxorem, quam antea imprægnaverat.

1 QUamvis omnis culpæ expers non sit, qui carnaliter se commiscet cum ea, quam postea in uxorem ducit, ut propterea etiam vulgi opinione aliqua macula laboret. Hartm. Pistor. *libr. 1. quæst.*
2 *30. n. 31.* † Attamen contractis postea nuptiis culpa tollitur, omnisque macula cessat, matrimonium quippe retrotrahitur fictione juris omniaque
3 vitia præcedentia purgat, † ita ut statim ab initio ante copulam carnalem contractum videatur matrimonium, *cap. tanta. 6. ubi* Gloss. & Panorm. *4. & 7. extr. qui filii sint legitimi.* Andr. Gail. *lib. 2.*
4 *Observ. 141. n. 2.* † Quid ergò mirum, ut nuptiis subsecutis ejusmodi stuprator maritus postea factus legitimus, in Collegium opificum recipi debeat:
5 † Quod maximè verum est, si carnaliter cognoverit eam, cui matrimonium promisit, quo casu nec stuprum committi rectissimè quis affirmaverit.
6 † Contractis siquidem sponsalibus, nuptias inter sponsum & sponsam celebratus fuisse atque Con-
7 jugium cœpisse, haud ineptè asseri potest, † præsertim cum de jure Civili Sponsalia sint verè matrimonium, seu nuptiæ, utpotè quas non concubitus sed consensus facit *l. nuptias. 30. ff. de Reg. Jur. l. sufficit. 4. ff. de sponsal. c. aliter. 1. caus. 30. quæst. 5. c.*
8 *honorantur. 13. caus. 32. quæst. 2.* † Quamvis de moribus Saxonicis per copulam Sacerdotalem conjugium demum consummari dicatur, Const. Elect. *24. p. 2.*

Ita Domini in causa H. Z. zu Kindelbrück/ Mens. Martio Anno 1630. [Verba sentent. Habt ihr euch nach ausgestandenen Lehrjahren mit M. H. in ein Ehegelöbniß eingelassen / und bey der Weißbecker-Innung euch des Handwercks zu gebrauchen gemuthet/ und den gewöhnlichen Muth-Groschen in die Lade erlegt. Ob sichs nun wol darauff begeben/daß Ausgangs eines Viertheiljahres nach der Priesterlichen Copulation euer Weib niedergekommen und eines Kindes genesen/ꝛc. So möget ihr doch dannenhero an Treibung euers Handwercks nicht gehindert werden/ sondern es ist bemeldtes Handwerck/weil durch erfolgete Copulation vorige Unthat purgiret worden/ euch in ihre Zunft aufzunehmen schuldig/ V. R. W.)

Item an die Meister des Posamentirer-Handwercks zu Leipzig/ Mens. Septemb. Anno 1629. [Verba sentent. Ob nun wol derselbe sein Eheweib / ehe und zuvor er sie geheyrathet/geschwängert gehabt / dieweil aber dennoch durch die vollzogene Ehe der Mackel/ so durch vorhergehende Schwängerung ihme zugewachsen / wiederum erloschen und aufgehoben worden/ꝛc. So wird er auch in die Handwercks-Innung billich auffgenommen/ V. R. W.)

Item an die Meister des Schuster-Handwercks nach Neustadt an der Orla/ Mens. Mart. Anno 1634.

Et in causa Sigismundi Nansei zu Zinnitz/ Mens. Februar. Anno 1636.

Definit. XIV.

Nec removendus à Collegio Opificum, qui ab alio imprægnatam ducit in matrimonium.

1 VIdemus Collegia Opificum ac Mercatorum sæpissimè habere statutum vel consuetudinẽ, ne quis Collegiatus infamem ducat Uxorem, cùm fieri vix possit, ut ex Conjugis infamia haud inuratur macula quædam marito: Ex quo dicendum videbatur, Collegiatum cum muliere vitiata & ab alio imprægnata matrimonium contrahentem, vigore ipsius statuti, ex collegio jure removeri posse.
2 † Sed durum & valdè iniquum foret, si maritum hoc casu eam, quam non admisit, culpam luere oportere diceremus: † Neque enim ex conjugis de-
3 licto maritus obligatur, vel culpam aliquam contrahit, ut nec propterea pœnæ locus esse queat, *l. aliud fraus est. 131. ff. de verb. signif. l. sancimus. 22. Cod. de pœn. l. ab administratione. 8. Cod. de legat. l. si ideo. 7. ubi* Bald. *Cod. de his quib. ut indig.* † Tan-
4 tumque abest, opificem meretricem ducendo peccare, ut potius egregium Charitatis opus exercere dicatur, *c. inter opera. 20. extr. de Sponsal. c. integritas. 13. §. ult. caus. 32. qu. 1.* † Nec est, quod verba
5 statuti urgeantur, quæ infamem uxorem ducere prohibent. Etsi enim maculâ laboret, quæ corpore suo quæstum facit *l. 43. §. 1. & 4. ff. de rit. nuptiar.* † Attamen de ea, quæ palàm sese non pro-
6 stituit, sed amore alicujus capta illi soli copiam sui fecit, seque stuprari passa fuit, hoc neutiquam asserere ausim, nec ullibi jura huic infamiam irrogant.
7 † Licet namque ejusmodi mulier ex prava & sinistra hominum opinione, macula & infamia facti laborare censeatur, *l. 2. in fin. pr. ff. de Obseq. parent. pr.*
8 † Attamen in seriis vulgi opinioni falsæ non inhærendum est; Ab imperita enim multitudine qui pendet, inter magnos viros non est numerandus,
9 teste Ciceron. † Cùm non modò non gravissimum sit multitudinis testimonium, Cic. *lib. 2. de finib.* sed plerumque ne honestum quidem quod est gloriosum in vulgus, *idem* Cic. *lib. 4. Academ. quæst.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 30. num. 35.* † Quic-
10 quid sit, per matrimonium postea contractum omnis uxoris macula, si qua restat, purgata est, Dd. *in c. tanta. 6. extr. qui fil. sint legit.*

Ita Domini ad requisitionem Michaelis Hofmanns zu Leipzig/ Mens. Septembr. Anno 1631. [Verba sentent. Ob sich nun wol N. N. in ihrem Wittbenstande schwängern lassen / dieweil sie aber dennoch hierdurch an ihren Ehren nicht anrüchtig worden / ihre Verbrechung auch durch ausgestandene Straffe allbereit gebüsset/ꝛc. So ist auch dem Meister des Fleischer-Handwercks/der sie itzo zu ehlichen vorhabens ist / solches zu thun unbenommen / und es mag ihm derohalben von seinen Mitmeistern das Handwerck nicht gelegt / noch er nebenst dem Weibe aus derselben Innung als anrüchtig / entsetzet und gestossen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XV.

Legitimato per subsequens matrimonium dari potest testimonium natalitium, quod ex thoro legitimo & parentibus honestis natus fuerit.

1 PLerisq; in locis testimonio Natalitio vulgò den Geburts-Briefen multum fidei tribuitur, eoque non exhibito, nemo ferè aut difficulter admodum jura civitatis consequitur inque civium con-
2 sortium recipi solet. † Quæsitum hinc fuit: *An legitimato per subsequens matrimonium, ejusmodi testimonium, quod scilicet natus fuerit ex probis honestisq; parentibus ac thoro legitimo,* von ehrlichen frommen Eltern und aus einem rechten/ehelichen/unbefleckten/ungetadelten Ehebette her-
3 kommen und gebohren/*dari queat?* † Quod affirmare non dubitavimus (1.) Siquidem hoc casu matrimonium retrotrahitur ad tempus Nativitatis filiorum, omnemque maculam purgat, & efficit, ut ante matrimonium natus, verè legitimus sit, atque pro eo habeatur, ac si legitimè natus esset, *cap. tanta*
4 *6. ubi* Dd. *qui filii sint legit.* † Contractum enim videtur matrimonium ante filiorum nativitatem, Hartman. Pistor. *libr. 2. quæst. 41. n. 15. & 33.* Andr.
5 Gail. *lib. 2. Observ. 141. n. 2.* (2.) † Unde & legitimati per subsequens matrimonium omnia jura legitimorum adipiscuntur, antiquæ ingenuitati restituuntur, nihilque differunt à legitimis, *Nov. 12. c. fin. Novell. 74. cap. 1. & 2. Novell. 89. cap. 9.* Mant. *de*
6 *conject. ult. volunt. lib. 11. cap. 10. n. 10. & seqq.* † Et quod tales legitimati per omnia legitimè natis comparentur, judicasse Cameram Imperialem te-
7 statur Gail. *dict. loc. num. 2.* (3.) Hinc & fit, † ut statuta de filiis legitimis disponentia, quantumvis strictè sint intelligenda *l. 3. §. hæc verba 1. ff. de negot. gest.* nihilominus tamen comprehendant legitimatos ex subsequente matrimonio, ut docet Bald. *in l. cum acutissimi 30. C. de fideicommiss.* Dec. *in c. cum in cunctis. 7. n. 11. extr. de Elect.* Jason. *vol. 4. cons. 168. col. 4.* Nicol. Boër. *decis. 159. n. 5.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1. num. 49.* Hart. Pistor.
8 *dict. quæst. 41. num. 3. & 15.* (4) † Facit huc textus *in c. cum in cunctis. 7. junct. c. innotuit 20. & ibi* Gloss. *extr. de Elect.* Nam *in d. c. cum in cunctis. 7.* dicitur Episcopum debere eligi natum ex matrimonio legitimo. Et tamen *in dict. c. innotuit. 20. junct.* gloss. communiter recepta probatur: Etiam naturalem per subsequens matrimonium legitima-
9 tum posse Episcopum eligi. † Sequitur hinc ergò, quod de legitimatis ex subsequenti matrimonio verè dici queat, eos ex matrimonio legitimo procreatos fuisse.

Ita Domini ad consultationem Hier. Otten Kysewetters/ Mens. Decembr. Anno 1622. [Verba sentent. Hat H. G. Anno 1596. C. K. geschwängert/ darauf sie eines jungen Sohnes genesen/ so Christoph genennet worden/ es haben aber nachmals Anno 1598. vorgedachte beyde Eltern einander gechlichet und sich trauen lassen/ und nachdem benienter ihr Sohn Christoph erwachsen/und zu D. Bürgerliche Nahrung und Handel zu treiben vorhabens ist/ will ihme solches anderer Gestalt/ als gegen Vorlegung und Aufweisung eines Geburtsbriefes nicht gestattet werden/ꝛc. So seyd ihr ihme dergleichen Geburts-Brief/ daß nemlichen er Christoph. G. von H. G. und C. K. seinen leiblichen Eltern/ als Christlichen ehrlichen frommen Eheleuten/ aus einem rechten/ehelichen/unbefleckten/ ungetadelten Ehebette herkommen/ gezeuget und gebohren/zu geben wohl befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. XVI.

Legitimatus per Comitem Palatinum civium consortio dignus judicatur.

PEr rescriptum Principis legitimati, non minus 1
jurium civitatis, civiumque consortii capaces sunt ac mediante matrimonio legitimati; utraque sc. legitimatio maculam ex coitu parentum illegitimo contractam tollit. † Etsi enim modus legiti- 2
mandi per Rescriptum debilior sit illo, quod fit per subsequens matrimonium, ut patet *ex Nov. 74.* † 3
Attamen per utramque legitimationem persona generaliter & absolutè habilitatur & Natalibus, ingenuitatique plenè restituitur ad omnes gradus successiones & honores, perinde ac si quis ex & de legitimo matrimonio natus esset, Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 6. membr. 1. n. 49.* † Unde & le- 4
gitimati per Rescriptum habent jus Suitatis & Agnationis, ut idcircò non tantum patri succedant, 5
sed & aliis, *d. Nov. 74.* ac verè legitimi dicuntur † 6
non per fictionem, Rol. à Vall. *vol. 3. cons. 83. n. 12.* † nec non liberorum legitimorum nomine comprehenduntur. Pist. *l. 2. q. 41. n. 30.* Quin & domus ac familiæ arma gestare & usurpare possunt, si Princeps in Rescripto hoc concesserit, Steph. *c. 6. n. 70.* Ut mirum haud sit ad jura civitatis Civiumque consortium eos admitti. † Quæ & dicta velim de le- 7
gitimato per Comitem Palatinum qui æquè legitimus censetur, ac is, qui ab ipso Imperatore legitimatus, jura consecutus est, † easdemque vires le- 8
gitimatio per Comitem Palatinum facta habet, ac legitimatio facta ab ipsomet Imperatore Gloss. *in l. 1. ff. de tut.* Matth. Steph. *dict. c. 9. n. 29.* † Tota 9
enim legitimandi potestas in Comite Palatino ex Imperatoris Privilegio & autoritate dependet. *C. porrò. 7. extr. de privil. l. fidejussores. 68. §. pro Aurelio. 1. ff. de fidejuss.* Alex. *vol. 1. cons. 67.* † Quod si ergò per Rescriptum Imperatoris legi- 10
timatus ad consortium civium admittitur, ut modò dixi, quin & per Comitem Palatinum legitimatus hoc Civium consortio dignus debeat judicari, ambigendum prorsus non est ex identitate rationis † 11
quæ idem jus facit *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. c. inter corporalia. 2. extr. de translat. Episcop.*

Ita Domini in causa W. à L. ad requisitionem Johann Fuchsens zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1609. [Verba sentent. Ist einer/von welchen euer Frage meldet/von zweyen ledigen Personen ausser der Ehe gezeuget/nachmals aber von weiland D. Nicolao Reusnero, Comite Palatino, Kraft habender Käys. May. Begnadigung legitimiret worden/ꝛc. Ist er auf solche erlangte legitimation das Bürgerrecht alhier zu Leipzig zu suchen wohl befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. XVII.

Collegio per mortem collegiatorum dissoluto bona collegii Superiori seu Magistratui accrescunt.

COmmunis utilitas efficit ut omnes ejusdem ju- 1
ris collegii participes non ut singuli, sed ut unũ corpus considerentur, † ita si quid universitati vel 2
collegio debetur, non singulis debitum est, † si quid 3
debent singuli non dicuntur debere, *l. sicut municipum 7. §. si quid 1. ff. quod cujusq; univers. nomin. l. in tantum. 6. § 1. ff. de rer. divis. Matth. Steph. de jurisd. l. 2. par. 2. c. 6. n. 77.* † Quin etiamsi omnes ex colle- 4
gio præter unum mortui sint, jus collegii in eum recidit, & in eo solo collegii nomẽ stat, *dict. l sicut municipũ 7. §. ult. in fi. ff. quod cujusq; univ.* † Unde dicer- 5
dũ videtur, hunc ultimo superstitẽ de bonis collegii disponere atq; testari, eaq; pro lubitu alienare posse. † Quod idem verum est, si collegiati pecuniam vel 6

bona habuerint communia propter se ipsos principaliter,& ad singulorum atque cujuslibet proprium ac certum usum,ut tenuiores collegiati alantur, ad eorumque victum inde aliquid ematur, *l.3.§.2.ff. de colleg. illicit.* Bart. *in l. ult. n.22.ff. eod.tit.* †Quod 7 si verò Collegiati bona habeant non propter se, sed ut distribuant inter alios, veluti Collegium misericordiæ nutrit pueros,& alit infirmos: † Aut si bona 8 habeant propter officium & laborem, quem sustinent pro civibus; tùm certè destructo ac dissoluto in totum Collegio bona illa remanent apud Superiorem seu Magistratum, † Cessante labore cessat 9 præmium *l. Sejo amico 10. in pr.ff. de ann. legat.* † Et sunt hoc casu Collegiati quodammodo ministri,apud quos nullum debet remanere commodum 10 *l.si quis Titio 17.ff.de leg.2.* Bart. *in dict. ult.ff.de colleg. illicit. num.22.*

Ita Domini in causa des Rosencreutzers / an Christoph Englerten zu Annaberg Mens. Jan. Anno 1620. [Verba sent. Dieweil aber dennoch nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten/die Rechte und Güter solcher Collegiorum und Corporum, wenn dieselbe gäntzlich zergangen/ dem Superiori und der Obrigkeit anheim fallen/ &c. So habt ihr auch mehrberührter Gelder euch erblich und eigenthümlich anzumassen und dieselbe eurem Gefallen nach zu kehren und zu wenden nicht fug/V. R. W.)

Definit. XVIII.

Ex contractu Senatus & Administratorum, Civitas ejusque bona non obligantur, nisi Cives, vel saltem Consilium omnes cives repræsentans, in contractum illum consenserit.

1 QUæ de obligatione civitatis ex Contractu Consulum vel Burgimagistrorum, aliorumq; administratorum vulgò disputantur, ea procul dubio decidenda sunt *ex l.Civitas.27.ff.si cert.petat.* in cujus enarratione sudando ultra modum se ita involvunt Dd. † ut ex illo Labyrintho disputationum vix 2 ipsimet sese extricare valeant, teste Matth. Coler. 3 *de proces. execut.part.2. c.3.n.348.* †Attamen verba *d.l.27.ff si cert. pet.* admodum clara sunt, nec res " adeò difficilis, si generali inhæreamus Regulæ: Quod " scilicet Consules & Senatores harum provinciarum " (quorum jurisdictio & administratio temporalis " est,ac non nisi per annum durat subinde aliis ex ele- " ctione succedentibus) accipiendo mutuum, vel ali- " ter contrahendo nomine civitatis, Civitatem vel bona Civitatis communia non obligent, Hart.Pist. *lib.1.q.37. n.5.* Joh. Köpp. *pen.q. 60. n.3.* Matth. Co- 4 ler. *dict.c.3. n.348.* † Ne scilicet administratores occasionem juris ad iniquum trahant compendium, *arg. l.ult. ff.pro emptor.l.pen.ff. de reb. eor. qui sub tut. Auth. hoc jus porrectum. C.d. S.S. Eccl.* † Quia 5 aliàs facilè futurum esset, ut Administratores prodigi pro habendo pecuniam acciperent mutuum abutendo sigillo communi.Henning.Göden. *de jur.* 6 *civit.cons.5.n. 23.* † Nec Consules ac Senatores,quibus gubernandæ Reipublicæ cura apud nostros demandari solent, omnes cives adeò repræsentāt, ut si quid communi omniū horū cōsensu cōstituendū sit, 7 id non vocatis aliis expedire queant, †nec liberā potestatē alienādi bona ad universitatē pertinētia habent,sed potius decurionib9 æquiparantur. Göden. 8 *dict.cōs.5 n.10. Wesenb.cōs.40.n.22.* †Quare nec ipsimet irrequisito omniū civiū cōsensu civitatē ejusq; bona obligare poterūt,nisi versio in rem probetur, *dict.l.Civitas 27.ff.de reb.credit.* Hart.Pist.*d.q.37. n. 23.*cū regulariter quis ex contractu alterius obligari nequeat,nisi proprium consensum adhibeat, *l. consensu 2. ubi Dd. ff. de oblig. & action. §. si quis alium 3. Instit. de inut. stipul.* † Nec in his,quæ ad sin- 9 gulos pertinere debent, cōsensus majoris partis populi cæteris quicquam præjudicat, sed ut omnes simul consentiant, necesse est, *c. quod omnes. 29. de Reg. jur. in sexto l.per quem locum. 14. ff. de servit. rust.prædiorum.* Hartm.Pist.*dict.q.37.n.11.* Quæ tamen Regula dupliciter fallit. † *Primò* namq;Civitas 10 ejusq; bona obligantur, quando Consules ac Senatores convocatis ac consentientibus omnibus civibus, vel saltem omnibus Consiliariis & tribunis plebis (qui vulgò vocantur Güldenmeister / Viertheils/ *sive* Zunftmeister / ac de consuetudine loci, unà cum aliis populum Civitatis repræsentant) mutuum acceperint. † Nec tùm refert, utrum pecunia 11 in rem Civitatis versa fuerit, nec ne, utroque enim casu obligatur civitas efficaciter Bart. Bald.Alex.Jas. Butigell. *ad l. civitas 27. ff. de reb. Credit.* Hartm. Pist. *dict. q.37. n.1. & 5. & ibi* Simon. Ulric. Pist. *in addit. lit.a.* Matth.Coler.*de proces.execut. part.2. c.3. n.349.* Köppen *q. 60. n.32.* † Nam quod proce- 12 res Civitatis ac tribuni plebis, quibus gubernatio & omnis administratio rerum publicarum commissa est,faciunt,id pro eo habetur, ac si singuli Cives fecissent, *l.nulli 3. ff. quod cujusq; univers. nom.* Bologn. *in d.l. civitas.27. n.15. ff. de reb. cred.* † pacta 13 siquidem eorum,qui præsunt corporibus & collegiis,prosunt & nocent ipsi collegio, *l. item magistro. 14. ff. de pact.* cùm Cives intelligantur scivisse & scire,item fecisse & facere, quod sciunt & faciunt ii, quibus perpetua gubernatio corporis concredita est *l.municipes 14. ff. ad municip. l. sed & ex dolo 15. §.1. ff. de dolo malo.l.2.de jur. immun.* †Unde & de- 14 fensores Civitatis recipiendo per longius tempus minores usuras,quàm promissas, præjudicant Reip. *l. adversus creditorem 5. C. de usur.* † Eoque faci- 15 unt *l.si is qui bona 11. & l.si inter 21. ff. de pignor. l. curator.3.C. si alien. res pign. Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles.* ex quibus aliisque textibus similibus hanc sententiam probat eleganter Matth. Coler. *dict. c.3. n.361. & seqq.* ubi porrò tradit, † 16 præsumi consensum totius ordinis decurionum, si in Instrumento expressum sit, quod Consules & Senatores trium consiliorum, alle drey Räthe / unà cum tribunis plebis in mutuum aliumvè contractum consenserint, ac sigillo communi Civitatis roboraverint istud Instrumentum, † Cum populus 17 præsumatur approbasse omnia, quæcunque mediante sigillo communi Administratoribus commisso gesta fuerint, *num.364.* Glos. *in c. significavit. 48. ubi* Panorm. *n.3. extr. de appellat.*

Ita Domini in causa civitatis H. Mens. Augusti Anno 1632. [Verba sent. Es auch ferner diese Beschaffenheit hat/daß nicht alle drey Räthe / derer 30. Personen seyn / noch alle Viertheilmeister und Achtmänner/deren 12. seyn/ und die gemeine Bürgerschaft repræsentiren sollen/ und die Aufnahme der 1000. fl. gewust/dieselbe beliebet/ und die obligation zusamt der einverleibten Verpfändung der gemeinen Bürgerschaft Güter unterschrieben/ &c. So möget auch ihr als die gemeine Bürgerschaft der Stadt H. die ohne euer wissen und Willen erborgte 1000. fl. Capital und Zinsen von euern der gemeinen Bürgerschaft Gütern zu zahlen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Vel si probetur Mutuum in rem & utilitatem Civitatis versum esse.

SEcundò, fallit Regula Defin. *præced.* posita, 1 si probetur versio mutui in rem Civitatis.

Etsi

Etſi enim absque reliquis civibus vel consilio Civitatis, omnes cives repræsentante, Magistratus vel Administratores Civitatum mutuò sumserint
2 pecuniam, † Attamen si constet pecuniam versam fuisse in utilitatem Civitatis, bona Civitatis erunt obligata, Hartm. Pist. *lib. 1. quæst. 37. n. 23.* Matth.
3 Coler. *de Proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 349.* † Quâ de re textus est manifestus *in l. Civitas. 27. ibi: Civitas mutui datione obligari potest, si ad ejus utilitatẽ*
4 *pecuniæ versa sunt ff. de rebus Credit.* † Quando enim pecunia in utilitatem Civitatis est conversa, tum ipsâ naturali æquitate suadente, haud immeritò ad restitutionem obligatur civitas, & res ejusdem eo nomine validè obligari possunt, *l. si is qui bona, 11.*
5 *ff. de pignor.* † Cum jure naturæ æquum sit neminem cum alterius injuriâ locupletari *l. jure naturæ 206.*
6 *ff. de Reg. Jur.* † Idemque Juris est in minore, *l. si in rem 3. C. quando ex facto tutor. ubi* Dd. *C. si adverſ. Credit.* Hartm. Pistor. *d. q. 37. num. 24.* Ubi notandum
7 (1.) hoc casu † Creditori, qui adversus civitatem experitur, onus probandi incumbere, quod sua pecunia in utilitatem publicam communitatis, cujus sigillum habet, conversa fuerit, *per text. in l. 1. C. de solut. & liberat. deb. lib. 11. Auth. hoc jus. C. de SS.*
8 *Eccleſ. l. si prædium 16. C. de præd. minor.* † Debet enim is, qui contrahit cum persona minus habili, curiosus esse de versione in rem, *l. vir. uxori 17. l. fin. in pr. ad SCt. Vellejan.* Gloss. *in dict. l. civitas 27. ubi* & Bartol. *num. 2.* Jason. *num. 4. ff. de reb. cred.* Matth. Coler, *de proceſſ. execut. p. 2. cap. 3. num. 35.* Hartm. Pistor. *l. 1. q. 37. n. 30.* Menoch. *de arbitr. jud.*
9 *quæſt. caſ. 432.* (2.) † Nec relevat Creditorem ab onere probandi, quantumvis in Instrumento dicatur, pecuniam in rem civitatis versam esse, Bartol. *dict. loc. n. 13.* Joh. Köppen. *q. 60. n. 7.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 1161. num. 19.* Coler. *dict. c. 3. n. 352.* Hart. Pist. *dict. q. 37. n. 31.* ubi hoc latiùs persequitur.
10 (3.) † Non requiritur hoc casu usque adeò ocularis vel necessaria probatio, quin sufficiant etiã verisimiles conjecturæ, pecuniam utiliter collocatam fuisse, Menoch. *de præsumt. lib. 3. præs. 55. n. 4.* Ma-
11 scard. *d. concl. 1161. n. 1.* † Nam manifestè apparere dicitur etiam illud, quod ex conjecturis probabilibus colligitur *l. 1. ubi* Jason. *C. de testam. l. licet*
12 *Imperator. 74. ubi* Gloss. & Dd. *ff. de legat. 1.* † Quâ in re multum tribuendum esse judicis arbitrio monet Alciat. *per text. in l. 3. pr. vers. tu magis ff. de testibus. in d. l. Civitas 27. ff. de reb. cred. allegatus ab* Hartm. Pist. *d. q. 37. n. 38.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dieweil aber dennoch ihr als die gemeine Bürgerschafft wider solche Obligation euch des beneficii l. Civitatis 27. ff. de Reb. Credit. gebrauchet / dessen ihr denn auch Zulassung der Rechte wohl befugt und der Creditor nach zur Zeit nicht beybracht / daß das von ihme erborgte Anlehen in gemeiner Stadt Nutzen wäre angewendet worden / ꝛc.)

It. in causa Alexandri Cademanns zu Schneeberg / Mens. Decembr. Anno 1630. (Verba sentent. Ob wohl eine Stadt und Gemeine / das vom Rath ohne ihre der Stadt Verwilligung erborgte Geld / ehe und zuvor vom Creditore erwiesen / daß solches nützlichen angewendet worden / wieder zu zahlen nicht verbunden / inmassen dann ihnen die Rechte in l. Civitas. 27. ff. de reb. Credit. hierinnen zu statten kommen / ꝛc.

Et in causa M. H. B. á M. T. Mens. Jan. Ann. 1631. Worauff sich der Rath auff das beneficium l. Civitatis 27. ff. de reb. Credit. beruffen / fürgebende / daß obgedachtes Anlehen der funffzig tausend Thaler zu gemeiner Stadt besten und Nutzen nicht angewendet worden / ꝛc. Wann nun gleich solches beneficium so wohl in andern / als contractu mutui statt hätte / und gebraucht werden könte / ꝛc.)

Definit. XX.

In Venditione annuorum Redituum à Civitate facti à probatio in rem versionis ab Emptore non exigitur.

NOn solùm in mutuo, sed & in aliis contractibus dispositionem *l. civitas. 27. ff. de reb. Credit.* locum sibi vindicare, & Creditorem æque probare debere, pecuniam in utilitatem Civitatis versã esse, nonnullis placet, quorum meminerunt Alciat. *in d. l. civitas. 27. col. 211. ff. de reb. Credit.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 34. n. 3.* Hartm. Pistor. *lib. 1. q. 37. n. 51.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. caſ. 432. n. 7.* † Unde existimare quis posset, in casu venditionis annuorum Redituum, perinde ac in mutuo, ab Emptore probationem in rem versionis requiri, *cum* Gloss. *in l. 1. C. de vendit. reb. civit. libr. 11.* maximè cum emptiones annuorum Redituum, *perinde ac in mutuo*, sæpè sint odiosæ ac suspectæ, & affinitatem quandam cum mutuo sub usuris habeant. Sed, ut maximè concedatur dispositionem *d. l. civitas 27. ff. de reb. cred.* in aliis quoq; contractibus præter mutuum locum habere; † Verum tamen est id solummodò in iis contractibus, qui saltem utilitatem contrahentis, non etiam civitatis concernunt, ut probè animadvertit *per text. in c. 1. extr. de depoſit.* Hartm. Pistor. *dict. q. 37. num. 29.* Heig. *d. q. 34. num. 8.* † In reliquis verò contractibus, qui utriusq; contrahentium emolumentum complectuntur, ad hoc, ut inde contra Civitatem actio competat, probationem versionis in rem Civitatis, neutiquam requiri verior est Dd. sententia, † quam defenderunt Pinell. *in l. 2. p. 2. cap. 4. num. 70. C. de reſc. vendit.* Alciat. Hart. Pistor. Heig. *dd. locis.* Johann. Köpp. *q. 60. num. 10.* † Quare cum Venditio Redituum contractus à mutuo sit diversus, & simul Civitatis emolumentum concernat, uti in aperto est, sequitur inde, quemadmodum in alia quapiam Venditione rerum Civitatis, non requiritur probatio versæ in utilitatem civitatis pecuniæ, ita nec in hâc eam exigi; † De similibus enim idem est judicium, prout ritè concludit Petr. Heig. *dict. quæst. 34. num. 9. & 10.* † modò debitæ solennitates in venditione Redituum à civitate factâ intervenerint *l. fin. C. de vend. reb. civit. lib. 11.* Heig. *d. loc. n. 21.*

Ita Scabini in causa Hermanni Lutheri zu Halsberg / M. Januar. Anno 1625.

Definit. XXI.

Quando pecunia mutuò data non est versa in utilitatem Civitatis, soli Administratores, qui contraxerunt, ex mutuo tenentur.

EX mutuo Administratorum bona Civitatis non obligari, nisi cives universi aut eorum saltem nomine tribuni plebis in mutuum istud consenserint, vel pecunia in rem civitatis versa fuerit, patet ex dictis Defin. *18. & 19.* † Horum si neutrum factum fuerit, bona Civitatis haud sunt obligata. Quid ergò, *An tum Creditor omni medio pecuniam mutuò datam recuperandi destituetur?* Minimè, † sed regressus ipsi competit adversus Administratores, qui contraxerunt; † Hi namque soli ex mutuô illô tenentur, prout ma-

nifestis verbis probatur *in d.l. Civitas. 27. ibi. Alioquin ipsi soli, qui contraxerunt non civitas, tenebuntur. ff. de reb. Credit.* † Ne scilicet is, qui fidē Administratorum secutus pecuniam mutuò dedit, manifestam rei suæ jacturam subeat, contra æquitatem *l. sime & Titium. 32. ff. si cert. petat.* † Ex qua ratione etiam introductum est, ut si contractus mutui celebretur nomine absentis, eo non ratificante, residеat in eo, qui mutuum recipit, *l. si absentis. 4. C. si cert. petat.* † Ac si non appareat in publicam utilitatem pecuniam mutuò acceptam conversam fuisse, præsumitur potiùs versio in rem propriam, & non magis administrationi, quam dilapidationi talis contractus similis est, quæ in Administratoribus cujuscunq; conditionis non toleratur, *l. præses. 12. C. de transact. l. qui fundum. 7. §. si tutor. 3. ff. pro emptor. l. interdum 56. §. qui tutelam. 4. ff. de furt. l. ult. §. 1. ff. de curat. furios.* Hartm. Pist. *lib. 1. q. 37. n. 65.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. c. 3. num. 351.* † Idq; usq; adeò verum existimat Hartm. Pistor. *d. q. 37. num. 66.* ut Administratores non solùm durante officio, sed etiam eo finito teneantur, utroque siquidem casu eadem subest æquitatis ratio, ne, si neminem haberet obligatum, Creditor in damno relinqueretur. † Quin etsi Administratores expressè protestati fuerint, se non velle ex illo contractu obligatos esse, eosdem tamen nihilominùs teneri, non quidem ex mutuò sed condictione ob causam, quasi pecuniâ in rem Civitatis non versâ causa, obquam ea mutuò data sit, secuta non fuerit, arbitratur Bart. *in d. l. civitas. 27. ff. de reb. cred. arg. l. si procuratori. 14. ff. de condict. caus. dat. quem sequitur* Hartm. Pistor. *dict. loc. num. 68.*

Ita Domini in causa Alexandri Cademanns zu Schneeberg/Mens. Decembr. Anno 1630. [Verba sentent: Ob nun wohl bemeldte Administratores fürwenden möchten/ daß sie für sich nicht / sondern allein im Nahmen gemeiner Stadt gehandelt / und für dieselbe Geld auffgenommen / dannenhero sie auch beständiger Weise von euch nicht belanget werden könten. Dieweil sie aber dennoch selbige Zeit / als das Anlehen geschehen / im Rath gewesen / der Handlung selbsten beygewohnet / das Geld gezehlet empfangen/ und also / Inhalts der Rechte/ und nach gemeinen Wahn der Rechtsgelehrten/ in subsidium, auffn Fall von gemeiner Stadt Gütern die Wiederzahlung nicht erfolgen möchte/ dafür zu haffte / und die gemachten Schulden ein ieder pro rata von den ihrigen abzutragen verbunden/ &c.)

Definitio XXII.

Quâ de causâ Creditor actionem ex mutuo adversus Civitatem & Administratores, eodem libello alternativè intendere potest.

1 EVentualiter, si nempe pecunia in rem Civitatis versa non esset, ut ipsimet Administratores ad redditionem mutui condemnentur, Creditorem simul adversus Rempubl. & Administratores uno libello alternativè experiri posse, tradit Decius *in l.* 2 *Civitas. 27 ff. de reb. Credit.* † Quā practicam ceu tutiorem & salubriorem commendat Butigel. *in repe-*
3 *tition. d. l. Civitas. 27. n 32. ff. de Reb. cred.* † Nam regulariter ob incertitudinem, quæ ex facto adversarii provenit, alternativus libellus admittitur. *l. 1. §.*
4 *quia autem. 4. ubi Dd. ff. quod legator:* † Et contra plures personas ex eodem facto in solidum obligatas in uno eodemque libello agi posse, ita ut ab una earum debitum saltem exigatur, probat *per text. in Auth. hoc ita. num. 20. C. de duob. reis.* Bartol. *ibid. n. 20.* † Nec obstat *l. 1. C. de fidejuss. tutor.* per 5
quem textum ab hac practica dissentit Alciat. *in d. l. civitas. 27. ff. de reb. cred.* Quod enim ibidem dicitur cum tutore & fidejussoribus in solidum agi non posse, † illud aliter accipiendum haud est, quam ut à 6
quolibet solidum exigi nequeat, cum hac ratione Actor bis idem consequeretur, contra *c. bona fides. 83. de Reg. Jur. in 6to.* † Quando verò eâ mente contra 7
duos agitur Reos, ut solutione ab alterutro horum impetratâ, actor contentus esse velit, nil prohibet, quò minus etiam contra plures ejusmodi libellus admittatur. † Quamvis & dici queat *d. l. 1. C. de fid.* 8
tut. tantummodò procedere in pluribus reis, quorum alii principaliter, alii verò accessoriè saltem sunt obligati, prout tradit Marian. Socin. *in cap. 1. in 8. artic. membr. 4. de libelli oblat. allegat. ab* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 37. n. 47.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Derowegen ihr ein Klaglibell abgefasset / und die Klage zugleich wider Bürgermeistere und Rath der Stadt N. N. sampt und sonders/ und in specie wider die Administratores, insonderheit aber wider die jenigen/ so die Gelder empfangen/ in Rechnung geführet/ und ihres Gefallens damit gebahret/ verrichtet und angestellet/ &c. So mag die Klage wider den Rath/ der Stadt N. N. und die Administratores zugleich wohl bestehen/ und wird demnach das uns zugefügte Klaglibell für beständig und rechtmäßig billich gehalten/ V. R. W.)

Definit. XXIII.

Nec Administratores exceptione non versæ pecuniæ in rem Civitatis, adversus Creditores sese tueri possunt.

EX facto Administratorum, Civitas, ejusq; bona 1
aliter non obligantur, quam si pecunia mutuò data in utilitatem Civitatis versa fuerit *l. Civitas. 27. ff. de reb. Credit.* † id quod in favorem Civitatis 2
specialiter introductum est, ne Administratorum culpâ damnum Respublica subeat *l. ult. C. de vend. reb. civit. lib. 11.* † Quare hoc privilegio non gau- 3
dent ipsi Administratores, à Creditoribus conventi, quippe qui contrahendi mandatum ac potestatem à Civitate non habuisse, sed negotium suum gessisse videntur, ut proinde haud mirum sit, quod ex facto proprio teneantur, † nec privile- 4
gio Civitatis sese tueri queant *l. adigere 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patronat.* Jason. *in l. quod dictum. 32. num. 2. ff. de pact.* † Quin & propter hoc ipsum, 5
quod mutuum, in rem Civitatis haud conversum fuit, ipsimet Administratores conveniuntur, præsumitur enim tùm potius versio in rem propriam Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 351.* † Et quia ejusmodi contractus magis dilapidationi 6
quàm administrationi similis est, fieri non potest, ut Administratores exceptionem non factæ versionis in rem Civitatis opponendo, haud propriam turpitudinem allegent, † ex qua certè nemo commo- 7
dum sentire debet, Bartol. *in l. transactione. 30. n. 1. C. de transact.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest Pistor. *part. 4. q. 140. num. 23.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob wohl eine Stadt und Gemeinde das entlehnete Geld / ehe und zuvor erwiesen / daß solches nützlichen angewendet worden/ wieder zu zahlen nicht verbunden / inmassen denn ihnen die Rechte in l. Civitatis 27. ff. de reb. Cred. hierinnen zu statten kommen/ &c. Dieweil aber dennoch allein die gemeine Bürgerschafft einer Stadt / nicht aber die Raths-Personen und Administratores sich desselben beneficii zu gebrauchen und zu erfreuen haben / ja vielmehr / wenn die nützliche Anwendung nicht beygebracht wird / sie vor sich die Wiederzahlung zu thun ver-

verobligiret seyn/ꝛc. So mag auch vom beklagten Rath der Stadt N. N. und deren Administratoribus die exceptio non versionis in rem & utilitatem Civitatis wider die angestellte Klage beständiger Weise nicht opponiret werden/ V. R. W.)

It. in causa Senatus Civitatis Z. Mens. Jun. Anno 1630.
It. in causa M. H. B. à T. Mens. Jan. Anno 1631.
It. in causa D. B. Mens. April. Anno 1632.

Definit. XXIV.

Pro debito communi legitimè contracto, cives singulares eorumq; bona non obligantur.

1 QUamvis ex mutuo per magistratus ac tribunos plebis insimul contracto, pecuniavè in commodum Reipubl. conversa, bona civitatis communia obstringantur, † non tamen propterea ipsi cives singulariter obligati sunt. † Quare nec hoc in casu executio in bona Civium singulorum, sed saltem in bona universitatis admittitur, Matth. Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 3. num. 371.* Joh. Köppen. *quæst. 60. num. 16.* Hart. Pistor. *lib. 1. quæst. 37. num. 6. & ibi* Simon. Ulric. Pistor. *in addit. lit. d.* † Nam quod universitas debet, singuli non debent, *l. sicuti 7. ubi* Bartol. *ff. quod cujusque universit. nom.* Decius *in l. Civitas. 27. num. 6. ff. de Reb. Credit.* Ideoque cum in proposito debitum sit Civitatis nomine contractũ, meritò ex bonis Civitatis communibus solvi debet, non autem ex marsupiis singulorum, † quia bona singulorum improprie dicuntur bona Communitatis, ne circa unam eandemq; rem, plures in solidum Domini constituantur, contra *§. singulorum. 11. Instit. de rer. divis. junct. l. si ut certo. 5. §. 15. ff. commodat.* Col. *dict. cap. 3. num. 371.* † Hinc & Magistratum, si bona communia non sufficerent, collecta indicta, ut in commune tantum conferant, quod æs alienum exsolvi queat, cives cogere posse arbitratur Hartm. Pistor. *dict. quæst. 37. n. 6.* Bartol. *in l. si se nõ obtulit. 4. §. actor. 2. ubi &* Jason. *ff. de re judicat.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 9. num. 15.* † Quod verum existimaverim in Civitate libera Imperiali, quæ jus collectandi habet, nam Civitates municipales sine consensu principis, cui subsunt, collectã imponere non possunt, Petr. Peck. *de jur. sistend. cap. 4. n. 17.*

Ita Domini in causa Martini Römers zu Zittau/ Mens. Jan. Anno 1626. (Verba sentent: Habt ihr bey einer Stadt/ von welcher euere Frage meldet/ eine Summa Geldes von 30000. Reichs-Thalern umb Verzinsung hinterlegt/ wann nun gleich der Magistrat selbiger Stadt mit Zuziehung und Einwilligung der Zunfft-Meister und gemeiner Bürgerschafft solches Anleben auffgenommen hätten/ oder auch dasselbe an gemeiner Stadt Nutzen verwendet worden wäre/ꝛc. So möchte doch bemeldte Bürgerschafft vor sich/ und von ihren eigenthümlichen privat-Gütern die Zahlung zu leisten/ nicht angehalten werden/ sondern es würde in Verbleibung gütlicher Befriedigung die Execution allein in gemeiner Stadt Güter vollstrecket/ V. R. W.)

Definit. XXV.

Nisi Cives contrahentes semetipsos singulatim obligaverint.

1 VIx dubium esse potest, quin bonis singulorum civium obligatis, Magistratus contrahens nomine officii, eo etiam finito, de propriis debitum solvere teneatur, prout docet Hartm. Pistor. 2 *observ. 20.* usque adeò, † ut licet obligationem quoad bona singulorum Civium haud validam asseramus juxta opinionem quorundam Dd. *in l. civitas. 27. ff. de reb. credit.* † nihilominus bona magistratus 3 contrahentis videantur esse obligata, per tradita Bart. *in l. sicut. 7. ff. quod cujusq; univers. nom.* quod in casu, ubi ex contractu Magistratus non possunt obligari singulæ personæ, sint tantum obligati ii, qui præsentes fuerunt in contractu, referente Hartm. Pistor. *dict. observat. 20. num. 10.* † *Sed num reliquorum etiam Civium bona hoc casu erunt obligata?* 4 Sanè si cives contrahentes semetipsos singulatim obligare voluerint, idque expressè ab iis, vel eorum nomine ac consensu à Tribunis plebis dictum fuerit, quilibet eorum obligatus est, & in privata eorundem bona executio fieri poterit, † *per l. 1. in pr. ff. de magistr. Convent. l. ult. vers. in provinciis verò. C. de vend. reb. civit. lib. 11.* Bart. *in l. 1. n. 5. ff. de albo scribend.* Henn. Göden. *cons. 5. num. 14.* Köpp. *q. 60. num. 20.* Hartm. Pist. *l. 1. q. 37. n. 7.* Coler. *dict. c. 3. n. 372.* † 6 Quatenus verò hoc casu obligentur cives ii, qui contractui, à Communis Civitatis consilio inito, non interfuerunt, nec convocati consenserunt de hoc, *Vid.* Hartm. Pist. *d. loco. num. 8. & seqq. &* Coler. *d. c. 3. n. 375. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Es wäre denn/ daß bemeldte Bürgerschafft sampt und sonders sich zur Wiederzahlung verpflichtet/ und also diese Schulden auff sich genommen/ auch wohl ihre eigenthümliche Güter unterpfändlichen verschrieben hätten/ auff solchen Fall hafteten dieselbe darfür billich/ꝛc.)

Definit. XXVI.

Bonis civium singulorum obligatis, num unusquisq; in solidum conveniri queat?

1 ITa quidem existimat Bart. *in l. si se non obtulit. 4. §. actor. 2. ff. de re judic. per text. in l. aliena. 20. §. 1. ff. de pign. act.* Sed tantùm abest, ex eo textu hoc evinci posse, † ut etiam contrarium inde probari ar- 2 bitretur Hart. Pist. *d. q. 37. n. 2.* Dum enim JCtus *ibidem* in casu, quo pluribus res simul pignori datur, æqualem omnium causam esse dicit, hoc videtur sentire, quod in æquales portiones Creditores vocati censeantur, atq; adeò ad quemvis ipsorum pars pignoris pertineat, prout tradit JCtus Martianus *in l. si fundus. 16. §. si duo. 8. ff. de pignor. & hypoth.* † Rectiùs 3 itaq; docet Hartm. Pist. *d. q. 37. n. 18.* Civibus pro mutuo singulatim obligatis, in dubio unumquemq; non solidum videri obligatum, sed pro virili saltem † per 4 text. *in l. Reos. 11. in fin. ff. de duob. reis.* † quod & pla- 5 cet Matth. Col. *dict. cap. 3. n. 381. &* Köpp. *dict. q. 60. n. 27.* † Nisi in solidum Cives expressè sese obligave- 6 rint, tùm enim unus solvendo partem suam, neutiquam erit liberatus, Pistor. & Coler. *dd. locis.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sent: Jedoch/ dafern sie sich nicht in solidum alle vor einen/ und einer vor alle verschrieben/ mag ein jeder ein mehrers/ als so viel ihme die Schuld pro rata und zu seinem Antheil austrägt/ zu zahlen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XXVII.

Legitimatio per Rescriptum Principis aut Comitem Palatinum facta, in successione jus quæsitum nemini aufert.

1 SI legitimationes fiant per Rescriptum Principis, aut per Comitem Palatinum, consensus exquirendus est eorum, quorum præcipuè ac principaliter interest, putà ejus, qui jus successionis jam quæsitum habet, sive ex substitutione, sive alio

alio directi dominii jure, sive in bonis omnibus, si-
2 ve in bonorum parte; † Ne scilicet hujusmodi legitimationis commento fraus aliis fiat, *l. si ita quis 51. ff. de legat. 2. l. 76. ff. de condit. & demonstrat.*
3 Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 16. defin. 5. n. 6.* † Alioqui, valebit quidem legitimatio autoritate ejus facta, qui jus legitimandi habet, sed salvo jure tertii,
4 † Nisi is consenserit, *arg. l. 8. ff. de aq. & aqua pluv. arc. l. 2. l. 4. l. 5. ff. de natal. rest.*

Ita Domini in causa C. G. zu Freyberg / Mens. Jun. Anno 1633. [Verba sentent. Ob ihr nun wol vom Comite Palatino legitimiret und in den Stand der recht ehelichen gebohrnen Leute gesetzet worden / dieweil aber dennoch solches nach der Zeit / da euers Vatern Bruder sich der brüderlichen Erbschafft allbereit angemasset / geschehen / und ihr zur Zeit euers Vaters Absterben der väterlichen Erbschafft nicht fähig gewesen / &c. So seyd ihr auch nunmehr dieselbe von seinem Bruder zu fordern nicht befugt / V. R. W.)

CONSTITUTIO VII.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Pfändung die Præscription interrumpirt?

ES wollen etliche der Meynung seyn: Wann in Sachen / Trifft und Hutung belangend / oder dergleichen / von dem Grundherrn gepfändet / und der / so gepfändet ist / sich de facto nicht daran kehret / sondern seines Hütens und Treibens hält / oder pfändet wieder / daß hierdurch die quasi possessiõ præscriptionis nicht soll interrumpirt seyn / sintemahl der so gepfändet / dieselbige behält und continuiret. Unsere Verordnete aber haben dahin geschlossen / daß die Pfändung von der Zeit an / als sie geschehen / die præscription servitutis Juris pascendi, oder dergleichen interrumpire, es wäre dann / daß nach solcher Pfändung der andere Theil wiederumb geruhiglich über 30. Jahr / Jahr und Tag getrieben. Und wohl wahr / wann einer in solcher Servitut ein quasi possession erlanget / daß er so lang dabey gelassen werden soll / biß er ordentlicher Weise daraus entsetzet / So haben doch nichts desto weniger auch die Pfändung ihre Wirckung / als nemlich den effectum interrumpendi. Dabey wir es auch bleiben lassen. Es soll aber gleichwol mit der Pfändung gebührlich / und / wie Landbräuchlich / gebahret / und die Pfande in das Gericht / darinn der Grund gelegen / überantwortet / oder da sie daselbst nicht angenommen / in das nechste Ampt dabey gewendet und eingestellet werden.

Per pignorationem num interrumpatur Præscriptio?

EXistimant quidam, si in controversiis de jure agendi & pascendi pecora, & ejusmodi similibus, Dominus fundi pignoratione adversus alium utatur, is verò eâ neglectâ in agendo & pascendo perseveret, vel impedire conantem vicissim pignoret, isto casu præscriptionem non interrumpi, cum pignoratus in quasi possessione manens eam continuet. Verum Deputati nostri in eam sententiam convenerunt, præscriptionem servitutis Juris pascendi & ejusmodi similium, per pignorationem interrumpi ab eo tempore, quô primum illa facta est. Nisi fortè postea alter ille jure isto ultra triginta annos, annum & diem, nemine deinceps impediente, usus fuisset. Etsi enim is, qui in quasi possessione hujusmodi Juris vel servitutis constitutus est, in eâ tuendus sit, donec per adversarium legitimo modo ex ea ejiciatur: tamen & pignorationes hunc effectum haberi nostri putarunt, ut præscriptiones interrumpant. Quod & nobis probatur, dum tamen pignorationes legitimè fiant & pro more in ditionibus nostris usitato, ita nimirum, ut pignora capta Judici ejus loci, in quo fundus situs est, aut, eo non recipiente, illi, cui præfecturæ proxime adjacentis administratio commissa est, tradantur.

DEFINITIONES.

1. *Dominus fundi habens Jurisdictionẽ, propriâ autoritate ad præscriptionem interrumpendam pignorare, & pignus retinere potest.*
2. *Schulteti tamen in pagis pignus penes se retinere nequeunt, sed illud Nobilibus vel quæstoribus tradere tenentur.*
3. *Pignorationum causæ pertinent ad Jurisdictionem inferiorem.*
4. *Præscriptio Saxonica triginta annorum, anni & diei, solâ interrumpitur Citatione.*
5. *Citatio tamen ad processum extrajudiciarium præscriptionem non interrumpit.*
6. *Præscriptio etiam annalis rerum mobilium in foro Saxonico solâ Citatione interrumpitur.*
7. *Citatione quoq; interrumpitur præscriptio annalis, auferens agnatis facultatem redimendi feudum alienatum vivente adhuc alienatore.*
8. *Facta prohibitio quando interrumpat præscriptionem Servitutis.*
9. *Quando actum est petitorio & possessorio simul, super solo possessorio quandoque judex pronunciare potest.*
10. *Petitorium cum possessorio Retinendæ cumulari nequit.*

11. *Inter-*

11. *Interdictum, Uti poſſidetis, datur etiam contra turbantes quaſi poſſeſſionem jurium incorporalium.*
12. *Interdicto retinendæ poſſeſſionis Dominus quoq; contra ſubditos ſuos obedientiam recuſantes agere valet.*
13. *Ex l. diffamari, nemo experiri poteſt adverſus poſſidentem, ad turbandam ipſius poſſeſſionem.*

DEFINIT. I.

Dominus fundi habens Jurisdictionem, propriâ autoritate ad præſcriptionem interrumpendam pignorare, & pignus retinere poteſt.

1 SOla pignoratio privati non interrumpit præſcri-
ptionem prius inchoatam, niſi pignora capta Ju-
dici ejus territorii, in quo contigit pignoratio, Do-
minus fundi præſentaverit, prout notat Chriſtoph.
Zobel. *in addit. ad ſpec. Saxon.* Landrecht. *2. art. 27.*
in Gloſſ. latin. *lit. F. in fin. & late* Matth. Coler. *de*
2 *proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 90. & ſeqq.* prout † di-
ſerte in provinciis Electoratus Saxonici ſancitum *h.*
3 Conſtit. *7. p. 2.* † Aliter tamen res ſe habet in Do-
4 mino fundi, habente ſimul Jurisdictionem. † Huic
enim pignoranti licet pignus acceptum in ſuo ſun-
do & territorio penes ſe retinere, donec ipſi ſatisfa-
ctum fuerit, Matth. Coler. *dict. c. 3. num. 155. & part.*
1. deciſ. 136. num. 22. Matth. Berlich. *p. 2. concl. 9. num.*
5 *9.* † Nam quia in perſona pignorantis ſimul concur-
rit poteſtas juris dicendi, mirum haud eſt, ſi pigno-
ratio ejusmodi interrumpat præſcriptionem, nil
6 quicquam obſtante *h.* Conſt. Electoral. *7.* † quæ pi-
gnoris retentionem prohibet ſolùm privato, qui
Jurisdictionem habet nullam, prout ex verbis Conſt.
ſatis liquet.

Ita Domini in cauſa Hanſen Wolffens zu Rameln / Menſ. Auguſt. Anno 1630. (Verba ſent: Ob wohl ſonſten dem Gerichts-Herrn / deme diß Orts die Gerichte zuſtändig / die Pfändung für ſich ſelbſten zu thun / auch diß Pfand bey ſich zu behalten unbenommen / ꝛc.)

DEFINIT. II.

Schulteti tamen in pagis pignus penes ſe retinere nequeunt, ſed illud Nobilibus vel Quæſtoribus tradere tenentur.

1 LIcet Nobilis vel alius territorii Dominus, cui
Jurisdictio competit, hanc facultatem habeat,
ut ſi proprio fundo aliquem pignoraverit, pignus
2 penes ſe retinere queat, Defin. *præced.* † Attamen
hoc ipſum ad Schultetos in pagis neutiquam extendi
debet, prout rectè animadvertit Berlich. *part. 2.*
concl. 9. num. 10. cujus rei ratio haud obſcura eſt;
3 † Habent ſiquidem ejusmodi Schulteti in pagis
(Die Dorff-Schultzen / oder Dorff-Richter) de
Jurisdictione nil ferè proprium Zobel. *in addit. ad*
Gloſſ. *lat.* Landr. *libr. 2. art. 12. lit. M. ſub fin. verſ.*
4 Aber bey uns. † Quin imò nullam Jurisdictionem
habent, Gloſſ. latin. Landr. *lib. 2. art. 13. lit. D. verſ.*
5 Talis autem judex; † Sed ſunt tantummodò mi-
niſtri, ac quaſi præcones & executores eorum,
quibus Jurisdictio in loco competit, Matth. Col. *de*
proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. n. 31. verſ. ſed miniſtri.
6 † Haud mirum itaque eſt, quod pignus in fundo
ſuo captum Præfectis aut Nobilibus ſuis tradere-
teneantur, ſi præſcriptionem pignoratione inter-
rumpere velint, † ſicuti & aliàs horum juſſu & nutu 7
omnia diſponunt, ut maximè in banco vel ſede Sca-
binali ſedeant, Coler. *dict. c. 1. n. 131.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba ſent. So hat ſich doch der Richter auff ſolchem Dorffe damit nicht zu behelffen / ſondern er iſt das abgenommene Pfand dem Gerichts-Herrn einzuantworten ſchuldig geweſen / und weil er ſolches nicht gethan / iſt auch durch die von ihm beſchehene Pfändung die Præſcription oder Verjährung der eingeführten Gerechtigkeit nicht interrumpiret worden / V. R. W.)

DEFINIT. III.

Pignorationum cauſæ pertinent ad Jurisdictionem inferiorem.

1 NOn cuivis Judici, Jurisdictionem habenti, pi-
gnus tradi debet, ſed tantummodò ei, qui in
loco eo, ubi fundus, in quo fit pignoratio, ſitus eſt,
jurisdictionem habet, diſertis verbis ita diſponente
Illuſtriſſimo Dn. Electore *in hâc* Conſt. *verſ.* Und
die Pfande in das Gerichte / darinn der Grund
gelegen / überantwortet / ꝛc. † Niſi judex pignus ac-
2 cipere recuſaverit, quo caſu illud tradi debet ei, cui
Præfecturæ proximè adjacentis adminiſtratio com-
miſſa eſt, *h.* Conſt. *7. in fin.* † *Sed quid, ſi judex non*
3 *niſi inferiorem habeat jurisdictionem,* die Nieder-
oder Erb-Gerichte? Huic pignus captum offeren-
dum eſſe, rectiſſimè docet Matth. Coler. *de proceſſ.*
exec. part. 1. cap. 3. n. 120. & 150. † *Tùm,* propter textum 4
expreſſum in Ordin. Provinc. Elect. Saxon. *de Anno*
1550. tit. Was zu Ober- oder Nieder- und Erb-Gerichten gehöret / §. Und alle Bürgerliche Sachen / *verſ.* Pfändung; † *Tùm*, quod pignora capiantur 5
ut plurimùm propter ingreſſum violentum, ac inva-
ſionem fundi alieni, præter & contra Dominorum
voluntatem, quo ipſo haud minima domino infer-
tur injuria, † quæ absque dubio refertur inter gradus 6
& ſpecies inferioris jurisdictionis, quare & denun-
cianda eſt Judici locorum hereditario, deme die
Erb-Gerichte zuſtändig / Landrecht. *lib. 3. art. 91.*
Matth. Coler. *dict. cap. 3. n. 120. & 121.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba ſent. Daß in dergleichen Fällen die abgenommene Pfande dem jenigen Richter / welchem des Orts die Erb- oder Nieder-Gerichte zuſtändig / billich eingeantwortet werden / V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Præſcriptio Saxonica triginta annorum, anni & diei, ſolâ interrumpitur Citatione.

1 SOlam Citationem absque litis conteſtatione
ſufficere ad interrumpendam præſcriptionem
Saxonicam rerum immobilium, tradit And. Rauchb.
part. 2. quæſtion. 28. n. 7. † reſtringens tamen hoc 2
ipſum ad præſcribentem in malâ fide conſtitutum,
quod & placet Matth. Berlich. *p. 2. concluſ. 9.*
n. 40. † At vereor, ne ſententia hæc effectu deſti- 3
tuatur, cùm nec in foro Saxonico præſcriptio abs-
que bona fide ſubſiſtat, † quæ & regulariter pro 4
præ-

Præſcribente præſumitur, Matth. Weſenb. *in parat. ff. de Uſucap. n. 11.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 138.* Zobel. *part. 2. diff. 2. n. 1.* Petr. Heig. *in p. 1. qu. 16. n. 55.* Rectius quis affirmaverit, † indifferenter præſcriptionem rerum immobilium ac incorporalium, triginta ſcilicet annorum, anni & diei, ſolâ citatione interrumpi; Cum Juris ferè ſit indubitati, † quod per citationem interrumpatur præſcriptio temporis longiſſimi, triginta nempe vel quadraginta annorum. *l. 3. verſ. quæ ergò. l. cum notiſſimi. 7. in pr. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. l. 3. verſ. Sancimus. C. de annal. except.* Matt. Coler. *in cap. illud 8. num. 14. ext. de præſcript.* Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 28. n. 6.* Mod. Piſt. *p. 4. q. 147. in pr. & ibi* Jacob. Schultet. *in addit. n. 14.* † Quidni ergò idem aſſerendum erit de præſcriptione Saxonica tricennali, prout rectè ſentit Chilian. König. *in proceſſ. cap. 34. in fin.* † Maximè, cum ſtatutariæ præſcriptiones omnes Citatione interrumpi dicantur, Weſenb. *conſil. 73. n. 69.* Hart. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 12. n. 45.* † Quamvis de præſcriptione temporis immemorialis aliter ſentiat Mod. Piſt. *p. 4. q. 148.*

Ita Scabini ad requiſitionem Martini Hillens zu Reſigk/ Menſ. Majo Anno 1633. (Verba ſententiæ : Habt ihr euren Nachbarn wegen eines Hauſes in Anſpruch genommen/in Meynung daſſelbe als euer Eigenthumb gebührlichen von ihme zu vindiciren. Ob nun wohl bemeldter euer Nachbar fürgiebet/ daß er über 30. Jahr/ Jahr und Tag daſſelbe beſeſſen / inne gehabt / und ſich dannehero mit der Verjährung zu behelffen gemeynet iſt ; Da ihr aber dennoch allbereit vor 10. Jahren deswegen wider ihn Klage erhoben / und ihn gebührlichen citiren laſſen / ꝛc. So wäre hierdurch die prætendirte Præſcription interrumpiret worden/und hätte ſich demnach Beklagter damit ferner nicht zu behelffen/ V.R.W.)

Definit. V.

Citatio tamen ad proceſſum extrajudiciarium præſcriptionem non interrumpit.

1 QUod dictum Defin. *præced.* Citationem interrumpere præſcriptionem tricennalem, illud ſolummodò exaudiendum de Citatione judiciali, quæ fit prævià libelli oblatione, ad cauſam in judicio ventilandam & decidendam, non etiam de citatione ad proceſſum extrajudiciarium (vulgò zur Verhör der Sachen) † Quare ſi princeps vocet partes ad aulam, & ibi cauſam audiat, vel per Conſiliarios ſuos audiri procuret, & ſic ea indeciſa relinquatur, præſcriptionem non videri interruptam, docet Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 12. num. 35. & part. 4. quæſt. 147.* † per text. *in l. ſicut. 3. verb. Aut in judicio poſtulatione depoſitâ, fuerit ſubſecuta per executorem conventio &c. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.* quæ certè verba exigunt judicium. † Unde inferri poteſt, quod etiamſi quis extra formam judicii vocatus ſit ad competentem Magiſtratum vel Judicem, zur Verhör der Sachen/ per hoc tamen non interrumpatur præſcriptio, etiamſi Senatus Commiſſarios dederit. † Quò & facit *l. ult. verſ. Sancimus, ibi: Sed qui obnoxium ſuum in judiciũ clamaverit &c. C. de annal. except.* † Quod ſi tamen poſt ejusmodi cognitionem extrajudicialem factum eſſet Decretum ein Abſchied/ per id præſcriptionem interrumpi, rectiſſimè concludit Jacob Schultet, *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *dict. quæſt. 147. num. 18.* † Quia decretum præſupponit cauſæ cognitionem *l. nec quicquam. 9. §. ubi decretum. 1. ff. de offic. proconſ. l. quod principi. 1. §. 1. ff. de conſt. princ.* † quæ ſummario proceſſu peracta fuerit, nil imputandum ei, ex cujus parte interrupta videtur præſcriptio. † Quin & iniquum eſſet, non dari ſummariæ cauſarum expeditioni, quod ordinario proceſſu attributum eſt, cum tamen ſummarius proceſſus videatur favorabilior, quippe per quem lites citiùs dirimuntur. *arg. l. 21. in fin. ff. de reb. credit. l. maximum. 1. ff. de jurejur.* Schult. *d. loc.* 9

Ita Domini in cauſa Fabiani Hellers/ Menſ. Decembr. Anno 1559.

Definit. VI.

Præſcriptio etiam annalis rerum mobilium, in foro Saxonico ſolâ Citatione interrumpitur.

USucapionem rerum mobilium cum titulo & bonâ fide, quam favorabilem nuncupant, nec per litis conteſtationem, nec Citationem, ſed per ſententiam definitivam interrumpi, tradit Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 28. num. 4. quem ſequitur* Matt. Berlich. *part. 2. concl. 9. n. 33.* † Ita namque jus commune requirit ſententiam definitivam ad interruptionem præſcriptionis rerum mobilium triennalis, *in l. Julianus. 17. in fin. cum l. ſeqq. l. 21. ff. de Rei Vindicat. l. Julianus. 9. §. proinde. 6. ff. ad exhib. l. 2. §. ult. ff. pro empt.* † In cujus locum præſcriptio Saxonica annalis ſurrogata eſt, Zobel. *p. 2. differ. 2. n. 9. verſ. cum annalis præſcriptio.* Ludov. Fachſ. *differ. 11. verſ. cum annalis præſcriptio.* † Ut ſic meritò ejus naturam ſapiat, *l. §. hæc actio. 10. ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe.* Everh. *in topic. loco, à vi ſurrogat. n. 1.* Sed hoc me nullatenus movet, † quò minus Citationi effectum interruptionis in præſcriptione annali tribuendum cenſeam, cum Matth. Coler. in *c. illud. 8. num. 10. verſ. Et Interruptione extr. de præſcript.* Dan. Moller. *lib. 2. Semeſtr. cap. 11.* † Quorum opinio ſatis munita eſt, ſanctione Imper. Juſtiniani, *in l. ut perfectius. 2. in verb. Licentia ei detur adire præſidem provinciæ, vel libellum ei porrigere, & hoc in querimoniam deducere intra conſtituta tempora, & interruptionem temporis facere, & ſufficere hoc ad pleniſſimam interruptionem. C. de annal. except. & in l. ult. in fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* † quâ ſanctione noviſſimâ textus ex *ff.* à Rauchb. & Berlich. allegatos correctos fuiſſe exiſtimo. † Accedit & hoc, quod regulariter præſcriptiones ſtatutariæ, inter quas etiam præſcriptio annalis Saxonica referenda, ſolâ Citatione interrumpatur, Balb. *de præſcript. part. 3. part. 6. princip. qu. 4. num. 10.* Felin. *in cap. illud. 8. num. 2. extr. de præſcript.* † Ac certè non video effectum uſucapionis poſt citationem currentis cum ex mente Berlich. & Rauchb. præſcribens, non obſtante uſucapione, rem reſtituere teneatur, *l. ſi poſt acceptum 18. ff. de Rei Vindic. l. pro emptore. 2. §. 21. ff. pro emptor.*

Ita Domini in cauſa Martini Hillens zu Reſigk/ Menſ. Majo Anno 1633. (Verba ſentent. So viel aber die im ſtreitigen Hauſe vorhandene mobilia anlanget / dieweil nicht zu befinden / daß ihr dererwegen Beſitzern binnen Jahr und Tag in Anſpruch genommen / und gebührender maſſen Citation (dadurch die Verjährung interrumpirt worden wäre) wider ihn ausgewürcket/ſo er das Eigenthumb derſelben durch Verjährung erlanget / und ihr ſeyd nunmehr ſolche mobilia ferner zu vindiciren nicht berechtiget/V.R.W.)

DEFI-

DEFINIT. VII.

Citatione quoque interrumpitur præscriptio annalis auferens agnatis facultatem redimendi feudum alienatum, vivente adhuc alienatore.

VIvo adhuc alienatore, Agnatos feudum alienatum intra annuum tempus revocare posse prætio refuso, probatur ex *c. Titius si de feudo defuncti & c. 1. §. porro. Qualit. olim feud. poter. alien.* Bald. *in d. c. Titius.* Hart. Pist. *l. 2. q. 11. n. 11. & q. 12.* 2 *n. 18.* † Quod tempus annuum extrajudiciali requisitione atque insuper oblatione pretii non interrumpi, expeditum est; † Et probat hoc ipsum post 3 Joh. Fabr. *in l. acceptam. 19. C. de Usur.* quem allegat Hartm. Pist. *dict. qu. 12. n. 44. per text. in l. 2. in fin.* 4 *C. de jur. Emphyt.* † Et quia non reperitur oblatio, inter modos impediendi cursum præscriptionis, Andr. Tiraquell. *de retract. tit. 1. §. 8. gloss. 2. num. 1.* 5 † At major subest dubitatio, *an non citatione saltem* 6 *tem præscriptio hæc annalis interpelletur?* † Negat hoc quidem Hartm. Pist. *d. q. 22. n. 45.* ad interruptionem requirens litis Contestationem post Schrader. *de feud. p. 8. qu. 7. n. 59. qu. 11.* † Sed verior videtur sententia affirmativa, quam propugnant Ro- 7 senth. *in synop. feud. c. 9. membr. 2. concl. 94. num. 7.* 8 & Matth. Wesenb. *vol. 1. cons. 73. n. 75.* † Siquidem pro regula traditum est, præscriptionem à statuto vel consuetudine introductam, quâ agendi facultati certus præstitutus est terminus, solâ interrumpi Citatione, Bartol. *in l. 2. §. si rem. 21. n. 2. ff. pro emtor. & in l. in omnibus. 6. num. 3. ff. de obligat. & action.* Panorm. *in c. illud. 8. n. 12. ext. de præscript.* quod certè in revocatione feudi nullibi expressè correctum est.

Ita Domini in causa H. B. à L. Mens. April. Anno 1603. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/daß ihr durch Erstattung des Kauffgeldes dasselbe wircklichen eingelöset / oder auff n Fall der Verweigerung diese Sache zu Recht anhängig gemacht/ ꝛc. So möget ihr nunmehr nach längst verflossener Jahres-Frist damit nicht zugelassen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. VIII.

Facta prohibitio quando interrumpat præscriptionem Servitutis?

1 QUemadmodum denunciatio extrajudicialis haud interrumpit præscriptionem, juxta tradita Heig *p. 1. qu. 16. n. 64.* ita nec per impatientiam seu prohibitionem verbalem & extrajudicialem adversarii, possessio & præscriptio Servitutis inter- 2 rumpitur; † Nisi vel Impatientia conjuncta sit cum impedimento quodam, per quod quis non modò turbatur in possessione Juris, sed & de quasi possessione servitutis dejicitur *hâc* Constitut. *7. part. 2.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 3.* 3 *num. 123. 141. & seqq.* † vel si prohibitio habuerit effectum, *arg. l. ult. ff. de itin. actuq; privat. in verb. sed si prohiberetur non facturus, & c.* Anton. 4 Fab. *in Codic. 3. tit. 24. defin 10. n. 2.* † Et eatenus dicitur interrumpi præscriptio servitutis naturaliter, per contradictionem & prohibitionem ejus, adversus quem præscribebatur *l. 1. junct. Auth. male fidei. C. de præscript. longi temporis l. 2. & l. 3. C. de annal. except.*

Ita Domini in causa Valentini Rottlers zu Garleben / M. Octobr. Anno 1625. [Verba sent. Seyd ihr mit euerm Nachbarn wegen einer Trift-Gerechtigkeit in Rechtlichen Proceß gerathen. Ob ihr euch nun wol auff die Verjährung zu gründen gemeinet / da aber dennoch euer Nachbar vor Verfliessung der 30. Jahr / Jahr und Tag euch gebührlichen pfänden lassen/ oder aber auch ihr nach beschehenem Verbot und Einhalt euch der Trift-Gerechtigkeit ferner nicht gebrauchet hättet/ ꝛc. So wäre hierdurch die præscriptio interrumpiret worden/ und ihr hättet euch nunmehr damit nicht zu behelffen/ V. R. W.)

DEFINIT. IX.

Quando actum est petitorio & possessorio simul, super solo possessorio quandoque Judex pronunciare potest.

QUando actum est solo petitorio, tum etiamsi 1 appareat Reum in possessorio obtinere potuisse, attamen super petitorio saltem pronunciandũ est *c. ult. extr. de caus. poss. & propr.* Joh. Vincent. Honded. *vol. 2. cons. 24. n. 37.* † Ideoq; Reus, si actor 2 dominium plenè non probet, ut maximè de possessione appareat, prorsus absolvi debet, Hartm. Pistor. *p. 1. qu. 45. n. 4.* Sicuti & vice versâ, † ubi possessorio saltem actum est, licet ex probationibus, & 3 aliis in actis deductis appareat, actorem in petitorio magis justam causam fovere, tamen de possessorio saltem dijudicandum erit, uti in terminis consuluit Corneus *vol. 4. cons. 91.* † Quia sententia debet 4 esse conformis libello *l. ut fundus. 18. ff. comm. divid. c. licet Heli. 31. de Simon.* † Et fatuus est Ju- 5 dex, qui aliter condemnat, quàm fuerit petitum, ut ait *text. in l. fin. C. de fideicom.* quippe cujus potestas ultra libellum non extenditur, Specul. *in tit. de action. §. super petitionibus. vers. Sed quid si Reus. n. 8.* † Ex libelli autem conclusione potissimum dijudi- 6 candum est, utrum possessorium, an petitorium; an verò utrumque in judicium fuerit deductum *c. ex parte. 15. extr. de for. compet. c. literæ. 3. extr. de dilat.* Jason *in l. 1. ff. de edendo. & in §. 1. n. 116. Inst. de Action.* † Narrata enim in libello non extendunt 7 vires libelli ultra, quàm in conclusione petitum fuit; † Nisi in libello subjiciatur clausula illa (Petens jus 8 & justitiam fieri & ministrari) Jason *in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. num. 191. ff. de acquir. poss.* Panorm. *in c. cum dilectus. 2. extr. de ord. Cognit.* † Hujus clausulæ generalis quisnam sit effectus, & 9 quando ejus vigore Judex possit sententiam ferre secundum probata, eleganter docet Hart. Pist. *dict. qu. 45. n. 25. & seqq.* Illud tamen observandum est, † quod si possessorium cum petitorio cumulatum, 10 & utrumque simul in judicium deductum fuerit, (quod fieri potest secundum tradita Dd. *in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. possess.*) tum utrumque etiam sententiâ determinari debere, *c. cum Ecclesia. 3. & c. cum dilectus. 6. extr. ubi* Dd. *de caus. poss. & propriet.* † Quod si tamen judici 11 ita videbitur, poterit prætermisso petitorio, super solo possessorio pronunciare *c. 2. ubi* Dd. *extr. de caus. poss. & propriet.* Jason *in d. l. 12. §. nihil commune. 1. num. 180. ff. de acq. poss.* Pistor. *dict. qu. 45. num. 13.* Honded. *vol. 2. cons. 22. n. 28.*

Ita Domini in causa R. à B. ju N. ab una & R. à B. ju B. ab alterâ parte M. Majo, Anno 1633.

DEFINIT. X.

Petitorium cũ possessorio Retinendæ cumulari nequit.

QUi actione institutâ se solum dominum ædi- 1 um, quas possidet, contendit, non potest simul petere, ut Reus à turbationibus possessionis desistat, & de non amplius turbando cautionem præstet. † 2 Etenim petitorio agere videtur, qui petit, se declarari dominum bonorum, quæ jam possidet, Gloss. *in cap. inter dilectos. 6. verb. pertinere. extr. de fid. instrum. & in cap. cum Ecclesia. 3. extr. de caus. poss. & propr.*

3 *propr.* †Dùm verò ulterius petit, Reo injungi, quò à turbationibus desistat & cautionem de non amplius turbando præstet, simul agit possessorio, siquidem petitio hæc possessorio Retinendæ convenit. Nam quando agitur pro turbationibus & molestationibus super possessione illatis, dicitur agi possessorio Retinendæ, Bartol. *in l. 1. in pr. & in §. 4. vers. retinendæ. & in §. interdictum. 6. ff. Uti possid.* Menoch. *de recup. possess. in prælud. n. 18.* Id verò minus rectè factum, 4 †quia regulariter petitorium cum possessorio Retinendæ in uno eodemque libello cumulari nequit, Bart. *in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. n. 22. ff. de acquir. possess.* Cujus sententiam ibi sequuntur Dd. comm. secundum Jason *n. 79. &* Hart. Pist. *l. 4. q. 18. n. 4.* Menoch. *de retin.* 5 *possess. Remed. 3. n. 531.* †Nam qui possessorio Retinendæ agit, hoc ipso se possidere asserit, atque adeò sibimetipsi adversans, petitorio, quod tamen vult cumulare, agere se non posse fatetur, cum nulla sit 6 prodita actio, †quâ possidens rem à se possessam persequi, eamque suam esse judicio petitorio contendere possit, *l. 1. §. interdictum autem. 6. ff. Uti possid. §. æque. 2. ubi* Dd. *Inst. de action.* Hancque sententiam pluribus defendit ac latius persequitur Hart. Pist. *dict. q. 18.*

Ita Domini in causa Simon Schallens & Ludovici Beckens zu Apeln/M. Octob. An. 1624. [Verba sent. Hat sich Ludwig Beck euch an der Nutzung und Besitz eures Hauses zu perturbiren unterstanden / deswegen ihr wider ihn Klag erhoben/dafern ihr nun eurem Andeuten nach euch für den rechtmässigē Herrn des Hauses zu erklärē gebetē hättet &c. So möcht euer Klag-Libell auf Erhaltung des Hauses possess nicht gerichtet/noch daß vom Beklagten cautio de non amplius turbandâ possessione bestellet würde/ von euch darinnen zugleich gesuchet und gebeten werden/V. R. W.)

Definitio XI.

Interdictum Uti possidetis datur etiam contra turbantes quasi possessionem Jurium incorporalium.

1 INterdictum Uti possidetis, quod est prohibitorium ad retinendam possessionem, de soli, h. e. Rei corporalis & immobilis possessione scriptum est, secund. Ulpian. *in l. 1. §. hoc interdictum. 1. ff. uti possid.* 2 † Ex interpretatione tamen utile hoc interdictum etiam pro juribus incorporalibus & horum quasi possessione retinendâ competit, *l. fin. ff. eod. tit. l. sicuti. 8. §. Aristo. 5. in fin. ff. si servit. vindic. l. quoties. 20. ff. de servit.* Bartol. & Dd. *in l. 1. C. Uti possid.* Menoch. *de retin. possess. Remed. 3. quæst. 13. n.* 3 *103. & seq.* † Nec refert, de quorumnam jurium quasi possessione disceptetur, cùm & pro Nobilitate & dignitate possessorium concedatur, Didac. Covarr. *lib. 1. variar. resolut. c. 16. n. 12.* Vincent. de Franc. *part. 1. decis. 90. n. 6.* asserens in consilio Neapolitano ita judicatum esse. 4 † Nec dubium, quin & pro quasi possessione Jurisdictionis interdictum Uti possidetis competat *c. licet causam. 9. extr. de probat. c. querelam. 24. extr. de elect. c. suborta. 21. extr. de sentent. & re judic. c. inter. 8. extr. de major. & obedient.* Bartol. & Dd. *in l. 1. ff. Uti possidet.*

Ita Domini in causa Hansen von Schönfels & Hansen Abel Fickers ad requisitionem Quæstoris Zwickaviensis, M. Dec. A. 1630. [Verba sent. Daß Beklagter bey der Possess vel quasi der articulirten Gerechtigkeit/biß so lange er von Klägern in ordinario possessorio oder petitorio daraus mit Recht entsetzet/billich gelassen und geschützet wird/ V. R. W.)

Item in causa Leonhardi à Milckau, & Caspari à Schönfels/M. Dec. Anno 1615.

Et alia in causâ ad requisitionem præfecti in Wendelstein/ Mense Dec. Anno 1630.

Definit. XII.

Interdicto Retinendæ possessionis, Dominus quoque contra subditos suos obedientiam recusantes agere valet.

MAjus verò dubium existit: *An domino à subditis suis in jurisdictione turbato, adversus eos competat utile hoc interdictum, Uti possidetis, vel vice versa subditis contra Dominum?* †Vulgò namq; interdicta appellari existimant, quasi inter duos dicta de re tertia, *§. 1. vers. exhibitoria. Inst. de interdict.* Sed quando subditus de seipso refert quæstionem, non est Res tertia, de qua contenditur. †Quare nec interdictum hoc retinendæ possessionis locum habere, quando Subditus Superiori contradicit, scribit post Petr. de Bellapert. *in l. 1. C. Uti possidet.* Bartol. *in l. 1. §. hujus autem interdicti. 2. ff. eodem tit.* †At scitè magis, quàm verè interdicta inde appellari, quod inter duos dentur, ait Pratejus *in Lex.* Quippe cum aliis inde sit dicta videantur, †quia interim, donec negotium principale determinetur, dicantur, Paul. *lib. 5. sentent. l. 3 §. ult. ff. de lib. hom. exhib.* †Et concessâ hâc Etymologiâ, quomodo inde impediri poterit Dominus, quò minus interdicto Uti possidetis contra subditos suos experiatur, cùm dubium non sit, Dominum & subditos duas personas in interdictis repræsentare, casque contendere de Re tertia, possessione scilicet Jurisdictionis. † Ut non immeritò ab opinione Bartoli hac in re divortium fecerit Hartm. Pist. *l. 4. q. 19. n. 6.* siquidem ad hoc, ut interdictum Uti possidetis locum habeat, † duo tantummodò requiruntur, videlicet possessio vel quasi ex parte Actoris, & Turbatio possessionis ex parte Rei, fatente ipsomet Bartol. *in l. 1. §. ult. n. 18. ff. Uti possidet.* quæ duo hoc in casu, quo Dominus adversus subditos inobedientes vult experiri, intervenire, expeditum est. †Præterea haud parum confirmat hanc sententiam *text. in c. suborta. 21. extr. de sentent. & rejudicat.* ubi inter Episcopum Meldens. & Monasterium Attrebatense possessorio actum fuerat de subjectione ejusdem Monasterii, & quia ex confessione hujus constabat, Episcopum quasi possessionem obedientiæ habuisse, hæc illi adjudicatur. †Accedit & hoc, quod pro Jurisdictione petitorium detur inter Dominum & subditum, Actio nempe realis Confessoria & negatoria, secundum Dd. *in c. conquerente. 16. extr. de offic. jud. Ordin. & cap. inter quatuor. 8. extr. de major. & obedient. & in §. prejudiciales. 13. inst. de action.* †Possessoria verò & petitoria judicia sibi invicem adeò correspondent, ut ibi petitorium seu actio aliqua Realis competit, ibi etiam detur interdictum possessorium, & vice versâ, Bartol. *in l. ult. ff. quor. bonor.* †ut vel propterea etiam inter Dominum & Subditos ratione Jurisdictionis interdictum dari possessorium, rectissimè affirmaverit Hart. Pist. *dict. loc. num. 8. secutus* Menoch. *Remed. 3. retin. possess. qu. 15. n. 122. aliosq; quos allegat n. 15. & 16.*

Ita Domini in causa Jacobi Reinhards contra subditos suos zu Frauenloba/ Mense April. Anno 1628. [Verba sententiæ: Daß Kläger bey der Possess vel quasi der angezogenen Jurisdiction und Erb-Gerichte über

aber beklagte ſeine Unterthanen / biß ſo lange er von ihnen durch ein ordentliches poſſeſſorium oder petitorium daraus entſetzet / billich gelaſſen wird / V. R. W.)

Definit. XIII.

Ex Lege diffamari, nemo experiri poteſt adverſus poſſidentem, ad turbandam ipſius poſſeſſionem.

1 ABſurdum haud eſt, ut poſſeſſor, cui aliàs competit interdictum, Uti poſſidetis, agat remedio, *L. diffamari.* adverſus diffamatorem, quin nec interdicto poſſeſſorio experiri poteſt in caſu diffa-
2 mationis verbalis, † quia interdictū hoc violentiam turbativam requirit *l. 1. in pr. in verb. vim fieri veto.*
3 *ff. uti poſſid.* † Niſi forſan per diffamationem impediatur ſimul libera poſſeſſio, dum propter eam poſſeſſor non queat invenire operarios, qui velint colere prædium vel ſubditi nolint poſſeſſori tan-
4 quam non habenti Jurisdictionem obedire, † quo certè caſu, quia videtur turbata poſſeſſio, adverſus diffamantem interdictum quoque Uti poſſidetis competit, Bart. *in l. 1. §. hujus autem interdicti. 2. ff. Uti poſſidet.* Joh. Schneidew. *in §. retinendæ. 4. n. 21. Inſt. de interdict.* † Quamvis Actor utroque re-
5 medio ſimul experiri, & interdictum poſſeſſorium, cum remedio *L. diffamari.* cumulare nequeat, prout eleganter demonſtrat Hartman. Piſt. *obſerv. 94.*
6 † Adverſus poſſeſſorem autem Remedio *L. diffamari.* experiri volens non auditur: Ne ſcilicet beneficium poſſeſſionis, quod poſſidentem ab onere agendi & probandi eximit, per indi-
7 rectum ipſi auferatur; † Hæc enim natura eſt *L. diffamari.* ut diffamantem agere compellat Angel. *in rubr. Inſt. de except.* Hartm. Piſt. *dict. obſ.*
8 *94. n. 11.* † Quin & per ejusmodi provocationem non parum poſſeſſio turbatur, ut inde potius agentem ex L. *diffamari.* interdicto, Uti poſsidet, repel-
9 lere liceret *l. 1. ff. Uti poſſidet.* † Abſurdum præterea eſſet, ex *L. diffamari.* petitorium ſeu Rei vindicationem injungi ei, qui poſſidet, quippe quæ non competit habenti poſſeſsionem, ſed contra poſsidentem datur, ut habetur *in l. un. C. de alien. jud. mut. cauſ. factâ & §. omnium. 1. Inſt. de action.*

Ita Domini in cauſa Chriſtiani von Eckardsberg contra Hanſen Jenichens Wittib ad requiſitionem Quæſtoris Dreſdenſis Menſ. Febr. Anno 1629. [Verba ſent. Würde diffamant Schein zu den acten bringen/ daß er in poſſeſs vel quaſi der geforderten Lehenwahr wäre/ So hätte der angeſtallte Diffamation-Proceß nach Gelegenheit dieſes Falls nicht ſtatt/ V. R. W.)

Definit. XIV.

In foro etiam Saxonico poſſeſſio habetur legitima, licet non fuerit annalis.

1 VErba ſunt Juris Saxonici *in art. 44. in pr. lib. 2.* Landr. Wer ein Gut hat in ſeinen Gewehren Jahr und Tag ohne rechtliche Widerrede/ der hat daran eine rechte Gewehr/ h. e. Quicunque bona aliqua per annum & diem poſsidet absque juſta cujusquam contradictione, eorundem verus efficitur
2 poſſeſſor. † Unde vulgò exiſtimant in foro Saxonico poſſeſsionem haud legitimam haberi, quæ
3 annalis non eſt. † Quod tamen neutiquam inde evincitur, ut maximè enim ex poſſeſsione quietâ unius anni præſumatur legitima poſſeſsio, id quod probatur *dict. art. 44. lib. 2.* Landr. Matth. Coler. *de proceſs. execut. p. 1. c. 3. num. 108.* † Inde tamen 4
non ſequitur, illegitimam eſſe poſſeſſionem, antequam annus fuerit elapſus, maximè ſi de titulo poſſeſſionis conſtet, qui absque dubio fortius jus tribuit, quàm ſpacium annale. † Quamvis Benedict. 5
Reinhard. *art. 44.* explicet de poſſeſſione, quæ jus aliquod tribuit contra tertium prohibentem *part. 6. differ. 50. apud* Zobel. *p. 2. differ. 35. n. 6.* † Non 6
ineptè quoque dixeris, agi *in d. art. 44.* de poſſeſſione rerum mobilium, quæ poſt annum, ſex ſeptimanas & tres dies verum tribuit dominium in foro Saxonico, † ut ſic non tam de poſſeſſione, quàm do- 7
minio ex præſcriptione quæſito, verba Juris Saxonici intelligi debeant. Quod videtur ſenſiſſe Gloſſ. *dict. art. 44. in verb.* welche man. *verſ.* Zum andern mag dich.

Ita Domini in cauſa Melchior Oelſchlegels zu Halla/ Menſ. Auguſt. Anno 1632. [Verba ſentent. Ob ihr nun wol euch der Buchdruckerey Jahr und Tag nicht gebrauchet/ dieweil ihr aber dennoch ſolche durch einen rechtmäſſigen Titul einmal erlanget / und nunmehr über eines halben Jahres Friſt in geruhlicher Ubung und Gebrauch gehabt/ ꝛc. So werdet ihr auch dabey/ biß ſo lange ihr im Stande des Rechtens daraus entſetzet / nochmals geſchützet/ und ihr möget derſelbigen dannenhero/ als wann nach Sachſen-Recht zu Erlangung einer rechtmäſſigen Poſſeß Jahr und Tag erfodert würde/ nicht deſtituiret werden/ V. R. W.)

Et in eâdem cauſa Scabini Hallenſes. [Verba ſent. Wiewol nun das Sachſen-Recht zu einer rechten Gewehr Jahr und Tag erfodert / dieweil aber ſolches die Doctores allerſeits in dem Fall verſtehen und appliciren/ da man ein fremdes Gut zu ſich bekömmt / oder ein Recht contra tertium, qui jus prohibendi habet, erlangen will/ ꝛc. So wird auch nach Gelegenheit dieſes Falls zu der Poſſeß Jahr und Tag nicht erfodert / ſondern ihr habt ſolche zur Gnüge behauptet / und ſeyd daraus unerkantes Rechtens nicht zu entſetzen/ V. R. W.)

Definit. XV.

In ſummario vel ſummariiſſimo poſſeſſorio creditur etiam teſtibus non juratis.

SUmmarium vel ſummariiſſimum poſſeſſorium 1
multum differt à poſſeſſorio plenario ſive ordinario, † Non enim jure actionis, ſed per officii Ju- 2
dicis implorationem in judicium deducitur, ſine figura & ſtrepitu Judicii, absque libello & litis conteſtatione Bald. *in l. ordinarii. 13. n. 9. C. de rei vindic.* Jac. Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed. ult. n. 32.* † Nec 3
plenas & perfectas probationes deſiderat, ſed leviores & ſemiplenas recipit, Ord. Cam. *part. 2. c. 21. in fin. verſ.* und alsbald darauf *ſummariè* ohne einigen gerichtlichen *Proceß* oder weitläufftige Ausführung der Sachen/ & Menoch. *dict. rem. ult. n. 34.* Andr. Gail. *l. 1. obſ. 7. n. 2. & 6.* Petr. Frid. *de proceſſ. Cam. c. 43.* † Unde & poſſeſſorium ſummariiſſi- 4
mum levis dicitur præjudicii, Plot. *de in lit. jur. §. 3. n. 35.* in quo ſententia fertur tantummodò interlocutoria, non afferens præjudicium irreparabile, Gail. *d. obſerv. 9. n. 6.* Menoch. *d. loco. n. 46. 47.*
† Et eſt præparatorium judicii poſſeſſorii principa- 5
lis vel plenarii, *dict.* Ord. Cam. *c. 21. verſ.* Sich derſelben biß zu endlichen Austrag des endlichen Rechtens *in poſſeſſorio*, oder *petitorio* zu enthalten/ Gail. *dict. obſerv. 7. n. 3.* Menoch. *dict. remed. ult.*

5 *ult. n. 44.* † In quo etiam principaliter de turbatione, secundariò autem de possessione disceptatur *l. 1. §. hoc interdictum. 1. ff. Uti possidet.* Frider. *d. c. 45.* Quas, aliasque plures differentias summarii & plenarii possessorii congessit Andr. Rauchb. *p. 2.*
6 *qu. 6. n. 61. & seqq.* † Quibus & hæc addi potest, quod licet in possessorio ordinario, perinde ac in petitorio judicio testes jurare debeant, in summariissimo tamen credatur etiam testibus non juratis, Menoch. *de retinend. possess. remed. ult. n. 39.* Ernest. Cothm. *vol. 1. Respons. 20. n. 27.* Accurs. *in l. ult. verb. depositionibus. C. de edict. div. Adr. toll.* Bald. *in c. 1. §. si duo. n. 4. de pace tenend.* Roland. *lib. 4. cons. 8. num. 41.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1362. n. 15.* Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 51.*
7 *n. 16.* Frider. Pruckman. *vol. 1. cons. 23. n. 19.* † Ex quo enim probationes recipiuntur à Judice ex officio ad sui informationem, juramentum non videtur necessarium, quemadmodum scribit Gloss. *in cap. 1. §. si duo homines. in verb. testimonium de*
8 *pace tenend.* † Et comprobatur hæc sententia vel ex eo, quod in judicio summariissimo sufficiat levis & qualis qualis probatio, *dict.* Ord. Cam. *p. 2. c. 21.*
9 Menoch. *dict. rem. ult. n. 34.* † At quando sufficit qualis qualis probatio, testibus etiam non juratis adhiberi fides potest, per tradita Jac. Menoch. *de*
10 *arb. jud. qu. 26. in fin.* † Nec est, quod hoc casu strictè inhæreamus dispositioni *l. jurisjurandi. 9. C. de testib.* ubi regula traditur generalis, quod testi injurato fides adhibenda non sit. Quia textus ille de probatione ordinaria loquitur, ut in aperto est.
11 † Atqui in summariissimo judicio testes non tàm ad probationem, quàm judicis informationem adhibentur. Menoch. *de retin. possess. remed. final. ex Judicis offic. num. 39.* Junge Decis. Elect. novis. 1.

Ita Domini in causa Detloffen à Winterfelds & Johannis à Grumbergs an die Churfl. Brandenb. Regierung zu Cüstrin/ Mens. Mart. Anno 1609.

Item in causa Leonhardi à Milckau & Caspari à Schönfels an Schöffer zu Zwickau/ Mens. Dec. An. 1615.

Item ad requisitionem Præfecti in Wendelstein/ Mens. Dec. Anno 1630.

Et in causa Georgii Berckmans contra Hansen von Porßig/ auff Bobbaß zu Eisenberg/ M. Dec. Anno 1635.

Definit. XVI.

In summariissimo possessorio admittitur etiam probatio per unicum testem facta.

1 CUm possessorium summariissimum levis dicatur præjudicii Defin. *præced. n. 3.* meritò admittit leviores quoque & semiplenas probationes. Ord. Cam. *part. 2. cap. 21. in fin. vers.* und alsbald darauf. Andr. Gail. *lib. 1. observ. 7. n. 2. & 6.* Andr. Rauchb. *p. 2. qu. 6. n. 64.* Jacob. Menoch. *in remed. ult. retin. poss. num. 34.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1198.* † Cui consequens, probari intentionem Actoris etiam per unicum solummodò testem 2
juratum, quia probatio ejusmodi dicitur semiplena, *Supr. part. 1.* Constit. Elect. *23. Defin. 4.* Dd. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 8. & defin. 18. n. 7.* † Planè, 3
nec in summariissimo possessorio testium personæ & dicta reprobari queunt, ut docet *post* Ant. Capit. *dec. Neap. 55. n. 5.* & Jac. Menoch. *de arbitr.* Judic. *quæst. lib. 1. qu. 32. num. 11.* Andr. Rauchb. *dict. qu. 6. num. 95.* † Ex quo non facilè testem à depositi- 4
one repellendum existimaverim, præsertim si pro actore probante aliæ militent conjecturæ & probationes.

Ita Domini in causa der Altrogge contra David Walthen zu Leipzig/ M. Mart. Anno 1636. (Verba sent. Daß Klägere ihre angezogene Posseß der streitigen 4. Faß Wein nach Gelegenheit dieses processus und summariissimi possessorii durch den eydlich-abgehörten Zeugen zur Nothdurfft dargethan und beybracht/ derowegen ihnen Beklagter solche 4. Faß Wein zu restituiren und in ihre Gewehr zu verschaffen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Audiendus est Reus in summariissimo etiam possessorio, contra probationem Actoris summariam.

ETsi in possessorio summariissimo etiam levio- 1
res & semiplenæ probationes, vel saltem demonstrationes (Bescheinigungen) admittantur, & extra ordinem, processus ille ventiletur, Ord. Camer. *p. 2. c. 21. in fin.* Andr. Gail. *l. 1. observ. 7. n. 2. & 6.* Petr. Frid. *de process. Camer. c. 45.* † audiendus 2
tamen erit Reus, si contra probationem Actoris summariam aliud docere ac demonstrare velit, modò & hic summariè procedatur, non per reprobationem ordinariam, sed nudam demonstrationem, (Gegenbescheinigung) † Ne scilicet deterior sit 3
conditio Rei quàm Actoris, quæ tamen favorabilior esse deberet, *l. favorabiliores. 125. de reg. Jur. l. Arianus. 47. ff. de O. & A.* Quin nec † in judicio 4
summario adeò tumultuariè procedendum est, ut substantialia processus à jure naturali inducta omittantur, Bartol. *in extravag. ad reprimendum. in verb. figura. n. 4.* Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 2. n. 9.* † Nec judex litem ita potest abbrevia- 5
re, quin probationes necessariæ & defensiones legitimæ admittantur, *Clem. sæpe. 2. de V. S.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Dieweil Beklagter bey unterschiedenen angesetzten Terminen zu seiner prætendirten Gegenbescheinigung nichts eingegeben/ inmassen ihm zu thun freygestanden/ ꝛc.)

CONSTITUTIO VIII.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann die Pfande in ein ander Gericht geführet werden.

Si pignora capta in alienam Jurisdictionem transferantur.

WAnn die Pfande in ein ander Gerichte von dem/ so nicht Unterthan ist/ entführet seyn/ so sprechen unsere Schöppenstüle zu Abtrag die gesatzte Buß der Sächsischen Recht/ als 30. Schilling Pfenning/ und daß er das Pfand in die Gerichte/ daraus es genommen/ einstellen/ und sich sol-

PIgnora capta, ubi non-subditus in alienam Jurisdictionem transfert, loco satisfactionis mulctam Juris Saxonici, quæ est 30. solidorum, quorum quilibet 16. nummis usitatis valet, huic dicunt Scabinatus nostri

ches hinführo zu enthalten caviren ſoll. Da aber ein Unterthan die Pfande aus ſeines Herrn Gericht entführet/und deſſelben Jurisdiction eximiret / derſelbige / ſo ers in Meynung transferendi Jurisdictionem gethan / ſoll mit ziemlicher Geld-Buß oder Gefängniß geſtrafft werden. Es möchte auch der Frevel und die Verbrechung disfalls ſo groß ſeyn/daß der Gerichts-Herr Macht hätte/dem Verbrecher auffzuerlegen / zu verkauffen/ und ſich aus ſeinen Gerichten / die er ihme entziehen wollen/zu wenden / welches auch alſo nach Gelegenheit der Umſtände erkannt werden ſoll.

noſtri, & ut pignus judici ejus loci, in quo pignoratio facta eſt, tradat, inſuper etiam de tali quopiam in poſterum non committendo caveat. Qui verò ſubditus pignora capta Jurisdictioni Domini ſui eximit, is, ſi animo transferendi Jurisdictionem id feciſſe compertus fuerit, pro arbitrio Judicis vel pœnâ pecuniariâ, vel carcere mulctabitur; Quamvis ſi gravitas commiſſi doli & delicti id expoſcat, mandare is, qui Jurisdictioni præeſt, delinquenti poſſit, ut bonis ſuis divenditis, locis Jurisdictioni ſuæ, quam in alium transferre conatus eſt, ſubjectis excedat, & ita pro qualitate commiſſi pronunciari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Cum duobus ſuper eâdem re controverſiam moventibus poſſeſſor non tenetur litem ſuſcipere.*
2. *Remedium c. redintegranda. 3. cauſ. 3. quæſt. 1. non competit ei, qui poſſeſſionem in adverſarium ſponte tranſtulit.*
3. *Qui primò poſſidet partem indiviſam, ſi poſtea nanciſcatur totum, novus poſſeſſor non dicitur.*
4. *Nemo poſſeſſionis ſuæ titulum edere tenetur.*

Definit. I.

Cum duobus ſuper eâdem re controverſiam moventibus poſſeſſor non tenetur litem ſuſcipere.

1 EXpeditum eſt de jure civili, Ut ſi duo vindicent rem eandem ab eodem poſſeſſore, ambo audiantur, ita ut, ſi habito proceſſu aliquis eorum
2 obtineat, victori res petita reſtituatur, † qui tamen victo cautionem indemnitatis præſtare debet, quod ſi fortè pro ſecundo etiam petitore judicaretur, ipſum defendere velit *l. penult. ubi* Bartol. *ff. de petit. heredit. l. 15. l. is à quo 57. ff. de Rei Vindicat.* Alius verò obſervatur proceſſus in foro Saxonico;
3 † Etenim ſi duo moveant alicui controverſiam ſuper eâdem re, poſſeſſor cum aliquo eorum litem ſu-
4 ſcipere non tenetur, † ſed aut rem petitam apud ſe retinet, aut in judicio exhibet, donec alter litigatorum adverſus competitorem obtinuerit, cui res tùm attribuitur, *per text.* Landr. *lib. 3. art. 15. in pr. ibi:* Ob zwene Mann ein Gut anſprechen/jener der es unter ihme hat/der ſoll ihr es keinem geben/ſie vereinigen ſich denn vor durch Freundſchaft mit einander/oder ihr einer weiſe den andern ab für Gericht mit Recht. *Et paulò poſt:* Iſt ein Gut angeſprochen von zweyen Mannen / und heiſchet es der Richter zu ſich auff recht/man ſoll es ihm ausantworten/und der Richter ſoll es unter ihm behalten/biß ſich dieſe darum entſcheiden mit Recht/ und einer ſoll davon ledig ſeyn/der es dem Richter antwortet. *Vid. quoque art. 41. lib 3.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 112. n. 2. & 3.* Ludov. Fachſ. *diff. 44.* Bened. Reinh. *p. 4. diff. 37.*

Ita Domini ad requiſitionem Wolff Apels zu Ober-Ruppach/ Menſ. Majo, Anno 1630. [Verba ſententiæ: Werdet ihr eines Pferdes wegen von ihrer zweyen/ derer ieder das beſte Recht daran zu haben vermeynet/ in Anſpruch genommen/ wenn nun gleich einer oder der ander ſein Recht wider euch ausführen würde/ ꝛc. So möchtet ihr doch / ehe und zuvor ſie beyde ihrer Streitigkeiten verglichen / keinem das Pferd abfolgen zu laſſen angehalten werden / ſondern es verbleibet daſſelbe/ biß ſo lange ſie unter einander entſchieden/ bey euch oder in den Gerichten in Verwahrung billich/ V. R. W.]

Definit. II.

Remedium c. Redintegranda 3. cauſ. 3. quæſt. 1. non competit ei, qui poſſeſſionem in adverſarium ſponte tranſtulit.

QUæri ſolet, *An remedium c. Redintegranda. 3. quæſt. 1. concedatur illi, qui ſuo facto & culpa poſſeſſionem admittit?* Et non concedi, † concludunt omnes, ſecundum Jacob. Menoch. *de Recup. poſſeſſ. remed. 15. n. 95. ubi* quamplurimas in hanc ſententiam autoritates adducit Modeſt. Piſt. *lib. 2. conſ. 26. n. 81. & part. 1. qu. 18.* † id quod etiam probatur ex verbis *d. c. Redintegranda: Et per quascunq; injuſtas cauſas, &c.* Ergò ſecus, ſi cauſa fuerit juſta, nec juſtior cauſa inveniri poteſt illâ, quæ ex propriâ voluntate provenit, † cùm damnum, quod quis ſua culpa ſentit, alteri imputare non debeat, *c. damnum. 86. de reg. jur. in 6to.* Ex quo porrò ſequitur: † Spoliatum non reſtitui, ſi poſſeſſionem in adverſarium ſponte tranſtulerit, *juxta text. c. ſuper. 5. extr. de renun.* Jacob. Menoch. *dict. remed. 15. n. 96.* † Quamvis & hoc ſuas patiatur limitationes, ut videre eſt apud Menoch. *d. l.* Mod. Piſt. *d. q. 18. & ibi* Jacob. Schult. *in addit. n. 4.*

1
2
3
4
5
6

Ita Domini in cauſa Henningi Tumens contra Jacobum Wolharden/ Menſ. Martio, Anno 1597.

Definit. III.

Qui primò poſſidet partem indiviſam, ſi poſtea nanciſcatur totum, novus poſſeſſor non dicitur.

PRivilegium vendendi vinum conceſſum fuerat Titio in ædibus ſuis, earumque poſſeſſori ſubſequenti, dem nachkommenden Beſitzer des Hauſes/ mortuo Titio, poſtquam ejus liberi ædes per annos aliquot poſſediſſent pro indiviſo, deceſſerunt omnes, unico filio ſuperſtite relicto, de quo dubitatur, an pro ſecundo vel tertio poſſeſſore habendus eſſet? † Sanè quia defuncto Titio ejus liberi conjunctim ſecundam poſſeſſionem habuerant, ac pōſſidendo ſimul omnes, ſecundi poſſeſſoris perſonam

1
2

repræsentaverant, *juxta l. cui fundus 56. in fin. ff. de rei vindit. & demonstr.* † Omninò dicendum videba- 3
tur, superstitem pro tertio possessore haberi, in quo
privilegium desiisset, † quippe qui antea non nisi 4
certam tantummodò partem pro indiviso possedis-
set *l. locus 26. ff. de acqu. poss.* † Verùm, cum su- 5
perstes ille filius semper à morte patris unà cum re-
liquis liberis coheredibus in possessione fuisset, in
qua adhuc manere videretur, quin etiamnum se-
cundus post patrem possessor dicendus, ac proinde
privilegii possessori quoque secundo concessi capax
esset, haud dubitavêre Domini, † secuti sententiam 6
Modest. Pist. *part. 3. qu. iii.* Quamvis enim jura
cohæredum in superstitem devoluta fuissent, Atta-
men † cum in personâ ipsius nullus intervenerat 7
actus naturalis, per quem novam acquisivisse pos-
sessionem videri posset, causam magis possessionis,
quàm ipsam possessionem inde mutatam existima-
verunt. † Nam & is eandem retinet possessionem, 8
qui plus juris in illâ possessione consequitur, † per- 9
inde ac is Collegium conservat, in quo, reliquis de-
functis, jura collegii seu universitatis retinentur,
l. sicut 7. §. ult. in fin. ff. quod cujusque univers. Ja-
cob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *dict. qu.*
iii. num. 4.

Ita Domini in causa Johannis Titii zu Horscha / Mense Majo, Anno 1633. [Verba sentent. Ist euerm Vater auff seinem Hause der freye Weinschanck nachgelassen/ solcher auch dem nachkommenden Besitzer allein vergünstiget worden / und als euer Vater Todes verfahren/ seyd ihr benebenst euren Geschwistern eine geraume Zeit in communione verblieben/ und habt euch des Weinschancks gebraucht. Ob nun wol eure Geschwister ingesamt Todes verfahren/ und also ihr allein solches Haus in Besitz behalten/ &c. So mag euch doch dannenhero berührter Weinschanck nicht entzogen werden/ sondern ihr seyd euch dessen/ so lang ihr solches Haus in Possess behaltet/ zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Nemo possessionis suæ titulum edere tenetur.

REgula est Dd. generalis, quod nemo teneatur 1
indicare titulum suæ possessionis *l. cogi. 11. C. de petit. heredit. ubi* Dd. Gloss. *in cap. Ordinarii 3. verb. exhiberi. de offic. ordin. in 6to.* Jason *in §. actionum. 28. n. 200. Inst. de Action.* Hart. Pist. *part. 2. qu. 46. num. 1.* Henr. Rosenth. *de feud. cap. 8. concl. 33. n. 7.* † quippe cum nimis grave sit, Reum 2
urgeri ad exhibitionem eorum, per quæ sibi negotium fiat, *l. nimis grave 7. C. de testib.* † Et propter- 3
ea actor proprias afferre probationes, non autem
aliorum instrumentorum inspiciendorum potestas
ei fieri debeat *l. qui accusare. 4. C. de edend.* † Patitur tamen limitationem hæc regula, quando pro 4
actore militat juris aliqua præsumptio, possidenti
verò resistit *c. cum contingat. 29. extr. de decimis.*
† Aut quando quis jus in re aliena prætendit; Nam 5
tum possessor ad tituli editionem omninò est devinctus, *arg. l. altius. 8. & l. si tibi. 10. C. de servit. & aqua. §. pen. Inst. de servit.* Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 85. de controv. invest.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 69. num 7.* † Ex quo fit, quod Vasallus, qui se ta- 6
lem profitetur, teneatur ostendere Domino instrumentum investituræ, & docere de titulo suæ possessionis, ut docet Rosenthal. *dict. conclus. 33. n. 6. & 7.* pluribus autoritatibus adductis, idemque latiùs persequitur Hart. Pist. *dict. quæst. 46.*

Ita Domini in causa Clement und Christian Freibergers zu Großjehna/ M. Jul. A. 1634. [Verba sentent. Ob nun wol des Kauffs wegen weder im Amte noch sonsten einige Nachrichtung vorhanden/ dieweil aber dennoch niemand den titulum possessionis suæ zu editen und darzuthun verbunden/ &c. So wird Jeremias Fritzsch bey der Possess der Schäfferey/ biß so lange von euch in ordinario possessorio oder petitorio ein anders beständiger Weise ausgeführet/ billich gelassen/ V. R. W.)

Et in causa Henr. à Polenz auff Gartitz/ M. Jun. A. 1635.

CONSTITUTIO IX.
PARTIS SECUNDÆ.

Daß die Restitutio in integrum wider die Verjährung/ aus Fürwendung der Unwissenheit/ ex capite ignorantiæ nicht statt habe.

DIeser Punct wird sehr weitläufftig und zweifelhaftig von den Rechtsgelehrten disputirt/ und von etlichen davor gehalten/ quod ex capite justæ ignorantiæ detur restitutio, mit Erklärung/ was Justa Ignorantia sey. Dieweil aber/ da dieser Opinion zu folgen/ viel præscriptiones aufgehoben/ und also die Haupt-Ursachen/ darum die Verjährung eingeführet/ als nemlich/ daß der Güter eigenthümliche Gerechtigkeit nicht ewig ungewiß/ und des Zancks und Haders ein Ende sey/ zerrüttet würden / daraus eine grosse Veränderung folgen wolt; So haben sich unsere Verordnete verglichen/ daß die restitutio etiam ob justam ignoran-

Restitutionem in integrum adversus præscriptionem ex capite Ignorantiæ non dandam.

QUæstionem hanc in jure valdè intricatam & ambiguam esse intelligimus, & esse, qui ex capite Justæ Ignorantiæ restitutionem dandam existiment, addentes, quæ sit justa ignorantia. Quia verò manifestum est, opinione hâc admissâ futurum, ut sublatis multis præscriptionibus, earumque præcipua causa, ne videlicet dominia rerum in perpetuum sint incerta, & ut finis aliquando sit litium, magna rerum subsequatur mutatio; Ideoque deputatis nostris placuit, post spacium 30. annorum, anni & diei elapsum, etiam ob justam ignorantiam

resti-

tiam, wann es über 30. Jahr / Jahr und Tag iſt/ nicht ſtatt haben / noch darauff geſprochen werden ſoll/ welches wir uns auch alſo gefallen laſſen.

reſtitutionem dandam non eſſe, id quod & nos probamus, & in judiciis obſervari mandamus.

DEFINITIONES.

1. Annalis præſcriptio ignoranti nunquam currit.
2. Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum contra minorem incipit & cœpta currit.
3. Poſſidens hereditatem peregrè abſentis, de cujus morte dubitatur, nunquam eam præſcribit.
4. In materia præſcriptionũ ætas minorum majoribus num patrocinetur: Et quando beneficium uni ex conſortibus litis conceſſum ad alios litigantes extendi debeat?
5. Minori datur Reſtitutio in integrum tàm ob declinatoriam, quàm dilatoriam exceptionem omiſſam.

DEFINIT. I.

Annalis præſcriptio ignoranti nunquam currit.

1 REſtitutionem in integrum adverſus præſcriptionem ex capite Ignorantiæ haud compe-
2 tere, probatur *ex h.* Conſt. *9.* † Quod tantummodò exaudiendum eſt de præſcriptione triginta annorum, anni & diei, ut ſatis innuunt verba Conſt. Daß die *Reſtitution etiam ob juſtam ignorantiam*, wañ es über 30. Jahr/ Jahr u. Tag iſt/ nicht ſtatt
3 haben ſoll/ ꝛc. † Adeoque de præſcriptione annali, aliavè, quæ minori temporis ſpacio, quàm triginta annis, anno & die finitur, Sanctio hæc Electoralis
4 non loquitur; † Sed contra ejusmodi præſcriptiones omninò datur Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, prout rectiſsimè ſentiunt Gloſſ. Landr. *verb.* kommt aber. *num. 3. art. 28. lib. 1. &* Lehenr. *c. 39.* Dan. Moller. *hâc conſt. n. 1. in fin.* Matth. Col. *ad cap. de quarta. 4. n. 78. verſ. Quod tamen dicimꝰ & c. extr. de præſcript.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 10.*
5 *num. 11.* † Quin nec opus eſſe hoc caſu Reſtitutione in integrum, dicere auſim, propterea quod tempus annale ignoranti nunquam currit *l. ſemper. 15. §. hoc interdictum. 3. verſ. annus ff. quod vi aut clam. l. annus. 6. ff. de calumn. l. genero. 8. ff. de his qui not. infam. l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſervet.* Hartman. Piſt. *lib. 2. quæſt. 12. n. 26.* Moll. *dict. loco.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Fuchſens zu Leipzig / Menſ. Mart. Anno 1575. (Verba ſent. Ob ihr nun gleich ſolches Pferd über Jahr und Tag in euerm Futter gehabt/ da aber dennoch der von Streckau von der Zeit an/ als ihme wiſſend worden/ daß ihr ſein Pferd gekaufft/ binnen Jahr und Tag die Abforderung gethan/ ꝛc. So hättet ihr euch mit der Verjährung nicht zu behelffen/ und möchtet ihme auch daſſelbe nicht vorenthalten / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum contra minorem incipit & cœpta currit.

1 CErtum eſt, tempora præſcriptionis legalis non currere contra pupillum, *l. ult. C. in quib. cauſ.*
2 *Reſt. in integr. non eſt neceſſ.* † At nec contra minorem, ſi de ea præſcriptione loquamur, quæ non niſi decem annorum ſit inter præſentes, aut viginti inter abſentes, *d. l. ult. l. non eſt incognitum. 3. C. quib. non obj. long. temp. præſcript. l. 1. l. 3. l. fin. C. ſi quis ignorãs rem minor. eſſe ſine decret.* Joh. Zãg. *de except. part. 3. c. 10. num. 162.* Guid. Pap. *qu. 31.*
3 *num. 3.* † Naim quæ triginta vel quadraginta annorum eſt, licet durante pupillari ætate dormiat, Guid. Pap. *d. qu. 31. num. 4.* † contra minorem ta- 4
men non ſolùm incipit, ſed & cœpta currit, *l. ſicut. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Zang. *d. cap. 10. n. 162.* † At ita, ut ætatis beneficio adverſus præſcri- 5
ptionem reſtitui poſſit; Ita namque vulgò ſentiunt Dd. Sf. Odd. *part. 2. q. 88. art. 4. & q. 90. art. 1. n. 9.* Franc. Cald. *in l. 3. C. de reſt. in integr. verb. ſua facilitate. n. 46. & 48.* Gloſs. *in l. 3. C. de præſcript. 30. annor. & ibid.* Salycet. Cyn. & Caſtrenſ. *in l. ult. Cod. in quib. cauſ. in integr. reſt.* † De quo tamen 6
ego valdè dubito cum Ant. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 20. defin. 2. num. 4. propter text. in l. 3. C. de præſcript. 30. annor.* † qui ſolam ætatem pupillarem excipit, 7
junct. l. ult. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. ibi: Exceptionibus 30. annor. in ſuo ſtatu manentibus. † Et- 8
enim ſi reſtitui contra haſce exceptiones minorem Juſtinianus Imp. voluiſſet, potius ne ipſo jure currerent, conſtituiſſet ex eadem ratione, quâ & temporales actiones ipſo jure currere prohibuit, † quod ſcilicet melius ſit intacta jura ſervare, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere, *d. l. ult. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.*

Ita Domini ad conſultationem Salomon Meiners zu Annaberg / Menſ. Auguſto, Anno 1629. (Verba ſentent. Hat Anno 1504. Gregor Schmied 133. fl. ſo euerm Weibe zuſtändig geweſen/ zu ſich genommen und biß dato bey ſich behalten / ꝛc. Ob nun wol ſelbiger Zeit euer Weib noch minderjährig geweſen/ auch weder ſie noch ihr etwas davon gewuſt/ ſondern allererſt ietzo aus den Annabergiſchen Stadt-Büchern und eingelegter Vormundſchafft-Rechnung ſolches erfahren. Dieweil aber dennoch daſſelber 30. Jahr und Tag verfloſſen/ und binnen ſolcher Zeit/ weder Gregor Schmied noch deſſen Erben dieſer Schuld wegen weder beſprochen/ noch gemahnet worden/ ꝛc. So iſt auch angeregte Schuld durch Verjährung verloſchen/ und es mögen Gregor Schmieds Erben obangeregtes Capital der 133. fl. nunmehr zu zahlen beſtändiger Weiſe nicht angehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Poſſidens hereditatem peregrè abſentis, de cujus morte dubitatur, nunquam eam præſcribit.

1 CUm fratres atque ſorores ejus, qui aliquandiu abſens fuerat, portionem ipſi delatam inter ſe diviſiſſent, atque eo nomine ſatisdediſſent, ſe reverſuro portionem hanc reſtitutos, eamq; ultra tempus longiſſimum, triginta ſcilicet annos, annũ & diem poſſediſſent, quærebatur, † *an non præſcriptione tẽ-* 2
poris lõgiſſimi, tũ ſatisdatio expiraſſet, eâq; poſſeſſores adverſo abſentẽ fratrẽ poſtea reverſũ ſeſe tueri poſsẽt? † Exiſtimare forsã quis ita potuiſſet, perpẽdẽs 3
verb. *h.* Conſt. *9.* quæ ex capite etiã juſtæ ignorantiæ

præscriptionem triginta annorum, anni & diei currere haud prohibent, nec contra præscriptionem perfectam & consummatam dant Restitutionem in
4 integrum. † Ac suadet verborum generalitas, ut sanctionem hancce procedere quoque asseramus eo casu, quo quis justissimam facti ignorantiam habu-
5 erit, putà, † quod ignoraverit hereditatem sibi delatam, vel proximum cognatum mortuum esse, secundum tradita Jacobi Schult. *in addit. ad* Mo-
6 dest. Pistor. *p. 4. q. 131, num. 251. & 252.* † Sed contrarium placuit Dominis, benè advertentibus, quod possessores hoc casu bonam fidem prætendere haud
7 possent, † quam tamen ad præscriptionem temporis quoque longissimi in foro Saxonico requiri luculenter probat Constit. Elector. *3. p. 2. ubi* Dan. Moller. *num. 3.* Christoph. Zobel. *in addit. ad text. latin.* Landrecht. *lib. 1. art. 29.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 16. num. 58.* Andr. Rauchb. *p. 2. quæst. 28. n.*
8 *36. & seqq.* † Quomodo enim quæso bonam fidem & ignorantiam rei alienæ, ad se non pertinentis, allegare poterit, qui propterea satisdedit, ut rem
9 istam vero domino reverso redderet. † Ut maximè igitur absentis ignorantia non nocet, quò minus portio ei delata præscribatur, attamen scientia rei alienæ & mala fides possidentis præscriptionem impedit.

Ita Domini ad requisitionem Johann Schallens zu Freyberg Mense Julio, Anno 1598. (Verba sent: Daß obbemeldtem Antonii Heinens Sohne die 100. fl. und was ihm sonsten gebühret/ auff seines Vatern hinterlassenen Hause so lange/ biß er zur Stelle kommt/ oder man seines Todes gewiß ist/ billich versichert bleiben/ und hat disfalls die von seinen Geschwistern angeführte Verjährung propter malam fidem nicht statt/ V.R.W.)

Definit. IV.

In materia præscriptionum ætas minorum majoribus num patrocinetur; Et quando beneficium uni ex consortibus litis concessum ad alios litigantes extendi debeat?

1 NOtissimi juris est, quod ex alterius persona tertius consequatur privilegium, quod per se assequi non poterat, & vulgatum habet Interpp. dicterium: † Beneficio mihi ex alterius persona competente me gaudere, etsi id per me nequeam *per text. in l. si post mortem. 10. §. ult. ff. de bon. possess. cont. tab. l. amicissimos. 36. ff. de excusat. tutor.* † Unde fit, ut, si coram judice probatum fuerit, unam eandemque fuisse eorum condemnationem, quorum justa fuit appellatio pronunciata, nec factorum diversitate separationem accipere, victoriæ emolumentum ad eum quoque, qui non provocavit, pertineat *l. 1. & 2. C si unus ex plur. appellat. l. si qui separatim 10. ff. de appellat.* † Quò & spectat *l. si communem. 10. ff. quemadm. serv. amitt.* ubi disponitur, Quod si communem fundum ego & pupillus haberemus, licet uterque non uteretur, attamen
5 propter pupillum & ego viam retinere possim. † Sed vera hæc sunt tantummodò in individuis & connexis, secus si dividi ac separari queant *l. un. si post C. in com. eademque cauf.* Joh. Mauric. *de Rest. in integr. c. 185. num. 1.* † Mirum igitur haud est, si in servitute omnes consortes eodem fruantur beneficio, quia servitus est individua *l. 1. §. si usus fructus 9. ff. ad Leg. Falcid.* † Pariter & unius consortis appellatio 7 prodest alteri, etiamsi is non appellaverit, quia sententia est individua, *l. in hoc judicio. 27. ff. fam. ercisc.* quamvis & dici queat, † hoc propterea fieri, 8 quod appellatio sit juris communis beneficium, ut cùm ejusdem litis sint consortes, unius provocatio suffragari cæteris debeat *arg. l. 2. C. de consort. ejusd. lit.* † Ex eodemque principio asserit Matth. Coler. 9 tempus restitutionis minoribus concessum conducere etiam natu majoribus in causâ individuâ; veluti præstationis Juramenti, † quod adeò indivi- 10 duum & connexum habetur, ut salvum jus minorum esse nequeat, nisi majores simul restituantur, cum majores & suo & minorum tanquam coheredum nomine istud juramentum præstare obnoxii fuerint, *part. 2. decis. 273. n. 4.* † At quando causæ 11 separari & dividi possunt, ut accidit in materia præscriptionum, quando itidem defensiones sunt separatæ in lite intentatâ, & diversus est agendi modus, litis consortes uno eodemque fori beneficio non gaudent, *d. l. un. C. si in comm. eadem. causa, &c.* Mauric. *de Rest. in integr. cap. 189.*

Ita Domini in causa Christoph. VVolff. à Burckersroda & Joh. Christoph. Marschalchs M Mart. Anno 1600. (Verba sent. So haben seine hinterlassene Erben/ auff n Fall curr Eheweib sie derowegen belangen wird/ sich gegen denselbigen mit der Præscription und Verjährung/ so viel ihren Antheil anlanget/ wol zu schützen/ und kan ihr euer Für wenden / daß nemlichen ihre Geschwister zur Zeit ihres Vatern Absterben noch kleine Kinder gewesen/ nicht zu statten kommen/ V.R.W.)

Definitio V.

Minori datur Restitutio in integrum tàm ob declinatoriam, quàm dilatoriam exceptionem omissam.

DIstinguit Francisc. de Cald. inter exceptiones 1 declinatorias & dilatorias, & in his quidem Restitutionem admittit, non verò in illis, *in l. si Curatorem 3. verb. adversarii dolo. num. 11. C. de in integr. rest. minor.* † Sed cum in utrisque eadem pa- 2 riter sit ratio, non certè video, quare differentia aliqua inter hasce exceptiones constituenda sit. † Ob 3 dilatorias autem exceptiones omissas minorem restituendum esse, verior & usu forensium receptior est sententia, secundum Vincent. de Franch. *decis. 290.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. p. 2. qu. 64. art. 5. n. 36. & art. 7. n. 64.* Felin. *in cap. exceptionem. 12. n. 26. extr. de except.* Bald. *in cap. finn. um. 6. extr. de offic. judic.* † Quare & Francisc de Cald. *d. l.* reli- 4 cta tandem distinctione, post alios, quos allegat, fateri necesse habet, etiam ob declinatorias omissas restitutionem esse concedendam, quando probabile aliquod damnum inde emergit. † Ita enim com- 5 muniter prædicta assertio limitatur, ut in exceptionibus demum magni momenti prætermissis, minori concedatur restitutio; † Non etiam si exceptio- 6 nes modici fuerint præjudicii, Felin. *dict. loco.* Hartm. Pistor. *observat. 208. num. 2.* Afflict. *decis. 390. num. 6.*

Ita tractatum in causa Caspari Wendels / & Martini Grossens, Mens. Mart. An. 1623.

CON-

CONSTITUTIO X.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Väterliche Gewalt potestas nach Sächsischem Recht auffgehaben?

WEil in den Sächsischen Rechten nirgend zu befinden / daß die Väterliche Gewalt insonderheit auffgehaben/ so bleibet auch dieselbe nochmals nicht unbillich bestehen. Nachdem aber allein derohalben Zweifel fürgefallen / durch was Mittel und Wege diese Kinder auf Sächsischen Boden emancipirt, und der väterlichen Gewalt entnommen werden/so seynd wir erinnert/wie es bißhero im Gebrauch gehalten/ nemlich daß die Kinder/so ihre mündige Jahr erreichet / dadurch aus Väterlicher Gewalt kommen seyn/ wann sie von ihnen geschieden. Bey diesem Gebrauch lassen wir es auch nochmals bleiben/ und wollen / daß solcher Gewonheit nach/ auch Krafft dieser Constitution in unsern Gerichten erkant werden soll / nemlich da sich Kinder/so zu ihren mündigen Jahren kommen/ von dem Vater mit Anstellung ihrer eigenen Haushaltung und Nahrung scheiden/daß alsdann solches für eine Emancipation zu achten/ und derselben Würckung haben soll/ungeacht / ob gleich solche Emancipation anderer Gestalt/und für Gericht nicht geschehen und fürgenommen würde.

Patria potestas Jure Saxonico num sit sublata?

CUm patria potestas in liberos Jure Saxonico in specie mutata nusquã reperiatur, eam robur suum etiamnum obtinere par est. Quia verò de modo emancipationis, per quem patriæ potestati liberi in foro Saxonico eximantur, non eadem omnium opinio fuit, usu autem hactenus observatum fuisse intelligimus, ut liberi pubertatis annos egressi, quamprimùm seorsim à patribus habitare incipiunt, remque familiarem propriam instituunt, pro emancipatis, patriæque potestati exemtis habiti sint, Consuetudinem illam etiam in posterum valere, & secundum illam, autoritate hujus nostræ Constitutionis, in judiciis nostris judicari volumus, etiamsi emancipatio alio modo, & in loco Judicii facta non sit.

DEFINITIONES.

1. *Majorennes solummodò liberi, non etiam minorennes, per Separationes à patris Oeconomia, patriæ potestati eximuntur.*
2. *Per matrimonium filiæ, patria potestas dissolvitur, licet ea ædibus mensaque patris adhuc fruatur.*
3. *Filii verò per matrimonii contractum à patria potestate non liberantur.*
4. *Neq; dignitas doctoralis, neq; Clericalis filium à nexibus patriæ potestatis liberat.*
5. *Liberis emancipatis, & à patre separatis bona materna plenariè sunt restituenda, non retento patri usufructu.*
6. *Filiæ elocatæ pater bona materna restituere tenetur, etiamsi illam adhuc exhibeat.*
7. *Patri in bonis liberorum adventitiis competit ususfructus jure patriæ potestatis, etiamsi hi de pane ipsius non vivant, sed aliunde habeant alimenta.*
8. *Filia, licet parenti operas præstet ancillares, usumfructum tamen bonorum adventitiorum petere nequit.*
9. *A patre possidente bona materna, de sorte reddenda finito usufructu cautio regulariter exigi nequit, tenetur is tamen ad confectionem Inventarii vel saltem ad nudam consignationem.*
10. *Ususfructus parenti ex bonis filii adventitiis debitus ei auferri potest.*
11. *Adempto licet patri per testamentum usufructu in bonis liberorum adventitiis, nihilominus administratio ipsi competit, nisi à testatore alius Curator datus sit.*
12. *Pater usumfructum ex bonis adventit iis non percipiens censetur eum liberis donare.*
13. *Mater, licet bona liberorum ceu tutrix administret, eorundem tamen usumfructum non habet.*
14. *Pater nomine bonorum adventitiorum, in quibus habet usumfructum, sine consensu filii in judicio experiri non potest.*
15. *Pater privatus usufructu in bonis liberorum adventitiis, ab eorundem successione non videtur excluſus.*
16. *Macedoniani exceptio non solùm filio, sed & ipsi patri filio succedenti prodest, modò ejus voluntate contractum non fuerit mutuum.*
17. *Propter dignitatem & honorum liberatus patriâ potestate, exceptione Macedoniani se tueri nequit: Et quid Juris in Nobilibus.*
18. *Pater tenetur alere filium etiam naturalem & spurium, nisi hic semetipsum exhibere queat.*
19. *Mater alit filium inopem, non fratèr qui heres patri haud extitit.*
20. *Avus quoque tenetur alere Nepotem etiam spurium ex filio legitimo procreatum.*
21. *Avus maternus non alit Nepotes, quando superstes adhuc est avus paternus.*
22. *Mater alimenta filio præstita, ab ipso ejusvè heredibus repetere nequit, nisi de hoc fuerit protestata.*
23. *Aut nisi alimenta filio præstita in libro rationum consignaverit.*
24. *A Patre verò ejusq; heredibus alimenta filio præstita repeti possunt.*

25. Vi-

25. *Vitricus expensas factas in alimenta Privigni repetere potest.*
26. *Nisi privignus probet, animo donandi à Vitrico sibi præstita fuisse alimenta.*
27. *Repetere etiam nequit Vitricus alimenta, si privignus privignavè fuerit in ipsius obsequio & servitiis.*
28. *Pater filii bona administrans quatenus præstita alimenta & sumtus studiorum repetere possit?*
30. *Obligati sunt liberi ad præstanda alimenta parentibus egentibus.*
2. *Præteriti temporis alimenta, quæ ex officio Judicis debentur, peti nequeunt.*
31. *Peti autem possunt alimenta præteriti temporis, quæ debentur Jure actionis.*
32. *Filii licet ante dignitatem patris susceptifuerint, attamen patris dignitate & privilegiis fruuntur.*

DEFINIT. I.

Majorennes solummodo liberi, non etiam minorennes, per separationem à patris Oeconomia, patriæ potestati eximuntur.

1 PEculiaris Emancipationis modus habetur in foro Saxonico, Separatio vel Secessio liberorum à patris Oeconomia, quando scil. se liberi à suis patribus separant, separatim habitare incipiunt, & propriam Oeconomiam ac rem familiarem instituunt, die sich von dem Vater mit Anstellung ihrer
2 eigenen Haushaltung und Nahrung scheiden. † Quæ separatio, licet judicialiter non facta fuerit, in foro Saxonico effectum Emancipationis fortitur, & exemptionem à patriâ potestate inducit, *h.* Const. *10. ubi* Dan. Moller. *num. 4.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 222. num. 7.* Matth. Wesenb. *in not. marginal. ad Schneidewin. tit. Inst. de patr. potest. num. 47. lit. C.* Anton. He-
3 ring. *de fidejuss. cap. 7. num. 625.* † Quod verum est tam in filiis quàm filiabus, Pensold. *dict. loco*
4 *num. 9.* † Et sive secessio cum voluntate patris, sive præter eam facta fuerit, Moller. *h.* Const. *numer. 9.*
5 † In liberis tamen adhuc minorennibus separatio effectum exemtionis à patria potestate non habet. Siquidem Constitutio Electoralis expressis verbis illos solummodò liberos per separationem à nexi-
6 bus patriæ potestatis vult liberari, † qui legitimam ætatem compleverunt, so zu ihren mündigen Jahren kommen/ hoc est, qui vigesimum primum ætatis annum attigerunt. † Nam hi propriè dicuntur
7 Mündig/ Wesenb. *in not. ad hanc* Const. *10.* Frid. Pensold. *in dict. decis.* Coler. *222. n. 11.*

Ita Domini in causa Hansen Schelens zu Mücheln / Mens. Mart. Anno 1600. (Verba sentent. Inmassen euch denn auch die Fruchtnießung von allen euers Sohns Mütterlichen Gütern/ so lang biß er seine mündige Jahr erreichet / und sich mit Anstellung seiner eigenen Haushaltung von euch abgesondert/ und also sich der Väterlichen Gewalt entbrochen/ vermöge der Rechte/ gebühret/ V. R. W.)

DEFINIT. II.

Per matrimonium filiæ, patria potestas solvitur, licet ea ædibus mensáq; patris adhuc fruatur.

1 EXpediti juris est in foro Saxonico, quod uxor statim celebratis nuptiis transeat in potestatem mariti, *per text. in art. 31. verb.* Wann ein Mann ein Weib nimmt/ *& art. 45. in verb.* und ob wol ein Mann/ *lib. 1.* Landr. *art. 45. verb.* der Mann
2 ist auch seines Weibes/ &c. *lib. 3.* Landrecht. † Quos textus vulgò Interpp. Juris Saxonici de tutelâ & curâ mariti tantummodò accipiunt, quâ non obstante, uxorem ex dispositione Juris communis sub patriâ adhuc esse potestate existimant, Zobel. *in addit. ad dict. art. 31. lib. 1.* Landr. *lit. F. & ad art. 45. lib. 3.* Landr. *lit. D. & part. 2. differ. 24. n. 2.* Schneidevv. *ad §. ult. n. 8. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv.* Henning. Göden. *cons. 66. n. 17.* † Sed vereor, 3
ne sententia hæc ex ratione Juris infringatur, quæ in patria potestate existentem sub alterius tutelâ aut cura vivere haud permittit, *§. permissum. 3. Inst. de tutel.* † Quare cùm uxor, ex omnium confessio- 4
ne, in foro Saxonico tutorem ac Curatorem habeat maritum suum, † ex necessaria consequentia eam 5
per matrimonium à nexibus patriæ potestatis liberari, rectissime concludunt Matth. Coler. *part. 2. decis. 222. ubi* Frider. Pensold. *in addit. numer. 12.* Andr. Rauchb. *p. 2. quæst. 18. num. 24.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *p. 4. quæst. 131. num. 89. & sequentib.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de his qui sui vel alieni jur. sunt. num. 3.* Berlich. *p. 2. conclus. 11. num. 43. aliiq; ab ipso allegati.* † Usque adeò ut 6
nec matrimonio per mortem dissoluto, filia in patriam potestatem recidat, sed sui juris remaneat, Dan. Moller. *ad h.* Const. *10. numer. 7.* Pensold. in *addit. ad* Coler. *decis. 222. num. 19.* † Quia jus 7
patriæ potestatis semel extinctum revivisçere non potest, *arg. l. 66. §. duorum. i. ff. de legat. 2. l. qui res 98. §. aream. 8. ff. de solut.* † *At quid, si filia nupta* 8
separatim non habitet, propriamq; Oeconomiam instituat, sed ædibus mensáq; patris adhuc fruatur? † Neutiquam hoc impedimento esse, quo minus 9
uxor in tutelam viri transeat, & à patris potestate eximatur, luculenter probat *Art. 31. in verb.* Sie sondern sich mit der Kost oder nicht. *lib. 1.* Landr. Frid. Pensold. *dict. loco num. 14.* † Nec ratio, obio
quam patria potestas ex matrimonii contractu dissolvitur, in separatione bonorum & mensæ ponitur, quæ aliàs per se existit modus emancipationis peculiaris, Defin. *præced.* † Sed in eo, quod filia 11
nupta in tutelam & curam mariti transeat, quæ ratio non minus obtinet, si filia elocata cum patre habitet, quàm si separatim vivat, † ut propterea 12
in casu utroque idem Jus statuendum sit, *l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. de verb. obligat.* Berlich. *dict. concl. 11. num. 44.* Coler. *cons. 3. num. 7.*

Ita Domini in causa Martini Heyers zu Aulick / M. Jun. Anno 1633. (Verba sentent: Habt ihr nach Absterben eures Weibes / eurer Tochter ein gewisses Mutter-Geld ausgesetzet/ welches ihr doch bey euch behalten und genützet/ Ob nun wol bemeldte eure Tochter biß dato noch bey euch wohnet / und an eurem Tisch ist / dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet / daß sie sich allbereit vor einem Jahre verehlichet / &c. So ist durch solche Verehlichung die Väterliche Gewalt erloschen/ &c.)

DEFI-

Definit. III.

Filii verò per matrimonii contractum à patria poteſtate non liberantur.

NUllibi in jure Saxonico diſpoſitum reperitur, ut filius ineundo matrimonium, patris poteſtati ſubtrahere ſe poſſit. † Saxonici quoque Juris Interpp. de filia in ſpecie loquuntur, eamque ſolam per matrimonii contractum, à nexibus patriæ poteſtatis liberari ajunt, Schneidew. *in §. ult. n. 8. verſ. filiafam. nupta. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolvit.* Andr. Rauchb. *p. 2. qu. 18. n. 24.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. n. 3.* Aut. Conſult. Conſtit. Elect. Saxon. *vol. 2. part. 1. qu. 59. n. 3.* † Idcircò filiumfamiliâs, qui uxorem duxit, & in ædibus patris adhuc exhibetur, poteſtati patris ſubjectum manere, cenſet rectiſſimè Frider. Penſold. *in addit. ad* Coler. *p. 2. deciſ. 222. n. 17.* † Ac ne quis putet, filios præter rationem deterioris eſſe conditionis quàm filias, contra *l. maximum vitium. 4. Codic. de lib. præt. & exhered.* benè advertenda eſt cauſa, ob quam filiæ per matrimonii contractum patriæ poteſtati eximuntur, † quia ſcilicet in tutelam & curam viri tranſeunt, abſurdum eſt autem, ut quis uno eodemque tempore patriæ poteſtati & curatelæ alicujus ſubſit, *§. permiſſum, 3. Inſtit. de tutel.* Gloſſ. Latin. *ad text. german.* Landr. *lib. 1. art. 11. lit. B.* † Quæ ratio in filiis ceſſat, quippe qui non tranſeunt in tutelam & curam uxoris. Ut ſic propter rationem diverſitatis diſparitatem Juris in filiis & filiabus hâc in re nemo mirari debeat, *arg. l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. ff. de verb. obligat.*

Ita Domini in cauſa Mauritii Clemens zu Fuſſegk / Menſ. Septembr. Anno 1627. (Verba ſentent. Ob wol euer Sohn ſich vor 3. Jahren verehelichet/ꝛc. Dieweil er aber dennoch biß dato noch bey euch wohnet / und an euerm Brod iſt / und ſich durch Anſtellung ſeiner eigenen Haushaltung von euch nicht abgeſondert hat / ꝛc. So iſt er auch dannenhero der Väterlichen Gewalt noch unterworffen / und ihr möget demnach ſein Mutter-Gut auszuantworten nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Neque dignitas Doctoralis, neque Clericalis filium à nexibus patriæ poteſtatis liberat.

1 CErti traduntur modi diſſolvendæ patriæ poteſtatis ab Imperat. Juſtiniano *in tit. Inſtit. quib.* 2 *mod. jus patr. pot. ſolv.* † Inter quos cum Dignitas Doctoralis non reperiatur, utique nec filium aſſumendo gradum Doctoris, per id liberari à ſacris parentum, quisquam exiſtimabit, Joh. Schneidevv. *ad §. filiusfamilias. 4. n. 5. Inſtit. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. ubi &* Herm. Vult *n. 6.* Jaſon. *in l. patre furioſo. 8. num. ult. ff. de his qui ſui vel alien. jur.* Anton. Hering. *in tract. de fidejuſſ. c. 7. n. 624.* ½ Nec ullibi in jure reperitur, quod veteres illi prudentes, quibus de jure reſpõdendi poteſtas data erat, in quorum locum procul dubio noſtri temporis Doctores Juris ſucceſſerunt, patriâ poteſtate fuerint exempti, † quin & contrarium patet *ex l. 1. §. 3. ff. de poſtul.* 4 Ac ſanè, quia armata militia neminem de patria poteſtate liberat, ut dicit Imp. *in §. filiusfamilias. 4. Inſt. quibus mod. jus patr. poteſt. ſolv. l. ſi maritus. 7. C. de patr. poteſt.* † neque militia legalis hoc efficere poterit, cum milites armati majora habeant privilegia, quàm milites togati, *§. ult. Inſt. de teſtament. milit.* Schneidevv. *d. l.* † Idemque aſſerendum 6 de ſacerdotio vel Clericatu, quod nempe filius, ſi fiat Sacerdos, vel alius Clericus inferior Epiſcopo, per hoc non exiſtat ſui juris, ſed maneat ſub patris poteſtate, † quia nec dignitas Clericalis inter modos 7 diſſolvendæ patriæ poteſtatis refertur ab Imp. Juſtin. *in tit. Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv.* Schneidevvin. *in d. §. filiusfamilias. 4. n. 6.* Jaſon. *in dict. l. 8. n. 48. & 50. ff. de his qui ſui vel alieni juris.*

Ita Dominii in eadem cauſa. (Verba ſentent. Ob wohl euer Sohn ſich allbereit vor drey Jahren verehlichet/ auch vor einem Jahr den gradum Doctoris an ſich genommen / ꝛc. So iſt er doch der Väterlichen Gewalt noch unterworffen/ꝛc.)

Definit. V.

Liberis emancipatis & à patre ſeparatis bona materna plenariè ſunt reſtituenda, non retento patri uſufructu.

1 EMancipationis effectus varios recenſet Dom. Card. Tuſch. *tom. 6. pract. concl. lit. P. concl. 131.* 2 † Veluti quod liberi emancipati, quandocunque voluerint, matrimonium contrahere, & quamlibet uxorem, etiam non requiſito conſenſu parentum, ducere poſſint, *l. filius emancipatus. 25. ff. de rit. nupt.* Joh. Schneidew. *ad tit. Inſt. de nupt. part. 2. num. 33.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. p. 1. c. 20. verſ. quod ideò notandum eſt &c.* † Et quamvis liberi in po- 3 teſtate patris conſtituti, quicquid lucrantur, non ſibi, ſed patri acquirant, ſecus tamen res ſe habet, ſi liberi à poteſtate patris ſint liberati, *pr. Inſt. per quas perſ. cuique acquir. l. 6. §. 3. ſub fin. C. de bon. quæ lib.* Matth. Coler. *deciſ. 66. n. 10.* † Contra parentem 4 quoque liberis emancipatis judicio experiri licet, quod aliàs, ſi ſub ejus poteſtate eſſent, facere non poſſunt, *l. lis nulla. 4. ff. de judic. ubi* Bartol. Gloſſ. Landrecht. *lib. 1. art. 13. n. 3. verſ.* Zum dritten mag ein Kind. † De bonis itidem ſuis liberi emancipa- 5 ti & à patre ſeparati teſtari queunt, Joh. Dauth. *in tract. de teſtam. tit. qui teſtam. facere poſſ. num. 159.* & qui ſunt alii effectus Emancipationis, quos latè refert Tuſch. *dict. loc.* inter quos haud minimus ille eſt, quod liberis emancipatis bona materna aliave adventitia, non retento patri uſufructu, plenariè reſtitui debeant. † Quamvis enim jure civili in bo- 6 nis maternis pater indiſtinctè uſumfructum retineat, donec vivat, ſive liberi matrimonium contraxerint, & ſe à ſuis patribus ſeparaverint, ſive non *l. 1. l. ult. C. de bon. matern.* † Attamen de conſuetudine 7 juris Saxonici patri non conceditur Uſusfructus ad tempora vitæ ſuæ, ſed ſaltem eo usque, donec liberi ab ipſo ſeparentur atque diſcedant, *per text. in art. n. lib. 1.* Landrecht. Matth. Col. *part. 1. deciſ. 41. n. 3. & ſequentib.* † Idque verum eſt, qualitercunque 8 etiam

etiam separatio illa facta fuerit, sive per contractum à filia matrimonium, sive quod liberi seorsim incipiant negotiari, nec amplius de pane parentum vivant. Coler. *dict. loc, num. 8.*

Ita Domini in causa Hansen Dieterichs zu Dreßden/ Mens. Majo Anno 1620. [Verba sentent. Hat euer Schweher-Vater seiner Tochter eurem Weibe 100. fl. zu Muttertheil ausgesatzt/ welches Geld / unangesehen euer Eheweib eine geraume Zeit nicht mehr an seinem Tisch gewesen/ bey sich behalten/ &c. So ist berührter euer Schweher von der Zeit an/ als euer Weib nicht ferner an seinem Brodte gewesen / sondern ihre eigene Haushaltung angestellet / die gebührende Landübliche Zinse von solchem Gelde zu entrichten/ und benebens den Capital abzulegen schuldig/ V. R. W.)

It. in causa Dietrich Briers zu Lommitzsch/ Mens. Mart. Anno 1588.

It. An Stadtschreiber zu Müncln/ Mens Mart. Anno 1595. (Verba sent: Dem Vater auch die Nutzung der Kinder Muttertheil nur so lang / biß sich dieselbe durch Anstellung ihrer eigenen Haushaltung von ihme gesondert / gebühret / &c. So ist er nunmehr eurem Weibe/ seiner Tochter/ dasselbe benebens aller Nutzung abzutreten und zu entrichten schuldig/ V. R. W.)

Definit. VI.

Filia elocatæ pater bona materna restituere tenetur, etiamsi illam adhuc exhibeat.

1 IN negativam quidem sententiam, quod scilicet hoc casu parens ad restitutionem bonorum maternorum cogi nequeat, inclinat Dan. Moll. *ad h. Const. 10. numer. 10.* † Verùm, quia per solum filiæ matrimonium absque separationè à mensa parentum potestas patria dissolvitur, ut dixi Defin. 2. cujus solutionis effectus ferè præcipuus est Restitutio 3 bonorum adventitiorum: † Non certè video, quo jure pater restitutionem maternorum declinare possit. † Quod & sensisse videtur Matth. Coler. 4 *cons. 3. num. 9* ubi simpliciter affirmat expeditum esse, patrem filiæ elocatæ teneri solvere & restituere omnia bona materna, atque ita totâ die practicari. 5 † Nec inepta hujus rei videtur ratio, quam addit Frid. Pensold. *ad Dec.* Coler. *222. num. 15.* si prius paternas ædes relinquere deberent liberi quàm ipsis bona restituantur, contingere posse, ut alimentis careant, cum bona materna, de quibus sustentari 6 sperant, nondum potiantur. † Hoc tamen Mollero largior, quod pater, quamdiu filiam elocatam aluit, ad fructuum perceptorum restitutionem non teneatur, *per* Glos. *art. text. latin. art. 11.* Landsrecht. *lib. 1. in verb. fructus autem.* † Sicuti nec facta restitutione bonorum, ad alimenta pater ulterius obligatur, *per l. si quis. 5. §. sed si filius. 7. ff. de lib. agnosc.* Pensold. *dict. loc.*

Ita Domini ad petitionem Martini Hoyers zu Anlig/ Mens. Jun. Anno 1615. (Verba sentent. Derewegen ihr euer ausgestatteten Tochter / unangesehen sie noch an eurem Tisch ist/ ihr Mutter-Theil abzutreten und auszuantworten schuldig / die Fruchtnieſſung aber dessen verbleibet euch die Zeit über / als sie an eurem Brodte gewesen / und noch seyn möchte / billich / V. R. W.)

Definit. VII.

Patri in bonis liberorum adventitiis competit ususfructus jure patriæ potestatis, etiamnum hi de pane ipsius non vivant, sed aliunde habeant alimenta.

QUicquid ex bonis maternis, aut materni ge- 1
neris ad filium in patria potestate constitutum pervenit, sive ex testamento, sive ab intestato, id omne acquiritur patri quoad usumfructum & plenam administrationem. *l. 1. & 2. C. de bon. matern.* † Quod & verum de bonis adventitiis, in quibus pa- 2
ter æque plenum habet usumfructum, *l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ liber.* † Neque res aliter se ha- 3
bet in foro Saxonico, ubi de consuetudine generali, tàm in maternis, quam reliquis liberorum bonis adventitiis patri ususfructus competit, *art. 11. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. decis. 41. n. 3.* Hartman. Pistor. *observat. 16. in pr.* Heig. *p. 2. quæst. 12.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 26.* Zobel. *p. 3. diff. 5.* Ludovic. Fachs. *differ. 19. num. 5.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 30. num. 33.* † In hoc tantum relicto discri- 4
mine, quod de jure communi patri concedatur ususfructus ad tempora vitæ suæ *d. l. 1. & 2. Cod. de bon. matern.* † Jure verò Saxonico pater usumfructum 5
in bonis liberorum adventitiis, eo usque saltem retineat, donec hi ab ipso separentur & ex patriâ potestate liberentur, † Nec immeritò, quia hic prin- 6
cipalior ferè effectus patriæ potestatis habetur, ut bonis liberorum utifrui liceat, Glos. *ad text. lat. dict. artic. 1. lib. 1.* Landrecht. Coler. *d. loc. numer. 7.* Fachs. *dict. differ. 19. num. 5.* Ex quo porrò sequitur, † licet aliunde habeant liberi, quò se sustentare 7
possint, nec à patre alimenta petant, veluti quod filius peregrè absit, ac in exteris locis industriâ suâ & labore tantum acquirat, quantum sibi ad sustentationem satis est, vel liberi ab avo, aliisque cognatis alantur, nihilominus patri ex eorundem bonis maternis & adventitiis usumfructum competere, Jason. *in l. de alimentis. 8. numer. 6. C. de transact.* † Quippe in cujus potestate liberi adhuc existunt, 8
nondum factâ separatione totali, & cui imputari non potest, quod liberos non exhibeat, qui ope ipsius non indigent. † Durante itaque patriâ pote- 9
state, patri haud denegari poterit ususfructus, qui jurè hujus potestatis ipsi debetur, Glos. *ad text. latin. dict. art. 11. lib. 1.* Landrecht.

Ita Domini in causa Hansen Richters Erben zu Pegau/ Mens Mart. Anno 1633. [Verba sententiæ: Ob nun wohl der eine Sohn Georg genannt Anno 1623. in frembde Lande gereiset und sieder Anno 1625. der Vater auff ihn nichts wenden dürffen / gleichwohl aber sein Muttertheil inmittelst gebrauchet und genützet. Dieweil aber dennoch bemeldter Sohn durch Anstellung einer sonderlichen Haushaltung von dem Vater sich nicht abgesondert / sondern in desselben Gewalt biß an sein Ende verblieben / &c. So ist auch des Ausländischen Georg Richters Curator neben denen 1000. Gülden Muttertheil von der Zeit an/ als er von dem Vater nicht alimentiret und unterhalten worden / Zinse zu fodern nicht berechtiget/ V. R. W.)

Et pla-

Et planè simili in causa Hanß Sebastian Kuhns Erben zu Borna/ Mense Octobr. Anno 1620.

Item ad requisitionem Hansen Fischers Töchtere zu Leipzig/ Mense Octobr. Anno 1528. [Verba sent. Ob gleich euer Vater euer Mutter-Theil als 325. fl. zu sich genommen/ und nun biß in die 12. Jahr bey sich gehabt/genützet und gebrauchet / und ihr solche Zeit über bey ihme nicht gewesen / noch von ihme erzogen und unterhalten worden/ꝛc. So ist er dennoch bemeldte 325. fl. zu verzinsen nicht schuldig/ V. R. W.)

Et simili in causa an Stadtschreiber zu Mügeln / Mense Martio, Anno 1595.

Definit. VIII.

Filia, licet parenti operas præstet ancillares, usumfructum tamen bonorum adventitiorum petere nequit.

1 SÆpè accidit, ut filiæ, quarum bona materna pater administrat, vices agant famularum, ac operas faciant serviles in ædibus paternis, de quibus
2 dubitare quis posset, † *an non pater ipsis proventus ex bonis maternis restituere teneatur, propterea quod filiæ ejusmodi instar ancillarum, operis suis victum magis quærant, quàm instar liberorum à patre alantur?* † Sed nec tùm filiabus ad restitutionem ususfructus pater tenebitur, quippe qui ipsi jure patriæ potestatis competit, *art. 11. lib. 1.* Landr. *l. 1. & 2. Cod. de bon. matern.* Coler. *part. 1. decis. 41.*
4 † Quis autem inficias ibit, filias, ut maximè operas faciant serviles in Oeconomia patris, in potestate
5 patriâ etiamnum existere, † quæ certè nulla opera servili dissolvitur, *tot. tit. Instit. quibus mod. jus*
6 *patr. potest. sol.* † Hoc tamen dicere ausim, filiam, quæ operas præstat serviles & quotidianas in ædibus paternis, si mercedem sive salarium petat, audi-
7 endam esse. † Etenim filiæ non denegandum est, quod famulæ debetur, cujus vices filia gerit, *cap. Charitatem. 45. caus. 12. qu. 2. cap. cum sit. 10. extr. de Simon.* Gloss. *ad art. 22. lib. 1.* Landr. *in verb.*
8 Ihr verdienet Lohn. *&c.* † nec quisquam suo sumptu alteri inservire tenetur, *arg. leg. in rebus 18. §. possunt. 2. ff. commod.*

Ita Scabini ad requisitionem Bartholomæi Barths zu Schmersdorff/ Mens. Jan. Anno 1612. [Verba sent. Ob nun gleich der Vater gedachte seine Tochter in der Haushaltung zu allerhand Arbeit / welche sonsten die Mägde zu verrichten pflegen/gebrauchet/ꝛc. So ist er doch dahero ihr wegen der Nutzungen / so er die Zeit über/weil seine Tochter bey ihme gewesen/ und sich mit Anstellung ihrer sonderlichen Haushaltung nicht abgesondert hat/ von ihren anererbten Gütern eingehoben/Rechnung und Abtrag zu thun nicht schuldig / Er ist aber wegen der verrichteten Arbeit ihr zu lohnen pflichtig/ V. R. W.)

Definit. IX.

A patre possidente bona materna, de sorte reddenda finito usufructu cautio regulariter exigi nequit, tenetur is tamen ad confectionem inventarii, vel saltem ad nudam consignationem.

1 COntrovertitur ab Interpp. *Num pater liberis teneatur præstare cautionem ratione bonorum maternorum, de utendo boni viri arbitrio, & de restituendo, finito usufructu?* † Quod regulariter nego
2 cum Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 30. num. 24.* Modest. Pistor. *part. 1. quæstion. 33.* Frideric. Pensold. *in addit. ad decis.* Coler. *222. part. 2. num. 16.* Dan. Moller. *ad Constitut. Elector. 25. numer. 6. part. 3.* Fachs. *differ. 19. num. 4.* † *Tùm*, per text. *in l. cum*
3 *oportet. 6. §. non autem. 2. l. ult. §. sin autem. 4. Codic. de bon. quæ liber.* † *Tùm*; propter *art. 23. lib.*
4 *1.* Landrecht. *in verb. final.* Wo aber der Vormund auch Erbe mit ist / so darff er niemand des Kindes Gut berechnen / noch Bürgen setzen/ ꝛc.
5 † Quâ de causâ etiam pater tutus est à redditione rationum de bonis adventitiis filiorum, *Vid. infra* Constit. *11. Definit. 5.* Moller. *ad d. Constitut. Elector. 25. num. 6.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 126. num. 127.* † *Tùm*, quod
6 nec maritus uxori suæ satisdare cogatur, Gloss. *German. ad art. 24. lib. 1.* Landrecht. *&* Gloss. *ad art.*
7 *26.* Weichbild. *num. 46.* † *Tùm*, quod liberis per tacitam hypothecam, in bonis parentum satis cautum videatur, ut novo satisdandi onere haudquaquam pater gravari debeat, Modest. Pistor. *dict. quæstion. 33. num. 4.* † Dixi tamen, regulariter
8 saltem patrem ad præstandam cautionem non teneri. Etenim si bona immobilia non possideat, &
9 suspicio subsit dissipationis, † tantum abest, ob malam administrationem à patre cautionem exigi
10 non posse, ut & ipsi † hac de causa administratione penitùs interdici queat, Jason *in l. si constante 24. num. 197. ff. solut. matrimon.* Bartol. Alexand. & Dd. *in l. Imperator. 50. ff. ad SCtum Trebell. per textum. in l. fin. circa med. Codic. de sentent. pass. & rest.* Pinell. *in l. 1. n. 33. & 38. C. de bon. matern.* Schurff. *cent. 2. conf. 20. num. 10.* Rauchb. *dict. qu. 30. n. 24.* † Et eatenus defendi possunt sententiæ Sca
11 binorum, quæ in contrarium adductæ fuêre à Modest. Pistor. *dict. quæst. 33. & addit.* Zobel. *sentent. 96.* † Præterea & hoc scitu dignum, patrem, ut
12 maximè liber sit à præstatione cautionis, ad Inventarii tamen confectionem bonorum maternorum nomine vel nudam ad minimum eorundem consignationem omninò obligari, secundum tradita Rauchb. *dict. qu. 30. num. 33.* ubi JCtos Witteber-
13 genses Anno 1576. ita pronunciasse refert. † Sufficit enim hoc casu nuda consignatio, ne pater cogatur jurare in defectum inventarii contra reverentiam, quam liberi parentibus debent, *arg. l. 5. junct. l. 7. §. 3. ff. de obseq. parent. l. 16. ff. de jurejur. l. 8. §. 5. ff. qui satisd. cogunt. l. 34. §. 4. ubi* Anton. Fab. *in Ration. ff. de jurejur.* Jacob. Cujac. *9. observat. 37.*
14 † Et tollit suspicionem fraudis parentum Consili-
15 um, † de quo jura optimè præsumunt, *l. 7. Cod. de curat. furios. l. 8. §. 3. ff. quod met. caus. l. 25. Codic. de inoff. testam. l. 2. Cod. qui & adv. quos in integr. rest.* † Ut vel propterea liberi nudâ designatione
16 contenti esse debeant, Rauchb. *dict. loc.* Wesenb. *part. 2. conf. 86. num. 4.* Dan. Moll. *ad Constit. 25. num. 6. p. 3.* Pruckman. *vol. 1. conf. 48. num. 40.* Nicol. Boër. *decis. 61. num. 7.*

Ita Domini in causa Martini Hoyers zu Aulick/ Mens. Julio, Anno 1533. [Verba sententiæ; Daß ihr euern Kindern wegen ihres Mutter-Guts/ausser Fall ihr mit unbeweglichen Gütern besessen/ oder sonsten richtiger Verdacht

Verdacht übeler administration wider euch noch zur Zeit nicht beybracht/ einige caution zu bestellen nicht verpflichtet/ ihr seyd aber gleichwol über solches eurer Kinder Mutter Gut ein Inventarium auffzurichten/ oder dasselbe zu ihrer besserer Nachrichtung sonsten auffzuzeichnen schuldig/ V.R.W.)

Definit. X.

Ususfructus parenti, ex bonis filii adventitiis debitus, et auferri potest.

1 NOn semper tamen ac indifferenter patri usus-
fructus ex bonis liberorum maternis vel avi-
2 tis competit. † Quid enim, si mater, vel avia, aliive parentes filio, nepoti, vel reliquis liberis descendentibus per ultimam voluntatem, certam hereditatis partem relinquerent, hâc conditione, ut pater, aut qui eos habent in potestate, in hac re neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant partici-
3 pium? † Quod parentes facere, eoque modo patri usumfructum ex bonis liberorum maternis vel avitis adimere posse, probat *Novell. 117. cap. 1. &*
4 *Auth. excipitur Cod. de bon. quæ liber.* † Quin non solùm ex verbis expressis, sed tacitè ac verbis æquipollentibus, veluti per ademptionem administrationis quandoque usumfructum patri auferri, docent Moll. *lib. 2. Semest. 26.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 226.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 12.* ubi in fin.
5 addit declarationem generalem, † quod nempe in casibus, quibus usufructu privetur pater, alimenta nihilominus ipsi ex bonis filii debeantur, quando eget & inops est, *per l. Imperator. 50. ff. ad SCt. Trebell.* Boër, *decis. 61. num. 17.* Nec solùm pa-
6 rentes, sed † & quivis extranei, alterius cujusdam hominis liberis aliquid legare possunt adempto patri eorundem usufructu, prout disertis verbis tradit Imperator Justin. *in d. Novell. 117. C. 1. verb. Hoc itaq; non solùm parentibus, sed etiam omni personæ licere, præcipimus, &c.*

Ita Domini in causa filiorum Christophori Webers/ ad requisitionem Senatus Weidensis, Mens. Novembr. Anno 1625. [Verba sententiæ: Hat Georg Berger von Würtzburg in einem Testament seiner Schwester Kindern/ so sie mit Christoph Webern gezeuget/ 800. fl. legiret / dergestalt/ daß solche Gelder zinsbar ausgeliehen/ und die jährliche Zinsen nicht der Kinder Eltern gefolget / sondern wiederum als ein Capital biß zur Kinder Mündigkeit ausgethan werden solten/ &c. So verbleibet es bey solcher Verordnung billich / und es mag die Fruchtnutzung solcher Gelder und die jährlichen Zinsen davon den Eltern nicht gefolget werden/ V.R.W.)

Definitio XI.

Adempto licet patri per testamentum usufructu in bonis liberorum adventitiis, nihilominus administratio ipsi competit, nisi à testatore alius Curator datus sit.

1 PAter absque dubio legitimus Administrator est bonorum adventitiorum filii, in quibus usumfructum habet, licet is ad perfectam ætatem pervenerit *l. 1. ubi* Pinel. *part. 1. num. 13. Cod. de bon. matern. l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. in l. ult. §. 5. vers. filiis autem. & §. ubi autem. 6. Codic. de bon. quæ lib.* † *Sed quid juris in casu, quo patri usufructus fuit ablatus in bonis liberorum adventitiis?* 2
Communis hic ferè Interpp. Schola existimat, † patrem pro legitimo Administratore haud ha- 3
bendum, sed bonis hisce Curatorem dandum esse, cujus autoritate agat vel disponat filiusfamiliâs, secundum Cagnol. *in l. fratre. 38. num. 163. ff. de condict. indeb.* Salyc. *in Auth. excipitur. & l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ liber.* † Quam tamen 4
sententiam eleganter refellit Hartm. Pistor. *lib. 4. quæst. 11. num. 13. per l. fin. C. de curat. furios.* ubi de bonis agitur Castrensibus, in quibus patri usus-
fructus non quæritur, ac nihilominus furioso in patris potestate constituto Curatorem rectè dari, negatur, quia sufficiat ei ad gubernationem pater- 7
na reverentia. † Quem textum adeò clarum di- 5
cit Hartman. Pistor. ut nisi quis claris legum verbis obloqui, vel in luce cœcutire mallet, acquiescere
omninò necesse habeat. † Hocque ipsum con- 6
firmat quoque *textus in l. ult. §. fin autem in secunda. 1. Cod. de bon. quæ liber.* ubi sancitum, si filius-
familiàs minor recusante patre hereditatem adierit, quo casu ususfructus patri non competit, tum demum dandum esse Curatorem illis bonis, si pater noluerit gubernare bona filii: Unde sequitur à contrario, si pater velit gubernare, administrationem ad eum pertinere. † Ac certè ex eo, quod usus- 7
fructus bonorum adventitiorum patri denegatur, nil quicquam ad administrationem inferri, neque illa suspecta reddi potest, *l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. possess. l. Papinianus. 20. ff. de minor.* † Cum præsertim ejus, cur dene- 8
getur ususfructus, longè alia possit esse causa omnis suspicionis expers, videlicet, ut omnis rei commoditas ad filios solummodò pertineat, nihil verò pater consequatur. † Nihilominus hoc largitur Pi- 9
stor. *d. l. num. 15.* quod pater administrans bona, in quibus non habet usumfructum, perinde ut quilibet alius rationem reddere debeat, in quo ipso differt à patre administrante bona, in quibus habet usumfructum, cum hic rationem reddere non teneatur, *l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. & l. final. §. fin autem. 4. in fin. Cod. de bon. quæ liber.* † Pati- 10
tur tamen Hartman. Pistor. opinio limitationem, si testator liberis bona relinquens, ac patri usumfructum adimens, aliud disposuerit, ac bonis peculiarem Curatorem dederit, eique administrationem commiserit. † Hoc enim testatorem facere, ac 11
non minus administrationem quàm usumfructum per ultimam voluntatem patri auferre posse, satis liquet *ex Novell. 117. cap. 1.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 12. num. 10.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 226. num. 8. & sequentib.* ubi hoc latius persequitur. *& ibi* Frider. Pensold. *in addit.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Und es hat der Testator verordnet / daß solche Gelder durch der Kinder Vormunden/ so von euch dem Rath hierzu sonderlich zu verordnen / zinsbar ausgeliehen/ und die jährliche Zinsen hiervon nicht der Kinder

Kinder Eltern gefolget werden sollen/ꝛc. So verbleibet es bey solcher Verordnung billich/ꝛc.)

Definit. XII.

Pater, usumfructum ex bonis adventitiis non percipiens, censetur eum liberis donare.

1 EXistit alius adhuc casus, quo ususfructus in bonis liberorum adventitiis patri denegatur, si nempe eum non perceperit, sed administrationem liberis permiserit, † tum enim censetur illis
2 usumfructum donâsse. † Unde patre defuncto coheredes quicquam repetere nequeunt, *per text. in l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. Cod. de bon.*
3 *quæ lib.* † Quare nec filius, ex cujus bonis pater
4 usumfructum non percepit, eo defuncto illum conferre tenebitur, prout ex Bald. *in Auth. ex testamento. n. 24. & 34. C. de Collat.* docet Hartm. Pist. *observ. 16.*

Ita Domini in causa Nicolai Meners zu Pröbeln / Mens. April. Anno 1613. [Verba sent. Ob wol einem Vater die Fruchtnießung eures Mütterlichen Guts zugestanden und gebühret/ dieweil er sich aber dennoch derselben bey seinem Leben nicht angemasset/ sondern euch selbsten die Nutzung einheben lassen/ꝛc. So verbleibets dabey billich / und ihr möget nunmehr deßwegen euern Mitgeschwistern etwas herausser zu geben / und in gemeine Theilung zu conferiren/ nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Mater licet bona liberorum ceu tutrix administret, eorundem tamen usumfructum non habet.

1 NImis audacter scribit Matth. Wesenbec. (Vir tàm experientiâ quàm judicio præpoliens) *in parat. ff. de tutel. n. 5.* Matres, quæ moribus Saxon. bona liberorum jure paterno administrant, fructus inde lucrari, donec liberi adolescant, & ab
2 iis separentur, *per art. 11. lib. 1.* Landr. † Quem gregatim sequuntur Dd. *Juris Saxon.* Jac. Schult. *quæst. pract. 46. n. 21. & in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 1. qu. 27. n. 11.* Reinhard. Rosa *in addit. ad* Dan. Moll. *p. 2. Const. 11. n. 12.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 12. num.*
3 *14.* † Cujus tamen assertio neutiquam probatur *ex allegato art. 11. dict. lib. 1.* Landr. qui solùm de restitutione bonorum paternorum loquitur, eamque matri injungit, postquam liberi ab ea secesserint, nec verbulo quicquam de usufructu disponit. Quare nec tutò absque Legis autoritate matribus
4 hac in re quid indulgendum; † Nisi & cuilibet indifferenter tutori usumfructum in bonis pupillorum competere, haud sine insigni absurdo autumare velimus, quia Saxo matrem cum reliquis tutoribus conjungit uno ferè verborum contextu (uñ ein ieglicher Mann/der der Kinder Vormund ist / uti cuivis *dict. art. 11.* accuratè inspicienti obviam est.
5 † Nec fortius concludit *art. 23. lib. 1.* Landr. *vers.* Wo der Vormund. ex quo vulgò Wesenbecii assertionem probare conantur: Quia de solâ rationum redditione ibidem agitur, quæ quotannis à tutoribus exigi solet, à qua mater tutrix est exempta, ut demonstrabo infrà Const. *sequenti Definit. 5.* Matth. Wesenb. *in not. marginal. ad* Joh. Schneidew. *in pr. inst. de satisd. tutor. n. 15. lit. B.* Zobel. *in Gloss. dict. art. 23. lit. N.* † Sed nihil à rationum redditione ad usumfructum rectè infertur. Ac quò minus
6 hoc Wesenb. largiar, movet me, † quod in bonis
7 liberorum adventitiis patri ususfructus competat jure patriæ potestatis, *l. cum oportet. 6. in pr. C. de bon. quæ lib.* teste quoque ipsomet Wesenb. *cons. 63. n. 4. vers. quod propriam potestatis est &c.* quam rationem in matre cessare, nemo non videt. † Adeo-
8 que quæ de usufructu, in bonis liberorum adventitiis patri competente, hactenus dicta fuere, ea ad matrem haudquaquam extendere licet, † quia abs-
9 que lege nil temerè asseverandum est, *l. dissentientis. 5. Cod. de repud. cap. is qui in Ecclesia. 18. text. de sent. excomm. in 6to.* † Neque in practica ha-
10 betur, quod lege non cavetur, Baldus *in cap. nihil. 44. n. 25. ext. de elect. & elect. potest.* Hartm. Pist. *lib. 2. quæst. 13. n. 36.* Adde Decis. Elect. nov. 62. Unde mater bona mariti administrans, vel inventarium, vel juratam specificationem edere tenetur, Decis. Elect. Nov. 21.

Ita Domini in causa liberorum Hiobi Burckards zu Döbeln/ Mens. Septembr. Anno 1630. [Verba sententiæ: Ist Hiob Burckard Todes verfahren / und hat euch sein Ehewerb an einem/ und ein Söhnlein am andern Theil/ zusamt einer Erbschaft auf drey tausend Gülden hoch an unbeweglichen Gütern nach sich verlassen / von welcher dem Söhnlein Inhalts der Stadt Döbeln Willkühr zwey/ und euch das dritte Theil gebühret/ꝛc. So mögen euch eures Söhnleins zwey Theil zu nutzen und zu gebrauchen/ wann ihr auch gleich dasselbe mit aller Nothdurfft versorgen woltet/ nicht eingethan und übergeben werden/ V. R. W.)

Item in causa Georgii Eysolds zu Dreßden / Mense Majo, Anno 1636. [Verba sentent. Ob nun wol etliche der Sächsischen Rechts-Gelehrten dieser Meynung seyn/ daß der Mutter in Vormundschaft ihrer Kinder von den Gütern die Fruchtnießung zustehe. Dieweil aber dennoch nach gemeinen Kayserlichen Rechten die Mutter oder Großmutter sich des ususfructus in der unmündigen Kinder Gütern nicht zu erfreuen / und gleichwol an keinem Ort in Sächsischen Rechten dasselbe ausdrücklich aufgehoben/ noch ein anders verordnet / oder durch beständige erweißliche Gewohnheit eingeführet / derowegen hierinnen à dispositione Juris communis, bevoraus/ weil dadurch der Unmündigen Bestes gesuchet und befördert wird/ auch auf Sächsischen Boden nicht abzuweichen/ zumal weil den Vätern der ususfructus in der Kinder Gütern allein jure patriæ potestatis zustehet/ welches Recht bey der Mutter und Großmutter nicht statt findet/ꝛc. So seyn auch obgedachte Großmütter in Vormundschaft ihres Enckleins sich in dessen Gütern der Fruchtnießung anzumassen nicht befugt/ V. R. W.)

Et in causa liberorum Tobiæ Meßdorffs zu Sössen/ Mens. Mart. Anno 1629.

Definit. XIV.

Pater nomine bonorum adventitiorum, in quibus habet usumfructum, sine consensu filii in judicio experiri non potest.

PLenissimam potestatem utendi-fruendi, gubernandique bona liberorum adventitia, concedit 1
patri Imp. Justinianus *in l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. C. de bon. quæ liber.* Unde infertur † patrem 2
etiam sine consensu filii harum rerum nomine agere

3 agere posse. † Quod & voluisse videtur Imper. Constantinus *in l.1. C. de bon. matern.* tribuens patri potestatem bona adventitia in examine per se, vel per procuratorem poscere, & omnia ita agere, tanquam solidum perfectumque dominium eorum
4 illi acquisitum esset, † Veluti sentit Bartol. *in d. l. num. 1. ubi &* Baldus *numer. 8.* Paulus de Castro *num. 2.* quam opinionem æquiorem dicit Pinell. *in*
5 *dict. l. 1. part. 2. numer. 6.* † Sed aliter mentem suam explicat Imperat. Justinianus *in l. ult. §. ubi autem in unum. 3. C. de bon. quæ lib.* Ubi postquam dixerat, patrem in agentibus & fugientibus actiones quidem susscipere & movere debere, subjungit: Adhibeatur autem etiam filiorum consensus, nisi adhuc in primâ ætate sint constituti. Quibus verbis
6 Interpp. vulgò insistentes† prædicta jura secundum hæc intelligenda & patrem sine consensu filii agere non posse, rectissimè concludunt Salyc. *in d. l. f. §. ubi autem. 3.* Cagnol. *in l. frater à fratre. 38. num. 164. ff. de condict. indeb.* Angel. *in §. actiones autem. 10. num. 4. Inst. de action.* Hartm. Pist. *lib. 4. quæst. 11. num. 17.* Vasq. *de success. lib. 1. §. 6. num. 56.*
7 *circa fin.* ubi addit, † *textum in dict. l. fin. §. ubi autem. 3. C. de bon. quæ lib.* apertiùs loqui non potuisse, nisi afflatu quodam divino velis, ut Justin. renascatur, illudque vivâ voce testetur. Probè ta-
8 men nosse oportet, † sanctionem hanc Justinianeam haud locum habere, quando filius in primâ ætate est constitutus, uti satis liquet ex verbis *d. l. fin. §. ubi autem in unum. 3. ibi: Nisi adhuc in pri-*
9 *mâ ætate sint constituti, &c.* † Quæ verba de pupillari ætate usque ad annum 14. rectè intelligit Pi-
10 nell. *dict. loc.* Similiter † nec patri officit, si filius consentire nolit, aut quando de usufructu solùm, non etiam de proprietate bonorum adventitiorum
11 movetur controversia; † Nam & tum patrem absque consensu filii agere posse tradit Pinell. *loc. alleg.* quem sequitur Hart. Pist. *dict. qu. 11, n. 19. 20.*

linquere voluisse, præsumitur, † cum parentes bo- 2
na sua ad neminem magis, quàm ad liberos posteritatemque suam pervenire concupiscant *l. cum ratio. 7. in pr. ff. de bon. damnat. l. scripto. 7. §. fin. ff. Unde liber. l. nam etsi. 15. in pr. de inoff. testament. l. de emancipatis. 13. C. de legit. hered.* † Sed 3
quid recurrendum ad præsumtiones & conjecturas ad eliciendam mentem testatoris contrariam, cum ipsius verba clara sint ac manifesta, *l. ille aut ille. 25. §. cum in verbis. 1. ff. de legat. 3.* † Secundum quæ 4
denegatio ususfructus ad fructuum commoditatem tantummodò vivo adhuc filio restringenda, non etiam ad successionem in proprietate extendenda est, Mod. Pist. *p. 2. quæst. 59.* † Nam peri- 5
culosum est à scripto recedere, & id magis sequi convenit, quod præmeditatè à testatore præscriptum, quàm quod contra acutè excogitatum est, *l. si alii. 19. ff. de usufruct. legat.* † Et quia leges de- 6
ferunt patri successionem in bonis liberorum, ex tacita testatoris voluntate, hæc ei neutiquam est invertenda, † quippe qui id voluisse præsumitur, quod 7
Lex ipsa disponit Bartol. *in l. heredes mei. 57. §. cum ita. 1. num. 4. ff. ad SCtum Trebell. & in l. ut jurisjurandi. 7. §. si liberi. 6. n. 5. ff. de oper. liber.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 5. n. 1.*

Ita Domini in causa Valentini Mindens zu Pöppeln/ M. Septembr. An. 1630. [Verba sent. Hat euer Schwäher Vater in seinem Testament euren Kindern eine gewisse Summa Geldes zum Voraus vermacht. Ob er nun wol darneben Verordnung gethan / daß ihr die Fruchtniessung daran nicht haben / sondern die jährlichen Zinsen den Kindern zum besten allewege als ein Capital wiederum um Verzinsung ausgethan werden sollen/ &c. So ist euch hierdurch der Erbfall nicht entzogen worden/ sondern wann eins oder das andere unter benelden euren Kindern versterben möchte / So habt ihr euch dessen Antheil an solchem prælegato ab intestato billich anzumassen/ V. R. W.)

Ita Domini in causa Caspari Oertels zu Ohndorff / Mens. Jun. Anno 1629. [Verba sentent. Hat euer Sohn nach eures Weibes Absterben ein Viertheil Landes als Mutter-Gut ererbet / welches ihr als der Vater biß anhero in Besitz gehabt/ und die Fruchtniessung eingenommen/ und es ist nunmehr wegen berührtes Viertheil Landes Streit und Irrung entstanden / deßwegen ihr als der Vater Gerichtlichen zu klagen vorhabens seyd. Da nun benelder euer Sohn / wofern er das vierzehende Jahr seines Alters erfüllet / hierzu seinen Consens und Einwilligung geben würde/ &c. So wäret ihr seines Mutter-Guts wegen Gerichtlichen zu agiren wohl befugt / V. R. W.)

Definit. XV.

Pater privatus usufructu in bonis liberorum adventitiis, ab eorundem successione non videtur excluſus.

1 EXistimare equidem quis posset, adempto patri usufructu in bonis filio relictis, ne quidem jus successionis salvum ei esse filio defuncto, maximè si avus in testamento denegaverit genero suo usumfructum in bonis nepotum, quos invicem potius substituisse, quàm genero quicquam re-

Definit. XVI.

Macedoniani Exceptio non solùm filio, sed & ipsi patri filio succedenti prodest, modò ejus voluntate contractum non fuerit mutuum.

1 HAud minimus patriæ potestatis effectus est, quod filius in sacris parentum constitutus mutuum accipiens, adversus Creditorem pecuniam mutuò datam repetentem exceptione SCti Macedoniani sese tueri possit, *l. 1. & passim tit. ff. & Cod. ad SCt. Macedon.* † Quæ exceptio non eò minus 2
ipsi prodest, quod sigillo patris exquisitâ per Creditorem fraude Chirographum filii obsignatum proponatur, *l. 2 C. de reb. alien. non alien.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 20. defin. 3. num. 2.* † Modò 3
non aliis ex probationibus appareat, Consensum patris interveniſſe: quo casu Macedoniani exceptionem cessare certum est, *l. sed Julianus. 7. §. interdum. 11. & §. pen. l. si tantum. 12. l. filium. 14. ff. ad SCtum Macedon.* † Nec refert, 4
an intervenerit ab initio, an ex post-facto. Quod si verò de voluntate ac consensu patris Creditor doce-

docere nequeat, † adeò efficax eſt hæc exceptio, ut non ſolùm filio contrahenti, ſed & ejusdem heredi profit, † nec non patri filio defuncto in bonis maternis & adventitiis ſuccedenti, *l. pen. C. eod. tit.* Weſenb. *in parat. ff. ad SCtum Macedon. n. 8.*

Ita Domini in cauſa Georgii Volckmans zu Leipzig / M. Julio, Anno 1575. [Verba ſententiæ: Iſt auch H. G. ein vornehmer Bürgers-Sohn zu K 225. fl. ſchuldig worden. Ob er nun wol in ſeiner Verſchreibung zugeſagt / daß auch ſolche Schuld / wann er freyen oder verſterben würde / von ſeinem Mutter-Theil / ſo er bey ſeinem Vater ſtehen hat / bezahlet werden ſolte. Dieweil ihr aber dennoch ſelbſten berichtet / daß ſolche Schuld ohne Vorwiſſung und Bewilligung ſeines Vatern / in deſſen Gewalt er noch geweſen / geſchehen / ꝛc. So ſeyd ihr auch berührte Schuld von ſeinem Vater itzo nach des Sohnes Tode von dem hinterlaſſenen Mutter-Theil zu fodern nicht befugt / V. R. W.)

Definit. XVII.

Propter dignitatem & honorem liberatus patriâ poteſtate, exceptione Macedoniani ſe tueri nequit; Et quid Juris in Nobilibus?

1 NOn excludit dignitas filii beneficium SCti Macedoniani: Nam etiamſi is Conſul ſit, vel alterius cujusvis dignitatis, Senatusconſulto locus eſt. Verba ſunt JCti Ulpiani *in l. 1. §. ult. ff. de Senatusconſ. Macedon.* 2 † Unde infertur, ei, qui propter dignitatem patriâ poteſtate liberatus eſt, hanc exceptionem non denegari, quæ ſententia eſt Coſtalii & Salycet. *in d. l. 1. §. ult.* hac ratione, quod tantùm liberati intelligantur patria poteſtate in favorabilibus, non verò in odioſis, Salyc. *in Auth. ſed Epiſcopalis. C. de Epiſc. & Cler.* Bartol. *in l. item. 3.* 3 *in fin. ff. de his qui ſui & c.* † At ratio hæc Salycet. & Bartol. mihi non ſatisfacit, quia SCtum Macedonianum principaliter favorem filii non ſpectat, ſed odium fœneratoris *L. 40. in fin. pr. ff. de condict. indebit.* ut ex parte filii periculo corruptionis & inſidiarum in patrem occurratur *l. 1. ff. de SCto Macedon.* 4 *ubi* Matth. Weſenb. *in parat. num. 3.* † Quas præſumptiones excludit qualitas dignitatis, poſtquam ſcilicet hi non amplius ſunt filiifamiliâs, *Novell. 81.* 5 † Et cum ita per dignitatem & honorem liberati patriâ poteſtate, omnia ſibi acquirant, ceſſabit in iis SCtum perindè ac in emancipatis, ut rectè advertit Gloſſ. *in d. l. 1. §. ult. ubi &* Caſtren. *num. 3.* ubi in 6 terminis tradit, † quod ſtatutum diſponens, ne filius officio publico fungens ſine patre contrahere poſſit, non habeat locum in ea ſpecie officii, quod 7 liberet poteſtate patris. † Cui nil obſtat *d. l. 1. §. ult. ff. de SCto Macedon.* quam Accurſ. rectiſſimè jure novo per *dict. Novell. 81.* ſublatam eſſe, docet, 8 ſiquidem loquitur de Conſule filiofamiliâs. † Sola tamen Nobilitas, licet per ſe aliqua ſit dignitas, non facit, quò minus filiofamiliâs nobili hoc bene- 9 ficium competat, † Quia Nobilitas non eſt modus diſſolvendæ patriæ poteſtatis, ac Nobilis non minus ac plebejus in ſacris parentum conſtitutus eſt, ut proinde etiam poſt mortem patris exceptione Macedoniani gaudeat, nec æs alienum, vivo patre contractum, ſolvere teneatur *l. 1. ff. de SCto Macedon.* † Modò non poſt mortem patris pater- 10 fa miliâs effectus æs illud ratificaverit, *l. 7. §. ult. l. 9. ff. eod. tit.*

Ita Domini in cauſa Nobilis cujusdam Viri C. à S. in R. & C. à S. in S. Menſe Septembri Anno 1625. [Verba ſent. Uber diß auch ſolche Schulden noch bey Lebzeiten ſeines Vatern O. von S. und da er noch / wie Klägern nicht unwiſſend / in deſſen Väterlichen Gewalt geweſen / gemacht worden / dannenhero er ſich des beneficii SCti Macedoniani, Inhalts der Rechte nicht unbillich zu gebrauchen hat / ꝛc.)

Definit. XVIII.

Pater tenetur alere filium etiam naturalem & ſpurium, niſi hic ſemetipſum exhibere queat.

DUbium non eſt, quin pater teneatur filios alere, *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi quis ex his. 10. ff. de lib. agnoſc. ubi* Bartol. & Dd. adeò ut ſi hoc non fecerit, ſe reddat indignum eorundem hereditate, Matth. Coler. *p. 2. deciſ. 256.* † Eſt enim educatio 2 juris Naturalis, *pr. Inſtit. de jur. Natur. gent. & civil. cap. jus naturale. 7. diſtinct. 1.* † Unde pater dicitur filios necare, denegando ipſis alimenta *l. necare. 4. ff. de lib. agnoſc.* † Quod tamen non aliter 4 exaudiendum, quàm ſi filius proprio labore ac induſtriâ victum & amictum quærere nequeat; † Juſta ſiquidem cauſa denegandi filio alimenta eſt, 5 quando filius poteſt ſeipſum exhibere, ut eſt text. *in d. l. ſi quis à liberis 5. §. ſed ſi filius. 7. ff. de lib. agnoſc. ubi* Gloſſ. & Bartol. † Idque verum eſt, non ſo- 6 lùm quando filius poſſidet bona, ex quibus alimenta ſumere poſſit, ſed etiam quando poteſt vivere ex ſuis operis *l. un. C. de mendic. valid. lib. 11. ubi* Bartol. *n. 7.* dicit, quod filio ſano & robuſto valenti operari, non teneatur pater miniſtrare alimenta, Johan. Petr. Surdus *de aliment. titul. 7. quæſt. 6. in pr.* † Hocque procedit non modò in filio, ex legitimo 7 matrimonio procreato, ſed & in naturali ac ſpurio, cui æquè pater tenetur præſtare alimenta, niſi ſeipſum exhibere queat, *Auth. licet. Codic. de natur. liber. cap. haberet. 5. extr. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adul. cap. cum inter. 2. extr. qui filii ſint legit.* quod latius perſequitur Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt. 9.* Matth. Coler. *p. 2. deciſ. 254.* Andr. Gail. *l. 2. obſ. 88. n. 4.* Hart. Piſt. *lib. 1. qu. 42.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 35.*

Ita Domini in cauſa Michaëlis Kuchels zu Girſchbach / Menſ. Decembr Anno 1598. [Verba ſentent. Hat A. M. eines Hirten Tochter geſchwängert / welche eines Sohns geneſen / und derſelben nach dem Vater H. M. nennen laſſen / und nachdeme ſich gedachter A. M. verehlichet / und hernach verſtorben / hat er eine Tochter / ſo er im Eheſtande gezeuget / zuſammt einer anſehnlichen Erbſchaft nach ſich verlaſſen / wann er nun gleich bey ſeinem Leben obbemeldte Schwängerung geſtanden / und gedachten H. M. für ſein Kind erkannt hätte / da aber dennoch derſelbe nunmehr erwachſen / und ſein Brod ſelbſten erwerben könte / ꝛc.

So wäre die eheliche Tochter ihme die alimenta oder sonsten etwas aus ihres Vatern Gütern zu geben nicht schuldig/ V.R.W.)

Definitio XIX.

Mater alit filium inopem, non frater, qui heres patri haud extitit.

1 SI quis habeat matrem & fratrem divites, ipse verò inopiâ laboret, alimenta à matre petere potest, non à fratre, si heres patris non extiterit, ejusque hereditatem adeptus haud fuerit, *l. si quis à liberis. 5. §. 1. & §. item rescriptum. 17. ff. de lib. agnosc. ubi* Bartol. Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 106.* ubi
2 plures allegat, † quippe mater filio vinculo longè fortiori obstricta est, quàm frater fratri, quia nullus amor vincit parentum amorem *l. ult. C. de curat.*
3 *furios. l. isti quidem. 8. ff. quod met. caus.* † Quin & mater cogitur filium educare naturali jure, à quo descendit educatio *l. 1. §. jus naturale. 3. ff. de Justit.*
4 *& Jur. l. ult. §. 5. vers. filiis. C. de bon. quæ liber.* † At frater non instinctu Naturæ, sed impulsu legis Civilis ad id tenetur, *arg. l. cum plures. 12. §. penult. ff. de admin. tutor. l. qui filium. 4. ff. ubi pupill.*
5 *educ.* † vel propterea ergo tantò magis est obstricta mater, quantò fortior est obligatio naturalis civili *l. eas obligationes. 8. ff. de capit. min. §. sed naturalia. 11. Inst. de jur. nat. gent. & civ.*

Ita Domini in causa Caspari Eberhards zu Minckwitz/ M. Majo, Anno 1612. [Verba sentent. So mag doch der Sohn seine Schwester/so blöde ist/ weil die Mutter noch am Leben / im Gute zu behalten und zu alimentiren nicht gedrungen werden/ sondern bemeldte Wittib/ als des Mägdleins leibliche Mutter / ist dasselbe mit nothdürfftigem Unterhalt zu versehen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XX.

Avus quoq; tenetur alere Nepotem etiam Spurium ex filio legitimo procreatum.

1 DIxi Defin. 18. patrem teneri alimenta præstare filio; Sed *an idem in avo paterno?* Ita certè;
2 † Nam & hic, quando filius superstes non est, aut liberos suos exhibere non potest, Nepotibus, de alimentis prospicere tenetur, Gloss. *in l. si quis à liberis. 5. ff. de agnosc. vel al. liber.* Nam pater non solùm tenetur alere filium, sed etiam alia onera sustinere,
3 † Ergò & alere Nepotes ex filio, quia illi numerantur inter onera filii *l. pen. ff. de lib. agnosc.*
4 Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 12. n. 1.* † Quod & verum in Nepote spurio, procreato ex filio legitimo, cui etiam avus paternus tenetur alimenta præstare, si se
5 ipsum aliunde exhibere nequeat. † Est enim legibus minus odiosus, ut notatur in *l. fin. Cod. de nat.*
6 *lib.* † Tradunt sic in terminis Nicol. de Ubal. *in tract. de succes. ab intest. part. 1. num. 47.* quem refert & sequitur Surd, *de alim. dict. qu. 12. n. 8.*

Ita Domini ad consultationem Senatus in Budissen, M. Augusto, Anno 1600. [Verba sententiæ: Da nun solches ausser der Ehe erzeugtes Kind von seiner verstorbenen Mutter so viel nicht ererbet / davon es seinen nöthdürfftigen Unterhalt haben könte / so wäre der Großvater G. D. von wegen seines ausländischen Sohnes/dasselbe zu sich zu nehmen / und zu ernehren/ oder es sonsten mit nothwendigem Unterhalt / biß es sein Brod selbsten verdienen kan / seinem Vermögen nach zu versehen schuldig / V.R.W.)

Definit. XXI.

Avus maternus non alit Nepotes, quando superstes adhuc est avus paternus.

AVus Maternus & Avia Materna non tenentur 1
Nepotes agnoscere; qui enim ex filia mea nascuntur, non mihi, sed patri suo, vel avo paterno sunt oneri, inquit JCtus Marcell, *in l. non quemadmodum. 8. ff. de lib. agnosc. ubi* Bartol. † Ex quâ 2
ratione infert Gloss. avum maternum non teneri dotem dare Nepti ex filia, quia onus dotandi sicut alendi, est paternum, non maternum, *in l. fin. ubi &* Bartol. & Salyc. *Cod. de dot. promiss.* Dd. *in l. 1. ff. solut. matrim.* † Sed quando avus paternus super- 3
stes amplius non est, patre quoque mortuo, vel egente, nec habili existente matre præstandis alimentis, tunc demum in subsidium avus maternus tenetur alere Nepotes *dict. l. non quemadmodum. 8. in fin.* † Ex quo porrò sequitur, quod avus ma- 4
ternus teneatur quoque dotare Nepotes in subsidium, Bald. *in l. neque mater. 14. C. de jur. dot.*
† Quemadmodum enim non nisi in subsi- 5
dium mater cogitur alere & dotare liberos, si nempe pater est inops, nec liberi aliunde quid habeant, *l. si quis à liberis 5. §. utrum. 2. vers. an verò etiam matrem. ff. de lib. agnosc. l. pen. ff. eod. tit. Auth. si pater. C. de divort. fact.* Bartol. & Dd. *in l. alimenta. 11. C. de negot. gest.* † Ita nec avus ma- 6
ternus vel avia materna: Nam sicuti patris appellatione venit avus paternus, ita & matris appellatione avus maternus, Baldus *in l. Nesennius. 34. num. 2. ff. de neg. gest.*

Ita Domini in causa Hansen Kühlers und Balthasar Lötzschens zum Buchholtz Mens. Martio Anno 1627. [Verba sententiæ: Ist Christoph Kühler und sein Eheweib Todes verfahren / und haben zween Söhne nach sich verlassen/ und weil beydes Christoph Kühlers und seines Weibes Vätere als Hans Kühler und Balthasar Lötzsch noch am Leben seyn/ entstehet unter ihnen beyden Irrung / welcher des Christoph Kühlers zween Söhne unterhalten soll/ꝛc. So ist der Großvater vom Vater Hans Kühler seines Sohnes Kindere von dem seinen nothdürfftig zu versorgen schuldig / und es mag der Großvater von der Mutter Balthasar Lötzsche / so lang Hans Kühler am Leben / und Vermögens ist / etwas darzu zu geben wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Definit. XXII.

Mater alimenta filio præstita, ab ipso ejusve heredibus repetere nequit, nisi de hoc fuerit protestata.

REgula generalis est Interpp. quod Mater in 1
dubio videatur intuitu pietatis aluisse filium,

ac

ac proinde non repetat ab ipso filio, quod in causam alimentorum impendit, *per text. in l. Nesennius 34. ff. de negot. gest. vers. ut si mater aluisset. l. alimenta 11. C. eod. tit. ubi* Salycet. *num. 1.* Bart. *in d. l. Nesennius 34. ff. de neg. gest.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas. 88. num. 20.* † quod & procedit in aviâ 2 maternâ, *dict. l. Nesennius 34. ff. de negot. gest.* Gloss. & Salycet. *in d. l. alimenta. 11. C. eod.* † quando- 3 quidem ardentius descendit amor in nepotes, quàm viget in filiis, *l. liberorum. 220. in fin. ff. de verb. signif.* ut sic avia tanto majori pietatis affectu & amore de propriis Nepotes aluisse videatur. Non semper 4 tamen vera est hæc Regula, sed fallit *Primò*, † quando mater protestata fuisset alere se filium repetendi, non dandi animo. † Quo casu alimenta à filio 5 benè repetere potest, ut est textus clarus *in dict l. Nesennius 34. vers. quid enim si etiam protestata. ff. de neg. gest. ubi* Bartol. *dict. l. alimenta 11. C. eod. ubi* Salycet. *n. 4.* Quod tamen haud aliter intelligendum, quàm si protestatio facta fuisset à principio, 6 † nam facta post alimenta jam filio præstita, non valet, ut pulchrè declarat post alios, quos allegat, 7 Surdus *de aliment. tit. 6. q. 8. n. 67. & seqq.* † Quando enim agitur de præjudicio tertii, cui jus fuit quæsitum, protestatio ex intervallo non prodest, nec retrotrahitur ad tempus dispositionis, Tiraq. *in l. si unquam 8. verb. libertis. n. 15. C. de revoc. donat.* Dec. *in l. in ambiguis 85. n. 4. ff. de Reg. jur.* Castrens. *in l. hereder palam. 21. §. si quid post. 1. n. 4. in fin. ff. qui testam. fac poss.*

Ita Domini in causa Mariæ Schönbornin / zu Pirna / Mens. Decembr. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wol sonsten dafür zu achten / daß solches aus Mütterlicher affection geschehen / dannenhero in dergleichen Fall die repetitio alimentorum nicht statt hat; da ihr aber dennoch angeregte Kosten und aliment-Gelder anderer Gestalt nicht als darleihens-weise auff euern Sohn gewendet und vorgeschossen / deßwegen auch anfänglichen alsobald protestirt hättet / &c. Auff solchen Fall wäre euch euers verstorbenen Sohns Wittib auff vorgehende richtige liquidation und Bescheinigung / Wiedererstattung zu thun schuldig / V. R. W.)

Definit. XXIII.

Aut nisi alimenta filio præstita in libro rationum consignaverit.

1 FAllit *Secundò* hæc Regula, quando mater in libro rationum familiarium scripsisset filium debitorem pro alimentis, quæ illi præstitit. Nam per id videtur animum declarare, quod velit repetere, non donare, *per text. in l. Nesennius 34. in fin. vers. maximè si etiam in ratione &c. ff. de negot.*
2 *gest.* † Qui licet de libro aviæ defunctæ loquatur, cui magis creditur, quàm libro viventis, ut sic forsan hic textus minus ritè ad præsentem limitationem
3 applicari queat; † Attamen hoc inde sufficienter probatur, quod animus repetendi probetur ex declaratione, & quod declaratio probet animum,
4 Surd. *de aliment. tit. 6. q. 8. n. 76.* † Et aliàs liber rationum probat in iis, quæ pendent à voluntate nostrâ Bartol. *in dict. l. Nesennius 34. ff. de neg. gest. n. 4.* Quodque per librum privatum rationum & expensarum probetur animus, docet Bald. *in d. l.*
5 *Nesennius 34. ff. de neg. gest. n. 5.* † Quare cum mater alimenta præstita consignaverit in libro rationum, satis videtur declarâsse mentem, quod repetendi animo hoc fecerit. † Hoc tamen non aliter 6 exaudiendum, quàm si constet, quod liber scriptus sit à principio, post factam siquidem impensam, scriptus liber aut facta consignatio non probat animum repetendi, † quia declaratio debet fieri re 7 adhuc integrâ & à principio, non post consummatum actum, ut dixi Defin. *præced.* Surd. *dict. qu. 8. num 77.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Deßwegen auch so bald anfänglichen protestiret, oder sonsten die ausgelegten Unkosten als eine Schuld auffgezeichnet / und also eure Meinung gnugsam erkläret hätte / &c. auff solchen Fall wäre euch euers verstorbenen Sohns Wittib / auff vorgehende richtige liquidation und Bescheinigung / Wiedererstattung zu thun schuldig / V. R. W.)

Definit. XXIV.

A patre verò, ejusq; heredibus alimenta filio præstita repeti possunt.

FAllit *Tertiò* Reg. prædicta, si mater non contra 1 filium ipsum, sed contra maritum agat ad restitutionem alimentorum, quæ filio præstitit. † Communis siquidem est opinio Dd. quod detur repetitio à patre, vel alio, qui erat obligatus, per text. *in l. Nesennius 34. ib. pone patrē obiisse ff. de negot. gest. l. si quis à liberis 5. §. si mater. 14. ff. de liber. agnosc.* † Quando enim onus alendi spectat ad alium, putà 2 patrem vel avum, quem sciebat vel credebat mater vivere, tunc etiam sine aliâ protestatione videtur impendisse repetendi, non pietatis animo, † quia 3 non subest pietas inter eam & illum, qui tenebatur filium alere, Bartol. & Castrens. *in d. l. Nesennius 34. ff. de neg. gestis.* Salycet. *in l. alimenta 11. num. 3. C. eod.* † Quare & meritò hoc casu matri datur 4 repetitio non solùm à patre, sed & ejusdem heredibus, quia actiones tàm activæ quàm passivæ transeunt in heredes & contra heredes. *tot. tit. C. ut act. ad hered. & cont. hered.* † Ejusdem enim conditionis 5 est heres cum defuncto *l. heredem. 59. ff. de Reg. Jur.* nec variatur obligatio ex persona heredum *l. 2. §. ex his 2. ff. de verb. oblig.* Surd. *de aliment. tit. 6. qu. 8. num. 5.* † Qvia & hoc verum est non solùm in 6 matre, † Sed etiam in avo vel aviâ maternâ, qui, 7 si nepotem aut neptem aluerint, cum tamen onus alendi ad patrem spectaret, possunt à patre ejusve heredibus alimenta repetere, † modò non plus 8 impenderint, quàm pater in causam alimentorum erogaturus erat *arg. leg. in rebus. 18. §. possunt. 2. ff. commod. l. 2. & l. si servum. 10. C. de neg. gestis.* † quia appellatio matris includit omnes ascendentes per maternam lineam, Innocent. *in c. si verè. 34. Extr. de sentent. excomm.* † Et quòd avia veniat matris 9 appellatione, tenet Bartol. *in l. 2. §. videndum. ult. ff. ad SCtum Tertul.* Bald. *in d. l. Nesennius 34. ff. de N. G. n. 2. & in l. quicquid 2. in pr. C. de bon. matern.* Surd. *dict. quæst. 8. n. 13.*

Ita Domini in causa Jeremiæ Meldners, Pastoris in Reinhardsgrün / Mens. Jan. Anno 1622. (Verba sentent: Habt ihr bey Lebzeiten euers Eydams / seinen mit eurer Tochter erzeugten Sohn in die 7. Jahr mit nothdürfftigem Unterhalt versehen und alimentirt, &c. so seyd ihr nunmehr die Unkosten / so auff solche alimentation gangen / aus bemeldtes euers verstorbenen Eydams Verlassenschafft wieder zu fordern wohl befugt / V. R. W.)

Definit. XXV.

Vitricus expensas factas in alimenta privigni repetere potest.

1 EUtychiano quærenti, an expensas in alimentationem privignæ factas repetere queat, hisce verbis rescribit Imp. Gord. *Si paterno affectu privignas tuas aluisti, seu mercedes pro his aliquas magistris expendisti, ejus erogationis tibi nulla repetitio est: Quod si ut repetiturus ea, quæ in sumptum misisti, aliquid erogasti, negotiorum gestorum tibi intentanda est actio, in l. si paterno. 15. C. de negot. gest.* †Unde manifestum est, si constet, quod vel do-
2 nandi vel repetendi animo vitricus privignum privignamvè aluerit, voluntatem Vitrici servandam esse, de quo casu minus dubium est, Salyc. *in d. l. alimenta 11. C. d. t.* Fulg. Capra. *in cons. 101. num. 1. At*
3 *quid si de hujus voluntate & animo, non constet?* † Verior & communior est Dd. sententia, quod in dubio Vitricus præsumatur aluisse animo repetendi, & consequenter possit repetere, Salycet. *dict. l. alimenta 11. C. d. t. num. 1.* Surd. *de aliment. tit. 6. qu. 11. num. 4.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qu. cas. 88.*
4 *num. 13.* † *Tùm*, quia vitricus in dubio præsumitur odio habere privignos *l. 1. ubi* Glos. *C. ubi pupill. educ. deb.* Cravett. *cons. 142. numer. 13.* Joseph. Ma-
5 scard. *de probat. conclus. 531. n. 62.* † *Tùm*, quod is, qui in rem alterius impendit, videatur habere animum repetendi, *l. cum de indebito. 25. de probat.* Surd. *d. quæst. 11. n. 4.*

Ita Domini in causa Ludovici & Ernesti Fachsiorum, eorumque Vitrici Johannis Rudolphi zu Stetteritz/ Mens. Novembr. Anno 1591. (Verba sent. Habt ihr eure beyde Stief-Söhne Ludwig und Ernst die Fachse Gebrüdere von Anno 76. biß auff Anno 91. mit Essen/ Trincken/ Kleidung und aller anderer Nothdurfft versorget/ &c. So seyn sie sich hierumb mit euch abzufinden und gebührliche Erstattung zu thun schuldig/ V. R. W.)
Et in causa Andreæ Kretzschmars zu Mühlberg/ Mens. Jul. Anno 1633.

Definit. XXVI.

Nisi privignus probet, animo donandi à vitrico sibi præstita fuisse alimenta.

1 IN dubio solummodò vitricus præsumitur aluisse Privignum animo repetendi, cui & propterea da-
2 tur repetitio, Definit. *præced.* Secus verò, † si constet de animo donandi *l. si paterno. 15. C. de negot.*
3 *gest.* † Probatur verò animus donandi conjecturis & præsumtionibus, desumtis ex qualitate privigni vel vitrici, ut declarat Bartol. *in d. l. si paterno 15. C. d. t. ubi etiam* Bald. & Salycet. Consistit namque in animo, an quis voluerit donare, an verò repetere;
4 † At ea, quæ in animo consistunt, occulta sunt, ideoq; conjecturis & indiciis probari possunt Nam in his, quæ sunt difficilis probationis, contentatur lex iis probationibus, quæ ex naturâ rei queunt ha-
5 beri, Surd. *de alim. tit. 6. quæst. 11. num. 52.* † Cumque ex diversitate factorum jus varietur, ideo judicis arbitrio committitur, quæ sufficiens habeatur conjectura ad præsumendum vel donationem vel repetitionem, *l. 1. ff. de jur. delib.* Corn. *volum. 1. cons.*
6 *265. in fin.* Hoc tamen expeditum est, † quod Privigno incumbat onus probandi animum donandi in vitrico, pro quo semper militat præsumptio repetitionis, secundum tradita *in* Defin. *præced.*
Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da nun solches anderer Meynung von euch nicht geschehen / denn daß sie euch derwegen Erstattung thun solten / dafür es in Zweiffel/ wann von ihnen ein anders nicht ausgeführet werden kan/ zu halten/ &c.)

Definit. XXVII.

Repetere etiam nequit Vitricus alimenta, si Privignus privignave fuerit in ipsius obsequio & servitiis.

REstringenda quoque est repetitio alimento- 1
rum Vitrico concessa ad privignum, qui non erat in servitio vitrici. † Quoniam, si privignus pri- 2
vignave fuerat in illius obsequio & servitio, cessat repetitio alimentorum, Glos. *in l. si paterno. 15. C. de negot. gest.* Surd. *de aliment. tit. 6. quæst. 11. numer. 18.* Bartol. Bald. & Salycet. *in d. l. si paterno. 15. C. d. t.* † *Tùm*, qood recipiens servitia, videatur impendere 3
alimenta in illorum recompensationem, *l. sed si vir ex lana. 31. §. ult. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. sicut. 48. ff. de oper. libert.* † *Tùm*, quod alere quis 4
teneatur eum, cujus operis utitur, *l. in rebus 18. §. possunt. 2. ff. commodat.*

Ita Domini ad requisitionem Georgii Bethmans zu Leipzig / Mens. Julio, Anno 1632. (Verba sent. Hat ein Bürger/ von welchem eure Frage meldet / seine drey Stief-Töchter / biß sie zu ihren Jahren kommen / alimentirt, und mit Unterhalt versorget/ Ob er nun wohl der Aeltesten und Jüngsten das Kost-Geld/ so sie schuldig gewesen/ gutwillig geschencket/ &c. So mag er doch auch der mittelsten / so er 45. Jahr bey sich unterhalten / dergleichen zu thun und ihr das Kost-Geld zu erlassen wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ sondern/ wofern er bemeldte seine mittelste Stief-Tochter zu seinen Diensten nicht gebraucht / noch dieselbe als eine Magd arbeiten lassen / ist er von ihr wöchentlich einen halben Thaler Kost-Geld zu fodern wohl berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XXVIII.

Pater filii bona administrans quatenus præstita alimenta & sumptus studiorum repetere possit.

QUarto. Datur quoque Matri facultas repeten- 1
di alimenta filio præstita, quando ipsius bona & negotia administravit, quia præsumitur de bonis filii præstitisse *l. Nesennius 34. vers. ex contrario. ubi* Bartol *n. 4. & 5. ff. de negot gest.* † Nam tunc de- 2
mum donationis conjectura capitur, quando alia sumi non potest *l. cum de indebito. 25. ff. de probat.* Afflict. *decis. 44. n. 24.* At ubi filii bona administrat, sumi potest alia conjectura, quam donationis, id est, quod solverit de bonis filii: Item † donari tum 3
videtur aliquid, quando nullo cogente jure solvitur *l. donari 29. ff. de donat.* At præstando alimenta filio, cujus gerit administrationem, videtur id solvere, ad quod cogi poterat, Ergò non videtur donare, adeoque data repetere potest, Joh. Petr. Surd. *de aliment. tit. 6. quæst. 8. num. 46. & seqq.* † Eodem- 4
que modo repetitio alimentorum competit patri bona filii administranti, secundum tradita Surdi *dict. quæst. 8. num. 105. & quæst. 15. num. 3.* Neque enim hic videtur solvere de proprio, ex quo non tenetur alere filium divitem, atque

ita

ita cessat obligatio & præsumptionis ratio *dict. l. Nesennius 34. ff. de negot. gest.* † Quod tamen notabiliter limitandum est in patre possidente bona filii adventitia, quorum usumfructum habet, pro quo alere videtur filium, vel saltem in foro Saxonico, ubi patri datur ususfructus in bonis liberorum, quamdiu hi ab ejus mensa non separantur, quæ separatio emancipationem facit, *h.* Const. *10.* † Attamen sumptus studiorum ex bonis adventitiis, in quibus usumfructum habet, jure repetit, cum hi sumptus plerumq; usumfructum multum superent, adeoque eos non donandi animo, † Sed de peculio filii pater videtur administrare, Bartol. *in dict. l. Nesennius 34. ff. d. t. n. 5. in fin. per text. in l. 1. in fin. ff. de petit. hered.* Surd. *dict. quæst. 8. num. 102.*

Ita Domini in causâ Jacobi Freislebens zu Weida / Mens. Febr. Anno 1634. (Verba sent. Ihr seyd aber den beyden Söhnen ihre legitimam davon zu entrichten schuldig / dagegen ist euch das jenige / was ihr / über nothdürfftige Unterhaltung / zu Erlegung des gradus Magisterii, und ihrer Ausstattung auff sie erweißlich gewendet / von ihnen hinwieder zu fodern unbenommen / V. R. W.)

Definitio XXIX.

Obligati sunt liberi ad præstanda alimenta parentibus egentibus.

1 NOn solum parentes liberos, sed & hi vicissim parentes suos alere tenentur, si pauperes sint, imbecilles, vel senio confecti, ita ut tantum acquirere nequeant, quantum sibi satis est ad quotidianum victum & amictum, *per text. in l. ult. §. ipsum autem 5. C. de bon. quæ lib. l. filia 5. C. de patr. potest. l. 1. & 2. C. de alend. liber. l. si quis à liberis 5. in pr. ff. de lib. agnosc. c. cæterum. 20. dist. 86.* Bartol. *in tract. de alim. num. 8.* Surdus *in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 17. num. 1.* Salycet. *in dict. l. 2. C. de alend.*
2 *liber.* † Ut verè dixerit Salomon *Proverb. 28.* Homicidam esse, qui patri subtrahit necessaria. Nec
3 mirari hoc quisquam debeat, † cum & pater in extremâ famis necessitate quondam filium vendere potuerit *l. 2. C. de patr. potest.* quanto ergò magis alimenta propriâ autoritate capere, bonaque filii distrahere, *l. ult. §. ipsum autem 5. C. de bon. quæ*
4 *liber.* † Neque hæc alendi necessitas à patria dependet potestate, cum & à filio emancipato pater alimenta consequatur *dict. l. si quis à liberis 5. §. sed utrum. 1. ubi* Dd. *ff. de liber. agnosc. l. legatum. 10. ff. de capit. min.* Cagnol. *in l. un. n. 25. C. quando non*
5 *pet. part.* Surd. *dict. quæst. 17. num. 6.* † Sed naturali nititur ratione, quâ benefacienti quilibet tenetur benefacere *l. sed etsi lege. 25. §. consuluit. 11. ubi*
6 Bartol. *ff. de petit. hered.* † Unde bene infert Aristoteles *lib. 3. æcon.* quod sicuti parentes aluerunt filios imbecilles, senio facti vicissim eadem alimenta à valentibus filiis reportare debeant.

Ita Domini ad consultationem Johann Rothens zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1617. (Verba sent. Da es aber dennoch / euerm Fürgeben nach / mit der Mutter eine solche Beschaffenheit gehabt hätte / daß sie nemlich in höchster Noth / Kranckheit und Armuth gewesen / auch in das Hospital nicht kommen können / also daß sie ausser der Kinder Hülffe verderben müssen / auff welchen Fall dann die Kinder ihre Eltern nothdürfftig zu alimentiren schuldig seyn / V. R. W.)

Definit. XXX.

Præteriti temporis alimenta, quæ ex officio Judicis debentur, peti nequeunt.

QUando alimenta debentur solo officio Judi- 1
cis, tunc præteriti temporis ratio non habetur, & qui habuit aliunde, vel ex industriâ suâ, vel erogatione aliorum, ea petere nequit Bartol. *in l. libertis quos. 18. §. 1. n. 3. ff. de alim. & cibar. legat.* Surdus *de alimentis tit. 5. quæst. 1. n. 43.* Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 58. numer. 1.* Anton. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 7. defin. 20. num. 2.* † Officio nam- 2
que judicis alimenta ideò decernuntur, ut quis vivat, nec fame pereat, nemo autem in præteritum vivit, licet vixerit, Fab. *dict. loc.* † Unde est, quod 3
de alimentis præteritis transigi possit, non etiam de futuris *l. de alimentis. 8. C. de transact.* Sequitur hinc ergò, † quod si filius se suis operis alimenta- 4
verit, vel fuerit sibi donatum aliquid à tertio, non agere tunc possit contra patrem pro alimentis præteriti temporis, † quia pater solùm obligatus est 5
ad alimenta præstanda, quando filius ea non habet aliunde, *l. si quis à liberis 5. §. si vel parens 8. ff. de lib. agnos.* Bartol. *in dict. l. libertis 18. ff. de alim. & cib. legat.* † Ubi hoc limitat, si quis coactus fuerit 6
mutuò accipere pecuniam, vel contrahere æs alienum & se obligare. † Vel etiam si alimenta non 7
solo jure sanguinis debeantur, sed & ratione operarum & servitii, vel contemplatione alterius rei, putà dotis vel aliter, quibus casibus alimenta quoque præteriti temporis peti posse ait, quem sequitur Surdus *dict. quæst. 1. num. 46. & 67.*

Ita Domini ad requisitionem Petri Philippi zu Ostramunda / Mens. Jan. Anno 1616. (Verba sent: Ob nun wohl solche Schwängerung H. VV. zugemessen werden will / und dahero der unächtige Sohn die aliment-Gelder von demselben fodern thut / &c. So mag doch gedachter H. VV. gestalten Sachen nach / weil er der unächtige Sohn biß ins 20. Jahr seines Alters von andern Leuten unterhalten worden / aliment-Gelder zu geben nicht angehalten werden / V. R. W.)

Et in simili causa an Stadtschreiber zu Mugeln / Mens. Mart. Anno 1596.

Definit. XXXI.

Peti autem possunt alimenta præteriti temporis, quæ debentur jure actionis.

ALiter res se habet in alimẽtis, quæ jure actionis 1
debentur, ex promissione factâ vel testamento. † Hæc namque pro tempore etiam præterito peti 2
possunt ab eo, qui aliunde habuit, & alitus fuit, Barto. *in l. libertis quos. 18. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 7. defin. 20. n. 1.* Surd. *de aliment. tit. 5. quæst. 1. n. 40. & tit. 9. quæst. 4. n. 7.* Modest. Pistor. *part. 2. qu. 58.* Felin. *in c. ex parte. 11. in fin. extr. de accusat.* † Eaque causa est, quod de hisce ali- 3
mentis præteritis etiam transigi queat, *l. de alimẽtis. 8. ubi* Dd. *C. de transact. l. cumunus. 10. §. 1. l. libertis. 18. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat.* Anton. Fab. *dict. loco.* † Unde & fit, quod defuncto alimentario, 4
alimenta, quæ debebantur, dum viveret, transmittan-

mittantur ad heredes & queant ea heredes alimentarii petere à debitore, *dict. l. libertis quos. 18. §. 1. ff. de alim. & cib. legat. l. uti-frui. 5. §. ult. ff. si usfructus petat. l. fructus 33. in fin. cum l. seq. ff. de Rei vindicat. l. qui usumfructum. 36. §. fin. l. quæstum. 37. ff. de usufr.* Surd. *dict. quæst. 1. num. 39.*

Ita Domini in causa Caspar Grunrods zu Freyberg/Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Da ihr aber dennoch zu erweisen hättet / daß euer Vater euch zu versorgen ihme anbefohlen/und solches von ihme nicht erfolget/ So wäre er euch die aliment-Gelder / so euch verflossener Zeit gebühret hätten / nochmals zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

Et in causa simili ad consultationem Senatus Lipsiensis Mens. Dec. Anno 1630.

Item ad requisitionem Nicolai Hoffmans zu Meissen/ Mens. Jul. Anno 1636.

Definit. XXXII.

Filii licet ante dignitatem patris suscepti fuerint, attamen patris dignitate & privilegiis fruuntur.

1 QUæri solet, *An filii ex nobilitate patris Nobiles fiant, & privilegiis Nobilitatis fruantur, si, antequam pater jura nobilitatis adipisceretur, nati*
2 *fuerint?* Hæc quæstio disertis verbis † deciditur à JCto Ulpiano *in l. senatoris 5. ff. de Senat.* ubi & eum Senatoris filium nominat, ac senatoriâ dignitate frui asserit, qui à Senatore susceptus est per adoptionem, antequam pater senatoriam dignitatem
3 adeptus esset. † Negotium solummodò videtur facere *l. senator. 11. C. de dignit. lib. 12.* ubi Impp. Senatoris vel clarissimi filium privatum esse dicunt,
4 editum antequam pater susciperet dignitatem. † In quo dubio dissolvendo anxie laborârunt Interpp. ut videre est *apud* Henr. Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 10. & 11. ubi inquit dict. l. 11.* non nisi de certa functione legali loqui, à quâ immunes esse filios Senatoris,
5 natos ante patris dignitatem; † Ex quo porro infert, ejusmodi filios frui quidem patris dignitate, sed non ejusdem privilegiis gaudere, *per l. 2. §. in filiis. 2. ff. de decur.* † At quid juvat filios dignitas, si pri- 6
vilegiis non gaudeant, ut sic stante Boceri sententiâ, decisionis Ulpiani *in d. l. 5. ff. de Senat.* haud magnus esset effectus: † Aliter itaque respondet Jul. 7
Pacius *cent. 1. quæst. 39.* distinguendo inter hæc duo: Filium Senatoris esse secundum Ulp. *d. l. 5. ff. de Senat.* Et filium ex Senatore natum esse secundum Impp. *in d. l. 11. C. de dign. lib. 12.* † Alii susceptum 8
seu conceptum ante patris senatoriam dignitatem, de quo Ulp. loqui autumant, distinguunt à filio nato ante hanc patris dignitatem; de quo Impp. referibere ajunt *in d. l. 11. C. d. t.* Sed neutra distinctio subsistit, ut demonstrat Bocer. *d. loco.* † Non ma- 9
lè forsan dixerim cum Duar. *2. disp. anniversar. cap. 29.* Quod *in principio l. 11. C. de dignit. lib. 12.* ab Impp. dictum fuerit, id posteà mutari *in vers. Cum autem &c.* Quod & placet Gothofr. *in dict. l. 11. C. d. t. lit. t.* † Ex hoc porrò deciso & illud haud in- 10
eptè infertur, quod filii opificis nati, antequam opifex Magister fieret opificii, æquè dicantur filii Magistri, Meisterskinder / ac proinde etiam horum privilegiis gaudeant, perinde ac si à Magistro opificii nati fuissent; † Quæ enim de Nobilitatis privi- 11
legiis, Nobilium natis competentibus, dicta fuêre, haud ineptè ad opificum privilegia in suis terminis extendi possunt, ex identitate rationis, † quæ idem 12
jus facit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 7. §. 2. C. de revoc. donat.*

Ita Domini in causa des Leineweber-Handwercks zu Leipzig/Mens. Junio Anno 1589. (Verba sent. Ob gleich etliche Gesellen in einem Handwerck/ ehe sie das Meisterrecht erlanget/ehelich worden/und Kinder erzeuget/ da sie aber dennoch nachmals Meister worden wären/ &c. So würden solche Kinder vor Meisters-Kinder gehalten / und ihr wäret sie dennoch von euern privilegien auszuschliessen nicht befugt/V. R. W.)

CONSTITUTIO XI.

PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Verordnung der Sächsischen Rechte / daß die Vormunden ihrer Mündlein nechsten Erben Jährlich Rechnung thun sollen/nicht allein in legitimis, sondern auch in testamentariis vel dativis tutoribus statt haben soll?

Quod jure Saxonico tutores proximis heredibus pupilli quotannis rationes reddere jubentur, an non in legitimis tantùm, sed & in testamentariis vel dativis locum habeat?

ES ist nach Sachsen-Recht ein Zweiffel gewesen / ob die tutores testamentarii & dativi nicht weniger als die legitimi, jährlich Rechnung zu thun schuldig / und ob nun wol diesem also / dieweil aber dennoch bißanhero obberührtes Sachsen-Recht auff alle Vormünden ohne Unterscheid durch einen Brauch aus gleichen Ursachen extendiret und erstrecket worden / und damit darinnen fortan desto mehr Gewißheit gehalten / So ordnen und setzen wir solches

TSi dubia fuit quæstio hæc in foro Saxonico, an tutores testamentarii & dativi non minus ac legitimi, quotannis rationes reddere tenerentur: quia tamen illam ipsam juris Saxonici dispositionem consuetudo hactenus ad tutores sine discrimine omnes ex paritate rationis extendit, igitur quò minus in posterum quoq; de eo dubitetur, ordinamus, autoritateq; hujus nostræ Constitutionis statuimus,

hiermit und Krafft dieſer Conſtitution, und wollen / daß alle Vormunden ohne Unterſchied/jährlich ihrer Verwaltung halben Rede und Antwort geben / auch gebührliche Rechnung thun ſollen.

imus,& volumus ut quicunque ſint tutores quotannis de adminiſtratione ſua reſpondeant omnes, ejusque rationes reddant.

DEFINITIONES.

1. *De bonis etiam feudalibus Pupillorum Tutores quotannis rationes reddere debent.*
2. *Hodie Tutores etiam ſuâ ſponte & irrequiſiti quotannis rationes reddere tenentur.*
3. *Tutor ſimul heres proximus pupillo exiſtens, non quotannis, ſed finitâ demum tutelâ, ipſi pupillo reddit rationes.*
4. *Remiſsâ confectione inventarii à teſtatore tutor ne quidem finitâ tutelâ rationes reddit, res tamen pupilli privatim conſcribere tenetur.*
5. *Mater tutrix liberorum, finitâ tutelâ, mediante Inventario rationes reddit.*
6. *Tutor reddens rationem adminiſtrationis, ante omnia inventarium exhibere, vel, eo deficiente, bona pupilli juramento indicare debet.*
7. *Nec mater tutrix, qvæ inventarium facere omiſit, à Juramento ſe liberare valet.*
8. *Ne quidem redditis rationibus per generalem quietationem tutor liberatur, quò minus ob fraudulentam adminiſtrationem denuo conveniri queat.*
9. *Quo anno incipiat Majorennitas in foro Saxonico, nec non Pubertas?*
10. *Adminiſtratio tutoris licet ex hodiernâ conſuetudine pubertate non finiatur, attamen ſi tutor Curatoris vices ulterius gerere nolit, invitus ad hoc cogi non poteſt.*
11. *Mater vidua quando & quatenus ſit tutrix liberorum ſuorum in foro Saxonico.*
12. *Mater abſque contutore ſibi adjuncto, nomine pupilli, validè non contrahit.*
13. *Nepoti ex filio prædefuncto Mater tutrix non datur ſuperſtite avo paterno.*
14. *Mater tutrix non admittitur, priusquam renunciaverit ſecundis nuptiis & SCto Vellejano, quæ tamen renunciatio jurata eſſe non debet.*
15. *Mater non petitis tutoribus, quando amittat liberorum ſucceſſionem.*
16. *Mater, non petens tutorem liberis quatenus noceat aviæ in ſucceſſione defunctis Nepotibus.*
17. *Creditor, minoris tutelam vel curam ſuſcipiens abſque manifeſtatione Crediti, actionis jacturam ſuſtinet.*
18. *Etiamſi nec minor nec pater ipſius mutuam acceperit pecuniam, ſed debitum aliunde in ipſum fuerit translatum.*
19. *Creditor tutelam ſuſcipiens abſque manifeſtatione pecuniæ creditæ illam non amittit, quando creditum eſt notorium.*
20. *Creditor minori tutor vel Curator dari poteſt, ſi hoc Magiſtratui placuerit.*
21. *Rei à tutore pecunia pupillari emptæ dominium pupillo acquiritur, cui & propterea Rei vindicatio competit.*
22. *Tutor, pecuniam pupillarem licito lucro ac fœnori non exponens, ipſemet uſuras vel Intereſſe pupillo refundere tenetur.*
23. *Niſi media elocandi pecuniam pupillarē idonea defecerint, & cuinam hoc caſu incumbat probatio?*
24. *Finitâ tutelâ vel curâ, minor nomina contracta agnoſcere tenetur, nec horum periculum ad tutorem vel curatorem pertinet.*
25. *Niſi tutoris vel Curatoris culpâ in exigendo vel contrahendo, nomina inidonea facta fuerint.*
26. *Quo caſu pupillus vel minor culpam tutoris ſive Curatoris probare debet.*
27. *Minor finitâ tutelâ vel curâ uſuras pecuniæ locatæ à debitore exigens, periculum nominis in ſe ſuſcipit.*
28. *Bona minorum immobilia abſque ſufficiente cauſa, ejuſq; cognitione & decreto Magiſtratus alienari nequeunt.*
29. *Sed abſq; debitis ſolennitatibus alienata à minore vindicari poſſunt, ipſiq; facta pretii refuſione, cum omni cauſâ ſunt reſtituenda.*
30. *Niſi alienatio injuſta bonorum minoris lapſu quinquennii poſt majorem ætatem à die ſententiæ confirmata fuerit.*
31. *Approbatur quoque alienatio à minore, quando major factus pretium accepit, aliudve ultrò fecit, quo priorem contractum valere præſupponit.*
32. *Minor prædium injuſtè & abſque debitis requiſitis alienatum vindicans, defectum requiſitorum ſolennium quando probare debeat.*
33. *Tutor poteſt emere rem pupilli non ab ipſo pupillo, ſed à contutore aut judice, facta ſubhaſtatione rei pupillaris.*
34. *Minori competit electio, an contra tutores vel Curatores agere, an verò in integrum reſtitui & bona injuſtè alienata revocare velit.*
35. *Heredes tutoris ex levi ipſius culpa non tenẽtur.*
36. *Beneficium ordinis tum demum competit tutoribus, quando ab ipſis facta eſt diviſio.*
37. *Apocha ſeu Quittantia tutoris non liberat debitorem, quo minus à minore in ſolutione læſo conveniri queat.*
38. *Nomen ſeu debitum pecuniâ minoris factum ad ipſum pertinet, licet tutor creditor fuerit nominatus in chirographo.*
39. *Non ſemper tria tutelæ onera vacationem præſtant.*
40. *Tutor propriis ſumptibus res pupilli adminiſtrare non tenetur, ſalarium tamen petere nequit.*
41. *Excuſſis Tutorum ac curatorum facultatibus, actio ſubſidiaria etiamnum hodie in Magiſtratum dari ſolet.*
42. *Pupillus apud matrem, quæ ad ſecunda vota tranſiit, educari non debet.*
43. *Niſi cognitâ cauſâ matri, vitrico nubenti, educationis cura à Magiſtratu fuerit commiſſa.*
44. *Minor læſione probata reſtitutus contra mutuum abſolvitur, niſi creditor pecuniam in utilitatem ejus verſam docuerit.*
45. *Solutio, facta pupillo abſque decreto Judicis, non liberat debitorem, etiamſi tutoris autoritas intervenit.*
46. *Judicialis quittatio non liberat debitorem pupilli, ſi non decretum Judicis præceſſerit.*

47. *Non*

47. *Non impugnari potest solutio tutori vel pupillo extrajudicialiter facta, si pecunia deperdita non sit.*
48. *Tutor nomine pupilli quando donare possit?*
49. *Ipsemet tutor donationem de rebus pupilli factam revocare nequit.*
50. *Minor beneficio restitutionis per Juramentum efficaciter renunciare potest.*

DEFINIT. I.

De bonis etiam feudalibus pupillorum Tutores quotannis rationes reddere debent.

1 NEmini mirum videatur, quod Illustrissimus Elector omnes indifferenter tutores adeoque testamentarios & dativos æquè ac legitimos quotannis rationes reddere jubeat *h.* Const. *11.* † Cum
2 & de jure communi quilibet rei alienæ administrator, sive tutor sit, sive Curator, sive negotiorum gestor, aut quicunque alius rationes reddere teneatur suæ administrationis, secundum tradita Dd. quos longo agmine allegat & sequitur Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest Pistor. *part. 3. qu. 126. num. 32.*
3 † Nec refert qualiacunque illa bona fuerint administrationi tutorum subjecta, ut meritò Constitu-
4 tionem hanc Elector. † ad bona etiam feudalia extendere liceat cum Matth. Col. *de process. execut. part. 2. c. 3. n. 306.* Dubium solummodò faciunt
5 † textus Jur. Saxon. *in l. 2.* Landrecht. *art. 58. in verb.* Hat auch der Lehenherr lassen säen / ꝛc. & Lehenrecht *cap. 26 verb.* Der Herr soll auch stets der Kinder Vormund seyn/ꝛc. disponentes, quod si vasallus moriens post se relinquat minorennes filios, Dominus feudi eorum sit tutor usque ad annos pubertatis, percipiatque fructus ex feudo neque cogatur
6 rationem reddere. † Sed per contrarium usum à totâ hâc dispositione Juris Saxonici recessum esse, testatur Coler. *d. c. 3. num. 306.* Neque hodie dominus feudi magis quàm alius quicunque tutor, durante pupilli pubertate, fructus feudi suos facit;
7 † sed tenetur actione tutelæ de fructibus totius temporis, donec ejus administratio duravit, pupillo rationem reddere, non aliter atque de bonis allodi-
8 alibus fieri solet, † prout *à Jenensibus in causa G. A. à W. contra ejus tutorem & dominum feudi C. à G. Comitem Anno 1561. responsum refert* Coler. *loc.*
9 *allegato.* † Quin & hodiè vasallos minores habere tutores, qui horum nomine Dominis serviunt, & ideò fructus feudi accipiunt, inque ipsorum pupillorum usus convertunt, tradit Christoph. Zobel. *in addit.* Glossa *dict. lib. 2.* Landr. *art. 58, lit. D.*

Ita Domini in causa V. A. à G. ejusque agnati C. à G. Mens. Febr. Anno 1631 [Verba sent: Seyd ihr eures Brudern Sohne C. à G. zum Vormunden verordnet worden; Ob nun wohl sonsten Inhalts der Rechte ein ieglicher Vormund von allen seiner Mündlein Lehen- und allodial-Gütern wegen geführter administration alle Jahr Rechnung zu thun / und sich auch selbsten unerfodert hierzu anzugeben schuldig ist/ꝛc.)

DEFINIT. II.

Hodie tutores etiam suâ sponte & irrequisiti quotannis rationes reddere tenentur.

1 SImpliciter ac indeterminatè jura Saxonica loquuntur, quando tutores administratæ tutelæ rationes quotannis reddere jubent *in art. 23. lib. 1.*
2 Landr. *art. 49.* Weichbild. *& h.* Const. *11. p. 2.* † Unde existimare quis posset, tutores tum demum ad rationes reddendas obstringi, si hæ ab ipsis exigantur, aliàs si ab eis non petantur, suâ sponte rationes reddere non cogi, † prout sentit Zobel. *in* Glos. *ad*
3 *dict. art. 23. lit. K. vers. Et tutor tenetur, quem sequitur* Dan. Moller. *ad h.* Const. *n. 4. & ad* Const. *Elect. 19. numer. 18. p. 1. & lib. 1. semestr. c. 8.* quia
4 † quandocunque lex vel statutum requirit aliquid fieri, debet hoc intelligi, si petatur, Jason *in l. universis. 6. C. de precib. Imper. offer.* Felin. *in c. si autem. 9. num. 4. extr. de Rescript.* Menoch. *remed. adipisc. poss. 2. num. 79.* † Quod & disertis verbis
5 dispositum *ab* Imp. Carolo V. *In Recess. August. de Anno 1548. tit.* Von der *pupillen* und minderjährigen Kinder. §. *item* daß er nach. *vers.* und Jährlich auff Forderung der Obrigkeit. † Sed postea il-
6 lud correctum fuit *ab* Imp. Rudolph. II. *in ordinat. Polit. Francof. de An. 1577. tit. 32.* Von der Pupillen und minderjährigen/ ꝛc. §. *item* daß er ꝛc. *in verb.* Jährlichen nicht allein auf Erforderung der Obrigkeit/ sondern auch selbst/ vermöge seines anbefohlenen Ampts/ auch geleisteten Pflicht u. Eydes gebührliche Rechenschafft anbieten und thun/ umb seine Verwaltung/ Rede und Antwort geben / ꝛc. Ex quâ sanctione Imperatoriâ in foro quoq; Saxonico tutores etiam non requisitos ad rationũ reddi-
7 tionem obstringi, dubium non est, quia legibus Saxonicis nuliibi contrarium expressè sancitum reperitur, † adeoque standum dispositione Juris communis secundum Glos. *final. art. 36. num. 13. lib. 2.* Landr. *&* Glos. *art. 44. verb.* Da liessen sie die Bauren/ *vers.* diß vernim̃ aber alles ꝛc. *lib. 3.* Landr.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Und sich auch selbsten unerfordert hierzu anzugeben schuldig ist/ ꝛc.)

DEFINIT. III.

Tutor simul heres proximus pupillo existens, non quotannis, sed finitâ demum tutelâ, ipsi pupillo reddit rationes.

1 IUre Saxonico quando idem & heres & tutor est pupilli,, non tenetur quotannis rationem reddere administratæ tutelæ, prout clarus est *textus in art. 23. lib. 1.* Landr. *in fin. verb.* Wo aber der Vormund auch Erbe mit ist / so darff er niemand der Kinder Gut berechnen/ꝛc. † Quod iniquissimum &
2 absurdissimum dicit Matth. Wesenb. *in addit. margin. ad* Joh. Schneidevv. *in pr. Inst. de satisdatione tutorum. num. 15. lit. b.* † eò quod tutor tantò pro-
3 pensior in fraudem esse soleat, quanto majorem spem habet successionis. † Quare id ipsum per Const.
4 *h.* Elect. *11.* hodie correctum existimat Moller. *hic n. 8.* dum Illustrissimus Elector à legitimis etiam tutoribus rationes quotannis exigit. † Sed neutiquam
5 sequitur, Legitimi tutores juxta *h.* Constit. *11.* quotannis rationes reddere debent; Ergò & ii, qui spem habent successionis, † quos *dict. art. 23.* diserte
6 exceptos, procul dubio Dn. Elector. *h.* Const. generali non comprehendit. † Neque enim Con-
7 stitutio nova trahitur ad casus speciales in antiquo jure comprehensos, ne per illam auferatur privilegium à jure communi concessum, Jason. *in l. ex facto. 43. n. 32. ff. de vulgar. & pupill. substit.* Bart. *in l. sciendum. 15. n. 1. ff. qui satisd. cog.* † Et
8 sufficit,

ſufficit, legem novam ac correctoriam etiam in minimo aliquid operari poſſe, Jaſon *in Auth. quas actiones. C. de S.S. Eccleſ. n. 16. & ſeq.* † Quare nec per Conſt. *hanc Electoralem*, nec per *Ordinationem Imperialem*, neque per *deſuetudinem* jus illud abrogatum eſſe, eleganter defendunt Abel Strasburg. *conſ. 5. vol. 2. conſil.* Jacob. Thomingii *ſubnexo num. 23. & ſeqq. verſ.* Daß auch ſolche Verordnung ꝛc. Roſa *ad* Moller. *hîc. num. 10.* Berlich. *part. 2. concl. 12. n. 12.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 6. num. 10. & 24.* Zobel. *p. 2. diff. 16. num. 6.* † Illud tamen conceſſerim Weſenb. *d. loc.* quod ipſi pupillo finitâ demum tutelâ, tutor legitimus ſpem habens ſucceſſionis adminiſtratæ tutelæ rationes reddere teneatur, † quo ipſo corruit objectio Weſenb. quod heres propter jus ſucceſſionis propenſior in fraudem eſſe ſoleat, quam fraudem procul dubio impediet onus rationum reddendarum finitâ tutelâ, Coler. *dict. deciſ. 6. n. 20.*

Ita Domini eadem in cauſa. [Verba ſent. Da ihr aber dennoch gedachtes euers Vettern des Unmündigen nähester Erbe zugleich mit wäret/ ꝛc. So möchtet ihr auch jährlichen Rechnung abzulegen nicht angehalten werden/ iedoch ſeyd ihr nichts weniger, nach geendeter Vormundſchaft euerer Verwaltung und adminiſtration halber/ dem geweſenen Mündlein gebührliche Rechnung zu thun ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. IV.

Remiſſâ confectione Inventarii à teſtatore, tutor ne quidem finitâ tutelâ rationes reddit, Res tamen pupilli privatim conſcribere tenetur.

1 Dubitatur: *An teſtator Inventarium confici prohibens eo ipſo rationes quoq; à tutore exigi vetuiſſe intelligatur?* in quo mire variant Interpp. uti videre eſt apud Dan. Moll. *lib. 1. Semeſtr. cap. 39.* 2 † qui meo judicio rectè affirmativam tenet: ſiquidem rationes reddi nequeunt abſque Inventario, 3 † utpote quod caput & fundamentum dicitur rationum reddendarum, Bartol. *in l. cum tale 72. §. Titius. 2. num. 2. ff. de condit. & demonſtr.* Jaſon *in l. Marcellus. 3. n. 61. ff. ad SCtum Trebell.* Nicol. Boër. *deciſ. 61. num. 6.* 4 † At remiſſo fundamento & neceſſario antecedenti, remiſſum quoque videtur neceſſarium conſequens, *arg. l. 2. ff. de Jurisd. ubi* Bartol. *num. ult.* 5 † Ex quo ille tenetur reddere rationes, qui obſtrictus eſt confi-cere Inventarium & econtrà, Valentin. Förſt. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 7. cap. 11. num. 4.* 6 † Cum micâ tamen ſalis hoc accipi velim, ut nempe tutor per remiſſionem confectionis inventarii à redditione rationum ſeſe liberare nequeat, quando doli & fraudis arguitur, quam teſtator neutiquam remiſiſſe videtur nec remittere potuit, 7 † adeoque per remiſſionem confectionis Inventarii culpa & negligentia ſolummodò tutoris remiſſa cenſetur, & ne in rationum redditione fiat ſcrupuloſa inquiſitio *l. ſi ſervus 50. ff. de legat. 1.* Moller. *dict. cap. 39. num. 8. & ſeqq.* ubi & hoc probè monet, † Per remiſſionem nempe confectionis inventarii, non omnem omninò conſignationem rerum adminiſtrationi ſubjectarum tutori remiſſam intelligi, ſed modum tantummodò confectioni adhibitum, † quod 9
ſcilicet publicè, & in præſentia perſonarum publicarum Inventarium rerum ſuarum teſtator fieri nolit, ne vel invidiæ exponantur divitiæ ejus cum periculo pupilli, vel paupertatis vitas detegatur, contra *l. 2. C. quando & quib. quart. pars. lib. 10.* † ſed 10
ſufficere teſtator exiſtimet, ſi tutor res privatim adhibitis cognatis pupilli contriberet, *arg. l. ult. C. arbit. tut.* Moll. *alleg. loc. n. 10.* Jul. Clar. *lib. 3. ſententt. §. teſtamentum. quæſt. 66. num. 4. & ſeqq.* Montan. *de tutel. cap. 32. regul. 5. num. 106.* Didac. Covarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. 14. num. 4.* Matth. Weſenb. *part. 2. conſil. 68. num. 4. & conſil. 91. num. 17.* Frid. Prückm. *vol. 1. conſil. 48. num. 25. & ſeqq.*

Ita Domini in eadm cauſa. [Verba ſent. Es wäre denn/ daß der teſtator über ſeine Verlaſſenſchaft ein Inventarium aufzurichten ausdrücklichen verboten/ ſo möchtet ihr auch/ weil ihr noch zur Zeit keines Betrugs beſchuldige/ nach geendeter Vormundſchaft einige Rechnung zu thun nicht angehalten werden/ iedoch ſeyd ihr ſo bald bey Antretung der Vormundſchaft euers Mündleins anererbete Verlaſſenſchaft in Beyſeyn deſſen Anverwandten / zur Nachrichtung aufzuſchreiben/ und in ein richtiges Verzeichniß zu bringen ſchuldig geweſen / V. R. W.)

Definit. V.

Mater Tutrix liberorum finitâ tutelâ mediante Inventario rationes reddit.

CErti Juris eſt, à patre, qui filii in poteſtate conſtituti adventitia bona adminiſtravit, redditionem rationum exigi non poſſe. 1 † Nam cum eorum bonorum uſusfructus patri competat, 2 *l. cum oportet. 6. in pr. C. de bon. quæ lib.* pater ſanè in iis tanquam re propria, jure optimo verſatur, † ut ita 3
nemini rationem adminiſtrationis reddere teneatur *d. l. 6. §. non autem. 2. ubi* Bartol. *in pr. Cod. de bon. quæ liber.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 25. num. 6. part. 3.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. q. 126. n. 127.* † Sed *quid juris in matre, quæ 4
ſeſe pro tutrice geſſit?* Et hanc propter reverentiam ab onere perhibendæ rationis relevari, tradit Chriſtoph. Zobel. *in Gloſ. lat. ad text. Germ.* Landr. *lib. 1. art. 23. lit. N. quem ſequitur* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 12. n. 11.* eò quòd non mater perinde ac ipſemet pater fructus è bonis liberorum lucretur, donec hi ab ea non ſeparentur. † Sed ra- 5
tionem hanc falſam eſſe, Et matri tutrici uſumfructum in bonis liberorum nullo jure nec moribus Saxonicis competere, probavi Defin. *13. Conſt. 10.* Quare deficiente hoc caſu ratione, quæ patrem à rationum redditione eximit, † Matrem non minus 6
ac reliquos tutores extraneos finitâ tutelâ, obſtringi ad redditionem rationum mediante Inventario, dicere auſim cum Matth. Weſenb. *vol. 1. conſ. 86. n. 5. verſ. multò igitur magis &* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 31. defin. 4. n. 5.* † Nec movet me in contrarium 7
art. 23. lib. 1. Landrecht. *in verb.* Wo der Vormund Erbe mit iſt/ ſo darff er niemand der Kinder Gut berechnen. Siquidem hæc verba matrem aliosque tutores conſanguineos, ſpem ſucceſſionis habentes in bonis pupilli, finita tutela à redditione

tione rationum haudquaquam liberant, sed hoc
8 solummodò inferunt, † matrem aliosque tutores, pupillo heredes existentes, non quotannis ad instar tutorum extraneorum rationes reddere teneri, uti satis liquet ex verbis præcedentibus *dict. art.* So soll ein Vormund von Jahr zu Jahr des Kindes Gut berechnen &c. Matth. Wesenb. *in not. margin. ad* Joh. Schneidew. *in pr. Inst. de satisd. tutor. n. 15. lit. h.* quod certè non inficior, † idem-
9 que si senserit, eoque molo verba *dict. art. 23.* intellexerit Zobel. *in dict. Goss. lit. N.* nec eum dissentientem habeo.

Ita Domini ad requisitionem M. Georgii Hartmanni zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1[illegible]. [Verba sententiæ: Daß die Mutter/ als gewesene Vormundin / ein richtiges Inventarium vorzulegen / und wegen geführter Vormundschaft/Rechnung zu thun schuldig/ V. R. W.)
Item ad consultationem Johann Bisoltz zu Dessau / M. Nov. Anno 1600.
Et in causa Georgii Eysolds zu Dreßden/ Mens. Majo, Anno 1636.

Definit. VI.

Tutor reddens rationem administrationis ante omnia inventarium exhibere, vel, eo deficiente, bona pupilli juramento indicare debet.

1 INdubitati juris est Tutorem super bonis pupilli inventarium conficere teneri, adeò ut nec prius, quàm hoc fecerit, attingere debeat administrationem, *l. tutor qui repertorium. 7. ff. de administ. tutor.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 25. de-*
2 *fin. 1. n. 5.* † quomodo enim quæso rationes tutelæ legitimo modo administratæ reddere poterit, antequam demonstret, quid acceperit, & quantum pupillus ab initio cœptæ administrationis in bonis ha-
3 buerit, † ut proinde legitimum inventarium caput ac fundamentum sit rationum reddendarum, Bartol. *in l. 72. §. 2. ff. de condit. & demonstr. n. 2. vers. quia inventarium est caput rationis. & c.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 20. n. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad*
4 Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 126. n. 47.* † Idque hodiè etiamnum obtinet, quamvis illud in desuetudinem abierit, ut juramentum tutoribus & curatoribus deferatur, quod jura aliàs ipsis imponunt, *l. 2. C. de Episc. audient. l. ult. §. at si quidem parens. C. de curat. furios.* Ordin. Cam. *c. 75. & 76. part. 1.*
5 † ne scilicet reddatur difficile invenire tutores, Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 2. n. 95. At quid, si tutor inventarium facere omiserit, aut in conficiendo eo re-*
6 *quisita legitimi Inventarii non observaverit?* † Certè nullum aliud restat remedium, quo de bonis suis pupillus aut Magistratus certior reddi queat, quàm ut tutor juramento, quid & quantum acceperit, indicet, *arg. l. ult. §. licentia danda. 10. C. de Jur. deliber.* Dan. Moller. *ad Const. Elect. 33. num. 6.*
7 *part. 3. & lib. 2. semestr. 14.* ubi monet, † alterutrum horum sufficere nec juramentum imponendum esse, nisi deficiente inventario legitimo, quod sic praxis Saxonica docet.

Ita Domini ad requisitionem Andreæ Weldmans zu Schwartzenberg/ M. Octobr. A. 1639. [Verba sent. So ist bemeldter Vormund vor allen Dingen ein richtiges Inventarium seines Mündleins Vaters gantzer Verlassenschaft zu ediren / oder in Mangelung desselben solche vermittels seines leiblichen Eydes anzuzeigen schuldig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Nec Mater tutrix, quæ Inventarium facere omisit, à juramento se liberare valet.

DUbitare equidem quis posset, Annon saltem 1
Mater, quæ tutelam liberorum gessit, ob reverentiam à juramento excusari debeat, præsertim cùm in ea non præsumatur fraus & dolus, Gloss. *in art. 23. lib. 1.* Landr. *lit. n.* Rosa *ad* Moller. *hic n. 12.* † Sed si ratio hæc stringeret, nec ra- 2
tionum redditionem à matre exigendam, nec inventarii confectionem ei imponendam esse, sequeretur. At quia utrumque falsum est, juxta 3
tradita *supra* Definit. 5. † Utique & matrem deficiente inventario legitimo bona pupilli juramento indicare teneri dixerim. † Quomodo enim quæso 4
defectus hic aliter suppleri poterit, nec tamen ad rationum redditionem deveniri posse, priusquam per Inventarium bona pupilli indicata fuerint, expeditum est, Jason. *in l. Marcellus. 3. n. 61. ff. ad SCtum Trebell.* Nicol. Boër. *decis. 61. num. 6.* † Ac 5
quo minus de eo quis dubitet, in casu simili matrem heredibus ad exhibitionem Inventarii, vel eo deficiente ad juramentum obstringi, haud absonum visum fuit Illustrissimo Electori Saxon. *in* Const. 33. *vers.* So muste sie auf der Erben Erfodern / &c. *ubi* Dan. Moller. *n. 4. & 6. part. 3.* † Nec movet 6
me in contrarium reverentia, quam liberi perinde matri ac patri debent, *arg. l. furiosæ. 4. ff. de Curat. furios. l. 6. ff. de in jus vocand.* Ex quo patrem nudam consignationem exhibentem audiri nec ad inventarii solennis confectionem, vel juramentum obstringi, dictum fuit Const. *præced. Defin. 9. n. 12.* † Quia sola reverentia patri immunitatem hanc 7
non præbet, sed potius exemtio à rationum redditione. Quid enim opus est solenni inventario in casu, quo rationes haud sunt reddendæ *l. 6. in pr. C. de bon. quæ liber.* † Cessante verò hâc ratione in 8
matre, juxta tradita *Supr.* Defin. 5. Ecquis non diversitatem animadvertit?

Ita Domini in causa viduæ Daniel Müllers ejusque liberorum zu Weissensels / Mens. Decembr. Anno 1600. [Verba sentent. So ist die Mutter / als der Kinder gewesene Vormundin/ein richtiges Inventarium, was in ihres Mannes Erbschaft nach seinem Absterben allenthalben vorhanden gewesen/vorzulegen/ oder in Mangelung dessen / solches eydlich anzuzeigen schuldig / V. R. W.)
Et in simili causa an Johann Bisoten zu Dessau / Mense Nov. Anno 1600.

Definit. VIII.

Ne quidem redditis rationibus per generalem quietationem tutor liberatur, quò minus ob fraudulentam administrationem denuò conveniri queat.

CUm reddere rationes officio tutoris incum- 1
bat, *l. 1. §. officio. 3. ff. de tutel. & ration. distr.* utique liberatio generalis nisi redditis rationibus non subsistit, Roland. à Vall. *vol. 1. cons. 49.* Petr. de Anchot. *cons. 330.* Bartol. Socin. *Consil. 159. & cons. 190.* Hartm. Pistor. *Observ. 185.* † 2
At, postquam tutor rationes semel probè reddiderit,

diderit, rationesque ritè calculatæ fuerint, per quietationem factam ita liberatur, ut denuo conveniri & ad calculum urgeri nequeat, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. Centur. 3. caſ. 109. num. 37.* Dec. *conſ. 10. num. 9.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 126. num. 62.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 20.* † Dixi autem tutorem liberari, ſi rationes ritè calculatæ fuerint. Nam ſi errorem in computatione interveniſſe allegetur
4 & doceatur, dubium non eſt, † quin, ut denuo rationes edantur & calculentur, poſtulari poſſit, Heig. *dict. quæſt. 20. n. 36.* Joſeph. Maſcard. *lib. 3. concl. 1256. num. 14.* Franc. Vivius *lib. 2. deciſ. ult.*
5 *num. 39.* † Quin & ſi rationes dolo redditas fuiſſe pupillus contendat, quietatione tutor liberatus non eſt, quò minus ob fraudem & dolum, in adminiſtratione & rationibus commiſſum, veluti quod aliquid retinuerit, & damno pupilli locupletior factus fuerit, denuò ad reddendas rationes conveniri poſſit, Jacob. Menoch. *dict. caſ. 209. num. 38.* Jacob. Schult. *dict. loc. num. 69. & 70.* Hartm. Piſt. *dict.*
6 *obſerv. 158. num. 12.* Heig. *d. q. 20. n. 32.* † Quia rationum redditione factâ, dolus minimè per quietationem cenſetur remiſſus, Maſcard. *de prob. at. dict.*
7 *concl. 1256. num. 18.* † Nam liberationes regulariter ſtrictè ſunt accipiendæ, *l. mater decedens. 19. ff.*
8 *de inoff. teſtam. l. 9. §. 12. de tranſact.* † præſertim ne ad doli renunciationem tendant, Pariſ. *lib. 1.*
9 *conſ. 84. num. 21.* † Vide de hâc materiâ latiſſimè Jacob. Schult. & Petr. Heig. *loc. allegat.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Schreckens Kinder und der Vormunden zu Leipzig/ Menſe Novembr. Anno 1592. [Verba ſent. Ob ihr nun gleich ſolcher gethanen Rechnung halber euern Vormund vor dem Rath alhier ingemein quittiret/ und ſeiner Vormundſchaft loß gezehlet/ da ihr aber dennoch mit ſeiner Rechnung oder ſonſten erweiſen köntet/ daß gedachter Vormund euch in vielen Puncten gefähret/ unterſchiedliche Poſten und Zinſen eingenommen/ und euch dieſelbe nicht verrechnet hätte/ ꝛc. So wäre euch ſolcher unrichtiger Puncten und nicht verrechneter Zinſen halber obgedachter Vormund/ oder nunmehr ſeine Erben/ nochmals zu belangen unbenommen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Quo anno incipiat Majorennitas in foro Saxonico, nec non pubertas.

1 Quamvis de jure Civili minor ætas duret usque ad 25. annum quo tempore completo naturalis quoque vigor completus cenſetur, *l. 1. ubi* Bartol. *ff. de minor. & in l. ult. n. 1. C. de his qui*
2 *ven. ætat.* † Attamen in terris Saxonicis maturiùs aliquantò ſapiunt homines, ac propterea majores ſtatim dicuntur completo 21. anno, *art. 42. lib. 1.* Landr. Gloſſ. *in art. 23. dict. lib. 1.* Landr. *cap. 26.*
3 Lehenrecht. De quo minus dubium. † Sicuti nec hoc in controverſiam vocatur, quod jus Saxonicum feudale in heredibus feudalibus terminet pubertatis annos, finito 13. anno cum 6. hebdomadis *dict. cap. 26.* Lehenrecht. *in pr. ubi* Gloſſ. *Et*
4 Gloſſ. Weichbild. *art. 29. & 49.* † At illud expedi-

tum non eſt, *quo tempore heres allodialis in foro Saxonico dicatur pubes?* Exiſtimat enim Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 6. num. 10. & 11.* apud Saxones, non habitâ differentiâ Sexûs, pubertatem poſt annum demum decimum quartum incipere, *per* Gloſſ. *in art. 42. verb.* Wann ein Kind zu ſeinen Jahren kommen iſt. *num. 4. & in art. 23. verb.* Wo die Söhne binnen ihren Jahren / *lib. 1.* Landrecht. † Caſtitas enim noſtri ſeculi non pati- 5
tur, ut ſecundum *dict. art. 42.* ex inſpectione corporis, an videlicet in locis ſolitis pueri puellæve crines alant, pubertas judicetur, ſed indefinitè *juxta* Gloſſ. determinatur: Daß ein Kind zu Landrecht nicht ehe vor mündig zu halten/ dann wann es vierzehen Jahr erreichet. † Ut ſic jus Saxoni- 6
cum divortium fecerit à jure Civili, quod in maſculis 14. in fœminis autem 12. annum pubertatis conſtituit, *pr. Inſt. quib. mod. tutel. fin.* † Verùm 7
videntur Colerum fefelliſſe verba Gloſſæ *dict. art. 23. & art. 42.* quæ utroque in loco de maſculis tantummodò loquuntur, uti patet ex verbis textus, ex quibus Gloſſ. interpretanda, ut *in art. 23.* Wo die Söhne binnen ihren Jahren ſeyn / *& art. 42.* Wann ein Kind zu ſeinen Jahren kommen / ſo mag es Vormund ſeyn ſeines Weibes / quæ verba non niſi de pubere maſculo uxorem ducente accipi poſſunt. † Nec aliquem hactenus vidi, qui 8
Coleri opinionem in hoc amplexus fuerit. Quare ut maximè conceſſerim, † in delictis puellas in foro 9
etiam Saxonico non niſi poſt completum annum 14. dici puberes, *art. 164.* Ordin. Crimin. Carol. *Vide practicam meam criminal. part. 3. quæſt. 143. num. 26.* Attamen cum in tutelis, Contractibus, teſtamentis, aliisque negotiis civilibus quoad annos pubertatis, diſpoſitione expreſſa juris Saxonici nil immutatum fuerit, † dubium certè non eſt, 10
quin & in foro Saxonico ex ſanctione Juris communis poſt annum ſtatim duodecimum pubertas puellarum incipiat, & tutela finiatur, uti rectè ſentit Joh. Schneidew. *in pr. Inſt. quib. mod. tutel. finiat. n. 4. in verb. Et de jure Saxonico:* Iſt zu Land- und Weichbild-Recht/ wann ein Knab 14. Jahr/ und ein Mägdlein 12. Jahr voll hat/ mündig/ aber zu Lehenrecht/ wann er 13. Jahr und 6. Wochen alt iſt/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa Hanſen Meltzers zu Wiedebach/ Menſ. Majo, Anno 1624. [Verba ſent. Dieweil ihr ſelbſten berichtet/ daß Anna Burckhardens euer Mündlein nur 10. Jahr und 12. Wochen alt iſt/ ꝛc. So mag ſie noch zur Zeit vor mündig nicht gehalten werden/ ſo bald ſie aber das zwölfte Jahr ihres Alters erfüllet/ iſt ſie auch nach Sächſiſchen Rechten mündig/ und von ihren Gütern zu teſtiren befugt/ V. R. W.)

Et ad requiſitionem Catharinen / Georg Schurichts Eheweibes zu Freyberg/ Menſe April. Anno 1600.

Item ad conſultationem Senatus zu Oedern / Menſ. Majo, Anno 1633.

Et in cauſa Jacobi Bernhards zu Leipzig/ Menſ. Jan. Anno 1634. [Verba ſententiæ: Wofern die Teſtirerin das zwölfte Jahr ihres Alters vollſtändig erreichet/ und alſo mündig geweſen/ ꝛc.)

DEFINIT. X.

Administratio tutoris licet ex hodiernâ consuetudine pubertate non finiatur, attamen si tutor Curatoris vices ulterius gerere nolit, invitus ad hoc cogi non potest.

1 EX generali quâdam ubique locorum in Ger-
2 maniâ receptâ consuetudine, († quam & apud Gallos invaluisse à gravissimis plerisque viris se audivisse testatur Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 29. defin. 2. n. 3.*) administratio tutelæ continuatur & porrigitur usque ad legitimam ætatem adultorum.
3 † Nam qui semel legitimè dati sunt tutores, iidem plerumque & Curatores permanent, & rebus minorum præsunt usque ad majorem ætatem, hoc est, usque ad 21. annum completum in foro Saxonico, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 96.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 6. n. 16.* Matth. Wesenb. *in pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* † idque propter consensum tacitum vel
4 expressum tàm adultorum, quibus regulariter invitis non datur Curator, §. *item inviti 2. Inst. de*
5 *curat.* quàm tutorum, † qui administrationem suâ sponte continuant, cùm possint redditis rationibus tutelâ liberari, *l. tutores. 39. §. Curator. 1. ff. de admin. tut.*
6 † Unde fit, quod non solùm nomen Curatoris & tutoris promiscuè usurpetur, quod nec à jure Civili prorsus alienum est, ut patet *ex l. Pater Severianam. 101. §. conditionum verba 2. ff. de condit. & demonstr.*
7 † sed & tutores finitâ tutelâ periculum administrationis subeant, & de malâ administratione teneantur, *l. ita autem. 5. §. si tutor. 5. ubi* Bart. *in pr. ff. de administr. tutor. l. à tutoribus. 33. §. 1. l. tutores qui post 39. ff. eod. tit.* Gail. *dict. observ. 96. n. 3.* Anton. Fab. *dict. defin. 2. num. 3.* Joh. Schneidew. *ad pr. n. 3. Inst. quib. mod. tut. finit.*
8 † At hæc vera sunt, si tutores pupillis jam puberibus factis, non petierint dari Curatores, vel adultos admonuerint, ut ipsimet Curatores sibi dari petant, qui eorum bona ob judicii imbecillitatem &
9 ætatis infirmitatem probè administrent. † Quod si verò tutelâ pubertate finitâ, Curatoris vices ad legitimam usque, sive majorennem pupilli ætatem, gerere nolint, sed ad rationes reddendas se offerant, administrationem deponant, & adulto Cura-
10 torem dari petant, † haud obstante prædicta consuetudine, ad id minimè cogi poterunt, sed tutelâ liberantur, Andr. Gail. *dict. observ. 96. num. 3. & 6.* Schneidew. *dict. loco. num. 3.*

Ita Domini ad consultationem Mauritii Preussens zu Leipzig/Mens. August. Anno 1582. (Verba sentent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß eure Brüdere / von denen eure Frage meldet/ das 14. Jahr ihres Alters vollkömmlichen erreichet / So ist auch Joachim Wiedmann ihre Vormundschaft / damit er vom Rath zu Merseburg beleget worden/ wider seinen Willen ferner zu verwalten/ nicht pflichtig/ V. R. W.)

DEFINIT. XI.

Mater Vidua quando & quatenus sit tutrix liberorum suorum in foro Saxonico.

1 IN tutela legitima gerenda, Agnati præferuntur cognatis de jure Saxonico, eo quidem ordine, ut semper ad proximiorem, & inter plures proximiores ad seniorem Agnatum hoc tutelæ onus spectet, *art. 23. lib. 1.* Landr. † Et proximiore 2
agnato adhuc minorenne existente Agnato sequenti defertur tutela, qui interim administrat, donec proximior Agnatus fiat major, *art. 49.* Weichb. Matth. Coler. *part. 1. decis. 6. n. 3. 4.* Joh. Schneidew. *ad pr. Inst. de legit. Agnat. tut. n. 12. & ad tit. Inst. de fiduc. tutel. n. 6. in fin.* † Utrosque 3
autem, tàm Agnatos, quàm cognatos excludit mater Vidua, cui licet tutelam liberorum suorum administrare, nec non aviæ, † quod quidem de jure 4
communi omni dubitatione caret, propter *text. in Novell. 118. c. 5. Auth. Matri & aviæ C. quando malier tutel. offic. fung.* Anton. Fab. *in C. lib. 5. tit. 21. defin. 1.* Sed de jure Saxonico dubitari haud immeritò poterat, † quia ipsamet mater aut avia Cu- 5
ratore eget in contrahendis negotiis, Const. Elect. 15. §. Gleicher Gestalt soll auch den Weibes-Personen/ &c. *part. 2.* † At ei, qui in tutela vel cura 6
est, aliorum tutelam vel curam subire, jus non permittit *§. item major. 13. vers. cum sit incivile. Inst. de excusat. tutor. l. fin. C. de legit. tut.* Nihilominus tamen † Vidua mater etiam de jure Saxonico, agna- 7
tis postpositis, tutrix esse potest liberorum suorum, *per text. in art. 11. in fin.* Landr. *lib. 1. ubi* Gloss. † Quod & observantia fori Saxonici satis com- 8
probavit Joh. Schneidew. *ad pr. Inst. qui test. tutor. dar. poss. num. 10.* Matth. Wesenb. *in paral. ff. de tutel. num. 5.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 27. num. 11.* Non obstante hoc, quod ipsamet Curatore indigeat, quodque tutela virile sit officium, cujus incapax perinde mater est, atque alia mulier quælibet; † Quod 9
enim matri defertur tutela filii, non tam jure fit, quàm intuitu Pietatis, quæ juris subtilitates respuit, ut scitè respondet Anton. Fab. *dict. defin. 1. num. 7.* † Quamvis nec semper ac omnibus indifferenter 10
casibus mulier Curatore opus habeat, nec omne id, quicquid gessit absque Curatoris autoritate, invalidum sit, Jacob. Schult. *dict. loco num. 12.* † Circa 11
hanc tamen matris tutelam nosse oportet. (1) Ei adjungi proximos Agnatos in tutelæ administratione, ut adnotavit Zobel. *in art. 23. lit. B. lib. 1.* Landr. † Licet hoc non tàm strictè ubique loco- 12
rum observetur, sed supplet quandoque hujus defectum autoritas Curatoris matri in litem dati. (2)
† Permittitur matri, ut tutrix esse possit, si velit, 13
nam invita tutrix fieri non cogitur, *Novell. 118. cap. 5. vers. his enim solis.* Joh. Schneidew. *dict. pr. Inst. qui test. tut. dar. poss. n. 10.* Anton. Fab. *dict. definit. 1. n. 4.* Zobel. *in addit.* Gloss. *art. 11. lib. 1.* Landrecht. *n. 4.* (3) † Tutrix est mater solummodò in allodia- 14
libus seu hereditariis, non etiam in feudalibus bonis, Petr. Heig. *part. 2. quæst. 13. num. 42.* Modest. Pist. *p. 1. quæst. 27. num. 7. & ibi* Schult. *in addit. num. 14.* (4) † Præfertur mater tutrix aliis tutori- 15
bus legitimis & dativis, non etiam testamentariis, si nempe pater alium in testamento tutorem constituerit, † defuncti namque voluntas præponenda 16
est, *dict. Novell. 118. c. 5. & Auth. matri & aviæ. C. quando mulier tutel.* Heig. *dict. quæst. 13. num. 30.* Schneidew. *d. loc. num. 10.*

Ita

Ita Domini ad requiſitionem Georgii Hartmanni zu Leipzig/ Menſe Mart. Anno 1566. [Verba ſent. Da Hanſen Hartmanns nachgelaſſene Wittib zuſagen würde/ daß ſie ihren Wittwen-Stuel nicht verrucken noch verändern/und ihrer Kinder Vormund ſeyn wolte/ſo würde ſie zu ſolcher Vormundſchaft gelaſſen. Es würde ihr aber gleichwol von den mündigen Söhnen einer billich zugeordnet/ ſeiner unmündigen Geſchwiſter Mit-Vormunde zu ſeyn/ V. R. W.)

Item in cauſa Marien Hertels zu Auſſitz/ Menſ. Dec. Anno 1624. [Verba ſentent. Iſt euer Ehemann Todes verfahren/ und hat etliche unmündige Söhne nach ſich verlaſſen/ da nun bemeldter euer Ehemann in ſeinem Teſtament keine Vormunden verordnet/und ihr wollet eurer Kinder Vormund ſeyn / ſo würdet ihr in Erb- und allodial-Gütern/auſſer dem Lehen/biß ſo lange ihr euch wiederum verheyrathet / zur Vormundin billich zugelaſſen/ V. R. W.)

Definit. XII.

Mater abſq; Contutore ſibi adjuncto, nomine pupilli validè non contrahit.

1 Sæpiſſimè tamen matri, filiorum tutrici, alium adjungi contutorem videmus, maximè ſi tu-
2 tela ſit difficilis adminiſtrationis, † ne ex ſexûs fragilitate filii incommodum ſentiant, Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 13. n. 45.* Jacob. Schult. *in addit. ad*
3 Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 27. in fin.* † Quô caſu matrem absque conſenſu & autoritate contutoris bona pupilli haud adminiſtrare, nec ejus nomine
4 validè contrahere, quivis facilè conceſſerit, † quia pluribus datis tutoribus, omnibus ſimul adminiſtratio incumbit, *l. teſtamento. 17. pr. verſ. ſed rectè & ibi* Bartol. *ff. de teſt. tutel.* † & de culpâ etiam atque negligenti adminiſtratione ſinguli tenentur *l. 2. in pr. C. de divid. tutel.* Joh. Schneidew. *ad §. ſed ſi ex teſtamento 1. n. 11. Inſt. de ſatisd. tut.*

Ita Domini in cauſa Dn. Annæ Viduæ à Biberſtein, Menſ. Septembr. Anno 1635. [Verba ſententiæ: Dieweil aber dennoch die Frau Vormundin bey ſolcher Handlung ſelbſten keinen Curatorem gehabt/ auch nicht diejenigen/ ſo ihrem unmündigen Herrn Sohn ihr zum Mit-Vormunden zugeben und beſtätiget/darzu gezogen / dieſelbe ferner darein niemals gewilliget / noch die Vergleichung unterſchrieben/ꝛc. So mag auch angeregte Vergleichung zu Recht nicht beſtehen/ſondern ſie wird vor null und nichtig billich gehalten/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Nepoti ex filio prædefuncto Mater tutrix non datur, ſuperſtite avo paterno.

Dixi Definit. *præc. in fin.* Matrem in tutela præferri reliquis tutoribus legitimis, *An ergo*
1 *etiam avo paterno?* † Ita quidem cenſet Bartol. contra Gloſſ. *in Auth. matri & aviæ. C. quando*
2 *mul. tut. off.* † eò quod mater præferatur avo in ſucceſſione propter gradus prærogativam, *Novell. 118. c. 1.* Eadem verò cauſa eſſe ſoleat tutelæ,
3 quæ ſucceſſionis, *l. quo tutela. 73. ff. de Reg. Jur.* † Sed quid opus eſt, tutricem dari nepoti, ex filio prædefuncto, qui in ſacris avi paterni conſtitutus
4 eſt, *l. 2. verſ. nepotibus. ff. de vulg. & pupilli ſubſt. l. penult. ff. de agnoſc. & alend. liber.* † cum tutorem habere nequeat, nec debeat, qui in aliena eſt poteſtate, *l. filio. 23. ff. de lib. & poſth. l. 1. in pr. ff. de tutel. l. ult. verſ. quibus ſi damnato. C. de ſent. paß. & reſt.* † Quare tùm demum de legitima tutela quæ- 5
rendum eſſe, quoties perſona tutorem habere poteſt, verè ſcripſit contra Bartol. opinionem Anton. Fab. *in Error. 7. decad. 6. de error. pragmat. & in Cod. lib. 5. tit. 17. Definit. 1. n. 5.*

Ita Domini in cauſa S. F. viduæ Quæſtoris in Mugeln/ Menſ. Septembr. Anno 1632. [Verba ſentent. Seyd ihr eurer Kinder Vormundſchaft auf euch zu nehmen/ und gebührlichen zu verwalten vorhabens / ꝛc. So werdet ihr vermöge der Rechte vor allen andern Blutsfreunden / auſſerhalb des väterlichen Großvatern/ wann der noch vorhanden / und ſelbſt Vormund ſeyn wolte/darzu billich zugelaſſen/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Mater tutrix non admittitur, priusquam renunciaverit ſecundis nuptiis & SCto Vellejano, quæ tamen renunciatio jurata eſſe non debet.

Quæ ad ſecundas tranſiit nuptias, non poteſt 1
tutrix eſſe liberorum prioris matrimonii, tametſi maximè velit, & agnati cognatiſque omnes conſentiant, *Auth. ſacramentum. C. quando mul. tut. off. fung.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 21. defin. 2. num. 1.* † Idque propter ſuſpicionem, quod 2
mulieres novis maritis non ſolùm bona, ſed etiam vitam liberorum addicant, *l. lex quæ tutores. 22. verſ. lex enim C. de admin. tutor.* Quare † ſi Vi- 3
dua mater ad tutelam liberorum aſpirare velit, ſecundis nuptiis & SCto Vellejano renunciare tenetur, Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 13. num. 46.* Joh. Schneidew. *in pr. Inſt. qui teſtam. tut. dar. poß. n. 10.* † Quæ renunciatio quondam cum juramento 4
fieri debebat *l. 2. C. quando mul. tut. offic. fung. poteſt.* † Sed moribus noſtris & ab ipſo Imperat. Juſtiniano poſtea hoc improbatum eſt, ac ſufficit hodiè, ſi mater apud acta Judicii, ſimpliciter absque 5
juramento ſecundis nuptiis & aliis beneficiis Juris renunciet, *Auth. matri, junct. Auth. ſacramentum C. quando mul. tutel. off. fung. pot.* † 6
quia libera debent eſſe matrimonia *l. ſi patre cogente 22. ff. de ritu nuptiarum;* † illud tamen re- 7
tentum eſt, ut tutrix manere nequeat mater, quæ contra renunciationem ad ſecunda vota convolavit, ſed ſtatim à tutela repellitur, *d. Auth. ſacramentum. C. quando mul. tut. off.* Anton. Fab. *dict. defin. 2. n. 10.* Heig. *dict. quæſt. 13. num. 46.* Schneidewin. *dict. loc. num. 13.* Zobel. *part. 2. diff. 15. num. 1.*

Ita Domini in eâdem cauſa. [Verba ſent. Ihr ſeyd aber denen ſecundis nuptiis und SCto Vellejano, iedoch ohne Eyd zu renunciren / und euch von der Obrigkeit / unter welcher ihr und eure Kinder geſeſſen / zur Vormundin gebührlichen beſtätigen/ auch ein tutorium zu legitimirung eurer Perſon in Einmahnung der Schulden ausantworten zu laſſen pflichtig/ V. R. W.)

Et in cauſa Marien Hertels zu Auſſitz / Menſ. Dec. Anno 1624. [Verba ſentent. So werdet ihr/ wann ihr zuvor den ſecundis Nuptiis und SCto Vellejano gebührlichen renunciret / zu ſolcher Vormundſchaft zugelaſſen/

sen/ jedoch wann ihr der renunciation zuwider euch anderweit verheyrathet/ höret die Vormundschaft wieder auf/ und werden euern Kindern andere Vormunden billich verordnet/ V. R. W.)

Definit. XV.

Mater non petitis tutoribus, quando amittat liberorum successionem?

MAter, sive ab initio tutrix liberorum esse nolit, sive susceptâ tutelâ transeat ad secunda vota, petere debet liberis tutores, quibus non petitis in negligentiæ suæ pœnam, liberorum successione privatur, *L. sive ingenua. 2. §. si mater. 23. ff. ad SCtum Tertull. l. matres. 3. l. omnem. 6. C. eod. tit. Auth. iisdem pœnis. C. de secund. nupt.* Modest. Pist. *part. 2. qu. 57. n. 1.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 18. defin. 2. n. 3.* † idq; si non petitis aliis tutoribus, nec redditâ ratione administrationis, transierit ad secunda vota, non solùm propterea, quod ad ipsius officium & pietatem spectet, ut liberis suis impuberibus tutorem petat, † sed & quod tutelam ipsa suscipere perperam & contra leges non debuerit, Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 21. def. 2. n. 11.* † Quod nec aliter se habet in foro Saxon. ubi si mater nolit esse tutrix suorum liberorum, tenetur illis tutorem petere, nisi incidere velit in pœnam, quæ matribus, liberis suis tutorem non petentibus, de jure indicta est, Christoph. Zobel. *in addit.* Gloss. *art. 11. n. 4. l. 1.* Landrecht. † Non tamen semper ac indifferenter pœnam hanc privationis mater incurrit, sed antequam liberorum hereditas ob non petitos tutores ipsi auferatur, certa quædam requisita concurrere oportet. (1.) † ut intra annum tutorem petere neglexerit, tanti enim temporis spatium matri indulgetur, quo nondum effluxo pœna privationis locum non habet, *l. sciant. 10. C. de legit. hered. §. sed quemadmodum. 6. Inst. de SCto Tertull.* (2.) † Ut libri in pupillari ætate mortui fuerint, si enim puberes facti decesserint, mater omninò excusatur, quia necessitas petendi Curatores minoribus, ipsi non incumbit, *d. l. 10. C. d. legit. hered. & d. §. sed quemadmodum. 6. Inst. de SCto Tertull. l. matris pietas. 6. C. qui pet. tut. l. matres. 3. C. ad SCtum Tertull.* Ant. Fab. *in Cod. d. lib. 5. tit. 18. defin. 2. n. 2.* (3.) † Ut matri non præferantur alii in tutela. Nam si ex statuto vel dispositione testatoris agnatis vel aliis deferatur tutela, nihil † est quod imputetur matri, si non petierit tutorem, Bald. *in d. l. matres. 3. C. ad SCtum Tertull.* (4) Requiritur, † ut mater sit constituta in ætate majorenni, *l. 2. C. si adverf. delict.* cui in foro Saxonico est annus 21. præfinitus. (5.) † Denique ut pupillo expediat dari tutorem, nec aliquâ justâ causâ excusari possit mater, Joh. Schneidew. *in tit. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. de succ. ascend. limit. 4.*

Ita Domini in causa Catharinen/ Georgii Scherichts Eheweibs zu Freyberg M. April. An. 1600. [Verba sent. Ob ihr nun gleich in Ansehung daß der Großvater als der natürliche Vormund noch gelebet/ die Unterlassung ihrer Tochter einen Vormund zu bitten/ nicht hinderlichen seyn kan; Da sie aber dennoch hernach/ als auch der Großvater/ Todes abgangen/ sich mehbemeldtes ihres Kindes innerhalb Jahres-Frist nicht angenommen/ noch demselben einen Vormund gebeten/ und warum sie solches unterlassen/ keine erhebliche Ursachen gehabt/ &c. So wäre sie der Erbschaft/ so viel benante ihre Tochter/ wofern dieselbe unter 12. Jahren gewesen/ die Mutter auch das 21. Jahr ihres Alters vollendet gehabt/ nach sich verlassen/ verlustig/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Mater non petens tutorem liberis, quatenus noceat aviæ in successione, defunctis Nepotibus.

LIcet mater non petierit tutorem infra annum, non tamen excluditur avia à successione, etiamsi per alium annum steterit, quod tutorem non petierit, sicuti nec alii consanguinei, quibus hoc competeret, matre exclusâ, Nicol. de Ubald. *de succes. ab intest. part. 2. n. 19.* Joh. Philipp. Port. *concl. & regul. utriusq; jur. lib. 5. concl. 4.* † Nam licet mater, si non petiit infra annum, excludatur à successione, tamen non videtur renunciare tutelæ, nec ipsi in hoc generatur præjudicium. *l. tutela. 3. §. sed etsi. 2. ubi* Gloss. & Bartol. *ff. de legit. tutor.* † ut propterea superstite matre, reliquis cognatis nil imputari queat, quod tutorem non petierint. † Quod si verò mater esset mortua, vel transiisset ad secunda vota, quia tùm non esset spes, quod amplius tutorem petere posset, aviæ, quæ tunc in primum locum succedit, eadem solicitudo incumbit, & propterea isto casu negligentia ei nocet, ac non petenti tutorem successio denegatur in bonis Nepotum, Nicol. de Ubald. *dict. loco.*

Ita Domini in causa Jacobi Hensels zu Gruben/ Mens. Febr. Anno 1604. †

Definit. XVII.

Creditor minoris tutelam vel curam suscipiens absq; manifestatione Crediti, actionis jacturam sustinet.

MInoris debitorem vel Creditorem repelli hodiè ab administratione Curatelæ, expeditum est ex nova Imp. Justiniani Constitutione *in Novell. 72. c. 4. & 5. Auth. minoris debitor. C. qui dar. tutor. vel curat.* Ne forsan si sit debitor pupilli, chirographa, instrumenta aut alias probationes subtrahat: Vel si sit Creditor, apochas, aliasvè semel fortè solutæ pecuniæ probationes intercipiens, pupillum defensionibus atque exceptionibus suis priver, *dict. Novell. 72. c. 1.* Quare Creditor minoris Curator creatus, debet probare vel jurare, se credere minorem obligatum; Nam si taceat, actionis sustinebit jacturam. † Item si debitor taceat, nec redhibitione, nec aliâ tempore administrationis solutione juvabitur, *dict. Auth. minoris. C. qui dar. tut.* Joh. Gutierretz *de tutel. part. 1. c. 20. n. 2.* Francisc. de Cald. *in repet. l. si Curatorem habens. 3. verb. sine Curatore constitutus. n. 105. C. de integr. restitut. minor.* Etsi verò Constitutio illa Justiniani de curatela solummodò minorum loquatur, † attamen quin ad tutelam quoque impuberum extendi debeat, ita ut Creditor absque protestatione & manifestatione crediti sui, tutelæ administratio-

stratione suscipiens petitionem sive actionem
4 amittat, dubium non est. † *Tùm*, propter identitatem prohibitionis; quæ idem jus facit, *l. illud, 32. ff. ad Leg. Aquil. l. à Titio 108 ff. de Verb. Obli-*
5 *gat.* † *Tùm*, ob verba *dict. Novell. 72. c. 1. ibi: Non jam solum eum esse fidelem ad impuberum aut adolescentium curam, sed conjungi tutorem alterum,*
6 *aut Curatorẽ, &c.* † Quam extensionem sequuntur omnes secundum Franc. de Cald. *dict. loc.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 20. defin. 1.* Salyc. *ad d. Auth. minoris debitor. C. qui dar. tut. n. 8.* Guttierretz. *dict. c. 20. n. 3.* Adde Decis. Elect. *noviss. 34.*

Ita. Domini in causâ Andreä Ellingers zu Naumburg/ Mens. Mart. Anno 1628. (Verba sent. Ist euer Vetter in eurer Unmündigkeit euch zum Vormunden bestätiget worden/ und als ihr nunmehr eure mündige Jahre erreichet/hat er eine Schuld von 2500. fl. von euch gefordert/ ob er sich nun wohl zu derer Behauptung auff eine Obligation beruffet/da er aber dennoch euerm Fürgeben nach/ bey Antretung der Vormundschafft angeregter Schuld nicht gedacht/ sondern dieselbe gäntzlichen verschwiegen/ und die administration ohne Entschuldigung auff sich genommen hätte/ &c. So hätte er sich auch obangeregter seiner Anfoderung hierdurch verlustig gemacht/ und ihr möchtet ihme nunmehr dieselbe zu zahlen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Item in causâ Annæ Baronissæ à Biberstein, Mens. August. Anno 1635. (Verba sent. Hat wolermeldter Herr Vormund bey dem Herrn Unmündigen starcke Forderungen gehabt/und als er zur Vormundschafft bestätiget worden/ solche verschwiegen/und nicht offenbahret/ &c. So hat er sich derselben dadurch verlustig gemacht/ V. R. W.)

Et in causâ Abrahami Beckers zu Saltzen/ Mens. Majo, An. 1628.

Nec non in causâ A. à G. Mens. Jul. Anno 1628.

Definit. XVIII.

Etiamsi nec minor, nec pater ipsius mutuam acceperit pecuniam, sed debitum aliunde in ipsum fuerit translatum.

1 AT quid, *si nec minor nec parens ipsius mutuam acceperit pecuniam, sed debiti obligatio jure hereditario aliovè modo in minorem translata fue-*
2 *rit?* † Sanè nec tùm Curatorem vel tutorem tacentem excusari, quo minus Creditum, quod suscipiens administrationem indicare noluit, amittat, probat generalitas prohibitionis *in Novell. 72. c. 1. & c. 4.*
3 quæ planè non distinguit. † Lege autem non distinguente, nec nos distinguere debemus, & generalia verba legis generaliter intelligi debent *l. de precio. 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. l.*
4 *ff. de legat. præstand.* † Accedit ratio prohibitionis, ne scilicet Creditor, curator vel tutor minoris probationes solutionis corrumpat, cautionem furetur, & curatio fiat minori rerum interitus propriarum
5 *d. c. 1. Nov. 72.* quæ æquè hoc casu locum habet, † ut mirum haud sit, idem quoque jus obtinere, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. c. inter corporalia. 2. extr. de transl. Episcop.*

Ita Domini in causâ C. & N. ab E. M. Dec. An. 1630. (Verba sent. Ob ihr nun wohl in denen Gedancken stehet/ daß/ weil anfänglichen weder der Unmündige noch dessen Vater vor ihre Person euch mit einiger Schuld verhafftet gewesen/ sondern eure Forderung anderswo herrühret/ euch die exceptio Novell. 72. c. 4. nicht opponiret werden könte/ &c. Dieweil aber dennoch selbiger Text in gemein von Schuldforderungen redet/ dessen eigentliche ratio auch/ so in c. 1. Nov. 72. ausgedruckt/ General ist/ und dadurch/ daß der Unmündige ab E. nach seines Vatern Absterben in der beyden Gebrüder E. und D. von E. jura tàm activa, quam passiva succediret, gedachte Schuld noch vor angehender Vormundschafft sein eigen gemacht. So hat er sich auch nunmehr mit dem beneficio angeregter Nov. 72. c. 4. im Stande des Rechten wohl zu helffen/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Creditor tutelam suscipiens absque manifestatione pecuniæ creditæ, illam non amittit, quando Creditum est notorium.

QUod Justiniani *Constitutio* introduxit, ut mi- 1
noris debitor nec tutor, nec Curator dari possit; *Auth. minoris debitor. C. qui tutor. aut Curat. dar.* non semper ita se habet, nec ad quosvis indif- 2
ferenter tutores & Curatores pertinet, † non certè ad testamentarios, quos defunctos scivit debitores & Creditores, quorum fidem approbasse videtur, Guid. Pap. *qu. 144.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 20. defin. 1. n. 2.* Joh. Guttierretz. *de tutel. part. 1. c. 20. n. 6.* † Secus verò si testator ignoraverit, nam tum 3
æquè locus erit Constitutioni, quia non potest videri approbasse fidem eorum, quos tales ignorabat, *arg. l. mater decedens. 19. ff. de inoff. testam.* Guttierretz. *d. l. ubi hoc latus persequitur* Ant. Fab. *dict. defin. 1. n. 3. 4.* † Fallit quoque *Constitutio Ju-* 4
stinianea in debito modico ex judicis arbitrio, † 5
nisi ante tutelam delatam esset jam lis super debito, quia magnum videtur ex eo, quod sit de eo magna lis inter partes. Guttierretz. *d. l. n. 13.* Quin nec tutorem aut curatorem pecuniam creditam amittere dixerim, etiamsi tacuerit, † si creditum aliàs noto- 6
rium fuerit, præsertim Magistratui, qui tutorem Curatoremvè constituit, cum Gloss. *in l. pater filio. 70. ff. de procur. verb. Creditorem. sub fin. v. alii, quod non cadit. &* Bart. *in Nov. 72. c. 4. n. 10. post. med. v. & hunc §. sivero & seq.* † Nam tùm Ma- 7
gistratus videtur approbasse fidem Curatoris, quem Creditorem bene sciebat, Ant. Fab. *defin. 1. n. 2.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sent. Wann gleich ein Creditor, so dem unmündigen Debitori zum Vormunden bestätiget wird/ bey Antretung der Vormundschafft/ seiner Schuldforderung ausdrücklichen nicht erwehnet/ da aber dennoch dieselbe ohne das kundbar/ und der Obrigkeit/ so den Vormunden bestätiget/ wissend ist/ &c. So wird demnicht der Vormund also dann seiner Forderung nicht verlustig/ V. R. W.)

Et in causâ Baronissæ à Biberstein, Mens. Aug. Anno 1635. (Verba sent: So hat der Herr Vormund solcher Schuldforderung sich verlustig gemacht/ es wären denn solche Forderungen ohne das kundbar/ und der Obrigkeit wissend gewesen/ und nichts weniger zu solcher Vormundschafft bestätiget worden/ auff den Fall wären seine Erben solche nochmals zu fordern wol befugt/ V. R. W.)

Definit. XX.

Creditor minori tutor vel curator dari potest, si hoc Magistratui placuerit.

QUamvis debitor vel creditor minoris ab ad- 1
ministratione tutelæ vel curatelæ lege repellatur, *Nov. 72. Auth. minoris debitor. C. qui tutor. aut curat. dar.* attamen hoc non aliter acci- 2
piendum, † quam si Magistratus ipsum habeat suspectum, ejusque fidem sequi nolit, ob hanc ipsam rationem, quæ Justiniani novellæ Constitutioni

causam dedit, quod nempe verisimile sit, debitorem aut Creditorem pupilli utilitates suas pupillaribus præpositum, Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 20. defin.* 3 *1. n. 4.* † Quid autem, si tutor curatorvè datus, debitum vel creditum manifestaverit, nihilominus tamen Magistratus fidem ejusdem approbando administrationem ipsi demandaverit? † Tum nec 4 ullam prorsus jacturam creditæ pecuniæ metuendam nec tutorem datum removendum esse, dicere ausim. Etenim † si testator minoris debitori vel 5 Creditori administrationem tutelæ jure imponere potest, ut dixi Defin. *præced. n. 2.* Ant. Fab. *dict. defin. 1. n. 2.* 6 † Cur idem Magistratus facere nequeat, haud certè animadvertere possum, maximè cum magistratus exactius fidem Creditoris probare, & minoribus pleniùs hac in re prospicere censeatur, ut in aperto est. Junge Decis. Elect. *novis. 35.*

Ita Domini in eadem causa C. & N. ab E. (Verba sentent. Wenn gleich ein Creditor seinem unmündigen debitori zum Vormunden verordnet wird / dafern er aber dennoch bey Antretung der Vormundschafft seine Forderung entdecket und kundbar machet/ ꝛc. So ist er solcher Schuld nicht verlustig / sondern dieselbe nochmals einzumahnen und zu fordern wol befugt/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Rei à tutore pecuniâ pupillari emptæ dominium pupillo acquiritur, cui & propterea Rei vindicatio competit.

1 INdubitati Juris est rem emptam pecunia alie-
na ejus fieri, qui eam suo nomine emit, *l. 5. §. planè 17. ff. de trib. act. l. 3. C. pro Socio. l. si patruus.*
2 *4. C. comm. utriusque jud.* † nec domino pecuniæ quicquam inde acquiri, *l. 1. l. pen. C. si quis alter. vel sibi. l. si ex ea. 6. C. de Rei vindicat.* Quare si pater, ceu legitimus bonorum filii adventitiorum Administrator, pecunia filii, rem aliquam suo nomi-
3 ne, (id † quod in dubio præsumitur, cùm quilibet potius suo, quam alieno nomine gessisse censeatur *l. & magis. 4. ff. de solut.* Bart. *in l. Imperator. 70. §. si centum. 1. ff. de legat. 2.*) emerit, † nihil
4 inde filio acquisitum videri, rectissimè defendit
5 Hart. Pist. *part. 1. qu. 7. n. 14. & seqq.* † Aliud verò in tutore obtinet; Nam si constet,, eum de pecunia pupilli rem aliquam emisse, hoc casu licet suo nomine emerit, in commodum tamen & utilitatem pupilli emere, adeoque pupillo acquirere voluisse præsumitur, cui & propterea dominium & Rei vindicatio competit. *l. 2. l. 8. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. l. 3. C. arbitr. tut.* Salycet. *in l. si ut proponis. 8. C. de Rei vindicat.* Cravett. *vol. 2. cons. 286.* Hart. Pist. *d. q. 7. n. 3. ubi* Simon.
6 Ulric. Pistor. *in not. lit. C.* † perinde sicut & minor rem emptam à Curatore utili vindicatione pete-
7 re valet, Joh. Sichard. *ad l. 12. C. de jur. dot. n. 7.* † *Tùm*, quia ex officii necessitate tutori incumbit, ut pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum collocet, eoque prætermisso culpâ non caret,
8 *l. ita autem. 5. in pr. ff. de administr. tut.* † *Tùm*, quia tutori, ne pecunias pupilli in proprium usum convertat, legibus interdictum est, *l. Lucius Ti-*
9 *tius 46. §. tutorem. 2. ff. de admin. tutor.* † Ne igitur in manifesta ac duplici culpa deprehendatur tutor, præsumendum est, eum in utilitatem potius pupilli, quàm proprium in commodum rem 10 comparare voluisse. *l. meritò. 51. ff. pro socio.* † Unde & generaliter infertur, quod quotiescunque tutor aliquid facit, ad quod tenetur, licet id suo nomine fecerit, censeatur tamen pupilli nomine fecisse, secundum *Bart. in l. Titium. 47. §. altero. 6. ff. de admin. tut.* † Nec est, quod credamus Ant. Fab. 11 *lib. 5. conject. cap. 9.* asserenti, minori aut pupillo dominium haud acquiri ex ea potissimum ratione, quod jura tacitæ hypothecæ privilegium pupillo indulgeant, † hæc autem consistere nequeat, si 12 pupillo res propria efficeretur *per l. neque pignus. 45. ff. de Reg. Jur.* Ad hoc enim jamdudum respondit Ripa *in l. Senatus consulto. 1. n. 14. ff. in quib. caus. pign. tac. contr.* † non simpliciter rem 13 pupilli fieri, sed ita demum, si velit, ut proinde in arbitrio ipsius sit, utrum Rem vindicare, an verò pignoris jus tantummodò persequi malit, siquidem res, ex pecunia pupilli à quocunque empta, eidem pupillo tacitè, obligata est *l. idemque. 7. ff. qui pot. in pign. l. 3. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel curat.* † Nil itaque prohibet & hypothecam & domini- 14 um, non quidem simul, sed alternativè concurrere, ita ut uno electo alterum tollatur, Simon. Ulric. Pist. *dict. loc.* Jacob. Marchisell. *qu. 152. n. 2. Vid. omninò supr. 1.* Const. 28. *Defin. 108.*

Ita Domini in causa Rudolphi ab Oppingens, Mens. Majo, Anno 1623. (Verba sent. Hat euer Vormund in währender Vormundschafft etliche Aecker Landes erkaufft/ ob er nun wol solches für sich und in seinem Namen gethan/ dieweil er aber dennoch selbige Aecker mit eurem als des Mündleins Gelde bezahlet/ ꝛc. So stehet das Eigenthum selbiger Aecker euch billich zu / und ihr seyd demnach dieselbe zu vindiciren wol befugt/ V. R. W).

It. in causa Christiani Krebsens zu Schwartzenberg / Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sent. Ob nun wohl euer Vormund selbigen Garten und Scheune in seinem Namen und vor sich erkaufft/ dieweil er aber denoch mit eurem als des Mündleins Geld die Zahlung geleistet/ ꝛc. So stehet das Eigenthum berührtes Gartens und der Scheune euch billich zu/ ꝛc.)

Definit. XXII.

Tutor pecuniam pupillarem licito lucro ac fœnori non exponens, ipsemet usuras vel interesse pupillo refundere tenetur.

CErti juris est, tutores pecuniam pupillarem 1 vel in prædiorum emptionem elocare, vel licito fœnori & lucro exponere teneri, *l. tutor qui repertorium. 7. §. si post depositionem. 3. §. 7. & § ult. l. 13. §. 1. l. 15. ff. de admin. tutor. l. 2. C. de usur. pupill.* Hart. Pist. *obs. 82. n. 1.* Montan. *de jur. tut. & curat. q. 9. n. 189. & 208.* † Quod nec jure Authen- 2 corum simpliciter correctum, licet ad certum modum redactum fuerit, si nempe hoc negotiorum pupilli administratio & tuendæ vitæ pupilli ratio necessariò exegerit, *Novell. 72. c. 6. in fin. Auth. novissimè. C. de admin. tutor. & curator.* Hart. Pist. *p. 1. qu. 49. n. 29. & 26.* ubi dicit, † si tutor unà cum 3 sorte etiam usuras solitas & consuetas pupillo reddat, mox contra ipsum sinistram apud plerosque oriri suspicionem, eum in propriam suam utilitatem pecuniâ pupillari usum fuisse; & negotia pupilli non satis bonâ fide gessisse, ut vel propterea tutor, si suspicione istâ se liberare, atque existimationis suæ justam habere rationem velit, pecuniam pupillarem sub fœnore mutuo dare debeat.

† Quin

4 † Quin & abrogato propemodum Novellarum, & in usum revocato veteri jure, hodie rursum introductum esse videtur, ut tutores licito lucro & fœnori secundum morem Regionis pecuniam pupillarem exponere, vel in emptionem prædiorum collocare, & si hoc neglexerint, usuras, vel id, quod interest, pupillis refundere teneantur, secundum Bartol. *in d. l. tutor. qui repertorium. 7. §. si post. 3. & §. ult. ff. de admin. tutor.* Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 26. n. 6.* Hart. Pist. *dict. qu. 49. n. 24.* Matth. Steph. *ad dict. Novell. 72. n. 29.* Ernest. Cothm. *vol. 4. respons. 9. n. 69.* Salycet, *in d. Auth. novissimè. n. 2. in fin.* Didac.
5 Covarr. *lib. 3. variar. resolut. c. 2. n. 1.* † in tantum, ut nec contra ejusmodi negligentem tutorem Interesse probari debeat, sed is citra liquidationem loco Interesse in usuras, in regione consuetas condemnari possit, *dict. l. tut. qui repertorium. 7. §. si post depositionem. 3. §. usuræ. 11. l. tutor. 13. §. 1. l. 15. l. ob fœnus. 49. l. qui negotiationem. 58. §. pupillo. 3. ff. de admin. & peric. tutor. l. 4. l. 5. l. 24. C. eod. tit. & latius hoc deducit ac probat.* Rauchb. *dict. qu. 26. n.*
6 *11. & seqq.* † Quod in Electoratu Saxon. minus dubiũ videtur habere, propter Ord. Illustr. Elect. Aug. *An. 1583. post conventum Torgensem editam sub tit.* Von wucherlichen Contracten/ ꝛc. § Als haben
7 wir solcher ihrer Bitte/ ꝛc. † nec non hodie in toto Imperio Romano juxta Recess. Imp. Spirensis *de Anno 1600.* §. So viel nun/ ꝛc. Modest. Pist. *p. 3.*
8 *qu. 108.* † Ne tamen hanc definitionem universaliter ac semper veram quispiam existimet, dico, tu-
9 torem pecuniam pupillarem non fœnerantem † omninò excusari, si vel negotiorum pupillarium administratio ejusmodi fœnerationem haud desideraverit, vel sumptus quotidiani ad sustentationem pupilli erogandi hoc non admiserint, juxta *dict. Novell. 72. c. 7. & dict. Auth. novissimè. C. de admin. tut.*

Ita Domini in causa Martini VVerners zu Nomblingen/ Mens. Jan. Anno 1631. [Verba sent: Hat euer gewesener Vormund in währender Vormundschafft etliche Posten Geldes eingenommen/ ob er nun wol damit nichts gewonnen/ noch einigen Nutzen geschaffet/ dannenhero er sich zu Abstattung des Interesse von solchen Geldern nicht verstehen wil/ dieweil aber dennoch ihme als einem Vormunden gebühret/ euere des Mündleins Gelder/ so er zur täglichen Ausgabe nicht benöthiget gewesen/ euch zum besten/ und weil ihr ohne das nicht übriges Vermögens/ umb Verzinsung auszuleihen oder andern Nutzen damit zu schaffen/ ꝛc. So ist er auch/ weil er solches unterlassen/ nunmehr nebens angeregten Geldern/ die Landüblichen Zinsen davon/ an statt der Interesse, zugleich abzustatten schuldig/ V. R. W.)
It. ad requisitionem T. & H. à S. Mens. Majo, An. 1633.
Et in causa Hansen Bastian von Schleunitz/ M. April. An. 1635.

Definit. XXIII.

Nisi media elocandi pupillarem pecuniam idonea defecerint, Et cuinam hoc casu incumbat probatio.

1 EXcusantur præterea tutores, nec pecuniæ pupillaris otiosæ usuras pendere coguntur, si eam credere, vel in emptionem prædiorum con-
2 vertere non potuerint, eò, † quod non esset idoneus, cui crederent, vel prædia venalia non exi-
3 sterent, *l. cum plures. 12. §. ult. cum l. seq. ff. de admin. & per. tutor. & Cur. l. si pecuniam. 3. C. de usur. pupill.* Rauchb. *p. 2. q. 36. n. 14.* † Ideoq; pupilli, qui hanc ob causam tutores convenire volunt, probare tenentur, prædia venalia fuisse, vel aliam facultatem honestè collocandæ pecuniæ tutores habuisse, tantumque iis superfuisse, ut vel prædia venalia emere, vel aliis eam elocare potuissent, Bart. *vol. 1. cons. 102.* Menoch. *in tract. recup. poss. rem. 7. n. 23.* Hart. Pist. *observ. 82. n. 15.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 467. n. 27. lib. 1.* Rol. à Valle. *lib. 2. cons. 9. n. 34.* † Ab hoc verò onere probationis relevat 4
pupillum, si docere poterit, tutorem interea temporis sibi prædia de suo comparâsse; Nam inde facilè constabit, fuisse prædia venalia, Dec. *cons. 192.* Hart. Pist. *dict. observ. 82. n. 16.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Es wäre denn/ daß bemeldter Vormund keine bequeme und tägliche Mittel gehabt/ solche Gelder umb Verzinsung auszuthun/ oder sonsten nützlichen anzuwenden/ auch ein anders von euch nicht erwiesen/ noch beybracht werden möchte/ dessen genösse er auff den Fall billich/ V. R. W.)
Et in causa Hansen Bastian von Schleunitz/ Mens. April. Anno 1635.

Definit. XXIV.

Finitâ tutelâ vel curâ, Minor nomina contracta agnoscere tenetur, nec horum periculum ad tutorem vel Curatorem pertinet.

MInus forsan dubium est, minorem nomina 1
illa, quæ jam eo tempore, quo tutor vel Curator administrationem bonorum susceperit, contracta fuerunt, agnoscere teneri, usque eo, † ut pe- 2
riculum horum ad tutorem sive Curatorem finita tutela non pertineat, *l. tutorem qui. 37. & l. cum post. 43. ff. de administ. & peric. tutor.* † Idque 3
non solum procedit in nominibus, paternis, prout loquitur textus *in l. nomina paternorum. 2. C. arbitr. tutel.* Sed & in is nominibus, † quæ ab ante- 4
cessore contracta, iis, qui in tutela vel cura ipsi succedit, suscipit, ut *per l. debitoribus. 18. C. de admin. tut.* sentit Gloss. *in l. qui nominibus. 44. ff. eod. tit.* Hart. Pist. *part. 1. q. 49. n. 7.* Quamvis enim successor nomina ab antecessore contracta suscipere co-
gatur, † periculum tamen in se transferre non te- 5
netur, *l. tutor sive 35. ff. eod. tit.* Nisi sponte id
fecerit, *dict. leg. qui nominibus. 44. ff. d. t.* † At, *quid* 6
juris in nominibus à tutore vel Curatore contractis? Et hæc finito officio ipsorum, minorem agnoscere teneri, tutorem verò vel Curatorem omni periculo eximi rectissimè concludit Hart. Pist. *dict. quæst. 49. n. 16.* † *per text. in l. cum post mortem. 43.* 7
in pr. de admin. tutor. ubi JCtus generaliter respondit, si tutela per mortem pupilli finita nomen idoneum esse desinat, tutorem periculo eximi. Neq; distinguit, utrum nomina à tutore, an verò ab alio
contracta fuerint. † Quò & facit textus *in l. cum quæ-* 8
ritur. 16. ff. de admin. tut. & in l. 2. ff. quando ex facto tutor. ubi videmus, finitâ tutelâ, nomina usque adeò ad pupillum pertinere, ut, etiamsi stipulatio non in ipsum concepta fuerit, utilis tamen actio ei competat. † Accedit quoque *l. si tutelæ. 8. ff. de admin. tu-* 9
tor. ubi JCtus respondit: Si nomine in diem contracto, is tempore finitæ tutelæ necdum venerit, quod tùm pupillus diem illum expectare debeat. Unde satis liquet, à tempore finitæ tutelæ nomen illud ad pupillum pertinere, cum alioqui

alioqui diem non expectare teneretur, sed pecuniam ipsam à tutore exigere posset, Hart. Pist. *dict. loc. n. 17.*

Ita Domini in causa T. & H. à S. Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Ob nun wohl den Vormunden der Mündlein Geld ihnen zum besten zinsbar auszuleihen/und damit der Mündlein Nutzen zu schaffen / und zu befördern obliget/die Mündlein auch nach erlangter Mündigkeit dergleichen debita zu agnosciren und auff sich zu nehmen verbunden/ꝛc.)

It. in causa Nicolai Frülibs zu Breßlau/ Mens. Majo, An. 1603. (Verba sent. Da aber dennoch vorgemeldte Kauffleute zu der Zeit/ als ihnen die Vorsetzung geschehen / mit unbeweglichen Gütern besessen gewesen / und vor beglaubte Handelsleute von männiglichen gehalten worden / ꝛc. So wären obgedachte Mündlein angeregte debita zu agnosciren und sich daran verweisen zu lassen schuldig/ꝛc.)

Definit. XXV.

Nisi Tutoris vel Curatoris culpâ in exigendo vel contrahendo, nomina inidonea facta fuerint?

1 ANergo tutor vel curator semper tutus erit, nec unquam periculum sustinebit, quocunque etiam modo in exigendis vel contrahendis
2 nominibus versatus fuerit? † Quid enim, si nomina paterna tempore susceptæ administrationis idonea, per hoc, quod ea tempore oportuno non exegerit, minus idonea efficiantur, aut culpa sua malè contracta fuerint, utpote si ejusmodi debitori mutuò dederit pecuniam pupillarem, cui diligens & circum-
3 spectus paterfamiliâs non credidisset? † Culpam certè tutoris vel Curatoris defendere non fert animus, uterq; enim perinde ut in cæteris rebus, ita etiam in nominibus faciendis tam levem quàm latam
4 culpam præstare debet, *l. quicquid. 7. C. arbit. tutel.* † Quorum periculorum demum eximetur, si nomina tempore finitæ tutelæ aut Curatelæ idonea & sol-
5 vendo reperiantur, † vel præter ipsius culpam casu fortuito inidonea sint facta juxta tradita Defin.
6 *præced.* † Quod si verò tutori vel Curatori quippiam jure imputari poterit, quod vel latæ vel levis culpæ nomine veniret, veluti quod in exigendis debitis diligentiam debitam non adhibuerit, aut ipsemet debitori jam antea obærato pecuniam pupilli mutuò dederit, tum sanè pupillus aut minor
7 ea nomina agnoscere minimè tenebitur, † sed periculum horum nominum, ex propria tutoris vel Curatoris culpa lata vel levi descendens ad ipsum pertinebit *l. nomina. 2. C. arbitr. tutel. l. litis contestatæ. 37. §. si pecuniæ. 1. ff. de negot. gest. l. cum quæritur. 16 l. Chirographis 57. l. tutores. 39. §. negligentiæ. 14. ff. de administ. tutor. l. debitoribus. 18. C. eod. tit. l. periculum. 35. ff. cert. petat.* Alciat. & Dd. *in dict. l. periculum. 35. ff. d. t.* Hartm. Pist. *part. 1. qu. 49. n. 8. 18. 19.* Socin. *cons. 2. Roman.*
8 *cons. 413.* † Etsi enim Jacob. Cujac. *in parat. C. arbit. tutel.* latam præcisè tutoris requirat culpam, si adversus ipsum subsistere agendo velint pupilli, quem sequitur Jacob Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *p. 3. q. 126. n. 30.* attamen ex peculiari
9 quâdam ratione hoc ipsum † ad exactionem nominum paternorum restringit Hart. Pist. *d. q. 49. n. 10.* veluti etiam de nominibus paternis solum loquitur Cujac. non impugnans quoad nomina à tutore contracta regulam, quæ tàm levem quàm latam culpam exigit. † Non ergo sufficit ad hoc, 10
ut tutor vel Curator periculũ sustineat nomina existere inidonea, sed & culpa ipsius interverire debet, ex quâ periculum descendit, ut sic necessariò de duobus constare necesse sit, antequam tutor vel Curator hoc onere gravetur. † *Primùm*, ut nomina sint 11
inidonea. *Deinde*, ut culpâ tutoris vel Curatoris inidonea facta fuerint; † Quorum alterutrum si 12
deficiat, tutor sive Curator omninò tutus erit, ut patet ex textibus modò allegatis, & fusius pro more suo hoc tractat Hart. Pistor. *qu. 49.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da es aber dennoch mit solchen Anlehen eurem Andeuten nach dieser Beschaffenheit hätte/daß nach euers Vatern Absterben unterschiedliche Capitalia an gewissen Oertern umb Verzinsung gestanden/welche die Vormünder ohne einige erhebliche Ursache aufgekündigt/anderswohin transferiret, und also durch ihr eigenes Saumen und Schuld solche debita schwer gemacht/ꝛc. So möchtet ihr euch auch der ausgelichenen 21000. fl. halber an den Schuldener verweisen zu lassen/und die Verschreibung anzunehmen nicht gedrungen werden/ sondern es wären die Vormünder solche Schuld zu gelten und euch gut zu thun verpflichtet. V. R. W.)

It. in causa Nicolai Frülibs zu Breßlau/ Mens. Majo, Anno 1603. (Verba sent. Sie könten dann wie Recht darthun und beweisen / daß solche debita durch obbenanter Vormunden Verwarlosung und Nachläßigkeit unrichtig worden/und zu einem solchen Stande gediehen / daß sie nunmehr nicht zu ermahnen noch einzubringen / auf den Fall wären die Vormunden beydes die Hauptsumma und hinterstellige Zinsen zu erstatten pflichtig / V. R. W.)

Et in Causa Cyriaci Ackermanns zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1601. (Verba sentent. Ob nun wol anjetzo solche Schulden nicht wol einbracht werden mögen / da aber dennoch gedachte Vormunden am ersten Einmahnen nichts hätten entwinden lassen / und also nicht durch ihren Unfleiß/Nachläßigkeit und Versäumniß verursachet / daß obbemeldte restirende Gelder in währender Vormundschafft nicht einbracht/ꝛc. So wären sie dieselbe euerem Weibe zu erstatten/ oder solche auff ihre Unkosten einzumahnen nicht schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXVI.

Quo casu num pupillus vel minor culpàm tutoris sive Curatoris probare debeat?

DIffert omninò culpa in contrahendo com- 1
missa ab ea, quæ in exigendo committitur. † 2
Nam in nominibus à se contractis tutor ante omnia probare debet, tempore pecuniæ mutuò datæ nomen fuisse idoneum, adeoque se debitam diligentiam in contrahendo præstitisse *l. 1. §. si magistratus 11. ff. de magistr. conv. l. si res pupillaris. 50. ff. de administ. tutor.* † Qui enim aliquid idoneum affirmat, illud probare debet *l. non est necesse. 11. ff. de probat. l. si contendat. 28. ff. de fidejuss.* Nicol. Boër. *decis. 59.* † Unde & fit, quod de nominibus 4
paternis tutor non aliter teneatur, quàm si tempore susceptæ tutelæ ea idonea fuisse, pupillus probaverit, Hart. Pist. *part. 2. qu. 49. n. 12.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Mod. Pist. *p. 3. qu. 126. n. 31.*

Veluti etiam domini pronunciarunt ad requisitionem Hiob von Milckens / Mense Augusto, Anno 1635. (Verba sententiæ: Da aber dennoch der Vormund bescheini-

bescheinigen und beybringen möchte/ daß der Schuldener zu der Zeit/als ihm solches Geld geliehen worden/ gnugsam begütert und angesessen gewesen/ &c. So möchte er auch dafür zu haften/und von dem Seinigen die Zahlung zu leisten nicht angehalten werden/sondern das Mündlein wäre sich an die auffenstehende Gelder verweisen zu lassen schuldig/V.R.W.)

5 † Probata autem à tutore vel Curatore diligentia in contrahendo, si pupillus vel minor alleget, debitum ob negligentiam tutoris vel Curatoris in non exigendo commissam, deterius & inidoneum esse factum, Utique tum ipsemet pupillus sive minor
6 id probare tenetur, † quippe quod culpa, nisi probetur, regulariter non præsumatur *l. Chirographis. 57. ff. de admin. tutor.* Dd. *in l. periculum. 35.*
7 *ff. de Reb. Credit.* † Onus autem probandi ei incumbit, qui culpam seu negligentiam allegat, *dict. l. Chirographis. 57. ff. de admin. tut.* Gloss. *in l. 2. C. arbitr. tutel.* Hart. Pist. *d. qu. 49. n. 3.*

Ita Domini in eadem causâ C. & H. à S. Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent. Solche der Vormunden Schuld und Fahrläßigkeit auch von euch. (Inmassen euch dann/ als dem gewesenen Mündlein/vor allen Dingen obliget) wie recht erwiesen werden möchte.)

Definit. XXVII.

Minor finita tutela vel cura usuras pecuniæ elocatæ à debitore exigens, periculum nominis in se suscipit.

1 DUbitandum certè non est, quin mitiùs agendum sit cum tutore vel Curatore, si pupillus
2 vel minor usuras pecuniæ suæ à tutore mutuò datæ à debitore exegerit; *Tùm,* † quod hoc ipso nomen agnoscat, & factum tutoris seu Curatoris approbet, cui postea contravenire nequit, Hart. Pist. *part. 1. qu.*
3 *49. n. 30.* † *Tùm,* quia is, qui usuras suæ pecuniæ petit, nominum etiam periculum in se suscipere cogi-
4 tur *l. cum quæritur. 16. ff. de admin. tutor.* † *Tùm,* quia audiendus non esse videtur, qui dum ipse usuras à debitore exigit, tutori vitio vult dare, quod huic & non alii pecuniam suam mutuò dederit, & fœneratus fuerit, *l. ubi pugnantia. 188. ff. de Reg. Jur. l. scripturæ. 14. C. de fid. instrum.* Quod tamen
5 non aliter accipi velim, † quam si pupillus vel minor finita tutela aut curatela jam major factus usuras exegerit, & sic nomen approbaverit, secus verò, si impubes vel minor adhuc existens durante tutela
6 vel cura hoc fecerit, † quia tùm sibi haudquaquam præjudicare potest *l. 2. C. si major factus rat. hab.* Hart. Pist. *d. q. 49. n. 26.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob nun wohl die Vormunden fürgeben/ daß sie allbereit dritthalbjährigen Zins selbsten eingemahnet/ und also das debitum agnosciret, da aber dennoch solches/ euerm Andeuten nach/ vor Ablegung der Vormundschafft-Rechnung und allein auff Abschlag geschehen/nach erlangter Mündigkeit aber/ ihr euch der völligen Zins-Rechnung niemals angemasset hättet/ &c. So möchte euch auch solches zum Nachtheil nicht gereichen/ &c.)

Definit. XXVIII.

Bona minorum immobilia absq; sufficiente causa ejusq; cognitione & decreto Magistratus alienari nequeunt.

1 JUs certum ac indubitatum hodie habemus ex *l. 22. Cod. de administr. tutor.* bona minorum immobilia à tutore vel curatore validè alienari non posse absque certis solennitatibus & requisitis. And. Gail. *lib. 2. observ. 72.* Jacob. Schult. *part. 1. n. 17. n. 4.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 37. defin. 1.* † Quare nec actio minori competens ad res immobiles simpliciter alienabilis est, de quo vid. pluribus Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *p. 3. qu. 24. n. 22. seqq.* † ubi & illud tractat, an valeat cessi actionis, quæ competit minori ad fundum, vel ad centum, cujus alternativi electio est penes debitorem, *c. in alternativis. 70. Ext. de Reg. Jur. in 6. l. 10. §. si res in dotem. in fin. ff. de jur. dot.*) Horum requisitorum tria legibus prodita sunt, † *Primùm* est justa alienandi causa, *d. l. 22. verb. Ni hac fortè necessitate, &c.* Et postea: *Et probationem causæ, &c. C. de admin. tut. ubi* Gothof. *lit. Z. l. 12. C. de præd. min. sin. decret. non alien. in pr. ibi: Ob æs alienum tantum, &c.* ubi ectè supplet Accurs. *vel similem causam,* † *Ut dotem, donationem propter nuptias, famem conjunctarum personarum &c. juxta d. l. 22. C. de admn. tut.* † Nec enim taxativæ dictiones excludunt casus similes, in quibus par aut major est ratio, ut Interpp. loquuntur *teste* Gothoft. *in d. l. 12. C. de præd. min. sin. decr.* † *Secundum requisitum est* decretum & autoritas Magistratus, *d. l 22. in verb. interpositionemque decreti ut fraud locus non sit. &c. C. d. admin. tut. l. 1. l. 10. l. 11. l. 12. & tot. tit. C. de præd. minor. sine decret. non alien.* † *Tertium requisitum* est causæ cognitio *d l. 22. in verb. per inquisitionem Judicis & probationem causæ, &c. C. d. admin. tut.* Nec enim sufficit, causam adesse, nisi ad alienationem sufficiens à Magistratu deprehensa & cognita fuerit. † Ac certè ipsum Magistratus decretum causæ cognitionem includit, ubicunque enim autoritas prætoris vel Judicis in aliquo actu requiritur, semper necessaria est causæ cognitio *l. sed si hâc. 10. §. prætor. 12. ff. de in jus vocand.* † Qua in re ab imperitis judicibus plerumque pernitiosè peccatur, qui nimis properè & absque legitima causæ cognitione in maximum minorum dispendium & præjudicium decreta sua interponunt, veluti conqueritur Andr. Gail. *dict. observ. 72. n. 5.* ubi dicit, † talia decreta ipso jure nulla esse, nec pupillis nec minoribus præjudicare, per text. *in l. magis puto. 5. §. non passim. 9. §. si æs alienum. 14. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. nec quicquam. 9. §. ubi decretum. 1. ff. de off. proconf.* † In quam rem notat Decius, tunc demùm pro decreto præsumi, quando exprimitur illud cum causæ cognitione interpositum, aliàs id nullius momenti esse, *in conf. 351. n. 6.* Eaque tria requisita non solum Imp. Constant. *in d. l. 22. C. de admin. tutor.* † Sed & Dioclet. & Maxim. *conjunctim* requirunt *in l. 12. ibi: Ob æs alienum tantum, causa cognita, præsidiali decreto prædium rusticum minoris provinciale distrahi permittitur, C. de præd. min. sine decret. non alien.* † ut dubium non sit hisce tribus requisitis deficientibus, alienationem bonorum immobilium minoris vel pupilli factam à tutore vel Curatore prorsus invalidam esse.

Ita Domini ad requisitionem Bartholomæi Priesters zu Langenenchstädt / Mens. April. Anno 1595. (Verba sententiæ: Da nun vorberührte Schulden in andere wege ohne Verensserung obgedachter halben Hufen Landes richtig gemacht und bezahlet werden können/ und vorbemeldte Verenßerung auch ohne vorgehen-

gehendes Richterliches Decret und Erkäntniß geschehen. So wäre solcher Contract aus Mangelung gebührlicher Solennitäten / so zur Veränderung unmündiger Kinder Güter/Vermöge der Rechte / erfordert werden/zu Recht nichtig/ꝛc.)

Iisdemq; fere formalibus ad consultationem Andreæ Rothens; Nebra/Mens. Aug. An. 1611.

Et VVolffgangi Schmiedens zu Meissen/Mens. Aug. Anno 1599.

Et Hansen Kils zu Gehlis/Mens. Jun. An. 1603.

14 † Quin nec irrita solùm est alienatio bonorum minoris immobilium, si tria hæc requisita prorsus deficiant, sed & ob hujus requisiti defectum haud subsistit alienatio, ut maximè reliqua observata fuerint.

15 † Conjunctim namque hæc tria requisita concurrere debere satis liquet ex *d. l. 12. C. de præd. min. sin.*

16 *decret. non alien.* † Ex quo sequitur, decretum Magistratus alienationem horum bonorum haudquaquam corroborare, si causa alienationis insufficiens deprehendatur, quod è sensisse videntur Imp. *in l. Et si præses provinciæ. 5. C. de præd. min. sin. decret. non alien.*

Ita Domini in causa Hansen Ehrlich Kinder zu Eisleben/ Mens. Jul. Anno 1596. (Verba sent. Ob nun gleich der Amptschösser in solchen Kauff gewilligt/ da aber dennoch eurem Bericht nach/euere Vormunden solche Güter wohl hätten erhalten können / und dringender Schulden/ oder anderer erheblichen Ursachen halbr dieselbe nicht verkauffen dörffen/ꝛc. So wäre solcher Kauff nichtig und unkräfftig/ꝛc.)

Et iisdem formalibus in causa Mariæ Conjugis Johann Rothaupts zu Malchwitz/Mens. Dec. An. 1601.

Definit. XXIX.

Sed absq; debitis solennitatibus alienata à minore vindicari possunt, ipsiq; facta pretii refusione, cum omni causâ sunt restituenda.

1 EX eo, quod dixi Defin. *præced.* alienationem bonorum minoris immobilium, à Curatore vel tutore absque debitis solennitatibus & requisitis factam, jure haud subsistere, sed prorsus invalidam esse, tria inferuntur, quæ scitu digna sunt.

2 † *Primùm* est; quod hoc casu minor sive pupillus, quando ad majorennem pervenerit ætatem, bona alienata vindicare queat, nec opus habeat restitutione in integrum.

3 † Necessaria enim non videtur restitutio, quando contractus talis proponitur, qui nullus est ipso jure *l. 2. C. de præd. min. sin. decret. non alien. l. 4. C. si adverſ. rem judic. l. 3. C. si adverſ. libert. l. 16. ff. de minor.*

4 † Et quod bonorum absque decreto alienatorum minor dominus maneat, satis probat *l. si minor. 15. & 16. C. de præd.*

5 *min. sin. decret. non alien.* † Ut sic dubium non sit ipsum Rei vindicatione adversus possessorem utiliter experiri posse §. *omnium. 1. Inst. de act. l. in rem actio. 23. ff. de Rei Vindic. d. l. 16. C. de præd. min. sin. decret.*

Ita Domini ad consultationem Andreä Rothens zu Nebra/ Mens. Aug. Anno 1611 (Verba sent. So möchte solcher Kauff eurem Mündlein zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen / sondern es wäre demselben obberührte Güter von deren ietzigen Besitzern zu vindiciren unbenommen/ V.R.W.)

6 † *Secundò*, minor vindicans bona absque debitis solennitatibus & requisitis alienata, emptori debet restituere pretium solutum unà cum melioratione & usuris pecuniæ, si ea in utilitatem ipsius cessit *l. 14. & l. 16. C. de præd. minor. sine decret. non alien.* † Iniquum enim est, minorem fieri locupletiorem cum alterius detrimento *l. nam hoc. 14. ff. de condict. indebit.* siquidem minor eo respectu ad restitutionem pretii tenetur, ne in lucro versetur. 7

† Nec sufficit pecuniam ad minorem pervenisse, nisi etiam inde locupletior factus sit, *l. patri. 27. §. 1. vers. prædium. in fin. ff. de minor. l. si fundus. 13. vers. quanquam. ff. de reb. eor.* Jason. *in l. nam postea. 9. § si minor. 4. ff. de jurejur.* aliiq; Dd. *quos allegat & sequitur* Hart. Pist. *part. 1. q. 38. n. 35.* † Unde emptori onus probandi incumbit, versum fuisse pretium in rem minoris, *d. l. si prædium. 16. C. de præd. minor.* nisi minor cum Curatoris autoritate contraxerit, quo casu emptor onere probandi non gravatur; † Nam qui minori solvit cum Curatoris autoritate, tutus est, *l. 7. §. 1. ff. de minor. l. 1. C. si adverſ. solut.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 12. defin. 1. n. 45. & 11.* 8 9 10

Ita Domini an Marien / Hansen Rothhäupts Eheweib zu Malchwitz/Mens. Dec. Anno 1901. (Verba sent. Ist demnach oberwehnter Hans Becker euch euers Vatern Gut gegen baare Erstattung seines ausgelegten Kauff-Geldes der 200. fl. und der nutzbarlichen Besserung der Erbgelder/inmassen er dieselbe erlegt / wiederumb abzutreten/ und einzuräumen schuldig/ V.R.W.)

Tertiò, & illud probè notandum est, † quòd bona minorum injustè alienata cum omni causa & fructibus perceptis sint restituenda. 11

† Etenim, quia absque causa & titulo fuêre possessa, fructus percepti non cedunt possessori sed in restitutionem veniunt, unà cum prædio empto, *l. si prædium. 16. in verb. & fructuum vel his non existentibus conditionem competere, &c. C. de præd. min. sine decret. non alien.* 12

Ita Domini in causa Nicolai von Leßwigs/Mens. Mart. Anno 1575. (Verba sent. So ist solcher Vertrag zu Recht unkräfftig/und der Besitzer des Guts Endes durff mit allen Zugehörungen/und eingehobenen Nutzungen euch abzutreten und einzuräumen schuldig/V.R.W.)

Item an Nicol Hoffmans Wittib zu Laucha / Mens. Majo, Anno 1577. (Verba sent. Und ihr hättet bemeldte ure Väterliche Güter sampt dero von Zeit euers Vaters Absterben getragener Nutzung gegen Erlegung des Kauff-Geldes zu fodern wol fug.)

Definit. XXX.

Nisi alienatio injusta bonorum minoris lapsu quinquennii post majorem ætatem à die scientia confirmata fuerit.

NOn semper tamen defectus solennitatum ac requisitorum juxta minorem, ut bona ab ipso vel etiam à tutore aut Curatore injustè alienata recuperare queat. 1

† Non certè, si major factus per quinquennium tacuerit. Constitutum enim ab Imp. Justiniano, Ut alienatio nulla ob defectum decreti, aliorumque requisitorum per cursum illius temporis corroboretur non secus, ac si ab initio res ritè alienata fuisset, *l. ult. C. si major factus alien. fact. sin. decret. rat. hab. ubi* Castrens. Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 39. defin. 2. n. 1.* 2

† Idque tempus quinquennii in foro nostro Saxo- 3

Saxonico ab exeunte 21. anno currere incipit,
4 Petr. Heig. *part. 2. qu. 19. n. 2.* † At dicere quis
posset, quomodo silentio confirmabitur alienatio,
quæ per se nulla est, siquidem contractus ipso jure
nullus non confirmatur ratihabitione, *l. doli. 19.*
vers. idemq; est. in minore ff. de novat. l. 3. §. scio. 2.
5 *ff. de minor.* † ut verè dixerit, Bald. *ad l. quædam.*
7. ff. de jur. Codicill. quotiescunque causa efficiens
6 deficeret, confirmationem nihil operari. † Sed
aliud obtinet in eâ ratihabitione, quæ à legis ex-
pressa dispositione inducitur, quo casu ipsa lex per
cursum temporis supplet defectum solennitatis &
formæ, Gloss. *in l. 1. verb. comprobaverint. C. si*
major factus ratum. Franc. Cald. *in l. si curatorem.*
3. verb. infra legitimum tempus in fin. C. de in in-
teg. restitut. Cagnol. *in l. quod initio 29. n. 2. ff. de*
7 *Reg. Jur.* † Unde cursus ille temporis non est
præscriptitius, sed Ratihabitionis inductivus, & sa-
nat omne nullitatis vitium ex quovis capite prove-
8 niens, Heig. *dict. q. 19. n. 9.* † Hactenus verò alie-
nationem hujusmodi silentio confirmatam esse,
prodest, si eam minor jam tum sciverit, cùm major
factus est, alioqui non nisi à die scientiæ quinquen-
nium illud computabitur, Ant. Fab. *dict. defin. 2. n. 3.*
9 † Neque enim æquum est, ut hoc tempus currat
10 ignoranti; † Nec tacitè consentire videri potest,
qui ignorat, *l. cum sex 55. ff. de ædil. edict.*

Ita Domini in causa Annæ, Nicolai Hoffmanns Eheweibes zu Laucha/Mens. Majo, Anno 1577. [Verba sentent. So wäre solcher von euerm Vormunde ohne dringende Schulden geschlossener Kauff zu Recht unkräftig/ es wäre dann/ daß ihr euer vollkommenes Alter erreichet/ und nach Erreichung desselben/und erlangter Wissenschaft bemeldten Kauff durch ein fünfjähriges Stillschweigen ratificirt hättet/ auf den Fall hättet ihr den Kauff zu widerfechten nicht fug/ V. R. W.]

Definitio XXXI.

Approbatur quoq; alienatio à minore, quando major factus pretium accepit, aliudvè ultrò fecit, quo priorem contractum valere præsupponit.

1 ALienatio rei immobilis ad minorem spectantis, in minori ætate facta sine decreto, aliisque requisitis, non tantùm lapsu quinquennii & silentio, sed & expresso aliquo facto à minore, postquam ad perfectam ætatem pervenerit, confirmatur, ita ut restitutionis beneficio postea rescin-
2 di nequeat. † *Quid enim, si minor major jam factus, elapso nondum quinquennio, pretium ab*
3 *emptore acceperit?* † In consequentiam quidem & executionem prioris contractûs potius, quàm ad ejus confirmationem id fieri, ac proinde venditionem rei immobilis à minore sine decreto factam per pretii acceptionem non probari asserit
4 Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 39. defin. 1. n. 3.* † Sed quid prohibet, quò minus per executionem prioris contractus ipsa alienatio confirmetur, ut sic tàm ad confirmationem simul, quàm executionem contractus pretium peti, haud ineptè dixe-
5 rim; † Quomodo enim minor factus major executionem petere poterit, si contractum valere nolit, idque ipsum est, quod scribit Scævola JCtus,
6 † eum, qui petit pretium, videri approbâsse ven-
7 ditionem *in l. quidam. 12. ff. de evict.* † Idemque judicandum de aliis similibus factis, quibus minor major factus priorem contractum valere haud obscurè præsupponit, *tot. tit. C. si major fact. rat. habuer.* † Ejusmodi namque facta ratihabitionem 8
inducunt, ac restitutionem in integrum impediunt, *l. 1. & tot. tit. C. si major fact. alienat. fact. sine decret.*

Ita Domini in causa Joh. Matstadts zu Laucha/Mense Jul. Anno 1578. [Verba sent. Da ihr nun solchen Kauff/ wie ihr euer vollkommen Alter erreichet/ durch Anrechnung des Kauff-Geldes oder sonsten nicht ratificirt hättet/ &c. So wäret ihr denselben zu fechten wohl befugt/ &c.]

Et in causa Hansen Ehrlichs Kinder zu Eißleben/Mens. Jul. Anno 1596. Verba sent. Da aber dennoch euere Vormünder solche Güter wol hätten erhalten können/ und dringender Schulden oder anderer erhebl:cher Ursachen halber dieselbige nicht verkauffen dürffen/ ihr auch/als ihr eure mündige Jahr erreichet/ durch Annehmung des Kauff Geldes/oder sonsten solchen Kauff nicht ratificirt hättet/so wäre derselbe nichtig und unkräftig/ &c.]

It. ad requisitionem Jacob Dantzigers zu Schweinsall/ Mens. Majo, Anno 1579.

Definit. XXXII.

Minor prædium injustè & absq; debitis requisitis alienatum vindicans, defectum requisitorum solennium quando probare debeat?

MInore vindicante prædium injustè alienatum, postquam ad perfectam & majorennem ætatem pervenerit, cuinam onus probandi incumbat, ex qualitatibus libelli, oppositâ exceptione, & intentione agentis dijudicandum erit. † Et- 2
enim si minori, vindicanti prædium suum, Reus opponat exceptionem factæ venditionis, dubium vix esse potest, quin Reus venditionem omniaque requisita, ad alienationem bonorum minoris necessaria, probare debeat, siquidem intentionem in legitimâ ac justâ venditione fundat, † quam & pro- 3
pterea ceu affirmans probare necesse habet, *l. ei incumbit. 2. ff. de probat. l. actor. 23. in pr. C. de probat.* † Juris namque expediti est, quod intentio- 4
nem suam fundans in aliquo actu, certâ qualitate imbuto, ita quidem ut cum ea qualitate conjunctus actus singularem effectum habeat, non modò ipsum actum, sed & qualitatem actus docere teneatur, nisi succumbere velit, *c. ab eo. 31. Ext. de elect. in sexto. c. licet. 9. ubi* Felin. *num. 40. Ext. de probat.* † At quid, si minor vindicans ex hoc capite 5
alienationem impugnet, quod debita requisita non fuerint observata, eamque qualitatem alienationis & defectum requisitorum libello suo inserat, cui Reus negativè respondet? † Hoc casu minorem 6
ceu actorem contenta libelli, ac requisitorum defectum probare teneri, rectissimè quis affirmaverit cum Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 37. defin. 2. n. 4. &* Jac. Schult. *part. 1. qu. 17.* † *Tùm*, per *text. in l. magis puto. 5. §. pen. ff. de reb. eor. qui sub tutel. ibi: Manet actio pupillo, si postea poterit probari, obreptum esse prætori &c.* † *Tùm*, quod præ- 7 8
sumatur pro solennitate necessariâ, eam interveniisse, ubi de facto ipso constat, *l. 1. C. de contr. & comm. stipulat. l. ab ea parte. 5. §. idem respondit. 1. junct.* Gloss. *ibidem in verb. præstare. ff. de probat. l. Titia. 34. ff. sol. matr. l. si cum pater. 2. in pr. C. si adverss. rem judic.* † *Tum*, quod 9
agenti & alleganti defectum alicujus solennita-

tis neceſſariæ, incumbat onus probandi, *l. verius. 21. ff. de probat.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 35. n. 11.* † *Tùm*, quòd fundans intentionem ſuam in non facto, illud non-factum probare teneatur per text. *in l. hoc jure. 10. ff. de verb. obligat.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 1. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Pauli Schneiders / & Conſortium ab una, Viduæ & heredum Petri Schneiders ab altera parte ventilatâ in præfectura Leiſnicenſi, Menſe Febr. Anno 1628.

Definit. XXXIII.

Tutor poteſt emere rem pupilli non ab ipſo pupillo, ſed à contutore, aut judice factâ ſubhaſtatione rei pupillaris.

EXpediti Juris eſt, tutorem non poſſe emere rem pupilli, *l. ſi in emptione 34. §. ult. l. non licet. 46. ff. de contr. empt.* Quod tamen non aliter accipiendum, † quàm ut ab ipſo pupillo emere nequeat, quia nec pupillo in rem ſuam auctor eſſe poteſt, *l. 2. l. quod dicimus 7. ff. de autor. tutor.* †. Cæterùm, ſi habeat contutorem, qui autoritatem præſtare queat, quin tùm emere poſſit, tantùm abeſt, jura prohibere, ut etiam expreſſis verbis hoc permiſerit JCtus Ulpian. *in l. pupillus. 5. in pr. & §. 2. ff. de autor. tutor.* † Quod & aſſerendum de venditione publicâ, factâ rei pupillaris ſubhaſtatione à Magiſtratu, nam & tùm tutor emptor rei pupillaris admittitur, Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 35. defin. 2. num. 4.* † Etſi enim publica venditio, quæ fit juſſu Magiſtratûs, perinde habeatur, ac ſi à pupillo ipſo facta eſſet, per *l. ſi ob cauſam. 13. C. de evict. l. 1. C. ſi in cauſ. Jud. pign. capt. ſit.* † Attamen Magiſtratûs autoritas interveniens facit, ne tutoris autoritas neceſſaria videri poſſit, *argum. l. ſancimus. 25. C. de admin. tutor.* Ant. Fab. *dict. defin. 2. num. 6.*

Ita tractatum à Scabinis in cauſa H. P. R. & D. E. H. Menſ. Febr. Anno 1632.

Et in cauſa Chriſtophori à Carlowitz, Menſe Decemb. Anno 1636.

Definit. XXXIV.

Minori competit electio, an contra tutores vel Curatores agere, an verò in integrum reſtitui, & bona injuſtè alienata revocare velit?

MInor non ſolùm in caſu factæ alienationis ob defectum requiſitorum ſolennium adverſus poſſeſſorem experiri, & bona alienata rei vindicatione repetere poteſt, † Sed & eo caſu, quo juris autoritas alienationi non reſiſtit, ipſi læſo per in integrum reſtitutionem ſuccurritur, licet decretum Judicis & autoritas Curatoris intervenerit, *l. 2. l. ſi quidem. 11. C. de præd. minor. l. ult. & tot. tit. C. ſi tut. vel Curat. interv. l. ult. C. ſi adverſ. rem judic.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 39. defin. 2. num. 6.* † Utroque tamen caſu liberum eſt minori, an tutores vel Curatores propter malam adminiſtrationem convenire, quàm in integrum reſtitui ac bona alienata revocare malit, Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 12. num. 7.* Joh. Petr. Surd. *conſ. 95. num. 20. cum ſeqq.* Fr. Bece. *conſ. 12. num. 77. & ſeqq.* Burſat. *conſ. 412. n. 32.* † Idque propter clarum textum *in l. etiam. 3. C. ſi tut. Curat. interv.* ubi ajunt Impp. jampridem placuit etiam in iis, quæ minorum tutores vel Curatores malè geſſiſſe probari poſſunt, licet perſonali actione à tutore vel Curatore jus ſuum conſequi poſſent minores, in integrum reſtitutionis auxilium eisdem dari, nullo eis præjudicio per electionem generando. † Idemque probatur per text. *in l. ult. C. eod. tit. l. 45. verſ. Imperator. ff. de minor. l. ſi minoris. 25. ff. de admin. tut. l. ait Prætor. 7. §. ſed & in judiciis. 4. l. minor. 25. annis omiſſam. 36. ff. de minor.* Gloſſ. *& quam* interpp. *comm. ſequuntur in l. eum qui 46. ff. de minor.* † Nec movet quicquam in contrarium vulgata juris Regula, quâ Remedium extraordinarium, quale eſt reſtitutio in integrum, per ordinarium excludi traditur, *l. in provinciali. 3. ff. de oper. nov. nunciat. l. ſi ædibus 32. l. qui bonâ 13. §. de illo. 6. ff. de damn. infect.* † & quod Reſtitutio regulariter non competat, quando minor communi auxilio & mero jure munitus eſt, *l. in cauſa. 13. ff. de minor.* † Etenim fallunt hæc omnia, ubicunque alicui per Remedium extraordinarium magis conſultum eſt, tùm enim extraordinario potius quàm ordinario uti licet, Bartol. & Dd. *in d. l. in provinciali 3. ff. de op. nov. nunt.* † Quamvis & aliter reſpondeat Ant. Fab. *in Rational. ad dict. l. in cauſa. 13. ff. de minor.*

Ita Domini in cauſa Michael Martins zu Altenkemnitz/ Menſ. Mart. Anno 1632. [Verba ſentent. Da aber dennoch das Mündlein / ſo nunmehr verheyrathet/ſich ihres Schadens lieber bey euch (inmaſſen ihr denn ſolches zu thun frey ſtehet) als bey dem Vormunden erholen wolte/ und euch deßwegen belangen würde/ꝛc. So wäret ihr den Schaden zu erſtatten ſchuldig/V. R. W.]

Et in cauſa Volckmar Zſchanſchmans zu Thölbitz / Menſ. Jan. Anno 1628.

† Quin & non ſolùm ipſi minori, ſed etiam ejusdem heredibus hanc electionem adverſus tutorem aut Curatorem ſcilicet agendi, vel bona injuſtè alienata repetendi competere tutò affirmaverim, † quippe quod remedium Reſtitutionis ad heredes quoque pertineat, *l. 6. ff. de reſt. in integr. l. 18. §. f. l. 24. §. 1. l. 44. ff. de minor.* † Nec tàm jure privilegii perſonalis, (quod cum perſona aliàs extinguitur, *l. 196. ff. de Reg. Jur.*) quàm remedii communis cenſeatur, † Et reſtitutionem non ex merâ gratiâ, ſed ipsâ quoque juſtitiâ & æquitate dictante tribui, rectè notat Bartol. *citatus à* Sfort. Odd. *q 50. art. 1. n. 8.*

Ità Domini in cauſa, Auguſtinum Breden ab una, & Simonem Lewen zu Leipzig ab altera parte concernente, Menſ. Dec. Anno 1628.

Definit. XXXV.

Heredes tutoris ex levi ipſius culpâ non tenentur.

TUtorem non ſolùm ob dolum, ſed & ob culpam tàm latam, quàm levem conveniri poſſe, certi juris eſt, *l. 3. §. ult. ff. de ſuſpect. tutor. l. 2. l. 3. l. 5. ff. de magiſtr. conven.* † Sed aliter res ſe habet in heredibus, qui ex levi tutoris culpâ non tenentur, per text. *in l. 1. C. de hered. tutor.* † quæ lex nec ad ſingularem doli ſpeciem reſtringenda, nec emendanda, ut putat Cujac. *13. obſerv. 29.* contra quem diſputat Suer. *repet. prælect. cap. 1. &* Anton. Fab. *1. conject. 12.* † Eaque ſententia, quòd ex levi culpâ tutorum, heredes non teneantur-

teneantur, procul dubio eſt communis & approbata *ab* Accurſ. Bart. Bald. & Salycet. *in dict. l. 1. C. d. hered. tut.* Objicit quidem † Cujac. & poſt eum Merc. 2. *opin. 24.* quod, cum in heredes detur actio tutelæ, & in hanc levis culpa veniat, abſurdum videatur, propter levem culpam defuncti non teneri heredes, † cùm aliàs ex perſona heredum non mutuetur obligatio *l. 2. ff. de verb. oblig.* Sed ſcire debuiſſent, † haud abſurdum eſſe, ut actio in heredes tranſitoria non ſemper eodem modo & qualitate contra heredes detur, perinde ſicut Magiſtratus de omni periculo, heredes autem ex latâ tantummodò culpâ tenentur, *l. 2. C. de magiſtr. conven. l. 4. ff. eod. tit.* † Et notat Salycet. *in l. Curatoris. 17. C. de negot. geſt. num. 2. per illum text.* mirabile ac peculiare hoc eſſe, quod quæ contra defunctum competebat pro latâ & levi culpa, contra heredem pro levi culpâ defuncti intentari non poſſit.

Ita Domini ad requiſitionem Johan. Gottſchalckes zu Annaberg/Menſ. Febr. Anno 1612. [Verba ſent. Iſt C. G. eurem Eheweibe zum Vormunden verordnet worden/und hat ſich darauf ſolcher Vormundſchaft angemaſſet / und von bemeldtes ſeines Mündleins Gelde 10. Gülden in ſeiner Verwahrung gehabt/ als aber die unlängſt zu Annaberg entſtandene Feuersbrunſt auch gedachten Vormund mit betroffen / ſeynd des Mündleins Geldere in ſolchem Brande weggekommen/ꝛc. So ſeynd ſeine Erben/ungeachtet / daß er der Vormund ſein eigen Geld im ſelbigen Brand weggeſtehet/ ſolche 10. Gülden zu erſtatten nicht ſchuldig/ V. R. W.]

Et in cauſa viduæ Chriſtophori Vogels / contra liberos Balthaſari Trahoffers zu Endorff / Menſe Octob. Anno 1634.

Definit. XXXVI.

Beneficium ordinis tùm demum competit tutoribus, quando ab ipſis facta eſt diviſio.

1 QUando tutela diviſa haud eſt inter tutores, pupillus habet electionem, quem ex tutoribus convenire velit, ſive omnes adminiſtraverint, ſive nullus, quia ſunt in pari culpâ, *l. 2. in pr. C. de divid. tutel.* Joh. Schneidew. *in §. ſed ſi ex teſtam. 1. n. 11. Inſt. de ſatisdat. tutor.*

Veluti pronunciârunt Domini in cauſa Alberti Chriſtels Gläubiger zu Cöthen/Menſ. Septembr. A. 1594. [Verba ſentent. Hat der verſtorbene Albert Chriſtel benebens andern etliche Vormundſchaften auf ſich gehabt. So ſeyn deſſelben Mit-Vormunden / welche noch am Leben/ dem Unmündigen für dasjenige/ſo gemeldter Chriſtel verwaltet und eingenommen/zu antworten und ſolches zu bezahlen ſchuldig/ V. R. W.]

Et in cauſa Nicolai Steinmans zu Naumburg/ Menſe Apr. Anno 1636. [Verba ſentent. Wann nun gleich euer Mit-Vormund die Baarſchaft allein zu ſich genommen / da er aber dennoch nicht ſolvendo wäre/ſo wäre das Mündlein ſich deßwegen an euch zu halten wohl befugt / V. R. W.]

2 † Factâ autem diviſione inter alia, quæ pluribus contutoribus conceſſa ſunt juris beneficia, non poſtremum eſt ordinis beneficium, quo tutori ſubvenitur, ut non ex proprio, ſed contutoris facto conventus de ordine excipiendo, poſſit eò rem deducere, ut actor prius contutorem, de cujus facto quæritur, ſi quidem is ſolvendo fuerit, convenire, & eundem excutere cogatur, *l. ult. C. ſi tut. vel Curat. non g. §. l. ult. C. de divid. tutel. l. tutores qui 39. §. in eum 12. ff. de adminiſtr. & per. tutor.* 3 † Quæ tamen omnis conſideratio in illis ſolùm caſibus locum habet, in quibus agitur de pluribus tutoribus in ſolidum ita obligatis, ut ob factum unius, alter tutorum, quem elegerit pupillus, conveniri poſſit *l. tres tutores 55. in pr. l. à tutoribus. 33. §. heredibus. 2. ff. de admin. tutor.* † Etenim, ſi in ſolidum obligati non ſunt, nec inter eos periculum eſt commune, tùm alter ex alterius facto ne ipſo quidem jure tenetur, ſed quilibet pro ſua adminiſtratione conveniri debet, non attento, utrum alter ſolvendo ſit nec ne, Hartm. Piſt. *part. 1. q. 6. n. 4.* † Quare ſi tutela vel à teſtatore, vel à judice inter tutores fuerit diviſa, quia tùm in ſolidum obligati non ſunt, neque alter ex facto alterius tenetur, ſive ſolvendo fuerit, ſive non *lib. 2. verſ. in diviſionem autem. C. de divid. tutel.* utique non opus tunc habent beneficio diviſionis ſeu excuſſionis, Hart. Piſt. *d. qu. 6. n. 7.* Joh. Schneidew. *dict. loc. n. 11.* † Ut ſic ordinis beneficium eo ſolummodò caſu locum habeat, quando diviſio tutelæ facta eſt ab ipſis tutoribus. † Quo caſu etiam competit tutoribus beneficium cedendarum actionum & utilis actionis, de quibus Schneidew. *loco allegato & fuſiùs de beneficio ordinis* Hart. Piſt. *d. q. 6.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Oelſchen zu Meinewehe/ Menſ. Nov. An 1627. [Verba ſent: Seyd ihr N. N. nebens noch andern Perſonen zum Vormunden verordnet worden/ und nachdem euer Mündlein ſeine vollkommene Jahr erreichet/hat er euch etlicher Mängel wegen in der geführten Vormundſchaft in Anſpruch genommen/da ihr euch nun nebens den Mit-Vormunden verglichen und einem allein die Verwaltung aufgetragen hättet/ ꝛc. So wäret ihr Kägere die exceptionem beneficii ordinis zu opponiren wohl befugt / und ehe und zuvor derjenige Mit-Vormund/ der ſich der Verwaltung angemaſſet/gebührlichen executiret worden / möget ihr zur Erſtattung der Mängel nicht angehalten werden/V. R. W.]

Definit. XXXVII.

Apocha ſeu Quittantia tutoris non liberat debitorem, quò minus à minore in ſolutione læſo conveniri queat.

1 SOlet apocha dari pro pecuniæ ſolutæ profeſſione *l. ult. §. Titius. 2. ff. de condict. indebit. l. qui tabulas 27. §. apocha. 2. ff. de furt. l. plures apochis. 19. & de fid. inſtrum. tot. tit. C. de apoch. publ. lib. 10. junct. l. pecuniæ ſolutæ 14. C. de ſolut.* Vulgò Quittantiam vocant. 2 † (Errant ſiquidem pragmatici, qui apocham pro chirographo dicunt, Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 5. def. 1. n. 1.*) Quare, 3 † ſi à tutore ejusmodi Quittantia data fuerit debitori minoris, utique probabit ea debitorem ſolviſſe, etiam contra pupillum ſeu minorem, *arg. l. Lucius 46. §. tutelæ. 5. ff. de adminiſtr. tutor.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 111. num. 21.* Raphaël Cuman. *conſ. 24. col. 2. & conſ. 31. col. 2.* Andr. Tiraquell. *in tract. de utroq; retract. §. 1. gloſ. 18. n. 93.* 4 † At fallit hoc ipſum, quando tempore ſolutionis contingit læſio ipſi minori, veluti ſi minus loco, tempore, vel cauſa, aut in deteriore moneta acceperit tutor vel curator ſolutionem, aut ſi aliquid de debito remiſerit, tùm enim, quia malè geſſit, non obſtante Quittantiâ tutoris vel Curatoris, 5 † datur minori reſtitutio in integrum, & facultas conveniendi denuò debitorem *l. 3. C. ſi tutor. vel Curat.* Franc. Cald. *ad l. ſi curatorem. 3. verb. Leſis. num. 61. C. de reſtit. in integrum.* Johan. Gut-

6 tierretz. *de tutel. part. 2. cap. 22. n. 22.* † Quod & verum est, etiamsi autoritas magistratus intervenerit, & in judicio apocha data fuerit, Cald. *dict. loc. n. 67.* & Guttierretz. *d. c. 22. n. 27.*

Ita Dominiin causa Michaël Martins zu Altenkemnitz/ M. Mart. Anno 1632. [Verba sent. Ob euch nun wol der Vormund über solche 100. Güldrn/ so seinem Mündlein zuständig gewesen/und ihr am leichten Geld erleget/Gerichtlichen quittirt/ und dannenhero euch ferner in Anspruch zu nehmen nicht berechtiget. Da aber dennoch das Mündlein sich seines Schadens bey euch erholen wolte/ und euch deßwegen gebührlichen belangen würde/ rc. So wäret ihr die gezahleten 100. Gülden leichte Geld entweder mit anitzo schwerer Müntz auszuwechseln/ oder den Abgang an solcher nochmals zu ersetzen schuldig/ V. R. W.]

Definit. XXXVIII.

Nomen seu debitum pecuniâ minoris factum ad ipsum pertinet, licet tutor creditor fuerit nominatus in Chirographo.

1 CUm tutor pecuniam pupillarem fœnori elocasset, & semetipsum in chirographo desuper exhibito creditorem nominari curâsset, quæsitum fuit, *an non finitâ tutelâ illud nomen ad minorem*
2 *jam factum majorem pertineret?* † Quod affirmare haud dubitavêre Scabini. Etsi enim quilibet
3 actus † præsumatur factus nomine proprio potiùs quàm alieno, *arg. l. & magis. 4. ff. de solut. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. 2. ff. de verb. oblig. l. si pactum. 9. ff. de probat. l. post mortem. 5. ff. quando ex fact. tutor. l. Titium. 47. §. præfectus. 4.*
4 *ff. de admin. tutor.* † Attamen non procedit hoc in tutore vel Curatore faciente id, quod nomine
5 alieno est obligatus agere. † Et ideò, licet quid faciat nomine suo, præsumitur tamen & censetur facere nomine pupilli, *l. Lucius. 46. §. tutorem. 2. ff. de admin. tutor.* Bartol. *in l. Titium. 47. §. altero. 6. n. 2. ff. eod. tit.* Petr. Surd. *lib. 1. cons. 9. num. 4.*
6 Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 38. n. 2. & 3.* † Unde tutor non solùm præsumitur solvisse de pecunia pupilli Masc. *concl. 1393. n. 6.* Cravet. *vol. 1. cons. 129. n. 3.* maximè quando non erat adeò dives, ut possit præsumi, eam pecuniam, quam solvit, habuisse,
7 Crav. *d. loc.* † Sed & continuans mercantiam vel negotia patris, censetur nomine pupilli continuare, Gutierretz *de tut. & Cur. part. cap. 10. n. 9.* Mascard. *d. l. n. 14.*

Ita Domini in causa Benignen, & Mechelden, sororum à Minckwitz/ Mens. Mart. Anno 1599. [Verba sentent. Ob nun wol der Vormund die Schuld-Verschreibung auf seinen Namen stellen lassen/ dieweil aber dennoch berührtes Geld euch zuständig/ihr auch die Schuldverschreibung in Händen habt/und allbereit etliche Zinsen darauff empfangen/rc. So ist nunmehr des Vormundes Sohn an Abforderung der Haupt-Summa/ wofern er keine andere erhebliche Ursachen/ als daß obbemeldte Handschrift auf seines Vatern Namen gerichtet/ dawider anzuziehen hat/euch zu hindern nicht befugt/ V. R. W.]

Definit. XXXIX.

Non semper tria tutelæ onera vacationem præstant.

1 TRia onera tutelæ vel curæ largiuntur vacationem à quarta, *l. 2. §. ult. l. 3. & §. tribus seqq.*
2 *ff. de excus. tut. l. un. C. qui num. tutel.* † *Tùm* favore tutoris, ne is negotiis alienis nimiùm oneretur, *Tùm* favore pupilli, cujus res administrari rectè nequeunt ab eo, qui multis muneribus est districtus, Conrad. Rittersh. *in §. item tria. 5. num. 1. Inst. de excusat. tutor.* Ex quo fit, quod non semper triplex tutela à quartâ tutorem excuset, † non enim 3
excipere potest tutor, (1.) si unius vel alterius tutelæ finis instet, *l. non tantum. 17. in pr. ff. de excus. tut.* (2.) † Aut si tutelæ fuerint affectatæ, vel studio 4
petitæ, tùm namque tutorem non excusant *§. item tria. 5. Inst. de excus. tut. l. spadonem. 15. §. est autem. 15. ff. eod. tit.* † quia volenti non fit injuria *l.* 5
1. §. usq; adeo. 4. ff. de injur. l. nemo. 145. ff. de reg. Jur. (3.) Si tutelæ non sint operosæ aut magni laboris, † sed leves, ut plerumque sunt pauperum 6
pupillorum, Gloss. & Joh. Schneidew. *in dicto §. item tria. 5. n. 2.* (4.) † Nec æstimandus est numerus tutelarum ex pluralitate pupillorum, sed potius 7
ex diversitate patrimoniorum; plurium namque fratrum tutela non triplex est, sed unica, quæ excusationem non tribuit. † Planè evenit interdum, ut 8
unica tutela ad excusationem sufficiat, si nimirum illa tàm diffusa & negotiosa sit, ut pro pluribus cedat, *l. 31. §. ult. ff. de excus. tut.* Rittersh. *dict. loc.* Harpp. *in dict. §. item tria. 5. n. 5. ubi &* Joh. Schneidew. *num. 4.* Ant. Fab. *tom. 1. Jurisp. Papin. tit. 24. pag. 1098.*

Ita Domini in causa Christophori Böttgers zu Mitweida/ Mens. April. Anno 1615. [Verba sent. Da ihr nun zu vorgedachten dreyen unterschiedenen Vormundschaften euch nicht selbsten angegeben/ und derselben noch keine sich geendet/rc. So verbleibet ihr mit der vierdten Vormundschaft billich verschonet. Es möchte dann erwiesen und beybracht werden/ daß obberührte drey Vormundschaften also geringe/ daß ihr die vierdte ohne sonderbare Mühe/auch mit Nutz der Unmündigen wohl verrichten könter/ auf solchen Fall möchtet ihr euch derselben nicht entbrechen/ V. R. W.]

Definit. XL.

Tutor propriis sumptibus res pupilli administrare non tenetur, salarium tamen petere negavit.

1 INdubitati juris est, tutorem haud propriis sumptibus teneri administrare res pupilli, sed si quos sumptus fecerit, eos à pupillo repetere posse, *l. 1. §. item sumptus litis. 9. ibi item sumptus litis tutor reputabit & viatica, si ex officio necesse habuit aliquò excurrere vel proficisci. ff. de tutel. & rat. distr. l. à tutoribus. 33. §. ult. ubi* Bartol. *ff. de admin. tutor. l. sumtus. 3. C. eod. l. 3. §. pen. ff. de contr. act. tutel.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 36. defin. 1. n. 2.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas. 173.* Cavalcan. *de tutor. n. 286. & 309.* Hartm. Pistor. *observat. 124. n. 2.* Sed *num & tutor salarium sibi certum constituere & ex bonis pupilli petere poterit?* † Neutiquam, sed tutor operam gratuitam pu- 2
pillis præstare debet, per text. *in l. qui sine. 38. in fin. ff. de negot. gestis.* Gloss. *in l. 1. §. ult. ubi &* Bartol. & Bald. *ff. mandat. & in l. in eos. 9. ff. de tutel. l. 1. l. à tutoribus. 33. §. ult. ff. de administr. tutor. l. 1. §. si pupillis. 6. ff. de tutel. & rat. distrab.* Fr. Vivius *decis. 40. n. 4. & 5.* Hartm. Pistor. *dict. observ. 124. num. 1.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas. 512.* † Quin etsi tutor negotia pupillaria 3
administrando rebus suis præesse non potuisset, ac inde damnum aliquod sensisset, attamen

damni

damni refusionem eum repetere non posse, tradit
4 Hart. Pist. *dict. loc. n. §.* † eo, quod eandem diligentiam adhibere eandemque operam præstare de-
5 beat in rebus pupilli, quàm in suis. † Hoc tamen certum est, quod per id Magistratus autoritas non constringatur, quò minus, si ita ei placuerit, tutori salarium ex certâ causâ constituere possit, *l. à tutoribus. 33. §. ult. ff. de admin. tutor. junct. l. idemq; 10. §. idem Labeo ait. 9. ff. mandat.* Ant. Fab. *dict. defin. 1. num. 3.*

Ita Domini in causa Johannis Göbels zu Delßnitz / Mense Nov. Anno 1626. [Verba sent. Ob ihr wol eine Zeit lang euer Pflege-Töchter Vormundschaft geführet / und darbey Fleiß und Mühe anwenden müssen / &c. So seyd ihr doch einige recompens und Ergetzlichkeit dafür anzusetzen und zu fodern nicht befugt / V. R. W.)

Et jam pridem in causa Hansen Schreckens zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1592.

Definit. XLI.

Excussis tutorum ac Curatorum facultatibus, actio subsidiaria etiamnum hodiè in Magistratum dari solet.

1 Pupillus aut minor, si aliquod damnum ex mala administratione tutorum vel Curatorum passus est, debet primò convenire tutores & Curatores. *§. sed si ex testamento. 1. Inst. de satisd. tut.*
2 † nec non eorundem heredes, *l. ult. & tot. tit. C. de hered. tut. vel Curat. l. ult. C. de divid. tutel. & fidejussor. l. etiam 3. l. cum ostendimus. 4. ff. de fidejuss. & nomin. & hered.* † Hisce omnibus prius
3 excussis, si minor solidum consecutus non fuerit, convenire potest Magistratum, qui non exegit satisdationem, vel non recepit idoneam, *l. quoties. 6. ff. qui satisd. cog.* † per actionem scilicet subsidiariam, quæ datur minori tanquam in subsidium
4 & ultimum præsidium, quando ei non potest esse aliter consultum, *§. sciendum. 2. ubi* Schneidew. *Inst. de satisd. tutor. tot. tit. ff. & C. de Magistr. conven.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 41. defin. 1. num. 3.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de Magistr. conven. n. 1. Sed num & hodie Magistratus in subsidium conveniri poterit?* † Sanè haud desunt, qui
5 asserunt, *Tit. de Magistratibus conveniendis* hodie in usu non esse, ut post Ronchegall. & Aretin. testatur Montan. *de tut. cap. 29. n. 181. & seq.* M. Ant. Eugen. *cons. 19. n. 79.* quibus etiam accedit Hier.
6 Treutler. *vol. 2. disp. 9. th. 7. lit. c.* † Ex hac ratione, quia iidem, qui dant Magistratus, etiam satisdationem exigunt, quam benè refellit Bachov. *in not. ad* Treutl. *loco allegato.* Sed defendendum hoc ipsis relinquo; † Etenim cum prædicta
7 jura nullibi immutata reperiantur, qui etiamnum hodiè iis standum ac in Magistratum actio subsidiaria in foro quoque Saxonico danda sit minoribus,
8 haud certè dubium esse videtur. † Quod tamen non aliter intellectum velim, quàm si culpa Magistratui imputari possit, vel quod idoneos non dederit tutores ac Curatores, vel quod cautionem non exegerit, *l. 1. §. si præses. 2. cum mult. seqq. ff. de Magistr. conven. dict. §. sciendum. 2. inst. de*
9 *satisd. tut.* † Quod si nihil Magistratui imputari queat, non debet casus futuros & fortunam pupillo præstare, *dict. l. 1. §. si magistratus. 11. ff. d. magistr. conven.* Wesenb. *in parat. ff. dict. tit. n. 2.* † Probatio autem, quod culpa abfuerit, Magistratui incumbit, non pupillo, *d. l. 1. §. probatio. 13. ff. d. t.* 10

Ita Domini in causa Annæ Lehemans zu Bernitz / Mens. Nov. Anno 1604. [Verba sentent. Ist nun gedachter euer Vormund gestorben / und hat so viel prioritätische Schulden nach sich verlassen / daß ihr euch euers Ausstandes an seiner Verlassenschaft nicht erholen könnet / &c. So ist euch obberührten euren Erb- und Gerichts-Herrn / so selbigen Vormunden verordnet / in subsidium zu belangen unbenommen / V. R. W.]

Et ad requisitionem Nicolai Kirchhofs zu Weissensee / M. Oct. Anno 1617. [Verba sent. Da es nun mit des Vormunds Gütern diese Gelegenheit hätte / daß sich sein gewesenes Mündlein daran nicht erholen könte / und also allbereit die excussio wider den Vormunden ergangen / &c. So wäre das Mündlein die Obrigkeit / von welcher der Vormund bestätiget worden / actione subsidiaria gebührlichen zu belangen wohl befugt / V. R. W.]

Definit. XLII.

Pupillus apud matrem, quæ ad secunda vota transiit, educari non debet.

EDucatio pupillorum nulli magis, quàm matri committenda est, nisi ad secunda vota 1
convolaverit, ac Vitricum superinduxerit, *l. 1. C. ubi pupill. educ. deb.* † At cùm nobis Christianis 2
non ita exosæ sint secundæ nuptiæ, dubitari potest, *an non hodie educatio matri concedenda, etiamsi vitrico nupserit?* † Sed non tam odio se- 3
cundarum nuptiarum, quàm suspicione & affectione, quâ mulieres erga secundos maritos occupari solent, hoc casu matri educatio denegatur. † Cre- 4
ditur enim mater, quæ transit ad secunda vota, minus diligere liberos prioris matrimonii *l. fœminæ. 3. l. generaliter 5. C. de secund. nupt.* † Et subest 5
periculum, ne vitæ pupilli insidietur vitricus, cui mater non solùm res filiorum, sed vitam quoque addicit, *l. lex quæ tutores. 22. C. de admin. tutor.* † Ut ita nec hodiè inter Christianos matri, quæ vi- 6
trico nupsit, pupilli educatio sit concedenda, Ant. Fab. *lib. 5. tit. 30. defin. 1. n. 1. & 3.* Hart. Pist. *observ. 98.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. ubi pupill. educ. deb. num. 2.*

Ita Domini in causa M. à P. Mens. Febr. Anno 1625. [Verba sent. Alldieweil ihr selbsten berichtet / daß ihr euch nach euers Ehe-Jancken tödtlichen Hintritt anderweit verehlichet / und vermöge der rechtlichen Verordnung in diesem Fall der hinterlassene minderjährige nicht bey der Mutter / sondern bey den andern nächsten Bluts-Freunden aufferzogen und unterhalten werden soll / &c. So seyd ihr auch euern unmündigen Sohn der väterlichen Großmutter / oder des Vatern Bruder / als den nächsten Anverwandten / auff ihr Begehren und Abfordern / zur education folgen zu lassen schuldig / V. R. W.]

Definitio XLIII.

Nisi cognitâ causâ, matri vitrico nubenti, educationis cura à Magistratu fuerit commissa.

NOn tamen semper mater, ad secunda transiens vota, à curâ educationis arcenda est. 1
† Quid enim si agnatis cognatisque ita videatur, ac Vitricus honestæ sit famæ, & minimè obnoxius suspicionibus, nec quicquam causæ sit,

cur eorum voluntatem Judex sequi non debeat?
2 †Poterit sanè tunc Judex non modo Matri curam educationis committere *l. 1. C. ubi pupilli educ. deb.*
3 *l. 1. ff. eod.* sed† & Vitricum tutorem pupillo dare & decernere, *l. ult. C. de contr. jud. tut. l. nonnunquam 32. §. 1. ff. de adopt.* Jacob. Cujac. *lib. 6. observ. 29.* Gothofr. *ad dict. l. ult. C. de contr. jud. tutel. lit. t.* Cæsar. Ursil. ad Afflict. *decis. 357. num. 3.* Joh. Harpp. *ad pr. inst. qui testam. tutor. n. 29.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 30. defin. 1. n. 4. & 5.* †Hoc
4 enim casu, Magistratus tàm arctè dispositioni juris astrictus non est, ut habitâ cognitione, ex persona, conditione, tempore, spe successionis, aliud statuere
5 nequeat, modò curet, † ut pupillus sine ullâ malignâ suspicione educetur, Matth. Wesenb. *in parat. ff. ubi pupill. educ. deb. n. 2.*

Ita Domini in eodem responso. [Verba sententiæ: Ihr hättet denn beständige Einreden darwider einzuwenden/ auf den Fall wäre euch solche bey der ordentlichen Obrigkeit anzuführen unbenommen / und würde dero Erkäntniß / ob der Unmündige bey euch als der leiblichen Mutter/oder bey wem sonsten am füglichsten erzogen werden könne und solle/nicht unbillich anheim gestellet/V.R.W.]

Definit. XLIV.

Minor læsione probatâ restitutus contra mutuum absolvitur, nisi creditor pecuniam in utilitatem ejus versam docuerit.

1 Difficultatem movent textus *in l. 1. & l. 2. C. si adversus Creditor.* in quibus enodandis admodùm variant Interpp. quorum sententias refert Hart. Pist. *part. 1. qu. 38.* qui tamen ipsemet valdè prolixus est. Sed variis opinionibus discussis tan-
2 dem ita concludendum arbitratur; †Quod minor Restitutionem petens ob pecuniam mutuò sumptam, perinde ut in aliis Restitutionum causis captionem, sive aliam læsionem probare debeat,
3 †Eâ verò probatâ atque inde Restitutione impetratâ Creditor pecuniam repetens, necesse habeat probare, illam in rem pupilli versam esse. Quæ assertio Hart. Pist. procul dubio verissima est, ac duo verè membra continet. *Primò* namque di-
4 cit, † Minorem contra Creditorem mutuantem, restitutionem petentem ante omnia probare debere captionem sive aliam læsionem ex generali Restitutionis regula, quæ læsionis probationem ex parte minoris requirit *l. nam postea. 9. §. si minor. 4. ff. de jurejur. l. minoribus. 5. C. de in integ. restit.*
5 †Non mox enim ex eo, quod minor quis est, præsumitur pecuniam per lubricum ætatis amisis-
6 se vel dissipâsse, sed leges, † quæ minori, mutuum accipienti, succurrendum dicunt, conditionaliter loquûtur, si captus sit, si dissipavit, scilicet per lubricum ætatis *l. ait Prætor. 7. §. proinde. 1. l. patri. 27. §. si pecuniam. 1. l. verum. 11. §. sciendum,*
7 *3. ff. de minor. l. 2. C. de filiof. minori.* † Quare probatio læsionis ex parte minoris præcedere debet; Cui nil prorsus obstat *d. l. 1. & 2. C. si adverf. Creditor.* qui textus hanc probationem læsio-
8 nis ne verbulo negant, † sed jam antea factam absque dubio præsupponunt, secundum alias leges ita distinguentes, per *l. non est novum 26. ff. de lb.* Bartol. *in l. non dubium est. 5. num. 9. C. de lb.* ut pluribus demonstrat Hart. Pist. *dict. loc. num. 18. & seqq. Secundò*, probatâ læsione ex parte minoris, ac impetratâ Restitutione, † Creditor pecuniam 9
repetens tenetur probare, eam versam in utilitatem pupilli, *dict. l. 1. & 2. C. si adversus Credit. l. patri 27. §. si pecuniam. 1. ff. de minor.* Hart. Pist. *dict. q. 38. n. 32.* † Etenim quia contractus mutui in mi- 10
nore per se noxius & pernicios esse putatur, nisi pecuniam in utilitatem ejus insumtam esse appareat, Creditor id probare debet. † Hæcque 11
sententia receptissima est apud Interpp. Franc. Cald. *in repet. l. si Curatorem. 3. C. d. in int. rest. verba sua facilitate n. 30.* Ant. Fab. *in Ration. ad. l. quod si minor. 24. §. restitutio. 4. ff. de minor. & in Cod. lib. 2. tit. 21. defin. 1. n. 23.* Jac. Menoch. *lib. 6. præsumt. 27. in fin.* Petr. August. Morla *in Empor. jur. tit. 8. in præmiss. num. 8. vers. quoniam in legibus.* 12
†Neque hâc parte Creditorem fœneratorem à Creditore simplici separare debemus, propter generalitatem textus *in dict. l. 1. C. si adverf. Credit.* † Im- 13
putari enim potest Creditori, cur minori credidérit, Ant. Fab. *dict. defin. 1. n. 7.* Hart. Pist. *dict. q. 38. n. 8.* Nec refert, an soli minori, an verò auctore curatore pecunia fuerit credita, † nam semper Cre- 14
ditori onus probandi incumbit, Ant. Fab. *dict. defin. 1. n. 2.* qui tamen sibi contrarius videtur *in def. seq. 2.* quamvis aliud obtineat in emptore solvente pretium auctore Curatore, *l. 7. §. 1. ff. de minor. l. C. si adverf. solut.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 12. defin. 1. n. 11.* † Emptor enim, qui solvit pretium mi- 15
nori, solvit æs alienum, quod solvere necesse est, † At credere non est necesse, ideoque adversus em- 16
ptorem parciùs minori succurrendum erit *l. quod si minor. 24. §. restitutio. 4. ff. de minor.*

Ita Domini in causa Matthiæ Rebens zu Morla / Mense Majo, Anno 1628. [Verba sentent. Hat euch Hans Felser in eurer Unmündigkeit 100. fl. geliehen und vorgestrecket. Ob er nun wol solches ohne Zinsforderung gethan/ da ihr aber dennoch einige læsion beybringen möchtet/ꝛc. So würdet ihr auff gebührendes Ansuchen in integrum restituiret / und möchtet zur Wiederzahlung der 100. fl. nicht angehalten werden/ es wäre denn/daß der Creditor beybringen und erweisen möchte/ daß solches Geld in euren Nutzen verwandelt worden / inmassen ihms zu thun oblieget / dessen genösse er auff solchen Fall billich/ V.R.W.]

Definit. XLV.

Solutio facta à pupillo absq; decreto judicis non liberat debitorem, etiamsi tutoris autoritas intervenerit.

Expediti juris est, debitorem sine tutoris auto- 1
ritate solventem non consequi liberationem, *l. pupillo. 15. ff. de solut.* quia pupillus solus alienandi potestatem non habet, *dict. l. 15. ff. d. t. & §. 2. Inst. quib. alien. licet vel non.* † Alienaret autem si- 2
ve diminueret obligationem, quâ debitor ei obstrictus est, si illa, solutâ pupillo pecuniâ, dissolveretur *arg. l. 12. ff. de solut. At quid si cum tutoris autoritate solutio pupillo facta fuerit?* † Liberari de- 3
bitorem colligitur *ex d. §. 2. vers. ideoq; si debitor. Inst. quib. al. lic. & l. 7 §. 2. ff. de minor.* † Attamen re- 4
stitutio in integrum pecuniâ ob facilitatem ætatis deperditâ vel malè consumtâ, pupillo haud denegabitur, *l. 46. §. 5. ff. de admin. & peric. tut. l. 1. C. si*

5 *C. si adverſ. ſolut.* † Quæ reſtitutio ceſſat, ſi decretum judicis de ſolvendo intervenerit, liberatur namq; tum pleniſſimè debitor *d.* §. 2. *ubi* Weſenb. *n.* 5. *Inſt. quib. alien. lic. dict. l.* 7. §. 2. Ant. Gomez. 2. *var. reſolut. c.* 14. *n.* 4. Franc. de Cald. *ad l.* 3. *C. de in*
6 *integr. reſt. verb. læſis n.* 57. *& ſeqq.* † Quamvis aliter ſentiat Ant. Fab. *in ration. ad d. l.* 7. §. 2. *ff. de minor. & 17. conject.* 13.

Ita Domini ad conſultationem Eliæ Hausmans zu Annaberg/M. Aug. Anno 1630.

Et in cauſa Chriſtophori Börgners & Andreæ Götzens zu Lauchſtadt/M. Jul. Anno 1634.

Definit. XLVI.

Judicialis quittatio non liberat debitorem pupilli, ſi non decretum Judicis præceſſerit.

1 PLeniſſimam igitur debitor minoris vel pupilli liberationem conſequitur, quando ſolvit
2 judicialiter præſente tutore vel Curatore. † Excludit enim autoritas magiſtratûs Reſtitutionem in integrum, modò illius decretum præcedat, ac debitori exſolutionem imponat, *per text. in l. ait Prætor, 7. §. 2. vers. permittitur ff. de minor. & l. ſancimus. 25. C. de admin. tut.* Ant. Fab. *in Codic. lib.*
3 *2. tit. 21. defin. 2. n. 1.* † Cæterùm, ſola judicialis quittatio abſque decreto & juſſu præcedente neutiquam liberabit debitorem, Joh. Guttierretz *de tutel. & cur part. 2. cap. 22. n.* 4. Joh. Maur. *de reſtit. in integr. c. 177. n. 5. in pr.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtiani Ottens zu Leipzig / Menſ. Aug. An. 1635. (Verba ſent: Dieweil aber dennoch ſolche Auszahlung auf vorhergehendes Gerichtliches decret von euch nicht geſchehen/ſo ſeyd ihr/wann gleich die Quittung und Verzicht gerichtlichen approbiret würde / gegen die Unmündigen wegen der bezahlten Kauffgeldere nicht gnugſam geſichert/V. R. W.)

Definit. XLVII.

Non impugnari poteſt ſolutio tutori vel pupillo extrajudicialiter facta, ſi pecunia deperdita non ſit.

1 SEcurus nihilominus quandoque redditur debitor pupilli extrajudicialiter ſolvens tutori, vel ipſi etiam pupillo, putà ſi pecunia ſoluta adhuc extet, & non conſumta, quin potius in utilita-
2 tem minoris verſa fuerit. † Datur enim tùm debitori adverſus minorem vel pupillum de dolo exceptio, quâ ſe tuetur, §. *pen. Inſt. quib. alien. licet vel non. l. in pupillo* 47. *ff. de ſolut. ubi* Gloſſ. Bart.
3 *in l. verum. 11. §. ult. ff. de min.* † Nec locum habet reſtitutio in integrum, ſi nullam læſionem minor docere queat, *l. ait Prætor. 7. in pr. ff. de minor. l. 1. C. ſi adverſ. ſolut. ubi* Gloſſ. & Dd. Joh. Guttierretz. *de tutel. part. 2. cap. 22. n. 2.* Ant. Fab. *in Codic.*
4 *lib. 2. tit. 13. defin. 1. n. 1.* † Nimirum ſolvens minori debitum, quandoque plenam; quandoque pleniorem; & quandoque pleniſſimam liberationem
5 acquirit. † *Plenam* enim conſequitur debitor liberationem, quando ſolverit pupillo abſque tutoris vel Magiſtratûs autoritate, pecuniaque haud conſumta, ſed in pupilli utilitatem verſa fuerit, *h.* de-
6 fin. 47. † *Pleniorem* liberationem habet debitor, minori ſolvens, quando autoritate tutoris vel Curatoris ſolvit, tunc enim liberatur debitor. §. 2. *verſ. ideoq; ſi debitor. Inſt. quib. alien. lic. vel non. l.* 7. §. 2. *ff. de min.* † At reſtituitur minor, ſi pecu- 7
nia ſit deperdita vel conſumta *l. Lucius. 46. §. tutelæ judicio 5. ff. de admin. tutor. ſupr. defin.* 45. † 8
Pleniſſimam verò debitor liberationem acquirit, ſi ſolverit præcedente judicis decreto, ſive enim tùm pecunia ſoluta adhuc extet, ſive non, ceſſat reſtitutio in integrum, & omni caſu debitor eſt ſecutus, *l.* 7. §. 2. *vers. permittitur. ff. de minor. ſupra* defin. 45. *in fin.* Joh. Guttierretz. *dict. c. 22. n. 2. 3. & 4.*

Ita Domini in cauſa Simon Kühnens zu Schönberg / M. Majo, Anno 1635. (Verba ſent. Da nun der Vormund berührte 100. fl. ſampt den Zinſen ſeinem geweſenen Mündlein zu berechnen erbötig/ꝛc. So iſt der geweſene Unmündige berührte 100. fl. von dem Schuldener Simon Kühnen/der ſie dem Vormund gegen Quittung gezahlet/noch einſten zu fordern nicht befugt, V. R. W.)

Definit. XLVIII.

Tutor nomine pupilli quando donare poſſit?

1 TUtor Domini loco non habetur, cum pupillum ſpoliat, ſed tantùm, cum bene & ex bonâ fide adminiſtrat *l. qui fundum. 7. §. ſi tutor. 3. ff. pro empt. l. cum plures* 12. §. 1. *ff. de admin. tut.* Unde fit, quod † nec tutori liceat bona pupilli a- 2
lienare, ne quidem per tranſactionem, Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 37. defin. 1. n. 2.* † quia tranſigere diminuendi causâ tutor non poteſt, *l. Lucius 46. l. ult. ff. de admin. tutor.* † Diminuit autem quis- 4
quis alienat *l. 1. C. de fund. dotal. l. alienationis. 28. ff. de V. S. l. quod autem 6. ff. quæ in fraud. Credit.* Minus verò tutor nomine pupilli donare poteſt, Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 72. n. 8.* Niſi tutelam illuſtrium perſonarum adminiſtret, Gail. *d. l. per l. cum plures. 12. §. cum tutor. 3. & l. tutor. 13. ff. de admin. tutor.* Vel † ſi utilitas pupilli hoc ſuadeat, *l. 1.* 5
§. 1. *ff. de tutel. & rat. diſtr.* Unde & tutor nomine pupilli donationem remuneratoriam facere haud prohibetur, ſecundum Rol. à Vall. *Vol. 2. conſ. 18. n. 61. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Baronum à Schönburg zu Glaucha/ Menſ. Febr. An. 1604. (Verba ſent. Da aber dennoch obgedachter Hauptmann umb die Gelegenheit und die Adminiſtration der Herrſchafft die beſte Wiſſenſchafft gehabt/alſo daß ſolche durch eine andere Perſon beſſer u. füglicher nicht beſtellet werden können / derſelbe aber ohne Verwilligung ſolches Gnaden-Geldes ſich nicht beſtellen laſſen wollen/ er auch ſeinem Ampt dermaſſen vorgeſtanden/daß der Herrſchafft Nutzen u. Beſtes dadurch geſchaffet worden/ꝛc. So würden wolermeldten Herren Vormunden die ausgegebene 1000. fl. Gnaden-Geld nach Gelegenheit diß falls in ihrer Rechnung billich paſſiret, und ſie möchten dieſelbe von den ihrigen zu erſetzen nicht angehalten werden/V. R. W.)

Definit. XLIX.

Ipſemet tutor donationem de rebus pupilli factam revocare nequit.

SEmper quidem pupillo conſulendum eſt, ut 1
indemnis ſervetur adverſus donationem à tutore factam, Defin. *præced.* † Attamen ipſe tu- 2
tor facto ſuo contravenire & donationem impugnare nequit, *l. poſt. 25. ff. de adopt. l. factum. 155. ff. de Reg. Jur. cap. quod ſemel placuit 21. de Reg. Jur. in ſexto.* † Quin potius donatario ex facto 3
ſuo obligatus eſt, cum tutor rem pupilli malè

administrans non solùm pupillo se obliget ex quasi
4 contractu, *l. 5. §. tutelæ. 1. ff. de oblig. & act.* † Sed iis etiam omnibus, quorum interest, pupillum ex tutoris facto & autoritate obligari, si qua ratione fiat, ne pupillus utiliter & cum effectu obligetur, per *text. singul. in l. cum post. 43. §. 1. ubi* Bart. *n. 1. ff.*
5 *de admin. tut. l. tutores. 61. ff. de condict. indeb.* † Sed *quomodo*, inquies, *pupillus restitutionem da-*
6 *mni obtinebit?* † Nemo certè dubitat, quin pupillo danda sit actio contra tutorem, quia autoritatem præstitit donationi, *l. 3. l. ult. C. si tut. vel Cu-*
7 *rat. interv.* † Quamvis & hic adversus donatarium experiri & restitutionem petere possit. Dant enim jura usque adeò pupillo electionem, an restitui, an tutoris damna sequi malit, ut nec ipsi aliquod ex electione hujusmodi præjudicium fieri patiantur, *dict. l. ult. & l. 3. C. si tut. vel curat. interv. vid. supr.* defin. 34.

Ita Domini in causa der Hauswaldischen Kinder Vormunder ad requisitionem Henrici à Schönfelds, Mens. Mart. An. 1634 (Verba sent. Da nun die Unmündigen nach erlangter Mündigkeit bey Annehmung der Rechnung den Vormunden solche Verehrung und donation nicht passiren lassen/ꝛc. So wären ihnen die Vormünder der verschenckten 150. Gülden wegen / Wiedererstattung zu thun schuldig/Sie die Vormunden aber seyn ihres theils die beschehene donation zu revociren nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. L.

Minor beneficio Restitutionis per Juramentum efficaciter renunciare potest.

Differunt ab invicem Juratus contractus & renunciatio jurata: Adversum contractum juratum Restitutionem non dari, si validus per se fuerit contractus, asserit ex sententia Bulgar. Sichard. *in Auth. sacramenta puber. C. si adversus vendit.* † ubi errorem vulgatum appellat opinionem 2
Martini, qui de contractibus etiam invalidis *dict. Auth.* intellexerit, quem secuti sunt Citramontani Bart. Bald. Salycet. Castrens. *in dict. Auth.* Gomez. *2. resol. 14. n. 18.* ubi de communissima opinione praxi & usu recepta attestantur. † At jurata 3
renunciatio minoris, beneficium Restitutionis simpliciter excludit, modò citra dolum adversarii minor juraverit, Dd. *in dict. Auth. Sacramenta puberum.* Covarr. *de pact. p. 3. §. 4. n. 3.* † Nam ubi, quod juratum est, citra periculum salutis & 4
offensionem proximi servari potest, toties vinculum ex ratione Juris Canonici, quod in materia juramentorum maximè observandum est, injicitur animæ & conscientiæ, † nec ulla contra id resti- 5
tutio admittitur, quamvis & de Jure civili hæc sententia satis munita sit *in dict. Auth. Sacramenta puberum.*

Ita Domini in causa Christiani Claussens zu Weissenfels/ Mens. Oct. Anno 1602. (Verba sent: Ob nun wol derselbe den Contract/ wann er zu seinen mündigen Jahren kommen würde/ keines Wegs zu fechten / noch sich darwider des beneficii restitutionis in integrum zu gebrauchen versprochen/sich auch deßwegen Schrifftlichen zu reversiren erbötig ist/ꝛc. So möget ihr doch durch solchen Revers, wofern derselbe nicht vermittels leiblichen Eydes vor Gerichte vollzogen würde / vor künfftiger Gefahr und Weitläufftigkeit nicht versichert seyn/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XII.
PARTIS SECUNDÆ.

Daß der 52. Artickel im Ersten Buch des Landrechtens/ von Vergebunge der Stam̃-Güter/ so ohne der Erben Laub nicht geschehen soll/ allein auff die schlechten donationes zu verstehen.

Articulus 52. lib. 1. Juris Saxonici de bonis avitis sine consensu heredum non alienandis loquens, num de simplici donatione tantùm sit intelligendus?

WEil dieser Text saget/ daß ohne der Erben Laub/ keiner sein eigen (das ist/ wie es gemeiniglich verstanden wird/ Erb-Stamm-Güter) vergeben könne/ so ist zu wissen/ daß Stamm-Güter solche Güter sind/ welche der donator nicht selbst acquiriret, oder erlanget/ sondern die von seinen Vorfahren/ als Großvater und dergleichen/ gewonnen/ und von denselben ihren Ursprung haben.

Zum andern/ ist ferner darauff wol Achtung zu haben/ daß der Text redet von Vergebung der Güter. Derowegen soll unserer Verordneten Bedencken nach/ auch das Wort Erben/ nicht auff alle Erben/ sondern allein auff die descendentes zu restringiren seyn. Wie dann eben aus diesen Ursachen das Sachsen-Recht/ so von unbeweglichen Gütern redet/ auff die beweglichen nicht zu erstrecken. Es soll aber gleichwol auch in

CUm textus hic dicat, sine heredum consensu nulli proprietatem (hoc est, ut vulgò intelligitur, Erb-Stamm-Güter/) alienare licere: Igitur sciendum, bona avita seu Erb-Stamm-Güter illa dici, quæ donator ipsemet non acquisivit, sed à majoribus suis, avo nimirum & similibus, ad ipsum pervenerunt. Deinde & illud diligenter notandum, quod textus Germanicus utitur verbo vergeben/ hoc est, donare. Unde deputati nostri existimant vocabulũ (*heredum*) de descendentibus tantùm accipiendum esse, non etiam ad alios extendendũ. Quemadmodum ex eadẽ ratione jus Saxonicum de bonis immobilibus loquens ad mobilia extendendum non est. Neq; verò etiam in iis locis, ubi alienatio bonorum avitorũ prohibita non est, in fraudem legitimæ

denen Fällen/da die Veränderung der Stam̃-güter nicht verboten / dieselbe billich in fraudem legitimæ nicht zuläßlich seyn. So soll gleicher Gestalt auch die Ubergabe der Stam̃-Güter / wann gleich dieselbe mit der Erben Laub/und also licitè geschehen / zu Recht nicht bestehen/in dem Fall / da sie übermäßig / und sich über fünff hundert Gülden Ungarisch erstreckte/sie wäre dann von erst gebührlich insinuiret. Und alle obgesetzte Fälle sollen allein statt haben/in donatione simplici inter vivos. Und daß ihnen frey stehe/ sonsten solcher Güter halben testamenta und andere beständige letzte Willen auffzurichten / welchen auch stracks nachzusetzen. Item und sonderlich / daß ein ieder Macht habe / solche Güter einem seiner Kinder für den andern etiam in donatione inter vivos, iedoch salvâ legitimâ, zu

mæ eam concedi oportet. Sed etsi cum consensu heredum, & sic licitè fiat hujusmodi bonorum donatio; Si tamen summam quingentorum aureorum excedat, absq; insinuatione non valebit. Quæ omnia de donatione simplici inter vivos tantùm accipi volumus, & ita, ut libera etiam cuilibet sit de hujusmodi bonis in testamento aliave ultima voluntate, ritè disponendi facultas, quæque disposita sunt, inviolabiliter ab heredibus serventur: præsertim verò, ut parentes uni ex liberis suis hujusmodi bona, etiam inter vivos, salvâ tamen reliquorum legitimâ, donare possint. Atq; hæc à Collegiis facultatum Juridicarum & Scabinatibus in judicando & respondendo observari jubemus.

zuwenden/ darbey wir es auch allenthalben bleiben lassen/ und sollen unsere Juristen-Facultäten und Schöppenstüle darnach also sprechen und erkennen.

DEFINITIONES.

1. *Bona in dubio pro avitis habentur.*
2. *Bona ex permutatione pro bonis avitis acquisita non sunt avita.*
3. *Nec pretium ex bonis avitis redactum in locum bonorum avitorum succedit.*
4. *Bona avita Naturam ejusmodi bonorum amittunt, quando ea frater à fratre per emptionem aliumve titulum singularem acquisivit.*
5. *Bona avita sub pacto de Retrovendendo vendita & postea reempta non desinunt esse avita.*
6. *Ad donationem bonorum avitorum etiam liberorum emancipatorum consensus requiritur.*
7. *Nec usus fructus bonorum avitorum, nec reditus annui sine consensu heredum validè donantur.*
8. *Pro dotalitio constituendo bona avita sine consensu heredum donari possunt.*
9. *Liberi bona avita, absq; eorum consensu à patre alienata, possunt revocare.*
10. *Modò fiat revocatio intra annum & diem, & ante traditionem rerum donatarum.*
11. *De hodierna consuetudine corporis debilitas in foro Saxonico non vitiat donationem inter vivos.*
12. *Donatio excedens 500. solidos requirit insinuationem & de quibusnam solidis hoc accipiendum.*
13. *Donatio facta Ecclesiæ vel ad alias pias causas ultra 500. solidos, insinuationem quoq; requirit.*
14. *Nec donatio jurata absq; insinuatione valet.*
15. *Valida est donatio reciproca seu remuneratoria absq; insinuatione judiciali.*
16. *Nam Magistratus merum habens imperium coram seipso donationem insinuari facere queat?*
17. *Insinuationis omissio eatenus solum vitiat donationem, quatenus legitimam excedit summam.*
18. *Donatio rerum mobilium & Geradæ coram quocunq; judice insinuari potest.*
19. *Donatio bonorum immobilium in foro Saxonico non nisi coram judice, ubi bona illa sunt sita, facta valet.*
20. *Donatio absenti facta, ejusq; nomine à tertio absq; mandato tamen acceptata, non valet, nec post mortem donatoris à donatario ratificari potest.*
21. *Valet donatio absenti facta, Epistolâ vel nuncio interveniente, licet expressè non fuerit acceptata à donatario.*
22. *De jure Saxonico valet donatio rerum mobilium à patre collata in filium familiâs.*
23. *Mater liberis suis res quasvis validè donat.*
24. *In dubio donatio inter vivos censenda est, etiamsi mortis mentio fiat, aut executio in eventum mortis differatur.*
25. *Donatarius, defunctus ante donatorem, transmittit donationem ad heredes suos, etiamsi horum mentio non facta fuerit.*
26. *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum juri prorsus invalida est.*
27. *Universorum bonorum donatio illa solùm invalida habetur, quæ mobilia & immobilia, præsentia ac futura, jura & actiones expressè comprehendit.*
28. *Etsi donato solvendo non sit, Donatarius tamen universorum bonorum à creditoribus conveniri nequit, nisi in casu hypothecæ constitutæ in rebus donatis.*
29. *Donatarius conveniri potest à creditoribus donatoris etiam chirographariis, si in horum fraudem facta fuerit donatio.*
30. *Quo tamen casu præcedere debet actio revocatoria.*
31. *Ob ingratitudinem donatio revocatur non nisi ex causis in l. ult. C. de revoc. donat. expressis.*
32. *Ex supervenientia liberorum revocatur donatio etiam rei singularis.*

33. *Renun-*

33. Renunciatio revocationis à patre facta non nocet liberis, quò minus legitimam suam consequi possint.

34. Donatio remuneratoria non revocatur per supervenientiam liberorum.

35. Inofficiosæ donationes nec à liberis nec à parentibus revocantur, si in remunerationem factæ fuerint.

36. Bona in fraudem legitimæ à patre vendita & alienata quatenus à liberis revocari queant.

37. Pater non observatâ æqualitate inter liberos, uni ex illis majorem bonorum suorum partem in subsidium sustentationis tradere potest, modò reliqui inde legitimæ portionis jactura non sentiant.

38. Pater à filiis repetere potest ea, quæ dedit ipsis in subsidium paternum, zu einer väterlichen Hülffe.

39. Donatio ob causam, quæ verbis expressa non est, revocari nequit, etiamsi causa haut fuerit subsecuta.

40. Favorabilior est revocatio, quæ fit ex supervenientia liberorum, quàm quæ ex causâ ingratitudinis, ideoq; datur heredi, etiamsi donator nunquam fuerit conquestus.

41. Quando donatio facta ab eo, qui jam tùm habebat liberos, revocetur per supervenientiam aliorum liberorum.

Definit. I.

Bona in dubio pro avitis habentur.

1 DUm Illustrissimus Saxoniæ Elector *h.* Const. 12. bona appellitat avita, quæ donator ipsemet non acquisivit, sed à majoribus suis, avo nimirum, proavo & ulterioribus parentibus accepit, sa-
2 tis ex verborum generalitate appareat, † avita quoque dici bona, quæ à majoribus lineæ maternæ provenerunt, cum & is, ex quo linea materna descendit, avus dicatur, *l. Jctus. 10. §. secundo gradu. 13. ff. de gradibus & affin.* Dan. Moll. *hic n. 2.* Matth.
3 Berl. *p. 2. concl. 13. n. 6.* † *Sed quid, si certò non constet, à majoribus lineæ paternæ vel maternæ bona provenisse, aut verò ab ipsomet donatore acquisi-*
4 *ta fuisse?* † In dubio pro avitis habenda esse, scitè tradit Moller. *h.* Const. *n. 3.* quem sequitur Berlich. *loc. allegato. n. 3.* comparantes bona avita cum
5 bonis feudalibus, † quorum conditionem illa imitari ajunt, cum Gloss. *lat. ad text. german. art. 52. lit. a. & b. lib. 1.* Landr. At de Feudis dicitur, *lib. 2. Feud. 11.* probationem ei incumbere, qui feudum
6 dicit esse novum. † Unde intelligitur, in dubio antiquum, vel paternum præsumi, Curt. jun. *in tract. de feud. part. 1. cap. 9. qu. 8. n. 17.* Borch. *de feud. cap. 4. n. 3.* Andr. Fach. *lib. 7. controv. caj. 59.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qu. cent. 2. casu 91. & lib. 3. præsumpt. 93.*

Ita Domini in causa Caspari Rudigers zu Mühlberg/Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sent. Ob wol die jenigen Güter/so von den Groß Eltern Väterlicher und Müterlicher Linien herrühren / rechte Stamm-Güter sein / in Zweiffel auch die unbeweglichen Güter vor Stamm-Güter gehalten werden/ dannenhero solche den Kindern zu Nachtheil nach Inhalt der Sächsischen Rechten nicht vergeben werden mögen/ &c.)

Definit. II.

Bona ex permutatione pro bonis avitis acquisita non sunt avita.

1 SI quis bona avita vendat, & pecuniâ inde redactâ alia emat bona, ea haudquaquam esse vel dici avita, rectè concludit Berl. *p. 2. concl. 13. n. 11. 12. cum* Virgil. Pingitz. *qu. Saxon 28. n. 1. & seqq.*
2 † At quid, *si quis bona avita cum aliis bonis permutet, an non ea bona, quæ quis ex permutatione acquisiverit, nomen bonorum avitorum retinebunt?* † 3
Ita quidem sentit Berlich. *concl. 13. n. 10.* (allegans Pingitz. *qu. 27. n. 14. & qu. 36. n. 13.* qui tamen in aliis terminis loquitur, aliumque casum format.) Cui suffragari videtur Regula surrogationis, † quæ 4
vult Rem, quæ surrogatur in locum alterius, esse ejusdem effectus cum re illa, in cujus locum surrogata est, *l. si eum. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis caut. l. filiæ. 28. pr. vers. Titio. ff. de condit. & demonst.* † In quem finem etiam allegat Berlich. *l.* 5
si donatæ. 36. §. sponsus. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. Sed vera hæc sunt, nisi ratio diversa appareat surrogati & principalis, aliudque specialiter in uno expressum, quod in alio dispositum non est, ut ritè hanc regulam surrogationis limitat Bartol. *in l. 1. §. hæc actio 10. ff. si is qui testam. lib. esse jus fuer.* † 6
At quis non videt, affectionem & respectum bonorum avitorum, qui in eo solùm consistit, ut in familia conserventur, secundum Const. Elect. *31. p. 2. in verb.* Dieselbe bey dem Geschlecht zu erhalten/ in bonis ex permutatione acquisitis omnino deficere; † ut proinde ex regula illa surrogationis à bo- 7
nis avitis ad bona ex permutatione pro iisdem acquisita inferre haud liceat. † Ac quo minus Berlichio assentiar, movent me verba Illustrissimi Constituentis clara & manifesta *in h.* Const. 12. Welche der donator nicht selbst acquiriret oder erlanget/ sondern die von seinen Vorfahren ihren Ursprung haben/ † quæ certè verba sano intellectu 9
de bonis ex permutatione acquisitis accipi nequeunt. Quo & facit †: quod permutatio sit vicina 10
emtioni, *l. 2. ff. de rer. permut.* † imò & vicem 11
emtionis sustineat *l. 1. eod. tit. l. Titia. 62. ff. de jur. dot. l. apud Celsum. 4. §. si quis. 11. de except. doli.* † 12
quique rem permutatam accepit, emtori similis sit, *l. ult. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. sciendum. 19. §. deinde 5. ff. de ædil. edict.* † Venditionem verò bona 13
avita alterare ac immutare, ipse fatetur Berlich. *dict. conclus. 13. n. 14.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Da aber dennoch euer Vater die Güter/so er von seinen Groß-Eltern ererbet/einmal richtig vertauschet/ oder umb ein gewisses Kauff-Geld einem andern kauflichen zugeschlagen hätte/ dafür sichs aus einer Frage ansehen lässet/ &c. So wären die ertauscheten Güter gleich den vorigen vor Stamm-Güter nicht zu halten/oder zu nennen/&c.)

Deffi-

Definit. III.

Nec pretium ex bonis avitis redactum in locum bonorum avitorum succedit.

1 BOnis avitis venditis, pretium inde redactum, succedere in locum bonorum avitorum & ob id sine consensu heredum donari non posse, docet Gloss. *latin. ad text. German.* Landr. *lib. 1. art. 34. lit. b. vers. limitatur tamen hoc etiam & dict. lib. 1. art. 52. lit. I.* Sed procul dubio falsâ est hæc Glossæ traditio, † *Tùm*, quod pretium ex feudo compa-
2 ratum non habeat feudi naturam *per c. un. §. Vasallus. 3. tit. si de feudo defunct. content.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 10.* Borch. *de feud. c. 6. n. 14.* Ergò nec pretium ex bonis avitis redactum
3 bonorum avitorum naturam retinet, † quia bona avita conditionem feudorum imitantur, Gloss. *lat. ad text. German. art 52. lit. a. & b. lib. 1.* Landr.
4 † *Tùm*, quia ratio, quæ bona avita absque consensu heredum donari prohibet, affectio nempe heredum, & ut ea in familia conserventur Const. *31. p. 2.*
5 in pretio inde comparato, deficit, † ratione verò alicujus dispositionis cessante, nec ipsa dispositio amplius locum habet, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff.*
6 *de jur. patron.* Jason. *in l. 32. n. 2. ff. de pact.* † *Tùm*, quia res mobiles reverâ avitæ sine heredum consensu donari possunt, *h.* Const. §. *12.* Wie dann eben. Ergò multò magis pretium, quod reverà avitum non est, sed per fictionem tale habetur, Matth. Ber-
7 lich. *p. 2. concl. 13. n. 21.* Idque verum arbitror, † etiamsi vendens protestatus fuerit, & declaraverit, se velle, pecuniam ex venditione bonorum avito-
8 rum redactam tenere locum illorum. † Nam nec tùm pretium induere naturam bonorum avitorum, ex jam dictis satis liquet, quicquid etiam asserat D. Berlich. *loc. allegat. n. 20. &* Virgil. Pingitz. *quæst. 28. n. 8.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So wären die ertauschten Güter/ oder das daraus gelöste Geld/ gleich den vorigen/ vor Stammgut nicht zu halten/ oder zu nennen/ und wäre demnach euer Vater solches Geld und ertauschte Güter ohne euer Erlaub gebührlichen zu verwenden oder zu verschencken wol befugt/ V. R. W.)

Definit. IV.

Bona avita naturam ejusmodi bonorum amittunt, quando ea frater à fratre per emptionem aliumvè titulum singularem acquisivit.

1 SÆpè accidit, ut defunctis parentibus filii bona avita dividant, ac postea uno ex fratribus demortuo, reliqui in illis bonis avitis, quæ frater defunctus ex divisione accepit, existant heredes,
2 Hinc quæritur: † *an hæc bona, quæ defunctus frater ad reliquos fratres transfert, etiamnum avita dicantur, ut aut sine consensu heredum donari ne-*
3 *queant?* † Quod quidem negat Gloss. Ordin. *ad artic. 52. n. 8.* Landr. *lib. 1.* Sed rectius hoc affirmat Matth. Coler. *part. 1. decis. 15. num. 13.* quem
4 sequitur Matth. Berlich. *part. 2. concl. 13. n. 16.* † Dicuntur enim bona avita, quamdiu non exeunt extra familiam in personas extraneas, etiamsi de una in aliam personam, in familiâ tamen per successionem transferantur. *arg. l. 114. §. 15. & §. seq. ff. de legat. 1. l. 18. §. 3. ff. de legat. 3.* † Nec aliter 5
describit bona avita hæc Const. Electoral. quàm ut ab ipsomet donatore acquisita non sint, sed à majoribus per viam successionis ad eum pervenerint, quod & in casu præsenti de bonis majorum, quæ post mortem fratris unius, in alium per successionem fuêre translata, haud inconvenienter asseri 6
potest. † Perinde sicut nec feudum antiquum tale esse desinit, quod de uno fratre & collaterali ad alium fratrem & collateralem per successionem propagatur, Mynsing. *cent. 2. observ. 95. num. 4.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 4. n. 3. & q. 5. n. 2. & seq.* Sed hoc eatenus solùm concedendum, quatenus bona avita ab uno fratre in alterum per successionem translata fuêre. † Etenim, si per titulum singula- 7
rem, putà per emptionem, donationem, &c. ejusmodi bona avita frater à fratre acquisiverit, dubium non est, quin nomen avitorum bonorum amittant, & absque consensu heredum donari queant, per text. *in l. pater filium. 38. §. 5. ff. de legat. 3.* Jason. *in l. 114. §. 14. num. 95. ff. de legat. 1.* Berlich. *dict. concl. 13. n. 17.* † Et quia illa solummodò dicuntur 8
bona avita, quæ quis per successionem à majoribus habet, non quæ propriâ industriâ acquisivit, h. Constit. *12. vers.* So ist zu wissen/ daß Stamm-Güter/ &c.

Ita Domini in causa heredum Urbani Schumans zu Meissen/ Mens. Majo Anno 1626.

Definit. V.

Bona avita sub pacto de Retrovendendo vendita & postea reempta non desinunt esse avita.

EXpediti juris est, bona avita vendita vel aliter licite alienata, ac postea per novam emptionem, aliumvè titulum recuperata, naturam pristinam amittere, & pro novis recensque acquisitis haberi, ac ob id sine consensu heredum rectè donari 1
posse, † quia res semel factæ alienabiles in poste- 2
rum licitè alienari possunt, *d. l. pater. 38. §. 4. ff. de legat. 3.* Nicol. Boër. *decis. 78. n. 2.* † Sed aliter res se ha- 3
bet, si bona avita sub pacto de retrovendendo vendantur, & postea redimantur: Ob id namque avita esse non desinunt, sed pristinam naturam retinent, quia res per Reemptionem recuperata, dicitur esse ejusdem qualitatis, prout erat ante venditionem, Cagnol. *in l. 2. num. 176. C. de pact. in empt. & vendit.* Molin. *in consuet. Parisiens. §. 11. num. 29.* † Nam 4
pacti de Retrovendendo ea est natura, ut, quando illius vigore redimitur res vendita, non dicatur novus contractus celebrari, vel de novo aliquid acquiri, sed quia hoc fit necessariò, ex debito & necessitate primi contractûs, † censeatur potius executio si- 5
ve resolutio primi contractûs, ac propterea omnia ad pristinam causam & statum reducantur, in quo fuerunt primi contractûs tempore, † per- 6
inde ac si res vendita non fuisset, *argum. l. si unus. 27. §. pactus ne peteret. 2. ff. de pact. l. filio, quem pater. 23. ff. de liber. & posthum. l. si tibi pecuniam. 20. ff. si cert. petat. l. voluntate. 10. §. 1. ff. quib.*

quib. mod. pign. vel hypoth. Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 24. num. 23.*

Ita Domini in causa Johann Reussens zu Porschitz/Mens. Decembr. Anno 1595. (Verba sent Ob gleich gedachte eure Stief-Mutter an euers Vatern seligen nachgelassenem Gut/welches sie auff 5. Jahr widerkäufflichen innen gehabt/den meisten Theil zu fodern / da aber dennoch euerm Bericht nach berührtes Gut ein Stamm-Gut gewesen/und von eurer Grosmutter herkommen/ꝛc. So würde es dafür nochmahls billich gehalten / und euch vor der Stiefmutter gelassen/V.R.W.)

Definit. VI.

Ad donationem bonorum avitorum etiam liberorum emancipatorum consensus requiritur.

1 SOli descendentes heredes impedire possunt, quò minus pater bona avita donet extraneo, non etiam collaterales, *h.* Const. §. Derowegen soll/ꝛc.
2 † Unde frater bona avita sine consensu fratris sui aliorumque collateralium impunè donare valet, Zobel. *in addit. ad art. 52. lib. 1.* Landr. *n. 3.* Coler. *part. 1. decis. 15. n. 43. in fin.* Non etiam pater absq; consensu liberorum, quem ad bonorum avitorum
3 alienationem requirit. *h.* Const. † Sed *num & emancipatorum?* Omninò (quamvis aliter sentiat
4 Zobel. *in dict. gloss. n. 3.* † *Tùm*, propter verba generalia *h.* Const. quæ indifferenter de heredibus descendentibus loquuntur, quorum appellatione absq; dubio quoque liberi emancipati continentur, Jason.
5 *in l. qui se patris. 3. n. 50. C. unde liberi.* † *Tùm* per text. *in l. filius familias. 114. §. sed etsi cum duos. 16.*
6 *ff. de legat. 1.* † *Tùm*, quia bona avita sine heredum consensu propterea donari nequeunt, ut honor & dignitas familiæ conservetur, & ne bona majorum nostrorum ad extraneos, qui non sunt de familiâ nostrâ, transeant, *l. lex quæ. 22. C. de administr. tutor. l. 14. C. de contr. emt.* Const. Elect. *31. hac*
7 *part. 2.* † Quæ certè ratio etiam in emancipatis obtinet, per quos non minus honor & dignitas familiæ conservatur ac per suos, ut & meritò idem jus in hisce ponendum erit, Joh. Schneidevv. *ad §. aliæ. 2. n. 44. Instit. de donat.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 13. n. 31.*

Ita Domini in causa Melchior Grublers zu Wallhausen/ Mens. Dec. Anno 1625. (Verba sent: Ob wol sonsten ein Vater ohne Bewilligung seiner Kinder / wenn dieselbe gleich nicht mehr in väterlicher Gewalt seyn/die Stamm-Güter einem extraneo zu schencken nicht befugt/ꝛc.)

Definit. VII.

Nec usus fructus bonorum avitorum, nec Reditus annui sine consensu heredum validè donantur.

1 PArentes bona avita dum per donationem alienare prohibentur, satis expeditum est, nec patrem bona avita ex lineâ maternâ provenientia, à filio defuncto ad se delata, sine consensu reliquorum liberorum extraneo donare posse,
2 Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 13. n. 24.* † Quod generaliter de omnibus indifferenter bonis avitis immobilibus exaudiendum, adeò ut & usumfructum horum bonorum parentes sine liberorum consensu donare prohibeantur, Zobel. *in addit.* Gloss. *latin. ad text. latin. art. 21. lib. 1.* Landr. *vers. nota quod in rebus &c.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 15. num. 19.* † Idemque procedit in annuis Reditibus. † Etenim cum hi inter res immobiles refe- 4
rantur, Constit. Elector. *24. part. 3. Clement. exiri. 1. §. cumque annui reditus de V. S. arg. leg. si quis inquilinos. 112. ff. de legat. 1. l. jubemus nulli. 14. in pr. ubi* Gloss. *in verb. annonas.* Bart. Bald. & Castrens. *C. de SS. Eccles.* Molin. *in tract. de usur. quæst. 37. n. 273.* evincitur inde, † neminem hosce, quos jure 5
hereditatis à majoribus accepit, sine consensu heredum per donationem alienare posse, prout concludit Joh. Köpp. *quæst. 24. n. 1. & 2.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob wohl ein Vater ohne Bewilligung seiner Kinder / ꝛc. die Stamm-Güter / darunter auch die Fruchtnies̃ung der unbeweglichen Güter und jährliche Erb-Zinsen begriffen / einem extraneo zu schencken nicht befugt/ꝛc.)

Definit. VIII.

Pro dotalitio constituendo, bona avita sine consensu heredum donari possunt.

DOnare solummodò inter vivos bona avita 1
absque heredum consensu, prohibet Const. *h. 12. in* §. Und alle obgesetzte Fälle. Quare dubium
non est, † quin parentes alio quodam titulo ejus- 2
modi bona pro lubitu, ac consensu heredum irrequisito alienare & de iis testari, eademque per donationem mortis causa transferre queant, *dict.* §. Und alle obgesetzte Fälle/ *&c. &* §. Zum andern/ *&c. h.* Const. *ubi* Dan. Moller. *n. 5. & sequentibus.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de donat. n. 6.* Joh. Schneidevv. *ad* §. *aliæ 2. Instit. de donat. n. 45.* † 3
Sed *num & pro constituenda donatione propter nuptias & dotalitio suæ uxoris Maritus bona avita sine consensu heredum poterit donare & alienare?* † Negant hoc Gloss. *in* Landr. *lib. 3. art. 75. n. 2.* 4
vers. Dann ein Mann/& Matth. Coler. *part. 1. decis. 15. n. 19.* per textum manifestum Landr. *lib. 1. in art. 21. in pr. ibi:* Man mag Frauen wohl eigen geben zu ihrem Leib mit der Erben Laub/ꝛc. † Verum 5
hunc textum de consuetudine non observari, sed Maritum indistinctè Uxori quæcunque bona sua propria etiam sine consensu heredum, tàm propter nuptias, quàm alias causas, donare posse, docet Zobel. *in addit. Gloss. lat. ad text. lat. dict. art. 21. lit. a. nec non addit. Margin. ad gloss. art. 75. lib. 3.* Landr. *verb.* An eigen ist recht / *lit. a.* † Quod & 6
convenire videtur *huic* Constit. §. und alle obgesetzte Fälle/ꝛc. ubi bona avita tantùm prohibentur per donationem simplicem inter vivos alienari. † 7
Donatio autem propter nuptias & dotalitium non est donatio simplex, sed ob causam, putà, propter nuptias.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber dennoch davon testiren/euer Weib vor Leibgedingen/oder auch solche Stamm-Güter durch eine Ubergabe auff n Todes-Fall einem extraneo zuwenden wolte/ꝛc. So wäre euch dasselbe ohne euer Kinder Laub und Einwilligung zu thun unbenommen/ V.R.W.)

DEFI-

DEFINIT. IX.

Liberi bona avita absq; eorum consensu à patre alienata possunt revocare.

1 DUbium equidem facit Ordin. Provinc. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Welcher gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten ein Lehen-Gut/ꝛc. §. setzen/ordnen und wollen demnach *pag. 21. fa. 2. vers.* Da es gleich ein alt Väterlich Stamm-
2 Gut wäre/ †ubi jus retractus, vel revocationis libe-
3 ris adimitur. † Sed textus ille de bonis tantùm feudalibus loquitur, quæ absque consensu liberorum alienari possunt, ut prorsus mirum non sit, nec
4 eosdem bona feudalia alienata revocare posse. † Adeoque ad bona avita inde inferre haud licet, quippe quæ absque liberorum consensu donari nequeunt.
5 † Et sanè hoc casu revocationem liberis competere, manifestè probat *text. in* Landr. *lib. 1. art. 52. in vers.* Die Erben mögen sich ihres Guts wol unterwinden mit Recht/ als ob der todt wäre/der es gab/ darum daß er es nicht vorgeben möchte.
6 † Qui textus nec per Ordin. Torgensem nec aliam Constit. Provincialem correctus est, ut eo merito etiamnum hodie standum sit, *l. percipimus. 32. §. ult. C. de appellat.*

Ita Domini in causâ liberorum Valentini Hendels zu Anlig/Mens. Jan. Anno 1626. [Verba sentent. Ob wol euer Vetter einen Acker Feldes seinen Nachbarn verschencke;/ da aber dennoch selbiger Acker von seinen Groß-Eltern herrühret/und also ein Stamm-Gut wäre / ihr auch in solche Ubergabe nicht gewilliget hättet/ꝛc. So wäret ihr die Ubergabe zu fechten / und den verschenckten Acker als Stamm-Gut gebührlichen zu revociren wohl befugt/ꝛc.]

DEFINIT. X.

Modo fiat Revocatio intra annum & diem & ante traditionem rerum donatarum.

1 LIberi revocantes donationem bonorum avitorum à parentibus extraneo donatorum, duo
2 potissimum probè observare debent. *Primò,* † ut fiat revocatio intra annum & diem, Gloss. *in art. 21. lit. A. sub fin. lib. 1.* Landr. Quo tempore post do-
3 nationem præterlapso, † inducitur liberorum consensus & præscripta est revocatio, Landr. *lib. 1. art.*
4 *34. ubi Gloss. latin. tit.* D. † Nam actus alteri factus præjudicialis in foro Saxonico, debet peti re-
5 tractari intra annum & diem, Henn. Göden. *cons. 4. n. 19.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 15. num. 44. & seqq.* Computari autem debet hic annus & à tempore scientiæ, prout in simili tradit Hartm. Pistor. *observ. 205. num. 10.* Quamvis aliud obtineat in jure protimiseos circa bona avita, *Vid. infr.* Const. *31. Defin. 12.* † *Secundò* liberi revocantes & hoc observare debent, ut fiat Revocatio ante traditionem rerum donatarum, hâc enim subsecutâ, rebusque in foro Saxonico coram judice traditis, revocatio amplius locum non habet, per text. in Const. Elect. *31. part. 2. vers.* So viel aber die Kinder belanget/ ꝛc. *in verb.* Ehe die Güter e *tradi*ret und aufgelassen
6 werden. † Qui textus licet de venditione loquatur, attamen quin & in donatione locum habeat, dubi-
7 um non est propter rationis identitatem, † quod scilicet post factam traditionem liberis non liceat impugnare factum patris, *l. 14. C. de Rei Vind. ubi* Dd. Matth. Berlich. *part. 2. concl. 13. n. 61.*

Ita Domini in causâ, &c. [Verba sententiæ: Es wäre dann/ daß solcher Acker ihme allbereit wircklichen und gerichtlichen tradiret worden/ oder auch von Zeit solcher Ubergab Jahr und Tag verflossen / auff solchem Fall hätte die revocatio ferner nicht statt. V. R. W.]

DEFINIT. XI.

De hodiernâ Consuetudine Corporis debilitas in foro Saxonico non vitiat donationem inter vivos.

1 LIcet de Jure civili donatio ab infirmo & in adversa valetudine constituto facta non vitietur, *l. senectus. 16. C. de donat.* † Aliud tamen dispo-
2 nit jus Saxonicum *in* Weichbild/ *art. 65. ubi* Gloss. *vers.* Zum dritten. *& vers.* wider diß zu reden. Gloss. *art. 52. lib. 1.* Landrecht. *Scil.* Daß ein Mann oder Weib ohne der Erben Urlaub in ihrem Siechbette / ihres Guts über 5. Schilling oder sonsten mehr / dann was sie mit der Hand begreiffen / und über das Bett-Bret reichen mag/ nicht vergeben kan/ † Quare & ad probandam cor-
3 poris firmitatem & valetudinem certas quasdam solennitates jus Saxon. requirit *in* Gloss. *dict. art. 52. & in* Weichbild *art. 29. &* Lehenrecht *art. 32.* Benedict. Reinhard. *part. 1. diff. 2.* Joh. Schneidew. *ad §. 2. Inst. de donat. num. 40.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 32. num. 30.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 14. num. 17. & seqq.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 11.* ubi limitationes quasdam ponit. Sed dispositio hæc Juris Saxonici † in desuetudinem abiit, & tàm fir-
4 mos, quàm ægrotos hodie in foro Saxonico liberè donare posse, usus ac observantia probat, Matth. Wesenb. *in not. margin. ad* Joh. Schneidew. *dict. loc. lit. A.*

Ita Domini in causa Agnesen à Schönberg / & Andreæ Pflugens zu Gröbitz/ad consultationem Hildebr. ab Einsidel zum Gnandstein/ Mense August. Anno 1509. [Verba sent: So ist solche Ubergabe ihrer solennitäten halber zu Recht kräfftig / und mag dahero/ daß nach Sachsen-Rechten und etlicher Rechts-Gelehrten Meynung niemand/so mit Leibs-Schwachheit beladen/ auff seinem Siech-Bette etwas verschencken kan / weil solches Recht unläugbarer Notorietät nach/ in diesen Landen und dero Gerichten nicht mehr in Gebrauch gehalten wird / beständiger Weise nicht gefochten noch hintergezogen werden/ V. R. W.]

DEFINIT. XII.

Donatio excedens 500. solidos requirit insinuationem, & de quibusnam solidis hoc accipiendum.

1 QUando donatio inter vivos excedit summam 500. solidorum, coram Judice insinuanda est, *§. aliæ autem. 2. Inst. de donat. l. pen. §. ult. C. eod.* Licet autem solidi verbum aliàs ambiguum sit, & in priscis Saxonum legibus significet minoris monetæ genus & germanice appelletur (Schilling;) Hoc tamen loco, etiam in foro Saxonico perinde ac de
2 jure civili aureæ monetæ speciem denotat, † Cujus tamen pondus & æstimatio non certa ac uniformis est, uti videre est apud Budæum *lib. 3. & 5. de asse.* Covarr. *de collat. veter. numism. c. 3. in pr. & §. 1. & §. 2.* Alciat. *3. disputt. 9.* Gail. *2. observ. 93.* † Un-
3 de tàm variæ Interpp. opiniones exortæ, ad quam aureorum nostratium quantitatem donatio absque insinuatione hodiè valeat, † quas refert Wurm-
4 ser. *in pract. observat. tit. 49. de Verb. signif. observ. 11.* Joh. Guttierrez, *in tract. de juram. confirm.*

firm. cap. 7. Henr. Bocer. *de donat. cap. 3. num. 66. & seqq.* Joh. Köpp. *decis. 5. n. 16. & 17.* Illud planè constat, † in hâc materiâ observanda esse statuta & 5 consuetudines locorum, quibus etiam in summâ insinuandâ, prorsus à jure civili recedi vel augendo 6 vel minuendo potest. † Totum enim hoc merè est positivum, vel hoc argumento, quod olim summa insinuanda fuerit 200. solidorum, quæ postea ad trecentos, indead 500. aucta & producta fuerit, ut apparet *ex l. sancimus. 34. in pr. & l. 36. §. ult. C. de donat. §. aliæ. 2. vers. & cum retro. Inst. eod. tit.* 7 † Deficiente autem certâ loci consuetudine sive statuto, aureus Ungaricus pro solido sive aureo Justi- 8 nianico usurpatur. † Ita ut hodiè donatio excedens quingentos aureos Hungaricos sive Ducatos, insinuationem demum requirat, secundum veriorem sententiam Wesenbec. *in not. marg. ad* Joh. Schneidew. *in §. aliæ. 2. Inst. de donat. num. 24. lit. a. & in parat. ff. de donat. num. 6. &* Dan. Moll. *l. 1.* 9 *semestr. 37. n. 2.* † De quo in Electoratu Saxon. minus dubium est, propter Const. Elect. *14. §.* So aber. *p. 2. in verb.* Und die Stücke über 500. Ungarische Gülden nicht thäten austragen/ &c.

Ita Domini in causa Martin Zöllners zu Delsa/Mens. Febr. Anno 1626. [Verba sentent. Daß eine beständige donation oder Ubergabe unter den Lebendigen / so sich über 500. Soliden/ das seynd 500. Ungarische Gülden oder Ducaten/ beläuffet / gerichtlichen insinuiret werden muß/ &c.]

Item ad consultationem Henrici Webers zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1632. [Verba sentent. So ist solche Ubergabe weiter nicht als auf 500. Ungarische Gülden kräftig/ &c.]

Definit. XIII.

Donatio facta Ecclesiæ vel ad alias pias causas ultra 500. solidos, insinuationem quoque requirit.

1 PUblicæ utilitatis gratiâ, ne scilicet quis re suâ abutatur, & ut omnis suspicio fraudis falsitatisq; tollatur, falsisque probationum modis occurratur, introducta videtur insinuatio donationis *l. data. 27. C. de donat.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 38. defin. 2. num. 3.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 39. num. 7.* Vincent. Caroc. *decis. 131. num. 25.* Menoch. *lib. 3. cons.* 2 *261. num. 19. & seqq.* † Quare nec donatio Ecclesiæ, Civitati, vel ad alias pias causas facta ultra 500. solidos absque insinuatione valida est, *l. sancimus. 34. §. alii. 1. l. 35. §. ult. vers. tantaq; magis. C. de do-* 3 *nat. l. illud. 19. C. de SS. Eccles.* † Licet enim magnus sit favor piarum causarum & Ecclesiarum, attamen quia Ecclesia ceu cultrix justitiæ non patitur, aliquid contra justitiam fieri in se, vel in alterum, ut dicitur *in cap. 1. vers. Etsi Clientulus. de alie-* 4 *n. feud. in usib. feud.* † utique nec illa speciale quicquam circa passum insinuationis admittere videtur; 5 Nisi quis dicere vellet, † Ecclesiæ privilegium competere ultra privatum in trecentis solidis *ex l. 34. §. 1. C. de donat.* Ut proinde liceat illi hodie donare absque insinuatione usque ad solidos octingentos producto scilicet privilegio privatorum ad solidos 6 quingentos *l. 36. §. ult. C. de donat.* † Sed hanc consequentiam augmentum privilegii, specialiter privatis ab Imp. concessum, neutiquam admittit, nec absque lege & expresso textu ita extendere vel inducere licet privilegia, *l. si verò. 64. §. de viro. 9. ff. solut. matr.* Salycet. *in l. sancimus. 34. in pr. C. de don. n. 4. & in l. illud. 19. in pr. C. de SS. Eccles.* Joh. Schneidew. *in §. aliæ. 2. n. 21. Inst. de donat.* Bocer. *de donat. c. 3. n. 70.* † Aliter sentit Anton. Fab. *in C.* 7 *lib. 8. tit. 35. defin. 12.* sed absque fundamento.

Ita Domini in eadem causa Martini Zöllners zu Delsa. [Verba sententiæ: Dergleichen gerichtliche insinuation auch in denen Ubergaben/ so den Kirchen und ad pias causas über 500. soliden geschicht / zu Recht nothwendig erfodert wird.]

Definit. XIV.

Nec donatio jurata absq; insinuatione valet.

MUltùm hîc controvertitur ab Interpp. *An & quatenus juramentum, super donatione ultra 500. solidos non revocandâ præstitum, sit contra bonos mores?* 1 † Et dum ex ratione juris gentium, 2 donationem hanc etiam absque insinuatione valere, nec quicquam contra bonos mores, juris Naturæ, gentium vel Canonici, per juramentum præstitū super donationis contractu excessivo, committi, deprehendunt, ita ut absque dispendio salutis æternæ servari possit, † Ideò secundum Canones, (quibus in materia Juramenti standum *c. licet mulieres. 2. de jurejur. in 6.*) illud religiosè, sanctèque servandum esse, etiamsi donatio coram judice & apud acta insinuata non fuerit, uno veluti ore ubique attestātur Dd. quos ferè innumeros refert & sequitur Andr. Gail. *lib. 2. observ. 39. n. 12.* ubi hanc opinionem veriorem & communem dicit, ac plurimis rationibus & argumentis tuetur; Eamque tutiorem & multarum Curiarum præjudiciis confirmatam esse, asserit Joh. Harppr. *in §. aliæ. 2. n. 150. Inst. de donat. ubi* plurimos quoque hujus sententiæ defensores adducit. † Est namque Juramentum Spe- 4 cies Religionis *l. neq; 36. in pr. ff. de fideicomm. libert. c. etsi Christus. 26. extr. de jurejur.* nec ullum vinculum juramento præstantius perhibetur, fe- 5 tundum Cic. *lib. 1. offic.* † quod propter solennitatem insinuationis, ex jure merè positivo adinventæ, haud rescindi debet, *c. cum contingat. 28. de jurejur. & c. quamvis. 2. ubi Canonist. de pact. in 6to.* & Dd. *in Auth. sacramenta puberum. C. si adversus vendit.* Joh. Guttierrez. *in repet. l. nemo potest 55. n.* 3 *340. & seqq. ff. de legat. 1.* Sed concesserim hoc Interpp. † donatorem scilicet vi juramenti præstiti ad- 6 eò obstringi, ut absque dispendio salutis æternæ à donatione ipsimet recedere haud liceat, exinde tamen non sequitur, ipsam donationem, judicialiter non factam juramento corroborari, † in tantū ut & 7 donatoris heredes ex illa donatione ultra 500. solidos obligentur, de quo potissimum hic quæritur. † Quo minus autem præfatos Dd. à Gailio allegatos 8 hoc ipsum sensisse existimem, movet me ratio à Baldo *in l. illud 19. C. de SS. Eccles. col. 4. vers. quintò quæritur &c.* adducta, † quod nempe insinuatio re- 9 quiratur pro forma essentiali, quâ neglectâ, ipsa substantia donationis corruit, *arg. l. 9. §. 3. ff. ad exhib. c. cum dilecta. 22. §. fin. extr. de rescript. c. venerabili 37. extr. de offic. & potest. judic. deleg.* † Nec 10 juramentum nullitatis defectus supplet, *per l. 5. C. de legib.* quod ipsemet fatetur Gail. *2. obs. 65. num. 6.* Bald. *in l. 1. n. 4. C. de oper. libert.* Dec. *cons. 349. n. 1. & n. 6.* Joh. Zanger, *de except. p. 3. c. 11. n. 202.* Vincent.

cent. caroc. *in tract. de excuſſ. bonor. p. 2. quæſt. 15.*
11 *n. 8.* †Quare omiſſa inſinuatione judiciali, ipſam donationem ultra 500. ſolidos juramento haud confirmari, nec heredes inde obligari, dixerim cum Anton. Fab. *lib. 8. tit. 38. defin. 5.* & Dan. Moll. *ad*
12 *Conſt. Elect. 14. n. 8. p. 2.* †Neque etiam expreſsâ partium voluntate remitti poteſt ſolennitas inſinu-
13 ationis, *l. jus publicum 38. ff. de pact.* †ne privatorum pactionibus juri publico derogari videatur *cap. ſi diligenti 12. ubi* Abb. *extr. de for. compet. c. tuis 39. ubi* Felin. *extr. de teſtib.* Fab. *dict. defin. 5. num. 4.* Quod approbat Sereniſſ. Elect. in Deciſ. 26.

Ita Domini in cauſa Henrici Webers zu Leipzig / M. Dec. Anno 1632. [Verba ſentent. Ob nun wol der donator ſolche Ubergabe mit einem leiblichen Eyde beſtärcket / und vermittels deſſelbigen / daß berührter Ubergabe nachgelebet und ſolche nicht gefochten / noch hinterzogen werden ſolte / verſprochen: Dieweil aber dennoch vorgedachte Ubergabe gerichtlichen nicht inſinuiret worden / ꝛc. So iſt ſie auch nach Verordnung der Rechte weiter als auff 500. Ungariſche Gülden nicht kräftig / derowegen des donatoris Erben auch ein mehrers auff erwähnte Ubergabe abfolgen zu laſſen wider ihren Willen nicht gedrungen werden mögen / V. R. W.]

Definit. XV.

Valida eſt donatio reciproca ſeu remuneratoria abſque inſinuatione judiciali.

1 CAſus aliquot excipiuntur ab Imp. Juſtinian. & Interpp. in quibus donatio ultra 500. ſolidos ſine inſinuatione ſubſiſtit, Hart. Piſt. *p. 3. qu. 9. n. 1.* Veluti ſi pro captivis redimendis facta ſit, *l. 36. in pr.*
2 *C. de donat.* †Aut ſi facta fuerit illi, cujus domus incendiô vel ruinâ periit, *dict. l. 36. §. eandemq; 2.*
3 *C. eod.* †Item, ſi quid à duce belli, ſeu à Magiſtris militum donetur fortiſſimis militibus, quæ donatio favore militum abſque inſinuatione etiam ſubſiſtit,
4 *d. l. 36. C. eod. tit.* †Vel ſi cui plures res, conjunctim legitimam quantitatem excedentes, diverſo tamen tempore ab unâ perſonâ donentur, *l. 34. §. 3. C. de*
5 *donat.* Item †ſi donatio ſit reciproca aut remuneratoria, *l. Aquilius 27. ff. de don.* Andr. Gail. *lib.*
6 *2. obſerv. 39. n. 24.* †Nempe quia dohatio ejusmodi propriè donatio non eſt, Jul. Clar. *in §. donatio*
7 *quæſt. 3.* †Ergò nec huic omnes donationum qualitates erunt accommodandæ, Schneidew. *ad §. 2. Inſt. de donat. n. 36.* ubi plures caſus refert, in quibus inſinuatio donationis haud neceſſaria videtur.

Ita Domini in cauſa Johannis Billichrats zu Rudelſtadt / Menſ. Julio, Anno 1600. [Verba ſentent. Dieweil aber dennoch ſelbige donatio zu Ergetzung der geleiſteten Dienſte geſchehen / und alſo pro donatione remuneratoriâ zu achten / ꝛc. So iſt ſie auch ohne gerichtliche inſinuation zu Recht beſtändig / V. R. W.]

Et in cauſa Benedicti Thomæ zu Möckeritz / Menſ. Julio, Anno 1635.

Definitio XVI.

Num Magiſtratus merum habens Imperium coram ſeipſo donationem inſinuari facere queat?

POrrò nec donatio ab Imperatore in aliquem collata inſinuationem requirit, *l. 34. C. de don.*
2 *l. illud 19. C. de SS. Eccleſ.* †Nam coram Principe, qui legibus ſolutus eſt, *l. princeps 31. ff. de lb.* & ſemper proceres ſecum habet, nihil occultè fieri intelligitur, *arg. l. omnium 19. ubi Dd. C. de teſtam. Bald. in d. l. 34. C. de don.* †Sed *quid juris in Principibus, Ducibus, Comitibus, aliisq; Statibus Imperii, qui Imperatorem ſuperiorem recognoſcunt, num & horum donatio ſummam quingentorum ſolidorum excedens abſque inſinuatione valida erit?* †Ita certè, 4
juxta veriorem Dd. opinionem, quam tuentur Bald. *in d. l. 34. C. de donat.* Joh. Schneidew. *in §. 2. n. 31. Inſt. de donat.* Henr. Bocer. *de donat. c. 3. num. 77.* Hartm. Piſtor. *dict. qu. 9. n. 4.* Menoch. *conſ. 1. num. 374.* Zaſ. *vol. 2. conſ. 1. n. 96.* †Noſtri etenim Prin- 5
cipes & Status Imperii in ſuis Regionibus & territoriis Imperatori comparantur, eandemq; ferè poteſtatem habent in ſuis Provinciis, quam Imperator in Imperio Romano obtinet, Jaſon *vol. 4. conſ. 101. n. 2.* Matth. Weſenb. *p. 1. conſ. 27. n. 28.* †Neq; 6
decorum eſſet horum dominorum donationes ad certa adſtringere ſolennia, cum donare & liberalitatem exercere proprium ſit Principum & nobilitatis actus, qui ab eorundem libero arbitrio meritò dependet, juxta Panorm. *in c. 1. extr. de donat.* †Quod ipſum tamen ad Nobiles, aliosque Magi- 7
ſtratus, Jurisdictionem & merum Imperium habentes, haudquaquam extendi debet. †Horum nam- 8
que donationes ſummam 500. ſolidorum excedentes non minus ac privatorum donationes inſinuationem judicialem requirunt, prout multis probat Hartm. Piſtor. *dict. qu. 9. n. 13. & ſeqq.* †Nec enim 9
ſufficit, donationem coram judice factam eſſe, ſed inſuper requiritur, ut actorum teſtificationes interveniant, & donationis nomine acta apud Judicem conficiantur, *l. donatio 25. in fin. l. datn. 27. C. de donat. hoc eſt,* †ut ſuper donatione illa confi- 10
ciatur ſcriptura ſolennis coram judice, Gloſſ. & Bartol. *in l. illud 19. verb. actor. C. de SS. Eccleſ.* †Sufficit tamen, ſi Nobilis aliusve Magiſtratus, cui 11
jurisdictio competit, coram ſeipſo ac in loco Judicii ſui in præſentia Notarii ſeu Actuarii inſinuet donationem, & deſuper ſcripturam fieri curet, adhibitis iis, quæ aliàs, quoties actum judicialem exercere vult, adhibere ſolet. †Nam tùm donatio 12
ſubſiſtit, non obſtante eo, quod alius judex Inſinuationis nomine aditus non fuerit Hartm. Piſtor. *dict. qu. 9. n. 25. 16. & 15.* †Hujusmodi enim actus etiam 13
coram eo ipſo magiſtratu, quem contingunt, rectè expediti videntur, veluti ita Conſul apud ſeipſum manumittere, *l. un. in fin. ff. de off. conſul.* iteméque apud ſeipſum emancipare & in adoptionem dare poteſt, *l. ſi conſul 3. ff. de adopt. ubi* Bart. *n. 3.* Unde
& Bald. *in l. 34. in pr. C. de don. n. 4. 5. & 6.* †rectis- 14
ſimè defendit, quod teſtamentum à Magiſtratu tanquam coram ſeipſo factum valeat, quem ſequitur Jaſon *in l. omnium 19. C. de teſtam. in fin.* & Hartmann. Piſt. *dict. qu. 9. n. 27.*

Ita Domini in cauſa V. à. M. zu Geuſa / Menſe Jan. Anno 1631. [Verba ſent. Seyd ihr eurem guten Freunde einem andern von Adel ein Stück Feldes und Wieſen nebenſt etlicher Fahrniß / ingeſamt auff 2000. Thal. werth / durch eine Ubergabe unter den Lebendigen zu ſchencken vorhabens / da ihr nun ſolche donation in euern Gerichten in Beyſeyn des Notarii und anderer Gerichts-Perſonen gebührlichen inſinuiren würdet / ꝛc. So wäre ſelbige Ubergabe zu Recht kräftig und beſtändig / V. R. W.]

Definit. XVII.

Inſinuationis omiſſio eatenus ſolùm vitiat donationem, quatenus legitimam excedit ſummam.

QUia donatio ultra quingentos ſolidos inſi- 1
nua-

nuationem necessariò requirit, §. 2. *Inst. de don. l.* 34. *l.* 35. §. *ult. C. eod. tit.* sequitur inde, omissâ hâc insinuatione, donationem jure haud validam esse, Ant. Fab. *in C. lib. 8. tit. 38. defin. 9. in pr.* † Non 2
totam tamen donationem insinuationis omissio vitiat, sed illud duntaxat, quod superfluum est, & legitimam summam, quingentos scil. solidos, excedit, *dict. l. sancimus 34. in pr. ibi.* Hoc quod superfluum est, tantummodò non valere; Reliquam verò quantitatẽ, quæ intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurare quasi nullo penitus alio adjecto, sed hoc pro non scripto vel non intellecto esse credatur &c. *C. de donat.* † Quò & facit *l. si quis* 3
argentum 35. §. 2. *vers. sin autem in fin. C. eod. tit. l. ut mihi donares 21.* §. 1. *ff. eod. tit. Novell. 162. c. 1.* §. *& illud etiam &c.* Jul. Clar. *in* §. *donat. qu. 17. n. 2.* Joh. Harppr. *ad* §. 2. *Inst. de donat. n. 148. ubi* & Joh. Schneidew. *num. 39.* † Cujus rei ratio hæc 4
reddi potest, quod in dividuis utile per inutile non vitietur, *c. utile. 37. de Reg. Jur. in 6to. ubi* Dyn. *l. eum qui itur. 56.* §. 1. *ubi* Glos. *in verb. supervac. ff. de verb. oblig.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 5. num. 8.* † Repetitur autem superfluum illud, quod excedit 5
quingentos solidos in donatione, Condictione sine causâ, *dict. l. ut mihi 21. in fin. ubi* Glos. *ff. de donat.* Henr. Bocer. *de donat. c. 3. n. 82.*

Ita Domini ad requisitionem Henrici Webers zu Leipzig/ Mense Dec. Anno 1632. [Verba sentent. So ist solche Übergabe nach Verordnung der Rechte weiter nicht als auff soc. Ungarische Güter den kräftig/ und des donatoris Erben mögen euch dannenhero hierüber ein mehrers abfolgen zu lassen / wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.]

DEFINIT. XIIX.

Donatio rerum mobilium & Geradæ coram quocunque Judice insinuari potest.

ABsque dubio insinuatio donationis actus est 1
voluntariæ Jurisdictionis, qui nec causæ cognitionem, aut partis Citationem, nec Judicis decretum requirit, Bald. *in l. generaliter 12.* §. *in omnibus 5. C. de Reb. Cred.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 39. n.* 2
28 Matth. Col. *p. 1. decis. 10. n. 3.* † Unde & fieri potest in domo donatoris coram Judice, putà quando donator est infirmus, & non potest adire judicem sedentem pro tribunali, Joh. Schneidew. *in* §. *alia. 2. n. 10. Inst. de donat.* Col. *dict. decis. 10. n. 2.* † Va- 3
let inde quoque donationis insinuatio, facta coram quocunque judice, etiam cui donator non est subjectus, nec res donata subest, † quia ex mera donato- 4
ris voluntate consistit, *l. dat. ff. 27. in fin. l. in hac 30. C. de don.* † dummodo is ordinariam habeat juris- 5
dictionem, à Lege scil. vel Principe concessam, Petr. Heig. *p. 2. qu. 17. n. 17.* Col. *dict. dec. 10. n. 5.* Schneidew. *dict. loc. num. 11.* Gail. *dict. observ. 39. num. 28.* Eman. Svarez *in thesaur. recept. sent. lib. 1. n. 107.* Henr. Bocer. *de donat. c. 3. num. 49.* † Quamvis non 6
negem, tutiùs fieri insinuationem coram Judice competente, cui scil. donator, vel res donata est subjecta, cum Guid. Pap. *qu. 325.* Schneidewin. & Bocer. *dd. loc.*

Ita Domini ad requisitionem Melchior Hartmans von Schlottheimb/ M. Mart. A. 1632. [Verba sentent. Ob man wol hierbey diejenigen requisita, so zu einer beständigen Übergabe der Gerade zu recht erfodert werden/ in Obacht genommen worden/ die donatio Geradæ auch/ so wohl als die Übergabe andrer mobilien/ ein actus voluntariæ Jurisdictionis ist/ und dannenhero nicht allein vor dem Judice competente, sondern auch vor fremder Obrigkeit geschehen und verrichtet werden kan/ &c.]

DEFINIT. XIX.

Donatio bonorum immobilium in foro Saxonico non nisi coram judice, ubi bona illa sunt sita, facta valet.

HAbi de jure civili donatio bonorum sive mobi- 1
lium, sive immobilium, ubique locorum absque omni solennitate judiciali perficiatur, dummodò infra quingentos solidos constet, §. *aliæ autem. 2. Inst. de donat.* † Attamen de jure Saxon. rerum 2
immobilium donatio, cujuscunque etiam valoris sive magni sive parvi illæ sint, aliter non valet, quàm si coram judice facta, & actis insinuata fuerit, per text. in Weichbild. *art. 20. & 60.* & Landr. *lib. 1. art. 52.* Joh. Schneidewin. *in dict.* §. *aliæ. 2. n. 11. in fin. Inst. de donat.* Zobel. *p. 2. differ. 28. num. 8. & seqq.* Matth. Col. *part. 1. decis. 10. n. 6.* Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 21.* † Cujus rei rationem reddit Glos. *or-* 3
din. in Landr. *lib. 1. art. 34. n. 2. vers.* Sag es sey gut um viererley Ursach willen/ &c. *Et* Glos. *in dict. art. 20.* Weichbild. *n. 27. & seqq.* † Neque hoc 4
infringit *art. 34. lib. 1.* Landr. *in verb.* ohne des Richters Urlaub mag ein Mann sein Eigen wol vergeben. † Siquidem hic textus de solo decretò 5
& consensu judicis accipi debet, qui certè ad perficiendam donationem ne quidem in foro Saxon. requiritur; † Attamen donatio immobilium rerum, 6
absque consensu judicis facta, firmitatem non aliter accipit, nisi actis insinuetur, & dominium judicialiter tradatur, *dict. art. 20.* Weichbild. *& art. 52. lib. 1.* Landr. † Quamvis in donatione recipro- 7
cà seu remuneratoriâ, ut & in donatione propter nuptias, etiam in foro Saxon. aliud obtinere dicat Matth. Col. *dict. decis. 10. n. 7. & seqq.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 14. n. 10. 11. & 13.* † Non quævis ta- 8
men nec quocunque in judicio facta insinuatio donationem confirmat in foro Saxonico. Sed necessariò fieri debet donatio bonorum immobilium coram eo judice, ubi bona sita sunt, *dict. art. 20.* Weichbild/ *dict. art. 52. lib. 1.* Landr. *junct.* Glos. in allen Städten. *num. 8. art. 21. lib. 1.* Landr. Col. *dict. decis. 10. num. 6.* Henr. Bocer. *de donat. cap. 3. n. 86.* Joh. Schneidew. *d. l.* Zobel. *dict. differ. 28. n. 8.*

Ita Domini ad consultationem Volrad von Minckwitzens zu Geusa/ Mens. Jan. Anno 1631. [Verba sent: Es wäre denn / daß die unbeweglichen Güter unter andern Gerichten und Botmässigkeit gelegen/ auf den Fall müste die donatio der unbeweglichen Güter/ dafern sie beständig seyn soll/ in selbigen Gerichten gebührlichen insinuiret werden/ V. R. W.]

DEFINIT. XX.

Donatio absenti facta, ejusq; nomine à tertio absq; mandato tamen acceptata non valet, nec post mortem donatoris à donatario ratificari potest.

ETsi donatio absenti facta inutilis efficiatur, l. 1
absenti. 10. ff. de don. Bartol. *post* Glos. *in l. illud. 19. C. de SS. Eccl.* dubium tamen non est, † quin 2
absenti validè donari possit, si is Procuratorem aut mandatarium ad donationem acceptandam constituat, isque absentis nomine donationem ex mandato acceptet, Bart. *post* Glos. *in d. l. illud. 19. C. de SS. Eccl.* Thoming. *dec. 6. n. 17.* Goldb. *de Gerad. c. 7. membr. 4. n. 8.* At quid, † *si tertius quispiam vel No-* 3
tarius nomine absentis absq; mãdato eximẽ donationem

nem

nens acceptet? Validam hoc casu existere donationem, docet Jul. Clar. *dict. §. donatio. quæst. 13.* & Mozz. *de donat. sub tit. de substantial. n. 25.* Andr. Goldb. *dict. membr. 4. n. 11. per l. 2. ff. Rem pupilli salv. fore.* † Quod quidem concesserim, si vivo adhuc donatore rata & grata ab absente habita fuerit donatio per text. *in l. si ego. 24. ff. de negot. gest.* Sed deficiente hac ratihabitione, † donationem mancam esse, nec morte donatoris superveniente confirmari, dixerim cum Joh. Harpp. *in §. aliæ. 2. Inst. de donat. n. 23.* Bocer. *de donat. c. 3. n. 3.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 3. & tit. 36. defin. 19.* Anton. Tessaur. *decis. 70. arg. d. l. 6. C. de donat. l. si ego 9. §. 1. ff. de jur. dot.* † Notissimi enim Juris est, quod alteri per alterum non acquiratur *l. stipulatio ista 38. §. alteri. 17. ff. de verb. oblig. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. 2. ff. eod. tit. §. pen. Inst. per quas pers. nob. acquir.* † Et speciale in mutuo est, ut absenti quæratur actio sine ratificatione *l. certi conditio. 9. §. si nummos. 8. ff. de Reb. Credit.* † Proinde consequens est, in contrarium esse jus commune, Nicol. Everh. *in top. in loc. à spec. n. 1.* Nec mortuo donatore, ulla valet ratificatio donatarii, † ceu admodum sera post mortem donatoris, cum jam dominium esset heredis, *arg. dict. l. si ego 9. §. si res. 1. ff. de jur. dot.* Ant. Fab. *dict. defin. 1.*

Ita Domini in causa heredum Veronicæ à Schleinitzin/ M. Febr. A. 1628. [Verba sent. Ob wol die verstorbene Schleinitzin 6. Jahr vor ihrem Absterben ihrer Stieff-Schwester und Stieffochter alle ihre mobilien durch eine Ubergabe unter den Lebendigen zugeeignet / dieweil aber dennoch nicht zu befinden/daß die donatarien zugegen gewesen / und solche donation gebührlichen acceptiret/ diejenige Person aber / so dasselbe ihrentwegen verrichtet/keine Vollmacht darzu gehabt / noch hierzu abgefertigt gewesen/&c. So ist auch solche Ubergabe/ wann gleich nunmehr nach der donatricin Absterben die donatarien solche belieben und acceptiren wolten / zu Recht nicht beständig/ V. R. W.]

Definit. XXI.

Valet donatio absenti facta, Epistolâ vel nuncio interveniente, licet expressè non fuerit acceptata à donatario.

Porrò & valida est donatio absenti facta, nuncio vel Epistolâ interveniente, † si nempè donator per Epistolam vel nuncium donatarium de liberali suâ voluntate certiorem faciat *l. 4. l. absenti. 10. ff. de donat. l. nec ambigi. 6. C. eod. tit.* Hart. Pist. *lib. 1. qu. 13. n. 2. & seqq.* Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 7. membr. 4. n. 9.* Mozz. *de don. sub tit. de substant. n. 23.* † Nec opus est hoc casu, expressè donationem à donatario acceptari, quippe † quod acceptatio præsumatur, nec quispiam liberalitatem respuere videatur, Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. donatio. qu. 12. in pr. & n. 2.* Hart. Pist. *d. l.* † At hoc necessarium est, ut nuncius huic rei peculiariter à donante sit electus; Alioqui enim donatio non perficitur, † nec sufficit, si aliquis motu proprio illam donatario significet, Gloss. *in d. l. nec ambigi. 6. C. de don.* Guid. Pap. *decis. 222. n. 2.* Goldb. *dict. membr. 4. num. 10.*

Ita Domini in causa heredum Andreæ Auers & Curatoris Annæ Sabinæ Pfretzschnerin, ventilata in Prætorio Lipsiensi M. Decembr. Anno 1633.

Definit. XXII.

De Jure Saxonico valet donatio rerum mobilium à patre collata in filiumfamilias.

NOn patitur ratio Juris, ut à patre in filiumfamilias collata donatio valeat, *l. cum de bonis 11. C. de donat. l. donationes quas parentes. 25. C. de donat. inter vir. & uxor. l. si donatione. 13. C. de collat.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 38. num. 1. & seqq.* Henr. Bocer. *de donat. c. 3. n. 5.* Hartm. Pist. *observ. 37. n. 3.* † Non, quod filiifamiliâs omninò acquisitionis sint incapaces, ut vulgò creditur. potuerunt namque sibi acquirere jam olim, quoties pater nolebat sibi per filium acquiri *l. 4. §. sed & filiusfamilias. 2. ff. de acend. l. in suis. 11. ff. de lib. & posth. l. is qui heres. 13. §. ult. l. 52. ff. de acquir. hered. l. cogi. 16. §. si pater. 11. l. Imperator. 50. ff. ad SCtum Trebell.* † Sed quia inter patrem & filium non emancipatum nulla jure civili consistere potest efficax obligatio, nec rursum sine obligatione donatio, *dict. l. Imperator. 50. ff. ad SCtum Treb. l. donationes. 31. §. pater. 2. ff. de donat.* Ant. Fab. *de error. pragmat. decad. 41. Error. 2. & 3.* † Favore tamen matrimonii pater liberis donare potest, quò facilius ad nuptias invitentur, qui alioquin cum filio aut filiâfamiliâs contracturi non essent, *l. 1. cum ibi notat. ff. solut. matr. l. interest. 18. ff. de reb. aut. judic. possid. l. 64. in fin. ff. de condit. & dæmon.* † Et quia ejusmodi donationis commodum non tantum donatario, sed & ejusdem conjugi ac liberis, ex eo matrimonio nascituris, acquiritur, ut eleganter docet Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 1. n. 5. 6. 7.* † Extra hanc matrimonii causam vix est, ut licita habeatur donatio inter patrem & filium. Nisi forsan sit remuneratoria, ut contra Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 62. C. de bon. matern. & l. 2. p. 1. c. 4. n. 4. C. de rescind. vendit.* defendit Dan. Moll. *l. 2. semest. cap. 16.* † Juramento, Ant. Fab. *dict. defin. 1. n. 10.* Andr. Gail. *dict. observ. 38. num. 7. & seqq.* Joh. Guttierrez. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 4. num. 4.* † Vel morte patris confirmata, *l. donationes quas parentes. 25. ubi* Salycet. & Dd. *C. de donat. int. vir. & uxor. Novell. 162. c. 1. in fin.* Bocer. *dict. c. 3. n. 8.* † Sed aliud introduxit observantia ac consuetudo in foro Saxonico, ubi valet donatio rerum mobilium facta filio, etiam non emancipato, statim ab initio, adeò, ut donatarius habeat illas res præcipuas, sive contingat donatarium præcedere, sive donatorem, teste Matth. Colero (viro in jure Saxonico peritissimo, ejusque observantiâ exercitatissimo) *part. 1. decis. 13. n. 3.* Gloss. *ad text. latin. art. 10. lib. 1.* Landr. *in fin.* & Gloss. *lit. B. ad text. German.* † per text. *in dict. art. 10.* qui licet res saltem particulares aliquas exprimat, ad quasvis tamen alias res mobiles extenditur *à Gl. ad text. Germ. lit. a.* Coler. *dict. n. 5. & seqq. ubi* affectum ac usum Juris hujus Saxon. docet.

Ita Domini in causa Gedeon Hanemanns Kinder in Leipzig/ ad requisitionem Mauritii Göllickens/ M. Febr. Anno 1632. [Verba sent. Ob nun wol sonsten die donationes unter einem Vater und seinen Kindern nicht zulässlichen seyn/ dieweil aber dennoch solches nach Sachsen-Recht in denen mobilien und Fahrniß seinen Abfall hat/ und dieselbe ein Vater seinen Kindern beständiger Weise verehren und übergeben kan/&c. So ist auch obangeregte Ubergabe/ bevoraus weil dieselbe durch des Vatern Tod bestätiget worden/ kräftig / und es mögen die Söhne solche mobilien in gemeine Theilung zu conferiren nicht angehalten werden/ V. R. W.]

Et in causa heredum Tobiæ Gutbiers zu Weissensee/ Mens. Dec. Anno 1633.

DEFINIT. XXIII.

Mater liberis suis res quasvis validè donat.

1 QUæ de patre dicta fuêre, Defin *præced.* ea haudquaquam extendi debent ad Matrem, hanc enim de jure quoque civili res indifferenter tàm mobiles quàm immobiles licitè ac efficaciter liberis donare dubium non est, Henr.Bocer.*de don. c.3.n.5.* † *Tùm*, quod in matre cessetratio prohibitionis, quæ est patria potestas, ob quam inter patrem & filium nullum est commercium nec efficax obligatio, adeoque nec donatio, *l.Imperator.50.ff. ad SCtum Trebell. l. donationes.31. §. pater.2.ff. de donat.* Anton. Fab. *de Error. pragmat, Decad. 41. Err. 2.&3.* 3 † ut verè dixerit Salycet. impossibilitate juris patrem filio donare prohiberi, *in l. 25. C. de donat. int. vir. & uxor.* 4 † Cessante autem ratione alicujus dispositionis, ipsa cessat juris dispositio, *l. adigere.6. §. quamvis. 2.ff. de jur. patr.* Tiraq. *in reg. cess. caus. n.130.* 5 † *Tùm* propter verba clara *Novell.117. c.1. in pr.* quæ solùm de donatione factâ à matre, aviâ, aut aliis maternæ lineæ parentibus exaudienda sunt; 6 † Nec enim paternæ lineæ parentibus licentia donandi liberis ibidem conceditur, contra jura manifesta *in l.11. C. de don. l. 25. C. de don. int. vir. & uxor. l. si donatione.13. C.de collat.* 7 † quæ jura *per dict. Novell. 117.* correcta esse, tradit Joh.Vaud. *lib.8. qu. jur. c. 4. in fin.* † rectè in hoc refutatus à Bocer. *d. c.3. n.5.*

Ita Domini in causa Eliæ Krumpholtzens zu Weissenfels/ M.April.Anno 1633. [Verba sentent. Hat eure Mutter die Helfte ihrer Güter an Haus und Hof/Aeckern und Wiesen/mit Zuziehung ihres Kriegischen Vormundens/euch ihrem leiblichen Sohne/ gerichtlichen geschencket und übereignet/&c. So ist solche Ubergabe zu Recht kräftig und beständig/V.R.W.]

DEFINIT. XXIV.

In dubio donatio inter vivos censenda est, etiamsi mortis mentio fiat, aut executio in eventum mortis differatur.

1 EX eo solo, quod mortis mentio in donatione facta fuerit, mortis causâ donatio videri non debet, Hartm.Pistor. *p.3. qu. 8. n.1.* Jac. Menoch. *de præsumpt.35. n.1.* Mantic. *de conject. ultim. vo-*
2 *lunt. lib.1. tit.13. n.4.* † Potest enim fieri mentio mortis in donatione, ut appareat, magis mortem esse causam donandi, quàm mortis causâ donationem, ut eleganter scriptum est *in l. ubi ita donatur.*
3 *27. ff. de mortis causâ donat.* † Quin, etsi effectus & executio obligationis in mortis eventum differatur, propterea tamen non statim mortis causâ donatio facta censetur *l. un. C. ut action. ab hered. & contr. hered. l. Seja. 42. §. ult. ff. de donat. mort. causa. l. ult. C. de contr. & commit. stipul.* Hart. Pist. *dict. qu.8. n.2.* Jacob.Thoming. *decis. 8. num. 11. &*
4 *decis. 20. n.12.* Bocer. *de donat. c.5. n.17.* † Sed ita demum, si justâ interpretatione fieri non possit, ut valeat jure simplicis & meræ donationis inter vi-
5 vos, Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit.37. defin.3.* † In dubio siquidem inter vivos potius quàm mortis causa donatum censetur, & obligatio inde descendens firma atq; rata manet, ita ut revocari amplius nequeat, ut pluribus demonstrat Jacob.Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part.1. quæst.31.* Hart. Pistor. *dict. quæst.8. n.3.* † Quod maximè verum est, si id actum 6
probetur, ut vel ususfructus rerum donatarum donatori ad vitam relinquatur, vel insinuetur donatio, vel nullo casu revocetur, *dict.l.ubi ita donatur. 27. ff. de mort. caus. donat.* Anton. Fab. *dict. defin. 3. num. 6. & 7. Vide infr. p.3.* Const. *1. Defin.38.*

Ita Domini in causa Melchior Hartwigs zu Sommarn/ M.April. A.1631. [Verba sententiæ: Hat euch ein guter Freund ein ansehnliches an mobilien und Barschaft verehret. Ob nun wol der donator dabey seines Todes bedacht/ und sich der Sterbligkeit erinnert/ auch ferner Verordnung gethan/ daß allererst nach seinem Absterben ihr euch der geschenckten Sachen anzumassen befugt seyn solte/&c. So wird doch nichts desto weniger allem Ansehen nach und in dubio berührte donation, bevoraus weil der donator solche gerichtlichen insinuiren lassen/pro donatione inter vivos billich gehalten/derowegen der donator solche ohne gnugsame Ursache zu revociren nicht befugt ist/&c.]

Et in causa Benedicti Thomæ zu Möckritz/ Mense Julio, Anno 1635.

DEFINIT. XXV.

Donatarius defunctus ante donatorem, transmittit donationem ad heredes suos, etiamsi horum mentio facta non fuerit.

1 MOrtuo ante donatorem eo, cui donatum fuerat inter vivos, nullâ heredum ejus factâ mentione, donationem ad donatorem redire, scribit Anton. Fab. *& ita* in Senatu Sabaudiæ judicatum refert *in Cod. suo lib.8. tit.36. defin.21.* 2 † Idque ex mente & voluntate donantis, à quo proficiscitur liberalitas, qui absque dubio favore & intuitu certæ personæ, donatarii nimirum, donatum aliquid voluerit, ut propterea donationis commodum heredibus donatarii accrescere haud debeat, 3 † quicquid enim fit contemplatione certæ personæ, non potest nec debet eam egredi, *l. cum precario. 12. §. 1. l. interdictum. 14. ff. de precar. l. filiofamiliâs. 42. ff. de cond. & demonst. l.21. & seqq. ff. de usufr.* 4 † Sed nullatenus me movet hæc ratio Antonii Fabri, ut ipsi assentiar. Sive enim Contractus sive pactum legitimum sit donatio inter vivos, 5 † certè utriusque tàm donatoris, quàm donatarii consensu perficitur *l.35. C.de donat. l.19. §.2. ff. de donat. junct. l.10. C. eod. tit. §. 2. Inst. eod. tit.* Anton. Gomez. *2. variar. resol. c.4. in pr.* Quare non solùm voluntas donatoris, ut vult Ant. Fab. sed & donatarii intentio inspicienda est, 6 † qui absque dubio non sibi soli, sed etiam heredibus suis prospicere voluit, *l. si pactum. 9. ff. de probat. l. tale pactum. 40. §.1. ff. de pact.* 7 † Aut si mavis, donationem inter modos acquirendi dominii referre, cum Jac. Cujac. *lib.10. observ.28.* Johan.Gœdd. *in l. rei appellatione.23. n.1. ff. de verb. sign.* minùs certè patrocinaberis Anton.Fab. 8 † Cur enim quæso donatarius res donatas, quarum dominium jam acquisivit, perinde ac reliquam hereditatem ad heredes non transmittet, quod certè donator haudquaquam impedire poterit, 9 † proprietate rerum in donatarium semel translatâ, unde nec donatio revocari potest, *§. 2. Inst. de donat.* Valent. Guil. Förster. *in tract. de dominio c.9. n.237. & seqq.* Joh. Harppr. *ad §.1. n.6. Inst. de donat.* Hart. Pist. *part.3. qu.8. n.47.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Immassen auch/wenn gleich ihr/als der donatarius, vor dem donatore versterben würdet/ das Eigenthum der geschenckten mobi-

mobilien und Barschafft auff eine nechste Erben gebracht und vererbet wird. V.R.W.)

Definit. XXVI.

Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum jure prorsus invalida est.

1 BOnorum omnium præsentium & futurorum donatio idcirco non valet, quod adimat liberam testandi facultatem, licet namque hereditas sit nomen juris, nihilque prohibeat, † eum quoque
2 testari, qui nihil in bonis habet *l. 3. ff. ad l. Falcid.* attamen qui nec habet, nec habere quicquam potest, qualis ille est, qui futura quoque donavit, ei sanè testandi facultas competere nequit, *arg. l. lex Cornel. 28. & l. fin. ff. de vulg. & pup subst.* Bart. & Dd. *ad l. stipulatio hoc modo concepta 61. ff. de verb.*
3 *oblig. & ad l. ult. C. de pact.* † Quamvis me haud lateat, hanc rationem ab omnibus non probari.
4 † Ac si verum fateri licet, non absurdè forsan donatio universorum, tàm futurorum, quàm præsentium bonorum, in puncto juris defendi potest, non quidem ut testamento revocari possit, uti quidam ineptiunt, quorum sententiam refert Gothofr. *ad l. 9. §. 3. ff. de don.* sed ut irrevocabilis existat, *per l. si quis argentum. 35. §. sed & si quis 4. & §. ult. C. de donat. l. si unquam 8. C. de revoc. donat. l. omnes.*
5 *17. §. 1. ff. quæ in fraudem credit.* † qui sanè textus generaliter loquuntur, nec inter bona præsentia & futura distingvunt. Et de futuris etiam bonis textus est clarus *in l. 9. §. 1. ff. de donat. l. 3. C. eod. tit.*
6 † Nec obstat, quod per ejusmodi donationem facultas testandi adimatur; Etenim Regula Juris ita habet, nemini auferri posse liberam testandi facultatem, hactenus scilicet, ut qui bona habet, quacunque conventione vel pacto, ut ne de iis disponat, vel ut ne à dispositione semel factâ recedat, con-
7 stringi non possit. † Cæterum non videtur prohibitum, aliquid tale facere, quo per consequentiam necessariam efficiatur, non ut propriè loquendo libera Facultas testandi tollatur, sed ut prorsus testandi facultas non sit, & nihil, de quo testetur, su-
8 persit, Vaud. *lib. 1. var. quæst. 31.* † Quin & si quis particulatim quotidiè erogando bona sua efficere potest, ut ei morituro nihil sit reliqui, de quo disponat, ut non offendatur Regula illa Juris, nihil sanè obstante videtur, quò minus unâ largitione efficia-
9 tur, † prout demonstrat pluribus Coras. *6. miscell. c. 17.* & subtiliter hâc de re disputat Reinh. Bach. Echt. *in Animadv. ad* Hier. Treutl. *vol. 2. disp. 19. th. 5. lit. D. Vid. quoque* Anton. Fab. *de error. pragmat. Decad. 48. Error. 6.* Bocer. *de don. c. 3. num. 39.* aliique, quos longo agmine allegat & sequitur Johan. Harpp. *in §. aliæ. 2. numer. 115. & seqq. Inst. de donat.*
10 † Nihilominus tamen in contrarium est communis opinio, à quâ in judicando non facilè recedendum, *arg. l. 1. in pr. vers. sanè crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. quæst. l. athletas. 4. in pr. ibi: Et generaliter ita omnes opinantur ff. de his qui not. infam.*
11 † Secundum hanc donationem omnium bonorum, tàm præsentium quàm futurorum, invalidam esse, dixerim cum Joh. Schneidevv. *ad §. 2. n. 86. Inst. de don.* Hartm. Pistor. *obs. 10.* Joh. Guttierretz. *in tr. de*
12 *juram. confirmat. part. 1. c. 11. n. 2.* † ita, ut nec detractâ mentione futurorum, bonorum præsentium donatio subsistat, cùm unica sit donatio, quæ sublata nil prorsus utile & in jure validum relinquit, Dec. *part. 1. cons. 30. in fin.* Schneidew. *d. loc. numer. 88.*
† Quin etsi exceptis ab universali donatione bonis 13
quibusdam, idem donator eodem instrumento eadem bona, quæ exceperat, alteri donet, neutra donatio valebit, alterâ alteri obstante, Anton. Fab. *in C. lib. 8. tit. 34. defin. 9. num. 8.* † Aliud erit, si di- 14
versis temporibus donationes factæ proponantur, tunc enim solam posteriorem invalidam haberi, æquius est, priorem verò, quæ ab initio valuit, ratam manere; † Nam quæ semel vires habuit donatio, 15
ex postfacto revocari non potest, *l. 2. & l. 3. C. de revoc. donat.* Ant. Fab. *dict. defin. 9. n. 9.*

Ita Domini in causa Melchior Hartmanns à Schlottheimb/ Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall die donatrix zugleich neben der Gerade alle ihre andere Güter/ bewegliche und unbewegliche/ gegenwärtige und zukünfftige/ wie auch alle jura und actiones, wie die immer Namen haben mögen/ nichts ausgeschlossen/ ihrem Bruder mit übergeben/ dergleichen donationes aber/ als universorum bonorum, dadurch facultas testandi benommen wird/ bewehrter Rechts-Gelehrter Meynung nach nicht kräfftig/ &c. So mag auch dannenhero vorgedachte Übergabe so wol der Gerade als anderer ihrer Güter für beständig nicht gehalten werden/ derwegen sich auch der donatarius der verehrten Gerade anzumassen nicht befugt ist/ V.R.W.)

Et in causa A. ab H. zu E. Mense Mart. Anno 1633. (Verba sent. Ob sie nun wol darbey alle und iede zu einer rechtmäßigen Übergabe unter denen Lebendigen gehörige solennitäten in gebührende Obacht genommen/ dieweil sie aber dennoch alle ihr Vermögen und ihre sämptliche bewegliche und unbewegliche Güter/ jura und actiones, auch die jenigen/ so sie ins künfftige erlangen möchte/ verschencket/ und ihr nichts vorbehalten/ davon sie testiren können/ &c. So ist auch solche Übergabe zu Recht nicht beständig/ V.R.W.)

Item in causâ M. à L. Mens. Majo Anno 1552.

Definit. XXVII.

Universorum bonorum donatio illa solùm invalida habetur, quæ mobilia & immobilia, præsentia ac futura, jura & actiones, expressè comprehendit.

UT maximè invalida est de jure donatio omnium bonorum, Defin. *præced.* Attamen negari nequit, † hanc donationem subsistere, si 1
donator quædam bona, de quibus testari, aut pro arbitrio disponere possit, sibi reservaverit, Schneidevv. *in §. 2. n. 94. Inst. de don.* † Cessat enim tùm 2
ratio prohibitiva, quod scilicet facultas testandi donatori haud sit adempta, Bártol. *in l. stipulatio hoc modo concepta. 61. ff. de Verb. Oblig. & in l. fin. C. de pact.* † Videtur autem donator sibi ali- 3
quid reservâsse, si donatio hæc tria, nempe: jura & actiones: Bona mobilia & immobilia: Bona præsentia & futura, conjunctim & expressè non comprehendat, ut dubium non sit, † alterutro ho- 4
rum omisso, jure haud invalidam esse donationem. *Primò* namque appellatione bonorum mobilium & immobilium etiam adjecta dictione (*Quorumcunque*) jura & actiones non continentur, † quippe 5
quæ tertiam speciem constituunt, *l. quam Tuberonis. 7. §. in peculio 4. ff. de pecul. l. à Divo Pio. 15. §. in venditione 2. ff. de re judic.* Andr. Gail. *2. observat. 11. n. 10.* † Quare invalida tùm demum judicatur 6
donatio universorum bonorum, si jurium & actionum expressa fiat mentio, Schneidevv. *dict. loc. n. 90.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 11. numer. 3.* Bocer. *de donat. c. 3. n. 40.*

Ita Domini in causâ prædictâ Melchior Hartmanns von Schlotheim/Mens. Mart. Anno 1632.)
Et A. ab H. in B. Mens. Mart. Anno 1633.

7 *Secundò*, † quia proculdubio differunt bona immobilia à mobilibus Andr. Gail, *dict. observ. 11.* ab hisce ad illa non inferendum, sed expressis mobilibus tàm præsentibus quam futuris in donatione universorum bonorum donationem subsistere, relictis immobilibus donatori, omninò judicandum
8 erit; † Ita enim facienda interpretatio, ut actus potius valeant, quàm ut pereant, *l. quoties. 81. ff. de verb. oblig.*

Ita Domini ad consultationem Christophori Abrahami ab Haugvvitz Mens. Jun. Anno 1632.

9 *Tertiò*, † tum demùm invalida habetur donatio universorum bonorum, quando bona futura diserte exprimuntur. Valet namque donatio omnium bonorum simpliciter facta, non adjectâ clausulâ præsentium & futurorum bonorum, secundum Dd. *post* Gloss. *in d. l. fin. C. de pact.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 13. tit. 25. num. 9. ubi*
10 *plures allegat.* † Quia tunc non aufertur testandi facultas, ista enim generalitas restringitur tantùm ad præsentia bona & non futura, *l. si ita. 7. ff. de auro & aur. legat. l. testatorem. 68. §. 3. ff. de legat. 3. l. omnes. 17. §. Lucius. 1. ff. quæ in fraud. credit. l. si quis argentum. 35. §. sed & si quis. 4. C. de donat.*
11 † Ideoque de futuris testari poterit donator, Schneidevvin. *dict. §. 2. Inst. de donat. n. 91.*

Ita Domini in causa D. BB. & BP. zu Altenburg / M. April. Anno 1632.

Definit. XXVIII.

Etsi donator solvendo non sit, donatarius tamen universorum bonorum à Creditoribus conveniri nequit, nisi in causa hypothecæ constitutæ in rebus donatis.

1 DOnationis titulus singularis est, non universalis etiam tunc, cum facta est donatio bonorum
2 universorum *l. 2. C. de petit. hered.* † Errant itaque qui donatarium bonorum omnium, præsentium & futurorum, heredis loco habendum putant, quod certè à Jureconsultis nusquam proditum est, neque ex rectâ Juris ratione defendi ullo modo potest, ut demonstrat Anton. Fab. *de error. pragmat. Decad. 48. Err. 7.*
3 † Non enim facit nec facere potest donatio, quin donator heredem habere possit, saltem in juribus passivis, quæ non possunt venire in donationem, *l. mulier bona. 72. ff. de jur. dot.*
4 † alioquin inutilis est, & nullius momenti, si testandi, h. e. habendi heredis adimat facultatem, Bart. & Dd. *in l. stipulatio hoc modo concepta. 61. ff. de*
5 *verb. oblig.* † Heres itaque à Creditoribus personali actione conveniendus est, non donatarius universorum bonorum, quem æris alieni onus non magis sequitur, quàm eum, qui certæ tantùm rei donatarius est, *l. æris alieni 15. C. de donat. l. ult. §. 1. ff. de contr. empt. l. 1. §. si hæres 16. ff. ad SCtum Trebell. l. 1. ult. C. de hered. action. l. licet. 27. C. de jur. dot. l. de rebus. 13. C. de donat. ant. nupt.* Anton. Fab. *in C. lib. 8. tit. 34. def. 4. n. 1.* Quod ipsum tamen
6 dupliciter fallit, ac † *primò* quidem donatarius conveniri potest à Creditoribus hypothecariis, qui paratam semper actionem in rem habent adversus quoscunque possessores, *l. si fundus 16. §. in vindicatione 3. ff. de pignor. l. debitorem. 15. l. pignoris. 18. C. eod. tit.* Sed anteriores tantum, non etiam posteriores, † quia res donatas obligare donator, a- 7
missso jam dominio, non potest, *l. quæ prædium 6. & tot. tit. C. si alien. res pign. dat. sit.* Anton. Fab. *dict. tit. 34. defin. 5. n. 26.*

Ita Domini in causâ Christoph. Abrah. ab Haugvvitz zu Zeitz / M. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl dannenhero des donatoris Gläubigere von euch dem donatario ihrer Forderungen befriediget seyn wollen/dieweil aber dennoch in dergleichen Fall ein donatarius des donatoris Gläubigern in Rechten nicht verbunden / noch zu ichtwas verpflichtet ist / ꝛc. So seyn auch vorgedachte Gläubigere euch beständiger Weise in Anspruch zu nehmen/und die Zahlung von denen euch geschenckten Gütern und Barschafft zu erzwingen nicht befugt / es wäre dann/ daß etliche unter den Creditorn in des donatoris Gütern vor beschehener donation und Ubergabe ein hypothecam und dingliches Recht erlanget/ꝛc. Dessen genössen sie auff den Fall billich/ V. R. W.)

Definit. XXIX.

Donatarius conveniri potest à Creditoribus donatoris etiam Chirographariis, si in horum fraudem facta fuerit donatio.

DEinde conveniri quoq; potest donatarig à cre- 1
ditoribus donatoris, si in horũ fraudem donatio facta & bona alienata fuerint, *l. omnes. 17. §. Lucig 1. ff. quæ in fraud. Credit.* Licet ipsemet donatarius fraudis particeps non sit. Etenim quia titulum habet lucrativum, simpliciter tenetur, † quia potior debet 2
esse ratio Creditorum, qui certant de damno vitando *l. 6. §. 11. l. 10. in pr. ff. quæ in fraud. Cred.* Joh. Schneidevv. *in §. item si quis in fraudem. 6. n. 44. & 45. Inst. de action.* Matth. Wesenb *in parat. ff. de his quæ in fraud. Credit. n. 6.* Jac. Cujac. *lib. 12. observ. 5.*
† Hocque medio maximè consultum videtur Cre- 3
ditoribus chirographariis, in quorum fraudem facta est donatio, Anton. Fab. *in C. lib. 8. tit. 34. defin. 5. n. 8. 10. 20.* Joh. Schneidevv. *in d. §. item si quis. 6. n. 27. Inst. de act.* † Nam hypothecariis actio da- 4
tur realis hypothecaria, Defin. *præced.* † quamvis & 5
hisce pro lubitu hâc viâ experiri liceat, Joh. Fab. *in §. it. si quis in fraud. 6. n. 23. Inst. de action.* † Neu- 6
tiquam tamen condemnari debet donatarius, antequam fraus donatoris fuerit probata à Creditoribus, quæ sanè, quia in animo consistit, directè probari non potest; sed admittitur hoc casu probatio
† per conjecturam & indicia *l. dolum. 6. C. de dolo.* 7
Veluti si probetur, donatorem sciviſſe, se habere Creditorem & bona sua non sufficere, *l. si quis cum haberet. 15. ubi* Bartol. *ff. quæ in fraud. credit.* † Aut 8
si alienatio vel donatio facta fuerit clam remotis arbitris, *arg. l. ult. ff. de rit. nupt.* † Quin & ex dona- 9
tione omnium bonorum inter vivos factâ absque aliâ etiam probatione præsumitur fraus donatoris, secundum Gloss. *in §. item si quis in fraud. 6. Inst. de act. per text. in l. omnes, 17. §. Lucius. 1. ff. quæ in fraud. cred.* prout pluribus hoc persequitur Schneidevvin. *dict. loc. n. 72.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann/ daß die sämptlichen Creditores (darunter auch die Chirographarii, welchen der debitor vor beschehener donation allbereit verhafftet gewesen / mit begriffen) durch gnugsame Vermuthung erweisen und beybringen möchten/daß die donation vom donatore vorsetzlichen/ ihnen zum Nachtheil/und also in fraudem Creditorum, geschehen/dessen geniessen sie auff den Fall billich/ V. R. W.)

DEFI-

DEFINIT. XXX.

Quo tamen casu præcedere debet actio revocatoria.

1 VEritati haud consentaneum est, quod vulgò jactitant, si donator solvendo non sit, vel ejus heres nullus existat, posse donatarium bonorum omnium à Creditoribus directò conveniri, Guid. 2 Pap. *q. 105.* † Etenim necessariò præcedere debet actio Revocatoria, quam Paulianam vocant, §. *item si quis in fraudem. 6. ubi* Joh. Fab. *n. 19. Inst. de action.* Non solùm, ut donatio impugnetur & re- 3 vocetur, † alioquin propter solam donatoris inopiam nulla est personalis obligatio, adeoque nec actio contra donatarium, qui neque ex contractu vel quasi, neque ex delicto vel quasi obligatus unquam fuit Creditoribus, neque in universum obligati jus, titulo ullo universali successit, *l. æris alieni. 15. C. de donat. l. ult. §. 1. ff. de contr. empt.* Anton. 4 Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 5. n. 24.* † Sed & ut fraus donantis doceatur, quâ non probatâ, subsistit donatio, nec donatarius Creditoribus donatoris ullatenus tenebitur, Definit. *præced. in fin.* Johann. Schneidevvin. *in dict. §. item si quis 6. n. 13. 14. Inst.* 5 *de act.* † Nec competit actio hæc Revocatoria, (cui in casu præsenti non nisi triginta annis, anno & die præscribi, dixi suprà Const. 3. *Defin. 20.*) antequam debitor fuerit excussus *l. 1. ubi* Bald. *& alii C. de revoc. iis, quæ in fraud. credit.* Ant. Fab. *dict. defin. 5.* 6 *n. 17.* † Et licet Gloss. *in dict. l. 1.* excussionem hoc in casu non necessitatis, sed tantum voluntatis esse dicat, contrarium tamen per omnes deciditur, per *dict. l. 1. teste* Schneidevvin. *in dict. §. item si quis 6.* 7 *n. 59. Inst. de act.* † Nam ad hoc, ut possit agi revocatoriâ, requiritur, quod Creditores sint damnificati. Sed non potest constare, eos esse damnificatos, nisi priùs excutiantur bona donatoris seu debitoris, quod non sufficiant, unde maximè necessaria est 8 excussio, Schneidevv. *dict. loco.* † Quæ sententia summâ etiam nititur æquitate, ex qua nec fidejussor conveniri potest, nisi excusso debitore principali, *Auth. præsente. C. fidejuss.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Wann gleich die angeführte donatio in fraudem Creditorum geschehen wäre/ &c. So möchtet ihr doch von denen Gläubigern alsbald nicht besprochen werden / sondern es wären dieselbe zuvor die beschehene donation zu fechten/ und dannenher/ daß sie in fraudem und zu ihrem Nachtheil geschehen/ revocatoriam anzustellen schuldig/ mit welcher action sie aber nach Gelegenheit dieses Falls / weil ihr des Schuldeners mobilia ex causa lucrativa erlanget / auch nach verflossener Jahrsfrist zugelassen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXI.

Ob ingratitudinem Donatio revocatur non nisi ex causis in l. ult. C. de Rev. donat. expressis.

1 CUm mulier quædam genero suo bona quædam donasset, qui postea defunctæ suæ conjugis Sororem stupraverat, ac per id haud levem injuriam familiæ intulerat, quæsitum fuit, *num Socrus propterea donationē ex causâ ingratitudinis revocare* 2 *posset?* † Sanè, quia inter causas ingratitudinis ab Imp. Justiniano *in l. ult. C. de rev. donat.* relatas, hic casus verbis disertis non refertur, nec quod ibidem de atroci injuriâ habetur, haud convenienter 3 huc applicare licet, † quippe quod Interpp. verba textûs de injuria tantummodo verbali intelligant, prout etiam ex verbis præcedentibus satis liquet, Joh. Schneidevv. *in §. 2. vers. sciendum. n. 6. Inst. de donat.* † illud potissimum controverti videbatur: 4 *An præter causas ingratitudinis in dict. l. ult. C. de rev. donat. expressas, aliæ similes vel majores admittantur, ob quas æquè donationem revocare liceat?* † Quod quidem vulgò asserunt Dd. Anton. Gomez. 5 *tom. 2. variar. resolut. c. 4. n. 14.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. donatio. q. 21. n. 2.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. q. lib. 2. cent. 2. cas. 130. n. 3.* Reinh. Bacchov. *in animadv. ad* Treutl. *vol. 2. disp. 19. th. 7. lit. D.* † Sed 6 contra mentem ac intentionem Imperatoris *in dict. l. ult. in verb: Ex his enim tantummodò causis donationes factas everti concedimus &c.* Ex quibus satis apparet, propositum fuisse Imperat. certas quasdam causas definire, ob quas donationem revocare liceret, cæterasque excludere. † Idemque probant 7 verba §. 2. *Inst. de donat. ibi: Certis ex causis.* Ut propterea nec similes, nec majores causas admittendas existimem, ob quas donatio perfecta revocari queat, cum Salyc. *in d. l. ult. C. de revoc. don.* Joh. Schneidevv. *d. §. 2. vers. sciendum. n. 6.* Harpp. *ad* 8 *§. 2. n. 57. Inst. de donat.* † maximè cum dispositio *d. l. ult.* per se odiosa sit, ac propterea restringenda, *l. si præses. 32. l. interpretatione. 42. ff. de pœn. c. odia* 9 *15. c. in pœnis. 49. de Reg. Jur. in 6to.* † Quâ stante sententiâ, haud difficilis erat decisio in casu præsenti, Socrum donationem revocare volentem non esse audiendam.

Ita Domini in causa A. M. & PP. zu Ziegenrück/ Mens. Novembr. Anno 1630. (Verba sent. Habt ihr euerm Eydam etliche Feld-Güter durch eine Ubergabe unter den Lebendigen übereignet und zugewendet / Ob nun wol derselbe in seinem Witber-Stande euer andere Tochter ein Mägdlein von 13. Jahren fleischlichen erkant / und euch hierdurch in Spott gesetzt/ dannenhero ihr berührte Güter ex causa ingratitudinis ihme wieder zu entwenden gemeinet seyd. Dieweil aber dennoch in l. fin. C. de revocand. donat. allein aus etlichen gewissen Ursachen/ darunter gegenwärtiger Fall mit ausdrücklichen Worten nicht gesetzt / eine Ubergabe unter den Lebendige umbgestossen werden mag/ &c. So hat sich berührter euer Eydam der ihme geschenckte Güter nicht verlustig gemacht/ und ihr seyd auch dannenhero die donation zu revociren nicht befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXII.

Ex supervenientia liberorum revocatur Donatio etiam rei singularis.

1 NOn solùm ex causa ingratitudinis, sed & propter liberorum supervenientiam donatio facta revocari potest, si nempe postea donatori, qui tempore donationis nullos habebat, liberi fuerint nati ex sanctione Impp. Constantini & Constantii 2 *in l. si unquam. 8. C. de revoc. donat.* † Cujus legis dispositio, quia de patrono tantùm & liberto loquitur, ad alium quemcunque donatorem eam minùs ritè extendi, autumant Anton. Fab. *l. 7. conject. 14.* Joh. Coras. *7. miscell. 30.* Salycet. *in l. 1. C. de inoff. testam.* Bachov. *latè ad* Treutl. *in animadv. disp. 19. th. 7. lit. E. vol. 2.* Donell. *ad dict. l. 8. C. de revoc. donat.* Connan. *lib. 5. comm. 10. n. 4. & 5.* Hottom. *lib. 1. amicab. respons. 12.* Giphan. *ad dict. l. si unquam. 8. C. de revoc. donat.* † Quibus tamen com- 3 muniter & rectè contradicunt Dd. asserentes, Sanctionem *d. l. si unquam. 8. C. de revoc. don.* in quovis alio quoque donatore obtinere. † Vel ex hac solâ 4 ratione, quòd donatio ab eo facta, qui liberos non

haben-

habet, videatur in se continere tacitam conditionem: Si liberi ipsi nati non fuerint, de quibus si cogitasset, verisimiliter bona sua, vel partem eorum non donàsset, *arg. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonst.* † cùm nemo præsumatur successiones 5 alienas propriis anteponere *l. cum acutissimi. 30. C. de fideicomm. l. nam etsi. 15. ff. de inoff. testam. l. scripto 7. §. 1. ff. si tabul. testam. null.* Quæ ratio, cum non solùm in patrono, sed etiam in quocunque alio donatore locum habeat, † meritò & idem jus obtinere 6 debet, *arg. l. nam ut ait Pedius 13. ff. de legib. l. illud quæsitum 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de verb. obligat.* quod latissimè persequitur Andr. Tiraquell. *in dict. l. si unquam. 8. verbo libert. n. 45. & seqq. C. de revoc. don.* Mynsing. *centur. 5. observ. 63.* Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 66.* Joh. Schneidew. *ad §. 2. vers. sciendum. n. 8. Inst. de donat.* & Harpp. *ad §. 2. Inst. dict. tit.* Jac. Cujac. *20. observ. 5.* Ant. Gomez. *tom. 2. variar. resolut. 4.* Bocer. *de donat. c. 3. num. 10.* Fachin. *lib. 3. controv. cap. 85.* Joach. à Beust. *ad l. 1. ff. de jurejur. num. 196.* Valent. Guilielm. Forster. *de* 7 *Domin. cap. 9. n. 235.* † Neque differentia hîc attendenda est, an universorum bonorum, vel certæ partis donatio facta sit, Anton. Fab. *in Codic. lib. 8.* 8 *tit. 36. defin. 9. n. 1.* † Nam & idem est, si res singularis donata proponatur, † dummodo sit ejus æstimationis, ut verisimile videatur, non fuisse patrem donaturum, si de liberis cogitasset, Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. donatio. q. 22. vers. fortius etiam.*

Ita Domini in causâ Michael Seligers zu Marienberg/ M. Dec. Anno 1629.

Definit. XXXIII.

Renunciatio revocationis à patre facta non nocet liberis, quò minus legitimam suam consequi possint.

1 PLerique Dd. qui Constitutionem *l. si unquam. §. C. de revoc. donat.* in quocunque donatario locum habere existimant, unicum hoc opinionis suæ argumentum perpetuò urgent, quòd sub tacita hac conditione donatio facta intelligatur; Si donatori liberi non sint nascituri, & quod donator de liberis sibi nascituris tempore donationis non cogitaverit, *arg. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi. 30. C. de fideicommiss.* quod & verissimum existimatur Defin. *præced.* † At quia neces- 2 sum est, de liberis cogitâsse patrem, qui donationem valere voluit, etiamsi liberi ei nascantur, sequitur inde, revocationi donationis ex supervenientiâ liberorum validè renunciari posse, Joh. Schneidevv. *in §. 2. vers. sciendum. num. 9. Inst. de donat.* Henr. Bocer. *de donat. c. 3. num. 133.* Jacob. Cujac. *lib. 20. observ. 5.* Andr. Gail. *1. observat. 40. n. 13.* Donell. *ad d. l si unquam 8. num. 11. & 12. C. de revoc. don.* 3 † Potentior enim est veritas præsumptione, nec potest quis dici voluisse tacitè, cujus contrarium ex- 4 pressè est, Bocer. *dict. loc.* † Sicuti ergò voluntas præsumpta & conjecturata operatur jus revocandi, ita in contrarium expressa voluntas jus revocandi impedit atque excludit, per tradita Tiraquell. *in præfat. ad d. l. si unquam 8. num. 96. C. de revoc. don.*

5 Quæ tamen renunciatio non nocet liberis, † quò minus legitimam suam consequi possint, quoniam in eâ jus liberis quæsitum est, quod sicut non potest quacunque dispositione ultimâ, ita nec actib. inter vivos liberis auferri, Schneidevv. *d. l.* Boc. *d. l. n. 133. in fin.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 36. defin. 5. num. 3:* † Quâ in parte discrepat querela inofficiosæ dona- 6 tionis à querelâ inofficiosi testamenti, per quam omninò rescinditur testamentum, *l. mater decedens. 19. ff. de inoff. testam. l. Papinianus. 8. §. ult. ff. eod. tit. Novell. 115. c. 3.* ne scil. pro parte valeat & pro parte non valeat, atque ita testator pro parte testatus & pro parte intestatus decedat, contra *l. jus nostrum. 7. ff. de reg. jur.* † Sicuti & aliàs per supervenientiam 7 liberorum non subsecutâ renunciatione, donatio in extraneum facta in totum rescinditur *l. Titia Sejo 87. §. Imperator. 2. ff. de legat. 2. l. 8. C. de revoc. donat.* Anton. Fab. *lib. 3. conject. 17. & in Cod. lib. 8. tit. 36. Defin. 5. n. 2.* † quamvis nec hoc semper verum sit, 8 ut patet ex traditis Schneidew. *d. l. n. 9.* Et donationem quoque filio factam per supervenientiam plurium liberorum, saltem usque ad legitimam rescindi probant luculenter textus in *l. si pater. 2. l. si filius. 4. l. si totas 5. l. si mater. 7. l. si liqueat. 8. C. de inoff. donat.* Franc. Vivius. *cons. 38. n. 51.* Schurff. *cent. 2. consil. 36. n. 6.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 116. n. 4.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Wann nun gleich euer Vater in bevorstehender anderer Ehe ein oder mehr Kinder zeugen würde/ So möchte doch dahero nach Gelegenheit dißfals/ und der beschehenen renunciation angeregte donatio, wofern die Kinder anderer Ehe ihre legitimam haben könten/ zu Recht nicht hinterzogen noch umbgestossen werden/ V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Donatio Remuneratoria non revocatur per supervenientiam liberorum.

1 QUamvis sit verisimile, non minùs eum, qui ultrò remuneratur, quàm qui sponte donat, donaturum non fuisse, si nascituros sibi liberos speràsset, cum nemo præsumatur successiones alienas propriis anteponere, *l. cum acutissimi. 30. C. de fideicommiss.* † Attamen, quia longè aliud est benefi- 2 cium dare, aliud reddere, *l. sed etsi. 25. §. consuluit. 11. ff. de petit. hered. l. 1. §. eleganter ff. depost.* † do- 3 nationem Remuneratoriam ex causâ supervenientium liberorum non revocari, communiter probatum est, Joh. Schneidevv. *in §. 2. vers. sciendum. n. 11. Inst. de donat.* Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. donatio. q. 21. n. 4.* Jason. *lib. 2. Consil. 154. n. 2. in fin.* † Siquidem 4 donatio, quatenus accepti beneficii ratio remunerationis causam admittit, vera donatio non est, *l. Aquilius 27. ff. de donat.* Jul. Clar. *dict. q. 21. num. 4.* † Ex qua ratione, nec donationem reciprocam ob 5 donatarii ingratitudinem revocari, scribit Anton. Fab. *in C. lib. 8. tit. 36. Defin. 3. n. 8.*

Ita Domini in causa Annen Stulpnerin zu Lützen / Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch nach bewährtem Schluß der Rechtsgelährten dergleichen donationes remuneratoriæ per supervenientiam liberorum nicht revociret werden mögen/ &c.)

Item in causa Andreæ Erdmans zu Annaberg/ Mens. Octob. Anno 1617.

Et in causa Michael Schultzens zu Pirna/ Mens. Julio Anno 1618.

Definit. XXXV.

Inofficiosæ donationes nec à liberis nec à parentibus revocantur, si in Remunerationem factæ fuerint.

1 REvocantur etiam donationes inofficiosæ non solum parentum, sed & liberorum, si adeò immoderatæ & immensæ fuerint, ut liberis 2 aut parentibus non sit legitima relicta. † De 3 liberis est *l. 1. & tot. tit. Cod. de inoff. donat.* † De parentibus *l. si filius. 4. C. eod. tit.* Nec refert,

refert, an ipsemet donator revocari donationem
4 velit, nec ne. † Nam & invito donatore inofficiosa revocatur donatio, quia ex solo juris beneficio querela inofficiosæ donationis introducta est, quam donator neutiquam liberis vel parentibus auferre potest, *l. Titia Sejo. 87. §. imperator. 2. & §. ult. ff. de legat. 2.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 3. tit. 20. Defin. 2.*
5 *num. 11.* † *At quid si in remunerationem facta fuerit donatio?* Vix tùm inofficiosa dici poterit, quippe quâ nil ferè patrimonio donatoris decrescit remunerationis intuitu, nec legitima verè deminuitur, ut vel propterea revocationem cessare, rectissi-
6 mè quis dixerit. † Nec enim donatio remuneratoria propriè est donatio, sed potiùs quædam permutatio, vel præstiti officii compensatio, *l. Aquilius. 27. ff. de donat. l. metum. 9. §. 1. vers. consuluit. ff. quod met. caus.* Tiraquell. *in l. si unquam. 8. verb. donatione largitus. numer. 11. & 12. C. de revoc. donat.* Jacob. Menoch. *lib. 4. Consil. 307. num. 4. & seqq.* Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 99.*

Ita Domini in causa I. à M. & conjugis suæ. E. C. à G. Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wol sonsten dergleichen inofficiosæ donationes auch den Eltern an ihren gebührenden legitimen nicht schädlichen seyn können/ dieweil aber dennoch die von euerm Weibe euch beschehene donatio nicht simplex, sondern remuneratoria ist/ dadurch der donatrici hinwiederumb eine gewisse Summa Geldes und andere Güter zukommen/davon die Mutter ihre legitimam zu fordern hat/ &c. So mag auch dannenhero obgedachte donatio remuneratoria euers Weibes zu Recht nicht hinterzogen werden/ sondern ihr seyd euch der geschenckten Güter anzumassen wol befugt/ V. R. W.)

Definit. XXXVI.

Bona in fraudem legitimæ à patre vendita & alienata quatenus à liberis revocari queant?

1 COmmuniter ab Interpp. receptum est, Contractus parentum inofficiosos nullo remedio coërceri, nec alienata à patre titulo oneroso, à liberis retractari vel revocari posse, Jul. Clar. *libr. 4. sentent. §. donatio, q. 24. num. 5.* Bart. *in l. hereditarium. 7. ff. de bon. autor. jud. possid.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 43. n. 10.* Petr. Heig. *part. 1. q. 25. num. 38.*
2 † eò, quod ante obitum patris liberi ne quidem in legitima, multò minus in reliquis bonis quicquam juris sibi sumere vel arrogare queant, *l. 1. §. si impubere 21. de collat. l. 1. §. largius 12. ff. de succeff. Edict.*
3 Heig. *d. l. num. 41.* † ac præterea ceu heredes factum præstare, & contractum vel alienationem patris ratam habere teneantur, *l. cum à matre. 14. C. de Rei Vindic. l. 3. C. de reb. alien. non alienand. l. ea*
4 *quæ à patre. 7. C. de restit. milit.* † Non obstante, quod vivo adhuc patre, liberi quodammodo domini bonorum paternorum perhibeantur, *l. in suis. 11. ff. de lib. & posth. l. licet. 58. §. paternos. 1. ff. de verb. signif. §. ult. Instit. de hered. qual. & differ.*
5 † Hoc enim sola fictio juris facit propter successionis spem & alimentorum emolumentum, quod in facultatibus parentum habent. Jason. *in dict. l. in suis. 11. ff. de lib. & posth. num. 17. & 18.* relictâ interim parentibus liberâ disponendi & alienandi fa-
6 cultate, † quia unusquisque rei suæ moderator & arbiter est, *l. in re mandata. 21. C. mandati.* Andr. Rauchb. *dict. q. 43. n. 17. ubi latius hoc persequitur.*
7 † Neutiquam tamen existiment parentes, licere ipsis liberos legitimâ defraudare. Hoc enim si fecerint, liberis consultum est per actionem quasi Calvisianam & Favianam, quâ alienatio fraudulenta revocatur, non quidem penitus & in totum, † sed 8
pro modo legitimæ portionis, *l. fin. ff. si quid in fraud. patron. fact. sit.* Bartol. *in l. non usque adeò. 2. num. 1. ff. si quis à pat. man.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. donat. quæst. 24. num. 5.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 43. numer. 30.* Phanucius de Phanuciis *de inventar. heredis ac ejus benefic. p. 7. num. 160.* Heig. *dict. q. 25. num. 72.* † Quod & probare videtur *h.* Constit. *12.* 9
§. Es soll aber gleichwol &c. Nec admodum difficile erit liberis fraudem parentum in alienando probare. † Etenim quia in ejusmodi alienatione in- 10
officiosâ quoad læsionem legitimæ inspicienda est quantitas bonorum paternorum, quæ fuit tempore alienationis sive contractûs, non etiam mortis parentum, secundum Gloss. & Salyc. *in l. 1. C. de inoff. donat.* Petr. Heig. *dict. quæst. num. 72.* † utique si 11
læsionem quoad legitimam tempore alienationis interveniss probabitur, vix dubium erit, quin pater fraudis particeps dici queat, præsertim quum
† ejusmodi fraus per conjecturas etiam & indicia 12
probari possit, *l. ait prætor. 10. §. 3. l. si quis cum haberet. 15. l. omnes 17. § Lucius. 1. ff. quæ in fraud. credit. l. dolum. 6. C. de dolo malo.* Petr. Frider. *de proceff. in cam. extrah. lib. 1. cap. 23. num. 5.* Rauchb. *dict. q. 43. n. 34.* Mascard. *de probat. concl. 415.*

Ita Domini in causa Johan. Huhls Kinder zu Dreßden/ Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Ob es nun wol dannenhero bey solchem Kauff nochmals verbleibet / da aber dennoch eure Kinder an ihrer gebührenden legitimen dadurch verkürtzet wären/ &c. So würde das verkauffte Haus durch geschworne Leute/ dem Werth nach / was es zur Zeit des beschehenen Kauffs gültig gewesen / gewürdert/ und also denn gedachten euern Kindern ihre gebührende legitima davon erfüllet und entrichtet/ V. R. W.)

Et in causâ Viduæ ac heredum Philippi à Berlepsch, Mens. Augusto, Anno 1580. (Verba sent. Da ihr nun durch solchen Kauff an euer gebührender Väterlichen legitimen verkürtzet zu seyn vermeynet / so wird solch Gut durch geschworne Leute dem Werth nach / was es zur Zeit des beschehenen Kauffs gültig/ billich gewürdert / und also dann euch die gebührende legitima davon erfüllet und entrichtet/ V. R. W.)

Item in causa Johann Müllers und Dorotheen Websin/ Mens. Febr. Anno 1587. (Verba sent. So bleibet es bey solchem Kauff billich/ &c. Es wird euch aber gleichwol eure gebührende legitima, wofern ihr durch solchen Kauff in derselben verletzet wäret / billich ersetzt und mit baarem Gelde erlegt/ V. R. W.)

Definit. XXXVII.

Pater non observatâ æqualitate inter liberos, uni ex illis majorem bonorum suorum partem in subsidium sustentationis tradere potest, modò reliqui inde legitimæ portionis jacturam non sentiant.

NOn facilè quis dubitabit, patrem ad æqua- 1
lem distributionem bonorum suorum inter liberos haud obligari, cùm & irrequisito liberorum consensu bona sua, (salvâ tamen liberorum legitimâ) in extraneum transferre queat,
† adeò, ut liberis ejusmodi alienationem impu- 2
gnandi facultas non concedatur, Definit. *præced.* Bartol. *in l. hereditarium. 7. ff. de bon. autor. jud. possid.* Jason. *in Auth. Unde & si parens. num. 3. Cod. de inoff. testam.* † Quidni ergò ipsi 3
libe-

liberum esset tribuere ex filiis suis, quod ipsis invi-
4 tis extraneo dare non prohibetur, † expresse ita disponente Electore Saxon. Illustrissimo *in h.* Constit. *12. §. it.* und sonderlich / ꝛc. quæ licet de donatione saltem loquatur, attamen quin & in venditione, aliisque alienationum modis ex identitate rationis locum sibi vendicet, nemini obscurum esse
5 potest, perpendenti, † quod liberis ante obitum patris quicquam juris in bonis paternis sibi sumere vel arrogare non liceat, *l. 1. §. si impubere. 21. vers. Prætura: est spes collationis, cum adhuc vivat, is cujus de bonis quarta debetur, & c. ff. de collat.* Glossem. *in Auth. si qua in verb. Si moriatur. C. de SS. Eccles. & in l. 1. verb. Ex duabus unciis C. de inoff.*
6 *donat.* † Modò tamen liberis salva remaneat legitima, quam nullâ prorsus alienatione, sive extraneo, sive uni ex liberis factâ, pater deminuere valet, *h.* Const. *12. dict. §. it.* und sonderlich. Jul. Clar. *lib. 4 sentent. §. donatio quæst. 24. num. 5.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 21. Defin. 4. num. 2.*

Ità Domini in causâ Rebeccæ, conjugis Georgii Schneiders zu Dreßden/Mens. April. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wol euer Vater euch ferner nicht/als mit 250. fl. geholffen/euern Mit-Geschwistern aber eine viel höhere Väterliche Hülffe gethan. Dieweil aber dennoch in dergleichen Väterlichen Hülffen keine Gleichheit unter den Kindern zu halten nothwendig/ sondern den Eltern ihren Kindern/einem vor dem andern etwas zu geben/ und mit einem mehrern zu helffen frey stehet/ auch nicht zu befinden / daß ihr dadurch an euer Väterlichen legitimen verkürtzet oder benachtheiliget worden/ꝛc. So habt ihr euch auch darüber zu beschweren nicht Fug/V.R.W.)

Et ad requisitionem des Pflugischen Gerichts-Verwalters zu Mansitz/Mens. Majo Anno 1599.

Item in causa heredum Tobiæ Gutbiers/Mense Decembr. Anno 1633.

Et in causa Jacobi Freißlebens zu Weyda / Mens. Februar. Anno 1634.

Definit. XXXIIX.

Pater à filiis repetere potest ea, quæ dedit ipsis in subsidium paternum, zu einer Väterlichen Hülffe.

1 ILlud potissimum hîc disceptatur, num donandi, an verò repetendi animo pater subsidium dede-
2 rit liberis? At quia † donationis præsumptio cessat, ubicunque alia sumi potest conjectura, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 88. n. 2. & lib. 3. præs. 10.* Joh. Schneidew. *in §. quædam actiones. 20. sub tit. de act. fam. ercisc. num. 51. Inst. de*
3 *act.* † utique licita erit repetitio, *arg. l. si paterno 15. junct.* Gloss. *in verb. repetiturus. Cod. de negot. gest.* † Quò & facit *l. alimenta 11. Cod. eod. tit.* Ex
4 qua colligit Bartol. *ibid. in fin.* Salyc. *col. fin. num. 4.* & Joh. Sichard. *num. 11.* quod impensæ factæ circa
5 res, non præsumantur factæ animo donandi; † Et tradit idem Bartol. *in l. si donatione 13. num. 4. C. de collat.* Si pater quid dat filio, præsumi potius id in peculium datum, quàm donatum, quod & placet Salyc. *in l. filiæ cujus 18. col. 4. vers. secundo igitur casu principali, & c. Cod. famil. ercisc.* Menoch. *lib. 3.*
6 *præs. 30. num. 26.* † Quod si verum inter patrem & filium, certè multò minùs inter socerum & generum præsumetur donatio, ut tantò facilius Socero data genero in subsidium paternum repetere li-
7 ceat, † prout tradit in terminis Modest. Pistor.
8 *part. 1. quæst. 10.* † A neutro tamen nec à genero, nec à filio in subsidium data repetere licet, si cum benevolentiæ affectione concurrant causa pietatis & impensæ exiguitas, Menoch. *dict. cas. 88. num. 61.*
9 † Nam in modicis impensis donandi animus præsumitur, secundum tradita Cyn. *in l. alimenta. 11. n. 1. Codic. de negot. gest.* & Salyc. *ibidem. n. 2.* Menoch. *dict. cas. 88. num. 12.*

Ità Domini in causa Chiliani Donatwens Erben zu Grötzen/Mens. Aug. Anno 1590.

Definit. XXXIX.

Donatio ob causam, quæ verbis expressa est, revocari nequit, etiamsi causa haud fuerit subsecuta.

1 DOnatio ob causam, quia propriè donatio non est, nec ex mera liberalitate, sed sub certâ causâ in aliquem confertur, *l. 1. l. hoc jure 19. in pr. §. 1. §. p. & ult. l. Aquilius. 27. l. si pater 34. §. 1. ff. de donat.*
2 † revocatur causâ non secutâ, & repetitio datur
3 donanti, *l. similiter. 5. C. de Condict. ob caus.* † Modò causa illa respiciat favorem donantis, vel alterius, quàm donatarii, veluti si dono tibi centum, ut emas fundum Titio, quæ conditio absque dubio facit causam finalem, *l. Titio. 71. in fin. ff. de condit. & demonstr. l. quibus diebus 40. in fin. ff. eod. tit.*
4 † Etenim si causa respiciat commodum solius donatarii, causâ licet non secutâ, donatio tamen revocari non potest, veluti si quis Titio donaverit mille, ut sibi domum vel prædium emat. † Nam mo-
5 dus, respiciens commodum solius donatarii, innuit causam impulsivam, *l. Titio centum. 71. in pr. ff. de condit. & demonstr.* Ripa *in l. si unquam 8. num. 27. C. de rev. donat.* Franc. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 13. tit. 42. n. 6.* † Quin
6 etiamsi causa commodum donantis vel alterius respiciat, attamen aliter revocari non potest, quàm si causa illa verbis disertis expressa, *l. 1. C. de donat. quæ sub mod. l. cum ancillam 6. C. de condict. ob caus.*
7 † vel tacitè ab utroque tàm donatario, quàm donatore intellecta fuerit, *l. cum quid. 3. ff. si cert. petat.*
8 † Nam si causa verbis non expressa, nec à donatario intellecta fuerit, licet deficiat, donatio tamen revocari nequit, *l. si majores. 25. C. de transaction.* Bart. *in l. cum donationis 34. in fin. C. de transact.* Constat enim † eum, qui dedit hâc spe, quod se ab eo, qui
9 accepit, remunerari, vel amiciorem sibi futurum existimaverit, repetere non posse, opinione falsâ deceptum, *l 3. §. si quis quasi verb. Celsus ff. de condict. caus. l. si repetendi. 7. C. eod. tit.* Mantic. *dict. tit. 42. n. 7. ubi ex* Pet. de Bellapertica hoc extendit, ut locum habeat, etiamsi hoc tacitè ab utraque parte esset intellectum, animo tamen obligandi inefficaciter.

Ita Domini in causa Ignatii Philippi & Martini Gerlachs zu Görlitz/Mens. Octobr. Anno 1629 (Verba sentent. Habt ihr euerm Schwager an einer Obligation 200. M. erlassen und geschencket/ aus der Ursachen und zu dem Ende/damit er euch richtige Rechnung thun solte. Ob ihr nun wol denselben zu keiner richtigen Abrechnung bringen können/dieweil aber dennoch die Erlassung der 200. M. ohne ausdrückliche Benennung vorgedachter Ursachen geschehen/so seyd ihr auch dannenher die donation zu revociren nicht befugt/V.R.W.)

DEFI-

DEFINIT. XL.

Favorabilior eſt Revocatio, quæ fit ex ſupervenientia liberorum, quàm quæ ex cauſa ingratitudinis, ideoq; datur heredi, etiamſi donator nunquam fuerit conqueſtus.

1 QUod dicitur, non eſſe permittendum heredi, ut inquietet donationes, quas ipſemet donator, quamdiu vixerit, non retractavit *l. his ſolis 7. l. ult. C. de rev. donat.* † ad eas ſolùm revocandæ donationis cauſas pertinet, quæ ex donatarii ingratitudine proficiſcuntur; † Ne ſcilicet poſſit heres donatoris ingratum dicere donatarium, quem donator ipſe non dixit, & cui videtur ingratitudinem remiſiſſe, Cujac. *4. Obſerv. 19.* Ant. Fab. *in C. l. 8. tit. 36. defin. 14. n. 2.* Joh. Schneidew. *in §. 2. verſ. ſciendum. n. 12. Inſt. de donat.* † At quando ex ſupervenientia liberorum revocanda venit donatio, licet donator tacuerit, ipſi tamen liberi, defuncto eo, experiri & donatum repetere poſſunt; † *Tùm*, quia per ſupervenientiam liberorum ipſo jure revocatur donatio, *l. 8. in verb. revertatur, ubi* Gothofr. & Donell. *C. de revoc. donat.* Jul. Clar. *lib. 4. ſent. §. donatio. qu. 23. n. 8.* ut ſic heredi non tàm revocare quàm revocationem jam ipſo jure factam objicere liceat, Bald. & Salycet. *ad l. ult. C. de Revoc. don.* Anton. Fab. *dict. defin. 14. n. 3.* † *Tùm*, quod ſub modo conditionevè non naſciturorum liberorum peracta donatio præſumatur, Mynſ. *5. obſerv. 63.*

Ita Domini ad requiſitionem Georgii Günthers zu Leipzig/M. Jul. A. 1633. [Verba ſent. Ob nun wol die Donatrix bey ihrem Leben die donation nicht revociret/ ſondern darüber Todes verfahren / dieweil aber dennoch vorgedachte donatio ex ſupervenientia filiæ ipſo jure erloſchen / und die Gerade der Mutter wiederum anheimb gefallen/ꝛc. So haben ſich auch nunmehr die Söhne der geſchenckten Gerade ferner nicht anzumaſſen/ſondern es verbleibet dieſelbe der Tochter euerm Mündlein billich/V. R. W.]

DEFINIT. XLI.

Quando donatio facta ab eo, qui jam tùm habebat liberos, revocetur per ſuperveniantiam aliorum liberorum.

AT quid, ſi ab eo facta ſit donatio, qui jam tùm liberos habebat ſuperſtites, *an perinde ex aliorum poſtea natorum ſuperveniantia revocabitur?* † Non certè, ſi inhærendum verbis, *l. ſi unquam. 8. C. de revoc. donat. ibi:* (*filios non habens*) Veluti ita concludit Jul. Clar. *in §. donatio. qu. 22. n. 3. in pr.* † Solent tamen diſtinguere Dd. an pater plus dixerit liberos, quàm donatarium, an minùs, Franc. Ripa *ad dict. l. ſi unquam. C. d. t.* † Vel utrum donator filios jam natos exoſos habuerit, nec ne, Paul. Caſtr. *ad l. 1. C. de inoff. donat.* † Quid autem, ſi diſpar ſit ratio dilectionis, vel proſequendorum odio liberorum poſtea ſuſceptorum, aut jam natorum; Veluti ſi jam natos pater ideo exoſos habebat, quod vel ingrati eſſent, vel ex eâ matre ſuſcepti, quam conſtanti acerrimôque odiô proſequebatur? † Nimirum tota hæc quæſtio facti eſt, & in judicantis arbitrio poſita, *arg. l. voluntatis. 7. C. de fideic. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill. l. ordine. 15. ff. ad municip.* † In dubio autem ſtandum eſt regulâ, quod ex ſuperveniantiâ aliorum liberorum donatio hôc caſu non revocetur *ex dict. l. ſi unquam 8. C. de revoc. don.* † Nec indiſtinctè apprehendenda Baldi ſententia *in l. 1. col. 4. v. ſed quid ſi tempore. C. de inoff. donat.* ut nimirum donatio pro virilibus poſtea natorum portionibus revocetur, *arg. l. pen. ff. de jur. Codicill.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtiani Wolffens zu Leipzig/ Menſe Mart Anno 1634. [Verba ſent. Ob wol iſt-gedachte Wittib nach auffgerichteter donation zur dritten Ehe geſchritten/und in derſelben Kinder gezeuget / dieweil ſie aber dennoch zuvor allbereit und vor auffgerichteter donation auch Kindere gehabt/ꝛc. So iſt die donatio geſtalten Sachen nach ex ſupervenientia liberorum nicht auffgehoben noch erloſchen/ꝛc.]

CONSTITUTIO XIII.

PARTIS SECUNDÆ.

Ob ein Weib ihrem Ehemanne die Gerade unter den Lebendigen übergeben könne?

Mulier Geradam viro num inter vivos donare poſſit?

DJerinnen ſind unſere Verordnete auch einig / ob wol ein Weib ihre Gerade donatione inter vivos verändern und übergeben kan / ſo ſey ſie doch nicht befugt / ihrem Ehemanne dieſelbige obgeſatzter maſſen zuzuwenden.

Dieſe Donation iſt auch ſo ferne und weit unkräftig/daß ſie durch folgendes Abſterben der Frauen nicht bekräftiget wird.

Wann aber die Donation antidoralis oder remuneratoria iſt/ daß ſie ipſo jure unter den Eheleuten alsbald von Anfang zuläßlich/ ſo kan auch dieſelbige dißfalls zu Recht vor beſtändig geſprochen werden/ darauf auch unſere Gerichte zu erkennen haben.

ET ſi geradam inter vivos donare mulier poteſt: marito tamen facta ejusmodi donatio adeò non valet, ut nec morte mulieris confirmetur, niſi remunerandi causâ facta ſit. Tum enim, cum ipſo jure ab initio inter conjuges ſubſiſtat, etiam in noſtris judiciis rata habebitur, atque ita judicabitur.

DEFINITIONES.

1. *Donatio geradæ marito facta, ne quidem juramentô Uxoris confirmata valet.*

2. *Remuneratoria ſeu reciproca Geradæ donatio qualis eſſe debeat, ut marito facta ſubſiſtat.*

3. *Remuneratio, si in tempus futurum mortis differatur, donatio Geradæ, marito facta, valida non est.*
4. *Donatio remuneratoria à marito in continenti, & in uno eodemq; actu donationis Geradæ fieri debet.*
5. *Mulier remunerationis causâ Geradam marito donare volens, alterius Curatoris autoritate ad hoc opus habet.*
6. *Donatio Geradæ reciproca, non nisi in judicio, vel coram Notario, ab uxore marito facta, subsistit.*
7. *Ad validam donationem Geradæ remuneratoriam inter Conjuges, requiritur traditio Clavium cum designatione rerum donatarum.*
8. *Reciproca Geradæ donatio inter Conjuges æquivalens sit necesse est.*
9. *Vendere potest Uxor marito suo Geradam, etiam in testamento.*
10. *Consensum Curatoris mulier, vendens Geradam marito, adhibere debet.*
11. *Venditio Geradæ, marito ab uxore minori pretio, quàm revera valebat, facta, firma & valida est.*
12. *Venditionem Geradæ, marito factam, Uxoris defunctæ Cognata rescindere nequit ex beneficio l. 2. C. de rescind. vendit.*
13. *Maritus quatenus Uxori res expeditorias donare valeat.*
14. *Donatio inter Virum & uxorem non valet, licet in heredes donatarii collata fuerit.*
15. *Donatio inter Conjuges morte confirmatur usq; ad summam quingentorum solidorum, si judicialiter insinuata non fuerit.*
16. *Uxor marito suo consensu Curatoris in judicio validè donare potest.*
17. *Investitura de bonis Uxoris immobilibus, seu Cessio possessionis facta marito in judicio (Gerichtliche Belehnung) non tribuit ipsi Dominium, nec valet in eum donationis mortis causâ.*
18. *Reciproca seu remuneratoria donatio inter Conjuges valida est.*
19. *Donatio inter sponsum & sponsam jure subsistit. Unde & sponsa defuncta catenam morgengabicam, ceream, ad Geradam pertinentem, ad proximam cognatam transmittit.*
20. *Valet donatio inter Conjuges, in festo Nativitatis Christi celebrata,* (Was eines dem andern läſſet zum Heiligen Chriſt beſcheren.)
21. *Maritus Uxori Geradæ nomine quid donare non prohibetur.*
22. *Inter Conjuges Emptio-Venditio aliveè Contractus celebrari possunt, modò Uxor alium adhibeat Curatorem.*

Definit. I.

Donatio Geradæ marito facta, ne quidem juramento Uxoris confirmata valet.

1 IN tantum Uxor marito geradam donare prohibetur, ut ne quidem donatio morte confirmetur, *h.* Const. *13. §.* Dieſe *Donation. At quid, si juramentum mulieris accesserit?* Scio equidem,] Regulam juris communis de donatione inter conjuges prohibitâ, secundum plerosque Interpp. locum
2 non habere, si juramentô sit confirmata, quod & placet Andr. Gail. *lib. 2. observ. 40. num. 5.* Mynsing. *cent. 2. observ. 33. n. 5.* Eman. Svarez. *Thes. recept.*
3 *sentent. lit. D. n. 204.* † ex sententia nimirum juris Canonici, quod juramentum confirmat interpositum super eo, quod absque salutis æternæ dispendio servari potest, *c. cum contingat. 28. de jurejur. & c. quamvis. 2. de pact. in sexto.* licet offendat jus
4 Civile. † Ita namque vulgò creditur, juramentum hoc esse tantùm contra bonos mores civiles, non etiam Canonicos, Joh. Sainson. *in consuet. Turon.*
5 *tit. 23. art. 4. gloss. 1.* † Sed nolo disputare, quatenus in casu præsenti peccetur contra bonos mores de jure civili, vel jure canonico. Quamvis verissimè scripserit Matth. Wesenb. *in not. ad* Schneidew. *§.*
6 *aliæ. 2. num. 63. Inst. de donat.* † tale juramentum evertere jus publicum ac conjugum concordiam, ut vel propterea ne quidem de jure Canonico servandum sit, *c. donatio. §. Extr. de donat. inter vir. & uxor. junct. c. non est obligatorium. 55. de Reg. jur. in*
7 *6to.* † Sicuti nec hoc valdè urgeo, num uxor juramento suo obstringatur, nec ne? Vix enim ipsamet absque insigni levitatis nota, juramento suo contravenire poterit, *arg. c. etsi Christus. 26. de jurejur. Auth. sacramenta puberum. C. si adverſ. vendit.*
8 † Illud solummodò contendo, juramento mulieris heredes ejusdem, vel Cognatas, quibus de jure Saxonico gerada defertur, haud impediri, quò minus donationem infringere ac geradam repetere queant, ex eo, quòd donatio Uxoris marito facta procul dubio sit nullius momenti *h.* Constit. *13.* ac proinde juramento confirmari ac corroborari nequeat, † quia juramentum nullitatis defectus non supplet, 9
Bald. *in l. 1. num. 4. C. de oper. libert.* Dec. *conſ. 349. num. 1. & n. 6.* † nec legi prohibitoriæ efficaciter 10
cum juramento renunciari potest, Gloss. *in l. à divo. 58. verb. actionem. ff. de rit. nupt. & in l. 1. in fin. C. Ne fidejuss. dot. dent.* Dan. Moller. *ad h. Const. 13. n. 9.* † Adeoque non confirmatur donatio geradæ 11
juramento quoad validitatem contractus, sed tantùm quoad observationem, ut in simili dicit post Bartol. *in l. si quis pro eo. 56. n. 10. ff. de fidejuss.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 22. defin. 1. n. 11.*

Ita Domini in causa Georgii Mindens zu Grossengottern/ Mense Decembr. Anno 1624. [Verba sent. Ob euch wol euer Eheweib bey ihrem Leben die Gerade geschencket/ und ihr allein den usumfructum vorbehalten/ solche Ubergabe auch mit einem Eyde bekräftiget/ dieweil aber dennoch dergleichen donationes zu Recht nicht gültig seyn ꝛc. So habt ihr euch auch dannenhero der Gerade nicht anzumassen/ sondern es verbleibet dieselbe/ des geleisteten Eydes ungeachtet/ der Verstorbenen nächsten Nottein billich/ V. R. W.]

Definit. II.

Remuneratoria seu Reciproca Geradæ donatio qualis esse debeat, ut marito facta subsistat?

1 LIcet propriè loquendo donatio remuneratoria
2 sive antidoralis differat à donatione Reciprocâ seu mutuâ vel vicissitudinariâ; † Illa siquidem præterita seu præcedentia tantùm merita, hæc autem dona præsentia respicit, ut notat Tiraquell. *in l. si unquam. §. verb. donatione largitus. n. 109. C. de revoc. don.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 7. membr. 4. n. 45.* Bocer. *de don. c. 12. n. 5. & c. 13. num. 6.* † Attamen
3 indiffe-

indifferenter vulgò uſurpari, ac una pro alterâ communi loquendi uſu ſolet nominari. † Certi autem 4
juris eſt, quod uxor remuneratoriè ſive reciprocè Geradam donare valeat, *h.* Conſt. *13.* §. Wenn aber die *Donation.* Quæ conſtitutio licet generaliter loquatur, dubium tamen non eſt, quin eam ſolummodò donationem remuneratoriam ſeu reciprocam admittat, † quæ jure valida habetur, per tradi- 5
ta Goldbec. *dict. membr. 4. num. 18.* Etenim, ut donatio hæc remuneratoria Geradæ, marito ab 6
uxore facta, jure ſubſiſtat, † ſubſequentia requiſita attendi debent. *Primò* namque certò conſtare debet, tàm de ipsâ geradâ traditâ marito, quàm de hujus remuneratione ac meritis, talibus ſcilicet, 7
ad quæ donatarius aliàs non tenebatur, † nam merita jure debita non cenſentur merita, quæ robur & vim actui aliàs invalido tribuant, Jaſon. *in l. ſi donatione. 13. C. de collat.* Nec ſufficit de meritis in 8
genere dictum eſſe, † niſi certa fuerint denominata atque probata, Tiraquell. *in dict. verb. donatione largitus, num. 87.* Andr. Rauchb. *p. 2. q. 11. n. 16.* Proinde ſicuti in donatione hâc remuneratoriâ ge- 9
rada exprimi debet, † quippe quæ ſub generali donatione aliàs non comprehenditur Gloſſ. *in* Weichbild *art. 23. n. 12. 13. & 14.* Ita & de merito ſeu do- 10
nato aliquo reciproco certò conſtare, † illudque verbis diſertis exprimi ac realiter tradi neceſſe eſt, ſi donatio hæc remuneratoria pro valida debeat haberi.

Ita Domini in cauſa Balthaſari Kempfens zu Lützen/ Menſ. Decemb. Anno 1597. [Verba ſententiæ: Da ihr aber gedachtem euerm Weibe gegen der übergebenen Gerade hinwiederum eine gewiſſe Summen Geldes / oder ein Stück unbewegliches Guts / alſobald mit Vorbehalt der Fruchtnieſſung auff euer Leben/ wircklichen übergeben und zueignen würdet/ꝛc. So wäre ſolche Ubergabe ihrer Solennitäten halber zu Recht beſtändig/ V. R. W.]

Et in cauſa Chriſtiani von Quads/ Menſ. Majo, An. 1599. [Verba ſentent: Da euere Hausfrau euch ihre Gerade/ und ihr derſelben gegen ſolcher Gerade hinwiederum in continenti, und alſobald eine gewiſſe Summen Geldes/ oder ein Stück unbeweglich Gut vor Gerichte durch eine Ubergabe unter den Lebendigen ohne Vorbehalt des Eigenthums wircklichen übergeben und zueignen würdet/ ſo wäre ſolche Ubergabe/ als eine donatio inter vivos remuneratoria & Antidoralis, ihrer Solennitäten halben zu Recht kräftig und beſtändig/ V. R. W.]

Definit. III.

Remuneratio ſi in tempus futurum mortis differatur, donatio Geradæ marito facta valida non eſt.

1 *Secundò*, Remuneratoria ſeu reciproca geradæ donatio inter conjuges tùm demum ſubſiſtit, ſi Remuneratio ſtatim ac in præſenti facta fuerit, id
2 quod ex præcedenti requiſito verè dependet. † Nam ſi reciprocè donata res realiter tradi debet Definit. *præced.* utique non ſufficiet ſpes remunerationis
3 futuræ. † Proin, ſi remuneratio differatur in tempus mortis, veluti, quod maritus in remunerationis locum uxorem in teſtamento heredem inſtituat, vel rem reciprocè donatam poſt mortem demum conjugi tradi, ac dominium in ipſam transferri velit,
4 donatio geradæ haud valida erit. † Non enim verè donatio reciproca ſeu remuneratoria eſt, quæ in aliud tempus differtur, ſed potius pro ſimplici donatione habenda, *l. cum hic ſtatus 32. §. ſi ambo 14. verſ. proinde rectiſſimè dicetur l. 48. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. 8. verb. donat. largitus. n. 116. C. de rev. donat.* Bocer. *de don. c. 12. num. 6.* † Quia donatio reciproca eſt quæ- 5
dam permutatio, Gloſſ. *in l. quod autem. 7. §. ſi vir & uxor. 2. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Tiraquell. *dict. loc. num. 110.* † At permutatio traditionem 6
rei ab utraque parte jam factam præſupponit, *l. 1. ff. de rer. permutat.* Anton. Fab. *6. conject. 9.* † Quin 7
nec propterea ejusmodi donatio ſubſiſtere poteſt, quia remuneratio in caſum mortis dilata, facit conditionem, ſi nempe uxor ſuperſtes ſit maritô defunctô. † Atqui donatio conditionalis, mutua ac vi- 8
ciſſitudinaria ob incertum conditionis eventum dici nequit, ut in aperto eſt, Gail. *2. obſ. 40. n. 7.*

Ita Domini in cauſa Balthaſari Kempfens zu Lützen/ Menſ. Decemb. Anno 1597. [Verba ſent. Ob gleich euer Eheweib ihre volle Gerade euch durch eine Ubergabe unter den Lebendigen vor Gerichte mit Einwilligung ihres Kriegiſchen Vormundens übergeben und zueignet / um des willen/ daß ihr ſie in eurem auffgerichteten Teſtament zur Erbin eingeſetzet/ und wohl bedacht/ dieweil aber dennoch ſolches euer Vermächtniß nur auff den Todesfall gerichtet/ꝛc. So mag es auch für eine rechte und beſtändige Gegen-Gabe/ zu Latein donatio inter vivos remuneratoria oder antidoralis genennet / nicht geachtet werden/ und iſt demnach euers Weibes euch gethane Ubergabe der Gerade disfalls zu Recht nicht kräftig/ V. R. W.]

Et in cauſa Michaëlis Cocchii zu Oderan / Menſ. Jan. Anno 1631. [Verba ſentent. Ob nun wol der donatarius ſeinem Weibe der donatricin hinwiederum 100. fl. dergeſtalt verehret/ daß ſie dieſelbe / wenn er vor ihr verſterben würde/ zuvor hinweg haben und bekommen ſolte; dieweil aber dennoch ſolche Ubergabe nicht pura und ohne Bedingung/ ſondern auff n Todesfall gerichtet/ und alſo pro donatione reciproca ſeu remuneratoria nicht gehalten werden mag/ꝛc. So iſt auch die beſchehene donation der Gerade zu Recht nicht beſtändig/ V. R. W.]

Et in cauſa Joachims von Treſchkauens / Menſ. Octobr. Anno 1607.

Definit. IV.

Donatio remuneratoria à Marito in continenti, & in uno eodemq; actu donationis geradæ fieri debet.

Tertium remuneratoriæ donationis requiſitum 1
eſt, ut à Marito fiat in continenti, in uno eodemque actu donationis, † Cæteroquin, ſi ex inter- 2
vallo fiat, ut putà, ſi hodiè uxor geradam, poſt annum demum maritus aliquid reciprocè donet, donatio geradæ non ſubſiſtit, † per text. *in l. quæ jam* 3
nuptæ 48. ff. de donat. inter vir. & uxor. Andr. Gail. *l. 2. obſ. 40. n. 7.* Hart. Piſt. *l. 2. obſ. tit. 44. obſ. 2. num. 9.* Henr. Bocer. *de donat. c. 12. n. 3.* Tiraq. *in l. ſi unquam. 8. verb. donatione largitus. num. 110. & 116. in fin. C. de rev. donat.* † Illa ſiquidem 4
donatio ſolùm dicitur reciproca ſeu mutua, quæ ita perficitur, ut eodem contextu & veſtigio eodem alter ab altero, atque ita uterque aliquid confeſtim capiat, Tiraquel. *dict. loc.* † Unde & donatio hæc 5
dicitur quædam permutatio, Bocer. *dict. c. 12. n. 3.* † quæ certè præſentem rei traditionem ab utraque 6
parte in continenti factam præſupponit, *l. 1. ff. de rer. permutat.*

Ita Domini in cauſa Chriſtiani von Quads / M. Majo, Anno 1599. [Verba ſent. Und ihr gegen ſolches euers Weibes Ubergabe der Gerade / derſelben hinwiederum

in continenti, und alſobald eine gewiſſe Summen Geldes/oder ein Stück unbeweglich Gut für Gerichte durch eine Ubergabe unter den Lebendigen zueignen würdet ꝛc.]
Et in cauſa Balthaſari Kempfens zu Lützen/ Menſ. Decemb. Anno 1597.

Definit. V.

Mulier remunerationis causâ geradam marito donare volens, alterius Curatoris autoritate ad hoc opus habet.

1 QUartum Remuneratoriæ donationis requiſitum eſt, ut mulier alium adhibeat Curatorem, quo interveniente Marito geradam donet, Daniel. Moll. *ad h. Conſt. 13. n. 11.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 7. membr. 4. n. 91.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 12.*
2 *n. 39.* Jacob. Thom. *deciſ. 6. n. 1. & ſeqq.* † Quia de jure Saxonico Uxor non poteſt Viro aliquid donare, vel cum ipſo contrahere, niſi interveniente peculiari Curatore, qui uxori donanti vel cum viro contrahenti, autoritatem ſuam præſtet, Zobel. *in differ. jur. Civ. & Saxon. lib. 1. diff. 7.* Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 15. n. 51. part. 2.* Matth. Weſenb. *in*
3 *parat. ff. de fundo dotal. num. 7.* † Cujus rei ratio haud obſcura eſt; Etenim uxor ſtatim poſt celebratas nuptias in poteſtatem & tutelam mariti ſui
4 tranſit, *art. 31.* Landr. *lib. 3.* † Atqui jus non permittit, aliquem tutori ſuo ipſomet autore obligari,
5 *l. 5. ff. de autor. tutor.* † Nec poteſt tutor auctor in rem ſuam fieri §. *ult. ff. de autor. tutor.* Quare ut alius Curator adhibeatur, qui uxori donanti autor ſit, neceſſe eſt.

Ita Domini in cauſa Melchioris Andreæ à Trotta & Conjugis ſuæ, Catharinæ à Meusbach, ad requiſitionem Johann. à Tettenborn, Menſe Febr. Anno 1605. [Verba ſentent. In welche Ubergabe der Gerade des Weibes verordneter und beſtätigter Kriegiſcher Vormund gewilliget/ꝛc. So iſt dannenhero ſolche Ubergabe ihrer Solennitäten halber zu Recht beſtändig/ꝛc.]
Et in cauſa Balthaſar Kempfens zu Lützen / Menſ. Dec. Anno 1597.

Definit. VI.

Donatio Geradæ reciproca non niſi in judicio vel coram Notario ab Uxore marito facta ſubſiſtit.

1 QUinto: Præterea ad hoc, ut donatio geradæ remuneratoria ſeu reciproca inter conjuges valida & firma ſit, requiritur, ut in loco judicii, vel coram perſonis nomine judicii ad hoc miſſis, aut etiam coram Notario & teſtibus facta fuerit, per
2 Conſt. Elect. *14. part. 2.* † Quæ licet de donatione geradæ in extraneum factâ loquatur, & ad removendam omnem ſiniſtram ſuſpicionem, autoritatem judicis vel Notarii ad perficiendam ejusmodi donationem requirat, Bald. *in l. jubemus. 6. C. ad SCtum Trebell.* Ludolph. Schrad. *conſ. 1. num. 480.*
3 †Attamen dubitandum non eſt, quin idem in donatione geradæ marito ab uxore factâ obtineat, id-
4 que tantò magis, † quantò facilius mariti blanditiis uxor ad donationem geradæ perſuaderi poteſt, ut vel propterea extrajudicialiter vel absque Notario mulieri quicquam hâc in re agere non conce-
5 dendum ſit. † Nam in his, quæ judicialiter fiunt, vel adhibitô Notario, præſumitur animus mulieris magis deliberatus & conſultus, Matth. Coler. *part.*
6 *1. deciſ. 12. n. 28.* † Ac quod benè notandum, omnia ea, quæ in Conſt. *14. p. 2.* de donatione geradæ diſpoſita reperiuntur, ad præſentem quoque caſum, quo mulier marito ſuo geradam remuneratoriè donat, extendi, ſæpius in Elect. Saxon. Scabinatu obſervavi. Idque non modo generalitas *dict.* Conſtit. *14.* ſed etiam identitas rationis evincit, uti in aperto eſt.

Ita Domini in prædicta cauſa Melch. Andr. à Trottens & Conjugis ſuæ Cathar. Meußbachin / Menſ. Febr. Anno 1605.
In cauſa Gebhardi Marſchalcks zu Reichendorff & ejusdem Conjugis Sabinæ, gebohrner von Haugwitz/ ad requiſitionem Pauli von Reytſchitz/ Menſe Martio, Anno 1600.
Item in cauſa Balthaſari Kempffens zu Lützen/ Menſ. Dec. Anno 1597.

Definit. VII.

Ad validam donationem geradæ remuneratoriam inter Conjuges, requiritur traditio Clavium cum deſignatione rerum donatarum.

SExtum requiſitum donationis remuneratoriæ de 1
geradâ inter conjuges factæ, eſt Traditio clavium cum deſignatione rerum donatarum. Ita enim ſancitum ab illuſtriſſimo Elect. Saxon. † ut mulier 2
geradam donare volens, in judicio per Curatorem ſuum Donatario res ad geradam pertinentes ſcripto comprehenſas, unà cum clavibus tradat, *in* Conſtitut. *14. p. 2. in pr.* † Quod nec aliter ſervandum, 3
ſi donatio fiat extrajudicialiter, coram Notario & teſtibus, hôc inſuper additô, ut tùm claves in conſpectu ciſtarum & capſarum, quibus res eæ continentur, vel etiam res ipſæ ſimul tradantur, *dict.* Conſtit. *14. §. ult. verſ.* Jedoch / ſo müſſen die Schlüſſel alsdenn/ ꝛc. † Eaque præcisè etiam 4
obſervanda ſunt in donatione mulieris marito factâ, juxta tradita Defin. *præced. num. 6.* quippe † in 5
quâ major ſuſpicio verſatur, ut tantò cautius in hâc procedendum ſit. † Ac certè in donatione quo- 6
que conjugum remuneratoriâ dominium geradæ transferri debet, quod non aliter quàm per rerum donatarum vel clavium traditionem fieri poteſt, † adhibitâ rerum deſignatione, §. *Item ſi quis. 44.* 7
ubi Schneidew. & Weſenb. *Inſt. de rer. diviſ. l. clavibus. 74. ff. de contr. empt. l. 1. §. pen. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Ita Domini in cauſa Chriſtiani à Quads / Menſe Majo, Anno 1599. [Verba ſententiæ: Da euere Hausfrau euch ihre Gerade / nebens einem Verzeichniß aller derſelben Stücke und Uberreichung der Schlüſſel zu Kiſten und Kaſten/ in welchen berührte Stücke verwahret ſeyn/ ꝛc. und ihr derſelben hinwiederum eine gewiſſe Summen Geldes übergeben würdet/ꝛc. So wäre ſolche Ubergabe als eine donatio inter vivos remuneratoria & antidoralis ihrer Solennitäten halber zu Recht kräftig und beſtändig/ V. R. W.]

Et in cauſa Chriſtophori Günthers zu Marckendorff/ Menſe Mart. Anno 1625. [Verba ſentent. Ob wol euer Eheweib euch unter andern auch ihre Gerade Gerichtlichen durch eine donationem remuneratoriam übergeben / dieweil ſie aber dennoch bey ſolcher Ubergabe kein Verzeichniß der Gerade-Stücken/ noch die Schlüſſel dazu überreichet/ dieſelbe auch ſonſten in Gerichten nicht gegenwärtig geweſen/ꝛc. Als iſt auch ſolche Ubergabe der Gerade zu Recht nicht kräftig/ ꝛc.]

Item ad requiſitionem Johannis von Tettenb. / Menſe Febr. Anno 1605.

Item ad conſultationem Pauli von Reytſchitz / Men. Mart. Anno 1600.

Et in cauſa Eliæ Ermlers zu Naumburg / Menſe Junio, Anno 1634.

DEFINIT. VIII.

Reciprocæ geradæ donatio inter Conjuges æquivalens ſit, neceſſe eſt.

1 *Septimò:* denique ad hoc, ut donatio geradæ remuneratoria ſeu reciproca ab Uxore Marito facta ſubſiſtat, requiritur, ut res utrinque donatæ ſint æquivalentes, Andr. Goldb. *de gerad. c. 7. membr.* 2 *4. num. 54.* † Etenim per ſolam remuneratoriam ſeu reciprocam donationem Gerada in maritum 3 transferri poteſt, *h.* Conſt. *13. §. ult.* † Reciproca autem donatio in eo ſaltem, quod æquale eſt, vim & efficaciam mutuæ donationis habet, in ſuperfluo verò, quo altera alteram abundat, pro ſimplici ha- 4 betur, † nec inter conjuges valet, perinde ut nec quævis alia ſimplex donatio, *l. ex annuo. 15. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ex morte. 9. l. lege Leonis. 10. & Auth. æqualitas. C. de pact. convent.* Salyc. *in l. 1. C. de donat. ant. nupt.* Andr. Rauchb. *p. 2. quæſtion.* 5 *11. n. 16.* † Quod ipſum tamen cum micâ ſalis accipi velim, ut magna ſolummodò inæqualitas rerum 6 donatarum, donationem reciprocam vitiet. † Modicus namque exceſſus non ſtatim ſimplicem facit donationem, *dict. leg. ex annuo. 15. verb. ſi ſatis modicum eſt. ff. de don. int. vir. & uxor.* Tiraq. *in l. ſi unquam. 8. verb. donatione largitus. n. 123. C.* 7 *de revoc. donat.* † quia parum & nihil in jure æquiparantur, *c. licet cauſam. 9. extr. de probat. c. inſinuante. 7. extr. Qui cler. vel vovent.* Bald. *in Auth. præterea. circa fin. C. Unde vir & uxor.*

Hæcque ſunt requiſita, quæ in donatione reciproca ſeu remuneratoria, qua uxor geradam in maritum transferre valet, præcisè attendi debent, pronunciantibus ita Scabinis in cauſa Eliæ Schneiders zu Meiſſen / Menſe Septembr. Anno 1628. [Verba ſentent. Würde euer Eheweib Gerichtlichen / mit Einwilligung ihres Kriegiſchen Vormundens / euch alle ihre Gerade / vermittels eines ſonderbahren auffgerichteten Verzeichniß und Uberreichung der Schlüſſel ſchencken und zueignen / und ihr dagegen alſobald gedachtem euerm Eheweibe ſo viel Geldes oder etwas anders / ſo der Gerade dem Werth nach gleich / und damit alſo die donatio æquivalens ſey / hinwiederum ſchencken / und wircklichen überreichen / ſolches alles auch Gerichtlichen regiſtriren / und euch einen Schein darüber ertheilen laſſen / ꝛc. So wäre ſolche Ubergabe / als eine donatio inter vivos remuneratoria der Gerade / kräfftig und beſtändig / V. R. W.]

Item ad requiſitionem Johann. à Tetteborn, Menſe Februario, Anno 1601. [Verba ſententiæ: Ob nun wol ſolche Ubergabe ihrer Solennitäten halben zu Recht beſtändig / ꝛc. Da aber dennoch euerm Bericht nach die übergebene Geradeſtücke an ihrem rechten Werth weit über 500 fl. (ſo der Ehemann für die Gerade ſeinem Weibe reciprocè geſchencket) würdig / ſo wäre obbenannter Ehemann ſeinem Weibe ſolche Ubermaſſe heraus zu geben ſchuldig / V. R. W.]

Et ad conſultationem Chriſtophori & Alberti, fratrum ab Hunicke, Menſ. Majo, Anno 1606. [Verba ſentent. Dieweil aber dennoch von ſolcher donation bey den Gerichtlichen Acten keine Nachrichtung zu befinden / in den beyden donationibus auch eine groſſe Ungleichheit iſt / alſo daß ſie durchaus und in allen als eine rechte donatio mutua oder reciproca inter vivos, zwiſchen Eheleuten nicht beſtehen kan / ꝛc.]

DEFINIT. IX.

Vendere poteſt Uxor Marito ſuo Geradam etiam in teſtamento.

QUia ſola donatio inter conjuges prohibetur 1 *tot. tit. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † dubium non eſt, quin per Venditionem, aliosve ſimiles contractus, Uxor geradam in maritum alienare valeat, Andr. Goldb. *de gerad. c. 7. membr. 4. n. 61.* At illud controverſiâ non caret, † *Num venditio ejus-* 2 *modi in teſtamento celebrari poſſit?* placuit tamen Dominis ſententia affirmativa; † Etenim cum 3 mulier in teſtamento geradam marito ſuo vendiderat, ac inſimul pretium inde redactum in teſtamento eodem illi legaverat, † non ſolùm contractum 4 venditionis jure ſubſiſtere, ſed & pretium ex teſtamento maritum lucrari, reſponſum fuit. De hujus deciſi veritate licet dubitare velit Dan. Moller. *ad hanc Conſt. 13. num. 13.* eò, † quod gerada per teſta- 5 mentum, aliamvè ultimam voluntatem in præjudicium proximæ Cognatæ alienari nequeat, Conſt. Elect. *14. p. 2.* attamen in jure fundatum hoc eſſe, vel exinde probari poteſt, † quod venditio in teſta- 6 mento celebrata ſubſiſtat, ſuamque naturam retineat, nec vim teſtamenti ſortiatur, † quin etſi teſta- 7 mentum corruat, valeat tamen Venditio, ut contractus inter vivos, Gloſſ. & Dd. *in l. heredes palam. 21. ff. qui teſtam. fac.* Tiraquell. *in legib. connub. Gloſſ. 5. num. 101. & 102.* Jul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 75.* Moll. *ſemeſtr. lib. 5, differ. 5.* Nicol. Boër. *deciſ. 353. num. 4.* † Ut proinde ge- 8 rada in teſtamento vendita, per ultimam voluntatem neutiquam alienata dici queat. † Neque ul- 9 terius obſtat, quod urget Moller. *dict. loc.* venditionem iſtam in fraudem legis celebrari, quia fraus non præſumitur, nec quisquam fraudare dicitur, qui utitur poteſtate ſibi à jure conceſsâ, *l. Proculus. 26. & l. fluminum. 24. ff. de damn. infect.* † Et ſi ob- 10 jectio hæc Molleri alicujus ponderis eſſet, ſequeretur inde, nullam prorſus venditionem geradæ valere, nec unquam in præjudicium Cognatæ geradam donari vel alienari poſſe, quod tamen eſt contra Conſtitut. *14. p. 2.*

Ita Domini ad conſultationem Johannis à Popſchitz auff Windiſchenbohra / Menſ. Mart. Anno 1604. [Verba ſentent. Was aber die Gerade anlanget / ob wol dieſelbe die Teſtirerin der nächſten Niſſel zu Nachtheil auffn Todesfall nicht vergeben können / und demnach was ſolcher maſſen davon diſponiret / zu Recht nicht beſtehen mag / dieweil ſie es aber dennoch bey ſolcher diſpoſition nicht bewenden laſſen / ſondern die Gerade endlichen ihrem Ehemanne verkaufft / und mit Uberreichung der Schlüſſel ihme dieſelbe wircklichen tradiret / ꝛc. So wird auch gedachtem Ehemanne ſolche Gerade / ungeachtet daß Verkäufferin ſein Eheweib das Kauff-Geld in ſelbiger diſpoſition ihme wiederum auffn Todesfall vermacht / Kraft angezogenes Kauffes billich gelaſſen / V. R. W.]

DEFINIT. X.

Conſenſum Curatoris Mulier, vendens geradam marito, adhibere debet.

EXpediti juris eſt, quod Maritus ceu legitimus 1 tutor uxoris ſuæ ſibi ipſi conſenſum accommodare nequeat, perinde ſicut † nec pupillus tuto- 2 ri, ipſomet auctore, obligari poteſt *l. 5. ff. de autor. tutor.* † Quare ſicuti donatio geradæ 3 remuneratoria, absque Curatore, à muliere facta marito non ſubſiſtit, *Supr.* Defin. *5.* † Ita 4 nec

nec venditio absque ejusdem consensu à muliere validè celebrari poterit, Andr. Goldb. *de gerad. c. 7. membr. 4. n. 93.* Nam & aliàs de Jure Saxonico indubitatum est, † quòd uxor vendere marito nil quicquam possit, nisi interveniente peculiari Curatore, qui Uxori vendenti vel aliàs cum marito contrahenti autoritatem præstet, Andr. Rauchb. *p. 1. qu. 32. in pr.* Thoming., *decis. 14. in pr.*

Ita Domini ad requisitionem Mariæ, viduæ M. Pauli Pfeffingers zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1580. [Verba sentent. Ob nun gleich der Ehemann vor Notarien und Zeugen durch einen Kauff seines Weibes Gerade vor und um 150. Thl. an sich gebracht / dieweil aber dennoch bemeldtes sein Eheweib hierzu nicht bevormundet gewesen/ꝛc. So mag auch der Kauff zu Recht vor beständig nicht geachtet werden/ V. R. W.]

Definit. XI.

Venditio Geradæ marito ab Uxore minori pretiô, quàm reverâ valebat, facta, firma & valida est.

1 EX sententia Neratii valet Venditio inter Conjuges minoris celebrata, dummodo non donandi animô facta fuerit, *in l. si Sponsus. 5. §. circa venditionem. 5. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. vir uxori. 17. ff. ad SCtum Vellej. l. 38. in fin. ff. de contr.*
2 *empt.* Unde concludere licet, † Venditionem Geradæ non annullari ex eo quod istius valor pretium
3 à marito emptore solutum excedat, † quia donandi animus non præsumitur, Gloss. & Dd. *in dict. l. 5. §. circa venditionem. 5. ff. de don. int. vir. & ux.* Bald. *in l. quod autem. 7. §. si tibi maritus. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 7. membr. 4. n. 79.* Illud ergò solummodò dubium
4 relinquitur, † *cur in donatione geradæ antidorali, inter conjuges facta, æquivalentia requiratur, quæ tamen in venditione geradæ haud necessaria*
5 *est?* Sed tollitur difficultas, si pensitaverimus, † Reciprocam sive antidoralem donationem in eo saltem, quod æquale est, vim mutuæ donationis habere, in superfluo autem, quo altera alteram abundat,
6 pro simplici donatione haberi, † quâ gerada in maritum transferri nequit, etiamsi morte confirmetur,
7 *h. Const. 13. §.* Dieſe Donation. † At inquies, venditio quoque in eo quod pluris valet gerada vendita, quàm est pretium, donatio censetur? *l. 1. ff. si quid in fraud. patron.* Verum equidem hoc est, & eatenus venditio pro donatione habetur, non tamen geradæ, sed pretii, † quæ donatio pretii licet &
8 ipsa inter conjuges firma non sit, siquidem remissio pretii, quatenus maritus est factus locupletior, non valet, *d. l. si Sponsus. 5. §. circa venditionem. 5. ff. de*
9 *donat. int. vir & uxor. ubi* Bald. & Dd. † morte tamen cõfirmatur, ut quævis alia donatio (modò non sit Geradæ) inter conjuges celebrata, *l. cũ hic status. 32. ubi* Bartol. & Dd. *ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Ita Domini ad requisitionem Georgii à Stoisch, Mens. Novembr. Anno 1602. [Verba sent. Hat Frau H. S. à K. eheliche Haußfrau durch ihren Kriegischen Vormunden itzo gedachtem ihrem Ehemanne ihre Gerade und weiblichen Schmuck vor und um 50 Ungarische Gülden/auffn Fall sie ohne einige Tochter abgienge / verkaufft/auch mit Ubergebung der Schlüssel / und vorbehalt solche die Zeit ihres Lebens über zu gebrauchen/eigenthümlichen tradiret und zugestellet/ꝛc. So verbleibet nunmehr solche Gerade/ungeachtet/daß dieselbe etliche tausend Thaler werth ist / Kraft des geschlossenen Kaufs dem Ehemanne billich/V. R. W.]

Item ad consultationem Johannis à Popschitz, Mense Mart. Anno 1604.

Et ad petitionem Sebastiani KetWitz, Mens. Junio, Anno 1603.

Item Caspari Meirs zu Torgau / Mense Octobri, Anno 1633.

Definitio XII.

Venditionem Geradæ marito factam, Uxoris defunctæ Cognata rescindere nequit ex beneficio L. 2. C. de Resc. Vendit.

LIcet dubium non sit, quin geradâ viliori pre- 1
tiô venditâ marito, ipsamet Uxor venditrix id,
quod deest justo pretio, repetere possit, † eò quod 2
remissio pretii ceu donatio inter conjuges non valeat, *l. si Sponsus. 5. §. circa venditionem. 5. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † Attamen defunctâ Vendi- 3
trice, Cognatæ, cui aliàs gerada defertur, facultas repetendi residuum justi valoris haud competit, † quia morte Uxoris remissio pretii sive donatio 4
fuit confirmata, *l. cum hic status. 32. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † At quid, *si venditrix mulier* 5
ultra dimidium justi pretii læsa fuerit, annon tum Cognatæ ex l. 2. C. de resc. Vendit. adversus maritum emptorem experiri licebit? Neutiquam certè. † Quis enim dicere ausit, Venditricem adeò fuisse 6
ignaram pretii venditæ geradæ, ut etiam ultra dimidium veri pretii se lædi, passa fuerit, cùm aliàs mulieres ejusmodi rerum, quæ geradæ nomine veniunt, valorem exactè scire soleant, ut dubium haud sit, quin sciens ac volens geradam tàm vili pretiô marito vendiderit, † quo sanè casu benefi- 7
cium *L. 2. C. de Resc. Vendit.* omninò cessat secundum Anton. Fab. *part. 1. de Error. prägmat. Decad. 7. Error. 8. circa med.* Trentacinqu. *lib. 3. resol. 3. de empt. & vendit. n. 9.* Ant. de Burgos *in c. cum dilecti. 3. n. 18. & c. cum causa. 6. n. 20. extr. de empt. & vendit.* † quia volenti ac scienti læsio inferri ne- 8
quit, *l. 1. §. usque adeò. 5. ff. de injur. l. nemo videtur. 145. ff. de reg. jur.* † Et sciens æquiparetur re- 9
nuncianti sive remittenti jus & actiones suas, *arg. l. 1. §. ult. ff. de act. empt. l. cujus per errorem. 53. ff. de reg. jur.* † cui non est dandus regressus, *l. quæritur. 14. C. si venditor. 9. ff. de ædil. edict.* 10

Ita Domini ad consultationem Sebastiani Kestners zu Leipzig/Mens. April. Anno 1616. [Verba sent: Hat eine Frau von Adel in Thüringen ihrem Ehejunckern ihre Gerade vor und um 700. fl. mit Zuziehung und Einwilligung ihres Kriegischen Vormundens käufflichen übergeben und zugeeignet/ꝛc. Ob nun wol selbige Gerade viel ein mehrers würdig/ und auff 4000. fl. geschätzet wird/ꝛc. So ist doch dessen ungeachtet der einmal geschlossene Kauff zu Recht beständig / und mag nunmehr von der verstorbenen Verkäufferin nächsten Nifftel unter dem Schein einiger læsion ex l. 2. C. de resc. vendit. nicht gefochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.]

Et in casu simili ad requisitionem Mariæ Arnoldin zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1681. [Verba sent. Ob dann gleich solche Gerade mehr denn noch die Helffte so viel werth gewesen/ꝛc. So mag dennoch solcher Kauff von der verstorbenen Nifftel nicht umgestossen werden/ V. R. W.]

Definit. XIII.

Maritus quatenus Uxori expeditorias donare valeat.

QUum maritus quidam conjugi res expedi- 1
torias,

torias, vulgò das Heer-Geräthe/ donare vellet, quærebatur, *an hoc facere ipsi liceret, & num donatio*
2 *hæc subsisteret?* † Minus sanè dubium erat ejusmodi
3 donationem invalidam esse, † nisi remuneratorie fieret, cùm nec simplex aliarum rerum donatio inter conjuges valeat, *l. 1. l. 2. l. 3. & tot. tit. ff. de don. int. vir. & uxor.* Johan. Schneidevvin. *ad §. aliæ autem. 2. n. 57. Inst. de donat.* Anton. Tessaur. *dec 32.*
4 *n. 1. & seqq.* † Sed nec per donationem remuneratoriam sive reciprocam Maritus res expeditorias in Uxorem transferre potest, nisi judicialiter vel coram Notario & testibus hasce res præsentes conjugi tradiderit, ac res utrinque donatæ æquivalentes fuerint, quia non aliter mulier geradam marito donare
5 valet secundum supra dicta, † Argumentum verò à Gerada ad res expeditorias & contra, in jure Saxonico frequens & probabile est, Gloss. *in Art. 19.* Landrecht. *lib. 1. lit. C. & in art. 24. verb.* nach dem Heergeräthe *dict. lib. 1. art. 15. 3.* Landrecht. Andr. Goldb. *de Gerada c. 5. rubr. de success. Cognat. transv. n. 23. & 49.* Matth. Coler. *de process. execut.*
6 *p. 1. c. 3. n. 273.* † Ex quo infero, donationem rerum expeditoriarum, hoc modo factam, valere, si mulier in remunerationem geradam marito donaverit.

Ita Domini in causâ Eliæ Schneiders zu Meissen / Mens. Septemb. Anno 1618. (Verba sent. Würde euer Eheweib euch alle ihre Gerade gebührender massen schencken und zueignen/ und ihr dagegen alsobald gedachtem euerm Eheweibe remuneratorie euer Heergeräthe / und so viel Stücke darin gehörig würcklichen / in Beyseyn derer dazu erfoderten Gerichts-Personen / tradiren, darneben auch so viel Geldes / oder etwas anders / so der Gerade dem Werth nach gleich/ daß also die donatio æquivalens sey/ ihm überreichen / solches auch absonderlichen registriren, und einen Schein darüber ertheilen lassen / &c. So wäre solche Ubergabe als eine donatio inter vivos remuneratoria der Gerade und des Heergeräths auff beyden Theilen kräfftig und beständig/ V. R. W.)

It. in causa Andreæ Teuffels zu Annaberg / Mense Febr. Anno 1628.

Et in causa Benedicti Thomæ zu Möckritz / Mens. Jul. Anno 1635.

Definit. XIV.

Donatio inter virum & Uxorem non valet, licet in heredes donatarii collata fuerit.

1 INdubitati juris est donationem inter maritum & uxorem non valere, nisi morte confirmetur, *l.*
2 *cum hic status. 32. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † Quod nec aliter se habet in foro Saxonico, *lib. 1.* Landr. *art. 31. §.* Darumb mag kein Weib. Matth. Wesenb. *in parat. ff. de donat. int. vir. & uxor. n. 5.* Schneidevv. *in §. aliæ autem. 2. n. 57. Inst. de donat.* Coler. *p. 1. dec. 12. n. 22.* Christ. Zobel. *part. 2. differ.*
3 *20. n. 1.* † At quid, *si Maritus Uxori ita donaverit, ut si illa superstite se, decesserit, res donati ad ipsius heredes perveniat; annon tùm, maritò superstite,*
4 *donatio in persona heredum sustinebitur?* † Dubium equidem movet textus *in dict. l. cum hic status. 32. §. si nurus. 18. ff. de donat. int. vir. & uxor.* ubi donatio
5 Socero facta; † cui non minus donare prohibetur Nurus, *l. 3. §. videamus. 1. ff. eod. tit.* defuncto eo in ipsius herede, marito scilicet, adeò subsistit, ut mor-
6 te donatricis confirmari queat. † Quem textum singularem dicit Bald. *ibidem*, de ejusque intellectu & lectione valde laborant Ant. Fab. *lib. 5. conject.* 17. & Jac. Cujac. *lib. 25. observ. 9.* Sed nihil inde ad casum præsentem inferendum. † In *dict.* enim *l. 32.* 7
§. si nurus. 18. ff. d. t. ideo donatio à Nuru Socero facta sustinetur, quando maritus heres Soceri fit: quia contemplatione mariti donatio facta censetur; unde in ipsius persona morte donatricis confirmari potest † At in casu proposito persona do- 8
natariæ, Uxoria nimirum, potissimum in consideratione est, quare ab initio statim donatio nulla atque irrita habetur, nec jam ampliùs in persona heredum confirmari potest, † cum ad eum statum pervenerit, à quo incipere nequit, Vid. Thoming. *decis. 9. in fin.* Hart. Pist. *observ. 84. & ibid. in not.* Sim. Ulr. Pist. 9
† Idque probatur per *text. in l. à marito. 18. C. de* 10
donat. inter vir. & uxor. ubi expressè habetur, quòd donatio, à Marito in Uxorem facta, nec initiò dominium transferat, nec posteà, si prior persona, quæ liberalitatem accepit, rebus humanis fuerit exempta, possit convalescere. † Nec enim, quando con- 11
tractus principalis nõ valet, reliquæ clausulæ, de heredibus accessoriè annexæ, subsistere possunt, ut notat Gloss. *in l. si patronus. 3. §. patronum. 2. in verb. Faviana. ff. si quid in fraud. part.* Bald. *in l. Imperator Titus. 8. col. 4. ff. de stat. hom.* Hart. Pist. *dict. observ. 84. n. 12.*

Ita Domini in causa Melchior Luders zu Peßneck / Mens. April. Anno 1626. (Verba sent. Habt ihr euerm Eheweibe etliche Mobilien an Hausrath und Baarschafft verehret/ dergestalt/ daß solche nach ihrem Absterben auff ihre nechste Erben kommen und fallen sollen/ wenn nun gleich bemeldtes euer Eheweib vor euch versterben möchte / &c. So wäre doch die beschehene donation, so viel auch ihre Erben anlanget/ zu Recht unkräfftig / und dieselben der geschenckten Stücke sich anzumassen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XV.

Donatio inter Conjuges morte confirmatur usq; ad summam quingentorum solidorum, si judicialiter insinuata non fuerit.

NEmo existimet, donationem inter virum & 1
Uxorem in tantum legibus improbari, ut nullo prorsus casu valere queat. Quid enim, *si revocata nõ fuerit, sed donator in voluntate usq; ea ad mortẽ perseveraverit?* † Morte tum confirmari donatio- 2
nem inter Conjuges, & in persona heredum valere, probant *text. in l. cum hic status. 32. §. 2. & seq. ff. de don. int. vir. & uxor. l. 1. l. donatio. 3. l. si maritus. 10. C. eod. tit.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 12. n. 14.* Joh. Schneidevv. *ad §. aliæ. 2. n. 59. Inst. de don.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 91. n. 1.* † Modò vivente ad- 3
huc donatore, secuta fuerit traditio rerum donatarum, *secundum* Bartol. *in l. Papinianus. 23. ff. de don. int. vir. & uxor.* quem sequitur Andr. Goldb. *in tr. de Gerad. p. 155. n. 13.* † Sed, *quid juris in do-* 4
natione, summam quingentorum solidorum excedẽte, judicialiter non insinuata? † Et hanc etiam ultra 5
legitimam summam morte conjugis confirmari, arbitrari quis posset; † quia ejusmodi donatio assi- 6
milatur donationi mortis causa, & valet in vim fideicommissi, *l. in donationibus. 12. C. ad Leg. Falcid.* Ergò non opus videtur insinuatione; † Sicuti nec ea requiritur in legatis & fideicommissis, 7
Modest. Pist. *part. 4. q. 145. n. 8.* † At, contrarium placuit Imperat. Justiniano: Donationes nimirum inter conjuges usque ad legitimam solummodo sum-

do ſummam morte confirmari, ſi actis non fuerint intimatæ, ita ſancienti in *l. donationes. 25. C. de don. int. vir. & uxor.* Joh. Schneidevv. *in dict. §. aliæ. 2, n.* 9 59. *Inſt. de donat.* † Mors enim confirmat tantùm donationem quoad impedimentum conjugii, quod morte ſolvitur, non ſupplet reliquas ſolennitates, 10 Bald. & Salycet. *in d. l. donationes. 25. C. d. t.* † Itaque ſi mulier ſine Curatore, vel judicis autoritate rem immobilem donaverit, non confirmatur in foro Saxonico morte talis donatio, juſtæ ſolennitatis expers, quam mors ſupplere nequit. Matth. Weſenb. *in not. margin. ad* Schneidevv. *dict. loc. lit. a.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Es wäre denn/ daß ihr als der donator vor euerm Eheweibe verſtürbet; auff ſolchen Fall würde ſelbige donation iedoch / weil ſie nicht Gerichtlichen inſinuiret worden/ weiter nicht als auff 500. Ungariſche Ducaten / durch euern Todt und Abſterben confirmiret, und hätte ſich dennoch ſo dann euer Eheweib und nachmals ihre Erben der geſchenckten Stücke anzumaſſen wol Fug/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Uxor marito ſuo conſenſu Curatoris in judicio validè donare poteſt.

1 HAud pauci exiſtunt caſus, quibus donatio inter conjuges validè ac efficaciter celebrari poteſt; quos referunt copiosè Interpp. Joh. Schneidevv. *in §. aliæ. 2. n. 58. & ſeqq. Inſt. de donat.* Dom. Card. Tuſch. *tom. 2. lit. D. concl. 690. 691.* Berlich. *part. 2. concl. 15. n. 5. & ſeqq.* Matth. Coler. *part. 1.* 2 *dec. 12.* † Inter hoſce caſus admodum notabilis eſt: Si Uxor coram Magiſtratu peculiarem Curatorem ſibi eligat, ejusque autoritate marito donet, 3 vel è contrario: † Tum enim donatio hæc inter vivos, ſive ſit rerum mobilium, ſive immobilium, inter conjuges rectè valebit; modò etiam actis publicis inſinuetur, per Gloſſ. *lat.* (ubi ita de conſuetudine practicari teſtatur) *ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 31. lit. I. Quam ſequitur* Matth. Coler. *dict. deciſ. 12 num. 24.* ubi ita quotidiè in omnibus Scabinatibus pronunciari dicit. † De qua obſervan- 4 tia etiam teſtatur Schneidevv. *d. l. n. 64. in fin.* Zobel. *part. 2. diff. 22. n. 24.* † Licet enim jus Saxon. 5 *in dict. art. 31. lib. 1.* Landr. nullam uxorem marito ſuo donare poſſe ſtatuerit: Attamen hæc prohibitio ad donationem, in judicio factam, haudquaquam extendi debet; † quæ inter conjuges pro- 6 pterea non improbatur, quod in his, quæ judicialiter fiunt, præſumatur animus conjugum magis deliberatus & conſultus, Coler. *d. dec. 12. num. 28.* Et enim, ſi certas ob cauſas de ſuis bonis in vitâ ſuâ diſponere quid intendunt conjuges, non denegandum eis eſt hoc arbitrium *l. in re mandata. 21. C. mandat.* † Cum iniquum ſit liberis & ingenuis 7 hominibus liberam rerum ſuarum adminiſtrationem non eſſe, *l. non usq; adeo. 2. ff. ſi quis à par. man. fuer.* In Uxore tamen, donante quid marito, autoritas magiſtratus non ſufficit, † ſed conſenſus Cu- 8 ratoris præcisè requiritur; Quia mulier nullum actum judicialem absque conſenſu Curatoris firmiter celebrare poteſt, per text. *in art. 46. lib. 2.* Landr. † Et in foro Saxonico absque Curatoris autoritate, 9 in judicio celebratus mulieris actus nunquam tanti habetur momenti, quin ſi pœnitere velit, poſſit illum revocare & reſcindere; † Cùm pacta mulie- 10 rum, deteriorem dotium conditionem facientia, non magis valeant de jure communi, quàm actus pupillorum geſti ſine tutorum autoritate, ſecundum tradita Colet. *dict. deciſ. 12. n. 38.*

Ita Domini in cauſâ Ludolphi Schmieds zu Eiſenberg/ M. Auguſt. Anno 1633. (Verba ſent. Hat euch euer Eheweib in abgewichenem Jahre ihr Wohn-Haus/ ſo ſie von ihren Eltern ererbet/ eigenthümblichen übergeben. Ob nun wol ſonſten unter Eheleuten dergleichen donatio inter vivos nicht zuläßlich iſt / dieweil aber dennoch bemeldtem euerm Eheweibe hierzu ein Curator verordnet worden / mit deſſen Einwilligung ſie für Gerichte/ da ſie zuvor dieſer Sache zur Gnüge erinnert/ gedachtes Haus euch geſchencket/ ſolche donation auch den actis inſinuiren laſſen/ ꝛc. So wird geſtalten Sachen nach/ berührte donatio inter vivos, nach gemeinem Wahn der Sächſiſchen Rechtsgelehrten/ vor kräfftig billich gehalten/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Inveſtitura de bonis Uxoris immobilibus, ſeu ceſſio poſſeſſionis facta marito in judicio, Gerichtliche Belehnung/ *non tribuit ipſi dominium, nec valet in vim donationis mortis cauſâ.*

1 HIſce in Provinciis uſitatiſſimum eſt, ut mulieres poſſeſſionem bonorum immobilium cedant maritis, eosque de his inveſtiri faciant in judicio; qui propterea dicuntur Lehenträger/ omniaque onera, quæ aliàs Domino ac poſſeſſori incumbunt, ſuſtinent. † Quæ tamen ceſſio ipſis domi- 2 nium haud tribuit. Etſi enim uxor per donationem, inter vivos in judicio factam, bona ſua conſenſu Curatoris in maritum transferre queat, juxta tradita defin. *præced.* † Attamen hoc ipſum non aliter 3 accipiendum eſt, quàm ſi mulier in judicio reſignet dominio pariter, ac poſſeſſioni bonorum ſuorum, eaque expreſsè donet marito. † Secus verò, ſi cedat 4 ipſi ſolam poſſeſſionem, eumque de bonis ſuis inveſtiri faciat, als einen Lehenträger / hoc fine, ut onera civilia ac ſervitia conſueta præſtet, quæ aliàs fœminæ haud injungi ſolent. Qualis ſanè ceſſio donationem non facit, † ad quam excludendam 5 quælibet alia conjectura potius ſequenda eſt, *l. ſi non ſortem. 26. §. ſi quis falsò 2. ubi* Bart. *ff. de cond. indeb.* Franc. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. con-* 6 *vent. tom. 2. lib. 3. tit. 9. num. 26.* † Neque donatio præſumitur, præſertim inter conjuges, cui aliàs lex reſiſtit, *l. utrum. 47. ff. de donat. int. vir. & uxor. ubi* Salycet. *in fin.* † Quod enim expreſsè fieri non po- 7 teſt, nec tacitè actum intelligitur, *l. qui ad certum. 14. ff. locat.* Bald *in Auth. ex teſtamento. num. 5. C. de collat.* † Quin etiam Uxor in hâc ceſſione perſeve- 8 raverit, eamque ante mortem non revocaverit: nihilominus tamen, defunctâ illâ, dominium bonorum ejus heredibus cedit, nec ad maritum ſuperſtitem pertinet; † Quia ejusmodi ceſſio, contrà in- 9 tentionem cedentis, vim donationis mortis cauſâ non habet; Neque hæc præſumitur, † niſi expreſsè 10 ita donatum, ac mortis mentio facta fuerit, *l. Seja. 42. §. ult. ff. de mort. cauſ. donat.* Jul. Clar. *lib. 4. ſent. §. donat. q. 4. n. 2.* Gomez. *lib. 2. var. reſolut. c. 4. n. 15.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præſ. 35.*

Ita Domini in cauſa heredum Caſpari Reichels zu Reichſtadt/ Menſ. Jul. Anno 1628. (Verba ſent. Hat Jacob Lutzens Wittib zu Heckendorff An. 1596. ein Gut erkaufft/ darauff ſie ſich nachmals mit eurem Vetter Caſpar Reicheln verehlichet; Ob ſie nun wol demſelben das erkaufte Gut in Lehen reichen laſſen/ ꝛc. So hat doch gedachter Caſpar Reichel das Eigenthum des Guts dadurch nicht erlanget/

get/ sondern ist allein für einen Lehenträger zu achten gewesen/ꝛc.)

Et ad requisitionem Georgii Christophori à Kitzschers zu Thierbach/Mens. Majo, Anno 1627. (Verba sentent. Ob sich nun wol ißtgedachter Ehemann Hans Busch des Guts anzumassen gemeynet/mit Fürwenden/daß sein verstorben Eheweib bey ihrem Leben ihm solches in Lehen geben lassen/ꝛc. Dieweil er aber dennoch dadurch das dominium des Guts nicht erlanget/ sondern dasselbe den: Eheweibe eigenthümblichen verblieben; So hat sie auch nachmals solches Gut auff ihre Kinder bracht und verfället/ und es hat sich der überlebende Ehemann dessen nicht anzumassen/V. R. W.)

Item ad consultationem Johannis Költzschen zu Dölitzsch/ Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sent. Ob sie nun wol darauff bemeldte Gütere ihrem Ehemann in Lehen reichen lassen/ꝛc. So hat doch derselbe das Eigenthumb gedachter Güter e dadurch nicht erlanget/ sondern ist allein vor einen Lehenträger zu achten gewesen/ꝛc.)

11 † Ex speciali tamen ac inveteratâ consuetudine hujus Urbis Lipsiæ, ejusmodi cessio possessionis, seu investitura, de bonis Uxoris marito facta, vim & efficaciam donationis mortis causa habet, adeò, ut defuncta uxore, superstes maritus, vigore hujus cessionis, proprietatem bonorum consequatur.

12 † Quare si mulier cedat possessionem bonorum suorum marito, deque hisce in judicio investiri eum faciat, Stellt ihn für zu einem Lehenträger/ Magi-

13 stratus ipsi hoc notificare solet; † ne inscia hujus consuetudinis, jure suo quasi defraudetur, sed pro lubitu vel alium possessorem sistere, vel cessionem revocare, aliudve disponere queat.

Ita Domini ad requisitionem Christoph Franckens zu Leipzig/Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wol sonst nach Gewonheit und Herkommen dieser Stadt/ dergleichen Belehnungen unter den Eheleuten nur allein die Würckung einer Ubergabe auffn Todesfall haben/ꝛc.)

Definit. XVIII.

Reciproca seu remuneratoria donatio inter Conjuges valida est.

1 VAlet donatio inter virum & uxorem, quando ex ea donator pauperior non fit, nec donatarius locupletior, *l. sed et si. 25. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 3. ff. pro donato.* Matth. Wesenb. *parat. ff. de donat. int. vir. & uxor. n. 4. in fin.* Joh. Schneidevv.

2 *in §. aliæ. 2. num. 58. Inst. de donat.* † Ex quo corruit opinio Dan. Molleri statuentis, ne quidem antidoralem seu remuneratoriam donationem inter

3 Conjuges valere, *in* Const. *hac 13. num. 6.* † Etenim, quia donatio reciproca & remuneratoria fit cum onere & spe, ut tantum recipiat donator, quantum donat, indeque paupertas non metuenda est, satis liquet, ejusmodi donationem inter virum & uxo-

4 rem benè subsistere; maxime, † cùm mutua seu vicissitudinaria donatio propriè non sit donatio,

5 *l. Aquilius. 27. ff. de donat.* † Quod & probatur per *text. in l. quod autem. 7. §. si vir & uxor 2. ff. de donat. int. vir. & uxor. & l. si pater puellæ 12. ubi* Dd. *C. de inoff. testam.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 40. n. 7.* Schneidevvin. *dict. §. aliæ. 2. n. 61.* Matth. Coler.

6 *p. 1. decis. 12. num. 44. & seqq.* Mynsing. *cent. 2. observ. 33. n. 6. & seqq.* † Nec obstant textus à Mollero allegati *in l. 1. l. 2. l. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor.* ad quos respondet Berlich. *part. 2. concl. 15. num. 11.*

Ita Domini ad requisitionem Christophori Franckens zu Leipzig/Mens. Jul. Anno 1631. (Verba sententiæ: Dieweil es aber deñoch mit gegenwärtiger Ubergabe diese Beschaffenheit hat/ daß solche pro donatione remuneratoria, so unter den Eheleuten zulässlich und gültig ist/ zu halten/ꝛc.)

Definitio XIX.

Donatio inter Sponsum & Sponsam jure subsistit: Unde & Sponsa defuncta catenam Morgengabicam, ceu rem ad geradam pertinentem, ad proximam Cognatam transmittit.

1 QUod de prohibitâ donatione inter Conjuges dictum fuit, illud ad Sponsum Sponsamve extendi non debet. † Etenim, si conjuges sibi invicem

2 ante nuptias quid donent, veluti catenas, armillas, annulos &c. uti in Germania fieri solet, donatio

3 hæc omninò subsistit; † Nec matrimonio secuto revocatur, *l. inter eos. 27. l. Seja Sempronia 66. §. virgini 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Joh. Schneidevvin. *ad §. aliæ autem. 2. numer. 62. Inst. de donat.*

4 † Quin & valida est donatio, quam Sponsus Nobilis Sponsæ post concubitum manè, solenni nuptiarum die facit, dum ei catenam auream donat; quam

5 donationem vulgò vocant Morgen-Gabe. † Quia hæc donatio ad nuptiarum solennia pertinet. Atqui donationem eorum, quæ necessaria sunt ad solennia nuptiarum & contrahendum matrimonium inter Sponsum & Sponsam valere, docet Roman. *in consil. 146. ex l. si quis pro Uxore. 21. vers. in contrahendo matrimonio ff. de donat. int. vir. & uxor.* †

6 Quem sequitur Natta *in consil. 317. tom. 2.* & Hartm. Pistor. *lib. 1. qu. 44. num. 1.* † Unde & fit, quod hanc

7 catenam, ceu rem ad geradam pertinentem, Uxor ante maritum decedens, ad proximam Cognatam transmittat, Hartm. Pistor *dict. qu. 44. n. 7.* † Ex

8 generali præsertim consuetudine, quâ mundus muliebris, & utensilia in foro Saxonico, non tàm ex donatione antea factâ, quàm ex juris Saxonici provisione, ad defunctæ uxoris cognatas pertinent, Pistor. *dict. loco. n. 8.*

Ita Domini ad consultationem Antonii Boceri Cottæ zu Wiesenstadt/Mens. Jun. Anno 1622. (Verba sent. Daß die güldene Kette/welch Juncker J. H. seinem verstorbenen Weib vor dessen nach gehaltenem Beylager zur Morgen-Gabe geschencket/zur Gerade gehörig/ und der Verstorbenẽ nechsten Nattel billich nachgefolget wird/V. R. W.)

Definit. XX.

Valet donatio inter Conjuges, in festo Nativitatis Christi celebrata, was eines dem andern lässet zum heiligen Christ bescheren.

1 EX consuetudine universali in toto ferè Christianorem orbe receptum est, ut in festo Nativitatis Christi parentes liberis suis, & conjuges sibi ipsis invicem munera offerant, in memoriam Dei incarnati, & ex pia congratulatione de Christo homine nato; Lassen es zum heiligen Christ bescheren. †

2 Quam donationem inter Conjuges universalis Germaniæ observantia approbat, eamque rescindere & revocare admodum impium esset. † Nam & aliàs

3 donatio, honoris causâ facta, inter conjuges quoque subsistit, juxta tradita Roman. *in cons. 146.* & Hart. Pistor. *lib. 1. qu. 44. n. 12.* per *l. quod adipiscendæ. 40. cum l. seqq. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Ita Domini in causâ Gottliebs von Köckeritz zu Skaucha/ Mens. April. Anno 1633. (Verba sententiæ: Hat eure Mutter

Mutter eurem Stief-Vater Zeit währender Ehe / zu unterschiedenen Jahren von ihrer Gerade etliche Ketten/ Armbänder/Ringe/ und ander Geschmeide zum heiligen Christ geschencket/ꝛc. So verbleiben ihme solche Stücke als sein Eigenthum billich/ꝛc.)

Definit. XXI.

Maritus Uxori Geradæ nomine quid donare non prohibetur.

1 DUlm mulier marito geradam donare prohibetur, Gloss. *art. 31. lib. 1.* Landr. & Gloss. Leheur. *c. 57. vers.* Ihr sollet wissen. *b.* Const. *Elect. 13.* nec contrà marito, geradæ nomine uxori quid donare licet arbitrari quis posset. Ex natura correlativo-
2 rum, † in quorum uno si quid dispositum est, id ad aliud quoque correlatum extendi debet, *l. fin. C. de indict. viduit.* Everh. *in loc. à corrdat. n. 3.* Sed infringit hoc argumentum, ex natum correlato-
3 rum desumptum, † dispar ratio Viri & uxoris, quæ in eo consistit, quod species, quas maritus Uxori donat, nondum sint Gerada, antequam in dominium uxoris pervenerint. † Viri namque geradam non
4 possident, sed omnia, quæ habent, sunt hereditaria, *art. 5. in fin. lib. 1.* Landr. Dan. Möller. *2. semestr. 6.*
5 *num. 2.* † Quid ergò mirum, ut liceat marito geradæ nomine donare quid uxori, quod tamen è contrario uxori, geradam polidenti, haud regula-
6 riter concessum est. † Eaqie donatio Geradæ, uxori à marito facta, adeò valet, ut mortis confirmatione non indigeat, sed res donatæ, licet uxor ante maritum fatô fungaur, unà cum cæteris speciebus, ad Geradam pertinentibus, ad proximam Cognatam devolvantur. *art. 27. lib. 1.* Landr. *art. 38 l. lib. 3.* Landr. Weichbild. *art. 23. in fin.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 7. nembr. 4. n. 98.* Hartm. Pist.
7 *lib. 1. qu. 31. n. 11. & 37.* Et licet aliàs donatio inter conjuges prohibita sit: attamen ad casum præsentem prohibitio hæc propterea trahi non debet; quia res, ad Geradam petinentes, ut plurimum ad sustentationem rei familiaris, & ut uxor eò lau-
8 tiùs incedat, comparantur; † Quem in finem maritus uxori donare non prohibetur, *arg. l sicut certo 5. §. interdum 10. ff. commod.*

Ita Domini in causa Viduæ Henrici Möckels zu Oelscha/ Mens. Jan. Anno 1629. (Verba sententiæ: Hat Sebastian Morach seinem Weibe/ euer Muhmen / viel Betten/ leinen Gereth/ und andere Gerade-Stücke verehret und geschencket/ꝛc. So ist solche doratio zu Recht kräfftig/ und hat demnach bemeldte eure Muhme nach ihrem Absterben/ unangesehen ihr Mann noch am Leben ist / solche Gerade-Stücke auff euch/ als ihre nehestе Nifftel / gebracht und verfället/ V. R. W.)

Definit. XXII.

Inter Conjuges Emptio Venditio aliive Contractus celebrari possunt, modò Uxor alium adhibeat Curatorem.

DUbium non est, quin Vir & uxor invicem eme- 1
re & vendere, societatem contrahere, mutuò dare, pignorare, permutare, deponere, omnisque generis contractus celebrare possint, † solâ dona- 2
tione exceptâ, Bald. *in l. si prædia 59. in pr. ff. de don. int. vir. & uxor. & in l. quod autem. 7. ff. eod. tit.* Salyc. *in l. ult. C. de pact.* Anton. Hering. *in tr. de fidejuss. c. 6. num. 103.* † In foro saltem Saxonico 3
videtur impedire hosce contractus id, quod vulgò dicitur: Mann und Weib haben nicht gezweyet Gut/ *art. 31. lib. 1.* Landrecht/ Quomodo ergò contrahere poterunt, si bona habeant indivisa? † Sed 4
accipiendum est hoc non de proprietate, sed solùm de possessione & usufructu, ut explicat Gloss. *latin. ad text. german. dist. art. 31. lit. a.* ex textu latino illius artic. † Nil ergò obstat, quò minus etiam in 5
foro Saxonico, quantum ad proprietatem bonorum contrahere invicem queant Conjuges. † Quod 6
& observantiâ ita receptum est, teste Dan. Moller. *ad Const. Elect. 15. num. 50. part. 2.* Hier. Panschm. *lib. 2. qu. 5. num. 27.* † Modò Uxor, cum marito 7
contrahens, alium adhibeat Curatorem, qui consensum & autoritatem suam interponat, Moller. *d. l.* Matth. Wesenb. *cons. 11. numer. 4.* Thoming. *decis. 14. n. 1.* Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 1. num. 24. vers.* Derowegen sie ihme/ꝛc. Andr. Rauchb. *p. 1. q. 2. n. 48. qu. 24. n. 2.* † Nam maritus autor uxori 8
in causa propria esse nequit, *l. pupillus 5. in pr. ff. de aut. tutor.* † Causa autem propria mariti dicitur, 9
cujus utilitas ad ipsum pertinet, *l. 1. §. in propria, 11. ff. quando appell. sit l. 10. C. de testibus.*

Ita Domini in causa Andreæ Bernhards zu Döltzsch / M. August. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wol solche Ubergabe für ein Testament nicht zu halten. Dieweil aber dennoch bemeldtes euer Eheweib mit Zuziehung und Einwilligung ihres Kriegischen Vormundens/ euch ihrem Ehemann solche Breite Landes vor und umb 100. fl. baares Geldes verkaufft und zugeschlagen / ihr darauff Verkäufferin euerm Ehewcibe das Kauff-Geld abgestattet / welches sie hernach den Gerichten durch ihren Curatorn anmelden/ und diese Handlung dem Gerichts-Buch einverleiben lassen/ꝛc. So ist solcher Kauff zu Recht beständig / und ihr seyd euch dannenhero des erkaufften Ackers eigenthümlichen anzumassen wol befugt/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XIV.
PARTIS SECUNDÆ.

Wie die Gerade der nechsten Nifftel zu Nachtheil kan vergeben werden?

DUrch Testament oder andern letzten Willen kan die Gerade der Nifftel zu Nachtheil nicht verändert werden/ aber durch die Ubergabe unter den Lebendigen / & sic inter vivos (so nicht durch die Frau ihrem Ehemann geschicht) kan die Gerade der Nifftel entzogē wer-

Gerada in Præjudicium proximæ Cognatæ alteri donari quomodo possit?

PEr testamentum aut aliam ultimam voluntatem, in præjudicium cognatæ, gerada alienari nequit. Per donationem autem inter vivos, non marito factam, illi auferri potest, hoc pacto, ut mulier ipsa præsens in judicio per procuratorem suum dona-

werden/also und dergestalt/ daß die Frau durch ihren Kriegischen Vormunden/vor Gericht in ihrem Beyseyn/dem donatario ein Verzeichnüß mit Uberantwortunge der Schlüssel soll übergeben lassen / welches hernach dem Gerichtsbuch einzuverleiben/und ob gleich die donirten Stücke nicht gegenwärtig seyn würde/ dennoch aber/weil solche Ubergabe Gerichtlich/ und in loco judicii, judice sedente pro tribunali, geschehen/ soll sie kräfftig erkannt und gehalten werden.

Da auch von Gerichts wegen etliche Personen erbeten und abgeschickt / vor welchen solche donatio geschehe / so soll sie gleiche Wirckung haben/und davor geachtet seyn/als ob sie Gerichtlich fürgenommen.

So aber eine ihre Gerade ausserhalb Gerichts/donatione inter vivos, vorgeben wolte/und die Stücke über 500. Ungarische Gülden nicht thäten austragen/so könne es in Beyseyn zweyer oder dreyer Zeugen/oder aber auch vor Notarien und Zeugen geschehen / Jedoch so müssen die Schlüssel alsdann in Gegenwart der Kasten und Truhen/darinnen solche Stück verwahrt/dem donatario, auch daneben die donirten Stücke zugestallt und übergeben werden.

Und in allen diesen Fällen mag die Donatrix ihr den usum und Gebrauch auff ihr Leben fürbehalten/welches also geschehen kan/daß nach der tradition der Donatarius ihr die donirten Stücke oder die Schlüssel darzu wieder zustelle.

donatario res, ad Geradam pertinentes, scriptô comprehensas, unà cum clavibus tradat, eaque designatio libro publico judicii inseratur. Tùm enim, etsi res ipsæ in conspectu non sint, cùm donatio in loco judicii, judice sedente pro tribunali, facta sit, firma & valida pronunciabitur.

Quòd si coram personis, nomine judicii ad hoc missis, hujusmodi donatio fiat, perinde habebitur, ac si in judicio facta fuisset.

Si quæ verò mulier extra judicium Geradam alicui donare velit, & res, ad eam pertinentes, summam 500. aureorum Ungaricorum non excedant, in præsentia duorum vel trium testium, aut etiam coram Notario & testibus fieri licebit: ita tamen, ut claves in conspectu arcarum, quibus res eæ continentur, unà cum illis donatario tradantur.

In omnibus autem hisce casibus, mulieri usum earundem rerum ad vitam sibi reservare licet, idque ita fieri potest, si post factam traditionem, res donatas, vel claves cistarum, donatarius ei restituat.

DEFINITIONES.

1. *Gerada per ultimam voluntatem, aut donationem mortis causâ nequit alienari, ne quidem in testamento, tempore pestis condito.*
2. *Subsistit testamentum, de Geradâ factum, quando proxima Cognata testatrici consentit.*
3. *Testamentum, extra Provinciam Saxonicam conditum, non valet quoad Geradam, si testatrix mutato domicilio se conferat in Provinciam Saxonicam, ibiq; vitâ fungatur.*
4. *Valet donatio Geradæ, etiamsi donatrix ægrota in lecto decumbat.*
5. *Gerada donationis titulo in alium transferri potest, licet proximæ Cognatæ nil prorsus de hâc relinquatur.*
6. *Gerada quatenus absenti queat donari.*
7. *Donatrix, reservans sibi usumfructum Geradæ, non tenetur præstare cautionem usufructuariam.*
8. *Factâ donatione Geradæ, nec retento usufructu, donatrix res, ad Geradam pertinentes, statim tradere tenetur donatario.*
9. *Quænam sint requisita donationis Geradæ, in judicio factæ; Et quid, si judex post mortem demum donatricis donationem apud acta insinuari faciat.*
10. *Ultra consensum Curatoris requiritur etiam ad donationem Geradæ consensus mariti.*
11. *Curatoris præsentia præcisè requiritur, nec sufficit ad actum Donationis, alium quempiam substitui à Curatore.*
12. *In designatione Geradæ non singulæ quæq; res exprimi debent, sed sufficit, rebus quibusdam enumeratis, clausulam subjici generalem, universam Geradam denotantem.*
13. *In specificatione Geradæ quicquid expressum reperitur, donatum videtur; licet non sit res ad Geradam pertinens.*
14. *Designatio Geradæ omitti potest, quando donatio facta in præsentia rerum donatarium.*
15. *Quænam sint requisita donationis Geradæ extrajudicialis; & num hæc tempore pestis quoque necessariò observari debeant?*
16. *Traditio clavium necessaria non est, quando res ad Geradam pertinentes realiter traduntur.*
17. *Ad donationem Geradæ coram Notario & testibus, necessarius non est consensus alicujus Curatoris ad litem.*
18. *Donatio rei particularis, ad Geradam pertinentis, absq; requisitis solennibus facta valet.*
19. *Donatio Geradæ revocatur ipso jure ex supervenientiâ filiæ.*
20. *Non tamen revocatur donatio Geradæ reciproca seu remuneratoria per supervenientiam filiæ.*
21. *Gerada, donationi omnium bonorum inclusa, validè non donatur.*
22. *Inter Geradam, quæ defunctâ muliere ad proximam ejus Cognatam devolvitur, quæque defunctô marito ad Uxorem superstitem pertinet, præterquam circa oves, nulla est differentia.*
23. *Fœtus ovium, post mortem mariti, ante tamen divisionem editi, indistinctè, sive masculini, sive fœminini sint sexus, Viduæ cedunt; ut & lana nondum detonsa vel decerpta.*

24. In-

24. *Inter Geradam mulierum Nobilium & plebejarum nulla est differentia præterquam circa Oves, Anseres, Anates, & Currum.*
25. *In dijudicandis rebus ad Geradam pertinentibus, cujusque loci Consuetudo, & mulieris possessio attendi debet.*
26. *Catenæ, armillæ, aliæve res similes, in Uxoris possessione repertæ, ad Geradam pertinent, licet ambo Conjuges illis usi fuerint.*
27. *Bona utensilia si ante Uxoris obitum ad Virum perveniant, naturam suam mutant, & hereditaria fiunt.*
28. *Mundus muliebris in possessione mulieris repertus ad Geradam pertinet, licet eô mulier ad ornatum usa non fuerit.*
29. *Res hereditariæ ad ornatum vel usum Uxori à marito concessæ, defuncto eo, si in possessione Uxoris reperiantur, pro Geradâ habentur.*
30. *Res à marito Uxori ad usum & ornatum concessæ haud pro Gerada habentur, si in mulieris possessione non reperiantur.*
31. *Bona, quæ Uxor non usus proprii causâ, sed tanquam mercatrix aut Creditrix possidet, non habentur pro bonis utensilibus, nec ad proximam Cognatam pertinent.*
32. *Pannus preciosus ad vestimenta muliebria, nondum incisus, ad Geradam non pertinet.*
33. *Currus, quo mulier vecta fuit, quando inter Nobiles ad Geradam referatur?*
34. *Equi Currules ne quidem apud Nobiles, pro Geradâ habentur.*
35. *Abenum & Caldarium* (Waschkessel u. Braupfanne) *quatenus ad Geradam pertineant.*
36. *Ut & mantelia sive strophiola, Pelves & Candelabra* (Tellertüchlein/ Becken und Leuchter.)
37. *Lecti in diversorio publico Geradæ non accensentur.*
38. *Nec Sponda* (Spanbetten) *inter res Geradicas referuntur.*
39. *Linum & Cannabis* (Flachs und Hanff) *quatenus ad Geradam pertineant?*
40. *Tapeta* (Teppiche und Tappisserey) *quænam bonis utensilibus sint connumeranda?*
41. *Pulvinaria & Culcitræ, quibus scamna & sellæ insternuntur* (Banckpfüel und Stuelküßen) *quatenus ad Geradam pertineant?*
42. *Geradæ connumerari non debent Cochlearia argentea, & cantharus puerperæ, nec collaria catellorum* (Silberne Löffel/ Wochenkanne und des Hundes Halsband.)
43. *Bonorum utensilium nomine non comprehenduntur annuli signatorii, & bullæ aureæ, quæ infantibus affiguntur* (Petschafft-Ringe und Schau-Grüschen) *multò minùs munuscula, quæ à susceptoribus in baptismate offeruntur* (Paten-Geld.)
44. *Pacificalia quatenus ad Geradam pertineant, & quid habendum de dentibus luporum argento inclusis* (Wolffs-Zähne in Silber eingefasset.)
45. *Aurei incurvati,* (gekrümmete Geld-Gülden) *baccæ Corallii,* (Corallen-Körner) *Uniones seu margaritæ* (Perlen) *quando inter bona utensilia referantur?*
46. *Arrha sponsalitia Sponso data* (Mahlschatz) *& Corona, quâ sponsus coronatus ad copulam sacerdotalem incedit* (Bräutigams-Krantz) *non pertinent ad Geradam.*
47. *Qualus* (Laugenkorb) *bonus utensilibus accenseri non debet.*
48. *Libri mulieris quinam ad Geradam pertineant?*
49. *Mortuâ Uxore in conjugio, quasnam species de Gerada marito superstiti Cognata relinquere teneatur: Et num etiam Conopeum* (den Vorhang) *unà cum lecto?*
50. *Uxor vel Cognata, accipiens Utensilia defuncti mariti vel Cognatæ, heredibus nil prorsus de hisce relinquere tenetur.*
51. *Ex peculiari Statuto Lipsiensi, mortuâ in matrimonio Uxore, hujus Cognatæ nomine utensilium, non nisi certæ quædam species & quænam deferuntur, reliquis Geradæ rebus superstiti marito relictis.*
52. *Non obstante hoc statuto, filiæ defunctæ Gerada proximæ Cognatæ defertur, nihilo de hâc patri relicto.*
53. *Statuto Lipsiensi, de Niftelgerada disponente, non gaudent forenses & extranei, qui non sunt incolæ & cives urbis illius.*
54. *Gerada defertur secundum Statuta & consuetudinem loci, ubi defuncta habuit domicilium.*
55. *Ad Geradam ab aviâ relictam, Neptes unà cum filiabus in stirpes admittuntur.*
56. *Mulieres solummodò, per lineam fœmininam descendentes, in Geradam succedunt.*
57. *In Successione Geradæ sola Cognatio attenditur, non habitâ ratione agnationis, vel pluralitatis vinculorum.*
58. *Filia quoque spuria matri naturali in Geradam succedit.*
59. *Virgo Vestalis de jure quoque Saxonico succedit in Geradam.*
60. *Clericus matri in Geradam succedit, non etiam filiæ aut sorori, multò minus Uxori prædefunctæ.*
61. *Deficientibus Cognatis fœminini Sexus, tàm ex linea recta, quàm transversali, Gerada defertur judici, cui merum competit imperium.*
62. *Æs alienum mariti, Vidua ne quidem in subsidium de Geradâ solvere tenetur, etiamsi Geradæ nomine contractum fuerit.*
63. *Nec bona utensilia, à marito oppignorata, Vidua in Geradam succedens, sed heredes mariti luere debent.*
64. *Utensilia tamen, à marito pro pretio venditori, vel cũ consensu Uxoris oppignorata, aut in fraudem creditorum comparata, Viduæ in subsidium luere tenetur.*
65. *Debita mulieris defunctæ proxima Cognata, deficientibus demum bonis hereditariis, in subsidium saltem de Geradâ exsolvere obstricta est.*
66. *At si Geradæ nomine debita mulieris fuerint contracta, ea Cognata proxima indifferenter de Geradâ solvit, etiamsi alia bona hereditaria supersint.*
67. *Geradam quoque à muliere defunctâ oppignoratam, proxima Cognata luere debet.*
68. *Nisi in communẽ rei familiaris usum Geradæ à muliere fuerit oppignorata, quo casu redemptio ejus incumbit heredibus.*
69. *Tutor quando absq; decreto Magistratus pupillæ Geradam patri vel extraneo vendere & alienare valeat?*
70. *Pater filiæ suæ Geradam absq; autoritate Magistratus vendere non potest, nisi hæc servando servari nequeat.*

Defi-

DEFINIT. I.

Gerada per ultimam voluntatem aut donationem mortis causâ nequit alienari; ne quidem in teſtamento tempore peſtis condito.

1 EXpediti juris eſt, Geradam per teſtamentum alienari non poſſe in præjudicium proximæ Cognatæ, *h.* Conſt. *14. in pr.* Gloſſ. Weichbild. *art. 23.* Gloſſ. Lehenrecht. *cap. 57.* Zobel. *part. 2. differ. 9. Joh. Schneidew. ad tit. inſt. de donat. n. 17.*
2 † Quia non defertur Gerada Cognatæ, jure hereditario, ut heredi; ſed potius familiæ ratione, & jure cognationis, ex ſpeciali juris Saxonici privilegio, Modeſt. Piſt. *part. 1. qu. 14. ubi* Jac. Schult. *in addit. n. 9. & ſeqq.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 12. num. 58.*
3 † Quamvis hæc ratio prohibitionis, ab omnibus approbata non ſit, ſed alii alias afferant rationes, in iisque anxiè laborent, ut videre eſt apud Moller. *lib. 1. ſemeſt. 11.* Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 7. memb. 2. n. 76. & ſeqq.* Thoming. *dec. 6. n. 8.* Matth.
4 Berlich *part. 2. concl. 16. n. 4. & ſeqq.* † Quibus aſſentiri cuiq; liberum eſt, tanquam in re non magni momenti.
5 † At illud ſcitu dignius, mulierem de Geradâ non ſolùm teſtari prohiberi: ſed nec per aliam quamlibet ultimam voluntatem hanc alienari poſſe, *h.* Conſt. *14. verb.* oder andern letzten
6 Willen / ꝛc. Quare nec uxor † per donationem causâ mortis Geradam in alium transferre poteſt; quippe quod hæc donatio magis accedat ultimæ voluntati, quàm actui inter vivos. *l. ult. C. de mort. cauſ. donat. l. ult. C. de Codicill.* Rauchb. *part. 1. quæſt. 32. num. 32. & ſeqq.* Thoming. *deciſ. 6. num. 3.*
7 Goldb. *dict. membr. 2. n. 47.* † Adeò, ut nec favore piæ cauſæ donatio hæc ſuſtineatur, Matth. Weſenb. *in parat. ff. de mort. cauſ. donat. n. 5.* Goldb. *dict. loco, num. 54.*

Ita Domini in cauſa Chriſtiani Ehrenfrieds à Schönberg/ Menſ. Febr. Anno 1634. [Verba ſentent: Dieweil aber dennoch die Gerade der nähеſten Nifftel zu Nachtheil/ durch einigen letzten Willen oder donation auffn Todes-Fall nicht veräuſſert werden mag/ꝛc. So iſt auch berührte donatio, ſo viel die Gerade anlanget/ zu Recht nicht beſtändig/ V. R. W.]

8 † Quin etſi aliàs in teſtamento, tempore peſtis condito, multa cenſeantur remiſſa de ſolennibus juris, ut patet ex *l. caſus. 8. C. de teſtam.* Conſt. Elect. *4. p. 3.* Virgil. Pingitz. *quæſt. 20. num. 40. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 118. num. 17.* Attamen † nec illud valebit: quicquid de Geradâ in ejusmodi teſtamento diſpoſitum fuerit, propter generalem juris Saxonici prohibitionem, *h.* Conſt. *14.* Cui ne quidem tempore peſtis in præjudicium proximæ Cognatæ contraveniri poteſt.

Ita Domini ad conſultationem Catharinæ, Georgii Hertzens Eheweibes zu Mucheln/ Menſ. Mart. Anno 1599. [Verba ſententiæ: Ob wol euere Muhme/ als ſie an der gefährlichen Seuche der Peſtilentz kranck gelegen / ihrem Vater die Gerade auffn Todesfall geſchencket/ꝛc. So iſt doch ſolche Ubergabe der Gerade nicht kräftig / V. R. W.]

Item ad requiſitionem Georgii Gelhards zu Machern/ Menſ. Auguſto, Anno 1599.

Et in cauſa Marthæ von Miltitzens zu Dreßden/ M. Aug. Anno 1634.

DEFINIT. II.

Subſiſtit teſtamentum de Geradâ factum, quando proxima Cognata teſtatrici conſentit.

BEnè notanda ſunt verba *h.* Conſt. *14.* quæ Geradam in præjudicium proximæ Cognatæ per teſtamentum alienari prohibent (der nähеſten Nifftel zu Nachtheil.) Unde ſequitur, quod, † conſentiente Cognatâ, per teſtamentum Gerada alienari queat, Andr. Goldb. *de Gerad. c. 7. membr. 2. num. 71.* Quia † volenti non fit injuria, *l. cum donationis 34. C. de tranſact. l. quod quis 146. ff. de reg. jur.* † Et cuilibet licitum eſt, favori pro ſe introducto renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo 29. C. de pact. l. ſi judex 41. ff. de minor.* Idque clarius exprimitur in Gloſſ. Lehnr. *c. 57. in verb.* Ihr ſollet auch wiſſen/ daß kein Weib ihre Gerade vergeben mag ohne der nähеſten Geſpinne Willen/ꝛc. † Quam Gloſſ. conſuetudo fori Saxonici jamdudum de alienatione, quæ fit in teſtamento, interpretata eſt, Dan. Moller. *ad h. Conſt. 14. in pr.* † Conſentiente ergò Cognatâ, valebit i diſpoſitio de Gerada, in teſtamento facta; ex argumento, à contrario ſenſu deſumpto, † quod in jure fortiſſimum eſt, *l. 1. ff. de off. ej. cui mand. eſt jurisd.* Perindè, ſicut & teſtamentum ſubſiſtit, † ſi dominus feudi, & proximus Agnatus conſentiant; licet aliàs de feudo in teſtamento diſponi nequeat, Weſenb. *de feud. c. 11. n. 12.* Bald. & Dd. *in c. 1. §. donare. de prohib. alien. feud. per Frid.* Roſenth. *de feud. cap. 7. concl. 4. & 5.*
† Pariter, licet conjuges per teſtamentum, vel aliam ultimam voluntatem ſibi, quæ invicem ex ſtatuto vel conſuetudine debentur, auferre nequeant: † Secus tamen eſt, ſi altera pars teſtanti conſentiat, Gloſſ. *in art. 42. in fin. lib. 1.* Landr. Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 7. n. 1. part. 3.*

Ita Domini in cauſa Friderici Ottens/ Paſtoris zu Kehren/ M. Majo, Anno 1626. [Verba ſent. Hat euch euer Eheweib in ihrem Teſtament alle ihre Verlaſſenſchaft zuſamt der Gerade vermacht. Ob nun wol dero Mutter/ eure Schwieger-Mutter/ ſolch Teſtament zu fechten gemeynet/ in Erwegung daß ihr die volle legitima ſo wol die Gerade durch einen letzten Willen nicht entzogen werden können. Dieweil aber dennoch bemeldte euere Schwieger-Mutter in berührtes Teſtament einmal gewilliget / und daſſelbe beliebet/ꝛc. So iſt ſolches Teſtament zu Recht beſtändig/ und mag von eurer Schwieger-Mutter nunmehr nicht hinterzogen werden/ V. R. W.]

DEFINIT. III.

Teſtamentum, extra provinciam Saxonicam conditum, non valet quoad Geradam, ſi teſtatrix, mutatô domicilio, ſe conferat in provinciam Saxonicam, ibiq; vitâ fungatur.

LIcet mulier extra provinciam Saxonicam in loco, ubi jus civile viget, & Gerada incognita eſt, teſtamentum fecerit, in eoque de omnibus indifferenter mobilibus ſuis diſpoſuerit; attamen ſi mutatô domicilio in provinciam aliquam Saxonicam ſe conferat, ibique vitâ fungatur, † teſtamentum illud, alibi factum, quoad res ad Geradã pertinentes, haud validum erit. Etenim Statutum Saxonicum, quod ſpeciebus, ad Geradam pertinentibus, aliam ac peculiarem naturam tribuit, † ligat perſonas, in territorio Saxonico repertas, & unà cũ hiſce res iisdem cohærentes afficit, *Bartol. in l. cunctos populos. n. 27.*

n.27. & 32. ibiq; Salycet. *n. 13. &* Bald. *n. 23. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* Matth. Coler. *de proceß. exec. part. 1. c. 3. n. 216.* † Ut maximè ergò alibi testamentum conditum fuerit; attamen, si testatrix domicilium postea mutet, illudque in provincia Saxonicâ consequatur, ibique moriatur, utique & non nisi ex juribus & consuetudine novi domicilii testamentum vires recipit, † irritâ factâ priori dispositione, ex quasi subsecutâ quadam capitis deminutione, §. *alio autem modo. 4. cum §. seq. Inst. quib. mod. test. infirm. l. si quis 6. §. irritum. 5. ff. de injust. rupt. irrit.* Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 7. membr. 2. num. 65.* † Sicuti & ipsa bona mobilia ex novo domicilio defunctæ testatricis immutata fuêre; quippe † quæ affixa intelliguntur ossibus & personæ dominorum in loco, ubi fovent domicilium, Bald. *in l. mercatores 4. num. 1. C. de comm. & mercat.* Coler. *dict. cap. 3. num. 256.* † Nec magis separari queunt à persona domini, quàm anima à corpore, Gloss. *in l. 3. verb. ea verò. ff. pro socio. & in l. 3. verb. ait. C. de novat.*

Ita Domini ad consultationem Margarethæ Schreiberin zu Belzig/Mense April. Anno 1621. [Verba sentent. Hat Agnese Hillebrands vor den Gerichten zu Klepzig ein Testament aufgerichtet/ darinnen sie ihren Ehemañ zum Erben ihrer gantzen Verlassenschaft eingesetzet/ihm zugleich auch diejenigen Stücke / welche sonsten nach Sachsen-Recht zur Gerade gehörig/vermacht. Ob nun gleich im Dorffe Klepzig/da solches Testament aufgerichtet/keine Gerade gegeben wird/sondern alles zum Erbe gehöret. Dieweil aber dennoch die testatrix nach aufgerichteten letzten Willen sich aus dem Dorffe Klepzig in das Amt Belzig / allda die Gerade gebräuchlichen/gewendet / und daselbsten Todes verfahren / ꝛc. So ist angeregtes Testament / so viel die Gerade betrifft/weil dieselbe der nähesten Nifftel zu Nachtheil dadurch nicht verändert werden mag / zu Recht nicht beständig/ V. R. W.]

Definit. IV.

Valet donatio Geradæ, etiamsi donatrix ægrota in lecto decumbat.

1 INter vivos Gerada quocunq; modo ac contractu alienari potest, ut latissimè tractat Andr. Goldb. *de Gerad, c. 7. memb. 1.* Quare & donationis titulo Geradam in extraneum quemvis transferri certissimum est, *b.* Const. 14. Zobel. *in addit. lat. ad art. 27.* Landr. *lib. 1.* Schneidew. *ad tit. Instit. de donat.* 2 *n. 18.* Thoming. *decis. 6. num. 6.* † Etiam à muliere ægrotâ; nam & ægroti inter vivos donare queunt, *l. Seja 42. §. cum pater. 1. ff. de mort. causa donat.* 3 † Etenim, quod in *art. 65.* Weichb. de ægroto dispositum reperitur, illum nempe ultra 5. solidos donare haud posse, in usu non servatur, Wesenb. *in apostil. ad* Schneidew. *in §. aliæ 2. num. 40. Inst. de donat. lit. a.* Vid. *supr.* Const. *12. Defin. 11.* 4 † Modò decumbens deliberato animo, vel suâ sponte donet; non ad interpellationem alterius, Const. Elect. *5. p. 3.* 5 † Nec infirmitas tanta sit, per quam memoria vacillet, Bald. *in l. hac consultissima. 8. n. 8. C. qui test. fac. poss.* Goldb. *dict. c. 7. membr. 2. num. 24. &* 6 *seqq.* † ubi, & donationem Geradæ, inter vivos, in testamento factam extraneo, subsistere, ait. Quod usu sic observari, multoties observavi, Vid. *supr.* Const. Elect. *13. Defin. 9.*

Ita Domini ad consultationem Rosinæ, Jeremiæ Binders Ehewerbes/ Mense Julio, Anno 1631. [Verba sent. Ob nun wol die Ubergabe der Gerade unter den Lebendigen/ üblichem Sächsischen Gebrauch nach / auch auffm Todesbette vor denen hierzu erfoderten Gerichts-Personen/von der donatrice, so noch bey guter Vernunft gewesen/geschehen mögen/ ꝛc.]

Et in causa Dorotheæ, viduæ Georgii Vollhards zu Geithen/ Mens. Sept. Anno 1634. [Verba sent. So ist solche Ubergabe der Gerade zu Recht kräftig und beständig/ und mag dahero/daß die donatrix sehr schwach und lagerhaftig gewesen/auch bald darauf verstorben / pro donatione mortis causa nicht gehalten / noch beständiger Weise gefochten und hinterzogen werden/ V. R. W.]

Definit. V.

Gerada donationis titulo in alium transferri potest, licet proximæ Cognatæ nil prorsus de hâc relinquatur.

DUbium movet Zobel. *in addit. ad Gloss. art. 27. num. 3. &* Gloss. *lat. ad text. germ. in art. 31. lit. l. lib. 1.* Landr. ubi inquit, Universalem Geradæ donationem non subsistere, nisi proximæ Cognatæ aliquid saltem minimi momenti relinquatur. 1
† Sed fundamentô hæc assertio destituitur, nec in practicâ observatur, Daniel. Moller. *lib. 1. semest. 11. n. 4.* Andr. Goldb. *de Gerada c. 7. membr. 2. n. 32.* 2
† Quin & contrarium manifestè probatur *h.* Const. *14. in pr. verb.* Aber durch die Ubergabe unter den Lebendigen/ kan die Gerade der Nifftel entzogen werden / ꝛc. Quæ verba generaliter loquuntur, Berlich. *p. 2. concl. 16. n. 48.* † Ex quo porrò sequitur, in præjudicium Cognatæ, etiam Geradæ nondum quæsitæ renunciari posse; Dan. Moller. *2. semest. 6. n. 2.* † Quia juri futuro & quærendo facilius renunciatur, quàm quæsito, Tiraq. *in l. si unquam. 8. verb. donatione largitus. n. 181. C. de revoc. donat.* Nicol. Boër. *decis. 147. num. 112.* 3 4 5

Ita Domini in causa Catharinen / Carl Bosens Wittiben/ zu Franckleben/ Mens. Junio, Anno 1599. [Verba sententiæ: So ist solche Ubergabe der Gerade zu Recht kräftig/ und mag von euch derentwegen/daß ihr/als die nähesten Nifftel/darzu nicht erfodert./ euch auch von berührter Gerade nichts vorbehalten worden/beständiger Weise nicht gefochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.]

Item ad consultationem Johannis à Tettborn, Mens. Febr. Anno 1605.

Et Johannis à Milckau, Mense Jul. Anno 1632. [Verba sentent. Ob nun wol die donatrix ihrer Mutter die legitimam von der verschenckten Gerade nicht gelassen / ꝛc. So ist doch nichts destoweniger solche donatio zu Recht kräftig und beständig/ V. R. W.]

Definit. VI.

Gerada quatenus absenti queat donari.

ABsenti aliter donari nequit, quàm si donator per epistolam, vel per nuncium, donatarium de liberali suâ voluntate certiorem faciat, isque donationem acceptet, & donatoris voluntatem ratam habeat, *l. absenti. 10. ff. de donat. l. 6. C. eod. tit.* 1
† Vel si procurator ab absente constitutus, hujus nomine donationem ex mandato acceptet, Thoming. *decis. 6. num. 17.* 2
† Non etiam, si tertius quispiam, absque mandato tamen, donationem agnoscat, Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 3. & tit. 36. defin. 19.* 3
† Ideoque nec Gerada absq; mandato acceptari poterit: Sed deficiente mandato, ipsius donatarii præsentia omninò requiritur. 4
† Quod & Illustrissimus Elector Saxon. voluisse videtur *h.* 5

Const.

Const. *in verb.* (In ihrem Beyseyn dem *donatario &c.*) *Et in fin.* Dem *donatario* auch darneben die *don*irten Stücke zugestellet und übergeben
6 werden.) † Quæ sanè verba præsentiam donatarii de formâ donationis Geradæ requirunt. Forma autem ad unguem observari debet; aliàs actus ipso jure nullus est; Alex. *lib. 2. consil. 137. num. 15.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *p. 4. q. 155. num. 8.*

Ita Domini ad consultationem Pauli Polmans zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1627. [Verba sent. Ob nun wol E. B. wegen benienter ihrer Söhne/ solche Ubergabe acceptiret; Dieweil er aber dennoch hierzu keine Vollmacht gehabt/ noch sie die donataria gegenwärtig gewesen/ &c. So ist auch berührte Ubergabe der Gerade zu Recht nicht beständig/ V. R. W.]

7 † Quod tamen in donatario pupillo non tàm strictè observandum. Etenim, si hujus nomine parens, aliave persona cognata Geradam acceptet, dubium non est; quin donatio etiam absenti &
8 ignoranti facta subsistat; † Quia tum jus fingit, formam & solennitatem interveniisse; eamque supplet, ob favorem nempe pupilli, Bart. *in l. cum ostendimus. 4. §. fidejussores 3. ff. de fidejuss. & nomin.* per illum text. Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 808. in fin.*

Ita Domini ad requisitionem Alberti à Meusebachs, Mens. Januar. Anno 1620. [Verba sentent. Ob nun wol von niemand/ wegen eurer unmündigen Söhne/ die Ubergabe der Gerade acceptiret worden/ welches gleichwol sonsten vermöge der landüblichen Rechte requiriret und erfodert wird; Dieweil aber dennoch dieser defect wegen der mangelenden acceptation hierdurch ersetzet/ daß ihr als der Vater gegenwärtig darbey gewesen/ und tacitè gleichsam es approbiret/ beliebet und genehm gehalten/ auch sonsten in unmündiger Kinder Handlungen die erfoderte solennitates ex præsumptione juris vor adhibiret zu seyn erachtet und suppliret werden/ &c. So wird vorangeregte donatio der Gerade vor kräftig billich gehalten/ V. R. W.]

Definit. VII.

Donatrix, reservans sibi Usumfructum Geradæ, non tenetur præstare Cautionem Usufructuariam.

1 EXpeditum est, quod Usumfructum Geradæ donatrix sibi reservare possit ad vitam, *h. Const. 14. in fin.* Quod & juri communi convenit, in *l. quisquis. 28. l. si quis argentum. 35. §. sed si*
2 *quidem 5. C. de donat.* † At licet aliàs Usufructuarius cautionem de utendo-fruendo arbitrio boni viri, & restituendâ re finito usufructu, præstare teneatur, *tot. tit. ff. usufr. quemad. cav. l. 1. l. usu-*
3 *fructu constituto. 4. C. de Usufr.* † hæc tamen cautio à donatrice Geradæ Usufructuariâ nullatenus exigi debeat, Rosa *ad* Dan. Moller. *h. Const. 14. n. 5.*
4 † Ne scilicet ex liberalitate propriâ vexetur, Pinell.
5 *ad l. 1. part. 2. n. 80. C. de bon. matern.* † Durum namque & incivile videretur, admittere donatarium, petentem cautionem ab eâ, quæ ex liberalitate beneficium ipsi contulit, *l. ad res donatas. 26. ff. de ædil. edict. l. divus Pius. 28. ff. de reg. jur.*
6 † Ex quo fonte generalis promanavit Dd. regula, quod scilicet is, qui bona sua donat alteri, retentô tamen sibi Usufructu tempore vitæ suæ, non sit obnoxius, præstare cautionem de utendo arbitrio boni viri, Gloss. *in l. si quis argentum 35. verb. æstimatione. C. de donat.* Octav. Cacher. *decis. 153.* Ant. Hering. *de fidejuss. cap. 5. num. 208.* Mynsing. *cent. 5. observat. 36.* aliique allegati à Pinell *dict. loco.*

Ita Domini in causa Petri Wallacii zu Mörlen/ M. Dec. Anno 1626. [Verba sententiæ: Hat euch Rosina Ebenacks alle ihre Gerade gerichtlichen geschencket und übereignet: Ob sie nun wol darneben derer Fruchtniessung und Gebrauch Zeit ihres Lebens ihr vorbehalten/ &c. So seyd ihr doch cautionem usufructuariam von ihr zu fodern nicht berechtiget/ V. R. W.]

Definit. IIX.

Factâ donatione Geradæ, nec retentô usufructu, donatrix res, ad Geradam pertinentes, statim tradere tenetur donatario.

COmmuniter donatrix Geradæ usumfructum 1
sibi ad vitam reservare solet, Dan. Moller. *ad h. Const. 14. n. 4.* † Quo non facto, præcisè ac sta- 2
tim res quasvis, ad Geradam pertinentes, tradere tenetur donatario. Effectus namque hic donationis est, † ut donatorem ad rem tradendam obliget, 3
l. 35. ubi Dd. *C. de donat.* † Ideoque perfectâ do- 4
natione, si res nondum tradita sit, vel ex stipulatu agitur, si donationi stipulatio inserta fuerit; † Vel 5
conditione ex Lege, si nudo pacto sit perfecta donatio, *Novell. 162. cap. 1. §. & sancimus, ubi* Cujac. *d. l. 35. C. de donat. §. aliæ autem donationes* 2. *Inst. eod. tit.* Coras. *lib. 3. misc. 15.* Henr. Bocer. *de donat. cap. 3. n. 88.* Johann. Harppr. *ad d. §. aliæ. 2. n. 151. Inst. de donat.*

Ita Domini ad requisitionem M. Mauritii Steinmetzens zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1576. [Verba sentent. Hat Joachim Hespergers Wittib eurem Mündlein alle ihren Geschmuck und Gerade beständiger Weise geschencket/ &c. So ist sie ohne gnugsame erhebliche Ursache, solche Ubergabe zu wiederrussen nicht befugt/ und da sie ihr den Brauch derselben auff ihr Lebenlang nicht vorbehalten/ so ist eurem Mündlein/ alsobald solche geschenckte Gerade von ihr abzufodern/ unbenommen/ V. R. W.]

Definit. IX.

Quænam sunt requisita donationis Geradæ in judicio factæ; Et quid, si judex post mortem demum donatricis donationem apud acta insinuari faciat.

GErada ut plurimum solet dotiari in judicio, 1
certis tamen adhibitis solennitatibus. † Non enim quascunque indifferenter donationes Geradæ judiciales in foro Saxonico approbat Const. *h. 14.* sed eas solùm firmas ac validas esse jubet, in quibus subsequentia sex requisita observata fuerint. (1.) † Namque requiritur judicis autoritas, ut 2
fiat donatio in judicio coram judice pro tribunali sedente (*verb.* vor Gerichte.) Et postea: *in loco judicii, judice sedente pro tribunali.* (2.) Præsentia donatricis (*verb.* in ihrem Beyseyn.) (3.) Autoritas Curatoris. (*verb.* durch ihren Kriegischen Vormunden) (4.) Traditio clavium (*verb.* mit Uberantwortung der Schlüssel/ &c.) (5.) Designatio rerum donatarum. (*verb.* ein Verzeichniß) (6.) Insinuatio apud acta, ut nempe inseratur donatio libro publico. (*verb.* dem Gerichts-Buch einzuverleiben/ &c.) † Quæ omnia latius persequitur 3
Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 7. membr. 3. num. 20. & sequentib.* Quod ad primum tamen requisi-

tum attinet, sciendum est, non tàm præcisè requiri
4 locum judicii: † sed sufficit, fieri donationem in ædibus donatricis, coram personis, judicii nomine ad hoc destinatis; servatis tamen cæteris requisitis & solennitatibus, *h.* Const. *14.* §. Da auch von
5 Gerichts wegen ꝛc. † Ubi enim judex est, ibi acta censentur esse, *ff. l. non est omninò 7. cum l. seq. de*
6 *manum. vindict.* † Et apud acta dicuntur fieri, quæ geruntur coram judice, etiam extra locum judicii, Bald. *in l. illud 19. n. 5. C. de SS. Eccles.* Wesenb. *in*
7 *parat. ff. de testam. n. 10.* † At quid si factâ donatione in ædibus donatricis coram personis, judicii nomine ad hoc ablegatis, moriatur donatrix, antequam donatio libro publico inferatur? Nihilominus donationem Geradæ subsistere puto. Nec enim negligentia judicis donationem invalidam
8 reddit; † sed sufficit, hujus autoritatem, ad removendam omnem sinistram suspicionem, semel fuisse adhibitam, ac donatricem voluntatem suam coram judice declarasse, & donationem libro publico inseri petiisse, *l. donatio. 25. in fin. l. in donationibus. 31. C. de donat.*

Ita Domini in causa Rosinæ, Jeremiæ Binders Eheweibes zu Budissen/ Mens. Jul. Anno 1631. [Verba sentent. Ob nun wol solche Ubergabe der Gerade dahero/daß sie von den abgeordneten Gerichts-Personen allererst nach der donatricin Absterben denen Gerichts-actis insinuiret worden/nicht zu verwerffen/ꝛc.]

Definit. X.

Ultra consensum Curatoris, requiritur etiam ad donationem Geradæ consensus mariti.

1 Dubium prorsus non est, quin mulier, Geradam donare volens in judicio, adhibere debeat consensum Curatoris in litem *h.* Const. *14.*
2 † Qui in ipso donationis actu intervenire debet, Andr. Goldb. *de Geradâ c. 7. membr. 3. n. 125.* Ultra hunc Curatoris consensum, requiritur etiam
3 † Consensus Mariti, Goldb. *dict. loc. n. 105.* Jacob. Thoming. *decis. 6. n. 10.* Berlich. *p. 2. concl. 16. n. 28.* Zobel. *ad Gloss. Ordin.* in Landr. *lib. 1. art. 27. n. 3.*
4 † Etsi enim aliàs in actionibus judicialibus à mulieribus celebrandis alternativè requiratur autoritas, vel Mariti, vel Curatoris, Daniel Moller. *ad Const. Elect. 15. n. 3. p. 2. & l. 3. semestr. 35.* Attamen in
5 donatione Geradæ specialiter receptum est, † ut utriusque tam Curatoris quàm mariti consensus in-
6 terveniat; † illius, propter *h.* Const. *14.* quæ Curatoris autoritatem disertis verbis requirit. Hujus,
7 mariti scilicet consensus; † quia absque hoc mulier nihil rerum suarum donando in alium transferre potest, *Art. 31. & 45. lib. 1.* Landrecht. *ubi* Gloss. Wesenbec. *in parat. ff. de donat. num. 4.* Joh. Schneidew. *in* §. *aliæ 2. num. 52. Inst. de donat.* † Cujus
8 rei rationes reddit Goldb. *dict. loco. num. 107. & sequentib.*

Ita Domini in causa Dorotheen Sachsin zu Leipzig/Mense Julio, Anno 1631. [Verba sentent. Ob gleich N.N. mit Einwilligung ihres Kriegischen Vormundens euch ihre vollständige Gerade durch eine Ubergabe unter den Lebendigen geschencket: Da aber dennoch ihr/der donatricin/Ehemann in solche Ubergabe ausdrücklich nicht gewilliget/noch dabey gewesen wäre/ ꝛc. So wäre berührte Ubergabe zu Recht nicht beständig/ V. R. W.]

Definit. XI.

Curatoris præsentia præcisè requiritur, nec sufficit, ad actum donationis alium quempiam substitui à Curatore.

Etsi aliàs curator ad litem Advocati partes 1
sustineat, Gloss. *ad text. latin. in art. 46. &* Gloss. *Germ. ad text. German. in art. 47. verb.* Der Frauen Vormund *lib. 1.* Landr. † qui absq; 2
dubio alium regulariter substituere potest; Attamen in donatione Geradæ ipsius Curatoris præsentia requiritur, † nec sufficit, alium quempiam à Cu- 3
ratore substitui ad donationis actum. Etenim Curatoris præsentiam Const. *h. 14.* pro formâ requirit; † quæ ad unguem est servanda, nec potest adimple- 4
ri per æquipollens, *l. 3. §. ult. cum duab. lib. seqq. l. qui per salutem. 33. ff. de jurejur.* † Sed eâ negle- 5
ctâ, actus infirmatur, *l. cum hi 8. §. si prætor. 17. ff. de transact. l. 1. C. de præd. minor.* Everh. *in top. in loc. à def. form. n. 2.*

Ita Domini in causa Veronicen von Schleunitz/ und Marthen von Nischwitz/ ventilatâ in præfectura Misnensi Mens. August. Anno 2628.

Et in causa Catharinæ Maschkin zu Meissen/ Mens. Jan. Anno 1634.

Definitio XII.

In designatione Geradæ non singulæ quæq; res exprimi debent, sed sufficit, rebus quibusdam enumeratis clausulam subjici generalem, universam Geradam denotantem.

IN donatione Geradæ specificationem rerum 1
donatarum unà cum clavibus donatario tradi, vult Const. *h. 14.* † Quod Matth. Berlich. *p. 2.* 2
concl. 16. n. 32. intelligit de specificatione particulari, in quâ omnes omninò res ad Geradam pertinentes, ordine & in specie, unaquælibet scilicet res nomine suo proprio exprimatur. † Sed praxis con- 3
trarium docet, sufficere nempe designationem generalem; Verbi gratia: Ut primò ponantur catenæ aureæ, armillæ, annuli, uniones, lecti & vestes, 4
† quibus postea subjiciatur clausula generalis: Et quicquid præterea donatrix habet illarum rerum, quæ Geradæ appellatione venire solent. Daniel Moller. *ad h. Const. 14. num. 7. ubi* Reinh. Rosa Andr. Goldb. *de Gerad. c. 7. membr. 3. num. 147.*
† Sufficit namque scientia vel voluntas alicujus rei 5
saltem in genere, *l. qui jure militari 7. ubi* Bald. *ff. de testam. milit.* Bartol. *in l. sub prætextu 29. 2. C. de transact.* † Nec requiritur necessariò specialis 6
scientia ipsius rei ad possessionem acquirendam. Quia aliàs nunquam acquireretur rei non visæ possessio; quod tamen falsum est, Tiraq. *de jur. constit. possess. amplitat. 31. n. 5.*

Ita Domini ad requisitionem Melchior Meisners zu Frauendorff/ Mens. Januar. Anno 1601. [Verba sent. Hat euer Eheweib an gewöhnlicher Amts-Stell/ in Gegenwart Richter und Schöppen/ mit Einwilligung ihres Kriegischen Vormundens/ihren beyden Söhnen alle ihre Gerade-Stücken/an Betten/ leinen Geräthe/Kleidung/ Schmuck/und alles anders zur Gerade gehörig/ benannt und unbenannt/so in ihren Kästen und anderer ihrer Gewahrsam vorhanden/und befunden werden möchte/ nicht das geringste davon ausgeschlossen/ durch eine Ubergabe unter den Lebendigen geschencket und zugeeignet/ꝛc. So ist solche Ubergabe ihrer Solennitäten halber zu Recht beständig/ V. R. W.]

Et

Et ad consultationem Joh. Frobels / zu Frombbißwalda / Mense Octobr. Anno 1606.

It. Friderici Warlebens zu Schiriß / Mens. Martio, Anno 1614.

Definit. XIII.

In specificatione Geradæ quicquid expressum reperitur, donatum videtur; licet non sit res ad Geradam pertinens.

QUum mulier Geradam suam certâ exhibitâ designatione alteri donâsset, in quâ designatione pecunia quoque ex quibusdam rebus ad Geradam pertinentibus redacta, comprehensa, & expressa fuerat, quærebatur: *utrum & ista pecunia donata esset?* Quod affirmare haud dubitavimus.

2 † Etsi enim de mente ac voluntate donatricis, Geradam suam per donationem transferentis, satis

3 manifestè constabat, † pecunia verò, ex Gerada redacta, in locum rei venditæ non succedat, nec jure Geradæ censeantur, Modest. Pist. *part. 1. q. 21.* Matth. Wesenb. *consil. 79.* Andr. Goldb. *de Gerad. c. 9. n. 101.* Pfeil. *cons. 90. n. 7. & seqq.* † Attamen,

4 quum donatrix pecuniam hanc pro Geradâ habuisset, eamque simul cum reliquâ Geradâ donare voluisset, ex solo qualitatis hujus errore donatio haud

5 rescindenda videbatur. † Siquidem error qualitatis accidentalis vel nominis actum non vitiat, quando de corpore & reipsâ constat, *l. si in nomine. 32. l. quæ extrinsecus. 65. ff. de Verb. oblig.* Franc. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 14. tit. 10. n. 21.*

Ita Domini ad consultationem Sebastiani Schneiders zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1630. [Verba sent. Hat euer Schwester Magdalena ihre gantze Gerade / vermöge einer angehengten specification, Andreas Rauschern durch eine Ubergabe unter den Lebendigen Gerichtlichen übereignet und zugewendet / und es seyn in berührter specification auch 83. fl. so aus etlichen verkauffte Gerade-Stücken gelöset worden / mit verzeichnet und namhaft gemacht / ꝛc. So gebühren solche 83. fl. dem donatario gleichfalls billich / und ihr habt euch dawider / damit daß sie nicht Gerade seyn / beständiger Weise nicht zu behelffen / V. R. W.]

Definit. XIV.

Designatio Geradæ omitti potest, factâ donatione in præsentia rerum donatarum.

1 DUbium equidem facit Const. *h. 14.* quæ Geradæ specificationem pro formâ donationis

2 requirit. † Atqui forma ad unguem est observanda, ita ut ei nil addi vel detrahi debeat, *l. 1. §. opus novum 11. ff. de nov. oper. nunc.* Bald. *in l. quoties. 12. col. 1. C. de suis & legit. lib.* † Sed nego, designationem pro formâ donationis requiri, quando in

3 præsentia rerum, ad Geradam pertinentium, donatio perficitur. Siquidem Const. *h. 14.* de eo tantùm casu loquitur, quando res donatæ præsentes non sunt, uti liquet ex *verb.* Ob gleich die *donirten* Stücke nicht gegenwärtig

4 seyn würden / ꝛc. † Cessat ergò dispositio hæc, quando præsentes sunt res donatæ, ita ut alterutrum sufficiat: Vel designatio, quæ vice rerum fungitur, ubi illæ absunt: Vel præsentia rerum donatarum, absque specificatione, Andr. Goldb. *de gerad. cap. 7. memb. 3. num. 152.* † Æquiparatorum enim eadem est juris dispositio, *l. 1. ubi* Dd. *ff. de legat. 1.* Jason. *in §. ex maleficiis 18. num. 39. Inst. de action.* † Nec refert, quid ex æquipollentibus fiat, *l. si ita esset. 15. ff. quand. dies legat. ced. l. fideicommissa. 11. §. si cui ita 11. ff. fide legat. 3. l. fin. C. de donat. quæ sub mod.* † Et sanè, si in donatione extrajudiciali, quæ fit coram Notario & testibus, eo casu, quo res donatæ præstò sunt, non opus est designatione rerum donatarum, uti probatur *h.* Const. *14. in fin. §.* So aber eine ihre Gerade / ꝛc. non certè video, † cur in donatione judiciali, ubi judex loco testium adhibetur, exigenda sit aliqua designatio, quando res donatæ sunt præsentes. † Idque dictum velim, sive in loco judicii, sive extra judicium, coram personis judicii nomine ad hoc destinatis, in ædibus donatricis; cùm & hoc casu solennitates donationis judicialis necessariò observari debeant, Andr. Goldb. *de Gerad. c. 7. memb. 3. num. 49.* † Quin etsi remuneratoriè Gerada extraneo donetur, vel designationem Geradæ, vel præsentiam rerum donatarum requiri, dixerim, juxta tradita *supra* Const. *13. Defin. 7.*

Ita Domini ad requisitionem Martini Junghansens zu Thalheimb / Mens. Jul. Anno 1632. [Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß die Gerade-Stücken bey der Ubergabe vorhanden gewesen / oder aber ein gewisses Verzeichniß derselbigen / mit Uberantwortung der Schlüssel überreichet worden / unter welchen requisitis gleichwol eines oder das ander auch in donatione Geradæ remuneratoria in acht genommen werden muß ꝛc. So ist dannenhero solche Ubergabe zu Recht nicht beständig / V. R. W.]

Et ad consultationem Rosinæ, Jeremiæ Binders Ehewei-bes zu Budissin / Mens. Jul. An. 1631. [Verba sentent: Ob wol eure Muhme Christian Zeidlers vor denen in ihrer Behausung hierzu erfoderten Gerichts-Personen / durch ihren Kriegischen Vormunden alle ihre Gerade ihren dreyen Brüdern / durch eine Ubergabe unter den Lebendigen geschencket / ꝛc. Dieweil aber dennoch gedachte donatrix kein Verzeichniß der Gerade-Stücken zugleich mit übergeben / auch nicht zu befinden / daß solche Gerade-Stücken gegenwärtig gewesen / derer eins doch zu Sachsen-Recht nothwendig erfodert wird / ꝛc. So mag auch dannenhero angeregte Ubergabe der Gerade zu Recht nicht bestehen / V. R. W.]

Item ad petitionem Mariæ viduæ Caroli Lichtens / M. Novembr. Anno 1622.

Definit. XV.

Quænam sint requisita donationis Geradæ extrajudicialis; & num hæc tempore pestis quoq; necessariò observari, debeant?

NOn solùm in judicio Gerada donari potest, sed 1
& hujus donatio extrajudicialiter facta valet, certis tamen adhibitis solennitatibus; de quibus agit *hæc* Const. *14. §.* So aber eine ihre Gerade ausserhalb Gerichts / ꝛc. ubi quatuor ponit requisita donationis extrajudicialis, † (1.) Ut species donatæ 2
valorem 500. aureorum Hungaricorum non excedant, (*verb.* Und die Stücke über 500. Ungarische Gülden nicht thäten austragen / ꝛc. † Nam & aliàs 3
donatio excedens summam 500. solidorum actis insinuanda est, *§. aliæ. 2. Inst. de donat. l. penult. in fin. C. cod.* † (2.) Ut donatio fiat in præsentia duo- 4
rum vel trium testium, vel etiam Notarii & testium, (*verb.* In Beysein zweyer oder dreyer Zeugen / oder aber auch vor *Notarien* und Zeugen / ꝛc.) In præsentia enim testium, vel Notarii & testium

donatio celebrata, tam valida est, ac si in judicio facta esset; cum hæc duo æquiparentur, *h.* Const. 14. (3) † Requiritur ut præsentes sint cistæ & capsæ, quibus species donatæ asservantur. (Verb. In Gegenwart der Kasten und Truhen/darinnen solche Stücke verwahret ꝛc.) (4.) Denique † & claves donatario tradi debent (verb. Jedoch so müssen die Schlüssel dem *donatario* gegeben werden ꝛc.) Hæc sunt requisita donationis Geradæ extrajudicialis, de quibus fusius agit Andr. Goldb. *de Gerad. c. 7. membr. 3. n. 52. & seqq.* † Sed, *num & hæc requisita tempore pestis observanda erunt?* Etenim, ob necessitatem & periculum imminens in testamento, tempore pestis condito, multa de solennibus juris remissa censentur, *l. casus. 8. C. de testament.* Const. Elect. *4. p. 3.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 118. n. 17.* Virgil. Pingitz. *q. 20. n 40. & seqq.* † Quidni ergò in donatione Geradæ inter vivos, ex identitate rationis, idem obtinere, eamque absque solennibus requisitis valere diceremus? † Verùm hoc argumentum, ex rationis identitate desumtum, in exorbitantibus à jure communi non semper procedit; nec privilegium speciale ad consequentiam, aliumve casum similem extendere licet, *l. quod verò. 14. ff. de leg. l. quod contra 141. ff. de Reg. jur.* † Ut maximè ergò in testamento, tempore pestis condito, numerus testium in favorem testamenti expressè remissus sit, *dict. l. 8. C. de testam.* & Const. *4. p. 3.* exinde tamen ad donationem inter vivos nil inferendum, † nec donatricem, peste laborantem, ad solennia donationis Geradæ requisita haud adstrictam esse, dixerim; † Quia actus morientium majorem merentur favorem, quàm contractus vel actus inter vivos, *c. cum dilecti. 6. ext. de donat. l. in testamentis 12. ff. de reg. jur. & inst. de leg. Fus. Canin. toll. in fin.* † Nec de remissione solennium, absque juris autoritate quicquam temerè asseverandum est, *c. 18. in fin. extr. de sent. excomm. in 6to.*

Ita Domini ad requisitionem Adami Daberentzens zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1627. [Verba sentent. Ob wol Regina Hasserlenders / als sie an der gefährlichen Seuche der Pestilentz kranck gelegen/für Notarien und Zeugen curem Weibe ihre gantze Gerade / an Betten/ leinen Geräthe/ Kisten und Laden / durch eine donation unter den Lebendigen geschencket / ihr auch zu solchem Ende die Schlüssel überreichet. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß die Kisten und Kästen/ darinnen die Gerade verwahret worden/gegenwärtig gewesen / oder sonsten die Gerade-Stücken der donatarien wircklichen tradiret worden/ ꝛc. So ist auch dannenhero solche Ubergabe der Gerade zu Recht nicht beständig/ V. R. W.]

Et in causa simili an die Stadt-Gerichte zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1633.

Item in causa Pauli Krahers zu Leipzig / Mens. Novembr. Anno 1633.

Et in causa Catharinæ Maschkin zu Meissen / Mens. Jan. Anno 1634.

Definit. XVI.

Traditio clavium necessaria non est, quando res ad Geradam pertinentes realiter traduntur.

1 Dubium movet textus *in h.* Const. *14.* §. So aber eine *&c.* qui utrumque requirere videtur, traditionem nempe clavium, & rerum donatarum, *in verb.* (Auch darneben) † Quæ copulativa sunt, & utrumque desiderant, *l. si heredi plures. 5. ff. de condit. instit.* §. *pen. Inst. de hered. instit. Bartol. in l. ea tamen 46. ff. de legat. 3.* † Ast verba copulativè non semper conjungunt, sed quandoque in disjunctiva verba resolvuntur secundum subjectam materiam, *l. pen. ubi Dd. C. de verb. signif.* Everhard. *in loc. à nat. copul. n. 11.* maximè, † quando copula ponitur inter idem sonantia; tum enim illa duo in unum plerumque resolvuntur, & unum est adjectivum alterius, *l. 1. in pr. ubi* Bartol. *ff. de pact.* Everh. *dict. loco.* † Eodemque modo copulativa verba *h.* Const. pro disjunctivis poni luculenter probat §. *fin. h.* Constit. *14. verb.* Die donirten Stücke oder die Schlüssel, ubi sufficit, si usu reservato ad vitam, donarius vel res donatas, vel claves restituat. † Ad quid enim prodesset restitutio clavium, rebus donatis interim manentibus penes donatarium, si ad perfectionem donationis copulative requireretur & clavium & rerum donatarum traditio. † Sequitur hinc ergò, quòd alterutrum horum sufficiat ad donationem Geradæ extrajudicialem; Traditio nempe rerùm donatarum: Vel traditio clavium in conspectu cistarum & capsarum, in quibus Gerada continetur, Andr. Goldb. *de Gerad. c. 7. membr. 3. num. 85. & sequentib.* † Rebus etenim donatis actualiter traditis, quid opus est traditione clavium, ex quâ ficta oritur traditio? §. *Interdum 43. ubi Dd. Instr. de rer. divis.* † Cessat siquidem fictio, ubi veritas locum habere potest, *arg. l. nec ei. 17. §. & primum. 2. vers. tertio. ff. de adopt.* † Et è contrario traditis clavibus, quid opus traditione rerum donatarum? quum tantum operetur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, *l. un. in pr. C. de rei uxor. act. l. cum ex oratione. 44. ff. de excusat. tutor. l. legem 16. C. de locat.* † Alterutrum igitur sufficiet, nec utrumque simul necessarium erit; quamvis utroque omisso, donatio Geradæ invalida reddatur.

Ita Domini in eadem sententia an Adam Daberentzen zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1627. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß die Kisten und Kasten/darinnen die Gerade verwahret worden / gegenwärtig gewesen / oder sonst die Gerade-Stücken der donatarien wircklich tradiret worden/ derer eins doch zu beständiger Ubergabe für Notarien und Zeugen nothwendig erfodert wird/ ꝛc.]

Item: An Elisabethen Scheletzkyen und Consorten zu Neustadt an der Orla/ Mens. Jun. Anno 1597.

An Johann Friebeln zu Leipzig/ Mens. Julio, Anno 1615.

Definitio XVII.

Ad donationem Geradæ coram Notario & testibus, necessarius non est consensus alicujus Curatoris ad litem.

1 In judicio Gerada absque Consensu Curatoris ad litem, ne quidem à Virgine aut Vidua donari potest, *h.* Const. *14. in pr.* Gloss. *in art. 27. verb.* Welch Mann. *lib. 1.* Landrecht. † Quoniam mulieres non habent legitimam personam standi in judicio absque Curatore ad litem, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de postulat. num. 4.* † Nec pos-

possunt absque Curatoris consensu ullum actum judicialem firmiter celebrare, *art. 46. lib. 1.* Landr.
4 Matth. Goler. *p. 1. decis. 12. n. 32.* † Quæ ratio deficit in donatione extrajudiciali: Ergò, si Virgo vel Vidua extra judicium, coram Notario & testibus Geradam alteri donare velit, facere hoc poterit absque consensu Curatoris, (nisi aliàs ipsi de Curatore ad litem provisum sit; quo casu hujus autoritas adhiberi debet, *l. 3. C. de minor. pr. Inst. de aut. tutor.*) Andr. Goldb. *de Gerad. c. 7. membr. 3. n.*
5 *136. & 144.* Jacob. Thoming. *decis. 6. n. 22.* † *Tùm* quod *b.* Const. *14.* ad donationem extrajudicialem duntaxat præsentiam testium requirat; Curatoris
6 verò mentionem non faciat, † Quod absque dubio non prætermisisset, si autoritas Curatoris necessaria
7 foret, Goldb. *d. l. n. 139.* † *Tùm*, quod nec alibi de autoritate Curatoris ad donationem extrajudicialem necessariâ quicquam statutum reperiatur. Quod verò lex non statuit, nec nos statuere debemus, §. *cum igitur vers. nec quælibet lex Auth. de*
8 *non elig. secund. nubent.* † *Tùm*, quia mulieres solutæ in foro Saxonico sine Curatore ad litem mobilia sua donare & alienare possunt, *art. 45. in fin. lib. 1.*
9 Landr. Const. Elect. *15. p. 2.* † Ex quo corruit objectio: quod mulier, ne quidem extra judicium, contrahere, nec quicquam alienare valeat, Const.
10 Elect. *15.* † Quia id ipsum patitur limitationem in rebus mobilibus, ut patet ex *dict.* Const. *15.* §. Gleicher gestalt / *vers.* wie denn auch die Witt-
11 ben/ꝛc. † A quo minus rectè exceperis bona uten-
12 silia, quorum alienatio solennis requiritur, † *Tùm*, quod limitatio sit generalis, adeoque etiam Geradæ, in rebus mobilibus consistentis, alienationem comprehendat; *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat.*
13 *præst.* † *Tùm*, quod inter solennitates alienationis extrajudicialis nullibi reperiatur autoritas Curatoris: Ut proinde absque autoritate legis necessariò requirenda non sit, *arg. l. dissentientis. 5. C. de repud. l. 19. C. de collat.* Quamvis à Facultate Juridica Lipsiensi Mens. Majo An. 1630. aliter responsum perceperim.

Ita Domini ad consultationem Johannis Heinrici à Schönbergs/Mens. Jun. An. 1603. (Verba sent. Hat eure Stieffmutter vor Notarien und Zeugen euerer Tochter alle ihre Gerade durch eine Ubergabe unter den Lebendigen geschencket und übereignet/ꝛc. So ist solche Ubergabe ihrer Solennitäten halben/ ungeachtet/ daß die donatrix keinen Kriegischen Vormunden darzu gebraucht/ zu Recht kräfftig/ V. R. W.)

Et in causa simili ad petitionem Annæ & Elisabethæ à VVeilrode, zum Altenberge / Mens. April. Anno 1597. (Verba sent: So ist solche Ubergabe ihrer Solennitäten halben/ ungeachtet/ daß dieselbe ohne Beyseyn und Bewilligung eines Kriegischen Vormundes geschehen / zu Recht beständig/ V. R. W.)

Et pari in casu ad requisitionem Brigittæ & Mariæ à Mingeroda, Mens. Mart. Anno 1597.

Item Joachim Rottenbergers zu Dreßden / Mens. Jun. Anno 1603.

Item in causa Pauli Krahers zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1633.

Definit. XIIX.

Donatio rei particularis, ad Geradam pertinentis, absque requisitis solennibus facta valet.

1 QUæ de requisitis solennibus, ad translationem geradæ necessariis, hactenus dicta fuere, ea solum intellecta velim de donatione Geradæ universalis. † Etenim, si qua mulier rem ali- 2
quam particularem, ad Geradam pertinentem, alteri donare velit, dubium non est, † quin nudâ tra- 3
ditione, absque aliis solennitatibus, hoc facere queat, juxta tradita Simon. Ulric. Pistor. *in addit. ad observ. 190.* Hartm. Pist. *vers. Præterea per Constitutionem, &c.* & Dan. Moller. *ad hanc Const. 14. n. 7.* ubi allegat Wesenb. † Ecquis enim nescit, 4
Geradam esse universum quiddam, seu nomen juris, quod ambitu suo multa universaliter continet, omnem scilicet ornatum, vestitum, & supellectilem muliebrem; Veluti etiam est hereditas, patrimonium, dos, peculium & similia, Pfeil. *Lib. 1. conf. 90. n. 8.* Modest. Pist. *part. 1. q. 21. n. 3.* † quo- 5
rum alienatio ob suspicionem sinistram nunquam ferè absque solennibus requisitis admittitur; ut mirum haud sit, Illustrissimum Electorem donationem quoque Geradæ ad certa solennia astrinxisse, *h.* Const. *14.* † Quæ procul dubio de jure univer- 6
so, seu universali Geradâ loquitur, uti ex verbis Constit. *& toto contextu* satis liquet. † At, salva 7
manet proximæ cognatæ universitas, seu jus Geradæ, ut maximè una vel altera res particularis, ad Geradam pertinens, alteri tradita vel donata fuerit.

Ita Domini incausa Jodoci Rudigers zu Wetteroda/ Mens. April. Anno 1624. (Verba sententiæ: Hat euch eure Schwester zwey Armbänder von ihrer Gerade geschencket und zugestellet/ꝛc. So ist solche Ubergabe/ ungesehen die in der 14. Churfl. Const. p. 2. erfoderte requisita dabey nicht in acht genommen worden/ nach Gelegenheit dißfalls zu Recht beständig/ V. R. W.)

† Restringenda tamen est hæc definitio ad dona- 8
tionem unius, vel alterius rei particularis, ad Geradam pertinentis. Secus verò res se habet, si mulier majorem partem Geradæ in alium transferre velit; † Quod absque requisitis solennibus facere nequit; 9
Ne scilicet fraudem faciat legibus, quæ donationem Geradæ non nisi certis adhibitis solennibus permittunt. † Præsumitur enim donatio majoris partis 10
bonorum fraudulenter facta. Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 558. num. 2.*

Ita Domini in causa Mariæ Viduæ M. Andreæ Kaldvvassers zu Kempniß/ Mens. Novembr. Anno 1629.

Definit. XIX.

Donatio Geradæ revocatur ipso jure, ex supervenientia filiæ.

CErti juris est, propter liberorum superveni- 1
entiam, donationem factam revocari posse; si nempe donatori, qui tempore donationis nullos habebat, liberi fuerint nati, *l. si unquam. 8. C. de revoc. donat.* Joh. Schneidevv. *in §. 2. vers. sciendum. n. 8. Inst. de donat.* Henr. Bocer. *de donat. c. 3. n. 110.* Anton. Gomez. *tom. 2. var. resolut. 4.* Modest. Pist. *p. 2. qu. 66.* † Quidni ergò Geradæ quoq; dona- 2
tio ex supervenientiâ filiæ revocari poterit? de quâ si cogitasset donatrix, verisimiliter Geradam suam alteri haud donasset, *arg. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi. 30. C. de fideicom.* † Quæ præsumptio tam favorabilis est, ut ex su- 3
pervenientia filiæ ipso jure evanescat donatio, *d. l. 8. in verb. revertatur, ubi* Gothofr. *C. de revoc. don.* Jul.

4 Clar. *lib. 4. sentent. §. donatio. q. 23. n. 8.* † Cujus rei hic potissimum existit effectus, ut, licet donatrix tacuerit, eâ tamen defunctâ, ipsa filia Geradam donatam repetere possit, juxta tradita Bald. & Salyc. *ad l. ult. C. de rev. donat.* Ant. Fab. *in Cod. l. 8. tit. 36. Defin. 34. n. 3.*

Ita Domini ad consultationem Georgii Günthers zu Leipzig/Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch die donatio Geradæ ex supervenientia filiæ ipso jure erloschen/und die Gerade der Mutter wieder anheimb gefallen/ꝛc. So haben sich auch die donatarii der geschenckten Gerade nicht anzumassen; Sondern es verbleibet dieselbe der Tochter billich/V. R. W.)

Item ad requisitionem Johannis à Milkau, Mens. Jul. An. 1632.

Et in causa Christiani Ehrenfrieds à Schönberg/ Mens. Febr. Anno 1634.

Definit. XX.

Non tamen revocatur donatio Geradæ reciproca seu remuneratoria per supervenientiam filiæ.

1 SEd alia est ratio donationis Geradæ reciprocæ seu remuneratoriæ, quæ procul dubio ex supervenientia filiæ non revocatur; quia hæc propriè donatio non est, Jul. Clar. §. *donatio. q. 2. n. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 36. Defin. 3.* Vide
2 suprà Const. *12. defin. 33.* † Nec enim liberi, si qui alteri ex donatoribus adnascantur, efficere possunt, ut revocetur donatio, quam ex parte alterius, qui liberos non suscepit, subsistere necesse est; cum neuter fuisset donaturus, si non vicissim sibi quoque fu-
3 isset donatum. † Unde fit ut utraque donatio pro una habeatur, quæ pro parte citra utriusque consensum rescindi nequit, *l. 1. l. 2. l. 4. C. de revoc. donat.* Ant. Fab. *dict. defin. 3. n. 10.*

Ita Domini in causa Annen Stulperin zu Lützen/Mens. Jul. Anno 1634.

Definitio XXI.

Gerada, donationi omnium bonorum inclusa, validè non donatur.

1 HAud valida est donatio Geradæ, inclusa donationi universorum bonorum, præsentium ac futurorum; nec per ejusmodi donationem
2 ullo modo Gerada transferri potest; † Quia donatio universorum bonorum de jure non subsistit, secundum veriorem sententiam Joh. Schneidevvin. *in §. 2. n. 86. Inst. de donat.* Hartm. Pist. *obs. 10.* Joh. Guttierretz. *in tract. de juram. confirm. part. 1. c. 11. n. 2.*
3 † Nec est, quod hancce donationem quoad Geradam solùm valere dixeris, eò, quod utile per inutile vitiari non debeat, *c. utile 37. de reg. jur. in 6to l. 1. §. sed si mihi. 5. ff. de verb. obligat. l. sed etsi 12. ff. de const. pecun. l. si sponsus 5. §. 2. ff. de*
4 *donat. int. vir. & uxor.* † Quia hoc verum est solùm in dividuis, quando utile ab inutili separationem recipit, Dd. *in d. c. utile. 37. de reg. jur. in 6to.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 88. num. 12. & lib. 2. observ. 5. n. 9.* Joh. Harppr. *ad §. fidejussores. 5. n. 17. Inst. de fidejuss.*
5 † At, unicus & individuus est actus donationis omnium ac universorum bonorum, qui in totum sit irritus, nec pro parte valere potest,
6 † Unde fit, quod nec detractâ mentione futurorum, bonorum præsentium donatio subsistat; cum unica sit donatio, quæ sublata, nil prorsus utile & in jure validum relinquit, Dec. *part. 1. cons. 30. in fin.* Joh. Schneidevvin. *in §. 2. num. 88. Inst. de donat.*

Ita Domini in causâ Melchior Hartmans zu Schlottheimb/Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent: Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall die donatrix zugleich nebenst der Gerade alle ihre andere Güter/bewegliche und unbewegliche/gegenwärtige und zukünfftige/wie auch alle jura und actiones ihrem Bruder mit übergeben/ dergleichen donationes aber/ als universorum, nicht kräfftig seyn/ꝛc. So man auch dannenhero vorgedachte Übergabe so wohl der Gerade/als der donatricin Güter/für beständig nicht gehalten werden/ꝛc.)

Definit. XXII.

Inter Geradam, quæ defunctâ muliere ad proximam ejus cognatam devolvitur, quæq; defunctô maritô ad uxorem superstitem pertinet, præterquam circa oves, nulla est differentia.

BOna utensilia jure Saxonico non solùm præ- 1
mortuô maritô ad uxorem superstitem pertinent; Sed & si uxor ante maritum decesserit, bona illa ad proximam cognatam devolvuntur, *art. 20. lib. 1. & art. 38. lib. 3.* Landr. † Unde duplex perhibetur Gerada: Uxorum scilicet, & Cognatarum, Gloss. *in dict. art. 38. &* Gloss. *in art. 24. lit. d. lib. 1.* Landr. † Illa, Gerada nempe uxorum est, quæ 2 3
Uxoribus post mortem maritorum debetur; Hæc verò, Cognatarum Gerada, vulgò Niftelgerade/ (quamvis hîc Lipsiæ & alibi ex statuto & consuetudine peculiari, alio sensu hæc vocula accipiatur. *Vid. infr.* defin. 51.) dicta est, † quam 4
Uxor, ante maritum decedens, ut & vidua aut virgo, ad proximam cognatam transfert. Gloss. *dict. art. 38. art. 27. lib. 1.* Landr. Hartm. Pistor. *part. 1. qu. 32. n. 1.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. c. 3. num. 256.* † Sub Gerada autem Uxorum 5
omnes species, ex dispositione Juris Saxonici, aliàs ad Geradam pertinentes, comprehenduntur. † Sed Geradæ Cognatarum aliæ species desunt, 6
Hartman. Pistor. *d. loc.* Idque minus dubii habet. At hoc expeditum non est: *in quibus speciebus discrimen hoc consistat?* † Additionator *Spec. Saxon. in art. 38. lit. C. lib. 3. & in art. 24. lit. D. lib. 1.* 7
Landr. hanc differentiam ponit, ut illæ duntaxat species Niftelgeradæ numero habendæ sint, quas uxor ad maritum intulit, vel ei, constante matrimonio, ex successione, vel aliunde obvenerunt, hæque solæ post uxoris conjugatæ obitum, Cognatæ ejus proximæ debeantur. † Sed erroneam 8
esse hanc sententiam, *ex art. 20. lib. 1.* Landr. *art. 23.* Weichb. *& art. 38. lib. 3.* Landr. luculenter probat Hartm. Pist. *dict. quæst 32. n. 4. & 5.* Quem sequitur Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 2. n. 7. 8. 9.* † Verior 9
autem & usu receptior in hisce provinciis est opinio existimantium: Cognatæ proximæ omnes illas res, quæ alioquin utensilium nomine, maritô defunctô, uxorem pertinent, deberi, Hart. Pist. *d. qu. 32. n. 3. in fin.* † Exceptis solummodò 10
ovibus, quarum alia habetur ratio uxoris, post mortem mariti utensilia percipientis; alia verò Cognatarum. † Uxor enim marito superstes, 11
omnes oves sexus fœminini utensilium nomine consequitur, non attento, utrum hæ propriæ illius, an verò mariti fuerint; nec utrum in ovilibus sive prædiis mariti existentes, vel elocatæ reperiantur. † Ad proximam verò Cognatam illæ 12
saltem pertinent oves, quas Uxor ad maritum intulit,

intulit, & quæ ipſius fuerunt propriæ, Gloſſ. *in cap. 57.* Lehenr. Hart. Piſt. *d. q. 32. n. 9.* Goldb. *dict. cap. 2. n. 11.* † Ut ſic inter utenſilia, quæ Uxor defuncto marito, quæque poſt mortem Uxoris Cognata conſequitur, præter Oves, nulla ſubſit differentia, Piſt. *dict. loc. n. 11.* 13

Ita Domini in cauſa Magdalenæ à Milvvitzin, Menſ. Decembr. Anno 1617. (Verba ſentent. Ob wol ſonſten nach Abſterben eines Mannes der überlebenden Adelichen Wittben alle Schafe (ausgeſchloſſen die Hämmel) ohne Unterſcheid/wo ſie ſeyn / in Schäfereyen / oder auff Forwergen ſtehend/die des Mannes geweſt / oder zur Miethe ausgethan/zur Gerade gehören ; Dieweil aber dennoch nach Abſterben eurer Muhme / von dero überlebendem Ehemann ihr als eine Niſtel des Weibes Gerade anietzo fodert/ꝛc. So werden euch allein die jenigen Schafe / ſo die verſtorbene Frau zum Manne bracht/oder ſonſten bekommen/und ihr eigen geweſen / nebens andern Gerade-Stücken (darunter ferner in gegenwärtigem Fall / und wenn ſonſten eine Adeliche Wittib aus des Mannes Verlaſſenſchafft die Gerade fordert/kein Unterſcheid gehalten wird) billich abgefolget/ V.R.W.)

Definit. XXIII.

Fœtus Ovium, poſt mortem mariti, ante tamen diviſionem editi, indiſtinctè, ſive maſculini, ſive fœminini ſint ſexus, Viduæ cedunt, ut & lana nondum detonſa vel decerpta.

1 OMnes indifferenter Oves ſexus fœminini, atque adeò eas etiam, quæ mercede locatæ ſunt, ceu Geradam, ad Viduam pertinere, patet ex *art. 24. lib. 1.* Landr. Gloſſ. Weichb. *art. 23.* Andr. Goldb. *de Gerad. c. 4. n. 19.* Idemque probat *Reſponſum Scabinorum in* Defin. *præced. allegatum.* 2 † Sed, *quid de fœtibus ovium poſt mortem mariti, ante diviſionem tamen editis, habendum?* 3 † Hoſce mariti heredibus cedere, videtur probari ex textu *in art. 20. lib. 1. & art. 76. lib. 3.* Landr. ubi mulier dicitur Geradam accipere, qualis tempore mortis mariti 4 fuerit. † At fœtus memorati, cum maritus moreretur, nondùm fuerunt in rerum natura, ſed poſtea demum procreati ſunt. Unde conſequitur, quod vidua in hiſce ſibi nil juris vindicare 5 queat. † Verùm reſpondet Hartm. Piſt. *lib. 1. q. 34. n. 4.* prædictos textus juris Saxonici non loqui de rebus, quæ eo tempore, cum maritus vitâ fungeretur, adfuerunt: ſed de jure, quod tunc tem- 6 poris uxori in mariti bonis competit. † Ex quo ipſo jure pro Vidua potius concludendum; Eſt enim hoc jus, quod mortis tempore uxor in ovibus habuit, ejus efficaciæ, ut etiam fœtus pecorum, nec non lana nondum detonſa vel decerpta, ad eam pertineat, uti rectè opinatur Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 34.* & Goldb. *dict. cap. 4. num. 24.* 7 † Nam fœtus & lana pecoris ejus fit, ad quem pecus ipſum pertinet. §. *gallinarum 16.* §. *item ea 17. Inſt. de rer. divis. l. bonæ fidei. 48. in fin. ff. de acq.* 8 *rer. dom. l. un. C. de rei uxor. act.* † Eſtque Gerada quiddam univerſale, Modeſt. Piſt. *p. 1. q. 21.* At in univerſalibus veniunt etiam fructus, utpote quibus augetur univerſitas, *l. item veniunt. 20. §. 3. l. ſed* 9 *etſi lege. 25. §. f. ff. de pet. hered. l. 2. C. eod. tit.* † Quin & hoc caſu nulla diſtinctio facienda, an fœtus ſint maſculini, an fœminini ſexus: Etſi enim aliàs oves fœminini ſexûs duntaxat ad Geradam perti- 10 neant; † Attamen cum hoſce fœtus uxor non jure Geradæ, ſed jure dominii, & tanquam fructus pecoris ſui percipiat, *dict. l. bonæ fidei. 48. ff. de acq. rer. dom.* utiq; quin & agni maſculini ſexus ad uxorem pertineant, dubium eſſe nequit. Goldb. *dict. c. 4. n. 30.* † Quamvis aliàs agni, in vita mariti pro- 11 creati, tùm demùm ad viduam pertineant, ſi nondum ſint ejus ætatis, ut per ſe alantur, ſed matribus adhuc ſubrumantur, ut probat Goldb. *d. l. n. 34.*

Ita Domini ad conſultationem Johannis Mylii zu Plawen/ Menſ. Majo Anno 1630. (Verba ſent. Iſt den 6. Jan. dieſes Jahrs G. A. T. Todes verfahren / und hat zehen Kindere/zuſambt der Adelichen Wittben/nach ſich verlaſſen/und weil es ſich mit Beſtätigung der Vormünden biß hieher verzogen/haben unterdeſſen die trächtig geweſenen Schaafe gelammet/ ꝛc. So gebühren die Lämmer ohn Unterſcheid/ zuſampt den alten Schafen/der Wittben zur Gerade billich/und ſie mag vor die Fütterung Abtrag zu thun nicht gedrungen werden/V.R.W.)

It. in cauſa Urſulæ, Viduæ H. V. à S. Menſ. Majo An. 1633. (Verba ſent. Daß zugleich / nebens den Schafen/ alles junges Schaf-Vieh/wie es Nahmen haben mag/ ſo nach eures Ehe-Junckern Abſterben/binnen dem dreyßigſten/ oder vor gehaltener Theilung / und euerer Befriedigung gelammet worden / zur Gerade euch billich abgefolget wird/und haben ſich die Erben damit/daß die Schafe nach Abſterben eures Junckern allererſt zugelaſſen worden/ beſtändiger Weiſe dawider nicht zu behelffen / V.R.W.)

Et in cauſa heredum à Schönfelds an Stadtſchreiber zu Plawen / Menſ. Majo, Anno 1617. [Verba ſent. Seyn zur Zeit des von Schönfelds Abſterben/die Schafe trächtig geweſen/und haben die Wolle noch gehabt ; So werden beydes eurer Pflege / Frauen die Lämmer und die Wolle / oder der rechte Werth dafür billich gefolget/ V.R.W.)

Definit. XXIV.

Inter Geradam mulierum Nobilium & Plebejarum nulla eſt differentia, præterquam circa oves, anſeres, anates, & currum.

RAriùs forſan accidit hiſce in Provinciis, ut viduæ plebejæ, ex defunctorum maritorum ignobilium bonis, Geradam capiant, quia ex Conſtitutione Provinciali, & cujusque loci Statutis (niſi pactis dotalibus aliud proviſum ſit, aut bona illata repetantur,) certam portionem, collatis bonis ſuis omnibus cum utenſilibus, lucrantur. † Quo caſu diſputatio de capienda Ge- 2 rada ex bonis defuncti mariti ceſſat, Goldb. *de Gerada c. 5. p. 92. n. 12.* Communiter autem tàm inter Nobiles, quàm plebejas mulieres de Gerada cognatarum diſceptari ſolet; † quam ſcilicet 3 Uxor, ante maritum decedens, ut & vidua aut virgo in Cognatam transfert: Unde & Gerada Cognatarum, ſeu Niftelgerada, dividitur in Geradam Nobilium, & Geradam ignobilium ſeu plebejarum, Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 2. n. 21.* † Aliter enim Nobiles, aliter verò ignobiles vel 4 plebejæ Geradam accipiunt: Quæ tamen differentia ſolùm in hiſce tribus ſpeciebus conſiſtit; † *Ovibus* videlicet, *anſeribus & anatibus*, Andr. 5 Goldb. *d. c. 2. n. 22.* Quibus ego addo *Currum*, quo vecta fuit mulier Nobilis. † Sicuti enim inter plebe- 6 jas & ignobiles fœminas *Oves*, *anſeres* & *anates* ad Geradam non pertinent, licet inter Nobiles Geradæ nomine veniant: † Ita nec *Currus*, ceu res ad 7 Geradam pertinens, defunctâ muliere ignobili, Cognatæ cedit, † Quare quæ dicta fuêre de Ovi- 8

bus

bus Defin. *præced.* non nisi de fœminis Nobilibus dicta velim.

Ita Domini in causa Mariæ Lotters zu Ebeling / Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Ob wohl sonsten unter denen vom Adel die Schaaffe/Gänse/ Enten/ und der Wagen/ darauff die Verstorbene gefahren / zur Gerade gehörig; Dieweil aber dennoch/euerm selbst eigenen Bericht nach/ eure verstorbene Mahme / Jungfrau Anna Rolles / wie auch ihr/nicht von Adelichem Geschlecht herkommen/sondern beyde von Bürgerlichen Eltern erzeuget seyd/ꝛc. So habt ihr euch auch / als die Nisstel / obgedachter Stücke zur Gerade nicht anzumassen/V.R.W.)

Et ad consultationem Erasmi von Brands/ Mens. Apr. An. 1612 (Verba sent. Ob gleich eures Unterthanen Eheweib etliche Schaafe nach sich verlassen; So hat doch ihre neheste Nisstel sich derselben/sie seyn gleich in stehender Ehe erzeuget/oder nicht / als Gerade nicht anzumassen; Sondern sie hat solche als Fahrnüß / nebens anderer ihrer fahrenden Habe auff ihren überlebenden Ehemann gebracht und verfället/V.R.W.)

Definit. XXV.

In dijudicandis rebus ad Geradam pertinentibus, cujusq; loci Consuetudo & mulieris possessio attendi debet.

1 Quatuor illæ species, de quibus *in* Defin. *præced.* dictum, solummodò apud Nobiles fœminas ad Geradam referuntur. Reliquæ verò res ad Geradam pertinentes, tàm Nobilium, quàm plebejarum mulierum, Geradæ communes habentur, ac indifferenter inter bona utensilia referun-
2 tur. † *At quænam illæ sunt?* Equidem harum rerum catalogum ponit *art.* 24. Landr. *lib.* 1. *art.* 23.
3 Weichbild & Gloss. Lehenrecht. *cap.* 56. † Quas tamen omnes ibidem enumeratas hodiernus usus non approbavit: Nec possibile ferè est, eas certa
4 aliquâ regulâ definire; † siquidem plerisq; in civitatibus hujus Provinciæ bonis utensilibus modus peculiaris Statutis & consuetudinibus præfinitus est, quibus omninò standum erit, Hartm. Pist. *lib.* 1. *qu.* 32.
5 *n.* 6. † Cujuslibet enim loci peculiaria Statuta jus cõmune & generalem consuetudinẽ Provinciæ tollere solent, §. *jus autẽ civile* 1. *Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. an in totum.* 3. *C. de ædif. privat. l.* 1. *C. de emancip. liber.* Bartol. & Dd. *in l. omnes populi* 9.
6 *ff. de just. & jur.* † Sane in Provinciis hisce Saxonicis, quænam res usu ac consuetudine ad Geradam pertineant, quæque bona utensilia dicantur, satis apparet ex formulâ hac de re pronunciandi Scabinorum Lipsensium, relatâ verbotenus ab Hartm. Pist. *dict. quæst.* 32. *p.* 233. *Rubr. Sequuntur species ad bona utensilia pertinentes, prout Scabini Lipsenses eas in Responsis suis enumerare solent, &c.* Quam
7 formulam hic transcribere nolo. † Illud tamen certum est, hæc solummodò bona utensilia ad proximam Cognatam pertinere, quæ uxor defuncta tempore mortis possidet (Welche das Weib zur Zeit ihres Absterbens in ihrer
8 Gewehr gehabt) † Est enim mulieris possessio potissima & propinqua causa Geradæ, Weichbild. *d. art.* 23. Gloss. *latin. art.* 38. *lib.* 3. Landr. *lit. E.* Matth. Coler. *de proceff. execut. p.* 1. *c.* 3. *n.* 256.
9 † Quia ex possessione præsumitur Dominium, *l. sicut* 8. §. *& si* 4. *ff. si servit. vind.* Dd. *in l.* 2. *C. de*
10 *probat. l. ult. C. de rei vindicat.* † Ut sic in dijudicandis bonis utensilibus duo semper observari debeant: *Consuetudo* scilicet cujusque loci: *& possessio mulieris.* Cui non obstat Elect. Const. 22. *p.* 3. ubi vid. *Defin.* 4.

Ita Domini ad consultationem Matthæi Wachs zu Lindicht / Mens. Novembr. Anno 1594. (Verba sent. Es werden aber die Stücke zur Gerade gehörig / so viel die Mutter nach sich verlassen/ und zur Zeit ihres Absterbens in ihrer Gewehr gehabt/ auch des Orts bräuchlich/euerm Eheweibe / als der neheſten Nisstel / billich gefolget/ V.R.W.)

Definit. XXVI.

Catenæ, armillæ, aliævè res similes, in Uxoris possessione repertæ, ad Geradam pertinent, licet ambo conjuges illis usi fuerint.

1 Exinde quod dictum Defin. *præced.* possessionem esse causam propinquam Geradæ, sequitur, in controversiâ inter maritum ejusve heredes, & defunctæ Uxoris Cognatam, super re, ad Geradam pertinente, exortâ, omninò inspiciendum esse: Utra pars possideat? † Nam si Uxor possedisse probetur, Cognatæ; Si verò in mariti possessione res
2 reperta fuerit, marito ejusve heredibus adjudicabitur, Gloss. *in art.* 23. Weichbild. Matth. Coler. *part.* 1. *decis.* 60. *n.* 45. † In pari enim causa melior
3 est conditio possidentis, *c. si à sede.* 31. *de præbend. in* 6to *c. in pari.* 65. *de reg. jur. eod.*

Ita Domini ad Consultationem Georgii Agricolæ, zu Dreßden/Mens. Mart. Anno 1616. (Verba sent: So werden dieselbe Stücke der Wittben / weil man solche in ihrer Gewehr antroffen / biß so lange ein widriges von ihres Mannes Erben außgeführet/als Gerade billich gelassen/V.R.W.)

Item in causa Wolff Richters Erben zu Zschopau / M. Octobr. An. 1635.

It. in causa Nicol. Fischers Kinder zu Taucha / Mens. August. Anno 1634. (Verba sentent. So hat bemeldtes Weib/ anderer Ehe / ihre Gerade / (darunter auch das jenige / so der Ehemann von dem ersten Weibe überkommen/oder selbst erzeuget / dem Weibe anderer Ehe aber übergeben / und solche nachmahls in ihrer Gewehr und Besitz befunden worden/ zugleich mit begriffen) auff ihre Töchter bracht und verfället/ꝛc.)

Idque † verum est, etiamsi ambo conjuges cate- 4
nâ, armillis, aliisvè rebus, ad Geradam pertinentibus, promiscuè usi fuerint.

Ita Domini ad requisitionem Johannis Mylii zu Plauen/ Mens. Majo, Anno 1630. (Verba sent. Ob nun wohl solche Armbänder und Ketten nicht allein die Wittib/ sondern auch bißweilen der verstorbene Ehe-Juncker angetragen; Dieweil aber dennoch bemeldte Wittib dieselbige in ihrer Verwahrung gehabt / ꝛc. So gehören sie auch zu der Gerade billich / und werden demnach der neheſten Nisstel abgefolget/ V.R.W.)

Definit. XXVII.

Bona utensilia, si ante uxoris obitum ad virum perveniant, naturam suam mutant, & hereditaria fiunt.

1 Nec tamen indifferenter possessionem Geradæ doceri sufficit, sed Cognata, Geradam petens, id potissimum per duos, ad minimum,
2 testes († Nam quod de tribus cognatis habetur in Gloss. Weichbild. *d. art.* 23. ab usu recessit, Goldb. *de Gerad. c.* 8. *n.* 27.) probare debet, † quòd species
3 illa, quæ petitur, fuerit in possessione mulieris defunctæ tempore mortis, Gloss. *art.* 5. Landr. *lib.* 1. *lit. m.* † Quia res consumptas maritus, ejusve he- 4
redes

redes refarcire, vel pecuniâ pensare non tenen-
5 tur, Goldb. *de Gerad. cap. 9. n. 110.* † Unde & à Scabinis in fine sententiarum vulgaris hæc clausula apponi solet: (Was aber dieser Stücke nicht vorhanden / das darff man nicht geben oder folgen
6 lassen) Ex quo porrò sequitur: † Etiamsi res aliqua ad Geradam pertinuerit, si tamen postea ante obitum uxoris ad virum pervenerit, illam naturam suam mutâsse, & hereditariam factam fuisse, ac propterea marito, ejusve heredibus remanere, *art. 5.* Landr. *lib. 1.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. c. 6.* Goldb. *de Gerad. c. 3. n. 18.*

Ita Domini ad requisitionem Gottlobs à Köckeritz zu Staucha/M. Apr. An. 1633. (Verba sent. Hat eure Mutter euerm Stieffvater etliche Geradestücken an Ketten/ Armbändern/und Ringen zum heiligen Christ geschencket/ und eigenthümlichen übergeben / welche er auch in seiner Verwahrung gehabt / ꝛc. So verbleiben solche Stücke dem Manne/euerm Stief-Vater/billich / und mögen für Gerade ferner nicht geachtet werden/V.R.W.)

Definit. XXIIX.

Mundus muliebris, in possessione mulieris repertus, ad Geradam pertinet, licet eô mulier ad ornatum usa non fuerit.

1 SÆpius accidit, ut mulieres vestes, catenas, annulos, aliasq; species, ad mundum muliebrem pertinentes, sibi comparent, quibus tamen ad
2 ornatum nunquam ferè utuntur. † Quo non obstante, mundus ejusmodi muliebris pro Gerada habetur, ac post mortem mulieris in ejus possessione repertus, proximæ Cognatæ cedit. † Etenim, in dubio, an res ceu Gerada ad proximam Cognatam pertineat, duo potissimum probè observanda dixi Defin. *25. n. 10.* † Nimirum an ex loci illius consuetudine vel Statuto res aliqua inter bona utensilia referatur; Et an in mulieris defunctæ possessione reperta fuerit, Hartm. Pist. *lib. 1. q. 32. n. 6.* Andr. Goldb. *de Gerad. c. 3. n. 13.* Col. *de*
5 *proceff. exec. part. 1. c. 3. n. 256.* † Quæ duo si concurrant, procul dubio res illa, ceu Gerada, ad Cognatam spectabit; etiamsi eâ mulier defuncta nun-
6 quam causa ornatus usa fuerit. † Quod & haud obscurè patet ex Const. Elect. *22. p. 3.* §. Wenn aber. *verb.* gebraucht / oder in ihrer Verwahrung gehabt/ꝛc. Vide Defin. *4. dict. Const. 22.*

Ita Domini in causâ Sebastiani Schneiders zu Leipzig/ M. April. Anno 1639. (Verba sent: So viel aber die güldene Ringe und Armbänder anlanget/werden solche/ wofern sie in der verstorbenen Frauen Gewehr befunden worden/ob sie gleich dieselbe niemahls angetragen / für Gerade billich gehalten/V.R.W.)

Definit. XXIX.

Res hereditariæ, ad ornatum vel usum uxoris à marito concessæ, defuncto eô, si in possessione Uxoris reperiantur, pro Geradâ habentur.

1 BOna utensilia si per donationem aliumve contractum in virum aliquem transferantur, naturam Geradæ amittunt, & hereditaria fiunt, Defin. 27. Dan. Moll. *lib. 2. semestr. c. 6.* Goldb. *de Gerad.*
2 *c. 3. n. 18.* † At, *quid si postea vir ejusmodi bona hereditaria Uxori ad ornatum & usum concedat?* Sanè solus alicujus rei usus Geradam neutiquam fa-
3 cit; † Sed si res hereditariæ, Uxori commodatæ, tales sint, quæ ex consuetudine loci inter bona utensilia referantur, eæq; custodiæ uxoris relinquantur,
4 nil certe obstat, † quo minus res illæ post obitum mariti in possessione Uxoris repertæ, pro Geradâ haberi debeant, juxta tradita Gloss. *in art. 13.* Weichbild/ *col. 9. Sent. post* Weichbild/ *tit.* von Gerade/Morgengabe/ꝛc. Coler. *part. 1. decis. 60. n. 45.* † Ex possessione siquidem mulieris, de bonis utensilibus judicandum est, Gloss. *latin. ad art. 38. lib. 3.* Landr. *lit. e.* 5

Ita Domini in causâ Johannis Reusers zu Leipzig / Mens. April. Anno 1593. (Verba sent: Ob gleich vorgedachter euer Vetter etliche Betten und Leinen Geräthe von seinem verstorbenen Bruder als Erbe bekommen/da er aber dennoch solche Betten und Leinen Geräthe seiner Wittben in ihre Verwahrung gethan / und sie es gebrauchen lassen/ꝛc. So würde ihr auch dasselbige zu ihrer Gerade billich gefolget/V.R.W.)

Et in causâ Viduæ atque heredum G. H. zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1632.

† Ideoq; & Res, ad Geradam pertinentes, quas ma- 6
ritus vel ipsemet comparavit, vel à primâ Uxore jure Statutario lucratus est, conjugi posteriori, Viduæ superstiti, aut defunctâ eâ ante maritum, Cognatæ deberi, si in possessione mulieris repertæ fuerint, asserere haud vereor: † Non solùm ex causa 7
possessionis, unde dominium Geradæ præsumitur, *l. sicut 8. §. etsi 4. ff. si servit. vindic.* Dd. *in l. 2. C. de probat.* Sed † & quòd maritus, res ejusmodi possessioni ac custodiæ Uxoris committens, illas donare 8
censeatur; † quæ donatio jure prohibita non est, 9
ut demonstravi *Supr.* Const. 13. *Defin. 21.* Andr. Goldb. *de Gerad. c. 7. membr. 4, n. 98.* Hart. Pist. *p. 1. q. 31. n. 11. & 37.*

Ita Domini in causâ liberorum Nicolai Fischers zu Taucha/Mens. Aug. Anno 1634. (Verba sent. So hat benieldtes Weib anderer Ehe ihre Gerade (darunter auch das jenige / so der Ehemann von dem ersten Weibe überkommen/oder selbst erzeuget / dem Weibe anderer Ehe aber übergeben und solche nachmahls in ihrer Gewehr und Besitz befunden worden / zugleich mit begriffen) auff ihre Töchter bracht und verfället/ꝛc.)

Et in causâ Petri Oehmens & Consort. zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1612. (Verba sent. Ob nun gleich gedachte Wittib berührtes Ehebette ihrer Mündlein Vater nicht zubracht/sondern dasselbe noch bey seines vorigen Weibes Leben von ihr erzeuget worden; Dieweil aber dennoch gedachter ihr Ehemann und euer Mündlein Vater geschehen lassen/daß sie so wohl/ als er bey währendem Ehestande dasselbe gebrauchet/ und darauff miteinander gelegen/ und sie also dasselbe in ihrer Gewehr und Gebrauche gehabt/ ꝛc. So wird ihr auch dasselbe nunmehr als Gerade billich gefolget/ꝛc.)

Definit. XXX.

Res, à marito uxori ad usum & ornatum concessæ, haud pro Geradâ habentur, si in mulieris possessione non reperiantur.

1 HAud rarò è contrario accidit, ut maritus catenas, armillas, aliasve res similes, ad ornatum pertinentes, quas sibi ipsemet comparavit, vel aliunde accepit, Uxori de commodatô, ejusque usui concedat, quas tamen custodiæ illius non relinquit, sed ab uxore recipit, & in sua pos-
2 sessione retinet. † De hisce sanè rebus dubium non est, quin hereditariæ sint, ac maneant, nec viduæ cedant. † Etenim, quæ in possessione mulie- 3
ris non reperiuntur, pro Gerada Uxoris haberi nequeunt: † Quia mulieris possessio propinqua 4
Geradæ causa est, Weichbild *art. 23. ubi* Gloss. † Ex quâ dominium præsumitur, *l. 1. ff. fam. ercis. l.* 5
sicut. 8. §. sed si 3. ff. si servit. vind. Dd. *in l. ult. C. de Rei vind.* Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 3. n. 14.* † Quò 6
& refero lectos, aliasque res similes, quas maritus ad usum rei familiaris communem comparavit,

ravit; Quæ si in possessione mulieris non reperiantur, Geradæ neutiquam accenseri debent.

Ita Domini ad requisitionem Eliæ Gaschitzens zu Döbeln/ Mens. Aug. Anno 1627. (Verba sent. Ob nun wohl des verstorbenen Eheweib/eure Pflege-Frau/solche Kette viel und offtmahls umbgehangen und getragen; Dieweil aber dennoch der verstorbene Ehemann dieselbe anfanglichen vor sich erkaufft / solche iedesmahl in seiner Verwahrung gehabt/und wann sie das Weib getragen/alsobald wiederum zu sich genommen und verschlossen / ꝛc. So ist auch gedachte Kette nach seinem tödtlichen Abgang/vor Erbe zu achten/ und dannenhero die Wittib/eure Pflege-Frau/ sich derselben / als Gerade / anzumassen nicht befugt/ V.R.W.)

Et in causa simili an Georg Agricolen/zu Dreßden / Mens. Mart. Anno 1616. (Verba sent: Ob er nun gleich solche Gerade-Stücken (so er von seinem ersten Weibe / des Orts Statuten nach / ererbet) seinem andern Eheweibe zu gebrauchen vergönnet; Dieweil er aber dennoch solche Stücken/wann seine andere Haußfrau dieselbe zu Ehren nicht mehr bedurfft / wieder in seine Verwahrung genommen / und bey sich behalten / ꝛc. So mögen auch solche Stücke vor Gerade nicht gehalten werden / sondern sie verbleiben den Erben billich / und sein ander Eheweib hat sich derselben / als Gerade / anzumassen nicht Fug/ V.R.W.)

Item in causa Hansen Weichmans zu Leipzig/ Mens. Julio, Anno 1631. (Verba sent: Ob wohl euer verstorbenes Eheweib ihre Gerade auff ihre Töchter bracht und verfället: Dieweil ihr aber dennoch die Betten/darauff eure Gesellen und Jungen liegen/ vor euch machen lassen/ derselben Eigenthumb iederzeit bey euch behalten / und solche niemahls euerm Eheweibe in ihre Verwahrung gegeben/ꝛc. So haben sich auch derselben / als Gerade / eure Töchter nicht anzumaßen / sondern sie verbleiben euch billich/ V.R.W.)

Et in causa Tobiæ Heydenreichs Kinder/ an die Vormundschafts-Herren zu Leipzig/Mens. Aug. An. 1636. (Verba sent: So hat er solche Betten auff seine Erben bracht und verfället/und die Wittibe hat sich derselben / als Gerade/nicht anzumassen. Sie könte dann/wie Recht/erweisen und beybringen / daß sie berührte Betten / mit des Mannes Wissen und Willen / in ihr Gewehr und Besitz bekommen/und darinnen biß an sein Ende behalten/dessen genösse sie auff den Fall billich/V.R.W.)

Definit. XXXI.

Bona, quæ Uxor non usus proprii causâ, sed tanquam mercatrix aut Creditrix possidet, non habentur pro bonis utensilibus, nec ad proximam Cognatam pertinent.

1 NOn sufficit quævis possessio, ut res, ad geradam pertinentes, proximæ cognatæ no-
2 mine bonorum utensilium cedant, † sed possessionis verbum hoc loco cum effectu & propriè accipi debet, hoc est, de verâ & justâ possessione, quæ fit animo rem sibi habendi, eâque ceu gerada utendi. Gloss. Weichb. *art. 23. col. 8.* Andr.
3 Goldb. *de gerad. c. 3. n. 20.* † Ex animo enim & intentione possidentis de ipsâ possessione judicari debet. Hinc licet res in possessione mulieris re-
4 pertæ ad geradam pertineant, † attamen si non vel usus ornatus, sed vel negotiationis causâ à mercatrice, ut rursus vendantur, vel assecurationis gratia, à Creditrice muliere pro pecuniâ creditâ pignoris
5 loco possessæ fuerint, † neutiquam pro bonis utensilibus habentur, nec proximæ Cognatæ nomine geradæ accrescunt, Gloss. Weichb. *dict. loco,*
6 † Deficit enim animus sibi retinendi iisque utendi, ac proinde possessio legitima non est, quâ † deficiente cessat quoque jus Geradæ, Goldb. *dicto loco.*

Ita Domini in causa Enoch Hetmans zu Leipzig / M. Jan. An. 1636. [Verba sent. Immassen auch die Ketten/Armbänder und Ringe / welche eure Mutter an sich erkaufft/ nicht zu ihrem Geschmuck/sondern allein zu dem Ende/daß sie dieselbe wiederum verkauffen wolte/ nicht zur Gerade/ sondern zum Erbe gehören/V.R.W.)

Et in causa Henrici Grunewalds zu Leipzig / M. Jan. Anno 1634. (Verba sent. Hat eure Mutter etliches Geld auff güldene Ketten / Ringe und andere Gerade-Stücke ausgeliehen; Ob nun gleich solche Stücke sich nach tödtlichen Abgang eurer Mutter also befunden/ꝛc. So seyn doch eure Schwestern derselbigen als Stücke ihrer Mütterlichen Gerade anzumassen nicht befugt/V.R.W.)

Et in causa simili an die Bucherische Erben zu Leipzig/Mens. Decemb. Anno 1615.

Item an D. Andream Weilseckern zu Lützen / Mens. Jan. Anno 1575.

Definit. XXXII.

Pannus pretiosus ad vestimenta muliebria nondum incisus, ad Geradam non pertinet.

DUbium prorsus non est, quin pannus lineus 1
indifferenter sive sit incisus, sive non (geschnittene und ungeschnittene Leinwand) ad geradam pertineat, per *text. in art. 24.* Landr. *lib. 1.* At quid *de panno pretioso, putà serico, vel ex auro, argentove contexto habendum?* † Et hunc ad 2
geradam pertinere, existimaverim cum Andr. Goldb. *de gerad. c. 4. n. 87.* † modò tamen ad vestimenta muliebria incisus fuerit, licet nondum consutus sit, *per text. in art. 23.* Weichbild / *in verb.* Da gehören zu alle weibliche Kleidung/ und geschnitten Tuch/ Wüllen und Leinen / das Frauen pflegen zu tragen / † quæ sanè verba in- 4
differenter & generaliter de panno inciso loquuntur. † Idemque habetur in Gloss. *art. 24.* Landr. 5
lib. 1. sub. E. Ex quo sequitur, pannum laneum vel pretiosum ad geradam neutiquam pertinere, † si 6
nondum incisus fuerit, in quo sanè differentia existit inter pannum laneum vel precioſum, Tuch / & pannum lineum, Leinwand / qui etiam nondum incisus geradæ accensetur.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig / M. Dec. Anno 1615. (Verba sent. Daß die gantze Stücke Harres/so nicht angeschnitten gewesen / deßgleichen gantze Stücke Frantzen/Borten/Zancken/wüllen Tuch/ Seide/ ꝛc. welche zu weiblichen Kleidern noch nicht verschnitten und gebraucht worden / vor Erbe und nicht vor Gerade zu achten/ꝛc.)

Et in causa Dieterichen von Polentz/ Mens. Mart. An. 1636. (Verba sent. Haben sich in eurer Schwester Verlassenschafft 20. Ellen brauner gebümter neuer Atlaß/wie auch so viel Ellen leibfarber neuer Daffet/unzuschnitten / und wie es aus dem Krahm gebracht worden/befunden/ꝛc. So gehören solche Zeuge euch als dem Erben billich / und der Mutter Schwester seyn sich derselben als Gerade-Stücken anzumassen nicht befugt/V.R.W.)

Definit. XXXIII.

Currus, quo mulier vecta fuit, quando inter Nobiles ad geradam referatur.

DE consuetudine & observantia harum pro- 1
vinciarum Saxonicarum, absq; dubio Currus, quo mulier vecta fuit, apud Nobiles ad geradam pertinet, Hart. Pist. *lib. 1. q. 32. p. 234. in verb.* Und der Wagen / darauff die Frau gefahren hat. † Idq; non solum quando defuncto marito, Viduæ 2
superstiti bona utensilia deferuntur, sed & si post mortem mulieris, proxima Cognata geradam petat, † cui æque Currus cedit. Non tamen simpliciter Cur- 3
rus mulieris nomine geradæ venit; † sed tùm demũ, 4
si mulier eô vecta fuerit, quod observantia quotidiana

5 diana probat, † quæ hâc in materia potissimum attendi debet, §. *jus autem civile i. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Bart. *in l. omnes populi 9. ff. de just. & jur.* Hart. Pist. *dict. q. 32. n. 6.*

Ita Domini in causâ Christophori Heinrici à Stein / M. April. Anno 1633. [Verba sent. Hat bemeldte Wittib auch einen Kutschwagen nach sich verlassen. Ob nun wol derselbe sonsten unter denen von Adel zur Gerade gehörig; Da aber dennoch die Verstorbene auff solchem Wagen nicht gefahren / sondern sich eines andern offenen Wagens gebraucht hätte / ꝛc. So möchte bemeldter Wagen als Gerade der Schwester Tochter und nähesten Nifteln nicht abgefolget werden / sondern es verbliebe derselbe auch als Erbe billich / V. R. W.]

Et in causâ Sigismundi à Schönfeld / Mens. Jul. Anno 1633. [Verba sent. Da nun die Frau bey des Junckern Leben darauff gefahren hätte / ꝛc. So würde ihr derselbe zur Gerade billich mit abgefolget / ꝛc.)

6 † Inter solos autem nobiles currus ad geradam refertur, non etiam quando de Gerada mulierum
7 plebejarum controvertitur. † Etsi enim mulier plebeja currum possideat, aut vivente etiam marito eô vecta fuerit, nunquam tamen hic ad geradam refertur, nec Viduæ, aut defunctâ muliere, proximæ Cognatæ bonorum utensilium nomine cedit.

Ita Domini in causâ Hieronymi Krappens zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1613. [Verba sent. Es hat sich aber die Wittib des Wagens / darauff sie bey ihres Ehemannes Leben zu fahren gepfleget / gestalten Sachen nach / weil sie nicht Adeliches / sondern Bürgerliches Standes ist / nicht anzumassen / V. R. W.]

Et in causâ Andreæ Bergmanns zu Eulenburg / Mens. Aug. Anno 1622.

Item in causâ Christophori Schumanns Erben zu Leipzig / Mens. Februar. Anno 1588.

Antonii Boceri Cottæ zu Meisterstadt / Mens. Junio, Anno 1621.

In causâ der Bucherischen Erben zu Leipzig / Mens. Dec. Anno 1615. [Verba sentent. Daß die Nistel sich gestalten Sachen nach des behangenen oder Himmel-Wagen / darauff die verstorbene Wittib hat pflegen unterweilen zu fahren / als Gerade nicht anzumassen / V. R. W.]

Definit. XXXIV.

Equi Curules ne quidem apud Nobiles pro Gerada habentur.

1 QUia currus, quo mulier Nobilis vecta fuit, ad geradam pertinet, ut dictum Defin. *præced.*
2 dubitare aliquis posset, † *annon Equi Rhedarii seu Curules*, die Kutsch-Pferde / *simul nomine geradæ Viduæ aut proximæ Cognatæ deferantur?* maximè cum & cistæ, quæ in curru ponuntur, Kutsch-Laden / insimul cum curru ad geradam pertineant,
3 ut observatû memini in Scabinatu Electorali; † Sed hoc propterea fit, quia cistæ currui adaptatæ sunt, ipsique quasi cohærent, ac proinde separari nequeunt. De connexis verò idem est judicium, quod de
4 principali, Anch. *cons. 72.* Alex. *lib. 1. cons. 85.* † Quæ ratio cessat in Equis Rhedariis, de quibus, quod nomine geradæ veniant, nil quicquam dispositum reperitur; quare nec hosce unà cum bonis utensilibus ad Viduam aut proximam Cognatam pertinere
5 dixerim. † Nisi forsan usus ac consuetudo alicujus loci aliud introduxerit, quâ omnino standum erit. Bald. *in l. cunctos populos. 1. C. de summ. Trinit.* Hart. Pist. *lib. 1. qu. 32. n. 6.*

Ita Domini in causâ Sigismundi à Schönfeld / Mens. Jul. Anno 1633. [Verba sent. So wird berührter Wittben von Adel der Wagen zur Gerade billich mit abgefolget / aber der Kutsch-Pferde hat sie sich anzumassen nicht Fug / es wäre dann des Orts durch eine beständige Gewohnheit eingeführet / und über Rechts-verwährte Zeit unverbrüchlichen also gehalten worden / daß nemlich denen Adelichen Wittben nebens dem Wagen auch die Wagen-Pferde abgefolget worden / dessen genösse sie auff den Fall billich / V. R. W.]

Definit. XXXV.

Ahenum & Caldarium, Wasch-Kessel und Brau-Pfanne / *quatenus ad Geradam pertineant?*

1 INter bona utensilia solent quoque referri Ahenum, Wasch-Kessel / & Caldarium seu labrum cupreum pro coquendâ cerevisiâ, Brau-Pfanne / per *text. in art. 23.* Weichbild. Hart. Pist. *lib. 1. q. 32. pag. 234.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 60. n. 31.* † Illud 2 quidem indifferenter, sive muro affixum sit sive non. At hocce, Caldarium scilicet, non aliter, † 3 quàm si muro affixum non fuerit, sed loco motum precio locari soleat, (die Brau-Pfanne / die man vermiethet / und nicht eingemauret / noch stete stille stehet.) *dict. art. 23.* Weichb. Hart. Pistor. & Coler. *dict. loco.* † Adeoque, ut Caldarium nomine 4 Geradæ proximæ Cognatæ, vel defuncto Viro nobili Viduæ deferatur, hæc duo conjunctim requiruntur, ut nempe muro affixum non sit. Et ut precio locari soleat, † quorum alterutro deficiente, 5 remanet Caldarium heredibus.

Ita Domini in eadem causâ. [Verba sent: Daß die Brau-Pfanne / so man pfleget zu vermiethen / und nicht eingemauret / wie auch der Wasch-Kessel zur Gerade gehörig / und demnach daneben s andern Gerade-Stücken der Wittiben zu entrichten. Im widrigen Fall aber / und da die Brau-Pfanne nicht vermiethet worden / verbleibet dieselbe / unangesehen sie nicht eingemauret / den Erben billich / V. R. W.]

Et in causâ der Bucherischen Erben zu Leipzig / M. Decemb. Anno 1615. [Verba sentent. Daß ein Wasch-Kessel auch zur Gerade gehöret / derowegen wird solcher der Nistel / er sey gleich eingemauret oder eingehencket / billich gefolget / und wird zu ihrem Gefallen gestellet / ob sie anstatt des gebrauchten und eingemauerten Wasch-Kessels einen andern / den ihr geben werdet / annehmen will / ꝛc.]

Definit. XXXVI.

Ut & Mantelia, sive Strophiola, Pelves & Candelabra, Teller-Tüchlein / Becken und Leuchter.

1 STrophiola haudquaquam inter bona utensilia referri, tradit Matth. Berlich. *part. 3. concl. 28. n. 25.* Sed contrarium verius puto, propterea, 2 † quòd aliæ species hisce tamen similes, ut putà, Mappæ, linteamina &c. nomine geradæ veniant, ut probabile sit, † strophiola quoque ad gera- 3 dam pertinere. † Pelves autem solummodo bal- 4 neares, & candelabra quæ appensa non sunt, inter bona utensilia referuntur, reliqua verò candelabra appensa, & pelves ad heredes pertinent, Hart. Pist. *lib. 1. qu. 32. p. 234.* † Idque usus harum 5 provinciarum docet, quamvis *art. 24. lib. 1.* Landr. candelabra & pelves indifferenter ad geradam referri velit.

Ita Domini an die Bucherische Erben zu Leipzig / Mense Decembr. Anno 1615. [Verba sentent. Daß die Teller-Tüchlein und Servetlein / so man gefunden / als Gerade-Stücken der nähesten Nistel verbleiben. It. Daß das messinge Handbecken / so man bey gehaltener Inventur gefunden / wofern nicht Badebecken darunter / so der Nistel als Gerade gebühren / den Erben verbleiben. It. Daß die Nistel sich der Leuchter / so bey angestallter Inventirung nicht gehangen / als Gerade-Stücken gleichfalls anzumassen wohl befugt ist / V. R. W.]

DEFINIT. XXXVII.

Lecti in diversorio publico geradæ non accensentur.

1 INdubitati juris est, quod omnes lecti ad Geradam spectent, per text. *in art. 23.* Weichb. Rotschitz *de gerada art. 13. in med.* Sed fallit hoc in
2 lectis, † quos hospes habet in ædibus vel diversorio pro viatoribus receptandis, tunc enim hi geradæ non accensentur, nec Uxori, sed mariti heredibus debentur, *d. art. 23. post med. vers.* Wäre er aber ein Gastgeber/ &c. *ubi* Gloss. *n. 24.* Gloss. *ordin. in* Saudr. *lib. 1. art. 24. n. 3.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 60. n. 31.* Rotschitz. *dict. art. 13. n. 2.* † Idque indistinctè procedit, sive Vir, sive mulier Cauponariam fa-
3 ciat, cum utroque casu eadem militet ratio, ut de-
4 monstrat Andr. Goldb. *de gerad. c. 4. n. 43.* † Quare si mulier Cauponariam faciens moriatur, Lecti Cognatæ proximæ non deferuntur, quia ad gera-
5 dam non pertinent. † Id quod haud obscurè quoque probat Addit. *ad germ. gloss. art. 24. n. 3. lib. 1.* Landr. ubi habetur, quod lecti qui parati non sunt pro diversorio, non heredibus sed proximiori Co-
6 gnatæ jure geradæ concedi debeant: † Quæ certè verba applicari non possunt, nisi ad casum mortis mulieris, Petr. Heig. *lib. 2. q. 15.*

Ita Domini in causa heredum Adami Nickels zu Leipzig/ M. Jan. Anno 1586. [Verba sententiæ: Haben Adam Nickel und sein Weib in ihrem Hause einen gemeinen Gasthof gehabt/ darinnen iedermann zu Roß und Fuß beherberget worden ist/ &c. So gehören die Betten/ Küssen/ Pfüle/ Leilach/ und andere Geräthe/ so sie für ihre Gäste gebraucht haben/ zu dem Erbe/ und die Nistel hat sich derselben als Stücke der Gerade nicht anzumassen/ V. R. W.]

Et in causa Caspari Schneiders zu Leipzig/ M. Januar. Anno 1633. [Verba sententiæ: Ist euers Bruders Tochter Todes verfahren/ und hat ihre Erbschaft und unter derselbigen den Gasthof zum Wallfische auff euch/ ihren Vetter/ die Gerade aber auf ihre Muhme gebracht und verfället/ &c. So seyd ihr derselben berührte Gerade abfolgen zu lassen schuldig/ die Betten aber/ so in Beherbergung der Gäste gebraucht worden/ seyn darzu nicht gehörig/ sondern sie verbleiben euch als Erben billich/ V. R. W.]

Item ad consultationem Quæstoris zu Dornburg/ Mens. Jan. Anno 1612.

Ad requisitionem Enoch Hermans zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1586.

Andreæ Stögers zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1590.

7 † At verum est hoc solummodo in diversorio publico. Neque enim hoc in casu pro hospite habendus, qui caupo publicus haud est, Gloss. *ord. in* Weichb. *d. art. 23. n. 24. sub fin. vers.* Man soll niemand zu einen Gastgeben rechnen. *Jac. Schult in addit. ad* Rotschitz. *de gerad. d. art. 13. num. 2.*

8 † Quare, licet quis iter facientibus, aut negotiantibus, præsertim in Nundinis hospitium præbeat in ædibus suis: attamen si publicam cauponariam non faciat, nec pro hospite publico haberi, nec lecti in ædibus illis heredibus concedi debent, sed geradæ omninò accensentur.

Ita Domini in causa Laurentii & Christophori der Finckelthause zu Leipzig/ M. Aug. Anno 1581. [Verba sent. Ob wohl euer Vater sein Haus in der Grimmischen Gassen der Meinung erkaufft/ daß er darinnen Gastung halten wollen/ auch nicht allein in währenden Märckten/ sondern auch ausserhalb derselben/ gute Leute beherberget/ &c. Da es aber dennoch kein freyer Erb-Gasthof wäre/ so gehören die Betten/ so euer Vater darinnen gezeuget/ zur Gerade billich/ V. R. W.]

Et in causa Margarethæ, Uxoris Jacobi Rüdigers zu Leipzig/ M. Jan. Anno 1586.

DEFINIT. XXXVIII.

Nec Sponda, Span-Betten *inter res geradicas referuntur.*

QUamvis lecti, (exceptis iis, qui in diversorio 1
publico habentur, Defin. *præced.*) bonorum utensilium nomine comprehendantur, ac proinde proximæ Cognatæ deferantur *art. 23.* Weichbild. † Attamen in Spondis res secus se ha- 2
bet, quæ nec geradæ accensentur, nec hoc nomine ad Viduam aut proximam Cognatam pertinent. † Quia nusquam hoc cautum reperitur; quod igi- 3
tur Lex vel statutum non dicit, nec nos dicere debemus, §. *cum igitur. vers. Nec quælibet lex; in Auth. de non elig. secund. nupt.*

Ita Domini in causa Hieronymi Krappens zu Leipzig/ M. Mart. Anno 1613. [Verba sent. Dieweil die Span- und Himmel-Bette nicht zur Gerade/ sondern zum Erbe gehörig/ für Fährniß gehalten werden/ &c. So ist auch des verstorbenen Mannes Wittib des Bettes/ so er in seiner Schlaff-Kammer verlassen/ wenn sie auch gleich darinnen neben ihren letzterwehnten Ehemann hat pflegen zu liegen/ und ihre nächtliche Ruhe achabt/ als Gerade sich anzumassen nicht befugt/ V. R. W.]

Et in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ M. Decembr. Anno 1615. [Verba sent. Hat die verstorbene Frau etliche höltzerne Himmel- und Span-Betten/ wie dann auch höltzerne zusammengelegte Reise-Betten unter andern nach sich verlassen. So verbleiben auch denen Erben solche Betten als Erbe billich/ und hat die Nisstel daran keine Foderung/ V. R. W.]

DEFINIT. XXXIX.

Linum & Cannabis (Flachs und Hanf) *quatenus ad Geradam pertineant?*

LInum inter bona utensilia referri, extra du- 1
bium est, propter text. *in art. 33.* Weichb. Quod tamen Gloss. restringit † ad linum à solo se- 2
paratum, *in art. 24.* Landr. *lib. 1. verb.* Was auch dieses Dinges. *ibi:* Der Flachs/ so auf dem Felde/ gehöret nicht zur Gerade. † Adeoq; linum so- 3
lo adhuc cohærens, ad geradam non pertinet, Andr. Goldb. *de gerad. c. 4. n. 67.* Sed *quid de cannabe habendum?* † Et hanc à solo separatam inter bona 4
utensilia refert Gloss. *d. loco.* quam sequitur Coler. *part. 1. dec. 60. n. 31.* † Sed verius est, Cannabem 5
hereditati inesse, quia hujus nulla fit mentio *in art. 24. lib. 1.* Landr. *& art. 23.* Weichbild. † At certi 6
juris est, ad Geradam nihil pertinere, nisi quod *d. art. 24. & 23.* nominatim expressum est, *d. art. 24. vers.* Was aber über diese benannte Dinge vorhanden ist/ gehöret alles zum Erbe/ &c. Goldb. *dict. c. 4. n. 71.* † Aliter tamen res se habet in filo ex Can- 7
nabe facto, quod omninò geradæ accensetur, propter generalitatem textus in *dict. art. 24. l. 1.* Landr. *& art. 23.* Weichb. *verb.* Alles Garn/ &c. Goldb. *dict. loc. n. 75.*

Ita Domini in causa Gotthart Preusers/ M. Septembr. Anno 1620. [Verba sentent. Hat benanntes euer Eheweib nach ihrem Absterben etlichen Hanf/ Garn und Geräthe/ so daraus verfertiget worden/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie solchen Hanf als Erbe auff euch bracht und verfället. So viel aber das daraus verfertigte Garn und Geräthe belangen thut/ seyd ihr selbiges euern Geschwistern als Gerade-Stücken auszuantworten schuldig/ V. R. W.]

DEFINIT. XL.

Tapeta, Teppiche oder Tappisserey/ *quænam bonis utensilibus sint connumeranda?*

QUamvis Matth. Berlich. tapetes indifferenter 1
rebus hereditariis accensèri existimet; *part. 3. Concl.*

2 *3. concl. 28. n. 25.* † Vix tamen subsistere potest hæc assertio, propter text. *in art. 24. lib. 1.* Landr. & *art. 23.* Weichbild/ ubi tapetes nomine bonorum
3 utensilium comprehenduntur. † Quare tapeta cujuscunque generis, (quibus etiam Conopea adnumeranda puto, (Um- oder Fürhänge vor das Bette/) ad geradam pertinere dixerim, cum Matth. Coler. *p. 1. decis. 60. num. 31.* Hartm. Pist. *lib. 1. q. 32.*
4 *p. 234.* † Quis enim nescit tapeta ad usus rei familiaris destinata esse, in quibus sanè rebus gerada consistit, *Gloss. germ.* Landr. *lib. 1. art. 24. num. 1. in med. vers.* Das Wort Gerade aber heisst so viel/ &c. Coler, *dict. decis. 60. n. 24.*

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ Mens. Dec. Anno 1615. [Verba sent. Daß die Umhänge/ Sammete Decken / so nicht allein umzuhengen / sondern auch die Tische damit zu bedecken können gebraucht werden / desgleichen die Tische und Wändhänge/ Teppich/ so auff die Niederländische Manier gemacht/ alle zur Gerade gehören/und als Geradestücken der nähesten Nifftel gefolget werden müssen.]

Quod ipsum tamen cum grano salis accipi velim,
5 † ut ea solummodo tapeta Geradæ nomine veniant,
quæ ad communes usus rei familiaris destinata
6 sunt, juxta modò dicta. Secus verò, † si tapetes splendidiores ornatus solummodo causâ & ad decorandas ædes affigantur; quæ certè rebus utensilibus haud connumerantur, quia ad usus rei familiaris communes non usurpari solent. † Quod
7 maximè verum est in palatiis Principum, ubi ejusmodi tapeta Tappissereyen ornatus causâ habentur, ac solùm certis temporibus & in festivitatibus
8 solennibus affiguntur. † Quod & sensisse videntur Modest. & Thom. in responso, quod extat apud Hartm. Pist. *p. 1. qu. 32. p. 232. in verb.* Also sollen auch die Decken / Tappet/ &c. so ihr zu Zierung eurer Häuser/und euren Gästen zu Ehren/ und nicht zu gemeiner Haushaltung erzeuget/und unsers Bedenckens zur Gerade nicht gehören.
9 † Eademq; fuit sententia Scabinorum Donensium, ut videre est apud Hart. Pist. *dict. q. 32. p. 239. vers.* Was ihr aber vor Decken/ &c.

Ita Domini in causa Dom. Comit. Schwarzburg. ad requisitionem Bartholomæi Henckels zu Rudelstadt/Mens. Jul. Anno 1633. [Verba sent. Daß Klägers gnädige Frau Principalin derjenigen Tappezereyen und Teppichen/ so ausserhalb ihrer Gnaden Zimmer und Kammer vorhanden / und zur Zierde des Gräflichen Hauses gebraucht worden/als Gerade sich beständiger Weise nicht anzumassen/ &c.]

Definit. XLI.

Pulvinaria & Culcitræ, quibus scamna & sellæ insternuntur, (Banckpfül und Stulküssen) *quatenus ad Geradam pertineant?*

1 Scio equidem, à quibusdam simpliciter pulvinaria rebus hereditariis accensèri, Vid. Matth. Berl.
2 *p. 3. concl. 28. n. 25.* † Quibus oppono textum *in art. 23.* Weichb. *in fin. & art. 38. lib. 3.* Landr. *in verb. final.* (Des Weibes Nifftel soll von der Gerade dem Manne bereiten sein Bette/als es stunde/da sein Weib noch lebet/und auch seine Banck mit einem Pfül/ und seinen Stul mit einem Küs-
3 sen &c.) † Unde concludit Andr. Goldb. *de Gerad. c. 4. n. 79.* hasce species geradæ inesse, alioqui falsum
4 esset quod dicitur, † Cognatam istas species ac proinde etiam pulvinar & culcitram de geradâ marito
5 præstare. † Ac sanè pulvinaria cum lecto & map-
pâ æquiparantur *d. art. 38. & 23.* Ut vel propterea ad instar lectorum & mapparum, geradæ accenseri debeant, † quia æquiparatorum eadem est ra- 6
tio ac dispositio, *l. si quis servo. 20. C. de furt.* Jas. *in §. 14. n. 39. Inst. de act.* Schrader. *vol. 1. consil. 3. num. 150.*

Ita Domini ad consultationem Martini Grundlers zu Maschа/ Mens. Octob. Anno 1626. [Verba sent. Ist eure Mutter Todes verfahren/und hat ihre Gerade auff ihre Muhme als näheste Nifftel gebracht und verfället / So werden derselben nebens andern Stücken auch die Banck-Pfül und Stul-Küssen zur Gerade billich abgefolget/ V. R. W.]

† Sed hoc accipi solummodo velim de culcitris & 7
pulvinaribus pro uxore & in communem usum familiæ comparatis. Non etiam de iis pulvinaribus, † quæ maritus pro se in ornamentum ædium 8
comparavit, quæ neutiquam ad geradam pertinent, ut apparet ex responso Mod. Pist. & Thom. *apud* Hart. Pist. *l. 1. q. 32.* † Eademque fuit Scabin. Do- 9
nens. sententia, Hart. Pist. *d. l.* Goldb. *d. c. 4. n. 87.*

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ Mens. Dec. Anno 1615. [Daß gestalter Sachen nach die Banckpfüle und Reiseküssen/ wie auch die Bäncke mit Leder überzogen / welche in die Stuben und vor die Tische gehören/euch als Erbe billich verbleiben/ &c.]

Definit. XLII.

Geradæ connumerari non debent Cochlearia argentea, & cantharus Puerperæ, nec collaria catellorum (silberne Löffel/ Wochen-Kanne/ und des Hundes Halsband.

Errant omnino, qui alias species bonis utensili- 1
bus accensèri putant, præter eas, quæ nominatim Geradæ vocabulo comprehenduntur in *art. 23.* Weichb. & *art. 24. lib. 1.* Landr. † aut bonâ ali- 2
quâ consequentiâ, justaque ratione ad geradam referri possunt, uti rectissimè tradit Andr. Goldb. *de Gerad. c. 4. n. 71.* per text. *in d. art. 24. vers.* Was über diese. † Quare, cum de Cochlearibus argen- 3
teis & cantharo argenteo, quo mulieres in puerperio uti solent, nil quicquam *dictis locis* dispositum reperiatur, neque ex causâ justâ hæ res ad geradam
trahi queant, † perinde sicuti nec reliqua vasa ar- 4
gentea bonorum utensilium nomine comprehenduntur, † utique temerarium esset, res prædictas 5
geradæ nomine notare, easque proximæ Cognatæ deferre.

Ita Domini in causa Wilhelmi von Lindenau / & Consort. zu Rauendorff/ M. Nov. Anno 1630. [Verba sent. Ob nun wol die silberne Kanne für eine Wochen-Kanne gebraucht worden/die silberne Löffel aber mit des Weibes Wapen bezeichnet seyn/ &c. So mögen doch dannenhero solche Stücke vor Gerade nicht gehalten werden/ sondern es verbleiben dieselbe in der Erbschaft billich/ &c.]

Et in causa Christophori Heinrici à Steins/Mense April. Anno 1633.

It. in causa Sebastiani Schneiders zu Leipzig / Mens. April. Anno 1630.

† Multo minus verò Numellæ seu Collaria catello- 6
rum ad bona utensilia mulieris ex causâ & ratione aliqua probabili referri poterunt. † Nisi & catellos 7
ipsos geradæ nomine comprehendi velis, quod procul dubio nemo unquam dixerit vel cogitaverit.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ M. Dec. Anno 1615. [Verba sententiæ: Daß die ungepolirten Granatey / Chrystallin-Stücke und der Hunde Halsbänder mit Silber beschlagen/zur Gerade nicht gehörig/ sondern den Erben billich verbleiben/ &c.]

DEFINIT. XLIII.

Bonorum utensilium nomine non comprehenduntur Annuli signatorii, & bullæ aureæ, quæ infantibus affiguntur, (Petschaft-Ring und Schau-Groschen) *multò minùs munuscula, quæ à susceptoribus in baptismate offeruntur,* (Paten-Geld.)

1 ANnulum signatorium Uxoris Wittenbergenses quondam inter bona utensilia connumerasse, patet ex eorundem sententiâ, relatâ ab Hartm.
2 Pist. *lib. 1. q. 32.* † à quibus rectè divortium fecerunt Lipsienses, referentes annulum signatorium
3 inter res hereditarias, † quorum sententia placet quoq; Zobel. *in art. 24. lib. 1.* Landr. *lit. I.* Andr.
Rauchb. *p. 1. qu. 35. n. 11.* Coler. *p. 1. decis. 60. num. 31.*
4 Matth. Berlich. *p. 3. concl. 28. n. 26.* † Nec absque ratione, siquidem signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur, *l. signatorius 74. ff. de Verb. signif. l. argumento 25. §. ornamenta 10. ff. de aur. & arg. legat.*
5 † Quin nec defunctô maritô, annulum ejus signatorium Vidua nobilis tanquam rem ad geradam spectantem sibi vindicare
6 potest, Berlich. *d. concl. 28. n. 27.* † Ejusdemque farinæ censendæ sunt bullæ aureæ, die Schau-Groschen / affixæ pacificalibus, quibus infantes communiter ornantur, ut & † munuscula, quæ su-
7 sceptores in signum & tesseram baptismatis accepti solent conferre infantibus, das Paten-Geld.
8 † Etenim harum rerum nec possessionem nec usum proprie habet mater, ut vel propterea geradæ accenseri nequeant, Matth. Berlich. *dict. concl. 28. n. 21.* Modest. Pistor. & Jacob. Thoming. *in suo responso, quod refert* Hart. Pist. *d. q. 32. p. 232. in fin. verb.* Und das Paten-Geld/da einiges gefunden.

Ita Domini in causa Sebastiani Schneiders zu Leipzig/ M. April. Anno 1630. [Verba sent. Daß die vergüldeten Schau-Groschen / Petschaft-Ring / alte Reichsthaler/ silberne Löffel und Paten-Geld zur Gerade nicht gehörig/ sondern den Erben seyn/ &c.]

DEFINIT. XLIV.

Pacificalia quatenus ad geradam pertineant, & quid habendum de dentibus luporum argento inclusis (Wolffs-Zähnen in Silber eingefasset.)

1 PAcificalia aurea vel argentea bonis utensilibus connumerari facilè concesserim, motus textu
2 in *art. 23.* Weichb. *in verb.* Und Umhänge/ † quo & pacificalia contineri nemo negabit Hart. Pist.
3 *l. 1. q. 32. p. 234.* Idque procul dubio verum est, † si mulier ejusmodi pacificalia gestaverit ac possederit.
4 † Etenim quibusdam in locis mulieres plebejæ pacificalibus, quibus affixa sunt triobola, Spitz-Groschen/ aliæve bullæ argenteæ, Schau-Groschen/
5 vel thaleri, sese ornare solent, † de quibus, si in mulieris quoque possessione hæc reperiantur, quin ad geradam pertineant, vix dubium esse potest.

Ita Domini ad requisitionem Laurentii Schallers zu Leipzig/ Mense Sept. Anno 1621. [Verba sent. Hat bemeldte Wittib zwey Schnuren/ daran etliche gantze / halbe und Orts-Reichsthaler / auch gekrümmete Spitz-Gröschlein hangen / welche sie unter andern ihren Gerade-Stücken in ihrer Verwahrung gehabt/nach sich verlassen. Da nun gedachte Wittib solche pacifical selbsten getragen/und für ein Gezierde gehalten / so hätte sie auch dieselbe als Gerade-Stücken auff ihre Töchter allein bracht und verfället/ und die Söhne hätten daran keine Forderung/&c.]

In causa Nicol Fischers Kinder zu Taucha/ Mense August. Anno 1634. [Verba sent. Daß das gekrümmete und gehenckte Gold / wofern solches an einer Schnur in des Weibes Gewehr befunden / von ihr für eine Zierde gehalten / und zuweilen getragen worden / zur Gerade gehörig/&c.]

Et ad consultationem der Bucherischen Erben zu Leipzig/ M. Dec. Anno 1615.

6 †Aliis verò in locis fœminæ, præsertim honestiores, ejusmodi pacificalia gestare, dedecori sibi quasi ha-
7 bent, eaque infantibus relinquunt. † Quo casu pacificalia hæc, qualiacunque etiam fuerint, geradæ
8 accenseri debere, nemo facilè dixerit, † maximè si dentes luporum argento inclusi iisdem affixi fuerint, quæ solummodo infantes gestant, quare & hæc rebus hereditariis connumerari, indubitatũ ferè est.

Ita Domini in eâdem sentent. an Lorentz Schallern zu Leipzig/ M. Sept. An. 1621. [Verba sent. Hat obberührte Wittib unter andern auch eine Schnure/ daran ein Wolffs-Zahn in Silber gefasst/ und etliche Spitz-Gröschlein vorhanden/nach sich verlassen/&c. So hat sie solches als ein Erb-Stücke auff ihre Töchter und Söhne zugleich bracht und verfället/V.R.W.]

DEFINIT. XLV.

Aurei incurvati, gekrümmete Goldgülden/ *bacca Coralii* Corallen-Körner / *Unionis seu Margaritæ,* Perlen/ *quando inter bona utensilia referantur?*

COmmuniter geradæ connumerati solent Uni- 1
ones vel margaritæ, nec non aurei incurvati, gekrümmete Goldgülden/Hartm. Pist. *lib. 1. qu. 32. p. 234.* † Quod si quispiam universaliter & simpliciter intelligere velit, à vero longè aberrabit, siquidem nuspiam id cautum reperitur, † quare nec absque legis autoritate temerè hoc asseverandum est, *l. dissentientis. 5. C. de repud. c. is qui in Ecclesia. 18. in fin. pr. ext. de sentent. excomm. in 6to.* † Dixerim ergò res hasce tùm demum bonis utensilibus accenseri, si mulier lineam ex margaritis seu unionibus confectam, nec non lineam Coraliorum, eine Corallen-Schnur/ & aureos incurvatos funiculo trajecto in collo gestaverit. † Etenim, quia tunc inter ornamenta muliebria referuntur, utique & geradæ hæ res connumerandæ erunt, Andr. Goldb. *de gerad. c. 4. n. 93.* Hart. Pist. *d. l.* † Et eatenus comprehendi quoque possunt sub verbo Umhänge/ *in art. 23.* Weichbild. ut sic juris autoritate nomen geradæ iis assignare liceat. † Quæ ratio cessat in aureis filo non intortis, coralio, unionibus, aliisque similibus speciebus funiculo vel vestimento non attextis, † ut proinde tùm inter res hereditarias referri debeant, licet eas mulier in possessione sua habuerit, Goldb. *d. l. n. 49.*

2 3 4 5 6 7 8

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ Mens. Dec. Anno 1615. [Verba sent. Daß die güldene Schmeltz-Rosen/ dergleichen die Stifft/ unangenehete güldene Knöpffe/ unangenehete Körner/ unangenehete und unversatzte Perlen/ gekrümete Goldgülden/ weil solche nicht auffgenehet/angereihet/ angeheftet und angewircket seyn / nicht zur Gerade / sondern zum Erbe gehören/&c.]

DEFINIT. XLVI.

Arrha sponsalitia sponso data, Mahlschatz/ *& corona, quâ sponsus coronatus ad copulam sacerdotalem incedit,* Bräutigams-Crantz / *non pertinent ad geradam.*

ARrha sponsalitia Sponso data absque dubio, 1

in

in possessione & usu mariti remanet, quare nec in-
2 ter bona utensilia referri potest, † deficiente scilicet mulieris possessione, quæ causa potissima & propinqua geradæ habetur, Gloss. *in art. 23.* Weichb. & Gloss. *latin. in art. 38. lib. 3.* Landr. *lit. e.* Andr.
3 Goldb. *de gerad. c. 3. n. 13.* † Eodemque jure Corona, quâ Sponsus coronatus in solennitate nuptiali incedit, der Bräutigams-Crantz/ rebus hereditariis accenseri debet, quia scilicet Sponso semel data in ipsius possessione existit. † Nisi forsan, ut
4 communiter fieri solet, sponsus post matrimonium consummatum hanc coronam Uxori reddiderit, eaque aurum, argentum & margaritas, quibus co-
5 rona confecta fuit, in usus suos converterit. † Quo casu hæ res cen ad geradam pertinentes, in possessione mulieris repertæ, proximæ Cognatæ cedunt.

Ita Domini ad consultationem Wilhelmi à Lindenau zu Mauendorff/ M. Nov. Anno 1630. [Verba sent. Ob nun wol das Armband / so ihme sein erstes Weib beym Verlöbniß verehret / mit ihrem des Weibes Wapen bezeichnet gewesen/ &c. So mag es doch vor Gerade nicht gehalten werden/ sondern es verbleibet in der Erbschaft billich/ V. R. W.]

Et ad requisitionem D. Andreæ Weilseckers zu Lützen/ Mens. Januario, Anno 1575. [Verba sent: Da ihr den Krantz/ damit euch euer Weib / als ihr ein Bräutigam gewesen/ verehret/ und ihr zur Kirchen getragen/ aus eurer Gewehr nicht gelassen/ &c. So verbleibet euch derselbe als Erbe billich/ V. R. W.]

Definit. XLVII.

Qualus (Laugenkorb) *bonis utensilibus accenseri non debet.*

1 QUalum geradæ nomine non comprehendi, sed
2 hereditati inesse vel exinde probatur, † quod ad geradam nihil pertineat, nisi quod nominatim fuerit expressum in *art. 24. lib. 1.* Landr. *& art. 23.* Weichbild. uti verba habent *d. art. 24.* (Was über die benante Dinge vorhanden ist/ gehöret
3 alles zum Erbe) † Atqui Quali nulla fit mentio in
4 *dict. art. 24. & art. 23.* † Ergò illum ad hereditatem pertinere fatendum omnino erit.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ M. Decembr. Anno 1615. [Verba sent. Daß die Nifftel sich der Laugen-Körbe und Laugen Töpffe/ als Gerade / weil solcher weder im Land-Recht noch Weichbild gedacht wird/ anzumassen nicht befugt ist / sondern sie verbleiben den Erben billich/ V. R. W.]

Definit. XLVIII.

Libri mulieris, quinam ad geradam pertineant?

1 ETsi verissimum sit, libros mulieris defunctæ, geradæ connumerari, ut patet *ex art. 24. lib. 1.* Landr. Hart. Pist. *lib. 1. quæst. 32. p. 234.* Attamen
2 hoc restringendum est † ad libros Theologicos, eosque in quibus mulier discere ac legere solita fuit, uti verba habent *dict. art. 24.* Psalter und alle Bücher / die zum Gottesdienst gehören / darin die
3 Frauen pflegen ihr Gebet zu lesen. † Quamvis consuetudo harum provinciarum id aliquatenus immutaverit, ut scilicet libri quoque politici ac historici bonorum utensilium nomine compre-
4 hendantur. † Modò tamen mulier in iis legere solita fuerit, Hart. Pist. *dict. loc. in verb.* Und Bücher/ da die Frauen pflegen inne zu lesen.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Daß mit denen Büchern/ so neben andern Sachen inventiret worden/ und unter denselbigen etliche mit Silber beschlagen/ auch eins Theils vergüldet/ dieser Unterscheid zu halten/ daß nemlich die Bücher/ darinnen die Frau hat pflegen zu lesen/ der nächsten Nifftel / die andern aber / so sie nicht gebraucht/ unter welchen Geistliche und Weltliche seyn/ auch als den instituirten Erben billich verbleiben/ V. R. W.]

Definit. XLIX.

Mortuâ Uxore in conjugio, quasnam species de geradâ superstiti marito Cognata relinquere teneatur? Et num etiam Conopeum, den Vorhang/ *unà cum lecto?*

QUemadmodum præmortuo marito, Uxori 1
Gerada Uxorum; ita & defunctâ Uxore ante maritum, proximæ Cognatæ Gerada Cognatarum vulgò Nifftelgerada defertur, *art. 20. lib. 1. & art. 38. lib. 3.* Landr. *Vid. supr.* Defin. 22. † Sed neutra 2
eam absque onere lucratur. Illa enim præmortui mariti Agnato proximo, de geradâ res expeditorias dare tenetur, de quib. *infrà part. 3.* Const. *38. Def. 40.* Hæc autem, † Cognata scilicet, super- 3
stiti marito certas quasdam species Geradæ relinquere debet, † Etenim mortuâ Uxore, ipsius Co- 4
gnata proxima, quæ Geradam accipit, tenetur marito superstiti relinquere lectum ita paratum, sicut erat cum Uxor adhuc in vivis existeret, Mensam mappâ, ac scamnum pulvinari, & sedile Cussino insternere, per text. *in art. 38. lib. 3.* Landr. & Weichbild/ *art. 23. in verb.* Stirbet des Mannes Weib/ welche ihre Nifftel die Gerade nim̃t/ die soll von der Gerade dem Manne bereiten sein Bette/ als es stunde/ da sein Weib noch lebete/ und auch seinen Tisch mit einem Tischtuch / und seine Banck mit einem Pfüle/ und seinen Stul mit einem Küssen. Andr. Rauchb. *p. 1. q. 35. in pr.* Goldb. *de gerad. c. 5. p. 165.* Schürer. *de succes. ab intest. tit. 16.* † Quæ tamen res non optimæ nec pessimæ 5
ex omnibus quæ præstò sunt, sed mediæ bonitatis dari solent, perinde ut in rerum expeditoriarum præstatione usu venit, *art. 22.* §. Darnach. *lib. 1.* Landr. *art. 25.* Weichb. † Quod enim indeterminatè debetur, id nec pessimum nec optimum solvi 6
convenit, *l. si quis argentum. 35. C. de donat.* † No- 7
tanda autē sunt imprimis verba *d. art. 23.* Weichb. Soll bereiten das Bette/ als es stunde/ da sein Weib noch lebete/ &c. Ita nempe paratum tenetur Cognata relinquere marito lectum, sicut erat cum Uxor adhuc in vivis existeret. † Ex quo sequitur, si 8
lectus mariti vivente adhuc Uxore Conopeis paratus fuerit, mit Vorhängen / hæc unà cum lecto, marito relinquenda esse.

Ita Domini in causa Ambrosii Engelmans zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1632. [Verba sent. Es wird euch aber davon euer Bette (zusamt den Vorhängen/ als es stunde/ da euer Weib noch lebet), denn euer Tisch mit einem Tischtuche/ eure Banck mit einem Pfüel/ und euer Stuel mit einem Küssen billich bereitet/ V. R. W.]

Definit. L.

Uxor vel Cognata accipiens Utensilia defuncti Mariti vel Cognatæ, heredibus nil prorsus de hisce relinquere tenetur.

LIcet mortuâ Uxore, ipsius Cognata marito 1
superstiti certas quasdam species de gerada dare debeat, Def. *præced.* † Secus tamen res se ha- 2
bet in heredibus mariti præmortui vel defunctæ Cognatæ. † Quibus Uxor vel Cognata accipiens 3
gera-

geradam nil prorsus de hâc relinquere tenetur, Gloss. *in art. 38. lib. 3.* Landr. *lit. F. & in art. 24. lit. K. lib. 1.* Landr. Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 35.* Schürer. *de succes. ab intest. tit. 16. n. 3.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 5. p. 166. n. 18.* † Cessat enim in heredibus ratio, quæ marito de geradâ defunctæ Uxoris aliquid defert; Nimirum, quod maritus & uxor bona utensilia communi operâ comparaverint, Gloss. *in d. art. 38. lit. F.* Rauchb. *dict. quæst. 35. n. 5.* † Et quia *d. art. 38. lib. 3. & art. 20. lib. 1.* Landr. in quibus superstiti marito de geradâ defunctæ Uxoris quid defertur, Mariti tantum mentionem faciunt, utique sanctionem istam ad mariti vel cognatæ defunctæ heredes trahere non licet, † quia in exorbitantibus à jure communi haud licita est extensio, *c. qui à jure 28. de reg. jur. in 6to. l. quod verò 14. ff. de legib. l. si verò 64. §. de viro 9. ff. solut. matrim.* Rauchb. *dict. loco.*

Ita Domini ad consultationem Marthæ, viduæ Bartholomæi Grunickens zu Torna / Mens. Febr. Anno 1633. [Verba sentent. Daß eure Tochter ihres verstorbenen Mannes Andreæ Webers nachgelassenen dreyen Brüdern von der Gerade ein Bette zu bereiten / oder sonst etwas darvon zu geben nicht verpflichtet/ V. R. W.]

Definit. LI.

Ex peculiari Statuto Lipsiensi, mortuâ in matrimonio Uxore hujus Cognatæ, nomine utensilium non nisi certæ quædam species, & quænam deferuntur, reliquis Geradæ rebus superstiti marito relictis.

1 QUæ de rebus utensilium nomine, uxore defunctâ ipsius Cognatæ competentibus hactenus dicta fuêre, nemo tàm universaliter vera existimet, ut non quibusdam in locis alium geradæ modum ac diversam qualitatem ex consuetudine
2 & statuto præfinitam existimaverit. † Nam in plerisque harum provinciarum Civitatibus, bona utensilia ad proximam Cognatam defunctæ mulieris ex peculiari statuto vel consuetudine defe-
3 runtur, † quæ potissimum in materia geradæ attendi debet, Gloss. *Latin. in art. 24. lit. D. l. 1.* Landr. Moller. *ad Const. Elect. 38. num. 10. part. 3.*
4 Hartm. Pist. *lib. 1. q. 32. n. 6.* † Ejusmodi statutum hîc Lipsiæ etiam viget, quo Gerada Cognatarum, ea scilicet, quæ decedente in matrimonio Uxore absque filiâ, ad proximam pertinet Cognatam, aliquantum immutata reperitur, ac in specie Nif-
5 telgerada indigitatur; † ad discrimen scilicet reliquæ Geradæ (der vollen Gerade) quæ aliis in casibus Cognatæ defertur, Andr. Goldb. *de Gerad.*
6 *cap. 2. n. 14. & c. 5. p. 158. n. 27.* † Etenim, quando hîc Lipsiæ Uxor in matrimonio absque filiâ decedit, Maritus superstes proximæ Cognatæ non omnem geradam, sed certas duntaxat species dare
7 obstrictus est; † Duas nempe Vestes preciosiores mulieris defunctæ, Lectum ab optimo secundum, Duo pulvinaria, Duo linteamina cum stragulo sive lecti opertorio, (Nach der Stadt Leipzig *Statuten* gibt der überlebende Mann seines verstorbenen Weibes nächester Nifftel / der todten Frauen bestes paar Kleider / und ein Bette nechest dem besten / das sie gelassen hat / zwey Küssen / ein paar Leilachen / und eine Decke / ꝛc. Was aber sonsten zur Gerade gehörig vorhanden / behält der Mann. And. Goldb. *d. loco*, Zobel. *in Gloss. lat. ad art. 38. lib. 1.* Landr. *lit. c.* Dan. Moll. *ad Const. Elect. 38. n. 12. p. 3. ubi* Reinh. Rosa *in addit.* † Idque verum est eo quoque in casu, quo Uxor absque filiabus, matre superstite, decedit. Sub appellatione enim Cognatæ proximæ (der nächesten Nifftel oder Gespinnen) etiam mater comprehenditur, *l. 10. §. 12. ff. de Gradib.* 8

Ita Domini in causa Dorotheen Reichmans zu Leipzig / M. Jul. An. 1599. [Verba sentent. Ist eure Tochter Dorothea / Hansen Jahnens Eheweib / ohne erzeigete Töchtere Todes verfahren / und hat ihrem Ehemann an einem / und euch ihre leibliche Mutter am andern Theil / zusamt einer Gerade nach sich verlassen / ꝛc. So ist itzo ernannter Ehemann / Hans Jahn / euch von solcher Gerade mehr nicht als die Nifftel-Gerade / dieser Stadt Gebrauch nach / zu geben schuldig / V. R. W.]

Et in causa Caspari Schmitzemens zu Leipzig / M. Mart. Anno 1633 [Verba sent. So hat euer verstorbenes Eheweib / vermöge der Stadt Leipzig Willkühr und der Statuten / auff ihre Mutter allein die Nifftel-Gerade gebracht und verfället / und es verbleiben euch die andern Gerade-Stücken billich / V. R. W.]

Et in causa Michaëlis Händlers zu Leipzig / Mense Julio, Anno 1621.

† Notandum tamen est, quòd per duas vestes preciosiores, hoc in statuto expressas, non intelligatur duplex vestimentum seu habitus muliebris totalis cum omnibus suis requisitis. † Sed certæ solummodo vestes, veluti duæ Cyclades, zweene Röcke / vel duæ Crocotæ, zwo Schauben / aut duæ pallulæ, zween Mäntel / sive Cyclas & Crocota, ein Rock und eine Schaube. † Duas enim solummodo vestes proximæ Cognatæ statutum defert, quas nempe ex mulieris defunctæ habitu seu vestimentis sibi eligere velit, optione hâc in re Cognatæ concessâ. 9 10 11

Ita Domini ad consultationem Prætoris Lipsiensis, Mens. Febr. Anno 1632.

Definit. LII.

Non obstante hoc Statutô, filiæ defunctæ gerada proximæ Cognatæ defertur, nihilô de hâc patri relicto.

DUbium non est, quin Statutum urbis Lipsiæ, de quo in Def. *præced.* eo solùm casu locum habeat, quo Uxor in matrimonio decedit absque filiâ. † Secus verò si filia matri superstes sit, cui procul dubio omnis gerada (die volle Gerade) defertur. † At quid, *si postea quoque filia moriatur, superstite patre & cognata?* Et huic plena defunctæ filiæ gerada debetur, † Nec pater exhibendo Niftelgeradam à restitutione reliquorum bonorum utensilium se liberare potest, Hart. Pist. *lib. 1. q. 32. n. 7.* Etenim, de hoc casu in Statuto nil reperitur expressum, † ideoque sub juris communis Saxonici dispositione videtur relictus, *l. si extraneus, 6. ff. de condict. caus. dat.* Bald. *in l. si plures 6. n. 29. vers. in contrarium videtur. C. de condit. infert.* † Sunt namque Statuta propriè accipienda, neque ultra casum, de quo disertè loquuntur, extendenda, *l. si servum 71. §. non dixit Prætor 5. ff. de acquir. hered. l. 1. §. si is qui navem 19. ff. de exer. act. l. quod constitutum 21. ff. de milit. test.* 1 2 3 4 5 6

Ita Domini in causa Matthæi Ackermanns zu Leipzig / M. Nov. Anno 1583. [Verba sent. Ist einer Weib verstorben / und hat eine Tochter nach sich verlassen / welche hernach auch Todes abgangen / und ihrer Mutter Schwester nach sich verlassen. Wann nun gleich vermöge

mögen der Statuten allhier zu Leipzig/ der Mann / wofern keine Tochter vorhanden / des Weibes neheſten Niſtel mehr nicht/denn die Niſtel-Gerade zu geben ſchuldig / ſo iſt doch deſſen ungeachtet die volle Gerade von euerm Weibe auff ihre Tochter/ und von derſelbigen wiederumb auff ihrer Mutter Schweſter kommen. und gefallen/ V. R. W.)

Et in cauſa Bartholomæi Ritters zu Leipzig / Menſ. Nov. Anno 1623.

It. in cauſa Caſpari Eulenbergers zu Leipzig/M. Sept. Anno 1626.

Et in cauſa D.C.L. contra S. M. zu Leipzig / Menſ. Januar. Anno 1636.

Definit. LIII.

Statuto Lipſienſi de Niſſtelgeradâ diſponente non gaudent forenſes & extranei, qui non ſunt incolæ & Cives Urbis illius.

1 STatuta & jura municipalia in iis, ubi vigent, locis jus civile ſunt, *c. jus civile. 8. diſt. 1.* Bartol. *in l. omnes populi 9. n. 60. ff. de juſt. & jur.* Felin. *in c.*
2 *cum non liceat 12. n. 10. extr. de præſcript.* † & juris communis autoritatem habent, Panorm. *in c. paſtoralis. 8. n. 2. extr. de fid. inſt.* † Quare ſicut Jus
3 Civile non niſi cives Romanos obligat. §. *1. inſt. de jur. nat. gent. & civ. l. omnes populi 9. ubi* Bart. *ff.*
4 *de juſt. & jur.* ita nec † ſtatutum alicujus Provinciæ aut Civitatis homines extraneos, qui incolæ non
5 ſunt, conſtringere poteſt. † Quin imò, nec quisquam legibus aut ſtatutis obligare velle cenſetur eos, qui ſubditi ipſi non ſunt, ut de Imperatore loquitur Speculator *de Conſt. n. 5. verſ. Unde & Imperator ſubjectos.* Bald. *in l. cunctos populos. 1. n. 3. & n.*
6 *8. C. de ſumm. Trinit.* † Ut maximè ergò forenſis quæpiam mulier in Civitate Lipſiâ moriatur, haudquaquam tamen ex Statuto iſtius civitatis Cognata in Niſtelgerada ſuccedit, ſed ſecundum juris communis Saxonici diſpoſitionem, bona utenſilia ei ſunt deferenda.

Ita Domini in cauſa N.N. zu Leipzig / M. Jul. Anno 1580. (Verba ſent. Ob nun gleich allhier eine Willkühr vorhanden / daß ein Mann/nach Abſterben ſeines Weibes ohne Töchter/der neheſten Niſtel nicht mehr denn alleine die Niſtel-Gerade zu geben ſchuldig ſey/ꝛc. So hat ſich doch N. N. (Weil er allhier zu Leipzig des Bürger-Rechts ſich nicht angemaſſet/noch der Univerſität zugethan geweſen / ſondern als ein Forenſis ſich auffgehalten) ſolcher Willkühr nicht zugebrauchen / ſondern iſt ſeines verſtorbenen Weibes neheſten Niſtel die volle Gerade zu geben und folgen zu laſſen pflichtig/ V. R. W.)

7 † Multò minus verò hocce Statutum ſubditos Præfecturæ extra civitatem obligabit, quippe quod vires ſuas non extendit extra territorium & jurisdictionem Civitatis, Bald. *in l. ſi arrogator. 22. n. 26. ff. de adopt. & in l. cunctos populos 1. n. 72. C. de ſumm. Trin.* Modeſt. Piſt. *vol. 2. conſ. 20. n. 1. & 14.*
8 Henning Göden. *conſ. 37. n. 1.* † Factum inde, ut mortuâ Uxore extra civitatem in ditione præfecturæ ſubjectâ, quæ vulgò vocatur Roſenthal / ſuperſtitem maritum Statuto hoc Lipſienſi haud gaudere exiſtimaverint Scabini.

Ita pronunciantes ad conſultationem Urſulæ Schillings zu Leipzig/Menſ. Auguſt. Anno 1588.

Definit. LIV.

Gerada defertur ſecundum ſtatuta & conſuetudinem loci, ubi defuncta habuit domicilium.

1 QUum plerisq; in civitatibus qualitas Geradæ aliquanto immutata reperiatur, & bona utenſilia, defunctâ Uxore in matrimonio, ad proximam Cognatam ex peculiari ſtatuto & conſuetudine deferantur, † (quale ſtatutum non ſolum hic 2
Lipſiæ, ſed & Chemnitii, Hallæ, Dreſdæ, Wittebergæ & aliis plerisque in locis in uſu eſt, Goldb. *de gerad. c. 5. p. 158. n. 27.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. q. 32. n. 7.* Thoming. *deciſ. 26.*) † haud immeritò dubitatur, ſi mulier aliâ in civitate deceſſerit, *quænam jura & ſtatuta in ſucceſſione geradæ obſervari debeant?* Ad quod uno ferè ore reſpondent Dd. Geradam deferri ſecundum Conſuetudinem & ſtatuta loci, † ubi defuncta domicilium habuit, Matth. 4
Coler. *part. 1. deciſ. 60. n. 35.* Dan. Moll. *ad Conſt. Elect. 38. n. 10. p. 3.* Andr. Goldb. *de Gerad. c. 5. n. 8. p. 81.* † Certi enim juris eſt, quod mobilia (qualia 5
absq; dubio etiam ſunt utenſilia bona) intelligantur adhærere quaſi oſſibus domini, & eſſe de eo loco, ubi defunctus habuit domicilium, Gloſſ. *in l. 3. verſ. ea verò ff. pro Socio.* Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 244.* Hartm. Piſt. *obſ. 55. n. 4.* † Nam 6
mobilia concernunt perſonam, ubicunq; illa ſit, immobilia autem territorium, in quo ſita ſunt, Addit. *art. 52. lit. b. lib. 1.* Landr. Ex quo in rebus mobilibus ſucceſſio fit ſecundum ſtatuta loci, in quo defunctus habuit domicilium, Hartm. Piſt. & Coler. *d. l.* † Et ſequitur hinc porrò, quod & defun- 7
cto marito, Viduæ deferatur gerada ſecundum conſuetudinem loci, ubi maritus domicilium habuit, non ubi de eâ dandâ conventum eſt, Gloſſ. *lat. ad text. germ. in art. 24. lit. d. lib. 1.* Landr. Moll. & Goldb. *dict. loco.*

Ita Domini ad requiſitionem Johann Ottens zu Grimma M. Mart. Anno 1633. (Verba ſent. Ob nun wol vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte / ſo wohl der Grimmiſchen Statuten, der Mutter die vollſtändige Gerade gebühret/auch der Todesfall ſich daſelbſten begeben/ꝛc. Dieweil aber dennoch die Verſtorbene ſich nicht weſentlich zu Grimma auffgehalten/ſondern ihr domicilium und Bürger-Recht zu Leipzig gehabt/ ſo wird dißfalls dem Leipzigiſchen Statuto billich nachgelebet/und es mag demnach der Mann ſeiner Schwieger die volle Gerade abfolgen zu laſſen nicht gedrungen werden/V. R. W.)

Et ad conſultationem Schulteti Archiepiſcopi Magdeburgenſis zu Halle/ Menſ. Novembr. Anno 1628.

Item ad petitionem Caſpari Schmitzemens, M. Mart. Anno 1633.

Definit. LV.

Ad Geradam ab aviâ relictam, Neptes unà cum filiabus in ſtirpes admittuntur.

1 MOrtuâ muliere, filiæ procul dubio præ omnibus aliis Cognatis, in gerada ſuccedunt, *art. 5. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *i. p. 1. deciſ. 43. n.*
2 *2.* Weſenb. *in parat. ff. de ſupell. legat.* † iisq; deficientibus, ſuccedunt Neptes ex filiabus procreatæ, 3
Andr. Goldb. *de gerad. c. 5. p. 108. n. 2.* † Quid autem, *ſi neptes ex filiâ defunctâ cum reliquis filiabus concurrant?* Sanè ſi quis neptes utpote gradu remotiores excludere vellet, probare hoc forſan poſſet ex *art. 27. lib. 1.* Landr. *in verb.* Ein jeglich Weib vorerbet zweyerley/die Gerade auff die neheſte Niſtel / ſo ihr von Weibes halben zugehörig iſt/ꝛc. † Sed reſpondetur, Neptes cum filia- 4
bus propter jus repræſentationis in pari gradu haberi. Hoc namq; jus repræſentationis etiâ † de jure Sa- 5
xonico in lineâ rectâ locum habet, Gloſſ. *in art. 5. lib. 1.* Landr. Zobel. *p. 1. diff. 21.* † Quare rectiſsimè con- 6

cluditur,

cluditur, Neptes ex filiâ prædefunctâ cum reliquis filiabus in gerada succedere aviæ, cum iisq; in stirpes admitti, Matth. Coler. *d. decis. 43. n. 7.* Andreas Goldb. *d. loco.* ubi & respondet, ad *text. in art. 5. §.* Dieſes mag/ꝛc. *l. 1.* Landr. qui aliàs maximè obstare videtur.

Ita Domini in causa Lucæ Behmeis zu Leyha / Mens. Jun. An. 1608. (Verba sent. So hat bemeldte eure Schwiegermutter solche ihre Gerade auff gedachtes euer Eheweib als ihre Tochter/und dann auff ihrer Tochter Töchtere/so an statt ihrer Mutter nebens euerem Weibe jure præsentationis in stirpem zugelassen werden/ zugleich gebracht und verfället/V.R.W.)

Definit. LVI.

Mulieres solummodo per lineam fœmininam descendentes in gerada succedunt.

1 QUemadmodum regulariter mulieres solæ, non etiam Viri geradam in Successores transferunt, *art. 27. l. 1.* Landr. Dan. Moller. *lib. 2. semestr.* 2 *6. n. 2.* († Excepto solo marito, qui ad Uxorem 3 eam transmittit, *Vid. supr.* defin. 22.)† Ita vicissim solæ mulieres, eæq; tantùm, quæ per lineam fœmininam descendunt, in Gerada succedunt, Matth. Coler. *p. 1. decis. 43. n. 7.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 5. n. 5.* Hart. Pist. *lib. 1. q. 33. n. 18. per text. in art. 23.* Weichb. *& art. 15. lib. 3.* Landr. *& art. 27. lib. 1.* Landr. ubi dicitur: Ein Weib vorerbet die Gerade auff die neheste Nifftel / so ihr von Weibes halber zugehörig ist. 4 † Sola ergò Cognata bona utensilia petere potest. Hocque est quod vulgò dicitur, 5 † Agnationem in successione geradæ non attendi, Moll. *2. semestr. 5.* Unde fit, quod matertera sola 6 in bonis utensilibus succedat, † aviâ paternâ prorsus exclusâ.

Ita Domini in causâ Sibyllæ Todtin zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Ist eueres Sohnes Töchterlein Todes verfahren/und hat euch als ihre leibliche Großmutter vom Vater an einem / und ihrer leiblichen Mutter Schwester von voller Geburt am andern Theil zusamt einer Gerade nach sich verlassen/ꝛc. So hat sie solche Gerade auff ihrer Mutter Schwester als die neheste Nifftel allein bracht und verfället/und ihr/als die Großmutter vom Vater/habt daran keine Forderung /V.R.W.)

Item in causa Annæ Gubels zu Dreßden / Mens. April. An. 1633.

Et in causa Andreæ Datens zu Rochlitz/Mens. Octobr. Anno 1635.

Definit. LVII.

In successione Geradæ sola Cognatio attenditur, non habitâ ratione Agnationis, vel pluralitatis vinculorum.

1 EA est bonorum utensilium qualitas, ut ad solas fœminas easque, quæ per lineam fœmininam, non etiam per lineam masculinam sunt conjunctæ, deferantur, Defin. *præced.* Unde sequitur, 2 † in successione bonorum utensilium Agnationis nullam prorsus duci rationem; Sed eâ penitus sublatâ, solam Cognationem in considerationem venire, Hartm. Pist. *lib. 1. q. 33. n. 21.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. num. 7.* Ex quo porro infe- 3 rendum, † Quòd hoc casu duplicis vinculi nulla habeatur ratio, nec Cognata agnationis vinculo non conjuncta remotior reputetur, quàm Cognata utrinque conjuncta, 4 † sed in successione simul admitti debeat, Hartm. Pistor. *d. loco.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 5.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. & decis. 49. n. 28. p. 1.* Goldb. *de gerad. c. 5 p. 139. n. 18.* † Non obstante, quod secundùm juris 5 Saxonici dispositionem, ex uno tantùm latere conjunctus gradu remotior reputetur, quàm conjunctus ex utroq; latere, ut est text. *junct.* Gloss. *in art. 20. lib. 2. & art. 3. lib. 1.* Landr. *Joh. Schneidew. in tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de tert. ord. succed. n. 9.* † Siquidem hoc tùm demum ve- 6 rum est, quando in successionibus tàm Cognatio, quàm Agnatio consideratur. At quando alterutro subiato, vel sola cognatio vel agnatio attenditur, duplex illud vinculum, utpote altero omni prorsus effectu carente, in considerationem non venit. † Nec enim qualitas attendenda est, 7 quæ in materia, de qua agitur, nihil operatur, Hartm. Pistor. *d. q. 33. n. 22. & 24.* perinde sicuti † in 8 materia feudali sola agnatio jus succedendi tribuit, nec cognatio in considerationem venit, aut gradum propinquiorem facit, *c. 1. §. his verò de grad. succed. in feud. ubi* Bald. Andr. Gail. *lib. 2. obs. 151.* Curt. *in tract. feud. 2. part. 3. part. pr. q. 6. n. 56.* Jac. de S. Georg. *in tr. feud. verb. præsentes & recipientes. n. 11.* † Nec obstat text. *in art. 15 lib. 3.* Landr. 9 *in verb.* Wer Gerade fordert/soll vollkömlich von Weibes halber darzu gebohren seyn/ꝛc. Quia ibidem vocabulum (vollkömlich) non de vinculorum duplicitate, † Sed de sola & mera Cognatione 10 intelligi debet; Ut scilicet in gerada succedat, quæ à solis fœminis, nullâ habitâ masculorum consideratione, descendit. † Quam *Resp.* satis probat vo- 11 cabulum subsequens (Von Weibes halber) & textus latinus *dict. art. 17.* qui voculam hanc (vollkömlich) ex primit per dictionem (*Duntaxat*) Hart. Pist. *d. l.* Matth. Coler, *d. decis. 49. n. 30.* Consectarium igitur est: † Quod soror uterina cum soro- 12 re utrinque conjunctâ in sororis defunctæ geradam pariter succedat, prout latè & eleganter docet Hart. Pistor. *dict. q. 33.* ubi & sententiam Dominorum Scabinorum adducit *n. 28.* Andr. Goldb. *d. c. 5. p. 239. n. 17.* Moll. *d. c. 5. n. 2.* † Et matertera ab uno 13 cum altera matertera ab utroq; latere conjuncta defunctæ æqualiter ad successionem bonorum utensilium admittitur; Goldb. *dict. loco. p. 141. n. 20.*

Ita Domini in causa Martini Schlavvizens zu Leipzig / M. Mart. Anno 1575. (Verba sent. Haben N. N. Töchtere nach ihrem Absterben euer Weib als ihrer Mutter vollbürtige Schwester an einem / und derselben zwo halbe Schwestern anders Theils nach sich verlassen/ꝛc. So ist ihre Gerade auff euer Weib / und gedachte ihrer Mutter halbe Schwestern zugleich gefallen/V.R.W.)

Et in causa Caspari Falckens zu Leipzig/Mens. Decembr. An. 1598. (Verba sent. So viel aber ihre Gerade anlanget/ dieweil in Verfallung derselben nicht auff die volle Geburt / sondern allein auff die Spielmagenschafft gesehen wird / so ist solche Gerade auff ihrer Mutter vollbürtige Schwester/und dan auch der Mutter halbbürtige Schwester zugleich kommen und verfallet worden/V. R. W.)

†Idemq; observandum est in successione earum, quæ 14 in gradu remotiori existunt. Etenim dicta ratio, quod in gerada sola Cognatio consideretur, non solùm sorori convenit, sed generalis est tàm filiæ e- jus, † quàm omnibus aliis ulterioribus gradibus ex 15 linea fœminina descendentibus, Andr. Goldb. *d. c. 5. p. 142. n. 25.*

Ita Domini ad consultationem Matthiæ Lambs zu Leipzig/Mens. Decembr. Anno 1616.

Joh.

Joh. Georgii à Schleinitz Menſ. Novembr. Anno 1627. Chriſtophori Noſſelii zu Leipzig / Menſe Auguſto, Anno 1588.

Definit. LVIII.

Filia quoque Spuria matri naturali in Gerada ſuccedit.

1 DUbium quidem movet *art. 51. & ibi* Gloſſ. Landr. *lib. 1. ubi dicitur:* Kein ehlich Mann/ oder ehelich Weib nimt eines Mannes Erbe / der
2 unrechte Ehe hat. Unde è contrario ſequitur, † quod pari modo illegitimus vel illegitima legitimo, legitimæve ſuccedere nequeat, adeoq; nec filiæ ſpuriæ defunctâ matre naturali, Gerada deferatur, prout ita inferunt Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 44. n. 3.* Aut. *differ. jur. civ. & Saxon. lib. 2. p. 2. diff. 49.* Weſenb.
3 *in parat. ff. ad SCtum Tertull. n. 4.* † Sed absq; dubio erronea eſt hæc ſententia, quam refellit Andr.
4 Goldb. *de gerad. cap. 5. p. 117. n. 26.* † Indubitati enim juris eſt, liberos naturales tantùm, vel illegitimos non ſecus atque ex juſtis Nuptiis procreatos matri ſuccedere, §. *noviſſimè 3. Inſt. ad SCtum*
5 *Orf. l. 1. §. ſed & vulgo 2. ff. ad SC. Tertull.* † Quod nec in foro Saxonico aliter obſervatur, Joh. Schneidevv. *in tit. inſt. de hered. quæ ab Inteſt. defer. Rubr. de ſucc. liber. natur. n. 20.* Schürer. *de ſucceſſ.*
6 *ab inteſt. tit. 13.* † Idq; ſi verum eſt in rebus hereditariis, cur de ſucceſsione in bonis utenſilibus aliud aſſerendum eſſet, haud certè video, Joh. Schneidevv.
7 *in dict. loc. n. 4.* † Nec eſt, quod verbis *dict. art. 51.* inhæreamus: Quia textus ille propter iniquitatem ejus uſu non ſervatur, ſed communiter reſtringitur ad natos ex adulterino & damnato coitu, prout tradit *Aut. diff. jur. civ. & Saxon. lib. 2. p. 2. diff. 27.* Goldb. *dict. loco.*

Ita Domini in cauſa M. H. zu Welſen / Menſ. Nov. Anno 1621. (Verba ſent: Iſt euere Mutter unlängſten Todes verfahren / und hat ihre Eheleibliche Tochter an einem/ und euch am andern Theil zuſampt einer Gerade nach ſich verlaſſen. Ob ihr nun wol von ihr auſſer der Ehe gezeuget worden/ꝛc. So werdet ihr doch nebens euerer Schweſter / als eurer verſtorbenen Mutter Eheleiblichen Tochter/ zu ſolcher Gerade zu gleichen Theil billich zugelaſſen/ V. R. W.)

Definit. LIX.

Virgo Veſtalis de jure quoque Saxonico ſuccedit in gerada.

1 LIcet de jure civili Monachus dicatur mundo mortuus, ea tamen non obſtante cum fratribus ſuis ad ſucceſsionem Patris ſui inteſtati admittitur, per text. *in l. 56. §. hoc etiam 1. ubi* Dd. *C.*
2 *de Epiſc. & Cler.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 136. n. 7.* † Sed de jure Saxonico incapax eſt Monachus hereditatis, & patri non ſuccedit, *art. 25. lib. 1.* Landr. *in verb.* Begiebt ſich ein Mann zum Mönch-Leben/ der zu ſeinen Jahren kommen iſt / Er hat ſich von
3 Landrecht und Lehnrecht gelegt / ꝛc. † Quare nec Moniales (die Nonnen) ad geradæ ſucceſsionem
4 admitti dixeris. † Verum diſplicuit Sanctio hæc Saxonica Pontificibus, *c. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. ubi* Pánorm. *extr. de Conſtit.* Quare non obſtante eâ, diſpoſitio juris civilis in foro etiam Saxonico u-
5 ſu obſervatur, † in tantùm, ut licet Monachus non ſuccedat ex ſuâ perſona, Monaſterium tamen ſit loco heredis, *Auth. Caſſa. C. de Sacroſ. Eccl.* teſte Zobel. *in Gloſſ. lat. ad text. germ. d. art. 25. lit. a. & p. art. 3. diff. 23. n. 2.* Fachſ. *diff. 2. n. 23.* Reinh. *p. 3. aff. 21.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 46. n. 4.* † Quidni ergò Monialis quoque ſeu Virgo Veſtalis, ex conſuetudine & uſu fori Saxonici, ad ſucceſſionem in geradâ admitteretur? Andr. Goldb. *de gerad. c. 5. p. 112. num. 9.* Schürer. *de ſucceſſ. ab inteſt. tit. de ſucceſſ. deſcend. pag. 140.* 6

Ita Domini in cauſa Monaſterii zu Hartmerſchleben / M. Majo, Anno 1600. (Verba ſent: Iſt Eva Kochs im Ampte Wolmerſtedt Todes verfahren / und hat zwo Schweſtern / derer eine Margaretha genant / vor 24. Jahren ſich in euer Kloſter begeben / und darinnen profeſſion gethan / nach ſich verlaſſen/ꝛc. So hat ſie ihre Gerade auff itzogedachte ihre zwo Schweſtern zu gleich gebracht und verfället / und die jüngſte Schweſter hat ſich derſelben allein anzumaſſen nicht Fug/ V. R. W.)

Definit. LX.

Clericus Matri in geradâ ſuccedit, non etiam filiæ aut ſorori, multò minus Uxori prædefunctæ.

CLericis de jure Saxonico conceſſum eſt, unà 1
cum Sororibus Geradam Matris percipere, ut eſt text. *in art. 5. lib. 1.* Landr. *in verb.* Der Pfaff nimmt gleichen Theil mit der Schweſter in der Mutter Gerade. Hart. Piſt. *obſerv. 172. n. 2.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 5. p. 114. n. 14.* Rotſchitz. *in tr. de dotalit. art. 14. n. 13. & ſeqq.* † Cujus rei rationem 2
reddit Gloſſ. *in d. art. 57.* Weichbild. quod ſcilicet hoc fiat ob eorum preces, quibus omnis mundus fruitur. † Idemque procedit in Clericis ſeu 3
Sacerdotibus Evangelicis noſtri temporis, ut nempe & hi matre defunctâ vel ſoli, vel cum ſororibus ad ſucceſſionem in bonis utenſilibus admittantur, teſte obſervantiâ quotidianâ, Goldb. *d. l. n. 17. & 23.* † Sed aliud obtinet in Clerico patre 4
aut fratre, qui defunctâ filia ſeu ſorore ad ſucceſſionem bonorum utenſilium non admittitur, Hart. Piſt. *dict. obſ. 172. n. 3.* Andr. Goldb. *d. cap. 5. p. 128. n. 12. & p. 142. n. 26.* † Etenim, quia text. *in* 5
d. art. 5. lib. 1. Landr. diſertis verbis de ſucceſsione clerici in matris gerada loquitur, ad geradam filiæ aut ſororis defunctæ eum haud extendendum, 6
† nec Clericum ad bona utenſilia à filia aut ſorore relicta admittendum exiſtimarunt Domini, teſte Hart. Piſt. *d. l.* † Sunt namque Statuta ſtrictè acci- 7
pienda & non ad alium caſum extendenda, *l. ſi ſervum 71. § non dixit Prætor 5. ff. de acquir. hered. l. 1. §. Si is qui navem 19. ff. de exerc. act. l. quod conſtitutum. 21. ff. de milit. teſtam.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. §. in verb. libertis n. 2. C. de revoc. donat.*

Ita Domini ad conſultationem Senatus in Zörbig / Menſ. Majo, Anno 1633. (Verba ſent. Iſt M. B. Todes verfahren/ und hat ihre Gerade nach ſich verlaſſen/ wann nun gleich keine Nifftel/ ſo der Gerade fähig/ vorhanden wäre/ ꝛc. So hätte ſich doch der Verſtorbenen Bruder A. L. unangeſehen daß er ein Clericus iſt / derſelben nicht anzumaſſen/ V. R. W.)

† Ex eâdem porrò ratione nec Clerico marito ge- 8
radam prædefunctæ Uxoris deberi pronunciarunt Domini ad requiſitionem Quæſtoris Saltzenſis, M. Jun. Anno 1634.

Definit. LXI.

Deficientibus Cognatis fœminini ſexus tàm ex linea recta, quam tranſverſali, Gerada defertur judici, cui merum competit Imperium.

QUamvis de jure civili bona vacantia fiſco, defe-

deferantur *tot. tit. C. de bon. vacant. lib. 10.* Attamen de jure Saxonico hoc aliter se habet, competitq; judici plenum jus fisci, Gloss. *ad text. latin. in art. 28. lib. 1.* Landr. Wesenb. *in parat. ff. de jur. fisc. in fin.* † Hinc & deficientibus Cognatis fœminini 2 sexus tam ex lineâ rectâ, quàm transversali judex in Geradâ succedit, *d. art. 28. lib. 1.* Landr. *& art. 59.* Weichb. Const. Elect. *38.* §. Da aber keine Erben *part. 3.* Hart. Pist. *lib. 1. q. 33. n. 20.* Joh. Schneidevv. *in tit. inst. de hered. quæ ab intest. def. rubr. de succes. fisci. n. 17.* Schürer. *de succes. ab intest. tit. 18. n. 1. & 2.* † Quod de eo judice accipi debet, qui 3 merum imperium seu jurisdictionem supremam habet, Die Ober- und Halß-Gerichte: † non solam 4 hereditariam seu bassam jurisdictionem, Die Erb- und Nieder-Gerichte/ Gloss. *in dict. art. 28. lit. B.* Schneidevv. *dict. loc.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. pag. 170. num. 7.*

Ita Domini ad requisitionem Johannis Pempels zu Reicheubach / M. Jan. Anno 1626. (Verba sent. Ist euere Mutter Todes verfahren / und hat euch ihren Sohn an einem / und ihres Sohnes Tochter am andern Theil zusamt einer Gerade nach sich verlassen / &c. So hat sie solche Gerade weder auff euch / noch ihres Sohnes Tochter verfället / sondern es hat sich der Gerichts-Herr selbiges Orts / so die Ober-Gerichte hat / weil euerm Bericht nach keine Nifftel vorhanden / derselben billich anzumassen / R. R. W.)

Et ad consultationem Jonæ à Neitschitz zu Wehlen / Mens. Novembr. Anno 1560.

Item ad requisitionem Senatus in Zörbigk / Mens. Majo, Anno 1633.

Definit. LXII.

Æs alienum Mariti Vidua ne quidem in subsidium de Geradâ solvere tenetur, etiamsi geradæ nomine contractum fuerit.

1 INiquum certè hoc primâ fronte alicui videri posset, quum Vidua ex causa lucrativa Geradam habeat, Creditores autem mariti de damno vitando certent, ut hi meritò præferri debeant Viduæ jure successionis geradam petenti, *arg. l. ult. §. sin verò Creditores. 5. C. de jur. delib. l. quod autem 6. §. 10. seqq. ff. quæ in fraud. Credit. l. 1. C.* 2 *de bon. aut. jud. poss.* † Quæ & procul dubio causa fuit, quod in Conventu Misnico Constitutionum Electoralium Compilatores aliud senserint, Viduamque de Gerada etiam in subsidium debita 3 mariti luere teneri existimaverint, † ut videre est *ex deliberatione Lips. & Witteberg. vol. 2. part. 1. q. 53.* A quibus Illustrissimus Elector Dn. Augustus haud dissentiens, reclamantibus tamen Nobilibus, eamque sententiam recipere recusantibus, hâc in re judicibus inferioribus pronunciare in- 4 hibuit, † ac causas ejusmodi, si quæ occurrerent, Cognitioni Electorali componendas relinquere jussit; Verba illustr. Dn. Elect. vide apud Frid. Pensold. *in not. ad* Matth. Coler. *p. 2. dec. 286. n. 194.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *p. 1. q. 32. n. 17.* 5 † Sed rem accuratius pensitanti vix dubium remanebit, quin Vidua ad æs alienum Mariti de 6 gerada exsolvendum cogi haud possit, † sive ex reliquis Mariti bonis satisfieri queat Creditoribus ejus, sive non. Siquidem Uxor non jure here- 7 ditario, vel titulo successionis, † sed beneficio Legis & peculiari juris Saxonici dispositione ex bonis mariti geradam capit, Beust. *de matrim. cap. 71.* 8 Hart. Pistor. *lib. 1. qu. 31. n. 4.* † eamq; non ex causa lucrativâ, sed veluti jure proprio tenet. Quod vel exinde colligere licet, † quod Uxor etiam vivo 9 marito decedens eam transmittat in proximam Cognatam, nec de jure Saxon. † maritus in rebus 10 ad bona utensilia pertinentibus uxori, ullâ inter vivos dispositione aut ultimâ voluntate præjudicare queat, veluti apud nostros longo usu invaluit; teste Hart. Pist. *d. q. 31. n. 7.* † Ex quo satis apparet, 11 maritum neq; debitum contrahendo, ipsi aliquod incommodum in gerada inferre posse, *arg. eorum quæ tradunt in simili de feudis* Dd. *in c. de succes. feud. & in c. 1. §. Titius. Si de feudo defunct.* † Ne 12 videlicet per indirectum concedatur id, quod directò prohibitum est, contra *l. oratio. 16. ff. de sponsal. & l. avia 77. §. Titio 2. ff. de condit. & demonstr.* uti pluribus eleganter demonstrat Hartm. Pist. *d. l.* † Ut mirum haud sit, mulierem de geradâ, tanquam 13 de bonis suis propriis, ne quidem in subsidium, Creditoribus mariti satisfacere teneri, juxta *tit. C. Ne Uxor pro marito.* † Quòd & jamdudum placuit 14 Gloss. *in art. 24.* Landr. *lib. 1. in verb.* Dieses ist geredet von den Frauen / welche kein Erbe nehmen mögen / sondern nehmen allein Morgengabe / Gerade / und ihre Leib-Zucht / und dürffen davon keine Schuld gelten / wann sie Ritters-Art seyn / &c. Andr. Goldb. *de gerad. c. 9. n. 77.* † Atque hinc tàm ante, quàm post Constitutionum 15 Electoralium promulgationem, Negativam in pronunciando Scabinos fuisse secutos, nimirum relictam Viduam ad æs alienum mariti de geradâ exsolvendum non cogi, patet ex traditis Modest. Pist. *p. 1. q. 42. ubi* Jac. Schult. *in addit. lit. a.* Hart. Pist. & Frid. Pensold. *alleg. loc.* † Quæ sententia hodie 16 (exceptis solummodo ovibus mariti, quæ aliàs quoq; ad geradam pertinent) expressè fuit confirmata ab Illustrissimo Electore Saxon. In der neuen Gerichts-Ordnung *edit. de Anno 1622. tit. 43.* §. und weil hierbey. *in verb.* So lassen wir geschehen / daß die Eheweiber / wenn ihre Männer in Schulden gerathen / auch bey Leben derselben der Gerade / wie es bißhero bräuchlich gewesen / vor allen andern Gläubigern vergnüget werden. *junct. verb. fin. d. §.* Welches wir auch von des Mannes Schafen / so sonsten zur weiblichen Gerade mit gehörig / verstanden haben wollen / &c. † Quin etsi vir geradæ nomine æs alienum con- 17 traxisset, putà, si catenam auream, vel aliam quandam rem, quæ ex Geradæ numero est, emisset & Uxori donâsset, precio pro eâ non soluto, nihilominus tamen Viduam bona utensilia absque onere ex bonis mariti defuncti percipere, nec debitum contractum solvere teneri, tradit Hart. Pist. *lib. 1. q. 31.* quem sequitur Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 7.* & Goldb. *d. c. 9. n. 79.*

Ita Domini in causa Veronicæ, Viduæ Christophori ab Hausen zu Wiselng / bey Halberstadt / M. April. Anno 1626. (Verba sentent. Ist euer Ehe-Juncker unlängst Todes verfahren / dannenhero ihr nebens anderer weiblichen Gerechtigkeit / auch die Gerade aus seinen Gütern zu fordern Vorhabens seyd. Ob nun wohl sich viel Schulden in des Verstorbenen Verlassenschafft befinden / auch etliche Gerade-Stücken noch nicht bezahlet seyn / dahero zu befürchten / daß ein concursus Creditorum sich ereignen möchte / &c. So möget ihr dennoch solche Schulden / wenn auch gleich des debitoris eueres Junckern Verlassenschafft zu derer Befriedigung nicht zureichen würde / von der Gerade mit zahlen zu helffen nicht angehalten werden / sondern es wird euch benennte Gerade vor voll billich außgeantwortet / &c.)

DEFI-

DEFINIT. LXIII

Net bona utensilia à Marito oppignorata Vidua in geradà succedens, sed heredes mariti luere debent.

1 INhac quæstione ancipitem dubitandi curam afert textus juris Saxonici *in art. 24. lib. 1.* Landr. qui res ad geradam pertinentes, constante matrimonio oppignoratas, redimere jubet eum, cui 2 jure debentur. † Unde luitionem à Vidua fieri debere, asserit Matth. Coler. *part. 1. decis. 104. n.* 3 *4.* quod & sensisse videtur Beust. *de jur. Connub. part. 1. cap. 96. in fin.* † Cui non parum obstat, quod utensilia secundum juris Saxonici dispositionem, ita ad Uxorem pertinere dixerim Defin. *præced. n. 9. & 10.* ut etiam nulla mariti defuncti dispositio de rebus utensilibus in præjudicium Uxo- 4 ris redundare possit. † Hoc si verum, uti verissimum & satis probatum est ab Hart. Pist. *lib. 1. q. 31. n. 9. & seqq.* quomodo quæso maritus oppignorando utensilia uxori jamdudum acquisita, ei præ- 5 judicare poterit, † cùm is, qui de re quâpiam disponendi facultatem non habet, eandem nec oppignorare queat, *l. si usumfructum 23. §. in summa 1. ff. de lib. caus. l. ult. C. de reb. alien. non alienan. l. 1. §. 1.* 6 *ff. quæ res pign. oblig. poss.* † Nec oblique permittendum id, quod directò prohibetur, *l. avia 77. §.* 7 *Titio 2. ff. de condit. & demonstr.* † Rectiùs igitur redemptionem geradæ à Marito oppignoratæ, ejus heredibus injungit Hart. Pist. *d. q. 31. n. 23.* quem sequuntur Moll. *lib. 2. semest. 7. n. 1. &* Pensold. *ad* Coler. *dec. 286. n. 197. part. 2.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 6.* 8 *n. 51.* † Non obstante *dict. art. 24. lib. 1.* Landr. quem de bonis utensilibus ab ipsâ uxore defunctâ, vel cum ejusdem consensu oppignoratis, interpretatur Pist. *dict. loco n. 25.*

Ita Domini ad consultationem Everhardi Hoffmans zu Dreßden/ M. Nov. Anno 1609. (Verba sent. Wann ein Stück/so zur Gerade gehörig / dem gemeinen Haus-Wesen zum besten versatzt worden / und es stirbet der Mann vor dem Weibe/ &c. So wird solches versatzt Gerade-Stücke aus der gemeinen Erbschafft billich wiederumb eingelöset/und der Witben/ welcher dasselbe vermöge Sächsischer Rechte gebühret/gefolget/ V. R. W.)

Item ad requisitionem Martini Sommers zu Budissen/ M. Aug. Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wol bemeldter vom Adel eine güldene Kette zum Unterpfand eingesetzt / dieweil aber dennoch dieselbe nunmehr seiner hinterlassenen Wittib zuständig/ solche aber in die Verpfändung nicht gewilliget hat / &c. So verbleibet auch selbige Kette bemeldter Witben als ein Gerade-Stücke billich/ und es mag dieselbe/einige Zahlung der darauff gemachten Schuld zu leisten/nicht angehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. LXIV.

Utensilia tamen à marito pro pretio Venditori, vel cum Uxoris consensu oppignorata, aut in fraudem Creditorum comparata, Vidua in subsidium luere tenetur.

1 MAjorem difficultatem habet, si res aliqua ad bona utensilia pertinens ita acquisita fuerit à Marito, ut mox pro pretio inde persolvendo oppignorata esset, eoque nondum persoluto, maritus decederet? Quo casu Viduam non magis eam redimere ac debitum persolvere teneri, sed etiamnum heredibus mariti id incumbere, existi- 2 mat Hart. Pist. *lib. 1. q. 31. n. 33.* † eò, quod maritus in præjudicium Uxoris nullatenus oppignorare queat bona utensilia, juxta tradita *in* Defin. *præced.* † Sed longè diversa sunt, res geradicas jam- 3 dudum mulieri acquisitas, deinceps pro pecuniâ mutuò acceptâ Creditoribus suis oppignorare, quod procul dubio facere nequit Maritus, uti probatum dedi Defin. *præced.* † Et res novas eme- 4 re easque, priusquam Uxori traderentur, pro pretio Venditori obligare, quod Uxor impedire haud potest, † quippe cui ante perfectam em- 5 ptionem & traditionem, jus aliquod sive dominium in rebus illis haud competit. † Factâ autem 6 traditione, res venditori jam antea obligata cum onere suo & causa ad Uxorem transit, *l. 3. C. de servit. & aqua l. 1. §. pro secundo 4. C. de cad. toll.* † 7 Ut mirum videri non debeat, quod Vidua, si marito defuncto, ex bonis ejus, Venditori satisfieri nequeat, in subsidium saltem onere solutionis gravetur, uti demonstrat Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 6. n. 49. & 50.* † Quod & multò magis obtinet, si 8 Venditor fidem de precio non habuerit; † Etenim cum hoc casu dominium in emptorem non 9 transeat, sed penes venditorem maneat, *§. venditæ 41. Inst. de rer. divis. l. quod vendidi 19. ff. de contr. empt.* † poterit venditor, si velit, rei vindica- 10 tione contra mulierem experiri *l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. empt.* † Quâ actione Vidua conven- 11 ta, si Venditori rem restituere nolit, precium numerare tenebitur, nec heredes mariti de evictione convenire ipsi fas erit, Andr. Goldb. *de gerad. c. 9. n. 80.* Præterea & † alius existit casus, quo Viduæ 12 luitio geradæ à marito oppignoratæ incumbit, quãdo scil. Maritus cum consensu Uxoris Geradam pro debitis suis oppignoraverit, *art. 24 ubi* Glossæ *lib. 1.* Landr. Glossæ Weichbild / *art. 23.* Hart. Pist. *dict. q. 31. num. 36.* † Quo casu, nudum consensum Uxo- 13 ris sufficere absque autoritate Curatoris ad litem, docet, & Dominorum Scabinorum sententiâ probat Goldb. *dict. c. 9. n. 88. & 89.* † Quin & si in 14 fraudem Creditorum, Maritus Uxori geradam immodicam comparâsset, deficientibus bonis hereditariis, ut de bonis utensilibus Vidua debita solvat, æquissimum certè est, Hart. Pist. *dict. q. 31. n. 37.* Coler. *p. 1. decis. 60. n. 54.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 44. n. 3.* Goldb. *dict. c. 9. n. 81.*

Ita Domini in causa Veronicæ ab Hausen / Mens. April. Anno 1626. (Verba sent. Es wäre dann daß gar viel Gerade-Stücken den Gläubigern zum Nachtheil und also in fraudem Creditorum gezeiget / oder aber dieselbe mit eurer Bewilligung von euren Ehe-Junckern verpfändet/ oder doch bey derer etlicher Erkauffung denen Verkäuffern ein Unterpfand vorbehalten worden/auff solchen Fall wäret ihr auch/wenn eures verstorbenen Junckern Güter zu voller Befriedigung nicht zureichen/von der Gerade die Zahlung zu thun schuldig/ V. R. W.)

Et ad consultationem VVolffgangi à Draschvvitz, Mens. Mart, Anno 1597.

DEFINIT. LXV.

Debita mulieris defunctæ, proximæ Cognatæ, deficientibus demum bonis hereditariis, in subsidium saltem de Gerada solvere obstricta est.

1 QUæ Definition. *præcedentibus* dicta fuêre, in debito quidem mariti & Viduæ, quæ marito præmortuo ex ipsius bonis utensilia percipit, usu ita recepta sunt, † At in Cognatis, ad quas post 2 mortem

mortem mulieris, Virginis aut Viduæ, bona u-
3 tensilia devolvuntur, aliter se res habet. † etenim debitum mulieris defunctæ, Cognata capiens geradam in subsidium, haud sufficientibus nempe reliquis bonis hereditariis, de utensilibus persolvere tenetur, Hart. Pist. *part. 1. q. 31. n. 38.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 9. n. 49.* Modest. Pist. *p. 1. q. 32.* Frid. Pensold. *ad* Coler. *p. 2. decis. 286. n. 186.* Rauchb. *p. 2. q. 17. n. 9.* † *Tùm* quia bona utensilia non perinde,
4 ut vivente marito ad Uxorem, ita etiam vivente U-
5 xore, ad Cognatam pertinent, † quippe in cujus præjudicium à muliere alienari potest, *hâc* Const. *14.* Gloss. *art. 23.* Weichb. Cessat ergò hoc casu potissima ratio, ob quam Vidua de gerada debitum mariti ne quidem in subsidium exsolvere obstricta
6 est; † *Tùm*, quia Cognata bona utensilia quodammodo beneficio mulieris defunctæ, & quasi successionis jure, atq; ex causa lucrativa acquirit, quippe cum mulier bona hæc, quæ donatione aliove contractu inter vivos alii concedere poterat, ad Cognatam per mortem transmittere censeatur, ut apparet
7 ex *art. 27. lib. 1.* Landr. † Ut sic meritò potior habeatur ratio Creditorum oneros am causam sustinentium, quam cognatæ ex causâ lucrativâ & jure successionis geradam capientis, ita ut saltem in subsidium, si bona alia hereditaria haud supersint, æs alienum de bonis utensilibus solvere teneatur Hart-
8 man. Pist. *dict loc.* † Quod tamen non aliter accipiendum, quàm si ab ipsa muliere defunctâ æs alienum fuerit contractum. Secus verò, si à marito
9 ejus originem trahat, † tunc enim Cognata ne quidem in subsidium conveniri potest, *arg. l. un. C. Ne uxor pro marit.* Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 5. q. 44. n. 5.*

Ita Domini ad Consultationem Mauritii Gölickens zu Leipzig / Mens. April. Anno 1632. (Verba sent: So werden der verstorbenen Frauen Schulden von dem Erbe / und da solches zu dero sämmtlichen Befriedigung nicht zureichet/ also dann erst in subsidium auch von der Gerade billich bezahlet. Es wäre dann daß die Schulden nicht von der verstorbenen Wittiben/ sondern von ihrem zuvor abgeleibten Ehemann herrühreten/ und sie die Wittib beständiger weise darein nicht gewilliget hätte / auff solchen Fall möchte die Schwester etwas von der Gerade zu Bezahlung solcher Schulden herzugeben nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Fausts zu Berlen / Mens. Febr. Anno 1635.

Definit. LXVI.

At si geradæ nomine debita mulieris fuerint contracta, ea Cognata proxima indifferenter de Geradâ solvit, etiamsi alia bona hereditaria supersint.

1 QUamvis Cognata proxima geradam capiens, æs alienum defunctæ mulieris deficientibus demum rebus hereditariis, & sic in subsidium solvere cogatur, Defin. *præc.* Fallit tamen hoc notabiliter, † si debitum geradæ nomine contractum
2 fuerit à defunctâ, veluti pro comparatione rerum ad Geradam pertinentium: Quo sanè casu, in-
3 differenter sive alia bona supersint, sive non, † Cognata succedens istius debiti contemplatione fidem defunctæ liberare tenetur, reliqui autem mulieris heredes debito hoc non onerantur. Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 7. & ad Const. 23. n. 13. part. 3.* Andr. Goldb, *de Gerad. c. 9. n. 93.* Frid. Pensold. *ad* Coler. *decis. 286. n. 187 p. 2.* † Æquissimum namque
4 est, ad eum spectare onus, ad quem pervenit commodum; Siquidem per istam acquisitionem proxima Cognata locupletior fuit effecta, Pensold. *dict. loc.* † Hujus rei exemplum ferè simillimum
5 habemus in ære alieno in utilitatem feudi conversо, cujus solutio solis Agnatis & successoribus feudi incumbit, nec eo nomine filiæ aut heredes bonorum allodialium conveniri possunt, etiamsi solvendo sit hereditas, Const. Elect. *46. part. 2.*

Ita Domini in causa VVilhelmi à Kutzlebens M. April. Anno 1632. (Verba sent. Hat eure Haußfrau eine güldene Kette vor und umb 100. fl. erkaufft / und über solche Schuld eine Handschrifft außgeantwortet / die Zahlung aber bey ihrem Leben nicht geleistet. Und nachdem sie Todes verfahren/ wird von ihren Schwestern unter andern Gerade-Stücken auch bemeldte Kette gefodert/ ꝛc. So seyn gedachte Schwestern angeregte Schuld der 100. fl. zu zahlen pflichtig/ und ehe und zuvor sie solches gethan/ seyn sie sich der Kette beständiger Weise anzumassen nicht berechtiget/ V. R. W.)

Et in causa Dieterich von Polentzens / Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sent. Hat eure Schwester etliche Kasten und Laden vor 3. Jahren in die Festung Dreßden geschafft/ davon kein Zinß gegeben worden / sondern etliche 30. Thaler auffgewachsen und noch zu entrichten seyn/ und es seyn in solchen Kästen und Laden lauter Gerade-Stücken befunden worden/ ꝛc. So seynd die nehesten Nifteln/ denen die Gerade zukommt / solchen Zinß abzutragen schuldig / und ihr als der Erbe bleibet damit billich verschonet/ V. R. W.)

Definit. LXVII.

Geradam quoq; à muliere defunctâ oppignoratam proxima Cognata luere debet.

MInus sanè dubium est, si bona utensilia à mu- 1
liere defunctâ oppignorata fuerint, quin earum luitio non ad maritum vel heredem, sed ad Cognatam pertineat, Matth. Coler. *p. 1. dec. 204. n. 4.* Hart. Pist. *lib. 1. q. 31. n. 28.* Frid. Pensold. *ad* Coler. *decis. 286. p. 2. n. 188.* Dan. Moller. *ad Const. Elect. 23. n. 7. part. 3.* † Non solùm quod onus & in- 2
commodum spectet ad eum, quem sequitur commodum, *c. qui sentit. 55. de Reg. jur. in sexto. l. secundum naturam. 10. ff. eod. tit. l. ult. §. sin verò creditores. 5. C. de jur. delib.* † Sed per text. manifestum *in* 3
art. 24. lib. 1. Landr. *verb. fin.* Ubi si res aliquæ ad geradam pertinentes, constante matrimonio, pignori obligatæ fuerint, eas redimere jubetur Cognata, ad quam jure successionis illæ pertinent, si eis carere nolit. † Quem textum de rebus utensili- 4
bus ab ipsâ Uxore defunctâ oppignoratis jamdudum intellexit Ludovic. Fachs. & post eum Domini Scabini, teste Hartm. Pist. *d. q. 31. n. 28. in fin.*

Ita Domini ad consultationem Balthasari Frenzels zu Annaberg/ Mens. Novembr. Anno 1627. (Verba sent: Hat eures Mündleins Mutter bey ihrem Leben etliche Gerade-Stücke umb ein gewisses Geld bey einem Handelsmann versetzet/ und ist darauff Todes verfahren. Da ihr nun solche Gerade-Stücken nicht entrathen / sondern gedachtem eurem Mündlein zum besten erhalten wollet/ ꝛc. So seyd ihr dieselben Stücke von eures Mündleins Vermögen wiederumb einzulösen schuldig/ und die sämtliche Erben mögen darzu wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. LXVIII.

Nisi in communem rei familiaris usum geradâ à muliere fuerit oppignorata, quo casu redemtio ejus incumbit heredibus.

GEradæ à muliere oppignoratæ luitionem, propter-

propterea ad Cognatam pertinere dixi Defin. *præced.* quod hæc commodum ex geradâ sentiat, cui & merito onus solutionis accrescere debeat, *l. secundum naturam. 10. ff. de Reg. jur.* † Quæ certè 2 ratio hoc ipsum onus in heredes transfert, quando pecunia pro geradâ oppignoratâ mutuò acceptâ, in communem rei familiaris usum conversa, ac inde 3 hereditas aucta fuerit. † Quis enim negare tum aussit, luitionem heredibus incumbere, quos & com- 4 modum sequitur. † Cognatam verò onere hoc neutiquam gravari debere, quod nec alienum esse videtur à mente Frid. Pensold. *ad* Col. *decis. 286. num. 187. in fin.*

Ita Domini ad requisitionem Balthasari Frentzels zu Annaberg/M. Jan. Anno 1618. [Verba sent. Hat itzo gedachter M. A. bey einem Handelsmann eine Summa Geldes auffgenommen/ und dafür etliche Geradestücken versatzt. Da nun solches Geld dem gemeinen Hauswesen zum besten angewendet worden/ &c. So wären die sämtlichen Erben der Tochter oder nächsten Nifftel die vorgesetzten Gerade-Stücken wieder einzulösen schuldig/ V. R. W.]

Definit. LXIX.

Tutor quando absq; decreto Magistratus pupillæ geradam patri vel extraneo vendere & alienare valeat?

1 Notissimi juris est, Res mobiles minorum, quæ servando servari possiunt, ut sunt Gemmæ, vestes pretiosæ, aurum & argentum, ceteraque mobilia pretiosa à tutore aut Curatore, sine decreto judicis aliisque solennitatibus regulariter distrahi non posse, † perinde, sicuti nec immobilia mino- 2 rum absque causâ sufficiente & magistratus autoritate vendi aut alienari queunt, *l. lex quæ tutores. 22. in pr. C. de administr. tutor.* non solùm, quia pretiosa mobilia immobilibus comparantur, Martin. Col. *part. 2. decis. 286. n. 48.* Rauchb. *part. 1. q. 26. n. 34. & 36.* Jacob. Schult. *obs. 19. n. 8. & seqq.* Sed & ne ex eorundem distractione damno afficiantur pupilli vel minoris, *dict. l. 22. C. d. t.* † Aliter verò res se habet in rebus mobilibus, quæ servando servari nequeunt, ut sunt Vestes detritæ, animalia supervacua & similes, † Quas tutores & Curatores etiam sine decreto judicis benè alienare valent, *dict. l. lex quæ tutores, 22. §. fin. C. d. t. & l. ult. C. quando decr. opus non est.* Schneidew. *in §. ult. n. 23. Inst. de aut. tutor.* † Ex quo sequitur, alienationem geradæ absque causâ sufficiente & autoritate Magistratus, à tutore patri vel extraneo factam, tùm demum jure subsistere, si bona utensilia servando servari haud potuissent; A. Goldb. *de gerad. c. 7. membr. 1. n. 33. & cap. 9. num. 102.* Matth. Wesenb. *p. 2. consil. 29. n. 3.* Moll. *lib. 2. sem. 6.* † quo tamen casu Cognatæ proximæ consensus ad venditionem vel alienationem Geradæ haudquaquam requiritur, secundùm tradita Goldb. *dict. l. n. 35.* quia Gerada in præjudicium proximæ Cognatæ donari valet, *h.* Const. 14. *vers.* Durch die Ubergabe unter den Lebendigen/Moll. *dict. c. 6. n. 2.* Rauchb. *p. 1. q. 32. n. 28.* Cur non ergo etiam alienari?

Ita Domini ad requisitionem Eliæ Auerbachs zu Leipzig/ M. Febr. Anno 1578. [Verba sentent. Ob nun gleich Hans Ilgen nach seines Weibes Absterben sich um ihre hinterlassene Gerade mit seiner Tochter Vormunden verglichen/ uñ derselben 30. Thl. dafür zu gebẽ gesagt. Da aber deñoch solche Vergleichung ohne dringende Noth oder andern erheblichen Ursachen und ohne gebührendes Decret geschehen/ und von Hans Illings Tochter nach erreichtem vollkommenen Alter nicht ratificiret worden/ &c. So wäre dieselbe ausserhalb der geringschätzigen verderblichen Stücke zu Recht unkräftig/ und gedachter Illing vermittels eines beständigen Inventarii, oder in Mangel desselben/ vermittels seines leiblichen Eydes/ was und wie viel sein Eheweib allenthalben an Gerade gelassen/ anzuzeigen/ und dieselbe ausserhalb obverwehnte Stücke auszuantwörten schuldig/ V. R. W.]

It. in causa Matthæi Köppens zu Halla/ M. Sept. Anno 1599.

It. in causa Hansen Werchawen zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1614.

Et in causa Petri Fischers zu Leipzig/ Mens. Febr. An. 1626.

Definit. LXX.

Pater filiæ suæ geradam absq; autoritate Magistratus vendere non potest, nisi hæc servando servari nequeat.

Quemadmodum pater filiæ suæ geradam regu- 1 lariter emere nequit à tutore, Defin. *præced.* ita nec contra ipsemet filiæ suæ geradam extraneo vendere potest absque causâ sufficiente & interposito Magistratus decreto, † nisi in ejusmodi rebus 2 consistat, quæ servando servari nequeunt, quas procul dubio non minus ac alius quispiam tutor alienare valet, *l. 22. §. fin. C. de administr. tutor. l. ult. C. quando decret. opus non est.* † Illud solum- 3 modo dubium videtur remanere, annon filia heres patris bona utensilia ab ipso alienata revocare prohibeatur, *per. l. cum à matre. 14. C. de Rei Vindic.* ex quo textu pro regula traditum est, † quod heres 4 pro portione in qua successit factum defuncti impugnare haud possit, sed illud omninò ratum habere teneatur. † Id quod etiam probatur per *l. si patri tuo. 24. C. de donat. l. si ab eo. 7. C. de liber. caus. l. filium. 31. ff. eod. tit. l. ex quâ personâ. 149. ff. de reg. jur.* † Quæ regula locum habet, etiamsi de- 6 functus bona ad heredes pertinentia alienaverit, *dict. l. cum à matre. 14. C. d. rei vind.* Hart. Pist. *obs. 19. n. 3.* Sed advertendum est, † alienationem 7 utensilium bonorum, quæ servando servari potuerunt, ipso jure irritam ac nullam esse, *l. 22. §. p. in verb. Jam ergo Venditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti &c. C. de administr. tut.* † 8 quo in casu prædicta regula fallit. Nam † quando 9 alienatio à defuncto facta per se nulla est, etiam heredi contra factum defuncti venire licet, ut per text. *in l. quemadmodum. 7. C. de agric. & censit. lib. 11.* tradit Bald. *in dict. l. cum à matre. 14. C. d. R. V.* † quem sequitur Socin. *lib. 4. cons. 29. n. 46.* Cravett. 10 *cons. 200. n. 5. 6. & 8.* Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 83. vers. limitatur decimo &c. C. de bon. matern.* Hartm. Pistor. *dict. l. observ. 190. num. 10.*

Ita Domini in causa Pauli Krausens zu Bischoffswerda/ Mens. Septembr. Anno 1585. [Verba sententiæ: Habt ihr nach Absterben eures Weibes/ eurem Töchterlein/ so unerzogen gewesen/ die Gerade verkaufft/ und 10. fl. daraus geldet. Da nun die zur Gerade gehörige Stücke verderblich gewesen/ und nicht hätten erhalten werden können/ &c. So bliebe auch nunmehr/ nach Absterben eurer Tochter/ das daraus gelöste Geld/ so vor Erbe geachtet wird/ euch vor ihrer nächsten Nifftel billich/ im widrigen Fall aber wäret ihr derselben solches folgen zu lassen schuldig/ V. R. W.]

CONSTITUTIO XV.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob und wie die Weibespersonen beständiglich contrahiren können / mit oder ohne der Vormunden Zuthun und Bewilligung?

Mulieres an & qualiter cum consensu & autoritate Curatorum, vel absque eo contrahere possint?

ES haben die gemeine Keyserliche und Landübliche Sächsische Rechte in etzlichen gewissen Fällen / der Weibespersonen halben / Versehung gethan / damit sie aus Mangel gutes Raths und Bedachts nicht übereilet und hintergangen werden möchten. Wann wir dann solches / aus erheblichen Bedencken und Ursachen / auch weiter zu erstrecken nothwendig erachten: So constituiren und ordnen wir / daß hinfüro Wittwen und Jungfrauen / ohne Unterscheid des Alters / in allen Rechtlichen Processen / sie halten gleich Klägerin oder Beklagter statt / ohne Vormunden nichts beständiges handeln mögen. Derowegen denn die Gerichtshalter eines ieden Orts / ungeachtet / ob solches gleich von keiner Part gesucht würde / einer ieden unbevormundeten Weibesperson zu ihrer Klage und Antwort / Amts halben einen Kriegischen Vormunden geben und zuordnen sollen: Wie dann auch die Ehemänner / wann sie ihrer Ehefweiber halben klagen oder dieselbigen vertreten / ihre Personen durch Vollmacht oder caution de rato dißfalls legitimiren sollen.

Gleicher Gestalt soll auch den Weibespersonen dasjenige / was sie ohne Vorwissen und autorität ihrer Ehelichen und andrer verordneten Vormunden / in- und ausserhalb Gerichts / schliessen und handeln / damit sie sich gegen iemand verpflichten / unschädlich und unnachtheilig seyn; iedoch mögen Ehefrauen / Wittwen und Jungfrauen / wo sie ihre mündige Jahre erreichet haben / vor sich selbst von ihren Haab und Gütern / beweglichen und unbeweglichen / ausserhalb der Gerade / wohl Testament machen / und was sie also Testaments-Weise / dem Rechten gemäß / verordnen / das soll beständig und kräftig seyn / ungeachtet / ob gleich dasselbige ohne Vormunden geschehen / wie dann auch den Wittwen und Jungfrauen / so mündig / (ausgeschlossen die unbeweglichen Güter) mit ihrer fahrenden Haab zu thun / dieselbige so weit die Rechte nachlassen zu vergeben / und insonderheit den Weibes-Personen / so zu handthieren pflegen mit Kauffen und Verkauffen / in den Krahmen und andern dergleichen Wahren ohne Vormunden beständig und verbindlich zu schliessen und zu handeln / hiermit unbenommen seyn soll.

IUre tàm communi civili, quàm provinciali Saxonico, in certis quibusdam casibus, mulieribus provisum est, ne inopiâ consilii circumventæ lædantur. Cum autem gravibus de causis id ulterius quoque ut extendatur necessarium esse existimemus; Igitur constituimus & ordinamus, ut viduæ & virgines, cujuscunque sint ætatis, in omnibus & quibuscunque processibus judiciariis, sive reæ sint sive actrices, sine curatore nihil agere possint:

Ideoque à Judicibus seu magistratibus cujusque loci Curatorem ad litem mulieri non habenti, tàm ad agendum quàm defendendum ex officio, etiam partibus non petentibus, dari volumus.

Quemadmodum & mariti, nomine uxorum agere vel eas defendere volentes, nisi exhibito mandato, vel cautione de rato præstitâ, non admittentur. Sed & si quid aliud sive in judicio sive extra judicium agant mulieres, quo aliis se obligent, id si absque consensu & autoritate maritorum & aliorum Curatorum faciant, ipsis obesse nolumus.

Quamvis, si de rebus suis tàm mobilibus, quàm immobilibus, exceptâ geradâ, in testamentis suis secundùm præscripta legum, mulieres nuptæ, viduæ vel virgines, pubertatis annos egressæ disponant, ea etiam absq; autoritate Curatorum firma & valida esse velimus.

Quemadmodum viduis & virginibus puberibus liberam facultatem de rebus suis mobilibus (immobilia enim excipimus) inter vivos disponendi, easque donandi, quatenus legibus non prohibentur, ademtam nolumus, imprimis verò mulieribus mercari consuetis, in emendis & vendendis mercibus, quas in tabernis prostantes habent, vel aliis, etiam sine Curatore firmiter ut contrahant seque obligent, permittimus.

DEFI-

DEFINITIONES.

1. *Contractus mulieris sine consensu Curatoris initus, ipso jure nullus est, etiamsi juramento fuerit firmatus.*
2. *Quicquid ex obligatione absq; Curatoris consensu contracta mulier solvit, tanquam indebitè solutum repetere potest.*
3. *Mulier sine Curatore, super debito sibi soluto quittantiam facere, ac debitorem suum liberare nequit.*
4. *Contractum absq; Curatore celebratum, etiam post mortem matris, ipsius heredes impugnare possunt.*
5. *Contractus mulieris sine Curatore initus, ne quidē ex diuturnitate temporis decennalis convalidatur.*
6. *Mulier habens domicilium in terris Saxonicis, extra territorium Saxonicum absq; Curatore validè potest contrahere.*
7. *Fidejussor intercedens pro muliere sine Curatore contrahente, efficaciter obligatur.*
8. *Mulier sine Curatoris consensu cum patre vel liberis validè contrahere, filiisq; donare potest.*
9. *Illustris mulier habens Regalia absq; Curatore validè contrahit.*
10. *Mulier absq; consensu Curatoris non solùm testari, sed & mortis causâ donare potest.*
11. *Absq; Curatoris quoq; autoritate pacta dotalia facere, in iisq; certam dotem constituere potest.*
12. *Ad impetrationem Aresti adversus debitorem suum mulier Curatore opus non habet.*
13. *Mulier dolosè contrahens obligatur, etiamsi non habuerit Curatorem.*
14. *Ex contractu mutui efficaciter obligatur mulier, etiamsi sine Curatore.*
15. *Quatenus mulier mobilia sua absq; Curatore alienare valeat.*
16. *Mulier mercatrix sine Curatore hypothecam ratione mercaturæ constituere potest.*
17. *Subsistit Contractus sine Curatore celebratus, quando mulieri est utilis.*
18. *Contractus mulieris in præsentia Agnatorum initus subsistit, licet Curator non intervenerit.*
19. *Mulier maritata solo mariti consensu, absque alterius Curatoris autoritate efficaciter contrahere, bonaq; immobilia alienare valet.*
20. *Contractus à marito de bonis uxoris, consensu ipsius celebratus, jure subsistit.*
21. *Fundum dotalem mulier absq; Curatore vendere aliovè modo alienare nequit, etiamsi maritus consentiat.*
22. *Mulier etiam nupta sine Curatore, hereditati renunciare, aut super divisione hereditatis quietationem facere nequit, licet aliàs solius mariti consensu debitorem suum liberare valeat.*
23. *Uxor contrahens cum marito suo alterius Curatoris autoritatem adhibere debet.*
24. *Mulier maritata in mariti commodum contrahens, alio Curatore opus habet.*
25. *Uxor bona sua immobilia absq; consensu mariti alienare nequit, licet adhibeat autoritatem Curatoris.*
26. *Curator generalis ad omnem Causam, ab eo Judice datur, cujus jurisdictioni subjectus est, qui Curatorem petit.*
27. *Ad certam verò causam datur Curator ab eo judice, ad quem causæ illius cognitio spectat.*
28. *Fœminæ quoq; absenti Curator dari potest.*
29. *Dato Curatore ad omnes generaliter causas, desinit Curatela primi Curatoris ad certam litem dati.*
30. *Autoritas Curatoris in ipso actu intervenire debet, post tempus verò interposita nihil operatur.*
31. *Nisi in continenti, antequam partes ad actū extraneum revertantur, autoritas fuerit adhibita.*
32. *Subsistit contractus mulieris absq; Curatore celebratus, si is, qui actui interfuit, à judice postea curator confirmetur.*
33. *Mulier interveniente Curatore contrahens, si læsa fuerit, nec Curatorem convenire, nec restitutionem in integrum petere valet.*
34. *Curator consentiens mulieri contrahenti, sibi nō præjudicat, neq; ex contractu mulieris obligatur.*
35. *Res immobilis absq; Curatore vendita & alienata, non mulieri, sed emptori perit.*
36. *Inebriatus ad mentis usq; alienationem contrahens nō obligatur: Et quomodo ebrietas probetur.*
37. *Prodigus, cui bonis à Magistratu interdictum est, absq; Curatore contrahere nequit.*
38. *Curator nomine mulieris nil firmiter agit, nisi mulier ipsa præsens sit, & consentiat.*

DEFINIT. I.

Contractus mulieris sine consensu Curatoris initus ipso jure nullus est, etiamsi juramento fuerit firmatus.

1 IN foro Saxonico Mulier non solùm in judicio, ubi personam legitimam standi non habet, sed & extra judicium absque consensu Curatoris quicquam agere, donare, vendere, aliovè modo contrahere prohibetur, Landr. *libr. 1. art. 44. art. 46. ubi* Gloss. *n. 2. lib. 2. art. 63. &* Gloss. *in art. 30. num. 4.*
2 *lib. 3.* Zobel. *part. 2. differ. 22.* † Ut tutò posuerit Regulam generalem Illustrissimus Elector Sax. *h.* Const. 15. (Mulieres nempe sive in judicio sive extra judicium agentes & contrahentes absque autoritate & consensu Curatorum, in foro Saxonico non obligari.) Quâ ipsarum imbecillitati consule-
3 re voluit, † ne inopiâ consilii circumventæ, lædantur, ut verba habent Const. Quæ ratio cum indifferenter mulieres, sive sint maritatæ, sive solutæ, Virgines aut viduæ, & sive majores sint sive minores 21. annis concernat, utique & iis omnibus prospicere animus fuit Illustriss. Constituenti. † 4
Qua de causa quoque Regulam hancce ad omnes indifferenter mulierum actus judiciales & extrajudiciales jure extendere licet, ut videre est ex Ampliationibus Dan. Moll. *hâc const. &* Matth. Berl. *p. 2. concl. 17. n. 6. & seqq.* Quarum principaliores & communiores repetere hîc lubet. Ac † 5
Primò quidem invalida est mulierum obligatio absque consensu Curatoris, etiamsi juramentum accesserit, Moll. *hic num. 19. & seqq.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 11. n. 201.* Berlich. *dict. concl. 17. n. 105.* Andr. Tiraq. *de legib. connub. verb. En pouvoir de son mar. gloss. 4. n. 26.* † Etenim consensus 6
Curatoris ad contractum mulieris de formâ & substantiali solennitate requiritur, And. Rauchb. *p. 1. q. 32. n. 43.* Berl. *dict. concl. 17. n. 102.* † Quare 7
omisso eo, contractus mulieris ipso jure nullus est, ut docet Moller. *hîc num. 82.* Coler. *p. 1. decis. 67.*

8 *67. num. 21.* Vide Decis. Elect. *nov. 22.* † At quod nullum est, juramento confirmari nequit, *l. non dubium. 5. C. de legib. l. ult. C. de non numer. pecun.*
9 † Nec pactis privatorum juri publico per juramentum adjectum derogari potest, *c. si diligenti. 12. ext. de for. compet. l. 7. §. 16. ff. de pact. l. 112. §. 3. ff. de*
10 *legat. 1.* † maximè quùm & aliàs mulier huic solennitati statutariæ expressè renunciare nequeat,
11 Felin. *dict. c. 12. extr. de for. compet.* † Quod si tamen affirmare quis ausit, juramentum super Contractu hoc de jure Saxonico invalido servandum esse, haud certè reclamaverim, quia contra bonos mores juris naturæ, gentium vel Canonici per hoc Juramentum nil quicquam commissum
12 est, † ut meritò secundum canones religiosè sanctèque servari debeat, juxta tradita Andr. Gail. *lib.*
13 *2. observ. 39.* † Quantumvis contractus per se nullus sit, adeoque nec heredes mulieris obstringat.

Ita Domini in causa Martini Sanders zu Obichen/ Mense Febr. Anno 1629. [Verba sententiæ: Ob wol euers Nachbarn Wittib mit euch um ihre Breite Feldes gehandelt/ und dieselbe um eine gewisse Summa Geldes euch zugeschlagen/ zu mehrer Versicherung auch/ diesen Contract vermittelst leiblichen Eydes bestätiget/ da sie aber dennoch keinen Kriegischen Vormund bey solcher Handlung gehabt hätte/ &c. so wäre selber Contract/ der Eydes-Leistung ungeachtet/ null und nichtig/ noch der Contrahentin Erben darzu verbunden/ V. R. W.]

Definit. II.

Quicquid ex obligatione absq; Curatoris consensu contracta mulier solvit, tanquam indebitè solutum repetere potest.

Secundò: Obligatio mulieris sine Curatoris consensu contracta adeò invalida est, † ut licet mulier jus ignorans aliquid solverit, illud tamen ceu indebitè solutum repetere queat, ut tradit Dan. Moll. *hic n. 91. quem sequitur* Matth. Berl. *p. 2. concl. 17. n. 114.* † Etsi enim aliàs repetitio ejus cesset, quod errore juris solutum fuit, *l. cum quis. 10. C. de juris & facti ignorantia.* Attamen solet hoc
3 limitari, ut locum non habeat † in muliere, secundum Gloss. *in dict. l. cum quis. 10. C. d. t. per text. in l. quamvis. 8. §. interdum. 3. ff. ad Sctum Vellejan.* Ubi mulier contra Senatusconsultum obligata, sive solverit, sive debitorem suum delegaverit, repetit:
4 † Quamvis secundum alios nec error juris condictionem indebiti impediat, quando de damno vitando agitur, Jason. *in dict. l. cum quis. 10. C. de jur. & fact. ignor. n. 4.* Modest. Pist. *vol. 1. conf. 5. n. 10.*
5 † Quicquid sit, obligationes sine consensu Curatoris contractas mulieribus non nocere, vult *h.* Con-
6 stit. Elect. 6. † Atqui manifestum est, si id, quod contra dispositionem Constitutionis indebitè solverunt, mulieres repetere prohibeantur, indemnes eas servari haud posse, Dan. Moll. *hic. n. 92.*

Ita Domini ad consultationem Dorotheæ Windeckens zum Hayn/ M. Febr. Anno 1626. [Verba sent: Ob ihr wol mit Hansen Rodicken einen Contract geschlossen/ darauf auch allbereit eine Summa Geldes ausgezahlet/ da ihr aber dennoch bey solchem Contract in Vergleichung keinen Curatorem gehabt hättet/ und dadurch benachtheiliget worden wäret/ &c. so wäre selbiger Contract zu Recht nicht kräftig/ und ihr dannenhero das ausgezahlte Geld condictione indebiti zu repetiren wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. III.

Mulier sine Curatore, super debito sibi soluto Quittantiam facere, ac debitorem suum liberare nequit.

Tertiò Ampl. prædicta Regula in † distractio- 1
ne. Nam mulier etiam in distrahendo consensu Curatoris opus habet, Andr. Tiraq. *de Legib. Connub. verb. En pouvoir de son mar. gloss. 5. n. 1. & seqq.* † Quare nec super receptione pecuniæ & 2
solutione debiti, sine consensu Curatoris quietationem facere ac debitorem suum liberare potest, Dan. Moll. *hic. n. 52.* † Siquidem ratio juris Saxo- 3
nici, quod mulieres absque Curatoris autoritate obligari prohibet, potissimum earundem utilitatem concernit, ne scilicet ob inopiam consilii lædantur; † Quod tamen magis est metuendum in 4
liberatione, quàm obligatione, *arg. l. cum fundus. 31. §. servum tuum. 1. ff. de rebus credit.* Nec obstat quicquam, † quod Const. *hæc* in iis demum mu- 5
lierum actibus Curatoris consensum requirat, per quos sese aliis obligant, ut patet ex verbis: Darinnen sie sich gegen einander verpflichten/ &c. † Quia mulier debitorem liberans, etsi non civili- 6
ter, naturaliter tamen obligatur de non amplius petendo, Bartol. *in l. ubi pactum. 40. num. 2. C. de transact. & in l. si unus. 37. §. pactus ne peteret. 2. n. 13. ff. de pact.* † Ut sic vel ex *hâc* Constit. abs- 7
que Curatore mulier quietationem facere prohibeatur, nec ipsi sine Curatoris autoritate tutò solvi queat, perinde sicut nec pupillo & minori absque consensu tutoris & Curatoris jure solvitur, §. *nunc admonendi. 2. Inst. quib. alien. lic. vel non. l. ait prætor. 7. §. sed et si ei pecunia. 2. ff. de minor.* † Unde 8
Johan. Zang. notabiliter monet eum, qui vult tutò solvere fœminæ, ut præsente & consentiente ejus Curatore pretium numeret, & apocham tam à fœmina quam à Curatore subscriptam & sigillatam accipiat, aut curet, ut de hâc solutione instrumentum publicum conficiatur, *in tract. de except. p. 3. cap. 1. n. 97. & seqq.*

Ita Domini ad consultationem Andreæ ab Hartenfels/ Mense Mart. Anno 1624. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch das Weib bey solcher Zahlung und Quittung keinen Kriegischen Vormund gehabt/ &c. so mag ihr auch gedachte Zahlung zu einigem Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ sondern sie ist dieselbe zu hinterziehen wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. IV.

Contractum absque Curatore celebratum, etiam post mortem matris, ipsius heredes impugnare possunt.

Quartò Ampl. † Licet contra obligationem, absque Curatore contractam ipsa mulier, dum adhuc viveret, non excepe-
rit,

2 rit, † Attamen poſt mortem ejus liberi ſeu heredes eam impugnare non prohibentur, Dan. Moller. 3 *hic n. 94.* & Berl. *p. 2. concl. 17. n. 123.* † Etenim, quum obligatio, ſine conſenſu Curatoris contracta, ipſo jure nulla ſit, ut dixi defin. 1. Zobel. *in addit. ad gloſſ. germ.* Landr. *lib. 1. art. 46. n. 3.* Coler. 4 *p. 1. deciſ. 67. n. 21.* nil certè prohibet, † quò minus etiam poſt mortem matris heredes huic contravenire queant. 5 Niſi quis forſan obſtare † exiſtimet *l. cum à matre. 14. C. de Rei vend.* Ubi heredes & liberi tenentur præſtare factum anteceſſorum atq; parentum demortuorum, Hart. Piſt. *obſerv. 190. n. 2.* At hoc tum demum procedit, quando contractus 6 per ſe validus & firmus eſt; † Secus ſi contractus vel factum anteceſſoris ipſo jure irritum habeatur, ut in caſu præſenti obligatio mulieris ſine Curatore 7 contracta. † Ejusmodi enim actum anteceſſoris heres impugnare volens omninò audiri debet, *l. quemadmodum. 7. C. de agr. & Cenſ.* Hart. Piſt. *dict. loc. n. 10.* Pinell. *in l. 1. p. 3. n. 83. verſ. limitatur decimò. C. de bon. matern.* Dan. Moll. *loc. al-* 8 *leg. n. 97.* † Quod ſi tamen mulier absque Curatore, acceptâ ab aliquo mutuò pecuniâ, fundum hypothecæ dederit, etiamſi extra judicium, & ſic nulliter hoc factum fuerit, heredes tamen non, niſi redditâ pecuniâ, Creditori fundum repetere poſſunt, uti per Conſt. El. 23. §. Und dieſes hat / *verſ.* iedoch wo einer / *p. 2.* aſſerit Dan. Moll. *hic. n. 97.*

Ita Domini ad requiſitionem Auguſti Wolhards zu Dreßden / M. Febr. Anno 1622. [Verba ſentent. So iſt auch angeregter Kauff / weil kein beſtätigter Kriegiſcher Vormund darbey geweſen / zu Recht nicht kräftig / und mag demnach von der Verkäufferin neheſten Erben beſtändiger Weiſe wohl gefochten werden / V. R. W.]

Definit. V.

Contractus mulieris ſine Curatore initus, ne quidem ex diuturnitate temporis decennalis convalidatur.

1 QUinto Ampliatur Regula hæc: † Ut contractus mulieris ſine Conſenſu Curatoris factus non valeat, ex diuturnitate temporis. Scio equi- 2 dem communem Interppr. opinionem, † quâ contractum mulieris ſine ſolennibus requiſitis factum convalidari ajunt, ſi per decennium mulier tacue- 3 rit, & contractum non impugnaverit, † Quam per text. *in l. qui in aliena. 6. §. 3. ff. de acquir. hered.* tenêt Andr. Tiraq. *de legib. Connub. verb. En pouvoir de ſon mar. gloß. 7. n. 39.* Jalon. *in dict. l. qui in aliena. 6. ff. d. t. & in l. ſciendum. 30. ff. de verb. obligat. n. 16.* ubi hujus ſententiæ rationes affert, Bald. *in dict. l. qui in aliena. 6. ff. d. acqu. hered.* Matth. Berl. *p. 2. concl. 17. n. 120. & 121.* At valdè periculoſa mihi vi- 4 detur hæc opinio, † quæ vel exinde refellitur, quod contractus mulieris ſine Curatore celebratus ſtatim ab initio ipſo jure nullus ac irritus ſit, Zobel. *in addit. ad gloſſ. germ.* Landr. *libr. 1. art. 46. n. 3.* Coler. *p.* 5 *1. deciſ. 67. n. 21.* † At, quod ab initio nullum eſt, tractu temporis non reconvaleſcit, nec tempus modus eſt inducendæ obligationis, *l. obligationem. 44. §. 1. verſ. placet. ff. de act. & obligat.* † Unde 6 nec præſtatio longiſſimi temporis ſine cauſa obligationem futuræ præſtationis inducit, *l. cum de in rem verſo. 6. ff. de uſuris l. ſi certis annis. 28. ubi* Dd. *C. de pact.* Hart. Piſt. *obſerv. 201. n. 2.* † Ut ma- 7 ximè ergo conceſſerim, contractum, in formalibus ſuis ab initio ſubſiſtentem, diuturnitate temporis decennalis ita convalidari, ut propter defectum qualitatis alicujus extrinſecæ vel accidentalis, poſtea impugnari nequeat, quò potiſſimum reſpiciunt argumenta Jaſon. *in dict. l. ſciendum. 30. ff. de V. obligat.* † Attamen res aliter ſe habet in caſu præ- 8 ſenti, ubi contractus mulieris ratione qualitatis intrinſecæ & formæ ſubſtantialis ab initio eſt nullus, quem propterea temporis diuturnitate non reconvaleſcere, rectè aſſerit Chriſtoph. Zobel. *p. 2. differ. 22. n. 11.* † Quin & certi juris eſt, ad contractum 9 mulieris requiri Curatoris conſenſum expreſſum & verum, per tradita Bald. *in l. ſi ſine voluntate. 5. C. ad SCtum Vellej. n. 7.* Andr. Tiraq. *de leg. Connub. gloß. 7. n. 5. verſ. ſimiliter autem conſenſus.* 10 † Debent enim verba Conſt. ſtatutariæ verè & propriè intelligi, non fictè ſeu præſumptivè, *l. 3. §. hæc verba. 1. cum ibi not. ff. de negot. geſt.* Adeóque non ſufficit conſenſus fictus & præſumptus, qualis 11 eſt ille, † qui ex diuturnitate temporis proficiſcitur, *dict. l. qui in aliena 6. ff. de acquir. hered. in verb. credendum, quod fictionem ſignificat. l. conficiuntur. §. in pr. junct.* Gloſſ. *in verbo creditur. ff. de jur. Codicill. & l. retro creditur. 16. ff. de capt. & poſt. reverſ.* Tiraq. *de Legib. connub. Gloß. 7. n. 46.*

Ita Domini in cauſa Johannis Schröters zu Pehnig / M. Jul. Anno 1632. [Verba ſentent. Dieweil aber dennoch Verkäuſſerin bey Schlieſſung des Kauffs keinen Curatorem gehabt / daher ſelbiger Kauff ſeiner Solennitäten halber und im Grunde ſo bald anfangs nichtig geweſen / und alſo durch das zehen-jährige ſtillſchweigen nicht confirmiret werden können / ꝛc. ſo ſeyd ihr auch den erkauften Acker / gegen Empfahung eurer Kauff-Gelder / der Verkäuſſerin wieder abzutreten ſchuldig / V. R. W.]

Definit. VI.

Mulier habens domicilium in terris Saxonicis, extra territorium Saxonicum abſq; Curatore validè poteſt contrahere.

QUod dixi *Supr.* Definit. 1. Mulierem contrahentem abſque Curatore non obligari, illud quidem regulariter verum eſt, † Attamen non ad- 1 eo univerſaliter accipiendum, ut nullo prorſus caſu *Regula ibidem poſita* fallere queat. † Ejusdem 2 enim Limitationes quàm plures refert Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 17. num. 59. & ſeqq.* Quarum principaliores & in foro Saxonico uſu receptas hîc ſubjiciam. *Primò* autem *limitatur illa Regula* † in muliere contrahente extra 3 territorium Saxonicum, quæ licet domicilium ſuum habeat in terris Saxonicis, attamen ſi eo in loco, ubi contrahitur, jus Saxonicum, aliudve ſtatutum, mulieres ſine conſenſu Curatoris contrahere prohibens non vigeat, non certè dubito, quin validè obligetur, † quia 4 de

de jure civili communi mulier majorennis pro lubitu absque ullo Curatore contrahere, resque suas inscio etiam marito alienare potest, *l. vell. 6. C. de revoc. donat. l. si uxor. 12. C. de pignor.* † Haud equidem me latet, contrarium asseri ab Andr. Tiraq. *de leg. Connub. verb. En pouvoir de son marq. Gloss. 8. n. 219. & seqq.* Dan. Moll. *hic n. 16.* Matth. Berl. *dict. concl. 17. n. 55.* aliisque Dd. à Tiraq. allegatis, mulierem nempe quantumvis extra territorium suum contrahentem statutis tamen domicilii obligari, ac proinde fœminam, habentem domicilium in terris Saxonicis, nec alibi absque Curatore validè & 6 efficaciter contrahere posse. † Sed, ut pace ipsorum dixerim, absque fundamento. Quamvis enim Andr. Tiraq. *loc. alleg.* sententiam multis argumentis atque rationibus propugnare conetur, 7 attamen frustra laborat; † Et de contractu ex loci alicujus statuto jam perfecto, alibi etiam Contrahentes efficaciter obligante, solummodo disputat, ex quo ad indicendam obligationem secundum alterius loci statuta, nil certè inferri potest. 8 † Illud enim semper verum remanet, quod circa substantiam & solennitates contractuum attendi debeat statutum & consvetudo loci, ubi actus celebratur, *l. si fundus. 6. ff. de evict. l. semper in stipulationibus. 34. ubi* Cagnol. *n. 5. &* Dd. *de Reg. Jur. l. testium fides. 3. §. ult. ff. de testibus. l. 1. C. de emancip. lib. l. si non speciali. 9. & l. ult. C. de testam.* 9 † Quod à Tiraq. non infringitur, quin potius ap- 10 probatur, *dict. Gloss. 8. n. 225. & seqq.* † Ac, si mulier penitus extranea quæ alibi quàm in ditionibus Saxonicis degit, validè contrahere nequeat in territorio Saxonico, nisi adhibuerit Curatoris consensum, ut ipsemet fatetur Matth. Berl. *dict. concl. 17. num. 57.* ad hoc allegans Tiraq. uti procul dubio 11 verissimum est, † haud certè percipere possum, cur in casu converso mulier, quæ in terris Saxonicis degit, alio in loco, ubi Jus Saxonicum non viget, absque Curatore contrahere nequeat, secundum consuetudinem nimirum & jura illius loci ubi contra- 12 hitur. † Ut sic hancce limitationem verissimam existimem, cum Matth. Wesenb. *in conf. 11. n. 18. vol. 1.* Bart. Bald. & Salyc. *in l. cunctos populos. 1. C. de summa Trinitate & fid. Cathol.*

Ita Domini in causa Mariæ Zeidlers zu Mühlberg / Mens. Novembr. Anno 1625. [Verba sentent. Ob ihr nun wol bey Schliessung des Contracts keinen Kriegischen Vormunden gehabt / da aber dennoch / curem eigenen Bericht nach / an selbigem Orte / da der Contract aufgerichtet worden / das Sächsische Recht nicht üblichen und in Observantz wäre / &c. so hättet ihr euch mit curem Einwenden nichts zu behelffen / sondern es wäre der Contract zu Recht beständig / V.R.W.]

Definit. VII.

Fidejussor intercedens pro muliere sine Curatore contrahente, efficaciter obligatur.

1 SEcundo lim. † In fidejussore pro muliere intercedente, qui procul dubio efficaciter obligatur, licet mulier curatorem non habuerit, nec ipsa validè contraxerit, ut docet Dan. Moller. *hic num. 50. & seqq. &* Ant. Hering. *de fidejuss. c. 10. num. 3.* 2 † Quamvis aliter sentiat Andr. Tiraq. *de leg. Connub. verb. En pouvoir de son marq. Gloss. 4. num. 14.* quem sequitur Matth. Berl. *p. 2. concl. 17. n. 111.* Sanè veritas hujus decisi in eo potissimum consistit, † *an ex contractu mulieris, sine consensu Curatoris celebrato, naturalis saltem oriatur obligatio?* 3 Hoc enim si obtinuero, habeo quod volo, † Quia 4 sufficit naturalis obligatio ad hoc, ut fidejussor efficaciter obligetur, *§. in omnibus. 1. Inst. de fidejuss. l. 16. §. fidejussor. 3. ff. eod. tit.* † Nam & hæc, na- 5 turalis scilicet obligatio, effectus suos habet, veluti, quod possit constitui, *l. 1. §. 7. ff. de const. pecun.* † Novari, *l. 1. §. ult. ff. de novat.* Compensari, *text.* 6 *l. 6. ff. de compensat.* † Et quod exceptio ex na- 7 turali obligatione nascatur, *l. 7. §. 4. ff. de pact.* Nec non ejus, quod solutum est, retentio, *l. 10. ff. de obligat. & act.* † Quo nomine etiam utilis dici- 8 tur fidejussio pro naturali obligatione, *in l. 6. §. ult. & l. 7. ff. de fidejuss.* † Ecquis verò negare ausit, 9 mulierem sine Curatore contrahentem naturaliter obligari, ex consensu nimirum, qui licet nudus, naturalem tamen obligationem parit, *l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut.* † Quemadmodum de 10 pupillo sine tutore contrahente tradunt Dd. *in l. pupillus. 189. ff. de Reg. jur.* Bart. & Dd. *in l. 1. ff. de nov. & in l. 1. C. de inut. stipul.* Valent. Franc. *in tract. de fidejuss. c. 3. in pr.* † Ut mirum alicui vi- 11 deri possit, quod Andr. Tiraq. *alleg. loc. & post eum* Matth. Berl. hoc in dubium vocaverint; Nec enim Berl. concesserim † pupillum non semper na- 12 turaliter obligari, sed tum demum, quando ex suo contractu est locupletior factus, per textus ab ipso allegatos *in dict. concl. 17. n. 112.* † Quâ in re mi- 13 rè variant Dd. ut videre est apud Vult. *l. 1. disc. schol. 16.* Joh. Gœdd. *de contr. stipul. concl. 1. c. 27. n. 239.* Donell. & Jac. Cujac. *in l. 127. ff. de verb. obligat.* Ant. Fab. *ad l. 28. ff. de pact. & 8. conject. 5.* † Sæpè enim de obligationibus, non quatenus in 14 naturâ suâ se habent, sed quatenus à jure civili, penes quod est ejus rei potestas, sunt conformatæ, disputatur, ita ut obligatio naturalis, quæ revera subest, † respectu effectuum, jure civili ademptorum 15 & quia jus civile eam infirmavit, subesse negetur. † Ita scilicet mulier intercedendo naturaliter obli- 16 gatur, & tamen solutum repetit, quia SCtum obligationem infirmat, *l. 40. ff. de condict. indeb. l. 9. 6. ad SCtum Vellej.* † Pariter quia favore pupilli 17 obligatio infirmata est, ademtis effectibus, qui aliàs naturalem obligationem consequuntur, fit, † ut 18 pro non obligato pupillus haud locupletior factus habeatur, quo respectu, naturâ debere negatur, licet in veritate naturaliter sit obligatus, *l. 41. ff. de condict. indeb. l. 59. ff. de oblig. & act.* ut doctè disserit Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 1. disp. 6. th. 5. lit. B.*

Ita Domini in causa Michael Hendels zu Meckersdorff / Mense Jun. Anno 1623. [Verba sententiæ: Habt ihr euch für euers Nachbars Eheweib / als sie mit Johann Zenckern einen Hauskauff geschlossen / gegen denselben in Bürgschaft eingelassen. Ob sie nun wol bey solcher Handlung keinen Kriegischen Vormunden gehabt / und also für ihre Person sich beständiger Weise nicht verpflichten können / &c. so ist doch dessen ungeachtet die von euch bestellte Bürgschaft zu Recht kräftig und beständig / und möget ihr dannenhero von Johann Zenckern wohl belanget werden / V.R.W.]

Defi-

DEFINIT. VIII.

Mulier sine Curatoris consensu cum patre vel liberis validè contrahere, filiisq; donare potest.

1 TErtiò: contrahere quoq; potest mulier † absque autoritate Curatoris cum patre & liberis, Dan. Moll. *hîc n. 66.* Matth. Berl. *p. 2. concl. 17.*
2 *n. 70.* † Licet enim ad evitandas disputationes tutius agat mulier, cum patre vel liberis contrahere volens, si interveniente consensu & autoritate Curatoris id faciat; Attamen si eo non adhibito, mulier contraxerit, propterea contractus haud rumpi-
3 tur; † Quia mulieri ideò Curator adjungitur, ne ex imbecillitate sexûs damnum aliquod incurrat *h.*
4 Const. 15. Quæ ratio in casu præsenti cessat, † propter summam confidentiam, quam lex habet de patre, *l. quidam cum filiumfamilias. 46. ff. de hered. inst. l Aurelius 28. §. Titius testamento 3. vers. præsumptio enim & l. ff. de liber. legat. l. si furioso puberi. 16. ff. de curat. furios.* † Et mulier cum liberis contrahens, non ex imbecillitate sexûs, sed potius ex pietate & maternâ affectione id feciſſe censetur, *l. liber captus. 17. C. de postlim. revers.* † Ex quo sequitur, mulierem nec tùm opus habere Curatoris consensu, si bona etiam immobilia velit donare liberis suis, quia hanc donationem potius ex pietate, quàm sexûs imbecillitate feciſſe præsumitur, *dict. l. liber captus. 17. C. d. t.* Andr. Tiraq. *de leg. connub. gloss. 8, n. 110.* Zobel. *p. 2. diff. 22. n. 12.*

Ita Domini ad consultationem M. Matthiä Hoffmans zu Dippoldiswalde/M. Mart. Anno 1632. (Verba sent. So verbleiben solche Aecker euer Tochter billich / und es mag selbiger Contract dannenhero/daß Sara Schallerin keinen Kriegischen Vormund gehabt / gestallten Sachen nach/weil zu einer Mithülffe und Geschencke/so den Kindern geschicht/curatoris autoritas unvonnöthen / nicht hinterzogen werden/V. R. W.)

Et in causa Viduæ ac heredum Ulrici Meyers zu Leipzig/ M. Majo, Anno 1595. (Verba sent: Hat Lorentz Finckelthausens Wittib in der Ehestifftung zugesagt/daß sie iztgedachtem ihrem Sohne zu Anrichtung seiner Nahrung 1500. fl. mitgeben wolte/so ist sie solcher Verwilligung/ungeachtet daß dieselbe nicht vermittelst eines Kriegischen Vormundens geschehen/nachzukommen schuldig/V. R. W.)

It. in causa liberorum Petri Köhlers zu Schwedits/M. Aug. Anno 1636. (Verba sent. Dieweil aber dennoch berührte Vergleichung zwischen der Mutter und euch ihren Kindern auffgerichtet worden / in welchem Fall die Mutter eines Curatoris so gar hochnöthig nicht gehabt / &c. So mag auch dahero selbige Vergleichung nicht umbgestossen werden/V. R. W.)

It. in causa Hansen Dassen zu Annaberg / Mens. Jul. Anno 1635.

Et in causa Zachariä Hilligers zu Freyberg / M. Jan. Anno 1636.

DEFINIT. IX.

Illustris mulier habens Regalia, absq; Curatore validè contrahit.

1 QUarto limitatur † *Regula Supr.* Defin. 1. tradita in Ducissa, Comitissa, aliave muliere illustri, quæ Regalia & jurisdictionalia habet: Etenim, quia hæ mulieres negotia † quoque virilia sus-
2 tinere, ut putà pro tribunali, sedere, jus dicere, arbitri officium suscipere & munus legationis pbire possunt, *c. indemnitatibus. 43. de elect. in 6to. c. dilecti. 4. extr. de arbitr.* Joh. Coras. *l. 2. miscell. c. 27. n. 7. & 8.* Pruckm. *in repet. l. in multis. 9. membr. 1. art. 1. n. 4. & art. 2. n. 10. ff. de stat. hom.* Herm. Kirchn. *de legat. c. 3. n. 37. 38. 39.* † haud puto ambigendum, quin si absque Curatore contrahant, validè & efficaciter obligentur, Berl. *p. 2. concl. 17. n. 79.* † Maximè cum in hasce fœminas Illustres non facilè aliqua imprudentia aut imbecillitas Consilii cadat, ob quam aliàs mulieres Curatoris autoritatem adhibere debent, *hæc* Const. 15. *in princ.* † Quin & is, qui illarum fidem in contrahendo sequitur, non tàm statum muliebrem, quam illustrem dignitatem, administrationemque per omnia virili administrationi similem respexisse censetur, ut scitè loquitur in simili Ant. Hering. *in tract. de fidejuss. c. 7. n 520.*

Ita tractatum in causa Principissæ ab Anhald ab una, & D. D. Comitum à Schwartzburg zu Rudelstadt / ab altera parte M. Jul. Anno 1633.

DEFINIT. X.

Mulier absq; consensu Curatoris non solum testari, sed & mortis causâ donare potest.

1 QUintò: † Absque consensu Curatoris mulier quoque testari & mortis causâ donare valet, Et quidem quoad testamenti factionem res expedi-
2 ta est, † propter verba clara *h.* Const. §. Gleicher Gestalt/*vers.* vor sich selbst von ihrem Haab und Gütern/&c.

Ita Domini in causa Marthen von Miltitzen von Dreßden/ M. Aug. Anno 1633. (Verba sent. So ist solch Testament/unangesehen die Testirerin keinen Curatorem gehabt/zu Recht kräfftig und beständig / und mag von euch beständiger Weise nicht gefochten noch hinterzogen werden/V. R. W.)

3 † *At num mortis causa donatio quoq; absq; Curatore à muliere facta valeat?* Res omni scrupulo non
4 caret, ut videre est apud Andr. Rauchb. *p. 1. q. 32.* ubi latissimè hanc quæstionem tractat. Etenim † quantum ad ordinationem, seu modum ineundi, donatio mortis causa contractui æquiparatur, Gloss. *in l. 1. §. Celsus. 9. verb. legatum. ff. de dot. præleg.* Bald. *in l. 2. ff. de legat. 1.* † Ut vel propterea huic donatio-
5 ni, non minus ac reliquis mulierum contractibus autoritas Curatoris intervenire debeat, uti sentiunt Matth. Wesenb. *in parat. ff. de mort. caus. donat. n. 4. & in addit. ad* Johann. Schneidevv. *pr. Inst. de donat. n. 19. lit. a.* Modest. Pist. *vol. 1. cons. 1. n. 23. §. & 24.* Rectius tamen concludit † Rauchb. *alleg. loc.*
6 Mulierem absque Curatore validè mortis causâ donare; Quæ sententia non solùm observantiâ fori Saxonici approbata, sed & ratione juris satis munita
7 est; † Quis enim non animadvertit, ex mortis causa donatione, quæ solâ & nudâ pœnitentiâ donatoris etiam tacitè revocari potest, *l. non omnis. 19. in pr. ff. si cert. petat. l. 16. l. 30. l. Senatus 35. §. mortis causa. 4. ff. de donat. mort. caus. l. Seja. 11. ff. de dot. præleg.* nullam prorsus læsionem mulieris
8 metuendam esse, † ob quam aliàs autoritas Curatoris requiritur, *h.* Constit. 15. Et quis et-
9 iam non videt † ex mortis causa donatione, utpote quæ moribus nostris nec stipulationem requirit, nec pactum nudum, mulierem nihilo-
10 minus obligari, quàm ex testamento, † Ut pro-

inde ea non minus quoque mortis causa donare queat ac testari : Ejusmodi enim solummodo actibus mulierum, consensum & autoritatem Cu-
11 ratoris adhiberi vult Constitutio, † per quos efficaciter illæ obligantur, non etiam aliis, *h.* Constit.
12 15. *ubi* Dan. Moll. *n. 74.* † Accedit porrò, quod facultas testandi, mortis causa donationem comprehendat, *l. Marcellus. 15. ff. de donat. caus. mort. l. cum hic status. 32. §. si miles. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 22. §. miles. 1. ff. de legat. 3.* Adeò ut is,
13 qui testari potest, † mortis quoque causa donare queat, *dict. l. Marcell. 15. in pr. ff. de mort. caus. donat.* Quare cum mulieri absque Curatore testari
14 liceat *h.* Const. 15. † cur ad donationem mortis causâ, autoritatem Curatoris necessariò adhibere debeat, haud certè video.

Ita Domini in causa Martini Webers zu Roßlaw/ M. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Hat Elisabeth Schilters in ihrem Wittbestande/darinnen sie auch verstorben/auch etliche Erbgelder durch eine Ubergabe auff n Todesfall übergeben und zugeeignet/ꝛc. So ist solche Ubergabe/ungeachtet dieselbe ohne Zuziehung eines Kriegischen Vormunden auffgerichtet worden/ zu Recht kräfftig und beständig/ V.R.W.)

Definit. XI.

Absq; Curatoris quoq; Autoritate, mulier pacta dotalia facere, in iisq; certam dotem constituere potest.

1 *Extò limit.* † Regula prædicta in pactis dotalibus, in quibus mulier dotem constituens, non opus habet Curatore, Dan. Moll. *hic. n. 87. & ad Const. Elect. 43. n. 5. p. 2.* Matth. Berl. *p. 2. concl. 17.*
2 *n. 83.* † Etsi enim aliàs Statutum requirens certas solennitates in contractibus mulierum, etiam in dotis datione locum habeat, Alciat. *in l. 2. n. 6. & 7. ff.*
3 *solut. matr.* Dec. *cons. 301.* † Attamen de consuetudine harum Regionum aliud receptum est, & pacta dotalia absque Curatoris autoritate validè contrahuntur, teste Moll. *dict. loco & lib. 1. semestr. c.*
4 *13. n. 2. & 3. Vid. infr.* Const. 43. *Defin. 9.* † Fiunt namque ejusmodi pacta dotalia, in quibus dotes constitui solent, præsentibus parentibus, vel propinquis contrahentium, ut autoritate Curatoris, quam in aliis actibus & contractibus mulierum
5 Constitutio hæc requirit, nil opus sit, † ratione ejus hoc in casu cessante, Moll. *n. 88. infr. Defin. 18.* Nec
6 aliàs quoq; *h.* Const. † ad causas matrimoniales extendi debet, Joach. Beust. *de spons. p. 1. c. 22.* Moll. *libr. 3. semestr. 35. n. 3.* Unde & mulier sine consensu Curatoris matrimonium rectè contrahit, Beust. *dict. c. 22. vers. item quod mulieres &c.* Moll. *dict. c. 35.*
7 *n. 1.* † Quidni ergo pacta quoq; dotalia absq; Curatore conficere poterit, quum hæc ceu accessoria principali conjugii negotio accedant, & secundum illud regulari debeant, Moll. *dict. lib. 1. sem. 13. n. 2.*
8 *& 3.* † Aliud tamen dicendum, si in pactis dotalibus dos æstimata rerum immobilium constituatur, *Vid. infr.* Const. *43. Defin. 9.*

Ita Domini ad requisitionem Matthäi Martini zu Henichen/ Mens. Mart. Anno 1593. (Verba sent. Ob nun gleich euer Stiefmutter bey Auffrichtung solcher Ehestifftung keinen Kriegischen Vormunden gehabt / da aber dennoch mit 5. Zeugen bewiesen werden könte / daß in derselbigen Beysein berührte Ehestifftung von beyden Theilen also geschlossen und gewilliget worden/ ꝛc. So würde derselbigen billich nachgelebet/ V.R.W.)

Et ad consultationem Michael Sebalds zu Halla/ M. Nov. Anno 1632. (Verba sent : Ob nun wohl euer Eheweib bey Auffrichtung berührter Ehestifftung keinen Kriegischen Vormunden gehabt / auch selbsten nicht dabey gewesen/und selbige vollzogen/ ꝛc. So ist sie doch nichts destoweniger zu Recht beständig/ V.R.W.)

Definit. XII.

Ad impetrationem Aresti adversus debitorem suum, mulier Curatore opus non habet.

1 *Septimò :* † Nullibi certè prohibetur mulier petere arestum absque consensu Curatoris ; dubium itaque non est, quin etiam non interveniente Curatore Arestum petere & impetrare queat ; †
2 Quod enim lex prohibet, nec nos prohibere debemus, *l. dissentientis. 5. C. de repud.* Et ubi deficiunt verba legis, ibi quoque deficit legis dispositio, *l. 4. §.*
3 *toties. 6. ff. de damno infect.* † Nisi quis dicere autumet, mulierem absque Curatore ad petitionem aresti propterea non admitti, quod personam legitimam in judicio standi non habeat, *h.* Const. *15. in pr. ubi* Moll. *n. 2.* Frid. Pruckm. *vol. 1. cons. 48. n. 194.* † At sola petitio Aresti propriè actus judicialis
4 non est, sed tantùm præparamentum judicii vel actionis principalis, Col. *de proceff. exec. p. 3. c. 11. n.*
5 *36.* † Quippe judicium per litis contestationem demum incipit & contrahitur, *l. un. C. de lit. contest.* quin nec petens arestum in loco judicii semper comparere, aut judicium pro tribunali sedentem necessario adire debet, sed sufficit, † si eum domi
6 suæ, vel in via publica aliovè in loco pro Aresto sibi in bona sui debitoris decernendo, vel saltem per literas compellet, Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 44. n. 2. & 3.* Rutg. Ruland. *in tract. de Commiss. p. 4. lib. 4. c. 6. n. 5.* † Nec metuendum, ut mulier petens ar-
7 restum deteriorem suam conditionem faciat, aut patrimonium suum diminuat, quæ sibi de assecuratione crediti prospicere studet, ut vel propterea absque Curatore hoc expedire queat, † quippe quæ
8 ideò Curatoris consensu opus habet, ne ex imbecillitate sexus in captionem aliquam incurrat. *h.* Const. 15. *in pr.*

Ita Domini in causa Margarethæ Pruffers ab una, & Antonii Hehnens ab altera parte ventilata coram Senatu zu Gubben/ M. Oct. An. 1628.

Et alia in causa ad petitionem Quæstoris Dresdensis, Mens. Febr. An. 1630.

Definit. XIII.

Mulier dolosè contrahens obligatur, etiamsi non habuerit Curatorem.

1 *Octavo limita :* † in muliere, quæ contrahendo fraudulenter & dolosè aliquem vult decipere ; Hæc procul dubio obligatur, etiamsi
2 non habuerit Curatorem in litem. † Quemadmodum enim SCtum Vellejanum subvenit tantùm mulieribus deceptis, non decipientibus, *l. 2. vers. sed ita demum. l. si mulier. 23. l. si decipiendi. 30. ff. ad SCtum Vellejan.* † Ita nec beneficium juris
3 Saxonici, quo mulier læsa contractum absque Curatoris consensu initum rescindere valet, dolo ac fraudi ejus opitulari debet. † Nunquam e-
4 nim

enim mulieri, quæ dolo malo aliquid fecit, succurritur, *l. cum post mortem. 43. §. 1. vers. præterea de admin. tut. l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 2. C. si minor se maj. dixer.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 21. defin. 4. n. 3.* Præterea mulier contrahens, vel aliud quid agens, propterea Curatoris consensu opus habet, † ne ex imbecillitate sexus captionem aliquam incurrat, *h.* 6 Const. 15. *in pr. ubi.* Dan. Moll. *in pr.* † At quomodo quæso imbecillitatem & captionem prætendere poterit mulier, quæ dolosè secum contrahentem decipit, fraudemque committit, *d. l. 23. ff. ad Sctum Vellejan.*

Ita Domini in causâ Martini Maltenzens zu Zöbbericz/M. Mart. Anno 1630. (Verba sent. Ob nun wohl bemeldte Wittib die Zahlung noch einsten von euch fordert/mit fürgeben/daß sie bey Annehmung des Geldes keinen Curatorem gehabt/dieweil sie aber dennoch der Zahlung nicht in Abrede seyn kan/das Geld auch selbsten zu sich genommen/die untüchtige Müntze ausgeschossen/ und das empfangene Geld wiederumb zu ihrem Nutzen angewendet und ausgeben/dahero zu schliessen/daß sie euch dolosè zu gefähren gemeynet/&c. so hat sie sich auch mit ihrem Einwenden nicht zu behelffen/sondern ihr werdet von ihren Zusprüchen billich entbunden/V. R. W.)

Definitio XIV.

Ex contractu mutui efficaciter obligatur mulier etiam sine Curatore.

1 *Nonò:* † Obligatur mulier accipiens mutuò pecuniam, Curatore licet non interveniente, quod usu harum provinciarum ita receptum est,
2 † cujus limitationis ratio vix alia reddi poterit, quàm quod mulier in contractu mutui rarissimè lædatur, convertendo scil. pecuniam mutuò acce-
3 ptam in usus suos, † Nisi dolosè & fraudulenter versari velit, quo casu Curatoris absentiam mulieri nil quicquam opitulari, dixi Def. *præced.* Et certè,
4 † si hoc in casu mulieribus daretur restitutio, futurum esset, ut pauci aut potius nulli omninò reperirentur, qui quid cum illis commercii habere vellent, nisi Curator præsens adesset, qui tamen semper
5 haberi non potest; † Adeoque in odium mulierum consequenter retorqueretur id, quod in favorem ipsarum est constitutum, contra *l. quod favore. 6. C. de legib. l. generaliter. 5. vers. in his autem casibus. C. de secund. nupt.* † Quin & si nulla lege hoc
6 cautum sit, ratio tamen naturalis mulieres ad redditionem pecuniæ mutuò acceptæ obligare videtur.
7 † Æquitas quippe hoc suggerit, etsi jure deficeremur, ut loquitur JCtus Paulus in *l. in summa. 2. §. item Varus. 5. in fin. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend.*

Ita Domini ad consultationem Johan Planckensteins zu Dreßden/M. Oct. Anno 1611. (Verba sent. So ist die Schuldnerin vorberührte 2000. fl zusampt den auffgelauffenen Landüblichen Zinsen zu bezahlen pflichtig/und sie mag sich der Zahlung dahero / daß sie bey Erborgung und Auffnehmung solcher 2000. fl. keinen Kriegischen Vorwänden gehabt/so dabey gewesen/und darein gewilliget/nicht entbrechen/V. R. W.)

Item ad petitionem Quæstoris zu Arnshaugke / M. Jun. Anno 1619.

Et in causâ Zachariâ Hilligers zu Freyberg / M. Jun. Anno 1636.

Definit. XV.

Quatenus mulier mobilia sua absq; Curatore alienare valeat.

Decimò limitatur Regula supra defin. 1. tradi- 1
ta † in rebus mobilibus, quas mulier Curatore non interveniente potest alienare, *h.* Const. 15. §. Gleicher Gestalt / *vers.* Wie dann auch den Wittben und Jungfrauen / &c. *Ubi* Moll. *n. 74.* Landr. *lib. 1. art. 52. post pr.* Beust. *ad l. 1. ff. de jurejur. n. 213.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 32. n. 91. in fin.* † 2
Attamen non indeterminatè mulieribus hæc facultas conceditur, sed solùm iis in casibus, in quibus Jura mobilium alienationem permittunt, *h.* Const. 15. *in verb.* (Dieselbe/so weit die Rechte nachlassen/zuvergeben/&c.) Quæ verba triplicem innuunt exceptionem. (1.) † Ut viduis ac virginibus hoc solùm 3
sit permissum, non etiam mulieribus maritatis, quæ in præjudicium mariti de rebus mobilibus disponere nequeunt, Const. *7. p. 3.* Berl. *p. 3. concl. 9. n. 22.* Quæ exceptio probatur verbis diserris *h.* Const. *ibi:* Den Wittben und Jungfrauen. † Aliud ergo 4
obtinet in mulieribus maritatis, quas mariti consensum adhibere, necesse est, *lib. 1.* Landr. *art. 45.* (2.) † Valet mobilium donatio absq; consensu Cu- 5
ratoris, quatenus hæc summam 500. Ungaricorum Ducatorum non excedunt, nam donatio hancce summam superans, insinuationem judicialem requirit, quæ absq; Curatore vix poterit impetrari, §. 6
2. *Inst. de donat. ubi* Schn. *n. 53.* (3.) † Excipitur quoque donatio geradæ judicialis, quæ absq; requisitis solennibus nequit alienari, Const. 14. *p. 2.*

Ita Domini ad requisitionem M. Joachimi Carbonarii, Pastoris zu Krembsleben/M. Oct. Anno 1611. (Verba sent. So ist solche des Weibes cession und Ubergabe der 1000. fl. gestalten Sachen nach/weil sie 500. Ungarische Ducaten nicht übertreffen thut / unangesehen kein Kriegischer Vormund darbey gewesen / zu Recht kräfftig und beständig/&c.)

Definit. XVI.

Mulier mercatrix sine Curatore hypothecam ratione mercaturæ constituere potest.

Undecimò limitat: † in muliere mercatrice vel 1
negotiatrice. Etenim si Virgo vel vidua mobilia sua Curatoris consensu non adhibito, alienare valet, ut dictum Def. *præc.* † multò magis mu- 2
lier mercari consueta, etiamsi maritata sit, in emendis & vendendis mercibus, quas in tabernis prostantes habet, sine Curatoris & mariti consensu firmiter contrahere & se obligare poterit, *h.* Const. 15. *in fin.* Quod tamen cum grano salis accipi debet; † Ac *primò* de iis solum mulieribus, quæ negotiari 3
consueverunt, & verè dicuntur mercatrices, non etiam quæ unicam forsan tantummodò fecerunt negotiationem, *l. semper. 5. §. negociatores. 3. ff. de jure immun. l. 1. §. 1. ff. de tribut. act.* Dan. Moller. *n. 28. 79. 80.* † ubi arbitrio judicis committit, quotnam re- 4
quirantur negotiationes ad hoc, ut mulier mercatrix appellari queat. † *Secundò* intelligenda est 5
Const. *hæc*, quatenus mulier mercatrix intuitu mercaturæ contrahit, ut patet ex verb. *Const.* Mit kauffen und verkauffen in den Krähmen und andern dergleichen Wahren/&c. *ubi* Moller. *num. 18.* † Quamvis in dubio mulier ratione mercaturæ 6
contraxisse & pecuniam in mercaturam collocasse

casse censeatur, Modest. Pist. *p. 1. q. 24. n. 3.* Hart.
7 Pist. *lib. 1. q. 4. n. 16.* † *Sed num etiam mulier mercatrix coëmendis mercibus mutuam accipiens pecuniam absq; consensu & autoritate Curatoris, ædes aut fundum Creditori in judicio hypothecare poterit?* Licet hoc neget Dan. Moll. *hic. n. 83.* † pro-
8 pterea quod hypotheca rerum immobilium hisce in terris non nisi in judicio constituatur, mulier ve-
9 rò absq; Curatore in Judicio versari nequeat. † Attamen contrarium asserere non dubito cum Matt. Berl. *p. 2. concl. 17. n. 92.* Quia mulieri mercatura conceditur, *b.* Const. 15. Ergo & per consequentiam contractus mutui & obligatio hypothecæ respectu mercaturæ, quoniam negotiationes & mer-
10 caturæ absque pecuniis exerceri nequeunt, † hæ autem sine sufficienti assecuratione nemini ferè creduntur,
11 concesso siquidem consequenti, † necessariò & antecedens, sine quo ad prius illud perveniri non potest, videtur concessum, *l. 2. ubi* Dd. *ff. de jurisdict.* Nic. Everh. *in loc. à concessione conseq. ad*
12 *concess. anteced.* † Quô & facit doctrina Andr. Tiraq. quod nempe concesso principali contractu, pignus quoq; tanquam accessorium sit concessum, *in tract. de legib. connub. verb. contract. Gloss. n.*
13 *110.* † Nec obstat ratio Dan. Moll. Quia mulier constituere volens hypothecam, non necesse habet personaliter in judicio comparere, sed potest consensum Magistratus super hypotheca bonorum suorum immobilium etiam in scriptis impetrare, Berl. *d. concl. 17. n. 93.*

Ita Domini in causa Conradi Möckers zu Aubig/ M. Mart. Anno 1626. (Verba sent. Habt ihr Christinen Hübers 100. fl. geliehen und vorgestreckt / deßwegen sie euch ihr Wohnhaus unterpfändlich eingesetzet/Ob sie nun wol bey solcher Verpfändung keinen Curatorem gehabt / dieweil sie aber dennoch bemeldtes Anlehen zu Fortsetzung ihres Fischhandels angewendet/darüber auch die Verpfändung Gerichtlichen verschreiben lassen/ꝛc. So ist solche hypotheca zu Recht beständig/V. R. W.)

Definit. XVII.

Subsistit contractus sine Curatore celebratus, quando mulieri est utilis.

1 *Undecimò* † valet contractus absque Curatore celebratus à muliere, quando manifestum est, hanc suo commodo contraxisse ex eoq; lucrum sentire, Andr. Tiraq. *de leg. connub. ver. En pouvoir de son mar. Gloss. 8. n. 56. & seqq.* Matth. Col. *p. 1. decis. 12. n. 32.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 32. n. 90.* Dan. Moll. *hic n. 47.* Berl. *p. 2. concl. 17. n. 118.* Wesenb. *vol. 1. cons. 26. n. 43.* Zobel. *in addit. lat. ad art. 46.* Landr. *lib. 1. n. 2.* † Illustrissimus siqui-
2 dem Elector Sax. imbecillitati mulierum consulere cupiens, id quod ab ipsis sine Curatore actum est, eatenus invalidum esse jubet, ut illis obesse
3 non debeat, *b.* Const. 15. Ex quo sequitur, † valere actum, qui in utilitatem mulieris cedit, nec rescindi propterea, quod Curatoris autoritas non
4 intervenerit. † Quia inductum ad certum aliquem effectum, non debet contrarium operari, *l. non tantũ. 3. §. si emancipatus 5. ff. de bonor. poss. contr. tab. l. legata inutiliter. 14. ff. de adim. vel transf.*
5 *legat. l. 19. ff. de legat. 1.* † Quis etiam nescit, Const. *hanc Sax.* maximè favorabilem esse, juxta tradita
6 Moll. *hic n. 4.* Zobel. *p. 2. diff. 22. n. 6. & seqq.* † At quod in alicujus favorem est introductum, ampliari & restringi potest, quocunq; modo favor & utilitas postulat, ne in odium illius retorqueatur, *l. quod favore. 6. C. de legib. l. 3. §. duæ autem. 5. in fin. ff. de Carbon. Edict.*

Ita Domini in causa C. à K. zu M. Mens. Majo, Anno 1611. (Verba sent. Ob nun gleich vorgedachte eure Schwegerin angeregte Vergleichung dahero unkräfftig zu seyn vermeynet/ daß ihr Kriegischer Vormund solche nicht vollziehen/dieweil aber dennoch dieselbige ihr und ihren 4. Söhnen zum besten/und nicht zu Schaden und Nachtheil aufgerichtet / in welchem Fall nach gemeinem Wahn der Rechtsgelahrten die Gegenwart und Einwilligung der Kriegischen Vormunden bey den Contracten und Handlungen der Weiber nothwendig nicht erfordert wird/ ꝛc. so ist auch angeführter Vertrag vor unbeständig nicht zu achten/V. R. W.)

Definit. XIIX.

Contractus mulieris in præsentia agnatorum initus subsistit, licet Curator non intervenerit.

1 *Decimo tertio* limit. Regula hæc, † si Consanguinei & Agnati proximi mulieris contractui intervenerint; Tum enim consensu Curatoris opus non est, sed actus à muliere in præsentiâ Consanguineorum suorum celebratus, firmiter valet, Gloss. *lat. ad text. germ. in* Landr. *lib. 1. art. 44. lit. B.* Matth. Berl. *part. 2. concl. 17. n. 84.* Dom. Card. Tusch. *tom. 7. pract. concl. lit. S. concl. 599. n. 27.*
2 præterquam enim † quod proximi agnati vicem
3 Curatoris sustineant, *arg. pr. Inst. de leg. agn. tut.* † fraus certè abesse censetur in contractibus, in præ-
4 sentiâ agnatorum cum muliere celebratis. † Unde & fit, quod tutores de contractibus, cum consensu consanguineorum pupilli initis, rationem reddere non teneantur, Menoch. *l. 3. præs. 128. n. 2. & seqq.* Berl. *p. 2. concl. 12. n. 22.*

Ita Domini ad consultationem Senatus VVeissenfel. M. Aug. Anno 1602. (Verba sent. Hat Martha / Martin Sandners Wittib / ihr Haus eurer Mitbürger einem in beyseyn ihrer Brüder verkaufft. Ob sie nun wohl hierbey keinen Kriegischen Vormund gehabt/ꝛc. So mag doch derhalben berührter Kauff für unkräfftig nicht gehalten werden /ꝛc.)

Et in causa Christian von Heinitz zu Altenkötitz / M. April. Anno 1635.

Definit. XIX.

Mulier nupta seu maritata, solo mariti consensu absq; alterius Curatoris autoritate, efficaciter contrahere, bonaq; immobilia alienare valet.

1 *Decimo quartò*: denique † limitatur prædicta Regula in muliere maritatâ, quæ si contractum celebret, bonaque sua immobilia alienet, alio Curatore opus non habet, sed mariti consensus & autoritas ad hoc sufficit, Dan. Moll. *hic n. 3.* Matth. Wesenb. *vol. 1. consil. 11. num. 17.* Ant. Hering. *de fide juss. c. 18. n. 55.* Matth. Berl. *p. 2. concl. 17. n. 15.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. quæst. 14. n. 21.* † Nam de jure Saxonico 2
Maritus, quamprimum ingreditur thorum, uxoris ejus fit tutor, Landr. *lib. 1. art. 45. & libr. 3. art. 45.* Weichbild. *art. 65.* Rauchb. *part. 1. quæst. 2. num. 39.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 66. num. 3.* Frider. Pensold. *in addit. ad Coler. part. 2. decis. 222. num. 18.* † Ideoque jure potestatis tutelaris 3
in contractibus uxoris, ne ex inopia consilii decipiatur, autoritatem interponere debet, ut sic alterius Curatoris autoritate haudquaquam

sit

4 sit opus. † Quin & quamdiu mulier habet maritum, alium tutorem eligere nequit, quia tutorem habenti tutor non datur, §. *interdum. 5. Inst. de Curat.* Ant. Hering. *dict. loc.* Unicum hoc obstare vi-
5 detur, † Quod scilicet Illustriss. Elect. *h.* Const. 15. mariti alteriusque Curatoris consensum conjungat, *in* §. Gleicher Gestalt/ *verb.* ohne Vorwissen und *autorität* ihrer Ehelichen und anderer verordne-
6 ten Vormunden/ &c. † Ex quo sequitur, utriusque consensum, mariti nempe & Curatoris, in contractibus mulierum maritatarū requiri, propter copulam (Et) quæ utrumque conjungit, *arg. l. Titiæ textores. 36. §. nihil. 2. ff. de legat. 1. l. triplici 142. ff. de*
7 *verb. signif.* † Sed respondet Moll. *hic n. 3. & lib. 3. Semestr. cap. 35.* quem sequitur Berlich. *dict. concl. 17. n. 17.* particulam (Et) poni ibidem disjunctivè vel alternativè, ita ut satis sit, vel mariti vel alterius Curatoris consensum & autoritatem interveniss e.
8 † Cum infrequens non sit, ut pro ratione subjectæ materiæ copulativa oratio in disjunctivam vel alternativam resolvatur, *l. sæpè ita 53. ubi Dd. ff. de*
9 *verb. signif.* †. Quod licet concesserim ipsis quoad consensum mariti, hunc nempe ad contractum mulieris sufficere; veluti ita ex Rubrica Const. 16. *p. 2.* colligere licet. Attamen hoc largiri non possum,
10 quod † & Curatoris solius autoritas in contractibus mulierum nuptarum semper sufficiat, quum uxori bona sua immobilia absq; mariti consensu, ne quidem cum autoritate Curatoris alienare liceat,
11 ut dicetur *inf.* Defin. 25. † Posset quoq; dici, mariti & curatoris consensum *h.* Const. 15. propterea conjungi, quod non solùm de obligatione mulierum nuptarum, sed & de virginum ac viduarum contractibus agatur, quibus Curatoris in litem autori-
12 tas accedat, necesse est, † ut sic verba illa pro subjectâ materiâ explicari, & quæ de curatoris consensu habentur, ad virgines & viduas restringi debeant. Vid. Decis. Elect. *Nov. 24.*

Ita Domini ad consultationem Heinrici Sigismundi Marschalcks/ M. M. Anno 1612. (Verba sent: Ob sie nun wol bey Verkauffung des Ackerfeldes keinen Kriegischen Vormund gehabt. Dieweil aber dennoch ihr Ehemann/ als Ehlicher Vormund/ darbey gewesen/ &c. So verbleibets auch bey solchem Kauffe nochmals billich/ und es ist Verkäufferin denselben umbzustossen nicht befugt/ V. R. W.)
Item ad requisitionem Georgii Brodtkorbens zu Wurtzen/ Mens. Sept. Anno 1621.
Ad petitionem Bartholomäi Widers zu Lauterbach/ Mens. Febr. Anno 1575.

Definit. XX.

Contractus à marito de bonis uxoris consensu ipsius celebratus, jure subsistit.

1 UXorem consensu mariti de bonis suis etiam immobilibus contrahere, eaque alienare posse, dixi Defin. *præced.* At quid, *si non Uxor ipsamet, consentiente marito tanquam Curatore suo, sed maritus de bonis uxoris consensu tamen ipsius*
2 *contrahat?* † Certè quia *art. 45. lib. 1.* Landr. de contractibus mulierum disponens loquitur de ipsis mulieribus contrahentibus consensu maritorum suorum, existimare quis posset, contractum haud subsistere, siquidem non ipsæ uxores maritis consentientibus, sed contra mariti uxoribus consentientibus contraxerint. † Quod & sensisse 4
videtur Gloss. *germ. dict. art. 45. in vers.* Darumb muß er ihr Vormund seyn/ &c. Quæ maritum consensu uxoris alienare ipsius dotalitium prohibet, mulieribus verò interveniente consensu maritorum hoc permittit, † Attamen iniquum foret, si 5
mulier ratione consensus præstiti non obstringeretur, cum parum interesse videatur, an ipsamet mulier contrahat, an verò maritò contrahenti consentiat, † utroque siquidem casu ex consensu & con- 6
ventione obligatur, *l. 1. l. 7. ff. de pact.* † Quare mu- 7
lierem hoc casu ex contractu à marito celebrato obstringi arbitrati fuêre Scabini, teste Hart. Pist. *observ. 55. n. 8.* Idque maximè, † Si ipso facto con- 8
tractum mariti ratum habuerit, cùm & adolescentes, si, postquam in tutelam suam venerint, negotia tempore minoris ætatis contracta ratificaverint, iis omninò stare teneantur, *tot. tit. C. si major facti alien. rat. hab.* Hart. Pist. *dict. loc. n. 9.* † Quod & 9
placet Andr. Rauchb. *p. 1. qu. 34. n. 45. verb. vel si maritus alienet consentiente uxore &c.*

Ita Domini ad requisitionem Caspari Tautens zum Wendelstein/ M. Sept. An. 1629. (Verba sent. Hat Hans Quas ein Viertel Landes/ so seinem Eheweibe zuständig gewesen/ Matthes Crahmern vor und umb 160. Aschо käuflichen zugeschlagen. Ob nun wohl solcher Kauff dahero/ daß Quasens Eheweib nicht selbsten Verkäufferin gewesen/ auch keinen Curatorem gehabt/ umbgestossen werden wil/ dieweil sie aber dennoch in gedachten ihres Mannes Contract und Veräusserung gewilliget/ in welchem Fall sie auch keines sonderbahren Curatoris vonnöthen gehabt/ &c. So verbleibets bey solchem Kauffe billich/ und es mag derselbe nicht gefochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.)
It. ad petitionem Pauli Deusens zu Auma/ M. Jun. Anno 1604.
Laurentii Stephani zu Rudersdorff/ M. Febr. An. 1605.
Jacobi ab Ende zu Mobendorff/ M. Oct. An. 1601.

Definit. XXI.

Fundum dotalem mulier absq; Curatore vendere, aliove modo alienare nequit, etiamsi maritus consentiat.

AT nonnè metuendum (dixerit quis) *ut maritus* 1
uxori, absq; Curatore contrahenti, commodi forsan proprii causa facilius consentiat? † Ita quan- 2
doque suspicari licet, per ea quæ tradit Matth. Wesenb. *in parat. ff. de fund. dotal. num. 7.* quam ob causam uxorem solius mariti consensu semper validè obligari haud existimaverim, † Sed ca- 3
sus reperiuntur excepti, in quibus autoritas Curatoris accedat necesse est, Quos, ne generalitas definit. 19. aliquem decipiat, hic referre fert animus. *Primò* autem † uxor fundum dotalem sine 4
Curatoris autoritate vendere, aliôve modo alienare prohibetur, etiamsi maritus consentiat, † Si- 5
cuti nec ipse maritus consentiente uxore absque Curatore fundum dotalem alienare valet, ex Sanctione Imper. Justiniani *in pr. Instit. quibus alien. lic. vel non l. un. §. Et cum lex 15. C. de rei uxor. act.* † Quam sanctionem etiamnum in foro Saxonico 6
durare docet Matth. Wesenb. *dict. tit. n. 7.* Joh. Schneidevv. *in pr. n. 4. Inst. quibus alien. licet vel non.* † Fundum autem appello dotalem, non 7
qui jure successionis ad mulierem pervenit, sed in quo dos fuerit constituta, sive sit prædium urbanum

banum sive rusticum, *l. totale prædium. 13. ff. de fund. dotal.* † Cautius enim in fundi dotalis alienatione procedendum, propter utilitatem Reipublicæ, cujus interest fœminas esse dotatas, dotesque mulieribus conservari, *l. 1. ff. solut. matr.* † Et ne sexûs muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum convertatur, *dict. pr. Inst. quib. alien. lic. vel non.* Quod tamen solummodo dictum velim de fundo aut re immobili inæstimatâ datâ in dotem; † Secus si prædium æstimatum fuerit marito in dotem datum; Nam quia æstimatio emptionem facit, dominium hujus prædii ad maritum pertinet, † qui propterea illud alienare haud prohibetur, *dict. l. un. §. Et cum lex, 15. C. de rei uxor. act.* Joh. Schneidevv. *dict. loc. n. 9.* ubi aliàs quoque hujus definitionis limitationes profert, quas & vide apud Frider. Pensold. *in addit. ad* Col. *p. 2. decis. 223.* ubi hanc totam quæstionem per ampliationes & limitationes ad amussim tractat.

Ita Domini in causa Annâ Ficklerin zu Dreßden / M. Febr. Anno 1605. (Verba sent: Ob gleich ihr benebens euerm Ehemanne euer Haus / welches ihr ihme in dotem zubracht/ eurem Bruder Martin Egelingen verkaufft. Dieweil ihr aber dennoch zu solchem Kauff mit keinem Kriegischen Vormunde versehen gewesen / ꝛc. So ist selbiger Kauff zu Recht nicht kräfftig/ V. R. W.)

Definit. XXII.

Mulier etiam nupta sine Curatore hereditati renunciare, aut super divisione hereditatis, quietationem facere nequit, licet aliàs solius mariti consensu debitorem suum liberare valeat.

1 *Secundò*; † Non sufficit autoritas Mariti, si uxor ex bonis defunctorum parentum portionem sibi debitam acceperit, & super divisione quietationem facere, aut coheredes suos liberare velit,
2 sed requiritur hoc casu consensus Curatoris. † Similis namque est ejusmodi quietatio totali renunciationi hereditatis, quippe quâ certâ portione ex
3 bonis hereditariis acceptâ hereditati renunciatur, † Quare & majus metuendum est periculum, quam in obligatione mulieris, *arg. l. cum fundus. 31. §. servum tuum. 1. ff. de reb. credit.* † Ut propterea solius
4 mariti consensu facta non valeat, nisi & Curatoris autoritas accesserit.

Ita Domini ad consultationem Andreæ ab Hartenfels, M. Mart. Anno 1614.

5 † Quod ipsum tamen ad quietationem seu liberationem super divisione hereditatis totali restringendum videtur, Secus si uxor super solutione pecuniæ sibi debitæ quietationem facere, ac de-
6 bitorem suum liberare velit, † quod procul dubio solius mariti autoritate absque alterius Curatoris
7 consensu validè poterit expediri, † Quia maritus tutor uxoris est, & vices Curatoris supplet, Landr. *lib. 1. art. 45.* Col. *p. 1. decis. 66. n. 3.* Rauchb. *p. 1. qu. 2. n. 39.*

Ita Domini ad consultationem Christiani Paitzschens zu Döbeln/ M. Majo, Anno 1622. (Verba sent. Ob nun wol bey solcher Ovittung und Verzicht / euer Eheweib keinen Kriegischen Vormund gehabt/ dieweil aber dennoch dieselbe in eurem/ als des Ehelichen Vormunden Beysein / geschehen/ ꝛc. So verbleibts auch nochmals dabey billich/ ꝛc.)

Definit. XXIII.

Uxor contrahens cum marito suo, alterius Curatoris autoritatem adhibere debet.

Tertio: Curatorem quoq; adhibere debet mulier nupta contrahens cum marito suo, Matth. 1
Wesenb. *cons. 11. n. 4.* Rauchb. *p. 1. q. 2. n. 48.* Modest. Pist. *vol. 1. consil. 1. n. 24* † Expediti namq; juris 2
est, virum & uxorem invicem emere & vendere, omnisq; generis contractus, (donatione exceptâ) celebrare posse, Salyc. *in ult. C. de pact.* Ant. Hering. *de fide juss. c. 6. n. 103.* † Quod tamen non ali- 3
ter exaudiendum, quàm si uxor alium adhibeat Curatorem, Dan. Moll. *hic n. 50.* † in causa siquidem 4
propriâ maritus uxori autor esse nequit, *l. pupillus. 5. in pr. ff. de autor. tutor.*

Ita Domini in causa Andreâ Bernhards zu Dölitzsch / M. Aug. Anno 1632.

Definit. XXIV.

Mulier maritata in mariti commodum contrahens alio Curatore opus habet.

Quartus deniq; casus, quo mulier absq; Cura- 1
tore non obligatur, hic est: Si nempe in commodum mariti contrahat, isque ex mulieris contractu, & factâ alienatione lucrum aliquod speret, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de fund. dotal. n. 7.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 17. n. 15.* † Sanè tunc ipsius 2
mariti consensum haudquaquam sufficere, vel exinde patet, quod nemo in causa propria tutor vel Curator esse queat, *l. 1. l. 5. ff. de aut. tutor. §. ult. Inst. eod. tit.* † At causa propria dicitur mariti, cujus u- 3
tilitas ad ipsum pertinet, *l. 1. §. in propria. 11. ff. quando & intra quæ temp. appell. l. 10. C. de testib.* Wesenb. *dict. loc.* Ex quo fit, † quod licet alienatio rerum immobilium uxoris consensu mariti facta aliàs jure subsistat Definit. 19. Maritus tamen, eâ defunctâ, pretium non lucretur, † nisi alienationi alius Curator interveneri, Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Col. *p. 2. decis. 286. n. 208.* Col. *vol. 1. cons. 8. n. 127. & 150.*

Ita Domini ad consultationem Adami Leupolds zu Spremberg / M. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl des Weibes Töpfferey vor und umb 170. Thl. verkaufft worden/ da aber dennoch der Mann seines eigenen Nutzens halben sein Weib hiezu beredet/ ihr und ihren Kindern aber der Kauff zu grossen Schaden gereichet/ ꝛc. So möchte solcher Kauff/ weil auch das Weib neben einem Kriegischen Vormund darein nicht gewilliget/ zu Recht nicht bestehen/ ꝛc.)

Et ad requisitionem Hieronymi Schröters zu Weißig / M. Jul. Anno 1613. (Verba sent. Dieweil aber dennoch obgedachtes von Witzlebens Eheweib bey solchem Contract keinen Kriegischen Vormund gehabt / und vermuthlich/ daß der Ehemann denselben zu seinem eigenen Nutzen und Besten geschlossen / und das unbewegliche Gut wegen künfftiger succession zu Gelde gemacht/ ꝛc. So ist auch bemeldtes von Witzlebens Eheweib solchen Contract zu hinterziehen wohl befugt. Sie ist aber vor allen Dingen Käuffern die eingewandte Besserung und meliorationes auff vorgehende liquidation und Richterliche Ermeßigung zu erstatten pflichtig/ V. R. W.)

It. in causa Pauli Narrens zu Plawen/ M. Mart. Anno 1634. [Verba sent: Da aber dennoch dem Weibe hiezu insonderheit kein Curator verordnet gewesen/ ꝛc. So ist auch nach gedachter euer Mutter Absterben/ euer Vater so viel / als er aus der verkaufften Gütern gelöset/ euch zum Muttertheil auszumachen schuldig gewesen/ und weil ers nicht gethan/ wird euch nunmehr nach seine Ableiben/ von euren andern Miterben dasselbe zuvoraus billich abgefolget/ V. R. W.)

It. in

Item in causa heredum Clement Scheffl̃ers zu Lichtenstein/ Mens. Mart. Anno 1585.
Et in causa Curatoris Annæ Losens zu Mülberg/ Mens. Febr. Anno 1599.

Definit. XXV.

Uxor bona sua immobilia absque consensu mariti alienare nequit, licet adhibeat autoritatem Curatoris.

1 NOn controvertitur hîc de bonis mobilibus, quæ procul dubio mulier in mariti præjudicium, invito eo, distrahere non potest, Gloss. *lat. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 31. lit. e.* Matth. Ber-
2 lich. *p. 3. concl. 9. num. 22.* † Sed *de immobilibus saltem bonis quæstio est*, An sicuti ea solius mariti consensu absque Curatore, Definit. *19.* Ita & contrà *solius Curatoris autoritate absque mariti consensu ab-*
3 *uxore alienari queant?* † Et ita sentire videtur Dan. Moller. *hic n. 3.* quem sequitur Matth. Berlich. *p. 2. concl. 17. num. 16.* ut scilicet alterutrius sive mariti sive curatoris consensus sufficiat ad hoc, ut uxor de iis firmiter contrahat & obligetur. Nec
4 multùm interesse mariti, quis existimaverit, † bona uxoris immobilia alienari, quippe quæ defunctâ eâ, non marito, sed heredibus mulieris cedunt, Landrecht. *l. 1. art. 31.* Beust. *de jur. connub. p. 2. c. 67. sub fin.* Schneidewin. *ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de succes. int. vir. & uxor. num.*
5 *32.* E contra, † uxorem bona sua immobilia absque consensu mariti, interveniente licet Curatore, validè haud alienare asserit Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 184.* Quò & inclinat Andr. Rauchb. *p. 2. quæst. 34. num. 45. &* Wesenb. *part. 1. cons. 25. num. 15. & in part. ff. de*
6 *fundo dotal. num. 7.* † Quorum sententia uti in praxi recepta, ita & textibus & rationibus Juris Sa-
7 xonici consentanea est. † *Tùm* per text. *in* Landr. *libr. 1. art. 31. vers.* Kein Weib mag ihres Guths ichtwas vergeben/ ohne ihres Mannes Willen/ daß er es durch Recht leiden darff/ &c. *Et in art. 45. dict. lib. 1. vers.* Ein Weib mag auch ohne ihres Mannes Urlaub ihr Gut nicht vergeben/ noch
8 ihr eigen verkauffen/ &c. † Quæ sanè verba generaliter & indefinitè loquuntur, adeoque & generaliter de immobilibus pariter atque mobilibus bonis accipi debent, *l. de precio. 8. ff. de publ. in rem act.*
9 *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst.* † *Tùm*, quia de Jure Saxonico maritus est tutor uxoris suæ, Landr. *lib. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45.* Coler. *p. 1. decis. 66. num. 3.* Rauchb. *p. 1. q. 2. num. 39.* absque consensu verò tutoris alienatio facta haud vali-
10 da est, † prout dilucidè apparet in pupillo & minore, qui Curatorem habentes, ob id neque alienare neque obligari possunt, *l. obligari. 9. in pr. ff. de autor. tut. & Curat. l. pupillus. 189. ff. de reg.*
11 *Jur. l. 3. C. de in integr. restit.* † *Tùm*, quod marito in bonis Uxoris immobilibus competat Ususfructus, *art. 31. ubi* Gloss. *latin. lit. a. in pr. & art. 45. l. 1.* Landr. Coler. *part. 2. decis. 253. & p. 1. decis.*
12 *18. num. 4.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 2. num. 45.* † Qui à proprietario haudquaquam inverti, nec usufructuarius in utendo-fruendo turbari debet, *l. utifrui. 5. §. 1. & ult. ff. si ususfructus pet.* Quod certè fieret per alienationem fundi; Unde tradit Gloss.
13 *latin.* † Quod mulier citra consensum sui mariti nihil disponere queat, in bonis ad illum illatis, per quod aliquomodo Ususfructus sibi inde debitus possit attenuari vel prorsus eripi, quamdiu ea supervixerit, *in dict. art. 31. lit. e.*

Ita Domini in causa Martin Schöners zu Magwitz/ Mens. Jun. Anno 1626. [Verba sententiæ: Ob wol euer Eheweib ihr Wohnhaus/ so sie von ihren Eltern ererbet/ mit Zuziehung ihres Kriegischen Vormundens verkaufft/ da aber dennoch ihr/ als der Ehemann/ in solchen Kauff nicht gewilliget/ noch denselben beliebet hätte/ &c. So wäre angeregter Kauff zu Recht nicht beständig/ sondern der Käuffer/ gegen Empfahung seines ausgezehlten Kauffgeldes/ solches Haus wiederum abzutreten schuldig/ V. R. W.]
Et in causa Elisabethen/ Hieronymi Hestners Eheweibes zum grossen Hain/ Mens. Febr. Anno 1635.

Definit. XXVI.

Curator generalis ad omnem causam ab eo Judice datur, cujus Jurisdictioni subjectus est, qui Curatorem petit.

NUllum dubium est, † quin Curator dari de- 1
beat ab eo Judice, qui mixtum habet Imperium vel Jurisdictionem inferiorem, in foro Saxonico, die Erb- und Nieder-Gerichte/ Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 8. num. 10.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 18. n. 10.* † At quid, *si minor vel fœmina* 2
& Curator, qui petitur, diversos agnoscant Judices? Tùm, si generaliter petatur Curator ad omnes & quascunque lites causasque præsentes & futuras, 3
† quemadmodum ita peti & dari posse, extra controversiam est, *l. qui habet. 3. §. ult. cum l. seq. ff. de tutel.* † ab eo Judice dandus erit, cujus Jurisdictio- 4
ni is, qui eum petit, est subjectus, Dan. Moller. *hic n. 10.* Berlich. *dict. concl. 18. n. 4.* Mynsing. *cent. 1. observat. 87.* Joh. Zanger. *dict. cap. 8. n. 10.* † Con- 5
cernit namque hic actus propriè personam minoris sive mulieris, quare & eo in foro, ubi minor vel mulier domicilium habet, debet expediri. † Non 6
obstante, quod Curator principaliter causæ detur, secundariò saltem personæ, *l. sciendum 20. ff. de rit. nupt. l. in copulandis 8. C. de Nupt.* † Loquor 7
enim de Curatore ad omnes generaliter causas & bona dando; † At bona omnia sequuntur condi- 8
tionem personæ, *arg. l. per Curatorem. 90. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. hered.* Harppr. *ad §. 4. num. 5. Inst. Qui testam. tut. dar. poss.* † ut sic hoc casu 9
inter Curatorem & tutorem haud magna sit differentia.

Ita Domini in causa Mariæ Frentzels/ Mens. Sept. Anno 1631. Verba sententiæ: Es wird euch aber ein Curator von der Obrigkeit/ unter welcher ihr gesessen/ billich verordnet/ &c.] 7

Definit. XXVII.

Ad certam verò causam datur Curator ab eo Judice, ad quem causæ illius cognitio spectat.

CUrator solummodò generaliter & ad omnes 1
indifferenter causas datus, tutori comparatur, quare & ab eo Judice debet constitui, cujus Jurisdictioni mulier est subjecta, Defin. *præced.* † 2
Et quidem in dubio & simpliciter ad litem datus Curator, ad omnes lites datus intelligitur, *l. 3. §. si pupillus. 4. ff. de tutel.* Gloss. *latin. ad text. latin. in* Landr. *libr. 1. art. 47. vers. in quibuslibet*, Zobel. *in addit.*

addit. ad Gloß. German. ib. n. 2. verſ. Zu ieglichem
3 Gerichte. † At ſi Curator ad unam tantummodo cauſam, certamque litem petatur, datio Curatoris ei incumbit Judici, ad quem cauſæ illius, vel negotii, quod in Judicium deducitur, cognitio pertinet, *l. ult. §. ſed & ſi quis. 1. C. de adminiſtr. tutor. ubi* Bart. Dan. Moll. *hac Conſt. 15. n. 8.* Berl. *p. 2. concl.*
4 *18. num. 3.* † Ejusmodi namque Curator principaliter cauſæ ac rei datur, ut propterea etiam actus dationis Curatoris ab eo Judice expediri debeat, ad quem cauſæ illius cognitio pertinet.

Ita Domini ad conſultationem Auguſti Vollharts zu Dreßden/ Menſ. Febr. Anno 1622. [Verba ſententiæ: Dieweil aber dennoch bemeldter Kriegiſcher Vormund auſſerhalb der Marckhachiſchen Gerichte/von einer andern Obrigkeit / unter welcher dieſe Sache nicht gehörig/beſtätiget/und alſo nulliter verfahren worden/ꝛc.]

Definit. XXVIII.

Fœminæ quoque abſenti Curator dari poteſt.

1 CUilibet mulieri Curator dari poteſt, *arg. l. 20.*
2 *ff. de teſtam. tutel.* † Non tamen invitus, *l. 3. §. ſi pupillus. 4. ff. de tutel. l. 2. §. quæritur. 3. ff. de curat. bonor. dand.* Anton. Faber. *in C. lib. 5. tit. 27.*
3 *defin. 2. n. 2.* Moller. *lib. 4. Semeſtr. 23. num. 6.* † Niſi neceſſitas aut alia quæpiam juſta cauſa ſubſit, ob quam cogi poſſit, Bart. *in l. qui habet 3. §. ſi pupillus. 4. n. 2. de tut.* † Invitis autem mulieribus Cura-
4 tor benè dari poteſt, *h.* Conſt. 15. §. Derowegen
5 dann die Gerichtshaltere. † Neque neceſſe eſt, ut mulier, cui debet Curator dari, in judicio ſit præſens, ſed ei abſenti quoque conſtituitur Cura-
6 tor; † Nam cui invito aliquid poteſt dari, multò magis ei abſenti & ignoranti dabitur, *l. qui poteſt.*
7 *26. ff. de Reg. Jur.* † Quin & abſentes abſentibus per literas petentibus in aula Electorali, conſtitui Curatores, uſus docet, Moller. *dict. cap. 23. in fin.* Reinh. Roſa *ad* Dan. Moller. *hîc n. 104.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Hoffmanns zu Aulig/ Menſ. Decembr. Anno 1628. [Verba ſent. Seyd ihr Martin Schröters Wittiben zum Curatore verordnet worden. Ob nun gleich bemeldte Wittib/als daſſelbe geſchehen/vor den Gerichten nicht gegenwärtig geweſen/ ſondern in Schriften darum angeſuchet/ ꝛc. ſo iſt doch ſolche Curatela/weil ihr euch willig darzu beſtätigen laſſen/ zu Recht beſtändig/ V. R. W.]

Definit. XXIX.

Dato Curatore ad omnes generaliter cauſas, deſinit Curatela primi Curatoris ad certam litem dati.

1 HAbenti tutorem Curator dari poteſt, tutor non item, *l. 27. ff. de teſtam. tutel. l. tutor. 10. & l. ventri. 20. §. 1. ff. de tutor. & curat. datis & c. l. ſcire oportet 13. §. ita vero. 5. ff. de excuſ. l. cum jure. 9. C. qui petant tutor.* Ratio differentiæ hæc reddi
2 poteſt, † Quod tutor perſonæ, Curator rebus detur, *l. certarum. 12. & l. 14. ff. de teſtam. tutel. l. in*
3 *copulandis. 8. C. de nupt.* † At perſona eſt individua, res ſunt dividuæ, *l. 2. ff. de verb. Obligat.* Quare & tutela individua eſt, ita ut alius tutor priori adjungi nequeat propter perſonæ individuitatem: Curatorem verò habenti, alius poteſt adjungi Curator, quia Curatela videtur dividua, Anton. Faber, *tom. 1. Jurispr. Papin. tit. 12. pr. 1. illat. 7. pag. 689.* † Ex quo efficitur, haud eſſe abſurdum, 4
ut mulieri Curatorem habenti ad unam litem, alius quoque ad aliam, & ſi plures habeat in diverſis judiciis, à ſingulis judicibus illi Curator dari queat, *l. ventri. 20. in fin. ff. de tutor. & Curat. dat. ab his. l. Curator. 12. C. qui dar. tut. vel Curat. poſſ.* Dan. Moller. *hîc n. 12.* † Attamen ſi ultimus Curator 5
ad omnes generaliter cauſas fuerit datus, priorum Curatela in totum expirat, & primus Curator ad certam litem conſtitutus, per dationem poſterioris Curatoris, videtur abrogatus. † Quia generalis 6
hæc Curatela ſimilis eſt tutelæ, *arg. l. per Curatorem. 90. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. hered.* Quæ diviſionem non recipit, ſed omnes omninò cauſas comprehendit.

Ita Domini in cauſa Henrici Kitzſchens zu Leipzig / Menſe Sept. Anno 1581. [Verba ſentent. Ob ihr gleich auff Anſuchen Catharinen Deutmans ihr zu einem Kriegiſchen Vormunden verordnet worden / da ſie aber dennoch folgends durch den Churfürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg / ꝛc. unſern gnädigſten Herrn/ ihr einen andern General-Curatorn ad omnes lites beſtätigen laſſen/ꝛc. So wäre eure Curatela dadurch geendet/und ſie euch derſelben zu erlaſſen ſchuldig/ V. R. W.]

Definit. XXX.

Autoritas Curatoris in ipſo actu intervenire debet, poſt tempus verò interpoſita nihil operatur.

CUratoris conſenſus expreſſis verbis adhiben- 1
dus eſt, nec ſatis putatur, ſi præſens ſit Curator & non contradicat, Dan. Moll. *hâc Conſtit. 15. n 38.* Andr. Goldb. *de ger. ad. cap. 8. n. 130.* Mynſ. *cent. 2. obſ. 34.* Felin. *in cap. nonne 5. ext. de præſumpt.* Gloſſ. & Dd. *in l. etiam. 3. ff. de autor. tutor.* † Nam 2
Curatoris conſenſus ad contractum mulieris requiritur pro ſolennitate & formâ eſſentiali, Rauchb *p. 1. q. 32. n. 43.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 17. n. 102.* At quando conſenſus alicujus ad ſolennitatem actus adhibetur, † expreſsè debet præſtari, nec ſufficit 3
præſentia & taciturnitas, Bart. *in l. quæ dotis. 33. ff. ſoluto matrimonio. n. 23.* Bald. *in l. ſi ſine voluntate. 5. C. ad SCtum Vellej. n. 17.* Ex quo porrò ſequitur, † Ad officium Curatoris pertinere, ut requiſitus ad 4
contractum aliumve actum mulieris, conſenſum & autoritatem ſuam ante vel in ipſo actu interponat, poſt tempus verò interpoſita nihil prorſus operatur, Dan. Moll. *hîc n. 34.* Johan. de Arnon. *ſingul. 32.* Mynſ. *cent. 2. obſerv. 34. n. 2. & 3.* Andr. Goldb. *de gerad. d. c. 8. n. 125.* † Quia forma individua eſt, 5
& quicquid ad ſolennitatem exigitur, illud ab actu dividi & ſeparari nequit, *l. cum antiquitas. 28. C. de teſtam.* Andr. Tiraquell. *de legib. connub. verb. Conſentement. Gloß. 6. n. 4.* † Quin & Conſtit. *hæc* 6
ad contractum mulieris non tantùm conſenſum, ſed & autoritatem Curatoris requirit, *in verb.* Was ſie ohne Vorwiſſen und Autorität ihrer ehelichen und anderer Vormunden/ ꝛc. † Atqui 7
autoritas ante negotium vel ſtatim ipſo negotio interponi debet, poſtea verò interpoſita nihil efficit, *l. obligari. 9. §. tutor. 5. ff. de autor. tut. §. tutor. 2. inſt. eod.* Tiraquell. *dict. Gloß. 6. num. 2.* Moller. *dict. loc. n. 37.*

Ita Domini ad requiſitionem Johannis Schröters zu Penig / Menſe Mart. Anno 1632. [Verba ſententiæ: Ob gleich bemeldte Wittib bey der Lehenreichung ihren Krie-

Kriegischen Vormund bey sich gehabt/und derselbe also den Kauff allenthalben beliebet/ dieweil sie aber dennoch zuvor und bey Schliessung des Kauff-Contracts noch unbevormundet/ꝛc. So ist berührter Kauff seiner Solennitäten halber zu Recht nicht beständig/V.R.W.]

Et ad consultationem Valentini Beckers zu Annaberg/ Mens. Decembr. Anno 1597.

Definit. XXXI.

Nisi in continenti, antequam partes ad actum extraneum revertantur, autoritas fuerit adhibita.

1 AUtoritas Curatoris in ipso mulieris actu interponenda est, postea verò adhibita nil operatur, Defin. *præced.* † Quod verum puto, si Curatoris consensus ex intervallo accesserit. Secus verò, si statim & in continenti post actum, antequam partes ad alium actum extraneum revertan-
3 tur, fuerit interposita, † ut in terminis tradit Jason. *in l. 1. §. qui præsens. 1. n. 4. vers. antequam perveniatur ad extranea. ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. universa. 4. C. de precib. Imp. offer. n. 12.* Jacob. Cujac. *lib. 13. observat. 31. in pr.*

Ita Domini in causa Johannis Schröters zu Penigk/ Mens. Jul. An. 1632. [Verba sent. Ihr könter dann bescheinigen/und beybringen/daß Verkäuffern nach geschlossenen Kauff-Contract so bald und in continenti, ehe sie zu einer andern Handlung geschritten und etwas anders vorgenommen/ihr bestätigter Curator denselben beliebet/ und sein Voll-Wort darzu gegeben/ auff den Fall bliebe es bey dem einmal geschlossenen Kauff-Contract billich/ V.R.W.]

Definit. XXXII.

Subsistit contractus mulieris, absque Curatore celebratus, si is, qui actui interfuit, à Judice postea Curator confirmetur.

1 ILlud expediti Juris est, quod acta & gesta à muliere absque Curatore, tertio quodam Curatoris loco interveniente, ab alio postea Curatore confirmato, ratificari nequeant, per tradita Dan. Moll. *lib. 1. semestr. 18. n. 2. & seqq.* Jason. *in l. licet. 24. C.*
2 *de procurat. num. 10.* At quid, † *si mulier contractui ut celebrando in locum Curatoris deficientis aliquem adhibeat, eundemq; postea à Judice sibi con-*
3 *firmari Curatorem efficiat?* † Tùm confirmationem hanc retrotrahi, defectumq; anteriorem purgari & contractum subsistere arbitror, cum Matth. Wesenb. *vol. 1, conf. 3, n. 67. & 69.* ubi dicit, contractum hinc vel ex nunc valere, prout ex tunc, quasi jam recens constitutum ex Curatoris autoritate,
4 † Quod voluisse, videtur Andr. Tiraquell. *de legib. connub. verb. consentement, Gloss. 6, n. 15.* aut confir-
5 mationem saltem trahi retrò, † Et ita ab initio contractum valere, secundum sententiam Bartol. & Jason. *in l. de pupillo. 5. ff. de oper. nov. nunciat.*
6 Utrumvis autem admiseris, perinde est; † Sufficit namque contractum postea validum esse, nec prætextu deficientis autoritatis rescindi posse, Wesenb. *dicto loco.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Oder euch/ als er zuvor bey Schliessung des Kauffs und Vollziehung des Contracts gewesen/ nachmals ihr zum Curatorn verordnet wäre/auff solchen Fall bliebe es bey dem einmal geschlossenen Kauff-Contract billich/ V.R.W.]

Definitio XXXIII.

Mulier interveniente Curatore contrahens, si læsa fuerit, nec Curatorem convenire, nec restitutionem in integrum petere valet.

SI Curator mulieri dolosè consuluerit, & fraudu- 1
lentum consilium dederit, quin propterea teneatur, vix dubium esse potest, Joh. Zanger. *in tract. de except. part. 3. c. 11. num. 54.* Moll. *hic n. 102.* † Extra casum verò doli ac fraudis, si interve- 2
niente autoritate & consilio Curatoris, mulier læsa fuerit, nulla adversus Curatorem hoc nomine ipsi competit actio. † Quia consilii non fraudulenti 3
nulla est obligatio, ex vulgatissimâ juris Regula *l. consilii. 47. ff. de Reg. Jur.* Moller. *dict. loc. & l. 2. semestr. cap. 3. n. 3.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 18. num. 39.* † Nec ulterius mulieri Curator obliga- 4
tur, quàm ut fideliter illi consulat, quod quando fecit, etiamsi consilio non respondeat eventus; nihil est, quod illi imputari possit, prout in simili tradit Bald. *in l. ult. pr. vers. necessitate. C. de bon. quæ liber. n. 36.* † Et alias Juris expediti est, quod nemo 5
tutorio vel Curatorio nomine conveniri queat, nisi qui administravit, vel ad quem administratio pertinuit, *l. 8. C. de administr. tutor. l. ult. C. si tut. vel Curat. l. de Curatore. 2. §. ult. ff. de Curat. bon. dand.* † At bonorum administrationem mulier, Curato- 6
rem habens, retinet, nec minimam partem Curatori committit, Moller. *dict. c. 3. n. 3.* † Quare nec 7
bona Curatorum mulieribus tacitè sunt obligata, Moller. *dicto loco. & libr. 4. semestr. c. 41. & ad hanc constit. n. 86.* † Quin nec restitutionem in 8
integrum mulier læsa petere potest, si adhibitâ autoritate Curatoris vel mariti contraxerit, Dan. Moller. *hic n. 98.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 32. n. 88.* Matth. Wesenb. *p. 1. cons. 11. n. 27.* Berl. *dict. concl. 18. n. 41.* † Quis etenim contrahere vellet cum mu- 9
lieribus, si nec autoritas Curatoris contrahentem redderet securum à restitutione in integrum, † Ac 10
licet in foro Saxonico mulier comparetur minori, qui læsus, adversus ea quoque, quæ interveniente Curatoris autoritate egit, restituitur, *l. 1. & tot. tit. ff. de minor. & tot. tit. C. si tut. vel Curat interv.* Attamen verum hoc est eo solummodo casu, † Quo 11
mulier Curatorem non habet, ut ei ad instar minoris Curator dari debeat, quò tutò agere & contrahere possit; † At quando jam curatorem habet, 12
non amplius minori, sed majori æquiparatur, Joh. Zanger. *in tract. de except. part. 3. cap. 11. n. 195.*

Ita Domini in causa Christinæ Rabin zu Mügeln/M. Mart. Anno 1625. [Verba sentent. Habt ihr mit Samuel Holbachen wegen eures Hauses auff etliche Jahr lang einen Mieth-Contract geschlossen. Ob ihr nun wol/ eurem Fürgeben nach/in solchem Contract ziemlichen Lædiret ü. benachtheiliget worden/dieweil aber ihr dennoch mit Vorbewust und Einwilligung eures Curatoris contrahiret ꝛc. So verbleibets bey solchem Contract billich/ und ihr seyd restitutionem in integrum zu suchen/ oder auch euern Curatorn/ wofern seines Theils kein Betrug mit vorgangen/ deßwegen zu belangen nicht befugt/ V.R.W.]

Et in causa Matthes Heinrich zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1636. [Verba sent. Dieweil aber dennoch Klägerin benebens ihrem bestätigten Curatorn dieses Werck getrieben/ und geschlossen/ in welchem Fall denn die Restitution in integrum nicht statt findet/ ꝛc.]

DEFINIT. XXXIV.

Curator consentiens mulieri contrahenti sibi non præjudicat, neque ex contractu mulieris obligatur.

NOn habet, quod metuat Curator periculum quoddam consentiens mulieri contrahenti, Etenim per id sibi ipsi in jure suo neutiquam præjudicat, *l. cum quædam. 26. C. de administ. tutor. §. 5. Inst. de inoff. testam. l. Cajus. 39. ff. de pign. act.* Hart. Pist. *lib. 3. quæst. 17. n. 2.* † Quin neque parti adversæ ex Contractu mulieris proprio nomine obligatus est, ut maximè consensum suum dederit contractui, † quippe qui non à Curatore, sed à muliere autoritate duntaxat Curatoris adhibitâ initus fuit, ut propterea alium, præter ipsam mulierem contrahentem, stringere nequeat, † deficiente nimirum consensu ex parte Curatoris, in quò verè contractus substantia consistit, *l. 7. ff. de pact.* † Neque enim consensus ad autoritatem interponendam, certamque causam præstitus, ultra eam extendi debet, *l. age cum geminiano. 3. ubi* Dd. *C. de transact. l. 1. & l. si pupillorum. §. si prætor. 3. ff. de reb. eor.* Dec. *consil. 379. num. 6. & cons. 551.* Cravett. *cons. 242. n. 6.*

Ita Domini in causa Johannis Grünewalds zu Leipzig / M. Jul. Anno 1584. [Verba sentent. Ob nun gleich eurem Bericht nach bemeldte Pflegefrau nicht zu bezahlen hat. Dieweil aber dennoch nichts zu befinden / daß sich der Curator selbst vor die Bezahlung verpflichtet / sondern nur allein in Vormundschaft an ihre statt gelobet / ꝛc. So mag auch bemeldter Curator die Zahlung selbsten zu leisten nicht gedrungen werden / V. R. W.]

DEFINIT. XXXV.

Res immobilis absque Curatore vendita & alienata non mulieri sed emptori perit.

LIcet contractus mulieris absque Curatore celebratus jure non subsistat, nec proinde dominium rei immobilis venditæ per alienationem transferatur; † Attamen si Casu fortuito accidat rem interire, ea non mulieri venditrici, sed emptori perit, per tradita Jason. *ad l. non omnis. 19. §. si pupillus. 1. ff. de reb. credit. n. 6.* † Siquidem obligationes absque Curatoribus contractas mulieribus non nocere, vult Constit. *hæc.* Manifestum autem est, si res contra dispositionem constitutionis alienata mulieribus periret, eas indemnes servari haud posse. † Et sic in odium mulierum retorqueretur, quod in ipsarum favorem fuit constitutum, contra *l. quod favore. 6. C. de leg. l. generaliter. 5. vers. in his autem casibus. C. de secundis nupt.* †Nec contra hoc urgere quis poterit Regulam illam vulgatam: Rem perire suo domino, *l. pignus. 9. C. de pignor. act. l. 1. & tot. tit. ff. de pericul. & commod. rei vend.* adeoque mulieri, † penes quam dominium rei absque Curatore alienatæ remansit. Locum namque habet hæc Regula solùm in eo, penes quem dominium remansit ex jure communi, † non ex jure speciali, Jason. *dict. loc. n. 5.* At penes mulierem, absque debitis solennitatibus contrahentem, dominium non ex jure communi, sed ex speciali statuto & beneficio Constitutionis Saxonicæ remanere, in aperto est, *h.* Const. 15.

Ita Domini in causa Euphrosynæ Marbachin zu Golschen / Mens. Jun. Anno 1624. [Verba sent. Ist euer Wohnhaus / welches ihr unlängsten euerm Nachbar verkaufft / durch den daselbsten aus Unversehenheit entstandenen Brand / nebens andern Häusern in die Asche geleget worden. Ob ihr nun wol bey Verkauffung solches Hauses keinen Curatorn gehabt / dannenhero der Kauff nichtig gewesen / und ihr solches Hauses Eigenthum und dominium bey euch behalten / ꝛc. So mag doch gestalten Sachen nach euch der Brandschaden nicht zuwachsen / sondern es ist euer Abkäuffer / so damals das Haus in Besitz gehabt / denselben zu gelten schuldig / V. R. W.]

DEFINIT. XXXVI.

Inebriatus ad mentis usque alienationem contrahens, non obligatur, & quomodo ebrietas probetur.

GRadus Ebrietatis faciunt Dd. pro quorum diversitate jus diversum est statuendum, Joh. Gœdd. *de contr. stipulat. cap. 7. concl. 11. n. 166.* At hoc certum est, † Ebrium validè contrahere haud posse, nec efficaciter obligari, si profunda fuerit ebrietas, enormis & immodica, adeoque talis, quæ mentis inducat exilium, atque consensum excludat. † Ebrius siquidem qui usque ad alienationem mentis poculis obrutus est, nescit quid loquatur, quidvè faciat: † Nec absimilis est mente capto & infanti, qui prorsus contrahere nequeunt, *l. 1. §. furiosum. 12. & §. seq. ff. de oblig. & action. c. venter. 5. dist. 35. c. sanè. 7. & c. inebriarunt. 9. caus. 15. quæst. 1.* † Unde fit, quod matrimonium ab ebrio contractum invalidum habeatur, juxta tradita Matth. Wesenb. *in paratit. ff. de ritu nupt. n. 8. §. dictum hactenus.* Joath. à Beust. *de Sponsal. cap. 11.* Didac. Covarr. *in epit. de matr. p. 2. c. 2. num. ult.* Sed *quomodo probabitur immodica & enormis ebrietas?* † Sanè qui ebrio adfuerunt, ex ipsius sermone, ingressu, gestibus & gesticulationibus, aliisque actibus ebrietatem facilè colligere potuerunt, quare testibus de immodicâ ebrietate deponentibus credendum est, Harpp. *ad princ. n. 44. Inst. de nupt.* † Hisce autem deficientibus, juramento ebrii standum erit, cum animus per jusjurandum, veluti per spiritualem torturam demonstretur, ut loquitur Bartol. *in l. pro herede, 20. in pr. ff. de acquir. vel amitt. hered.*

Ita Domini in causa Johannis Meylers & Johannis Wolfframbs zu Arnshaugk / Mens. Jul. Anno 1632. [Verba sent. Daß Beklagter den Kauff-Contract zu halten schuldig / er könte denn binnen Sächsischer Frist die angezogene übermässige Trunckenheit wie zu Recht erweisen und beybringen / dessen genösse er auff solchen Fall billich / V. R. W.]

Et in eadem causa M. April. Anno 1633. [Verba sentent. Daß Beklagter die angezogene übermässige Trunckenheit durch die abgehörte Zeugen zur Nothdurfft erwiesen und beybracht / derowegen mag er den angegebenen Kauff zu halten wider seinen Willen nicht gedrungen werden / V. R. W.]

DEFINIT. XXXVII.

Prodigus, cui bonis à Magistratu interdictum est, absq; Curatore contrahere nequit.

EThicè, & quidem rei ipsius veritate inspecta, citra interdictionem bonorum prodigus esse potest: Politicè verò & Juridicè ad eum effectum, ut nihil ipse agere queat, non potest, † Quia an quis

quis prodigus ſit, æſtimatur ex circumſtantiis, ſuper quibus Magiſtratum cognoſcere & pronunciare oportet, *l. hi qui. 12. ff. de tut. & Curat l. 1. l. 10. ff. de Curat. furioſ. §. 2. Inſt. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. 6. ubi* Bartol. Jaſon. & Cujac. *ff. de verb. oblig.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 38. defin. un. n. 5.*

3 † Quod enim dicit Ulpian. *lege. 12. tabul.* prodigo interdictam eſſe bonorum ſuorum adminiſtrationem, *in l. 1. ff. de Curat. furioſ.* illud factum Magi-

4 ſtratus neutiquam excludit, † quia ante omnia declarare & decernere debet, quibus prodigus ſit;

5 † Quo facto, legis poteſtate cura ad agnatos defertur, *§. 3. Inſt. de Curat.* Interdicta verò bonorum

6 adminiſtratione, † prodigus abſque Curatore contrahere nequit, nec contrahens efficaciter obligatur, *dict. l. 6. ff. de V. O.* Joh. Gœdd. *de contr. ſtipul. concl. 10. cap. 7. n. 134. & ſeqq.* Joh. Borch. *de pact. c.*

7 *3. num. 11.* Ant. Fab. *dict. loc. n. 11.* † Quia in jure prodigus comparatur pupillo, *l. certi condictio. 9. §. ſed etſi. 7. ff. de rebus Cred.* Harpp. *ad §. 2. n. 2.*

8 *Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* † Modò contrahens cum prodigo bonorum interdictionem non ignoraverit, ut rectè animadvertit Ant. Fab. *dict. loc. n. 1. & 2.*

Ita Domini ad conſultationem Henri zu Clausbruchs/ M. Mart. Anno 1585. [Verba ſentent. Habt ihr Peter Saupen/derowegen/daß er für und für in Wein- und Bierhäuſern gelegen/ſeine Güter verſchwendet und umbracht/ſeine nächſte Freunde zu Curatorn verordnet/ und auff vorgehende fleiſſige Inquiſition ſeiner Güter adminiſtration gebührlichen interdiciret/ deſſen aber ungeachtet/hat ein Einwohner zu Zipſendorff/ welcher/eurem Bericht nach/ ſolches wohl gewuſt/ ſieder deß/als ihme die adminiſtration der Güter benom̃en worde/mit ihme ohne Vorwiſſen ſeines Curatorn contrahiret/und ihm etliche begehrte Aecker abgekaufft. So iſt ſolcher Contract und Kauff zu recht nicht beſtändig/und demnach obgemeldtes Peter Saupens Weibe und Kindern ſolche Aecker von dem Verkauffer/ſonderlich/ dieweil ſie ihme das Kauffgeld zu erſtatten erbötig/zu vindiciren unbenommen/V. R. W.]

Definit. XXXVIII.

Curator nomine mulieris nil firmiter agit, niſi mulier ipſa præſens ſit & conſentiat.

PArùm equidem refert, an ipſa mulier conſen- 1
tiente Curatore contrahat, an verò Curator conſenſu mulieris negotium agat; utroque enim caſu quia mulier conſentit, accedente Curatoris autoritate, ex conventione firmiter obſtringitur, *l. 1. l. 7. ff. de pact.* Hart. Piſt. *obſ. 155. Supr. Defin. 20.* † At Curator nomine mulieris, ea non præſen- 2
te nec conſentiente, nihil quicquam validè agit, nec firmiter contrahit, † Quia ex alterius conven- 3
tione nemo poteſt obligari, *§. 3. Inſt. de inut. ſtip. l. ſtipulatio iſta. 38. in pr. & §. 1. l. 83. in pr. ff. de V. O.* † Omnes enim obligationes ex noſtra perſona non 4
alterius initium ut ſumant neceſſe eſt, *l. quæcunq; 11. ff. de obligat. & action.* † Non enim in con- 5
tractu mulieris tàm Curatoris, quàm ipſius mulieris contrahentis perſona & conventio ſpectanda eſt, † Cui autoritas ſaltem Curatoris ob imbecilli- 6
tatem judicii muliebris accedit, Landrecht. *lib. 1. art. 44.* Chriſtoph. Zobel. *part. 2. diff. 22. ſupr. Defin. 1.*

Ita Domini in cauſa N. N. zu Neßwein/ Menſe Decembr. Anno 1635. [Verba ſentent. Ob nun wol der Ehemann ein Curatorium, darinnen er ſeinem Weibe zum Kriegiſchen Vormunden verordnet worden/vorlegen thut/ und alſo nomine Curatorio Verzicht zu leiſten gemeynet/ꝛc. So mag doch ſolche Verzicht zu recht nicht beſtehen/noch dahero der Schuldener zur Auszahlung angehalten werden: Sondern dafern er geſichert ſeyn will/iſt die Creditrix entweder in der Perſon/ oder durch ihren hierzu Gevollmächtigten/ nebens dem Curatore ihrem Ehemann zu erſcheinen/ und wegen beſchehener Auszahlung Verzicht zu leiſten ſchuldig/ V. R. W.]

CONSTITUTIO XVI.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Verpflichtung/ Interceſſion oder Renunciation der Weiber/ welche mit Zuthun ihrer ehelichen oder anderen hierzu erbetenen und beſtätigten Vormunden geſchehen/kräftig ſeyn ſollen/wann ſie gleich nicht eydlich ergangen?

Interceſſio vel Renunciatio à muliere facta cum conſenſu mariti vel alterius Curatoris, num valeat etiam non jurata?

DJerinne iſt ein Unterſcheid zu machen/ unter des Mannes und fremder Leute Schulden/ dann da ſich ein Weib für ihren Ehemann mit Einſetzung deß/ſo ihr zugehöret/verpflichtet/ ſo wird ſie dazu in Rechten nicht verbunden/ es wäre dann ſolche Schuld gantz oder zum Theil in ihren Nutz gewandt/ oder ſie hätte dem Beneficio SConſ. Vellejani mit dem Eyd renunciret.

Aber in fremder Leute Schulden/wann ſich für dieſelbe eine Weibes-Perſon eingelaſſen/ſo wird die nach zweyen Jahren wiederholete renunciation, und ob ſie ſich eydlich verziehen/ bewogen.

DIſtinguendum hic eſt inter æs alienum mariti & alterius. Si enim pro marito intercedens mulier bona ſua obliget, ſibi non præjudicat, niſi vel in utilitatem ipſius verſa pecunia ſit, vel beneficio SCti Vellejani cum juramento renunciaverit.

Si verò pro alio intercedat, tùm renunciatio vel poſt biennium repetita, vel cum juramento facta attenditur.

Sed & ubi perſonaliter tantùm ſe obligat mulier, intereſt, pro marito an pro alio interceſſerit.

Etſi autem jure cõmuni hæc ita ſe habeant; Deputati tamen noſtri conſuetudi-

Dergleichen ist auch der Persönlichen obligationen halben ein Unterscheid / wann sich ein Weib vor ihren Ehemann / oder von wegen eines Fremden verpflichtet.

Ob nun wol solches in gemeinen beschriebenen Rechten also verordnet / so haben dennoch unsere Deputirte hinwieder bedacht / daß in den Gerichten dieser Landart hin und wieder / solche und dergleichen intercessiones und renunciationes, ohne einige Eydesleistung / de consuetudine zu geschehen pflegen / und zugelassen werden / und daß demnach eine grosse Zerrüttung gar viel und fast unzählicher Händel erfolgen würde / da dieselbige vor unkräftig geachtet werden solten / auch uns heimgestellet / und vor rathsam erachtet / daß dißfalls / iedoch extra res dotales & in donationem propter nuptias vel dotalitium constitutas, so sie dem Manne zubracht oder erlanget / und also allein in Verzicht eines Unterpfandes / darauff ein Weib von wegen der Mitgift oder sonsten Gerechtigkeit haben möchte / obgedachte Gewohnheit zu bestätigen seyn solt / mit angehengter restriction, daß es nicht simpliciter oder durchaus / sondern nur in den Fällen / wann solche und dergleichen intercessiones, autoritate Curatorum von den Eheweibern / auch Jungfrauen und Wittben / so natu majores seyn / und in judicio ergiengen und fürgenommen würden / statt habe.

tudinem harum ditionum, quâ ejusmodi intercessiones & renunciationes etiam sine juramento fieri & admitti solent, &, si eæ rescinderentur, secuturam inde infinitam rerum confusionem, considerantes, nobisq; id committentes, consultius esse existimârunt, si consuetudo hæc, extra tamen res dotales & in donationem propter nuptias vel dotalitium constitutas, quas ad maritum attulit, vel acquisivit, & sic tantùm in renunciatione hypothecæ pro dote mulieri constitutæ, aut alterius juris, à nobis confirmaretur, adjectâ hâc quoque restrictione, ne passim & simpliciter, sed tùm demum consuetudini illi locus relinqueretur, ubi ejusmodi intercessiones & similes, autoritate Curatorum ab uxoribus, virginibus & viduis natu majoribus, in judicio fierent.

Hæc igitur nos clementer probantes, prædictam consuetudinem non solùm confirmamus, sed & ordinamus insuper & statuimus, ut autoritate hujus nostræ Constitutionis, in judiciis Curialibus nostris, Collegiis item Facultatum Juridicarum & Scabinatibus in judicando & respondendo observentur.

Nachdem wir uns dann solches gnädigst gefallen lassen / so wollen wir auch berührte Gewohnheit hiermit nicht allein bestätiget haben / sondern ordnen und setzen auch / daß also Kraft dieser unser Constitution, in unsern Hof-Gerichten / Facultäten und Schöppenstülen / darauf gesprochen und erkant werden soll.

DEFINITIONES.

1. *Renunciatio mulieris, pro marito intercedentis, sicuti in dote & dotalitio, ita & in donatione propter nuptias efficax non est, nisi fuerit juncta.*
2. *Ex constituto mulier haud efficaciter obligatur pro marito, si non mediante juramento debitum in se susceperit.*
3. *Nec valet constitutum viduæ, debitum mariti jam defuncti absque juramento in se suscipientis.*
4. *Mulier Correa debendi non tenetur pro marito, nisi beneficio divisionis juramento renunciaverit.*
5. *Renunciatio mulieris illustris facta sub dignitatis splendore* (Bey Fürstlichen oder Gräflichen Ehren / Treu und Glauben / ꝛc.) *non æquipollet renunciationi juratæ.*
6. *Renunciatio mulieris facta sub promissione fidei* (An Eydes statt / und beym Wort der ewigen Wahrheit / *non habetur pro juratâ & validâ renunciatione, nisi addantur verba* (So wahr ihr GOtt helffe.)
7. *Efficaciter mulier pro marito absq; juramento intercedit, etiam quoad res dotales, iis in locis, ubi hoc moribus introductum est.*
8. *Valida est in Civitate Lipsiâ etiam quoad res dotales intercessio mulieris pro marito haud juncta ex peculiari statuto: Quod tamen locum non habet in Constituto.*
9. *Valet renunciatio mulieris pro marito intercedentis etiam in rebus dotalibus absque juramento morte confirmata.*
10. *Mulier pro marito intercedens absque juramento efficaciter obligat bona paraphernalia, modò sit majorennis, ac in judicio Curatore interveniente, SCto Vellejano renunciet.*
11. *Bona Uxoris ad maritum apportata in dubio non dotalia, sed paraphernalia habentur.*
12. *Renunciatio ac intercessio mulieris pro marito valida, in terris Elector. Saxonici ei indistinctè nocet, etiamsi maritus nulla alia bona habeat, ex quibus mulieri satisfieri queat.*
13. *Neque ob læsionem enormissimam rescindenda est renunciatio ac intercessio mulieris pro marito facta ex capite restitutionis in integrum.*
14. *Extra Saxoniæ tamen Electoratum Renunciatio hypothecæ mulieri non obest, si maritus solvendo non sit, nec ei de bonis illatis aliunde satisfieri queat.*
15. *Renunciatio hypothecæ, facta generaliter uni Cre-*

Creditori non præjudicat mulieri quoad alios Creditores.

16. *Facta renunciatione tertio Creditori, causa intermedii Creditoris melior non efficitur in concursu Creditorum, sed tertius in locum mulieris renunciantis succedit.*

17. *Mulier non pro marito, sed pro extraneo intercedens absque juramento obligatur, etiam quoad bona dotalia.*

18. *Renunciatio mulieris, in domo judicis extra locum judicii facta, valida non est.*

19. *Non valet renunciatio ac intercessio mulieris, nisi prius de beneficio SCti Vellejani certiorata ei expressè renunciaverit.*

20. *Renunciatio mulieris pro marito facta non præjudicat mulieri quoad bona alia marito nunquam illata.*

Ita Domini in causa Catharinä Hüters zu Leipzig / Mens. Mart. Ann. 1630. (Verba sent. Ob ihr nun wol in gedachtes euers Ehemanns gerichtliche Verpfändung gewilliget/und nach beschehener Erinnerung euer weiblichen Gerechtigkeit darbey renunciret/ dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß vermöge Churfl. Sächs. Constitution die renunciation von euch vermittels Eydes geschehen/ꝛc. So mag auch dannenhero solche Einwilligung/so viel euer Ehegeld oder Gegenvermächtnüß anlanget/euch zu Nachtheil nicht gereichen/ꝛc.)

Et in causa Erhardi Sieghards zu Annaberg/Mens. Jun. A. 1633. (Verba sent. So mag auch berührte renunciation, weil sie nicht eydlichen geschehen/so viel das dem Mann zugebrachte Ehegelt und Heyrathgut anlanget, den Weibe zum Schaden und Nachtheil nicht gereichen / sondern sie sol deßen aus ihres Mannes Gütern vor euch billich befriediget/ꝛc.)

It. ad requisitionem Christiani Ludwigs zu Leipzig / Mens. Oct. Anno 1631. (Verba sent. Ist eine Frau deme in ihres Herrn Gütern ihr zustehenden dotalitio deßen Gläubigern zum besten zu renunciren vorhabens/ꝛc. So ist sie/ dafern es zu Recht beständiger Weise geschehen soll / Vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution vermittels ihres leiblichen Eydes zu renunciren schuldig. V. R. W.)

Definit. I.

Renunciatio mulieris, pro marito intercedentis, sicuti in dote & dotalitio, ita & in donatione propter nuptias efficax non est, nisi fuerit jurata.

1 COnfirmat *h.* Const. Illustrissimus Elector consuetudinem, quæ antea plerisq; in locis judiciorum Saxonicorum circa intercessiones ac renunciationes mulierum frequentabatur, injungens simul judicibus suarum provinciarum, ut secundum eam judicent, §. *ult. vers.* Sondern ordnen und 2 setzen auch/&c. † Quo ipso, quod antea passim usu introductum & receptum fuit, generale jus effectum esse opinor, cum Joh. Zang. *de except. part. 3. c. 11. n. 175.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 34. n.* 3 *86.* † Quod totum ferè in differentia renunciationis ac intercessionis pro marito & extraneo factæ consistit. De illâ hæcce regula construi potest: † Quod mulier 4 " pro marito intercedens efficaciter non obligetur, " quoad dotem illatam, nisi juri hypothecæ ac bene- " ficio SCti Vellejani juramento renunciaverit, §. Ob nun wohl *v.* jedoch *extra res dotales, &c.* Gloss. *ordin. in* Landr. *l. 1. art. 3. n. 12. sub fin. vers.* Darauß erstunde aber/ *ubi* Zobel. *in addit. v.* Nisi juramentum. Adde omnino *Decis. Elect. Nov. 25.* Dan. Moll. *lib. 1. semestr. 43. in pr.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 34. n. 57.* Joh. Zang. *de except. p. 3. c. 11. n. 73.* Hæc regu- 5 la Ampliatur *Primò* † in dotalitio & donatione propter nuptias, ut nec hisce intercedens pro marito mulier absq; juramento efficaciter renunciare queat, *dict. v.* Jedoch *extra res dotales & in donationem propter nuptias vel dotalitium constitutas,* 6 *&c.* Andr. Rauchb. *dict. q. 34. n. 50.* † Nec admittenda explicatio Wesenb. Verba illa exegeticè intelligentis, ut particula *(Vel)* idem sit quod *(Hoc est,)* adeoq; donatio propter nuptias & dotalitiũ proinde eodẽq; accipiatur *in cons. 50. n. 27. v. ideoq; Const. & c.* 7 † Quis etenim nescit, dotalitiũ & donationem propter nuptias diversas esse species, ut vel ex eorũ nominibus patet, *arg. l. fin. dem. 7. C. de Codicill.* Henr. 8 Bocer. *de donat. c. 10. & 11.* † Et de jure communi quoq; consensus vel renunciatio mulieri æquè in donato propter nuptias, ut in dotali prædio regulariter non nocet, *Auth. sive à me. C. ad SC. Vellej.* 9 Rauchb. *dict. loc.* † Illud equidem largior Wesenb. Mulieri ratione donationis propter nuptias non competere jus prælationis quin nec tacitæ hypothecæ, ex Ordin. nov. judic. Illustrissimi Elect. Sa- 10 xon. *de A. 1622. tit. 43. p. ag. 122. v.* So wollen wir/ꝛc. † Nihilominus tamen renunciatio jurata etiam in donato propter nuptias effectum habere potest, nimirum si pro ejusmodi donato expressa hypotheca à marito fuerit constituta, *dict. tit. 43. v.* Es wäre 11 dann. † Aut si bona mariti non sufficiant Chirographariis, quo sanè casu, obstante renunciatione juratâ, mulier prorsus excluditur ac donationem propter nuptias petere nequit.

Definit. II.

Ex constituto mulier haud efficaciter obligatur pro marito, si non mediante juramento debitum in se susceperit.

1 SEcundò Ampliat. Regula tradita Defin. *præc.* † in Constituto, quo mulier pro marito solvere promisit; ejusque debitum in se suscepit. † Ex 2 quo jure demum efficaciter obligatur, si juramentum accesserit, quod quidem in rebus dotalibus vix dubium habet, secundum tradita *in* Defin. *præcad.* † At de bonis paraphernalibus anci- 3 pitem quem facere posse *hæc* Const. quâ mulier extra res dotales obligatur validè quoad bona paraphernalia, etiam absque juramento pro marito intercedens; *Vid. infra* Defin. 10. † Sed hoc ve- 4 rum est in sola intercessione annexa renunciationi, Andr. Rauchb. *part. 1. q. 34. n. 53.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 1. n. 177.* à quâ haud parum differt Constitutum, † quod ipsam mulierem facit 5 debitricem principalem in eamque mariti debitum transfert. † Nil siquidem aliud est constitue- 6 re, quàm debitorem se facere & alterius in se transferre vel suscipere obligationem. Dd. *in §. de constitut. g. inst. de action.* Wesenb. *in parat. ff. de const. pecun.* Valent. Franc. *de fidej. c. 1. n. 24. & seqq.* † Ut sic constitutum latiùs pateat majusque onus 7 ac incommodum in se comprehendat, quam fidejussio. Ant. Hering. *de fidejuss. cap. 18. n. 5.* † quare & 8 cautius in constituto procedendum, ex eoque mulierem non nisi mediante juramento pro marito obligari, existimavêre Scabini; † interveniente si- 9 quidem jurejurando, sequimur jus Pontificium, quod propter jurisjurandi autoritatem contractum efficit validum, *c. cum contingat. 28. extr. de jurejur. c. 2. de pact. in sexto.*

Ita Domini in causa Wolffgangi Merckers zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1695. (Verba sentent: Ob gleich Caspar Erhards Eheweib durch ihren Curatorem gerichtlichen versprochen/für ihren Ehemann die Schuld/

damit er euch verhafftet/zu zahlen und richtig zu machen/ dieweil aber dennoch solches nicht eydlichen geschehen/ ꝛc So ist sie auch von dem jenigen/so sie von ihrem Vater und Bruder ererbet / ihres Mannes Schuld zu zahlen nicht pflichtig/ꝛc.)

It. in causa Marien Jobst Michaels Wittben zu Leipzig/ M. Novembr. Anno 1635. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die renunciatio Eydlichen nicht geschehen/ꝛc. So ist auch bemeldtes Constitutum zu Recht nicht kräfftig/ und ihr mögt demnach die Zahlung von euren dotal- und paraphernal- Gütern zu leisten nicht angehalten werden/ V.R.W.)

Et in causa Uxoris Caroli Reinhards zu Leipzig / M. Maj. An. 1625. (Verba sent. Ob ihr gleich eueres Ehemanns Schuld ex constituto auff euch genommen / dieweil aber dennoch dasselbe vermittels Eydes nicht geschehen/ ꝛc. So ist auch solche euere Verwilligung zu Recht nicht kräfftig/ und ihr möget demnach die Zahlung zu leisten mit Bestande nicht angehalten werden/ꝛc.)

It. in causa Johann Brauns zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1586.

Et in causa Marthen Buchbachin zu Halle/Mens.Majo An. 1636.

Definit. III.

Nec valet constitutum viduæ debitum mariti jam defuncti absque juramento in se suscipientis.

1 Quid verò, *si defuncto marito, Vidua ex constituto debitum ejus in se suscipiat ?* Non malè forsan putaveris , constitutum hoc jure subsistere, 2 quantumvis juramentum non accesserit ; † Nempe quod matrimonio per mortem dissoluto , Vidua non tàm pro marito, quam extraneo ex constituto 3 se obligare censeatur, † quo casu absque juramento etiam firmiter eam obstringi, indubitatũ est *l. ult.* §. *ult.ff.ad SCtum Vellej.h.*Const.*16.ubi* Dan.Moll.*in pr.* Andr.Rauchb.*part.1.q.34.n.5.* Joh.Zang. *de except.part.3.c.11.n.115.& seqq.* Sed quicquid sit,† defuncto licet marito,amor tamen & respectus conjugalis non tam citò cessat , quo vidua infirmi & imbecillis judicii decepta ad constitutum & susceptionem debiti facillimè persuaderi potest, *arg. l. 2.* §. *verba 2.ff.ad SCtum Vellejan.l. si mulier, 16. C, eod.* 5 *tit.l.1.*§. *pen. C.de rei uxor. act.*† Quidni ergò huic succurrendum esset ? Quin & priusquam viduæ de 6 bonis dotalibus & paraphernalibus satisfiat † privilegium mulieribus indultum ipsi adhuc competere, 7 nemo procul dubio negaverit : † Sed non valet huic privilegio mulier absque juramento renunciare, *h.* Const. 16. quod & in constituto ratione bonorum paraphernalium ita obtinet , ut dixi Defin. *præced.*

Ita Domini in causa Marien Jobst Michaelis Wittben zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1635. (Verba sent. Ist euer Ehemann mit Schulden verhafftet gewesen / nach dessen Absterben die Gläubiger auff die Zahlung gedrungen/darzu sich aber kein Mittel ereignen wollen. Ob ihr nun wol daher solche debita ex constituto auff euch genommen/ Brieff und Siegel von euch gestellet / und mit Zuziehung eueres Curatoris dem beneficio SCti Vellejani renunciret. Dieweil aber dennoch solches nicht Eydlichen geschehen/ꝛc. So ist auch berührtes Constitutum zu Recht nicht kräfftig / und ihr möget dahero eueren Dotal-und Paraphernal-Gütern die Zahlung zu leisten nicht angehalten werden/ V.R.W.)

Definit. IV.

Mulier Correa debendi non tenetur pro marito, nisi beneficio divisionis juramento renunciaverit.

1 Tertiò ampl. in muliere † correâ debendi. Sanè quanquam mulieri prohibitum non sit, se cum marito obligare , maximè si nec pro marito nec animo intercedendi obligari velit, *arg. Novell. 134.c.9 Auth. si qua mulier.C.ad SCtum Vellej.* † Attamen si egenti marito & Uxori simul credita 2 sit pecunia , præsumptio est , quod tota ad maritum pervenerit, *l. si cum dotem. 22.* §. *transgrediamur.12.ff.sol.matr.*Ant.Fab.*in Codic.l.5.tit.6. defin. 8. n.3.* † mulierq; pro marito interceserit tanquam 3 correa debendi, *l.vir.uxori.17.* §. *mulier & Titius. 2.ff.ad SCtum Vellejan.* † Nihilominus quia de hoc 4 certò non apparet,ipsamet quidem ratam suam solvere debet. † Sed pro marito haud tenebitur, etiamsi 5 in judicio præsente curatore beneficio divisionis, quod novissimo jure *in Auth. hoc ita. C. de duob. reis* duo correi habent,renunciaverit, † quia de in- 6 tercessione nihil inter contrahentes expressè actum est,quod omninò requirit *hæc* Const.Hart.Pist. *obs. 113. n.3.* † Nec locum habere,potest, quod dici solet, 7 Creditorem , qui bonâ fide mulieris personam in contrahendo secutus est,ob ea , quæ inter virum & uxorem acceptâ pecuniâ gesta sunt , exceptione summoveri non debere,*l.bona fide.27.junct.l. si mulier. 11.ff. ad SCtum Vellejan.* † id namque ad eum 8 pertinet , qui cum solâ muliere contraxit , non ad eum,qui cum muliere & viro simul , aut cum illa sola sed viro præsente contrahit ;† fraudis enim su- 9 spicio subest, quoties mulier unà cum alio vult obligari, Hart. Pist. *dict. loc.n.5.* Matth. de Afflict.*decis. 209.* quare hoc casu diligentior debet esse Creditor,quam si ab initio cum sola muliere contraheret, *dict. l. si vir uxori. 17. junct.l.doli 19.*§. *ult.ff.de novat.* Ant. Fab. *in Codic.lib.4.tit.21. defin.1.n.3.* † 10 Planè si mulier correa juramento interveniente,beneficio divisionis renunciaverit, vel ex solâ dispositione juris Pontificii pro marito quoque obligata est,nec habet quo adversus Creditorem totum debitum petentem sese tueri queat, *c. cum contingat, 28.ext.de jurejur.c. 2.de pact.in sexto.*

Ita Domini in causa D. C. G. ejusque Conjugis ad consultationem D. Julii Marci zu Jehna / M. Jul. Anno 1620. (Verba sent. So ist eure Pflegefrau den halben Theil solcher Summen Geldes / weil sie nebens ihrem Ehemanne mit Einwilligung ihres Curatoris Principal Schuldnerin worden/zu zahlen pflichtig. So viel aber den andern halben Theil anreichen thut / mag sie denselben dahero/ daß sie dem beneficio divisionis und andern ihren rechtlichen Wolthaten nicht vermittels eines cörperlichen Eydes/ sondern nur an Eydes statt renunciret/ vor ihren Ehemann zu zahlen nicht angehalten werden/V.R.W.)

Et in causa Elisabethæ Welckens zu B. M. Decemb. Anno 1631. (Verba sent. Dieweil obgedachtes Anlehen von eurem Ehemanne und euch zugleich aufgenommen worden/ und nicht zu befinden / daß ihr dem beneficio divisionis, und andern rechtlichen Wolthaten vermittels eines cörperlichen Eydes renunciret / ꝛc. So möget ihr auch für eure Person die gantze Summa zu bezahlen nicht angehalten werden / sondern wann ihr die Helffte als euren Antheil der Schuld abstatten werdet/ist euch der Gläubiger ferner in Anspruch zu nehmen nicht befugt/ V.R.W.)

It. in causa heredum Johannis Pauli Viduæ M. Johnens zu Wittenberg/ Mens. Jul. Anno 1620.

Definit. V.

Renunciatio mulieris illustris facta sub dignitatis splendore (Bey Fürstlichen oder Gräfflichen Ehren/Treuen und Glauben/ꝛc.) *non æquipollet renunciationi juratæ.*

1 Quarto ampliatur regula prædicta in mulieribus illustribus,generosis & Nobilibus , quæ 1 pro

pro maritis intercedentes absque vero juramento quoad dotalia bona non magis efficaciter obligantur ac aliæ fœminæ plebejæ, Andr. Rauchb. *p.*
2 *1. q. 34. n. 16.* Matth. Berl. *part. 2. concl. 21. n. 39.* † Scio equidem, quod inter personas illustres generosas & Nobiles promissa sub principali, generosa ac Nobili fide (Bey Fürstlichen/Gräfflichen / und Adelichen Ehren/ Treuen und Glauben) de notoria Germaniæ consuetudine juramentis æquipollere dicantur, Schurff. *cent. 2. conf. 37. n. 11.* Andr. Gail. *lib. 2. Obs. 59.* Matth. Wesenb. *conf. 10. n. 24. conf. 13. n. 102.* Joach. Mynsing. *cent. 1. obs. 17.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 10. n. 299.* Joach. à Beust. in
3 *l. 3. §. 1. n. 13. ff. de jurejur.* Dan. Moll. *ad Const. Elect. 36. n. 11. part. 2.* † Quod & de promissionibus Doctorum legitimè promotorum videtur asserendum, secundum Col. *dict. c. 10. n. 289.* Valent. Franc.
4 *de fidejuss. c. 5. n. 376.* † Attamen hisce in provinciis res aliter se habet, & promissiones personarum illustrium, generosarum ac Nobilium, juramentis non æquivalent, sed pro simplici promissione reputantur, Matth. Wesenb. *in parat ff. de jurejur. n. 6.*
5 Modest. Pist. *vol. 2. conf. 19. n. 53.* † Maximè in casu præsenti, quo juramentum actum oportet corroborare. Quoties enim illud pro confirmatione
6 actus per se invalidi requiritur, † in forma solenni præstari debet, Bald. *in c. etsi Christus, 26. n. 7. extr. de jurejur.* Felin. *in cap. fraternitatis. 17. n. 12. extr.*
7 *de testib.* † Idq; tantò magis à fœminis, quæ facilius adducuntur ad renunciationes juris, quod sibi competere sæpe ignorant, *l. ult. C. de don. ant. nupt.* Hart. Pist. *l. 4. q. 6. num 3. in fin.*

Ita Domini in causa alicujus Comitissæ, Mens. Oct. Anno 1631. (Verba sent. Ist eine Gräffliche Weibes-Person ihres Rechtens und Gerechtigkeit/so ihr wegen de. Ehesteuer und Leibgedinges in ihres Ehemannes Gütern zustehet/einem desselben Gläubiger zum besten sich zu verzeihen vorhabens/ꝛc. So muß solche Verzicht von ihr / wofern sie kräfftig seyn soll / ungeacht sie eine Gräffliche Person ist/ vermittels Eydes geschehen / und mag die Zusage bey Gräfflichen Ehren/ Treu und Glauben/gestalten Sachen nach/für eine Eydliche Promißion und beständige Renunciation nicht gehalten werden/V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Renunciatio mulieris facta sub promissione fidei (An Eydes statt/uñ beym Wort der ewigen Warheit) *non habetur pro jurata & valida renunciatione, nisi addantur verba* (So wahr ihr Gott helffe.)

QUintò Ampliatur hæc regula, ut renunciatio & intercessio mulieris quoad bona dotalia jurata esse debeat, etiamsi hæc se obligaverit ac fidem promiserit loco juramenti & sub verbo veritatis, (An Eydes statt / und beym Wort der
2 Warheit) † quæ sola verba corporalis juramenti vim & efficaciam non habent, Andr. Rauchb. *p. 1. q. 34. n. 16.* Modest. Pist. *vol. 2. conf. 19. q. 2, n. 33.* Hart. Pist.
3 *lib. 4. q. 6. n. 1.* Etsi enim concesserim, † Ritus solennes & ceremonias juramenti (ut est tactura alicujus rei sacræ vel Evangelii, nec non erectio digitorum, aut positio manus dextræ ad pectus sinistrum mulieris jurantis) non nisi inter adiaphora
4 connumerari, † ac proinde salvâ juramenti substantiâ adesse vel abesse posse, Andr. Rauchb. *part. 2. q 2 n. 69.* Matth. Coler. *de proceff. exec. part. 1. c. 10. n. 285.* Joh. Petr. Surd. *decis. 159. n. 20 & 21. & decis. 234.*
5 *n. 5. & 6.* † Unde rectissimè asserit Joh. Zanger. solo verbo, imò etiam solâ mente jurari, ac mulierem hisce ritibus omissis stipulatâ manu judici promittentem se renunciationi non contraventuram, nomine divino super hoc invocato, verè jurare, *in tr. de exc. part. 3. c. 11. n. 192. & 193.* Joh. Daut. *in repet. c. quamvis. 2. n. 24. de pact. in sexto.* Menoch. *lib. 1. conf. 37. n. 49.* † Attamen non quævis verba 6
vim & efficaciam corporalis & solennis juramenti habent, sed solummodo ea, quæ in formula jurandi in Imperio Romano usurpari solent, scilicet (Als mir Gott helffe und sein heiliges Wort/) † In quibus hodiè forma essentialis juramenti con- 7
sistit, Ordin. Camer. *p. 1. à cap. 57. usque ad c. 85.* Rauchb. *d. q. 2. n. 52.* † Omissâ ergo hâc formulâ, 8
promissio fidei pro juramento non habetur, etiamsi facta fuerit sub verbo veritatis, quod & forsan intelligi posset de veritate humanâ non divinâ, ut tanto minus huic verbo efficacia juramenti solennis sit adscribenda. † Tunc scilicet, quando pro forma 9
actus alicujus juramentum solenne requiritur Gloss. „
in c. ut circa 4. de elect. in sexto. Modest. Pist. *vol.* „
2. conf. 19. n. 56. Wesenb. *conf. 15. n. 63.* † Cæteroquin, non nego Deum implicitè per verbum veritatis invocari, ac proinde promissionem sub verbo præsertim æternæ vel divinæ veritatis (Beym Wort der Göttlichen / oder ewigen Wahrheit) factam absq; notâ impietatis violari non posse. † In- 11
telligitur namq; per verbum veritatis divinæ ipsemet JESUS CHRISTUS, verbum patris, salvator noster, *Joh. 1. v. 1.* Veluti ita D. Paulus jurat per veritatem & conscientiam, Rom. 1. v. 1. † Quare Lutherus 12
hanc formulam pro juramento agnoscit in enarratione secundi præcepti. Quod & placet Rauchb. & Zang. *dd. locis*, nec non Col. *dict. c. 10. n. 286.* † Quibus ego calculum addo, eo nimirum casu, 13
quando pro formâ, aut ad substantiam vel solidit̃ actus juramentum solenne non requiritur. *Veluti quod, pronunciatum percepi in Electorali judicio appellat Dresdens. in causa H. à W. contra Uxorem H. à L. in termino Trinit. A. 1619.* † Ast si actus ali- 14
quis, ut est renunciatio mulieris, solenne juramentum requirat *h.* Const. *16.* tantum abest, id per promissionem (Beym Wort der ewigen Warheit) præstitum censeri, † ut nunquam per verba æqui- 15
pollentia, formalia solennia exprimi existimem, cum Setz. *de juram. lib. 1. c. 16. n. 17.* Hart. Pist. *p. 4. q. 6. n. 3.* † nisi & promissioni per Deum factæ, 16
(Bey GOtt) quâ nihil ferè usitatius, efficaciam solennis juramenti ineptè adscribere velis; † Nimi- 17
rum non quomodo verba explicari queant, sed quid senserint contrahentes & qualia verba juramenti formula præcisè requirat, potissimum inspiciendum hîc est, Wesenb. *dict. conf. 15. n. 63.* Modest. Pistor. *dict. consil. 19. n. 56.*

Ita Domini in causa Erhardi Sieghards zu Annaberg / M. Jun. Anno 1633. [Verba sent. Ob nun wol die Renunciation an Eydes statt/und beym Wort der ewigen Warheit geschehen/ Dieweil aber dennoch diesen Worten allein die Wirckung und Krafft eines geleisteten Cörperlichen Eydes zu Recht nicht zugeeignet wird/und also die Renunciation ihrer weiblichen Gerechtigkeit eydlichen nicht geschehen/ꝛc. So mag ihr auch berührte Renunciation/so viel die ihrem Ehemanne zugebrachte Ehesteuer oder Heyrathgeld anlanget/zu Nachtheil nicht gereichen/ꝛc.)

Et ad consultationem Michaelis Schwanders zu Annaberg/ Mens. Maj, Ann. 1633. (Verba sent. Ob nun wohl eure Pflegefrau in solche Verpfändung gewilliget / und ihrer weiblichen Gerechtigkeit/und dem beneficio SCti Vellejani an Eydes statt/und beym Wort der ewigen Warheit renunciret/ꝛc. Dieweil aber dennoch berührte Worte sonderlich unter gemeinen Standespersonen die Krafft und Wirckung eines Cörperlichen Eydes nicht haben / So ist auch vorgedachte Renunciation / so viel das Ehegeld anlanget/zu Recht nicht kräfftig/ꝛc.)

Item ad requisitionem Johannis Strumpffens zu Balstadt/ Mens. Febr. Anno 1631.

Et in causâ Marien Jobst Michaels zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1635.

18 † At propius ad veram juramenti formulam accedunt verba (*Ita me Deus adjuvet*, So wahr mir Gott helffe) Illa enim in Imperio Romano in formulis juramentorũ usurpari solere, in iisq; juramen-
19 ti veri essentiam consistere, dixi antea *n. 7.* † Hæc ergò si prioribus addantur, ac mulier intercedens pro marito se obliget, Beym Wort der ewigen Warheit/ und so wahr ihr Gott helffe/ dubium non est, quin renunciatio pro jurata ac valida ha-
20 beatur, † non aliter ac si verum & solenne juramentum ab eâ præstitum fuisset, Coler. & Dauth *dd. loc.* Valent. Franc. *de fide juss. c. 5. n. 365.*

Ita Domini ad consultationem Georgii Salomonis à Poschwitz/ M. Mart. Anno 1604. (Verba sent. Hat nun eure Pflegefrau in solche Schuld gewilliget/ und sich dabey ihrer weiblichen Gerechtigkeit bey dem Wort der ewigen Warheit/ und so wahr ihr GOtt helffe/ begeben und verziehen/ ꝛc. So haben solche Worte die Krafft und Wirckung eines leiblichen Eydes/ und ist demnach eure Pflegefrau gedachter Verpflichtung/ ihres darwider gethanen Fürwendens ungeacht/ nachzukommen schuldig/ ꝛc.)

Et ad requisitionem Christophori Marci zu Leipzig / Mens. Feb. A. 1610. (Verba sent. So haben obangeregte Worte/ in deme sich bemeldtes Weib beym Wort der ewigen Warheit/ und so wahr ihr GOtt helffe und sein heiliges Evangelium/ verpflichtet/ die Krafft und Würckung eines leiblichen Eydes/ dannenhero sie solcher eydlichen Verpflichtung nachzukommen schuldig/ ꝛc.)

DEFINIT. VII.

Efficaciter mulier pro marito absq; juramento intercedit etiam quoad res dotales, iis in locis, ubi hoc moribus introductum est.

1 REgulam posui generalem Supr. Def. *1.* Quòd nempe mulier pro marito intercedens efficaciter non obligetur quoad dotem illatam, nisi juri hypothecæ ac beneficio SCti Vellejani juramento renunciaverit *h.* Const. §. Ob nun wol/ *v.* Jedoch *extra res dotales &c.* Quæ regula uti modis quibusdam ampliatur, ut dixi *definitionibus aliquot præcedentibus*, ita & vicissim quandoque limi-
2 tatur. Ac *Primò* † valet renunciatio absq; juramento, iis in locis, ubi hoc moribus fuit introductum, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 90.* Mynsing. *cent. 1. obs. 29.* Dan. Moll.
3 *lib. 2. semestr. c. 41.* † Habet enim consuetudo vim Legis, *l. de quibus. 32. ff. de legib. l. venditor. 13. §. si*
4 *constat. 1. ff. comm. præd.* † & tolerabilia sunt, quæ vetus comprobat consuetudo, *l. Imperatores. 13. in fin. ff. de pollicit.* Ant. Fab. *in C. l. 4. tit. 24. def. 29. n. 3.*
5 † Ac sanè, quia privilegia dotis (quale etiam hoc est, ut doti juramento renuncietur) juris positivi sunt,
6 Moll. *dict. c. 41. n. 4.* dubium certè non est, † quin contrario jure positivo, statuto nempe vel consuetudine tolli queant, prout in simili tradit Bald.
7 *in l. 1. v. tert. quæro. C. de inoff. dot.* † Sanè Const. *hâc Elect.* consuetudinem, quâ mulierum intercessiones & renunciationes haud juratæ sustinentur, in iis solummodo bonis, quæ extra dotis causam habentur, confirmari facilimè largior Andr.
8 Rauchb. *p. 1. q. 34. n. 72.* † ita scilicet, ut in toto Electoratu Saxoniæ secundum eam pronunciari de-
9 beat. † Attamen consuetudinem particularis alicujus loci, in bonis etiam dotalibus intercessiones mulierum absque juramento factas tolerantem, per id prorsus abrogari haud dixerim, idque
10 ut sentiam nil quicquam me cogit, † modo ejus-
11 modi consuetudo plenè probata fuerit; † Sunt namque consuetudines stricti juris, ac propterea in individuo probandæ, maximè quando à jure communi abhorrent, *l. quod non ratione 39. ff. de legib.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 1. tit. 2. defin. 45. n. 19.*

Ita Domini in causâ Wolffgangi Merckers zu Leipzig / M. Jul. An. 1595. (Verba sent. Es wäre dann des Orts zu Wittenberg durch eine beständige Gewonheit eingeführet/ und über Rechtsverwehrte Zeit unverbrüchlichen gehalten/ daß die Weiber / so sich auch ohne Eyd vor Gerichte für ihre Ehemänner verpflichtet hätten / die Zahlung zu thun angehalten worden / auff den Fall wäre sie sich der Gewonheit gemäß zu verhalten schuldig/ V. R. W.)

It. ad consultationem Pauli Prufers zu Eißleben/ M. Sept. A. 1595. (Verba sent. Da aber dennoch Vermöge der von euch angezogenen Willkühr oder Gewonheit der Stadt Eißleben der Weiber Verpflichtung für ihre Ehemänner/ wenn sie auch gleich ohne Eyd geschehen / vor kräfftig erkant und gehalten würden / ꝛc. So würde auch derselben billich nachgelebet/ V. R. W.)

DEFINITIO IIX.

Valida est in Civitate Lipsia etiam quoad res dotales intercessio mulieris pro marito haud jurata, ex peculiari statuto; Quod tamen locum non habet in Constituto.

1 SEcundò limitatur Regula prædicta, si statuto aliud fuerit introductum. Non enim minor
2 autoritas est statuti, quam consuetudinis, † quippe quod Legis vim habet, iis in locis, ubi viget, *c. jus civile. 8. dist. 1. Bart. in l. omnes populi. 9. n. 60. ff. de just. & jur.* Fel. *in c. cum non liceat. 12. n. 10. Ext. de præscript.* † Ita quoque in hâc Civitate Lipsia ex
3 *peculiari statuto*, quod ab Illustriss. Dn. Pro-Elector Saxon. Friderico Wilhelmo *21. Febr. Anno 1593.* confirmatum fuit, Mulier pro marito intercedens coram judice in loco judicii, autoritate Curatoris interveniente, doti ac beneficio SCti Vellejani etiam absq; juramento efficaciter renunciat, Dan. Moll. *hic n. 11.* Joh. Zang. *de except. p. 3. c. 11. n. 189.* Valent. Franc. *de fide juss. cap. 2. n. 202.* † Quum
4 verò statuti verba de intercessione mulieris expresè loquantur, ad Constitutum haudquaquam trahi debent. † Sunt enim statuta strictè accipienda, Andr.
5 Tiraq. *de Leg. connub. Gloss. 2. n. 23. post pr.* Jac. Schult.
6 *in pract. q. l. 2. q. 65. n. 32.* † Proin si in civitate hâc Lipsiâ mulier mariti debitum ex constituto in se suscipere velit, non obstante prædicto statuto, mediante juramento hoc facere debet.

Ita Domini in causa Catharinâ Rosens zu Leipzig/ M. Nov. An. 1630. (Verba sent. Ob nun wol Vermöge der Stadt Leipzig Willkühr und Statuten des Weibes eydliche Renunciation bey der Intercession und Verpflichtung vor ihren Ehemann so nothwendig nicht erfodert wird / dieweil aber dennoch selbige Willkühr auff den Fall/ da ein Weib ihres Mannes Schuld ex constituto auff sich nimt / und ihr eigen macht/ nicht zu ziehen/ ꝛc. so mag euch auch berührte Willkühr nicht zu statten kommen/ ꝛc.)

Et in causa Marien Jobst Michaels Wittben zu Leipzig/ M. Nov. Anno 1635.

DEFINIT. IX.

Valet renunciatio mulieris pro marito intercedentis, etiam in rebus dotalibus absque juramento, morte confirmata.

1 TErtiò: Valet renunciatio mulieris pro marito intercedentis absque juramento etiam
2 quoad res dotales, si morte confirmata fuerit. † Siquidem uxor pro marito suo absque juramento intercedere, suisque beneficiis renunciare propterea prohibetur, quod ejusmodi intercessio ac renunciatio sapiat naturam donationis, Bald. *in Auth. si qua mul. num. 2. C. ad SCtum Vellejan.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 19. n. 68.* Quæ licet inter
3 conjuges prohibita sit, † morte tamen confirmatur, *l. bona quondam. 1. l. donatio. 3. l. si maritus. 10. C. de donat.*

de donat. int. vir & uxor. l. cum hic status. 32. §. 2. eod. tit. Joh. Schneidew. *ac §. aliæ. 2. Inst. de don. num. 59.* Ant. Thessaur. *decis. 32. n. 13.* Heig *p. 2. q. 17.*
4 *n. 6.* Jac. Cujac. *in expos. Novell. 162. in pr.* † Quin & mors vim juramenti habet, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 43.*
5 *n. 6.* Jas. *in rep. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 128.* † Unde fit, quod & donatio patris liberis facta morte convalidetur, Gail. *2. obs. 38.* Schneidew. *dict. §.*
6 *2. n. 68.* † licet aliàs ea, perinde ac mulieris renunciatio, haud jure subsistat, si non juramentum accesserit *c. cum contingat. 28. extr. de jurejur. c. quamvis 2. de pact. in sexto.* Mod. Pist. *vol. 2. conf. 19. quæst. 2. n. 50.*

Ita Domini in causa Matthäi Seiffarts zu Möllen / M. Sept. Anno 1625. (Verba sent: Hat euch euer Nachbar Paul Boseck wegen einer Schuld/damit er euch verhafftet gewesen/sein Haus unterpfändlich verschriebē/darein auch sein Eheweib gerichtlichen nebens ihrem Ehemañe verwilliget/und sich ihres Rechtens verziehen. Ob nu wohl solche Verzicht ohne Eyd geschehen/dieweil sie aber dennoch biß in ihren Todt dabey verharret/ꝛc. so ist angeregte Verzicht morte confirmiret worden/und wird zu Recht vor beständig gehalten/derowegen sich auch nunmehr ihre Erben des Hauses/ so die Verstorbene ihrem Manne loco dotis zubracht / vor euch nicht anzumassen haben/V. R. W.]

DEFINIT. X.

Mulier pro marito intercedens absq; juramento, efficaciter obligat bona paraphernalia, modo sit majorennis ac in judicio Curatore interveniente, SCto Vellejano renunciet.

1 *QVartò:* denique limitatur Regula supr. defin. 1. tradita in bonis paraphernalibus extra dotem marito illatis. Quoad hæc enim mulier, absque juramento quoque pro marito intercedens & jus hypothecæ remittens firmiter obligatur *h.* Const.
2 §. Ob nun wol/*junct.* §. Nachdem wir uns denn. † Quod quidem dubium non habet in solâ renunciatione seu remissione tacitæ hypothecæ, qvæ mulieri in bonis mariti competit, propter verba expressa *dict.* Const. (In Verzicht eines Unterpfandes) præsertim † cùm & de jure communi remissio pignoris facta marito sustineatur, absque
3 juramento, *l. etiam. constante. 11. L. jubemus 21. C. ad SCtum Vellejan. l. unic. §. & cum lex 15. C. de rei uxor. act.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 34. n. 24.* † At qvia verbis
4 illis additur particula (allein) *dict.* const. *v.* Und also allein in Verzicht eines Unterpfandes/ ꝛc. dicendum videtur, hanc constitutionem Electoralem in simplici & nudâ hypothecarum renunciationem solummodo obtinere, non etiam in eâ, quæ intercessionem & obligationem sibi annexam habet; † Hæc enim natura est dictionis (*tantùm* vel *solummodo*) ut limitet & restringat, Dd. *in*
5 *l. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp. & in c. cum Ecclesia*
6 *3. extr. de caus. poss. & propr.* † Sed benè advertendum, voculam hancce (Allein) referendam esse duntaxat ad res dotales, aliasque in donatione propter nuptias & dotalitium constitutas, quæ ab hâc dispositione excipiuntur, ut vult Moll. *hic n.*
7 *11. & libr. 1. semestr. c. ult. n. 9. & in fin.* † Non etiam ad intercessionem & obligationem mulieris. Quippe hanc validam esse etiam absqve juramento quoad paraphernalia bona, ac non minus de intercessione, quam de renunciatione sanctionem Electoralem accipi debere, ex toto ferè contextu *h.* Const. apparet, *v.* Daß in den Gerichten dieser Landsart hin und wieder solche und dergleichen *intercessiones* und *renunciationes* ohne einige Eydesleistung *de consvetudine* zu geschehē pflegen/ꝛc. *Et vers.* Sondern nur in denen Fällen/wañ solche
8 uñ dergleichen *intercessiones, &c.* † Qvò & faciunt verba Rubr. Ob die Verpflichtung / *intercession* oder *renunciation. &c.* Est enim natura dictionis (*Seu*, vel Et) ampliativa & alternativa, † idemque 9
ponit de uno, quod de altero, Bart. *in l. si quis ita. 30. ff. de aur. & arg. legat. in pr. & in l. si is qui ducenta 13. §. 1. n. 1. ff. de reb. dub.* Everh. *in loc. à natur. alternat. 108. n. 8.* † in quo passu constitutio Electo- 10
ralis à jure communi recessit. Etsi enim de jure civili intercessio mulieris pro marito absque juramento prorsus invalida habeatur, *arg. text. in l. vir uxori. 17. §. 2 ff. ad SC. Vellejan.* † Attamen de consuetudi- 11
ne in foro Saxonico approbatâ, hacque Const confirmatâ renunciationem, quæ intercessionem pro marito & obligationem annexam habet, absque juramento quoque quoad bona paraphernalia subsistere, apparet ex antea dictis, Andr. Rauchb. *p. 1. q. 34. n. 53.* Joh Zanger. *de except. part. 3. c. 11. n. 177.* Matth. Berl. *part. 2. concl. 21. n. 15.* † Modò quatuor 12
hæc requisita concurrant, (1.) Ut mulier sit majorennis, (2.) ut autoritate atque consensu curatoris, (3.) in judicio coram judice pro marito intercesserit, jusq; tacitæ hypothecæ remiserit, *h.* Const. *16.* §. Ob nun wol solches. *v.* wann solche und dergleichen/ꝛc. (4.) simulque de beneficio SCti Vellejani certiorata, illi expressè renunciaverit, Rauchb. *dict. l. n. 75.* Jo. Zang. *d. c. 11. n. 179.* † Nam & pro extraneo 13
intercedens mulier de SCto Vellejano certiorata ei renunciare debet, Vid. *infr.* Def. *19.* † multò ma- 14
gis ergò intercedendo pro marito, ubi ob metum reverentialem deceptio facilius metuenda, Salyc. *in Auth. si qua mulier. C. ad SC. Vellej. n. 3.*

Ita Domini in causa Catharinen Hubers zu Leipzig/M. Mart, Anno 1630. (Verba sent. So viel aber euer ander Ein- und zubringen anlanget/verbleibet es bey der gethanen Renunciation und Intercession / (unangesehen dieselbe nicht eydlichen geschehen/weil ihr gleichwol gerichtlichen nebens einem Curatore dem beneficio SC. Vellejani, dessen ihr zuvor erinnert worden/renunciret) billich / und ihr habt euch deßwegen für denen Gläubigern / in derer Unterpfand ihr gewilliget/einiger Erstigkeit nicht anzumassen/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Erhardi Sieghards zu Annaberg/ M. Jun. Anno 1633. (Verba sent. So viel aber ihre Paraphernal-Güter ausser dem Ehegelde oder Heyrathgut anlanget / bleibt es bey der gethanen Renunciation und Intercession/unangesehen dieselbe nicht eydlichen geschehen/ billich/und sie hat sich deßwegen für euch einiger Erstigkeit nicht anzumassen/V R. W.)

Et in causa Simon Grünewalds zu Schechitz/M. Jun Ann. 1635. [Verba sent. Dieweil aber dennoch aus dem Consens nicht zu befinden / daß bemeldte des Schuldners Eheweib selbst gegenwärtig gewesen/ und nebens ihrem Curatore sich gerichtlichen ihres Einbringens so weit verziehen/ und dem beneficio SC. Vellejani, allermassen solches von nöthen gewesen/gebührlich renunciret / ꝛc. So ist auch bemeldte Renunciatio und Intercession nicht kräfftig/ꝛc.]

DEFINIT. XI.

Bona Uxoris ad maritum apportata in dubio non dotalia sed paraphernalia habentur.

MAgna inter bona mulieris paraphernalia & 1
dotalia quia est diversitas, quoad illa enim renunciatio ac intercessio pro marito absq; juramento etiam valida est, quoad hæc non itidem, Def. *præc.* utique multum refert nosse, † *quænam bona dicantur dotalia?* Ubi expeditum est, siquidem 2
de bonis mulieris tempore contracti matrimonii, certa fuerit inita conventio, † etiamsi dotis 3
mentio facta haud fuerit, ea dotis nomine illata censeri, secundum tradita Hart. Pist. *obs. 46. n. 2.* At *quid. si de bonis nil dictum. sed simpliciter matrimonium contractum fuerit?* † Tum bona mulieris in 4
dubio non dotalia sed paraphernalia censeri, ita ut efficax sit renunciatio mulieris etiam absque juramento, unanimis fere est Interpp. sententia,

Andr.

Andr. Gail. *l. 2. obs. 82. ubi* Bernh. Græv. Dan. Moll. *ad Const. Elect. 28. num. 38. & seq.* Jac. Thoming. *decis. 18. & 30.* Ant. Fab. *in C. lib. 5. tit. 7. defin. 18. n. 1.* Frid. Pensold. *in addit. ad* Coler. *p. 2. decis. 221. n. 12.* Jac. Schult. *q. pract. 46. n. 10. & 11.* Matth. Wesenb. *cons. 25.* Hart. Pist. *dict. obs. 46. n. 5. & 6.* † ubi hoc usque adeo verum existimat, ut etiamsi vir tali dote dignus esset, non tamen propterea mulier censeatur bona sua dedisse in dotem, † siquidem matrimonium potest esse sine dote, ut est text. *in l. fin. C. de repud. & in Auth. de nuptiis. §. si quis enim v. Etsi mulier.* † Et facti est dotis Constitutio, perinde ac cæteri contractus & traditio quælibet *l. 1. §. ult. ff. de Cur. fur. junct. l. 1. C. de dot. caut.* † Quare in dubio non præsumitur, nisi probetur, *l. 2. ff. de prob.* Ant. Fab. *d. def. 18. n. 2.* † Sufficit tamen conjecturata probatio, utcunq; enim dotis constituendæ animus quæratur, conjecturata potest admitti, *arg. l. si ego 9. §. ult. ff. de jur. dot. l. dotem 30. ff. eod. tit.* Thoming. *dict. loc.* Hart. Pist. *dict. obs. 56. n. 11. & seqq.* Sanè si vel minima constitutionis præcedentis præsumtio emergat, bona censebuntur dotalia, † Veluti si ex parte mulieris traditio vera intercesserit, & maritus bona acceptaverit, eaq; veluti rem propriam possederit, usurparit & consumserit, Jac. Thoming. *dict. decis. 30. n. 35.* Wesenb. *part. 7. cons. 333. n. 71.* Moll. *dict. loc. n. 39.* Cæsar. Ursil. *in annot. ad decis.* Matth. de Afflict. *44. n. 4.* Phan. de Phanuc. *de lucr. dot. gl. 10. n. 40.* Ant. Fab. *dict. defin. 18. n. 5.* † Aut si bona idcirco mulieri donata aut legata fuerint, ut essent ei in dotem, vel ipsi solverentur cùm nuberet, *l. Titio centum 71. §. Titio genero 3. ff. de condit. & demonstr.* † Plane in eâ muliere, quæ secũdas contrahit nuptias, longè minor est dubitatio, quoniam ex prioris matrimonii tabulis conjectura capi potest. † Nam quæ dos in priore matrimonio data fuerit, eadem quoq; in secundo, si aliud nil obstet, repetita intelligitur *dict. l. dotem 30. ff. de jur. dot.* Ant. Fab. *dict. loco n. 12.*

Ita Domini in causa Sabinâ Strumpffens/& hered. Christoph Demuths zu Freyberg/M. Jul. Ann. 1633. (Verba sent. Dieweil im Zweiffel/der Weiber ihren Ehemännern zugebrachte Güter vor Paraphernal-Güter zu achten/ so ist auch die vō Klägern beschehene renunciation, ungeachtet sie nicht eydlich/zu Recht beständig/ꝛc. Sie könte dann wie zu Recht bescheinigen und beybringen/daß sie ihr Einbringen dem Ehemanne als Ehegeld und loco dotis zugewendet/ dessen genösse sie auff solchen Fall / weil ihre renunciation nicht eydlich geschehen billich/ V. R. W.)

Et in causa Georgii Wangelhains zur Harta / Mens. Dec. Anno 1636.

Definit. XII.

Renunciatio ac intercessio mulieris pro marito valida in terris Electoratus Saxonici, ei indistinctè nocet, etiamsi maritus nulla alia bona habeat, ex quibus mulieri satisfieri queat.

1 DUbium sanè non est, quin per intercessionem ac renunciationem juratam mulier tam in bonis dotalibus quàm paraphernalibus sibi no-
2 ceat, etiamsi alia mariti bona non supersint, † propter vim & efficaciam præstiti juramenti, *c. pervenit. 4. ubi Canonist. extr. de empt. & vend.* Dd. *in c. cum contingat. 28. extr. de jurejur.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 34. n. 57.* Joh. Zang. *de except. part. 3. c. 11. n. 182.* Jo. Camp. *in tr. dot. part. 4. q. 13. v. præd.* †
3 Sicuti & per simplicem ac nudam hypothecæ renunciationem absque intercessione in totum sibi præjudicat, etiamsi maritus non sit solvendo,
4 Matth. Berl. *part. 2. concl. 21. n. 30.* † At hoc expedi-

tum non est, *an renunciatio hypothecæ intercessionem annexam habens, ita mulierem obliget, ut de bonis paraphernalibus teneatur, etiamsi marito alia bona non restent, quæ uxori in Compensationem sufficiant?* † Quod negat Joh. Zang. *dict. c. 11. n. 177.* 5
idemque sensisse videtur Andr. Rauchb. *dict. loc. n. 55. & seqq.* Quorum assertio de jure quidem civili subsistere potest, † Sed in foro Saxonico ejusmo- 6
di limitationem generalitas Constitutionis hujus Electoralis non admittit. † Quin potius intercessiones ac renunciationes mulierum etiam injuratas, 7
dummodo interveniente autoritate Curatorum & judicialiter fiant, ita confirmat, ut perinde habeantur, ac si mediante juramento factæ fuissent, Dan. Moll. *hîc n. 18. in med.* quas indifferenter mulieribus præjudicare modò dixi: † Ut sic in terris Elec- 8
toratus Saxonici hodiè nihil referat, alia bona maritus habeat, annon, sed indifferenter quoad paraphernalia bona mulieres ex intercessione ac obligatione pro marito obligantur, † idque ultra jus 9
commune consuetudo *hâc* Const. approbata operatur, ne planè effectu suo careat, ut rectè visum fuit Dan. Moller. *hic. num. 5. & 11. & lib. 1. semest. cap. 43. num. 5.*

Ita Domini in causa Reginen Schwanders zu Meißen / M. Dec. Anno 1629. [Verba sent: Dieweil ihr selbsten berichtet/daß ihr nebens eurem Curatorn gerichtlichen und mit Verzeihung des beneficii SC. Vellejani, in euers Mannes Schuld gewilliget/und vor denselben intercediret/ꝛc. So seyd ihr auch solcher Verpflichtung nachzukommen / und ungeacht ihr euch an andern euers Mannes Gütern hinwiederumb nicht zu erholen/von euern Paraphernal-Gütern die Zahlung zu leisten schuldig/ꝛc.)

Definit. XIII.

Neq; ob læsionem enormissimam rescindenda est renunciatio ac intercessio mulieris pro marito facta ex capite restitutionis in integrum.

EXinde quod dictum Def. *præc.* mulieres ex re- 1
nunciationibus ac intercessionibus pro marito factis, indifferenter in terris Electoratus Saxonici obligari, etiamsi alia mariti bona non supersint, consequenter inferre licet, † ne quidem ex ca- 2
pite læsionis enormissimæ mulieres adversus ejusmodi intercessiones esse restituendas, cum Dan. Moll. *hîc. n. 6.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 14. n. 80.* † Et cùm 3
renunciationes ac intercessiones hisce in terris ut plurimùm fiant ab uxoribus eorum, qui præter ædes, quas Creditoribus suis oppignorant, bona alia immobilia haud possident, certè, si restitutio admittenda esset, constitutio hæc exigui foret effectus, ut bene animadvertit Moll. *dict. loco.* † Nec satis cau- 4
tum erit Creditoribus, si non obstante renunciatione, Restitutio mulieribus competeret, propterea, quod alia bona, è quibus dotes suas consequantur, mariti non habeant. † Minus verò beneficio restitu- 5
tionis gaudebunt mulieres contra renunciationes ac intercessiones juratas, propter Const. Elect. *35. p. 2.* Rauchb. *dict. loco.* Moll. *lib. 1. semestr. 43. & lib. 3. semest. 39.* Wesenb. *part. 1. cons. 23. n. 47. cum seqq.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Inmassen ihr auch wieder die beschehene renunciation und intercession, Restitutionem in integrum zu suchen nicht befugt seyd/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Extra Saxoniæ tamen Electoratum Renunciatio hypothecæ mulieri non obest, si maritus solvendo non sit, nec ei de bonis illatis aliunde satisfieri queat.

NEutiquam igitur obstabit inopia mariti, quò 1
minus mulier, factâ renunciatione ac intercessione

cessione pro ipso efficaciter obligetur, idque in foro Saxonico expeditum est, Defin. *duab. præced.* † Sed
2 aliter se res habet de jure communi, ubi ex sententiâ Interpp. vulgari pignoris remissio mulieri non præjudicat, si maritus non sit solvendo, vel tot bona non habeat, quot ad dotis restitutionem sufficiunt, *arg. Auth. sive à me & l. jubemus. 21. C. ad SCtum Vellejan. ubi* Castr. *num. 5.* Salycet. *num. 3.* Bartol. *n. 4.* Dan. Moll. *lib. 1. semestr. 43. num. 2.* Rauchb. *part. 1. quæstion. 34. num. 27.* Negutz. *de pignor. in*
3 *3. membr. 6. part. numer. 14.* † Ratio est, quòd donatio inter conjuges non valeat, *l. 1. & tot. tit. ff.*
4 *de donat. int. vir. & uxor.* † Licet namque remissio pignoris regulariter donatio non sit, *l. & si pignus. 18. ff. quæ in fraud. Credit.* eò quod extincto pignore, nihilominus mulieri contra maritum actio personalis superfit, *l. 3. ff. de pact. l. 1. ff. de liber. legat. l. Lucius. 11. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*
5 † Attamen si maritus præter pignus nihil in bonis habeat, remissio pignoris in effectu donatio est, † cum is nullam videatur actionem habere, cui propter inopiam adversarii inanis est, actio *l. nam is nullam. 6. ff. de dolo malo.* Rauchb. *dict. loc.*

Ita Domini in causâ Henrici Mullerichs zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1601. [Verba sententiæ: Ist Nicol Becker zu Franckfurt an der Oder euch und andern seinen Gläubigern mit vielen Schulden verhafft gewesen/ derowegen er mit euch allerseits einen Vertrag auffgerichtet/ in welchen sein Eheweib gewilliget/ und sich dabey aller Fräulichen Gerechtigkeit Gerichtlichen/ iedoch ohne Beysetzung eines Kriegischen Vormundens/ und auch ohne Eyd begeben. Ob nun wol solche Verwilligung und Renunciation vermöge gemeiner Käyserlicher Rechte kräftig: Da aber dennoch gedachter Nicol Becker über seiner Gläubiger Schulden/ gegen welchen sein Weib sich verpflichtet/ so viel an Gütern nicht haben würde/ daran sein Weib ihre Mitgifft erlangen könte. So möget ihr auch derselben an Bezahlung ihrer Mitgifft nicht vorgezogen werden/ V. R. W.]

Definit. XV.

Renunciatio hypothecæ facta generaliter uni Creditori, non præjudicat mulieri quoad alios Creditores.

1 IN muliere consentiente & renunciante juri hypothecæ specialiter receptum est, ut non nisi quoad eum, cujus favore facta renunciatio est, sibi
2 præjudicet, † adeò ut adversus alium quemlibet possessorem perindè hypothecariam exercere possit, ac si jus hypothecæ nunquam remisisset, nec in Concursu Creditorum cæteris postponenda sit, ex Constitutione Justiniani *in l. jubemus. 21. C. ad SCtum*
3 *Vellejan.* † Ut ita nec ad alias personas, neque ad res alias, quàm de quibus nominatim actum est, re-
4 nunciatio extendatur, † quod in cæteris Creditoribus hypothecaria jurare mittentibus secus se habet, *l sicut 8. §. 1. l. Paulus respondit. 12. in pr. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Hartman. Pistor. *lib. 3. quæst. 6. numer. 10.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 21. defin. 15. numer. 3.* Idque de jure Civili expe-
5 ditum est; † *Num autem in foro Saxonico idem obtineat, res dubio non caret.* Equidem Dan. Moller. propter verba hujus Constitutionis generalia,
6 renunciationem mulieris adeò extendit, † ut eam mulieri quoad res mariti & personas omnes præjudicare existimet, *lib. 1. semestr. 43. numer. 10.* quem sequitur Andr. Rauchb. *lib. 1. quæstion. 34. num. 60.* & Matth. Berlich. *part. 2. concl. 21. num. 10.* † Sed 7
Illustrissimum Electorem, dispositioni *dict. l. jubemus. C. ad SCtum Vellejan.* quidquam derogare voluisse *h.* Constit. *novella*, neque ex verbis, neque ex mente ejus apparet; † Meritò ergo in foro 8
quoque Saxonico eâ adhuc standum erit, quod enim jure municipali non expressè constitutum est, id sub juris communis dispositione relinquitur, *l. si extraneus. 6. ff. de condict. caus. dat.* Bald. *in l. si plures. 6. numer. 29. C. de condit. insert.* Ludov. Roman. *consil. 197. in fin.* Octav. Cacheran. *caus. 20. num. 15.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæstion. 32. numer. 8.* † Nec verba generalia renunciationis con- 9
tra hanc dispositionem urgeri poterunt; siquidem in contractibus id potissimum sequimur, quod actum est, *l. semper. 34. ff. de Reg. jur. l. 1. §. 1. ff. de pact.* † Et cum prius de certo contractu aut re cer- 10
tâ actum fuerit, aut cum certâ personâ, quæcunque postea conventioni subjiciuntur, ad id, unde Conventio nata est, hoc est, ad id, de quo actum est, referri intelliguntur, *l. qui cum tutoribus. 9. §. ult. ff. de transact. l. Creditor. 12. §. si tecum. 4. ff. qui pot. in pignor.* † Ut maximè ergò in foro etiam Saxo- 11
nico, generalis remissio pignoris ita concepta sit, ut omnes personas, omnes contractus, & res omnes verbis continere videatur, † non tamen nisi 12
ad certas personas, certos contractus, & res certas, de quibus antea actum est, pertinet, Johan. Zanger. *de except. part. 3. cap. 11. num. 107.* Usque adeò, ut idem dicendum existimem, † etsi mulier jura- 13
mento interposito, hoc modo renunciaverit, juramentum enim recipit omnes qualitates, & conditiones ejus actus, cui adjicitur, *l. ult. ubi* Dd. *C. de non num. pecun. cap. pervenit. 2. cap. quemadmodum. 25. extr. de jurejur.* † Et licet juramentum 14
renunciantem arctiùs & efficaciùs devinciat, † eun- 15
dem tamen non in plus obligat, Jason. *in l. si convenerit. 18. num. 8. ff. de jurisd.* sed renunciationi, quæ stricti juris est, appositum, ejus naturam induit, neque extendi potest ad non cogitata, Wesenb. *part. 1. cons. 15. num. 5.* † Planè, si mulier genera- 16
liter, non in unius vel alterius Creditoris, sed mariti gratiam juramento interposito renunciet, & vel omnia, vel certa quædam bona hypothecæ det, videtur renunciasse quoad omnes, Dan. Moller. *dict. cap. 43. num. 11.* Rauchb. *dict. quæst. 34. num. 68.* Zanger. *dict. cap. 11. num. 211.* † quia juramentum 17
vim specialis consensus habet, & ad cogitata in genere extenditur, Salyc. *in l. 1. C. commod.* Roland. à Vall. *vol. 1. consil. 6. num. 57.*

Ita Domini in causâ Dorotheæ, Uxoris Georgii Hartmuths zum Hayn/ Mens. Jun. Anno 1596. [Verba sententiæ: Ob ihr gleich gegen etlichen euers Ehemanns Gläubigern/ euch eurer Weiblichen Gerechtigkeit durch euren Kriegischen Vormunden Gerichtlichen verziehen und begeben/ und demnach demselben in der Bezahlung nicht vorgehen könnet/ So mag euch doch solches gegen den andern Gläubigern/ so kein älter und besser Recht haben/ als diejenige/ denen die renunciation und Verzicht geschehen/ zu Nachtheil nicht gereichen/ sondern es wird euch vor ihnen euer eingebracht Gut billich gefolget/ &c.]

Definit. XVI.

Facta renunciatione tertio Creditori, causa intermedii Creditoris melior non efficitur in concursu Creditorum, sed tertius in locum mulieris renunciantis succedit.

1 CAsus ponitur talis: † Quatuor sunt Creditores hypothecarii, Mulier scilicet, Secundus, Tertius & Quartus. Repetit autem mulier bona
2 illata, exempli gratia centum florenos. † Tertius ex causa mutui quinquaginta, cui voluntate mulieris pignus fuit nexum. Inter hosce mulier quidem
3 omnibus anteponitur, † non respectu totius, sed dimidiæ tantum summæ, cum pro parte altera nempe pro quinquaginta tertio in prioritatis jure cesserit, idque expeditum est propter text. *in l. Titius. 9. §. Titius. 1. l. Paulus respondit. 12. ff. quib. mod. pign. vel hypoth solv.* Andr. Rauchb. *part. 1.*
4 *quæst. 34. num. 37.* † *Sed num statim tertius succedat mulieri pro alterâ parte, cujus ratione voluntate mulieris hypothecam fuit consecutus, dubio*
5 *non caret.* † Existimare equidem quis posset, secundo loco esse Creditorem secundum, ac tertio demum tertium, cui mulieris voluntate pignus quæsitum fuit, & quando is quinquaginta acceperit, succedere ei mulierem respectu alterius dimidiæ partis, ac quarto præferri, cæterisque insequentibus Creditoribus,
6 † quod sensisse videntur Andr. Rauchb. *dict. loc. ubi allegat* Salyc. *in l. 3. n. 2. C. de remiß. pignor.* Negutz. *in tract. de pignor. 3. membr. 6. part. princ. num. 13.* Molin. *de usur. quæst. 89.*
7 *n. 685.* † At contrarium placuit Scabinis Lipsiensibus, Mulieri scilicet, solutis ei quinquaginta florenis, tertium statim succedere, postea secundum Creditorem, dehinc mulierem respectu alterius dimidiæ
8 partis, † ita ut mulier tertio, cui renunciavit, quoad quinquaginta florenos, locum relinquat, ac vicissim horum ratione in ejus classem succedat, nec per id intermedii secundi Creditoris causa melior efficia-
9 tur. † Videtur enim inter mulierem & tertium Creditorem hoc fuisse actum, ut jus hypothecæ prioris, quod mulieri competit, cedatur Creditori,
10 in cujus locum mulieri vicissim substituatur. † Semper autem sequimur in contractibus id, quod actum est, *l. semper. 34. ff. de reg. jur. l. 1. §. 1. ff. de pact.*
11 † Idque hodiè minus dubium habet, propter text. in Ordin. proceß. judic. Saxon. Elector. *tit. 46.*
12 §. Darum wollen wir/ ꝛc. † Quod tamen non aliter intellectum velim, quam si mulier ex solo jure prioris hypothecæ certet adversus reliquos Creditores hypothecarios, non etiam ex jure prælationis, quô & iis præfertur, qui priorem habent tacitam
13 hypothecam, † Hoc enim jus prælationis alteri non potest cedi, §. *fuerat. 29. ubi* Schneidewin. *num. 30. Inst. de act.* Dyn. *in l. si minoris. 25. ff. de administr. tutor.* Jason. *in l. si constante. 24.*
14 *num. 231. & sequentib. ff. solut. matrim.* † Quare nec renunciatio mulieris obesse poterit Creditori, cui prius bona debitoris tacitè sunt obligata, quo minus tertio Creditori præferatur.

Ita Domini in causa creditorum Christophori Klußners zu Grünhain / Mens. Augusto. Anno 1621. [Verba sententiæ: Zum dritten des Schuldeners Wittibe 150. fl. eingebrachtes Gut / iedoch bescheidentlich/ und also/ daß hiervor Catharina Türckin wegen 37. fl. 7. gr. gegen welcher sie aller ihrer Gerechtigkeit in ihres Mannes Gütern renunciret/ befriediget werde. Zum vierdten Paul Klußner 20. fl. Zum fünften des Schuldeners Wittibe 37. fl. 7. gr. so Catharina Türckin liquidiret/ an welcher statt sie getreten/ ꝛc.]

Et in causa Georgii Wagners zu Leipzig/ Mense Junio, Anno 1596. [Verba sentent. Und dann von demjenigen/ was dem Weibe zu Recht zuerkannt/ bemeldten Creditorn/ gegen denen sie Verzicht gethan/ auf ihre Bezahlung billich gefolget wird/ ꝛc.]

Item in causa Creditorum Christophori Reinickens ad consultationem Hans Georg Plötzens auff Thalwitz/ Mens. Febr. Anno 1634.

Definit. XVII.

Mulier non pro marito, sed pro extraneo intercedens, absque juramento obligatur, etiam quoad bona dotalia.

HActenus de renunciatione ac intercessione 1
mulieris pro marito factâ, in quâ cautiùs
agendum, ut ex præcedentibus apparet. † Facilius 2
autem obligatur mulier pro alio quovis extraneo
intercedens, ubi notanda hæc regula; † Quod mu- 3
lier quævis pro alio, quàm marito intercedens eff- „
caciter obligetur; etiamsi absque juramento, bene- „
ficio SCti Vellejani renunciaverit, *l. ult. §. fin. ff. ad* „
SCtum Vellejan. hâc Constit. *ubi* Dan. Moller. *in*
pr. Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 34. n. 5.* Joh. Zan-
ger. *de except. part. 3. cap. 11. num. 115. & seqq.* † In- 4
differenter siquidem mulieres, sive solutæ sint sive
maritatæ, pro extraneo absque juramento intercedere, & se suaque bona obligare, nec non hypothecæ, quam in bonis alicujus debitoris habent, renunciare, eamque remittere possiunt, Matth. Berlich.
p. 2. concl. 21. num. 47. † Modò quatuor hæc requi- 5
sita probè observentur: (1.) Ut mulier sive maritata
sive soluta renuncians sit major natu. (2) Ut Curatoris consensu atque autoritate. (3.) In judicio.
(4.) Beneficio SCti Vellejani renunciet, *hâc* Const. 6
16. in pr. & circa fin. † Quæ requisita etiam in intercessione mulieris pro extraneo factâ necessariò
& de formâ substantiali requiruntur, Berlich. *dict.*
concl. 21. num. 2. Rauchbar. *dict. loc. num. 79.* Illud tantummodo in controversiam vocatur, † *an* 7
ejusmodi renunciatio mulieris pro extraneo facta
absque juramento, valida quoque & efficax sit quoad bona dotalia in foro Saxonico? † Quod negat 8
Johan. Zanger. *dict. cap. 11. num. 179. per hanc* Constit. *16. in verb.* Jedoch *extra res dotales &c.* ubi
juramentum mulieris exigitur. † Verùm, ex toto 9
hujus Constitutionis contextu apparet, quod verba
illa intelligi debeant de eâ renunciatione & intercessione, quam mulier facit pro marito, non pro
extraneo. † Quod & manifestè probant verba *in* 10
vers. Auch Jungfrauen und Wittben / ꝛc. Nisi
quis dicere velit, Virgines etiam habere bona dotalia, donationem propter nuptias & dotalitium,
† quod tamen absurdum est, ut probè notat 11
Berlich. *dict. concl. 21. numer. 48.* rectè asserens,
mulierem maritatam pro extraneo intercedentem, absque juramento, etiam bona dotalia obligare, siquidem hoc casu metus reverentialis cessa-

11 sat, † qui aliàs mulierem ad intercedendum pro marito facilè inducere potest, ob quem intercessio quoad bona dotalia, non nisi jurata valet, Salycet. *in Auth. si qua mulier. n. 3. C. ad SCtum Vellejan.* Andr. Rauchb. *dict. qu. 34. n. 9.*

Ita Domini in causa Uxoris Ulrici Wellers zu Pirn/ Mens. Octobr. Anno 1598. [Verba sentent. Hat euer Eheweib sich vor ihren Vetter 180. Thaler halber in Bürgschaft eingelassen/ und dem beneficio SCti Vellejani renunciret. Da nun solche Bürgschaft und Renunciation von ihr Gerichtlichen auff vorgehende Erinnerung in eigener Person/ und mit eurer und ihres Kriegischen Vormundens Verwilligung geschehen/ &c. So wäre gedachte eures Weibes Verpflichtung/ ungeacht daß dieselbe nicht eydlichen geschehen/ zu Recht kräftig/ V. R. W.]

Et in causa Christophori Göltschens zu Tröschau/ Mense Jan. Anno 1597.

Item Nach Podelwitz an Gerichts-Verwalter/ Mens. Aug. Anno 1634.

Definit. XIIX.

Renunciatio mulieris in domo judicis extra locum judicii facta valida non est.

1 EXistimare equidem quis posset, Renunciationem ac intercessionem mulieris extra locum judicii, in præsentia tamen ac domo judicis factam,
2 judicialem ac validam esse ad instar testamenti, † aut donationis factæ coram judice in domo testatoris, Const. Elect. *3. p. 3. l. curent Magistratus. 22. ff. de testib.* Johan. Schneidew. *in §. aliæ. 2. num. 10. Inst. de donat.* Beust. *ad l. admonendi. 31. num. 489. ff. de jurejur.* † Nam & acta judicii intelliguntur
3 ibi esse, ubi aliquid fit autoritate judicis, quocunq; loco, etiam extra judicium, *l. 5. ff. de manum. vindict.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. qui test. fac. poss. num. 10.* Jason *in l. is apud quem. 2. num. 4. C.*
4 *de edendo.* † Quin & renunciatio ac intercessio pro alio absque dubio est actus voluntariæ jurisdictionis, qui aliàs coram judice ubique locorum, non solùm in judicio, sed etiam extra illud expediri potest, *§ servi verò à Dominis. 2. Inst. de libert. §. præterea. 6. Institt. quib. mod. jus patr. potest. solv. l. 2. ff. de offic. proconf. l. 8. C. de feriis. l. 3. C. de emancip. liber.* † At, clara sunt verba *hujus* Const. *in fin.*
5 §. Ob nun wol/ *ibi:* Und *in judicio* ergiengen und fürgenommen würden/ &c. Ex quibus lucu-
6 lenter patet, † tùm demum renunciationem mulieris valere, si in judicii loco, non etiam in judicis domo facta fuerit. † Et judex, nisi sedeat pro tribunali, dicitur intervenire tanquam privatus, ejusque autoritas interposita nihil operatur, nec in actu voluntario, nec necessario, ubi requiritur autoritas judicis, Bursat. *consil. 307. n. 85.* Herm. Vultej. *vol. 1. conf. Marp. 34. n. 55.* † Quamvis secus res se habeat, si justâ ex causâ mulier in judicio se sistere impedita, ex
9 judicio Scabinos quosdam vel Decuriones ad se accersat, & coram illis pro alio intercedat; † Ejusmodi namque intercessionem valere, usus probat quo-
10 tidianus; † Veluti etiam de obligatione judiciali Scabinorum ex loco judicii, jura de testamentis, ac donationibus antea allegata sunt accipienda, ut probat *dict.* Const. Elect. *3. p. 3. ubi* Dan. Moller.

Ita Domini ad consultationem Johannis Niesens zu Schmiedeberg/ Mens. Novembr. Anno 1619. [Verba sentent. Da aber dennoch solche des Weibes Renunciation nicht vor dem Rath oder Gerichten des Orts/ und also in judicio, sondern nur in des damaligen regirenden Bürgermeisters Behausung und Wohnstuben/ dahin sie gefodert worden/ geschehen/ &c. So mag auch angezogene Renunciation für beständig nicht geachtet werden/ &c.]

Definit. XIX.

Non valet renunciatio ac intercessio mulieris, nisi prius de beneficio SCti Vellejani certiorata, ita ei expressè renunciaverit.

INdubitati juris est, mulierem beneficio SCti 1
Vellejani firmiter non renunciare, priusquam de hoc certiorata fuerit, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 77. n. 3.* † Quippe mulier præsumitur ignorare jus su- 2
um ac beneficium SCti Vellejani, *l. 1. §. ult. ff. de edend. l. regula. 9. post pr. ff. de jur. & fact. ignor.* Menoch. *lib. 3. præs. 82. n. 6.* † Juri autem ignoto 3
nemo renunciare videtur, *arg. l. 6. §. 8. ff. quæ in fraud. credit. l. mater decedens. 19. vers. cæterum si quis. ff. de inoffic. testam.* † *At num in foro etiam* 4
Saxonico, solennitas certiorationis hodie requiratur, disceptari solet. † Sanè idipsum negant Dan. 5
Moller. *hic n. 14. & seqq.* Andr. Rauchb. *p. 1. qu. 34. n. 76.* Valent. Franc. *in tract. de fidejuss. cap. 2. n. 201.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 7. n. 513.* † propter- 6
ea, quod Constitutio *hæc* Electoralis certiorationis mentionem non faciat. † Sed fragile admo- 7
dum hoc argumentum est, sufficit namque de jure communi certiorationem SCti Vellejani ad renunciationem & intercessionem mulieris maximoperè requiri, ut modò dictum fuit; † Quod quia *hâc* 8
Constitutione expressè correctum non est, cur in foro Saxonico stare prohiberetur, *l. 32. in fin. C. de appellat. l. sancimus. 27. C. de test.* † Rectius ita- 9
que meo judicio sentit Johan. Zanger. intercessionem mulieris ne quidem in foro Saxonico validam haberi, nisi de beneficio SCti Vellejani certiorata, ei renunciaverit, *in tract. de except. part. 3. cap. 11. num. 204.* (ubi ita à Wittebergensibus pronunciatum testatur) quem sequitur Matth. Berlich. *p. 2. concl. 21. num. 20.* † Nec obstat ratio Molleri, quod 10
in renunciatione judiciali, ut & jurata, cui Saxonica renunciatio æquipollet, certioratio non requiratur. † Utrumque enim falsum esse, pa- 11
tet extraditis Anton. Tessaur. *decis. 222. num. 6. & num. 11. 12. &* Berlich. *dict. part. 2. concl. 19. num. 37. & 40.*

Ita Domini ad consultationem Wolffgangi Kotzels zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1177. [Verba sententiæ: Ob sich gleich euer Eheweib für Hans Schirmern in Bürgschaft eingelassen/ Da sie aber dennoch des beneficii SCti Vellejani, auff vorgehende nothdürfftige Erinnerung/ sich beständiglich nicht verziehen hätte/ &c. So wäre solche Verpflichtung zu Recht unkräftig/ &c.]

Et ad requisitionem Johannis Pelsens zu Zwickau/ Mens. April. Anno 1632. [Verba sent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß benemte Wittibe bey beschehener Intercession für ihren Eydam/ des beneficii SCti Vellejani erinnert worden/ noch demselben gebührlich renunciret habe/ So mag auch angeregte Intercession und Verpfändung für beständig nicht gehalten werden/ &c.]

DEFINIT. XX.

Renunciatio mulieris pro marito facta non præjudicat mulieri, quoad bona alia marito nunquam illata.

1 FAllunt certè, qui renunciationem mulieris, pro marito debitore factam, ad quævis & singula mulieris bona extendunt, ita ut ea, qualiacunque etiam sint, pro marito exsolvere teneatur: † Hoc
2 enim si verum esset, renunciationem à Constituto parùm differre dixerim, quippe quod utroque casu
3 mulier constitueretur debitrix principalis. † Sed quàm multùm differat renunciatio à Constituto, vel inde patet, quod hoc incommodum majus, quàm ipsa etiam fidejussio in se comprehendat, ut
4 notat Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 18. n. 5.* † Effectus verò renunciationis in eo solummodò consistit, ut mulier Creditoribus, quibus facta est renunciatio, haud præferatur in repetitione bonorum il-
5 latorum, † nempe quod jus hypothecæ & prælationis abdicaverit, *b.* Const. *16.* Johan. Zanger. *de except. part. 3. cap. 11. num. 179.* † Ergò non præ- 6
judicabit renunciatio mulieri in bonis, marito nunquam illatis, quippe quæ nec à marito repetere, nec quorum ratione illum jus hypothecæ vel prælationis prætendere valet. † Quin & ea est natura re- 7
nunciationis, ut nec ad alias personas, nec ad res alias, quàm de quibus nominatim actum est, extendatur, Nicol. Boër. *quæst. 23. num. 9. adfin.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 21. defin. 15. num. 2.*

Ita Domini in causa Hansen Kalbens zu Leipzig / Mense Febr. Anno 1636. [Verba sententiæ: Ob nun wol des Schuldeners Eheweib in solche Schuld gewilliget/und sich ihrer Weiblichen Gerechtigkeit begeben. Dieweil aber dennoch obgedachte 200. fl. ihrem Ehemanne niemals zubracht/ sondern vor sich behalten / und von dem Ihrigen die Zahlung zu leisten nicht gewilliget/ &c. So mag sie auch kraft ihrer Verwilligung von berührten 200. fl. vor ihren Ehemann etwas zu zahlen nicht gedrungen werden/ V.R.W.]

CONSTITUTIO XVII.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann der Bürgen Verzicht und Renunciationen general seyn/ ob sie dadurch aller Rechtlichen Wohlthaten verlustig werden?

ES haben die Bürgen in Rechten etliche Wohlthaten / als Excussionis, Divisionis, Cedendarum actionum, &c. derer sie sich gebrauchen mögen/ wofern sie denen nicht renunciret.

Nun ist Zweifel gewesen/ ob durch eine allgemeine general-Verzicht die Bürgen von diesen Wohlthaten werden ausgeschlossen/oder aber ob in specie und ausdrücklichen solche Wohlthaten müssen angezeigt/ und denen also wissentlich Verzicht geschehen.

In diesem haben die Schöppenstüle wider einander gesprochen / etliche seynd der Meynung / daß durch die General-Verzicht den Bürgen solche Wohlthaten benommen werden/ und daß nicht nöthig sey / deren in specie und ausdrücklich zu gedencken.

Etliche aber seynd der andern opinion, daß ungeachtet solcher distinction nothwendig sey / daß die Bürgen in specie sich derselben begeben/ und daß sie durch eine general- und allgemeine renunciation nicht sollen gefähret werden.

Damit aber diese Dinge zur Gewißheit gelangen / so lassen wir uns die letzte Meynung gefallen / nemlich/ daß in solchen Fällen eine ausdrückliche und specificirte Renunciation erfodert werde/ und zu diesem Ende keine General-renunciation, wann gleich dieselbige auff die Wohlthaten / so den

Generalis renunciatio fidejussores à beneficiis ipsis competentibus an excludat?

HAbent fidejussores quædam à Legibus beneficia, ut Excussionis, Divisionis, Cedendarum actionum, quibus, si non renunciârunt, se tueri possunt.

Dubitatum autem de renunciatione fuit, an generalem illam esse sufficiat, an verò necesse sit, ut expressam & specificam beneficiorum mentionem facientes fidejussores, scientes & prudentes iis renuncient.

Et Scabinatus quidem ipsi in diversas sententias discesserunt, nonnullis generalem renunciationem sufficere existimantibus, aliis contrà expressam & specificam requirentibus. Quo igitur certi quid de eo habeatur, nec posteriorem hanc opinionem probantes, per solam generalem renunciationem fidejussores sibi non præjudicare volumus, etiamsi in genere beneficiorum, quæ ipsis concessa sunt, mentio in renunciatione facta fuerit, nisi uni alicui beneficio, vel pluribus etiam, nominatim & in specie renunciantes, generalem deinde renunciationem subjiciant. Tùm enim etiam reliquis non expressis renunciatum censebitur, quod judicia Curialia seu Provincialia nostra, quemadmodum & Collegia Facultatum Juridicarum & Scabinatuum in judicando observare volumus.

Bürgen

Bürgen in Rechten gebühren/in gemein gerichtet/nicht statt haben soll/ iedoch mit dieser restriction, wann einem oder mehr beneficien in specie renunciret/und solcher specification eine generalis renunciatio angehenget würde / daß alsdann auch dadurch andere mehr special-Wohlthaten begriffen/ und sich der renunciant aller beneficien zugleich begeben und verziehen haben soll/ darauff also unsere Hof-Gerichte/ Facultäten und Schöppenstüle erkennen sollen.

DEFINITIONES.

1. *Renunciatione generali nemo excluditur à beneficiis fidejussorum, etiamsi omnibus ac singulis juris ac Legum beneficiis, quæ fidejussoribus competere possunt, renunciaverit.*
2. *Expresso uno vel altero beneficio, generalis renunciatio quoad reliqua omnia effectum sortitur, sive præcesserit, sive subsecuta fuerit renunciationem specialem.*
3. *Generalis renunciatio annexa speciali, tùm demum effectum sortitur, si in specie fidejussorio alicui beneficio fuerit renunciatum.*
4. *Non præjudicat fidejussoribus renunciatio beneficiorum, de quibus in specie non fuerunt certiorat.*
5. *Fidejussio jurata absque renunciatione etiam speciali, excludit beneficia fidejussoribus aliàs competentia.*
   Fidejussor renuncians juribus specialem renunciationem requirentibus, non prohibetur uti beneficiis fidejussoriis, nullo horum specialiter in renunciatione expresso.
7. *Fidejussor indemnitatis gaudet beneficio excussionis, etiamsi huic expresse renunciaverit.*
8. *Non nocet fidejussori renunciatio beneficiorum, si aliud inter contrahentes actum appareat.*
9. *Verba hæc* (Sämtlich und sonderlich/ einer für alle/ und alle für einen) *addita fidejussioni non excludunt beneficium divisionis.*
10. *Fidejussio ac Renunciatio beneficii divisionis in quantum noceat fidejussori, quando ad fidejubendum & renunciandum dolo fuerit inductus.*
11. *Creditor ab uno ex pluribus fidejussoribus, qui divisionis beneficio renunciarunt, virilem portionem recipiens, deinceps reliquos non nisi pro ratâ convenire potest.*
12. *Socii in solidum semper sunt obligati, nec gaudent beneficio divisionis.*
13. *Correis tamen debendi ad exemplum fidejussorum beneficium divisionis competit.*
14. *Correo debendi, qui totum solvit debitum, etiam non factâ cessione, datur actio adversus Correum pro repetitione partis.*
15. *Fidejussori verò solventi solidum absque actionum cessione, nulla alia competit actio adversus confidejussores.*
16. *Post solutionem tamen factam, cessio à Creditore adhuc commodè fieri potest, licet eam fidejussor ab initio petere neglexerit.*
17. *Fidejussori solventi Creditor actiones cedere tenetur, etiamsi is beneficio Cedendarum actionum renunciaverit.*
18. *Ejus partis nomine, quæ ipsum fidejussorem solventem contingit, actio ei cedenda non est.*
19. *Fidejussor conventus à confidejussore, beneficio divisionis uti potest, nisi huic expresse renunciaverit.*
20. *Uno ex pluribus fidejussoribus solvendo non existente, damnum hoc reliquis confidejussoribus omnibus pro ratâ accrescit.*
21. *Electo uno ex confidejussoribus, reliqui per id non liberantur, priusquam à fidejussore convento debitum plenariè fuerit solutum.*
22. *Creditor non tenetur cedere fidejussori jus suum, antequam totum debitum fuerit solutum.*
23. *Fidejussor damna & expensas à Confidejussoribus quatenus repetere possit.*

Definit. I.

Renunciatione generali nemo excluditur à beneficiis fidejussorum, etiamsi omnibus ac singulis juris ac Legum beneficiis, quæ fidejussoribus competere possunt, renunciaverit.

TRiplicem vulgò faciunt speciem renunciationis: † *Generalissimam*, quâ renunciatur omni 1
legum auxilio & beneficio: † *Subalternam*, quâ 2
renunciatur certo generi beneficiorum, veluti beneficiis fidejussoriis: † *Specialissimam*, quâ certo 3
cuidam beneficio renunciari solet. De hac posteriori nemo dubitat, quin permisso jure renunciandi sortiatur effectum. † Quod idem, solâ generalis- 4
simâ exclusâ; de intermediâ seu subalternâ renunciatione asserendum, vulgò existimant, ut scilicet per hanc efficaciter quoque renuncietur, utcunque nulla species fuerit expressa, Jacob. Thoming. *decis. 1. num. 14. & seqq.* Anton. Hering. *in tract. de fidejuss. cap. 17. num. 39. & seqq.* Valent. Franc. *de fidejuss. cap. 5. num. 346. & seqq.* Frider. Pruckman. *vol. 2. consil. 3. num. 38. & seq.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 10. n. 445. & seqq.* † Eaque sen- 5
tentia de jure civili videtur verissima; † Etenim 6
quia remedia fidejussoria sub uno genere continentur, subalternam renunciationem nihil operari, perquàm fuerit absurdum, cum præsertim hoc genus paucas sub se contineat species, & ferè tantùm tres: Ordinis, Divisionis ac Cessionis. Attamen † in terris Electoratus Saxonici res expedita est, 7
quod per solam renunciationem specialissimam, non etiam per subalternam aut generalissimam à beneficiis fidejussores excludantur, *h.* Constit. *17. §.* Damit aber. † Licet ergò fidejussor renunciave- 8
rit omnibus ac singulis beneficiis juris ac Legum, quæ fidejussoribus competunt ac competere possunt, nihilominus tamen exceptionibus fidejussoriis se tueri poterit, *dict.* Const. *vers.* Wenn gleich dieselbige auf die Wolthaten / so den Bürgen in Rechten gebühren/ in gemein gericht / &c. † Sunt 9
namq; fidejussoriæ exceptiones de naturâ actûs; quibus propterea nunquam videtur renunciatum, nisi cum specialiter fuerit renunciatum, Ant. Fab. *in C. lib. 8. tit. 27. defin. 31. n. 3.* † Nec ad rem pertinet, 10
quod alioqui futurum sit, ut subalterna renunciatio nihil operetur. † Id enim tolerabilius est, quàm ut 11

admittamus, valere eam posse in vim specialis Renunciationis, cùm specialis requiritur, Cravet. *con-*
12 *sil. 63. n. 6.* † Quodsi quis regerat, specialem renunciationem per errorem & imperitiam Notarii potius, quàm defectu voluntatis omissam videri, quippe quæ vulgò in omnibus ferè fidejussionibus apponi
13 soleat, *arg. l. ult. C. de fidejuss.* sciat is, † omissa à Notario nunquam suppleri, Anton. Fab. *dict. de-*
14 *fin. 31. n. 7.* † Sicuti nec clausula Constituti aut Codicillaris, Bart. & Dd. *in l. 1. ff. de jur. Codicill.*
15 aliæve similes. † Nil enim prohibet, ita quem fidejubere & quidem utiliter, ut tamen exceptiones fidejussorias sibi salvas esse velit, Fab. *dict. loc. n. 9.*

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris zu Meissen/Mense Augusto, Anno 1595. [Verba sentent. Ob wol Andreas Schmidt sich in Bürgschaft eingelassen / und für den principalen die Zahlung zu leisten versprochen/ dergestalt / daß ihme darwider kein Geist- noch Weltlich Recht/Privilegia, Statuten/ Freyheiten und Gewohnheiten/ so sonsten den Bürgen zu statten kommen möchten/schützen noch handhaben solten. Dieweil er aber dennoch sich des beneficii excussionis in specie nicht begeben/ꝛc. So mag er auch solcher Bürgschaft halber ohne vorgehende gebührliche excussion des selbschuldigens beständiger Weise nicht belanget werden/ V. R. W.]

Definit. II.

Expresso uno vel altero beneficio, generalis renunciatio quoad reliqua omnia effectum sortitur, sive præcesserit, sive subsecuta fuerit renunciationem specialem.

1 NEc generalissima, nec subalterna renunciatio fidejussores excludit à beneficiis, jure ipsis competentibus, ex Constit. *hâc Illustrissimi Electo-*
2 *ris Defin. præced.* † Quam tamen notabiliter limitat in casu, quo beneficiis quibusdam in specie enumeratis subjicitur Renunciatio generalis, putà: Renuncio beneficio divisionis & omnibus aliis be-
3 neficiis. † Tùm enim per hanc subjectam renunciationem non tantùm beneficio divisionis, sed etiam reliquis beneficiis, fidejussoribus competentibus, putà, Excussionis & Cedendarum actionum, & è contra renunciatum videtur, *vers.* Jedoch mit dieser *Restriction.* Dan. Moller. *hîc numer. 1.* Johan. Köpp. *decis. 53. num. 12.* Valent. Franc. *de Fidejuss. cap. 5. num. 355.* Matth. Coler. *de proceß. exec. part. 1. cap. 18. num. 449.* Wesenb. *part. 3. conf. 10. n. 28.*
4 † Idque verum existimo, sive specialis renunciatio præcedat, & subsequatur generalis, de quo casu ver-
5 ba Constit. loquuntur; † sive præcedat generalis & subsequatur specialis, putà: Renuncio omnibus omninò beneficiis juris atque privilegiis, & in specie beneficio divisionis, cum Dan. Moller. *hîc in*
6 *fin.* † Nec enim inter casus hosce distinctio facienda, quæ diversum juris effectum gignere possit;
7 † Sed utroque casu, generalis renunciatio juncta speciali, ad omnes omninò exceptiones fidejussorias extenditur, ex mente & voluntate contrahen-
8 tium, † quæ potissimum attendi debet, *l. 1. §. 1. de pact. l. semper. 34. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in causa Ludolphi Hasens/ Mens. Martio, Anno 1627. [Verba sententiæ: Wann nun gleich bemeldter Bürge das Beneficium divisionis vorschützen möchte. Dieweil aber dennoch beyde Bürgen sich aller exception und Behelff / wie die Namen haben mögen/ nichts ausgeschlossen / insonderheit aber des beneficii excussionis kräftiger Weise verziehen und begeben / ꝛc. So hat sich auch vorgedachter Bürge mit dem beneficio divisionis nicht zu behelffen / sondern er ist euch die gantze Forderung zu zahlen schuldig/ V. R. W.]

In causa Johannis Georgii von Schönbergs zu Wingendorff/ Mens. Jul. Anno 1634. [Verba sent. Dieweil aber dennoch obbemeldte selbstschuldige Bürgen nebenst dem beneficio divisionis auch allen andern beneficien renunciret / in welchem Fall vermöge Churfl. Sächß. Constitution die generalis renunciatio alle beneficia fidejussoria ausschleust/ꝛc.]

Et in causa Rudolphi à Ponickaw, Mens. Novembri, Anno 1635.

Definit. III.

Generalis renunciatio fidejussorum annexa speciali tùm demum effectum sortitur, si in specie fidejussorio alicui beneficio fuerit renunciatum.

REnunciationem generalem fidejussores à be- 1
neficiis juris excludere, si uni vel alteri in specie fuerit renunciatum, dixi Defin. *præced.* † Puta- 2
re hinc aliquis posset, satis ad hoc esse, si commune quoddam omnibus contrahentibus beneficium verbis specialibus exprimatur, putà: Pacti usurarii, rei non sic, vel aliter gestæ, Erroris calculi, &c. † Sed ne quempiam hæc opinio decipiat, notan- 3
dum est, renunciationi generalissimæ, annexæ speciali, tùm demum jura effectum tribuere plenarium, si fidejussor in specie renunciaverit el beneficio, † quod aliis beneficiis fidejussorum simile est. 4
Ut putà, si renunciaverit in specie beneficio divisionis vel cedendarum actionum; Tunc per subjectam generalem renunciationem etiam beneficio excussionis, & è contra renunciasse censetur, ut satis liquet ex toto ferè *hujus* Const. contextu. † Se- 5
cus autem, si exprimatur beneficium, quod specialiter in favorem fidejussorum non est indultum, veluti pacti usurarii, simulati contractus, Erroris calculi &c. † Nam tùm generalis renunciatio effe- 6
ctum neutiquam sortitur, nec per hanc ulli beneficio fidejussorio renunciatum videtur, Frid. Pruckman. *vol. 2. consil. 3. n. 38. & seqq.* quem sequitur Matth. Berlich. *part. 2. concl. 22. num. 19.*

Ita Domini in causa Erasmi Scheiblings zu Ostra/ Mense Jun. Anno 1626. [Verba sententiæ: Ob nun bemeldter Bürge sich keines beneficii, so insonderheit denen Bürgen in Rechten zu statten kommen / in specie mit ausdrücklichen Worten begeben/ weniger auch zu befinden/ daß er dessen zuvor gebührlichen erinnert worden wäre/ dannenhero ihme die Renunciatio generalis aller rechtlichen Wohlthaten nicht hinderlich seyn/ noch die vorgeschützte exceptiones excussionis und divisionis benehmen kan/ꝛc.]

Definit. IV.

Non præjudicat fidejussoribus renunciatio beneficiorum, de quibus in specie non fuerunt certiorati.

QUod vulgò dicitur, quêlibet jura sua scire præ- 1
sumi, nec eadem ignorare debere, *l. quod te. 5. in fin. ff. de reb. Cred. l. quisquis. 15. C. de rescind. vend. l. ult. C. de jur. & fact. ignor.* † Id procul dubio verũ 2
est in jurib. apertis & notoriis, *d. l. ult. §. licet. 5. ff. de jur. & fact. ign. d. l. 15. C. de resc. vend.* † Secus verò in 3
juri-

juribus difficilioribus & reconditis. Quum ergò beneficia fidejussoria difficilioris & reconditi juris censeantur, quæ unumquemvis facilè latere possunt,
4 † utique fidejussores iisdem renunciantes, de his certiorari ac edoceri debent, Frider. Pruckman. *vol. 1. conf. 8. n. 102. & vol. 2. consil. 3. numer. 57. & seqq.* Hostiens. *in summ. extr. de fidejuss. §. quando*
5 *cessat. numer. 9.* † in tantum, ut omissa certioratio renunciationem vitiet, Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 440.* Gail. *2. obs. 27. n. 24.*
6 † Nec ad rem pertinet, quod renunciatio facta beneficii certiorationem præsupponat; Quia ejusmodi clausulæ & renunciationes ut plurimum impertinenter de consuetudine Notariorum imperito-
7 rum apponuntur, † ideoque nec in consideratione habendæ sunt, Andr. Gail. *dict. loc.* Valent. Franc.
8 *de fidejuss. cap. 5. num. 357.* † Planè, nisi ex mente & intentione fidejussorum, aliisve circumstantiis de omissione certiorationis appareat, præsumitur eam præcessisse renunciationem, ut propterea hæc fidejussorem à beneficiis excludat, nisi is omissionem certiorationis docere velit.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Weniger auch zu befinden/daß er solches beneficii zuvor gebührlichen erinnert worden wäre/ꝛc.)

Definit. V.

Fidejussio jurata absq; renunciatione etiam speciali, excludit beneficia fidejussoribus aliàs competentia.

1 EVenit quandoq;, ut nullâ prorsus factâ renunciatione vel saltem generalissimâ, juret fidejussor, se omnia & singula in Chirographo, vel tabulis cautionum contenta servaturum, vel quicquam
2 contra ea facturum. † Hunc nihilominus exceptionibus fidejussoriis adversus Creditorem se tueri valere, existimare quis posset cum Johan. Zanger. *de except. part. 2. cap. 16. n. 14.* Valent. Franc. *de fidejuss. cap. 5. n. 362.* Ant. Tessaur. *decis. 166. num. 4.*
3 Ant. Fab. *lib. 8. tit. 27. defin. 31. num. 7.* † Etenim verba illa renunciationem non inferunt, sed observationem promissionis fidejussoriæ, quæ intelligitur in dubio secundum naturam, quam habet ex
4 jure. Et aliàs vulgatissimum est, † quod juramentum non operetur effectum extensivum, sed astringat obligationem, cui adjectum est, *l. ult. C.*
5 *de non num. pecun.* † Utique autem diversa & separata est obligatio fidejussoria à renunciatione, citra quam effectum & vires suas fidejusio habet & retinet. Attamen contraria in praxi valet sen-
6 tentia, † juramentum scilicet in effectu tantundem operari, quantum operatur Renunciatio specialis, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 27. num. 22.* Joh. Köpp. *decis. 53. n. 16. & seq.* Dan. Moller. *hic n. 1. & seqq. & lib. 1. semestr. 16.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 10. n. 395.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 22. n.*
7 *23.* Wesenb. *part. 1. cons. 10. n. 24.* † Eaque communis est & in jure Canonico fundata opinio *c. ex rescripto 9. extr. de jurejur.* A quâ propter religionem juramenti neutiquam recedendum, quippe
8 † quod hoc casu absque dispendio salutis æternæ
9 servari potest, Gail. *dict. loc. numer. 23.* † Nec ad rem pertinet, quod hâc ratione fidejussoris obligatio haud parum augeatur contra *l. Græcè. 8. §. illud 7. ff. de fidejussor.* Nil siquidem prohibet, quò minus fidejussor interveniente jurejurando in duriorem casum obligari queat, Franc. Cremens. *sing. 42.* † Hactenus scilicet, ut tanquam princi- 10
palis debitor, non tanquam fidejussor, obligetur, qui in plus obligari vult, † ut propter jurisjurandi 11
auctoritatem eo modo actus valeat, quo valere potest, Anton. Fab. *in Codic. dict. tit. 27. def. 14.*
† Quamvis nec per juramentum hoc, obligationem 12
fidejussoriam augeri, demonstrat Moller. *dict. loc. num. 3. & 4.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dieweil er aber dennoch / der von ihme unterschriebenen Obligation redlichen nachzukommen/und alle das jenige / so drinnen begriffen/zu halten Eydlichen versprochen / ꝛc. So hat er sich auch dawider der exceptionen excussionis und divisionis zu gebrauchen nicht fug / sondern er ist die vollständige Zahlung unweigerlich zu leisten schuldig/ V. R. W.)

Definit. VI.

Fidejussor renuncians juribus specialem renunciationem requirentibus, non prohibetur uti beneficiis fidejussoriis, nullo horum specialiter in renunciatione expresso.

COnstitutio hæc Saxonica pro formâ essentiali 1
renunciationis requirit, ut expressè & specificè renuncietur alicui beneficio. † Ex quo sequitur, 2
nec illam præjudicare fidejussori, quâ omnibus beneficiis, in fidejussorum favorem inductis, etiam illis juribus, quæ expressam Renunciationem exposcunt, renunciat, Frider. Pruckman. *vol. 2. cons. 3. num. 14. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 22. numer. 16.* † Nam & hæc renunciatio generalis est 3
incerta ac dubia, nec ad certum aliquod beneficium referri potest, † cùm præter exceptiones fidejusso- 4
rias, plura sint jura, quæ specificam renunciationem requirunt, Bartol. *in l. sed & si quis. 4. §. quæsitum. 4. num. 2. & seq. ff. si quis caut. in judic. sist. cauf. fact. ubi &* Jason *n. 1.* † Quin & si aliter diceretur, se- 5
queretur inde, contrahentes *huic* Const. *17.* renunciare posse, quod non facilè quispiam autumaverit, *l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. l. contra juris. 23. ff. de pact.*

Ita Domini in causa Matthæi Dislers zu Oßlaw/Mens. Maj. Anno 1621. (Verba sent. Hat sich Martin Wehner für seinen Nachbar auff 200. fl. gegen euch in Bürgschafft eingelassen/dergestalt/daß / wann der principal-Schuldner nicht zahlen würde/ noch ihr von ihme befriediget werden möchtet/er darfür haffte/und euch Schadloß halten wolte. Ob er nun wohl dar bey aller Rechtlichen Wolthaten/so den Bürgen zu statten kommen mögen/insonderheit auch derer/so eine special renunciation erfodern / ausdrücklichen sich verziehen und begeben / dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß in solcher Renunciation einiges beneficii in specie und mit ausdrücklichen Worten/ immaßen die Churfl. Sächs. Constitution erfodert / gedacht worden/ꝛc. So hat er sich auch mit dem beneficio excussionis nochmahls wohl zu behelffen/ꝛc.)

Definit. VII.

Fidejussor indemnitatis gaudet beneficio excussionis, etiamsi huic expressè renunciaverit.

SPeciale hoc est in fidejussore indemnitatis 1
(Rück-oder Schadlos-Bürgen) ut principali non discusso, conveniri nequeat, etiamsi beneficio excussionis verbis expressis renunciaverit, Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 10. n. 31.* Valent. Franc.

de fidejuſſ. cap. 5. n. 169. Vasq. *illuſtr. controv. l. 1. c. 33. n. 12.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 450.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 27. n. 13.* Joh. Köpp. *deciſ. 53. n. 14. & ſeq.* Caroc. *de excuſſ. bonor. p. 2. quæſt. 14. n. 8.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 27. n. 142.* † Idque naturâ obligationis magis, quam beneficio fi- 2
dejuſſionis receptum eſt. † Nam fidejuſſor in- 3
demnitatis ex conventione ac promiſſione id demum debet, quod à principali debitore exigi ne- 4
quit; † Adeoque imprimis conſtare debet, quantum à principali conſequi poſſit Creditor ad hoc, ut indemnitatis promiſſio locum habeat, *l. decem. 116. ff. de verb. obligat. l. ſi ſtipulatus. 15. §. 1. ff. de fidejuſſ.* Coler. *dict. loc. n. 451.* Andr. Gail. *loco allegat.* † Quæ 5
res efficit, ut nunquam beneficio excuſſionis renunciare liceat, neque renunciatio, ceu contra naturam 6
hujus obligationis facta, ſubſiſtat. † Ut maximè aliàs unicuique permiſſum ſit, juri ſuo renunciare, *l. ſi quis. 29. C. de pact. l. 41. ff. de minor. Novell. 136. cap. 1.* † Ex quo porrò ſequitur, ne quidem jura- 7
tam renunciationem impedire, quò minus hoc caſu excuſſio principalis debitoris præcedere debeat, juxta tradita Eman. Suarez. *in theſaur. recept. ſententt. verb. fidejuſſor indemnitatis. num. 138.* Coler. *dict. n. 451.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſententiæ: So hat bemeldter Bürge / wann er auch gleich dem beneficio excuſſionis ausdrücklichen renunciret hätte / geſtalten Sachen nach / weil er ein Rück- und Schadloßbürge iſt / deſſen ungeachtet / mit der excuſſion ſich nochmals wol zu behelffen / V. R. W.)

DEFINIT. IIX.

Non nocet fidejuſſori renunciatio beneficiorum, ſi aliud inter contrahentes actum appareat.

HAud rarò clauſulæ & renunciationes benefi- 1
ciorum excuſſionis, diviſionis &c. dè conſuetudine, quandoque etiam impertinenter à Notariis imperitis apponuntur inſtrumentis, ut merito non ſemper earundem ratio habenda ſit, Vincent. Caroc. *in tract. de fidejuſſ. cap. 5. n. 357.* Frider. Pruckm. 2
vol. 2. conſil. 3. n. 57. † Quare ſi ex mente & intentione contrahentium, aliisvè circumſtantiis conſtet, fidejuſſores non voluiſſe renunciare beneficiis jure ſibi competentibus, clauſula renunciationis à Notario aliove adjecta iis haudquaquam præjudicabit, Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 27. numer. 24.* Matth. Coler. *de proceſſ. exec. part. 1. c. 10. n. 440.* 3
† Non enim figura literarum, ſed mente & ſenſu noſtro obligamur, *l. non figura. 38. de obligat. & action. l. obligationum ſubſtantia. 3. ff. eod. tit. l. emptione. 3. C. plus val. quod agit.* † Idque omnium 4
maximè procedit, ſi de magno renunciantis præjudicio agatur, Felin. *in cap. ex literis. 3. n. 12. extr. de fid. inſtrum.* † Hinc fidejuſſores, ſolutionis pro- 5
miſſione pro ratâ ſaltem, in inſtrumento factâ, in ſolidum conveniri nequeunt, ut maximè beneficio diviſionis fuerit renunciatum.

Ita Domini ad conſultationem Michaëlis Borners zu Leipzig / Menſ. Januar. Ann. 1586. (Verba ſent. Ob nun gleich die Bürgen dem beneficio excuſſionis und diviſionis, und allen andern Wolthaten der Rechte renunciret / dieweil aber dennoch darneben ein ieder unter ihnen ſich nur allein für ſein Antheil verpflichtet / ꝛc. So mag auch einer allein umb die gantze Summa nicht belanget werden / ſondern ein ieder iſt mit Erlegung ſeines Antheils / ſich der Obligation zu entledigen / wohl befugt / V. R. W.)

DEFINIT. IX.

Verba hæc (Sämptlich und ſonderlich / einer für alle / und alle für einen /) *addita fidejuſſioni non excludunt beneficium diviſionis.*

PLuribus datis fidejuſſoribus, Creditor à ſingu- 1
lis non niſi ratam petere poteſt, ex epiſtola ſcilicet Divi Hadriani, † cui hoc tribuitur à Juſtiniano Imperatore *in §. ſi plures. 4. Inſt. de fidejuſſ. l. inter. 26 ff. eod. tit. l. ult. C. de conſt. pec.* † quamvis 2 3
adſcribatur Epiſtolæ D. Pii *in l. ſi teſtamento. 49. §. 1. in fin. ff. de fidejuſſ.* ut fortè quis exiſtimare poſſit, à ſucceſſore Hadriani Antonino Pio repetitum hoc & confirmatum fuiſſe, † vel autorem ejus fuiſſe 4
Antoninum Pium, qui nomen Hadriani, Patris adoptivi aſſumpſerit, ut ſentit Jacob. Cujac. *in dict. l. 49. lib. 24. quæſt. Papin.* Competit verò hoc beneficium ſive Hadriani, ſive Pii, † fidejuſſoribus, niſi 5
huic expreſsè renunciaverint *hâc* Conſtit. 17. † At 6
quid ſi fidejuſſores hiſce verbis ſe obligaverint (daß ſie ſämmtlich und ſonderlich / einer für alle / und alle für einen / mit ungeſchiedener und ungetheileter Hand hafften wollen / ꝛc.) *An non verba illa, quantũ ad beneficium diviſionis in foro quoque Saxonico,* († de jure namque Civili hiſce verbis beneficium diviſionis excludi, dubio ferè caret juxta tradita Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 17. n. 53.*) *perinde accipienda erunt, ac ſi illi expreſsè & in ſpecie renunciatũ fuiſſet?* † Affirmativam opinionem tuentur Ant. He- 8
ringius *dict. cap. 17. n. 50. & ſeqq.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 220. n. 42. & de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 443.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 22. n. 44.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 1. n. 62.* Matth. Wehner. *in obſerv. pract. verb.* Einer für alle / ꝛc. † Ne- 9
gativam verò Dan. Moller. *hîc num. 11.* ubi allegat Weſenb. *in manuſcript. ad hanc Conſt.* Hartm. Piſt. *obſerv. 112.* Unaquæque ſuas habet rationes & fundamenta, quæ late tractat & examinat Hering. *dicto loco.* † Sane, quid contrahentes ſenſerint, ex ver- 10
bis colligendum erit, quæ ſemper cum effectu, & ut aliquid operentur, intelligenda ſunt, *l. ſi per alium. pen. §. docere. 2. ff. Ne quis eum qui in jus voc. l. 1. §. 1. verſ. hæc autem verba ff. quod quisque juris. l. ſi quando. 109. ff. de legat. 1.* † Quare ne ſupervaca- 11
nea ſint verba fidejuſſioni appoſita, (Sammt und ſonderlich / einer für alle / und alle für einen /) nil certè aliud ſibi velle videntur, quàm quod fidejuſſores beneficio diviſionis uti nolint, maximè ſi generalis renunciatio facta fuerit, Modeſt. Piſt. *part. 4. quæſtion. 163. num. 20.* † Attamen præter dictam 12
juris renunciationem, verba illa in hunc quoque ſenſum rectè accipi poſſunt, fidejuſſores ſcilicet velle quidem in ſolidum eſſe obligatos, ſed ita tamen, ne Creditori integrum ſit, mox unum ex illis eligere, & in ſolidum convenire, ſed quod ipſi ſemel & indiviſim obligati eſſe, & quilibet pro ratâ contribuendo, integram ſummam perſolvere, atque ſic vicem unius perſonæ ſubire velint, vulgò für einen Mann ſtehen. Hartm. Piſt. *dict. obſerv. 112. num. 18.* † Vel 13
quod ſinguli in ſolidum obligati eſſe velint, tunc ſcilicet, ſi reliqui ſolvendo non fuerint, ut explicat verba hæc Simon. Ulric. Piſtor. *in not. ad dict. obſerv.* Hartm. Piſtor. *112. num. 29.* † Cenſetur 14
enim per hæc verba inducta quaſi quædam mutua fidejuſſio, daß einer vor alle haffte / nempe ſi non ſolvendo ſint † Ad quod cognoſcendum excuſſione 15

opus

opus eſt, cui inter ſe fidejuſſores non renunciarunt.
16 † Neutiquam ergò fruſtratoria erunt hæc verba,
17 licet renunciationem non inducant. † Tantumque abeſt, per illa beneficium diviſionis excludi, ut etiam id magis induci videatur juxta modò dicta.
18 † Ita ſcilicet verborum horum intellectus facilè in dubium revocari, & in utramque partem torqueri poteſt: Ut proinde ex illis renunciationem beneficii diviſionis haud deſumendam exiſtimem, ſecundum veriorem opinionem Dan. Moller. & Hartm.
19 Piſtor. † *Tùm*, quod renunciatio, niſi verbis ſpecialibus expreſſa, non valeat, ſiquidem pro formâ renunciationis Conſtit. Electoralis requirit, ut fidejuſſores expreſsè & nominatim beneficiis renunci-
20 ent. † Atqui forma ad unguem obſervari debet, nec per æquipollens adimpleri poteſt, Jaſon. *in l. quid ſi nominatim 1. num. 18. ff. de lib. & poſth.* Ni-
21 col. Boër. *deciſ. 1. num. 44.* † *Tùm* etiam, quia in ſtipulationibus verba dubia pro promiſſore potius & contra ſtipulatorem interpretanda ſunt, *l. quicquid ſtringendæ. 99. ff. de Verb. oblig. at l. veteribus. 39. ubi Dd. ff. de pact.*

Ita Domini in cauſa Henrici Martini zu Kolbiß/ Menſ. Auguſt. Anno 1630. (Verba ſent. Ob ſich wol etliche Perſonen/ von welchen eure Frage meldet / für euren Schuldener gegen euch ſammtlich und ſonderlich / alle für einen/ und einer für alle in Bürgſchafft eingelaſſen/ da ſie aber dennoch dem beneficio diviſionis gebührlichen nicht renunciret hätten; So möchte auch einer allein umb die gantze Summa alſobald von euch nicht belanget werden/ V. R. W.)

Definit. X.

Fidejuſſio ac Renunciatio beneficii diviſionis in quantum noceat fidejuſſori, quando ad fidejubendum & renunciandum dolo fuerit inductus.

1 QUamvis beneficio diviſionis in ſpecie & expreſsè validè renunciari queat, *hâc* Conſt. Attamen renunciatio ſpecialis, ut & ipſa fidejuſſio tum
2 demum nocet fidejuſſori, † ſi non dolo ad fidejubendum & renunciandum inductus fuerit, per text.
3 *in l. ſi Titius. 48. §. ult. ff. de fidejuſſ.* † Hinc ſi quatuor fidejuſſores à Creditore ad fidejubendum pro ſuo debitore fuerint perſuaſi, quaſi adhuc quintus pro eodem debitore eſſet interceſſurus, & ob id in
4 ſpecie renunciaverint beneficio diviſionis; † Tum certè hi, ſi quintus non interceſſerit, pro ratâ iſtius haudquaquam tenentur, nec ultrà quatuor portiones conveniri poterunt, Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 220. num. 48.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 22. num. 49.*

Ita Domini in cauſa Fabiani Sebaſtiani à Panvvitz & Johannis à Peitvvitz zu Dls / Menſ. Febr. Anno 1630. (Verba ſentent. Sie könten denn erweiſen und darthun/ daß ſie die Bürgſchafft-Verſchreibung anderer geſtalt nicht vollzogen/ als in Meynung/ es würde dieſelbe auch von dem fünfften Bürgen vollzogen werden/ derſelbige aber von dem Gläubiger gefährlicher Weiſe ihnen zum Vorfang und Schaden außengelaſſen worden/ auff den Fall wären ſie ſämmtlich / oder einer in ſolidum mehr nicht denn 4. Theil abzutragen pflichtig / das 5. Theil aber möchten ſie zu bezahlen mit Beſtande nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XI.

Creditor ab uno ex pluribus fidejuſſoribus, qui diviſionis beneficio renunciârunt, virilem portionem recipiens, deinceps reliquos non niſi pro ratâ convenire poteſt.

CReditor, qui plures fidejuſſores in ſolidum obligatos habuit, ſi contra unum ex ipſis egerit in ſolidum nullâ factâ proteſtatione, per id non impeditur, quò minus adverſus alios agere poſſit, ut conſequatur ab illis, quod ab hoc conſequi non potuerit, *l. 60. ff. mandati.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 7. num. 3.* † Secus verò ſi ab uno ex 2
fidejuſſoribus, qui beneficio diviſionis expreſsè renunciârunt, virilem ſaltem debiti portionem receperit. † Tum enim à renunciatione receſsiſſe ac 3
obligationem diviſiſſe intelligitur, ita ut non ſolùm deinceps quemlibet non niſi pro ratâ convenire poſsit, † ſed & illud, quod alii confidejuſſores, inopes & non ſolvendo facti debent, ab aliis fidejuſſoribus divitibus petere nequeat, *per text. in l. ſi Creditores. 18. C. de pact.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap. 20. §. 13. n. 8.* Joh. Köpp. *deciſ. 56. num. 16. & ſeqq.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 9. num. 4.* Jacob. Thoming. *deciſ. 47. n. 12.* Frider. Pruck. *vol. 1. conſ. 8. n. 1.*

Ita Domini in cauſâ Johannis è Giebichenſteins / Menſ. Mart. Anno 1597. (Verba ſent. Ob ihr gleich nebenſt andern Mitbürgen wegen 2500. Reichsthlr. euch ſammt und ſonders in ſolidum verſchrieben/ dieweil aber dennoch der Gläubiger euch höher nicht/ als umb euren Antheil gemahnet / denſelben auch von euch bezahlet empfangen/ und angenommen/ ſo iſt er wegen des Antheils anderer eurer Mitbürgen/ ſo nicht zu bezahlen haben / nunmehr euch zu belangen nicht befugt / V. R. W.)

Definitio XII.

Socii in ſolidum ſemper ſunt obligati, nec gaudent beneficio diviſionis.

QUod unus ex ſociis facit proprio, non ipſius ſocietatis nomine, haud venit in rationem ſocietatis, *l. ſi unus. 67. §. 1. ff. pro ſocio.* † Aliter res ſe 2
habet in pecuniâ in communem ſocietatis uſum versâ, quo nomine non minus alter ſocius obligatur, *l. jure ſocietatis. 82. ff. dict. tit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 27. defin. 1. num. 1.* † Sicque accipi- 3
endum, quod paulò generalius ait JCtus Paulus *in l. omne. 27. ff. eod. tit.* omne æs alienum, quod manente ſocietate contractum eſt, de communi ſolvendum eſſe. † Quare nec ſocius beneficium di- 4
viſionis opponere valet, quippe quod ſocii ſemper in ſolidum obligati unam repræſentent perſonam, adeoque ex uno eodemque ſocietatis corpore ſolutio fieri debeat. † De ſubſtantia namque ſocie- 5
tatis eſt communio bonorum, & facit confuſio totum corpus utrique ſocio commune, *l. adeo quidem 7. §. voluntas. 8. ff. de acquir. rer. domin. §. ſi duorum. 27. Inſt. de rer. diviſ.* Joh. Harppr. *ad pr. n. 8. Inſt. de Societ.*

Ita Domini in cauſa Hieronymi Schvveickards zu Leipzig/ Menſ. Julio, Anno 1580. (Verba ſent. Ob nun gleich beyde Geſellſchaffter ſich nicht ſämmtlich und einer vor den andern verſchrieben. So iſt dennoch deſſen ungeacht/ der eine Geſellſchaffter / Hans Wolff / euch auff Begehren die gantze Summa zu zahlen ſchuldig/ und mag ſich mit Entrichtung ſeines Antheils nicht entledigen/ V. R. W.)

Et in

Et in causa Adami Nicolai zu Leipzig/M. Aug. An. 1581.

DEFINIT. XIII.

Correis tamen debendi ad exemplum fidejussorum beneficium divisionis competit.

1 CORrei debendi nunquam vice mutuâ fidejussisse videntur, nisi id nominatim actum fuerit, *l. reos. 11. in pr. ff. de duob. reis.* ut tractat latè Anton. Fab. *lib. 11. conjectur. cap. 2. & seq.* Petr. Heig. *part. 2 1. quæst. 37. n. 5.* † quamvis alii inter Reos socios & non socios, item eos, ad quos pecunia pervenit, vel non, distinguere soleant, Jacob. Cujac. *ad African. tract. 4. in l. 17. §. mulier. 2. ff. ad SCtum Vellejan. & in Novell. 99.* Duar. *in l. si ex toto 8. §. si ita 1. ff. de le-*3 *gat. 1.* † Exemplo tamen fidejussorum ipsis beneficium divisionis competit. Etsi enim, quando plures sunt correi debendi, quilibet in solidum sit 4 obligatus; † Attamen Creditor omnes simul convenire debet, nec ab uno totum debitum exigere potest, obstante divisionis beneficio, *Auth. hoc ita* 5 *C. de duob. Reis.* † Nec jure imputatur à quibusdam Irnerio, quod perperam conceperit *dict. Auth.* desumptam *ex Novell. 99. c. 1.* in quâ non simpliciter de quibusvis duobus Reis, sed in specie de iis tractatur, qui mutuâ vice fidejusserunt, juxta *dict. l. 11. ff.* 6 *de duob. Reis.* † Etenim, quos Imper. Justinianus *in pr. dict. Novell. 99.* appellat alternâ fidejussione 7 obligatos, postea simpliciter Reos vocat. † Quin & ad sanctionem istam decurrere se ait exemplo fidejussorum; Ex qua ratione firmiter ad quodvis Correos inferendum, non solùm quia fidejussores 8 beneficio divisionis utuntur, † sed & quod supervacua esset Constitutio, si tantùm de correis, qui 9 invicem simul sint fidejussores, acciperetur. † Ut sic jure optimo Correis debendi beneficium divisionis tribuendum existimem, nisi huic expressè renunciaverint, secundum communem opinionem Cujac. *in dict. Novell. 99.* Anton. Fab. *lib. 11. conject. 4.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de duob. reis. num. 7.* Joh. Schneidewin. *in §. pen. n. 3. Inst. de duob. reis.* Joh. Zanger. *de except. p. 3. cap. 19. n. 11.* Matth. Col. 10 *de processs. execut. part. 1. c. 10. n. 410.* † At hoc largiri nequeo Wesenb. *dict. loc.* Correos scil. aliter 11 non constitui, quàm si hoc expressè actum sit; † Quoniam Constitutio duorum Correorum ex ipsâ formâ stipulationis & promissionis inducitur, ut vel colligere licet *ex pr. & §. 1. Inst. de duob. Reis.* ubi non semel quæritur: An & quando duo Correi con-12 stitui videantur? † quæ quæstio inepta esset, si circa expressam conventionem duo correi constitui non possent.

Ita Domini in causa Melchior Gablens zu Neusig / Mens. Nov. Anno 1625. (Verba sent. Habt ihr euch nebenst Martin Neumannen gegen euren Nachbarn auff eine gewisse Summa Geldes in solidum verschrieben/Ob euch nun wol als einem Correo debendi das beneficium divisionis, weil nicht zu befinden / daß ihr demselben gebührlichen renunciret/zu Rechte zugestanden/und ihr dannenhero mehr nicht als euren Antheil zu zahlen verpflichtet gewesen/&c.)

DEFINIT. XIV.

Correo debendi, qui totum solvit debitum, etiam non factâ cessione datur actio adversus correum pro repetitione partis.

1 NUllam competere actionem, ne quidem utilem subsidiariam correo debendi, qui totum solvit adversus correum pro repetitione soluti, diffusè tractat Anton. Fab. *lib. 11. conject. c. 6. 7. 8. 12. 17.* † Cujus sententiam verissimam dicit Petr. Heig. 2 *part. 1. q. 37. n. 11.* † Sed æquitatem sequutus Imp. 3 Justinianus Correo totum solventi, facultatem repetitionis largitur *in l. 2. C. de duob. Reis.* † Quam 4 frustra à Triboniano aut inepto Interprete corruptam contendit Fab. *dict. c. 17.* † Nec tanti videntur rationes ab ipso traditæ *in c. 7. dict. lib. 11.* ut non 5 defendi queat, actionem aliquam ipsi competere posse. † Etsi enim hactenus negotium suum gesserit, quod in solidum obligatus fuit, † eo tamen re- 6 7 spectu, quo correum liberat, ipsius simul gerere negotium censetur, ut non absurdè quispiam actionem Negotiorum gestorum correo tribuendam dixerit, † quæ & variis casibus, quibus deficiunt 8 actiones ordinariæ, solet accommodari, *l. 21. & tot. tit. ff. de negot. gest.* † Quamvis aliàs Interpp. non 9 quidem certam aliquam & nominatam, sed solùm utilem & subsidiariam ex æquitate hoc casu dent actionem, atque officii judicis implorationem, Heig. *dict. q. 37. n. 11.* Wesenb. *in parat. ff. de duob. reis. n. 7.* Matth. Coler. *de process. execut. p. 1. c. 10. n. 422.* † Et sanè, factâ solutione totius debiti ab uno 10 correorum, quasi retro ad alium pecunia perveniisse per eum videtur: †, Quæ sola æquitatis ratio facit, 11 ut actio detur in specie, *l. 32. ff. de reb. Credit.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber dennoch dem Gläubiger die gantze und vollständige Summa allein vor euch ausgezahlet hättet/&c. So wäret ihr die Helffte solches Geldes/unangesehen euch der Gläubiger seine action und Forderung nicht cediret, von eurem correo hinwiederumb zu fodern wol berechtiget/V. R. W.)

DEFINIT. XV.

Fidejussori verò solventi solidum, absq; actionum cessione, nulla alia competit actio adversus fidejussores.

MAgis sunt privilegiati correi debendi, quàm 1 plures fidejussores. Illis enim triplex remedium inter seipsos competit: † Unum est beneficium 2 Epistolæ D. Hadriani; Secundum, Cedendarum actionum; Tertium, quod habeant utilem actionem etiam absque cessione, Defin. *præced.* † Fidejussori- 3 bus autem, etsi prima duo beneficia cum correis communia sint, tertium tamen denegatur; † Nec 4 prodita est actio ipsis adversus confidejussores pro repetitione portionum, quas pro eis expossuerunt *l. ut fidejussor 39. ff. de fidejuss. l. cum alter. 11. ubi* Gloss. & Dd. *comm. C. eod. tit.* Petr. Heig. *part. 1. q. 38. n. 1.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 1. c. 10. n. 423.* Joh. Schneidew. *ad §. si plures 4. num. 22. Inst. de fidejuss.* Hart. Pist. *l. 1. q. 48. n. 3.* † At unde juris hujus diver- 5 sitas? † Certè vel ipsa necessitas hanc introduxit, ne 6 scilicet correo solidum solventi omnis denegaretur adversus correum regressus: † Etenim quia plurium 7 principaliter obligatorum una & eadem censetur esse obligatio, *l. 3. ff. de duob. Reis.* utique & solutio pro totâ obligatione facta videtur. † Quâ extinctâ, nil restat de eâ, quod cedi queat: Ut ita ad u- 8 tilem negotiorum gestorum actionem confugere necesse sit. † Aliter verò res se habet in acces- 9 soriè obligatis; Nam quia fidejussor suo tantùm nomine solvere censetur, † salva remanet obli- 10 gatio debitoris principalis, & consequenter etiam fidejussorum, quæ solventi fidejussori adversus confidejussores cedi potest, ut utili negotiorum gestorum actione, hoc casu haudquaquam

sit

ſit opus, Hartm. Piſtor. *obſerv. 157. num. 4. & ſeqq.*
10 † Beneficio itaq; Cedendarum actionum fidejuſſo-
ri conſultum eſt: Conventus enim tueri hâc excep-
tione ſe poteſt, ne, antequam cedantur ſibi à Cre-
11 ditore actiones, ad ſolutum compellatur. † Et
quidem petit hoc caſu fidejuſſor à Creditore, ut ſibi
detractâ ſuâ portione rurſus actiones contra debi-
torem principalem & contra confidejuſſores cedan-
tur, *l. cum is, 36. l. fidejuſſoribus. 17. ff. de fidejuſſ. l.*
cum alter. 11. C. eod. tit. Hartm. Piſtor. *lib. 1. qu. 48.*
n. 1. Petrus Heig. *diſt. q. 38. n. 5.* Dan. Moll. *lib. 3. ſe-*
12 *meſtr. 15.* † Nec levis eſt hujus beneficii utilitas,
cum ſic indemnis conſervetur fidejuſſor, ſi fortè Re-
13 us principalis non ſit ſolvendo. † Non enim ſatis
eſt, fidejuſſori inſtrumentum debiti à Creditore tra-
ditum eſſe, niſi & verbis expreſſis actiones ceſſæ fue-
rint, factâ ceſſionis mentione in Quietantiâ, aliove
14 modo probatâ; † quod benè in praxi notandum
dicit Heig. *diſt. q. 38. numer. 53.* Joh. Zanger. *de ex-*
15 *cept. p. 2. c. 16. n. 45.* † Sicuti & è contrario absque
inſtrumenti ſeu obligationis redditione vix ulla ceſ-
ſionis utilitas conſtare poteſt, nempe quia redden-
dum eſt inſtrumentum debitori, cum ſolvit, *l. ult.*
C. ad exhib. Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 27. defin.*
17. in fin.

Ita Domini in cauſa Caſpar Schellers zu Nöblingen / M. Mart. Anno 1631. (Verba ſent: Habt ihr euch für Andreas Gartzen wegen 1000. fl neben ſt noch andern zweyen Perſonen in Bürgſchafft eingelaſſen / und als der Schuldener ſeumig geweſen / und der Creditor auff euch als einen Bürgen gedrungen / habt ihr ohne Zuthun der zweyen Mitbürgen die Zahlung berührter 1000. fl. allein geleiſtet. Ob euch nun wol beniemter Creditor bey beſchehener Zahlung ſeine actionem nicht cediret und abgetreten / euch auch ſonſten gedachte eure Mitbürgen hinwiederumb pro ratâ zu belangen / einige andere Actio zu Recht nicht zu ſtatten kömmt / ꝛc.)

Definit. XVI.

Poſt ſolutionem tamen factam, ceſſio à Creditore adhuc commodè fieri poteſt, licet eam fidejuſſor ab initio petere neglexerit.

1 MUltum ergò quia fidejuſſoris ſolventis inter-
eſt, cedi ſibi actiones à Creditore adverſus
principalem debitorem & confidejuſſores, Definit.
2 *præced.* † utique non facta hujus beneficii renun-
ciatione, re adhuc integrâ, antequam ſolvat quic-
quam actionum ceſſionem petere, vel ad minimum
de eâ paciſci debet, Petr. Heig. *part. 1. q. 38. num. 10.*
3 † *Quid autem, ſi hoc facere neglexerit, & ceſſione*
haud impetratâ, ſolidum ſolverit, num à repetitione
portionum, quas pro confidejuſſoribus expoſuit, pla-
4 *nè excluſus erit?* Ita videbatur dicendum; † Factâ
namque ſolutione omnis ſublata eſt Obligatio, &
nulla amplius adverſus confidejuſſores penes Cre-
ditorem remanet actio, adeoque nec ullam, ut ma-
ximè velit, cedere poteſt actionem, quippe cujus vo-
luntas non poteſt eſſe modus conſervandi, vel reſu-
ſcitandi extinctas actiones, *l. cum is qui 36. l. ut fide-*
juſſor. 39. ff. de fidejuſſor. l. Modeſtinus 76. ff. de ſolut.
5 † Eaque eſt ſententia Schneidevvin. *in §. ſi plures. 4.*
num. 24. Inſt. de fidejuſſ. Matth. Weſenb. *in parat.*
ff. de fidej. num. 6. Berlich. *part. 2. concl. 22. num. 67.*
Frider. Penſold. *in addit. ad* Coler. *p. 2. deciſ. 220.*
num. 63. Johan. Gœdd. *de contr. ſtipulat. cap. 9. con-*
6 *cluſ. 5. num. 118. & ſeqq.* † Sed neutiquam ita re-
ſtringenda eſt ceſſio jurium, ut vel ante ſolutionem,
vel in ipsâ ſolutione, vel poſtea in continenti eam
peti, vel proteſtationem ſubjici neceſſe ſit. † Suffi- 7
cit enim, rejectâ opinione jam dictâ, ex intervallo
quoque ceſſionem fieri, adeò, ut nullâ permiſsâ
Reſervatione ceſſionis, fidejuſſor etiam poſt ſolu-
tionem compellere poſſit Creditorem ad ceden-
dum ſibi actiones, intentatâ videlicèt contra ipſum
actione ex empto ad tradendum ſua jura. † Vide- 8
tur ſiquidem per ſolutionem à fidejuſſore factam &
receptam à Creditore Emptio & Venditio quædam
nominis contracta. † Ac pretium magis manda- 9
tarum actionum ſolutum, quàm actio perempta
cenſetur, *l. cum is qui 36. ff. de fidejuſſ. dict. l. Mode-*
ſtinus. 76. in fin. ff. de ſolut. l. emptor 5. l. ex nominis.
8. C. de her. vel act. vendit. † Quâ ceſſione impe- 10
tratâ, patet fidejuſſori regreſſus ſive adverſus debi-
torem, ſive adverſus confidejuſſores, Matth. Coler.
de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 418. & ſeqq.
Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 38. num. 9. & obſervat.*
157. n. 3. Petr. Heig. *dict. quæſt. 38. num. 13. & ſeqq.*
Joh. Köpp. *deciſ. 51. num. 4.* Anton. Hering. *de fide-*
juſſ. cap. 28. num. 34. † Hæcque opinio, quod 11
nempe fidejuſſor ſolvens poſſit etiam poſt interval-
lum adhuc cogere Creditorem ad cedendum ſibi
actiones, communis eſt, ſecundum Raph. Cuman.
in dict. l. Modeſtinus. 76. num. 3. ff. de ſolut. † Nec 12
ad rem pertinet, quod per ſolutionem extinctâ ob-
ligatione, nil cedi queat; Quia in propoſito duæ
ſunt actiones diverſæ, principalis & acceſſoria; † 13
At hæc ſola, non etiam illa ſublata eſt, neque extin-
ctâ acceſſoriâ, principalis ſimul tollitur *l. 38. §. 2. l.*
in omnibus, 43. ff. de ſolut. Etenim, quia fidejuſſor
magis ſuo, quàm alieno nomine ſolvere cenſetur,
Hartm. Piſtor. *obſ. 44. n. 13.* † per ſolutionem non 14
niſi acceſſoria obligatio extinguitur, remanente
adhuc principali debitoris obligatione, & inde pro-
veniente actione, quam Creditor etiamnum cedere
valet, *l. & magis 4. ff. de ſolut. l. Papinianus. 28. ff.*
mandat. Heig. *dict. qu. 38. n. 24.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent. Da ihr aber dennoch bey dem Creditore umb Ceſſion der ihme zuſtehenden actionen nochmals gebührlichen anſuchen würdet / ꝛc. So wäre er / ungeacht die Zahlung von euch allbereit vorlängſt geſchehen / ſolche Actiones euch zu cediren ſchuldig / und ihr hättet euch nachmahls derſelben wider eure Mitbürgen / oder auch wider den Principal-Debitorn gebührlichen zu gebrauchen wol fug / V. R. W.)

Definit. XVII.

Fidejuſſori ſolventi Creditor actiones cedere tene-
tur, etiamſi is beneficio Cedendarum actionum
renunciaverit.

SIcuti beneficio ordinis ac diviſionis, ita & ce- 1
dendarum actionum exceptioni poteſt renun-
ciari, *h.* Conſtitut. *17.* † Et hodiè nil ferè fre- 2
quentius eſt, quàm ut fidejuſſores cum aliis bene-
ficiis, diſertè etiam Cedendarum actionum be-
neficio renuncient, Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 38. num.*
36. Quâ renunciatione obſtante, † fidejuſſo- 3
rem ne quidem poſt factam ſolutionem, à Cre-
ditore ceſſionem actionum adverſus principa-
lem debitorem & confidejuſſores petere ac im-
petrare poſſe, haud malè forſan quis dixerit, † 4
quum juri ſuo renuncianti non detur amplius
ad illud aliquis regreſſus, *l. quæritur. 14. §. ſi vendi-*
tor.

tor.9.ff.de ædil.edict.l.1.§. qui semel. 6. ff. de succeff. edict.l. ult. C. de pact. † Quare hoc casu absque 5
cessione etiam actionum, recuperare posse fidejussorem id, quod expendit, largitur Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 10. num. 429.* † Sed de- 6
stituitur hæc assertio Coleri fundamento, & repugnat iis, quæ diximus Definit. *15.* † Nec tamen re- 7
nunciatio hujus beneficii fidejussorem à repetitione soluti prorsus excludit. Etenim actionum cedendarum renunciatio non in hunc finem facta videtur, ut fidejussor recuperare planè nequeat, quod solvit, & sic omne jus suum remisisse censeatur, † sed ne hâc exceptione executionem retar- 8
dare possit, Heig. *dict. quæst. 38. num. 40.* † Factâ 9
ergò solutione ulteriùs non obstat renunciatio, quò minus fidejussori petenti cedi actiones debeant adversus principalem debitorem, & confidejussores pro repetitione ejus, quod expendit, *l. in Creditore. 38. ff. de evict.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 48. n. 9.* Heig. *dict. loc.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 16. num. 43.* Anton. Hering. *in tract. de fidejuff. cap.* 10
27. part. 3. n. 25. † Quod & summa æquitas videtur exigere, ut videlicet Creditor faciat, quod sibi non nocet, & alteri prodest, *l. 2. §. 5. verf. quanquam. ff.* 11
de aq. & aqua pluv. arcend. † Ex quo apparet, haud magnum esse renunciationis hoc casu effectum. 12
† Nullam siquidem, vel utique levissimam injicit moram solutioni & executioni cessionis beneficium, cum in potestate Creditoris sit quamprimum 13
cedere actiones. † Quin & cum interposito nudo pacto, solutio rectè fieri, & postea actiones cedi possint, Coler. *dict. cap. 10. numer. 417.* fidejussoris certè petitio, ut actiones sibi cedantur, executionem 14
& solutionem vix retardare poterit. † Ut non prorsus absque fundamento existimet Reinh. Bachov. Renunciationem hujus beneficii esse nullam, *in animadv. ad* Treutl. *vol. 2. disp. 28. th. 6. lit. A. pag. 664.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So wäre der Creditor, ungeachtet die Zahlung von euch vorlängst geschehen / ihr auch dem beneficio cedendarum actionum bey gethaner Bürgschafft ausdrücklichen renunciret, solche Actiones euch zu cediren schuldig/ꝛc.)

Definit. XIIX.

Ejus partis nomine, quæ ipsum Fidejussorem solventem contingit, actio ei cedenda non est.

1 VErbi causa: Tres sunt fidejussores pro summâ trecentorum florenorum; si unus in solidum Creditori satisfecerit, is cessis sibi actionibus à reliquis duobus confidejussoribus ducentos duntaxat florenos repetet, detractâ scilicet suâ ipsius ratâ,
2 centum nempe florenorum, † ita enim fidejussori, qui solidum solvit, cessio actionum à Creditore facienda est, non ut eam portionem, quæ ipsum solventem contingit, sed eas tantùm partes, quas extra suam portionem solvit, à confidejussoribus recuperare queat, Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 48. num. 4. & seqq.* Matth. Coler *de proceff. execut. part. 2. cap. 2. num. 19.* Anton. Hering. *de fidejuff. cap. 27. part. 3. num. 28. & seqq.* Joh. Harppr. *in §. si plures. 4. n. 66. Inst. de fidejuff.* Berl. *part. 2. concl. 22. n. 78.* Johann. Köpp. *decis. 51. n. 8.* Joh. à Grafs. *de cess. jur. & act. §. 6. n. 7. fol. 505.* Dan. Moller. *lib. 3. femestr. 15. in pr.* Jacob. de Arena *in tract. de Cession. jur. rub. 6. n. 70.* Valent. Franc. *de fidejuff. cap. 5. n. 490.* † Etsi 5
enim plures fidejussores in solidum ipso jure sint obligati, in effectu tamen quilibet ipsorum pro virili tantùm parte onus obligationis sustinet, *l. non rectè. 3. C. de fidejuff.* † Non ergò æquitati conve- 4
nit, ut quis ejus portionis, pro quâ ipse propriâ obligatione obstrictus fuerat, cessionem impetrare, ac id, quod semetipsum liberaturus solvit, ab alio, qui in pari causa est, repetere velit, ex regula vulgata, † quæ denegat cessionem actionis ei, qui proprium 5
debitum solvit, *l. si plures. 38. de admin. tutor.* Hart. Pist. *dict. loc. num. 7.* † Quin & si aliud diceretur, 6
hoc sequeretur inde absurdi, quod fidejussor (qui non nisi cessis confidejussoribus iisdem actionibus, quæ sibi cessæ fuerunt, solutum repetere potest) contra semetipsum alteri fidejussori cederet actionem, † 7
adeoque peteret à fidejussore illud, quod mox post cessas actiones eidem restituturus esset, contra *l. dolo facit. 8. ff. de dol. mal. except.* Coler. *dict. c. 2. n. 14.* † 8
Idque in reliquis omnibus confidejussoribus ita se habet, ut scilicet fidejussor, cui à Creditore actiones sunt cessæ, postea confidejussori solventi easdem actiones denuò cedens, semper deducere debeat illam portionem, quam pro sua obligatione solvit, veluti docent Hartm. Pist. *dict. loc. num. 18.* Val. Franc. *d. c. 5. n. 498.*

Ita Domini in causa Curd-Ernsts à Kampen, Mens. Jan. Anno 1622. (Verba sententiæ: Hat euer Vater nebenst noch andern vier Personen vor H. E. ad A. auff 5000. Reichsthlr. in Bürgschafft eingelassen/und als der Principal-Schuldener nicht bezahlen können / hat der eine Bürge O. ab A. den Gläubiger befriedigen müssen/welcher ihme hingegen seine Actiones und die Schuld-Verschreibung cediret, darauff gedachter O. ab A. euch und eure Brüder wegen eures Vatern als Mitbürgen hinwiederumb wegen der gantzen Summa / iedoch seinen Antheil davon abgezogen/(immassen er auff solche maße zu thun befugt gewesen) in Anspruch genommen/ꝛc.)
In causa Senatus Zittavienfis, Mens. Jul. Anno 1630.
Et in causa Annæ, Viduæ à Bieberstein/ Mens. Sept. Anno 1635. (Verba sent. Immaßen denn Klägerin anderer Gestalt nicht/als nach Abzug ihrer Ratæ, die andere Mitbürgen hinwiederumb zu belangen befugt / V. R. W.)

Definit. XIX.

Fidejussor conventus à confidejussore, beneficio divisionis uti potest, nisi huic expreßè renunciaverit.

PUtà: Tres sunt Fidejussores, qui pro trecentis 1
florenis intercesserunt, unus à Creditore conventus solidum solvit, cui detracta sua portione, nempe centum, ceduntur actiones ad florenos ducentos, secundum tradita Definit. *præced.* † Quæ- 2
ritur: *an hosce ducentos florenos à quolibet recuperandi electionem habeat; an verò beneficium divisionis ei obstet*, ita, *ut non nisi centũ ab unoquoq; repetere queat?* † Sanè, quia fidejussori per cessionẽ non 3
plus juris quæsitum fuit, quàm ipsi Creditori competiit, *l. Stichum 95. §. pen. ff. de solut. l. 2. C. de fidejuff.* Bart. *in l. Modestinus. 76. n. 10. ff. de solut.* † nec melior esse debet conditio cessionarii, quam cedentis, *l.* 4
invito 9 156. §. plerumq; 3. l. aliud est 160. §. absurdũ est. 2 ff. de Reg. jur. Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 26. defin. 22. n. 4.*

5 *n. 4.* †Expedita est responsio, fidejussorem cessis sibi actionibus unumquemque ex fidejussoribus haudquaquam in solidum convenire, nec ab eo solo ducentos florenos recuperare posse, obstante nimi-
6 rum divisionis beneficio, † quo & adversus Creditorem ipsum confidejussores sese tueri poterant, §. *4. Inst. de fidejuß. l. inter 26. ff. eod. tit. l. ult. C. de*
7 *const. pecun.* † Nisi huic expresè renunciaverint, *arg. l. pen. C. de pact. h.* Const. *17.* Quâ renuncia-
8 tione factâ, †hoc etiam casu beneficium divisionis cessare, & fidejussorem actione sibi cessâ à quolibet confidejussore ducentos florenos recuperare posse facilimè concesserim, †prout tuentur hanc senten-
9 tiam Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 2. cap. 2. num. 12. & seqq.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 48. num. 10.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 38. num. 5.* Anton. Hering. *de fidejuß. cap. 27. part. 3. n. 31.*

Ita Domini in eadem causa Curd Ernsts à Kampen. [Verba sententiæ: Ihr seyd euch aber des beneficii divisionis, weil demselben ausdrücklichen renunciret worden/ wider O ab A. als Mitbürgen zu gebrauchen nicht berechtiget/ꝛc.]

Definit. XX.

Uno ex pluribus fidejussoribus solvendo non existente, damnum hoc reliquis confidejussoribus omnibus pro ratâ accrescit.

1 FIdejussorem cessis sibi actionibus, solidum solventem Creditori, unum è confidejussoribus, qui beneficio divisionis renunciarunt, vicissim in solidum, detractâ tamen suâ ipsiusmet ratâ, convenire posse, dixi Definit. *præced.* Sed hoc aliter ve-
2 rum non est, † quàm si reliqui confidejussores omnes sint solvendo. Quod si verò unus ex illis
3 inops existat, † periculum hoc omnibus commune erit, *l. inter fidejussores 26. l. si plures 27. in pr. ff. de*
4 *fidejuß.* † Unde si tres fidejussores pro trecentis florenis interposuerint fidem, unusque solidum solverit, huic cessis sibi actionibus adversus confidejussores, si alter deficiat, à tertio non integros ducentos florenos petere potest, sed portionem fidejussoris deficientis agnoscere debet, & duntaxat centum & quinquaginta florenos exigere valet, Dan. Moller. *lib. 3. semestr. cap. 15.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 48. numer. 6. & num. 11.* Matth. Coler. *de proceß. execut. p. 2. cap. 2. n. 20. & part. 2. decis. 220. n. 18.* Johann. Köpp. *decis. 51. n. 15.* Anton. Hering. *de fidejuß. c. 27. p. 3. n. 36.* Valent. Franc. *de fidejuß. c. 5. num. 497.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Da nun die andern Bürgen alle dermassen in Abnehmung ihrer Güter gerathen/ daß ihr euch der Wiederzahlung an einem oder dem andern nicht erholen köntet. So möchtet ihr vorgedachte Summa der 4000. Thaler dem einen Mitbürgen O. ab A. welcher den Gläubigern anfänglichen contentiret/ allein abzutragen nicht gedrungen werden/ sondern es ist derselbe die andere unvermögende Bürgen zum halben Theil übertragen zu helffen schuldig/ꝛc.]

Definit. XXI.

Electo uno ex confidejussoribus, reliqui per id non liberantur, priusquam à fidejussore convento, debitum plenariè fuerit solutum.

1 ELecto debitore quondam fidejussor liberatur, ut scribit Paulus *lib. 2. sent. tit. 17. in fin. l. ult. C.*
2 *de fidejuß. tutor.* † Sed Justiniani Imp. Constitutione hoc postea fuit immutatum, & sancitum, ut rei principalis electione, neutiquam liberentur fidejussores, nisi prius Creditori satisfiat, *l. ult. C. de fidejuß.* †Idemq; dicendum, si adversus unum ex fide- 3
jussoribus agatur: Hoc enim non obstante, †ad- 4
versus reliquos experiri licebit, si à fidejussore convento solutio debiti nondum facta fuerit, *dict. l. ult. C. de fidejuß.* Anton. Hering. *de fidejuß. cap. 20. §. 13. n. 16.* †Nec enim unius electio alios excludit, 5
à quibus forsan Creditor solutionem faciliori modo consequi valet, juxta tradita Matth. Col. *de proceß. execut. part. 1. cap. 8. n. 40. & seqq.* Strach. *de decoct. p. 3. n. 46.*

Ita Domini in causa Annæ, viduæ Dn. Baronis à Biberstein/ Mens. Septemb. Anno 1635. [Verba sententiæ: Ob gleich Frau Klägerin anfänglichen wegen obgedachter 40000. Reichsthaler/ und ausständiger Zinsen den Rath zu Zittau gebührlichen belanget/ und biß auf die Hülffe erstanden/ꝛc. So ist sie doch vor der endlichen Befriedigung davon abzustehen/ und einen oder den andern Bürgen/ ihrer Beliebung nach/ in Anspruch zu nehmen wohl befugt/ꝛc.]

Definit. XXII.

Creditor non tenetur cedere fidejussori jus suum, antequam totum debitum fuerit solutum.

QUando plures sunt fidejussores, qui pro solu- 1
tione in distinctos terminos destinatâ fidem suam interposuerunt, unusque ex illis accelerante termino primo solutionis solvit; †Huic Creditor 2
non tenetur cedere actiones ad recuperandam debiti partem solutam, antequam terminis elapsis integra summa fuerit exsoluta, *per text. in l. 2. sub fin. C. de fidejussor.* Modest. Pist. *part. 1. qu. 1. num. 4.* †Debito enim toto nondum soluto, pignus à Cre- 3
ditore retineri potest, ut probat per *l. solutum. 11. §. si quasi daturus. 2. vers. idemq; si accepto. ff. de pignor. act.* Jac. Schult. *in addit. ad dict. qu. 1.* Modest. Pist. *n. 7.* †Multò magis ergò instrumentum 4
obligationis, quippe solutione plenariâ nondum factâ, obligationem vel actionem Creditori haud superesse nemo dixerit.

Ita Domini in causa Matthæi Hybers zu Queiß/ Mense Octobr. Anno 1624. [Verba sentent. Ob ihr wol für Barthel Römern 100. fl. Tagzeit-Gelder in Bürgschaft ausgezahlet/ derowegen ihr euch an eure Mitbürgen nach Abzug eures Antheils wiederum zu halten gemeynet seyd/ꝛc. So mag doch der Creditor, ehe und zuvor die hinterstellige Tagzeiten/ und also die gantze Schuld abgestattet/ auch hierzu seine actiones zu cediren nicht angehalten werden/ꝛc.]

Definitio XXIII.

Fidejussor damna & expensas à Confidejussoribus quatenus repetere possit.

DUbium non est, quin fidejussor solvens non 1
solùm sortem, sed & damna ac interesse à Reo principali repetere queat, *c. pervenit. 2. constitutus. 3. extr. de fidejuß.* Bald. *in l. Constitutionibus. 20. C. de Usur.* Bartol. *in l. exceptione. 67. in fin. ff. de fidejuß.* †Adversus confidejussores verò, expensas 2
& damna pro ratâ ab iis recuperandi, ipsi non competit actio, Hart. Pist. *observ. 79.* †Siquidem contra 3
hosce non nisi ex jure à Creditore sibi cesso agere potest, *l ut fidejussor. 39. ff. de fidejuß.* †Atq; jus repe- 4
tendi expensas & damna, quæ fidejussor tulit, Creditori nõ habet, quare nec hoc fidejussori solventi cedere poterit, juxta tradita Bartol *in l. Modestinus. 76. n. 10. ff. de solut.* †Loquor autẽ de damnis atq; expen-

sis, quas fidejussor fecit antequã solveret; Vigore enim propriæ obligationis, ut fidem suam redimeret, hasce facere coactus fuit, ut mirum haud sit, easdem
6 non nisi à principali debitore repeti posse. † Secùs verò res se habet in damnis atque expensis post cessionem factis; Cessis enim à Creditore actionibus, fidejussor loco Creditoris est: Quemadmodum ergò Creditor à fidejussore omnia damna, omnesque expensas petit, donec plena solutio sequatur,

† ita & fidejussorem easdem post cessionem factas 7
à confidejussoribus recuperare posse, dixerim cum Simon Ulric. Pist. *in not. ad* Hart. Pist. *dict. obs. 79.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Daß ihr zugleich nebens dem Capital / auch die Schäden und Unkosten/iedoch allein diejenigen/so ihr nach erlangter Cession vom Creditore erlidten und auffwenden müssen/ von euren Mitbürgen gebührlichen hinwiederumb zu fodern wohl befugt seyd/V.R.W.)

CONSTITUTIO XVIII.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann sich ein Bürge als der Selbstschuldige & tanquam principalis verschrieben/ob er sich der Rechtlichen Wolthat der excussion zu gebrauchen habe?

OB es wol etliche davor halten/ daß ein Bürge/wann er sich als der principalis und Selbstschuldener obligiret, das Beneficium excusionis, im Fall da gleichdem nicht renunciret/nicht vorwenden noch haben könne / So seynd doch unsere Verordnete hierinne einig/ wo dem Bürgen die specificirte und ausdrückliche Renunciation seiner Wolthaten nicht hinderlich / daß er sich des beneficii excusionis, wann der Sachwalter zu bezahlen hat/gebrauchen möge. Aber in Fällen/derer von den Rechts-Lehrern etliche erzehlet werden/ da der Bürge das Beneficium excusionis nicht vorwenden kan / da muß er als Selbstschuldiger hafften/wann er sich gleich nicht als Selbstschuldiger verpflicht / dabey wir es auch also bleiben lassen.

Fidejussor obligans se tanquam principalem, an beneficium excussionis amittat?

ET si non desint, qui volunt, fidejussorem, qui tanquam principalem se obligavit, beneficio excussionis non gaudere, etiamsi illi non renunciaverit: Deputatis tamen nostris visum fuit, ei, nisi expressa & principalis renunciatio obstet, aut principalis ipse solvendo non sit, excussionis exceptionem non denegandam. Cæterùm iis in casibus, in quibus beneficium hoc excussionis fidejussori non competit, eum non secus ac ipsummet principalem conveniri posse, etiamsi eo modo se non obligaverit, quod & nobis probatur.

DEFINITIONES.

1. *Ex persuasione de mutuo dando pecuniam alteri, nemo potest tanquam fidejussor conveniri.*
2. *Etiam Constituto ri datur exceptio Ordinis, nisi is animo novandi debitorem se constituerit.*
3. *Competit beneficium excussionis fidejussori, etiamsi cautioni fidejussoriæ addita fuerit clausula* (Alles treulich/sonder Argelist/und ohne Gefehrde.)
4. *In processu etiam executivo opponere potest fidejussor beneficium excussionis & divisionis.*
5. *Delegans pro delegato se soluturum promittens non gaudet beneficio excussionis.*
6. *Fidejussor fraudulenter negans fidejussionem, convictus postea mendacii, non juvatur beneficio excussionis.*
7. *Cessat beneficium Excussionis inter Mercatores.*
8. *Non datur beneficium Ordinis ei, qui pro muliere fidejussit.*
9. *Qui pro principe, fisco vel communitate fidejussit, non valet opponere exceptionem discussionis.*
10. *In correis debendi quando locum habeat beneficium excussionis.*
11. *Cessat quoq; beneficium Ordinis, quando debitor principalis est absens, fugitivus aut latitat.*
12. *Nõ juvabitur beneficio excussionis fidejussor, quãdo inter contrahentes hoc actum appareat, ut Creditori fas sit, fidejussorem statim convenire.*
13. *Fidejussor succedens debitori principali non juvatur beneficio ordinis, nec inventarii, sed ultra vires etiam hereditatis tenetur.*
14. *Locum non habet exceptio Ordinis, quando bona debitoris extra territorium in locis longè remotis sunt sita.*
15. *Non competit beneficium excussionis fidejussori, quando debitor notoriè non est solvendo, quòd aliàs Creditor probare debet.*
16. *Nomina debitoris particulariter & distinctis terminis solvenda* (auff Tage-Zeiten) *quatenus cessare faciant beneficium excussionis.*
17. *Beneficium excussionis locum etiam habet in actione hypothecariâ contra tertium possessorem institutâ.*
18. *Excussionis tamen beneficio non gaudet possessor fundi, Creditori specialiter hypothecati.*
19. *Qui sciens rem alii hypothecatam emit, non habet beneficiũ exceptionis haud excussi debitoris.*
20. *Non juvatur beneficio excussionis possessor, hypothecariâ conventus, quando debitor est absens, nec facilè potest conveniri.*
21. *Licet res Creditori hypothecata ad quartũ vel quintum possessorem pervenerit, Creditor tamen*

non

non niſi debitorem ſuum excutere debet, ſi hypothecariâ agere velit.

22. *Fidejuſſor conveniri nequit, antequam pignus excutiatur, niſi in pignore diſtrahendo difficultas aliqua ſubſit.*

23. *Pactum debitoris principalis proficit etiam fidejuſſori.*

24. *Verba commendatoria, inter mercatores, vel cum periculo perſuadentis prolata loquentem obligant.*

Definit. I.

Ex promiſſione fidejuſſionis ac perſuaſione de mutuo dando pecuniam alteri, nemo poteſt tanquam fidejuſſor conveniri.

1 QUi promiſit, ſe pro altero fidejuſſurum, non poteſt ex eâ promiſſione conveniri, ut ſolvat, quaſi jam fidejuſſerit, per tradita Nicol. Boër. 2 *quæſt. 3. num. 1. & 6.* † quia aliud eſt promiſſio de fi- 3 dejubendo, aliud ipſa fidejuſſio, † ſicut & aliud eſt promiſſio de vendendo, aliud venditio, *l. 1. C. de pact. pignor.* Bartol. *in l. ult. num. 8. ff. de condict. cauſ.* 4 *dat.* † Multò minus tenebitur ceu fidejuſſor, qui perſuaſionibus induxerit aliquem ad mutuò dandum alteri pecuniam, *l. 12. §. 12. ff. mandat. l. 7. §. 10. ff. de dolo malo, l. ſciendum. 19. in pr. ff. de ædil. edict. l. 11. §. 2 ff. de legat. 3.* Nulla enim hîc præceſſit promiſſio, adeoque nec obligatio, quâ obſtri- 5 ctus eſt is, qui ſe fidejuſſurum promiſit. † Ex quâ tamen, quia facti eſt, non præcisè ad fidejubendum cogi poteſt promiſſor, ſed ſolùm ad id, quod adver- 6 ſarii intererit, præſtitam fuiſſe fidejuſſionem; † Id namque omnibus faciendi obligationibus generale eſt, ut ſi non fiat, quod fieri convenit, ſuccedat obligatio, præſtatioque ejus, quod intereſt, *l. ſi quis ab alio. 13. §. ult. ff. de re judic. l. quoties quis. 81. l. ſtipulationes non dividuntur. 72. ff. de Verb. Obligat.* 7 † Neuter itaque habet, quod metuat, actionem ex fidejuſſione adverſus ſe dari, ut maximè voluntatem fidejubendi habuerit; Prius enim eſt, ut voluntas illa effectum habeat, præſteturque revera fide- 8 juſſio, † quæ nec, niſi certo modo, id eſt, per ſtipulationem præſtari poteſt, *l. 5. §. ſatis acceptio. 2. ff. de Verb. Obligat. l. blanditus. 12. C. de fidejuſſ.* quàm ut condemnatio ſequi poſſit. Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 26. n. 9.*

Ita Domini ad conſultationem Caſpari Taſchenbergers zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1585. [Verba ſent. Wann ſie nun gleich von ihme mit guten Worten und vielen Vertröſtungen dahin beredet worden wäre/ daß ſie N. N. ſolche Gelder vorgeſtrecket. Dieweil er aber dennoch vor ſelbige Schuld ſich nicht ausdrücklichen in Bürgſchaft verpflichtet/ So mag er auch deswegen actione mandati, oder in factum, oder auch ſonſten beſtändiglichen nicht belanget/ noch die Zahlung zu leiſten angehalten werden/ V. R. W.]

Definit. II.

Etiam Conſtitutori datur Exceptio Ordinis, niſi in animo novandi debitorem ſe conſtituerit.

1 QUod anxiè diſputari ſolet ab Interpp. *An fidejuſſor obligans ſe tanquã principalem*, als einẽ Selbſtſchuldener *gaudeat beneficio Ordinis?* 2 Illud in foro Saxonico deciſum eſt, † per *h.* Conſt. Elect. quæ per intellectus ſubauditos renunciationem odioſam inducere noluit, relinquens ordinis & excuſſionis non factæ exceptionem illi quoq; fidejuſſori, qui ſe tanquam principalẽ obligavit, mo- 3 dò huic expreſſis verbis haud renunciaverit. † Nec enim fidejuſſor obligans ſe tanquam principalem quicquam aliud agit, quàm ut oſtendat animum enixum pro Reo ſolvendi, tùm ſcilicet quando debitor non eſt ſolvendo, ſalvo nimirum ſibi jure excuſſionis, *arg. l. non rectè 3. C. de fidejuſſ.* † Ex quo 4 etiam de jure communi hanc ſententiam defendunt, & ad contraria reſpondent Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2. diſp. 28. th. 5. lit. C.* & Matth. Weſenb. *p. 1. conſil. 10. n. 2. & ſeqq.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 28. defin. 31.* Ern. Cothm. *vol. 1. reſp. 22.* Teſſaur. *deciſ. 166. n. 1. 2.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſ. 1. n. 49.* Schneidew. *ad §. ſi plures. 4. Inſt. de fidej. n. 13.* † Interim *de Conſtituente res expedita non eſt?* Sa- 5 nè licet is, qui alienum debitum conſtituit, proprio nomine ſit obligatus; † Attamen non ſecus ac fi- 6 dejuſſor pro interceſſore habendus eſt, *arg. l. 1. & tot. tit. ff. ad SCtum Vellej.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 1. n. 2.* † Proinde juvari debet ex- 7 ceptione ordinis & excuſſionis non factâ, ſi ante debitorem conveniatur, *ex Novell. 4. & Auth. præſente. C. de fidejuſſ.* Joh. Fab. *ad §. in perſonam. 8. Inſt. de action. n. 6. & ſeqq. ubi &* Joh. Schneidew. *n. 29.* Dan. Moll. *hic n. 4. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 28. num. 1.* Matth. Coler. *de proceſſ. exec. part. 1. cap. 10. n. 293.* Hering. *de fidejuſſ. c. 27. part. 1. n. 126.* † Cauſam por- 8 rò ſi quæris, cogita, vel ex æquitate ſolummodò ſuccurrendum eſſe ei, qui pro alieno debito obligatus eſt, quæ ratio etiam fidejuſſoribus primùm exceptionem ordinis accommodandam ſuaſit Ant. Fab. *dict. defin. 1. n. 5.* † Aut ſi mavis, ne litium modus 9 multiplicetur, ſi condemnatus Conſtitutor adverſus debitorem regreſſum, ut par eſt, habere velit, *l. ſingulis. 6. ff. de except. rei jud. l. quidam. 21. ff. de reb. Credit.* quamvis utramque conjunxerit rationem Fab. *dict. loc.* † At hoc ita, ſi non novandi 10 animo debitorem ſe conſtituerit, id eſt, niſi expromiſſor fuerit, Moll. Fab. *dict. loc.* Coler. *dict. c. 10. n. 299.* † Hic enim cum promiſſione ſuâ liberet de- 11 bitorem, ſolusque maneat obligatus, *l. 1. & tot. tit. ff. de novat.* Jac. Cujac. & Gothofr. *ad Novell. 4. & Rubr. ff. de fidejuſſ.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 28. defin. 3. n. 3.* † non poteſt principalis debitoris, qui 12 nullus ſupereſt, excuſſionem objicere, *l. ſi alienam. 19. C. de fidej.* Vincent. Caroc. *de excuſſ. bonor. part. 2. queſt. 54. n. 1. & n. 38.* Joh. Köpp. *deciſ. 56 n. 5.*

Ita Domini in cauſa Martin Sudels zu Breyſigk/ Menſe Mart. Anno 1617. [Verba ſententiæ: Ob ihr wol gegen einem/ von welchem eure Frage meldet/ euch verpflicht/ und eines andern Schuld ex conſtituto auff euch genommen/ da aber dennoch derſelbe zu zahlen hätte/ und mit ausdrücklichen Worten zwiſchen euch keine novation getroffen/ noch vorige obligation auffgehoben worden wäre/ ꝛc. So möchtet ihr/ ehe und zuvor der Principal-debitor gebührlichen excutiret/ beſtändiger Weiſe nicht belanget werden/ ſondern ihr hättet euch mit dem beneficio excuſſionis wohl zu behelffen/ V. R. W.]

Definit. III.

Competit beneficium excuſſionis fidejuſſori, etiamſi cautioni fidejuſſoriæ addita fuerit clauſula (Alles treulich ſonder Argeliſt/ und ohne Gefehrde.)

1 CLauſulæ huic, obligationibus ac inſtrumentis ferè omnibus hodiè communi, illum tribuunt effectum Dd. ut contractus alioquin ſtricti juris naturam & ſimilitudinem contractus bonæ fidei

fidei fortiatur Bald. *lib.1. consil.343. num.3. & seqq.*
2 Virgil. Pingiz. *quæst.38. n.18.* † Unde inferendum videtur per ejusmodi clausulam beneficium excus-
3 sionis penitus excludi, † veluti ita sentiunt Matth. Wesenbec. *part.1.consil.14.n.17.* Anton. Gomez.
4 *lib.2. variar.resolut.cap.13.n.14.* † Sed falsa est hæc illatio, quia nuspiam legitur, hoc beneficium
5 naturæ bonæ fidei contractus repugnare. † Nec aliud verè important hæc verba (**Alles treulich/ sonder Argelist und ohne Gefehrde**) quàm dolum & fraudem abesse debere, Gœdd. *de contrah. stipul.*
6 *c.8. concl.1. n.26.* † At quomodo quæso dici poterit, eum in dolo versari, qui suo Jure & beneficio legibus concesso utitur, *l. nullus videtur.55 ff. de Reg. jur. l.129. ff. eod.tit. l. proculus ait.26. ff. de damn.*
7 *infect.* † Ac sanè si opinio Wesenb. & Gomez. admitteretur, nunquam aut certè rarissimè futurum esset, ut ante principalem excussum fidejussor conveniri non posset, etiamsi nec specialiter neque ge-
8 neraliter huic beneficio renunciasset, † cum ferè nulla hodiè conficiatur Obligatio, cui hæc clausula inserta non sit teste Paul. Matth. Wehner. *in observ.*
9 *pract. verb.* **Treulich ohne Gefehrde.** † Quo ipso contra intentionem Legislatoris Beneficium Ordinis tacitè prorsus abrogaretur, Dan. Moller. *hic n.3.* Anton. Hering. *in tract. de fidejussor. cap.17. num. 17. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: **Sondern ihr hättet euch mit dem beneficio excussionis (ungeacht/ daß allerseits contrahenten der Abhandelung und geschlossenem Contract treulich/ sonder Argelist und ohne Gefehrde nachzukommen versprochen) wohl zu behelffen/** V.R.W.]

DEFINIT. IV.

In processu etiam executivo opponere potest fidejussor beneficium excussionis & divisionis.

1 PArum sibi constans hic est Matth. Coler. qui beneficium excussionis in processibus executivis, ubi levato velo, summariè nimirum & de plano, sine
2 strepitu & figurâ judicii solet procedi, fidejussorem non juvari exceptione discussionis Rei principalis, ait *in tract. de proces. execut. part.1. cap.10. n.380.*
3 *& part.2. decis.220. num.54.55.* † Quod itidem tradit de beneficio divisionis ex epistolâ divi Adriani *dict. c.10. n.411.* † At de utroque postea asserit
4 contrarium, fidejussorem scilicet ex instrumento guarentigiato obligatum exceptione Ordinis ac divisionis adversus executionem bene sese tueri posse, *in cod. tract. de proces. exec. part.4. c.1. n.113. & 115.* † Etsi verò in opinione priori plures assentientes habeat, Ant. Hering. *de fidejuss. c.27. part.1. n.293.* Vincent. Caroc. *de excuss. bonor. p.2. quæst. 4. & 5.* Bartol. *in l. si fidejussores. 41. §. idem respondit. n. ult. ff. de fidej.* Valent. Franc. *de fidej. c.5. n.391.* Jac. Menoch. *de adipisc. possess. Remed.5. n.*
5 *144.* † Posterior tamen sententia, quam sequitur Johan. Zangçr. *de except. part.3. c.26. n.93.94. &* Matth. Berlich. *part. 1. concl.57. n.23.24.* procul
6 dubio verior est. † Quia discussionis exceptio inest obligationi ex naturâ actus; Non aliter siquidem fidejussor videtur pro solutione spopondisse,
7 † quàm in eventum, si nempe principalis repertus fuerit non solvendo, *Auth. præsente C. de fidej. junct. Auth. hoc si debitor. C. de pignor. & l. fin. C. de Const.*
8 *pecun.* † ut tunc aut solidum, aut quanto minus à Titio consequi valebit, Creditor à fidejussore exi-
9 gat, *arg. l. si ego.42. ff. si cert. petat.* † Pariter quia lex ipsa dividit obligationem inter plures confidejussores, hujusque exceptionis veritas patet ex ipso instrumento, utique ex naturâ contractus & hæc exceptio opponi poterit. † Ejusmodi namque exce- 10
ptiones, quæ ex ipsâ contractus naturâ dependent, & ex instrumenti inspectione verificantur, in foro etiam Saxonico paratam executionem impedire, compertum habemus ex Ordin. Polit. Elect. Saxon. *de An.1612. tit.* Von *Justitien-Sachen. num.19.* §. **Dieweil denn.** *vers.* **Es hätte denn/ &c.**

Ita Domini in causa Caspari Lödels zu Meissen/ Mens. Dec. Anno 1630. [Verba sentent. **Habt ihr euch nebenst noch andern etlichen Personen für Melchior Wesenern in Bürgschaft eingelassen. Ob nun wol der Creditor, weil er von dem Principal-Schuldener nicht befriediget werden kan/ euch allein in Anspruch genommen/ und auff euer Brief und Siegel wider euch executivè geklaget da ihr aber dennoch bey der Bürgschaft dem beneficio excussionis und divisionis ausdrücklichen nicht renunciret hättet/ &c. So wäre euch dieselbe gebührlichen zu opponiren/ und dadurch die Hülffe wider euch abzuwenden unbenommen/ &c.**]

DEFINIT. V.

Delegans pro delegato se soluturum promittens, non gaudet beneficio excussionis.

DE jure novissimo regulariter discutiendæ sunt 1
facultates principalis debitoris, antequam teneatur fidejussor, *Auth. præsente. C. de fidej. Nov.4. c.1. Auth. hoc si debitor. C. de pign. & hypoth.* † Quæ 2
excussio adeo rigorosa est, ut usque ad sacculum & peram fieri debeat; † Et solent hodiè debitores 3
excuti in omnibus bonis etiam usque ad indumenta, non relictâ ipsis nisi unicâ veste, quâ corpus tegant, ne nudi incedant, ut differit Ant. Faber. *part. 1. de Error. pragmat. decad.5. Error.8.* † Cessat 4
tamen hæc excussio, si ei fidejussores renunciaverint *per l. pen. C. de pact. hâc Const.18.* † Quin non 5
solùm renunciationem beneficium excussionis seu Ordinis excludere, sed & plures existere casus, quibus hâc exceptione fidejussores non juvantur, satis innuit Constit. *hæc in verb.* **Aber in Fällen/ da der Bürge das** *beneficium excussionis* **nicht vorwenden kan/ &c.** quos tamen expressè non refert, sed eosdem ab Interpp. petere jubet *in verb.* **Derer von den Rechtslehrern etliche erzehlet werden/ &c.** † De 6
quibus imprimis videri possunt Matth. Coler. *de proces. execut. part.1. cap.10. num.381. & seqq.* Valent. Franc. *de fidejuss. cap.5. num.315. & seqq.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap.27. part.1. num.181. & seqq.* Matth. Berlich. *p.2. concl.24.* Anton. Gabriel. *lib.3. tit. de fidejuss. c.1. n.46. & seqq.* † Ca- 7
sibus illis adnumerari quoque hic potest, si delegans debitorem alteri repromiserit, se soluturum pro delegato, si is die præfinitâ non solverit; † Huic certè, 8
si delegatus in morâ existat, beneficio excussionis fidejussoribus indulto, haudquaquam tueri fe licet, sed statim tanquam debitor principalis priori obstrictus obligatione, ad solutionem is condemnari potest, Hart. Pistor. *observ.87.* † Nec ad rem per- 9
tinet, quod per delegationem debitor liberetur *l.3. C. de novat.* Hoc enim licet aliàs verissimum sit, fallit tamen in casu præsenti, quo conventum fuit, ut delegans non debeat esse liberatus, priusquam solutio actualis fiat à delegato, quod pactum naturæ delegationis adversatur, † efficitque, ut vera delega- 10
tio haud facta censeatur, sed res omnis in pristino statu permansisse putetur, ut tradit Salycet. *in l. pro debito.6. n.4. C. de bon. auth. jud. possid.* † Tenetur 11

ergò

ergò etiamnum tanquam principalis, cui nullum ordinis beneficium accommodari potest, Hartm. Pist. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Michaëlis Sanders zu Querfurt/ Mense Febr. Anno 1622. [Verba sentent. Habt ihr der Schuld wegen/damit ihr Christoph Helbigen verhaftet gewesen/einen andern Debitorem ihme vorstellig gemacht und delegiret/ iedoch mit dem Gedinge/ auffn Fall er binnen zweyen Monaten die Zahlung nicht leisten würde/ ihr nachmals selbsten dafür haften wolltet/und es hat selbiger Debitor zu bestimmter Zeit den Creditorem nicht befriediget/ꝛc. So seyd ihr numehr die Zahlung zu thun schuldig / und habt euch gestallten Sachen nach mit dem beneficio excussionis nicht zu behelffen/ V. R. W.]

Definit. VI.

Fidejussor fraudulenter negans fidejussionem, convictus postea mendacii, non juvatur beneficio excussionis.

1 JUris indubitati est, quod fidejussor exceptionem Ordinis opponens Creditori, non audiatur, si negaverit fidejussionem, posteaq; mendacii convictus fuerit, per text. *in l. si dubitet. 10. §. ita demum. 1. ff. de fidej.* Matth. Coler. *de proceß. exec. part. 1. c. 10. n. 397.* Ant. Tessaur. *decis. 50.* Hippol. de Marsil. *in Rubr. ff. de fidejuß. n. 19.* Johan. Schneidew. *ad §. plures. 4. n. 9. Inst. eod.* Anton. Hering. *de fidejuß. cap. 27. part. 1. numer. 210.* Vincent. Caroc. *de excuß. bonor. part. 2. qu. 69.* Idque in pœnam men-
2 dacii inductum videtur. † Quæ cum locum non habeat, nisi dolo ac fraude negantis apparente, Ja-
3 son. *in l. 1. n. 15. C. de transact.* satis inde patet, † limitationem hanc ad fidejussorem dolosum restringendam esse, negantem verò ex errore, excussionis beneficio uti non prohiberi, Hering. *dict. cap. 27.*
4 *part. 1. num. 118.* Tessaur. *dict. decis. 50. n. 45.* † siquidem ignorantia à pœna mendacii negantem excusat, Vincent. Caroc. *de excuß. bonor. part. 2. qu.*
5 *69. n. 34.* † Idemque asserendum videtur de eo, qui animo titubante & dubio, incertaque mente oblivionem allegando fidejussionem negat. † Nam &
6 hunc extra dolum esse, quivis facilè concesserit, He-
7 ring. *dict. loc. n. 219.* † Sicuti & eum, qui sub generali litis contestatione negat narrata prout narrantur, beneficium excussionis haud perdere, tradit
8 *ibidem* Hering. *n. 220.* † Ejusmodi namque litis contestatio nec simpliciter negativa, nec affirmativa est, sed implicita, ita ut respondens de simplici confessione vel negatione argui nequeat, Daniel. Moll. *ad* Const. Elect. *10. num. 1. p. 1.* Jacob. Schult. *pract. obs. 44. n. 6.*

Ita Domini in causa Caspari Lödels zu Meissen/ Mens. Dec. Anno 1623. [Verba sententiæ: Es wäre dann / daß ihr anfänglich die Bürgschaft dolosè und gefährlichen verneinet / auf solchen Fall hättet ihr euch des beneficii excussionis numehr zu gebrauchen nicht Fug/ V. R. W.]

Definit. VII.

Cessat beneficium Excussionis inter Mercatores.

1 EXceptionem discussionis non competere fidejussori contra Mercatorem, communis est Interpp. sententia per text. *in Nov. 4. cap. alt. §. ult. vers. argentariorum quippe sponsionibus &c. Nov. 136. cap. 1.* ubi contra hanc exceptionem argentariis succurritur. Quibus ex rationis identitate alios quoque Mercatores adjungunt Dd. Anton. Neguz. *de pignor. membr. 1. part. 8. princip. n. 29.* Tessaur. *decis. 166. n. 7.* Anton. Hering. *de fidejuß. part. 1. c. 27. n. 283.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 16. numer. 14.* Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 10. num. 393.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 27. numer. 27.* Nicol. Boër. *decis. 221. numer. 14.* Mynsing. *cent. 2. observ. 15. numer. 5.* Berlich. *part. 2. concl. 24. num. 47.* Valent. Franc. *de fidejuß. c. 5. n. 396.* † Quam 2
admitto, si & ipsemet fidejussor fuerit mercator, & in foro mercatorum conveniatur. † Alioquin 3
ordinis beneficium etiam contra mercatorem dari fidejussori, qui ipse mercator non est, rectissimè asserit Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 3. n. 1. & lib. 8. tit. 23. defin. 8.* † Rationem autem istius 4
sententiæ in eo ponunt Dd. quod in foro Mercatorum non soleat disputari de apicibus Juris, sed tantum de æquitate & bonâ fide, *l. fidejussor. 29. §. quædam. 4. ff. mandat.* Fab. *dict. defin. 3. numer. 2.* Gail. *dict. loc.* Wesenb. *cons. 10. numer. 40.* † At 5
nego, Ordinis beneficium cum bonâ fide & æquitate pugnare; † Quin ipsa potius æquitatis ratio suadet, ut prius eatur ad eum, qui solus utilitatem ex 6
contractu sensit, quàm ad fidejussorem: † Ac licet, 7
reo excusso, redeatur ad fidejussorem, interest tamen hujus, prius agi contra illum & eum potius exigi, quàm ut fidejussor novo judicio contra Reum experiri cogatur, cùm nec interesse queat Creditoris, quod prius teneatur appellare debitorem principalem. † Dicere itaq; ausim cum Reinh. Bachov. 8
in not. ad Treutl. *vol. 2. disp. 28. th. 5. lit. C. & D.* in foro mercatorum huic exceptioni propterea locum non dari, † quod præsumatur semper tacita re- 9
nunciatio facta, cum maximè interstit Mercatorum, pecuniam habere in promptu, ne fides eorum periclitetur. Hippol. de Marsil. *ad rubr. de fidejuß. n. 8.* Franc. & Hering. *dict. loc.* † Accedit etiam com- 10
modum publicum, ut scil. liberior sit commerciorum usus, *arg. l. 1. in pr. ff. de contr. empt.* Bodin. *lib. 3. de Republ. c. 8. p. 561.* † Nec enim vivere potest 11
mundus sine Mercatoribus, ut inquit Later. *de cens. lib. 3. c. 12. n. 34. & seqq.* † Ut sic à Regulâ com- 12
muni, quæ excussionis beneficium omnibus aliàs fidejussoribus tribuit, vel saltem Reipublicæ causâ mercatores sint excipiendi, *arg. l. hâc lege 8. in fin. C. de pact. conv. tam super dote.*

Ita Domini in causa Johannis Pilß zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1608. [Verba sentent. Es ist er euch die hinterstelligen 100. Thal. in Bürgschaft zu zahlen pflichtig/ und hat sich mit dem beneficio excussionis, ungeachtet er sich desselben nicht begeben / nach Gelegenheit dißfalls/weil man in causa Mercatorum versiret/dawider nicht zu behelffen/ V. R. W.]

Et in causa Christiani Scherls contra Annen / Simon Löfflers Witben/ Mense Jan. Anno 1636.

Definit. VIII.

Non datur beneficium Ordinis ei, qui pro muliere fidejussit.

EXpeditum est apud omnes, quod excussionis 1
beneficium cesset, si debitor principalis non facilè conveniri queat, † putà si potens sit & Tyran- 2
nus, ad quem non pateat tutus accessus, Andr. Gail. *l. 2. obs. 27. n. 25.* Val. Franc. *de fidejuß. c. 5. n. 326.* Anton. Hering. *de fidejuß. c. 27. p. 1. n. 273.* † Aut si ri- 3
xosus sit, litigiosus, vel consuetus non solvere etiam verum debitum sine lite, Jason. *in l. ult. n. 11. ff. si cert. petat. & l. soluto matrimonio. 2. n. 19. ff. solut. matrim.* Jacob. Beust. *ad l. admonendi. 31. n. 299. ff. de jurejur.* Gail. *d. obs. 27. n. 26.* † Ex quo fundamento 4

nec is juvatur ordinis beneficio, qui fidejussit pro naturaliter tantùm obligato, putà pro pupillo, furioso, prodigo, &c. juxta *l. Marcellus. 25. ff. de fidejussor.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. c. 10. n. 404.* Joh. Schneidew. *ad § si plures. 4. n. 8. Inst. de fidej.* Franc. *dict. cap. 5. n. 340.* † Quia ejusmodi in
5 casu, discussio de jure dicitur impossibilis, Bald. *in Auth. sed hodiè. C. de obligat. & action. n. 5.* † Quo
6 & refero mulierem, minorem, aliumve privilegiatum cum Vin. Caroc. *in excuß. bonor. p. 2. qu. 40. &*
7 *q. 41. n. 3.* † Etenim, quia cum ejusmodi personis non nisi magnâ cum difficultate propter privilegia ipsis concessa litigatur, nec pro hisce fidejubentem exceptione discussionis se tueri posse, ex prædictis in aperto est.

Ita Domini in causa M. Georgii Grützners zu Greitz/Mens. April. A. 1629. [Verba sent. Ob nun wol der Bürge dem beneficio excussionis nicht renunciret / dieweil er aber dennoch von der Principal-Schuldnerin keinen richtigen Kauff-Brief erlangen können / sie sich auch in gutem zur Zahlung nicht verstehen will / dahero auch die excussio schwer gemacht wird / ꝛc. So hat sich der Bürge nach Gestalt dieser Sache des beneficii excussionis nicht zu gebrauchen / sondern ihr seyd bey demselben eure Zahlung zu suchen wohl befugt / V. R. W.]

Definit. IX.

Qui pro Principe, fisco vel communitate fidejussit, non valet opponere exceptionem discussionis.

1 CEssat quoque excussionis beneficium in fidejussore fisci, nam qui pro Fisco, Senatu, aliâve communitate fidejusit, beneficium excusionis non
2 habet, sed statim conveniri potest. † Fiscus enim vel alia universitas semper solvendo est, *l. si maritus. 2.*
3 *§. ult. in fin. ff. de fund. dotal.* † Ne ergò inanis sit hæc fidejussio, videtur tacitè huic beneficio renunciatum, Vincent. Caroc. *de excuß. bonor. p. 2. qu. 12. n. 7. & seqq.* Bald. *in l. 1. n. 17. C. de convent. fisci debit.* Jason *in l. 116. n. 32. ff. de Verb. Obligat.* † Eâ-
4 demque de causâ denegatur quoq; excusionis beneficium illi, qui pro Principe aliôve magno domino fidejusit, quia & Princeps semper solvendo præsumitur, *l. 9. ff. ad Leg. Rhod. de jact.* Anton. Hering. *de fidejuß. cap. 27. p. 1. num. 308.* Joh. Schneidew. *ad §. item si quis in fraudem. 6. num. 65. Inst. de*
5 *act.* † Quin & Princeps potens habetur, qui non facilè conveniri potest, ut vel propterea pro eo fidejubenti haud prosit exceptio ordinis, Berlich. *part. 2. concl. 24. n. 27.* Dan. Moller. *lib. 1. Semestr. c. 16. n. 13.* Nicol. Boër. *decis. 57. in fin.*

Ita Domini in causa Senatus Zittaviensis, Mense Julio, Anno 1630.

Definit. X.

In Correis debendi quando locum habeat beneficium excussionis.

1 BEneficium Ordinis sive excusionis regulariter non obtinet in duobus vel pluribus correis debendi, *Auth. hoc ita si pactum. C. de duob. reis stipul.* Jas. *in l. si constante. 24. ff. solut. matrim. n. 52.* Valent. Franc. *de fidejuß. cap. 5. n. 422.* Vinc. Caroc. *de excuß. bonor. part. 2. qu. 1. n. 1.* Ratio hujus expe-
2 dita est: † quia correi debendi omnes sunt principales, unaque tantum est obligatio, *l. 2. l. 3. §. ult. ff. de duob. reis constit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit.*
3 *27. defin. 3. n. 4.* † At, ut beneficium excusionis locum habeat, necessariò requiritur, ut una sit principalis, altera accessoria persona, *Novell. 4. cap. 1.*
4 † Nihilominus tamen si ad alterutrum solùm tota pecunia pervenerit, is, ad quem nihil pervenit, exceptione ordinis juvabitur, † eò, quod ex sententiâ 5
Interpp. pro fidejussore videa ur habendus, Dd. *in Auth. hoc ita. C. de fidejuß. l. vir uxori. 17. §. mulier & Titius 2. ff. ad SCtum Vellejan.* Anton. Fab. *dict. defin. 3. num. 6.*

Ita Domini in causa Bernhard Zochens zu Grimma/ Mense Mart. Anno 1630. [Verba sent. Seyd ihr nebenst Matthes Wehnern 100. fl. schuldig worden / deswegen ihr euch als Correi gegen den Gläubiger verpflichtet / welcher anitzo die Zahlung suchen thut. Ob nun wol sonsten das beneficium excussionis den Correis debendi nicht zu statten kömmt / da aber dennoch gedachter Wehner berührtes Geld gantz allein zu sich genommen / und damit gebahret hätte / ꝛc. So vermöchtet ihr / ehe und zuvor derselbe gebührlichen excutiret / die Zahlung für eure Person zu thun nicht angehalten werden / V. R. W.]

Definit. XI.

Cessat quoque beneficium Ordinis, quando debitor principalis est absens, fugitivus aut latitat.

EXcussionis beneficio non gaudebit fidejussor, 1
si debitor principalis in longinquis regionibus absens est, ita ut sine magno negotio & difficultate conveniri nequeat. † Hæc quippe diuturna absen- 2
tia Creditori incommodo atque fraudi esse non debet, *Auth. præsente. ubi* Salycet. *n 3.* & Joh. Sichard. *n. 10. & 11. C. de fidejuß.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 33. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 27. n. 35.* Joh. Schneidew. *ad §. si plures. 4. num. 3. inst. de fidejuß.* † Quod si tamen fidejussor debitorem 3
principalem præsentare velit, aliquod temporis spacium pro arbitrio Judicis ipsi indulgendum erit, *Nov. 4. cap. 1. dict. Auth. præsente. vers. ipso tamen desiderante. C. de fidejuß.* Schneidew. *dict. loc.* Vincent. Caroc. *de excuß. bonor. p. 2. qu. 46. n. 3. & 4.* Valent. Franc. *de fidejuß. c. 5. n. 355.* † Idemque Ju- 4
ris esse videtur, si debitor quidem præsens sit, sed latitat. Etenim quia nec tùm Creditor absque difficultate suum consequi valet, † quò minùs à fidejus- 5
sore statim hoc exigat, ordinis exceptione impediri non debet, *arg. l. Fulcinius. 7. ff. quib. ex caus. in posseß. eat.* Joh. Harpp. *ad §. si plures. 4. n. 50. Instit. de fidej.* Val. Franc. *dict. c. 5. n. 33.*

Ita Domini in causa Pauli Mentzels zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1586. [Verba sententiæ: Dieweil sie aber dennoch dem Beneficio excussionis ausdrücklichen nicht renunciret / so ist ihnen / sich desselbigen zu gebrauchen / unbenommen. Es wäre denn / daß eurem Bericht nach obgedachter Veit Meyer Schulden halber flüchtig / und nirgend sicher wäre / auff den Fall wäret ihr die Bürgen um die Bezahlung zu belangen wohl befugt / V. R. W.]

Definit. XII.

Non juvabitur beneficio excussionis fidejussor, quando inter contrahentes hoc actum appareat, ut Creditori fas sit, fidejussorem statim cõvenire.

NUnquam beneficio excussionis locum dari, 1
quando causa summariè ex bono & æquo decidenda est, tradunt Interpp. ferè omnes, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 27. n. 26.* Hart. Pist. *lib. 1. quæst. 6. num. 30.* Ant. Hering. *de fidejuß. cap. 27. p. 1. num. 276.* Valent. Franc. *de fidejuß. c. 5. n. 393.* Hippol. de Marsil. *in rubr. ff. de fidejuß. n. 12.* Ant. Tessaur. *decis. 52.* Rol. à Vall. *vol. 1. consil. 9. n. 21.* Mynsi. *cent. 2. obs. 15. n. 5.* † Quod concesserim in casu, quo de mente con- 2
trahentium apparet, id actum fuisse, ut fidejussor

statim

3 ſtatim conveniri queat, † putà, ſi propterea fidejuſſor datus fuerit, ne Creditor ad domicilium debitoris proficiſci, alioquè in foro experiri cogatur.
4 † In omnibus ſiquidem actibus potiſſimum quid contrahentes ſenſerint, inſpici, nec hi ultra agentium intentionem quicquam operari debent, *l. non omnis. 19. ff. de reb. Credit. l. quoties 9. ff. de hered. inſt. l. 17. C. de donat.*

Ita Dõmini in cauſâ Annæ Uxoris D. Caſpari Jungermans / contra Tileman Eſchebruchens zu Leipzig/ Menſ. Jul. Anno 1634.

Definit. XIII.

Fidejuſſor ſuccedens debitori principali, non juvatur beneficio ordinis, nec Inventarii, ſed ultra vires etiam hereditatis tenetur.

1 HAud locus eſt exceptioni ordinis ſeu beneficio excuſſionis, quando fidejuſſor debitori ſuccedit, quia hoc caſu convenitur, non ut fidejuſſor, ſed ut heres debitoris, *l. fidejuſſoris. 24. ubi* Dd. *C. de fidejuſſ. l. heres 21. §. ult. ff. eod. tit. l. Stichum. 95. §.*
2 *quod vulgo. 3. ff. de ſolut.* † Cum per ſucceſſionem & confuſionem ſoluta ſit interceſſionis obligatio pro parte nimirum hereditaria, ſalva interim remanente obligatione principali, *l. debitor. 3. ff. de ſeparat. l. ſi Reus. 13. ff. de duob. Reis Conſtit. l. ſi duo 93. in pr. & fin. ff. de ſolut.* Hartm. Piſtor. *lib. 3. q. 1. n. 11.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. n. 398.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 20. §. 16. num. 31.*
3 Valent. Franc. *de fidejuſſ. c. 5. n. 428.* An † ergò ceu heres debitoris juvabitur quoque hoc caſu beneficio inventarii, ita ut diſcuſſis defuncti bonis ultra vires
4 hereditarias non teneatur ? Non certè, † etſi enim aliàs heres, confecto inventario, ultra vires hereditarias cohveniri nequeat, *l. ſcimus. 22. C. de jur. delib.* attamen nihil quicquam juvat fidejuſſorem hoc
5 caſu beneficium inventarii, †, quippe quod non debet porrigi in injuriam Creditorum, *l. nec avus. 4. C. de emanc. liberor.* Bart. *in l. debitor. 3. ff. de ſepar.* Hering. *dict. §. 16. n. 35.* Franc. *de fidej. c. 6. num. 103.* Vinc. Caroc. *de excuſſ. bonor. part. 2. qu. 58. n. 1. &*
6 *ſeqq.* Hart. Piſt. *dict. loc. n. 14.* † Nec ad rem pertinet, quod modò dixi, per ſucceſſionem obligationem fidejuſſoris eſſe ſublatam, ita ut amplius non tanquam fidejuſſor, ſed heres debitoris conveniri
7 queat, *dict. l. 24. & l generaliter. 5. ff. de fidej.* † Hoc enim eatenus verum eſt, quatenus Creditor inde damnum non ſentit, ut tradit Bart. *in l. 14. ff. de*
8 *fidejuſſ.* † Ea patitur regula illa, quâ acceſſoria obligatio conſumi dicitur à principali, notabilem limitationem, ut ſolùm obtineat, quando Creditori principali obligatiòne ſatisfieri queat, *l. 95. §. 3. ff.*
9 *de ſolut.* † Unde & fit, quod ſi fidejuſſor ſucceſſerit ei, qui naturaliter tantùm obligatus erat, obligatio fidejuſſoria in ſuo ſtatu remaneat, quia aliàs injuria
10 fieret Creditori, † quæ procul dubio mens eſt Papin. *in dict. l. 95. §. 3. ff. d. t.* quem textum rectè vi-
11 detur emendare Jac. Cujac. *lib. 11. obſerv. 34.* † Nam ſi Reus duntaxat naturaliter fuerit obligatus,
12 fidejuſſor qui ſucceſſit, non liberabitur: † quam emendationem ex Græcis traditam probat Anton. Fab. *lib. 8. conject. 4.*

Ita Domini in cauſa Martini Löſels zu Brauſigk/ Menſ. Jun. Anno 1627. (Verba ſent. Habt ihr euch für euren Bruder wegen 200. Thaler in Bürgſchafft eingelaſſen / deſſen Erbe ihr nunmehr nach ſeinem Abſterben worden ſeyd: Ob nun wol hierdurch die Bürgſchafft aufgehoben/und ihr als des Debitoris Erben die Zahlung ohne vorgehende excuſſion zu leiſten ſchuldig ſeyd / ꝛc. So mag euch doch die confectio inventarii, ſo ſonſten den Erben zu ſtatten kömmt/ in nichts behülfflich ſeyn/ ſondern ihr ſeyd auch über das Vermögen der Erbſchafft/ geſtalten Sachen nach / den Gläubiger zu befriedigen pflichtig/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Locum non habet exceptio Ordinis, quando bona debitoris extra territorium in locis longè remotis ſunt ſita.

1 NEmo, opinor, inficias ibit, difficilem & incommodam eſſe Creditori excuſſionem bonorum debitoris in locis admodum longè remotis & diſſitis ſituatorum; † Quare & beneficium ordinis ceſ-
2 ſare, ac fidejuſſorem hujus exceptione ſe tueri non poſſe, ſi debitoris bona extra territorium jus dicentis ſita fuerint, rectiſſimè aſſerunt Dd. † per tex-
3 tum *in* Novell. *4. cap. 1. §. ſi verò interceſſor. l. 21. §. ſi arbiter. 10. ff. de recept. qui arbitr. l. Mævia. 13. §. ult. ſub fin. ff. de ann. legat.* Jaſon. *in l. 15. § poſſeſſor 7. ff. qui ſatisd. cog.* Hippolyt. de Marſil. *in Rubr. ff. de fidejuſſ. num. 14.* † Quod tamen non aliter
4 accipiendum, quam ſi debitor principalis extra territorium jus dicentis in aliis locis admodum longè remotis & diſſitis habeat bona. † Alióqui, ſi bona
5 in vicina & conjuncta ditione ſita ſint, excuſſionem omnino præcedere debere, facilimè conceſſerim, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 188.* Vincent. Caroc. *de excuſſ. bonor. p. 2. q. 34. num. 3. & ſeq.* Ant. Teſſaur. *deciſ. 40. n. 3.* † Non ſolùm
6 quia æs alienum univerſa bona ubicunque locorum ſita reſpicit, *l. 50. §. tractatum eſt. 1. ff. de judic.* †
7 Sed & quod bona extra territorium ſita ſufficiant ad ſatisdationem, *l. fidejuſſor. 7. §. ſi neceſſaria. 1 ff. qui ſatisd. cog.* Berl. *part. 2. concluſ. 24. num. 20.*

Ita Domini in cauſa Caſpari Liſchkens zu Döbeln / Menſ. Sept. Anno 1630. (Verba ſent. Ob nun wol der Bürge das beneficium excuſionis fürzuſchützen gemeynet / fürgebende/daß der Debitor noch anderswo Geld zu fordern habe/dieweil aber dennoch ſelbige Forderung unter anderer Herrſchafft anhängig/und ohne ſonderbare und ſchwere Mühe nicht einzubringen/ꝛc. So hat ſich auch bemeldter Bürge mit dem beneficio excuſionis nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Definit. XV.

Non competit beneficium excuſſionis fidejuſſori, quando debitor notoriè non eſt ſolvendo, quod aliàs Creditor probare debet.

1 EXtra controverſiam eſt apud Interpp. quod beneficio excuſſionis juvari non debeat fidejuſſor in caſu, quo debitor principalis notoriè non eſt ſolvendo, Valent. Franc. *de fidejuſſ. c. 5. n. 315.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 27. p. 1. n. 199.* Zang. *de except. part. 2. c. 16. num. 15.* Andr. Gail. *l. 2. obſ. 27. num. 14.* Schneidevvin. *ad §. ſi plures. 4. num. 4. Inſt. de fidejuſſ.* Ratio expedita eſt: † Quia excuſſio non fit
2 ad alium finem, niſi ut appareat, an debitor ſolvendo ſit nec ne; At † notoria non egent probatione,
3 *l. 11. §. 12. ff. de action. empt.* † Conſtat autem Noto-
4 rietas ex eo, quod debitor juramentum paupertatis præſtitit, vel oſtiatim vadit, vel ſi ipſemet & ejus fidejuſſor jurent, nulla bona debitoris adeſſe, vel per famam vicinorum, ita ut ulteriori judicis declarationi planè opus non ſit, Gail. *dict. obſ. 27. num. 15.* Franc. *dict. cap. 5. num. 341.* Felin. *in c. ip. evidentia. 9. extr. de accuſat.* Vinc. Caroc. *de excuſſ. bonor. part. 2. quæſt. 38. n. 14.* † Notorietate verò
5 hâc

hâc non apparente, onus probandi, debitorem non esse solvendo, incumbit Creditori, qui eum solven-
6 do esse negat, Franc. *dict. c. 5. n. 319.* † Nam qui intentionem suam in negativa fundat, eam probare debet, *l. pen. §. docere. 2. ff. Ne quis eum qui in jus voc.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 18. n. 14.* Jas. *in l.*
7 *in illa. 8. n. 5. & seqq. ff. de Verb. Oblig.* † Quibus verò modis probari possit, debitorem haud esse solvendo, tradit multis Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. c. 10. num. 386. & seqq.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 24. n. 143. & seqq.* Hering. & Franc. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Martini Radevvalds zu Gommern/ Mens. Sept. Anno 1625. (Verba sent. Seyd ihr von Melchior Glosen wegen 37. Reichsthlr. dafür ihr euch in Bürgschafft eingelassen / belanget worden. Ob ihr nun wol das beneficium excusionis vorzuschützen gemeynet seyd. Da aber dennoch der Principal-Schuldener notorie nicht solvendo wäre / oder aber der Creditor solches erweisen würde/immaßen ihme zu thun obliget/ ꝛc. So hättet ihr euch mit angeregtem beneficio excusionis nicht zu behelffen / sondern ihr wäret die Zahlung ohne Verzug zu leisten schuldig/V.R.W.)

Definit. XVI.

Nomina debitoris particulariter & distinctis terminis solvenda (auff Tagezeiten) quatenus cessare faciant beneficium excussionis.

1 BEneficium ordinis fidejussor non à debitore, sed à Lege habet. Idcirco in potestate debitoris non est, beneficium hoc fidejussori auferre, licet in judicio conventus dixerit, nulla se bona habere,
2 iisque ultrò Creditori cedere; † Quia, si fortè in ejus necem cum Creditore colludere velit, non est ei permittendum, Ant. Fab. *in C. l. 8. tit. 27. definit.*
3 *32. n. 2.* † Quin potius videat, ut per exsolutionem debiti liberet fidejussorem, nec tam facilè ad cessionem prorumpat, quæ haud rarò tàm fidejussori, quàm Creditori inutilis & infructuosa est, Fab.
4 *dict. definit. 32. n. 4.* † Hujus rei exemplum habemus in debitore, cui nomina particulariter atque distinctis terminis solvenda restant; Quibus Creditori licet cessis, haud tamen juvabitur discussionis
5 exceptione fidejussor, † quum per nomina particulariter solvenda Creditori vix satisfieri queat, per tradita in simili à Vincent. Caroc. *de excuss. bonor.*
6 *part. 2. q. 34. num. 5. & q. 35. numer. 20.* † Nec cogi debet Creditor, ut litis periculum & incommodum suscipiat pro debito consequendo, quia vix unquam facilis est & expedita nominis persecutio, *l. à Divo Pio. 15. §. sed utrum 9. ff. de re judic.* Ant. Fab.
7 *lib. 8. tit. 6. def. 29. num. 3.* † Attamen si debitor nomina ejusmodi vendere, ac parata pecunia inde redacta fidejussorem liberare velit, quin audiri debeat, & ab omni actione tutus sit fidejussor, dubium planè non est.

Ita Domini ad consultationem Hiobi Kölers, Quæstoris zu Meißen/Mens. August. An. 1595. [Verba sent. So mag auch der Bürge ohne vorgehende gebührliche excussion des Selbschuldigers / beständiger Weise nicht belanget werden/ und weil der Debitor, wie ihr selbsten berichtet/noch etliche Erbgelder auff seinem verkauffsten Hause stehen hat / so ist obbemeldter Gläubiger mit seiner Bezahlung sich daran weisen zu lassen schuldig. Jedoch ist der Selbschuldener berührte Erbgelder und baar Geld zu verkauffen/ und mehi berührten Gläubiger zu contentiren pflichtig/V.R.W.)

Et in causa Caspari Lischkens zu Döbeln/ Mens. Septemb. An. 1630.

Definit. XVII.

Beneficium excussionis locum etiam habet in actione hypothecariâ contra tertium possessorem institutâ.

TAnta est exceptionis non factæ excussionis 1
efficacia, ut Creditorem à limine judicii, tanquam sine actione agentem repellat, Andr. Gail. *l. 2. obs. 27. n. 5.* † non solùm si fidejussores conve- 2
niantur, sed & si à bonorum possessoribus hæc exceptio objiciatur: † Nam Creditor contra tertium 3
possessorem rerum hypothecatarum agere non potest actione hypothecaria, vel revocatoria, debitore prius non excusso, per text. *in Auth. Hoc si debitor. C. de pignor. ubi* Gloss. & Dd. Andr. Gail. *dict. obs. 27. n. 7.* Schneidevv. *ad §. item Serviana. 7. n. 81. Inst. de action.* Jas. *in §. item si quis in fraudem 6. n. 67. Inst. de action.* Valent. Franc. *in tr. de fidej. c. 5. n. 149. & seqq.* † Competit ergo tertio possessori bene- 4
ficium hoc excussionis, in tantum, ut licet Creditor, cum de pignore conveniret, pactus sit, ne bonorum debitoris excussionem ullo casu facere cogeretur, 5
† non tamen usque adeò illa conventio nocere queat tertio possessori, postea cum debitore contrahenti, ut si hypothecaria conveniatur, juvari eò minus debeat exceptione non factæ excussionis, Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 23. defin. 6. n. 1.*

Ita Domini in causa Michaël Kleppachs zu Hertzberg/ Mens. Nov. Anno 1630. (Verba sent. Ob ihr nun wol darwider die exceptionem excussionis einzuwenden gemeynet / gestalt denn die actio hypothecaria wider den dritten possessorem, ehe und zuvor der Principal-Debitor gebührlichen excutiret, nicht statt haben mag/ꝛc.)

Definit. XIIX.

Excussionis tamen beneficio non gaudet possessor fundi, Creditori specialiter hypothecati.

EXceptionem discussionis competere tertio 1
possessori adversus Creditorem hypothecariâ agentem, dixi Defin. *præced.* Quod verum in hypothecaria generaliter constituta. † Secus res se habet 2
in speciali hypotheca; puta si debitor in specie aliquas res, fundos, vel prædia pignori dederit, posteaq; alienaverit; † Tunc certè Creditor illa bona & præ- 3
dia sibi in specie hypothecata à tertio possessore vindicare potest, absq; omni excussione debitoris, † per textum expressum *in Novell. 112. cap. 1. §. ab* 4
hoc autem litigiosi. 3. l. distractis. 14. C. de pignor. Ant. Tessaur. *decis. 51. n. 1. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 24. n. 71.* Dionys. Goth. *ad dict. l. 3. C. de pign. Nov. 112. c. 1. §. 3. lit. E.* Vinc. Caroc. *de excuss. bonor. part. 2. q. 69. n. 1. & seqq.* Joh. Schneidevvin. *ad §. item si quis in fraudem. 6. n. 64. Inst. de act.* † Nec obstat huic *Nov. 4. c. 2.* ubi disertis 5
verbis statuitur, quod adversus pignorum possessores non possit perveniri, nisi excusso prius principali debitore. † Etenim sanctionem hanc fuisse 6
correctam & abrogatam per *Novell. 112. cap. 1. §. 3.* quæ posterior & recentior est, vulgò autumant, teste Berlich. *dict. concl. 24. n. 73.* † Sed non opus 7
est confugere ad correctionem jurium. Dicam potius, *dict. Novell. 4. c. 2.* de generali solummodò hypotheca loqui, † ut ostendit Jacob. Cujac. *lib. 8.* 8
obs. 19. vers. scio quidem.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch solches auff den Fall / da nemlichen auff einem gewissen Stücke Guts eine Special-hypotheca constituiret worden / Inhalts der Rechte nicht zu ziehen/etc. So

So habt ihr euch auch mit der exceptione excussionis nicht zu behelffen/sondern es wird die Hülffe in Verbleibung gütlicher Zahlung in euer erkauffes Haus gebührlichen billich vollstreckt/V. R. W.)

It. in causa Georgii Scheinfussens zu Reichenbach/ Mens. Majo, Anno 1636. (Verba sent. Daß ihr euch an dem verpfändeten Acker auch ehe und zuvor der Principal-Schuldener excutiret, actione hypothecariâ zu halten wol befugt/V. R. W.)

Et in causa Johan VVerckens contra Gregorium Ritschen, ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Decembr. Anno 1636.

Definit. XIX.

Qui sciens rem alii hypothecatam emit, non habet beneficium exceptionis haud excussi debitoris.

1 SI rectius possessor sciverit priorem hypothecam, quod scilicet res illa, quæ sibi venditur, alteri cuidam hypothecata sit, ac nihilominus eam emerit, non juvabitur exceptione excussionis; † Sed Creditor statim, nondum excusso debitore, adversus eum hypothecariâ actione experiri valet, Anton. Fab. *in C. lib. 8. tit. 6. definit. 33.* Rob. à Vall. *vol. 1. cons. 9. num. 23. & 24.* Vincent. Caroc. *in tr. de excuss. bonor. part. 2. q. 25. n. ult. & q. 77. n. 1.* † Videtur siquidem emptor in mala fide constitutus, quantum ad actionem hypothecariam, qui emit rem, quam scit alteri obligatam, Fab. *dict. defin. 33. n. 3.*

4 † Idcircò juvare ipsum haud potest non factæ excussionis exceptio, sicuti non juvat nudum detentorem, seu possessorem, qui aliam possessionis suæ causam dicere nullam potest, quàm quia possidet,

5 Ant. Fab. *in C. lib. 8. tit. 23. defin. 3. num. 4* † Nec enim in ejusmodi possessore locum habet æquitatis

6 favor, qui hanc exceptionem induxit, † ille nimirum, quod justo possessori succurrendum sit, *l. planè 14. ff. de minor.*

Ita Domini ad requisitionem Abrahami ab Ende/Mense Jun. Anno 1631. [Verba sent. Ob nun wol der Käuffer exceptionem excussionis vorschützen thut/ fürgebende/ daß vor allen Dingen seine Verkäuffere gebührlichen excutiret werden müssen/ dieweil aber dennoch gedachter Käuffer bey Erkauffung des Guts umb die darauff haffende hypothec gute Wissenschafft gehabt/und/derselben ungeacht/das Kaufgeld ausgezahlet/ ꝛc. So hat er sich auch mit der vorgeschützten exceptione excussionis nach Gelegenheit dißfalls nicht zu behelffen/ꝛc.)

Et in causa Sebastiani Kestners zu Leipzig/Mens. Jun. Ann. 1626. (Verba sent. Dieweil aber dennoch Käuffer bey Schließung des Kauffs/ von der auff dem Hause hafftenden hypotheca gar wol gewust/ in welchem Fall denn/ bewährter Rechtsgelahrten Meynung nach/die exceptio excussionis nicht statt hat/ꝛc.)

Definit. XX.

Non juvatur beneficio excussionis possessor hypothecariâ conventus, quando debitor est absens, nec facilè potest conveniri.

1 QUæ tertiis possessoribus hypothecariâ conventis datur non factæ excussionis exceptio ex

2 *Auth. hoc si debitor. C. de pign.* cessat omninò, † quando notoriè constat, principalem debitorem non esse solvendo, Joh. Schneidevv. *ad §. item Serviana 7. n. 81. Inst. de action.* † vel abesse, & in alieno,

3 longè remoto loco commorari, ita ut non facilè

4 conveniri queat. † Etsi enim æquitas ipsa beneficium excussionis præbeat tertio possessori, cujus sanè interest, non solvere potius, quàm solutum repetere, *l. 3. de compensat. l. si stipulatus. 15. in pr. ff. de fidej.*

5 † ac ne fiant de lite lites, condemnato possessore, qui mox adversus debitorem suum regressum sit habiturus, Ant. Fab, *in C. lib. 8. tit. 23. def. 3. n. 8.* † Attamen hoc neutiquam in damnum ac præjudicium Creditoris detorquendum, cujus quoque interest jure hypothecæ potius frui, debitumque consequi, quàm per exceptionem discussionis ad locum remotum difficilemque exactionem debiti sui remitti; † perinde sicuti nec fidejussor adversus Creditorem hâc exceptione tueri se potest, si debitor solvendo non sit, aut propter absentiam facilè conveniri nequeat, *Auth. præsente, ubi* Sichard. *num. 10. C. de fidejuss.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 33. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 27. num. 3.*

6 † Attamen hoc neutiquam in damnum ac præjudicium Creditoris detorquendum, cujus quoque interest jure hypothecæ potius frui, debitumque consequi, quàm per exceptionem discussionis ad locum remotum difficilemque exactionem debiti sui remitti; † perinde sicuti nec fidejussor adversus Creditorem hâc exceptione tueri se potest, si debitor solvendo non sit, aut propter absentiam facilè conveniri nequeat, *Auth. præsente, ubi* Sichard. *num. 10. C. de fidejuss.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 33. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 27. num. 3.*

7

Ita Domini in causa D. Johan. à Franckenbergs zu Querfurt/Mens. Novembr. Anno 1623.

Et in causa Nicolai à Walwitz/Mens. Sept. Anno 1631.

Definitio XXI.

Licet res Creditori hypothecata ad quartum vel quintum possessorem pervenerit, Creditor tamen non nisi debitorem suum excutere debet, si hypothecariâ agere velit.

EXcluso debitore, si agat Creditor hypothecarius contra quartum vel quintum possessorem actione hypothecaria, non potest conventus possessor objicere exceptionem excussionis venditoris sui. † Nec litem prosequi tenetur actor, at neque litis finē expectare, si possessor adversus suum venditorem, eam suo periculo, suisque sumtibus ad sententiam usque persequi paratum se dicat, ut in simili tradit Anton. Fab. *in C. lib. 8. tit. 23. definit. 11. num. 5.* † Ratio manifesta est, quod imputari non

3 possit Creditori, cur debitor possessoris alienaverit, *l. un. C. Rem alien. gerent. non interd. rer. suar. alien.* † cum tamen eidem justissimè imputetur, quare

4 cum hoc vel illo debitore contraxerit, *l. qui cum alio 19. ff. de Reg. jur.* † Exinde enim ipsi datur actio personalis ad excutiendum debitorem, quam ad-

5 versus tertium venditorem, scilicet possessoris non habet, quippe quod cum eo non contraxerit, *§. 1. v. Nam agit unusquisq, ubi Dd. Inst. de act.* † Sanè si

6 possessor hypothecariâ conventus & condemnatus regressum adversus venditorem suum petat, audiendus omnino est, † ita namque fiet, ut suum consequatur, quod ei sufficere debet, *arg. l. ex his 8. in fin. ff. quæ in fraud. credit.*

7

Ita Domini ad requisitionem Senatus Grimmensis, Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Da nun der Debitor oder nunmehr seine Erben notoriè nicht solvendo, oder allbereit excutiret worden wären/ꝛc. So wäre der Besitzer des hypothecirten Hauses/ unangesehen sein Verkäuffer oder auch vorige Besitzere noch Vermögens und solvendo seyn/ die 50. fl. zusammt den auffgelauffenen Zinsen klagendem Creditori zu erlegen schuldig. Es ist ihme aber sich an seinen/ und demselben hinwiederumb an seinen Verkäuffer solcher 50. fl. wegen zu halten unbenommen/V. R. W.)

Definit. XXII.

Fidejussor conveniri nequit, antequam pignus excutiatur, nisi in pignore distrahendo difficultas aliqua subsit.

DE jure Codicis Creditor electionem habet, utrum pignus prosequi, an verò fidejussorem convenire velit, per text. *in l. 2. & l. omissis. 47. de fidej.* † Sed hodiè de jure Authenticorum res aliter se

1

2

habet.

habet. Etenim quia hoc jure beneficium excussionis indultum est fidejussori, *Novell.4. c.1. Auth.præsente. C. de fidejuss. Auth.hoc si debitor. C.de pign.& hypoth.* † non nisi excusso pignore, Creditor fide-
3 jussorem convenire potest, Bald. *in dict.l. omissis 17. C.de fidejuss.Bart.in l.inter eos 51.§.Creditor.3.ff.de fidejuss.*Hartm.Pist.*obs.80. n.3.* Ant. Hering. *de fidejuss. c.20.n.18.* Valent.Franc.*de fidejuss.c.5. num.176.*
4 † Quod tamen non aliter verum est, quàm si pignus commodè vendi queat, secus, si in hoc aliqua subsit
5 difficultas; † Tum etiamnum hodie in electione Creditoris est, utrum fidejussorem convenire, an verò pignus prosequi velit, Hippol. de Marsil. *in rubr.de fidejuss.n.18.*Hartm.Pist.*dict.obs.80.n.5.*

Ita Domini in causâ Jonæ Meinigers zu Rochaw / Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sent. Habt ihr euch wegen 100. Reichsthlr. für euren Nachbar Ulrich Meyren in Bürgschafft eingelassen/immaßen denn auch derselbe dem Gläubiger zugleich ein Unterpfand verschrieben / da nun bemeldtes Unterpfand ohne sonderbahre Hindernüß und Difficultät verkaufft/und von dem Kauffgelde der Creditor befriediget werden könte; So möchtet ihr als der Bürge/ehe und zuvor das Pfand gelöset/beständiger Weise nicht belanget werden/V.R.W.)

Definit. XXIII.

Pactum debitoris principalis prôficit etiam fidejussori.

1 ETsi regulariter nec alteri stipulari, nec pro alio
2 paciscì liceat,§ *si quis alii.4.Inst.de inut.stipul. l.24. C.de pact.* scilicet, † quia inventæ sunt obligationes ad hoc,ut unusquisque acquirat sibi quod
3 sua interest, §. *alteri.18.Inst.de inut.stipulat.* † Attamen hoc multis in casibus fallit, ut dicam *infr.* Const. *29. Defin. 20.* Sanè fidejussoribus etiam pro-
4 ficit † pactum debitoris principalis per text. *in l.si unus.27.§.1.& l.& heredi.21.§ ult.ff. de pact.l.3.ff. de rescind. vendit.* Matth. Wesenb. *in parat.ff. de*
5 *pact. n.10.* † Ratio expedita reddi potest,quia ipsius quoque debitoris interest,fidejussorem liberari, ne
6 debitorem convenire & vexare possit; † Atqui regulariter stipulatio alteri prodest, quoties in ea stipulantis interesse versatur, §.*sed & si quis. 19. ubi*
7 Joh. Harpp. *Inst. de inut.stipulat.* † Quin & videtur pactum debitoris reale,rem ipsam afficiens, ex-
8 que ipsa re causam & originem trahens, † ut non immeritò fidejussori inde acquiratur obligatio, *l.15. l.32. ff.de fidejuss.l.7.§.1.l.19.ff. de except.*Harppr. *ad §.si plures.4.n.69.& 70. Inst. de fidejuss.* † Licet
9 autem pactum debitoris fidejussori prosit,ei tamen nequaquam nocet, *l.centum Capuæ.8.ff. de eo quod cert.loco.l.fidejussores.68.ff.de fidejuss.*

Ita Domini in causa Sempronii contra Cajum zu Berlin/Mens. Februar. Anno 1635. (Verba sent. Dieweil aber dennoch zwischen dem Creditore und Debitore ein richtiges pactum de non petendo à fidejussoribus getroffen worden / welches in Rechten auch den abwesenden Bürgen/so der Handlung nicht beygewohnet / noch dieselbe vollziehen helssen/allermassen zu statten kömmt/&c. So mögen auch dannenhero die Bürgen einiger Weise ferner nicht belanget werden/V.R.W.)

Definit. XXIV.

Verba Commendatoria inter mercatores, vel cum periculo persvadentis prolata, loquentem obligant.

QUi persuasionibus aliquem ad mutuò dandum 1
alteri pecuniam inducit, regulariter non obligatur, per text.*in l.si verò.12.§.12.ff.mandat.l.7.§. 10.ff. de dolo malo.l.13. C.quod cum eo,qui in alien. potest.supr.* Definit.*1.* Matth. Wesenb. *in parat.ff. mandat.n.6.*Joh.Köpp. *decis.36.n.10.* Ant.Hering. *de fidej.c.18.n.8.& seqq.* Andr. Scheffer.*part. 1.q. 46.n.4.* † Differunt namque commendare, & man- 2
dare,ut dicitur *in l.fideicommissa.11.§.2 ff.de leg.3.& l.19. in pr.ff. de ædil. edict.* † Nec commendatio 3
obligationem inducit, *d.l.12.§.12 ff. mandat.* perinde ut nec consilii obligatio est,*l. consilii. 47.ff. de Reg.jur. Vid infra* Const. *20. Defin.10.* † Quo ipso 4
tamen omnem dolosam persuasionem & affectatam exhortationem excusam velim; † Nec enim 5
doli judicium effugiet, qui decipiendi causa aliquem falsò laudat & commendat,*dict.l.7.§.10.junct. l.seq ff.de dolo.* Wesenb. *part.7. cons.351.n.97.& 98.*
† Pariter & si de voluntate contrahendi & obligan- 6
di constet ex verbis persuadentis, putà,si periculo suo plenam fidem adhiberi jusserit,neutiquam cessabit actio mandati,*dict.l.12.§.si quis. 13.ff.mand.*Joh. Schneidevv. *ad pr.inst. de mandat.n.7.* † Cæterum 7
inter mercatores quoque persuasionem ac rogationem de credendo merces alicui ignoto obligationem inducere, ac persuasum damnum sentientem illud à persuadente jure reposcere,docet Joh. Köpp. *dict. decis.36. num.9.* † Forsan,quod inter mercatores,quorum maximè interest, solutionem debito 8
tempore fieri, persuasor semper fidejubere censeatur. † Et quia in mercatoribus fides requiritur exuberantissima,juxta tradita Hering.*de fidejuss.part. 1.c.27.num.282.*

Ita Domini in causa Michael Molchen contra Veit Frantzen zu Wesenitz / Mens. Sept. Anno 1632. (Verba sent: Dieweil ihr selbsten berichtet/daß ihr Veit Frantzen einen Kauffmann gebeten / Nicol Helbrichen eurem Freunde/ so gedachtem Frantzen unbekandt gewesen / die Wahren abfolgen zu lassen/dabey auch ausdrücklichen gesagt / daß er es auff eure Gefahr thun soll/&c. So seyd ihr/wenn ihr auch gleich kein Kauffmann wäret / vor euren Freund zu hafften und die Zahlung zu leisten schuldig/V.R.W.)

CONSTITUTIO XIX.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Bürgen / wann der Hauptschuldiger von dem Gläubiger länger Frist erlanget/ihrer Bürgschafft entlediget werden?

IN diesem Punct seynd unsere Verordnete auch einig / Nemlich / daß der Bürge / welcher der Bezahlung halben gelobet/ oder sich verschrieben/ nicht entfreyet seyn soll / ob gleich nach Verlauffung der Zeit / da die Zahlung

Termino solutionis Debitori prorogato,an liberentur fidejussores?

ETiam de eo inter deputatos nostros convenit, fidejussorem non liberari, etiamsi ipso inscio diem solutioni præfinitum petenti debitori proroget Creditor.

Si ta-

gefallen solte/der Gläubiger auff Unterhandlung dem Schuldener weiter Frist/ ohne des Bürgen Wissen/geben.

Da aber ein Bürge vor einen Contract/der allein auff eine Zeit gerichtet/gelobet/ so ist alsdann nach Verlauffung der Zeit/der Bürge ledig: Also auch/ da der Bürge ausdrücklich in der Verschreibung bedinget/daß Ausgangs der gewissen Zeit er ferner nicht haften noch Bürge seyn wolte/ und die Bezahlung auf solche Zeit nicht folgete/es hätte auch der Gläubiger den Selbstschuldiger oder den Bürgen innerhalb drey Monaten hernach nicht gemahnet/oder hätte der Gläubiger dem Schuldener ohne Wissen und Willen des Bürgens den Termin prorogiret und erstreckt; so soll auch auf solchen Fall/als kraft dieser Constitution, (nachdem es sonsten in Rechten zweifelhaftig seyn möchte) der Bürge ledig und frey seyn/darauff also unsere Hof-Gerichte/ Facultäten und Schöppenstule erkennen sollen.

Si tamen quis fidejubeat pro contractu ad certum tempus facto, eo elapso liberatur, quemadmodum & tùm, ubi expresse in instrumento obligationis de eo protestatus est fidejussor, se post statutum tempus elapsum obligatum amplius esse nolle, & termino veniente debitor non solvat, nec Creditor eum vel fidejussorem ipsius intra tres menses proximos de solutione interpellet, vel terminum solutionis inscio fidejussore proroget, eum autoritate hujus nostræ Constitutionis (nam quantum ad jus commune attinet, dubitari de eo poterat) liberatum esse, & ita tàm in judiciis provincialibus nostris, quàm Collegiis juridicis & Scabinatibus judicari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Fidejussor ex solutionis prorogatione, debitori se inscio factâ, non liberatur.*
2. *Usuras tamen, seu interesse prorogatæ solutionis fidejussor haudquaquam solvere tenebitur.*
3. *Liberatur fidejussor, si ipso inscio prorogata fuerit obligatio, putà ex causâ factæ reconductionis.*
4. *Quo tamen casu fidejussor obligatus manet pro eo, quod ex prima locatione debetur.*
5. *Prorogatio mutui, inscio fidejussore facta, non liberat ipsum à restitutione sortis.*
6. *Ex solutionis prorogatione liberatur fidejussor, si contra ulteriorem obligationem post terminum elapsum expressè protestatus fuerit.*
7. *Nisi hoc casu fidejussor intra tres menses à die solutionis faciendæ interpellatus fuerit, aut in prorogationem consenserit.*
8. *Fidejussor, pro reo simpliciter receptus, tenetur quoque ad usuras, in stipulationem deductas, nisi eas expressè exceperit.*
9. *Fidejussio, in duriorem causam facta, non in totum est inutilis; sed saltem quatenus metam obligationis principalis excedit.*
10. *Creditor, à debitore, donec solvendo esse desinat, creditum petere cessans, vel causâ cadens, illud postea à fidejussore exigere nequit.*
11. *Electio debitoris factaq; cum eo super solutione debiti transactio, non liberat fidejussores, antequam satisfiat creditori.*
12. *Quatenus fidejussor propter periculum executionis imminens ante solutionem, adversus debitorem ad liberationem agere possit?*
13. *Fidejussor summariè excussus, contra debitorem principalem & confidejussores summariam consequitur executionem.*
14. *Hodiè Novatio facta non intelligitur, nisi hoc expresse inter contrahentes agatur, quod priorem obligationem novare velint.*
15. *Non tollitur hypotheca, nec liberantur fidejussores per obligationem secundam, in quâ alii dati sunt fidejussores, nisi hoc expressè fuerit dictum.*
16. *Delegatio, perinde ac Novatio, hodiè aliter valida non est, quam si verbis expressum, quod animo novandi delegatio fuerit interposita.*
17. *Nec in stipulatione, nec acceptilatione, solennia interrogationis & responsionis hodiè necessario sunt observanda.*
18. *Validæ sunt sponsiones de rebus honestis, & contrahentes obligant.*

Definit. I.

Fidejussor ex solutionis prorogatione, debitori se inscio factâ, non liberatur.

1 QUæ de liberatione fidejussoris ex solutionis prorogatione, inscio ipso in gratiam debitoris à Creditore factâ, anxiè ab Interpp. disputari solent, adeo ut pragmaticâ sanctione hanc disputationem opus habere existimet Joh. Köpp. *dec. 40. n. 3.* ea in foro Saxonico hodiè decisa sunt *h.* Const. *19.* ubi per regulam quasi generalem disponitur:
2 † Ut fidejussor per prorogationem termini non liberetur, sed nihilominus obligatus maneat, Dan. Moller. *hic num. 3. & lib. 1. semestr. c. 17.* Joach. à Beust. *ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 341.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 20. §. 12. num. 17.* Valent. Franc. *de fidejuss. cap. 6. num. 74.* † Quod nec à 3
jure communi alienum videtur, si veritas dicenda, uti probatur per text. *in l. quæro. 54. ff. locat. l. si quis pro eo. 56. §. si nummos. 2. ff. de fidejuss.* † Neq; 4
enim per prorogationem ulterioris temporis tollitur obligatio, sed tantùm differtur exactio, *l. si verò 12. §. si post creditam. 14. ff. mandat.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 10. num. 347.* † Ac 5
certè, si aliter diceretur, haud parum præjudicaretur per id Creditori, cui damno & incommodo

modo esse non potest id, quod officiosè in gratiam debitoris fecit, *l. sed si quis. 7. ff. testam. quemadm. aper. l. 140. ff. de Reg. jur. l. 29. ff. ex quib. caus. major.* † Nec habet fidejussor, de quo conqueri possit; Nam si jamdiu in obligatione mansit, nec diutius manere velit, potest sibi consulere ordinario juris remedio, quemadmodum & si Reus labi facultatibus inciperet, *l. 38. ff. mandat. l. si pro ea contraquam. 10. C. eod. tit.* † Quin & boni consulere debet, quod dilationis reo concessæ beneficium sibi commune futurum sit, ut tardius ad solutionem urgeatur, Ant. Fab. *in C. lib. 8. tit. 27. defin. 25. n. 3.*

Ita Domini in causa Sebastiani Kerners zu Brathensee/ Mens. August. Anno 1617. (Verba sentent. Hat euer Nachbar seinem Gläubiger etliche restirende Kaufgelder auff einen gewissen Termin zu zahlen versprochen/ deßwegen ihr euch für ihn in Bürgschafft eingelassen. Ob nun wohl bemeldter Gläubiger ohne euern Vorbewust dem Debitori fernere Stundung gethan/ und den Zahl-Termin auff ein gantz Jahr hinaus prorogiret, &c. So ist doch dannenhero die Bürgschafft nicht erloschen/ sondern ihr seyd gedachter Kaufsummen wegen/ als ein Bürge nochmals verbunden/V.R.W.)

Et alia in causa ad requisitionem Quæstoris zu Waldenburg/Mens. Sept. Anno 1621.

Definit. II.

Usuras tamen, seu interesse prorogatæ solutionis fidejussor haudquaquam solvere tenebitur.

1 NEutiquam tamen Regulam Defin. *præced.* traditam generaliter intellectam velim. Sed limitatur ea *Primò* † in usuris seu interesse prorogatæ solutionis. Etsi enim mora debitoris, factaque solutionis prorogatio noceat fidejussori ad con-
3 tinuandam & perpetuandam obligationem; † Attamen ad interesse & usuras ulteriores inde non obligatur, nec nocet fidejussori prorogatio se inscio facta ad augendam ejus obligationem, per text. *in l. quæro 54. ff. locati*, Anton. Hering *de fidej. c. 24. n. 124.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de fidej. numer. 6.* Matth. Coler. *de proc. exec. part. 1. c. 10. n. 351. & 352.*
4 Etenim, † quia fidejussio est stricti juris & mora pro delicto habetur, Gloss. *in l. si mora. 9. ff sol.*
5 *matr.* Felin. *in cap ex literis 11. ext. de const.* † æquissimum videtur, id quod ex morâ præstandum venit, non esse in obligatione fidejussoriâ, *arg. l. quicquid.*
6 *99. ff. de verb. Obligat.* † iniquissimum contra foret, ex facto alterius alterum damnum pati, *l. ex duobus 27. ff. de negot. gest. l. paterfamilias 44. ff. de*
7 *hered. inst.* † cum mora cuique sua, non etiam alii obesse debeat, *l. 173. §. 2. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in causa Johannis & Nicolai Behrens zu Hosserwitz/Mens. April. Anno 1622. (Verba sentent. So seyd ihr auch nochmals angeregte 100. fl. Capital in Bürgschafft zu zahlen schuldig/so viel aber die Zinsen und Interesse von verlängerter Frist anbelanget/seyd ihr zu Abtragung derselben nicht verbunden/V.R.W.)

Et in causa Johannis Georgii à Schönberg zu Wingendorff/Mens. Jul. Anno 1634.

Definit. III.

Liberatur fidejussor, si ipso inscio prorogata fuerit obligatio, puta ex causa factæ reconductionis.

1 SEcundò, limitatur regula prædicta, † si quis pro contractu aliquo veluti Locationis-conductionis ad certum tempus inito fidejusserit; hic certe si elapso illo tempore locator, se inscio nec consentiente, tempus locationis prorogaverit, amplius non tenetur, sed liberatus est, *h.* Const. *19. §.* Da aber ein Bürge vor einen/ꝛc. *ubi* Dan. Moller. *num. 4. sub fin. vers. Cæterum Constitutio hæc nostra.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 25. n. 23.* † Multum namque differt, utrum solutioni faciendæ, an verò obligationi finiendæ certum fuerit tempus præfinitum. 2
† Priori enim casu idcirco fidejussor non videbi- 3
tur liberatus, quia principalis obligatio salva est, nec durior fit conditio fidejussoris, *Supr.* Defin. *1.* Gabriel. *lib. 3. comm. opin. tit. de fidejuss. concl. 3.*
† Non eadem ratio est in casu posteriori, ubi obliga- 4
tio fidejussoris certo tempore limitatur, non quidem ut eo finiatur, † sed ne pro ulterioris tempo- 5
ris conductione fidejussor teneatur, *l. 44. §. placet. ff. de oblig. & act. l. 8. in fin. de postul.* † idcircò, 6
si finito tempore locationis, fidejussore inscio nec consentiente, prorogetur conductio, hoc ipsi ad perpetuandam obligationem non nocebit, *l. si cum Hermes. 7. C. de locat. & cond.* † Nempe, quia 7
alia & nova conductio est inita, *l. qui ad certum 14. ff. locat.* & consequenter nova obligatio, quam in præjudicium fidejussoris sine novo ipsius consensu contrahi non oportet, Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 25. num. 7.* † Nec obstat, quod hoc 8
casu eadem pignora, quæ prius fuerunt data à debitore, maneant obligata, *l. item quæritur, 13. §. qui impleto 11. ff. locat.* † Differt enim hîc obligatio 9
pignorum debitoris ab obligatione fidejussoris, quia debitoris nil interest, eadem pignora manere obligata, cum ipsa quoque denuò obligetur. † At 10
fidejussoris multum interest, ne diutius, quàm ab initio voluerit, maneat obligatus. † Nec obligatio 11
ad certum tempus limitata, invito obligato in longius tempus prorogari potest, Gloss. *in cap. constitutus. 3. extr. de fidejuss. & in l. pen. ff. de pact. stipul.* Ant. Fab. *dict. defin. 25. n. 9.*

Ita Domini in causa Gertrudæ, Uxoris Andreæ Hellschers zum Hain/Mens. Novembr. Anno 1598. (Verba sentent. Ob nun wol nach Verfließung der dreyjährigen Pacht-Zeit/der Pacht ferner prorogiret worden/ Dieweil aber dennoch solches ohne euer Vorbewust und Einwilligung geschehen/ und ihr euch weiter nicht als auff drey Jahr lang in Bürgschafft eingelassen/ꝛc. So ist hierdurch eure Verpflichtung erloschen/ und möget darauff von wegen der folgenden Pacht-Jahre beständiger Weise nicht belanget werden/ꝛc.)

Definit. IV.

Quo tamen casu fidejussor obligatus manet pro eo, quod ex prima locatione debetur.

FIdejussorem prorogato termino contractûs, se 1
inscio nec consentiente, ulterius non obligari, dixi Defin. *præced.* per modum limitationis: Quæ tamen *Limitatio* † fallit ac sublimitatur: Ut fide- 2
jussor prorogato termino locationis, pro periculo futurorum annorum solus non teneatur, respectu præteriti verò temporis liberationem haud consequatur. † Hinc non faciet conductio prorogata, 3
ut si pensio prioris temporis, pro quâ fidejussit, adhuc debeatur, liberatus fidejussor intelligatur, *l. si cum Hermes. 7. C. de locat. & conduct.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 25. n. 10.* Dan. Moll. *hic n. 5.* Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 23. n. 11. & 16.* Petr. Heig. *ad §. fidejussor. 2. n. 8. Inst. de fidejuss.* Valent. Franc.

Franc. *de fidejuſs. c. 6. n. 68.* Berlich. *p. 2. concl. 25. n.*
3 *24.* Tiber. Decian. *l. 2. conſ. 72. n. 45.* † Etſi enim conductio ipſa tempore finita ſit, obligatio tamen, quæ ex causâ conducti nata eſt, tamdiu durat, quamdiu Locatori ſolutum, aut aliter ſatisfactum
4 non eſt, † quia tempus non eſt modus tollendæ obligationis, *l. obligationum ferè. 44. §. 1. verſ. placet. ff. de oblig. & act.* Ant. Fab. *dict. defin. 25. n. 11.*

Ita Domini in eadem cauſa. [Verba ſententiæ: Wegen der erſten drey Jahr aber verbleibet ihr biß zur Bezahlung der ſchuldigen penſion in Bürgſchaft verbunden/ V. R. W.]

Definit. V.

Prorogatio mutui, inſcio fidejuſſore facta, non liberat ipſum à reſtitutione ſortis.

1 NOn ſolùm in locatione, quâ Defin. *præc.* ſed & in reliquis contractibus, prorogatio inſcio fidejuſſore facta à reſtitutione præteritarum præ-
2 ſtationum eum haudquaquam liberat. † Hinc mutuo ad certum tempus contracto, ac poſtea inſcio fidejuſſore prorogato, licet is ad uſuras temporis ulterioris obligatus haud ſit, juxta tradita *Supr.* Defin. 2. Matth. Coler. *de proceſs. execut. part. 1.*
3 *cap. 10. num. 351.* † Attamen à reſtitutione ſortis ſive capitalis liberatus non eſt, ſed reſpectu hujus,
4 obligatio fidejuſſoria etiamnum durat, † ſicuti & ad uſuras præteriti temporis, in ſtipulationem deductas, tenetur, ſi in omnem cauſam fidejuſſerit.
5 † Non tantùm, quod prior obligatio duret, factâ prorogatione, inſcio etiam fidejuſſore, cum temporis, adjectio non ſit modus terminandæ obligationis *l. obligationum. 44. §. 1. verſ. placet. ff. de*
6 *oblig. & act.* † Sed & quod in mutuo non tàm contractus, quàm ipſa ſolutio prorogetur, cujus reſpectu fidejuſſorem obligatum remanere dixi *in*
7 Defin. *1.* † & ſatis hoc clarum eſt *ex pr. hujus* Conſtit. Dan. Moll. *lib. 1. ſemeſtr. 17.* Matth. Coler. *dict. cap. 10. n. 347.*

Ita Domini in cauſa Zachariæ Schonens zu Leipzig/ Menſ. April. Anno 1580. [Verba ſent. Ob gleich ein Bürger vor dreyen Jahren einem andern Bürger 100. fl. dafür ihr Bürge worden/ auff ein Jahr lang geſtehen/ und der Schuldiger bey dem Gläubiger ohne euer Wiſſen und Willen noch zwey Jahr Friſt erlanget/ ꝛc. So iſt doch ſolche Bürgſchaft noch nicht erloſchen/ noch ihr derſelben frey und ledig/ V. R. W.]

Et in cauſa Juſtinæ Trottin / viduæ Wilhelmi à Meuſebachs/ Menſe April. Anno 1618. [Verba ſentent. So iſt doch geſtallten Sachen nach der Bürge / ungeacht derſelbe in fernere prorogation des mutui nicht gewilliget/ nicht frey noch entlediget/ V. R. W.]

Et in cauſa Johann. Kreſſens zu Staudа / Menſe April. Anno 1618.

In causâ Agnatorum Abrahami à Schönbergs/ Menſ. Oct. Anno 1635.

Et in cauſa Johannis Georgii à Schönbergs zu Wingendorff/ Menſ. Jul. Anno 1634.

Definit. VI.

Ex ſolutionis prorogatione liberatur fidejuſſor, ſi contra ulteriorem obligationem poſt terminum elapſum expreſsè proteſtatus fuerit.

1 TErtiò, limitatur regula *ſupr.* Defin. 1. tradita, & fidejuſſor per prorogationem termini liberatur, † ſi expreſsè in inſtrumento obligationis proteſtetur, ſe poſt tempus ſolutioni præfixum amplius nolle eſſe obligatum, *hâc* Conſt. *19. verſ.* Alſo auch da der Bürge/ *ubi* Moller. *n. 6.* † Stan- 2
dum eſt enim expreſsâ contrahentium conventione, nec ultra eorum intentionem actus quicquam operari debet, *l. non omnis. 19. ff. ſi cert. pet. l. obligationum ſubſtantia. 3. §. ult. ff. de oblig. & act.* Jaſon. *in l. 1. num. 10. C. qui teſt. fac. poſſ.* Valent. Franc. *in tract. de fidejuſs. cap. 6. n. 74.* Anton. Hering. *de fidejuſs. cap. 20. §. 12. n. 25.* † Quod adeò ve- 3
rum eſt, ut, licet in inſtrumento ſcriptum ſit, fidejuſſorem tamdiu obligatum eſſe debere, donec Creditori de ſorte & uſuris ſatisfactum fuerit, † is ta- 4
men factâ prorogatione termini ulterius non teneatur, ſi proteſtationem prædictam ſubſcriptioni ſuæ ac ſigillationi appoſuerit, ut tradit Moller. *hîc. n. 7.* † Subſcriptioni ſiquidem magis hoc caſu in- 5
hærendum, quàm clauſulis à Notario apponi inſtrumento ſolitis, † quibus fides non debetur, ſi ex 6
fidejuſſoris ſubſcriptione appareat contrarium, Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 27. num. 24.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 10. n. 439. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Matthæi Fuchſens zu Alten-Gottern/ Menſ. Aug. Anno 1629. [Verba ſent. Hat euer Nachbar/ Lucas Werner/ vorm Jahre eine gewiſſe Summa Geldes auszahlen ſollen / dafür ihr euch in Bürgſchaft eingelaſſen/ jedoch länger nicht/ als biß auf ſolchen Termin / ſo vorm Jahre allbereit verfloſſen/ zu haften/ immaſſen ihr ſolche proteſtation eurer Unterſchrift und Inſiegel ausdrücklichen angehanget. Wann nun gleich der Gläubiger den Zahl-Termin noch auff zwey Jahr lang prorogiret/ und dem Schuldener ſo weit Friſt zur Zahlung gelaſſen hätte/ ꝛc. So wäret ihr doch vermöge vorgedachter eurer proteſtation in Bürgſchaft ferner nicht verhaftet / ſondern derſelben nunmehr gäntzlich befreyet/ ꝛc.]

Definit. VII.

Niſi hoc caſu fidejuſſor intra tres menſes à die ſolutionis faciendæ interpellatus fuerit, aut in prorogationem conſenſerit.

PRoteſtatio itaque fidejuſſoris, ſe poſt tempus 1
ſolutioni præfixum amplius nolle eſſe obligatum, ipſum liberat, etiamſi prorogatio ſolutionis debitori facta fuerit, Defin. *præced.* † Quod ta- 2
men non aliter acceptum volo, quàm ſi Creditor intra tres menſes à die ſolutionis faciendæ non interpellaverit debitorem vel fidejuſſorem, nec ipſemet in prorogationem conſenſerit. † Horum 3
enim alterutro interveniente, & Creditore debitorem vel fidejuſſorem intra tres menſes interpellante; vel etiam fidejuſſore in prorogationem conſentiente, quin adhuc obligatus ſit fidejuſſor, dubium in foro Saxonico non eſt, † propter text. cla- 4
rum *in h.* Conſt. *v.* Es hätte auch/ ꝛc. *ubi* Moll. *n. 6.* † Etenim factâ interpellatione, mora committitur, 5
ob quam fidejuſſor tenetur, *l. 58. §. cum facto ſuo 1. ff. de fidejuſs. l. 91. §. 4. ff. de ſolut.* † Et conſentiens 6
fidejuſſor in prorogationem, ſemetipſum denuo obligare videtur, ex propriâ conventione & pacto, *l. 1. ff. de pact.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Es wäre denn/ daß ihr binnen drey Monaten/ von Zeit des geſatzten Zahl-Termins anzurechnen/ vom Creditore der Zahlung wegen erſucht/ oder aber in die prorogation verwilliget hättet/ auff ſolchen

chen einen oder den andern Fall / wäret ihr als Bürge nochmals verobligiret / V. R. W.]

DEFINIT. IIX.

Fidejussor pro Reo simpliciter receptus tenetur quoque ad usuras in stipulationem deductas, nisi eas expressè acceperit.

1 CIrca obligationem fidejussoris ad usuras videntur invicem pugnare, *l. 8. ff. de eo quod cert.*
2 *loco. & l. quero. 54. ff. locati.* † Pro quarum conciliatione varias afferunt Interpp. distinctiones, ut videre est apud Bartol. Gloss. & Donell. *in dict. l. 8.*
3 *ff. de eo quod cert. loc.* † Sed non disputo jam de usuris ex debitoris morâ præstandis tanquam interesse, quò Dd. conciliationes potissimum respiciunt, ad quas fidejussorem haud obligatum esse, dixi *Supr.* defin. 2. At illud solummodò hic con-
4 troversum est: † Si usuræ pacto vel stipulatione à Reo promissæ fuerint, ita ut jure actionis exigi queant, idque fidejussorem non latuerit, *An hoc*
5 *casu fidejussor simpliciter pro Reo fide jubens* († etenim si expressè aliud conventum fuerit, quin tum conventione standum sit, dubium prorsus non est, *l. 1. ff. de pact.*) *ad usuras quoq; sit obligatus?*
6 Quod meo judicio † rectissimè affirmat Hering. *de fidejuss. cap. 24. n. 48. & 233.* Frider. Pruckm. *cons. 15. n. 46.* Pensold. *in addit. ad* Coler. *p. 2. decis. 220. n. 52.* Schrader. *ad tit. Inst. de fidejuss. num. 21. & seq.*
7 † Manifestum siquidem est, in obligatione non solummodo sortem, sed & usuras contineri, promissas nempe pacto vel stipulatione, quæ in continenti adjectæ contractui insunt, *l. lecta. 40. ff. de reb. Credit.*
8 † Quidni ergò ad usuras quoque fidejussor tenebitur, qui ad id omne obligatus est, quod tempore fidejussionis in obligatione erat, sive sors fuerit, sive usura, *l. 4. in fin. l. fidejussores. 68. §. 1. ff. de fidejuss. l. 8. C. quod cum eo l. si fidejussor. 10. C. de fidejuss.*
9 † Et quicunque actionis aut negotii alicujus nomine intercedit, in omnem causam intercedere intel-
10 ligitur, † nisi taxationem certam fidejussioni apposuerit, *d. l. 68. §. 1. ff. de fidejuss. l. 2. §. pen. & ult. ff. de administr. rer. ad Civit. pert.* Cujac. *ad Afric. tract. 3. p. 67. in fin.* † Nec ad rem pertinet, quod
11 alia fit obligatio sortis, alia usurarum, *l. si in judicio. 23. ff. de except. rei jud. l. centum Capuæ. 8. ff. de eo*
12 *quod cert. loc.* † Non enim id controvertitur; Sed an fidejussor pro duabus hisce obligationibus obstringatur, si fidem suam vel stipulando, vel conscribendo, indefinitè interponat pro debitore, quem illis obnoxium scivit, quod affirmandum esse, antea probavi, Hering. *dict. cap. 24. n. 244.*

Ita Domini in causa Creditorum Antonii Steinhausens / ad petitionem Johan. Faustens zu Börlen / M. Mart. Anno 1632. [Verba sententiæ: So seyn die Bürgen nicht allein für das Capital / sondern auch (wofern sie ein anders mit ausdrücklichen Worten nicht beding et) für die Zinsen den Gläubigern verhaftet / derowegen sie dieselbe zugleich nebenst dem Capital abzustatten verpflichtet / V. R. W.]

DEFINIT. IX.

Fidejussio in duriorem causam facta, non in totum est inutilis, sed saltem quatenus metam obligationis principalis excedit.

1 FIdejussorem in causam duriorem adhibitum omninò non obligari, docent Hart. Pist. *lib. 3. quæst. 10. n. 18. & seqq.* Connan. *lib. 6. comm. jur. civil. cap. 6. n. 8.* Joh. Gœdd. *de contr. & commit. stipul. cap. 4. concl. 1. n. 74.* Casp. Schiferdeck. *lib. 2. tract. 9. ad* Ant. Fab. Valent. Franc. *de fidejuss. cap. 4. n. 92. & seq.* † Quamvis opinio communis sit in contra- 2
rium, remoto videlicet eo, quod duriorem causam efficit, ad metam principalis redigendam esse obligationem fidejussoris, ut saltem eatenus, quatenùs ille, teneatur, Matth. Wesenb. Mynsing. Heig. & Vultejus *in §. 5. Inst. de fidejuss.* Gomez. *tom. 2. variar. resolut. cap. 13. n. 2. & ibi* Emanuel. Suaretz. *in addit. sub lit. a.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 24. n. 63. & seqq.* Alciat. Coras. & Duar. *ad l. 1. §. si stipulanti. 4. ff. de Verb. obligat.* Marc. Lycklama. *lib. 6. memb. 3. Eclog. 16.* † quorum argumenta refert 3
Johan. Harppr. *ad §. 5. n. 14. & seqq. Inst. de fidejuss.* Certè, ne quid dissimulem, veritate juris inspecta, † opinio Hartman. Pistor. mihi verissima videtur, 4
& luculenter probatur vel solum per *l. 8. ff. de Verb. Obligat.* † Quod enim quidam, inter quos etiam 5
est Hering. *dict. cap. 24. num. 54.* existiment, in *dict. l. 8.* verba (*Omninò non obligari*) idem significare, quod (*in solidum non obligari*) ut ita efficiatur sententia contraria, quod fidejussor in concurrentem summam obligetur: Id à mente JCti alienum esse videtur, † *Tùm*, quia *Ulpian. in l. si non sortem* 6
26. §. 3. ff. de condict. indeb. eadem utitur phrasi, ita ut, *omninò non deberi*, significet: *Prorsus non debe-*
ri; † veluti & eodem sensu accipiuntur verba 7
(*Omninò non teneri*) *in l. 3. §. 2. ff. de administr. tut. & l. 4. §. 3. ff. rem pupill. salv. for.* † *Tùm*, quod sub- 8
jecta oppositio fidejussoris in leviorem causam accepti, arguat in contrario casu cum haud obligari. † *Tùm*, quod in exemplis aliis in *eâdem l.* propositis 9
constet, fidejussorem prorsus non obligari; Ut sic minus probabilis sit lectio Haloandri (Non omninò obligari) † Quantumvis non negem, particulam 10
negativam haud raro postponi, cum præponi debuisset, *ut in l. 9. §. 1. ff. si quis caut. in jud. sist. caus. fact. l. 11. §. 1. ff. ad exhib. l. 5. §. 6. ff. de oper. nov. nunciat.* Nec inepta videtur ratio hujus assertionis, communiter ab Interppr. considerata; † Vi- 11
delicet, ideo fidejussorem, pro majore quantitate intercedentem, ne in minore quidem obligatum esse, quia de formâ intercessionis requiritur, ne in duriorem causam accipiatur; Forma autem divisionem non recipit, quam rationem contra Molin. multis propugnat Hart. Pist. *dict. q. 10. num. 22.* † Taceo 12
quæ in hanc sententiam profert & subtiliter disputat Reinh. Bachov. *in animadv. ad* Treutl. *vol. 2. disp. 28. th. 4. lit. b.* † Attamen in judicando à 13
communi sententiâ, quæ & æquitate nititur, haud recedendum arbitror; Notissimi siquidem juris est, quoties promissum est plus, quàm promitti oportuit, non totam obligationem; sed tantummodo id, quod superfluum est, infirmari, † & 14
obligationem in suo robore perdurare, quasi nullo penitus alio adjecto, *l. hactenus 11. in fin. l. seq. ff. de const. pec. l. præterea. 3. §. ult. cum l. seq. l. rogatus. 33. ff. mandat. l. qui bis idem. 18. ff. de Verb. Oblig. l. 61. in pr. ff. de jur. dot. l. sancimus. 34. in pr. ff. de donat.* † Quod si igitur hoc in Constituto, 15
stipulatione, mandato, dote & donatione receptum est, sicuti *prædictæ* LL. probant, nulla sanè ratio dari potest, quare non æque in fidejussione,

quæ

quæ per ſtipulationem contrahitur, idem locum
10 habere queat, † Nam & aliàs utile per inutile non vitiatur, quando utile ab inutili ſeparari & diſtingui poteſt, *l. 9. l. 20. l. 29. ff. de Uſur. l. ſi ſponſus. 5. §. generaliter. 2. l. 31. §. ſi vir uxori. 2. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. §. 18. ff. de aq. quotid. & eſtiv.*

Ita Domini in cauſa Caſpari à Schönbergs in Ztochau, Menſe Novembr. Anno 1621. [Verba ſentent. So iſt auch itzo bemeldter von Mergenthal euch die Zahlung auff die von euch begehrte Maſſe / geſtalten Sachen nach / weil er durch die auff ſich genommene Bürgſchaft nicht härter / als der Schuldner ſelbſt / verbunden werden mögen / zu thun nicht ſchuldig; ſondern wann er die Zahlung auff ſolche Maſſe / wie ſie der Principaldebitor gegen euch verſchrieben / leiſten wird / laſſet ihr euch daran billich begnügen / V. R. W.]

Definit. X.

Creditor à debitore, donec ſolvendo eſſe deſinat, Creditum petere ceſſans, vel causâ cadens, illud poſtea à fidejuſſore exigere nequit.

1 CReditor ceſſans debitorem principalem convenire, donec hic ſolvendo eſſe deſinat, debitum ſuum à fidejuſſoribus, niſi beneficio excuſſionis renunciarint, ulterius exigere non valet, prout pluribus tradit Anton. Hering. *de fidej. cap. 20. §. 15.* Schrader. *in tit. Inſt. de fidejuſſ. num. 58. & ſeq.* Frider. Penſold. *in addit. ad* Coler. *p. 2. deciſ. 220.*
2 *num. 57.* † Multò minus verò tùm fidejuſſores convenire poterit, ſi Creditum petens à debitore principali, culpâ ſuâ causâ ceciderit, vel cum hoc facilè ſequi potuiſſet, in concurſu Creditorum illud petere neglexerit, ac propterea ab ulteriori petitione excluſus fuerit, per text. *in l. Stichum. 95. §. pen. ff. de ſolut.* † Dolus ſiquidem non tantum culpa eſt, ſi
3 quis nolit perſequi, quod benè perſequi poteſt, aut ſi quis non exegerit, quod exigere potuit, *l. dolus. 44. ff. mandat. l. ſed & ſi. 25. §. 2. l. 31. §. illud. 4. ff.*
4 *de petit. hered.* † Quòd ergò mirum, ut culpa hujus Creditoris puniatur, qui negligentiam ſuam ſibi lucroſam, aliis verò vult eſſe damnoſam, *l. 1. in pr. de dolo. l. 1. l. 4. §. Marcellus. 15. l. procurator. 11. §. 1.*
5 *ff. de dol. mal. except.* † Quin & percepiſſe jam videtur, quod quis exigit, aut exigere ſaltem poteſt, *l. ſi. verò. 64. §. dabit. 6. ff. ſolut. matr. l. 2. §. ſed & ſi. 5. ff. de hered. vel. act. vendit. l. ſi fundum. 16. ff.*
6 *de fundo dotali. l. 33. ff. de jur. dot.* † Ut vel propterea id facere negligens, ulterius contra fidejuſſorem non admitti debeat.

Ita Domini in cauſa Suſannen Zangin zu Breßlau / Menſ. Febr. Anno 1632. [Verba ſentent. Und wiewol die ſämtliche Gläubiger ihre Foderungen bey Verluſt derſelben / binnen einen gewiſſen Termin zu liquidiren beſchieden worden / hat doch vorgedachte Bauſteinin ſolche 2000. fl. verſchwiegen / und in concurſu Creditorum nicht geſodert. Da nun des Schuldeners Verlaſſenſchaft ſo viel verhanden geweſen / daß / wann die Gläubigerin ihre Foderung gebührlich liquidiret und beybracht hätte / ſie derſelben gar wohl befriediget werden mögen / ꝛc. So würdet ihr / als des geweſenen Bürgens Erbin / der Bauſteiniſchen Foderung billich entnommen / und es wäre die Gläubigerin / weil ſie aus eigner Nachläſſigkeit ihrer Forderung ſich verluſtig gemacht / nunmehr euch ſolcher Schuld wegen in Anſpruch zu nehmen nicht berechtiget / V. R. W.]

Definit. XI.

Electio debitoris, factaq; cum eo ſuper ſolutione debiti tranſactio non liberat fidejuſſores, antequam ſatisfiat Creditori.

SÆpe accidit, ut Creditor ſtatim ab ipſo prin- 1
cipali debitore Creditum exigat, cumque eo ſuper ſolutione paciſcatur; Quo electo, fidejuſſor quondam liberabatur, ut ſcribit Paulus *lib. 2. ſentent. tit. 17. in fin.* † Et quidem non ſolum ipſe 2
fidejuſſor, ſed & heres ejus: † Unde cauti Credito- 3
res curare ſolebant, ut Reum principalem mandato fidejuſſoris eligerent, quoniam † hoc genere 4
Creditori in fidejuſſorem integra erat actio mandati, ſi ſuum à Reo principali ſervari non poſſet, *l. ſi mandavero. 22. §. interdum 2. l. ſi mandatu. 45. §. ult. ff. mandat.* Jacob. Cujac. *lib. 23. obſ. 25.* † Sed hæc poſtea immutavit Imp. Juſtinianus, ſan- 5
ciens: Ut rei principalis electione neutiquam liberari debeant fidejuſſores, niſi prius Creditori ſatisfiat, *in l. generaliter. 28. C. de fidejuſſ.* † Quæ ſan- 6
ctio procul dubio etiam in fidejuſſore obtinet, cui poſt factam ſolutionem à Creditore ceſſæ fuêre actiones: Hic licet debitorem eligat, cumque eo ſuper ſolutione paciſcatur, attamen confidejuſſores poſtea convenire haud prohibetur, ſi debitor pacto non ſteterit, nec debitum ſolverit, non minus ac ipſemet Creditor, ex cujus tanquam cedentis perſonâ agere videtur, *l. quamvis. 40. §. ult. & l. ſeq. ff. ad SCtum Trebell.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 26. defin. 30.*

Ita Domini in cauſa Wolffgangi Adami à Reißenſtein / Menſe Januario, Anno 1613. [Verba ſententiæ; Ob ihr nun gleich kurtzverruckter Zeit mit euren Principalen euch etlicher maſſen in Vergleichung eingelaſſen / dergeſtalt / daß er binnen gewiſſer Zeit euch annehmliche Verſicherung aufzurichten / oder Zahlung zu leiſten zugeſagt. Dieweil er aber dennoch ſolcher Verpflichtung nicht nachkommen / noch ihr euer Zahlung von ihme erlanget: So iſt euch auch nochmals euren Mitbürgen gebührlich zu belangen / und die Zahlung der Hauptſummen und Zinſen von ihme einzubringen unbenommen / und er hat ſich dawider / damit daß ihr euch allbereit an den Principal-Schuldener gehalten / nicht zu behelffen / V. R. W.]

Definit. XII.

Quatenùs fidejuſſor propter periculum executionis imminens ante ſolutionem, adverſus debitorem ad liberationem agere poſſit.

COmmunis eſt Dd. opinio, quod fidejuſſor, 1
antequam à judice revera condemnatus ſit, vel ipſi ſolverit, adverſus debitorem principalem agere non poſſit, Salyc. *in l. ſi pro ea 10. C. mandat.* Angel. *in l. fidejuſſor pro venditore. 45. ff. de fidejuſſ.* Ant. Gomez. *reſol. tom. 2. tit. de fidejuſſ. n. 10.*
in fin. † eò, quod non impleat promiſſionem & ob- 2
ligationem ſuam talis fidejuſſor, quippe cui non hoc tantum, ut fidem ſuam interponat, ſed præſtet
ac ſolvat, incumbit. † Et ſic utrumq; implere neceſ- 3
ſe habeat, *arg. l. Celſus. 23. ff. de recept. qui arbitr. l. ſi fidejuſſor. 29. §. ult. ff. mandat. l. 47. ff. de condict. indeb. l. qui ſic ſolvit. 55. ff. de ſolut.* † Ut ita fide- 4
juſſor ante condemnationem ſine actione agere

videatur, ac propterea repelli debeat, Gloss. & Dd. 5 *in l. si pupilli 6. §. 1. ff. de negot. gest.* † Quemadmodum & fidejussor evictionis nomine datus ante condemnationem non agit, *l. 3. C. de evict. l. 45. ff. de fidejuss.* ut pluribus persequitur Petr. Heig. 6 *part. 2. quæst. 7. n. 50. & seqq.* † Quod quidem concesserim, quando statim post fidejussionem intercessor vellet urgere liberationem, vel restitutionem cautionis suæ fidejussoriæ; Deciperetur enim reus amici beneficio, intempestivè agendo, & intercipiendo ipsi, quod antea sponte & liberaliter præstiterat beneficium, Matth. Col. *de proces. execut. part. 1. cap. 10. num. 371.* Heig. *dict. q. 7. num. 95.* 7 † Secus verò si fidejussor aliquandiu hæsit in obli- 8 gatione, aut debitor dissipator esse cœpit. † Etsi enim regulariter fidejussori adversus debitorem principalem non competat actio ante factam solutionem, & antequam damnum aliquod, aut deminutionem sui patrimonii sustineat, *l. hi qui. 3. §. ff. de* 9 *fidejuss. l. cum alter. 11. C. eod. tit.* † Attamen si 10 diu is steterit in obligatione (†quod tempus in judicis arbitrio consistit, *l. 10. C. mandati.* Coler. *dict. cap. 10. num. 363.*) & terminus solutionis lapsus, aut ab initio ita contractum fuerit, ut liceat fidejussori etiam ante satisfactionem Creditoris, debitorem suum convenire, vel si post obligationem fidejussoriam contractam debitor cœperit labi facultatibus, 11 aut malè uti suâ substantia, † Hisce sanè casibus dubium non est, quin fidejussor convenire debitorem possit, ut eximat Reum ab obligatione, restitutâ videlicet ipsi cautione fidejussoriâ, hocque si omittat, executionem petat in bona ipsius, uti pluribus tradit Coler. *dict. cap. 10. num. 364. & seqq. &* 12 Heig. *dict. q. 7. n. 78. & seqq.* † Ubi porrò docet *n. 98.* posse fidejussorem executivè obligatum, si periculum rebus debitoris immineat, arrestum in bonis ejusdem petere, vel in concursu Creditorum, hoc quoque debitum, pro quo fidem suam astrinxit, in judicium deducere, Bartol. *in l. fidejussor pro venditore. 45. ff. de fidejuss.* Gail. *lib. 2. obs. 29. num. 12.* 13 Hippol. de Marsil. *ad rubr. de fidejuss. num. 216.* † Paria siquidem habentur, aliquid facere compulsum, aut metu, ne compellatur, ex necessitate, vel timore aut metu necessitatis, *l. novissimè. 7. pr. ff.* 14 *quod falso tut. auct.* item: † Condemnatum quem esse & mox condemnatum iri frequenter, compa- 15 rantur, † uti & cingendum habemus pro cincto, *l. quamvis. 19. C. ad Leg. Jul. de adult. l. 62. §. ult. ff. de evict. l. vestimentum. 22. ff. de aur. & argent. legat.* Heig. *d. quæst. 7. num. 88.* ubi exempla pro- 16 fert. † Quin & si jure deficeremus, dictaret tamen naturalis æquitas, fidejussori haud denegandam esse hoc casu adversus Reum petitionem indemnitatis, *arg. l. 2. §. item Varus 5. vers. quanquam. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend.* Coler. *dict. cap. 10. num. 372.*

Ita Domini in causa Sebastiani Melhorns zu Drausig / M. Mart. Anno 1624. [Verba sent. Habt ihr euch vor George Wegenern wegen einer hohen Summen Geldes in Bürgschaft eingelassen. Ob ihr nun wol noch zur Zeit für ihme die Zahlung nicht geleistet / noch von dem Gläubiger belanget worden. Da ihr aber dennoch allbereit eine geraume Zeit in solcher Bürgschaft verhaftet gewesen / und der Debitor sich mit der Zahlung säumig erwiesen / oder aber in Abfall seiner Nahrung gerathen / also daß ihr euch dahero ziemlichen Schadens zu befürchten hättet / &c. So wäret ihr den Principal-Schuldener Gerichtlichen zu belangen / und damit er euch durch wirckliche Zahlung der Bürgschaft hinwiederum entnehme / oder genugsam schadlos caution bestelle / zu suchen wohl befugt / V. R. W.]

Definit. XIII.

Fidejussor summariè excussus contra debitorem principalem & confidejussores summariam consequitur executionem.

ERrant omninò, qui persuasum sibi habent, fi- 1 dejussorem post factam solutionem novum teneri inchoare processum, si contra debitorem principalem aut confidejussores experiri, ab iisque solutum repetere velit. † Sicuti namque ipsemet 2 Creditor adversus debitorem summariè & executivè agere potuisset, ita & fidejussori experiri licet, † quippe in quem Creditor, exceptione cedendarum actionum sibi oppositâ, omne jus suum transtulit, *l. si quis alicui. 27. in fin. & l. seq. ff. mandat. l. si mandatu. 13. l. fidejussoribus. 17. l. 36. ff. de fidejuss. l. 11. C. eod.* Hart. Pistor. *lib. 1. quæst. 48. in pr.* 4 † Qui autem in jus alterius succedit, jure ejus uti debet, *l. qui in jus. 177. ff. de Reg. jur. c. is qui in jus. 46. Ext. de Reg. jur. in 6to.* Modest. Pistor. *p. 1. q. 2. n. 5.* † Summariè itaque excussus fidejussor con- 5 sequitur quoque contra debitorem principalem & confidejussores summariam executionem, Matth. Coler. *de proces. execut. part. 3. cap. 2. num. 33.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 20.* Frid. Penfold. *ad* Coler. *p. 2. decis. 220. num. 53.*

Ita Domini in causa Matthæi Triebels zu Mochau / Mense Novembr. Anno 1627. [Verba sent. Seyd ihr in Bürgschaft executivè belanget worden / dannenhero ihr Inhalts eures Briefs und Siegels 200. fl. zahlen müssen / wogegen euch der Creditor seine actiones cediret und abgetreten / &c. So seyd ihr den Principal-Schuldener / oder auch eure Mitbürgen hinwiederum executivè zu belangen / und auff Brief und Siegel summariè wider sie zu klagen wohl befugt / V. R. W.]

Definit. XIV.

Hodiè novatio facta non intelligitur, nisi hoc expressè inter contrahentes agatur, quod priorem obligationem novare velint.

QUondam etiam novationem ita demum ce- 1 lebrari, si hoc inter contrahentes actum, & novandi animo stipulatio interposita fuisset, inter veteres JCtos satis constabat, *l. 2. l. si ita fuero. 6. in pr. l. si Stichum. 8. §. 1. l. fundum. 28. l. 32. ff. de novat.* † Non tamen necessum fuisse vide- 2 tur, ut nominatim hoc verbis exprimeretur, sed sufficiebat, ex circumstantiis & conjecturis hoc colligi posse, ut novatio fieret, † modo non 3 expressè contrarium actum fuisset, *l. dotem 30. ff. de jur. dot.* quod pluribus confirmat Anton. Fab. *l. 3. conject. 3.* † Sed hoc apud eosdem du- 4 bium & in obscuro positum plerumque erat: Ex quibus indiciis & quomodo intelligi deberet, posteriorem stipulationem novandi animo interpo-

stam

5 sitam fuisse. † Alii enim alias conjecturas & præsumptiones, ex quibus novandi animus perspiceretur, idoneas esse judicabant, §. *præterea novatione. 3. ubi Johan. Harpp. num. 37. Inst. quib. mod.*
6 *toll. obligat.* † Ideoque Justinianus Imper. ad tollendas istas controversias & ambiguitates, in universum constituit: Non aliter hodiè novationem fieri, quam si novare se, hancque posteriorem stipulationem novandi animo interponere velle, di-
7 sertè & specialiter contrahentes expressissent, † *in l. ult. C. de novat. ubi* Salycet. Johan. Schneidew. *ad §. 3. num. 9. Inst. quib. mod. toll. obligat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 28. defin. 11. num. 3.* Caspar. Schiferdecker. *lib. 2. ad* Anton. Fabr. *tr. 5. quæst. 1.*
8 *& seqq.* † ubi pragmaticorum errorem intolerabilem esse demonstrat, qui ex præsumtionibus & conjecturis verisimilibus atque manifestis, jure et-
9 iam novo novationem induci autumant; † Ex quorum numero sunt etiam Andr. Gail. *lib. 2. observat. 30. num. 3.* Zanger. *de except. part. 3. cap. 5. num. 116.* Gutierrez. *de juram. confirmator. part. 1. cap. 63.* Caroc. *de excuss. bonor. part. 2. quæst. 54.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1111. n. 18. & seqq.* Adde Decis. Elect. *66.*

Ita Domini in causa A.L. zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1632. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch nicht zu finden/ daß der Novation gedacht/ und vorige Obligation und Hypothec mit ausdrücklichen Worten cassiret und aufgehoben worden/ so gleichwol zu einer beständigen Novation zu Recht erfodert wird/ &c. So mag auch angeregte Vergleichung für eine beständige Novation nicht gehalten werden/ V.R.W.]

Definit. XV.

Non tollitur hypotheca, nec liberantur fidejussores per obligationem secundam, in quâ alii dati sunt fidejussores, nisi hoc expresse fuerit dictum.

1 EXinde, quod novationem hodiè non nisi verbis expressis fieri, dictum Defin. *præced.* satis apparet, Obligationem priorem non tolli per secundam, ne ope quidem exceptionis, nisi hoc verbis disertis & expressis actum fuerit, *l. ult. C. de novat. in verb. (nihil penitus innovari)* quæ sunt uni-
2 versaliter negativa, Salycet. *ibid. n. 3.* † Unde infertur, quod Creditor ex utraque obligatione, tum ex primâ, quàm secundâ agere poterit, quia duæ sunt obligationes, ubi quod in unâ deest, per aliam sup-
3 pletur, † Nec prima est novata per ultimam, *dict. l. ult. l. 2. l. si Stichum. 8. §. 1. ff. de novat.* Johan. Schneidew. *in §. præterea 3. num. 12. Inst. quib. mod. tollit. obligat.* Præterea & alius hujus rei est
4 effectus, † quod nempe hypotheca in primâ obligatione constituta non videatur sublata, nec fidejussores liberati per secundam obligationem, in quâ
5 alii quoque fidejussores sunt constituti, † nisi hoc expresse dictum fuerit, Bartol. *in l. 10. num. 5. ff. de prætor. stipulat.* Andr. Gail, *lib. 2. observat. 30. n. 6.* ubi hoc diligenter in praxi observandum ait, quia multi fidejussores opinione factæ novationis misere impingunt & decipiuntur.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Sondern es wird euer Ehewelb/ vermöge der erlangten Hypothec, vor des Debitoris Erben/ derselben billich befriediget; immassen denn euch die in voriger Obligation bestellete Bürgen, dafür nochmals haften/ und verbunden seyn/ V.R.W.]

Definit. XVI.

Delegatio perinde ac Novatio hodiè aliter valida non est, quàm si verbis expressum, quod animo novandi delegatio fuerit interposita.

1 DElegatio, aliàs species Novationis, ab eâ potissimum differt, quod novatio etiam in eâdem personâ facta censeatur; Delegatio verò semper requirit aliam personam novantem, ut cum vice meâ, vel loco meo, delego Creditori meo alium debitorem, *l. delegare. 11. ff. de novat.* Joh. Sichard. *ad Rubr. C. de novat. & delegat. n. 17.* Joh. Harppr. *in §. præterea novatione. 3. num. 17. Inst. quib. mod. toll. obligat.* † At num delegatio quoque perinde 2
ac Novatio secundum Constitutionem Justinianeam *in l. ult. C. de novat.* verbis expressis fieri debeat? admodum controvertitur ab Interpp. adeò,
† ut quæstionem hanc decisione novâ Cæsareæ 3
Majestatis indigere existimet Paul. de Castr. *in l. delegare. 11. ff. de novat.* † Etsi verò communiter 4
Dd. *dict. l. ult. C. eod.* tanquam correctoriam ad solam novationem in specie sic dictam restringant, nec delegationem hodiè expressis verbis necessariò faciendam putent, Bart. *in l. delegare. 11. ff. de novat. & delegat.* Matth. Wesenb. *in paratit. ff. eod. tit.* † Attamen Imper. Justinianum ad ipsam quo- 5
que delegationem, quæ fit per interventum novæ personæ, Constitutionem suam extendere voluisse, satis apparet ex verbis *dict. l. ult. C. de novat.*
† *tùm* generalibus ibi: (*vel aliquid fecerit, ex quo* 6
veteris juris conditores introducebant novationem) † *Tùm* specialibus ibi: (*Vel aliam personam* 7
adhibuerit, vel mutaverit.) Quæ verba posteriora de personâ fidejussoris, ut notat Bacchov. *in animadv. ad* Treutl. *vol. 2. disp. 29. th. 6. lit. a. in fin.* sano sensu accipi nequeunt, † sed ad interventum 8
novi debitoris ea rectissimè refert Jac. Cujac. *lib. 19. observ. 36.* † ut ita delegationem hodiè, perindè 9
ac Novationem, non aliter valere existimem, quàm si specialiter hoc exprimatur, quod scilicet animo novandi delegatio fuerit interposita, † cum Accurs. 10
in l. 2. de novat. & Joh. Sichard. *in dict. l. ult. num. 5. C. eod. tit.*

Ita Domini in causa Dn. Marianæ Hedwigin, Viduæ à Tschirnhaus, Mens. Jan. Anno 1631. [Verba sentent. Dieweil es aber dennoch damit diese Beschaffenheit hat/ daß in der beschehenen Anweisung vorige Käuf. Obligation und Bürgschaft-Verschreibung mit ausdrücklichen Worten nicht cassiret/ und aufgehoben worden/ welches doch nach gemeinem Wahn bewährter Rechtsgelehrten/ so wohl in delegationibus als Novationibus, wofern dieselbe kräftig seyn sollen/ nothwendig geschehen muß/ &c. So ist dannenhero angeregte Anweisung für keine richtige delegation zu halten/ &c.]

Et in causa Marci Steins zu Torgau/ Mense Decemb. Anno 1629. [Verba sent. Dieweil aber dennoch bey der delegation die contrahenten vorige obligation mit ausdrücklichen Worten nicht cassirt/ noch aufgehoben/ so doch nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten geschehen sollen/ &c. So hat sich auch der Debitor mit der angeführten Delegation nicht zu behelffen/ &c.]

It. in causa Senatus Zittaviensis, Mens. Jun. Anno 1630.

Definit. XVII.

Nec in ſtipulatione, nec acceptilatione, ſolennia interrogationis & reſponſionis, hodiè neceſſariò ſunt obſervanda.

1 FOrma ſtipulationis de jure civili in verbis conſiſtit, ſolenni nimirum interrogatione & reſponſione, *l. 1. l. ſtipulationum. 5. ff. de V. O. l. 1. l. omnes. 10. C. de contr. & committ. ſtipul. l. 1. §. 7. ff. de O. & A.* † Quæ nec per Conſtitutionem Leonis
2 Imperatoris immutata eſt, licet verborum ipſorum ſolennitas ſit remiſſa, *dict. l. 10. C. de contr. & committ. ſtip.* Hunn. *lib. 3. tract. 4. q. 2. verſ. ad tertium reſponſio. &c.* Johann. Harpp. *in pr. n. 31. Inſt. de*
3 *V. O.* † Attamen hodiernis moribus ex conſuetudine generali, ſolennitas hæc interrogationis & re-
4 ſponſionis eſt ſublata, † cum & per Notarium abſenti ſtipulari liceat, Dion. Gothofr. *in l. 38. §. alteri 17. ff. de V. O.* † quod plerique deductum volunt
5 ex eo, quod de ſervo publico alii ſtipulante ſcriptum eſt *in l. non aliter. 18. ff. de adopt. l. 2. ff. rem pupill. ſalv. for.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 34.*
6 *defin. 4. n. 4.* † Ideoque ex ſolo verbo *(dabo)* ſtipulationem non malè quis hodiè importari affirmaverit, ſecundum tradita Modeſt. Piſtor. *part. 1.*
7 *queſt. 49.* † Et in effectu parum refert, an ſtipulationem hodiè ut ſtipulationem, vel ut pactum nu-
8 dum valere velis, cum de jure Canonico & moribus noſtris Saxonicis, † etiam ex nudo pacto competat actio, *Art. 7. l. 2.* Landrecht. Reinh. *lib. 2.*
9 *part. 1. diff. 25.* † Licet alii textum illum juris Saxonici de pacto judiciali intelligant, Jac. Schult. *in ad-*
10 *dit. ad* Modeſt. Piſtor. *dict. quæſt. 49. n. 17.* † Vid. omninò Matth. Weſenb. *in parat. ff. de pact. n. 9.*

Ita Domini in cauſa Sempronii zu Berlin / Menſ. Febr. Anno 1635. [Verba ſentent. Wann nun gleich bey Entlaſſung der Bürgſchaft die zu einer rechtmäſſigen Stipulation und Acceptilation gehörige Solennia nicht in acht genommen worden/ꝛc. Dieweil aber dennoch berührte Solennia heutiges Tages ſo ſtrictè nicht erfodert werden/ ſondern wie die Verbindung/ alſo auch die Erlaſſung der
2 Bürgſchaft durch bloſſe Verwilligung und Abhandlung gar wohl geſchehen kan/ꝛc. So verbleibets auch bey ſolcher Caſſation und Aufhebung der Bürgſchaft billich/ und es iſt Titius den Sempronium ferner zu belangen nicht befugt/ V. R. W.]

Definit. XIIX.

Validæ ſunt ſponſiones de rebus honeſtis, & contrahentes obligant.

1 SPonſionis causâ, annulos tanquam pignora deponere licet penes tertium, ut Victori reſtituantur vel tradantur, *l. ſi gratuitam. 17. §. ſi quis ſponſionis. 5. ff. de præſc. verb.* † Quidni ergo ſpon-
2 ſiones jure licitas aſſereremus? † Quod & probat *l. in quibus. 3. ff. de aleator.* † Etſi pacta atq; ſti- 4
pulationes ſub conditione à futuro fortunæ eventu dependentia admittantur, *l. ſi quis 57. l. ſi quis ita. 63. l. 108. ff. de V. O.* † ac cuiq; rem ſuam ſub conditio- 5
ne honeſtâ in alium transferre liceat, *arg. l. in re mandata. 21. C. mandat.* † Quisnam ſponſiones 6
honeſtas improbare auſit? Joh. Schneidew. *ad §. ſub conditione. 4. n. 15. Inſt. de V. O.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Wetten. Beſold. *in theſaur. pract. eod. verbo.* Petr. Heig. *part. 2. qu. 10. n. 53. & ſeqq.* Anton. Hering. *de fide juſſ. cap. 18. &*
42. & ſeqq. Paris à Puteo *in tract. de ludo. n. 35. & 37.* Chil. König. *in proceſſ. cap. 57. n. 6. & ſeqq.* † Nec eſt, 7
quod de causâ, ſponſionem ſuſtinente, anxiè laboremus, cum ad ſponſionem nunquam deveniatur, niſi de re & causâ aliqua dubia & contingente disceptetur *l. 1. §. conventionis 3. ff. de pact.* † Quam- 8
vis & ipſa ſponſio per ſe tanquam ſtipulatio ſufficiens obligationis cauſa exiſtat, juxta tradita Johan. Gœdd. *de contrah. ſtipul. cap. 3. n. 75.* † Dubium 9
ſaltem videtur movere in foro Saxonico *Art. 101.* Weichbild. ex quo Chil. König. *dict. loc.* infert, quod ſuper ludo aci ſponſione non ſit judicandum, Es ſoll kein Richter über doppelen und Wette richten. † Sed ne verbulum *in dict. art. 101.* 10
de ſponſionibus habetur. † Quin & textum illum 11
König. ad ſponſiones inhoneſtas reſtringit, in quibus vel cauſa inhoneſta ſubeſt, vel modus exceditur, adeò ut fortunæ maxima pars periclitari videatur. † Non magis enim tolerandæ ſunt ejusmodi ſpon- 12
ſiones inhoneſtæ, † quàm turpes aliæ ſtipulationes 13
& conventiones, *l. generaliter. 26. ff. de V. O. dict. l. ſi gratuitam. 17. §. 5. in fin. ff. de præſcript. verb.* † Veluti etiam ſponſiones ſaltem honeſtas valere 14
voluit Illuſtriſſimus Saxo *in* Ordin. Polit. *de Anno 1612. n. 12. fol. 71. verſ.* Wie dann auch honeſtas ſponſiones, ſo extra cauſam ludi geſchehen / wir an ſeinen Ort ſtellen / ꝛc. † Cæterum, an validitas 15
ſponſionis ita ſit temperanda, ut judici pro arbitrio ſummam moderari & deminuere liceat, prout ſentit Wehner. *dict. vocab.* Wetten / valdè meherclè dubito, † quia pacta conventa ſervari oportet, 16
neque hæc inhoneſta redduntur ex quantitate ſummæ, cui ſe utraque pars propriâ conventione obſtringit, *arg. l. 1. & 7. ff. de pact.*

Ita Domini in cauſa Martin Webers zu Rochlitz / Menſ. Jul. Anno 1631. [Verba ſentent. Habt ihr mit Hauſen Rolcken einem Bauersmann um 10. Reichsthal. gewettet/ und ſolche gewonnen; Da nun die Sache/ darüber gewettet worden/ nicht unerbar oder verboten wäre/ꝛc. So würde bemeldte Wette für zuläſſig billich gehalten/ und wäre Hans Rolcke auch die 10. Reichsthlr. auszuzahlen ſchuldig/ V. R. W.]

CONSTITUTIO XX.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann Bürgſchaften die Erben der verſtorbenen Bürgen nicht verbinden?

DJe Bürgſchaft verbindet ipſo jure der Bürgen Erben / obgleich derer in der Verſchreibung nicht gedacht/ iedoch ſoll in ſolchem Fall die Gewonheit ſon-

Fidejuſſoria obligatio quando transeat ad heredes?

OBligatio fidejuſſoria ipſo jure ad heredes tranſit, etiamſi nulla illorum fiat mentio in Chirographo, niſi fortè alicubi conſuetudo

derlich in Achtung gehabt/und nach derſelbigen geſprochen werden.

Wann aber in einer Verſchreibung ausdrücklich abgehandelt / daß an ſtatt des Bürgen / ſo verſtürbe / der Schuldmann dem Gläubiger einen andern Bürgen ſetzen ſolte/ dißfalls iſt die Obligation fidejuſſoris allein perſonalis, und bindet des abſterbenden Bürgen Erben nicht.

do ſit in contrarium. Eam enim obſervari volumus.

Ubi verò expreſsè ita conventum eſſe inſtrumentum obligationis oſtendit, ut defuncto uno è fidejuſſoribus alium in ejus locum ſubſtituat debitor, fidejuſſio hæc, cum perſonalis ſit, heredes non obligat.

DEFINITIONES.

1. *In foro quoq; Saxonico fidejuſſoris heredes obligantur, etiamſi horum in fidejuſſione haud facta fuerit mentio.*
2. *Tranſit in heredes obligatio fidejuſſoria, licet huic inſerta fuerit dictio Taxativa, putà; Ut ipſe fidejuſſor ſolus, tantùm, duntaxat teneatur.*
3. *Ex fidejuſſoris heredibus, excuſſo demum debitore principali, quilibet pro ratâ tenetur, non in ſolidum.*
4. *Conſuetudini loci alicujus, Ne heredes ex obligatione fidejuſſoria teneantur, derogari poteſt conventione partium contrahentium expreſſâ.*
5. *Obligatio fidejuſſoria in heredes non tranſit, ſi expreſsè convenerit, ut in locum defuncti fidejuſſoris, alius fidejuſſor ſubſtituatur.*
6. *Etiamſi fidejuſſor poſt moram deceſſerit, heredes tamen non erunt efficaciter obligati, in caſu, quo conventum fuit, ut in locum defuncti fidejuſſoris alius ſubrogetur.*
7. *Heredes fidejuſſoris defuncti non tenentur ultra vires hereditarias.*
8. *Ex collegio opifex nequaquam removendus propterea, quod nolit pro Collegis fidejubere.*
9. *Ex fidejuſſione obligatus eſt, qui ſigillatione & ſubſcriptione ſuâ approbavit inſtrumentum, in quo debitor fatetur, ſe fidejuſſorem ipſum dediſſe,* daß er ihn zu einem Bürgen vermocht.
10. *Nuda commendatio vel promiſſio ſolutionis non habetur pro fidejuſſione.*
11. *Mandatarius excedens fines mandati conveniri poteſt à mandante ad damni reſtitutionem.*
12. *Tenetur quoq; mandatarius contrahenti ſecum ad reſtitutionem intereſſe, ſi fines mandati exceſſerit.*
13. *Mandans tenetur mandatario ad reſtitutionem ejus, quod ex causâ mandati ipſi abeſt, modò culpa mandatarii non intervenerit.*
14. *Inſtitor contrahens nomine ſui principalis, officio depoſito, pro domino non tenetur.*

Definit. I.

In foro quoq; Saxonico fidejuſſoris heredes obligantur, etiamſi horum in fidejuſſione haud facta fuerit mentio.

1 DUbium prorſus de jure civili non eſt, quin ex fidejuſſione heredes quoque teneantur, utcunque nulla eorum facta ſit mentio, §. *fidejuſſor non tantum ipſe. 2. Inſtit. de fidejuſſ. l. 4. §. ult. l. ſeq. ff. eod. l. 24. C. eod. tit. l. ſi tibi pupillorum 8. C. mandat.* Joh. Schneidevv. *ad dict. §. fidejuſſor non tantum ipſe 2. n. 1. & ſeq.* Valent. Franc. *in tract. de fidej. c. 5. n. 63. ſeqq.* Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap. 20. §. 10. n.*
2 *21.* † Quoniam obligatio hæc eſt ex contractu, quæ tranſit in heredes, etiamſi dolo malo verſatus fuerit defunctus, *l. ex contractibus. 49. ff. de Obligat. & action. l. hoc jure 152. §. ult. ff. de Reg. jur. l. un. C. ut action. & ab hered. & cont. hered.* † Aliud autem vi-
3 detur diſponere jus Saxonicum in *art. 6. lib. 1.* Landr. heredem ſcilicet non teneri ullum debitum ſolvere,
4 niſi ipſe fidejuſſerit. † Sed textus ille loquitur de caſu ſpeciali, Furti ſcilicet, Rapinæ, vel ejus, quod ludo perditum eſt, ut ex verbis initialibus *dict. art. 6.* ſatis
5 apparet. † Ea namque non tenetur heres ſolvere, niſi vel hereditas inde aucta fuiſſet, vel ipſe pro reſtitutione ſpopondiſſet, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 30.*
6 *num. 5.* † Extra hunc verò caſum ſecundum diſpoſitionem juris civilis, etiam in foro Saxonico, ex obligatione fidejuſſoria, defuncti heredes conveniri poſſunt, Gloſſ. *Latin. ad text. latin. in dict. art. 6. & ad text. germ. ibid. lit. a,* Coler. *dict. deciſ. 30.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſ. 1. quæſt. 2. num. 33.* Franc. *dict. c. 5. n. 72.* † Veluti etiam ad omnem dubitationem 7
tollendam, ab Illuſtriſſimo Electore Saxon. diſertè ſancitum, ut obligatio fidejuſſoria in heredes transeat, *hác* Conſtit. *20. ubi* Dan. Moller. *n. 2.* Matth. Weſenb. *p. 1. conſ. 14. n. 85.* † Etiamſi horum non 8
fiat mentio in inſtrumento obligationis fidejuſſoriæ, *h.* Conſt. *verb.* Ob gleich der Erben in der Verſchreibung nicht gedacht / ꝛc. Valent. Franc. *dict. cap. 5. num. 69.* Matth. Coler, *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 312.* Modeſt. Piſt. *dict. conſ. 1, n. 30.*

Ita Domini ad conſultationem Caroli Dittels zu Lauchſtett/ Menſ. Auguſt. Anno 1585. (Verba ſent. Ob nun gleich in der Bürgſchafft-Verſchreibung der er Erben ausdrücklichen nicht gedacht worden / daſieder auch der eine Bürge mit Tode abgangen. So iſt dennoch ſeine gethane Verpflichtung dadurch nicht erloſchen / ſondern es ſeynd ſeine Erben in Bürgſchafft die Zahlung / nebenſt den andern Mitbürgen / zu ihrem halben Theil nochmahls zu leiſten ſchuldig/V.R.W.)

Definit. II.

Tranſit in heredes obligatio fidejuſſoria, licet huic inſerta fuerit dictio Taxativa, putà; Ut ipſe fidejuſſor ſolus, tantùm, duntaxat teneatur.

1 NOn nego equidem, heredes fidejuſſoris non obligari, ſi in inſtrumento cautionis expreſſis verbis excepti hi fuerint, veluti ſi cautum, quod ſolus fidejuſſor, non etiam heredes ejus executivè obligari debeant, Dan. Moll. *hîc num. 3.*

2 † Dant siquidem pacta legem contractui, *l. 1. §. si convenit. 6. ff. depositi. l. contra. 23. ff. de Reg. jur. cap.* 3 *contractus. 85. de Reg. jur. in 6to.* † Concesserim ergò hoc casu Matth. Coler. *de process. execut. p. 1. cap. 10. n. 318.* Dictionem taxativam cautionis instrumento insertam fidejussoris heredes excludere, *arg. l. non solum. 8. §. tale legatum. 3 ff. de liber. legat. l. ob* 4 *æs. 12. C. de præd. minor.* † Aliter verò res se habet, si verbis disertis heredes excepti non fuerint; Tùm enim ad hosce obligationem fidejussoriam transire existimo, etiamsi fidejussor solus, tantùm, duntaxat 5 &c. sese obligaverit, † per text. *in l. si necessarias. 8. §. de vendendo. 4. ff. de pign. act. l. stipulatio ista. 38. post pr. ff. de verb. obligat.* Per quos textus plerique concludunt, quod & si quis de suo facto tantum promiserit, nihilominus tamen etiam heredes teneantur, Bartol. Jason. & Dd. *in dict. l. stipulatio ista. 38. ff. d. t.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 20. §. 10. n. 54.* 6 Matth. Berlich. *part. 2. concl. 26. n. 19.* † Nec obstat, quod dictio taxativa omnes alios casus & personas præter expressas excludere soleat, Jason. *in l. un. num. 9. & 10. ff. si quis jus dic. non obtemp.* Nicol. Everh. 7 *in loc. à natur. dict. taxat. num. 2.* † Verum enim hoc est quoad personas extraneas, non etiam quoad personas heredum, Everh. *dict. loc. n. 5.* Jason. *in l. 2. § item si in facto. 5. n. 2. ff. de Verb. Obligat. & in dict. l. stipulatio ista. 38. n. 9. ff. eod.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob nun gleich in der Bürgschafft-Verschreibung die Bürgen allein sich verpflichtet / und der Erben ausdrücklich nicht gedacht worden/ꝛc. So seyn doch gleichwohl die Erben nichts weniger in Bürgschafft zur Zahlung verbunden/ꝛc.)

Definit. III.

Ex fidejussoris heredibus, excusso demum debitore principali, quilibet pro rata tenetur, non in solidum.

1 NOn minus fidejussoris heredibus, ac ipsi fidejussori, beneficium excussionis competit, nec conveniri jure hi possunt, priusquam excussio 2 debitoris principalis, ejusve heredum facta fuerit; † veluti sic textum *in art. 117.* Weichbild. *ibi:* Wo ein Mann Bürge wird / stirbet er / seine Kinder dürffen vor ihn nicht gelten/) secundum dispositionem juris communis explicat Matth. Coler. *de* 3 *process. execut. part. 1. cap. 10. n. 315.* † quod nempe fidejussoris heredes non veniant exigendi, vel excutiendi ante discussionem principalis debitoris, *Auth. præsente. C. de fidejuss.* Quam explicationem satis 4 probant verba subsequentia *dict. art. 117.* † Facta autem excussione, nec tùm quilibet solidum solvere tenetur, si plures fidejussoris heredes existant, sed unusquisque eorum non nisi pro ratâ suâ conveniri 5 debet. † Hoc etenim conditio heredum debitoris postulat, ut quisque solùm pro portione hereditariâ, non in solidum teneatur, *l. 1. C. si cert. petat. l. 1. C. de hered. act.* Johan. Sichard. *ad l. 1. num. 3.* 6 *C. de fidejuss. & mandat.* † Quia omnes conjunctim heredes in locum defuncti fidejussoris substituuntur, ac pro personâ singulari habentur, *l. cui fundus 56. ff. de condit. & demonstr.* Anton. 7 Hering. *de fidejuss. cap. 20. §. 10. num. 34.* † Omniaque jura hereditaria ipso jure & per Legem duodecim tabularum dividuntur inter heredes, nisi si qua sint omninò indivisibilia, *l. heredes. 25. §. an ea stipulatio. 9. ff. famil. ercisc.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 3. tit. 19. defin. 6. n. 6.*

Ita Domini in causa Melchioris Brauers zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1584. (Verba sent. Ist Georg Helffrich der Aeltere vor seinen Sohn einer gewissen Schuld halben Bürge worden/so aber hernach verstorben. Da nun der Principal-debitor nicht zu zahlen hätte / und gebührlichen executiret worden/ꝛc. So wäret ihr von wegen solcher Schuld des Bürgens Erben/iedoch nur einen ieden vor sein Antheil/zu belangen wol befugt/ V. R. W.)

Definit. IV.

Consuetudini loci alicujus, ne heredes ex obligatione fidejussoriâ teneantur, derogari potest conventione partium contrahentium expressâ.

1 MUltis certè in locis consuetudine inductum est, ut heredes defuncti ex fidejussoriâ obligatione non teneantur, veluti de ejusmodi † consue- 2 tudine Ducatus Luneburgensis testatur Modest. Pistor. *vol. 2. cons. 1. quæst. 2. n. 46.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 26. n. 11.* † Eademque vigere in Regno Bo- 3 hemiæ, refert Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 20. §. 10. n. 83.* Reinh. Rosa *ad* Dan. Moller. *hâc Const. num. 3.* † Idemque scribit de Normandiâ Jacob. 4 Cujac. *lib. 23. observat. 25.* Hering. *dict. §. 10. num. 18.* Ubi secundum consuetudinem istam rectè judicari, dubium vix esse potest, † expressè quoque ita dis- 5 ponente Illustrissimo Saxon. Elect. *hâc* Const. *20. vers.* Jedoch soll in solchem Fall / ꝛc. Valentin. Franc. *de fidejuss. cap. 5. num. 106.* † Quod tamen 6 neutiquam eò extendi debet, ut heredes vigore ejusmodi consuetudinis sint exempti, si verbis expressis in instrumento cautionis fidejussoriæ obstringantur. † Etenim si contra juris communis 7 dispositionem obligatio fidejussoria in heredes non transeat, quando hoc expressè conventum est inter contrahentes, *l. 22. §. 7. ff. rem ratam haber. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de Reg. jur.* Joh. Harpp. *in §. fidejussor non tantum. 2. n. 7. Inst. de fidejuss.* † Utique non video, quâ de causâ conveniri non debe- 8 ant, si contra loci alicujus consuetudinem aliud à contrahentibus actum appareat, heredisque fidejussores expressis verbis instrumento fidejussionis reperiantur obligati. † Semper enim conventio 9 & pacta dant legem contractui, *l. 23. ff. de Reg. jur. l. 1. §. si convenit. 6. ff. depositi.* † Et provisio hominis 10 facit cessare provisionem legis, *l. fin. C. de pact. conv.*

Ita Domini in causa heredum Caspari à Gersdorff / & Viduæ Georgii à Schwartzens/ ad Consultationem Doct. Hieronymi Treutleri zu Budissen/Mens. Jul. Anno 1601. (Verba sent. Dieweil aus der Bürgschafft-obligation klärlichen zu befinden/daß dieselbe nicht allein schlecht auff gedachte Bürgen / sondern auch ihre Erben und Erbnehmen ausdrücklichen gerichtet/ꝛc. So ist Klägers Pflegefrau der beklagten Mündlein an statt ihres Vatern/als gewesenen Bürgens / ihres darwider gethanen Fürwendens und der im Königreich Böhmen hergebrachten Gewonheit ungeachtet/zu belangen wol befugt/ꝛc.)

Definit. V.

Obligatio fidejussoria in heredes non transit, si expressè convenerit, ut in locum defuncti fidejussoris alius fidejussor substituatur.

1 EXpeditum verè est fidejussoris heredes non obligari, si cautione fidejussoriâ disertis verbis hi fuerint excepti, *Supr.* Defin. *in pr.* Dan. Moller. 2 *hic num. 3.* † Quin etsi non expressè, si tamen tacitè ab obligatione eximantur, veluti si ita convenerit, ut si unum è fidejussoribus mori contingat, ali- 3 um in ejus locum substituat debitor, † eos valide & efficaciter conveniri non posse dixerim cum Moller. *hic num. 3.* Matth. Col. *de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 319. & part. 1. decis. 30. num. 6.* Wesenbec. *part. 1. cons. 14. num. 85.* Ant. Hering. *de fidejussor. cap. 20. §. 11. num. 60.* Hartm. Pistor. *obs.* 4 *120. num. 2.* † Quod in foro Saxonico minus dubium habet propter expressam Elect. Saxon. sanctionem *in hâc* Const. 20. §. Wann aber in einer 5 Verschreibung ꝛc. Ubi ratio hæc additur, † quod tùm obligatio fidejussoris sit personalis, qualis in heredes transire non soleat, §. *at si ita. 3. Inst. de Verb.* 6 *obligat. l. cum qui. 56. §. qui ita. 4. ff. eod. tit.* † Quæ tamen ratio omni dubio non caret, quia cum obligatio ex contractu sit, nec nisi pactum hîc induci aut colligi possit, idque legitimum non sit, vix fieri potest, ut obligatio in personâ fidejussoris ipso jure tollatur & finiatur, *arg. l. legitima. 6. ubi* Glos. & Bartol. *num. 4. &* Fort. Gartz. *num. 57. ff. de pact.* 7 † Rectius forsan quis existimaverit, ipso quidem jure hoc casu heredes conveniri posse, sed ex mente contrahentium, exceptione taciti pacti eosdem defendi, cum Coler. Hartm. Pist. & Wesenb. *dict. lo-* 8 *cis.* † Videtur siquidem conventionis istius de substituendo alio in locum defuncti, hic potissimum esse effectus, ut tantum personæ ipsorum fidejussorum adstringantur, nec quicquam aliud ea operari posse censetur; † At verba in conventionibus 9 ita sunt explicanda, ut ne sint superflua & otiosa, *l. si* 10 *quando. 109. ubi* Bart. *ff. de legat. 1.* † Quin imò nullũ verbum nec minimum, quin nec syllaba in contractu posita debet esse sine virtute & mysterio aliquid operandi, ut dicit Bald. *ad Rubr. C. de contr. empt. col. 2. quæst. 9.* Dec. *cons. 473. n. 5.* Wesenb. *cons. 52.* 11 *n. 46.* † Ex tacito igitur pacto heredes fidejussoris hoc casu exempti habentur, quod non minùs atque 12 pactum expressum valet, *l. 4 in pr. ff. de pact.* † Nec minus pro adjecto est habendum, quod ex mente & voluntate contrahentium colligitur, quam quod 13 verbis exprimitur, † cum non minor vis sit taciti, quam expressi, Bartol. & Dd. *in l. cum quid. 3. ff. de Reb. Credit.* Fort. Gartz. *in l. 4 in pr. ff. de pact.*

Ita Domini in causa Volffgangi-Henrici à Reißensteins/ Mens. August. Anno 1602. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die Verschreibung ausdrücklichen dahin gerichtet/ wann einer von den Bürgen mit Tode abgehen würde/ daß also dann der Schuldener an dessen Stelle einen andern gewissen Bürgen verschaffen solle/ ꝛc. So mögen auch obbemeldtes Hansen Dietrichs von Scheidings Erben vielberührten ihres Vatern Bürgschafft halber von euch beständiger Weise nicht belanget werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Etiamsi fidejussor post moram decesserit, heredes tamen non erunt efficaciter obligati in casu, quo conventum fuit, ut in locum defuncti fidejussoris alius subrogetur.

QUod dictum Defin. *præced.* ex obligatione fi- 1
dejussoriâ heredes non teneri, si expressè convenerit, ut in locum defuncti fidejussoris alius substituatur fidejussor; † illud cum notabili restrictio- 2
ne accipiendum putat Dan. Moller. *hic n. 3.* Nisi scilicet executio & immissio, vivo adhuc fidejussore, in ejus bona facta fuerit. Quia tùm Creditor non tantùm ipsum fidejussorem personaliter obligatum habet, sed & jus reale in ejusdem bonis consecutus est, † quod, sive vivat, sive moriatur fidejussor, aliter 3
quàm per solutionem aut satisfactionem tolli nequit, sed unà cum bonis ad heredes fidejussoris transit, *l. miles. 6. §. ult. l. ex contractu. 44. ff. de re judic.* Id quod ipsi facillimè largior. † *At quid si exe-* 4
cutio non facta, sed fidejussor, dum adhuc in vivis esset, à Creditore de solutione tantùm interpellatus fuerit, & in solvendo cessaverit? † Et tùm, post so- 5
lam nempe factam interpellationem & moram commissam, si fidejussor decesserit, heredes ejus teneri, non obstante prædicto pacto: quod si fidejussor deficiat, alius in ejus locum substituatur, tradit Moller. *hic n. 4.* secutus Valent. Franc. *de fidejuss. cap. 5. num. 499.* Quæ sententia quoque placet Matth. Berlich. *part. 2. concl. 26. num. 17.* † eò quod 6
rarum in jure non sit, ut obligatio, quæ in se personalis est, propter moram intervenientem ad heredes transmittatur, ut videre est in obligatione facti personalis, quæ ad heredes transit, si promissor post moram decesserit, Bart. *in l. si sic stipulatus. 93. ff. de Verb. Obligat.* Modest. Pistor. *vol. 2. cons. 1. q. 2. num.* *39.* † Ast hoc ita se habet in obligatione facti, in quâ 7
post moram succedit obligatio ad interesse, quæ cum ejus sit naturæ, ut ad heredes transeat, non mirum certè est, quod ea non perinde ut obligatio facti, ante moram personalis censeatur, ut declarant Dd. *in dict. l. si sic stipulatus. 93. ff. de V. O.* † Exin- 8
de autem ad casum præsentem nil inferendum, ubi mora interveniens non immutat qualitatem sive conditionem, huic obligationi ex primâ conventione insitam, ut videlicet non ultra quam ad vitam fidejussor obligatus sit, Hart. Pist. *obs. 120. n. 14. & seqq.* † Quare vigore pacti prædicti heredes non 9
teneri, licet ipsemet fidejussor, cum adhuc in vivis esset, in morâ constitutus fuerit, rectissimè contra Moll. & Franc. sententiam meo judicio asserit Hartm. Pist. *dict. obs. 120. n. 13.*

Ita Domini in causa heredum Caspari Möckels zu Gebesen/ Mens. April. An. 1626. (Verba sent. Dieweil eurem gethanen Bericht nach/ euer Vater sich anderer Gestalt gegen Martin Sommern in Bürgschafft nicht eingelassen/ als dafern er versterben würde/ ein ander Bürge an seine statt bestellet werden solte/ ꝛc. So möget ihr auch nunmehr nach euers Vatern Absterben/ unangesehen derselbe noch bey seinem Leben umb die Zahlung unterschiedlich gemahnet worden/ damit aber sich allewege säumig erwiesen/ der von ihme bestalten Bürgschafft halber/ vom Creditore beständiger Weise nicht belanget/ noch zur Zahlung angehalten werden/ V. R. W.)

Defi-

Definit. VII.

Heredes fidejussoris defuncti non tenentur ultra vires hereditarias.

1 QUamvis fidejussoris heredes non minus ac ipse-
met fidejussor obligati sint ex fidejusione, etiam eo casu, quo eorum mentio expressa facta non
2 est, *Supr.* Defin. 1. † Attamen, si bona defuncti fidejussoris exsolutioni debitorum, pro quibus fidejusit, non sufficiant, ultra vires hereditarias, heredes obligationi fidejussoriæ non astringuntur, Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 10. n.*
3 *326.* Wesenb. *consil. 14. n. 91. & seqq.* † Nec enim executio adversus debitoris heredes datur ultra ratam hereditatis, quæ ad ipsos pervenit, *arg. l. 1. C. si cert. pet. l. pacto successorum. 26. C. de pact.* per
4 quos textus vulgò dici solet: † Heredes tantum teneri pro portionibus hereditariis, nisi pignus vel hypotheca intercedat, eo siquidem casu possessor Rei in solidum convenitur, *l. pro hereditariis. 2. C. de*
5 *here. d. act.* † Ac licet de jure civili heres debitoris ultra vires hereditarias teneatur, quando fuit in mora confíciendi inventarium, Salyc. *ad l. Creditores.*
6 *3. n. 22. C. de pignor.* † Attamen de jure Saxonico aliter se res habet, ubi heres non cogitur quicquam solvere ultra vires hereditatis, etiamsi non confecerit inventarium, *art. 6. lib. 1.* Landr. *ubi* Gloss. *latin. ad text. german. lit. a.*

Ita Domini ad Consultationem D. Hieronymi Treutleri zu Badissen/Mens. Jul. Anno 1601. (Verba sent. So ist Jägers Pflegefrau der beklagten Mündlein an statt ihres Vatern/von wegen seiner gegen ihr gethaner Bürgschafft/ihres dawider gethanen Fürwerdens ungeacht/zu belangen/und die Hülffe in ihre Güter/so viel sie dero von ihrem Vater ererbet/zu suchen wol befugt/V.R.W.)

Definit. VIII.

Ex Collegio opifex nequaquam removendus, propterea, quod nolit pro Collegis fidejubere.

1 FIdejusio licet sit actus pietatis ex charitate proximi proveniens, cui in necessitatibus subveniendum est, *can. sicut. 8. dist. 47. & can. pasce 21.*
2 *dist. 86.* † adeò, ut nec quisquam per juramentum ab hoc officio charitatis se subtrahere possit aut debeat, *c. si diligenti. 12. extr. de for. compet. c. innocens. 23. cauf. 22. quæst. 4.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 1. n.*
3 *64.* † in mero tamen ac libero hominis arbitrio & voluntate hoc pietatis officium consistit, nec quispiam ad fidejubendum cogi potest, sicuti nec ad contrahendum. † Sunt enim omnes contractus ab initio
4 voluntatis, qui ex post-facto demum fiunt necessitatis, *l. 5. C. de obligat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 29. definit. 4. num. 8.* † Multò minus ullâ comminatione
5 aut coactione reali ad fidejusionem aliquis erit adigendus, nec propterea opifex ex Collegio opificum removendus, quod pro collegis fidejubere recusaverit. † Nec contra hoc jurisdictio collegii ullate-
6 nus urgeri potest, quippe quæ non nisi rationabiliter & secundum justitiæ ac æquitatis tramites debet exerceri, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.*
7 *2. part. 2. cap. 8.* † Nec præjudicare potest opificum jurisdictio ordinariæ jurisdictioni in causis, quæ non ipsum artificium concernunt, sed ratione contractus civilis, (qualis est fidejussio) ad judicem loci ordinarium spectant, † ut exem- 8
plo declarat *ex* Johan. Sichard. Steph. *dict. cap. 8. num. 14.*

Ita Domini in causa Caspari Stachers, Philippi Scholtzens & Consort. zu Mitweyde/Mens. Maj. Anno 1599. (Verba sent. So mögt ihr euch für die andere Meister des Leinweber-Handwercks in Bürgschafft zu verschreiben wider euren Willen nicht gedrungen werden/und sie seyn auch/solcher eurer Verwegerung halber/euch aus dem Handwerck auszuschliessen nicht befugt/V.R.W.)

Definit. IX.

Ex fidejussione obligatus est, qui sigillatione & subscriptione suâ approbavit instrumentum, in quo debitor fatetur, se fidejussorem ipsum dedisse,
Daß er ihn zu einem Bürgen vermocht.

1 INter absentes quoque contrahi posse fidejussionem docet latissimè Ant Hering. *de fidejuss. cap.*
2 *11.* † cum ex solâ subscriptione obligetur fidejussor, omnesq; verborum solennitates ex stipulationibus hodiè sublatæ videantur, ita ut sufficiat quibuscunq; verbis fidejusionem contrahi, §. *ult. Inst. de fidejuss. l. 1. C. de contr. & comm. stipul. l. sciendum. 30. ff. de Verb. Obligat.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de pact.*
3 *n. 7.* † Modo verba ad fidejusionem apta interve-
4 niant. † Hinc cum debitor quidam in Chirographo scripsisset, se tertium quendam fidejussorem dedisse, (Er hätte ihn zu einem Bürgen vermocht/) in cujus rei fidem non solùm debitor, sed & fidejussor ipsemet sigilla sua apposuerant, & nomina scripserant, dubitatum fuit, *an fidejussor ex fidejussionis*
5 *contractu obligatus esset?* † Etenim, præter sigillationem ac subscriptionem, haud aliud negotium inter fidejussorem & creditorem interveniisse videbatur, nec verba Chirographi in personam fidejussoris aliquid promittentis, sed tantùm in personam
6 debitoris concepta fuerant. † Ut maximè ergò concedatur, in fidejusionibus, quicquid scriptum reperitur, quasi solenniter actum videri, *dict. §. fin. Inst. de fidejuss. & dict. l sciendum. 30. ff. de Verb. Obligat.* attamen minùs ritè forsan ad casum præsentem quicquam inde inferre licet, ubi verba, unde
7 præsumendum esset, stipulationem interveniisse, non ab ipso fidejussore, sed à debitore & sic à tertio referuntur; † Cum nemo sit, qui non videat, magnam
8 esse differentiam, utrum quis verba ipse proferat, an à tertio quippiam de aliquo referatur. † Sed expeditum est, sigillum atque subscriptionem contra sigillantem & subscribentem plenam fidem facere,
9 *l. si ego. 9. §. dotis. 2. ff. de jur. dot. l. fidejussor. 26. §. pater. 1. ff. de pignor.* Quin imò, † subscribens habetur perinde, ac si ipse totam scripturam confecisset,
10 ut notat Bartol. *in l. Emtor. 47. §. Lucius 1. ff. de pact.* † Ex quo sequitur, fidejussorem subscribentem haberi instar scribentis, atq; ita censeri de se ipso referre verba in Chirographo reperta, scilicet se fidem
11 suam interposuisse, Hartm. Pist. *obs. 173. n. 47.* † Accedit *text. in §. si scriptum 16. Inst. de Inutil. stip.* qui de scriptis in instrumento loquitur, adeoque de eo casu, quo Notarius instrumentum confi-

ciens

ciens, de tertio refert, eum promisisse, ac nihilominus omnia solennia præsumuntur, non minus, quàm
12 si quis de se ipso aliquid referat. † Hinc ergò contra fidejussorem respondebatur, illum non minus obligari, ac si verbis manifestis fidejussisset.

Ita Domini in causa Martini Schöners zu Aunia / Mens. Octobr. Anno 1625. (Verba sent. Hat Andreas Vollhard von seinem Vettern Melchior Rödern 100. Reichsthaler erborget/und ihme eine Handschrifft ausgeantwortet / darinnen er nicht allein sich zur Wiederzahlung verpflichtet/sondern auch ausdrücklichen gesetzt / daß er euch zu einem Bürgen vermocht / welche Handschrifft ihr / nebenst ihm/zu mehrer Beglaubung / unterschrieben und besiegelt/ꝛc. So seyd ihr dadurch in Bürgschafft verbunden/ und habt euch dawider mit eurem Einwenden beständiger Weise nicht zu behelffen/ V.R.W.)

Definit. X.

Nuda commendatio vel promissio solutionis non habetur pro fidejussione.

EX solâ & nudâ commendatione fidejussio non inducitur; nec commendans debitorem de opulentia & quod solvendo sit, instar fidejussoris
2 convenire potest, † quia aliud est mandare, aliud commendare, *l. si vero 12, §. cum quidam 12. ff. mandat.* Johan. Köpp. *decis. 36. num. 10.* Anton. Gomez. *tom. 2. var. resolut. cap. 13. num. 5.* Johan. Harppr. *ad*
3 *§. 7. num. 3. Inst. de fidejuss.* † Neque actus agentium quicquam operantur ultra eorum intentionem, nec eos ulterius obligant, *l. non omnis. 19. in pr. ubi*
4 Bartol. & Dd. *ff. de Reb. Credit.* † Atqui indubitatum est, illos, qui aliquem commendant, nequaquam hoc agere, ut fidem suam pro ipso obstringant, sed solùm, ut ipsi commendato major fides habeatur,
5 Joh. Harppr. *dict. loc. num. 5.* † Nec obstat *l. cum ostendimus. 4. §. ult. ff. de fidejuss. & nominat.* ubi apertè dicitur, eos, qui saltem affirmaverint, tutores esse idoneos ex solâ & nudâ affirmatione pro fide-
6 jussoribus haberi: † Siquidem hoc speciale est in eo, qui tutorem idoneum affirmat; idque duplici favore comparatum est, & pupillorum ut habeant, quem pro tutoris minus idonei administratione convenire possint, & Magistratuum, ne subsidiariâ in
7 factum actione tàm facilè teneantur. † Planè, si quis sui lucri causâ alium falsè commendaverit, atque ita commendatione dolosâ alterum ad contrahendum dolo malo induxerit, tenebitur utique *per*
8 *l. quod si cum scires. 8. ff. de dolo malo.* † Porrò & hoc probè notandum, non valere fidejussionem, nisi fidejussor se quid daturum vel facturum expressè
9 promiserit, *l. stipulatio 38. §. 1. ff. de V. O.* † quia factum alienum inutiliter promittitur *l. sicut Reus. 65. ff. de fidejuss. l. 83. in pr. ff. de V. O.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 11. num. 176.*

Ita Domini in causa Tobiæ Lippens zu Marienberg/Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sent. Ob wohl Tobias Lippe geständig/daß er zu Tobias Zimmermann gesagt / er solte Matthes Horn/welcher gutes Vermögens / und wohl zu zahlen habe/das Maltz folgen lassen/ wenn das Bier ausgeschenckt/würde er ehrlich bezahlt werden/ꝛc. So mag doch dadurch wider Lippen keine beständige Bürgschafft erwiesen und beybracht werden/V.R.W.)

Definit. XI.

Mandatarius excedens fines mandati conveniri potest à mandante ad damni restitutionem.

OFficium mandatarii in eo consistit, ut mandatum semel susceptum diligenter & bonâ fide 1
impleat, *l. si mandavero. 22. §. ult. l. si fundum. 35. in fin. l. Creditor. 60. §. ult. ff. mandat.* † ejusque formam præscriptam & fines ad unguem custodiat, *l. diligenter. 5. ff. eod. tit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 28. defin. 6. num. 16.* † Nam si fines excesserit, non id 3
quod mandatum est, sed aliud facere videtur, *l. 33. circa fin. ff. dict. tit.* Cujac. *lib. 12. obs. 34.* † Unde fit, 4
quod mandatarius ratione excessus adversus mandantem actionem non habeat, *l. it aut omnes. 36. §. 2 ff. mandat. l. 12. C. eod. tit.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 352. num. 3.* † Quin 5
potius à mandante hoc nomine ad damnum illatum resarciendum conveniri potest. † Quod certè nemini mirum videri debet, consideranti, mandatarium ad præstationem culpæ levis, levissimæque teneri, *l. à procuratore. 13. C. mandat.* Mozz. *de mandat. num. 26.* Petr. Fab. *in l. contractus. 23. ff. de reg. jur.* Johan. Harppr. *ad §. 8. num. 21. Inst. de mandat.* † 7
Quantò magis ergò dolum, latamque culpam, quæ vix abesse potest in excessu mandati, præstabit mandatarius. † Nihil enim magis congruit bonæ fidei, 8
quàm quod inter contrahentes convenit, dictumvè est, præstari, *l. 1. ff. de pact. l. ex empto 31. §. 1. ff. de act. emt. l. 18. in fin. ff. de ædil. edict.*

Ita Domini in causa Hauboldi à Starschedels in Mertzdorff/M. Jan. Ann. 1632. [Verba sent. So ist N. N. weil er die fines mandati überschritten / und ohne ewern Vorbewust und Geheiß die Butter einem andern überlassen/ den Schaden zu gelten/und euch die Zahlung dafür zu leisten schuldig/V.R.W.)

It. in causa Johannis & Wilhelm Werners zu Kempnitz/ Mens. Mart. An. 1634.

In causa Hansen Wolffens zu Weyda / Mens. Nov. Anno 1635.

Et in causa Christophori Löbels/contra Thomas Möckeln zu Schwartzenberg/Mens. Jan. Anno 1636. (Verba sent. Es ist aber Thomas Möckel / weil er seinem eigenen Bekäntniß nach/das Geld nicht in die Glastrumpen/inmassen er befehliget gewesen / sondern in einen Karn mit Korn gesteckt/und also die fines mandati würcklichen überschritten/Christoph Löbeln den Schaden zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

Definit. XII.

Tenetur quoque mandatarius contrahenti secum ad restitutionem interesse, si fines mandati excesserit.

MAndatarius fines mandati excedens non 1
solùm ipsi mandanti, sed & contrahenti secum quandoque maximè nocet. † Quid e- 2
nim si mandans à mandatario ultra fines mandati acta & gesta ratificare nolit, putà si contractum cum tertio initum rescindat, quod facere ipsum posse, nemo, opinor, inficias ibit, *arg. §. sin autem. 3. Inst. de satisdat.* † An ergò tum contra- 3
henti nullus dabitur regressus adversus mandatari-

4 tarium? † Non certè, sed ex contractu ad interesse
5 adversus ipsum agi poterit, † ad exemplum falsi procuratoris, qui domino ratum judicium non habente, tenetur in id, quod interest, *l. si commissa. 13. l. in stipulatione. 19. ff. ratam rem haberi.* Mynsing. *cent. 5. observ. 49. num. 3.* Joh. Harpp. *ad dict.*
6 §. *sin autem. 3. num. 9. Inst. de satisd.* † Et quia mandatarius fines mandati excedens, facere ac præstare nequit ex personâ mandantis, quod promisit, utique obligatio nascitur in id, quod interest stipulantis, ut evenit in omnibus faciendi obligationibus, *l. in stipulatione. 19. ff. rat. rem hab.*

Ita Domini in causa Michaëlis Heydenreichs zu Leipzig / M. August. Anno 1581. (Verba sent. Hat nun der Verkäuffer dabey fürgeben/als wann er von bemeldten seinen Freunden das Haus seines Gefallens zu verkauffen plenariè gevollmächtiget/und/wie ihr begehrt habt / der Vormunden Consens hierzu nicht benöthiget wäre / welches sich aber hernach anders befunden/und haben seine Freunde den Kauff nicht halten wollen/derowegen ihr ihnen noch 100. fl. zugeben müssen/ꝛc. So ist gedachter Mandatarius, euer Verkäuffer/euch deßwegen ad interesse verbunden/ und dasselbe zu erstatten schuldig/V.R.W.)

Definit. XIII.

Mandans tenetur mandatario ad restitutionem ejus, quod ex causâ mandati ipsi abest, modò culpa mandatarii non intervenerit.

1 MAndatarius neque lucrum neque damnum ex mandato, quod pro alio suscepit, sentire
2 debet, *l. 10. §. si ex fundo. 2. ff. mandat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 2. defin. 11. num. 2.* † Non mirum ergò, mandantem teneri ad restitutionem ejus, quod ipsi ex causâ mandati abest, *l. 12. §. 7. & 9. l. 54. §. ult. l.*
3 *10. §. 9. ff. mandat.* † Modò nulla mandatarii culpa præcesserit, *l. 16. §. 5. l. 87. ff. de furt.* Eoque facit *l.*
4 *26. §. 7. ff. mand.* † Nec enim textus ille corrigendus & legendum (*Culpa mea*) cum Anton. Fab. *3. conject. 5.* sed lectio vulgata commodum sensum habet, †
5 quod scilicet noxalis actio detur mandatario, cui servus mandatus furtum fecerit, si modo absit mandatarii culpa, per quam occasionem furandi servo
6 præbuerit, † ut hoc rectè explicat Jac. Cujac. *in l. 21. §. 1. ff. comm. in fin. tract. 8. ad African.*

Ita Domini in causa N. N. zu Falckenhain / Mens. Febr. An. 1634. (Verba sent.: So wären die Vormunden euch/ als Mandatario, wofern euch keine Schuld zugemessen werden könte/ den zugefügten Schaden auff Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Institor contrahens nomine sui principalis, officio deposito, pro domino non tenetur.

NOn loquor hîc de institore, qui proprio nomine contraxit; Hunc enim ex contractu suo tempore officii celebrato, etiam post finitum illud officium rectè conveniri posse, vix quisquam dubitabit. † Sicuti nec hoc controvertitur, an durante 2
officio institor ex contractu, præponentis nomine celebrato, teneatur? † Quod itidem affirmandum, 3
per l. item si filius familias. 7. §. interdum. 11. ff. ad SCtum Macedon. Ubi Julianus scribit: Filium fam. institorem exceptione SCti Macedoniani se tueri posse, si ex contractu suo conveniatur. † Ergò si 4
sui sit juris & paterfamiliâs institor, ex contractu efficaciter sine exceptione conveniri poterit. Idque verum est officio durante, de quo procul dubio textus ille accipi debet. † Aliter verò se res habet 5
post officium institoris finitum. Negociatione enim cessante, institoriæ actioni non amplius est locus, Andr. Alciat. *ad l. pen. ff. si cert. petat.* Socin. *vol. 2. cons. 165. n. 7. & 21.* † Quare nec institor, 6
qui præponentis nomine contraxit, depósito officio, pro domino efficaciter conveniri poterit, † per 7
text. manifestum *in l. ult. ff. de inst. action. ubi* Matth. Wesenb. *in parat. n. 6.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 248.*

Ita Domini in causa Salomonis Wurffpfennigs zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1630. (Verba sent. Ob nun wohl dessen Factor unter seinem Namen und Hand/ von wegen seines Herrn Wilhelm Torry euch deßwegen ein Bekäntnüß zugestellet / da er aber dennoch nicht mehr in seinen Diensten wäre/ sondern seine selbst-eigene Handlung triebe/ ꝛc. So möchte er auch der Wiederzahlung halben von euch beständiger Weise nicht belanget werden/ V.R.W.)
Et in causa Ludovici VVilhelmi zu Stockhausen / Mens. April. Anno 1636.

CONSTITUTIO XXI.

PARTIS SECUNDÆ.

Ob das pactum, oder die Vereinigung / dadurch sich der Schuldmann verbindet/ seine Person aufzuhalten/zu arestiren/ in Gehorsam oder Hafft zu legen / in Mann- oder Weibespersonen beständig?

Num valeat pactum, quo debitor, sive vir sit, sive mulier, ad carcerem vel arestum se obligat?

ANgeachtet aller Disputation, so wird solches pactum vor beständig und kräfftig geachtet / iedoch also / daß dem Gläubiger das Anhalten oder in Gehorsam legen/

QUicquid disputent alii, pactum hoc valere nostri existimant, ita tamen, ne Creditor ipse debitorem detineat, id enim in crimen privati

nicht vor ſich alleine geſtattet / es wäre ſonſten privatus carcer: Sondern daß der Gläubiger vermittelſt des Richters oder der Obrigkeit Hülffe/durch die vorgehende Vereinigung/ die Execution ſuchen ſoll.

Aber wann der Schuldener auff flüchtigen Füſſen iſt / ſo mag ihn der Gläubiger annehmen/ und in die Gerichte/ darinnen er angetroffen / einantworten.

Ob dann auch wol eine Weibesperſon in causâ civili nicht zu incarceriren/ dañoch ſo ſie dieſes certioriret/und gleichwol hierüber ſich wiſſentlich zu perſönlichen arreſt oder Gehorſam verſchrieben / oder beſtändig zugeſagt / ſo wäre ſie es auch zu halten ſchuldig/wann es wegen ihrer eigenen Selbſtſchulden geſchehen.

vati carceris incideret, ſed pacti executionem à judice vel Magiſtratu petat, niſi fugitivus ſit debitor. Eum enim Creditori capere, & judici ejus loci, in quo eum deprehendit, tradere impune licet.

Etſi autem mulierem ob cauſam civilem in carcerem conjicere permiſſum non eſt; ſi tamen quædam, de Jure ſuo admonita, ad carcerem ſe firmiter obliget, pacto ſtandum illi erit, ſiquidem proprium ipſius debitum obligatio concernat. Nam ſi pro marito vel alio quopiam hoc pacto ſe aſtringat, SCti Vellejani beneficio, niſi & illi firmiter renunciaverit, juvabitur.

Sonſten aber / da ſie ihres Mannes oder anderer Freunde Schulden halber ſolche Verpfändung von ſich hätte gegeben/ ſo wäre ſie beneficio SCti Vellejani hierzu nicht verhaftet/ ſie hätte dann auch ſolchem beneficio beſtändig renunciret/ dabey wir es bleiben laſſen.

DEFINITIONES.

1. *Valet obligatio ad carcerem, ita tamen, ut debitor vel ſaltem prius extrajudicialiter requiſitus, ſolutione non factâ per Magiſtratum capiatur.*
2. *Debitor ad carcerem obligatus, abſq; præcedente bonorum excuſſione capi & incarcerari poteſt.*
3. *Debitor ex pacto incarceratus non dimittitur ſub cautione, niſi eam Creditor lubens acceptaverit.*
4. *Creditor, petens executionem in bona debitoris, non recedit à pacto de incarcerando debitore, ſed eundem etiamnum incarcerari facere poteſt.*
5. *Creditor debitori, ad carcerē obligato, non tenetur præſtare cautionem de refundendo, ſi vel adverſâ valetudine comprimatur, vel alioquin detrimenti quid capiat.*
6. *Debitor ægrotus è carcere dimittendus eſt, ut curam ſui habeat.*
7. *Debitor ex pacto pro certo aliquo debito incarceratus, pro alio debito in carcere detineri non debet.*
8. *De Jure communi, ut & in foro Saxonico, fœmina debitrix, ne quidem ex pacto incarcerari poteſt.*
9. *Quatenus in terris Electoratus Saxonici fœmina debitrix ex pacto ad carceres obligetur.*
10. *Obligatio ad carceres perſonalis eſt, & ad heredes non tranſit.*

Definit. I.

Valet obligatio ad carcerem, ita tamen, ut debitor vel ſaltem prius extrajudicialiter requiſitus, ſolutione non factâ per Magiſtratum capiatur.

1 QUamvis nemo membrorum ſuorum dominus ſit, *l. liber. homo. 13. ff. ad Leg. Aquil.* valet tamen pactio, quâ debitor in cauſam haud factæ ſolu-
2 tionis, ad carceres vel areſta ſe obligat. † Non quidem contra Juris rationem ex inveteratâ ſolummodo & apud gentes receptiſſimâ conſuetudine, ut puta-
3 tat Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. n. 2.* † Sed quia fundamentis ſat ponderoſis ac textibus ex meditullio Juris deſumptis firmata eſt, *l. Titius ſervum 9. ff. de ſerv. export. l. ſi quis ſub hoc pacto. 56. ff. de contr. empt. l. 1. & 2. C. ſi mancipia fuer. alien. ne proſt. l. 1. C. ſi ſerv. export. ven. l. 3. §. 4. verſ. & generaliter. & §. ſi quis volentem. 5. ff. de liber. hom. exhib.* † ut
4 latiſſimè probat Matth. Col. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 6. n. 45. & ſeqq.* Henning. Goeden. *conſ 2 n. 26.* Joh. Köpp. *q. 29. n. 5.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 45. n. 3.* Mynſing. *cent. 6. obſerv. 51.* Modeſt. Piſt. *p. 1. q. 39.* † Ac
5 ſanè teſtatur quotidiana experientia, iſtâ conventione de ingrediendo carcerem, & non recedendo, donec ſatisfiat Creditoribus, hodiè nihil eſ-
6 ſe uſitatius. † Quam & in foro Saxonico probat *hæc* Conſt. 21. † Ejusq; obligationis effectus eſt, ut 7
debitor, qui eo modo ſe ipſum pignori dedit ac obligavit, perinde ac alia res quælibet obligata capiatur, hâc ſolâ differentiâ, quod non diſtrahatur, ſed trahatur & in carcerem detrudatur, *l. plerisq;. 18. ff. de in jus vocan.* quod abſque pacto fieri non poſſet,
l. ob æs alienum. 12. C. de obligat. & act. † Specia- 8
lem ſanè conventionem de eâ re fieri oportet, alioqui non ex eo ſolo, quod quis bona ſua omnia obligaverit, ſe ipſum quoq; obligaſſe credendus eſt, *arg. l. obligatione generali. 6. ff. de pignor.* Ant. Fab *dict. defin. 7. n. 8.* Circa executionem tamen hujus pacti
duo probè noſſe oportet: (1.) † Quod Creditor de- 9
bitorem vigore iſtiusmodi conventionis, nec propriâ autoritate capere, nec in privatis ſuis parietibus detinere queat; ſed debet adire judicem, pro
impetrandâ ejus familiâ, † cum miniſterio debitor 10
& capiatur & includatur publico carceri, donec ſatisfiat de ære alieno, ut multis docet Coler. *dict. cap. 6. n. 11. & num. 16. ac ſeqq.* † Quod & diſertè 11
ſancitum *hâc* Conſtit. 21. *in pr. verſ.* Jedoch daß dem Gläubiger/ꝛc. † Idque adeò verum, ut nec 12
pactum in contrarium valeat, ſecundum Bartol. *in l. alia 14. §. eleganter. 1. n. 10. ff. ſolut. matr.* Gœd. *dict. conſ. 2. n. 8.* † Niſi debitor ſit fugitivus; Eum 13
enim Creditori capere & judici ejus loci, in quo deprehenditur, tradere impunè licet, *hâc* Conſt. §.

14 Aber wenn der Schuldener. † Ita tamen ut ultra 20. horas debitorem fugitivum Creditor non detineat, si pœnam privati carceris evitare velit, *l. 1. C. de privat. carcer. l. 25. in pr. ubi* Bartol. *ff. ad Leg.*
15 *Jul. de adult.* † Quamvis & detinens debitorem spacio minori 20. horarum, in pœnam arbitrariam incidat, juxta tradita Dan. Moll. *hic num. 7.* (2.)
16 Sciendum, † quod debitor non statim, ubi in præfixo & stato termino solutionem non fecerit, capi & carcerari possit, sed insuper requiritur, ut saltem extrajudicialiter super hoc fuerit requisitus, maximè si locus carceris non fuerit instrumento expressus, sed à Creditoris determinatione dependeat, Matth. Col. *de proceß. execut. p. 1. cap. 10. n. 222.*

Ita Domini in causa Johann Meyers zu Leipzig/M. April. Anno 1580. [Verba sentent. Hat A. B. euer Schuldmann sich verpflichtet/ da er mit einer oder mehr bewilligten Tagzeiten säumig würde/ auff seine Leibesgefahr und eigene Kosten/die gefängliche Heft/ biß er bezahlet/ zu tragen/ und er hat keinen einigen Termin richtig erleget und abgestattet. Da er nun in gutem auff vorhergehende Erinnerung noch nicht zahlen würde/so seyd ihr ihn/vermöge seiner Verpflichtung/ durch Hülffe der Obrigkeit/in gefängliche Haft zu nehmen/ uñ biß er euch bezahlet / darinnen enthalten zu lassen wohl befugt/ V. R. W.]

Et in causa Petri Volckmanns zu Leipzig/Mense Mart. Anno 1588.

Definit. II.

Debitor ad carcerem obligatus, absque præcedente bonorum excussione capi & incarcerari potest.

1 QUin debitor excussus & non solvendo repertus, per Magistratum ex pacto detineri queat, neminem unquàm seriò negasse, dicit Dan. Moll. *lib. 1. Semest. 35. n. 2.* At illud solummodo
2 inter Dd. controversum est, † *An nondum factâ excussione, ex pacto debitor per Judicem detineri*
3 *& incarcerari possit?* † Etsi verò secundum communem Interpp. opinionem pactum de incarcerando debitore aliter non valeat, quàm si is factâ bonorum excussione repertus sit non solvendo, Modest. Pist. *p. 1. qu. 39.* Bernh. Wurmser. *lib. 1. pract. observ. tit. 28. obs. 8.* Joh. Köpp. *decis. 29. n. 5.* Zas. *lib. 2. sing. resp. c. 8.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 45. num. 3.*
4 Mynsing. *cent. 6. observ. 51.* † Attamen quotidianus harum provinciarum usus aliud introduxit, cum nil ferè frequentius sit, quam debitores, etiamsi immobilia possideant, & constet, eos solvendo esse, tamen propter moram vi pacti in loco publico Judicii, vel Curiæ, (in Gehorsam) detineri, donec Creditoribus satisfaciant, teste Moll. *dict. c. 35. num. 3.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest.
5 Pistor. *dict. q. 39. n. 7.* † Quod & videtur placuisse Illustrissimo Saxon. Electori, quando nullâ factâ excussionis mentione, pactum de incarcerando debitore, non obstante omni disputatione, valere
6 jubet, *hâc* Const. 21. *in pr.* † Adeoque & non præcedente excussione, de quo passu multùm inter Dd. fuit disputatum, Moll. *dict. c. 35. & hâc Const.*
7 *num. 2.* † Quin si & aliter diceretur, vix pactum de incarcerando debitore effectum sortiri posset,
8 † cùm etiam aliàs debitor, ubi nullum tale pactum intervenerit, hisce in terris possit in carcerem detrudi, si ejus bona non sufficiant, Const. Elect. *22. p. 2. def. 4.*

Ita Domini in causa C. W. zu Leipzig/ Mens. Majo. Anno 1576. [Verba sent. So wäret ihr in Mangelung gütlicher Zahlung/euer selbsteigenen Verpflichtung nach/in das Gefängniß zu gehen schuldig, und es möchte sich der Creditor an euer Haus und Güter verweisen zu lassen nicht gedrungen werden.]

Definit. III.

Debitor ex pacto incarceratus non dimittitur sub cautione, nisi eam Creditor lubens acceptaverit.

DEbitor pacto, in quo se ad carcerem obliga- 1
vit, adeò obstringitur, ut incarceratus propter non factam solutionem debiti liquidi, invito creditore, haud dimitti debeat, etiamsi cautionem sufficientem, ac juratoriam non modo de Judicio sistendo, sed & de judicato solvendo præstare velit,
† sed vigore pacti conventi præcisè solvere & ad- 2
implere cogitur id, ad quod tenetur, *l. si se non obtulit. 4. §. ait prætor. 3. ff. de re judic. l. quod si non solvere. 10. ff. de pig. act. l. 73. ff. de legat. 1. l. item liberatur. 6. §. quia pamtus. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Dan. Moll. *lib. 1. Semestr. 35. n. 5. & hic n. 4.* Matth. Col. *de proceß. execut. p. 2. c. 1. n. 44.* Ant. Hering. *de fidejuß. c. 15. num. 57.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *p. 3. q. 110. num. 35.* Joh. Köppen. *decis. 55. n. 24.* † Nisi forsan debitor 3
offerat Creditori prædium aliquod immobile, quod facile emptorem inveniat, *Novell. 4. cap. 3.* Col. *de proceß. execut. p. 1. c. 6. n. 114.* † Quin & si Credi- 4
tor lubens cautionem acceptet, & in debitoris liberationem consentiat, dubium non est, quin is dimitti debeat; † de Jure enim Crditoris ex pacto sibi 5
quæsito tantummodo controvertitur, quod certè in gratiam debitoris remittere potest, *l. pen. C. de pact.*

Ita Domini in causa Johannis Meyers/Mense April. Anno 1580. [Verba sent. So seyd ihr ihn durch Hülffe der Obrigkeit in gefängliche Haft nehmen / und/biß er euch bezahlet/ oder eurer Verwilligung nach gnugsame Versicherung gemacht haben wird/enthalten zu lassen wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. IV.

Creditor, petens executionem in bona debitoris, non recedit à pacto de incarcerando debitore, sed eundem etiamnum incarcerari facere potest.

CReditor, qui vigore pacti initi, propter non fa- 1
ctam solutionem, debitorem in carcerem poni fecit, non prohibetur petere immissionem in bona debitoris, & eorundem venditionem, ut sibi satisfiat, Johan. Zanger. *de except. part. 2. c. 13. n. ult.* Dan. Moll. *lib. 3. Semestr. c. 36. n. 2.* Matth. Col. *de proceß. execut. p. 1. cap. 8. num. 39. & seqq.* † 2
Quin & electionem hoc casu habet, an velit debitorem vi conventionis carceri mancipare, an verò missionem in ejus bona petere. † Et si missio- 3
nem impetraverit, per hoc à pacto illo, quo debitor in casum haud factæ solutionis ad carceres se obligavit, non videtur recessisse, † sed nihilomi- 4
nus debitorem incarcerari facere potest *per text. in l. 2. §. 3. vers. sed finge. ff. de ventre inspic. l. 4. §. si ex conventione. 4. vers. sed & si pignore. ff. de re jud. c. quoniam frequenter. 5. §. ult. vers.*

verſ. ſi autem ſuper perſonali. ext. Ut lite non conteſt. Dan. Moll. *dict. c. 36. num. 1.* Zänger. *dict. loco.* Col. *dict. c. 8. n. 44.* Nicol. Boër. *deciſ. 300. n. 3. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtiani Zolheims zu Nercha/Menſ. Nov. Anno 1625. [Verba ſententiæ: Habt ihr eurem Bekannten 200. fl. geliehen/welche er binnen zweyen Monaten wieder zu zahlen verſprochen/oder im widrigen Fall ſich zur gefänglichen Haft/ biß ſo lange er euch befriediget hätte/verpflichtet. Ob ihr nun wol/als bemeldter Debitor, mit der Zahlung ſäumig geweſen/ die Execution in ſeine Güter geſucht und erhalten/ꝛc. So ſeyd ihr doch hierdurch von obigem pacto nicht abgewichen/ ſondern ſeyd Inhalts deſſen/den Schuldner nochmals gebührliche in gefängliche Haft nehmen zu laſſen wohl befugt/ꝛc.]

Definit. V.

Creditor debitori ad carcerem obligato non tenetur præſtare cautionem de refundendo, ſi vel adverſâ valetudine comprimatur, vel alioquin detrimenti quid capiat.

1 HAud pauci exiſtimant, debitorem ob æs alienum carceri haud poſſe mancipari, priusquam Creditor ſufficientem præſtiterit cautionem de refundendo, ſi vel adverſâ valetudine forſan debitor affligatur, aut aliàs detrimenti quid capiat, Gloſſ. *in art. 27.* Weichbild. §. Ihr ſollet wiſſen/ꝛc. Matth. Col. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 6. n. 137.* Reinh. 2 *differ. 86.* † Sed quam benè hoc aſſerant, vel exinde conſtat, quod ſanitas debitoris non ſit poſita in Creditoris manu & directione, ſed à ſolo Deo dependeat; † Ut ſic Creditor hâc cautione ultra poſ- 3 ſe aſtringeretur, Ant. Hering. *de fidejuſſ. c. 6. n. 261.* 4 † Et poſito prædictam Dd. aſſertionem veram eſſe, (quæ & de Jure Saxonico communi veriſima eſt, *Vid.* Conſt. *ſeq. defin. 20.*) ad caſum tamen præſentem, quando nimirum debitor pacto ſpontaneo ſe carceri aſtrinxit, ea minus ritè extendi po- 5 terit, † cum habeat Creditor, quod ſibi imputet, pactum ſcilicet ſimpliciter & absque conditione à 6 ſe initum fuiſſe. † Ex quo Creditorem hoc caſu nullatenus ad cautionis præſtationem teneri, rectiſſimè arbitratur Dan. Moll. *lib. 1. Semeſtr. 35. num. 4. & hâc Conſt. n. 3.* Hering. *dict. c. 6. n. 259.*

Ita Domini in eadem cauſa. [Verba ſententiæ: Deswegen ihr ihm denn einige caution, daß ihm an ſeiner Geſundheit kein Schade geſchehe/ zu beſtellen nicht angehalten werden möget/ ꝛc.]

Definit. VI.

Debitor ægrotus è carcere dimittendus eſt, ut curam ſui habeat.

1 QUamvis Creditor debitori ad carceres obligato ad cautionem præſtandam obſtrictus haud ſit, Defin. *præced.* non tamen propterea debitor omni indifferenter periculo ſubjectus eſt, ſed ſi 2 ægrotare incipiat, † è carcere dimitti debet, non tàm ut ſanitati ſuæ conſulat, quàm ut curam ani- 3 mæ ſuæ agere poſſit, † cùm ſalus morituri cuicunque cauſæ pecuniariæ præferri debeat, Fr. Ripa *in l. obligatione generali 6. n. 31. ff. de pign.* quem refert & ſequitur Matth. Col. *de proc. exec. part. 1.* 4 *c. 6. num. 102.* † Quo tamen caſu, ægroto cuſtodes ſunt adhibendi, ne in eventum reconvaleſcentiæ, vel morbi ſimulati, evadendi & ſubtrahendi ſui copiam arripiat, & ſic judex litem ſuam faciat, Col. *dict. loc.* † In cujus arbitrio poſitum eſt, pro 5 ratione ac qualitate morbi eum dimittere, quod forſan hiſce in terris rarius accidit, † cum debito- 6 res, more apud nos uſitato, loco carceris in publico Judicii vel Curiæ loco (in Gehorſam) ſæpiſſimè detineantur, Moll. *hîc in pr.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Es wäre dann/daß berührter Debitor gefährlich kranck läge/ auff ſolchen Fall würde er/biß ſo lange er geneſen/mit der gefänglichen Haft verſchonet/oder da er allbereit damit belegt/ hinwiederum ſo lange derſelben entlediget/ ihme aber doch etliche Wächter zugeordnet/ damit er nicht von Abhanden kommen möge/ꝛc.]

Definit. VII.

Debitor ex pacto pro certo aliquo debito incarceratus, pro alio debito in carcere retineri non debet.

CErti Juris eſt, quod Creditor pro certo ali- 1 quo debito in poſſeſſione pignoris conſtitutus, niſi ea quoq; pecunia à debitore reddatur, vel offeratur, quæ ſine pignore debetur, illam propter doli mali exceptionem reſtituere non cogatur per text. *in l. un. C. etiam ob Chirograph. pecun. pign. retin. poſſ.* † Ex quo infert Matth. Berl. debitorem 2 ex pacto pro uno debito carceri incluſum, licet debitum ſolvat, attamen pro alio debito in carcere retineri poſſe, *part. 2. concluſ. 27. n. 31. & p. 1. concl. 50. n. 33.* † ubi hoc ipſum adeò extendit, ut perſo- 3 naliter detentus vel areſtatus ab uno Creditore, ab alio etiam Creditore, ex aliâ causâ in areſto retineri queat; † At vereor, ne hæc illatio Berlichii ſit pe- 4 riculoſa. Præterquam enim, quod diſpoſitio illa Imp. Gordiani tantummodo de pignore loquatur, adeoque ceu odioſa ad caſum alium verbis haud expreſſum extendi non debeat, *c. odia 15. de Reg. Jur. in 6to.* † certè ratio iſtius ſanctionis hanc il- 5 lationem non admittit. Etenim in pignoris poſſeſſione pro uno debito conſtitutus illud pro alio quoque debito propterea poteſt retinere: quod in caſum non factæ ſolutionis Creditor executionem ac immiſſionem in bona debitoris, adeoq; in pignus iſtud petere queat, † adeoque debitor dolo videtur 6 recuperare pignus, ex quo ſolutio alterius debiti mox fieri debet, *d. l. un. C. d. t.* † Secus verò res ſe 7 habet in debitore, ex pacto pro certo debito carceri incluſo, qui pro alio haudquaquam incarcerari poteſt, antequam diſcuſſio bonorum præceſſerit, † nec enim absque pacto ſpeciali deveniri poteſt 8 ad perſonam debitoris, ſi bona ipſius ad ſolutionem ſufficiant, Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. num. 7.* Matth. Col. *de proceſſ. exec. p. 3. c. 5. num. 51.*

Ita Domini in cauſa Bartholomæi Ottens zu Wiſach/ Menſ. April. Anno 1623. [Verba ſententiæ: Dieweil ihr ſelbſten berichtet/ daß euer Schuldener diejenige Schuld/ deßwegen ihr ihn/ laut ſeiner eigenen Verpflichtung/ in gefängliche Haft nehmen laſſen/ richtig bezahlet und abgeſtattet: So ſeyd ihr denſelben wegen einer andern Schuld/ damit er euch gleichfalls verhaft/ aber im Fall der Nichtzahlung das Gefängniß zu dulden ſich ausdrücklich nicht verpflichtet/ in Haftung länger halten zu laſſen nicht befugt/ V.R.W.]

Definit. VIII.

De jure communi ut & in foro Saxonico fœmina debitrix quidem ex pacto incarcerari potest.

QUod Juris contra debitores ad carceres obligatos constitutum est, eos nempe vigore prioræ conventionis carceri mancipandos esse, qui alias ob debitum civile detineri non possent, Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. n. 7.* illud ad fœminam debitricem haudquaquam extendi debet.

2 † Quippe hæc ne quidem ex pacto & propriâ conventione ad carceres obligari potest, nec vigore ejusmodi pacti capi, aut capta detineri debet, Matt. Col. *de proc. exec. p. 1. c. 6. n. 109.* Dan. Moll. *hic n. 8.* Matth. Berl. *p. 3. concl. 27. n. 12.* Ant. Hering. *de fidejuss. c. 17. n. 77.*

3 † Idque propter periculum pudicitiæ, quod vertitur cum eâ, quæ constringitur in loco aliquo solitario, Decius *in l. fœminæ. 2. num. 78. ff. de Reg. Jur.*

4 † Quod & in fœminâ recusante bonis cedere, ita ut ne illa quidem carceribus includi possit, procedere existimat Col. *dict. loc. n. 110.*

5 † Quæ sententia Interpp. cùm nullo Juris Saxonici textu abrogata fuerit, quin & in foros Saxonico secundum eandem pronunciandum sit, ambigendum prorsus non est;

6 † Etenim quod Jure statutario non expressum, illud sub Juris communis dispositione relinquitur, *l. si extraneus. 6. ff. de condict. caus. dat.* Bald. *in l. si plures. 6. n. 29. C. de condit. insert.* Octav. Cacheran. *cons. 20. n. 15.*

Ita Domini ad consultationem des Raths zu Saltza bey Magdeburg gelegen/ M. Nov. An. 1608. [Verba sentent. Ob gleich bey euch zu Saltza ein gewisser öffentlicher Ort oder Gefängniß / damit eure Mitbürger in Bürgerlichen Sachen beleget werden: So mögen doch die Weiber/ wenn sie sich gleich neben ihren Kriegischen Vormunden ausdrücklichen zur Haft und Gefängniß vor eine Schuld verpflichtet hätten/ mit Gefängniß oder Bürgerlichem Gehorsam nicht beleget werden / V. R. W.]

Definit. IX.

Quatenus in terris Electoratus Saxonici fœmina debitrix ex pacto ad carceres obligetur.

1 ADeoque nec in foro Saxonico fœmina debitrix ex pacto ad carceres obligatur, Defin.

2 *præced.* † Aliud verò placuit Illustrissimo Saxoniæ Electori, in terris Electoratus sui disponenti, ut mulier, quæ hoc pacto se obligavit, si in solutione cesset, Aresto detineri vel in carcerem conjici debeat, *hâc* Const. 21. §. Ob dann auch wol eine

3 Weibesperson / &c. † Quod ipsum tamen cum grano salis accipiendum & tribus hisce requisitis

4 concurrentibus demum procedit, (1.) † Si de Jure suo admonita ac certiorata fuerit, *dict.* §. Ob dann auch/ &c. *vers.* Dannoch so sie dieses *certio-*

5 *riret/ &c. ubi* Dan. Moll. *n. 9.* (2.) † Ac nihilominus consensu & autoritate Curatoris ad carceres se obligaverit, Moller. *dict. loco.* Etsi enim de hoc nil expressè disponat Constitutio Electoralis;

6 haud obscurè tamen † consensum Curatoris ad hoc pactum requiri innuit, dum de pacto ritè contracto loquitur, (Von beständiger Zusage) Atqui pactum mulieris absque Curatoris autoritate initum, Jure non subsistere, nec rite contractum dici, satis apparet ex Const. Elect. 15. *p. 2.* Moll. *dict. loco. n. 10. & 11.* † Ubi videtur excipere mulie- 7
res, quæ publicè negotiantur & mercantur, quas mercium illarum nomine, quas emunt fide habitâ de pretio, efficaciter ad carcerem se obligare putat. (3.) † Si obligatio mulieris proprium ipsius 8
debitum concernat, *dict.* §. Ob den auch/ &c. *vers.* Wann es wegen ihrer eigenen Selbstschulde geschehen. † Nam pro marito aliove ex- 9
traneo, mulier efficaciter ad carceres se non obstringere valet, nisi ultra prædictam certioration-em, beneficio etiam SCti Vellejani firmiter renunciaverit, *hâc* Const. 21. §. Sonsten aber/ &c. *ubi* Moll. *num. 9.*

Ita Domini in causa Marthæ, Uxoris Joh. Schirmers zu Leipzig/ M. Jun. An. 1576. [Verba sent. Ob ihr gleich neben eurem Hauswirth 400. fl. schuldig worden/ welches ihr Jährlichen mit 100. fl. abzulegen zugesagt/ und im Fall der Nichthaltung beyde in Haft zu gehen verwilliget. Da ihr aber dennoch euer selbst eigenen Schulden wegen / die Verwilligung des Gehorsams mit Zuziehung eures Curatoris nicht gethan/ noch ihr dißfalls eurer weiblichen Gerechtigkeit erinnert worden wäret/ &c. So wäre auch eurer Person halben solche Verbindung zu Recht unkräftig/ V. R. W.]

Definit. X.

Obligatio ad carceres personalis est, & ad heredes non transit.

QUia obligatio ad carceres vel arestum ipsum quasi debitoris corpus ejusque personam afficit, placuit Interpp. ut obligatio hæc habeatur personalis, nec debitoris obligati heredes obstringat, Bartol. *in l. si decesserit. 4. n. 2. ff. qui satisd. cog.* Saly c. *in l. ult. §. in computatione. 9. n. 23. C. de Jur. delib.* Matth. Col. *de proceß. execut. p. 1. c. 10. n. 333.* Valent. Franc. *de fidejuss. c. 5. num. 102.*

† Etsi enim debitor vivus corpus suum carceri sub- 2
jicere potuerit, corpori tamen heredis sui jus dicere nequivit, Bartol. *in l. postulante. 44. n. 2. ff. ad SCtum Trebell.* Dan. Moll. *hic n. 5.* † Nec ad rem 3
pertinet, quod Dd. statuto efficaciam heredes ad carceres obligandi tribuant, Veluti si statutum in loco quodam extaret, quod debitores pro debitis incarcerari jubeat, hujus vigore etiam debitoris heredes detineri posse ajunt, quantumvis eorum non fiat mentio in instrumento, Bald. *in l. per diversas. 22. n. 4. C. mandat.* Bartol. *in d. l. postulante. 44. ff. ad SCt. Treb. n. 2.* † Non enim à statuto ad 4
pactum firmiter quicquam inferri potest, quia statutum semper est majoris potentiæ & effectus, † quàm pactum hominis, qui legi subest, Jason. *in l.* 5
non impossibile. 50. ff. de pact. † Quin & statutum 6
perinde ac lex omnibus horis loquitur, & semper est in viridi observantiâ, *l. Arriani. 5. in fin. C. de hæret. Coler. dict. c. 10. n. 336.*

Ita Domini in causa Sebastiani Zollheims zu Nercha/ Mens. Novembr. Anno 1625. [Verba sent. Auff n Fall aber der Debitor vor der Zahlung gäntzlich versterben möchte/ wäret ihr seine Erben/ (weil solche durch des Verstorbenen Verpflichtung ad carceres Keines weges verobligiret worden) in gefängliche Haft nehmen zu lassen nicht befugt/ V. R. W.]

CON-

CONSTITUTIO XXII.
PARTIS SECUNDÆ.

Vom Schuldthurn.

WIrde iemand / der in unſern Landen geſeſſen / oder ſich darinnen enthielte / wer der auch wäre / ſo viel auffborgen/die Leute anſetzen / oder in andere Wege ſchuldig werden / daß alle ſeine Haab und Güter / nach ergangener Hülffe/execution und excuſſion, zur Bezahlung nicht zureicheten / und gnug wären / oder über Vermögen ſich in Bürgſchaft einlaſſen/ und er möchte bey ſeinen Gläubigern keine Nachlaſſung erlangen / berührte Gläubigere wären auch auf andere Wege nicht zu behandeln: So ſoll er/auff Begehr und Anſuchen eines oder mehr der Gläubiger/in den Schuldthurn/ ſo wir in unſern Landen ſonderlich darzu verordnen wollen / gelegt / und alſo lange darinnen verwahrlich enthalten werden / biß daß er die Gläubiger befriedige / oder ſich ſonſten mit ihrem guten Wiſſen und Willen vertrage und abfinde/ und es ſoll ihm davon keine Abtretung ſeiner Güter und ceſſion bonorum, ſo er ohne Bewilligung ſeiner Gläubiger thäte und fürnähme / noch ichtes anders entledigen oder zu befreyen haben.

Es ſoll aber das Gefängniß / darein er gelegt/ziemlichen und leidlich ſeyn/und er dermaſſen darinnen enthalten werden/damit ihme dadurch am Leben oder Leib keine ſonderliche und hohe Beſchwerung zugefüget werde. Wann aber von den Gläubigern / ſeiner alimenten und Unterhaltung halben / in der execution und excuſſion ſeiner Güter keine Verordnung und Ausſetzung gemacht/ ſo wird er ſelbſt darauff zu dencken wiſſen / wie und welcher geſtalt er ſeine Unterhaltung haben möge.

Und nachdem wir den Gläubigern zum beſten / auch zum Abſcheu vieler leichtfertiger Perſonen/ſo ohne Nachdencken ſich in Schuld einzulaſſen/und viel wohlhabende Leute um ihr Gut / und in äuſſerſtes Verderb zu bringen pflegen / dieſe harte Straffe des Gefängniß dermaſſen/wie obſtehet/geordnet: So wollen wir auch derwegen die Verſehung und diſpoſition der Sächſiſchen Rechten / nemlichen daß der Schuldener den Gläubigern an die Hand oder Halfter gegeben werden ſoll/ gäntzlichen abgethan / abrogiret und aufgehoben haben.

Wir wollen auch das Einreiten und Leiſten in den Herbergen / dadurch dann nichts an-

De pœnâ carceris publici, in debitores, non ſolvendo exiſtentes, ſtatutâ.

QUicunque in noſtris Ditionibus tantum æris alieni quocunque modo, etiam pro aliis ultra patrimonii ſui vires fidejubendo, contraxerit, ut factâ executione & excuſſione, bona ipſius omnia illi exſolvendo non ſufficere manifeſtum ſit, ſi jus ſuum urgentes Creditores, ut quid de eo remittant, ullo pacto induci non poſſunt, uno aliquo ipſorum vel pluribus id poſtulantibus, debitor in carcerem publicum, quem in hunc uſum extrui in ditionibus noſtris curabimus, conjectus tamdiu in eo tenebitur, donec vel ſolverit, quod debet, vel aliter eo nomine Creditoribus ſatisfecerit, nec vel ceſſio bonorum vel quid aliud, invitis Creditoribus, illum inde liberabit.

Carcerem autem illum tolerabilem eſſe volumus, & debitorem in eo ita detineri, ut ne quid inde vel vitæ vel corporis inſigne aliquod detrimentum illi metuendum ſit.

Quod ſi verò de ejus alimentis à Creditoribus in executione & excuſſione bonorum conſtitutum nihil ſit, ipſimet unde & quâ ratione illa conſecuturus ſit, cogitandum erit.

Cumque commodo creditorum ſtudentes, in ipſorum gratiam, aliorum verò leviſſimorum hominum terrorem, qui æs alienum undicunq; temerè conflantes multos locupletes ad inopiam redigunt, gravem hanc carceris pœnam eo, quo diximus, modo conſtituerimus: Igitur Juris Saxonici diſpoſitionem, quâ debitor Creditori, ut in vinculis & compedibus illi ſerviat, tradendus eſt, prorſus tollimus & abrogamus.

Sed & pactum, quo ad obſtagia debitores ſe obligant, cum ad ſolutionem conſequendam Creditoribus adeò nihil profit, ut ejus occaſione majori ære alieno gravatus, aliisque inſuper detrimentis & incommodis affectus debitor, minus etiam quàm ante ſolvere poſſit, è Ditionibus noſtris in totum exterminantes, ſumptuum nomine in obſtagiis, vigore obligationis poſt Conſtitutionem hanc publicatam conceptæ, factorum executionem cuiquam tribui prohibemus.

ders denn mehr Schaden und Schulde / und onsten viel Unraths verursachet / und dem Gläubiger derentwegen destoweniger Bezahlung folget/gäntzlich verboten haben / und der Schäden / Zehrung und Unkosten halben / so aus den Leistungen und Einreitungen künftiger Verschreibung entstehen / keine Execution und Hülffe thun und leisten lassen.

Hiergegen aber soll in des Selbstschuldigen und Bürgen Güter gebührliche schleunige und förderliche Hülffe ergehen/und fürgenommen werden.

Wir behalten uns aber darneben sonderlich vor/wann wir befinden würden / daß einer oder mehr / von wegen erlittenen Brandschadens/ Schiffbruchs/ oder durch andere unvorsehnliche/und ohne seine Verwarlosung beschehene Fälle/in Schulden und äusserstes Verderb gerathen / daß wir derentwegen auch / nach Gelegenheit der Personen und anderer Umstände/Linderung und Milderung der Straffe verordnen/ und sonsten die Dinge/ nach Billichkeit / entweder entschieden / oder gebührlich weisen lassen wollen.

Remotio autem hoc pacto Creditori, executionem in bona debitoris vel fidejussorum petenti, nullâ longiori morâ interpositâ, debito modo dari mandamus.

Interim tamen, si quis non sua culpa, sed vel incendio, vel naufragio, aut alio quopiam fortuito casu damnum passus, eò redigatur, ut ære alieno exsolvendo non sufficiat, pro conditione personæ & negotii qualitate, pœnam illi mitigandam, & quod æquum nobis visum fuerit, statuendum nobis reservamus.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico, extra Provincias tamen Electoratus, debitor non solvendo existens, etiamnum hodie ad manus Creditoris tradi solet.*
2. *In Electoratu Saxoniæ debitor obæratus non traditur ad manus Creditoris, sed propter debitum liquidum conjicitur in carcerem publicum,* (in Schuldthurn.)
3. *Decoctor vel debitor obæratus non nisi à judice competente incarcerari potest.*
4. *Incarcerationem debitoris obærati præcedere debet excussio bonorum.*
5. *Carceri publico haud mancipandi sunt debitores, qui absq; suâ culpâ fortunæ vitio, non solvendo facti fuêre.*
6. *Creditores pœnam carceris publici decoctoribus remittere possunt.*
7. *Debitor, qui à judice vel solvere, vel de solutione creditori cavere jussus, neutrum præstare valet, pro excusso habetur, & incarcerari potest.*
8. *Ipsa decoctoris carceratio ad deminuendum debitum taxari nequit, nec liberatur debitor è carcere, priusquam Creditoribus satisfecerit.*
9. *Debitor, ob æs alienum incarceratus, non dimittitur, antequam unà cum sorte interesse quoque solverit.*
10. *Non liberatur debitor incarceratus ante factam solutionem, invito Creditore, etiam à Principe salvum conductum obtinuerit.*
11. *De jure communi debitor obæratus, ex statuto incarcerandus, cessione bonorum se tueri potest.*
12. *In Electoratu Saxoniæ debitor obæratus per cessionem bonorum à carcere publico se liberare nequit.*
13. *Nisi creditores cessionem bonorum semel acceptaverint.*
14. *Non juvatur cautione juratoriâ debitor obæratus adversus carcerem publicum.*
15. *Debitor incæceratus, offerens cautionem fidejussoriam, vel pignoratitiam, ex carcere dimittendus est.*
16. *Debitor obæratus offerens solutionem particularem, vel nomina, particulariter, & distinctis terminis solvenda* (Erb- oder Tagzeit-Gelder) *quatenus ab incarcerationis pœna sit exemtus.*
17. *Creditor ad incarcerationem agere non potest adversus debitorem, cum quo sciens, quod solvendo non esset, contraxerit.*
18. *Ob æs alienum nequeunt incarcerari, nec mancipari ad manus Creditorum, personæ Illustres, Nobiles, aliáve in dignitate constitutæ.*
19. *Mulier obærata, ne quidem in Provinciis Electoratus Saxonici, carcere publico est puniendæ.*
20. *In foro Saxonico hæres pro debito defuncti carceri publico mancipari nequit.*
21. *Creditor petens debitorem incarcerari in terris Electoratus Saxonici, non tenetur præstare cautionem de indemni eo servando.*
22. *Debitor incarceratus cujusnam sumptibus & expensis sit alendus in carcere?*
23. *Debitores vitio fortunæ, & absq; suâ culpâ haud solvendo existentes, infames non sunt, nec ab officio publico removendi.*
24. *Incarceratio debitoris obærati non tribuit jus pignoris aut prioritatis in concursu Creditorum.*
25. *Decoctoris bona Creditoribus sunt communia, salvo tamen cujusq; jure prioritatis.*
26. *Debitor obæratus à carcere publico exemptus non est propterea, quod sit forensis & advena.*
27. *Major pars Creditorum paciscentium cum debitore, eiq; debiti quotam remittentium, reliquos etiam Chirographarios pro rata obligat.*
28. *Non nocet pactum plurium Creditorum, debiti partem remittentium, hypothecariis, iisq; Creditoribus, qui arestas in bonis debitoris obtinuerunt.*
29. *Dilatio quinquennalis, à majori parte Creditorum debitori concessa, impedit etiam hypothecarios & arestantes, quò minus, durante dilatione, debitorem molestare queant.*
30. *Obstagia tàm in Imperio Romano, quàm foro Saxonico hodiè sunt abrogata & prohibita.*
31. *Valet tamen etiamnum hodiè pactum, quo debitor, si in solutione cesset, se in certo loco staturum, & antequam Creditori satisfactum sit, ab illo non recessurum, promittit.*

DEFI-

Definit. I.

In foro Saxonico extra Provincias tamen Electoratus, Debitor non solvendo existens etiamnum hodiè ad manus Creditoris tradi solet.

VAriis quondam modis adversus debitores obæratos Romanos processisse, durisque remediis ad compescendam decoctorum frequentiam usos fuisse, historiæ docent, donec lege Juliâ introductum fuerit, † ut qui sine dolo suo malo æri alieno satisfacere non possent, bonis suis cedendo liberarentur, *l. 4. C. qui bon. ced. poss.* † quod jus pravis hominum moribus obliteratum, in usum reduxit Imp. Diocletianus *in l. ob æs. 12. C. de obligat. & action.* Franc. Connan. *lib. 4. comm. c. 14. n. 7.* † Nec enim in causa pecuniaria, sive pro debito qvenovam capi & incarcerari regulariter jura permittunt, *l. 1. l. ult. C. qui bon. ced. poss. Novell. 4. c. 3.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 26.* Matth. Col. *p. 1. decis. 135. n. 1.* † Nisi debitor sit fugitivus, vel de fugâ suspectus, *l. ait prætor. 10. §. 16. ff. qvæ in fraud. credit.* † aut si de fiscali debito agatur, *l. 9. §. 6. vers. cum eo autem. sub fin. ff. Ad. Leg. Jul. peculat. ubi* Bart. *n. 2.* † Vel in executione judicati, propter debitoris contumaciam, id ipsum judex specialiter decreverit, *l. si victum. 34. ff. de re judic.* † Qvo casu invicem justæ obligationis succedere autoritatem jubentis, ait Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. n. 13.* † Rigorem verò majorem hâc in re jus Saxonicum prodit, quo cautum: Ut debitor non solvendo existens ad manus Creditoris tradatur, qvi eum in compedibus vel vinculis inclusum teneat, ejusqve servitiis tamdiu utatur, donec operis suis vel aliâ ratione integrum debitum dissolvat, text. *in art. 39. lib. 3.* Landr. *ubi* Gloss. *n. 3.* & Weichbild *art. 27.* † De qvo latè scripsit Matth. Col. *de process. execut. p. 1. c. 3. n. 160. & c. 6. n. 114. c. 7. n. 16.* Chil. König. *in process. cap. 103. num. 11.* Christoph. Zobel. *part. 2. differ. 30. num. 6. 7.* Valent. Franc. *de fidejuss. cap. 3. num. 128.* † Qvæ juris Saxonici dispositio olim ubiqve locorum, ubi jura Saxon. usurpantur, in observantia erat; Et etiamnum hodiè extra provincias Electoris in foro Saxonico usu servatur, teste Joh. Zanger. *de except. p. 3. c. 1. n. 142.* Ant. Hering. *de fidejuss. c. 6. n. 257.*

Ita Domini in causa Victor. Teutzschmans zu Lübeck/Mens. Nov. Anno 1599. (Verbâ sent: Ob gleich nach Sachsen-Recht Inhalt des art. 39. lib. 3. Landrecht der Schuldener dem Gläubiger vor die Schulden/so er nicht abtragen kan/ an die Hand gegeben wird/ ꝛc.)

Definit. II.

In Electoratu Saxoniæ debitor obæratus non traditur ad manus Creditoris, sed propter debitum liquidum conjicitur in carcerem publicum
(In Schuld-Thurn.)

QUum multi hodiè decoctores data quasi opera Creditores rebus suis defraudare conentur, ac studiosè rationes conturbent, multosque locupletes homines ad inopiam redigant, ad coërcendam horum malitiam, dispositio juris Saxonici, quâ obærati debitores ad manus Creditorum traduntur, Defin. *præc.* sufficiens haud visa fuit Illustrissimo Saxon. Electori. † Quare in terris sui Electoratus ea prorsus abrogata, defraudatores ejusmodi in carcerem publicum (In Schuldthurn) conjici jussit, gravi nimirum carceris pœna in decoctores constituta, *hâc* Constit. 22. Und nachdem wir ꝛc. Joh. Zanger. *de except. p. 3. cap. 1. n. 143.* Dan. Moller. *hic n. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 110. n. 56.* Anton. Hering. *de fidejuss. c. 6. num. 256.* † Nimii tamen rigoris propterea neutiquam arguendus, † cum nec in Republica populi DEI desint exempla, quibus docetur, obæratos debitores horumque liberos à duris Creditoribus in vincula fuisse conjectos, *Levit. 25. vers. 39. Regum 4. cap. 4. vers. 1. Esdr. lib. 2. cap. 5. vers. 5. Matth. 5. vers. 25. & cap. 18. vers. 25.* Petr. Heig. *part. 1. qu. 35. num. 20.* † Ex statuto vel consuetudine induci posse, ut debitor carceretur, tradit Bart. *ad l. Titio centum. 71. §. Titio centum. 1. ff. de condit. & demonstr.* † Adeoque remedium compescendæ decoctorum frequentiæ, quo in foro Saxonico non solvendo existentes ad manus Creditoris tradi solent, in provinciis Electoratus in pœnam carceris publici fuit commutatum, † quamvis utriusque etiamnum hodiè una ac eadem ferè sit natura, ac proinde ratione executionis ab illo ad hanc benè inferre liceat. † Nec enim præpostere ac ordine confuso ad executionem hujus pœnæ convolari & nimium properari, sed singula quæque, quibus debitor juvari possit, probè ponderari voluit Illustrissimus Constituens, † uti ex *hâc* Constit. & Edict. Torg. *de Anno 1583. Rubr.* Von denen/welche mehr auffborgen / denn sie zu bezahlen vermögen/ satis liquet, † Quibus omninò addi debet Ord. nov. proces. judic. *de Anno 1622. tit. 52. Rubr.* Wie des Schuldthurns halber wider den Schuldener zu *procediren*, ubi peculiaris procedendi modus reperitur de hâc re præscriptus. † Caveat ergo sibi Creditor, ne contra juris ordinem & processum, ad hanc pœnam acceleret, ac debitorem incarcerari faciat, † alioquin certè ratione injuriarum debitori ad damnum resarciendum & lucrum cessans refundendum tenebitur, *l. si Creditores. 31. §. ult. ff. de reb. aut. jud. possid. l. item apud Labeonem. 15. §. si quis bona. 31. & §. 33. ff. de injur.* Henning. Gœden. *cons. 38. n. 6.* † Inprimis verò quinque habentur Requisita in debitorum non solvendo existentium incarceratione probè observanda, quorum neutrum omitti potest. Horum *Primum* est, † ut debitum sit verum & liquidum, Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *p. 3. q. 110. n. 35.* Etenim pro debito falso seu illiquido nemo capi vel personaliter detineri potest, Bald. *in l. apertissimi. 16. C. de jud. n. 10.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 28. n. 52.* † Quò respiciunt *in hâc* Const. 22. verba initialia: Oder in andere Wege schuldig worden / ꝛc. Unde porrò sequitur, † judicem ad incarcerationem debitoris pervenire non posse, si is debitum neget, quia per negationem res efficitur dubia, incerta & illicita, Joh. Sichard. *in dict. l. apertissimi. 16. n.*

37 16. n. 4. C. de judic. † Ergo quò judex turò capturam adversus debitorem decernat, Creditor saltem per instrumentum, vel per duos testes Creditum suum probet, necesse est, juxta tradita in simili à Dan. Moll. *ad Const. Elect. 29. n. 10. p. 1.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 44. n. 5.* Joh. Köpp. *decis. 29. n. 16. Adde Resolut. Grav. tit.* Von Justitien-Sachen. §. Als nicht allein zum acht und siebenzigsten.

Ita Domini in causa Johannis Gerwalds ad consultationem Quæstoris in Mügeln/M. Maj. A. 1633. (Verba sent. Und es hat sich befunden/daß er dem Gläubiger 600. fl. 8. gr. 11. pf. 1. heil. richtigen Rest verblieben/ꝛc. So möchte der Debitor auff des Gläubigers Ansuchen und Begehren in den Schuldthurn geleget/und darinnen/ biß so lange er den Creditorem, weil solches debitum richtig und liquidum ist/befriediget/oder sich sonsten mit ihme vertragen/ verwahrlichen enthalten werden/V. R. W.)

Definit. III.

Decoctor vel debitor obæratus non nisi à judice competente incarcerari potest.

1 SEcundum requisitum est, ut incarceratio decoctoris fiat à judice competente, illo nimirum sub quo debitor domicilium habet, vel deprehenditur, uti verba habent manifesta Novi Proc. judiciar. *de Anno 1622. tit. 52. §.* So verordnen wir. *ibi:* bey den Gerichten/darunter der *Debitor* gesessen/oder 2 anzutreffen/ꝛc. † Nam quod à judice incompetenti fit, perinde habetur; ac si privatâ autoritate factum esset, adeoq; pro nullo habetur, Bart. *in l. Creditores. 3. n. 26. C. de pign.* Matth. Col. *de proc. exec. part. 2. c. 1. n. 12.* Berlich. *p. 2. concl. 28. n. 51.* † Debitorem autem alibi deprehensum ut judex istius territorii ad locum domicilii vel contractus remittat, 3 cogi non potest à Creditore, Joh. Köpp. *decis. 29. n. 26.* Non quidem propterea, quod in contractibus locum non habeat remissio, ut putat Köpp. *ibid. n. 27.* † Etenim carcer publicus hoc in loco pro pœna habetur; *hâc* Const. 22. §. Und nachdem wir. 4 *verb.* Diese harte Straffe des Gefängnüß/ꝛc. *ubi* Moll. *n. 10.* Hering. *de fidejuss. c. 6. n. 264.* † Sed quia hodiè ne quidem in delictis remissiones delinquentium ad locum commissi delicti in Germania 5 frequentantur, Modest. Pist. *vol. 1. conf. 29. n. 6. & 7.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 16. n. 30.* † præterquam quod Principes quandoque ultrò & sponte suâ aliis Principibus, remissionem petentibus, de eâ 6 gratificari soleant, si prius per scripturam caverint, nihil per hanc remissionem jurisdictioni ipsorum derogatum iri, seque in casu simili idem facturos esse, teste Andr. Rauchb. *p. 1. q. 50. n. 25.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So möchte der Debitor von den Gerichten/darunter er gesessen/oder anzutreffen/auff des Gläubigers Ansuchen und Begehren in den Schuldthurn geleget werden/ꝛc.)

Definit. IV.

Incarcerationem debitoris obærati præcedere debet Excussio bonorum.

1 TErtium *incarcerationis* debitorum non solvendo factorum requisitum est excussio bonorum, quæ necessariò præcedere debet, *hâc* Const. 22. *in pr. verb.* Nach ergangener Hülff/ *execution* 2 und *excussion, &c.* † Quæ verba etiam habentur in Edicto Torgens. *de An. 1583. rubr.* Von denen/welche mehr auffborgen/ꝛc. Ord. nov. jud. proc. *de An. 1622. tit. 52. in pr. verb.* Erstlich/daß der Schuldener genugsam *excutirt* sey/ und sich so viel befinde/ daß seine Güter zur Bezahlung nicht zureichen/ꝛc. Dan. Moll. *hic n. 4. & lib. 1. semestr. c. 36. in pr.* Joh. Zanger. *de except. p. 2. c. 10. n. 28.* † Ergò 3 debitor tum demum incarcerari debet, si bona ad solutionem non sufficiant; At quomodo hoc judex scire poterit, si excussio bonorum non præcesserit? † Nec sufficit excussio bonorum ipsius debi- 4 toris principalis, sed insuper etiam requiritur, ut bona fidejussoris, si quis datus fuerit, excutiantur. † 5 Nam quoad effectum solutionis ejus debiti, pro quo fidejussit, bona sua debitoris facultatibus aggregata censentur, *l. si plures 27. §. præterea si quæratur. 2. ff. de fidejuss.* Dan. Moll. *hic n. 6.* Matth. Coler. *de proc. exec. p. 1. c. 6. n. 133.* Hippol. de Marsil. *sing. 3.* † Quin & si debitor principalis, vel ejus fidejussor 6 alio in loco & territorio alleget sufficientiam suarum facultatum, audiri debet, & bona alibi sita excuti, antequam ad incarcerationem procedatur, secundum tradita Bald. *vol. 2. conf. 248. n. 1. & seqq.* Col. *dict. c. 6. n. 132.*

Ita Domini in causa Samuelis Volckens zu Meuselwitz/ M. Jun. Anno 1593. (Verba sent. Da nun gedachter Debitor nach ergangener gebührlicher Execution und Excussion an seinen Haab und Gütern nicht so viel vermögen würde/ daß dieselbe zu Bezahlung obangeregter Schulden zureichen wolte/ꝛc. So möchte er auff euer Begehren und Ansuchen Vermöge Churfl. Sächs. Constitution in den Schuldthurn geleget/ und darinnen so lange verwahrlichen enthalten werden/ biß daß er euch vollkömmlich befriediget/ oder sich sonsten mit euch vertragen hätte/ V. R. W.)

Item in causa Pauli Fleischers zu Torgau/ M. Mart. Anno 1596.

Et in causa Davidis Ihlens/ M. Febr. An. 1581. (Verba sent. Er ist euch aber gleichwol solcher Schulden halber/ ehe und zuvor ihr excutiret, also daß eure Güter zur Bezahlung nicht genugsam/ in gefängliche Hafft nehmen zu lassen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. V.

Carceri publico haud mancipandi sunt debitores, qui absq; sua culpa, fortunæ vitio non solvendo facti fuêre.

QUartò, Antequam ad incarcerationem debito- 1 ris obærati deveniatur, necessariò constare debet, eum culpa sua ad paupertatem redactum fuisse, & absq; omni circumspectione dolosè & fraudulenter plura debita, quam solvere potest, contraxisse. † Multum etenim interest, an quis bona sua deco- 2 xerit, & instar prodigi dilapidaverit, an verò absque sua culpa casu fortuito in paupertatem inciderit, Petr. Heig. *part. 1. q. 35. n. 44. & seqq.* † Priori certè 3 casu dubium non est, quin decoctores carceri publico debeant mancipari, ut pœnam luant malitiosæ prodigalitatis ac fraudulentæ dilapidationis ex *hâc* Const. 22. Edict. Torg. *de An. 1583. tit.* Von denen/ welche mehr auffborgen/ꝛc. Ord. Nov. Proc. judic. *tit. 52.* † At pœnæ huic subjiciendi haud sunt, qui 4 absq; sua culpa, fortunæ vitio & aliquo infortunio, putà: incendio, rapinâ, naufragio, furto, ruinâ, sterilitate agrorum, & simili casu, † (Quò & monetæ depravationem inopinatam aut mutationem 5 ejusdem subitaneam refero) ad inopiam & calamitatem fuêre redacti. † Hosce enim carcere 6 publico puniri iniquissimum foret, qui commisfera-

ſeratione potius digni ſunt, *hâc* Conſt. 22. *dict.* Ord. Nov. Proc. jud. *tit.* 52. & Edict. Torgenſ. *Reſolut. Grav. de An.* 1661. *tit.* Von Juſtitien-Sachen. §. damit auch zum ſiebenden. † Hinc cum jus Saxonicum *in art.* 39. *lib.* 3. Landrecht / carceri includi voluerit ſimpliciter obæratum debitorem, Gloſſ. *tam Germ. quam Latin.* illud de decoctore & fraudulenter in rebus ſuis verſato intellexit: Fortunæ autem calamitate afflictum diſertè excepit. † Atque hanc fuiſſe ſtatuentis mentem, veriſimile eſt ex eo, quod jus ſtatutariũ ex naturali æquitate interpretationem admittat, ac ne quis indebito damno afficiatur, *l.* 2. *ubi* Gloſſ. *Cod. de nox. act.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. q. lib.* 1. *q.* 7 *n.* 18. *& ſeq.* † Neq; enim ad alios rigor jurium, quam decoctores & dilapidatores pertinet, Strach. *de decoct. p.* 2. *n.* 1. *& ſeq.* Pet. Heig. *dict. loc.* Dan. Moll. *hic n.* 3. *ubi allegat.* Matth. Weſenb. *hic.* Joach. à Beuſt. *ad l. admonendi.* 31. *n.* 343. *ff. de jurejur.* Ant. Hering. *de ſidejuſſ. c.* 5. *n.* 105. *& ſeqq.* † Qui tamen eatenus hoc admittit, ſi debitor ex infortunio quodam ad inopiam redactus de ſolutione facienda caveat, ſi ad pinguiorem fortunam pervenerit per *text. in c. Odoardus* 3. *Extr. de ſol.* † Quod & placet Heig. *dict. q.* 35. *n.* 66. & Matth. Weſenb. *in parat. ff. de bis qui bon. ced. poſſ. n.* 5.

Ita Domini in cauſa Andr. Brachmans zu Mühlberg / M. Mart. Anno 1629. (Verba ſent. Dieweil ihr aber dennoch durch unvermeinte geſchwinde Abſetzung der Braunſchweigiſchen Müntze / und alſo durch unverſehenen / und ohne euere Verwarloſung beſchehenen Fall in Abgang eurer Nahrung und äuſſerſtes Verderben gerathen / ꝛc. So verbleibet ihr auch / wofern ihr Vermöge Churfürſtlichen Sächſ. publicirten Gerichts-Ordnung dieſe eure Exception gebührender maſſen einwenden / in continenti beybringen / oder ſich ſonſten dieſelbe in Erkündigung der Obrigkeit alſo befinden wird / geſtalten Sachen nach mit dem Schuldthurn billich verſchonet / V. R. W.)

Et in alia cauſa ad requiſitionem des Raths zu Mügeln / M. Majo, Anno 1633. (Verba ſent. Er auch bey gehaltenem / und zu dieſer Sachen angeſetzten Termin keine erhebliche Urſache / warumb er des Schuldthurms befreyet / vorbringen können / ꝛc.)

Definit. VI.

Creditores pœnam carceris publici decoctoribus remittere poſſunt.

1 Quintum denique incarcerationis hujus requiſitum eſt, ut facultas relinquatur decoctoribus
2 tractandi cum Creditoribus ſuis. † Hi enim ſi debita remittere, aut decoctoribus gratiam facere velint, quin tùm pœna carceris publici ceſſet, dubium prorſus non eſt, quum de intereſſe & jure Creditorum potiſſimum hic agatur, cui renunciare queunt
3 *l. pen. C. de pact.* † Adeoq; debitores non ſolvendo facti incarcerari non debent, priusquam certò conſtet, Creditores jura ac debita ſua urgere, nec ullo pacto, ut de iis quicquam remittant, induci poſſe, *hâc* Conſt. 22. *in pr. verb.* Und er möchte bey ſeinẽ Gläubigern keine Nachlaſſung erlangẽ / berührte Gläubiger wären auch auff andere Wege nicht zu be-
4 handeln / ꝛc. † Nec enim invitis Creditoribus debitores ſunt detinendi, ſed in ſolo eorundẽ arbitrio hoc
5 poſitum eſt, † niſi judex litem ſuam facere & ad intereſſe conveniri velit, Matth. Col. *p.* 1. *deciſ.* 135. *num.* 13. *& de proceſſ. execut part.* 1. *cap.* 2. *num.* 117. *& c.* 3. *n.* 166.

Ita Domini in cauſa Paul Fleiſchers zu Torgau / M. Mart. An. 1596. (Verba ſent. Da ihr nun euren Gläubiger anderer Geſtalt nicht befriedigen / auch keine Nachlaſſung bey ihm erlangen köntet / ꝛc. So würdet ihr auff ſein Begehren und Suchen / Vermöge Churfl. Conſtitution, in den Schuldthurm geleget / ꝛc.)

Et in cauſa Samuelis Volckens zu Meuſelwitz / M. Jun. An. 1593. (Verba ſent. Da nun der Schuldener bey euch keine Nachlaſſung erlangen / noch auch ſonſten auff andere Wege euch behandeln könte / ꝛc. So möchte er in den Schuldthurn geleget / und darinnen / biß er euch befriediget / verwahrlichen enthalten werden / ꝛc.)

Definit. VII.

Debitor, qui à judice vel ſolvere, vel de ſolutione Creditori cavere juſſus neutrum præſtare valet, pro excuſſo habetur, & incarcerari poteſt.

1 Expediti juris eſt, decoctores incarcerari non poſſe; priusquam bona ipſorum excuſſa, iique non ſolvendo reperti fuerint, Defin. 4. Quid autem, *ſi Creditor debitoris inopiam alleget, hic verò adhuc ſolvendo ſe eſſe dicat?* † Certè quia debitor
2 ſuam fidem non agnoſcit, circa redditionem ejus pecuniæ, quam mutuò accepit, præſumitur adverſus ipſum quod tergiverſetur, † ideoq; ſi carcerem
3 evitare velit, manifeſtare debet ſua bona, eorumque exhibita ſpecificatione, ſolvendo ſe eſſe demonſtrare, Bart. & Dd. *in l. pen. ff. de ceſſ. bonor.* Matth. Col. *p.* 1. *deciſ.* 134. *num.* 45. *& de proceſſ. execut. p.* 1. *c.* 6. *n.* 155. Ut ſic ad diſcuſſionem bonorum devenire haudquaquam difficile ſit. † Quin & ſi à judice
4 vel ſolvere juſſus, vel datis fidejuſſoribus aut pignoribus de ſolutione Creditori cavere, neutrum præſtare valeat, pro excuſſo habendus erit; † Quippe
5 qui ſolvendo non eſt, ac propterea tutò incarcerari poteſt, Dan. Moll. *hîc n.* 4. Ordin. nov. proceſſ. judic. in Elect. Sax. *de Anno* 1622. *tit.* 52. §. Wann es nun hierauff / ꝛc. † Quò & facit cautela pro Credi-
6 tore, ut executor dicat debitori: Bona, in quibus fieri poſſit executio, exhibeas, Alioquin in perſona tua te carcerando executionem faciam, Quam & Bruno & Par. de Put. *refert*, Col. *dict. c.* 34. *n.* 47.

Ita Domini in cauſa Johannis Gerwalds ad requiſitionem Quæſtoris in Mügeln / M. Majo, Anno 1633. (Verba ſent. Da nun benienter Debitor nichts in Vermögen noch einiges Mittel zur Zahlung vorzuſchlagen gewuſt / alſo daß er nunmehr pro excuſſo und nicht ſolvendo zu halten / ꝛc. So möchte er in den Schuldthurn geleget / und biß ſo lange er den Gläubiger befriediget / darinnen verwahrlichen gehalten werden / ꝛc.)

Definit. VIII.

Ipſa decoctoris carceratio ad deminuendum debitum taxari nequit, nec liberatur debitor è carcere priusquam Creditoribus ſatisfecerit.

1 De jure Saxonico, ſi debitor Creditori ad manus tradatur, ut operis ſuis debitum ſolvat,

ſolvat, Creditor autem ſervitiis atque operis debitoris uti nolit, ſed eum potius in compedibus & manicis ferreis detinere, vel in carcerem per Magiſtratum includi velit, † tunc operæ ejus nihilominus in ſingulos dies æſtimantur, non ſecus, ac ſi reverâ præſtitæ fuiſſent, & debiti quantitatem deminuunt, Matth. Col. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 170. & c. 6. n. 140. & p. 1. deciſ. 135. n. 7.* † Exiſtimare hinc aliquis poſſet, in provinciis Electoratus Saxonici idem etiam hodie obtinere, & operas debitoris, vel carnum cerationem ad deminuendum debitum taxari debere. † Sed vera ſunt hæc ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici, quâ debitor ad manus Creditoris traditur, eique in compedibus vel vinculis ſervire tenetur, *Supr.* defin. 1, Gloſſ. *in art. 39. n. 4. lib. 3.* Landr. *& art. 27. ubi* Gloſſ. *n. 17.* Weichbild. † Quæ diſpoſitio in terris Electoratus Saxonici penitus eſt ſublata, ſolâ carceris publici pœnâ absque operis & ſervitiis debitoris ſubſtitutâ, *h.* Conſt. 22. *Supr. Defin.* 2. ut proinde ex jure illo Saxonico ad incarcerationem debitoris ſolvendo non facti ex jure Conſtit. hujus Electoralis, hoc in caſu argumentari non liceat. † Ac quod hiſce in provinciis decoctores, vel debitores ad inopiam redacti, nullo modo ex carcere liberentur, niſi reali ſolutione, aut aliter Creditoribus ſatisfecerint, vel cum iis tranſegerint, ſatis liquet ex verbis Illuſtriſſimi Conſtituentis, *in vers.* Und alſo lange verwahrlichen darinnen enthalten werden / biß daß er die Gläubiger befriedige / oder ſich ſonſten mit ihrem guten Wiſſen und Willen vertrage und abſinde / ꝛc. *h.* Conſtit. 22.

Ita Domini in cauſa Paul Fleiſchers zu Torgau/M. Mart. Anno 1596. (Verba ſent. So würdet ihr auff des Gläubigers Begehren und Anſuchen Vermöge Churfürſtlicher Sächſ. Conſtitution in den Schuldthurn geleget / und darinnen/biß ſo lange ihr euren Creditorn ſeiner Schulden halber vollkömmlichen befriediget / oder euch ſonſten mit ihme vertragen / verwahrlichen billich enthalten/ V.R.W.)

Et in cauſa Samuelis Volckens zu Meyſelwitz/M. Jun. Ann. 1593.

Definit. IX.

Debitor ob æs alienum incarceratus non dimittitur, antequam unà cum ſorte, intereſſe quoque ſolverit.

1 COnceſſerim ſanè Matth. Weſenb. (quem in hanc rem allegat Dan. Moll. *hic n. 9.*) debitorem poſſidentem tot bona mobilia ſive immobilia, ex quibus ſortes ſolvi queant, propter ſolas uſuras, de quibus forſan Creditori minus ſatisfieri poſſit, carceri haudquaquam mancipari, 2 quippe quod hæ aliàs odioſiſſimæ habeantur. † Attamen ſi ob non factam ipſius ſortis ſolutionem debitor haud ſolvendo exiſtens incarceratus fuerit, dimittendum ipſum non dixerim, priusquam unà cum ſorte principali intereſſe quo- 3 que exſolverit. † Quod & menti Electoris Illuſtriſſimi prorſus convenire, inficias non ibit, qui verba *hujus* Conſtit. generalia benè penſitaverit, inprimis verò *in verſic.* Biß daß er den Gläubiger befriedige. † Et aliàs juris eſt notiſſimi, quod 4 uſuræ ſint acceſſio ſortis & debiti principalis, eodémque jure cenſeri debeant, *c. acceſſorium. 42. de Reg. jur. in ſexto.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 22.* † Quia non de uſuris loquor, ſed potius 5 de uſuris, quæ ex natura & æquitate negotii, quod geritur, debentur in vicem fructuum, quos debitor ex re Creditoris percipit, aut pro eo, quod reverà intereſt Creditoris ratione non lucri ceſſantis, ſed damni emergentis, *cap. conqueſtus. §. & cap. ſalubriter. 16. ubi* Canon. *Extra de Uſur.* † Ut ſunt 6 Uſuræ pretii non ſoluti, atq; dotis, &c. quas nec jure divino aut Pontificio improbari, notat Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 24. defin. 8.*

Ita Domini ad Conſultationem Quæſtoris in Mügeln/M. Majo, Anno 1633. (Verba ſent. So möchte der Debitor auff des Gläubigers Anſuchen und Begehren in den Schuldthurn geleget / und darinnen/biß ſo lange er ihn vollkömlich ſo wol des Capitals / als der Intereſſe wegen befriediget/oder ſich ſonſten mit ihme vertragen/verwahrlichen enthalten werden/V.R.W.)

Definit. X.

Non liberatur debitor incarceratus ante factam ſolutionem, invito Creditore, etiamſi à Principe ſalvum conductum obtinuerit.

DEbitor non ſolvendo exiſtens incarceratus in- 1 vitis Creditoribus, nullo unquam modo ex carcere dimitti ac liberari poteſt, † niſi ſolutione 2 ejus, quod debet, aut ſi cum Creditorib9 aliter transegerit, *h.* Conſt. 22. *vers.* Und alſo lange darinnen. *in verb. final.* Noch ichtes anders entledigen oder zu befreyen haben. † Sequitur hinc, quod licet ſal- 3 vum conductum à Principe aut Superiore debitor obtinuerit, eo tamen non juvari, nec invitis Creditoribus ante factam ſolutionem liberari. † Quippe 4 quod Creditores ex conſtitutione provinciali jus acquiſitum habeant, quod Princeps ipſis invitis auferre ac immutare nequit, *l. 2. §. meritò. 10. & §. ſi quis à Principe. 16. ff. Ne quid in loco publ. l. 4. C. de emancip. liber.* † Nec beneficia Principis aut Supe- 5 rioris debent cuiquam eſſe captioſa, *l. Paulus notat. 8. ff. de prætor. ſtipul.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. n. 21. & lib. 7. tit. 3. defin. 2. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Petri Werckens zu Leipzig / M. Mart. An. 1583.

Definit. XI.

De jure communi debitor obæratus ex ſtatuto incarcerandus, ceſſione bonorum ſe tueri poteſt.

FLebile & miſerabile profectò eſt beneficium 1 ceſſionis bonorum, ſi ita appellari licet, quia per id efficitur, ut cedens deinceps panem oſtiatim, aut honeſtis manuum laboribus quærere cogatur, niſi fame perire malit, Matth. Co- 2 hiler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 6. n. 122.* † Nihilominus debitores obærati ad evitandos carceres ſæpiſſimè ad hoc confugiunt, modo eligendi

3 gendi facultas ipsi concedatur. † Sanè in manci-
patione debitoris de jure Saxonico cessionis bene-
ficium non agnoscitur; sed debitor haud solvendo
existens, non obstante cessione, ad manus Credito-
ris condemnatur, cui licet deinceps debitorem, vel
in compedibus vel ad operarum exhibitionem de-
tinere, Matth. Wesenb. *in parat ff. de cess. bonor.*
n. 3. vers. Quod Saxones. & Jacob. Schult. *in ad-*
dit. ad Modest. Pist. *p. 3. q. 110. n. 15.* Joh. Zanger. *de*
4 *exc. p. 2. c. 15. n. 15.* † Scilicet, quia debitor circa exhi-
bitionem operarum & servitiorum semper existi-
matur sufficiens, ideoque non liberatur ab iis per
bonorum cessionem argumento ejus quod tradit
5 Salycet. *in l. 1. n. 5. & 6. C. qui bon. ced. poss.* † Attа-
men si statuto alicujus loci vel civitatis inductum
sit, ut debitor non solvendo existens carceri manci-
petur, eo casu ex dispositione juris communis eti-
am in foro Saxonico cessio bonorum obtinet, *arg. l.*
6 *præcipimus. 32. C. de appellat.* † Adeoque per hanc
debitor carcerem evitare potest, *l. 1. ubi* Bart. Bald.
& Salycet. *C. qui bon. ced. poss.* Matth. Col. *dict. c. 6.*
n. 121. Jacob. Schult. *dict. loc. n. 52.*

Ita Domini in causa Victor. Teutzschmanns zu Lübeck/ Mens. Nov. Ann. 1599. [Verba sent. Wann gleich des Orts ein Statutum dieses Inhalts wäre/ daß ein Schuldener/ welcher nicht zu zahlen/ in den Bürgerlichen Gehorsam gehen solle. Da aber dennoch gedachter euer Debitor seine Güter cediren und abtreten würde/ so möchte er mit dem Bürgerlichen Gehorsam nicht beleget werden/ sondern er bliebe damit billich verschonet/ &c.)

Definit. XII.

In Electoratu Saxoniæ, debitor obæratus per cessio-
nem bonorum, à carcere publico se libe-
rare nequit.

IN foro etiam Saxonico debitorem obæratum,
qui ex loci vel civitatis alicujus statuto incar-
cerari debet, cessione bonorum carcerem evitare,
2 *dixi* defin. *præced.* † A quo jure recessit Illustrissi-
mus Saxon. Elector *h.* Const. 22. *in fin. pr. vers.* Und
es soll ihn davon keine Abtretung seiner Güter und
cessio bonorum, so er ohne Verwilligung seiner
Gläubiger thäte oder fürnehme/ noch ichtes an-
3 ders entledigen/ oder zu befreyen haben. † In di-
tionibus igitur Electoratus Saxonici debitor haud
solvendo existens præcisè in carcerem publicum
conjicitur, nec liberatur, etiamsi omnibus suis bonis
cedere velit, Dan. Moller. *hèc n. 1.* Matth. Berl.
p. 2. concl. 28. n. 26. Joh. Zang. *de except. p. 2. c. 15. n.*
4 *15.* † Nec obstat, quod absq; justa causa, expressa &
speciali, ne quidem à Papa aut Principe cessio bono-
rum abrogari queat, secundum tradita Petr. Heig. *p.*
5 *1. q. 35. n. 57.* † Verum namq; hoc est tantummodo
quoad debitores eos, qui absq; sua culpa fortunæ
vitio in paupertatem inciderunt, veluti de iis expres-
6 sè loquitur *ibid.* Heig. † Qui certè beneficio hoc
cessionis opus non habent, cum à pœna carceris
publici sint immunes, ex *hâc* Const. 22. *Vid. supr.*
Def. 5.

Ita Domini in causa Christophori Adams zu Reichenbach/ M. Jun. An. 1601. (Verba sent. Ob ihr euch wol gegen eure Gläubiger/ denen ihr mit Schulden verhafft/ erboten/ alle eure Haab und Güter zu Bezahlung solcher Schulden abzutreten. Da sie aber dennoch ihre Zahlung davon vollständig nicht erlangen könnten/ so wären sie Vermöge Churfl. Sächs. Constitution sich an eure Person zu halten wol befugt/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Nisi Creditores cessionem bonorum semel ac-
ceptaverint.

AST hoc ita, si Creditores cessionem bonorum 1
acceptare nolint, sed debitorem obæratum
in carcerem conjici petant: † Nam si in bonorum 2
cessionem consentiant, tantum abest, debitorem
carcere publico puniri, ut etiam Creditores, si ces-
sionem semel acceptaverint, ulterius pœnitere &
debitorem ad carceres rapere nequeant, *arg. l. sicut*
initio. 5. C. de oblig. & action. † Etenim cum in fa- 3
vorem Creditorum cessio bonorum sit abrogata *h.*
Const. 22. † Quidni Creditores sanctioni Electo- 4
rali renunciare possent? *l. pen. C. de pact.* † Quod 5
& verbis *h.* Const. 22. (Ohne Bewilligung seiner Gläubiger) satis expressum est.

Ita Domini in causa N. VV. zu Wurtzen/ M. Jan. Anno 1636. (Verba sent. Da aber dennoch die Gläubiger mit Abtretung des Hauses einmal zu frieden gewesen/ dasselbe beliebet/ und in solutum angenommen hätten/ &c. So verbliebe es dabey billich/ und ihr möchtet nunmehr von ihnen weiter nicht belanget/ noch auch eure Person angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Non juvatur cautione juratoriâ debitor ob-
æratus adversus Carcerem pu-
blicum.

EXinde quod Elector Illustrissimus debitorem 1
non solvendo existentem tamdiu, donec sol-
verit aut aliter Creditoribus satisfecerit, in carcere
publico detineri jubet, *h.* Const. 22. *in pr. vers.* Und
also lange/ &c. satis apparet, † cautione juratoriâ de- 2
bitorem non juvari, quò minus incarcerari debeat,
quia ejusmodi cautio solutio debiti non est, † nec 3
per eam Creditores juvantur, Bart. *in l. litibus. 20.*
C. de agric. & cens. lib. 11. Jason. *in l. fidejussor. 2. §.*
uls. n. 18. ff. qui satisd. cog. Matth. Col. *p. 1. decis. 135.*
n. 14. † Nec ad rem facit, quod persona arestata, si 4
bonæ est famæ ac probatæ existimationis, sub jura-
toria cautione dimittatur, secundum tradita Coler.
de proc. exec. p. 3. c. 11. n. 102. Jac. Schult. *in addit. ad*
Modest. Pist. *p. 2. q. 110. n. 29.* Quia hoc aliter verum
non est, † quàm si ejusmodi persona in loco sui do- 5
micilii bona possideat, eaque oppignoret per *l. o-*
mnes qui ubiq; 33. §. in hac autem. 3. sub fin. C. de E-
pisc. & Cler. veluti *disertè docet* Col. *dict. loc. n. 102.*
in fin. † Exinde igitur ad casum præsentem & debi- 6
torem, qui nihil in bonis habet, in quo nec spes est
solutionis, nil quicquam inferri poterit.

Ita Domini in causa Nicolai Müllers zu Leipzig/ M. Jul. Anno 1578. (Verba sent. Und ihr möchtet euch mit der anerbotenen Eydlichen Caution des Schuldthurns nicht entbrechen/ &c.)

Et in causa Valentini Gräfens ejusque Creditorum zu Leipzig/ Mens. Februar. Anno 1615. (Verba sententiæ: So viel aber die Eydliche Caution, darzu sich oberwähnter Schuldener anerboten/ betreffen thut, mögen

mögen die Gläubiger solche von ihm an-nehmen wider ihren Willen nicht gedrungen werden/V.R.W.)
It. in causâ Pauli Fleischers zu Torgau/M. Mart. An. 1596.

Definit. XV.

Debitor incarceratus offerens cautionem fidejussoriam vel pignoratitiam ex carcere dimittendus est.

1 DEbitorem carceratum ob debitum liquidum vel guarentigiatum non liberari è carcere vel manus injectione præstando fidejussores, docet Matth. Col. *de proceff. execut. p. 1. c. 6. n. 134.* secutus Rebuffum *in Ord. Regn. Gall. tit. de liter. obligat.*
2 *art. 11. Gloss. 3. n. 10.* † At nimium rigorosus hâc in re est Col. Quis enim miseris debitoribus denegare vellet hoc solatium, quo & ipsis succurritur Creditoribus, quippe qui fidejussores aut pignora acceptando citius consequuntur suam satisfactionem, quam per incarcerationem, vel adjudicationem de-
3 bitoris ad manus. † Ut propterea ipsemet Col. nemini suaserit, omissâ hâc cautione incarcerationem
4 Rei præcisè urgere. † Sed nec Creditores liberationem debitoris, fidejussores aut pignora offerentis, impedire posse, ut maximè hoc facere vellent, dixerim cum Gloss. *Lat. ad text. germ. art. 39.*
5 Landr. *lib. 3. lit. d. in fin.* † Quod & procul dubio placuit Illustrissimo Sax. Electori, eos debitores detineri jubenti, qui solvendo non existunt, quorum bona jam sunt excussa, *hâc* Const. *in pr.* At quis in-
6 ficias ibit, † solvendo etiam dici eum, qui habet fidejussorem idoneum, *l. si plures. 27. §. ult. ff. de fidejuss. l. nemo dubitat. 9. ff. de Reg. jur.* † aut quis di-
7 cere ausit excussum esse, cui pignora restant, quum secundum Ant. Gomez. debitores excuti debeant, in omnibus bonis etiam usque ad indumenta, non relicta ipsis nisi unica veste, quâ corpus tegant, ne nudi incedere cogantur, *in §. item Serviana. 7. n. 37. Inst. de action.*

Ita Domini in causâ Christophori Börners zu Leipzig / M. Aug. An. 1583. (Verba sent. Da ihr nun dem Gläubiger eurem Anerbieten nach solche Schuld der Capitalien und Zinsen mit Bürgen gnugsam versichern würdet/so möchtet ihr euch damit von der gefänglichen Hafft wol entledigen/ V.R.W.)

Et in causâ Nicolai Müllers zu Leipzig/ M. Jul. Anno 1578. (Verba sent. So verbleibet ihr demnach/biß so lange ihr entweder eurer Verpflichtung nachkommet/ oder aber derenthalben genugsame Versicherung mit Pfänden oder Bürgen auffrichtet / in der Verhafftung billich / V. R. W.)
It. in causâ Arnsts contra Gräfen in Prætorio Lipsiensi ventilata, M. Oct. Anno 1630.

Definit. XVI.

Debitor obæratus offerens solutionem particularem vel nomina particulariter & distinctis terminis solvenda (Erb oder Tagzeitgelder) *quatenus ab incarcerationis pœna sit exemptus.*

1 SÆpius accidit, ut nomina reperiantur debitorum, de quibus annuatim aliquid exsolvitur, antequam Creditori integrè satisfiat (vulgò Tagzeit- oder Erbgelder.) Hæc nomina si debitor obæratus offerat Creditoribus, dubium existit, † 2
an ea Creditores inviti in vim solutionis acceptare ac debitorem, aliàs solvendo haud existentem, dimittere cogantur? † Ita quidem sentit Matth. Col. 3
p. 1. decis. 134. n. 41. allegans ad hoc autoritatem Ludovici Fachsii ejusq; coætaneorum Dd. & quod † 4
incarceratio ultimum sit juris remedium, in subsidium scil. deficientium bonorum adinventum, quæ cum hoc casu adhuc extent, etiamsi mora in solutione intercedat, incarcerationem tamen sibi locum non vindicare. † At vereor, ne ratio Coleri infir- 5
mior sit, quam ut sententiam hancce tueri queat: Etenim † bona debitoris tum demum incarcera- 6
tionem excludunt, si Creditores ex iis paratam satisfactionem consequi possint, uti ex verbis *hujus* Constit. 22. satis manifestum est. † Atqui pa- 7
rata solutio non est, quæ in terminos distinctos ac plurimos annos differtur, ut propterea debitorem non audiendum, nec per oblationem particularis solutionis ab incarceratione liberandum existimem. † 8
Nisi forsan occasio se offerat, ut nomina hæc propria parata pecunia vendere ac pretio inde soluto Creditoribus satisfacere queat. Aliàs sanè solutio particularis valdè incommodo esset Creditoribus *l. plane. 3. in pr. ff. fam. ercis. l. cum hi. 8. §. in causa. 9. vers. causæ. ff. de transact. l. communi. 7. ff. comm. divid.* † neq; hi particularem solutionem pro pecunia pa- 9
rata ceu aliud pro alio recipere tenentur.

Ita Domini in causâ Thomæ Treutners zu Stolpen/M. Jun. Anno 1604. (Verba sent. So mögen doch eure Gläubiger solche Erbgelder oder Tagzeiten an statt baarer Bezahlung annehmen / und euch der Hafft darauff zu entledigen wider ihren Willen nicht gedrungen werden. Sondern es werden berührte Erbgelder billich umb baar Geld angeschlagen/gebührlichen subhastiret, und dem jenigen/ so dieselbe also annehmen will/ gelassen / und hernach das baare Geld euren Creditoren gefolget/ꝛc.)

Et in causâ Adami Mulichs zu Leipzig/M. Oct. Anno 1577.

Item in causâ Christiani Neters zu Leipzig / M. Jul. Anno 1586.

Quod tamen solummodo de debito ingenti ac summæ majoris accipi velim; † Non etiam de modico 10
atque exiguo debito, in quo Matth. Coleri opinionem vel propterea admiserim, quod ob hoc debitor 11
† nec ad manus Creditoris tradi, nec in carcerem publicum conjici debeat, secundum tradita Joh. Köpp. *decis. 29. n. 23.* Nic. Boër. *decis. 348. n. 9.* Matth. Berl. *p. 2. concl. 28. n. 44.*

Ita Domini in causâ Andreæ Wehners / ad requisitionem Senatus Rochlicensis, M. Sept. Anno 1612. (Verba sent. Dieweil aber dennoch der Schuldener dieses Mittel seinem Creditori vorgeschlagen / daß er einen Leipzigischen Marckt einen Gülden/und also in einem Jahre 3. fl. biß die gantze Summa der 16. fl. abgetragen / erlegen wolte / ꝛc. So wird er damit billich zugelassen / und wenn er deswegen dem Creditori Versicherung machen wird / daß er zu ieder bestimmten Frist die Gelder von ihm haben kan / so bleibet er mit dem Schuldthurm gestalten Sachen nach/ weil die Summa nicht gar hoch und wichtig ist/billich verschonet/ V.R.W.)

DEFI-

Definit. XVII.

Creditor ad incarcerationem agere non poteſt adverſus debitorem, cum quo ſciens, quod ſolvendo non eſſet, contraxerit.

1 AD compeſcendam debitorum malitiam, flebile incarcerationis remedium fuit inductum, quo ſcilicet hi à defraudatione & deceptione Creditorum abſtineant, Edict. Torg. *de Anno 1583.*
2 *tit.* von denen/welche mehr auffborgen/ꝛc. † Quare iis ſolummodò incarcerationem petere licet, qui
3 à debitoribus decepti perhibentur. † Hinc ſi tempore contractus debitor jam ſolvendo extiterit, ac nihilominus Creditor ei mutuum dederit, vel aliter cum eo contraxerit, incarceratio meritò ceſſabit.
4 † Et Creditor ſibi imputare debebit, quod cum ejusmodi viro contraxerit, Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 23. n. 6. in fin.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 28. n. 45.* Joh.
5 Köpp. *deciſ. 29. num. 17.* † Nam ſcienti & volenti non fit injuria, *l. qui bona. 13. §. de illo 6. ff. de damn. infect. l. inquilino. 33. ff. eod. tit.* Andr. Gail. *dict. loco.*

Ita Domini in cauſa Bernhardi Teubers zu Bitterfeld/ Menſe Decembr. Anno 1630. [Verba ſententiæ: Dieweil ihr ſelbſten berichtet/ daß euer Schuldener/ als ihr ihm das Anlehn gethan/ allbereit nicht mehr ſolvendo geweſen/ ihr auch daſſelbe wohl gewuſt/ꝛc. So ſeyd ihr euch dannenhero wider ihn des Schuldthurns zu gebrauchen nicht befugt/ꝛc.]

Definit. XVIII.

Ob æs alienum nequeunt incarcerari, nec mancipari ad manus Creditorum, perſonæ illuſtres, Nobiles, aliâvè in dignitate conſtitutæ.

1 QUia ſæpiſſimè homines de facultatibus ſuis plus, quàm in hiſce eſt, ſperant, teſte JCto
2 Cajo in *l. in fraudem 10. ff. qui & à quib. manum.* † omni hinc tempore in eam calamitatem venerunt, ut non ſolvendo fierent, non ſolùm plebeji, ſed &
3 Nobiles, aliâve in dignitate conſtituti. † Quibus tamen ſolatio eſſe debet, quod ob æs alienum
4 incarcerari nequeant. † Etenim, quia Illuſtres, Nobiles, Doctores, Clerici, ac ſimiles perſonæ ſive ex ſuis erga Rempubl. meritis, ſive ab origine Natalium in dignitate conſtitutæ, ita ſint privilegiatæ, ut exigi nequeant, niſi in quantum facere
5 poſſunt, concludunt hinc Dd. communiter, † quod nec pro debito civili detineri valeant, Bartol. *in l. Medicos. 6. C. de Profeſſ. & Medic. lib. 10.* Albert. Brun. *de ceſſion. bonor. quæſt. 10. quæſt. 4. pr.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. cap. 1. 6. n. 146. & ſeqq.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 28. n. 38. & ſeqq.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt.*
6 *110. n. 55.* † Quo & pertinet textus juris Saxonici *in art. 39. lib. 3.* Landr. den ſoll er halten gleich ſeinem Geſinde. Ex quo haud ineptè colligitur, agi ibi-
7 dem ſolùm de vilibus & humilibus, † non etiam de egregiis & privilegiatis perſonis. Quare cum hæ ad manus Creditoris tradi nequeant ex ſententia
8 *dict. art. 39.* † utique nec carceri publico mancipari debent, quia hic in locum mancipationis ad manus Creditoris in Electoratu Saxon. fuit ſurrogatus *b.* Conſt. 22. §. Und nachdem wir ꝛc. Quod
9 ipſum tamen non aliter intellectum velim, † quàm ſi privilegiatæ illæ perſonæ intra metas ſuæ vocationis manſerint bonâque fide contraxerint. † Secus 10
ſi mercaturam exerceant, aliâve negotia, dignitati ac profeſſioni ſuæ haud convenientia, tractent, † 11
vel etiam ſuo privilegio nimis confidentes dolo ac fraude facultatibus ſuis lapſæ fuerint, ac ſtudiosè in damnum & fraudem Creditorum bona ſua amiſerint. † Tùm enim nullâ prorſus immunitate per- 12
ſonæ privilegiatæ gaudent, ſed benè ad manus Creditoris tradi, vel in publicum carcerem conjici poſſunt, † Quia privilegia & jura deceptis, & non de- 13
cipientibus ſuccurrunt, *l. 2. §. 3. ff. ad SCtum Vellejan. l. 1. C. ubi Senat. vel clariſſ. l. fruſtra. 8. C. de ſent. paſſ. l. 39. §. ult. ff. de minor.* Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. 3. quæſt. 25. n. 16.* Coler. *dict. cap. 6. n. 150. & part. 2. cap. 3. n. 162.*

Ita Domini ad requiſitionem Victor. Teutſchmanns zu Lübeck/ Menſ. Novembr. Anno 1599. [Verba ſentent. Ob gleich nach Sächſiſchen Rechten der Schuldener dem Gläubiger vor die Schulden/ ſo er nicht abtragen kan/ an die Hand gegeben wird. Dieweil aber dennoch ſolches nach dem Schluß vornehmer bewährter Rechtslehrer/ allein in gemeinen/ und nicht in vornehmen Standsperſonen ſtatt hat/ und denn eurem Bericht nach/ euer Schwager ein vornehmer Beampter und Regent des Orts iſt/ꝛc. So mag er auch ſeinen Gläubigern/ wann gleich ſeine Güter zur Bezahlung der Schulden nicht zureichen würden/ an die Hand nicht gegeben werden/ V. R. W.]

Definit. XIX.

Mulier obærata, ne quidem in Provinciis Electoratus Saxonici carcere publico eſt puniendа.

1 APœna carceris eximunt quoque Interpp. debitores haud ſolvendo exiſtentes, quando ſunt pupilli, minores, milites, parentes, maritus, *&c.*
2 qui aliàs privilegio hoc gaudent, † ut non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt, *l. miles. qui ſub 6. l. 16. l. 17. l. 18. ff. de re jud.* Matth. Brun. *de ceſſ. bonor. quæſt. 3. quæſt. 4. princ.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 29. n. 37. & 38.* Beuſt. *ad l. admonendi 31. n.*
3 *343. ff. de jurejur.* † Quò & mulierem obæratam refero; Nam & hanc à pœnâ incarcerationis vel mancipationis ad manus Creditoris immunem eſſe, tradunt Dd. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 163.* Gloſſ. *latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 3. art. 39. lit. A.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *p. 3. quæſt. 110. n. 53.* † Quod tantò minus
4 dubium habet, quantò certius eſt, mulierem ob æs alienum de jure communi incarcerari non poſſe, etſi pacto ſpeciali ad carceres ſe obligaverit, Co-
5 ler. *dict. part. 1. cap. 6. num. 109.* † A quo jure cum receſſerit Illuſtriſſimus Saxo, fœminas ex pacto ad carceres obligatas in ditionibus ſui Electoratus incarcerari jubens Conſt. *præced. 21. part. 2.* exiſtimare quis poſſet, † easdem quoque in pro-
6 vinciis Electoratus Saxonici carceris publici pœnæ ſubjacere, etiamſi pacto ſpeciali ſe ad carceres non obligaverint. † Sed Conſtitutio illa, quæ
7 de carceratione conventionali loquitur, ad caſum præſentem, ubi de carcere publico agitur (Vom Schuldthurn) neutiquam extendi debet;
8 † Sunt enim Conſtitutiones ſtatutariæ ſtrictè accipiendæ, ita ut quantum fieri poteſt, minus corrigatur jus commune, † & ſufficit, ſi in ali-
9

quo minimo quid possint operari, Andr. Tiraq. *de LL. connub. gloss. 2. num. 23. post pr.* Jacob. Schult. *in pr. quæst. 65. num. 32. & seqq. lib. 2.* † Quare cùm dispositio juris communis, ab incarceratione fœminas obæratas excipiens, expressa Constitutione ab Illustrissimo Saxone correcta haud fuerit, cur non etiam in provinciis Electoratus eâ standum esset, non certè advertere possum, *l. præcipimus. 32. in fin. C. de appellat.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 28. num. 32.*

Ita Domini in causa Marci Grillens zu Geiten/Mens. Dec. Anno 1624. [Verba sent. Ob wol Martha Beßlers/ welche euch mit 100. fl. eine geraume Zeit verhafft gewesen/eurem Bericht nach nicht mehr solvendo ist/ derowegen ihr sie in Schuld-Thurn legen zu lassen gemeynet. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß sie sich im Fall der Nichtzahlung zu der gefänglichen Haft ausdrücklichen und beständiger Weise verpflichtet ꝛc. So verbleibet sie auch als eine Weibes-Person gestalten Sachen nach mit dem Schuldthurn billich verschonet/ V. R. W.]

Definit. XX.

In foro Saxonico heres pro debito defuncti carceri publico mancipari nequit.

1 NOn solùm debitor principalis, sed & fidejussor, si solvendo non reperiatur, in carcerem publicum conjicitur, *h.* Const. 22. *in pr. vers.* Oder über Vermögen sich in Bürgschaft eingelassen/ Edict. Torg. *de Anno 1583.* Von denen / welche mehr aufborgen/ ꝛc. *verb.* in mehr Schuld oder Bürgschaft/ Anton. Hering. *de fidejuss. c. 1. num. 29. & c. 6. n. 205.* † Idemque de heredibus debitoris
2 aut fidejussoris asserendum videtur, secundum Gloss. *lat. in* Landrecht *lib. 3. art. 39. lit. B.* Joh. Köpp. *decis. 29. num. 2.* Hering. *de fidejuss. cap. 20. §. 10. num. 55.* Valent. Franc. *de fidej. cap. 5. num. 104.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 10.*
3 *num. 334.* † Quod & de jure civili verissimum est, siquidem dispositio Legis vel statuti de personâ principali, locum quoque habet in ejusdem herede, quippe qui eadem persona habetur cum defuncto, *l. postulante 44. ff. ad SCtum Trebell. l. 1. C. ut action. ad hered. & cont. hered.* Jason. *in l. Fructus 7. §. interdum 15. ff. solut. matr. n. 6.* † Ut propterea
4 heres debitoris obærati à carcere publico sese eximere nequeat: Quamvis res aliter se habeat, si defunctus ex pacto ad carceres fuerit obligatus, quo casu heredes non teneri dixi defin. *10. Const. præced.*
5 † Majoris namque potentiæ & efficaciæ est statutum quàm pactum hominis, qui legi subest, Coler. *dict. cap. 10. n. 336.* Quare nec ab illo ad hoc firmiter
6 argumentari licet. † Planè neque ex statuto obligatus est ad carcerem publicum heres, qui succedit debitori obærato cum beneficio legis, conficiens
7 scilicet inventarium. † Hic namq; ultra vires hereditarias non tenetur *l. scimus. 22. §. licentia. C. de jur. delib. ubi* Bald. *n. 3.* Berlich. *part. 2. concl. 28. n. 21.*
8 † Hinc cum de jure Saxonico indistinctè heres sive inventarium fecerit, sive non, ultra vires hereditatis non teneatur *art. 6. lib. 1.* Landr. Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. n. 15.* Matth. Coler. *de proceß. exec. part. 1. cap. 10. num. 327. & part. 2, cap. 3. n. 399. & seqq.* sequitur inde, † heredem pro debito defuncti in fo- 9
ro Saxonico capi & incarcerari non posse, Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 3. quæst. 25. n. 9.* Matth. Berlich. *dict. concl. 28. n. 12.*

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris zu Müglen/Mens. Majo, Anno 1633. [Verba sent. Wider des Schuldners Erben aber seyd ihr euch / gestalten Sachen nach/ weil sie über das Vermögen der Erbschaft zu nichts verbunden/des Schuldthurns zu gebrauchen nicht berechtiget/ V. R. W.]

Definit. XXI.

Creditor petens debitorem incarcerari in terris Electoratus Saxonici, non tenetur præstare cautionem de indemni eo servando.

1 DE jure Saxonico debitor Creditori nunquam ad manus traditur, nisi Creditor Uxori & liberis debitoris de exhibendo & alimentando debitorem ad instar alterius suæ familiæ, & de non offendendo vel quoquo modo lædendo, sed de restituendo ipsum incolumem post receptam solutionem idoneè, datis scilicet pignoribus vel fidejussoribus, caverit, Landr. *lib. 3. art. 39.* Weichb. *art. 27. ubi* Gloss. *num. 15.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 135. n. 5. & de proceß. execut. part. 1. cap. 6. n. 137.* † At in
2 ditionibus Electoratus Saxonici Creditor ad præstandam hanc cautionem obstrictus non est, sed debitor simpliciter in carcerem publicum conjicitur, absque ullâ præstitâ cautione, teste Dan. Moller. *hic num. 10.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 6. num. 264.*
3 † Rationem hujus specialitatis reddit *ibid.* Moll. quod non tàm custodiam carcerem publicum, quàm pœnam esse voluerit Elector Illustrissimus,
4 câque neminem affici, † nisi qui dolo malo non solvendo factus fuisset, adeoque justissimam causam
5 debitorem seu decoctorem in carcerem conjiciendi Creditores habeant. † Addere potuisset & hanc rationem; quod in provinciis hisce non tàm facilè sit metuenda debitori adversa valetudo, vitæque
6 vel corporis insigne aliquod detrimentum, † cum carcer publicus debeat esse tolerabilis & mediocris, non subterraneus & tenebricosus, disponente ita Electore *hâc* Const. 22. §. Es soll aber das Gefängnüß. † Cautio verò de exhibendo & alimentando
7 debitorem vel propterea hisce in terris exigi nequit à Creditore, quia is debitori incarcerato alimenta submministrare præcisè obstrictus non est, *Vid.* Defin. *seq.*

Ita Domini in causa Thomæ Treutners zu Stolpen/ M. Jun. A. 1604. [Verba sentent. Da aber eure Gläubiger in Mangel baarer Bezahlung oder annehmlicher genugsamer Versicherung euch wiederum in Haft nehmen lassen wolten/ so wären sie euch einige Caution für Leibes-Gefahr zu bestellen nicht schuldig/ ꝛc.]

Definit. XXII.

Debitor incarceratus cujusnam sumptibus & expensis sit alendus in carcere?

1 DE jure communi expeditum est, quod debitor incarceratus sumptibus & expensis Creditoris ali debeat per text. *in l. si victum. 34. ff. de re judic.* † Quod nec in foro Saxonico immuta-
2 tum est, Weichbild *art. 27. vers.* Er soll ihn halten mit

mit Koſt/ꝛc. *ubi* Gloſſ. *num. 14.* Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 135. n. 5. & de proceß. execut. p. 1. cap. 6. n. 103.* Anton. Hering. *de fide juß. cap. 6. n. 255.* Joh. Köpp.
3 *deciſ. 29. n. 25.* † Non enim debet carceri includi debitor obæratus, priusquam omnia ejus bona fuerint excuſſa. † Quô fit, ut nihil ei relinquatur, unde
4 5 vivere poſſit, † quantumvis aliàs rei delinquentes incarcerati propriis ſumptibus ſint exhibendi, Bartol. *in l. 6. ff. de rer. div. n. 3.* Coler. *p. 1. deciſ. 281. n. 1.* Moll. *lib. 1. ſemeſtr. 36. n. 1.* Aliter verò res ſe habet in provinciis Electoris Saxoniæ, ubi à Creditoribus alimenta debitori incarcerato non ſubminiſtrantur; † Sed ſi in executione & excuſſione bo-
6 norum Creditoribus nihil de hiſce conſtitutum fuerit ipſimet debitori, unde & quâ ratione illa conſecuturus ſit, cogitandum eſt, *h.* Conſt. 22. §. Es ſoll aber. *verſ.* Wann aber von den Gläubigern/ꝛc. *ubi* Moll. *n. 7. & dict. lib. 1. ſemeſtr. cap. 36.*
7 *num. 1.* † At unde? inquies, cum debitori ad ſaccum & peram usque excuſſo nil prorſus reſtet, unde vi-
8 vere poſſit; † Nimirum ex Eleemoſynis transeuntium ſuſtentari debet, Nov. Ordin. proceſs. judic. Elect. Saxon. *de Anno 1622. tit. 52.* §. Ev viel aber die *alimenta*. Moll. *dict. cap. 36. n. 1.* Joh. Köpp. *de-*
9 *ciſ. 29. n. 26.* † Quod & Norimbergæ, Pragæ, aliisq; pluribus in civitatibus obſervari ſolet, Coler. *dict.*
10 *cap. 6. num. 108.* † Nihilominus tamen quandoq; ad juris communis diſpoſitionem recurrendum erit, ſi nempe debitor ex tranſeuntium Eleemoſynis tantum colligere nequeat, quod ad ſuſtentationem
11 ſibi ſufficiat. † Etenim tùm Creditores debitorem alere debent, ne forſan, ſi hoc facere recuſent, ex carcere à judice dimittatur, Moller. *dict. cap. 36. n. 2.* Coler. *dict. cap. 7. n. 107.* Aut. Conſult. Conſt.
12 Saxon. *tom. 3. p. 3. quæſt. 104. n. 2.* † Sciat tamen debitor, ſi poſtea caſu aliquo ad meliorem fortunam pervenerit, eum ſumtus atque expenſas à Creditoribus factas reſtituere teneri, ſi aliàs poſt factam debiti ſolutionem è carcere liberari velit, Matth. Coler. *dict. deciſ. 281. n. 4.*

Ita Domini in cauſa heredum Johannis Kochens zu Leipzig/Menſe Aug. Anno 1614. [Verba ſententiæ: Habt ihr F.S. wegen etlicher Schulden in Schuldthurn legen laſſen/ So iſt der Debitor ihm ſelbſten ſeinen Unterhalt zu verſchaffen ſchuldig; Er könte dann denſelben von ſeinem Weibe oder ſonſten nicht haben/ auff den Fall wäret ihr ihm wöchentlich einen halben fl. zu ſeinem Unterhalt zu entrichten pflichtig/ V.R.W.]

Et in cauſa Thomæ Treutners zu Stolpen/ Menſ. Jun. Anno 1604. [Verba ſent. Und es ſeyn euch die Creditores alimenta zu verſchaffen nicht ſchuldig/ ihr köntet dann dieſelben von eurem Weibe oder ſonſten nicht haben/ auff den Fall wären ſie euch wöchentlich 12. gr. zu eurem Unterhalt zu verordnen pflichtig/ V. R. W.]

Item in cauſa Sebaſtiani Pflugens zu Kanitz/ Menſe Aug. Anno 1597.

Definit. XXIII.

Debitores vitio fortunæ & abſque ſuâ culpâ haud ſolvendo exiſtentes, infames non ſunt, nec ab officio publico removendi.

1 QUin decoctores & dilapidatores bonorum ſuorum haud ſolvendo exiſtentes infamiam incurrant, officioque publico indignos ſe reddant, eoque privari debeant, dubitandum non eſt, cùm & carceris publici pœnæ ſint ſubjugandi, *h.* Conſt. 22. Edict. Torg. *de An. 1583.* † Von denen/ welche mehr auffborgen/ꝛc. † Quæ tamen pœna haud imponenda eſt debitoribus iis, qui vitio fortunæ abſque ſuâ culpâ in eam calamitatem inciderunt, ut non ſolvendo fierent, qui commiſeratione potius atque auxilio digni ſunt, *h.* Conſt. §. Wir behalten uns aber/ꝛc. *Vid. ſupr.* defin. 5. † tantum nimirum abeſt, ut hi infames haberi aut ab officio publico removeri debeant, cum & officii privatio pœna ſit *l. mutus. 43. §. pœna 4. ff. de procurat.* † Nec ab officii adminiſtratione ſuſpendendus, niſi qui graviter in officio deliquit, ut nullam prorſus excuſationem aut veniam mereatur, Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 24. defin. 12. n. 1.* Nicol. Boër. *q. 1. n. 72.* At dixeris: † Nonne horum exiſtimatio ad minimum apud bonos & graves viros minuitur? Non certè puto; Nec enim † is, in quo vel mica humanitatis exiſtit, judicio ſuo eum damnabit, quem leges excipiunt. † Ac eſto, miſerum ejusmodi debitorem facti infamiâ laborare, non ſtatim tamen officio publico privandus erit, ſiquidem infamia facti neminem ab adminiſtratione officii repellit, † ſicuti nec à teſtimonio dicendo, ſed tantùm infamia juris, *l. 3. §. Lege Juliâ 5. ff. de teſtib. l. is cui lege. 18. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 15. defin. 45. num. 1.*

Ita Domini ad conſultationem Victor. Teutſchmans zu Lübeck/ Menſ Nov. Anno 1599. [Verba ſent. Ob gleich euer Schwager/ ſo in einer vornehmen Anſeeſtadt 25. Jahr ein vornehmer Beampter geweſen/ in Abfall ſeiner Nahrung und viele Schulden gerathen. Da aber dennoch ſolches fürnemlich nicht durch ſeine Verwahrloſung geſchehen/ ſondern er durch unglücklichen Fortgang ſeiner Handlung zur Seewarts und ſeiner Diener Untreu in dieſelbe Ungelegenheit kommen wäre/ꝛc. So möchte er derwegen ſeines Amts nicht entſetzet/ noch von ſeinen Gläubigern an ſeinen Ehren angegriffen werden/ ſondern es wäre ihm dieſelben derohalben gebührlichen zu belangen unbenommen/ V.R.W.]

Definit. XXIV.

Incarceratio debitoris obærati non tribuit jus pignoris aut proprietatis in concurſu Creditorum.

1 INcarceratio debitoris perſonam quidem afficit, at non ejusdem bona, ſi qua poſtea reperiantur, vel per jus ſucceſſionis, aut aliunde ad
2 eum deveniant. † Quare nec in hiſce Creditori, qui debitorem incarcerari fecit, ullum jus prioritatis competit in præjudicium Creditorum pignoratitiorum, quando inter eos de ordine & jure prælationis contenditur, licet ſint illi tempore poſteriores. † Non enim Creditor quilibet hy-
3 pothecam habet, ſed is demum, qui convenit de pignore, *l. 3. ff. quæres pign. oblig. poſſ. Novell. 136. cap. 5. §. inſuper.* † præterquam in caſibus, in qui-
4 bus lex tacitam dat hypothecam, † ſiquidem non
5 cujuslibet debitoris bona tacitè ſunt obligata Creditori, ſed ex certis tantummodo cauſis, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. in quib. cauſ. pign. tacit.* Anton. Fab. *de error. pragmat. decad. 1. Error. 1.* † At nullibi
6 lex vel ſtatutum incarcerationi effectum pignoris vel tacitæ hypothecæ tribuit. Niſi quis etiam ex confeſſione debiti & ſolâ agnitione Chirographi

privilegium tacitæ hypothecæ induci existimet:
7 † Qui certè insignis pragmaticorum ferè omnium error est, licet in judiciis receptissimus, ut latè demonstrat Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 7. defin. 8.*
8 † Quin nec bonorum cessio ullum jus taciti pignoris tribuit Chirographariis Creditoribus, Anton. Fab. *dict. tit. 7. defin. 11.* Sed quales fuerunt Creditores ante cessionem, sive pignoratitii, sive Chirographarii, † tales quoque post cessionem remanent,
9 ordine inter eos servato ex privilegio non temporis sed causæ, *l. privilegia. 32. ff. de reb. aut. jud. poss.*
10 *junct. l. ult. ff. de cess. bonor.* † Multo minus ergo incarceratio privilegium tribuit in bonis debitoris, quæ planè non afficit.

Ita Domini in causa M. Bartholomæi Clamorini zu Leipzig/ Mense Majo Anno 1592. [Verba sent. Ob nun gleich etliche Gläubigere des Debitoris Person zweymal im Amt Meissen zur gefänglichen Haft nehmen lassen. Da sie aber dennoch zu obgedachten Erbgeldern vor euch keinen Kummer gesucht / oder sonsten einige dingliche Gerechtigkeit und besser Recht darauff erlanget hätten / so möchten sie euch auch in der Bezahlung nicht vorgezogen werden / sondern es würden euch die Erbgelder / darauff ihr Arest erlanget/vor ihnen billig gefolget/V. R. W.]

Definit. XXV.

Decoctoris bona Creditoribus sunt communia, salvo tamen cujusque jure prioritatis.

1 ILlud expeditum est, quod decoctor, postquam
2 solvendo esse desiit, de bonis suis ulterius disponere nequeat, adeo ut hypotheca † à debitore jam decocto & fallito constituta nihil operetur, Bald. *consil. 432. num. 1. & seqq. vol. 1.* Dom. Card. Tusch. *tom. 2. pract. conclus. lit. C. verb. Creditor. concl. 1064. num. 3.* † Sed sunt bona decoctoris
3 Creditoribus communia, ad quem pro rata vocantur non considerata temporis diversitate, Strach. de
4 *decoct. p. ult. num. 16.* † Quod tamen ita intellectum velim, ut salvum maneat cuique suum privilegium, suumque jus prioritatis, si quod antea in bonis debitoris sui obtinuerit, *Strach. dict. loco.*
5 † Pignore namque contracto & jure quæsito id Creditori neutiquam auferri, nec in ejus præjudicium quicquam fieri posse constat, *l. ult. ff. de pact.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 10. defin. 3. n. 8.*

Ita Domini in causa Hansen von Cölln und Hansen Fuchsens zu Leipzig/ Mens. Mart. A. 1581. [Verba sent. Ob nun gleich die andern Gläubiger in fremden Gerichten und ausser Landes sich von des Debitoris ausstehenden Schulden bezahlt gemacht. Da aber dennoch solches nach des debitoris falliment, und als seine Güter allbereit den Gläubigern gemein gewesen/geschehen wäre/ ihr auch zuvor allbereit die Priorität erlanget hättet. So wären sie solche eingenommene Schulden in die Gerichte alhier niederzulegen schuldig/und würden euch dieselben Gelder vor ihnen zur Zahlung eurer Schulden billich gefolget/V. R. W.]

Definit. XXVI.

Debitor obæratus à carcere publico exemptus non est, propterea quod sit forensis & advena.

1 PRocul dubio forenses quoque & extranei hoc jure gaudent, ut adversus incolas provinciarum Saxonicarum, debitores non solvendo existentes, incarcerationem petere possint, vel ut sibi ad manus tradantur: prout demonstrat Matth. Coler. *de proces. execut. part. 1. cap. 3. n. 195. & seqq.*
† Nam statutum simpliciter & indefinitè loquens 2
prodest etiam forensibus, Bartol. *in l. cunctos 1. C. de summ. Trinit. n. 24.* † Ac ne de hac re dubium 3
relinqueretur, Illustrissimus Elector Saxon. sanctione expressâ forensibus hoc jus tribuit, ut incolas Electoratus sui ob æs alienum incarcerari facere
queant, † modò prius literis reversalibus à Magi- 4
stratu ejus loci datis caverint, eundem incarcerationis processum incolis Electoratus adversus suos debitores ibidem non denegatum iri, *in* nov. Ord. proc. judic. *de Anno 1622. tit. 52. in fin. vers.* Er bringe denn zuvor von seiner Obrigkeit. † Pa- 5
riter quoque in casu contrario adversus advenas & forenses in Electoratu Saxoniæ ad incarcerationem procedere licet, nec debitores exempti erunt, propterea, quod sint forenses, † dummodo 6
hæc duo cumulativè concurrant, putà: quod forenses in Electoratu Saxoniæ contraxerint & ibidem inveniantur, Matth. Coler. *dict. cap. 3. n. 171. &* 2
seqq. † Quod si tamen, durante inter debitorem & 7
Creditorem disceptatione de sufficientiâ vel insufficientia bonorum debitoris, hic ad locum sui domicilii se transferat, † Magistratus illius loci sen- 8
tentiam à judice in Electoratu Saxon. latam neutiquam exequi, nec debitorem in carcerem publicum conjicere tenetur, prout eleganter docet Matth. Coler. *dict. cap. 3. n. 226.*

Ita Domini in causa Bernhardi Teubners zu Bitterfeld/ Mens. Dec. Anno 1630. [Verba sent. Sonsten aber und auff n Fall zur Zeit des Anlehns euer Debitor noch solvendo gewesen wäre / möchte er sich dadurch (daß er im Churfürstenthum Sachsen nicht angesessen/noch wohnhaftig/ weil er gleichwol darinnen mit euch contrahiret / auch des Orts sich betreten lassen) des Schuldthurns nicht entbrechen/ V. R. W.]

Definit. XXVII.

Major pars Creditorum paciscentium cum debitore, eiq; debiti quotam remittentium, reliquos etiam Chirographarios pro ratâ obligat.

TRadunt Dd. communiter, Creditores eam 1
debiti partem, quam mercatori fallito aut alii debitori remittunt, ut reliquum solvat, condictione ob turpem causam repetere posse, si ad pinguiorem fortunam pervenerit, Jason. *in l. fin. ff. de condict. ob turp. caus.* Plot. *in repet. l. si quando. 9. num. 65. C. Unde Vi.* Hipp. de Mars. *sing. 432.*
† Quod certè in eo, qui non suo sed fortunæ vi- 2
tio non solvendo factus est, vix obtinere poterit, cùm, quod tali ex commiseratione remittitur, ob causam omnium maximè piam atque honestam, nullo modo verò ob turpem causam remissum vel datum dici queat. † Quin nec in de- 3
fraudatore & decoctore hanc Dd. sententiam de eo, quòd semel remissum vel datum est, repetendo, usu & observantiâ in foro præsertim Saxonico receptam esse, testis fide dignus est Dan. Moll. *lib. 4. semestr. cap. 6. in fin.* † Cautius ergò 4
agere discant Creditores cum debitore paciscentes, eique debiti partem remittentes, ne forsan facti sui eos postea pœniteat. † Hinc remissâ debiti 5
quotâ à majore parte Creditorum debitori, quæritur, *num reliqui Chirographarii illorum voluntatem*

nem sequi & pro ratâ de suo quoq; Credito aliquid
6 *remittere teneantur?* † Quod affirmandum est ex scripto D. Marci, *de quo in l. juris gentium. 7. §. ult. l. 8. l. Rescriptum 10. ubi* Accurs. & Jason. *ff. de pact.* Strach. *de decoct. p. 6. n. 6. & seqq.* Anton. Fab. *in*
7 *dict. l. 7. §. ult. & l. rescriptum 10. ff. de pact.* † Dici equidem posset, cum per ejusmodi remissionem minuatur jus Creditorum, voluntatem singulorum exquirendam & quoad singulos præcisè servandam
8 esse. † Quod enim ad omnes ut singulos pertinet, ab omnibus & singulis approbari debet *l. ult. C. de aut. præst. l. in concedendo. §. l. si autem plures. 10.*
9 *ff. de aq. & aqu. plur. arc.* † Verùm, ut maximè concesserim, omnium ac singulorum voluntatem exquirendam esse, attamen non omnium voluntatem judex in decernendo sequi potest, quando inter se dissentiunt Creditores, ne alioquin impe-
10 diant judicem, sicuti mutuò sese impediunt. † Itaq; cogit hoc casu rei necessitas, ut quod à majori parte factum est, ab omnibus factum videatur, ac propterea plurium Creditorum conventio reliquos etiam obliget, perinde ut *in l. 3. & 4. ff. quod cujusq; univ.*
11 *nomin.* † Veluti & in Edicto *de rebus aut. jud. poss.* cùm unus ex creditoribus mittitur in bonorum possessionem debitoris, omnium Creditorum nomine missus intelligitur, *l. cum unus ex Creditori-*
12 *bus. 12. ff. de rebus aut jud. poss.* † Adeoque illud hoc loco agitur, ut Creditoribus omnibus ex æquo consulatur, ne si pauciores minimum debitori remittere renuant, unusquisque Creditorum integrâ crediti summa carere cogatur. † Quâ de causâ pactum plurium Creditorum reliquis etiam privilegiariis præjudicare vult rescriptum D. Marci *in dict. l.*
13 *rescriptum 10. ff. de pact.* † Modò tamen singuli ad ejusmodi pactionem requisiti & citati fuerint, Anton. Fab. *in Rat. dict. l. 10 ff. de pact. l. a.* Strach.
14 *dict. part. 6. n. 9.* † Quamvis aliter sentiant Jason.
15 *in dict. l. rescriptum. 10. ff. d. t. n. 4.* † Planè, major pars Creditorum ex quantitate debiti, non ex cumulo personarum æstimari debet, *l. 8. & seq. ff. de pact. l. ult. C. qui ced. poss.* Strach. *de decoct. p. 6. num. 5.*

Ita Domini in causa Creditorum Antonii Hehnens ad requisitionem Consulum & Senatus in Guben Mens. Decembr. Anno 1526. [Verba sent. Dieweil Balthasar Francke und Jacob Wohlerbens Witbe blosse Chirographarii seyn / und wegen ihrer Schuldforderung in des Schuldners Gütern keine Hypothecam und dingliches Recht erlanget / so seyn sie auch von dem meisten Theil der Gläubiger getroffenen Accord zu halten / und an ihren Forderungen pro ratâ etwas schwinden zu lassen schuldig / V. R. W.]

Definit. XXVIII.

Non nocet pactum plurium Creditorum, debiti partem remittentium hypothecariis, iisq; Creditoribus, qui arresta in bonis debitoris obtinuerunt.

1 NOn tamen loquitur Rescriptum D. Marci generaliter, sed hypothecarios disertis verbis excipit, ita ut licet major pars Creditorum debitori aliquid remiserit, hoc tamen hypothecariis
2 neutiquam nocere queat, † nec hi voluntatem pacisentium sequi teneantur, *l. Rescriptum 10. in fin. pr. ff. de pact.* † Haud namque assentiri possum
3 Anton. Fabr. *in Ration. dict. l. 10. ff. d. t.* imputanti Triboniano, Rescriptum D. Marci ab eo corruptum, & ad alios casus, de quibus forsan Imperator non cogitaverat, protractum fuisse. † Verbis potius 4
textus inhærendum arbitror, quibus satis manifestè hypothecarii excipiuntur, præsertim cum nec ratio exceptionis deficiat, & diversitas Chirographariorum ac hypothecariorum Creditorum haud obscurè appareat. † Nimirum, interest Chirographa- 5
riorum, pactionem ac remissionem factam debitori ab omnibus servari, ne is se subtrahendo omnes eludat, cùm non nisi ipsum debitorem convenire queant: † At habentibus hypothecam pactio illa 6
nil prodest, si enim non esset, quem convenirent, hypothecariâ actione agerent contra tenentes bona, Bartol. *in d. l. rescriptum. 10. ff. d. t.* † Quod 7
cum ita se habeat, hypothecariis, jus prioritatis jam acquisitum habentibus, pactione Creditorum noceri iniquissimè diceretur, Accurs. Jason. Bartol. & Dd. *in dict. l. rescriptum. 10. ff. d. t.* Strach. *de decoct. part. 6. n. 13.* † Nec refert, an paciscentes quoque 8
ipsimet hypothecarii fuerint, nec ne? † Etenim ne 9
tùm quidem conventione majoris partis hypothecarios obstringi, rectissimè asserit Strach. *dict. loco.* † Planè, idem quoque dicendum arbitror de iis 10
Creditoribus, qui aresta in bonis debitoris impetrârunt, ut scilicet nec hi voluntatem & pactionem plurium Creditorum quoad remissionem certæ partis debiti sequi teneantur ob identitatem rationis, † quæ eandem juris dispositionem facit, *l. illud* 11
32. ff. ad Leg. Aquil. l. his solis 7. vers. actionem. C. de revoc. donat. & † quod Aresta hypothecis in ef- 12
fectu æquiparentur, Matth. Coler. *de proc. exec. p. 3. cap. 11. n. 26. & seqq.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 4. n. 1.* Joh. Zanger. *de except. p. 2. cap. 1. n. 268.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Ob nun wol die meisten Gläubiger an ihren Federungen etwas erschwinden lassen / und mit dem Schuldner auff gewisse Masse accordiret. Dieweil aber dennoch Margaretha Pauffers ihrer Forderung wegen allbereit vorgehaltener Commission zu des Schuldeners Gütern Arest angeleget / und dadurch ein dingliches Recht erlanget / ꝛc. So mag ihr auch der andern Gläubiger gütliche Verwilligung und Vergleichung zu Nachtheil nicht gereichen / sondern sie wird bey ihrem Recht billich gelassen / und in Verbleibung gütlicher Zahlung des vollständigen Capitals von den arestirten Gütern befriediget / ꝛc.]

Item ad requisitionem Johann. Königs zu Leipzig / Mens. Septembr. Anno 1621. [Verba sententiæ: Ob nun wol die meisten Gläubiger / so die erste Verpfändung auff des Debitoris Gütern erlanget / mit demselben sich in accord eingelassen / und an ihren Forderungen etwas remittiret / so mag doch solche Vergleichung den andern Gläubigern / welchen auch des Schuldners Güter zum Gerichtlichen Unterpfand haften / zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen; immassen sie auch in angeregten Accord zu willigen wider ihren Willen nicht gedrungen werden mögen / V. R. W.]

Et ad consultationem Christiani Priesdorffs zu Leipzig / Mense Februar. Anno 1630.

Item in causa Jonæ Zumpens und Hansen Fritzschens zu Pirna / Mens. Majo, Anno 1634.

Definit. XXIX.

Dilatio quinquennalis à majori parte Creditorum debitori concessa impedit etiam hypothecarios & arestantes, quo minus, durante dilatione, debitorem molestare queant.

EXceptio moratoriæ præscriptionis, vel dila- 1
tio quinquennalis († cujus origo non videtur 2
altius repeti posse, nisi ex Constitutione Gratiani

in l. 4. C. de præcip. Imp. offer. & Justiniani *in l. ult. C. qui bon. ced. poss.* Jac. Cujac. 2. *obs.* 10.) † à ma-
3 jori parte Creditorum debitori concessa, reliquis etiam Creditoribus non solùm Chirographariis, sed etiam hypothecariis haud consentientibus nocet, quò minùs durante dilatione debitorem molestare queant, *ex dict.* Const Imp. Justiniani *in l. ult.*
4 *C. qui bon. ced. poss.* † modò dilatio quinquennium spacium tàm *in d. l. fin. C. d. t.* quàm Const. Imperiali, von verdorbenen Kauffleuten / *Anno 1548.* à Carolo V. Imp. *Augustæ editâ*, definitum non excedat. Dan. Moller. *lib. 4. semestr. cap. 6. n. 5.* Matth. de Afflict. *decis. 288.* Strach. *de decoct. part. 6. n. 5.*
5 † Quod forsan in Chirographariis Creditoribus minus ambiguum est; si enim in horum præjudicium à majore Creditorum parte pars Crediti potest remitti, Definit. 27. utique multò magis dilatio solutionis ipsis etiam invitis & non consentientibus
6 concedi poterit debitori. † At dubium solummodo relinquitur quoad hypothecarios Creditores, quibus remissionem debiti à majore Creditorum parte factam haudquaquam præjudicare, *dixi*
7 defin. *præced.* † Adeoque nec dilationem quin-
8 quennalem existimaveris forsan? † Sed verbis disertis obloquitur Imp. Justinianus *in dict. l. ult. C. qui bon. ced.* Dicere itaque ausim, Exceptionem hancce moratoriam seu dilationis quinquennalis non esse merè personalem sicut remissionis Crediti, sed respici ipsa debitoris bona eorumque exactionem, ut aliquo tempore differatur, adeoque juri hypothecæ reali præjudicare posse, præsertim cum per hanc nil prorsus de summâ Crediti auferatur, sed tantummodo spacium debitori se recolligendi
9 concedatur, † ut tanto minus damnum per hanc
10 hypothecariis inferatur. † Quicquid sit, in concessione hujus dilationis majori Creditorum parti non minus ac ipsi Principi licere, satis manifestum est *ex dict. l. ult. C. d. t.* etiamsi hujus ratio tàm ex-
11 pedita forsan non appareat. † Certius autem est illud, quod æquè Arestantibus atque hypothecariis hâc dilatione præjudicetur secundum tradita Defin.
12 *præced. in fin.* † modò jus reale semel acquisitum salvum ipsis remaneat, præstitâ hâc de re cautione expressâ.

Ita Domini in causa Christiani Löschers zu Leipzig/Mens. August. Anno 1601. [Verba sententiæ: Was aber Donat Pelzen/ so zu des Schuldeners Waaren allhier einen Arest erlanget/betreffen thut; ob gleich derselbe die von andern Creditoren bewilligte dilationem quinquennalem dem Schuldener auch nicht verweigern kan/ &c. So mag er doch ohne Caution den erlangten Arest wider seinen Willen fallen zu lassen nicht gedrungen werden/ V. R W.]

Definit. XXX.

Obstagia tàm in Imperio Romano, quàm foro Saxonico hodiè sunt abrogata & prohibita.

1 OBstagia nihil aliud sunt, quàm conventiones, quibus debitores vel fidejussores promittunt, se sistere in certo aliquo loco, nec inde abscedere, donec fiat id, quod conventum est, Anton. Butr. *in cap. ex rescripto 9. n. 10. ext. de jurejur.* Matth. Coler. *de proc. exec. part. 1. cap. 8. n. 4.*
2 † Hæc quondam in Imperio Romano antiquioribus constitutionibus fuisse concessa, manifestum est ex Const. Imper. Augustæ *Anno 1548. editâ tit.* Von wucherlichen Contracten. §. So auch eine Schuldverschreibung &c. † ubi fidejussores obsta- 3
gii nomine extra imperium saltem evocari prohibentur. Unde per ratiocinationem à contrario sensu obstagia rectè in Imperio usurpari concluditur. † Quod & fatentur Andr. Gail. *lib. 2. obs. 45. n. 1. 2.* 4
(ubi multa Cameræ Imp. præjudicia refert, quibus obstagia confirmata fuêre) & *lib. 2. de pac. publ. cap. 2. n. 5.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de fidejuss. n. 5.* Matth. Coler. *dict. c. 8. num. 19.* † Quin nec ju- 5
re Saxonico improbata fuisse Obstagia, luculenter patet ex *art. 11. lib. 2.* Landr. Dan. Moller. *lib. 3. cap. 30. n. 3.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. quæst. 138. n. 24.* † Nec immeritò, cùm fidei 6
humanæ nihil tam sit congruum, quam præstari id, de quo inter contrahentes conventum, *l. hujus edicti. 1. in pr. ff. de pact. l. ex emto. 11. §. 1. ff. de action. empt.* † Unde & obstagia juri communi consenta- 7
nea dicit Schult. *dict. loc. n. 21.* † Verùm, postquam 8
Obstagia ex pravis hominum moribus in meras crapulas & heluationes, per quas & mentis inducitur exilium, & omnium libidinum provocatur incendium, degenerârunt, iisque nil aliud ferè effectum, quàm ut debitores, quibus ante difficile erat solvere, prorsus non solvendo facti, nec tamen eo magis Creditoribus satisfactum fuerit, quin & hospites propterea ad summam paupertatem devenerint, cùm nec iis satisfieri potuerit, *h.* const. §. Wir wollen auch. Dan. Moll. *dict. c. 30. n. 7.* & Coler. *dict. c. 8. n. 88. & seqq.* † Novissimâ Constitutione 9
Imperiali, in der Policey-Ordnung zu Franckfurt/ *Anno 1577. tit. 17. rubr.* Von wucherlichen Contracten. §. Wiewol auch in des heil. Reichs &c. Obstagia in Imperio Romano prorsus abrogata fuerunt, Gail. *dict. obs. 45. num. 6.* † Quo- 10
rum usum jam antea quoque Illustrissimus Elector Saxon. in Ditionibus suis severissimè prohibuerat *hâc* Const. 23. §. Wir wollen auch. † Absq; omni Creditorum præjudicio uti demonstrat Coler. *dict. cap. 6. n. 93.* † Ut proinde hodiè supervacanea sit 11
omnibus disputatio de obstagiis, de quibus aliàs videri possunt Modest. Pistor. *p. 2. consil. 1.* Dan. Moll. *dict. cap. 30. & ad h.* Const. *n. 7.* Matth. Coler. & Jac. Schult. *dict. locis.*

Ita Domini in causa Matthæi Hübners zu Geusa/ Mens. Jul. Anno 16:6. [Verba sententiæ: Ob wol im heil. Römischen Reich/ so wol auch auff Sächsischem Boden die Obstagia, oder das einreiten und leisten in den Herbergen heutiges Tages gantz und gar verboten und auffgehoben seyn/ &c.]

Definit. XXXI.

Valet tamen etiamnum hodiè pactum, quo debitor, si in solutione cesset, se in certo loco staturum & antequam Creditori satisfactum sit, ab illo non recessurum, promittit.

1 PRopter abusum potissimum & luxuriam detestabilem Obstagia abrogata fuêre, quod scilicet ad hæc obligati unà cum iis, qui officii vel honoris causâ ad ipsos veniunt, toto tempore obstagiorum durantium, nullâ prorsus sumptuum habitâ ratione diesque noctesque cibo & potu se ingurgitent, & si vel dimidium saltem diem ab heluationibus cessent, pactis non satisfeciisse videantur, Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 30. n. 7.* Matth. Coler. *de proces. exec. part. 1. cap. 8. n. 88.* † Quare, si con- 2
trahentes more hoc detestabili neglecto, aliter con-

convenerint, & debitor, si in solutione cesset, se staturum in certo loco, & inde, antequam satisfactum sit Creditori, non recessurum ab illo promiserit; † etiamnum hodiè pactum illud valere, 3 non quidem jure obstagii, sed vi alterius voluntariæ conventionis, rectissimè docet Moller. *dict. cap. 30. n. 6.* † Neque enim ex ejusmodi pacto ullæ 4 sunt metuendæ heluationes, † sed hujus effectus in 5 eo potissimum consistit, ut persona debitoris non solvendo existentis facilius detineri & in carcerem publicum conjici queat, Moll. *d. loc. num. 8.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr euch aber dennoch in der Schuldverschreibung ausdrücklichen dahin verpflichtet hättet / daß / auffn Fall ihr die Zahlung bestimmtes Tages nicht leisten würdet / ihr euch in eure Behausung gestellen / und ehe und zuvor der Gläubiger vollständig befriediget / nicht von dannen hinweg weichen woltet / allein zu dem Ende / damit der Gläubiger eurer Person halber gesichert seyn möchte / &c. So wäre solche Verpflichtung zu Recht kräfftig / und ihr derselben allerdings nachzukommen schuldig / V. R. W.)

CONSTITUTIO XXIII.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Verpfändunge unbeweglicher Erbgüter für der Obrigkeit / darunter sie gelegen / nach Sachsen-Recht geschehen müssen?

Wiewol nach gemeinen Rechten ein ieder seine Güter ohne Gerichtliche insinuation oppignoriren und verpfänden kan / so ist doch solches der Oerter / da Sächsisch Recht gehalten / durch langwierigen Gebrauch anders eingeführt / nemlich / daß die special-Verpfändung unbeweglicher Güter / oder aber auch / wann sie gleich general und allgemein auff alle Güter gerichtet / für der Obrigkeit / unter welcher sie gelegen / oder auch dem Lehn-Herrn muß insinuiret werden / sonsten aber unkräfftig sey. Und dieses hat vernünfftige Ursachen / damit ein Gut nicht vielen versetzt und also die Leute betrogen werden / iedoch wo einer ein Gut absque insinuatione verpfändet / und es wollens seine Erben wieder haben / und den Pfandschilling nicht wieder erstatten / derer Ursachen / daß die oppignoratio nichtiger weise geschehen / so seynd sie nicht zu hören / sondern den Pfandschilling gegen Einräumung des Guts zu ersetzen schuldig. Wann auch ein Gläubiger für zween oder drey Zeugen / oder durch Auffrichtung eines Vertrags / so mit etlicher Händeler Siegel bekräfftiget / hypothecam generalem, oder specialem constituiren würde / so sol es auch für eine hypotheca geachtet / und allen Chirographariis creditoribus vorgezogen werden. Es sollen aber die Gerichtliche Verpfändunge allen andern hypothecis, so nicht coram judice geschehen / fürgehen / ungeachtet ob die andern der Zeit halber älter wären. Wann auch bona emphyteutica, oder censitica, Erblehen oder Erbzinßgüter / darüber ein Unterthan einen Lehnherrn erkennen muß / oder die er sonsten in Lehen zu empfangen pfleget / versetzet und verpfändet / sollen dieselbige anderer Gestalt nicht / dann mit Gunst oder Be-

Pignoratio bonorum allodialium immobilium jure Saxonico ut valeat, num coram illo Magistratu, sub cujus jurisdictione sita sunt, eam fieri necesse sit?

Et si jure communi unicuiq; bona sua, absq; judiciali insinuatione, pignorare permissum est, iis tamen in locis, quæ jure Saxonico utuntur, longæva consuetudo id invexit, ut obligatio bonorum immobilium, sive specialis illa sit, sive etiam generalis, nisi coram judice, cujus jurisdictioni subjacent vel coram domino directo facta sit, non valeat. Et id quidem rationabilem hanc habet causam, ne, si eadem res pluribus simul obligetur, homines decipiantur. Quamvis fundo absque insinuatione pignorato, si heredes debitoris, eum redimere cupientes, pignorationem non legitimè factam prætendant, ideoq; pecuniam creditori debitam solvere nolint, audienda non sint. Sed, etsi creditori cuidam in præsentia duorum, triumve testium, vel pacto, aut transactione sigillis illorum, quorum operâ intervenientе facta est, signatâ, hypotheca vel generalis, vel specialis constituatur, ea valebit, & Creditor is omnibus Chirographariis præferetur. Quod tamen ita accipi volumus, ut hypothecæ in judicio contractæ, aliis quibuscunq; extra judicium constitutis, licet tempore anterioribus, sint præferendæ. In bonis etiã emphyteuticis vel censiticis cum consensu domini directi, pignora vel hypothecas constitui, volumus, nec absque eo ullo modo eas valere permittimus. Bona verò mobilia quisque propria sua, quorumq; alienandorum ipsi potestas est, in foro Saxonico, etiam absque hujusmodi insinuatione, pignori dare non prohibetur, idque Collegia Juridica nostra, & Scabina-

willigung des Erb- oder Lehnherrns hypothecirt werden / und ohne das die Verpfändung gantz nicht statt haben. Fahrniß und bewegliche Güter / der einer mächtig/mag einer auch auff Sächsischen Boden/ ohne dergleichen insinuation, jemands zum Unterpfand wol vorschreiben. Darnach sich unsere Juristen-Facultäten/ und Schöppenstüle/in Verfassung der Urtheil zu richten haben.

binatus in concipiendo sententias sequentur.

DEFINITIONES.

1. *Bona immobilia in foro Saxonico absq; consensu Magistratus sive judicis efficaciter oppignorari non possunt, ne quidem à Nobilibus, & Illustribus personis.*
2. *Nec inter Mercatores valida est oppignoratio rerum immobilium extrajudicialis.*
3. *Annui reditus in foro Saxonico non nisi judicialiter validè oppignorantur.*
4. *Non impedit juramentum debitoris, de non ulterius oppignorando bona immobilia, quò minus hypotheca posterior judicialis præferatur hypothecæ extrajudiciali.*
5. *Oppignoratio bonorum immobiliũ, extrajudicialiter licet facta, heredes tamẽ debitoris obligat.*
6. *Immobilia judici ipsi, & rursus ab ipso judice sine consensu Superioris rectè oppignorantur.*
7. *Jura ac Nomina in foro etiam Saxonico, absque insinuatione judiciali, efficaciter oppignorantur.*
8. *Pignus judiciale, in rebus immobilibus constitutum à Creditore alii cuidam, sine novâ judiciali insinuatione, pignori dari potest.*
9. *Hypotheca rerum mobilium extrajudicialis seu conventionalis anterior, præfertur aresto & hypothecæ judiciali posteriori in foro Saxonico, contra l. scripturas. 11. C. qui pot. in pign.*
10. *Hypotheca generalis rerum mobilium, comprehendit etiam mobilia ac nomina in alieno territorio existentia.*
11. *Non trabendâ est hypotheca generalis ad res mobiles, quæ post mortem debitoris hereditati accesserunt.*
12. *Creditori datur persecutio bonorum mobilium, sibi oppignoratorum, adversus tertium possessorem.*
13. *Mercibus tamen in tabernâ oppignoratis, ac posteà singulatim venditis, Creditor adversus emptorem hypothecariâ experiri nequit.*
14. *Valida est hypotheca bonorum immobilium, coram testibus aut in instrumento constituta, etiam in terris Electoratus Saxonici, non ut hypothecæ judiciali, sed solùm Chirographariis & arestantibus præferatur.*
15. *Creditores in possessionẽ bonorum debitoris immissi, non præferuntur iis, quibus anterior hypotheca extrajudicialis corã testibꝰ fuit constituta.*
16. *Valet pignus in re immobili venditâ, pro residuo pretii retentum, citra judicis consensum, etiam in foro Saxonico.*
17. *Non juvat venditorem Lex pignoris, ob pretium non solutum, contractui venditionis jam perfecto, ex intervallo extrajudicialiter apposita.*
18. *Feudo vendito, non valet hypotheca pro residuo pretii venditori, absq; speciali consensu Domini, reservata.*
19. *Absq; speciali reservatione hypothecæ, ne quidem rusticis cõpetit pignus in rebus vẽditis pro pretio.*
20. *Oppignorari debent in foro Saxonico bona immobilia coram judice, sub quo immediatè sita sunt, nec validam efficit hypothecam consensus domini superioris.*
21. *Bonorum immobiliũ oppignoratio fieri debet coram eo judice, qui jurisdictionem habet inferiorẽ.*
22. *Ad oppignorationem bonorum Emphyteuticorũ vel censiticorum, utriusq; tàm judicis ordinarii, quàm domini directi consensus est adhibendus.*
23. *Hypotheca bonorum immobilium judicialis non subsistit, nisi ipsemet debitor verbis expressis consensum judicis ad hanc imploraverit.*
24. *Consensus Domini vel judicis, super hypothecâ feudi vel fundi ad tempus certum præstitus, tempore elapso extinguitur.*
25. *Magistratus consentiens hypothecæ ad certum tempus, reservato sibi vel debitori jure reluendi, tacitè consensum prorogare videtur, si finito tempore, non reluantur bona hypothecata.*
26. *Magistratus ob præstitum consensum in oppignorationẽ bonorũ, pluribus creditoribus factâ, nulla ratione tenetur, licet bona omnibus non sufficiãt.*
27. *Competit tamen actio ad interesse adversus Magistratũ, Creditori pecuniam aliàs non creditoro hypothecam falsò idoneam affirmantem.*
28. *Creditor in alienationem pignoris consentiens, illud debitori remisisse videtur.*
29. *Creditor generalem & specialem hypothecam simul habens, prius specialem excutere tenetur, antequam generali utatur.*
30. *Hypothecarius, cui generalis constituta est hypotheca, non potest reliquis Creditoribꝰ præjudicare in speciali hypothecâ, si certam rem semel elegerit.*
31. *Parte debiti licet solutâ, pignoris tamen obligatio pro residuâ debiti parte integra manet.*
32. *Creditor hypothecarius omissâ actione hypothecariâ, personaliter adversus debitorem experiri, inq; alia ejus bona, sibi non oppignorata, executionem petere potest.*
33. *Solutione tantummodò debiti, non etiam cessione aut confusione ex acquisitione dominii extinguitur in totum hypotheca.*
34. *Clausula: de non alienando, adjecta hypothecæ, tribuit Creditori jus executivum adversus tertium possessorem, discusso etiam nondum principali debitore.*
35. *Superest actio hypothecaria Creditori etiam post venditum pignus, si hoc postea evincatur.*

DEFI-

Definit. I.

Bona immobilia in foro Saxonico abſque conſenſu Magiſtratus ſive judicis efficaciter oppignorari non poſſunt, ne quidem à Nobilibus, & Illuſtribus perſonis.

1 SIve quæras de effectu pignoris, quoad cauſandam actionem hypothecariam adverſus debitorem, vel tertium pignoris poſſeſſorem; ſive quoad privilegium prælationis in concurſu plu-
2 rium Creditorum, expeditum eſt; † quod in foro Saxonico bonorum immobilium oppignorationes non aliter valeant, quàm ſi Judicis ſeu Magiſtratus ordinarii autoritate muniantur & corroborentur, *h.* Conſt. *23. art. 8. lib. 1.* Landr. Bened. Reinh. *differ. 21.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 6. num. 14.* Matth. Coler *de proceſs. execut. part. 1. cap. 10.*
3 *n. 194.* Zobel. *part. 2. differ. 28. n. 12.* † Quod ſanè vix mirum alicui videbitur, perpendenti, jura Saxonica nunquam permittere bonorum immobilium alienationem, niſi cum approbatione & conſenſu Judicis, *dict. art. 8. ubi* Gloſſ. *latin. ad text. german. lit. B. art. 52. art. 34. lib. 1.* Landr. Zobel. *dict. diff.*
4 *28. num. 12.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 17. num. 18.* † Quò & pignoris ſeu hypothecæ conſtitutionem refero, quæ alienationis verbo continetur *l. ult. in med. C. de rebus alien.* Hart. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 15. n.*
5 *55.* Heig. *p. 2. quæſt 5. num. 24.* † Quamvis apud omnes certum æquè non ſit, inveteratâne conſuetudine, an certo jure Saxonico hoc ipſum nitatur; de quo diſputat Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 6. n. 15. &* Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. 1.*
6 *quæſt. 10. num. 1.* † At omiſſo eo, tanquam re non magni momenti, noſſe ſufficit rationem hujus juris, quod potiſſimum favorem Creditorum concer-
7 nit, † nimirum: ne una eademque res pluribus ſimul obligetur, ac Creditores credito ſuo defraudentur, *h.* Conſt. *23.* §. Und dieſes. *ubi* Dan. Moller.
8 *n. 15.* Rauchb. *dict. loc.* † Quæ ratio, cùm generalis ſit, ſequitur inde, oppignorationem bonorum immobilium, ſive ſit generalis, ſive ſpe-
9 cialis, indifferenter validam non eſſe, expreſsè † ita diſponente Elect. Saxon. Illuſtriſſimo, *h.* Conſt. *23. in pr. & in* Ordin. Nov. proc. judic. *tit. 46.* §. Aber unbewegliche. *verſ.* Es werde gleich ein
10 Stück / etc. † Ex quo porrò inferendum, nec Comites aut Nobiles, aliasve perſonas illuſtres, bona ſua immobilia extra judicium pignorare poſſe,
11 † Quippe in quibus prædicta ratio non minus, ac in hominibus plebejis atque ruſticis obtinet, Dan. Moll. *hic num. 15.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 29.*
12 *num. 7.* † Nec ulla diverſitatis cauſa afferri poterit, cur in hiſce Conſtitutio Electoralis, generaliter loquens, locum habere non debeat; Niſi quis di-
13 cere auſit: † prædictas perſonas Nobiles atque Illuſtres bona ſua immobilia propterea forſan extrajudicialiter efficaciter oppignorare, quod & ultra quingentos ſolidos abſque inſinuatione judiciali donare valeant, Joh. Schneide-
14 † vvin. *ad* §. *alia. 2. Inſtit. de donat. num. 31.* † Atqui argumentari ita non licet, ob rationem prædictam, oppignorationem extrajudicialem in foro Saxonico prohibentem, quæ certè in donatione, excedente ſummam 500. ſolidorum, omninò ceſſat. † Neque enim in ejusmodi donatione ullam 15 defraudationem metuendam eſſe, quisquam affirmaverit, Berlich *dict. concl. 29. n. 8.*

Ita Domini in cauſa Volrad à Minckvvitzens zu Geuſa/ Menſ. Jan. Anno 1631. (Verba ſent. Es wäre dann/ daß eure unbewegliche Güter / ſo einem andern von Adel verpfändet werden ſollen / unter andern Gerichten gelegen. Auff ſolchen Fall müſte die hypotheca, dafern ſie zu Recht kräfftig ſeyn ſoll / in ſelbigen Gerichten conſtituiret, und der Obrigkeit Conſens hierzu ertheilet werden/ V. R. W.)

Definit. II.

Nec inter Mercatores valida eſt oppignoratio rerum immobilium extrajudicialis.

NOn admittit generalitas *hujus* Conſtit. excepti- 1
onem in Mercatoribus, utique bonorum immobilium, oppignorationem extrajudicialem inter eos valere, exiſtimemus. † At, inquies, in fo- 2
ro Mercatorum non ſolet diſputari de apicibus juris, ſed tantùm de æquitate & bona fide, *arg. l. ſi fidejuſſor. 29.* §. *quædam 4. ff. mandat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 23. definit. 8. n. 3. & tit. 27. defin. 3. n. 2.* Matth. Weſenb. *conſil. 10. num. 40.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 27. num. 27.* Verum equidem hoc eſt: † Sed nego, diſpoſitionem juris Saxonici, quæ hy- 3
pothecas extrajudiciales improbat, cum bonâ fide & æquitate pugnare. Hocque ut aſſeramus, tantum abeſt, † ut etiam vel ex ſolâ æquitate in foro Sa- 4
xonico eam inductam fuiſſe fateri neceſſe habeamus: † Ne ſcilicet una eademque res pluribus ſi- 5
mul obligetur, ac per id Creditores ſuo credito defraudentur *h.* Conſt. *23.* §. Und dieſes. Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 6. num. 14.* † Nec eſt, quod 6
credamus Matth. Berlich. *part. 2. concl. 29. n. 42.* ſolummodo in ditionibus Electoratus Saxonici Mercatoribus res immobiles extrajudicialiter oppignorare fas eſſe, *ex* Edicto peculiari *de 1. Febr. Anno 1614.* §. 5. *verſ.* Alleine Kauffleute / etc. Quod hanc in rem valdè urget; † Sed fruſtra, & 7
contra intentionem Illuſtriſſimi Electoris, qui de ceſſionibus ſaltem ibidem diſpoſitionem fecit. Quam ad oppignorationem bonorum haudquaquam extendere licet, ne per obliquum correctio juris Saxonici inducatur; † quæ omninò eſt vitan- 8
da, *l. præcipimus. 32. in fin. C. de appellat. l. ſancimus. 27. C de teſtam.*

Ita Domini in cauſa Creditorum Jacobi Apels, zu Leipzig/ Menſ. Majo, Anno 1627.
In cauſa Creditorum Johann Ilfelds, Menſ. Jul. Anno 1630.
It. in cauſa Jobſt Bredenbecks Gläubiger / Menſ. Auguſt. Anno 1630.
Et in cauſa Jobſt von Efferns Gläubiger/ Menſ. Jan. Anno 1630

DEFI-

DEFINIT. III.

Annui Reditus in foro Saxonico non nisi judicialiter valide oppignorantur.

1 NOn ignoro equidem disceptationem Dd. controversam: An Reditus annui bonis immobilibus vel mobilibus adnumerentur, de quâ Andr. Gail. *lib. 2. observat. 10. num. 1. & seqq.* Salyc. *in l. jubemus. 14. n. 4. C. de SS. Eccles.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 34. num. 2. & seqq.* Matth. Coler. 2 *de proces. execut. part. 1. cap. 3. num. 248.* † Ac certe propriè loquendo Reditus hi nec inter bona 3 mobilia, neque immobilia referuntur, † sed tertiam speciem bonorum constituunt, Johan. Köpp. *decis. 24. num. 7.* Vincent. Caroc. *de excuss. bon. part. 2. q. 44. num. 33.* Jacob. Schult. *in addit. ad* 4 Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. num. 47.* † Attamen in foro Saxonico absque dubio Reditus annui indifferenter, sive ex bonis immobilibus, sive mobilibus competant, pro immobilibus habentur, *per text. in* Const. Elect. *24. p. 3. ubi* Dan. Moller. 5 *n. 1.* † Ex quo sequitur, Reditus hosce, perinde ac reliqua bona immobilia, non nisi consensu Magistratûs sive Judicis efficaciter oppignorari, Johann. Köpp. *dict. quæst. 24. num. 2.* Matth. Ber- 6 lich. *part. 2. concl. 29. n. 9.* † præsertim, cùm & in hisce metus deceptionis & defraudationis Creditorum subsit, si pluribus obligarentur. † Quâ de causâ, nec in comitatu Mansfeldico id, in quo pretium cupri impensas, in eo factas, excedit (vulgò 7 der Rentgülden) sine consensu Domini pignorari posse, tradit Moll. *ad dict. Const. 24. p. 3. n. 7.*

Ita Domini in causa Abrahami Felbers zu Brosten / Mens. Dec. Anno 1617. (Verba sent. Ob wol nach Sächsischen Rechten die wiederkäufliche Zinsen für unbewegliches Gut gehalten / und dannenhero ohne Bewilligung der Obrigkeit / und ausser Gerichte beständiger Weise nicht verpfändet werden mögen / &c.)

DEFINIT. IV.

Non impedit juramentum debitoris, de non ulterius oppignorando bona immobilia, quo minus hypotheca posterior judicialis præferatur hypothecæ extrajudiciali.

1 CErtum est, quod juramentum in alterius damnum haud redundet, *c. quamvis. 2. de pact. in Sexto.* Andr. Tiraq. *in l. si unquam. 8. in præfat. num. 164. C. de revoc. donat.* 2 † Hinc, licet debitor bona sua immobilia obliget, atque cum juramento promittat, se illa deinceps nulli alii, neque in judicio, neque extra judicium obligaturum: per id tamen non effi- 3 citur, † quò minus Creditor posterior, cui bona contra præstitum juramentum judicialiter sunt obligata, priori debeat præferri, Dan. 4 Moller. *hic num. 31.* † Etsi enim concesserim, actum contra juramentum de non faciendo ipso jure annullari, ut vult Hippol. de Marsil. *in rubr. n. 204 ff. de fidejuss.* Didac. Covarr. *in d. cap. quamvis. 2. p. 2. §. 2. num. 2. de pact. in Sexto.* † Attamen hoc verum est ratione jurantis nequaquam verò in præjudicium tertii id quicquam operari potest. † Non enim tàm ex beneficio debitoris, 6 quàm à lege, posterior Creditor jus hypothecæ atque prælationis validum consequitur. † Quare 7 nec id à debitore tolli aut immutari potest, *l. ult. C. de pact.* ut tradit in simili Anton. Fab. *in Codic. l. 8. t. 27. defin. 32. num. 2.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententiæ: Inmassen dann auch durch Eydliche Versprechung / dieselbe keinem andern / in oder außerhalb Gerichte / anderweit zu verpfänden / die Eigenschaft dem jenigen Creditori, welchem bemeldte Wiederkauffs-Zinsen wider den geleisteten Eyd nachmals Gerichtlichen verpfändet / nicht entzogen werden mag / &c.)

DEFINIT. V.

Oppignoratio bonorum immobilium, extrajudicialiter licet facta, heredes tamen debitoris obligat.

1 SI quis rem immobilem absque judiciali insinuatione pignori dederit, ejusque heredes repetere eam volentes, pecuniam, pro qua pignorata est, solvere nolint, prætendentes ob defectum insinuationis nullitatem hypothecæ, eos non audiendos, sed ad solutionem adigendos esse probat *hæc* Const. 23. §. Und dieses / *vers.* Jedoch wenn einer / &c. Ordin. Nov. Proces. judic. Elect. Saxon. *de Anno 1622. tit. 46. §.* Aber unbewegliche. *vers.* Die Erben aber / &c. † Quamvis 2 ratio hujus juris non adeo expedita sit; Hypothecam namque rei immobilis, absque judiciali insinuatione contractam, nullam esse, ex prædictis textibus *h.* Constit. & Ordin Nov. Proces. judic. satis liquet, † Unde dicendum videtur, & debi- 3 toris heredes huic contravenire posse; quippe qui de nullitate alicujus actus excipientes, non minus sunt audiendi, ac ipsemet defunctus, cui successerunt, Bald. & Dd. *in l. cum à matre. 14. C. de rei vindic.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *p. 3. quæst. 140. num. 58. & seqq.* † At, ve- 4 rum est hoc in actibus, ipso jure nullis, qui nemi- nem, adeoque nec contrahentium heredes, obligare possunt, Jacob. Schult. *dict. loco.* Ar. Pinell. *in l. 1. p. 3. num. 83. C. de bon. mater.* † Hy- 5 potheca autem extrajudicialis, in foro etiam Saxonico, sui naturâ prorsus invalida non est, sed ipso jure subsistit; quamvis per exceptionem à Creditoribus impugnari & annullari queat. † Quæ tamen exceptio non debito- 6 ris heredibus competit, sed tantummodò Creditoribus, quorum interest, ne unâ eâdemque re pluribus simul obligatâ, decipiantur, prout manifestum est ex *dict. tit. 46.* Ordin. Nov. Proces. Judic. *in verb.* Die Erben aber deß / welchem es ohne *insinuation* verpfändet / haben solches der Ursachen halben nicht zu fechten / &c. † Nec obstat, quod oppignoratio rerum im- 7 mobilium extrajudicialis habeatur unkräfftig / hoc est, nulla, *h.* Constit. *23. & dict. tit. 46.* † 8 Dicitur enim ita ratione effectus, quod scilicet impugnari & annullari queat. † Perinde 9 ac juramenta ratione effectus dicuntur nulla, quod

quod nempe retractari possint, licet ipso jure subsistant, *in Auth. sacramenta puberum. C. si adverſ. vendit.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So seyn doch des Schuldeners Erben solche extrajudicial-Verpfändung zu fechten nicht befugt / sondern auff n Fall sie bemeldte Wiederkauffs-Zinsen wiederumb an sich bringen wollen/seyn sie die darauff geborgten Gelder abzustatten pflichtig/V.R.W.)

Definit. VI.

Immobilia judici ipsi, & rursus ab ipso judice sine consensu superioris rectè oppignorantur.

1 INsinuatio judicialis ad oppignorationem bonorum non requiritur, si bona ipsi judici, sub quo sita sunt, oppignorentur, prout latè propugnat
2 Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 24.* † Non solùm, quod hoc casu metus defraudationis (ob quem aliàs insinuatio requiritur judicialis *h.* Const. *23.* §. Und dieſes hat/ꝛc.) cesset; † Cùm judex, memor pignoris sui proprii, Creditores de hoc facilius, quàm
3 de alieno certiores facere, ac damnũ præcavere que-
4 at; † præsertim, cùm ejus potissimum intersit, ut in pignore non tàm potior, quam solus inveniatur, *l.*
5 *2. C. de pignor. l. si generaliter 6. C. qui pot. in pign.* † Sed & quia Magistratus seu judicis consensus hoc casu non ad solennitatem, sed pro pignoris confirma-
6 tione interponitur; † adeoque consensus ex intervallo pignori accedere, & non tantùm verbis expresse, sed & tacitè, ipsoque facto declarari potest *l. fin. ff. ad SCtum Macedon. l. 1. §. prodest. 14. ff. quod legator.* Rauchb. *dict. quæst. 24. n. 19.* Quod certè
7 in ipsa oppignoratione negari nequit. † Unde & feudi oppignoratio rectè fit ipsi domino, superioris etiam consensu vel confirmatione non adhibitâ, Rosenth. *in synops. feud. cap. 9. de feud. alienat. concl. 31.* Rauchb. *dict. quæst. 24.* ubi respondet ad contraria, quæ huic sententiæ aliàs opponuntur.
8 † Quia &, si in casu converso judex ipse debitor bona sua Creditoribus oppignorare velit, facere hoc potest absque consensu superioris, nec propterea oppignoratio invalida judicatur; modò hanc in judicio suo actis publicis à Notario judiciali in-
9 sinuari faciat; † Perinde ut de insinuatione donatio-
10 nis docet Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 9.* † ad amovendam scilicet deceptionis suspicionem, quæ aliàs ab ipso judice debitore hoc casu metuenda esset. Vid. Decis. Elect. nov. 38.

Ita Domini in causa der beyden Catholischen Stifter zur lieben Frauen und S. Severi in Erffurt & Johann Heinrici von Behrings / ad Consultationem Quæstoris in Eckartsberga/Mens. Majo, An. 1632. (Verba sent. So wäre mehrberührte / als von denen Erbherrn selbsten gethane Verpfändung/unangesehen solche absque consensu superioris geschehen / allerdings kräfftig / und hätte der Creditor dadurch ein dinglich Recht erlanget / dessen er sich auch im Fall der Nichtzahlung billich zu erfreuen/ V.R.W.)

Definit. VII.

Jura ac Nomina, in foro etiam Saxonico, absq; insinuatione judiciali efficaciter oppignorantur.

ETsi jura & actiones bonorum mobilium ve immobilium appellatione propriè non veniant, tertiam speciem à duabus aliis differentem constituant, *l. quam Tuberonis. 7. §. in peculio 4. ff. de pecul. l. à divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 14. num. 1.* † 2
Attamen jura, sive res incorporales; putà jus pascendi, venandi, jurisdictio, servitutes, &c. absque insinuatione judiciali procul dubio, in foro etiam Saxonico, efficaciter oppignorari possunt: † Quia 3
in oppignoratione, jura hæc simul Creditori traduntur, & utenda conceduntur, adeoque metus deceptionis, ne pluribus eadem res obligetur, (quæ ratio oppignorationem extrajudicialem aliàs improbat) omninò hîc cessat, Matth. Berlich. *part. 2. concl. 29. n. 16.* † Quâ de causâ etiam Nomina sive 4
actiones personales, ad exactionem nominum competentes, extrajudicialiter validè oppignorari, docent Daniel. Moller. *hîc n. 36. ubi allegat* Wesenb. *in comm. manuscript.* Rauchb. *part. 1. q. 6. n. 27.* † Nimirum, quod & horum oppignoratio traditionem requirat, nec solent ea oppignorari nisi & statim tradantur; ut propterea etiam hoc casu ratio 5
prædicta locum sibi vindicare queat, Moll. *dict. loc.* † Idq; minus dubii habet in terris Electoratus Saxo- 6
nici, propter claram Illustrissimi Electoris sanctionem *in* Ordin. Nov. Proc. Judic. *tit. 46.* §. Ferner die *Nomina.* † adeò, ut sub hypothecâ generali bonorum mobilium atque immobilium nomina 7
etiam comprehendantur, *dict. tit. 46. vers.* Nach dem aber auch/ꝛc. † Quamvis aliud de jure com- 8
muni dicendum videatur, juxta tradita Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 14. num. 3.*

Ita Domini in causa Georgii Freunds zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1586. (Verba sent. Ob euch nun gleich der Schuldener sein Hauß und Hoff und alle seine Güter zum Unterpfande Gerichtlichen verschreiben lassen: Dieweil aber dennoch zuvor allbereit Johann Mohr auff des Debitoris auffenstehenden Schulden / wiewohl nur extrajudicialiter, versichert gewesen/und darauff eine conventional-Hypothecam erlanget; So wird er auch Krafft solcher Verpfändung von den nominibus und auffenstehenden Schulden vor euch billich bezahlet/ꝛc.)

Definit. VIII.

Pignus judiciale, in rebus immobilibus constitutum, à Creditore alii cuidam sine novâ judiciali insinuatione pignori dari potest.

SI *pignus judicialiter alicui sit constitutum, utrum à Creditore alii cuidam, absq; novâ judiciali insinuatione, rursus pignori dari possit?* diversimodè quondam à Lipsiensibus & Jenen- 1
sibus

sibus fuit disputatum ; † ut ostendit Petr. Heig. *part. 2. quæst. 5.* ubi quid utrobiq; adduci, quidve hujus aut illiusopinionis sectatores movere potuerit,indagat. † At hodiè in terris Electoratus Saxonici hæc quæstio verbis disertis est decisa ab Illustrissimo Electore,*in* Ordin.Nov. Processs. Judic.*de Anno 1622. tit. 46.* §. So lassen wir auch/ꝛc. † Pignoris nempe in rebus sive mobilibus , sive immobilibus constituti , oppignorationem , etiam extrajudicialem , absque insinuatione validam esse. † Quod & jamdudum senserunt Petr. Heig. *dict. quæst. 5.* Andr. Rauchb.*part. 1. quæst. 6. num. 28.* Dan.Moller. *hic num.17.& seqq.*†Rationem enim si quæras , cur insinuatio judicialis de jure Saxonico ad hypothecam rerum immobilium necessaria sit, invenies hanc: ne una res pluribus extra judicium obligetur & Creditores decipiantur, *h.* Const. *23.* §. Und dieses/ꝛc. † Quæ certè ratio hîc cessat ; manet namque semper unicum ac principale debitum ut maximè Creditor bona sibi hypothecata alicui rursus oppignoraverit: Siquidem non plus juris in alium transferre potuit,quàm ipse habuit. † Adeoque per ejusmodi oppignorationem pignoris,ab alio sibi constituti, nil amplius in effectu agit Creditor, quàm quod jus suum, in re immobili sibi constitutum,alteri cedat, Petr. Heig. *dict. q.5. num. 12.& seqq.* † At inquies: Ne quidem in terris Electoratus Saxonici cessio hypothecæ extrajudicialis subsistit *ex* Edicto speciali,*sub dato Dresdæ 1. Febr. Anno 1616.* † Verum hoc quidem est:sed in simplici atque nuda cessione, quæ non fit ex titulo oppignorationis. † Quando verò hic titulus præcedit cessionem, ipsa quoque cessio subsistit ; veluti ita Edictum de cessionibus explicat ipsemet D.Elector *in dict. tit. 46.* §. So lassen wir / *vers.* Und wollen so viel/ꝛc. † Vera autem sunt hæc tantummodò in bonis allodialibus ; In feudalium verò bonorum hypothecis res secus se habet. Nec illæ sinè novo Domini consensu alteri cedi, vel pignori dari queunt , *dict. tit. 46.* §. So lassen wir / *vers.* Aber was das / ꝛc. Andr. Rauchb. *dict. q. 6. n. 29.* † Est enim consensus Domini hoc casu strictissimi juris, qui ad certam causam, tempus, vel personam limitatus & restrictus, ulterius extendi non debet,Hartm. Pistor. *lib. 2. q. 7. num. 29.& 38.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. cap. 24. num. 3.* † Usque adeò, ut nec satis sit , si in contractus instrumento Creditori potestas detur in quemcunq; voluerit pignus alienandi , & super hoc contractu consensus domini in solitâ & consuetâ formâ impetretur; nisi in consensu hæc potestas data expressis verbis simul approbetur,Rauchbar. *dict. q. 6. num. 26.* † Ubi hoc ipsum in aula Electorali Saxon. ita observari testatur.Adde Decis. Elect,novis. 40.

Ita Domini in causâ Heinrici à Myhla Mens. Februar. An. 1618. (Verba sent. Hat euch euer Schuldener wegen einer Summa Geldes / damit er euch verhaftet / eine Schuldverschreibung / benebenst dem Gerichtlichen Consens und hypotheca, so ihme auff seines Debitoris Hause verschrieben worden / zum Unterpfand übergeben und verschrieben / ꝛc. So ist solche Verpfändung der Schuldverschreibung und hypotheca, unangesehen sie nicht Gerichtlichen insinuiret worden / zu Recht beständig/ꝛc.)

DEFINIT. IX.

Hypotheca rerum mobilium extrajudicialis seu conventionalis anterior,præfertur aresto & hypothecæ judiciali posteriori in foro Saxonico,contra l. scripturas. 11. C. Qui pot. in pign.

ILlud quidem dubio caret; † quod etiam in foro Saxonico res mobiles extrajudicialiter validè oppignorentur, *h.* Const. *23.* §. *ult.* † quippe in quibus ratio,judicis consensum ad hypothecam bonorum immobilium requirens,metus nempe deceptionis ac defraudationis Creditorum, cessat; cum hæ res rarissimè oppignorari soleant, nisi creditori quoque statim tradantur, Dan.Moll. *hîc. n.36.* † Tantùmq; abest hoc correctum fuisse in terris Electoratus Saxonici per *edictum de cessionibus sub dato Dresdæ 1. Febr.Anno 1614.*veluti Wittebergenses putârunt allegati à Matth. Berlich. *p. 2. concl. 29. n. 12.* † ut id ipsum etiam manifestis verbis denuo repetendum ac confirmandum existimaverit Elect.Illustriss. in Ordin. Nov. Processs.Judic.*de Anno 1622. tit.46.* §. ferner die *nomina. Ibi :* daß dieselbe ohne *solennität*/ so wohl als die fahrende Haab verpfändet werden können. † At hoc extra omnem contentionis aleam positum haud est: *annon ejusmodi hypothecæ conventionali rerum mobilium, præferatur arestum vel hypotheca omnium bonorum judicialis,licet sit posterior?* †Hoc enim voluit Imp. Leo , ut nempe is , qui publicam scripturam habet, & in eâ hypothecam omnium bonorum debitoris, præferri debeat habenti privatam tantùm scripturam, & in eâ generalem hypothecam, icet anteriorem, in *l. scripturas. 11. C. qui potior. in pignor.* † Quod rescriptum cum jureSaxonico expresè sublatum non reperiatur,nil sanè obstare videtur, † quò minus illud in foro Saxonico etiamnum observari debeat *l præcipimus 32. C. de appellat.* † Siquidem casus,in jure municipali omissus , dispositioni juris communis relictus censetur, *arg. l. quicquid astringendæ 99. ubi Dd. ff. de verb. Obligat.* Jason. *in l. si extraneus. 6. n. 1. ff. de cond. caus.* † Verùm practica fori Saxonici aliud docet. Etenim quia Constit. *hæc 23.* pignorationi bonorum mobilium, absque solennitate & insinuatione judiciali factæ, juris effectum & validitatem tribuit: † utique is cui extra judicium in scripturâ, sive publicâ, sive privatâ, bona debitoris pignori prius obligata fuerint, saltem in mobilibus , (von der Fahrnüß / und so weit dieselbe reichet) posteriori indifferenter præferendus existimatur,Dan. Moll.*lib.1.semestr.cap.3.* † Adeoq; etiam uxori vel viduæ ratione dotis illatæ, si post constitutam jam hypothecam conventionalem debitori nupserit,Vide *supr. p.1.* Const. *28. def. 66.*

Ita Domini in causâ Josephi Dorests zu Leipzig/ M. Majo, Anno 1577. [Verba sent. Ob nun gleich gemeldter Düring eine general-Verpfändung / allein unter des Schuldeners Pittschafft und Handschrifft / ohne einverleibte Zeugen erlanget/ꝛc. So wird er dennoch den hypothecariis und Arestanten , so hernach allererst Gerichtlichen ein dingliches Recht erlanget/ in der Fahrnüß und beweglichen Gütern billich vorgezogen/V.R.W.)

It. in causâ Christophori Melanders zu Freyberg/ Mens. Januar, Anno 1635. (Verba sentent. Ob nun wol eures Loch-

Tochter wegen ihres eingebrachten Guts sich des Juris tacitæ hypothecæ & prælationis, in ihres Mannes/des Schuldeners/ Gütern zu gebrauchen befugt. Dieweil aber dennoch bemeldtes Studios conventionalis hypotheca älter ist/ꝛc. So wird er auch seiner Foderung wegen von den Mobilien für eurer Tochter eingebrachtem Gute billich befriediget/V.R.W.]

Et in causa Christiani Beckers zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1636.

Et in causa der Apelischen Gläubiger zu Leipzig/Mense Majo Anno 1627.

Definit. X.

Hypotheca generalis rerum mobilium comprehendit etiam mobilia ac nomina, in alieno territorio existentia.

1 QUia res mobiles etiam absque consensu judicis seu Magistratûs in foro Saxonico donari aliove modo alienari possunt, *art. 52. lib. 1.* Landr. 2 *ubi* Gloss. *latin. sub lit. I.* † mirum certè nemini videbitur, quod mobilia extra judicium quoque validè & efficaciter oppignorentur; 3 † Quia pignoratio species est alienationis, *l. ult. C. de rebus alien. non alien.* Petr. Heig. *p. 2. quæst. 5. num. 24.* 4 † Quod adeò verùm existimaverim, ut ejusmodi hypotheca rerum mobilium conventionalis, generaliter facta, ad quævis mobilia ac nomina etiam alibi, & in alieno territorio existentia, trahatur & extendatur, de quibus etiam contrahentes cogitâsse & egisse videntur. 5 † Quia nomina & mobilia cohærent personæ domini, cui debentur, adeoque & hujus conventionem ingrediuntur, Gloss. & Bartol. *in l. ex facto. 19. §. 2. n. 1. ff. de heredib. inst.* 6 † Nec magis separari possunt nomina ac mobilia à persona domini, quàm anima potest separari à corpore, Matth. 7 Coler, *de proc. exec. part. 1. c. 3. num. 254.* † Unde rectissimè traditur, nomina, ex alieno territorio debita, censeri jure aliorum mobilium, neque æstimari ex loco, unde debentur, sed ex toto patrimonio & domicilio debitoris, quod respiciunt & cui debentur, *l. si fideicommissum. 50. §. 1. junct. §. seqq. de iudic. l. 86. ff. de legat. 2.* Andr. Tiraq. *in l. si unquam. 8. verb. bona. n. 9. C. de revoc. donat.*

Ita Domini ad requisitionem Enoch Pöckels / zu Leipzig/ Mens. August. Anno 1581. [Verba sentent. Hat Barthel Nopel seinem Gläubiger alle seine Haab und Güter/ nichts davon ausgeschlossen / zu Nürnberg zu einem Unterpfand verschrieben/ꝛc. So ist solche Verpfändung/so viel die beweglichen Güter anlanget / zu Recht kräftig/ und wird vermöge derselben bemeldter Gläubiger von den beweglichen Gütern und ausstehenden Schulden/ so viel derer nicht allein in diesem/ sondern auch in andern Gerichten und Landen verhanden seyn / vor allen andern Gläubigern / so keine ältere Verpfändung oder andere dingliche Gerechtigkeit daran erlanget/ billich bezahlet/ V.R.W.]

Et in causa Georgii Freunds zu Leipzig / Mense Januar. Anno 1586.

Definit. XI.

Non trahenda est hypotheca generalis ad res mobiles, quæ post mortem debitoris hereditati accesserunt.

1 HYpotheca generalis, quia est favorabilis, meritò etiam bona futura comprehendit, *l. obligatione. 6. ff. de pignor. l. ult. ff. qui pot. in pign. l. si qui mihi. 28. ff. de jur. fisci.* Bartol. *in l. 1. ff. de pignor.* † Non tamen ea, quæ verisimile est, quemquam 2 specialiter obligaturum non fuisse, *dict. l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pignor.* † Veluti, quæ post mortem heredi- 3 tati accesserunt: † Quæ sanè tacitâ conventione 4 videntur excepta, ut proinde ex eventu mortis debitoris obligata intelligi nequeant, Bart. & Dd. *in l. 1. C. quæ res pign. oblig. non poss.* † Secus verò 5 res se habet, si obligatio post mortem debitoris nominatim concessa fuisset; Quia tùm ratio *dict. l. 6. ff. de pign.* cessat, & vix dubium esse potest, † quin 6 ex pacto ejusmodi expresso res mobiles, hereditati accedentes, oppignoratæ sint, *l. un. C. ut act. ab hered. & contr. hered. incip.*

Ita Domini in causa M. Ludovici Trübens zu Leipzig/ Mense Septembr. Anno 1586. [Verba sentent. So habt ihr euch doch an dem nach des Debitoris Tode auf seinem Gute erbaueten Getreydichts nicht anzumassen; sondern werdet vermöge euer erlangten Conventional-hypothec allein in derjenigen Fahrniß / so zur Zeit des Debitoris Absterben vorhanden gewesen / den andern Gläubigern vorgezogen/ V. R. W.]

Definit. XII.

Creditori datur persecutio bonorum mobilium, sibi oppignoratorum, adversus tertium possessorem.

QUum non minus in bonis mobilibus, quàm 1 immobilibus pignus constitui possit, *l. 9. §. 1. ff. de pignor. h.* Const. *23. §. ult.* consequens est, † ut in jure pignoris, quod anteriori Creditori quæ- 2 situm fuit, nullum ei præjudicium debitor facere queat, *l. debitorem. 15. C. de pignor. l. 12. C. de distr. pignor.* † Cur non ergò Creditor res mobiles, sibi 3 hypothecâ generali oppignoratas, postea verò à debitore alienatas, à tertio possessore, principali tamen debitore prius excusso, vindicare poterit? † sanè iniquissimum esset, si aliter diceremus, *l. 26.* 4 *§. ult. ff. de pignor.* Ant. Fab. *in Codic. l. 8. tit. 6. defin. 21. num. 3.* † Imò absurdum, dolo aut facto 5 debitoris impediri Creditorem, ne pignora sua persequi possit, *l. 1. & 2. C. debit. vendit. pignor. imped. non poss. l. est in arbitrio. 14. C. de oblig. & action.* † Nec tam magnam dubitationem hæc res habet, si 6 adhuc extent mobilium corpora, quæ fuerunt obligata *dict. l. 26. §. ult. ff. d. pign.* Sed si sint deperdita, vel sic alienata, ut reperiri nequeant, aut etiam consumpta, † *an & tum tertius possessor, qui ea* 7 *alienavit, aut consumsit, hypothecariâ conveniri poterit, ut pretium substituat?* Non certè puto; † quia pretium in obligatione non fuit, adeoque 8 nec ullum jus pignoris competere potest Creditori in eâ pecuniâ, quam probare nequeat, fuisse unquam sui debitoris, *l. & quæ nondum. 15. §. quod dicitur 1. ff. de pignor.* † Et per consequens nec 9 actio hypothecaria, quæ non competit sine pignore, *l. 3. ff. quæ res pign. oblig. poss.* † Sed imputet 10 sibi Creditor, cur non hoc casu sibi melius & per satisdationem prospexerit; cum hoc periculum facilè cogitare potuerit, *l. sciendum. 15. ff. qui satisd. cog.* Anton. Fab. *dict. defin. 21. num. 14.*

Ita Domini in causa Christophori Abrahami ab Haugwitz, Mens. Jun. Anno 1632. [Verba sentent. So seyn auch die Gläubiger euch in Anspruch zu nehmen/ und von denen euch geschenckten Mobilien die Zahlung

zu erzwingen nicht befugt: Es wäre dann/ daß etliche unter denselbigen in des Donatoris Gütern und Mobilien vor beschehener Ubergabe eine Hypothecam und dingliches Recht erlanget hätten/ dessen genössen sie auf solchen Fall billich/ꝛc.]

Definit. XIII.

Mercibus tamen, in tabernâ oppignoratis, ac postea singulatim venditis, Creditor adversus emptorem hypothecariâ experiri nequit.

1 EXpediti juris est, quod unà cum tabernà etiam merces in eà contentæ oppignorari queant, adeò ut nec ad mercium oppignorationem in foro
2 Saxonico judicis consensus requiratur. † Siquidem merces in tabernâ inter res mobiles referuntur, *l. mercis appellatione. 207. ff. de verb. signif. l. ult. ff. de condict. trit.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 15.*
3 *num. 10.* † Quo & facit Rescriptum Electorale Scabinis Lipsiensibus insinuatum *24. Januar. Anno 1617.* ac verbotenus relatum à Matth. Berlich. *p. 2.*
4 *concl. 29. num. 31.* † In eo tamen merces venales à cæteris rebus mobilibus differunt, quod, licet hæ post oppignorationem alienatæ à tertio possessore actione hypothecariâ peti possunt, Defin. *præced.*
5 † merces tamen oppignoratas, ac postea singulatim in taberna venditas, Creditor vindicare, aut harum nomine, adversus emptorem actione hypothecariâ experiri nequeat, per text. *in l. cum tabernam. 34. in pr. ff. de pignor. ubi* Gothofr. *lit. B.* †
6 Ex tacita namque conventione videtur debitor pignori dare in tabernâ eas solummodo merces, quæ mortis tempore in taberna inveniuntur; ne aliàs mercatura ac negotiatio impediatur, *dict. l. 34. & l. 6. ff. eod. tit.* † Ac certè si aliud diceremus, non repe-
7 riretur, qui vellet cum debitore contrahere, quem
8 Creditores habere vel sciret, vel suspicaretur. † Ex quo maxima, præsertim mercatoribus, clades inferretur, & consequenter toti Reipublicæ, nemine
9 cum iis contrahere volente, † exemplo ejus, quod scriptum est *in l. quod si minor. 24. §. non semper. 1. l. 7. §. quæsitum. 8. ff. de minor.* Hartman. Pistor. *part. 8. quæst. 20. num. 27. & seqq.* Anton. Neguz. *de pignor. part. 2. membr. 2. n. 23.*

Ita Domini in causa Creditorum Jacobi Apels zu Leipzig/ Mens. Novembr. Anno 1628. [Verba sent. Daß die Seelßischische Erben vermöge ihrer erlangten Conventional-Hypothec allein an die verhandene Mobilien und Bücher im Buch-Handel (darunter aber die bey Lebzeiten des Schuldeners verhandelte und verkaufte Bücher nicht mit begriffen seyn) ihrer prioritât nach/ sich zu halten schuldig/ꝛc.]

Definit. XIV.

Valida est hypotheca bonorum immobilium, coram testibus aut in instrumento constituta, etiam in terris Electoratus Saxonici, non ut hypothecæ judiciali, sed solùm Chirographariis & arestantibus præferatur.

1 ETsi aliàs de Jure Saxonico bona immobilia extra judicium, & absque consensu Magistratus seu judicis, validè & efficaciter oppignorari nequeant, *Supr.* Defin. 1. Fallit tamen hoc in
2 casu, † quo debitor in præsentia duorum vel trium testium, vel pacto, & transactione, sigillis eorum signatâ, hypothecam constituerit. Quæ in terris
3 Electoratus Saxonici valida est, † non quidem ut
4 hypothecæ judiciali, licet posteriori, † sed solùm Chirographariis Creditoribus præferatur, ex dispositione Illustrissimi Electoris, *hîc* Const. *23.* §. Wann auch ein Gläubiger/ꝛc. *& §. seq.* Es sollen aber/ꝛc. Ordin. Nov. Proces. judic. *tit. 46.* §. Da auch ein Gläubiger ꝛc. At, *quid juris in Arestantibus?* † Sanè dum Constit. non nisi Chi-
5 rographariorum mentionem facit, iisque hypothecam extrajudicialem, coram testibus constitutam, præferri jubet *dict.* §. Wann auch. & §. Da auch ein Gläubiger. videntur excepti arestantes poste-
6 riores. † Cùm unius inclusio sit alterius exclusio, *l. cum Prætor. 12. §. 1. & seq. ff. de judic. l. 18. §. 11. ff. de instr. vel instr. legat.* † Sed procul dubio Cre-
7 ditores Chirographarii solummodò exempli gratia ab Illustrissimo Constituente referuntur, ita ut dispositio Electoralis non restringatur, † nec Arestan-
8 tes ab eâ excludantur, *arg. l. regula. 9. §. ult. ff. de jur. & fact. ignor. l. 30. §. ult. ff. de damn. infect.* † Etenim quùm hypotheca, coram testibus vel in
9 instrumento constituta, naturam & qualitatem veræ hypothecæ adipiscatur, *hâc* Constit. *dict.* §. Wann auch: meritò Aresto posteriori præferri debet, juxta Constit. Elect. *28. part. 1.* † Præsertim,
10 cùm sola hypotheca posterior judicialis excipiatur *in* Ordin. Judic. Proces. *dict. tit. 46.* §. Da auch. *vers.* Doch ihme. † Ne scilicet hypothecarii, eâ-
11 dem re pluribus obligatâ, decipiantur, juxta rationem traditam *h.* Constit. *23.* §. Und dieses hat.
12 † Qui certè metus deceptionis in arestantibus cessat, Dan. Moller. *hîc num. 29.* Matth. Berlich. *p. 1. concl. 66. n. 27.*

Ita Domini in causa Simonis Fürstenhäusers zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1584. [Verba sent. Seynd euch von eurem Bruder/ vor einem Notario und etlichen Zeugen/ alle seine Güter/ bewegliche und unbewegliche/ verpfändet worden/ꝛc. So werdet ihr/ kraft solcher Hypothec, allen Arestanten/ Chirographariis und andern Gläubigern/ so nicht gerichtliche Verpfändung oder ältere dingliche Gerechtigkeit erlanget/ billich vorgezogen/. V.R.W.]

Definit. XV.

Creditores, in possessionem bonorum debitoris immissi, non præferuntur iis, quibus anterior hypotheca extrajudicialis coram testibus fuit constituta.

1 ERrant, qui hypothecæ bonorum immobilium, extra judicium, coram testibus aut in instrumento constitutæ, plenissimum juris
2 effectum tribuunt. † Siquidem hanc Illustrissimus Elector Saxon. in Ditionibus suis solis Chirographariis, non autem hypothecæ judiciali, licet posteriori, præferri voluerit, *h.* Constit. *23.* §. Wann auch ein Gläubiger, & Ordin.

din. Nov. Proceſſ. Judic. *titulo 46.* §. Da auch ein
3 Gläubiger. †Nihilominus tamen & eos, qui per executionem, ſive immiſſionem in poſſeſſionem bonorum debitoris, jus reale ſunt conſecuti, ab anteriori hypotheca extrajudiciali fuiſſe præventos,
4 rectiſſimè quis affirmaverit; †Cùm nec areſtantes melioris eſſe conditionis, probaverim Defin. *præ-*
5 *ced.* †Quos tamen æquè, ac miſſos in bonorum poſſeſſionem, pignus quoddam ſeu jus reale obtinere, expeditum eſt Conſtit. Elect. *28. in med. verſ.* Und dann nächſt dieſem / *ubi* Moller. *num. 77.* Joh. Zanger. *de except. p. 2. cap. 1. num. 268.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de privil. Creditor.*
6 *num. 9.* †Nimirum, ſoli hypothecæ judicialiter conſtitutæ, privilegium hoc prælationis indulget Sereniſſimus Saxo *h.* Conſt. *23.* Ergo malè id extenderetur ad pignus illud, quod Creditores per immiſſionem in bonis debitoris conſequuntur, *arg. l. 12. §. 1. & ſeq. ff. de judic.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Iliens zu Leipzig/Menſ. Octob. Anno 1590. (Verba ſent. Hat euer Schuldener / ehe und zuvor Hans Poriſch wider ihn die Hülffe erlanget/ euch eine Verſchreibung zugeſtellet / welche von zwey Zeugen unterſchrieben / und euch darinnen ſein Haus und Garten zum Unterpfand eingeſetzet worden/ꝛc. So werdet ihr kraft ſolcher Hypothec Hanſen Poriſchen/ unangeſehen derſelbe gerichtlichen immittiret/das Haus ſubhaſtiret und verkaufft worden / in der Bezahlung billich vorgezogen/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Valet pignus in re immobili venditâ pro reſiduo pretii retentum citra judicis conſenſum, etiam in foro Saxonico.

1 NEmo forſan dubitat, quin ſimilitudinem & robur conſequatur pignoris lex, ob pretium non ſolutum à venditore contractui emptionis-
2 venditionis appoſita, †ſi contractus ille ſigillo aut ſubſcriptione judicis confirmatus, vel libro judicli, dem Gerichtsbuche/aut ad Acta publica inſinuatus
3 fuerit. †Licet judex verbis expreſſis illam non approbaverit, *arg. l. donatio. 25. l. 31. cum ll. ſequentib. C. de donat. l. geſta. 6. de C. de re judic.* At ſolam pignoris conventionem, absq; judicis autoritate & ratificatione, ratione pretii reſidui, nullam prorſus venditori aſſecurationem, aut jus prælationis tri-
4 buere, aſſerendum videtur. †Quia de jure Saxonico & Provinciali, bonorum immobilium oppignorationes non aliter valent, quàm ſi judicis aut Magiſtratus autoritate muniantur & corroborentur
5 *art. 8. lib. 1.* Landrecht. *h.* Conſt. *23.* †ne, ſi forſan una eademque res pluribus ſimul obligetur, Creditores ſuo credito defraudentur; Quæ ratio in præ-
6 ſenti quoque caſu obtinet. †Nec minus præjudicium privata hæc pignoris conventio affert Creditoribus, anteriorem hypothecam judicialem in univerſis emptorum bonis habentibus, quippe quæ ad res poſtea etiam quæſitas & futuras extenditur, *l. 1. l. obligatione generali. 6. in pr. &*
7 *l. 15. §. 1. ff. de pignor.* †Ut vel propterea venditori ex privatâ conventione jus pignoris haud concedendum ſit, ut diſputat Dan. Moller. *hîc. num. 2. & ſequentib. & lib. 1. ſemeſtr. 4.* quem ſequitur Matth. Berlich. *part. 2. concl. 29. num. 51. & ſe-*
8 *quentib.* †Quo & facit *l. 1. §. ult. ff. de reb. eor. qui ſub tutel.* ubi ſi minor 25. annis emit prædia, ut quoad pretium ſolveretur, eſſent pignori obligata venditori, non valet pignus; Propterea, quod ubi dominium quæſitum eſt minori, cœpit non poſſe obligari: cum minor non poſſit rem ſuam pignori
9 tradere absque decreto, *l. magis puto. 5. §. ſi pupillus. 5. l. 7. §. 3. ff. eod. tit.* †Quare nec Saxonum more pignus valebit, quod citra conſenſum judicis, poſteaquam rerum venditarum dominium emptori quæſitum eſt, privatâ conventione ſtatuitur. †E contrario dici poteſt, contrahentium con-
10 ventionem aliquid operari debere, nec pignus propter defectum autoritatis judicialis annullari, cum Venditor non aliâ lege jus ſuum transferri paſſus fuerit, niſi tali fretus conventione *l. ult. C. de pact. int. empt. & vendit.* †ubi arbitrantur Matth. We-
11 ſenbec. *part. 1. Conſil. 39. num. 7.* Andr. Rauchbar.
12 *part. 1. quæſt. 6. num. 25. & ſequentib.* †Quorum ſententia hodiernâ fori Saxonici obſervantiâ eſt recepta, ac juſtitiæ & æquitati maximè congruere videtur, licet eam impugnare conentur Moller. &
13 Berlich. *allegat. loc.* †Quorum rationes, num in puncto juris ſufficientes habeantur, valdè dubito. Res tota in eo potiſſimum vertitur, †ut diſtingua-
14 mus inter venditorem, in rei ſuæ venditione pignoris jus ſibi reſervantem, & debitorem, bona ſua Creditoribus ſuis oppignorantem: †Hic certè
15 rem anteà oppignoratam, diſſimulatâ obligatione alii per calliditatem oppignorans ſtellionatûs crimen incurrit *l. 2. §. 1. ff. de crim. ſtellion. ubi* Weſenb. *in parat.* †Ejusmodi deceptioni jus Saxoni-
16 cum potiſſimùm occurrere voluit, non niſi judicis conſenſu debitori bona ſua pignorare permittens *h.* Conſtit. *23.* §. Und dieſes. †At venditor in re
17 venditâ pignus pro reſiduo pretii extrajudicialiter ſibi reſervare, nullibi prohibetur. †Neque etiam
18 ſanctio juris Saxonici ſtatutaria *in dict. art. lib. 1.* Landr. ad iſtum caſum ſpecialem, quo venditor, tradendo rem, hypothecam ſibi reſervavit, eſt porrigenda; ſed jus illud ſtatutarium ita explicari de-
19 bet, †ut quàm minimum diſcedatur à jure communi. Specialis autem hîc caſus eſt, quo hâc lege venditor rem ſuam tradidit, aliter eam non traditurus,
20 *arg. l. ult. in fin. C. de pact. int. empt.* †In cujus ſpecie alia quædam pacta, per ſe invalida, quod traditioni rei propriæ adjuncta ſunt, admittuntur. Et ſanè licet quoque aliàs aliquod jus absque aliâ ſolennitate excipere & ſibi retinere, *l. cum in lege. 33. ff. de contr. empt. l. 1. §. 1. l. 3. §. 2. ff. de act. empt. l. 6. §. 3. l. 7. ff. comm. præd.* Weſenb. *dict. conſ. 39. num. 7.* †Neque venditor, pignus hoc
21 modo ſibi reſervando, quenquam decipit; quin ipſe potius deciperetur, ſi pignus non ſubſiſteret, absque quo contracturus non fuiſſet, Rauchbar.
22 *dict. loc. num. 42.* †Ac poſito, quod Creditores poſteriores per id decipiantur, commiſeratione tamen propterea digni haud ſunt, ſed imputent

tent sibi, quod de re sibi pignoratâ, quam sciverunt, à debitore suo nuper emptam esse, non diligentius inquisiverint, *l. qui cum alio. 19. ff. de reg. jur. cap-*
23 *damnum 86. de reg. jur. in sexto.* † Et aliàs multa in consequentiam cum tertii præjudicio permittuntur, quæ alioquin non permitterentur, *l. 62. de acq.*
24 *rer. dom. l. in modicis. 24. ff. de contr. empt.* † Minus habent Creditores anteriores, quod de damno,
25 juri hypothecæ anteriori illato, conquerantur, † Quid enim, si venditor pro residuo pretii dominium expresse sibi reservâsset, quod jure facere potuit, ipsomet fatente Mollero *lib. 1. semestr. dict.*
26 *cap. 4. num. 2.* Ordin. Nov. Proc. Judic. *tit. 42.* §. Also auch wann. † Nec urget quicquam in contrarium, *dict. l. 1. §. ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel.* Præterquam enim, quod in consequentiam trahi
27 non debeant, † quæ ibidem in pupillorum & minorum favorem contra juris communis regulas sunt inducta, *l. 14. l. 15. l. 16. ff. de ll. l. in omnibus. 68.*
28 *ff. de reg. jur.* † varie ac diversimode textus ille explicatur ab Interpret. ut videre est apud Rauchb.
29 *dict. quæst. 6. num. 44. & sequentib.* †. Quin & hujus legis dispositionem difficilem, subtilem, rigorosam, ac ipsis juris principiis è diametro contrariam dicit Ar. Pinel. *in l. 1. p. 3. num. 52. Cod. de bon. matern.* ut vel propterea nil certi ex iis determinare
30 liceat, Rauchbar. *dict. loc. num. 45.* † Ausim dicere, summi ac stricti juris rationem, quæ habetur *in dict. l. 1. §. ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel.* haud obscurè improbari à JCto Paulo *in l. sequent. ff. eod. titulo* ex hâc non ineleganti ratione: quod cum dominio pignus quæsitum sit, & ab initio obligatio in-
31 hæserit: † Quæ ratio non absurdè huc transferri potest, ut non obtineat sanctio juris Saxonici, ubi
32 cum ipso dominio pignus incipit; † Prout textum illum explicat Bach. *ad* Treutl. *vol. 1. disp. 28. th. 11. in fin. ubi* Pauli JCti sententiam omninò probandam asserit.

Ita Domini in causa D. I. R. S. zu Dreßden/ Mense Mart. Anno 1633. [Verba sententiæ: Und es befindet sich/ daß das erkaufte Haus / biß zu gäntzlicher Bezahlung der Kauffsummen/zum Unterpfand dafür verschrieben worden. Wann nun gleich über solche Verpfändung kein ausdrücklicher gerichtlicher Consens ertheilet worden wäre/ꝛc. Dieweil aber dennoch bewährter Rechtsgelehrter Meynung nach dergleichen Hypothecen/so in verkauften Gütern wegen des hinterstelligen Kauffgeldes vorbehalten worden/ wann sie auch gleich nicht gerichtlichen confirmiret noch auffgerichtet worden/zu Recht kräftig und beständig seyn/ꝛc.]

Et in causa Viduæ Casparis Wigands à Schönberg/ Mens. April. Anno 1597.

Item ad requisitionem Prætoris Weissenfelsensis, Mens. Jan. Anno 1601.

Item in causa Martini Zeuners zu Saltze/ Mens. August. Anno 1621.

Definit. XVII.

Non juvat venditorem Lex pignoris, ob pretium non solutum, contractui venditionis jam perfecto, ex intervallo extrajudicialiter apposita.

MUltum differt, an quis bona sua alteri oppi- 1
gnoraverit, an in venditione rei suæ pignus sibi reservaverit. Etsi enim debitor bona sua immobilia Creditori, absque consensu judicis seu Magistratus, extrajudicialiter in foro Saxonico pignori dare non valeat, *hâc* Constit. *23.* † Pignoris 2
tamen effectu haud destituitur conventio privata, quâ quis in re immobili vendita extra judicium, pro residuo pretii, hypothecam sibi reservârit, Defin. *præced.* † Non aliter siquidem venditor jus suum 3
in emptorem transferri passus fuit, quàm fretus hâc conventione, quæ ipsum propterea contractum emptionis-venditionis ab initio statim ingreditur, eique legem ac modum imponit; † ac ob id 4
contractum necessariò præcedere, aut in continenti apponi debet, *l. legem. 10. C. de pact. l. 1. §. si convenit. 6. ff. depos. l. 7. §. quinimò 5. ubi Dd. ff. de pact.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 6. num. 37.* † ita, 5
ut pars sit contractus emptionis-venditionis conventio seu Lex pignoris, Arius Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 52. C. de bon. mater.* † Neutiquam verò con- 6
tractui jam perfecto pactum appositum naturam contractus qualificat. † Quare lex pignoris, con- 7
tractui ex intervallo adjecta, haud quaquam jure contractus subsistit, nisi ipsa hypothecæ conventio judicis autoritate corroborata fuerit: Veluti ita *l. 1. §. ult. cum l. seq. ff. de reb. eor. qui sub tut.* cum Cumano explicat Neguz. *de pignor. in 4. part. princ. n. 34.*

Ita Domini in causa heredum Andreæ Wiesens zu Quedlinburg/ Mens. Septembr. Anno 1620. [Verba sententiæ: Daraus so viel zu befinden / daß ihr von Klägers Zuspruchen wegen der auff eurem Hause gesuchten 200. Thalgestalten Sachen nach / weil seine angezogene Hypothec weder in dem Kauffbriefe vorbehalten / noch hernach gerichtlichen auffgerichtet worden / billich zu entbinden/ V. R. W.]

Definit. XIIX.

Vendo vendito, non valet hypotheca, pro residuo pretii, venditori absque speciali consensu domini reservata.

NOn ut in allodialibus, ita & in feudalibus 1
bonis pro lubitu venditori hypothecam absque speciali consensu, pro residuo pretii, sibi reservare licet, † Quia in bonis feudalibus domini 2
consensus ad ipsam pignoris substantiam pertinet, ut propterea absque eo hypotheca nullo modo consistere queat, Hartm. Pistor. *p. 1. quæst. 32. num. 33.* † Quamvis ergò Dominus simpliciter 3
in venditionem feudi consenserit: Attamen huic venditioni sine novo vel expresso domini consensu pignoris pactum adjici nequit, nec adjectum ullum effectum habet; nisi à domino feudi specialiter corroboratum fuerit, Andr. Rauchb. *part. 1. quæstion. 6. num. 54.* † Siquidem 4
con-

conſenſus Domini ſtrictiſſimi juris eſt, & ad venditionem datus ſeu reſtrictus, ad pignoris cauſam extendi non debet, Matth. de Afflict. & Dd. *in cap. Imperialem. de prohib. feud. alien. per* Frider. Arius Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 52. C. de bon. matern.* Roſenth. *in ſynopſ. feud. cap. 9. concl. 45.*

5 † Quamvis in Aula Saxoniæ Electoris uſu aliud hactenus obtinuerit, ita, ut ſi venditor feudi coram Conſiliariis, more apud Saxones uſitato, emtori illud cedens, ſi nihil in eo, præter pretium ſibi reſervare dicat, eoque pacto emtor inveſtituram accipiat, hoc ipſo, ceu cum Principis conſenſu, pro reſiduo pretii hypotheca jure valida conſtituta cenſeatur, teſte Dan. Moll. *lib. 1. ſemeſtr. c. 4. n. 10. &* Rauchb. *dict. qu. 6. n. 55.*

Ita Domini in cauſa heredum Davidis Schmiedens / & Eliæ Hendels zu Gräſelitz / Menſe Dec. Anno 1630. [Verba ſentent. Ob nun wol Caſpar Toſtens Erben wegen eines von der Kauff-Summa herrührenden und auffm Gute Breitenfeld haftenden reſidui ein prioritätiſches Recht zu haben vermeynen/ fürgebende/ daß der Kauff-Summa halber Verkäuffern ihrem Vater allbereit Anno 1604. und alſo vor euch eine Hypotheca auff dem Lehngut Breitenfeld vorbehalten / und darüber des Lehnherrns Conſens auszubringen von Käuffern verſprochen worden. Dieweil aber dennoch des Lehnherrns Conſens nicht erfolget/ und alſo die vorbehaltene Hypotheca zu Recht nicht kräftig/ ꝛc. So mögen auch vorbemeldte Toſtiſche Erben euch in der Bezahlung nicht fürgezogen werden/ ꝛc.]

Item in cauſa Abrahami ab Harras, & Georgii Heinrici à Schönbergs ad conſultationem Chriſtiani Richters zu Freyberg/ Menſ. Octobr. Anno 1630. [Verba ſent. Ob nun wol bey Schlieſſung ſolches Kauffs unter andern auch dieſes abgeredet worden/ daß das Gut biß zu endlicher und vollſtändiger Bezahlung der gantzen Hauptſumma dem Käuffer zum ausdrücklichen Unterpfande ſtehen und haften ſolle. Da aber dennoch erwähntes Gut ein recht Lehngut wäre/ und die Hypotheca von Churfürſtl. Durchl. als dem Lehnherrn niemals ratificiret worden/ ꝛc. So hätte ſich auch Verkäuffers Sohn ſolcher Hypothec wegen einiger Erſtigkeit nicht anzumaſſen/ V. R. W.]

Definit. XIX.

Absque ſpeciali reſervatione hypothecæ, ne quidem Ruſticis competit pignus in rebus venditis pro pretio.

1 NImium indulget ruſticis Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 28. num. 31. p. 1.* quando iis in rebus venditis pro pretio pignus tribuit, etiamſi de
2 eo nominatim ſibi non proſpexerint. † Idque introductum dicit propter ignorantiam & ſimplicitatem eorum, quam & jura communia favore & immunitate pluribus in caſibus proſequuntur, *l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus. voc. non ier. l. 2. ubi* Dd. *C. de in jus voc. l. 7. ff. de jurisd.* Jacob. Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent. 2. cap. 194.*
3 † Quæ ſententia quoque placet Andr. Rauchb. *p. 1. quæſt. 6. n. 7. &* Matth. Berlich. *p. 1. concl. 64. n. 63.*
4 *& concl. 66. num. 49.* † Sed loquuntur absque autoritate legis, ne dicam contra leges. Expediti enim juris eſt, quod pignus vel hypotheca absque
5 conventione nemini acquiratur. † Quia contractus eſt, adeoque conventio ſeu pactum, *§. 4. Inſtit. quib. mod. re contr. obligat. ubi* Harppr. *n. 2. l. 1. §. ult. ff. de pact. l. ſolutum. 11. §. 2. ff. de pign. act. l. contractus. 23. ff. de regul. jur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 12. defin. 1. num. 4.* † At quænam quæſo 6
erit conventio, ſi de pignore ruſtici ſibi prorſus non proſpexerint, nec hypothecam verbis reſervarint? † Non etiam jus tacitæ hypothecæ ruſticos 7
hoc caſu juvare poteſt, cum nullo jure privilegium tacitæ hypothecæ in rebus venditis, pro pretio, iis conceſſum reperiatur. † Quod tamen non niſi 8
ex certis cauſis lege defertur, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. in quib. cauſ. pignor. tac.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 10. defin. 2. n. 4.*

Ita Domini in cauſa David Wackels zu Freyberg / Menſ. Febr. Anno 1630.

Ad requiſitionem Quæſtoris Leiſnicenſis, Menſe Jul. Anno 1630.

Et in cauſa Creditorum Wolff Clemens zu Freyberg / an Rath daſelbſt/ Menſe April. Anno 1635. [Verba ſentent. Nach allen hypothecariis werden auch Verkäuffers Erben wegen der rückſtändigen Kauffgelder als Chirographarii befriediget. Sie könten dann/ wie recht/ erweiſen und beybringen / daß des Orts durch eine beſtändige Gewohnheit eingeführet / und über Rechts verwährte Zeit/ auff begebende Fälle / iedesmal unverbrüchlich gehalten worden/ daß unter denen Bauersleuten den Verkäuffern der rückſtändigen Kauffgelder wegen / wann ſie ihnen gleich derohalben keine Hypothec ausdrücklichen vorbehalten/ iedoch ein Unterpfand und dingliches Recht gebührt / und verſtattet worden / deſſen genöſſen ſie auff ſolchen Fall billich/ V. R. W.]

Definit. XX.

Oppignorari debent in foro Saxonico bona immobilia coram judice, ſub quo immediatè ſita ſunt, nec validam efficit hypothecam conſenſus Domini ſuperioris.

BOna immobilia coram judice ordinario, ſub 1
quo ſunt ſita, oppignorari debent, nec indifferenter cujuslibet judicis conſenſus validam efficit hypothecam, jusque prælationis tribuit, *h.* Conſt. *23. in pr. verſ.* Für der Obrigkeit / unter welcher ſie gelegen / ꝛc. Ordin. Nov. Proc. Judic. *tit. 46. §.* Aber unbewegliche Gloſſ. *in art. 30. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 17. num. 5.* Joh. Zanger. *de except. p. 3. cap. 25. num. 84.* Petr. Heig. *p. 2. quæſt. 17. n. 18.* Quid autem: † *Si judex loci or-* 2
dinarius, ſuperior & generalis, concurrat cum judice immediato bonorum oppignorandorum inferiori? † Non nego equidem, hypothecam autori- 3
tate Magiſtratus ſuperioris munitam per ſe validam eſſe, irrequiſito etiam conſenſu judicis immediati; cùm & liberum ſit Creditori extraneo coram judice domicilii mutuantis impetrare conſenſum ad oppignorandum ſua bona, ad eum videlicet finem, ut Creditor jure pignoris adverſus debitorem uti poſſit, juxta tradita Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 10. num. 206.* † Et eatenus aſſenti- 4
ri poſſum Hartm. Piſtor. aſſerenti: Conſenſum domini ſuperioris, adhibitum circa oppignorationem bonorum, idem præſtare, quod autoritas ac conſenſus judicis immediati ſeu inferioris efficere poteſt, *obſervat. 45.* † At in hoc ab eo di- 5
vortium facio, quod privilegium prælationis, &

pleniſſimum juris effectum hypothecæ, coram ordinario ſuperiore Magiſtratu conſtitutæ, tribuit,
6 † ita ut vigore hujus pignoris anterioris, Creditor præferri debeat eis, qui poſtea ſpecialem conſenſum immediati Magiſtratus inferioris ſuper iisdem
7 bonis, ſibi hypothecatis, impetraverunt. † Quod non modò verbis Illuſtriſſimi Electoris *in h.* Conſt. *23. pr. & dict. tit. 46.* † Sed & ratione juris Provincialis adverſari videtur; quod propterea ad oppignorationem bonorum immobilium judicis conſenſum requirit: ne pluribus eadem res obligetur, & per id Creditores decipiantur *h.* Conſt. *23.* §. Und dieſes hat ꝛc. Quod ipſum ſuperior Magiſtratus vix impedire poteſt. Nec enim in ampla & latè patente Provincia ſuperior Judex in memoria habet, quænam prædia ab inferiore Magiſtratu jam antea fuerint hypothecata. Eaque cauſa eſt,
9 † quod in contrariam ſententiam communiter abierint Dd. quoad jus prælationis, immediati ſeu inferioris judicis conſenſum ad oppignorationem
10 bonorum immobilium præcisè requirentes, † per text. *in* Landr. *lib. 1. art. 21. poſt. pr. verſ.* zu Fürwendig dem Gerichte / *ubi* Gloſſ. *lat. lit. B.* & Gloſſ. *in art 30. num. ult. lib. 2.* Landr. Coler. *dict. dieſ. 17. & de proc. exec. p. 1. cap. 10. n. 202. & ſeqq.* Matth. Berlich. *part 2. concl. 29. num. 66.* Fachſ. *l. 1.*
11 *diff. 4. & 5.* Reinh. *p. 1. differ. 23.* † Nec obſtat ratio adducta ab Hartmann. Piſtor. *dict. obſ. 45.* Quod ſcilicet Magiſtratus ſuperior dicatur habere jurisdictionem cumulativè cum inferiore, non autem
12 privativè, *l. fin. C. de jurisd. omn. jud.* † Exinde enim non ſtatim infertur, quod Magiſtratus ſuperior notitiam habeat bonorum, coram judicibus inferioribus oppignoratorum, ita ut unam eandemque rem pluribus Creditoribus obligari haud metuendum ſit, juxta *h.* Conſt. *23.* §. Und dieſes. †
13 Quamvis & reſponderi queat, de jure hodierno, quo Nobiles ac plerique alii Magiſtratus unà cum feudis jurisdictionem titulo feudi teneant, eam privativè conceſſam videri, *tit. 28. F. 2.* Ut ſcitè tradit Henr. Bocer. *de jurisdict. cap. 8. num. 80.* & dixi de hoc *in pract. crimin. part. 3. quæſt. 109. num. 97. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Henrici à Behrings / ad requiſitionem Quæſtoris zu Eckartsberga / Menſ. Majo, Anno 1632. [Verba ſententiæ: So hätte der Creditor an denen vor der ordentlichen unmittelbaren Obrigkeit verpfändeten Stücken ein dingliches Recht erlanget / deſſen er ſich auch im Fall der Nichtzahlung / vor allen andern / ſo auch vor ihm / aber doch bey der hohen mittelbaren Obrigkeit eine General-hypothec erlanget / billich zu erfreuen / V. R W.]

Definit. XXI.

Bonorum immobilium oppignoratio fieri debet coram eo judice, qui jurisdictionem habet inferiorem.

1 PArum refert, an judex, oppignorationi bonorum immobilium conſentiens, ſedeat pro tribunali, nec ne. Non enim de neceſſitate requiritur, ut in oppignoratione bonorum conſenſus imploretur à Judice, pro tribunali ſedente.
2 † Cum hic actus non ſit contentioſæ, ſed voluntariæ jurisdictionis; qui etiam à Judice deambulante, vel in ipſius domo, aliove loco expediri poteſt, *l. à procedente. 4. ubi* Bart. *in pr. C. de dilat.* Matth. Coler. *de proc. executiv. part. 1. cap. 10. num. 201.* † At hoc obſervandum eſt, circa hy- 3
pothecam bonorum immobilium impetrandam, quod ſi in loco, in quo bona oppignoranda ſita ſunt, duo concurrunt judices, quorum unus habet inferiorem, alter ſuperiorem jurisdictionem, † op- 4
pignoratio fieri debeat cum conſenſu iſtius judicis, qui jurisdictionem habet inferiorem, juxta Ordin. provinc. Elect. Sax. *de Anno 1555. tit.* Was zu Ober- Nieder- oder Erbgericht gehörig / Coler. *de proc. execut. p. 2. cap. 1. n. 138.* Johan. Zanger. *de except. p. 3. cap. 25. n. 84.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 29. num. 69.*

Ita Domini in eadem cauſa. [Verba ſent. Da aber noch zur Zeit der beſchehenen Verpfändung ihnen die Erbgerichte zuſtändig geweſen / ꝛc. So wäre ſolche / als vor dem Erbherrn gethane Verpfändung allerdings kräftig / ꝛc.]

Definit. XXII.

Ad oppignorationem bonorum Emphyteuticorum vel Cenſiticorum, utrique tam judicis ordinarii, quam domini directi conſenſus eſt adhibendus.

1 CErtè, ſi dominus directus eo in loco, ubi bona emphyteutica vel cenſitica ſita ſunt, habeat jurisdictionem, & ita bona non ſolùm ab eo recognoſcantur, ſed & immediatè ipſius jurisdictioni ſint ſubjecta, dubium non eſt, † quin iſtius con- 2
ſenſus requiratur ad oppignorationem bonorum *h.* Conſt. *23.* §. Wann auch. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 204.* † *Sed ſi alius* 3
ſit dominus directus, alius verò dominus jurisdictionis, qui in loco bonorum oppignorandorum jurisdictionem immediatam habet; *Cujusnam domini conſenſus hoc caſu ad conſtituendam hypothecam implorari debeat?* magna quondam erat diſceptatio; † ut videre eſt apud Dan. Moller. *hic.* 4
num. 33. & lib. 1. ſemeſtr. 20. Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 24. num. 34.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 29. num. 72.* Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 10. n.* 5
204. † Quæ tamen hodiè ſopita & ab illuſtriſſimo Saxon. Electore, utriusque, tàm domini directi, quàm judicis ordinarii conſenſum, ad bonorum Emphyteuticorum & Cenſiticorum oppignorationem requirente, *in* Ordin. Nov. Proc. Judic. *de Anno 1622. tit. 46.* §. Würde ſichs auch. Ita ſut 6
horum alterutro omiſſo, hypotheca de jure non ſubſiſtat. Quod ſanè ratione haudquaquam caret; † Illius enim, nempe domini directi, con- 7
ſenſus propterea adhiberi debet, quia de jure aliàs hypotheca valida non eſt, Andr. Rauchb. *d. quæſt. 24. num. 35.* † Hujus verò, nempe judicis 8
ordinarii, conſenſus omitti nequit, propter executionem, quæ à judice, ſeu domino jurisdictionis eſt impetranda, † quam aliàs ad pignorationem non requiſitus, procul dubio denegaturus vel difficiliorem redditurus eſſet, ut ipſemet 9
Dominus Elector innuit, *dict. loc.* † Quam ob 10
cauſam etiam jamdudum Dn. Scabini hypothecam, utriusque Domini autoritate corroboratam, pignori, non niſi alterius conſenſu conſtituto, licet priori, præferendam exiſtimarunt.

Ita

Ita Domini in causa Michael Schweitzers zu Leipzig / M. August. Anno 1576. (Verba sent. Hat ein gut Freund/ welchem ihr 400. fl. eine Zeitlang vorgestrecket/auch seinen Garten mit Verwilligung des Lehn Herrns / und zuvor denselben einem andern Gerichtlichen allein verpfändet. Ob nun wol dieselbe Verpfändung gerichtlichen und älter ist; So werdet ihr doch derselben / von wegen des Lehn-Herrns Gunst und daß eure Verpfändung zugleich auch vor den Gerichten geschehen / billich vorgezogen / V. R. W.)

Definit. XXIII.

Hypotheca bonorum immobilium judicialis non subsistit, nisi ipsemet debitor verbis expressis consensum judicis ad hanc imploraverit.

1 CErti juris est, Magistratum oppignorationi bonorum immobilium, etiam invitum, consentire teneri, nec absque justâ & sufficiente causâ hypothecæ insinuationem denegare posse, per tradita Dan. Moll. *hic. n. 14.* Gloss. *lat. ad text. germ. in* Lauds. *lib. 1. art. 52. lit. C. vers. si autem*
2 *illorum consensus.* † Modò ipsemet debitor consensum imploraverit. Nam si Creditor solus, non adhibito debitore, adeat judicem, & hypothecam, sibi à debitore constitutam, actis publicis
3 insinuari petat, ea neutiquam valebit, † Modest. Pi-
4 stor. *part. 4. quæst. 137.* † Quia nemo alterius bona sine domini consensu sibi obligare potest, *arg. l. id quod nostrum 11. ff. de Reg. jur.* † Ac licet debitoris voluntas ex cautionis instrumento à Credi-
5 tore judici exhibito colligatur: † Nihilo tamen magis Judex autoritate suâ hypothecam firmiter corroborare potest, priusquam debitorem audiat, an scilicet habeat exceptionem aliquam contradicendi, aut qualiter Creditor ejusmodi cautionem à de-
6 bitore impetrârit, Modest. Pist. *d. loc. n. 2. & 3.* † Quin & cum debitor in judicio coram Magistratu solutionem promiserat sub pignoratione omnium bonorum suorum, (bey Verpfändung aller seiner Haabe und Güter) attamen promissione hâc validam bonorum hypothecam haud constitutam esse, nec jure aliquo prælationis præ reliquis gau-
7 dere Creditorem, existimârunt Dn. Scabini. † Propterea, quod debitor expressis verbis consensum Magistratus ad oppignorationem bonorum non petierat.

Ita Domini in causa Valentini Hammers, contra Christophorum Opitzen ejusque Creditores zu Halla / M. Jul. Anno 1632.

Definit. XXIV.

Consensus Domini vel judicis, super hypothecâ fendi vel fundi ad tempus certum præstitus, tempore elapso extinguitur.

1 HAud rarò Domini ac Magistratus ad certum duntaxat tempus, putà biennium, triennium &c. Vasallis & subditis suis, feuda, aliaque immobilia bona pignori dare volentibus, con-
2 sensum impertiunt. † Quo tempore elapso, novoque consensu non impetrato, jus pignoris extinctum & sublatum est, ita ut in concursu Creditorum præferantur ii, quibus postea autoritate & consensu Magistratus eadem bona oppi-
3 gnorata fuêre. † Quod certè dubium non habet, si consensus, ad certum tempus præstito, clausula cassatoria vel annullatoria, ut scilicet post tempus illud consensus irritus & nullus sit, (daß nach Verfließung der Zeit der *Consens* todt/ abe und nichtig seyn soll) fuerit adjecta, Andr. Rauchb. *p. 2. quæst. 23. n. 1.* † Quia clausula cassatoria 4
per se nullitatem actus, si quid contra factum fuerit, inducit, Bartol. *in l. si ita quis promiserit 135. §. ea lege 3. n. 6. de verb. obligat.* † Quin etsi citra clausu- 5
læ cassatoriæ expressam adjectionem Dominus vel Magistratus simpliciter ad certum tempus consenserit; si tamen nulla consensus tacitè prorogati indicia apparuerint, idem dicendum arbitror *cum* Rauchb. *dict. quæst. 23. n. 1.* Rosenth. *de feud. cap. 9. numb. 1. concl. 18. n. 12. &* Berlich. *p. 2. concl. 66. n. 58* † Nam permissum ad tempus, post tempus 6
prohibitum censetur *l. statu liberum. 11. vers. Stichum. l. Titia. 34. §. ult. ff. de legat. 2. l. pater filium. 38. §. fundum. 3. ubi* Bartol. *ff. de legat. 3.* Menoch. *lib. 3. cons. 214. n. 14.* † Imprimis verò quoad bona feu- 7
dalia notissimum est, quod consensus limitatus producat effectum limitatum, & ad non expressa haud extendatur, *Dd in c. Imperialem de prob. feud. alien.* Hartman. Pistor. *lib. 2. q. 7. n. 29. & 38.* Nec obstat, † 8
quod tempus non sit modus tollendæ vel mutandæ obligationis, *l. obligationum. 44. §. 1. ff. de obligat. & act. l. 55. ff. de legat. 1.* † Quia hic non de ob- 9
ligatione, sed de consensu Domini sublato agitur; ob cujus defectum jus pignoris cessat, Rauchb. *dict. loc. n. 7.* ubi & aliter respondet: † Tempus 10
scilicet non inducere nec tollere obligationem, parere tamen exceptionem, *l. 4. pr. vers. sed tamen si hæc. ff. de servit.* † Quin & tempus tollit obligatio- 11
nem, si in hunc finem à contrahentibus adjectum fuerit, *l. qui hoc anno 42. ff. de Verb. obligat.* Bartol. *in l. eum qui 56. §. qui ita 4. n. 1. ff. eod. tit.* Adde Decis. *nov. 31.*

Ita Domini in causa Gertrudæ, Conjugis Andreæ Helischers, Mens. Nov. Anno 1598. (Verba sent. Dieweil aber dennoch des Raths Consens nur allein auff 3. Jahr ertheilet worden / welche Zeit nunmehr verflossen / &c. So ist auch gedachte hypothec und Verpfändung erloschen/&c.)

It. in causa Wolff Röders zu Pösa/Mens. Jan. Anno 1636. (Verba sent. Ob nun wol der Schuldener seine Wiese mit Einwilligung des Erb- und Gericht-Herrns unterpfändlichen eingesatzt und verschrieben; Dieweil aber dennoch der Consens länger nicht als auff vier Jahr lang gerichtet/und solche verlängsten umb und verflossen seyn/&c. So habt ihr euch auch ferner desselben nicht zu erfreuen / sondern es ist die euch bestellte hypothec nunmehr erloschen/ V. R. W.)

It. in causa Viduæ & heredum Andreæ Jahns zu Annaberg/ Mens. April. Anno 1633.

In causa Zachariæ Schädigers zu Leipzig/Mens. April. An. 1580.

In causa Dn. Donati à Freiwalds, contra Nobiles ab Ende, Mens. Mart. Anno 1635.

In causa Michael Möschers contra Christinen Jacob Durmbs Wittben zu Arnshaugke/Mens. Mart. An. 1636.

Et in causa Hansen Christophens Scideweiß/Mens. August. Anno 1636.

Definit. XXV.

Magistratus consentiens hypothecæ ad certum tempus, reservato sibi vel debitori jure reluendi, tacitè consensum prorogare videtur, si finito tempore, non reluantur bona hypothecata.

QUod dixi, consensum Domini seu Magistra- 1
tus, super hypothecâ ad certum tempus præstitum, elapso eo, ulterius non durare, nec

Jus pignoris diutius subsistere, Defin. *præced.* hoc
2 verum est, † nisi consensus tacitè prorogati appa-
3 reant aliqua indicia. † Quid enim si Magistratus ad certum quidem tempus consentiat, adjectâ tamen clausulâ reservatoriâ : ut scilicet finito tempore sibi ipsi aut debitori , vel cui hoc permiserit, liberum sit feudum oppignoratum reluere, post tempus verò elapsum jure reluendi non
4 utatur? † Certè tum consensus eo usque robur & firmitudinem obtinebit, donec vel ab ipso , vel à debitore aut alio , cui à Magistratu hoc permissum est, pignoris reluitio fiat, Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 23. n. 17.* Berlich. *part. 1. concl. 66. n. 59.* Dan.
5 Moll. *lib. 4. semestr. cap. 24.* † Quamdiu enim Dominus jure reluendi sibi reservato non utitur , tacitè in solutionis & pignoris prorogationem con-
6 sentire existimatur, † Cujusmodi consensus, ipso facto declaratus , etiam ad feudi oppignorationem sufficit, Zasius *in Epit. feud. part. 9. num. 31.* Mynsing. *cent. 4. obs. 87.* Schrad. *de feud. cap. 10. n. 64.* Herm. Vult. *de feud. cap. 10. n. 64.* Adde Decis. *nov. 31.*

Ita Domini in causa D. Johannis Hoffmanni zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1581. (Verba sent. Ob gleich Christoph Töpffer seinen Gasthoff zu Nürnberg George Hopffen vor 200. Gülden / so er ihme auff sechs Jahr lang geliehen/ mit Gerichtlicher Gunst / iedoch denselben nach obbestimter Zeit wiederumb frey zu machen und abzulösen verpfändet/ und mitlerzeit Todes abgangen/auch die bestimmten 6. Jahr verflossen / ꝛc. So bleibet doch solcher gerichtlicher Consens bey Kräfften/ und wird demnach gedachter Hopffe von dem Kauffgelde solches Gasthofes vor euch billich befriediget/ V.R.W.)

Definit. XXVI.

Magistratus ob præstitum consensum, in oppignoratione bonorum pluribus Creditoribus factâ, nullâ ratione tenetur, licet bona omnibus non sufficiant.

1 INsinuationem hypothecæ rerum immobilium, jus Saxonicum propterea requirit , ne res una eademque pluribus obligetur , & ita Creditores pecuniis , mutuò datis, ab improbis & malitio-
2 sis debitoribus defraudentur. † Quam unicam hujus rei rationem assignat & probabilem facit Electoralis Constitutio *h. 23. §.* Und dieses hat/ꝛc.
3 † Eò scilicet respexit Illustrissimus Elector, ut Creditores de hypothecis anterioribus à Magistratu seu judice admoniti & certiorati cautius agere ac
4 sibi prospicere queant. † Quid autem: *si judex absque prævia admonitione indifferenter pluribus oppignorationibus consensum accommodaverit, ac*
5 *postea bona hypothecata omnibus non sufficiant?* † Sanè, tum judicem seu Magistratum ipsum Creditoribus ad interesse teneri , ex jam dictis sequi videtur. Quia Creditores, fidem & autoritatem Magistratus secuti, in hanc calamitatem inciderunt, qui, si scivissent, bona debitoris aliis quoque esse obligata , vel de hoc saltem admoniti fuissent,
6 nunquam forsan pecuniam credidissent. † Unde vix aut ne vix Magistratus culpam omnem effugere potest , ut haud immeritò ad interesse obstringatur, prout existimat Berlich. *part. 2. concl.*
7 *29. n. 71.* † Attamen Magistratui consentienti eatenus saltem culpa imputari potest , si creditoribus , in anteriores hypothecas inquirentibus, &, num sufficientia debitoris bona sint nec ne , explorantibus tacuerit , nec easdem manifestave-
8 rit, † Alioquin sanè si de jure pignoris anteriori non quæsitus , subsequentibus etiam hypothecis consensum suum accommodaverit ; nec quicquam contra officium boni viri aut judicis egisse videbitur ; † Nec propterea ullatenùs ad interesse 9
tenebitur, ut rectius sentiunt Virgil. Pingitz. *quæst. 38.* Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 3. part. 1. qu. 13.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Moll. *hîc. n. 14.* Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 17. n. 17.* † Nullibi enim in jure 10
Saxonico aut Provinciali dispositum reperitur ; ut Magistratus, super oppignoratione imploratus, de anteriori verò hypotheca & sufficientiâ bonorum non quæsitus , propriâ sponte anteriorum Creditorum jura manifestare debeat. † Multò 11
minus verò ob præstitum consensum Creditoribus obstrictus est , quum Magistratus consentiens in hunc finem , ut autoritatem & licentiam negotii gerendi præstet, ipsemet non obligetur, *l. Cajus 39. ubi* Castr. *ff. de pign. act. & in l. cum quædam 26. C. de admin. tutor.* Bald. *in l. ult. pr. vers. necessitate C. de bon. quæ lib.* † ut latius & eleganter 12
demonstrat Virgil. Pingitz. *dict. quæst. 38. n. 33. & seqq.* ubi etiam ad contraria respondet.

Ita Domini in causa D. Jahns von Milcken / Mens. Febr. Anno 1630. (Verba sentent. Wann nun gleich die vor euren Gerichten verpfändeten Güter zu aller darauff versicherten Gläubiger Befriedigung nicht zureichen würden / ꝛc. So möchtet doch ihr als die Obrigkeit wegen der ertheileten gerichtlichen Consensuum dafür zu hafften / und von den eurigen den Mangel zu ersetzen nicht gedrungen / noch derohalben beständiger Weise belanget werden/ V.R.W.)

Definit. XXVII.

Competit tamen actio ad interesse adversus Magistratum, Creditori, pecuniam aliàs non credituro, hypothecam falsò idoneam affirmantem.

NE tamen Creditoribus omnis via periculum 1
effugiendi præclusa sit, liberum ipsis est, diligentius in conditionem debitoris ejusque bona inquirere , & à judice explorare , num rectè ac satis sibi cautum sit, pignore sive hypothecâ bonorum à debitore ablatâ. † Nam tum judex 2
requisitus, inspectis antea libris judicii , si forsan bona oppignoranda anterioribus Creditoribus aliis hypothecata fuerint , idipsum manifestare, deque hoc creditores quærentes certiores facere tenetur. † Ne scilicet pluribus unâ eâdemque 3
re obligatâ , posteriores Creditores decipiantur, *h.* Const. *23.* §. und dieses hat. † Hocque si facere 4
neglexerit, & Creditori, pecuniam aliàs non credituro, idoneam hypothecam affirmaverit, cum non sit, procul dubio ad interesse tenebitur; sive sciens, sive ignorans Creditores fefellerit, Dan. Moller. *l. 1. semestr. 21.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 24. n. 29.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Moll. *hîc. n. 14.* Berl. *p. 2. concl. 29. n. 69.* † Quis enim non videt, si non 5
dolo, culpâ tamen judicis , Creditoribus hoc casu damnum accrescere, cujus officio incubuerat, libros publicos, in quos contractus solent referri, inspicere, & ex illis certi quid cognoscere , antequam cautionem sufficientem esse, Creditoribus responderet. † Quæ certè culpa ad restitutionem 6
damni judicem obligat; quippe quod ipsemet dedisse videtur, *arg. l. qui occidit 30. §. in hac quoque actione. 3. ff. ad Leg. Aquil. l. Prætor ait. 2 in fin. ff. Vi bon. rapt.*

Ita

Ita Domini ad consultationem I. à D. Mens. Febr. Anno 1629. (Verba sent. Auff ein Fall auch die Hypothecarii nicht alle befriediget werden könten / seyn sie den Erbherrn/wofern derselbe bey Ertheilunge der Consensuum auff ihrer der Gläubiger Befragung die darauff hafftende sämmtliche Schulden nicht angezeiget/gebührlichen zu belangen/und sich bey ihme ihres Schadens halber zu erholen wol befugt/V R.W.)

Et in causa heredum Petri Zeidlers zu Leipzig / Mens. August. Anno 1590.

Definit. XXIIX.

Creditor in alienationem pignoris consentiens, illud debitori remisisse videtur.

1 QUamvis remissio pignoris nunquam præsumatur, Decius *in l. postquam liti. 4. n. 16. C. de pact.* Andr. Tiraquell. *in l. si unquam. 8. in præfat. n. 128. C. de revoc. donat.* † Siquidem remissio donatio est, *l. Modestinus 23. ff. de donat.* Quæ certè non præsumitur, sed probari debet; adeò, ut potius factum quem fuisse, quàm donâsse credatur, *l. cum de indebito. 25. ff. de probat.* † Attamen consensus tacitus & præsumptus sufficit ad hoc, ut quis pignori vel hypothecæ renunciasse existimetur; Et iisque conjecturis, ex quibus aliàs tamen consensus colligitur, pignoris quoque remissio probari potest, Neguz. *de pignor. in 3. membr. 6. part. pr.* Joseph. 4 Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1173. num. 7.* † Quare si Creditor permittat pignus vendi, vel alio quovis modo alienari, pignus remisisse videtur, *l. si debitor. 4. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypothec. sol. l. sicut. 8. §. si voluntate. 6. ff. eod. tit. l. 2. C. de remiss. pign.* Jason. *in l. si fundum. 81. n. 39. ff. de legat. 1.* Bartol. *in l. ult. C. de remiss. pignor.* Mascard. *dict. concl. 1173. n. 8.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 14. defin. 6.* 5 *n. 1.* † Modò tamen Creditor in alienationem pignoris expressè consentiat; aliàs sane pignus remisisse non videbitur, *l. sicut. 8. §. non videtur 15. ff. quib. mod. pig. vel hypoth.* Masc. *d. loco. num. 19.* Anton. Fab. *dict. tit. 14. defin. 12. Vid. Const. seq. defin. 9. n. 2.*

Ita Domini in causa Johannis Pezolds zu Lengefeld/Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch bemeldtes Zacharie Försters Mutter und Erben nicht allein bey solchem Kauff gewesen und den Leykauff trincken helffen / sondern auch darein ausdrücklichen gewilliget / &c. So haben sie sich hierdurch ihres auff dem verkaufften Gute erlangten Unterpfandes verlustig gemacht/ und seyn davon abgewichen / derwegen werdet ihr bey eurem erkaufften Gute geruhlichen billich gelassen/ V.R.W.)

Et in causa Christophori Pfitzens & Consort. zu Ebersbach/Mens. Jul. Anno 1635.

Definit. XXIX.

Creditor generalem & specialem hypothecam simul habens, prius specialem excutere tenetur, antequam generali utatur.

1 PIgnoris natura individua est, hocque totum Creditor, pro quacunque etiam parte crediti, possidet, nec ad quantitatem debiti hoc casu est respiciendum, *l. Creditor. 25. ff. si cert. pet. tot. tit. C. si unus ex plur. hered. Cred. l. 47. ff. de jur. fisci.* Petr Heig. *part. 2. quæst. 6. n. 29.* Ex quo sequitur, † Cre- 2
ditorem, si ex re sibi oppignoratâ tantum possideat, ut pecuniam sibi debitam inde redigere possit, nihilominus alteram pignoris partem à secundo Creditore possessam vindicare posse, *l. 2. ff. qui pot. in pign.* † ut latius persequitur Hartm. Pistor. *lib. 3.* 3
quæst. 12. per tot. Gacher. *decis. 159.* Neguz *de pign. 5. part. membr. 2. ad fin.* Didac. Covarr. *lib. 3. variar. resolut. cap. 8.* † Nec si plus sit in pretio pignoris tra- 4
diti, secundum Creditorem in possessionem ejusdem admittere teneri, Petr. Heig. *dict. q. 6. n. 26.* † 5
Quia fieri potest, ut in usuras futuras deinceps illi satis cautum esse non possit, etsi præsenti statu inspecto, pignus sufficiens videatur, † Neque ideò, qui 6
nunc suum recipit, possessione cedere compellendus est *l. quærebatur. 20. ff. qui pot. in pignor. l. 15. de pignor. & hypoth. l. nulla. 5. C. de solut.* Heig. *dict. loc. n. 28.* † Attamen in casu, quo quis ultra generalem hy- 7
pothecam etiam pignore speciali sibi prospexit, non prius hypothecariâ persequi potest cætera debitoris bona, priusquam egerit in specialiter obligata, *l. 2. C. de pign.* † Nam qui duplicem habet hypothecam, 8
generalem & specialem, prius excutere debet specialem hypothecam, antequam utatur generali, *dict. l. 2. C. d. t.* Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 13. per tot.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 6. defin. 8. num. 1. & lib. 6. conject. 13.* Jacob. Cujac. *lib. 11. observat. 32.* Johan. Köppen. *decis. 4. num. 1. & seqq.* Neguz. *de pignor. p. 5. membr. 2. num. 51. & part. 8. membr. 1. num. 20.* † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Elect. *in* Or- 9
din. Nov. Proc. Judic. *tit. 46. §.* Ob nun wol alle die. *vers.* So ist doch hierbey sonderlich/&c. † Idque 10
non solum in favorem posterioris Creditoris, ne si forsan anterior, prætermissa speciali, generali uteretur pignore, hic damno afficeretur, ut declarat Covarr. *dict. cap. 18. num. 2. vers. septimo constat.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 13. num. 3.* † Sed & quod 11
generalem accipiens hypothecam, unà cum speciali, hoc quasi tacitè agere videatur, ut generalis sit subsidiaria; ad quam non nisi post specialem fiat recursus, Anton. Fab. *lib. 6. conj. 16.* Russard. *in not. ad dict. L. qui generaliter. 2. ff. qui pot. in pign.* Connan. *lib. 4. cap. 17. num. 6.* † Ex quâ ratione hanc ju- 12
ris sanctionem Hartm. Pistor. adeò extendit, ut specialis hypotheca semper ante generalem sit discutienda, sive cum Creditore, sive cum debitore, aut cum extraneo agatur, *dict. quæst. 13. n. 9. vers. cumq; ratio ista, &c.* † Quamvis alii eam restringant ad 13
concursum Creditorum, quando scilicet inter primum & secundum Creditorem de prioritate controversia incidit. † Quod & sensisse videtur Il- 14
lustrissimus Elect. Saxon. *dict. tit. 46. vers.* So ist doch hierbey/ &c. † Alias quoque hujus Sanctionis 15
Ampliationes & Limit. tradit Hartm. Pist. *dict. loco.*

Ita Domini in causa Matthæi Rudels zu Gebesee / Mens. Nov. Ann. 1630. (Verba sent. Hat sich zu Valtin Grafepeins Vermögen ein concursus Creditorum ereignet/ darbey ihr euch eurer Foderung wegen / damit er euch verhafftet/und auff seinen Garten eine special-Versicherung gethan / gleichfalls angegeben; Ob ihr nun wol darneben auch auff des Debitoris Gütern in gemein eine general-Hypothecen erlanget / etc. So seyd ihr euch doch vor allen Dingen anfänglichen

lichen an die ſpecial-Verpfändung des Gartens zu halten ſchuldig/und wann derſelbe zu eurer Bezahlung zureichet/ werden euch die nachfolgende hypothecarii in den andern Gütern billich vorgezogen/V.R.W).

Definitio XXX.

Hypothecarius, cui generalis conſtituta eſt hypotheca, non poteſt reliquis Creditoribus præjudicare in ſpeciali hypothecâ, ſi certam rem ſemel elegerit.

1 NOn ita ſola hypotheca generalis electionem agendi adverſus rem certam debitoris aufert creditori, ac ſpecialis hypotheca, cum generali
2 conjuncta, de quâ Defin. *præced.* † Nam qui bona debitoris generaliter tantùm obligata habet, in quamcunque voluerit rem, executionem petere po-
3 terit, *l. Creditoris. 8. ff. de diſtr. pignor.* † Usque eò, ut ſi elegerit rem, quæ deinde alteri ſpecialiter obligata fuit, huic, veluti prior tempore, etiam in re iſtâ præferatur, *l ſi generaliter. 6. C. qui potior in pi-*
4 *gnor.* Hartm. Piſtor. *lib. 3. quæſt. 13. n. 2.* † Quia in poteſtate debitoris ſitum non eſt, ut ſecundo Creditori rem ſpecialiter obligando, priori Creditori jus, ex generali hypothecâ quæſitum, auferat; ut declarat Fulgoſ. *in l. qui generaliter. 2. ff. qui potior. in pign.* & Johan. Baptiſt. Aſin. *de execut. §. 7.*
5 *cap. 4.* † Hocque ipſum eſt, quod dixi Defin. *præced.* Creditorem hypothecâ generali, contra poſteriorem, cui res ſpecialiter fuit obligata, pro lubitu poſſe uti; etiamſi ex cæteris bonis generaliter obligatis pecuniam ſuam redigere poſſit, ex Reſponſo
6 Papin. *in l. 2. ff. qui pot. in pign.* † Planè, ſi Creditor generalem hypothecam habens, rem certam debitoris elegerit, petendo executionem, videtur à jure ſuo aliquatenus receſiſſe, ita ut in præjudicium Creditoris poſterioris, ad res, ſpecialiter illi obligatas, non ſtatim redire, eique jus pignoris ſpeciale
7 turbare queat; † Ne ſcilicet is nimium gravetur, Anton. Capic. *deciſ. Neapol. 46. n. 6.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. qui pot. in pignor. num. 2.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Henſchars zu Leipzig/ Menſ. Majo Anno 1600.

Et in cauſa Günzels von Bartensleben / Menſ Majo Anno 1600.

Definit. XXXI.

Parte debiti licet ſolutâ, pignoris tamen obligatio pro reſiduâ debiti parte integra manet.

1 EA pignoris eſt natura, ut ſit individua, *l. rem hereditariam 65. §. 1. ff. de evict.* Non minus ac ſervitus eſt tota in toto, & qualibet ejus parte, Balduin. *de pignor. cap. 14.* Hartm. Piſtor. *part. 3. q. 12. num. 6.* Cævall. *in Opin. comm. contr. comm.*
2 *quæſt. 76. num. 26. ſeqq.* † Ergò pignus totum pro toto debito, totumque pro qualibet debiti parte, & rurſus quælibet ejus pars pro toto debito tenetur,
3 *arg. l. 3. §. ult. & ff. qui pot. in pig.* † Ex quo fit, ut quamvis parte debiti ſolutâ, obligationis pars extinguatur, pignoris tamen obligatio pro debiti parte reſiduâ maneat integra, nec niſi toto debito ſoluto tollatur, *l. quamdiu. 6. C. de diſtract. pignor. l. ſi rem. 9. §. omnis. 3. ff. de pign.*
4 *action.* Hartm. Piſtor. *dict. loc. num. 6.* † Ac licet defuncto Creditore, multis relictis heredibus, actio perſonalis, ipſumque creditum inter eos dividatur, pignus tamen cuilibet heredum, pro ſuâ crediti portione, totum competit, *l. 1. C. ſi unus ex pluribus hered.* † Id quod etiam ex parte he- 5
redum debitoris obtinet, *l. 2. eod. tit.* omnique alio in caſu, quo debitum dividitur, Crav. *conſil. 77. num. 15.* Cævall. *dict. quæſt. 76. n. 15. & ſeqq.* Simon. Ulric. Piſtor. *in notis ad* Hartm. Piſtor. *dict. q. 12. lit.*
c. † Porro ex individuâ pignoris naturâ ſequitur, ut 6
ſi quis communis rei partem pro indiviſo dederit hypothecæ, diviſione factâ cum ſocio; non utique ea ſaltem pars creditori obligata ſit, quæ debitori oppignoranti obtigit: † Sed utriusq; pars pro indi- 7
viſo maneat obligata, *l. ſi conſenſit 7. §. ult. ff. quib. mod pign. vel hypoth. l. ſi quis putans 6. § ſi fundus. 8. ff. comm. divid.* † Licet aliàs debitor perſonali acti- 8
one pro eâ tantum parte, quæ ſibi ex diviſione ceſſit, conveniri queat, *l. communi dividundo. 7. §. ſi debitor. 13. ff. comm. divid. l. Julianus 13. §. idem Celſus 17. ff. de pact. emt.* Molin. *de divid. & individ. obligat. p 3. num. 25. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Friederichs von Hauſen / M. Februar. Anno 1635. [Verba ſent. Ob ihr wohl eurem Creditori auff die Schuld etwas bezahlet / und begehret/ daß er euch pro quotâ der bezahlten Schulden / von den verſetzten Pfanden ſo viel hinwieder abfolgen laſſen wolte; Dieweil er aber dennoch ſich dieſes verweigert / auch ſolches zu thun nicht ſchuldig geweſen/ ꝛc.)

Definit. XXXII.

Creditor hypothecarius, omiſsâ actione hypothecaria, perſonaliter adverſus debitorem experiri, in alia ejus bona, ſibi non oppignorata, executionem petere poteſt.

1 NOn propterea Creditor hypothecarius, quod certam rem à debitore ſibi oppignoratam habet, alio executionis remedio adverſus debitorem uti prohibetur. † Siquidem electo uno executionis 2
remedio alia non excluduntur, ſi aliunde Creditor debitum citius conſequi ſperet, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 8. n. 40. & ſeqq.* Dan. Moller. *l. 3. ſemeſtr. 36. n. 1.* Strach. *de decoct. p. 3. n. 46.*
† Unde fit, quod per capturam & incarcerationem 3
perſonæ, Creditori non adimatur facultas petendi immiſſionem in bona debitoris, *l. ſi legatorum. 8. ff. ut in poſſ. legator.* Bartol. *in l. conſentaneum. 8. C. quom. & quando jud.* † Sicuti nec Creditor, etiamſi 4
bona debitoris omnia, tàm præſentia, quàm futura, pignori obligata habeat, propterea aliis remediis; putà corporis detentione, ſive incarceratione, debitorem ad ſolutionem compellere prohibetur, Moll. *dict. cap. 36. in fin.* † Pariter & Creditor 5
hypothecarius, cui certa quæpiam res oppignorata eſt, ſi omiſsâ actione hypothecariâ, adverſus debitorem perſonali actione experiri, inque alia ejus bona ſibi non obligata executionem petere malit, omninò audiendus eſt, *l. quamvis. 2. l. diſtractis. 14.* 6
l. perſecutione. 24. C. de pignor. † Veluti quoque diſerte ſancitum ab Illuſtriſſimo Saxone *in* Ord. Proceſſ. Judic. *tit. 39. §. ult. verſ.* Hierdurch aber einem Gläubiger ungewehret ſeyn / von denen ihme verpfändeten Gütern abzulaſſen / und in andern Stücken die Hülffe zu ſuchen/wenn ihm nur *rei judicatæ autoritas* nicht im Wege lieget/ꝛc. † 7
Quin & hoc caſu perſonalē actionē cumulari poſſe

cum

cum hypothecariâ, arbitratur post Guid. Pap. *q. 108.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 6. defin. 22.*

Ita Domini in causa Rudolphi à Köckeritz in Großprommitz/Mens. Dec. Anno 1600. (Verba sent. Ob ihr nun wohl solcher 2000. fl. wegen auff der Mühle mit Churfürstl. Consens eine hypothecam erlanget; Da ihr aber dennoch von des Schuldeners andern Gütern eure Bezahlung durch gebührliche Hülff-Mittel ehe / als von eurem verschriebenen Unterpfande zu erlangen verhoffet; So ist euch in andere seine Güter die Hülffe zu suchen unbenommen/V. R. W.)

In causa Georgii Fischers zu Endorff / ad requisitionem Præfecti ibidem, Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Ob gleich das Ampt wegen des verfallenen Erb-Zinses auff den Mühlen ein Unterpfand erlanget/ꝛc. So ist doch demselben sich des rückständigen Erb-Zinses halben von andern des Schuldeners Gütern bezahlet zu machen / und darinnen die Execution zu suchen unbenom̃en/V. R. W.)

In causa Henrici List zu Rackit / Mens. Febr. Anno 1635. (Verba sent. Einem Gläubiger auch von seiner Versicherung abzustehen/und durch andere Mittel / auch aus andern des Debitoris Gütern seine Forderung zu suchen unbenommen/ꝛc.)

Et in causa Abraham Harischen/ & Consort. zu Ortrande, Mens. Oct. An. 1635.

Definit. XXXIII.

Solutione tantummodò debiti, non etiam cessione aut confusione ex acquisitione dominii, extinguitur in totum hypotheca.

1 POst acquisitum Creditori dominium ejus rei, quæ antea fuerat ipsi obligata, perseverare quidem pignoris vinculum non potest, *l. pen. §. Latinus* 2 *Largus. 1. ff. de exec. rei jud.* † Quia rei propriæ pignus consistere nequit, *l. neque pignus. 45. ff. de reg.* 3 *jur. l. 19. ff. de pign. act.* † Attamen si quo casu eveniat, ut rem illam Creditori habere non liceat, alio possessionem avocante, actio pignoratitia adhuc durabit, *dict. l. pen. §. Latinus Largus. 1. ff. de Exc. rei* 4 *jud.* † Idq; multò magis, si debitum saltem principale, vel obligatio, per cessionem in alium transferatur. † Nunquam enim extincta videtur hypotheca; 6 † cum perpetuam illam conditionem habeat, si solutum non sit debitum, aut aliter eo nomine satisfactum, *l. grege. 13. §. etiam. 4. ff. de pign. l. si rem aliena. 9. §. omnis 3. ff. de pign. act. l. 59. ff. ad SCtum Trebell.*

Ita Domini in causa Matthæi Schumans zu Groß-Corbetha/Mens. Mart. Anno 1634.

Definit. XXXIV.

Clausula de non alienando, adjecta hypothecæ, tribuit Creditori jus executivum adversus tertium possessorem, discusso etiam nondum principali debitore.

1 QUibuscunque verbis, etiam absque scriptura, hypotheca contrahi potest, *l. contrahitur. 4. l. cum tabernam. 34. §. 1. ff. de pignor. l. 2. C. quæ res* 2 *pign. oblig. poss.* † Si nimirum contrahentes quid dixerint, quod intellectum quendam hypothecæ 3 vel pignoris habeat, *Nov. 136. c. 8.* † Veluti, si debitor rem tradat, ut Creditori cautum sit, damit der Gläubiger versichert sey/ Modest. Pist. *part. 2. quæst. 77.* † Aut si debitor caverit cum datione & 4 consignatione bonorum suorum, Neguz. *de pignor. membr. 1. part. 3. num. 2. & 3.* † Aut si permiserit 5 Creditori facultatem vendendi rem certam, *l. creditor. 3. §. 2. ff. qui pot. in pign.* † Vel si dixerit: Fide & periculo rerum, ad me pertinentium, vel per 6 earum exactionem, vel executionem satisfacere promitto, Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 6. num. 56. & seqq.* ubi varias hypothecæ formulas tradit. † Nam in hypothecis constituendis magis inspicitur 7 mens contrahentium, quàm verba, *l. fin. ff. quæ res pign. obl. poss.* Modest. Pistor. *dict. loc. ubi* Jacob. Schult. *in addit. n. 3.* Rauchb. *dict. loc.* Quocunq; autem modo, ac quibuscunque verbis hypotheca fuerit constituta, † si debitor rem oppignoratam 8 vendat, aliove modo alienet, Creditori, non nisi debitore prius excusso, actio datur adversus emptorem seu tertium possessorem, *Auth. hoc si debitor. C. de pignor.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 6. definit. 33. num. 1.* † At secus res se habet, si hypothecæ ap- 9 posita fuerit clausula de non alienando, sine Creditoris voluntate. Quæ certè clausula hoc operatur, ut venditio, inscio Creditore subsecuta, † ipso 10 jure non valeat; propter reservationem videlicet juris realis in bonis debitoris, *l. si Creditor. 7. §. ult. ff. de distr. pignor.* Gvid. Pap. *decis. 569. num. 1.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 180.* † Ex quo infertur, quod contra successorem, etiam 11 singularem, debitore nondum excusso, hoc casu transeat jus executivum, Bartol. *in l. Creditores. 3. n. 25. ubi &* Salycet. *num. 23. Codic. de pignor.* Coler. *dict. loco.*

Ita Domini in causa Matthæi Rudels zu Gebese / Mens. Nov. Anno 1630. (Verba sententiæ: Wenn auch gleich der verhypothecirte Garten der beschehenen Abrede (solchen ohne euren Willen und Vorbewust nicht zu veräussern) zuwider verkaufft worden wäre / so hättet ihr euch doch / unangesehen der principal-Schuldener noch nicht gantz excutiret / an den Käuffer zu halten / und solchen Garten zu vindiciren wohl fug/ V. R. W.)

Definit. XXXV.

Supereſt actio hypothecaria Creditori etiam post venditum pignus, si hoc postea evincatur.

CEssat jus pignoris, si creditor rem, sibi obligatam, à Domino emerit; Quia nemini potest 1 sua res esse obligata, *l. neque pignus. 45. ff. de reg. jur.* At quid, si ejus rei evictionem postea patiatur? † Salvam habebit hypothecariam actionem Cre- 2 ditor, perinde ac si dominium nunquam acquisivisset, *l. pen. §. 1. ff. de except. rei judic.* Bartol. & Alex. *in l. debitor. 59. ff. ad SCtum Trebell.* Afflict. *decis. 8.* † Nam potestas evictionis tollit intellectum acquisitionis, *arg. l. si patroni. 55. §. ult. ff. ad* 3 *SC. Trebell.* † Et tum demum acquisitio dominii 4 pignus extinguit, si fuerit irrevocabilis, *dict. l. pen. §. 1. ff. de Exc. rei jud. l. 98. in pr. ff. de solut.* † Alioqui acquisitione revocatâ, dominioque amisso, 5 vel hypothecaria actio, cui perpetua satisfactionis conditio inest, *l. grege. 13. §. etiam. 4. ff. de pignor.* re-

verâ

6 verâ non extincta censetur: † Vel pignus, quod extinctum videbatur, reviviscit, tanquam quod rem ipsam perpetuò concomitetur, *l. pignoris 17. ff. de pign. l. pignoris 18. C. eod. tit.*

Ita Domini in causa C. V. contra H. N. zu Leipzig/ Mens. Jun. An. 1626.

CONSTITUTIO XXIV.
PARTIS SECUNDÆ.

Von welcher Zeit der Weiber Privilegium tacitæ hypothecæ, so ihnen von wegen ihrer Mitgifft gebühret / anfangen soll?

Privilegium tacitæ hypothecæ, doti mulierum datum, à quo tempore incipiat?

DEs wol in Rechten zweiffelhafftig fürfället / von welcher Zeit an das privilegium tacitæ hypothecæ, so ein Eheweib wegen ihrer zugebrachten Mitgifft in ihres Mannes Gütern hat/anfangen solle: So haben sich doch unsere Verordnete verglichen/daß von Zeit der vollzogenen Ehe/und also wann der Kirchgang geschehen/solches Privilegium dotis (iedoch wann die Mitgifft folgends / oder zuvor/ würcklich einbracht / und dasselbige beweiset wird) seinen Anfang haben und gewinnen soll: Darnach unsere Gerichte hinführo zu sprechen haben.

IUre quidem communi ambigua est quæstio hæc: A quo tempore privilegium tacitæ hypothecæ, quod mulieribus pro illatâ dote in bonis mariti competit, incipiat? Verùm inter Deputatos Nostros in id convenit, ut à tempore contracti matrimonii, hoc est, copulationis factæ in templo, computandum existimârint; ita tamen, si vel ante copulationem, vel post, verè dotem numeratam esse, probent. Quod in judicando deinceps observari volumus.

DEFINITIONES.

1. A Tempore copulationis sacerdotalis incipit privilegium tacitæ hypothecæ, ac jus prælationis, mulieri competens etiam ratione dotis, post consummatum matrimonium constitutæ.

2. In dotalitio quoq; jus tacitæ hypothecæ & prælationis incipit à tempore copulationis, per Sacerdotem factæ.

3. Privilegium tacitæ hypothecæ, in bonis paraphernalibus, incipit à tempore illationis bonorum.

4. Non competit mulieri jus tacitæ hypothecæ ratione Geradæ, aliorumq; bonorum, quæ marito administranda non commisit.

5. Sponsa ratione dotis illatæ, privilegium tacitæ hypothecæ in bonis sponsi non habet.

6. Mulieri, ratione donationis propter nuptias, jus tacitæ hypothecæ non competit in bonis mariti.

7. Mulier ex jure tacitæ hypothecæ adversus tertium possessorem experiri nequit, si in alienationem bonorum mariti consenserit.

8. Non impedit tacita hypotheca, bona alicujus afficiens, quò minus is vendere, aliovè modo ea distrahere queat.

9. Mulieri tamen alienationē bonorum mariti ex jure tacitæ hypothecæ impugnare licet, si ex reliquis mariti bonis ipsi satisfieri nequeat.

10. Mulier solvens pro marito, ad inopiam postea vergente, condictione indebiti solutum à Creditoribus mariti repetere nequit.

11. Mulier potest petere assecurationē dotis, ac donationis propter nuptias, marito ad inopiā vergēte.

12. Pupillo competit tacita hypotheca in bonis tutoris, non solùm pro sorte principali, sed & pro omnibus accessionibus, ex die suscepti officii.

13. Bona ejus, cui pecunia pupillaris à tutore mutuò fuit data, jure tacitæ hypothecæ obligata non sunt.

14. Obligata quoq; sunt jure tacitæ hypothecæ bona illius, qui se pro tutore vel Curatore gessit.

15. Bona Curatorum ad litem, mulieribus tacitè obligata non sunt.

16. Tutor tacitā hypothecā nō habet in bonis pupilli pro eo, quod sibi debetur contrario tutelæ judicio.

17. Liberis ratione bonorum maternorum patris bona tacitè sunt obligata.

18. Ratione munerum, in testimonium baptismi acceptorum, & à patre tutorio nomine administratorum, liberis in ejusdem bonis tacita competit hypotheca.

DEFINIT. I.

A tempore copulationis Sacerdotalis incipit privilegium tacitæ hypothecæ, ac jus prælationis, mulieri competens etiam ratione dotis post consummatum matrimonium constitutæ.

1 QUod anxiè quondam ab Interpp. disputatum fuit: à quonam tempore privilegium tacitæ hypothecæ, ac per consequens etiam jus prælationis, mulieribus ratione dotis competens, incipere debeat, Neguz. *de pignor. part. 2. membr. 4. n. 79. & seqq.* Matth. Wesenb. *consil. 49. n. 2. & cons. 50. num. 25.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 86.* † Id quod nec de 2
jure Saxonico extra controversiam fuit, ut videre licet apud Aut. Consult. Const. Sax. *tom. 1. p. 1. q. 32. & q. 36. & tom. 2. part 5. q. 20.* Illud in Provinciis hisce decisum est † ab Illustrissimo Saxon. Electore, di- 3
sertis verbis disponente, ut privilegium hoc nec à tempore promissionis, nec solutionis, sed præcisè † à die nuptiarum, ubi nempe matrimonium 4
per copulam sacerdotalem est consummatum, incipiat (wann der Kirchgang oder Priesterliche *copulation* geschehen) *hâc* Const. 24 §. So habe sich doch

Ord. Ordin. Nov. Proc. Jud. *tit. 43. vers.* Welch der Weiber/ &c. Dan. Moller. *hic. n. 1.* Jac. Thoming. *decis. 36. n. ult.* Zobel. *p. 2. diff. 49. num. 18. & seq.* Hartm. Pistor. *observat. 110. num. 4.* † Nimirum, quia dos absque matrimonio, prius contracto, nullo modo subsistit, *l. ult. C. de donat. ant. nupt. l. 3. l. dotis promissio 68. ff. de jur. dot.* † At ratum per copulam Sacerdotalem in terris Electoratus Saxonici hoc consummatum dicitur, uti patet ex *h.* Const. *vers.* Von Zeit der vollzogenen Ehe/ und also wann der Kirchgang geschehen/ &c. † Licet aliàs jus Saxonicum consensionem thalami ad matrimonii consumationem requirere videatur, *art. 45. lib. 3.* Landr. Moller. *3. semestr. 23.* † Cessat ergò indagatio, quando & quo die dos promissa fuerit soluta; Quia vigore *hujus* Const. privilegium tacitæ hypothecæ, ac prælationis, à tempore matrimonii consummati competit, non tantùm, si in ipsa Nuptiarum die; Sed & si dos antea promissa, † longè post consummatum matrimonium numeretur; ita ut privilegium hoc quasi retrotrahatur ad diem copulationis, Moller. *hic num. 1.* † Quin etsi mulier simpliciter, ac sine dotis promissione nupserit, eaque longè post contractum demum matrimonium constituta fuerit, nihilominus à tempore matrimonii, per copulam Sacerdotalem consummati, privilegium dotis incipere; post Bald. Novell. *tract. de dot. p. 6. priv. 16. &* Boër. *decis. 331. num. 3.* rectissimè docet Matth. Berlich. *p. 2. concl. 30. num. 14.* † Cùm nec hoc casu deficiat causa matrimonii, cum bona pace conservandi, quamvis cesset favor matrimonii contrahendi; Berlich. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Mariæ viduæ Hermanni Timmers zu Teichern/ Mens. Octob. Anno 1630. [Verba sent. Hat sich nach eures Mannes Absterben zu dessen Gütern ein concursus Creditorum ereignet/ dabey ihr euch gleichfalls angegeben / und euer Ehegeld und Leibgedinge jure tacitæ hypothecæ gefodert. Wann nun gleich das Ehegeld allererst nach der Hochzeit und vollzogener Ehe einem Ehemann als eine dos constituiret und zugebracht worden wäre/ &c. So hättet ihr doch nichts destominder von Zeit an des Kirchgangs und Priesterlichen Copulation ein stillschweigend Unterpfand und jus prælationis wegen solches Ehegeldes vor andern Glaubigern erlanget/ &c.]

Definit. II.

In dotalitio quoque jus tacitæ hypothecæ & prælationis incipit à tempore copulationis per Sacerdotem facta.

1 NOn minus in dotalitio, ac ipsâ dote, privilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis à tempore copulationis, per Sacerdotem in templo factæ, incipere, etiamsi illud postea constitutum sit, docet Dan. Moller. *ad Const. Elect. 42.* 2 *num. 10. p. 2.* allegant ad hoc Wesenbec. † Etsi verò aliter sentiat Modest. Pistor. & cum ipso Jacob Schult. *in addit. part. 2. quæst. 62. num. 10. & seqq.* ad tempus dotis allatæ respicientes: Verior tamen est procul dubio sententia Molleri: 3 † Quia dotalitium succedit in locum dotis; ideoque & quoad privilegium ejus naturam sapit, ex vi surrogationis, Nicol. Everh. *in Top. in* 4 *loc. à vi surrogat.* † Nec obstat ratio; à Jacob. Schult. *dict. loc.* adducta: quod dotalitium non debeatur, antequam dos revera numerata & illata fuerit; adeoque nec prius ratione dotalitii privilegium aliquod mulieri competere possit. † Quia 5
non entis nullæ sunt qualitates, *l. si Titio 22. ff. quando dies legat. l. 14. ff. de jur. Codicill.* † Quo- 6
modo enim, quæso, privilegium dotis à die nuptiarum competere potest, ex *hâc* Const. quæ tamen & ipsa haud rarò longè post consummatum matrimonium numeratur, quin & quandoque contracto demum ac consummato matrimonio constituitur? *Defin. præced. n. 10.* Quod non minus rationi Jac. Schult. adversari videtur: † Nimirum, privi- 7
legium tacitæ hypothecæ & prælationis lege retrotrahitur ad tempus nuptiarum & copulationis, *h.* Const. *24.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Inmassen ihr euch dann auch von eben der Zeit an / in dem Leibgedinge/ wofern ihr dasselbe zu fodern gemeinet / eures Rechtens zu gebrauchen befugt / V. R. W.]

Definit. III.

Privilegium tacitæ hypothecæ in bonis paraphernalibus incipit à tempore illationis bonorum.

QUamvis ratione bonorum paraphernalium, 1
(quæ scilicet præter dotem mulier affert marito) in hujus bonis non competat uxori jus aliquod prælationis; † Horum tamen nomine non 2
minus ac ratione dotis, hypothecam tacitam habet in mariti bonis, juxta veriorem Dd. opinionem *in l. ubi adhuc. 29. C. de jur. dot.* Jason. *in §. fuerat. 29. n. 4. Inst. de act.* Andr. Rauchbar. *p. 1. quæst. 34. num. 43. & seqq.* Dan. Moller. *ad Const. Elect. 28. num. 37. p. 1.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Coler. *p. 2. decis. 270. n. 16.* Hartm. Pistor. *observat. 143. num. 1.* † Quam & comprobavit Illustrissimus 3
Elector Saxon. *in* Ord. Nov. Proc. Jud. *tit. 43. vers.* Was aber die Eheweibere. † Attamen hoc casu 4
jus hypothecæ non à die nuptiarum seu copulationis; sed à tempore factæ illationis incipere existimaverim. De solo nempe dotis privilegio disertis verbis *h.* Const. loquitur. † Quæ propter- 5
ea ad bona paraphernalia, contra intentionem Illustrissimi Constituentis, extendi haud debet. Quippe, bona hæc cum dote vel matrimonio nil commune habent, nec favore matrimonii contrahendi sive contracti marito afferuntur. † Quare nec hy- 6
potheca horum nomine competere potest uxori, antequam realiter illata fuerint. † Quod & Illu- 7
strissimum Electorem sensisse, haud obscurè colligi potest *dict. tit. 43. §.* Welch der Weiber. *junct. §. seq.* Was aber die Eheweibere.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. So viel aber die Paraphernal-Güter anlanget / wiewol euch einig jus prælationis hierinnen nicht zuständig: So habt ihr doch auch derowegen/ iedoch von Zeit des Einbringens an zu rechnen / ein stillschweigend Unterpfand in euers Mannes Gütern erlanget / dessen ihr euch auch in concursu Creditorum billich zu erfreuen habt/ V. R. W.]

Et in causa Marthæ, Valtin Kaldschmids Wittben / zu Grumbach/ Mens. Jan. Anno 1634.

DEFINIT. IV.

Non competit mulieri jus tacitæ hypothecæ ratione Geradæ, aliorumq; bonorum, quæ marito administranda non commisit.

DE solis bonis paraphernalibus, marito illatis, Uxori privilegio tacitæ hypothecæ in bonis
1 mariti prospectum est. † At cessat hoc privilegium in bonis aliis, quæ non paraphernalia dicuntur; utpo-
2 te † quæ mulier marito administranda non commisit, sed sibi reservavit, Hartm. Pist. *obs. 110. n. 2.*
3 † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Elect. in Ordin. Nov. Proc. Judic. *tit. 43.* §. Was aber die
4 Eheweiber. *in fin.* † Eòque refero Geradam, cujus certè administrationem ac usum ipsamet mulier
5 sibi reservavit. † Ut proinde hujus nomine bona mariti tacitæ hypothecæ jure gravari, absonum esset.

Ita Domini an die Stadt-Gerichte zu Annaberg / Mens. Jan. Anno 1634. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch solches jus tacitæ hypothecæ auff des Weibes Gerade/ und andere Gütere/ so das Weib für sich behalten / und des Mannes administration nicht untergeben / keines weges zu ziehen/ꝛc. So hat sich auch bemeldte Wittib an vorgedachten 36. Reichsthlr. einiger Erstigkeit oder stillschweigenden Unterpfandes nicht zu erfreuen/ꝛc.]

DEFINIT. V.

Sponsa ratione dotis illatæ, privilegium tacitæ hypothecæ in bonis sponsi non habet.

1 EXinde, quod privilegium tacitæ hypothecæ ac prælationis, mulieribus in bonis maritorum ratione dotis competens, à die copulationis per Sacerdotem factæ incipere, vult Const. *h. 24.*
2 satis manifestum est, † Sponsæ, si dotem forsan ante contractum matrimonium numeraverit, jus tacitæ hypothecæ in bonis Sponsi nequaquam competere, Hart. Pistor. *observat. 110. n. 7.* Bartol. *in l. 2. §. si Sponsa 1. ff. de privil. Credit.* Jason. *in §.*
3 *fuerat 29. n. 38. Inst. de action.* † Nec enim ante matrimonium, per copulam Sacerdotalem contractum, dos subsistere, ac propriè ita nominari potest, *l. ult. C. de donat. ant. nuptias l. 3. l. dotis promissio*
4 *68. ff. de jur. dot.* † Meritò igitur & privilegium dotis cessat. Nam non entis nullæ sunt qualita-
5 tes, *l. si Titio 22. ff. quando dies legat.* † Quamvis Sponsæ hoc privilegium competat, ut præferatur saltem personalibus Creditoribus, *d. l. 2. §. si Sponsa ff. de priv. Cred.* Hartm. Pist. *dict. observ. 110. num. 8.*

Ita Domini in causa Wilhelmi Funckens zu Gottern/ Mens. April. Anno 1618. [Verba sentent. Ob schon sonsten Inhalts Churfürstl. E. Constitution den Weibern wegen ihrer Mitgift in des Mannes Gütern ein stillschweigendes Unterpfand und jus prælationis vor andern Gläubigern zuständig ist: Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet / daß eurer Tochter Bräutigam vor der Priesterlichen Copulation, und also vor vollzogener Ehe/ verstorben/ ꝛc. So hat sich auch eure Tochter in des Bräutigams Gütern einiges juris tacitæ hypothecæ nicht zu erfreuen/ V. R. W.]

DEFINIT. VI.

Mulieri ratione donationis propter nuptias jus tacitæ hypothecæ non competit in bonis mariti.

1 JUs civile mulieri in donatione propter nuptias, tacitam tribuit hypothecam in bonis mariti, sed sine jure & privilegio prælationis, *l. assiduis 12. §. hoc autem tantum 2. C. qui pot. in pignor.* Negus. *de pignor. part. 2. memb. 7. num. 64.* Joh. Schneidewin. *in §. fuerit 29. num. 36. & 60. Instit. de action.* † Quod cum Jure Saxonico nullibi ver- 2
bis manifestis correctum reperiatur, etiam in hoc foro idem juris obtinere, ac mulieribus nomine donationis propter nuptias jus tacitæ hypothecæ competere, arbitratur Dan. Moller. *ad Const. Elect. 28. n. 50. & seqq. p. 1.* † Quæ tamen sententia ab 3
aliis improbatur, Reinh. Rosa *in addit. ad* Moller. *dict. loc. num. 60.* Joh. Schneidew. *dict. loc. num. 62.* Matth. Wesenb. *part. 1. cons. 50. n. 27.* † propter verba generalia Const. Elect. *28. part. 1.* (In dem Gegenvermächtniß aber hat sie sich disfalls der *priorität* den Gläubigern zum Nachtheil nicht anzumassen.) † Quibus mulier omnibus indiffe- 5
renter Creditoribus hypothecariis postponitur; Nec sine ratione: Quis enim non videt, † Uxorem 6
de lucro captando, Creditores verò de damno vitando certare? Wesenb. *dict. cons. 50. num. 27.* Ac vereor, † ne, si aliud diceretur, collusionibus & 7
fraudibus fenestra aperiretur amplissima. † Utque 8
tanto minus dubium hâc de re supereset, Illustrissimus Elector Saxon. in Ditionibus sui Electoratus, mulieribus, ratione donationis propter nuptias, omne jus hypothecæ in bonis mariti verbis disertis denegavit, referens eas inter Chirographarios, Ordin. Nov. Proc. Judic. *tit. 43.* §. So wollen wir/ꝛc. † Ex quo porrò inferendum, nec Nurum, ratione 9
donationis propter nuptias, in bonis Soceri jure tacitæ hypothecæ uti posse, † Quamvis aliter sentiat 10
Hartm. Pist. *observ. 66.* Schneidew. *in d. §. fuerat 29. n. 33. Inst. de act.*

Ita Domini in causa Creditorum Johan. Georgii à Lek, ad consultationem Johannis Georgii à Stentzel. Mens. Jul. Anno 1632. [Verba sent. Wegen des Gegenvermächtniß aber/ wofern die Wittib deshalben keine sonderbare Hypothec erlanget/ wird sie unter die Chirographarien gesetzt / und derer Ordnung nach billich befriedigt/ V. R. W.]

Item in causa Creditorum N. Hoffmanns zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1579.

It. in causa Henrici Christophori Eberhards à Klitzschen/ Mens. Decembr. Anno 1597.

Et in causa Abrahami Lauens zu Adorff/ Mens. Febr. Anno 1598.

DEFINIT. VII.

Mulier ex jure tacitæ hypothecæ adversus tertium possessorem experiri nequit, si in alienationem bonorum mariti consenserit.

COnsensum expressum in alienatione bono- 1
rum inducere renunciationem hypothecæ vel pignoris, docet multis Josephus Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1137. num. 73. num. 8. & 20.* † Ubi hoc etiam extendit ad mulierem; quæ licet 2
aliàs ex jure tacitæ hypothecæ in bonis mariti sibi competentis adversus tertium possessorem agere haud prohibeatur, ad instar aliorum Creditorum; † attamen quando expressè consentit 3
marito, bona sibi hypothecata alienanti, per id hypothecam remittere præsumitur, ita ut adversus tertium possessorem ulterius non admittatur, *cap. pastorali. 7. extr. de donat. l. qui tabernas argentarias 32. ff. de contr. empt. l. uxor pa-*

trui

4 *trui 20. C. de legat.* † Neque enim pignoris remissio donatio est, *l. 18. ff. quæ in fraud. Credit. l. 1. §. cum venditor 1. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*
5 Cùm jus debiti non extinguat. † Nec legis beneficium concedendum est mulieri, quæ facto suo cecidit à possessione, *l. ult. C. de acq. poss.* Ant. Fab. *in*
6 *Codic. lib. 8. tit. 14. defin. 3. n. 8.* † Modò tamen beneficio SCti Vellejani renunciaverit, & Curatoris autoritas ac consensus accesserit; sine quo acta mulieris in foro Saxonico nullius momenti habentur, Const. *15. p. 2.* Quod enim Mascard. *ibid.*
7 *n. 21.* dicit, † renunciationem hanc præsumptam tùm demum mulieri præjudicare, si maritus alia non habeat bona, ex quibus ipsi satisfieri posset, juxta *Novell. 61. cap. 1. Auth. sive à me C. ad SCtum*
8 *Vellejan.* † Id procul dubio in foro Saxonico non obtinet, secundum tradita *supr.* Const. *16. p. 2. de-*
9 *fin. 12.* Hoc autem ipsi concesserim: † Quod si mulier animo decipiendi tacuerit, ex hac sola taciturnitate pignoris jus remissum censeatur; etiamsi
10 † non expressè in alienationem consenserit, *l. si sine s. §. 1. C. ad SCtum Vellejan. ubi* Salycet. *l. mulier. 11. C. de distr. pignor.*

Ita Domini ad consultationem Jobst Henrichens von Feilitzsch/ Mens. April. Anno 1622. [Verba sententiæ: Da aber dennoch das Weib in solchen Kauff beständiger Weise nicht gewilliget/ und sich dadurch ihres stillschweigenden Unterpfandes/ so sie in ihres Ehemannes Gütern wegen ihres Einbringens erlanget/ begeben hätte/ &c. So wäre sie sich an das verkaufte Gut gebührlichen zu halten/ und ihre Befriedigung bey dem Besitzer zu suchen wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. VIII.

Non impedit tacita hypotheca, bona alicujus afficiens, quò minus is vendere, aliôve modo ea distrahere queat.

1 ABsque dubio jus tacitæ hypothecæ tanquam
2 onus rei inhæret, † ac propterea unà cum re venditâ, aliôve modo distracta, ad emptorem vel tertium possessorem transit, *arg. l. debitorem 15. C. de pign. & hypoth. l. si debitor 12. C. de distract. pign.* Harppr. *in §. Creditor. 4. num. 29. Inst. quib.*
3 *mod. re contr. obligat.* † Qui propterea excusso debitore principali, actione hypothecaria in subsidium conveniri potest.

Veluti etiam pronunciârunt Domini in causa Andreæ Jacobi zu Rochlitz/ Mens. Octobr. Anno 1635. [Verba sentent: So ist das Mündlein/ wenn es seine Foderung bey dem Vormunden nach vorhergehender dessen Excussion nicht erlangen kan/ an den verkauften Acker sich zu halten wohl befugt/ V. R. W.]

4 † Quare nec mulier vel alius Creditor, cui bona alicujus lege sunt oppignorata, habet, quod conqueratur, si à marito, vel debitore bona vendan-
5 tur, aliove modo distrahantur, † Multò minus verò prætextu tacitæ hypothecæ ejusmodi alienationem impedire potest; maximè si ex aliis debitoris bonis, aliunde acquisitis, ipsi satisfieri
6 queat: Nec enim propterea † si tacuerint, jus pignoris amittunt; cùm nec Creditor alius, qui præsens & sciens patitur, rem sibi obligatam alteri pignori aut hypothecæ dari, jus suum remittere censeatur; Cum eâ potius ratione id passus vi-
7 deri debeat, † quod sciverit jus suum durare, *l. sicut 8. §. non videtur 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 12. Defin.*
8 *2. num. 1.* † Non tamen nego, quin liberum sit Creditori de hoc protestari, ut salvum sit jus pignoris, si quando contingat, bona debitoris ad solutionem sibi non sufficere, juxtà tradita in simili ab Anton. Fab. *dict. tit. 12. defin. 1. in fin.*

Ita Domini in causa Catharinæ, Uxoris Andreæ Grunickens zu Torna/ Mens. April. Anno 1622. [Verba sent. Habt ihr eurem Ehemann 1800. fl. zugebracht/ und dieselbe in seine Güter gewendet/ dahero ihr auff solchen Gütern ein stillschweigend Unterpfand erlanget/ und es hat gedachter euer Ehemann sein Haus und Hof Hansen Zeischen vor und um 450. fl. erblichen verkaufft/ &c. So ist solcher Kauff zu Recht kräftig und beständig/ und mag dannenhero/ daß er ohne eure Einwilligung geschehen/ von euch nicht hinterzogen werden/ V. R. W.]

Item in causa heredum Adriani ab Hilsen zu Leipzig/ ad requisitionem M. Ambrosii Sonnewalds/ Mense August. Anno 1589. [Verba sent. Ob gleich Hans Hilsens Erben sich ihres Pfandrechtens/ so sie auff ihrem Väterlichen Gute ihres gebührenden Muttertheils halben nach ihrem tödtlichen Abgange gehabt/ auff dem Hause zu Altenburg nicht begeben/ &c. So mag doch der von ihrem Vater um solches Haus geschlossene Kauff von ihnen nicht hinterzogen werden/ V. R. W.]

Item in causa Mariæ, uxoris Martini Rosenbergs zu Nuttnitz/ Mens. August. Anno 1622.

Et in alia causa ad requisitionem Georgii Horns zu Torgau/ Mens. Sept. Anno 1621.

Definit. IX.

Mulieri tamen alienationem bonorum mariti ex jure tacitæ hypothecæ impugnare licet, si ex reliquis mariti bonis ipsi satisfieri nequeat.

NE tamen onere vindicationis mulier nimium 1
gravetur, in casu, quo cætera mariti bona non sufficiunt, nec aliunde indemnitati ejus consuli potest, ipsam statim alienationem seu Venditionem impugnare valet. † Hactenus enim mari- 2
tus bona sua, non obstante pignoris jure, vendere potest, si alia bona ipsi supersint, ex quibus mulier indemnitatem consequi valeat, *l. jubemus 21. C. ad SCtum Vellejan.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 14. defin. 3. n. 4.* † Alioquin sanè mulier vendi- 3
tionem impugnare haud prohibetur ad evitandas scilicet lites, quæ ex recuperatione pignoris oriri solent, quasque hoc medio avertere potest. † Et 4
cur audiri non deberet mulier, quæ & marito, ad inopiam vergente, jure pignoris uti & dotem ex bonis suis repetere potest? Modest. Pist. *part. 2. quæst. 62. n. 2.* Dan. Moll. *ad Const. Elect. 28. num. 63. part. 1.* † Videtur enim maritus civiliter mor- 5
tuus, quando ad inopiam verget. Ideoque mulieris, perinde in recuperanda dote, habenda videtur ratio, ac si maritus naturaliter fato supremo esset perfunctus, Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *dict. loc. n. 7.*

Ita Domini in causa Johannis Hofmanns zu Jena / Mens. Octobr. Anno 1622. [Verba sententiæ: So mag auch dannenhero solcher Kauff nicht gefochten noch hinterzogen werden; es wäre denn/ daß mehrbemeldtes euer Eheweib in andere Wege ihres Einbringens und Ehegeldes halber sich nicht erholen könte. Auf solchen Fall möchte ihr berührter Kauff zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ V. R. W.]

Definit. X.

Mulier solvens pro marito, ad inopiam postea vergente, condictione indebiti solutum à Creditoribus mariti repetere nequit.

CUm mulier pro marito solvisset, eoque postea 1
ad inopiam vergente, ex bonis ipsius soluta recu-

recuperare haud valuiſſet, Condictione indebiti
7 adverſus Creditores experiri volebat, † freta juris autoritate, quæ condictionem indebiti tribuit ſolventi id, quod non debet, *l. ſi pœnæ 19. §. 1. junct. l. in ſumma 65. §. ult. ff. de condict. indebit. l. 5. C. eod. tit. l. ſi quid poſſeſſor. 31. in pr. ff. de petit. hered.* 3 *redit.* † Sed hactenùs id verum eſt, ſi quis ſuo nomine ſolverit, quod alter debet. At mulieri videbatur obſtare, quod non ſuo, ſed mariti nomine
4 ſolviſſet: † Quo certè caſu verus liberatur debitor, nec ulla datur ſoluti condictio aut repetitio ab eo, qui ſuum accepit; licet alius ſolverit, *l. repetitio 44. l. quod nomine 8. l. ſervus 36. ff. de condict. indeb.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 36. defin. 16. num. 6.* 5 † Placuit ergò mulierem non audiri, quæ non immeritò ſibi imputare debeat, quod cautius in rebus mariti verſata non fuiſſet.

Ita Domini in cauſa Chriſtinæ Viduæ Andreæ Lochmans zu Grimnic/ Menſ. Februar. Anno 1632. [Verba ſentent. Hat euer Ehemann ein Bauergut vor 1200. fl. erkaufft/ und weil unterſchiedene Schulden darauf geſtanden / ſo bemeldter euer Ehemann ablegen ſollen/ habt ihr dieſelbe theils bezahlet. Ob ihr nun wol ſolcher ausgezahleten Gelder aus euers Ehemannes hinterlaſſenem Gute nicht wiederum befriediget werden könnet/ꝛc. So ſeyd ihr doch dieſelbe von denjenigen/ſo damit abgefunden und bezahlet worden/ wieder zu fodern nicht befugt/ V. R. W.]

Definit. XI.

Mulier poteſt petere aſſecurationem dotis ac donationis propter nuptias, marito ad inopiam vergente.

1 Mullieri quidem Jure tacitæ hypothecæ ac prælationis ratione dotis proſpectum eſt, *l. aſſi-*
2 *duis 12. C. qui pot. in pignor.* † Attamen ſi maritus ad inopiam vergere incipiat, † haud parum juvabit mulierem fortiori jure & aſſecuratione dotem pariter & donationem propter nuptias muniri.
3 † Ideoque petere poteſt dotis indemnitatem, non tantùm propoſitâ in eam actione, ſed etiam oppoſita exceptione; ſi forte Creditores mariti poſteriores pignora ſua perſequantur, *l. ubi adhuc 29. & l. ſeq. C. de jur. dot.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 10. n. 1.* Bartol. *in l. ſi conſtante 24. §. quoties 2. n. 8. ff. ſolut. matr.* Novell. *in tract. de dot. p. 6. in 21. privil. limit. 5. num. 6.* †
4 Probanda tamen eſt in utroque caſu paupertas mariti; nec ſufficit eam allegare: † Cùm non alia
5 quævis cauſa, neque abſentia mariti, det actionem mulieri pro dote in tuto collocandâ, quantumvis longi temporis abſentia probetur, Anton. Fab. *dict. tit. 7. defin. 12.*

Ita Domini in cauſa viduæ Johannis Heinens zu Leipzig/ Menſ. Junio, Anno 1581. [Verba ſententiæ: Da nun euer Eydam dermaſſen in Abnehmung ſeiner Nahrung gerathen / daß ihr euch benebenſt ſeinem Eheweibe euerer Tochter zu befahren/ daß ſie künftig benebenſt ihme die Güter mit ledigen Händen räumen/ und weder ihres zugebrachten Ehegeldes noch Gegenvermächtniß habhaft werden möchte/ꝛc. So wäre ſie / daß er ihr berührte ihre Ehegeldere zuſamt dem Ehevermächtniß zu Folge der auffgerichteten Eheſtifftung mit ſeinen noch übrigen und unverpfändeten Gütern verſichere/ zu ſuchen wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. XII.

Pupillo competit tacita hypotheca in bonis tutoris, non ſolùm pro ſorte principali; ſed & pro omnibus acceſſionibus ex die ſuſcepti officii.

COmpetit etiam pupillo in bonis tutoris tacita, 1
hypotheca, *l. pro officio 20. C. de admin. tutor. l. un. §. 1. C. de rei uxor. act.* † Quæ tamen non ab 2
eo die incipit, quo rationes redditæ & reliqua explicata ſunt. † Nec à tempore cœptæ adminiſtra- 3
tionis, ſed ab ipſo ſuſcepti officii die, *dict. l. pro officio 20. C. de admin. tut.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 7. defin. 1. n. 4.* † Siquidem tutor non minus te- 4
netur de neglectis, quàm de malè geſtis. *l. 1. & tot. tit. C. ſi tut. vel Curat. non geſſ.* † Quod & diſertè 5
confirmavit Illuſtriſſimus Saxon. Elector *in* Ordin. Nov. Jud. Proceſſ. *tit. 45. §.* Ob auch wol Zweifel/ ꝛc. † Neq; pro eâ duntaxat quantitate, quæ princi- 6
paliter debetur, ſed etiam pro acceſſionibus omnibus jus hypothecæ pupillo datur. † Sequuntur 7
enim acceſſiones ordinem & privilegium ſui principalis, *l. Lucius 18. ff. qui potior in pign. c. acceſſorium 42. de reg. jur. in ſexto.* † Inter haſce ac- 8
ceſſiones refert etiam Anton. Fab. *dict. loc. num. 6.* illos ſumptus, quos in litem, quam eo nomine adverſus tutorem, ejusve heredes inſtitui neceſſe fuit, erogatos apparet, *arg. l. quod privilegium 8. ff. depoſiti.* † Eſt tamen privilegium tacitæ hypothe- 9
cæ, pupillo indultum in bonis tutoris, perſonaliſſimum, neque ad ejus heredes tranſit; ne quidem ad ſuos & deſcendentes, ut probat poſt Bartol. *in l. 67. §. ſi puellæ 5. num. 1. ff. de rit. nupt.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 274. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Creditorum Erhard Richters zu Wartenburg/ Menſ. Auguſt. Anno 1633. [Verba ſent. Zum andern folget in der Ordnung der Gläubiger Caſpar Schmidt/ wegen deſſen ſo der Schuldener/ von Zeit an der ihme auffgetragenen Vormundſchaft eingenommen/ benebenſt den auffgelauffenen Zinſen/ vermöge ſeines erlangten ſtillſchweigenden Unterpfands/ꝛc.]

Definit. XIII.

Bona ejus, cui pecunia pupillaris à tutore mutuo fuit data, jure tacitæ hypothecæ obligata non ſunt.

SOla tutelæ cauſa, non etiam pupilli perſona 1
eſt, quæ taciti pignoris privilegium meretur. Datur ſiquidem privilegium hoc cauſæ, non perſonæ; † & ideo tranſit in heredem, *l. pro officio 20. C.* 2
de admin. tutor. junct. l. ex pluribus 42. ff. de adminiſtr. tutor. l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. † Ex 3
quo fit, ut pupillo non competat privilegium tacitæ hypothecæ in bonis illius; qui; cùm nec tutor eſſet, nec ſe pro tutore gerere vellet, tamen bona pupilli per ſpeciem adminiſtrationis invaſit, animo ſcilicet deprædandi, *l. pupilli 6. §. ſed & ſi quis 3. ff. de negot. geſt.* Anton. Fab. *in Codic. l. 8. tit. 7. defin. 2. num. 3.* † Porro ex eodem fundamento nec bo- 4
na ejus, cui à tutore pecunia pupillaris mutuò data fuit, quique propterea ex contractu, vel quaſi contractu pupillo tenetur, ipſi jure tacitæ hypothecæ ſunt obligata, Anton. Fab. *dict. loc. num. 6. 7.* † In ſolius enim tutoris bonis pupillus habet tacitam 5
hypothecam *dict. l. un. §. 1. C. de rei uxor. act.*

Ita

Ita Domini ad consultationem Wenceslai Bergmanns zur Zittau/ Mens. Jul. Anno 1630. [Verba sententiæ: Ob nun wol ihr benebenst euern Mit-Vormünden solches Geld wegen gedachter eurer Mündlein bey Marien Opitzen um gebührende Verzinsung ausgethan/ ꝛc. So haben sich doch dahero eure Mündler in der Schuldnerin Gütern einiger Priorität oder stillschweigenden Unterpfandes vor denen andern Gläubigern nicht anzumassen/ V. R. W.]

Definit. XIV.

Obligata quoque sunt jure tacitæ hypothecæ bona illius, qui se pro tutore vel Curatore gessit.

1 NOn solùm in tutoris, sed etiam in ejus bonis, qui, cùm tutor reverâ non esset, tamen pro tutore vel Curatore negotia gessit, pupillus habet privilegium tacitæ hypothecæ, Glos. & Dd. *in l. pro officio 20. C. de admin. tut.* Anton. Fab. *in Co-*
2 *dic. lib. 8. tit. 7. defin. 2. num. 1.* † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Electori *in* Ordin. Nov. Process. Judic. *de Anno 1622. tit. 45.* §. Ob auch wol.
3 *vers.* Wann aber einer. † Neque enim debet hic melioris esse conditionis, quàm verus tutor, ob id solùm, quod se tutorem mentitus sit, *l. rem alienam 41. in fin. ff. de pign. act. l. ult. ff. de rei vin-*
4 *dic.* †Hæc autem inter verum tutorem, & eum, qui se pro tutore gessit, differentia existit: Quod bona pro tutore non à die susceptæ officii obligata videri possunt (ut dixi de tutore *supr. Definit. 13.*)
5 Quia nunquam officium ille suscepit. † Sed ab eo tantùm die, quô se tutorem falsò gessit, seu administrare cœpit, Ordin. Nov. Process. Judic. *dict. tit. 45. dict. vers.* Wann aber/ *verb. final.* Soll das dingliche Recht von Zeit der angemaßten *Administration* seinen Anfang gewinnen. Annon ergò melioris in eo conditionis erit tutor falsus, juxta
6 modo dicta? †Verum id est, sed fit hoc propter meram casus necessitatem, ut loquitur Marcellus *in*
7 *l. si mulier 59. §. ex asse 1. ff. de Jur. dot.* † Sicuti melioris quoque conditionis quandoq; est prædo, quàm bonæ fidei possessor, ut in *l. si quid possessor 31. §. pen. ff. de hered. petit.* Fab. *dict. defin. 2. n. 9.*

Ita Domini in causa der Scherlischen Erben zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1176. [Verba sentent. Hat Barthol Scherel seiner Schwester Marien Vormundschaft verwaltet/ ihre Geldere eingehoben / darüber quittiret/ die Ausgaben hinwiederum in Rechnung geführet / die Geldere ausgeliehen/ und die Versicherung als ein Vormund auff sich stellen lassen Ob er nun gleich von der Obrigkeit zu solcher Vormundschaft nicht confirmiret und bestätiget worden: So seyn dennoch seine Gütere bemeldter seiner Schwester tacitè verhypothequiret/ und sie hat sich vor andern Gläubigern / so nicht ältere Verpfändung haben/ der Priorität in der Zahlung billich anzumassen/ V. R. W.]

Et in causa Zachariæ & Christophori Vieners zu Hermsdorff/ Mense Octob Anno 1630.

Definit. XV.

Bona Curatorum ad litem, mulieribus tacitè obligata non sunt.

1 ETsi mulieres ac virgines sine discrimine omnes, cujuscunque etiam sint ætatis, in eo minoribus comparentur, quod absque Curatoribus, nec in judicio, nec extra judicium quicquam validè & efficaciter agere queant, Constit. Elect. *15. p. 2.* † Attamen illis bona Curatorum suorum tacitè obligata non sunt, Dan. Moller. *lib. 2. semestr. cap. 3. & lib. 4. semestr. 41. & ad Constit. Elector. 15. num. 86. p. 2.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 19. num. 38.* † Quia mulieres bonorum suorum administrationem ipsæmet sibi retinent, & ne minimam quidem ejus partem Curatoribus suis, nisi interdum tanquam famulis, committunt, ut certè iniquissimè eorundem bona jure tacitæ hypothecæ afficerentur. † Diversa autem obtinet ratio in pupillis & minoribus, quorum bona tutoribus & Curatoribus cum plenâ & liberâ potestate administrandi tanquam Dominis committuntur, Glos. *in l. mandato generali 60. in fin. ff. de procurat.* † cujus administrationis ratione, bona ipsorum meritò tacitè sunt oppignorata. Quin nec ullibi in Jure Saxonico aut Provinciali, † de tacitâ hypothecâ, in bonis Curatorum ad litem mulieribus competente, verbulum habetur; ut vel propterea onus ipsis imponendum haud sit. † Cum jus taciti pignoris absque expressâ Legis aut Statuti dispositione constitui nequeat, *tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pignor. vel hypoth. tacit. contr.* Moller. *dict. cap. 41. num. 7.*

Ita Domini in causa Annæ, viduæ Johannis Krappens zu Leipzig/ Mens. Januar. Anno 1583. [Verba sentent. Ob gleich Sigismund Schlagenhauffen euch zum Kriegischen Vormunden geordnet worden/ welcher auch curentweyen 1000. fl. eingenommen/ ꝛc. So habt ihr euch doch derhalben in seinen Gütern einer stillschweigenden Verpfändung nicht anzumassen/ V. R. W.]

Definit. XVI.

Tutor tacitam hypothecam non habet in bonis pupilli pro eo, quod sibi debetur contrario tutelæ judicio.

1 LIcet pupillus jure tacitæ hypothecæ, quam ei lex in bonis tutoris indulsit, sui tutoris bona tanquam obligata retinere possit, *l. pro officio 20. C. de administr. tutor.* † Tutori tamen in pupil- 2
li bonis pro eo, quod sibi debetur contrario tutelæ judicio, hoc jus concessum non est, Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 34. defin. 1. n. 2.* † Non enim 3
contrahitur jus tacitæ hypothecæ, nisi in quibusdam causis, jure expressis, ut apparet ex *tit. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr.* Inter quas causas hæc nullibi refertur, Neguz. *de pignor. membr. 4. part. 2. ante num. 165.* † Adeoque nec 4
tutor prætextu ejus quantitatis, quæ sibi ex causâ administratæ tutelæ debetur, pupillares res retinere potest; Quod certè alienum esset à bonâ fide, † 5
quam tutor maximè in restituendis rebus pupillaribus præstare debet, Fab. *dict. defin. 1. n. 1.* † Nam 6
& qui ob redditas rationes liberationem plenissimam consecutus est, non eò minus reddere debet res, quas penes se habet ex administratione, *l. Aurelio 20. §. ult. ff. de liber. legat.*

Ita Domini in causa Matthæi Fleischers & Wolffgangi Scheibens zu Leipzig/ Mense Mart. Anno 1630. [Verba sentent. Ob nun wol euer Mündlein bey gepflogener Rechnung euch 721. fl. so ihr seinetwegen mehr ausgeben/ als eingenommen/ schuldig verblieben/ ꝛc. Dieweil aber

aber dennach in Rechten nirgend gegründet/ daß ihr derowegen zu mehrgedachtes eures Mündleins Gütern ein stillschweigend Unterpfand erlanget: So möget ihr auch solcher Foderung wegen/ den Arrestanten in der Zahlung nicht fürgezogen werden/ V. R. W.]

Definit. XVII.

Liberis ratione bonorum maternorum, patris bona tacitè sunt obligata.

1 NUlpiam in jure tacita hypotheca constituta est privignis in rebus vitrici propter bona
2 materna, quæ vitricus apud se habuit; † Quare nec adversus hunc privigni jure taciti pignoris uti possunt; ut rectè docet Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 4.* † Aliter res se habet in patre, cujus bona
3 liberis, pro bonis adventitiis, tacitè sunt obligata, à tempore susceptæ administrationis, *l. cum oportet 6. §. non autem 2. & §. ult. C. de bon. quæ liber. Gloss. in l. pro officio 20. C. de admin. tutor.* Neguz. *de pign. 2. part. 4. membr. num. 7.* † Quod
4 tamen non de omnibus indifferenter bonis adventitiis; sed de maternis solummodò accipiendum. Etsi enim pater omnium bonorum adventitiorum administrator legitimus habeatur; haud tamen omnium, sed maternorum duntaxat nomine, bona illius filio obligantur; ut distinguit Imp. Justinianus *in dict. l. cum oportet 6. §. ult. C. de bon. quæ*
5 *lib.* † Quin & in bonis maternis id ipsum restringitur, ad eum solummodò casum, quando pater
6 usumfructum habet horum bonorum. † Hoc enim adempto, nil prorsus juris patri in iis competit.
7 Quare si sponte suâ ea administret, † negotiorum gestor potiùs, quàm legitimus curator seu administrator dicitur, *arg. l. 2. & tot. tit. ff. de negot. gest.*
8 † Atqui gestoris bona nunquam censentur tacitè obligata, Bartol. *in l. si constante. 24. in pr. ff. solut. matr.* Joh. Harppr. *in §. Creditor. 4. num. 59. inst. quib. mod. re contr. obligat.* Neguz. *de pignor. & hypoth. dict. memb. 4. secund. part. pr. n. 16.*

Ita Domini ad consultationem Georgii Heinitzens zu Dreßden/ Mens. Octobr. Anno 1620. [Verba sentent. Da nun der Vater vom solchem der Kinder Mütterlichen Gut die Zinsen eingehoben/ und dessen Fruchtnießung gehabt hätte/ &c. So wären seine Güter derobalben den Kindern tacitè verobligiret und verpfändet/ V. R. W.]

Definit. XVIII.

Ratione munerum, in testimonium baptismi acceptorum, & à patre tutorio nomine administratorum, liberis in ejusdem bonis tacita competit hypotheca.

ERgonè *ratione reliquorum bonorum adventitiorum, quæ liberi non à matre, sed aliundè acceperunt, denegandum ipsis prorsus erit jus tacitæ hypothecæ in bonis paternis?* † Iniquissimum certè 1
2 id videtur; cùm parer utplurimum ejusmodi bona tutorio nomine ad se recipiat: † Quidni ergò libe- 3
ris tacita hypotheca in bonis paternis, non tanquam patris, sed tutoris sui indulgeretur? *l. pro officio 20. C. de administr. tutor.* † Quod & pla- 4
cuit Illustrissimo Saxoni *in* Ordin. Proceſſ. judic. *tit. 45. in pr. vers.* Desgleichen die Kindere. † Ex 5
quo Domini in concursu Creditorum inter hypothecarios collocârunt filiam, ratione munerum, quæ ipsi baptizatæ testes baptismi, ceu tesseram fidei datæ donaverant, idiomate nostro (Patengeld.)
† Hæc enim non parentibus sed infantibus baptiza- 6
tis offerri, vulgò creditur. † Etenim si in bonis 7
ejus, qui pro tutore saltem se gessit, pupillis jure tacitæ hypothecæ prospectum est, ut dixi *supr. Defin. 14.* † Cur non multò magis in bonis patris tutorio 8
nomine bona liberorum administrantis? Vid. *supr. p. 1.* Constit. Elector. *28. Defin. 112.*

Ita Domini in concursu Creditorum H. W. zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1636. [Verba sent. Zum dritten des Schuldners Tochter Catharinen 12. Ducaten Patengeld/ deswegen sie ein stillschweigend Unterpfand in des Vatern Güter erlanget/ &c.]

CONSTITUTIO XXV.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Unterpfande/ so ohne ausdrückliche Bewilligung/ und allein von Rechten/ in gewissen Fällen geordnet/ tacitæ hypothecæ genannt/ in Lehngütern statt haben?

Tacita hypotheca num in feudis locum habeat?

UNsere Räthe/ Juristen-Facultäten und Schöppenstüle seynd des einig/ daß tacita hypotheca auff und in Lehengütern nicht statt habe. Wann dann ein Lehengut mit Consens des Lehnherrn und der Mitbelehnten darzu verordnet/ daß es den Gläubigern zum besten soll verkaufft werden/ auff den Fall werden auch die Gläubiger/ welchen das Lehengut beständiger Weise ausdrücklich verpfändet/ der priorität halben/ nach Ordnung ihres erlangten Rechtens/

TAcitam hypothecam in bonis feudalibus locum non habere, Consiliarii nostri, nec non Collegia Facultatum Juridicarum & Scabinatuum putârunt. Igitur feudo cum consensu Domini & Agnatorum, Creditorum causâ, vendito, qui hypothecam in eo legitimo modo consecuti sunt, secundum ordinem temporis, aliis omnibus præferentur, tumque, si vel ex precio quid residuum sit, vel

allen andern billich vorgezogen / da aber folgends von dem Kauffgeld etwas übrig / oder es seynd keine Gläubiger / die ausdrückliche Verpfändung haben / vorhanden / so sollen die jenigen / so tacitam hypothecam auff den Erb-Gütern haben / und ferner die andern Gläubiger / nach Gelegenheit ihres Rechtens / von der Übermaß des Kauffgeldes vergnüget werden. So viel dann der Abnutzung des Lehnguts belanget / wann in das Lehngut bey Leben des Schuldeners verholffen wird / und davon die Schulden bezahlet werden / soll den Gläubigern das jus tacitæ hypothecæ auch gebühren / iedoch mit dem Unterscheid und Erklärung der expressæ hypothecæ, so wol der Nutzungen als des Lehenguts halben / wie obstehet / nemlich daß die / so ausdrückliche Verpfändung auff den Lehngütern haben / auch in den Früchten desselbigen verholffenen Guts den andern Gläubigern vorgehen und vorgezogen werden; allein wo sichs begebe / daß des Schuldeners Weib von den Erbgütern oder Hinterstand des Kauffgeldes nicht könte vergnüget werden / sie auch zuvorn nicht Beleibdinget / so soll ihr alsdann vor allen andern Gläubigern / die keine ältere ausdrückliche Verpfändung erlanget / ihre Mitgifft / so viel sie der zu beweisen / wieder erstattet werden / wie dann auch die Fraue / so lange das jus retentionis in den Lehngütern und ihre Unterhaltung haben soll / biß sie des ihren vergnügt / welches alles unser Hoffgerichte / Juristen-Facultäten / und Schöppenstüle auch also sprechen und erkennen sollen.

vel nemo supersit, qui hypothecam expressam in feudo habeat, iis, quibus bona allodialia debitoris tacitè obligata sunt, & deinceps cæteris, pro cujusq; jure, ex residuo precio satisfiet. Ad fructus verò feudi quod attinet, executione factâ vivo debitore, ut ex iis Creditoribus satisfiat, ad eos quoq; illi, qui tacitas hypothecas habent, aspirabunt; eo tamen, uti jam dicimus, discrimine, ut quibus expresè feudum pignoratum est, illi etiam in fructibus ejus, reliquis Creditoribus, quī tacitas hypothecas habent, sint potiores, nisi fortè eveniat, ut uxori debitoris e bonis allodialibus, vel ex precio feudi venditi residuo, satisfieri non possit, nec dotalitium illi à marito constitutum sit. Tùm enim dotem illi, quam se numerâsse probare potest, præ aliis omnibus, quī anteriores expressas hypothecas in feudo consecuti non sunt, ex fructibus ejus solvi jubemus, quemadmodum & jus retentionis in bonis feudalibus illi tribuimus, ut eo tamdiu utens, donec illi satisfactum sit, alimenta interim ex iis habeat. Quæ omnia tàm in judiciis nostris Curialibus, quàm Collegiis Facultatum Juridicarum, & Scabinatuum in judicando & respondendo observari, mandamus.

DEFINITIONES.

1. *In pretio, ex feudis redacto, præferuntur hypothecariis ii, qui ad conservationem & administrationem feudorum fecerunt expensas.*
2. *Mulieribus quatenus ratione dotis in bonis feudalibus competat jus tacitæ hypothecæ ac prælationis.*
3. *Tacita hypotheca quatenus habeat locum in fructibus & commoditatibus feudi.*
4. *Pupilli, Filiæ, Universitates, Ecclesiæ & Hospitalia, quatenus & quamdiu utantur jure tacitæ hypothecæ in feudis.*
5. *Post factam executionem in feudum, licet Vasallo debitori onus servitiorum incumbat, ob inopiam tamen ipsius, Creditor ea præstare tenetur ex fructibus feudi.*
6. *Factâ executione in bona feudalia, Creditor non tenetur præstare alimenta Vasallo, si per id redigeretur ad inopiam.*
7. *In bonis etiam emphyteuticis locum habet jus tacitæ hypothecæ.*
8. *Non solum pro dote, sed & pro dotalitio, ac rebus paraphernalibus, jus retentionis mulieri competit in omnibus mariti bonis, feudalibus, & allodialibus.*
9. *Datur etiam mulieri pro statutariâ portione jus retentionis in bonis defuncti mariti.*
10. *Utitur Vidua jure retentionis in bonis mariti defuncti, donec ipsi de donatione propter nuptias, ac portione, in pactis dotalibus assignatâ, satisfactum fuerit.*
11. *Vidua non in omnibus ac universis defuncti mariti bonis, sed ad concurrentem æstimationem dotis, aliarumvè rerum, quas petit, jus retentionis exercere potest.*
12. *Vidua, utens jure retentionis in bonis mariti, non nisi ad indigentiam suæ necessitatis ex iis alimenta habet.*
13. *Durante jure retentionis, Vidua, nec non quivis alius Creditor, hoc jus exercens, ad bonorum administrationem obstringitur.*
14. *Finito jure retentionis, Vidua, mediante inventario vel jaramento, rationem administrationis reddere tenetur.*
15. *Texturæ, aliaq; manualia, durante retentionis jure, in domo mariti à Viduâ confecta, ipsi cedunt, non mariti heredibus.*
16. *Vidua jus retentionis, quod in bonis mariti habet, alii vendere, oppignorare, & cedere potest.*
17. *Non competit jus retentionis Viduæ, petenti dotem illiquidam & controversam.*
18. *Maritus jus habet retentionis, non tamen alimenta in bonis defunctæ Uxoris, donec ei*

de mobilibus, aliavè portione debita satisfactum fuerit.

19. *Durante jure retentionis, maritus non lucratur fructus ex bonis immobilibus defunctæ Uxoris, si tamen ea administraverit, impensas & laboris mercedem jure petit.*

20. *Locator jus retentionis habet in bonis, à conductore illatis, etiam in libris Studiosorum, si alia deficiant bona.*

21. *Competit etiam Conductori jus retentionis in fundo aut domo sibi locatâ, pro expensis necessariis, in eâ factis.*

22. *Famulus sive ancilla jus retentionis habet in domini habitatione, donec ei de mercede satisfiat.*

23. *Advocatus, vel etiam actuarius, retinere potest Acta, donec ipsi de honorario satisfiat; Nisi Reipublicæ intersit, Acta exhiberi.*

24. *Non habet locum jus retentionis in re aliquâ pro expensis seu operis, in aliâ re factis.*

25. *Res obligatas ex certâ causa, licet etiam pro alio debito chirographario, quod liquidum est, retinere.*

26. *Pignoris vinculum aliquod subesse, necesse est, ut bona debitoris etiam pro alio debito retinere liceat.*

27. *Tributa & collectæ non à Viduâ, quæ utitur jure retentionis in bonis mariti, sed ab ejusdem heredibus sunt exsolvendæ.*

Definit. I.

In pretio, ex feudis redacto, præferuntur hypothecariis ii, qui ad conservationem & administrationem feudorum fecerunt expensas.

1 QUum tacita hypotheca in bonis feudalibus nusquam jure introducta reperiatur, quin potius sine consensu Domini jus quoddam, sive tacitum, sive expressum feudo imponi prohibeatur, Sa-
2 lycet. Jas. & Dd. *in l. ult. C. de jur. Emphyt.* † satis liquet, neminem ex Creditoribus Vasalli, jure tacitæ hypothecæ in feudo uti posse, Modest. Pist. *part. 3. q.*
3 *122. n. 5.* Quippe † quod tacita hypotheca ex sola Legis vel statuti dispositione alicui tribuatur, Neguz.
4 *de pignor. 4. membr. 2. part. pr. n. 1.* † id quod in foro Saxonico minus forsan dubium habet, propter Sanctionem Illustrissimi Saxon. Electoris, tacitam hypothecam in bonis feudalibus regulariter prohibentis, *h.* Constit. *25. in pr. & in* Ordin. Nov. Proces. Judic. *tit. 45. §.* Es ist aber alle/ꝛc. Quæ tamen Sanctio in omnibus indifferenter casibus vera non
5 est. Nam † *Primò*, haud vult eam extendi Constituens Illustrissimus ad residuum pretii, ex feudo redacti. Vendito namque feudo, si ex feudo inde redacto (tanquam ex re allodiali, *infr. p. 3.* Constit. Elect. *30. Defin. 1.*) Creditores, expressam hypothecam habentes, credita sua prius consecuti fue-
6 rint, † Residuum cedit Creditoribus illis, qui tacitam hypothecam ex provisione Legis in bonis allodialibus habent, *h.* Constit. §. Auff den Fall. *vers.* Da aber folgends/ꝛc. *dict. tit. 45. §.* Desgleichen wenn das Lehngut/ꝛc. Quod tamen non
7 aliter † quàm secundum prioritatem temporis accipiendum, ut scilicet ii, qui tempore priores, vel etiam Arestum anterius consecuti sunt, aliis præferantur. Quibus etiam postea succedunt personaliter pri-
8 vilegiati, † aliiq; Creditores Chirographarii, secundum cujuslibet privilegium & prærogativam, *hîc* Constit. *vers.* Und ferner die andern Gläubiger. *dict. tit. 45. §.* desgleichen. Moller. *hic. n. 3.* Joh. Zan-
9 ger. *de except. part. 3. cap. 25. num. 81.* † Planè si quis ad conservationem & administrationem feudi impenderit quid, hujus nomine non modò reliquis Chirographariis, sed & Creditoribus, hypothecam expressam habentibus, omninò præferri debet.
10 † Cum enim hujus curâ & operâ omnis substantia debitoris & ipsi & Creditoribus ejus salva

23. Advocatus, vel etiam actuarius, retinere potest Acta, donec ipsi de honorario satisfiat; Nisi Reipublicæ intersit, Acta exhiberi.

24. Non habet locum jus retentionis in re aliquâ pro expensis seu operis, in aliâ re factis.

25. Res obligatas ex certâ causa, licet etiam pro alio debito chirographario, quod liquidum est, retinere.

26. Pignoris vinculum aliquod subesse, necesse est, ut bona debitoris etiam pro alio debito retinere liceat.

27. Tributa & collectæ non à Viduâ, quæ utitur jure retentionis in bonis mariti, sed ab ejusdem heredibus sunt exsolvendæ.

conservetur; absurdum foret, hunc aliis postponi; ut in simili argumentatur Dan. Moller. *ad Const. Elect. 28. n. 86. part. 1.*

Ita Domini in causa Joachimi Reibolds in Nauendorff/ Mens. April. Anno 1618. (Verba sent. So werden ietzebenannte Gläubiger wegen ihres dargeliehenen Saamgetreydichts / damit die Felder den sämmtlichen Gläubigern zum besten bestellet worden / von angedeuteten Kauffgeldern vorerst / dann darauff die jenigen / weil ihr im Rittergut Schneckengrün ein beständig ausdrücklich Unterpfand erlanget / und endlichen auch die andere Gläubigere und Chirographarii, ihrer Priorität nach/ billich befriediget/ V. R. W.)

Definit. II.

Mulieribus quatenus ratione dotis in bonis feudalibus competat jus tacitæ hypothecæ ac prælationis.

1 SEcundò: Mulieribus quoque circa jus tacitæ hypothecæ in bonis feudalibus ex Constitutione Electorali specialiter quid fuit indultum. Etsi enim in feudis maritorum suorum mulieres ratione dotis non habeant tacitam hypothecam; † mul- 2
tò minus jus quoddam prælationis, ita ut Creditoribus posterioribus, expressam hypothecam habentibus, haudquaquam præferantur, Neguz. *de pignor. part. 2. pr. membr. 2. n. 43.* Mynsing. *cent. 6. obs. 45. n. 3.* Ludolph. Schrad. *de feud. part 8. cap. 1. n. 24.*
† Aliud tamen placuit Illustrissimo Sax. Electori, di- 3
sertis verbis disponenti: Ut, si mulier dotem ex alis mariti bonis allodialibus, vel ex residuo pretio post Creditores, hypothecam expressam habentes, consequi non possit, nec ei dotalitium constitutum fuerit, tunc ipsi jus tacitæ hypothecæ, pariter ac retentionis & prælationis, competat, eique dos præ omnibus aliis Creditoribus, expressam hypothecam anteriorem non habentibus, ex bonis feudalibus restitui debeat, *h.* Const. *25. in med. vers.* Allein wo sichs begebe/ꝛc. *ubi* Moll. *n. 4.* † Quod & postea 4
confirmatum fuit *in* Ordin. Nov. Judic. Proc. *tit. 45. §.* Jedoch wo sichs begebe. † Ad donationem verò 5
propter nuptias hoc extendendum non esse, vel exinde constat, quod nec in bonis allodialibus hujus nomine jus tacitæ hypothecæ competat, Vide Constit. *præc. 24. Defin. 6.* Reinh. Ros. *ad* Moll. *Const. Elect. 28. n. 60. p. 1.* Wesenb. *allegat. à* Moll. *hic n. 4.*

Ita Domini in causa Christophori Lindners zu Naumburg/ Mens. Jan. Anno 1606. (Verba sent. So mag ihr solches an ihren/ wegen ihres Einbringens in ihres Mannes Lehengütern/ habenden Rechten und jure retentionis zu Nachtheil nicht gereichen/ꝛc.)

DEFI-

DEFINIT. III.

Tacita hypotheca quatenus habeat locum in fructibus & commoditatibus feudi.

1 *Tertiò:* Licet in proprietate feudi jus tacitæ hypothecæ locum non obtineat: attamen quin in fructibus & commoditatibus feudi aliter
2 res ſe habeat, † in iisque Creditores jure tacitæ hypothecæ uti poſſint, indubitati juris eſt, Neguz. *de pign. part. 2. pr. membr. 2. n. 48.* Jaſ. *in l. ult. n. 78. C. de jur. Emphyt.* Schneidevvin. *de feud. part. 7.*
3 *n. 21.* † Idq; expreſsè fuit confirmatum ab Illuſtriſſimo Saxon. Electore *h.* Conſt. *25.* §. So viel denn die Abnutzung. Ord. Nov. Proc. jud. *tit. 45.* §. Weñ
4 aber gleichwol / ꝛc. Quod tamen (1.) † hactenus ſaltem procedit, quamdiu Vaſallus, feudi poſſeſſor vivit, & feudum Domino non aperitur, vel ad A-
5 gnatos devolvitur. † Alioquin mortuo Vaſallo, & ſoluto jure poſſeſſoris, jus etiam pignoris & tacitæ hypothecæ ſolvitur, *h.* Conſt. §. So viel dann. *verb.* Bey Leben des Schuldeners. *dict. tit. 45.* Ord. Nov. Jud. Proc. §. Wenn aber gleichwol / ꝛc. Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *p. 3. q. 120. n. 20.*
6 (2.) † Nec ſolùm in fructibus jam ſeparatis, aut certè ſeparandis, ſed etiam in aliis annorum futu-
7 rorum fructibus jus tacitæ hypothecæ obtinet; † ita ut Creditores tacitam habentes hypothecam, fructus quoque futuros lucrentur, propter verba generalia *dict. tit. 45. & h.* Conſt. *25.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 31. n. 22.* Quamvis aliter ſentiat Jacob.
8 Schult. *dict. loc. n. 18.* (3.) † Hoc tamen ſpeciale eſt, ut Creditores, quibus feudum expreſsè pignoratum eſt, licet ſint poſteriores, ex fructibus feudi pri-
9 mo loco ſatisfactionem percipiant; † poſtea verò
10 Creditores tacitam hypothecam habentes; † ac demum reliqui etiam Creditores, ſecundum ordinem & prioritatis jura admittantur *h.* Conſtit. *verſ.* Jedoch mit dem Unterſcheid und Erklärung.

Ita Domini in cauſa Michaelis à Retwitz / Menſ. April. Anno 1631. (Verba ſentent. Habt ihr bey eurem guten Freunde / auch einem von Adel 1000. Reichsthlr. zu fordern / deswegen ihr euch euers Befugnüß und juris tacitæ hypothecæ zu gebrauchen gemeynet ſeyd. Ob nun wol ſolches in dem Eigenthumb des Lehen- und Ritterguts nicht ſtatt hat / ꝛc. So werdet ihr doch in den Nutzungen und Früchten berührtes Lehen- und Ritterguts / ſo lange der Debitor am Leben / mit ſolchem jure tacitæ hypothecæ billich gehöret / und vermöge deſſen allen andern Gläubigern / ſo mit des Lehenherrns und der Agnaten Conſens und Einwilligung keine ausdrückliche hypothecam erlanget / in der Zahlung billich vorgezogen / ꝛc.)

DEFINIT. IV.

Pupilli, Filiæ, Univerſitates, Eccleſiæ & Hoſpitalia, quatenus & quamdiu utantur jure tacitæ hypothecæ in feudis.

1 *Quartò:* Deniq; & pupillo jus tacitæ hypothecæ competit non ſolùm in fructibus & commoditatibus, ſed & in ipſa proprietate feudi tutoris juxta diſpoſitionem expreſſam Illuſtriſſimi Electoris Saxon. *in* Ordin. Nov. Proceſſ. Jud. *tit. 45.* Ferner vermercken wir. Aut. Conſult. Conſt. Sax. *tom. 1. part. ult. q. 78. & q. 80. num. 8.* Modeſt. Piſt.
2 *part. 3. quæſt. 120.* † Nec videtur hoc caſu conſenſus Domini deeſſe; quum is, decernendo tutelam Vaſallo, videatur per hoc in obligationem eam, quam Lex ex tali adminiſtratione inducit, conſenſiſſe, Modeſt. Piſtor. *dict. q. 20. num. 5.* Illud tamen hîc obſervandum: (1.) † quod pupillus hoc jure ta- 3
citæ hypothecæ in bonis feudalibus eo ſolummodo caſu uti queat, quando bona allodialia debitoris non exiſtunt; † Alioquin ſanè ſi pupillo ex bonis 4
allodialibus ſatisfieri poſſit, bona feudalia omninò exempta erunt ab hoc onere, *dict. tit. 45. §. ult. verſ.* Sich alleine auff den Fall / ꝛc. (2.) † Non 5
nocet tamen jus tacitæ hypothecæ in feudis pupillo competens, Agnatis aliisque ſimultaneè inveſtitis. Quare Vaſallo tutore defuncto, haud obſtante hoc jure, feudum ipſis defertur, *dict. tit. 45. in fin. verſ.* Es ſoll aber gleichwol. (3.) † idque ipſum extendit 6
quoque Elector Illuſtriſſimus ad Eccleſias, Univerſitates, & Hoſpitalia, ita, ut & hæc jure tacitæ hypothecæ in bonis feudalibus gaudeant, *dict. §. ult. verſ.* Welches wir auch auff Kirchen / ꝛc. (4.) † Pro elo- 7
catio-: quoq; filiarum bona feudalia hodiè ſunt tacitè obligata, ita ſcilicet, ut ſi filiæ ex hereditate parentum tantũ non habeant, ex quo elocari & dotari poſſint, tùm demũ frater vel Agnatꝰ ex feudo eas donare, aut id, quod hereditati deeſt, ex bonis feudali- 8
bus ſupplere teneatur; † eoque reſpectu aliis Creditoribus, expreſſam quoque hypothecam poſteriorem habentibus, filiæ præferantur, *dict. tit. 45.* †. Es trägt ſich auch / ꝛc. Conſt. Elect. *46. p. 2. ubi* Moller. *n. 13.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Es wäre dann / daß euch ſolche tacita hypotheca als einem pupillo in des Vormunden Lehengütern zuſtändig wäre / auff ſolchen Fall hättet ihr euch / wofern die Erbgütere nicht zureichen / auch aus den Lehngütern ſelbſten zu erholen / ꝛc.)

Et in cauſa Hanſen Chriſtophen von Seidewitz / Menſ. Auguſt. Anno 1636. (Verba ſent. Ob nun wol auch ſonſten dem Mündlein des Vormunden Lehngütere tacitè verpfändet ſeyn / dieweil aber dennoch ſolches jus tacitæ hypothecæ nach Abſterben des Vormunden denen Lehensfolgern unſchädlich / ꝛc. So ſeyd auch ihr nunmehr berührte Schuld aus deme nach Abſterben gedachtes Vormundens euch zugefallenen Lehen zu zahlen nicht verpflichtet // V. R. W.)

DEFINIT. V.

Poſt factam executionem in feudum, licet Vaſallo debitori onus ſervitiorum incumbat, ob inopiam tamen ipſius, Creditor ea præſtare tenetur ex fructibus feudi.

1 AB executione in bonis feudalibus haud conſentiente Domino feudi ſuperſedendum eſſe, expediti juris eſt, ut multis probat Matth. Col.
2 *de proc. exec. part. 2. c. 3. n. 282. & multis ſeqq.* † Niſi in fructus feudi Creditor executionem petat; Ea ſiquidem ipſi denegari haud debet, Bartol. *in l. 40. n. 1. ubi &* Jaſon. *n. 3. ff. de re judic.* Matth. Weſenb. *p. 1. conſ. 50. n. 7. & ſeqq.* Coler. *dict. cap. 3. num. 289.* Cum quo convenit in Electoratu Saxoniæ Ordi-
3 nat. Nov. Proc. Judic. *tit. 40. in pr.* † Facta autem executione ac immiſſione in feudum, nihilominus Vaſallo, debitori, onus ſervitiorum incumbit, non Creditori, Dan. Moll. *lib. 3. ſemeſtr. 33.* Bartol. *in l. ſi ſinita 15. §. ſi de vectigalibus 26. n. 5. ff. de damn. infect.* Col. *dict. c. 3. n. 296.* † Nec enim juramentum,
4 à Vaſallo præſtitum, quo ſervitia potiſſimum comprehenduntur, perſonam ejus egreditur,

cap.

cap. veritatis 14. extr. de jurejur. Et æquissimum
5 est, † ut Vasallus, ceu debitor, cum ab obligatione se hoc modo liberet, servitia, quæ se præstiturum jurato promisit, ipsemet præstet, non autem Creditor, cui præter id, † quod illi debetur, modò id consequatur, ex immissione nihil accedit, Moller. *dict. cap.*
7 *33. n. 2.* Quod tamen cum mica salis accipi velim, † si scilicet Vasallus debitor aliunde habeat, unde servitia præstare queat. † Alioquin sanè, debitore in-
8 ope existente, onus servitiorum Creditori accrescit, Matth. Wesenb. *dict. cons. 50. n. 20. v. Atq; ita servari, &c.* † Quippe hic Usumfructum feudi tenet,
9 ex quo servitia præstanda veniunt, Borchold. *de*
10 *feud c. 1. n. 23.* Moll. *dict. cap. 33. n. 1.* † Quin & propterea Creditor ad servitia paratum se exhibebit: ne Domino feudum, tanquam ob non præstita servitia sibi commissum, revocante, *arg. c. 1. de milit. Vasall. qui contum. est*, executionis effectu defraudetur.

Ita Domini in causa Christophori VVolffgangi à Burckersroda/M. Nov, Anno 1595. (Verba sent. Ist H von P. von seinem Rittergute / welches er euch Schulden wegen auß vergehende Hülffe und immission eingeräumet und abgetreten / von deßelben Jährlichen Abnützungen euch bezahlet zu machen/die Ritterdienste mit zweyen Pferden zu leisten schuldig/&c. Da nun gedachter H. von P. solche Ritterdienste von wegen seines Unvermögens nicht verrichten könte: So wäret ihr dieselbe / wann sie gefodert würden/von den Jährlichen Abnutzungen berührtes Ritterguts zu bestellen pflichtig/&c.)

Definit. VI.

Factâ executione in bona feudalia, Creditor non tenetur præstare alimenta Vasallo, si per id redigeretur ad inopiam.

1 AT, *quid si factâ executione atq; immissione in bona feudalia, Vasallus debitor nil prorsus habeat, unde se & familiam suam sustentare vale-*
2 *at?* † Sanè, Vasallos milites ac Nobiles in solidum haud exigendos, sed tantum in executione deducendum esse, ne egeant, ac in casu inopiæ Creditores ex fructibus feudi Vasallo debitori alimenta præstare teneri, multis disputat Matth. Wesenb. *part. 1. Consil. 50. num. 19. & 20.* † Attamen se nunquam vidisse
3 de consuetudine id observari, tradit Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 119. & num. 131.* secutus Rebuffum *in Ordin. Regn. Gall. in proœmio*
4 *Gloss. 5. num. 91.* † Tantoque minus circa executionem parcendum esse militibus Vasallis, quin in solidum exigi debeant, quantò de his personis certior spes est & expectatio, quod ex laboribus manuum suarum tantum acquirere poterunt, quantum ipsis suppetat pro sui exhibitione, ait Coler. *dict. loc. n.*
5 *132.* † Et certè num alimentorum nomine quid tribuendum sit Vasallo debitori in executione, relictum videtur voluntariæ misericordiæ Creditorum, non constrictum aliquâ juris necessitate, *l. qui bonis*
6 *6. ff. de cess. bonor.* † Ea namque executionis natura est, ut debitor ad ultimum usque denarium bona sua Creditoribus relinquere ac cedere cogatur, Gloss. *ult. in l. pen. ff. de cess. bonor.* Brun. *in tr. de cess.*
7 *bon. q. 3.* † Atque ita ad intimam usque interulam excutitur debitor, ut ait Bald. *in l. ult. C qui bon. ced.* A quo jure executionis nullibi expressè excipi-
8 untur Vasalli; † Quod enim speciale hâc in re privilegium tribuitur militibus armatæ militiæ *in l. miles 6. l. item miles 18. ff. de re judic.* Illud ipsum Gloss. *in dict. l. miles 6. verb. armata ff. d. t.* restringit ad debita in castris contracta; † nec vult 9 idem obtinere in debitis, domi vel alibi contractis, *arg. §. 1. Inst. de testam. mil.* † nam & aliàs privi- 10 legia militaria tantùm obtinent in actu militantibus *l. pen. C. de test. mil.* † Sed hæc quidem disputat 11 Coler. *loco allegato.* In praxi autem opinio Wesenb. etiam in foro Saxonico est recepta, nec denegandum est Vasallis & Nobilibus beneficium competentiæ, in quantum scilicet facere possunt, ut docui *supr. part. 1.* Constit. Elect. *32. Defin. 15.* † Nisi for- 12 san Creditor, si non solidum consequeretur, ipsemet laboraturus esset inopiâ; † Quo casu, cum 13 omninò egendum sit, æquius est, Vasallum debitorem indigere, Coler. *dict. cap. 3. n. 126.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. So viel aber vorgedachtes H. von P. alimentation und Unterhaltung anlanget/möget ihr ihme dieselbe aus vorberührtem Rittergute zu reichen / gestalten Sachen nach / wider euren Willen nicht gedrungen werden/V.R.W)

Definit. VII.

In bonis etiam emphyteuticis locum habet jus tacitæ hypothecæ.

MUltis disputat Dan. Moll. *hîc n. 14. & seqq. & lib. 3. semestr. c. 45.* an in Emphyteusi locum 1 habeat tacita hypotheca? ac tandem in negativam sententiam inclinat. Quam hoc potissimum fundamento tueri conatur: quod, † sicuti feudum, † ita 2 & Emphyteusin absque consensu Domini haud pi- 3 gnorare liceat; & sic à feudo ad Emphyteusin argumentũ nectit; quod in jure validum dicit Nic. Everh. *in topic. loc. à feud. ad Emphyteus.* † Causam nimirum 4 prohibiti taciti pignoris in eo ponit, quod hoc locum non habeat, quando nec hypotheca absq; consensu Domini expressa valet. † Sed fallere mihi vi- 5 detur, ut pace ipsius dixerim. Nec enim verior ratio cessantis tacitæ hypothecæ alia unquam dari poterit, quàm quod certis tantummodò casibus ac certo modo eam juris dispositio introduxerit; quàm ad alios casus extendere non licet, *tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypothec. tac. contr.* ut pulchrè demonstrat Ant. Fab. *de error. pragmat. decad. 1. Error. 1.* † In bonis autem feudalibus jus taciti pi- 6 gnoris inductum esse, tantum abest, ut potius expressè illud prohibitum fuerit *h.* Const. *25.* † At nul- 7 libi à bonis tacita hypotheca affectis, bona emphyteutica excipiuntur; † quin potius eò deventum, ut 8 bona hæc redacta fuerint hodiernis moribus ad instar patrimoniorum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4 tit. 42. defin. 8. n. 1.* Ut vel propterea etiam ab obligatione legali malè excipiantur. † Ac stante argumento 9 Molleri, ex oppignoratione bonorum expressâ desumpto: nihilo magis sententia ipsius inde probabitur, quum expediti juris haud sit, an necessariò Domini consensus ad hypothecam Emphyteuscos requiratur? † Contrarium enim defendit Jul. Clar. 10 *l. 4. sent. §. Emphyt. q. 8.* Ant. Gabr. Roman. *comm. opin. lib. 6. tit. de Reg. jur. conclus. 12. num. 18.* Aurel. Corbul. *tract. de jur. Emphyt. cap. 14. limit. 33.* Et vel saltem de jure Saxonico † valere hypothe- 11 cam bonorum Emphyteuticorum, irrequisito etiam Domini consensu, autumat Jac. Schult. *in addit*

12 *addit. ad* Modeſt. Piſt. *part. 3. qu. 133. num. 14.* † Quin non ſolùm bona emphyteutica hypothecari, ſed & irrequiſito Domino, non ſecus ac ea, quæ prorſus libera ſunt, &, ut vocant, allodialia, alienari poſſe, tradit Anton. Fab. *dict. defin. 8. n. 2 poſt* Joh. Fabr. *ad §. adeo 3. n. 3. Inſt. de locat.* Boër. *deciſ. 204.* 13 *n. 7.* † Apparet certè hinc, quàm dubia ſit argu- 14 mentatio Molleri. † Nec fortior ea, quam ex Conſt. 15 Elect. 23. Wann auch *p. 2.* depromit. † De ſola enim hypotheca expreſſa ibidem agi, nemo non videt: Quæ procul dubio absq; conſenſu Domini directi haud valida eſt, Matth. Coler. *de proceſſ. exe-* 16 *cut. part. 1. cap. 10. n. 204.* † Inde ſi inferre velis ad pignus legale ſive tacitum, efficies hoc, quod nec in bonis allodialibus ſive cenſiticis immobilibus umquam jus taciti pignoris obtineat; quippe, quod nec hæc absque Magiſtratus conſenſu oppignorari queant, *art. 8. lib. 1.* Landr. Conſtit. Elect. *23. p. 2.* Coler. *dict. cap. 10. num. 164.* Quàm abſurdum verò hoc ſit, ecquis non videt?

Ita Domini in cauſa Michaëlis à Ketwitz/Menſ. April. An. 1631. (Verba ſent. Inmaſſen ihr euch ſolches Rechtens des ſtillſchweigenden Unterpfandes in des Schuldeners bonis emphyteuticis oder Erbzins-Gütern gar wol zu erfreuen habt/B.R.W.)

Definit. IIX.

Non ſolùm pro dote, ſed & pro dotalitio, ac rebus paraphernalibus, jus retentionis mulieri competit in omnibus mariti bonis, feudalibus & allodialibus.

1 VIvente etiam marito, mulier quaſi communem uſum & poſſeſſionem omnium bonorum ejus habet ſaltem jure familiaritatis, *l. qui jure familiaritatis 41. ff. de acquir. poſſ.* Decius *conſ. 400. n. 5.* 2 Æquiſſimum ergò eſt, † ut defuncto eo, gaudeat jure retentionis, quo maneat in poſſeſſione bonorum communium, quæ vacua, & ſine vitio ad eam pervenit, tamdiu, donec ipſi reſtituatur dos illata ac numerata, Anton. Neguz. *de pign. part. 5. princ. membr. 4. n. 5.* Vincent. Caroc. *deciſ. 21. n. 1.* Myn- 3 ſing. *cent. 6. obſervat. 45. n. 5.* † In tantum, ut ſi vidua ab heredibus mariti ex poſſeſſione legitima fuerit dejecta, vel blandis ſermonibus, quaſi heredes ei ſtatim dotem ſoluturi eſſent, perſuaſa diſceſſerit, ante omnia, tanquam ſpoliata reſtitui debeat, Decius *dict. conſil. 400. n. 6.* Matth. Coler. *de proc. exerut. part. 1. cap. 2. num. 222.* Hartm. Piſtor. *ob-* 4 *ſervat. 107. num. 3. & ſeqq.* † Quod vel maximè procedit de jure Saxonico, quo maritus & uxor dicuntur omnia bona inter ſe communiter & pro in- 5 diviſo poſſidere, *art. 31. & art. 45. lib. 1.* Landr. † † Cur non ergò poſt mortem mariti vidua poſſidebit ac detinebit bona, tam feudalia, quàm allodialia, donec ipſi ſatisfiat de dote, Weichb. *art. 57. §.* Hat ihr aber/ *h.* Conſtit. *25. in fin.* Zobel. *in addit. ad* 6 *Gloſſ. art. 20. lib. 1.* Landr. *lit. F. verſic. ſic etiam non cogitur, &c.* † Quin non ſolùm pro dote, ſed etiam pro dotalitio, rebusque aliis paraphernalibus jus Retentionis mulieri competit, *arg. l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot.* Conſt. Elect. *33. p. 3.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 33. n. 22.* Matth. Weſenb. *p. 1. conſ. 77. n. 9.* Hartm. Piſtor. *p. 1. qu. 4. n. 32.*

Ita Domini in cauſa Suſannæ Scherlings zu Leipzig/Menſ. April. Anno 1676. (Verba ſent. Das jus retentionis aber habt ihr/biß ſo lange ihr eures Ehegeldes und anderer eingebrachten Paraphernal-Güter halber befriediget/in eures Ehemannes Gütern billich/ꝛc.)

It. in cauſa Alberti & Henrici Fratrum à Buchsdorff zu Zinnitz/Menſ. Febr. An. 1636. (Verba ſent. Ob wol den Wittben / beydes in der verſtorbenen Männer Erb- und Lehngütern, biß ſo lange ſie ihrer Vermächtniß und anderer Weiblichen Gebührniß befriediget / das jus retentionis zuſtändig/ꝛc.)

Definit. IX.

Datur etiam mulieri pro ſtatutariâ portione jus Retentionis in bonis defuncti mariti.

NOn ſolùm pro ipſa dote, ſed & pro lucro dotali, quod ex pacto, teſtamento vel ſtatuto loci debetur, ubi maritus fixit domicilium, Vidua jus 1 retentionis habet, Dec. *conſ. 449. num. 23.* Matth. Coler. *de proc. execut. p. 1. cap. 2. num. 220.* † Quid- 2 ni ergò in poſſeſſione bonorum Vidua manebit, donec ipſi plenariè ſatisfactum fuerit? etiam de portione Statutaria, quam ex Conſtitutione Electorali, aliôve jure Statutario, ex bonis defuncti mariti lucratur, ſi eam capere velit; † Quippe quæ in lo- 3 cum dotis illatæ ſuccedit, maximè in Electoratu Saxoniæ, quo Vidua Statutariam portionem petens, dotem ſuam aliaque bona marito illata, conferre tenetur, Conſt. Elect. *20. p. 3.* Coler. *p. 1. deciſ. 62. n. 3.* † Ut propterea Viduæ non minus hoc caſu 4 competat actio, quàm pro dote conſequenda, multò magis verò Retentio: † quia facilius poſſi- 5 denti datur retentio, quàm non poſſidenti actio, *l. 1. ff. de pignor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 36. defin. 9. num. 6.* † Quod & ſatis innuunt verba generalia 6 *h.* Conſt. *25. in fin.* Biß ſie des ihren vergnüget. Tamdiu ergo Vidua utitur jure retentionis, donec 7 ei ſatisfactum fuerit de omnibus, quæ ipſi debentur. † Adeoque etiam de portione ſtatutaria, uti in aperto eſt. Vid. *infr. p. 3.* Conſt. Elect. *33. Defin. 1.*

Ita pronunciatum à Scabinis in cauſa Viduæ Quirini Ziegens/ ad requiſitionem Johannis Vetters zu Weiſſenfels/ Menſ. Nov. Anno 1622. (Verba ſent. Hat obgedachtes Quirini Ziegens Wittib nach deſſen Abſterben Vermöge Churfl. Sächſ. Conſtitution zum vierdten Theil ſeiner Verlaſſenſchafft gekieſet/ꝛc. So iſt ſie ſich des juris retentionis biß zu ihrer Befriedigung zu gebrauchen wol befugt/B.R.W.)

It. in cauſa Viduæ Henrici Luglers / ad Conſultationem Benedicti Hauſtecks zu Mewerſtadt / Menſ. Jan. Anno 1633. (Verba ſent. Hat eure Pflegefrau nach Abſterben ihres Ehemannes Heinrich Luglers / Vermöge Churfl. Sächſ. Conſtitution, zu dem vierdten Theil ſeiner Güter gekieſet/ꝛc. So wird ihr derſelbe gefolgt und ausgeantwortet/und ehe und zuvor ſolches geſchehen / mag ſie ſich aus den Gütern zu begeben / wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ ſondern ſie gebraucht ſich ſo lange des juris retentionis billich/B.R.W.)

Et alia in cauſa ad Conſultationem Georgii Agricolæ zu Dreßden/Menſ. Mart. Anno 1616.

It. in cauſa Alberti & Henrici Fratrum à Buchsdorff zu Zinnitz/ Menſ. Febr. Anno 1636. (Verba ſentent. Ob wol der Wittben in allen ihres Mannes Gütern / biß ſo lange ſie ihres Vermächtnüß und anderer Weiblichen Gebührnüß befriediget / das jus retentionis zuſtändig/ꝛc.)

Defi-

Definit. X.

Utitur Vidua jure retentionis in bonis mariti defuncti, donec ipsi de donatione propter nuptias, ac portione, in pactis dotalibus assignatâ, satisfactum fuerit.

1 JUre petit Vidua donationem propter nuptias, aliamvè partem bonorum, pactis dotalibus sibi assignatam, non minus atque portionem Statutariam, pactis dotalibus non existentibus, Const. Elect. *20 p. 3.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 62. num. 11. & de*
2 *process. execut. part. 1. cap. 3. n. 241.* † Quare & hoc nomine jure Retentionis utitur in bonis defuncti mariti, donec ei plenariè de hoc satisfactum fuerit, *h.* Const. *25. in fin.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 33.*
3 *num. 22.* † Et sanè pro consequenda donatione propter nuptias, aliôve in pactis dotalibus sibi relicto, mulieri datur actio, *l. ubi adhuc. 29. cum Aut. seq. C. de jur. dot. §. fuerat 29, ubi* Joh. Schneidew.
4 *n. 106. Inst. de action.* † Ergo & jus retentionis: Nam cui competit actio, ei multo magis datur retentio per viam exceptionis, *l. quæ omnia. 21. in fin. cum l.*
5 *seq. ff. de procur. l. 1. §. is autem 4. ff. de superf.* † Quæ & interdum datur nullam habenti actionem, *l. si in area 33. in fin. ff. de condict. indebit.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 3. tit. 22. defin. 15. n. 2.*

Ita Domini in causa Ursulâ / Viduæ Johannis Weissens/ ad requisitionem Christophori Fleischers zu Tschopau/ Mens. Majo, An. 1633. (Verba sent. So verbleibet es bey solcher Ehestifftung billich/und es mag die Wittib ehe und zuvor ihr das darinnen gethane Vermächtnüß würcklichen entrichtet worden/aus den Gütern zu weichen nicht angehalten werden/V.R.W.)

Et in causa Rebeccæ Viduæ Michaëlis Rosemanns zu Leipzig/Mens. Jan. Anno 1582.

Et in causa Elisabethâ Schönwetters zu Halla / Mens. Novembr. Anno 1635.

Definit. XI.

Vidua non in omnibus ac universis defuncti mariti bonis, sed ad concurrentem æstimationem dotis, aliarumvè rerum, quas petit, jus retentionis exercere potest.

1 JUris indubitati est, quod Creditores, etiamsi major pars pecuniæ debitæ sit exsoluta, pro residuo toti pignori incumbere queant, *l. heredes ejus 25. §. idem observatur 14. ff. fam. ercisc. l. quamdiu 6. C.*
2 *de distr. pign.* † Unde & hypothecariam actionem adversus quoslibet rei oppignoratæ possessores, ut vel res nobis restituatur, vel universum debitum exsolvatur in solidum, intendere non prohibentur, *l. Moschis 47. ubi* Bartol. *ff. de jur. fisc. l. 1. ubi* Dd. *C. si unus ex pluribus hered. debit. vel Cred.* Neguz. *de*
3 *pign. part. 8. membr. 1. num. 48.* † *An non ergo mulieri etiam, seu viduæ pro dote, aliisvè rebus sibi debitis in universis defuncti mariti bonis jure retentionis uti licebit?* † Ita quidem expeditum esset, si
4 ad restitutionem dotis aliarumvè rerum solummodò vidua ageret; Jam verò in hunc potissimum finem bonis mariti incumbit, † ut alimenta inde habeat, & fructibus eorum ad sustentationem sui, suæque familiæ uti possit interea, dum de
5 dote & aliis ipsi satisfiat, *l. ubi adhuc 29. vers. ita tamen C. de jur. dot.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 13. n. 1.* † Quin & mulier quandoque ad restitutionem 6
dotis planè non agit; sed solummodò sub jure Retentionis alimenta quærit, vivente scilicet marito & ad inopiam vergente, Rauchb. *p. 1. q. 33. num. 29.* † 7
Satis ergo intentioni ejus correspondebit, si in tot ac tantis bonis jus retentionis exerceat, quæ ad concurrentem æstimationem suæ dotis, & in causam alimentorum sufficiant; † durante interim jure ta- 8
citæ hypothecæ in reliquis ac universis defuncti mariti bonis, Rauchbar. *dict. quæst. 33. num. 28.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 224.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 92. num. 12. & 13.* Hartm. Pistor. *observat. 107. n. 12. & 13.*

Ita Domini in causa Mariæ, Viduæ Christophori Hißschels/ ad requisitionem Gregorii Bergkmans zu Telschitz/Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sentent. Daß sich die Wittib/ehe und zuvor sie Vermöge der auffgerichteten Ehestifftung des ihr darinnen gethanen Vermächtnüß von den Erben vollständig befriediget wird / in des verstorbenen Mannes Gütern / jedoch so weit sich das Vermächtnüß erstreckt/des juris retentionis zu gebrauchen wol befugt ist/V.R.W.)

It. in causa Alberti & Henrici, Fratrum à Buchsdorff zu Zinnitz/Mens. Febr. Anno 1636. (Verba sent. Da aber dennoch die Wittib auß dem Lehen nichts zu fodern hätte/auch aus dem Erbe ihrer Gebührnüß vollständig abgefunden/auch immittelst ihre Alimenta darvon gar wol haben könte/&c. So hätte sie sich auch/gestalten Sachen nach/des juris retentionis ferner nicht als in den Erbgütern zu gebrauchen fug / das Lehen aber wäre sie euch abzutreten schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Pauli Polmans zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1635.

Definit. XII.

Vidua, utens jure retentionis in bonis mariti, non nisi ad indigentiam suæ necessitatis ex iis alimenta habet.

1 REtentio bonorum mariti non importat alium effectum, quàm quod mulier interim fruatur bonis mariti, quoad indulgentiâ suæ necessitatis, &
per hoc medium privatæ retentionis consequatur 2
suam dotem; † quam si hactenus percepisset, non veniret alimentanda ab heredibus, Bartol *in l. si filiafamilias 60. in pr. ff. solut. matrim.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 230.* Neguz. *de pignor. & hypoth. 4. memb. 5. part. princip. n. 5.* Mol-
ler. *lib. 4. semestr. 13.* † Nec modum excedere debent 3
alimenta, sed in hisce constituendis facultatum mariti, & consuetudinis habenda est ratio, *arg. l. cum alimenta 22. ff. de alim. & cib. legat. l. jus alimentorum 3. ff. ubi pupill. educ. deb. l. 50. §. ult. ff. de leg. 1.*
† Ne scilicet fructus annuos illatæ dotis excedant, 4
Coler. *dict. cap. 2. num. 229.* † Cautè itaque agat 5
Vidua in erogandis impensis pro alimentis & sustentatione sui, ne, si nimis lautè vivat, & in conviviis parandis forsan multum argenti consumat, † 6
id, quod modum alimentorum excedit, doti imputare cogatur, Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 33. num. 34.* † Nihil enim præter alimenta necessaria Viduæ debetur, *l. 1. §. mulier autem 3. 19. ff. de ventr. in poss. mitt. l. sed si is, qui controversiam*

8 *versiam 5. §. an autem 3. de Carbon. edict.* † Quod & Juri Saxonico consentaneum est *in art. 57.* Weichb. *vers.* Hat ihr aber. *verb.* Sitzet im Erbe vor ihr eingebracht Gut / und sollen die Kinder ihr die Nothdurfft geben / h. e. quantum sufficit pro ipsius alimentis.

Ita Domini in causa Georgii Theodorici à Kauffungs / zu Kirschau / Mens. Majo Anno 1625. [Verba sent. Hat vorgedachte Wittib / als sie sich des juris retentionis in ihres Junckern Gütern gebraucht / beydes zu Besoldung ihres Advocatens / so wol zu Bewirthung ihrer Freunde und Gäste / so sie besuchet / und ihr beyständig gewesen / Unkosten auswenden müssen / &c. So ist sie solche Unkosten selbsten zu tragen schuldig / und es mögen ihr dieselbe nicht passiret / noch aus gemeiner Erbschaft abgestattet werden / V. R. W.]

Et ad requisitionem Georgii Agricolæ zu Dressden / Mens. Mart. Anno 1616. [Verba sententiæ: Ist eine Wittib neben zweyen unmündigen Kindern / zwey gantzer Jahr nach des Mannes Absterben in seinen hinterlassenen Gütern geblieben / und wegen desjenigen / so ihr vermöge des Orts Statuten gebühret / nicht abgefunden worden, &c. So werden ihr die nothdürfftige Alimenta solche 2. Jahr über von den Kindern auff Richterliche Ermässigung billich entrichtet / &c.]

Definit. XIII.

Durante jure Retentionis, Vidua, nec non quivis alius Creditor hoc jus exercens, ad bonorum administrationem obstringitur.

1 NOn liberat jus retentionis Viduam ab administratione bonorum, quin potius hoc jure mulier, detinens bona defuncti mariti absque Curatore bonorum, eorum administrationi se im-
2 miscere videtur. † Repræsentat enim Vidua imaginem & jus mariti prædefuncti, Bald. *in l. pignoris 11. num. 2. C. de pign. act. & in l. pen. in pr. num. 1. C. de non num. pecun.* Matth. Wesenbec. *p. 1. consil.*
3 *77. num. 9. & consil. 50. num. 24.* † Quare & ejusdem bona administrare, omniaque ea, quæ ad officium negotiorum gestoris ac patrisfamiliâs pertinent, eâ, quâ par est, diligentiâ expedire tenetur, Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 2. num. 225. & 231.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 33. num.*
4 *34.* † Hinc, si vidua durante jure retentionis domum vel conclavia certâ mercede elocare velit, quin tutò hoc facere queat imò debeat, dubium
5 prorsus non est. † Idemque asserendum de omnibus aliis Creditoribus, qui in bonis debitorum jus retentionis exercent, *arg. l. 2. in pr. C. quando & quib. quart. pars deb. lib. 10.* Coler. *dict. c. 2. n. 233.*

Ita Domini in causa Evæ, viduæ Hansen Körners / ad requisitionem Günther Gruners zu Gören / Mens. Februar. Anno 1632. [Verba sent. Und es ist sich die Wittib des juris retentionis zu gebrauchen berechtiget; jedoch anderer Gestalt nicht / als daß das Gut von ihr pfleglichen verwaltet und bestellet / und nach Abzug ihres nothdürfftigen Unterhalts das übrige mit Fleiß aufgezeichnet / und in Rechnung gebracht werde / V. R. W.]

Item in causa Benignæ, uxoris Georgii Scherles / Mens. Mart. Anno 1575.

Et in causa Johannis Caspari à Brettins, Mens. April. Anno 1632.

Definit. XIV.

Finito jure retentionis, Vidua, mediante inventario vel juramento, rationem administrationis reddere tenetur.

VIdua, jus retentionis exercens in bonis mati- 1
ti prædefuncti, non omnes reditus ac mobilia intervertere, vel ad se rapere, sed contenta esse debet exhibitione sui & familiæ. † In quam rem 2
Curatorem dari convenit, qui cibum, potum, vestitum, & tectum mulieri præstet, ac bona administret, Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 2. num. 224.* † Sin autem Vidua (quod facere pot- 3
est) Curatorem sive administratorem accipere recusat, ipsamet se administrationi obstringit, & rationibus obnoxiam facit. † Ideoque cogitur tan- 4
dem, quod annuatim, deductis alimentis, è Reditibus supereſt, restituere heredibus viri, vel etiam in sortem imputare, Bartol. *in l. Fructus 7. num. 2. & 3. ac ibi* Jason. *n. 18. & 19. ff. solut. matr.* Coler. *dict. cap. 2. n. 225.* Andr. Rauchb. *p. 1. qu. 33. num. 34.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 13. num. 2.* Hartm. Pistor. *observat. 107. circa fin.* Zobel. *in addit. ad* Landr. *lib. 1. art. 22. lit. V.* ubi decidit, † quod uxor de 5
omnibus bonis, quæ in hereditate defuncti fuisse constat, heredibus respondere cogatur. Et facit Landr. *l. 1. art. 32. §. ult. v.* das Weib antwortet / &c. † Hinc & fit, quod de rebus hereditariis de- 6
functi Vidua cogatur inventarium conficere, vel deficiente eo, mediante juramento rationes reddere, per *l. 2. pr. vers. in exigendis, ubi* Gloss. *verb. juratâ fide C. quando & quib. quart. pars lib. 10. l. Marcellus 11. ff. rer. annotar.* Coler. *dict. cap. 2. num. 233.* Moller. *dict. cap. 13. num. 2.* † Nec enim 7
rationes reddi possunt absque præcedente juramento, vel saltem inventario; quippe quod caput & fundamentum rationum reddendarum habetur, *l. cum tale 72. §. Titius 2. ubi* Bartol. *num. 2. ff. de condit. & demonstr.* Nicol. Boër. *decis. 61. num. 6.* † Ac omissâ inventarii confectione, metuendum, 8
ne Vidua occasione possessionis, & sub prætextu retentionis, totum dilaceret patrimonium, † dum- 9
que participi relictarum facultatum nocere cupit, sua etiam simul jura præcipitet, ut in simili loquitur Imp. *in dict. l. 2. in pr. C. quando & quib. quart. pars.* † Quod certè inventarii confectio impedi- 10
re potest, efficiens, ne jura mulieris confundantur cum patrimonio defuncti, *l. ult §. in computatione 9. C. de jur. delib.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 4. defin. 14. num. 11.*

Ita Domini in causa Johannis Reils zu Leipzig / Mens. Septembr. Anno 1621. [Verba sententiæ: Und nachdem vorgedachte Wittib zu ihrem Einbringen gekiesen / und biß zu ihrer Befriedigung in den Gütern sitzen verblieben / hat sie sich derselben Verwaltung angemaßt; indem sie etliche hundert Gülden von den Miethleuten an Gewölben-Zins eingehoben / bey währenden Märckten die Handels-Leute gespeiset / das Heu verfüttert / und sonsten allenthalben den Gewinn eingenommen / &c. So ist sie über ihres Mannes Gütern ein Inventarium vorzulegen / oder in Mangelung dessen dieselbe endlichen anzuzeigen / und ihrer Verwaltung richtige Rechnung zu thun schuldig / V. R. W.]

DEFINIT. XV.

Texturæ, aliaq; manualia, durante retentionis jure in domo mariti à Viduâ confecta, ipsi cedunt, non mariti heredibus.

1 NOn debet mulier in domo mariti stare otiosa, tanquam truncus aut corpus mortuum, sed assuefacienda est ad lanificia, colum videlicet & fusum, pro depellendis otiis, quæ ut plurimum inducunt luxuriem, aliaque vitia, Paul. de Castro
2 *in l. Fructus 7. n. 10. ff. solut. matr.* †Quod & dictum Viduæ, quæ bonis mariti pro assecuratione dotis suæ incumbens ex bonis communibus in domo he-
3 redum alimentatur. † In horum ergò commodum ut & laborare teneatur, omni opere, quod facere didicit, putà, filare, nere, suere, texere, &c. æquum videtur Paul. de Cast. *dict. loc.* Bald. *in l. 1. n. 6. & 7. C. de legat. & in l. assiduis 12. num. 4. C. qui*
4 *pot. in pign.* † Nimirum quod vivente adhuc mari-
5 to, ipsi quoque operari tenebatur, Bartol. *in d. l. Fructus 7. n. 19. ff. solut. matr.* † At, ut hoc concesserim de officiis mutuis, quæ conjuges sibi invicem debent; Viro præterea in Uxorem non competere aliquod jus servitii, vel exigendarum operarum, rectissimè asserit post Alexand. *in cons. 133. n.*
6 *3. vol. 4. quem allegat.* Matth. Coler. *de proces. exec. part. 1. cap. 2. n. 228.* † Multò minus ergò defuncto eo, heredibus ad ejusmodi operas vidua tenebitur, ut propterea, texturas aliaq; manualia, quæ durante jure retentionis in domo heredum exercet, horum lucro cedere, non dicere ausim.
7 † Quin potius hæc omnia ipsi viduæ acquiruntur, tanquam utensilia, quorum nomine omnia panna, linea, & filamenta, quæcunque mulier texuit, aut texi fecit, sive stante matrimonio, sive soluto eo, regulariter Viduis cedunt, Coler. *dict. loc. num. 228.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Dasjenige aber/ so sie mit Nehen/ Spinnen und dergleichen Arbeit binnen währender Zeit gefertiget und zubereitet/ verbleibet ihr der Wittben eigenthümlichen billich/ und sie mag solches in die Erbschaft zu conferiren nicht angehalten werden/ V.R.W.]

DEFINIT. XVI.

Vidua jus Retentionis, quod in bonis mariti habet, aliu vendere, oppignorare, & cedere potest.

1 JUris expediti est, quod jus Retentionis in bonis defuncti mariti non modò ipsi Viduæ, sed & ejusdem heredibus competat, secundùm tradita Dan. Moller. *hîc num. 6.* Vinc. Caroc. *decis. 21. num. 10.* Mynsing. *Cent. 6. observat. 82. num. 2.*
2 Non solùm descendentibus, † sed etiam quibusvis aliis extraneis heredibus, Matth. Berlich.
3 *part. 2. concl. 32. num. 8.* † Quin imò hoc jus Retentionis à Vidua oppignorari, vendi, donari, aliove titulo cedi, ac in singularem successorem transferri posse, dixerim cum Mynsing. *dict. loc.* Jac.
4 Schult. *pract. quæst. 13. n. 10. & seq.* † Nam & aliàs regulariter jus retentionis ratione impensarum per cessionem in alium transfertur, *l. in hoc judicium 14. §. 1. comm. divid.* Neguz. *de pign. part. 5. pr. membr. 4. n. 23.* Quidni ergò etiam in dote, cujus beneficia majore favore ac privilegio gaudent. † Quamvis dissentiant Moller. *hic n. 6.* se-
5 cutus Wesenb. *quem* allegat, ex eo potissimum fundamento, quod Ususfructus cedi nequeat, *l. si Ususfructus 66. ff. de jur. dot. l. 57. §. 1. ff. sol. matr.*
† Ergò nec jus retentionis, cum minus sit, jus re-
6 tentionis habere, quam usumfructum, quia Usufructuarius lucratur fructus, non autem mulier, quæ utitur jure retentionis. † Sed falso nititur Moller.
7 fundamento; Etsi enim ipsum jus Ususfructus ac servitutis sit merè personale, adeoque personæ perpetuò inhæreat, ita ut licet per multas manus ambulaverit Ususfructus, in amissione tamen personæ ejus, cui primò constitutus est, spectetur, *l. 8. §. ult. ff. de per. & comm. rei vend.* quo respectu haud cedit alteri *dict. l. 66. ff. de jur. dot. & 57. ff. sol. matr.* † Attamen exercitium Ususfructus seu
8 jus perceptionis, quod in utendo fruendo, & ita quasi extra personam consistit, ad alium sub appellatione Ususfructus benè transferri potest, *l. 12. §. 2. ff. de Usufr. l. 38. l. 67. ff. eod. tit.* remanente † interim jure ususfructus penes Usufructuarium, perinde
9 ac Creditor actionem, quam habet, vendere & mandare alteri potest, ita tamen, ut nihilominus jus agendi, quod ex conventione descendit, &, ut Dd. loquuntur, ossibus ipsius inhæret, in persona ejus remaneat *l. 3. C. de novat.* Reinh. Bachov. *in animadv. ad* Treutl. *vol. 1. disp. 16. th. 10. lit. A, B.* ubi hoc latius explicat.

Ita Domini in causa Jacobi Meiners zu Bitterfeld/ Mens. Mart. Anno 1628. [Verba sentent. Habt ihr Andreas Werners Wittiben 100. fl. geliehen und vorgestreckt/ wogegen sie euch ihr Ehegeld/ so sie in ihres verstorbenen Mannes Gütern zu fordern/ unterpfändlichen eingesetzt/ auch zu solchem Ende ihr jus retentionis, so sie in bemeldten Gütern erlanget/ euch cediret und abgetreten/ ꝛc. So ist solche Verpfändung und Cession zu Recht beständig/ und ihr habt euch derselben billich zu erfreuen/ ꝛc.]

DEFINIT. XVII.

Non competit jus retentionis Viduæ, petenti dotem illiquidam & controversam.

1 NOn tamen semper ac omnibus indifferenter casibus jus retentionis Vidua exercere
2 valet, † Quid enim si maritus alieno nomine bona possedisset, putà ut depositarius, commodatarius vel conductor? † Aut si mulieri de iis, quæ
3 post mortem mariti illi debentur, vel fidejussoribus, vel pignoribus cautum fuerit? † Sanè neutro
4 casu tùm Viduæ jus retentionis competere rectè existimant Moller. *hîc num. 9. &* Matth. Berlich.
5 *part. 2. concl. 32. num. 13. & 16.* † Quò & casum dotis illiquidæ ac controversæ refero, putà si majorem dotem Vidua sibi arrogare velit, quàm reverà solvit, tantamq; dotem heredes mariti negent, ita ut controversia judiciaria de eo instituatur. † Tunc certè mulier, quoad hanc dotem
6 controversam atque illiquidam, in bonis mariti
7 jure † Retentionis uti non valet, sed bonis excedere juberi potest, modò heredes mariti se in casu succumbentiæ id, in quo condemnati fuerint, solvturos præstitâ cautione permittant, Dan. Moller. *hic num. 8.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 15. num. 117. & seq.* Berlich. *dict. conclus. 32. num. 15.* Nam retentio est quædam compensatio, *l. ult. C. com-*

C. commod. Neguz. *de pignor, part. 5. pr. membr. 1.*
9 *num. 37.* † Atqui debiti illiquidi cum liquido non admittitur compensatio *l. ult. C. de compensat.* Neguz. *dict. membr. 1. n. 37.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Es wäre dann/ daß bemeldter Wittben das gefoderte Ehegeld allerdinges von den Erben nicht gestanden würde/ dieselbe auch/ auffn Fall von ihr ein anders geführet/ die Zahlung versprochen/ und immittelst Versicherung thun wolten. Auff solchen Fall wäre die Wittib selbsten ihres verstorbenen Mannes Gütere nebenst euch zu räumen pflichtig/ und hätte sich immittelst des juris retentionis nicht zu gebrauchen/ V. R. W.]

Et in causa Antonii Oetwers zu Crimmitzschau/ Mens. Jul. Anno 1634.

Definit. XVIII.

Maritus jus habet retentionis, non tamen alimenta, in bonis defunctæ Uxoris, donec ei de mobilibus aliúvè portione debita satisfactum fuerit.

1 QUemadmodum jus Retentionis mulieri competit in bonis mariti: ita huic viciſſim illud
2 est datum in bonis defunctæ Uxoris, † Ideoque si quis ducat uxorem commorantem in suo dotalitio vel in domo suâ, defunctâ eâ, non cogitur inde discedere, priusquam ei de bonis mobilibus in foro Saxonico, vel de aliis rebus, quæ ipsi ex jure communi vel ex cujusvis civitatis ac Regionis statuto & consuetudine debentur, satisfactum fuerit, Gloss. *latin. ad text. german.* Landr. *lib. 1. art. 20. lit. C. in fin. & in art. 31. lit. C. vers. præterea scias, dict. lib. 1.* Dan. Moller. *hic numer. 11.* Matth. Coler. *p. 2. decis 286. num. 4. & de proceß. exec. part.*
3 *1. cap. 2. num. 234.* † Id non solum ex naturâ Correlatorum, quorum eadem est disciplina, *l legem Juliam 3. in pr. ubi* Bartol. & Jason. *C. de in dict. Viduit. toll.* Everh. *in loc. à correlat. num. 3.*
4 Boët. *decis. 48. num. 3.* † Sed & propter rationem communis & indivisæ possessionis bonorum inter conjuges, quæ & uxorem tuetur, quò minùs relinquere cogatur bona mariti defuncti, nisi prius ipsi de dote satisfactum fuerit, uti dixi *supr. Defin. 8.*
5 † In eo tamen quoad jus retentionis inter Virum & Uxorem differentia existit, quod hæc durante jure retentionis ex bonis defuncti mariti alimentari debeat *supr. Defin. 12.* Non etiam vir ex bonis de-
6 functæ uxoris; † Cum nec Uxor in vivis adhuc existens teneatur marito præstare alimenta, nisi in casu inopiæ, si vir aliunde non habeat, unde se sustentare queat, Joh. Petr. Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 35.*

Ita Domini in causa Melchior Tannenbergs zu Roßwein/ Mens. Octobr. Anno 1633. [Verba sentent. Ist euer Eheweib Todes verfahren/ und hat euch ihren Ehemann an einem/ und ihre Kindere erster Ehe am andern Theil/ zusammt einer Erbschaft an beweglichen und unbeweglichen Gütern/ nach sich verlassen/ und weil die Kinder etwas streitig/ und man zur Abtheilung nicht gelangen können/ seyd ihr in den Gütern sitzen verblieben/ &c. So habt ihr euch biß zu eurer Befriedigung des juris retentionis nochmals zu gebrauchen fug/ eure alimenta aber seyd ihr in der Erbschaft zu suchen nicht berechtiget/ V. R. W.]

Definit. XIX.

Durante jure retentionis, maritus non lucratur fructus ex bonis immobilibus defunctæ Uxoris, si tamen ea administraverit, impensas & laboris mercedem jure petit.

QUin defunctâ uxore, marito jus retentionis 1
exercenti, unà cum mobilibus, etiam fructus ex hisce percepti ac usuræ pecuniæ elocatæ debeantur, minus forsan dubium est, † cum hosce 2
non tantum vivente adhuc uxore perceperit, *artic. 31. & 45. lib. 1.* Landr. Reinhard. *diff. 45.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 2. num. 45.* † Sed & defunctâ eâ, mobilia omnia pleno jure, adeoque cum 3
omnibus accessionibus & fructibus lucretur, *dict. artic. 31.* Zobel. *lib. 1. diff. 18. & lib. 2. diff. 39.* Rauchbar. *part. 1. quæst. 39. num. 1.* † Secus autem 4
res se habet in fructibus bonorum immobilium, quos maritus uxore defunctâ ulterius non lucratur, ut maximè Jus retentionis in bonis conjugis defunctæ exerceat. † Nec enim Retentio marito hoc ca- 5
su aliud commodum affert, præter assecurationem bonorum mobilium, quæ post mortem uxoris ceu heres mobiliaris ex hereditate petit, † cum plus se- 6
curitatis in rem sit, quàm in personam, *l. plus cautionis 25. l. minus est 204. ff. de reg. jur.* Coler. *de proceß. execut. part. 1. cap. 2. num. 217.* † Cessat 7
enim Ususfructus (qui aliàs in bonis immobilibus marito competit,) dissoluto per mortem uxoris matrimonio, nec quicquam maritus de bonis uxoris immobilibus in foro Saxonico lucratur, *dict. art. 31. lib. 1.* Landr. Beust. *de jur. connub. part. 2. cap. 67. sub fin.* Joh. Schneidewin. *ad tit. Instit. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de succeß. int. vir. & uxor. num. 32.* † At nonne iniquum dixeris, 8
si forsan maritus durante jure retentionis bona immobilia defunctæ uxoris administraverit & impensas fecerit, omni præmio eum carere, quin & jacturam sumptuum quandoque sentire? † Hoc in- 9
conveniens, ut evitetur, non modò impensas ei restituendas, sed & pro labore & operis suis certam mercedem ab heredibus ei dandam existimaverim, † siquidem nemo absque præmii spe laborare præ- 10
sumitur, nec heredibus uxoris mora prodesse debet, *l. hominem 37. ff. mand.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 2. defin. 14. n. 1. Vid. omninò* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 2. cap. 3. n. 30. & infra p. 2.* Constit. Elector. *32. Defin. 12.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Habt ihr auch die Erbschaft und Güter ingesamt/ ungeachtet euch daran mehr nicht als zwey drittheil/ vermöge des Ortes Willkühr/ zukommen/ biß anhero versorget/ das Getreydicht einernden/ die Aecker mit Winterfaat wiederum bestellen lassen/ und alles andere/ so einem fleissigen Hauswirth gebühret/ verrichtet/ &c. So seynd die Stieffkinder euch die vorgeschossene Unkosten zu ihrem dritten Theil zu erstatten/ auch eurer gehabten Mühewaltung wegen euch auf ehrlicher Leute Erkänt/

käutnüß Abtrag und eine Ergetzlichkeit zu thun schuldig/ V. R. W.]

Definit. XX.

Locator jus retentionis habet in bonis, à conductore illatis, etiam in libris Studiosorum, si alia deficiant bona.

Species executionis privatæ est Retentio, quæ pluribus in casibus locum habet, pro quibus Lex Creditori prodidit tacitam hypothecam, Anton. Negus. *de pign. & hypoth. in 4. membr. secund. part. princ.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 2. cap. 1. num. 219.* † Exinde fit, quod locatori competat jus retentionis in omnibus bonis Conductoris, invectis aut illatis prædio locato, in quibus à Lege proditam habet tacitam hypothecam, *l. est differentia 9. cum l. seq. ff. in quib. cauß. pign. vel hypothec. l. certi juris 5. C. de locat. l. 4. ff. de pact.* † Ergò si merces conventa termino destinato non solvatur, potest locator habitatorem expellere, & res invectas atque illatas includere & detinere, donec ipsi satisfiat, etiam privatâ autoritate, *l. utique 34. ff. de damn. infect. l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locat.* Jalon *in §. item Serviana 7. num. 80. Inst. de action.* † quamvis tutius agat, adhibendo autoritatem Magistratus, necnon Notarium & testes, in quorum præsentiâ omnia Conductoris bona illata rediguntur in inventarium, prout demonstrat Coler. *dict. cap. 2. num. 237. & seqq.* † ubi jus retentionis adeò extendit, ut etiam pro interesse & æstimatione deteriorationis locum habeat, Neguz. *dict. membr. 4. num. 128. & 129.* † Sanè libros Studiosorum communiter solent excipere, in quibus perinde ac in armis nec tacita hypotheca locum habet, neque executio fieri potest *l. commodis 40. ff. de re judic.* Joh. Schneidew. *in §. item Serviana 7. n. 43. Instit. de act.* Matth. Coler. *de proceß. exec. part. 2. cap. 3. num. 132.* Joh. Sichard. *ad rubr. C. de pign. & hypoth. num. 18.* Zaſ. *ad dict. §. item Serviana 7. num. 23. ubi &* Jason *num. 64.* † Quod tamen cum mica salis concesserim, quatenus videlicet alia bona adsunt, in quæ possit fieri executio, ac in quibus locum habere queat jus retentionis, *d. l. commodis 40. ff. de re jud.* † Alioquin, si alia deficiant bona, nec armis nec libris parcitur, inque hæc indifferenter executio fieri solet, † Sicuti & libros Studiosorum hoc casu quotidie arestari & detineri videmus, donec satisfaciant ædium dominis de mercede pro habitatione conventa, Coler. *dict. cap. 3. n. 146. & seqq.*

Ita Domini ad consultationem Prætoris Lipsiensis, Mens. Sept. Anno 1619.

Definit. XXI.

Competit etiam Conductori jus retentionis in fundo aut domo sibi locatâ, pro expensis necessariis in eâ factis.

Quemadmodum locatori pro mercede conventâ in bonis conductoris, ita vicissim Conductori pro expensis necessariis, quas fecit in reparatione domus aut habitationis, in eâ jus retentionis competit, Matth. Coler. *de proc. exec. part. 1. cap. 2. n. 240.* † Non solùm quia correlativorum eadem est ratio, *arg. l. ult. C. de indict. Vid. roll.* sed & propter regulam generalem, † quæ rem debitoris retineri permittit, pro impensis aut meliorationibus in eâ factis, † modò non alterius respectu sint factæ, *l. quod dicitur 5. ff. de imp. in rob. dotal. fact. l. Paulus 14. ff. de dolo excep. l. si quis rem 20. ff. de acq. posseß.* † Ex quo porrò fundamento & hoc sequitur, quod aurigæ, item tabellarii, qui advexerunt vel attulerunt Scholaribus supellectilia, earumque rerum nomine aliquid expenderunt, pro ejusmodi expensis non minus gaudeant jure retentionis in rebus appottatis, ac pro pretio vecturæ, Bald. *in l. ult. n. 1. C. commod.* Coler. *dict. loc. n. 241.*

Ita Domini in causa Mariæ Pflugin / Mens. Februar. Anno 1633. [Verba sent. So wird euch wegen solcher außgewendeten Unkosten / zu Erhaltung des Guts/von dem Locatore nicht unbillich gewisser Abtrag gethan/ ehe und zuvor auch solches geschicht / und diese Puncta durch Leute Erkäntniß auff billiche Wege erörtert/ seyd ihr euch des juris retentionis in ermeldtem Gute zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.]

Et in causa Johannis Caspari à Brettius / Mense April. Anno 1632. [Verba sentent. So seyd ihr euch biß nach erlangter vollständiger Zahlung des juris retentionis in des Locatoris Gute zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. XXII.

Famulus sive Ancilla jus retentionis habet in Domini habitatione, donec ei de mercede satisfiat.

PLenius consultum est Creditori Retentione quàm petitione, † quia Retentio etiam perceptio est, *l. deducta 58. §. acceptis 3. ff. ad SCtum Trebell. l. cum pater 77. in pr. ff. de legat. 2. l. 16. ff. de lib. legat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 30. defin. 2. n. 6.* † Ideoque ad hoc juris remedium sæpissimè confugiunt ii, quibus aliàs taciti pignoris jure prospectum non est. † Haud enim absurdum habetur, ut sit retentio sine pignore, *l. si in aream 33. ff. de cond. indeb.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 15. defin. 5. n. 3.* † Ita nimirum Dominus hospitii pro pretio unius & alterius prandii vel cœnæ non prohibetur detinere tot res & bona hospitanti, quanta sufficiunt ad exsolutionem, Bald. *in l. certi juris 5. n. 5. C. locat.* † Quin & caupo pro hospitatione vel exhibitione nocturnâ sive diurnâ, in diversorio potest detinere jumenta aliasve res illatas per hospitatum, secundum Neguz. *de pign. 4. membr. 2. part. n. 138.* † Et ita sustinetur usus exercentium Cauponationes vinarias & cerevisiarias, qui hospitibus cessantibus solvere pretium potûs in tabernâ exhausti, propriâ autoritate detrahunt vestes, enses, pileos, aut quid simile, illudq; retinent, donec de pretio satisfaciant, Bald. *dict. loc.* Coler. *de proceß. exec. part. 1. cap. 2. num. 254.* † Fortiori nituntur jure ministri, ancillæ atque famuli mercedem petentes, qui certè, ut abeant & domo Domini excedant, haudquaquam cogi poterunt, prius

priusquam iis fuerit de mercede ſatisfactum.
3 † Quo ipſo jus retentionis videntur exercere in domo domini, habitationem ſuam in eâ retinentes, donec mercedem conſequantur, pernde ac Creditoribus aliisve bona debitoris usque ad exſolutionem detinere licet, Bald. *in l. fin. C. Commod.*

Ita Domini ad conſultationem Caſpari Reudners zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1630. [Verba ſentent. Daß obgedachte Magd oder Haushalterin aus des inſtituirten Teſtaments Erben Hauſe/ ehe und zuvor ſie ihres Liedlohns befriediget/ zu weichen nicht angehalten werden mag/ V.R.W.]

Definit. XXIII.

Advocatus, vel etiam Actuarius, retinere poteſt acta, donec ipſi de honorario ſatisfiat, niſi Reipublicæ intereſſe, acta exhiberi.

1 POrrò etiam ſartoribus & ſutoribus pro mercede jus retentionis competit, ac licet veſtes & calceos retinere, non obſtante, quod materia ſit aliena, donec ipſis ſatisfiat de mercede, Bald. *in l. ult. num. 1. C. commod.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 12. num. 5.* † Simili planè modo ſcriptor libri
2 pro pretio operæ, illum retinere poteſt, Matth.
3 Coler. *de proc. exec. part. 1. cap. 2. num. 246.* † Quod & de Advocato aſſerendum, cui acta eo usque apud ſe retinere licet, donec ipſi ſatisfiat de honorario, *per text. in l. colonus 12 ubi* Gloſſ. *ff. de vi & vi armat. l. quæ omnia 5. in fin. ff. de procurat. l. in hoc judicium 14. § 1. ff. com. divid.*
4 Gail. *dict. num. 5.* † Æquiparantur enim operæ impenſis in eam factis, & labor operantis juſtam retinendi cauſam tribuit, Matth. Coler. *dict. cap. 2.*
5 *num. 248.* † Quod ipſum tamen fallit in actis publicis, quæ exhiberi Magiſtratus aut Reipublicæ
6 intereſt; † Nec enim jus retentionis alteri nocere debet. Et potiorem publicæ utilitatis, quàm privatæ cauſam ſemper eſſe oportet, *l. ita vulneratus 51. § ult. ubi* Gothofr. *in verb. utilitate ff. ad Leg. Aquil.*

Ita Domini In cauſa Johannis Ulmans zu Döbeln / Menſ. Mart. Anno 1622. [Verba ſententiæ: Hat gedachten O.H.P. wegen des eingenommenen Geleites keine gewiſſe Beſtallung mit euch aufgerichtet/ nichts deſtoweniger aber Verheiſſung gethan/ ſich gegen euch alſo zu erzeigen/ daß ihr mit ihme zu frieden ſeyn ſollet/ ꝛc. So iſt er ſolcher Verſprechung nachzukommen / und ſich nochmals mit euch zu vergleichen ſchuldig. Ihr ſeyd ihm aber die zu oberwehnten Geleits-Sachen gehörige und bey euch noch verhandene Acta ihm vorzuenthalten/ und euch des juris retentionis zu gebrauchen/ geſtalten Sachen nach / weil man derſelben wegen des offenen Geleits ſtetigs benöthiget iſt / nicht befugt/ V. R. W.]

Definit. XXIV.

Non habet locum jus retentionis in re aliquâ pro expenſis ſeu operis, in aliâ re factis.

1 QUæ de jure retentionis hactenus dicta fuêre, ea locum aliter non habent, quàm ſi cauſa retentionis ipſi rei, quæ detinetur, inhæreat, ut *Definit. præcedentibus* exemplis demonſtratum fuit, Bald. *in l. ult. C. commod.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 12. num. 5.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 241. & ſeqq.* † Secùs 2
res ſe habet, ſi quis rem aliquam pro ſumptibus ſeu operis, in re aliâ præſtitis, detinere velit, veluti conductor equum pro meliorationibus in domo ſibi conducta factis, aut ſartor veſtem, donec ei de
pretio alterius veſtis ſatisfieret: † Quod certè ipſi 3
facere haud licet. Etſi enim latiùs pateat jus retentionis quàm pignoris, Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 15. defin. 5. num. 3.* † Attamen & illud certis 4
limitibus circumſcriptum eſt, quos transgredi nequit. Nempe ad eum reſtringi ſolet caſum, quo res ſine vitio ad aliquem pervenit; † Cum vitio au- 5
tem perveniſſe videtur, ſi cauſa retentionis ipſi rei non inhæreat, Gail. *dict. loc.* Neguz. *de pign. & hypoth. 5. part. pr. membr. 4.*

Ita Domini in cauſa Johannis Rhöns / Menſe Decembr. Anno 1601. [Verba ſent. Daß euch die ſtreitigen Tücher gegen Entrichtung des gebührenden Färberlohns billich gefolget werden / und es iſt der Färber wegen des von andern Tüchern hinterſtelligen Lohns/ euch dieſe Tücher vorzuhalten/ und ſich des juris retentionis darinn zu gebrauchen nicht befugt/ V.R.W.]

Definit. XXV.

Res obligatas ex certa cauſa, licet etiam pro alio debito Chirographario, quod liquidum eſt, retinere.

QUi in poſſeſſione pignoris eſt conſtitutus, 1
niſi eâ quoque pecunia, quæ ſine pignore debetur, reddatur vel offeratur, non compelli poteſt ad reſtituendum pignus propter doli mali exceptionem, *l. un. C. etiam ob Chirograph. pec. pign. ret.* † Et eatenùs verum eſt, quod rem ex certâ causâ, ſi- 2
ve in caſum unum obligatam, pro alio etiam debito liquido detinere liceat. † Nempe quia ob chiro- 3
graphariam pecuniam pignus retineri poteſt, *dict. l. un.* Matth. Coler. *de proc. exec. part. 1. cap. 2. num. 258. & ſeqq.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 15. defin. 1. num. 3.* † Idque locum habet, ſive Chi- 4
rographarium debitum extiterit ante vel poſt contractum pignoris, dummodò & naturaliter & civiliter debeatur iſtud mutuum, & res pignorata ſemel pervenerit ſine vitio & cum voluntate debitoris ad poſſeſſorem, Salycet. *in dict. l. un. num. 3. C. etiam ob Chirogr.* Coler. *dict. cap. 2. num. 258. in fin.* † Unicus tamen videtur excipiendus caſus, 5
nimirum quando expreſſim convenerit, ut certâ quantitate ſolutâ pignus reſtituatur, ſecundum Anton. Fab. *in Codic. dict. tit. 15. defin. 3.* † Sed 6
nonne ſemper eadem conditio reddendi pignoris tacitè ineſt, ſi debitum ſolvatur, licet de eo verbis nil dictum fuerit, *l. 9. § omnis pecunia 3. ff. de pign. act. l. 13. § etiam 4 ff. de pign.* Verum quidem hoc eſt; † At nocent expreſſa, non expreſſa non nocent, *l. expreſſa 88. ff. de reg. jur. l. nonnunquam 52. ff. de condit. & demonſt.* Anton. Fab. *dict. defin. 3. num. 5.* ubi tamen hanc exceptionem reſtringit ad pecuniam ante pignus mutuò datam; † ut locum non 8
habeat, ſi dato jam pignore pro certâ ſummâ, aliud debitum poſtea contrahatur, † quia conventiones 9
nunquam trahuntur ad incogitata, *l. 5. l. 9. ff. de tranſact.*

Ita Domini in causa Erici à Wildenhain in Wildenstein/ Mense Decembr. Anno 1626. [Verba sent. Ist euch obgedachter euer Schuldener über vorige Post/deßwegen er auff seinem Gute Versicherung gethan/ und nunmehr die Zahlung geleistet/noch ferner mit 8266. fl. verhaftet/ꝛc. So möget ihr/ehe und zuvor euch solche Summa Geldes vollständig bezahlet/ das euch verpfändete Gut abzutreten nicht gedrungen werden/ sondern ihr seyd euch des juris retentionis zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. XXVI.

Pignoris vinculum aliquod subesse, necesse est, ut bona debitoris, etiam pro alio debito, retinere liceat.

1 Quod dicitur ob chirographariam etiam pecuniam pignus retineri posse, illud plerique ex pragmaticis ita generaliter accipiunt, ut etiamsi de nullo pignore convenerit, sed & alio quopiam titulo, veluti locati, res ad Creditorem pervenerit, liceat ei illam rem debitoris, veluti taciti pi-
2 gnoris jure retinere. † Sed errant procul dubio, secundum tradita Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 15. defin. 5. num. 1.* † ubi tamen excipit casum *l. Julia-*
3 *nus 13. §. offerri 8. ff. de act. empt.* † Non magis
4 enim is, qui de pignore nullo modo convenerit, potest retinere rem debitoris pro pignore, quàm agendo eam persequi, *arg. l. Aristo 3. ff. quæ res pi-*
5 *gnor.* † Quare pro chirographariâ pecuniâ, hoc est, pro quâ nullum aliàs pignus potest obtendi, is tantummodò jus habet retinendæ rei debitoris, qui eam sibi vinculo pignoris obligatam tenet, *l. un. C. etiam ob Chirog. pec. pign. ret.* Anton. Fab. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Johannis Häupts zur Naumburg/ Mens. Decembr. Anno 1629. [Verba sentent. Ob nun wol derselbe zu seinem Behelff einwendet/ daß er einmal rechtmässiger Weise und mit eurer Zulassung in das Haus kommen/ derowegen er dasselbe biß zu seiner vollständigen Befriedigung auch wegen der andern ihm schuldigen Gelder inne zu behalten wol befugt sey. Dieweil er aber dennoch nur allein Miethweise und titulo locationis-conductionis in solches Haus hinein kommen/ niemals aber titulo hypothecæ die Posseß erlanget/ꝛc. So hat er sich auch mit seinem Einwenden nicht zu behelffen/ sondern er ist euch mehrgedachtes Haus zu räumen und abzutreten/ so wol die eingehobene Marcknutzung zuerstatten schuldig/ und ehe und zuvor solches geschicht/ möget ihr die Zahlung zu thun nicht angehalten werden/ V. R. W.]

Definit. XXVII.

Tributa & collectæ non à Viduâ, quæ utitur jure retentionis in bonis mariti, sed ab ejusdem heredibus sunt exsolvendæ.

DUrante licet jure retentionis, quam Vidua 1
exercet in bonis mariti defuncti, † haud ta- 2
men ab eâ collectæ & tributa exigi possunt, sed ad eorum præstationem heredes mariti sunt obstricti; Non solùm † quod hi Domini ac proprietarii bo- 3
norum mariti defuncti existant, quibus tributorum & censuum onus incumbit, *arg. l. hi penes quos 4. ubi Bartol. C. de agricol. & censit. lib. 11.* sed etiam † quia fructus percepti ex bonis defuncti 4
mariti ad heredes spectant. † Quidni ergò etiam 5
hi onere tributorum & collectarum gravandi essent? *l. Imperatores 7. ff. de publican. l. 1. vers. fructus C. de annon. & tribut.* Alvar. Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 17. n. 6.* Vincent. Caroc. *in tract. de locat. part. 2. tit. de collect. n. 7.* † Nec enim Vi- 6
duæ, quæ utitur jure retentionis, præter alimenta necessaria quicquam debetur, *l. 1. §. mulier autem 19. ff. de ventr. inspic. mittend. l. sed si is qui controversiam 5. §. 3 ff. de Carbon. Edict. supr. Defin. 12.* † quin potius hæc ad reddditionem rationis & 7
restitutionem eorum, quæ deductis alimentis supersunt, obstringitur, Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 2. num. 225.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 33. n. 34.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 13. n. 2.* Hartm. Pistor. *observ. 107. circa fin.*

Ita Domini in causa Volckmar Eißfelds zu Altengottern/ Mens. Decembr. Anno 1631. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch bemeldte Wittibe ihres Mannes Güter niemals eigenthümlichen/ sondern nur eine Zeit lang jure retentionis inne gehabt/ꝛc. So möget auch nunmehr ihr/ als dero Erbe/ einige Beschwerung von solchen Gütern zu tragen nicht angehalten werden; sondern es sey des Mannes Erben die darauff haftende Steuern zu bezahlen schuldig/ V. R. W.]

CONSTITUTIO XXVI.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann ein Pfand beym Gläubiger/ ohne desselbigen Verwahrlosung/ verlohren wird/ wer den Verlust und Schaden tragen soll?

IN gemeinen Käyserlichen Rechten hat es nicht Zweifel/ daß solches verlornen Pfandes Schaden der Schuldner/ als des Pfandes eigenthümlicher Herr/ tragen muß. Aber nach Sächsischem Recht ist solche Frage nicht fast richtig. Dann ob wol daselbst versehen/ daß der Gläubiger den Verlust des Pfandes nicht gelten dörffe/ wann das Pfand ohne seine Schuld um und weg kömmt/ so ist dannoch darneben

Periculum pignoris, apud Creditorem, absque illius culpâ amissi, ad quem pertineat?

JUre communi sine controversia damnum ejusmodi debitoris est, tanquam domini pignoris; Jure verò Saxonico dubio id non caret. Quamvis enim & ipso cautum sit, damnũ amissi pignoris ad creditorem non pertinere; pecuniam tamen suam, pro quâ obligata illi res fuit, amittit. Quia verò id non juri tantùm communi, sed & naturali quodammodò repugnat; igi-

tur

auch verordnet/ daß er gleichwol sein Geld verlohren haben soll.

Weil aber solche Ordnung nicht allein den gemeinen beschriebenen Käyserlichen / sondern auch den natürlichen Rechten etwas zuwider läufft/ so wollen wir auff unterthänige Erinnerung unserer Verordneten / die Disposition des Sachsen-Rechtes in diesem Fall hiermit auffgehoben / demselbigen derogiret, und darneben geordnet haben/ daß fortan nach gemeinen Käyserlichen Rechten dißfalls gesprochen und erkannt werden soll.

tur jure Saxonico hoc in capite sublato, jus commune deinceps servari jubemus.

DEFINITIONES.

1. *In terris Electoratg Saxonici Creditor, ob amissionem pignoris casualem, creditum suum non perdit.*
2. *Neq; usuras propter pignoris amissionem Creditor petere prohibetur.*
3. *Ne quidem extra Provincias Electoratus in foro Saxonico, amisso pignore, (exceptis equis ac pecudibus) Creditor perdit jus Crediti.*
4. *Salva haud est Creditori actio Crediti, si culpâ ipsius pignus perierit.*
5. *Rem depositam vel commodatam, perinde ac rem oppignoratam, etiam in foro Saxonico, dominus à tertio possessore vindicare potest.*
6. *Nec in foro Saxonico depositarius, commodatarig aut similes personæ de casu fortuito tenentur.*
7. *Tenetur tamen Commodatarius de casu fortuito, sive commodatâ ad alium usum, quàm destinatum, utatur.*
8. *Casum fortuitum in se suscipiens, tenetur etiam de casu insolito.*
9. *Usufructuarius non restituit damnum, grege casu fortuito totaliter interempto.*
10. *Caupo tenetur ad restitutionem rei, in cauponâ perditæ, si negligentia ipsius intervenerit.*
11. *Non tenetur caupo de re perditâ, quæ ipso inscio in custodiam Mediastini data fuit.*
12. *Socius socio præstat culpam levem, non etiam levissimam, aut casum fortuitum.*
13. *In cambio, aliove simili contractu innominato, cujus sit periculum.*
14. *Re duobus locatâ vel commodatâ, si utriusq; culpâ perierit, singuli in solidum tenentur.*
15. *Furtum & Rapina inter casus fortuitos referuntur, quando custodientis culpa non præcessit.*
16. *Damnum censetur casuale, non culpâ datum, quando canis rabiosus in gregem irruit, oves dilacerat, ac devorat.*
17. *De casu fortuito, seu amissione rei certò constare debet, antequam culpa vel diligentia detentoris probanda venit; nec creditur hîc in re juramento asserentis, rem amissam esse.*
18. *In casu, ubi culpa levissima præstanda venit, cui nam onus probandi, rem culpâ, vel absq; eâ, amissam fuisse, incumbat.*
19. *In locato aliisq; contractibus, in quibus culpa saltem levis præstanda venit, onus probandi semper injungitur ei, qui culpâ casum contigisse contendit.*
20. *Venditione perfecta, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, licet ei res nondum sit tradita.*
21. *In venditione conditionali, pendente conditione, damnum ac ruina rei totalis non ad emptorem, sed ad venditorem pertinet.*
22. *Damnum particulare rei venditæ sub conditione, pendente etiam conditione ad emptorem spectat.*
23. *Factâ venditione vini degustati, aliarumq; rerum, quæ in pondere, numero, vel mensurâ consistunt, antequam hæ numeratæ, appensæve fuerint, periculum non ad emptorem, sed venditorem pertinet.*
24. *Venditæ rei periculum ad venditorem pertinet, si ejusdem dolo, latâ vel levi culpâ res perierit.*
25. *Venditoris est periculum rei venditæ, quando is fuerit in morâ tradendi.*

Definit. I.

In terris Electoratus Saxonici Creditor, ob amissionem pignoris casualem, Creditum suum non perdit.

1 ÆQuissimè à jure civili sancitum reperitur, quod pignoris sine Culpâ Creditoris amissi periculum pertineat ad solum debitorem, nec per id Creditor actionem amittat; vel Creditum suum repetere prohibeatur, *l. pignus 9. C. de pign. act. l. si Creditor 5. l. quæ fortuitis 6. C. eod. tit. §. ult. Instit. quib. mod. re contr. obligat.* Ex quo inferendum,
2 † haud parum sapere iniquitatis jus Saxonicum hoc in casu à jure civili divortium faciens, ac Creditori propter interitum pignoris, actionem Crediti sui exigendi adversus debitorem auferens, si credendum simpliciter Dd. id asserentibus *per text. in art. 5. sub fin. vers.* Stirbt aber ein Pferd/ ꝛc. *Ibi* Gloss. *lat. lit. E. lib. 3.* Landr. Zobel. *part. 2. differ 32.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 7. n. 29. & decis. 9. n. 11.* Joh. Schneidewin. *ad §. ult. num. ult. Instit. quib. mod. re contr. oblig.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de pign. act. n. 7. vers. Quod tamen jure Saxonico, &c.* † Eaque causa est, 3
quod hanc juris Saxonici dispositionem non modò juri communi, sed & naturali quodammodò repugnantem, Illustrissimus Elector Saxoniæ in Provinciis suis prorsus abrogârit, † & secundum 4
Jus civile pronunciari jusserit, *hâc* Const. *26. ubi* Moller. *num. 3.*

Ita Domini in causa Stephani Hannemanns zu Dreßden/ Mens. Jan. An. 1622. (Verba sent. Daß auff den Fall/ da die Pfande ohne des Gläubigers Schuld und Verwahrlosung von abhanden kommen wären/ mehrberührte eure Pflegefrau/ ungeachtet/ daß sie die Pfande entbehren müsse/ die 100. fl. nichts destoweniger zu zahlen verbunden/ V.R.W.)

Et in causa Johannis Habermaltzens zu Weißenfels/Mens. April. Anno 1632.

DEFINIT. II.

Nec usuras propter pignoris amissionem Creditor petere prohibetur.

1 EXinde, quod ad casualem pignoris amissionem Creditorem suo Credito haud privandum dixi *Defin. prec.* colligere licet, ne quidem
2 usuras, † hoc casu Creditorem petere prohiberi; Etenim amisso licet pignore absque culpâ Creditoris, subsistit nihilominus contractus mutui, qui
3 & sine pignore potuit celebrari; † Est siquidem pignus saltem accessio quædam, sicuti fidejussio, *l. si servum 91. §. nunc videamus 4. ff. de Verb. Oblig. l. 71. vers. Sed & accessiones ff. de fidejuss.* † Sub-
4 sistente verò mutuo, quis negabit, usuras expressa stipulatione in contractum mutui deductas, simul cum sorte peti posse, tanquam accessionem & incrementum sortis, *l. Lucius 24. ff. depos. l. 1. §. si indemnitas 5. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. l. ult. C. de Usur. rei judic.*

Ita Domini in eadem causa Stephani Hannemanns zu Dreßden/(Verba sent. Daß eure Pflegefrau/ungeachtet sie die Pfände entbehren müsse/ die 200. fl. zusammt den Zinsen nichts destoweniger zu zahlen verbunden/ꝛc.)

DEFINIT. III.

Ne quidem extra Provincias Electoratus in foro Saxonico, amisso pignore, (exceptis equis ac pecudibus) Creditor perdit jus Crediti.

1 NEminem fugere potest iniquitas juris Saxonici, Creditorem in casu pignoris, sine culpâ suâ perditi, adeò gravantis, ut Creditum suum à debitore ulterius exigere nequeat *art. 5. lib. 3.* Landr.
2 Quod & juri naturali adversari, † visum fuit Illu-
3 strissimo Saxoniæ Electori *h.* Constit. *26.* † Nihilominus plerique dispositionem hanc juris Saxonici ad quævis indifferenter pignora extendere ausi fuere, generalem quasi regulam in foro Saxonico formantes: Ut pignore amisso, cesset repetitio Crediti, Matth. Coler. *part. 1. decis. 7. num. 29. & decis. 9. num. ult.* Wesenb. *in parat. ff. de pign. act. num. 7.* Moller. *hîc num. 9.* Schneidewin. *in §. ult. n. 20. Inst. quib. mod. re contr. obligat.* † Æquiores viden-
4 tur, qui sanctionem juris Saxonici *dict. art. 5.* ad eum solummodo casum restringunt, quando Creditor tantùm in pignore confidit, existimantes, ne quidem in foro Saxonico, pignore perdito, Creditorem Creditum petere prohiberi, si in personæ obligatione simul fidem aliquam posuerit, Gloss. *Germ. ad dict. art. 5. verb.* Er hat aber sein Geld/ꝛc. Ludolph. Schrad. *de contr. tit. de obligation. §. Creditor. ult. num. 54.* Berlich. *p. 2. concl. 33. num. 5.* †
5 At metuendum, ne hâc ratione dispositio juris Saxonici usu prorsus destituatur, cum Creditor ad personam debitoris semper respectum habuisse, inque ejus obligatione fidem aliquam posuisse præ-
6 sumatur. † Rectius dixerim, verbis *dict. art. 5. lib. 3.* Landr. inhærendum, eaque, cum de equis ac pecudibus disertè loquantur *ibi:* (Stirbt aber ein Pferd oder ein Viehe/ ꝛc.) ad reliqua pignora haudquaquam extendenda esse, *cum* Gloss. *latin. ad dict. artic. 5. lit. E. vers. sed adverte.* Zobel. *part. 2. diff. 32. n. 6.* Berlich. *dict. concl. 33. num. 4.* † Ex quo efficitur, regulariter ne quidem 7
in foro Saxonico amisso pignore ex casu aliquo fortuito, Creditorem jus Crediti sui perdere, licet aliud in hoc unico obtineat casu, equis scilicet & pecudibus pignori datis. † Hujus exceptionis ra- 8
tionem si quæras, vix aliam invenies, quàm quod Lex ita scripta sit, & verbâ statuti de hisce solummodò loquantur, Gloss. *latin. dict. loc. &* Zobel. *dict. diff. 32. n. 6.*

Ita Domini in causa Osvvaldi Matthiæ & Bartholomæi Schülers zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wol solcher Contract zu Magdeburg geschlossen/ und bey Eroberung selbiger Stadt die versatzten Pfande ohne eure Verwarlosung geraubet und gebeutet worden/ auch in gemeinen Sächsischen Rechten klar versehen/ daß durch Hinwegkommen und Verliehrung des Pfandes der Gläubiger zugleich sein Geld verlohren. Dieweil aber dennoch solche Verordnung nach Buchstäblichem Inhalt des Sachsen-Rechts allein von Pferden und Viehe zu verstehen/ und keineswegs auff andere Pfande zu ziehen/ dererwegen es auch auff Sächsischem Boden bey der Vorsehung gemeiner Käyserlichen Rechte verbleibet/ꝛc. So hat sich euer Schuldener mit der Verordnung des Sachsen-Rechts nicht zu behelffen/ sondern er ist euch/ ungeachtet die Pfande hinweg kommen/ die Wiederzahlung obangeregtes Capitals der 640. Reichsthlr. benebenst den auffgelauffenen Landüblichen Zinsen nochmals zu leisten pflichtig/ꝛc.)

DEFINIT. IV.

Salva haud est Creditori actio Crediti, si culpâ ipsius pignus perierit.

DE jure Saxonico pignus in Creditorem tàm 1
quoad dominium, quàm quoad possessionem transire videtur, *art. 24. §.* Ein ieglich Mann. *lib. 2.* Landr. † qui eundem effectum alienationis 2
tribuit bonis obligatis vel pignoratis, quàm venditis, † in tantum, ut si per Creditorem pignus 3
deinceps alienetur, contra tertium possessorem nulla prodita sit debitori actio, sed solummodò contra alienantem, *art. 60. dict. lib. 2.* Landr. † 4
quem textum conditor juris provincialis Saxonici in latino idiomate sic explicat, ut debitor pignus suum à nemine possit repetere aut evincere, nisi ab eo, cui oppignoravit, Matth. Coler. *part. 1. decis. 9. n. 5.* † Quid ergò, *an Creditor in foro Saxonico de casu* 5
fortuito tenebitur pignore amisso seu perdito? Ita certè existimare quis posset, quia † res domino pe- 6
rit, ad eumque damnum rei alicujus casuale spectat, *l. quæ fortuitis 6. C. de pign. act. l. damnum 12. C. de locat. l. contractus 23. in fin. de reg. jur.* † Sed 7
aliud dispositum in jure Saxonico; Creditorem scilicet non teneri de casu fortuito pignoris, nec conveniri posse ad æstimationem rei pignoratæ, quæ periit, Landr. *lib. 3. art. 5. vers.* Stirbt aber ein Pferd/ꝛc. † Nec enim divortium fecit jus Saxoni- 8
cum hoc casu à jure civili, quo pignus conventionale casu fortuito amissum perit periculo debitoris ceu domini, non Creditoris, *l. pignus in bonis 9. l. si Creditor 5. C. de pign. act.* Coler. *dict. decis. 9. num. 1.* † Qui nec *dict. art. 60. lib. 3.* Landr. hodiè usu 9
observari, nec actionem adversus tertium possessorem Creditori in foro Saxonico denegari, dixerim cum Fachs. *diff. 1. Vid. defin. seq.* † Planè 10
modò dicta de mero casu fortuito accipi velim; † Etenim si culpa aliqua Creditori imputari pos-
sit,

sit, actio Crediti ei neutiquam erit salva. Nunquam enim casus fortuitus eum excusat, cujus culpa casum præcesfit, ut tradit in simili Anton. Fab. *in*
7 *Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 22. num. 19.* † Quod & satis innuunt verba juris Saxonici *in dict. art. 5. ibi:* Daß es ohne seine Verwarlosung gestorben sey/ꝛc.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Er könte dann beweisen und darthun / daß obgedachte Pfände von euch wol erhalten werden können / dieselbe aber durch eure Schuld und Fahrläßigkeit hinweg kommen wären, dessen genösse er auff solchen Fall billich/V.R.W.)

Definit. V.

Rem depositam vel commodatam, perinde ac rem oppignoratam, etiam in foro Saxonico, dominus à tertio possessore vindicare potest.

1 NOn solùm de pignore sed & de commodato textus juris Saxonici *in artic. 60. lib. 2.* Landr. loquitur, verbisque disertis disponit: Si commodatarius rem sibi commodatam tertio alicui vendat, aut quovis modo alienet, ipsum dominum commodantem nullam habere actionem contra tertiũ possessorem, in quem rei comodatæ alienatio facta est, sed oportere eum agere contra comoda-
2 tariũ. † Unde liquet, eo jure & dominium & possessionem transferri in accipientem ex titulo commodati, perinde ac in contractu pignoris (de quo *d.*
3 *artic. 60.* expressè loquitur.) †. Ex quo ipsi domino non datur vindicatio rei suæ in alium translatæ, Matth. Coler. *part. 1. decis. 7. num. 7.* Ludov. Fasch. *diff. 1.* Joh. Schneidevv. *in §. quæ de fullone 16. num. 2. Instit. de obl. quæ ex del. nasc.* Matth. Wesenbec.
4 *in parat. ff. commod. n. 7.* † Quod & vigore illius textus generaliter loquentis haud absurdè ad depositum extendi potest. Sed valdè irrationabilis est
5 hâc in re sanctio juris Saxonici; † Non enim contractus & actus agentium debent aliquid operari ultra mentem & intentionem contrahentium, *l.*
6 *non omnis 19. ubi* Jason. *ff. si cert. petat.* † At quis non animadvertit, commodantem rem aliquam non voluisse transferre dominium, sicuti nec possessionem, *l. rei commodatæ 8. ff. commod. §. pos-*
7 *sidere 5. vers. per eos Instit. de interdict.* † Quare hâc sanctione neglectâ, observantia fori Saxonici aliud introduxit, teste *addit. ad* Ludov. Fasch. *dict. diff. 1. apud* Zobel. *p. 2. diff. 32. num. 14. vers.*
8 Ob wol *in primâ differentiâ.* † Nimirum in foro etiam Saxonico, Scabini secundum jus civile pronunciare solent: Ut si res commodata commodatario fuerit surrepta, vel quovis modo alienata, domino competat electio, utrum velit agere contra furem vel alium, in quem facta est alienatio rei commodatæ, vel ipsum commodatarium, *l. ult. §. tales 1. C. de furt. §. quæ de fullone 16. Inst. de obli-*
9 *gat. quæ ex delict. nasc.* † Idemque in pignore & deposito observatur.

Ita Domini in causa Annæ à Nostitzen, Viduæ Christophori Marschalchs/Mens. Octobr. Ann. 1600. [Verba sent. Habt ihr einem von Adel auff seiner Hochzeit etliche Stücke silbern und gülden Geschirr geliehen und vertrauet/welches er auch nach gehaltener Hochzeit euch wiederumb zustellen sollen / und er hat dasselbe nicht gethan/ sondern berührtes Silberwerck Caspar Horn dem ältern zu Freyberg für etlich geliehen Geld versatzt/ꝛc. So ist ietztgedachter Horn/ wofern er nichts erhebliches darwider vorzuwenden/euch solches Silberwerck ohne Entgeld wiederumb zuzustellen und folgen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

It. ad requisitionem Johannis Henrici à Rischwitz / Mens. Julio Anno 1630. (Verba sent. So ist sich der Commodator an den Besitzer/so die Kette von dem Commodatario erkaufft/zu halten/und solche ohne Geld von ihme wieder zu fodern wol befugt/V.R.W.)

Et in causa depositi ad consultationem Senatus Marienbergensis, Mens. Jun. Anno 1600. (Verba sent. Hat Abraham Heinitz ein Seiden Atlas Wammes mit silbern Knöpffen/und einen Mantel mit guten Sammeten Auffschlägen Hansen Sturmen zu treuen Händen in Verwahrung gegeben / welcher aber solche ihme vertraute Kleider bey Jobst Altherrn umb 29. fl. 3. gr. 4. pf. versetzet / allda sie noch vorhanden/ꝛc. So ist Abraham Heinitz berührte Kleider/als sein eigen Gut/zu vindiciren wol befugt/ und Jobst Altherr ist ihme dieselbe ohne Entgeld folgen zu lassen schuldig/V.R.W.)

Definit. VI.

Nec in foro Saxonico Depositarius, Commodatarius, aut similes personæ de casu fortuito tenentur.

EXinde quod dixi *Defin. præced.* nec dominium 1
nec possessionẽm rei alicujus in contractu pignoris, depositi aut commodati in foro Saxonico transferri, satis expeditum esse videtur, † ne- 2
que in hisce contractibus, perinde ut nec in locatione-conductione, casum fortuitum præstandum esse, quippe qui domino seu proprietario accrescit *l. quæ fortuitis 6. C. de pign. act. l. 12. C. de locato.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 24. num. 5.* † 3
Dubium solummodò facit textus juris Saxonici *in art. 5. §.* Was man aber. *lib. 3.* Landr. ubi tenentur Commodatarius ac Creditor de periculo rei commodatæ vel oppignoratæ. † Quod & innuit 4
Gloss. *ult. in art. 10. n. 5. lib. 3.* Landr. At nihil obstat hîc textus juris Saxonici; † Loquitur enim de casu 5
deteriorationis, non de totali rei alicujus interitu & casu fortuito, putà si Commodatarius vel Creditor rem commodatam aut pignoratam, interveniente ipsius culpâ, deteriorem reddiderit. † Quæ ex- 6
plicatio non modò ex verbis textus (Unverderbet wiederbringen) sed & ex §. *subseq.* Stirbet aber/ ꝛc. *dict. art. 1.* manifestè probatur; in illo siquidem §. Stirbet aber/ꝛc. diserte disponitur, † quòd 7
creditor non teneatur de morte naturali, vel alio casu fortuito. Ergò, ne sanctio hæc §. præcedenti è diametro repugnet, illum non nisi de rei deteriorationе intelligi in aperto est, ut demonstrat Matth. Coler. *part. 1. decis. 7. n. 16. & seqq.* † Hâc ergò 8
interpretatione adhibitâ, nihil jus Saxonicum à Jure Civili discordat, cum & ex hujus dispositione res commodata non dicatur reddita, quæ deterior vel corrupta redditur, *per l. sed mihi 3. §. si reddita 1. ff. de commod. l. 1. §. si rem 25. ff. depos.* Coler. *dict. loc. n. 17.*

Ita Domini in causa Abrahami Schelckens zu Gaudißsch/ Mens. August. Anno 1625. (Verba sent. Habt ihr Andreas Goltzschen / zu Bestellung eines Ackers / ein Pferd geliehen/welches ihme aber zu Zeitz / als daselbst ein unversehenes Feuer auskommen/ mit verbronnen/ Ob nun wol sonsten dergleichen casus fortuiti von dem Depositario, Commodatario, oder in dergleichen Fall nicht zu præstiren seyn/ꝛc.)

Defi-

DEFINIT. VII.

Tenetur tamen Commodatarius de casu fortuito, si re commodatâ ad alium usum, quàm destinatum, utatur.

1 STat ergò in foro etiam Saxonico Regula: Quod Depositarius, Conductor, Commodatarius, Creditor & similes personæ non teneantur de morte vel totali interitu rerum sibi concessarum, si fortuito casu perierint, *art. 5. §.* Stirbet aber/ꝛc.
2 *lib. 3.* Landr. † Secus verò si culpa intervenerit, ac
3 deterioratio facta fuerit, *Defin. præced.* † Idque in sartore & fullone etiam procedere arbitror. Quod etiam dicit Matth. Coler. *part. 1. decis. 7. n. 27.* etiamsi casu fortuito penes sartorem aut fullonem vestimenta amittantur, nihilominus ad eorum æstimationem hunc teneri, *per l. cum in plures 60. §. vestimenta 2. ff. locat. l. itaq; 12. ff. de furt.* †
4 Illud jure vix defendi poterit, nisi culpa fullonis aut sartoris casum præcesserit, veluti etiam textus ab ipso allegati ita sunt accipiendi; †
5 Nec enim in locatione-conductione, aliove simili contractu, in quo utriusq; contrahentis versatur utilitas, culpam levissimam, ne dicam, casum fortuitum præstari oportet, *l. 5. §. 2. ff. de Commod. & §. ult. Inst. quib. mod. re junct. l. 23. ff. de Reg. jur.* †
6 Quin nec aliter Colerum sensisse, patet ex iis, quæ tradit *dict. loc. n. 28.* fullonem scilicet liberari, si exactam diligentiam docuerit, & quod ædes per vim fuerint effractæ. †
7 Illud verò expeditum est, quod Comodatarius teneatur de casu fortuito, si re commodatâ ad alium usum, quàm destinatum, utatur, veluti si quis equum ad vecturam commodatum ad bellum duxerit, vel pocula argentea ad cœnam parandam commodata peregrè secum portaverit, *l. sint certo 5. §. sed interdum. 7. vers. Nam si tibi equum l. in rebus 18. pr. vers. quod autem de latronibus ff. commod.*
8 † Hic certè tenebitur etiam de casu, quem culpa præcessit, Gloss. *in dict. l. 18. verb. præstari ff. d. t. l. item quæritur 13. §. si quis servum 3. ff. locati.* Coler. *dict. decis. 7. n. 25.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber dennoch gedachter Goltzsch/der Abrede zu wider / das Pferd nicht im Acker gebrauchet / ꝛc. sondern damit nach Naumburg verreisen wollen / und unterwegens dasselbe gedachter maßen im Feuer umbkommen/ꝛc. So wäre er den Schaden zu tragen / und den billichen Werth dafür zu erstatten schuldig/V.R.W.)

DEFINIT. VIII.

Casum fortuitum in se suscipiens, tenetur etiam de casu insolito.

1 QUamvis regulariter Commodatarius, Depositarius, similisque persona casum fortuitum haud præstet *supr. Definit. 6.* Attamen res aliter se
2 habet, † si casum vel periculum in se receperit; tum enim tenebitur de casu fortuito propter legem contractus, vel conventionis, *l. si ut certo 5. §. ult. ff. commod. l. 1. §. si convenit 6. ff. deposit. §. præterea 3. Inst. quib. mod. re contr. obligat. l. contractus 23. ff. de reg. jur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 53. num. 1.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 7. n.*
3 *24.* At, *num etiam de insolito?* † id affirmare non dubito cum Jason. *vol. 1. cons. 107. num. 7.* Fach. *1. controv. 86.* Ant. Fab. *dict. tit. 41. defin. 2.* † *per l. 78.* 4
§. ult. ff. de contr. empt. ubi qui in se suscepit, quod vi aut tempestate factum esset, intelligitur in se suscepisse, quod per casus insolitos contingit, ut rectè ibidem notavit Accurs. † Et comprehenditur 5
sub casu fortuito insolitus, non extensione aliquâ verbi, sed magis proprietate, quod fortuita ea sint, quæ præter solitum & expectationem nostram accidere consueverunt, † velut Incendia, Ruinæ, 6
Naufragia, hostium Latronumq; incursus, quæ eâdem appellatione vis majoris contineri solent, *l. 25. §. 6. ff. locat. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* † 7
Admiserim tamen limitationem in casu planè inusitato vel insolitissimo, qui forte mille annis semel contingat, de quo non cogitârunt contrahentes, ut ex Bartolo loquitur Jason *dict. cons. 107. vol. 1.* Andr. Rauchb. *p. 2. q. 29. n. 19.* Vide quoq; Bernh. Grav. *lib. 2. concl. 23. consid. 4. n. 6.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber dennoch gedachter Goltzsch alle Gefahr oder casus fortuitos ausdrücklichen auff sich genommen/ꝛc. So wäre er den Schaden zu tragen / und euch des verbrannten Pferdes wegen den billichen Werth dafür zu erstatten schuldig/V.R.W.)

DEFINIT. IX.

Usufructuarius non restituit damnum, grege casu fortuito totaliter interempto.

1 USufructuarius alicujus gregis in locum demortuorum & inutilium corporum alia submittere, & in vinearum vel arborum demortuarum locum alias substituere tenetur, *§. sed si gregis 38. Inst. de rer. divis.* †
2 Rectè enim colere, & ut bonus paterfamiliâs grege uti debet *dict. §. 38. l. vetus 68. §. ult. & l. seq. ff. de Usufr.* Joh. Schneid. *in dict. §. 38. n. 12. Inst. de rer. divis.* †
3 Substituenda autem sunt capita pecorum ex illo ipso grege, cujus Usumfructum habet, Fab. *in dict. §. 38.* †
4 Nec opus est, hæc peti aliundè, si de illo grege non adnascanti r aliqua, *dict. l. vetus 68. §. 1. ff. de Usufr. l. 10. §. 3. ff. de jur. dot.* Wesenb. Mynsi. Bald. *dict. §. 38. Inst. de rer. div.* †
5 Cui consequens est, grege universo interempto, ita ut ex illo alia capita haberi nequeant, Usufructuarium prorsus liberari, nec ad restitutionem alicujus damni ullo modo teneri. †
6 Porro & si quis non Universitatis, ut gregis, armenti, equitii, &c. sed singulorum tantummodò capitum habeat Usumfructum, huic in locum demortuorum substitutionem aliorum haud imponendam, rectissimè post Gloss. tradit Schneidevv. *in d. §. 38. n. 12. Inst. de rer. div.*

Ita Domini in causa Matthäi Küppings zu Rötan / Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sent. Hat bemeldte Wittib auch etliches Viehe ihrem Ehemann zugebracht/ welches ihme aber ingesammt in jüngster Wallensteinischer Plünderung abgenommen worden/ꝛc. So gehet der Schaden über die Wittib billich/und sie ist dañenhero einige Erstattung von euch als des Mannes und Usufructuarii Erben zu fodern nicht berechtiget/V.R.W.)

DEFINIT. X.

Caupo tenetur ad restitutionem rei in cauponâ perditæ, si negligentia ipsius intervenerit.

1 QUamvis Caupones seu hospites mercedem accipiant non custodiæ causâ, sed ut Viatores manere in cauponâ patiantur, attamen custodi-

ſtodiæ nomine de omnibus rebus, quas recepe-
2 rant, ex Edicto prætoris tenentur, † ut ſcilicet recepta reſtituant, vel ſi amiſſa aut perdita fuerint, horum æſtimationem præſtent, *l. 1. l. 3. §. ult. & tot. tit. ff. Naut. Caupon. ſtabul.* † Quod iniquum videri non debet, cum & fullo ac Sarcinator
3 cuſtodiæ nomine ex locato teneantur, quamvis haud pro cuſtodiâ, ſed pro artificio & opera mercedem accipiant, *l. 5. ff. eod. tit.* † Receptæ autem
4 res eſſe videntur, etſi non expreſsè cuſtodiæ cauponum aſſignatæ ſint, ſed ſolùm immiſſæ, *l. 1. §. ult. ff. Naut. Caupon. ſtabul.* At dixerit quiſpiam:
5 † Quid opus fuit peculiari Prætoris Edicto; Nonne locati actio, ſi merces intervenerit, vel ſi gratis res fuerint ſuſceptæ, depoſiti judicium ſufficere
6 potuiſſent? Non certè; Nam † hæ actiones non niſi ex conventione dantur, quæ ſæpe non intercedit, aut etiam difficulter probari poteſt. Ex Edicto verò Prætoris Caupones tenentur, etiamſi conven-
7 tio non præceſſerit, † ipſo enim facto hoſpes, qui immittit, teſtatur ſe ſuæ fidei cuſtodiæque cauponis committere, & hic ſilentio ſuo quaſi profitetur, diverſorium idoneum eſſe, cui res tutò credantur, Matth. Weſenb. *in parat. ff. Naut. Caup. ſtabul.*
8 *num. 5.* † Qvin & Prætoris Edictum hoc ampliùs præſtat, ut non ſolùm ex dolo ſuo, veluti in depoſiti, aut culpâ, ut in locati judicio, ſed omnimodò qui
9 recepit, conveniri queat, † etiamſi non ipſius Cauponis, ſed familiæ ſuæ negligentiâ vel caſu, qui præcaveri potuit, res in hoſpitium recepta perierit,
10 vel damnum datum ſit, *l. 3. §. 1. ff. eod. tit.* † Idecque caupo ex negligentia tenebitur, niſi prædixerit, ut unusquisq; hoſpitum res ſuas ſervet, quo ipſo à periculo ſe liberare poteſt, *l. ult. in pr. verb. prædixerint ff. eod. tit.*

Ita Domini in cauſa Antonii Bartii, Menſ. Novembr. Anno 1626. (Verba ſent. Habt ihr bey einem Wirth im Gaſthoffe / darinnen ihr unterſchiedlichen geherberget/etliche Sachen verlohren / welche euch theils von andern/ſo er beherberget/theils von ſeinem eigenen Geſinde genommen und entfrembdet worden. Da nun berührter Wirth/daß ihr ſolche Sachen zu ihm bracht / und dieſelbe bey ihme euch geſtohlen worden / ſolches auch durch ſeine negligentz und Verwahrloſung geſchehen / geſtändig/oder ihr ſolches wie Recht erweiſen und darthun könnet/ꝛc. So wäre er euch die verlohrne Sachen wieder zu ſchaffen/ oder dem rechten Werth nach zu bezahlen ſchuldig/V. R. W.)

Et in cauſa Laurentii Courſontky von Warſchau contra Johann Zehnern zu Leipzig / Menſ. Octobr. Anno 1636.

Definit. XI.

Non tenetur Caupo de re perditâ, quæ, ipſo inſcio, in cuſtodiam Mediaſtini data fuit.

1 ETſi regulariter caupo teneatur ad reſtitutionem vel alienationem rei in cauponâ perditæ, etiamſi non ipſius propria, ſed familiæ culpa intervenerit, *Definit. præced. l. 3. §. 1. ff. Naut.*
2 *Caup. ſtabul.* † cùm & ex familiæ culpa ipſius negligentia aliquo modo argui poſsit. Attamen
3 hoc aliter verum non eſt, † quàm ſi caupone ſciente ac volente, res hoſpitio ſuo immiſſa fuerit, *dict. l. 3. §. ult. ff. d. t.* † Videtur enim tùm ſi- 4
lentio ſuo, haud factâ contradictione diverſorium idoneum quaſi profiteri, ut tutò ei res credatur, & ſic tacitè ad cuſtodiam ſe obligare, ut mirum haud ſit, quod ex Edicto Prætoris ad reſtitutionem vel æſtimationem rei perditæ teneatur, Matth. Weſenb. *in parat. ff. Naut. Caup. ſtab. num. 5.* † Secus er- 5
gò res ſe habet, ſi inſcio Caupone res ab hoſpite Cauponæ illata & cuſtodiæ familiæ aut Mediaſtini commiſſa fuerit. Etenim hoſpes hoc ipſo à jure ſuo ex Prætoris edicto ſibi competente expreſsè receſſit, † eligendo cuſtodiam familiæ ſeu mediaſtini, 6
quem & ſolum, non verò Cauponem ob id convenire debet, *l. 3. §. 3. ff. Naut. Caup. ſtab.*

Ita Domini in cauſa Thomä Michaelis zu Leipzig / Menſ. Januar. Anno 1629. (Verba ſent. Hat ein Kutzſcher von Hamburg euerm Hausknechte ein Päcklein auffzuheben geben / welcher daſſelbe von abhänden kommen laſſen. Ob nun wol bemeldter Kutzſcher von euch ſolches Päcklein hinwiederumb erſtattet haben will / zu welchem Ende er wider euch Klage erhoben. Da aber dennoch euer Hausknecht für ſich ſelbſten gedachtes Päcklein zu ſich genommen / und ihr darumb keine Wiſſenſchafft gehabt/noch daſſelbe geſehen hättet / ꝛc. So möchtet ihr auch für eure Perſon obberührtem Kutzſcher einige Erſtattung zu thun nicht angehalten werden / ſondern ihr würdet von angeſtellter Klage billich entbunden und loß gezehlet/V. R. W.)

Definit. XII.

Socius ſocio præſtat culpam levem, non etiam leviſſimam, aut caſum fortuitum.

BOnam fidem ſocius ſocio præſtare debet, *l. ne-* 1
mo 35. in fin. l. cum duobus 52. §. 1. ff. pro ſocio. † Eſtque judicium pro ſocio bonæ fidei, *§. actio-* 2
num 28. Inſt. de action. l. 78. in fin. & l. ſeq. ff. pro ſocio. † Usque adeò, ut in eo fides exuberet, prout 3
reſcripſerunt Impp. Dioclet. & Maxim. *in l. cum in ſocietatis 3. C. pro ſocio.* † Dubium ergò non 4
eſt, quin ſocius ſocio teneatur, ſi quid dolo commiſerit, quoniam dolus bonæ fidei apertè eſt contrarius *l. ea verò 3. §. ult. ff. eod. tit.* † De culpa 5
verò quondam dubitatum fuit, ut patet *ex l. cum duobus 52. §. utrum ergò 2. ff. eod. tit.* † Sed obtinuit 6
tandem; ut teneatur ſocius culpæ etiam nomine, *§. ult. Inſt. de ſociet. dict. l. 52. §. 2. & 11. l. ſocius ſocio 72. ff. pro ſocio l. 5. §. nunc videndum 2. ff. commodat.* † Levis ſcilicet, non etiam leviſſimæ culpæ, 7
dict. §. ult. Inſt. de ſoc. & dict. l. 72. ff. pro ſocio. † 8
Nec enim diligentiam exactiſſimam, multò minus caſum fortuitum ſocius præſtare debet, ex regulâ generali, quæ in contractibus, in quibus utriusque contrahentis verſatur utilitas, latam & levem ſolummodò culpam vult præſtari, *dict. l. 5. §. 2. verſ. ſed ubi utrius q. ff. commod.* † Et ſocius ſibi impu- 9
tare debet, quod parum diligentem & induſtrium ſibi ſocium elegerit, ut inquit Juſtinianus Imp. *in dict. §. ult. ff. de ſociet.*

Ita Domini in cauſa Henrici Bräutigams zu Leipzig, Menſ. Majo An. 1590. (Verba ſent. Ob nun wol euer Geſellſchaffter ſolchen Schaden von euch erſtattet haben will / da aber dennoch / euerm Bericht nach / ohne euer ſonderbare Schuld und Verwahrloſung ſolcher Verluſt geſchehen / ꝛc. So wäret ihr obgedachtem euerm

ceum Gesellschafter angeregten Schaden zu erstatten nicht verpflichtet/V R.W.)

Definit. XIII.

In Cambio, aliovè simili contractu innominato, cujus sit periculum.

1 CAmbium inter mercatores exercetur, quando quis pecuniam acceptam per intermediam aliquam personam alio in loco restituit, & sic
2 quasi permutat, adeoque † campsare idem fere est, quod permutare, Benv. Strach. *de mercat. part. 1.*
3 *n. 67.* † At cùm sæpè accidit, ut solvendo non existant ii, quorum fidei pecunia fuit commissa, aliove modo ea pereat, haud rarò disceptatur, *cujus-*
4 *nam sit periculum Cambii?* † Quod certè non minus evenit in aliis mercibus ad transportandum datis, si nempè hæ periclitentur, antequam offerantur.
5 † Etsi verò conventionis cujusque verba probè & exactè ponderanda, ex iisque quæstio decidenda sit, ut patet ex traditis Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 87.*
6 † Attamen regulariter periculum ad Campsorem, seu mercatorem transportantem merces pertinet.
7 † Solet namque contractus Cambii utriusque gratiâ celebrari, nec Campsores absq; spe lucri hoc exercent; Sicuti & transportatio mercium, laboris ac operæ præmium, mittenti tribuit, unde in contractum innominatum, facio ut des, quandoque etiam
8 facio ut facias, incidit. † Hoc autem quando fit, periculum pertinet ad mittentem, *l. 10. §. 1. in fin. ff. commodat.* cujus culpa ac negligentia aliquo modo
9 coërcenda est: † Imputet namq; is sibi, quod non magis idoneam personam elegerit, per quam res perferri possit, *l. 11 ff. eod. tit.* Bartol. & Castrens. *in d. Ct, l. 10. ff. d. t.* Modest. Pistor. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Johannis Dieterichs zu Leipzig / Mens. April. An. 1613. (Verba sentent. Dieweil aber dannoch obangeregter Contract, welchen ihr mit Johann Duckern geschlossen/eigentlichen dahin gerichtet / daß er euch die Englische Lacken umb eine gewisse Erstattung einpacken/bereiten und liefern soll/und nicht allein zu euerm/sondern auch zu seinem eigenen Nutzen / er solches zu verrichten auff sich genommen / ihme auch einen bekandten und vorsichtigen Schiffmann dazu zu gebrauchen obgelegen/&c. So ist auch gedachter Johann Duckert den Verlust an solchen Lacken zu tragen schuldig / und ihr möget ihme deswegen Erstattung zu thun nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Definitio XIV.

Re duobus locatâ vel commodatâ, si utriusq; culpâ perierit, singuli in solidum tenentur.

1 QUando duobus una eademque res fuit commodata vel locata, quæ postea utriusque culpâ periit, singuli in solidum tenentur, nec alter ratam suam solvendo liberatur, *l. si ut certo loco 5.*
2 *§. si duobus 15. ff. commodat.* At dixerit quis, † Res commodata vel locata in solidum ad eos pervenire non potest, adeoque quilibet non nisi pro
3 parte tenebitur? Respondeo: † Verum hoc est quoad obligationem primitivam, quæ ex ipso locato vel commodato contrahitur ad rei restitutionem, quo nomine quilibet tenetur pro
4 parte. † Secus autem res se habet in obligatione secundariâ, quæ contrahitur ratione doli vel culpæ, ubi quilibet tenetur in solidum, quia pro parte non potest delinqui, ut declarat hoc Bartol. *in dict. l. sicut certo 5. §. si duobus 15. ff. Commod.*

Ita Domini in causa Christophori à Posern zu Tierbach/ Mens. Jun. Anno 1601. (Verba sent. Habt ihr Jobst Rosenkrantzen und Friederich Amborten ein Gebrau Maltz in eurem Maltzhause zu dörren vergönnet / und es ist durch ihre Nachläßigkeit ein Feuer angangen/und das Maltzhaus zu Grunde verbrannt. Da nun Jobst Rosenkrantz nichts eigenes hätte / also daß ihr euch des Schadens halber an ihme zu seinem Theil nicht erholen könter; So wäre euch seinen Consorten Friederich Amborden wegen des gantzen Schadens und also in solidum zu belangen unbenommen, V.R.W.)

Definit. XV.

Furtum & Rapina inter casus fortuitos referuntur, quando custodientis culpa non præcessit.

QUum periculum casuum fortuitorum spectet 1
ad dominum, non ad detentorem rei, *l. quæ fortuitis 6. C. de pig. act. l. contractus 23. in fin. ff. de Reg. jur.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 18. defin. 5. num. 1.* multùm certè refert, nosse casus fortuitos.
† Etsi verò quandoque & culpa casus appellitetur fortuitus, ut *in l. qui ædes 9. ff. de incend. ruin. naufr. l. perspiciendum 11. §. delinquitur 2. ff. de pœn.* Attamen hoc fit impropriè & rarissimè. † Verus 3
siquidem casus fortuitus est ille, quem nullum consilium humanum prævidere potest, *l. 2. §. si eo tempore 7. ff. de admin. rer. ad civit. pert.* Unde & dicitur casus improvisus *l. à Procuratore 13. C. Mandati*, item, fatalis casus *in l. 5. C. de appellat.*
† Qualis est mors animalium, fuga servorum, in- 4
cendium, tumultus, rapina, *l. contractus 23. in fin. ff. de reg. jur.* † Quò & furtum refero, si prævide- 5
ri non potuerit. † Alioquin si culpa detentoris præ- 6
cesserit, nec furtum nec rapinam inter casus merè fortuitos referri, in aperto est. † Quin & tùm peri- 7
culum casuum fortuitorum ad detentorem pertinet; † Nunquam siquidem casus fortuitus eum ex- 8
cusat, cujus culpa casum præcessit, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 22. n. 19.*

Ita Domini in causa Michaelis Arnolds zu Melcka / Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Da nun eurem Anderten nach solcher Diebstal und Raub ohne eure Schuld und Verwarlosung geschehen / indeme ihr das gemeine Rind gleich euerm Viehe verwahrlichen gehalten hättet/&c. So wäre die sämmtliche Gemeine / als welcher das Rind eigenthümlich zuständig gewesen/ solchen ex casu fortuito entstandenen Schaden zu gelten schuldig/und ihr möchtet von dem eurigen allein / dessen Erstattung zu thun nicht angehalten werden/V R.W.)

Definit. XVI.

Damnum censetur casuale, non culpâ datum, quando Canis rabiosus in gregem irruit, oves dilacerat, ac devorat.

POrrò & illud damnum casuale habetur, quan- 1
do Canis rabiosus in gregem irruit, oves sive pecora dilacerat atque devorat, quippe quod nec à prudentibus prævideri potuit, *l. 2. §. si eo tempore 7. ff. de admin. rer. ad civit. pertin.* † Quia 2
& illud damnum, quod imprudentibus accidit, casus fortuitus dicitur, *l. cum duobus 52. §. damna 3. ff. pro socio.* Henr. Bocer. *ad l. contractus 23. ff. de reg. jur. cap. 3. num. 33.* † Quare nec opilio hoc 3
casu

hoc casu ad æstimationem pecorum tenebitur, nisi
4 ipsius culpa ac negligentia casum præcesserit, † Quâ probatâ, opilio non habet, quo se tueri queat à restitutione damni *dict. l. 52. §. damna. 3. ff. pro socio.* Gail. *lib. 2. obs. 21. num. 2. in fin.*

Ita Domini in causa Johannis Wilhelmi à Kerstlingeroda, Mens. April. Anno 1622. [Verba sententiæ. Ist ein thörichter Hund bey nächtlicher Weile in eure Schäfferey kommen/ und in die 40. Stücke Schaaf-Viehe beschädiget und zerrissen / deren auch viele thöricht worden und gestorben/ &c. So mag Jacob Wiegend/ euer itziger Schafmeister/ angeregte Schafe gestalter Sachen nach zu bezahlen nicht gedrungen werden/ V. R. W.]

Definit. XVII.

De casu fortuito seu amissione Rei certò constare debet, antequam culpa & diligentia detentoris probanda venit, nec creditur hac in re juramento asserenti rem amissam esse.

1 SI is, cui res aliqua seu jure pignoris, commodati, locati, aliove titulo fuerit commissa, eam se amisisse dicat, adversarius verò id propriâ ipsius culpâ
2 factum esse intendat, anxiè solet disputari; † Cuinam onus probandi, rem culpâ vel absque eâ amissam fuisse, incumbat, ut videre est apud Dd. *in §. ult. Inst. quib. mod. re contr. obligat. & in l. si Creditor. 5. C. de pign. act.* Joh. Köpp. *decis. 38.* Andr. Gail.
3 *l. 2. observ. 21.* Joseph. Mascard. *concl. 87.* † Attamen priusquam uni vel alteri parti onus probandi injungatur, de ipso facto seu amissione rei constare debet, quam, si appareat, ad aliquem pervenisse,
4 † is qui amissionem allegat, adversario illam negante, probare tenetur, *l. si Creditor. 5. C. de pign.*
5 *act.* † nec sufficit, si juramento hoc ipsum docere velit, ut notat Felin. *in cap. sicut 16. extr. de sent. & re judic.* Mascard. *dict. concl. 87. n. 4. & concl. 272. num. 13. & seqq.* Köpp. *quæst. 38. n. 17.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 61. n. 18. & seqq.* Quod nec aliter
6 in foro Saxonico observatur. † Etsi enim hoc casu assertioni juratæ credendum esse, tradat post Gloss. *latin. in art. 60. lit. a. lib. 2.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. decis. 9. n. 10. per text. latin. in art. 5. lib. 3.* Landr. *vers. dummodo ille suo sacramento, &c.*
7 † Attamen non loquitur textus ille de probatione ipsius casus fortuiti aut amissionis, sed præsuppositio casu fortuito de hoc saltem agit, utrum casus iste culpâ Creditoris acciderit, nec ne, id quod à quæstione illa, qualiter casus probari debeat, plu-
8 rimùm differt; † Neq; id, quod de culpæ purgatione disponitur, ad ipsius casus probationem extendi poterit, quia alia est casus probatio, alia verò culpæ excusatio, ut benè animadvertit Matt. Wesenb. *part.*
9 *1. consil. 36. n. 38.* † Quin potius contrarium ex verbis sequentibus *dict. art. 5.* probatur. *vers.* Stirbet aber ein Pferd oder Viehe / beweiset er das / &c. Quæ ad docendum casum veram atque legitimam
10 probationem requirunt; † Ast hæc per juramentum fieri nequit, prout demonstrat Wesenbec. *dict. cons. 36. n. 37.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 18. n. 2.*
11 † Planè non usque adeò exacta casus fortuiti probatio requiritur, ut non etiam probabiles conjecturæ admittantur, ut post Bartol. & Jason. quos allegat, tenet Hartm. Pistor. *dict. quæst. 18. n. 3.* ubi porro
12 tradit, † amissionem rei eo solummodò casu juramẽto probari, si non jure actionis, sed saltem officio judicis restitutio alicui imponatur, *arg. l. ult. C. de fid. instrum.* Fulv. Pacian. *de probat. l. 1. cap. 39. n. 10.* Joh. Vinc. Honded. *vol. 1. cons. 19.*

Ita Domini in causa des Raths zu Wardheim / Mens. Jan. Anno 1634. [Verba sentent. Da nun die angezogene Plünderung und Beraubung der Geldladen erwiesen werden könte / immassen dann euch für allen Dingen solches durch gnugsame præsumtiones und Vermuthungen zum wenigsten beyzubringen obliget/ und eure eydliche Assertion nach Gelegenheit dieses Falls nicht statt hat/ &c.]

In causa Andreæ Oswaldi zu Pegau / Mens. Nov. Anno 1633. [Verba sent. Da er nun solche Abnahme und Plünderung darthun und beweisen möchte / immassen ihm zu thun obliget; so würde er mit Ausantwortung berührtes Geldes billich verschonet/ &c.]

In causa Abrahami Steinbachs zu Meissen / Mens. Aug. Anno 1629.

In causa Francisci Pfeils zu Magdeburg/ Mense Jan. Anno 1634.

Et in causa Tobiæ Eberleins zu Adorff/ Mens. Febr. Anno 1634.

Definit. XVIII.

In casu, ubi culpa levissima præstanda venit, cuinam onus probandi, rem culpâ vel absq; eâ amissam fuisse, incumbat.

1 NOn statim liberat possessorem ac detentorem alicujus rei, ab ejusdem restitutione, probatio casus fortuiti, quo res illa perdita & amissa fuit.
2 † *Quid enim si culpa casum præcesserit?* Non certè tum ab omni præstatione exemptus est possessor, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 21. n. 3.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 41. defin. 22. n. 19.*
3 † Probatâ itaque amissione rei, sive casu fortuito, solet inter partes contendi, *cuinam onus probandi, rem culpâ vel absque eâ amissam fuisse, incumbat?*
4 † De quo licet multùm ab Interpp. disceptetur, procul dubio tamen vera est distinctio ab Hart. Pist. *part. 1. quæst. 18. num. 4. & seqq.* tradita, quam & observantia fori Saxonici hactenus comprobavit.
5 † Refert nimirum, utrum in contractu Commodati, pignoris, (solius Creditoris gratiâ dati, quo casu exactissima diligentia etiam in pignore præstanda venit, *l. 13. ff. de pign. act. l. 19. C. de pign.* Bocer. *ad l. 23. ff. de Reg. jur. c. 4. n. 74.*) aliovè contractu,
6 † in quo culpa levissima præstanda est, quis casum amissionis allegat talem, qui regulariter sine culpâ contingere solet, ut sunt: Incursus hostium, Impetus aquarum, & mors animalium.
7 † Tùm certè commodator vel debitor, aliusve, qui dicit, culpâ casum hunc contigisse, eam probare debet.
8 † Sicuti enim dolus non præsumitur *l. quoties 18. §. qui dolo. 1. ff. de probat. l. dolum. 6. C. de dolo.*
9 † ita nec etiam culpa, sed alleganti onus probandi incumbit, Bartol. & Dd. *in l. si quis ex argentariis. §. ult. ff. de edend.*
10 † At si ejusmodi casus prætendatur, qui regulariter absque culpâ contingere haud solet, ut est: Incendium, Furtum, Fuga hominum, *l. 3. ff. de off. præf. vigil. l. cum duobus. §. damna. ff. pro*
11 *soc.* † Tunc quia præsumptio est contra Commodatarium, Creditorem, aliumvè rei possessorem seu detentorem, utique is, absque sua culpâ casum illum accidisse, probare necesse habet, secundum tradita *Dd. in dict. l. si quis ex argentariis. 6.* Pistor. *dict. qu. 18. num. 8.* Anton. Gomez. *lib. 2. resolut. cap. 3.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæstion. 10.* Johann. Köpp.

qu æſt. 38. n. 19. & ſeqq. Maſcard. *de prob. t. concl. 272.* Johan. Menoch. *lib. 6. præſ. 61. num. 30. & ſeqq.*

12 † Quâ verò ratione culpam abfuiſſe probetur, do-
13 cet Bald. *in l. ſi Creditor. 5. C. de pign. act.* † Haud rarò ſanè idipſum juramento Rei committitur, teſte Weſenb. *part. 1. conſ. 36. n. 38.* Specul. *in tit. de ſtr. n. 15.* Hartm. Piſt. *dict. qu. 18. n. 12.*

Ita Domini in cauſa Oſwaldi Matthiæ & Bartholomæi Schulers zu Leipzig/ Menſ. Octobr. Anno 1633. [Verba ſent. Es könte dann der Schuldener beweiſen und darthun / daß bey dem feindlichen Einfall/ Verheerung und Plünderung der Stadt Magdeburg gedachte Pfande von euch wol erhalten werden können/ dieſelbe aber durch eure Schuld und Fahrläſſigkeit hinweg kommen wären/ deſſen genöſſe er auf ſolchen Fall billich/ V.R.W.]

Et in cauſa Caſpari Rudigers zu Lübnitz/ Menſ. Jul. A. 1629. [Verba ſentent. Habt ihr bey eurem Nachbarn zu Beſtellung euers Ackers ein Pferd entlehnet / welches euch aber bey nächtlicher Weile aus dem Stalle geſtolen worden. Da ihr nun/ daß ſolcher Diebſtahl ohne eure vorgehende Schuld und Fahrläſſigkeit geſchehen / beweiſen und darthun/ oder doch vermittelſt Eydes erhalten möchtet/ immaſſen ihr in ſolchem Fall zu thun ſchuldig/ ꝛc. So möchtet ihr den Schaden zu tragen und das Pferd zu bezahlen nicht angehalten werden/ V. R. W.]

Definit. XIX.

In locato aliisq; contractibus, in quibus culpa ſaltem levis præſtanda venit, onus probandi ſemper injungitur ei, qui culpâ caſum contigiſſe contendit.

1 SEd vera eſt hæc diſtinctio tradita Defin. *præced.* ſolummodò in commodato, & caſibus, in qui-
2 bus etiam culpa leviſſima venit præſtanda. † Secus verò in locato, pignore utriusque contrahentis gratiâ contracto quaſi contractu tutelæ, aliisque caſibus, in quibus ſaltem levis culpa, non etiam leviſſima, præſtatur, ubi indifferenter & non adhibita diſtinctione caſuum, qui regulariter ſine culpâ contingere ſolent vel non, culpam allegans eam
3 probare debet. † Etenim quùm hiſce in caſibus probato furto vel incendio, nulla ſubſit juris præſumptio, quæ aliquem levis culpæ arguat, indifferenter is, qui dicit culpâ caſum contigiſſe, id pro-
4 bare tenebitur, † alioqui Reus ex eo, quod de furto, incendio, aliove caſu, qualiscunque etiam is fuerit, conſtat, excuſatus erit, Jaſon. *in l. ſi quis ex argentariis. 6. §. prætor ait. 8. ff. de edendo.* Ant. Gomez. *lib. 2. reſolut. cap. 3.* Rol. à Vall. *vol. 2. conſil. 95. n. 14.* Jac. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 309. num. 10.* Hart. Piſt. *part. 1.*
5 *quæſt. 18. num. 11.* ubi dicit, † cum quidam Aurigæ pecuniam ciſtæ incluſam ad certum locum vehendam locâſſet, & amiſsâ pecuniâ, Auriga allegaret, furto eam ablatam eſſe, de quo furto ſatis conſtaret, Scabinos deſuper conſultos reſpondiſſe, Aurigam aliter non teneri, quàm ſi Dominus pecuniæ probaverit culpam aurigæ interveniſſe.

Ita Domini ad requiſitionem Andreæ Oſwaldi zu Pegau/ Menſ. Nov. Anno 1633. [Verba ſentent. So wird M. N. mit Erſtattung des Schadens billich verſchonet. Es könte dann der Rath wie recht erweiſen und darthun/ daß er das aus dem verkauften Wein gelöſete Geld nicht gebührlichen und fleiſſig/ immaſſen ein fleiſſiger Hausvater mit ſeinem Eigenthum zu thun pfleget / verwahret/ und alſo durch ſeine Schuld und Verwarloſung daſſelbe von Abhanden kommen wäre/ deſſen genöſſe der Rath auf ſolchen Fall billich/ ꝛc.]

In cauſa Curatoris Nariæ Ellingers contra Daniel Graupnern/ ventilatâm Prætorio Lipſienſi, Menſ. Jan. Anno 1634. [Verba ſentent. Daß Klägerin den mit dem Fuhrmann geſchloſſenen Contract/ und daß der ihm auffgedingete Kaſten durch ſeine Verwarloſung erbrochen/ und die darinnen verwahrete Sachen daraus diebſlichen entwendet worden / wie Recht zu erweiſen ſchuldig/ ꝛc.]

Item in cauſa Abrahami Steinbachs zu Meiſſen / Menſ. Aug. Anno 1629. [Verba ſententiæ: Iſt in dem Inventario derer Sachen/ ſo euerm geweſenen Mündlein David Caſpar Wunſchman von ſeinem Vater zukommen/ ein Lindiſcher Mantel zu befinden / welcher von euch gefodert wird/ ꝛc. So ſeyd ihr pflichten heraus zu geben/ oder den Werth dafür zu erſtatten ſchuldig/ ihr köntet denn beſcheinigen und beybringen / daß euch ſelbiger Mantel geſtolen worden wäre / deſſen genöſſet ihr / woſern David Caſpar Wunſchman/ daß der Diebſtal durch eure Nachläſſigkeit geſchehen / nicht beweiſen kan / auf ſolchen Fall billich/ V.R.W.]

Et in cauſa Franciſci Pfeils zu Magdeburg/ Menſ. Jan. Anno 1634.

Item in cauſa Johann Kühnens zu Franckenhauſen/ Menſe April. Anno 1634. [Verba ſentent: Würdet ihr beſcheinigen und beybringen/ daß obberührtes Silber euch neben ſt andern euren Sachen von den Feinden gewaltſamer Weiſe abgenommen worden / ſo möchtet ihr daſſelbe Klägern zu erſtatten nicht gedrungen werden / er könte dann wie Recht erweiſen/ daß ſolchen Schaden ihr durch eure Verwarloſung und Fahrläſſigkeit verurſacht / deſſen genöſſe er auff ſolchen Fall billich/ V.R.W.]

Definit. XX.

Venditione perfectâ, periculum Rei venditæ ſtatim ad Emptorem pertinet, licet ei res nondum ſit tradita.

1 PErfectâ Emptione-Venditione periculum Rei venditæ ſtatim ad emptorem pertinet, licet ei res nondum tradita ſit, §. *cum autem emptio. 3. Inſt. de empt. vendit. l. id quod poſt. 7. neceſſario. 8. l. ſi vendita. 11. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 35. §. ſi res. 4. ff. de contr. empt. l. 1. l. 4. l. 5. C. de per. & commod. rei vend.* † Ideoque ſi res vendita con-
2 ſumpta vel extincta fuerit, Emptor non modò ad id quod intereſt adverſus venditorem agere nequit, ſed & pretium, ſi nondum ſolvit, venditori præſtare compellitur, ſi verò ſolverit, illud à venditore repetere non poteſt, *d. §. cum autem emptio. 3. Inſt. de Emt. vend. l. cum emptor. 5. §. ult. ff. de reſc. vendit.* † Nec eſt quod rigori juris contra æquita-
3 tem hâc in re aliquid indultum fuiſſe concedamus Jac. Cujac. *in tract. ſ. ad African.* in explicatione *l. ſi fundus. 33. ff. locat. & in part. C. de per. & com. rei vendit.* † Cujus opinionem JCto verè indi-
4 gnam aſſerit Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 1. diſp. 28. th. 8. lit. D.* Quis enim neſcit, emptoris eſſe commodum, etiam ante factam traditionem?
5 †. Ut vel propterea ratione æquitatis ipſi etiam periculum & incommodum accreſcere debeat, ut argumentatur Imp. Juſtinianus *in dict. §. cum autem emptio. 3. Inſt. de Empt. vendit. l. ſecundum naturam. 10. ff. de Reg. jur.* † Ac certè emptio
6 venditio utriusque contrahentium gratiâ celebratur, ac proinde æquiſſimè à venditore nil niſi dolus & culpa, non autem periculum & caſus fortuitus præſtatur *l. 2. §. 1. cum ſeqq. ff. de per. & comm. rei vendit. l. 23. ff. de Reg. jur. l. 2. §. 1. ff. com.*

7 *ff. commod.* † prout contra Cujac. pluribus disputat Anton. Fab. *lib. 2. conj. 4.* Wesenb. & Schneidew. *in §. 3. Inst. de empt. vend.* Covarr. *lib. 1. var. resolut. cap. 15. n. 2.* Gomez. *tom. 2. var. resolut. c. 2. n. 32.* Helf. Ulr. Hunn. *in tract. de æstim. rer. quæst.*
8 *2.* † Illud solummodò negotium facere videtur, quod res unaquæque pereat suo Domino, *l. pignus. 9. C. de pign. act.* adeoque Venditori, non Emptori,
9 † qui ante factam traditionem Dominus est, *§. venditæ. 41. Inst. de rer. divis. §. 3. Inst. de empt. vendit.*
10 † Sed in Regulâ illâ, quod res suo Domino pereat, opponitur Dominis iis, qui solum usum vel custodiam aut possessionem rei habent, non iis, qui ex conventione ejus, rem, quandocunque voluerint, avocandi & in se transferendi, quæsitum tenent, ut
11 est Emptor; † qui perfecta Emptione statim jus habet Dominii, quandocunque volet, nanciscendi, ut proinde haberi debeat, ac si jam esset Dominus, cùm non stet nisi per eum, *arg. l. is qui actionem. 15. & l. qui potest facere. 174. ff. de Reg. jur.* Ant. Fab.
12 *in Codic. lib. 4. tit. 40. defin. 8. n. 9.* † Porrò & Regula illa, quâ Domino res dicitur perire, vera est, si Dominus non simul etiam sit ejusdem rei debitor,
13 ut est Venditor ante traditionem factam. † Quia casus fortuitus rei debitæ à nullo debitore præstatur. *l. contractus. 23. in fin. ff. de reg. jur.*

Ita Domini in causa Reginæ, viduæ Johannis Jahrens zu Pöhnia/ Mens. Majo, Anno 1617. [Verba sent. Hat eurr Ehemann ein Haus vor und um 550. fl. erkaufft und an sich gebracht/ darauff auch allbereit 113. fl. baar Geld gezahlet. Und es ist solches Haus/nachdem die Käyserliche Soldaten die gantze Stadt in Brand gesteckt/zugleich mit verbronnen / und in die Asche gelegt worden. Ob nun wol gedachter euer Ehemann berührtes Haus niemals in Possess und Lehen bekommen / und also das Dominium daran noch zur Zeit nicht erlanget. Dieweil ihr aber dennoch nicht in Abrede seyn könnet/ sondern gestehen müsset / daß der Kauff einmal richtig geschlossen worden/ꝛc. So ist auch euer Ehemann und nunmehr desselben Erben den durch die Feuersbrunst entstandenen Schaden zu tragen/und des Verkäuffers Erben die restirende Kauff Gelder abzustatten und zu bezahlen schuldig/ V. R. W.]

Item in causa Felix Gravens zu Lommatzsch / Mense Majo, Anno 1608.

Et in causa Georgii Beckens zu Reichenbach / Mens. Mart. Anno 1633.

Definit. XXI.

In Venditione conditionali pendente conditione damnum ac ruina rei totalis non ad emptorem, sed ad venditorem pertinet.

1 QUùm venditione perfectâ, statim periculum rei venditæ ad emptorem spectet, etiam ante factam traditionem, Defin. *præced.* multùm certè refert nosse, Quando Emptio Venditio perfe-
2 cta censeatur? † Et quidem certæ alicujus rei emptio sine scripturâ celebrata sola conventione de pretio perficitur, *pr. Inst. de empt. vend.* At celebrata venditio in scriptis, ante scripturam consummatam
3 perfecta haud est, † ideoque tùm rei periculum ad Venditorem pertinet *l. cum inter. 4. C. de per. & comm. rei vend.* Joh. Schneidew. *in §. cum autem.*
4 *emptio. 3. n. 4. Inst. de empt. vendit.* † Deinde & quoad perfectionem Emptionis-Venditionis benè distinguendum est, an purè vel sub conditione con-
5 tracta fuerit. † Licet namque emptio pura statim perfecta sit, ac proindè periculum in emptorem transferat; Attamen Emptio-Venditio conditionalis, impletâ demum conditione, perficitur, *l. hæc venditio. 7. ff. de contr empt.* † Quare 6
pendente adhuc conditione, quia tum emptio perfecta non est, universæ rei interitus seu periculum non ad emptorem, † sed ad venditorem pertinet, 7
l. necessario. 8. ff. de peric. & comm. rei vendit. l. pen. C. eod. tit. Joh. Schneidew. *dict. §. cum autem emtio. 3. n. 5. ubi &* Joh. Harppr. *n. 8. Inst. de empt. vendit.*

Ita Domini in causa Ludolphi Godeckens zu Lübeck / Mens. August. Anno 1629. [Verba sent. Ob wol sonsten vermöge der Rechte / nach geschlossenen und vollzogenen Kauff/der Schade / so zu dem verkaufften Dinge/ ehe es tradiret wird / ohne des Verkäuffers Verwahrlosung geschicht/ dem Käuffer zu tragen obliget. Dieweil aber dennoch der von euch geschlossene Kauff-Contract auff eine gewisse Condition gerichtet worden / und ehe und zuvor dieselbe adimpliret/vor perfect und beschlossen nicht zu achten/ꝛc. So mag auch euer Abkäuffer / wann auch gleich die Condition erfüllet würde / den Schaden/so durch die entstandene Feuersbrunst an eurem verkaufften Hause geschehen/über sich gehen zu lassen / und euch die Kauff-Gelder zu entrichten/mit Bestande nicht gedrungen werden / V. R. W.]

Et in causa Philippi Gerlachs zu Döbeln / Mense Majo Anno 1636. [Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch der Kauff auff eine gewisse Condition gerichtet / und daher ehe und zuvor sich solche Conditio ereignet/vor perfect und beschlossen nicht zu achten/ꝛc. So gehet auch der Verlust der geraubten Tücher über den Verkäuffer allein billich / und es mag Käuffer denselben tragen zu helffen nicht angehalten werden/ V. R. W.]

Definit. XXII.

Damnum particulare Rei Venditæ sub conditione, pendente etiam conditione ad emptorem spectat.

ATtamen in venditione conditionali, pendente 1
adhuc conditione, damnum solummodo totale seu interitus rei universæ ad venditorem pertinet, Defin. *præced.* † Secus verò res se habet in da- 2
mno particulari vel læsione & deterioratione rei, quæ pendente etiam conditione Emptorem gravat, non venditorem, *l. necessario. 8. in pr. vers. sanè si exstet res ff. de peric. & comm. rei vend.* Johan. Schneidewin. *§. cum autem Emptio 3. n. 5. ubi &* Johann. Harppr. *n. 8. Inst. de Empt. Vendit.* Gothofr. *in dict. l. 8. ff. de per. & comm. rei vend.* Fab. de Mont. *de empt. qu. 6. n. 47.* † Rationem diversitatis si quæ- 3
ras, habeas hanc: † Quod scilicet in venditione 4
conditionali quoad deteriorationem rei seu damnum particulare, conditio retrahatur ad tempus contractus, adeoque fictione juris emptio perinde habeatur, ac si ab initio purè contracta fuisset. † 5
Quæ fictio in interitu alicujus rei totali locum obtinere nequit, † quia re peremptâ non reperit, ubi 6
figat pedem, *l. huic scripturæ. 15. ff. ad Leg. Aquil.* Fab. de Mont. *dict. loc.* † Neque res, quæ periit, 7
tradi amplius potest, ac proinde hoc casu emptio nunquam perfici potest, ut dicit Giphan. *in dict. §. cum autem Emptio. 3. Inst. de empt. vend.*

Ita Domini in causa Michaëlis Fiedlers und Hansen Pantzschens zu Euteritzsch / Mens. Decembr. Anno 1631. [Verba sententiæ: Ob nun wol/ehe und zuvor die Conditio sich ereignet/ und also der Kauff vollkommen gewesen/gedachter Kriegsschaden erfolget/welchen Inhalts der Rechte der Verkäuffer zu tragen schuldig. Dieweil aber dennoch solches allein von dem total-Schaden und gäntzlicher Ruin des verkauffeten Stücke Guts zu verstehen / die Deterioration aber und Verringerung des Stücke Guts / darunter gegenwärtiger Kriegs-

Kriegs-Schaden zu ziehen/ auch in venditione conditionali vor der Tradition dem Käuffer zuwachsen thut/ꝛc. So hat sich mehrgedachte Wittib/ als Käufferin/mit ihrem Fürwenden nicht zu behelffen/sondern sie ist den Schaden für sich zu tragen schuldig/ V. R. W.]

DEFINIT. XXIII.

Facta venditione vini degustati, aliarumq; rerum, quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, antequam hæ numerata, appensæve fuerint, periculum non ad emptorem, sed venditorem pertinet.

1 PORrò, ne earum rerum, quæ pondere, numero, mensurâve constant, venditio aliter perfecta censetur, quàm si adnumeratæ, admensæ, ad-
2 pensæve fuerint, † quasi contracta sub hac conditione, *l. quod sæpe 35. §. in his 5. ff. de contr. empt. l 2. C. de per. & comm. rei vend.* † ideoque in hisce periculum ac damnum non nisi post adnumerationem vel admensionem ad emptorem pertinebit, Joh. Fab. *in §. cum autem emptio. 3. ubi &* Harppr. *n. 11. Inst. de empt. vendit.* Matth. Wesenb. *in paratit. ff. de contr. empt. n. 10.* Trentacinq.
4 *lib. 3. var. resolut. 5. n. 3. & seqq.* † At quid si vinum degustatum quidem sit, sed nondum admensum? Certè alia causa est degustandi vini, alia metiendi: Gustus enim ad hoc solùm proficit, ut im-
5 probare liceat, † mensura verò, ut appareat, quantum ematur, *dict. l. si in emptione. 54. §. alia causa est. 5. ff. de contr. empt.* † Proinde factâ etiam degustatione, cum nondum perfecta sit emptio, pe-
7 riculum ad venditorem spectabit, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 32. defin. 1. numer. 6.* † Aliud dicendum, si singulatim emptæ fuerint certæ vini amphoræ. Tùm enim, qua plenissimè venditum videtur vinum, statim atque fuit degustatum, *l. 1. ff. de per. & comm. rei vendit.* perfecta venditio est,
8 † & ex eo tempore periculum ad Emptorem pertinet, Fab. *dict. defin. 1. n. 4.*

Ita Domini in causa Danielis Modrachs zu Gruma/ Mense Sept. Anno 1631. [Verba sententiæ: Habt ihr bey einem Weinschencken daselbst um drey Eymer seines Weins/ dessen er gar viel zu Zapffen gehen lassen/ gehandelt/ welcher aber ihm von des Feindes Volck abgenommen worden. Ob ihr nun wol auff vorgedachte drey Eymer Wein/ nachdem ihr den Wein gekostet/ allbereit ein gewisses Kauffgeld gesatzt gehabt; dieweil aber dennoch euch noch zur Zeit selbige drey Eymer nicht zugemessen/ noch auch gewisse Fässer verkaufft worden/ꝛc. So möget ihr auch den Schaden des abgenommenen Weines über euch gehen zu lassen/ oder einige Zahlung dafür zu leisten wider euren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.]

DEFINIT. XXIV.

Venditæ rei periculum ad venditorem pertinet, si ejusdem dolo, latâ vel levi culpâ res perierit.

1 PErfectâ Emptione-Venditione, periculum rei venditæ non adeò generaliter ad emptorem spectat, ut & venditoris dolum vel culpam præstare
2 teneatur. † Nam in eo venditor demum securus est, quod sine dolo & culpâ ejus accidit, teste Imp. Justiniano *in §. cum autem emptio. 3. Inst. de empt. vendit.* † Ex quo sequitur, † ad venditorem pertinere periculum, quando ejusdem dolo, latâ aut levi culpâ res vendita ante traditionem facta perierit, *dict. §. 3. Inst. d. t. ubi* Joh. Schneidewin. *n. 8.* † Idque ipsum est, quod ex sententiâ JCti Africani in specie *l. 33. ff. locati.* venditor fundo publicato, pretium Emptori restituere tenetur, scilicet, quod culpa venditoris intercessisset, ut fundus publicaretur. † Alioquin sanè, si citra ejus culpam per injuriam judicis publicatio facta sit, ea potius penes venditorem, cui res ablata est, residere debet. † Ve- 6
luti sic explicat *dict. l. 33. ff. d. t.* Anton. Fab. *lib. 2. conject. 4. Videatur quoque* Caspar Schiferdeg. *lib. 2. tract. 18. qu. 3. cum seqq.*

Ita Domini in causa Albrecht Sadlers zu Pegau/ Mense Nov. Anno 1629. [Verba sentent. Ob nun wol der Mahler in denen Gedancken stehet/ daß weil der Kauff geschlossen/ und das Geld darauff ausgezahlet worden/ er dißfalls den Schaden nicht gelten dürffte; dieweil aber dennoch durch seine des Verkäuffers Verwarlosung das Bild/ als es noch nicht ausgehändiget gewesen/ verderbet worden/ꝛc. So möget auch ihr als Käuffer den Schaden über euch gehen zu lassen nicht gedrungen werden/ sondern es ist euch der Verkäuffer das Kauff-Geld wieder auszuantworten schuldig/ V. R. W.]

DEFINIT. XXV.

Venditoris est periculum rei venditæ, quando is fuerit in mora tradendi.

VEnditione perfectâ periculum rei venditæ ante 1
traditionem factam propterea ad Emptorem pertinet, quia jus habet dominii, quandocunque volet, nanciscendi, ac proinde haberi debet, ac si jam esset Dominus, cum non stet, nisi per eum, *arg. l. is qui citationem. 5. l. 174. ff. de Reg. jur.* † Quam rati- 2
onem haud parum invertit mora venditoris, traditionem retardantis ac dominium Emptoris impedientis. Quare si hæc intercesserit, ratione illa cessante, † merito à periculo rei venditæ emptor est 3
immunis, illudque venditori accrescit, † quia per 4
eum stetit, quò minus traditio fieret, Joh. Schneidew. *in §. cum autem emptio. 3. n. 9. Inst. de empt. vendit.* † Nam & aliàs ex pluribus moræ effectibus unus ille est, ut periculum Rei transferat in 5
morosum *l. 15. §. ult. ff. de R. V. l. 39. §. 1. l. 47. §. ult. l. 108. §. 11. ff. de legat. 1. l. 2. C. de usu & fruct. legat.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 24. num. 5.* † Nec refert, utrum res vendita eodem modo apud 6
emptorem periisset, quô apud venditorem morosum. † Quia hoc inductum est in odium committentis moram, quæ periculum ejus facti, quod alioquin non esset, *l. 2. C. de per. & comm. rei vend. l. 14. §. 1. ff. depos. l. 44. ff. ex quib. caus. major.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 3. n. 3.* Bart. & Dd. *in l. quod te 5. ff. si cert. pet.* 7

Ita Domini in causa Martini Schwartzens zu Leipzig/ Mens. Majo, Anno 1632. [Verba sentent. Ob wol sonsten vermöge der Rechte/ nach geschlossenem Kauff/ den Schaden des verkaufften Guts der Käuffer, wenn auch gleich die Tradition und Ubergabe noch nicht erfolget/ zu tragen schuldig. Da aber dennoch eure Verkäufferin euch das verkauffte Haus auff euer Ansuchen in Lehen zu geben sich geweigert/ und der Gestalt in mora tradendi gewesen/ꝛc. So wäre sie auch den durch berührte Feuersbrunst entstandenen Schaden zu tragen/ und euch das ausgezahlete Kauffgeld wieder zu erstatten schuldig/ V. R. W.]

CON-

CONSTITUTIO XXVII.
PARTIS SECUNDÆ.

Von übernächtigen und verſtandenen Pfanden.

Es trägt ſich oftmals zu / daß aus zulässigen und rechtmässigen Urſachen wird gepfändet / der aber / ſo gepfändet iſt / will keinen Abtrag thun / ſondern läſſet das Pfand muthwilliger Weiſe ſtehen. Ob wol nun unſere Schöppenſtüle / über den Verſtand des Sächſiſchen Rechts / und ob disfalls nach gemeinen Rechten zu ſprechen / nicht einig geweſen: So werden wir doch berichtet / daß es bißanhero in unſern Landen gebräuchlich geweſen / das übernächtige Pfand mit drey Schilling-Pfennig zu verbüſſen. Wollen derowegen / daß ſolchem Gebrauch nach auch nochmals geſprochen / und neben dem gewöhnlichen Pfand-Schilling / und des Schadens Abtrag / dem Gerichts-Herrn von ieder Nacht / ſo lange das Pfand ungelöſt ſtehen blieben / drey Schilling-Pfennige / biß das Pfand gantz verſtehet / ſollen zuerkant werden.

Pignoratus ſi in redimendo pignore capto contumax fuerit.

Non rarum eſt, ut ubi ex juſtis & legitimis cauſis pignoratione quis utitur, adverſarius eâ neglectâ ſatisfacere pignoranti nolit, ſed pignus redimere contumaciter recuſet. Etſi autem de intellectu Juris Saxonici non ſatis convenerit inter Scabinatus noſtros, dubitantes, annon jus commune potius hoc in caſu ſervandum eſſet: quia tamen in Ditionibus noſtris id hactenus obſervatum fuiſſe intelligimus, ut, ubi pignus captum, is, cujus illud fuit, redimere usque in ſequentem diem ſuſtulit, tribus ſolidis, quorum quilibet 16. nummis uſitatis valet, mulctatus ſit, morem illum nos probantes, præter conſuetum ſolidum pignoranti numerandum & emendationem damni, Domino jurisdictionis, in ſingulas noctes, quod diximus, ſolidos, donec valore pignoris cum mulcta exæquato repeti id nequeat, adjudicare præcipimus.

DEFINITIONES.

1. *De Jure Saxonico pecudem quamvis alienam in agro ſuo repertam quis pignorare & includere poteſt.*
2. *Ad refuſionem ſumptuum tenetur Dominus pecorum pro alimentatione pecudis pignoratæ.*
3. *Pro conſervandâ etiam Jurisdictione, libertate, aliisq; juribus, pignoratio eſt permiſſa.*
4. *Ruſtici ac ſubditi pignorari poſſunt in bonis ob non præſtita ſervitia, donec ad debitam obedientiam reducantur.*
5. *Tria præſtare debet pignoratus in foro Saxonico: Reſtitutionem damni, Emendam & pœnam pignoris contumaciter neglecti.*
6. *Ceſſat luitio pignoris, quando pœna contumaciæ ſive pignoris neglecti pretium rei pignoratæ adæquat.*
7. *Pignore commiſſo, nil quicquam ulterius præſtari debet ob contumaciam non redempti pignoris, etiamſi hujus valor ne quidem ad pœnam unius noctis aſcendat.*
8. *Commiſſo pignore, nec emendam, den Pfandſchilling pignoratus præſtare tenetur.*
9. *Pignore licet amiſſo, nihilominus pignoratus tenetur ad reſtitutionem damni per Schultetum & Scabinos æſtimati.*
10. *Reſtitutio damni non tollit pœnam, quam meretur pignoratus ob non præſtita ſervitia.*

Definit. I.

De Jure Saxonico pecudem quamvis alienam in agro ſuo repertam quis pignorare & includere poteſt.

ETſi de Jure Civili pecus alienum in ſuo agro vel fundo repertum atq; damnum dans nemo pignorare & includere queat, *l. Quintus Mutius 39. §. quamvis alienum. 1. & l. ſeq. ff. ad Leg. Aquil. l. 14.* 2 *§ ult. ff. de præſc. verb.* † Attamen ex generali ferè conſuetudine totius Germaniæ hodiè aliud obſervatur, & pignorationes ubique locorum uſitatæ ſunt, teſte Joh. Köpp. *deciſ. 41. num. 11. & ſeq.* Matth. Coler. *de proceſſ. exec. part. 1. cap. 2. n. 228. & part. 1. deciſ. 136. n. 1.* † De quo minus dubium eſt in foro Saxonico propter textum *in art. 47. l. 2.* Landrecht. *& ibi* Gloſſ. *latin. ad textum Germanicum lit. E.* ubi indifferenter omnia animalia & pecora, cujuscunque generis etiam ſint, in agro noſtro damnũ dantia pignorari & includi poſſunt, † donec de damno illato nobis ſatisfiat, Coler. *dict. deciſ. 136. n. 2.* Chriſt. Zobel. *part. 2. diff. 36. n. 1. 4. 5.* Joh. Schneidew. *ad §. ult. n. 5. Inſtit. de L. Aquil.* † usque adeò, ut ſi animalia quædam ferociora ſint, quàm ut capi & pignorari queant, veluti ſunt ſues, anſeres, &c. canibus ea abigere liceat, etiamſi ab ipſis interficiantur, *art. 40. in fin. lib. 2.* Landr. Zobel. *dict. loc. n. 6.* Schneidew. *dict. §. ult. n. 5.* Col. *dict. dec. 136. n. 39.* † Neque excipio hîc boves & equos aratorios, aliave animalia ad agriculturam pertinentia, ut vult Dan. Moller. *hîc. n. 3.* † cui non modò obſervantia communis reclamat, ſed & textus in *dict. art. 40. & 47. lib. 2.* Landr. † Planè, ſi damnum paſſus duos viros in teſtimonium damni dati adhibere malit, quàm pecora pignorare, aut per canes abigere

gere, dubium non est, quin æquè damnum ei resarciri debeat, ac si animalia verè essent pignorata, *dict. art. 47. lib. 2.* Landr. *ubi* Gloss. *Ordin. num. 6.* Matth. Coler. *dict. decis. 136. n. 40.*

Ita Domini in causâ Apel Lists zu Radis / Mense August. Anno 1589.

It. in causâ Erasmi Wentzels zu Lauenstein / Mens. Majo, Anno 1577.

Et ad consultationem des Schössers zu Meissen / Mens. Jan. Anno 1601.

Definit. II.

Ad refusionem sumptuum tenetur Dominus pecorum pro alimentatione pecudis pignoratæ.

1 PEcora tamen pignorata judici illius loci saltem jurisdictionem inferiorem habenti, præsentari & tradi debent. *Vide supra* Const. 7. *Defin.* 3. Joh. Köpp. *decis. 41. n. 10.* Matth. Coler. *de proces. exe-*
2 *cut. part. 1. c. 3. n. 66. n. 123. & 124.* †adeò ut si hoc non fecerit pignorans, condemnetur viro pignora-
to ad emendam & judici ad mulctam, Coler. *dict.*
3 *loc. num. 127.* †Nisi forsan ipsemet pignorans eo in loco, ubi facta est pignoratio, habeat jurisdictionem inferiorem; Nam tùm pecora non tenetur alii judici offerre, sed ea licitè apud se retinere po-
test, donec redimantur, Matth. Berlich. *part. 2. con-*
4 *clus. 34. n. 23.* † At *cujusnam sumptibus pecora pignorata & inclusa alimentari debent?* Sanè, non loquor de injustâ pignoratione pecudis, quæ pro-
cul dubio onus alimentationis in pignorantem
5 transfert. † Qui & propterea injuriarum conveniri potest, juxta tradita Autor. Consult. Constit. Sax.
6 *tom. 1. part. 5. cas. 19. n. 2.* †Sed si jure animalia capta & pignorata fuerint, vix dubium est, quin Dominus pecudis pignoratæ ad refusionem sumptu-
7 um pro alimentatione pecorum teneatur, † quippe qui causam pignorationi dedit, & cujus potissimum interest, animalia viva redimi, Aut. Consult. Const. Saxon. *dict. cas. 19.*

Ita Domini ad requisitionem Andreæ Crusii zu Leipzig / Mense Mart. Anno 1618. [Verba sent. Und es seynd auff das abgefoderte Viehe etliche Unkosten wegen der Fütterung und Unterhaltung auffgewendet worden. Da nun solche Pfändung rechtmässiger Weise vorgenommen wäre / &c. So möchten die Bauren und Unterthanen / denen das Vieh zuständig / und abgenommen worden / solche Unkosten abzutragen und zu entrichten angehalten werden / V. R. W.]

Definit. III.

Pro conservandâ etiam Jurisdictione, libertate, aliisq; juribus, pignoratio est permissa.

1 DUplex pignorationis effectus est: Scilicet, ut
2 damnum datum restituatur; † Et præscriptio interrumpatur, Matth. Coler. *de proces. exec. part. 1. cap. 3. num. 129. & part. 1. decis. 136. num. 13.*
3 Joh. Köpp. *decis. 41. num. 30. & seqq.* † Siquidem pignorando inducitur dissensus, contradictio, & dispatientia Domini, contra quem præscribere volumus, *arg. l. invitum 5. ff. de serv. urban. præd.*
4 ideoque non solum pro damno dato, †sed & pro conservanda Jurisdictione, libertate, aliisque Juribus, ad avertendas servitutes & removendas perturbationes pignoratio permittitur, Matth. Col. *dict.*
5 *decis. 136. num. 14.* † Eo ipso enim, dum pignorat, quasi in re præsenti testatur suam dispatientiam Dominus, quod nolit vicino suo servitutem in fundo suo, veluti jus pascendi, eundi, lignandi, &c, permittere, *arg. l. de pupillo 5. §. si quis forte. 4. ff. de nov. oper. nunc.* Coler. *dict. loc.* † Quin & 6 pro conservanda servitute aliove jure licita est pignoratio. † Unde fit, quod ii, qui vias inusitatas 7 ambulando defraudant †gabellas, telonia, vel ve- 8 ctigalia, pignorari possint, donec vectigalia solvant & cum Domino accordent, *art. 37. lib. 2.* Landr. Köpp. *dict. decis. 41. n. 16. & 17. seq.* Matth. Coler. *de proces. execut. dict. part. 1. c. 3. n. 74.* †Sic & 9 pro Conservatione Juris laudemii, si Emphyteuta in hujus solutione moram trahat, pignoratio permissa est, ac licet Domino bona Emphyteutæ, putà: Boves, oves & similia propriâ etiam autoritate sine omni judicis licentia pignorare, *art. 54. lib. 1.* Landr. *ubi* Gloss. *n. 3.* Coler. *dict. cap. 3. n. 156.*

Ita Domini in causâ Johannis Caspari à Lindenau in Großsedlitz / Mens. Aug. Anno 1628. [Verba sent. Habt ihr Jonas Naumans Wittib / derowegen daß sie in currum Holtze zur Ungebühr geholtzet / und eine Servitut und Beschwerung auff andere Gehöltze bringen wollen / mit Abnehmung der Axt pfänden lassen / welches Pfand über 13. Wochen unabgelöset stehen blieben / &c. So ist solches abgenommene Pfand verstanden / &c.]

Definit. IV.

Rustici ac subditi pignorari possunt in bonis ob non præstita servitia, donec ad debitam obedientiam reducantur.

QUemadmodum ob quodvis damnum in fun- 1
do vel agro alieno datum, res aliqua etiam minima pignoris loco auferri potest, putà si Eques vel auriga per alienum agrum transeat proterendo segetes, *art. 27. lib. 2.* Landr. Johan. Köpp. *decis. 41. n. 7.* Matth. Coler. *de proc. exec. part. 1. c. 3. n. 67.*
† Vel si quis agros alienos aratro subigat, *art. 20. l. 3.* 2
Landr. Köpp. *dict. dec. 41. n. 9.* † Aut etiam hortos 3
depopulandi, furandi & vastandi causâ ingrediatur, Coler. *dict. cap. 3. n. 67.* Köpp. *dict. loc. n. 8.* † Ita 4
& pro conservando quovis suo jure licita erit pignoratio. Hinc fit, † quod Rusticorum & Subdi- 5
torum bona, qui contumaciter debita servitia more majorum præstare detrectant, pignorari queant, & tamdiu detineri, donec ad debitam obedientiam reducantur, Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 5. cas. 19.* Matth. Berlich. *part. 2. c. 34. num. 17.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 17. n. 8.* † Quod certè mirum 6
nemini videri debet, quum & ob contumaciam in præstandis servitiis, subditi vel Rustici personaliter capi & pro arbitrio judicis carceratione vel relega- 7
tione puniri possint, † Ut in Electorali Saxon. Scabinatu sæpius pronunciatũ memini, Joh. Borch. *vol. 1. cons. 9. q. 7.* † Quin & contra subditos non, sol- 8
ventes annuam pensionem debitam de bonis suis, locũ habet pignoratio, Matth. Coler. *dict. c. 3. n. 144.*

Ita Domini in causâ Dieterichs von Mülbizens und der Gemeinde zu Neustadt / Mens. Sept. Anno 1593. [Verba sententiæ: Daß Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagte biß auff die Hülff erstanden und erlanget hat / derowegen seyn Beklagte dem Kläger nunmehr die libellirte Dienste zu leisten / auch die Pfande / so lange sie die muthwilliger Weise haben lassen stehen / iede Nacht mit drey Schilling-Pfennigen / biß sie verstanden / zu verbüssen schuldig / &c.]

It. in

It, in causa Joh. à Schönfeld zu Grünberg / Mens. Febr. Anno 1606.

Et in causa VVolffgangi à Leipzig/ejusque Subditorum, Mens. Jul. Anno 1593.

Definit. V.

Tria præstare debet pignoratus in foro Saxonico; Restitutionem damni, Emendam & pœnam pignoris contumaciter neglecti.

1 NOn loquor hîc de pignoratione pro conservandâ jurisdictione, aliisque juribus incorporalibus. 2 † Quomodo enim hoc casu procedendum sit, tradit Andr. Gail. *in lib. sing. de pignor. observ. 13. 16. & 21.* Matth. Col. *de process. execut. part. 1. c. 2. n. 291. & seq.* 3 † Sed de sola pignoratione pro damnis datis facta hîc quæstio est. Ubi notandum, 4 † quod pignoratus sua pecora, aliasve res pignoratas non recipiat, priusquàm eas legitimè redemerit & debitam præstationem exsolverit. Tria verò quivis pignoratus præstare tenetur: Nempe (1.) 5 † Restitutionem damni, quod vel ipsemet vel familia, aut pecora ejus in agro alieno dederunt, *art. 24. & 47. lib. 2.* Landrecht *art. 20. lib. 3.* Landrecht. *hâc* Const. *verb.* Und des Schadens Abtrag/ Coler. *de proc. exec. part. 1. cap. 3. num. 129.* Joh. Köpp. *decis. 41. num. 27.* Christ. Zobel. *part. 2. diff. 36. num. 4.* 6 (2.) † Emendam Den Pfandschilling / *dict. art. 27. & 47. hâc* Const. *verb.* Nebenst dem gewöhnlichen Pfandschilling. 7 † Quæ quidem in terris Saxonicis uniformis non est, & quandoque ad triginta vel quadraginta grossos extenditur, ut videre est apud Coler. *dict. cap. 3. num. 129. & 130.* Köpp. *dict. decis. 41. num. 29.* 8 † Attamen in Provinciis Electoratus Saxonici, pignoratus judici loco emendæ, non plus quàm unicum solidum, Einen Schilling/ das seynd 16. Pf. exsolvit, teste Berlich. *part. 2. concl. 34. num. 52.* (3.) 9 † Ad pœnam quoque pignoratus obstringitur, si pecora vel alias res pignoratas 10 contumaciter redimere neglexerit. † Tenetur namque tùm judici in pœnam contumaciæ pro singulis noctibus, sive pro singulis 24. horis trinos solidos, h. e. quatuor grossos, Drey Schilling oder vier Groschen exsolvere *dict. art. 47. hâc* Const. *verb.* Dem Gerichts-Herrn von ieder Nacht/ so lange das Pfand ungelöset stehen bleibet / drey Schilling-Pfennige/ Coler. *dict. cap. 3. n. 133. & part. 1. decis. 136. num. 23.* Dan. Moller. *hic num. 1. & lib. 1 semestr. 42.*

Ita Domini in causa Johannis Georgii Meusingers von Kellersrieth auff Wiese / Mens. Febr. Anno 1611. (Verba sent. Hat nun der Fleischer solches Pfand nicht abgelöset/ sondern dasselbe biß dato in den Gerichten stehen lassen/ &c. So ist er solches übernächtiges Pfand mit drey Schilling-Pfenningen/ das seynd 4. gr. von ieder Nacht/ biß dasselbe gantz verstanden / benebenst dem gewöhnlichen Pfandschillinge/ das seynd 16. Pf. zu verbüßen / und euch. wegen des zugefügten Schadens Abtrag zu thun schuldig/ V. R. W.)

Definit. VI.

Cessat luitio pignoris, quando pœna contumaciæ sive pignoris neglecti pretium rei pignoratæ adæquat.

1 POena contumaciæ, quæ in trinis solidis, pro singulis noctibus consistit Definit. *præced.* in hunc potissimum finem moribus Saxonicis fuit inducta, ut hâc pignorato liceat redimere rem pignoratam. † Quæ tamen licentia certis limitibus circumscripta est, donec usque nimirum quantitas trium illorum solidorum singulis noctibus solvendorum non adæquet precium rerum pignori captarum. 2 † Alioquin sanè, si pignoratus pecora, 3 aliasve pignori captas tamdiu penes judicem reliquerit, easque contumaciter redimere neglexerit, donec prædicta contumaciæ pœna ad valorem & precium rei pignoratæ ascendat, ulterius luitioni ac redemptioni locus non est, *hâc* Constit. *in verb. fin.* Biß das Pfand gantz verstehet/ &c. *ubi* Moller. *num. 1.* Col. *de proc. execut. part. 1. cap. 3. num. 133.* 4 † Ideoque tùm cedit judici quasi ipsi venditum pro justo rei pretio, ex præsumpta voluntate Domini in venditionem tacitè consentientis, ac ne ipsi ulterior negligentiæ venia concedatur.

Ita Domini in causa Hans Caspars von Lindenau / Mens. August. Anno 1628. (Verba sentent: Und es ist dasselbe Pfand biß dato über 13. Wochen unabgelöset stehen bliben/ &c. So ist solch abgenommen Pfand verstanden/ und nunmehr euer / als des Gerichts-Herrns eigen worden/ und sie ist solches zu lösen ferner nicht befugt/ &c.)

Definit. VII.

Pignore commisso, nil quicquam ulterius præstari debet ob contumaciam non redempti pignoris, etiamsi hujus valor ne quidem ad pœnam unius noctis ascendat.

1 CEssante autem luitione ac pignore commisso, nec judex pœnam contumaciæ ulteriorem exigere potest, etiamsi res pignorata sit vilissima, putà pileus, cultellus, securis, ligula, &c. cujus valor ad pœnam contumaciæ ne unius quidem noctis ascendat. 2 † Id quod probant *in hâc* Constit. *27. verb. final.* (Biß das Pfand gantz verstehet.) 3 † Est enim vocula (Biß/ *donec*) limitativa temporis & inducit conditionem, Bartol. *in l. servitutes 3. n. 2. ff. de servit.* Jason. *in l. si quis heredem. 7. n. 1. C. de instit. & substit.* 4 † Ut scilicet pœna contumaciæ pro non redempto pignore, trinorum scilicet solidorum, pro singulis noctibus tamdiu præstanda sit, quousque valorem pignoris adæquet, non ultra, Dan. Moller. *hic num. 2. & lib. 1. semestr. 42.* Berlich. *p. 2. concl. 34. num. 57.* Matth. Coler. *de proc. exec. part. 1. c. 2. numer. 133. & seq.* 5 † Nec habet tunc judex, quod de minimo pignoris valore conqueratur, siquidem non ob id permissæ sunt ejusmodi pignorationes, ut judices & alii magistratus inde locupletentur, sed quò magis jus unusquisque suum legitimè tueri possit, Moll. *dict. loc.*

Ita Domini in causa VVolffgangi à Leipzig / Mens. Jul. Anno 1593. (Verba sentent: Aber die drey Schilling-Pfennige/ darvon in Churfürstl. Sächs. Constitution Meldung geschicht/ seyd ihr iede Nacht weiter nicht/ als biß so lange das Pfand verstanden / zu fodern befuget/ V. R. W.)

Et in causa D. I. C. B. à G. Mens. Febr. Anno 1627. (Verba sent. So viel aber das abgenommene Pfand nemlich den Raderincken anlanget/ weil derselbe längst verstanden / und euer Eigen worden / mag der Bauer ihn mit ichtwas ferner zu verbüßen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Commisso pignore nec emendam, den Pfandschilling/ *pignoratus præstare tenetur.*

1 PIgnore commisso, cessat quoque emenda seu satisfactio judici debita, der Pfandschilling/ neque hanc pignoratus tùm solvere tenetur, Berlich.
2 *part. 2. concl. 34. num. 59.* † Non solùm quod pœna contumaciæ trium solidorum in singulas noctes debitæ, ac emenda illa æquiparentur, ut vult probare Berl. *dict. loc. ex* Gloss. *Lat. ad text. Germ.*
3 *art. 27. lit. F. lib. 2.* Landrecht. † Sed & quod pignoratus præsumatur ideò noluisse redimere pignus,
4 ne illam emendam exsolvere cogatur: † Alioquin si voluisset solidum pignorationis sive emendam exsolvere, procul dubio pignus statim redemisset, nec per unam quidem noctem, illud apud judicem reliquisset, Berl. *dict. loc.*

Ita Domini in eadem causa D. I. C. B. à G. [Verba sent. Weil das Pfand längsten verstanden und euer Eigen worden / so mag der gepfändete Bauer dasselbe mit ichtwas ferner zu verbüßen / oder einigen Pfandschilling zu geben nicht angehalten werden/ V R. W.)

Definit. IX.

Pignore licet amisso nihilominus pignoratus tenetur ad restitutionem damni per Schultetum & Scabinos æstimati.

1 NOn tamen juvat pignoratum amissio pignoris haud redempti, quò minus damnum resarcire
2 teneatur. † Sed licet pignoranti hoc casu agere ad restitutionem damni & interesse, ut maximè valor rei pignoratæ ad pœnam contumaciæ ne quidem unius noctis ascendat, Dan. Moller. *hic numer. 2.*
3 † Haud quicquam enim pignoratio commune habet cum restitutione damni, quam & is tenetur præstare, qui pignoratus non est, si Dominus alio modo quàm pignoratione damnum probet, *art. 47. lib. 2.* Landr. Gloss. Ord. *in art. 20. n. 4. lib. 3.*
4 Landr. † Nec damnosum esse debet Domino, quod damnum inferentem pignorare noluerit, sed de alia probatione damni dati sibi prospexerit, Matth. Coler. *p. 1. decis. 136. numer. 40.*
5 † Solet autem damnum datum hodiè communiter æstimari per Schultetum & Rusticos seu Scabinos, Durch Richter und Schöppen / secundum taxationem temporis, quo damnum datum est, Coler. *de processu execut. part. 1. cap. 3. num. 66.* Christ. Zobel. *p. 2. diff. 36. numer. 7.* † Quamvis & ipsimet Domino 6 liberum sit damnum æstimare ad hoc, ut pignoratus, qui damnum dedit, teneatur præcisè illam æstimationem præstare, vel juramento suo deminuere *art. 47. lib. 3.* Landrecht. Ordin. nov. proces. judic. Elect. Saxon. *de Anno 1622. tit. 31. in fin.* Hart. Pist.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Auff n Fall der gepfändete Bauer dawider / daß sein Vieh in eurem Getreydicht Schaden gethan / nichts erhebliches einzuwenden hätte/so wäre er wegen des Schadens / inmaßen derselbe von Richter und Schöppen taxiret worden / gebührlichen Abtrag zu thun schuldig/ das Pfand aber /weil es verstanden/und euer Eigen worden / mag er ferner zu verbüßen nicht angehalten werden/ꝛc.)
Et in causa VVolffgangi à Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1593.

Definit. X.

Restitutio damni non tollit pœnam, quam meretur pignoratus ob non præstita servitia.

LIcet pignoratus ob non præstita servitia damnum datum restituerit, ac debito modo pignus redemerit, sive illud propter non factam legitimam reluitionem amissum fuerit, † haud tamen 2
à pœna contumaciæ in non præstandis servitiis commissæ exemptus erit. † Etenim restitutio damni privatum læsæ partis interesse concernit, quod 3
vindictæ publicæ neutiquam præjudicare potest, *arg. l. ancillæ. 12. C. de furt. l. 60. ff. de obligat. & act. l. 2. §. 1. ff. de tutel. & rat. distr. l. 11. §. 2. ff. de serv. corrupt.* † Nec tollit pœna contumaciæ ob 4
non factam pignoris reluitionem, quæ est trium solidorum in singulas noctes, Defin. 5. pœnam contumaciæ in non præstandis servitiis commissæ, sed unaquæque contumacia ceu peculiare delictum suam meretur pœnam, † debet enim pœna cor- 5
respondere delictis, *l. sancimus. 22. C. de pœn. c. sicut dignum. 6. ext. de homicid. c. ut Clericorum 13. extr. de Vit. & honest. Cler.* Prosp. Far. *in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæst. 17. n. 9.*

Ita Domini in causa VVolffgangi à Leipzig / Mens. Jul. Anno 1593. (Verba sent. So seynd sie solchen Schaden zu erstatten schuldig / und werden hierüber wegen ihres begangenen Ungehorsams in Verweigerung der schuldigen Dienste willkürlichen entweder umb eine ziemliche Geldbuße/doch ein ieder seinem Vermögen nach/oder mit Gefängnüß in Straffe genommen/V. R. W.)

CONSTITUTIO XXVIII.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann die Müntze verändert / in welchem Werth die Bezahlung alsdann geschehen soll?

Monetâ mutatâ, in quâ facienda sit solutio?

DA der Valor und der Werth/ und bonitas extrinseca verändert / dadurch die Müntze gesteigert oder fället/oder gantz abkommen / soll der Werth / wie er zur Zeit des Contracts gewesen/bezahlet und erleget werden. Wo aber der Schuldener in mora gewesen / und dem Gläubiger mit der

SI mutatâ bonitate monetæ extrinsecâ valor ejus vel minuitur vel augetur, vel in totum etiam moneta aboletur, solutio fiet in eo valore, qui tempore contractus fuit. Quod si in morâ solvendi fuerit debitor, damnum quoque si quod hinc senserit Cre-

Bezahlung auff bestimmte Zeit nicht zugehalten/ und es entstünde dem Gläubiger hieraus einiger Schade oder Abbruch an der Müntze/ denselbigen soll ihme der Schuldmann auch ersetzen. Also auch/ wann Schrot und Korn/ und also bonitas intrinseca an der Müntze verändert/ so soll die Bezahlung derer Müntz / die tempore contractus ganghafftig gewesen/ oder da man die nicht haben kan/ nach derselbigen Werth und æstimation geschehen/ welches sich unsere Verordnete also zu erkennen verglichen/ darbey wir es auch bewenden lassen.

Creditor, illi præstabit. Similiter si bonitas monetæ intrinseca mutetur, eam monetam solvat debitor, quæ tempore contractus usitata fuit, vel si haberi ea non possit, valor & æstimatio ejus solvatur. Idque cum deputati nostri in judicando observandum existimârint, & nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Valor monetæ solvendæ ex Edicto Principis, non abusu commerciorum, æstimandus est.*
2. *Non liberat debitorem depositio pecuniæ facta secundum valorem inductum commerciorum abusu, contra Principis edictum.*
3. *Debitor solvens pecuniâ reprobatam non liberatur, sed facienda est solutio in alia moneta secundum æstimationem, quæ fuit tempore contractus.*
4. *Mutatâ pecuniæ bonitate intrinsecâ, solutio fieri debet secundum æstimationem & rationem antiquæ monetæ, quæ fuit tempore contractus.*
5. *Extrinsecâ pecuniæ bonitate, quæ in valore consistit, mutatâ, solutio secundum valorem, qui fuit tempore contractus, facienda est.*
6. *Ex causa emptionis fieri debet solutio pretii secundum valorem, qui fuerit tempore contractus, non etiam solutionis promissæ.*
7. *Post mortem patris liberi dotem aliave accepta conferre tenentur, secundum valorem monetæ, qui fuerit tempore subsidii præstiti, dotisvè datæ.*
8. *Solvendum est legatum in ea monetæ bonitate, quæ fuit tempore conditi testamenti, sive melior, sive deterior moneta facta fuerit.*
9. *In annuis etiam præstationibus circa mutationem monetæ, tempus contractus inspici debet.*
10. *Nulla superest petitio augmenti monetalis, post solutionem sine protestatione acceptam.*
11. *Debitum in diem invito Creditori etiam ante diem solvi potest.*
12. *Non potest solvi ante diem Creditori debitum, si dies fuerit adjecta in favorem Creditoris.*
13. *Invito Creditori particulariter solvi non potest.*
14. *Nec usurarum præstatio admittitur, secundum alium monetæ valorem, quàm qui fuit tempore contractus.*
15. *Moram in solvendo contrahens, non ob id cogitur solvere in meliore moneta, quàm quæ fuerit tempore debiti contracti.*
16. *Depositio pecuniæ absque præcedente oblatione & obsignatione legitima, debitorem non liberat à periculo aut cursu usurarum.*
17. *In depositione necessaria, Requisita solennia oblationis & obsignationis haud sunt observanda.*
18. *Tempore solutionis arbitrio debitoris commisso, defuncto ec, heredes statim solvere tenentur.*
19. *Quando terminus in obligationis instrumento solutioni præfinitus non est, debitor ad interpellationem Creditoris solvere tenetur.*
20. *Quod ex errore juris solutum est, condictione indebiti repeti nequit.*
21. *Indebitum solutum confessione & quittatione accipientis probatum, statim repeti potest.*
22. *Magistratui, penes quem pecunia fuit deposita, nil quicquam de ea detrahere licet, nisi aliud longævâ consuetudine sit introductum.*
23. *Delegatio perinde atq; Solutio debitorem liberat ab ulteriori exactione.*

DEFINITIO I.

Valor monetæ solvendæ ex Edicto Principis, non abusu commerciorum æstimandus est.

1 QUum abusus commerciorum hâc nostrâ tempestate rem eò produxerit, ut nullius mercis
2 minus certa sit æstimatio, quàm pecuniæ, † quæ tamen certam semper ac perpetuam rationem ha-
3 bere deberet, *l. nummis. 3. ff. de in lit. jur.* † Quippe quod pecunia res omnes cæteras æstimare soleat, non à cæteris rebus æstimari, *l. si ita. 42. ff. de fidejuss.* sæpissimè inde contingit, ut major communi hominum usu frequentetur valor, quàm qui Principis edicto constitutus est, quæ res in solutione facienda & æstimatione nummorum ineunda am-
4 plam litium materiam præbet; † Certè, si Principe patiente, nec coërcente Magistratu, monetæ valor vulgò major sit, quàm Edicti forma patiatur, procul dubio non tàm valor inspici debebit, qui Edicto constitutus est, quàm qui communi hominum usu & commercio frequentatur, Anton Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 29. definit. 11.* † Ne scilicet damnum patiatur Creditor, cui soli æquum non est, nocere Edictum, quod cæteris Negotiatoribus haud nocet, Principe id ipsum patiente & ab Edicto tacitè recedente; † Qualis enim lex erit, si non observetur & in desuetudinem abeat *l. de quibus. 32. in fin. ubi* Dd. *ff. de legib.* † Alioquin Edicto Principis in vigore suo stante, si nihilominus abusu commerciorum, temporumque licentia moneta pluris æstimetur, placuit, Creditorem, cui certus florenorum numerus debetur, cogendum non esse, monetam sive argenteam, sive auream accipere supra eam æstimationem, quæ publicâ autoritate esset constituta; † Ex legibus siquidem judicandum est, non ex abusu, nec tàm inspiciendum, quid Romæ fiat, quam quid fieri debeat, *l. sed licet. 12. ff. de offic. præsid.*

5 6 7 8

Ita Domini in causa VVolffgangi Conradi ab Einsiedels zu Großzösten / Mens. Mart. Anno 1608. (Verba sent. So mag der Gläubiger die grobe Müntzsorten an Ungarischen Ducaten / Dicken- und Reichs-Thalern / so ihr ihme

ihme geben wollet/in dem Werth/ wie sich ietzo von Handelsleuten und andern privat-Personen / zu wider des Heiligen Römischen Reichs / so wol auch Churfürstl. Sächs. publicirten, und noch zur Zeit durch andere öffentliche Edicta nicht abgeschafften Müntz-Ordnungen/ausgegeben und genommen worden / von euch anzunehmen wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Definit. II.

Non liberat debitorem depositio pecuniæ facta secundum valorem, inductum commerciorum abusu, contra Principis edictum.

1 EX conventione quidem certâ Creditor monetam secundum valorem commerciorum abu-
2 su introductum acceptare cogitur. † Nec iniqua aut prohibita est ejusmodi conventio, si præsertim is, qui se ad eam solutionis formam obligavit, acceptos à Creditore nummos ad eum valorem expen-
3 derit, *arg. l. 1. & tot. tit. ff. quod quisque jur.* † Idque ipsum etiam ad hunc casum extendit Anton. Fab. quo quis monetam ad communem valorem solvere obligatus est, *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 41.* Quod
4 verum puto, si patientia Principis accesserit. † Alioquin extra casum conventionis debitor offerens pecuniam in valore alio, quàm qui publico Principis edicto constitutus est, audiri non debet, Defin. *præ-*
5 *ced.* † in tantum, ut nec valida sit depositio & obsignatio sic facta, ad hoc ut debitorem liberare va-
6 leat. † Non enim potest ritè factum videri, quod factum est contra Leges *l. non dubium 5. C. de legib.*
7 † Quin & justa Creditori appellandi causa datur ab eo judice, qui depositionem illam ritè ac legitimè factam pronunciat *arg. l. 4. §. 1. ff. quæ sent. sin. appell.* Anton. Fab. *dict. tit. 29. defin. 39.*

Ita Domini in causa Matthæi Fiedlers / & Adami Fuchsens ad Consultationem Quæstoris zu Lützen / Mens. Jun. Anno 16 2. (Verba sent. Ob nun wol das Geld benieuter maßen hinterleget worden/dieweil aber dennoch der Reichsthlr. niemals von der hohen Obrigkeit auff 10. fl. noch der Engelthaler auff 5. fl. taxiret und angeschlagen worden/ꝛc. Als mag auch der Creditor das hinterlegte Geld in so hohem Werth anzunehmen nicht gedrungen werden/sondern es ist der Debitor, des beschehenen depositi ungeachtet/die Zahlung an ietzigem Werth nochmals zu leisten schuldig/V.R.W.)

Definit. III.

Debitor solvens pecuniam reprobatam non liberatur, sed facienda est solutio in alia moneta secundum æstimationem, quæ fuit tempore contractus.

1 DEbitorem in pecunia reprobata solvere non posse, Dd. communiter largiuntur: Attamen quidam id eò restringunt, quando pecunia ideò est reprobata, quod minoris ponderis facta & sic boni-
2 tas intrinseca etiam mutata fuerit; † concedentes interim, debitorem pecuniam reprobatam solventem liberari, si aliam ob causam, non ex bonitate pecuniæ intrinseca provenientem, pecunia sit reprobata, Hostiens. *in cap. quando de jurej.* Martin. Laudens. *in tract. de monet. n. 13.* Dec. *in l. quod te. 5. n. 8. in fin. ff. si cert. petat.* † Sed Creditorem nun-
3 quam teneri recipere solutionem in pecunia reprobata, licet ei æstimatio pecuniæ reprobatæ, quæ fuit tempore contractus, rectè solvatur, arbitrati fuêre Domini † per text *in l. eleganter. 24. §. qui reprobos. 1. ff. de pign. act. c. olim causam. 20. c. cum canonicis. 26. sub fin. ext. de censib. teste* Hartm. Pistor. *observat. 141.* Bartol. *in l. Paulus. 101. n. 6. ff. de solut.* Nicol. Boër. *decis. 327. n. 17.* † Quamvis enim
4 invito Creditori aliud pro alio solvi non possit, secus tamen se res habet, † quando species debita am-
5 plius non reperitur, *l. non dubium. 14. § ult. ff. de legat. 3. l. 23. l. 91. §. ult. ff. de verb. obligat.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 73. n. 8.* † Quod & placuit Sere-
6 nissimo Saxoniæ Electori, ita disponenti *h. Const. 28. in verb. final.* Oder da man die nicht haben kan/ nach derselben Werth uñ *æstimation* geschehen/ꝛc.
7 † Idemq; juris obtinere vulgò existimant, si moneta
8 antiqua quidem adhuc extet, sed rarior & difficillimè, ac non nisi magno & immenso sumptu comparari possit, Ernest. Cothman. *vol. 1. consil. 34. n. 44. & 45.* Frider. Pruckman. *vol. 2. consil. 12. num. 17.*

Ita Domini in causa Melchior Radegasts zu Niemeck/ Mens. Dec. An. 1625. (Verba sentent. Daß der Gläubiger die nunmehr abgeschaffte und verbotene Müntze von euch anzunehmen nicht gedrungen werden mag/ auff n Fall ihr aber die Zahlung an guten Reichsthalern oder ietziger gangbarer Müntze iedoch dem Werth nach/ was dieselbe zur Zeit des Contracts gegolten / leisten werdet/lässet sich bemeldter Gläubiger daran billich begnügen/V.R.W.)

Definit. IV.

Mutat, à pecuniæ bonitate intrinsecâ solutio fieri debet secundum æstimationem & rationem antiquæ monetæ, quæ fuit tempore contractus.

1 INtrinsecam dico bonitatem monetæ, quæ consistit in materia, pondere & forma, *l. 1. ff. de contr. empt. l. 2. C. de vet. numism.* † Et mutatur bonitas
2 intrinseca, si pecunia magis ære contaminetur, quàm hactenus consueverat, Wann Schrodt und Korn an der Müntze gemindert wird. Ernest. Cothm. *vol. 1. cons. 34. num. 14. & seqq.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 7. num. 152.* Quo facto, †
3 secundum æstimationem & rationem antiquæ monetæ, qualis tempore contractus fuit, solutionem fieri debere, ut commodum pariter, & incommodum sit debitoris, ita ut auctâ monetâ debitor additamentum detrahere, eâdem verò materiâ deminutâ, illud supplere teneatur, communis est opinio Dd. quos longo agmine allegat Berlich. *part. 2. conclus. 35. num. 37.* † Quam & diserte comproba-
4 vit Illustrissimus Elector Saxon. *hâc* Const. *28. §.* Also auch wenn Schrodt und Korn / ꝛc. Non enim debet Creditor aut lucrum, aut damnum ul-
5 lum sentire ex solutione sibi facta, † sed illud ipsum præcisè consequi, quod reverâ debetur, *l. debitorem 99. ff. de solut. l. cum quid. 3. ubi* Dd. *ff. de Reb. cred.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 25. num. 6.* † At, dixerit quis, in mutuo
6 tantùm æstimatio credita censetur, *arg. l. 3. ff. de reb. cred.* adeoque non videbitur injuriam pati Creditor, si ei nummi ejusdem valoris, licet in materia deteriori, restituantur? † Quod ut maxi-
7 mè concedatur, Valorem nempe ex natura mutui, ubi corpora ipsa non restituuntur, potissimum attendi, attamen negari nequit, † ipsius
8 etiam

etiám materiæ rationem habendam eſſe, quia hæc eſt fundamentum & cauſa valoris, quia pro diverſitate materiæ eſt diverſus, ſiquidem in Republica benè conſtituta inter valorem & materiam, juſtam
9 oportet eſſe proportionem, † prout eleganter & prolixè confirmat Anton. Fab. *in ſpecial. tract. de*
10 *var. debit. num. ſolut.* † Idque eſt, quod dicit Covarr. *de vet. num. poteſt. cap. 7. numer. 5.* materiam ita æſtimandam eſſe, & tanti, quantùm aliàs vale-
11 ret, publico charactere non percuſſa. † Eademque de cauſa, in moneta publica hæc duo quaſi pro ſubſtantia nummorum requiruntur, videlicet: probitas materiæ, debitum pondus *m L. 1. C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11.* Ut ita ſolus valor ſine materiæ bonitate & legitimo pondere ſubſtantiam pecuniæ haud conſtituat, Matth. Coler. *de proc. exec. p. 1. cap. 10. n. 8.*

Ita Domini in cauſa Nicolai à Noſtitzens auff Niederfuhrwalde/Menſ. Jan. Anno 162. (Verba ſent. Da ihr nun die erborgeten 1000. fl. entweder mit ebenmäſſigen Ducaten und Müntzſorten/oder da dieſelben geringert/mit ſo viel gangbarer Müntze/daß hierdurch der innerliche Werth/ſo zur Zeit des geſchloſſenen Contracts vorgedachter Müntzſorten gegolten/erſetzet werde/zahlen würdet/ꝛc. So hättet ihr hierdurch eurem Brieff und Siegel eine Gnüge gethan/ und möchtet etwas ferners zu entrichten nicht angehalten werden/V. R. W.)

Definit. V.

Extrinſeca pecuniæ bonitate, quæ in valore conſiſtit, mutata, ſolutio ſecundum valorem, qui fuit tempore contractus, facienda eſt.

1 NOn ut olim, quo amplisſimi erant fines Imperii, & jus cudendæ monetæ penes ſolum Imperatorem, ita & hodiè uniformis ac conſtans in Im-
2 perio Romano-Germanico, eſt valor monetæ, † ſed alius atque alius communi hominum uſu &
3 commercio frequentatur. † Id quod plerumque ab invitis Principibus & Magiſtratibus extorquet infelicitas temporum, atque neceſsitas commerciorum, quam promiſcui uſus utilitatem vocat Paulus *in l. ſi quis mancipiis 17. §. ſi impubes ff. de inſt. act.*
4 † accedente præſertim inſatiabili mercatorum avaritia; Quæ res circa ſolutionem juſti valoris faciendam, inexplicabilem ferè difficultatem & infini-
5 tam litium materiam præbet. † Ut vix ad certam aliquam regulam deciſivam omnes factorum qualitates revocare liceat, ſed quandoque edicta mutare, quandoque deciſionem judicis arbitrio relinquere, tutisſimum alicui videri poſsit, vitandi ſcilicet abſurdi & incommodi gratiâ, quod vel privatis vel Reipublicæ exinde accedere ſolet, *l. 1. ff. Ad SCtum*
6 *Turpill. l. ordine. 15. ff. ad municip.* † Nihilominus inter varias Interpp. opiniones ſecuriſsimam viam ambulare, puto, Illuſtriſsimum Saxon. Electorem, ſimpliciter tempus contractus ſpectantem
7 *hâc* Conſtit. *28. in pr.* † nempe ut bonitate monetæ extrinſecâ, quæ in valore conſiſtit, mutatâ, ſolutio fiat in eo valore, qui fuit tempore contractus.
8 † Non ita, ut ſi accreverit, debitor deducere poſsit valorem vel incrementum, quod veteri æſti-
9 mationi intra tempus ſolutionis accesſit; † Vel ſi quantitas monetæ decreverit, debitor ſupplere teneatur valorem, qui tempore contractus cucurrit, ut vult Mynſ. *4. obſerv. 1.* Covarr. *de vet. numiſm. poteſt. cap. 7. §. 1. n. 3. ex* Moſin. *de contr. qu. 92. & ſeqq.* Berlich. *part. 2. concluſ. 36. numer. 5.* Quod certè Illuſtriſsimus Elector haud ſenſiſſe videtur; Sed † ut thaleri, aliæque monetarum ſpecies 10
non pluris æſtimentur, quàm juxta valorem tempore contractus uſitatum, putà ſi tempore contractus Joachimicus valuerit 24. groſſos, qui tamen hodiè æſtimatur 30. Creditor Joachimicum non niſi pro 24. groſſis & ſic uno thalero accipere cogatur, ſicut contra deminuto valore thaleri Imperialis, qui tempore contractus æſtimabatur 28. groſſis, debitor unico Joachimico ultra thalerum adhuc 4. groſſos
ſolvere valeat. † Ut ſcilicet & hoc caſu conſide- 11
ratio ſit habenda intrinſecæ bonitatis, & ita ſecundum valorem Joachimici, in bonitate intrinſeca haud mutari, minuta quoque moneta taxanda.
† Quæ certè ſententia omnium æquiſſima eſt, quip- 12
pe quâ nec lucrum, nec damnum ullum Creditor ſentit ex ſolutione ſibi facta, ſed illud ipſum præciſè conſequitur, quod reverà debetur, ſecundum *l. 99. ff. de ſolut. l. cum quid. 3. ubi* Dd. *ff. de reb. cred.*
† Ecquis enim non videt, manente eâdem bonitate 13
Joachimici, aurei, aliarumque ſpecierum majoris monetæ, aucto interim earundem valore, minutam monetam, quoad ipſam etiam bonitatem intrinſecam deteriorem fieri, † adeoque vel ex dictis *in* 14
defin. *præced.* etiam ad intrinſecam bonitatem hoc caſu reſpectus haberi debet, niſi quis cum communi *Interpp.* agmine errare velit haud absque inſigni Creditoris injuria.

Ita Domini in cauſa Peter Werckens zu Leipzig / Menſ. Febr. Anno 1584. (Verba ſent. Ob nun gleich zur Zeit des Darlehens der Reichsthaler mehr nicht dann 30. Stieber gegolten/und daſſelber dermaßen geſteigert worden/daß er ietzo 42. Stieber gilt/ ꝛc. So iſt doch der Schuldener euch den Reichsthlr. höher/denn er zur Zeit des Darlehens gegolten/ anzuſchlagen nicht bezugt/V. R. W.)

Et in cauſa M. Ambroſii Sonnewalds zu Leipzig/ Menſ. Auguſt. Anno 1589. (Verba ſent. Hat Ann. 1570. als der Contract auffgerichtet worden/ der Thaler 36. Stieber gegolten/ ſo iſt der Schuldener die Ablegung mit Thalern oder ſolchen Stiebern/ wie die tempore contractus geweſen/ zu thun/ oder da ſie nicht mehr zu bekommen wären/ den rechten Werth derſelben zu erſtatten verpflichtet/und ihr ſeyd die ietzigen Stieber anders nicht als in ihrem rechten Werth anzunehmen ſchuldig/V. R. W.)

Definit. VI.

Ex cauſa emptionis fieri debet ſolutio pretii ſecundum valorem, qui fuit tempore contractus, non etiam ſolutionis promiſſæ.

NOn ſolùm in mutuo, ſed & in venditione 1
aliisque contractibus, circa ſolutionem monetæ, ejusque valorem ad tempus contractus, non deſtinatæ ſolutionis eſt reſpiciendum, id quod
ex generalitate *hujus* Conſt. ſatis liquet. † De o- 2
mni enim indifferenter ſolutione agit absque diſtinctione tituli vel cauſæ præcedentis. † Ac 3
certè ratio hujus juris non ſolùm in mutuo locum habet, ſed & ad alios contractus benè accom-

commodari potest, scilicet, † ne Creditor aut lu- 4
crum, aut damnum ullum sentiat ex solutione sibi facta, sed illud ipsum præcisè consequatur, quod reverà debetur *l. debitorem. 99. ff. de solut. l. 3. ff. de* 5
reb. Credit. Qvare † si venditor rem venditam tradiderit, ac ita dominium transtulerit, solutione ad tempus certum dilata, Emptor audiri non debet, si valore pecuniæ aucto, neglecto contractus tempore, pretium secundum valorem temporis præsentis 6
solvere velit, † ne in odium venditoris retorqueatur, qvod in favorem emptoris de pretio fidem habuerit, *l. quod vendidi. 19. ff. de contr. empt.*

Ita Domini in causa Balthasari von Kreutzens/ Mens. Augusti. Anno 1607. (Verba sentent: So sind ihr die hinterstelligen Kaufgelder nach dem Werth / wie sie zur Zeit des geschlossenen Kauffs gänge und gebe gewesen/ Verkäuffers Erben zu entrichten schuldig/und es mögen dieselbigen in dem Werth/wie die Müntze anitzo ausgeben wird / desgleichen auch an denen Sorten/ so damals nicht gantzhaltig gewesen / die Zahlung wider ihren Willen anzunehmen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Definit. VII.

Post mortem patris, liberi dotem aliavè accepta conferre tenentur secundum valorem monetæ, qui fuit tempore subsidii præstiti, dotisvè datæ.

3 HAud rarò parentes liberis tradunt pecuniam in subsidium rei familiaris, quæ tamen ipsis non magis ac dotem filiabus donare præsumuntur;
2 † cessat enim donationis præsumptio, ubi alia sumi potest conjectura, Salycet. *in l. filiæ cujus. 18. col. 4. vers. secundo igitur casu principali. C. fam. ercisc.*
3 Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 30.* † Ideoqve subsidium ejusmodi paternum, non minus ac dos ipsa, mortuo patre conferri debet, Modest. Pistor. *p. 1. quæst. 10. in pr.* non tamen secundum præsen-
4 tem pecuniæ valorem, † sed juxta monetæ æstimationem, qvæ fuit tempore dotis datæ, & subsidii
5 præstiti, † quia hoc casu collatio in mutui contractum incidit, & liberi pecuniam videntur accepisse, tanqvam ex mutuo & patre defuncto reddituri, *arg. l. si paterno 15. junct.* Gloss. *in verb. repetituros. C.*
6 *de negot. gest* Pistor. *dict. loc.* † Et si aliter diceretur, metuendum esset, ne inter liberos summa inducatur inæqualitas, cum tamen finis collationis in eo consistat, qvo per omnia æqvalitas servetur *l. illud. 20. ubi* Bartol. *C. de collat.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. de collat. n. 7.*

Ita Domini in causa David Breunings zu Hirschbach/ Mens. August. Anno 1633. (Verba sentent: Und nach dem euer Schwäher Todes verfahren/ haben die sämtlichen Erben auff die Collation gedrungen/und/daß vorgedachte Mitgifft und Väterliche Hülffe in gemeine Theilung gebracht werden möchte/begehret. Da ihr nun berührte Mitgifft und Väterliche Hülffe an solchem Werth und Müntze / was dieselbe zur Zeit des Empfangs öffentlichen Anschlag nach gegolten/ einbringen und conferiren würdet/ ꝛc. So liessen sich die Erben daran billich begnügen/ und ihr möchtet solche Gelder ietzigem Werth nach euch abkürtzen zu laßen nicht angehalten werden / V.R.W.)

Et in causa Jacobi Saxens zu Hohndorff/ Mens. Majo, Anno 1632. (Verba sentent; So werden obgedachte 541. fl. Väterliche Hülffe an Müntze und Werth/ wie auch Vater ausgezahlet/von euch billich conferiret,und is seynd eure Geschwistere solche an ietziaem Gelde und Werth anzusetzen/und euch abzukürtzen nicht befugt/ V.R.W.)

It in causa Melchior Tannebergs zu Roßwein / M. Jul. Anno 1633.

It. in causa Georgii Rumplers zu Leißnigk / Mens. Jan. Anno 1634.

Et in causa Hansen Teutzschens zu Schneeberg / M. Jan. Anno 1635.

Definit. VIII.

Solvendum est Legatum in eâ monetæ bonitate, quæ fuit tempore conditi testamenti, sive melior, sive deterior moneta facta fuerit.

EXistimare ecuidem quis posset, in æstimanda 1
moneta, cùm de legato solvendo agitur, mortis tempus inspiciendum esse, cum non prius perfectum videatur legatum, quàm testator decesserit, *l. non videtur. 32. ff. de mort. caus. donat.* † & mor- 2
tis demum tempore dies legati cedit, *l. si fundus. 28. ff. quando dies legator. l. 22. ff. de instr. vel instrum. legat.* † necrobur & vires habet testamentum nisi 3
à morte testatoris, *l. 1 ff. qui testam. fac. poss. l. omnium. 19. C. de testam.* † Quamvis & Roman. pu- 4
tet, spectandum esse in legato tempus solutionis, nisi heres fuerit in mora, *in singul. 519. & consil. 123.* † 5
Quò videtur facere *Mandatum monetarium Electorale Saxonicum de Anno 1623.* §. Da aber die *obligation.* quod omnes solutiones in moneta ea, quæ est tempore solutionis usitata, fieri jubet. † Atta- 6
men communiter tradunt Dd. si melior aut deterior fuerit moneta tempore testamenti, quàm tempore mortis aut solutionis, tempus testamenti conditi spectari, ac in ea monetæ bonitate, quæ tùm fuit, legatum exsolvi, † *per l. si ita. 7. l. ult. ff. de aur. & argent. legat. l. uxori. 33. in pr. & §. 1. l. nomen. 34. §. 1. l. uxorem. 41. §. testamento pueros. 4 l. nuper. §. his verbis. 102. ff. de legat. 3. l. 18. §. quod adjicitur. 1. ff. de const. pecun.* Oldrad. *consil. 31.* Gothofr. *ad l. 3. in fin. verb. deteriorem. ff. de reb. credit.* Nic. Everhard. *in cons. 105.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 15. & 44. & in tract. de var. numm. debit. solut. cap. 19.* Molin. *de Usur. num. 742.* Natta *vol. 1. consil. 156. n. 16. & seqq.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 73. n. 4.* Budel. *de monet. lib. 2. cap. 18. n. 12. & 18.* Frideric. Pruckman. *vol. 2. consil. 12. num. 4.* Mart. Laudens. *de monet. num. 27.* † Siqvidem 8
ex patrimonii comparatione prudens testator legandi modum sumere & solet & debet, † futuræque mutationis ignarus, non de alia moneta cogitare videri potest, quàm de ea, quæ tùm in usu & commercio est, cum legat, licet non nisi à die mortis legatum deberi possit, *l. un. §. in novissimo. 5. C. de caduc. tollend.* † Nam retrotrahitur tùm debitur 10
ad tempus conditi testamenti, perinde ac donatio mortis causa ad id tempus, quo facta est, *l. si mortis. 40. ff. de mort. caus. donat.* Ant. Fab. *de cad. 46. de error. pragm. Error. 5.* † Ex quo facilè corruit argu- 11
mentum ex morte testatoris, qvæ vires demũ dispositioni ejus tribuit, desumptum, quod eo minus obstare videtur, quia de mente testatoris hoc casu satis liqvet, ut modo probavi. † Nec ullum porrò negotiũ 12
facit

facit *Mandatum Electorale Saxon. supra allegatum,*
13 quod tempus solutionis observari jubet. † Siquidem mandatum illud solummodò agit de contractibus, uti ex litera manifestum est, *vers.* Und in allen andern verbrieften oder sonst erweislich-abgehandelten Contracten. † Ergò ad testamentum haud debet extendi, ne per id lædatur jus commune, nullibi expressè correctum, *arg. l. si quando. 35. C. de inoff. testam. c. causam. 18. extr. de rescript.*
15 † Idemque in donationibus mortis causa asserendum videtur, ut scilicet in æstimando monetæ augmento, cum de donationibus mortis causâ agitur, non mortis, sed donationis factæ tempus sit inspiciendum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 37. de-*
16 *fin. 4.* † Evenit tamen quandoque, ut ex verbis aut voluntate testantis tempus mortis in solvendo le-
17 gato attendi debeat, † *ut in l. si fundus. 28. ff. quando dies legat. l. Mela. 14. §. sed si alimenta. 2. ff. de alim. & cibar. legat. l. pen. ff. de instr. legat. secundum* Gloss. *in l. si ita 7. ff. de aur. & arg. legat.* Fabr.
18 *dict. defin. 15. n. 5.* † Nunquam enim à verborum vi & potestate est recedendum, si voluntas consentiat *l. 69. junct. l. 25. §. 1. ff. de legat. 3.*

Ita Domini in causa pupillorum M. Augusti Lystenii zu Weissenfels/Mens. Jun. Anno 1626. [Verba sententiæ: Ob sie nun wol solches Vermächtniß an schwerem Gelde/immaassen zur Zeit der Testirerin und Donatricin Absterben und anitzo gangbar/abgestattet haben wollen/ in Erwegung/ daß benemtes Vermächtniß allererst durch ihr Absterben seine Kraft erreichet. Dieweil aber dennoch in dergleichen Fall Inhalts der Rechte vielmehr auf die Zeit der aufgerichteten Disposition und des Disponenten Willen und Meynung/als auf das tempus mortis zu sehen/ꝛc. Als mögen auch eure Mündlein/ als der Testirerin Erben/obangeregtes Legatum der 6000. fl. an schwerer Müntze abzustatten nicht gedrungen werden; sondern wann sie dieselbe an Müntze und Werth/ wie solche Zeit des gethanen Vermächtniß öffentlichem Anschlag nach gegolten/entrichten/ lassen sich die legatarii daran billich begnügen/V. R. W.]

Definit. IX.

In annuis etiam præstationibus circa mutationem monetæ, tempus contractus inspici debet.

1 QUemadmodum quoad valorem mutatum in omnibus contractibus, † ita etiam in annuis reditibus contractus, & non solutionis tempus attenditur, Ren. Budel. *de monet. & re numar. lib. 2. cap. 24. n. 12.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 35. n.*
2 *43.* † Pensiones namque annuæ ex comparatione principalis debiti, quale illud fuit ratione valoris, contractus tempore, certum justumque modum ac-
3 cipiunt, † qui citra Creditoris, aut potius Emtoris injuriam, diminui nulla ratione potest, *arg. l. vero. 12.*
4 *§. pen. ff. de solut.* † At procul dubio minus solvit, qui in minore & deteriore monetâ solvit, *l. cum quid. 3. ubi* Dd. *ff. de Reb. Credit. l. debitorem. 99. ubi*
5 Bartol. *ff. de solut.* † Planè hoc neutiquam extendi debet ad servitium, Canonem scilicet annuum, qui pro Emphyteuticario fundo pendi solet ut plurimũ in pecuniâ, cujus augmentum deberi, negat Anton.
6 Fab. *in tract. de nummar. solut.* † Quia non tàm pro modo justi Reditus, quàm in Recognitionem & professionem directi dominii penditur, *l. ult. cum ibi notat. C. de jur. Emphyt.* † Quin & plerumque 7
tam exiguus est, ut de hujus augmento non absque risu tractari queat.

Ita Domini in causa Caspari Scheibens zu Gleina/ Mens. April. Anno 1623. [Verba sententiæ: Habt ihr von vielen Jahren her bey Georg Witterichen zu Alsleben wiederkäufliche Zinsen alle Jahr zu fordern gehabt. Ob nun wol dem Schuldener oder Verkäuffern dieselbe mit solcher Müntz und Werth/ wie zur Zeit des geschlossenen Contracts und beschehenen Kauffs gangbar gewesen/ Inhalt der Rechte iedesmal abzustatten obgelegen/ꝛc.]

Definit. X.

Nulla superest petitio augmenti monetalis, post solutionem sine protestatione acceptam.

1 HAud novum esse potest, ut volenti & consentienti debitori solutio fiat in deteriore mone-
2 tâ, quia secundum vulgatam juris regulam † volenti & consentienti damnum & injuria non infertur,
3 *l. in diem. 9. §. 1. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend. l. nemo videtur fraudare 145. ff. de Reg. jur.* † Quare solutione in viliore moneta lubenter acceptatâ, augmenti petitio Creditori nulla supereſt, licet an-
4 tea ejusmodi solutionem accipere, haud cogi potuisset, *l. debitorem. 99. ff. de solut.* † idemque de restituta dote, quæ alias favorabilis est, asserit Anton.
5 Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 51.* † Secus res se habet, si Creditor cum protestatione solutionem in
6 monetâ viliore acceperit: † Solet enim protestatio interveniens conservare jus protestantis *l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. etsi quis. 14. §. plerique. 8. ff. de relig. & sumpt. fun.*

Ita Domini in eadem causa: [Verba sentent. Da er aber dennoch solches nicht in acht genommen/ sondern die Zahlung iedesmal an gänger und leichter Müntze geleistet/ihr auch solche ohn einige protestation acceptiret hättet/ und damit friedlichen gewesen wäret/ dafür sichs allenthalben ansehen lässet/ꝛc. So verbliebe es dabey billich/und ihr wäret nunmehr etwas ferners und den Abgang des rechten Werths/ an der gezahlten Müntze/ beständiger Weise zu fodern nicht befugt/ V. R. W.]

Definit. XI.

Debitum in diem invito Creditori etiam ante diem solvi potest.

1 EXpeditum ferè est inter Dd. quod invito Creditor ante diem solvi possit, *per text. in l. quod certa. 70. l. qui res. 98. §. 4. ff. de solut. l. quod quis. 50. ff. de Obl. & action. l. post mortem. 12. C. de fideicom.* Bartol. & Dd. *in l. item illa. 18. ff. de const. pecun.* Ant. Hering. *de fidejuss. cap. 22. n. 7. & 8.* Anton. Fab. *lib. 1. conject. cap. 1.* Hugo Donell. *ad l. 41.*
2 *num. 47. & seqq. ff. de verb. obligat. & lib. 15. comm. cap. 8. in fin.* † Quia dies adjicitur regulariter favori debitoris, ne antè ad solutionem compelli possit,
3 † Sed totum tempus intermedium sit liberum promissori, *l. eum qui 41. §. 1. in fin. l. stipulatio. 38. §. inter 16. l. inter continuus. 137. §. 2. ff. de verb. obligat.*
4 † Ut non sine ratione quis miretur, quomodo Jacobo Cujacio *in dict. l. 38. §. 16. ff. d. t.* aliud placere potuerit.

tuerit. † Nec objici potest, quod cùm Creditor nequeat ante diem petere, *l. continuus. 137. §. cum ita. 2. ff. de verb. obligat. §. qui hoc anno. 25. ubi* Dd. *Inst. de inut. stipulat.* haud æquum videatur, ut ante diem pecuniam invitus recipere teneatur: † Quoniam diversitatis ratio perspicua est, scilicet, quod dies adjecta sit favori debitoris; † Et disertè JCtus *in l. 137. §. 2. ff. de verb. obligat.* posse ante diem solvi tradit, licet ante peti non possit. *Vid. omninò* Anton. Fabr. *dict. cap. 1.*

Ita Domini in causa Margarethæ Klingens & Georgii Kirstens zu Oederan/ Mens. Febr. Anno 1622. [Verba sententiæ: Ob nun wol das Darlehen auff 3. Jahr lang geschehen/ derowegen ihr vor solcher Zeit die Wiederzahlung nicht gemeinet. Dieweil aber dennoch gedachte Zahlungs-Frist der Schuldnerin zum besten angesetzet/ und dahero vor solcher Frist ihr die Zahlung zu leisten unbenommen ꝛc. So mag auch mehrberührte Schuldnerin angeregte Schuld biß zu Endung der dreyen Jahre inne zu behalten nicht gedrungen werden/ sondern ihr seyd die Zahlung/ unangesehen/ daß die drey Jahr noch nicht verflossen/ von ihr anzunehmen schuldig/ ꝛc.]

Definit. XII.

Non potest solvi ante diem Creditori debitum, si dies fuerit adjecta in favorem Creditoris.

1 NOn tamen semper, quod in diem debetur, ante diem invito Creditori solvi potest; † *Quid enim si dies adjecta sit in favorem Creditoris, non debitoris, sive ex testamento, sive ex contractu aliâve justâ ex causâ debeatur?* † Utique tùm dies expectanda est, ne jus Creditoris minuatur, *l. eum qui 15. ff. de ann. legat. l. si ita relictum. 43. §. pegasus. 2. ff. de legat. 2. l. 3. § cum pollidius. 3. ff. de usur.* Herm. Vult. *lib. 1. jurispr. Roman. c. 53. n. 124.* Vivius *lib. 2. opin. 515.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 29. defin. 14.* Accurs. *in l. 18. ff. de const. pecun.* † Contra quem malè disputat Jacob. Cujac. *in l. 38. §. 16. de V. O.* nec mentem Accursii intellexisse videtur, † dum exceptioni Accursianæ locum fore ait, si hæc regula cesset, quod invito Creditori ante diem solvi possit; † Etenim hanc regulam omninò statuunt Dd. ut patet ex defin. *præced.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Es wäre denn/ daß euch als dem Creditori zum besten die dreyjährige Zahlungs-Frist bestimmt und angesetzet worden/ auff solchen Fall möchtet ihr vor Verfliessung der Zeit die Zahlung anzunehmen wider euren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.]

Definit. XIII.

Invito Creditori particulariter solvi non potest.

1 HAud pauca habet incommoda solutio particularis, *l. 3. ff. fam. ercisc.* quibus affici Creditorem, iniquissimum certè esset, Johan. Schneidew. *ad §. item. 1. Inst. quib. mod. tollit. obligat.* Anton. Fab. *in Ration. ad l. 27. §. 5. ff. de pact.* Jason. *ad l. 2. num. 10. ubi &* Duar. *ff. de verb. oblig.* Hugo Donell. *ad l. 21. ff. si cert. petat. ubi &* Wesenb. *in parat. n. 12.*
2 Gœdd. *ad l. 32. ff. de V. S.* † Hinc rescriptum *in l. 9. C. de solut.* totius debiti obsignatione contingere liberationem; † Et *in l. Julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt.* oblatâ parte tantùm pretii, non esse actionem ex empto. † Quo & facit textus *in l. tutor. 41. §. Lucius. 1. ff. de usur.* ubi quantumvis parte debiti obsignatâ, & depositâ, nec usurarum cursus pro parte tollitur, nisi hoc expressè fit actum, ut liceat debitori particularem offerre solutionem. † Neque negari potest, ex natura obligationis, jus quæsitum esse Creditori solidum persequendi, quod jus ei invito adimi & auferri nequit; † Et ut ait Hottom. *quæst. illustr. 20.* unius obligationis unam, eandemque indivisam solutionem esse oportet. † Nihilominus contra communem hanc opinionem disputat Alciat. *in dict. l. 21. ff. si cert. petat.* † Cujus argumenta refutat Gœdd. *dict. loc.*

3
4
5
6
7
8

Ita Domini in causa Hansen Köhlers & Oswaldi Vogels ad requisitionem Prætoris & Scabinorum Annæbergensium, Mens. Jun. Anno 1633. [Verba sententiæ: So ist ihm auch zu des Schuldeners übrigen Vermögen und Gütern die Helfte zu suchen unbenommen/ und es mag der Creditor sich auff die Tagezeiten weisen zu lassen/ und particularem solutionem anzunehmen wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.]

Definit. XIV.

Nec usurarum præstatio admittitur secundum alium monetæ valorem, quàm qui fuit tempore contractus.

NOn minus usuræ ac ipsa sors solvi debent secundum monetæ bonitatem & valorem, qui fuit tempore contractus: Quia usuræ sunt accessio sortis & debiti principalis, † eodemque jure censentur *cap. accessorium. 42. de Reg. jur. in sexto.* † At nonne metuenda litium multiplicatio, si in singula tempora, & pene momenta, quibus usuræ deberi incipiunt, spectari oporteret, quis monetarum status & valor esset? † Ita quidem putat Anton. Faber, ac proinde debitorem ac solutionem Usurarum in moneta currente condemnatum fuisse à Senatu Sabaudiæ, refert *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 45.* † Sed propter litium materiam à tramite justitiæ haud statim aberrandum, quin potius laborandum, ut legitimè compescantur lites. † Quod procul dubio facilimè fiet, si respectus habeatur ad bonitatem thalerorum, aliosque monetæ grossioris, qualis ea fuit tempore contractus. † Unde de valore & æstimatione monetarum minutarum quovis tempore absque negotio judicare licebit. † Alioqui certè facilè eveniet, ut de semissibus usuris aut quincuncibus, fiant trientes vel sexcunces, † quod iniquum, quando usurarum stipulatio certam legem ab initio habuerit, *l. verò. 12. §. pen. ff. de solut.*

1
2
3
4
5
6
7
8
9

Ita Domini in causa Melchior Radegasts zu Niemeck/ Mens. Decembr. Anno 1621. [Verba sent. Immassen ihr dann auch die jährliche Zinsen an solcher Müntze und Werth/ wie dieselbe zur Zeit des Darlehens und geschlossenen Contracts gegolten/ iedesmal zu entrichten und abzustatten schuldig seyd/ V. R. W.]

Defi-

DEFINIT. XV.

Moram in ſolvendo contrahens, non ob id cogitur ſolvere in meliore moneta, quàm quæ fuerit tempore debiti contracti.

1 NOn facit mora, ut plus debeatur, ſed tantùm, ut ejus, quod debetur, aut periculum aut acceſſio præſtetur *l. ſi ex legati. 23. & ſeq. l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur. 3. ff. de Verb. obligat. l. mora. 32. §. in bonæ fidei. 2. l. cum quidam 17. §. ſi pupillo. 3. ff. de uſur.* † Quod & in foro Saxonico ſatis expeditum
2 eſt, propter textum *in hâc* Conſt. *28. verſ.* Wo aber der Schuldener/ꝛc. Ex quo ſequitur, †contra-
3 hentem in ſolvendo moram haud obligari, ut debitum in meliore moneta ſolvat, quàm quæ fuit tempore initæ conventionis, ſeu debiti contracti.
4 † Sufficit enim ut reddatur debitum in eâdem bonitate *l. cum quid. 3. ubi* Dd. *ff. de reb. cred. l. debitorem. 99. ff. de ſolut.* † Quamvis aliter ſentiat Bar-
5 tol. *in dict. l. 3. num. 17. ff. de reb. cred. & in l. 10. ff. de*
6 *aur. & arg. legat.* † Quin nec dotis favorem efficere, ut ob moram contractam dos ſolvi debeat in monetâ meliore, quàm quæ fuerit tempore dotis promiſſæ, tradit Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 29. defin. 42.*

Ita Domini in cauſa Reinhardi Schöffels zu Lützen/Menſ. Jan. Anno 1625. [Verba ſententiæ: Seyd ihr vor etlichen Jahren einer Perſon / von welcher eure Frage meldet/500. fl. ſchuldig worden. Ob nun wol inmittelſt der Müntzſorten Werth ſich nicht wenig verändert, und abgenommen / ihr auch eine geraume Zeit hero in mora ſolvendi geweſen. Da ihr aber dennoch beydes das Capital und Zinſen an ſolcher Müntze und Werth/ wie zur Zeit des Darlehens und geſchloſſenen Contracts gangbar geweſen/erlegen würdet/ꝛc. So lieſſe ſich der Creditor daran billich begnügen/ꝛc.]

DEFINIT. XVI.

Depoſitio pecuniæ absque præcedente oblatione & obſignatione legitima, debitorem non liberat à periculo aut curſu uſurarum.

1 SI depoſitio per debitorem minus legitimè facta ſit, haud parit liberationem, nec cogitur Creditor pecuniam accipere ex depoſito, ſed, ac ſi nulla depoſitio facta eſſet, condemnandus eſt, & ad ſolutionem urgendus debitor, ſalvâ tamen ei adverſus
2 depoſitarium pecuniæ depoſitæ repetitione; † Nam paria ſunt, quid factum non eſſe, & minus legitimè factum eſſe *l. quoties. 6. ff. qui ſatisd. cog. l. 3. ff. de*
3 *autor. tutor.* † Legitima autem dicitur depoſitio: Si præceſſerit (1.) Oblatio juſta *l. ſi per te non ſtat. 9. l. acceptam. 19. C. de Uſur. l. 10. l. ult. C. de pign. act.*
4 † ſcilicet, facta juſto tempore, debito loco, crediti totalis, ac in moneta proba, qualis fuit tempore
5 contractus. † Nec enim alioqui videtur fuiſſe Creditor in mora accipiendi *l. 21. & ſeq. ff. de Uſur.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 2. num. 63. & ſeq.* Anton. Fab. *in Rational. ad l. ſi debitori. 21. ff. de judic. & in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 7. num. 1. & defin. 54.*
6 *num. 1. & 2.* (2.) Oblationem ſequi debet legitima obſignatio. Non enim ſufficit ſola oblatio, licet judicialis ſit, absque obſignatione *l. obſignatione. 9. C. de ſolut. l. 19. C. de uſur.* Anton. Fab. *dict. tit. 29. defin. 6. & defin. 53.* Zanger. *dict. cap. 2. numer. 79.*
† Dicitur autem legitima obſignatio, ſi debitor 7
Creditori ad videndum deponi citato pecuniam in præſentiâ judicis prius adnumeraverit. † Non e- 8
nim valebit Obſignatio, ſi nec numerata, nec oſtenſa pecunia ſit, ſed tantùm in ſacculo & ſolle, ut ajunt, depoſita, *dict. l. 9. & dict. l. 19. C. de uſur.* Zanger. *dict. cap. 2. n. 83. &* Fab. *dict. defin. 54. num. 5.* Hæc ergò duo requiſita, juſta ſcilicet oblatio & legitima obſignatio, depoſitionem præcedere debent: † Quorum alterutro omiſſo, haud juſta & 9
valida eſt depoſitio. † Ideoque ſive pecunia de- 10
poſita furripiatur ſine dolo depoſitarii, ſive Magiſtratus Imperio in ærarium referatur, aut in publicos uſus convertatur, periculum non ad Creditorem pertinebit, ſed ad debitorem, † qui nihilomi- 11
nus ad ſolutionem tàm ſortis quàm uſurarum eſt condemnandus; † Nam quæ fortuitis caſibus ac- 12
cidunt, ſemper ſpectant ad moroſum, *l. ſi ex legati. 23. & ſeq. l. 91. §. ſequitur. 3. ff. de Verbor. obligat.* Zanger. *dict. loc.* Fab. *dict. defin. 7.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtiani Keſtners zu Leipzig/ Menſe Auguſt. Anno 1626. [Verba ſententiæ: Ob nun wol der Gläubiger ſolche Gelder mit anitzo ſchwerem Gelde ausgewechſelt haben will / mit Fürwenden/daß ihr die requiſita depoſiti nicht in acht genommen/und weder an gebührenden Ort / noch zu rechter Zeit/ das gantze Capital benebenſt den Zinſen an dargeliehenem Werth und Müntzſorten offeriret / noch auch auf vorgehende Citation ſeiner/als des Creditoris ad videndum deponi, die deponirten Gelder ihme Gerichtlichen zugezehlet und nachmals verſiegelt hättet / allermaſſen zu einem rechtmäſſigen und beſtändigen depoſito ſolches nothwendig erfodert wird/ꝛc.]

DEFINIT. XVII.

In depoſitione neceſſaria, Requiſita ſolennia oblationis & obſignationis haud ſunt obſervanda.

1 NOn tamen requiſita illa depoſitionis, de quibus in Defin. *præced.* obſervanda ſunt in depoſitione neceſſaria, putà quæ apud ſequeſtrem vel judicem fieri ſolet in favorem Creditorum domo ſub haſtâ vendita &c. † Quæ depoſitio nec obla- 2
tionem nec obſignationem requirit Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 2. num. 170.* † Non ſolùm, quod 3
pecuniam deponens penes eum, cujus fides publicè electa & approbata eſt, videatur deponere in loco publico & in æde ſacra, quæ depoſitionis & obſignationis ratio ſemper tutior eſt, ut per *l. 1. §. apud Julianum. 37. l. ei apud quem. 5. in fin. ff. depoſit. l. ſi Reus paratus. 73. ff. de procur.* docet Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 50. num. 25.* † Sed 4
& quod in concurſu Creditorum offerri pecunia 5
nequeat, propterea quod incertum ſit ob contradictionem Creditorum, cui debeatur *l. pecuniæ. 9. §. 1. ff. de Uſur.* † Pariter nec obſignatione opus 5
eſt, quia Judex venditoris loco habetur, & pecuniam Creditoribus diſtribuit, † aut ſi vult, ut pecu- 6
nia ſit apud ſequeſtrem, is eam quaſi poſſidet *l. licet. 17. §. 1. ff. depoſit.* quique de dolo & latâ culpâ tenetur, *l. 1. §. ſi quis ſervum. 9. l. quod Nerva. 32. ff. depoſit.* Zanger. *dict. cap. 2. numer. 137.*
† Ceſſante igitur oblatione & obſignatione, reli- 7
quæ etiam ſolennitates, de quibus dictum defin.

præced. in depositione necessariâ omninò cessant.

Ita Domini in eâdem causâ. [Verba sent. Dieweil aber dennoch in depositione necessaria die requisita solennia, so sonsten zu einem deposito die Rechte erfodern/ nicht in acht genommen werden dörffen/ &c. Als verbleibet es auch bey dem beschehenen deposito billich/ und es ist der Gläubiger das deponirte Geld anzunehmen schuldig/ V. R. W.]

DEFINIT. XVIII.

Tempore solutionis arbitrio debitoris commisso, defuncto eo, heredes statim solvere tenentur.

1 NOn facilè forsan Creditor tempus solutionis arbitrio debitoris committit, cum semper me-
2 tus haud faciendæ solutionis subsit; † Nisi debitor sit donator, traditionem rei donatæ ad arbitri-
3 um suum restringens. † Quo facto ipsius heredes conventione hâc tueri se non possunt, sed donatore defuncto, statim ad solutionem & traditionem rei
4 donatæ tenebuntur. † Ne forsan donatio prorsus inutilis donatario existat, semper enim actus agentium aliquid operari debent *l. si quando. 109. ff.*
5 *de legat. 1.* † Neque hoc pacto donator suis heredibus, sed sibi soli prospicere voluisse videtur, ut proinde conventio hæc personam & arbitrium debitoris neutiquam egredi debeat, *arg. l. cum precario. 12. §. 1. l. interdictum. 14. ff. de precar. l. 42. ff. de*
6 *condit. & demonstr. l. 21. & seqq. ff. de usufr.* † adeoque in persona heredum quasi pura est obligatio, quàm statim actio sequitur *l. cum qui. 41. §. quotiens. 1. ff. de Verb. obligat.*

Ita Domini in causa Martin Heinens zu Rochlitz/ Mense April. Anno 1630. [Verba sent. Ob nun wol der donator zur Auszahlung keine gewisse Zeit bestimmt/ sondern dieselbe seinem Gefallen nach zu leisten ihm vorbehalten/ dieweil aber dennoch/ wenn solcher Vorbehalt des Donatoris Erben gleichesfalls zu statten kommen solte/ die Donatio geringen Effect und Wirckung haben würde/ &c. So haben sich auch mehrberührte Erben damit nicht zu behelffen/ sondern sie seyn die geschenckte summam Geldes euch ohne fernern Verzug zu entrichten schuldig/ V. R. W.]

DEFINIT. XIX.

Quando terminus in obligationis instrumento solutioni præfinitus non est, debitor ad interpellationem Creditoris solvere tenetur.

1 QUantum temporis intercedere debeat eo casu, quando instrumento obligationis certa dies adjecta non est, infra quam obligatus reddere promisit, quod accepit, ad hoc ut solutio exigi que-
2 at à debitore, nullibi definitum reperitur, † quare arbitrio & moderationi discreti judicis idipsum relinquunt Gloss. *in l. si pro ea. 10. C. mandat. & in l. Lucius Titius. 38. ff. eod. tit.* Bartol. *in l. si pœnam. 68. n. 3. ff. de Verb. Obligat.* Matth. Coler. *de proceß. exet. part. 3. cap. 3. num. 6.* Guid. Pap. *decis. 132.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cas. 12. n. 4.* † Cre-
3 diderim tamen non prohiberi Creditorem, hoc casu statim exigere debitum, & debitorem solâ Creditoris interpellatione in morâ constitui. † Notissimi namque juris est, quod in obligationibus puris,
4 non habentibus appositum certum satisfactionis tempus, præsenti die debeatur *l. eum, qui Calendis. 41. in pr. & §. quoties. 1. ff. de verb. obligat. l. si dies. 21. ff. quando dies legat. ced. §. omnis. 2. Inst. de Verb. obligat.* † Et quando pura est obligatio, præsens est actio, *dict. l. 41. §. quotiens, 1. l. cedere diem. 213. ff. de Verb. signif.* 5

Ita Domini in causa Caspari Fischers & Uxoris Stephani Schmeltzers zu Franckenhausen/ Mens. Septembri, Anno 1630.

DEFINIT. XX.

Quod ex errore juris solutum est, conditione indebiti repeti nequit.

1 QUemadmodum nuncio alterius nomine solvi
2 potest, *l. nihil. 4. C. de solut.* † modò de jure Saxonico nuncius ille speciale habeat mandatum ad recipiendam solutionem, *art. 40. ubi* Gloss. *Germ. n. 4. lib. 3.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. decis.*
3 *32.* ita & pro alio solutio facta valet. † At qui indebitum pro alio solvit, quod vel ipse antea solverat, vel non debeat, nec mandati, nec negotiorum gestorum actionem adversus principalem, sed solùm condictionem indebiti habet adversus eum, qui solutionem accepit, *l. indebitam. 47. ff. de condict. indeb.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 10.*
4 † Planè si error juris intervenerit, condictio omnino cessabit. † Quia tantummodò errore facti so-
5 lutum, tanquam indebitum condictione repeti potest *l. 6. l. 7. C. de condict. indeb. l. 9. C. ad Leg. Falcid. l. pen. §. si quis. 5. ff. de jur. & fact. ignor. l. ult. C. eod. tit.* † Quod tamen cum micâ salis accipi ve-
6 lim secundum tradita *infra p. 3.* Const. *Elect. 15. defin. 42. in fin.*

Ita Domini in causa Abrahami Finckens zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1577.

Et in causa Jacobi Ischers zu Mühlberg / Mense Junio Anno 1633.

DEFINIT. XXI.

Indebitum solutum, confessione & quittatione accipientis probatum, statim repeti potest.

1 UT condictio indebiti competat, rem indebitam oportet esse solutam; Nam per solutionem aliquid negotii gestum videtur inter contra-
2 hentes, † ex quo obligatio & actio oritur, *l. 2. l. 93. ff.*
3 *de condict. indeb.* † Non sufficit ergò solutionem indebiti allegari, sed quia hæc facti est, perinde ac
4 ignorantia seu error probanda erit; † ideoque in condictione indebiti duo externa actor probare debet, nempe solutionem & ignorantiam sive erro-
5 rem *l. 25. in pr. ff. de probat.* † quamvis hic præsumatur, quia agitur de damno vitando, Bald. *in l. 2. n. 3. C. quod met. caus.* quo nomine & proprii facti ignorantia toleratur, *ut in l. 22. §. 1. ff. de cond. indeb.* At quomodo solutio probabitur? † Nulla
6 efficacior erit probatio, quàm per confessionem seu quittationem Creditoris factam. † Quâ exhibitâ,
7 si creditor eam elidere nequeat, quin statim condictione teneatur, dubium non est. Siquidem nulla unquam melior est probatio, quàm, † quæ fit per
8 partis confessionem sive expressam, sive tacitam, *l. generaliter. 13. C. de non numer. pecun.*

Ita Domini in causa Georgii Klödens zu Rößgin / Mense Nov. Anno 1616.

DEFI-

DEFINIT. XXII.

Magiſtratui, penes quem pecunia fuit depoſita, nil quicquam de ea detrahere licet, niſi aliud longævâ conſuetudine ſit introductum.

1 NEſcio quo jure Magiſtratus de pecuniâ, penes ſe depoſitâ, certam portionem ac communiter de ſingulis centum aliquot florenos, quaſi mercedis
2 aut donatarii loco detrahere ſoleant: † Certè avaritiâ potius quam juris autoritate id videtur in-
3 troductum. † Quare ſi longævâ cujusque loci conſuetudine mos iſte non approbetur, † Magiſtratum ejusmodi detractionem prætendentem audiendum
4 non eſſe putaverim. † Ecquis enim neſcit, cuſtodiam in depoſito præſtari gratis; † Nam ſi merces
5 intervenerit, non depoſitum, ſed locatio erit, *l. 1. §. ſi veſtimenta. 8. & §. ſeq. ff. depoſit. §. ult. Inſt. de mandat.* Non tamen nego, ſi deponenti liberali-
6 tatem exercere placuerit, † Magiſtratum donarium ſibi oblatum in remunerationem præſtiti beneficii accipere haud prohiberi *l. 2. §. ſi in re depoſitâ. 24. ff. de vi bonor. rapt.* Joh. Harpp. *in §. præterea. 3. n. 4. Inſt. quib. mod. re contr. obligat.* † Sed à deponente invito, hoc extorquere non licet.

Ita Domini ad conſultationem Quæſtoris zu Liebenwerda/ Menſe Febr. Anno 1634. [Verba ſent. So ſeyd ihr von ſolchem depoſito pro cuſtodiâ & labore einig Auffgeld zu fordern/ und inne zu behalten nicht berechtiget/ iedoch werden euch die beſcheinigten Unkoſten/ ſo ihr Amts halber zu dem hin- und wiederführen des Geldes nothwendig aufgewendet/ hinwiederum erſtattet. Es wäre dann im ſelbigen Amt durch eine beſtändige Gewohnheit eingeführet/ und über Rechts-verwährte Zeit iedesmal unverbrüchlichen alſo gehalten worden/ daß nemlich von den depoſiten-Geldern/ und von iedem hundert ein gewiſſes dem Amte zum Auffgelde gelaſſen werden müſſen/ auf ſolchen Fall hättet ihr euch ſolcher Gewohnheit gleichfalls anitzo zu gebrauchen wol fug/ V. R. W.]

DEFINIT. XXIII.

Delegatio perinde atq; Solutio debitorem liberat ab ulteriori exactione.

STrictè equidem & propriè loquendo, ſolutio di- 1
citur præſtatio realis pecuniæ ejus, quæ debetur, *l. ſi quis aliam. 46. l. ſolutam. 49. l. pecuniam. 79. ff. de ſolut.* Jac. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 151. numer. 1.*
† Attamen in genetali ſignificatione, verbum *ſolu-* 2
tionis omnem liberationem quoquo modo factam comprehendit, † adeoque & delegationem, *l. quamvis. 8. §. 3. ff. ad SCtum Vellejan.* Quis ergo dubitet, 3
† per delegationem extingui obligationem, & de- 4
bitorem per eam æquè ac per realem debiti exſolutionem liberari, *l. delegare. 11. ff. de novat. l. qui libertinus. 37. §. ſed ſi. 4. ff. de oper. libert.* † Aliter 5
enim ſi diceremus, duo eſſent Rei debendi, diverſoque tempore conſtituti & in ſolidum obligati, † 6
quod neutiquam aſſerendum eſt, Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 30. n. 7.* Franc. Mantic. *de tacit. & amb. convent. tom. 2. lib. 17. tit. 8. n. 2.* † Id tamen non 7
aliter accipi velim, quàm ſi delegatus volens debitor fiat, *l. 1. ubi* Joh. Sichard. *num. 1. & ſeqq. C. de novat.* Gail. *dict. obſerv. 30. n. 8.* † Et creditor vo- 8
lentem delegatum admittat, *l. inter cauſas. 26. §. abeſſe. 2. ff. mandat. l. 31. §. 1. ff. de novat.* † Nec e- 9
nim Creditoris petitio, ipſo invito, immutari poteſt, *l. 15. C. de pign. l. 25. C. de pact.*

Ita Domini in cauſa Chriſtiani Müllers / contra Veit Ziegen zu Schwartzenberg / Menſ. Febr. Anno 1628. [Verba ſentent. Ob ihr wol Veit Ziegen mit 200 fl. verhaftet geweſen/ dafern ihr ihn aber deñoch an Martin Nömern/ welcher euch gleichfalls eine hohe Poſt Geldes ſchuldig/ verwieſen/ er auch ſolche Anweiſung acceptiret hätte/ und damit allerdings zufrieden geweſen ꝛc. So wäre durch ſolche Anweiſung und delegation Veit Ziegens Anforderung bey euch erloſchen/ und ihr möchtet von ihme ferner nicht belanget werden/ V. R. W.]

CONSTITUTIO XXIX.
PARTIS SECUNDÆ.

Die Wörter: Rheiniſche Gülden/ Jt. gute Gülden/ Ob ſie in den Verſchreibungen auff Gold/ oder auff Müntze zu verſtehen?

IN vielen/ ſonderlich aber in den alten Verſchreibungen ſtehen die Wörter/ Rheiniſche Gülden abſolutè, und wird nicht ausgedruckt/ ob es Gold oder Müntze geweſen. Dieweil aber vor Alters der Goldgülden auff einen Gülden Müntz geſchlagen: So iſt man hierinnen einig/ daß ſolche Wörter/ Rheiniſche Gülden/ da ſie bloß allein/ und ohne das Wort Gold/ geſetzt/ vor einen Gülden Müntz/ wie dieſelbige damals würdig geweſen/ zu verſtehen/ dabey es dann billich bleibet/ es gäben dann die Umſtände oder etzliche zugeſetzte Wörter ein anders/ als da ſtünde/ voll-wichtige Rheiniſche Gülden. In dieſen und dergleichen Fällen wird es von Gold/ und nicht von

Verba hæc, aurei ſive floreni Rhenenſes, in inſtrumentis obligationum qualiter ſint intelligenda?

IN multis, præſertim verò antiquis obligationum inſtrumentis, verba hæc, flor. Rhenenſes, abſolutè poſita reperiuntur, nec exprimitur, de auróne, an verò de alia moneta ſenſerint contrahentes. Cum autem antiquitus nummi Rhenenſis ex auro cuſi valor 21. groſſos, qui pro floreno numerari hodiè ſolent, non exceſſerit, in id à noſtris conventum eſt, ut ubi floreni Rhenenſes ſcripti reperiuntur, ſine adjectione vocábuli, (*aurei*,) non de nummis Rhenenſibus aureis, ſed de floreno in aliâ monetâ uſitatâ, actũ cenſeatur, niſi forte ex circumſtantiis aut aliis verbis cautio-

Müntze verſtanden/ alſo auch die Wörter/ gute Gülden/ ſollen nicht auff Gold/ ſondern Müntze gezogen werden.

Wann aber beyde Wörter zuſam̃en geſetzt ſeyn/ nemlich gute Rheiniſche Gülden/ ſo verſtehet man ſie zu dieſer Zeit in neuen Verſchreibungen/ und itziger Art zu reden/ von keiner Müntze/ ſondern von Rheiniſchem Golde/ es thäten dann die Umſtände der Zeit/ und andere ſo viel mitbringen/ daß ſie auff die Müntze/ und nicht auf Gold/ müſten verſtanden werden/ dabey wir es auch bewenden laſſen.

num aliud colligi poſſit, veluti ſi aurei Rhenenſis juſti ponderis mentio fiat. Iſto enim caſu, & ejusmodi ſimilibus de nummo aureo, non de aliâ monetâ contrahentes ſenſiſſe intelliguntur, quemadmodum verba illa probi floreni, non de auro Rhenenſi, ſed alia moneta accipienda ſunt. Ubi verò verba hæc ſimul poſita reperiuntur, probi aurei Rhenenſes, pro conſuetudine loquendi in novis cautionibus hodiè uſitata de nummis aureis Rhenenſibus, illa non de minuta vel alia moneta accipienda, putant, niſi hîc quoque circumſtantiæ temporis aut aliæ contrarium oſtendant, quod & nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Auri vel argenti pondere licet promiſſo, pecunia tamen numerata ſolvi poteſt.*
2. *Pro aureis vel thaleris mutuò acceptis alia moneta numerata poteſt exſolvi.*
3. *Creditor in ſolutionem ſummæ alicujus notabilis, de minutâ pecuniâ ultra 25. florenos accipere haud cogitur.*
4. *Promiſſâ ſolutione in certâ ſpecie monetæ, putà: thaleris, aureis, debitor eam præcisè ſolvere tenetur, nec ſolutione alterius monetæ vel pecuniæ numeratæ liberatur.*
5. *Solutio eſt facienda in thaleris in ſpecie vel aureis, licet de horum promiſſione, ex verbis ſolummodò contrahentium relativis appareat.*
6. *Aureis vel thaleris ſub certâ æſtimatione mutuò datis, ſolutio in currente monetâ fieri poteſt, niſi uſuræ per tempus longiſſimum fuerint ſolutæ in integris thaleris.*
7. *Æſtimatio demonſtrationis causâ adjecta non facit, ut ſolutio in aureis vel thaleris promiſſa fieri queat in monetâ currente.*
8. *Æſtimatio demonſtrationis causâ videtur adjecta, ſi promiſſa fuerit ſolutio in thaleris, ſive creverint, ſive decreverint.*
9. *Solutione in thaleris promiſſâ, thaleri integri ſolvi debent, etiamſi ſub æſtimatione mutuò fuerint dati.*
10. *Sub appellatione Sexagenæ in dubio intelligitur Sexagena antiqua, niſi aliud circumſtantiæ ſuadeant.*
11. *Solutio quandoq; probatur præſumtionibus & conjecturis.*
12. *Solutio debiti per inſtrumentũ penes debitorem repertum non probatur, licet fuerit cancellatũ.*
13. *Totius debiti ſolutio non probatur quittatione Creditoris, ſi ad certam ſummam hæc præſumtive reſtringi queat.*
14. *Debito incertæ ſummæ probato, ſuper quantitate debiti ſtatur juramento Creditoris.*
15. *Creditor amiſſo chirographo, debiti perſecutionem & jus hypothecæ non amittit, ſi aliunde conſtet, adhuc deberi.*
16. *Simpliciter factâ ſolutione, in quam cauſam videatur ſolutum.*
17. *Solutum prius in uſuras, quàm in ſortem imputari debet, modò uſuræ exigi potuerint.*
18. *Qui promiſit ſolvere intra præfinitum tempus vel dare fidejuſſores, elapſo termino præcisè cogi poteſt, ut ſolvat: Et quando in alternativis electio ſit Creditoris.*
19. *Exceptio non numeratæ pecuniæ adverſus apocham non niſi intra triginta dies admittitur, poſtea verò Creditor non audiendus, etiamſi onus probandi in ſe recipere velit.*
20. *Proſunt pacta aliis, qui non pepigerunt, multis in caſibus, etiam ex veriſimili paciſcentium conventione.*
21. *Succeſſor in principatu, etſi heres anteceſſoris defuncti non exiſtat, attamen æs alienum pro regni utilitate factum & ſalaria officialium exſolvere tenetur.*

DEFINIT. I.

Auri vel argenti pondere licet promiſſo, pecunia tamen numerata ſolvi poteſt.

1 QUamvis ab initio mutuum hac pactione contrahi nequeat, ut eandem, quam acceperit, ſpeciem debitor reddat, ex poſt-facto tamen & mutuo jam perfecto bene eadem res Creditori etiam invito reddi poteſt, ſi illius non interſit, *l. 2. ubi* Dd. *ff. ſi cert. petat.* Dan Moller. *lib. 3. ſemeſtr. cap. 1.* † Nec
2 facilè Creditorem intereſſe quoddam prætendere poſſe dixeris, quippe in cujus favorem introductũ, ut ejusdem bonitatis res reſtitui debeat, eademque
3 monetæ forma. † Ex quo ſequitur, quod obligatus ad ſolvendum certum pondus argenti, pecuniam numeratam ſolvendo haud liberetur, ſi credendum Dan. Moll. *lib. 5. ſemeſtr. 81.* † Contra quem 4
multis diſputat Jacob. Thoming. *qu. 19. n. 8. & ſeqq.* † Expeditum namque eſt, quod is, qui certum pon- 5
dus auri vel argenti dare tenetur, opinionem habeat, utrum illud in rudi materia, an verò in æſtimatione, pecuniâve numeratâ ſolvere velit, *per text. in l. i. verſ. cui certum. ff. de aur. & argent. legat. l. cũ certum. 9. l. cum aurum. 19. in pr. §. proinde. 1. ff. eod. tit.* † Quidni ergò obligatus ad auri vel argenti 6
pondus, pecuniam numeratam ſolvendo liberabitur? præſertim † quum pondus non minus con- 7
veniat pecuniæ numeratæ, quàm Marchæ argenti, quia & pecunia numerata juſti ponderis eſſe debet, *l. 1. C. de vet. num. poteſt. lib. 11.* Hartman. Piſtor. *obſervat.*

observat. 1. Thoming. *dict. loc.* ubi ad contraria respondet.

Ita Domini in causa Marci Fribels zu Freystadt / Mens. April. Anno 1628. (Verba sentent: Seyd ihr David Sommern vor zweyen Jahren etliche Marck Silbers schuldig worden/welche ihr biß dato nicht abgestattet. Da ihr nun dieselbe mit Reichsthalern oder anderer guter Müntze / die so viel Marck austräget / bezahlen würdet / so ließe sich bemeldter Sommer damit billich befriedigen / und ihr möchtet eben dergleichen Marck Silber hinwiederumb zu entrichten nicht angehalten werden / V.R.W.)

Definitio II.

Pro aureis vel thaleris mutuò acceptis, alia moneta numerata potest exsolvi.

1 FAlsa itaque est traditio Dd. quod mutui restitutio eandem pecuniæ mutuatæ formam necessa-
2 riò requirat. † Etenim solutionem in aliâ monetâ, quàm quæ mutuò data est, fieri posse, satis evincit Gloss. *in l. 2. §. mutui. 1. vers. sed Hugo ff. si cert.*
3 *pet. ubi &* Bartol. & Bald. † modò ejusdem bonitatis atque valoris sit moneta, ita ut Creditor ex solutione damnum non sit passurus, *l. debitorem. 99. ff. de solut. l. 1. §. 1. l. 35. ff. de aur. & arg. legat. l. 34. §. 5. ff. de legat. 1. l. si quis argentum. 35. sub fin. pr. C. de donat.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 1. n. 160. & seq.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de reb. credit. n. 12.* Do-
4 nell. *ad l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. n. 12.* † Nil ergò prohibet, pro aureis vel thaleris mutuò acceptis aliam monetam numeratam solvere. Nec enim tàm ad ipsam materiæ massam, quàm ad pretium & valorem mutui respectus habetur, *dict. l. 35.*
5 *l. 9. ff. de aur. & arg. legat.* † Nec in mutuo ipsa corpora, sed æstimatio nummorum credita censetur, *l. 49. §. 1. ff. de solut. l. 19. §. 2. l. 45. in fin. ff. de condict. indeb. l. 24. ff. deposit. l. 68. ff. ad SCtum Trebell. l. 65. §. 1. de verb. obligat.* Donell. *dict. loc.* Hottom.
6 *illustr. quæst. 15.* † Ex quo etiam pro argento rectè solvitur aurum, *l. 1. C. de arg. pret. lib. 11.*

Ita Domini in causa Nicolai Persmans zu Grimma/ Mens. Febr. Anno 1612.
Ita in causa Andreæ VVackens zu Magdeburg / Mens. April. Anno 1612.
It. in causa Matthæi Mævii zur Neustadt / Mens. Febr. Anno 1612.
Et in causa Petri Eibends zu Nieburg / Mens. Januar. Anno 1612.

Definit. III.

Creditor in solutionem summæ alicujus notabilis, de minuta pecunia ultra 25. florenos accipere haud cogitur.

1 ANergò *debitor in minutâ etiam monetâ solutione facere poterit, putà in Nummis, Triobolaribus, Trinariis, & aliis hujus generis minutis*
2 *monetis?* ita dicendũ † videtur ex traditis in Defin. *præc.* Attamẽ ex solutione minutæ monetæ multũ
3 incoñodi ad Creditorem resultat. † Quia non tantùm in numerando & iterum expendendo multum consumitur temporis; sed & ponderosior est parva
4 moneta, & plus loci occupat in vasis vel Cistis, † adeoque difficilius, majorique cum periculo transportatur de uno loco in alium, Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 10. n. 9.* † Quin & minuta moneta minoris alibi, vel eũam nullius est valoris, teste Franc. Curt. *in tract. de monet. num. 24.* 5
Mart. Lauden. *de monet. num. 3. 4. & 15.* † taceo, 6
quod nummorum minutorum eò difficilior sit resolutio in primam materiam, quo majore ære reperiuntur contaminati, & plus additamenti de cupro participant; & quæ alia incommoda congessit Coler. *dict. loco.* † Ex quibus concludere licet, Debi- 7
torem hujus generis minutam monetam offerentem audiendum non esse, cum Bartol. *in l. 2. §. mutui datio. 1. n. 4. & 7. & ibi* Jason *n. 9. ac* Salyc. *n. 9. ff. si cert. petat.* † Ne tamen usus minutæ pecuniæ 8
prorsus abrogetur, Imp. Ferdinandus I. *in Ordinat. Monet. Anno 1559. Augustæ promulgatâ*, temperamento quodam adhibito hanc quæstionem decidit; † ut nemo cogatur in solutionem qualemcunque 9
summæ alicujus notabilis, de minutâ pecuniâ ultra 25. florenos accipere, reliqua verò omnia, etiamsi specialiter eâ de re conventum nihil sit, in grossiore & usitata pecunia solvi debeant, Vid. Recess. Imp. *de Anno 1559.*

Ita Domini in causa Oswaldi Ramlers zu Frondorff/ Mens. Nov. Anno 1628. [Verba sent. Ist euch euer Nachbar / von welchem eure Frage meldet / mit 366. fl. verhafftet/welche er anietzo zu bezahlen gemeint/ ꝛc. So ist er die Zahlung an guten gangbaren Müntzsorten zuleisten schuldig / und ihr möget über 25. fl. Dreyer / und Dreyhellerspfennige von ihme anzunehmen nicht gedrungen werden/V.R.W.)

Definit. IV.

Promissâ solutione in certâ specie monetæ, putà thaleris, aureis, debitor eam præcisè solvere tenetur, nec solutione alterius monetæ vel pecuniæ numeratæ liberatur.

QUamvis aliàs solutio pecuniæ mutuatæ in aliâ 1
monetâ, quàm quæ mutuò data fuit, fieri possit, *supra* Defin. 2. Attamen notabiliter hoc limitandum, † si in certâ monetæ specie, putà thaleris, 2
Joachimicis, aureis &c. solutio promissa fuerit. † Præcisè namque tunc standum est conventione 3
partium, nec solutionem in aliâ monetâ aut pecuniâ numeratâ Creditor acceptare tenebitur, Albert. Brun. *in tract. de monet. augm. & demin. part. 3. n. 1. & seq.* Jac. Cujac. *in exposit. Novell. 4. cap. 3.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 36. n. 25.* † Multùm siquidem 4
interest, an Creditor pecuniam mutuando de communibus nummis, an verò de corporibus cogitaverit, *l. si is cui. 94. § sin autem communes 1. ff. de solut. l. sed etsi non. 10. ff. de accept. l. si pœnæ. 19. §. si putem 3. ff. de condict. indeb.* † Neque si de certis corpo- 5
ribus reddendis contrahentes convenerint, Wann sie auff gantze Reichsth. oder Goldgülden *in specie*, oder Stück vor Stück gehandelt / ꝛc. solutio in nummis communibus aut monetâ usuali fieri potest, † ne scilicet aliud pro alio invito Creditori 6
solvatur, *l. mutuum. 2. §. mutui datio. 1. sub fin. ff. de reb. Credit.* † Quò & Illustrissimus Saxoniæ Elector in *hâc* Const. *29.* respexisse videtur, ut si de 7
mente contrahentium appareat pro aureis seu florenis Rhenensibus, moneta seu pecunia numerata solvi nequeat, *vers.* Als/so da stünde/ vollwichtige Rheinische Gülden/ꝛc.

Ita Domini in causa Matthæi Philippi zu Bobissen/Mens. Febr. Anno 1606. (Verba sentent. So ist der von

Köckeritz / ſeiner Verpflichtung nach zu kommen / und die erborgten 1600. fl. mit gantzen unverſchlagenen Reichsthl. jedes zu 24. gr. abzutragen und zu erſtatten ſchuldig / und ihr möget die Bezahlung an anderer Müntze annehmen wider euren Willen nicht gedrungen werden / V. R. W.)

It. in cauſa Gotfrieden von Haugwitzens / Menſ. Nov. Anno 1605.

Et in cauſa Joachimi Gerſtenbergers zu Buttſtatt / Menſ. Febr. Anno 1615.

It. ad requiſitionem David Heſſens zu Beichlingen / Menſ. Mart. Anno 1608.

DEFINIT. V.

Solutio eſt facienda in thaleris in ſpecie vel aureis, licet de horum promiſſione ex verbis ſolummodo contrahentium relativis appareat.

1 SEmper inſpiciendum eſt, quid ſenſerint contrahentes, & ex tenore obligationis decidendum, num in aureis vel thaleris in ſpecie ſolutio fieri de-
2 beat, nec ne, † idque ſi ex verbis inſtrumenti appareat, conjecturis & præſumptionibus locus non datur *l. continuus. 137. §. cum ita 2. ff. de Verb. Obligat. l. ille aut ille 25. §. cum in verbis. 1. ff. de legat. 3. l. ult. C. de indict. viduit. toll.* hâc Conſt. *29. §.* Wann
3 aber beyde Wörter / ꝛc. †. Satis clara autem ſunt verba inſtrumenti ad inferendam promiſſionem
4 certæ alicujus monetæ etiam relativa, † putà: ſi debitor acceptâ pecuniâ mutuatâ in thaleris vel aureis, ſolutionem in eodem monetæ genere ſe facturum promittat, (Er wolle die Zahlung thun an obgedachter Müntze *vel* obgedachter maße / ꝛc.) Hiſce namque verbis ſe obligat ad redditionem monetæ,
5 quam accepit. † Debent enim verba relativa intelligi reſpectu ſubſtantiæ actus, & omnium ejus qualitatum, *l. à filio. 15. §. teſtator. 1. ff. de alim. legat. l. Julianus 15. ubi* Bartol. *ff. de hered. inſt.* † ideoque ut
6 relatio ſit vera, & fiat quoad omnia, verba hæc neceſſariò inferunt reſtitutionem pecuniæ in ſimili moneta, ut eleganter tradit Aym. Cravett. *conſil. 47. num. 4.*

Ita Domini in cauſa Marthæ von Krosigk / Uxoris Georgii Friderici à Trothen, Menſ. Nov. Anno 1620. (Verba ſent. Ob ihr nun wohl angeregte 1500. Reichsthal. Stück vor Stück wieder zu erlegen mit klaren Worten nicht verſprochen. Dieweil aber dennoch aus der Verſchreibung zu befinden / daß ihr ſolche Schuld eben in den Sorten / wie obſtehet / zu bezahlen euch verpflichtet / daraus dann ſo viel erſcheinet / daß ihr euch zu gleicher Zahlung Stück vor Stück verſchrieben / ꝛc. So ſeyd ihr auch geſtalten Sachen nach ſolcher eurer Verpflichtung nachzukommen / und obangedeutete 1500. Reichsth. Krafft mehrberührter Verſchreibung an ſolchen Sorten Stück vor Stück / unangeſehen daß die Reichsth. ſeithero viel höher geſtiegen / wieder zu erlegen ſchuldig / V. R. W.)

Et in cauſa David Günthers zu Netzſhka, Menſ. Febr. Anno 1621.

DEFINIT. VI.

Aureis vel thaleris ſub tertiâ æſtimatione mutuò datis ſolutio currente moneta fieri poteſt, niſi uſuræ per tempus longiſſimum fuerint ſolutæ in integris thaleris.

1 QUando aurei vel thaleri ſub certâ æſtimatione vel taxatione mutuò dati fuerint, ut quondam communiter fieri conſueverit, non multum certè dubitandum eſt, quin ſolutio in moneta currente ſecundum æſtimationem contractui adjectam fieri queat, Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 73. numer. 9.*
2 † Non ſolùm, quia regulariter in monetis curſus eſt attendendus *l. 1. ff. de contr. emt. l. planè. 34. §. 2. ff. de legat. 1. l. 95. ff. de legat. 3.* Fichard. *vol. 2. conſ. 47. n. 3. & 10.* Hottom. *qu. ill. 15. col. 3.* †Sed & propter æſti-
3 mationem conventam quæ rem ipſam qualificat, *l. ult. C. de dot. promiſſ.* & ſemper emtionem venditionem facit, donec contrarium probetur, *l. cum dotem. 71. ff. de jur. dot.* Accurſ. *in l. ſi inter 21. verb. æſtimatæ, ubi &* Bartol. *C. de jur. dot.* † Attamen
4 hoc verum eſt in dubio, ſi de aliâ mente contrahentium non appareat. Quid enim, ſi uſuræ annuæ in thaleris integris & uncialibus an halben Reichsthalern ſolutæ fuerint? †Sanè tùm contrahentes à con-
5 ventâ æſtimatione diſcesſiſſe videntur, ita ut & ſortis ſolutio in thaleris integris fieri debeat, quia præſumitur talis moneta mutuò data, qualem ſubſecutæ ſolutiones demonſtrant, Erneſt. Cothm. *vol. 1. reſp. 34. numer. 318. & 321.* Berlich. *part. 2. concl. 36.*
6 *n. 42.* † Quod tamen non aliter quàm de longiſſimo tempore ad præſcriptionem ſufficiente intelligendum, ſi nempe triginta annis, anno & die adverſus Laicum, quadraginta verò annis adverſus Clericum, ſolutio uſurarum in thaleris integris facta fuerit, Dd. *in l. ſi certis annis 28. C. de pact.* Cothm. *dict. loc. n. 319.* Jac. Menoch. *lib. 2. conſ. 138. n. 21.*

Ita Domini in cauſa Senatus zu Creußburg / Menſe Jan. Anno 1621. (Verba ſent. Ob nun wol die Entrichtung der 50. Reichsthaler in ſpecie von Anno 1597. hero geſchehen / dannenhero es das Anſehen gewinnen will / als müſte ins künfftige die gäntzliche Zahlung an Reichsthalern in ſpecie geſchehen. Dieweil aber dennoch in der Verſchreibung ein gewiſſer Valor der Thaler benennt / und jeder zu 24. gr. angeſetzt / ihr auch die Zinſen noch nicht über 30. Jahr und Tag an 50. gantzen Reichsthalern in ſpecie erlegt / welches gleichwol nach gemeinem Wahn der Rechtsgelahrten in dieſem Fall erfodert wird / ꝛc. So mögt ihr auch künfftiger Zeit die Zahlung an gantzen Reichsthalern in ſpecie zu thun wider euren Willen nicht gedrungen werden / V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Æſtimatio demonſtrationis causâ adjecta, non facit, ut ſolutio in aureis vel thaleris promiſſa fieri queat in moneta currente.

1 QUamvis in obligatione alternativâ, ſi nempe convenerit, ut aurei vel thaleri reſtituantur, aut eorum æſtimatio conventa ſolvatur, in poteſtate debitoris ſit, vel thaleros ſive aureos reſtituere, vel conventam æſtimationem præſtare, Fichard. *vol. 1. conſil. 30.* Erneſt. Cothm. *vol. 1. Reſpons. 34. num. 329.*
2 † Attamen hoc extendendum non eſt extra obligationem alternativâ, ad eum nempe caſum, quando æſtimatio non taxationis, ſed demonſtrationis cauſâ adjecta fuit, Nicol. Boër. *deciſ. 32. n. 3.* Ren. Budel. *in tr. de monet. lib. 2. c. 4. n. 13. & ſeqq.* Joh. Cephal. *lib. 1. conſil. 31. n. 5. & ſeqq.* †Ideoque, ſi in inſtrumen-
3 to ſcriptum ſit, ſolvi debere aureos vel thaleros mutuò datos facientes & valentes tot vel tot florenos;
4 † Solutio non niſi in aureis vel thaleris integris eſt facienda. Et florenorum expreſſio pro non adjecta habetur, Cothm. *d. reſp. 34. num. 330.* Andr. Alciat.

Alciat. *resp. 155. n. 1. & seqq.* Budel. *de monet. lib. 2. c. 4. num. 13. & seq.*

Ita Domini in causâ Senatus Halensis & Ambrosii VVagenitzens, ad requisitionem Christophori Beckers zu Döllitzsch/Mens. Mart. Anno 1621. (Verba sent. So seyn Rathmanne/Meistere der Innunge und Gemeinheit der Stadt Halla die Wiederablösung angeregter wiederkäufflichen Zinsen mit 3000. Reichsthr. in specie, ohne Abziehung des augmenti, gestalten Sachen nach/weil aus der so viel Jahr lang erfolgeten Entrichtung der Jährlichen Zinsen an gantzen Reichsthalern so viel abzunehmen/daß der Valor der 24. gr. nicht taxationis sondern demonstrationis causâ hinzugesetzt/zu thun schuldig/V. R. W.)

Definit. IIX.

Æstimatio demonstrationis causâ videtur adjecta, si promissa fuerit solutio in thaleris, sive creverint, sive decreverint.

1 ATunde dignoscipoterit, *an æstimatio taxationis vel demonstrationis causâ adjecta fuerit?* Multum existimo hîc tribuendum esse conjecturis & præsumtionibus ex tenore obligationis seu instrumenti desumtis, † unde de contrahentium
2 mente & voluntate omninò licet judicare *arg. hâc* Const. *29. vers.* Es gäben dañ die Umbstände/oder
3 etliche zugesetzte Wörter ein anders/ꝛc. † Veluti, si in civitate aut regione duæ vel plures sint monetæ ejusdem nominis, at diversi valoris, quarum una
4 plus alterâ valet; † Nam tum æstimatio, appositamonetæ mutuò datæ, non taxationis sed demonstrationis causâ censetur adjecta, in eum nempe finem, ut una moneta ab aliâ secerni queat, ac ne tempore solutionis inter contrahentes disceptetur, de quonam monetæ genere mutuum contractum
5 sit, Ernest. Cothman. *vol. 1. consil. 34. numer. 333.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 1. numer. 185. & seq.* Nicol. Boër. *decis. 327. num. 3.* † Idemque dicendum, si promissa fuerit solutio in thaleris, sub certâ quidem æstimatione, appositâ tamen hâc
6 clausulâ (*sive creverint, sive decreverint.*) † Quæ certè nihil operaretur, si taxationis causâ æstimatio fuisset adjecta, ac solutio in monetâ currente fieri
7 posset, † At semper verba intelligi debent, ut aliquid operentur, *l. si quando, 109. ff. de legat. 1. c. si papa 10, de privileg. in sexto.*

Ita Domini in causâ Georgii Friderici à Witzleben & Henrici à Germans, Mens. April. Anno 1619. (Verba sent. Dieweil aber seine Verpflichtung ausdrücklich dahin gehet/daß er euch angeregte 1000. fl. wiederum mit eitel guten Reichsthalern/ieden zu anderthalben Gülden gerechnet/bezahlen wolle/die möchten gleich steigen oder fallen/ꝛc. So ist auch der Debitor mehr berührte 1000. fl. an eitel guten Reichsth. ieden Rth. zu anderthalben Gülden gerechnet/gestalten Sachen nach/weil gleichwol die Wörter (die mögen steigen oder fallen) nicht verächtlich gesetzet seyn/sondern eine Wirckung haben müssen/euch hinwiederumb auszuzahlen schuldig/V. R. W.)

Ita in causâ Johan Ernestens zu Naumburg/Mens. Mart. Anno 1621.

Et in causâ Johannis Henrici ab Heselers, Mens. Sept. Anno 1621.

Definit. IX.

Solutione in thaleris promissâ, thaleri integri solvi debent, etiamsi sub æstimatione mutuò fuerint dati.

SÆpè accidit, ut debitor acceptis mutuò thaleris 1
sub certâ æstimatione, solutionem in thaleris uncialibus seu integris se facturum promittat, ubi
solet dubitari, † annon debitor solvendo mone- 2
tam currentem liberetur propter conventam æstimationem, quæ debitorem non nisi ad redditionem valoris obstringit, secundum tradita *supra* Defin. 6.
† Veluti docent Ernest. Cothm. *vol. 1. respons. 34.* 3
num. 326. Albert. Brun. *de monet. lim. 8. num. 4.*
At quò minus hisce assentiar, † movet me rescri- 4
ptum Impp. Dioclet. & Maxim. *in l. si inter virum & uxorem, 21. C. de jur. dot.* ubi æstimatione, cujus mentio ab initio facta fuerat, non attentâ, corpora ipsa reddi jubentur, † scilicet quia inter Credito- 5
rem & debitorem convenerat, ut res ipsæ restituerentur, Accurs. *ibid. in verb. æstimatæ.* Ren. Budel. *de monet. lib. 2. c. 4. n. 15.* † Quæ certè ratio in casu quo- 6
que præsenti locum habet propter verba manifesta, quibus debitor solutionem in thaleris integris seu uncialibus promisit; † Totius namque obligationis 7
vis & efficacia consistit in eo, ad quod se debitor obligavit, Alb. Brun. *de monet. augm. & demin p. 5. n. 4.* † Ac licet prius circa acceptionem mutui, 8
mentio fuerit facta æstimationis, attamen quia in clausulâ posteriori thaleri integri seu unciales promittuntur, præcisè thaleri in specie solvendi sunt,
† quia clausula posterior semper prævalet, tribuit- 9
que formam & modum solutionis *l. si servus plurium. 50. ff. de legat. 1.* Frider. Pruckm. *vol. 1. cons. 8. num. 167.* Ern. Cothm. *vol. 1. resp. 34. n. 327.*

Ita Domini in causâ Domini Friderici Metzschens zu Reichenbach/Mens. Jul. Anno 1621. (Verba sent. So ist ietzgedachter von Köckeritz mehrberührte 1200. fl. so ihme an Reichsth. als 4. Reichsth. zu 5. gute fl. gerechnet/geliehen worden/seiner Verschreibung nach/darinnen er sich zu gantzen Reichsth. verpflichtet/mit dergleichen gantzen Reichsthalern zu bezahlen schuldig/V. R. W.)

Definit. X.

Sub appellatione Sexagenæ in dubio intelligitur Sexagena antiqua, nisi aliud circumstantiæ suadeant.

DUbium non est, quin sub appellatione monetæ iis in locis, ubi plures monetæ uno nomine 1
continentur, veluti sunt aurei Ungarici & Rhenani, Sexagenæ novæ 60. grossorum & antiquæ 20. gros-
sorum, &c. intelligatur moneta ea, † quæ ex con- 2
suetudine loci communiter frequentatur, quæque alterâ est usitatior, *l. licet Imperator. 74. in fin. l. si servus plurium. 50. ff. de legat. 1.* † Nisi forsan aliud 3
inter contrahentes actum appareat; Id quod ex natura rei subjectæ, vel ex quantitate vel aliis conjecturis colligi potest, *l. cum quid. 3 ubi* Bartol. *n. 8. si cert. pet.* † Nam venditâ re magni precii pro sex- 4
agenis, in dubio res ipsa suadet, partes non de sexagenis antiquis sed novis egisse, *Bartol. in dict. l. cum quid. 3. ff. d. t. num. 2.* † Aut, si moneta aliqua 5
certa præcessit, palam inde fit, monetam eandem

resti-

restituendam esse, Bald. *in l. multum interest. 6. n. 2. C. si quis alteri vel sibi &c.* Joh. Köpp. *quæst. 26. n. 5.*

6 †Quod si verò in loco contractus, vel ubi res sita est, & in loco ubi solutio facienda, diversæ sint monetæ, hoc casu moneta in loco contractus usitata attenditur, Bartol. *in l. semper in stipulationibus. num.*

7 *5. ubi &* Cagnol. *num. 5. ff. de Reg. Jur.* † At *quid si ex subjectâ materiâ ejusq; qualitate, vel ex naturâ contractus, aut alias circumstantiis de mente contrahentium non appareat, nec loci consuetudo*

8 *rationem decisionis præbeat?* † Tùm certè in dubio pro moneta minori concludendum, ideoque partes de aureis Rhenanis, non Ungaricis, vel de sexagenis antiquis, non novis sensisse intelligitur *dict. l. semper in stipulationibus. ff. de Reg. Jur.* Joh. Köpp. *dict. quæst. 26. n. 9.*

Ita Domini in causa Sempronii Hafers zu Deuckleben/ Mens. Octobr. An. 1627. (Verba sent. Hat Simon Warnigk auff eine Obligation wider euch geklaget / darinnen ihr ihme 20. Schock schuldig worden/ꝛc. Da nun aus andern Umbständen und Vermuthungen nicht zu vernehmen/ auff was für Schock ihr miteinander gehandelt hättet / so würden im Zweiffel 20. alte Schock verstanden/und ihr möchtet ihme so viel neue Schock zu zahlen nicht angehalten werden, V.R.W.)

Definit. XI.

Solutio quandoq; probatur præsumtionibus & conjecturis.

1 SOlutio quia facti est, non præsumitur sed probari debet, *l. in bello. 12. §. facti. 2. ff. de capt. & postl. reversf. l. 5. ff. de probat.* Jacob. Menoch. *lib. 6.*

2 *præsumpt. 18.* † Sufficit tamen ad solutionem demonstrandam probatio conjecturata seu præsumtiva, Joseph. Mascard. *vol. 3. de probat. concl. 1318.*

3 *num. 26.* Menoch. *lib. 3. præs. 35. num. 2.* † Veluti, ex diuturnitate atque silentio desumta, quando scilicet Creditor distulit multos annos petere creditum; Nam tùm temporis cursu & præscriptione

4 præsumitur debitor solvisse; † Qui enim tempore liberatur, similis est ei, qui satisfacit, *l. si pupil-*

5 *lus. 45. §. ult. ff. de admin. tutor.* † cum temporis cursus tollat actionem personalem & realem *l. sicut 3. l. omnes. 4. C. de præsc. 30. vel 40. annor.* Et qui

6 tamdiu tacet, † censetur juri suo renunciare *l. si eo tempore. 6. C. de remiss. pign. junct. l. cum in plures 60. §. locator horrei 6. ff. locat.* Menoch. *dict. præs. 135. num. 3.* Mascard. *dict. concl. 1318. num. 27.*

7 † Eò quoque pertinet conjectura desumta ex qualitate Creditoris & debitoris, putà, si Creditor est persona cauta & administrator bonorum debitoris, unde sibi facilè solvere potuisset, *l. cum de indebito 25. ff. de probat. l. eleganter. 24. §. qui reprobos. 1. ff. de pign. act.* Bartol. *in l. si cum venderet. 13. §. ult. ff.*

8 *de pignor. action.* item: † Quando Creditor diu distulit petere extra judicium, vel in jus vocare ipsum debitorem, cum facilè ei fuerit petere & experiri contra eum, vel ejus filios & heredes; Afflict.

9 *decis. 13. num. 21.* † Aut, si Creditor diversæ summæ & quantitatis noluerit pro tenui summâ credere & fidem sequi ipsius debitoris, sed eam exigit.

10 † Quo certè casu præsumitur etiam satisfactum pro summâ majore Afflict. *dict. decis. 13. numer. 22.* vel si Creditor mutuum sumserit à debitore. † Et quæ 11 sunt aliæ præsumtiones relatæ à Menoch. & Mascard. *d. loc.* Ubi tamen notandum, quòd præsumptionibus istis locus sit, quando agitur non de Credito recenti & novo; † Sed de antiquo, cujus pro- 12 batio difficilis est, Afflict. *dict. decis. 13. n. 23.* Menoch. *dict. præsumpt. 135. n. 22.*

Ita Domini in causa Georgii & Martini der Brenningen zu Budissen / Mens. Febr. Anno 1625. (Verba sent. Dieweil aber dennoch Barthol Roland nunmehr 12. Jahr nacheinander still geschwiegen / und unangesehen er ein dürfftiger Mann / und des Geldes benöthiget gewesen / doch nichts weiters gefodert / sondern euch umb ein Anlehen ersuchet / welches von ihme außer Zweiffel nicht geschehen / da er nit Recht etwas zu fodern gehabt hätte/ꝛc. So ist aus diesen und andern starcken Vermuthungen præsumtivè dafür zu halten/ daß die Auszahlung vorgedachter Schuld von euch geschehen / derowegen ihr ihme/ehe und zuvor solche Vermuthungen beständiger Weise von ihm umbgestossen / etwas ferners abzustatten nicht verpflichtet seyd/V.R.W.)

In causa Nicolai Voigtens & Martini Reinhards ad requisitionem Quæstoris zu Liebenwerda / Mens. August. Anno 1629.

Et in causa Johannis Georgii à Schönbergs / Mens. Majo, Anno 1633.

Definit. XII.

Solutio debiti per instrumentum penes debitorem repertum non probatur, licet fuerit cancellatum.

DEbitor exhibens chirographum pro liberato 1 non habetur, nisi à Creditore sibi redditum probet, factamve à se solutionem, *l. 2. ubi* Accurs. *ff. de pact. l. si chirographum. 24. ff. de probat. l. pecuniæ. 14. & seq. C. de solut.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 1. numer. 1.* † Non enim ex solâ 2 Chirographi possessione induci potest tacitum pactum de non petendo, sed ex eâ demum restitutione, quæ per ipsum Creditorem, aliumve mandantis Creditoris nomine facta probatur, Fab. *dict. loc.* † Nihilominus pro debitore haud levis inde oritur 3 præsumtio, si integræ sit existimationis, quæ ipsi prodesse potest hactenus, † ut vel in Creditorem 4 onus probandi transferatur, *dict. l. si chirographum 24. & l. seq ff. de probat.* † vel petenti debitori de so- 5 lutionis veritate, aut Chirographi redditione juramentum in supplementum deferatur, *arg. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. l. in bonæ fidei. 3. C. de reb. cred. & jurejur.* † Quod ipsum tamen non sem- 6 per verum est, sed in causæ cognitione totum versatur, & pro personarum, causarumque varietate judicantis arbitrio relinquendum. Vid. omninò Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 476.* † 7 Flanè non majorem facit probationem solutionis instrumentum penes debitorem cancellatum repertum: Chirographo namque existente penes debitorem, quid interest, an sit cancellatum nec ne, quum sit in potestate debitoris, ut cancellet aut non? † ideoque quod dicitur, ex Chiro- 8 graphi cancellatione præsumi solutionem *dict. l. si chirographum. 24. ff. de probat.* sic accipiendũ videtur, si penes Creditorem cancellatum reperiatur, Ant. Fab. *in Codic. dict. tit. 29. defin. 28. n. 12.* † At si 9 penes debitorem reperietur Chirographum, sive sit cancel-

cancellatum, sive non, nunquam inducenda ex eo est præsumtio solutionis aut liberationis, sed tan-
10 tùm conventio taciti pacti de non petendo, † eo demùm casu, quo probatur redditum à Creditore, *ut in l. 2. ff. de pact.* aut ab alio ex voluntate & mandato Creditoris, ut *in l. Creditorem. 7. C. de remiss. pign.*

Ita Domini in causa Rudolphi à Ponickavv in Hojersvverda, Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sentent. Ob nun wol eines Gläubigers Schuldverschreibung bey euch vorhanden/dieweil ihr aber dennoch von ihme nicht quittiret worden / und/wie ihr solche Schuldverschreibung an euch gebracht / nicht erweisen können / So seyd ihr auch der geschehenen Zahlung wegen hierdurch gnugsam nicht versichert/ sondern ihr könnet berührte Schuld noch einsten zu bezahlen wohl besprochen werden/V.R.W.)

Et in causa Valentini Ulrichs zu Döbeln/ Mens. Oct. Ann. 1636. (Verba sent. Wenn ihr nun gleich eure obligation, so zerrissen ist/in Händen hättet / &c. So ist doch dadurch die Zahlung nicht erwiesen/&c.)

Definit. XIII.

Totius debiti solutio non probatur quittatione Creditoris, si ad certam summam hæc præsumtivè restringi queat.

1 INter modos probandi solutionem, optimus ille videtur, qui fit per confessionem ipsius Credito-
2 ris, ejusve scripturam. † Etsi enim solutio per testes quoque probetur, Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1318. n. 16.* Attamen tutius agit Debi-
3 tor probando solutionem, † per scripturam & quittationem Creditoris super solutione confectam, siquidem testibus non creditur, nisi etiam deponant & dicant, ex quâ causâ fuerit solutum,
4 Mascard. *dict. loc.* † Quin & si conventum inter partes, ut actus in scriptis celebretur, adeò quod sine scriptura partes non contraxissent, necessariò requiritur tùm scriptura ad probandam solutio-
5 nem, † cùm eo vinculo, quo quid introductum est, illud etiam dissolvi debeat, *l. nihil tàm naturale 35. ff. de Reg. jur. l. testium. 28. ubi* Dd. *C. de testib.*
6 † Planè in quittatione Creditoris non tàm verbis quàm menti ejus est inhærendum: Quid enim si Creditor fassus fuerit, debitum sibi totaliter esse solutum, (Er sey gar bezahlet) Ex tenore autem instrumenti appareat, debitum fuisse divisum in certas summas ac portiones, ac super harum unâ vel alterâ solummodò scripturam quittationis fuisse
7 confectam? † Utique tùm confessio Creditoris ad illam tantummodò summam erit restringenda.
8 † Faciens namque actum præsumitur facere eo modo, quo sibi utilior esse potest, ut scribit Bart. *in l. gerit. 88. num. 21. ff. de acq. heredit.* Jac. Menoch.
9 *lib. 3. præs. 136. num. 16* † Et verba generalia semper ex eo, quod verisimile est, recipiunt interpretationem, *l. 1. ubi* Bald. *ff. test. quemad. aper.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 16. defin. 21. n. 9.*

Ita Domini in causa Margarethen Ellenbachin zu Meissen/Mens. Sept. Anno 1600. (Verba sent. Ob ihr nun wohl in solcher Quittung bekennet / daß euch der Schencke gar bezahlet habe / dieweil aber dennoch darinnen ferner zu befinden / daß ihr unterschiedene Posten von ihme zu fodern gehabt / von welcher Posten einer allein damahls gehandelt worden/&c. So seynd auch vorerwehnte Wort darauff allein zu verstehen / und ist demnach der Schuldener die angezogene exceptionem solutionis anderer Gestalt / dann geschehen / und wie Recht zu beweisen schuldig, V.R.W.)

Definit. XIV.

Debito incertæ summæ probato, super quantitate debiti statur juramento Creditoris.

1 NIl juvat Creditorem, probari debitum vel per confessionem ipsius debitoris, vel per testes, si non etiam quantitas debiti simul probetur, sine
2 quo certè debitor condemnari nequit: † Nisi dixeris judicis officio incumbere, debitorem hoc casu in minimo denario condemnare, argumento ejus, quod dicitur: Obligatum ad genus liberari tradendo muscam, *l. legato generaliter 37. ubi Gloss. ff. de legat. 1.* † Sed parum inde emolumenti Cre-
3 ditor habebit. *Annon ergò super quantitate debiti, Creditori juramentum suppletivum deferre liceat?*
4 † Equidem non placet hoc Bartol. *in l. admonendi. 31. num. 10. v. quæro, quid si testis deficiat. ff. de jurejur.* ubi docet, † quod si duo testes deponant, se
5 vidisse mutuare, sed non recordantur de quantitate, judex non poterit juramentum suppletivum defere, nisi concurrentibus aliis conjecturis. † Nec, ut
6 videtur, sine ratione. Daretur siquidem per id occasio jurandi in immensum, quod esset absurdum, à quo evitando argumentari licet, *l. nam & absurdum. 7. junct. l. præcedenti. ff. de bon. libert.* Nic. Everhard. *in loc. legal. c. 8.* † At hac ratione proba-
7 tio debiti in genere, effectu prorsus destituetur: Hoc ne dicamus, relictâ Bartoli opinione, sequamur potiùs communem Dd. sententiam: † Debi-
8 to scilicet in genere probato, super quantitate debiti standum esse juramento Creditoris, ut tradit post Alex. Jason. Dec. & Purpura Cravett. *cons. 198. n. 9.* Octav. Cacher. *decis. 96.* Hippol. *singul. 322.* † Quò
9 & facit doctrina Caccialupi, quod confessio extrajudicialis sola sine causa sufficiat ad delationem juramenti suppletivi, *in repet. l. admonendi. 31. num. 181. ff. de jurejur.* † Nec movet quicquam, quod di-
10 citur, dari occasionem jurandi in immensum; Quia judex haud prohibetur tùm refrenare talem summam habitâ ratione personarum & subjectæ materiæ, secundum tradita Octav. Cacher. *dict. decis. 96. num. 5.*

Ita Domini in causa Johannis Zehners & heredum Johannis Oelsners zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent. Daß Kläger die Schuld/damit ihme Beklagter vor erkaufftes Leder iedes zu drey-Viertheil Reichsthaler verhafftet / durch die vermittelst Eydes abgehörte Zeugen zur Nothdurfft erwiesen und beybracht. Würde nun Kläger auch die Anzahl berührter Leder eydlichen erhalten / inmassen er zu thun schuldig/ so wären Beklagte ihme dieselbe obgedachtem Werth nach zu bezahlen pflichtig/ V.R.W.)

In causa heredum David Lauers contra Abrahamum Passavi Judæum Pragensem, Mens. Febr. Anno 1633.

It. in causa Creditorum Johannis Georgii à Krosigk an die Fürstliche Anhaltische Regierung zu Zerbst / Mens. Jun. Anno 1634.

Et

Et in causa Zachariæ Pietzschens Gläubiger zu Dreßden/ Mens. Dec. Anno 1635.

Definit. XV.

Creditor amisso chirographo debiti persecutionem & jus hypothecæ non amittit, si aliunde constet, adhuc deberi.

1 QUamvis Creditor confiteatur, instrumentum obligationis authenticum & publicâ fide firmatum, se incendio aliove casu amisisse, haud tamen propterea debito carebit; † Sed id nihilominus pristinâ actione persequi potest, si probet adhuc 2 sibi deberi, secundum tradita Anton. Fab. 1. *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 23. in pr.* † Non enim tabulæ 3 debitum faciunt. Alioquin dicendum esset, intercidisse actionem, si debitor instrumentum penes se habeat, illudque proferat cancellatum: † Quod 4 quàm falsum sit, apparet ex traditis Dd. *ad l. 2. ff. de pact. & ad l. si chirographum, 24. ff. de probat. Vid. sup.* Defin. *12.* † idemque asserendum puto de jure 5 & actione hypothecæ, quæ amisso chirographo haudquaquam intercidit. † Actiones enim non 6 nisi certis modis tolluntur, *l. obligationum fere. 44. §. 1. vers. placet. ff. de O. & A. l. pen. ff. de solut.* inter quos non est instrumenti amissio. † Quin po- 7 tius, qui semel debuit sub jure constitutæ hypothecæ, adhuc debere censetur, nisi probet se liberatum, *l. qui debitori, 15. C. de solution.*

Ita Domini in causa Johannis Görsdorffs zu Magdeburg/ Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wohl Anno 1631. bey dem erbärmlichen Untergang und Verheerung der Stadt Magdeburg/ die Obligation und Schuldverschreibung mit verdorben / da aber dennoch solche Schuldforderung / benebenst der erlangten hypothec, anderer Gestalt beyzubringen und zu erweisen wäre/ꝛc. So hättet ihr euch derselben vor allen andern Creditorn, so kein älter und besser Recht erlanget / billich zu erfreuen/V.R.W.)

Definit. XVI.

Simpliciter facta solutione, in quam causam videatur solutum.

1 CErti juris est, debitorem, in quam causam velit solvere posse, ita ut ejus priores hâc in re sint 2 partes *l. 1. in pr. ff. de solut. l. 1. C. eod. tit.* † Sin verò nil dicat, electio ad Creditorem convertitur, ejusdemque arbitrio relinquitur, cui potius debito id, quod solutum est, acceptum ferat, dict. *l. 1. ff. eod.* 3 † modo viri boni officium agat, inque id debitum imputet, id quod ipse, si deberet, esset soluturus, nimirum in causam duriorem *l. 1. l. 3. ff. eod. tit.* ut pluribus explicant Hartm. Pist. *part. 3. q. 21. num. 7. & seqq.* Jacob. Cujac. *lib. 5. observ. 34.* Donell. *16. comm. 12.* † Quod si neuter aliquid dixerit, plura- 4 que sint nomina, ex horum qualitate dijudicandum 5 est, quodnam debitum solutum censeatur. † Cujus rei instructionem dat sufficientem JCtus Papinianus *in l. cum ex pluribus. 97. ff. de solut.* Ut nempè probè attendatur, quo nomine fuerit solutum, quodnam debitum liquidum sit, vel purum, aut sub conditione debeatur; Quodnam antiquius; Ex quâ causâ debeatur; Cui debito solutum magis conveniat, cujusq; quantitati propiùs accedat, &c. † quæ omnia latius persequitur Jacob. Menoch. 6 *l. 3. præsumpt. 136. &* Hartm. Pistor. *dict. q. 25. num. 15. & seqq.* † Inprimis verò in dubio semper id 7 quod solvitur, in graviorem seu duriorem causam solutum videtur *l. 5. ff. de solut.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 31. numer. 6.* Dicitur autem gravior causa ratione famæ; † Unde potius in id, 8 quod ex famosâ causâ, quàm ex non famosâ debetur, solutum censebitur *l. si quid ex famosâ. 7. l. cum ex pluribus 97. ff. de solut.* Menoch. *dict. loc. num. 1.* Surdus *decis. 186. num. 4.* † Vel ratione pœnæ; Unde in eam potiùs causam, quæ pœnam continet, 9 solutio facta videtur, *dict. l. si quid ex famosâ, & dict. l. cum ex pluribus. 97. ff. de solut.* Hartm. Pist. *dict. quæst. 21. numer. 17.* † Quò & refero causam 10 usurariam, ut in illam prius, quàm in debitum sine usuris contractum intelligatur quis solvere, ut sentit Bartol. *in dict. l. cum ex pluribus. 97. ff. d. t. Menoch. dict. loc. n. 4.* † Quandoque etiam gravior dicitur cau- 11 sa respectu satisdationis, ideoq; id, quod sub hypothecâ, vel pignore, sive datis fidejussoribus debetur, potiùs intelligitur solutum, eò quod sine satisdatione debetur, *l. & magis 4. & d. l. cum ex pluribus. ff. de solut.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 21. num. 19.* Menoch. *dict. præs. 136. num. 6. & 7.* Surd. *cons. 290. n. 15.* Hieron. Gabriel. *vol. 2. consil. 48. in pr.* † Ex qui- 12 bus patet, multum hâc in re tribuendum esse arbitrio discreti judicis, quem tamen insistere oportet vestigiis Papiniani *in dict. l. cum ex pluribus. 97. ff. de solut.*

Ita Domini in causa Johannis Gablers und der Philippischen Erben ad requisitionem Laurentii Krebsens zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1613. (Verba sentent. Und es hat bemeldter Gabler zu unterschiedenen mahlen in die 13000. fl. bezahlet und erleget/ꝛc. So wird solche Bezahlung auff die in der obligation benemte 20038. fl. gestalten Sachen nach/ weil dieselbe Summa gröser und eine ver-hypothecirte Schuld ist / auch weder der Debitor noch die Philippischen bey der Zahlung ein anders bedinget/ billich gerechnet / und davon zu erst abgekürtzet/ V.R.W.)

Et in causa Heredum Michael Schwebens zu Leipzig / M. Jan. Anno 1634.

Definit. XVII.

Solutum prius in usuras, quàm in sortem imputari debet, modò usuræ exigi potuerint.

SEd obtinent prædicta Definit. *præced.* in debitis 1 pluribus atque diversis. Quando verò de uno & eodem debito, quod partim sortem principalem, partim verò Usuras continet, quæritur *in quam causam facta solutio referenda sit?* † Gene- 2 raliter constitutum est, ut simpliciter soluta pecunia in Usuram potius, quàm in sortis causam imputetur, *l. 5. §. Imperator. 2. vers. quod generaliter constitutum. l. Titia. 48. ff. de solut. l. 1. in fin. C. eod tit.* † Nimirum, quia Creditor particula- 3 rem solutionem non recipere, neque adeò sortem absque usuris acceptare tenetur; *l. tutor. 41. §. Lucius 1. ff. de usur. ut vult.* Salycet. *in dict. l. 1. C. de sol.*

† Aut

4 †Aut quia uſuræ, ſolutâ ſorte, amplius peti neque-
5 unt *l. 4. C. depoſ.* † Quamvis neutra ratio placeat Hart. Piſt. *lib. 3. q. 21. n. 25.* ubi dicit hujus rei rationem manifeſtam dari non poſſe, ideoq; in juribus manifeſtis hîc omninò acquieſcendum eſſe.
6 †At hoc certum eſt jura prædicta non niſi ad eas uſuras pertinere, quæ & debentur & exigi poſſunt, ſcilicet, ſi dies venerit, eæq; certæ & taxatæ fuerint, Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 29. defin. 31. num. 2.* Hinc
7 ſit, † ut in uſuras non cedat ſolutio, ſi hæ ex judicato debeantur, quarum tamen taxatio in judicati executionem dilata eſt, quia uſuræ ante taxationem
8 exigi non poſſunt, Fab. *dict. loc.* † idem erit, ſi Creditor ſortis ſolutionem perſecutus ſit; Factâ namque tùm ſolutione, credendus eſt debitor in eam cauſam ſolviſſe, ex qua magis urgebatur, *arg. l. 5. l. 3.*
9 *ff. de ſolut.* † Pariter nec in concurſu Creditorum ſolutio à debitore facta in uſuras referenda eſt, quia ex Conſtit. provinciali Torgenſ. *de An. 1583.* haud exigi poſſunt uſuræ, priusquam omnium Cre-
10 ditorum ſors fuerit ſoluta; † Niſi fortè ſolutio eo tempore facta eſſet, quo aliis Creditoribus nullum adhuc eſſet jus quæſitum, quod probè obſervandum, Hart. Piſt. *dict. q. 21. n. 28.*

Ita Domini in cauſa Johannis Friderici à Glich, M. April. Anno 1632. [Verba ſentent. So verbleibet es bey ſolcher Vergleichung billich / und was in Kraft derſelben ausgezahlet bekommen / wird erſtlich auff die von der abgehandelten Summen betagte und fällige Zinſen / und nachmals die Ubermaſſe auff das Capital gerechnet/ꝛc.]

Et in cauſa Georgii Löbens zu Marienburg/ M. Jun. Anno 1636.

Definit. XVIII.

Qui promiſit ſolvere intra præfinitum tempus, vel dare fidejuſſores, elapſo termino, præcisè cogi poteſt, ut ſolvat; Et quando in alternativis electio ſit Creditoris?

1 VUlgata juris regula eſt; Quod in alternativis electio ſit debitoris, *l. plerumque. 10. §. fin. ff. de jur. dot. l. ſi heredi plures. 5. ff. de condit. Inſt. l. ſi ita diſtrahatur. 25. l. ſi in emptione. 34. §. ult. ff. de contr. empt. l. 2. §. non utique 3. verſ. & ideo cum qui Stichum. ff. de eo quod cert. loc. l. 6. §. 1. ff. de jur. patron. l. 6. §. 1. ff. de re judic. l. 7. §. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4.*
2 *tit. 24. def. 13. n. 1.* † Quæ tamen regula officium ſuum perdit, quando alternativa ponitur inter duo, quorum unum tantùm eſt in obligatione, alterum verò adjicitur ad cautelam vel in favorem Creditoris, ut docent Bart. *in l. quamvis. 6. in pr. ff. de pign. act.* Salyc. *in l. quod favore 6. C. de lb.* Nic. Everh. *in loc. à natur. alternativorum. num. 7.* Dan. Moll. *lib. 1. ſemeſtr. 27. n. 1.* Hart. Piſt. *p. 3. q.*
3 *4. num. 12.* † Ex quo fit, ut is, qui ſolvere promiſit intra præfinitum tempus, vel dare fidejuſſores, elapſo termino, præcisè cogi queat, ut ſolvat, ſi id velit Creditor, nec audiri debeat, ſi offerat fidejuſſores, † quia unicum tantum hîc eſt
4 in obligatione, ſolutio nimirum pecuniæ creditæ; alterum verò de dandis fidejuſſoribus adjectum eſt in favorem Creditoris, † ut proindè ipſi hoc ca- 5
ſu danda ſit electio juxta prædicta Moller. *dict. c. 27.* idem judicium eſt de aliis contractibus, † ut du- 6
obus exemplis, putà conductæ domus & oppignorati molendini, demonſtrat eleganter Moller. *loc. alleg. quem vid.*

Ita Domini in cauſa Franciſci Marrachs zu Döbeln/ M. Mart. Anno 1628. [Verba ſentent. Hat euer Schuldener/ſo euch mit 500. Reichsthlr. verhaftet / auff einen gewiſſen Termin die Zahlung zu thun / oder auch gnugſame Bürgſchaft deswegen zu beſtellen verſprochen/ den geſatzten Termin aber vorüber flieſſen laſſen / und die Zahlung nicht geleiſtet. Ob er nun wol mit Bürgen Verſicherung zu thun gemeinet/ꝛc. So möget ihr euch doch damit abweiſen zu laſſen/und ihme die Schuld länger zu geſtunden wider euren Willen nicht gedrungen werden/ ſondern ihr ſeyd auff baare Zahlung zu dringen und ihn deswegen gebührlichen zu belangen wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. XIX.

Exceptio non numeratæ pecuniæ adverſus Apocham non niſi intra triginta dies admittitur, poſtea verò Creditor non audiendus, etiamſi onus probandi in ſe recipere velit.

1 ADverſus apocham ſeu quietantiam, quâ pecuniam ſibi ſolutam Creditor confitetur, haud
2 admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, † niſi intra triginta dies, quos in eam rem Imp. Juſtiniani conſtitutio præſcripſit *in l. in contractibus. 14. §. ſuper cæteris 2. C. de non numer. pecun.* Joh. Zanger. *de except. p. 3. c. 14. n. 25.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 22. defin. 7. n. 1.* Joh. Harpp. *ad tit. Inſtit. de liter. obligat. n. 56.* † Non enim præſumit Lex, tàm
3 facilè Creditorem atque debitorem, non factâ numeratione, cautionem talem ſeu apocham ſcripturum, † quia tanta aviditas Creditoribus non eſt pe-
4 cuniam ſuam recipiendi, quanta debitoris mutuum deſiderantis & anhelantis, † ut ſic propter minus
5 periculum ſpatio 30. dierum Creditori ſatis proviſum exiſtimaverit Imp. Juſtinianus, Dd. *in dict. l. 14. C. d. non num. pec.* Joh. Zanger. & Harppr. *dict. loc. At quid, ſi poſt tempus hoc elapſum Creditor intentionem ſuam per teſtes probare velit?* † Tùm Cre-
6 ditorem haud prohibendum, ſed in annum usque trigeſimum admittendum eſſe, docet Ant. Fab. *dict. defin. 7. n. 4.* Sed absque fundamento. † Quin po-
7 tius tempore 30. dierum præterlapſo Creditorem hanc exceptionem in tantum amittere, ut omnimodò cautioni ſuæ ſtare cogatur, nec ulterius de pecuniâ ſibi non ſoluta querelam movere poſſit, † etiam-
8 ſi onus probandi, pecuniam ſolutam non eſſe, in ſe recipere velit, ſatis probant verba generalia *dict. l. 14. §. 2. C. de non num. pecun.* † eaque communis
9 eſt Dd. ſententia, à quâ, præſertim ex liberationis favore, non recedendum, Salycet. & Dd. *in dict. l. 14. §. 2. C. de non num. pecun.* Joh. Zang. *dict. loc. n. 30. & 31.* Weſenb. *vol. 1. Conſil. 42. n. 28. & 29.* Sichard. *in d. l. 14. n. 5.* Harppr. *dict. loc. n. 59.*

Ita Domini in cauſa Jacobi Burckards / contra Euſtachium Müllern / ventilata in prætorio Lipſienſi, Menſ. Nov. Anno 1628.

Et in causa Christiani von Heinitz zu Altenkrotitz/ M. April. Anno 1635. [Verba sent. So verbleibets bey solcher Abrechnung und Quittung nochmals billich / und es mag die Pachtfrau mit der vorgeschützten Exception des nicht entrichteten Pacht-Zinses/nunmehr/ weil von dato der gegebenen Quittung etliche Monat allbereit verflossen / nicht zugelassen noch gehöret werden/ V. R. W.]

Definit. XX.

Prosunt pacta aliis, qui non pepigerunt, multis in casibus, etiam ex verisimili paciscentium conventione.

1 NOn magis regulariter pro alio paciſci, quàm alteri ſtipulari licet, ſed ſunt pacta ſtricti juris, nec iis, qui non pepigerunt, nocent, aut pro-
2 ſunt, *l. ſi actionem. 24. C. de pact.* † etiamſi juramento confirmata, Schurff. *cent. 1. conſil. 66. num. 19.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de pact. num. 10.*
3 † ſcilicet, quia obligationes inventæ ſunt, ut quisque agat, quod ſua intereſt; Et ſanè nihil in alium transferri per nos poteſt, niſi per aliquod legitimum
4 & proportionatum medium, † quale certè haud eſſe poteſt pactum, per quod obligatio vel actio in alium transferatur, quoniam conventiones prorſus
1 afficiunt perſonas & in iis ſubſiſtunt, ut eleganter diſſerit Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2.*
5 *diſp. 27. th. 2. lit. d.* † Nihilominus plurimi dantur caſus, in quibus ex diſpoſitione juris pacta etiam
6 ad alium, qui non pepigit, derivantur, † ut ſi Notarius pro alio paciſcatur *l. 2. 3. 4. ff. rem pupill. ſalv. fore. l. non aliter. 18. ff. de adopt.* Nam per judicem vel Notarium cuivis acquiri obligationem tradit Dion. Gothofr. *in l. 38. §. alteri 17. ff. de V. O.*
7 † Ex ſtipulatione quoque Procuratoris domino quandoque utilis actio accommodatur, veluti ex prætoriis ſtipulationibus *l. 27. in fin. & l. ſeq. in pr.*
8 *ff. de procur.* † Si procurator ex re domini (ſcilicet ipſi acquiſitâ) fuerit ſtipulatus *l. quod Procurator. 68. ff. de procur. & ſi præſente domino ſtipulatus fuerit. l. 79. ff. de V. O.* Bachov. *dict. loc.* † Nec Procuratori abſimilis eſt inſtitor, ex cujus contractibus interpretatione prudentum actio datur *l. 1.*
10 *in fin. & l. 2. ff. de Inſt. act.* † Quin & quotiescunque per actum naturalem obligatio conſtituitur,
11 alteri actio utilis quæritur, †, ita nimirum ex pacto deponentis vel commodantis alteri actio utilis da-
12 tur *l. 8. C. ad exhib. junct. l. 26. in pr. ff. depoſit.* † & ſi quis meo nomine pecuniam numeret, mihi condictio quæritur *l. 9. §. ult. ff. de reb. cred. l. 126. §. 2. verſ. per liberam in fin. ff. de V. O. l. dominus. 53. ff.*
13 *de condict. indeb.* † Ex pacto etiam Creditoris rem pignoratam Vendentis & tradentis, actio in factum debitori datur *l. ſi cum 13. in fin. ff. de pign. act.* licet verba hujus textus Triboniano adſcribat Ant.
14 Fab. *de error. pragm. decad. 22. Error. 9.* † Ex pacto quoque, traditioni ex causâ donationis adjecto, alteri utilis actio competit *l. quoties. 3. C. de donat.*
15 *quæ ſub modo.* † Pariter ex affectione & conjunctione perſonarum pater filio vel filiæ etiam poſt mortem ſuam dari, poteſt paciſci ac ſtipulari, *l. 45. §. 2. ff. de V. O.* Et parentibus patri ac matri in causâ dotis hoc facere licet, ubi ex parentum pactionibus liberis actio quæritur, *l. pater. 7. Codic. de pact. convent. l. 26. C. de jur. dot. l. 25. in fin. ff. ſolut. matr.* quem textum à Triboniano corruptum non ſine cauſa ſuſpicatur Anton. Fab. *13. conject. 5.* Vide hoſce, aliosque plures caſus relatos ab Accurſ. *ad §. ſi quis alii. 4. Inſtit. de inut. ſtipul.*
16 † Quia non ſolùm ex juris diſpoſitione manifeſta, ſed etiam ex veriſimili partium conventione pacta ad alium, quàm qui pepigit, derivari, tradit Matth.
17 Weſenbec. *dict. loc. num. 10.* † Videlicet, cùm hoc ejus intereſt, qui pactum fecit & veriſimiliter eâ de re actum videtur, Weſenb. *dict. loc.* ubi etiam exempla ponit. Multis itaque caſibus ex paciſcentium conventione alteri obligatio acquiritur, †
18 non malè forſan quis arbitrari poſſit cum Martino allegato ab Accurſ. *in §. ſi quis alii. 4. Inſt. de inut. ſtipul.* Semper ex alterius pacto dari utilem actionem, † in quam ſententiam etiam videtur inclinare
19 Hottoman. 4. *obſervat. 8.* Sed reprehenditur Martini opinio ab Accurſ. *dict. loc.* & Azon. *in ſumm. C. de pact. num. 28.*

Ita tractatum in causa Georgii Winckler & Hieronymi Krappens contra heredes Hanſen Weinmans/ventilata in Senatu Lipſienſi, Menſe Febr. An. 1635.

Definit. XXI.

Succeſſor in Principatu, etſi heres anteceſſoris defuncti non exiſtat, attamen æs alienum pro regni utilitate factum & ſalaria officialium exſolvere tenetur.

1 QUando regnum ſucceſſor jure hereditario à defuncto habet, procul dubio prædeceſſoris factum præſtare, inſtarque heredis, omne æs alienum exſolvere tenetur, Dd. *in cap. licet. 6.*
2 *extr. de vot. & vot. redempt.* † Secus verò ſi dignitatis ſolummodò ſceptrique fuerit ſucceſſor. Qui cum cauſam ab anteceſſore non habeat, ſed Re-
3 gnum ei ex lege obveniat, † non magis, atque is, qui in adminiſtratione, dignitate, beneficio, aut feudo ſucceſſor exiſtit, anteceſſorum pactis, conventis & patrimonialibus conventionibus obligatur, Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 154. num. 1. & 2.* Chriſt. Beſold. *de ſucceſſ. regiâ lib. 3. diſſert. 2. concl. 2.*
4 Henr. Bocer. *de inveſt. feud. cap. 3. num. 73.* † quia debita hereditaria præſtantur ſolummodò ab heredeuniverſali, *l. ex facto 35. de hered. inſt. l. quoties. 13. C. de eod. tit. l. 1. & 2. C. de hered. vel act. venditi.*
5 † Ex quo Regem Bohemiæ anteceſſoris ſui Matthiæ inveſtituram de caducitate ſucceſſionis confirmare haud obligatum fuiſſe, reſpondit Collegium Juridicum Lipſienſe in Conſilio, quod extat
6 apud Hart. Piſt. *part. 2. quæſt. 20. num. 44.* † Sicuti nec is, qui Eccleſiaſtico Magiſtratui, Præſul in dignitate, officiove ſuccedit, ex prædeceſſoris ſui inveſtitione de caducitate ſucceſſionis obligatur, *c. ſciendum. § ſi dominus. tit. quib. mod. feud. conſt. cap. un. de cler. qui inveſt.* † Sed hoc ita in patrimonia-
7 libus conventionibus: Nam ſi ex naturâ & conſuetudine officii Regii initæ fuerint obligationes, † qua-

8 † quales sunt promissiones salariorum factæ officialibus Regiis, ex hisce omninò tenebitur successor etiam ex lege: Conveniri enim hic potest ab iis
9 saltem Creditoribus, † qui pro regni necessitate & utilitate, pro illius scilicet defensione & incremento, aut in usus necessarios, utilesque alios, pecuniam mutuò dedêre defuncto, *arg. c. 1. extr. de solut.* Andr. Tiraq. *de primog. qu. 35. n. 19.* Petr. Greg. Tholos. *lib. 7. de Republ. c. 12. n. 1.* Ant. Pereg. *de jur. fisci lib. 2. fol. 109.*

Ita Nomini in causa Hansen Friedrichs von Brettin / M. Nov. A. 1635. [Verba sentent. Hat Herzog Heinrich Julio zu Braunschweig/ hochlöblicher Gedächtniß / biß auff dessen Absterben euer Schwäher etliche 20. Jahr vor einẽ Kamer-Juncker und Kriegs-Hauptmañ gedienet/ dahero Ihre Fürstl. Gnaden demselbẽ kraft ausgeantworteter schriftlichen Bestallung mit etlichen Tausend Reichsthlr. verhaftet worden. Und es hat auch dero Hr. Sohn/ Herzog Johann Friederich Ulrich / Christ-milder Gedächtniß/nach Absterben des Herrn Vatern / sich gegen eure Haußfrauen gnädig erkläret, wann sein Land wiederum zu friedlichem Stande gebracht werden möchte / dasselbe zu bezahlen/ welcher aber nunmehr auch Todes verfahren/und das Herzogthum Braunschweig auf die Herzoge von Lüneburg gefallen. Wann nun gleich dero Fürstl. Gn. nicht als Erben und jure hereditario succedirten; dieweil aber dennoch die Bestallung vermuthlich dem Fürstenthum und gantzen Lande Braunschweig zum besten geschehen und angesehen gewesen/ɔc. So seyn Ihr. Fürst. Fürst. Gn. Gn. das Fürstlich Brief und Siegel an sich zu lösen/ und eure Haußfrau / so lang die Bestallung gewähret/zu befriedigen schuldig/V. R. W.]

CONSTITUTIO XXX.
PARTIS SECUNDÆ.

Wie und auff was Meynung das Interesse post moram zu erkennen?

DJe Schöppenstüle haben biß anhero auff die Frage ungleich gesprochen/ dann etliche seynd der Meynung gewesen/wann ein Kauffmann des ausgeliehenen Geldes oder Wahren auff bestimmte Zeit nicht bezahlet / daß dißfalls ob solam moram fünf Gülden interesse lucri cessantis, von hundert Gülden Hauptsumma/auff ein Jahr zu erkennen / dieweil gemeiniglich ein Kauffmann zum wenigsten so viel erwerben könne / der Richter sonsten auch ex conjecturis das interesse zu moderiren befugt / und daß dißfalls/wann ein Kauffmann ob moram allein fünff Gülden von hundert Gülden fordert/gantz keiner liquidation nöthig sey / da er aber über fünff Gülden fodern thäte/ daß er alsdann das interesse liquidiren müsse. Etliche aber seynd der Opinion, daß ob wol ob moram Kauffleute / und also personæ consuetæ negotiari der Anforderung nicht allein des interesse damni emergentis, sondern auch interesse lucri cessantis, zu Recht befugt / so solte doch zuvorn / ehe fünf oder mehr Gülden moderirt / eine Liquidation geschehen/ daraus zu befinden/ daß der Kauffmann fünff oder mehr Gülden gewinnen mögen / cùm lucrum semper non sit certum, er auch so wohl verliehren als gewinnen könne / und wann solche Liquidation geschehen / daß nach Gelegenheit derselbigen / das interesse auff fünff oder mehr Gülden zu moderiren. Damit nun solches auch zur Gewißheit in unsern Landen gereiche/ so haben wir ihnen aufferlegen lassen/ forthin in unsern Hofgerichten / Juristen-Facultäten und Schöppenstülen zu sprechen / daß in allen Fällen

Quomodo & quatenus interesse post moram parti adjudicandum?

NOn eadem de hâc quæstione Scabinatuum hactenùs fuit sententia. Quidam enim existimârunt, mercatori, si tempore statuto non solveret debitor, ob solam moram, loco interesse lucri cessantis, in singula centena quincunces usuras annuas adjudicandas esse, cum mercatores tantum ad minimum lucrari consueverint, judici quoque ex conjecturis interesse moderari permissum sit, ideoque isto casu, ubi quincunces tantùm usuras loco interesse peteret mercator, nec liquidatione quidem ejus, illi opus esse putarunt; si quid verò amplius peteret, id probari oportere. Alii contra, etsi mercatoribus & aliis negotiari consuetis, ob moram, non tantùm interesse damni emergentis, sed & lucri cessantis deberi congesserint, liquidatione tamen aliquâ opus esse voluerunt, ex quâ perspici posset, mercatorem singulis centenis quinque vel ampliùs etiam lucrari potuisse, cùm lucrum non semper sit certum, & fieri potuerit, ut etiam cum jacturâ nonnullâ negotiaretur mercator. Ejusmodi igitur liquidatione præmissâ, tùm demùm loco interesse, quina in singula centena vel ampliùs etiam mercatori adjudicanda putârunt. Quò igitur hîc quoque certi quid habeant subditi nostri, volumus, ut sive mercator sit sive alius quicunque, qui interesse petit, saltem per circumstantias vel conjecturas id probet, & tùm demum à judice æstimatum ei adjudicetur, quod & in judicando & respondendo judicia Curialia,

und Personen/ Kauffleuten und andern / ohne Unterschied/das interesse selbst / und zum wenigsten per circumstantias & conjecturas probiret und liquidiret / auch alsdann erst darauf die moderation erkannt werden soll. Wann aber einer ein Gut erkaufft/ und ihme ist dasselbige tradiret / und er hat das Kauff-Geld nicht bezahlet / sondern beyde das Gut und Geld behalten/ dieweil unsere Verordnete dißfalls dafür geachtet / daß solch interesse pretii non soluti, welches sonsten von der Nutzung des verkaufften Guts zu nehmen/ und nach Gelegenheit aus Richterlichem Amt in diesem und dergleichen Fällen auff fünff Gülden von ein Hundert Gülden moderiret werden könne: So lassen wir uns auch gefallen/ daß in einem solchen Fall darauff erkannt werde/ sonderlich wann genugsam Bericht und Anleitung vorhanden/ daß das verkauffte Gut an Nutzung jährlich so viel ertragen möge.

Collegiaq; Juridica & Scabinatus ut observent, mandavimus. Ubi verò fundo vendito & tradito, emptor pretium non solvit, sed id unà cum fundo penes se retinuit, cum Deputati nostri existiment, hoc in casu & ejusmodi similibus, interesse pretii non soluti, quod ex fructibus habere venditor poterat, judicem ex officio æstimare ita posse, ùt quina in singula centena illi adjudicet, id judicando ita observari nobis placet, potissimum si constet, tantũ fructuum ex fundo vendito quotannis percipi potuisse.

DEFINITIONES.

1. *Usuræ quincunces hodiè ordinariæ ac consuetudinariæ sunt, nec majores debentur, etiamsi promissæ fuerint.*
2. *Etiam inter mercatores usuræ ordinariæ sunt hodiè quincunces, non majores, nisi consuetudo loci aliud introduxerit.*
3. *Usuræ pupillares, quincuncibus majores, haud admittuntur.*
4. *Quod ultra quincunces Usuras præstitũ, id vel debitori restituendum, vel in sortem imputandũ est.*
5. *Usuræ, ad certum tempus promissæ, in perpetuum debentur, quãdiu sortis solutio facta haud fuerit.*
6. *Usuræ pretii non soluti, etiam citra conventionem, debentur Venditori, licet emtor ex re vendita nullos perceperit fructus.*
7. *Non liberat emtorem à præstatione Usurarum alimentatio venditoris, si facta est pars pretii.*
8. *Creditor loco interesse, absq; ullâ ejusdem probatione, Usuras quincunces petere potest.*
9. *Creditor, usurarũ quincunciũ quantitate nõ cõtẽtus, majo interesse petere valet, si id probare audeat.*
10. *Promissis licet quincũcibus usuris, majus tamẽ interesse, si probatũ fuerit, Creditori præstari debet.*
11. *Creditor in probatione majoris interesse succũbẽs postea usuras quincũces loco interesse petere nequit.*
12. *Creditor solutionem sortis absq; protestatione accipiens, postea interesse, sive usuras ex mora petere nequit.*
13. *Sublatâ licet per solutionem sortis petitione, superest tamen petitio usurarum, quæ ex stipulatione aliâve conventione debentur.*
14. *Pecuniam depositam sub præstitá cautione ad se recipiens, tenetur ad interesse, si condemnatus fuerit ad restitutionem pecuniæ.*
15. *Non valet pactum de stando simplici ac nudâ Creditoris assertione super interesse.*
16. *Licet fidejussor sub gravioribus usuris mutuã pecuniam acceperit, nihil tamen ultra quincunces usuras à debitore, ceu interesse, repetere valet.*
17. *Usuræ adjudicantur ex mutuo à die litis contestatæ, sive contestatio vera intercesserit, sive ficta, quæ inducitur ex contumaciâ.*
18. *Ratione pecuniæ indebitè solutæ, interesse, vel usuræ, ne quidẽ à tempore litis cõtestatæ, exigi possũt.*
19. *Filia, post mortẽ patris conferens dotem, ad præstationem usurarum non tenetur.*
20. *Usuræ & fructus legatorum debentur à die moræ, seu factæ petitionis.*
21. *Legati in diem relicti usuræ non ex lapsu diei, sed tantùm ex die agniti & petiti legati debẽtur.*
22. *Usuræ legatorum debentur minori citra moram à die aditæ hereditatis.*
23. *Etiam in bonæ fidei contractibus ex solo diei lapsu, minori debentur usuræ, absq; præcedente interpellatione.*
24. *Præceptum judicis de non exsolvendo debito, liberat debitorem ab Usuris & interesse.*
25. *Debitor præter usuras, ne quidem ex conventione propriâ, ad Collectas de pecuniâ mutuò acceptâ Magistratui præstandas, firmiter obligatur.*
26. *Non solum in mutuo, sed & in reliquis contractibus usuræ, ex morâ debitæ, ultra alterum tantum exigi prohibentur.*
27. *Solutæ autẽ usuræ ultra alterũ tantũ conditione indebiti repetuntur, vel in sortem imputantur.*
28. *Quando usuræ ultra alterũ tantũ peti possint; & quid si exigantur tanquam interesse, non ut usuræ?*
29. *Interesse alterius interesse, nõminus ac usuras usurarũ exigere prohibitũ, etiam inter mercatores.*
30. *Usuras usurarum de pecunia pupillari solvit tutor solus, non etiam alius debitor extraneus.*
31. *Tutor usuras usurarum illarum, quas à debitore non accepit, neutiquam præstare tenetur.*
32. *Nec usuras usurarum præstat tutor de pecunia pupillari, quam ipse, ceu mutuum, penes se habet.*
33. *Non permittendum, ut usuræ redigantur in sortem, ad facilius admittendas usurarum usuras.*
34. *Nec inter Mercatores permittitur Anatocismus.*
35. *Cessio debiti seu actionis regulariter non valet, nisi ad concurrentem dati pretii quantitatem.*
36. *Ex Constitutione Anastasii, ne quidem venditio debiti particulariter in certos terminos solvendi valet, nisi ad concurrentem pretii quantitatem, imputatis tamen cujusq; termini usuris.*
37. *Annullatâ cessione debiti, ex Constitutione Anastasiana, superfluum id, quod solutam quantitatem excedit, regulariter ad cedentem pertinet.*
38. *In societate divisio in socios æqualiter facienda est, secundum proportionem quotativam, non quantitativam.*
39. *Valet quãdoq; pactum in societate, ut alteri semper pecunia sit salva, nec is ullum sentiat damnũ.*

40.

40. *Valet Antichresis, nec tenetur Creditor ad restitutionem fructuum ex agro oppignorato perceptorum, ob modicum usurarum legitimarum excessum.*

41. *Fructus tamen ex agro percepti in pactione antichreseos sorti imputantur, quando legitimum usurarum modum nimium exuperant.*

42. *Fructus naturales ex hortis ac pratis jure antichreseos percepti, sorti semper imputantur, & quatenùs usuras quincunces exuperant.*

43. *Emptio pignoris occasione mutui contracta non subsistit, quando constat de usurariâ pravitate.*

Definit. I.

Usuræ quincunces hodiè ordinariæ ac consuetudinariæ sunt, nec majores debentur, etiamsi promissæ fuerint.

1 NOlo hîc disputare, an jure licitæ sint usuræ, vel non? Nec repetere lubet ea, quæ à Dd. præsertim à Petr. Heig. *p. 2. q. 1. &* Matth. Col. *de proc. execut. p. 1. c. 10. num. 35. & mult. seqq.* in hanc
2 rem scripta fuêre. † Sufficiat nosse, usuras moderatas hodiè non tàm consuetudine generali, quam lege Imperii in Recess. Imp. *de anno 1500. 1539. 1548. 1577. sub tit.* Von wucherlichen Contracten *&c.* in Recess. Wormatiens. *de anno 1586.* Et in Electoratu Saxoniæ jure provinciali in Const. Mauritii El. *de A. 1550. tit.* Von den Wuchern. Const. Augusti Electoris *de anno 1555. tit.* Von Wucher. *h.* Const. 30. *in fin. de anno 1572. &* Ordin. Torg. *de anno 1585. tit.* Von Wucher/wucherlichen Con-
3 tracten/ꝛc. tolerari. † Nec simpliciter jure divino usuræ censentur prohibitæ; Non certè hæ, quæ æquitate nituntur, *Exod. 22. vers. 15. Levit. 25. vers.*
4 *37. Deut. 23. vers. 19. Luc. 6. vers. 34.* † Ac jamdudum à JCtis pariter atque Theologis præstantissimis decisum, atque rationibus ex jure divino & civili firmissimis probatum fuit, posse principem usurarum quantitatem in hâc temporum necessitate definire, quam & moderatiores tenere jure possint,
5 & improbiores excedere prohibeantur; † Ita tamen, ut semper charitatis proximo debitæ ratio habenda, ac pauperibus & indigentibus pecunia absque ullâ usurâ mutuò danda sit, Martin. Chemnit. *in loc. Philip. comm.* Ægid. Hunn. *in Consil. Theolog. An liceat ultra sortem erogatæ pecuniæ accipere pensionem.* D. J. Gerh. *decad. 8. qu. Polit. 1.* Molin. *in tract. de usur. n. 86.* Heig. & Col. *dict. loc.* Ernest. Cothm. *vol. 2. Resp. 52. n. 34. & seqq.* Ant. Tessaur. *decis. 57.* Ventur. de Valent. *in part. litig. lib. 2. c. 11.*
6 *num. 27.* † Quod nec beato Martino Luthero displicuit, ut patet *ex libr. singul. de Usur. ad parochos. tom. 7. Jen. fol. 405.* §. Aber wie / wann der Fall
7 kåme/ꝛc. Quamvis haud ignorem † quosdam adeò religiosos esse velle, ut sine peccato mortali usu-
8 ras haud accipi posse existiment; † Et Christianos fame potius perire, quàm ullas, vel quantulascunq; usuras accipere licere, cum quibusdam Pontificiis superstitiosè asserit, ac propterea Molin. aliud docentem, malum appellitat Theologum Ant.
9 Fab. *in Cod. l. 4. tit. 24. def. 2. n. 5.* † Admittit tamen, publicæ Societatis tuendæ gratia, & propter redundantem in vitâ humanâ perversitatem, usuras benè toleratri, *dict. defin. 2. in fin. & de Error.*
10 *pragmat. decad. 10. Error. 1.* † Ecquis enim absque spe data lucri, necessitatibus suis facilè mutuum reperiret? Nam ita comparati sunt homines, ut citra aliquod commodum suum, alterius commoda promovere nolint; † ut verè dixerit Aug. Call. 11
Usuram patriis legibus probatam damnare, hominis esse, communem hominum utilitatem societatemq; non satis intelligentis, referente Christoph. Besold. *lib. 2. polit. c. 4. §. 37.* † Sint tamen usuræ 12
moderatæ & honestæ, nempe Quincunces, quæ meliorum fundorum reditibus justè correspondere censentur, ac vicesimo anno sortem æquant, Ant. Fab. *dict. defin. 2. n. 4.* † Quæ & leviores dicuntur 13
in l. tutor. 7. §. quæ autem. 10. in fin. ff. de admin. tut. Et modestæ à Persio Satyr. 15. † Quibus in 14
Electoratu Saxon. Recess. Provinc. *de anno 1628.* Sextum florenum, collectæ nomine Magistratui solvendum, hodiè adduxit. † Majores verò usuræ 15
prorsus sunt prohibitæ nec debentur, etiamsi promissa fuerint, *l. eos. 26. §. 1. vers. si quis autem aliquid. C. de usur.* Recess. Francof. *de anno 1530. & 1548. tit.* Von wucherlichen Contracten. Ordin. prov. Elect. Mauritii *de anno 1550. tit.* Von Wucher. & Ordin. Torgens. *August. Elect. de anno 1583. tit.* Von Wucher / wucherlichen Contracten/ꝛc. † Quin & usurarios hosce majores usuras 16
exigentes sat graviter puniri, dixi *in pract. crim. p. 2. q. 92. & seqq.*

Ita Domini in causa Ægidii Beckers zu Leipzig/Mens. Nov. Anno 1592. [Verba sent. Und ist die debitrix von solchem Capital mehr nicht/ dann die Landüblichen Zinsen / als 5. von 100. ungeachtet sie sich zu einem höhern Zins gegen euch verschrieben/zu entrichten schuldig / V. R. W.]

It. ad requisitionem Quæstoris Saltzensis, Mens. Sept. Anno 1620. [Verba sentent. Daß Beklagter den 6. Nh. von 100. Zins / ungeachtet er sich hierzu verschrieben/ zu zahlen nicht gedrungen werden mag/ ꝛc.]

Definit. II.

Etenim inter Mercatores usuræ ordinariæ sunt hodiè Quincunces, non majores, nisi consuetudo loci aliud introduxerit.

ETiam cum inter mercatores âgitur, non usuræ 1
majores quincuncibus solent adjudicari;
† Nec enim hodiè in Imperio Romano-Germânico & Electoratus Saxoniæ graviores usuræ ad- 2
mittuntur, quin potius severissimè prohibentur, tanquam modum honestiorem excedentes, Def. *præced.* Recess. Imp. Wormat. *de anno 1586.* Ord. Elect. Saxon. Torg. *de anno 1583. tit.* Von Wucher/ wucherlichen Contracten. † At modus honestus 3
in rebus omnibus etiam inter mercatores est servandus; non immoderata cujusque affectio subsequenda, *l. ex damni. 40. in pr. ff. de damn. infect.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 2. n. 4.* † A con- 4
suetudine tamen, quæ certis quibusdam locis, in-

ter Mercatores besses usuras, h. e. octo pro centum, introduxit, non recedendum, *l. Cajus Sejus. 11. ibi: fuit autem consuetudo. ff. de usur.* † Quæ tantò
5 faciliùs tolerari potest, quanto propiùs ad sanctionem Imp. Justiniani *l. eos qui 26. C. de Usur.* accedit. † Perpenso & hoc, quod inter Mercatores
6 usuræ interesse loco habeantur, quod haud rarò usuras quincunces superat, *l. 3. & 4. ff. de in lit. jur.* Ant. Fab. *dict. defin. 2. n. 3.*

Ita Domini in causa Adriani Jamsons & Johannis Wulffhagens zu Brehmen/ Mens. Octobr. Anno 1630. [Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch Inhalts der Reichs-Abschiede dergleichen hoher Zins ohne Unterschied sträfflichen verboten / und ein höherer Zins/ als 5. pro 100. darinnen nicht verstattet wird/ &c. So wird der zwischen euch beyden Kauffleuten getroffene Contract, gestallten Sachen nach/ so viel den übermässigen Zins anlanget/ pro usurario billich gehalten/ und ist demnach Jamson einen höhern jährlichen Zins/ als 5. pro 100. zu zahlen nicht verpflichtet/ &c. Ihr köntet dann wie zu Recht darthun und erweisen / daß durch eine beständige Gewohnheit im Lande Hollstein und bey euch eingeführet / und über Rechts verwährte Zeit unverbrüchlichen unter den Kauffleuten achte pro cento jährlichen Zinses verstattet/ gebilliget und zugelassen worden/ dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/ V. R. W.]

Definit. III.

Usuræ pupillares quincuncibus majores haud admittuntur.

1 ABrogato propemodum jure Novellarum *in Novell. 72.* & in usum revocato veteri jure *in l. tutor. 7. §. usuræ. 11. ff. de admin. & peric. tutor. l. tutores. 24. C. eod. tit.* hodiè rursum intro-
2 ductum esse videtur, † ut tutores licito lucro & fœnori pecuniam pupillarem exponere vel in emptionem prædiorum collocare, † & si hoc neglexerint, usuras vel id, quod interest, pupillis refundere teneantur, juxta tradita Bartol. *in l. tutor, qui repertorium. 7. §. si post. 3. §. ult. ff. de administr. & per. tutor.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 26. num. 6.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 49. num. 24. cum seq.* † Sivè autem tutor ipsemet vel alius quivis debitor pupillo obligatus sit, usuras quincuncibus majores
5 exigere haud licet. † Nec enim pupillo concedendum, quod reliquis Creditoribus severissimè
6 prohibitum est, *Supr.* Defin. 1. † Quin & sanctionem Justiniani Imper. *in l. eos qui 26. C. de usur.* usuras pupillares comprehendere, quis non animadvertit, positâ ibidem dictione universali, eâque geminatâ, † quæ nihil excludit, *l. Juliano respondit. 68. ff. de legat. 3. l. à Procuratore. 13. C. mandat.* Rauchb. *dict. quæst. 26. num. 27.*

Ita Domini in causa Tutorum Martini Denters & Gertrudæ, Uxoris Johannis Freunds / an die Vormundschafft-Herren zu Leipzig / Mens. Aprili. Anno 1630. [Verba sent. Daraus so viel zu befinden/ daß Beklagte klagenden Vormunden wegen ihrer Mündlein das hinterstellige Capital der 111. fl. 11. gr. 5. pf. benebenst der rückständigen Landüblichen Zinsen / jedoch höher nicht/ als 5. pro 100. gerechnet / vollständig zu zahlen schuldig/ &c.]

Definit. IV.

Quod ultra quincunces usuras præstitum, id vel debitori restituendum, vel in sortem imputandum est.

USuræ ultra legitimum modum promissæ, 1
non modò solvi haud debent, sed & solutæ repeti vel in sortem imputari possunt, *l. 9. ff. de Usur. l. 20. C. eod. tit l. 26. in pr. ff. de condict. indeb.* 2
† Annullato siquidem & rescisso contractu usurario, Ordinat. provinc. *de Anno 1555. tit.* Von Wucher. & Ordin. Torgens. *de Anno 1583.* Von Wucher / wucherlichen Contracten / &c. §. Setzen/ ordnen/ *vers.* Damit allen Richtern gebietende. † Id quod ultra legitimum usurarum modum est 3
præstitum, & pravitatem usurariam sapit, indebitè solutum videtur, ac proinde condictione indebiti repetitur *dict. l. 26. ff. de cond. ind.* † Non obstante debitoris promissione aut instrumento obligationis, quod nullius momenti habetur. Nulla siquidem conventione, nulloque pacto ultra legitimum usurarum modum debitor sese firmiter obligare Matth. Wesenb. *p. 2. consil. 72. n. 13. & seqq.* nec jus publicum privatorum pactis mutare potuit *138. ff. de pact.* Herm. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 23. num. 92.*

Ita Domini in ead. causa. [Verba sent. Immassen auch Beklagter den 6. fl. an denen hievor gezahlten Zinsen condictione indebiti wieder zu fodern / oder an der hinterstelligen Schuld abzukürtzen wohl befugt ist/ V. R. W.]

It. in causa Johannis Wölffhagens zu Brehmen/ Mens. Oct. Anno 1630. [Verba sententiæ: Immassen ihr auch die Ubermasse des Zinses/ so über 5. pro 100. eingehoben/ wiederum heraus zu geben / oder euch an dem rückständigen Capital abkürtzen zu lassen schuldig seyd/ &c.]

It. in causa heredum ac viduæ D. W. zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1627.

In causa Johannis Arnoldi zu Kempnitz/ Mens. Nov. Anno 1627.

Et in causa Johannis Gledigs zu Dreßden/ Mens. Febr. Anno 1630.

Definit. V.

Usuræ ad certum tempus promissæ in perpetuum debentur, quamdiu sortis solutio facta haud fuerit.

QUamvis usuræ pecuniæ fœnebris circa stipula- 1
tionem non debeantur *l. 3. C. de Usur. l. Titius. 24. ff. de præsc. verb.* † sufficit tamen se- 2
mel eas in stipulationem venisse, ad hoc, ut ex tacita contrahentium voluntate in posterum quoque exigi queant. † Igitur si quis pecuniam intra bi- 3
ennium solvere promisit, nec ad diem solvit, non eò minus easdem usuras debebit, quod conventionis, in quam deductæ fuerant, tempus præterierit, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 1.* † 4
id namque actum videtur, ut quamdiu sors soluta non esset, eædem usuræ præstarentur, si de aliis nova conventio nulla fieret *l. Seja. 12. ff. de Usur.* † Quod tantò magis verum est, si post de- 5
cursum tempus, de quo convenerat, ad eundem modum prosequentibus annis usuras solutas fuisse appareat; † Quia voluntas contrahentium 6
colligitur ex eo, quod secutum est, *l. nulla tibi adversus. 5. C. de solut.* † Et sufficit usurarum præ- 7
statio per aliquot annos continuata ad inducendam

dam in posterum tempus obligationem, *l. cum de in rem verso. 6. ff. de usur.* Ant. Fab. *lib. 7. conject. 8. & 9.*

Ita Domini in causa Johannis VVulffhagens zu Brehmen/M. Oct. Anno 1630. (Verba sent. Wann gleich der Schuldener das erlegte Capital nur allein auf 2. Jahr lang umb Verzinsung aufgenommen/und den Zins länger zu reichen sich ausdrücklichen nicht erkläret. Dieweil er aber dennoch biß dato das Capital nicht abgetragen/ ꝛc. So mag er sich auch/unangesehen die 2. Jahr schon vorlängst verflossen/der Zinsreichung/ so lange er das Capital abstattet/nicht entbrechen/V. R. W.)

Definit. VI.

Usuræ pretii non soluti etiam circa conventionem debentur Venditori, licet emptor ex re Venditâ nullos perceperit fructus.

1 TOlerabiliores reliquis videntur usuræ, quæ ex naturâ & æquitate Negotii, quod geritur,
2 debentur in vicem fructuum, † quos vicissim debitor ex re Creditoris percipiat, aut pro eo, quod revera Creditoris interest ratione damni emergentis, non lucri cessantis, *l. non debet. 41. §. 1. ff. de reg. jur.* † inde est, quod si marito dos suo tempore soluta haud sit, ille usuras petere possit, quia certat de damno vitando, ferendo onera matrimonii, Anton.
4 Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 8. n. 7.* † Pariter & citra conventionem, evitandi damni causâ, usuræ pretii non soluti debentur Venditori, qui rem venditam tradidit, *h. const. 30.* Wann aber einer ein Gut/ꝛc. *l. curabit. 5. C. de act. empt. l. 2. C. de Usur. & mor.* Dan. Moll. *hic num. 5.* Anton. Tessaur. *de-*
5 *cis. 13. n. 4.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 17. n. 6.* † Iniquum enim esset, ut Emptor ejusdem temporis & fructus fundi & pretii usuras retineret, *l. Julianus. 13. §. veniunt autem 20. ff. de act. empt.* Anton.
6 Fab. *dict. tit. 24. defin. 5. num. 11.* † At licet emptor ex re vendita tot fructus non perceperit, qui ad quantitatem usurarum quincuncium adscenderent, nihilominus venditori hasce præstandas esse, ex vocula (Sonderlich) *h. const. 30. §. ult.* rectissimè colligit Moll. *hic*, quem sequitur Berlich. *part. 2. concl. 38. n.*
7 *14.* † Quin licet emptor nullos omnino fructus perceperit, vel percipere potuerit, ad usurarum tamen præstationem cum obligatum dixerim propter mo-
8 ram commissam, † ex quâ solâ usuras ceu interesse
9 deberi *ex h. ipsa* Const. *30.* expeditum est. † Quamvis aliter sentiant Didac. Covarr. *lib. 3. var. resol. cap. 4. n. 3.* Fachin. *2. controvers. c. 32.* quos sequitur Berlich. *dict. concl. 38. n. 14.*

Ita Domini in causa Petri Naumans zu Gaschwitz / Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent. So seyd ihr nebenst dem restirenden Capital der Kauffgelder/ auch die von Zeit des Verzugs an auffgelauffene Landübliche Zinsen/ unangesehen daß ihr selbige Zeit hero das erkaufte Gut wenig oder gar nicht genutzet und genossen/ Verkauffers Erben zu zahlen und abzustatten schuldig/ꝛc.)

Definit. VII.

Non liberat Emptorem à præstatione Usurarum alimentatio Venditoris, si facta est pars pretii.

1 QUum Emptor venditori per multos annos alimenta præstitisset, sufficientem compensationis causam extare putabat, quo minus præstatione usurarum pro pretio non soluto gravandus esset. † Quin & ex parte Venditoris haud mi- 2
nima videbatur ingratitudo vel tantillum quid usurarum loco exigere. † Attamen mortuo vendi- 3
tore, ejusdem heredes in contrarium urgebant, ultra pretium in paratâ pecuniâ solvendum, emptorem venditori alimenta tanquam partem pretii promisisse. † Quo probato nullum porrò dubium 4
restabat, quin emptor non obstante alimentationis exceptione ad præstationem usurarum teneretur: † Quippe quæ ex morâ non factæ solutionis justo 5
tempore, cum interesse emptori debentur *hâc* Const. *30. §. ult.* ac proinde æquissimum emtori easdem præstari. † Non enim ex solâ causâ damni 6
emergentis, sed & ex lucro cessante id, quod interest, venit præstandum, *l. si commissa. 13. ff. rat. rem haber. l. 2. ff. de eo quod cert. loc. l. si fundus. 33. in fin. ff. locat. l. si mulier. 21. §. antep. ff. rer. amot.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 8. n. 4.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und ihr habt euch mit euerm Einwenden/daß ihr nemlich Verkäuffern in die 17. Jahr lang nothdürfftig unterhalten / (weil solche alimentatio pars pretii, und über das Kauffgeld von euch versprochen worden / beständiger Weise dawider nicht zu behelffen/V. R. W.)

Definit. IIX.

Creditor loco interesse, absq; ulla ejusdem probatione, usuras quincunces petere potest.

1 USuræ vel ex conventione, vel solâ morâ officio judicis debentur *l. 3. l. 4 C. de usur. l. 2. C. de-*
posit. l. 17. C. locat. † Et quidem ex conventione, si in 2
stricti juris judiciis per stipulationem, *l. 31. l. 41. in fin. ff. de Usur. l. 10. §. 4. ff. mandat.* † in bonæ fidei 3
autem contractibus pacto in continenti adjecto promissæ fuerint, *dict. l. 3. & 4. C. de Usur. l. 13. C. de pact. l. 24. l. 26. §. 1. ff. deposit.* † Ex morâ verò usuræ 4
solummodò in bonæ fidei contractibus debentur, *l. mora fieri. 32. §. 1. l. 17. §. 2. ff. de usur. l. usuræ. 2. C. eod. tit. l. 24. §. ult. ff. deposit. l. 17. C. de locat.* † Sed in 5
mutuo aliisq; stricti juris judiciis, usuras non tanquam usuras, sed ut interesse lucri cessantis & damni emergentis, ex tempore moræ tunc demùm exigi posse, si prius vel saltem per circumstantias & conjecturas interesse quoddam liquidatum & probatum fuerit, quondam etiam in foro Saxonico placuit, *hâc* Const. *30. §.* Damit nun solches auch/ꝛc. *ubi* Moller. *n. 1. & 2.* † Atqui difficillima, inquies, est 6
probatio ejus quid interest, quippe quæ in facto non in jure consistit *l. quatenus. 24. ff. de reg. jur.* † ac metuendum, ne scrupulosam litem pro- 7
pterea institui, ac litem ex lite moveri necesse sit, quod ne eveniat, bonus judex semper cavere debet. *l. terminata. 3. C. de fruct. & lit. expens. l. fratris. 10. C. de transact.* † Nec creden- 8
dum, quod ratione pecuniæ præstetur unquam id, quod revera interest, ne facilè in infinitum excurrat, quia lucrum, quod ex indefinitâ negotiatione pecuniæ sperari potest, infinitum est, Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 7. n. 7.* † quam 9
ob causam nimirum solent creditores pecuniæ stipulari usuras vel pœnam, ex consilio Jurisconsulti *in l. ult. ff. de prætor. stipulat. junct. l. stipulatio ista. 38. §. alteri 17. ff. de verb. obligat.* † Verum 10

id certè est, nec ulla justior taxatio interesse fieri potest, quàm ad modum usurarum legitimarum, & quarum usus frequentior est, cujusmodi sunt usuræ
11 quincunces. † Idque animadvertens Illustrissimus Saxon. Elector Divus Augustus, immutatâ *hâc* Const. 30, Creditoribus ex tempore moræ, usuras quincunces loco interesse petentibus, eas absq; ulla liquidatione & probatione adjudicari jussit, quantumvis inter partes de hoc conventum non fuerit, in Ordinat. Torgens. *de anno 1583. tit.* Von Wucher/ wucherlichen *contracten &c. §.* Als haben wir solcher ihrer Bitte/ *&c. vers.* und es wolte sich
12 der Gläubiger/ *&c.* † Quæ sanctio non solùm mercatoribus, qui frequenter negotiari consueverunt, sed etiam quibuslibet aliis Creditoribus, cujuscunq; status & conditionis sint, succurrit, *dict. §.* als haben wir/ *vers.* Und es wolte sich/ *&c.* Modest. Pist. *p. 1. q. 47. & p. 3. q. 108.* Matth. Col. *de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 99. & p. 2. decis. 227.* Petr. Heig. *p. 2. q. 1. n. 104.*

Ita Domini in causa Ægidii Beckers zu Leipzig / M. Nov. Anno 1592. (Verba sent. Da nun die debitrix verschriebener massen mit der Zahlung nicht inne gehalten/ so wäre sie euch euer interesse, so viel ihr dessen wie recht liquidiren und bescheinigen würdet / oder da ihr euch solcher liquidation und Bescheinigung begeben woltet / die Landüblichen Zinsen als 5. pro 100. an statt des interesse zu entrichten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa des Raths zu Lützen/ Mens. April. Anno 1593. (Verba sent. So werden euch nicht allein die Hauptsummen/ sondern auch die davon verfessene Landübliche Zinsen/ weil ihr an statt des interesse damit zu frieden seyd/ von des Schuldeners Gütern billich bezahlet/ V. R. W.)

Definit. IX.

Creditor usurarum quincuncium quantitate non contentus majus interesse petere valet, si id probare audeat.

1 NEutiquam Ordin. Elect. Saxon. Torgens. *de anno 1583.* cujus beneficio Creditor loco interesse absque ullâ probatione etiam in stricti juris contractib9 à tempore moræ usuras quincunces petere valet Def. *præc.* ita accipi debet, ut quincuncibus illis usuris Creditor semper contentus esse co-
2 gatur. † *Quid* enim *si probare velit, sua pluris, quàm quincuncio loco usurarum interesse?* Certè tùm
3 audiendus erit, † ne Sanctio Electoralis in favorem Creditoris introducta, contra intentionem Illustr. Constituentis in ejusdem odium retorqueatur, † ipsomet D. Augusto ita se explicante *in tit.*
4 Von Wucher / wucherlichen *contracten &c. §.* Als haben wir *verb.* sonsten aber und da der Gläubiger des *interesse* halber sonderlichen Beweiß fürnehmen wolte/ *&c.* Recess. Spirens. *de anno 1600. §.* So viel nun diesem nach/ *vers.* oder aber da dem *Creditori &c.* Petr. Heig. *p. 2. q. 2. in pr.* Matth. Berl. *p. 2. concl. 38. n. 19.*

Ita Domini in causa David Wincklers zu Mülhausen / M. Jul. Anno 1595. (Verba sent. Da er nun an statt des interesse die Landüblichen Zinsen als 5. von 100. entrichten würde/ So liesset ihr euch daran billich begnügen/ ihr köntet dann wie recht erweisen und darthun / daß ihr wegen seiner Nichthaltung einen viel höhern Schaden erlitten/ auff den Fall wäre er solches höhers interesse zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Petri Gloribi zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1629.

Definit. X.

Promissis licet quincuncibus Usuris, majus tamen interesse probatum fuerit, Creditori præstari debet.

ADeò favorabilis est probatio interesse, ut licet in contractu mutui de certis usuris, quincuncibus nempe, inter partes conventum fuerit, nihilominus tamen Creditor admitti debeat, si usurarum quincuncium quantitate non contentus longè majus interesse probare audeat, ex lucro nimirum cessante, † ex quo non minus atque ex 2
damno emergente interesse venit æstimandum, *l. si fundus. 33. in fin. ff. locat. l. si mulier. 21. §. antepen. ff. rer. amotar. l. 2. ff. de eo quod cert. loc. l. 13. ff. rat. rem hab.* † ita ut in ejusdem arbitrio sit, eligere u- 3
suras conventas, vel aliud interesse post moram probare, Matth. Col. *de proc. execut. p. 1. c. 10. n. 101.* † Sufficiunt tamen hoc casu ad probandum interes- 4
se conjecturales etiam & præsumptivæ probationes, ut multorum Dd. autoritatibus firmat Col. *dict. c. 10. n. 134.*

Ita Domini in causa Johannis VVulfhagens & Adriani Jamsons zu Brehmen/ M. Oct. An. 1630. (Verba sent. Ob wol im heiligen Römischen Reich ein höher Jährlicher Zins als 5. pro 100. nicht gebilliget und zugelassen/ inmassen ihr euch auch auff solchen Zins mit dem debitore verglichen. Da ihr aber dennoch ein höhers interesse, daß ihr nemlichen das ausgelieheue Geld weit höher genieſſen können/ angeben/ und solches wie recht erweisen und beybringen würdet/ *&c.* So wäre der Schuldener euch solches interesse abzustatten verpflichtig/ *&c.*)

Definit. XI.

Creditor in probatione interesse majoris succumbens postea usuras quincunces loco interesse petere nequit.

QUid, *si Creditor legitimarum usurarum* 1
quantitate non contentus, pluris sua interesse, probare conatus fuerit, & in probatione illâ defecerit? † Nihilominus tùm ei, loco interesse usuras 2
quincunces ex beneficio Ordin. Torg. Elect. Sax. *de anno 1583. tit.* Von Wucher / Wucherlichen *contracten &c. §.* als haben wir solches *vers.* und es wolle sich *&c.* adjudicandas forsan putaveris, † si- 3
quidem pluribus alicui concessis remediis, ab uno ad aliud procedere haud est prohibitum, quando per prius intentatum, agenti satisfactum non est, *l. quoties. 41. ff. de O. & Act. l. mater. 19. ff. de inoff. testam.* Dd. *in l. edita. 3. C. de edend.* Bart. *in l. consentaneum. 8. in pen. q. C. quomodo & quando Judex.* † Sed 4
aliud videtur placuisse Illustrissimo Sax. Electori, *in dict.* Ordin. Torg. Creditorem ad probationem interesse accedentem *huic* Const. 30. jam antea promulgatæ insistere jubenti: † Ex quo, probatione in- 5
teresse institutâ, si nihil probatum, aut probationi actor diffisus sit, ad beneficium *dictæ* Ordin. Novell. ei regressum haudquaquam competere, pronunciatum fuit † tàm in judicio appellationis, quàm à 6
JCtis Wittebergensibus, teste Petr. Heig. *part. 2. qu. 2. n. 13.* † Nam quod semel placuit, amplius dis- 7
plicere non potest *l. Pomponius. 9. ff. de negot. gest. c. mutare. 33. c. quod semel. 21. de Reg. jur. in sexto.*

† Et

8 † Et actore, probandi viam ingresso, jam debitori jus inde quæsitum est, quod ei repugnanti auferri non licet, *l. sicut. 5. C. de oblig. & act.* † Nec
9 tùm electo uno remedio, datur regressus ad aliud, in præjudicium tertii, ut pluribus persequitur Heig.
10 *dict. loc.* † Quin nec protestatio, si hâc fortè Creditor probationem interesse suscipiens usus erit, efficiet, ut in probatione deficiens, usuras quincun-
11 ces petere queat; † Quia vires non habet protestatio contra factum proprium, aut contra jus alteri quæsitum vel saltem mox acquirendum facta, *c. solicitudinem. 54. ext. de appell. c. ut quis duas. 25. de Elect. in 6to. l. ubi pugnantia. 188. ff. de reg. jur.* Bart. *in l. non solùm. 8. §. morte. 6. ff. de oper. nov.*
12 *nunciat.* † Planè, si creditor interesse probaverit sine certâ quantitate, judicem ex officio illud taxare & moderari posse non abnuerim, secundum tradita Heigii *dict. qu. 2. n. 33. & seqq.*

Ita Domini in causa Bernhardi Solerns zu Lichtenberg/M. Jul. Anno 1628 (Verba sent. Dieweil eurem Andeuten nach der Creditor mit den gewöhnlichen Zinsen an statt des interesse nicht zu frieden seyn wollen / sondern ein höhers zu erweisen und beyzubringen sich unterstanden/ &c. So ist er solchen Beweiß zu vollführen schuldig / und ihr mögen/ehe und zuvor derselbe von ihme geschicht / vorgedachte Landübliche Zinsen/als 5. pro 100. wann auch gleich der Creditor nunmehr damit zu frieden seyn und vom Beweiß abstehen wolte / zu zahlen nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definit. XII.

Creditor solutionem sortis absq; protestatione accipiens, postea interesse sive usuras ex mora petere nequit.

1 SUblatâ per solutionem obligatione sortis, non potest supereesse petitio usurarum ex morâ debitarum, *l. qui per collusionem 49. §. 1. ff. de act. empt. l. si deposita. 5. C. deposit.* Hart. Pist. *observ.*
2 *102. in pr.* † Quia solutio accepta sine protestatione purgat moram præcedentem, & quod est consequens, commissam præcedentis moræ pœnam diluit, *l. centum capuæ. 8. in fin. l. ult. ff. de eo quod cert. loc. l. de lege. 6. §. ult. cum l. seq. ff. de leg. commiss. l. 4. C. de pact. in empt. & vendit. l. 38. vers. dicebam. ff. de minor.* † Nec duæ sunt actiones,
3 alia sortis, alia Usurarum, sed una, ex quâ, condemnatione factâ, iterata actio rei judicatæ exceptione
4 repellitur, *dict. l. si deposita. 5. C. deposit.* † Quin & usurarum obligatio accessoria est, adeoque sublatâ principali sortis obligatione, subsistere nequit,
5 *l. nihil dolo. 129. §. 1. l. cum principalis. 178. ff. de*
6 *Reg. jur.* † Aliud dicendum, si Creditor sortem accipiens de usurarum petitione protestatus fuerit. † Solet namque protestatio conservare jus protestantis, *l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. pro herede. 20. §. 1. ff. de acq. hered.*

Ita Domini in causa D. Christophori Brauns zu Leipzig/ M. Sept. Anno 1601. (Verba sent. Ob ihr nun gleich vorgedachte 1000. fl. Kauffgeldere mittlerzeit gebührlichen nicht deponiret; Da aber dennoch gedachter Caspar von Zehmen dieselbe ohne alle Bedingung und Vorbehalt der Zinsen von euch angenommen hätte/ darvor sichs aus eurer Frage ansehen lässet; So möchtet ihr nunmehr von wegen der Zinsen von ihme beständiger Weise nicht belanget werden/V.R.W.)

Et in causa Martini Böttigers zu Mitweide / Mens. August. 1634.

Definit. XIII.

Sublatâ licet per solutionem sortis petitione, superest tamen petitio Usurarum, quæ ex stipulatione aliâve conventione debentur.

ALia ratio est usurarum, quæ non ex morâ vel officio judicis, sed ex pacto aliavè conventione debentur; Hæ enim jure petuntur sublatâ licet per solutionem sortis petitione. † Quia hoc casu usuræ principaliter magis, quàm accessione in stipulationem vel conventionem sic deducuntur, ut omnimodo, non illâ etiam contractâ morâ, debeantur, *l. videamus. 38. §. pen ff. de usur.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 5. n. 10.* † Ideoq; & non accessoriè, sed principaliter sunt in obligatione, quæ non potest videri sublata ex solutione sortis, † quia solutio non tollit aliam obligationem, quàm in cujus causam facta est, *l. qui per collusionem. 49. §. 1. ff. de act. empt. l. 8. D. ibi enim duæ ff. de eo quod cert. loc. junct. l. 1. & seqq. ff. de solut.* † Idemq; de fructibus juris est per text. *in l. si marito. 31. §. si fundum. 4. ff. solut. matrim. l. item veniunt. 20. §. 3. vers. fructus ff. de petit. heredit.* Hart. Pist. *observ. 102. n. 5.* Ea siquidem solet esse ratio fructuum, quæ est usurarum, *l. usuræ 34. ff. de usur.* Ant. Fab. *dict. defin. 5. n. 11.*

1 2 3 4 5

Ita Domini in causa Stephani Klesens & D. Georgii Kirchoffs ad requisitionem Quæstoris Deliciani, M. Martio Anno 1633. (Verba sent. Daß Beklagter die rückständigen 72. Reichsthlr. Zinsen Klägern zu erstatten schuldig/V.R.W.)

Definit. XIV.

Pecuniam depositam sub præstitâ cautione ad se recipiens tenetur ad interesse, si condemnatus fuerit ad restitutionem pecuniæ.

DEpositio legitimè facta vim solutionis ac traditionis habet, ideoq; non solùm cursum usurarium sistit, sed & periculum transfert in eum, qui moram fecit, *l. acceptam. 19. C. de Usur. l. obsignatione. 9. C. de solut.* † quia semper periculum ad moratorem spectat, *l. si ex legati. 23. & seq. l. si servum. 91. §. sequitur. 3. ff. de Verb. obligat.* † Tenetur tamen ad usuras ipsemet depositarius, si pecuniâ depositâ usus fuerit, *l. si depositi. 3. l. si deposita. 4. C. deposit.* † Iniquum enim esset, ex pecuniâ depositâ fieri locupletiorem, qui gratuitam, integram & abstinentem ab omni lucro fidem debet, *l. 38. circa fin. ff. de Usur.* Gothofr. *ad dict. l. si deposita. 4. verb. Usura. C. deposit.* † Multò magis usuræ exigi poterant ab eo, qui prætextu alicujus crediti pecuniam penes alium depositam, præstitâ licet cautione, accepit, ad cujus restitutionem postea condemnatur. † Quippè, qui ipsemet tùm debitor existit; ac moram in solvendo tradit, ex quâ usurarum accessio admittitur *l. Titia Sejo. 87 §. usuras. 1. ff. de leg. 2. l. cum quidam 17 §. si pupillo. 3. l. mora 32. §. in bonæ fidei. 2. ff. de Usur. l. in bonæ fidei. 13. C. eod. tit.*

1 2 3 4 5 6

Ita Domini in causa Hansen von Drandorffs/ M. Jan. Anno 1622.

DEFI-

DEFINIT. XV.

Non valet pactum de standō simplici ac nudâ Creditoris assertione super interesse.

1 NOn desunt, qui ex vi conventionis, nudâ ac simplici creditoris assertione super damnis & interesse standum asserunt, Bart. *in l. ult. n. 3. ubi &* Dyn. *ff. de prætor. stipulat.* Joach. à Beust. *in l. iusjurandum quod ex conventione. 17. n. 3. & 4. ff. de jurejur.* ubi post alios hanc opinionem communem
2 appellitat Petr. Heig. *p. 2. q. 3. n. 18.* † Quam tamen multis argumentis refutat Matth. Col. *de proceſſ.*
3 *execut. p. 1. c. 10. n. 147. & multis ſeqq.* † Contraq; eam in ſupremo D. Auguſti Elect. Sax. tribunali in magno numero & conſeſſu præcipuorum Juris-Conſultorum & Conſiliariorum non ſemel reſponſum, hocque pacto non obſtante, liquidationem ac probationem intereſſe Creditori injunctam
4 fuiſſe meminit, *dict. c. 10. n. 159.* † Quis enim non animadvertit, per ejusmodi conventionem aperiri Creditoribus feneſtram ſæpius allegandi intereſſe, quod in rerum natura non eſt, aut ſaltem in tantum
5 ſe non extendit, proùt aſſeritur à parte, † unde materia delinquendi datur, contra *l. illud convenire. 5. ff. de pact. dotal. l. ſi unus. 27. §. illud. 3. §. pacta quæ*
6 *turpem. 4. ff. de pact.* † Quin & conventio hæc haud obſcurè adjicitur in fraudem Conſtitutionum,
7 & pro palliatione uſurarum, † & ſic pro non appoſitâ ſeu inutili habenda eſt, *arg. l. Julianus. 13. §. 13. ubi* Paul. de Caſtr. *ff. de act. empt. l. pecuniæ fœnebris. 9. ff. de Uſur.* Col. *dict. c. 10. n. 147. & p. 3. c. 1. n. 36.* Salyc. *inl. jusjurandum quod ex conventione. 17. n. 2. ff. de jurejur.*

Ita Domini in cauſa Bernhard Solerns zu Lichtenberg/ M. Jun. Anno 1628. (Verba ſent. Auff n Fall ihr gleich angeregte Schuld benebenſt dem intereſſe, ſo hoch der Creditor daſſelbe angeben möchte / ohne vorgehende liquidation und Beſcheinigung abzuſtatten zugeſagt hätte/ꝛc. So wäret ihr doch demſelben nachzukommen nicht verpflichtet / ſondern es würde zuvor der Creditor das intereſſe zu liquidiren und zu beſcheinigen billich angehalten/ V. R. W.)

DEFINIT. XVI.

Licet fidejussor sub gravioribus usuris mutuam pecuniam acceperit, nil tamen ultra quincunces usuras à debitore ceu interesse repetere valet.

1 QUia hodie certus uſurarum modus conſtitutus eſt, ne quidem promiſſio intereſſe ultra quantitatem quincuncium uſurarum jure ſubſiſtit, ſed ad modum præſcriptum quincuncium nempe uſurarum eſt reducenda, Hart. Piſt. *p. 3. q. 2. n. 40.* Matth. Col. *de proc. exec. p. 1. c. 10.*
2 *n. 99.* † Adeò, ut licet graviores uſuræ in pœnam non factæ ſolutionis loco intereſſe decreto judicis promiſſæ fuerint, ultra quincunces tamen nihil exigi queat, ſecundum tradita Ant. Teſſaur.
3 *deciſ. 79. & 98.* † Multò minus verò illud pactum licitum judicatur, ut de pecunia mutuò data, vel in ſocietatem aut negociationem collata, ultra capitale intereſſe ſecundum Cambium Francofurtenſe præſtetur, ut latiſſimè probat Hart. Piſt.
4 *dict. q. 2.* † Pariter, etſi probet fidejuſſor, ſe aliunde mutuum ſub gravioribus uſuris accepiſſe, ad hoc ut debitorem liberare poſſet, neutiquam tamen id, quod uſuras quincunces excedit, tanquam intereſſe à debitore repetere poterit, † ſed facilitati ſuæ acceptum ferre debet, quod cum potuiſſet Creditori opponere exceptionem uſurariæ pravitatis, eam omiſerit, *l. idemq;. 10. §. generaliter. 12. ff. mandat. l. ſi fidejuſſor. 29. ff. eod. tit.* Hart. Piſt. *dict. q. 2. n. 40.* Matth. Berl. *p. 3. concl. 38. n. 27. & 28.* ubi ad contraria reſpondet. 5

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Inmaſſen denn auch/ wann gleich der von euch geſatzte Bürge zu Abwendung der Hülffe auff höhern Zins Geld auffnehmen müſſen/ ihr doch demſelben ein mehrers als das gewöhnliche intereſſe, nemlichen 5. pro 100. abzuſtatten nicht verbunden ſeyd/ V. R. W.)

DEFINIT. XVII.

Usuræ adjudicantur ex mutuo a die litis contestatæ, sive contestatio vera intercesserit, sive ficta, quæ inducitur ex contumaciâ.

NOn patitur juris ratio, ut ex mutuo, aliove 1
ſtricti juris contractu uſuræ ullæ citra ſtipulationem debeantur, *l. 3. C. de Uſur. l. Titius. 24. ff. de*
præſc. verb. † Ex quo ſequitur, ne quidem à die litis 1
conteſtatæ easdem deberi *l. 1. C. de condict. indebit. ubi* Gloſſ. & Salycet. *n. 8.* Ant. Fab. *de Error. pragmat. decad. 1. error. 1.* † ubi explicat. *l. lite conte-* 3
ſtata. 35. ff. de Uſur. ex quâ aliàs contrarium ſolet probari. † Nihilominus tamen fructus, ſeu acceſ- 4
ſiones civiles & naturales in ſtricti quoq; juris judiciis poſt litem conteſtatam præſtantur, *l. videamus. 38. §. ſi actionem. 7. l. 20. ff. de uſur.* † Adeoque & 5
intereſſe, cujus loco ſi creditor contentus ſit uſuris quincuncibus, & tum uſuras in ſtricti juris contractibus à tempore litis conteſtatæ deberi, non abſurdè dixeris, † licet aliàs errori pragmaticorum 6
inveterato hoc ſimpliciter aſſcribat Ant. Fab. *dict. Error. 1. At quid ſi debitor contumax fuerit, adeoq; vera litis contestatio non intercesserit?* † Certè 7
quia contumacia pro conteſtatione litis habetur, ex die contumaciæ adjudicabuntur uſuræ ſecundum tradita Ant. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 24. defin. 33. n. 5.*
† Plane ſi in chirographo uſuræ promiſſæ fuerint, 8
easdem non à die promiſſionis, vel tempore ad ſolutionem deſtinato, ſed ex die recogniti aut denegati chirographi demùm deberi, vix conceſſerim pragmaticis, contra quos diſputat Ant. Fab. *de error. pragm. decad. 1. Error. 2.* † quamvis opinionem 9
illam pragmaticorum uſu firmatam dicat, *in Cod. dict. tit. 24. defin. 15.*

Ita tractatum in cauſa Hahſen von Drandorffs/ Menſ. Jan. Anno 1622.

DEFINIT. XVIII.

Ratione pecuniæ indebitè solutæ interesse vel usuræ ne quidem à tempore litis contestatæ exigi possunt.

QUicquid rei indebitè ſolutæ acceſſit, putà 1
fructus fundi, ancillarum partus, pecorum fœtus, & merces habitationis, in condictionem indebiti venit, illudque præſtari æquum eſt, *l. indebiti. 15. in pr. l. in ſumma. 65. §. 5. & ſeqq. ff. de condict. indeb. ubi* Weſenb. *in parat. n. ult.* Donell. *lib. 14. comm. 18.* † Alia eſt ratio uſurarum; Nam ad red- 2
ditionem pecuniæ indebitè acceptæ condemnatum

tum ſimul ad uſurarum præſtationem non teneri reſcripſit Imp. Antonius *in l. 1. vers. Uſuras autem*
3 *C. de condict. indebit.* nec ſine ratione, † Quia condictione indebiti ea ſola quantitas repetitur,
4 quæ indebitè ſoluta eſt; † Obligatio quippe hîc non naſcitur niſi quatenùs res data reperitur, *l. ſi tibi decem. 17. in pr. ff. de pact.* Uſuræ autem datæ non ſunt, proinde nec actione hâc repeti poſſunt.
5 † Quo & facit textus *in l. quoties. 4. ff. de condict. ob turp. cauſ.* Clud. *de condict. Indebit. c. 10. n. 59. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Margarethæ, Viduæ Henrici à Clausbruchs zu Leipzig/M. Oct. Anno 1612. (Verba ſent. Ob nun gleich im Churfl. Sächſ. Ausſchreiben zu Torgau vom ausgelichenen Gelde à tempore moræ 5. auff's 100. an ſtatt des intereſſe den Gläubigern zu fodern nachgelaſſen. Dieweil aber dennoch nach gemeinen beſchriebenen Rechten in condictione indebiti kein Zins noch intereſſe, auch nicht à tempore litis conteſtatæ, ſondern allein die Hauptſumma/welche indebitè ausgezahlet/ wieder gefodert/ und condiciret werden kan/ꝛc. So ſeyd ihr auch wegen obgedachtes Capitals der 5748. fl. 15. gr. einiges intereſſe oder Zinſen abzurichten nicht ſchuldig/V. R. W.)

Definit. XIX.

Filia poſt mortem patris conferens dotem, ad præſtationem uſurarum non tenetur.

1 DEfuncto parente dos conferri debet, † ſed absque uſuris, quæ à filiâ dotem conferente haudquaquam exigi poſſunt, Coſtal. *in l. 20. ff.*
2 *fam. erciſc.* † Nec mirum, quum conferens etiam neceſſarias impenſas deducere poſſit, *l. 1. §. 5. ff.*
3 *de dot. collat.* † Minuitur namq; dos ipſo jure per impenſas neceſſarias *l. ſi is qui 56. §. quod dicitur. 3. ff. de jur. dot. l. 5. quod dicitur. 15. ff. de impenſ. in res dotal. fact. l. un. §. 5. vers. ſed nec ob impenſas.*
4 *C. de rei Uxor. act.* † Non tamen à præſtatione uſurarum libera erit filia, ſi poſt mortem patris in mo-
5 râ conferendi fuerit *l. 5. §. ult. ff. de dot. collat.* † Ex mora enim Uſuræ debentur *l. cum quidam. 17. §. ſi pupillo. 3. l. mora. 32. §. in bonæ fidei. 2. ff. de Uſur. l. Titia Sejo. 87. §. uſuras. 1. ff. de legat. 2.*

Ita Domini in cauſa Laurentii Stechers zu Hetzdorff/ M. Jan. A. 1612. (Verba ſent. So ſeyd ihr und euer Eheweib die übrigen 50. fl. ſo gedachtes euer Weib mehr als die andere Schweſtern zur Mitgifft bekommen/ zu conferiren und in gemeine Theilung zu bringen verpflichtet/aber Zins oder intereſſe davon zu erlegen/ iſt ſie geſtalten Sachen nach nicht ſchuldig/V. R. W.)

Et in cauſa Martini Lehmans Töchter zu Zadell/ M. Majo Anno 1634.

Definit. XX.

Uſuræ & fructus legatorum debentur à die moræ ſeu factæ petitionis.

1 QUod dicitur, uſuras Legatorum ſeu fideicommiſſorum, ex eo demum tempore, quo iis conteſtata eſt, exigi poſſe *in l. 1. l. 2. & l. 4. C. de Uſur. & fruct. legator.* illud aliter intelligen-
2 dum haud eſt, † quàm ſi mora non præceſſerit litis conteſtationem, ut rectè animadvertit Accurſ. *in dict. l. 1. C. d. t.* & poſt eum Ant. Fab. *lib. 7. conject. 3. & in Cod. lib. 6. tit. 24. defin. 1. n. 1.* † Alioquin
3 enim regulariter uſuræ legatorum non à die mortis, ut malè vulgò creditum eſt; † ſed à die moræ
4 debentur, *l. ſi quis ſervo. 84. l. Titia Sejo. 87. §. uſuras. 1. ff. de legat. 2. l. ſi quis bonorum. 23. l. cum res. 47. ff. de legat. 1.* † Mora verò contracta videri non 5
poteſt, priusquam legatarius agnoverit & petierit legatum? Mora enim eſt, † cum quis congruo 6
loco & tempore interpellatus non ſolvit, *l. mor. 2. 32. ff. de Uſur.* nec proinde intelligitur mora ulla fieri, ubi nulla petitio eſt, *l. nulla 88. ff. de reg. jur. l. ſi pupillus. 127. ff. de V. O.* † interim ergo fructus 7
percepti irrevocabiliter pertinebunt ad heredem, tanquam ſuo jure & bona fide percepti, *l. 18. §. quoties. 2. ff. ad SCtum Trebell. l. bonæ fidei 48. ff. de acq. rer. dom.* † non autem tanquam percepti à 8
domino, cum rei legatæ dominium tranſeat rectâ viâ à teſtatore in legatarium, *l. legatam. 80. ff. de legat. 2. l. Titio. 64. in fin. ff. de furt.*

Ita Domini in cauſa Margarethæ conjugis Alberti à Burgdorffs/ad conſultationem Sigiſmundi à Schönfelds, M. Jun. Anno 1633. (Verba ſent. So ſeyn die Land-Erben ſolcher Verordnung nachzukommen/und der Wittben das legatum der 600. Reichsthal benebenſt den Landüblichen Zinſen von Zeit des Verzugs und gethanen Foderung anzurechnen/ohne Abkürtzung an baarem Geld abzuſtatten ſchuldig/ꝛc.)

Et in cauſa V Volffen von Wolffersdorff/M. Majo, A. 1600. (Verba ſent. So ſeyn gedachte Erben ſolches legatum gedachter eurer Pflegefrauen/bald nach Endung des dreyſſigſten als der teſtator geſtorben/ zu bezahlen ſchuldig geweſen/und da ſolches von ihnen nicht geſchehen/ ſo wären ſie von berührter Zeit an/und weiter nicht/wofern ſie umb die Bezahlung gemahnet worden/davon die Landüblichen Zinſen zu entrichten pflichtig/ꝛc.)

Definit. XXI.

Legati in diem relicti uſuræ, non ex lapſu dici, ſed tantùm ex die agniti & petiti legati debentur.

1 EAdem prorſus ratio eſt legati in diem certam relicti; Non enim diei adventus faciet, ut ab eo tempore legati fructus aut uſuras heres debeat, quaſi in morâ conſtitutus, quia fieri haud poteſt, ut eodem inſtanti & naſcatur petitio, & mora contra-
2 hatur, *l. promiſſor. 21. §. 1. ff. de pec. conſtit.* † Sed neceſſaria eſt interpellatio ad conſtituendum debitorem in morâ, *l. morâ. 32. ff. de Uſur. l. ſi pupillus. 127. ff. de verb. obligat. l. nulla. 88. ff de Reg. jur.* † Adeoq; 3
& legati in diem relicti uſuræ non niſi ex die agniti & petiti legati debentur, quando ſcilicet heres fuit interpellatus Ant. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 24. defin. 10.*
† Prius enim eſt, ut legatarius legatum agnoſcat, 4
quàm ut heres moram ſolvendi contrahat *l. ei qui 13. ff. de condit. inſt.*

Ita Domini in cauſa Viduæ Matthæi Hueffners & Henrici Steinmetzens zu Eulenburg/M. Oct. Anno 1632.

Definit. XXII.

Uſuræ legatorum debentur minori citra moram à die aditæ hereditatis.

1 QUod diximus, Uſuras legatorum nec à die mortis, nec rurſus à tempore litis conteſtatæ deberi, ſed à die moræ per interpellationem ſive judicialem ſive extrajudicialem contractæ, *Su-*
2 *prà* defin. 20. † Id locum non habet, ſi fructus aut uſuræ ſint in ipſo legato; aliud enim eſt quærere de fructibus vel uſuris legatis, aliud verò de fructibus vel uſuris legatorum, *l. cum unus. 10. §. verbis fideicommiſſi 1. ff. de alim. vel cibar. leg.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 24. defin. 1. n. 6.* † Sicuti nec tùm, ſi 3
uni ex aſcendentibus vel deſcendentibus pro legitimâ

gitimâ *l. 8. §. si conditioni. 10. ff. de inoff. test.* Nicol. 4 Boër. *decis. 3.* † aut etiam piæ causæ legatum proponatur, Andr. Tiraq. *de privileg. piæ caus.* Ant. 5 Fab. *dict. tit. 24. defin. 3.* † vel si legatum aut fideicommissum minori debeatur. Favore namq; ætatis, quæ non satis consilii aut diligentiæ habet 6 ad heredem interpellandum, receptum est, † ut ex hâc causâ, re ipsâ mora contrahatur, non aliter, ac si interpellatio præcessisset, *l. cum quidam. 17. §. si pupillo. 3. ff. de Usur. l. in minorum. 3. C. in quib. caus. non est necess. in integr. rest.* Ant. Fab. *dict. tit. 24.* 7 *defin. 14.* † Ita tamen, ut mora hæc non diutius, quà minor ætas, duret, novâq; interpellatione postea opus esse incipiat ad perpetuandum cursum usurarum, *l. Titia. 87. §. usuras. 1. ff. de legat. 2.*

Ita Domini in causa Henrici à Bottfeld zu Quisnitz/M. Majo, An. 1620. (Verba sent. Hat Dorothea von Burckersrode in ihrem Testament euerm Mündlein 1000. fl. legiret, und es haben die Testamentes-Erben von solchem legato mehr nicht dann 830. fl. bezahlet / den Rest aber biß diese Stunde noch nicht abgestattet/ꝛc. So seyn sie deswegen vorgedachtem euerm Mündlein die Landübliche Zinsen von der Zeit anzurechnen/als sie sich des Verstorbenen Erbschafft angemasset/zu entrichten schuldig/V.R.W.)

Definit. XXIII.

Etiam in bonæ fidei contractibus ex solo diei lapsu minori debentur usuræ absq; præcedente interpellatione.

1 NOn potest quis in mora constitui eo ipso instanti, quo obligatur ad rem tradendam, nisi convenerit, ut certo die traderetur, *l. qui hoc anno 42. l. ad diem. 77. junct. l. 114. ff. de verb. obli-*
2 *gat.* † Ideoque ad hoc necessaria est interpellatio *l. mora. 32. ff. de Usur. l. Titia Sejo 87. §. usuras. 1. ff.*
3 *de legat. 2.* † Aliter res se habet in persona minoris, cui statim ab ipso momento obligationis, vel ex lapsu diei absque præcedente interpellatione, debentur usuræ, *l. in minorum. 3. C. in quib. caus. in*
4 *integr. restit. nec. non est.* † Respectu namque minoris ab ipso jure contrahitur mora à debitore absque interpellatione, perinde ut in legatis & fideicommissis, ut dixi Defin. *præced.* † Ex favore nempe ætatis, quæ non satis consilii aut diligentiæ habet
5 ad heredem interpellandum. Quæ tamen mora ultra minorennem ætatem non durat, secundum dicta in Defin. *præced. num. 7.* † Ne scilicet privilegium certo tempore determinatum, contra legis voluntatem ulterius porrigatur, *arg. l. Imperator. §. in*
6 *fin. ff. de postul.*

Ita Domini in causa Hansen Ulmans zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1600. [Verba sententiæ: So seyd ihr solche wegen des erkaufften Hauses rückständige 210. fl. Tag-eit-, Gelder e von der Zeit an/da sie fällig worden/ euers Bruders unmündigen Kindern / euers darwider gethanen Fürwendens / daß ihr darumb von ihnen nicht gemahnet worden / ungeachtet / zu verzinsen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXIV.

Præceptum judicis de non exsolvendo debito, liberat debitorem ab usuris & interesse.

QUum debitor jussui ac præcepto Magistra- 1
tus parere necesse habeat, *l. si stipulatus. 81. ff. de solut. l. ait prætor. 7. §. 2. vers. permittitur. ff. de minor. l. 167. §. 1. l. 199. ff. de reg. jur.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 88. num. 4.* Matth. de Afflict. *decis. 150. num. 20.* Paul. de Castro *in l. furti. 6. §. 3. vers. qui jussu. ff. de his qui not. infam. num. 1.* † nulla cer- 2
tè culpa vel mora ei imputari potest, si præcepto judicis de non exsolvendo debito paruerit, *l. is damnum 169. ff. de Reg. jur.* † Quare nec interesse 3
aut usuræ ab eo exigi poterunt, ut tradit Felin. *in c. constitutus. 19. extr. de rescript. num. 12.* † quippe 4
quæ citra moram non debentur, *l. cum quidam 17. §. si pupillo. 3. l. mora. 32. §. in bonæ fidei. 2. ff. de Usur. l. 87. §. usuras. 1. ff. de legat. 2.* † Et aliàs præ- 5
ceptum vel jussus judicis ab interesse & pœnâ excusat, Gloss. *in l. 4. ff. de condict. tritic.* Felin. *dict. loc.* Guid. Pap. *decis. 340. n. 3.* Dom. Card. Tusch. *tom. 6 verb. præceptum. concl. 480. num. 10.* Berl. *decis. 25.* † At nonne æquitas saltem usurarum pen- 6
sionem exposcit à debitore, qui durante præcepto judiciali pecuniâ Creditoris utitur, † cùm 7
& emptor, si re emtâ fruatur, usuras pretii nondum soluti exsolvere obstrictus sit *l. Julianus. 13. §. 20. ff. de act. emt. l. 5. C. eod. tit.* † Malè certè hoc in- 8
de infertur, cùm debitor jussu judicis impeditus sortem exsolvere, eâ nunquam tutò utatur fruatur, quippe quî præcepto relaxato semper paratus sit ad solutionem necesse est. † Planè, si omninò pe- 9
cuniâ Creditoris usus & commodo suo prospexisse proponatur, quin tùm ad exsolutionem interesse vel usurarum teneatur, vel propterea non dubitaverim † quod nemo cum alterius jacturâ debeat lo- 10
cupletari *l. nam hoc naturâ 14. ff. de condict. indeb. l. jure naturæ. 206. ff. de reg. jur.* † Et æquum tum 11
est, ut fructus interim perceptos debitor restituat, vel saltem usuras, quæ fructuum vicem obtinent, *l. usuræ 34 ff. de usur. l. 23. ff. de pign. act. Adde Decis. Elect. noviss. 27.*

Ita Domini ad Consultationem Eliæ Friedels zu Wechselburg/Mens. Sept./Anno 1630. (Verba sent. Ob nun wol nebenst dem Capital auch das vollständige interesse und also zusammen 2925o. fl. angegeben und gefordert worden / dieweil aber dennoch dem Schuldener allbereit Anno 1619. im April. Verbot geschehen/ weder am Capital oder Zinsen ichtwas auszuzahlen/derowegen er solches Geld wider seinen Willen / wie gern er auch sonsten die Auszahlung gethan/bey sich behalten müssen/ꝛc So mag benenter debitor von Anno 1619. da das Verbot der Auszahlung geschehen / von dem Capital einigen Zins zu geben nicht angehalten werden/ꝛc.)

Definit. XXV.

Debitor præter usuras ne quidem ex conventione propriâ ad collectas, de pecuniâ mutuò acceptâ Magistratui præstandas, firmiter obligatur.

IN tantum odiosa est Usurarum exactio, ut ha- 1
rum nomine, ne aliud quippiam in fraudem usurarum legitimarum stipulari liceat, *l. pecuniæ fœnebris*

fœnebris. 9. in pr. l. pœnam. 44. ff. de usur. l. cum alle-
gas. 15. cum l. seq. C. eod. tit. l. 1. §. pacto 3. ff. de pign r.
2 *l. 13. §. 26. ff. de act. emt.* † Ex quo sequitur, illicitam esse pactionem, quâ debitor ultra legitimum usurarum modum, collectarum præstationem in se recipit, †Quæ licet magistratui debeantur, in effectu tamen harum præstatio in commodum cedit Creditoris, à quo aliàs collectæ exiguntur. † Quò &
4 facit text. *in l. eos qui 26. §. 1. vers. interdicta C. usur.* ubi prohibentur Creditores, ex pecuniis fœnori dandis aliquid detrahere vel retinere sportularum nomine, vel alterius cujuscunque causæ gratiâ; †
5 Rauchb. *part. 1. q. 18.* † ubi pluribus hanc pactionem improbat, ex eaque Consiliarios Electorales executionem contra debitores decernere noluisse
6 dicit, *in fin. dict. q. 18.* † Certè hodiè minus de hac re dubium est in Electoratu Sax. propter Recess. provinciales nuperrimos *de An. 1628.* qui sextum florenum collectarum nomine, Magistratui solvendum, exigere permittunt, † propterea scilicet, ne
7 Creditor habeat, quod de minimo usurarum lucro conqueratur, aut debitorem impositione collectarum onerare queat.

Ita Domini in causa Martini Denders/ & Gertrudæ Conjugis Joh. Pfreunds zu Leipzig/ Mense April. Anno 1630. [Verba sententiæ: Die Steuer aber von den geborgten Geldern der Obrigkeit zu entrichten/ ungeachtet er sich hierzu ausdrücklichen verschrieben/ mag er wider seinen Willen nicht gedrungen/ noch die Hülffe deßwegen wider ihn angeordnet werden/V. R. W.]

Definit. XXVI.

Non solùm in mutuo, sed & in reliquis contractibus usuræ ex mora debitæ ultra alterum tantum exigi prohibentur.

1 EXpediti juris est, quod usuræ ultra alterum tantum peti & exigi non possint, *l. si non sortem. 26. §. 1. ff. de condict. indeb. l. nihil interest. 4. §. pro operis. 1. ff. de naut. fœnor. l. usuræ. 10. l. de usu-*
2 *ris. 27. §. 1. C. de usur.* † Sed quando hæ sortem adæquârunt, cessant, nec usurarum nomine amplius quicquam debetur, † ita ut sors duplo insit,
3 prout demonstravi *in pract. crim. part. 2. q. 92. num. 43. ex Nov. 121.* Zanger. *de except. part. 3. c. 25. n. 37.*
4 *& 34.* † Nec refert, an usuræ sortem adæquantes particulariter solutæ sint nec ne, per *text. in d. Nov. 121. c. 2.* ubi particulares etiam solutiones debita dis-
5 solvunt, si usque ad duplum pervenerint, † licet an-
6 tea aliud placuerit Imp. Ant. *in l. 10. C. de usur.* † Cujus sanctio correcta est à Justin. Imp. *in dict. Nov. 121. c. 2. ubi* Gothofr. *lit. E.* Vide hàc de re sententiam Scabinorum Lipsiensium *in pract. mea crim.*
7 *dict. q. 92. n. 46.* † Porrò & hoc certum est, quod non solùm in mutuo, sed & in aliis contractibus Usuræ ad alterum usque tantum solutæ cessent, nec amplius quicquam harum nomine exigere liceat, per text. manifestum *in l. de usuris, 27. §. 1. in verb. final. C. de usur.*

Ita Domini in causa Christiani Burckards zu Dreßden/ Mens. Nov. Anno 1626. [Verba sentent. Ist er nicht allein die verfallene Capitalia der rückständigen Kaufsumma und Erbgeldere/ sondern auch von Zeit an des Verzugs die aufgelauffene Zinsen bis auff das alterum tantum zu zahlen schuldig; ein mehrers aber zu geben/ mag er wider seinen Willen nicht gedrungen werden/V. R. W.]

Et in causa Georgii Pauli à Liedlow zu Lunnersdorff/ Mens. Oct. Anno 1635.

Definit. XXVII.

Solutæ autem usuræ ultra alterum tantum condictione indebiti repetuntur, vel in sortem imputantur.

1 QUia usuræ ultra alterum tantum non debentur Defin. *præced.* satis expeditum esse videtur, jam ultra solutas usuras jure repeti posse, Condictione scil. indebiti, † quâ repeti solent ea, quæ in- 2
debitè soluta fuêre, *tot. tit. ff. de Condict. indebit. ubi* Wesenb. *in parat.* Ac quò minus de hâc re dubium sit, † extat rescriptum manifestum Divi Severi, quo usuræ supra modum legitimum solutæ con- 3
dici jubentur, cujus rescripti meminit JCtus Ulpian. in *l. si non sortem. 26. in pr. de cond. indeb.* illudque disertis verbis ad hunc casum extendit, quando ait, supra duplum autem usuræ solutæ repetuntur, *in §. 1. ad l. 26. ff. de condict. indeb.*

Ita Domini in causa Dnn. Comitum à Stolberg & Gleicha ad requisitionem Caspari Schultzens in Heringen, Mense Majo Anno 1625. [Verba sent. So ist die Frau Gräfliche Wittib diejenige Zinsen/ so sie allbereit über das alterum tantum abgestattet/ wieder zu fodern/ oder dem schuldigen Capital abzukürtzen wohl befugt/V. R. W.]

Et alii in causa ad consultationem Quæstoris in Weissensee/ Mense Jul. Anno 1622.

Definit. XXVIII.

Quando usuræ ultra alterum tantum peti possint; & quid si exigantur tanquam interesse, non ut usuræ.

NOn semper tamen usuræ ultra alterum tantum 1
exigi prohibentur, sed varii existunt casus, in quibus petitio usurarum ultra duplum est concessa: Putà: † in Usuris Rei judicatæ, quando nempe de- 2
bitor, qui jam antea usuras usque ad alterum tantum solvit, per sententiam ad solvendum condemnatus, solutionem sortis retardavit, Petr. Surd. *l. 3. cons. 302. n. 2.* Item *in* Annuis reditibus Andr. Gail. *lib. 2. observ. 7. n. 1. & seqq.* Hartm. Pist. *obs. 45.* † Aut si debitor lite motâ super sorte & usuris, vel 3
etiam de solutione sortis interpellatus effugia quærat, & solutionem in multos annos malitiosè differat, Zanger. *de except. part. 3. c. 25. n. 38.* † Quibus 4
in casibus omnibus, usuras etiam ultra alterum tantum deberi, probavi pluribus, adductis simul sententiis Scabinorum Lipsiensium *in praxi mea criminali, part. 2. q. 92. n. 51. 54. 62.* Quæ omnia hîc repetere nolo. † Casibus illis & hunc addo, si usu- 5
ræ non tanquam Usuræ, sed ut interesse petuntur; Nam & tum ultra alterum tantum benè exigi potuerunt † *per text. in l. 3. §. nunc de officio judicis §.* 6
vers. Et quidem ultra legitimum modum usurarum. ff. de eo quod certo loco. Ord. Torgens. Elect. Saxon. *de A. 1583. tit.* Von Wucher/ wucherlichen Contracten/ *&c.* §. Als haben wir solcher ihrer Bitte. Joh. Zanger. *dict. cap. 25. n. 29. & 30. junct. num. 46.* Berlich. *part. 2. concl. 38. n. 37.* Vide hîc Decis. Elect. noviss. 29.

Ita Domini in causa Christophori Theodorici & Georgii Fratrum à Starschedel, ad requisitionem Jacobi Nitzschmans zu Dreßden/ Mens. Dec. An. 1626. [Verba sentent. Daß mehrbemeldte Gläubigere auch die Schäden/ Unkosten und Interesse, wenn solches gleich das alterum tantum übertreffen thut/ abzustatten schuldig seyn/V. R. W.]

Definit. XXIX.

Interesse alterius interesse non minus ac usuras usurarum exigere prohibitum, etiam inter Mercatores.

USuræ Usurarum de jure exigi non possunt, ne- 1
que accessionis accessio unquam præstanda est *l. ult. C. de Usur. l. si non sortem. 26. in pr. ff. de cond. indeb. l. placuit 29. l. neq; eorũ 15. ubi* Bart. *ff de usur. l. improborum 20. ubi* Gloss. & Dd. *C. ex quib. caus. infam.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 4. n. 1.* † 2
in tantum, ut licet usuræ usurarum promissæ fuerint, haud tamen debeantur, quin & solutæ condictio-

dictione indebiti jure repetantur, *dict. l. si non sortem 26. in pr. d. l. placuit. 29. ff. de usur.* † At quid, 3
si aliquis interesse alterius interesse petat? Hunc omninò audiendum, ac non solùm primùm, sed etiam secundum & tertium, & sic deinceps semper interesse alterius interesse lucri cessantis ac damni emergentis exigere posse, post Cagnol. *ad l. un. n. 46. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.* & Jac. Menoch. *de arbitr. jud. q. lib. 2. cent. 2. cas. 119. num. 17. & seqq. tradit.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 38. num.* 4
33. † Sed interesse seu fructus non minus sunt accessiones ac ipsæ usuræ, *l. 1. §. bellissimè 13. ff. ut legat. caus. cav. l. ita tamen. 27. §. heres. 16. ff. ad SCtum Trebell. l. 43. §. 1. ff. de legat. 2. l. non est ambiguum. 9. C. fam. erciſc.* † qvomodo ergò horum 5
usuræ seu interesse peti poterunt, siquidem accessionis accessio, cum sit accidens accidentis, non potest in rerum natura esse, non magis ac servitus servitutis, qvæ ideo nec in bonis nostris, nec extra
6 bona nostra esse dicitur *l. 1. ff. de usufr. legat.* † Existimaverim ergò exactionem interesse alterius interesse neutiqvam admittendam, ne quidem inter mercatores, qvod & voluisse videtur Decian. *lib. 2.*
7 *cons. 49. n. 47. & seqq.* † Qvin nec fructuum usuras præstandas esse, probatur *per l. neq; eorum. 15. ff. de usur.* Ant. Fab. *dict. defin. 4. n. 2.*

Ita Domini in causa Hieronymi Meisners zu Leipzig/Mens. Majo, Anno 1585. [Verba sent. Ist einer etlichen Kauffleuten 3000. fl. schuldig worden. Ob er nun gleich in der Zahlung säumig gewesen / ꝛc. So seyn doch die Kauffleute/was sie auff das interesse erwerben und gewinnen hätten können/ und also interesse von interesse zu fodern nicht befugt/ sondern lassen sich an dem interesse, so viel sie dessen liqvidiren und bescheinigen können/ billig begnügen/V.R.W.]

Et in causa Petri Gloribi zu Leipzig/Mens. Jan. Anno 1619. [Verba sent. So mögen doch des Schuldeners Erben über das Capital und von euch bescheinigte Kauffmannsinteresse, ein mehres zu zahlen / noch euch Wechsel auff Wechsel zu entrichten nicht angehalten werden/V.R.W.]

Definit. XXX.

Usuras usurarum de pecunia pupillari solvit tutor solus, non etiam alius debitor extraneus.

1 ERrant omninò, qui sibi persvasum habent, indifferenter de pecunia pupillari non solùm
2 usuras, sed & usurarum usuras deberi. † Scio eqvidem hoc casu usuras usurarum exigi, per text. *in l. tutor, qui repertorium. 7. §. si usuras. 12. l. qui negotiationem. 58. §. ex duobus. 1. ff. de adm. & per. tutor.*
3 † quorum dispositione hodiè etiamnum standum est, quia expresse correcti non sunt *in l. ult. C. de*
4 *usur.* Attamen si rationem hujus juris inspicias, † quod scil. usuræ aliundè acceptæ in persona tutoris sint pars sortis, cujus ratione usuræ præstandæ ve-
5 niunt, † non nisi à tutore usuras usurarum de pecunia pupillari solvendas esse facillimè concesseris.
6 † Imputet namque sibi tutor, quod contra officium suum usuras seu sortem alteri ad usuras dare neglexerit, nec pupilli commodum promovere studuerit, † Quæ certè ratio in alio debitore extraneo
7 cessat, neque absq; mutatione personæ usuræ in sor-
8 tem converti dicuntur. † Quid ergò mirum, ut tùm debitor jure communi gaudeat, & ab usurarum usuris absolvatur, Matth. Wesenb. *part. 2. cons. 72. n. 12.* Carol. Molin. *de usur. q. 77. n. 602.*

Ita Domini in causa Tutorum Martini Deuters & Gertrudæ uxoris Johannis Pfreunds zu Leipzig/M. April. A. 1630. [Verba sent. Sie mag aber klagenden Vormunden Zins von Zins zu geben nicht angehalten werden/ꝛc.]

Et in causa Dn. Baronis Henrici Reussens contra DD. Barones à Schönburg / ad requisitionem Quæstoris Zwickavienſis, M. Mart. An. 1635. [Verba sent. Daß beklagte Herren von Schönburg vñ den geklagten Capitalien Zins von Zins Klägern zu entrichten nicht schuldig/ V.R.W.]

Definit. XXXI.

Tutor usuras usurarum illarum, quas à debitore non accepit, neutiquam præstare tenetur.

1 TUm demum de pecunia pupillari usuras usurarum petere licet, quando usura in sortem conversa non fuit, cum id benè fieri potuisset, putà, si tutor usuras à debitore acceperit, nec rursus alii ad usuras dando in sortem commutaverit; Videtur namq; eas ipsemet penes se retinuisse, & usurpasse, ut mirum haud sit usurarum usuras eum teneri *l. 7. §. 12. l. 58. §. 1. ff. de admin. & per. tutor.* Defin. *præced.* Wesenb. *cons. 72. n. 12.* † Ex quo sequitur, tu- 2
torem hoc onere gravandum non esse, si usuras à debitore non acceperit, ita ut eas ceu sortem elocare alteri potuisset, licet ipsemet in usurarum exactione negligens fuerit. † Cessat namq; tunc prædicta 3
ratio juris, uti in aperto est. † Ergò & ejusdem dis- 4
positio *l. adigere. 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron.* Jas. *in l. 32. ff. de pact.*

Ita Domini ad consultationem Johannis Dippolts à Grensing, Mens. Mart. Anno 1631. [Verba sent. So seyn die Vormündere beydes Capital und Zinsen nochmals einzubringen und zu verrechnen schuldig/ aber Zins von Zins zu geben mögen sie wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V.R.W.]

Definit. XXXII.

Nec usuras usurarum præstat tutor de pecunia pupillari, quam ipse, ceu mutuum, penes se habet.

1 SI tutor ipsemet pecuniâ pupillari, quam penes se habet, utatur-fruatur, de ea procul dubio usuras præstabit; Sed *num etiam usuras usurarum?*
2 † Neutiquam sanè, quia usuræ usurarum de pecunia pupillari eo solummodò casu exigi possunt, si tutor usuras ab alio solutas unà cum sorte acceperit, † ni- 3
mirum quod usuræ aliundè acceptæ fiant pars sortis apud tutorem, Defin. *præced.* Matth. Wesenb. *part. 2. cons. 72. n. 12. in fin.* † Cessat verò hæc ra- 4
tio, quando nulla fit mutatio personæ, ipseq; tutor primas usuras debet, quæ propterea in sortem nunquam conversæ dicuntur, adeoque nec usurarum usuræ hîc exiguntur, quas nunquam jura petere permittunt *l. ult. C. de usur.* † Eleganter Matth. We- 5
senb. *dict. cons. 12. n. 12.*

Ita Domini in causa Christophori Pezols zu Grötzsch/M. April. Anno 1636. [Verba sentent. Hat der Vormund B. S. des Mündleins Geld/als 29. fl. 3. gr. 11. pf. zu sich genommen und gebraucht/ꝛc. Da er nun nebenst dem Capital auch den gewöhnlichen Zins entrichten würde/ so lässet sich das Mündlein daran billich begnügen / aber Zins von Zins zu geben mag ermeldter Vormund/ gestalten Sachen nach nicht angehalten werden/ V.R.W.]

Definit. XXXIII.

Non permittendum, ut usuræ redigantur in sortem, ad facilius admittendas usurarum usuras.

1 USuras usurarum quia exigere non licet, Defin. 29. utique nec permittendum erit, ut redigantur usuræ in Sortem ad facilius admittendam Usurarum accessionem, † ne sci- 2
licet, fraus fiat prohibitioni ac per indirectum usuræ usurarum præstentur, quod quidem ab avaris Creditoribus studiosè quæri- 3
tur, † quem modum vulgò Anatocismum appel-

pellitant, quoties usura sorti conjuncta alias usuras parit *l. 7. §. 12. l. 58. §. 1. & 4. ff. de administr. tutor.*
4 † At hunc prohibet nominatim Justiniani Imp. Constitutio *in l. ut nullo modo. 28. C. de Usur.* ubi Gothofr. *lit. L.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 4. n. 4.* Matth. Wesenb. *part. 2. consil. 72. n. 7.* Carol. Molin. *de usur. n. 44.*

Ita Domini in causa Senatus Schneebergensis, M. Dec. A. 1633. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch Zins von Zins zu fodern/ auch zu solchem Ende / den rückständigen Zins zum Capital zu schlagen / durchaus verboten / und dergleichen Anatocismus in Rechten gantz aufgehoben und verboten/ꝛc. So mag auch von dem Rath dem Creditori ein höhers Capital/ als er anfänglichen wircklichen dargeliehen/nicht verzinset/ noch obangeregte 500. fl. Zins vor Capital gehalten / und davon einiger Zins entrichtet werden/ꝛc.]

Item in causa Baronum à Schönburg/ad consultationem Quæstoris in Wechselburg, Mens. Jul. Anno 1627.

Item in causa Thomæ Landrockens zu Burghausen / Mens. Jul. Anno 1629.

Et in causa Balthasari Schmids zu Zwickau / Mens. Sept. An. 1634.

Definit. XXXIV.

Nec inter Mercatores permittitur Anatocismus.

1 *AT nonne mercatoribus saltem usuras in sortem redigere licebit ad facilius admittendam usurarum accessionem?* Quod forsan existimaveris, † quia in causis mercatorum de apicibus
2 juris non multum disputandum, sed omnia ex bono & æquo decidenda sunt, *l. si fidejussor. 29. §. quædam 4. l. Quintus. 48. ff. mandat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 23. defin. 8. n. 3.* Dec. *in l. in omnibus. 14.*
3 *ff. de reg. jur.* † Ex quo fit, ut ex pacto etiam nudo inter mercatores actio oriatur, Bartol. *in dict. l. Quintus. 48. ff. Mandat.* Salyc. *in l. placuit. 8. C. de*
4 *judic.* † Nec non ex stipulatione alteri factâ in causis mercatorum actio cuidam tertio quæratur, ut
5 pluribus tractat Hart. Pist. *obs. 180.* † & promissio facti alieni valeat ad sustinendas literas Cambii Pist.
6 *observ. 179.* † Verùm accessio usurarum ex æquitate ipsissimâ prohibetur, nec de apicibus juris hîc quicquam disputatur. Quin potius ob usurariam pravitatem in Mercatores frequentiorem Anato-
7 cismus maximè videtur prohibitus, † quippe quos nec Imp. Justinianus excipere voluit *in l. 28. C. de*
8 *usur. in verb. nullo modo licere cuiquam, &c.* † Quæ sanctio quum generalis sit, etiam generaliter intelligi debet, ut neminem ac ne mercatores quidem excludat, *arg. l. in fraudem. l. 5. §. ult. ff. de test. milit. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstand.*

Ita Domini in causa Petri Gloribi zu Leipzig/ Mens. Januar. Anno 1629.

Definit. XXXV.

Cessio debiti seu actionis regulariter non valet, nisi ad concurrentem dati pretii quantitatem.

1 NOn aliter valere potest cessio actionis seu debiti, quàm intercedente justo pretio, ex Constitutione Imper. Anastasii *in l. per diversas. 22.*
2 *& l. ab Anastasio 23. C. mandati.* † Quæ Constitutio non modò ad compescendam pravitatem
3 usurariam, † sed & potissimùm in odium redimentium lites edita est Socin. jun. *lib. 3. consil. 48. num. 6.* Alciat. *respons. 124. num. 9.* Jacob. Menoch.
4 *lib. 3. præsumpt. 129. n. 2.* † Quod si partim vendita, partim donata actio proponatur, non nisi ad concurrentem usque pretii quantitatem cessio valebit, ne qua fraudis comminiscendæ detur occasio *dict. l. 23. §. si quis autem. 1. C. Mandat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 29. defin. 5. n. 3.* Adde omnino Decis. Elect. Noviss. 28.

Ita Domini in causa Michael Grüners zu Planitz / Mense Majo Anno 1628. [Verba sent. Und es hat euer Vetter solche Schuld der 200. fl. damit ihr ihm verhaftet gewesen/Wolff Reyern zu Zwickau / gegen 130. fl. baar Geld cediret und abgetreten. Ob nun wol gedachter Wolff Reyer von euch die völligen 200. fl. fodern thut/ ꝛc. So möget ihr ihm doch ein mehres als 130. fl. so viel er dafür gegeben/zu zahlen nicht angehalten werden/V. R. W.]

Definit. XXXVI.

Ex Constitutione Anastasii, ne quidem venditio debiti particulariter in certos terminos solvendi valet, nisi ad concurrentem pretii quantitatem, imputatis tamen cujusq; termini usuris.

ADeò generalis non est Constitutio Anastasii 1
Imperatoris, ut non excipiat certos casus, in quibus cessio ultra concurrentem etiam pretii 2
quantitatem valeat, † quorum ipsa Constitutio meminit, *in l. per diversas. 22. C. mandati.* quosque refert prolixè post alios Matth. Berlich. *decis. 33.* † 3
Minimè tamen inter hosce referenda est venditio debiti seu nominis, etiam non magis valebit tùm cessio ultra concurrentem pretii quantitatem, † etiamsi instrumento Cessionis Nomen venditionis 4
fuerit insertum, *dict. l. per diversas. 22. vers. licet instrumento C. Mandat.* Berlich. *decis. 31. num. 3.*
† Quæ venditio tantò minus licita est, quantò ma- 5
jores usuras emptor, pretio impari soluto, inde lucratur, contra Recess. Imp. August. *de Anno 1530. tit.* Von wucherlichen *Contracten. §. ult. & de Anno 1548. eod. tit.* §. Und nachdem die Wiederkauffsgülden/ *&c.* † Nec imputatio usurarum de 6
pecunia particulariter ac in certos terminos solvenda, aliter contractum hunc poterit salvare, quàm si Emptio-Venditio ita instituatur, † ut em- 7
ptor de pretio in numerato exposito singulis annis saltem vigesimam partem accipiat, ac detrahat loco interesse, quod careat pecuniâ, prout docet Modest. Pistor. *p. 2. q. 97. n. 8. & 9.* & pluribus demonstravi *in practic. crim. p. 2. quæst 92. n. 91. & seqq.*

Ita Domini in causa Balthasari Phemels zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1629. [Verba sentent. Ob ihr wol mit B. S. Anno 1625. einen Contract getroffen / und vermöge desselben ihm 1300. fl. Tagezeit-Geldere / so Ostern 1627. mit 150. fl. nachmals aber jährlichen/alle Ostern mit 200. fl. und also die gantze Summa binnen 6. Jahren bezahlet werden muß/verkauffet und cediret/ wogegen er euch 650. Rthlr. ausgezahlet/ꝛc. So ist doch solcher Kauff gestalten Sachen nach / weil die Tagezeit-Geldere nach Abzug rechtmässiges jährlichen Zinses das Capital der 650. Reichsthlr. weit übertreffen / Inhalts der Reichs-Abschiede und Torgauischen Ausschreibens als ein wucherlicher Contract zu Recht nicht gültig noch verbündig/ V. R. W.)

Et in causa Barbaren Geblers zu Brobstheyde/ Mens. Majo Anno 1635.

Definit. XXXVII.

Annullatâ cessione debiti ex constitutione Anastasianâ, superfluum id, quod solutam quantitatem excedit, regulariter ad Cedentem pertinet.

SAtis clara est sanctio Imp. Justiniani: Quod 1
superfluum illud, quod solutam pretii quanti-

tatem excedit in cessione debiti, nec ad Cessionarium nec ad cedentem spectet, sed uterque eo carere debeat *in l. an Anastasio. 23. §. 1. C. mandati.*

2 † Verùm non universaliter ibidem loquitur Imperator; sed de tribus solummodò casibus, putà; si quis uni partem vendit, & partem donat; Vel eidem partem unam vendit, & alteri cuidam tertiæ personæ interpositæ alteram partem donat. Vel alicui totam donat, sed tacitè & clam aliquid re-

3 cipit, *dict. l. 23. §. 1. & 2. C. d. t.* † Extra hosce ergò Casus, si cessio pro minori quantitate facta fuerit, aliud dicendum erit, & superfluum non lucro debitoris cedit, sed penes cedentem remanebit, ut tradit Gloss. *in dict. l. 23. verb. persolvit.* C. d. t. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 129. n. 27.* Berlich. *decis. 35. n. 4.* Ne scilicet pœnæ ad casus non expressos extendantur, quas potius restringere oportet, *l. interpretatione. 42. ff. de pœn. l. 47. ff. de O. & A.*

4 † Nam factâ cessione pro minori quantitate, in residuo cessio non tenet, *l. per diversas. 22. C. mandat.* sed pro

5 infecta habetur *l. non dubium. 5. C. de legib.* † Ergò & in residuo salva manet actio penes cedentem, Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de cession. action. §. sciendum. 1. n. 7. vers. Item quia in residuo. & seqq.* †

6 Nec obstat textus *in Auth. minoris. C. qui dare tutor. in verb. Nec is qui cesserit, agere debet, cum in legem commiserit &c.* quem valdè in contrarium urget Parladorius *rer. quotid. lib. 2. cap. ult. p. 3. &*

7 *§. 4. n. 12.* † Quia ne verbulo ibidem agitur de cessione, contra constitutionem Anastasianam, sed de solâ cessione in minoris præjudicium facta, ut cuivis textum inspicienti obviam est.

Ita Domini in causa Petri Nortzschens zu Grimma/ ad requisitionem ejusdem uxoris Annæ, Mens. Majo Anno 1630. [Verba sent. Ob nun wol euer Ehemann/ solche Tagezeiten der 500. fl. jährlichen mit 40. fl. abzustatten/ Hansen Gräfen vor und um 170. fl. baar Geld verkaufft/ c. Dieweil aber dennoch die Kauffsumma/ wenn auch gleich die jährliche Zinsen von den Tagezeiten darzu geschlagen würden/ die Forderung der 500. fl. Tagezeiten bey weitem nicht austrägt/ und also Kauffers Wucher daraus gnugsam zu verspüren: So ist solcher Contract so fern zu Recht nichtig/ und es hat sich euer Ehemann/ als cedent, der Ubermassen der ausstenstehenden Erbgelder nochmals billich zu erfreuen/ V. R. W.]

Definit. XXXVIII.

In societate divisio inter socios æqualiter facienda est, secundum proportionem quotativam, non quantitativam.

1 IN divisione, inter socios ineundâ, æqualitatis ratio maximè haberi debet, *l. 3. in fin. l. in proposita. 78. l. unde si Nervæ. 79. l. si non fuerint. 29. §. ult.*

2 *ff. pro socio. l. 3. C. eod. tit.* † ita scil. ut eadem sit ratio lucri & damni, & quam quis lucri partem percipit, pro eâdem vicissim damnum sentiat, *d. l. si non fuerint. 29. l. cum duobus 52. §. damna 3. ff. eod.*

3 *tit. §. illud expeditum est 3. Inst. eod. tit.* † Naturalis siquidem ratio postulat, ut par sit lucri & damni ratio, & ad quem damnum spectat, ad eundem etiam lucrum pertineat, *l. secundum naturam. 10. ff. de Reg. jur. l. manifestissimi. 22. §. sin autem. 2. C. de furt. l. id quod 7. ff. de per. & comm. rei vend.*

4 Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 1. n. 30.* † Attamen æqualitatem sive æquales partes hic intelligere oportet, non proportione Arithmeticâ, sed Geometricâ,

5 h. e. non secundum proportionem quantitativam, † sed quotativam, prout scilicet aliquis in societatem plus minusvè contulerit vel operæ, vel industriæ, vel pecuniæ, *arg. l. si societatem. 6. l. quid enim 80. ff. pro Socio.* Joh. Harppr. *in §. 1. n. 3. Inst. de societ.* Hart. Pistor. *dict. quæst. 3. num. 6. & 15.* † Planè æqualitas non tàm strictè requiritur, quoties ali- 6
qua justa causa accedit, quæ inæqualitati occasionem præbet, putà ars præclara unius socii, vel quod gratiosus sit apud omnes is, cui plus, quàm æqualitatis norma exigat, tribuitur, *d. l. quod enim 80. ff. pro Socio.* vel quod aliquando juverit eum re aut consilio, à quo hoc sibi tribuitur, ad cujus remunerationem majorem lucri partem nunc lubens velit concedere, Corn. *vol. 2. cons. 233. in fin.* † Quin & 7
solam donationis causam ad inæqualitatem sufficere tradit Hart. Pist. *dict. qu. 3. n. 4.* ubi hæc omnia pro more suo prolixè, attamen eleganter tractat. † Ex quo satis perspicuum est, æstimationis ineun- 8
dæ, propter negotiorum varietatem, nullam certam tradi posse regulam, † sed eam committendam esse 9
arbitrio boni viri seu judicis, qui omnibus circumstantiis & qualitatibus diligenter perpensis & examinatis ita æstimationem instituere debet, prout æqualitatis normæ maximè convenire videbitur, *arg. l. si societatem. 73. l. in proposita. 78. ff. pro socio.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 2. cas. 125. & 126.* Hart. Pist. *dict. q. 3. n. 1. & n. 29.*

Ita Domini in causa Matthæi Hobergs zu Lüneburg/ Mens. April A. 1627. [Verba sent. Habt ihr mit Simon Grafen einem Handelsmann daselbsten einen Contract geschlossen/ jedoch dergestalt/ daß euer eingelegtes Geld euch ohne Verlust und Schaden wiederum werdē solte. Ob nun wol in dergleichen Contracten so wol des Verlusts als Gewins Gleichheit unter den Gesellschaften nach Befindung der Anlage und andern Umständen gehalten werden muß/ &c.]

Definit. XXXIX.

Valet quandoq; pactū in societate, ut alteri semper pecunia sit salva, nec is ullum sentiat damnum.

QUum ex conventione contractus Legem acci- 1
piant, *l. 1. §. si convenit. 6. ff. deposit.* arbitrari equidem quis posset, pacto inæqualitatem divisionis in societate ita posse induci, ut lucrum non pro ratâ portionum distribuatur, sed alter minus, alter verò plus, quàm contulit, percipiat, † veluti 2
hoc pactum si non jure societatis saltem, tamen jure conventionis subsistere quidam putant, quorum opinionem refert Gloss. *in l. si non fuerint. 29. ff. pro socio.* † Attamen communis Interpp. Schola exi- 3
stimavit, ejusmodi pacta, quibus alteri sociorum plus minusvè lucri tribuitur, quàm exigat æqualis proportio ejus, quod contulit, nullum juris vigorem obtinere, Salycet. *in dict. l. si non fuerint. 29. ff. pro Socio.* ut pluribus probat Hartm. Pist. *lib. 3. quæst. 1. n. 10.* † Nihilominus valebit tale pactum, 4
si justa aliqua causa accesserit, ob quam alicui ultra id, quod ad societatem ipse contulit, plus lucri attribuitur, † putà si ejusmodi conventio 5
facta esset causâ præclaræ alicujus artis, quâ alter Sociorum præditus est, vel expressæ, donationis, aut etiam peculiaris industriæ causâ, *§. 2. Inst. de societ.* † Quà ratione & ita paciscì licebit, 6
ut pecunia alterius socii semper sit salva, isque nullum prorsus sentiat damnum, Hartm. Pistor. *dict. quæst. 1. num. 31.* † nimirùm si is, qui nullam 7
sentit partem damni, aliquid plus contulerit Societati, si non plus pecuniæ, attamen plus operæ, ut tanti hoc sit, quanti damnum est: † Ple- 8
rumq;

rumque enim tanta est industria socii, ut plus Societati conferat, quàm pecuniæ, veluti si solus naviget, si solus peregrinetur, pericula subeat solus, *dict. l. si non fuerint. 29. §. 1. ff. pro soc.* Gail. *lib. 2. observ. 24. n. 12. & 5.* † Quâ in re multum judicis arbitrio est relinquendum, Hart. Pist. *dict. quæst. 1. n. 31.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Da ihr aber dennoch allein in Verwaltung der Gesellschaft-Handelung die Mühe und Arbeit verrichten müssen/ damit aber der andere Gesellschafter gäntzlich verschonet worden/ &c. so möchte obangeregter Contract zu Recht wol bestehen/ und euch dannenhero einiger Schade nicht zuwachsen/ V. R. W.]

Definit. XL.

Valet Antichresis, nec tenetur Creditor ad restitutionem fructuum ex agro oppignorato perceptorum, ob modicum usurarum legitimarum excessum.

1 TAcitè Antichresis contrahi intelligitur, ubi pecuniâ gratuitò mutuò datâ, res, quæ fru-
2 ctus fert, pignori tradita est, † quod hoc ipso conventum censeatur, ut fructus loco usurarum & compensationis cujusdam liceat retinere juxta *l. cum debitor. 8. ff. in quib. caus. pign. tacit.* quam ita accipiunt Jacob. Cujac. *lib. 8. observ. 17.* Ant. Fab. *de*
3 *error. pragmat. decad. 9. error. 5.* † Sæpiùs tamen expressè contrahitur, ut Creditor ex fundo vel agro pignorato in vicem Usurarum, fruges percipiat, *l. si*
4 *is qui. 11. §. si ἀντιχρησις. 1. ff. de pignor.* † Quam conventionem non nisi ad legitimum usurarum modum valere, vulgò existimant, eò quod proximè accedat ad eam contractus speciem, quæ fieri solet in fraudem legitimarum usurarum, *l. si ea pactione. 14. C. de usur.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 23. defin. 3. n. 4. & lib. 4. tit. 33. defin. 7. n. 3.* † Ex quo porrò
5 tradunt Creditorem ad ratiocinia obstrictum esse, ac fructus ultra usuras quincunces perceptos in sortem imputari *l. 2. C. de pignor. l. 1. C. de distr. pign.* Henning. Göden. *consil. ult. n. 26. cum mult. seqq.* Köpp. *decis. 22. n. 4.* Modest. Pist. *vol. 1. consil. 13. n.*
6 *10. in fin.* † Quamvis aliter sentiat Andr. Rauchb. *part. 1. q. 20.* inque hâc controversiâ absque Imperiali vel principali decisione nil certi statuendum
7 existimet, *ibid. n. 11.* † Licet posteà magis in affir-
8 mativam sententiam inclinet, *n. 14. & seqq.* † Certè, si ager pactione Antichreseos oppignoratus fuerit, ob modicum Usurarum legitimarum excessum, Creditorem ad restitutionem fructuum neutiquam teneri, dixerim cum Andr. Rauchb. *dict. q. 20. num. 38.* Ant. Neguzant. *in tract. de pign. in 5. memb. quint. part. princip. n. 13.*
9 † *Tùm* per text.
10 *in l. si ea pactione. 14. C. de Usur.* † *Tùm* propter incertum fructuum proventum & pretii eorundem inconstantiam, ac mutabilitatem, *l. 17. l. 23. C. de usur.*
11 † ob quam incertitudinem multa sustinentur, quæ aliàs non subsisterent, prout in Emptione jactus Retis & aucupii demonstrat JCtus *in l. si jactum. 12. in fin. cum l. seq. ff. de act. empt.* ut fusius persequitur
12 Rauchb. *dict. loc.* † *Tùm* ob laborem notabilem impensum in cultura agrorum, Neguz. *dict. loc.* Accedit hatum provinciarum consuetudo, pactionem antichreseos in modico excessu non improbans, † quæ semper &
13 in omnibus attendenda est, præsertim, ut valeat contractus, qui alioquin non valeret, *l. 1. §. ult. ff. de insp. ventr. l. si servus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. l. quod si nolit. 31. §. quia assidua 20. ff. de ædil. edict. l. 1. ff. de usur.*

Ita Domini in causa Hieronymi Bennon a Dißkau/ Mens. Augusti. Anno 1630. [Verba sentent. Es verbleibets bey solchem Contract nochmals billich/ und es mag derselbe gestalten Sachen nach/ weil M. benennte Aeckere durch seine eigne Arbeit beschicken lassen/ und darneben die Gefahr des Mißwachs tragen und erwarten müssen/ pro usurario contractu nicht gehalten/ noch der Creditor von den eingehobenen Früchten Rechnung zu thun/ und die Ubermasse ihm an dem Capital abkürtzen zu lassen/ angehalten werden/ V. R. W.]

Et in causa Marien Teichmanns zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1630.

An Utz von Euden/ Mens. Julio, Anno 1627.

It. ad requisitionem Senatus Quedlinburgensis, Mense Apr. Anno 1630.

Et in causa Petri Kells zu Nobitz/ Mense Jun. Anno 1635.

Definit. XLI.

Fructus tamen, ex agro percepti, in pactione Antichreseos sorti imputantur, quando legitimum Usurarum modum nimium exuperant.

NOn tamen semper & ubique in oppignoratione agrorum licita & usurariæ pravitatis expers est pactio Antichreseos, sed ità tamen, si fructuum emolumentum vel legitimo usurarum modo par sit & respondeat, vel paulò plus, Defin. *præced.* † Alioquin, si nimiùm eum vincat & superet 2
Antichresis, ne quidem in agrorum oppignoratione jure sustineri potest, † sed fructus percepti ultra 3
legitimas usuras, ob excessum immodicum sorti imputantur, Hottom. *in l. 17. C. de Usur. & lib. 1. obs. 4.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 20. n. 38.* † Ne scilicet fraus fiat manifesta legibus certum usuris mo- 4
dum imponentibus, *l. cum non frumentum. 16. vers. mensurarum additamentis &c. l. si eâ pactione. 14. C. de Usur.* † Nec statim immensus vel immodi- 5
cus excessus sustinetur exinde, quod modicus admittitur, quippe qui parum aut nihil obesse potest, *arg. l. scio. 4. ff. de in integr. rest. l. 9. in fin. ff. de dol. mal.* Tiraq. *in l. si unquam. 8. verb. largitus. n. 123. C. de revoc. donat.* † Et scilicet hîc medium 6
tenendum est, quod, ut Ethici de medio virtutis loquuntur, non consistit in puncto, sed aliquam habet latitudinem, ità ut si quantitas fructuum non multum & variatis vicibus excedat legitimum usurarum modum, sustineatur Antichresis *l. 17. C. de usur.* Adeoque † quando in Antichresi fructuum ex 7
agro perceptorum accessio plus nimio legitimum usurarum modum exsuperare, creditoremq; rationum redditioni obnoxium efficere dicatur, judicis arbitrio & moderamini committendum putaverim, cum Jac. Menoch. *de arbitr. jud. q. lib. 2. cent. 2. cas. 145. n. 2. & lib. 3. præsumpt. 122. n. 5. &* Rauchb. *dict. q. 29. n. 42.*

Ita Domini in causa heredum Sebastiani Sellii zu Ballenstädt/ M. Aug. Anno 1614. [Verba sent. Es verbleibets bey solcher Vergleichung und Contract nochmals billich/ ihr könten dann beweisen und darthun/ daß die Gläubiger in obberührte Aecker über das Ackerlohn weit höher/ als der gewöhnliche Zins ausgetragen/ nutzen und gebrauchen/ und also eine grosse Ubermaß haben könnten; auf solchen Fall wäre sie nicht allein Rechnung zu thun/ sondern auch die Ubermasse in sortem zu imputiren schuldig/ V. R. W.]

Et in causa Petri Kells zu Nobitz/ Mens. Jun. Anno 1635. [Verba sent. Es wäre dann mit solcher Ubermasse eurem Fürgeben nach dermassen beschaffen/ daß dieselbe/ nach Abzug der Arbeit und des Ackerlohns/ allzuhoch über den gewöhnlichen Zins sich beliefe/ und der Creditor wol zweymal davon sein ausgeliehen Geld wieder fähig worden wäre/ ihr auch dasselbe wie Recht erweisen und beybringen möchtet/ auf den Fall wäre mehrgedachter Creditor nicht allein

allein von den eingehobenen Nutzungen Rechnung zu thun/sondern auch die Ubermasse in sortem zu imputiren schuldig/ V.R.W.]

Definit. XLII.

Fructus naturales ex hortis ac pratis jure Antichreseos percepti sorti semper imputantur, quatenus usuras quincunces exuperant.

1 FAcit incertus fructuum proventus, nec non labor atque cultura, ut in agrorum oppignoratione pactio Antichreseos sustineatur; Defin. *40.*
2 † Cæteroquin, si certi ferè fundorum sint reditus, ut plerumque accidit in pratis atque hortis, non obstante pactione Antichreseos, fructus naturales, modum legitimarum usurarum excedentes, sorti debent imputari, tanquam Antichresi in fraudem
3 usurarum contracta? † Quod arguunt ipsa verba de incerto fructuum proventu in *l. 17. C. de usur.*
4 † Idque est, quod ex sententiâ Joh. *in d. l. 17. C. d. t.* quem ibidem sequitur Salycet. ait Accurs. procedere *dict. l. 17. C. d. t.* si dubium sit, quantum fructuum percipi possit, quod si indubitabiliter fructus
5 excedant legitimum modum, pacta rescindi. † Quin & in culturâ hortorum & pratorum haud magnum hominum laborem, vel planè nullum requiri, o-
6 mnes norunt, † ut propterea fructus usuras legitimas exuperantes sorti semper imputandas dixerim,
7 cum Joh. Köpp. *decis. 22. n. 5.* † Quod & satis innuit Elector Saxon. Illustrissimus *in* Ordin. Torg. *de Anno 1583. tit.* Von Wucher/ wucherlichen *Contracten. §.* Als haben wir/ *vers.* und derowegen da einer/ &c.

Ita Domini in causa Vincentii Dostels zu Borna / Mense Octob. Anno 1600. [Verba sent. Er könte dann wie recht erweisen und darthun / daß ihr obberührten Schloß-Garten an gewissen jährlichen Abnutzungen über den Landüblichen Zins und die auffgewendete Unkosten höher genossen/ auff den Fall wäre er solcher Ubermasse euch an der Hauptsumma abzukürtzen wohl befugt/ V. R. W.]

It. Ad requisitionem Quæstoris zu Eckartsberg/ Mens. Sept. Anno 1595.

Et in causâ deren von Ende auff Pichan/ Mens. Julio, Anno 1629.

Definit. XLIII.

Emptio pignoris, occasione mutui contracta, non subsistit, quando constat de usurariâ pravitate.

1 PActum Legis commissoriæ, quod malè sic appellatur, secundum tradita Ant. Fab. *decad. 21. de Error. pragmat.* hodiè in pignoribus generaliter improbatur, quoties pretii loco datur ea ipsa quan-
2 titas, pro quâ de pignore convenit: † quod eâ ratione plerumq; fraus legitimis usuris fieri soleat *l. ult. C. de pact. pign.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 34.*
3 Modest. Pistor. *part. 2. q. 100.* † in tantum ut nec jurejurando pactum hoc confirmari queat, Bartol. *in l. si quis pro eo. 56. num. 10. ff. de fidejuss.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 22. defin. 1. num.*
4 *11.* † Id quod pravitas usuraria efficit, quæ & emtionem annullare solet, cui causam dedit contractus mutui, propterea quod contractus hic usurarius præsumatur, Hartman. Pistor. *observat.*
5 *219.* † Attamen ut præsumtio hæc locum habeat, communiter Dd. tria conjunctim requirunt: Nempe, (1.) † Ut incipiat à mutuo Venditio, eaque 6
aliàs facta non fuisset. (2.) † Ut venditor pignoris 7
per hanc emtionem enormiter læsus ac deceptus sit. (3.) † Ut creditor aliàs fuerit solitus contractus 8
usurarios exercere, Gloss. & Dd. *in cap. illo 4. extr. de pignor. & in c. conquestus. 8. extr. de usur. & in l. 2. ubi* Cagnol. *num. 13. C. de pact. inter Empt. & vendit.* † Nec sufficere ajunt, ut bis, ter- 9
vè usuras quis acceperit, sed plures contractus fœneratitios requiri, ut quis dicatur solitus fœnerari, Hart. Pistor. *dict. observ. 219. n. 8.* † Sanè, hâc in 10
re multum judicis arbitrio relinquendum existimo, qui ex clausulis inconsuetis pravitatem usurariam deprehendens, contractum benè rescindere valet.

Ita Domini in causa David Gerhards zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1596. [Verba sent. Dieweil aber dennoch aus dem gantzen Inhalt mehr-angeregten Contracts so viel zu vernehmen/ daß es ein wucherlicher Contract ist / und demnach zu recht nicht bestehen kan /&c. So seyd ihr die erkaufften Silber-Geschirr/ Ketten und Kleinodien erblichen zu behalten nicht befugt / sondern dieselbe dem Verkauffer gegen Erlegung euers ausgelegten Geldes und der landüblichen Zinsen wiederum folgen zu lassen schuldig/ V. R. W.]

Et in causa Martini Trübens zu Leipzig / Mens. April. Anno 1576.

Definit. XLIV.

Valet emtio pignoris sub pacto de Retrovendendo, si non constet de usuraria pravitate.

VEnditio ob causam mutui facta tùm demùm 1
censetur usuraria, si eâ ratione contracta fuerit, ut mutuum veletur; † Solâ verò mutui occa- 2
sione celebrata venditio haud redditur suspecta, Hartm. Pist. *observ. 219.* Neque fraus præsumenda est, † quum quilibet contractus in dubio justus ac 3
licitus censeatur, *arg. l. meritò, 51. ff. pro Socio.* † Hinc 4
& venditionem pignoris valere dixerim sub pacto de retrovendendo, ita scilicet, ut venditori pignus intra certum tempus redimere liceat, quo effluxo, facultas redimendi ipsi ulterius non competat: Quæ contractus species hodiè frequens est, præser- 5
tim inter mercatores. † Videntur namque sibi hoc medio prospicere, quò postea absque strepitu judiciali exsolutionem facilius consequi valeant. † 6
Aliòquin si de usurariâ pravitate appareat, quin contractus ille usurarius haberi debeat, ac propterea Emtor pignoris pœnam in fœneratores statutam incurrat, dubium vix esse potest. *Vid. practic. meam Crimin. p. 2. q. 92. num. 96. & seqq.*

Ita Domini in causa C.W. zu Dreßden/ Mens. Nov. Anno 1625.

Definit. XLV.

Validè Judæus actionem ex contractu judiciali adversus Christianum sibi competentem, alii Christiano cedit.

ABsque dubio licitum est Christianis contra- 1
here & distrahere cum Judæis & Saracenis, prout tradit Roman. *cons. 489.* & Marquard. de Susan. *in tract. de Judæis c. 5. n. 1.* † Quidni ergò ces- 2
sio valebit actionis à Judæo facta Christiano adversus alium Christianum? † Nihilominus ver- 3
bis difertis hæc est prohibita in Recess. Imp. Aug. *de Anno 1551.* §. Diesen zu begegnen &c. *in verb.*

Es ſoll kein Jude als Schuldgläubiger einem andern Chriſten ſeine *action* und Foderungen in einigem Weg *cedi*ren/oder einiges *contracts* weiſe bey Verluſt derſelbigen Foderung.

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Ulrichs zu Leipzig/Menſ. Majo Anno 1626. (Verba ſent. Ob nun wol der Beklagten Kriegiſcher Vormund dawider einzuwenden gemeinet/daß in deme de Anno 1551. zu Augſpurg aufgerichteten Reichs-Abſchiede ausdrücklichen verordnet / daß kein Chriſte hinführo einem Juden ſeine action und Forderung gegen einem andern Chriſten abkauffen/oder ein Jude als Schuldgläubiger einem andern Chriſten ſolche action und Foderung in einigem Weg cediren / oder einiges Contracts weiſe zuſtellen ſoll. Dieweil aber dennoch die angezogene Reichs-Conſtitution allein von wucherlichen Contracten/und den jenigen Handlungen / ſo auſſer Gerichte geſchehen/zu verſtehen/Immaſſen ſolches aus vorgehenden und nachfolgenden Worten mehrberührter Reichs-Conſtitution ausdrücklichen erſcheinet / vorgedachte Vergleichung aber gerichtlichen gehandelt worden/ꝛc. Als hat ſich auch der Beklagten Curator mit ſeinem Einwenden nicht zu behelffen / ſondern es wird in nochmahliger Verweigerung gütlicher Befriedigung mit der Hülffe wider ihn gebührlichen verfahren/V.R.W.)

Definit. XLVI.

Dilatione moratoriâ durante, non debentur uſuræ.

Ex mora uſuræ debentur, quando ea haud eſt purgata, quod quibus modis fiat, docet Hartman. Piſtor. *obſervat. 222.* † Dilatione ergò moratoriâ, ſeu quinquennalibus induciis durantibus, uſuræ currere videntur propter moram commiſſam, ſecundum tradita Salycet. *in l. 2. C. de prec. Imp. offer.* Petr. Heig. *ad §. ſi quis debitori 13. num. 6. Inſt. de legat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 9. defin. 8.* † Præſertim cùm Princeps ſeu Magiſtratus per reſcriptum moratorium nec ſortem nec uſuras Creditoribus auferre præſumatur, *arg. l. quoties. 2. l. univerſa. 4. Cod. de precib. Imper. offer.* † quin nec id facere poſſit, nec Creditoribus Reſcriptum hoc captioſum & injurioſum eſſe, iisque in jure jam quæſito præjudicare queat, *l. 2. §. merito, 10. & §. 16. ff. ne quid in loco public. l. 8. ff. de ſtipul. prætor.* † veluti etiam in hanc ſententiam *Facultatem Juridicam Lipſienſem H. B.* zu Stettin *Menſe April. Anno 1634.* reſpondiſſe percepi. † Attamen dilatione quinquennali ab Imperatore vel Principe impetratâ, valdè durum atque inhumanum eſſet, uſuras ejus temporis à debitoribus exigi, † quum ejusmodi induciæ non Decoctoribus, ſed illis tantum concedi ſoleant, qui abſque ſuâ culpâ vel naufragio, vel incendio, aut bello, aut alio quocunque caſu eò redacti ſunt, ut poſt elapſum dilationis tempus vix ſortes Creditoribus ſolvere poſſint, † ut vel ex ſolâ æquitate debitoribus ſuccurrendum videatur, cum Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr. 7.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 22. num. 39. & ſequentib.* & Boër. *deciſ. 296. num. 5.* † Sed nec ratione juris inſpectâ aliud dicendum exiſtimaverim, quia uſuræ non niſi ex morâ debentur, *l. mora 32. ff. de uſur.* aſt moram non committit is, cui Princeps dilationem per reſcriptum moratorium concedit, ipſo vocis (Moratorii) ſono adſtipulante. † Quod ſi verò per ſtipulationem Uſuræ promiſſæ proponantur, dico promiſſionem ad tempus quinquennalium induciarum, tanquam ad incogitata haud ritè extendi, † quia ſtipulationi, ut & omnibus contractibus ſemper ineſt clauſula (Rebus ſic ſtantibus) *l. cum quis. 38. ff. de ſolut.* Octav. Cacheran. *deciſ. 19. n. 2.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 4. queſt. 149. n. 28. & ſequentib.* † Ex quo corruit objectio ſuprà adducta, Principem ſcilicet quoad uſuras Creditoribus præjudicare nec voluiſſe, nec potuiſſe: † Quia ademptio Uſurarum non à Principis voluntate, ſed ex ratione juris, quod non niſi à moroſis uſuras exigi permittit, hoc caſu provenit. † Planè, ſi debitor ad pinguiorem fortunam pervenerit, & durantibus quinquennalibus induciis, pecunia Creditorum emolumento ſuo proſpexiſſe probetur, tunc uſuras quoque ſive intereſſe ab ipſo exigi poſſe, tantum abeſt, me negare, ut vel ipsâ æquitate ſuadente, ad exſolutionem uſurarum eum condemnandum exiſtimem, ne cum alterius jactura locupletari videatur, *l. 14. ff. de condict. indebit. l. 206. ff. de Reg. jur.* Sed aliud conſtitutum reperitur in Deciſ. nov. Elect. 30.

Ita Domini in cauſa Martini Ulrichs zu Lübeck/Menſ. Majo, A. 1627. (Verba ſent. Seyd ihr wegen groſſen Brandſchadens/ohne eure Verwarloſung und Nachläßigkeit / in groſſe Schulden gerathen / deßwegen euch von der hohen Obrigkeit die inducix quinquennales ertheilet worden/ꝛc. So möget ihr binnen währenden ſolchen inducien den Gläubigern die Capitalia zu verzinſen nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definit. XLVII.

Exigi poſſunt uſuræ, etiamſi in libello unà cum ſorte antea non petitæ, nec in ſententiâ actori adjudicatæ fuerint.

Petieram à te centum, nullâ prorſus uſurarum factâ mentione. Condemnavit ergò te Judex ad ſolutionem debiti, & expenſas litis, de uſuris nihil dixit. † Petii poſtea, ut in uſuras quoque condemnareris? Sanè obeſſe mihi haud potuit, quod in libello, ſuper ipſa ſorte confecto, uſuras omiſerim, quas propterea remiſiſſe aut donâſſe non videor, † quum ſolutione ſortis nondum factâ ipſa obligatio extincta non ſit, ac proinde etiamnum uſuræ debeantur, ſecundum tradita *ſuprà* defin. 12. & defin. 13. † Dicebas tamen, obſtare mihi exceptionem rei judicatæ, propterea quod judex de uſuris nihil pronunciaverat, & conſequenter uſurarum petitionem

nem repulisse videbatur, *arg. l. 3. C. de fructib. & lit. expens.* † Sed mala profectò consequentia est: Judex non condemnavit Reum ad usuras, Ergò eum ab usuris absolvit, ut disputat Cravet. *cons. 320. n. 1.* † Quippe quarum petitio etiam in causa appellationis supersit, ut tradit eleganter Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 33. defin. 4.* † Nec quicquam vetat, judicem appellationis pronunciare de usuris, de quibus primus Judex etiâ imploratâ non pronunciaverit, *l. tutor, 41. in pr. ff. de usur. & mor.* Fab. *dict. lib. 4. tit. 24. defin. 6. n. 4.* † Quidni ergò usuræ, ex conventione debitæ, denuò exigi poterunt? Planè aliud dicendũ esset, si officio tantùm judicis debitæ fuissent propter moram, & ex naturâ judicii bonæ fidei, quarum nomine post judicatum petitio nulla superesset *l. 4. C. depositi l. 49. §. 1. ff. de act. emt.* Fab. *dict. defin. 6. num. 8.* † Nam pronunciatâ super principali negotio sententiâ, judex omni officio functus videtur, *dict. l. 3. C. de fruct. & lit. expens. l. 55. ff. de re judic.*

Ita Domini in causa Christiani VVurms zu Eltzstadt/ M. Mart. Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wol in dem Urtheil der Zinsen nicht gedacht/noch dieselbe im Klag-Libell gebeten/dieweil ihr aber dennoch davon auch ausdrücklichen nicht losgezehlet worden / ꝛc. So ist der Creditor bemeldte Zinsen nochmals zu fordern berechtiget/ und ihr seyd ihme dieselbe zu bezahlen schuldig/V.R.W.)

Definit. XLIIX.

Usuræ Usurarum jure exigi possunt à novo debitore, in cujus persona sortis vicem obtinent.

1 USuras usuratum jure haud exigi, probatum
2 dedi *supr.* Defin. 29. scilicet, † quia accessionis accessio præstanda haud est, *l. ult. Codic. de usur. l. si non sortem. 26. in pr. ff. de condict. indeb. l. placuit. 29. ff. de usur.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 4. n. 1.* † An ergò nullus dabitur casus in extraneo debitore (tutorem enim usuras usurarum
3 pupillarium quandoque præstare, dixi *Supr.* Defin.
4 *30.*) ubi usuras usurarum petere liceat? † Datur omninò, si nempe mutuâ debitoris personâ Usuræ in sortem conversæ fuerint. † Finge onus exsolutionis usurarum vel per cessionem, vel per
5 executionem & adjudicationem bonorum subhastatorum judicialem, in tertium quempiam translatum atque ita debitoris personam immutatam fuisse. † Etenim, quia tunc Usuræ in novi 6
debitoris personâ vice sortis funguntur, quidni usuræ, non quidem usurarum, quæ amplius non sunt, † sed novæ saltem sortis nomine exigi pos- 7
sent? *l. qui negotiationem 58. §. ex duobus. in fin. & §. ult. in fin. ff. de admin. tutor. l. tutor. qui repertorium. 7. §. 3. 7. & 12. ff. eod. tit.* Accurs. *in l. ult. C. de Usur.* Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 25. n. 21.* Carol. Molin. *de usur. n. 602.* Matth. Wesenb. *vol. 2. cons. 72. n. 12.* † Perinde ut de tutore dixi *Supr.* Defin. *31.* At, 8
inquies, hac ratione nullum erit privilegium Usurarum pupillarium, nec jus diversum harum, aliarumq; usurarum? † Est sanè, quia tutor semper ut 9
principalis pupilli debitor consideratur, qui non modò sortis, sed & usurarum indifferenter omnium rationem reddit, ex causâ nempe administratæ tutelæ, quæ ipsum pupillo obstringit; † At novus de- 10
bitor non nisi de Usuris in sortem acceptis respondere tenetur. † Et si esset omninò idem jus harum 11
& usurarum pupillarium, nemo tamẽ id mirabitur, propter eandem rationem † quæ huc subest, ac eandem Juris dispositionem facit, *l. illud quæsitum est. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quædam. 9. §. 2. ff. de edendo.* † 12 13
Hancq; sententiam placuisse quoque Serenissimo Electori, patet *ex rescripto in causâ H. à S. contra O. à W. Mens. Jan. An. 1628. judici insinuato, hujus tenoris:* So viel nun den ersten streitigen Punct der geforderten Zinsen belanget/ weil *respectu* der vorgegangenen *cession* die Schuld der 2120. fl. durch Veränderung der Person des *debitoris* zum Capital worden/ So werden davon die Zinsen *à tempore moræ* nicht unbillich *exigiret* und angesetzt/ꝛc.

Ita Domini in causa Michaël Findekellers zum Hayn/M. Sept. A. 1636. (Verba sent. Ob nun wohl N. N. die Zinsen nicht passiren lassen wil / mit Fürwenden / daß nach Verordnung der Rechte Zinsen von Zinsen nicht gegeben werden dörffen/dieweil aber dennoch die viertzig Gülden Zinsen nicht ietziger Schuldener N N. sondern P. P. wider den die execution geschehen/verfessen/und als sie auff ietzigen debitorn N.N. kommen/des Schuldeners Person geendert worden/ dadurch bemeldte Zinsen die Natur und Eigenschafft eines rechten Capitals erlanget/ꝛc. So hat sich auch N. N. der Landüblichen Zinsen von bemeldten 40. fl. nicht zu entbrechen/ sondern ist dieselbe zu bezahlen pflichtig/V.R.W.)

CONSTITUTIO XXXI.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob zu Sachsen-Recht in einem Stamm-Erbgut die Nähergeltung den Bluts-Freunden / oder den Kindern gebühre?

Jure Saxonico bona avita alienata num retrahere propinqui vel liberi possint?

DJewohl etzliche der Meynung seynd / daß in Stammgütern/ welche von den Ascendentibus herkommen/ der Vorkauff und die Nähergeltung den nechsten Blutsverwandten nach Sachsen-

ETsi non desint, qui existiment, bonis avitis, quæ scilicet ab ascendentibus provenerunt, venditis, Jure Saxonico jus retractus seu protimiseos proximis venditoris

Recht gebühre / So seynd doch unsere Verordnete dessen einig / daß solches die Sachsen-Rechte ausdrücklich nicht bewehren / und derowegen so viel die Blutfreundschafft betrifft / nach gemeinen Rechten zu urtheilen sey. So viel aber die Kinder belanget / denen soll in Stamm-Gütern die Freyheit gelassen werden / in die Käuffe / ehe die Güter tradirt und auffgelassen / zu treten / und dieselbigen bey dem Geschlechte zu erhalten / welches wir uns auch gnädigst gefallen lassen / iedoch daß unter den Stamm-Gütern diese verstanden werden / die nicht von Eltern alleine / sondern von Groß-Eltern herkommen / und daß andere Blutsfreunde / Collaterales genannt / solches Recht nicht haben / und darzu gar nicht gelassen werden sollen / darauff auch unsere Hofgerichte / Facultäten und Schöppenstüle erkennen und sprechen sollen.

ris consanguineis competere: Deputati tamen nostri id jure illo expressè non probari putant, ideoq; quantum ad propinquos attinet, secundum jus commune judicandum.

Liberis vero permittendum esse, fundo vel prædio avito vendito, illud, si velint, ante factam in judicio traditionem restituto venditionis pretio ut redimant, & in familiâ conservent, quod & nos probamus, sed ita tamen, ut pro bonis avitis habeantur, non quæ à parentibus tantùm, sed quæ à majoribus provenerunt, & collaterales ad illa retrahenda prorsus non admittantur. Atque id judicia nostra Curialia, Facultates item Juridicæ & Scabinatus, in judicando & respondendo volumus, ut observent.

DEFINITIONES.

1. *Jus protimiseos hodiè generaliter sublatum est, nec restauratum in Imperio Romano-Germanico per Constitutionem Friderici Imperatoris.*
2. *Locum habet jus protimiseos iis in locis, ubi consuetudine vel statuto illud est introductum.*
3. *Jus congrui, ex divisione competens,* (das Gespielde) *non nisi in Thuringia, aliisq; locis, ubi hoc specialiter usu receptum est, obtinet.*
4. *Inter coheredes, communem hereditatem paternam possidentes, jus Retractus locum habet.*
5. *Possessori alicujus fundi competit jus protimiseos in pretio, ex fundo distinctis terminis solvendo,* (in Erbe- oder Tagzeit-Geldern/) *si id pro paratâ pecunia vendatur.*
6. *Sicut in feudis, ita & in bonis Emphyteuticis, domino directo competit jus protimiseos.*
7. *In allodialibus ac censiticis bonis non competit Domino jus Retractus, nisi justa subsit causa renuendi subditum.*
8. *In locatione prædiorum publicorum locum habet jus Retractus, non etiam in locatione prædiorum privatorum.*
9. *Conceditur jus protimiseos, si ex pacto vel conventione fuerit acquisitum.*
10. *In foro Saxonico liberis datur jus protimiseos in bonis avitis; Et quid si plures liberi concurrant?*
11. *In Electoratu Saxoniæ jus protimiseos in bonis avitis, solis liberis competit, non fratribus nec aliis collateralibus.*
12. *Nondum factâ traditione, post annum etiam à tempore venditionis effluxum, bona avita à liberis revocari possunt.*
13. *Traditio bonorum avitorum non impedit jus protimiseos linearium, nisi præcesserit judicialis resignatio venditoris.*
14. *Bona avita juri protimiseos subjecta dicuntur solummodò ea, quæ à parentum avis, liberorumq; proavis, & ulterioribus parentibus proveniunt.*
15. *Parentes de bonis avitis testari, jure protimiseos non prohibentur.*
16. *Jus protimiseos quoad bona avita, locum non habet in permutatione.*
17. *In sola venditione, non etiam in transactione aliovè contractu, liberis bona avita jure protimiseos redimere licet.*
18. *Venditis sub hastâ bonis avitis, nec dum factâ adjudicatione, liberis competit jus protimiseos.*
19. *Jus retractus, competens liberis in bonis avitis, extraneo cedi nequit.*
20. *Emtor alicujus fundi non potest revocare agrum vel pratum de fiendo isto ante venditionem distractum.*
21. *Agro vel prato absque onere collectarum venditio, emtor onere illo gravari non potest, nec agrum vel pratum novo possessori totius fundi retrovendere tenetur.*
22. *Communis & indivisa alicujus rei possessio non tribuit jus protimiseos.*

Definit. I.

Jus protimiseos hodiè generaliter sublatum est, nec restauratum in Imperio Romano-Germanico, per Constitutionem Friderici Imperatoris.

1 QUondam de jure communi nemo bona sua titulo venditionis in extraneum poterat transferre, sed jure protimiseos proximi cognati, aliique consortes ea semper revocare valebant,
2 *l. si in emptionem. 35. ff. de minor.* † Quod postea Constit. Impp. Valent. Theod. & Arcad. fuit correctum, ita ut unusquisque suo arbitratu quærere possit emptorem etiam penitus extraneum, *in l. dudum. 14. C. de Contr. Empt.* † Adeoque sanctio- 3
ne hac Imperatoriâ jus protimiseos sive Retractus in Imperio prorsus abrogatum est, Johan. Köppen. *decis. 52. n. 10.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 43. num. 22. & p. 2. quæst. 22. num. 6.* Rol. à Vall. *part. 1. consil. 21. num. 8.* † Nec sine 4
ratione, quum gravis sit injuria, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti, *l. falso. 3. C. de rom. rer. alienat. l. 1. C. com. divid. l. nec emere. 16. C. de jur. delib. l. venditor. 13. §. si constat. 1. ff. comm. prædior.* † Negotium, tamen facere 5
videntur Constitutiones Romani Lacapeni in Orien-

Oriente, & Friderici in Occidente Impp. quæ exstant apud Harmenopulum *in epit. lib. 3. cap.* ὡς ἐμφυτεύσεως, ac in Constitutione consuetudinum Feudalium Cujaciana, *lib. 5. tit. 13. & seq.* & *apud* Matth. de Afflict. *in tract. de jure protimi-*
6 *seos.* † Hisce jus protimiseos antiquatum in usum fuisse revocatum, atque hodie in omnibus indifferenter casibus locum habere, docet Jacob. Cujac.
7 *lib. 2. de Feud. cap. 4.* † Sed benè advertendum, prædictas Constitutiones Impp. Romani Lacapeni & Friderici inter Leges, quibus utimur, nunquam relatas fuisse, nec in corpore Juris inveniri, quomodo ergo Constitutioni Impp. Valent. Arcad. & Theod. *in dict. l. dudum. 14. C. de contr. emt.* derogare potue-
8 rint? † Concludendum igitur, jus Protimiseos antiquatum, ex Sanctionibus Impp. Lacapeni & Friderici, in usum neutiquam revocatum, sed Constitutioni *dict. l. 14. C. d. t.* etiamnum hodiè regulariter standum esse in Imperio Rom. Germanico, Rauchb. *dict. quæst. 43. num. 24.* Matth. Berlich. *p. 2. concl. 39. n. 12.*

Ita Domini in causa D. Theodorici Baronis à Kittliz, M. April. Anno 1601. (Verba sentent. Ob gleich das Gut Fürstenau über 150. Jahr beym Geschlecht dero von Seidlitz gewesen/ꝛc. So seynd doch Ew. Gn. wegen dero Gemahlin/als einer gebohrnen von Seidlitz/des Verkaufs an bemeldtem Gute Fürstenau / ungeacht was in dero uns übersandten Frage ferner hierzu angezogen worden/ sich anzumassen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. II.

Locum habet jus protimiseos iis in locis, ubi consuetudine vel statuto illud est introductum.

1 *An ergò jus* πρωτιμήσεως, *hoc est, prælationis, seu Retractus sive Congrui, in venditione*
nunquam locum habebit, nec consanguineo, consorti, sociove vicino, facultas retrahendi venditionem
2 *dabitur?* † Nimis equidem durum esset hoc asserere, quia jus illud ratione haud levi nititur, scilicet, ut res majorum in nostrâ familiâ permane-
3 ant. † Triste etenim & lugubre est, videre paternas & avitas domos, ac antiqua majorum prædia in extraneas manus transire, *arg. l. in fundo. 38. ff. de rei vindic. l. si in emptionem. 35. ff. de minor. l. 22. verf. nec verò domum. C. de admin. tutor.* † Nec so-
4 lùm jure Canonico *in cap. constitutus 8. extr. de in*
5 *integr. restit.* † Sed & jure divino ac lege Mosaicâ jus protimiseos firmatum est, *Levit. cap. 24. verf. 25. Ruth. cap. 4. verf. 4. Jerem. 32. verf. 7. & 8.* Johan. Köpp. *decis. 52. num. 2.* Johan. Harppr. *in § ult. n.*
6 *257. Inst. de empt. vendit.* † Quare Impp. Valent. Theod. & Arcad. prohibitionem Juris protimiseos ad casus speciali jure exceptos extendere haud animus fuit, ut satis liquet ex verbis *l. du-*
7 *dum. 14. C. de contr. empt.* † At *quinam sunt hi casus, dixeris, ubi jus protimiseos antiquatum etiamnum hodiè incorrectum viget?* Ex pluribus, de quibus Dd. fusius hinc inde scripsêre, accipe prin-
8 cipaliores. † Ac Primò quidem jus protimiseos locum habet, etiamnum hodiè iis in locis, ubi speciali Statuto vel consuetudine fuit introductum, Constit. Elect. *32. in pr. verb.* Wo aus *Statuten* oder verwehrter Gewohnheit hergebracht.
9 *p. 2.* † Ita namque jus Retractus ex generali quadam consuetudine, plerisq; in locis Germaniæ, nec non in Gallia, Italia & Hispania, aliisque in Regionibus & Provinciis receptum ac comprobatum est, *teste* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 19. in pr.* Johan. Harppr. *dict. §. ult. num. 257. Inst. de emt. vend.* Joh. Köpp. *dict. decis. 52. num. 15.* Virg. Pingitz. *quæst. 36. in pr.*, Andr. Tiraquell. *de retract. in præfat. n. 1. &*
10 *16.* † quidè natura & qualitate hujus juris consuetudinarii multa scitu digna tractant, † Quodque
11 consuetudines hæ & statuta valeant, tenent communiter Dd. quos allegant, Tiraquell. *dict. loc. &* Rol. à Vall. *part. 1. consil. 21.* † Eaque circa jus pro-
12 timiseos debere considerari, non verò Constit. Imp. Romani Lacapeni & Friderici, docet Joach. à Beust. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 872.* Rauchb. *p. 1. qu. 43. n. 24.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Weil aber derroch aus euer Gn. Frage nicht zu befinden / daß er des Orts durch einen beständigen Brauch hergebracht / und über Rechts-verwährte Zeit eingeführet / daß in dergleichen Stammgütern die Blutsfreunde den Vorkauff gehabt/ ꝛc. So haben sich auch E. Gn. dessen nicht anzumassen/ V. R. W.)

Ita Domini in causa Johannis Bergers zu Merseburg/ Mens. Mart. Anno 1601. [Verba sententiæ: Ob nun wol des Orts Gewonheit und Gebrauch nach / der Vorkauff des Verkäuffers nechsten Freunden gebührt/ꝛc.)

Definit. III.

Jus congrui, ex divisione competens, (das Gespielde) non nisi in Thuringia, aliisq; locis, ubi hoc specialiter usu receptum est, obtinet.

1 Secundò, Viget statutum in provinciis Thuringiæ, quod si de agro aliàs individuo pars ejus cum consensu superioris alienetur in Titium Emptorem, ut deinceps, si eandem partem ulterius venditi contigerit, jus retractus competat ei, cujus prædio quondam fuit unita. † Quod jus vulgò solet
2 appellari jus Congrui (das Gespielde) cujus meminit Matth. Coler. *p. 2. decis. 229.* ubi dicit: † Si Titi-
3 us hoc casu totum vendat suum patrimonium, retrahenti denegari Jus Retractus in parte, nisi illud pretium obtulerit pro toto patrimonio venditoris, quod extraneus dare paratus est. † At, jus hoc Con-
4 grui non nisi in Thuringia, aliisq; in Provinciis, ubi specialiter id receptum est, obtinet. Ad alias verò Provincias & Regiones haud extendi debet. † Nec
5 enim statutum constringit eos qui subditi non sunt, Bald. *in l. cunctos populos. 1. num. 3. & 8. C. de Summ. Trinit. & fide Cathol.*

Ita Domini in causa Pertini & Hiobi Kochs zu Edersleben/ Mens. Dec. Anno 1615. (Verba sent. Ist eine halbe Huesse in zween gleiche Acker zertheilet/ und das eine Viertheil von den Köchen/ das ander aber von den Opitzen bißher besessen worden/ und es seynd die Opitze ihr Viertheil nunmehr zu vereussern willens/ꝛc. Ob ihr nun gleich in allen 3. Feldern das Gespielde habet/ und die Vereinigung zusammen gehet/ und beyde Viertheil einerley Lehen und Zinsen haben. So mögen doch die Opitzen euch ihr Viertheil an berührter Huessen/ weil eure Vorfahren die Köche ihnen den Vorkauff nicht ausdrücklich vorbehalten / vor einem andern käufflich zu lassen / wider ihren Willen nicht gedrungen werden// V. R. W.)

Defi-

Definit. IV.

Inter coheredes, communem hereditatem paternam possidentes, Jus Retractus locum habet.

1 Tertiò; Si plures coheredes domum, prædiumve aliud paternum commune possideant, illudque extraneo cuipiam vendant, certè si unus ex coheredibus se offerat, idemque pretium solvere
2 paratus sit, † quin jure Retractus extraneo in emtione præferri debeat, dubitandum non est, *arg. l. sancimus 34. §. ne autem. 2. C. de donat. l. 12. ff. de evict. l. 38. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † Quò &
3 facit. *l. un. C. Non licere habitatoribus metrocomiæ &c. lib. 11.* ubi habitatoribus metrocomiæ vel convicanis datur jus protimiseos in bonis convicanorum, Cujac. *in dict. l. un. C. d. t.* Andr. Rauchb. *p. 2. q.*
4 *22. n. 8.* † Quidni ergò etiam heredi in bonis paternis communibus?

Ita Domini in causa Osvvaldi Junghansens zu Freyburgk/ Mens. April. Anno 1594. (Verba sent. Ob nun wol ihrer vier von iehtgedachten Erben in Beyseyn eurer Pflegefrauen/als der einen Miterbin/ovrberührtes Haus einem Fremden Paul Richter genannt verkaufft / da aber dennoch bemeldte eure Pflegefrau in solchen Kauff nicht gewilliget/sondern darwider protestirt/und mehrberührtes ihres Vatern Haus selbsten umb das Geld / wie es obbemeldtem Paul Richter verkaufft worden / anzunehmen sich erboten / so würde ihr auch dasselbe billich gelassen/ V.R.W.)

Et in causa Danielis Straubens zu Kemnitz / Mens. Jul. Anno 1602.

Definit. V.

Possessori alicujus fundi competit jus protimiseos in pretio ex fundo distinctis terminis solvendo: In Erb- oder Tagezeit-Geldern/*si id pro parata pecunia vendatur.*

1 Quartò consuetudine æquissimâ introductum fuit hisce in Provinciis, ut si Creditor pecuniam particulariter, sive distinctis terminis ex fundo aut domo aliqua sibi solvendam (Erb- oder Tagzeit-Gelder) pro parata pecunia vendere ve-
2 lit, † possessor istius fundi sive domus, ceu debitor pecuniarum illarum, ad emptionem se offerens audiri, atque extraneo jure protimiseos præferri de-
3 beat. † Quid namque æquius, debitorem liberari onere debiti, solvendo minorem pecuniæ summam in pretio parato, quod creditor ab extraneo pro suo credito acceptare paratus est? *arg. l. un. C. Non licere*
4 *habitatoribus metrocomiæ &c. lib. 1.* † Ac si in venditione bonorum debitoris præfertur Creditor extraneo, quin & cognato, *l. cum bona veneunt. 16. ff. de reb. autor. jud. possid. l. Imperator. 60. ff. de pact.* Anton. Fab. *lib. 5. conject. 15.* Bald. *in l. dudum.*
5 *14. n. 1. C. de contr. emt.* Joh. Köpp. *decis. 52. n. 8.* † Cur non & debitor in Credito, quod ipsemet solvere tenetur? Vel ex natura correlativorum, † quo-
6 rum eadem est ratio ac dispositio, *l. legem Juliam. 3. in fine ubi* Bartol. & Dd. *C. de indict. vid. toll.* Everh. *in topic. loc. à correlat. n. 3.*

Ita Domini in causa Andreæ Apitzschens zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1628. (Verba sent. Hat Erhard Putzels Wittib 176. fl. Tagezeiten / so Jährlichen mit 12. fl. abgestattet werden müssen/zu fodern. Ob sie nun wol dieselbe George Welschen umb 75. fl. verkaufft. Da ihr aber dennoch hierumb keine Wissenschafft gehabt/ und solches binnen Jahres Frist allererst erfahren hätte/ꝛc. So wäret ihr in selbigen Kauff zu treten / und gegen Auszahlung der 75. fl. die Tagezeiten selbst an euch zu handeln wol befugt/ und es liesse sich Georg Welsch an Wiederempfahung seines ausgezahlten Kauffgeldes billich begnügen / V.R.W.)

Definit. VI.

Sicuti in feudis, ita & in bonis Emphyteuticis Domino directo competit jus protimiseos.

1 Quintò jus Protimiseos seu Retractus in feudalibus bonis locum sibi vindicat, eoque Domini feudorum, filii & agnati vivo adhuc alienatore uti possunt, *cap. un. §. Titius. 5. si de feudo defuncti contentio &c. ubi* Feudist. Hartm. Pist. *lib. 2. quæst. 11. & 12.* † Quin & in allodialibus bonis, si
2 sint emphyteutica, in quibus jus protimiseos Domino Emphyteuseos speciali sanctione Imperiali fuit concessum, *l. ult. vers. Sed ne hâc occasione &c. C. de jur. Emphyteut.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 43. n. 22. & p. 2. quæst. 22. n. 8.* Joh. Köpp. *decis. 52. n. 4.* Johan. Harppr. *ad §. 3. num. 361. Inst. de locat. cond.*
3 † Idque procul dubio propter dominium directum, quod penes Dominum emphyteuseos manet, à quo jus suum ac dominium utile emphyteuta habet, † cujus consolidatio cum dominio directo
4 est promovenda, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 59. num. 3. & 12.* † Et si Creditori datur jus pro-
5 timiseos in bonis debitoris *l. 16. ff. de reb. autor. judic. poss.* Anton. Fab. *lib. 5. conject. 15.* Multò magis hoc tribuendum erit Domino emphyteuseos, †
6 Quia plus quàm Creditor est Dominus directus, *arg. l. 1. §. ult. ff. si à parent. quis manum. sit.*

Ita Domini in causa Hansen Friederichs von Zweymer/ M. Jan. Anno 1631. (Verba sent. Da aber dennoch die verkaufte Hueffe Landes ein recht bonum Emphyteuticum und Erbzinsgut wäre/ und ihr als Lehenherr in den Kauff tretet / und die verkaufte Hueffe Landes/ und eben die Kauffsumma auf Termine/wie Käuffer verwilliget / selbsten annehmen wollet/ꝛc. So wäre bemelder Käuffer von dem Kaufe wiederumb abzutreten schuldig/ und es würde euch die Hueffe Landes umb die bestimmte Kauffsumme billich gelassen, V.R.W.)

Definit. VII.

In allodialibus ac censiticis bonis non competit Domino jus Retractus, nisi justa subsit causa renuendi subditum.

1 Sextò: Existimare quis posset, ut in emphyteusi, ita & in bonis censiticis Domino competere jus
2 Retractus. † Cum in foro Saxonico bona censitica
3 cum emphyteuticis haud rarò confundantur: † Attamen de Emphyteusi solummodò loquitur *l. ult. C. de jur. Emph.* Adeoq; quod ibidem de jure protimiseos dispositum est, ad bona censitica nequaquam
4 extendi debet. † Neque hic ratio juris protimiseos subest, directum scilicet Dominium in persona Domini, cui propterea jus retractus competere, dixi Defin. *præced.* † ut vel propterea in bonis allodialibus
5 censiticis illud cessare debeat, Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 43. n. 22. Sent. post.* Weichbild von dem Lehn- Gut und Leibgedinge/*tit.* Der Lehnherr hat in den Gütern/die von ihme zu Lehn rühren / den Verkauff/ *vers.* Im andern Fall aber/ ꝛc. † Planè si
6 bona

bona censitica ejusmodi vendantur personæ, quam Dominus justâ ex causâ, putà propter difficiliorem canonis & laudemiorum exactionem, in numerum
6 subditorum recipere recuset, † tùm ipsemet Dominus audiendus erit, si bona emere velit, *arg. l. miles. 31. C. de locat.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. cap. 13.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber dennoch Käuffern aus erheblichen Ursachen zum Lehnmann anzunehmen nicht gemeinet/oder aber das verkaufte Gut kein schlecht Zinsgut / sondern ein bonum Emphyteuticum wäre / ꝛc. So wäre Käuffer von dem Kauff wieder abzutreten schuldig/V.R.W.)

Et in causa Reichards von Tottleben/Mens. Majo A. 1601. (Verba sent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß offtgedachte Mühle ein recht Erbzinsgut sey / und nach Vermuthung der Rechte im Zweiffel allein vor ein schlecht Zinsgut zu achten: So habt ihr euch auch daran des Verkauffs nicht anzumassen / ihr woltet dann den Käuffer aus erheblichen Ursachen zum Lehnmann und Unterthanen nicht annehmen/dessen genösset ihr auff den Fall billich/V.R.W.)

Definit. IIX.

In locatione prædiorum publicorum locum habet jus Retractus, non etiam in locatione prædiorum privatorum.

1 Septimo: In Conductionibus quoq; prædiorum publicorum ratio habetur juris protimiseos, ita nempe, ut antiqui possessores præferantur extraneis, *l. congruit. 4. l. prædia. 5. C. de locat. præd. Civ. lib. 11.* Joh. Köpp. *decis. 52. n. 64.* Hart. Pist. *obs. 162. n.*
2 *7. Vid. infr.* Const. *37. Defin. 8.* † Sed de prædiis solummodò publicis prædictæ *ll.* loquuntur, ideoque sanctio ista ad prædia privata haud extendi debet, nec in horum locatione ratio habenda erit juris
3 protimiseos. † Multò minus verò is, qui in venditione prædiorum privatorum jure Retractus gaudet, eo nomine locationem impedire poterit, quippe, quod nullâ lege huic jus protimiseos detur in locatione, ac cuilibet liberum, cui velit, rem suam locare, *l. dudum. 14. ff. de contr. emt.* Hartm. Pist. *dict.*
4 *obs. 162. in pr.* † Quod autem lege non cavetur, in practicâ non habetur, ut ait Bald. *in c. nihil. 44. n. 25. extr. de Elect. & Elect. potest.* Jason. *in l. illam. 19. n. 8. C. de collat.*

Ita Domini in causa Philippi Gerlachs & Viduæ Johannis Ungers zu Rochlitz/Mens. Octob. Anno 1604. (Verba sent. Daß Klägern an dem streitigen Stück Ackers/auff in Fall dasselbe erblichen verkaufft werden möchte/ der Vorkauff vor einem andern billich verstattet wird. An der Miethe aber hat sich Kläger des Vorzugs oder Nähergeltung nicht anzumassen/V.R.W.)

It. in causa Wolff Dietterichs und Aßmus von Erdmannsdorff/Mens. Aug. Anno 1600. (Verba sentent. Ob nun gleich die Gebrüdere von Erdmannsdorff die gesammte Hand am obberührten Gute Städeln haben: So seyn sie doch vorangeregten Mieth-Contract zu hinterziehen und in den Pacht zu treten nicht befugt. V.R.W.)

It. in causa Caspari Wachsmuths zu Halla/Mens. August. Anno 1604.

Et in causa Zachariæ Kestners zu Zwickau / Mens. Febr. Anno 1635.

Definit. IX.

Conceditur jus protimiseos, si ex pacto vel conventione fuerit acquisitum.

1 Octavò: Quod dicitur, hodiè jus protimiseos locum non habere, id neutiquam obtinet, si testator prohibuerit alienationem extra
2 consortes vel familiam: † Tùm enim si bona illa in alias personas transferantur, jure quodammodò protimiseos revocari possunt, non tàm ex provisione legis, † quàm dispositione hominis, *l. cum*
3 *pater. 77. §. 27. ff. de legat. 2.* Bald. *in l. dudum. 14. C. de contr. emt. num. 2.* † In tantum, ut prohibitio alie-
4 nationis, favore propinquorum facta, non ad propinquos in quarto tantùm gradu existentes, sed ad decimum usque, & quoscunque, ad successionem jure communi vocatos, extendatur, juxta tradita Hartm. Pist. *obs. 207.* † Pariter & jus protimiseos ex
5 dispositione hominis locum habet, quando partes expressè sibi jus protimiseos in contractu reservârunt, vel si ex pacto speciali, aliavè conventione, illud alicui fuerit acquisitum, *l. qui Romæ. 122. §. coheredes. 3. ff. de V. O.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 43. num. 23.* Gail. *2. observat. 19. num. 3.* Johan. Köppen. *decis. 52. n. 15.* † Quò & facit Constit. Elect. *32. §.*
6 Wann aber *ex pacto* oder auff eine vorgehende Vereinigung der Vorkauff oder die Nähergeltung iemands gebühret/ꝛc. *part. 2.* † Attamen hoc
7 pactum juris protimiseos strictè accipi, & ad modum certum restrictum, ad alium casum extendi haud debet, juxta tradita Modest. Pist. *part. 2. q. 93.*

Ita Domini in causa Johannis VVeiners zu Bödern / M. Mart. Anno 1615.

Et in causa Bartholomæi Blumens zu Sangerhausen / M. April. Anno 1594.

Definitio X.

In foro Saxonico liberis datur jus protimiseos in bonis avitis; Et quid si plures liberi concurrant?

1 Nono: Denique & in foro Saxonico liberis competit jus Retractus seu protimiseos in bonis avitis. Etenim venditò fundo vel prædio avitò, illud ante factam in judicio traditionem, restituto venditionis pretio, liberis redimere & in familia conservare licet, *hâc* Const. *31. vers.* So viel aber die Kinder belanget/ꝛc. *ubi* Dan. Moll. *n. 2.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 43. n. 23.* Joach. à Beust *in l. admonendi. 31. ff. de jurejurando. n. 872.* † Quod jus protimiseos in specie potest appellari jus Linearum seu
2 consanguinitatis, secundum tradita Andr. Tiraquell. *de retract. § 3. Gloss. 9. in pr. At quid, si plures liberi concurrant?* † Certè omnes conjunctim ad re-
3 trahendum erunt admittendi, *arg. l. si plures. 98. ff. de legat. 3.* Tiraq. *dict. Gloss. 9. n. 178.* Matth. de
4 Afflict. *de jur. protimis. §. 1. n. 60.* † Quod forsan minus dubium habet in rebus dividuis, quæ inter retrahentes dividi possunt. † Si verò bona avita com-
5 modam divisionem non recipiant, illis liberis ea adjudicanda esse, à quorum majoribus provenerunt, tradit Dan. Moll. *hîc n. 5.* † Sed minus ritè decisio hæc potest accommodari ad casum præsentem, quippe non sunt bona avita, nisi quæ à majoribus
6 provenerunt, in iisque solummodò jus retractus sibi locum vendicat. *Vid. infr.* Defin. 14. † Existimârim itaque si res dividi nequeat, tunc rectè inter plu-
7 res liberos præferri eum, qui prior provocârit. † Et
8 si simul omnes provocârunt, rem forte esse dirimendam *cum* Matth. de Afflict. *dict. §. 1. n. 63.* Andr. Tiraq *de retr. §. 11 gloss. 10. n. 4.*

Ita

Ita Domini in causa Martini Rottlebens zu Döbeln/Mens. Febr. Anno 1628. [Verba sentent. Hat euer Vater sein Gut einem Fremden um eine gewisse Summa Geldes verkaufft. Und demnach solches ein Stammgut ist/ seyd ihr euch des Vorkaufs oder Nähergeltung daran zu gebrauchen vorhabens/ &c. So werdet ihr und euer Geschwister billich zugelassen/ und wann solches Gut füglichen nicht getheilet werden könte/ noch unter den Geschwistern eines dem andern in der Nähergeltung weichen wolte/ würdet ihr durch das Los billich entschieden/ V.R.W.]

Definit. XI.

In Electoratu Saxonico, jus Protimiseos in bonis avitis solis liberis competit, non fratribus nec aliis Collateralibus.

1 EX speciali ergò statuto in Provinciis Electoratus Saxonici, jus Protimiseos in bonis avitis, quod vulgò jus Linearium appellatur, liberis
2 competit, *h.* Const. *31.* † At dixeris, *nonne liberi factum patris tenentur præstare? l. cum à matre 14. ubi* Bartol. & Dd. *C. de R. V.* Verum hoc est,
3 † si facto patris tanquam liberi ac heredes contravenire velint, admittantur autem ut proximi & cognati *l. 1. § sed videndum. 11. ff. de succes. edict. l. 2.*
4 *in pr. ff. unde legit.* Nicol. Boer. *decis. 12. n. 1.* † Vel si dici poterit, non admitti liberos, si factum parentis in totum impugnare velint, quod certè non faciunt filii bona avita retrahentes, ac in locum emptoris se substitui postulantes, hunc in finem, ut bona in familiâ ipsius venditoris conserventur, *h.* Const. *31. verb.* Und dieselbigen bey dem Geschlechte zu
5 erhalten. † Non solùm verò liberis naturalibus & legitimis, sed & legitimatis, præsertim per subsequens matrimonium, jus hoc protimiseos competit, quippe per quos non minus bona in familiâ retinentur, honestasque & splendor familiæ conservatur, ac per alios legitimè natos, Hartm. Pist. *part.*
6 *2. quæst. 41. num. 33.* † Nec refert, an masculini vel fœminini sexus sint liberi, quia filiæ æquè appellatione liberorum continentur, Andr. Tiraq. *de re-*
7 *tract. §. 1. gloss. 9. n. 179.* † Subsistit tamen in liberis hoc jus linearium, nec ad fratres, aliosve collaterales progreditur, quibus facultas bona familiæ alienata retrahendi haud est *h.* Const. *31. vers.* So viel aber die Kinder/ &c. *Et postea:* und die andern Bluts-Freunde/ *collaterales* genannt/ solches
8 Recht nicht haben/ und darzu nicht gelassen werden sollen. † Hocque primum est requisitum, quod circa jus Linearium hisce in Provinciis probè attendendum est. Ex quo sequitur vigore hujus Constitutionis, non nisi parentum venditiones à li-
9 beris impugnari, † excludi autem indifferenter alios, qui prætextu familiæ, bona à patruis, fratribus aliisq; consanguineis collateralibus alienata, revo-
10 care velint. † Quia in Provinciis Electoratus Saxonici jus linearium liberorum solummodò favo-
11 rem concernit, † Quod non modo *hâc* Const. *31.* sed & Const. *12.* §. Derowegen/ *h. p. 2.* satis expressum est, Dan. Moller. *ad dict. Const. 12. n. 4. in fin.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 15. n. 43.* Modest. Pist. *vol. 1. Consil. 36. q. 6. n. 28.*

Ita Domini in causa heredum Michaëlis Goltens zu Zeitz/ Mens. Jun. Anno 1632. [Verba sentent. Wann nun gleich solches Gut ein rechtes Stammgut wäre/ und dafür gehalten werden müste; Dieweil aber dennoch die Nähergeltung zu den Stamm-Gütern allein den Kindern/ nicht aber den Brüdern oder andern Vettern in linea collaterali zustehet/ &c. So haben sich auch eure Vettern der Nähergeltung an vorgedachtem Gute zu gebrauchen nicht fug/ V.R.W.]

It. in causa Martini Geißlers zu Durreweitzschen/ Mens. Jul. Anno 1632.

Et in causa heredum Urbani Schumans zu Meissen/ Mens. Majo, Anno 1626.

Definit. XII.

Nondum factâ traditione, post annum etiam à tempore venditionis effluxum, bona avita à liberis revocari possunt.

ALterum juris Linearii *requisitum* est in Provinciis Electoratus Saxonici, ut liberi ante traditionem factam, restituto venditionis pretio, bona 1
avita redimant. † Post traditionem namque jus 2
Protimiseos prorsus expirat, *h.* Const. *31. vers.* Ehe die Güter *tradiret.* † Sanctior enim liberis de- 3
bet esse persona patris, quam ut alienationem ejus jam perfectam impugnare valeant. † Illud nihil- 4
ominus relinquitur dubium: *An effluxo anno, vel etiam ulteriori temporis spacio à die venditionis, non tamen subsecutâ traditione, facultas retrahendi bona avita liberis competat?* † Sanè retrahen- 5
tem non nisi intra annum audiri, vult Illustrissimus Elect. *in* Const. *32. p. 2.* † Effluxo igitur anni spa- 6
cio, nec liberos ulterius admitti, arbitrari equidem quis posset, præsertim cùm in revocatione donationis bonorum avitorum idem obtinere dixerim *supra* Const. *12. Defin. 10.* † Verùm non loquitur 7
dict. Const. *32.* de jure Protimiseos competente liberis in bonis avitis, in Provinciis Electoratus Saxonici: † Sed de alio jure retractus consuetudinario, ut ex verbis initialibus *dict.* Const. *32.* satis apparet. † Quod ergò ibidem dispositum est, ad ca- 9
sum præsentem & jus linearium, solis liberis specialiter competens, extendi haud debet, quia Constitutiones statutariæ strictè sunt accipiendæ, Andr. Tiraq. *de lib. connub. gloss. 2. n. 23.* † Nec admittit 10
favor familiæ, tàm brevi temporis spatio liberos à retractu excludi, præsertim cum aliàs jura & actiones in foro Saxonico non nisi triginta annis, anno & die præscribantur, Landrecht *lib. 1. art. 29.* Matth. Coler. *ad c. de quarta 4. n. 48. extr. de præscript.* † Ac licet in donatione bonorum avito- 11
rum aliisque casibus juris Protimiseos, facultas revocandi non nisi per annum duret; Attamen in jure lineario aliud placuisse Saxon. Electori, exinde patet, † quod indefinitè redemtionem bonorum 12
avitorum liberis permiserit ante traditionem factam, *h.* Const. *31. vers.* Ehe die Güter *tradiret.*

Ita Domini in causa Simonis Grobers zu Grossenzehmen/ Mens. Nov. Anno 1622. [Verba sentent. Da aber dennoch die Lehn berührtes Guts von eurem Vetter noch nicht auffgelassen worden/ noch die traditio geschehen/ solches Gut auch ein recht Stamm-Gut wäre/ und von eures Vatern Groß-Eltern herrührte &c. So wäre obgedachter Käuffer/ gegen Empfahung des Kauff-Geldes/ berührtes Gut/ unangesehen daß von Zeit des getragenen Kaufs allbereit zwey Jahr verflossen/ euch hinwiederum abzutreten schuldig/ V. R. W.]

Item in causa heredum Michaëlis Goltens zu Zeitz/ Mens. Jan. Anno 1632.

Et in causa Blasii Burgkauffs zu Müglen/ Mens. Jun. Anno 1621.

DEFINIT. XIII.

Traditio bonorum avitorum non impedit jus Protimiseos linearium, nisi præcesserit judicialis resignatio venditoris.

1 QUod dixi liberos bona avita jure Protimiseos redimentes, post factam traditionem ulterius non audiri, Defin. *præced.* id non aliter accipiendum est, quàm si resignatio venditoris præcesserit, parentesque venditoris possessioni bonorum judi-
2 cialiter resignaverint. † Cæteròquin sola traditio bonorum avitorum absque præcedente renunciatione ac resignatione possessionis non faciet, quò minus liberi ad redemptionem bonorum avitorum
3 admittantur. † Id quod luculenter innuunt verba hujus Const. *31.* (Ehe die Güter *tradi*ret und aufgelassen.)
4 † Neque enim in foro Saxonico traditione alienatio verè perficitur, ac rerum Dominia transferuntur, si non prius in judicio alienans possessioni suæ renunciaverit, eamque accipienti tradiderit, Gloss. *art. 34. lib. 1. art. 4. n. 7. lib. 3.* Landr.
5 † Nam quandocunque quis per donationem, stipulationem vel venditionem, Dominium rei suæ in alium transferre intendit, coram Judice jus suum in accipientem transportare debet, Gloss. *lat. lit. E.*
6 *ad text. germ. art. 9. lib. 1.* Landr. † adeoque non tantùm traditione opus est, sed etiam abdicatione sui juris, daß er Verzicht und Aufflassung thue/ Matth. Coler. *part. 1. decis. 16. n. 8. & 11.*

Ita Domini in causa Evæ Conjugis Nicolai Hennigkens zu Zaschelwitz/ Mens. April. Anno 1621. [Verba sentent. Ob wol euer Ehemann Nickel Hennicke seine beyden Aeckere Elias Kirmissen käuflichen übergeben und zugeschlagen. Da aber dennoch obberührte Aecker rechte Stammgüter wären / auch die gerichtliche Auflassung derselbigen noch zur Zeit nicht geschehen/ &c. So wäre euren Kindern in den von gedachtem eurem Ehemanne mit ihrem Vetter geschlossenen Kauff zu treten unbenommen/V.R.W.]

Item in causa Blasii Bürgkauffens zu Müglen/ Mens. Jun. Anno 1621.

Et in causa Georgii Holckens zu Ragewitz/ Mens. Febr. Anno 1622.

DEFINIT. XIV.

Bona avita juri protimiseos subjecta, dicuntur solummodò ea, quæ à parentum avis, liberorumq; proavis, & ulterioribus parentibus proveniunt.

1 TErtium juris linearii *requisitum* est, ut bona, quæ liberi redimere intendunt, sint avita, h. e. talia, quæ ab avo, proavo ac parentibus ulterioribus
2 proveniunt, non solùm paternæ, † sed & maternæ lineæ, cum & is, ex quo linea materna descendit, avus dicatur, *l. JCtus. 10. §. secundo gradu. 13. ff. de grad. & affin.* Dan. Moll. *ad Const. Elect. 12. n. 2. p. 2.*
3 Matth. Berlich. *p. 2. concl. 13. n. 9.* † Et quænā propriè dicantur bona avita, dixi supra Const. *12. Defin. 1. 2. 3.*
4 *4. & 5.* De eo solummodo hic dubitatur, † *An sufficiat, bona à liberorum redimentium Avo provenire ad hoc, ut jus Protimiseos exerceri, & bona à patre alienata revocari queant?* † Sanè indefinitè loquitur *h.* Const. *31.* eaq; bona redimi à liberis permittit, quæ avus acquisivit: Quod ipsum de liberorum
6 redimentium avo haud ineptè explicari potest. † Sed hactenus verba hæc Domini Scabini de Avo venditoris liberorumq; Proavis interpretati fuere, ita, ut ea solummodò bona redimere valeant liberi, quæ ab ipsorum Proavis, parentum verò tanquam alienatorum Avis, ulterioribusque parentibus proveniunt, † veluti ipsemet Elector Illustrissimus bona 7
avita describit *in* Const. *12. p. 2. in pr. verb.* Welche der *donator* nicht selbst *acquiri*ret/ sondern die von seinen Vorfahren / als Großvater und dergleichen genommen / und von demselbigen ihren Ursprung haben/ &c.

Ita Domini in causa liberorum Sebastiani Schweickerts zu Leipzig/ Mense Sept. Anno 1612. [Verba sententiæ: Ob ihr nun wol an solchem Forwercke / als an einem Stammgut/ die Nähergeltung zu haben vermeynet / und solches gegen Erlegung der Kauff-Summen von Käuffern wiederum zu lösen bedacht seyd. Dieweil aber dennoch Verkäuffer euer Vater gedachtes Forwerck nur allein von seinem Vater / und also nicht von Groß-Eltern erlanget und überkommen/ &c. So ist auch berührtes Forwerck für kein Stammgut zu halten / derowegen ihr euch einiger Nähergeltung zu gebrauchen / und Käuffern ab, utreiben nicht befugt seyd/V.R.W.]

Item in causa Georgii Börsners zu Leipzig / Mens. Sept. Anno 1622. [Verba sent. Dieweil aber mehrerwehntes Gut Verkäuffer allein von seinem Vater / und nicht von seinen Groß-Eltern überkommen/ also daß dasselbe respectu des Verkäuffers vor kein Stamm-Erbgut zu achten/ &c. So haben sich auch nach Gelegenheit disfalls des Verkäuffers Kinder der Näherung solches Hauses nicht anzumassen/V. R. W.]

Et in causa Valentin Thals/ zu Weissensee/ Mens. Jul. Anno 1622.

DEFINIT. XV.

Parentes de bonis avitis testari, jure Protimiseos non prohibentur.

1 LIcet parentes bona avita in præjudicium liberorum vendere ac distrahere prohibeantur, in tantum, ut liberi jure Protimiseos alienata bona redimere valeant, *h.* Const. *31.* † Attamen hæc pro-
2 hibitio ad testamenti factionem haudquaquam extendi debet, nec dubitandum, quin parentes de bonis avitis liberè testari, eaque per ultimam voluntatem alienare queant; † Siquidem statutum, jus Pro-
3 timiseos in venditione seu distractione permittens, admodum odiosum est, & contra jus commune introductum, Andr. Tiraquell. *de Retract. in præfat. n. 56. & §. 1. gloss. 9. n. 188.* Virg. Pingitz. *quæst. Sax. 36. n. 15. & seqq.* † Igitur non extendendum *c.*
4 *odia 15. de reg. jur. in 6to.* † Quin & Illustrissimus
5 Constituens hoc jus liberis eatenus saltem indulget, ut si velint restituto venditionis pretio, in locum emptoris substituantur, *h.* Const. *31.* (*in verb.* in die Käuffe zu treten) † Quod certè non nisi in contra-
6 ctu venditionis accidere, adeoque minus ritè ad testamenti factionem accommodari potest, † Quia
7 contractuum appellatione testamenta & ultimæ voluntates non continentur, *l. 20. ff. de V. S.* Everh. *in loc. à contr. ad ult. vol.* Modest. Pist. *vol. 1. cons. 1. n. 24.* Rauchb. *p. 2. q. 14, n. 15.* † Pariter & bona
8 avita absque heredum consensu, extraneo cuilibet mortis causa donari posse, tradunt Dan. Moll. *ad Const. Elect. 12. n. 5. & seq. p. 2.* Wesenb. *in parat. ff. de donat. n. 6.* Schneidew. *ad §. aliæ 2. n. 45. Instit. de donat.* † Ac quò minus de hoc in Provin-
9 ciis Electoratus Saxonici dubitetur, disertis verbis testamenti factionem in bonis avitis permittit Elector Illustrissimus *in* Const. *12.* §. Und alle obgesatzte Fälle/ etc. *part. 2.*

Ita Domini in causa Martini Geißlers & Andreæ Rei-

Reichens zu Durreweitschen / Mens. Julio, Anno 1632. [Verba sent. Ob ihr nun wol in den Gedancken stehet / daß / weil selbiges Gut ein Väterlich Stammgut ist / dasselbe euch durch Aufrichtung eines letzten Willens nicht entzogen werden mögen. Da aber dennoch berührtes Testament Gerichtlichen insinuiret worden / &c. So wäre es zu Recht kräfftig und beständig / und ihr hättet euch des verlassenen Stamm-Guts ferner anzumassen nicht Fug / V. R. W.]

DEFINIT. XVI.

Jus protimiseos quoad bona avita locum non habet in permutatione.

NOn nego equidem, permutatione bona avita non minus ac venditione extra familiam alienari, unde arbitrari quis posset, liberos admitti, si jus Protimiseos adversus permutationem prætendere velint, quippe quod favor familiæ hoc jus linearium introduxerit, uti patet ex *h.* Constit. *31.*
2 *vers.* Bey dem Geschlechte zu erhalten. † Attamen ex sola rationis identitate statutum contra jus commune introductum, ad alios casus extendi debere
3 non existimaverim, *l. 14. l. 16. ff. de legib.* † Neque statuta de venditionibus concepta locum habent in permutationibus, secundum tradita Virg. Pingitz. *quæst. 36. num. 12.* Fab. de Monte *tract. de empt. vendit. quæst. 2. princ. num. 6.* Andr. Tiraq. *de retr.*
4 *§. 1. gloss. 14. n. 30.* † Ac licet permutatio sapiat vim & naturam venditionis, *l. 1. C. de rer. permut.*
5 † Quin & dicatur species venditionis *in l. sciendum.*
6 *19. §. deinde. 5. ff. de ædil. edict.* † In multis tamen ab eâdem rursus illam differre demonstrat Pingitz. *dict. quæst. 36. n. 21. & seqq.* ubi concludit, jure Protimiseos circa venditionem introducto, permuta-
7 tionem impediri non posse. † Quod in terminis *hujus* Constit. *31.* tantò certius est, quantò clarioribus verbis Elector Illustrissimus de solo contractu venditionis loquitur inque locum emptoris liberos, bona avita redimere volentes, substitui permittit.
8 † Quod certè ad permutationem minus aptè accommodari potest.

Ita Domini in causa Caspari Zobars von Döbeln / Mens. Nov. Anno 1627. [Verba sententiæ: Hat euer Vater mit Martin Nebeln einen Tausch-Contract geschlossen / und demselben sein Gut / so er eine geraume Zeit besessen / abgetreten. Ob nun dasselbe ein alt Väterlich Stamm-Gut ist / daran euch / vermöge Churfl. S. Constitution, die Nähergeltunge zustehet / dieweil aber dennoch bemeldte Constitution allein in Kauff-Contracten statt hat / &c. So habt ihr euch auch in gegenwertigem Tausch-Contract einiges Rechtens der Nähergeltung nicht anzumassen / V. R. W.]

Et in causa Pauli Marcks ad requisitionem Senatûs zur Neustadt an der Orla / Mens. Sept. Anno 1607.

DEFINIT. XVII.

In solâ venditione, non etiam in translatione, aliove contractu, liberis bona avita jure Protimiseos redimere licet.

1 *AN ergò jus Protimiseos linearium in sola venditione obtinebit?* Hoc certè voluisse videtur Illustrissimus Saxoniæ Elector *h.* Const. *31.* quæ disertis verbis de contractu venditionis loquitur
2 (in die Käuffe zu treten.) † Contra mentem igitur ac intentionem Illustrissimi Constituentis jus Protimiseos linearium, ad alios contractus haud-
3 quaquam extendere licebit. † Sunt enim ejusmodi statuta strictè & in terminis propriè ita loquentibus accipienda, Tusch. *tom. 7. pract. conclus. lit. S.*
4 *concl. 578. num. 22.* † Quin nec animum fuisse Electori Illustrissimo: omnem omninò alienationem bonorum avitorum prohibere, exinde satis patet, quod *artic. 52.* Von Vergebung der Stamm-Güter / *lib. 1.* Landr. ad donationem inter vivos restringens reliquas alienationis species, absque consensu heredum disertè permiserit, *in* Const. *12.* §. Und alle abgesatzte Fälle. † Minus autem dubium habet, jus Protimiseos cessare in transactione, quippe quæ ut plurimum fit ex necessitate, in re dubiâ atque incertâ, *l. 1. ff. de transact.* † Et alibi 6
etiam in transactione jus protimiseos non habere locum, sive prædium avitum per transactionem transeat ad alium extraneum, sive maneat penes possessorem, tradit Matth. de Afflict. *in tr. de jur. Protim. §. licet enim. 3. n. 33. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Dieweil aber dennoch bemeldte Churfl. Sächsische Constitution von der Nähergeltung in den Stamm-Gütern allein in Kauff-Contracten statt hat / auff die Permutationes, Transactiones und andere Contracte aber keinesweges zu ziehen und zu deuten / &c.]

DEFINIT. XVIII.

Venditis sub hasta bonis avitis, necdum factâ adjudicatione, liberis competit jus Protimiseos.

NEgat Matth. Berlich. *part. 2. concl. 39. n. 60.* liberos in ditionibus Electoris Saxoniæ ad jus 1
Protimiseos admitti, si bona avita publicè sub hasta vendantur. † Quod quidem concesserim factâ 2
jam adjudicatione & additione bonorum sub hastâ venditorum, quia indifferenter liberi post factam traditionem à jure Protimiseos excluduntur, *supr.* Defin. *12.* † At *quid, si liberi statim post licitationem ab extraneo factam, ante bonorum adjudicationem, idem pretium offerant ac bona avita redimere velint?* Eos admitti dixerim, † generaliter 3 4
namq; in venditionibus bonorum avitorum concedit liberis jus protimiseos *h.* Const. *31.* ideóque & in venditione facta publicè sub hastâ, † quæ non mi- 5
nus venditio est, ac quælibet alia inter partes contracta, Dan. Moller. *lib. 3. Semestr. 12. num. 4.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 46.* † Adeoque nil opus est, ut 6
cum Mollero *hîc n. 6.* confugiam *ad* Ordin. Prov. Torg. *de anno 1583. tit.* Von Feilbieten / *Subhastation &c.* §. Damit auch der Schuldner hierdurch. † quæ ipsimet etiam debitori bona Creditori tradita intra anni spatium eodem pretio redime- 7
ri permittit. † Neque enim juri Protimiseos fa- 8
cultas redimendi hoc casu erit adscribenda, ut rectè docet Berl. *dict. concl. 39. n. 60.* † Quamvis & libe- 9
ris debitoris *prædicta* Ordin. Torgens. eatenus sit commoda, ut post adjudicationem etiam bona avita redimere valeant, sed ex speciali Legis Provincialis beneficio, non jure Protimiseos, ut modò dixi.

Ità Domini in causa Ursulæ viduæ Melchioris Wesers zu Leipzig / Mens. Octobr. Anno 1629. [Verba sent. Daß auch auff den Fall / wann euers Vaters Stamm-Güter Schulden wegen sub hasta verkaufft werden müsten / ihr euch der Nähergeltung / iedoch vor der adjudication zu gebrauchen wohl berechtiget seyd / V. R. W.]

Et in causa Friederich Voigtens zu Meissen / Mens. Nov. Anno 1601.

DEFINIT. XIX.

Jus Retractus competens liberis in bonis avitis, extraneo cedi nequit.

SAtis expeditum est, in bonis avitis jus Protimiseos propterea liberis fuisse concessum, ne 1
bona

bona illa è genere exeant, sed in familiâ conserventur, h. Constit. *31. verb.* Bey dem Geschlechte zu erhalten/ꝛc. † Quæ certè ratio in extraneo sive alio, 2
qui de familiâ non est, verificari nequit; Ex quo sequitur, † contra intentionem Illustrissimi Electoris, 3
jus hoc Protimiseos extraneo cedi non posse, tanquam quod personale sit, † nec personam egredia- 4
tur, §. *sed & quod principi. 6. vers. planè Institut. de jur. nat. gent. & Civil.* ut rectè concludit Moller. *ad Const. Elect. 32. n. 58. p. 2.* & post eum Berlich. *p.* 5
2. conclus. 39. n. 47. † Quin & dum collaterales, qui tamen consanguinei sunt, ab hoc jure Protimiseos excludu ntur, *h.* Const. *31. vers.* Und daß andere 6
Bluts-Freunde. Satis inde apparet, † extraneos hujus beneficii ne quidem jure cessionis participes fieri posse, ne per indirectum concedatur extraneo, quod directè consanguineis denegatur, *l. ætatem. 3. §. ult. ff. de censib. l. 1. §. permittitur. 41. ff. de aquâ quotid. & æstiv.* Virgil. Pingitz. *quæst. 30. num. 9. & seqq.* ubi ad contraria respondet Andr. Tiraq. *de Retr. §. 26. Gloss. 1.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Solche Näher-geltung aber / so euch in den Stamm-Gütern zuständig ist/seyd ihr euers Gefallens nach einem andern/zuvoraus aber einem extraneo, zu cediren nicht befugt/ V.R.W.]

Definit. XX.

Emptor alicujus fundi non potest revocare agrum vel pratum de fundo isto ante venditionem distractum.

EXinde, quod dixi *suprà* Definit. *3.* jus congrui 1
iis in locis, ubi specialiter hoc introductũ non
fuit, neutiquam obtinere, satis apparet, † fundi ali- 2
cujus possessori nullum jus Protimiseos competere in parte fundo vel prædio antea unitâ, si forsan contingat partem illam à suo possessore vendi, prout jamdudum responderunt Scabini *Wilhelmo à*
Beningen zu Weimar/ *Mens. April, Anno 1561.* † 3
Multò minus verò emptor prædii agrum vel pratum, antea de illo prædio alienatum, oblato pretio revocare poterit, si possessor agri illum vendere no- 4
lit: † Quippe quod hoc casu emptori nullum prorsus jus competat in agro vel prato ante venditio- 5
nem prædii distracto. † Neque quisquam cogi potest invitus rem suam vendere, ne quidem à Principe, *l. nec quasi publicianam. 70. ff. de Rei vindic. l. 9. ff. de act. rer. amot. l. id quod nostrum. 11. ff. de Reg. Jur. l. 11. l. 13. l. 14. C. de contr. empt. l. nec emere. 16. C. de jur. delib. l. nemo externs. 9. C. de Judæis.*

Ita Domini in causa Johannis Welschens zu Leipzig/Mense Martio Anno 1604. [Verba sentent. Ob gleich Johann Marckerodt gedachtes Jacob Breuniges Gut nunmehr Kauff-weise an sich bracht / und seines Vorfahren Acker und Wiesen/ gegen Erlegung des Kauffgeldes/wiederum an sich zu lösen gemeynet / mit Fürwendung / daß solche von dem Gut / so er nunmehr Kauffweise an sich bracht/ nicht hätten sollen noch können alieniret werden. Dieweil aber dennoch / vermöge der Rechte / gedachtem seinem Vorfahren zu der Zeit/ als er das Gut beysammen gehabt/damit als mit seinem Eigenthum umzugehen/und was er gewolt / davon zu veräussern / und davon zu verkauffen/gut Fug und Macht gehabt/ ꝛc. So möget ihr ihme mehrbemeldte Wiesen und Aecker wider euren Willen abzutreten nicht gedrungen werden/ V.R.W.]

Et in causa Andreæ Beschenringks zu Zschirlau/ Mense Majo, Anno 1604.

Definit. XXI.

Agro vel prato absque onere collectarum vendito, emptor onere illo gravari non potest, nec agrum vel pratum novo possessori totius fundi retrovendere tenetur.

NEgari quidem nequit, prato vel agro absque 1
onere collectarum vendito, tantò gravari
possessorem prædii, cui ager antea unitus erat,
quantò inde emptor onere eximitur. † Attamen 2
propterea venditio semel perfecta haud rescindenda erit, postquam alienatori semel placuerit, incommodo suo emptorem agri vel prati à collectis liberari *argum. l. post mortem. 25. ff. de adopt.* maximè si à Magistratu venditio ista confirmata fuerit. † At nec prædio vendito, novo possessori 3
agrum illum vel pratum revocandi ullam facultatem competere dixerim, ne quidem pretio oblato, † quum sciens prædium novum quasi onere grava- 4
tum emerit, † namque factum cuique suum nocere 5
debet, *l. factum. 155. ff. de Reg. Jur. c. quod semel placuit. 21. de Reg. Jur. in sexto.* Sed vix ista obtinent propter Decis. Elect. *nov. 65.*

Ita Domini in causa Brigittæ viduæ Christophori Breihin zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1594. [Verba sentent. Da euch aber dennoch solcher Acker ohne alle Beschwerniß und Steuer verkaufft worden/ ꝛc. So möchtet ihr auch nunmehr selbigen Acker dem Besitzer des Guts wiederum abzutreten/ oder obangezogene Beschwerung auff euch zu nehmen wider euren Willen nicht gedrungen, werden/ V. R. W.]

Et in causa Matthiæ Barts zu Dachwitz/ Mense Februar. Anno 1629. [Verba sentent. Hat der vorige Besitzer eures Gütleins fünff Acker Art Feldes mit Einwilligung der Obrigkeit verkaufft / doch dergestalt/daß Verkäuffer die Erbzinsen/ Landsteuer und andere Gefälle auff seinem/ anitzo aber euerm Gute behalte/ꝛc. So verbleibets dabey nochmals billich/ und es mögen Kauffers Wittib und Erben von selbigen fünff Arten Feldes die Steuern zu entrichten nicht angehalten werden/ V.R.W.]

Item in causa Michaëlis Schiefners zu Wiesen / Mens. Februar. Anno 1633. [Verba sent. So seyd ihr auch mehrerwehnte Beschwerungen ferner allein zu tragen schuldig/ und die Besitzere der Felder / so von eurem Gütlein verkaufft worden/mögen etwas zu tragen/oder auch die Felder/ gegen Empfahung des Kauffgeldes / wiederum abzutreten wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.]

Et in causa Christian Gärtners zu Freyberg / Mens. Majo, Anno 1629.

Definit. XXII.

Communis & indivisa alicujus rei possessio non tribuit jus protimiseos.

EX pluribus possessoribus, qui domum coëm- 1
ptam per aliquot annos conjunctim retinuerant, unus partem suam tertio cuipiam vendiderat: Putabant reliqui, jure Protimiseos satis sibi prospectum esse, ut pretio oblato partem illam ab emptore redimere possent, secundum tradita *suprà* Definit. *4.* † Sed quod liberis, domum paternam jure 2
hereditario conjunctim possidentibus, ibidem concessum, ad alios quosvis possessores haudquaquam extendi debet. † Nec ullibi possessoribus rei com- 3
munis ac indivisæ jus Protimiseos sive Retractus concessum in jure reperitur. † Quo itaque præ- 4
textu emptorem repellere licebit, nisi forsan communioni possessionis hunc effectum quispiam tribuere audeat. † Sed absque juris au- 5
toritate, sine qua tamen nihil asserendum est,

Jason.

Jaſon. *in l. illam. 19. n. 8. C. de collat.* Bald. *in cap. nihil. 44. n. 5. ext. de Elect. & Elect. poteſt.*

Ita Domini in cauſa Johannis Luders zu Magdeburg/ Menſ. Majo Anno 1599. [Verba ſententiæ: Habt ihr und eure Vettern ein Haus und Hof zu Magdeburg erkaufft/ und in die eiff Jahr lang ingeſammt beſeſſen: Hat nun gedachter euer Vetter ſeinen Antheil an bemeldtem Hauſe einem andern / davon eure Frage meldet/verkaufft und eingeräumet/ꝛc. So wird itzterwehnter Käuffer bey ſolchem Kauffe mehrerwehntes eures Vettern Antheils billich gelaſſen / und er iſt euch denſelben gegen Erſtattung ſeines ausgezahlten Kauffgeldes einzuräumen und abzutreten nicht ſchuldig/ V.R.W.]

CONSTITUTIO XXXII.
PARTIS SECUNDÆ.

In welcher Zeit der/ ſo den Vorkauff oder die Nähergeltung hat/ ſich ſolches Rechtens gebrauchen möge?

Jure Retractus intra quod tempus ſit utendum.

DIsfalls ſeynd allerley Opinionen / man hat ſich aber deſſen verglichen/ wo aus Statuten oder verwehrter Gewohnheit herbracht / daß Freunden oder iemands anders der Vorkauff zuſtehet/ und der/ſo das Gut verkauffen will/ läſſt es demſelbigen ankündigen/ er thut ſich aber deſſen verzeihen/ ſo mag denn das Gut einem andern verkaufft werden.

Wo aber ſolche denunciation nicht geſchicht / oder der/ſo die Nähergeltung hat / den Kauff gäntzlich nicht abſchlägt / ſondern Bedenckzeit nimmet / ob er Geld könte auffbringen/oder dergleichen / ſo ſoll er innerhalb Jahres-Friſt nochmals zuläßlich ſeyn/ ob gleich das Gut verkaufft/ und einem andern tradirt/den Kauff zu hinterziehen / auch das Kauff-Geld und die Beſſerung / da die aufgewandt/ zu erſtatten.

Wenn aber ex pacto, oder auff eine vorgehende Vereinigung der Vorkauff oder die Nähergeltung iemands gebühret / die wird/ wann das Gut nicht verkaufft/durch Verjährung oder præſcription nicht auffgehoben.

Aber da diß falls contrà pactum die Nähergeltung nicht gehalten / ſondern das Gut einem andern verkaufft würde / ſo iſt ſolcher Kauff beſtändig / und kan ratione conventionis & pacti regulariter nicht reſcindiret werden.

Derowegen iſt auch der Käuffer nicht anzuſprechen/ aber der Verkäuffer / welcher die convention nicht gehalten / iſt ad intereſſe obligirt.

Da aber das Gut vor die Nähergeltung gebührlich hypotheciret / in dieſen und dergleichen Fällen kan der Käuffer angeſprochen werden/ diß falls aber hätte ſtatt/ daß die Nähergeltung/ die da conventionalis iſt/ innerhalb dreyſſig Jahr/ Jahr und Tag præſcribiret werden könte. Nach dieſer diſtinction ſollen auch unſere Gerichte ſprechen und erkennen.

VAriæ ſunt de hâc quæſtione opiniones, ſed in eam Deputati noſtri convenerunt, ut, ſi quis fundum venditurus, ei, cui ex ſtatuto vel conſuetudine jus hoc retractus competit, id denunciet, is autem ſe emere nolle dicat, tùm alteri vendi poſſit.

Hujusmodi autem denunciatione omiſsâ, vel eo, qui jus Retractus habet, emptionem non præcisè abnuente, ſed pecuniæ conquirendæ, vel aliâ ex causâ eam differente, anni ſpatium illi concedendum, ante quem finitum, bona, quamvis jam vendita & tradita, reſtituto pretio & impenſis meliorationis, retrahere liceat.

Ex pacto verò vel conventione retractus alicui cõpetens per præſcriptionẽ, ſi fundus venditus non ſit, non tollitur.

Ubi verò contrà pactum res alienatur, valet venditio, nec ratione conventionis vel pacti regulariter reſcinditur; neque actio adverſus emptorem datur, ſed venditor, qui pacto non ſtetit, ad intereſſe tantùm obligatus eſt.

Quod ſi verò alter fundum pro ſecuritate retractus jure pignoris etiam obligatum ſibi habet, iſto caſu & ejusmodi ſimilibus retrahere eum ab emptore poteſt, niſi præſcriptione triginta annorum, anni & diei, impediatur. Ea namque in retractu conventionali locum habet.

Secundum hanc igitur diſtinctionem noſtros & judicare deinceps & reſpondere jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Cognatus proximus, ſi factâ denunciatione renunciet juri Protimiſeos, aut dicat, ſe emere nolle, ad retrahendum ulteriùs non admittitur.*
2. *Jus Retractus non niſi intra annum, attamen & ultimâ die ac horâ exerceri poteſt.*
3. *Currere incipit annus ad retrahendum indultus à tempore factæ venditionis, traditione licet nondum ſubſecutâ.*
4. *Spatiũ annale, jure Protimiſeos in foro Saxonico præfinitũ, de anno Civili, nõ Saxonico accipi debet.*
5. *Spatio annali præterlapſo, moræ purgatio non admittitur, nec retrahens ulterius auditur.*

6. *Tempus annale juri Protimiseos indultum, non continuam, sed utile est, adeoq; nec absenti, nec ignoranti currit.*
7. *Retrahens emptori una cum pretio, impensas melioratio nis necessarias restituere tenetur, non etiam utiles nec modicas ad conservationem ædificiorum factas* (Die Güter in Dach und Fach zu erhalten.)
8. *Jus protimiseos conventionale non tribuit potestatem retrahendi bona, contra pactum vel conventionem alienata, datur tamen hoc casu adversus alienatorem actio ad interesse.*
9. *Neq; is, cui jus protimiseos competit, ex dispositione testatoris bona alienata revocare, sed solummodò adversus heredẽ ad interesse agere potest.*
10. *Rescindit tamen jus protimiseos conventionale venditionem, si nondum traditio rei venditæ subsecuta sit.*
11. *Hypotheca, super jure protimiseos conventionali expressè reservata, facit, ut bona alienata retrahi queant.*
12. *Revocantur bona, contra jus protimiseos conventionale alienata, si emptor pactum illud sciverit fraudisq; particeps fuerit.*
13. *Juri pretimiseos convẽtionali nõ nisi triginta annis, anno & die, in foro Saxonico præscribitur.*
14. *Jus retrahendi, in casum vẽditionis pacto speciali reservatum, locum non habet in permutatione.*
15. *Locum tamen habet jus retractus conventionale, si ab unâ parte cum re permutata simul pecunia, rei tamen prævalens, data fuerit.*
16. *Jus retractus, ex speciali conventione in casum venditionis reservatum, haud impedit alienationem, quæ fit per testamentum, aliamvè ultimam voluntatem.*
17. *Cessat jus protimiseos conventionale in causa successionis ab intestato.*
18. *Jus protimiseos conventionale locum non habet in divisionibus.*
19. *Non impedit jus protimiseos conventionale, quò minus emptor liberis suis rem, juri retractus subjectam, vendere queat.*
20. *Cedi potest extraneo jus protimiseos conventionale.*
21. *Jus protimiseos conventionale cum personâ contrahentium non extinguitur, sed ad heredes transit, tàm testamentarios, quàm ab intestato.*
22. *Pacto juris protimiseos non tenetur vidua, cui ex Statuto certa bonorum portio defertur.*

l. ille aut ille. 25. §. cum in verbis. 1. ff. de legat. 3. Jac. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 145. n. 4.* †Et jamdudum ita sensisse Wittebergenses, testis est fide dignus Matth. Wesenb. *in manusc. ad h. Const. allegat. à* Dan. Moll. *hîc. n. 17.* ubi porrò ex sententiâ Wesenb. addit: † Cognatum ad jus protimiseos semper admitti, modò expressè illi non renunciaverit, vel saltem dixerit, se emere nolle, ita ut horum alterum ad excludendum illum sufficiat. Quæ sententia menti Illustrissimi Electoris *in* h. Const. planè convenit.

Ita Domini in causa Matthæi Gribbachs zu Freyberg/ Mens. Dec. Anno 1629. [Verba sent. Hat euer Vetter sein Wohnhaus daselbsten/daran euch/selbigen Orts Gewohnheit nach / der Vorkauff zuständig/einem extraneo um eine gewisse Summa Geldes verkaufft. Da ihr nun der Nähergeltung euch ausdrücklich nicht begeben / noch auch auff beschehene denunciation euch des Kauffs verweigert hättet/ꝛc. So würdet ihr damit nochmals billich gehöret und zugelassen/ V. R. W.]

Definit. II.

Jus Retractus non nisi intra annum, attamen & ultimâ die ac horâ exerceri potest.

1 QUod de Jure communi quondam valdè controversum erat, intra quod scilicet tempus, ex statuto vel consuetudine jus Protimiseos competens, exerceri queat, 2 † ut videre est apud Andr. Tiraq. *de Retract. §. 1. gloss. 10. n. 10. & seqq.* & Matth. de Afflict. *in tract. de jur. Protimis. §. ut intra. nu. 2. & seq.* 3 † Id in foro Saxonico manifestis verbis est decisum *h.* Const. *32. vers.* Es soll er innerhalb Jahres-Frist/ ꝛc. 4 † Quod scilicet proximus cognatus jure Protimiseos intra annum uti debeat, postea verò non audiatur. 5 † Nam & aliàs actus, in præjudicium alicujus factus, intra annum retractari debet, secundum regulam juris Saxonici, de qua videatur Henn. Göden. *Consil. 4. num. 19. &* Matth. Coler. *part. 1. decis. 15. num. 46.* 6 † Et de jure etiam communi tempus simpliciter prolatum de annali spatio intelligitur, Tiraq. *dict. gloss. 10. n. 7.* 7 † Attamen retrahens ultimâ quoque die ac horâ admittitur, Bern. Græv. *lib. 2. concl. 19. considerat. 1. num. 3.* 8 † Quod innuit particula (intra, innerhalb) *h.* Const. quæ est inclusiva. † At, si

Definit. I.

Cognatus proximus, si factâ denunciatione renunciet juri Protimiseos, aut dicat, se emere nolle, ad retrahendum ulterius non admittitur.

1 COnceserim sanè, si præsens sit consanguineus venditioni tanquam testis vel Notarius, etsi ei non contradicat, vel de jure suo protestetur, sibi tamen non præjudicare, quin jure Retractûs, quod ex loci statuto vel consuetudine habet, etiamnum uti 2 possit, † cum sciverit, illud sibi salvum manere *l. secut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. & hypoth. solv. l. 39. ff. de pign. act.* Andr. Tiraq. *de contract. §. 1. gloss. 9. n. 14. & seq. & num. 148.* † Multò magis admittendus erit, si denunciatio non præcesserit, vel si factâ denunciatione, emptionem non præcisè abnuerit, sed pecuniæ conquirendæ gratiâ, aliave simili ex causâ, eam distulerit, *h.* Const. *32. vers.* Wo aber solche *denunciation* nicht geschehe/ ꝛc. 4 † Etenim cognatum jure Protimiseos tùm demùm excludi vult Const. *h.* si factâ denunciatione emptioni expressè renunciaverit, *in verb.* Es thut sich aber dessen verzeihen/ ꝛc. 5 † At quid, si dixerit, se emere nolle? Verbis hisce Cognatum non penitus emptionem à se abdicare, nec propterea jure retractus uti prohiberi, existimat *post* Tiraq. *dict. gloss. 9. num. 134.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 40. n. 48.* 6 † eò, quod renunciationes tanquam odiosæ & stricti juris non facilè præsumantur, *l. cum de indebito 25 ff. de probat.* Quæ tamen opinio admodum videtur periculosa. 7 †Quis enim non videt, verbis illis, quando nimirum cognatus respondet (se emere nolle) contractui emtionis renunciari? 8 † Parum namq; refert, an denunciatus emptionem abnuerit, an ei renunciaverit, siquidem utroq; casu à jure suo recedit. 9 † Quod & satis manifestè innuit Elector Illustrissimus *hâc* Const. *in verbis:* Den Kauff gäntzlich nicht abschläget/ ꝛc. Ex quo sequitur à contrario sensu, retrahentem non audiri, si emptionem abnuerit. 10 † Ut sic planè opus non sit, in re tam clarâ cũ Berlichio ad præsumptiones confugere,

si quis intra certum tempus debeat aliquid facere, sufficit illud ultima die ac hora determinati temporis actum fuisse, *l. si quis sic dixerit. 133. ff. de V. S.* Jason. *in l. ex tribus 26. C. de inoff. testam. n. 1.*

Ita Domini ad requisitionem Johannis Bergers zu Merseburg/ Mens. Mart. Anno 1601. (Verba sent. Wann nun gleich des Orts Gewohnheit und Gebrauch nach/ der Vorkauff des Verkäuffers nähesten Freunden gebühret. Da aber dennoch N. N. sich solches Vorkauffs an obberührtem Viertheil Landes innerhalb Jahres-Frist nicht angemasset / sondern dieselbe vollständig vorüber fliessen lassen / ꝛc. So möchte er nunmehr hierzu ferner nicht gelassen werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Currere incipit annus ad retrahendum indultus à tempore factæ venditionis, traditione licet nondum subsecuta.

1 Subsecutâ demùm traditione rei venditæ cursum anni, Juri Protimiseos indulti, incipere tradunt Andr. Gail. *lib. 2. observ. 19. n. 17.* & Joh. Köppen. *decis. 52. n. 27.* ubi testantur de opinione communi, quos sequitur Matth. Berlich. *part. 2.*
2 *concl. 40. n. 28.* † ex eo potissimum fundamento, quod jus Retractus non competat nisi emptione-venditione perfectâ: Ante traditionem autem factam venditionem plenè perfectam dici haud posse:
3 † Sed concesserim prius, quod & menti *hujus* Constit. convenit, posterius certe nullibi in jure, neq;
4 textibus à Berlichio allegatis probatur. † Quin potius indubitati juris est, emptionem-venditionem solo consensu perfici, *pr. inst. de empt. vendit.* † Nec
5 quicquam dari necesse est ad hoc, ut substantiam capiat obligatio ex venditione, sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire *pr. & §. 1. inst. de obligat. ex consensu.* † Corruit ergo opinio communis
6 tanquam fundamento juris destituta. † Rectius
7 autem sentit Dan. Moller. *hic n. 4.* à die venditionis, traditione licet nondùm subsecutâ, annuum tem-
8 pus retractui destinatum currere: † Quod ipsissima Const. *h.* verba (Ob gleich das Gut verkaufft und einem andern *tradirt*) luculenter probant, ut de-
9 monstrat Moll. *num. 10.* † Nec infringitur hæc Molleri assertio à Berlichio restringente verba prædicta ad liberos venditoris, qui ante traditionem solummodo ad jus Protimiseos admittuntur, Constit. *præced. 31.* Non enim animus fuit Illustrissimo Constituenti *h.* Const. 32. de liberis quicquam disponere,
10 † quibus peculiari Const. jam antea jus protimiseos
11 in bonis avitis concesserat, *dict.* Const. 31. † Hisque post annum etiam redimendi bona avita competere dixi Const. *præced. Defin. 12.*

Ita Domini in causa Matthæi Gribbachs zu Freyberg / M. Decembr. Anno 1629. (Verba sentent. Daß die Jahres-Frist/ binnen welcher euch Vermöge Churfl. Sächs. Constitution die Nähergeltung zu gebrauchen nachgelassen/ so bald von Zeit des geschlossenen Kauff-Contracts / unangesehen die tradition des Hauses noch nicht erfolget/ anzurechnen/ V. R. W.)

Definit. IV.

Spatium annale, jure Protimiseos in foro Saxonico præfinitum, de anno Civili non Saxonico accipi debet.

1 Etsi in foro Saxonico Elector Illustrissimus Juri Retractus statutario vel consuetudinario tempus annale præfinierit, intra quod jus illud exerceri velit, *h.* Const. 32. nihilominus hoc dubium relinquitur, † de quonam Anno verba Con- 2
stitutionis accipi debeant, de anno civili, constante ex trecentis sexaginta quinque diebus, an verò de anno Saxonico, h. e. anno uno, sex septimanis atque tribus diebus (Jahr und Tag?) † Posteri- 3
us placet Matth. Berlich. *decis. 115.* ubi in hujus rei confirmationem Responsum Facultatis Juridicæ Lipsiensis adducit, in quo hæc potissimum urgetur ratio, quod jus Saxonicum non aliam agnoscat præscriptionem annalem, quàm quæ est Annî & diei, h. e. sex septimanarum, ac trium dierum, *juxta art. 38. in pr. lib. 1.* Landrecht *cap. 25.* Lehnrecht *art. 4. post pr.* Weichbild. Andr. Rauch. *part. 2. quæst. 24. n. 34.* Berlich. *dict. decis. 115.* † Sed 4
concesserim hoc de regularibus seu decretivis, & jure Saxonico adinventis præscriptionibus; Certè ad præscriptiones juris Civilis speciales, etiam in foro Saxonico usitatas, id neutiquam extendi debet, † in quibus ne quidem in foro Saxonico 5
quicquam immutatum, nec augmentum illud sex septimanarum ac trium dierum eis adjectum videtur, ut demonstravi *suprà* Const. 3. *Defin. 5.* † Jam 6
verò præscriptio hæc annalis in materia juris Protimiseos de jure etiam communi, jamdudum introducta fuit, ut apparet ex traditis Johan. Köppen. *dec. 52. n. 27. & seq.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 19.* Schurff. *cent. 1. cons. 89.* Mynsi. *cent. 3. observ. 51. n. 3.* Ideoque in foro Saxonico non tàm adinventa, quàm solummodò confirmata est, ac proinde regulas Juris Saxonici ad hanc minus ritè accommodare licet. † Et sanè jus Protimiseos sive Retractus, quia con- 7
tractum emptionis perfectum resolvit, admodum odiosum est, secundum traditam Matth. Wesenb. *part. 3. cons. 7. num. 58.* ut vel propterea ad annum civilem restringi debeat, *c. odia. 15. de Reg. jur. in sexto.* † prout de reluitione prædii sub hasta Cre- 8
ditoribus venditi intra spatium annale *ex* Ordin. Torgens. *de An. 1583. tit.* Von Feilbieten/ *subhastation* und Verkauffung/ ꝛc. §. Damit auch der Schuldener/ facienda dixi, & observantiâ Judicii Appellationis Dresdensis confirmavi *Supra. p. 1.* Const. Elect. 32. *Defin. 52.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Daß die Jahres-Frist/ binnen welcher die Nähergeltung statt hat / von einem gemeinen Jahr / so 52. Wochen in sich hält / und nicht de Anno Saxonico Jahr und Tag / das ist / von einem Jahr/ 6. Wochen und drey Tage zu verstehen/ ꝛc.)

Definit. V.

Spatio annali præterlapso, moræ purgatio nova admittitur, nec retrahens alterius auditur.

Circa moræ purgationem æquitatem potissi- 1
mum spectandam, atque judicis arbitrio ex æquo & bono rem committendam vulgò asserunt, per *l. si servum 91. §. sequitur. 3. ff. de V. O. l. si quis ita promiserit. 135. §. Seja 2. ff. eod. tit.* † 2
Quum Regulis certis definiri nequeat, utrum mora commissa sit nec ne, *l. mora. 32. ff. de usur.* in quam sententiam videtur quoque inclinare Dan. Moll. *hic n. 34.* & Hartm. Pistor. *observ. 222. n. 3. & seqq.* † 3
Attamen, ut moræ purgatio post lapsum termi- 4
num admittatur, tria potissimum requirunt, nimirum: Modicum tempus; quod actor tractet de

obſervando jure jam quæſito, non autem de nova actione quærenda: Et quod jus adverſarii non ſit factum deterius, Bartol. *in l. ſi inſulam. 84. n. 24. ff.* Piſtor. *dict. loc. n. 2.* Bald. *in l. Celſus. 23. §. 1. ff. de recept. qui arbitr.* † Sed ut aliàs vera ſit hæc Dd. aſſertio, fallit tamen pluribus in caſibus, de quib. vid. omninò Hart. Piſtor. *dict. obſ. 222.* ubi haud paucas affert limitationes, easque rationibus & autoritatibus Dd. confirmat. † Imprimis verò haud admittenda eſt moræ purgatio in præſcriptionibus, quibus quis ab omni actione competente præcisè excluditur, *l. un. poſt. pr. verſ. per biennium. C. de uſurp. transform. l. 3. poſt pr. & l. ſeq. C. de præſc. 30. vel 40. annor.* † Manifeſtum inde fit, nec retrahentem poſt annum juri Protimiſeos præfinitum ulteriùs admitti, licet tertia vel quarta die poſt elapſum illud annale ſpatium, Tiraq. *de jur. Retr. §. 1. gloſſ. 10. n. 90.* Gail. *l. 2. obſ. 19. num. 15.* Berlich. *part. 2. concl. 40. n. 11.* † Idque tantò verius eſt, quantò certius, annum eſſe de ſolennitate & forma juris Retractus, *h.* Conſt. 32. † Forma autem ad unguem obſervanda eſt, adeò ut minima mutatio vel omiſſio totum vitiet actum, Bald. *in l. ult. & l. 2. C. de ſuis & legitim.* Dec. *in c. prudentiam. 21. in 4. not ab. de off. & poteſt. Jud. de leg.* Hart. Piſtor. *dict. obſ. 222. num. 27.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Derowegen ihr auch nach verfloſſener ſolcher Jahresfriſt in der 53. Wochen zu vorgedachter Nähergeltung und Vorkauff ferner nicht zuzulaſſen / ſondern es iſt ſolche Gerechtigkeit nunmehr durch Verjährung gäntzlich auffgehoben und verloſchen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Tempus annale jure Protimiſeos indultum, non continuum, ſed utile eſt, adeoq; nec abſenti & ignoranti currit.

1 *An ergò tempus annale jure Protimiſeos indultum adeo præcisè obſervandum erit, ut elapſo eo retrahens planè nunquam admitti debeat?* Non 2 certè puto: † Quid enim, ſi ſtatuto vel pacto con- 3 trahentium aliud expreſſum ſit; † Ita namque tempus retractui præfinitum vel coarctari vel prorogari poſſe, *poſt* Ferron. *ad conſuetud. Burdigal. tit. 1. de* 4 *retract. §. 33. in pr. tradit* Dan. Moller. *hic n. 11.* † Quid etiam, ſi venditio ſit conditionalis, aut facta cum pacto legis commiſſoriæ vel adjectionis in di- 5 cem? † Quid itidem, ſi inter contrahentes oriatur controverſia, quâ durante ſpatium annale præter- 6 labitur? † Quid ſi venditio alterius nomine facta à Domino nondum ratificata ſit? Aut ſi ægritudo conſanguinei, neceſſitas maris, incurſus hoſtium, aliudve impedimentum legitimum interveniens, 7 Retractum impedierit? † Sanè tùm retrahentem poſt annum etiam elapſum audiri, dixerim cum Andr. Tiraquell. *de retr. §. 1. gloſſ. 10. n. 36. & multis ſeqq. &* Matth. Berl. *part. 2. concl. 40. n. 16. &* 8 *ſeqq.* ubi latisſimè hæc tractant. † Pariter & ignorantia vel abſentia conſanguinei efficit, ut poſt annum admittatur, quia tempus hoc annale non con- 9 tinuum, ſed utile eſt, † quod abſenti & ignoranti non currit, Moller. *hic n. 11.* Berlich. *dict. concl. 40. n. 25.* Matth. de Afflict. *de jure protim. §. ut intra* 10 *triginta dies n. 3. & ſeqq.* † Etſi enim aliàs præſcriptio ignoranti currat, adeò ut contra eam non detur reſtitutio in integrum *l. ult. circa fin. C. de præſc. long. temp.* Conſt. Elect. *9. p. 2. ubi* Moll. † Attamen hoc in præſcriptione annali vel etiam 11 breviori locum non habet; neque hæc ignoranti unquam currit, *Vid. Supr.* Conſt. *9. Defin. 1.* Zobel. *in gloſſ. ad art. 28. verb.* Kömmet aber niemand in Jahr und Tage *lib. 1.* Landr. Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 12. n. 25.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 15. n.* 12 *15.* † Idque propterea, quod ſupina illa negligentia non petentis, ob quam præſcriptio temporis longiſſimi principaliter fuit introducta, in hoc tàm brevi unius anni ſpatio, jure ſuo ob facti ignorantiam non utenti imputari nequeat, Moll. *hic n. 13.*

Ita Domini in cauſa Andreæ Apitzſchens zu Leipzig / Menſ. Septembr. Anno 1618. (Verba ſent. Ob nun wohl ſolcher Kauff allbereit vor ſieben Jahren geſchehen / da ihr aber dennoch davon keine Wiſſenſchafft gehabt / und denſelben binnen Jahresfriſt allererſt erfahren hättet/ ꝛc. So wäret ihr in ſelbigen Kauff zu treten/ und euch der Nähergeltung nochmahls zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.)

Et in cauſa M. Adami Adlers zu Adorff / Menſ. Sept. Anno 1622. (Hat euer Schwager ohngefehr vor einem Jahre und zweyen Monaten ſein Hauß / daran euch die Nähergeltung gebühret/ Wolff Keſſeln erblichen verkaufft / und nachdeme ihr unlängſten von Wittenberg/ daſelbſt ihr eine zeitlang ſtudiret/ nach Hauſe gelanget / und des Kauffs gewahr worden/ habt ihr ſolchen Kauff/ weil euer Schwager euch nichts davon wiſſend gemacht / zu retractiren angefangen / und dem Beſitzer ſein außgezahltes Geld wiederumb offeriret, ſo iſt erwehnter Beſitzer/ Wolff Keſſel/ euch ſolches Hauß wiederumb abzutreten und einzuräumen ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Retrahens emtori unà cum pretio, impenſas melioris neceſſarias reſtituere tenetur, non etiam utiles nec modicas ad conſervationem ædificiorum factas, Die Güter in Dach und Fach zu erhalten.

EXpediti juris eſt, Retrahentem bona alienata 1 jure Protimiſeos non admitti, niſi & pretium ſolutũ & impenſas meliorationis emptori reſtituere paratus ſit, *hac* Conſt. *32. verſ.* Auch das Kauffgeld und die Beſſerung/ da die auffgewandt / zu erſtatten. † Sufficit tamen, ſolas impenſas neceſ- 2 ſarias reſtitui, illas ſcilicet, quas & venditor ipſe vel conſanguineus retrahens facturus fuiſſet: † Nec enim 3 utiles meliorationis impenſas emptor jure repetit, *l. utilium 8. ff. de impenſ. in res dot. fact. l. ſi ſervos pignoratos, 25. verſ. Sicut enim. ff. de pign. act.* Moll. *hic n. 24.* † Adeoque ad varias lites evitan- 4 das, benè facit retrahens, emptori denunciando, ne ſumptus non neceſſarios in re emptâ faciat, Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 19. n. 10.* Johan. Köpp. *deciſ. 52. n.* 26. † Planè nec neceſſarias meliorationis impenſas 5 ſemper repetere licet, ut videre eſt *apud.* Tiraq. *de retr. p. 2. §. 7. gloſſ. 1. n. 4. & ſeqq.* Nicol. Boer. *deciſ. 47.* Matth. de Afflict. *deciſ. 87. n. 6.* † Nec 6 modicæ impenſæ, quales ſunt, quæ ad conſervationem ædificiorum pertinent, Die Güter in Dach und Fach zu erhalten/ reſtituendæ ſunt, ſed cum fructibus perceptis hæ compenſantur *l. omninò 12. ff. de impenſ. in re dot. fact. l. 18. §. 2. ff. Commod.* Modeſt. Piſt. *vol. 2. conſ. 27. n. 123.* Moll. *hic n. 26.* † ubi ſpecialiter exprimit, quænam impenſæ 7 veniant hoc nomine, Dach und Fach zu erhalten/ *ex* Ordin. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. *tit.* Vom Bau der Pfarren und Glöcknereyen. *32. §.* Nachdem aber/ ꝛc.

Ita

Ita Domini in causa Matthæi Gribbachs zu Freyberg / M. Decembr. Anno 1619. (Verba sent. Auff n Fall gleich die Jahres-Frist noch nicht verflossen / und ihr euch dahero der Nähergeltung zu gebrauchen nochmahls befugt wäret / so möchte doch der Käuffer / ehe und zuvor ihme nebenst dem außgelegten Kauffgelde / auch die nothwendige Besserungskosten hinwiederumb entrichtet / das Hauß abzutreten nicht gedrungen werden / aber die utiles impensas, und was sonsten solches Hauß in Dach und Fach zu erhalten auffgewendet worden / seyd ihr ihme zu erstatten nicht verbunden / V. R. W.)

Et in causa Johannis Weinens & Johannis Höpfens zu Bödungen / Mens. Mart. A. 1615. (Verba sent. Ob nun wohl hernach angezeigte Mühle / der euch versprochenen Nähergeltung zuwider / einem Frembden vor und umb 1000. Reichsthlr. käufflichen zugeschlagen worden / so verbleibet es doch bey solchem Kaufe nochmahls billich. Es ist euch aber der Verkäuffer / so die Convention nicht gehalten / ad interesse verobligiret und verbunden / V. R. W.)

Item in causa Johannis Harttitzschens zu Senfftenberg / M. Majo Anno 1579.

Et in causa Esaiæ Culmans zu Leipzig / Mens. Octobr. Anno 1617.

Definit. IX.

Jus protimiseos conventionale non tribuit potestatem retrahendi bona contra pactum vel conventionem alienata, datur tamen hoc casu adversus alienatorem actio ad interesse.

Neque is, cui jus protimiseos competit ex dispositione testatoris bona alienata revocare, sed solummodo adversus heredem ad interesse agere potest.

1 VEra sunt hactenus dicta in solo jure Retractus lineario seu consanguinitatis. † Aliter paulò res se habet in jure Retractus vel Protimiseos, quod alicui non favore familiæ, aut ex statuto vel consuetudine, sed ex pacto vel conventione competit. † Etsi enim hoc æque obliget venditorem bonorum, ad denunciationem faciendam ei, cui jus Retractus ex pacto est acquisitum, an bona ea emere velit, nec ne: † Attamen si omissa denunciatione, venditor contra pactum bona tertio cuidam vendiderit & alienaverit, alienatio firma est, nec vigore pacti venditio rescindi, ac bona alienata revocari aut vindicari possunt, *h.* Const. *32.* §. Aber da dißfalls. *contra pactum & ubi* Moll. *n. 39.* Joach. à Beust. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 872.* † Quod & à jure communi haud alienum est: Nec enim pactio hæc juris Protimiseos ipsam rem afficit, nec ullum jus in re alicui tribuit, sed tantummodo actionem personalem contra alienatorem *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.* Ant. Fab. *de error. pragmat. Decad. 24. Error. 1.* Herm. Vult. *in cons. Marpurg. 19. n. 92. & seqq. vol. 3.* perinde, ut nec pactum de retrovendendo: de quo dixi *Supra* Const. *1. Defin. 16.* † Quomodò ergò adversus tertium ex solo pacto agi, ab eoque bona alienata revocari poterunt, siquidem actio personalis non datur contra singularem successorem *l. ult. §. fin. ff. de contr. empt. l. 1. §. si heres. 16. ff. ad SCt. Trebell.* † Ac certè iniquissimum esset, pactum alterius nocere tertio, qui causam à venditore suo habet, Moll. *dicto loco.* † Attamen ne pactum illud prorsus destituatur effectu, placuit, venditorem seu alienatorem teneri hoc casu, vigore pacti sui, ad interesse ei, cui ex conventione jus protimiseos fuit acquisitum, *h.* Const. *32.* §. Derowegen ist auch der Käuffer. † Etsi enim conventio ista non impediat alienationem quoad translationem Dominii *l. nemo paciscendo. 61. ff. de pact.* † efficit tamen, ut facta alienatione in tertium quempiam committatur obligatio ad interesse, vel ad pœnam, si adjecta sit, *l. ult. C. de reb. alien. non alien. l. si ita quis. 135. §. ea lege. 3. ff. de V. O.* Mynsing. *cent. 6. obs. 69.*

1 NOn solùm pacto vel conventione, sed & per testamentum, donationem mortis causa aliamvè ultimam voluntatem jus protimiseos sive Retractûs in re certa alicui potest acquiri: † Quid enim, si testator fundo, in testamento heredi relicto, alii jus Protimiseos attribuat, si forsan contingeret, fundum eum ab herede vendi? † Tùm jus retractus ex testamento & jure legati competere dicemus, *l. cum pater. 77. & l. 27. ff. de legat. 2.* Bald. *in l. dudum. 14. C. de contr. empt. num. 2.* † At nec tùm legatarius facultatem habet revocandi bona contra dispositionem testatoris in tertium alienata, licet & hoc casu competat actio ad interesse adversus heredem & donatarium, juxta tradita Defin. *præced.* † Non magis enim legatarius adversus possessorem experiri potest actione reali, quæ nulla ei competit *l. si pupilli. 6. §. videamus ult. ff. de negot. gest.* † Sed nec actione personali, quæ non nisi adversus heredem datur ad interesse, ex quasi contractu, §. *heres quoq; 5. inst. de obligat. quæ ex quasi contr. nasc. l. si quis absentis. 5. §. heres. 2. ff. de obligat. & act.* Joh. Harppr. *ad dict. §. 5. inst. de obl. quæ ex quas. contr. nasc.* † Adeundo namque hereditatem videtur heres quasi contrahere cum legatariis, quibus obligatur ad solvenda legata & implendam dispositionem testatoris, *l. 3. §. ult. & l. seq. ff. quib. ex caus. in poss. eat.*

2 3 4 5 6 7

Ita Domini in causa Georgii Albrechts zu Zschoya / M. Febr. Anno 1623. (Verba sent. Und als euer Bruder Todes verfahren / hat seine Wittib und Erbin / des Testatoris Anordnung zuwider / euch solches Gut nicht angeboten / sondern der euch zustehenden Nähergeltung ungeacht / dasselbe einem Frembden verkaufft / ꝛc. So verbleibets bey solchem Kaufe billich / ihr seyd aber gleichwol berührte Wittib als Erbin ad interesse zu belangen wol befugt / V. R. W.)

Ita Domini in causa Nicolai Mebus zu Laucha / M. Mart. An. 1576. (Verba sent. Ob nun wol euer Bruder an solchem Acker euch den Verkauff versprochen und zugesagt: Da er aber dennoch deme zu wieder / berührten Acker Georg Jöbickern verkaufft / und allbereit eingeräumet hätte / ꝛc. So wäre der Besitzer euch denselben wieder abzutreten nicht schuldig / ihr wäret aber gleichwol euren Bruder / wegen der gethanen Zusage / des interesse halben zu belangen wol befugt / V. R. W.)

Definit. X.

Rescindit tamen jus Protimiseos conventionale venditionem, si nondum traditio rei venditæ subsecuta sit.

1 NOlo tamen dispositionem Electoralem *h.* Const. *32.* de non rescindenda venditione contra jus Protimiseos conventionale facta, tàm generaliter accipi, ut nullo in casu aliquem fallere queat. *Primò* † namque datur ex jure protimiseos conventionali facultas retrahendi venditionem, si traditio nondum subsecuta fuerit: † Non

3 † Non ignoro equidem, Illustrissimum Electorem generaliter prohibere rescisionem venditionis contra pactum factæ, *in verb.* So ist solcher Kauff beständig/ und kan *ratione conventionis & pacti generaliter* nicht *rescinderet* werden. Unde arbitrari quis posset, subsistere venditionem nec retrahi posse; etiamsi traditio subsecuta haud sit, quippe quod venditio solo consensu perficiatur *pr.* 4 *& §. 1. inst. de obligat. ex consens.* † Sed procul dubio verba Constituentis Illustrissimi de venditione, ipsa traditione consummata, accipi debent: Idque vel exinde satis apparet, quod venditor hoc casu præstando interesse liberetur *§. seq.* Derowegen 5 ist auch *h.* Const. 32. † Quod asserendum non esset, si venditor rem possideret, atq; facultatem tradendi haberet, *l. 68. ff. de R. V. l. 25. §. 1. ff. de contr. empt. l. 75 §. ult. ff. de V. O. l. 2. C. de pact. int. empt. &* 6 *vendit.* Vid. suprà Const. *1. Defin. 15.* † Ac si in rationem *hujus* Const. accuratiùs inquiramus, nulla alia de causa videtur prohibita rescisio venditionis contra venditionem factæ, quàm quod re aliqua duobus vendita semper præferatur is, cui prius tra- 7 dita fuit, *l. quoties 15. C. de Rei vindic.* † quippe qui ex traditione Dominium acquisivit, quod ad retrahentem ipso jure non revertitur, Moll. *hic n.* 8 *38.* † Aliter ergò res se habet in casu nondum factæ traditionis. Etenim, quia tùm possessio etiamnum penes venditorem est, quidni adversus eum ex jure protimiseos conventionali ad complementum promissionis & venditionem faciendam agi poterit, 9 ex pacto, † quod hodie non minus atque contractus actionem parit, secundum tradita Bald. *in l. legitima. 6. in pr. ff. de pact.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de pact. num. 9. vers. Quanquam autem hac* 10 *de re.* † Idque tantò magis, quantò certius hoc pactum est prius venditione posteriore facta extraneo. 11 Atqui † prior in tempore est etiam potior in jure, *c. qui prior 54. de reg. jur. in sexto l. potior. 11. ff. qui pot. in pign.*

Ita Domini in causa Caspari Wolffens zu Falckenstein/M. Jan. Anno 1605. (Verba sentent. Ob nun gleich Nicol. Käyser mehr-bemeldtes Gut seiner Verwilligung zu nieder einem frembden verkaufft/ꝛc. So wird doch euch dasselbe für ietzogedachtem Käuffer / weil ihme bemeldtes Gut noch nicht tradiret und auffgelassen / billich eingeräumet/ihr seyd aber dafür so viel/als voriger Käuffer/zu geben schuldig. V.R.W.)

Et in causa Viduæ atque heredum Paul Großmanns zu Rochlitz/Mens. Majo Anno 1599. (Verba sent. Ob nun wol Christoph Zorn verstorben / so seynd doch desselben Erben die versprochene Nähergeltung und Zusage nochmahls zu halten/und vorbemeldten Acker/welchen sie dem Versprechen zuwider / einer Wittben verkaufft/ wofern dieselbe solchen Acker in würcklichen Besitz und Gebrauch noch nicht bekommen / euch umb obbemeldte Kauffsumma zukommen zu lassen/oder da sie selbigen Acker mehrerwähnter Wittben allbereit tradirt und eingeräumet/ euch das Interesse, so viel ihr deß / wie recht / liquidiren köntet/zu erstatten schuldig/V.R.W.)

Definit. XI.

Hypotheca super jure Protimiseos conventionali expreßè reservata facit, ut bona alienata retrahi queant.

1 *Secundò*, ex jure protimiseos conventionali retrahuntur bona tertio cuidam vendita, etiam post factam traditionem, si hypotheca judicialis super jure hoc fuerit reservata, *h.* Const. 32. *§. ult. vers.* Da aber das Gut. *ubi* Moller. *num. 40.* Joach. à Beust, *ad l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 872.* Nicol. Boër. *decis. 49. n. 4.* † Etenim Constitu- 2 tione hypothecæ bona onere reali ita afficiuntur, ut si nulla facta denunciatione, tertio cuidam vendantur, actione hypothecaria reali benè retrahi & revocari queant, *l. si Creditor 7. §. ult. ff. de distr. pign.* † Potior namque tùm est ille, cui prius res fuit ob- 3 ligata; licet secundo sit tradita, *l. qui balneum. 9. l. potior. 11. l. 12. §. ult. ff. qui pot. in pign.* Hier. Maril. *in repet. l. quoties. 15. C. de R. V.* † Quod 4 tamen tunc demum procedit, si expressis verbis super jure Protimiseos conventionali hypotheca specialis fuerit in judicio constituta, secundum tradita Reinh. Ros. ad Moll. *hic n. 40.*

Ita Domini in causa Mariæ Uxoris Henrici Trautenfetters contra Valentinum German zu Quedlinburg / M. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Würde Klägerin ihr Vorkauffs-Recht / und derselben vorbehaltene gerichtliche Hypothec gebührlichen bescheinigen/ inmassen sie zu thun schuldig. So ist Beklagter derselben berührtes Gut/ gegen Erstattung seiner außgezahlten Kauffgeldere und Abtrag der beweißlichen Besserung auff Erkäntniß ehrlicher Biederleute/wiederumb abzutreten und einzuräumen schuldig/V.R.W.)

Et in causa Johannis Münchens zu Dreßden / Mens. Mart. Anno 1629.

Definit. XII.

Revocantur bona contra jus Protimiseos conventionale alienata, si emptor pactum illud sciverit, fraudisq; particeps fuerit.

1 *Tertiò:* Bona contra jus protimiseos alii vendita & alienata revocari possunt, si emptor sciverit, bona illa ex pacto esse subjecta juri Retractus, atque sic doli fraudisve particeps fuerit, Bernh. Græv. *lib. 2. concl. 16. n 7.* Cravet. *cons. 2. num. 8.* Didac. Covar. *lib. 2. variar. resol. c. 19. n. 5.* Petr. Nicol. Motz. *de cont. tit. de empt. vendit. n. 33.* 2 † Non enim mala fides aut dolus patrocinari debet emptori; Nec is habet de quo conqueri possit, cùm damnum hoc sua culpa sentiat, secundum *vulgatam* 3 *juris regulam.* † Et facit aliàs fraus emptoris, ut bona vendita ab eo per actionem Prætoriam competentem ad revocandum alienata in fraudem, queant revocari, per ea, quæ tradit Bald. *in rubr. C. de revoc. iis quæ in fraud. credit. n. 1.* Jason. *in l. quoties 15. n. 26. C. de R. V.*

Ita Domini in causa Valentini Panitzschens zu Eißleben/ Mens. Majo, Anno 1612. (Verba sent. Ob nun wohl gedachter Käuffer sich der Wiederabtretung des Gutes dahero verweigert/daß der Kauff einmahl vollzogen / und ihme der Garten tradiret worden / dannenhero vermöge Churfl. Sächs. Constitution einiger Nähergeltung wegen/der Kauff nicht wiederumb hinterzogen werden mögen/dieweil er aber dennoch wissendlich des vorbehaltenen Vorkauffs/auch der beschehenen Protestation zuwider/ berührten Garten an sich gekaufft/ꝛc. So hat er sich auch mit der von ihm angezogenen Churfl. Sächs. Constitution nicht zu behelffen / sondern er ist angeregten Garten/ gegen Empfahung seines Kauffgeldes/euch hinwiederumb abzutreten schuldig/V.R.W.)

Et in causa Henrici Weissens & Consortium litis zu Kindelbrück/Mens. Febr. Anno 1626.

Definit. XIII.

Juri protimiseos conventionali non nisi triginta annis, anno & die in foro Saxonico præscribitur.

1 JUri Retractus ex pacto alicui competenti, quam-

quamdiu res non venditur, nullo unquam tempore præscribitur, *h.* Const. *32.* §. Wann aber
2 ex *pacto*, *&c.* † Idque hanc rationem habet, quod non extet casus, unde currere possit præscriptio, ut notat Wesenb. *ad h. Const. allegatus à* Moll.
3 *hîc n. 59.* † At venditâ re aliqua juri Protimiseos ex conventione subjectâ, sive ad revocationem agatur, iis scilicet casibus, ubi hoc permissum est, *Supr.* Defin. *10. 11. 12.* aut saltem ad interesse, *Supr.* Defin. *8.* ad tempus annale, de quo supra Defin. *2.*
4 hoc casu actor astrictus quidem non est; † Attamen præscriptione triginta annorum, anni & diei, actio & jus protimiseos conventionale permittitur, *h.* Const. *32.* §. *ult. vers.* Dißfalls aber hätte
5 statt/ꝛc. † Quia hâc præscriptione in foro Saxonico omnis tollitur actio, *art. 29. lib. 1.* Landr. Matth.
6 Coler. *ad c. de quarta. 4. n. 84. extr. de præscript.* † perinde ac de jure Civili spatio 30. annorum, *l. sicut. 3. l. ult. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. 2. C. de Const. pecun.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 4. n. 2.*

Ita Domini in causa D. Caspari Keglers zu Dreßden / M. Mart. An. 1612. [Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet/daß vorgedachter Wittiben hinterlassene Erben zuwider der Vergleichung die Nähergeltung nicht gehalten/sondern berührtes Haus Georg München anderweit verkaufft / auch allbereit würcklichen tradirt und eingeräumet/so mag auch solcher Kauff von euch wegen der versprochenen Nähergeltung nicht hinterzogen/ noch der jetzige Käuffer actione reali von euch beständiger Weise belanget werden. Es ist euch aber die Verkäuffere ad interesse zu belangen unbenommen / welche sich denn mit der in eurer Frage angedeuteten præscription, und daß ihr in Jahr und Tag / von Zeit der Wissenschafft angerechnet / wider solchen Kauff nicht protestiret, nicht zu behelffen/ V.R.W.)

Definitio XIV.

Jus retrahendi, in casum venditionis pacto speciali reservatum, locum non habet in permutatione.

1 NOn caret effectu jus Protimiseos conventionale, sed vel facultatem bona alienata retrahendi tribuit, vel agendi ad interesse adversus venditorem, *Supr.* Defin. *8. 10. 11. 12.* Attamen aliter hoc verum non est, quàm si bona juri retractus subjecta contra pactum conventum ven-
2 dita fuerint. † Secus res se habet in permutatione, quæ venditionis appellatione proprie non comprehenditur, *c. 1. ubi* Panorm. *extr. de his quæ fiunt a Prælat.* Salycet. *in l. cum hi 8. §. si cui. 24. ff. de transact.* Virgil. Pingitz. *q. 36. n. 21.* adeoque rebus permutatis ne quidem ad interesse agere li-
3 cebit. † Nam imputet sibi venditor, jus Protimiseos in casum venditionis sibi reservans, quod legem contractus non dixerit generalius nec apertius, *l. 39. ff. de pact. l. cum in lege 33. ff. de contr. empt. l.*
4 *in contrahenda. 172. ff. de reg. jur.* † Ac probè observandum est, quod *hâc* Constit. *32.* de jure etiam protimiseos conventionali tractans, non tantùm venditionis, sed & precii aliquoties mentionem faciat, quod verbum secundum communem usum loquendi in vera & propria permutatione locum non habet, sed tantùm in venditione *l. ult. ubi* Gloss. *& Bartol. C. de præd. decur. lib. 10.* Moll.
5 *hîc n. 32.* † ut sic vel solùm contra mentem *hujus* Constit. jus protimiseos in casum venditionis reservatum ad permutationem extendere haud liceat.

Ita Domini in causa heredum Petri Nefelds zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1583. (Verba sent. Und ihr habt euch an solchem Gute / dafern es innerhalb 12. Jahren verkaufft würde / den Vorkauff vorbehalten. Ob nun gleich Käuffer nach dreyen Jahren dasselbe für ein ander Gut vertauschet/ꝛc. So habt ihr euch doch des Vorkauffs hieran nicht anzumaßen/V.R.W.)

It. in causa Christophori Pießschens zu Rosthal / Mens. Majo, Anno 1620. (Verba sentent. Dabey ihr euch den Vorkauff ausdrücklichen vorbehalten: Es hat aber unlängsten bemeldter Käuffer / euer Bruder/solches Gut zwar nicht verkaufft / iedoch dasselbe mit dem Hospital-Meister zu Dreßden umb sein Gut vertauschet / ꝛc. So verbleibets bey solchem geschlossenen Tausche nochmahls billich/und ihr habet euch gestalten Sachen nach des juris retractus daran anzumassen nicht fug/V.R.W.)

Et in causa Johannis Nißschens zu Meissen / Mens. Octob. Anno 1621.

Definit. XV.

Locum tamen habet jus retractus conventionale, si ab unâ parte cum re permutata simul pecunia, rei tamen prævalens, data fuerit.

NOvum certè non est, ut contractus quando- 1
que partim pro venditione, partim pro permutatione habeatur, propter similitudinem nimirum & affinitatem magnam, quam habet permutatio cum emptione, *l. 2. C. de rer. perm.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 40. defin. 1. n. 4.* † Quid enim, 2
si ex unâ parte sola species detur, & altera parte species & pecunia, sicut hodie frequenter contingit; Anne tum contractus pro emptione-venditione habendus, ita ut jus Protimiseos conventiona obtinere debeat? † Non etenim loquor de eo casu, ubi 3
constat, quid inter contrahentes principaliter actum fuerit. † Res enim tùm expedita est, non 4
habita distinctione, an pecunia prævaleat rei nec ne, *l. tenetur. 6. §. 1. ff. de act. empt. c. ad quæstiones. 6. extr. de rer. perm.* At quando de mente contrahentium non constat, nec, quid principaliter actum sit, apparet, res dubio non caret? † Certè secun- 5
dum communiorem opinionem tàm inspici debet, quid plus valeat: An pecunia, quæ ab una parte solvitur, prævaleat Rei, quæ ab eadem parte solvitur, & erit emptio; † An verò prævaleat res pe- 6
cuniæ, & erit permutatio, *arg. l. quæritur. 10. ff. de stat. hom.* Joh. Schneidevvin. *in §. item pretium. 2. n. 8. inst. de empt. vendit.* † Quando verò utrum- 7
que est æquale, intelligitur in dubio contractus permutationis, Bart. *in l. 1. ff. de rer. perm.* Schneidevvin. *in dict. §. item pretium 2. n. 9. ubi &* Joh. Harppr. *num. 7. 8.* † Ex quo sequitur, si pecunia 8
prævaleat Rei, locum dari juri Retractus conventionali, tanquam in contracta venditione, Andr. Tiraq. *de retr. §. 1. Gloss. 14. n. 29.* Matth. de Afflict. *in tract. de jur. protim. §. licet enim. num. 26.*

Ita Domini in causa Jacobi Fischers zu Franckenhausen/ Mens. Mart. Anno 1597. [Verba sententiæ: Darbey ihr euch den Vorkauff ausdrücklichen vorbehalten. Ob nun gleich bemeldter Käuffer hernach solche Behausung einem andern vertauschet / dieweil er aber dennoch/neben einem andern Hause / noch 500. fl. an Gelde zu bekommen/daherv dann angeregter Contract mehr vor einen Kauff / als vor einen Tausch zu achten / ꝛc. So hat auch die Nähergeltung in solchem Contract wol Statt/V.R.W.)

Defi-

Definit. XVI.

Jus retractus ex speciali conventione in casum venditionis reservatum, haud impedit alienationem, quæ fit per testamentum aliamve ultimam voluntatem.

1 IN eo consentiunt ferè omnes, si lege aut partium conventione familiæ favore in extraneum alienatio prohibeatur, tàm singularem quàm universalem alienationem, & sic quoque heredis extranei institutionem prohibitam intelligi, Andr. Tiraquell. *de Retract. §. 26. Gloss. 1. n. 3.* Anton. Gabr. Roman. *lib. 4. de fideicom. conclus. 10.* Andr. Rauchb. *p. 2. quæst. 14. n. 11.* Duar. *in l. si quis ita*
2 *promiserit. 135. §. ea lege 3. ff. de Verb. obligat.* † Nam alienationis verbum & heredis institutionem & legatum complectitur, *l. si quis prioris 8. §. certum. 2. C. de secun. nupt. l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de*
3 *legat. 2.* † Sed aliter res se habet, si alienationis vocabulo, in genere prolato, verba quædam subjiciantur, ex quibus appareat, testatorem vel contrahentes non de ultimis voluntatibus, sed de alienationibus inter vivos vel contractibus sensisse,
4 Octav. Cacher. *decis. 50. num. 10.* † Minus ergò dubium est, alienationem per testamentum aliamvè ultimam voluntatem subsistere, jure retractus in solum venditionis casum conventione speciali reservato, *l. pater filium. 38. §. fundum. 3. ff. de legat. 3.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 14. num.*
5 *16. & seqq.* † Contractuum namque appellatione testamenta & ultimæ voluntates non continentur, *l. verba contraxerunt. 20. ff. de V. S. l. ult. C. de leg.* Nicol. Everhard. *in loc. à contr. ad ult. volunt. num. 10.* Moller. *lib. 5. semestr. 21.* Modest. Pist. *vol. 1. cons. 1. num. 24.* † Nec alienationis inter vivos interdictio
6 ad heredis institutionem, vel testamenti factionem porrigitur, Signorol. de Homod. *in repet. l. peto. 69. §. fratre. 3. n. 3. & 13. in fin. ff. de legat. 2.* Rauchb. *d. q. 14. n. 14.* ubi pluribus hanc definitionem firmat, & ad contraria respondet.

Ita Domini in causa Caspari Schönens zu Müglen/ Mens. Aug. Anno 1621. (Verba sent. Ob wol euer Eheweib ihren Geschwistern auff den Fall/ wann sie ihr Haus und Hoff verkauffen möchte / den Vorkauff verwilliget und versprochen / dieweil sie aber dennoch berührtes Haus bey ihrem Leben nicht verkaufft / sondern dasselbe euch in ihrem letzten Willen vermacht/ rc. So haben sich auch bemeldte ihre Geschwister einiges Vorkauffs nicht anzumassen/ sondern es wird dasselbe vermöge angeregtes letzten Willens euch billich gelassen/ V. R. W.)

Item in causa Georgii Mendens zu Dreßden / Mens. Nov. Anno 1599. (Verba sentent. Ob wol eure Hauß-Frau bey dem Kauff / in welchem ihr ihres vorigen Mannes Behausung von ihrer Stieff-Kinder Vormunden umb und vor 1600. fl. verkaufft worden / verwilliget und zugesagt/ da solches Haus über kurtz oder lang wieder verkaufft werden möchte / daß dasselbe ietzogedachten ihren Stieff-Kindern umb ebenmäßigen Kauff angeboten werden solte; Dieweil aber dennoch bemeldte eure Haus Frau berührtes Haus bey ihrem Leben nicht verkaufft / sondern auff euch und ihren Sohn voriger Ehe durch eine gerichtliche Ubergabe auffn Todesfall gebracht und beerbet / rc. So haben sich auch vorgedachte ihre Stieff Kinder des Vorkauffs daran noch zur Zeit nicht anzumassen / sondern ihr werdet darbey billich gelassen/ V. R. W.)

Item in causa heredum Georgii Reisigers zu Königsberg in Schlesien / Mens. Decembri Anno 1593.

In causa Georgii Sontags zu Seiffersdorff/ Mens. Jun. 1595.

Et in causa Reginæ Viduæ Johannis Rebels zu Hall/ Mens. Febr. Anno 1601.

Definit. XVII.

Cessat jus protimiseos conventionale in causâ successionis ab intestato.

A Lienationis vox, absolutè posita, legitimam 1
successionem regulariter non comprehendit, nisi hoc fiat ex speciali ratione, † odio scili- 2
cet quarundam personarum expressè nominatarum, *l. Lucius 88. §. matre. 16. ff. de legat. 2. l. si quis ita promiserit. 135. §. ea lege 3. ubi* Gloss. *in verb. interest.* Zas. *num. 14.* Bartol. *num. 1. in fin. & n. 7 ff. de verb. obligat.* † Quis ergò existimaverit, jure 3
Retractus conventionali impediri successionem ab intestato: † Idque multò minùs, si in solum 4
venditionis casum jus Protimiseos alicui reservatum fuerit; † Nec enim venditionis prohibitio ad 5
successionem legalem ab intestato extendi debet, Andr. Rauchb. *p. 2. quæst. 14. num. 13.*

Ita Domini in causa Bartholomæi Glumans zu Sangerhausen/ Mens. April. Anno 1594.

In causa Christophori Frauckens zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1632.

Item in causa Andreæ Gärtners zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1634.

Definit. XVIII.

Jus protimiseos conventionale locum non habet in divisionibus.

NEque ad casum divisionis jus Retractus ex- 1
tendi debet. Licet enim alicui ex pacto competat jus Protimiseos, is tamen hoc jure uti non potest, quando in divisione, à pluribus coheredibus facta, uni ex ipsis bona adjudicata fuerint, secundum tradita Molin. *in consuetud. Paris. §. 1. gloss. 9. n. 42.* Hartm. Pist. *obs. 138. n. 1.* Tiraq. *de retract. §. 1. gloss. 14. num. 76.* † Quum tamen in 2
ipsa etiam divisione haud raro celebretur venditio, si nempe heres ultra portionem suam, coheredum partes titulo emptionis acquirat, & ita contractus venditionis in divisionem incidat: † multum certè refert nosse, an contrahentes à divisione inceperint, an verò à venditione atque hoc ultimo casu jus Protimiseos locum sibi vendicare putaverint, † prout in quæstione Laudemii distinguit Molin. *in consuet. Paris. §. 33. gloss. 1.* Hartm. Pist. *dict. obs. 138. n. 4.* † Considerandum namque 5
semper est principale propositum contrahentium *l. si quis nec causam. 4. in pr. l. non omnis 19. ff. si cert. pet. l. Aristo. 18. ff. de donat.*

Ita Domini in causa VVolffgangi Pestels zu Altenburg/ M. Mart. Anno 1612.

Et in causa heredum Noe Brettschneiders zu Schwartzenburg/ Mens. April. Anno 1612.

Definit. XIX.

Non impedit jus Protimiseos conventionale, quò minus emptor liberis suis rem juri Retractus subjectam vendere queat.

LIcet effectus juris Protimiseos conventio- 1
nalis in eo potissimum consistat, ut emptor præ-

prædium hoc pacto acquisitum invito venditore, in tertium quempiam transferre nequeat, *supra Defin. 8.* Attamen hoc aliter verum non est, quàm si em-
2 ptor extraneo prædium vendere velit. † Alioquin, si cum filio aut liberis suis contraxerit, atq; prædium
3 vendiderit, neutiquam eum teneri dixerim. † Nec enim jus Retractus conventionale liberis contrahentium officit, quippe quos emptor à pacto illo Retractus excepisse, iisq; potiùs prospexisse videtur, *l. si pactum 9. ff. de probat. l. tale pactum 40. §. 1. ff. de pact.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 36. defin. 21. n. 5.*
4 Jacob. Menoch. *lib. 3. præs. 47.* † Ut sic pactum hoc juris Retractus contra mentem emptoris, ad casum venditionis cum liberis initæ haudquaquâ trahere li-
5 ceat: † Nec enim actus agentium ultra eorum intentionem quicquam operari debent, *l. non omnis 19. ff. de reb. Credit. l. quoties 9. ff. de hered. inst. l. multum interest 6. C. si quis alteri vel sib. l. sive emancipatis 18. C. de donat.* † Nec habet venditor, quod de
6 interpretatione sibi minus proficuâ conqueri possit: † Imputet enim sibi ipsi, quod legem contractui
7 non dixerit apertius, verbisq, disertis emptoris liberos pacto comprehenderit, *l. veteribus 39. ff. de pact. c. contra eum 57. de reg. jur. in 6to.*

Ita Domini in causa Johannis Voigtens zu Liga / Mens. Octobr. Anno 1622. (Verba sentent. Hat euch Melchior von Schönfeld vor sieben Jahren seine Mehlmühle umb 850. fl. verkaufft / und nachdem ihr solche Mühle anitzo eurem Sohne Jacob Voigten anderweit zu verkauffen bedacht / ist benienter Schönfeld in den Kauff zu treten Vorhabens. Ob er nun wohl zu seinem Behelff einwendet / daß er bey Verkauffung selbiger Mühlen / auff den Fall / wann sie von euch oder euren Erben hinwiederumb verkaufft werden möchte / ihme den Vorkauff ausdrücklich vorbehalten. Dieweil aber dennoch solches nur allein von dem Fall / wenn die Mühle einem Frembden verkaufft würde / zu verstehen / ꝛc. So hat auch berührtes von Schönfeld Suchen wegen des Vorkauffs nach Gelegenheit dißfalls nicht statt / sondern er wird damit billich abgewiesen / V. R. W.)

Et in causa Paul Richters zu Jansbach / Mens. Novembr. Anno 1626.

Definit. XX.

Cedi potest extraneo jus protimiseos conventionale.

1 Non certè video, cur prohiberi debeat cessio juris Retractus conventionalis; Equidem non ignoro, improbari cessionem juris Protimiseos *à*
2 Dan. Moller. *hic n. 58.* † At loquitur ille de bonis
3 avitis in familiâ reservandis. † Et ipsemet dixi *supr. Constit. 31. Defin. 19.* Jus illud linearium sive Protimiseos, quod liberis competit in bonis avitis, aut ex loci alicujus statuto consanguineis, extraneo cedi
4 non posse: † Scilicet, quia jus linearium hunc in finem introductum est, ut bona in familiâ conservetur, Const. *31. p. 2.* Quæ ratio in extraneo, qui de
5 familia non est, verificari nequit. † At cessat hæc ratio in jure Protimiseos conventionali, quod venditor solo pacto sibi reservavit; Quidni ergò hoc
6 ipsum extraneo quoque cedere poterit? † Nam omnis actio omneque jus, quod quis sibi ex speciali pacto acquisivit, in alium per cessionem transfertur, *l. ult. C. de hered. vel act. vend.* Andr. Tiraq. *de Retr. §. 26. Gloss. 3. n. 1.*

Ita Domini in causa Eliæ Rebels zu Futterach / Mens. August. Anno 1627. (Verba sent. Habt ihr euch bey Verkauffung eures Hauses den Vorkauff auff gewisse Masse vorbehalten / welches Käuffern auch also beliebet / und mit euch solcher Gestalt eins worden / So seyd ihr solches Vorkauffs-Recht einem andern und Frembden zu cediren und abzutreten wol befugt / V. R. W.)

Definit. XXI.

Jus protimiseos conventionale cum personâ contrahentium non extinguitur, sed ad heredes transit, tàm testamentarios, quàm ab intestato.

1 Non extinguitur cum persona contrahentium jus Protimiseos conventionale, sed defuncto eo, qui hoc pacto rem vendiderat, heredes ejus nihilominus hoc jure gaudent, † sicut & contrà 2
mortuo emptore, ejusdem heredes hoc pacto obstringuntur, *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.* Dan. Moller. *hic num. 33. & seqq.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 21. num. 1.* † Etenim pactum juris Protimiseos 3
rem quidem ipsam non afficit, attamen actionem personalem producit, quæ in heredes transit, *l. 1. §. si heres 16. ff. ad SCtum Trebell. l. ult. §. fin. ff. de contr. empt.* Bartol. *in l. 1. ff. de donat.* Anton. Gomez. *tom. 2. var. resolut. c. 2. tit. ne empt. vendit. n. 29.* † Nam 4
& aliàs pacta tàm activè quàm passivè ad heredes non solùm ab intestato, sed & testamentarios transeunt, etiamsi † de illis nulla mentio facta fuerit *l. ex* 5
contractibus 49. ff. de O. & A. l. heredem 59. l. hereditas 62. l. quod ipsis 143. ff. de Reg. Jur. l. 1. C. de hered. act. l. heres 22. ff. de usucap.

Ita Domini in causa Hansen Ungers Eheweib zu Rochlitz / Mens. Sept. Anno 1603. [Verba sent. Dieweil sie aber dennoch von ermeldtem ihrem Ehemanne zur Erbin aller seiner Verlassenschafft eingesetzt / sich auch derselben angemaßt / ꝛc. So ist sie als Erbin ihres Mannes Verpflichtung nachzukommen / und wann sie obberührten Acker verkaufft / mehrerwehntem Gerlachen den Vorkauff darau zu verstatten schuldig / V. R. W.)

Item in causa Wolff Heinrich Preußers zu Leipzig / Mens. August. Anno 1630.

Et in causa Jeremiæ Steinbocks zu Borna / Mens. Sept. Anno 1636.

Definit. XXII.

Pacto juris Protimiseos non tenetur vidua, cui ex Statuto certa bonorum portio defertur.

1 Licet pactum juris Protimiseos non solùm personam emptoris respiciat, sed & ejusdem here-
2 des omnes complectatur, *Definit. præced.* † Attamen ad maritum aliamvè personam, cui ex statuto certa bonorum portio defertur, hoc trahi non debet, ut
3 demonstrat Hartm. Pistor. *p. 1. qu. 3. n. 6. & seqq.* † Quare, si vidua defuncto marito ex ejusdem bonis fundum, Retractui conventionali subjectum, jure portionis statutariæ assecuta fuerit, pacto illi juris
4 protimiseos haudquaquam est obstricta. † Sed pro lubitu, quando & cui voluerit, fundum vendere po-
5 test. † Nec enim jure hereditario vidua ex bonis prædefuncti mariti portionem capit, sed jure statutario, quarè nec heres mariti propriè appellitari potest,
6 Modest. Pistor. *p. 1. quæst. 3. n. 12.* † perinde ut nec

vice versa maritus, qui ex statuti dispositione certam partem ex bonis uxoris defunctæ lucratur, heredis instar obtinet, neque lucrum illud de hereditate uxoris esse dicitur, Jason. *in l. si arrogator. 22. col. 8. de adopt.* Hartm. Pistor. *dict. q. 21. n. 8.* Rol. à Vall. *in tract. de lucr. dotis quæst. 90.*

Ita Domini in causa Galle Richters zu Stammeln/ Mens. Septembr. Anno 1582.

CONSTITUTIO XXXIII.
PARTIS SECUNDÆ.

Was der/ so den Vorkauff hat/ vor ein Kauffgeld geben soll?

Pretium, retrahere volens, quale solvere debeat?

WJewol auch diese Frage disputiret worden/ ob es gnug sey/ dißfalls das Kauff-Geld nach dem rechten Werth des Guts zu zahlen/ oder ob so viel darumb erlegt werden soll/ als von einem andern licitatore auff solch Gut gesetzet wird; So haben doch unsere Verordnete darauff geschlossen/ daß der/ welchem der Vorkauff gebühret/ nicht allein justum pretium, sondern so viel/ als der Verkäuffer von einem andern darumb haben kan/ zahlen und erlegen soll/ Es wäre dann Sache/ daß betrüglicher Weise einen umbzuführen/ oder von dem Vorkauff mit grossem Auffsatz abzuschrecken/ gehandelt/ oder wäre durch vorgehende pacta verglichen/ was er Gestalt es auff solchen Fall erkaufft werden solte/ dabey wir es auch bewenden laßen.

QUamvis & hæc quæstio dubio non caruerit, satisnè esset, si retrahere volens justum rei pretium solveret, an verò tantum solvendum esset, quantum alius licitator offerret: hoc posterius tamen Deputati nostri tenendum putârunt, nisi fortè dolo licitatorem illum agere, & animo alterum deterrendi tantùm offerre appareret, vel quid aliud de pretio à retrahente numerando conventum esset, quam sententiam & nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Retrahens majus pretium, ab alio licitatore oblatum, solvere tenetur; & quodnam hoc sit?*
2. *Dolosus licitator majus æquo pretium offerendo, præjudicare nequit retrahenti, idq; ne faciat, quandoq; juramento suo purgare se debet.*
3. *In concursu Creditorum res subjecta retractui, quanti plurimi valet sub hasta vendi debet, licet de pretio certo in pacto retractus conventum fuerit.*
4. *Ad exercendũ jus protimiseos nemo admittitur, antequam pretium in parata pecunia solverit.*
5. *Retrahens bona vendita, illud ipsum pretiũ, quod emtor revera solvit, restituere tenetur, non etiam supplementũ, quod perfectæ jã venditioni accessit.*
6. *Retrahens pretium restituere debet etiam quarto possessori, licet is ex causa lucrativâ rem teneat.*
7. *Redimens rem venditam jure protimiseos, iisdem gaudet dilationibus & induciis, quales emptori antea venditor indulserat.*
8. *Retrahens emptori laudemium, omneq; id, quod emtionis causâ erogatum est, restituere tenetur.*
9. *Quantum intersit, an venditio fiat ad mensuram; an verò ad corpus?*
10. *Venditio ad corpus contrahitur, si prius fiat mẽtio corporis, deinde mensuræ ante fundi confines.*
11. *Intelligitur venditio facta ad mensuram, quando verbis præcisis ad mensuram est restricta.*
12. *Quando dicatur Emptio-Venditio in scriptis celebrata?*
13. *Vẽditio, semel perfecta, subsistit sine scriptis, etiãsi posteà de instrumento conficiendo dictum fuerit.*
14. *Venditione perfectâ, emtor invito venditore, ne quidem amissione arrhæ, ac solutione mulctæ pœnitentialis, (des Reukauffs) à contractu resilire potest.*
15. *Quando per traditionem instrumenti possessio transferatur?*
16. *Ex causa necessitatis, propter bonum publicum, ut subditus bona sua justo pretio vendat, benè cogi potest.*
17. *Per contractum posteriorem quando à priore recessum videatur?*
18. *Vendito fundo cum juribus & pertinentiis, quando venditor tradere teneatur instrumenta authentica?*
19. *Fundo vendito, censetur quoq; venditum sterculinum, agri stercorandi causâ comparatum; secus vendendi causa factum.*
20. *Venditâ domo cum omnibus instructis, (so genieret und Nagelvest ist) quænam hoc nomine contineantur?*
21. *Maritus, in venditione bonorum uxori suæ prospiciens, an & posteriori conjugi secundi matrimonii prospexisse censeatur.*
22. *Venditor, post diem, commissoriæ Legi præstitutum, partem pretii accipiens, Legi commissoriæ renunciasse censetur.*
23. *In permutatione ante traditionem factam pœnitere licet.*
24. *Ex placito permutationis, etiam secutâ traditione, nulla actio nascitur adversus tertium possessorem.*
25. *Conventio in favorem tertii facta, quando revocari possit?*
26. *Regulariter nemo alteri, nec mater filiæ, stipulari potest.*
27. *Subsistit quidem stipulatio alteri facta, si ipsius stipulatoris interfit, sed nulla inde actio tertio acquiritur.*

DEFI-

Definit. I.

Retrahens majus pretium, ab alio licitatore oblatum, solvere tenetur, & quodnam hoc sit?

1 ETsi aliàs juris expediti non sit, qualenam pretium is, qui jure Protimiseos utitur, solvere teneatur, ut videre est apud Jason. *in l. qui Romæ 122. §. 3. num. 23. ff. de V. O.* Andr. Tiraquell. *de Retract. §. 1. gloss. 18.* Berlich. *p. 2. concl. 41. n. 2. & seqq.*

2 † Attamen in foro Saxonico res ita est decisa, ut qui rem venditam retrahere cupit, non modò justum ejus pretium, sed & majus, tantumque solvere debeat, quantum ab alio consequi venditor possit, *h.* Const. *33. vers.* Nicht allein *justum pretium, &c. ubi* Moller. *num. 1.*

3 † Majus tamen pretium hoc in casu non æstimatur ex sola quantitate, sed ex aliis etiam qualitatibus, putà si minus pretium, attamen in paratâ pecuniâ offeratur, quod prævalet majori summæ, distinctis terminis atque temporibus solvendæ, Berlich. *dict. concl. 41. n. 12.*

4 † Aut si majorem pecuniæ summam offerens, pronus aut facilis non sit ad solutionem, cui videtur præferendus consanguineus offerens etiam minus pretium, si paratior sit ad solutionem, Bartol. *in l. si tempora 4. n. 4. C. de fid. & jur. hast. fisc. lib. 10.*

5 † Planè, si bona jam vendita aut alienata fuerint, Retrahens in casu, quo alienatio jure rescindi potest, *supr.* Const. *52. Definit. 10. 11. & 12.* illud ipsum pretium restituere debebit, quod extraneus jam exsolvit, aut solvere promisit, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 19. n. 7.*

Ita Domini in causa Andreæ Möckels zu Döberentz/ Mens. Nov. Anno 1617. [Verba sententiæ: Ist euch an Esaiä Schlegels Wohnhaus der Vorkauff zuständig / da ihr euch nun dessen zu gebrauchen gemeynet/ so send ihr eben das Kauffgeld/ so allbereit von itzigem Käuffer darauff ausgezahlet/ oder da der Kauff noch nicht gemacht/ so viel ein ander davor geben möchte/ abzustatten schuldig/ V. R. W.]

Definit. II.

Dolosus licitator majus æquo pretium offerendo, præjudicare nequit retrahenti, idq; ne faciat, quandocunq; juramento suo purgare se debet.

1 ABsque dubio Retrahens pretium, ab extraneo licitatore oblatum, tùm demùm solvere obstrictus est, quando sincerè res agitur: 2 † Secùs si dolus interveniat, & venditor animosiorem submittat licitatorem, in hunc finem, ut retrahentem 3 ab emptione deterreret. † Nec enim fraus alterius retrahenti in jure Protimiseos quicquam præjudicare debet, *h.* Constit. *33. vers.* Es wäre dann Sache/ daß betrüglicher Weise/ &c. Joh. Köpp. *decis. 52. n. 18.* Matth. de Afflict. *in tract. de jur. Protim. §. 4. num. 2. & seq.*

Ita Domini in causa Joachimi Müllers / Quæstoris Zwickavienfis, Mens. Julio, Anno 1599. [Verba sentent. So wird Käuffer von solchem Kauff billich abgewiesen/ und ist Rebener demnach einen andern unverdächtigen Käuffer/ welcher ohne Betrug ein gewiß Kauff-Geld auff obberührtes Stück-Gut setzet / vorzustellen/ und alsdenn auch den Vorkauff daran zu erstatten schuldig/ V. R. W.]

† Quo in casu fraus præsumptionibus & conjecturis probari potest, veluti si licitator plus offerens dicat, rem sibi pro parte esse venditam, & pro parte donatam, de quibus *vid.* Matth. de Afflict. *dict. loc.* & Nicol. Boër. *decis. 143.* 4 † Existimaverim certè, 5 ad fraudis suspicionem evitandam, Emptorem animosum majus pretium offerentem jurare teneri, se non dolosè ad excludendum consanguineum, aliumvè, cui jus Protimiseos competit, majus pretium offerre, *cum* Matth. de Afflict. *dict. §. 4. n. 4.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 19. n. 10.*

Ita Domini in causa Andreæ Möckels zu Doberentz/ Mens. Nov. Anno 1627. [Verba sent. Es wäre dann / daß der angegebene Käuffer zu dem Ende ein gar hohes Kauffgeld geboten / daß er euch betrüglicher Weise um den Vorkauff bringen möchte / solches könte euch zu Nachtheil nicht gereichen / und wäre auch wol gedachter Käuffer/ wann Verdacht wider ihn verhanden / sich deswegen eydlichen zu purgiren schuldig/ V. R. W.]

Definit. III.

In concursu Creditorum res subjecta retractui, quanti plurimi valet, sub hasta vendi debet, licet de pretio certo in pacto retractus conventum fuerit.

1 NOn tamen semper retrahens, etiamsi res sincerè agatur, pretium, qvod ab alio consequi venditor posset, solvere tenebitur: Qvid enim *si pacto juris protimiseos certum pretium denominatum, de eoq; conventum fuerit?* 2 † Tum certè conventione standum erit, nec majus pretium solvere Retrahens obstrictus est, *h.* Const. *33. vers.* Oder wäre durch vorhergehende *Pacta* verglichen/ &c. 3 † Quod ipsum tamen non extendi velim ad casum, quo venditor obæratus existit, pluresque concurrant Creditores, ita ut bona debitoris publicè sub hastâ distrahendo veniant: 4 † Etsi enim concesserim, in emptione Rei juri Protimiseos subjectæ, hoc etiam casu, præferendum esse aliis licitatoribus eum, cui ex pacto jus Retractus competit, ne prorsus hoc pactum inutile existat, *l. pacta conventa 72. ff. de contr. empt.* 5 † per id tamen Creditoribus præjudicari non debet, quod certè fieret, si minus solveretur pretium, quàm alius quispiam licitator offert. 6 † Nec enim negari potest, Creditoribus bona debitoris aliquo modo esse obligata *arg. l. 1. §. 1. & 2. ff. de separat.* 7 † ut vel propterea Retrahens de jure suo cum reliquis Creditoribus disceptare, seque concursui immiscere debeat, juxta tradita in casu simili *ab* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 32. defin. 16.* 8 † Quo facto, bona tanti vendi deberi, quanti publicè distrahi possunt, quis inficias ibit? *arg. l. ait Prætor. 7. §. quæsitum 8. ff. de minor.*

Ita Domini in causa Pauli Voigtens zu Tzschernitz/ Mens. Jul. Anno 1630. [Verba sent. Ob er nun wol solches Gut wiederum zu verkauffen gemeynet / dannenhero ihr euch eures ausgedingten Vorkauff-Rechts um die Kauff-Summa zu gebrauchen vorhabens seyd. Dieweil aber dennoch euer Bruder die Zeit über/ als er gedachtes Gut besessen/ in ziemliche Schulden gerathen/ also daß sich ein concursus Creditorum ereignet / und dieselbe / wenn euch solches Gut um die gesatzte Kauff-

Summe die 1600. fl. wieder gelassen werden müste / vollständig nicht befriediget werden könte / ꝛc. So mag euch auch / denen Gläubigern zum Nachtheil / mehrerwehntes Gut umb die 1600. fl. nicht überlassen werden / sondern wann ihr es an euch zu bringen gemeynet / seyd ihr dasjenige / so ein Fremb der dafür zu geben erbötig / auch zu entrichten pflichtig / V.R.W.)

Et in causa Christophori Röbers zu Richteritz / Mens. Aug. Anno 1603.

Item in causa Pauli Voigtens zu Hochweißenthal / Mens. Jan. Anno 1609.

Et in causa der Bretschneiderischen Erben zu Schwartzenberg / Mens. April. Anno 1612.

Definit. IV.

Ad exercendum jus protimiseos nemo admittitur, antequam pretium in parata pecunia solverit.

1 NOn sufficit de vero rei pretio constare, nisi & illud statim offeratur, adeò, ut Retrahens præcisè in pecuniâ paratâ id solvere necesse habeat, *h.* Const. *33. verb.* Zahlen und erlegen soll / ꝛc. Nec
2 sufficit dari pignora vel fidejussores, quantumvis idoneos: † Sed omninò pecuniam, quam dedit emptor, retrahens restituere cogitur, *arg. l. 4. §. ait prætor. 3. ff. de rejudic.* ubi condemnatus solvere non liberatur, dando idoneos expromissores, *l. quod si non solvere 10. ff. de pign. act. l. item liberatur 6. §. quia paratus 1. ff. quib. mod. pign. vel hyporh. l. promissor 21. §. ult. ff. de const. pecun.* Andr. Tiraquell. *de retract. §. 3. gloss. 3. num. 14. & seqq.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 12. n. 6.*

Ita Domini in causa Centur. à Miltitzens zu Siebeneichen / Mens. August. Anno 1603. (Verba sent. Habt ihr euch bey dem Käuffer oberwehntes Gutes zur Nähergeltung desselben angegeben / und zu Erstattung des Kauffgeldes gegen ihm anerboten / solches aber würcklichen nicht ausgezahlet / noch Gerichtlichen hinterlegt / ꝛc. So ist solches bloßes Erbieten dißfalls nicht gnugsam / V.R.W.)

Definit. V.

Retrahens bona vendita, illud ipsum pretium, quod emtor reverâ solvit, restituere tenetur, non etiam supplementum, quod perfectæ jam venditioni accessit.

1 ETsi alioquin regulariter pretia rerum non ex affectione singulorum constituantur, *l. pretia rerum 63. ff. ad Leg. Falcid. l. si servum 33. ff. ad Leg.*
2 *Aquil.* † Sed potius communi æstimatione, quanti scilicet res in loco publico vendi posset, *c. ult.*
3 *extr. de empt. vendit. h.* Const. *33.* † Attamen circa materiam juris Protimiseos, venditione jam contractâ, id solummodò consideratur pretium, quod emptor dederit, vel saltem promiserit, idque retrahens, si bona vendita jure Protimiseos recuperare velit, restituere tenetur, *Vid. supr. Defin. 1. in fin.* Hartm.
4 Pistor. *part. 2. quæst. 12. num. 9.* † Ex quo fit manifestum, si quis alicui rem subjectam juri Retractus vendiderit centum, & id, quod pluris valet, ei donaverit, Retrahentem non nisi ad refusionem pretii soluti, centum scilicet, obstrictum esse, Andr. Tiraquell. *de Retr. §. 1. gloss. 18. num. 11.* Nicol. Boër.
5 *decis. 143. num. 1.* † Nisi forsan venditor verum rei venditæ valorem exactè sciens id, quod pluris est, tanquam partem pretii donaverit, † Quo 6
certè casu Retrahens non admittitur, nisi simul donatum restituat, Tiraquell. *dict. loc. num. 14.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 41. num. 15.* † Quid autem, 7
si emptor post primum contractum perfectum, pretium in ipsa venditione appositum atque solutum, tanquam id non satis justum fuisset, augeat & supplet, *num retrahens ad refusionem quoque supplementi obligatus erit?* † Non certè; quia pre- 8
tio soluto perfecta existit emtio, quæ infecta fieri aut immutari nequit, ex additione supplementi, *l. si quam rem 2. sub fin. ff. de rescind. vendit.* † Ideoq; 9
quod contractui jam perfecto accedit, censetur cum eo esse diversæ naturæ *l. qui fundum 7. §. 1. ff. pro empt.* Andr. Tiraquell. *dict. gloss. 18. n. 50. & seqq.* Dan. Moller. *hic n. 3.* † Quod ipsum tamen cum 10
micâ salis accipi velim, nisi scilicet supplementum in continenti, omnibus adhuc rebus integris ac pretio nondum soluto, fuerit adjectum; Tùm namque à priori contractu recessum & nova emptio inter- 11
venisse videtur: † Quare meritò retrahens illud additamentum pretii restituere debet, *d. l. 2. ff. de rescind. vendit. l. pacta conventa 72. pr. vers. an idem dici possit ff. de contr. empt.* † Nam quæ in conti- 12
nenti fiunt, ipso contractui inesse censentur, *l. 7. §. quinimo 5. & §. seq. ff. de pact.* Tiraquell. *dict. loc.* Berlich. *dict. concl. 41. n. 39.*

Ita Domini in causa Matthæi Gribbachs zu Freyberg / Mens. Decembr. Anno 1629. (Verba sentent. Ingleichen was Käuffer über die gesatzte Kauffsumma / nachmals da der Contract schon geschlossen / und das Kauffgeld gezehlet gewesen / Verkäuffern aus gutem Willen ferner erlegt / seyd ihr ihme zu erstatten nicht verbunden / V.R.W.)

Definit. VI.

Retrahens pretium restituere debet etiam quarto possessori, licet is ex causa lucrativâ rem teneat.

1 REservatâ alicui hypothecâ super jure Protimiseos, dubium non est, quin is adversus tertium & quartum etiam possessorem agere, ab eoq; bona retrahere queat, *supr.* Const. *32. Defin. 11.* re-
2 stituto tamen pretio, † eo nimirum, quo primùm, neglecto jure Retractus, res vendita fuit. Etenim, si
3 emptor rem sibi venditam rursus alii, ac quarto possessori, sed longè pluris vendat, † Retrahens non pretium illud majus secundæ venditionis, sed quod in primâ venditione solutum fuit, restituere tene-
4 bitur. † Nec damnum inde sentiet secundus emptor, quia actionem habet ex empto adversus suum venditorem pro evictione & restitutione pretii, *l. 19. §. si is qui emat. 9 ff. de capt. & postl. revers.* Andr. Tiraq. *de Retr. §. 12. gloss. 1. n. 6.* Berlich. *part. 2. concl. 41. n. 23.* † *ubi n. 24. & 25.* porro decidit, quid re-
5 trahens solvere debeat, si secundus emtor minoris emerit. † Quin & licet primus emptor rem ejus-
6 modi alii ac quarto possessori donaverit, nihilominus Retrahens pretium, quod primus emptor dedit, donatario restituere tenetur: † Siquidem
7 emptor jus atque commodum, quod in eâ re habuit, illi donâsse censetur, juxta tradita Bald. *in l. si*

l. si vi vel metu 3. C. de his quæ vi met. cauſ. num. 6. Andr. Tiraq. *dict. gloſſ. 1. n. 20. in med.*

Ita Domini in cauſa Sebald Schneiders zu Queis/Menſ. Majo Anno 1627. (Verba ſent. Hat Hans Feuerlohe ſein Wohnhaus daſelbſten/daran euch/vermöge einer ſonderbaren Vergleichung und vorbehaltener hypothec, die Nähergeltung zuſtändig/Hanſen Rammeln vor und umb 600. fl. verkaufft/welcher ſolches Haus hernach Jeremias Schwendern geſchencket und eingeräumet. Da ihr nun gedachtem Schwendern/als ietzigen Beſitzern/das Kauffgeld/ſo Hans Rammel dafür geben / entrichten würdet/ immaſſen euch zu thun obliget/ ſo wäre Schwender euch ſolches Haus / vermöge eurer vorbehaltenen Nähergeltung/abzutreten ſchuldig/V.R.W.]

Definit. VII.

Redimens rem venditam jure protimiſeos, iisdem gaudet dilationibus & induciis, quales emtori ante à venditor indulſerat.

1 VEnditâ re aliquâ juri Protimiſeos ſubjectâ, ſi ſolutio pretii fuerit in diem aut diſtinctis terminis facta vel promiſſa, auff Tagezeiten / tùm retrahentem haud cogi ſolvere paratam pecuniam,
2 †ſed illi easdem dilationes ac conditiones, quas Emptor habuit, in exſolvendo pretio concedendas eſſe, multis argumentis probat Andr. Tiraq. *de Retr. §.*
3 *1. gloſſ. 18. n. 34.* † Quam ſententiam etiam tuetur, ac Reſponſo Scabinorum Lipſienſium cõfirmat
4 Hartm. Piſtor. *obſerv. 17.* † Eamque ceu indubitatam prolixiore dubitatione non egere, putat Matth. Weſenb. *conſil. 63. q. 3. num. 76. & ſeqq.* Exiſtimaverim certè, † hanc ipſam ſententiam haud obſcurè
5 vel ex eo ſolùm probari, quod *h.* Conſtit. *33.* idem pretium, quod alius licitator offert, retrahentem
6 ſolvere jubeat: † Cui conſequens eſt, iisdem quoque induciis atque dilationibus, quales emptor antea habuit, retrahentem gaudere, cùm mora ſolvendi ſit quaſi deminutio quædam pretii, *l. circa legem 66. ff. ad Leg. Falcid.*

Ita Domini in cauſa Simon Rüdigers zu Lützen / Menſ. Auguſt. An. 1628. [Verba ſent. Iſt von eurem Schwager ein Acker / daran ihr den Vorkauff habt / Melchior Langen für und umb 120. fl. iedoch auff gewiſſe Tagzeiten zu bezahlen/verkaufft worden/welchen Acker ihr/vermöge der euch zuſtehenden Nähergeltung/an euch zu löſen bedacht ſeyd. Da ihr nun in den gemachten Kauff tretten/und die Kauff-Summa auff die beſtimmte Tagezeiten zahlen woltet/ So wird euch vorbemeldter Acker darumb billich eingeräumet/und ihr möchtet die Kauffgelder baar und in einer Summa zu zahlen nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definit. VIII.

Retrahens emptori laudemium, omneq; id, quod emptionis causâ erogatum eſt, reſtituere tenetur.

1 ET ſi Retrahens pro retractu ipſo Domino ad præſtationem laudemii obſtrictus non ſit, quippe quod exercendo jus Protimiſeos novam venditionem non contrahat, ſed in locum primi emptoris ſuccedat, juxta tradita Hartm. Piſtor. *p. 1. quæſt. 50. num. 22. 23.* Dan. Moller. *lib. 4.*
2 *ſemeſtr. 3.* † Attamen emptori laudemium, quod pro confirmatione venditionis Domino dare
3 neceſſe habuit, reſtituere tenetur; † Sicut & omne id, quod emtionis causâ erogatum eſt, *l. debet autem recipere 27. ff. de ædil. edict. l. in tantum 18. §. ult. ff. de liber. cauſ. l. 39. §. ult. ff. de minor.* Joh. Köpp. *deciſ. 52. n. 24.* Andr. Tiraq. *de Retr. §. 6. gloſſ. 1. n. 3. & §. 29. gloſſ. 4. n. 1.* Moller. *lib. 4. Sem. 4. n. 5.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 19. n. 8.* † Nec ha- 4
bet Retrahens, quod con queri poſſit, ſiquidem in locum emptoris ſuccedit, ideoque & onera ejusdem ſuſcipiat neceſſe eſt, † cùm & hâc ipsâ de cau- 5
sâ impenſas & meliorationes neceſſarias ab emptore factas refundere cogatur, Conſt. *32. p. 2. ubi vid. Defin. 7.* † Idque Tiraq. *dict. §. 29. gloſſ. 4 n. 5.* eò ex- 6
tendit, ut, licet emptori Laudemium à Domino donatum vel remiſſum fuerit, hoc nihilominus à re-
trahente peti queat; † quoniam nemo ex alterius 7
beneficio ſibi debet commodum quærere: † Quod 8
& placet Matth. Berlich. *part. 2, concl. 41. n. 34.* ubi & Retrahentem ad reſtitutionem ſumptuum vini moderatorum des Leihekauffs obligatum dicit *num 33.* ex ſententia Gail. & Köpp. *all. loc.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Ihr ſeyd aber Käuffern die ausgezahlete Lehnwar / und was er ſonſten bey Schlieſſung des Kauffs nothwendig auffwenden müſſen/wieder zu erſtatten ſchuldig/V.R.W.)

Definitio IX.

Quantum interſit, an venditio fiat ad menſuram, an verò ad corpus?

VEnditionis ratio hodiè ubiq; ferè locorum du- 1
plex habetur: Quandoque enim fit ad menſuram vel quantitatem, Nach dem Anſchlag/quando taxationis causâ menſura, numerus vel pondus exprimitur; † Quandoq; verò ad corpus, über- 2
haupt/durch den Bogen/oder im Pauſch kauffen/ ſi certum corpus vel ſpecies vendatur, licet demonſtrationis causâ adjecta fuerit menſura; † Quod 3
vulgò dicitur averſione vendere vel emere *l. qui officii 62. §. ult. ff. de contr. empt. l. 4. §. 1. & 2. ff. de per. & comm. rei vendit.* Quæ diſtinctio ſummâ nititur juris ratione. † Priore ſiquidem caſu non prius 4
perfecta venditio videtur, quàm menſura facta & probata fuerit, *l. quod ſæpe 35. §. in his quæ ponderе. 5. & ſeq. ff. de contr. empt. l. 1. §. 1. ff. de per. & comm. rei vendit. l. 2. Cod. eod. tit.* † Ideoq; & peri- 5
culum rei venditæ interim ad venditorem pertinebit, niſi facta ſit mora per emptorem, *dict. l. 2. C. d. t.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæſt. 21. n. 4. & 5.* † Nec plus 6
minusvè venditum intelligetur, quàm quod in menſura erit, licet confines plus minusve largiantur. † 7
Unde vel pretium augendum vel diminuendum, aut id, quod menſuram excedit, venditori reſtituendum, aut quod deeſt, emtori ſupplendum erit, *l. qui fundum 40. §. 2. ff. de contr. empt. l. 13. § 14. l. 42. ff. de act. empt. l. ſi vina 15. ff. de per. & comm. rei vendit.* † Vi- 8
detur enim hæc venditio facta ſub conditione, quæ per modi & menſuræ probationem impletur, *dict. l. 1. §. 1. ff. de per. & comm. rei vend. d. l. 35. §. in his 5. ff. de contr. empt.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 3. n. 4.* Rauchb. *dict. quæſt. 21. n. 3.* † At caſu 9
poſteriore, non ex modo vel menſurâ æſtimatur venditio, ſed ex corpore certis confinibus demonſtrato, *l. clavibus 74. ff. de contr. empt. d. l. 15. ff. de per. & comm. rei vendit.* † Ideoque ob mino- 10
rem

rem majoremve rei venditæ mensuram & numerum, pretium neque in commodum emptoris minuendum, neque in venditoris favorem augendum esse, sed utrobiq; sive quid desit, sive quid abundet, in totum damno vel lucro emptoris cedere dixerim, cum Dd. quos allegat & sequitur Rauchb. *dict. q. 21. n. 9.* † *per dict. l. 40. §. 2. ff. de contr. empt. l. qui* 11 *fundum 45. ff. de evict. l. si servum 4. §. si modus 1. l. 13. §. si Titius 14. l. 43. ff. de act. empt.*

Ita Domini in causa Martini Redegasts zu Luca / Mens. Jul. Anno 1618.

Definit. X.

Venditio ad corpus contrahitur, si prius fiat mentio corporis, deinde mensuræ ante fundi confines.

1 ILlud difficilius est judicare, num ad corpus, an verò ad mensuram contracta sit venditio, quum &in venditione certi corporis quandoq; mensura
2 apponatur, † non quidem taxationis, sed demon-
3 strationis causâ, Andr. Rauchb. *p. 1. q. 21. n. 6.* † Quâ de re post alios latissimè scripserunt Pinell. *in 3. part. l. 2. C. de resc. vendit. cap. 2. &* Didac. Covarr. *cap. 3.*
4 *pract. quæst.* † Etsi verò tota res ab arbitrio prudentis judicis dependeat, sæpissimè tamen decisio à
5 modo ineundi venditionem peti solet, † utrum sci-
6 licet hæc à corpore, vel à mensurâ ceperit, † siquidem regulariter omnes contractus æstimandi sunt ex modo ineundi, *l. si Procuratorem 8. in princ. ff.*
7 *mandat. l. si tantum 12. ff. de SCto Macedon.* † Hinc quando prius facta est venditio corporis, deinde mensuræ ante fundi confines judicatos, videtur venditio facta ad corpus, ac consequenter statim
8 perfecta intelligitur; † Et quicquid intra confines est, pro eodem pretio venditum habetur, licet minor mensura fuerit expressa, secundum tradita Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 28. defin 3. n. 8.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Hat euch Melchior Wiesener einen Acker / so drey Hueffen Landes in sich begreifft / zwischen der Sonnemannin und Hansen Reibekopffs Feldern inne gelegen / vor und umb 300. fl. verkaufft: Wann nun gleich solcher Acker in die vierdtehalb Hueffen Landes in sich halten thäte / so möchtet ihr doch / weil der Kauff durch den Bogen und in Pausch geschehen / über das gesatzte Kauffgeld der 300. fl. etwas mehrers zu zahlen nicht angehalten werden / V.R.W.)

Definit. XI.

Intelligitur venditio facta ad mensuram, quando verbis præcisis ad mensuram est restricta.

1 NOn tamen semper venditio ad corpus facta censetur, etiamsi à corpore ceperit; *Quid enim, si post demonstratum corpus venditum fuisse*
2 *dicat, quantum reperiatur in tali mensura.* † Vix namque tùm mensura solum demonstrationis causâ erit apposita; Sunt enim verba hæc restrictiva
3 seu limitativa, † quæ certè definitionem inducunt, & limitativum pariunt effectum *l. 16. ff. de*
4 *acq. rer. Dom.* † Adeoque verius est, contractam videri venditionem ad mensuram, licet verborum ordo corpus ipsum prius demonstraverit;
5 † Ordo siquidem scripturæ non potest mutare ordinem juris & voluntatis, *l. cum pater 77. §.*
6 *fidei tuæ 12. ff. de legat. 2. l. nec enim 6. ff. de solut.* † Quare, si plus sit in mensurâ, quàm verbis expressum fuerit, pro modo ejus, quod excedit, pretium arbitrio boni viri supplendum erit, secundum tradita *supr. Defin. 9.* † Ubi tamen probè notari velim: I. 7 Modici excessus rationem habendam non esse, *l. scio 4. ff. de in integr. restit. l. res bonâ fide 54. ff. de contr.* 8 *empt.* † maximè si mensura fuerit expressa cum adjectione hâc (circiter vel circa, ohngefehr / beyläufftig:) ut communiter fieri solet, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 4. num 5. & 6.* II. † Si in 9 venditione ad mensuram factâ, certa mensura haud designetur, eaque diversa sit ratione diversorum locorum, inspiciendam esse mensuram, quæ habetur in loco contractus, ut post Bartol. *& alios in l. semper in stipulationibus 34. ff. de Reg. Jur.* tenet Hartm. Pistor. *obs. 36. &* Octav. Cacher. *dec. 114.* III. Notandum est illud, † quod in venditione ad 10 mensurâ factâ, mensurandi facultas perpetua sit, nec ad spatium 60. dierum restringenda, ut contra Dd. disputat Hartm. Pist. *observ. 210.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre denn / daß selbiger Acker nach dem Anschlage / und wie viel sich der Hueffen in der Abmessung befinden würden / jede Hueffe zu 100. fl. angeschlagen / verkaufft worden / auff solchen Fall wäret ihr auch den hinterstelligen halben Acker mit 50. fl. zu bezahlen schuldig / V.R.W.)

Definit. XII.

Quando dicatur Emptio-Venditio in scriptis celebrata?

NOtissimi juris est, quod contractus emptionis 1 bifariam celebrari soleat: sine scriptis & in scriptis, *pr. inst. de empt. vendit.* Quando verò dicatur in scriptis celebrata venditio, haud expeditũ? † Sanè 2 ex eo solo, quod super contractu venditionis scriptura fuerit confecta, non videtur venditio celebrata in scriptis, † quum super plerisque hodiè con- 3 tractibus conficiatur instrumentum, non ut obligatio in scriptis fiat, sed tantùm ut eo faciliùs veritas rei gestæ per scripturam seu instrumentum probetur, *l. contrahitur 4. ff. de pignor. l. 4. ff. de fid. instr. l. cum te 5. C. de transact.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 15. defin. 23. num. 2.* Bartol. *in l. contractus 17. num. 1. C. de fid. instrum. ubi &* Salycet. *n. 9.* Joh. Fab. *in §. 1. in pr. inst. de empt. vendit.* Joh. Schneidevv. *in pr. inst. eod. tit.* Afflict. *dec. 105. in fin.* † Qui 4 contractus propterea scriptus potius, quàm in scriptis vocatur ex doctrina Bald *in d. l. contractus 17. C. de fid. instr. quem allegat* Anton. Fab. *dict. defin. 23. num. 5.* † In scriptis verò venditio tum dicitur 5 contracta, quando inter partes in principio statim actum est, ut inde fieret scriptura, sive hoc additum sit, ut aliter contractus non valeat, sive non, dummodo appareat de mente contrahentium, † 6 quod noluerint obligari, priusquam scriptura perficeretur, *l. contractus 17. C. de fid. instrum.* Fab. *&* Schneidevv. *dict. loc.* † Nam ini- 7 tium cujusque contractus & conventionis spectandum est ad dignoscendam ejus naturam & qualitatem, *l. 8. in princ. ff. mandat. l. 1. §. 19. ff. deposit.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 16. defin. 14. n. 5.* † Sola ergò voluntas in scriptis contrahendi ven- 8 ditionem in scriptis facit, quæ perfecta non est, prius-

priusquam inſtrumentum omni ex parte confectum & ſubſcriptione contrahentium confirmatum fuerit, *dict. l. contractus 17. C. de fid. inſtr.* Hart. Piſtor. *part. 3. q. 27. n. 22.* † perinde ut in caſu, quo teſtator voluit de teſtamento ſuo confici inſtrumentum, ultima ejus voluntas minus perfecta ſed ſuſpenſa intelligitur, donec inſtrumentum confectum fuerit, ut firmat Oldr. *conſ. 119. Pariſ. vol. 4. conſ. 146. col. 2.* Socin. *jun. vol. 2. conſ. 189. n. 9. & alii citati à* Gabr. *de teſtam. concl. 9. n. 3.* † In voluntatem ergò contrahentium exactè erit inquirendum, in quem finem concluſio inſtrumenti benè attendi debet, † quia in concluſione Retractus perfectio conſiſtit, ut eſt text. *in l. ſi voluntate 8. C. de reſc. vendit.* Bald. *in dict. l. contractus 17. C. de fid. inſtr.* Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 27. n. 15.* † In dubio autem, ſi non appareat, quid actum ſit, credemus, ad probationem potius, quàm ad validitatẽ contractus interpoſitam fuiſſe Scripturam, quia venditionis contractus talis eſt, qui ſine ſcriptura poteſt ſubſiſtere, *l. 4. ff. de fid. inſtr. l. 4. ff. de pign.* Fab. *dict. tit. 15. defin. 23. n. 8.*

Ita Domini in cauſa Johannis Albini zu Querfurt/ Menſ. Febr. Anno 1627. (Verba ſentent. Ob wol euer Nachbar Hans Werder / euch ſeinen Garten zu Kauff angeboten / darüber auch ein ſchrifftlicher Contract zu Papier bracht worden; Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß ſolcher ſchrifftlicher Contract von beyden Theilen vollzogen worden / und gleichwol beyder Contrahenten Meynung geweſen / einen ſchrifftlichen Kauff auffzurichten/ und alſo in ſcriptis zu contrahiren, &c. So mag auch berührter Kauff vor vollzogen und geſchloſſen nicht geachtet werden/ derowegen Verkäuffer nochmals zu pœnitiren wol befugt iſt/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Venditio ſemel perfecta ſubſiſtit ſine ſcriptis, etiamſi poſteà de inſtrumento conficiendo dictum fuerit.

1 COmmunis Interpp. ſententia eſt, quando in contractu dictum fuit à contrahentibus, de eo conficiendum eſſe inſtrumentum, quod tùm, priusquam id conficiatur, contractus pro perfecto non habeatur, neque etiam ex eo agi poſſit, ut poſt plurimos Dd. quos allegat, tradit Hartm. Piſt. *part. 3. quæſt. 27. n. 22.* † Scilicet, quod tùm contrahentes in
2 ſcriptis contrahere voluiſſe præſumantur, ut ita ante confectionem inſtrumenti non videatur perfecta
3 venditio, ſecundum tradita *in Defin. præced.* † Nec enim poteſt dici perfectum, quamdiu ſupereſt aliquid agendum, *l. pen. C. de his quib. ut indign. hered. auſer. l. ſi ita fuerit 41. ff. de man. teſt. l. pen. C. de edend.* Weſenb. *conſ. 11. n. 35. vol. 1.* Bald. *in l. nihil 2. C.*
4 *de manumiſſ. vindict.* † Attamen hoc aliter verum non eſt, quàm ſi in ipſo contractu de eo fuerit actum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 16. defin. 14. n. 4.*
5 † Secus verò, quando poſt contractum conſenſu jam perfectum, de inſtrumento conficiendo dictum fuerit, ut poſt Speculat. ſentit Socinus ſenior *vol. 4. conſil. 120. n. 17. &* Ant. Gomez. *tom. 2. var. reſolut. c. 2. n.*
6 *12.* † Etenim, quia tùm ſolo conſenſu jam plenè & perfectè conſummata eſt venditio, ſcriptura nil validitatis ulterius addit, ſed ſolùm ad probationem veritatis de conficiendo inſtrumento contrahentes cogitâſſe videntur, Hartm. Piſtor. *dict. queſt. 27. n. 24. & ſeqq.* Anton. Fab. *dict. defin. 14. n. 7.*

Ita Domini in cauſa Michaelis Kauffmanns zu Weiſſenfels/ Menſ. Mart. Anno 1634. (Verba ſent. Ob nun wol darbey abgeredet worden / daß der Kauff extendiret und zu Papier bracht werden ſolte / ſo aber noch zur Zeit nicht geſchehen/ ꝛc. Dieweil aber dennoch damals der Kauff an ſich ſelbſten/ nach allen ſeinen requiſitis, mündlichen allbereit vollzogen geweſen / ſo ſeyd ihr demſelben allerdings nachzukommen ſchuldig/ V. R. W.)

Et in cauſa Andreæ Oehls/ & Mariæ Viduæ Michaelis Wachsmans zu Leipzig/ Menſ. Dec. Anno 1633.

Definit. XIV.

Venditione perfectâ, emtor invito venditore ne quidem amiſſione arrhæ, ac ſolutione mulctæ pœnitentialis, (des Reukauffs) à contractu reſilire poteſt.

SI arrhæ intervenerint, aut contrahentes de 1
certa pœnitentiæ mulcta pacti fuerint, illarum jacturâ, vel ſolutione hujus, à contractu venditionis perfecto, etiam alterutro invito, diſcedere licere, quidam poſt Gloſſ. *ad pr. Inſtit. de empt. vendit.* opinantur, inter quos etiam eſt Salyc. Joh. Sichard. & Odofred. *in l. contractus 17. §. illud C. de fid. inſtrum.* Zaſ. *lib. 2. ſingul. reſp. c. 24.* Anton. Gomez. *tom. 2. variar. reſolut. c. 2. n. 18.* † Scilicet quia 2
arrhis intercedentibus, vel mulctâ pœnitentiæ appoſitâ, hoc tacitè agi videtur, ut, qui vult eas perdere vel duplicatas reddere, queat recedere à con-
tractu, † quod & *ex dict. l. 17. in fin. C. de fid. inſtr.* 3
& pr. Inſtit. de empt. vendit. probari videtur. † 4
Sed vel propterea hæc opinio eſt erronea, quod abſurdum ſit, ut propter arrhas, quæ plerumque in re exigua conſiſtunt, contractus ſuper re pretioſa & magni valoris irritetur: † Sicuti & abſurdum eſt, 5
ut actus contrahentium, præter ipſorum intentionem, contrarium operentur effectum, † ſiquidem 6
arrhæ probando & confirmando contractui dari & intervenire ſoleant, *l. quod ſæpe 35. in pr. ff. de contr. empt.* † Ex quo corruit fundamentum de tacito pa- 7
cto anteà prolatum, quoniam conventiones tacitæ radicantur in præſumpta contrahentium voluntate, propter quam lex eas fovet, iisque aſſiſtit. † Et ſi 8
absque arrhis perfectâ emptione, ab ea, alterutro contrahentium invito, recedere non fas eſt, ne quidem Principis reſcripto, *l. de contractu 3. l. non eſt probabilis 6. l. 7. C. de reſcind. vend. l. ſicut 5. C. de oblig. & action.* † Multò utique minus à perfecta 9
emptione diſcedere integrum erit, ſi non tantùm nudo conſenſu, ſed & inſuper arrhæ datione & conventione mulctæ pœnitentialis firmata fuerit; † 10
Nam quod ad corroborandum additum eſt, in illius infirmationem vergere non debet, *arg. l. legata inutiliter 19. in pr. ff. de legat. 1. l. 19. ff. de inſtr. & inſtrum. legat.* † Veluti ita rectiſſimè ſentiunt Matth. 11
Weſenb. *in parat. ff. de contr. empt. n. 6.* Joh. Harppr. *ad princ. Inſtit. eod. tit. num. 91.* Cyn. *in l. 17. C. de fid. inſt.* † At inquies, *quisnam effectus erit arrharum* 12
ac mulctæ pœnitentiæ, des Reukauffs? † Scilicet I. 13
ut emptione nondum perfectâ, emptor nolens adimplere & perficere, amittat arrhas jam datas, vel mulctam pœnitentiæ, den Reukauff/ ſolvere cogatur. † Ita nempe de contractu 14
nondum perfecto exaudiendi ſunt textus

in dict. l. 17. C. de fid. instrum. & pr. Inst. de empt. vend. ut demonstrant Wesenb. & Harppr. ex ipsis
15 textuum verbis. † Licet enim non videatur amittere arrhas vel solvere den Reukauff / qui tractationem institutam abrumpit, attamen nihil absurdi est, aliquando & hoc casu arrhas dari, & eas perdere, qui à pollicitatione, in quam alter nondum absolutè
16 consensit, recedit, † quem casum in terminis ponit Godofr. *in l. 17. C. de contr. empt.* Deinde habebit datio arrharum vel appositio mulctæ pœnitentialis,
17 des Reukauffs / suum effectum, † Vel eo solummodò in casu, quando pars altera ultrò lucro hujus mulctæ vel arrharum contenta, actionem ex con-
18 tractu omittit & remittit, † quod non obscurè sentit Bartol. *in dict. l. 17. §. illud & expressius ibid.* Cyn. *n. 11. Cod. de fid. instrum.*

Ita Domini in causa Andreæ Kretzschmars zu Liebenwerda/ Mens. Majo Anno 1632. [Verba sent. Ob nun wol in solcher Handlung 100. fl. zum Reukauff verwilliget/ der Kauff auch noch zur Zeit nicht gerichtlichen ratificiret worden. Dieweil aber dennoch solcher Kauff einmahl richtig geschlossen/ (in welchem Fall der bedingte Reukauff anderer Gestalt keine Würckung hat / als wofern einer oder der andre Contrahent mit Beliebung und Einwilligung des andern Theils pœnitirt, &c. So bleibet es auch bey angeregtem Kaufte billich / und es mag derselbe vom Gegentheil wider euren Willen nicht hinterzogen werden/ V.R.W.)

It. in causa Annæ, Conjugis Benedicti Müllers zu Adorff/ Mens. Mart. Anno 1622. (Verba sent. Ob ihr nun wol den Reukauff/ als 10. gute Schock und der Gemeine ein Faß Bier zu geben / und von dem einmal geschlossenen Kauff wieder abzutreten bedacht seyd/ &c. So mögen doch Verkäuffere solches einzugehen / und von dem einmal geschlossenen Contract abzuweichen wider ihren Willen nicht gedrungen werden, V.R.W.)

It. in causa Eliæ Drechslers zu Pausa / Mens. Sept. Anno 1630.

It. in causa M. Johannis Rhenii zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1632.

Et in causa Melchioris Kotzens zu Dreßden / Mens. Oct. Anno 1612.

Definit. XV.

Quando per traditionem instrumenti possessio transferatur?

1 RE unâ duobus ab eodem venditâ, potior est
2 is, cui primò est tradita, *l. quoties 15. ubi* Dd. *C. de Rei vindicat.* † Et Jason *ibid. n. 14.* firmat, hoc etiam tùm procedere, quando possessio saltem per actum fictum est translata, putà per constitutum;
3 quod & tenet Rol. à Vall. *vol. 1. cons. 19. num. 25.* † *Quid autem si per instrumenti traditionem?* Sanè per hanc æque possessio ac Dominium transfertur *l. 1. C. de donat. l. Mævia 49. ff. solut. matr. l. 44. §. eum qui 5. ff. de legat. 1.* Anton. Fab. *in Codic. lib.*
4 *2. tit. 3. defin. 6. num. 6.* † Quidni ergò traditione instrumenti possessionem adeptus præferetur illi, qui postea realem possessionem nactus est? Hartm.
5 Pist. *obs. 31.* † Non tamen indifferenter de cujusque instrumenti traditione hoc accipi velim, sicuti nec de instrumento contractus inter tradentem & eum,
6 cui instrumentum traditur, celebrati. † Per hoc siquidem possessio non transfertur, nisi vel in ipso fundo vel in conspectu ejus traditio fiat, *l. prædia*
7 *48. ff. de acq. poss. l. 2 C. eod. tit.* † Sed tùm demum ficta traditio efficax est ad translationem possessionis, quando traditur instrumentum continens jus vel titulum venditoris, illum nempe contractum, per quem ipse rem venditam acquisiverit ab autore suo, *dict. l. 1. C. de donat.* Hart. Pistor. *dict. obs. 31. n. 8.*

Ita Domini in causa VValtheri Leonhards zu Amsterdam/ Mens. Decembr. Anno 161[illegible]. (Verba sent. Ob nun wol/ als gedachter Coquell fallit worden / etliche Kauffleute zu beniemten Gute Arrest gesucht / &c. Dieweil aber dennoch bemeldte traditio des Instruments über den Kauff/ dadurch der Schuldener solche Güter erlanget / noch für dem Falliment geschehen / wodurch ihr alsbald solcher Güter Posses und Eigenthumb erlanget/ &c. Als mögen auch oberwehnte Arreste euch zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ sondern es werden euch vorbemeldte Güter/ als euer Eigenthumb/ billich gelassen/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Ex causa necessitatis propter bonum publicum, ut subditus bona sua justo pretio vendat, benè cogi potest.

LIbero ac mutuo contrahentium consensu Emptio-venditio perficitur, *pr. & §. 1. Inst. de ob-* 1
lig. at. quæ cons. perf. l. 9. in pr. ff. de contr. empt. † Cui 2
consequens est, neminem invitum cogi posse rem vendere aut emere, ne quidem à Magistratu ac Principe, *l. nec quasi publicianam 70. ff. de R. V. l. 9. ff. de act. rer. amotar. l. id quod nostrum 11. ff. de Reg. jur. l. invitum 11. l. invendentis 13. l. dudum 14. C. de contr. empt. l. invitos 11. C. de locat. l. nec emere 16. C. de jur. deliber.* † Nec enim Principi subditorum 3
jura invertere aut lædere licet *l. 2. §. merito 10. & §. si quis à Principe 16 ff. Ne quid in loc. publ. l. 4. C. de emanc. liber.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. n. 21.* Joh. Harppr. *in pr. inst. de empt. vend. n. 109. & seqq.* ubi hoc ipsum latiùs persequitur, & ad contraria respondet. † Excipitur tamen ca- 4
sus necessitatis & causa boni publici, quod tanti æstimandum, ut subditus quivis illud potius promovere, quàm lucrum quærere debeat, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 56. n. 1. & seqq.* † Quamvis & hoc non aliter 5
accipi velim, quàm si justum ei refundatur pretium. † Nam æquitati, rationi & justitiæ con- 6
sentaneum est, ne subditus absque sua culpa pretio careat, *l. venditor 13. §. si constat. 1. ff. comm. præd. l. 2. C. in quib. caus. serv. pro præm. libert.* Felin. *in cap. inter quatuor 8. n. 6. extr. de major. & obedient.* Vasq. *Illustr. controv. lib. 1. cap. 5. n. 9.* Andr. Gail. *dict. obs. 56. n. 8. & seqq.* Enenck. *lib. 3. de privil. c. 6. n. 27. & seqq.* Mynsing. *cent. 5. obs. 27.* Anton. Gomez. *lib. 2. variar. resolut. cap. 2. num. 51.* Petr. Gregor. Tholos. *in Syntag. jur. lib. 36. cap. 30. n. 4. 10. & seqq.* Fabian. *de Mont. in tract. de empt. vend. 3. q. princ. n. 40.*

Ita Domini in causa Hansen Krauschwitzens und des Raths zu Reichenbach/ Mens. Mart. An. 16[illegible]9. [Verba sent. So wäret ihr wegen gemeiner Stadt Wolfahrt / Nutz und Nothwendigkeit des Mahlens/ die Wiesen/ wofern Hans Krauschwitz euer Unterthaner / von ihme zu kauffen wol befugt / er auch dieselbe dem gemeinen Stadtwesen zum besten/ damit gleichwol das Mahlen nicht verhindert noch auffgehalten werde / umb ein rechtmäßiges Kauffgeld zu überlassen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XVII.

Per contractum posteriorem, quando à priore recessum videatur?

REgulariter quidem pacta posteriora dero- 1
gant prioribus; *l. pacta novissima 12. ubi* Dd. *C. de*

C. de pact. l. si unus 27. §. pactus ne peteret 2. ff. eod.
2 *tit. l. 60. §. 6. ff. locat.* † Attamen hoc verum est so-
lummodò in contractibus invicem pugnantibus,
3 qui simul subsistere nequeunt; † Secus verò in
contractibus & pactis, quæ se mutuò compatiun-
tur, Dec. *in l. in omnibus 90. ff. de reg. jur.* Nam si
ambo consistere possunt, tunc primæ conventioni
nunquam censetur derogatum per pactum poste-
4 rius, † nisi quatenus hoc expressum reperiatur,
arg. l. ult. C. de novat. l. præcipimus 32. C. de appel-
5 *lat.* Hartm. Pistor. *observ. 121. num. 9.* † Quin po-
tius posterior conventio à priore interpretationem
recipit, usq; eò, ut omnes qualitates primi contra-
ctus in secundo repetitæ censeantur, *l. fin. ff. de re-*
bus dub. l. Titia 134. §. idem respondit 2. l. qui sic stipu-
6 *latur 47. ff. de V. O. l. 38. §. ult. ff. de act. empt.* †
Idque maximè verum est, quando contrahentes in
posteriore contractu sese ad priorem referunt, putà
7 per verba (juxta tenorem Nach Innhalt / ꝛc.) †
quæ relatio certum præbet argumentum, præce-
dentem contractum non penitus esse sublatum,
Bart. Jas. & Dd. *in l. juris gentium 7. §. adeo 6. ff. de*
pact. Hartm. Pist. *dict. observ. 121. n. 20.*

Ita tractatum in causa Andreæ Oehls/& Viduæ Michaelis Wachsmans zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1633.

Definit. XVIII.

*Vendito fundo cum juribus & pertinentiis, quan-
do venditor tradere teneatur instrumenta
authentica?*

1 VEndito fundo cum juribus ejus & pertinentiis,
sæpè dubitatur in uno vel alio casu, quidnam
sub pertinentiis comprehendatur, horumq; nomi-
2 ne venditum censeatur? † Ita enim de instrumen-
tis literarum ad fundum pertinentibus disceptari
3 solet: Eaq; venditorem tradere non teneri. † Sed
sufficere emptori Authentica instrumenta, per quæ
fundi jura declarantur, ostendi, eiq; copiam descri-
bendi illa præstari, probat *text. in l. Titius heres 48.*
ff. de act. empt. ubi Gloss. *l. cæteræ ita q. 4. §. 3. vers.*
Nam & Labeo scribit ff. famil. herciſc. l. instrumen-
ta 24. in fin. C. de fideic. l. Creditor 52. ubi Bart. *ff. de*
act. empt. Matth. Col. *part. 2. decis. 224. n. 1.* Joh.
Schneidevv. *in §. actionum 28. sub rubr. Inst. de act.*
4 *ex empto n. 39. Inst. de Action.* † Quod ipsum ta-
men ad eum solummodò casum videtur restringen-
dum, quo Venditoris interest, habere originalia,
5 putà, quia tenetur de periculo Evictionis. † Alio-
quin, si causam retinendi instrumenta venditor non
habeat, cogetur omninò tradere instrumenta ori-
6 ginalia cum ipso fundo: † Debent enim instrumen-
ta esse apud eum, ad quem pertinent, *l. si quis ex*
argentariis 6. §. 5. vers. pertinere ff. de edend.
maximè quia fundus fuit venditus cum pertinen-
tiis, Salycet. *in d. l. instrumenta 24. ubi &* Bart. *n. 1.*
C. de fideicom.

Ita Domini in causa Caspari Klebers zu Hollstädt / Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sentent. Habt ihr Hansen Erbachen euer Gut daselbsten / mit allen Gerechtigkeiten und Zugehörungen / umb eine gewisse Summa Geldes käufflichen zugeschlagen / ꝛc. So seyd ihr ihm auch die instrumenta Originalia und briefliche Uhrkunden / so dazu gehören / auszuantworten schuldig/ Es wäre denn / daß ihr der Gewehr halben verbunden / und dannenhero bemeldter Uhrkunden nochmahls benöthiget wäret/auff solchen Fall liesse sich Käuffer an derselben Abschrifft und Copien billich begnügen, V. R. W.)

Definit. XIX.

*Fundo vendito, censetur quoque venditum ſterculi-
num, agri ſtercorandi causâ comparatum, ſecus
vendendi causa factum.*

DE ſterquilinio etiam sæpius dubitari solet, an 1
prædio rustico vendito, illud simul venditum
censeatur? At clara est decisio Trebatii ita distin-
guentis: † Ut si quidem stercorandi agri causâ com- 2
paratum sit, sterculinum illud emptorem sequatur:
Si vendendi, venditorem: † Nisi aliud actum sit; 3
Nec interest, in stabulo jaceat sterquilinium, an
acervus sit. † Quam decisionem probat JCtus Ulpi- 4
an. *in l. fundi nihil est 17. §. fundo vendito 2. ff. de act.*
empt. Barth. Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap. 78. n. 4.*

Ita Domini in causa Matthæi Hoffmanns zu Sachsenburg/ Mens. Mart. Anno 1593. (Verba sent. So ist solcher Kauff zu Recht kräfftig / und verbleibet ietzo gemeldtes Gut / nebenst dem darinnen befundenen Dünger oder Miste / zu Bestellung der Aecker / der Käuffern billich/ V. R. W.)

Et in causa Abrahami Kitzings zu Leipzig/ Mens. Junio An. 1586.

Definit. XX.

*Venditâ domo cum omnibus instructis, (so genie-
det und Nagelvest ist) quænam hoc nomine
contineantur?*

IN ædium venditione instrumento contractus 1
plerumque inseritur clausula, (Mit allem so ge-
niedet und Nagelvest ist; *Vel:* Was Erd-
Wied- und Nagelvest ist:) † Quibus verbis ea 2
continentur, quæ terræ, parietibus ac muris sunt af-
fixa, instructa & injecta; † Quæ propterea emptori 3
cedunt, quia membra ædium videntur, *arg. l. nave*
36. l. Scapham. 44. ff. de evict. † At quæ ita non sunt 4
terræ affixa, licet in ædibus habeantur, alterius usus
causâ veniunt, ac propterea emptori non acquiruntur,
l. fundi 17. ff. de act. empt. l. in vendendo 66. §. ult. ff.
de contr. empt. † Unde nec imagines venditis ædi- 5
bus cedunt, Joh. Gœdd. *in l. 241. n. 2. ff. de verb. sign.*
† Quin &, omissa licet hæc clausula in instrumento 6
venditionis, nihilominus ædibus venditis cedit Al-
les/was Erd- und Nagelvest ist / was gemauert
und genagelt / Band und Nagel hat. † Nisi no- 7
minatim quid excipiatur, Joh. Sichard. *in l. 1. num. 8.*
C. de oper. libert. Paul. Matth. Wehner. *in pract.*
observat. in verb. Nagelvest.

Ita Domini in causa D. Andreæ Schoffers zu Leipzig / M. Jul. Anno 1600. (Verba sent. Habt ihr die Helfferischen Erben ihrer Mutter hinterlassene Behausung / sammt alle dem/so darinne Wied- Erd- und Nagelveste ist / verkaufft/ꝛc. So seynd sie auch die Meßingen Leuchter/ so an die Wand geschraubet / nebenst andern / was angeschraubet/genagelt/gemauert und sonsten bevestiget/ darinne zu lassen schuldig. Was aber die Leuchter mit Geweihen/ und alles so an Schrauben und Hacken hanget/ und davon unversehrt abgenommen werden kan/ anlanget/dasselbe bleibet dem Verkäuffer billich / und mag in den Kauff nicht mit gezogen werden/V. R. W.)

Defi-

DEFINITIO XXI.

Maritus, in venditione bonorum uxori suæ prospiciens, an & posteriori conjugi secundi matrimonii prospexisse censeatur.

1 QUum maritus quidam, vendens fundum, in instrumento venditionis uxori suæ ad vitam certos quosdam proventus annuos reservaverat, ac postea morte conjugis matrimonio dissoluto, aliam duxerat uxorem, defuncto eo fuit quæsitum,
2 † an prædicti proventus annui posteriori cederent uxori? Videbatur decisio hujus quæstionis petenda † ex traditis Alex. *in cons. 171. vol. 2.* quod nempe legatum alimentorum relictum alicujus uxori,
3 non solùm primæ, sed etiam posteriori relictum
4 censeatur, † perinde ac institutio posthumi facta simpliciter favore testamenti porrigitur ad omnes posthumos, etiam nascituros ex posteriore uxore,
5 *l. placet 4. cum l. seq. ff. de lib. & posth.* † Cui tamen contradicit Bald. *in l. ult. n. 7. C. de ind. vid. toll.* asserens, legatum videri relictum primæ uxori, non etiam posteriori, *per l. si quid earum 47. §. ult.*
6 *ff. de legat. 3.* † Cum præsumatur sub nomine uxoris de prima, non etiam posteriori conjuge fuisse
7 cogitatum, *arg. l. boves 89. §. 1. ff. de V. S.* † Quam sententiam etiam probat Jas. *in l. 7. §. quod in anno 6. n. 20. ff. solut. matr.* Didac. Covarr. *in c. requisisti 15. n. 3. extr. de testam. &* Dec. *in c. quoniam Abbas*
8 *14. n. 16. extr. de off. & potest. jud. delegat.* † Sed rectius eam restringit Felin. ad casum illum, quando testator non habuit uxorem tempore facti testamenti, *in cap. innovamus 2. n. 11. extr. de treuga &*
9 *pace.* † Nimirum, quod tùm relictum intelligatur legatum ex sola affectione maritali, quæ quidem generaliter in quacunque uxore locum habet, secundum tradita Didac. Covarr. *in d. cap. requisisti*
10 *15. n. 3. extr. de testam.* † Eademque voluntatis conjectura contrarium infert, quando testator ex singulari affectione præsentis uxoris ei aliquid lega-
11 verit, Felin. *dict. loc.* † Secundum quæ omninò videbatur dicendum, maritum vendentem bona sua, cum jam habuisset uxorem, non nisi ei prospexisse, nec de conjuge posteriore tùm temporis cogitâsse:
12 † Utque Domini hoc in casu contra posteriorem conjugem responderent, eò magis commovebantur, quod primæ conjugis merita quædam peculiaria erga maritum extabant, quibus inductus maritus præsenti tantummodò uxori, non etiam futuræ prospicere voluisse putabatur, *juxta l. cum alienam 10. C. de legat. l. nec adjecit 9. ff. pro soc.*

Ita Domini in causa Magdalenæ/ Viduæ Johannis Wincklers/ contra Martinum Francken zu Beckendorff ad requisitionem Quæstoris in Nossen/ Mens. Majo, A. 1627.

DEFINIT. XXII.

Venditor post diem commissoriæ Legi præstitutum, partem pretii accipiens, Legi commissoriæ renunciasse censetur.

1 FRequentissima est in Emptionibus Lex Commissoria, si scilicet quid ita venierit ut, nisi intra certum diem pretium exsolvatur, sit inemptum
2 *l. 2. & tot. tit. ff. de Leg. comm.* † Cujus pacti hic est effectus, ut potestate sua resolvat venditionem, & Dominium rei ipso jure redire faciat ad ven-
3 ditorem, † quod à contrario sensu probat *l. ult. ff. eodem tit.* & apertius *l. 5. ff. eod. tit. & l. 4. C. de*
4 *pact. int. empt. & vend.* † quâ in re labitur Vasquius dissentiens, *c. 69. illustr. contr.* refutatus propterea à Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 1. disp. 28. th. 9. lit. d.*
5 † Venditus tamen fundus contra pactum legis commissoriæ atque simul traditus, ab emptore, ceu tertio, neutiquam revocari potest, *l. quoties 15. C. de*
6 *R. V.* Modest. Pistor. *p. 4. q. 161.* † Protinus autem lex commissa est, si emptor die præfixo non solverit, etiamsi interpellatus non fuerit, quia offerre debet, si vult se legis commissoriæ potestate solvere,
7 *l. si fundus 4. §. ult. ff. de leg. commiss.* † Attamen si venditor post diem commissoriæ legi præstitutum pretium accipiat, vel saltem petat, censetur renunciâsse legi commissoriæ, nec posteà ad hanc redire potest, *dict. l. si fundus 4. §. eleganter 2, l. de lege 6. §. ult. & l. seq. ff. eod. tit.*

Ita Domini in causa Simonis Lehmans zu Lichtenstein/ Mens. Novembr. Anno 1620. (Verba sent. Bey welchem Kauff dieses abgeredet worden/ daß/ wann Käuffer den 17. Augusti die vollständige Kauffgelder nicht erlegen würde/ er das erkaufte Gut wiederumb abtreten solle. Ob nun wol Kauffer den 17. Augusti verfliessen lassen/ und allererst den 19. Augusti/ iedoch nur etwas vom Kauffgeld/ als 15. neue Schock entrichtet/ und also seiner Zusage keine Genüge gethan/ dieweil ihr aber dennoch berührte 15. neue Schock von ihme angenommen/ und damit zu friedengewesen/ &c. So seyd ihr auch nunmehr/ gestalten Sachen nach/ ihn von erkauftem Gute wieder abzutreiben nicht befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIII.

In permutatione ante traditionem factam pœnitere licet.

1 NUdo consensu & voluntate perficitur emptio-venditio *pr. Inst. de empt. vend.* ideoq; & consummationem accipit, non tantùm verbis consensum indicantibus, † Sed & factis signisque, quibus
2 consensus declaratur, juxta tradita Ludov. Rom. *cons. 291. n. 3.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 130. n. 95.* † Omnemque pœni-
3 tentiam excludit tanquam re non amplius integrâ, Moller. *lib. 4. semestr. 9. n. 1.* † Utrumq; verò aliter
4 se habet in permutatione: Hæc enim ex re tradita demùm initium obligationi præbet, & mutuam traditionem ac Dominii translationem requirit, *l. 1. §. 1. vers. ideoq; ff. de rer. permut.* Anton. Fab. *6. conject. 9.* † Igitur & ante traditionem factam tanquam re
5 adhuc integra pœnitere licebit, Hartm. Pistor. *observ. 167.* Qui ergò ab alio rem ex permutatione acceperit, si ex parte sua contractum implere nolit, non utique cogi potest, ut rem suam tradat. † Sed
6 condemnandus est, ut acceptam restituat, & præterea præstet, si quid alterius interfit, nimirum ratione doli, *d. l. 1. §. ult. l. 1. l. ult. C. eod. tit.* † Multò ma-
7 gis admitteretur pœnitentia, si à neutro contrahentium traditio facta sit: ita enim in contractibus innominatis locus est pœnitentiæ, quousq; contractus impleatur ex utraq; parte, *l. si pecuniam 5. ubi* Bartol. *ff. de condict. caus. dat.* † Excludit tamen
8 pœnitentiam in permutatione interveniens stipulatio *l. 3. Codic. de rer. permut.* † Quo casu non
9 tàm permutatio contracta est, quàm stipulatio ex causa permutationis, *l. si ita 6. §. 1. l. seq. ff. de novat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 20. defin. 1. n. 3.*

Ita

Ita Domini in causa Melchioris Heymens & Andreæ Glasbachens ad Consultationem Senatus in Mücheln/ Mens. Sept. Anno 1595. (Verba sent. Ob sie nun wol allbereit sich solches Tausches verglichen haben. Dieweil aber dennoch von keinem Theil die würckliche traditjon und Einräumung der vertauschten Häuser erfolget / ꝛc. So mag auch Glasbach zu Vollziehung berührtes Tausches/und Einräumung seines Hauses / wider seinen Willen nicht gedrungen werden/V.R.W.)

Definit. XXIV.

Ex placito permutationis, etiam secutâ traditione, nulla actio nascitur adversus tertium possessorem.

1 EX placito permutationis, secutâ ex parte una traditione, actio nascitur, præscriptis verbis ad hoc, ut vel placitis stetur, vel quod acceptum est, re-
2 stituatur, *l. 1. §. ult. ff. de rer. perm.* † Quæ actio competit etiam adversus heredem aliumvè quemlibet successorem universalem, qui heredis loco est, *l. ult. C. de hered. act. l. 1. C. si cert. petat.* Anton. Fab. *in*
3 *Codic. lib. 4. tit. 40. defin. 9. n. 4.* † Alia ratio est successoris singularis, re meâ post traditionem, ante-
4 quam rem aliam acciperem, tertio venditâ; † Etenim, quia hoc casu emptor causam habet à vero Domino, nulla mihi actio adversus ipsum com-
5 petere potest; † Non in personam, quia obligatio personalis non transit in singularem successorem, *l. ult. in fin. ff. de contr. empt. l. 1. §. si*
6 *heres 16. ff. ad SCtum Trebell.* † Neque in rem, quia Dominus per traditionem factus est emptor,
7 *l. 1. ff. de rer. perm.* † Atqui non tenetur actione reali alius, quàm qui possidet rem vel alienam, vel obligatam, *§. 1. Instit. de Act. l. pignoris 17. ff. de pignor.*

Ita Domini in causa Gottfried Schneiders zu Lampertswalde/Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent. Ob ihr nun gleich von Peter Zeidlern dißfalls hintergangen worden/ ꝛc. So seyd ihr doch euer vertauschtes Pferd von dem Bürger zu Suhla/deme es Zeidler (mit welchem ihr getauscht) hinwiederumb verhandelt / zu fordern nicht befugt/sondern euch deßwegen an Zeidlern zu halten schuldig/V.R.W.)

Definit. XXV.

Conventio in favorem tertii facta quando revocari possit.

1 VEndiderat pater filio natu majori domum suam ad certos annos, eâ conditione, ut filio juniori, post adimpletam majorennitatem, restituto
2 pretio fratri majori, eandem domum redimere liberum esset: † At tempore venditionis finito, pœnitentiâ ductus ipse domum remeere volebat, cui filio
3 junior jam major factus contradicebat, † quærebatur: *An patris reluitionem impedire posset?* Satis certè constabat de conventione patris in favorem
4 filii factâ: † Ex quâ licet filio actio competiisset, secundum tradita Bartol. & Dd. *in l. qui Romæ 122. §.*
5 *Flavius 2. ff. de Verb. Obligat.* † Attamen, quin re adhuc integra conventio illa à patre immutari & revocari potuerit, ambigendum non est, ut post Bartol. & Dd. *ibid. in terminis docet* Moller. *lib. 4.*
6 *sem. 9. ubi* porrò tradit, † ejusmodi conventiones præsertim inter rusticos usitatas sapere naturam ul-
7 timæ voluntatis, † ac proinde ambulatorias esse ac mutabiles usque ad supremum vitæ exitum, *l. 4. ff. de adim. legat. l. cum hic status 32. §. pœnitentiam 3. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Ita Domini in causa Andreæ Modrachs zu Lubbenitz/Mens. Nov. Anno 1627. (Verba sent. Habt ihr hiebevor euer Bauer-Gut euerm ältesten Sohne auff 13. Jahr lang käufflichen hingelassen / jedoch mit der Bedingung / da nach verflossener Zeit euer jüngster Sohn dasselbe annehmen wolle / Käuffer solches ihm abzutreten schuldig seyn solte, und als nunmehr die Zeit verflossen / seyd ihr solches Gut selbsten wiederumb anzunehmen und zu kauffen bedacht/ꝛc. So ist bemeldter euer ältester Sohn/wenn er sein Kauffgeld wieder erlanget/berührtes Gut euch abzutreten schuldig/und es ist euer jüngster Sohn euch hierinn Eintrag zu thun nicht befugt/V.R.W.)

Definit. XXVI.

Regulariter nemo alteri, nec mater filiæ stipulari potest.

REgulariter nemo alteri stipulari potest, *§. si quis alii 4. Inst. de inut. stipul.* † Quia inven- 1 2
ta est stipulatio ad hoc, ut unusquisque acquirat sibi, quod suâ interest, sed ut alii detur, nihil interest stipulatoris, *§. 18. Inst. eod. tit. l. stipulatio ista 38. §.* 3
17. ff. de V.O. † Nec ea, quæ sunt juris civilis, ut est obligatio, ex stipulatione alteri acquiruntur, *l. ea* 4
quæ civiliter 53. ff. de acq. rer. domin. † Aliud tamen dicendum, quoties quis sibi alterius nomine stipulatur, ut sentit Bartol. *in l. stipulatio ista 38. §.* 5
alteri 17. n. 1. ff. de V.O. ubi & Jason. *n. 11.* † Quæ limitatio licet minus videatur convenire juris rationibus, ac etiam repugnare textui, *in l. si ita stipulatus 97. §. possum 1. ff. eod. tit.* † Attamen communi- 6
ter recepta est, *teste* Hart. Pist. *obs. 3. n. 4.* nec æquitate destituitur, † ne videlicet contrahentes ignari 7
subtilitatum juris in contrahendo decipiantur. Porrò & pater filio rectè stipulatur, *dict. §. si quis alii 4. Inst. de inut. stip.* † Non solùm, quia vox patris vox 8
filii est, ut inquit ibidem Justin. Imp. cum pater & filius pro unâ eademque personâ habeantur, *l. ult. C. de impub. & aliis subst.* † Sed & quia per filium pa- 9
tri acquiritur, ejusq; conditio melior redditur, *arg. l. melior. 133. ff. de R. jur.* † Alia est ratio matris, quæ 10
filium in potestate non habet, ergò nec ei stipulari potest, perinde sicut † nec pater filio emancipato sti- 11
pulatur, *l. 26. ubi* Goth. & Dd. *C. de jur. dot.* Harppr. *in dict. §. si quis alii 4. n. 10. Inst. de inutil. stipulat.*

Ita Domini in causa Annæ Stulpnerin zu Lützen / Mens. Jul. An. 1634. (Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch euern Töchtern nicht stipuliren können/ dahero auch euer Ehemann durch seine Zusage ihnen den Töchtern beständiger Weise nicht verobligiret worden/ꝛc.)

Definit. XXVII.

Subsistit quidem stipulatio alteri facta, si ipsius stipulatoris interest, sed nulla inde actio tertio acquiritur.

VAlet tamen quis alteri stipulari, si ipsius sti- 1
pulatoris interest, promissionem factam adimpleri, *§. sed & si quis 19. Instit. de inut. stipul.* † 2
Quia tunc ipsius stipulantis persona implicita esse videtur, propter quod non tertius ille actionem habet, sed ipse stipulans, † qui per con- 3
sequentiam sibi stipulatus intelligitur, quod eo nomi-

nomine aliàs alteri tenebatur, Accurs. *in dict.* §. *19. Inst. d. t.* Idque exempla *in dict. §. 19. Inst. d. t.* ab Imperatore Justiniano allata ostendunt, † veluti, si contutor, qui tenetur pupillo, à contutore, cui administrationem cessit, stipuletur, rem pupilli salvam fore, † vel si quis Cæditori suo, cui sub pœna debebat pecuniam, hanc solvi fuerit stipulatus, quò pœnam evitaret; † Aut si quis procuratori suo, cui actione mandati tenetur, stipulatur, *dict. §. 19. Inst. d. t. l. 38. §. 20. & §. 23. ff. de V. O.*

Ita Domini in causa Hansen Engelhards zu Coldiß / Mens. Majo An. 1629. [Verba sent. Hat Mævius euch versprochen und zugesagt / eurentwegen dem Sempronio 100. Reichsthlr. zu zahlen/und dadurch euer Brieff und Siegel wieder umb zu lösen/welches er aber nicht gethan/ꝛc. So ist solche des Mævii euch gethane Zusage zu Recht so ferne verbündlich / daß ihr ihn zu Erfüllung derselbigen zu belangen wol befugt/der Sempronius aber hat dannenhero wider ihn keine Klage und Zuspruche/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXIV.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob Verträge von wegen hoher Verletzung/zu Recht ultra dimidium genannt/ genichtiget und hinterzogen werden mögen?

Beneficium L. 2. C. de rescind. vend. num in transactionibus locum habeat?

UNsere Schöppenstüle seynd bißhero dessen einig gewesen/ daß die dispositio L. 2. C. de resc. vend. auch in transactione statt haben soll/ungeacht/was etliche der Doctoren weitläufftig hiervon disputiren; Aber diß ist etwan bedencklich gewesen/ob juxta distinctionem Bartol. zu sprechen / qui facit respectum ad eventum litis.

Wann aber der Beweiß dißfalls sehr schwer und auch fast unmüglich ist/so haben sich unsere Verordnete hierinnen verglichen/ auff die læsion vor sich selbst/und nicht ad litis eventum zu sprechen/ungefehr in dieser oder dergleichen Form: Sprechen wir vor Recht / da ihr wie Recht erweisen würdet / daß euch zur Zeit des auffgerichten Vertrags/ mehr dann noch so viel/ als euch darinnen gehandelt / gebühret hätte/ und daß ihr also über die Helffte eurer Gebührnüß verkürtzet worden/so wäret ihr auch befugt zu suchen / daß solcher Vertrag auffgehoben/ oder aber der Mangel nochmals erfüllet würde/ es wäre dann / daß auch super læsione ipsa wissendlich transigiret, In welchem Fall solches remedium nicht statt haben soll/ welches wir uns auch also gefallen lassen.

INter Scabinatus nostros hactenus convenit, dispositioni L. 2. C. de resc. vend. etiam in transactione locum esse, quicquid nonnulli contrà disputent; Illud autem controversum fuit, num juxta distinctionem Bartoli, eventum litis considerantis, judicandũ esset. Cum autem probatio hoc in casu difficilis, imò potius impossibilis sit, existimârunt, læsionem ipsam in judicando, non eventum litis attendendum, ideoque sententias in hunc fermè modum vel similem concipiendas esse: Respondemus de jure, si probare possis, tibi tempore factæ transactionis plus duplo ejus, quod per illam consecutus es, debitum fuisse, & sic ultra dimidium ejus te læsum esse, petere tibi licere, ut vel rescindatur transactio, vel id, quod quantitati debitæ deest, suppleatur; Nisi tamen de ipsa quoque læsione sciens & prudens quis transegerit; Ei namque remedium illud non dandum putarunt, quæ sententia & nobis probatur.

DEFINITIONES.

1. *Non solùm in terris Electoratus Saxonici, sed etiam extra Electoratum beneficium L. 2. C. de rescind. vendit. in transactione locum habet.*
2. *Cessat beneficium L. 2. C. de resc. vendit. quando ei specialiter à contrahentibus fuerit renunciatũ.*
3. *Nec locus est beneficio rescissionis in remissione alicujus rei, seu juris totali.*
4. *Non rescinditur ex causa læsionis ultra dimidium transactio judicialis, vel saltem judicialiter confirmata.*
5. *Ordinaria est causa rescissionis ex L. 2. C. de resc. vendit. ideoq; in processu ordinario, non summario ventilari debet.*
6. *Læsio ultra dimidium probanda est per testes, inspecto tempore contractus.*
7. *In rescissione contractũ ex causâ læsionis ultra dimidium Reo datur electio, an justum pretium supplere, vel rem restituere velit.*
8. *Non solùm in venditore, sed etiã in emptoris persona locum habet beneficium L. 2. C. de resc. vendit.*
9. *Dolò inductus, ut minoris, vel majoris emeret, aut venderet, agere potest ad resarciendum in pecunia id, quod ejus interest.*
10. *Beneficium L. 2. C. de resc. vendit, etiam in locatione-conductione obtinet.*
11. *Contra divisionem etiam hereditatis datur remedium L. 2. C. de resc. vendit.*
12. *In solutionibus quoq; & Quietantiis locus est remedio L. 2. C. de resc. vendit.*
13. *Etiam Venditiones judiciales ac publicæ, sub hastâ factæ, rescinduntur ex causa læsionis ultra dimidium.*

14. *Locum*

14. *Locum quoq; habet beneficium L. 2. C. de resc. vendit. in Constitutione dotis ac dotalitii.*
15. *Vendens animal, quod postea mactatum deprehenditur morbidum aut vitiosum, cogitur emptori restituere pretium.*
16. *Emptor animalis vitiosi, aut morbidi, non potest repetere pretium, si morbus fuerit patens ac visibilis.*
17. *In foro Saxonico Venditor equi non nisi de tribus vitiis tenetur.*
18. *Non rescindenda est venditio, si vitium aut morbus venditi pecoris non statim apparuerit.*
19. *Ob novæ collectæ, novique servitii onus fundo vendito impositum, Venditor de evictione non est devinctus emptori.*
20. *Nec de collectis usitatis & consuetis, fundo inhærentibus, Venditor ad evictionis præstationem est obstrictus.*
21. *Propter hypothecam in fundo vendito occultatam non rescindenda est venditio, sed tenetur Venditor de evictione & ad interesse.*
22. *Rescisso tamen venditionis contractu, Venditor ad restitutionem pretii est obligatus, quando evictionem præstare nequit.*
23. *Donator quando teneatur de evictione?*
24. *Factâ donatione remuneratoriâ seu reciprocâ, donator de evictione tenebitur.*
25. *Emens scienter rem alienam, adversus venditorẽ de evictione agere nequit, nec pretium repetere.*
26. *Cedens nomen non tenetur de evictione aut præstare idoneum, ac locupletem debitorem.*
27. *Tenetur tamen cedens præstare verum debitorem Cessionario.*
28. *Evictio locum habet in transactione, quando hujus nomine aliquid datum est.*
29. *Venditores rei unius pro indiviso, & in solidum de evictione tenentur.*
30. *Evictionis nomine satisdatio præstanda non est, nisi ea consuetudine alicujus loci recepta, vel in ipso venditionis contractu promissa fuerit.*
31. *Evictione in limine contractus imminente, emptor pretium tamdiu retinere potest, donec venditor hoc nomine satis dederit.*
32. *Emptor facultatem retinendi pecuniam ob periculum evictionis imminentis non habet, lite nondum motâ.*
33. *Satisdatio exigi nequit, si per calumniam moveatur controversia.*
34. *Ob litem, ex jure conditionali motam, Emptori Venditor ad cautionem præstandam obstrictus non est.*
35. *Venditor locuples quando relevetur à satisdando ob evictionem imminentem?*
36. *Cautio evictionis nomine qualiter sit præstanda?*
37. *Præstitâ satisdatione Emptor evictionis nomine pretium ulterius retinere nequit, si jus evincentis nondum certum ac notorium sit.*
38. *Emptor propter imminentem evictionem pretium retinens, postea unà cum sorte, etiam usuras solvere tenetur.*
39. *Venditor ob non præstitam evictionem rei venditæ pretium restituens, unà quoq; interesse emtori solvere obstrictus est.*
40. *Factâ denunciatione evictionis, Venditor emptori litiganti præcisè assistere tenetur.*
41. *Venditor non tenetur de evictione proventuum annuorum crescentium ac decrescentium.*

DEFINIT. I.

Non solùm in terris Electoratus Saxonici, sed etiam extra Electoratum beneficium l. 2. C. de resc. vend. in transactione locum habet.

1 ANceps satis quæstio existit: *An* dispositio *L. 2. C. de resc. vendit.* in transactione obtineat, ita ut *transigens ultra dimidium deceptus rescissionem transactionis petere vel ad supplementum justi*
2 *pretii agere possit?* † Quam in utrâmq; partẽ agitatam reperies apud Dd. quorum ingentem Catalogum recensuêre Anton. Gabr. *lib. sent. 3. tit. de empt. vendit. concl. 1. n. 68.* Arius Pinell. *in l. 1. C. de resc. vend. p. 1. cap. 4. num. 13.* Ernest. Cothmann. *cons. 30. num. 264.* Joh. Harppr. *in §. ult. num. 162. & 163. Instit. de empt. vendit.* Bernh. Græv. *lib. 2. concl. 70.*
3 † Nec rationes & argumentâ affirmantibus pariter & negantibus deficiunt, quæ hîc referre & repete-
4 re extra necessitatis jugum censeo. † Etsi enim sententia Bartol. *in l. si quis eum aliter 36. ff. de V. O.* affirmativa, utpote ab æquitate commendata in summis Hispaniæ & Galliæ, aliorumq; locorum Curiis pronunciando comprobata & recepta fuerit, teste
5 Pinell. *dict. loc. n. 15.* † Hâc tamen nihil posse dici absurdius, nec toti Reipubl. perniciosius, asserit Anton.
6 Fab. *8. Error. pragm. 10.* † Ac contrariam negativam sententiam ceu veriorem fuisse secutam Cameram Imperialem testatur Andr. Gail. *lib. 2. observ. 70.*
7 quam & rationibus ibidem propugnat. † Alii tamen mediam viam ingressi, transactionem rescindi posse autumant, si læsio ultra dimidium latius excurrat in qualitate notabili, secus si transigens ultra dimidium justæ æstimationis in modico læsus reperiatur, Philipp. Corn. *vol. 1. cons. 160. & 189.* Dec. Cagnol. *aliiq; allegati à* Pinell. *dict. loc. n. 26.* † Veluti etiam secundum hanc distinctio- 8
nem, *Anno 1596. die 8. Maji* extra hanc provinciam pronunciatum testatur Petr. Heig. *p. 2. q. 9. n. 29.* † 9
Ita nimirum dubia est hæc quæstio, ut decisione Imperatoriâ indigere videatur, secundum Matth. Col. *cons. 8. n. 6.* † Attamen in Electoratu Saxon. à 10
D. Augusto Elect. Bartoli sententia fuit probata *h.* Const. 34. ità nempe, ut si quis probare possit, se transigendo ultra dimidiam partem ejus, quod consequi probabiliter potuerit, læsum esse, ei remedio *l. 2. C. de resc. vend.* succurri debeat. † Etenim cum 11
remedium *dict. l. 2.* in contractibus commutativis absque controversiâ locum habeat: † Cur non & 12
ad transactionem accommodaretur, *l. si superstite §. C. de dolo malo.* † iniquissimum sanè esset, nullam hic 13
læsionis considerationem admitti, quàm nullis verborum etiam ampliissimorum clausulis excludi Interpp. contendunt, Heig. *dict. q. 9. num. 18.* † Quâ 14
de causâ etiam secundum hanc Bartoli sententiam, extra Saxoniæ Electoratum pronunciare non-dubitavêre Scabini. † Illud tamen displicet, 15
quod Bartolus læsionem ad dubium litis eventum refert, quo sanè modo nunquam probatio læsionis concludens esse poterit, secundum tradita Pinell. *d. c. 4. n. 12.* † Ideoque Illustriss. Elect. pro- 16
bationem læsionis ad id, quod reverâ tempore transactionis competiisset, institui jubet *h.* Const. *34. vers.* Wann aber der Beweiß/ ꝛc. † Nam 17
prius certa omninò quantitas exprimenda et probanda est, ut inde de dimidia judicium faci-

18 liùs fieri queat, Perr. Heig. *dict. quæst. 9. num. 33.* † Quamvis & ſecundum mentem D. Electoris, pro-
19 batio læſionis difficillima ſit, † de qua etiam conqueritur Heig. *ibid. num. 27.* † inquiens, ſibi annos duodecim continuos cognitioni cauſarum in Curia ſuprema & intermediis judiciis vacanti nondum videre contigiſſe exemplum illum, quo quis ſe ultra dimidium in transactione læſum eſſe, liquido comprobâſſet.

Ita Domini in cauſa Johannis Ohmens zu Revelln in Liefland/Menſ. Mart. Ann. 1632. (Verba ſent. Da ihr nun wie recht erweiſen und darthun würdet / daß euch zur Zeit der auffgerichteten Vergleichung mehr denn noch einſten ſo viel / als euch darinnen zugehandelt / gebühret hätte / und ihr alſo über die Helffte eures Gebührniß verkürtzet worden; So wäret ihr / daß angeregte transactio ex beneficio L. 2. C. de reſc. vend. auffgehoben / oder aber der Mangel euch nochmals erfüllet würde / zu ſuchen wol befugt / V. R. W.)

Et in cauſa Catharinæ Viduæ D. Balthaſaris Keils & Johannis Rulands zu Franckfurt / ad requiſitionem Theophili Ludovici zu Leipzig / Menſ. Majo, Anno 1632. (Verba ſent. Daß das beneficium L. 2. C. de reſc. vend. auch in transactione und gütlichen Vergleichungen ſtatt habe / und zuläßlich ſey / V. R. W.)

Definit. II.

Ceſſat beneficium L. 2. C. de Reſcind. Vend. quando ei ſpecialiter à contrahentibus fuerit renunciatum.

1 IN transactione itaque locum habet beneficium reſciſionis, ex *l. 2. C. de reſc. vend.* ob cauſam læ-
2 ſionis ultra dimidium: † Idque ſive læſio jure actionis ſive jure exceptionis, vel Replicæ veniat opponenda, Matth. Weſenb. *conſ. 42. n. 73. & conſ.*
3 *70. n. 17.* † Non enim denegatur exceptio ei, qui ratione alicujus juris actionem habet, *l. creditori. 5. in*
4 *fin. C. de pact. l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic.* † Quin etſi transactum ſit ſuper lite judiciali beneficium reſciſionis obtinet, *l. 2. C. de trans.* Weſenb. *conſ. 38. n. 19.* Joh. Köpp. *deciſ. 58. n. 15.* Ceſſat tamen quandoque hoc
5 beneficium in transactione: Ac Primo † quidem, ſi
6 ei renunciatum fuerit in ſpecie. † Generalis etenim renunciatio obeſſe nequit renuncianti *l. ult. §. 3. ff. de condict. indeb. l. ſi libertus. 27. ff. de oper. libert. l. hæc adjectio. 192. ff. de verb. ſign.* ex quibus colligitur, verba generalia ad modicam læſionem, non ve-
7 rò ad magnam eſſe referenda. † Nec generalis renunciatio extendi debet ad ea, de quibus veriſimiliter cogitatum non eſt, *arg. l. mater decedens. 19. vers. cæterum. ff. de inoff. teſt. l. 41. §. Lucius 1. ff. de pact.*
8 † At ſpecialem renunciationem nocere renuncianti, manifeſtum evadit ex Regulâ juris, quâ dicitur: Quemlibet poſſe reſilire ab eo jure, quod pro ſe introductum eſt, favorique ſuo renunciare, *l. pe-*
9 *nult. C. de pact. l. pactum. 46. ff. eod. tit.* † Nec renuncianti amplius eſſe dandum regreſſum, *l. quæritur. 14. §. 6. ff. de ædil. edict.* Unde inferendum, ne quidem in contractu empt. venditionis locum
10 eſſe beneficio *l. 2. C. de reſc. vend.* † ſi ei à contrahentibus renunciatum fuerit, Didac. Covarr. *l. 2. variar. reſolut. cap. 4.* Ant. Gabr. *comm. concl. tit. de empt. vend. concl. 1 num. 92.* Johann. Harppr. *ad §.*
11 *ult. num. 24. Inſtit. de empt. vendit.* † Quamvis alitet ſentiat Anton. Fab. *p. 1. de error. pragm. decad. 7. Error. 8.* Donell. *ad l. 2. C. de reſcind. vendit. n. 14.*
12 † Multò minùs prodeſſe poterit hoc beneficium in transactione, ſi tranſigentes ei renunciaverint.
13 † Quod certè minus dubium habet in foro Saxonico propter claram ſanctionem Illuſtriſſimi Electoris *in h.* Conſt. *34. verb. fin.* Es wäre dann / daß auch *ſuper læſione ipsâ* wiſſendlich *tranſigiret*: In welchem Fall ſolches *remedium* nicht ſtatt haben ſoll / ꝛc.

Ita Domini in eadem cauſa Hanſen Ohmens zu Revelln in Liefland. (Verba ſentent. So wäret ihr / daß bemeldte transactio ex beneficio l. 2. C. de reſc. vendit. (woſern ihr demſelbigen nicht ausdrücklichen renunciret) auffgehoben / oder aber der Mangel euch nochmals erfüllet würde / zu ſuchen wol befugt / V. R. W.)

Definit. III.

Nec locus eſt beneficio Reſciſſionis in remiſſione alicujus rei ſeu juris totali.

SECUNDO: Non dubitandum eſt, quin ceſſet be- 1
neficium *l. 2. Cod. de reſc. vend.* in remiſſione alicujus juris totali, quando ſcilicet tranſigens jura ſive actiones ſibi competentes ſcienter remittit, iisque renunciat, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 8. num. 1. 2.* † Quippe quod hæc transactio 2
ſimilis ſit donationi, quæ ſemel perfecta revocari nequit prætextu læſionis, *l. cum ancillam 6. & l. ſeq. C. de condict. ob cauſ. dator.* Joh. Harppr. *ad §. ult. n. 186. Inſt. de empt. vend.* † Qui enim donat, 3
non poteſt conqueri ſe læſum, ſiquidem donare nihil aliud eſt, quàm ultrò perdere, *l. filius fam. 7. ff. de donat.* Fab. *dict. l.* † Nec etiam datur beneficium reſciſionis ei, qui ſcivit læſionem ultra dimidium vel magnam aut maximam fore, Joh. Köpp. *deciſ. 58. n. 17.* Joh. Harppr. *dict. loc. num. 127.* † quia 5
ſcienti ac volenti non infertur injuria, *l. 1. §. usque adeo. 5. ff. de injur. l. 145. ff. de reg. jur.* † Ex quo 6
porro inferunt Dd. remedium *dict. l. 2. Cod. de reſc. vend.* non procedere in transactione ex intervallo ratificata, Aymon Cravetta *conſ. 114. n. 18.* Rol. à Vall. *part. 1. conſ. 59. n. 31. & 33.* † Nempe, quod 7
geminatio tollat errorem, & inducat ſcientiam læſionis, Joh. Köpp. *dict. deciſ. 58. n. 25.* † Et in ge- 8
nere, ubi quis donare cenſetur, ex ſententia Dd. communi actus retractari nequit, Gloſſ. *in Auth. Sacramenta puberum; verb. in contractibus. C. ſi adv. vendit.*

Ita Domini in cauſa Jeremiæ Zachers, Paſtoris in Merckersdorff bey Görlitz / Menſ. Jun. Anno 1632.

Definit. IV.

Non reſcinditur ex cauſa læſionis ultra dimidium transactio judicialis, vel ſaltem judicialiter confirmata.

TERTIO: Ceſſat quoque beneficium reſciſſio- 1
nis ex *L. 2. C. de reſc. vend.* in transactione judiciali, vel judicialiter ſaltem à Principe aut Magiſtratu confirmatâ, ſecundum tradita Bartol. *in l. ſi expreſſim. 19. num. 17. de appell.* Andr. Gail. *l. 2. obſervat. 1. n. 9.* Joh. Köpp. *deciſ. 58. n. 20.* † Ho- 2
rum namque præſentia plus roboris tribuit transactioni, omnemque defectum ſupplet, *l. omnium. 19. C. de teſtam. c. 1. de transact.* † Et judicis autoritas 3
omnem fraudis ac læſionis præſumptionem excludit, *c. in præſentiâ. 6. ext. de renunciat. cap. ſicut nobis. 16. §. ult. extr. de ſent. & re judic. l. 1. C. de prad. & al. reb. minor. l. pactâ noviſſ. 12. C. de pact.*

† O-

4 † Omniaque, quæ à judice acta sunt, præsumuntur rite celebrata, *cap. bonæ memoriæ 23. §. porrò. extr.*
5 *de elect.* † Unde fit, quod nullitatis exceptionem judicis confirmatio excludat, Bartol *dict. loc.* Gail.
6 *dict. obs. 1. n. 10.* † Neque sententia judicis prætextu læsionis retractatur, *l. sub specie. 4. C. de re judic. l. peremptorias. 2. C. sent. rescind. non pos. l. 2. in fin. C. quando provoc. non est necess.* Andr. Gail. *lib. 2. obs.*
7 *70. num. 9.* † Quamvis me non lateat, Joh. Köppen. *dict. loc. n. 22.* hanc sententiam ita restringere, ut si de læsione apertò constet contra judicialem transactionem, competat beneficium restitutionis in integrum, *per. l. 1. in pr. l. magis puto. 5. §. pen. ff. de*
8 *reb. eor. arg. l. meminerint. 6. C. Unde Vi.* † De quo tamen dubito.

Ita Domini in causa Valentini Kirstens zu Leißnig / Mens. Majo, Ann. 1632. [Verba sent. Ob ihr nun wol in der aufgerichteten transaction weit über die Helffte benachtheiliget worden seyd; Dieweil aber dennoch selbige transactio für denen Churf. S. hierzu verordneten Commissariis, und also gerichtlichen geschehen / in welchem Fall die rescisio ex beneficio L. 2. C. de rescind. vend. nicht statt hat / &c. So seyd ihr auch dannenhero wegen angeführter læsion, von der einmahl getroffenen Vergleichung abzustehen / und daß solche wiederumb aufgehoben werden möge / zu suchen nicht befugt / V. R. W.)

It. in causa Abrahami ab Hauchvvitzens in Alt-Seydenberg / Mens. Jun. An. 1629. [Verba sent. So wäre er / daß solcher Vertrag (wofern derselbe nicht Gerichtlichen geschehen / oder von der Obrigkeit ratificiret worden) ex beneficio l. 2. C. de resc. vend. auffgehoben / oder ihme der Mangel nochmals erfüllet würde / zu suchen wol befugt / V. R. W.)

It. in causa Henrici Leißnitzers zu Merseburg / Mens. Dec. Anno 1598.

In causa Johannis Junghansens zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1626.

Et in causa Hansen Schneiders Töchter zu Plauen / Mens. Febr. Anno 1629.

In causa liberorum Nicolai Thams zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1630.

Nec non in causa Elisabethen Steffens zu Breßlau / Mens. Dec. Anno 1631.

Definit. V.

Ordinaria est causa rescissionis ex l. 2. C. de resc. vend. ideoq; in Processu ordinario, non summario ventilari debet.

1 NOn audiendus, qui in processu summario, vel executivo beneficium Rescissionis ex *l. 2. C. de*
2 *resc. vendit.* implorat. † Siquidem causa hæc ordinaria est & plenissimam cognitionem requirit, idq;
3 vel exindè manifestum evadit, † quod probatio læsionis ultra dimidium omnium difficillima sit secundum tradita Pinell. *in l. 2. C. de resc. vend. part.*
4 *1. c. 4. n. 12.* Petr. Heig. *part. 2. q. 9. n. 27.* † Ergò plenissimè tractanda, in processu nimirum ordinario,
5 non summario, † ubi de planò & sine strepitu, absque figura judicii & sine longo sufflamine litis, solâ facti veritate inspectâ proceditur, Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 1. n. 57. Vid.* Mynsing. *cent. 1. obs.*
6 *33. & cent. 2. obs. 42.* † ubi de formatione libelli ex remedio *dict. l. 2.* agit.

Ita ad requisitionem Theophili Ludovici zu Leipzig / Mens. Majo Anno 1632. (Verba sent. Und demnach er durch berührten Vertrag über die Helffte seiner Gebührniß verkürtzet worden / ist er denselben ex l. 2. C. de resc. vend. zu hinterziehen gemeynet / &c. So ist er solches im ordentlichen Proceß auszuführen schuldig / und Beklagter mag sich auff eine summarische Klage einzulassen nicht gedrungen werden / V. R. W.)

Definitio VI.

Læsio ultra dimidium probanda est per testes, inspecto tempore contractus.

ENormis læsio, quæ causam dat rescissioni ex 1
l. 2. C. de resc. vend. in venditionibus aliisve contractibus, non aliter interveniſſe creditur quàm si dimidium justi, hoc est, veri pretii excedat *dict. l. 2. l. si voluntate. 8. C. de resc. vendit.* † Quæ læsio, 2
cum facti sit incerti, per instrumenta vix probabitur, *l. prædia 48. ff. de acq. poss. l. pretia. 63. ff. ad leg. Falcid.* † At per testes probatio commodè po- 3
test fieri, non solùm si de annuo reditu testificentur, ex cujus comparatione justus ac verus rei alicujus valor dignoscitur, Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 30. defin. 2. n. 4.* † Sed & si ex circumstantiis loci aut 4
temporis rationes depromtas afferant, cùm & prædia minoris reditus pro ratione circumstantiarum pretiosiora existimari queant; *d. l. 63. ff. ad Leg. Falc. l. 1. §. 10, & aliàs videamus. 15. ff. si quid in fraud. patr.* † Planè, in probatione læsionis ad 5
tempus contractus erit respiciendum, & istuc probatio dirigenda, non ad id, quod postea accidit, *dict. l. si voluntate. 8. in fin. C. de resc. vend. l. 3. §. Divi 5. ff. de jur. fisc. c. cum dilecti. 3. ext. de empt. & vend.* Joseph. Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 962. n. 4. & seqq.* Petr. Heig. *p. 2. quæst. 9. n. 25.* Cravett. *cons. 151. n. 7.* † Nec ad singulorum testium opinionem, 6
sed ad communem hominum proborum existimationem rei valor & æstimatio referri debet, *dict. l. 63. l. 33. ff. ad Leg. Falcid.* Fab. *dict. def. 2. n. 6.* † Quod 7
si duæ ejusdem rei venditiones diversis quidem sed æquè proximis temporum intervallis factæ proponantur, una publicè, privatim altera; procul dubio ex illa potius, quæ publica, quàm quæ privata fuerit, justi valoris probatio sumetur, Anton. Fab. *dict. tit. 30. def. 19. & 20.* † ubi de probatione læsionis elegan- 8
ter disserit.

Ita Domini in causa Petri Giebelhausens zu Döbeln / M. Jun. Anno 1599. (Verba sent. So verbleibets bey solchem Kauff billich / ihr könter denn mit Recht beweisen und darthun / daß berührte halbe Hueffe Landes zur selben Zeit / als der Kauff geschlossen worden / mehr als noch eines so viel werth gewesen / und ihr also in solchem Kauff über die Helffte des rechten Werths verkürtzet / und benachtheiliget worden / &c.)

Definit. VII.

In rescissione contractus ex causa læsionis ultra dimidium, Reo datur Electio, an justum pretium supplere vel rem restituere velit.

IN enormissima quidem & dolosâ læsione ita 1
rescinditur contractus, ut Reo, putà emptori, electio non relinquatur, an supplere justum pretium malit, remque retinere, Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 30. defin. 3. num. 1.* † Scilicet, quia contractus 2
ipso jure nullus est, tanquam cui dolus causam dedit, *in l. & eleganter. 7. §. 1. ff. de dolo.* Bartol. *in l. sub prætextu. 29. C. de transact.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 2. num. 10.* Cels. Bargal. *in tract. de dolo. lib. 2.*

3 *lib. 2. cap. 9. & 10.* Fab. de Anna *conſ. 24. n. 10.* † atque perinde Reus malæ fidei poſſeſſor cenſendus, perinde ac ſi poſſeſſionis ſuæ titulum nullum haberet,
4 cum † parum referat, an quis habeat titulum nullum an vitioſum, *l. quoties. 6. ff. qui ſatisd. cog. l. 2.*
5 *ff. de aut. tutor.* † Condemnandus ergò, ut rem ipſam præcisè reſtituat, tanquam nullo titulo poſſidens, *dict. l. & eleganter. 7. ff. de dolo. l. 24. C. de R.*
6 *V.* † niſi pars læſa malit contractum robur ſuum obtinere, & ad ſupplementum ejus, in quo læſa eſt, agere, Hartm. Piſt. *part. 1. quæſt. 23. num. 3.* Cagnol.
7 *in l. 2. C. de reſc. vend. num. 17.* † Aliter verò ſe res habet, quando alter contrahentium re ipsâ ſine dolo alterius fuit læſus ultra dimidium; Nam tunc contractus quidem ipſo jure ſubſiſtit, attamen reſcinditur ex beneficio *l. 2. C. de reſc. vend.* † Quod con-
8 cedit læſenti opinionem, utrum velit totam rem reſtituere, an verò læſionem reſarcire, *d. l. 2. verb. Vel ſi emptor elegerit. ubi* Gothofr. *lit. d. C. d. t.*
9 Hartm. Piſt. *d. quæſt. 23. num. 1.* † Ex quo porrò clarum eſt, ſi eligat ſupplementum pretii, illud reſundendum eſſe, non eousque, ne ampliùs ſit læſio ultra dimidium, ſed totum juſtum pretium, quia alternativa ſemper poni ſolet inter duo æqualia, vel non multum diſtantia, ut notat Everhard. *in loc. ab*
10 *alternat.* † Nec aliàs ullus emptor ita fatuus eſſet, qui non ſupplere defectum illum, quàm rem reſtituere mallet: Quæ & Dd. communiſſima ſententia eſt.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Auff den Fall wäre obgedachter Käuffer/ oder nunmehr ſeine Witbe und Erben/ euch vorberührte halbe Hueſſe Landes gegen Erſtattung oftbemeldtes Kauffgeldes wieder abzutreten/ oder den Mangel des rechten Werths zu erſtatten ſchuldig/ V. R. W.)

Item in cauſa Barthel Puſers zu Langen Eichſtädt/ M. Apr. Anno 1595.

In cauſa Georgii Grubers zu Merſeburg/ Menſ. April. An. 1601.

Et in cauſa VVolffgangi Heſſens zu Peterwein/ Menſ. Jul. Anno 1604.

Definit. VIII.

Non ſolùm in Venditore, ſed etiam in Emptoris perſonâ locum habet beneficium L. 2. C. de Reſc. Vend.

1 EX humanitate quia profluxit beneficium *l. 2. C. de reſc. vend. dict. l. 2. ibi humanum eſt, &c.* favorabile illud habetur, & non ſolùm in bonis
2 immobilibus, ſed † & in mobilibus procedit, *arg. l. rei appellatio §. cum l. ſeq. l. 23. ff. de V. S.* Joh. Harppr. *in §. ult. n. 117. Inſt. de empt. vendit.* Pinel.
3 *in d. l. 2. part. 2. cap. 2. n. 17.* † Nec ſolùm venditoris perſonæ, ſed & ejusdem heredibus prodeſt, *d. l. 2. ibi ſi tu, vel pater tuus.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæſt.*
4 *43. n. 48.* † quamvis in ſucceſſore ſingulari aliter res ſe habeat, *arg. l. æris alieni. 15. C. de donat. l. 1. &*
5 *3. C. ſi vendit. pignor. agat.* Harppr. *dict. loc. n. 208.* † At quid de emptore dicemus? Ad hujus perſonam beneficium *dict. l. 2.* non eſſe porrigendum, ajunt Jac. Cujac. *lib. 16. obſ. 18. & lib. 23. obſ. 32. & poſt eum* Ant. Fab. *part. 1. de error. pragmat. decad.*
6 *8. Error. 7.* † Sed contra Regulam vulgatam, quæ in correlativis idem jus ſtatui jubet, *arg. l. 41. ff. de Reg. jur. l. 22. §. pen. ff. de recept. arbitr.* † Etenim ſi 7
emptorem in pretio quoque circumvenire jura permittunt *l. 16. §. pen. ff. de minor. l. 22. §. ult. ff. loc.* † Cur 8
non & ratione circumſcriptionis & læſionis ultra dimidium emptori hoc beneficio ſuccurrendum erit, *l. Julianus. 13. §. 4. & ſeqq. ff. de act. empt. l. alioquin. 11. ff. de contr. empt.* † Quin & longè hu- 9
manius eſt huic ſubveniri, quam venditori: Quia venditor circumventus habet, quod ſibi imputet, cur tam vili pretio rem ſuam diſtraxerit, cùm iſtius juſtum valorem noſſe præſumatur, *l. quisquis. 15. C. de reſc. vendit.* † Quæ ratio in emtore ceſſat, quip- 10
pe quod non ſcientia ſed ignorantia in factis rebusque alienis præſumatur, *l. ult. in fin. ff. pro ſuo. l. 2. & ll. ſeqq. ff. de jur. & fact. ignor.* † Ut proinde Em- 11
tori multò magis ſit indulgendum, veluti rectiſſimè *poſt* Bartol. Bald. Salycet. tradit Pinel. *ad dict. l. 2. part. 1. cap. 2. & ibidem* Joh. Sichard. *n. 4.* ac Hugo Doneli. *n. 48. cum ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Georgii Schauers zu Zſchacken/ M. Nov. Anno 1633. (Verba ſent. So verbleibets bey ſolchem Kauff billich/ Ihr könnet denn wie Recht erweiſen und beybringen/ daß berührtes Gut zur Zeit des geſchloſſenen Kauffs nicht den halben Theil der bewilligten Kauffgelder werth geweſen/ und ihr alſo mehr denn noch einſten ſo viel über den rechten Werth dafür zu geben zugeſagt/ auff den Fall wäre der Verkäuffer euch die ausgezahlten Gelder und Beſſerung zu erſtatten/ und das Gut wiederum anzunehmen/ oder was ihr über den rechten Werth davor zu geben anheiſchig worden/ ihme an der bewilligten Kauffſumma abkürtzen zu laſſen verpflichtet/ V. R. W.)

In cauſa Andreæ Weiſſens zu Schönberg/ Menſ. Sept. Ann. 1629.

Definit. IX.

Dolo inductus, ut minoris vel majoris emeret aut venderet, agere poteſt ad reſarciendum in pecuniâ id, quod ejus intererit.

IN emtionis & venditionis pretio naturaliter 1
licet contrahentibus ſe circumvenire, *l. in cauſa. 13. verſ. idem Pomponius. ff. de minor. l. item. 22. §. quemadmodum. 3. ff. locati.* non locum habet reſciſſio contractus, niſi ultra dimidium juſti pretii quis fuerit læſus *l. 2. C. de reſc. vendit.* † Sed hoc ita, 2
ſi dolus non intervenerit, Bartol. & Dd. *in dict. l. in cauſa. 13. ff. de min.* At quando dolo alterius contrahentium factum eſt, ut alter lædatur, tùm, ſi quidem dolus cauſam dederit contractui, † venditio 3
ipſo jure nulla redditur, *l. & eleganter. 7. §. 1. ff. de dolo.* Joh. Schneidevvin. *in pr. Inſt. de action. num. 25.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 2. num. 6.* Hartm. Piſt. *p. 1. quæſt. 23. num. 3.* Cævallos. *in comm. opin. quæſt. 226.* Fab. de Anna *conſ. 24. num. 10.* † ita tamen ut parti læſæ 4
competat electio, utrum malit ad ſupplementum agere & contractum ſervare, Aug. Morlæ. *in Empor. jur. tit. 3. in præmiſſ. num. 39.* † Quod ſi verò do- 5
lus non dederit cauſam contractui, ſed aliàs quoque contracturus dolo alterius inductus fuerit, ut minoris vel majoris emeret aut venderet, contractus tunc quidem ipſo jure ſubſiſtit, † attamen com- 6
petit actio ad reſarciendum in pecuniâ id, quod ejus intererit, qui deceptus eſt. † Nec refert 7
hoc caſu, utrum in parvâ vel magnâ quantitate

quis

quis sit deceptus, *per text. in l Julianus 13. §. si venditor. 4. ff. de act. empt.* Didac. Covarr. *lib. 2. variar. resolut. cap. 4. n. 11.* Hartm. Pist. *dict. quæst. 23. n. 4.* Pinel. *in l. 2. part. 2. cap. 2. n. 12. C. de rescind. vendit.*

Ita Domini in causa Th eloen von Sebach/Mens. Mart. An. 1635. (Verba sent. So vel bleibets bey dem geschlossenen Kauff billich / ihr köntet denn bescheinigen und beybringen/daß euer Vater durch Gräfflichen hohen Anschlag das Gut Molsdorff umb eine so hohe Summe Geldes zu erkauffen bewogen und angebracht worden/da er sonsten/ wann es ausser solchem Anschlag gewesen / ein so hohes Geld dafür nicht würde bezahlet/ noch es höher / als der Herr Graff/erkaufft haben/auff den Fall wäret ihr solche Übermasse an den hinterstelligen Kauffgeldern zu behalten wol befugt/V.R.W.)

Definit. X.

Beneficium L. 2. C. de resc. vendit. etiam in locatione-conductione obtinet

1 ERrant omninò qui beneficium *L. 2. C. de resc. vend.* ad solum emtionis-venditionis contractum restringunt cum Ant. Fab. *part. 1. de Error. pragmat. decad. 8. Err. 8. cum seq. &* Jacob. Cujac. *in*
2 *mercat. lib. 2. cap. 14. & lib. 16. obs. 18.* † Autumant equidem, *dict. l. 2.* novam esse & correctoriam, adeoq; cum de venditione loquatur, ad alios contractus ne quidem ex identitate rationis trahendam
3 *arg. l. quod verò contra 14. ff. de legib.* † Sed non concedit communis Dd. schola, legem illam planè novam esse, ejusque sanctionem jam olim receptam, *in dict. l. 2.* verò apertiùs solummodò con-
4 firmatam fuisse, † probatur *ex l. si quis cum aliter 36. ff. de V. O. l. res bona 54. ff. de contr. empt. l. 6. §. 2. l. si res æstimata. 12. §. 1. ff. de jur. dot. l. si duos servos. 47. ff. de evict. l. 2 ff. depos. l. in contractibus. 3. C. quib. ex caus. major. in integ. l. majoribus. 3. C. comm. utriusq; judic.* † Quidni ergò ex similitudi-
5 ne ac identitate rationis sanctio illa ad alios similes contractus extendenda erit? *arg. illud quæsitum. 32.*
6 *ff. ad Leg. Aquil. l. non possum. 12. & l. seq. ff. de ll.* † Sanè quin locum ea habeat in locatione-conducti-one, minus forsan dubii est, quum hæc iisdem Regulis juris contineatur, quibus emtio-venditio *l. 2. in*
7 *pr. ff. locat. l. 19. & l. seq. ff. de act. empt.* † Quò & facit *l. si olei. 21. C. de locat. l. si merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat. l. 1. §. si quis in fraudem. 12. & §. seqq. ff. si*
8 *quid in fraud. patroni.* † Nec obstat, quod locatio fiat ad tempus: Quia tempus ad excludendam læsionem immodicam nil habet momenti, Et aliàs non nisi in venditione rerum majoris pretii huic
9 remedio locum esse sequeretur. † Reliquæ Anton. Fabr. rationes non videntur magni momenti, & à Dd. communiter refelluntur.

Ita Domini in causa VVolffgangi Caspari & Georgii Haubolds fratrum à Berbisdorff zu Melis, Mens. Aug. Anno 1622. (Verba sent. Da ihr nun wie Recht erweisen und darthun würdet/daß berührtes Gut zur Zeit des geschlossenen Pachts mehr denn noch eines so hoch genützet werden können/und ihr also in solchem Pacht über die Helffte euers Gebührnüß verkürtzet worden/&c. So wäret ihr/ daß solcher Pacht aufgehoben/oder aber die Mängel des rechten Pachtgeldes nochmals ersetzet würden/zu suchen wohl befugt/V.R.W.]

Definit. XI.

Contra divisionem etiam hereditatis datur Remedium l. 2. C. de Resc. Vend.

NOn minus itaque in divisione hereditatis atq; 1
in contractu emtionis locum habebit Remedium rescissionis *per text. in l. 3. ubi* Dd. *C. comm. utriusque judic.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. c. 28. num. 1.* † Quamvis dissentiat Anton. Fab. *decad.* 2
8. Error. 1. & seq. Contra quem vel præcipuè specialis natura, & qualitas hujus rei militat, quæ vel maximè spectat æqualitatem, & in qua minimè licere debet, alteri alterum circumvenire, ut tantò magis remedio *l. 2. C. de resc. vend.* locus sit. † Et ma- 3
ximè *dict. l. 3. C. comm. utriusque judic.* in casu nondum impletæ divisionis loquatur, inde tamen impletâ eâ ex causâ enormis læsionis nullũ superesse remedium, minus ritè infertur, ut ipsemet animadvertit Anton. Fab. *à se ipso dissentiens in Codic. lib. 3. tit. 27. defin. 3. & 8.* † Stante hâc sententiâ, 4
quis dubitabit, competere beneficium *d. l. 2.* si factâ divisione secundum Const. Elect. *15. part. 3.* major frater in dividendo, vel minor in eligendo ultra dimidium se læsum probet, Dan. Moller. *dict. cap. 28.* † ubi rectissimè idipsum limitat, in casu, quo fra- 5
tres valorem bonorum scientes, nihilominus inæqualem fecerint divisionem, *Vid. infr. part. 3.* Const. Elect. *15. Defin. 19. & 20.* † Sicut nec divisio per ju- 6
dicem facta ob enormem læsionem rescindi debet, Bald. *in dict. l. majoribus 3. C. comm. utriusque judic. n. 3. Vid. Supr.* Defin. 4.

Ita Domini in causa Hansen Cuntzens Wittben zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1608. (Verba sent. Dieweil aber dennoch eure Schwieger-Mutter wider solche Erbtheilung eine merckliche læsion und Verkürtzung ultra dimidium angezogen/welche ihr zu beweisen auffer legt / So wird sie damit nochmals billich gehöret/&c.]

Et in causâ Zachariæ Robels, Mens. Septembr. Anno 1596. (Verba sent. Ob nun gleich das Gut Buche euch durchs Loß zugefallen/ihr auch so wol als die andern Erben / mit Hand und Mund bey eurn e; Adelichen Ehren/Treuen und wahren Worten solche Erbtheilung zu ewigen Zeiten nicht zu wiederruffen zugesagt: Dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß ihr euch des Remedii L. 2. C. de resc. vend. ausdrücklichen verziehen und begeben. So seyd ihr auch dasselbige gebührlich zu gebrauchen wol befugt/ V.R.W.)

Definit. XII.

Insolutionibus quoque & quietantiis locus est Remedio L. 2. C. de Resc. Vendit.

AT, *num etiam in liberationibus & quietationibus locus erit huic remedio l. 2. C. de Resc.* 1
vend. Sanè † in renunciationibus, si de læsione ultra 2
dimidium justi pretii agatur, remedio *dict. l. 2.* locum esse, teneat communiter Dd. *in Auth. Sacramenta puberum. C. si adversus vendit. test.* Matth. Wesenb. *part. 1. cons. 23. n. 20.* † Quidni ergò etiam in 3
liberationibus & quietantiis super factâ solutione? Quippe in quibus æq; ratio læsionis militat, ac in renunciationibus, aliisve contractibus, † ut 4
proinde vel ex solâ identitatis ratione ad liberationes inferre liceat, *arg. l. illud quæsitum 32. ff. ad Leg. Aquil.* † Quò & facit *textus in l. si superstite. 3.* 5
C. de

6 *C. de dolo.* ex quo sententia hæc haud obscurè probatur, quam & tuentur Gravetta *cons. 11. num. 10.* & Joh. Köpp. *decis. 58. n. 30.*

Ita Domini in causâ Johannis Landgrafens zu Stadt Ilmen/ ad requisitionem Consiliariorum Schwartzburgensium, M. Febr. An. 1623. (Verba sent. Es könte denn Johann Landgraf wie recht darthun und erweisen/ daß ihme zu der Zeit/ als die debitores solche Schulden abgetragen/ nun darüber quittiret/ noch einsten so viel/ als er von ihnen empfangen/ gebühret / und er also über die Helffte seines Gebührnüß verkürtzet worden wäre / auff den Fall wären obgedachte debitores den Mangel desselben Gebührnüß nachmals zu ersetzen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Etiam venditiones judiciales ac publicæ sub hastâ factæ rescinduntur, ex causâ læsionis ultra dimidium.

1 MUltùm controvertitur ab Interpp. an locus
sit beneficio *l. 2. C. de rescind. vendit.* Si ven-
2 ditio, præcedente publicâ subhastatione, facta sit. † Affirmantibus quibusdam idipsum, reliquis negantibus, aliis verò distinguentibus, quorum argumentum latè tractat Matth. Berlich. *decis. 126.* ubi *cum* Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 32. p. 1. num. 21. & lib. 3. semestr. 12. aliisq; ab ipso allegatis,* † in sententiam
3 negativam inclinat, quæ & probabili ratione haud
4 destituta videtur. † Publicè siquidem interest, venditiones, quæ sub hasta fiunt, ex causâ læsionis non facilè irritas fieri, *l. 7. §. quæsitum 8. l. quod si minor.*
5 *24. §. non semper. 1. ff. de minor.* † non solùm quod alioquin futurum sit, ut difficilius reperiantur, qui ad ejusmodi emptiones accedere velint, cùm nulla hoc casu de evictione existat obligatio, *l. 1. & tot. tit. C. Credit. evict. pign. non deb.* † Sed etiam quia
6 vix sciri possit, quodnam justum sit pretium, nisi illud, quod publicè factâ venditione constitutum reperitur, justum habeatur, *dict. & l. 7. §. quæsitum*
7 *8. l. pupillus. 5. §. 2. vers. sanè ff. de autor. tutor.* † Attamen, ne sub nomine subhastationis publicæ, locus relinquatur fraudibus ac malitiæ licitatorum, æquissimum sanè est, ut si læsio ultra dimidium intervenerit, perindè publica ac privata venditio rescindi possit *ex l. si quos. 16. C. de resc. vendit. l. fundus. 9 ff. eod. tit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 4.* Joh. Harppr. *in §. ult. n. 240. Inst. de empt. vendit.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 46. in fin.* † Idque
8 tantò minus dubium habet in terris Electoratus Saxonici, quantò clarius dispositum, ut si debitor vel ejus Creditores etiam per judicialem præcedentem æstimationem se læsos existiment, aliorum æstimatorum judicium ac decisionem petere ipsis liceat, Const. Elector. *32.* §. Würde sich aber *& part. 1.*
9 † Nec quicquam in contrarium movent dicta *Supr.* Defin. 4. Etenim quæ ibidem de transactione judiciali ob dubium causæ eventum & ad lites com-
10 pescendas non retractandâ dicta fuêre, † neutiquam ad venditionem sub hastâ factam, ad quam venditor in concursu creditorum coactus & invitus accedit, extendi velim.

Ita Domini in causâ Christophori Arpers zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1585. (Verba sent. Dieweil M. Ludovicus Trübe auf vorhergehende gerichtliche subhastation, ihm erfolgte licitation, sein Kauffrecht erstanden/ und das Haus käuflichē an sich gebracht/ So wird er dabey billich gelassen/ ihr möchtet denn wie Recht erweisen/ daß ihr über die Helffte des rechten Werths in selbigem Kauff verletzet worden / auff solchen Fall wäre Käuffer den rechten Werth nochmals zu ersüllen / oder aber gegen Erstattung seiner ausgezahlten Kauffgelder/ und eingewandten scheinbarlichen Besserung / auch das Haus wieder abzutreten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Locum quoque habet beneficium L. 2. C. de resc. vendit. in Constitutione dotis ac dotalitii.

NOn potest agere mulier ex beneficio *l. 2. C. de* 1
resc. vend. si defuncto marito dicat in pacto dotali se læsam ultra dimidium ejus, quod vel ex Statuto loci aut consuetudine sibi debetur è bonis mariti, † propter dubium scilicet eventum mortis 2
conjugum, qui facit, ut læsio aliqua tempore pacti dotalis initi considerari nequeat, Dan. Moller. *ad Const. Elect. 20. p. 3. n. 11.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 20. n. 17.* † Audienda tamen est, si ipsam dotis constitu- 3
tionem ex capite læsionis ultra dimidium impugnare velit, Gloss. *in l. si ex causâ. 9. §. 1. ff. de minor.* Jason. *in l. si quis cum aliter. 36. n. 18 ff. de V. O.* Cagnol. *in l. 2. n. 63. C. de rescind. vendit.* † Non quidem ut 4
ipsi integrum sit, alternativè petere vel rescissionem contractus, vel reductionem dotis ad justam quantitatem, proùt aliàs in Remedio *dict. l. 2.* peti potest; † Quia ut matrimonium ipsum semel contractum 5
rescindi non potest; ita nec dotis constitutio, quæ oneribus matrimonii servit, *l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot.* † Sed quod tantùm agere possit, ut dos ad 6
justam quantitatem reducatur, ac superfluum sibi restituatur, Cagnol. *dict. loc.* Hartm. Pistor. *obs. 104.* † Pariter & remedium hoc *l. 2. C. de resc. vend.* in 7 8
dotalitio locum sibi vendicat. † Quo tamen casu, viduæ alternativa petitio, ut vel superfluam dotem, quæ pensiones dotalitias excedit, firmo interim permanente contractu dotalitii, vel pro lubitu dotem integram, rescisso contractu, repetat, vix deneganda erit, ut demonstrat Hart. Pist. *dict. obs. 104. n. 10. & seqq.*

Ita tractatum in causâ Sabinæ Viduæ Melchioris à Ragewitz contra ejusdem Agnatos Mens. Aug. An. 1611.

Definit. XV.

Vendens animal, quod postea mactatum deprehenditur morbidum aut vitiosum, cogitur emtori restituere pretium.

ILlud quidem expeditum est, quod venditor 1
pecoris sive animalis, quod postea mactatum & dissectum, reperitur morbidum ac vitiosum, ita ut ejus caro sine periculo comedi nequeat, pretium exigere non possit, † quin & solutum 2
emptori restituere teneatur, si vitium aut morbum sciverit, Matth. Coler. *part. 2. decis. 228. n. 2.* † At *quid, si morbus aut vitium venditori fuerit in-* 3
cognitum? Certè, nec tùm ipsi pretium exigere licebit: Quia venditor tenetur redhibitoriæ, non tantum in casu scientiæ vitii; † Sed etiam 4
quando ignoravit ea, quæ ædiles jubent præstari l.

5 ri *l. 1. §. cauſa hujus edicti. 2. ff. de ædil. edict.* † Sicut autem morbus vel vitium hominis, quod uſum miniſteriumve ejus impedit, redhibitioni locum facit
6 *dict. l. 1. §. 5. v. proinde ſi quid tale. ff. d. t.* † Ita & jumentum ſanum præſtari oportet, morbidum autem & vitioſum redhiberi valet, *Lædiles. 38. §. loquuntur. 1. §. 3. verſ. quicquid igitur. & §. jumentorum 4. ff. de ædil. edict. Coler. dict. loc. n. 6.*

Ita Domini ad conſultationem des Raths zu Lauche / M. Dec. Anno 1594. (Verba ſent. Hat einer dem andern ein Rind umb zehendhalb Alte Schock abgekaufft / Ob nun wol darbey der Gewehr halben nichts gedacht worden / da aber dennoch das verkaufte Rind / als es geſchlachtet und beſichtiget worden / untüchtig geweſen. So wäre der Kauffer daſſelbe Verkäuffern zu bezahlen nicht ſchuldig / W. R. W.)

Definit. XVI.

Emptor animalis vitioſi, aut morbidi, non poteſt repetere pretium, ſi morbus fuerit patens ac viſibilis.

1 SIve ergo ſciens, ſive ignorans venditor pecus vitioſum vendiderit, pretium petere non poterit; ſed ſolutum emptori reſtituere tenebitur, Defin.
2 *præced.* † At in caſu utroque venditor pretium lucratur, ſi vitium aut morbus pecoris fuerit patens atque viſibilis, Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 228. n. 8.*
3 † De vitio enim patente, quamvis hoc nomine emptor non fuerit admonitus, venditor nullatenus
4 tenetur, Bald. *in l. 1. n. 5. & 6. C. de ædil. edict.* † Sed imputet ſibi emptor, quod non viderit vitium exterius, aut tamen videre debuerit, ac nihilominus
5 pecus emerit; † Non eſt enim neceſſaria demonſtratio aut admonitio in rebus viſibilibus, *l. 1. §. 1. ff. de ædil. edict. l. ſi ut certo. 5. §. cuſtodiam. 5 ff. commodat.* † Quò & faciunt verba manifeſta Gloſſ. *in art.*
6 *97.* Weichbild. Und diß iſt zu vernehmen von verborgen Wandel / der unſchaulich wäre oder un-
7 ſichtig. † Ex quo infert Coler. ſi porcus venditus laniis habeat die Finnen / quas artifices ex apertione palati & inſpectione linguæ facilè deprehendere poſſunt, locum non eſſe redhibitioni, nec venditorem pretium reſtituere teneri, ſed emptorem ſibi imputare debere, quod oculari inſpectione uti no-
8 luerit. † Et ita M. Jan. An. 1580. à Jenenſibus pronunciatum refert *dict. deciſ. 228. n. 9.*

Ita Domini in cauſa Eliæ Friedels zu Lommatſch / M. Majo, A. 1617. (Verba ſent. Ob wol ſonſten die jenigen / ſo ein untüchtig Viehe erkaufft / Käuffern das Kauffgeld wieder heraus zu geben verbunden / dieweil ihr aber dennoch ſelbſten berichtet / daß man an dem Schweine / ſo von Melchior Rammelu erkaufft / die Finnen ſehen und ſpüren kan / und ihr gleichwol bey Erkauffung deſſen darauff nicht Achtung gehabt. So habt ihr euch ſelbſten die Schuld billich zuzumeſſen / und ſeyd demnach das Kauffgeld von Verkäuffern wieder zu fodern nicht berechtiget / W. R. W.)

Definit. XVII.

In foro Saxonico Venditor equi non niſi de tribus vitiis tenetur.

1 DE jure quidem communi, quoad redhibitionem eadem eſt ratio Equorum, ac reli-
2 quorum animalium venditorum. † Nempe quod emptor pro omnibus vitiis equorum internis & non apparentibus experiri ac pretium repetere queat, ſive ſit lunaticus Kollerend / *l. 1. ff. de ædil.*
3 *edict.* † Sive retrogradus Stetig / aut habeat ſuperoſſa vel gallas, Speculi. *tit. de reſc. vend. §. nunc dicendum. n. 2.* † Sive ſit pavidus Scheu *l. bovem* 4
43. pr. verſ. ea quoque jumenta. ff. eod. tit. † Aut ſi 5
transjungi nequeat, *l. ædiles ajunt. 38. §. quæſitum. 8. ff. eod. tit.* † Vel etiam ſi ſit calcitroſus, h. e. pedibus feriens, *dict. l. bovem. 43. in pr. junct.* gloſſ. *in l. ob quæ 4. §. 3. verſ. animi autem. verb. dixerunt. ff. de ædil. edict.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 2. num. 81.* † At de jure Saxonico venditor equi 7
non tenetur, niſi de tribus vitiis, putà: 1. Quod non ſit Retrogradus, daß es nicht Stetig ſey. 2. Nec cœcitate latente vel inviſibili laboret, daß es nicht Staarblind ſey. 3. Et quod non ſit ſcabioſus, daß es nicht Haarſchlechtig ſey / Weichbild. *art. 97.* Matth. Coler. *dict. cap. 1. n. 82. & part. 2. deciſ. 228. n. 7.* Reinhard. *part. 6. diff. 56.* † Quidam addunt 8
quartum ſcilicet, daß es nicht Rotzig ſey. † Sed 9
ultimum hoc in textu juris Saxonici non habetur, adeoque in foro Saxonico venditor de eo non tenebitur, uſu id probante, Coler. *dict. dec. 228. n. 7.*

Ita Domini in cauſa Lucæ Benchels zu Meiſſen / M. Mart. An. 1622. (Verba ſent. Ob nun wol das Pferd alſobald geſtorben / und in der Beſichtigung an Lung und Leber anbrüchig befunden worden / ꝛc. Dieweil ſich aber dennoch daran keiner aus den dreyen Mängeln / welche die Sächſiſchen Rechte hierinnen / wann der Verkäuffer den Schaden gelten ſoll / ſetzen / ſich ereignet / ꝛc. So iſt auch Käuffer die verſprochene 50. Thlr. Kauffgelds euch nochmals zu erlegen und zu bezahlen ſchuldig / W. R. W.)

Et ad requiſitionem der Gerichte zu Leipzig / Menſ. Mart. Anno 1633.

Definit. XIIX.

Non reſcindenda eſt venditio, ſi vitium aut morbus venditi pecoris non ſtatim apparuerit.

1 SIve equum, ſive aliud quoddam pecus ad mactandum quis emerit, nunquam reſcinditur venditio, propter morbum aut vitium ſuperveniens.
2 † Voluerunt namque ædiles ſuccurrere tantummodò emptori decepto, ex venditione morboſi animalis damnum ſentienti, *l. 1. §. cauſa hujus edict. 2. ff. de ædil. dict.* † Non ergò tenebitur venditor, ſi 3
quid poſt venditionem traditionemque culpâ forſan emptoris ejusve familiæ deterius factum fuerit, *l. 25. l. 58. §. ult. ff. eod. tit.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. eod. tit. n. 3.* † Præſumitur autem morbus vel vi- 4
tium poſt venditionem ſupervenisſe, ſi factâ jam traditione, poſt tempus aliquod elapſum illud demùm appareat; † Imputet namque ſibi tùm em- 5
ptor, quod non diligentius in empti animalis vitia inquiſiverit, deque his ſtatim conqueſtus fuerit, † 6
quum damnum ſentire non videatur, qui ſuâ culpâ id ſentit, *ex vulgatâ juris Regulâ.*

Ita Domini in cauſa Jobſt Seiffarts zu Annaberg / Menſ. April. Ann. 1612. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch an dem erkauften Pferd einige Kranckheit anfänglich nicht verſpüret worden / Käuffer auch daſſelbe eine Zeitlang gehabt und gebraucht / ꝛc. So iſt er das hinterſtellige Kauffgeld ſeines Vorwendens ungeacht / vollſtändig zu bezahlen / ſchuldig / W. R. W.)

Definitio XIX.

Ob novæ collectæ novique ſervitii onus, fundo venditio impoſitum, venditor de evictione non eſt devinctus emptori.

1 DE evictione venditor aliter non tenetur, quam

quam ut rem emptam absq; oneribus liberam præ-
1 stat, talem scilicet, qualem vendidit, Matth. We-
2 senb. *in parat. ff. de evict.* † Non ergò devinctus e-
3 rit emptori de eo, quod noviter accesserit, † quia
de casibus futuris venditor nunquam tenetur *l. Lu-*
4 *cius. 11. in pr. ff. de eviction.* † Multò minus de onere
servitiorum aut collectæ alicujus, quod fundo ven-
dito de novo imponitur, de quo nec cogitâsse præ-
5 sumuntur contrahentes. † Conventiones autem ad
incogitata porrigendæ non sunt, *l. 4. l. qui cum tuto-*
6 *ribus 9. §. 1. & §. ult. ff. de transaction.* † Quin nec
in potestate venditoris est emptorem ab oneribus
novis liberare, quæ solo Domini vel Magistratus
imperio & voluntate pro necessitate Reipublicæ, &
fortunis subditorum imponuntur, interq; eos pru-
denti judicis arbitrio distribuuntur, Bartol. *in l. 1. C.*
de mulier. & in quo loc. lib. 10. Andr. Gail. *lib. 2. obs. 52.*
n. 10. Petr. Heig *p. 1. quæst. 17. n. 30.*

Ita Domini in causa Annæ, Viduæ Johannis Taubers zu Leipzig/Mens. Majo Anno 1590. (Verba sent. Ob nun gleich der Erbherr euch mit neuen Diensten und Steuren zu beschweren Vorhabens; Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/daß sich der Verkäuffer deßwegen gegen euch zu etwas verpflichtet: So ist er auch derowegen euch gegen den Erbherrn zuvertreten nicht schuldig/V.R.W.)

Et in causa Georg. Merckels zu Neumarck/Mens. Apr. An. 1632.

Definit. XX.

Nec de collectis usitatis & consuetis, fundo inhæ-
rentibus, Venditor ad evictionis præstatio-
nem est obstrictus.

1 SEd quid juris *in collectis fundo jam inhærenti-*
2 *bus, & lege publica impositis?* † Neutiquam au-
diendum putaverim emptorem, si harum nomine
ad præstationem evictionis convenire velit vendi-
torem, ut maximè earum mentio in venditione fá-
3 cta haud fuerit, † quia præstatio evictionis non nisi
pro oneribus ignotis & occultis venditori injun-
gitur, *arg. l. si fundum. 27. C. de evict.* Salyc. *in l. non*
4 *dubitatur 6. C. de evict.* Hartm. Pist. *obs. 212. n. 32.* †
iisque, de quibus contrahentes haud cogitâsse vi-
dentur, *arg. l. 9. §. 1. & ult. ff. de transact.* At ignotæ
nunquam possunt esse emptori collectæ publicâ le-
5 ge decretæ & impositæ. † Quin potius sibi imput-
tet creditor, quod hasce penitus non exploraverit,
nec cautius fuerit negotiatus, *l. qui cum alio 19. ff. de*
reg. jur. l. 2. C. de furt. & serv corrupt. Anton. Fab. *in*
Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 8. n. 10.

Ita Domini in causa Georgii Christophori à Rauschau/ M. April. Anno 1636.

Definit. XXI.

Propter hypothecam in fundo vendito occultatam,
non rescindenda est venditio, sed tenetur Ven-
ditor de evictione & ad interesse.

1 A Venditione semel perfectâ non licet rece-
dere invito alterutro, ne quidem ex Princi-
pis rescripto, *l. de contractu 3. C. de resc. vendit. l. si-*
2 *cut 5. C. de O. & A.* † Etiamsi fundus venditus alteri
hypothecatus reperiatur, de quo tamen emptor
3 antea nil sciverit. † Remedio siquidem evictionis
præstandæ tùm satis prospectum est emtori, *l. ex*
empto. 11. ff. de act empt. l. non dubitatur 6. C. de evict.
4 † Quin & antequam fundus evincatur, Emptor
in id, quanti suâ interest, rem suam factam, aut alteri
obligatam non esse, adversus Venditorem ex em-
pto agere potest, Bald. & Gloss. *in l. servus quem*
de me. 30. §. ult. ff. de act. empt. Ant. Gomez. *tom. 2.*
variar. resolut. c. 2. de empt. vend. num. 39. † ita 5
namque ante rem evictam ex empto agere licet, ut
res libera tradatur, *l. ex empto. 11. ubi* Gloss. & Dd.
ff. de act. empt. † vel tantò minoris æstimetur res 6
empta, quantò minus valet propter evictionis peri-
culum, Bartol. *in l. si rem meam. 20. ff. de solut.*
Octav. Cacheran. *decis. 24. n. 5.* Hartm. Pistor. *p. 3.*
q. 5. n. 20.

Ita Domini in causa Martini Klugens zu Görlitz/M. Mart. Anno 1663. (Verba sent. So seyn Verkäuffere das verkaufte Haus von der verschwiegenen hypothec euch nochmals zu befreyen / und dasselbe unbeschwert zu gewehren schuldig/das Haus aber wieder anzunehmen mögen Verkäuffer wieder ihren Willen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Et in causa Nicolai Grübners zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1580.

Definit. XXII.

Rescisso tamen venditionis contractu, Venditor ad
restitutionem pretii est obligatus, quando evi-
ctionem præstare nequit.

1 SEmper quidem venditor de evictione tenetur,
& ut rem venditam ab obligatione liberam em-
ptori præstet, conveniri potest, *l. non dubitatur. 6. C.*
2 *de evict.* † *At quid si expressè actum fuerit, ne de*
evictione agatur? Aut si venditor adeò inops sit,
aliavè de causa impediatur, quò minus rem vendi-
tam ab oneribus liberam tradere & præstare que-
3 *at?* † Utroq; in casu, rescisso venditionis contractu,
tenebitur venditor ad pretii restitutionem, Joh.
Schneidevv. *in §. actionum. 28. sub R ubr. de act. ex*
4 *empto. n. 43. Inst. de action.* † Nec enim bonæ fidei
contractus hanc patitur conventionem, ut emtor
rem amittat, & pretium venditor retineat, dicente
5 JCto *in l. ex empto 11. §. ult. vers. ibidem ait. ff. de act.*
empt. † quem textum notandum dicit Bald. *in l. 1.*
C. de per. & comm. rei vend. Jason. *in l. stipulatio ista*
38. col. pen. vers. Et adverte. ff. de V. O. Salycet. *in l. si*
rem. 29. §. quolibet tempore 2. ff. de evict. Hartman.
Pist. *lib. 2. quæst. 10. num. 21.* † Attamen si expressè 6
conventum esset etiam de pretio non restituendo,
valebit conventio, nec resultat hoc casu aliqua ini-
quitas, quia tùm emptor videtur emere dubium
eventum, spem & fortunam, ut est in eo, † qui ja- 7
ctum retis emit à piscatore, qui tenetur, piscatori
solvere pretium, licet nihil ceperit, *dict. l. ex empto*
11. §. fin. l. si jactum retis. 21. ff. de act. empt. Schnei-
devv. *dict. loc.*

Ita Domini in causa VVilhelmi VValpurgens zu Leipzig/ M. Jan Anno 1587. [Verba sent. Es ist euch aber Verkäuffer das Haus vor seiner Mutter Ansprüchen zu gewehren / oder da er euch dasselbe nicht gewehren könte / euer Kauffgeld sampt dem interesse, so viel ihr dessen liquidiren könnet/zu erstatten schuldig/V.R.W.)

Et in causa Johannis Trautmans zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1586.

Definit. XXIII.

Donator quando teneatur de evictione?

1 REgulariter donator non tenetur de evictio-
ne, si traditione donatio perficiatur, *l. Aristo.*
18. ff.

2 *18. §. ult. ubi* Gloss. *de donat.* † Nisi forsan dolus interveniisset, quo casu locus est actioni de dolo, gloss.
3 *fin. circa med. d. l. Arist. 18. ff. d. t.* † Alioquin, si incipiat à promissione donatio nondum factâ traditione, donator tenetur actione ad complendũ promissa, *l. qui concubinam. 29. §. si heres. 3. ff. de legat. 3. l. Jul. 151. §. 1. ff. de V. O. l. qui decem. 72. §. 1. ff. de solut.* Bartol. Salycet. & Dd. *in l. 2. C. de evict.* † in foro tamen Saxonico videtur dubium facere *art. 4. lib. 3.* Landrecht / *ubi dicitur :* Kein Mann den Schencker zur Gewehrschafft bringen kan/er hat
5 ihme denn das zu gewehren gelobet / ꝛc. † Unde existimare quis posset, de jure Saxonico donatorem indistinctè eximi à periculo evictionis, nisi de eâ specialiter inter contrahentes actum fuisset, ut sentit Reinhard. *part. 1. differ. 5.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de donat. n. 7.* † Sed loquitur ille textus verbis disertis de rebꝰ donatis, donatario, traditis & ex manibus ipsiꝰ evictis; Adeoq; dotali donatione, quæ in-
7 cipit à traditione, Matt. Col. *part. 1. decis. 14. num. 6.* † Nullâ ergò circa evictionem in materiâ donationis existit differentia inter jus Saxonicum & jus commune, sed donator, qui rem donare promisit, si hoc non fecerit, benè conveniri potest ad interesse, hoc est, ad præstationem æstimationis : idque in Provinciis Saxonicis ita observari, testatur Coler. *dict. decis. 14. n. 10.*

Ita Domini in causa Melchior Weidemanns zu Donna/M. Octob. Ann. 1628. (Verba sent. Ist euch Paul Niemmer sein Pferd/darauff er täglich geritten / zu schencken anheischig worden/ꝛc. So ist er solches nochmals zu Werck zu richten/oder/da er nunmehr dasselbe nicht præstiren kan/ euch deßwegen ad interesse verpflichtet/V. R. W.)

Et in causa Johannis Billichraths zu Rudelstadt/Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wol sonsten der donator zur Gewehr eines geschenckten Guts nicht verbunden; dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß in gegenwärtigem Fall dem donatario das geschenckte Haus so bald eingeräumet/ und darbey eigenthümlichen tradiret worden/ꝛc. So seyn auch des donatoris Erben die versprochene donation zu gewehren und dem donatario das Haus nochmals einzuräumen / oder den Werth dafür zu entrichten pflichtig/V. R. W.)

Definit. XXIV.

Factâ donatione remuneratoriâ seu reciprocâ, donator de evictione tenebitur.

1 QUod vulgò dicitur, donatorem non teneri de evictione *l. Aristo. 18. §. ult. ubi* Gloss. *ff. de donat.* Nempe si traditione donatio perfecta fuerit,
2 Defin. *præced.* † procul dubio fallit in donatione remuneratoriâ sive reciprocâ, ubi donator subsecu-
3 tâ etiam traditione de evictione tenebitur. † Quia scilicet donatio hæc impropriè donatio est, nec regulis donationis continetur, *l. 1. ff. de donat.* Jul. Clar. *in §. donatio. quæst. 3. & qu. 21. n. 4.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 36. defin. 3. n. 2.*

Ita Domini in eadem causa Joh. Billichraths zu Rudelstadt/Mens. Jul. Anno 1634.

Definit. XXV.

Emens scienter rem alienam, adversus venditorem de evictione agere nequit, nec pretium repetere.

1 NEque in contractu Emptionis-Venditionis de evictione venditor semper convenuri potest : Non certè quando per violentiam ab emptore auferetur res empta; Quia venditor non tenetur defendere emptorem de violentiâ *l. ult. C. si de act. empt.* † Unde illud Germanicum dicterium : 2
Für Gewalt ist man zu gewehren nicht schuldig.
† Estq; ratio, quod injuria, quæ fit emptori, non debeat contingere autorem, *l. si per imprudentiam 51. in fin. pr. ff. de evict.* † Nec venditor tenetur de 3 4
casibus futuris, *l. Lucius. 11. in pr. ff. de evict.* † Porrò, nec tùm Emptor de evictione agere poterit, 5
quando scienter rem alienam aliive obligatam emit, nisi expressè de evictione fuerit stipulatus, *l. si fundum. 27. C. de evict.* Joh. Schneidevv. *in §. actionum. 28. sub rubr. de act. ex empt. n. 61.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 10. n. 21. & observat. 212. n. 32.* Salycet *in l. non dubitatur. 6. C. de evict.* † Quin nec pretium hoc 6
casu emptor repetere valet *dict. l. si fundum. 27. ubi* Bartol. & Salycet. *C. de evict.* † Nec movet in con- 7
trarium quicquam *l. 3 §. ult. C. comm. de legat.* ubi emtor sciens rei gravamen, pretium repetit : agitur enim ibidem de alienatione rei fideicommissò conditionali, vel sub incerto die gravatæ, ubi jus vendendi pendente conditione, quæ deficere potest, gravatus habet.

Ita Domini in causa Christophori Denharts zu Obertopstädt/Mens. Septemb. Anno 1601.

Et in causa Johannis Billichraths zu Rudelstadt / M. Aug. Anno 1634. (Verba sent. Da aber dennoch Käuffer/ daß solches Haus streitig gewesen/ gute Wissenschafft gehabt hätte/dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ꝛc. So wären Verkäuffers Erben zu einiger Gewehr nicht verbunden//V. R. W.)

Definit. XXVI.

Cedens nomen non tenetur de evictione, aut præstare idoneum, ac locupletem debitorem.

1 QUi nomen cedit aut vendit, non tenetur præstare locupletem sive idoneum debitorem, *l. si nomen 4. ff. de hered. vel act. vendit.* Molin. *conf. 49. n. 9.* Hartm. Pist. *observ. 212. 1.* Paul. de Castr. *volum. 2. conf. 170. n. 3.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 29. defin. 15. num. 8.* Neque ignorantiâ cessionarius vel emptor se tueri potest, nisi hanc probaverit, quia in dubio præsumitur scivisse, † debitorem non esse 2
solvendo, cum sit, quod imputetur ei, cur admiserit debitorem, priusquam conditionem ejus penitus exploraverit, *l. qui cum alio. 19. ff. de Reg. jur.* Dec. *in l. 2. n. 10. in fin. C. de pact.* † Quod tamen videtur li- 3
mitandum, in casu quo expressè fuerit actum, ut venditor idoneum debitorem præstare debeat, Hartm. Pist. *dict. obs. 212. num. 9.* † Quamvis & tùm 4
sufficiat, debitorem venditionis tempore fuisse idoneum, licet postea factus fuerit non solvendo : † 5
Transit siquidem nominis periculum in emptorem, *l. pupilli 96. §. soror. 2. ff. de solut.* Surd. *conf. 22. num. 33.* † Porrò nec tunc venditor ab evictione prorsus 6
liberatus est, quando seduxit emptorem vel cessionarium, asserens, debitorem suum esse idoneum, *per l. qui satisdare. 3. ubi Dd. ff. de fidejuss.*

Ita Domini in causa Melchioris Wiedemerckers zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1586. [Verba sentent. Wann nun gleich gedachte Cessionarii solcher Schuld vollständig nicht befriediget werden können. Da aber dennoch berührte Schuld unstreitig wäre / dieselbe auch die Cessionarii ohne Vorbehalt angenommen hätten / ꝛc. So wür-

So würdet ihr von ihnen billich quittiret/und wäret zu etwas ferners nicht verbunden/V.R.W.)

In causa Martini Wenderichs zu Warnborn / M. Octobr. Anno 1624.

Et in causa Johan. Fohrens wider die Sturmische Handelung zu Cölln an der Sprew/ M. Mart. A. 1636.

DEFINIT. XXVII.

Tenetur tamen cedens præstare verum debitorem Cessionario.

1 QUicquid juris quis alteri cesserit, accepto pretio, aliâve re quâlibet, Cedens venditoris loco est, *l. naturalis. 5. §. 1. ff. de præsc. verb. junct. l.* 2 *pacta conventa. 72. vers. an idem. ff. de contr. empt.* † Igitur si cessionario ex causa aliquâ prorsus inutilis sit cessio & infructuosa, putà, si debitum non est liquidum ac certum, aut solutione sublatum, tenetur cedens de evictione, vel ad restitutionem pretii eorumque omnium, quæ accipit, *l. si nomen. 4. ff. de hered. vel act. vendit.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 29.* 3 *defin. 15. n. 3.* † Etsi enim non teneatur cedens facere bonum nomen Defin. *præced.* † tenetur tamen 4 facere verum, id est, præstare se creditorem, licet non locupletem debitorem, *dict. l. si nomen. 4. ff. de her. vel act. vend.* Hattm. Pistor. *obs. 212. n. 1.* Atque ita accipi debet promissio de nominis evictione, 5 † ut scilicet verus præstetur debitor, etiamsi minus idoneus habeatur, Paul. de Castr. *vol. 2. cons. 170. n.* 6 *3.* Hartm. Pistor. *dict. obs. 212. n. 3.* † Planè, si emptor vel cessionarius sciverit debitori exceptionem competere, vel aliàs debitum non esse liquidum, & nihilominus istud emerit, vel acceperit, tùm nulla 7 ei contra Venditorem competit actio, † quemadmodum nec illi, qui sciens rem alienam emit, *l. si fundum. 27. C. de evict.* Salycet. *in l. 6. eod. tit. Vid. Supr.* defin. 25.

Ita Domini in causa Hansen Fabians von Feilitzsch / Mens. Jan. Ann. 1622. (Verba sent. Hat euch Joachim von Neidberg eure Schuld auffm Rittergut Tepen cediret und abgetreten / und nachdem ihr euch solcher Foderung angemasset/hat sichs befunden/daß keine Schuld vorhanden/so deme von Neidberg gebühret hätte/ &c. So ist berührter Neidberg euch solche übergebene Schuld Post nochmals zu gewehren/oder die von euch empfangene 550. fl. wieder auszuantworten schuldig/V.R.W.)

It. in causa Oßwald Vogels von Annaberg / Mens. Mart. An. 1633. (Verba sent. So seyn berührte eure Brüder die zu Behauptung der cedirten Schuld gehörigen Urkunden euch auszuhändigen / oder da derer keine mehr verhanden/daß sie dergleichen Schuld an gedachtem Ort beständiger Weise zu fodern befugt/gnugsam zu bescheinigen/oder in Mangelung des Beweises / euch die cedirte Schuld zu gewehren pflichtig/V.R.W.)

Et in causa heredum Christophori Krafft's zu Gerau/M. Jun. Anno 1632.

DEFINIT. XXIIX.

Evictio locum habet in transactione, quando hujus nomine aliquid datum est.

1 EX quolibet regulariter contractu, in quo aliquid datur ex causâ onerosâ, Evictio debetur, etiamsi de eâ nihil dictum fuerit, *l. ex empto. 11. in pr. ff. de act. empt. l. non dubitatur. 6. C. de evict.* qui textus licet de emptione tantummodò 2 loquantur, † idem tamen in aliis quoque contractibus obtinere, probatur *per text. in l. si permutationes. 29. C. de evict. l. 1. ff. de rer. perm. l. ult. ff. de condict. caus. dat. l. si quis domum 9. ff. de locat.* Caballin. *de evict. §. 4.* † Id verò quod ex transactionis causa datur, titulo oneroso percipi, nemini obscurum 3 esse existimo, & firmat hoc Berous *vol. 2. cons. 169. n.* *19.* † *Quidni ergo in transactione etiam, perindè* 4 *ac aliis in contractibus evictio locum haberet?* Quod & disertè probatur, † *in l. si pro fundo. 33. C.* 5 *de transact.* ut demonstrat pluribus Hartm. Pist. *obsev. 227. n. 36. & seqq.* † Etsi enim Fulgosius *ab* 6 Hartm. Pist. *ibid. allegatus dict. l. si profundo 33. C. d. t.* ad eum restringat casum, quo res alia, quàm quæ controversa fuit, datur, attamen interpretatio hæc ab Interpp. communiter rejicitur, concludentibus: Quotiescunque ex transactione aliquid datur, idq; deinceps evincitur, de evictione dantem teneri, quod & textui *d. l. si pro fundo, 33. C. d. t.* cõvenire videtur, ut latius deducit Hart. Pist. *dict. obs. 227. n.* *36. & 55.* † Aliud tamen dicendum arbitror, cum 7 nomine transactionis nil datum, sed à lite tantummodò discessum, resque controversa possessori relicta fuerit. † Ita namque casum, quo transactionis 8 nomine aliquid datum, & quo aliquid dimissum est, Dd. distingvunt, asserentes, quod licet is, qui transactionis causâ aliquid dimittit, de evictione non teneatur, † tamen quoties ex transactione datur ali- 9 quid, idque evincitur, tùm evictionis nomine agi possit, Bart. Bald. Salycet. Jas. *& comm.* Dd. *in dict. l. si pro fundo. 33. C. de transact.* Fab. de Anna *cons. 51. n. 29.* Hartm. Pist. *dict. obs. 127. n. 38.* Socin. Jun. *vol. 2. cons. 98. n. 16.*

Ita Domini in causa Andreæ Redels zu Auma / Mens. Jul. Anno 1620. (Verba sent. Habt ihr Melchior Löbeln/ Vermöge einer aufgerichteten Vergleichung/und transaction eine Handschrifft über 300. fl. übergeben/ und ihme solche Schuld cediret und abgetreten/und es wird fürgegeben/daß solche Schuld allbereit einmahl gezahlet worden/&c. So seyd ihr ihm vorberührte Schuld und Handschrifft zu gewehren schuldig/V.R.W.)

DEFINIT. XXIX.

Venditores rei unius pro indiviso, & in solidum de evictione tenentur.

1 VEnditionis natura quia individua est, in solidum etiam defendi debet, *l. cum ex causa. 139. l. 2. vers. ex his. ff. de V. O.* † Ideoq; ex natura hujus 2 contractus, venditores in solidum de evictione tenebuntur, Andr. Gail. *lib. 2, obs. 14. n. 1.* † ipsi autem vicissim in vicem de indemnitate obligantur, familiæ nimirum erciscundæ judicio, *l. rem hereditariam. 65. circa fin. ff. de evict. dict. l. cum ex causa. 139. ff. de V. O.* Ne uni vel alteri inde fiat injuria, † 4 perindè ut in pluribus Venditoris heredibus est receptum, qui in solidum etiam de evictione tenentur. † Etsi enim unicuique pro parte hereditariâ 5 præstatio injungatur, defensio tamen non dividitur, sed interesse, *l. si rem. 62. §. si ei qui mihi. 1. ff. de evict. l. in executione. 85. §. in solidum. 5. ff. de V. O.* † Sic 6 & plures mandatarii in solidum tenentur, sed latâ sententiâ condemnatoriâ, pro partibus virilibus conveniri debent, *l. si mandatum. 59. §. Paulus respondit. 3. ff. mandat.* Gail. *dict. loc. n. 5.*

Ita Domini in causa Andreæ Vierschrots zu Denstadt / M. Jan. Ann. 1634. (Verba sent. So seyd ihr einen oder den andern unter benienten Vorkäuffern / weil sie in solidum verhafftet/der Gewehr halben zu belangen wohl befugt/ und ihr möget euch an die Vorkäuffer ingesammt verweisen zu lassen nicht gedrungen werden/V.R.W.)

DEFI-

DEFINIT. XXX.

Evictionis nomine ſatisdatio præſtanda non eſt, niſi ea conſuetudine alicujus loci recepta, vel in ipſo venditionis contractu promiſſa fuerit.

1 VEnditor quivis emptori ſuo ex ipsâ naturâ contractus ad evictionem obligatus eſt, etiamſi venditionis tempore de hâc nihil dictum fuerit, *l. non dubitatur. 6. C. de evict. l. evicta. 70. ff. eod. tit. l. exempto. 11. ff. de act. empt.* Petr. Aug. Morla. *in Empor. jur. tit. 9. n. 36.* Petr. Heig. *p. 1. q. 36. n. 1.* † 2 Quin & hoc nomine repromittere tenetur, in tantum, ut licet in venditione nulla evictionis facta fuerit mentio, nihilominus emptor quocunque tempore actione ex empto inſtitutâ adire queat venditorem, ut de evictione repromittendo caveat, *dict. l. ex empto. 11. § 18. verſ. ex empto. l. ſi duo 13. §. ſi quis* 3 *juraverit. 3. ff. de jurejur.* Heig. *dict. q. 36. n. 2.* † Quæ tamen cautio peculiarem ſatisdationem non requirit, ſed repromiſſione & inſtrumento venditorem caviſſe ſufficit, *l. 1. §. ſtipulatio duplæ. 8. ff. de prætor. ſtipul. l. illud quæritur. 4. ff. de evict. l. non idcirco. 12. C. de contr. empt.* Hartm. Piſt. *part. 3. quæſt.* 4 *5. n. 4.* † Nam & aliàs qui ad dandum vel faciendum aliquid tenetur, hoc nomine ſolùm inſtrumento cavere debet Creditori, *l. plures Apochis. 19. C. de* 5 *fid. inſtrum.* Bartol. *in l. 3. ff. de cond. ob cauſ.* † Quandoque tamen venditor compelli poteſt, ut de evictionis nomine fidejuſſoribus vel pignoribus ſatis-6 dationem præſtet: Scilicet, ſi † conſuetudo alicujus loci invaluerit, ut evictionis gratiâ ſatisdetur, cui omninò inhærendum eſt, *l. ſi fundus. 6. ff. de evict.* 7 † Nam in quovis contractu, de eo, quod communiter fieri ſolet, actum videtur, *l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua. 20. ff. de ædil. edict. l. ſemper. 34. ff. de Reg jur.* 8 † Aut ſi in ipſo venditionis contractu de ſatisdatione evictionis nomine conventum fuerit, *d. l. illud quæritur. 4. l. emptori 37. ff. de evict. dict. l. 1. §. ſtipulatio duplæ. 8. ff. de prætor ſtip.* † Quia ex conventione contractus legem accipit *l. pacta conventa. 72. ff. de contr. empt. l. contractus. 23. ff. de Reg. jur.* Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 5 n. 6.*

Ita Domini in cauſa Dn. Adami Comitis à Schvvartzenberg & Nicolai à Maxen zu Sorau / Menſ. Apr. Anno 1633. (Verba ſent. Ob nun wohl Verkauffer/Vermöge gemeiner Rechte/der Gewehr halben weiter nicht/als ad ſimplicem judicialem promiſſionem verbunden zu ſeyn vermeinet; Dieweil er aber dennoch über die Landübliche Gewehr auch eine Verſicherung der Evict ion halben zu leiſten verſprochen/So iſt er ſolchem Verſprechen nachzukom̃en/ und eine würckliche Verſicherung durch Bürgen oder Pfände zu beſtellen ſchuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXI.

Evictione in limine contractus imminente, Emptor pretium tam diu retinere poteſt, donec Venditor hoc nomine ſatisdederit.

1 ALius porrò caſus exiſtit, quo venditor de evictione ſatisdare cogitur, quando ſcilicet evictio in limine contractûs imminet: Nam tum emptor pretium tamdiu retinere poteſt, donec Venditor evictionis nomine ſatisdederit, *l. ſi poſt perfectam. 24. C. de evict. l. habitationem. 18. §. ult. ff. de per. & comm. rei vendit.* Fabian. de Mont. *in tract. de empt. p. 6. n. 51.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 36. n. 4.* Hart. Piſt. *part. 3. qu. 5. n. 15.* Ubi notandum † 1. Evictionem in limine contractus tùm dici 2 imminere, quando, priusquam totum pretium ſolutum fuerit, lis vel quæſtio movetur, quantumvis hoc contractu jam perfecto, ac longo poſt intervallo contingat, Heig. *dict. q. 36. n. 7.* Surd. *deciſ. 295. n. 7.* Pacian. *conſil. 14. n. 25.* † 2. Nec jure actionis 3 hoc caſu cum venditore Emptor contendit, ſibi idoneè ſatisdari, ſed exceptivè tantùm poſtulare poteſt, ut ſibi caveatur & ad hoc retentione pretii nondum ſoluti uti. † Ideoque pretio ſoluto, locus 4 huic remedio amplius non eſt, quia tum nullam venditor agendi cauſam habet; Ergò nec Emptor facultatem excipiendi, Gloſſ. *in dict. l. ſi poſt perfectam. 24. verb. Non compelli. C. de evict.* Heig. *d. l.* Hart. Piſt. *part. 3. q. 6. n. 1.* Pacian. *dict. conſ. 14. n.* 5 *26.* † 3. Non tamen refert, an ſuper ipſo rei venditæ dominio, an ſuper obligatione ſaltem, putà, quod res vendita uxori pro dote, aliâve ex causâ alii ſit obnoxia, controverſia moveatur; utroque namq; caſu emptor pretium retinere poteſt, donec venditor ſatisdederit, ut poſt Salyc. Albert. *& alios quos allegat*, docet Heig. *dict. q. 36. n. 54.* † 4. Idque ve- 6 rum, etſi conventum fuerit, ne de evictione teneretur venditor; † Sicuti namque ejusmodi conven- 7 tio non impedit, quò minus re evictâ pretium repeti queat, *l. ex empto. 11. §. ult. ff. de act. empt.* ita nec obſtaculo eſſe debet, quò minus imminente evictione, ratione pretii caveatur, veluti poſt Surdum *conſ. 36. num. 25.* aſſerit Hartm. Piſt. *dict. q. 6. n. 7.* † 8 5. In hoc ſcitu dignum eſt, quod ob imminens periculum evictionis in limine contractus, ſatisdatio non tantùm ratione litis, quæ tum mota fuit, ſed generaliter de evictione, & adverſus omnes ejus caſus præſtari debeat, *per text. in l. ult. §. fin. ff. de reſc. vend.* Bart. Salyc. *in dict. l. ſi poſt perfectam. 24. C. de evict.* Hart. Piſt. *d. q. 6. n. 5.* Caball. *de evict. §. 11. n. 12.* Surd. *dict. deciſ. 295. n. 9.* Heig. *dict. q. 36. n. 58.*

Ita Domini in cauſa Caſpari Zebels zu Hartſchleben/ Menſ. Novemb. Anno 1625. (Verba ſent. Dieweil ihr ſelbſten berichtet/daß das verkauffte Haus/wegen der drauff haffenden und Käuffern verſchwiegenen Gerechtigkeit/ ſtreitig gemacht worden/ꝛc. So mag auch Käuffer geſtalten Sachen nach ob imminens periculum evictionis in limine contractus, ehe und zuvor ihr ihme der Gewehr halben genugſame Verſicherung machet/ die hinterſtellige Kauffgelder auszuzahlen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXII.

Emptor facultatem retinendi pecuniam ob periculum evictionis imminentis non habet, lite nondum motâ.

NOn tamen ſemper emptor exceptione evi- 1 ctionis in limine contractus imminentis, adverſus venditorem ſe tueri, ac pro lubitu vel ſolo prætextu alicujus periculi pretium retinere poteſt, † ſed Evictionis periculum præſens ſit ne- 2 ceſſe eſt ad hoc, ut remedio *l. ſi poſt perfectam. 24. C. de evict.* uti liceat. Hinc † PRIMO non ſufficit, 3 quod emptor comperiat, rem eſſe alienam, niſi reverâ lis ab alio moveatur, Petr. Heig. *part. 1. qu. 36. n. 10.* † Sicuti namque regulariter de evictione 4 actio non competit, priusquam res per ſententiam judicis fuerit evicta, *l. qui rem. 3. C. de evict.* Bartol. *in l. ex empto. 11. in pr. ff. de act. empt.*

Hartm.

5 Hartm. Pist. *obs. 228. n. 1.* † ita nec exceptione evictionis emptor se tueri, & ex beneficio *d. l. si post perfectam 24. C. de evict.* pretium retinere potest, nisi lite jam cum effectu motâ, & judicio contra ipsum instituto, *d. l si post. 24. C. d. t. l. habitationum. 18. §. ult. ff. de per. & com. rei vendit.* Natt. *cons. 267.*
6 *n. 2.* † Non ergò sufficit interpellatio extrajudicialis, aut vox jactabundi actoris, ante litem seriò motam, cum aliud sit agere, aliud agere velle, *l. amplius. 15. ff. rem rat. hab.* Heig. *dict. loc. n. 12.* †
7 At dixeris, *nonne hâc ratione omne remedium periculum avertendi erit ademptum emptori*, cui non nisi exceptionem competere dixi? Defin. *31. n. 3.* Non certè periclitabitur conditio emptoris, sed alio re-
8 medio sibi prospicere potest, † agendo scilicet actione empti ad interesse, & liberandam rem emptam ab obligatione, *Vid.* Hartm. Pist. *p. 3. quæst. 5. n. 20. & Supr.* defin. *21. n. 5.*

Ita Domini in causa M. Christophori Bennitzings zu Freyberg/Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent. Das Kauffgeld aber seyd ihr gestalten Sachen nach/weil ihr Gerichtlichen noch zur Zeit nicht belanget worden / ex causa evictionis in limine contractus imminentis, inne zu behalten nicht befugt/ V. R. W.)

Et in causa Eliæ Thams zu Leipzig/Mens. Nov. Anno 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch sich noch zur Zeit der Gewehr halben keine Gefahr ereignet/ꝛc. So ist Käuffer oberwehnte Gelder euch vorzuhalten nicht befugt / V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Satisdatio exigi nequit. si per calumniam moveatur controversia?

1 Secundò: Exigi nequit satisdatio, cum per calumniam, subornato fortè ab emtore ipso aliquo contradictore, moveatur controversia ad hoc, ut interim Emptor majorem solvendi pretii dilationem habeat, Bald. *in l. non idcirco. 12. C. de contr. empt.* Hartm. Pist. *part. 3. quæst. 6. num. 12.* Petr. Heig.
2 *part. 1. quæst. 36. n. 14.* † Solent enim emptores quandoque alios subornare, qui litem temerè moveant, ut inde retinendi pretii occasionem nanciscantur:
3 † Quare ut hæc calumnia detegatur, liberum est venditori juramentum deferre emptori, aut ei, qui litem movet, ut post Bart. *in l. si post perfectam. 24. C. de evict.* & Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. centur. 3. cas. 224. n. 5.* docet Hartm. Pist. *dict.*
4 *quæst. 6. n. 12.* † Vel præsumptionibus saltem ac conjecturis hanc emptoris calumniam probare *arg. l. quia autem. 6. §. non simpliciter. 2. ff. de prætor. stipul.* Heig. *dict. quæst 36. n. 18.* Menoch. *dict. loc.* Surd. *36. n. 14.*

Ita Domini in causa Johannis Mausens zu Seydewitz / M. April. Anno 1633. (Verba sent. Sie seyd ihr ihme der Gewehr halben caution zu bestellen schuldig / Es wäre denn/daß Käuffer über rechtsverwährte Zeit solches Haus gebührlichen besessen/und also per calumniam und fraudulenter Streitigkeit erregen liesse / allein zu dem Ende/ damit er die Taqezeiten noch länger inne behalten möchte/ auff solchen Fall wäret ihr ihm zu fernern Gewehr und caution nicht verbunden/V R. W.)

Definit. XXXIV.

Ob litem ex jure conditionali motam, Emptor venditor ad cautionem præstandam obstrictus non est.

1 Tertiò: Cessat quoque beneficium *l. si post perfectam. 24. C. de evict.* nec emtor adversus venditorem pretium exigentem sese tueri, ac cautionem petere potest, ob litem ex jure conditionali motam, † si nempe is, qui movit litem, habeat jus 2
conditionale, Dd. & Jason. *in l. à Divo Pio. 15. §. si post. 6. n. 2. ff. de re judic.* Petr. Heig. *part. 1. qu. 36. n. 19.* † Conditione enim nondum existente, nec 3
præsens evictionis periculum imminet, † in quo 4
solummodò casu remedium *d. l. si post perfectam. 24. C. de evict.* locum habere dixi *Supr.* Defin. 32. † 5
nec habet Emtor, quod de evictione futurâ conqueri possit, *Vid. dict.* Defin. *32. in fin.* † Quamvis 6
Doctores hoc ipsum limitent, si probabilis suspicionis metus subsit, Bartol. *in l. quæsitum. 14. ff. de pignor.* Heig. *dict. q. 36. n. 20.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Oder aber dem jenigen / so anietzo solches Haus in Anspruch zu nehmen vermeynet/noch zur Zeit/ conditione nondum existente, keine richtige actio zuständig wäre; auff den Fall wäret ihr Käuffern zu fernerer Wehr und caution nicht verbunden/V. R. W.)

Definit. XXXV.

Venditor locuples quando relevetur à satisdando ob evictionem imminentem.

Quartò: Denique calumniosè videtur Emtor exigere satisdationem ob periculum evi- 1
ctionis imminentis, quando venditor idoneus facultatibus reperitur & locuples, ut satis cautum sit ei in omnem eventum, si rem evinci contigerit, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 224. n. 4.* Caball. *de evict. §. 2. n. 18.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 36. n. 23.* Natta *lib. 2. consil. 267. num. 4.*
† Nam & aliàs traditum est, ubicunque à lege vel sta- 2
tuto satisdatio vel cautio idonea requiritur, sufficere, si quis bona æquivalentia possideat, Jason. *in l. 1. n. 18. ff. qui satisd. cog.* † Causa siquidem finalis sa- 3
tisdationis in hoc consistit, ut cautum sit adversario: Quæ cum per possessionem bonorum sufficientium satis impleatur, † quippe quod securius sit, 4
bonis, quàm personis incumbere, nemini sanè absurdum videbitur, si locuples à satisdando relevetur, † quia causâ cessante, cessat etiam effectus, *l. 1. ff.* 5
qui satisd. cog. l. adigere. 6. §. 1 ff. de jur. patron. † 6
Quod tamen ita restringendum, si venditor paratus sit bona sua obligare, prout disputat Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 6. n. 9. & seqq.* † Quia regulariter is, 7
cui satisdatio ideò remittitur, quia locuples & idoneus est, cum hypothecâ bonorum cavere tenetur, ut notant Dd. *in dict. l. 1. qui satisd. cog. ubi* Jason. *n. 20.* Heig. *dict. quæst 36. n 51.*

Ita Domini in causa M. Christophori Bennitzings zu Freyberg/Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent. Das Kauffgeld aber seyd ihr gestalten Sachen nach/ weil ihr gerichtlichen noch zur Zeit nicht belanget worden / Verkäuffer aber mit Gütern gnugsam gesessen/und solche Unterpfändlich in Gerichten verschreiben zu lassen erbötig ist / ex causa evictionis in limine contractus imminentis inne zu behalten nicht befugt/V. R. W.)

Definit. XXXVI.

Cautio evictionis nomine qualiter sit præstanda?

Si in ipso venditionis contractu de satisdatio- 1
ne Evictionis conventum ejusque modus expressus fuerit, procul dubio tùm pacto standum erit, quia ex conventione contractus legem

gem accipiunt, *l. pacta conventa. 72 ff. de contr. emt.*
2 † At si de eo nihil dictum, sed satisdatio generaliter promissa fuerit, vel aliàs periculum evictionis in limine contractus imminuerit † ex consuetudine ejus
3 Regionis, in gestum quâ negotiũ, aut venditio celebrata est, cautio præstari debet, *l. si fundus. 6. ff. de evict.* Hartm. Pist. *part. 3. quæst. 5 num. 6. & quæst. 6. num. 8.* † Sin verò consuetudo nihil certi definiat,
4 tùm, utrum pignoribus vel fidejussoribus caveatur, nihil refert, attamen si de quanto satisdationis partes convenire nequeant, † judicis desuper implo-
5 randum est arbitrium, *l. 1. §. 9. vers. an pignoribus. ff. de collat. bonor. l. habere. 183. §. 1. ff. de V. S.* Natt. *consil. 267. in fin.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 5. num. 6. ubi num. 7. & seqq. disputat, an in casu satisdationis pro evictione admitti debeat fidejussor, qui jurisdictioni, cui subest emptor, haud est suppositus?* Id-
6 que negat: † Sed eatenus, ut sufficere existimet, fidejussorem eo in loco bona tantùm possidere, licet aliàs sit forensis & alibi domicilium habeat, *n. 11. & 12.*

Ita Domini ad requisitionem Domini Sigismundi Siegfrieds Baronis à Promnitz, &c. zu Sorau / M. April. A. 1633. [Verba sent. So ist er solcher Versicherung entweder durch Bürgen / oder würckliche Verpfändung seiner Güter / so auff n Fall zwischen den Partheyen des quanti halben Streit entstehet / von Euer Gnaden / nach Beschaffenheit der Sachen / Ampts-wegen billich moderiret wird / zu Wercke zu stellen schuldig / V. R. W.)

Definit. XXXVII.

Præstità satisdatione, Emptor evictionis nomine pretium ulterius retinere nequit, si jus evincentis nondum certum ac notorium sit.

1 NEgotium videtur facere Gloss. *in §. novissimè. 12. Inst. de suspect. tutor.* quæ vult, emptorem
2 cogendum non esse, ut fragilitati cautionis se committat; † Sed concesserim hoc in casu, quo certum, evidens & notorium est jus evincentis, vel controversiam super Dominio, aut hypothecâ moventis;
3 † Nam tùm ex sententiâ Dd. emtor bene potest retinere pretium, nec id solvere cogitur sub cautione, Vincent. Caroc. *decis. 96. num. 1.* Caballin. *de evict.* §. *2. num 13.* Surd. *cons. 36. num. 13.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 36. num. 56.* Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 224. num. 3.*
4 † Quis namque in manifesto evictionis periculo cautionis fragilitati se committeret? *L qui ita. 66. §. 1. ff. ad SCtum Trebell.* cum possit prius de damno, quàm de periculo damni
5 constare, *l si is à quo. 3. ff. ut in possess. legat.* † Multò minus verò, quando res evicta jam est emptori, propter satisdationem præstitam, pretium solvere te-
6 nebitur, *l. vindicantem 17. ff. de evict.* † Tantum enim abest, satisdationem præstitam impedimento esse posse, quò minùs re evictâ pretium retineat emptor, ut vel ob hoc ipsum illâ præstari solcat, quò facilius pretium recuperet, *l. dolo facit. 8. ff. de dol. mal. exc.* Hartm. Pist. *part. 3. quæst. 6. num. 13.*
7 † Aliud verò dicendum, si jus evincentis certum ac notorium non sit, sed adhuc aliqua subsit dubitatio & res altiorem requirat indaginem. Nam tùm præstità satisdatione, pretium omninò solvere tenebitur emptor, nec ulteriori exceptione se tueri poterit, ut post Bald. *in l. si rem quam. 29 ff. de evict.* docet Hartm. Pist. *dict. quæst. 6. n. 13.*

Ita Domini in causa Francisci Helhafens zu Leipzig / Mens. Dec. Anno 1583. (Verba sent. Und ihr habt Käuffern der Gewehr halben durch Bürgen Versicherung gemacht / &c. So lässet er sich daran billich genügen / und ist euch ferner das Kauffgeld vorzuenthalten / und zu hemmen / oder auch neue Gewehrs-Versicherung von euch zu fordern nicht befugt / V. R. W.)

Et in causa Eliæ Thams zu Leipzig / M. Nov. An. 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch sich noch zur Zeit / der Gewehr halber keine Gefahr ereignet / ihr auch deswegen gnugsame Versicherung / daß sich Käuffer einiger Gefahr nicht zu besorgen haben soll / zu machen erbötig / &c. So ist Käuffer euch vorerwehnte Gelder vorzuenthalten nicht befugt / sondern gegen Bestellung der anerbotenen caution abfolgen zu lassen schuldig / V. R. W.)

Definit. XXXVIII.

Emptor propter imminentem evictionem pretium retinens, postea una cum sorte, etiam usuras solvere tenetur.

1 NOn sibi constat hac in re Bald. usuras non currere existimans, si emptor propter evictionis imminentis periculum pretium retinuerit *in l. 1. C de bon. matern.* † quod & placet Afflict. *decis. 20. n. 4.*
2 & Mynsing. *cent. 4. observ. 58.* † At contrà, & rectius, opinor, docuit idem Bald. usuras unà cum sorte
3 præstandas esse, postquam Venditor satisdederit, aut periculum evictionis aliàs cessaverit, *in l. 2. C. de usur.* † Non quidem ratione moræ, quippe quæ ante præstitam satisdationem haud est commissa, ut
4 demonstrat Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 6. num. 4. & 5.* † Sed ex æquitate quâdam in com-
5 pensationem fructuum. Quæ sententia quoque
6 placet Hartm. Pist. *part. 3. quæst. 6. n. 14. & ab* † Interppr. communiter recepta & comprobata est, teste Cagnol. *in l. curabit. 5. num. 32. C. de act. empt. & vend.* Andr. Fach. *lib. 2. contr. 32.* Didac. Covarr. *lib. 3. variar. resol. cap. 4. n. 6.* Cavalc. *decis. 4. n. 5.*

Ita Domini in causa Johannis Mausers zu Seidewitz / Mens. April. Anno 1633. (Verba sent. Daß Käuffer nebenst den hinterstelligen Kauffgeldern / so er bißher zu bestellter Gewehr-Versicherung inne behalten / zugleich auch die interesse davon zu zahlen schuldig / V. R. W.)

Definit. XXXIX.

Venditor ob non præstitam evictionem rei venditæ pretium restituens, una quoq; interesse emptori solvere obstrictus est.

1 VEndidi tibi domum meam, quâ postea evictâ, repetis pretium nihil solutum, ac simul
2 cum sorte usuras. † Harum exactio licet propter compensationem fructuum, quos ex ædibus
3 emtis percipere potuisses, iniqua videatur; *arg. l. si*

l. si fundum per fideicommissum. 92. ff. de legat. 1. l. si fundus. 13. ff. de reb. eor. qui sub tutela. † attamen vel à die saltem evictionis & restitutæ domus jure illas exigi dicis. Cui opponere possem, pretium tanquam indebitè solutum jam repeti, † cujus usuras haud deberi manifestum est ex rescripto Imp. Antonin. *l. 1. vers. usuras autem. C. de condict. indeb. Sup.* Const. *30. Defin. 18.* † Sed animadvertendum, non tàm principaliter usuras à te peti, quàm ad præstationem ejus, quod interest tuâ, domum haud evictam fuisse, ex emto agi secundum tradita Gloss. & Bald. *in l. servus quem de me. 30. §. ult. ff. de act. empt.* Anton. Gomez. *tom. 2. variar. resolut. cap. 2. ff. de empt. vendit. num. 39.* † Quo sanè judicio venditor conventus, ad interesse etiam pretii accepti jure condemnabitur, *l. Julianus. 13. in pr. ff. de act. empt.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 33. defin. 1. num. 8.*

Ita Domini in causa Christiani VVurmbs zu Cletstadt/M. Mart. Anno 1634. (Verba sent. So seyn sie auch von denen Kauffgeldern / so ihr ihnen wegen nicht geleisteter Gewehr des verkaufften Guts hinwiederumb heraus geben müsset / zugleich das Landübliche Interesse zu fodern berechtiget / welches ihr ihnen zu zahlen schuldig seyd/V.R.W.)

Definit. XL.

Factâ denunciatione evictionis, venditor Emtori litiganti præcisè assistere tenetur.

1 DE evictione regulariter actio non competit, priusquam res per sententiam judicis evicta, *l. qui rem. 3. C. de evict.* Bartol. *in l. ex empto. 11. in pr. ff. de act. empt.* Litisque denunciatio venditori facta fuerit. † At hoc enim, ut de evictione 2 agi possit, necesse est, denunciari litem auctori; Alioquin hoc nomine autor non tenebitur *l. 1. C. de per. & comm. rei vend. l. emptore. 8. C. de evict.* † 3 Quin & autor in specie requirendus est, ut assistat & defendat, *d. l. 1. C. de peric. & com. rei vend. l. si rem. 29. §. ult. ff. de evict. cap. ult. extr. de empt. & vendit.* Caball. *de evict §. 3. num. 21.* Didac. Covarr. 4 *lib. 3. var. resolut. cap. 17. num. 18.* † Quo facto, venditor emptori tàm agenti, quàm convento assistere, eumque defendere obstrictus est, *l. si plus vel minus 74. §. motâ. 2. ff. de evict.* Bartol. *in l. qui absentem. 75. ff. de procur.* Hart. Pist. *obs. 228. n. 14.* 5 Jac. Schult. *pract. quæst. 56.* † Neque liberabitur venditor ab assistentiâ, si, re per sententiam evictâ, interesse præstare velit. Etsi enim concesserim, venditorem præstando interesse audiri: † 6 Quia in facti obligationibus nemo ad faciendum præcisè tenetur, sed præstando interesse liberatur, *l. si quis ab alto 13. §. 1. ff. de re jud. l. stipulationes non dividuntur. 72. in pr. ff. de V.O.* † Attamen 7 quando in judicio assistentia petitur, præcisè ea autori injungi debet, cum sententia libello conformis esse debeat, *l. si voluntate. 4. C. de fideicommiss. libert.* † perinde ut in aliis quoque facti obligationibus, judex ad ipsum factum solet Reum condemnare, etsi hic præcisè facere quid non teneatur, sed præstando interesse liberetur, Bartol. *in dict. l. stipulationes non dividuntur. 72. ff. de V.O.* Hartm. Pist. *dict. observat. 228. num. 46.* † Porro & hoc casu venditor comparere tenetur coram judice causæ principalis, utcunque aliàs fori præscriptione tutus sit, *l. venditor. 49. ff. de judic.* Hartm. Pist. *dict. loc. num. 51.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 37. num. 7.* Fr. Viv. *decis. 372.* 8 9

Ita tractatum in causâ Andreæ Vierschrots zu Deutstadt/ Mens. Jan. Anno 1634.

Definit. XLI.

Venditor non tenetur de evictione proventuum annuorum crescentium ac decrescentium.

1 VEndiderant DD. Comites Schwartzburgenses fundum, exhibitâ prius designatione annuorum proventuum annis præteritis perceptorum; Quâ emptor innixus pretium promiserat; † At cum uno atque altero anno sequenti tot pro- 2 ventus non perceperat, illos sibi præstari, vel partem pretii restitui petebat? † Sanè, si fuisset seductus à venditoribus, certos proventus annuos promittentibus, haud iniquam ejus postulatum quis dixerit, *l. Julianus. 13. §. si venditor. 3. ff. de act. empt.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæstio. 23. num. 4.* Pinell. *in l. 2. p. 2. cap. 2. num. 12. C. de rescind. vendit.* † Sed cum 4 de hoc non constabat, ipsum neutiquam audiendum putaverunt Domini, siquidem fundus principaliter fuerat venditus, quo tradito non habebat emptor, quod jure de sterilitate conqueri, eoque nomine ad evictionem adigere potuisset venditores, quin potiùs sibi debuisset imputare, † quod con- 5 ditionem fundi penitus non exploraverit, nec cautiùs fuerit negotiatus, *l. qui cum alio 19. ff. de reg. jur. l. 2. C. de furt. & serv. corrupt.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 8. n. 10.* Hartman. Pistor. *observat. 212. n. 6.* † Nec unquam proventuum annuorum æ- 6 qualitas tanta existit, ut non uno anno pinguiores ac majores, quàm altero anno percipiantur, † quo 7 in casu, periculum ad emptorem pertinere, ecquis negaverit, *arg. l. pupilli. 96. §. soror. 2. ubi* Paul. *de Castro ff. de solut.*

Ita Domini in causa Thilonen von Seebach/ Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent. Ob nun wohl die jährliche Nutzungen von dem Herrn Graffen in etwas hoch angesetzt. Dieweil aber dennoch euerm Vater frey gestanden / darauff Handelung mit Ihr. Gräffl. Gn. einzugehen. So seyn Ihre Gräffl. Gnaden / weil es steigende und fallende Nutzungen seyn / dieselbe/wie sie in Anschlag gebracht/ præcisè zu gewehren nicht verpflichtet/V.R.W.)

CONSTITUTIO XXXV.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob Eydliche Verzicht oder Verträge / darin die Part enormissimè, und weit über den halben Werth verkürtzet / wegen solcher grossen læsion und Verletzung zu hinterziehen seyn?

Num in renunciationibus seu pactis juratis Beneficium L. 2. C. de Resc. Vendit. locum habeat?

WEwol vortreffliche Rechtslehrer der Meynung seyn / wann eine Tochter Eydlich Verzicht gethan / oder da Verträge oder Handlungen Eydlich befestiget worden / darinnen der oder die / so geschworen / enormissimè und weit über die Helffte vernachtheiliget / daß solcher beschwerte Theil von dem Eyde zu absolviren / und ihme alsdann der Abgang auff angestellte rechtliche Forderung zu ersetzen sey. So haben doch des Eydes und des Gewissens halben / unsere Räthe / Juristen-Facultäten und Schöppenstüle dahin geschlossen / sollen auch also sprechen und erkennen / daß dißfals die geschworne Verzicht / Verträge oder Handelung gehalten / und wegen obgedachter læsion nicht hinterzogen werden sollen / Es wäre dann wegen der Jugend / vorsetzliches Betrugs / oder anderer wichtigen Umstände / die absolutio Juramenti zuzulassen / welches in guter vernünfftiger Bescheidenheit stehet / und wiewohl etliche darzu eine limitation oder exception zu setzen pflegen / nemlich wann ein Vater eine Tochter aussteuret / die gegen ihrer Mitgifft Eydlich Verzicht gethan / und der Vater wäre darnach reicher worden / denn er zur Zeit der Aussteurung gewesen / daß die Tochter / unangesehen der Eydlichen Verzicht / alsdenn ex augmento ferner Anforderung haben solte.

Dieweil aber aus vieler bewährter Rechtsverständiger Meinung dawider geschlossen wird / welche den Eyd der læsion vorziehen / so sollen sich unsere Hofgerichte / Juristen-Facultäten und Schöppenstüle dessen auch also halten.

ET si intelligimus, magnæ auctoritatis Jurisconsultos in eâ esse opinione, ut existiment, filiam, quæ cum juramento renunciavit, vel eum, qui pactum seu transactionem se servaturum juravit, si enormissimè & longè ultra dimidium læsi sint, à juramento absolvendos, tùmq; quod illis agentibus deesse probatur, supplendum: Consiliarii tamen nostri cum Facultatibus Juridicis & Scabinatibus juramenti & conscientiæ rationem habentes, unanimiter concluserunt, idq; in judicando & respondendo servari ab ipsis volumus, renunciationes juratas, pacta item & transactiones servandas esse, nec prætextu læsionis rescindendas, nisi vel minor ætas, vel dolus malus, aliæve graves quæpiam causæ absolutionem à juramento suadeant, quæ in circumspecti judicis cognitione consistunt. Sed etsi nonnulli id limitantes locum habere nolint, si post filiam elocatam patris facultates auctæ fuerint, sed tùm filiam augmentum dotis petentem, renunciatione quantumvis juratâ non obstante, audiri velint: Quia tamen multis juris interpretibus, juramentum læsioni præferentibus, contrarium placere animadvertimus, illorum opinionem judicia nostra & Collegia juridica volumus, ut sequantur.

DEFINITIONES.

1. *Transactiones juratæ in foro Saxonico, ne quidem ob enormissimam læsionem rescinduntur.*
2. *Rescinduntur tamen transactiones & renunciationes juratæ ex capite minoris ætatis, dote, metus, alteriusvè justæ causæ.*
3. *A juratâ renunciatione secedere haud licet, impetratâ nondum absolutione à juramento.*
4. *Filia, dote acceptâ, cum juramento hereditati paternæ renuncians, non potest rescindere renunciationem ob læsionem enormissimam, etiamsi facultates patris posteà auctæ proponantur.*
5. *Rescinditur jurata renunciatio filiæ, si dos congrua haud data fuerit.*
6. *In terris Electoratus Saxonici, filia non nisi cum juramento paternæ hereditati firmiter renunciat, licet de jure communi Saxonico valida sit renunciatio simplex, absq; juramento facta.*
7. *Nec liberorum aut fraternæ hereditati fœmina in terris Electoratus Saxonici absq; juramento validè renunciat.*
8. *Filius tamen absq; juramento etiam in terris Electoratus Saxonici paternæ hereditati firmiter renunciare potest.*
9. *Non potest filius minorennis validè renunciare paternæ hereditati.*
10. *Renunciatio facta alii de patris hereditate, eo non consentiente, haud valida est.*
11. *Renunciatio jurata matris vel patris non nocet Nepotibus, parentibus defunctis, avo ex propriâ personâ succedentibus.*

12. *Nec renunciatio pro se suisq; heredibus facta excludit Nepotes ex propriâ personâ avo succedentes.*
13. *Neque hoc casu Nepotes non facti heredes parentum, in hereditatem avi conferre tenentur accepta parentum.*
14. *Nocet tamen renunciatio parentum jurata liberis, defunctis demùm post avum parentibus.*
15. *Filius filiave renuncians hereditati paternæ fratri succedit, licet in ejus hereditate non nisi bona paterna inveniantur.*
16. *Renunciatio jurata filiam à successione ita excludit, ut nec supplementum legitimæ petere queat.*
17. *Quamvis non valeant pacta futuræ successionis, licet tamen pacisci in genere de alicujus incerti hominis hereditate.*
18. *In casum mortis alicujus tertii licet pacisci, si in bonis ejus paciscenti jus aliquod competat.*
19. *Valet pactio de hereditate tertii, si is consentiat, & in eâ voluntate ad extremum vitæ exitum perseveret.*
20. *Valet pactum de succedendo inter milites.*
21. *Valet pactum, ut post mortem alicujus bona sua vi obligationis, non jure successionis ad alium perveniant.*
22. *Pacta de conservandâ futurâ successione, quatenus valeant inter parentes, liberos & cognatos.*
23. *Omnes actus, renũciationes ac transactiones intelliguntur cum hâc clausulâ (Rebus sic stantibus.)*
24. *Ob causam datum repeti nequit, casu fortuito impletionem causæ impediente.*
25. *Quatenus valeant Confraternitates, seu pacta de mutuâ successione familiarum Illustrium.*

Definit. I.

Transactiones juratæ in foro Saxonico, ne quidem ob enormissimam læsionem rescinduntur.

1 ETsi in ore ferè sit omnium: Eam semper tenendam esse opinionem, quæ juramenti religionem integram conservat & conscientiis rectius consulit, ut notant Interpp. *in Auth. Sacramenta puberum. C. si adverſ. vendit.* † Nihilominus haud
2 pauci, inter quos etiam est Andr. Gail. *lib. 2. obs. 147.* Mynſ. *cent. 5. obs. 59.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 34. n. 80.* Joh. Zang. *de except. p. 3. cap. 11. n. 165.* aliique, quos longo agmine allegat Berl. *p. 2. concl. 43. num. 21.* eò
3 inclinant, † quod tanta læsionis ratio in renunciatione ac transactione haberi possit, ut propterea juramenti religionem negligere liceat: De quâ opi-
4 nione, ejusque veritate disputent alii. † Nobis sanè in foro Saxonico hâc de re minus laborandum erit, quoniam *hâc* Const. 35. diserte sancitum est, quod à transactione, renunciatione, vel contractu jurato ob læsionem etiam enormissimam, recedere non liceat, §. So haben doch. *verſ.* daß dißfalls die geſchworne Verzicht / Verträge oder Handelungen gehalten / und wegen obgedachter *leſion*
5 nicht hinterzogen werden ſollen. ꝛc. † Ex quo satis manifestum, in contractibus & transactionibus juratis beneficium *L. 2. C. de reſc. vendit.* sibi haud-
6 quaquam locum vendicare, † sed quemadmodum adversus conractus & transactiones non juratas, ultra dimidium læsis succurri voluit Elector Illu-
7 strissimus, Const. *præced.* † Ita adversus transactiones juratas beneficium *l. 2. C. de reſc. vendit* petentibus etiam ob læsionem enormissimam denegavit, Dan. Moll. *hic in pr.* Hartm. Pist. *p. 4. quæſt. 6. n. 73.*

Ita Domini in causa Valentini Kirstens zu Leißnigk / Mens. Majo, Anno 1632. (Verba sent. In welchem Fall / ſo wol als wann die Vergleichung und transaction vermittelſt Eydes geſchehen / die Reſciſio ex beneficio L. 2. C. de reſc. vendit. keines weges / auch nicht ob læſionem enormiſſimam ſtatt hat / ꝛc.)

Definit. II.

Rescinduntur tamen transactiones & renunciationes juratæ ex capite minoris ætatis, doli, metus, alteriusvè justæ causæ.

1 NOn sunt obligatoria juramenta, quæ sunt contra bonos mores, *c. non est obligatorium. 58. de Reg. jur. in 6to.* quæve vinculum iniquitatis aut criminis continent, *c. quanto 18. extr. de jurejur.* † aut quæ tribus istis comitibus destituuntur, de quibus *Jerem. c. 4. verſ. 2.* Veritate scilicet, judi- 2
cio & justitiâ, *c. etsi Christus. 26. de jurejur.* † Licet 3
ergò propter læsionem etiam enormissimam, juramenti religio negligenda non sit, Defin. *præced.* attamen jurata transactio haud firma verit, † si im- 4
pietas aliqua huic causam dederit, putà, si dolus intervenerit, *h.* Const. 35. *verſ.* Es wäre dann *ibi* vorſetzliches Betrugs / ꝛc. *ubi* Moll. *num. 1.* Hart. Pist. *part. 4. quæſt. 6. n. 70.* † Nam & in aliis actibus 5
dolus semper exceptus intelligitur, quia consensum excludit ab eâ dispositione, ad quam quis dolo fuit inductus, *l. & eleganter. 7. in pr. ff. de dolo. c. quamvis. 2. de pact. in 6to. c. cum contingat. 28. ext. de jurejur.* † Quod tamen solum de dolo ex proposito 6
interveniente accipiendum, ut patet ex verbo *h.* Constit. (vorſetzlich) Ex quo sequitur; † haud re- 7
scindendam esse juratam transactionem ex dolo, qui reipsa absque malâ intentione partis intervenerit, Moll. *hic n. 3.* † quamvis aliàs de jure civili hæc 8
distinctio non attendatur, *l. palam. 2. §. 1. ff. de dol. mal. & met. except. l. si quis cum aliter. 36. ff. de V. O.* Hartm. Pistor. *dict. quæſt. 6. n. 71.* ubi multos allegat. † Idemque asserendum de renunciatione vel 9
transactione per errorem, vim, metum initâ, & juramento confirmatâ *dict. c. quamvis. 2. de pact. in 6to.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 4.* † Non minus 10
rescindenda est jurata transactio propter favorem ætatis minorennis, uti clarissimum ex verbis *h.* Constit. (Es wäre dann wegen der Jugend / ꝛc.) † Non enim jusjurandum supplet defectum ætatis 11
nec consilii imbecillitatem corrigit, facitque, ut ob id solum, quod juravit, prudentior & consultior effectus videatur, *arg. l. ult. ff. de manum. vindict.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 1. num. 12.* † 12
Nec non alias ob causas rescisio admittitur, quas arbitrio boni & circumspecti judicis committit Elector Illustrissimus, *h.* Constit. *in verb.* (oder anderer wichtiger Umbstände / ſo in guter vernünfftiger Beſcheidenheit ſtehen / ꝛc.) de quibus vid. Berlich. *part. 2. conclus. 43. num. 33. & seqq.*

Ita Domini in causa Caspari Gärtners und Martini Rolckens zu Arnshaugk / Mens. April. Anno 1624. (Verba

(Verba sent. Daraus so viel zu befinden/daß Kläger den angezogenen dolum, dadurch er zur Eydlichen Verzicht bewogen worden/ zur Nothdurfft beybracht / derowegen solche Verzicht billich rescindiret wird/ꝛc.]

Definit. III.

A juratâ renunciatione secedere haud licet, impetratâ nendum absolutione à juramento.

1 ILlúd potissimùm controvertitur, an juramentum vi, metu, vel dolo extortum, ipso jure nullum habeatur, ita ut rescisione opus non sit, cùm frustrà se absolvi desideret, qui scit, se nullatenus esse obligatum, *c cui est illata 3. caus. 1. quæst. 3.* † Et
2 vulgò existimant, jure quidem Canonico ejusmodi juramentum valere & tamdiu obligare, donec absolutio fuerit impetrata, Didac. Covar. *in c. quamvis. 2. p. 3. §. 4. n. 2. de pact. in 6to.* † De jure autem ci-
3 vili, id nullum esse, neque adeò opus absolutione aut relaxatione, quod probari videtur *Auth. Sacramenta puberum C si adv. vend.* † Sed hanc senten-
4 tiam vix ratio juris admittit, quæ & in juramento aut obligatione dolo vel metu factâ voluntatem prorsus non respuit, ut multis rationibus comprobat Arist. *3. Ethic. 1. & docet l. 21. §. pen. ff. quod met.*
5 *caus.* † Nec magnoperè movet Constitutio Imp. *in d. Auth. Sacramenta puberum. C. si adverf. vend.*
6 † Nam commodè responderi potest, nullius momenti juramentum ibidem dici oppositivè ad juramentum liberè præstitum, quod *in pr. d. Auth.* inviolabiliter circa ullam retractationem Imp. vult
7 observari: † quo respectu, quæ beneficio Restitutionis rescinduntur, non absurdè nullius momenti
8 esse dicuntur. † Quicquid sit, in foro Saxonico rescissione & absolutione à juramento opus esse, disertè probat *h.* Const. *35. in verb.* (die *absolutio juramenti* zuzulassen) Moll. *hic num. 8.* Hartm. Pist.
9 *part. 4. quæst. 6. n. 79.* Quod nec ratione caret: † Nam duplici de causâ absolutione opus est, scilicet: Ne jurans facere cogatur, quod promisit; Et ut tollatur peccatum, quod committitur ipsâ rei tur-
10 pis promissione, licet vel vi vel metu extortâ, † quoniam metus & dolus non excludit consensum, & quæ ex se turpia sunt, ut ea faciamus, nullâ violentiâ induci debemus.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Derowegen solche Verzicht billich relaxiret wird / und ist dahero Kläger von dem geleisteten Eyde zu absolviren/ V. R. W.)

Definit. IV.

Filia, dote acceptâ, cum juramento hereditati paternæ renuncians, non potest rescindere renunciationem ob læsionem enormissimam, etiamsi facultates patris posteà auctæ proponantur.

1 NOn magis indulgendum videtur filiabus juramento hereditati paternæ renunciantibus, ac aliis quibuscunque juratò transigentibus, ob religionem scilicet præstiti juramenti: Ut ma-
2 ximè ergò hæ sese enormissimè læsas dicant, † Attamen si exceptionem doli, metûs vel minorennitatis opponere nequeant, renunciationi juratæ haudquaquam contravenire poterunt, *h.* Const. *35. in pr. vers.* Wenn eine Tochter eydlichen Verzicht gethan/ *ubi* Moll. *num. 1.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 34. n. 80.* † Quod usque adeò verum est, ut licet 3
post renunciationem factam, facultates patris auctæ dicantur, attamen filia de læsione conqueri & retractationem juratæ renunciationis postulare, vel supplementum aliquod petere non possit *h.* Const. *35.* §. und wiewol etzliche darzu eine *limitation &c.* Auth. Consult. Const. Sax. *part. 1. quæst. 4. n. 9. tom. 1. & part. 1. quæst. 4. n. 4. tom. 2.* † Quemadmodum 4
enim, si post factam renunciationem, facultatibus labatur pater, nihil omninò ejus, quod dotis nomine, cum elocaretur, accepit, filia restitutura esset, *l. ult. ff. de dot. collat. l. 4. C. de collat.* ita profectò
† ubi contrarium ejus evenit, de læsione conque- 5
rens filia audiri non debet, *l. pen. C. de donat. l. ad res donatas. 62. ff. de ædil. edict.* Moll. *hic n. 12.* † Se- 6
cundum quæ ex naturâ contrariorum porrò inferendum, nec patrem, si post factam renunciationem ad inopiam vergat, id, quod filiæ dotis nomine dedit, repetere posse, Nicol. Boër. *decis. 62. n. 10.* Moll. *hic num. 14.*

Ita Domini in causa Mariæ à Follerod, Mens. Aug. Anno 1629. [Verba sentent. Habt ihr/nachdem ihr von eurem Vater/ Adelichen Gebrauch nach / ausgestattet worden/ der Väterlichen Erbschafft Eydlichen Verzicht gethan; wann nun gleich bemeldter euer Vater hernach an Gütern und Vermögen durch GOttes Segen dermassen zugenommen / daß ihr nunmehr durch vorgedachte renunciation enormissimè benachtheiliget zu seyn vermeinet/ꝛc. So verbleibet es doch bey solcher Eydlichen Verzicht nochmals billich / und ihr seyd dieselbe zu hinterziehen/und aus eures Vatern Erbschafft etwas ferners zu fodern nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. V.

Rescinditur jurata renunciatio filiæ, si dos congrua ipsi data haud fuerit.

1 TRansactiones juratas ex capite minorennitatis, doli, aliusvè causæ probabilis rescindi,
2 dictum Defin. 2. † Quin ergò filia, quæ dote acceptâ hereditati paternæ cum juramento renunciavit, eodem jure gaudeat, ac propterea rescissionem suæ renunciationis postulare queat, dubium non est, quod & disertè probatur *h.* Const. *35.* Inter causas verò ad rescissionem sufficientes, & hanc referendam censeo, † si dotem congruam non acceperit, 3
pro facultate scilicet patrimonii, quod tempore elocationis & renunciationis pater habuit, proq; dignitate personæ & consuetudine loci, Hartm. Pist. *part. 4. quæst. 6. num. 76. & seqq.* Moll. *hîc. num. 15.* Nicol. Boër. *decis. 62. num. 14.* † Non enim sufficit, quod 4
pater maritum quærat filiæ, nisi & eam dotet competenter pro modo facultatum, *l. cognovimus. 19. C. de hæret. Novell. 115. cap. 3. §. si alicui.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 8. num. 4.* † Et sanè, an 5
congruè dotata sit filia, nec ne, in dubio judicis arbitrio committendum esse, ex verbis *h.* Const. 35. (ibi: Welches in guter vernünfftiger Beschei-

denheit stehet) manifestum est, quod & docuerunt Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 2. cas. 149. num. 34. & seqq.* Moller. *hic num. 16.* Afflict. *decis. 337. n. 9.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So verbleibet es doch bey solcher Eydlichen Verzicht nochmals billich/und ihr seyd dieselbe / wofern ihr mit einer gebührenden/und eures Vaters Stand und Vermögen gemessenen Mitgifft versehen worden/zu hinterziehen / und an eures Vatern Erbschafft etwas ferner zu fodern nicht befugt/V.R.W.)

DEFINIT. VI.

In terris Electoratus Saxonici filia non nisi cum juramento paternæ hereditati firmiter renunciat, licet de jure communi Saxonico valida sit renunciatio simplex, absq; juramento facta.

1 EXpeditum verè est, quod de jure Civili pacta amittendæ successionis non valeant, ut diserte probatur in *l. fin. ff. de suis & legit. hered. l. pactum dotal. 3. C. de collat.* † quia successio juris publici
2 est, ac proinde pactis privatorum haud immutari potest, *l. jus publicum. 38. ff. de pact. l. 7 §. si paciscar. 13. ff. eod. l. quod bonis. 15. § 1. ff. ad Leg. Falcid.* Hart.
3 Pistor. *part. 1. quæst. 5. n. 1. & 2.* † Unde liquet, filiam renunciantem paternæ hereditati, defuncto patre à successione non removeri, ut pluribus demonstrat Hart u. Pistor. *dict. quæst 5.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr.*
4 *9.* † Nisi juramentum accesserit, cujus religio tanta est, ut de jure Canonico, ab ejusmodi renunciatione recedere haud liceat, *c. quamvis. 2. de pact. in 6to.* Andr. Gail. *l. b. 2. obs. 59. num. 23.* Nicol. Reusn.
5 *l. b. 1. decis. 9. n. 7.* Hartm. Pist. *part. 4. q. 6.* † Quamvis de jure Civili, ne quidem jurata renunciatio firma atque valida habeatur, propter textum *in l. non dubium. 5. C. de LL.* Bartol. Salyc. & Jason. *in dict. l. pactum dotal. 3. C. de collat.* Hartm. Pistor. *dict. qu.*
6 *6 n. 15.* Hæcque de jure civili ita se habent, † in foro autem Saxonico aliud constitutum est, & valet hoc jure renunciatio hereditatis, etiamsi non accesserit juramentum, † dummodò ea coram judice aut
7 testibus facta fuerit facta *per text. in art. 13. vers.* Hätten sie auch ihre Erbtheilung daran verlobet/ der sollen sie entbehren/ *&c. lib. 1.* Landr. *ubi* Gloss. *Latin. lit. F.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 38.* Christoph. Zo-
8 bel. *part. 2. differ. 29. n. 1. Vid. infr.* Defin. 8. † Sed Elector Saxoniæ Illustrissimus, abrogatâ hâc in re dispositione juris Saxonici, in terris sui Electoratus jus civile in usum revocavit, filiæque re-
9 nunciationem valere noluit; † eatenùs tamen, ut secundum jus Canonicum *in d. c. quamvis. 2. de pact. in 6to.* juramento corroboretur, *h.* Const. *35.* Moller. *dict. cap. 9.* Berlich. *part. 2. concl. 43. num. 5.*

Ita Domini in causa Catharinæ, Uxoris Pauli Hoyers zu Voigtsberg/Mens. Aug. Anno 1621. (Verba sent. Ob nun wol die Tochter Catharina mit solcher Ausmachung zu frieden zu seyn verwilliget / und in Ewigkeit aus ihrer Väterlichen Erbschafft nichts weiter zu fodern / sich verpflichtet; Dieweil aber dennoch solches vermittelst Eydes nicht geschehen/ &c. So ist auch solche Verzicht gestalten Sachen nach zu Recht nicht kräfftig noch beständig/V.R.W.)

DEFINIT. VII.

Nec liberorum aut fraternæ hereditati fœmina in terris Electoratus Saxonici absq; juramento validè renunciat.

NOn solùm circa hereditatem parentum filia- 1
bus indulgendum est; scilicet, ut non obstante simplici renunciatione ad successionem admittantur; † Sed idem quoque in fratrum liberorumque 2
successione asserendum videtur, ab eorumque successione sororem aut matrem non removeri crediderim, ob factam renunciationem, cui juramentum non accesserit, *hâc* Const. 35. † quæ licet de 3
filiabus verbis expressis loquatur, haud obscurè tamen de sorore aut matre, fratris liberorumque hereditati renunciante, idem disponere voluisse Illustrissimum Constituentem, vel exinde patet, † quod 4
sexûs muliebris imbecillitas non minimam huic sanctioni causam dederit. † Quæ extensio hoc in 5
casu tantò magis admittenda videtur, quantò certius, nullam omnino hereditatis renunciationem de jure Civili (ad quod procul dubio Elector Serenissimus *h.* Const. respexit) validam haberi, *l. pactum dotali 3. C. de Collat. l. ult. ff. de suis & legit. hered.* Nicol. Reusn. *lib. 1. decis. 9. n. 5.* Virg. Pingitz. *q. 31. num. 13.* Hartm. Pist. *part. 4. quæst. 5.*

Ita Domini in causa M. Petri Pruckners zu Leipzig/ Mens. Dec. An. 1578. (Verba sent. Ob nun gleich die Mutter ihrer Kinder Verlassenschafft sich Gerichtlichen verzichen; So wird sie doch/wofern dasselbe nicht Eydlichen geschehen / zu solcher ihrer Kinder Erbschafft nochmals billich zugelassen/V.R.W.)

Et in causa Johannis Meinarts zu Greusen/Mens. Jun. An. 1596.

DEFINIT. IIX.

Filius tamen absq; juramento etiam in terris Electoratus Saxonici paternæ hereditati firmiter renunciare potest.

STatuto vel consuetudine quia pacta amittendæ 1
successionis sine juramento ratâ fieri possunt, ut firmat Hart. Pist. *part. 4. q. 5. n. 8.* Bald *in l. pactum dotali 3. n. 3. & ibi* Jas. *num. 4. Cod. de collat.* Rauchb. *p. 2. q. 2. n. 105.* Wesenb. *in l. pactum. 15. n. 7. C. de pact.* minus forsan dubium alicui videri poterit, † Renun- 2
ciationes ejusmodi successionum jure Saxonico etiam sine juramento valere propter text *l. in art. 13. v.* hätten sie auch/ &c. *l. 1.* Landrecht. *Supr.* Def. *6.* † Nisi 3
quis dicere ausit, textum allegatum juris Saxonici *in dict. art. 13.* simpliciter loqui de renunciatione factâ, quomodo verò renunciatio ea facienda sit, non disponere, ideoq; secundum jus commune de renunciatione juratâ intelligendum esse, cum Hartm. Pistor. *dict. q. 5. n. 3.* ubi multis dispositionem hanc Saxonicam evertere conatur. † Sed memor esse de- 4
buisset Hartm. Pistor. ejus, quod dicit *part. 2. quæst. 25. num. 35. & quæst. 26. n. 18.* & alibi multotics inculcat, autoritatem nempe & intellectum juris Saxonici in solo usu ac observantiâ fori consistere.

ſtere. † Atqui renunciationem ſucceſſionis abſque juramento etiam factam, in foro Saxonico validam haberi, jamdudum docuit obſervantia fori Saxonici, de quâ teſtatur Zobel. *juris Saxonici peritiſſimus*, Gloſſ. *latin. ad dict. art. 13. lit. F.* Andr. Rauchbar. *p. 2. quæſt. 2. n. 104.* Ambroſ. Schür. *de ſucc. tit. 9. de ſpecial. ſive pecul. circa deſc. ſucceſſ. in fin. fol. 155.* & Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 28. n. 6.* ubi ſententiam Scabinorum Lipſienſium adducit, † quorum Reſponſa conſuetudinem facere in foro Saxonico, tradit poſt Hen. Göden. *conſ. 74. num. 5.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 122. n. 95.* † ut proinde de receptâ hâc obſervantiâ in foro Saxonico non ambigendum, nec de intellectu juris Saxonici ulterius diſputandum ſit. † Quo ſtante, nemo porrò dubitavit, quin filius paternæ hereditati, absque juramento etiam, firmiter renunciare queat, propter text. in *dict. art. 13.* † qui generaliter loquitur, adeoque de filio non minus ac de filiâ accipi debet *l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt.* † Quin & in filio facilius quis forſan hoc conceſſerit, propter judicii acumen perfectius, & fraudulentæ læſioni minus ſubjectum. † Quod nec in provinciis Electoratus Saxonici correctum exiſtimârim *h.* Conſt. 35. † Quippe quæ ſolis mulieribus & filiabus, ob favorem ſexus, ſpeciale quid indulget, easque non obſtante ſimplici & non juratâ renunciatione, ad ſucceſſiones admittit: † Quis ergo ſanctionem hanc contra mentem ac intentionem Domini Electoris, ad filios & maſculos extendere auſit? † maximè quia Conſtitutiones ſtatutariæ ſtrictè accipi debent, ita ut quantum fieri poteſt, minus jus commune Saxonicum corrigatur, † & ſufficit, ſi in aliquo minimo quid poſſint operari, ſecundum tradita Andr. Tiraquell. *de LL. connub. gloſſ. 2. n. 23.* Jacob. Schult. *in pract. quæſt. 65. num. 32. & ſequentib. lib. 2.*

Ita Domini in cauſa VVolffgangi & Bartholomæi fratrum der Peterſen zu Reichenbach/ Menſ. Auguſt. Anno 1622. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch euer Vater ſich ſeiner Väterlichen Erbſchafft gerichtlichen verziehen/ ꝛc. So verbleibets auch bey ſolcher Verzicht/ ungeacht dieſelbe nicht vermittelſt Eydes geſchehen/ billich/ V. R. W.)

Et in cauſa Auguſti Strebens en Rath zu Plauen/ M. Jan. Anno 1634.

Definit. IX.

Non poteſt filius minorennis validè renunciare paternæ hereditati.

ABsque juramento igitur etiam in terris Electoratus Saxonici, filius hereditati paternæ renunciare poterit, Defin. *præced.* modò fuerit majorennis: † Alioquin, ſi minor ætas interveniat, magis eſt, ut ipſa renunciatio invalida habeatur, quàm quod læſo poſtea reſtitutio in integrum ſit concedenda; † Renunciatio ſiquidem ſpecies donationis eſt, quæ à minore ne quidem cum decreto facta valet, *l. ult. C. ſi maj. fact. rem rat. hab.* † Et alias privilegium aliquod ætas habere debet, *l. ſi res æſtimata. 12. §. 1. in fin. de jur. dot. l. præſes. 42. ff. de minor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 8. num. 5.* † Quò & facit, quod filiæ minori contra renunciationem juratam ſuccurratur, *h.* Conſt. 35. *verſ.* Es wäre dann wegen der Jugend/ ꝛc. † Quidni ergò filio etiam minori adverſus renunciationem hereditatis ſimplicem absque juramento factam? cum fortius ſit juramentum ſimplici promiſſione, tantumq; præſtet, quantum autoritas Curatoris, ſecundum Dd. *in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit.* † Quin & hæc jurisjurandi poteſtas creditur ex celeberrimâ Imp. Friderici Conſtitutione *in d. Auth. Sacramenta puberum.* ut eum, qui revera minor eſt, efficiat majorem, ut tradunt ibid. Dd. † Quod tamen certo modo limitat Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 1. circa fin.*

Ita Domini in cauſa Benedicti Kochens zu Leipzig/ Menſ. Febr. An. 1593. (Verba ſent. Da ihr der Zeit/ als ihr der Väterlichen Erbſchafft Verzicht gethan/ das 19. Jahr eures Alters nicht erreichet/ noch auch ietzo im 20. Jahr eures Alters wäret/ ꝛc. So möchte ſolche Verzicht euch zu Nachtheil nicht gereichen/ ſondern es wäre euch das jenige/ das euch aus eures Vatern Erbſchafft gebühret/ ſolcher Verzicht ungeacht/ zu fodern unbenommen/ V. R. W.)

Definit. X.

Renunciatio facta alii de patris hereditate, eo non conſentiente, haud valida eſt.

SIve cum juramento filia, ſive absque juramento filius hereditati paternæ renunciaverit, aliter tamen firma ac valida non eſt renunciatio, quàm ſi facta ſit ipſi patri, de cujus ſucceſſione agitur. † Secùs quando eſt facta fratribus vel ſororibus, aliisvè extraneis abſente vel non conſentiente patre, Hartman. Piſt. *part. 4. quæſt. 6. num. 40.* † Nam cùm hoc caſu liberi inter ſe paciſcantur de hereditate patris, utpote tertii adhuc viventis, pactum hoc turpe captandæ mortis votum continere cenſetur, † ac proindè contra bonos mores initum nec ſubſiſtit, nec juramento confirmari poteſt, *l. ult. C. de pact.* Hartman. Piſtor. *dict. loc.* ubi id latius perſequitur. † Hinc & fit, ſi filius renunciaverit erga patrem non ſolùm hereditati paternæ, ſed & maternæ & fraternæ, quod, etſi renunciatio iſta quoad patris hereditatem ſubſiſtat, tamen quoad materna & fraterna bona, matre & fratribus non conſentientibus, haud valeat, Cagnol. *in l. fin. C. de pact. n. 95.* Cravett. *conſ. 127. num. 5.* Pruckm. *conſil. 48. n. 226.*

Ita Domini ad Conſultationem Senatus Plavienſis, Menſ. Jan. An. 1634. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß bemeldte Verzicht/ wegen der Mütterlichen Erbſchafft der Mutter ſelbſten/ ſondern allein gegen den Stieffvater/ und alſo de hereditate tertiæ perſonæ geſchehen/ ſo in Rechten ungültig und unkräfftig iſt/ ꝛc.)

Definitio XI.

Renunciatio jurata matris vel patris non nocet Nepotibus, parentibus defunctis, avo exproprii perſonâ ſuccedentibus.

REnunciatio filii filiæve, quæ à patre dotem licet congruam acceperit, non nocet liberis ex

parentibus præmortuis susceptis & superstitibus ad avi successionem venientibus, ex communissimâ 2 Dd. sententiâ, † quam præ aliis latissimè pro more suo ampliationibus & limitationibus exornat Hartman.Pist. *part.4.quæst.7.* Schurff. *cent.1. consil.74.* Ant.Fab. *de Error. pragm. decad.28. Error.6. & in Codic. l.6.tit.32. defin.1. & l.2.tit.3.defin.1.* Johann. Dauth. *in cap. quamvis. 2. n. 44. de pact. in 6to.* Franc. Viv. *dec. 211.* Virgil. Pingitz. *q. 31. n. 17. &* 3 *seqq.* † Est enim ea renunciatio personalis,nec magis personam renunciantis egreditur, quàm jusjurandum, quod ad eam confirmandam adhiberi solet, *l.ait prætor.3.§. penult.ff.de jurejur.l.1.ff.si mul.* 4 *ventr. nom. in possess.* † Habetque renunciatio illa tacitam hanc conditionem, si hereditas deferatur; Cum prius sit, ut acquiri possit hereditas, & consequenter ut sit delata, quam ut ei utiliter renunciari possit, *l.1. ff.de hered.vel act. vendit. l. si ita sit. 45. §.si sub conditione.1.ff. de legat.2.l.qui potest.174.§. 1.ff. de reg jur.* Ant.Fab.*dict.tit.3.defin.1. n.9.* Hart. 5 Pist. *dict.q.7.n. 2.* † At parentibus renunciantibus, vivo adhuc avo demortuis nunquam fuit delata hereditas, *l.1.ff. de hered. vel act. vendit. l. hereditas. 5.Codic.de pact.convent.junct.l.1.ff. qui testam. fac. poss.* Ergò perindè est hoc casu,ac si nulla unquam 6 facta fuisset renunciatio. † Et consequenter non nocebit liberis, ex proprio capite avo succedentibus, etiamsi matris heredes proponantur, Anton. 7 Fab. *dict.tit.3.defin.14.n.10.* † Ast inquies,quomodo fieri poterit, ut nepotes ex filio filiâve succedant ex proprio capite, non ex personâ parentum, cum succedant in stirpes, §. *cum filius.6.Instit.de hered.* 8 *quæ ab intest. defer. Nov. 118. cap.3.* † qui alioquin succedere in capita deberent, si non succederent per repræsentationem, *l. 2.§. hæc hereditas 2. ff. de suis & legit.l.1. §. ult. ff. si pars hered.petat.* 9 † Sed respondetur, succedere quidem Nepotes per repræsentationem, indeque fieri, ut succedant 10 in stirpes, non in capita. † Attamen repræsentare gradum, non personam parentum; Ex quo fit, quod renunciatio, quæ personalis est, nocere nequeat Nepotibus proprio jure venientibus, *l. Seja. 73.ff. de evict. l. an vitium.5. §.1.ff. de diverf. tempor.præscript.*

Ita Domini in causa Margarethæ Viduæ Petri Knorrens zu Leipzig/Mens. Febr. Anno 1599. (Verba sent. Wann nun gleich solche eures Sohnes Verzicht wegen seiner Väterlichen und Mütterlichen Erbschafft/vermittelst Eydes/ geschehen/ꝛc. So könte demnach die/elbe/auff n Fall er vor euch Todes abgehen würde / seinen Kindern zu Nachtheil nicht gereichen/V.R.W.)

Et in causa Josephi à Reitzensteins/ Mens. Sept. Anno 1601.

Definit. XII

Nec renunciatio pro se suisque heredibus facta excludit Nepotes ex propriâ personâ avo succedentes.

1 2 *AT quid,si pater vel mater pro se suis q3 heredibus, ut fieri solet,renunciaverint?* † Nec tùm Nepotes ex propriâ personâ avo succedentes excludi hereditate,dixerim cum Ant. Fab. *in Codic.lib.2. tit.3.defin.1.n.13. & defin. 14. n. 12.* Pist. *part. 4. q. 7.n.7.* †in eum ipsum siquidem casum,in quem patet 3 vel mater pro se renunciavit, videtur quoque renunciâsse pro liberis,non in alium,*arg.l.cum pater. 11.l.ob res 20. §. si convenerit 2.ff. de pact. dot.* † Er- 4 go & sub eâdem illâ conditione: Si scilicet patri vel matri superstiti hereditas delata fuerit, Defin. *præced.* † Hàc itaque conditione per mortem pa- 5 rentum deficiente, etiam heredum obligatio penitus corruet, neque adeò ex renunciatione istâ ampliùs devincti esse poterunt, *l. pecuniam.36.ff. si cert. petat.l.necessariò 8.pr.vers. quod si ff.de peric. & comm.rei vendit.* † *Vid. plura apud* Hartm. Pist. 6 *dict. loc.* † Aliud dicendum existimat Fab. *dict.de-* 7 *fin. 1.n. 24.* Si parentes liberorum jus nominatim in stipulatum deduxerint & remiserint, id est, caverint, nihil unquam suos liberos in successione petituros, quia tum liberi, si facti sint parentum heredes, eorum factum † præstare debeant, cum & de 8 bonis heredis sui,perinde ac de suis, disponere quilibet possit, *l.67.§ si rem tuam.8.ff. de legat.2.l.cum à matre.14.Cod.de R.V.*

Ita Domini ad Requisitionem Senatus Plavienfis, Mens. Jun. Anno 1633. [Verba sentent. Ob nun gleich berührter Wolff Strobel für sich und seine Erben der Mütterlichen Erbschafft renunciret/ꝛc. Dieweil er aber dennoch für seiner Mutter Todes verfahren / und also nunmehr dessen Sohne/welcher als Nepos für sich selbsten der Groß-Mutter succedirt/vorbenührte renunciatio nicht schädlich seyn kan/ꝛc. So mag er auch dannenhero von der Groß-Mütterlichen Erbschafft nicht ausgeschlossen werden/V.R.W.)

Definit. XIII.

Neque hoc casu Nepotes non facti heredes parentum,in hereditatem avi conferre tenentur accepta parentum.

1 AEquissimum tamen est & juris rationi omninò consentaneum, ut quod parentes factâ renunciatione, proportione hereditariâ acceperunt,nepotes ex personâ propriâ succedentes avo in communem hereditatem conferant, *l. quoniam. 29.C.de inoff. testam.* Hartm.Pistor. *part.4.quæst.7.* 2 *num.6.* † Ne alioquin inter eos, qui pari sunt gradu succedendi, successionis inæquali as inducatur, *l.* 3 *maximum vitium.4.C.de liber.præter.* †Idque in dubitatum est, si nepotes isti ex præmortuis parentibus, eorum heredes proponantur, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit 3 defin.16.num.6.* Vide plures allegatos ab Hartman. Pistor. *dict. loc.* † Aliud dicen- 4 dum, si Nepotes hereditatem parentum repudiaverint: Nec enim fieri potest ut conferant id, quod non habent, *l.2.§. de illis. 2.ff. de collat. bonor. l. 1. §.* 5 *confertur. 23.ff. de eod. tit.* † Et absurdum pariter ac iniquum videretur, minus Nepotes percipere ex hereditate ob id solùm, quod parentes ipsorum quippiam acceperint, † cùm neque 6 ex personâ parentum veniant ad successionem, sed

ſed ex propriâ, *Novell. 118. cap. cum filius 1. & cap. ſi*
7 *igitur defunctus. 2.* † Neque ex facto parentum lucrum ſentiant, quorum non ſunt ſucceſſores, ut proinde nec factum eorum præſtare teneantur, *arg. l. ex quâ perſonâ. 149. ff. de Reg. jur.* Anton. Fab.
8 *in Codic. dict. tit. 3. defin. 17. num. 7.* † Quod tamen cum grano ſalis & ſubdiſtinctione accipi velim, ſecundum tradita *infr. part. 3.* Conſt. Elect. *11. Defin. 32. & 33.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. So mag dannenhero Auguſtin Strobell von der Mütterlichen Erbſchafft nicht ausgeſchloſſen werden/ ſondern es wird dieſelbe unter ihn/und die andere Mit-Erben zugleich nach den Stämmen billich vertheilet; Immaſſen er dann auch das jenige/ſo ſein Vater zu ſeiner Abfindung überkommen/geſtalten Sachen nach/ weil er gedachtes ſeines Vatern Erbe nicht worden/in gemeine Theilung zu conferiren nicht gedrungen werden mag / V.R.W.)

Definit. XIV.

Nocet tamen renunciatio parentum jurata liberis, defunctis demùm poſt avum parentibus.

1 *AN ergò dicendum erit, parentum prædefunctorum liberos in bonis avitis plus juris habere, quam habituri eſſent parentes ipſimet ſi viverent?* Utique; Quoniam non ex parentum ſed ex propriâ perſonâ ſuccedunt avo, Definit. *11. Novell.*
2 *118. cap. 3.* † Idque vel ex eo apparet, quod, etiamſi fuerint à parentibus prædefunctis exheredati, avo tamen ſuccedant, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 3.*
3 *defin. 2. num. 3.* † Aliud ergò dicendum quivis conceſſerit, ſi defuncto avo, parentes adhuc vivant, qui per renunciationem propriam ita excludunrur, ut nec eorundem liberi ad ſucceſſionem avi admitti debeant, Gloſſ. *in cap. quamvis. 2. verb. detrimento: de pactis in ſexto. ubi* Didac. Covarr. *3. part. §. 3. n.*
4 *7.* Hartm. Piſt. *part. 4. quæſt. 6. num. 31.* † Nocet enim tùm liberis renunciatio parentum perſonalis, non quidem principaliter, ſed ſecundariò & in quandam conſequentiam, tanquam heredibus,
5 Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 6. num. 80.* † Nec enim liberi, quamdiu parentes renunciantes vivunt, in ſucceſſione avi, qui jam moritur, ullum jus habent,
6 cùm eos parentes præcedant. † Unde videmus, quod exheredatio etiam noceat Nepotibus, ſi avus ante filium exheredatum moriatur, *l. ſi ex patronis. 10. §. ult. ff. de bon. libert. l. ſi quis filio exheredato. 6. ff. de injuſt. rupt.*

Ita Domini in cauſa Dorotheæ, uxoris VVolffgangi Georgii à Tettau, Menſ. Majo, An. 1600.
Et in cauſa VVolffgangi & Bartholomæi Peterſen zu Reichenbach/Menſ. Aug. Ann. 1622. (Verba ſent. So verbleibets auch dabey billich/ und ihr ſeyd euch ſolcher euers Vatern Verzicht zuwider / der Väterlichen Erbſchafft anzumaſſen nicht befugt/V.R.W.)

Definit. XV.

Filius filiave renuncians hereditati paternæ fratri ſuccedit, licet in ejus hereditate non niſi bona paterna inveniantur.

§ 1 MUltùm prodeſt renunciatio hereditatis paternæ ab uno ex filiis facta reliquis coheredibus, quippe quibus portio renunciantis accreſcit, ſi non alio intuitu, inque alterius favorem proceſſerit renunciatio, ut pluribus diſputat & demonſtrat Hartm. Piſt. *part. 4. quæſt. 8.* † Ideoque 2
coheredes eò communiter intendunt, ut renunciatio ad alia quoque bona extendatur: ſed fruſtrà. † 3
Eſt enim Renunciatio odioſa, & ſtrictiſſimè accipienda, Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 6. num. 44.* adeoque reſtringi debet ad cauſam & perſonam, ob quam facta eſt, *l. jubemus, 21. C. ad SCtum Vellejan. l. age 3. C. de tranſact.* † Fit inde, ut renunciàns he- 4
reditati paternæ, per hoc fratris hereditati non cenſeatur renunciâſſe, Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 148. n. 12.* Dauth. *ad cap. quamvis. 2. de pact. in 6to. num. 123.* Ant. Teſſaur. *deciſ. 62.* † Licet nulla alia bona 5
in fratris hereditate inveniantur, quàm quæ ex ſucceſſione paternâ ad eum pervenerunt, Hartman. Piſtor. *dict. quæſtion. 6. num. 63.* † Non ſo- 6
lùm quia hereditas à patre relicta, poſt obitum fratris potius hereditas fraterna & proprium ejus patrimonium, quàm paterna hereditas eſſe cenſentur, *§. 1. inſtit. de hered. qual. & differ. l. ſed ſi plures. 10. §. filio impuberi. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* † Sed etiam, quia renunciatio quantumvis gene- 7
ralis nunquam comprehendit jus, quod ex novâ causâ ſupervenit, *l. ſi patronus non aluerit. 33. ff. de bon. libert. cap. cum inter. 2. extr. de renunc.* Andr. Tiraquell. *de Retract. §. 1.* Gloſſ. *9. num. 44.* Piſt. *dict. loc.* Gail. *dict. obſ. 148. n. 11.*

Ita Domini in eadem cauſa der Peterſen zu Reichenbach/ M. Auguſt. Anno 1622. (Verba ſent. Euers Vaters Brudern Erbſchafft aber/unangeſehen er ſolche von bemeldtem euern Großvater/ deſſen Verlaſſenſchafft wegen euer Vater Verzicht gethan/ erlanget / iſt auff bemeldten euern Vatern / und nach deſſen Abſterben/ auff euch gebracht und verfället worden/V.R.W.)

Definit. XVI.

Renunciatio jurata filiam a ſucceſſione ita excludit, ut nec ſuppiementum Legitimæ petere queat.

DUbium non eſt, quin filia hereditati paternæ 1
juratò renuncians, ſi legitimæ mentionem expreſſam fecerit, à petitione ſupplementi removeatur, etiamſi læſionem in legitimâ probet, per *text. in l. ſi quando. 35. §. & generaliter. 2. C. de inoff. teſtam.* Joh. Cephal. *lib. 4. Conſ. 467. num. 44.* † At 2
quid, ſi filia hereditati paternæ generaliter renunciaverit, non factâ mentione ſpeciali legitimæ? † 3
Nec tùm filiam ad ſupplementi petitionem admitti, exiſtimaverim cum Hart. Piſt. *part. 4. quæſt. 6. n. 15. aliisque ab ipſo allegatis. per text. in cap. quamvis. 2. de pact. in 6to.* quod verbis generalibus filiam renunciantem ab omni ſuccedendi jure excludit: † Adeoque & à petitione legitimæ, quo- 4
niam regulariter omnes illi, qui à ſucceſſione excluſi ſunt, legitimam petere non poſſunt, *l. poſthumus 6. §. ſi quis ex his. 1. ff. de inoff. teſtam. l. cum quæritur. 6. l. parentibus. 8. C. eod. tit. l. maximum vitium. C. de lib. prater.* † Nec ſanè mirum, 5
cum legitima portio dicatur ejus, in quo quis ſucceſſurus eſt ab inteſtato *l. Papinianus. §. §. quoniam §. ff. de inoff. teſtam. dict. l. parentibus. 8. C. eod.* † 6
Non magis ergò renuncians legitimam petere poteſt, ac is, qui hereditatem prorſus repudiat, qui certè ad petitionem legitimæ haud admittendus

dus, ſecundum tradita Bartol. *in l. quia poterat. 4. ff. ad SCtum Trebell.* † Quin & generalitas *h.* 7 Conſt. 35. ne quidem ob enormiſſimam læſionem juratæ renunciationis reſciſſionem probat, ſed eam firmiter valere jubet; † At quomodo quæſo renun- 8 ciatio firma ac valida erit, ſi renuncianti ſupplementum legitimæ petere concedatur, *arg. dict. l. poſthumus. 6. §. ſi quis ex his. 1. ff. de inoffic. teſtam.*

Ita Domini in cauſa Catharinæ Uxoris Pauli Hoyers zu Voigtsberg/Menſ. Auguſt. An. 1621. (Verba ſent. So iſt ſolcher Verzicht zu Recht nicht kräfftig / derowegen iſt gedachte Catharina Hoyerin/wofern ſie an ihrer Väterlichen legitimen benachtheiliget wäre / ſolches zu ſuchen wol befugt/ Im widrigen Fall aber / und da ſolche Verzicht eydlichen geſchehen/und alſo beſtändig wäre/ möchte ſie ad ſupplementum legitimæ zu agiren nicht zugelaſſen werden/V R.W.)

Definit. XVII.

Quamvis non valeant pacta futuræ ſucceſſionis, licet tamen paciſci in genere de alicujus incerti hominis hereditate.

1 IMprobantur regulariter pacta futuræ ſucceſſionis, *l. ult. ff. de ſuis & legit. hered. l. ſtipulatio hoc modo. 61. ff. de V. O. l. pactum, quod dotali 15. l. ult. C.* 2 *de pact. l. hereditas. 5. C. de pact. convent.* † Rationem ſi quæras: variant admodum Doctores, nec facilè adæquatam rationem dari poſſe, inquit Joh. Ramatus *in cap. quamvis 2. de pact. in pr. n. 2.* Veriſſi- 3 ma videtur hæc, † quod ut certi ſunt jure noſtro acquirendæ obligationis & dominii modi, ita quoq; conſequendæ hereditatis, ſcilicet Lex & teſtamentum, *l. pactum. 3. C. de collat. l. 4. C. de inut. ſtipul. l.* 4 *cum donationis. 34. C. de tranſact.* † Idque eſt quod vulgò dici ſolet, Cautiones privatorum Legis autoritate non cenſeri, *dict. l. ult. ff. de ſuis & legit.* Hartman. Piſt. *part. 4. quæſt. 1. n. 2.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt.* 5 *23. num. 8. 9.* † Et ſanè notiſſimos hæc res excedit pactionum & conventionum terminos, quibus de 6 dando aut faciendo tractatur. † Neque ex ratione juris noſtri quisquam pacto ad præſtandam hereditatem obligari poteſt: Nec ſolum ſucceſſiones ab 7 inteſtato, † Sed etiam teſtamentariæ, Lege quodammodo deferuntur, *l. 29. ff. de reg. jur.* Attamen 8 in hâc magis acquieſcunt Dd. ratione, † quod pacta ejusmodi contineant votum captandæ mortis, adeoq; plena ſint triſtiſſimi & periculoſiſſimi eventus, *l. ult. C. de pact.* Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 1. n. 2.* 9 Heig. *dict. quæſt. 23. n 4.* Ex quo porrò infertur, † de hereditate tertii viventis paciſci non licere, *dict. l. ult. ff. de ſuis & legit. hered.* ita, ut ſi duo pluresve de hereditate tertii, cui alteruter ſucceſſurus eſſet, inſcio eo, invicem conveniant, pactum iſtud ipſo jure ſit nullum, *d. l. ult. ff. d. t. l. 29. §. ult. ff. de donat. l.* 2. *§. interdum. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. ſi quis* 10 *mihi. 25. §. ſed utrum. 5. ff. de acq. vel amitt. hered.* † usq; eo, ut paciſcenti tanquam indigno auferantur bona, quæ alioquin ex ſucceſſione ad eum perventura eſſent, *l. 2. ff. de his quib. ut indig.*

Prout reſponderunt Domini in cauſa Abrahami Cuntzens zu Leißnigk/Menſ. Jun. Anno 1634. (Verba ſent. Dieweil aber deñoch dergleichen pacta und Vergleichung de hereditate tertii in Rechten unzuläßlich und ungültig ſeyn/ꝛc.)

† Idque latius perſequitur Hartman. Piſtor. *dict. loc.* 11 pluribus adductis ad hanc rem ampliationibus & limitationibus, inter quas principalior hæc eſt limitatio, † Si non de alicujus certi hominis, ſed in ge- 12 nere tantùm de viventis hereditate tractatum fuerit; Ut cum quis ſocietatem contraxit, ſi qua hereditas ei obvenerit: † Quod pactum omninò valet 13 *per text. in l. 3. §. de illo. 2. ff pro ſocio.* Joh. Dauth. *in l. ult. n. 116. C. de pact.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 8. num. 17. 18.* † Ceſſat enim hoc caſu ratio prohibi- 14 tionis, quum propter incertitudinem de nullius morte ſpes præmatura bonis moribus repugnans concipiatur, Hartm. Piſt. *dict. loc. num. 22.*

Ita Domini in cauſa Martini Zſchauens zu Queis/M. Mart. Ann. 1616. (Verba ſent. Habt ihr Valtin Mebuſſen verſprochen und zugeſagt/die erſte Erbſchafft / damit ihr befället werden möchtet/mit ihme zugleich zu theilen/ꝛc. So iſt ſolche Zuſage/ geſtalten Sachen nach/zu Recht kräfftig und verbündlich/und mag dahero/daß die pacta ſucceſſoria in gemein ungültig ſeyn / nicht hinterzogen werden/ V.R.W.)

Definit. XIIX.

In caſum mortis alicujus tertii licet paciſci, ſi in bonis ejus paciſcenti jus aliquod competat.

VIdentur equidem aliqua jure promiſſa, quæ 1 votum captandæ mortis aliquo modo implicare poſſunt, putà, ſubſtitutio pupillaris, *§. 4. Inſt. de pupill. ſubſt.* † Donatio omnium bonorum re- 2 tento uſufructu, *l. 35. §. 5. C. de donat.* † Imò quævis 3 donatio mortis causâ; Et ex jure feudali † inveſti- 4 tura de feudo vaſalli adhuc viventis, *cap. 1. §. moribus. 2. ſi de feudo defunct.* † Sed lege permittente 5 hæc ita fiunt, quæ conceſſiones ejusmodi à turpitudine & voto captandæ mortis liberat, Hartm. Piſt. *part. 4. quæſt. 1. num. 26.* † Eoque defenditur, ut pa- 6 ctis hereditas detur, Statuto & Lege confirmari poſſe: Ita videmus hodiè, † pactis dotalibus ſuper re- 7 bus hereditariis per modum contractus invicem diſponi, ita quidem, ut alterâ parte invitâ mutari & revocari non poſſint, *infr.* Conſt. *34. p. 2.* ſecùs, quàm exiſtimat Joh. Sichard. *in l. 3. C. de collat. num.* 6. † Porrò, nec in caſum mortis alicujus tertii pa- 8 ciſci prohibitum eſt, ſi paciſcenti in ejus bonis aliquod jus competat, † veluti ita fideicommiſſarius, 9 vivo etiam herede gravato, de re fideicommiſſo ſibi relictâ paciſci poteſt, Dd. *in l. 1. ubi &* Jaſon. *n.* 18. *C. de pact.* † Si quidem ſpem probabilem ex te- 10 ſtamento defuncti jam nactus eſt fideicommiſſarius, ut notat Bartol. *in l. is poteſt. 18. num. 11. ff. de acqu. hered.* † Eoque pertinet, quod de proprietario 11 traditum eſt, eum de uſufructu penes alium exiſtente paciſci poſſe in caſum, quo defuncto illo, uſusfructus ad ſe reverſus fuerit, *arg. l. ut heredibus 50. ff. de legat. 2.* Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 1. n. 25.* Joh. Dauth. *in l. ult. n 95. C. de pact.*

Ita Domini in cauſa Joachimi Mörlers zu Aulgk/Menſ. Jul. Anno 1619. [Verba ſententiæ: Habt ihr Peter Biemern euer Haus / daran Hans Helbigen die Fruchtnieſſung zuſtehet / auff ſeinen Todesfall umb ein gewiſſes zu verpachten verſprochen. Ob nun wohl ſonſten dergleichen pacta, ſo auff eines andern Tod oder Erbſchafft zielen / ungültig ſeyn; dieweil aber dennoch

noch in gegenwärtigem Fall diese Beschaffenheit hat/daß euch an Hansen Helbigens Hause allbereit ietzo das Eigenthum zustehet/und euch davon zu disponiren unbenommen/ ꝛc. So mag auch nach Gelegenheit dißfalls berührte conventio vor unkräfftig nicht gehalten / noch hinterzogen werden/V.R.W.)

Definit. XIX.

Valet pactio de hereditate tertii, si is consentiat, & in eâ voluntate ad extremum vitæ exitum perseveret.

1 PActum de viventis inscii hereditate licet ab initio non valeat, Defin. *præced.* tamen confir-
2 matur, si postea † is, de cujus hereditate actum est, resciverit & consenserit expressè, in eâque voluntate perseveraverit, *l. ult. C. de pact.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2 tit. 3 defin. 10. num. 1.* Hartm. Pist. *part. 4.*
3 *quæst. 1. num. 29.* † Cessat enim propter consensum viventis sinistra suspicio, quæ ex turpitudine est desumpta, & ratio acerbissimæ spei, atque adeò votum captandæ mortis, *dict. l. ult. C. de pact.* ut pluribus
4 demonstrat Hartm. Pist. *dict. loc.* † Requiritur autem, ut ab utroque ex contrahentibus certior factus sit is, de cujus hereditate actum est, quo pacto & contractui inter duos inito consensisse existimetur,
5 Anton. Fab. *dict. loc. n. 2.* † At quo tempore consensus intervenerit, parum refert? Non enim probabilis est sententia existimantium, in ipso instanti, quo contrahitur, consensum intervenire debere, secundum tradita Bartol. *in l. Theopompus. 14. ff. de dot. præleg.* Bald. *in l. juris jurandi. 9. Cod. de test.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Er Hans Helbig auch in solche Vergleichung gewilliget/ und damit wohl zu frieden gewesen/ꝛc. So mag auch nach Gelegenheit dißfalls berührte conventio vor unkräfftig nicht gehalten/ noch hinterzogen werden/V.R.W.)

Definit. XX.

Valet pactum de succedendo inter milites.

1 NOn minus de propriâ paciscentium hereditate, ac de successione in bona alicujus tertii convenire ac pacisci prohibitum est *l. ult. ff. de suis & legit. l. stipulatio hoc modo. 61 ff. de V. O. l. pactum dotali 3. C. de collat. l. 15. C. de pact.* Non quidem † ob
2 sinistram suspicionem captandæ mortis, quæ ratio huc neutiquam accommodari potest, secundum
3 Hartm. Pist. *part. 4. quæst. 2. num. 1.* † Sed quia hereditas & successio à jure publico dependens non pactis, sed legibus datur, *l. pactum. 15. C. de pact. l. hereditas. 5. C. de pact. convent.* † Et quia ejusmodi
4 pacta liberam testandi facultatem impediunt, *dict. l. pactum. 15. C. de pact. & l. 52. §. idem respondit. 9. ff. pro Socio.* Hart. Pist. *dict. quæst. 2.* ubi hanc doctrinam multis ampliationibus illustrat.
5 † Specialiter tamen militibus de succedendo pa-
6 cisci jura indulgent *l. licet 19. C. de pact.* † Nam cùm voluntas militum quoquo modo contemplatione mortis in Scripturam redacta, vim postremi judicii obtineat, hinc etiam illis indultum est, ut pacta de successione ab eis inita non quidem in vim pacti valeant, sed ultimæ voluntatis vim obtineant, etiamsi pactum reciprocum non esset, *dict. l. licet 19. C. de pact.* Hartman. Pist. *dict. quæst. 2. num. 36.* † Ex quo sequitur, pacta ejusmodi ad instar ul- 7
timæ voluntatis esse revocabilia *dict. l. licet. 19. C. d. t.* † Planè, non semper milites hoc privilegio gau- 8
dent, sed solùm, si in castris degant, licet non ipso actu in pugna periculo versentur, *l. milites 15. l. pen. C. de testam. milit. §. sed hactenus 3. Instit. de militar. testam.* Cacher. *decis. 100. num. 46.* † Ad nobi- 9
les itaque privilegium istud jure extendi haud posse, clarissimum est, Hartm. Pist. *dict. q. 2. n. 37.*

Ita Domini in causa Mauritii Lobens zu Helmersgrün / M. Jun. Anno 1630. (Verba sent. Ob wol sonsten die pacta successoria zu Recht nicht verbündlichen / dieweil aber dennoch gegenwärtige Erb-Vergleichung / davon eure Frage meldet/unter zweyen Soldaten/so sich beyde schreiben lassen/und dem Kriegs-Wesen nachgezogen / aufgerichtet worden / ꝛc. So mag sie auch/gestalten Sachen nach/mit Bestande nicht hinterzogen werden/V.R.W.)

Definitio XXI.

Valet pactum, ut post mortem alicujus, bona sua vi obligationis, non jure successionis ad alium perveniant.

1 ANergo nunquam pacto bona hereditaria alteri deferri poterunt? † Sanè hoc simpliciter asserere admodum periculosum videtur, & contra *l. in re mandata. 21. C. mandat.* ubi cuilibet datur
2 potestas libera de rebus suis disponendi: † Quin & jura permittunt ita contrahere, ut obligationis effectus post mortem promittentis conferatur, & ab herede ejus demùm incipiat, *l. 1. Cod. ut action. ab hered. & contr. hered.* † *Quidni ergò aliquis rem*
3 *suam alteri post mortem promittere valeret?* Bartol. & Dd *in l. ult. C. de pact.* † Adeoque, quod dic-
4 tum, pacta super hereditate acquirendâ jure improbari, Defin. *præced.* id aliter verum non est,
5 quàm si de succedendo conventum fuerit: † Secus verò quando factâ nullâ successionis mentione, quis bona sua per pactum sive alium contractum ita alteri concedit, ut illa ex vi obligationis contractæ
6 post mortem obtineat ab herede, † quod pactum nec propriè de succedendo appellari potest, Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 2. n. 45.* Dd. *in l. stipulatio hoc modo 61. ff. de V. O.* Andr. Fach. *lib. 5. controv. 85.*
7 Dauth. *in l. ult. num. 120. C. de pact.* † Illud verò dubium superest, *quando pactum de succedendo initum, & quando contractus de bonis alicujus post*
8 *mortem alteri dandis celebratus dicatur?* † Ex verbis contrahentium, aliisq; circumstantiis hoc dijudicandum; multis firmat & latius declarat Hartm. Pistor. *part. 4. quæst 3. per tot.* imprimis vero viden-
9 tur in dubio bona per viam contractus concessa, † quando verba ita sunt concepta, ut obligatio quidem in personâ promittentis fundata, sed in mortis eventum collata in heredis personâ effectum capiat, atque adeò alter ex obligatione istâ ab herede promittentis, sine ullo succedendi jure bo-

10 bona promissa consequatur. † Puta, si quis alicui
11 promiserit simpliciter bona sua post mortem: † At verba ista concepta, ut obligationis effectus non ab herede incipere, sed bona post obitum sine aliquo heredis facto ad alium devolvi debeant, successionem videntur continere, ac proindè pactum illud non valebit, ut pluribus demonstrat Pistor. *dict. quæst. 3. num. 7. 8. & 18.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Uber diß in bemeldter Vergleichung keiner succession oder Erbschafft gedacht / sondern per modum contractus einem ein gewisses Stück Guts / iedoch allererst nach des andern Absterben zu erlangen zugeeignet wird. So mag auch solche Vergleichung / gestalten Sachen nach mit Bestande nicht hinterzogen werden / V. R. W.)

Et in causa V Volffgangi Christophori à Leipzig zu Zwetha / M. Sept. Anno 1635.

Definit. XXII.

Pacta de conservandâ futurâ successione, quatenus valeant inter parentes, liberos & Cognatos.

1 QUamvis pacta de acquirendâ futurâ successione irrita habeantur, *Supr.* Defin. 17. Attamen de conservandâ futurâ successione inter parentes & liberos, itemq; agnatos & Cognatos, ad quos alioquin hereditas pertineret, pacisci licere, vulgò astruunt *ex §. ult. Inst. de legit. agnat. succeff. l si ab eo. ii. C. de legit. hered. l. ult. C. de emancip. liber. l. 4.*
2 *C. de legit. tutor.* † Eamque opinionem, tàm altè radices egisse, ut nemini auctor ab eâ dissentiendi
3 esse velit, ait Petr. Heig. *part. 1. quæst. 23. num. 15.* † Et comprobant etiam hæc pacta Bartol. *in l. stipulatio hoc modo. 61. ff. de V. O.* & Zasius *ibidem num. 19. 20.* ubi in pactis dotalibus reservationem successionis in favorem agnatorum & liberorum factam valere, tradit Johann. Coras. *lib. 6. miscellan. cap. 9.*
4 Matth. Wesenb. *in l. ult. num. 12. C. de pact.* † Nec obstat *l. pactum. 15. C. de pact.* Etenim non æqualitas ibi, sed inæqualitas inducitur, quum filia præcipuam habere dotem absque collatione jubeatur, & sic plus ei acquiratur de novo, quàm alioqui debere-
5 tur: † At ita demum valere volunt prædicti Dd. pacta de conservandâ hereditate, si iis æqualitas successionis conservetur, Wesenb. *dict. loc. n. 12.* Heig.
6 *dict. quæst. 23. num. 18.* † Alio modo aliisque conditionibus pacta ejusmodi de conservandâ successione admittit Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 4. ubi fusius de hac re agit.*

Ita Domini in causa VVilhelmi à VViesen & Mariæ Lösserin / Mens. Jan. Anno 1625.

Definit. XXIII.

Omnes actus, renunciationes ac transactiones intelliguntur cum hâc clausulâ (Rebus sic stantibus.)

1 GEneralis est Dd. Theorica: Quod omnibus actibus ac dispositionibus insit clausula (Rebus sic stantibus) *l. cum qui. 38. ff. de solut.* Jason. *in l. quod Servius. 8 ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. num. 18.* Octav. Cacheran. *decis. 9. num. 2.* Andr. Tiraquell. *in l. unquam. 8. in præfat. n. 130. & 167. C. de revoc. donat.* † Nec quicquam adeò fir- 2
mum constet, adeoque immobile aut præcisum sit, quin semper cum istâ clausulâ (Rebus sic stantibus) intelligatur, Tiraquell. *dict. loc. n. 169.* † Cujus rei 3
ratio potissimum in eo consistit, quod in novo statu seu causa mens & intentio disponentium cesse, Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 16. n. 6.* † Ac ubi 4
mens disponentium abest, ibi nec dispositio locum habere potest, Jason. *in l si quis filium. 3. num. 3. 1. C. de lib. præterit.* † Huic consequens est, à con- 5
tractu toto recedi, ob causam aliquam noviter obortam, † idque etiam altero contrahente invito, *l.* 6
quæro. 54 §. inter locatorem. 1 ff. locat. l. 8 ff. de condict. caus. dat. l. 14. in fin. ff. pro Soc. l. cum 38. in pr. ff. de solut. l. tale pactum. 40. §. pater. 3. ff. de pact. l. qui servum. 96. ff. de V. O. Alciat. *dict. loc.* † Idque 7
exemplis declarat Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 4. quæst. 149. n. 28.* ubi hæc latissimè tractat, illamque Theoricam non modò in contractibus, transactionibus & renunciationibus, † sed 8
in omnibus indifferenter dispositionibus, juramentis, statutis, legibus, ultimis voluntatibus, privilegiis &c. procedere ait, multisque rationibus confirmat. † Planè, locum non habet hæc regula, quando in contractu vel dispositione aliqua cogitatum 9
quoque est de futuris casibus; Nam tùm nova causa ejus momenti non est, ut propter eam à veteri dispositione divertere liceat, Cacher. *dict. decis. 91. n. 14.* Jacob. Schultz. *dict. loc. n. 80.* † Pariter & in di- 10
spositionibus, quæ universales sunt, atque ita se habent ut accessionem admittant, jamque commodo, jam incommodo sint, semper res in eodem statu permanere dicitur, quo erat initio, quamvis postea quædam incidat rerum commutatio; † Idcircò 11
nec ob causam aliquam novam ab hisce recedere permissum est, Octav. Cacher. *dict. decis. 91. n. 17.*

Ita Domini in causa Leonhardi Rosens & Caspari Kutzlebens zu Leipzig / Mens. Majo, Ann. 1599. (Verba sent. Ob nun wohl solcher Vertrag allenthalben also beschlossen / bewilliget und vollzogen worden; Da aber dennoch das Bergwerck hernach in ein solches Abnehmen kommen / daß der Uberschuß / davon sie von Jahren zu Jahren ihre Bezahlung erlangen sollen / so viel nicht getragen / daß sie ihrer Forderung befriediget werden können / ꝛc. So wäret ihr an solchen Vertrag / der Zinsen halben / ferner nicht verbunden / V. R. W.)

Definit. XXIV.

Ob causam datum repeti nequit, casu fortuito impletionem causæ impediente.

SI casus fortuitus impediat causam impleri, 1
cessare condictionem ajunt Impp. Dioclet. & Maxim. *in l. pen. C. de condict. ob caus. l. 8. C. eod. tit. l. 5. in pr. ff. eod. tit.* † Aliud tamen dispositum 2
videtur *in l. ult. ff. de condict. ob caus. dat.* quæ condictionem pecuniæ datæ, ut Stichus daretur, mortuo Sticho concedit, † Et *in l. 5. §. p. ff. eod.* 3
tit. ubi condictioni locus est, si servus fugerit, ob quem manumittendum pecunia fuit accepta, † atque *in l. 1. & 5. C. de condict. ob caus. l. 15. §.* 4
item

item cum 6. ff. locat. Dedit hæc res ansam variis
5 distinctionibus, † ut videre est apud Donell. *14. com. 21.* Gloss. & Cyn. *in dict. l. 5. ff. de condict. caus.*
6 *dat. ut i &* Bartol. *ac* Bald. † Nimirum, an casus fortuitus contingat in personâ dantis, an in personâ accipientis: Vel an causa, ob quam datum est, in facto consistat, an in dando, aut etiam in tali facto, quod commodum dantis principaliter respiciat: Aut verò an casus fortuitus sit absolutè talis, an tan-
7 tùm in personâ accipientis: † Quæ omnia latius repetit & explicat Reinhard. Bachov. *in animadv. ad* Treutl. *vol. 1. disp. 22. th. 2. lit. a.* Non ineptè forsan quis dixerit. cum eodem Bachov. *ibid.*
8 † propter diversitatem factorum & casuum, vix posse hoc certâ regulâ definiri. Et ideo rem hanc plerumque ex æquitate decidendam esse, †
9 quod & JCtos fecisse, arguit *l. 3 in pr. & §. ult. ff. de cond. ob*
10 *caus. dat.* † Ut scilicet consideretur, utrius causa
11 potior sit, ut ne morari debeat in damno. † Attamen in dubio regulâ generali standum existimaverim, quod casus fortuitus impletionem impediens, faciat cessare condictionem, *dict. l. pen. C. de cond. ob caus.*

Ita Domini in causâ Barbaræ, Uxoris Georgii Nitschens zu Leipzig/Mens. August. Anno 1615.

Definit. XXV.

Quatenus valeant confraternitates, seu pacta de mutua successione familiarum Illustrium.

1 QUicquid dicant & proferant Dd. ad impugnationem confraternitatum & pactorum de mutua successione, quod scilicet non expediat Reipu-
2 blicæ, † jura successionum, quæ communia omnibus esse debent, subditorum arbitrio promiscuè subjici, *l. jus publicum 38. ff. de pact. l. quod bonis. 15. ff. ad Leg. Falcid.* Herman. Vult. *de feud. cap. 9. n. 48.* Petr. Heig. *part. 1. quæstion. 23. n. 41.* negari
3 certe nequit, † in familiis Illustribus ejusmodi pacta adeo frequentari, ut nimis serò contra hæc disputare quis videatur: † Probat id ipsum pactum
4 successorium inter Marchiones Brandenburgenses & Duces Pomeraniæ Anno 1323. initum, de quo
5 Chytr. *in Chron. lib. 5. fol. 156. & fol. 365.* † Pactum itidem Ducum Bavariæ & Principum Palatinorum, Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 2. numer. 13.* Christ. Besold. *de Elect. & succes. Reg. lib. 1. dissert.*
6 *13. numer. 3.* Schönborn. *2. polit. 13.* † Johannis Friderici II. Johannis Wilhelmi & Johannis Friderici III. Ducum Saxoniæ cum Wilhelmo, Georgio Ernesto & Poppone, Principibus Hennebergicis Anno 1554 Mens. Sept. contractum, Reusner. *vol.*
7 *1. consil. 3.* † Et pactum confraternitatis inter Serenissimos ac Illustrissimos Duces Saxoniæ & Landgravios Hasiæ Anno 1262. secundum Fabric. *lib. 6. Orig. Saxon.* initum, postea Anno 1372. 1431. Anno 1555. 10. Martii, Anno 1587. 8. Julii, à Christiano I. Electore, Friderico Wilhelmo, Johanne, Johanne Casimiro, Johanne Ernesto, Ducibus Saxoniæ & Wilhelmo, Ludovico, Georgio & Mauritio Hasiæ Landgraviis, *teste* Christ. Besold. *1. disput. nomicopol. 13. num. 3.* ac demum Anno 1614. Mens. Mart. confirmatum; † Aliaque plurima pacta 8
relata ab Hottom. *cons. 32. num. 37. &* Waren. ab Eremb. *lib. 1. de fœder. c. 2. num. 35.* Ecquis enim tantorum Principum facta improbare vellet? † Nec 9
est, quod propter sinistram suspicionem & votum captandæ mortis hasce pactiones quis illegitimas dicere ausit: † Eximia namque familiarum Illu- 10
strium dignitas omnem suspicionem removet: Dahero die Chur- und Fürsten des Reichs/ als *personæ publicæ*, den privat Gesetzen keines Weges unterworffen/ uti respondit domus Saxonica in der Apologia und Rettung der zwo Schrifften/ so Anno 1609. von des Chur- und Fürstlichen Hauses Sachsen an den verledigten Gülischen Herrschafften Rechten ausgangen / *fol. 8.* † Quin & militi- 11
bus pacta ejusmodi successoria inire expressè conceditur *in l. 19. C. de pact.* jam verò Principes Imperii Imperatori semper militare dicuntur: † Un- 12
de pactis illis hæc verba reperiuntur inserta: Thun auch die Auf- und Ubergebung gegen einander gegenwärtiglich / in und mit Krafft dieses Briefes in der allerbeständigsten Form/ Weise und Maß/ als solches *jure publico militari*, und sonsten zu Recht geschehen kan und mag / ꝛc. prout formula habet pacti Ducum Saxoniæ & Hass. Landgrav. Anno 1555. † Maximè verò pacta hæc fraternitatis de 13
mutua successione valida sunt, quia ab Imperatore fuêre confirmata, ut Ducum Saxon. & Hass. Landgrav. à Carolo IV. Anno 1373. Et à Rudolpho II. Anno 1597. † quæ confirmatio omnes machina- 14
tiones & fraudes cessare facit, *l. ult. C. de vend. reb. civit. l. 1. & ibi* Dd. *C. de his qui propt. metum jud. non app.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 127. num. 8.* † Pro- 15
inde in hujusmodi pactis familiaribus consensum Imperatoris aut Principis, à quo alioquin bona conferuntur, adhibere, consultissimum dicit Petr. Heig. *dict. qu. 23. n. 42.* † nec absq; confirmatione hæc pa- 16
cta valere, inquit Gail. *dict. loc.* Fichard. *lib. 1. consil. 11. num. 7. 8.* † Quamvis & consuetudo certæ 17
alicujus familiæ inveterata & memoriam hominum excedens pactis illis multum roboris tribuat, secundum tradita Petr. Heig. *dict. qu. 23. numer. 42.* † Planè in familiis jurisdictione carentibus, nulla 18
ratione ejusmodi pacta sustineri posse, rectè asserit Heig. *dict. loc. n. 41.*

Ita tractatum in causâ VVilhelmi à Wiesen & Mariæ Loserin/ Mens. Jan. Anno 1625.

CONSTITUTIO XXXVI.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann aus beweglichen Ursachen ein Eyd zu relaxiren, wie und waßer Gestalt derwegen erkannt werden/und solche relaxation oder Erlassung des Eydes geschehen soll?

Relaxatio Juramenti ex justâ causâ qualiter fieri debeat?

DIeweil die Rechtslehrer insgemein dahin schliessen / daß keine Weltliche Obrigkeit Macht habe / über geschworenen Eyd zu erkennen/ sondern daß solche Erkäntnüß der Kirchen-Gewalt zustehe / So haben es auch unsere Räthe / Juristen-Facultäten und Schöppenstule dafür geacht/daß in den Facultäten und Schöppenstülen erstlich erkannt werden soll / in was Fällen/ und wie weit die relaxation des Eydes statt habe/ und daß alsdann die Verordnung der relaxation , auch waßer Massen solche vorzunehmen/uns heimgestellet und zugewiesen/waß auch dieselbige erfolget/für dem Richter erster instantz in der Hauptsache procediret und verfahren werden soll/ darbey wir es bleiben lassen.

CUm ex communi juris Interpretum sententia, magistratus secularis de juramentis servandis vel non, cognoscere non possit, sed ad Ecclesiasticam jurisdictionem id pertineat: Igitur Deputati nostri existimârunt, Collegiorum Juridicorum & Scabinatuum sententias de eo requirendas, an & quatenus relaxatio Juramenti locum habeat, tùmque ipsam relaxationem & modum seu formam ejus nobis committendam. Eâ autem impetratâ coram Judice primæ instantiæ in principali causâ procedendum esse, quod ipsum & nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Relaxatio juramenti ad Principalem & Magistratum Politicum spectat.*
2. *Non nisi justâ ex causâ & præviâ cognitione juramentum relaxari debet.*
3. *Relaxatio Urpheda seu juramenti ad effectum agendi, fieri potest parte etiam adversâ non citatâ nec auditâ.*
4. *Denegatur absolutio à juramento, quando petenti relaxationem nulla competit actio.*
5. *Reus, si tantùm juraverit non vindicare carceres, absque relaxatione Urpheda, viâ juris experiri potest adversus judicem.*
6. *Non indiget jurans relaxatione juramẽti, si is, in cujus favorem juratum est, obligationẽ remittat.*
7. *Heres experiri volens contra juratum defuncti contractum, non tenetur petere absolutionem à juramento per defunctum præstito.*
8. *Cessat relaxatio juramenti in contractu confirmato sub verbo veritatis* (Beym Wort der Warheit.)
9. *Promissio facta sub dignitatis splendore* (Bey Fürstl. Gräfflichen oder Adelichen Ehrẽ/Treu uñ Glauben) *quando æquipolleat juramento?*
10. *Contraveniens promissione sub fide Principis aut nobilis viri facta, relaxatione juramenti opus non habet.*

Definit. I.
Relaxatio juramenti ad Principem & Magistratum Politicum spectat.

1 QUâcunque ex causâ contra præstitum juramentum agere & experiri quis velit, non admittitur, antequam ab eo fuerit absolutus, *Supr.* Const. *35. in verb.* (die *absolutio juramenti* zuzulassen.) *& ibi Defin. 3.* † Nam propter periculum
2 perjurii absolutio à vinculo jurisjurandi omnimodò necessaria est, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 15. defin. 1. num. 11.* Sed *à quonam Magistratu, Ecclesiastico vel Politico relaxatio impetranda erit?* †Mi-
3 rificè hîc variant Interpp. quorum opiniones & argumenta refert Matth. Berlich. *part. 2. concl. 44. n. 3. & seqq.* Sanè non disputatur de viribus juramen-
4 ti, utrum licitum sit vel illicitum: † Sed tantùm de ejus observantiâ, an servandum sit, nec ne? Andr.
5 Gail. *lib. 1. obs. 25. num. 4.* † Adeoque de executione juramenti, quæ antiquis temporibus ad Magistratum Politicum spectabat, & ita à judice temporali absolutio erat impetranda, *l. adigere. 6. §. ult. ff. de jur. patron. l. ult. ff. qui satisd. cog. l. Imperatores. 38. ff. ad municip.* Hartm. Pist. *lib. 2. tit. de juram. 25. obs. 5.* Bernh. Græv. *lib. 1. pract. concl. 25.* † Post-
6 quam verò Pontifices in Ecclesiâ regnare cœperunt, conniventibus Imperatoribus & Principibus secularibus, potestatem juramenta relaxandi ad se arripuerunt, sibique solis attribuerunt, *cap. noluit. 13. extr. de judic. cap. venerabilem. 34. extr. de elect. cap. cum contingat. 28. extr. de jurejur.* Paul. de Castr. *in Auth. Sacramenta puberum. C. si adversus vendit. numer. 11.* Andr. Fach. *lib. 3. cont. 13.* † At temporis
7 tractu res ferè ad pristinum statum & jus antiquum rediit, dum Cameræ Imperiali potestatem absolvendi à juramento ad effectum agendi concessam videmus in Ordin. Cam. *p. 2. tit. 24.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 1. num. 23. & observ. 25. num. 2.* Johan.
8 Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num. 427.* † Quidni ergò aliis etiam reformatarum Ecclesiarum Principibus & Magistratibus secularibus eandem potestatem attribueremus? cum Zanger. *dict. cap. 1. num. 428.* Andr. Gail. *dict. n. 2. circa med.* † Quod
9 certè

certè minus dubium habet in foro Saxonico, propter *h.* Const. *36. in verb. fin.* (Und daß alſo dann die Verordnung der *relaxation*, auch waſer maße ſolche vorzunehmen / uns heimgeſtellet und zugewieſen / ꝛc.) *ubi* Moller. *num. 4.*

Ita Domini in cauſa Simonis Greulichs zu Königswalde / Menſ. April. Anno 1595. (Verba ſent. So wird euch ſolcher Eyd von der Obrigkeit / darunter der Herr Graff geſeſſen / auff euer gebührliches Anſuchen / billich relaxiret, V. R. W.)

Et in cauſa Nicolai Ulrichs zu Northauſen / Menſ. Julio, Anno 1593. (Verba ſent. So würde euch ſolcher Eyd von der Obrigkeit / darunter R. R. geſeſſen / auff euer gebührlich Anſuchen billich relaxiret, V. R. W.)

Definit. II.

Non niſi juſtâ ex causâ & prævia cognitione juramentum relaxari debet.

1 NOn ſtatim ad inſtantiam & petitionem partis juramentum relaxari debet, ſed petens abſolutionem à juramento, juſtam cauſam exprimere &
2 probare tenetur; † putà, quod per dolum, metum, vim, minas, mendacium ad jurandum fuerit inductus, vel quod minor ætas, læſio enormiſſima, aliaque cauſa ſubſit, de quibus *Vid.* Domin. Card. Tuſch. *tom. 1. pract. concl. lit. A. concl. 59. num. 4. & ſeqq.*
3 Cravett. *conſil. 7. num. 3. & ſeqq.* † Idque ipſum eſt, quod Illuſtriſſimus Elector Saxoniæ Scabinos, aliosque Judices inferiores ſuper relaxatione juramenti, an & quatenus ea locum habeat, ante omnia pronunciare jubet *h.* Conſt. *36. verſ.* Daß in den *Facultä*ten und Schöppenſtülen erſtlich erkannt werden ſoll / in was Fällen / und wie weit die *relaxation* des Eydes ſtatt habe / ꝛc. *ubi* Moll. *num. 5.* †
4 Quo ipſo ſatis innuit, cauſæ cognitionem præcedere
5 debere, antequam abſolutio concedatur. † Sufficit tamen hoc caſu cognitio ſummaria ſine longo ſufflamine litis & ſolenni ordine judiciario, prout ſcitè tradit Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 23. num. 4. poſt* Marant. *part. 4. diſt. 9. &* Bartol. *in extravagant. ad reprimendum, in verb. ſummaria.* Felin. *in cap. Eccleſia S.*
6 *Mariæ. 10. num. 12. extr. de Conſt.* † Planè, per Procuratorem etiam abſolutio à juramento obtineri poteſt, ut notat Felin. *in cap. cum deſideres. 15. num. 3. de ſent. excomm.* Andr. Gail. *dict. obſ. 23. num.*
7 4. † Nec impediet abſolutionem, quod quis juraverit, non petere relaxationem juramenti; Non obſtante ſiquidem hâc juratâ promiſſione, relaxatio rectè petitur, ſi juſta cauſa ſubſit, Felin. *in c. præterea. 2. extr. de Sponſal. num. 19. & in cap. debitores. 6. extr. de jurejur. num. 9.*

Ita Domini in cauſa Marci Siedwendens zu Staden / Menſ. Febr. Ann. 1595. (Verba ſent. So erſcheinet daraus ſo viel / daß ſolcher Eyd / ſo weit ihr das Recht darinnen verſchworen / zu Recht unkräfftig iſt / derowegen ihr deſſen ungeacht / iedoch auff deſſelben vorgehende relaxation, welche euch von der hohen Obrigkeit des Orts auff euer gebührliches Anſuchen billich mitgetheilet wird / vorbemeldte Graffen des angelegten unbefugten Gefängniß / und derer euch dadurch zugezogenen Injurien halben / Rechtlichen zu belangen wol befugt / möget auch derohalben vor meineydig nicht geſcholten werden / V. R. W.).

Definit. III.

Relaxatio Urphedæ ſeu juramenti ad effectum agendi, fieri poteſt parte etiam adversâ non citatâ nec auditâ.

NOn ſolent Nobiles, aliivè Magiſtratus ſubditos carceribus conſtrictos dimittere, priusquam juramentum de non vindicando carcere (vulgò Urphedam) præſtiterint. † Quin & ſæpè Ma- 2
giſtratus in hanc perveniunt temeritatem, ut Reis viam juris præcludere audeant, eosque de non vindicando carcere etiam judicio legitimo jurare cogant: † Quo certò caſu, Rei adverſus Magiſtra- 3
tum experiri nequeunt, antequam abſolutionem à juramento ad effectum agendi obtinuerint. † Quæ 4
tantò facilius ipſis concedenda, quantò certius, ejusmodi Urphedâ ipſo jure nullâ ac prorſus invalidam haberi, ut ad conſultationem Illuſtriſſimi Principis Dn. Johannis Erneſti Ducis Saxon. Menſ. Mart. Anno 1596. à Dominis Scabinis pronunciatum percepi. † Ac licet relaxatio juramenti, contractum 5
aliàs invalidum validantis, vel ſuper uſuris, quando ſcilicet per totum tollitur obligatio, cognitionem cauſæ requirat, quo caſu partem adverſam quoque citari debere, non abſurdè forſan quis exiſtimaverit,
cum Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 22. num. 3. & 7.* † At- 6
tamen in abſolutione à juramento ad ſolum effectum agendi, per quam obligatio in totum non tollitur, ſed ſolùm via ad agendum aperitur & habilitatur perſona, quæ juravit nullo modo contravenire, ut poſſit experiri de injuſto carcere, pravitate uſurariâ, enormi læſione, &c. cauſæ cognitionem exactam non requiri, ſed absque hâc, ac quod eſt conſequens, etiam non citatâ & inauditâ parte, abſolutionem dari cuilibet petenti, dixerim cum Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 15. defin. 1. num. 11.* & Bernhard. Greven. *lib. 1. obſerv. 22. conſid. 1. num. 3.* † Quod 7
& in aulâ Elect. Saxon. ſic obſervari, teſtatur Daniel Moller. *hic num. 8.* Nec habet pars adverſa quod
conqueri poſſit, † quia omnia ipſi jura ſalva ac il- 8
læſa remanent, ad ſe defendendum à petitis per adverſarium, & duntaxat obſtaculum jurisjurandi tollitur, ut liberè jus ſuum deducere valeat, Greven. *dict. loc.* ubi in hanc rem præjudicia ſummorum tribunalium adducit. † Vid. quoque Fach. *lib. 1. contr.* 9
77. ubi fundamenta hujus ſententiæ recenſet, & ad contraria reſpondet. † Eoque facit, quod rela- 10
xatione juramenti impetratâ coram judice primæ inſtantiæ in causâ principali procedi jubet Elector Illuſtriſſimus *h.* Conſt. *36. in fin. verſ.* Wann auch dieſelbe erfolget / ꝛc.

Ita Domini in cauſa Nicolai Zickers contra Rudolphum à Bünau, ad requiſitionem Quæſtoris Plavienſis, Menſ. Dec. Anno 1629. (Verba ſentent. Dieweil er aber vermeynet / daß von den Gerichts-Herren zu geſchwinde verfahren / und er zur Ungebühr mit der Straffe beleget worden / iſt er bemeldte Gerichts-Herren zu belangen vorhabens / zu welchem Ende er umb relaxation des geleiſteten Urphedens unterthänigſt angeſuchet / ꝛc. So wird ſolcher Eyd / unangeſehen die Gerichts-Herren als pars adverſa noch nicht citiret, oder vernommen ſeyn / iedoch weiter nicht als ad effectum agendi, billich relaxiret, V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Denegatur absolutio à juramento, quando petenti relaxationem nulla competit actio.

1 NE tamen quis putet, indifferenter juramentum relaxari ad effectum agendi, secundum tradita Defin. *præced.* sciendum, ea tùm demum esse vera, quando ex circumstantiis aut actis simul transmissis apparet, justè absolutionem peti, & actorem gravatum esse, Moller. *hic num. 8.* † Alioquin, si quis 2 justis ex causis jurare necesse habuerit, putà, si ob maleficium incarceratus ex speciali gratiâ sub jurato elogio de non vindicando careere relaxatus fuerit, ac Judex omni ex parte ritè processerit; † Aut 3 si aliàs juramenti absolutio nullum producat effectum, putà si ex actis constet, petenti relaxationem, nullam competere actionem. † Tùm certè absolutio à juramento omninò deneganda erit, nec jurans ad actionem instituendam admittitur *l. hæc stipulatio. 14. §. divus. 1. ff. ut legator. seu fideicomm. servandor. caus. l. ad probationem. 21. C. de probat. c. per duas. 32. §. nos verò extra de Simoniâ.* Andr. 5 Gail. *lib. 1. obs. 22. n. 4.* †Ne scilicet litigatores inanibus sumptibus vexentur, *l. minoribus. 6 ff. de minor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 6. defin. 15. num. 6.*

Ita Domini in causa Pauli Stephans/ ad consultationem Quæstoris Zwickavienſis, Mens. Febr. Anno 1631. [Verba sentent. Ob nun wol der Amtmann euch wegen unrechtmässigen geführten Proceß zu belangen vorhabens ist / derowegen er um relaxation des geleisteten Urpheds ad effectum agendi angesuchet. Dieweil aber dennoch aus den Acten nicht zu befinden/daß seinem Fürgeben nach mit der Inquisition wider ihn nullitet verfahren worden seye / daher zu spüren/ daß sein Suchen nur zur Weitläufftigkeit und nichtigem Aufenthalte gemeynet/ꝛc. So hat auch nach Gelegenheit disfalls die gesuchte relaxatio juramenti ad effectum agendi nicht statt/ V.R.W.]

DEFINIT. V.

Reus si tantùm juraverit, non vindicare carceres absque relaxatione Urpheda, via juris experiri potest adversus judicem.

1 TUm demum Reus adversus judicem de injusto carcere experiri volens, absolutionem à juramento prius impetrare necesse habet, si utrumque, videlicet se nec carceres vindicare, nec eo nomine jure experiri, hoc est, neque de facto aut jure aliquid contra formulam juramenti attentare velle juraverit, 2 *Supr.* Defin. 3. † At quando Reus non vindicare carceres tantummodo juravit, relaxatione juramenti ad effectum agendi opus non habet, sed bene potest viâ juris experiri, non obstante juramento, Ord. Crim. Caroli *V. Imp. art. 20. §.* Es soll auch keine Obrigkeit/ Felin. *in cap. 1. num. 25. in fin. extr. de jurejur.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 22. num. 5. &* 3 *6.* † Nec enim tùm via juris relaxato præclusa est. Quia promissio juratò intelligitur facta de vindicta privatâ, & quæ fit de facto, non etiam jure permittente, Schurff. *cent. 3. conf. 87.* Natta *conf. 42. num. 3.* Matth. Steph. *ad dict. art. 20.* Ordin. crim. *num. 5.* 4 † Non ergò ad vindictam juris legitimam Urpheda extendi debet, *c. veniens. 16. extr. de jurejur. l. ult.* 5 *C. de non num. pecun.* † Quò pertinet, quod prohibitus molestiam inferre, non prohibeatur molestare de jure, Felin. *in c. causam. quæ. 18. numer. 4. extr. de rescript.* Gail. *dict. observ. 22. num. 7.*

Ita Domini in causa Nicolai Ulrichs zu Nordhausen/Mens. Jul. Anno 1593. [Verba sententiæ: Ob ihr nun in itzo gedachtem Unfrieden das Recht/daſſelbe wider den Herrn Grafen des angelegten Gefängniß halben zu gebrauchen/ verschweren müssen/ꝛc. So würde euch solcher Eyd ad effectum agendi auff euer gebührliches Ansuchen billich relaxiret: Sonsten aber/ da ihr euch des Rechten nicht begeben / wäre euch den Herrn Grafen um angezogener Injurien willen / auch ohne relaxation des Urpheds Rechtlichen zu belangen unbenommen / V.R.W.]

DEFINIT. VI.

Non indiget jurans relaxatione juramenti, si is, in cujus favorem juratum est, obligationem remittat.

1 NOn semper jurans relaxatione juramenti opus habet ad effectum agendi, sed quandoque etiam non impetratâ speciali absolutione, viâ juris experiri potest, ut tradit Dom. Card. Tusch. *tom. 1. pract. concl. lit. A. concl. 58.* † putà si universitas 2 vel communitas agere velit, quia est persona imaginaria, non habens animam nec corpus, Tusch. *dict. concl. 58. num. 69. & seqq.* † Pariter nec jurans ab- 3 solutione indiget, si is, in cujus favorem juratum est, remittat juranti obligationem, *c. cum inter. 2. Extr. de renunc. c. significavit. 13. Extr. de censib. c. 2. extr. de Sponsal.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 24. num. 1. & seq.* Speculat. *lib. 1. part. 1. tit. de legato. §. 6. n. 28.* Felin. *ad cap. 1. extr. de jurejur. n. 2.* † Nam jura- 4 mentum homini præstitum ab homine relaxari potest, quia par est potestas tollendi & inducendi, *c. 1. extr. de reg. jur.* † Intendit autem jurans parti 5 promittere, licet ad confirmationem adducat religionem juramenti, Felin. *dict. loc.* † Nec obstat, 6 quod juramentum principaliter DEO, non parti jurantem obliget, *c. debitores. 6. extr. de jurejur. l. jusjurandi. 2. C. de reb. Credit.* † Quia remittente 7 parte, ipsimet quoque Deus remittere juramentum videtur, quippe qui ad utilitatem alterius solummodo juramentum recepit, ut tradunt eleganter Felin. & Speculat. *dict. locis.* ubi & hujus assertionis limitationes ponunt. † Hæcque causa est, quod 8 nec subditis, qui in causâ Dominorum suorum in testimonium producuntur, ad hunc effectum, specialem relaxationem juramenti fidelitatis & obedientiæ à Magistratu superiore concedi necesse sit, † sed sufficit ab ipsâ parte, cui obstricti sunt, jura- 9 mentum iis ad effectum hunc remitti, Rutg. Ruland. *de commiss. p. 1. lib. 5. t. 11. n. 6. & seqq.* Frider. Pruckman. *vol. 2. consil. 6. n. 295.*

Ita Domini in causa Matthæi Herbsts zu Zwemen / Mens. August. Anno 1627. [Verba sentent. Seyd ihr Beneditt Rothen wegen eines Contracts / und darbey sonderlichen vorgehenden læsion, Rechtlichen zu belangen vorhabens. Ob euch nun wol hieran die eydliche Verpflichtung / so euer Vater als Contrahent gethan/ hinderlich seyn will/zuwider/ weil des Eydes relaxation von der Obrigkeit noch nicht geschehen; dieweil aber dennoch beklagter Rothe/zu dessen Nutz und Behuff der Eyd fürnemlich geleistet/euch die eydliche Verpflichtung einmal selbst erlassen/ꝛc. So hat er sich nunmehr damit nicht zu behelffen / sondern ihr seyd ohne einige fernere relaxation Rechtlichen wider ihn zu procedirẽ wohl befugt/ V.R.W.]

DEFI-

DEFINIT. VII.

Heres experiri volens contra juratum defuncti contractum, non tenetur petere absolutionem à juramento per defunctum præstito.

1 NOn ut ipsemet contractus ita & juramentum ad confirmationem additum, heredes obli-
2 gat. † Etsi enim hoc ex parte recipientis sit reale, & ad ejus heredes transeat, *c. veritatis. 14. extr. de*
3 *jurejur. ubi* Canonistæ *comm.* † Ex parte jurantis tamen juramentum est personale, & personam non egreditur, nec ad heredes jurantis transit, qvoad
4 vinculum scilicet perjurii, † secus autem qvoad efficaciam obligationis, Panorm. *in dict. c. veritatis. 14. extr. de jurejur.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 27. per tot.* Salycet. *in l. emptione. 3. n. 1. C. plus valer. quod*
5 *agit, quam quod simul.* † Nec enim reatus perjurii alterius animam ligare potest, qvum jus spirituale non transeat de animâ in animam, Panorm. *dict.*
6 *loc.* † licet contractus robur heredes obliget, quia vires de præterito non ex persona heredis considerantur, *l. cum quis decedens 37. §. codicillis. 5. ff. de legat 3. l. nam posteaquam. 9. §. ult. ff. de jurejur.*
7 † Ex quo fit, quod heres defuncti non opus habeat absolutione ad effectum agendi, quia ipse non juravit, sed potest rectâ viâ agere contra eum, qui indebitè juramentum exegit à defuncto, Gail. *dict. obs.*
8 *27. n. 2. ubi multos* Dd. *allegat.* † Planè, illud dubium non est, quod juramentum transeat ad heredem quantum ad probationem, *dict. l. cum quis decedens. 37. §. codicillus. 5. ubi* Bartol. *n. 10. ff. de legat 3.* Gail. *dict. loc. n. 6.*

Ita Domini in eadem causâ. [Verba sentent. Aber diß auch das juramentum, so euer Vater geleistet / euch als den Erben nicht verbindet/ꝛc. So seyd ihr auch ohne fernere relaxation, Rechtlichen wider ihn zu procediren wohl befugt/ V. R. W.]

DEFINIT. VIII.

Cessat relaxatio juramenti in contractu confirmato sub verbo veritatis (beym Wort der Wahrheit.)

1 NOn nego equidem promissionem sub verbo divinæ vel æternæ veritatis factam, (beym Wort der Göttlichen oder ewigen Wahrheit/) omninò servandam esse, & absque notâ impietatis
1 violari haud posse, † quippe quod per verbum veritatis ipsemet Deus implicitè invocetur, ac per id, Verbum patris, Dominus Salvator noster JESUS Christus intelligatur, ut meritò promissio ejusmodi pro juramento habeatur ab ipsomet D. Apostolo Paulo Roman. *1. vers. 1.* Rauchb. *part. 2. qu. 2. n. 54.* Johan. Zanger. *de except. part. 3. cap. 11. num. 193.* Matth. Coler. *de proceß. execut. part. 1. c. 10. n. 286.*
3 † Attamen malè inde infertur, promissionem illam sub verbo veritatis factam, veri juramenti vires & efficaciam habere, quando pro formâ actus alicujus juramentum corporale & solenne reqviritur. *Vid.*
4 *supr.* Const. *16. Defin. 6.* † aut si de pœnâ perjurii quæratur, ut in simili tradit Felin. *in cap. præterea. 2. ext. de Sponsal. n. 15.* Moller. *hic n. 15. 16. 17.* Andr.
5 Rauchb. *dict. qu. 2. n. 72.* † Ex quo porrò seqvitur, ad agendi effectum non ita opus esse relaxatione facti, sub verbo veritatis promissæ, ut juramenti cor-
6 poraliter præstiti: † Quia absolutio à vinculo juramenti necessaria est ad evitandam perjurii pœnam Andr. Gail. *lib. 1. observ. 24. n. 1. vers. Et quia perjurii evitandi gratiâ.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 5. defin. 1. n. 11.*

Ita Domini in causa Erhardi Sieghards zu Anneberg/ Mens. Jun. Anno 1633. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch der gethanen Zusage beym Wort der ewigen Wahrheit / die Würckung und Kraft eines geleisteten Cörperlichen Eydes zu Recht nicht zugeeignet wird / also daß auch dißfalls der Relaxation juramenti unvonnöthen/ꝛc.]

DEFINIT. IX.

Promissio facta sub dignitatis splendore (bey Fürstlichen / Gräflichen oder Adelichen Ehren/ Treu und Glauben) *qvando æqvipolleat juramento?*

1 HIsce in provinciis expeditum ferè est, qvod promissiones personarum Illustrium factæ sub splendore dignitatis (bey Fürstlichen/Gräflichen und Adelichen Ehren/Treu und Glauben/ꝛc) non æqvivaleant juramentis, sed pro simplici promissione habeantur, Andr. Rauchb. *p. 2. qu. 2. num. 58.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 21. n. 39.* Modest. Pist. *vol. 2. cons. 19. n. 53.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de jurejur. n. 6.*
2 † At, restrictum hoc velim ad eos solummodo casus, in qvibus verum, solenne ac corporale juramentum hominis pro formâ aut ad substantiam vel soliditatem actus reqviritur, putà in renunciatione ac intercessione mulierum, de qua *Supr. Const. 16. Defin. 4.* aliisqve casibus, in quibus
3 juramentum judiciale solet deferri; † Qvia tùm juramentum per æquipollens adimpleri non potest, sed in formâ solenni ac corporaliter præstandum est. nec sufficit assertio sub periculo animæ suæ, Felin. *in c. fraternitatis. 17. n. 12. extr. de testib.* Hart. Pist. *part. 4. qv. 6. n. 3.* Rauchb. *dict. qu. 2. n. 76.*
4 † Qvid enim qvæso promissio hæc sub dignitatis splendore commune habet cum fide Christianâ, cujus interpositionem semper verum juramentum
5 reqvirit, Hart. Pist. *dict. loc.* † Alioqvin, si de firmitate solâ ac robore contractus quæratur, concesserim, si ejusmodi promissio sub fide Principum aut Nobilium facta contractui per se valido adjicia-
6 tur, plurimum roboris obligationi indè contractæ accedere, † adeò, ut omnia illa, ad quæ quis aliàs ex contractu, cui juramentum appositum est, devinctus tenetur, implere non immerito cogatur, Hart.
7 Pist. *dict. qu. 6. n. 2.* Rauchb. *dict. qu. 2. num. 76.* Moller. *hic n. 15.* † Et eatenus salvari poterit notissima Germaniæ consuetudo, quâ promissiones Illustrium personarum sub dignitatis splendore factæ, ad instar juramenti promittentes obligare dicuntur, de quâ consuetudine testantur Schurff. *cent. 2. cons. 53. n. 19. & cent. 3. consil. 62. n. 13.* Matth.
8 Wesenb. *vol. 1. cons. 10. n. 41. & cons. 23.* Coler. *de proceß. execut. part. 1. c. 10. n. 225.* † Quam & in Camerâ Imperiali observari, testes sunt Andr. Gail. *lib. 2. observ. 59. n. 6.* Mynsing. *cent. 1. obs. 17.*

Ita Domini in causa Hansen von Wert. zu Beichlingen und Melchior von Arnstadts/Mens. Mart. Anno 1608. [Verba sent. So ist er solcher hochbetheuerlichen Verpflichtung und Zusage / so bey seinen Adelichen Ehren/ Treu und Glauben geschehen / weil dergleichen Verpflichtung und Zusage / nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten bey Fürstl. und Adelichen Personen/ die Kraft und Wirckung eines geschwornen Eydes hat/ erbarlichen nachzukommen schuldig/ V. R. W.]

Et, in causâ Barbaræ Hollandes zu Lüneburg / Mens. Januario, Anno 1597. [Verba sententiæ: Dieweil aber den-

dennoch in obgedachter Fürstl. obligation ausdrücklichen zu befinden / daß S. Fürstl. Gnaden die vorige Abrechnung beliebet / und zu richtiger Bezahlung des Rests sich bey Fürstlichen Ehren und Treuen verpflichtet / ꝛc. So ist S. F. Gn. solcher Verpflichtung ferner gebührlichen nachzukommen schuldig / V. R. W.]

DEFINIT. X.

Contraveniens promissioni sub fide Principis aut Nobilis viri factæ, relaxatione juramenti opus non habet.

AN ergò *contra promissionem factam sub splendore dignitatis* (bey Fürstlichen oder Adelichē Ehren / ꝛc.) *agere vel experiri volens, absolutionem prius petere necesse habuit?* Ita quis forsan dicere 2 posset, secundum tradita Defin. *præced.* † ubi hanc promissionem quoad observantiam & vinculum contractus, ad instar juramenti valere & contrahentes obligare, dixi cum Andr. Rauchb. *part. 2. q. 2. n. 76.* † Sed hinc malè id infertur: Est enim promissio illa (bey Fürstlichen und Adelichen Ehren) loco juramenti, saltem quoad observantiam contractus & ad excludendum remedia rescissoria, non verò ad pœnam perjurii, ut tradit Felin. *in cap. præterea 2. extr. de Sponsal. num. 15.* Rauchb. *dict. qu. 2. num. 72.* Mynsing. *cent. 1. observ. 17. n. 6.* † Absolutio autem à vinculo juramenti necessaria est ad evitandam saltem perjurii pœnam, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 24. num. 17.* † Cessante ergò in promissione personarum Illustrium perjurio, utique nec absolutio tùm impetranda erit, ut ritè infert Moll. *hic num. 16. & 17.*

Ita Domini in causa alicujus Comitissæ, Mens. Octobr. Anno 1631. [Verba sentent. Und mag die Zusage bey Gräflichen Ehren / Treu und Glauben / nach Gelegenheit dißfalls für eine eydliche Promission und beständige Renunciation nicht gehalten werden / immassen dann auch deswegen die Relaxation des Eydes unvonnöthen / V. R. W.]

CONSTITUTIO XXXVII.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Miete auff die Erben kommt?

Locatio & conductio num obliget heredes?

ES ist gemeines und gewissen Rechtens / daß im Zweifel die Contract auch die Erben binden. Ob nun gleich der Text des Sächsischen Rechtes sich bey etzlichen dafür ansehen lässet / als solten des locatoris Erben die von ihren Vorfahren beschehene location zu halten nicht schuldig seyn: So wird dennoch hinwieder solcher Text gemeiniglich nicht von des locatoris eigenen / sondern von andern als des Weibes Gütern verstanden; und demnach haben unsere Verordnete geschlossen / daß solches alles beydes also in heredibus locatoris & conductoris in Fällen / wie es die gemeinen Käiserlichen Rechte verordnet / zu sprechen und zu erkennen sey / darbey wir es auch bleiben lassen.

LUre communi extra controversiam est, contractus in dubio etiam heredes obligare. Etsi autem quidam existiment, jure Saxonico heredem non teneri stare locatione defuncti; Cum tamen communiter textus illius juris non de propriis locatoris, sed uxoris ejus bonis accipiatur: Nos deputatorum nostrorum unanimem sententiam probantes, tàm in locatoris, quàm conductoris heredibus jus commune servari jubemus.

DEFINITIONES.

1. *In foro etiam Saxonico, Locatio-Conductio heredes obligat.*
2. *Matrimonio morte dissoluto, mulier non tenetur stare locatione per maritum defunctum in fundo dotali factâ.*
3. *Resolutâ verò locatione fundi dotalis à muliere post mortem mariti, ejus heredes conductor ad interesse convenire haud prohibetur.*
4. *Emptor locatione à venditore factâ stare non tenetur; Et quando hoc fallit?*
5. *Locator, qui ante finitam locationem fundum locatum alteri vendit, Conductori ad interesse lucri tenetur, ubi explicatur illud dicterium vulgatum:* Kauff gehet vor Miete.
6. *Conductor ante tempus expelli potest ex causâ necessitatis, quæ supervenit ex post-facto.*
7. *Non potest locator expellere Conductorem propter usus proprios rei locatæ, si aliter pactus fuerit, vel saltem ejus nomine tutor L. 3. C. de locat. conduct. renunciaverit.*
8. *In locatione prædiorum seu jurium publicorum sive fiscalium, primus Conductor, si offerat tantum, quantum novus, præfertur aliis Conductoribus.*
9. *Conductor, finitâ locatione, remanens in prædio conducto, eâdem pensione videtur illud reconduxisse, sed non in totidem annos.*
10. *Conductor ante tempus locationis finitum à Conductione justa ex causa recedens, non solvit integram pensionem.*
11. *Ex causa sterilitatis, non potest peti Remissio mercedis, nisi læsus sit ultra dimidiam Conductor, finita locatione.*
12. *Factâ remissione ex causâ sterilitatis primo anno, si ubertas postea contingat, integra pensio etiam pro anno sterili exigi potest.*
13. *Si de faciendâ in singulos annos remissione convenerit, non potest unius anni sterilitas cum ubertate sequentium annorum compensari.*
14. *Per hostium incursionem aliumve casum fortuitum damno dato, Conductori ex bono & æquo pensio remitti debet.*
15. *Sumptus metatorum nomine factos* (Einquartierungskosten) *locator Conductori restituere tenetur.*

16. Con-

16. *Conductor fundi aut prædii insolitos casus & mortes pecorum præstare haud tenetur, etiamsi ea æstimata acceperit.*
17. *Præstat Conductor casum fortuitum, si cum expressa conventione in se susceperit, ubi & de insolito tenetur.*
18. *Mortem unius vel alterius pecoris præstare conductor non est obligatus.*
19. *Oves & Vaccæ ferreæ* (Eiserne Kühe oder Schafe) *non locatori, sed conductori moriuntur.*
20. *Periculum fructuum jam perceptorum ad Conductorem pertinet, iisq; perditis nulla remissio pensionis est concedenda.*
21. *Conductor, quitẽpore Conductionis pecora sua, aliasq; res proprias perdidit, aliudvè damnũ sensit, nec restitutionem à locatore petere, nec remissionem pensionis impetrare valet.*
22. *Jus patronatus in prædio locato non à Locatore, sed Conductore exercetur.*
23. *Doctores & Literati, Opifices strepitu quodam artem suam exercentes prohibere possunt, conducere habitationem juxta suas domos.*
24. *Conductor de levi tantummodo culpa, non etiam de levissima tenetur.*
25. *Venditis fructibus nascituris, eo anno nulli nascantur fructus, venditori nihil debetur.*
26. *Conductor sumptus fructuum colligendorum causa ad perpetuam rei utilitatem in rem conductam factos à Locatore repetere potest.*
27. *Usuras impensarum Conductor petere nequit.*
28. *Etsi societas ne quidem ex pacto heredes obliget, emolumentum tamen societatis ad eos transit.*

men/auff ſs Jahr lang umb einen gewiſſen Zins/Mietweiſe eingethan/nach dem aber derſelbe Todes verfahren/iſt ſeine hinterlaſſene Wittib das Haus ſelbſten zu beziehen gemeynet. Ob nun wol ſonſten auch auff Sächſiſchen Boden des locatoris Erben die Miete auszuhalten verpflichtet ſeyn/ und dergleichen Contract beyderſeits Erben verbindet/ꝛc.)

DEFINIT. I.

In foro etiam Saxonico Locatio-Conductio heredes obligat.

1 UTi cæteræ conventiones & pacta, ita etiam locatio-conductio ex utraque parte heredes scilicet tàm locatoris, quam conductoris obligat, *l. veritatis. 19. l. 29. l. 34. C. de locat. conduct.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 36. num. 1.* †
2 Videtur tamen in foro Saxonico negotium facere *Art. 77. lib. 3.* Landr. ubi Locatore intra tempora Locationis decedente heres ejus locationi ad certum tempus factæ, usque ad finem stare non tenetur. †
3 Ex quo notant Interpp. juris Saxonici, Locationem defuncti heredes de jure Saxonico haud obligare, Christoph. Zobel. *in gloss. latin. ad dict. art. 77. lit. a. & part. 2. diff. 41.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 8. n. 12.* Joh. Schneidewin. *ad §. ult. num. 2. Inst. de locat. conduct.* Reinhard. *part. 1. diff. 12.* †
4 Sed ex ratione hujus *decis. in dict. art. 77.* adjecta, quod nempe defunctus non potuerit diutius, nisi quamdiu vivebat, agrum Conductori guarendare, satis apparet, de tali agro jus Saxonicum ibidem loqui, cujus dominium locatoris non erat, nisi quoad
5 viveret, Dan. Moller. *hic num. 2.* † Quod & juri Civili prorsus convenit, pro jure locantis resoluto jus quoque conducentis resolvitur, *l. si quis domum. 9. §. 1. ff. locat. l. 31. ff. de pignor.* Nicol. Reusn. *lib.*
6 *1. decis. 14. num. 41.* † Aliter textum illum juris Saxonici *in dict. art. 77.* accipit, & de Locatione perpetua vel in longum tempus facta, & quidem rerum immobilium avitarum, nova ratione intelligit Jac. Schult. *ad Process.* Petr. Termin. *cap. 159. tit. de act. ex conduct. num. 8. & seqq.* quod & placet Reinhard. Rosæ *in addit. ad* Moller. *hic num. 3.*
7 † Cæteroquin ergò, quando Dominium rei locatæ ad heredes suos locator transfert, hi ex contractu ejus de jure Saxonico non minus sunt obligati, quam
8 de jure communi, Moll. *hic num. 2.* † Idque practica hodierna fori Saxonici satis probat, teste Matth. Wesenb. *in parat. ff. locat. cond. numer. 13.*
9 † Ac nullum prorsus de hoc dubium restat in Provinciis Electoratus Saxonici, propter manifestam dispositionem *hujus* Const. 37. quæ tam in locatoris, quàm Conductoris heredibus, hâc in re jus commune servari jubet, *vers.* Und demnach haben unſere Verordnete/ꝛc. *ubi* Dan. Moll. *n. 3.*

Ita Domini in causa Bernhardi Geußlers zu Qveis/ Mens. Febr. Anno 1628. (Verba sentent. Hat euch Marcus Liebold sein Haus/ ſo er mit ſeinem Weibe überkommen/auff ſs Jahr lang umb einen gewiſſen Zins/Mietweiſe eingethan/nach dem aber derſelbe Todes verfahren/iſt ſeine hinterlaſſene Wittib das Haus ſelbſten zu beziehen gemeynet. Ob nun wol ſonſten auch auff Sächſiſchen Boden des locatoris Erben die Miete auszuhalten verpflichtet ſeyn/ und dergleichen Contract beyderſeits Erben verbindet/ꝛc.)

DEFINIT. II.

Matrimonio morte dissoluto mulier non tenetur stare locatione per maritum defunctum in fundo dotali facta.

1 QUamvis in foro Saxonico æque ac de jure communi heredes ex locatione-conductione defuncti regulariter obligentur, Defin. *præced.* Attamen hoc semper verum non est, † cum nec indif-
2 ferenter jus commune heredes obstringat: Non certè, si pacto statuto, aut consuetudine loci aliud receptum sit, ut docet Dan. Moll. *hic. n. 3.* † Mul-
3 tò minus locatio defuncti obligabit eos, qui propriè heredes non sunt; Unde si maritus fundum dotalem locaverit, matrimonio morte mariti dissoluto, ac fundo dotali ad viduam revertente, † ea
4 locatione per maritum defunctum facta, haud stare tenebitur, per text. *in l. si filiofamilias 25. §. si vir in quinquennium. ult. ff. solut. matrim.* † Siquidem
5 Vidua, vivente adhuc marito, fundi dotalis Domina existit, adeoque non jure hereditario illud à marito consequitur, Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. def. 37. num. 34.* † Quo & facit *art. 77. lib. 3.* Landr. *& h.*
6 Const. *37. §.* Es wird dennoch hinwieder ſolcher *text.* † Ac sanè locatio species alienationis est, *l. 1.*
7 *in pr. C. de jur. Emphyt. l. ult. C. de reb. alien. non alien.* † Atqui in præjudicium uxoris maritus fun-
8 dum dotalem neutiquam alienare potest, *§. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non. l. 1. & tot. tit. ff. de fund. dotal.* † Pariter in casu converso, si mulier fundum loca-
9 verit, eamque postea in dotem dederit, nec maritum hac locatione per uxorem ante dotis constitutionem facta teneri, tradit Joh. Campeg. *in tract. de dot. part. 2. quæst. 23.* Didac. Covarr. *lib. 2. var. resolut. 15. n. 5.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dieweil aber dennoch bemeldte Wittib dißfalls nicht ihres Mannes Erbin worden/ ſondern allbereit bey ſeinem Leben das dominium in ſolchem Hauſe gehabt/ der Mann auch als uſufructuarius daſſelbe weiter nicht als auff ſein Leben/und ſofern ihm die Fruchtnieſſung zugeſtanden/ vermieten können/ꝛc. So mag auch gedachte Wittib den von ihrem Manne geſchloſſenen Miet-contract auszuhalten nicht gedrungen werden/ſondern ihr ſeyd ihr das Haus zu räumen ſchuldig/V.R.W.)

Definit. III.

Resolut. à verò locatione fundi dotalis à muliere post mortem mariti, ejus heredes conductor ad interesse convenire haud prohibetur.

1 AT, inquies, iniquum est, ut tempore locationis nondum finito, Conductor expellatur, & fundo sibi locato uti contra legem conventionis
2 prohibeatur? † Sed nullam mulier injuriam videtur facere conductori, dum jure suo utitur, & matrimonio per mortem dissoluto, fundum repetit dotalem, certò persuasa, maritum nullâ pactione dotis conditionem facere potuisse deteriorem, *l.*
3 *Atilicinus. 17. ff. de pact. dotal.* † Nec habet conductor, quod de ullo damno conqueri possit, siquidem liberũ ipsi est, heredes mariti convenire ad interesse, quod ex fundo conducto, si eousque ad finem locationis uti licuisset, percepturus erat, *l. filio-*
4 *familias. 25. §. ult. ff. solut. matrim.* † præsertim cum ex ea causa frui conductor prohibeatur, quam locator contractus tempore & scire potuerat, & præmonere ex bona fide debuerat, *arg. l. quæro. 39. ff. de act. empt. & l. si quis domum. 9. §. 1. ff. locat.*
5 *conduct.* † Atqui regulariter conductor frui prohibitus ex causa, quam locator prævidere potuit, indemnis servandus est à locatore ejusve heredibus, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Es ist euch aber deßhalben des locatoris Erben ad interesse zu belangen unbenommen/ V.R.W.]

Definit. IV.

Emptor locatione à Venditore factâ stare non tenetur? Et quando hoc fallit?

1 QUantumvis universalis successor seu heres Locatoris teneatur stare contractui per defun-
2 ctum inito, *hâc* Const. *37. Supr.* Defin. *1.* † tamen secus est in successore singulari, putà emptore vel alio; is enim non tenetur stare colono venditoris,
3 sed eum expellere potest, † nisi in contractu Emptionis aliter conventum sit, *l. emptorem. 9. C. de locat. l. si merces. 25. §. 1. ff. eod. tit.* Anton. Fab. *in*
4 *Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 19. n. 2.* † Idque in foro etiam Saxonico non aliter observari satis probat dicterium, etiam Lippis & tonsoribus notissimum, (Kauff gehet vor Miete) Matth. Col. *part. 1. decis. 8. num. 16.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 14.* Gloss. *latin. ad text. germ. in* Landrecht *lib. 1. art. 77. lit. A.* Zobel. *part. 2. diff. 41. n. 8.* Joh. Schneidewin. *ad §. ult. Inst. de locat. cond. n. 2. & ad §. actionum. 28.*
5 *Rubr. de act. ex conduct. n. 5. Inst. de action.* † Quod ipsum tamen dupliciter solet limitari: I. Siforte Conductor unà cum titulo Conductionis, in re conducta etiam jus hypothecæ habeat, secundum tradita Jason. *in l. quoties. 15. fallent. 10. vers. hoc comprobatur. C. de Rei vind.* Anton. Fab. *dict. defin. 19. n. 3. Addit. ad Gloss. Germ. dict. art. 77.* Coler.
6 *dict. decis. 8. n. 18.* † II. in venditione rei locatæ necessaria & sub hasta facta. Nam successorem singularem, qui per sententiam judicis succedit, teneri stare colono, nisi locatio esset facta in fraudem, docet post Tiraq. *quem allegat* Moller. *dict. cap. 14. num. 9.*

Ita Domini in causa Eliæ Hartigs zu Grimme/ Mense Febr. Anno 1633. [Verba sent. Es haben aber Verpachtere/ ehe die Pacht-Zeit umgewesen/ bemeldtes Gut einem andern abgetreten und veräussert/ wodurch euch die hinterstellige 5. Jahr über die Pachtnutzung deme mit euch getroffenen Contract zuwider entzogen/ &c. So verbleibets zwar/ weil nicht zu befinden/ daß ihr euch beym Pacht-Contract einige hypothec vorbehalten/ bey solcher der verpachten alienation und Abtretung des Pachtguts billich/ &c.]

Definit. V.

Locator, qui ante finitam locationem fundum locatum alteri vendit, Conductori ad interesse lucri tenetur, ubi explicatur vulgatum illud dicterium, (Kauff gehet vor Miete.)

VUlgatissimum quidem est apud Germanos di- 1
cterium (Kauff gehet vor Miete/) & satis in
jure fundatum, ut dixi Defin. *præced.* † At malè 2
intellectum ab iis, qui illud eò extendunt & explicant, ut vendita re locata ante finitum conductionis tempus, Colonus vel inquilinus non solùm emptori cedere & migrare debeat, sed & spe sua recuperandi interesse defraudetur, † eò quod sciverit, 3
evenire facile posse, ut domus venderetur, & sibi tum migrandum fore, ac nihilominus emerit, nec adversus hunc casum pacto speciali sibi prospexerit? † Scienti namque nulla injuria, nulla fraus 4
infertur, *l. quamvis. 11. ff. de in jus vocand. l. 1. in fin. ff. quod falsò tut. l. cum donationis. 34. C. de transact.* † Sed neutiquam hæc impediunt, quò minùs 5
locatorem, legem contractus non servantem convenire possit conductor ad interesse, quod ex re conducta, si ea ad finem locationis usque uti licuisset, percipere potuisset, † juribus hâc in re ipsi sub- 6
venientibus, *l. si in lege 24. §. colonus. 4. l. qui insulam. 30. l. si fundus. 33. ff. locat.* † Neque ex vul- 7
gato dicterio contra ea, quæ in favorem conductoris ante tempus expulsi Legibus statuta sunt, interpretatio sumenda est? † Et sanè illud ita explican- 8
dum, quo ad minimum jus commune lædatur, Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 14.* Fachs. *diff. 2.* ac sufficit, eatenus id verificari, ut saltem cedere cogatur Colonus Emptori.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Es wird euch aber von dem Verpachter wegen des Abgangs der rückständigen fünff-jährigen Pachtnutzung billiche und rechtmäßige Erstattung gethan/ V.R.W.]

Et in causa Frantz Teubels contra D. Welschen zu Leipzig/ Mens. Decemb. Anno 1635. [Verba sentent. Ob nun wol Kauff vor Miete gehet/ und ihr dahero das Haus zu räumen schuldig/ &c. So seyd ihr doch dem Verpachter wegen nicht-gehaltenen Contracts ad interesse zu belangen wohl befugt/ V.R.W.]

Definit. VI.

Conductor ante tempus expelli potest ex causâ necessitatis, quæ supervenit ex post-facto.

EXistimare equidem quis posset, ante finitum

finitum Conductionis tempus nunquam expelli posse Conductorem, propter placitum contrahentium, † quod licet ab initio meri fuit arbitrii, attamen ex post-facto in necessariam præstationem convertitur *l. in commodato. 17. §. sicut. 3. ff. commod. l. sicut. 5. C. de O. & A. l. non minorem. 20. l. quamvis. 39. C. de transact.* † Sed hoc verum est, si quis temerè & absque justa causa à pacto discedere, fidemque fallere velit: Secus verò, si justa necessitatis causa subsit, quæ Conductore etiam invito contractum dissolvit, † putà, si locator propriis usibus domum necessariam esse probaverit: † Vel corrigere & reficere domum maluerit: Aut si Conductor malè in re locata versatus fuerit *l. æde. 3. C. de locat. cond.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 49. numer. 3.* Virgil. Pingitz. *quæst. Saxon. 10.* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. resol. 4.* Johan. Schneidewin. *ad §. mortuo Conductore. 6. numer. 9. ubi &* Joh. Harppr. *num. 7. Inst. de locat. & conduct.* † Necessitatem verò illam ex post-facto supervenisse necesse est, ut quia alia domus locatoris corruit, vel locator uxorem duxit: † Nam si jam suberat tempore contractæ locationis, neutiquam locationem dissolvere poterit, Accurs. *in dict. l. 3. verb. necessariam. & ibid.* Joh. Sichard. *num. 6. C. de loc. cond.* Anton. Fab. *dict. tit. 41. def. 51. num. 3.* † Siquidem ea, quæ de novo non emergunt, novo non egent auxilio, *l. de ætate. 11. §. ex causa 8. ff. de interrog. in jur. faciend.* Non autem sufficit, allegari necessitatem; † Sed probanda ea est, nec standum juramento locatoris, si ante finitum conductionis tempus velit Conductorem expellere, eo prætextu, quod domo egeat ad habitandum; † Quia periculosum est, judicem quem fieri in sua causa, *l. Julianus. 17. ff. de judic. tot. tit. C. Ne quis in sua caus.* Anton. Fab. *dict. defin. 51. numer. 12.* † Plane, non solum in domo, sed & in fundo, aliâque re locata hæc obtinent, licet aliter sentiat & ad domum locatam dispositionem *L. 3. C. de locat.* restringat ibidem Sichard. *num. 6.* † Illud autem verissimum est, quod non nisi causa cognita conductor expelli debeat, adeoque Magistratus autoritate, Anton. Fab. *dict. tit. 41. definit. 11.* † ne tumultui detur occasio, si locatori jus suum sine judice exequi concedatur, *l. non est singulis 176. ff. de reg. jur. l. 3. C. de pignor. l. 13. ff. quod met. caus.*

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

Ita Domini in causa Thomæ Harres zu Thüsa / Mens. Jul. Anno 1598. (Verba sent. Ob wol euer Väterliches Gut Brossen Ulmannen auff drey Jahr lang Pachtweise eingethan worden / dieweil ihr aber dennoch euch nunmehr verehliget / und berührtes euer Väterliches Gut selbsten zu euer und eures Weibes Nothdurfft gebrauchen wollet / So ist der Conductor euch daßelbe / ungeacht daß die drey Pacht-Jahre sich auch zur Zeit nicht geendiget / abzutreten und wiederumb einzuräumen schuldig / V. R. W.)

Ita Domini in causa Johannis Appels zu Dölitzsch / Mens. Jun. Anno 1598.

Et in causa Nobilium à Bünau / Mens. Februar. Anno 1636.

Definit. VII.

Non potest locator expellere Conductorem propter usus proprios rei locatæ, si aliter pactus fuerit, vel saltem ejus nomine tutor L. 3. C. de locat. cond. renunciaverit.

LOcator, qui Conductorem ex causa superveniente non expellere promisit, & aperta conventione beneficio *L. 3. C. de locat. conduct.* renunciavit, audiendus postea non est, eo prætextu, quod domo egeat ad habitandum, Johan. Sichard. *in l. 3. C. de locat. conduct. num. 7.* † ubi post Angel. *ibidem* hanc cautelam ponit ad excludendum locatoris privilegium, ut scilicet initio contractus promittat, quod non velit Conductorem expellere: † Quæ conventio postea id operatur, ut propter usus proprios locatoris Conductor expelli nequeat, † debent enim verba contractuum aliquid operari, *l. si quando 109. ff. de legat. 1.* † Et facit hoc casu, ut & in aliis plerisque, provisio hominis cessare provisionem legis, *l. ult. C. de pact. convent. l. maritus. 21. C. de procur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 51. n. 5.* † Planè, etiamsi tutor res minoris locaverit, de non expellendo conductorem ob usus proprios minoris pactus fuerit, attamen finitâ tutelâ, minor hoc pacto præcisè stare tenebitur, *l. si tutelæ. 8. ff. de admin. tutor.* Didac. Covarr. *lib. 2. var. resolut. cap. 15. n. 5.*

1 2 3 4 5 6

Ita Domini in causa Andreæ Moringks zu Bernburgk / Mens. Dec. Anno 1615. (Verba sent. Dieweil aber dennoch von den Vormunden dem Contract dieses ausdrücklichen mit einverleibet worden / daß da gleich in währenden 6. Pacht-Jahren das Mägdlein heyrathen möchte / doch nichts destoweniger dem Conductori der Pacht gehalten / und er vor Ausgang der Zeit davon abzuziehen nicht schuldig seyn solte / &c. So verbleibet es auch dabey nochmals billich / und der Conductor ist von dem Pacht / ehe und zuvor die gesetzte Zeit verflossen / ungeachtet sich das Mündelein zwischen der Zeit verheyrathen / und die Güter zu ihrem eigenen Nutz selbsten bedürfftig seyn möchte / gestalten Sachen nach / abzutreten und zu weichen nicht verpflichtet / V. R. W.)

Definit. VIII.

In locatione prædiorum seu jurium publicorum sive fiscalium primus Conductor, si offerat tantum, quantum novus, præfertur aliis Conductoribus.

CUilibet liberum est, cui velit, rem suam locare, *l. dudum. 14. C. de contr. empt.* † nec ab eo, qui rem prius conductam habuit, finitâ locatione impediri potest, *l. ne cui 32. C. de locat. vid. suprà* Const. *31. Definit. 8. num. 3.* idque procul dubio in prædiis privatis verissimum est; † At in locatione prædiorum fiscalium seu publicorum, primus Conductor offerens tantum, quantum novus, aliis Conductoribus præfertur, *l. cotem. 11. §. agri publici. 1. ff. de public. & vectigal. ubi* Gloss. *in verb. perpetuo. l. congruit. 4. & l. ult. C. de locat. præd. Civit. lib. 11.* Nicol. Boër. *decis. 107.* Hartm. Pistor. *observ. 162. numer. 7.* † Hinc quando Capitulum Halberstadense decimas ex pago Renckersleben in diœcesi Magdeburgensi sibi debitas, incolis prædicti pagi ultra

1 2 3 4

ultra hominum memoriam, pro certa annua pensione locare consueverat, existimavêre Domini Scabini in nova locatione eosdem Conductores, pensionem eam offerentes, quam extraneus dare vellet, omninò præferendos esse. Casum similem vide
5 *apud* Hartm. Pistor. *dict. observ. 162. num. 8.* † in Emphyteusi quoque cujusq; prædii privati, priorem emphyteutam alio præferendum esse, præsertim si fundum sterilem reddiderit fructuosiorem, tradit post Bartol. *in l. quicunque. 3. C. de omn. arg. defert. lib. 11. aliosq; quos allegat* Hart. Pist. *dict. obs. 162. num. 6.* Franc. Vivius *decis. 229.* Vincent. de Franch.
6 *part. 1. decis. 123.* Alvar. Valasc. *consult. 101.* † quamvis aliter sentiat, eamque sententiam erroneam dicat Fach. *lib. 1. controv. cap. 100.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Remkersleben / M. Majo, Anno 1599. [Verba sentent. Ist bey euch über Menschen-Gedencken der Kornzehende/den ein Ehrwürdig Thum-Capital der Bischöfflichen Kirchen zu Halberstadt allda auffzuheben / den Einwohnern daselbst umb einen leidlichen Zins gelassen worden; So werden sie auch nochmals / auffn Fall jetzo bemeldtes Thum-Capital denselbigen zu verpachten / und nicht selbsten zu geniessen gemeynet / sie auch so viel als ein ander Jährlich davon zu geben erbötig/einem Frembden in solcher Verpachtung billich vorgezogen/V.R.W.)

Definit. IX.

Conductor, finita locatione, remanens in prædio Conducto, eâdem pensione videtur illud reconduxisse, sed non in totidem annos.

1 CConductor, qui finito Conductionis tempore remansit in Conductione prædii rustici, reconduxisse quidem intelligitur eâdem pensione: iisdemque, quibus antea, conditionibus, *l. item quæritur 13. §. qui impleto 11. & l. seq. ff. locat.* Andr.
2 Gail. *lib. 2. obs. 23. num. 38.* † Sed non in totidem annos, si fortè prior in plures annos facta fuerat, ne tacitus consensus, qui ex facto inducitur, ultra, quàm factum sit, extendatur, Joh. Harppr. *in pr. Inst. de locat. & conduct. numer. 18.* Anton. Fab. *in*
3 *Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 48. num. 1.* † Verùm annalis duntaxat reconductio in prædiis rusticis conductori creditur indulgeri, tametsi prior conductio majoris temporis fuerit: putà, si prius quis agrum vel horreum conduxisset in quinquennium, non videtur ex patientia renovata conductio in aliud quinquennium, sed in eum solummodo annum, qui sequitur, *dict. l. 13. §. ult. ff. locat.* Herm. Vult. *in pr. Inst. de locat. numer. 12.* Anton. Fab. *in Codic.*
4 *dict. tit. 41. defin. 45. n. 2.* † Scilicet, quia fructus rustici prædii certa tantum anni parte, adeoque uno tempore percipiuntur, Gloss. & Bartol. *in dict. l. 13.*
5 *§. ult. ff. locat.* † Quid ergò, si *bis in anno fructus*
6 *ex eo fundo proveniant? aut lustratim, & non nisi de quinquennio?* † Eadem tùm Conductio tacitè repetita censebitur, Gothofr. & Bartol. *in dict. l. 13. §. ult. ff. locat.* Anton. Fab. *dict. defin. 45. num. 3. & 6.* Joh. Harppr. *dict. pr. Inst. de locat. num. 19.* Hocque
7 ita in prædiis rusticis obtinet: † In urbanis autem prædiis alio jure utimur, ut prout quisque habitaverit, h.e. in id tempus, in quo habitavit, reconductio censeatur facta, *dict. l. 13. §. ult. ubi* Gothofr. & Bartol. *ff. locat.* Anton. Fab. *dict. defin. 45. num. 5.*
8 † Ratio differentiæ est, quia fructus prædii urbani qualibet anni parte, sive in singulos dies percipiuntur, Harppr. *dict. loc.* † planè, locationis in scriptis
9 contractæ tacitè reconductio nulla esse potest *dict. l. 13. §. ult. ff. locat.* † Quando enim contractus
10 ex Scriptura vires suas accepit, solus ille tacitus consensus, qui ex locatoris patientia inducitur, facere non potest, ut plus scriptum videatur, quàm revera scriptum sit, Anton. Fab. *dict. tit. 41. defin. 48.*

Ita Domini in causa Pauli Mentzels zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1586. (Verba sent. Habt ihr Anno 1571. Moritz Thummeln in eurem Hause eine Stube/Kammer/Stall und Heuboden auff 5. Jahr vermietet / und er hat euch Jährlichen 14. Thaler Zins zu entrichten zugesaget/ und es hat gedachter Miet-mann / nach Verfliessung der gesatzten Zeit/noch andere 5. Jahr und also 10. Jahr lang die Miete bewohnet / und doch keine neue Vergleichung mit euch auffgerichtet / &c. So ist er Inhalts vorigen Miet-contracts/euch auff iedes Jahr / so lange er geblieben/14. Thaler Mietgeld zu geben schuldig/V.R.W.)

Definit. X.

Conductor ante tempus locationis finitum à Conductione justa ex causa recedens, non solvit integram pensionem.

1 FIeri non potest, ut sublata conductione, obligatus maneat Conductor ad præstandum id, quod pensionis nomine solvere tenetur, *l. 31. ff. de pign. l. 4. §. sed & Marcellus. 3. ff. de in diem addict. l. voluntate. 10. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* Anton. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 41. defin. 32. numer. 5.* †
2 Quare si ante finitum locationis tempus conductor ex necessitate, aliâve justâ causâ, ut quia obscurantur lumina habitationis, vel alio modo habitatio incommodatur, ex prædio vel domo conducta migraverit, integram pensionem solvere haudquaquam tenebitur. † Sed prorata temporis remissio
3 fieri debet, *l. habitatores. 27. §. ult. l. sed addes. 19. §. si quis, cum in annum. 6. l. si merces 25. §. si vicino. 2. ff. locat. cond.* Joh. Schneidewin. *in §. actionum. 28. rubr. de action. locat. numer. 20. Inst. de action.* † Quod tamen non aliter accipiendum, quàm si
4 conductor justam migrationis causam habuerit, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 23. numer. 6.* † Alioquin
5 si ex nudâ voluntate absque causa sufficiente à conductione recesserit, totius temporis pensionem solvere obligatus est, *dict. l. habitatores. 27. §. ult. ff. locat. l. Dominus. 55. §. qui contra ff. eod. tit.* Schneidewin. *dict. loc. n. 21.* Gail. *dict. loc.*

Ita Domini in causa heredum Matthæi Lorentzens contra Hansen Reinharden/Mens. April. Anno 1633.

Definit. XI.

Ex causa sterilitatis non potest peti Remissio mercedis, nisi læsus sit ultra dimidiam Conductor, finita locatione.

1 FRuctibus læsis tempestate, aliove casu fortuito, non aliter mercedis remissionem ex causa sterilitatis petere Conductor potest, quàm si
2 alioquin futurum sit, † ut supra dimidiam conventæ mercedis partem sentiat jacturam, Bartol. *ad l. inter stipulantem. 83. §. sacram. 5. ff. de V. O. &*
3 *ad l. si merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat.* † Quamvis hoc semper verum non sit, sed quandoque

circa

circa æstimationem magnæ sterilitatis, communis & circumcolentium opinio considerari debeat, se-
cundum tradita Andr. Gail. *lib. 2. observ. 23. num. 1.* ubi hanc totam quæstionem Ampliat. & limit. ad
4 amussim tractat. † II. Idque finitâ locatione, seu confusis omnium annorum fructibus & pensioni-
5 bus, *l. licet certis annuis. §. C. locat.* † ita ut factâ locatione in plures annos, quod priorum ubertati defuit, sequentium annorum fertilitate compense-
6 tur; † Est enim unica & individua omnium annorum locatio, distinctas habens præstationes. Quare non nisi finitâ locatione, omnibusque annis præteritis, de remissione mercedis tractandum est, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 3.* Andr. Gail. *dict. observ. 23. n. 12.*

Ita Domini in causa Henrici Alnpecks / Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent. Da es nun umb den Mißwachs diese Beschaffenheit hätte / daß nach Ausgang der dreyen Pacht-Jahre / die in solchen dreyen Jahren eingehobene Nutzungen und Früchte die Helffte des dreyjährigen Pacht-Zinses nicht erreicheten. So würde euch also denn auff ehrlicher Leute Ermeßigung am Pacht-Gelde ein Nachlaß billich gethan/V.R.W.)

In causa Georgii Luders & Pauli Pfeffers zu Leipzig / M. Dec. Anno 1599. (Verba sententiæ: Da er ein oder das andere Jahr durch Mißwachs so grossen Schaden erlitten/daß er über alle Unkosten die Helffte des Pacht-Geldes von des Guts Nutzung nicht haben können/so wäre man nach gemeinem Schluß der Rechtslehrer an den Pachtgeldern ihme eine Erlaßung zu thun zu Recht nicht schuldig/V.R.W.)

Et in causa Valentini Krauels zu Plauen/ Mens. Januar. Anno 1633.

Definit. XII.

Factâ remissione ex causâ sterilitatis primo anno, si ubertas postea contingat, integra pensio etiam pro anno sterili exigi potest.

1 Neutiquam tot locationes videri debent, quot anni sunt, sed omnium annorum unica & consequenter individua est locatio, multas licet, distinctasque habens præstationes, Anton. Fab. *in*
2 *Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 3. numer. 4.* † Quare in plures annos locatione factâ, quod priorum ubertati defuit, sequentium annorum fertilitate compen-
3 sari debet, Defin. *præced. num. 5.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 23. num. 12.* † in tantum, ut licet forsan remissio facta esset primo anno, appareret autem ex ubertate sequentium annorum, fieri eam non debuisse, tota pensio etiam pro primo anno, qui sterilis fuit, nihilominus peti possit, *l. ex conducto. 15. §. Papinianus. 4. ff. locat. l. 8. l. 1. 8. Codic. eod. tit.* Joh. Harpp. *in pr. num. 81. Inst. de locat. & conduct.* Anton. Fab. *dict. tit. 41. defin. 35. n. 4.*

Ita Domini in causa Hansen Heinrichs von Milckaw/ Mens. Febr. Anno 1622. (Verba sent. Worauff in folgendem Jahre der Pachtman von Gott reichlich gesegnet worden, also daß er nicht allein seines im vergangenen Jahre erlittenen Schadens sich gar wol erholen/ sondern auch noch einen ziemlichen Uberschuß über das ordentliche Pacht-Geld haben können/ꝛc. So ist mehr berührter Pachtmann den im vergangenen Jahre am Pachtgelde ihme erlassenen Rest dem Verpachter/ alstatten Sachen nach / wieder zu erstatten schuldig/ V.R.W.).

Definit. XIII.

Si de faciendâ in singulos annos remissione convenerit, non potest unius anni sterilitas cum ubertate sequentium annorum compensari.

1 Quando ob unius anni sterilitatem conductor remissionem pensionis petit ex lege conventioni dicta, multum interest, an ita simpliciter concepta sit conventio, an verò singuli anni sint demonstrati, atque conventum, ut in singulos annos separatim pensionis remissio peti queat, quod hodiè plerumque fit: † Nam casu priore, conven- 2
tio ex juris communis ratione interpretanda est, cui retrahentes in dubio censentur se voluisse conformare, *l. ult. ubi* Dd. *C. de verb. signif.* † Ideoque tum 3
frustra petitur remissio, quamdiu spes est, compensari posse unius anni sterilitatem, cum sequentium fertilitate; † Quin & factâ remissione, ex uberta- 4
te sequentium annorum repeti ac sic tota pensio exigi poterit, *l. ex conducto. 15. §. Papinianus. 4. ff. locat. l. 18. C. eod. tit.* ut dixi Defin. *11.* & Defin. *12.* † At casu posteriore, promissâ scilicet remissione 5
pensionis in singulos annos, si de primi anni sterilitate constet, pensionis remissio statim facienda est, id est, non expectato eo, an sequentium annorum ubertas talis futura sit, ut cum ea possit sterilitas compensari, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 35. num. 3.* † Quin, nec contingente ubertate 6
subsequentium annorum, ulla repetitio remissæ pensionis pro primo anno tum fieri potest, Fab. *dict. tit. 41. defin. 3. n. 5.*

Ita tractatum in causa Eliæ Hartigs zu Grimme / Mens. Febr. Anno 1633.

Definit. XIV.

Per hostium incursionem aliumvè casum fortuitum damno dato, Conductori ex bono & æquo pensio remitti debet.

1 Solent plerumque convenire contrahentes, ut si quid damni per incursionem hostium, aliamque vim majorem fluminis, graculorum, &c. datum fuerit, de pensione Conductori aliquid remitti debeat, quæ conventio omninò servari debet, *l. juris gentium 7. §. ait prætor 7. ff. de pact.* † At li- 2
cet conventio ejusmodi non præcesserit, nihilominus tamen hoc casu remissionem pensionis locator Conductori præstare obstrictus est. Non enim sola sterilitas remissioni causam præbet, sed & si aliunde res conducta casum adversum passa sit, † ve-
luti ex incursione hostium, vi majore fluminis, graculorum, &c. aut si quid simile acciderit, damnum Domini est seu locatoris, non Coloni, † ne supra 3
damnum seminis amissi, mercedes fundi præstare cogatur, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 23. numer. 2. & 3.* † Ex æquo & bono igitur pensionis remissio fieri 4
debet, licet Conductor de hâc expressè sibi non prospexerit, *l. ex conducto. 15. §. si vis tempestatis.*

ſtatis.2.& §.ubicunq; 7.l.ſi merces 25.§.vis major.6. ff. locat. l.licet. 8. C. eod.tit. Pinel.*ad l.2. C. de reſc. vendit.part.1.cap.3.num.23.* Joh. Harppr.*in pr. Inſt. de locat.conduct.num.80.* Jac. Menoch.*lib. 2. de arbitr.jud.quæſt.cent.1.caſ.76.& 77.*

Ita Domini in cauſa Marien von Pflugin / Menſ. Febr. Anno 1633. (Verba ſentent. Dieweil aber darbey dieſe limitation angeheffter/daß der caſus fortuitus, ſo ſich durch Verhängniß GOttes begeben möchte / als da ſeynd Wetterſchaden/Kriegszüge/Kriegsgefahr/Landſeuchen/und dergleichen excipiret,und auf ehrlicher Leute Erkäntnüß geſtellet ſeyn ſollen / dergleichen Zufälle auch ohne das zu Recht ausgenommen/ꝛc. So möget ihr auch das durch Kriegs-Gewalt abgetriebene Vieh zu erſtatten nicht gedrungen werden / ſondern es wird dieſes Werck / und wie weit euch wegen des erlittenen Schadens remiſſion und Nachlaß des Pachtgeldes zu thun/auß ehrlicher und des Wercks verſtändiger Leute Erkäntnüß billich geſtellet/V.R.W.)

It. in cauſa Georgii Schubarts zu Freyberg/ Menſ. Jan. Anno 1633.

Et in cauſa Thomæ Häupts zu Wolffsberg / Menſ. Majo, Anno 1633.

Definit. XV.

Sumptus metatorum nomine factos (Einquartierungskoſten) *locator Conductori reſtituere tenetur.*

1 INter caſus fortuitos non malè refertur præſtatio metatorum,h.e.hoſpitiorum,quæ ſupervenientibus militibus præbentur, Gothofr. *in rubr. C. de*
2 *metatis & Epidemeticis lib. 11.* † Horum ergò nomine ſi Conductor ſumptus fecerit, à locatore eos repetere valet, *l. omnes qui metata. 9. Cod.eod. tit.* Nam & damnum hoſtilitatis ſive incurſione hoſtium datum ad locatorem pertinet, Defin. *præ-*
3 *ced.* † Notandum tamen,quod ſi jam cœpto bello inita ſit locatio, & tamen de ejusmodi ſumptuum reſtitutione, aut mercedis remiſſione in caſu, quo Conductor frui non poſſet,convenerit, de illo caſu videatur cogitatum, quo ſævius bellum exardeſceret,ut difficilior eſſe inciperet fruitio rei conductæ,
4 & caſus ſumptuum factorum. † Aliàs non poſſet Conductor conqueri de eo rerum ſtatu, qui fuerit
5 tempore Conductionis, † quia ſcienti non fit injuria *l. qui bona. 13. §. de illo 6. l. inquilino. 33. ff. de damn.infect.* Andr. Gail.*lib.2.obſerv.23.num.6.& 21.* Anton.Fab.*in Codic.lib.4.tit.41.defin.30.*

Ita Domini in cauſa Danielis Schneiders zu Wetau / M. Mart. Ann. 1634. (Verba ſent. Es hat aber der Pachtmann biß anhero in ſolcher Mühle auff die Einquartirung der Soldaten viel Unkoſten auffwenden müſſen/ꝛc. So iſt der Rath als Verpachter dem Pacht-Müller ſolche Unkoſten/auff vorgehende liquidation und Beſcheinigung / abzuſtatten / oder ihm an Pacht-Zinſen abkürtzen zu laſſen ſchuldig/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Conductor fundi aut prædii inſolitos caſus & mortes pecorum præſtare haud tenetur,etiamſi ea æſtimata acceperit.

1 NOn ſemper æſtimatio emptionem facit, ſed ita demum ſi id actum ſit, & negotii natura patiatur, *l.1 ff.de æſtimat. act. l. ſi inter.21. C. de jur. dot. l. æſtimatis. 50. ff. ſolut. matrim.* † adeoq; nec 2
ſemper æſtimatio periculum facit ejus, qui accipit, ſi non ſimul transferat Dominium, *dict.l.1.§. ult. de æſtim.act.l.plerumque 10.ff. de jur. dot.* † Ut maxi- 3
mè ergò Conductor animalia æſtimata acceperit, attamen ſi caſu & morte ſine culpâ Conductoris ea perierint,locatori periiſſe videntur, non Conductori, Anton.Fab. *in Codic.lib.4.tit.41.defin.9. n. 4.* Andr. Rauchb.*part. 2. quæſt. 29. n. 14. & ſeqq.* † 4
Neque enim id actum cenſeri poteſt locatione contracta, ut dominium in Conductorem transferatur, *l. non ſolet.39. ff. locat.* † Quin nec æſtimatio hoc 5
efficit, quippe quæ in locatione in hunc ſolum finem adhibetur, ut de valore & pretio rei eò facilius conſtare poſſit, ſi forſan culpâ conductoris perierit. † Non enim ad caſum, ſed ad cuſtodi- 6
am tantùm conductorem contractus obligat, ac proinde transfert in eum periculum cuſtodiæ, vel ex culpa proveniens, non periculum caſus, *l. ſi inter virum.21. Codic.de jure dot.l. cum duobus 52.§. damna.3.ff.pro ſoc.l.cum manu. 80.§. nemo.3 ff. de contr. empt.* Rauchbar. *dict. quæſt. 29. num. 22.* ubi totam hanc quæſtionem ad amuſſim tractat,& contraria reſolvit.

Ita Domini in cauſa Georgii Schubarts zu Freyberg/ Menſ. Jun. Anno 1633. (Verba ſent. Ob nun wol in ſolchem Inventario unter andern auch etliche Pferde und Viehe / ſo auff ein gewiſſes angeſchlagen und æſtimiret worden/ zu befinden; da aber dennoch ſolche/einem Anderten nach / euch bey wahrendem Pacht durch des Feindes Gewalt geplündert/und abgenommen worden wären/ꝛc. So möchtet ihr bey Abtretung ſolches Pachts das abgenommene Viehe in bezahlen mit beſtande nicht angehalten werden. V.R.W.)

In cauſa Mariæ von Pflugin / Menſe Februario Anno 1633.

In cauſa VVolffgangi à Wolfframbsdorff/ Menſ. Febr. Anno 1635.

Et in cauſa Philippi à Lindenau / Menſe Majo, Anno 1635.

Definit. XVII.

Præſtat Conductor caſum fortuitum, ſi cum expreſſa Conventione in ſe ſuſceperit,ubi & de inſolito tenetur.

VAler certè conventio, ut quis de caſu fortuito 1
teneatur, *l.ſi quis domum.9.§. Julianus.2.ff.loc. l. liver.8.Codic.eod.tit.l. quæ fortuitis. 6. Codic. de pign. action.* † Ergò Conductor,ſi in ſe receperit 2
periculum caſuum omnium fortuitorum, audiendus non eſt, ſi poſtea remiſſionem mercedis petat ob cauſam ſterilitatis, hoſtilitatis, peſtis emergentis, aliumque ob caſum fortuitum, qui ſupervenit, Anton. Fab. *in Codic. lib.4. tit. 41. defin. 2. num. 2. & defin.53. num. 1.* † Quin & tum ca- 3
ſus pecorum æſtimatorum præſtare tenebitur, ſive morte perierint, ſive ab hoſte ablata fuerint, Rauchb. *part. 2. quæſt. 29. num. 48.* † Pacta enim 4
& conventiones dant legem contractui, *l.1.§. ſi convenit.6.ff. depoſit. l.contractus.23. ff. de Reg. jur.* † 5
Nec probabilis eſt eorum ſententia, qui conventionem hanc ſic interpretantur, ut ad caſus inſolitos eam extendi nolint,Gloſſ.& Bartol. *in l.ſed & ſi quis.4.§. quæſitum 4.ff. ſi quis caut.* Andr. Rauchbar.

bar. *part. 2. quæst. 2. num. 29.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 23. num. 18.* † Quia extensio nulla fit, si generaliter 6
casuum omnium fortuitorum periculum susceptum 7
sit, *l. fistula. 78. §. frumenta. 3. ff. de contr. empt.* † Semper enim specialia generalibus insunt, *l. semper specialia. 147. ff. de Reg. jur.* idque maximè verum 8
est, † si, ut fieri assolet, tàm de non cogitatis quàm de cogitatis casibus tractatum proponatur, secundum Fabr. *dict. def. 2. n. 7. aliosq; ab ipso allegatos*, quamvis ab hâc sententiâ *Supr.* Constit. *26. Defin. 5. in fin.* exceperim casus rarissimos & insolitissimos. Vid. omninò Bernh. Græv. *lib. 2. concl. 23. consid. 4. n. 6. ubi multas autoritates allegat.*

Ita Domini in eadem causa Georgii Schubarts. (Verba sent. So möchtet ihr bey Abtretung des Pachts/weil nicht zu befinden daß ihr casum fortuitum & insolitum zu præstiren auff euch genommen / das abgenommene Viehe zu bezahlen mit Bestande nicht angehalten werden/V.R.W.)

Et in causa VVolffgangi à Wolfframsdorff / Mens. Febr. Anno 1635.

Definit. XIIX.

Mortem unius vel alterius pecoris præstare Conductor est obligatus.

QUod dicitur, Conductorem casus & mortes 1
pecorum præstare non teneri: *Supr. defin. 16.* id procul dubio ita demum verum est, si plura pecora casibus insolitis perierint, veluti si lues in pecora
sæviat, ac multa extinguat: † Alioquin, si unum 2
vel aliud pecus moriatur, conductor prædii non excusabitur, quò minus inventarium supplere teneatur, Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 29. num. 48.* † Non 3
malè siquidem hoc casu Conductor comparabitur Usufructuario gregis vel armenti, qui ex agnatis gregem supplere, & in locum demortuorum ac inutilium, ex fœtu alia submittere vel substituere, §. *sed si gregis. 38. Instit. de rer. divis. l. vetus est quæstio 68. §. planè si gregis. 2. cum duab. lb. seqq. ff. de Usufr.* † Et ita, ut bonus ac diligens paterfamilias uti-frui 4
debet *dict. §. sed si gregis. 38. in fin. J. de R. D. l. 9. in pr. & §. 2. ff. de Usufr.* † Idque maximè videtur 5
procedere in ovibus, quarum numerus citius ex fœtibus vel agnis suppleri potest, quatumque casus frequentiores & minus insoliti sunt, Rauchb. *dict. loc. num. 48. & 49.* † ubi hanc rem judicis pru- 6
dentis arbitrio committit, qui diligenter dispiciet, an durante locationis tempore id, quod gregi deperiit, ex fœtibus commodè suppleri queat, † Aut, si 7
id fieri non possit, & conductor ad supplendum numerum pecora emere cogatur, annon antea tot vel plura capita vendiderit, & ita damnum prior fœcunditatis pensare possit, *arg. l. ex conducto 15. §. 4. ff. locat. l. licet certis. 8. C. eod. tit.*

Ita Domini in causa Ferdinandi Molhards zu Queiß/ Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sentent. Dieweil ihr selbsten berichtet / daß euch von dem Vehe auff eurem Pacht-Gute mehr nicht als 2. Kühe in etzlichen Jahren gestorben/wogegen ihr eine Zeithero viel Kälber abgesetzet/und also den Abgang ohne sonderbahren Schaden leichtlichen ersetzen können/ &c. So seyd ihr auch bey Abtretung des Pachts das inventarium vor voll zu gewehren / und so viel Häupter an Rindviehe /als euch übergeben worden/dem locatori wiederumb gut zu thun schuldig/ V.R.W.)

Definit. XIX.

Oves & Vaccæ ferreæ (Eiserne Kühe oder Schafe) *non locatori, sed conductori moriuntur.*

FRequentissimum est apud Germanos locationis genus, quo oves & Vaccæ certo pretio æstimatæ unà cum prædio alteri cuipiam hoc pacto solent locari, ut quotannis Conductor de singulis certam quantitatem lanæ vel butyri & casei solvat, earumq; periculum & casus præstet (Eiserne Kühe oder Schafe) † quæ conventio Soccidæ ab Italis 2
appellatur, Matth. Wesenbec. *in l. si pascenda. 8. n. 5. C. de pact.* Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 33. n. 10. & 11. part. 3.* † Etsi verò hæc pactio multis rationi- 3
bus impugnari queat, & vix abest, ut non usuraria videatur, secundum ea, quæ profert Rauchb. *part. 2. qu. 29. num. 36. & seqq.* † Attamen hactenus eam 4
consuetudo & usus approbavit, qui contractus alioquin illicitos confirmare & corroborare dicitur, Gloss. *in c. ad Apostolicam. 42. extr. de Simon.* Bartol. *in l. quis sit fugitivus. § apud Labeonem. 12. ff. de ædil. edict.* † Quin & textibus ac argumenti illud 5
tuetur Rauchb. *dict. loc. n. 43.* † Neutiquam tamen 6
harum Vaccarum & ovium dominium in conductorem transfertur, neque alio fine oves & Vaccæ æstimantur, † quàm ut periculo sint Conductorum, do- 7
minis autem & locatoribus nunquam moriantur, & proinde in dominio ipsorum quamvis æstimatæ maneant, Dan. Moller. *dict. loc. n. 10.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Uber dieses auch solche Kühe/laut des getroffenen Contracts / für Eiserne Kühe gehalten werden / welcher Abgang von dem Pachtmann/nicht aber von dem locatore oder Eigenthumbs-Herrn/ der Gewohnheit nach / ersetzt werden muß/ &c.)

Definit. XX.

Periculum fructuum jam perceptorum ad Conductorem pertinet, iisq; perditis nulla pensionis remissio est concedenda.

NImis favent Conductori, qui ob damnum fruc- 1
tibus jam à fundo separatis hostilitate, incendio, aliove casu obtentum, remissionem pensionis concedendam arbitrantur: † Quamvis hoc alii 2
ad fructus à fundo tantummodo separatos, & in horreo reconditos, non etiam trituratos, mundosve factos restringant, Motz. *de contract. tit. de locat. & conduct. Rubr. de locat. & conduct. n. 35. ubi* Castr. & Fulgos. *allegat* Bernh. Græv. *lib. 2. concl. 23. consid. 2. num. 3.* Fab. de Ann. *consil. 64. n. 14. & consil. 65. num. 1.* † At rectius statuunt indifferenter alii, 3
ob fructus à Conductore jam perceptos, sed postea, quamvis intra annum, quo vendi potuissent, majore vi ereptos, remissionem mercedis petere conductorem non posse, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 23. n. 13.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 52. & defin. 21. & defin. 46.* † Procul dubio enim fructus à con- 4
ductore percepti pertinent jure Dominii ad Conductorem, non locatorem, *l. qui scit. 25. §. 1. ff. de usur. l. si servus. 61. §. locavi. 8. ff. de furt.* † Ergò & 5
periculum ipsorum ad Conductorem spectabit, nec

locum habere poterit remissio pensionis, cum res pereat suo Domino, §. *cum autem emptio 3. Inst. de* 6 *empt. vendit.* † Idque multò magis obtinet, si constet, fuisse eos à conductore in longius tempus asservatos, ut carius venderentur, cur enim recuset damnum suscipere, qui periculum spe majoris lucri 7 ultrò incurrere voluit, Fab. *dict. defin. 46. n. 3.* † Alia ratio est fructuum nondum perceptorum, sed adhuc pendentium, qui cum pars fundi sint *l. 44. ff. de R.V.* cujus proprietas ad locatorem spectat, meritò sterilitas colono, qui ex re alienâ nullum fructum percepit, & pensionem pro usu rei præstat, remissionem pensionis tribuit, *l. si in lege. 24. §. colonus. 4.* 8 *ff. locat.* Andr. Gail. *dict. loc.* † Planè, non statim atque fructus sunt à solo separati, periculo sunt conductoris, sed ita demum, si fuerint collecti & in horreo reconditi, quia nec antè percepti videntur, *l. si fructuarius messem. 13. ff. quib. mod. usufr. a-* 9 *mitt.* † Dummodo non steterit per Conductorem, quò minus eos colligeret suo tempore; in mora enim si fuerit, perinde ad eum periculum spectabit, *l. lectos. 12. l. 14. ff. de per. & comm. rei vendit.* Anton. Fab. *dict. defin. 21. in fin.*

Ita Domini in causa Donat Fischers zu Semißsch / Mens. Jul. Anno 1633. [Verba sentent. Ob nun wol bey dem jüngsten Einfall des Feindes euch alles Geträgdig abgenommen und geraubet worden; dieweil aber dennoch eurem eigenen Bericht nach solches um Martini / da die Früchte vom Felde allbereit eingebracht / in die Scheure geschafft / und euer Eigenthum worden / geschehen / ꝛc So seyd ihr auch das vollständige Pacht-Geld zu bezahlen schaldig / und der Verpachter mag euch etwas daran zu erlassen / wider seinen Willen nicht gedrungen werden / V. R. W.]

Et in causa Thomæ Haupts zu Wolffsberg / Mens. Majo, Anno 1633. [Verba sentent. Wegen des ausgedroschenen und entwendeten Geträgdiges aber / weil dasselbe durch perception euer Eigenthum worden / mag der locator einige Erlassung des Pacht-Gelds zu thun nicht angehalten werden / V. R. W.]

Definit. XXI.

Conductor, qui tempore Conductionis pecora sua, aliasq; res proprias perdidit, aliudvè damnum sensit, nec restitutionem à locatore petere, nec remissionem pensionis impetrare valet.

1 MUltò minus verò Conductori remissio pensionis concedenda est, si is forsan per incursum hostium, incendium, aliamvè vim majorem, aut casum fortuitum, mobilia sua ac pecora propria, quæ ipsemet in fundo conducto sibi comparavit, quæque in inventario non continentur, amise-
2 rit atque perdiderit, aliudve damnum senserit, † licet nulla prorsus ipsi culpa imputari queat. Nec
3 enim locator ad restitutionem tenebitur, † siquidem regulare est, ut periculum casus fortuiti pertineat ad Dominum, *l. quæ fortuitis. 6. C. de pign. act. l. contractus. 25. in fin. ff. de reg. jur.*

Ita Domini in causa Georgii Christophori à Milckau, Mense Mart. Anno 1633. [Verba sentent. Und es mag Verpachterin denjenigen Schaden / so dem Pachtmanne durch Abnehmung seines eigenthümlichen Viehes / und anderer zuständigen mobilien und Sachen / als welche nicht im inventario begriffen / geschehen / zu erstatten nicht angehalten werden / V. R. W.]

Item in causa Georgii Finckenwirths zu alten Ranstadt / Mens. Julio, Anno 1633.

In causa simili N. N. Falkenhain / Mens. Februario, Anno 1634.

Et in causa Johannis Fischers zu Leißnick / Mense Junio, Anno 1608. [Verba sent. Ob nun wol durch Einfallung des Kellers / euch dem Pachtmann vier Faß Bier zerschlagen worden / ꝛc. So mag doch dahero der Verpachter / weil ihr sonderlich nicht berichtet / daß der Keller / als ihr ihn gemietet / schadhaft gewesen / oder solcher Schaden von ihme verursachet worden / euch wegen berührtes Schadens Abtrag zu thun / wider seinen Willen nicht gedrungen werden / V. R. W.]

Definit. XXII.

Jus patronatus in prædio locato non à Locatore, sed Conductore exercetur.

EXpediti juris est, fructus spectare ad Conductorem ob præstitam mercedem, tanquam ad Dominum, *l. si apes. 26. §. 1. ff. de furt. l. qui scit. 25. §. 1. ff. de Usur.* † Quidni ergò etiam jus pa- 2
tronatus seu præsentatio ad beneficium vacans, quæ fructuum nomine æquè continetur? Grivellus *de-* 3
cis. 37. n. 15. † Quod minus dubium habet, si in locatione juris patronatus expressa mentio fuerit facta, per text. *in cap. cum seculum. 13. extr. de jur.* 4
patronat. † Cur enim jus patronatus per titulum locati in alium transferri non posset, eo nimirum casu, quo universitas seu prædium, cujus patronatus accessoriè cohæret, transfertur, *cap. vestra. 2. extr. de locat. arg. l. in modicis. 24. ff. de contr. empt. l. quædam. 62. ff. de acquir. rer. domin.* Matth. Stephan. *de jurisd. Imp. Rom. Germ. lib. 3. part. 1. cap. 17. n. 12.* Modest. Pist. *vol. 2. cons. 18. n. 44.* † Nisi 5
id forsan ad solam locationem, quæ fit ad tempus longum, restringere velis cum Panormit. *ad cap. ex literis. 7. n. 5. extr. de jur. patron.* Grivell. *dict. de-* 6
cis. 37. n. 16. Joseph. Ludov. *comm. concl. 42. n. 120.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 3. n. 62. & 75.* † eò, quod ex ejusmodi locatione transferatur utile dominium, ut vulgò sentiunt Dd. Matth. Steph. *dict.* 7
cap. 17. n. 12. † De quo tamen sub judice adhuc lis est, nec ullibi hæc Dd. assertio probatur, quin potius infringitur à Connan. *lib. 7. comment. 11. n. 3.* Joh. Harppr. *ad §. adeò autem. 3. n. 91. Instit. de locat. conduct.* Capf. Schifordegher. *lib. 1. tract. 18.* 8
quæst. 1. & seqq. † Planè etsi in locatione expressa juris patronatus mentio haud facta fuerit, id tamen non locatori reservatum censeri, sed in prædio locato ad Conductorem pertinere, † ab eoque no- 9
vum Pastorem rectè vocari, prout luculenter *cap. ex literis. 7. extr. de jur. patron.* † ubi ad firmam 10
concedere, nihil aliud est, quàm sub certâ & firmâ pensione locare, *cap. vestra. 2. ubi* Panormit. *n. 2. extr. de locat.* Matth. Steph. *dict. loc.*

Ita Domini ad requisitionem Senatus Lipsiensis, Mense Majo, Anno 1629. [Verba sentent. Habt ihr das Gut N. auff etliche Jahr lang um einen gewissen Pacht ausgethan; dafern ihr nun das jus patronatus mit ausdrücklichen Worten nicht ausgenommen / noch euch vorbehalten hättet / ꝛc. So stünde solches dem conductori

oder

oder Pachtmann zu/und würde demnach ein neuer Pfarr-Herr anietzo von ihme billich vociret, V.R.W.)

Definitio XXIII.

Doctores & Literati, Opifices strepitu quodam artem suam exercentes prohibere possunt, conducere habitationem juxta suas domos.

1 ETsi regulariter cuivis pro lubitu emere & conducere ædes liceat, *arg. l. 1. §. 2. ff. de contr.*
2 *emt. l. ex hoc jure. 5. ff. de just. & jur.* † nec cuiquam facultas contrahendi vel in suo quid faciendi sit deneganda, *§. ult. instit. de his qui sui vel alien.*
3 *jur.* † Attamen vel solus studiorum favor Doctoribus, Professoribus, Advocatis, aliisque Literatis id privilegium indulget, ut prohibere possint opifices, putà, fabros, Vietores, aliosvè strepitu quodam artem suam exercentes, quò minus ad emtionem vel conductionem ædium juxta literatorum domos ad-
4 mittantur. † Quia ejusmodi strepitus opificum, meditationes literatorum impediunt, & studia, quæ tranquillum habitandi locum requirunt, vehementer perturbant, *arg. l. un. in fin. C. de stud. liber.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 4. n. 8.* Joh. Schneidevvin. *ad §. ult. n. 6. Inst. de locat. con-*
5 *duct.* † Quod nemini mirum videri debet, cum & ratione publicæ utilitatis, ædificia dirui possint, *l.*
6 *ædificia. 14. C. de oper. publ.* † Et semper publica privatis commodis sunt anteferenda *l. 43. ff. de relig. & sumt. funer. l. 9. §. 5. ff. de publ. & vectig. No-*
7 *vell. 39. c. 1.* † Idque ipsum etiam ad studiosos quidam extendunt, ita ut hi non minus atque Doctores opifices expellere valeant, Bartol. *in l. 1. ff. solut. ma-*
8 *trim. ubi &* Jason. *num. 46.* † Sed hoc ita, nisi opifices emendo vel conducendo prævenerint Literatos & Doctores, qui alibi etiam commodè habitare
9 possunt; † siquidem præoccupantis semper melior est conditio, *l. pluribus. 32. ff. de procur. l. 14. ff. de nox. action. l. 19. in pr. ff. de re judic.* Coler. *dict. cap. 4.* Tib. Decian. *in tract. crim. lib. 4. cap. 20. n. 3.* Menoch. *de arbitr. judic. qu. cas. 237. n. 4.*

Ita Domini in causa D. I. D. contra M. B. zu Dölitzsch/ Mens. Mart An. 1636. (Verba sent. Aus den Acten so viel zu befinden/daß der zwischen A.E. und beklagten Hufschmieds M.B. geschlossene Miet-contract zu cassiren, und ist gedachter Hufschmidt sich anderswo nach einer Wohnung umb zu thun schuldig/V.R.W.)

Definit. XXIV.

Conductor de levi tantummodo culpa, non etiam de levissima tenetur.

1 EXpeditum verè est apud Dd. quod Conductor de levi tantummodò culpâ, non etiam de levissima teneatur, Joh. Harppr. *in § conductor autem. 5.*
2 *n. 8. Inst. de locat. & conduct.* † Ratio perspicua est *ex l. 5. §. 2. ff. commod. & §. ult. Inst. quib. mod. re junct. l. 23. ff. de reg. jur.* quod nempe in locatione-conductione utriusque versetur utilitas. † Negotium
3 tamen videtur aliquo modo facere textus *in §. ult. Inst. de locat. cond. & l. si merces. 25. §. qui colu-*
mnam. 7. ff. eod. tit. ubi in conductore talis desideratur custodia, qualem diligentissimus paterfamiliâs suis rebus adhibet. † Sed utroque in casu su-
4 perlativus positus est pro positivo, ut verbum explicetur secundum subjectam materiam & naturam Contractus, ac significetur ejusmodi diligentia, qualem quisque diligens paterfamiliâs rebus suis adhibere solet, Petr. Fab. *in l. Contractus. 23. ff. de Reg. jur.* † Quæ sanè explicatio nemini mira vi- 5
debitur, quum è contra positivus pro superlativo non rarò positus reperiatur, ut *in §. item is cui res aliqua. 2. vers. at is qui utendum accepit. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 5. §. custodiam. 5. ff. commod. l. 25. §. non tantum. 16. ff. fam. ercisc.* † Posset 6
etiam videri verbum (*diligentissimus*) oppositum alicui conductori in individuo, qui si naturâ suâ plus æquo negligentior sit, majorem rebus conductis, quàm suis diligentiam adhibere tenebitur, Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 1. disp. 29. th. 6. lit. e.*

Ita Domini in causa Andreæ Osvvalds zu Pegau / Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent. Es wäre denn/ daß der Conductor das Gelt nicht gebührlichen und vorsichtig/ immassen ein fleißiger Haus-Vater mit seinem Eigenthumb zu thun pfleget/verwahret / und also durch seine Schuld und Verwarlosung dasselbe von abhanden kommen wäre/&c. So wäre er auch den Schaden zu gelten schuldig/V.R.W.)

Et in causa David Webers und Hansen Püschens contra Barthel Schmieden zu Leipzig / Mense Majo Anno 16.5.

Definit. XXV.

Venditis fructibus nascituris, si eo anno nulli nascantur fructus, venditori nihil debetur.

SÆpè accidit, ut fructus quis vendat, qui ex fundo 1
nascentur; Quæ venditio videtur conditionalis, adeoque non nisi fructibus natis perficitur. † Quare, si nulli fructus eo annó ex fundo illo pro- 2
venerint, nihil debebitur venditori. † Alia sanè cau- 3
sa est, si perceptio fructuum ex certo fundo vendatur, hæc enim emptio pura est, † & alea potius, 4
quàm res aliqua certa empta intelligitur, *l. si debitor. 39. §. verisimile. 1. ff. de contr. empt. l. 66. in fin. ff. de jur. dot.* Bald. *ad l. licet. 8. C. de locat.* Bartol. *ad l. eotem. 11. §. qui maximos. 5. ff. de publican. & vectigal.*

Ita tractatum in causa Caspari Finckens zu Naumburg/ Mens. Aug. Anno 1623.

Definit. XXVI.

Conductor sumptus fructuum colligendorum causa, ad perpetuam rei utilitatem in rem conductam factos, à Locatore repetere potest.

DUbium non est, quin conductor ad restitutio- 1
nem impensarum, tam necessariarũ, quàm utilium in rem locatam factarum, adversus locatorem experiri queat, *l. si quis domum. 9. §. 1. l. 19. §. 5. l. Dominus horreorum. 55. §. 1. l. cum in plures. 60. §. vehiculum. 8. cum. l. seq. in pr. ff. locat.* Jacob. Cu-
jac. *lib. 10. observ. 4.* † At, *quid si sumptus fecerit* 2
Conductor in rem conductam fructuum colligendorum causa? Et hosce repeti posse à locatore existimaverim, modò ad perpetuam rei utilitatem facta fuerint, putà, † ad ædificationem horrei, cellæ, 3
ad comparationem vehiculorum aliorumque instrumentorum &c. *cum* Rolan. à Val. *lib. 1. consil. 28.* Joh. Harppr. *in pr. Inst. de locat. conduct. numer. 87.* Fachin. *lib. 1. controv. 85.* † Recupe- 4
rari siquidem possunt sumptus, qui cedunt in per-

petuam utilitatem rei conductæ, *dict. l. Dominus*
5 *horreorum. 55. §. 1. l. colonus. 61. in pr. ff. locat.* † Alia est ratio sumtuum factorum in solam fructuum perceptionem, veluti in arandum, serendum, &c. qui in perpetuam rei conductæ utilitatem non cedunt, ac proinde Conductori restitui non debent, *arg. l. sumtus. 48. ff. de rei vindic. l. fructus. 7. §. impendi. 16. ff. solut. matrim.*

Ita Domini in causa Henrici à Görsdorff zu Horckau/ Mens. Majo, An. 1625. (Verba sentent. Woraus sichs begeben / daß ihr bey währender Pachtzeit eine neue Scheune zu Einsamlung der Früchte erbauet und auffgerichtet/daß ihr nebenst andern ausgelegten Kosten in die 300. Thaler gewendet/ꝛc. So werden euch berührte 300. Thaler bey Abtretung des Pachts hinwiederumd billich entrichtet/V.R.W.)

Item in causa Eliæ Hartigs zu Grimme / Mense Februar. Anno 1633.

Et in causa Andreæ Dvarcks & Consortium zu Staulen/ Mens. Febr. Anno 1621.

Definit. XXVII.

Usuras impensarum Conductor petere nequit.

1 ETsi conductori fas sit impensas in rem conductam factas à locatore recuperare, Defin. *præced. in pr.* attamen usuras simul petere nequit,
2 † ne forsan audire cogatur, quod duplex pecuniæ impensæ lucrum quærat, quum ex melioratione etiam commodum sentiat, eâque unà cum re conductâ utatur-fruatur, *arg. l. 1. §. ult. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend.*
3 † Neque impensæ in rem meliorandam factæ absque præcedente taxatione aut æstimatione, quin & ex eo demum tempore, quo fit restitutio rei conductæ, repeti possunt, secundum tradita Nicol. Boër. *quæst. 44. numer. 12. &* Anton.
4 Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 72.* † Multò minus itaque impensarum usuræ, quæ non nisi ex mora debentur, *l. mora, 32. ff. de usur.*
5 † Et sanè præposterum est, ut ejus quantitatis, quæ vel nondum debetur, vel nondum certa est, usuræ ullæ exigantur, licet mora contracta fuisset, ut disputat Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 2. defin. 8. n. 22.*

Ita Domini in eadem causa Henrici à Görsdorff/ Mens. Majo, An. 1625. (Verba sent. So werden euch berührte 300. Thaler auffgewendete Unkosten bey Abtretung des Pachts hinwiederumb billich entrichtet / die Zinsen aber seyd ihr gestalten Sachen nach davon zu fordern nicht berechtiget/V.R.W.)

Definit. XXVIII.

Etsi societas ne quidem ex pacto heredes obliget, emolumentum tamen societatis ad eos transit.

SOcietas ad heredes non transit, sed morte socii 1
finitur, §. *solvitur. 5. Inst. de societ. l. societatem. 4. §. 1. l. socium. 60. in fin. pr. l. verum. 63. §. ult. l. actione. 65. §. morte. 9. ff. pro socio.* † Quod adeò ve- 2
rum est, ut ne quidem ab initio paciscí liceat, ut heres in societate succedat, *arg. l. si convenerit. 14. & l. 59. ff. eod. tit.* † Contra naturam enim contractus 3
illius tenderet hæc pactio, siquidem in societatis contractu certi hominis fides, diligentia, solertia & industria eligitur, *dict. §. 5. ubi* Johan. Schneidevvin. *n. 2. & ibid.* Joh. Harppr. *n. 16. ubi contraria resolvit.* † Sanè licet ipsa societas ad heredes non transeat, e- 4
molumentum tamen, & actio pro socio ad heredes transfertur, *l. verum. 63. §. in heredem. 8. ff. eod. tit.* Joh. Schneidevvin. *dict. loc. ubi & limitationes hujus definitionis ponit.*

Ita Domini in causa Hieronymi Karpuß zu Naumburg/ Mens. Jun. Anno 1632. [Verba sentent. Jedoch wird auch der Handlung wegen / weil die getroffene societät/ des beschlossenen pacti ungeacht / die Erben nicht verbindet/auff der Erben Begehren eine gewisse Theilung und Vergleichung billich gemacht/V.R.W.]

CONSTITUTIO XXXVIII.

PARTIS SECUNDÆ.

Ob ein Erbzinsmann auff blosse Erklärung des Lehn- oder Erbherrn/ seiner Güter verlustig werde/ wann er davon die Zinse gebührlich nicht entrichtet?

WJewol fast vieler Rechtsgelehrter Beschluß dahin gehet / daß ein Erbzinsmann in denen Fällen / da man gewiß ist / daß sein Gut ein Emphyteusis oder Erbzinsgut ist/ sich dessen/ wann er in dreyen Jahren seinen Canonem oder Zinß einem privato, und der Kirche in zweyen Jahren nicht verricht/ ipso jure, wenn sich der Herr allein dessen erkläret / verlustig mache / Jedoch haben unsere Verordnete dahin geschlossen/daß dißfalls ein processus ordinarius, und ordentlicher sententz gehalten werden und folgen soll. Dann es muß vor erst ausfündig gemacht werden / daß es Erbzinsgüter seyn / so könte auch der Besitzer

Ob non solutum Canonem bona Emphyteutica num in commissum cadant, ad solam declarationem Domini?

QUamvis multorum juris Interpretum ea sit opinio, ut existiment, eo casu, ubi fundum Emphyteuticum esse, certò constat, si emphyteuta privati triennium, Ecclesiæ verò biennium in solutione Canonis cesset, ipso jure, ad solam declarationem Domin, fundo privari: Deputatis tamen nostris processu ordinario & sententiâ hîc opus esse visum fuit, quod non tantùm certò constare oporteat fundum esse Emphyteuticum, sed & alias exceptiones habere possit Emphyteuta, quibus se defendat. Ne igitur non auditus lædatur, cognitio

causæ

ſonſten allerley Einrede haben. Damit er nun nicht übereylet/ ſondern zur Nothdurfft gehöret/ als iſt dahero ordentliche Erkäntniß nöthig/ cauſæ ut privationem præcedat, neceſſe eſſe, quod & nobis probatur. darbey wir es auch bewenden laſſen.

DEFINITIONES.

1. *Ob non ſolutum canonem Emphyteutica bona ipſo jure, extra Proceſſum ordinarium, non amittuntur.*
2. *Nec Dominus Emphyteuſeos, jurisdictionem habens, extra Proceſſum ordinarium Emphyteutam, ob canonem non ſolutum, expellere poteſt.*
3. *Solutio Canonis facta ei, qui Procurator credebatur, valet ad liberationem.*
4. *Emphyteuta, partem Canonis ſolvens, propter reſiduum non ſolutum jure ſuo non cadit.*
5. *Uno ex pluribus coheredibus partem ſuam Canonis ſolvente, haud tota Emphyteuſis in commiſſum cadit.*
6. *Commiſſo ſeu juri caducitatis renunciat Dominus directus, poſt elapſum tempus, canonem recipiens, aut poſſeſſorem ad recognoſcendum admittens, etiam cum proteſtatione.*
7. *Dominꝰ jus caducitatis ignorans, recipiẽdo poſtea Canonem, non videtur remittere caducitatem.*
8. *Remiſſio præteritarum penſionum non præſumitur ex cognitione futurarum, aut acceptatione præſentium.*
9. *Dominus directus ex cauſa canonis haud ſoluti, Emphyteuta vivente, ad privationem non agens, defuncto eo, ulterius experiri nequit adverſus heredes.*
10. *Emphyteuta non privatur Emphyteuſi ob non ſolutum canonem, ſi Dominus ipſius debitor fuerit.*
11. *Emphyteuta ſolvendo Canonem poſt tempus elapſum, ante factam Domini declarationem, moram purgat.*
12. *Fructus poſt tempus elapſum, ante privationem percepti, ad Emphyteutam pertinent.*
13. *Ceſſat in foro Saxonico privatio emphyteuſeos ob fundi alienationem irrequiſito Domino factam.*
14. *Servitus in fundo emphyteutico conſtituta extinguitur, emphyteuſi finitâ.*
15. *Præſcribitur Emphyteuſis, ſolutione Canonis ultra triginta annos, annum & diem factâ.*
16. *Vindicatione & hypothecariâ actione Dominus directus adverſus Emphyteutam, aliumvè Emphyteuſeos poſſeſſorem experiri poteſt.*
17. *Competit etiam Domino directo actio perſonalis contra Emphyteutam, ejusve heredes.*
18. *Emphyteuta onera fundi Emphyteutici ſuſtinet ac tributa collectasq; ſolvit.*
19. *Neq; ob ſterilitatem neq; bellicos tumultus, aliosq; caſus fortuitos canon Emphyteutæ remittitur, modò prædium Emphyteuticum non prorſus fuerit extinctum.*
20. *Ob non petitam renovationem inveſtituræ intra annum & diem, Emphyteuſis non amittitur, puniri tamen propterea poteſt poſſeſſor arbitrariè.*
21. *Prædium Emphyteuticum, quod in commiſſum cadit, Domino directo quoad proprietatẽ, Uſufructuario verò quoad uſumfructum acquiritur.*
22. *Canon Emphyteutæ ob melioramenta non debet augeri.*
23. *Ob deteriorationem partis fundi Emphyteutici, non niſi eâ parte Emphyteuta privari debet.*
24. *Privationis pœna locum habet adverſus Emphyteutam, qui fructiferas arbores etiam à ſeipſo poſitas incidit.*
25. *Penſiones promobiles,* (Rutzſcherzinſen) *etiamnum hodiè quibusdam in locis in uſu ſunt; & quænam ita dicantur?*
26. *Penſiones promobiles Dominus tenetur petere quotannis, à domo ipſius Emphyteutæ.*

DEFINIT. I.

Ob non ſolutum Canonem Emphyteutica bona ipſo jure, extra proceſſum ordinarium, non amittuntur.

1 OB Canonem non ſolutum intra triennium in Emphyteuſi privati, vel intra bienniũ in Emphyteuſi Eccleſiæ, jus Emphyteuticum in commiſſum cadit, *l. in Emphyteuticariis. 2. Cod. de jur. Emphyt. Novell. 7. cap. emphyteuſin. 3. §. ſcire autem. 2.*
2 Hartman. Piſt. *obſ. 70.* † Cumque lex ipſa ceſſationi Canonis caducitatis pœnam indicit *dict. l. 2. C. de jur. emphyt. & Novell. 7. cap. 1.* ipſo jure, non expectatâ judicis ſententiâ privatâ, emphyteuſin amitti, vulgò exiſtimatur, Jaſon *in dict. l. 2. num. 14. ac ibidem* Salycet. *n. 8. &* Joh. Sichard. *num. 19. C. de jur. Emphyt.* Jul. Clar. *lib. 4. recept. ſentent. §. emphyteuſis. qu. 9.* Joh. Harppr. *in §. adeo autem. 3. num. 520. Inſt. de locat. & conduct.* † Quamvis alii ſententiam judicis ſaltem declaratoriam ad id requirant, per quam Emphyteutam verè Canonem non ſolviſſe declaretur, eamque poſtea pœna privationis ipſo jure ſequatur, quod & arridet Matth. Berlich. *part. 2. concl. 4. n. 5.* † Sed neutrum placuit 4
Illuſtriſſimo Saxoniæ Electori, verbis diſertis diſponenti, quod Emphyteuta ob non ſolutum Canonem ipſo jure emphyteuſi privari haud debeat, ſed opus ſit ad hoc proceſſu ordinario & ſententiâ definitivâ, *hâc Conſt. 38. verſ.* Jedoch haben unſere Verordnete/ ꝛc. *ubi* Moller. *num. 4.* † Necimmerito: Siquidem ante omnia probari debet, an fundus ſit Emphyteuticus, nec ne, & licet eum Emphy- 5
teuticum eſſe conſtet, † varias tamen exceptio- 6
nes emphyteuta habere poteſt, cum quibus ſufficienter eſt audiendus, antequam emphyteuſi privetur, *hâc* Conſtit. *verſ.* Dann es muß von erſt ausfündig/ ꝛc. † Porrò, quod modò dixi, poſt tri- 7
ennium domum ob canonem non ſolutum jus Emphyteuticum in commiſſum cadere, illud in ſimplici & communi emphyteutâ verum eſt, ſecus

res se habet in eo, qui canonem sub juramento solvere promisit. † Nam tum non expectatur triennium, sed propter juramentum emphyteuta statim jure suo cadit, secundum Jason. *in l. 41. num. 12. C. de transact. alios &, quos allegat & sequitur* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 46. n. 54.*

8

Ita Domini in causa Hansen von Diskau / Mens. August. Anno 1619. (Verba sent. So ist euch solches in einem ordentlichen Proceß zu suchen unbenommen / und wenn ihr wie Recht erweisen und beybringen würdet / daß berührtes Gut ein recht bonum emphyteuticum wäre / gedachter N. N. auch in dreyen Jahren den gewöhnlichen Canonem nicht entrichtet / und er darauff mit seiner Nothdurfft auch gebührlich gehöret / ergehet darauff in der Sachen / und ob ihr die Güter einzuziehen befugt seyd / ferner was recht ist / V. R. W.)

Definit. II.

Nec Dominus Emphyteuseos, jurisdictionem habens, extra Processum ordinarium Emphyteutam, ob Canonem non solutum, expellere potest.

1 MInus forsan dubium est, Dominum privatum qui nullam Jurisdictionem habet, Emphyteutam propter Canonem non solutum, extra processum ordinarium, haud expellere posse, Definit.
2 *præced.* † *Quid autem si Dominus Emphyteuseos vel superiore vel inferiore jurisdictione tantùm, vel*
3 *utrag; simul munitus sit?* Nec eum, emphyteutam ob canonem non solutum, ipso jure emphyteusi privare posse, sed ordinarium processum adversus ipsum instituere teneri, rectissimè sentit Matth. Berlich. *part. 2. concl. 46. n. 9.* † Non solùm propter
4 generalitatem textus *in h.* Const. *38.* quæ indefinitè loquitur, ac propterea etiam generaliter intelligi debet, *l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. ge-*
5 *neraliter, 1. ff. de legat. præst.* † Sed &, quod Dominus in propriâ causâ, ex quâ maximè adversario insigne præjudicium potest afferri, sibi jus dicere nequeat, *l. qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisdict. l. un. C.*
6 *quis in suâ caus.* † Sufficit tamen Processum hujus causæ in judicio Domini, præsentibus Notario judicii, nec non Scultetis & Scabinis, agitari, juxta Ordinationem Nov. process. judic. in Electoratu Saxon. *de Anno 1622. tit. 2. §.* Ob wir auch wohl.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So ist euch solches in einem ordentlichen Proceß / so für euren eigenen Gerichten angestellet werden mag / zu suchen unbenommen / V. R. W.)

Definit. III.

Solutio Canonis facta ei, qui Procurator credebatur, valet ad liberationem.

1 AMittit Emphyteuta jus suum, si debito tempore Canonem vel pensionem non solverit, etiamsi à prædii Domino nunquam interpellatus fuerit, *c. potuit. 4. ext. de locat.* Joh. Harppr. *in §. adeo*
2 *autem. 3. n. 480. Inst. de locat. & conduct.* † Audiendus tamen est, si dicat, se procuratori, seu actori Domini canonem emphyteuticarium solvisse:
3 † Nam tunc securus erit, etiamsi de actoris mandato non constet, modò pro actore & procuratore, ad hanc rem constituto, vulgò fuerit habitus, *arg. l. 3. in pr. ff. de SCto Macedon. l. sed si pupillus. 11. §. de quo palam. 2. ff. de inst. action.* † Nec enim pro leviori- 4
bus hujusmodi debitis exigendis, mandati exhibitio necessaria est, *arg. l. sancimus. 25. vers. non autem. & l. constitutionem. 27. C. de administrator.* † Ut 5
nec apocha vel quietantia secundum Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 19. n. 5.* † Sed sufficit, 6
nihil malâ fide ab Emphyteutâ factum esse, sibique imputet Dominus, cur non fuerit diligentior in Canone exigendo per verum procuratorem. † Neu- 7
tiquam tamen nocebit Domino ejusmodi procurator in caducitate commissâ, † quum nec verus procu- 8
cator cum liberâ, nomine Domini post tempus elapsum, ab Emphyteutâ Canonem antea non solutum recipiens, per hoc Domino præjudicet, quò minus contra Emphyteutam processum ordinarium ad privationem instituere possit, Vincent. Caroc. *de excuss. bonor. part. 2. quæst. 1. n. 67.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 46. n. 11.*

Ita Domini in causa Matthæi Hübners zu Dobenitz / Mens. Decemb. Anno 1628. (Verba sentent. Habt ihr nebenst euren Mit-Erben ein Erbzinsgut in Besitz / davon ihr jährlichen dem Erbherrn einen gewissen Canonem entrichten müsset / gestalt ihr auch euers Theils solchen Zinß etliche Jahr her seinem Anwalde / so hin und wieder ihm in Rechtlichen Sachen bedienet gewesen / abgestattet / ꝛc. So habt ihr dadurch / wenn auch gleich bemeldter Anwald kein mandatum hierzu gehabt hätte / eurer Schuldigkeit Gnüge gethan / und möget demnach eures Rechten in solchem Erbzinßgut nicht privi̇ret werden / V. R. W.)

Definit. IV.

Emphyteuta, partem Canonis solvens, propter residuum non solutum jure suo non cadit.

SOlent disputare Dd. *an Emphyteuta jure suo pri-* 1
vetur ob non solutum canonem, si saltem partem ejus intra debitum tempus triennii solverit? † 2
Hanc quæstionem tractat Jason *in l. 2. C. de jur. emphyt. num. 53.* probans, quod Emphyteuta, qui solidum non solvit, omni jure suo cadat, quem sequitur Matth. Berlich. *part. 2. concl. 46. n. 18.* Joh. Harppr. *in §. adeo autem 3. n. 482. Inst. de locat. & conduct. atque* Dd. *comm. arg. l. in executione. 85. §. item si ita. 6. ff. de Verb. Oblig.* ubi is, qui tenetur aliquid solvere sub pœnâ, incidit in pœnam, si totum non solverit. † Sed animadvertere debuisset, pœnam 3
istam privationis Emphyteuseos ob non solutum Canonem, non tam introductam esse propter pecuniarium interesse Domini, quod in aliis casibus ac stipulationibus pœnalibus obtinet, quàm potius, † quod Emphyteuta non solvens præsumatur Do- 4
minum jure suo privare, eumque non amplius recognoscere velle: Quod certè non facit, qui partem solvit, maximè si paupertatem allegare queat. † Exi- 5
stimaverim ergò, nec totam emphyteusin, nec partem ejus hoc casu fieri caducam, sed Dominum ex contractu, ad pensionem integram agere debere, *cum* Guid. Papæ *decis. 174. n. 1. & seq.* Trentacinq. *lib. 3. variar. resolut. 4. n. 19.* Jul. Clar. *lib. 3. sentent. §. emphyteusis. quæst. 8. n. 4.* † Quamvis aliter sen- 6
tiat Fach. restringens hanc sententiam ad eum solummodo casum, quo Emphyteuta tantum solvit,

vit, quod unius anni conficit canonem, *lib. 1. controverſ. 69.*

Ita Domini in cauſa Caſpari Kegels zu Arkeberg / Menſ. Mart. Anno 1624. (Verba ſentent. Seyd ihr in Abſtattung des Erbzinſes von eurem Gute / ſo ein bonum Emphyteuticum iſt / über drey Jahr lang ſäumig geweſen / Ob nun wohl dannenhero der Herr ſolch Gut ob non ſolutum Canonem einzuziehen gemeynet: Da ihr aber dennoch binnen bemeldten 3. Jahren eines Theils von ſolchem Erbzinſe abgeſtattet / den Reſt auch vollend zu bezahlen nochmals erbötig wäret / ꝛc. So würden ihr bey eurem Rechte billich gelaſſen / und möchtet geſtalten Sachen nach des Erbzinsguts nicht priviret werden / V.R.W.)

DEFINIT. V.

Uno ex pluribus coheredibus partem ſuam Canonis ſolvente, haud tota Emphyteuſis in commiſſum cadit.

1 HInc & illud inferri poteſt, ſi unus ex pluribus heredibus partem ſuam canonis ſolverit, licet reliqui moram trahant, totam tamen Emphyteuſin haud cadere in commiſſum, ſed ſolùm pro partibus
2 reliquorum coheredum non ſolventium, † ſiquidem ex interventu heredum conditio obligationis non immutatur, *l. ſtipulationum. 2. §. ex his igitur. 2. ff. de V. O. l. cui fundus 56. ſub fin. ff. de condit. & demonſtr.* † Non equidem ignoro, Jaſonem aliter
3 ſentire, ac uno heredum non ſolvente, totam emphyteuſin amitti, ſtatuere *in l. 2. num. 55. C. de jur. Emphyt.* quem ſequitur Joh. Sichard. *ibidem num. 7.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 46. num. 25.* Corbul. *in tract. de jur. Emphyt. cap. 15. ampliat. 8.* Jul. Clar.
4 *lib. 3. ſent. §. Emphyteuſis. quæſt. 8. num. 13.* † At ſummi juris hanc eſſe ſententiam, cui æquitas repugnat, rectè ait Mynſing. *cent. 3. obſ. 66.* ab ea diſſentiens *cum* Fach. *lib. 1. controv. cap. 97.* & Joh.
5 Coraſio *in dict. l. 2. C. de jur. Emphyt. num. 11.* † Unicum illius aſſertionis fundamentum videtur dubium movere, quod ſcilicet ſubjecta pœnalis ſtipulatio, ſicut ipſa individua eſt, ita principalem quoque obligationem individuam efficit, ita ut præſtatione partis non evitetur pœna, & niſi toto præſtito, in ſolidum pœna committitur, *l. in executione. 85. ff. de V. O. junct. l. etiamſi partis III. ff. de legat. 1.* †
6 Sed obtinet hoc in pœnâ conventionali, quod ad legalem pœnam, qualis eſt privatio Emphyteuſeos ob non ſolutum canonem, neutiquam extendi debet, *arg. l. fraudati. 8. §. 1. ff. de publ. & vectigal.* qui textus multum facit contra prædictam aſſertio-
7 nem: † Accedit ratio diverſitatis, quod nempe privatio Emphyteuſeos ob non ſolutum Canonem, non inducatur ex eo, quod ſolidum non præſtitum fuerit, ſed principaliter propter neglectam recognitionem Dominii, & præſumptam voluntatem invertendæ poſſeſſionis; Quæ omninò in herede,
8 partem ſuam canonis ſolvente, ceſſat. † Planè, de conſvetudine Germaniæ hodie introducta eſt, quod Nobiles & Domini omnes heredes Emphyteutæ præmortui, ad inveſtituram accipiendam non admittant, niſi Curatorem (Einen Lehentrager) conſtituerint, vel unum ex ſe elegerint, qui reliquorum coheredum nomine inveſtiturã accipiat:
9 † Quo facto, diſputatio hæc ceſſat, Modeſt. Piſtor. *part. 4. quæſt. 133. & ibi* Jacob. Schult, *in addit. n. 32.*

Ita Domini in cauſa Matthæi Hübeners zu Dobenitz / Menſ. Decemb. Anno 1628. (Verba ſentent. Und ihr möget demnach / ob ſchon eure Mit-Erben ihres theils den gewöhnlichen Zins binnen drey Jahren nicht abgeſtattet / eures Antheils und Rechtens in ſolchem Erbzinsgut nicht priviret werden / V.R.W.)

DEFINIT. VI.

Commiſſo, ſeu juri caducitatis renunciat Dominus directus, poſt elapſum tempus canonem recipiens, aut poſſeſſorem ad recognoſcendum admittens, etiam cum proteſtatione.

1 EMphyteuta Canonem non ſolvens, duplici de cauſa jure ſuo privatur, *tùm* quia penſionis damno Dominum afficit, † *tùm* præcipuè, quod non
2 ſolvendo quodammodo Emphyteutam ſe negare videtur: † Cum igitur poſt elapſum tempus Ca-
3 nonem offerens, utrumque hoc vitium purget, & Dominus, recipiens Canonem vel poſſeſſorem ad recognoſcendum admittens, ipſum pro Emphyteuta agnoſcere videatur, † utique per id ſibi præju-
4 dicat, quo minus poſtea ad privationem Emphyteuſeos adverſus Emphyteutam experiri queat, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 16.* Berlich. *part. 2. concl. 46. numer. 12.* Joh. Harppr. *in §. adeo autem. 3. num. 492. & ſeqq. Inſt. de locat. & conduct.*
5 † Eſt enim jus commiſſi pœnale, quod facilè remiſſum intelligitur, in odium ſcilicet pœnarum, quæ
6 ſemper habentur odioſæ, *l. pen. ff. de pœn.* † Sicut & evenit, cùm, aliâ quâlibet pœnâ commiſſâ, ob non ſolutam ſuâ die pecuniam, ſors petitur poſt diem, *l. apud Celſum 4. §. Labeo ait. 7. & l. 2. §. non malè 6. ff. de dol. mal. except.* † aut cum ven-
7 ditor, qui legem commiſſoriam exercere potuit, pretium petere maluerit, *l. 6. §. 1. l. 7. ff. de leg. commiſſ. junct. l. 3. ff. eod. tit.* † Quæ ſententia etiam
8 placet Jaſon. *in l. 2. C. de jur. Emphyt. num. 124.* ubi poſt relatas varias variorum opiniones & diſtinctiones, tandem concludit, quod Dominus recipiendo Canonem etiam præteriti temporis, ſuper jure expellendi ſibi præjudicare intelligatur, ſi non de jure ſuo expreſsè fuerit proteſtatus. † At putaverim
9 ego, nec proteſtationem Domino prodeſſe ad exercendum hoc caſu jus privationis *cum* Anton. Fab. *dict. defin. 16. in fin.* † inutilis namque eſt proteſta-
10 tio, cum fieri nequeat, ut & commiſſum, & ſecuti temporis penſitatio emphyteuticaria debeatur: Quin nec penſio præteriti temporis, quia privatio
11 reverà eſt pœna, † regulariter autem res ipſa & pœna ſimul peti non poteſt, *l. 4. C. de pact. int. empt. l. 10. ff. de vectigal.* † Nec obſtat, quod dicitur, ca-
12 nonem recipi pro perceptis fructibus, pœnam verò pro ceſſatione infligi, † Quoniam principalis pen-
13 ſionis ſolvendæ finis eſt recognitio Dominii.

Ita Domini in cauſa Michael Schwaners zu Daubeneck / Menſ. Jun. Anno 1628. (Verba ſent. Ob wohl Martin Reber / ſo von euch ſein Erbzinsgut zu Lehn hat / in die vier Jahr mit Abſtattung des gewöhnlichen Canonis ſäumig geweſen / dannenhero ihr ſolches Gut einzuziehen gemeynet; dieweil ihr aber dennoch anietzo neulich / dieſes Jahres gefälligen Erbzins von ihm angenommen / und dadurch gedachten Rebern für euren Erbzinsmann ferner agnoſciret, &c. So ſeyd ihr auch nunmehr

ad Privationem wider ihn zu agiren nicht berechtiget/ V.R.W.)

Definit. VII.

Dominus jus Caducitatis ignorans, recipiendo posteà Canonem, non videtur remittere caducitatem.

1 NOn semper tamen ac quovis indifferenter casu acceptio Pensionis post cessationem triennii à Domino facta jus caducitatis excludit, ut videre est ex traditis Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 112.* & Joh. Harppr. *in §. adeo. 3. Instit. de locat. &*
2 *conduct. num. 492. & seqq.* † Quid enim si ex causa aliquâ Dominus directus jus Caducitatis seu privationis ignoraverit: Certè tùm etiam propter Canonum receptiones non videbitur remisisse Caducitatem, Amed. à Pont. *in quæst. laudemial. q. 16. n. 4.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 16. n. 3.*
3 † Nemo enim credendus est voluisse remittere jus, quod sibi competere ignorabat, *l. mater decedens. 19 ff. de inoff. testam. l. Campanus. 47 ff. de oper. libert.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Es wäre denn/ daß ihr/unwissend/daß wegen zurückverbliebenen vierjährigen Erbzinsgut euch verfallen/ dieses Jahres canonem acceptiret hättet/ dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/V.R.W.)

Definit. VIII.

Remissio præteritarum pensionum non præsumitur ex recognitione futurarum aut acceptatione præsentium.

1 NOn creditur Dominus directus præteriti temporis pensiones non solutas remittere voluisse ex eo, quod præsentis anni canonem acceptat, aut Emphyteutam ad debiti Emphyteuticarii novam professionem admittit, tametsi nihil protestatus
2 fuerit. † Quis enim non animadvertit, nova professione & acceptatione Canonis præsentis id potissimum actum videri, ut magis possessor obligetur, & consequenter non minus ad præteritarum, quàm futurarum pensionum solutionem, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 14.* Abb. *in cap.*
3 *potuit 4. num. 14. extr. de locat.* † Et *quid ferè absurdius, ex eo instrumento, quod ad obligationem inducendam conscriptum est, inducere liberatio-*
4 *nem?* † Ex quo fieret, ut inducta ad unum finem, contrarium effectum operarentur, *contra l. legata inutiliter. 14. ff. de adim. legat. l. in ratione. 30. §. tametsi 7. ff. ad Leg. Falcid.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Aber den rückständigen vierjährigen Zins seyd ihr / ungeacht der von neuen gethanen Belehnung und Einhebung dieses Jahres selbigen Canonis, nochmahls einzufodern wol befugt/V.R.W.)

Definit. IX.

Dominus directus ex causa Canonis non soluti, Emphyteutâ vivente, ad privationem non agens defuncto eo ulterius experiri nequit adversus heredes.

1 EMphyteuta cessans à solutione Canonis, aliter non cadit jure Emphyteutico, quàm si Dominus voluerit & declaraverit, sevelle expellere emphyteutam, *l. in emphyteuticariis. 2. ibi: si Domi-*
2 *nus voluerit, &c. C. de jur. Emphyt.* † Ex quo sequitur, jus privationis ex causa non soluti Canonis esse merè personale, quod personam non egreditur; Quare si Dominus voluntatem suam non declaraverit, nec processum ad privationem Emphyteuseos contra Emphyteutam instituerit, defuncto illo, † ejusdem heredes adversus Emphy- 3
teutam ampliùs experiri non poterunt, quia potestas declarandi regulariter non transit ad heredem, *dict. l. 2. C. de Jur. emphyt.* Gloss. *in l. idem Pomponius. 5. §. ult. ff. de rei vindicat.* Bart. & Alexand. *in l. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de V. O.* † Modò 4
Dominus jus caducitatis sciverit aut experiri voluerit, Mynsi. *cent. 3. obs. 97.* † Quemadmodum in 5
casu contrario, si Dominus directus, Emphyteutâ adhùc vivente, voluntatem suam non declaraverit, post mortem Emphyteutæ adversus ejus heredes privatio ulterius exerceri nequit, Mynsing. *cent. 3. observ. 97.* Trentac. *lib. 3. variar. resolut. tit. de jur. Emphyt. resol. 4. num. 4.* † Quia delictum defuncti 6
eatenùs heredibus non nocet, Bald. *in l. fin. C. de revoc. donat.* veluti † in casu Feloniæ à vasallo com- 7
missæ, si vivente ipso Dominus conquestus non sit, postea de hâc ejus heredi quæstio moveri non potest, utcunque feudum videatur reverti ad Dominum, Mynsing. *dict. observ. 97.*

Ità Domini in causa Osvvaldi Ludewigs zu Queis / Mens. Mart. Anno 1627. (Verba sentent. Hat euer Vater bey seinem Leben eine geraume Zeit hero und über 3. Jahr von seinem Gut/so ein bonum Emphyteuticum ist / die schuldigen Erbzinsen nicht abgestattet / Ob nun wol der Erbherr in denen Gedancken stehet / daß hierdurch ihme das Erbzinsgut verfallen sey. Da er aber dennoch / bey gedachtes eures Vaters Leben / wider ihn deßwegen nicht Klage erhoben hätte / sondern das Werck anstehen lassen / &c. So wäre er nunmehr wider euch / als die Erben/ ad privationem zu agiren ferner nicht berechtiget/V.R.W.)

Definit. X.

Emphyteuta non privatur Emphyteusi ob non solutũ Canonem, si Dominus ipsius debitor fuerit.

ETsi juris certissimi sit, Emphyteutam, si per trien- 1
nii spacium canonem non persolverit, jure suo privari, *l. 2. C. de jur. Emphyt. hac* Const. *38.* Attamen id semper & indistinctè verum non est, sed plures patitur restrictiones, † de quibus videri 2
potest Joh. Harppr. *in §. adeo. 3. num. 533. & seqq. Inst. de locat. & conduct.* Domin. Cardin. Tusch. *tom. 3. pract. concl. lit. E. concl. 192. n. 48. & seqq.* Anton. Tessaur. *decis. 179. numer. 1. & seqq.* Alex. Trentacinquius *lib. 3. variar. resolut. tit. de jur. Emphyt. resolut. 4. n. 11.* † Quid enim, *si heredes em-* 3
phyteutæ ignorantes fundum esse Emphyteuticum, Canonem solvere cessaverint? † Hi certè vel saltem 4
remedio restitutionis in integrum ex causa generali: (*si qua justa causa mihi videbitur*) sibi consulere possunt, secundum Jason. *in dict. l. 2. n. 184. C. de jur. Emphyt.* † Sicut nec Domino facultas competit ad 5
privationem agendi, si forsan Emphyteuta propter pestem seu carcerationem, aliúdve justum impedimentum, Canonem solvere haud potuerit, Tusch. *dict. concl. 192. n. 194.* Joh. Harppr. *dict. loc. n. 546.*
† Aut si alius quispiam tertius, tanquam negotiorũ 6
gestor, canonem Domino solvisset, *arg. l. 39. & l. 45. ff. de negot. gest.* † Quod tamen non universaliter, 7
sed cum micâ salis intelligi debet, ut apparet ex traditis Berlich. *part. 2. concl. 46. numer. 36. & seqq.* Harppr. *dict. §. 3. num. 540. 541. & seqq. J. de locat.*
† Porrò nec tum ad privationem emphyteu- 8
seos ob non solutum Canonem agi potest, si Do-

si Dominus debitor fuerit Emphyteutæ, Hart. Pist. *obs. 70.* Nam tunc compensationis jure à pœnâ liberatur, ut tradit Jason. *in dict. l. 2. n. 60. C. de jur. Emphyt.* Corbul. *de jur. Emphyt. cap. 15. limit. 5.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber dennoch der Eibherr bey gedachtes euers Vatern Leben/ wider ihn deswegen nicht Klage erhoben hätte / sondern das Werck ersitzen lassen / oder auch sonsten ihme eurem Vater mit Schulden verhaftet gewesen / also daß die compensatio statt gehabt hätte/ꝛc. So wäre er nunmehr wider euch/als die Erben/ ad privationem zu agiren ferner nicht berechtiget/V.R.W.)

Definit. XI.

Emphyteuta solvendo Canonem post tempus elapsum ante factam Domini declarationem, moram purgat.

1 IN Emphyteutâ Ecclesiastico celerem admitti satisfactionem, moræque purgationem, textus est
2 *in c. potuit. 4. Ext. de locato conduct.* † In Civili verò oblatione quantumvis celeri non evitari pœnam, nec moram purgari, communis est Dd. sententia, quam refert & sequitur Jason. *ad l. 2. C. de jur. Emphyt. n. 8. n. 73. & post eum* Fachin. *l. controv. 98.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 46. num. 47.*
3 † scilicet quia lex ipsa pœnam privationis inducit,
4 *l. 2. C. de jur. Emphyt.* † quo sanè casu purgatio ad hunc finem, ut juri alterius jam quæsito præjudicetur in præteritum, jure nostro incognita est, *l. 23. ff. de O. & A. ubi* Cujac. *7. ad African. l. Celsus. 23. ff. de recept. l. magnam. 12. C. de contr. & comm. stipul.*
5 Hartm. Pist. *observ. 222. n. 8.* † At nemini ignotum, Emphyteutam non aliter jure suo privari, quàm si Dominus voluerit & voluntatem suam de-
6 claraverit, *dict. l. 2. C. de jur. Emphyt.* † Quare, cum ante declarationem Domini non sit inducta privatio nec jus perfectè Domino quæsitum, † utiq; æquissimè moræ purgatio erit admittenda, ut rectè
7 sentit Dan. Moll. *hic num. 6.* † Quò & facit, quod Zasius *in l. si quis arbitratu. 43. n. 14. ff. de V. O.* scribit, moræ purgationem semper esse admittendam, re adhuc integrâ, h.e. quando alterius partis jus non fit deterius, idque perpetuum esse, catholicum & universale.

Ita Domini in causa Conradi Scheibens zu Aleseld / M. Nov. Anno 1621. [Verba sent. Ob ihr wol von eurem Erbzinsgut den gewöhnlichen canonem binnen dreyen Jahren nicht abgestattet/dahero euer Gut dem Erbherrn in Rechten verfallen / da ihr aber dennoch solchen Rest/ ehe und zuvor bemeldter Lehnherr ad privationem wider euch agiren möchte/nochmals erlegen / und also moram purgiren würdet/ꝛc. So würdet ihr bey solchem eurem Erbzinsgut und Gerechtigkeit billich gelassen/ V.R.W.)

Definit. XII.

Fructus post tempus elapsum, ante privationem percepti, ad Emphyteutam pertinent.

1 SI Emphyteuta in solutione Canonis cessaverit, &, antequam Dominus declaraverit, se velle eum jure suo privare, perceperit fructus, agente postea Domino ad privationem, fructus interim à triennio perceptos ab Emphyteutâ restituendos esse, exisi-
2 mare equidem quis posset ex eo, † quod malæ fidei possessor fructus non faciat suos, sed omnes restituere teneatur, *l. fructus. 44. l. 62. §. ult. ff. de R. V. l. domum. 5. l. si fundum. 17. l. 22. C. eod. tit.* † Prout 3
etiam communiter tradunt Dd. Jason. *in l. 2. C. de jur. Emphyt. n. 17.* Felin. *in cap. de quart. a. 4. num. 33. extr. de præscript.* Andr. Tiraquell. *in l. si unquam. §. verb. revertatur. n. 271. C. de revoc. donat.* † At- 4
tamen contrarium in Camerâ Imperiali observari ceu æquitati magis consentaneum, testatur Mynsing. *cent. 6. obs. 83. n. 5.* † Neutiquam enim con- 5
cesserim, Emphyteutam esse malæ fidei possessorem ex eo tempore, quo in solutione Canonis cessaverit, quum jure suo privatus non dicatur, nisi Dominus voluerit, *l. 2. C. de jur. Emphyt.* † Ante 6
Domini ergò declarationem adhuc in bonâ fide reperitur, quia probabiliter credere potest, Dominum ipsi pœnam remittere velle, Jason. Harppr. *in §. adeo autem. 3. Inst. de locat. & conduct. n. 565.* † Quin 7
& Dominium utile retinet Emphyteuta, antequam Dominus directus ad privationem agere cœperit, *dict. l. 2. C. de jur. Emphyt.* Ergò tamdiu etiam fructus lucrabitur, † qui semper Domino utili ce- 8
dunt, *l. & ex diverso. 35. §. 1. ff. de Rei vindicat. l. 25. l. 45. ff. de usur. l. 48. ff. de acquir. rer. domin.* Harppr. *dict. loc. num. 563.* Berlich. *part. 2. concl. 46. n. 48.* † Illud tamen largiri possum, quod hoc casu Em- 9
phyteuta meliorationes, aliasque impensas repetere non possit, *dict. l. 2. vers. nulla ei in posterum. & c. C. de Jur. Emphyt. Novell. 7. c. 3. §. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 121. n. ult.* † Quamvis hoc de iis saltem im- 10
pensis intellectum velim, quas Emphyteuta ex lege & naturâ contractus tenebatur facere, non etiam de aliis, quæ nudam & simplicem debitæ melioration nis formam excedunt, quasque Emphyteuta ex naturâ contractus facere non astringebatur, † Quas 11
& hoc casu Emphyteutam recuperare, scribit Amed. à Pont. *quæst. laudem. 8. num. 3.* Menoch. *de recuper. poss. remed. 15. n. 503.*

Ita tractatum in causa Michael Schwabens zu Daubeneck/Mens. Jun. Anno 1628.

Definit. XIII.

Cessat in foro Saxonico privatio emphyteuseos ob fundi alienationem irrequisito Domino factam.

1 SI rem alienaverit Emphyteuta irrequisito Domino, constat, juris Emphyteuticarii rationem illam esse, ut jure suo cecidisse dicendus sit, ac Domino directo liberum esse debeat, rem quasi commissam revocare, nullo etiam pretio emptori restituto, *l. ult. ubi* Jason. Sichard. Salycet. & Dd. *C. de jur. Emphyt.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. num. 7.* Moller. *hic n. 4.* † Quod tamen de alie- 2
natione ac traditione reali omninò accipi debet: Alioquin, etiamsi Emphyteuta inscio Domino prædium Emphyteuticum vendiderit, † si tamen 3
traditionem realem nondum processerit, nec dominium transtulerit, jure eum suo non privari crebrius placuit, *arg. c. Imperialem. §. callidis. tit. 55. F. 2.* Salycet. & Jason *in dict. l. ult. C. de Jur. Emphyt.* † Non enim dicitur verè alienatum, quod venditum 4
quidem, sed non translatum est, quia verbum (*Vendere*) cum effectu intelligi debet, *arg. l. 1. §. 1. vers. hæc autem verba. ff. quod quisque jur. in alt. l. alienatum. 67. ff. de verb. signif.* Concludere hinc licet, † vix dari casum hodiè in foro Saxonico, quo Emphyteusis ob alienationem sine consensu Domi-

6 Domini factam amittatur : † Neminem siquidem fugit, ex observantiâ fori Saxonici, rem, quamvis immobilem, verè & efficaciter alienari, ejusque Dominium transferri non posse, nisi præcesserit re-
7 signatio proprietatis coram judice facta, † adeoque traditio judicialis sit, necesse est, uti post Coler. *de process. exetut. part. 2. cap. 10. num. 198. & 1. decis. 16. tradunt* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 6. num. 34. & seqq.* Petr. Heig. *part. 2. q. 18. numer. 2. &* Dan.
8 Moller. *ad Const. Elect. 26. n. 16. p. 2.* † Si ergò Dominus directus resignationem fieri patiatur, & sic traditionem Emphyteuseos judicialiter confirmet, nemo opinor ejusmodi alienationem invito Do-
9 mino factam affirmabit. † Reclamante verò Domino haud valida erit alienatio, quæ nec propterea effectum privationis operari potest, prout in simili de alienatione Feudi disputat Hartm. Pist. *obs. 230.*
10 † quamvis dissentiat Heig. *dict. quæst. 18.*

Ita Domini in causa Johannis Meiners zu Teuchern/ Mens. Octobr. Anno 1630. (Verba sent. Ob ihr wol euer Erbzinsgut anfänglichen ohne Vorbewust des Lehnherrn Matthes Stoltzen verkaufft und eingeräumet / dieweil aber dennoch hernach bey beschehener Gerichtlichen Auffla ssung/und Ubergebung des verkauffteu Guts / bemeldter Lehnherr solchem Kauff nicht widersprochen / sondern Käuffern mit dem Gut beliehen/und dadurch in die alienation verwilliget/ꝛc. So verbleibet es auch dabey billich/und es ist der Lehnherr dasselbe nunmehr einzuziehen nicht berechtiget/V.R.W.)

Definit. XIV.

Servitus in fundo Emphyteutico constituta extinguitur, Emphyteusi finitâ.

1 EXpeditum verè est, quod Emphyteuta possit in prædio emphyteutico sine Domini consensu servitutem constituere, Jason. *in l. fin. C. de jur. Emphyt. num. 117.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. Emphyteusis. quæst. 21.* Joh. Borch. *de feud. cap. 3. num. 43.* Aurel. Corbul. *in tract. de jur. emphyt. cap. 14. limitat. 29.*
2 † At ita, ut nihil Domino d recto detrahatur, sed is rem Emphyteuticam salvam habeat, & quotannis pensionem constitutam accipiat, ipseque Emphyteuta suo tantummodò non Domini juri præjudi-
3 cet. † Cum nec servitus ulterius duret, quàm Emphyteuta in possessione fundi reperitur. Sed finitâ Emphyteusi servitus quoque expirat, quia extincto jure dantis, etiam jus accipientis extingui solet, *l. lex vectigali 31. ff. de pignor. l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2. l. 48 ff. de jur. fisci.* Surdus *decis. 280. n. 10.* Octav. Cacheran. *decis. 156. n. 8.*

Ita Domini in causa Otton. à Tetteborns, Mens. Jul. Anno 1604. (Verba sentent. Ob nun wohl mehrgedachter Erbzinsmann und seine Nachkommen die Zeit hero/weil sie die zwo Hueffen in Besitz gehabt/solche Dienste geleistet; dieweil aber dennoch bemeldte zwo Hueffen nunmehr an euch/als den Lehnherrn/ gebracht und verfället worden/ꝛc. So seyd ihr vorgedachte Dienste ferner zu leisten nicht verpflichtet/V.R.W.)

Definit. XV.

Præscribitur Emphyteusis, solutione Canonis ultra triginta annos, annum & diem factâ.

1 SI possessor Emphyteutam se negaverit, atque pensionem solvere recusaverit, & sic pro suo possidere inceperit, continuando ejusmodi possessionem ultra 30. annos, annum & diem in foro Saxonico, directum Dominium ac proprietatem fundi Emphyteutici præscriptione acquisivisse videbitur juxta tradita *Suprà* Const. 3. *Defin. 16.* † Quidni 2
ergò in casu contrario, eodem quoque modo jus Emphyteuseos præscribi dicemus, si possessor fundum, tanquam Emphyteusin, per 30. annos, annum & diem possederit, ac canonem solverit, licet de Emphyteusi nunquam investitus fuerit. † Quod 3
tanto magis procedet, quanto certius est, hoc modo & feudum præscriptione acquiri in prædiis allodialibus absque investiturâ, † si nempe quis per 4
triginta annos rem aliquam ut feudum possederit, & servitia Domino exhibuerit, *tit. 26. §. si quis per triginta a. F. 2.* Bocer. *de præscript. feud. c. 2. n. 8. & seqq.* Mynsing. *cent. 4. obs. 29. Vid. Supr.* Const. 4. *Defin. 13. & infr.* Const. 40. *Defin. 1.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und als ohngefehr vor 40 Jahren euer Vater bemeldte zwo Hueffen wiederumb annehmen wollen/ hat der Besitzer vorgewendet/daß sie sein Erbzinsgut worden / weil er sie über 30. Jahr/Jahr und Tag/umb einen gleichförmigen Erbzins besessen/immassen ihme dannenhero dieselbe als ein Erbzinsgut/ eurem Vater aber die Lehn zusammt obberührten Zins zu Recht zuerkant worden/V.R.W.)

Definit. XVI.

Vindicatione & hypothecariâ actione Dominus directus adversus Emphyteutam, aliumve Emphyteuseos possessorem experiri potest.

QUi Emphyteusin concedit, Dominium di- 1
rectum penes se retinet; Nam datio in feudum vel emphyteusin non est modus transferendi Dominii directi, sed potius retinendi, *l. 1. C. de jur. Emphyt. l. 1. ff. si ag. vectig. vel emphyt. petat.* † Dubium 2
ergò non est, quin Dominus directus adversus Emphyteutam ob canonem non solutum, rei vindicatione, ad privationem agere, & Emphyteusin recuperare valeat, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. n. 1.* † nec ei nocere debet, quod utile do- 3
minium certâ lege transtulerit in eum, qui contractûs legi non obtemperat. † Non enim potest 4
contractu se tueri is, qui prior ipse facit adversus contractum, *l. quæro. 54. §. inter locatorem. 1. ff. locat. l. Julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt. l. 2. & 3. ff. si ager. vectig.* † Sed & hypothecaria actio Do- 5
mino competit propter Dominii utilis translationem, ex quâ ipse etiam Emphyteuta utili actione in rem adversus Dominum experiri potest, *l. 1. §. ult. ff. si ager vect.* † Quidni ergò in casu contrario Do- 6
minus actione hypothecariâ adversus Emphyteutam agere valeret, respectu scilicet utilis Dominii, ex quo Emphyteusis Domino hypothecari & obligari potest, † licet aliàs nemini res sua obligetur, 7
l. neq; pignus. 45. ff. de reg. jur. l. pen. §. 1. ff. de except. rei jud. Ant. Fab. *dict. defin. 7. n. 3.* † Nec quicquam 8
prohibet & hypothecam & Dominium non quidem simul, sed alternativè concurrere, ita ut uno electo alterum tollatur, Jac. Marchisell. *q. 152. n. 2.* Simon-Ulric. Pist. *in addit. ad* Hart. Pist. *p. 1. q. 7. lit. C. vers. nihil itaque prohibet.* † Porro, quia utraq; 9
hæc actio realis est, non solùm adversus Emphyteutam, sed & contra quemvis novum possessorem, alienatâ scilicet emphyteusi absque consensu

Domini

Domini, obtinebit, *l. qui petitorio 36. ff. de R. V. l. pignoris. 17. ff. de pignor.*

Ita Domini in causa Johannis Henrici à Reitzenstein, Mens. Majo, Anno 1627.

Definit. XVII.

Competit etiam Domino directo actio personalis contra Emphyteutam, ejusve heredes.

1 NOn solùm rei vindicatione & hypothecariâ, sed & personali actione Emphyteuta à Domino directo conveniri potest, si non canonem debitum solverit, aut fundum emphyteuticum
2 Domino irrequisito alienaverit, † ex contractu scilicet emphyteuticario, quo Domino obligatur, *l 1. ff. de O. & A. l. 1. & passim. ff. de Verb. Oblig.* quæ
3 obligatio peculiarem actionem personalem, † emphyteuticariam videlicet, parit, *arg. l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 26. ff. de damn. infect. l si cum venditor. 66. ff. de evict.* Joh. Harppr. *in §. adeo autem 3. n. 576. Inst. de locat. & conduct.* † Quâ ta-
4 men actione Dominus solùm adversus Emphyteutam, ejusque heredes experiri potest, *arg. l. ult. C. de hered. act. l. 1. C. si cert. petat.* sive possideant fundum Emphyteuticum, sive non, cum dolo malo desiisse videantur possidere, alienantes fundum
5 irrequisito Domini consensu, † unde meritò pro possessoribus condemnandi sunt, *l. qui dolo. 131. l. parem. 150. ff. de reg. jur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. n. 10.* Non autem novum possesso-
6 rem, qui cum eo non contraxit. † Haud namque obligatio personalis sequitur singularem successorem, *l. ult. §. 1. ff. de contr. empt. l. 1. §. si heres. 16. ff. ad*
7 *SCtum Trebell.* † Sed quid opus dixeris actione hâc personali, cùm rei vindicatione & hypothecariâ satis prospectum sit Domino adversus ipsum etiam Emphyteutam? † Nempe quia interest Do-
8 mini directi, ut quamplures ad suum consequendum habeat actiones, *l. cum filius. 76. §. de variis §. ff. de*
9 *legat. 2. l. 1. §. 1. ff. quod legator.* † Et consequenter, ut ne amittat actionem personalem ex contractu genuinam, si non fundum Emphyteuticum vindicare, sed canonem nondum solutum petere velit, Fab. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Georg Fischers und des Ampts Arnstein zu Endorff/ Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Ob gleich das Ampt wegen des verfallenen Erbzinses auff der Mühlen ein Unterpfand erlanget/ &c. So ist doch demselben sich des rückständigen Erbzinses haben/ von andern des Erbzinsmans Gütern bezahlet zu machen/ und dahinein die execution zu suchen unbenommen/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Emphyteuta onera fundi Emphyteutici sustinet, ac tributa collect. as. solvit.

1 EMphyteuta licet prædii Emphyteutici proprie-
2 tarius non sit, *l. 1. §. 1. ff. si ager vectigal.* † attamen quasi Dominus appellitatur, ac dominiú fundi utile habet, *dict. l. 1. l. possessores. 12. in fin. C. de fund. patrim. lib. 11.* Joh. Harppr. *in pr. numer. 44.*
3 *Inst. de rer. divis.* † Ideoque & merito jus utendi-
4 fruendi sibi vindicat, *d. l. 1. §. 1. ff. si ager. vectigal. §. adeo. 3. Inst. de locat. & conduct.* † omniaq; commoda & emolumenta prædii lucratur, *l. item si fundi. 9. §. 2. & §. 3. l. 13. §. inde est quæsitum. 5. ff. de usufr.* † Sicut & è contra omnia sustinet onera & 5
incommoda, nec non hinc tributa atque collectas solvere obstrictus est, aliasque publicas pensitationes, quæ fisco aut Reipublicæ quotannis præstantur, *l. 2. C. de jur. Emphyt.* Johan. Harppr. *in §. adeo autem 3. Inst. de locat. & conduct. num. 393.* † Hæc 6
enim munera quia prædiorum possessores onerant, *l. Imperatores. 7. ff. de publ. & vectigal.* † Id- 7
circo & Emphyteuta, qui fundi possessor est, ea præstare compellitur, *l. sciendum. 15. §. 1. ff. qui satisd. cogunt.* Valasc. *in tract. de jur. Emphyt. quæst. 17.* Donell. *9. comm. 14.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent.' Gestalt denn auch sonsten der Erbzinsmann vor sich und ohne zuthun des Lehenherrns die Steuren und Beschwerungen abzustatten pflichtig ist/ &c.)

Definit. XIX.

Neq; ob sterilitatem neq; bellicos tumultus, aliosq; casus fortuitos canon Emphyteutæ remittitur, modo prædium Emphyteuticum non prorsus fuerit extinctum.

1 CErti juris est, casus fortuitos omnes ad Emphyteutam pertinere, nec hanc ob rei Emphyteuticæ deteriorationem à præstatione pensionis liberari, *l. 1. in fin. C. de jur. Emphyt. Novell. 7. in præfat. §. lex itaque talia, &c.* Joh. Harppr. *ad §. adeo autem. 3. Instit. de locat. & conduct. n. 373. ubi* & Herm. Vultej, *n. 14.* † Ut maximè ergò damnum 2
notabile vel insignis sterilitas contingat, neutiquam tamen anni illius pensio sive Canon Emphyteutæ remitti debet, *dict. l. 1. in fin. ubi* Salycet. *numer. 10.* & Jason. *num. 18. C. de Jur. Emphyt.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. Emphyteusis. q. 8. n. 7.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 23. num. 23.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 36. numer. 1.* Fachin. *1. controv. 89.* † Secus 3
ac in locatione-conductione, ubi propter sterilitatem mercedis fit remissio conductori, *l. ex conducto 15. si vis. 2. l. si merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat. l. licet. §. C. eod. tit.* † Nam ibi, in locatione scili- 4
cet, merces principaliter præstatur ob usum rei, ideoque si conductor re uti nequeat, meritò aliquid de mercede ei remittendum erit, quasi ita tacitè inter eum & locatorem convenerit, *dict. l. licet. 8. C. d. t.* † Quæ ratio cessat in Emphyteusi, in qua pen- 5
sio non præstatur propter rei usum & in compensationem fructuum, sed propter dominii recognitionem, ad quam, utpote quæ est de substantiâ contractus Emphyteutici, contrahentes potissimum respicere solent. † Pariter nec ob incursionem hostium, tumultus bellicos, aliosque fortuitos casus, 6
ex prædictâ ratione, ulla Canonis remissio Emphyteutæ concedenda est, *dict. Novell. 7. & dict. l. 1. in fin. C. de jur. Emphyt.* † Quod tamen de particulari 7
solummodo rei Emphyteuticæ deterioratione exaudiri velim. † Nam si casu fortuito prædium 8
emphyteuticum planè extinctum fuerit, aut ob bellicos tumultus Emphyteutæ fundum prorsus ingredi non licuerit, uti tum Canonis seu pensionis remissio fieri debet, † quia tunc fun- 9
dus pro penitus extincto habetur, *l. cum unus. 12. §. ult. ff. de reb. autor. jud. l. possideri. 3. §. 17. ff. de acq. vel amitt. possess. l. 10. §. ult. ff. de per. & comm.*

rei

10 *rei vendit.* † At remittitur Emphyteutæ pensio, fundo emphyteutico planè extincto *l. 1. C. de jur. Emphyt.* Andr. Gail. *dict. obs. 23. num. 23.* Harppr. *dict. §. 3. Inst. de locat. n. 375.* Fab. *dict. def. 36. n. 2.*

11 † Quamvis aliud obtineat, si res paulatim perimatur per negligentiam possessoris, ut tradit Anton. Fab. *dict. tit. 42. defin. 37.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob sich nun wol der Erbzinsmann zu Abstattung des vollständigen Erbzinses nicht verstehen will/mit Fürwenden/daß er bey ietzigem Kriegswesen selbige Mühle nicht wol und vollständig nutzen und brauchen können; dieweil er aber dennoch solchen Erb-Zins einmal richtig beliebet/die Kriegsunruhe auch die Mühle nicht gantz und zu Grunde ausverderbet/ noch die Nutzung ihm gäntzlich entzogen worden/in welchem Fall allein / bewährter Rechtsgelehrter Meynung nach/die remissio canonis statt hat / ꝛc. So hat sich auch George Fischer mit seinem Einwenden nicht zu behelffen / Sondern er ist die rückständige Erbzinsen/ bey Vermeydung der Gerichtlichen Execution, nochmals zu entrichten schuldig/V.R.W.)

Et in causa Danielis Gölickens contra Martinum Königen zu Cüstrin/Mense Apr. Anno 1635.

Definit. XX.

Ob non petitam renovationem investituræ intra annum & diem, Emphyteusis non admittitur, puniri tamen propterea potest possessor arbitrariè.

1 MUltum certè à vero aberrant, qui feudum & Emphyteusin ita confundunt, ut, quod de illo expressè sancitum est jure feudali, ad contractum Emphyteuticarium trahere & extendere haud vere-
2 antur. † Ex quo & illud profluit, quod Dd. communiter tradunt, Emphyteutam habere annum & diem à tempore scientiæ ad investituram & confirmationem petendam, sub pœnâ privationis, Jason. *in l. 2. num. 23. C. de jur. Emphyt.* Roman. *consil. 22.*
3 *num. 6. & alii ab his allegati,* † scilicet quia tantum temporis spacium Vasallo concessum est, intra quod si renovationem investituræ non petierit, ulterius non admittitur, *tit. 24. F. 2.* Henr. Bocer. *de*
4 *investit. Feud. cap. 4. num. 7.* † Verùm, licet argumentum à feudo ad Emphyteusin quandoque procedat, ut docet Jason. *in l. 1. C. de jur. Emphyt.* Everh. *in topic. loc. ab Emphyteus. ad feudum.*
5 Schrader. *in tract. feud. part. 7. cap. 5. n. 51.* † Attamen illud in pœnalibus ceu odiosis, quò & privatio rei Emphyteuticæ referenda est, neutiquam lo-
6 cum habet, arg. *c. odia. 15. de reg. jur. in sexto.* † Quāvis nec in eo conveniant Dd. an tempus ad petitionem investituræ annuum sit, ut post Jason. *in l. 2. C. de jur. Emphyt. num. 23.* Clar. *§. emphyt. q. 43. n. 3.*
7 communiter receptum, † vel bimestre, ut ex recentioribus Corbul. *de jur. emphyt. c. 5. n. 1.* Jacob. Schult. *ad* Modest. Pistor. *q. 131. n. 1. & seqq.* con-
8 tendunt, de quo conflictu *vid.* Berlich. *decis. 68.* † Concesserim tamen Emphyteutæ hoc casu pœnam arbitrariam carceris, vel mulctam pecuniariam justissimè imponi, ob negligentiam petitionis, quæ contemtum Domini jus dicentis annexum habet, *l. si quis ex alienâ. 5. ff. de jud.* Berlich, *dict. decis. 68. num. 12.* Cravett. *consil. 205. num. 13.*

Ita Domini in causa Wolffen Ehrenfrieds von Radstock/ Mens. Jun. Anno 1624. (Verba sententiæ: Ob wol etliche eurer Unterthanen/so ihre Erbzinsgüter von euch zu Lehen haben/auff begebende Fälle/nach ihrer Eltern und Vorfahren Absterben/ binnen Jahr und Tag die Lehen nicht gemietet / ꝛc. So haben sie sich doch dadurch der Güter/gestalten Sachen nach/nicht verlustig gemacht/ Sie werden aber gleichwohl derowegen willkührlichen/entweder ein 10. Tage lang mit Gefängnüß/ oder ein ieder umb 3. Neue Schock in Straff genommen/V.R.W.)

Definit. XXI.

Prædium Emphyteuticum, quod in commissum cadit, Domino directo quoad proprietatem, Usufructuario verò quoad usumfructum acquiritur.

NEmo certè inficias ibit, consolidationem fieri 1
utilis dominii cum directo, quando Emphyteusis in commissum cadit: † Nec enim aliud 2
quid est commissum, quàm concessionis Emphyteuticæ extinctio, ac utilis Dominii reversio & consolidatio cum directo, Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 25. num. 1.* Ex quo manifestum redditur, † prædium 3
Emphyteuticum, si ob non solutum canonem, aliamve ob causam in commissum cadat, non usufructuario, sed domino directo, quantum ad proprietatem acquiri, Jason. *in l. ult. num. 45. C. de jur. Emphyt.* Olrad. *cons. 240.* Molin. *in consuet. Paris. 1. gloss. 1. n. 38.* Moller. *dict. cap. 25.* † Nec enim 4
potest dominium utile, quod penes defunctum fuit, consolidari cum directo, quin revertatur ad Dominum directum, *l. qui dies. 34. in pr. ff. de usuf. l. 3. §. non solùm 2. ff. de Usuf. accresc. l. 17. & l. seq. l. si servus. 27. ff. quib. mod. usufr.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 23. defin. 4. n. 7.* † At hoc verum est so- 5
lummodo quoad proprietatem rei Emphyteuticæ, ususfructus verò ad usufructuarium pertinet, Moller. *dict. loc.* † ubi post Molin. respondet ad text. *in* 6
l. usufructu legato. 7. §. 1. ff. de usufr. qui huic assertioni videtur obstare.

Ita tractatum in causa Otton. à Tetteborns, Mens. Jul. Anno 1604.

Definit. XXII.

Canon Emphyteutæ ob melioramenta non debet augeri.

EXpediti juris est, quod in emphyteusi Pensio si- 1
ve Canon non præstetur propter rei usum & in compensationem fructuum, † sed propter Do- 2
minii recognitionem, ad quam contrahentes potissimùm respicere solent, *l. 2. l. 3. C. de jur. Emphyt.* Joh. Sichard. *ad l. 1. n. 27. C. eod. tit.* Joh. Harppr. *in §. adeo autem. 3. n. 384. Instit. de locat. & conduct.* † Licet ergò fructus & commoda canonem 3
multùm superent, ipsa tamen Emphyteusis neutiquam indè vitiabitur. † Ex quo porrò fit, quod licet 4
prædium Emphyteuticum meliorationibus auctius & pinguius reddatur, canon tamen augeri non debeat, sed meliorамenta in commodum Emphyteutæ cedunt, ut tradit post Jason. *in l. 1. num. 79. C. de jur. Emphyt.* Hartm. Pistor. *observat. 91.* Corbul. *de jur. Emphyt. cap. 15. quæst. 5.* Borch. *de feud. cap. 3. num. 13.*

Ita

Ita Domini in causa Conradi Scheibens zu Alefeld/Mens. Novembr. Anno 1621. (Verba sent. Wann gleich das Erbzinsgut/sieder der Zeit/ als ihr damit beliehen/ in viel Wege gebessert und austräglicher worden/ꝛc. So möchtet ihr doch einen höhern Erbzins / als ihr einmahl anheischig worden/daraus abzurichten nicht angehalten werden/B.R.W.)

DEFINITIO XXIII.

Ob deteriorationem partis fundi emphyteutici, non nisi eâ parte Emphyteuta privari debet.

1 EMphyteuta faciens deteriorem fundum Emphyteuticum jure suo cadit, per text. *in Auth. qui rem C. de SS. Eccles.* qui textus etsi loquatur de
2 Emphyteusi Ecclesiasticâ, † idem tamen obtinere juris in Emphyteusi Civili aut seculari, ex rationis identitate, tradunt communiter Dd. Jason. *in l. 2. n. 48. C. de jur. Emphyt.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. Emphyteusis quæst. 26.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 28. num. 2.* Mynsing. *cent. 6. observ. 86.* Corbul. *de jur. Emphyt. cap. 13.* † Modò tria hæc copulativè con-
3 currant: I. Quod facta sit notabilis quantitatis deterioratio. II. Ut id, in quo factus est fundus deterior, perpetuam fundi ipsius jacturam, non saltem difficultatem percipiendorum fructuum concernat. III. Quod deterioratio ejusmodi vel dolo malo, vel latâ saltem, sive levi culpâ facta fuerit, secundum tradita Hartm. Pistor. *dict. quæst. 28. num. 4.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 78.*
4 † Nam ob culpam levissimam in re deteriorandâ commissam, privationis pœnam Emphyteuta subire
5 non debet, † quoniam de hâc culpâ ex naturâ contractus Emphyteutici non tenetur, *l. sicut certo 5. §. nunc videndum 2. ff. commodat. l. contractus 23. ff. de Reg. jur.* ut pluribus persequitur Joh. Harppr. *in §. adeo autem 3. n. 422. & seqq. Inst. de locat. &*
6 *conduct.* † In hoc autem non assentior Hartm. Pistor. *dict. quæst. 28. num. 3. aliisq; ab eo allegatis*, quod licet non totus fundus Emphyteuticus, sed saltem pars ejus deterior facta sit, tamen toto fundo
7 possessor privetur. † Nam animadvertere debuissent, pœnam delicto commensurari, idque non excedere, *l. perspiciendum 11. l. aut facta 16. ff. de pœn. l.*
8 *sancimus 22. C. eod.* † Unde fit, quod heres ratione ejus tantum partis, in quâ fraudem adhibuit, puniatur, *l. rescriptum 6. l. heres 11. ff. de his quæ ut indign.*
9 *auf.* † Quò & facere videtur, quod Vasallus non toto feudo, sed eâ tantummodò parte, quam non consentiente Domino alienavit, privetur, *tit. 38. FF.*
10 2. † Quidni ergo idem quoque de Vasallo & Emphyteuta, partem fundi feudalis vel Emphyteutici deteriorante, asserendum erit, Joh. Harppr. *in dict. §. 3. n. 434. Inst. de locat. ubi contraria solvit.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet / daß ihr den einen Baumgarten in eurem Erbzinsgut nicht pfleglichen gehalten/sondern die meisten tragenden Obstbäume zu Feuerholtz abgehauen/ und die Beetwercke gantz und gar eingehen lassen ꝛc. So ist dannenhero der Lehnherr ad privationem wider euch zu klagen/und den Garten wegen der Verwüstung einzuziehen wol befugt/des andern Erbzinsguts aber habt ihr euch dadurch nicht verlustig gemacht/B.R.W.)

DEFINIT. XXIV.

Privationis pœna locum habet adversus Emphyteutam, qui fructiferas arbores, etiam à seipso positas, incidit.

NEgari certè nequit, Emphyteutam arbores 1
fructiferas incidendo, fundum Emphyteuticum deteriorem reddere, ac proinde jus suum in horto Emphyteuticario perdere, *l. si cujus 13. §. fructuarius 4. ff. de Usufr. l. & eleganter 7. §. non solùm 3. ff. de dolo malo. l. 2. ff. si Usufr. petat. l. 45. §. 13. ff. de jur. fisc.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. Emphyteusis quæst. 26. n. 2.* Corbul. *de jur. Emphyt. c. 13. num. 2.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 78. n. 7.* † Quod & ad arbores eas, quas ipsemet 2
Emphyteuta posuit & plantavit, extendi velim, cum Joh. Harppr. *in §. adeo autem 3. num. 439. Inst. de locat. & conduct.* † Sunt enim arbores, à possessore 3
plantatæ, pars soli, *l. fructus 44. ff. de R. V. l. ult. §. fructus 6. ff. quæ in fraud. Credit.* † ejusque esse 4
censentur, in cujus fundo radices egerunt, *l. adeo quidem 7. in fin. ff. de acquir. rer. domin.* Ergò ad Dominum directum spectabunt. † Atque ideò 5
Emphyteuta eas incidendo ipsum prædium Emphyteuticum deterioràsse intelligitur, † meritò ita- 6
que privationis pœnam incurrit, Harppr. *dict. loc. num. 441. & seqq.* ubi hoc rectè limitat, † si Em- 7
phyteuta alias æquè fructiferas arbores in locum incisarum arborum substituerit, & supplantaverit, *arg. dict. l. 45. & 13. de jur. fisc.* †, quia tùm 8
prædium Emphyteuticum deterius fecisse non censebitur, Cæpoll. *de S. P. R. cap. 22. num. 13.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Sondern die meisten tragenden Obstbäume / derer viel ihr hiebevor selbsten darein gezeuget/zu Feuerholtz abgehauen/ an derselben stät aber keine andere gepflantzet/ꝛc.)

DEFINIT. XXV.

Pensiones promobiles, (Rutzscherzinsen) *etiamnum hodiè quibusdam in locis in usu sunt, & quænam ita dicantur?*

EMphyteuta propter Canonem retardatum re- 1
gulariter hodiè non tenetur ad duplum, sed liberatur præstatione ejus unà cum interesse à tempore moræ, Matth. Coler. *part. 1. decis. 24. num. 4.* † 2
Alia ratio est pensionum promobilium der Rutzscherzinsen / quæ ab initio eâ lege promittuntur ab Emphyteutis, † ut non factâ solutione certo & sta- 3
to die, altero die duplicentur, & sic deinceps solvantur duplicatæ, vel etiam triplicatæ, per text. *in art. 54. lib. 1.* Landr. *ibi:* Wer seinen Zins zu rechter Zeit nicht giebet/ zweyfach soll er ihn geben des andern Tages/ und also alle Tage zwiefach / dieweil er den Zins innen behält/ *& ibi* Zobel. *in* Gloss *latin. lit. B.* Dan. Moller. *hic num. 15.* Reinhard. *part. 1. differ. 11.* Paul. Matth. Wehner. *in observat. pract. verb.* Rutzscherzins. Matth. Coler. *dict. decis. 24. num. 2.* † Dicuntur autem Rutzscherzinse/quia promo- 4
ventur, & quò diutius stant, eò majores fiunt (weil sie fortrutzschen/und ie länger sie anstehen/ie mehr und grösser sie werden.) Wehner. *dict. loc.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Coler. *dict. loc.* † Hoc genus pen- 5
sionum in foro Saxonico quondam frequentius erat, at hodiè promobiles pensiones sunt rariores

6 † Obtinent tamen etiamnum iis in locis, ubi con-
suetudine ac usu sunt receptæ; Non tamen aliter
7 censûs hi duplicantur, † quàm ut in præstatione
dupli insit simplum, ita ut non solvens simplicem
censum in die statò & certo, teneatur secundâ die
solvere duos censûs, tertiâ die tres, & ita deinceps,
8 &c. † Quia verba juris Statutarii *in dict. artic. 54. lib. 1.* Landr. strictè accipi debent, & mitior est in
pœnalibus facienda interpretatio, Zobel. *in* Gloss.
9 *latin. ad text. germ. dict. art. 54. lit. B.* † Porrò,
nunquam pensiones hæ tam strictè alterâ die du-
plicandæ sunt, quin non semper justa & sufficiens
causa cessationis, ejusmodi duplicationem impe-
diat.

Ita Domini in causa VVolffgangi & Christophori fratrum à Morungen, Mens. Sept. Anno 1600. (Verba sent. Habt ihr von euren Voreltern etliche Zinsen / so auff Rützschartrecht stehen / und von etlichen Bürgern zu Sangerhausen auff den Tag Michaelis bey Sonnenschein erleget werden müssen / ererbet / und es haben am Tage Michaelis des verschienenen 1599. Jahrs über hundert Personen ihre Zinsen nicht entrichtet / ꝛc. Da ihr nun solche Zinsen auff vorbemeldten Tag Michaelis von oberwähnten Personen hättet abfordern lassen / immassen euch dißfalls zu thun gebühret / und sie wären mit Erlegung derselben ohne erhebliche Ursachen säumig worden / so wäret ihr von ihnen alle Tage / so lange sie ferner säumig / zwiefachen Zins zu fordern wol befugt / V.R.W.)

Et in causa Friderici Gundermans zu Schkeudiß / Mens. April. Anno 1633. (Verba sentent. Da ihr nun solche Zinsen auff vorbemeldten Tag Trium Regum bey den Zinsleuten hättet abfordern lassen / immassen euch dißfalls zu thun gebühret / und sie wären mit Erlegung derselben ohne erhebliche Ursachen säumig gewesen / So wäret ihr von ihnen alle Tage / so lange sie ferner säumig / zwiefachen Zins / das ist / alle Tage noch einsten so viel / nemlich abermals 32. Pf. zu fodern wol befugt / V.R.W.)

Definit. XXVI.

Pensiones promobiles Dominus tenetur petere quotannis, à domo ipsius Emphyteutæ.

1 ETsi quilibet Emphyteuta cogatur pro solutione canonis annuatim ire ad domum ipsius Domini, Bartol. *in l. item illa 18. in pr. n. 7. & seqq. ff. de constit. pecun.* Panorm. *in c. cum venisset 9. extr. de restit. spoliat.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 24. n. 9.*

Veluti etiam Domini pronunciârunt ad requisitionem Georgii Caspari à Schönbergs / Mens. Aug. An. 1636.

2 † Secus tamen est in pensionibus promobilibus in
3 Rutzscherzinsen / † quas de jure Saxonico, Dominus tenetur quotannis petere à domo ipsius Emphyteutæ *art. 54. lib. 1.* Landr. *in verb.* Also doch / daß ihn der Herr mit Recht erfolge / und den Zins zu seines Mannes Hause heische / ꝛc. Coler. *dict. decis. 24. n. 10.* 4 † Quod verum, nisi aliud fuerit conventum, vel consuetudine observatum, quibus omnino standum est, *l. fin. C. de pact. int. empt. & vendit. l. 1. §. si convenit 6. ff. depos.*

Ita Domini in iisdem causis. (Verba sententiæ: Da ihr nun solche Zinse auff vorbemeldten Tag Michaelis / ꝛc. bey den Zinsleuten hättet abfodern lassen / immassen euch dißfalls zu thun gebühret / und sie wären mit Erlegung deroselben ohne erhebliche Ursachen säumig gewesen / ꝛc.)

CONSTITUTIO XXXIX.
PARTIS SECUNDÆ.

Erbzins- und schlechte Zinsgüter / wie eins vom andern zu erkennen und zu unterscheiden / und was für ein Contract im Zweiffel præsumiret wird?

Bona Emphyteutica à Censiticis quid differant, & in dubio pro utris sint habenda?

NAch gemeinem Käyserlichen Recht / ist ein Unterscheid zwischen Erb- und schlechten Zinsen. Dann von wegen schlechter Zinsgüter / bona censitica genannt / macht sich der Zinsmann des Guts nicht verlustig / wann er gleich die Zins davon gebührlich nicht entrichtet / welches in den Erbzinsgütern geschicht. Zu dem / so wird allein die erbliche Nutzbarkeit des Guts / utile dominium, in den Erbzinsmann Emphyteutam gewandt / uñ behält der Lehnherr darauff den Grund-Eigenthumb / directum dominium, Aber solches beydes / nemlich directum & utile dominium, hat ein ieglicher schlechter Zinsmann in allen solchen seinen Gütern.

Etliche machen auch diesen Unterscheid / daß die Erbzinsgüter / so offt der Fall sich an dem Lehnherrn / oder auch Besitzer / durch Absterben begiebt / oder wann sie alienirt, in

IUre communi differunt bona Emphyteutica à Censiticis. Hîc enim censitus ob non solutum censum non privatur, ut illic Emphyteuta. Deinde, utile tantum dominium transfertur in Emphyteutam, directo penes Dominum manente, cum utrumq; habeat censitus. Præterea & hoc discriminis à nonnullis constituitur, ut qvoties Emphyteuta moriatur, vel bona Emphyteutica alienentur, toties investitura sit renovanda, dominusq; recognoscendus, qvod secus est in censiticis. Extant etiam non rarò literæ investituræ, qvæ dominium directum concedentem sibi reservasse ostendunt.

Cum autem hâc ætate in multis locis etiam censiticorum bonorũ nomine renovatio investituræ petenda, dominusque

die Lehn wiederum genommen / und der Lehnherr erkannt werden muß / welches in den Zins-Gütern nicht geſchicht. Alſo auch pflegen oft Lehnbriefe vorhanden zu ſeyn / daraus zu erſehen / daß der Herr ihme das directum dominium vorbehalten. Alldieweil aber itziger Zeit auch die ſchlechten Zins-Güter / an vielen Enden / müſſen in die Lehn genommen werden / iſt es ſchwer / einen gewiſſen Unterſcheid zu treffen / es ſey dann ein Lehnbrief vorhanden / daraus man der Sachen gewiß ſeyn könte. Dann wann das Gut im Lehnbrief vor ein Erbzins-Gut verliehen / und der Herr ihme das directum Dominium vorbehalten / ſo wäre es vor ein Erbzins-Gut zu achten / oder aber da einem aus raucher Wurtzel ein Gut um einen Zins zu einem Erbzinsgut eingethan / und ein Lehnbrief darüber gemacht / ſo wäre es auch pro Emphyteuſi zu halten. Sonſt iſt aus Empfahung der bloſſen Lehn dariñen nichts gewiſſes zu ſchlieſſen / ſintemal auch die Zinsgüter / wie gemeldt / in die Lehen empfahen werden.

So viel nun betrifft / ob in Zweifel / ſonderlich wann der Lehnherr den Zinsmann ob non ſolutum Canonem priviren will / das Gut pro Emphyteuſi oder vor ein ſchlecht Zinsgut zu achten / haben unſere Verordnete das Billichſt zu ſeyn vermeynet / und dahin geſchloſſen / daß in dubio die Güter cenſitica bona zu halten / und daß der Beſitzer ob non ſolutum cenſum derſelben nicht zu priviren / ſondern den verſeſſenen Zins zu erlegen / und die Gerichts-Koſten / die dem Herrn auffgangen / auff Ermäſſung zu erſtatten ſchuldig / und daß disfalls gleichwol auch eine wirckliche Straffe erkannt werden möchte wider die / ſo muthwillig und vorſetzlich ſolchen Zins auff Ermahnung und Erinnerung nicht erleget hätten. Welches wir uns auch alſo gefallen laſſen / und ſoll als kraft unſerer Conſtitution zu Recht alſo geſprochen und erkannt werden.

que recognoſcendus ſit, deficientibus literis inveſtituræ, cognitu perquam difficile eſt, Emphyteutica ſint bona, an verò cenſitica. Ubi enim ex literis apparet, bonis in Emphyteuſin alicui conceſſis, dominium directum concedentem ſibi reſervâſſe, Emphyteuſin eſſe conſtat. Idem dicendum, ubi quis fundum ſterilem colendum alteri pro certo canone in Emphyteuſin conceſſiſſet, confectis ſuper eo literis inveſtituræ. Sola verò inveſtitura nihil hîc probat, cùm, ut diximus, etiam cenſitica à Dominis recognoſcantur.

Deputati igitur noſtri æquius eſſe putârunt, in dubio, præſertim verò ubi ob non ſolutum Canonem ad privationem agere vult Dominus, bona pro cenſiticis haberi, & ſic privationi locum non eſſe, ſed poſſeſſorẽ Domino, tam ad debiti cenſus ſolutionem, quàm ad litis impenſas ab ipſo factas, præviâ tamen judicis moderatione, teneri, ita tamen, ut ſi quis de cenſu interpellatus, in ſolutione ejus contumaciter ceſſet, eum pro arbitrio judicantis puniendum etiam exiſtimârint, quod nos probantes, autoritate hujus Conſtitutionis noſtræ in judicando & reſpondendo obſervari mandam⁹.

DEFINITIONES.

1. *Non ut in Emphyteuticis, ita etiam Cenſiticis bonis, Dominus retinet directum Dominium, ſed utrumq; tàm utile quàm directum Dominium in cenſitum transfertur.*
2. *Ob non ſolutum cenſum bona cenſitica nunquam amittuntur.*
3. *Pœna tamen arbitraria ob non ſolutum cenſum, Cenſito contumaci poteſt irrogari.*
4. *Sicut Emphyteuticorum, ita & cenſiticorum bonorum nomine, Renovatio inveſtituræ quibusdam in locis peti ſolet.*
5. *Ob non petitam renovationem inveſtituræ bona cenſitica non amittuntur, punitur verò ob id cenſiticus arbitrariè.*
6. *Contractus habetur emphyteuticus, non cenſiticus, quando in conceſſione Dominus ſibi reſervavit dominium directum.*
7. *Ex novâ bonorum ſterilium conceſſione, interveniente ſcripturâ inveſtituræ, contractus præſumitur emphyteuticus.*
8. *In dubio cenſentur bona cenſitica, non emphyteutica.*
9. *Translato dominio directo in poſſeſſorem, contractus habetur cenſiticus, licet expreſſis verbis facta fuerit mentio emphyteuſeos.*
10. *Dominus directus, invito etiam Emphyteutâ, jus ſuum pro lubitu poteſt alienare.*
11. *Laudemium non niſi ex conſuetudine vel Statuto cujusq; loci debetur, ejusq; nomine in ſingulos centenos, duo floreni ſolvendi ſunt.*
12. *Conſuetudine loci cujusq; Laudemium ad quatuor, quinq; & plures florenos, de ſingulis centum ſolvendos, augeri poteſt.*
13. *Non ſolùm ex contractâ, ſed etiam ex diſſolutâ Emptione-Venditione, perſolvendum eſt Laudemium.*
14. *Ex venditione conditionali, ante eventum conditionis, nullum debetur Laudemium.*
15. *In terris Electoratus Saxonici non ſolvitur Laudemium ex permutatione.*
16. *Nullum perſolvendum eſt Laudemium, quando reſcinditur Emptio-Venditio ex L. 2. C. de reſc. vendit.*
17. *Ex venditione ſub haſtâ debetur Laudemium.*
18. *Non ſolvitur Laudemium, quando bona Emphyteutica in dotem dantur.*

19. *Heres teſtamentarius, aliusvè poſſeſſor, ad quem titulo lucrativo Emphyteuſis pervenit, ad Laudemii exhibitionem obligatus eſt.*
20. *Heres ab inteſtato ſuccedens, ſive ſit collateralis ſive parens, Laudemium Domino ſolvit.*
21. *Non tamen Laudemium ſolvere tenentur liberi Emphyteutæ patri ſuccedentes.*
22. *Valet conſuetudo, ut liberi ſuccedentes parentibus Laudemium ſolvant.*
23. *Ex diviſione Laudemium perſolvendum non eſt.*
24. *Mortuo uno coherede ante diviſionem, ex acquiſitione portionis defuncti, reliqui coheredes ad præſtationem Laudemii haud ſunt obſtricti.*
25. *Debetur ex diviſione Laudemium, quando uni ex heredibus fundus, alteri verò ejusdem æſtimatio adjudicatur.*
26. *Solvere tenetur Laudemium heres, qui poſt diviſionem factam, alterius coheredis portionem emit.*
27. *Haud ſolvendum eſt Laudemium, ſi pater in ultimâ diſpoſitione uni ex liberis pro certo pretio fundum aſſignaverit.*
28. *Non perſolvendum eſt Laudemium, quando ſit mutatio in perſonâ Domini.*
29. *In materia Laudemiorum conſuetudo cujusq; loci potiſſimum attendi debet.*
30. *Probata licet conſuetudine, quod liberi heredes conjunctim omnes pro ſucceſſione ſolvant Laudemium, ex diviſione tamen poſteà à ſingulis id denuò petere non licet.*
31. *Non præſtatur Laudemium ab Uſufructuario ratione Uſusfructus aut dotalitii.*
32. *Ex bonis feudalibus haud perſolvendum eſt Laudemium, niſi peculiari quâdam loci conſuetudine aliud ſit introductum.*
33. *Venditor tenetur reſtituere emtori Laudemium exſolutum, ſi hoc ipſi ante vendutionem contractam non manifeſtaverit.*
34. *Bona in dubio potius allodialia ſive emphyteutica, quàm feudalia præſumuntur, etiamſi Cappones canonis nomine ſolvantur.*
35. *Non transfertur rei dominium in foro Saxonico, niſi præcedente alienatoris abdicatione, traditio judicialiter facta fuerit.*

DEFINIT. I.

Non ut in Emphyteuticis, ita etiam Cenſiticis bonis, Dominus retinet directum Dominium, ſed utrumque tàm utile, quàm directum Dominium in cenſitum transfertur.

1 NOn nego equidem, contractum cenſiticum & Emphyteuticum in multis convenire, ut apparet ex traditis Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. 2. part. in pr. n. 21. & ſeq.* ubi novem ſimilitudinis
2 notas refert. † Exinde tamen haudquaquam inferre licet, cum Andr. Tiraq. *in tract. de Retract. part. 1. §. 34. Gloß. 1. in pr.* omnem prorſus differentiam horum contractuum in deſuetudinem propemodum abiiſſe, hodieque promiſcuum verè eſſe
3 uſum Emphyteuſeos, ac cenſitici contractus, † ut luculenter demonſtrat Carol. Molin. *dict. loc.* Alvar. Valaſc. *in tract. de jur. Emphyt. qu. 32. n. 27. & ſeqq.* Hartm. Hartm. *lib. 2. tit. 52. de cenſib. obſ. 1. n. 4. & ſeqq.* idque vel ſolùm ex præſtatione appareat,
4 †ſiquidem Emphyteuta Canonem, Cenſitus verò cenſum ſolvit, quæ non parum ab invicem differunt, cùm cenſus ex re noſtrâ, canon verò ex alienâ detur, Gloſſ. *in cap. conſtitutus 6. ext. de religioſ. domib. verb. juxta ratam.* Sonsbec. *in tract. feudal.*
5 *part. 2. n. 32.* † Sic etiam in bonis Emphyteuticis Domino competit jus Protimiſeos, ſecus verò in bonis cenſiticis, ut dixi *ſupr.* Conſt. *37. Defin. 6. & 7.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 22.* quod ipſum quoque di-
6 verſitatem horum contractuum inducit. † Pariter nec jura ſpiritualia in Emphyteuſin concedi poſſunt, licet benè ad cenſum dentur, ſecundum Nicol. Everh. *in topic. loc. ab Emphyt. ad cenſum 31. n. 4.* Inprimis verò notanda venit duplex differentia, quæ notabilem diverſitatem contractus Emphyteu-
7 tici ac cenſitici importat. *Prima eſt,* †Quod in Emphyteuſi Dominus utile ſolum modò dominium transferat in Emphyteutam reſervato ſibimet ipſi dominio directo, *l. 1. & paſſim C. de jur. Emphyteut. l. 1. ff. ſi ager vect. & Emphyt. petat.* Anton. Fab. *in Cod. l. 4. tit. 42. defin. 7. n. 1.*
8 †Secus eſt in cenſitico contractu, ubi Dominiũ utrumq;, tàm utile quàm directum, omneq; jus in cenſitum transfertur, nihil verò penes dominum remanet, niſi quod ei in memoriam veteris dominii annuus cenſus ſolvatur *h.* Conſt. *39. verſ.* Zu dem ſo wird allein die Erbliche Nutzbarkeit/ꝛc. Hartm. Piſtor. *obſerv. 95. n. 5.* Bartol. *in l. 1. §. 1. ff. de publ. & vectig. n. 4.* Matth. Coler. *vol. 1. conſil. 5. n. 15.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 106. n. 1.* Andr. Rauchb. *p. 2. q. 22. n. 14.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Hallers zu Teſen/ Menſ. Novembr. Anno 1630. [Verba ſent. Dieweil aber dennoch alle Gerechtigkeit des Guts / ſo dem Lehnherrn zuſtändig/ und alſo zugleich auch das dominium directum, ſo in Erbzins-Gütern oder bonis Emphyteuticis ſonſten bey dem Lehnherrn verbleiber/ nebens dem utili dominio eurem Vorfahren und euch verliehen worden/ꝛc. So mag bemeldtes Gut vor ein recht Erbzinsgut nicht gehalten werden/ ſondern es iſt vor ein ſchlecht Zinsgut billich zu achten/ V. R. W.]

DEFINIT. II.

Ob non ſolutum cenſum bona cenſitica nunquam amittuntur.

A *Itera differentia* Contractus Emphyteutici 1
& cenſitici in eo conſiſtit: † Quod Emphyteuta, ſi per triennium canonem haud ſolverit, Em- 2
phyteuſi privetur; † At bona cenſitica ob non ſolutum cenſum nunquam amittuntur, etiamſi per decem, trecentos, vel etiam mille annos poſſeſſores hunc dare ceſſaverint, *h.* Conſt. *39. in pr. verſ.* Dann von wegen ſchlechter Zins/ ꝛc. *ubi* Moller. *n. 3.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 24. n. 1.* Valaſc. *de jur. Emphyt. quæſt. 32. n. 30.* Mynſing. *cent. 3. obſerv. 65. n. 5.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 106. n. 11.* † Quod 3
non minus in bonis Eccleſiæ quàm privati cujuspiam procedere, exiſtimat Moller. *hic n. 4.* ob generalitatem *hujus Conſt. cum* Valaſc. *dict. loc. n. 35.* ubi Eccleſiæ, † quæ eſt pia mater, cultrix & au- 4
ctrix juſtitiæ, *cap. 13. verſ. Eccleſia enim Feud. l.* cum præjudicio tertii in dubio favendum non eſſe, ait. † Planè, ſi Cenſuarius certo tempore 5
cenſum ſolvere jurâſſet, nec tamen ſolviſſet, privationem obtinere, eique bona cenſitica auferenda eſſe, tradit Caſſiodor. *deciſ. 2. tit. de jurejur.* quem referunt & ſequuntur Jacob. Menoch. *dict. præſ. 106. n. 11.* Berlich. *part. 2. concl. 48. num.*

num. 25. Reinh. Roſa *ad* Moller. *hic num. 4.* † quod tamen non dubio carere, dicit Valaſc. *dict. quæſt. 32. num. 31.*

Ita Domini in cauſa Laurentii Nöbels/ad conſultationem Caroli à Peuſſens/Menſ. Jul. Anno 1628. [Verba ſentent. Hat Lorentz Röbel euer Unterthaner eine Hueſſe Landes im Beſitz/ſo von euch zu Lehn rühret/ davon er in die 12. Jahr weder den gewöhnlichen Zins/noch die Landſteuer entrichtet/ꝛc. So hat ſich zwar bemeldter Zinsmann dadurch des Zinsguts nicht verluſtig gemacht/ꝛc.]

Et ad requiſitionem Senatus in Lützen / Menſ. Februar. Anno 1577.

Definit. III.

Pœna tamen arbitraria ob non ſolutum cenſum, Cenſito contumaci poteſt irrogari.

1 QUamvis Cenſitus ob cenſum haud ſolutum jure ſuo non cadat, *Defin. præced.* Domino
2 tamen ad debiti cenſus ſolutionem, † nec non ad litis impenſas, ab ipſo factas, prævià judicis moderatione tenetur, *hac* Conſt. *39. §. ult. verſ.* Sondern
3 den verſeſſenen Zins/ꝛc. † Quin & ſi Cenſitus de ſolutione interpellatus, in ſolutione ejus contumaciter ceſſet, arbitrariè inſuper, mulctâ pecuniariâ vel carcere puniri poteſt, *dict. §. ult. hujus* Conſtit. *verſ.* Und daß diß falls gleichwol/ *ubi* Moller. *n. 3. & 7.* Auth. Conſult. Conſt. Sax. *part. 1. q. 18. n. 5. tom. 2.*

Ita Domini in eadem cauſa Laurentii Röbels. [Verba ſentent. Er iſt aber gleichwol nochmals den verſeſſenen Zins und auffgewendete Gerichtskoſten auff Ermäſſigung zu erſtatten ſchuldig / und wird hierüber willkührlichen entweder 8. Tage lang mit Gefängniß / oder um drey neue Schock in Straffe genommen/ V. R. W.]

Et in cauſa I. à D. Menſ. Nov. Anno 1630. [Verba ſentent. Haben etliche eurer Unterthanen / ungeachtet ſie von den Gerichten deswegen erinnert und angemahnet worden/in 4. Jahren den ſchuldigen Zins nicht entrichtet und abgeſtattet/ꝛc. So ſeyn ſie ſolchen Zins nochmals abzutragen pflichtig/ und mögen hierüber/ein jeder ſeinem Vermögen nach/um eine ziemliche Geldbuſſe/ iedoch daß ſich dieſelbe keinem über 3. neue Schock erſtrecke/ in Straffe genommen werden/ V. R. W.]

Definit. IV.

Sicut Emphyteuticorum, ita & cenſiticorum bonorum nomine, Renovatio inveſtituræ quibusdam in locis peti ſolet.

1 PRæter differentias contractus Cenſitici ac Emphyteutici, *ſupr. Defin. 1. & 2.* relatas, vulgò & ita bona cenſitica ab Emphyteuticis diſtinguere
2 ſolent: † Quod illa, Cenſitica nempe, ad heredes cujusque gradus & ſexus tranſeant; Emphyteutica verò bona ſimpliciter pro ſe & ſuis heredibus accepta, tantùm pro maſculis, non etiam pro fœminis
3 recepta videantur: † Quam tamen differentiam rejicit, ac in Emphyteuſi fœminas non minus ac maſculos ſuccedere, rectiſſimè defendit poſt Everhard. *in top. loc. à feudo ad Emphyt.* Matth. Coler. *conſil. 5. num. 40.* † Niſi in conceſſione Emphyteuſeos tantùm de maſculis dictum eſſet Coler. *dict. loc.*

Veluti Domini reſponderunt in cauſa Joſephi à Landwüſt/Menſ. Novemb. Anno 1590.

4 † Porrò, nec illa Emphyteuſeos & cenſitici contractus differentia jure ſuſtineri poteſt, ut ſcilicet Emphyteuſi alienatâ, Dominove aut poſſeſſore mortuo, renovatio inveſtituræ fieri debeat; ſecus in contractu cenſuario, *h.* Conſt. *39.* §. Etliche machen auch dieſen Unterſcheid/ꝛc. † Nam plerisque 5
in locis, non ſolùm bona Emphyteutica, ſed etiam cenſitica à Dominis recognoſci, illorumque nomine inveſtituræ quoque renovationem peti ſolere teſtatur experientia, † quare hanc differentiam meritò rejicit Illuſtriſſimus Saxon. Elector. *h.* Conſtit. 6
39. §. Alldieweil aber itziger Zeit/ꝛc.

Ita Domini in cauſa Georgii Sigismundi à Schinding/ Menſ. Mart. Anno 1625. [Verba ſententiæ: Ob wol Adam Schaller und Hans Otto/beyde eure Unterthanen/ Güter haben / ſo von euch zu Lehn rühren / ſolche aber/ unangeſehen ihr alle eure Lehnsleute zu Empfahung der Lehn bei uffen laſſen/nicht in Lehn genommen/wiewol des Orts Gewohnheit und Gebrauch nach ſie zu thun ſchuldig geweſen/ꝛc.]

Definit. V.

Ob non petitam renovationem inveſtituræ bona cenſitica non amittuntur, punitur verò ob id cenſiticus arbitrariè.

AN autem cenſiticus, ſi caſu contingente, alie- 1
natione nempe bonorum cenſiticorum factâ, Dominóve mortuo, inveſtituræ renovationem non petierit, jure ſuo cadet & poſſeſſione bonorum privabitur? † Ita forſan quis arbitrari poſſet propter 2
text. *in tit. 24. F. 2.* ubi id in feudis receptum videmus, † Sed non ritè à feudo ad bona cenſitica in- 3
ferre licet, juxta ea, quæ tradit Hartm. Piſtor. *obſerv. 95.* † Ac certè Emphyteuta, inveſtituræ renovatione omiſſâ, Emphyteuſi privari haud debet, ut dixi 4
ſupr. Conſt. *38. Defin. 20.* Berlich. *deciſ. 68. num. 12.* Cravett. *conſ. 205. n. 13.* Georg. Frantzk. *de laudem. cap. 5. n. 54.* † multò minus ergò in cenſito privationis pœna locum habebit, quum ob Dominium 5
directum Domino reſervatum, Emphyteuta longè fortius ei videatur obſtrictus, Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 42. defin. 7.* † Haud tamen nego, cenſito 6
propterea pœnam arbitrariam carceris vel mulctæ pecuniariæ infligi debere, † ob contumaciam nem- 7
pe, quæ annexum habet contemtum jus dicentis, *l. ſi quis ex aliena 5. ff. de judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 25. defin. 7. n. 1.* † Perinde ac pœnæ ſubje- 8
ctus eſt Emphyteuta, renovationem Inveſtituræ petere negligens, *ſupr.* Conſt. *38. dict. Defin. 20.*

Ita Domini in eadem cauſa. [Verba ſentent. So haben ſich doch gedachte beyde Unterthanen berührter ihrer Lehn-Güter dadurch nicht verluſtig gemacht; ſie werden aber gleichwol deswegen / daß ſie ſo lange ſtille geſchwiegen/ und auff erfodern die Lehn über ihre Güter nicht begehret / willkührlich entweder ein vierzehen Tage lang mit Gefängniß / oder ieder um drey neue Schock geſtrafft/ V. R. W.]

It. in cauſa Adami Bernhardi à Mosdorff/ Menſ. Auguſt. Anno 1616. [Verba ſentent. Seyn in eurem Dorffe zu Oberſchau etliche Bauren und Gärtner/ſo ihre Erbgüter und Gärten/welche ſie von ihren Eltern ererbet/zum theil auch ſonſten käufflichen an ſich gebracht/binnen Jahr und Tag nicht in Lehn genommen / ſondern daſſelbe etliche Jahr nach einander anſtehen laſſen/ꝛc. So haben ſie zwar hiedurch ſich ihrer Güter nicht verluſtig gemacht/ ſie werden aber gleichwol willkührlichen entweder 10. Tage lang mit Gefängniß / oder ein ieder um 3. neue Schock in Straffe genommen/ V. R. W.]

Et in cauſa Caſpari Henrici & fratrum à Feilitzſch, Menſ. Mart. Anno 1626.

In cauſa Wigands à Taubenheim/ Menſ. Septembr. Anno 1612.

Et in cauſa M. Georgii Luppens zu Paupitz / Menſ. Febr. Anno 1629.

DEFINIT. VI.

Contractus habetur emphyteuticus, non censiticus, quando in concessione Dominus sibi reservavit dominium directum.

QUum res censitica propter non solutum censum haud fiat caduca, ut Emphyteusis *supr. Definit. 2.* † *haud parum certè refert nosse, an censiticus, an verò Emphyteuticus contractus fuerit celebratus?* de quo multùm sæpius inter Nobiles eorumque subditos controvertitur. † Sanè ex solâ rei vel prædii investiturâ id dignosci non posse vel exinde constat, quod plerisque in locis, de censiticis etiam bonis possessores investiri soleant, ut dixi *supr. Defin. 4. hâc* Const. *39.* §. Dann wann das Gut/ꝛc. *vers.* Sondern ist aus Empfahung/ *&c.* † Neque etiam solæ investiturarum literæ Emphyteusin probant, quippe quod & super concessione bonorum censiticorum quandoque hæ confician tur, licet forsan id rarius accidat. † Potissimùm actus agentium & mens contrahentium inspici debent: Dant siquidem conventiones & nomen & leges contractibus, *l. 1. §. si convenit 6 ff. depositi. l. in conventionalibus 52. ff. de V. O. l. contra Elius 23. ff. de reg. jur.* † Constat autem de mente contrahentium, si in literis investituræ, concessâ Emphyteusi, dominium directum concedenti fuerit reservatum, secundum tradita *supr. Defin. 1. l. 1. & passim C. de jur. Emphyt.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. n. 1.* Hartm. Pistor. *observ. 95. n. 5.* † Quare hoc casu ulterius dubitandum non est, quin contrahentes Emphyteuticum contractum celebrare voluerint, *h.* Const. *39. dict.* §. Denn wann das Gut ꝛc. *in princ.*

Ita Domini in causa Marci Schmieds zu Zimmern/ Mens. Februar. Anno 1630. [Verba sentent. Ist euer Erbherr wegen dreyjährigen rückständigen Zinses euer Gut einzuziehen gemeynet. Ob ihr nun wol in denen Gedancken stehet/ daß bemeldtes Gut ein schlechtes Zinsgut sey / und dahero ihr euch dessen nicht verlustig gemacht habt; da aber dennoch dasselbe in dem Lehnbrief nicht allein ein Erbzinsgut genennet/ sondern auch dem Lehnsherrn mit ausdrücklichen Worten das dominium directum vorbehalten worden/ꝛc. So würde solches Gut pro bono Emphyteutico billich gehalten/ ꝛc.]

DEFINIT. VII.

Ex novâ bonorum sterilium concessione, interveniente scripturâ investituræ, contractus præsumitur emphyteuticus.

ORtum inde traxit Emphyteusis, quod initio fundi solummodo steriles & inculti ita concedi solebant, ut meliores redderentur, reservato concedenti dominio, quod de diuturnitate temporis oblivioni daretur, annua pensio aliqua præstanda fuit, Jason. *in l. 1. C. de jur. Emphyt.* Jac. Cujac. *in l. 3. verb. suas meliorationes C. eod. tit.* † Hinc, si quis fundum sterilem colendum alteri pro certo canone concesserit, confectis super eo literis, investituræ, videbitur etiamnum hodiè contracta Emphyteusis, † licet verbis expressis dominium directum concedenti reservatum non fuerit, *hâc* Constit. *39.* §. Dann wann das Gut/ꝛc. *vers.* Oder aber da einem/ꝛc. † *An ergò, inquies, præcisè Scriptura ad contractum Emphyteuseos requiretur, nec hæc absq; Scripturâ subsistet?* Id sanè ex verbis Constitutionis hujus inferre non licet, prout demonstrat Dan. Moll. *hic n. 5.* † Attamen nec prorsus absurdum erit hoc asserere, *per text. in l. 1. C. de jur. Emphyt. in verb. Scripturâ interveniente.* † Accertè communissimè, ad substantiam Emphyteuseos Dd. scripturam præcisè requirunt, Bald. Salycet. Sichard. Jas. *in l. 1. C. de jur. Emphyt.* Joh. Schneidew. *ad §. 3. n. 7. Inst. de locat. ubi &* Mynsi. *n. 23.* Heig. *n. 24.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. Emphyt. quæst. 4.* Wesenb. *in parat. ff. si ager vectig. n. 2. aliiq; quamplurimi.* † Quamvis nec desint JCti præclarissimi, qui contrarium defendunt, rationibus & argumentis haud contemnendis, quæ refert Harppr. *in dict. §. adeo 3. Inst. de locat. n. 58. & seqq.* † ubi totam hanc quæstionem fusè tractat. Stante autem sententiâ communi, neutiquam concedendum est Forcat. Dial. *19. in fin.* † quod perdito instrumento, actum sit de contractu Emphyteuseos, quia non ad essentiam ipsius rei aut juris acquisiti, sed ad essentiam actus transitorii, prædicti Dd. scripturam requirunt, scilicet, dum contractus fit & celebratur. † Nam, quod postea accidit, ejus substantiam & effectum semel legitimè constitutum tollere nequit, nisi & venditionem in scriptis celebratam per amissionem literarum in irritum redigi, quis dicere ausit contra *l. 17. C. de fid. instrum.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Oder aber sonsten aus raucher Wurtzel das Gut um einen Zins euch auch eingethan/ und darüber ein Lehnbrief gefertigt worden wäre/ꝛc. So würde berührtes Gut pro bono Emphyteutico billich gehalten/ und ihr hättet euch aus obgedachter Ursach dessen verlustig gemacht/ V. R. W.]

DEFINIT. VIII.

In dubio censentur bona censitica, non emphyteutica.

QUid verò, *si de mente contrahentium ne quidem ex Investituræ literis constare queat, an nempe Censiticum, vel Emphyteuticum contractum celebrare voluerint?* † Non malè forsan dixeris, cùm etiam Censuarius pensionem præstet, à Domino autem rei aliquid annuatim solvi irregulare, sed in Emphyteuta regulare sit, in dubio potius contractum Emphyteuticum ex constitutione annuæ pensionis, quæ naturæ Dominii repugnat, celebratum præsumi, Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. Emphyteusis quæst. 1. n. 3.* Alvar. Valasc. *in tract. de jur. Emphyt. quæst. 32. n. 35.* Joh. Fab. *ad l. 1. C. de jur. Emph. n. 7.* † cui fortior accedit ratio, quod cùm plenissimum jus directi pariter atque utilis dominii in Censuarium transferatur, non præsumatur Dominus jus omne à se abdicatum voluisse, ut argumentatur Everhard. *in loc. ab Emphyt. ad censum, n. 5.* † Placuit tamen contrarium Illustrissimo Sax. Elect. *h.* Const. *39.* §. So viel nun betrifft ꝛc. scilicet, quod in dubio contractus censiticus magis, quàm Emphyteuticus haberi debeat, ad excludendam privationem ob censum per triennium non solutum: † Quæ sententia aliàs quoque receptior est, per notata Jac. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 106. n. 3. & seqq.* ubi per ampliat. & limit. hoc tractat Franc. Mantic. *de ambig. & tacit. convent. lib. 5. tit. 2. num. 53.* Wesenb. *consil. 5. n. 45.* Jason. *in l. 2. C. de jur. Emphyt. n. 42.* † Ita namque contractus interpretari debemus, ut res facilius ad suam redeat naturam, nimirum consolidationem dominii utilis cum directo, quod in Censitico accidit contra-

7 contractu, † quæ ratio contrarias præsumptiones
8 facilimè tollit ac vincit. † Sequitur hinc, quoniam pro possessore præsumptio juris militat, bona nempe esse Censitica, quod onus probandi incumbat Domino, Emphyteutica ea affirmanti, Dan. Moller. *hic n. 6. vers. cum autem Constitutio, &c.*

Ita Domini in causa Johannis Reichards von Tottleben/ Mens. Majo Anno 1601. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß oftgedachte Mühle ein recht Erbzinsgut sey / und nach Vermuthung der Rechte im Zweifel allein vor ein schlecht Zinsgut zu achten/ &c.]

Definit. IX.

Translato dominio directo in possessorem, Contractus habetur censiticus, licet expressis verbis facta fuerit mentio Emphyteuseos.

COncesserat quis fundum in Emphyteusin perpetuam (vor ein ewig Erbzinsgut) unà cum omni jure, quod in illa re sibi competeret, Dubio post longum tempus inter contrahentes exorto,
2 num Emphyteusis fuisset constituta? † verba concedentis id satis probare videbantur, quæ contrariam præsumptionem excludunt, ac propriè semper intelligi debent *l. qui liberis 8. §. hæc verba 1. ff. de vulg. & pupill. substit.* Jacob. Menoch. *lib. 4. præs. 178. n. 3.* † Contraria nihilominus voluntas contra-
3 hentium vel ex eo apparebat, quòd omne jus concedentis, ac per consequentiam, Dominium etiam
4 directum in possessorem fuerat translatum, † quod certè naturæ Emphyteuseos minus conveniebat, *l. 1. C. de jur. Emphyt. l. 1. ff. si ager vectig.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. n. 1.* Conclusum
5 hinc fuit, † non obstante, quòd verbis expressis mentio facta fuerit Emphyteuseos, contractum
6 censiticum esse præsumendum, † quia voluntas semper potior est voce dicentis, nedum Scripturâ scribentis, *l. Labeo 7. in fin. ff. de supell. legat.*
7 † Neque actus agentium ultra eorum intentionem quid operari debent, *l. non omnis 19. ff. de reb. Credit. l. quoties 9. ff. de hered. instit. l. multum interest 6. C. si quis alt. vel sibi l. 17. C. de donat.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 106. n. 10.* Jason. *in l. 1. C. de jur. Emphyt. n. 48.*

Ita Domini in causa Christophori Hallers zu Tesen/ Mens. Novemb. Anno 1630. [Verba sentent. Ob wol euer Gut vor ein Erbzinsgut gehalten werden will/ inmassen auch solches in dem Lehnbrief also genennet wird; dieweil aber dennoch alle Gerechtigkeit des Guts / so dem Lehnherrn zuständig/ und also zugleich auch das dominium directum, so in Erbzinsgütern oder bonis Emphyteuticis sonsten bey dem Lehnherrn verbleibet/ nebens dem utili Dominio euren Vorfahren und euch verliehen worden/ &c. So mag bemeldtes Gut vor ein recht Erbzinsgut nicht gehalten werden/ sondern es ist vor ein schlecht Zinsgut billich zu achten/ &c.]

Definit. X.

Dominus directus, invito etiam Emphyteuta, jus suum pro lubitu potest alienare.

LOngè fortior est obligatio inter Dominum & Vasallum, quàm inter Dominum & Emphyteutam, ob juramentum fidelitatis à Vasallo præstitum, quod ipsum ad majorem reveren-
tiam obstringit, *tit. 7. FF. 2.* † Ex quo etiam illud 2
provenit, quod licet Dominus jus suum, quod in Vasallum habet, sive dominium directum, atque adeo Vasallos sine eorum consensu alienare non valeat *cap. 1. §. ex eâdem lege 1. de Leg. Corrad. cap. 1. §. si quis 1. Quo temp. miles cap. 1. §. præterea 4. de prohib feud. alienat. per Frid.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 22.* ubi per ampliationes & limitationes hoc latissimè tractat. † Emphyteuseos 3
tamen Dominus jus suum etiam invito Emphyteuta pro lubitu alienare non prohibetur, *secundum* Specular. *in tit. de locat. §. nunc aliqua.* Jason. *in l. ult. C. de jur. Emphyteut.* Hartm. Pistor. *dict. q. 22. num. 17.*

Ita Domini in eâdem causa. [Verba sent. Wann gleich vorgedachtes Gut vor ein recht Erbzinsgut zu achten/ und der Erbherr ihme das directum dominium vorbehalten hätte/ &c. So wäre er doch dasselbe euch ohne euer Vorwissen und Einwilligung seiner Belieben nach zu verkaussen wohl befugt/ &c. R. W.]

Definit. XI.

Laudemium non nisi ex consuetudine vel Statuto cujusq; loci debetur, ejusq; nomine in singulos centenos duo floreni solvendi sunt.

LAudemium sive laudimium (quod & vocari 1
solet Laudativum seu Laudatitium, forsan ex eo, quod Dominus laudet seu approbet contractum, Wesenb. *consil. 16. n. 11.* Hart. Pist. *lib. 1. quæst. 50. n. 3.* germanicè Lehnwahr/ Paul. Matth. Wehn. *in Pract. obs. verb.* Handlohn/ &c.) † solvitur Domi- 2
no directo, quando in alium transfertur Emphyteusis, à novo possessore, honorarii loco pro nova investitura & receptione novi Emphyteutæ, veluti in recompensationem ejus damni, quod Dominus ex immutatione personæ sentire posset, *l. ult. C. de jur. Emphyt. ubi* Joh. Sichard. *n. 33.* Jas. *n. 45.* Pistor. *dict. q. 50. n. 2.* Jul. Clar. *lib. 4 sent. §. Emphyt. quæst. 23. n. 4.* † Cumque eo novus possessor non parum 3
gravetur, in terris Electoratus Saxonici illud aliter locum non habet, quàm ubi consuetudine, vel statuto speciali introductum est, *ex* Constit. Elector. *tit.* Von der Lehnwahr / *quæ est in ordine prima earum, quæ typis quidem impressæ, sed certis de causis publicè editæ non fuêre, ibi:* Die Lehenwahr an andern Orten / da sie bisher ungebräuchlich und nicht genommen worden / soll auch daselbst nicht auffgebracht noch gegeben werden/ der Oerter aber / da sie über rechtsverwährter Zeit gewöhnlich/ oder sonst erlanget und hergebracht/ soll sie ferner / kraft solcher Gewohnheit / Inhalts der Landes-Ordnung gegeben oder genommen werden/ &c. † Estque laudemium de jure communi 4
quinquagesima pars pretii prædii venditi seu alienati, † adeo ut de singulis 50. florenis unus & in sin- 5
gulos centenos duo floreni, nomine laudemii, solvi debeant, *per text. in l. ult. vers. Et ne avaritia C. de jur. Emphyt.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 23. n. 1.* & Hartm. Pist. *dict. quæst. 50. n. 1.*

Ita Domini in causa Heinrici ab Holtzhausen in Leipnitz/ Mens. Octobr. Anno 1620. [Verba sentent. So seynd eure Unterthanen in denen Fällen / da sonsten/ vermöge der Rechte/ Lehenwahr gegeben wird/ 2. fl. von 100. zur Lehenwahr zu entrichten schuldig/ &c.]

Definit. XII.

Consuetudine loci cujusq; Laudemium ad quatuor, quinq; & plures florenos, de singulis centum solvendos, augeri potest.

1 REgulariter nomine laudemii, non nisi quinquagesima pars pretii, h. e. duo in singulos centenos solviuntur, *l. ult. C. de jur. Emphyt. Defin.* 2 *præced.* At hoc ita, † nisi aliud consuetudine legitimâ introductum sit. Hodiè namque tàm in Electoratu, quàm Ducatu Saxoniæ plerisque in locis † 3 ex consuetudine emptor in singulos centenos, quinos & quandoque etiam decem florenos (rarius tamen) solvere tenetur, Matth. Coler. *part. 1. decis. 32. n. 33.* 4 † Quod nec mirum alicui videbitur, quum generaliter in Laudemiis persolvendis consuetudo hodiè attendatur, juxta tradita & allegata Hartm. Pistor. *dict. q. 50. n. 62.*

Ita Domini in eâdem causa. [Verba sententiæ: Ihr könten deng wie Recht darthun und erweisen/daß eure Unterthanen ein mehres und 10. fl. von 100. fl. zur Lehnwahr gegeben/solches auch über rechtsverwährte Zeit unverbrüchlich also wäre gehalten worden/ dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/V.R.W.]

Definit. XIII.

Non solùm ex contractâ, sed etiam ex dissolutâ Emptione-Venditione, persolvendum est Laudemium.

1 NUllum prorsus dubium est, quin Emptor ad persolvendum Laudemium sit obligatus, quippe de quo potissimum agit textus *in l. ult. C. de* 2 *jur. Emphyt.* † Nec refert, an Dominus consenserit alienationi, nec ne, utroque siquidem casu emptorem ad Laudemii solutionem teneri, optimis rationibus probat Molin. *in consuet. Parisiens. tit.* 3 *1. §. 13. gloß. 1. n. 8.* † Sicuti nec tùm Emptor à præstatione Laudemii liber est, quando venditori concessum fuit, ut sine licentiâ & consensu Domini alienare possit Emphyteusin, juxta tradita Salycet. *in dict. l. ult. C. de Jur. Emphyt.* & Jas. *ibid. num. 4.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 50. n. 7.* Jul. Clar. *lib. 4.* 4 *sentent. §. Emphyt. quæst. 23.* † Etenim quia Laudemium solvitur propter novam investituram, nil certè refert, an Emphyteuta potuerit vendere Domino irrequisito, vel non, sed solùm an novus acquisitor opus habeat novâ investiturâ vel recogni- 5 tione à Domino directo, Clar. *dict. loc.* † Ex venditione porrò, quæ fit cum pacto de retrovendendo, Domino deberi Laudemium, demonstravi ex autoribus probatis & rationibus validis *supr.* Con- 6 stit. *1. Definit. 23.* † quod & consentaneum planè est Constit. Elect. Von Lehnwahr/*in pr. verb.* Wo ein Gut auff einem Erb- oder Wiederkauff verkaufft wird/so ist der Käuffer wegen der *Recognition*, und daß er von dem Herrn in Schutz genommen/die Lehnwahr zu entrichten schuldig/ꝛc. 7 † Quamvis ex retrovenditione ipsa id non solvatur, attamen revendenti à reemptore restituatur, ut dixi *supr.* Constit. *1. dict. Definit. 23. & Defin. 24.* 8 † Non solùm verò ex emptione contractâ, sed etiam ex dissolutâ emptione persolvendum 9 est laudemium, † quando scilicet contrahentes ab emptione jam perfecta & consummata recedunt, Hartm. Pistor. *dict. q. 50. n. 13.* Dan. Moller. *Const. Elect. 32. n. 6. part. 2.* Amed. de Pont. *q. 38.* ut sic Dominus hoc casu duplex lucretur Laudemium, Hartm. Pistor. *dict. loc. n. 17.* † Dicitur hîc au- 10 tem perfecta emptio, quando non solùm de pretio conventum, sed etiam res vendita jam tradita est: † Nec enim à pristina emptione potest recedi, quin 11 novus inde fiat contractus, *arg. l. 2. & 3. ff. de resc. vend. l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv.* quid mirum ergò, ut non solùm ratione primi contractus, sed etiam ex conventione subsecuta persolvi debeat Laudemium, ut disserit Molin. *in consu. Paris. §. 22. num. 19.*

Ita Domini in causa Leonhardi Fischers zu Teuben Mens. Octobr. Anno 1630. [Verba sentent. Habt ihr euer Bauergut Hansen Reicharten um eine gewisse Summa Geldes käufflichen zugeschlagen/und in Lehn reichen lassen/ davon Käuffer auch das Lehngeld richtig erleget. Nachdem ihr aber auff beyden Theilen vom Kauff wiederum abgestanden/und Käuffer gegen Wiederempfahung des ausgezahlten Kauffgeldes euch berührtes Gut wiederum abgetreten/hat der Lehnherr abermals von euch Lehnwahr gefodert/ꝛc. So seyd ihr solche geforderte Lehnwahr abzurichten schuldig/und habt euch/gestalten Sachen nach/ mit eurem Einwenden/ daß nemlich der Lehnherr von Käuffern einmal allbereit Lehnwahr empfahen/beständiger Weise darwider nicht zu behelffen/V.R.W.]

Definit. XIV.

Ex venditione conditionali, ante eventum conditionis, nullum debetur Laudemium.

COnditionalium venditionum ea est natura, ut 1 ante conditionis eventum imperfectæ habeantur, quia Conditionis proprium est, ut suspendat actum conditionalem, *l. cedere diem 213. ff. de V. S. & tot. tit. ff. de condit. & demonstr.* † Obque id 2 nec prius Laudemia ex iis ulla debentur ante conditionis eventum, *l. necessario 8. ff. de per. & comm. rei vendit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 28. num. 2.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 50. n. 50.* Molin. *in consu. Paris. §. 13. Gloß. 5. num. 23. quæst. 4.* Amed. de Pont. *q. 36.* † Nam ex contractu sub 3 conditione, non transfertur dominium priusquam conditio impleta fuerit, Bartol. *in l. 4. §. sed & Marcellus 3. ff. de in diem addict.* Ant. Fab. *dict. loc.* † At laudemium non nisi post translationem 4 dominii, pro novâ scilicet investiturâ solvitur, *l. ult. C. de jur. Emphyt. supr. Defin. 11.*

Ita Domini in causa Simonis Henrichs zu Martendorff/ Mens. Jul. Anno 1595. [Verba sent. Ob ihr gleich beym Trunck mit Christoph Gartman einen Kauff um sein Gut geschlossen; dieweil aber dennoch solches anderer Gestalt nicht/ als mit dieser ausdrücklichen Condition und Bedingung geschehen/ wofern euer Weib des folgenden Morgens darein willigen würde/ welches aber nicht erfolget/ noch euer Weib damit zu frieden gewesen/ꝛc. So seyd ihr auch dem Lehnherrn des Orts Lehnwahr zu geben nicht schuldig/ V.R.W.]

Definit. XV.

In terris Electoratus Saxonici non solvitur Laudemium ex permutatione.

COmmunis Dd. est sententia, quod, sicut in 1 Emptione-Venditione, ita etiam in permutatione Laudemium exigi queat à novis possessoribus, † sive pecunia addatur rei permutatæ, sive 2 non, Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 50. num. 28.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 13. n. 20.* Modest. Pist. *p. 2. quæst. 67.* Amed. de Pont. *quæst. 28.* Franc. Vivius *decis.*

decis. 496. n. 9. Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 3. num. 4.*
3 † Non solùm quod permutatio maximè vicina sit emptioni, *l. 1. & 2. ff. de rer. permut. l. ult. ff. ex quib.*
4 *caus. in poss. eat.* † imò species venditionis, *l. sciendũ*
5 *19. §. deinde 5. ff. de ædil. edict.* † Sed etiam quia possessoris persona immutatur in permutatione, quam Dominus non minus ac emptorem laudare & ap-
6 probare debet. † Cur non ergò pro hac laudatione laudemium exigere licebit, *l. ult. C. de jur. Emphyt.* ubi non tantùm pretii sed & æstimationis fit mentio, ex quo satis colligitur, non solùm in
7 venditione, † sed & in aliis contractibus & speciebus alienationis locum sibi vindicare Laudemii exactionem, Hartm. Pistor. *dict. loc.* Modest. Pistor.
8 *dict. q. 68. n. 3.* † Attamen Illustrissimo Saxoniæ Electori in terris sui Electoratus contrarium placuit, ita ut non debeatur Laudemium ex permutatione, nisi pro pecunia rei permutatæ addita; *in* Constit. *non publicata tit.* Von Lehnwahr. §. Wo auch die Güter durch *permutation* und Umbwechselung verändert / so gebühret dem Herrn keine Lehnwahr / da aber Geld mit zugegeben wird / davon hat man Lehnwahr von dem Besitzer zu fodern/ꝛc. † Eademque sententia est Guid.
9 Pap. *decis. 92. in pr.* Nicol. Boër. *decis. 293. n. 1.* forsan, quia existimaverint, ad permutationem non
10 adeo necessarium esse Domini consensum: † Aut quod *l. ult. C. de jur. Emphyt.* de alienatione, quæ fit per venditionem, & ubi pretium sive pecunia intervenit, acceperint, Guid. Pap. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Johannis Betzers & Consortium zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1628. [Verba sent. Habt ihr unter dem von Winckel zu Brandis etliche Aecker Holtz liegen / davon dem Lehnherrn biß anhero Kauff-Lehnwahr entrichtet worden / und ihr/ als die Lehnleute/ seyd solche Aecker zu vertauschen gemeynet / ꝛc. So ist der Lehnherr Lehnwahr zu fordern nicht berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Nullum persolvendum est Laudemium, quando rescinditur Emptio-Venditio ex L. 2. C. de resc. vendit.

1 CONveniunt in eo Dd. quod Laudemium non sit solvendum, si contractus retro resolvatur ac rescindatur, licet ab initio fuerit valida alienatio, Molin. *in Consvet. Paris. §. 33. num. 35.* Hartm. Pist. *lib. 1. quæst. 50. num. 42. & seqq.* Andr. Knich. *part. 2. invest. cap. 4. num. 247.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4.*
2 *tit. 42. defin. 55.* † Nempe quia causâ, ex quâ immediatè Dominus Laudemium recepit, resolutâ, ipsa quoque petitio resolvitur, & si quid Laudemii nomine recepit, tanquam ob causam, quæ cessat, receptum restituere tenetur *l. 1. l. 2. ff. de condict. ob*
3 *caus.* † Unde fit, quod petitio Laudemii cesset, quando rescinditur venditio ex pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, Hartm. Pistor. *quæst. 50.*
4 *num. 38.* † Eoque referri debet rescisio, quæ fit ex
5 capite Restitutionis in integrum, † vel etiam ex beneficio *L. 2. C. de resc. vendit.* Molin. *dict. §. 33. num. 44.* Pinell. *ad l. 2. C. de resc. vendit. p. 2. cap. 3. n. 35.*
6 Hartm. Pistor. *dict. quæst. 50. n. 46.* † Idque vel exinde manifestum est, quod acquisitio Laudemiorum fundetur in contractu, recipiatque omnes conditiones & qualitates illius contractus.
7 † Atqui venditionis contractus hanc implicitam in se habet conditionem, ut autoritate Legis propter immodicam læsionem annulletur, & quidem ex necessitate quâdam ab initio etiam existente, Covarr. *tom. 1. resolut. cap. 3. num. 9.* † ut perinde sint omniũ,
8 atque si nihil alienatum esset, *l. videamus 38. §. 3. ff. de Usur. l. 1. §. si quis in fraudem 12. ff. si quid in fraud. patr. l. 15. l. 65. §. 5. ff. de condict. indeb.* † Evenit hinc porrò, quod ex sententia plurimorum Interpr. hoc in casu cum re ipsa fructus retro omnes à
9 die traditionis percepti restituendi sint, *arg. l. 1. C. si major. fact. alien fact. sin. dec.* † Idque adeò verum
10 est, ut hoc casu Laudemium jam solutum à Domino condici ac repeti queat, juxta tradita Molin. *dict. §. 33. gloss. 1. n. 33.* † At nolo hoc aliter accipi, quàm si
11 rescissa venditione *ex l. 2. C. de resc. vendit.* prædium venditum restituatur venditori: † Alioquin si em-
12 ptor *ex dict. l. 2. C. d. t.* conventus, rem emptam non restituat, sed id, quod justo pretio deest, ex facultate sua, quam habet, suppleat, tantum abest, laudemium eo casu non deberi, † ut etiam ultra id, quod
13 laudemii nomine jam solutum fuit, pro residuo pretii, Dominus Laudemium exigere queat, secundum Molin. *dict. §. 33. n. 44.* Choppin. *lib. 1. de morib. Paris. tit. 2. art. 32.* Georg. Frantzk. *de laudem. cap. 16. n. 405. & seqq.*

Ita Domini in causa Caspari Moschers zu Linda / Mens. Junio Anno 1627. (Verba sentent. Ob ihr wol Adam Lauben euer Bewehr-Gut umb eine gewisse Kauffsumma zugeschlagen/und das Geld von ihme allbereit angenommen/da ihr aber dennoch/eurem Vorgeben nach / ex beneficio l. 2. C. de resc. vend. obbemeldten Kauff umbstossen / Käuffer auch den rechten Werth des Kauffgeldes nicht erfüllen / sondern euch das Gut wiederumb abtreten würde / ꝛc. So möchtet weder ihr noch Käuffer dißfalls dem Lehnherrn einige Lehnwahr zu entrichten angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Ex venditione sub hastâ debetur Laudemium.

1 EX publica distractione prædii sive domûs, quæ sub hasta postulante creditore facta fuit, non minus debentur Laudemia, atque ex alia quavis venditione, Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 23. & defin. 38.* Dan. Moll. *lib. 4. semestr. cap. 5.* Meynard.
2 *decis. 42. lib. 4.* Vincent. de Franch. *decis. 488. n. 6.* Joseph. Ludov. *part. 1. decis. 60. n. 6.* † Est namque subhastatio vera venditio, in qua intervenit merx, pretium & consensus debitoris; *Quidni ergò ex eâdem*
3 *Laudemium quoque debebitur?* † Non equidem ignoro, negare illud Hart. Pist. *part. 1. quæst. 50. num.*
4 *52.* propterea, quod ex alienationibus necessariis non persolvatur Laudemium: † Sed non concesserim, necessitatem hanc consensum debitoris prorsus excludere. Etsi enim ex eo, quod debitor vel non potest, vel non vult solvere, ad subhastationem & alie-
5 nationem necessitate quâdam suadente deveniatur, illaque invito & reluctante debitore expediatur, † attamen sufficit, quod ille ex voluntate debitoris, qui rem vel oppignoravit, vel debitum sponte contraxit, originem trahat, argumento ejus, quod traditur *in l. in commodato 17. §. sicut. 3. ff. commodat. junct. l. interdum 36. in fin. de judic.*

† a qua

6 † à qua posterior eventus omnis formatur & dijudicatur, *l. si procuratorem 8. in pr. ff. mandat.* sicut
7 † & actus consecutivus à prima causa regulatur & gubernatur, Joh. Baptist. Costa *de fact. scient. &*
8 *ignor. inspect. 24.* † Hinc facilè porrò dijudicare licet, in datione quoque in solutum non saltem voluntaria, sed & necessaria, quæ fit decreto Magistratus, Laudemii exactionem locum sibi vindicare, Molin. *in Consuet. Paris. §. 20. gloss. 5. n. 48.* Amed. à Pont. *quæst. 27. num. 5. 6.* Hartm. Pist. *dict. quæst.*
9 *50. num. 25. & seqq.* Moller. *dict. cap. 5.* † Non solùm quia in solutum datio vicem emptionis obtinet, *l. ult. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. in numerationibus 44. ff. de solut. l. si prædium 4. in fin. Codic. de*
10 *evict. l. 24. de pign. act.* † Sed & quod in solutum datio locum habere nequeat sine prævia subhastatione & taxatione, *l. 3. C. de exec. rei judic. l. 1. l. 3. in pr. C. de jur. domin. impetr.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 46. n. 1.*

Ita Domini in causa Hansen Friedrichs von Hausen auff Schönstädt/Mens. Sept. An. 1618. (Verba sent. Nachdeme aber gedachter Rappuse mit der Zahlung säumig gewesen/und nicht fortkomen können / auch zu seinem Vermögen sich ein concursus Creditorum ereignet / hat bemeldtes Haus gerichtlichen subhastiret, und den Gläubigern käufflichen überlassen werden müssen / unter welchen der eine Martin Zeuner den Kauff auff sich richten lassen/ &c. So ist derselbe euch das gebührende Lehngeld davon zu entrichten schuldig/ und ehe und zuvor solches geschicht/ möget ihr offtberührtes Haus niemand in Lehn zu reichen angehalten werden/V.R.W.)

Definit. XVIII.

Non solvitur Laudemium, quando bona Emphyteutica in dotem dantur.

1 EX datione quoq; in dotem deberi Laudemium, asserit Ant. Fab. *decad. 99. Error. pragm. c. 1. 2.*
2 *& 3.* ex eâ potissimum ratione, † quod datio in dotem vera sit alienatio, quia dotis causa perpetua est, & cum voto ejus, qui dat, ita contrahitur, ut semper
3 apud maritum maneat, *l. 1. ff. de jur. dot.* † Verùm alienationem hanc esse necessariam vix negari poterit, quum publicè intersit, mulieres nubere, illisq; dotes constitui, quo commodè maritos invenire
4 possint, *l. 2. ff. de jur. dot.* † Nostroque seculo ita comparatum sit, ut in matrimonio contrahendo curiosiùs de dote, quàm de moribus nubentium agi soleat: sicuti ergò ex venditione causa utilitatis
5 publicæ factâ Laudemium Dominis denegatur, † ita etiam in dotis datione illud cessare, rectissimè quis affirmaverit *cum* Jason. *in l. ult. C. de jur. Em-*
6 *phyt. n. 49.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 50. n. 54.* † Quod certe in terris Electoratus Saxonici minus dubium habet, propter manifestam sanctionem Dn. Electoris Illustrissimi *in* Const. Von Lehnwahr/quæ *certis de causis publicè edita haud est.* §. Also auch/ *ibi:* Also auch / wo ein Vater seiner Tochter/ die er aussteuret/ein Gut mitgibt/ist sie oder ihr Mañ Lehngeld zu geben nicht schuldig/ und wiewol dieses etliche *limitiren*, wenn der Vater sonsten andere Güter gehabt/davon er die Tochter aussteuren könte/daß dißfalls die Lehnwahr zu geben sey/ so seynd doch unsere Verordnete umb obgedachter Ursachen willen einig/ daß es dem Rechten gemässer und billiger sey / dißfalls *indistinctè* keine Lehnwahr zu nehmen.

Ita Domini in causa Johannis Reibolds zu Immeritz/ Mens. April. Anno 1621. (Verba sentent. Habt ihr ein Gut hiebevor von eurem Bruder ererbt / welches ihr eine geraume Zeit gleich euren andern Gütern in Besitz gehabt/ anietzo aber/als sich eure einzige Tochter verehlichet / ihr dasselbe zur Mitgifft abgetreten und eingeräumet/ &c. So ist der Lehnherr weder von euer Tochter / noch dero Ehemann Lehnwahr zu fordern berechtiget/V.R.W.)

Definit. XIX.

Heres testamentarius, aliusvè possessor, ad quem titulo lucrativo Emphyteusis pervenit, ad Laudemii exhibitionem obligatus est.

1 ERrant omninò, qui sibi persuasum habent, laudemium non nisi in venditione obtinere Contrarium enim vel ex solo textu *in l. ult. C. de*
2 *jur. Emphyt.* luculenter apparet, Hartm. Pist. *part. 1. q. 50.* † Minus certè dubium est, ad exsolutionem Laudemii teneri possessorem, qui ex titulo vel causa lucrativâ fundum tenet, ut est Donatarius.
3 † Ex donatione namque deberi Laudemium manifestum est *ex* Const. Elect. Von Lehnwahr/*quæ cum aliis, certis de causis, non fuit publicata, in verb.* Als
4 so es ihme geschencket/ &c. † idque præ aliis latissimè tractat & confirmat Georg. Frantzk. *de laudem. c. 20.*
5 † Eoque refero heredem testamentarium, qui (modò non sit filius filiavè, de quibus *infrà Defin. 21.*) sive ab intestato successurus, sive extraneus sit, onere Laudemii gravatur, Amed. à Pont. *quæst. 31. n. 2.* Vincent. de Franch. *decis. 447. num. 1.* Jul. Clar. §. *Emphyteusis, quæst. 28. n. 6.* Frantzk. *de laudem. c. 8. n. 204.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 33. n. 29.* Salycet. *ad l. ult. C. de jur. Emphyt. n. 11.* † Cur enim exciperemus 6
eum, qui non minus dicitur novus possessor, atque alius, qui in priori investiturâ nec generaliter, nec specialiter fuit comprehensus, Coler. *dict. decis. 33. n. 30.* Jason. *in l. ult. n. 42. C. de jur. Emphyt.* Cravett. *cons. 215. n. 8.* † Idque per omnia placuit jamdudum 7
Illustrissimo Saxon. Electori, ita disponenti *in dict.* Const. *tit.* von Lehnwahr. *verb.* Solche Lehnwahr ist auch ieder/der nicht durch einen Kauff/sondern *ex titulo lucrativo* das Gut erlanget/ als so es ihm geschencket / oder in einem Testament vermacht wird/zu erlegen pflichtig.

Ita Domini in causa VVilhelmi à Kurtzlebens in Straßburg/Mens. Sept. Anno 1617. (Verba sentent. Daß im Fall / davon in eurer Frage gedacht wird/ als wann einer ex titulo lucrativo ein Gut erlanget / so ihme in einem Testament vermacht wird / der neue Possessor, vermöge der Rechte/Lehnwahr zu erlegen pflichtig / und weil aus der überschickten Copien zu befinden/daß euers gewesenen Unterthanen verlassenes Gut seinen Erben durch ein Testament zukommen / so seynd sie die gebührliche und gebräuchliche Lehnwahr des Orts zu geben / und zu entrichten schuldig/V.R.W.)

Definit. XX.

Heres ab intestato succedens, sive sit collateralis sive parens, Laudemium Domino solvit.

1 QUum heres legitimus ab intestato succedens, Emphyteusin nanciscatur ex titulo lucrativo,
2 consequens inde est, eum ad Laudemii solutionem teneri, secundum tradita *Defin. præc.* † Quod & in terris Electoratus Saxonici expressa sanctione confir-

confirmatum est, *in* Const. Von Lehnwahr/ *sæpius allegata circa fin. in verb.* So aber keine Kinder/ sondern Freunde seitwarts verwand/ als *collaterales* und *extranei* vorhanden / auff welche das Gut verfället / dieweil das *dominium* in dieselbe *ipso jure* nicht *continuiret*, noch gebracht wird / so seynd sie auch die Lehnwahr zu geben pflichtig/ꝛc.

3 † Etsi verò hæc verba de collateralibus solùm loquantur, quin tamen ad heredes quòq; ascendentes, patrem, matrem, avum, aviam, &c. trahi & applicari debeant, dubium non est ex identitate rationis ap-

4 positæ, † cùm nec in ascendentes dominium ipso jure transferatur, ut in aperto est, Matth. Coler. *part. 1. decis. 23. n. 24. & 25.*

Ita Domini ad Consultationem Hansen Wolffen zu Kostitz/ Mens. Febr. Anno 1634. (Verba sentent. Hat euer Unterthaner Nicol Gaudlitz sein hinterlassenes Bauergut/ dem Amptsbrauch nach/ zum halben Theil auff seine Tochter/ und die andere Helffte auff die Wittib gebracht und verfället/ Nach der Tochter Todt aber ist das gantze Gut der Mutter allein zukommen / ꝛc. So ist auch die Mutter das gantze Gut von euch in Lehn zu nehmen/ und die gebräuchlichen Lehnwahr davon zu entrichten schuldig/ꝛc.)

Et in causa Georgii Balthasari & Johannis Bernhardi à Fitzschers/ Mens. Decembr. Anno 1630. (Verba sentent. Seynd bißweilen/ nach Absterben der Kinder / die Güter auff die andere Freunde und Collaterales gebracht und verfället worden / ꝛc. So seynd selbige Freunde wegen der ererbten Güter Lehnwahr zu geben pflichtig/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Non tamen Laudemium solvere tenẽtur liberi Emphyteutæ patri succedentes.

1 A Regula generali, quâ heredes ad Laudemii præstationem obligantur, *Defin. 19. & 20.* excipiendi sunt liberi Emphyteutæ, qui parentibus

2 succedẽtes Laudemium haud solvere tenentur, † ex eâ potissimũ ratione, quod in priori parentum scilicet investitura sint comprehensi, Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 50. num. 59.* Jas. *in l. ult. C. de jur. Emphyt. n. 41.* Salycet. *ibid. n. 13.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 33. n. 23.* Amed. à Pont. *q. 10.* Georg. Frantzk. *de laudem. cap.*

3 *8. n. 28.* † Quod & in Saxoniæ Electoratu disertis verbis dispositum est *per* Const. *haud publicè editam*, Von Lehnwahr/ §. desgleichen/ *ibi:* Wann der Besitzer/ Zins- oder Erbmann stirbet/ und lässet Kinder / so seynd dieselbe Lehnwahr zu geben nicht schuldig/ weil sie in der vorigen *investitur* be-

4 griffen. † At, inquiat quis, ratio hæc si vera est, ne quidem collaterales & extranei heredes onere laudemii erunt gravandi: Etenim † cum Emphyteusis naturâ suâ perpetua sit, & in quoscunque etiam extraneos heredes transitoria, §. *adeo 3. Inst. de locat. conduct. l. 1. ff. si ager vectig. l. 3. Codic. de fund. pa-*

6 *trim. Novell. 7. cap. 1.* negari vix poterit, † hosce defunctum æquè repræsentare, inque omnia ipsius jura succedere, ut novâ investiturâ prorsus opus non sit, prout evincere conatur multis Georg.

7 Frantzk. *de laud. cap. 8. n. 10. & multis seqq.* † à quâ sententiâ etiam omninò alienus non est Coler. *dict. decis. 33. n. 27. & seqq.* Verùm, utut hoc ipsis

8 concedamus, † longè fortiori tamen vinculo, & modo pinguiori liberos in parentum investiturâ comprehendi vel exinde quivis fateri necesse habebit, quia liberi intelliguntur esse Domini vel quasi bonorum paternorum, † etiam in vita patris, 9 *l. in suis 11. ff. de liber. & posthum.* † Quò & respe- 10 xit Saxo Illustrissimus *in dict.* Const. von Lehnwahr/ *circa fin. ibi:* Dieweil das *Dominium* in dieselbige *ipso jure* nicht *continuiret* noch gebracht wird/ scilicet, ut continuetur in liberis, secundum modò dicta Coler. *dict. decis. 33. n. 35.*

Ita Domini in causa liberorum Hansen Eichards zu Neuses/ Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent. So mögen ihr auch/ weil ihr in eures verstorbenen Vaters investitur mit begriffen / von dem Väterlichen anererbeten Gute Lehenwahr zu geben nicht angehalten werden/ V. R. W.)

It. in causa Clausen Keplers & Consortium zu Weberstädt/ Mens. Jul. Anno 1615.

In causa Hermanni à Landwüst/ Mens. August. An. 1658.

Et in causa Michael Seyffarts zu Weißenfels / Mens. Majo Anno 1636.

Definit. XXII.

Valet consuetudo, ut liberi succedentes parentibus Laudemium solvant.

QUamvis liberi parentibus succedentes à præsta- 1 tione Laudemiorũ de jure sint exempti, *Defin. præced.* Attamen multis in locis vel speciali statuto, vel etiam consuetudine aliud introductum re-

peritur, † ut scilicet & liberi Laudemia solvere te- 2 neantur. † Quæ consuetudo valida habetur secun- 3 dum tradita Matth. Wesenb. *cons. 16. n. 2.* Knich. *de pact. vestit. p. 2. c. 4. n. 203.* Georg. Frantzk. *de Laudem. cap. 8. n. 114. & cap. 4. n. 28.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *p. 1. quæst. 37. n. 11.* † Idque tan- 4 to minus dubium habet, quanto certius est, in materia Laudemii consuetudinem cujusque loci præcisè attendi, ut innuit Constit. Elect. Von Lehenwahr *in verb. final.* Jedoch daß in solchen Fällen allen die Gewonheit / wie obstehet / sonderlich in Achtung gehabt/ und nach derselben gesprochen werde/ Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 50. n. 62.*

Ita Domini in eadem causa liberorum Hansen Eichards zu Neuses. (Verba sent. Es könte dann gedachter Lehnherr wie recht darthun und erweisen / daß durch eine beständige Gewonheit herbracht/ und über Rechtsverwährte Zeit unverbrüchlichen also gehalten worden wäre / daß nemlich nach des Zins- oder Erbmanns Absterben dessen Kinder gleichfalls Lehnwahr entrichten müsten/ dessen genösse er auff solchen Fall billich/ V. R. W.)

Definit. XXIII.

Ex divisione Laudemium persolvendum non est.

SI heredes aut liberi in communione manere 1 nolint, sed ad divisionem provocent; laudemium ex hâc divisione (quod vulgò appellitatur sonderbahre Lehnwahr/ ad differentiam der gesamten Lehnwahr sive laudemii istius, quod ex consuetudine quorundam locorum à liberis conjunctim post mortem patris solvitur, *Defin. præced.*) peti nequit, Molin *in Consuet. Paris. §. 22. Gloss. 1. n. 69. & seqq.* Hart. Pist. *part. 1. quæst. 50. n. 55.* Amed. à Pont. *q. 25.* Matth. Col. *part. 1. decis. 33. n. 33.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 15. n. 27.* Guid. Pap. *decis. 46. in fin.* Modest. Pist. *part. 1. q. 37. ubi* Jacob. Schult. *in addit. lit. A.* † 2 Quod & in terris Elector. Saxonici expressè sanci-tum est Const. *sæpius allegata*, von Lehnwahr/ *ibi:* Ausserhalb dieser Fälle seynd die neuen Besitzer *regulariter* Lehngeld zu gebẽ nicht schuldig/ iedoch müssen sie den Lehnherrn *recognoscirẽ*, und dem Schreiber sein gewöhnlich Einschreibgeld erlegẽ/

als

als nemlich / wo ein Gut getheilet wird / und ein
3 ieder sein zugefallen Theil besitzet. † Quia divisio
hæc est alienatio necessaria, in qua Laudemium ces-
4 sat, Hartm. Pistor. *part. 1. qu. 50. n. 55.* † Nec reverà
personæ possessorum in hac mutantur, sed potius
declarantur, quum stante communione, in re com-
muni coheredes in qualibet minima parte domini-
um habeant, *l. illud dubitationis 46. ff. de rit. nupt.*
l. si testamento 2. ff. de condit. Inst. l. 25. §. 1. ff. de V. S.
5 † adeoque per divisionem novum dominium divi-
dentibus non acquiritur, sed id, quod antea cohe-
redum pro indiviso erat, pro virilibus portionibus,
6 inter eos distribuitur; Amed. à Pont. *dict. q. 25.* †
Quò & facit, quod divisio alienatio reverà non sit,
pro qua sola Laudemia deberi certum est *ex l ult. C.*
de jur. Emphyt. sed tantùm partium quædam di-
7 stributio, † quæ compensatione partium quasi fa-
cta, similis est permutationi, *l. si filia 20. §. si pater 3.*
ff. fam. ercisc. in quâ exactionem Laudemii cessare,
dixi supr. Defin. 15.

Ita Domini in causa Clausens Keplers & Consortium zu Weberstädt/Mens. Jul. Anno 1515. (Verba sent. Daß ihr von denen Gütern/so ihr von euren Eltern ererbet/und so euch neulicher Zeit nach der Mutter tödtlichem Abgang in der gehaltenen divisione und Erbtheilung zukommen/ dem Lehnherrn des Orts/vermöge der Rechte / weil ihr in der ersten investitur mit begriffen / Lehngeld zu geben nicht schuldig/ihr seyd aber gleichwol den Lehnherrn zu recognosciren und dem Schreiber sein gewöhnlich Einschreibgeld zu erlegen pflichtig/ V.R.W.)

Et in causa Michaelis Seifferts zu Weißenfels/Mens. Majo Anno 1636.

Definit. XXIV.

Mortuo uno coherede ante divisionem, ex acquisitione portionis defuncti, reliqui coheredes ad præstationem Laudemii haud sunt obstricti.

1 CEssat propterea laudemium in divisione, quod
coheredes stante communione, in qualibet he-
reditatis parte Domini habeantur, ac in priori in-
vestitura adhuc comprehensi videantur. *Defin. præ-*
2 *ced.* † Ex quo facilis est responsio ad quæstionem
hanc: *An uno ex coheredibus communione durante*
mortuo, reliqui proportione illa hereditatis,
quam à defuncto nanciscuntur, Laudemium præsta-
3 *re teneantur?* † Etenim, quia dominium hoc casu
inter eos separatum & divisum non est, nec etiam
investitura prima ante divisionem rupta & extin-
cta, *l. si testamento 2 ff. de condit. inst. l. 46. ff. de rit.*
4 *nupt.* † utique nec per acquisitionem portionis de-
functi coheredis, personæ immutantur, adeoque &
solutio Laudemii merito cessabit, *l. ult. C. de jur.*
Emphyt.

Ita Domini in causa Georgii Balthasari & Johannis Bernhardi à Fitzschers/Mens. Dec. Anno 1630. (Verba sent. Und es hat sich begeben / daß unter denen Kindern und sämmtlichen Miterben eines und das ander verstorben/ &c. Da nun solches / ehe und zuvor sie sich in der Eltern Güter getheilet/geschehen wäre / so möchten die überlebende Kinder wegen der Verstorbenen Antheile / weil sie nochmals in gesammter Belehnung der Väterlichen Güter gewesen/Lehnwahr zu geben nicht angehalten werden/ V.R.W.)

In causa Christophori Trutenbachs zu Wißleben / Mens. Mart. Anno 1561.

Et in causa Georgii Eibeners zu Gaschwitz / Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent. Und ehe und zuvor ihr euch mit einander getheilet/seynd eure Miterben Todes verstorbē/ also daß euch bemeldte Aecker allein anheim gefallen / &c. So möget ihr/ gestalten Sachen nach/weil ihr in voriger Belehnung alle wege verblieben/einige fernere Lehnwahr abzustatten nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definit. XXV.

Debetur ex divisione Laudemium, quando uni ex heredibus fundus, alteri verò ejusdem æstimatio adjudicatur.

Quid autem, si divisio inter liberos coheredes ita 1
fiat, ut fundus totus totaq; hereditas paterna
in eo consistens, uni soli adjudicetur, qui postea reli-
quos in pecunia, aliisve rebus compensare necesse
habeat? † Sanè nec tùm Laudemium deberi, arbi- 2
trari quis posset ex traditis *supr. Def. 23. & 24.* quia
scil. stante communione, coheredes ante divisionem
in prima investitura videntur adhuc comprehensi, † 3
illorumq; dominium solidum est in qualibet hereditatis parte pro indiviso, *l. illud. 46. ff. de rit. nupt.*
l. si testam. 2. ff. de cond. instit. l. rectè. 25. §. 1. ff. de V. S.
Unde fit, † quod hujusmodi adjudicatio, in ipsa di- 4
vision e facta vera alienatio non sit, quippe quæ est
acquisitio illius, quod antea ullo modo nostrum
non fuit: † Nec ratione Domini is, cui fit adjudi- 5
catio, extraneus haberi potest, quia in solidum hoc
casu defunctum repræsentare dominoque ad Cano-
nis pensitationem obligatus censetur, *arg. l. 1. §. 1. in*
fin. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. Salycet. *in*
l. e. á lege 3. C. de condict. ob caus. n. 17. † Eamq; sen- 6
tentiam acriter propugnat Georg. Frantzk. *in tract.*
de laudem. c. 8. n. 59. & seqq. Quam quidem contes-
ferim, † si de mente contrahentium, quod à divisio- 7
ne neutiquam recedere voluerint, expressè appare-
at, ut rectè limitat Hart. Pist. *p. 1. q. 50. n. 57.* † Alio- 8
quin in contrarium est Dd. communis opinio, quod
scilicet hoc casu is, cui facta est adjudicatio, Laude-
mium omninò persolvere teneatur, Jas. *in l. qui*
Romæ 122. §. duo fratres 6. ff. de V. O. col. pen. in fin.
Re nh Bachov. *exerc. 98. adversus* Ant. Fab. *c. 9. n. 2.*
Mod. Pist. *part. 1. q. 37. in fin.* Amed. à Pont. *q. 25. n.*
6. Cephal. *cons. 195. per tot.* Hartm. Pist. *d. q. 50. n. 56.*
Matth. Coler. *part. 1. decis. 33. n. 35.* † Quæ opinio vi- 9
detur confirmari ab Illustrissimo Saxon. Elect. *in*
Const. *publicè non edita* von der Lehnwahr. §. ausserhalb dieser Fälle/ quæ in divisione eatenus laudemii exactionem prohibet, † quatenus singuli co- 10
heredes portionem, ex bonis paternis sibi assignatam, post factam divisionem possident. Ex quo se-
quitur, † Laudemium peti posse, si non singuli, sed 11
unus saltem bona paterna possideat, æstimatione reliquis adjudicata. † De quo certè minus dubitan- 12
dum, si intentio & mens coheredum inspiciatur,
quæ omninò attendi debet, *l. si quis 4. l. non omnis*
19. ff. si cert. pet. at. † Non enim putandum est, here- 13
des hoc modo dividere potius, quàm vendere bona
paterna voluisse, postquam hoc casu è natura divi-
sionis multum receditur, aliudq; negotium contra-
hitur, *arg. l. 1. C. commun. utriusq; jud.* Hartm. Pist.
dict. q. 50. n. 56. † Quin potius tacitè videtur hoc ca- 14
su facta divisio, quam demum sequitur venditio vel
alienatio in coheredem, qui ceu novus possessor ad
executionem laudemii omninò est obstrictus, *l. ult.*
C. de jur. Emphyt.

Ita Domini in causa Curt Ernsts von Berlepsch zu Uhrleben/Mens. Febr. An. 1621. (Verba sent. Und es haben sich die Kinder in die Väterlichen Güter dergestalt vertheilet/ daß

daß das Gut der einen Erbin und Tochter allein verblieben/wogegen ſie die Miterbin mit andern Gütern abfinden ſoll/ꝛc. So iſt bemeldte Erbin ſich der Lehnwahr halben mit euch gebührlichen abzufinden ſchuldig / und ihr mögt euch mit dem bloßen Schreibeſchilling allein abweiſen zu laſſen nicht gedrungen werden/V.R.W.)

Definit. XXVI.

Solvere tenetur Laudemium heres, qui poſt diviſionem factam, alterius coheredis portionem emit.

1 MUltò magis autem obſtrictus erit heres ad præſtationem Laudemii, ſi poſt factam diviſionem, aliorum coheredum portiones emerit, alio-
2 ve modo acquiſiverit: † de quo forſan non facilè quispiam dubitaverit; quum diviſione factâ coheres habeatur pro extraneo, & ruptâ inveſtitura per diviſionem, acquiſitio pro parte alterâ nova cen-
3 ſeatur, Georg. Frantzk. *de laudem. cap. §. n. 56.* † Quod certè haud parum confirmatur jure Saxonico feudali, quo factâ diviſione inter fratres, ita vide-
4 tur rupta ſimultanea inveſtitura per diviſionem, † ut mortuo uno, alter, niſi denuo ſe reinveſtiri in portione fratris petierit, jus nullum ſuccedendi habeat, *c. 32.* Lehnrecht/*verſ.* Wañ ſie ſich aber alſo theilen/Conſt. Elect. *45. §.* Gleicher Geſtalt/*part. 2.* Hartm. Piſtor. *part. 2. qu. 19. n. 89. & qu. 20. n. 33.* Andr. Rauchbar. *part. 2. qu. 21. n. 19. & ſequentib.* Schurff. *cent. 1, conſil. 66. n. 12.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Wolffens von Gleichen/ Menſ. April. Anno 1650. (Verba ſent. Haben zween Brüder in ihres Vatern Güter ſich vertheilet / worauff der Jüngſte dem Eltiſten die liegende Gründe umb 200. fl. wiederumb abgekaufft/ ꝛc. So ſeyd ihr von Käuffern ſolcher Güter wegen Lehnwahr zu fodern wol befugt/ V.R.W.)

Definit. XXVII.

Haud ſolvendum eſt Laudemium, ſi pater in ultimâ diſpoſitione uni ex liberis pro certo pretio fundum aſſignaverit.

1 LAudemium deberi, ſi pater vendat Emphyteuſin liberis ſuis, alioquin ſibi ab inteſtato ſucceſſuris, aſſerit Andr. Tiraquell. *de retract. §. 32. Gloſſ. un. n. 46.* quod & placet Surdo *dec. 343. n. 7.*
2 † Rectiſſimè ſanè, quia hoc caſu pater in filios tanquam extraneos, ſolius pretii & recompenſationis intuitu rem transfert. Ergò vel ex mente contrahentium præter venditionem nihil aliud actum apparet,
3 † ut mirum haud videri queat, in hoc caſu venditio-
4 nis laudemium exigi, *l. ult. C. de jur. Emphyt.* † Aliud verò dicendum, ſi pater liberis Emphyteuſin donet: Quæ donatio ſi aliud ex contractis haud conſtet,
5 non tàm acquiſitio ex parte donatarii, † quàm debitæ ſucceſſionis præoccupata quædam perceptio eſt, *arg. l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſthum. l. 1. §. largius. 12. ff. de ſucceſſ. edict. junct. l. ſcripto 7. §. 1. ff. Unde liber.*
6 Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 71. n. 1.* † Adeoq; liberi in donatione hâc pro extraneis reputari non poſſunt, cùm & aliàs, ſi pater filio ſtipuletur, idque ob merita ipſius ſe facere dicat, filiationem magis, quam merita reſpexiſſe dicatur, & ita filio tanquam filio, non tanquam extraneo ſeu bene merito ſtipulatum fuiſſe Dd. velint, ſecundum tradita Tiraquell. *ad l. ſi unquam 8. verb. donatione largitus n. 73. C. de rev. donat.* Jaſon. *in l. quod dicitur 86. ff. de V. O.* † Non magis etiam Laudemium de- 7
bebitur, ſi in ultimâ quadam diſpoſitione parens uni ex liberis pro certo pretio fundum aſſignaverit. Nempe † quod & tùm pater liberis ut liberis pro- 8
ſpexiſſe, & non tàm vendidiſſe, quàm ex partibus inæqualibus diviſionem quaſi feciſſe videatur, maximè ſi intuitu ſucceſſionis hoc ipſum egiſſe vel ex verbis, vel aliis etiam circumſtantiis appareat, † 9
quod quidem in dubio ſemper fieri, aſſerit Molin. *in Conſuet. Pariſ. §. 27. numer. 1.*

Ita Domini in cauſa M. Andreæ Cottens, Paſtoris zu Laußig / Menſ. Dec. Anno 1633. (Verba ſentent. Hat Chriſtoff Umlauff in beyſeyn dreyer Zeugen ſeines Gutes wegen unter ſeinen Kindern Verordnung gethan / und daſſelbe ſeinen beyden Töchtern umb 1000. fl. zuſchreiben laſſen / auch darneben ihnen etwas vor den andern Erben zu voraus vermacht / ꝛc. So ſeyn bemeldte Töchter von dem Väterlichen Gute / geſtalten Sachen nach / einiges Lehngeld zu geben nicht verpflichtet / V. R.W.]

Definit. XXIIX.

Non perſolvendum eſt Laudemium, quando fit mutatio in perſonâ Domini.

COmmunis & vera eſt Dd. ſententia, quod Domino vel ejus heredi Laudemium non ſolvatur, ſi ipſe mutatus ſit vel per ſucceſſionem, ſi fuerit mortuus, vel per contractum, ſi jus directi dominii à ſe alienaverit, Georg. Frantzk. *de Laudem. cap. 7. n. 160.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 33. n. 36.* Hartm. Piſt. *part. 1. q. 50. num. 60.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 37. n. 8.* † Quæ opinio in ter- 2
ris Electoratus Saxonici expreſsâ ſanctione Electorali fuit confirmata *in ſæpius allegatâ* Conſtit. Von der Lehnwahr. *verſ.* Wann der Lehnherr ſtirbt/ oder das Gut verändert / oder ſeine Kinder ſich theilen/ſo ſoll keine Lehnwahr gefodert/ oder gegeben werden / ꝛc. † Solvitur namque Laudemium 3
pro inveſtiturâ & inductione in poſſeſſionem emphyteuſeos realem, Guid. Pap. *dec. 101. n. 3.* Jaſon. *in l. ult. n. 68. C. de jur. Emphyt.* Affict. *in cap. 1. §. illud quoque n. 6. de prohib. Feud. alien. per Frider.* † in 4
recompenſam nempe laboris, quem Dominus patitur novum Emphyteutam in actualem poſſeſſionem inducendo, Surd. *dec. 31. n. 8. latiſſimè* Ant. Fab. *decad. 95. Error. pragm. 3. p. 698. & Error. 5. pag. 707. Error. 6. pag. 714. & ſeqq.* † Atqui non invertit 5
poſſeſſionem Emphyteutæ Domini mutatio: Meritò ergò ſolutio Laudemii hoc caſu ceſſabit, & tenebitur novus Dominus, ſi velit retinere dominium & recognitionem rei Emphyteuticæ, ipſi renovare inveſtituram absque Laudemii præſtatione, Coler. *dict. deciſ. 33. n. 37.* † Sicuti & præſtatio Laudemii 6
ceſſat, quando ipſemet Dominus directus ab Emphyteuta fundum Emphyteuticum emerit, Jaſ. *in dict. l. ult. n. 43. C. de Jur. Emphyt.* Amed. à Pont. *q. 22. in pr.* Vincent. *de* Franch. *deciſ. 201. n. 2.* † Quia 7
Laudemium ab emptore ſolvitur, qui hic eſt

ipse Dominus, & proinde sibi ipsi debitor esse nulla
8 ratione potest, *l. 71. ff. de fidejuss.* † Quò & facit *dict.* Const. Saxon. Von der Lehnwahr / *circa fin. vers.* Wann von dem Lehnherrn das Erbzinsgut oder Lehn gekaufft wird / so gebühret ihm auch
9 keine Lehnwahr/ꝛc. † Planè aliud dicendum erit, si alii adhuc condomini existant, secundum Amed. à Pont. *q. 23. n. 10. & seqq.* Georg. Frantzk. *dict. c. 7. n. 142.*

Ita Domini in causa Civium quorundam zu Marck-Ranstadt/Mens. Febr. An. 1632. (Verba sent. Ob gleich Lucas von Zwemern/von welchem ihr etliche Felder zur Lehn habet/Todes verfahren / und seine Güter auff seine Söhne bracht und verfället/ꝛc. So möget ihr doch denenselben einige Lehnwahr zu entrichten beständiger Weise nicht angehalten werden/V.R.W.)

Et in causa VVigands von Taubenheimb/Mens. Sept. Anno 1612. Aber Lehnwahr ist der Zinsmann in dem von euch angezogenen Fall / wann nemlich der Besitzer des Guts als Lehn- und Zinsherr verändert wird / davon zu geben nicht verpflichtet/V.R.W.)

In causa Achatii à Lindenau/Mens. Jun. Anno 1585.

Et in causa Gotthard Plätzers Lehens-Erben zu Stürmthal/Mens. April. Anno 1635.

Ità Dominiin eadem causa Civium in Marck-Ranstadt/ Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sentent. Es wäre dann durch eine zu Recht beständige Gewonheit des Orts ein anders hergebracht / und über Rechtsverwährte Zeit iedesmahl/wenn der Lehnherr verstorben / unverbrüchlich gehalten worden / daß die Lehnleute auch in solchem Fall Lehnwahr entrichten müsten / So wäret ihr dieselbe auch ietzo abzustatten schuldig/V.R.W.)

Et in causa Johann Vetzers & Consortium zu Leipzig/ M. Mart. Anno 1628. (Verba sent. So ist der Lehnherr Lehnwahr zu fodern nicht berechtiget / er könte dann wie zu Recht darthun und erweisen/daß durch eine beständige Gewonheit ein anders bey ihme eingeführet / und über Rechtsverwährte Zeit unverbrüchlichen also gehalten worden wäre/daß man nemlichen von Tausch-Contracten Lehnwahr entrichten müssen / dessen genösse er auff den Fall billich/V.R.W.)

Definitio XXIX.

In materia Laudemiorum consuetudo cujusque loci potissimum attendi debet.

1 VEra sunt ea omnia, quæ hactenus de præstatione Laudemiorum dicta fuere, de jure com-
2 muni *ex l. ult. Cod. de jur. Emphyt.* † quæ hâc in materiâ Cynosura habetur secundum Dd. eatenus nempe, quatenùs consuetudine cujusq; loci aliud
3 introductum non est: Alioquin, † si aut communiter aut separatim Laudemium etiam pet heredes, item in permutationibus aut emptionibus (quibus mediantibus mutatur persona Domini) tempore tanto exactum fuerit, quo præscriptio inducatur, tunc subditi, qui patientiâ suâ talibus petitionibus acquieverunt, deinceps illud præstare tenentur, Matth. Coler. *part. 1. decis. 33. num. 38.* Jac. Schult.
4 *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. quæst. 37. num. 10.* † Nam ut in plerisque aliis, ita & in Laudemiis persolvendis consuetudo potissimum attendi debet, Hartman. Pistor. *lib. 1. qu. 50. n. 62.* Ant. Fab. *in Codic.*
5 *lib. 4. tit. 42. defin. 29. num. 3.* † Quod & satis expressum *in* Constit. Elect. Saxon. Von der Lehnwahr *in pr. vers.* und da vermöge der Gewonheit nicht könte ausgeführet werden / in was Fällen die Lehnwahr zu geben oder zu fodern/ und also derowegen Zweiffel vorfiele / So soll also dann Innhalts gemeiner Rechte hierinnen/ auff solche Meynung gesprochen werden / ꝛc. *Et in verb. final.* Jedoch/daß in solchen Fällen allen die Gewonheit / wie obstehet / sonderlich in Achtung gehabt / und nach derselben gesprochen werde/ ꝛc.
6 † Standum itaque est in hâc materiâ juri commu-
7 ni, donec consuetudo peculiaris probetur. † Nam quia consuetudo facti est, *cap. 1. de Constit. in 6to* probationem exigit, Cyn. *in l. 2. n. 19. & ibi* Bartol. *n. 29. Cod. quæ sit long. consuet.* Schult. *dict. loc. n. 11.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 31. n. 14.*

Definit. XXX.

Probatâ licet consuetudine, quod liberi heredes conjunctim omnes pro successione solvant Laudemium, ex divisione tamen postea à singulis id denuò petere non licet.

STante ac probatâ consuetudine, quod liberi he- 1
redes omnes conjunctim pro successione Domino Laudemium solvere teneantur, (die gesammte Lehnwahr) quam consuetudinem valere, dixi 2
supr. Defin. 22. quæritur, † si illi postea bona paterna vel emphyteusin inter se dividant, an singuli denuò pro suis portionibus ad præstationem Laudemii (der sonderbahren Lehnwahr) sint obligati, & 3
ita duplex solvi debeat Laudemiũ? † Certè si cõsuetudine id ipsum specialiter fuerit introductũ, dubiũ nõ est, quin & tum ex divisione exigi queat Laudemium (die sonderbahre Lehnwahr) secundum dicta *Defin. præced.* † Verùm id potissimum hîc contro- 4
vertitur, *an probata consuetudo Laudemii pro investiturâ conjunctâ*, der gesammten Lehnwahr / *obliget heredes ad præstationem Laudemii ex divisione*, der sonderbahren Lehnwahr? Quod rectissimè negant Dd. communiter, Matth. Coler. *part. 1. decis. 33. n. 41.* Modest. Pistor. *part. 1. qu. 37. & ibi* Jac. Schult. *in addit.* Georg. Frantzk. *de Laudem. cap. 8. n. 118.* Matth. Wesenb. *consil. 186. num. 47. junct. n. 18.* † Præterquam enim quod Laude- 5
miorum præstatio habeatur odiosa, consuetudo est strícti juris, † quæ in individuo non probata ad ca- 6
sus alios & similes neutiquam extendi debet, *arg. l. quod non ratione 20. ff. de legib.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 2. defin. 45. num. 19.* † Remanet ergò 7
hic passus quoad præstationem Laudemii separati, der sonderbahren Lehnwahr / in terminis juris communis, quo nullum hoc casu præstandum est Laudemium, *supr. Defin. 23.*

Ita Domini in causa Nicolai Moschers zu Neumarck/ Mens. Jul. Anno 1627. (Verba sentent. Wann gleich des Orts durch beständige Gewonheit eingeführet worden / daß nach Absterben des Erbzinsmanns dessen Kinder die gesammte Lehnwahr geben müssen / ꝛc. So seyn sie doch dahero / wann sie sich hernach unter einander in die Väterlichen Güter theilen / auch die sonderbahre Lehnwahr (wofern solche nicht in specie durch

durch eine beständige Gewohnheit eingeführet worden) zu entrichten nicht verbunden/ V. R. W.]

Definit. XXXI.

Non præstatur Laudemium ab Usufructuario ratione Ususfructus aut dotalitii.

1 LAudemia quidem, si qua durante Usufructu obveniant, ad fructuarium pertinent, sunt enim in fructu dominii directi, Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. emphyteusis qu. 23. num. 5.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 46. num. 1.* Hartm. Pistor. *part. 1, quæst. 50. num. 5. ubi plures allegat* Moller. *4. semestr. 5. n. 5.* 2 † At si præstanda sunt, hoc onere neutiquam Usufructuarius, aut vidua, quæ dotalitium habet, gravari debet: Ratio hujus rei sat manifesta est, 3 † quia Laudemium debetur pro Investiturâ seu inductione in possessionem & utile dominium, *l. ult. C. de jur. Emphyt.* 4 † Ergò præstandum à Domino utili, non ab usufructuario, qui nec dominus est, nec de utili dominio investitur, *l. pen. ff. de acq. poss. l. uti-frui 5. ff. si usufr. petat.* Ant. Fab. *dict. defin. 46. n. 5.*

Ita Domini in causa Barbaræ à Gräffendorffin/ Mens. Junio, Anno 1632. [Verba sentent. Ob nun wol der von Reichard verstorben/ und seine Wittib des Ususfructus und Leibgedinges sich angemasset/ &c. So ist sie doch dahero das Lehngeld abzustatten nicht verpflichtet/ V. R. W.]

Et in causa Philippi Boleyens zu Naumburg/ Mens. Dec. Anno 1620.

Definit. XXXII.

Ex bonis feudalibus haud persolvendum est Laudemium, nisi peculiari quâdam loci consuetudine aliud sit introductum.

1 NOn solùm in Emphyteuticis, sed etiam censiticis seu censualibus bonis, vulgò Bauer- oder Erb-Gütern/ jus Laudemiorum itidem longævâ consuetudine constitutum est, propter sum- 2 mam affinitatem, † quam cum bonis Emphyteuticis habent, propter quam vix apparere potest, uter contractus celebratus intelligatur, nisi in instrumento id expressum fuerit, *supr. Defin. 1.* Georg. 3 Frantzk. *de laudem. cap. 4. num. 45.* † At *quid de bonis feudalibus habendum?* Sanè plurimorum locorum consuetudine invaluit, ut & in feudis Domino debeatur Laudemium, propter affinitatem nempe, quam cum Emphyteusi feudum habet, Molin. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 33. num. 1.* Joh. Schnei- 4 dew. *de feud. part. 5. num. 61.* † Quam consuetudinem valere, modò sub quantitate moderatâ sit inducta, nec ad casus non expressos extendatur, tradunt Feudistæ communiter, quos refert & sequitur Rosenth. *in synops. feud. cap. 6. concl. 66. numer. 5.* Modest. Pistor. *p. 1. quæst. 37. numer. 10. & seq.* Frantzk. *dict. cap. 4. numer. 17.* 5 † Quapropter, petens Laudemium ex alienatione rei feudalis, illius exigendi jus longâ consuetudine 6 obtentum probare debet. † Alioquin enim de jure communi feudali, nullum prorsus laudemium debetur, sed investitura gratis facienda est, Frantzk. *dict. cap. 4. num. 9.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 50. num. 61.* 7 † Veluti etiam jus commune hoc casu in Saxoniâ observatur, nec de moribus harum terrarum ex feudo deberi Laudemium testatur Joh. Schneidew. *dict. loc.* ubi inquit: In his terris non est talis consuetudo, Allein daß man aus der Cantzeley die Lehnbriefe lösen muß/ und nicht dem Herrn/ sondern der Cantzeley etliche Gülden giebt/ welche man auch pfleget Lehnwahr zu nennen/ 8 † sed abusivè ac minus propriè, quia verum Laudemium ipsi Domino directo solvitur, Wehner. *in observ. pract. verb.* Hand-Lohn/ *col. 2.* 9 † Quò & facit Const. Elect. Saxon. von der Lehnwahr/ *circa fin. vers.* Wann das Erbzins-Gut ein Mann-Lehn ist/ so gibt man davon/ wann es ererbet wird/ kein Lehngeld.

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris Delitiani, Mens. Febr. Anno 1612. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch zweifelhaftig/ ob berührtes Lehn-Gut für ein recht frey Mann-Lehn-Gut zu achten/ weil man davon vermöge des Recognition-Zedels Lehnwahr entrichtet/ so man sonsten von rechten Lehn-Gütern nicht zu geben pfleget/ &c.]

Et in causa David Meyers zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1628. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch in Lehn-Briefen ausdrücklichen zu befinden/ daß die Lehnwahr von dem Lehnmann entrichtet werden soll/ &c. So wird bemeldtes Stück Gut vor kein recht Lehn/ sondern vor Zinsgut/ billich gehalten/ V. R. W.]

Et in causa des Raths zu Crossen/ Mens. Februar. Anno 1635.

Definit. XXXIII.

Venditor tenetur restituere emtori Laudemium exsolutum, si hoc ipsi ante venditionem contractam non manifestaverit.

INdubitati juris est Laudemiorum solutionem 1 ad emptorem spectare, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 50. num. 4.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 33. num. 4.* Amed. à Pont. *q. 9.* Jul. Clar. *§. Emphyteusis. quæst. 23. num. 4.* Dan. Moll. *lib. 4. semestr. 4.* † 2 Quia non venditor, sed emptor, recognoscendus est in Emphyteutam: Ergò & ab eo Laudemium exigendum, † quod solum pro investiturâ factâ & 3 recognitione debetur, *l. ult. C. de jur. Emphyt.* Quod tamen non aliter accipi velim, † quàm si em- 4 ptor sciens rem venditam, oneri Laudemiali subjectam, emerit; Alioquin sanè iniquissimum esset, emptorem ignoranter Laudemii onere gravari. † Existimaverim ergò, competere ipsi regressum 5 adversus venditorem ad recuperationem Laudemii exsoluti, si hic tacuerit, nec de onere Laudemii emptorem fecerit certiorem, *per text. in l. quæro 58. de ædil. edict.* Alexand. *consil. 14. n. 8. vol. 5.* Georg. Frantzk. *de Laudem. cap. 16. n. 150.*

Ità Domini in causa Esaiæ Wagners zu Auerbach/ Mens. Mart. Anno 1622. [Verba sentent. So viel aber die ausgezahlte Lehnwahr anbelanget/ weil Verkauffer bey dem Kauff nicht vermeldet/ daß dem Lehnherrn der zehende Pfennig von bemeldtem Hause zur Lehnwahr gebühret/ so ist er euch als Käuffern derowegen Erstattung zu thun schuldig/ V. R. W.]

DEFINIT. XXXIV.

Bona in dubio potius allodialia sive emphytentica, quàm feudalia præsumuntur, etiamsi Cappones canonis nomine solvantur.

1 COmmunis Interpp. Regula est, bona in dubio præsumi potius allodialia, h. e. Censitica vel Emphyteutica, quàm feudalia, ut est *text. in c. 2. ubi* Dd. *si de feud. defunct. controv. fuer. int. dom. & agnat.* Bald. *in l. libertas 4. in pr. ff. de Stat. Homin.* Jason. *in l. si prius 15. col. 42. ff. de oper. novinunciat.* Hartm. Pist. *obs. 175. n. 1.* Decius *cons. 498. & cons. 588.* † Nec sine ratione, quia feudum com-
2 paratur servituti, secundum Gloss. *in l. si cujus 13. pr. vers. si Ususfructus ff. de usufr.* Bald. *in cap. 1. de controvers. investit.* † At quælibet res libera præ-
3 sumitur, nisi servitus probetur, *l. altius 8. C. de servit.* † modò non adsint aliæ præsumptiones, quæ
4 potius suadent, rem esse feudalem, ut benè prædictam regulam limitat Hartm. Pist. *dict. observ. 175. n. 4.* † Tollit enim una præsumtio aliam & fortior
5 leviorem, *l. Divus 7. ubi* Bald. *ff. de in integr. restit. cap. illud 11. extr. de præsumpt.* Jason. *lib. 2. consil. 235. in fin.* † Hinc qui se fundat contra possessorem
6 in qualitate allodiali, eam probare tenetur, quia possessio facit præsumtionem pro possidente, Coler. *de proceß. exec. p. 2. cap. 1. n. 73.* Menoch. *lib. 3. præs. 91. n. 42.* † Non tamen sufficiens præsumtio pro feudo
7 habetur, quod Cappones annuatim de bonis solvantur: Quin potius inde bona præsumi Emphyteutica
8 dixerim, † cùm hodiè sæpissimè Canonis nomine Cappones de bonis Emphyteuticis solvi videamus, dz Kapphäne gezinset werdē/ Rosa *ad* Moll. *hic n. 9.*

Ita Domini in causa Josephi à Landwüst zu Gössewitz/ Mens. Novemb. Anno 1590. [Verba sentent. So hat er seine Güter/ ungeacht daß er von etlichen zwar zween Kapphäne jährlichen gezinset/ auff gedachte seine Töchter als Erbe/ davor sie aus Vermuthung der Rechte geachtet werden/ gebracht und verfället) und ihr habt euch derselben deswegen/ daß sie kein Geld/ sondern allein Kapphäne zinsen/ als Lehen nicht anzumassen/ V. R. W.]

DEFINIT. XXXV.

Non transfertur rei dominium in foro Saxonico, nisi præcedente alienatoris abdicatione, traditio judicialiter facta fuerit.

EXpeditum est in foro Saxonico, quod non va- 1
leat alienatio rerum immobilium extrajudicialis, ut multis in locis tradit Matth. Coler. *part. 1. de proceß. execut. cap. 10. num. 199. part. 1. decis. 16. & decis. 17.* † Sed alienatio judicialis sit, necesse 2
est, facta coram eo judice, cujus jurisdictioni res tradenda est supposita, Coler. *dict. decis. 16. n. 20.* in hunc scilicet finem, † ut dominium rei perfectè ac 3
plenè in emptorem transferatur, Dan. Moll. *ad Const. Elect. 23. & ibi* Reinh. Rosa *n. 16. p. 2.* † Ideoque sola traditio judicialis rei venditæ, donatæ, 4
alióve modo alienatæ dominium transfert, præcedente alienatoris abdicatione sive renunciatione coram judice factâ, (Daß es gerichtlichen auffgelassen/ und Kauffer damit belehnet werde) *per text.* Weichbild/ *art. 20. & art. 60. in fin. lib. 2.* Landr. *art. 30.* Gloss. *in lib. 1.* Landrecht/ *art. 34. lit. A. & lib. 3.* Landr. *art. 4. num. 7.* Jac. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *decis. 279. part. 2.* Petr. Heig. *part. 2. qu. 17. n. 18. & qu. 18. n. 9.* Georg. Frantzk. *de laudem. cap. 5. num. 54.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 64. num. 8.* Andr. Rauchb. *p. 1. qu. 6. n. 34. & seqq. & part. 2. qu. 22. n. 21.* Adde Decis. Elect. *noviss. 61.*

Ita Domini in causa Michael Kleppachs zu Hertzberg/ Mens. Novembr. Anno 1630. [Verba sententiæ: Uber diß auch über bemeldtes von euch erkauffte Haus/ ihr auff-vorgehende des Verkäuffers gerichtliche Auffassung/ die Lehn/ und also das dominium noch zur Zeit nicht erlanget/ &c.]

Et in causa Curt Brinckens zu Quedlinburg / Mens. April. Anno 1627. [Verba sentent. Dieweil ihr aber dennoch das verkauffte Haus in euer Gewehr behalten/ und die Auffassung noch nicht gethan/ dahero benientes Haus anitzo noch euer eigenthümliches Gut ist/ &c.]

CONSTITUTIO XL. PARTIS SECUNDÆ.

Wann Güter dreyssig oder vierzig Jahr um einen jährlichen gleichförmigen Zins besessen/ und vor Laßgüter werden ausgegeben/ der Besitzer aber solches nicht gestehet/ wie es zu halten?

Quid Juris sit, si is, qui bona possidens ultra XXX. vel XL. annos, certamq; & uniformem pensionem quotannis illorum nomine Domino solvens, jure Emphyteuseos se illa possidere dicat, Dominus verò illa repetens, locata esse affirmet?

OFtmals trägt es sich zu/ daß etliche Güter von dem Besitzer/ als Laß-Güter/ die sie ex titulo locati & conducti haben/ gefodert werden; Beklagter gestehet solches nicht/ sondern wendet für/ er und seine Vorfahren hätten die Güter pro uniformi canone, ii. um einen gleichförmigē Zins über 30. Jahr/ Jahr und Tag/ oder länger

FRequenter evenit, ut quis bona repetat ab alio, tanquam quæ ex titulo locati & conducti possideat, is verò id negans, se & antecessores suos pro uniformi Canone ultra 30. annos, annum & diem ea possedisse excipiat, quo casu nisi intentionē suā probet actor, in dubio

gebraucht und innen gehabt / In diesem Fall ist im Zweiffel / da der Kläger sonst nichts gewisses beweiset/vor den Beklagten zu sprechen/ Wañ aber der Kläger so viel darzu gethan und bewiesen / daß solche Güter / die er vor Laßgüter angiebt / anfänglich von ihme oder seinen Vorfahren/umb einen gewissen Zins auff etliche Jahr alleine Mietweise/uñ also als ein Laßgut eingethan/und daß auff solchen Anfang und Contract der Besitzer fort und fort / dreyßig oder mehr Jahr darbey gelassen / So haben in einem solchen Fall unsere Verordnete geschlossen / daß der Besitzer das Gut dem Herrn abzutreten schuldig sey / und könne sich mit der Verjährung nicht behelffen.

Da aber solche Güter einem dritten zukommen/ und derselbige nicht anders gewust/ dann sie wären des vorigen Besitzers eigen gewesen/ und er hätte darauff in solchen Gütern/mit gutem Glauben über Rechts-verwährte Zeit/den Zins dem Herrn gegeben / derselbige hätte sie/ ungeacht da es gleich anfänglich Laßgüter gewesen / verjähret / Auff welches alles Unsere Hoff-Gerichte/Facultäten und Schöppenstüle die Urtheil richten und stellen sollen.

dubio secundum Reum judicandum est.

Si verò ex deductis & probatis ab actore intelligi liquidò possit, quæ petit bona ab ipso vel antecessoribus ejus,reo & antecessoribus ipsius ad annos aliquot certâ mercede locata fuisse, & quod titulo hujus contractus ultra 30. annos,annum & diem, ea possederint, tum præscriptionis exceptione non obstante,ad restitutionem bonorum reum condemnandum Deputati nostri existimârunt.

Quod si verò ad tertium bona pervenerint,& is existimans prioris possessoris propria fuisse, eaq; ultra dictum longissimum tempus bonâ fide possidens pensionem Domino solverit, eum præscriptionis exceptione agentem removere posse, etiamsi ab initio autor ipsius conductionis titulo ea possedisset. Hæc omnia igitur judicia nostra Curialia, Collegia juridica & Scabinatus in concipiendo sententias observent.

DEFINITIONES.

1. Præscriptione temporis longissimi se tuetur possessor præstando Canonem uniformem adversus vindicantem bona locata.
2. Non tamen juvat possessorem præscriptionis exceptio, si actor probet, titulo Locati, bona Reo ab initio fuisse concessa.
3. Non nocet titulus locationis Successori singulari, veluti emptori, quò minus is bona, venditori locata, possidens jus perpetuæ Coloniæ præscribere queat.
4. Præscriptò jure perpetuæ Coloniæ, bona non censitica, sed emphyteutica habentur.
5. Collectas & tributa solvere tenetur Locator, non Conductor.
6. Absolutè concessâ jurisdictione, videtur quoque concessum merum Imperium.

DEFINIT. I.

Præscriptione temporis longissimi se tuetur possessor præstando Canonem uniformem, adversus vindicantem bona locata.

1 BOna locata (Laßgüter) vocantur ea, quæ quis ad certum tempus pro mercede certa solvenda conduxit: Quæ tempore finito, locator ad se recipere, & conductorem ad restituenda ea, nulla unquam temporis præscriptione obstante, compellere potest, *l. 2. & l. 7. §. ult. Cod. de præscript.*
2 *30. annor.* † Secus in bonis censiticis ac Emphyteuticis res se habet, quæ certè possessor numquam amittit, Canonem ac censum solvens, Mynsing.
3 *cent. 3. observ. 64. n. 5.* † ut ita magis è re sit possessoris, bona haberi Emphyteutica vel censitica,
4 quàm locata. † *Quid ergo, si quis per 30. vel 40. annos, bona quædam, eorum nomine in singulos annos certam ac uniformem pensionem solvendo tenuerit, Dominus verò ea repetat, tanquam bona locata*, als Laßgüter? † Pro possessore judican-
5 dum, eumque quamdiu Canonem solverit, à Domino haud expellendum esse, tradit Bald. *in l. malè agitur 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor. num. 4. & in l. omnes 4. C. eod. num. 3.* Hieron. Panschman. *vol. 1. quæst. 22. n. 40.* † Scilicet quod tanto
6 tempore possessor bona illa tanquam Emphyteusin, aut jus perpetuæ Coloniæ præscripsisse censeatur, secundum tradita Franc. Balb. *tract. de præscript. part. 4. princip. quæst. 9. n. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 108. n. 1. & seq.* Trentacinquius *lib. 3. var. resolut. tit. de jur. Emphyt. resolut. 10. num. 1. & seq.* † Quod & Elector Saxon. Illustrissi- 7
mus *h.* Constit. *40.* approbavit *in pr. vers.* Jn diesem Fall ist im Zweiffel/da der Kläger sonst nichts gewisses beweiset/vor den Beklagten zu sprechen/ ꝛc. *ubi* Dan. Moller. *n. 1.*

Ita Domini in causa Nicolai Kirchhoffs zu Weißenfels/ Mens. Junio Anno 1507. (Verba sent. Ob nun wol solche vier Aecker für Laßgut ausgegeben werden/Da ihr aber dennoch dieselbe biß dahero in die 37. Jahr für Erbgut besessen/und auch dafür verzinset und verschosset hättet/ꝛc. So würdet ihr darbey nochmals billich gelassen/ V.R.W.)

Et in causa Johannis Papens & Consortium zu Westeregell/Mens. Octobr. Anno 1599. (Verba sentent. Ist mehr-berührter Klosterhoff auff euch kommen / welchen ihr biß auff diese Stunde im Besitz und Gebrauch gehabt/ davon auch in die 98. Jahr hero der Erbzins entrichtet worden / ꝛc. So mag er vor Laßgut nicht gehalten werden/sondern ihr werdet darbey/ biß so lange ihr durch ordentliches Recht daraus ersetzet / billich geschützet/ V.R.W.)

Et in causa Abbatissæ Monasterii zu Eglen/ Mens. Octobr. Anno 1599.

Definit. II.

Non tamen juvat possessorem præscriptionis exceptio, si actor probet, titulo Locati bona Reo ab initio fuisse concessa.

1 PRæscriptionis ergò exceptio juvat possessorem, quò minus bona locatori condicenti restituere cogatur, scilicet, quod per longissimum tempus canonem solvendo jus perpetuæ Coloniæ vel Em-
2 phyteusin præscripsisse censeatur, *Defin. præc.* †Ergò in bonâ fide possessor constitutus sit necesse est, quum ex dispositione juris Canonici, in foro Saxonico receptâ, nullo unquam tempore malæ fidei possessor præscribere possit, *cap. ult. cap. si diligenti 17. cap. vigilanti 5. Ext. de præscript.* Joh. Schneidevv. *ad pr. Inst. de usucap. n. 20.* Schurff. *consil. 32.*
3 *cent. 1. n. 13.* Heig. *part. 1. quæst. 16. n. 59.* † Sufficit tamen, bonam fidem à possessore allegari, quæ ex cursu temporis longissimi præsumitur, ita ut probatione ejus possessor gravari haud debeat, Coler. *ad cap. ult. n. 39. Extr. de præscript.* Heig. *dict. quæst. 16. n. 55. Vid. supr.* Const. *3. Def. 7.* At quid, † si actor
4 malam fidem possessoris probare velit? Omninò audiendus est, idque tantò magis, quantò facilius mala fides probari potest, conjecturis scilicet & præsumptionibus, de quibus *Vid. supr.* Constitut. *3.*
5 *Defin. 8.* Ac certè probata est mala fides, † si vel apertè cóstet, vel actor sufficienter probaverit, quod bona, quæ actor locata esse dicit, à se vel suis antecessoribus possessori pro certâ & uniformi mercede fuerint titulo locationis concessa. † Quare nec
6 tùm præscriptio quicquam possessorem juvabit, sed ea tanquam locata, nulla unquam temporis præscriptione obstante, actor recuperare & possessorem repellere valet, *l. malè agitur 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Wesenb. *consil. 62. p. 2.* Cravett. *de antiquit. temp. part. 4. §. 5. num. 100.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 7. quæst. 2. num. 14.* Trentacinq. *lib. 3. variar. resolut. tit. de locat. & conduct. resolut. 2. num. 1.*
7 † Quod & placet Saxon. Elector. Constit. *40. in pr. vers.* Wann aber der Kläger. *ubi* Moller. *n. 3.* Er-
8 nest. Cothm. *vol. 2. consil. 79. num. 116. & seq.* † similiter quoque probabitur mala fides ex eo, quod pensio ante effluxum tempus ad præscriptionem sufficiens, fuerit immutata & aucta, quia ex uniformi saltem mercede, per longum tempus præstitâ, mala fides conjecturanda est, ut patet *ex pr. h.* Constit. *40. vers.* Die Güter. *uno uniformi canone.*
9 † In quem finem communiter pensio immutari solet, quò præscriptio interrumpatur, teste observantiâ.

Ita Domini in causa der Vorsteher des Gotteshauses zu Laucha/Mens. August. Anno 1585. (Verba sent. Da Martin Sperlings Erben wie Recht beweisen möchten/ daß ietzt gedachter ihr Vater und sie die halbe Huesse Landes / darvon eure Frage meldet / in die 42. Jahr umb dreyßig Groschen Jährlichen Zinses inne gehabt und gebraucht hätten / so würde ihnen dieselbe umb berührten Zins auch forthin billich gelassen. Ihr möchtet denn beweisen/daß berührte Huesse Landes Martin Sperlingen anfänglichen auff etliche Jahr nur Mietweise eingethan worden sey/ auff solchen Fall wären sie dieselbe/der vorgewandten præscription ungeacht / wiederumb abzutreten schuldig/V.R.W.)

It. in causa Georgii Haubolds à Barbisdorff, Mens. August. Anno 1632. (Verba sentent. Ob nun wol die Besitzere darwider sich mit der præscription zu behelffe vermeynet / da ihr aber dennoch beyzubringen vermöchtet/ daß solche Aecker von euren Vorfahren und Besitzern des Guts Mahlis umb einen gewissen Zins auff etliche Jahr Mietweise und als ein Laßgut oder Laß-Aecker ihnen wären eingethan worden / &c. Auff solchen Fall wären sie berührte Aecker euch wiederumb abzutreten schuldig / und hätten sich mit der Verjährung nicht zu behelffen/V.R.W.)

It. in causa Bernhardi Ludolphi Kannens zu Klöden/ Mens. August. Anno 1635. (Verba sentent. Da aber dennoch/euerm Bericht nach / angeregte Wiese anfänglich / und Anno 1560. Laßgut gewesen / auch zu unterschiedenen Zeiten und noch Anno 1616. der Zins von solcher Wiesen erhöhet / und also über rechtsvermährte Zeit kein gleichförmiger Zins entrichtet worden wäre / &c. So hätte sich auch Hans Richter mit der angezogenen Verjährung nicht zu behelffen/sondern es würde offtgedachte Wiese vor Laßgut gehalten / und wären demnach die Vorstehere der Kirchen selbige Wiese einem andern umb einen höhern Zins auszuthun wohl befugt/ V.R.W.)

Et in causa Nicolai Kirchhoffs zu Weißenfels / Mens. Jun. Anno 1597.

Definit. III.

Non nocet titulus locationis Successori singulari, veluti emptori, quò minus is bona, venditori locata, possidens jus perpetuæ Coloniæ præscribere queat.

FUndatam itaq; intentionem habet locator ad- 1
versus possessorem, repetens bona locata, ad impugnandam præscriptionem, si titulum locationis probare queat, *Defin. præced.* † sive possessori sive ejus parentibus vel antecessoribus, quibus ille 2
jure hereditario successit, bona fuerint locata, *hâc* Const. *40. verb.* Dem Besitzer oder dessen Vorfahren umb einen gewissen Zins / &c. † Nil tamen 3
juvat locatorem probatio locati ad impugnandam præscriptionem, si hâc singularis successor, veluti donatarius aut emptor, sese tueri velit: † Etenim 4
bona locata si ad tertium titulo venditionis, vel donationis &c. pervenerint, isque existimans prioris possessoris propria fuisse, eaque ultra longissimum tempus bonâ fide possidens pensionem Domino solverit, præscriptionis exceptione agentem removere poterit, etiamsi ab initio autor ipsius conductionis titulo ea possedisset, *h.* Const. *14. §.* Da aber solche Güter. † *Melior ergò, inquies, conditio erit* 5
singularis successoris, quàm universalis, scilicet heredis? Omninò; Nec sine ratione juris: † Non 6
enim ut heres defuncti, sic emptor venditoris personam repræsentat, neque ut heres in jus universum, sed in rem duntaxat singularem succedit, *l. 24. ff. de V. O. l. 62. ff. de reg. jur.* † Adeoq; singulari suc- 7
cessori malâ fides antecessoris obesse non potest, † 8
si modò à suâ personâ Usucapionem incipiat, *l. 5. ff. de diverf. præscript. temp. l. 13. §. 4. de acq. vel amitt. poss.*

Ita Domini in causa Nicolai Hanemans zu Neumarck/ Mens. Majo Anno 1628. (Verba sententiæ: Wann gleich euer Vorkäuffer die vier Aecker Landes / so ihr ihme umb ein gewisses Geld abgekaufft / als Laßgut innegehabt; Da ihr aber dennoch nicht anders vermeynet/ als daß solche Aecker Erbzinsgut wären / dieselbe auch über rechtsvermährte Zeit also besessen und den Erbzins davon

davon abgestattet hättet/ꝛc. So würden sie euch als Erbzinsgüter und bona Emphyteutica nochmals billich gelassen/und ihr möchtet sie dem locatori wieder abzutreten nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definit. IV.

Præscripto jure perpetuæ Coloniæ, bona non censitica, sed emphyteutica habentur.

1 EX prædictis hoc resultat dubium, *an præscripto jure perpetuæ coloniæ*, juxta *h.* Const. 40. §. Da aber solche/ *vers.* derselbige hätte sie/ꝛc. *bona, quæ locata esse desiêre censitica, an verò Emphyteutica*
2 *sint judicanda?* † Prius placet Dan. Moller. *hic n. 4.* propterea quod bona in dubio censitica potius, quàm Emphyteutica præsumantur, secundum
3 tradita Const. *39. p. 2. & ibi Defin. 8.* † Sed sequitur solum illa Constit. de concesione bonorum inter vivos factâ, quæ propterea pro censiticis tùm habentur, quod Dominus mentem suam expresius non declaraverit, pro quibusnam bonis ea habere
4 velit, † ut sic meritò in dubio contra eum fieri debeat Interpretatio, *l. veteribus 39. ff. de pact.* Alia
5 verò ratio est præscriptionis, † quæ, quia per se est odiosa, extensionem seu latam interpretationem neutiquam admittit; sed strictè accipi debet de eâ solummodo re, quæ illi juri, cõtra quod præscribitur, proximè cõvenit, per tradita Frãc. Bald. *de præscript.*
6 *part. 2. princ. qu. 2. n. 11.* † Dixerim ergò, bona hoc casu Emphyteutica potius, quàm Censitica haberi, cũ
7 Matth. Berlich, *part. 2. concl. 48. n. 9.* nõ solùm, † quia contractui locationis-conductionis nihil tam simile est, quàm Emphyteusis, §. *adeo autem. 3. ubi* Schneidevv. & Dd. *comm. Inst. de locat. conduct.* †
8 Sed & quod post longissimi temporis spacium præsumatur Colonus jure Emphyteuseos possidere, Jason. *in l. 2. n. 155. C. de jur. Emphyt. ut dicit, ita* Dd. *magis communiter tenere omnes*, Ernest. Cothman. *vol. 2. consil. 79. n. 113. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. So würden euch solche Güter als Erbzinsgut und bona Emphyteutica nochmals billich gelassen/V.R.W.)

Et in causa der Frau Abtißin zu Eglen / Mens. Oct. Anno 1599. (Verba sent. So erscheinet daraus so viel/daß solcher Contract mehr pro contractu Emphyteuseos, als Locationis billich gehalten wird/ꝛc.)

Definit. V.

Collectas & tributa solvere tenetur Locator, non Conductor.

1 NOn certè desunt, qui locatorem à tributis & collectis, aliisque oneribus realibus eximunt, eaque conductori imponenda arbitrantur eò,
2 quod fructus conductor percipiat, † quem propterea & oneribus gravari jubeat æquitas, *l. Imperatores 7. ff. de publican.* Glos. *in l. 1. vers. fructus C. de annon. & tribut.* Alvar. Valasc. *de jur. Emphyt. quæst. 17. num. 26.* Vinc. Caroc. *in tract. de locat. part. 2. tit. de collect. num. 7.* † Sed procul 3
dubio periculosa, nedum falsa est hæc Dd. assertio, vel ex proprio eorum fundamento, quod percipiens fructus teneatur ad tributa & onera realia: † 4
Nam postquam Dominus locavit fructus & pro fructibus pensionem accepit, procul dubio ipse fruitur, non Conductor, † quia pro fructibus Co- 5
lonus solvit pecuniam, quæ fructuum vicem sustinet, ac reverâ is frui videtur, qui vel re fruitur, vel rem locat pro pensione, † ut est textus elegans *in* 6
l. non utitur 38. & l. quia 39. ff. de Usufruct. † Adeo- 7
que & meritò Locator ad onera & tributa tenebitur, ut rectè sentit communis Dd. schola, Joh. Gars. *de expens. & meliorat. cap. 14. n. 18.* Jason. *in l. fructus 7. num. 14. ff. solut. matr. & in l. 1. num. 30. & 32. C. de jur. Emphyt.* Natta *cons. 409. n. 3. & seq.* Joh. Harppr. *in pr. n. 91. Inst. de locat. & conduct.* † 8
quod tantò magis verum est, quantò certius, tributa, census & collectas ab iis solvi, qui rem jure proprio possident, *arg. l. hi penes quos 4. ubi* Bartol. *C. de agricol. & censit. lib. 11.*

Ita Domini in causa Christinæ, Viduæ Johannis Sebichs & Johannis Wolfframbs zu Rotleben/ Mens. Jul. Anno 1628. (Verba sententiæ: Und ihr habet von gedachten Laßfeldern viel Steuren und Beschwerungen abrichten müssen/ꝛc. So gehet solche Beschwerung über den locatorn, als welchem die Länderey eigenthümlich zuständig ist/billich/und dieweil ihr allbereit obangeregte Steuer vorgeschossen/seyd ihr dieselbe an denen Zinsen / so ihr Jährlichen entrichten müsset/wiederumb abzukürtzen wol befugt/V.R.W.)

Definit. VI.

Absolutè concessâ jurisdictione, videtur quoq; concessum merum Imperium.

1 SÆpè accidit, ut titulo locati, investituræ, aliôve modo cõcedatur alicui jurisdictio indefinitè, ubi controverti solet, *an etiam merum videatur concessum Imperium, si de hoc in literis concessionis haud expressa fuerit facta mentio?* † Quod omninò 2
affirmandum arbitror cum Matth. Wesenb. *consil. 95. n. 13. & seq.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 1. n. 156.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 97. n. 39.* † Ne scilicet confusio jurisdictionum oriatur, 3
contra *l. 23. C. de testam.* † Ac imputet sibi locator 4
aliusvè concedens, quod legem contractui non dixerit apertiorem, ut proin merito fiat contra ipsum interpretatio, *l. 39. ff. de pact. l. ult. C. de dot. promiss.* † Minus verò dubium id habet in concesione ju- 5
risdictionis à Principe factâ, quia beneficia Principis latissimè intelligi debent, *l. beneficium 3. ubi* Jason. *n. 19. ff. de Const. Princip. l. 41. C. de Episc. & Cler.*

Ita Domini ad Consultationem Erasmi Voigtens zu Torgau/Mens. Nov. Anno 1597. (Verba sent. Seyn nun vorgedachtem Ober-Forstmeistern auch die Gerichte auff vorerwehnten Gütern gelichen worden/ꝛc. So ist er/oder nunmehr seine Erben sich zugleich der Ober- und Erbgerichte zu gebrauchen wohl befugt/V.R.W.)

CONSTITUTIO XLI.

PARTIS SECUNDÆ.

Der Grundherr kan zu Nachtheil dem/so das jus pascendi servitutis erlanget/ den Grund und die Leiten nicht umbreissen/ oder zu Acker machen.

Fundum à Domino in præjudicium ejus, qui jus pascendi in eo habet, arari non potest.

SOferrinnen seyn Unsere Verordnete auch einig / und wo solches Umbreissen geschehen/so muß der Grundherr die umbgerissene Felder wieder zu der Weyde liegen lassen / Es wäre denn an deme/daß sonsten der Oerter genug Weyde vorhanden / daß durch solches Umbreissen dem jenigen/welcher die servitut hat / dieselbe nicht geschmälert noch eingezogen / darbey wir es auch bewenden lassen.

ETiam de eo inter deputatos nostros convenit. Ideoque agros hujusmodi aratos, Dominum fundi servientis, pascuos ut reddat, cogendum, nisi locus ille pascuis adeo abundet, ut per culturam illorum juri alterius nihil decedat, quod & nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Dominus in præjudicium ejus, qui jus pascendi habet, fundum arare nequit.*
2. *Nec ager in præjudicium ejus, cui jus pascendi competit, in stagnum commutari potest.*
3. *Ager ad culturam potest reduci, in quo servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges sunt collectæ* (zu offenen Zeiten) *constituta est.*
4. *In dubio servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges collectæ sunt,* (zu offenen Zeiten) *concessa videtur.*
5. *Dominus fundi servientis agrum mutare, & in culturam aliam redigere potest, si reductio non noceat pascuis.*
6. *Prædia in culturam redigi possunt invito eo, cui servitus pascendi cõpetit, si alia relinquantur prædia inculta, quæ ad pastum pecorum sufficiunt.*
7. *Incola pagi, qui tres mansos habet,* (drey Hueffen Landes) *non solùm in suis, sed etiam communibus agris, per proprium pastorem, pecora sua pascere valet.*
8. *Qui servitutem pascendi habet in prato alieno, pecora morbida ibi pascere nequit.*
9. *Compascuorum jura tempore quocunq; ab unâ vel alterâ parte revocari possunt.*
10. *Quicquid una pars facit in compascuo mutuo, illud nec alteri prohibitum videtur.*
11. *In fundo proprio nemo potest ædificare animo nocendi vicino suo.*
12. *In pariete suo quilibet potest facere fenestras, ex quibus in vicini domum prospici potest.*
13. *Servitus altius tollendi reverâ servitus est, nec usu atq; effectu destituitur.*
14. *Pactum servitutis, ne prospectui officiatur, obligat etiam successorem domus singularem.*
15. *Jus coquendi cervisiam ad instar servitutum realium separatim à domo, in qua hæret, vendi nequit.*
16. *Servitute fluminis concessâ, videtur etiam concessum iter atq; aditus ad flumen illud.*
17. *Inscio etiã Magistratu, subditi fines agrorũ suorũ distinguere, novosq; lapides finales ponere possunt.*
18. *Agenti negatoriâ actione, non incumbit onus probandi, sed Reo agenti confessoriâ.*
19. *Sublato ædificio, cui servitus inhæret, eoq; postea restituto, eadem debebitur servitus.*

DEFINIT. I.

Dominus in præjudicium ejus, qui jus pascendi habet, fundum arare nequit.

1 ETsi aliàs quilibet rei suæ sit moderator & arbiter, *l. in re mandatâ 22. C. mandat.* ac proinde pro lubitu in fundo suo possit ædificare, † etiam 2 in præjudicium alterius *l. fluminum 24. §. ult. junct. l. Proculus 26. ff. de damn. infect.* Attamen longè aliter res se habet in eo fundo vel prædio, † ubi alte- 3 ri jus servitutis est constitutum: Non enim Domino fundi quicquam facere licet, per quod usus servitutis constitutæ impeditur, *l. si domus 21. ff. de* 4 *S.U.P. l. si eo loco 9. ff. si servit. vindic.* † nec Dominus fundi servientis, servitutem rectè constitutam deteriorem facere potest, *l. servitutes 20. §. stillicidium 5. ff. de S.U.P. l. sed si quid 15. §. proprietatis 6. ff. de Usufr. l. 6. §. ult. ff. si servit. vindic.* Andr. Gail. 5 *lib. 2. obs. 67. n. 6.* † Fit inde, quod prædia inculta, invito eo, cui jus pascendi competit, in culturam reduci nequeant, Joh. Schneidevv. *in pr. Inst. de servit. urban. & rust. prædior. tit. de S.R.P. num. 33.* Christ. Zobel. *p. 2. diff. 35. n. 8.* Joh. Köpp. *decis. 15. n. 2.* † Quod & placet Saxoniæ Electori Illustrissimo *h.* Const. *41.* in tantum, † ut is, qui contrà fecit, 6 agrosque pascuos coluit, vel aravit, præcisè cogi possit, ut eos ad pascua reducat, *h.* Const. *41. vers.* 7 **Und wo solches Umbreissen geschehen/ so muß der Grundherr die umbgerissene Felder wiederum zur Weyde liegen lassen** &c. † licet aliàs nemo præcisè queat cogi ad faciendum, sed præstando interesse liberetur, *l. loci corpus 4. §. 2. ff. si serv. vindic. l. 72. ubi* Bart. & Dd. *ff. de V.O.* Dan. Moll. *hîc n. 1.* 8

Ita Domini in causâ Henrici ab Heiligen, Mens. Feb. Anno 1627. (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß die Dorffschafften und etliche benachbarte auß euerm Grunde und Feldern das jus pascendi und die Trifft erlanget/ &c. So seyd ihr solche Felder und Leiten umzureissen/ oder zu Acker zu machen nicht befugt/ V.R.W.)

DEFINIT. II.

Nec ager in præjudicium ejus, cui jus pascendi competit, in stagnum commutari potest.

NOn solùm pascua arare, sed quocunque etiam 1 modo

modo deteriorare prohibentur, *h.* Const. quippe quæ eò potissimum respicit, ne ullum præjudicium aut impedimentum fiat ei, cui jus pascendi compe-
2 tit: † Ex quo porrò fit, quod nec Dominus prædii agrum vel pratum, in quo alter jus pascendi habet, in stagnum commutare queat, Bart. Cæpoll. *in tract. de S.R.P. cap. 9. n. 28.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 67. n. 10.* Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 49. n. 24.*
3 † Scilicet, quia servitutem constitutam deteriorem facere non licet, *l. 6. §. ult. ff. si servit. vindic.* Joh.
4 Köpp. *decis. 15. num. 13.* † Unde nec Dominus sylvæ venatoriæ sylvam excidere, & aratrum inducere potest, ne jus & exercitium venandi per id impediatur, Gail. *dict. observat. 67. num. 10.*

Ita Domini in causa Johannis Lösers / Mens. Decembr. Anno 1628. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch der Grundherr zu Nachtheil dessen / so das jus pascendi erlanget / den Grund und Leiten umzureissen / und zu Acker zu machen nicht befugt / welches zugleich auch von Teichen zu verstehen / &c. So seyd ihr auch wegen des erbaueten Teichs euch mit euren Nachbarn zu vergleichen / und ihnen deswegen gebührlicher Abtrag zu thun schuldig / V.R.W.]

Definit. III.

Ager ad culturam potest reduci, in quo servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges sunt collectæ (zu offenen Zeiten) *constituta est.*

DOminus prædii servientis agrum ad culturam reducere propterea prohibetur, quod per
2 id non parum impediatur jus pascendi. † Etenim, si jure servitutis, quolibet anni tempore, liceat mihi pascere oves meas, quis non videt, hanc servitutem deteriorari per reductionem agri in culturam, quum tempore culturæ cesset facultas pascendi pecora, Joh. Schneidewin. *in pr. Instit. de servit. rustic. & urban. prædior. tit. de servit. rustic. prædior. num. 33.* Modest. Pistor. *part. 3. quæst.*
3 *106. in pr.* † Aliud dicendum, si servitus pascendi mihi competat in agro vicini, eo saltem tempore, quo fruges sunt collectæ, zu offenen Zeiten / und nicht in geschlossenen Feldern / ut plerumque servitutes constituuntur, ne scilicet fruges lædantur,
4 † tùm certè per reductionem agri in culturam jus pascendi non impeditur, quum nec aliàs tempore
5 culturæ pecora ibi pascere liceat. † Concludendum hinc ergò, prædia inculta & pascuis obnoxia me invito ad culturam posse reduci, eo in casu, quo servitus pascendi hoc saltem tempore mihi competit, quo fruges sunt collectæ zu offenen Zeiten / cum Schneidew. *dict. loc.* Cæpoll. *de servit. rust. prædior. cap. 9. n. 10.* Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 7. q. 6. num. 33.*

Ita Domini in causa Henrici ab Heiligen, Mens. Febr. Anno 1627. [Verba sentent. Es wäre denn / daß solche Hütung und Trift-Gerechtigkeit bemeldter Dorffschaft und Nachbaren / auff euren Feldern und Aeckern allein zu offenen Zeiten / und nicht bey geschlossenen Feldern zustünde / &c. Dessen genösset ihr billich / und möchte euch auff solchen Fall die Felder und Leiten umzureissen und zu Acker zu machen nicht Einhalt gethan werden / V.R.W.]

Definit. IV.

In dubio servitus pascendi, non nisi eo tempore, quo fruges collectæ sunt (zu offenen Zeiten) *concessa videtur.*

MUltum ergò refert, an jus pascendi omni 1
tempore, an verò tùm saltem, quando fruges sunt collectæ, bey geschlossenen Feldern / oder nur zu offenen Zeiten / alicui competat, *Defin. præced.* † id quod ex constitutione servitutis aut præ- 2
scriptione juris pascendi manifestum reddi poterit. *At quid, si de hoc non appareat, sed in dubio relinquatur?* † Tum certè jus pascendi eo saltem tem- 3
pore, quo fruges sunt collectæ, zu offenen Zeiten / und nicht bey zugeschlossenen Feldern / constitutum præsumi, dixerim cum Matth. Berlich. *part. 2. concl. 49. n. 27.* † quia servitus ceu res odiosa restringi, ac 4
in dubio pro libertate pronunciari debet, *l. cum eo 9. ff. de S. U. P. l. altius 8. C. de servit. & aquâ l. 4. ff. de just. & jur.* † Et semper servitus indefinita 5
ita est interpretanda, quò fundus serviens minori afficiatur detrimento, *l. si cui simplicius 9. ff. de servit. l. servia 26. ff. de S.R.P. junct. l. si mihi 21. & seq. ff. eod.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 24. defin. 4. num. 1.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: Es wäre denn / daß solche Hütung und Trift-Gerechtigkeit bemeldter Dorffschaft und Nachbarn / auff euren Feldern und Aeckern allein zu offenen Zeiten / und nicht bey geschlossenen Feldern zustünde / inmassen solches in Zweifel zu recht præsumiret / und dafür gehalten wird / &c.]

Definit. V.

Dominus fundi servientis agrum mutare, & in culturam aliam redigere potest, si reductio non noceat pascuis.

IN genere Dominus fundi servientis pascua in 1
culturam reducere prohibetur, quatenùs inde jus pascendi redditur deterius, in præjudicium ejus, cui servitus pascendi competit, Modest. Pist. *part. 3. quæst. 106. in pr.* † Alioquin, si reductio 2
non noceat ei, quocunque etiam modo absque damno pascuorum id fieri queat, nil prohibet, quò minus forma agrorum mutari possit, Joh. Schneidew. *ad pr. Inst. de serv. urban. & rust. prad. tit. de S.R.P. n. 34.* Cæpoll. *de servit. rust. prædior. cap. 9. num. 40.* † Hinc si Dominus agri hactenùs eum 3
coluerit ad fruges colligendas, nunc autem culturam mutare velit, ita ut ex agro percipiat alium fructum, putà uvas vel lupulos, † tunc id facere 4
non prohibetur, sed omni jure ac æquitate ei hoc concessum est, Didac. Covarr. *lib. 1. pract. qu. cap. 37. n. 5.* nempe, quia juri pascuorum per id non præjudicatur, ut in aperto est.

Ita Domini in causa Hansen Lösers / Mens. Decembr. Anno 1628. [Verba sentent. Ihr köntet denn wie zu Recht darthun und erweisen / daß ihme durch Veränderung des Ackers und Erbauung des Teiches / eurem Fürgeben nach / an seiner Schaff-Trift gantz kein Nachtheil oder Abgang zugezogen würde / dessen genösset ihr auff solchen Fall billich / V. R. W.]

Definit. VI.

Prædia in culturam redigi possunt invito eo, cui servitus pascendi competit, si alia relinquantur prædia inculta, quæ ad pastum pecorum sufficiunt.

COnsequens huic porrò est illud, quod, licet 1
quis

quis per integrum annum, nullo definito tempore,
2 habeat in prædiis alicujus jus pascendi, † si tamen prædia tot & tanta sint, quæ omnia pascuis necessaria haud sunt, Dominus fundi servientis benè queat
3 prædia quædam in culturam redigere, † dummodò servitus exinde deterior non fiat, sed alia quædam & tot inculta relinquantur prædia, quæ ad pastum pecorum sufficiant, Modest. Pistor. *part. 3. qu. 106.*
4 Joh. Köpp. *decis. 15. n. ult.* † Quod & satis expressum *h.* Const. *41. vers.* Es wäre denn an deme/ daß sonsten der Oerter genug Weyde vorhanden/ &c. Quo in casu arbitrio bonorum virorum
5 relinquitur, † quantus prædiorum numerus requiratur ad hoc, ut certarum pecudum pastui sufficiant, Modest. Pistor. *dict. qu. 106. n. 10.* & Köppen. *dict. loc.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Elster / Mens. Apr. Anno 1634. [Verba sentent. Zumaln weil eurem Bericht nach einiger Schade oder Schmälerung der Trift und Hütung dadurch den Wartenburgischen nicht zugezogen wird/ sondern auff andern Wiesen noch Weyde für ihr Viehe übrig genug vorhanden / also daß/wenn sie gleich vorgedachte Gerechtigkeit jure servitutis erlanget / sie sich doch dißfalls nicht zu beschweren hätten/ &c.]

Definit. VII.

Incola pagi, qui tres mansos habet, (drey Hueffen Landes) *non solùm in suis, sed etiam communibus agris, per proprium pastorem, pecora sua pascere valet.*

1 DE jure Saxonico nemini licet separatim sua pecora pascere, quò communi pastori pretium
2 minuatur, † nisi habeat tres mansos, *art. 54. lib. 2. Landr. post pr. vers.* Niemand mag auch einen sonderlichen Hirten haben / so er dem gemeinen Hirten sein Lohn damit mindert / er habe denn
3 drey Hueffen Landes/ &c. † Quem textum ita explicat Gloss. *latin. ad text. germ. dict. art. 45. lit. C.* ut ille, qui tot mansos habet, tantùm in agris suis, non etiam communibus pascere debeat per proprium pastorem, eaque explicatio placet quoque Schneidewin. *in pr. Inst. de servit. rust. & urban. prædiorum tit. de serv. rust. præd. n. 38. vers. quem*
4 *intelligit &c.* † Sed rectius sentit Reinh. *part. 6. diff. 37.* ei, qui tres mansos habet, non tantùm in propriis, sed etiam communibus agris per proprium pastorem pecora sua pascere licere, quem sequi-
5 tur Berlich. *part. 2. concl. 49. n. 38.* † Scilicet, ne pascuiatio per proprium pastorem introducta in favorem ejus, qui tres mansos habet, in ejus odium & damnum retorqueatur, contra *l. quod favore 6. C.*
6 *de legib.* † Et sanè, pastor communis pascere non prohibetur etiam in agris illius, qui tres mansos habet, cur non ergò è contra quoque alii pastori idem licebit? Berl. *dict. loc. n. 38.*

Ita Domini in causa Matthes Klingens zu Nebra/ Mens. Majo, Anno 1626. [Verba sententiæ: Ob ihr schon eurem Andeuten nach/weil ihr ein ziemlich groß Bauer-Gut/und von vielen Hueffen Landes/im Besitz habt/ einen eignen Hirten vor euer Viehe zu halten und auff euren Aeckern zu hüten pfleget/ &c. So ist euch doch durch bemeldten eigenen Hirten auch auff der gemeinen Weyde und Feldern hüten zu lassen unbenommen/ V. R. W.]

Definit. VIII.

Qui servitutem pascendi habet in prato alieno, pecora morbida ibi pascere nequit.

SErvitus in fundo alieno constituta semper ita 1
interpretanda ac exercenda est, ut, quam minimo fieri potest incommodo, fundus serviens oneretur, *l. si cui simplicius 9. ff. de servit. l. si via 26. ff. de S. R. P. junct. l. si mihi 21. & seq. ff. eod. tit.* Unde fit, † quod jus pascendi ex uno ovili, in pluribus lo- 2
cis aut pagis habens, nequeat novum Ovile ponere in loco, ubi antea nullum fuit, ne oves depascendo prius gramina, intercipiant rusticis ejus loci pascua, nisi utrisque pasculatio sufficeret, *l. hoc jure 3. §. ex flumine 1. ff. de acq. quot. & æstiv. l. rusticorum 2. §. ult. ff. de S. R. P.* Matth. Col. *part. 1. decis. 218. n. 1.* † Eademque de causâ nec is, qui servitutem 3
habet pascendi, uti potest pascuis, cum pecoribus morbosis, † ne & alia contagione afficiantur atque 4
pereant, *arg. l. Julianus 13. in pr. cum ibi notat. ff. de act. empt.* Schneidew. *in pr. Inst. de servit. tit. de serv. rust. prædior. n. 41.*

Ita Domini in causa Heinrici ab Helligen, Mens. Febr. Anno 1627. [Verba sent. Aber franck und inficiret Viehe seyn bemeldte Dorffschaften auff die Weyde und Felder zu treiben nicht berechtiget/ V. R. W.]

Definit. IX.

Compascuorum jura tempore quocunq; ab unâ vel alterâ parte revocari possunt.

LOngè errant, qui servitutem pascendi cum 1
jure compascuorum seu communione illa pascendi inter vicinos, quam vulgò Köppel-Weyde nominamus, ita confundunt, ut nullam horum jurium differentiam prorsus admittere velint. † Quo- 2
rum error vel inde redditur manifestus, quod jus compascuorum nullo unquam tempore præscribatur, secus atque servitus pascendi, de qua differentia dixi *supr.* Const. *4. Defin. 12.* † Ex quâ & illud pro- 3
fluit discrimen, quod servitus pascendi semel acquisita in prædio alieno duret semper, atque Domino fundi dominantis jus tribuat reale, pro quo actio etiam in rem confessoria competit *l. 2. §. 1. ff. si servit. vindic.* Cæpoll. *de serv. rust. præd. tit. de serv. jur. pascend. n. 36.* Jas. *in l. 3. ff. de oper. nov. nunciat.* Matth. Coler. *de proc. exec. part. 1. cap. 9. n. 58. in fin.* Schurff. *cent. 3. consil. 8. n. 12.* † At in 4
compascuis jus tantummodò acquiritur, ex quo uterque vicinus habet facultatem visitandi alterius prædia cum suis pecoribus, quamdiu alteri placuerit, Johan. Köpp. *decis. 12. n. 9.* † Sequitur hinc er- 5
gò jus compascuorum ab unâ vel alterâ parte pro lubitu posse revocari, *l. cum proponas 16. ubi* Dd. *C. de pact. l. contractus 17. ubi* Bartol. *C. de fid. instrum.* Köpp. *dict. loc. num. 18.* † Quia scilicet in com- 6
pascuis jura familiaritatis & mutuæ quasi societatis attenduntur: Nec usus compascuorum quicquam reverâ aliud est, † quàm precarium reciprocum, 7
quod nullo tempore præscribitur, *l. malè agitur 2. C. de præsc. 30. vel 40. annor.* Köpp. *dict. decis. 12. num. 17.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Elster / Mens. Apr. Anno 1634. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch solche Trifft-Gerechtigkeit den Wartenburgischen Unterthanen nicht jure servitutis, sondern nur aus Vergünstigung als eine Kuppelweyde zuständig/ mit welcher es im

im Rechten diese Gelegenheit hat / daß hierinnen keine præscription zulässlichen / sondern dieselbe nach Art eines precarii reciproci, zu iederzeit wiederruffen werden mag/ꝛc.)

Definit. X.

Quicquid una pars facit in compascuo mutuo, illud nec alteri prohibitum videtur.

1 INdubitatum est, quod in compascuis actus utri-
usque habeat se correspectivè: Nam concedit
vicinus vicino pasculari pecora eo respectu, ut vici-
2 nus idem faciat; † Ergò si vicinus quocunq; modo
in exercitio pascendi alium impediat, & ita ex parte
3 suâ jus compascuorum tacitè revocet, † alteri vicino
idem agere licebit, Joh. Köppen. *dec. 12. n. 18.* Decius
4 *consil. 265. n. 3. p. 3.* Socin. *cons. 273. col. 4.* † Verè nam-
que dicitur de actibus correspectivis, quod posito
uno ponatur & aliud, & sublato uno, tollatur quo-
que aliud, Matth. Wesenb. *consil. 92. n. 40. & 41.* Cra-
vett. *cons. 178. n. 13. & Consil. 246. n. 4.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Darzu ferner kömmet / daß die Wartenburgischen auff ihren Wiesen / darauff euch die Hütung frey gelassen / einen Ort verzäunet / derowegen euch nach Art der Koppelweyde solches auff euren Wiesen hinwiederumb zu thun billich nachgelassen/ꝛc.)

Definit. XI.

In fundo proprio nemo potest ædificare animo nocendi vicino suo.

1 IN re propriâ quidem cuilibet suæ utilitati etiam
cum alterius incommoditate inservire licet, *l. sicuti*
§. Aristo. 5. ff. si servit. vindic. l. fluminum 24. §. ult. l.
Proculus 26. ff. de damn. infect. l. 1. §. denig; 12. l. si in
meo 21. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend. Andr. Rauchb.
2 *part. 1. q. 27. n. 4.* † Attamen non procedit, quando
faciendo quis præjudicat servituti aliis prædiis de-
bitæ, *l. altius §. cum seqq. C. de servit. & aqu.* Matth.
Wesenb. *consil. 58. n. 5.* Hartm. Pist. *observ. 215.* Bur-
3 sat. *consil. 87. n. 2.* † Sicuti nec in proprio fundo
quicquam facere aut ædificare permissum est ad in-
juriam vel æmulationem tertii, Rauchb. *d. q. 27. n. 4.*
4 † nocendi nempe animo, cui leges & jura non in-
dulgent, *l. in fundo 38. ff. de Rei vendit. l. si cui 9 ff. de*
servit. l. opus novum 3. ff. de oper. publ. l. 1. §. ait præ-
5 *tor. 3. §. sunt qui putent 6. ff. ne quid in flum. publ.* †
Quilibet ergò ædes suas tollere potest, in suo fode-
re, puteum aperire, vel venas aquæ præcidere; ac ita
vicini torrentem vel flumen avertere, aggeremque
novum agri sui muniendi causâ exstruere, vel alve-
6 um fluminis aliquatenùs immutare, † dum id non
7 hoc animo fecerit, ut vicino noceret, † sed ne sibi
noceret, *dict. l. fluminum 24. dict. l. Proculus 26. in fin.*
ff. de damn. infect. l. 2. §. idem Labeo 8. l. si in meo 21. ff.
de aqu. & aq. pluv. arc. Dd. *in l. altius 8. C. de serv. &*
aquâ. Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap. 62.* Andr Rauch-
bar. *d. q. 27. n. 9. & part. 2. qu. 27. per tot.* Hartm. Pist.
dict. obs. 215. n. 3. Cephal. *lib. 1. cons. 129.*

Ita Domini in causa Johannis Anshelms zu Leipzig/ Mens. Novembr. Anno 1621. [Verba sent. Ob nun wol ein ieder in seinem Eigenthum auch mit Nachtheil des Nachbarn zu bauen und seiner Beliebung nach mit dem seinen zu gebahren befugt / da aber dennoch solches von bemeldtem euerm Nachbar allein zu dem Ende geschehen wäre / damit euch und eurem Hause grosser Schade und Ungelegenheit zugezogen würde / ꝛc. So wird mehrberührter euer Nachbar den Brunnen wiederumb abzuschaffen pflichtig/ V. R. W.)

Definit. XII.

In pariete suo quilibet potest facere fenestras, ex quibus in vicini domum prospici potest.

NOlo tueri eum, qui fenestram facere velit in 1
pariete suo ad æmulationē vel despectum vi-
cini, ut queat tantùm videre secreta vicini: † Quod 2
certè ei permitti non debet juxta tradita *Defin. præ-*
ced. Joh. Schneidevv. *in §. prædiorum 1. num. 21. Inst.*
de servit. rust. & urban. prædior. † Alioquin lumi- 3
nis causâ quemlibet parietem suum aperire, inque
eo, invito etiam vicino, jure suo fenestras facere, di-
xerim cum Donell. *10. comm. 5. &* Joh. Schneidevv.
dict. loc. num. 20. † Ita tamen ut vicino liceat contra 4
ædificare & obscurare lumina vicini in toto vel in
parte, atque ita impedire, quò minus per illas fene-
stras habeat prospectum in aream vel hortum suum,
Schneidevv. *d. n. 21.* † Nam quilibet pro lubitu in 5
suo ædificare potest, etiamsi noceat vicino, *l. flumi-*
num 24. §. ult. cum duab. LL. seqq. ff. de damn. in-
fect. Defin. præced. † Sicuti ergò ædes suas altius 6
tollere licet, etiamsi vicino officiatur, ita etiam per-
missum, quodvis facere in proprio pariete, quem
etiam destruere licet, ut rectè sentit Hottom. *2.*
amic. resp. 4. & 31. † Nec facit in contrarium quic- 7
quam objectio Jacob. Cujac. *1. observat. 31.* quod
nihil interfit, pedesne an oculos quis in alieno habe-
at. Quoniam imò multum interest, ut cuivis obvi-
am, † neque inspiciendi in alienum, sed luminis 8 9
gratiâ quisque fenestras immittere præsumitur. †
At, inquies, jure demum servitutis vicinus lumina
mea excipere tenetur, *l. 4. l. 40. ff. de serv. urban.*
prædior. Ergò non libertatis jure in pariete meo
fenestras facere potero? † Verum, dict. LL. ita sunt 10
accipiendæ, si communem parietem aperire velim,
quod extra casum servitutis constitutæ facere non
licet *d. l. 40. ff. de S. V. P.* † Aut dici potest, hactenus 11
jure servitutis vicinum lumina mea excipere teneri,
ut iis officere non possit; Aliàs citra servitutem, ju-
re quidem fenestras immitto, sed vicissim vicinus
jure suo eas obstruere potest. † Nec movet oppo- 12
sitio inter servitutem luminum & ne luminibus of-
ficiatur, *dict. l. 4. ff. d. t.* ita enim differunt hæ servi-
tutes; quod altera plus, altera minus contineat. † 13
Nam qui luminum servitutem debet, potest ædifi-
care & quidvis facere, modò lumen necessarium vi-
cino relinquat; † Qui verò debet servitutem; Ne 14
luminibus officiet, nihil planè, quo lumen minua-
tur, facere potest, licet alia lumina vicino abundent,
Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap. 35. & 36.* † Planè 15
statutis & legibus sicut ædificiorum altitudini, ita
huic quoque rei, nempe ne fenestram in pariete
proprio ad prospiciendum in hortum vicini habere
liceat, modus imponi potest, *l. 12. C. de ædific. pri-*
vat. † Nec non jure servitutis impositæ, ut in 16
tali muro vel pariete non posset fieri fenestra, *l.*
altius 8. C. de servit. & aqua. Joh. Schneidevv. *dict.*
loc. n. 21.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Hat vorbemeldter euer Nachbar in seiner Wand und Kammer ein Fenster machen lassen / wann er nun gleich dadurch in euern Hoff sehen kan/ꝛc. So mag ihme doch solches

solches von euch nicht gewehret/noch er das Fenster wieder abzuschaffen angehalten werden / Es ist euch aber durch Auffführung eines Gebäues auff euren Hoff solchen Prospectum zu verbauen unbenommen/V.R.W.)

Et in causa M. Timothei Lautenschlägers zu Neustadt an der Orla/Mens.Febr.Anno 1635.

Definit. XIII.

Servitus altius tollendi reverà servitus est, nec usu atq; effectu destituitur.

1 QUum ex permissione juris quilibet in suo, etiam ad cœlum usque ædificare possit, *l. altius. 8. C. de servit. & aquâ*, jure potius libertatis quàm servitutis altius tollere ædes, permissum videtur:
2 Nihilominus † servitus hæc disertè enumeratur inter servitutes urbanas *in l. 2. ff. de serv. urban. prædior. §. æque 2. Inst. de act.* † Dicemusne ergò, unam eandemque esse servitutem, quæ diversâ relatione diversis nominibus appelletur, causam prægente formularum diversitate, quæ ex parte asserentis servitutem negativè, ex parte eam negantis affirmativè concipiuntur, ut sentit Reinh. Bachov.
4 *in not. ad Treutl. vol. 1. disp. 17. th. 2. lit. D.* † Sed hanc explicationem dicta *l. 2. ff. de S. V. P.* non admittit, duplicem referens servitutem, altius tollendi, & altius non extollendi. † Communis est explicatio tradita *à* Joh. Fabr. *& Zas. in dict. §. æquè 2. Inst. de action.* tum dici quem jure servitutis altius tollere, ubi prius statuto aut pacto certus modus ædificii fuerit præfinitus, quem modum si remitto, jam jure servitutis potius, quàm libertatis naturalis
6 altius ædes tolli videntur. † Quæ tamen explicatio vix jure probari potest, siquidem hoc modo non servitus constituitur, sed ante constituta tollitur, & ædes in libertatem suam restituuntur, ut rectè Jason. disputat *in dict. §. æquè 2. Inst. de act. n. 43.* Et altius tollere de necessitate servitus, de voluntate li-
7 bertas est. † Rectius dixeris jus altius tollendi referri inter servitutes, quando jure servitutis cogere possum vicinum, ut altius tollat suas ædes, quia ex eo sentio utilitatem, cum prosit mihi ad arcendum impetum ventorum, vel ut præstet umbram eo loco, quo solem habere gratum non est, ut dicitur *in*
8 *l. si arborem 17. in pr. ff. de serv. urb. præd.* † Quæ servitus mercatoribus quandoque est commodissi-
9 ma, secundum Zas. *in dict. §. æquè 2. Inst. de act.* † Aut si vicinus meus habeat ex suis ædibus prospectum in meas ædes vel hortum, potero ab ipso stipulari, ut parietem suum altius tollat, ne sic prospectum habeat in meas ædes, quâ obligatione ceu jure Servitutis postea altius tollere ædes suas erit obstrictus, Bartol. *in dict. l. 1. ff. de S. V. P.* Cæpoll. *in tract. de serv. urban. prædior. c. 26.*

Ita Domini in causa Michaëlis Martini zu Leipzig / Mens. Sept. Anno 1590.

Definit. XIV.

Pactum servitutis ne prospectus officiatur, obligat etiam successorem domus singularem.

1 SI quis alterius luminibus vel prospectui ædificando in ædibus suis non officere promittat, posteaque ædes vendat, quæritur, *an hoc pacto servitutis emptor quoque sit obstrictus, ac proptera pro lubitu ædificare, ac vicini luminibus officere, inde prohiberi queat?* Pendet hujus quæstionis decisio potissimum ex eo, † *utrum pactum illud* 2
personale sit, an verò reale? Nam † quæ perso- 3
nalia sunt, personam non egrediuntur, nec singularem successorem ullatenus obligant, *l. eum cui 13. C. de oblig. & act. l. non adversus 15. C. si cert. petat. l. 3. C. de servit. & aq. l. 1. C. de condict. indebit.* Bartol. *in l. fluminum 24. §. adjicitur 1. ff. de damn. infect.* † Quæ verò sunt realia, rem ipsam ita afficiunt, ut unà cum onere transeant ad quemcunque 4
successorem, *l. si convenerit 18. §. si fundus 2. ff. de pign. act.* † Pactum verò servitutis rem ipsam affi- 5
cere, nec non actionem ex eo provenientem esse realem, aut certè personalem in rem scriptam, ac proinde emptorem, aliumve quemvis etiam singularem successorem illo obligari, multis probat Dan. Moll. *ad Const. Elect. 37. n. 9. & seqq.* † Quæ senten- 6
tia eo probabilior videtur, quanto certius est, in dubio ubi ex mente contrahentiũ non satis constat, utrum pactum in rem, an verò in personam fuerit conceptum, non in personam, sed in rem factum præsumi, *l. si pactum 9. ff. de probat. l. veteris 13. C. de contr. & comm. stipulat.* Borch. *de pact. cap. 2. in 3. divis. pact. n. 22.* Forst. *de pact. c. 4. membr. 3. vers. in dubio tamen.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Hat Finsingers Hauses voriger Besitzer Valtin Lochmann mit eures Hauses Vorfahren sich dahin verglichen / daß er ihm an seinem Stall im Hofe die Fenster und das Liecht in keinerley Weise verbauen/ noch verhindern wolle / ꝛc. So ist dannenhero ietziger Besitzer Valtin Lochmanns Behausung Hans Finsinger in seinem Hofe die quer über einen Gang zuführen/und euch dadurch das Liecht zu verbauen nicht befugt/V.R.W.)

Et in causa M. Timothei Lautenschlägers zu Neustadt an der Orla/Mens.Febr.Anno 1635.

Definit. XV.

Jus coquendi cerevisiam ad instar servitutum realium, separatim à domo, in quâ hæret, vendi nequit.

1 IN servitutibus certissimum habetur, quoties ad usum personæ constituuntur, toties esse personales, *l. usus aquæ 21. ff. de usu & habit. l. Lucius 37. ff. de serv. rust. præd.* † Quandocunque verò ad 2
usum prædii servitus imponitur, procul dubio est realis, *l. pecoris 4. ff. de servit. rust. prædior. l. Mela 14. §. 2. ff. de alim. & cibar. legat. l. 31. §. uno 7. ff. de negot. gest. l. 2. l. 4. l. 5. l. 6. ff. de S. R. P.* † Quod 3
& tum fieri creditur, cum conceditur personæ tanquam prædii Domino, vel quoties usus Servitutis refertur ad prædium & secundum id determinatur, Cæpoll. *de servit. c. 2. de serv. real. n. 6. & serv. rust. præd. cap. 4.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 39. n. 2.* † Idemque juris est in aliis privile- 4
giis atque juribus, quæ vel personalia vel realia habentur. Ac proinde jus coquendi cerevisiam (die Braugerechtigkeit) †, quia conceditur personæ, 5
tanquam Domino ædium, secundum quas etiam determinatur, ex observantia harum provinciarum communi, non personale sed reale est, † id- 6
eoque separatim à domo, cui inhæret, vendi non potest: Scilicet quia servitutes ac jura realia semper cum prædio vel domo manent, ac in quemlibet ejus possessorem transeant, † nec modo aliquo 7
ab eâ separari possunt, *dict. l. pecoris 4. ubi* Gloss. *l. si mihi*

ſimibi. 20. §. ult. l. via. 23. §. fundus 2. l. cum fundo, 36. ff. de ſerv. ruſt. prædior. l. cum fundus. 12. ff. comm. prædior. l. & in 3. C. de ſerv. & aqua. Weſenb. *dict. loc. num. 3.* Anton. Fab. *in Codic. lib.*
8 *3. tit. 24. defin. 2.* †Non magis, ac jurisdictio ſine territorio, cui inhæret, vendi poteſt, per ea, quæ tradit Fabian. de Mont. *de empt. & vendit. quæſt. 6, quart. quæſt. princip. num. 22.*

Ita Domini in cauſa des Raths zu Werningeroda / Menſe Jul. Anno 1596. [Verba ſententiæ: Iſt bey euch von Alters hero die Braw-Gerechtigkeit zu Brauen und Schencken auff gewiſſe Häuſer gelegt und gerichtet/ und es hat Nicol Genold ſich unterſtanden/ ſolche Brauw-Gerechtigkeit/ ſo auff ſeinem Hauſe geweſen / beſonders und ohne das Haus zu verkauffen/ ꝛc. So ſeyd ihr als die Obrigkeit des Orts ihme ſolches zu geſtatten nicht ſchuldig/ V. R. W.]

Definit. XVI.

Servitute fluminis conceſſa, videtur etiam conceſſum iter atq; aditus ad flumen illud.

1 PErmiſeram tibi vehere ligna per motum aquæ in flumine meo, (durch die Flöſſe) id cum facere non poſſes, niſi aditus ad flumen pateat, per conſequentiam ſervitutem quoque itineris tibi
2 conceſſam dicebas: †Rectè omnino ex mente Ulpiani *in l. 3. §. 3.* Pomponii *in l. 15. ff. de S. R. P. l. qui fundum 40. §. in Lege 1. ff. de contr. empt.* Gloſſ. *in l. binas quis ædes. 36. in verb. Quæri. ff. de S. U. P.*
3 †Etſi enim aliàs conceſſio ad ea extendi non debeat, quæ ſpecialiter expreſſa non ſunt, *l. uxorem*
4 *15. ubi* Dd. *C. de nupt.* †Attamen ſi quid eſt, quo ſine ſervitute conſtitutâ rectè uti non poſſit Dominus, aut ipſe uſus ſit inutilis, id omne unà cum ſervitute tacitè conceſſum intelligitur, *arg. l. 2. ff. de*
5 *jurisd.* †Continet namque conceſſio ea, quæ concedens fuerat veriſimiliter permiſſurus, *l. qui peculii. 46. ff. de pecul. l. 6. ff. de pignor. l. filiusfamilias. 7. ff. donat.*

Ita Domini in cauſa Henrici à Schönbergs in Frauenſtein/ Menſe April. Anno 1699.

Definit. XVII.

Inſcio etiam Magiſtratu, ſubditi fines agrorum ſuorum diſtinguere, novosq; lapides finales ponere poſſunt.

1 NOn poteſt fieri diviſio rei communis citra alienationem *l. 1. §. 1. l. magis puto. 5. §. ult. l. qui neque. 8. in fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. pen.*
2 *C. de præd. minor.* †quin & diviſio alienatio dici-
3 tur *l. ſi pupillorum. 7. ff. de reb. eor. qui ſub tutel.* †ac vicem emptionis obtinet; *l. 1. C. comm. utriusq; jud.* Exiſtimare ergò quis poſſet, nec ſubditis licere fines agrorum ſuorum diſtinguere, aut novos po-
4 nere lapides finales inſcio Magiſtratu; †quippe, quod in foro Saxonico bona immobilia alienari nequeant abſque judicis vel Magiſtratûs conſenſu, *Art. 8. lib. 1.* Landr. *Art. 34. dict. lib. 1.* Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 10. num. 189.* Zobel.
5 *p. 2. diff. 28. num. 12.* †Sed obtinet hoc ſolummodo in alienatione voluntariâ, non neceſſariâ, à quavis ſiquidem diſpoſitione cenſentur regulariter
6 excepta ea, †quæ neceſſitate urgente fiunt, *l. per diverſas 22. verſ. exceptis. C. mandat. l. ult. in fin. C. de litigios. l. alienationes. 13. ff. famil. erciſc.* †Ac 7
diviſio alienatio neceſſaria cenſetur *l. ſi pignori. 29. ff. eod. tit.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 50. num. 55.*
†Nil ergò obſtat, quò minus ſubditi, inſcio etiam 8
Magiſtratu, fines agrorum renovare, novosque terminos aut lapides finales ponere queant, modò inde agris Domini vel vicinorum non præjudicetur.

Ita Domini in cauſa Seyfrieds von Schönfeld / Menſe Mart. Anno 1612. [Verba ſentent: Ob wol die Unterthanen des Dorffs Grumberg / ohne Vorbewuſt euer / als des Erb- und Lehnherrns / ſich unterſtanden neue Verehnungen zu machen / und Reinſteine zu ſetzen; da aber dennoch ſolches nur allein auff ihren Gütern geſchehen / und euch oder andern dadurch an euren Aeckern mit Fortſetzung der Reinwege kein Schade oder Nachtheil zugefüget worden / ꝛc. So möchten ſie deswegen in einige Straffe von euch nicht genommen werden / V. R. W.]

Definit. XIIX.

Agenti negatoriâ actione non incumbit onus probandi, ſed Reo agenti confeſſoriâ.

1 QUamvis aliis in actionibus regulariter actori incumbat onus probandi, adeò quod actore non probante, Reus etſi nihil præſtiterit abſolvatur, *l. qui accuſare. 4. C. de ædendo.* In actione tamen
2 negatoriâ diverſum obſervatur. †Etenim, quia pro actore militat præſumtio libertatis, *l. cum eo. 9. ff. de ſervit. urban. prædior. l. altius. 8. C. de ſervit. & aqua. l. 4. ff. de juſtit. & jur.* †releyat hæc
ipſum ab onere probandi, illudque in Reum transfert, qui cogitur probare, ſervitutem ſibi deberi, Guid. Pap. *quæſt. 18.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 24. defin. 8. num. 5.* Joh. Schneidew. *in §. æquè. 2. num. 38. Inſt. de act.* †Nec mirum, quia actor 4
agit negativè, Reus verò excipit affirmativè, ideoque meritò onere probandi gravatur *l. actor. 23. C. de probat.* †Quamvis & dici poſſit, Reum hic 5
vices actoris ſuſtinere, quia in actione de ſervitutibus, ſive confeſſoriâ, ſive negatoriâ, id perpetuum eſt, ut uterque ſit actor & Reus, *§. æquè 2. ubi* Johan. Fab. *Inſt. de Action.* †Planè ſi actor negato- 6
riam exercens fateatur, adverſarium quid feciſſe, quod ſolear fieri jure ſervitutis, dicat tamen, id factum vi aut clam, aut precario, vel etiam jure familiaritatis, † tùm omninò exigetur probatio ab 7
actore: quia præſumtionem habet contra ſe, ne delicti præſumtio capiatur, *l. meritò. 51. ff. pro Socio.*
†Delictum enim eſt, ſi quid vi aut clam fiat, precarium verò, quia ad donationem proximè accedit, 8
præſumendum non eſt *l. 16. C. de probat.* Fab. *dict. Defin. 8. n. 6.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Anshelms zu Lehzig/ Menſ. Novembr. Anno 1626. [Verba ſentent. Dieweil aber ihrem Hauſe groſſe Ungelegenheit dadurch zugefüget wird/ ſeyd ihr um Abſchaffung der Beſchwerung anzuhalten vorhabens; da ihr ihn nun deswegen gebührlich belangen und in Anſpruch nehmen würdet/ ꝛc. So wäre beklagter Hertel die ſervitut, ſo er auff eurem Hauſe zu haben vermeynet/ gebührlich zu erweiſen und beyzubringen ſchuldig/ V. R. W.]

Et in cauſa der Gemeinde zu Gornsdorff und Auerswalda / ad requiſitionem Quæſtoris zu Lichtenwalda/ Menſ.

Mens. Mart. Anno 1594. [Verba sentent. Dieweil klagende Einwohner obbenannter Dörffer die Vermuthung der Rechte / vermöge welcher aus natürlicher Freyheit ihnen ihres Gefallens / wo sie wollen / zu mahlen nachgelassen / disfalls für sich haben; so werden sie auch darbey / bis so lange zu Recht wider sie ein anders ausgeführet / billich gelassen / V.R.W.]

Definit. XIX.

Sublato ædificio, cui servitus inhæret, eoq; postea restituto, eadem debebitur servitus.

1 NOn certè inter omnes convenit, *an rei sive prædii servientis interitu, servitutes prædiales amittantur?* id †quod affirmat post Matth. Wesenb. *in paut. ff. quemad. servit. amitt. num. 4.* Reinh. Bachov. *in not. ad* Hier. Treutl. *vol. 1. disp. 17.*
3 *th. 16. lit. C.* †At rectius hoc negat Hugo Donell. *lib. 11. comment. cap. ut. in fin. & ipse* Treutl.
4 *dict. loc.* †Quia sublato ædificio, cui debetur stillicidii immittendi servitus, & postea restituto, eadem servitus debebitur, quoniam res eadem est propter
5 aream, quæ mansit, † etsi forma ædificii mutata fuerit, *l. servitutes. 20. §. si sublatum. 2. ff. de S.P.U.*
† idemque confirmatur per text. *in l. si locus 14. ff.* 6
quemad. servit. amitt. l. & Attilicinus. 35. ff. de S. P.R. † Quin & sublatâ superficie, ut si forsan ex 7
prato vel agro hortus factus fuerit, servitus itineris aut viæ manebit, quia solum manet, cui servitus quæsita est, *l. certo generi. 13. in pr. ff. de serv. præd. rustic.* †Aliud dicendum putaverim, si locus ædi- 8
ficii mutetur, alioque in solo ædificium postea restituatur, quia tum res ipsa mutata videtur, *dict. l. 20. §. 2. ff. de servit. præd. urban.* † Planè, & hoc 9
intellectum velim tantummodò de servitutibus realibus, quæ sublato ædificio non pereunt, *dict. l. 20. ff. d.t.* Nam servitutes personales sublato ædificio non subsistunt, *l. repeti. 5. §. rei mutatione. 2. ff. quib. mod. usuf. amitt.* † cujus rei rationem diversi- 10
tatis tradit Joh. Harppr. *in §. 1. num. 23. Inst. de servit. prædior.* † Ergò sublato corpore, servitutes 11
personales ei inhærentes omninò tolluntur, *pr. inst. de Usufr.*

Ita Domini in causa Dn. Annæ, viduæ à Biberstein / Mens. April. Anno 1635.

CONSTITUTIO XLII.
PARTIS SECUNDÆ.

Von der Frauen Mitgift und Einbringen.

LNsere Räthe / Facultäten und Schöppenstüle halten es richtig und unzweifelhaftig seyn / wann einer Frauen ein Leibgedinge auffgerichtet und bestätiget worden / welches sie auch beliebet und angenommen / daß dargegen ihre Mitgift und Einbringen verlösche und abgehe. Da aber derowegen / wie es zu halten / gewisse Pacta und Vereinigungen auffgericht / dieselbe müssen zuförderst in acht genommen / und darauff gesprochen werden.

De Dotibus & bonis illatis Mulierum.

APud Consiliarios nostros, Collegia item Facultatum Juridicarum & Scabinatuum pro certo & indubitato habetur, dotalitio mulieri constituto & confirmato, eoque ab illâ acceptato, ea, quæ dotis nomine ad maritum attulit, expirare, nisi pactis aliter sit conventum. Ea namque ante omnia in judicando sunt attendenda.

DEFINITIONES.

1. *Matrimonio dissoluto, donatio propter nuptias ad maritum, ejusve heredes revertitur.*
2. *Modus dotalitii legitimus quisnam sit in foro Saxonico?*
3. *Dotalitio constituto, & à Viduâ agnito, dos, feudo jure dotalitii incorporata, repeti nequit, nisi aliud specialiter conventum fuerit.*
4. *Uxore prædefunctâ, dotalitium haud effectum sortitur, sed dos marito superstiti cedit, de quâ tamen liberis debetur legitima.*
5. *Constitutio dotalitii quatenus obliget Agnatos in feudo, nec non filios alios q; heredes descendentes.*
6. *Viduæ ratione dotalitii, quod à primo marito ad vitam adepta est, à secundo marito absq; consensu Agnatorû denuo dotalitium constitui nequit.*
7. *Uxor ratione dotalitii ceu Usufructuaria cautionem præstare tenetur.*
8. *Obligata est Uxor, ratione dotalitii, ad inventarii confectionem.*
9. *Locare potest Uxor dotalitium suum, ita tamen, ut morte ipsius locatio finiatur.*
10. *Mulier consentiens oppignorationi bonorum feudalium, in quibus dotalitium habet constitutum, ex aliis mariti bonis illud petere valet.*
11. *Mulieres in donatione propter nuptias gravari haud possunt.*
12. *Pater familiam dotare tenetur, ad q; id officio judicis compelli potest.*
13. *Non tenetur pater dotare filiam locupletem, quæ aliunde habet, unde seipsam dotare possit.*
14. *Dotis Usuræ debentur à tempore moræ.*
15. *Mulier usufructuaria bonorum mariti defuncti non tenetur dotare filias ex fructibus bonorum, nisi pater aliud disposuerit.*
16. *Tutor licet majorem dotem promiserit, non tamen tenetur ultrà, quàm pupilla in bonis habet.*
17. *Valida est datio fidejussoris pro dotalitio nec non pro dote, ante sponsalia facta vel ad instantiam patris filiam dotantis.*
18. *Maritus dotem promissam exigens absq; curatorio, nomine proprio agere & experiri potest.*
19. *Uxor quia est domina fundi dotalis, ad eam periculum dotis spectat.*
20. *Etiam dotis in rebus mobilibus constitutæ, periculum mulier sustinet.*

21. *Rei*

21. Rei dotalis æstimatæ dominium & periculum ad maritum spectat.

DEFINIT. I.

Matrimonio dissoluto, donatio propter nuptias ad maritum ejusq; heredes revertitur.

1 MAritus in compensationem dotis, uxori donationem propter nuptias facere solet, §. *est & aliud genus. 3. Inst. de donat. l. ult. & tot. tit. C. de donat. ant. nupt.* Johann. Schneidevvin. *ad dict.* §. 3.
2 *n. 1. ubi & alii* Dd. *Inst. d. l.* † ad assecurationem nempè dotis, ut mulier pro hâc eò securior sit; & si forte maritus dotem alienet; aut prodigaliter consumât, vel aliter amittat; damnum inde suum resarcire possit, *dict. l. ult. vers. sancimus. C. de donat. ant. nupt.*
3 † Unde & compensatio ac pignus dotis dicitur; Henn. Göden. *cons. 6. num. 7.* vulgò solet appellitari remedium nuptiale vel antipherna *l. 20. in pr. C. de*
4 *donat. ant. nupt.* Gegen-Vermächtnüß/ † inter quam donationem ac dotem æqualitas est servanda, ut non major fiat donatio propter nuptias, quam dotis quantitas fuit, *dict. l. ult. vers. si igitur. dote. C. de don. ant. nupt.* Bocer. *de donat. cap. 10. num. 8.*
5 Matth. Coler. *part. 1. decis. 192.* † quamvis non ubiq; locorum æqualitas hæc attendatur; Andr. Gail. *l. 2. observat. 78. num. 2. & seqq.* Hartman. Pist. *lib. 1. q. 4.* *num. 5.* Schneidevv. *dict. loc. num. 44.* Boc. *dict. cap.*
6 *10. n. 11.* † Quemadmodum verò dos soluto matrimonio revertitur ad uxorem, *l. un. §. illò procul dubio*
7 *6. C. de rei uxor. act.* ità & † donatio propter nuptias matrimonio dissoluto ad maritum redit, *c. donatio. 8. §. sanè soluto matrimonio, ext. de donat. int. vir. & uxor.* Schneidevv. & Bocer. *dict. loc.* Hartm. Pist.
8 *lib. 1. quæst. 14. num. 34.* † Sicuti & defuncto marito donatio propter nuptias ad mariti heredes revertitur, non autem uxori cedit, nisi pactum expressum de lucrandâ donatione propter nuptias interpositum probetur, vel statutum aut consuetudo loci contrarium velit, Bocer. *dict. cap. 10. n. 22.*

Ita Domini in causa Davidis Kolbingers zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1618. (Verba sententiæ: Ob nun wohl die Wittib anziehen thut / daß ihr über ihr Einbringen noch einsten so viel zum Gegenvermächtnüß verschrieben worden / derowegen sie nunmehr nach des Mannes Absterben beydes zu fodern gemeinet ist; dieweil aber dennoch bey dem jenigen Punct / da des Gegenvermächtnüß wegen Verordnung geschehen / ihm davon nichts Eigenthümblichen zugewendet worden/ dannenhero sie dadurch ein mehres nicht/ als ihres eingebrachten Gutes assecuration und Versicherung erlanget / und es also bey der dispositione juris communis verbleibet/ &c. So ist auch bemeldte Wittib das ihr constituirte Gegenvermächtnüß nach Gelegenheit dißfalls zu fodern nicht berechtiget/ V. R. W.)

DEFINIT. II.

Modus dotalitii legitimus quisnam sit in foro Saxonico?

1 ALia est species donationis propter nuptias, quæ vulgò dotalitium appellitatur: Nam peculiari quâdam, & à juris communis dispositione separatâ ratione, per universam penè Germaniam, inprimis verò in terris Saxonicis usu longissimo introductum est dotalitium (Leibgedinge/ Leibzucht/ Witthumb) † Quod vir uxori
2 suæ ratione dotis datæ in suis bonis concedit, ut *22. Usuræ dotis, à marito non petitæ, post mortem ejus ab ipsius heredibus haud exigi possunt.*
eo viduâ factâ ad dies vitæ utatur-fruatur, Hartm. Pist. *lib. 1. q. 4. in pr.* Henr. Bocer. *de donat. cap. 11. n. 2.* Thoming. *decis. 29. n. 8.* Schurff. *cent. 3. consil. 51.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 47. num. 21.* † idque 3
præsertim inter Nobiles est usitatum, qui viduis suis ita prospicere, ac dotalitia in bonis feudalibus constituere solent: Quin tamen inter cives, aliosque homines, qui nobiles non sunt, licet hoc rarius fiat; † idem usurpetur, dubium non est, præ- 4
sertim si illi homines feuda possideant; Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. num. 18.* quamvis ambigendum non sit; † in bonis etiam allodialibus, ma- 5
ximè si feudalia non adsint, illud rectè constitui posse, *art. 75. ubi* Gloss. *latin. ad text. Germ. lit. b. lib. 3.* Landr. Dan. Moll. *hîc num. 13.* † Quum ve- 6
rò una eademque consuetudo in omnibus Saxon. provinciis non sit; ideò in quantitate dotalitiorum constituendâ id obtinere debet, quod cujusque Provinciæ mos & usus postulat; Gloss. *latin. ad dict. art. 75. lit. a. in med.* Coler. *dict. decis. 60. num. 19.* † Sanè regulariter in foro Saxonico ex 7
consuetudine communissima, modus dotalitii est ususfructus duplicatus ejus, quod dotis nomine fuit illatum, putà, si mulier quingentos florenos in dotem attulisset; tunc ei mille aurei in dotalitium constituuntur, † non quidem, ut proprietatem il- 8
lorum mille aureorum habeat; sed solum usumfructum, putà centum aureos, donec superstes fuerit. † Permittitur namque in materiâ dotalitii 9
pensio decem aureorum pro singulis centenis, Coler. *dict. decis. 60. n. 11.* Hartman. Pistor. *dict. qu. 4. n. 1.* Bocer. *dict. cap. 11. n. 14.* Dan. Moller. *hîc num. 12.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *p. 3. q. 122. n. 132.*

Ita Domini in causa D. Johannis Garmers zu Hamburg/ Mens. Decemb. Anno 1621. (Verba sentent. So wird das verschriebene Leibgedinge nach dem Einbringen billich geachtet und gerichtet / und der Wittben davon die Leibzinsen / Vermöge der gemeinen Sächsischen Landes-Gebräuche/ gedoppelt als 10. von jeden 100. fl. Jährlichen abgestattet/ &c.)

In causa Volckmär Hildebrands zu Zehmen / Mens. Jan. An. 1056. (Verba sent. Hat euer Vetter George Ernst von Zehmen / als er sich Anno 1591. mit Magdalenen Blanckin zu Wahren verehlichet/ eine Ehestifftung aufgerichtet / darinnen unter andern ihr der Blanckin gegen 1000. fl. Mitgifft 2000. fl. jährlichen/ dem Sächsischen Landes-Gebrauch nach/ mit 200. fl. zu verzinsen/ zum Leibgedinge verordnet worden/ &c.)

Et in causa N. à N. Viduæ zu Leipzig / Mens. April. Anno 1636. (Verba sent. Da ihr aber dennoch eurem verstorbenen Juncker 1000. fl. Ehegeld zubracht hättet/ So wären die Lehnsfolgere euch dem Landes-Gebrauch nach zu Leibdingen / und 200. fl. Leibzinsen jährlichen zu entrichten schuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Dotalitio constituto & à Vidua agnito dos feudo jure dotalitii incorporata repeti nequit, nisi aliud specialiter conventum fuerit.

AT, dixerit quis, *nonne Reditus dotalitii, decem* 1
scilicet annua pro centenis, atq; ita centũ pro mille jũt usurarii, & sic ratio ac modo dotalitii mini mè legitimus ac permissus? † Sanè, quia supra homi- 2

num memoriâ hiſce in locis juſtus hic reditus dotalitii ad rationem unius pro decem habitus fuerit, non eſt, quod de illius juſtitia in poſterum dubi-
3 temus, Hart. Piſt. *part. 1. quæſt. 4. n. 1.* † Neque adeo in lucro verſari putanda eſt mulier, quæ dotalitii reditus magis, quàm ipſius dotalis pecuniæ re-
4 ſtitutionem eligit: † Quis enim neſcit, in emptione redituum ad vitam, propter ætatum diſcrimina, incertitudinem eventus, aliasque circumſtantias, tolerari reditiuum ſeu penſionum majorum ſolutionem, Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 27. num. 7.* Andr.
5 Gail. *lib. 2. obſervat. 8. in pr.* † Idque maximè in dotalitio, quo ſemel conſtituto & à viduâ agnito dos
6 repeti nequit. † Ideoque viduâ defunctâ dos feudo incorporata per dotalitium acceptatum prorſus expirat, & penes mariti heredes feudales perpetuò pleno jure permanet, *h.* Conſt. *32. verſ.* Daß dargegen ihre Mitgifft und Einbringen verlöſche und abgehe/ꝛc. *ubi* Moll. *n. 1.* Hartm. Piſt. *part. 1. q. 4. n. 20.* Coler. *part. 1. deciſ. 57. n. 57. & dec. 60. n. 12.* Rauchb. *part. 1. quæſt. 30. n. 22.* Matth. Weſenb. *part.*
7 *1. conſ. 26. n. 26.* † Quod verum eſt, non tantùm in dote in pecunia numerata conſiſtente, ſed & ſi fundus, aliavè res immobilis in dotem fuerit data, ut
8 ritè docet Moller. *hic n. 16.* † ubi tamen id limitat in caſu, quo maritus bona nulla aut ſaltem ſufficientia non habet, ſed uxori dotalitium iis in bonis conſtituit, quæ vel ſuâ induſtriâ, vel gratiâ Principum, aut ex hereditate, vel alitunde ſe adhuc
9 conſecuturum ſperat, Moll. *hic num. 5.* † Planè, ſi aliter conventum fuerit, putà quod dotalitio etiam à Vidua ſemel agnito dos repeti queat, vel quod ſæpiſſimè fieri ſolet, ut dotem quidem illatam uxor poſt mortem mariti recipiat, ratione verò donationis propter nuptias, annuam penſionem ad
10 vitam conſequatur, † illud omninò ſervari debet, *h.* Conſt. *42. verſ.* Da aber derowegen/wie es zu halten/gewiſſe pacta und Vereinigungen auffgerichtet/dieſelben müſſen zuförderſt in acht genom-
11 men/ und darauff geſprochen werden / † Siquidem proviſio hominis tollit proviſionem legis, *l. ult. C. de pact. conv.* Moll. *hic n. 4.*

Ita Domini in eadem cauſa Volckmar Hildebrandts von Zehmen/Menſ. Januar. Anno 1626. (Verba ſententiæ: Und nachdem gedachter Georg Ernſt von Zehmen Todes verfahren / hatte deſſen Wittib ihre Mitgifft nicht wieder gefordert / ſondern dieſelbe nebens den verordneten 1000. fl. zugleich/mit 200. fl. verzinſen laſſen/ꝛc. So bleiben obangeregte 1000. fl. Mitgifft auff der Wittben begebenden Todesfall/weil Speciali pacto ein anders ausdrücklichen nicht verſehen/euch als dem Lehns-Erben billich/und die Land-Erben haben ſich derer nicht anzumaſſen/V.R.W.)

Definit. IV.

Uxore prædefunctâ, dotalitium haud effectum ſortitur, ſed dos marito ſuperſtiti cedit, de quâ tamen liberis debetur legitima.

1 LIcet dos, cujus reſpectu uxori conſtitutum eſt dotalitium, in feudo remaneat, Defin. *præ-*
2 *ced.* † Attamen hoc aliter accipiendum non eſt, quàm ſi prædefuncto marito, uxor uſa fuerit
3 dotalitio, † quod poſt mortem mariti demum ſortitur effectum, Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 4. n. 27.* Modeſt. Piſtor. *part. 2. quæſt. 51.* † Alioquin, ſi 4
dotalitio conſtituto, uxor ante maritum decedat, atque adeò dotalitium haud effectum ſortiatur, dos haudquaquam feudo cedit, cum eo tempore mulier deceſſerit, quo dotalitio nondum uti potuerit, ſed in ejus arbitrio adhuc fuerit, utrum magis dote ſuâ contenta eſſe, & dotalitio renunciare voluiſſet. †Dubium ergò non eſt, quin hoc caſu juxta conſue- 5
tudinem territorii Saxonici, perinde ut alia uxoris mobilia, etiam dotem, quæ in pecuniâ numeratâ vel rebus mobilibus conſiſtit, maritus lucretur; † 6
ita tamen ut liberis vel parentibus Uxoris defunctæ debeatur legitima, Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 4. num. 27. & obſervat. 111.* Nec enim ex ſola dotalitii promiſſione vel conſtitutione, dotis natura immutatur, ut malè exiſtimat Jacob. Schult. *in addit. ad* Coler. *part. 1. deciſ. 57. num. 73.* † Sed u- 7
ſus demum dotalitii, poſt mariti obitum, heredibus feudalibus jus tribuit, ut ſcitè hoc explicat Hart. Piſtor. *dict. obſervat. 111. & ibi* Simon. Ulric. Piſtor. *in not.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſtentent. Auff ſn Fall aber die Wittib vor dem Ehemanne verſtorben wäre/ ſo hätte ſie ihr zugebrachtes Ehrgeld / weil ſolches durch das auffgerichtete Leibgedinge nicht erloſchen / Vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte als andere Barſchafft und beweglich Gut auff den überlebenden Ehe-Mann/ nach Abzug der Kinder legitimen, gebracht und verfället/ deſſen ſich auch nach ſeinem des Mannes Abſterben die Land-Erben anzumaßen hätten/V.R.W.)

Definit. V.

Conſtitutio dotalitii quatenus obligat Agnatos in feudo, nec non filios, alios q3 heredes deſcendentes.

NUllum prorſus dubium eſt, quin agnati ſive 1
heredes feudales indifferenter ex pacto obligentur, ſi conſenſerint conſtitutioni dotalitii, quocunque etiam modo illud fuerit promiſſum, Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 4. num. 6.* † At, ſi 2
non conſenſerint, haudquaquam eis præjudicabit factum Vaſalli defuncti, ſi in dotalitio conſtituendo legitimum & uſitatum modum exceſſerit, majores ſcilicet promittendo reditus, quàm decem in ſingulos centenos, aliove modo ſpeciali uxori ſuæ proſpiciendo, † quod pacto peculiari 3
ipſum facere poſſe indubitatum eſt, *h.* Conſtit. *42. verſ.* Da aber derowegen *Supr.* Definit. 3. Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 4. n. 5.* † Regulariter enim ex 4
facto Vaſalli defuncti ſucceſſores in feudo non tenentur, neque ipſis invitis ratione feudi, onus aliquod à defuncto injungi poteſt, *cap. 1. in pr. de ſucceſſ. feud. cap. 1. in pr. de alienat. feud. patern. cap. Titius. ſi de feudo defuncti content. fuer.* † Ea- 5
tenus tamen heredes feudales ex facto Vaſalli defuncti obligantur, quatenùs dotalitium intra legitimum & uſitatum modum fuerit conſtitutum, dosque realiter ab Uxore in feudum illata, Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 122. num. 131. & num. 114. & ſeqq.* Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 4. num. 7.* Matth. Weſenb. *part.*
2. conſil. 77. Dan. Moller. *hic num. 11.* † Quod certè 6
mirũ non eſt, quum dotalitii conſtitutio ſit feudale onus, quod defuncto marito, licet ab eo nunquam

fuerit

fuerit promissum, heredes feudales in feudo constituere, jure obligantur, etiamsi alia superstint bona hereditaria; *Vid.* Const. *44. infr. Defin. 1.* Hart. Pist. *dict. q. 4. n. 15.* Modest. Pist. *q. 122. n. 131. & 136.*

7 † Fortius autem constitutio dotalitii obligat filios aliosque heredes descendentes, non solùm, quando dotalitium debitum ac usitatum, modum haud excedit, sed etiam, si eum longè superat, quoniam

8 † filii aliique descendentes factum patris præstare tenentur, *l. cum à matre 14. C. de R. V. l. venditrici. 3. C. de reb. alien. non alienan.* Hart. Pist. *dict. q. 4. n. 6.*

9 † ut ita horum consensu ad constitutionem dotalitii minimè opus sit, Gloss. *latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 21. lit. A.* Gloss. *latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 3. art. 74. lit. D.*

Ita Domini in causa N. à N. viduæ zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1636. [Verba sententiæ: Wenn nun gleich die Lehnsfolger solchen Leibgedinges-Brief nicht beliebet/ noch darein gewilliget. Da ihr aber dennoch eurem Juncker 1000. fl. Mitgift wircklichen zugebracht hättet/ So wären euch die Lehnsfolger dem Landes-Brauch nach mit 200. fl. jährlichen Leibzinsen zu verleibgedingen schuldig; dasjenige aber/ was hierüber von eurem Ehejuncker euch versprochen und zugesagt wordē/ möchten sie die Lehnsfolgere/ weil sie drein nicht gewilliget/ noch eures Junckern Erben oder Söhne seyn/ zu halten und abzustatten wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.]

It. in causa Alexandri von Zehmen nachgelassener Söhne und Lehns-Erben/ Mens. Mart. Anno 1597.

In causa Joachimi von Reibolds auff Rauendorff/ Mens. Jul Anno 1634.

Et in causa Alberti & Heinrici à Buchsdorff zu Zinnitz/ Mens. Febr. Anno 1636.

Definit. VI.

Viduæ ratione dotalitii, quod à primo marito ad vitam adepta est, à secundo marito absque consensu Agnatorum denuo dotalitium constitui nequit.

1 SI vidua à primo marito dotalitium acceperit, illudque secundo marito dederit, ac cum reliquis bonis suis intulerit, disceptatur, *An ei secundus maritus aliud dotalitium ad primi dotalitii quantitatem constituere teneatur*, ita ut si vidua ex primo dotalitio quotannis duo millia ex reditibus & fructibus percipere potuerit, debeat secundus maritus ei aliud constituere dotalitium, ex quo

2 quotannis quatuor millia percipere possit? † Negat hoc Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 13.* quod verbotenùs refert, ac sequitur Hartm. Pistor. *part. 1. q. 14.* ubi Scabinos Lipsenses in hanc sententiam

3 respondisse testatur. † Rectissimè sanè, cum idèo constituatur dotalitium uxori, quod accepto eo dotem repetere nequeat, sed dos quasi bonis mariti incorporata perpetuò penes eum, ejusque heredes maneat, *h.* Const. 42. Rauchb. *part. 1. quæst. 30. n. 12.* Coler. *part. 1. decis. 57. n. 57. Supr.* Defin. 3.

4 † Sed quis non videt, rationem hanc cessare in dotalitio eo, quod Vidua à primo marito accepit, quippe quod morte Viduæ finitur, ut de-

5 monstrat Hartman. Pistor. *dict. quæst. 14.* † Aliud procul dubio dicendum erit in casu, quo mulieri ex primo matrimonio dotalitium ita competit, ut non cum morte ipsius finiatur, sed usque ad vitam secundi mariti perduret, prout facilè ex prædictis colligere est, docente ita Modest. Pist. *in consil. allegato. num. 28.* † Planè & tum viduæ ratione dotalitii prioris matrimonii, aliud debebitur dotalitium, si illud in hunc casum, pacto speciali promissum, & consensu Agnatorum, sive heredum feudalium constitutum fuerit. † Nam cum dotalitium etiam sine dote consensu agnatorum, constitui possit, Defin. *præced.* nihil sanè impedit, quò minus etiam respectu Ususfructus in dotem illati idem fiat, Hart. Pist. *quæst. 14. n. 16.* 6 7

Ita Domini in causa Hansen Christophs von Bruel zu Gengelossömer/ Mens. Octobr. Anno 1596. [Verba sentent. Hat eure Schwester Anna 40. fl. welche ihr voriger Ehemann Oßwald Hecke ihr zur Leibzucht gegen ihr Einbringen/ auff seinen Lehngütern verschrieben/ ihrem andern Ehemann Georg von Hopffgarten ein- und zugebracht/ wogegen er ihr gleichfalls ein Leibgedinge auff seinen Lehngütern verschrieben/ da nun seine Brüder und Lehnsfolger dabey gewesen/ und darein gewilliget hätten/ &c. Auff solchen Fall wären sie ihr auch das darinnen zugesagte und verschriebene Leibgedinge aus den Lehngütern zu entrichten und abzutragen schuldig/ V. R. W.]

Definit. VII.

Uxor ratione dotalitii seu Usufructuaria cautionem præstare tenetur.

1 NEgant Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 30. num. 8* & post eum Frider. Pruckman. *vol. 1. consil. 47. num. 125.* à mulieribus ratione dotalitii cautiones jure exigi: † Quod quidem concesserim, si vi- 2
duæ nomine dotalitii, certæ pensiones annuæ ex bonis feudalibus solvantur, relictâ horum administratione Agnatis aut filiis, heredibus feudalibus, ut communiter hodiè fieri solet: † Alioquin, si Vidua 3
ipsa bona feudalia administret, iisque dotalitii nomine utatur-fruatur, dubitandum non est, quin ratione ususfructus, quem habet in dotalitio, teneatur præstare cautionem de utendo-fruendo, salvâ rerum substantiâ, † ut sentiunt rectissimè Hartm. 4
Pistor. *observat. 2.* Matth. Wesenb. *consil. 91. num. 15.* Johan. Köppen. *decis. 33. num. 12.* Anton. Hering. *in tract. de fidejuss. cap. 5. num. 229. & seq.* † Unicuique siquidem Usufructuario incumbit, ut 5
proprietario vel heredi caveat, se usurum-fruiturum boni viri arbitratu, & finito usufructu, possessionem Domino restituturum, *l. 1. & tot. tit. ff. Usufr. quemadm. cav.* † usque adeo, ut ne quidem Uxor 6
ac liberi, quibus relictus est ususfructus, ab hoc onere eximantur, *l. 1. & 4. ubi* Dd. *C. de Usufruct.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 144. num. 16.* † Atqui 7
nil aliud verè est dotalitium, quàm ususfructus, secundum tradita Interpp. Juris Saxonici Zobel. *l. 1. art. 21. in lit. F.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 4. num. 23.* Johann. Schneidewin. *in tit. Inst. de hered. quæ ab intestat. defer. tit. de success. jur. Saxon. inter maritum & uxorem. num. 43.* † Maxīmè verò præstabit cautionem usufructuariam Vi- 8
dua, si pecuniam, in qua dotalitium constitutum est, sibi ad usum tradi petat, † quod ipsi haud denegandum, licet successores fundi sortem alibi collocare malint, secundum tradita Dan. Moller. *ad Const. 44. n. 18. p. 2.* 9

Ita Domini in causa Sabinen von Neumeck / Mense Sept. Anno 1627. [Verba sentent. Hat euch euer Ehe-Juncker in seinen Lehngütern ein gewiß Leibgedinge verordnet/ und er ist nunmehr Todes verfahren / derowegen ihr euch solches Leibgedinges zu gebrauchen gemeynet; Da euch nun zu solchem Ende / und damit ihr die jährliche Leibzinsen erlangen möchtet / das eine Lehngut von den Lehns-Erben eingethan würde/ꝛc. So möchtet ihr euch der gefoderten Caution nicht entbrechen / sondern ihr wäret dieselbe gebührender massen zu bestellen schuldig/ V.R.W.]

Definit. IIX.

Obligata est uxor ratione dotalitii ad inventarii confectionem.

1 NOn minus quoque uxor ratione dotalitii ad
2 inventarii confectionem obligata est, Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 30. num. 32.* †Scilicet quia inventarium necessarium dicitur antecedens cautionis; vel satisdationis, Roland. à Vall. *in tract.*
3 *de confect. invent. q. 36. n. 7.* †Et quomodo, quæso, finito dotalitii usufructu, salva substantia demonstrari poterit, si non prius confectum fuerit in-
4 ventarium. †Idque est quod vulgò dicunt, unicuique ad rei alicujus restitutionem obligato, conficiendi inventarii necessitatem incumbere, Ferdin. Vasq. *de succeß. & ult. volunt. lib. 1. de testator. potent. §. 6. num. 45.* Rauchb. *dict. quæst. 30. num.*
5 *30.* †Sanè, si bonorum Feudalium administratio ratione dotalitii viduæ concessa haud fuerit, sed hujus nomine quotannis certi reditus solvantur, à confectione inventarii Viduam tùm liberam esse, perinde atque ab onere cautionis, Defin. *præced.* facilè concesserim Berlich. *part. 2. concl. 50. n. 70.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Immaßen ihr denn auff solchen Fall ein inventarium außzurichten verpflichtet seyd/ V. R. W.]

Definit. IX.

Locare potest uxor dotalitium suum, ita tamen, ut morte ipsius locatio finiatur.

1 QUamvis uxor fundum feudalem, in quo dotalitium habet, obligare vel alienare, aut etiam quicquam aliud facere prohibeatur, quod præjudicet proprietati, *l. rem quam pater 22. C. de jur. dot. l. fœminæ 3. C. de secund. nupt.* Jac. Schult. *in addit. ad* Rotschitz. *de dotalit. art. 4. n. 8.* Matth. Coler.
2 *part. 1. decis. 193. n. 2.* †Attamen ipsum dotalitium
3 alicui benè locare potest, ita tamen, † ut locatio morte uxoris finiatur, Urthel post Landr. *tit.* von Leibgedinge/ *vers.* Solch Gut um Jährlich Geld Mietweise / Jacob. Schult. *dict. loc.* Gloss. *latin. ad text. german.* Landr. *lib. 1. art. 21. lit. K.* †
4 Cum & usufructuario cuivis id facere liceat, *l. 8. pr. ff. de bon. auth. jud. possid. l. non utitur 38. cum l. seq. l. cui Ususfructus. 67. ff. de Usufr. §. 1. Inst. de usu & habitat. l. 8. §. ult. ff. de peric. & comm. rei. vendit.*
5 *l. 9. §. 1. l. 17. ubi* Gothofr. *ff. de pign. & hypoth.* † Cur non ergò viduæ quoque in dotalitio?

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. Es ist euch aber nachmals solches Leibgedinge / wofern ihr der Haushaltung nicht selbsten vorzustehen gemeynet / auff euer Leben einem andern zu verpachten unbenommen / V.R.W.]

Definit. X.

Mulier consentiens oppignorationi bonorum feudalium, in quibus dotalitium habet constitutum, ex aliis mariti bonis illud petere valet.

QUum debitor pignus æquè idoneum offerens 1
Creditori sit audiendus, secundum tradita Neguz. *de pignor. part. 3. membr. 1. n. 21.* Vincent. Caroc. *in tract. de oblat. part. 2. quæst. 43.* † & regu- 2
lariter offerens rem æquè idoneam admittendus, Caroc. *dict. p. 2. quæst. 50. n. 1.* non malè infert Petr. Heig. *part. 1. quæst. 28.* †mulieri Nobili, pro dota- 3
litio, in feudo pignus constitutum habenti, aliud æquè idoneum pignus offerri posse, in hunc nempe finem, ut feudum pro dotalitio obligatum alienare liceat, †modò tamen subrogatio illa dotalitii 4
& pignoris feudalis absque incommodo mulieris procedat, ut benè notat Heig. *dict. q. 28. num. 30.* †scilicet, si viduæ ex aliis defuncti mariti bonis ra- 5
tione dotalitii satisfieri queat, Rotschitz. *de dotal. art. 8. n. 9.* † Ad quæ omninò Vidua regressum 6
habet, etiamsi ipsamet oppignorationi bonorum feudalium, in quibus dotalitium constitutum habebat, consenserit ac validè juri pignoris renunciaverit, † quod uxorem etiam absque curatore 7
facere posse, tradit Jacob. Schult. *in addit. ad* Rotschitz. *dict. art. 8. num. 12. & seqq.* † Neque enim 8
pignoris remissio donatio est, *l. etsi 18. ff. quæ in fraud. credit. l. 1. §. cum venditor. 1. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvit.* cum jus ipsum debiti haudquaquam extinguat. † Quia nil vetat, jus 9
debiti durare soluto pignore, quod non nisi accessorium est, cum possit etiam pignus durare sublatâ principali obligatione, *l. 2. C. de luit. pignor.* † Quidni ergò, pignore dotalitii sublato, ipsum 10
dotalitium uxori adhuc salvum dicemus? † Perin- 11
de, ac remissâ pignoris obligatione, ex aliis mariti bonis, Uxori dotem petere licet, *l. jubemus 21. C. ad SCtum Vellejan.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 14. defin. 3. n. 4.*

Ita Domini in causa Hansen Preusens zu Leipzig/ Mens. Majo, Anno 1593. [Verba sentent. Ob gleich Hansen Preusens Wittib in den Vertrag und die darinnen geschehene Verpfändung gewilliget/ und sich also ihrer Leibzucht und Fräulichen Gerechtigkeit begeben und verziehen/ꝛc. So seyd ihr doch gedachter Wittiben die bewilligte und verschriebene Leibzinsen aus andern oberwehntes ihres Ehemannes hinterlassenen Lehen- und Erbgütern vollständig zu entrichten / und sie dieselbe dafür nützen und geniessen zu lassen schuldig/ V.R.W.]

Definit. XI.

Mulieres in donatione propter nuptias gravari haud possunt.

QUemadmodum filia gravari non debet in do- 1
te *l. ult. §. filiæ 5. ff. de legat. 2.* Bald. *in l. quoniam novella. 29. C. de inoff. testam.* ita †nec mulier 2
in dotalitio, Hart. Pist. *observ. 115.* † Nempe quia 3
conjux non potest præjudicare conjugi in lucris, Jure vel statuto debitis, Const. Elect. *7. part. 3.* Ant. Tess. *decis. 106.* Patet hinc, †maritũ, licet is, dum vivit, 4
in dotalitio crescentes fructus percipiat & lucretur, Rotschitz. *de dotal. art. 4. n. 4.* Gloss. *in c. 31.* Lehnr. *n. 9.* fundum tamen, in quo dotalitium constitutum est, †absq; causa sufficiente, ac urgente ære alieno, in 5
præjudicium uxoris haudquaquam alienare posse, Gloss. *in art. 20. n. 11. & art. 44. n. 2. l. 1.* Landr. Gloss. *in dict. c. 31.* Lehnr. Rotschitz. *de dot. art. 8. n. 8. & seqq.*

Ita

Ita Domini in causa Wolffgangi Wilhelmi von der Nussel/ Mense April. Anno 1600.

Definit. XII.

Pater filiam dotare tenetur, adq; id officio judicis compelli potest.

REgulariter pater filiam dotare tenetur, secundum conditionem personarum & quantitatem sui patrimonii, ad eum principaliter effectum, ut conditionem honestè nubendi inveniat, ac pro-
2 pterea ad id compelli potest, †non quidem jure actionis, sed officio judicis, *l. 19. ff. de rit. nupt. l. ult. vers. utramq; C. de dot. promiss.* Zas. *in §. fuerat. 29. n. 31. Inst. de action. ubi &* Joh. Schneidewin. *n.*
3 *81.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 95. num. 1.* † Quod tamen ad patrem divitem est restringendum: Nam pater inops, vel multis debitis involutus, ita quod facultates ipsius non sufficiant ad filiam dotandam, haud obligatus est ad dotationem, *l. ait Prætor. 10. §. si cum mulier. 14. l. ult. §. si à Socero. 1. ff. quæ in*
4 *fraud. credit.* † Sicuti nec pater filiam ingratam, vel contra familiæ honestatem indigno viro nubentem alere & dotare tenetur, Zas. *dict. loc.* Schneidewin. *in dict. §. fuerat. 29. num. 84. & 85. Inst. de action.* Andr. Gail. *dict. obs. 95.*

Ita Domini in causa D. Philippi Janovii zu Eißleben/ Mens. April. Anno 1632 [Verba sentent. Habt ihr eines Kauffmanns/der nicht mehr nicht als drey Kinder hat / und in die 10000. Thl. vermag/Tochter geheyrathet/und ob wol ihr seithero die onera matrimonii getragen/ und vermöge der Rechte ein ieder Vater seine Tochter zu dotiren schuldig ist / hat er sich doch durch vielfältiges Ansuchen hierzu nicht verstehen wollen/ꝛc. So wird er auf vorgehende eure gebührende imploration, von dem Richterlichen Amte/euerm/auch seinem Stande und Vermögen nach/ euerm Eheweibe eine Mitgift zu verordnen/ und euch abfolgen zu lassen billich angehalten/V. R. W.]

Et in causa Hansen Berthelds zu Gerau / Mens. August. Anno 1635. [Verba sententiæ: So ist auch Hans Berthold seinem Vermögen nach der Tochter nochmals eine gewisse dotem zu constituiren / und entweder seinem Eydam baar abzutragen / oder bis zu erfolgender Zahlung zu verzinsen schuldig/V. R. W.]

Definit. XIII.

Non tenetur pater dotare filiam locupletem, quæ aliunde habet, unde seipsam dotare possit.

1 RAtione officii paterni parentem obligari dotare filiam etiam locupletem, quæ aliunde habet, unde se ipsam dotare queat, communiter Dd. asserunt, Bald. *in l. ult. C. de dot. promiss. col. 3. in pr.* Jason. *in §. fuerat. 29. num. 98. & seqq. Inst. de action. & in l. 1. ff. solut. matr.* Andr. Gail. *lib. 2.*
2 *obs. 95. num. 14.* † Quæ tamen assertio vel exinde periculosa est, quod dos non debeatur jure actionis,
3 sed ex officio judicis, Defin. *præced. n. 2.* † At cessat æquitas, cui officium judicis innititur, quando filia ipsamet habet, unde dotem constituere possit, Bartol. *in l. mulier. 22. §. cum proponeretur. 4. ff. ad*
4 *SCtum Trebell.* †Cessat etiam ratio cogendi patrem *ex l. 19. ff. de rit. nupt.* nempe ut filia inveniat condi-
5 tionem honestam. † Neutiquam igitur filiam locupletem pater alere & dotare tenebitur, *arg. l. 5. §. sed*
6 *si filius. 7. ff. de agnos. liber.* † Nec audiendi sunt, qui cum Gail. *dict. loc. n. 15.* favorabiliorem dicunt causam dotis, quàm alimentorũ, eo quod dos cõparetur legitimæ, quæ locupleti etiam filiæ debetur: Nam debetur hæc patre demum mortuo, in quem eventum, ut ex bonis ejus aliquam partem liberi habeant, naturalis & civilis ratio suadet, quum ex Jure gentium tota eis successio deferatur. † Dos ve- 7
rò à patre datur vivente, eo fine, ut filia conditionem inveniat. Errant igitur, qui simpliciter locupleti filiæ dotem dandam affirmant, dum locupletes liberos simpliciter alendos negant. † Quin po- 8
tius dixerim, multo minus patrem compellendum, ut filii diviti dotem constituat, † cum major sit ratio 9
alimentorum, quæ etiam de jure naturali debentur, quam dotis, Joh. Schneidewin. *in §. fuerat. 29. num. 87. Instit. de action.*

Ita Domini in causa Caspari Schmießemen zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1633. [Verba sentent. Ob ihr nun wol anitzo von eurem Schwiegervater Mitgift zu fodern gemeynet/ die Eltern auch ihrem Vermögen nach die Kinder/ welche vor sich selbsten nichts übriges/noch von ihren eigenthümlichen Gütern Mitgift haben können/ auszustatten schuldig seyn/ꝛc.]

Definit. XIV.

Dotis usuræ debentur à tempore moræ.

USuræ dotis, ab extraneo promissæ, non ob id 1
debentur, quod per multos annos maritus Uxorem exhibuerit, cæteraque matrimonii onera sustulerit, sed ab eo demum tempore, † quo mora 2
fuerit contracta, *l. vir usuras. 54. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † Contrahitur verò mora solo bien- 3
nii lapsu, ut exindè usuræ debeantur, *l. ult. §. præterea. 2. C. de jur. dot.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 22. n. 2.* Nisi doti solvendæ dies biennio brevior fuerit præfixus; † Nam eo casu non expe- 4
ctabitur biennium, sed ex solo temporis lapsu constituetur quis in morâ, ut ab eo die usuras promissæ dotis debeat, etiam quas vir non deduxerit in stipulatum; † Quod enim in dotis favorem est con- 5
stitutum, non impedit, quo minus melior possit fieri conditio dotis ex pacto speciali, *l. Attilicinus. 17. ff. de pact. dotal. l. ult. C. de pact. convent. tàm sup. dot.*

Ita Domini in causa Andreæ Stegers zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1590. [Verba sentent. Hat euch Thomas Freund/als ihr euer Weib geehlichet / 300. fl. Ehegeld zu geben zugesagt / dasselbe aber so bald nicht entrichtet / ꝛc. So ist er euch von der Zeit an / so zur Auszahlung der Mitgift bestimmt worden/ zugleich auch die Zinsen abzustatten schuldig/ V. R. W.]

Definit. XV.

Mulier Usufructuaria bonorum mariti defuncti, non tenetur dotare filias ex fructibus bonorum, nisi pater aliud disposuerit.

COmmunis est Dd. traditio, quod usufructua- 1
rius non teneatur solvere æs alienum à defuncto contractum, sed illius exsolutio incumbat heredi, ceu proprietario, Castrens. *in l. ult. §. sin autem 1. C. de bon. quæ liber.* Jason. *in l. 1. col. 2. ff. ad L. Falcid.* Guid. Pap. *quæst. 541.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 143. num. 9.* Cravett. *consil. 536. num. 13.* †Quæ sententia probatur *ex text. l. ult. ff. de Usufr.* 2
legat. & l. usufructu. 69. ff. ad Leg. Falcid. ubi æs alienum deducitur ex bonis, quorum usufructus fuit legatus, quæ sanè deductio ab ipso fit here-

3 herede. † Eoque refero etiam dotationem filia-
rum, quæ ceu debitum quoddam patri incumbit,
4 *Supr.* Defin 12. † Quare nec mulier usufructuaria
bonorum à defuncto marito constituta, hoc onere
gravari debet, quæ nec aliàs, nisi ex magnâ & pro-
babili causa, pro filiâ dotem dare cogitur, *l.14. C. de*
5 *jur. dot.* † Nisi expressè maritus uxori hoc onus
6 imposuerit. † Quo sanè casu ex fructibus perce-
ptis dotem constituere tenetur, illæsâ proprietate,
quæ matre defunctâ liberis salva erit absque ullâ
dotis acceptæ collatione, secundum ea quæ tradit
Menoch. *lib.4. præs. 40. n. 8. 9. & seqq.*

Ita Domini in causa Melchior Hertzschens zu Leipzig/Mens. Febr. Anno 1633. [Verba sent. Dieweil aber dennoch aus gantzem context des Testaments ein anders nicht zu spüren/ als daß der testator die unausgestattete Kinder ohne Abbruch ihres Vaterthels von dem usufructu, so er der Mutter gelassen / ausgestattet haben wollen/ &c. So mag auch solche Ausstattung nunmehr eurem Eheweibe an ihrer gebührenden portion nicht abgezogen werden/ &c.]

Definit. XVI.

Tutor licet majorem dotem promiserit, non tamen tenetur ultrà, quàm pupilla in bonis habet.

1 Licet pater ære alieno obrutus dotem filiæ con-
stituere haud teneatur, *Supr.* Defin. *12. num. 3.*
Bald. *in l. ult. Col. 3. vers. sed quid si pater. C. de*
dot. promiss. Johann. Schneidewin. *in § fuerat. 29.*
2 *Inst. de Action. n. 85.* † Attamen dotem jam pro-
missam genero, qui fraudis particeps non est, solve-
re debet, *l. fin. §. si à socero 1. in fin. ff. quæ in fraud.*
credit. l. 2. C. eod. tit. Hartman. Pistor. *observat. III.*
3 *& ibi* Simon. Ulric. *in not.* † Non ita obstringitur
tutor, qui licet pupillæ nomine plus dotis promise-
rit, quàm ea in bonis habeat, si tamen ignorans id
fecerit, non tenebitur ultrà, quàm pupilla in bonis
habet, *per text. in l. cum post. 43. §. 1. ff. de admin.*
tutor. Hartm. Pistor. *obs. 47.*

Ita Domini in causa Nicolai Reibolds zu Querfurt/ Mens. April. Anno 1627. [Verba sentent Ob wol eures Weibes Vormund bey eurer Verehlichung/ im Namen seiner Pflege-Tochter/als damaligen Braut/500. fl. zu der Mitgift und Ehegeld euch anheischig worden; dieweil sichs aber demnach eurem Bericht nach nunmehr befindet/ daß eures Weibes gantzes Vermögen sich so hoch nicht erstreckt/&c. So mag vorbemeldter Vormund / weil er aus Unwissenheit solches Versprechen gethan/ die zugesagte Mitgift euch zu gewähren / und vor voll auszuzahlen nicht angehalten werden/V.R.W.]

Definit. XVII.

Valida est datio fidejussoris pro dotalitio, nec non pro dote, ante sponsalia facta vel ad instantiam patris filiam dotantis.

1 Fidejussorem pro dote sive conservandâ sive
restituendâ uxori à marito, patreve ejus da-
ri optimâ ratione est prohibitum, ne scilicet per-
fidiæ suspicionis inter conjuges nascatur occa-
2 sio, † ne cui credendam sese mulier existimave-
rit, ejus fidem dotis nomine suspectam habere vi-
deatur, *l. 1. & 2. C. Ne fidejuss. dot. dent.* Ant. Fab.
3 *in Codic. lib. 5. tit. 14. defin. 1.* † Non tamen inde
consequens est, ne quidem ab initio & ante spon-
salia contracta, cautionem fidejussoriam pro dote
exigi posse, quippe quod nec tum à marito, sed ab
eo, qui maritus adhuc speratur, cautio petatur, † 4
quam promissam post matrimonium contractum
maritus tenetur præstare, Gothofr. *in Rubr. C. Ne*
fidei dot. lit. E.

Prout responsum memini à Dominis Scabinis an die Landherren über des Raths zu Leipzig Rittergütere / Mens. Sept. Anno 1636.

† Quin & tum cautio pro dote est præstanda, si 5
eam non petat ipsa mulier, sed is, qui ex necessitate
dotem solvere debet, ut putà, pater, patrisve heres,
aut debitor, quisque ille sit, nam isti ex necessitate
dotem solvere tenentur, *l. si extraneus. 33. ff. de jur.*
dot. † Quia nempe publicè interest, dotes mulie- 6
ribus salvas esse, *l. 1. ff. solut. matr. l. interest. 18. ff.*
de reb. autor. jud. possid. † Et melius est intacta 7
dotis jura ab initio servare, quàm post vulneratam
dotis causam remedium quærere, *arg. l. ult. C. in*
quib. caus. non est neces. in integr. rest. Ant. Fab.
in Cod dict. tit. 14. defin. 4. n. 8. † Planè maritum 8
volentem validè dare fidejussores pro dote, ac titu-
lum *Cod. Ne fidejuss. dot. dent.* non tàm prohibere
donationem fidejussorum, quàm ne quis invitus
fidejussoribus cavere cogatur, existimat Duar. *in*
tract. solut. matrim. sub. tit. de dot. cap. 4. † quod
& placet Hartman. Pistor. *obs. 35.* ubi pro dotalitio
etiam per fidejussores jure caveri ait.

Ita Domini in causa Joachimi Fabers zu Magdeburg/ Mens. Nov. Anno 1599.

Definit. XVIII.

Maritus dotem promissam exigens, absq; Curatorio nomine proprio agere & experiri potest.

Frequentius obtinuit, ut tàm uxori, quàm vi- 1
ro dos promittatur, quoniam nempe utrius-
que interest. Etsi enim dos in bonis mariti sit,
† mulieris tamen est, *l. quamvis 75. l. Titia 62. ff. de* 2
jur. tot. l. in rebus 30. C. eod. tit. † Non eo mi- 3
nus tamen dotem constante matrimonio solus ma-
ritus petere potest, nec mandatum uxoris proferre
cogetur, neque de rato cavere, Ant. Fab. *in Codic.*
lib. 5. tit. 7. defin. 31. n. 5. † Nam etsi soli mulieri 4
promissa dos esset, attamen vel ipsa dotis appella-
tio facit, ut ejus exigendæ actio constante matri-
monio soli marito competere debeat, *l. dote 9. C.*
de Rei Vend. † Nempe quia maritus onera fert 5
matrimonii, ad quorum revelationem dos consti-
tuitur, *l. si is qui. 56. §. ibi dos 1. ff. de jur. dot. l. pro*
oneribus. 20. C. eod. tit. Ant. Fab. *dict. loc. num. 3.*
† Idque porro ex eo evidenter apparet, quod in 6
iis quoque instrumentis, quibus dos utrique pro-
missa proponitur, maritus semper ad totius dotis
restitutionem se suaque bona omnia obligat, quod
minimè æquum esset, si non ei totius quoque dotis
exactio competeret, † siquidem restitutio exactio- 7
nem præcedentem præsupponit, *l. cum ei 42. ff. de*
legat. 2.

Ita Domini in causa Wolffen von Neumarcks zu Teichwolffraumsdorff contra Balthasar Friederich Trützschlers zu Reudenitz Lehns-Erben an die Reussische Plauische Räthe zu Gräz/ Mens. Septemb. Anno 1619.

Defi-

Definit. XIX.

Uxor, quia eſt Domina fundi dotalis, ad eam periculum dotis ſpectat.

1 UXorem dotis dominam eſſe, vix negare pot-
2 eſt, qui textus ac rationes juris probè ponderaverit. † Ita namque dos mulieris eſſe dicitur *in l. quamvis. 75. ff. de jur. dot. l. fructus. 7. §. ſi fundum viro. 12. l. ſi conſtante. 24. §. ſi maritus.*
3 *5. ff. ſolut. matrim. l. pater filiæ. 71. ff. de evict.* † Nec
4 non mulieri deberi etiam matrimonio conſtante *l.*
5 *ſervum dotalem. 21. ff. de manumiſſ.* † Eſſe in bo-
6 nis uxoris *l. 4. ff. de collat. bonor.* † Reſpectu mariti alienæ *dict. l. 7. §. ſi fundum 12. ff. ſolut. matrim.* † Uxoris proprium patrimonium *l. 3. §. ergo etiam. 5. ff. de minor. l. un. §. & hoc ex rei uxoriæ. 14. C. de rei uxor. act. l. pater filiam. 14. in pr. ff. ad*
7 *Leg. Falcid.* † Dicitur quoque dos eſſe naturaliter in dominio uxoris etiam conſtante matrimonio, *l. in*
8 *rebus. 30. C. de jur. dot.* † Unde & de dote Rei vindicatione poteſt experiri, *l. 3. C. de Rei vindic.*
9 † quæ nulli alii, quàm Domino datur, *l. 27. §. cui legatum. 4. ff. de aur. & arg. legat. l. in rem. 23. in pr.*
10 *& tot. ritul. ff. & Cod. de R. V.* † Ideoque & maritus in dote ſaltem habet jus utendi-fruendi propter onera matrimonii, *l. dotis fructum. 7. ff. de jur. dot.* Dominus verò non eſt, qui ſaltem ha-
11 bet jus utendi-fruendi *pr. Inſtit. de uſufr.* † Nihilominus tamen alibi dicitur maritus Dominus
12 dotis, *pr. Inſtit. quib. alien. lic. vel non.* † ac dotis
13 habere vindicationem, *l. 9. C. de R. V.* † ejusque Dominium marito quæri dicitur *in 13. §. 2. ff.*
14 *de fund. dotal. l. 23. Cod. de jur. dot.* † Itemque fundus dotalis dicitur tranſire ad heredem mariti eo mortuo, heredemque ejus effici Dominum
15 dotis *l. quædam. 62. ff. de acquir. rer. domin.* † Quæ ſane efficiunt, ut fundi dotalis dominium ipſi potius attribuatur marito, quod & pluribus rationibus atque argumentis demonſtrat Henr. Bocer. *in tractat. ad l. 23. ff. de reg. jur. cap. 4. num.*
16 *103.* † Quid ergo dicemus? Anſam hæc res dedit variis diſtinctionibus & Opinionibus, quas memorat
17 Arius Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. part. 2. num. 12. & ſequentib.* † Dum vel ex ratione juris antiqui diſtinguunt inter dominium Quiritarium, quod penes uxorem manſerit, & bonitarium, quod tranſierit in maritum, Hottom. *diſput. de dot. num. 75.* Perrenott.
18 *2. animadv. cap. 2.* † Vel marito ſolum dant jus dote utendi-fruendi, Vaud. *2. var. quæſt. 3.* † Aut
19 marito dominium quidem dotis concedunt, proprietatem negant, Robert. *3. ſentent. 18. & 3. anim.*
20 *adverſ. 9.* Rectiùs forſan dicitur, † Maritum Legis autoritate haberi ac eſſe dominum rerum dotalium quoad effectum vindicationis, ac jus
21 utendi-fruendi, ſed non niſi revocabiliter, † Mulierem verò jure naturali, ac reverâ Dominam permanere *l. in rebus. 30. C. de jur. dot.* ut ſentit Franc. Conan. *lib. 8. comm. 9.* Johan. Coraſ.
22 *lib. 5. miſcellan. cap. 14.* † Idemque vult Jacob. Cujac. quando ſcribit, mulierem inſpecto exitu
23 Dominam dotis cenſeri, *lib. 10. obſervat. 32.* † Quâ ceu veriore ſtante ſententiâ, expeditum eſt, periculum ac caſum fortuitum fundi dotalis ad ipſam mulierem tanquam dominam pertinere, *l. quæ fortuitis. 6. C. de pign. act. l. contractus. 23. in fin. ff. de Reg. jur.* † Idque vel exinde etiam eluceſcit, 24
quod maritus in dote dolum ac culpam ſaltem dicitur præſtare *l. 23. ff. de R. jur. l. etiam filios. 18. §. 1. l. ſi filiofamilias 25. §. maritum. 1. ff. ſolut. matrim. l. in rebus. 17. ff. de jur. dot.* Bocer. *ad dict. l. 23. de Reg. jur. c. 4. num. 101.*

Ita Domini in cauſa Bernhardi Geußlers zu Queis, Menſ. Febr. Anno 1618. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch bemeldte Wittib allbereit bey des Mannes Leben Domina dotis geweſen/und das Eigenthum an ſolchem Hauſe gehabt/dannenhero auch ſie die Gefahr und caſum fortuitum tragen müſſen/ꝛc.)

Definit. XX.

Etiam dotis in rebus mobilibus conſtitutæ periculum mulier ſuſtinet.

NOn minus quoque dotis in rebus mobilibus 1
conſtitutæ periculum ac caſus fortuitus ad ipſam mulierem pertinet, putà, ſi res igne fuerint conſumptæ, aut vi ac incurſione hoſtium deperditæ, propter generalem juris diſpoſitionem, † quæ 2
mulierem dotis dominam facit, *l. 75. ff. de jur. dot. l. 7. §. ſi fundum 12. l. 24. §. ſi maritus. 5. ff. ſolut. matrim. l. in rebus 30. C. de jur. dot.* à qua rerum mobilium dos nullibi excipitur, † quare & hujus periculum 3
mulier ſuſtinebit, *l. quæ fortuitis. 6. C. de pign. act. l. contractus. 23. in fin. de reg. jur.* † Quin & maritus 4
tantùm adminiſtrator eſt rerum conjugis, quas defunctâ demum eâ, ceu heres mobiliaris lucratur, *Artic. 31.* Landrecht. *lib. 1.* † ut tanto minus periculum metuere habeat. 5

Ita Domini in cauſa Matthæi Kuppings zu Nokau/ Menſ. Jul. Anno 1633. (Verba ſentent. Hat bemeldte Wittbe auch etliches Viehe ihrem Ehemann zugebracht/ welches ihme aber bey jüngſten feindlichen Einfall und Plünderung abgenommen worden. Da nun ſolches Viehe umb eine gewiſſe Summa Geldes nicht angeſchlagen/ noch als ein æſtimiret Gut ihme zugewendet worden wäre/ꝛc. So gienge der Schaden des abgeraubeten Viehes über die Wittib billich/ und ſie wäre dannenhero einige Erſtattung von euch als des Mannes und uſufructuarii Erben dafür zu fodern nicht berechtiget/ V. R. W.)

Et ad requiſitionem Senatus Plavienſis Menſ. Jun. Anno 1634. (Verba ſentent. Dieweil aber dennoch vorgedachte Weibesperſonen bey Lebzeiten ihrer Ehemänner noch ſelbſten das Eigenthum der abgenommenen mobilien gehabt/dahero ihnen der Schaden / ſo ex caſu fortuito hergefloſſen / zugewachſen / ꝛc. So ſeyn ſie auch ſolchen Verluſt vor ſich ſelbſt zu tragen pflichtig/ und es mögen ihnen der Verſtorbenen Ehemänner Erben/ einige Erſtattung zu thun/ nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Rei dotalis æſtimatæ dominium & periculum ad maritum ſpectat.

NOn aliter tamen ipſa mulier dotis domina 1
haberi, ejusque caſum ac periculum ſuſtinere debet, quàm ſi res inæſtimatæ in dotem fuerint datæ, Defin. *præced.* † Aliter verò res ſe habet, 2
ſi fun-

si fundi aliarumque rerum dotalium æstimatio facta fuerit: Nam omni remotâ dubitatione certissimum est, † quod rei dotalis æstimatæ, item pondere, numero, vel mensurâ constantis dominium 3 transeat ad maritum, in tantum, ut ejus rei periculum sustineat, ac matrimonio soluto non eandem rem, † sed vel ejus pretium, vel ejusdem generis 4 aut qualitatis rem restituat, *l. plerumque. 10. l. si rem. 14. & ll. seqq. l. res in dotem data. 42. l. cum post divortium. 69. §. in dotem. pen. ff. de jur. dot. l. quoties. 5. l. 10. l. 21. C. eod. tit.* † Quia tùm sola æstimatio in 5 dote esse intelligitur, quæ emptionem facit, *dict. l. plerumq; 10. §. si ante 4. & seqq. l. quoties. 16. ff. de jur. dot. l. un. §. cumq; ex stipulatu. 9. vers. æstimatarum C. de rei uxor. act.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 7. defin. 43. n. 1.*

Ita Domini in cäusa Hansen Staßforts Kinder zu Tauche/Mens. Jan. Anno 1626. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch berührtes Haus in der Ehestifftung auff ein gewisses angeschlagen / und Vermöge der Rechte dessen Eigenthumb dem Manne/Hansen Staßforten / alsobald zukommen/und er also Dominus dotis worden / dadurch er auch die Gefahr auff sich genommen/ꝛc.)

DEFINIT. XXII.

Usuræ dotis, à marito non petitæ, post mortem ejus ab ipsius heredibus haud exigi possunt.

DOtis usuras marito unà cum ipsâ dote deberi 1 dictum *Supr.* Defin. 14. Quod non aliter accipi velim, quàm si maritus usuras petierit; † Alio- 2 quin, si earum petitio nulla facta sit, nec aliquo voluntatis indicio retenta, † mariti heres quasi tacitè 3 remissas; donatasque petere nullo modo potest, *l. vir usuras 54. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. cum quidam 17. §. Divus Pius. 1. ff. de Usur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 55.*

Ita Domini in cäusa Paul Luders zu Nercha / Mens. Jan. Anno 1629. [Verba sentent. Dieweil ihr selbsten berichtet / daß euer Vetter bey seinem Leben die Zinsen von der rückständigen / seinem Weibe versprochenen Mitgifft nicht gefordert / sondern mit dem Capital sich abweisen und befriedigen lassen/ꝛc. So verbleibets darbey billich/und ihr seyd nunmehr die Zinsen einzufodern nicht berechtiget/V R.W.)

CONSTITUTIO XLIII.
PARTIS SECUNDÆ.

Wie viel Zeugen die Ehestifftungen und pacta dotalitia haben sollen/ und wie sie in vim ultimæ voluntatis zu erhalten?

Pacta dotalia quot testes requirant, & quomodo in vim ultimæ voluntatis sustineri queant?

NAchdem die Ehestifftungen Contracte seyn / so ist es auch genug / wann zween Zeugen oder drey dabey gewesen / Da es aber mit den Ehestifftungen die Gelegenheit hätte / daß sie in vim contractus nicht können erhalten noch beschützt werden / Als da die Erbschafft auff den Todesfall darinnen vermacht / und es seynd fünff oder mehr Zeugen darbey gewesen/ so sollen solche Ehestifftungen in vim ultimæ voluntatis kräfftig erkannt werden/Also auch wann die Ehestifftungen in gleichen Fällen als pacta nicht können statt haben/und sie würden in Beyseyn beyder Theile gebührlich insinuiret, und gerichtlich eingeschrieben/ sollen sie auch kräfftig erkannt werden / Solchem allen nach sollen sich unsere Hofgerichte/ Facultäten und Schöppenstüle / in Verfassung der Urtheile halten.

CUm pacta dotalia contractus sint, duos vel tres testes illis adhiberi sufficiat; Ubi verò ita concepta sunt, ut in vim contractus sustineri non possint, veluti si hereditas in iis in casum mortis invicem sit relicta, tùm si coram quinque vel pluribus testibus contracta sint, in vim ultimæ voluntatis valebunt. Idem erit, si in utriusque partis præsentia judici insinuata, ad acta publica referantur, atque ita pronunciari in judiciis nostris jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Pacta dotalia, de bonis particularibus concepta, valent in vim contractus, absque insinuatione judiciali.*
2. *Valent pacta dotalia de successione hereditatis in vim ultimæ voluntatis, coram quinq; testibus, etiam extrajudicialiter concepta.*
3. *Pacta dotalia, judicialiter insinuata, valida sunt, nullis etiam adhibitis testibus.*
4. *Valida habentur pacta dotalia, licet non ipsemet conjuges, sed horum parentes ea judici insinuaverint.*
5. *Non valet pacta dotalia in vim contracti, in quibus de hereditate, vel quotâ hereditatis, aut jure succedendi disponitur.*
6. *Valent tamen pacta dotalia in vim contractus, etiamsi bona universa conjugi superstiti fuerint assignata modò haud jure hereditario, vel successionis hoc factum sit.*
7. *Scripturâ vel instrumento super pactis dotalibus confecto, testes si huic subscripserint, suaq; sigilla apposuerint, haud jurati etiam fidem faciunt.*
8. *Probantur pacta dotalia testibus juratis, etiamsi in scripturam non fuerint redacta.*
9. *Mulier, Curatore nõ interveniente, pacta dotalia valide*

validè contrahit; at non dotem æſtimatam in bonis immobilibus conſtituit.

10. *Pacta dotalia, quæ in vim ultimæ voluntatis ſubſiſtunt, ab uno conjuge, invito altero, benè revocari poſſunt.*

11. *Invitâ alterâ parte, revocari haud poſſunt pacta dotalia, quæ in vim contractus ſubſiſtunt.*

12. *Pater obligatur ex pactis dotalibus filii, qui ipſo conſentiente Uxorem duxit.*

13. *Corruunt pacta dotalia ex ſupervenientia liberorum.*

14. *Conditio: (Si ſine liberis,) pactis dotalibus adjecta impleta cenſetur, ſi liberi nati ante obitum parentum deceſſerint.*

15. *Deficit conditio: (Si liberi non fuerint nati,) pactis dotalibus adjecta, quantumvis liberi nati ante obitum parentum deceſſerint.*

16. *Parens pacta dotalia, cum ſecundâ Uxore inita, invitis primi matrimonii liberis, revocare poteſt, etiamſi in hiſce certa portio iis fuerit aſſignata.*

17. *In foro Saxonico Novercæ pactis dotalibus plus aſſignari poteſt, quàm liberi prioris matrimonii ex bonis paternis conſequuntur.*

18. *Pacta dotalitia, cum ſecundo conjuge inita, non poſſunt præjudicare liberis primi matrimonii in legitimâ paternâ, vel maternâ.*

loc. num. ult. Heig. *dict. quæſt. 23. num. 1. & ſeqq.* Erneſt. Coth. *dict. conſ. 78. n. 171. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Gregor Berckmanns zu Telſchitz/ Menſ. Martio, Anno 1633. [Verba ſentent. Ob nun wol ſolche Eheſtifftung gerichtlich nicht inſinuiret worden; da aber dennoch dieſelbe vor zwey oder drey Zeugen auffgerichtet worden wäre/ ꝛc. So wäre ſie zu Recht kräftig und beſtändig / und möchte nunmehr nach des Mannes Abſterben von ſeinen Erben nicht gefochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.]

Definit. I.

Pacta dotalia, de bonis particularibus concepta, valent in vim contractus, abſque inſinuatione judiciali.

1 ETſi dubium non ſit, quin pacta dotalia apud omnes gentes fuerint frequentata, moribusque Germaniæ hodiè ſint uſitatiſſima, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 61. num. 18.* Petr. Heig. *part. 1.*
2 *quæſt. 23. num. 35.* † attamen non certa ubique lo-
3 corum forma iis præſcripta eſt. † In foro Saxonico, ac præſertim in Provinciis hujus Electoratus triplici verè modo pacta dotalia contrahuntur; Nempe: (1.) Per Modum contractus; (2.) In vim ultimæ
4 voluntatis (3.) Et judicialiter facta. † Primò valent pacta dotalia in vim contractus, coram duobus vel tribus teſtibus de quotâ bonorum, ſeu rebus particularibus concepta *h.* Conſt. *43. in pr. ibi.* Nachdeme die Eheſtiftungs-*Contract* ſeyn/ ſo iſt es auch
5 genug/ wann zweene oder drey Zeugen dabey geweſen/ ꝛc. † Qui modus jure nititur civili, quo pacta dotalia de dote & donatione propter nuptias
6 extrajudicialiter etiam concepta valent, † modo dotem non reddant deteriorem, aut moribus ac legibus repugnent, *l. 5. l. 6. l. 14. & l. ſeq. ff. de pact. dotal.*
7 Matth. Weſenb. *in parat. ff. eod. tit. n. 1. 2. & 3.* † puta, ut muliere ante maritum mortuâ, dos penes maritum ejusve heredes remaneat, *l. ſi convenerit. 2. ff.*
8 *de pact. dotal.* † Et contrà, ut marito ante uxorem mortuo, donationem propter nuptias uxor lucretur, vel ut dos poſt mortem mariti citius, quàm aliàs de jure communi ſancitum eſt, reddatur,
9 *dict. l. 14. & ſeq. ff. de pact. dotal.* † Reſtringitur autem hic modus pactorum dotalium coram duobus vel tribus teſtibus extrajudicialiter factorum ad quotam bonorum, ſeu res particulares, de quibus
10 ſolummodo in caſum mortis poteſt diſponi: † Nil ſiquidem obſtat, quò minus iſtiusmodi pacta rerum particularium in vim contractus ſuſtineantur & obligationem contineant præſentem, licet effectum poſt mortem demum ſortiantur, Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 126. n. 6.* Cothm. *vol. 2. conſ. 78. num. 176.*
11 Roſa ad Moll. *hic. num. 3.* † At concepta pacta dotalia de mutuâ ſucceſſione, ſive de hereditate aut quotâ hereditatis ac rebus univerſalibus, neutiquam in vim contractus ſubſiſtunt, ſcilicet quia hereditas per pacta & contractus non acquiritur, *l. hereditas 5. Cod. de pact. conv. h.* Conſtit. *43. verſ.* Da es aber ꝛc. Hartm. Piſtor. *lib. 4. quæſt. 2. n. 14.* Weſenb. *dict.*

15. *Deficit conditio: (Si liberi non fuerint nati,) pactis dotalibus adjecta, quantumvis liberi nati ante obitum parentum deceſſerint.*

16. *Parens pacta dotalia, cum ſecundâ Uxore inita, invitis primi matrimonii liberis, revocare poteſt, etiamſi in hiſce certa portio iis fuerit aſſignata.*

17. *In foro Saxonico Novercæ pactis dotalibus plus aſſignari poteſt, quàm liberi prioris matrimonii ex bonis paternis conſequuntur.*

18. *Pacta dotalitia, cum ſecundo conjuge inita, non poſſunt præjudicare liberis primi matrimonii in legitimâ paternâ, vel maternâ.*

loc. num. ult. Heig. *dict. quæſt. 23. num. 1. & ſeqq.* Erneſt. Coth. *dict. conſ. 78. n. 171. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Gregor Berckmanns zu Telſchitz/ Menſ. Martio, Anno 1633. [Verba ſentent. Ob nun wol ſolche Eheſtifftung gerichtlich nicht inſinuiret worden; da aber dennoch dieſelbe vor zwey oder drey Zeugen auffgerichtet worden wäre/ ꝛc. So wäre ſie zu Recht kräftig und beſtändig / und möchte nunmehr nach des Mannes Abſterben von ſeinen Erben nicht gefochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.]

Definit. II.

Valent pacta dotalia de ſucceſſione hereditatis in vim ultimæ voluntatis coram quinque teſtibus etiam extrajudicialiter concept.

SEcundò valent pacta dotalia in vim ultimæ vo- 1
luntatis, ſi adhibitis quinque vel pluribus teſtibus fuerint contracta, *h.* Conſt. *43. verſ.* Da es aber mit den Eheſtiftungen/ ꝛc. † Scilicet quia ul- 2
tima voluntas ad minimum quinque requirit teſtes, Matth. Weſenb. *p. 1. conſil. 38. n. 58.* Nec refert, an de rebus particularibus & quotâ bonorum, † ſive de 3
ſucceſſione univerſali, reciprocâ & quotâ hereditatis fuerint concepta, indifferenter namque tum valida ſunt pacta dotalia coram quinque teſtibus † et- 4
iam extrajudicialiter facta, *hâc* Conſt. *43. verſ.* Als da die Erbſchaft auffn Todes-Fall darinnen vermacht/ und es ſeyn fünf oder mehr Zeugen dabey geweſen/ ſo ſollen ſolche Eheſtiftungen *in vim ultimæ voluntatis* kräftig erkannt werden. † Etſi e- 5
nim de jure civili pacta dotalia de univerſali ſucceſſione aut quotâ hereditatis facta, ne quidem in vim donationis mortis causâ valere poſſint, *l. licet. 19. l. pactum quod dotali. 15. C. de pact.* Cabal. *milleloq. 469.* Andr. Fachin. *lib. 5. controv. cap. 87.* Fr. Vivius *deciſ. 507. num. 4.* † Ex notiſſimâ tamen Germa- 6
niæ conſuetudine, moribusque Saxonicis, ac præſertim hiſce in provinciis *h.* Conſtit. *43.* in pactis dotalibus aliud eſt receptum, Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 2. num. 16.* Matth. Weſenbec. *conſ. 63. num. 9. & in parat. ff. de pact. dotal. num. ult.* Heig. *part. 1. quæſt. 23. num. 34. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 126. num. 3. & ſequent.* Coler. *part. 1. deciſ. 61. num. 18. & deciſ. 37. num. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. titul. 9. defin. 6. num. 4.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 225. num. 12.* † *At*, dixerit quis, *nonne inſi-* 7
nuatio judicialis accedat, neceſſe erit ad hoc, ut pacta dotalia de ſucceſſione univerſali facta habeantur valida? † Propter Conſtit. ſcilicet Elect. *1. part. 3. §.* 8

Wir

Wir ordnen aber auch/ꝛc. quæ haud aliter donationem universorum bonorum mortis causa factam valere vult, quàm si judicialiter fuerit insinuata. Sed *dict.* Const. 1. *part.* 3. de simplici donatione universorum bonorum in casum mortis factâ loquitur: † Ad donationem verò conjugum reciprocam & remuneratoriam, vel ad pacta dotalia, dispositio illa haudquaquam extendi debet, propter *h.* Const. 43. † ut rectè animadvertit Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *p. 1. quæst. 48. num. 23.*

Ita Domini in causa Matthiæ Hübeners zu Merseburg/ Mens. Mart. Anno 1632. [Verba sentent. Ob nun wol sonsten dergleichen donatio omnium bonorum auff Todesfall anderer Gestalt nicht / als dafern sie Gerichtlichen geschehen / zu Recht kräfftig und beständig gehalten wird. Da aber dennoch angeregte Ehestifftung vor fünff Zeugen auffgerichtet worden wäre/ꝛc. So wäre sie auch zu recht beständig/ und würde demnach Inhalts derselben bemeldter Wittiben ihres verstorbenen Mannes gantze Verlassenschaft zugeeignet/V.R.W.]

Item in causa Andreæ Buceri zu Crossen / Mense Martio, Anno 1609. [Verba sentent. Ob nun gleich die Ehestifftung zwischen zweyen Eheleuten vor dem ehelichen Beylager auffgerichtet/ und in derselben auff des einen Ehegatten Todesfall / dem Uberlebenden alle des Verstorbenen Güter vermacht worden / Gerichtlichen nicht insinuiret. Da sie aber dennoch zum wenigsten vor 5. Zeugen mit beyder Theile Einwilligung auffgerichtet worden/ꝛc. So ist angeregte Ehestifftung zu Recht beständig / und vermöge derselben bemeldte Wittib des verstorbenen Mannes gantzer Verlassenschaft sich anzumassen wohl befugt/ V.R.W.]

Et in causa Georgii Hauswalds zu Dreßden / Mens. Febr. Anno 1634.

Definit. III.

Pacta dotalia judicialiter insinuata valida sunt, nullis etiam adhibitis testibus.

1 TErtiò valida sunt quoque pacta dotalia in foro Saxonico judicialiter insinuata, sive de quotâ bonorum aut rebus particularibus, sive de successione conjugum universali fuerint concepta, *hâc* Const. 43. §. Also auch wann die Ehestifftungen ꝛc. *ubi* Moller. *num.* 3. Zobel. *part.* 2. *diff.*
2 *48. num.* 3. *& sequentib.* † Neque tùm ullius testis præsentia requiritur, sed sufficit autoritas judicialis, quæ omnes defectus supplet, pleniſſimamque fidem tribuit, *l. in donationibus. 31. C. de donat.*
3 Moller. *hic num.* 3. † Et valent pacta dotalia hoc casu ad instar testamentorum judicialium, quæ absque testibus etiam, jure subsistunt, Const. Elect.
4 3. *in pr. part.* 3. † Nempe quia fraudis suspicio in iis cessat, *l. omnium 19. C. de testam. ubi* Jason. *num.*
5 *15.* † Unde securus dicitur testator, qui testamen-
6 tum apud acta facit *dict. l. 19. C. d. t.* † At nullis aliis requisitis indiget, sed pleniſſimâ gaudet legis munitione, qui securus est, *l. omnes. 4. sub fin. C. de præsc. 30. vel 40. annor.* Joh. Köpp. *decis. 45. num. 14.* Hartm. Pistor. *p. 3. quæst. 28. num. 4.*

Ita Domini in causa Blasii Koppens zu Rippach / Mens. Jan. Anno 1631. [Verba sententiæ: Hat Barthel Grabner/als er sich mit eurer Tochter verehlichet/eine Ehestifftung auffgerichtet/ darinnen sie der Succession wegen Verordnung gethan/ worauff nach gehaltener Hochzeit ihr/ als der Braut Vater / nebenst des Bräutigams Eltern/nach Dölitzsch gangen / und die getroffene Ehestifftung gerichtlichen insinuiret/ꝛc. So ist solche Ehestifftung/unangesehen kein Zeuge sonderlich dabey gewesen/ noch unterschrieben / zu Recht kräftig und beständig/ꝛc.]

Definit. IV.

Valida habentur pacta dotalitia, licet non ipsimet conjuges, sed horum parentes ea judici insinuaverint.

ARbitrari equidem quis posset, pacta dotalitia 1
tùm demùm judicialiter & coram Actis celebrata valere, si ipsimet conjuges sponsalia ac matrimonium contrahentes ea insinuaverint, propterea
† quod nec testamentum per procuratorem aut 2
mandatarium actis insinuatum jure subsistat, ut demonstrat Dan. Moller. *lib. 1. semestr. cap. 5. num. 5. vid. infr. p. 3.* Const. *3. Definit. 23.* † At, proce- 3
dit hoc in testamento, ubi testatoris præsentia adeo necessaria est, ut à testibus omnibus is videri debeat, *l. si unus. 12. l. si non speciali. 9. Cod. de testam.* † Sci- 4
licet quia ipsemet solus suam ultimam voluntatem declarat nec propinquorum dispositio hic attendi debet: Ex quo non statim ad pacta dotalitia inferre licet, † quippe quæ ut plurimum à parentibus & 5
consanguineis concipiuntur, non à sponso sponsave, qui tempore sponsaliorum aliis plerumque rebus intenti nihil minus, quàm de pactis dotalibus solliciti sunt; † ut vel propterea etiam parentibus 6
vel cognatis præsentibus, pacta dotalia validè insinuari, rectissimè quis dixerit cum Dan. Moller. *hic num. 4.* maximè † cum & aliàs donatio per procu- 7
ratorem aliumve insinuata jure subsistat, *l. prohibere. 3. §. planè. 4. ff. quod vi aut clam. l. filiusfamilias. 7. ff. de donat. l. contra. 28. §. ult. ff. de pact.* Moller. *dict. c. n. 11.* † Nec in contrarium quic- 8
quam movent verba *h.* Const. 43. In beyseyn beyder Theile gebührlich *insinu*iret / ꝛc. Intelligit namque procul dubio Constituens Illustrissimus parentes aut consanguineos utriusq; contrahentis, à quibus sæpissimè pacta dotalia concipi solent, ut modo dictum.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sententiæ: So ist solche Ehestifftung/unangesehen kein Zeuge sonderlich dabey gewesen noch unterschrieben / dieselbe auch nicht von den neuen Eheleuten selbsten / sondern von deren Eltern gerichtlichen insinuiret worden / zu Recht kräftig und beständig/ und mag von eines oder des andern Theils Erben nunmehr keines weges gefochten noch hinterzogen werden/V.R.W.]

Definit. V.

Non valent pacta dotalia in vim contractus, in quibus de hereditate, vel quotâ hereditatis aut jure succedendi disponitur.

MUltum certè interest, an valeant pacta dota- 1
lia jure contractus, an verò in vim ultimæ voluntatis: Illa enim coram duobus, vel tribus: Hæc autem ad minimum coram quinque testibus facta aut judicialiter insinuata valida habentur *Supr.* Definit. *1. 2. & 3.* † in illis bona 2
conjugi superstiti vi obligationis contractæ: in

hisce

hiſce verò jure hereditario aut ſucceſſionis attri-
3 buuntur, † nec valent pacta dotalia jure contra-
ctus, ſi quis alteri conjugi bona ſua jure hereditario aſſignet, *b.* Conſt. *43. verſ.* Als da die Erbſchafft
4 ꝛc. † At *unde dignoſci poterit, an de ſucceſſione hereditatis, an verò de bonis per viam contractus in alium abſque jure ſucceſſionis transferendis con-*
5 *ventum fuerit?* Id quod difficilimum videtur. † Ex verbis ſanè, quibus uſi fuerunt contrahentes inprimis hoc animadverti poteſt *l. verba contraxerunt 20. ff. de V. S.* Etenim ſi de hereditate vel ſucceſſione expreſsè dictum fuerit, tum quia verba ſuccedendi jus ſatis clarè denotant, ambigendum planè non eſt, quin de futura ſucceſsione hereditaria conventum fuerit, † ac propterea tunc pacta
6 dotalia jure contractus coram duobus vel tribus teſtibus facta haudquaquam valebunt, ut demonſtrat Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 3. num. 2.* † idemque obtinet, ſi non de univerſa hereditate conventum, ſed certa ſaltem portio hereditatis in caſum mortis conjugi ſuperſtiti data & aſſignata fuerit, Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 3. num. 4.* Erneſt. Cothm. *vol. 1. conſil. 8. num. 20.* Dan. Moller. *hîc*
8 *num. 3.* † Quin & ſi de re particulari ſit actum, ſi tamen expreſsè de jure ſuccedendi dictum fuerit, in vim contractus pacta dotalitia ſubſiſtere haud poſ-
9 ſunt. † Idemque aſſerendum, ſi de mente contrahentium & quod de ſuccedendo agere voluerint ex aliis circumſtantiis appareat, licet de ſucceſſione
10 expreſsè dictum non eſſet. † Nunquam enim valent jure contractus pacta dotalia, quoties percipitur, quem voluiſſe conjugem ſuperſtitem heredem facere, Hartm. Piſtor. *dict. loc. num. 5.* Anton. Gometz. *2. variar. reſol. c. 14. num. 24.*

Ita Domini in cauſa Georgii Haußwalds & conſortium zu Dreßden/ Menſ. Febr. Anno 1634. (Verba ſentent. Solche Eheſtifftung auch / weil darinnen von der Erbſchafft und Succeſſion Verſehung gethan worden / jure contractus und in Mangelung des fünfften Zeugens / ſo auff den Fall hierzu nöthig / zu Recht nicht beſtehen kan/ꝛc.)

Et in cauſa Johannis & Davidis der Thymen zu Naumburg/ Menſ. Sept. Anno 1636. (Verba ſentent. Ob nun wohl gedachter euer Vetter in der auffgerichteten Eheſtifftung ſeinem Weibe etliche gewiſſe Güter zuzuwenden gemeinet geweſen. Dieweil er aber dennoch darinnen des Todesfalls unter der Succeſsion ausdrücklichen gedacht / und alſo in vim ultimæ voluntatis diſponiren wollen/ darbey aber nicht fünffe ſondern nur vier Zeugen geweſen/ꝛc. So iſt berührte Eheſtifftung zu Recht nicht beſtändig/ꝛc.)

Definit. VI.

Valent tamen pacta dotalia in vim contractus, etiamſi bona univerſa conjugi ſuperſtiti fuerint aſſignata, modò haud jure hereditario vel ſucceſſionis hoc factum ſit.

1 NOn ergo exindè, quod vel bona univerſa, vel pars ſaltem bonorum conjugi ſuperſtiti in pactis dotalibus aſſignata fuerit, dijudicandum erit, an hæc jure contractus, an verò in vim ulti-
2 mæ voluntatis valere poſsint; † ſed illud ſolùm probè attendi debet, an vi obligationis contractæ, an verò jure hereditario aut ſucceſsionis
3 bona deferantur, Defin. *præced.* † Nam & pactis dotalibus in vim contractus coram duobus vel tribus teſtibus conceptis, bona univerſa aſſignari poſſe conjugi ſuperſtiti, rectè arbitratur Matth. Berlich. *part. 2. concl. 51. n. 17. verſ. Secus eſt in omnibus, &c.* † Modò de hereditate nil dictum ſit, 4
nec de jure ſucceſsionis contrahentes cogitaſſe ex aliis circumſtantiis appareat. † *Quid verò ſi de contrahentium mente prorſus non conſtet?* Plurimum 5
tum intereſſe puto: An verba contrahentium ipſam bonorum obventionem, an verò perſonam, quæ ad præſtandum obligata eſſe debet, reſpiciant? † *Priori caſu* quando verba ita ſunt concepta, ut bo- 6
na ipſa poſt obitum conjugis unius, ſine aliquo heredis facto ad alium devolvi debeant, (veluti habeat, devolvantur, &c.) tùm, quia diſpoſitio ſucceſſionem continere videtur, de futura ſucceſſione pacta dotalia cenſentur, ac proinde non valent in vim contractus coram duobus vel tribus ſaltem teſtibus concepta, *l. hereditas 5. C. de pact. conv.* † *Caſu* 7
verò poſteriori, quando verba ita ſunt concepta, ut obligatio in perſona quidem promittentis fundata, ſed in mortis eventum lata, in perſona heredis effectum capiat, atque adeò conjunx ſuperſtes ex obligatione iſta ab herede promittentis ſine ullo ſuccedendi jure bona promiſſa conſequatur, tum per viam contractus conceſſa intelliguntur, † ac propterea pacta dotalitia valebunt, *l. 1. C.* 8
ut act. ad hered. & contr. hered. Bart. *in l. ult. n. 10. C. de pact.* Hartm. Piſtor. *part. 4. q. 3. n. 7. & ſeq.* ubi hanc diſtinctionem rationibus & autoritatibus defendit contra Andr. Fachin. *lib. 5. controv. cap. 35.*

Ita Domini in cauſa Michael Sebalds zu Halle / Menſ. Novemb. Anno 1632. (Verba ſentent. Iſt hiebevor zwiſchen euch und eurem Eheweibe eine Eheſtifftung auffgerichtet/ und darinnen eurer ſämtlichen Güter halben Verſehung gethan worden/ꝛc. Ob nun wohl ſolche Eheſtifftung in Mangelung gnugſamer Zeugen in vim ultimæ voluntatis nicht beſtehen kan / dieweil aber dennoch darinnen der Erbſchafft nicht gedacht / ſondern die Güter in gemein auff eines oder des andern Todesfall verſchrieben worden/ꝛc. So iſt auch ſelbige Eheſtifftung jure contractus zu Recht beſtändig/ und ihr ſeyd derſelben nachzukommen ſchuldig/ꝛc.)

Et in cauſa Andreæ Gregorien zu Mücheln / Menſ. Sept. Anno 1583.

Definit. VII.

Scripturâ vel inſtrumento ſuper pactis dotalibus confecto, teſtes ſibi huic ſubſcripſerint, ſuaque ſigilla appoſuerint, haud jurati etiam fidem faciunt.

SÆpiſſimè accidit, ut pacta dotalia teſtibus 1
adhibitis extrajudicialiter concepta in ſcripturam redigantur, ſuperque iis inſtrumentum ſolenne conficiatur: † Quo ſanè caſu ſtandum 2
eſt inſtrumento, cui teſtes ſubſcripſerunt nomina, ſuaque ſigilla appoſuerunt, etiamſi mortui fuerint, neque juraverint. † Magis enim tùm cre- 3
ditur inſtrumento, quàm teſtibus inſtrumentaris, Jul. Clar. *in pract. crim. §. falſum n. 15. & q. 53. n. 17.* Cum inſtrumentum ſit probatio probata & non probanda, Bald. *in l. 6. C. de uſur.* Capyc. *deciſ. 103. n. 1.* † Unde & publicum dicitur inſtru- 4
mentum, quod fidem faciat publicam ex perſona Notarii, qui publicum officium gerit, Anton. Fab. *in C. l. 4. tit. 16. defin. 1. n. 2.* † Quin etſi à 5
Notario inſtrumentum confectum non fuerit, attamen ab ipſis contrahentibus, in ſcripturam pactis

ctis dotalibus redactis, testibus, qui hisce nomina & sigilla apposuerunt, etiam haud juratis fides habetur, scilicet, quod juramentum à partibus videatur testibus remissum, secundum Gloss. *in l. juris jurandi 9. ubi* Salyc. *n. 1. &* Joh. Sichard. *n. 3. C. de testib.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 101. n. 3.* Frider. Schenck. *de testib. n. 6. Vid. omnino* Matth. Coler. *p. 2. decis. 250. n. 4. & infr. p. 3.* Const. *4. Defin. 9.*

Ita Domini in causa Georgii Berckmanns zu Tellschitz/ Mens. Mart. Anno 1633. [Verba sent. Auff'n Fall aber über solche Ehestifftung ein solenne instrumentum auffgerichtet/ oder aber dieselbe sonsten zu Papier bracht/ und von den Zeugen unterschrieben und besiegelt worden wäre/ So möchten die Zeugen zu schweren nicht angehalten werden/ sondern es würde der Schrifftlichen Ehestifftung billich Glauben gegeben/ V. R. W.)

Definit. IIX.

Probantur pacta dotalia testibus juratis, etiamsi in scripturam non fuerint redacta.

1 NOn tamen propterea asserendum est, quod Scriptura ad pacta dotalia necessariò requiratur: solent enim super his confici Scripturæ, non
2 ut formam dent contractui, † sed facilioris probationis gratiâ, & ad futuram rei memoriam, *l. cũ te. 5. C. de transact. l. contrahitur. 4. ff. de pignor.*
3 *l. 4. ff. de fid. instrument.* † Licet ergò Scriptura vel instrumentum deficiat, ut minus ritè & solenniter id confectum fuerit, nihilominus tamen pactis do-
4 talibus standum erit, † si alio modo per testium
5 scilicet depositionem fuerint probata, † quo tamen casu non nisi testibus juratis credendum est *l. hâc consultissimâ 21. §. 3. in fin. l. ult. vers. si verò unus C. de testam.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 250. n. 2.* Adeo namque ex testium jurejurando testationum vis & potestas dependet, ut nec aliter fidem faci-
6 ant, † quàm si juratæ sint, *l. juris jurandi. 9. C. de testib. c. nuper 51. c. quoniam. 5. c. licet universis. 23.*
7 *c. fraternitatis 17. extr. eod. tit.* † Nec alio die factæ videntur testationes, quàm quo juratum est, Guid. Pap. *quæst. 125.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 8. n. 2.*

Ita Domini in causâ Sigismundi Pistoris & Consort. zu Olau/ Mens. Jan. Anno 1633. [Verba sentent. Ob nun wohl berührte Ehestifftung von den Zeugen nicht unterschrieben worden. Da aber dennoch die Zeugen/ als sie auffgerichtet worden/ darbey gewesen/ und daß berührte Ehestifftung auffgesatzter massen abgeredet worden/ eydlichen erhalten würden/ So würde solcher Ehestifftung billich nachgelebet/ &c.)

It. in causa Georgii Berckmans zu Tellschitz/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sentent. Ob nun wohl solche Ehestifftung Gerichtlichen nicht insinuiret worden/ da aber dennoch zwey oder drey Zeugen dieselbe eydlichen außsagen und bestärcken wü den/ immassen sie denn/ weil nicht zu befinden/ daß selbige Ehestifftung zu Papier bracht/ noch von den Zeugen unterschrieben und besiegelt worden/ zu thun schuldig/ &c. So wäre angeregte Ehestifftung zu Recht kräfftig und beständig/ V. R. W.)

It. in causa Longini Vitzthums von Eckstedt/ Mens. Febr. Anno 1577.

In causa Johannis Sprengers zu Neustadt/ Mens. Jul. An. 1608.

In causa Simonis von Zweinen zu Guttersdorff/ Mens. Febr. Anno 1609.

Et in causa Andreæ Buceri zu Crossen/ Mens. Mart. Anno 1609.

Definit. IX.

Mulier Curatore non interveniente, pacta dotalia validè contrahit, at non dotem æstimatam in bonis immobilibus constituit.

EX notissimâ omnium ferè nationum consuetudine, inter parentes & consanguineos, aliis arbitris remotis, negotia matrimonialia solent tractari, nec curatoris consensus ex parte mulieris seu
2 sponsæ requiritur: †Ergò nec ad ineunda pacta dotalia, quæ principali conjugii negotio accedunt, & secundum illud merito regulari debent, Dan. Moll. *lib. 1. semestr. cap. 13. n. 2. & 3. Vid. Supr.* Const. *15. Defin. 11.* † Cum aliter haud dubio maritus con-
3 jugium non contraxisset, si pacta præcedentia, quorum intuitu matrimonium iniit, infirma ac invalida futura, scivisset, † & cur non mulier ex
4 pactis dotalibus absque curatore factis teneretur, quæ tamen ex contractu in præsentiâ agnatorum inito obligatur, licet Curator non intervenerit, *Supr.* Const. *15. Defin. 18.* † Aliud tamen obtinet in
5 pactis dotalibus, in quibus dos æstimata constituitur marito, quod absque curatoris consensu non firmiter fieri dixerim, † siquidem æstimatio empti-
6 onem facit, *l. plerumque. 10. §. si ante. 4. l. quoties. 16. ff. de jur. dot. l. un. §. cumq; ex stipulatu. 9. vers. æstimatarum. C. de rei uxor. act.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 43. n. 1.* † At fundum
7 dotalem absque curatoris consensu & autoritate vendi non posse, omnibus notum est, *l. un. §. & cum lex 15. C. de rei uxor. act.* † Quod nec in foro
8 Saxonico aliter observatur, secundum tradita Matth. Wesenb. *in parat. ff. de fund. dotal. n. 7.* Schneidewin. *in pr. n. 4. Inst. quib. alien. lic. vel. non Supr.* Const. *15. Defin. 21.*

Ita Domini in causa Tutorum Wolffgang Reyers Kinder zu Zwickau/ Mens. April. Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wohl sonsten zu Auffrichtung der Ehestifftung und Ehesteuer/ eines Curatoris autoritas nothwendig zu recht nicht erfodert wird/ dieweil aber dennoch in diesem Fall eine æstimatio der unbeweglichen Güter/ so einer alienation ähnlichen ist/ geschehen/ welche denn ohne sonderbahre Einwilligung eines Kriegischen Vormundes nicht fürgenommen werden mag/ &c. So ist auch dannenhero angeregte Ehestifftung zu Recht nicht beständig/ &c.)

Definit. X.

Pacta dotalia, quæ in vim ultimæ voluntatis subsistunt, ab uno conjuge invito altero benè revocari possunt.

PActa dotalia licet contrahentes ab utrâque 1
parte obligent *l. quod autem. 7. §. si vir & uxor. 2. ff. de donat. int vir. & uxor.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 126. n. 3.* † attamen tam firma haud sunt, 2
ut non alteruter conjugum etiam alterâ parte invita ab iis resilire & voluntatem mutare queat: † si 3
nimirum de successione ac hereditate concepta fuerint: nec aliter quàm in vim ultimæ voluntatis, aut donationis causâ mortis, sustineri potuerint facta coram quinq; testibus aut judicialiter insinuata, Matth. Wesenb. *cons. 63. n. 9.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 37. n. 4. & vol. 1. consil. 40. num. 97.* Petr. Heig. *part. 1. qu. 23. n. 36.* Reinh. Rosa *ad* Moll. *hic. n. 7.* † 4
Quia donationes mortis causâ revocari possunt, §. *mortis causa donatio. 1. vers. vel si eum donationis pœnituisset inst. de donat. l. qui mortis causâ. 30. ff.*

de

5 *de donat. cauſ. mort.* † Et quælibet ultima voluntas ambulatoria eſt usque ad mortem, *l. cum hic ſtatus 32. §. pœnitentiam 3. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. quod ſi 4. ff. de adim. vel transf. legat. l. ſi mihi 12. §. in legatis 3. ff. de legat. 1.*

Ita Domini in cauſa Caſpari Johnens zu Leipzig / Menſ. Decembr. Anno 1632. (Verba ſententiæ: Wenn gleich mehrberührte Eheſtifftung / darinnen zwiſchen beyden Eheleuten der Erbſchafft und ſucceſſion wegen Vorſehung gethan / in beyſeyn 5. Zeugen abgeredet und richtig vollzogen / oder auch Gerichtlichen inſinuiret worden wäre / ꝛc. So wäre doch auff ſolchen Fall das Weib des Ehemanns Wiederfechtens ungeachtet / von ſolcher Eheſtifftung wieder abzuweichen und ein ander Teſtament / oder Ubergabe auffn Todesfall gebührlichen auffzurichten wol befugt / V. R. W.]

Et in cauſa Margarethen / Martin Kreiſes Wittben zu Döllitzſch / Menſ. Jul. Anno 1596. (Verba ſentent. Ob wol euer Ehemann Martin Kreiſe in der zwiſchen ihme und euch auffgerichteten Eheſtifftung euch ſeine Erbſchafft verſchrieben. Dieweil er aber dennoch hernach vor Notarien und Zeugen ein Teſtament gemacht / und darinnen ſeiner Güter wegen ein anders diſponiret, welches er / obangeregter Eheſtifftung ungeacht / wol thun können / ꝛc. So verbleibets auch bey ſolchem Teſtament billich / ꝛc.)

Definit. XI.

Invitâ alterâ parte, revocari haud poſſunt pacta dotalia, quæ in vim contractus ſubſiſtunt.

1 ALiter res ſe habet in pactis dotalibus, quæ non tàm ultimæ voluntatis jure cenſentur, quàm pacti & donationis ob cauſam videlicet de rebus ſingularibus per verba contractus & dona-
2 tionis in vim obligationis concepta: † Nam tum alteruter conjugum alterâ parte invitâ pacta dotalia mutare & revocare haud valet, Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 126.* Frider. Penſold. *in addit. ad* Coler. *part. 2. Deciſ. 286. num. 177.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 9. definit. 7. num. 2.* Roſa *ad* Moll. *hîc n. 7.* Weſenb. *conſil. 63. n. 9.* Erneſt. Cothm. *vol. 2.*
3 *conſil. 78. n. 159.* Berlich. *part. 2. concl. 51. n. 25.* † Quia pacta & contractus non niſi mutuo utriusque partis conſenſu diſſolvuntur & revocantur, *l. ab emptione. 58. ff. de pact. l. ſicut. 5. C. de O. & A. c. quod*
4 *ſemel 21. de Reg. jur. in 6to.* † Nec jus per pactum ſemel quæſitum alteri invito auferri poteſt *l. ult. ff.*
5 *de pact.* † Ne quidem per ultimam voluntatem, *l.*
6 *cum maritus. 29. §. ult. ff. de pact. dotal.* † Quin nec dotis aut donationis propter nuptias ſemel conſtitutæ conditionem pater ex poſt facto deteriorem facere valet, *l. cum aſocero. 7. C. de jur. dot. l. cum dos. 7. ff. de pact. dotal.* Anton. Fab. *dict. defin. 7. n. 3.*

Ita Domini ad requiſitionem Balthaſari Knors zu Merſeburg / Menſ. Aug. Anno 1629. (Verba ſent. So verbleibets bey ſolcher Eheſtifftung billich / und es iſt dieſelbe der Ehemann durch ein Teſtament oder andern letzten Willen ſeines Gefallens auffzuheben und zu ändern nicht befugt / ꝛc.)

Definit. XII.

Pater obligatur ex pactis dotalibus filii, qui ipſo conſentiente Uxorem duxit.

1 PAter, filio uxorem ducente, donationem propter nuptias promittens in tabulis dotalibus, omnino obſtringitur, cùm & ſola promiſſio à patre facta intuitu futuri matrimonii de filio ex æquâ portione inſtituendo patrem obliget ex *Novell. Leon. 19.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 9. defin. 7. num. 4.* † *Quid autem ſi parens nihil expreſſè promiſerit, filio tamen uxorem ducenti, pactaq́; dotalia contrahenti conſenſerit?* † Non minus tunc patrem obligari ad præſtanda in tabulis dotalibus promiſſa, rectè arbitratur Weſenbec. *in ſupplem.* Schneidevv. *§. Si igitur. 1. Inſtit. quod cum eo, qui in alien. poteſt. eſt num. 6.* † Si ſcilicet filius ex inopiâ ipſe promiſſam propter nuptias donationem præſtare nequeat; Nam ſi haberet facultates, dubitandum non eſſet, quin ex iis prius ſatisfieri mulieri oporteat, in eoque ſaltem patri ſubveniri, †, ut non niſi in ſubſidium teneretur, quia patris obligatio ſubſidiaria eſt & quaſi fidejuſſoria, *l. ſi cum dotẽ. 21. §. transgrediamur. 12. ubi* Dd. *ff. ſolut. matrim.*
† Vix enim mariti pater recuſare poteſt, poſteaquam matrimonio conſenſit, ut eas omnes obligationes in ſe ſuſcipiat, quæ ex causâ matrimonii pendent, *arg. l. 1. C. de filiisfam. & quem. pro iis pat. ten. & §. ſi igitur 1. Inſt. quod cum eo, qui in alien. poteſt. eſt.* Anton. Fab. *in Codic. l. 5. tit. 16. defin. 9. num. 10.* † Alioquin ſanè videretur decepta mulier, quàm credibile eſt non aliter filiofamiliâs nupturam fuiſſe, quàm mariti facultates & patrimonium intuita eſſet, *dict. l. 22. §. transgrediamur 12. ff. ſolut. matrim. & arg. l. hinc quæritur. 19. §. 1. l. & ancillarum. 27. §. ult. ff. de pecul.* † Nec quicquam habet mariti parens, quod de pacto & promiſſione filii conqueratur, quum filio uxorem ducenti non minus donationem propter nuptias aſſignare, quàm filiam dotare teneatur, *l. ult. C. de dot. promiſſ.* Bart. & Dd. *in d. l. 22. §. transgrediamur. 12. ff. ſolut. matrim.* Hartm. Piſtor. *obſ. 160. num. 2.* Octav. Cacher. *deciſ. 44.* Bald. *in tract. de dot. privil. 17.* in tantum, † ut filius implorando officium judicis, donationem propter nuptias à patre petere queat, Bald. *dict. loc.* † modo inhoneſtam non duxerit uxorem *l. non tantum. 3. §. ſi emancipatus. 5. ff. de bon. poſſ. contr. ab* Hartm. Piſtor. *dict. obſ. 160. n. 8.*

Ita Domini in cauſa Levini von der Schulenburg / Menſ. Jun. Anno 1600. (Verba ſentent. Dieweil aber David von Trotha damahls nichts eigenes gehabt / ſondern noch in ſeines Vatern Gewalt geweſen / ſein Vater Chriſtoph von Trotha auch in ſolche ſeines Sohnes Verehlichung / und was derſelbe in der Eheſtifftung zugeſagt / verwilliget / ꝛc. So ſeyn auch deſſen Land-Erben nunmehr der Wittben die verſprochene Zinſen aus der Erbſchafft zu entrichten ſchuldig / V. R. W.)

Definit. XIII.

Corruunt pacta dotalia ex ſupervenientia liberorum.

1 VIx dubium eſſe poteſt, quin pacta dotalia ſubſiſtant, nec per liberorum ſupervenientiam rumpantur, ſi horum expreſſa mentio facta, iisque debita portio in caſum mortis aſſignata fuerit, *l. juris gentium. 7. §. ait prætor. 7. ff. de pact.* † Alioquin ſi de liberis nil dictum aut 2
diſpoſitum reperiatur, quum de iis non cogitaſſe parentes cenſeantur, ex ſupervenientiâ libe-
3 rorum pacta dotalia corruunt. † Siquidem liberis inſtinctu naturæ parentum hereditas de-
4 betur, *l. ſcripto. 7. in fin. ff. und. liber.* † quam iis parentes aufferre, vel imminuere voluiſſe haud præſumendum eſt, *l. ult. ff. de pact. l. filiam. 9. ff. de ſe-*

5 *de senator.* † cum bona sua parentes ad neminem magis, quàm ad liberos, posteritatemque suam pervenire concupiscant, *l. cum ratio. 7. in pr. ff. de bon. damnat. l. nam etsi 15. in pr. ff. de inoff. testam. l. de emancipatis. 13. §. cum enim. 1. C. de legit. hered.*
6 *l. nihil interest 50. §. 2. ff. de bon. libert.* † adeoque pactis dotalibus videtur semper tacitè inesse conditio: si sine liberis, idque minus dubii habet, si pacta dotalia valeant in vim ultimæ voluntatis, factâ in iisdem dispositione de hereditate aut jure succedendi,
7 † cùm juris notissimi sit, agnatione sui heredis testamentum rumpi, §. *1. Inst. de exhered. liber. §. 1. Inst. quib. mod. test. rump.*

Ita Domini in causa Seebald Kleeblats Kinder zu Grimma/Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sent. Ob wol Seebald Kleeblat/als er zur Ehe geschritten/mit seinem Weibe eine Ehestifftung auffgerichtet/und darinnen seiner Güter wegen gewisse Verordnung gethan; dieweil er aber dennoch hernach mit bemeldtem seinem Eheweibe seine Kinder erzeuget/&c. So ist dadurch vorberührte Ehestifftung cassiret und auffgehoben worden/und wird demnach seine Verlassenschafft zwischen der Wittben und den Kindern ab intestato billich vertheilet/V.R.W.)

Et in causa Hansen Albrechts zu Weissenfels/ Mens. Dec. Anno 1599.

Definit. XIV.

Conditio (si sine liberis,) pactis dotalibus adjecta impleta censetur, si liberi nati ante obitum parentum decesserint.

1 NOn rarò tamen verbis disertis conditio hæc (si sine liberis conjuges decesserint) in pactis dotalibus exprimitur, quo casu nemo usquam dubitavit, supervenientiâ liberorum, pacta dotalia rumpi.

Veluti etiam Domini responderunt in causa Hansen Albrechts zu Weissenfels/Mens. Dec. Anno 1599.

2 † *At quid, si posit â hâc conditione, liberi quidem nati fuerint, sed ante obitum parentũ decesserint?* Et tum conjuges sine liberis decessisse, conditionemq;
3 pactis dotalibus adjectam impletã fuisse, † manifestè probatur *ex textu l. ex facto 17. §. si quis autem susceperit 7. ff. ad SCtum Trebell.* Quia hæc verba: *Sine liberis*, determinant verbum decesserit, & ideò tempus mortis inspicitur, Bartol. *in l. heredibus 77.*
4 *in pr. ff. ad SCtum Trebell.* † Vulgaris enim est regula juris, quod qualitas adjuncta verbo debeat intelligi secundum tempus verbi, *l. in delictis 4. §. si damnum extraneus. 1. ff. de nox. action. l. Titius 25. ff. de testam. milit. l. 2. & 3. ff. de aur. & arg. leg.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 6. n.*
5 *3.* † Nec facile quispiam negaverit, conjuges ita paciscentes de hoc casu maximè cogitasse, ut vel ex mente etiam contrahentium impleta censeatur con-
6 ditio, † in quâ aliàs voluntas disponentis semper dominatur, *l. in conditionibus. 19. ff. de condit. & demonstr. l. cum quæstio. 23. C. de legat.*

Ita Domini in causâ Marthæ, Viduæ Bartholomæi Grunickens zu Torna / Mens. Februar. Anno 1633. (Verba sent. Ist zwischen eurer Tochter / und dero Ehe-Mann Andreas Webern / als sie sich mit einander verlobet/eine Ehestifftung auffgerichtet/ und darinnen diese Versehung gethan worden / daß wann eines unter ihnen ohne Leibes-Erben versterben würde / das überlebende 100. Thlr. zum Voraus nehmen solte. Ob nun wol sie mit einander ein Kind erzeuget / dieweil aber dennoch dasselbe vor ihnen beyden hinwiederumb Todes verblichen/ und also euer Eydam vorerst ohne Erben verstorben/ &c. So seyn eurer Tochter/ Inhalts der Ehestifftung/ die 100. Thlr. zukommen/welche nunmehr nach ihrem Absterben ihr zu fodern befugt seyd/V.R.W.)

Definit. XV.

Deficit conditio: (Si liberi non fuerint nati) pactis dotalibus adjecta, quantumvis liberi nati ante obitum parentum decesserint.

ALia est ratio conditionis (*si liberi non fuerint procreati*) ita enim si convenerint pacisc entes, 1
deficit statim conditio, si nati fuerint liberi, † quan- 2
tumvis postea ante obitum parentum decesserint, *l. cum Uxori. 4. C. quando dies legat. ced.* † Nec enim 3
videtur impleta conditio si liberos quis habuerit, licet non supersint tempore mortis, ut probat textus *in l. Lucius. 85. ff. de hered. inst.* cujus ratio hæc
est, † quia liberi fuerunt positi in conditione, si 4
nempe non procrearentur; Ergò liberis natis, sive decesserint postea, sive non, expiravit conditio, Franciscus Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 6. num. 5.* † Attamen neque hoc casu voluntatem 5
pacisc entium excludam velim, quos si aliter sensisse probare poterit, † menti potius, quam verbis eo- 6
rundem inhærendum esse, facilimè concesserim, juxta tradita Franc. Mantic. *dict. tit. 6. n. 5.*

Ita Domini in causa Ernesti Müllers zu Pirna / Mens. Jan. Anno 1636. (Verba sentent. Ob nun wol des ersten Weibes Erben sich auff die Ehestifftung beruffen / und/ weil die Kinder vor dem Vater verstorben / in denen Gedancken stehen / daß der gethanen Verordnung nach / ihnen die Güter gebühren; dieweil aber dennoch bemeldte Ehestifftung auff eine gewisse Conditio, wann nemlich der Mann in anderer Ehe keine Kinder erzeugen würde/gerichtet/dieselbe Condition aber sich nicht ereignet / in deme Kinder gezeuget worden/und dadurch das Vermächtniß erloschen / &c. So seynd auch nunmehr des Weibes Erben etwas mit Bestande zu fodern nicht berechtiget/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Parens pacta dotalia, cum secundâ Uxore inita, invitis primi matrimonii liberis, revocare potest, etiamsi in hisce certa portio iis fuerit assignata.

PAter quispiam ad secunda transiens vota, pacta dotalia cum consensu liberorum prioris 1
matrimonii confecerat, in iisque disposuerat, ut post obitum suum certa bona ad liberos pervenirent, reliquis bonis universis secundæ uxori relictis. † At ductus pœnitentiâ consensu uxo- 2
ris pacta dotalia revocans, in testamento aliud disposuerat, ac portionem liberis primi matrimonii assignatam haud parum diminuerat; *Quærebant liberi, an non patris dispositionem impedire & testamentum impugnare possent?* † Existimavê- 3
re Domini hoc ipsis neutiquam licere, per ea, quæ in terminis adducit Matth. Coler. *cons. 40. quæst. 2. n. 60. & seqq.* † Nec enim pater liberis ullo se fa- 4
cto obligaverat, contrahens cum secundâ uxore, ex quo sanè contractu liberis nulla competere poterat actio, ut maximè contrahentes de ipsis etiam disposuissent, † Quod ceu accessorium factum prin- 5
cipalis contractus unà cum ipso censebatur sublatum *l. non dubium 5. C. de Legib. l. cum principalis. 178. ff. de reg. jur.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 5. n. 14.* † Minus verò efficere potuissent liberi urgentes, 6
provi-

proviſionem patris valere in vim ultimæ voluntatis, quæ vel eo magis ab ipſo immutari potuiſſet, *l. 32. §. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. quod ſi 4. ff. de adim. & transf. legat.*

Ita Domini in cauſa Michael Scherlings Kinderer zu Beutzen/Menſ. Octobr. Anno 1630. [Verba ſentent. Ob wol euer Vater / als er zur andern Ehe geſchritten/eine Eheſtifftung auffgerichtet/ und auch euch als den Kindern erſter Ehe darinnen ein gewiſſes vermacht; da aber dennoch er hernach in ſeinem letzten Willen andere Verordnung gethan/ ꝛc. So wäre dadurch vorige Eheſtifftung auffgehoben worden/und ihr hättet euch nunmehr derſelben weiter nicht zu erfreuen/ V. R. W.]

Definit. XVII.

In foro Saxonico, Novercæ pactis dotalibus plus aſſignari poteſt, quàm liberi prioris matrimonii ex bonis paternis conſequuntur.

IN favorem liberorum Edictali lege fuit ſanci-
tum, ne parens ad ſecunda tranſiens vota, per teſtamentum, aliumve quemvis titulum, ex bonis ſuis plus relinquat conjugi ſecundæ, quàm uni ex
2 liberis prioris matrimonii. † Ne ſcilicet favorabilior ſit conditio Novercæ, quàm liberorum prioris matrimonii, *l. hac edictali. 6. C. de ſecund. nupt. ubi* Bartol. & Bald. *num. 1.* Sed hæc ita ſe habent de
3 jure communi: † In foro autem Saxonico Conſtitutio, *dict. l hâc edictali 6. C. d. t.* per contrariam conſuetudinem eſt abolita. Siquidem quotidiè
4 fieri videmus, † quod Novercæ ex bonis maritorum multò plus, quàm liberi prioris matrimonii conſequantur, illudque absque omni contradictione retineant, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 40. n. 4. & part. 2. deciſ. 288. n. 1.* Quod certè iniquum non
5 eſt: † Etenim ſi maritus poſt mortem uxoris, omnia recipiens mobilia exceptis utenſilibus, plus lucri capit, quàm filii ex priori matrimonio uxoris defunctæ procreati, ut plerumque accidit, *art. 36. lib.*
6 *3.* Landr. † Cur non & uxori idem beneficio pactorum dotalium ſit indulgendum, haud certè vi-
7 deo, Coler. *dict. deciſ. 40. num. 7.* † præſertim cum in favorem Novercæ, illud ipſum ſtatuto etiam introduci queat, ſecundum tradita Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 124. num. 3.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Fleiſchers zu Tzſchopau/ Menſ. Majo, Anno 1633. [Verba ſent. Dafern nun des verſtorbenen Mannes Kinder erſter Ehe durch ſolche Eheſtifftung an ihren Väterlichen legitimen nicht benachtheiliget worden wären/ ꝛc. So verbleibt es bey ſolcher Eheſtifftung billich/ und es möchte die Wittib/ ehe und zuvor ihr das darinnen gethane Vermächtniß wircklichen entrichtet worden/ dahero daß ſie ein viel mehrers/als eines der Kinder erſter Ehe bekömmet/aus den Gütern zu weichen nicht angehalten werden/ V. R. W.]

Definit. XVIII.

Pacta dotalia cum ſecundo conjuge inita non poſſunt præjudicare liberis primi matrimonii, in legitimâ paternâ vel maternâ.

ETſi in foro Saxonico contrahenti ſecundum 1
matrimonium liberum ſit donare conjugi in pactis dotalibus, qvantum libeat absque contradictione & impedimento liberorum prioris matrimonii, Defin. *præced.* † Attamen hoc aliter acci- 2
piendum non eſt, quàm ſi liberi ſalvam retineant legitimam bonis paternis vel maternis; † Nec enim 3
per pacta dotalia, liberos prioris matrimonii in legitima defraudare licet. † Nec pacta dotalia pro 4
ea parte, quâ liberis ratione maternorum bonorum ac legitimæ paternæ aliquid detractum eſt, ſubſiſtunt, *l. ſi conſtante 19. C. de donat. ant. nupt. in fin.* Matth. Coler. *conſil. 59. n. 5. & part. 1. deciſ. 192. n. 3. & part. 2. deciſ. 288. num. 1.* Henn. Göden. *conſil. 99. n. 28.* † Eatenus ſiquidem poteſtas pa- 5
rentum diſponendi de bonis ſuis reſtricta eſt, ut legitimam de bonis omnibus, quæ tempore mortis habent, liberis relinquere teneantur, *l. cum quæritur. 6. l. parentibus. 8. l. omnimodo. 30. C. de inoff. teſtam. l. Papinianus. 8. §. quoniam 8. ff. eod. tit. §. ult. Inſt. eod. tit.* † Aliter ergò pacta 6
dotalia jure non ſubſiſtunt, quàm ſi liberi ſalvam habeant legitimam, ex bonis parentum omnibus, quæ tempore mortis in hereditate paternâ vel ma- 7
ternâ reperiuntur, Coler. *conſ. 40. n. 149.* † Non tamen per totum vitiantur pacta dotalia, in caſu quo liberi legitimam non habent ſalvam, ſed tantùm in eo, quo deducto, liberi legitimam ſuam in- 8
tegram non habent. † Quia utile per inutile in ſeparabilibus non vitiatur, Bartol. Jaſ. Zaſ. & Dd. *in l. 1. §. ſi ſtipulanti 4. ff. de V. O. l. ſancimus. 34. C. de donat.* Coler. *dict. deciſ. 288. n. 2.*

Ita Domini in eâdem cauſa. [Verba ſentent. Dafern nun des verſtorbenen Mannes Kinder erſter Ehe durch ſolche Eheſtifftung an ihren Väterlichen Legitimen nicht benachtheiliget worden wären/ ꝛc. So verbliebe es bey ſolcher Eheſtifftung billich/ ꝛc.]

Et in cauſa Hanſen Broſemanns Kinder zu Leipzig / Menſ. Majo, Anno 1633. [Verba ſentent. Ob nun wol die hinterlaſſene Wittib nicht allein ihr eingebracht Gut/ dazu ſich gedachter Ehemann in der auffgerichteten Eheſtiftung bekennet / ſondern auch hierüber noch 300. fl. Gegenvermächtniß von den Erben fodert und haben will. Dieweil aber dennoch bemeldter Ehemann vor ſeinem Abſterben dergeſtalt in Abfall ſeiner Nahrung gerathen/daß/wann die Wittib beydes erlangen / und die andern Schulden bezahlet werden ſolten / die Kinder erſter Ehe ihre Väterliche Legitimam nicht bekommen könten/ ꝛc. So wird erſtlichen der Wittiben ihr eingebracht Gut wiederum abgefolget/ hernach werden die Kinder ihrer gebührenden Legitimen befriediget; und wann alſo dann ferner was übrig verbleibet / wird daſſelbe der Wittiben an ſtatt ihres Gegenvermächtniß vollend entrichtet und ausgeantwortet / V. R. W.]

CONSTITUTIO XLIV.
PARTIS SECUNDÆ.

Wann die Frau nach ihres Mannes Absterben ihr eingebracht Ehegeld wieder haben/die Lehnsfolger aber solches bey dem Gute behalten/ und sie/wie Landgewöhnlich/ dargegen beleibdingen wollen/ wie es disfalls zu halten?

DA die Frau bey ihres Mannes Leben gegen ihr Einbringen/ welches sie darthun kan/ nicht beleibdinget/ und nochmals von den Lehnsfolgern will beleibdinget seyn/ so soll ihr dasselbige folgen/ wie dann hierinnen einträchtiglich gesprochen wird.

Wann es sich aber begäbe/ daß die Frau von ihrem Manne gegen ihr Einbringen nicht beleibdinget/ und sie will nach seinem Absterben kein Leibgedinge haben/ sondern fordert ihr eingebracht Ehegeld/ die Lehnsfolger wollen sie beleibdingen/ und das Ehegeld nicht geben. In diesem Fall haben unsere Räthe/ Facultäten und Schöppenstüle beschlossen/ es solte in der Frauen Willkühr stehen/ ihr eingebracht Ehegeld wieder zu fordern/ oder aber das Leibgedinge anzunehmen; welches wir uns auch gefallen lassen/ und soll demnach also gesprochen werden.

Quid juris sit, si defuncto marito, dotem repetat Vidua, successores autem feudi eam retinere cupientes, dotalitium pro more regionis illi offerant?

MUlieri, quæ dotem se numerasse probare potest, si vivo marito dotalitium constitutum non sit, successores feudi id illi petenti, ut constituant, teneri, concorditer à nostris pronunciari solet.

Si verò defuncto marito dotalitium sibi constitui nolit, sed dotem repetat, successores autem feudi dotalitium constituere, quàm dotem reddere malint, electionem non illis, sed Viduæ relinquendam, deputati nostri existimârunt. Quod cum nobis probetur, in judicando quoque deinceps observabitur.

DEFINITIONES.

1. Dotalitium in feudo Viduæ constitui debet, etiamsi de hoc vivente marito non fuerit conventum.

2. In arbitrio tamen Viduæ est, an dotalitium exigere, an verò dotem repetere velit.

3. Dotalitio licet in pactis dotalibus constituto, attamen marito defuncto, Viduæ optio competit, an dotalitium apprehendere, an verò dotem repetere malit.

4. Viduâ defunctâ antequam dotalitium apprehenderet, vel dotem exigeret, nihilominus liberi ejus dotem repetere possunt.

5. Dotalitio à Viduâ semel acceptato, expirat facultas repetendi dotem.

6. Vidua dotalitium sibi constitutum etiam post annum & diem petere valet.

7. Successores feudi ad Constitutionem dotalitii non tenentur, si unà cum dote totidem ratione donationis propter nuptias reddere velint.

8. Relinquere potest Vidua dotem pariter & dotalitium, atque petere portionem statutariam, ex bonis mariti mulieribus debitam.

9. Non tenentur Successores feudi constituere Viduæ dotalitium, priusquam dos illata, ac in feudi utilitatem versa probetur.

10. Confessio mariti non relevat Viduam petentem dotalitium, à successoribus feudi, ab onere probandi dotis illationem.

11. Debetur Viduæ dotalitium, etiamsi dotem promissam vivente marito non solverit, modò eam, ipso defuncto, unà cum usuris etiamnum offerat.

12. Vidua post mortem mariti dotem offerens eam unà cum dotalitio repetere nequit, licet de hoc in pactis dotalibus fuerit conventum.

13. Viduæ post mortem mariti dotem offerenti non debetur dotalitium in concursu Creditorum.

14. Quælibet donatio propter nuptias solvenda est Viduæ post mortem mariti dotem promissam offerenti.

DEFINIT. I.

Dotalitium in feudo Viduæ constitui debet, etiamsi de hoc, vivente marito, non fuerit conventum.

1 DE jure quidem communi, donatio propter nuptias nisi constituta aut promissa fuerit, haud debetur, juxta tradita Gloss. & Dd. *in Auth. dos data. C. de donat. ant nupt.* Petr. Anton. à Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 183. & 360.* † 2 Sed aliud generali consuetudine receptum est in foro Saxonico, ubi agnatis & Domino feudi, quoties ad ipsos feudum pervenit, onus dotalitii constituendi incumbit, non solùm quando id promissum est, † 3 sed etiam si vivente marito, de eo planè non conventum fuerit, Hart. Pistor. *part. 1. quæst. 4. n. 3.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 122. num. 113.* Rotschitz. *de dotalit. art. 1. n. 16.* Joh. Schneidew. *Inst. de succes. quæ ab inteſt. defer. tit. de succes. jur. Saxon. int. marit. & uxor. n. 43.* Hier. Schurst. *cent. 3. consil. 51. n. 3.* Wesenb. *consil. 26. n. 28.* † Idque diserris 4 verbis confirmatum *hâc* Const. *44. in pr.* Da die Frau bey ihres Mannes Leben/ ꝛc. *ubi* Moller. *n. 10.* Dubium ergò non est, † quin Vidua ex bonis 5 feudalibus dotalitium, etiam à marito non promissum petere queat, ut maximè bona hereditaria supersint, Hart. Pistor. *dict. quæst. 4. n. 15.* Jac. Schult. *dict. loc. num. 136.* † modò dos à muliere verè 6 ac reipsâ fuerit illata, *Auth. dos data in fin. C. de*

de donat. ant. nupt. Schult. *dict. loc. n. 114.* Pistor. *dict. quæst. 4. n. 8.*

Ita Domini in causa Marien Hollenfferin/Carls von Schellenbergs Wittiben/Mens. Sept. Anno 1622. [Verba sentent. Wann nun gleich bemeldte Ehestifftung nicht vollzogen / noch das Leibgedinge bey Lebzeiten euers Ehe-Junckern auffgerichtet worden / ꝛc. So seynd doch nunmehr dessen Lehns-Erben aus den Lehngütern euch eurem Einbringen gemäß / und nach Landes-Gewohnheit zu beleibdingen schuldig/ V. R. W.]

Et in causa N. à N. Viduæ zu Leipzig / Mens. April. Anno 1636.

Definit. II.

In arbitrio tamen Viduæ est, an dotalitium exigere, an verò dotem repetere velit.

1 ETsi vidua dotalitium post mortem mariti ex bonis feudalibus petere possit, nulla etiam hujus facta promissione à marito vivente, Defin. *præced.* Attamen per id via repetendi dotem ei præclusa non est, † Sed arbitrio viduæ committitur, an dotalitium exigere, an verò, eo relicto, dotem repe-
2 3 tere malit, † quam electionem Agnati seu feudi successores haudquaquam invertere ac impedire possunt, ut maximè ad dotalitium constituendum sint parati, *hâc* Const. 44. §. Wenn es sich aber begäbe/ꝛc. Hart. Pist. *p. 1. quæst. 4. n. 19.* Moller. *hic. n. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 2. q. 62. n. 9.* Frider. Pruckm. *vol. 1. consil. 47. n. 127.*
4 † idque non solùm juri communi est consentaneum, quo dotis exactio uxori, soluto matrimonio, competit, *tot. tit. ff. solut. matr. quemad. dos petat.*
5 Sed & æquitati convenit, † ne scilicet Viduæ senio forsan confectæ facultas de dote ac bonis suis testandi auferatur, atque adeò quod in viduæ favorem introductum fuit, in ejusdem odium detorqueatur,
6 † siquidem defunctâ viduâ, quæ dotalitium agnovit, dos planè expirat, *Supr.* Const. 42. *ubi Defin. 3.* Hart. Pist. *dict. q. 4. num. 20.* Coler. *part. 1. decis. 57. num. 57.* Rauchb. *part. 1. quæst. 30. n. 22.*

Ita Domini in eâdem causa. [Verba sentent. So seynd doch nunmehr dessen Lehns-Erben aus den Lehngütern euch entweder eurem Einbringen gemäß / und nach Landes-Gewohnheit zu beleibdingen / oder eurer Belieben nach/ euer eingebracht Ehegeld euch wieder heraus zu geben und abzustatten schuldig/ V. R. W.]

Definit. III.

Dotalitio licet in pactis dotalibus constituto, attamen marito defuncto, Viduæ optio competit, an dotalitium apprehendere, an verò dotem repetere malit.

1 QUid autem, si marito vivente, in pactis dotalibus uxori fuerit constitutum dotalitium, num defuncto marito, jus optandi nihilominus Viduæ competere dicemus, an nempe dotalitium antea constitutum apprehendere, an verò eo relicto dotem repetere velit? † Sanè, quod tùm præcisè Vidua teneatur
2 apprehendere dotalitium, videtur probari *hâc* Const. 44. §. Wenn es sich aber ꝛc. ubi mulieri datur electio, si vivente marito dotalitium ei non fuerit constitutum; Sequitur ergò à contrario sensu, jus optionis viduæ non competere, quando constitutum est dotalitium. † Econtra, favor dotis Viduæ tribuit electionem, etiamsi de dotalitio antea conventum fuerit, ut scilicet electâ dote, eò honestius Vidua vivere & se sustentare possit, quæ sola causa facit, ut mulier dotem repetere queat, Autor. Consult. Const. Saxon. *tom. 2. part. 1. q. 14. n. 2. sub fin.* † Ob dotis itaque favorem, Viduæ reperitio- 4
nem concedendam, antequam dotalitium in pactis dotalibus sibi constitutum realiter apprehenderit, rectissimè quis dixerit cum Christ. Zobel. *in addit. ad* Gloss. *in art. 31. n. 5. vers. si enim vel nullum prorsus habeat, &c. in fin. lib. 1.* Landr. Frider. Pruckm. *vol. 1. consil. 47. n. 127.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 52. n. 9.* † Nec movet in contrarium *h.* Const. *44. dict.* §. Wenn es sich aber. Quia argumentum à 5
contrario sensu Statutariæ constitutionis desumptum, locum non habet contra dispositionem juris communis, † ubi soluto matrimonio utroque casu, 6
sive donatio propter nuptias constituta sit, sive non, mulieri dotem repetere licet *l. 1. & tot. tit. ff. solut. matr.* Dan. Moller. *hic. num. 1.* † Aut si à contrario 7
sensu argumentari lubet, aliud probari existimaverim *Supr. ex* Const. *42. p. 2.* ubi dos dicitur expirare tum demum, si dotalitium constitutum & acceptatum fuerit. (Wann die Frau das Leibgedinge beliebet und angenommen/ꝛc.) Ex quo sequitur
à contrario sensu, † dotalitio nondum acceptato, 8
repetitionem dotis haudquaquam cessare. Nulla ergò vis decidendi argumento à contrario sensu in hoc casu erit tribuenda, † sed potius favori dotis in- 9
dulgendum, obque id mulieri electio concedenda, juxta modò dicta.

Ita Domini in causa Marien Pflugin/ geborner von Lewch/ Mens. Febr. Anno 1633. [Verba sentent. Ob euch gleich in der Ehestifftung ein gewisses Gegenvermächtniß constituiret worden; dieweil ihr aber demnach euer Einbringen zu fordern gemeynet/ꝛc. So seyd ihr auch über berührtes Einbringen die Leibzinsen zu fordern nicht berechtiget / ihr wollet denn euer eingebrachtes Ehe-Geld zurück lassen/ und euch lieber des Leibgedinges anmassen, solches wäre euch zu thun unbenommen/ V. R. W.]

Definit. IV.

Vidua defuncta antequam dotalitium apprehenderet, vel dotem exigeret, nihilominus liberi ejus dotem repetere possunt.

1 NOn solùm viduæ jus optandi competit, an dotalitium apprehendere, an verò dotem repetere velit, sed & defunctâ eâ ante optionem, ejusdem liberis potestas dotem recuperandi videtur concessa. † Etsi enim ipsis nulla electio 2
competat, quippe quibus dotalitium ad vitam viduæ saltem constitutum haud debetur, Henr. Bocer. *de donat. cap. 11. n. 2.* Thoming. *decis. 29. n. 8.* Pist. *part. 1. q. 4. in pr.* † Attamen, quin facultas re- 3
petendi dotem matris defunctæ iis concessa sit, ambigendum non est; Scilicet, † quia in amplis- 4
simum dotis favorem mulieri datur electio, ut nempe dote electa, honestius vivere, deque ea testari ac disponere possit, Aut. Consult. Const. Sax. *tom. 2. part. 1. quæst. 14. n. 2. sub fin.* † Ergò in odi- 5
um neutiquam retorquenda est, quod sanè fieret, si defunctâ ante electionem viduâ, repetitionem 6
dotis cessare, diceremus. † Ac quò minus id asseramus, facit Const. Elect. *42. p. 2.* quæ dotalitio de-

mum constituto & acceptato, ea quæ mulier dotis nomine ad maritum attulit, expirare jubet, nempe † quod per dotalitium acceptatum dos feudo cen- 7
seatur incorporata, Hart. Pistor. *dict. q. 4. n. 20.* Coler. *part. 1. decis. 57. n. 57.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 26. n. 26.* † Quæ certè ratio cessat, si vidua 8
ante electionem mortua fuerit, quum nec dotalitium tunc acceptatum, nec proinde dos feudo incorporata sit, ut in aperto est; *Quis ergo dotem tum liberis denegare vellet?*

Ita Domini in causa Johannis Christophori à Zschachwitz, Mens. Mart. Anno 1630. [Verba sentent. Wann nun gleich bemeldte Wittib/ehe und zuvor sie/ob sie nemlich zu dem Leibgedinge kiesen / oder ihr Ehegeld wieder fodern wolle/ sich erkläret / Todes verfahren würde/ꝛc. So wären doch nach dero Absterben ihre Töchter das eingebrachte Gut von den Lehnsfolgern wieder zu fodern wohl befugt/ V. R. W.]

In causa Nicolai & Johannis Heinrici Fratrum ab Heinitz, Mens. Oct. Anno 1631.

Et in causa Nobilium von Hopffgarten / Mens. Jun. Anno 1636.

Definit. V.

Dotalitio à Vidua semel acceptato, expirat facultas repetendi dotem.

1 IN electione quidem & arbitrio viduæ est, utrum dotem repetere, an verò dotalitio contenta esse
2 velit, *l.* Const. *44.* † At, si dotalitium vidua semel agnoverit & acceptaverit, tùm nec ipsa, nec heredes ejus dotem amplius repetere possunt, utpote mariti bonis jure dotalitii incorporatam, *Supr.* Const. *42. p. 2.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 4. n. 20.* Wesenb. *cons. 26. n. 26. p. 1.* Jac. Schult. *in addit. ad*
3 Rotschitz. *de dotalit. art. 1. n. 18.* † Sicuti nec è-contra, si Vidua semel dotalitium reprobavit, dotemque repetiit, denuo ad dotalitium confugere
4 dotemque inferre licet, Moller. *hîc n. 1.* † Quia omnis variatio est odiosa & non admittenda, *l. ult. vers. tantum enim abest. Codic. de codicill.* Petr. Heig. *p. 2. quæst. 4. n. 1. & seqq.* Nicol. Boër. *decis.*
5 *33. n. 13.* † Et agnito vel repudiato semel dotalitio, successoribus feudi in dote vel pensionibus ex feudo solvendis, eo ipso jus quæsitum videtur, quod postea eis invitis auferri nequit, *l. 5. Codic. de obligat. &*
6 *action.* † Quamvis si mulier in optione hâc graviter læsa, vel dolo ad illam adducta, vel minorennis, aut alia justa quædam causa subsit, ei subveniendum existiment Dan. Moll. *hîc num. 3.* Petr. Peck. *in tract. de testam. conjug. lib. 1. cap. 32. num. 6.*

Ita Domini in causa Veronicæ à Zemen, Mens. Febr. Anno 1626. [Verba sent. Ob euch wol anfänglich frey gestanden / entweder euer Ehegeld aus des verstorbenen Mannes Gütern wieder zu fodern/oder zu dem gewöhnlichen Leibgedinge zu kiesen/ da ihr aber democh das Leibgedinge einmal angenommen und erwehlet hättet/ ꝛc. So verbliebe es dabey billich / und wäret davon wieder abzustehen/und euer Einbringe zu fordern nunmehr nicht berechtiget/ V. R. W.]

Definit. VI.

Vidua dotalitium sibi constitutum etiam post annum & diem petere valet.

1 NEscio, quâ ratione moti Scabini Lipsienses quondam existimarint, si dotalitium mulieri vir constituisset, illa verò post ipsius mortem intra annum & diem id non petiisset, deinceps eam id petentem audiendam non esse, sed exceptione præscriptionis removeri posse, referente Dan. Moll. *hîc num. 17.* † qui tamen ab hâc opinione 2
meo judicio rectè dissentit. Neminem siquidem fugit † in foro Saxonico anno & die non nisi mo- 3
bilia præscribi *art. 28. lib. 1.* Landrecht. † adeoque 4
ad dotalitium, quod in bonis feudalibus immobilibus constituitur, ac in annuis reditibus & pensionibus regulariter consistit, hanc præscriptionem minus ritè accommodari, quivis facilè concesserit. † Putarim ergò, Viduam dotalitium à marito vi- 5
vente sibi constitutum petentem, non nisi præscriptione triginta annorum, anni & diei removeri. † Tanto enim, & non minori temporis spacio, jura 6
& actiones in foro Saxonico præscribi, notissimum est, *art. 29. lib. 1.* Landrecht. Matth. Coler. *ad c. de quarta. 4. n. 84. extr. de præscript.*

Ita Domini in causa Magdalenen von Holruthen/ Mens. Majo Anno 1627. [Verba sentent. Hat euch euer Ehe-Juncker bey seinem Leben ein gewisses Leibgedinge verordnet / dessen ihr euch noch zur Zeit nicht gebraucht/ noch bey den Lehnsfolgern darum Ansuchung gethan. Ob nun wol allbereit seither eures Mannes Absterben drey gantzer Jahr verflossen/ꝛc. So seyd ihr doch nichts desto minder berührtes Leibgedinge zu fordern / und euch dessen anzumassen nochmals wohl befugt/ꝛc.]

Definit. VII.

Successores feudi ad constitutionem dotalitii non tenentur, si unà cum dote totidem ratione donationis propter nuptias reddere velint.

QUantumvis vidua electionem habeat, an dotem repetere, an verò dotalitium postulare & retinere velit? Attamen si dotalitio non- 1
dum constituto, † Successores feudi viduæ dotem 2
reddere atque insimul totidem ratione donationis propter nuptias addere, quàm dotalitium constituere malint, omnino audiendi sunt, & vidua dotem unà cum donatione propter nuptias accipere tenetur, nec auditur, † si dotalitium postulet, illudque 3
dimittere nolit, cùm hoc casu vidua ullam de damno conquerendi causam prætendere nequeat, Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 4. n. 28.* Moller. *hîc num. 14.* Matth. Berlich. *part. 2. concluf. 52. num. 11.* † Licet forsan rarius feudi successores id faciant; 4
quod nec ipsis consultum videtur, siquidem hoc modo tam dos, quàm donatio propter nuptias pleno jure ad mulierem pertinet, quum è contra dotalitio constituto, † non solùm dotem tanquam feudo 5
incorporatam lucrentur, sed etiam mortua muliere dotalitium recuperent, *Supr.* Const. *42. part. 2.* Pist. *dict. quæst. 4. n. 28.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Wann gleich bey euers Ehe-Junckern Erben zwischen ihme und euch des Leibgedinges wegen nichts gewisses abgeredet worden wäre/ꝛc. So wären doch nichts minder die Lehns-Erben nach Gelegenheit euers eingebrachten Ehegeldes euch aus den Lehngütern zu beleibdingen pflichtig/ sie wolten denn nebens eurem Ehegelde/ noch einsten so viel euch baar über auszahlen/und eigenthümlichen abstatten/ damit liesset ihr euch billich begnügen/ und sie möchten

möchten auff solchen Fall zu ferner Leibgedingung nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definitio VIII.

Relinquere potest Vidua dotem pariter & dotalitium, atque petere portionem statutariam ex bonis mariti mulieribus debitam.

1 EX eo, quod Viduæ viri Nobilis electio datur, utrum dotalitium sibi constitui, an dotem repetere malit, *h.* const. *44.* arbitrari equidem quis
2 posset, † haud licere viduæ, relictis hisce juribus muliebribus, petere quotam bonorum partem ex constitutione Electorali, vel consuetudine loci mulieribus debitam, † quum unius inclusio sit alterius exclusio *l. 12 ff. de judic. l. 18. §. 11. ff. de fundo instruct.* Eamq; sententiam tenet Moller *lib. 2 semestr. cap. 8.*
4 † At vereor, ne inde conditio viduarum Nobilium longè deterior reddatur conditione rusticarum, civiumque mulierum, † quæ pro lubitu quotam bo-
5 norum partem ex hereditate mariti capere ac do-
6 tem dimittere possunt, Const. Elect. *20. part. 3.* † Quid enim, si mulier nobilis vel nullam vel exiguam intulisset dotem, an propterea minus quàm mulier plebeja ex bonis mariti capere deberet? id
7 certè ex sententia Molleri sequeretur, † quod tamen absurdum alicui videri posset, cum Nobilitas, aliave dignitas, haut operari debeat diminutionem commoditatum ex legibus vel statutis provenientium,
8 *l. senatores 11. in fin. ff. de Senator.* † Dicendum ergò, quod res est, Viduam nempe nobilem quotam bonorum statutariam petentem, omninò audiendam esse, si doti ac dotalitio, nec non sponsalitiæ largitati, aliisque juribus, viduis Nobilibus
9 competentibus, renunciare velit, † prout sancitum *in* Const. Elect. *37. part. 3.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 69. num. 3.* Andr. Goldb. *de gerada cap. 5. tit. de primo ordin. succed. num. 31.* Reinhard. *part. 1. differ. 37.* Wesenb. *in apostillâ ad Schneidew. Inst. de heredit. quæ ab intest. defer. Rubr. de success. jur. Saxon. int. vir. & uxor. n. 40.* Nec movet *h.* Const.
10 *44.* † Ex quâ certè nil aliud inferri potest, quàm quod mulier possit vel dotem vel dotalitium eligere, si velit; At, ut hoc faciat, non cogitur. † Nam
11 & quotam bonorum statutariam petere potest, si
12 hoc è re sua esse putaverit, *dict.* Const. *37. part. 3.* † idque cùm *h.* Const. *44.* non inveniatur prohibitum, permissum censetur *l. nec non 28. ff. ex quib. caus. major. l. mutus 43. ff. de procurat.* Goldb. *dict. loco.*

Ita Domini in causa Hansen Heinrichs von Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1600. (Verba sent. Dafern aber bemeldte Adeliche Wittib Vermöge Churf. Sächs. Constitution den vierdten Theil/oder was sonsten den Weibern nach Gewohnheit gebühret/ von dem Erbe haben will/so ist sie dagegen sich des Leibgedinges/ und anderer ihrer Fräulichen Gerechtigkeit zu begeben schuldig/V.R.W.)

Definit. IX.

Non tenentur Successores feudi constituere Viduæ dotalitium, priusquam dos illata, ac in feudi utilitatem versa probetur.

1 QUamvis successores feudi non solùm ad præstationem dotalitii à marito vivente jam constituti, sed & ad constitutionem ejus, de quo marito vivente haud conventum fuerit, tenentur, *Supr.* Defin. *1.* Attamen hoc aliter verum non est,
2 † quàm si dos à muliere verè ac re ipsâ illata fuerit, *Auth. dos data. C. de donat. ant. nupt. Auth. sed quæ nihil. C. de pact. convent. Novell. 2. §. ult.* † Quod &
3 *h.* Constit. *44.* expressè confirmatum est in verbis initialibus: Da die Frau bey ihres Mannes Leben gegen ihr Einbringen/ welches sie darthun kan/ ꝛc. *Gloss. art. 22.* Weichbild. *num. 2. vers.* Die dritte Gab. *ibi:* Was an der Mitgifft dem Manne gebricht/ das soll am Leibgedinge der Frauen auch gebrechen/ Hartm. Pistor. *p. 1. q. 4. n. 8.* Jac. Schult. *ad* Rothschitz. *de dotalit. art. 1. n. 3. & in addit. ad* Modest. Pistor. *p. 3. q. 122. n. 114.* Jacob. Thoming. *cons. 4. n. 72. & seq. & cons. 15. num. 37. lib. 1.* † Quin nec sufficit, dotem marito illatam esse,
4 sed insuper, ut ea in feudum sit versa, requiritur,
5 idque propterea, † quoniam nisi dos in feudum conversa fuerit, nulla causa subest, quæ ad dotalitium heredes feudales obligare possit, siquidem ejusmodi onera, non secus ac debita alia à Vasallo contracta hereditari saltem incumbunt, *l. ex facto*
6 *35. §. 2. ff. de hered. inst. l. 1. C. si cert. petat.* † Possessorem verò feudi minimè sequuntur *l. ult. §. ult. ff. de contr. empt. l. 1. §. si heres 16. ff ad SCtum Trebell.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 4. num. 12.* Jacob. Schult. *dict. quæst. 122. num. 123.* † Probatâ tamen
7 numeratione, in feudum etiam conversam dotem
8 esse, ut probetur, necesse non est, † sed in dubio pro muliere præsumitur, dotem in feudi utilitatem collocatam esse, ex rationibus allatis *ab* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 4. num. 16. ubi exempla ex* Bald. *allegat* Modest. Pistor. *part. 1. q. 24.* Dan. Moller. *hic num. 9.* Jac. Schult. *ad* Rothschitz. *dict. Art. 1. num. 32. & seq.* † Vera autem sunt hæc tantummo-
9 do, quando cum successoribus feudi, quibus factum defuncti præjudicare non potest, agitur: † Alioquin,
10 si feudo à marito jam constituto, cum liberis ac heredibus res est, nil sanè attinet, anxiè versionem considerare, cum hi etiam sine eâ, quin imò nulla etiam dote illata, factum defuncti præstare teneantur *Supr.* Constit. *42. Definit. 5.* Hartm. Pist. *dict. quæst. 4. num. 18. Vide omninò* Schult. *ad* Modest. Pistor. *dict. quæst. 122. num. 128.*

Ita Domini in causa Heinrici à Zobeln/ Mens. Jul. Anno 1622. (Verba sent. Ist euers verstorbenen Vettern Lehngut an euch gebracht und verfället worden/ und weil gedachter Vetter des Leibgedinges wegen keine Versehung gethan/ will seine Wittib von euch als dem Lehnsfolger beleibgedinget seyn/ da nun ihr Ehegeld dem Manne würcklichen eingebracht und in das Lehn verwendet worden wäre/ꝛc. So wäret ihr bemeldte Wittib nach Gelegenheit solches ihres Einbringens zu verleibdingen schuldig/V.R.W.)

It. in causa Alberti & Heinrici Buchsdorffs zu Zinnitz/ Mens. Februar. Anno 1636.

Definit. X.

Confessio mariti non relevat Viduam petentem dotalitium à successoribus feudi, ab onere probandi dotis illationem.

1 VIduæ ergò dotalitium petenti onus probandi incumbit, dotem reverâ fuisse illatam,

tam id quod probar[1] potest per publicum instrumentum, in quo Notarius testatur, se præsente, do-
2 tem esse numeratam, vel etiam † per testes, qui connumerationi adfuerunt, Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 115. Sed num etiam per confes-*
3 *sionem mariti?* ‡ Sanè liberis sive heredibus mariti confessionem præjudicare nemo facilè negabit, *per text. in l. cum à patre. 14. Codic. de Rei Vendic. l. si uxor. 7. Codic. de bon. autor. jud. possid. l. si ab eo. 7. Codic. de negot. gest.* Hartm. Pistor. *part. 1.*
4 *quæst. 4. num. 10.* Wesenb. *cons. 49. num. 3.* † Secus verò res se habet in successoribus feudi, qui mariti heredes non sunt. Ab his enim si mulier petat dotalitium, eam haudquaquam relevare poterit ab onere probandi confessio mariti, quà tùm, cum dotalitium constitueret, dotem se percepisse asseruit;
5 † Quia ex regula vulgata haud standum est confessione ejus, qui actum sine certa aliqua qualitate expedire non potest, etiamsi assereret, qualitatem illam, quæ ei disponendi facultatem tribuit, intervenisse *l. cum quis decedens 37. §. Titia 6. ff. de legat. 3.* Jason. *in l. si donatione 13. n. 4. C. de collat.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 4. n. 11.* Dan. Moll. *hîc num. 6.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. q. 122. n. 117.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da nun ihr Ehegeld dem Manne würcklichen einbracht / und in das Lehn verwendet worden wäre / Inmassen denn bemeldter Wittben die illatio dotis anderer Gestalt / dann durch des Mannes Qvittung und Bekäntnüß vor allen Dingen zu beweisen obliegt / so wäret ihr dieselbe nach Gelegenheit solches ihres Einbringens zu verleibgedingen schuldig / V.R.W.)

Et in causa Johannis Brambachs zu Qvedlinburg / Mens. April. Anno 1635.

Et in causa N. à N. Viduæ zu Leipzig / Mens. April. Anno 1636. (Verba sent. Da ihr aber dennoch anderer Gestalt / denn allein durch eures verstorbenen Ehe-Junckern Qvittung und Bekäntniß darthun köntet / daß ihr ihme 1000. fl. würcklichen zubracht hättet / ꝛc. So wären die Lehnsfolger euch darauff zu beleibdingen und Jährlichen 200. fl. Leibzinse abzustatten schuldig / V.R.W.)

Definit. XI.

Debetur Viduæ dotalitium, etiamsi dotem promissam vivente marito non solverit, modò eam ipso defuncto unà cum usuris etiamnum offerat.

1 *AT quid, si uxor dotem promissam vivente marito revera non numeraverit, post mortem autem mariti eam adhuc inferre velit, ad hoc nempe*
2 *ut dotalitium sibi constituatur?* † Quamvis de jure civili Viduam non audiendam existimem, per *text. in Auth. dos data sub fin. Cod. de donat. ant. nupt.* Hartm. Pist. *p. 1. quæst. 5.* Moller. *hîc num. 12.* Zobel. *in addit. ad* Gloss. *art. 21. num. 3. lib. 1.* Landr. Attamen in foro Saxonico consuetudine est introduc-
3 tum, † ut licet uxor dotem vivente marito non intulerit, si tamen post mortem ejus dotem promissam unà cum usuris à tempore mortis mariti offerret, tum dotalitium etiam necdum promissum con-
4 stitui soleat, † non attento, utrum in morâ solvendi fuerit uxor, nec ne, Georg. Rotschitz. *de dotalit. art. 1. num. 13.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 5. num. 6.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst 122. n. 120.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 63. n. 3.* Schneidevv. *ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. tit. de succes. int. vir. & uxor. n. 45.* Nec refert, † an dos purè & simpliciter, an ad certum diem promissa, & antequam dies venerit, ma- 5
ritus defunctus fuerit: † Nam & tum, si mulier post 6
mortem mariti die adveniente dotem etiam sine usuris inferat, ei dotalitium constitui debet, Pistor. *dict. q. 5. n. 9.* † Sicuti nec eo casu, quo per mulie- 7
rem non stetit, quo minus vivente marito dotem promissam numeraret, sed vel ipse maritus in mora accipiendi fuerit, vel dos ab alio, quàm uxore, solvi debuerit, usuræ exigi poterunt, ut rectè tradit Moller. *hîc num. 15.* Vera autem sunt hæc tantùmmodo, † quando mulier jam antea certam do- 8
tem promisit; secus si nupserit simpliciter absque constitutione dotis; † Nam tum vidua post mor- 9
tem demum mariti dotem certam inferre volens non auditur, quia dotalitium datur in compensationem dotis: † At dos, quam mulier antea non 10
promisit, sed demum post mortem mariti constituit, propriè dos dici non potest *l. cum multæ 20. vers. sicut enim dos propter nuptias. C. de donat. ant. nupt.* Berlich. *p. 2. concl. 50. n. 28.* Vide Decis. Elect. *novissim. 55.*

Ita Domini in causa Hansen Heinrichs von Crostewitz / Mens. Mart. Anno 1598. (Verba sent. Ob nun gleich das versprochene Ehegeld bey ihres Ehe-Junckern Leben nicht einbracht worden / da aber dennoch die Wittib dasselbe nochmals nebens dem gebührlichen interesse, von Zeit ihres Mannes Absterben anzurechnen / einbringen würde / ꝛc. So wäre der Lehnsfolger sie darauff gegen ihr Einbringen Landüblichem Gebrauch nach zu beleibdingen schuldig / V.R.W.)

Et in causa Agnisen Joseph von Maltitzens Wittben / Mens. Jun. Anno 1596. (Verba sent. Ob gleich das Ehegeld / so eurem verstorbenen Ehemanne zugesaget gewesen / bey seinem Leben von euch nicht einbracht worden / da ihr aber dennoch dasselbe nebenst dem gebührlichen interesse, von Zeit eures Mannes Absterben anzurechnen / nochmahls einbringen würdet / ꝛc. So wären gedachte Lehnsfolger / so bald die Auszahlung würcklichen erfolget / euch darauff gegen eurer Einbringen Landüblichem Gebrauch nach zu beleibdingen pflichtig / V.R.W.)

Definit. XII.

Vidua post mortem mariti dotem offerens, eam unà cum dotalitio repetere nequit, licet de hoc in pactis dotalibus fuerit conventum.

COnsuetudine ergò Saxonicâ contra jus com- 1
mune introductum est, ut viduæ post mortem demum mariti, dotem promissam unà cum usuris offerenti, dotalitium constituatur, Defin. *præced.* in quo omninò subsistendum, † nec ad ali- 2
os dotalitii conventionalis casus speciales hoc jus extendi debet, quia consuetudo juri communi contraria, quantum fieri potest, strictissimè interpretanda est † & ad casus alios ac similes 3
non extendenda, Bald. *in Auth. qui rem. circa fin. & ibi* Jason. *Codic. de SS. Eccles.* Rol. à Vall. *lib. 1. cons. 55. num 13.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 24. n. 14.* † Quare licet convenerit inter conjuges, ut 4
redditâ etiam dote certæ pensiones annuæ dotalitii nomine viduæ solvantur; † Attamen si vivente marito dos illata non fuerit, ex prædicta con- 5
suetudine, conventio hæc effectum haud sortietur, ceu repetitioni dotis, post mariti obitum solutæ,

locus

locus dabitur, sed contenta sit vidua, quod vigore consuetudinis Saxonicæ dotalitium petere possit. Nec habet, quod de pacto sibi non servato conqueratur, † quum ipsa conventionem non impleverit; Ergò nec ex eâdem conventione, unà cum dotalitio dotem petere valebit, *l. Julianus. 13. §. offerri 8. ff. de act. empt.*

Ita Domini in causa Annen Seyfferts von Schönfeld auff Döben/Mens. Jan. Anno 1598. (Verba sent. Ob nun gleich in der Ehestifftung darneben versehen/daß euch auff Begehren euer Ehegeld der 1500. fl. von den Lehns-Erben wiederumb entrichtet/und gleichwol 150. fl. Jährliche Leibzinsen gerichtet werden sollen. Dieweil ihr aber dennoch bey eures Mannes Leben das Ehe-Geld nicht eingebracht / und also der Ehestifftung keine Folge gethan/ sondern allererst nach eures Mannes Tode dasselbe erleget/ꝛc. So lasset ihr euch nunmehr an den verwilligte Leibzinsen billich begnügen / und seyd ermeldtes/ nach eures Mannes Absterben allererst erlegtes Ehegeld wieder zu fordern nicht befugt/V R.W.)

Definit. XIII.

Viduæ post mortem mariti dotem offerenti non debetur dotalitium in concursu Creditorum.

1 POrrò nec consuetudo Saxonica, quâ viduæ, post obitum demum mariti dotem promissam offerenti, successores feudi ad constituendum dotalitium obligatos dixi *Supr.* Defin. *11.* ad eum extendi debet casum, † quo maritus ob-
2 æratus decesserit, multis relictis Creditoribus: † Etsi enim tùm vidua dotem promissam defuncto marito inferre velit, ad hoc, ut dotalitium
3 sibi constituatur, attamen audiri non debet; † Nec scilicet creditores mariti per id graventur,
4 *contra l. non debet. 74. ff. de R. jur.* ac creditis suis defraudentur, *l. ult. ff. de pact.* † qui tamen ob moram executionis suspensæ juvari potius, quàm decipi debeant, *l. in commodato 17. §. sicut. 3. ff. commodat.*

Ita Domini in causa Hansen Arnstadts zu Oschatz/ Mens. Majo Anno 1599. (Verba sent. Ob wohl bemeldte Wittib vom Adel gegen die versprochene 1000. fl. Ehegeld verleibgedinget werden sollen; Dieweil aber dennoch solches bey Lebzeiten ihres Junckern würcklichen nicht erfolget / noch die Wittib ihre versprochene Mitgifft einbracht/und ferner diese Gelegenheit hat/daß ein concursus creditorum verhanden/und ungewiß / ob alle Schulden bezahlet werden können/ꝛc. So hat sie sich auch/ ehe und zuvor die Gläubiger vollständig befriedigt / des Leibgedinges nicht anzumassen/ꝛc.)

Definitio XIV.

Quælibet donatio propter nuptias solvenda est Viduæ post mortem mariti dotem promissam offerenti.

1 NOn tamen solùm in dotalitio, sed & in quavis alia donatione propter nuptias consuetudine fori Saxonici receptum est, ut hæc viduæ debeatur, etiamsi dotem promissam post mortem demum mariti solverit. † Quod nemini mirum videri po-
2 terit, quum & ipsum dotalitium sit donatio propter nuptias, † quin & hæc quandoq; dotalitiũ dicitur *c.*
3 *plerumque. 4. ubi* Canonistæ. *Extr. de donat. int. vir. & uxor.* Guid. Pap. *decis. 565. num. 4.* Carol. Molinæ. *consil. 52. num. 31.* Bocer. *de donat. cap. 11. num. 1.* Idque tantò magis verum, † si dos ab alio, quàm ab
4 uxore, solvi debuisset, quo in casu etiam de jure civili, post mortem demum mariti facta dotis solutione, donationem propter nuptias deberi, † asserit
5 post Joh. Fabr. Guid. Pap. *dict. decis. 565. in fin.*

Ita tractatum in causa Martini Wetzels zu Magdeburg/ Mens. Majo Anno 1612.

CONSTITUTIO XLV.

PARTIS SECUNDÆ.

Vom Gedinge und gesammter Hand / und wie derselbigen soll Folge geschehen?

De Simultaneâ Investiturâ, & eâ, quæ in eventum mortis possessoris confertur, & quomodo ejus renovatio sit petenda?

MJewol etliche vermöge Sächsischer Lehnrecht (die besagen/ daß am Gedinge keine Folge seyn soll) derer Meinung seyn wollen/ daß so ein Lehnherr ein Gedinge oder Anwartung an einem Lehngut iemands gegeben / solches mit des Herrn Person/ wann er es vor sich alleine geschrieben / verlöschen soll.

Alldieweil aber die Sächsischen Rechte hierinn etwas unklar / und so viel müglich nach gemeinen Rechten sollen interpretiret werden / So haben sich unsere Räthe / Facultäten und Schöppenstüle dahin verglichen/ daß dieses Falls/nach gemeinem beschriebenen Lehnrecht hinführo soll gesprochen werden/ und nemlich / wann ein Lehnherr weltliches

MOr Gedinge ist keine Folge / inquit textus juris Saxonici feudalis. Etsi igitur hinc nonnulli arguunt, investituram in casum mortis alterius factam, nullâ heredum factâ mentione, morte Domini evanescere: Quia verò aliquanto obscurius hoc in casu est jus Saxonicum, & aliàs quoque illud, quoad ejus fieri potest, secundum jus cõmune interpretandum; igitur juris communis dispositionem hoc in casu observandam, Consiliarii nostri cum Collegiis juridicis & Scabinatibus censuerunt, hanc nimirum, ut si quis Dominus secularis in casum mortis alterius de feudo quem investiat, eveniente conditione, here-

Standes iemandes ein Angefell verschreibet/ ob gleich seiner Erben darinnen nicht gedacht/ daß dennoch dieselben/wo sich der Fall folgends zutrüge/ solche Verschreibung/ so weit als die Vergleichung geschehen/inhalts des Buchstabens zu halten schuldig seyn.

So viel aber die Folge des Gedinges und der gesammten Hand betrifft / soll dieser Unterscheid gehalten werden / daß dem Gedinge nicht ehe soll Folge geschehen / dann wann sich der Fall zugetragen/ und der / welchem er verschrieben/den würcklichen Besitz des Lehnguts erlanget/ und von solcher Zeit an soll er/ innerhalb Jahres und Tages / die Belehnung zu suchen schuldig seyn. Der gesammten Hand aber soll ein ieder/dem sie verschrieben / wann dieselbige durch Absterben des Lehnherrns / oder des Lehnmannes und Besitzers gebrochen/ ungeachtet / ob er gleich das Gut in würcklichem Besitz nicht hat / innerhalb Jahr und Tag/von Zeit der Wissenschafft an / Folge zu thun pflichtig seyn.

Gleicher Gestalt so wird die gesammte Hand und Anwartung / durch Theilung der Lehngüter / vermöge Sächsis. Rechte gebrochen/und derowegen sollen die / so sich getheilet/ und hiebevor die gesammte Hand gehabt / alsdann anderweit Verneuerung des Gesammtniß in gebührlicher Frist erlangen / die ihnen auch unweigerlich geliehen werden sollen.

Wann dann jemands sein Lehngut / daran ein ander die gesammte Hand hat / verkaufft oder verändert / so soll durch solche alienation die gesammte Hand nicht gebrochen seyn/Es hätte dann der / so sie hat / in solche Veränderung/ Krafft eines vorgehenden Pacts/ Verschreibung/Revers, oder sonsten hernach gewilliget/ oder wäre nach Verordnung der Rechte wider ihn præscribiret, darnach sich unsre Hoffgerichte/ Facultäten und Schöppenstüle/im Erkennen und Sprechen zu halten haben.

heredes ipsius ea, quæ in literis investituræ continentur,licet nulla illorum in iis facta sit mentio, servare juxta legem conventionis teneantur.

Inter renovationem verò investituræ hujus, & illam, quæ simultanea seu conjuncta manus dicitur, hoc discriminis observari volumꝰ,ut illius renovationẽ, existente demum conditione,& post adeptam possessionem,intra annum & diem,ab eo tempore numerandum investitus petat. Hanc verò quicunq; impetravit,is eam,licet feudum non possideat ubi morte Domini vel Vasalli & possessoris interruptam esse cognovit,intra annum & diem à tempore scientiæ inchoandum, renovari sibi petat.

Per divisionem quoq; simultanea hæc investitura jure Saxonico cũ interrumpatur,ideoq; & hoc casu renovationem ejus hi,qui factâ divisione eâ exciderunt, intra constitutum tempus denuo ut petant,necesse est,eaque illis denegari non debet.Si quis verò feudum suum,de quo alius simul investitus est, vendat,aut alio modo alienet,eâ alienatione juri alterius nihil detractum volumus, nisi ejus consensu ex præcedente pacto vel aliter interveniente alienatio facta sit,vel adversus illum sit præscriptum. Idque judicia Curialia nostra, nec non Collegia Juridica & Scabinatus in judicando & respondendo sequentur.

DEFINITIONES.

1. *Valet investitura de caducitate feudi tertio facta, etiamsi Vasallus possessor non consenserit.*
2. *Dominus investituram, de caducitate feudi factam, pendente conditione revocare nequit.*
3. *Non tenetur Dominꝰ ex investiturâ de feudi caducitate, si hoc propter culpam Vasalli fuerit apertũ.*
4. *Duobus investitis de feudo Vasalli adhuc viventis quisnam horum alteri præferatur?*
5. *Etiam in foro Saxonico heres Domini investituram, de feudo Vasalli viventis factam, ratam habere tenetur.*
6. *Agnati tamen ex investiturâ Domini de caducitate feudi non obligantur.*
7. *Successor Episcopi investituram, de caducitate feudi sine consensu Capituli factam, ratam habere haud est obligatus.*
8. *Nec Dominus superior ex investiturâ de caducitate alicujus feudi à Domino inferiore factâ obstringitur.*
9. *Investitura in casum mortis facta, etiam ad investiti heredes transmittitur.*
10. *Ne quidem in foro Saxonico renovatiõ investituræ factæ de feudo Vasalli adhuc viventis necessariò petenda est.*
11. *De jure communi feudali extra forum Saxonicum, Collaterales agnati non nisi in feudo antiquo succedunt.*
12. *In foro etiam Saxonico filii ac descendentes in infinitum in feudo succedunt.*
13. *Agnati & Collaterales in foro Saxonico non nisi ex vi ac jure simultaneæ investituræ in feudis succedunt.*
14. *Effectum non habet simultanea investitura, nisi utriusque tàm possessoris, quàm investiti consensus accesserit.*
15. *Jus simultaneæ investituræ nemini invito auferri debet.*
16. *Simultanea investitura jus in feudo tribuit investito, unde & ei actio revocatoria datur contra tertium possessorem.*
17. *Petenda est necessariò renovatio simultaneæ investituræ, quâ amissâ jus investituræ amittitur, nec investito alterig actiõ revocatoria competit.*
18. *Non perdit feudum vel jus simultaneæ investituræ, qui justâ causâ impeditus intra annum & diem renovationem investituræ non petiit.*

19. Æta-

19. Ætati pupillari tempus petendæ inveſtituræ non currit.

20. Excuſat quoq; ignorantia inveſtitum, quo minus feudum vel jus ſimultaneæ inveſtituræ ob non juſto tempore petitam renovationem perdat.

21. Feuda ruſtica vel exigua, de quibus ſervitia militaria non præſtantur, ob renovationem juſto tempore non petitam amittuntur.

22. Mortuo Epiſcopo, peti debet renovatio inveſtituræ à Capitulo, ſi intra annum & diem alius non fuerit electus Epiſcopus.

23. Ad impetrandam inveſtituram feudi aperti Vaſallus adverſus Dominum experiri poteſt, Conditione ex moribus.

24. Fractâ ſimultaneâ inveſtiturâ per diviſionem, non competit ultra agnatis jus ſuccedendi, niſi de novo impetraverint inveſtituram.

25. Non minus per venditionem feudi rumpitur inveſtitura, ac per ejusdem diviſionem.

26. Factâ inter fratres diviſione feudi, horum ſubditi renovationem inveſtituræ petere tenentur.

27. Ex duobus ſimul inveſtitis, licet unus feudum ſuum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti conſentire haud obſtrictus eſt.

28. Pluribus defuncti Vaſalli heredibus exiſtentibus, omnes fidelitatem jurant.

29. Pluribus exiſtentibus defuncti Domini ſucceſſoribus inveſtituram Vaſallus non niſi ab uno petere tenetur.

30. Inveſtituram factâ alicui für ſich/ſeine Leibes-uñ Lehns-Erben/*ſoli videntur comprehenſi filii, non etiam filiæ vel agnati.*

31. Diverſi tenoris quando ſunt inveſtiturarum literæ, regulariter ſecundum tenorem primæ inveſtituræ judicandum eſt.

Definit. I.

Valet inveſtitura de caducitate feudi tertio facta, etiamſi Vaſallus poſſeſſor non conſenſerit.

1 INveſtituram de caducitate feudi factam, quâ nempe feudum vivente poſſeſſore alteri eâ lege ac conditione conceditur, ut, ſi poſſeſſor ſine liberis deceſſerit, feudum ad ipſum devolvatur, (vulgò Die Anwartung oder das Gedinge) de jure feudali &
2 in foro Saxonico valere, † non ſolùm ex iis quæ adducit Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 25.* ubi hanc materiam pleniſſimè tractat, ſufficientiſſimè proba-
3 tur, † ſed & ex *h.* Conſtit. *45. in pr. verſ.* Daß ſo ein Lehnherr ein Geding/ꝛc. manifeſtum redditur, adeò ut nec præſentia partium Curiæ ad inveſtituram hanc neceſſariò requiratur, † modò ea alio
4 quodam inſtrumento, vel ſcripturâ probetur, ut rationibus firmat Hartm. Piſtor. *p. 2. qu. 30.* Roſen-
5 thal. *de feud. cap. 6. concl. 6. n. 4.* † Abuſiva enim ſolummodo hæc eſt inveſtitura, nec jus radicatum in certa re tribuit, ſed ſpem futuræ inveſtituræ facit,
6 & tantum, † actionem perſonalem contra Dominum parit, *c. ſi facta ſi de feudo defunct. cent. c. 1. §.*
7 *1. ubi* Matth. de Afflict. *de nov. form. fidelit.* † Unde & generaliter de feudo incerto, quod poſſeſſoris morte Domino primo apertum fuerit, fieri poteſt, Piſtor. *dict. qu. 25. n. 36.* Nec aliter quam conditi-
8 onaliter facta valet, † collata nempe in eum caſum, quo poſſeſſor ſine herede maſculo deceſſerit, *c. 1. qui ſucceſſ. teneant. cap. 5. & cap. 57.* Lehnr. Jul. Clar. *lib. 4. ſentent. §. feudum. quæſt. 14. n. 1.* Piſtor. *dict. qu. 25. n. 12.* Schrad. *de feud. part. 3. c. 2. n. 19.*
9 † adeoque liberis procreatis, deficiente conditione, ipſa etiam inveſtitura evaneſcit, *c. 30.* Lehnrecht. Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 40. n. 68.* Vult. *de feud.*
10 *lib. 1. c. 7. n. 50.* Schrad. *dict. c. 2. n. 20.* † Niſi liberi ante patrem rurſus deceſſerint, aut inveſtitura in eum quoque caſum fuerit facta, ſi nempe poſſeſſor ejusque liberi deceſſerint, ut tractat Hartm. Piſt.
11 *dict. qu. 25. num. 15. & ſeqq.* † Apparet hinc, longè diverſam eſſe rationē hujus inveſtituræ, & ejus, quam vulgò ſimultaneam appellitant, quæ jus certum ac radicatum inveſtito tribuit, *Vid. infr.* Defin.
12 *16.* Ex quo & illud provenit, † quod licet ſimultanea inveſtitura non niſi conſentiente poſſeſſore concedi ſoleat, Hart. Piſt. *part. 2. qu. 20. in pr.* valeat tamen inveſtitura de caducitate feudi indifferenter, † ſive ſciente ſive ignorante poſſeſſore facta 13
fuerit, *c. 10.* Lehnrecht. *c. ſi quis tamen inveſtierit, de feud. dat. invic. leg. commiſſ. c. moribus. ſi de feudo defunct. content. ſit int. dom. & agnat. vaſall.* Hart. Piſt. *dict. qu. 25. n. 11.*

Ita Domini in cauſa Henrici Wolrads von Berbisdorff/ Menſ. Jun. An. 1630. (Verba ſent. Iſt euch die Anwartung und das Gedinge an N. N. Lehnsgute/auffn Fall nemlich derſelbe ohne Leibes-Lehns-Erben verſterben möchte/verſchrieben worden. Ob nun wohl ſolche Zuſage/unangeſehen der Beſitzer des Lehnguts darumb keine Wiſſenſchafft hat/zu recht beſtändig/ꝛc.)

Definit. II.

Dominus inveſtituram de caducitate feudi factam, pendente conditione, revocare nequit.

NIhilominus tamen inveſtitura hæc de feudi caducitate adeò firmiter Dominum obligat, ut 15
pendente conditione pœnitere, factamque inveſtituram revocare nequeat, ſed promiſſionem ſuam omnimodo implere teneatur, *arg. l. ſicut 5. C. de O. & act. l. ab emptione 58. ff. de pact.* Hart. Piſt. *part. 2. qu. 25. n. 21.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 6. n. 20.* Schrad. *de feud. p. 3. c. 2. n. 18.* † Idque Hartman. 2
Piſt. *dict. loc.* adeò extendit, ut ſi facultatem rei tradendæ Dominus habeat præſtando id quod intereſt, non liberetur, ſed omninò inveſtituram facere ac rem tradere cogatur. Quod tamen ipſi non conceſ- 3
ſerim, † cum juris expediti ſit, extra contractum emptionis-venditionis, poſſeſſorem ex promiſſione ac ſtipulatione, non præciſè ad tradendum obligari, ſed præſtando intereſſe liberari, *l. 1. ff. de rer. permut. l. 5. §. 1. ff. de præſc. verb.* Bartol. *in l. ſtipulationes non dividuntur. 72. ff. de V. O. n. 39.* † quod nec 4
in foro Saxonico aliter obtinet, ſecundum tradita *Supr.* Conſt. *1. Defin. 15.* † In eo tamen aſſentior 5
Hart. Piſt. *dict. qu. 25. n. 62.* quod ſi feudum morte vaſalli apertum fuerit, inveſtitus propriâ autoritate illud ingredi ac occupare queat, Lehnrecht *cap. 57.* *ubi* Gloſſ. *lat. lit. D.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 152. n. 14.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 93. n. 5.* Modeſt. Piſtor. *part. 1. qu. 19. n. 3.* Joh. Schneidevv. *de feud. part. 4. n. 11.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 299. n. 2. & 23.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent. Ob nun wohl ſolche Zuſage zu recht beſtändig/ und dannenhero der Lehnsherr ſolche zu wiederruffen nicht berechtiget iſt/ꝛc.)

Definit. III.

Non tenetur Dominus ex investiturâ de feudi caducitate, si hoc propter culpam Vasalli fuerit apertum.

1 COncedi solet plerumque investitura de feudi caducitate, das Gedinge/ sub expressâ hac conditione: si possessore Vasallo sine heredibus masculis decedente, feudum Domino apertum fuerit,
2 *Supr.* Defin. *1. num. 8.* † *Quid ergò si antequam conditio ista eveniat, aliam ob causam putà propter*
3 *culpam Vasalli feudum Domino aperiatur?* † Nihilominus tunc Dominum ex promissione & investiturâ factâ teneri, docent Matth. Col. *vol. 1. consil. 16.* & Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 7. numer. 52.*
4 † Quod quidem concesserim in casu investituræ de feudo aperto simpliciter factæ: Alioquin conditione hâc, si possessor sine liberis decesserit, verbis
5 expressâ, de quo casu hîc tantùm agitur, † investitum nullo modo ad successionem feudi aspirare posse, licet Vasallus sine liberis postea decesserit, verisimè scripsit Hart. Pistor. *part. 2. quæst. 25. n. 37.*
6 † Quia omnis conditio debet adimpleri in formâ specificâ, *l. si ita quis. 21. ff. de vulg. & pupill. substit. l. Mævius. 55. ubi Bartol. ff. de condit. & demonst.*
7 Hartm. Pist. *dict. loc.* † Neque investitura hæc, in casu certo probata, ad alium casum extendi potest, *arg. l. 39. ff. de lb.* Berlich. *p. 2. concl. 54. n. 66.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Da aber dennoch wegen einer sonderbahren felonie und Begunstigung des Besitzers/ ehe und zuvor derselbe ohne Kinder verstürbe / und also die conditio erfüllet würde / das Lehngut dem Domino anheim fiele und apert würde/ ꝛc. So möchte gedachter Lehnsherr euch mit demselben würcklichen zu beleihen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Definit. IV.

Duobus investitis de feudo Vasalli adhuc viventis, quisnam horum alteri præferatur?

1 EXpeditum sanè est, quod duobus de eodē feudo in casum mortis Vasalli investitis, regulariter
2 sit habendus potior is, † qui primus investituram impetravit ad exemplum venditionis, in quâ, re duobus venditâ, is præfertur, cum quo primò fuit contractum, *l. in operis. 26. ff. locat.* Hart. Pist. *part. 2. qu.*
3 *20. n. 1.* † ita tamen ut Dominus teneatur secundo ad interesse, quo vel pecuniam feudo æquivalentem solvat, vel aliud feudum consimile, parisque æstimationis præstet, *c. 1. in fin. ubi* Dd. *de nov. form. fidel. cap. 11. in fin.* Lehnrecht. Schrader. *de feud. part. 5. cap. 6. n. 6.* Hartm. Pist. *dict. quæst. 29. n. 3.* ubi hu-
4 jus assertionis limitationes addit, *n. 4. & 6.* † Aliud dicendum arbitror, si alteruter possessionem nactus fuerit, qui procul dubio potior esse debet illo,
5 qui simplici investiturâ nititur, † etiamsi posterior sit, *arg. l. quoties. 15. C. de rei vindicat. c. 37.* Lehnrecht. *ibi:* Wer die rechte Gewähr an einem Gute hat/ der sol es mit mehren Rechten behalten/ deñ jener/ der der Rechtē Gewähr darbet. Gloss. *in cap. si facta. si de feudo defuncti.* Jacob. de S. Georg. *in verb. investivi talem. n. 4.* Zas. *de feud. part. 6. n. 12.* Schrader. *de feud. dict. part. 5. c. 2. n. 19.* Hartm. Pi-
6 stor. *dict. qu. 29. n. 16. & observat. 28. num. 2.* † Quod ipsum tamen suas patitur limitationes, quas vid. *apud eundem* Hartm. Pist. *dict. qu. 29. n. 28. & seqq.*
7 † Planè si primus esset generaliter investitus de feudo incerto, quod Domino apertum foret, secundus verò de feudo certo in specie investituram impetr. esset, & istud Domino aperiretur, dubium non est,
8 † quin hoc casu posterior, qui de isto feudo investitus fuerit, primo sit præferendus, *cap. 7.* Lehnrecht. Herman. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 10. n. 11.* Schrader. *de feud. dict. cap. 2. n. 21.* † Nisi hæc investitura de
9 feudo certo fuerit concessa tùm, quando jam mors possessori instabat, atque adeò propè erat, ut feudum ad eum, qui primam generalem investituram acceperat, pervenire posset; † Vix enim tùm in-
10 vestitus suspicionem fraudis evitabit, *dict. cap. 7.* Lehnrecht. Hartm. Pist. *dict. qu. 29. n. 9.*

Ita Domini in causa Christiani & Sebastiani Fratrum à Löben/ Mens. Jan. Anno 1595. (Verba sentent. Ob gleich Marggraff Johannes zu Brandenburg/ ꝛc. hochlöblicher Gedächtnüß / Hansen von Knobelsdorffen / und seinen männlichen Leibes- Lehns- Erben 1000. fl. Rheinisch an Müntze auff allen und ieden Lehngütern / so im Jullischen Weichbild gelegen/ und sich am ersten verledigen würde/ zu rechtem Mannlehn/ An. 1539. aus Gnaden verschrieben; dieweil aber dennoch von Marggraff Johann Georgen / Churfürsten zu Brandenburg/ ꝛc. Unserm gnädigsten Herrn das Antheil Lehngut im Dorffe Langweile/ so auch im Jullichschen Weichbilde gelegen/ und Rudolphen von Nassau zugestanden/ auff desselben ohne Leibes-Lehns-Erben tödtlichen Abgang/ eurem Vater Bastian von Löben/ und euch seinen Leibs-Lehns-Erben in specie zu einem rechten und wahren Angefälle und Mannlehn Anno 1572. aus Gnaden verschrieben und geliehen worden/ dessen possession ihr auch nach gedachtes von Nassau Absterben einbekommen/ ꝛc. So seyd ihr obbemeldtens Hansen von Knobelsdorffs Leibes-Lehns Erben vorberührte 1000. fl. zu bezahlen nicht schuldig/ V.R.W.)

Definit. V.

Etiam in foro Saxonico heres Domini investituram, de feudo Vasalli viventis factam, ratam habere tenetur.

1 DE jure communi dubium non est, quin Domino, qui feudum alienum in casum mortis possessoris alteri concesserat, ante possessorem defuncto, heres ejus investituram ratam habere cogatur, & de feudo dein aperto, Investito teneatur, *c. 1. qui succeff. ten. c. 1 §. moribus. 2 si de feud. defunct. cont.*
2 † Obligat enim promissio Domini heredes, nam ex quâ personâ quis lucrum capit, ejus factum quoque præstare debet, *l. ex quâ personâ. 149. ff. de reg. jur. l. cum a matre. 14. C. de R. V.* † Et cur recusaret
3 heres, quod retractare non potuit is, cujus hereditatē susceperit, ut inquit JCtus *in l. postulante. 44. ff. ad SC. Trebell.* Hart. Pist. *part. 2. quæst. 26. n. 1.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 16.* Zas. *de feud. p. 6. n. 19.* Schrader. *de feud. p. 3. c. 2. n. 33.* † In foro sal-
4 tem Saxonico dubium movent *textus in c. 59.* Lehnrecht. *in verb.* All Lehn ohne Gewähr darben der Folge/ *Et in c. 5. ubi:* An dē Gedinge ist förder keine Folge nicht/ ꝛc. *Nec non in c. 11. in verb.* Denn mag er nicht gefolgen an einē andern Herrn/ ob der erste stirbet/ ꝛc. † Ex quibus sanè textibus evincitur, ex
5 concessione de caducitate feudi, heredes investientis minimè obligari, Matth. Col. *p. 1. decis. 88. n. 2.* Verùm quicquid etiam verbis juris Saxonici definitum est, † certè observantia aliud induxit; Et quod
6 in foro etiam Saxonico heres Domini investituram

de ca-

de caducitate feudi factam, ratam habere debeat, jamdudum responsum ac judicatum fuit, teste 6 Hartm. Pistor. *dict. qu. 26. n. 17.* † Quod hodiè in terris Electoratus Saxon. expressâ lege confirmatum est, *h.* Const. *45.* quæ dispositionem juris communis observari jubet §. Alldieweil. *vers.* Wann ein Lehnherr Weltliches Standes/ &c. *ubi* Moller. 7 *n. 3.* idèvè adeò verum est, † ut licet in concessione ejusmodi investituræ, dictio illa, (Wann sich das Lehn an uns erledigen wird/) addita, neque here- 8 dum mentio facta fuerit, † nihilominus hi obligentur, *l. si pactum. 9. ff. de probat. l. sine necessarias. 8. §. de vendendo. 4. ff. de pign. act. h.* Const. *45. dict. §.* Alldieweil/ *verb.* Ob gleich seiner Erben darinnen 9 nicht gedacht / Hartm. Pistor. *dict. qu. 26. n. 2.* † Quin etsi vocabulum (*Tantùm*) aliudvè simile investituræ appositum fuerit, personam tamen heredis haud excluſam censeri, tradit ibidem Hartm. Pist. 10 *n. 11.* scilicet, † quod filius cum patre una eademque persona habeatur, *l. in suis. 11. ff. de lib. & posth. l.* 11 *ult. in fin. C. de impub. & aliis subst.* † & dictio illa taxativa (solùm) personas extraneas excludat, secundum Bald. *in l. ult. in fin. C. de act. empt.* & Jason *in l. stipulatio ista. 38. in pr. ff. de V. O. n. 9.*

Ita Domini in causa Michael Hubeners zu Zörbigk / Mens. Mart. Anno 1628. [Verba sententiæ: Hat euch N. N. an einem gewissen Stücke Lehn-Guts / so Hans Remler anitzo in Besitz hat / auff dessen Absterben ohne Männliche Leibes-Lehns-Erben das Gedinge und Anwartung verschrieben / wann nun gleich dabey des Lehnherrns Erben gar nicht gedacht worden / derselbe auch / ehe und zuvor Hans Remler stürbe / und sich die Conditio ereignet / mit Tode abgehen möchte / &c. So wären doch nichts desto weniger seine des Lehnherrns Erben euch verbunden / und auff begebenden Todes-Fall Hansen Remlers (wofern derselbe keine Lehn-Erben verliesse /) die wirckliche Belehnung und Einräumung des versprochenen Stück Lehnguts euch wiederfahren zu lassen schuldig / &c.]

Definit. VI.

Agnati tamen ex investiturâ Domini de caducitate feudi non obligantur.

1 SEd vera sunt hæc solùm in heredibus Domini investientis, non etiam in agnatis Jure feudi succedentibus: Etenim hi, quia ex pacto antecessorum proprio Jure feudum consequuntur, neque à 2 defuncto causam habent, † utique nec ejus factum præstare tenentur, *l. si quis domum. 9. §. hic subjungi. 1. ff. locat.* † neque investituram, ab antecessore 3 factam, ratam habere coguntur, Hartm. Pist. *p. 2. qu.* 4 *26. n. 21.* † Quamvis aliter sentiat Matth. Coler. 5 *part. 1. decis. 93. num. 7.* † Ex eâdem pariter ratione nec fiscus ad traditionem feudi aperti investito faciendam obligatus est, si facta investitura de feudo non vacante, temporis progressu bona Domini ad eum fuerint delata, Hartm. Pist. *dict. loc. n. 22.* Schrader. *de feud. p. 3. c. 2. n. 26.* Matth. Wesenbec. 6 *part. 2. cons. 64. n. 13.* † Nempe, quia nec fiscus heredis loco est, nec à delinquente causam habere censetur, *arg. l. quoties. 14. ff. de novat. & l. fin. ff. de duob. reis stip. & promitt.* Pistor. *dict. loc.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sent. So viel aber des Lehnherrn Agnaten und Lehnsfolger anlanget / dieselbe seynd euch durch die beschehene Verschreibung des Anfalls zu nichts verobligiret / V. R. W.]

Definit. VII.

Successor Episcopi investituram de caducitate feudi sine consensu Capituli factam, ratam habere haud obligatus est.

NOlo etiam, ea, quæ tradita fuêre *Supr.* Defin. 5. 1 extendi ad personas Ecclesiasticas: Nam si Archiepiscopus, Episcopus, Abbas vel Abbatissa absque consensu Capituli investituram ejus feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, ut post obitum ejus, qui possidet, habeat, & ante decesserit Episcopus quàm ille, qui feudum possidebat, † Successor ejus haud cogitur investituram ra- 2 tam habere, *c. 1. qui feud. dar. poss. cap. 1. qui succes. feud. dar. teneant. c. 1. de Clerico qui invest. facit.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 27. n. 1.* Schrader. *de feud. p. 3. c. 2. n. 33.* Baro Schenk. *ad c. 1. qui succes. feud. dar. teneant. n. 6.* Zasius *de feud. p. 6. n.* 3 *19.* † Nam, qui Episcopi in antecessorum loca substituuntur, non jure successionis, sed vel postulationis, vel electionis, & sic novo titulo, ac novo jure ad illam dignitatem atque officium ascendunt, *c. ad decorem. 5. extr. de instit. c. 1. extr. de præbend. c. Apostolica. 7. caus. 8. qu. 1. c. 2. extr. de conces. prebind.* † Haud mirum ergò, quod fa- 4 ctum eorum, qui nullam ab antecessoribus causam habent, præstare non teneantur, Bald. *in l. 1. & ibi* Jason *n. 14. ff. de Const. Princ.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 27. n. 3.* † Quod tamen limitandum in ca- 5 su, quo investitura de feudi caducitate consensu totius capituli facta fuerit. Nam tunc successor ad præstandam investituram jure obligatur, non tàm ex personâ sui antecessoris, † quàm ex promissione 6 Capituli, à quo electus causam habet, ac proinde meritò factum capituli præstare tenetur, *l. ex quâ personâ. 149. ff. de reg. jur. l. Pomponius 13. §. 1. ff. de acquir. possess.* † ut pluribus demonstrat Hartm. 7 Pistor. *dict. qu. 27. n. 25. & seqq.* A quo licet dis- 8 sentiat Andr. Fachin. *lib. 7. controvers. cap. 29.* † ertorem tamen ejus luculenter refellit Simon Ulricus Pistor. *in addit. ad* Hart. Pist. *dict. qu. 27.*

Ita Domini in causa Henrici à Krosigk in Alsleben / Mens. April. Anno 1599. [Verba sententiæ: Ob gleich Herr Albertus, weiland Ertzbischoff des Primats und Ertzstiffts zu Magdeburg / Hansen Reinicken / einem Bürger zu Mannsfeld / auff den Fall / da Stephan Policke ohne Leibes-Lehns-Erben versterben würde / etliche Thalgüter und Saltz-Pfannen zu einem Angefälle oder Gedinge geliehen und gegeben / welches Gedinge nachmals euch und euren Vorfahren beständiger Weise / und mit Einwilligung der nachfolgenden Ertz-Bischöffe cediret und abgetreten worden; dieweil aber dennoch der Fall mit Stephan Policken nicht bey höchstermeldter Ertzbischöffen Leben / sondern hernach sede vacante, ehe itziger Ertzbischoff Siegemund zur Regierung kommen / sich begeben / &c. So ist das Capitel / und hernach regierende Ertzbischöffe / an der vorigen Ertzbischöffe Handlung und Belehnung nicht verbunden / &c.]

Definit. VIII.

Nec Dominus superior ex investitura de caducitate alicujus feudi à Domino inferiore factâ obstringitur.

SUnt porrò & alii casus, quibus successores ex in- 1 vestiturâ de caducitate feudi, ab antecessoribus factâ, haud obstringuntur, quos vide *apud* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 54. num. 28. & seqq.* † Qui- 2

bus & hunc addo, si Dominus, qui aliquem de alieno feudo investivit, sine herede masculo decesserit, cujus feudum ac jura ad superiorem Dominum devolvuntur. † Qui certè tùm investituram, ab inferiore Domino de feudi caducitate alicui factam, haud ratam habere astringitur, Ludolph. Schrader. *de feud. part. 3. c. 2. num. 26.* Nempe, quia ad superiorem Dominum hoc casu feudum, non jure
4 successionis, † sed per viam consolidationis devolvitur, ut sit promissio & factum inferioris Domini, quod superiorem Dominum, qui heres non est,
5 haudquaquam obligare queat. † Neque ex investiturâ ejusmodi, de feudi caducitate factâ, jus reale, sed actio solummodo personalis investito competit, secundum tradita Modest. Pistor. *vol. 1. conf. 6.* Schrader. *dict. loc. n. 32. &* docet in simili Hartm. Pistor. *part. 2. qu. 26. n. 21. & 22.*

Ita Domini in causa Christophori Sigismundi à Bihla, Mens. Octobr. Anno 1598. [Verba sentent. Ob nun gleich von wohlgedachtem Grafen zu Hohenstein/ꝛc. Euer Vater und ihr das Gedinge und die Anwartung an derer von Scheidingen Güter auff ihren Todesfall erlanget; dieweil aber dennoch sich der Todesfall mit deme von Scheidingen allererst begeben/ wie allbereit der Herr Graf verstorben / und die Grafschaft Hohenstein dem Stift Halberstadt ratione directi dominii heimgefallen gewesen/ꝛc. So habt ihr auch zu mehrgedachten des von Scheidings Lehngütern wider das Stift Halberstadt kein beständig Recht oder Anfoderung anzuziehen/ V.R.W.]

Definit. IX.

Investitura in casum mortis facta, etiam ad investiti heredes transmittitur.

Quemadmodum Domini investientis heredes ad investituram de feudi caducitate factam
1 obligantur, *Supr.* Defin. 5. † ita è contra ex parte Vasalli, in casum mortis investiti, investitura hæc morte ejus non expirat, sed ad heredes defuncti transmittitur, Hart. Pistor. *p. 2. qu. 25. n. 28.* Daniel Moller, *hic n. 2.* Christ. Zobel. *p. 2. differ. 39. n. 7.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 88. n. 1.* Vult. *lib. 1. de feud.*
2 *cap. 7. n. 51.* † Etenim investitura de feudi caducitate non ad instar legati se habet, quod in diem incertam relictum mortuo antea legatario in heredem non transfertur, *l. 1. §. si quis sub conditione. 14. ff. ut legat. nomin. caveat. l. si dies 21. ff. quando*
3 *dies legat. ced.* † sed propius ad stipulationem & contractum accedit, cujus hæc est natura, ut pendente etiam conditione in heredes transmittatur, *§. 4. vers. ex conditionali Inst. de V. O. l. veteris. 13. C. de contrah. & comm. stipulat. l. si quis. 36. l. si Titius. 57. ff. de V. O.* † Ac licet de jure Saxonico
4 aliud sancitum reperiatur *in* Lehnrecht/*cap. 11. vers.* Er kan es auch nicht erben an seinen Sohn/ꝛc. *c. 26. vers.* Angefell/ *ibi:* Da ist keine Folge an/
5 man erbet es auch nicht an die Söhne/ꝛc. † Hactenus tamen dispositio hæc juris Saxonici usu recepta non est, sed secundum regulas juris communis
6 semper pronunciatum fuit, † scilicet, ut spes hæc investituræ etiam in foro Saxonico ad heredes investiti transmittatur, † Quod etiamnum ita obser-
7 vandum, ait Hart. Pist. *dict. qu. 25. n. 35.* Moller. *hic n. 4.* Vult. *dict. c. 7. n. 57.*

Ita Domini in causa Sebastiani à Witzlebens / Mens. Majo, Anno 1632. [Verba sent. Habt ihr an etlichen Lehn-Gütern/ auffn Fall die Besitzere ohne Männliche Leibes-Lehn s. Erben verstürben/ die Anwartung und das Gedinge erlanget / wann ihr nun gleich / ehe und zuvor sich ein Anfall begeben möchte/ versterben würdet/ꝛc. So hätten sich doch eure Erben dessen zu erfreuen/ und es würden dieselben so dann mit dem verledigten Lehngute wircklichen billich beliehen/ V.R.W.]

Definit. X.

Ne quidem in foro Saxonico renovatio investituræ factæ de feudo Vasalli adhuc viventis necessario petenda est.

Multis sanè persvasum est, in foro Saxonico 1
investitum de feudo Vasalli viventis renovationem investituræ petere debere, eo casu, quo aliàs investituræ renovatio necessaria est, secundum Gloss. *in cap. 25.* Lehnrecht. *num. 4. vers.* Doch also/ daß der/dem das Gedinge geliehen war / dem Gedinge gefolget hätte/ꝛc. † Nec, uti videtur, sine 2
ratione, quùm jus simultaneæ investituræ non petitâ renovatione extinguatur, Hartm. Pistor. *p. 2. qu. 20. n. 32.* Multò magis ergò investitura in casum mortis Vasalli facta, † quæ jus reale investito haud 3
tribuit, juxta tritam juris regulam, † quâ facilius 4
tollitur jus nondum plenè quæsitum, quàm id quod perfectè constitutum est, & radices nunc egit, *l. patre furioso. 8. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur. l. qui Romæ. 122. §. Flavius. 2. ubi* Bartol. & Jason. *ff. de V. O.* † Sed nullibi in foro Saxonico de reno- 5
vatione hujus investituræ, de feudo Vasalli viventis factæ, quicquam dispositum reperitur: Meritò ergò in foro etiam Saxonico standum est Regulis juris communis, ubi planum & expeditum, † investi- 6
turæ renovationem prius necessariam non esse, quàm si possessionem Vasallus nactus fuerit, non possidentem verò ob non petitam renovationem jus suum haudquaquam amittere, Bald. *in l. solennibus. 25. in fin. C. de R. V.* Schrader. *de feud. p. 6. c. 2. n. 21.* Joh. Schneidewin. *in epit. feudal. p. 5. n. 35.* Henning. Göden. *consil. 13. n. 19.* † Quin potius, 7
investituræ renovationem in foro Saxonico haud requiri, sed tùm demum, quando conditionis casus evenerit, ac possessio feudi ad investitum delata fuerit, investituram intra annum & diem ab eo tempore computandum, esse renovandam, difertis verbis disponitur † *in* Lehnrecht *cap. 57. ibi:* Da er 8
aber starb/ da ward es sein recht Lehn sonder Gedinge/ also doch/ daß er es dem Herrn erinnere binnen seiner rechten Jahrzahl. *Et paulò post:* Stirbt auch ein Herr/ꝛc. † Quod & expresè con- 9
firmatum est, *h.* Const. *45. §.* So viel aber die Folge des Gedinges/ꝛc. Matth. Berlich. *p. 2. concl. 54. n. 56.* † Ac ita intelligi debet Gloss. *dict. cap. 25.* 10
Lehnrecht / ut scilicet possessore feudi mortuo demum intra annuum spacium, Vasallus Dominum requirere teneatur: † Quamvis & aliàs Glossæ au- 11
toritas tanta non sit, ut contra manifesta juris feudalis capitula quicquam probare queat, Hart. Pist. *dict. quæst. 31. n. 11.* † Minus verò urget argumen- 12
tum à simultaneâ investiturâ desumptum; Ex hâc enim jus quoddam perfectè Agnatis est quæsitum, quod ut conservetur, iniquè non fit, investitum ad renovationis petitionem adigi. † At hoc in ca- 13
su, quod de feudi demum caducitate facta est investitura, omnis effectus in futurum incertæ conditionis eventum differtur *c. 1. moribus, si de feudo defunct. cap. 57.* Landrecht. *vers.* Zu-

vor aber war es. Adeoque nec inveſtitus in caſum mortis Vaſalli veram inveſtituram habere cenſetur,
14 † cum id, quod ſub conditione poſitum eſt, non dicatur eſſe in diſpoſitione, *l. cedere diem. 213. ff. de V.*
15 *S.* Dd. *in l. ita ſtipulatus. 115. de V. O.* † Deficiente autem verâ inveſtiturâ, quid opus erit renovatione? Hart. Piſt. *dict. qu. 31. num. 13.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſentent. Und es würden eure Erben/ unangeſehen ihr dem Gedinge auff begebenden Fall niemals Folge gethan / mit dem verledigten Lehngute würcklichen billich beliehen/ V. R. W.)

Definit. XI.

De jure communi feudali extra forum Saxonicum, Collaterales Agnati non niſi in feudo antiquo ſuccedunt.

1 NOn ut filii atque nepotes aliique deſcendentes, *c. un. §. hoc quoq; ſciendum. 4. de his qui feud.*
2 *dar. poſſ. c. un. de ant. ſucceſſ. feud.* † ita & Collaterales Agnati in feudis indifferenter ſuccedunt: Etenim ad feuda quidem paterna ſeu antiqua admittuntur, *dict. c. un. §. 4. & c. un. §. hoc quoque ob-*
3 *ſervatur. 2. de ſucceſſ. feud.* † etiam hodiè in infinitum, Hartm. Piſt. *part. 2. qu. 19. num. 13.* Herm.
4 Vult. *de feud. lib. 1. c. 9. n. 105.* † Sed in feudo novo à ſucceſſione proſus arcentur. Adeoque ſi frater feudum de novo acquiſiverit, ac poſtea ſine herede maſculo mortuus fuerit, frater aliive Collaterales ei non ſuccedunt, *c. un. §. cum verò Conradus. 2. de his qui feud. dar. poſſ. c. un. in pr. de fratr. de nov. feud. inveſt.* Zaſ. *de feud. part. 8. num. 23.* Vult. *dict. cap. 9. n. 102.* Sonsbec. *de feud. part. 9. num. 79.* Quod ipſum tamen ſemper ac indifferenter verum
5 haud eſt: † Quid enim, ſi de fratris & agnatorum ſucceſſione Vaſallus in inveſtituræ literis ſibi proſpexiſſet, *dict. c. un. verſ. niſi facta fuerit eo pacto de fratr. de nov. feud. inveſt.* Zaſ. *dict. part. 8. num. 24.*
6 Vult. *dict. loc.* † Vel ſi fratres in bello ſimul feudum aliquod acquiſiviſſent cum Domino adverſus hoſtem militantes, *cap. ult. de benef. fratr. & qualit. frat.* Zaſ. *dict. loc. n. 26.* Sonsb. *de feud. part. 9.*
7 *num. 83.* † Aut quid, ſi feudum cuilibet fratrum
8 fuerit conceſſum in ſolidum, Zaſ. *num. 127.* † Quibus certè, aliisque ſimilibus caſibus, de quibus videatur Vult. *dict. loc.* Collaterales etiam in feudo novo ad ſucceſſionem admitti, ex juribus allegatis expeditum eſt,

Ita Domini in cauſa Mariæ Magdalenæ, Comitiſſæ zu Solms und Hohenlohe/ ꝛc. Nacher Würtzburg / Menſ. Majo Anno 1634.

Definit. XII.

In foro etiam Saxonico filii ac deſcendentes in infinitum in feudo ſuccedunt.

1 QUoad lineam rectam deſcendentem inter jus feudale Saxonicum & commune nulla exiſtit
2 differentia in puncto ſucceſſionis feudalis. † Nam & in foro Saxonico filii in feudis patri ſuccedunt, ut eſt clarus textus *in cap. 21.* Lehnrecht. *ibi:* Es vererbet niemand kein Lehn/ denn allein der Vater auff ſeinen Sohn/ *&c. 22. 27. 45. 55.* Lehnrecht. Modeſt. Piſt. *vol. 2. conſil. 40. n. 2.* Hartm. Piſtor. *part. 2. qu.*
3 *19. n. 41.* † Etſi verò hoſce textus quidam ad ſolos filios reſtringere velint, excludentes à feudi ſucceſſione nepotes, ut videre eſt apud Zobel. *part. 3. differ.*
4 *19. n. 23.* eam tamen interpretationem † vel ſola obſervantia fori Saxonici refellit, ac non minus ad nepotes, aliosque deſcendentes in infinitum, quàm ad filios ipſos, diſpoſitionem illam juris Saxon. extendi debere, inde patet, † quod appellatione filiorum non rarò nepotes & reliqui deſcendentes ve- 5
niant *l. filii. 84. l. juſta. 201. ff. de Verb. ſign.* † præ- 6
ſertim in materiâ favorabili, quæ largam recipit interpretationem, ut docet Bartol. & Dd. *in l. liberorum. 220. ff. d. tit. in l. Gallus. 29. §. 6. verſ. ut inſtituens. ff. de liber. & poſth.* Hart. Piſt. *dict. quæſt. 19. n. 49.* Zobel. *dict. loc.* † Quin & de liberis loqui- 7
tur *cap. 22.* Lehnrecht. *ibi.* Er erbet auch das Gut auff ſeine Kinder/ ꝛc. † Liberorum autem appella- 8
tione omnes comprehendi deſcendentes, nepotes nimirum ac deinceps cæteros, extra dubium eſt, *l. liberos. 10. ff. de Senator. l. idem erit. 3. §. liberos autem. 6. ff. de aſſign. libert. l. liberorum. 220. ff. de V. S.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. qu. 118. n. 11.* Jacob. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 84. num. 25.*

Ita Domini in cauſa Caſpari à Löbens/ Menſ. Majo Anno 1629. (Verba ſent. Iſt euer Vater und Anverwandter ohne Leibs-Lehns Erben Todes verfahren / und hat nebens etlichen Erbgütern auch ein Lehngut nach ſich verlaſſen. Ob nun wohl auch nach Sächſiſchen Rechten die Söhne/ und dero fernere Leibes-Lehns-Erben zur ſucceſſion der Lehngüter zugelaſſen werden/ ꝛc.)

Definit. XIII.

Agnati & Collaterales in foro Saxonico non niſi ex vi ac jure ſimultaneæ inveſtituræ in feudis ſuccedunt.

ALiâ verò eſt ratio Agnatorum & Collaterali- 1
um in foro Saxonico; Nam hiſce in feudi ſucceſſione nullus relinquitur locus, quod non modò uſu longiſſimo comprobatum, ut vix ulla ſuperſit hâc de re dubitatio, † ſed & textibus *in* Lehn- 2
recht/ *cap. 21. verſ.* Es erbet auch niemand kein Lehn/ *& cap. 32. in pr. verſ.* Wenn ſie ſich aber alſo theilen/ ꝛc. † ac rationibus *ab* Hartm. Piſt. *part. 2. qu.* 3
19. ſatis firmatum eſt. † Attamen ne ipſis omnis 4
ad feudum agnatorum perveniendi via præcluderetur, adinventa eſt ratio, quâ non modo agnatis, ſed & perſonis penitus extraneis jus ſuccedendi conceditur, † nempè ſi, conſentiente Vaſallo, cum 5
ipſo ſimul de feudo ſe inveſtiri curaverint: Unde jus ſimultaneæ inveſtituræ originem duxit (die geſammte Hand.) † Cujus ſolo vigore hodie Agna- 6
ti & Collaterales, aliæque extraneæ perſonæ ad feudi ſucceſſionem admittuntur, non ſolùm in feudo novo, quod minus forſan dubium habet, † ſed in 7
feudo paterno vel antiquo, in quo non magis agnati abſq; ſimultaneâ inveſtiturâ ſuccedere poſſunt, *h. Conſt. 45. dict. cap. 32.* Lehnrecht/ Hartm. Piſt. *dict. qu. 19. & quæſt. 20. in pr.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 21. n. 20. & ſeqq.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 11. num. 34.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 52. num. 2. & ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 151. num. 5.* Reinhard. *part. 3. differ. 10.* Ludov. Fachſ. *differ. 29.* Zobel. *p. 3. differ. 19. n. 4.* † Quin nec in feudo hereditario agnatos 8
jure ſanguinis vel hereditatis, ſed ex ſolâ vi & jure ſimultaneæ inveſtituræ ſuccedere, clariſſimum eſt *ex* Ordin. Elector. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* Welcher Geſtalt die *Agnaten* und Mitbelehnten. §. Dieweil denn in ſolchem Zweiffel/ ꝛc.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch ſolches allein in linea deſcendenti ſtatt hat/ auff die Vettern und Collaterales aber / als welche ſo

wohl als andere extraneæ personæ einig und allein ex jure simultaneæ investituræ in Lehn-Gütern succediren, keines weges zu extendiren,&c.)

Definit. XIV.

Effectum non habet simultaneæ investituræ, nisi utriusque tàm possessoris, quàm investiti consensus accesserit.

1 ATdixeris,simultanea hæc investitura, nonne successionem bonorum adhuc viventis concernit,ac propterea captandæ mortis votum inducere
2 videtur? † quod utrumque velut à bonis moribus alienum ac plenum tristissimi & periculosissimi eventûs,jure est improbatum,*Lex eo.4. C. de inutil. stipulat. l.ult.C. de pact.l.pactum quod dotali. 3. C. de collat. l.si quis mihi bonâ. 25.* §. *an nominatim. 6.ff. de acquir. hered.* † ita quidem est, &
3 longâ potiùs usurpantium consuetudine,quàm scripto jure,simultanea investitura introducta videtur,
4 Hartm. Pist. *p. 2.qu. 20. n. 4.* † Attamen nec rationi juris contrariatur : Idque vel exinde patet, quod ex simultaneâ investiturâ ut plurimum inter Vasallos mutua & reciproca nascatur obligatio, & communio sive societas ratione successionis', ita ut semper alter in alterius feudo simultaneam habeat investituram,Modest.Pist. *vol.2. consil. 40. n. 22. & part. 4. qu. 159.* Hart. Pist, *dict. qu. 20.num. 2. vers. Unde plerumque.*
5 † Valent autem pacta reciproca de successione hereditatis, Andr. Gail. *lib. 2.observ.*
6 *126. n. 2.* Hippol. *sing. 333.* † Sed nec illud pactum jure reprobatur,quod fit cum consensu ejus, de cujus hereditate agitur, *l. ult. C.de pact.* Quidni ergò
7 valeret jus simultaneæ investituræ, † cujus proprium ac essentiale est, ut non inscio,sed consentiente possessore feudi, cum quo simul quis est investiendus,impetretur,ut firmat satis Hart. Pist. *dict.qu.20. in pr.& n. 22.*Modest.Pistor.*dict.consil. 40. num.55.*
8 †Et confirmatur hoc expressâ sanctione Elector.Saxon. in Ord. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Welcher Gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten/etc.§. Jedoch ist solches/etc.
9 † Alioquin sanè investitura simultanea obstaculo non erit, quò minus possessor pro libitu feudum in præjudicium simultaneè investiti alienare possit,Hartm. Pist. *dict. n. 22.* Perinde ac si consensus & factum simultaneè investiti nul-
10 lum accessisset. † Quo sanè casu integrum est possessori de feudo adhuc pro libitu disponere & investitum à jure necdum plenè quæsito excludere
11 † argumento eorum,quæ docet Bart.*in l.3.ff.de serv. exportand.& latius de hâc re* Hart.Pist. *dict.qu.20.*
12 *num.18. & seqq.* † Quod & dispositum in Ordin. Torgens. *de Anno 1583. dict.* §. Jedoch ist solches/ *vers.* Zuvorn und ehe dann die andern/etc.Ex quo
13 manifestum est, † utriusque tàm investiti, quàm possessoris consensum requiri ad hoc, ut effectum habeat, jusque succedendi tribuat simultanea investitura,prout demonstrat Hartm. Pistor. *observ. 41.*
14 † Quin & hodie præstito demum homagio, simultaneè investito jus reale acquiritur, *Vid.infr.* Const. *48.num.9.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Und es aber in gegenwärtigem Fall diese Gelegenheit hat / daß ihr mit Vorbewust und Einwilligung gedachtes euers Vettern / als damahligen Besitzers des Lehn-Guts/ in die gesammte Hand nicht mitgenommen / noch dahero beständiger Weise das jus simultaneæ investituræ erlanget / &c. So habet ihr euch auch der successionem zu bemeldtem Lehn-Gute nicht anzumassen/V.R.W.)
Et in causa fratrum Nobilium à Seebach zu Oppenshausen und Cammerforst/Mens. Jun. Anno 1634.

Definit. XV.

Jus simultaneæ investituræ nemini invito auferri debet.

UTriusque ergò consensu, investiti scilicet ac 1
Vasalli possessoris,dum simultanea investitura quasi contrahitur, Definit. *præced.* Modest. Pistor. *p. 4.qu. 159. n. 18.* consequens huic est, † obliga- 2
tionem inde natam, seu jus simultaneæ investituræ non solum personâ investiti respicere, sed & utrinque ad descendentes tàm ejus, qui investituram impetravit,quàm alterius, cum quo investitus est,transmitti, † & sic ex parte utriusque activè & passivè 3
ad heredes transire,perinde ut reliqua jura ex contractibus provenientia ad heredes,& contra heredes transferuntur, *l. veteris juris.13. & l.ult.C.de contr. & commit. stipulat.* † Nec minus heredibus no- 4
stris,quàm nobismet ipsis prospicere voluisse, juris præsumptione censemur,*l.si pactum.9.ff. de probat. l.jurisgentium. 7.* §.*pactorum. 8.ff.de pact.* Hartm. Pistor.*p.3.qu. 20. n. 6. & 8.* † Cumque jus simul- 5
taneæ investituræ ex obligatione acquiritur, Modest. Pistor. *dict. loc.* tàm naturalis pariter æquitatis,quàm juris ratio dictitat, jus simultaneæ investituræ nemini invito auferri, nec quocunque modo immutari, inque eo investito præjudicari posse, Hartman. Pistor. *dict.qu. 20. n. 11.* † Scilicet quia 6
jus alicui quæsitum sine proprio ipsius facto, ab altero auferri non potest, *l. 2. in pr.ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. l.fin.ff. de pact. l. qui Romæ 122.* §. *Flavius. 2. ubi* Dd. *ff. de Verb. Obligat.* † nec de- 7
bet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. non debet.74.ff.de reg. jur.l. quidam. 25.* §.*si quis filium. 2.ff.adSCtumTrebell.l. de pupillo.5.* §.*si plurium.5. ff. de oper. nov. nunciat.* † Sed quod mutuo plurium consensu contractum est, non nisi mutuo 8
ipsorum dissensu dissolvi potest, §. *ult. Inst. quib. mod.toll.obligat. l. nihil tam naturale.35.ff. de reg. jur.*

Ita Domini in causa Mariæ Magdalenæ Viduæ von Oettingen/Comitissæ zu Solms / Schwartzenberg und Hohenlohe/Mens. Majo Anno 1634.
Et in causa Caroli Günthers à Seebach/Mens. Nov. Anno 1602.

Definit. XVI.

Simultanea investitura jus in feudo tribuit investito, unde & ei actio revocatoria datur contra tertium possessorem.

EA simultaneæ investituræ est natura,ut non so- 1
lùm jus succedendi suâpte essentiâ secum afferat, etiamsi in instrumento investituræ simpliciter & absque expressione successionis conjuncta manus fuerit concessa,Hartm. Pistor. *p. 2. qu. 20. numer. 6.* † sed & jus firmum ac radicatum in ipso feudo tri- 2
buat,ein beständig Recht an dem Lehn/ut loquitur Ord. Torgens.*de An. 1583.tit.* Welcher Gestalt die *Agnaten* uñ Mitbelehneten/*vers.* Jedoch ist solches/ etc. † Ex quo simultaneè investitus, feudo sine ejus 3
consensu alienato,contra tertium possessorem actionem revocatoriam habet, *infr.* Const. *48. & 49. p. 2.* Hart. Pist, *dict. qu.20. n. 25.* Etenim simultaneè investiti possessionem quidem realem non accipiunt,

piunt, † attamen jus tam firmum ac in ipso radicatum acquirunt, ut nec feudum sine eorum consensu oppignorari, vendi, vel quolibet modo alienari queat, *h.* Const. *45.* §. Wann dann iemands sein Lehngut/ &c. † ad instar juris, quod agnatis jure communi feudali alioqui competit, *c. 1. Titius. Si de feudo defunct. c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1.* §. *porro qualit. olim feud. poter.* † Quidni ergò simultaneè investitis pro conservando hoc jure actio revocatoria competeret, ad exemplum Favianæ, quâ revocantur alienata in fraudem patroni, *l. 1. ff. si quid in fraud. patr. l. 1. & 2. C. si in fraud. patron. alien. fact. fuer. ut latius deducit* Hartm. Pist. *dict. q. 20. num. 26.* † in quo ipso essentialis differentia hujus simultaneæ scilicet, & abusivæ investituræ de feudi caducitate factæ, consistit, † Nam hæc nullum prorsus jus in re, neque adeo actionem realem tribuit, ad quam nec propterea consensus Vasalli possessoris necessariò requiritur, ut dixi *Supr.* Definit. *1.*

Ita Domini in causa Friderici à Maschwitz zu Menßdorff/ Mens. Decembr. Anno 1633.

Et in causa quorundam Comitum ad consultationem Jobsten von Canneworffs/ Mens. Nov. Anno 1602.

Definit. XVII.

Petenda est necessariò renovatio simultaneæ investituræ, quâ omissa, jus investituræ amittitur, nec investito ulterius actio revocatoria competit.

DE jure quidem communi expeditum est, quod Vasallus feudum non possidens haud teneatur petere renovationem investituræ, Wesenb. *part. 1. consil. 15. num. 35.* Henning. Göden. *cons. 13. n. 20.* Herman. Vultej. *lib. 1. de feud. cap. 7. n. 81.* Modest. Pistor. *consil. 38. num. 22. & cons. 40. num. 12. vol. 2.* † Aliter verò se res habet in foro Saxonico, ubi necessariò renovatio investituræ petenda est toties, quoties possessio feudi, de quo simultaneè quis est investitus, † vel per mortem Domini, vel per mortem Vasalli & possessoris interrumpitur, in tantum † ut omissa renovatione jus simultaneæ investituræ perditum sit, *cap. 32.* Lehnrecht/ *vers.* Es sey dann daß einem die Anwartung/ &c. Modest. Pistor. *dict. consil. 40. num. 19.* Schurff. *cent. 1. consil. 16. num. 1.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 83. num. 1.* † Quod & in terris Electoratûs Saxonici expressa sanctione confirmatum est, *hâc* Const. *45.* §. Der gesammten Hand aber/ *ubi* Moller. *num. 2.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 20. num. 32.* † Non ergò locus dabitur successioni in feudo, omissa renovatione simultaneæ investituræ, sed omnes, qui aliquando succedere volunt, renovationem petere necesse habent, etiamsi plures existant filii defuncti Vasalli. † Nam si unus vel alter renovationem omiserit, à simultanea investitura excluſus erit, nisi omnes simul unum elegerint, qui tanquam curator omnium nomine renovationem petat, ut plerumque usu observatur, Zas. *de feud. part. 7. numer. 10.* Mynsing. *cent. 5. observ. 9.* Hartm. Pistor. *lib. 2. observ. tit. de feud. 54. obs. 19. num. 2. & seq.* † Estque exceptio non factæ renovationis adeo exclusiva, ut non solùm ab ipso feudi Domino, aliisque agnatis simultaneè investitis, sed etiam à tertio quopiam, in quem feudum forsan est alienatum, objici possit ad impediendam actionem revocatoriam, Hartm. Pist. *dict. quæst. 20. num. 33. vers. Perinde cum quidam.* † Perdito namque jure simultaneæ investituræ, nec actio revocatoria inde proveniens ulterius competere potest, Joh. Zanger. *de except. part. 3. cap. 26. num. 248. & seqq.* Hartm. Pist. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Caroli Günthers à Stebach / Mens. Nov. Anno 1602. (Verba sent. Da nun der Agnat in zweyen oder dreyen unterschiedlichen Fällen der gesammten Hand keine Folge gethan; So wäre er derselbigen verlustig / und demnach bemeldtes Lehn von Käufern als tertio possessore zu revociren nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Non perdit feudum vel jus simultaneæ investituræ, qui justâ causâ impeditus intra annum & diem renovationem investituræ non petiit.

INdubitati juris est, quod intra annum & diem à morte Domini vel Vasalli, renovatio investituræ peti debeat *hâc* Const. *45.* §. Der gesammten Hand aber / &c. *ubi* Dan. Moller. *numer. 2.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 83.* † Quod ipsum tamen notabiliter limitandum est, si justa ex causa Vasallus id facere impeditus fuerit, putà, ob bellum, pestem, vel Domini absentiam, &c. ut uno ferè ore tradunt omnes, teste Rosenth. *de feud. cap. 6. conclus. 56. n. 1.* Zas. *de feud. part. 7. n. 5.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 41. n. 59.* Schrad. *de feud. part. 6. cap. 2. n. 56.* † Siquidem dolosa demum renovationis intermissio privationem feudi vel simultaneæ investituræ meretur, secundum tradita *in* §. *ult. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Schneidew. *de feud. p. 5. num. 2.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 31. num. 2. dict. consil. 41. num. 62.* † Atqui in dolo non est, qui justam omissionis causam prætendere potest, siquidem quælibet probabilis causa, etiam † fatua & insulsa à dolo excusat, *l. igitur. 12.* §. *1. ff. de liber. caus.* Arius Pinell. *in l. 2. p. 2. cap. 3. num. 18. C. de rescind. vendit.* Jul. Clar. *lib. 5. recept. sent. quæst. 60. num. 22.* Wesenb. *part. 1. cons. 23. n. 28.* Rosenth. *dict. conclus. 56. n. 3.*

Ita Domini in causa Abrahami & Joachimi à Dyhren zu Oberhartmansdorff/ Mens. Aug. Anno 1630. (Verba sententiæ: Ob ihr nun wohl die Lehn binnen Jahr und Tag nicht gemuthet / zu welchem Ende der Fiscal umb eine Einziehung derselben angesucht. Dieweil es aber dennoch umb die Lehnsmuthung diese Beschaffenheit hat/ daß bey der damahligen Landkündigen Rebellion und Kriegsunruhe die Lehn nicht gesucht werden können/ und ihr euch gleichwohl nochmahls binnen Jahr und Tag à tempore cessantis impedimenti angegeben / und die Lehn gemuthet/ also daß euch auch keine Schuld zugemessen werden kan/ inmaßen ihr denn / daß solcher Verzug der Lehnsmuthung von euch nicht dolosè oder aus Nachläßigkeit geschehen/ erblichen zu erhalten erbötig/ &c. So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß ihr euch der Lehn und gesammten Hand an obgedachten Lehnsgütern nicht verlustig gemacht / sondern ihr werdet dabey nochmals billich gelassen/ V. R. W.)

Et in causa Joachimi à Stutterheimbs/ Mens. April. Anno 1635.

Definit. XIX.

Ætati pupillari tempus petendæ investituræ non currit.

ÆTati pupillari tempus petendæ investituræ non currit, ideoque minores annis quatuordecim, etiam habentes tutorem ipso jure tuti sunt,

2 sunt, † nec ipsi, nec tutores ad petendam renovationem investituræ, & fidelitatem præstandam compelli possunt, *c. 1. quo tempore miles. c. un. §. si quis decesserit.* Joh. Schneidewin. *de feud. p. 3. n. 101.* Henr. Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 41.* Wesenb. *de feud. c. 8. n. 7.* Zas. *p. 7. n. 8.* Jul. Clar. *in §. feudum q. 49. n. 4.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 7. n. 64.* † Idque à quibusdam adeò extenditur, ut duobus filiis, feudum commune habentibus, major propter minorem excusetur, Vult. *dict. cap. 7. n. 66.* Schrader. *de feud. p. 6. cap. 2. n. 27.* † Quod non saltem concesserim, si res sit individua, non recipiente feudo commodam divisionem, secus verò si dividi possit, † ut docet pluribus Rosenth. *dict. concl. 41. lit. c.*

Ita Domini in causa Abrahami à Mila & Consortium, Mens. Jan. Anno 1586. (Verba sentent. Ob nun wohl Hans von Mila nach Absterben Wilhelm Bernds die Lehn in gebührender Zeit nicht gesucht. Da aber dennoch gedachter Hans von Mila der Zeit unmündig gewesen/ und so bald er seine mündige Jahr erreichet/in Jahrsfrist der Lehn Folge gethan/und die gesammte Hand erhalten/ so würde er nebenst euch und den andern zu obgemeldter Lehn billich zugelassen/V.R.W.)

Definit. XX.

Excusat quoque ignorantia investitum, quo minus feudum vel jus simultaneæ investituræ ob non justo tempore petitam renovationem perdat.

1 NOn minus quoque ignorantia justam excusationis causam præbet non petitæ renovatio-
2 nis investituræ intra annum & diem, † nempe, si ignoraverit investitus dominum aut Vasallum de-
3 cessisse, ac casum renovationis contigisse, quia † à tempore scientiæ demum hoc tempus currere incipit, *l.* Const. *45. §.* Der gesamten Hand aber/ꝛc. *in fin.* Jnnerhalb Jahr und Tag von Zeit der Wissenschafft an Folge zu thun pflichtig seyn/ *ubi* Dan.
4 Moll. *num. 2.* † Nec enim ignorantia, modò non sit crassa, dolum arguit, Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 47. num. 4.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 536. num. 9.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. n. 31.* qui tamen
5 solus pœnam privationi meretur Definition. *8.* † Hinc & fit, quod in longinquis regionibus absens facilius excusetur, quippe quod mors Vasalli aut Domini non tam citò ad ejus notitiam pervenire queat, Gloss. *in c. 1. §. Titius. Si de feudo defunct. content.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 53. numer. 38.*
6 † ubi porrò dicit, eum, qui ex longissima provincia, putà, ex Pomerania, Bohemia, Palatinatu &c. hisce in terris simultaneam investituram impetravit, toties, quoties casus aliquis accidit, renovationem investituræ petere haud necesse habere, sed feudo
7 aperto ad successionem nihilominus admitti, † modò semel simultaneè fuerit investitus.

Ita Domini in causa Ernesti à Ponickau/ Mens. Septembr. Anno 1601. (Verba sent. So hättet ihr euch auch an solcher Mitbelehnung / wofern wider euch der Wissenschafft halber ein anders nicht ausgeführet werden könte / nicht versäumet / sondern wann ihr innerhalb Jahr und Tag von Zeit an der erlangeten Wissenschafft die Lehn gemuthet/würdet ihr dazu nochmals billich gelassen/ꝛc.)

Et in causa Hugonis Abbatis ac Domini in Neuenzella/ Mens. Mart. Anno 1619. (Verba sentent. Daß ein Lehnmann binnen Jahr und Tag von Zeit an der erlangeten Wissenschafft/da der Lehnherr Todes verfahren / die Lehn zu muthen / und umb renovation derselben Ansuchung zu thun schuldig/V.R.W.)

Definit. XXI.

Feuda rustica vel exigua, de quibus servitia militaria non præstantur, ob renovationem justo tempore non petitam haud amittuntur.

COnsuetudine alicujus loci si introductum fue- 1
rit, ut feudo investitus non privetur ob negligentiam non factæ renovationis investituræ intra annum & diem, dubium haud est, † quin eâ o- 2
mninò standum erit, præsertim si de renovatione simultaneæ investituræ agatur, quæ de jure communi incognita, usu & consuetudine tantummodo fuit inducta, Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 20. n. 5.* † Quidni ergò contrario usu ac consuetudine rur- 3
sus tolli poterit, *l. de quib. 32. ff. de ll. l. 1. C. quæ sit longa consuet. l. 35. ff. de reg. jur.* † ita & consuetudine 4
hactenus invaluit, ut possessores investiti de feudis exiguis & parvis, de quibus pensiones tantummodo annuæ, non etiam servitia personalia, vel militaria præstantur, ut sunt vulgo in pagis Die Schultzen- oder Richter-Güter/Mannlehn/jure suo non cadant in foro Saxonico, etiamsi intra anni & diei spacium renovationem investituræ non petierint, Matth. Wesenb. *de feud. cap. 15. vers. si ergo Vasallus, &c.* Sonsbec. *de feud. part. 11. num. 24.* † Quod 5
forsan exemplo bonorum emphyteuticorum, quibus feuda ejusmodi exigua simillima habentur, inductum fuit, † horum namque Possessores etiam 6
post tempus elapsum cum persolutione pœnæ arbitrariæ admitti, dixi *Supr.* Constitut. *59. Definit. 5.* Berl. *decis. 68. n. 12.* Georg. Frantzk. *de laudem. c. 5. num. 54.* † Vel dici potest, Renovationem investi- 7
turæ intra annum & diem tàm strictè & sub pœna privationis propterea exigi, quod regulariter feuda gratis concedantur, nec quicquam pecuniæ vicissim Domino præstetur, ut Vasallus eo ipso contestetur, se feudum beneficio potius Domini & primi acquirentis, quàm successione obtinere, Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 29. num. 6.* Frantzk. *de laudem. c. 8. n. 15.* † Atqui hanc rationem in feudis parvis & exiguis, 8
de quibus certæ pensiones annuæ præstandæ veniunt, cessare ecquis non videt. † Quò & facit, quod 9
feuda ejusmodi exigua ac rustica pro impropriis & degenerantibus habeantur, *c. 2.* Lehnrecht/ Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 21. num. 26.*

Ita Domini in causa heredum Johannis à Staren zu Starckau/Mens. Febr. Anno 1594. (Verba sentent. Ob nun wohl solche halbe Hufe Landes Mannlehn George Kenlichs Söhne weder nach ihres Vatern noch Groß-Vatern Absterben in Lehn genommen / noch binnen gehöriger Zeit die Lehn gemuthet; da aber dennoch solche halbe Hufe nicht mit Ritterdiensten verdienet würde/sondern nur gleich andern Erbzinsgütern jährlichen einen gewissen Zins reichete / dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ꝛc. So möchte solche halbe Hufe/ als wann sie euch anheim gefallen/nicht eingezogen werden/V.R.W.)

It. in causa filiorum Francisci Schlaffs / an Amptsvoigt zu Weißenfels/Mens. April. Anno 1604. (Verba sententiæ: Ob wohl Frantzen Schlaffs nachgelassene Söhne den Acker Männlich Lehngut / so sie von ihrem Vater ererbet/und jährlichen einen Kaphanen zinset/innerhalb Jahr und Tag nicht in Lehn genommen/dieweil sie aber dennoch die Kaphanen Jährlichen gegeben/solche auch von ihnen angenommen worden/ꝛc. So haben sie sich auch vorgedachtes Lehnackers nicht verlustig gemacht/ꝛc.)

Et in

Et in causa Joachimi Planckens zu Rieben/ Mens. Januario Anno 1602.

Definit. XXII.

Mortuo Episcopo, peti debet renovatio investituræ à Capitulo, si intra annum & diem alius non fuerit electus Episcopus.

1 SEde vacante non potest dici mutata persona Domini, priusquam alius fuerit electus Episcopus; Ergò nec renovationis investituræ petitio necessaria erit, nec tempus annuum sede vacante currere
2 incipiet, † siquidem renovationem tùm demum petere necesse est, quando persona Domini vel Vasalli mutatur, *c. 1. in pr. quo temp. mil. invest. pet. deb.*
3 ita equidem arbitrari quis posset; † Sed benè advertendum, non tàm Episcopi, quàm Capituli, tanquam personæ repræsentatæ, negotium agi, cujus consensu investitura feudi facta fuit.
4 † Mortuo igitur Episcopo vel saltem Capitulum repræsentatum
5 morte repræsentantis immutatur: † Quidni ergò renovatio intra annum & diem ab ipso Capitulo peti deberet, si nondum alius electus fuerit Episcopus; non enim Capitulum moritur, nec deficit persona, à quâ renovatio peti queat, *c. nisi essent. 21. ubi* Innocent. *extr. de præben. c. si gratiosè. 5. de rescript. in sexto.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 27. n.*
6 *37.* † Perinde ac Principes Imperii post mortem Imperatoris, durante vicariatu, intra annum & diem à vicariis investituræ renovationem petere necesse habent, secundum tradita Dom. Arum. *ad cap. 5. Aur. bull. th. 37.*

Ita Domini in causa Hugonis Abbatis ac Domini in Neuenzella/ Mens. Mart. Anno 1619. [Verba sententiæ: Daß eines Bischoffs Lehnmann binnen Jahr und Tag/ von Zeit an der erlangten Wissenschaft/ daß der Lehnherr Todes verfahren/ die Lehn zu muthen/ und um renovation derselben/ wofern in solcher Zeit kein anderer Bischoff erwehlet/ beym Capitul Ansuchung zu thun schuldig/ V. R. W.]

Definit. XXIII.

Ad impetrandam investituram feudi aperti Vasallus adversus Dominum experiri potest, Condictione ex moribus.

1 EX investitura feudi Dominus Vasallo adeò obligatur, ut etiam de evictione & ad interesse conveniri queat, *cap. 32.* Lehnrecht/ Matth. Coler.
2 *part. 1. decis. 14. in fin.* † Nec refert in foro Saxonico, an scienti vel ignoranti Vasallo sit facta investitura de re aliena, ut tradit idem Coler. *p. 1. decis. 75.*
3 † Sed nec renovationem, vel investituram Vasallo
4 denegare valet, feudo sibi aperto, † Quin potius ad impetrandam investituram, Vasallus adversus Dominum experiri potest, Hartm. Pistor. *p. 1. q. 20.*
5 *num. 34.* Hier. Schurff. *cons. 148.* † Quò & faciunt verba *h.* Const. *45.* §. Gleicher Gestalt/ *ibi:* die ihnen auch unweigerlich gelichen werden soll/ &c. In quem finem si feudi concessio in alium contractum
6 specialem non incidit, † prodita est Vasallo Condictio ex moribus seu consuetudine feudali, Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. feudum. qu. 89.* Rosenth. *de feud. cap. 12. concl. 11. n. 9.* Schneidew. *de feud. part. 1. n. 27.* Vult. *de feud. l. 2. c. 1. n. 11.* Wesenb. *de feud. cap. 17. n. 8.*
7 Communis siquidem est Dd. sententia, † quod ex novo aliquo contractu, per legē aut consuetudinem introducto, nec genere actionis expresso, agi debeat condictione ex illa lege aut moribus seu consuetudine, Jas. *in l. un. ff. de condict. ex lege num. 9.* Schrad. *part. 2. princ. part. 9. sect. 9. num. 34.* Rosenth. *dict. loc. num. 10.* † At novus est contractus 8
feudalis moribus inductus, ergò & condictio ex lege Vasallo ex contractu hoc competet. † Quà & 9
tùm experiri poterit, quando contractus feudalis in stipulationem est deductus, quia in actoris electione & arbitrio consistit, † quam actionem intenta- 10
re velit, Rosenth. *dict. concl. 11. num. 10. ubi hanc rem latius tractat.*

Ita Domini in causa Ernesti à Ponickau/ Mens. Sept. Anno 1601. [Verba sententiæ: Und im Fall euch solche Belehnung von dem Lehnsherrn verweigert werden wolte/ wäret ihr alsdenn dieselbe per condictionem ex moribus vel consuetudine feudi zu suchen wohl befugt/ V. R. W.]

Definit. XXIV.

Facta simultaneâ investiturâ per divisionem, non competit ultra agnatis jus succedendi, nisi denuò impetraverint investituram.

EXpirat in foro Saxonico simultanea investitu- 1
ra per divisionem; nam si plures, unum idemq; feudum possidentes, illud postea diviserint, jus simultaneæ investituræ amittunt, ac per consequens etiam spem succedendi, † quia in foro Saxonico 2
non nisi simultaneè investitis jus successionis in feudo competit, *cap. 32.* Lehnrecht. §. Wenn sie sich aber also theilen/ *hâc* Const. *45.* §. Gleicher Gestalt/ *ubi* Moller. *numer. 6.* Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 21. n. 19.* Hart. Pist. *p. 2. q. 20. n. 33.* Matt. Col. *part. 1. decis. 56. n. 4.* Matth. Wesenb. *part. 2. cons. 41. n. 166.* † Necesse ergò est, si fratres vel agnati successionem 3
in feudo sibi competere velint, ut simultanea investitura de novo impetretur intra annum & diem à tempore divisionis, † quam investituram Domi- 4
nus feudi agnatis petentibus haud denegare potest, sed præcisè eam illis conferre tenetur, *hâc* Const. *45. dict.* §. Gleicher Gestalt *in fin.* Hartm. Pistor. *dict. qu. 20. num. 34.* † Caveant tamen hoc 5
casu fratres vel agnati, ut investituram simultaneam sibi solummodò confirmari petant, quia confirmatio investituræ semel amissæ nil novi dare potest, Matth. Coler. *vol. 1. cons. 30. numer. 170.* † proindè 6
nec sola confirmatio tum investituram restaurabit, nec quicquam juris in succedendo attribuet, † Sed 7
necesse est, ut Domino factam per divisionem investituram exponant, ac novam prædictæ investituræ collationem humiliter impetrent, si efficaciter sibi consulere velint, Modest. Pist. *dict. consil. 40. n. 50.*

Ita Domini in causa Nicolai à Neumarcks/ Mens. Oct. Anno 1632. [Verba sent. Ob ihr wol hiebevor an eures Bruders Lehngütern die gesammte Hand gehabt; dieweil aber dennoch dieselbe hernach durch die beschehene Theilung gebrochen/ niemals aber euch wiederum von neuem ertheilet worden/ &c. So habt ihr euch auch nunmehr einiger Succession an solchen Gütern nicht zu erfreuen/ &c.]

Et in causa fratrum Nobilium à Seebach zu Oppensgausen und Cammerforst/ Mens. Jul. Anno 1634.

Definit. XXV.

Non minus per venditionem feudi rumpitur investitura, ac per ejusdem divisionem.

NOn solùm in novo, sed etiam in antiquo 1
feudo,

feudo, jus ſimultaneæ inveſtituræ per diviſionem rumpi, ac proinde ſpem ſucceſſionis adimi inveſti-
2 tis vel exinde patet, † quod *h.* Conſt. *45.* §. Gleicher Geſtalt. verbis generalibus loquatur, adeòque & generaliter intelligi debeat, Modeſt. Piſtor. *vol. 2.*
3 *conſil. 11. num. 34.* Joh. Köpp. *deciſ. 47. num. 8.* † Unde porrò infert Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 21. n. 30.* ad feuda quoque ruſtica & plebeja, der Dorffe richter und Schultzen Güter / diſpoſitionem *h.* Conſt. extendendam eſſe, ita ut ſi ruſtici, vel alii feuda ejusmodi dividant, ſibique per novam inveſtituram non proſpiciant, ſimultanea inveſtitura
4 extinguatur, nulla ſuccedendi ſpe ipſis relicta, † niſi denuo inveſtituram impetraverint; De quo tamen haud immerito quis dubitare poſſet ex traditis *Supr.*
5 Defin. *21.* † ac contrarium à Wittebergenſibus fuiſſe pronunciatum, *ex* Teubero refert ipſemet Rauchb. *dict. quæſt. 21. num. 22.* At illud expedi-
6 tum eſt, † quod non minus per venditionem feudi ac per diviſionem inveſtitura ſimultanea expiret, putà, ſi Vaſallo defuncto, filii ejus feudum ab ipſo relictum cum conſenſu Domini uni ex fratribus
7 vendant. † Nec enim tùm fratres, quia feudum vendiderunt, ſimultaneâ inveſtiturâ denuo haud impetratâ, ad feudi ſucceſſionem admittuntur, ut rectè notat Dan. Moller. *hic numer. 7.* Cui non ob-
8 ſtat §. *ult. h.* Conſt. *45.* † Etenim, quod ibi ſtatuitur, ſimultaneam inveſtituram non diſſolvi per venditionem aut alienationem, ita demum verum eſt, ſi Vaſallus feudum vendat vel alienet, citra Agnatorum ſimultaneè inveſtitorum conſenſum,
9 † quibus certè per alienationem à Vaſallo factam neutiquam præjudicari poteſt; Diverſum eſt, ſi fratres vel agnati ipſimet feudum vendiderint,
10 † nam tùm vel propterea alienatio ipſis nocet, ac inveſtitura frangitur, quod omnes ſimul in alienationem conſenſerint, ut verba habent clara *h.* Conſt. *45.* §. *ult.* Wann dann iemands ſein Lehngut / ꝛc. Rauchb. *dict. quæſt. 21. num. 38.*

Ita Domini in eâdem cauſa. [Verba ſentent. Dieweil aber dennoch die geſammte Hand durch die beſchehene Theilung und Verkauffung gebrochen / niemals aber euch wiederum von neuen ertheilet worden / ſo habt ihr euch auch nunmehr einiger ſucceſſion an eures Bruders Lehngute nicht zu erfreuen / V. R. W.]

Et in cauſa Fratrum Nobilium à Seebach zu Oppenshauſen und Cammerforſt / Menſ. Jun. Anno 1634. [Verba ſententiæ: Durch welche Verkauffung denn die geſamte Hand gebrochen / und nicht zu befinden / daß binnen gehöriger Zeit dieſelbe wiederum von euch geſucht und erlanget worden / ꝛc. So habt ihr euch auch nunmehr des juris revocandi zu gebrauchen nicht Fug / V. R. W.]

Definit. XXVI.

Factâ inter fratres diviſione feudi, horum ſubditi renovationem inveſtituræ petere tenentur.

1 SI plures fratres in communione exiſtentes ſubditos ſuos inveſtierint, ac poſtea factâ diviſione pars feudi uni fratri adjudicata fuerit, quæſtio exoritur, *An ſubditi, qui ratione iſtius partis ipſi ſoli obvenerunt, ab eo inveſtituræ renovationem petere*
2 *teneantur?* † Cujus deciſio ex eô videtur petenda, *num videlicet inveſtitura res ſit individua?* Quod
3 ſi aſſeramus, † utique tum ſubditi ab omnibus recipiendo inveſtituram eandem à ſingulis heredi-
4 bus in ſolidum accepiſſe cenſebuntur, † prout de juramento fidelitatis tradunt Dd. *in c. un.* §. *omnes filii. ſi de feudo defunct.* Jacob de S. Georg. *in tr. feud. verſ. qui quidem inveſtiti præſtiterunt. n. 22.* † Quare nec tùm ulteriori inveſtiturâ ſuper- 5
vacaneâ ſubditi erunt onerandi. † Sed expeditum 6
eſt, jus, quod fratres in feudo habent, non in ſolidum ad eos pertinere, ſed ut quælibet res hereditaria dicitur ſpectare ad heredes pro parte indiviſa, ſeu intellectualiter, non integraliter, † ita & feu- 7
dum ac quælibet pars ejus, ſicuti & feudum dividuum dicitur, ut notant Dd. *in dict.* §. *omnes filii, ubi* Matth. de Afflict. *n. 52. & in c. Imperialem.* §. *præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Freder.* † Adeoque & inveſtitura ratione juris, cuilibet in 8
Vaſallos pro parte competentis, cenſebitur pro parte pro indiviſo facta, † & ita quilibet heredum 9
Vaſallos pro rata, quam ipſe pro indiviſo in feudo habet, inveſtiviſſe videbitur. Non ergò ut juramentum fidelitatis individuum eſt, ita & inveſtitura, ſed potius pro re dividua hæc haberi debet. † Ex 10
quo manifeſtum evadit, hoc caſu neceſſariam eſſe renovationem inveſtituræ † ratione videlicet illius 11
partis, quæ fratri in diviſione acceſſit, Hartm. Piſt. *obſerv. 186.* ubi pluribus hoc explanat & contraria ſolvit.

Ita Domini in cauſa Caſpari Schöners zu Lebbichau / Menſ. Majo, Anno 1629. [Verba ſent. Seynd eure Lehnherren die Gebrüdere von N.N. von welchen ihr euer Gut zu Mannlehn habt und erlanget / eine geraume Zeit hero in communione geſeſſen und verblieben / es haben ſich aber dieſelbe nunmehr von einander ſepariret und getheilet / ꝛc. So ſeyd ihr bey deme / welchem das Theil / da euer Lehngut herrühret / zugefallen / um renovation der Belehnung anzuſuchen / und die Lehn zu muthen ſchuldig / V. R. W.]

Definit. XXVII.

Ex duobus ſimul inveſtitis, licet unus feudum ſuum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti conſentire haud obſtrictus eſt.

1 QUamvis alter ex ſimultaneè inveſtitis feudum ſuum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti conſentire haud tenebitur propter jus
2 ſimultaneæ inveſtituræ, † quod ex mutuo duorum vel plurium conſenſu dependet, ac proinde unius ſolummodo diſſenſu diſſolvi non poteſt, *l. prout quidque. 80. ff. de ſolut. l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg. jur.* † Quò & facit textus *in c. 32.* Lehnrecht. 3
& hâc Conſt. *45.* §. *ult.* Hart. Piſtor. *part. 2. qu. 24. num. 11.* † Nec dici poteſt, ab altero per factam ali- 4
enationem ruptum eſſe ſimultaneæ inveſtituræ vinculum, ut proinde conſocio idem facere liceat, *arg. l. cum te. 6. ubi* Dd. *& maximè* Salycet. *C. de pact. in empt. & vendit.* Cravett. *conſil. 299. num. 2.* † Hoc enim falſum eſſe vel exinde patet, quod alte- 5
ri, in cujus præjudicium alienatio facta eſt, jus revocandi bona alienata competat, quale jus ex ſimultanea inveſtitura deſcendit, Conſt. Elect. *48. & 49. p. 2.* Hartm. Piſt. *part. 2. quæſt. 20. n. 26. Supr.* Defin. *16.* † Ideoque nec is, qui bona ſua retinuit, ullam juſtam 6
conquerendi cauſam habet, cur alter, qui contra legem ſimultaneæ inveſtituræ alienavit, ſpem ſuccedendi ex inveſtitura retinere debeat. † Nulla nam- 7
que in eo ſibi fit injuria, cum potius jus ſuum in bonis alienatis ſalvum remaneat, cujus vigore bona ea pro lubitu revocare poteſt, Hartman. Piſtor. *part. 2. qu. 24. num. 14.*

Ita

Ità tractatum in causâ quorundam Comitum ad requisitionem Jobsten von Canneworffs / Mens. Nov. Anno 1602.

DEFINIT. XXVIII.

Pluribus defuncti Vasalli heredibus existentibus, omnes fidelitatem jurant.

1 JUramenti virtus quia personam jurantis non
2 transgreditur, nec ad heredes transit, *c. veniens. 16. extr. de jure jur.* meritò post obitum Vasalli † in persona successoris ejus exigitur renovatio, Jul. Clar. *in § feudum. q. 49. in pr.* Carol. Molin. *in consuet. Paris. §. 2. gloss. 4. n. 49.* † Et si plures Vasalli
3 heredes existant, omnes ac singuli pro sua parte ju-
4 rare tenentur, † sive divisum inter eos sit feudum, sive indivisum, *cap. omnes filii. Si de feud. defunct. c. Imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien per Freder.* Rosenth. *de feud. c. 6. c. 36.* Pist. *p. qu. 2. 47. n. 2.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 7. n. 91.*
5 † Nempe quia juramentum fidelitatis individuum est, ut tradunt Dd. *in dict. cap. omnes.* Rosenth. *dict. concl. 36. n. 2.* Jacob. de S. Georg. *in invest. feudal. verb. qui quidem investiti. col. 5. vers. nunc quæro.*
6 † Et quilibet heres pro eâ parte feudi, quam possidet, censetur Vasallus, consequenter ergò ad fidelitatem est adstrictus, Simon Ulric. Pistor. *in not. ad*
7 Hartm. Pistor. *dict. quæst. 47. lit. b.* † idemque in foro Saxonico obtinet; Etsi enim in jure Saxonico aliud reperiatur dispositum, ut patet *ex cap. 29. &*
8 *cap. 32. in fin.* Lehnrecht. † Attamen dispositio illa usu ac observantia recepta non est, teste Hartman.
9 Pistor. *dict. quæst. 47. n. 7.* † Planè, non tenentur jurare omnes heredes, si unus aliquis ex illorum numero communi omnium nomine delegetur, ut juret, qui vulgò Der Träger/oder Lehnträger indi-
10 gitatur, † quod ita in Germania usu receptum esse, tradit Zas. *de feud. part. 7. num. 11.* Joh. Schneidevv. *de feud. part. 5. num. 17. & seq.* Mynsing. *cent. 5. observat. 9. num. 51.* Rosenth. *dict. cap. 36. numer. 4.*
11 † Notandum porrò, si heres in communione existens semel fidelitatem fecerit, ac postea divisione facta alterius heredis portionem acquisiverit, eum pro parte illa de novo acquisita, denuò jurare tene-
12 ri, † ut tradit post Jul. Clar. & Molin. quos alle-
13 gat Hartm. Pist. *dict. quæst. 47. n. 13.* † Quamvis in aula Electorali Saxon. sufficiat, ab eo qui antea semel juravit fidelitatem, stipulata manu fidem prius juratam interponi ac respectu ejus partis, quæ de novo acquisita fuit, renovari secundum tradita Hartm. Pist. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Melchior Sengers zu Tophaß / Mens. Nov. Anno 1627. (Verba sent. Daß nach Absterben eines Lehnmannes/ dessen hinterlassene Männliche Leibes-Lehns-Erben sammt und sonders das Juramentum fidelitatis zu leisten pflichtig/ &c.)

DEFINIT. XXIX.

Pluribus existentibus defuncti Domini successoribus, investituram Vasallus non nisi ab uno petere tenetur.

1 SI Dominus feudi decesserit relictis pluribus filiis vel aliis heredibus; utrum tum Vasallus teneatur singulis eorum præstare juramentum fidelitatis, multum ab Interpp. disceptatur, ut videre est ex tra-
2 ditis Hart. Pist. *part. 2. quæst. 47.* † qui tamen in negativam sententiam inclinat, existimans, fidelitatem non nisi uni ex heredibus præstari, juxta re-
3 gulam vulgatam, † quâ docetur, ex personis heredum non immutari conditionem obligationis, nec duriorem alicujus conditionem effici, *l. 2. §. ex his 2. de verb. obligat. l. 2. §. incertam. 2 ff. de prætor. stipulat. l. cui fundus. 56. in fin. ff. de condit. & demonstr.* † Quæ sententia etiam juri Saxonico 4
omninò convenit, quo sancitum *in cap. 29.* Lehnrecht: Der Mann darff auch nicht/ daß von einem seines Herrn Söhnen sein Gut empfangen/ Matth. Coler. *part. 1. decis. 76.* Zobel. *part. 3. differ. 19. num. 4.*
† Quod tamen ex observantia ita accipiendum, ut 5
uni eorum, communi tamen omnium heredum nomine, & vice recipienti, Vasallus fidelitatem faciat ac juret, ut pluribus explanat Hartm. Pist. *dict. q. 47. num. 24.* † Estque in arbitrio heredum seu Domi- 6
norum, quemnam ex seipsis eligere, eique vices demandare velint, *arg. l. stipulatio. 21. §. quæsitum 5. ff. de oper. nov. nunciat.* † Idque cum jure Saxonico 7
expressè concordat, *in dict. c. 29.* Lehnrecht. Quod si 8
heredes convenire nequeant, † Dominus superior requirendus est, ut definiat, cui ex heredibus Domini inferioris fidelitatem jurari velit, *dict. cap. 29.* Lehnrecht. Hartm. Pist. *dict. q. 47. n. 23.* idque verum, si plures Domini heredes in communione & pro indiviso feudum possideant. † Alioquin, quando 9
ad unum solum ex heredibus spectat supremum jus Domini, dubium non est, quin tùm huic soli juramentum sit præstandum. † Ita & quando feudum 10
dominans dividitur inter heredes, Vasalli, qui cuivis in divisione obveniunt, singulis ipsorum dominis fidelitatem facere cogentur, Dd. *in c. omnes filii. Si de feud. defunct. cont.* Jul. Clar. *in §. feudum. quæst. 49. num. 11.* Hart. Pist. *dict. quæst. 47. n. 29.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Wenn aber der Lehnherr verstirbet/ und mehr denn einen Erben hinterlässet/ so wird einem unter denselben allein/ so von ihnen hierzu verordnet/ iedoch in ihrer allerseits Namen/ das Juramentum fidelitatis billich geleistet/ V. R. W.)

DEFINIT. XXX.

Investitura facta alicui, Für sich/ seine Leibes- und Lehns-Erben/ *soli videntur comprehensi filii, non etiam filiæ vel agnati.*

1 LIcet investiturarũ verba strictè interpretanda sint, &, prout sonant, intelligenda, Herm. Vult. *de feud. l. 1. c. 7. n. 56.* Hartm. Pist. *part. 2. q. 1. n. 3. & 4.* Schurff. *cent. 1. cons. 91. n. 2. & 3.* Roland. à Vall. *vol. 2. cons. 79. n. 38.* nil tamen repugnat, † quin ex 2
æquo & bono interpretatio pro Vasallo potius contra Dominum sit facienda, qui legem ab initio apertiorem dicere potuerit, *l. veteribus. 39. ubi* Dd. *ff. de pact. l. in contr. abenda 172. ubi* Dd. *ff. de reg. jur.* Wesenb. *de feud. c. 1. & 12.* Vult. *dict. loc.* maximè † 3
quia feudum est species beneficii, quod latè contra concedentem explicari solet, *l. beneficium 3. ubi* Bart. & Dd. *ff. de const. Princip. c. cum dilecti. 6. ubi* Canonist. *extr. de donat.* Matth. Wesenb. *in epit. feud. c. 1. num. 9.* Poterat hinc quæri, † si verba investituræ 4
generalia essent, ita ut filias quoq; & agnatos comprehendere possent, putà si facta sit investitura Titio ejusque heredibus (Seinen Leibes- und Lehns-Erben/) *an non in favorem Vasalli ejusq; liberorum explicatio facienda sit, ut & filiæ atq; agnati ad successionem admittantur?* † ita certè ex modo dictis 5
dicendum videbatur, idque eo magis, quod in casu præsenti particula (*Et*) pro disjunctiva (*Vel*) posita censeatur; Nam & aliàs infrequens non est, † ut pro ratione subjectæ materiæ, copu- 6
lativa

lativa oratio in disjunctivam vel alternativam resolvatur, *l. sepe ita comparatum. 53. ubi* Dd. *ff. de V.S.* Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. qu. cas. 86. numer. 19. & seq.* † Econtra non parum obstat 7 feudorum natura, quâ regulariter fœminæ à succesione excluduntur. † Atqui verba investiturarum ita sunt explicanda, quo minus juri feudorum 8 repugnent, Hier. Garzon. *de fœm. ad feud. recip. col. 8. & seq.* Cravett. *cons. 828. n. 14.* † Et potior 9 semper est interpretatio, quâ reditur ad jus commune, ut multis explanavit Rosenth. *de feud. cap. 7. 10 concluf. 42. n. 47. & seq.* † Commovit hæc ratio Dominos, ut prædicta investituram verba non nisi de filiis intelligerent, exclusis prorsus filiabus atque 11 agnatis. † Idque vel propterea etiam, quod natura particulæ (*Et*) magis propria sit copulare, quàm disjungere vel ordinem denotare, Rosenth. *dict. concl. 42. n. 29 & concl. 41. n. 6.*

Ita Domini in causa Mariæ Magdalenæ Viduæ ab Oettingen/Comitissæ zu Solms / ꝛc. Nacher Würtzburg/ Mens. Majo, Anno 1634. (Verba sententiæ: Welches Lehn dem Herrn Grafen / und dessen ehlichen Leibes- und Lehns-Erben verliehen worden/ꝛc. So haben nach Ew. Gn. einigen Herrn Sohns tödtlichem Abgang/ berührter Graff und Herrschafft/wegen Ew. Gn. Fräulein nach dero Vettern sich anzumassen / sondern es fallen beyde dem Stifft Würtzburg hinwiederumb billich anheim/ V.R.W.)

Definit. XXXI.

Diversi tenoris quando sunt investiturarum literæ, regulariter secundum tenorem primæ investituræ judicandum est.

1 IN decisione causarum feudalium, inspicienda est investitura, ejusque tenor & pactum, quo omnium feudorum juri & naturæ derogat, *c. 1. de duob. fratr. à cap. invest.* Schrad. *de feud. p. 5. cap. 2. num. 30.* Zas. *de feud. part. 6. num. 24.* Jacob. de S. Georg. *in verb. Marchio. n. 2.* Andr. Tiraquell. *in l. si unquam 8. verb. libertis. num. 9. C. de revoc. donat.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 50. n. 15.* Hartm. Pistor. *p. 2. q. 41. n. 29.* † *At quid, si diversi tenoris sint primæ ac posteriores investituræ?* † Certè juxta tenorem primæ investituræ judicandum est, sive posteriores investituræ amissæ non appareant, † sive in ipsis dubia reperiantur verba, aut etiam diversi tenoris extent literæ, † ut multis autoritatibus confirmat Rosenth. *de feud. cap. 6. concluf. 69. n. 4. lit. c.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 7. n. 59.* Schrader. *dict. cap. 2. num. 31.* † Nam prima investitura est basis, Radix & fundamentum reliquarum, quæ nil novi inducunt, sed secundum præcedentem factæ intelliguntur, † ex quâ propterea etiam explicari debent, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 49. n. 3.* Schrad. *dict. loc.* Rosenth. *dict. concl. 69. n. 7.* Zas. *dict. p. 6. num. 23.* Wesenb. *part. 1. consil. 74. n. 84.* † Modò prima investitura haud sit obscura, posteriores verò claræ & perspicuæ; Nam tùm sequentes priorem declarabunt, Rosenth. *dict. concluf. 69. n. 12. ubi multos allegat.*

Ita Domini in causa Rudolphi à Bünau auff Burg / M. Maj. Anno 1633. (Verba sent. Dannenhero aus selbigem Anno 1584. ertheileten/als dem ersten / ältesten und richtigsten Lehnbriefe / welcher basis und fundamentum in dieser zweiffelhafftigen streitigen Lehnssachen ist / und gehalten wird/ die nachfolgende Lehns-Briefe nicht unbillich erkläret werden/ꝛc.)

Et in causa Georgii Bernsdorffs zu Breßlau/Mens. Decembr. Anno 1603.

CONSTITUTIO XLVI.
PARTIS SECUNDÆ.

Wie die Lehnsfolger / als die Söhne/Agnaten oder Mitbelehnten/aus und von dem Lehen die Schuld zu bezahlen pflichtig?

Successores feudi, ut sunt filii, Agnati & simultaneè investiti, quatenus ad æs alienum Vasalli ex feudo dissolvendum sint obligati?

SOl gemeiniglich von den Lehn-Gütern die Lehnsfolger des verstorbenen Besitzers hinterlassene Schuld abzutragen nicht schuldig seyn. Wann aber mit ihrer Bewilligung solche Schuld gemacht/und auff die Lehn verschrieben/oder da die Schuld wegen Aussteurung der Töchter oder Schwestern / oder zu Ablegung der Leibgedinge auffgenommen / oder es wären dieselben Schulden in nützliche Besserung des Lehnguts gewendet / In solchen und dergleichen Fällen / sollen solche Schulden durch die Lehnsfolger aus dem Lehn vergnüget/und die Land-Erben damit verschonet werden.

Also auch da es sich zutrüge / daß einer zu Erkauffung etlicher Lehngüter Geld auffgenommen / und hätte dasselbige / so er zu nichts anders dann allein zu Bezahlung des Lehnguts angewandt / gantz oder zum Theil/ bey seinem Leben nicht abgeleget / so soll diese

QUanquam æs alienum feudale successores feudi exsolvere regulariter non tenentur: Si tamen pro eo, ipsorum consensu contracto, feudum ritè pignoratum sit, vel pecunia elocandis filiabus, aut sororibus, vel oneri dotalitio dissolvendo accepta, aut aliàs in utilitatem feudi versa sit, his & hujusmodi similibus casibus, æs alienum illud à successoribus feudi, non heredibus allodialibus Vasalli exsolvi volumus.

Similiter si quis coëmendis bonis feudalibus pecuniã mutuò accipiens, eam omnem in solutionem pretii illorum, & nullos alios usus expenderit, nec tamen ipsemet eam vel totã vel pro parte creditori reddiderit, eo defuncto, ejus exsolvendæ onus iis, ad quos bona illa successionis jure perveniunt, incumbet.

Ex-

Schuld durch die Lehnsfolger / welche solche Lehngüter bekommen / bezahlet werden.

Außerhalb solcher und dergleichen Fällen sollen die Söhne / Agnaten oder Mitbelehnten der Verstorbenen Schuld / von dem Lehn / oder aber auch aus desselbigen Abnutzung zu bezahlen nicht pflichtig seyn.

Exceptis igitur his & similibus casibus filii, vel agnati aut simultaneè investiti æs alienum ex feudo vel ejus fructibus ut dissolvant, non tenebuntur.

DEFINITIONES.

1. *Successores feudi æs alienum, à defuncto Vasallo contractum, regulariter haud solvere tenentur.*
2. *Sed solutum actione negotiorum gestorum ab heredibus allodialibus repetere possunt.*
3. *Ne quidem ex feudo hereditario æs alienum Vasalli defuncti exsolvendum est.*
4. *Sicuti nec feudi novi successores ob æs alienum Vasalli defuncti conveniri possunt.*
5. *Filii debita patris ex feudis solvere tenentur.*
6. *Filio debita patris ex feudo non solvente, defuncto eo, onus debitoribus allodialibus accrescit.*
7. *Debita seu onera feudalia à successoribus feudi, vel à Domino, ad quem feudum fuit reversum, solvi debent, etsi Vasallus defunctus bona reliquerit hereditaria.*
8. *Solus agnatorum consensus ad feudi oppignorationem datus debitum feudale non facit, nisi & Domini consensus accesserit.*
9. *Agnatus licet in feudi oppignorationem consenserit, attamen si domini consensus non intervenerit, feudo sibi aperto ad exsolutionem debiti haud obligatus est.*
10. *Tenetur tamen Agnatus, in feudi oppignorationem consentiens, si unà expresse ad solutionem se obligaverit, deficiente licet Domini consensu.*
11. *Dominus ex feudo consensu suo cum clausula tamen: (suo jure salvo) oppignorato, sibi quoque, æs alienum exsolvere tenetur.*
12. *Agnatus qui feudum sibi oppignoratum habet consentiens, ut & alteri oppignoretur, jus pignoris haud remisisse censetur.*
13. *Debitum Vasalli ad elocationem filiarum aut sororum contractum, à successoribus feudi, non heredibus allodialibus solvendum est.*
14. *Expensæ quoque nuptiales, ad elocationem filiarum & Cognatarum mutuo acceptæ, ex feudo restituendæ sunt.*
15. *Dos saltem promissa ex feudo solvi debet.*
16. *Filiæ non nisi in subsidium, & si hereditas non sufficiat, ex feudo educandæ, dotandæ & elocandæ sunt.*
17. *Ex feudo non sunt dotandæ filiæ in concursu creditorum ante exsolutionem æris alieni, nisi consuetudine aliud sit introductum.*
18. *Quantitas dotium arbitrio & moderationi Domini feudorum committitur, si de hâc inter partes non convenerit.*
19. *Eandem dotem, quàm filiæ à patre vivente elocata accepit, successores feudi reliquis filiabus ex feudo solvere haud sunt obligati.*
20. *Filiæ dotes, ex feudo paterno debitas, non transmittunt ad heredes, si nondum maritatæ decesserint.*
21. *Sicuti nec reservata à venditoribus in nuptias liberorum, vulgò* das Eingeschnittel oder Zubereiß / *defunctis hisce ante nuptias, heredibus eorum deferuntur.*
22. *Transmittuntur tamen dotes ac elocationes ex feudo debitæ ad heredes, quando de hisce filiabus usuræ præstitæ fuêre.*
23. *Filiâ, cui dos ex feudo constituta fuit, defunctâ, antequam nuberet, successores feudi in subsidium impensas ad funus necessarias solvere tenentur.*
24. *Ex feudo novo emptitio, cujus pretium omne patris allodium absumsit, filiabus legitima debetur.*
25. *Debitum ratione dotalitii contractum ex feudo solvi debet.*
26. *Omne debitum, quod in utilitatem feudi conversum probatur, ex feudo solvitur.*
27. *Æs alienum, ad feudum comparandum contractum, successores feudi exsolvere obstricti sunt.*
28. *Ex feudis debentur alimenta iis personis, quæ tanquam minus perfectæ à feudi successione arcentur.*
29. *Pecunia ad liberationem feudi è pignoris nexu mutuo sumpta, ex feudo solvi debet.*
30. *Advocatus, qui causam feudi utiliter gessit, Salarium à feudi successoribus petere potest.*
31. *Expensæ litis à Vasallo frivolè motæ, ex feudo haud exsolvendæ sunt.*
32. *Debita feudalia unà cum interesse ex feudo solvuntur.*
33. *Onera feudalia pari jure gaudent, excepto debito, pro quo feudum consensu Domini & agnatorum est oppignoratum, quod, licet posterius, aliis tamen præfertur.*
34. *Debitum ratione servitii militaris Domino præstandi contractum, ex feudo solvendum non est.*
35. *Contributio pecuniaria, quam in Comitiis Provincialibus Nobiles promittunt, vulgò* das Präsent-Geld *non à feudi successoribus, sed ab heredibus allodialibus exsolvenda est.*
36. *Impensæ funebres à feudi successoribus exigi non possunt, licet hereditas solvendo haud sit.*

DEFINIT. I.

Successores feudi æs alienum, à defuncto Vasallo contractum, regulariter haud solvere tenentur.

1 MUltùm ac variè disceptatur ab Interpp. quando & quatenus æs alienum à defuncto Vasallo contractum ex bonis feudalibus sit persolvendum, † ut videre est *apud* Johann. Borch. 2 *de feud. part. 2. cap. 7. num. 94. & seq.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 154.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 7. cap. 7. num. 32. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 55. num. 1. & multis seqq. ubi aliorum opiniones refert ac refellit;* † 3 sed res, in foro præsertim Saxonico, adeò diffi-

difficilis non est, si regulam ponamus universalem, adjectis infra certis limitationibus: † *Quod scilicet* 4 *successores feudi æs alienum à defuncto Vasallo contractum regulariter haud solvere teneantur, per text. in cap. 1. An agnat. vel fil.* Andr. Gail. *dict. observat. 154. num. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 122. n. 137.* Ernest. 5 Cothm. *vol. 2. consil. 92. num. 3.* † Quod & clarè decisum *h.* Constitut. 46. *in pr.* Ob wol gemeiniglich von den Lehngütern die Lehnsfolger des verstorbenen Besitzers hinterlassene Schuld abzutragen nicht schuldig seyn/ &c. Ac postea repetitum *in fin. dict.* Constitut. *46.* §. Ausserhalb solcher und dergleichen Fällen/ sollen die Mitbelehnten des Verstorbenen Schuld von dem Lehn/ oder aber auch aus desselben Abnutzung zu bezahlen nicht pflichtig seyn/ &c. Nec ratio hujus regulæ obscu- 6 ra esse potest. † Notum siquidem est, onera & debita hereditaria præstanda & solvenda esse ab herede universali, *l. ex facto 35. ff. de hered. inst. l. quoties. 13. C. eod. tit. l. 1. & 2. C. de hered. vel act. vend. l. ult. C. de hered. act.* † At feudi successores 7 heredes universales non sunt, sed tantùm particulares, Dd. *in dict. c. 1. An agnat. vel filii.* † Imò 8 bona feudalia ab hereditate ipsa prorsus separata sunt, Dd. *in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frider.* Ergò nec ad dissolutionem æris alieni tenen- 9 tur, Gail. *dict. loc. num. 2.* † Idque adeò verum est, ut licet Domini voluntate ac consensu æs alienum contractum fuerit, ad ejus tamen solutionem successores feudi haud conveniri queant, *c. 1. de alien. feud. pater. & c. 1. §. hoc quoque de succes. feud.* Hart. Pistor. *part. 1. quæst. 15. n. 21.* † Ne- 10 que enim spes successionis ex facto alieno iis auferri potest, *arg. l. ab eo qui. 9. C. de fideicommiss.*

Ita Domini in causa Lucæ Thümmels/ Mens. Junio, Anno 1606.

Et in causa Bernhard Hopffens / und Christoff Kempffens zu Torgau/ Mense Augusto, Anno 1635. [Verba sentent. Die Mitbelehnten aber seynd die Zahlung zu leisten nicht pflichtig/ und wenn gleich von dem Sohne zur Bezahlung der Väterlichen Schulden das Lehn mit Consens und Einwilligung des Lehn-Herrn verkaufft wird/ möchte doch solches den Mitbelehnten / wenn die Lehn an sie kömmt/ an ihren Rechten nicht schädlich seyn/ &c.]

Definit. II.

Sed solutum actione negotiorum gestorum ab heredibus allodialibus repetere possunt.

1 Quid autem, *si jam solverint æs alienum succes-*
2 *sores feudi?* † Quin tum solutum repetere queant ab heredibus Vasalli defuncti, dubitandum prorsus non est, non quidem condictione 3 indebiti, † quæ non nisi adversus eum datur, qui solutum accepit, *l. si fundi. 12. l. qui heredis. 46. ff. de condict. indeb. l. si à patre. 5. C. eod. tit.* † 4 sed actione negotiorum gestorum, quæ competit ei, qui pro alio non donandi animo debitum solvit, *l. si filius. 12. C. de negot. gest. l. cum pecunia m 43. ff. eod. tit.* † Nec enim donandi animo videntur solvisse feudi successores, sed potius ut negotia heredum gererent, ac soluta ab iis 6 repeterent, † ad exemplum negotiorum gestoris, qui pro sorore tributa solvit, *l. si negotium. 16. ubi* Gothofr. *C. de negot. gest.* † aut qui pro 7 fratre coherede aliove pecuniam expendit, *l. sive pro fratre. 3. C. eodem tit.*

Ita Domini in causa Caspari von der Mosel/ Mense Martio, Anno 1599. [Verba sent. Ist euer Bruder Hildebrand von der Mosel verstorben/ und hat euch als seinen Bruder und seine Schwestern samt etlichen Lehn- und Erbgütern nach sich verlassen / und ihr habt etliche Schulden vor ihn bezahlet. Da nun dieselbe aufs Lehn mit eurer Bewilligung nicht versichert/ oder sonsten vom Lehn herrühreten / so wären eure Schwestern von den Erbstücken ihre Antheil euch wieder zu erstatten schuldig/ &c.]

Definit. III.

Ne quidem ex feudo hereditario æs alienum Vasalli defuncti exsolvendum est.

1 *An nonne saltem ex feudo hereditario æs alie-*
num à defuncto Vasallo contractum erit solvendum? ita namque feudum hereditarium ex communi Interpp. sententiâ, quam tuetur ac firmat 2 Hartman. Pistor. *part. 2. quæst. 1.* † omninò in res hereditarias videtur conversum, ac pari jure cum illis quoad qualitatem hereditariam procedere. 3 † Notum verò est, quod omnia debita, quæcunque etiam sint, ab herede universali solvi debeant, *l. ex facto. 35. §. unde scio quæsitum. 1. ff. de hered. inst. l. quoties. 13. C. eod. tit. l. ratio juris. 2. C. de hered. vel act. vendit.* † Quæ ratio commovit Matth. 4 Berlich. ut statueret, successorem feudi omnia debita, quæcunque etiam sint, de feudo hereditario exsolvere teneri, *part. 2. concl. 55. num. 20.* † Quod 5 quidem concesserim de jure communi feudali, quo Vasallus etiam de feudo hereditario non secus, ac de reliquis rebus hereditariis testari potest, illudque perinde, ut quælibet res allodialis, in petitionem hereditatis venit, Hartm. Pistor. *dict. quæst. 1. num. 61. & seqq.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 154. num. 11.* Mynsing. *cent. 3. observ. 97. n. 2.* † At minus rite ad 6 forum Saxonicum hoc accommodari potest, quo Agnatis in feudis etiam hereditariis jus succedendi, ex solo jure simultaneæ investituræ, non jure hereditario vel sanguinis, acquiritur, † quod nullo 7 alterius facto ipsis auferri vel diminui potest, *supr. Constit. præced. Defin. 15.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 20. n. 11.* † Unde non minus feudum hered- 8 itarium à Vasallo possessore alienatum ipsis repetere licet, ut manifestum est ex Ordinat. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ &c. §. So setzen/ ordnen und wollen wir/ &c. † Nempe quia agnati pro- 9 prio facto & vi simultaneæ investituræ, in feudo etiam hereditario jus acquisitum tenent, nec successionis vel hereditario jure illud consequuntur. † Cui consequens est, nec ob æs alienum Vasalli 10 hoc ipsis inverti, nec debita hereditaria ab iisdem exigi posse; † Quod & menti Illustrissimi Saxon. 11 Electoris convenit *in dict. tit.* Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ &c. §. Dieweil aber dennoch/ &c. *in fin. verb.* Von der Erbschaft / so weit sich die erstreckt / &c. *Et in* §. Wir behalten uns aber auch / &c. *in verb. finalib.* Jedoch den Mitbelehnten / wann die Lehns-

hensfolge an ſie kömmt / an ihren Rechten unſchädlichen.

Ita Domini in cauſa Henrici à Morßdorff / Menſ. Junio, Anno 1634. (Verba ſent. Habt ihr nach Abſterben eures Vettern/deſſen Lehngüter/als der näheſte Agnat und Lehnsfolger/in Beſitz bekommen; Ob nun wol gedachter euer Vetter für ſich/ſeine Erben und Söhne/zu erſt und von neuen damit beliehen worden/dannenhero ſolche Lehn-Güter/nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten/ pro feudis novis hereditariis, und Erb-Lehn gehalten werden/deme ferner folgen will/ daß auch die Erb-Schulden davon abgeſtattet werden müſſen; dieweil aber dennoch auff Sächſiſchen Boden die Vettern auch in feudis hereditariis einig und allein/Krafft der erlangten Mitbelehnſchafft/und alſo nicht jure hereditario, ſondern vielmehr ex facto proprio ſuccediren, dahero auch nach Sachſen-Recht inter feuda hereditaria & ex pacto & providentia dißfalls ſchlechter Unterſchied gehalten wird/ꝛc. So möget ihr auch die verhandene Erb-Schulden aus den Lehn-Gütern zu zahlen nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definit. IV.

Sicuti nec feudi novi ſucceſſores ob æs alienum Vaſalli defuncti conveniri poſſunt.

1 STat itaque firma ſententia in foro Saxonico, quod ſucceſſores feudi, qui proprio jure ſimultaneæ inveſtituræ ſuccedunt, æs alienum à defuncto Vaſallo contractum haud ſolvere teneantur Defi-
2 nit. *præced.* † Nimirum, quia ſolummodo illi, qui cauſam ſuccedendi à Vaſallo habent, à Creditoribus conveniri poſſunt; Nam qui cauſam ab aliquo habet, & per factum ipſius ad ſucceſſionem admittitur,
3 ejus factum ratum habere debet, † ſive ſit ſucceſſor univerſalis, ſive ſingularis, *l. cum a matre. 14. C. de R.V. l. ſi quis hac leg. 3. ff. de ſerv. export. ubi* Bartol. Hartman. Piſtor. *part. 2. quæſt. 4. num. 32.* Modeſt.
4 Piſtor. *part. 2. quæſt. 94. num. 3.* † Conſequitur inde, nec feudi noviter à Vaſallo acquiſiti ſucceſſores
5 ad exſolutionem æris alieni obſtrictos eſſe, † ſicet, quia in foro Saxonico ne quidem in feudo novo, Agnati cauſam ſuccedendi à Vaſallo habent, ſed hoc jus ex proprio ſuo facto acquiſivêre, eo ipſo, quo unà cum Vaſallo poſſeſſore de feudo ſe inveſtiri curaverunt, jusque ſimultaneæ inveſtituræ ſub facto impetraverunt, *ſupr.* Conſtit. 45. *Defin. 13. &*
6 *14.* † Quod & haud obſcurè probatur ex mente Illuſtriſſimi Saxon. Elect. in Ordinat. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* Welcher Geſtalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. Und dieſes alles ſoll nicht allei-
7 ne ſtatt haben / ꝛc. † Quamvis diſſentiat Matth.
8 Berlich. *part. 2. concl. 55. num. 85.* † Cujus ſententiam de jure ſaltem communi ſubſiſtere exiſtimaverim, *c. 1. verſ. ſi paternum fuerit. An agnat. vel fil. defunct.* Hart. Piſt. *dict. quæſt. 4. num. 25.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Ob nun wol euer Vetter für ſich/ſeine Erben und Söhne anfänglich und von neuen damit beliehen worden/dannenhero ſelbe Lehngüter nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten pro feudis novis hereditariis gehalten werde/ꝛc. So möget ihr doch die verhandene Erb-Schulden aus den Lehn-Gütern zu zahlen nicht angehalten werden/V.R.W.)

Definit. V.

Filii debita patris ex feudis ſolvere tenentur.

NIhilominus tamen quandoque debita ex feu- 1
dis ſolvi debent, † ſi ſcilicet filii patri in feudo 2
ſucceſſerint, vel debita feudalia habeantur. Unde regulam, quâ ſucceſſores feudi ab exſolutione æris alieni, à Vaſallo defuncto contracti, exemptos dixi, *ſupr.* Defin. 1. duplici modo limitatam velim, † 3
nempe in filiis feudi ſucceſſoribus & debitis feudalibus. *Primò* namque certum eſt, † filios patri in 4
feudo ſuccedentes indiſtinctè ad exſolvenda patris debita teneri *per text. in c. 1. An agnat. vel fil defunct.* † Nec immeritò; Filii namque defuncti pa- 5
tris manes ab omni injuriâ, liberare, ejusque hereditatem etiam haud ſolvendo exiſtentem adire, & pro eo omnia debita ſolvere debent, ne pater ſi aut nullus ei heres extet, vel omnia ejus debita non ſolvãtur, injuria afficiatur: † Quod ſecus eſt in Agna- 6
tis, §. *licet autem Domino 1. ſub fin. & §. ſeq. Inſt. qui & quib. ex cauſ. manumitt. non poſſ.* Roſenth. *de feud. cap. 7. concluſ. 21. num. 18.* Hartman. Piſtor. *part. 2. quæſt. 2. num. 39. & num. 45.* † Nec aliter 7
res ſe habet in foro Saxonico & terris Electoratus; Etſi enim *hæc* Conſtitut. 46. §. *ult.* æquè filios atque agnatos ab exſolutione debitorum hereditariorum eximat, † illud tamen poſtea correctum 8
fuit in Ordinat. Torgenſ. *de An. 1583. tit.* Welcher Geſtalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. Da aber ein Vater bey ſeinem Leben/ꝛc. Ubi expreſsè diſpoſitum, † ut filii in feudo patri ſuccedentes, 9
debita hereditaria, in ſubſidium, ſi bona hereditaria, vel planè nulla extent, vel omnibus Creditoribus non ſufficiant, indifferenter, ſive cum inventario, ſive absque illo bona apprehenderint, ex fructibus feudi, & ſi nec hi ſufficiant, ex ipſo etiam feudo, diſtractione ejus cum Domini conſenſu facta, ſolvere teneantur, uti *ex dict.* Ordin. Torg. ſatis liquet, quam diſtinctè explanat Matth. Berlich. *part. 2. concl. 55. n. 88. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Pauli Gaßmans zu Leipzig / Menſ. Sept. Anno 1583. (Verba ſent. Dafern die Schulden/ davon eure Frage meldet/gebührlichen liquidiret werden möchten/ſo wären gedachtes Hieronymi Preuſers Söhne dieſelbige von der Nutzung ſeines hinterlaſſenen Lehngnts/ dero in eurer Frage angezogenen Urſachen ungeachtet/zu bezahlen ſchuldig/V.R.W.)

Et in cauſa Bernhard Hopffens und Chriſtoph Kempffens zu Torgau/Menſ. Auguſt. Anno 1635. (Verba ſent. Seynd nach Abſterben des Vaters dem Sohne die erkaufften Lehnſtücke alleine zugefallen/ dafern nun das Erbe zu Bezahlung der Väterlichen Schulden nicht zureichen würde / ſo wäre der Sohn die Gläubiger von den Früchten und Abnutzungen der Lehnſtücke zubefriedigen pflichtig. Und wann auch mit Bewilligung des Lehn-Herrns ſelbige Lehn-Stücke wegen der Väterlichen Schulden verkaufft würden / hätte ſich doch der Sohn darüber nicht zu beſchweren/V.R.W.)

DEFINIT. VI.

Filio debita patris ex feudo non solvente, defuncto eo, onus debitorum heredibus allodialibus accrescit.

1 MOrtuo filio patri in feudo succedente, *antequam debita hereditaria paterna ex feudo solveret, inter ejusdem heredes & successores feudales disceptatum fuit, quibusnam onus solutionis*
2 *incumberet?* † Prætendere sanè poterant heredes, filium defunctum patris sui debita hereditaria ex feudo paterno solvere debuisse, adeoque ea in de-
3 bita feudalia fuisse conversa, † quæ procul dubio ex feudo etiam ab agnatis feudi successoribus veniunt solvenda *hâc* Constit. 46. *Definit. seq.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 122. num. 31. 32.* Barth. Camerar. *ad c. Imperialem*
4 *de prohib. feud. alien. per Frider. pag. 42.* † Attamen contra heredes allodiales pronunciarunt Domini, vel saltem propterea, quod hi in locum defun-
5 cti filii successores, ac proinde ut heredes † factum defuncti præstare erant obstricti, *l. cum à matre. 14. C. de R.V. l. si quis hâc lege. 3. ff. de serv. expor-*
6 *tand. l. 1. ubi* Bart. *C. si mancip. ita fuer. alien.* † Nam & aliàs necessitas solvendi æris alieni, soli incumbit heredi *l. 1. C. si cert. petat. l. 2. ff. de hered.*
7 *act.* † non singulari successori, *l. æris alieni. 15. C. de donat. l. 1. §. si heres. 16. ff. ad SCtum Trebell. l. ult. §. 1. ff. de contr. empt.* Nec habebant heredes,
8 de quo conqueri potuissent, † cùm fructus feudi, de quibus debita hereditaria solvi debuissent secundum Ordinat. Torgens. *tit.* Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. Da aber ein Vater bey seinem Lehn/ &c. haud factâ solutione, hereditati ac consequenter ipsis heredibus accesserant, & bona hereditaria longè locupletiora reddiderant;
9 † Quidni ergo ex iisdem etiamnum debita illa ex-
10 solvenda fuissent, juxta regulam vulgatam, † quâ onus sive incommodum sequitur eum, qui commodum sentit, *l. secundum naturam. 10. ff. de reg. jur. l. Pomponius. 13. §. cum quis. 1. ff. de acq. poss. l. un. §. 4. in fin. C. de cad. toll. c. qui sentit. 55. extr. de reg. jur. in sexto.*

Ita Domini in causa Tobiæ à Ponickauens / Mens. Aug. Anno 1631. (Verba sent. So hat bemeldter euer Bruder solche seine Erbschafft auff seine überlebende Mutter bracht und verfället / zuvor aber werden die Väterlichen Erb-Schulden / so euer Bruder aus den Früchten des Lehnguts nebens euch abstatten helffen sollen/ von ihr pro ratâ billich bezahlet/ V.R.W.)

DEFINIT. VII.

Debita seu onera feudalia à successoribus feudi, vel à Domino, ad quem feudum fuit reversum, solvi debent, etsi Vasallus defunctus bona reliquerit hereditaria.

1 DEinde limitatur regula, quâ successores feudi ab exsolutione æris alieni à defuncto Vasallo contracti exemptos dixi *supr.* Defin. 1. In Debitis sive oneribus feudalibus: † Hæc enim 2
agnati sive Successores feudi solvere tenentur, siquidem ea cum hereditate nil commune habent, sed feudo inhærent, *h.* Const. 46. *vers.* In solchen und dergleichen Fällen sollen solche Schulden durch die Lehnsfolger aus dem Lehn vergnüget werden. *Et vers.* So soll diese Schuld durch die Lehnsfolger/ welche solche Lehngüter bekommen / bezahlet werden. Quod & ex rationis identitate ad Dominum feudi extendi velim, † ita ut si feudum illi aperiatur, ad exsolvenda debita feudalia is æque ob- 3
stictus sit, cum Petr. Heig. *part. 2. quæst. 20. num. 45.* Barth. Camerar. *ad c. imperialem de prohib. feud. alien. per Frider. pag. 45. vers. quoniam si dicimus Dominum. & pag. 46. vers. Ex quibus colligite.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 55. num. 80.* † Etenim 4
quia onera feudalia, feudo inhærent, unà cum feudo Domino accrescunt. Ex quo porrò fit, † quod o- 5
nera hæc sive debita feudalia modo non in subsidium, si alia bona hereditaria nulla adsint, ex ipso feudo solvantur, verùm etiam, ubi hereditas solvendo est, † id quod in ditionibus Electoratus Saxonici 6
(excepto casu dotationis filiarum, de quâ *infra* Defin. 17. & legitimæ ex feudo novo emptitio filiabus solvendæ, *infra* Defin. 24.) indistinctè verum est, *h.* Const. 46. *in verb.* Sollen solche Schulden durch die Lehnsfolger aus dem Lehngut vergnügt / und die Land-Erben damit verschonet werden. † 7
Sed de jure communi & Saxonico, in omnibus ac quibusvis debitis feudalibus hoc non procedit, ut dicetur infrà passim, & patet ex traditis Berlich. *dict. concl. 55. &* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 122.*

Ita Domini in causa Marci Siebeneychens von Niemeck/ Mens. Febr. Anno 1627. (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß die jenige Schulden/ davon eure Frage meldet/ rechte Lehn-Schulden seyn; So werden dieselbe/ als welche dem Lehn anhängig / entweder von den Lehnsfolgern/ oder auch dem Lehns-Herrn/ auff n Fall ihme das Lehngut apert wird/ aus solchem Lehn bezahlet und abgestattet/ und die Land-Erben / wenn gleich die verhandene Erbschafft austräglichen ist/ bleiben damit verschonet/ &c.)

Et in causa Wolff Dietrichs von Birckholtz/ Mens. Octob. An. 1635. (Verba sent. Ob nun wol der Birckfeldischen Wittben Forderung anfänglichen vom Erbe herrühret dieweil aber dennoch solche mit Einwilligung des Lehn-Herrns und der Mitbelehnten auff das Lehn versichert/ und also eine Lehn-Schuld daraus gemacht worden/ &c. So wird dieselbe nunmehr aus dem Lehn allein bezahlet/ und die Land-Erben bleiben damit billich verschonet/ V.R.W.)

DEFINIT. VIII.

Solus agnatorum consensus ad feudi oppignorationem datus debitum feudale non facit, nisi & Domini consensus accesserit.

ILlud ergo dubium restat, † *Quænam debita* 1
sive onera dicantur feudalia? † Non admo- 2
dum curo distinctionem inter onera feudi & onera Feudatarii sive Vasalli, traditam à Barthol. Camerar. *ad c. Imperialem de prohibit. feud. alienat.*

alienat. per Frider. pag. 42. Erneſt. Cothman. *vol. 2. conſil. 92. num. 3.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 20. num. 30.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 55. n. 30.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3.*
3 *quæſt. 122. num. 31.* † Quæ diſtinctio nec in jure fundata, nec peculiarem quempiam effectum habet, cùm non niſi onera feudalia ex feudo ſolvenda veniant: Hæc itaque noſſe ſufficiat. † Non autem
4 placet opinio Heigii *dict. quæſt. 20. num. 31.* illa tantummodò onera feudi dicentis, ex quibus utilitas atque emolumentum feudo accedit, cùm nec dotatio filiarum, nec quodvis debitum, pro quo feudum oppignoratur, ei commodum afferat, quæ tamen debita eſſe feudalia nemo facilè negabit. Di-
5 xerim potius, † illa eſſe onera feudalia, quæ ipſi feudo absque jure tamen reali inhærent, quæ qualia
6 ſint ex eorundem relatione apparebit: † PRIMUM, eſt debitum, pro quo feudum legitimè fuit oppignoratum. Wann eine Schuld mit der Lehnsfolger Bewilligung gemacht / und auff die Lehn verſchrieben worden / *h.* Conſt. 46. *verſ.* Wann aber mit ihrer Bewilligung / ꝛc. *ubi* Moller. *n. 2.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 44. n. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 120. num. 24. & in addit. ad* Rotſchitz. *de dot al. art. 26. num.*
7 *14.* † Nam ad ejusmodi debitum exſolvendum ſucceſſores feudi tenentur in ditionibus Electoratus Saxonici, etiamſi bona alia hereditaria extent, De-
8 fin. *præced.* † Quamvis de jure communi feudali ut & de jure communi Saxonico extra provincias Electoris Saxon. ſucceſſores ad id debitum, non niſi in ſubſidium, ſi nempe bona hereditaria haud ſolvendo exiſtentia inventa fuerint, obligentur, Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 44. n. 3.* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 120.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 7. num. 42.*
9 † Hocque onus eſſe feudale tanto certius eſt, quanto magis per oppignorationem afficitur ipſum feudum, adeò ut hoc debitum etiam realiter feudo inhæreat, ſecus ac reliqua onera feudalia, Jac. Schult.
10 *dict. quæſt. 122. num. 31.* † Illud ſolum hic diſceptari ſolet, *An feudum ad hoc, ut debitum habeatur feudale, legitimè dicatur oppignoratum, ſi ſoli agnati oppignorationi conſenſerint, haud accedenti-*
11 *re Domini conſenſu?* † ita voluit Daniel Moller. *hic num. 7.* quod & convenire videtur menti Illu-
12 ſtriſſimi Conſtituentis † *hâc* Conſtitut. 46. *in verb.* Wann aber die Schuld mit ihrer Bewilligung gemacht / ꝛc. ubi non niſi agnatorum con-
13 ſenſus ad oppignorationem feudi requiritur. † Ac certè ſi aliter diceretur, nil novi hæc Conſtitutio diſponeret, cùm & de jure communi, conſenſu Domini & agnatorum feudum obligetur ad hoc, ut ſucceſſoribus feudi onus exſolutionis incumbat,
14 prout pluribus diſputat Moller. *in loc. allegat.* † Verum haud præſumendum eſt, Illuſtriſſimum Electorem Saxoniæ jura feudalia communia & Saxonica, magno conſilio, cura ac ſollici-
15 tudine conſtituta, † quibus ad legitimam ac validam feudi oppignorationem Domini pariter & agnatorum conſenſus requiritur, *c. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Frider.* Gloſſ. in Lehnrecht *cap. 55. num. 6.* uno quaſi verbo evertere voluiſſe *arg. l. ſi quando. 35. in pr. C. de inoff.*
16 *teſtam.* † præſertim cum nullam ejus mentionem diſertè faciat; ut proinde nulla juris correctio
17 ſit inducenda, *l. præcipimus. 32. in fin. C. de appellat. l. ſancimus. 27. C. de teſtam.* † Quin potius quod verbis *h.* Conſtitut. deeſt, ex jure illo communi ſupplendum dixerim, *arg. l. ſed & poſteriores. 28. ff. de lb.* † Quamvis nec hoc omninò ab Illuſtriſſimo
18 Conſtituente neglectum putarim, ſi verba ejus (auff die Lehn verſchrieben/) benè perpendantur, quibus ſi non expreſsè, at ſaltem tacitè Domini conſenſus includitur, † cùm ejusmodi actus obli-
19 gationis feudalis ſolennis absque conſenſu Domini nunquam habeatur validus, ut demonſtrat pluribus Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotſchitz. *dict. artic. 26. num. 27. & ſeqq. ubi reliqua* Molleri *argumenta doctè refellit.* † Certè illud, quod aliàs
20 Conſtit. *hæc 46.* nil novi adderet, haud magni momenti eſt, cum id potiſſimum Elector Illuſtriſſimus ſancire voluerit, ut omnibus illis caſibus, *in hac* Conſtit. recenſitis, feudi ſucceſſores debita ſolvere teneantur, † etiam ſi alioquin hereditas æri alieno
21 ſufficeret, quod de jure communi & Saxonico longè aliter ſe habere modò dixi. Sufficit ergò, Conſtitutionem hanc in eo novæ ſanctionis haud deſtitui
22 effectu. † Illud tamen conceſſerim Moller. *hîc num. 7.* pro pecuniâ nempe mutuo per Vaſallum in uſum ac emolumentum feudi acceptâ, ſine ſpeciali Domini conſenſu, feudi ſucceſſores validè obligari. † Sed ex alio capite ac fundamento, quo nec
23 agnatorum conſenſus, quin nec oppignoratio expreſſa ulla requiritur, nempe quia pecunia in feudi utilitatem converſa fuit: † Quæ ratio peculia-
24 re onus feudale facit, ut patet ex *hac* Conſtit. 46. *verſ.* Oder es wären dieſelbe Schulden in nützliche Beßerung des Lehnguts gewendet / ꝛc. *Vid. infr.* Defin. 26.

Ita Domini in cauſa Hanſen Ernſt Schultzen zu Moßbach/ Menſ. Dec. Anno 1631. (Verba ſent. Ob nun wol hiebevor/als ſelbige Lehngüter von eurem Bruder Jobſt von Hoſpoden verpfänder worden / ihr als der näheſte Agnat darein verwilliget/ꝛc. Dieweil aber dennoch Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen/unſer gnädigſter Herr/als Lehnherr/ in angeregte Verpfändung nicht gewilliget/ noch darüber Conſens ertheilet / ꝛc. So iſt ſelbige Verpfändung zu Recht gantz unkräfftig/ꝛc.)

DEFINIT. IX.

Agnatus licet in feudi oppignorationem conſenſerit, attamen ſi domini conſenſus non intervenerit, feudo ſibi aperto ad exſolutionem debiti haud obligatus eſt.

1 DEficiente ergò Domini conſenſu, oppignoratio feudi haud valida eſt, licet agnatus ſimultaneè inveſtitus in oppignorationem conſen-
2 ſerit, Defin. *præced.* † *At nonne agnatus ſaltem ex ſuo aſſenſu Creditori obſtrictus erit, ita ut feudo jure ſucceſſionis ad ſe devoluto ad debiti ſolutionem ex feudo præſtandam teneatur?* † ita quidem ſentit
3 Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 45.* multis in hanc rem adductis rationibus, quæ omnes eò collimant, † quod agnatus ex conſenſu ſuo obligetur, *l. 1. & tot. tit. ff. de O. & A. l. 1. ff. de præſcript. verb.* Qui conſenſus ſupervacaneus eſſe non de-
4 bet, † quippe cum actum fruſtratorium leges non
5 admit-

admittant, *l. hæc ſtipulatio 14. §. divus quoque 1. ff. ut legator. nom. cav.* Panorm. *in cap. cum Eccleſia. 3. num. 37. Extr. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* † Et
6 nemini contra pactum ſuum venire licet, *l. poſt mortem. 25. ubi* Bartol. & Dd. *ff. de adopt. l. per fundum. 11. ff. de ſerv. ruſt. præd. l. 13. ff. commun.*
7 *prædior. l. 14. C. de R. V.* † Verùm, ut rectè dicit Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotſchitz. *art. 26. num. 44.* æquitatis quandam hæc opinio contiⁿ net ſpeciem, juris nihil. † Advertere namque debuiſſet Rauchbar. præcipuè intentionem ac mentem agnati eſſe inſpiciendam, qui certè oppignorationi conſenſum ideò tantum videtur adhibuiſſe, ut conſiſteret oppignoratio feudi, non ut ipſemet ob-
9 ligaretur; † Ergò conſenſus iſte non eò trahi poteſt, ut obligatio quædam perſonalis in Agnati per-
10 ſonâ conſtituatur, † facta enim agentium non extenduntur ultra eorum intentionem, *l. non omnis. 19. in pr. ff. ſi cert. petat.* Dec. *in l. 1. num. 38. ff. de*
11 *offic. ejus cui.* † Atqui nec oppignoratio feudi ob deficientem Domini conſenſum valida eſt, ne quidem in perſonâ agnati conſentientis, ut putat
12 Rauchb. *dict. quæſt. 45. n. 18.* † Quia deficiente formâ ac conditione totus oppignorationis actus corruit, *l. qui heredi. 44. l. Mævius 55. ff. de condit. & demonſtr.* Tiraquell. *in l. ſi unquam 8. verb. revertatur. num. 55. C. de revoc. donat.* Seraphin. de Se-
13 raphin. *de privil. juram. privil. 17. num. 8.* † nec res una eademque maximè individua, ut eſt oppignoratio rei, duplici jure cenſeri ac in unâ perſonâ valere, in aliâ verò annullari poteſt, *l. eum qui ædes. 23. ff. de uſurpat. & uſucap. c. cognovimus. 29. in fin. cauſ. 12. quæſt. 2. cap. 30. extr. de decim.* Teſſaur. *deciſ.*
14 *249. num. 10.* † Nullo ergò jure, vel actione nec perſonali, nec reali, Creditor adverſus agnatum experiri, eumque ad exſolutionem debiti adigere poteſt, ut pluribus differit Jacob. Schult. *in dict. art. 26.* Georg. Rotſchitz. *n. 46. & ſeqq.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent. So iſt ſolche Verpfändung gantz unkräfftig / dannenhero ihr als itzigen Beſitzer des Lehnguts / unangeſehen euers darzu gegebenen Conſenſus und Verwilligung / von dem Creditore beſtändiger Weiſe nicht belanget / noch die von eurem Bruder gemachte Schuld zu zahlen / zu Recht angehalten werden möget / V. R. W.)

Definit. X.

Tenetur tamen Agnatus, in feudi oppignorationem conſentiens, ſi unà & expreſſè ad ſolutionem ſe obligaverit, deficiente licet Domini conſenſu.

1 ALiud dicendum puto, ſi Agnatus in feudi oppignorationem conſentiens, debiti ſolu-
2 tionem verbis expreſſis promiſerit. † Etſi enim tum non magis oppignoratio ſubſiſtat, adeoq; ob deficientem Domini conſenſum, nec ipſum agnatum conſentientem obſtringat, juxta tradita
3 Definit. *præced.* † Attamen, ſi feudum poſtea jure ſucceſſionis ad eum devolvatur, vel ſaltem ex promiſſione ſolutionis perſonaliter obligatus erit ad præſtandam ex feudo debiti exſolutio-
4 nem. † Subſiſtit namque hoc caſu per ſe obligatio, ipſumque promittentem obſtringit, licet oppignoratio invalida ſit, *l. 1. & tot. tit. ff. de O. & A. l. 1. ff. de præſcr. verb.* † Et eatenus vera eſſe poteſt ſententia Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 45.* quæ aliàs vix jure defendi poterit, ut demonſtravi Definit. *præced.* † Nam, quæ ratio obligationem excludit, conſenſus ſcilicet ad inducendam obligationem perſonalem deficiens, haud obſcurè hoc caſu ex factâ promiſſione ſolutionis elici poteſt, † cui promiſſioni ex poſt facto haud contravenire licet *l. 14. C. de R. V. l. 13. ff. comm. prædior. §. ult. Inſt. de fideic. hered. Adde Deciſ. Elect. noviſſ. 67.*

5 6 7

Ita Domini in cauſa Dorotheen gebohrnen von Starſchedelin / Hanſen Albrechts von Holläuffers Hausfrauen / M. Sept. Anno 1627. (Verba ſent. Ob nun wol der Lehnsfolger darwider einwenden thut / daß der Lehn-Herr in die Verpfändung nicht gewilliget / und dannenhero die Zahlung aus dem Lehn nicht geſchehen dörffe; dieweil aber dennoch er der Lehnsfolger in ſolche Verpfändung conſentiret, und ſich darneben ausdrücklich verpflichtet / daß er euch in der Zahlung nicht hinderlich ſeyn / noch ſich des Lehns / ehe und zuvor ihr der geliehenen 600. Reichsthlr. an Capital und Intereſſe befriediget / anmaſſen wolle / ꝛc. So iſt er euch auch von der Nutzung des Lehns die Zahlung zu leiſten ſchuldig / und hat ſich mit ſeinem Einwenden beſtändiger Weiſe darwider nicht zu behelffen / V. R. W.)

In cauſa Joachimi Henrici von der Sahla zu Schönfeld / Menſ. Majo, Anno 1634.

Et in cauſa Domini Donati à Freiwald / contra Nobiles ab Ende / Menſ. Mart. Anno 1635.

Definit. XI.

Dominus ex feudo conſenſu ſuo cum clauſulâ tamen: (ſuo jure ſalvo) oppignorato, ſibiq; aperto, æs alienum exſolvere tenetur.

DOminus oppignorationi feudi conſentiens 1
feudo ſibi aperto ipſemet debitum ſolvere tenetur, ut pluribus argumentis ac rationibus probat Hartman. Piſt. *part. 2. quæſt. 28.* † Quod & verum, etiamſi addita ſit clauſula (*ſalvo ſuo jure,*) daß es ihme unſchädlich ſeyn ſoll; *Vel:* daß der gegebene *Conſens* dem Lehn-Herrn / ſeinen Rechten und Gerechtigkeiten auff alle Fälle unnachtheilig und unverfänglich ſeyn ſolle / ꝛc. Petrus Heig. *part. 2. quæſt. 20. num. 2. 3.* Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 48. num. 32.* † Conſentiens namque omni ſuo 3
juri, quo actum illum quovis modo impedire poterat, renunciaſſe ac negotio illi validiſſimum robur addidiſſe cenſetur, quod certè clauſula appoſita immutare nequit, † ne aliàs repugnantia inducantur & Dominus conſentiens obligationi, ac in conſequentiam alienationi, videatur ſibi contradicere, & quod una manu præbuit, per alteram auferat, & in continenti ſemetipſum corrigat, *l. non ad ea. 89. ff. de condit. & demonſt. l. ult. C. de novat. l. 27. §. pactus. 2. ff. de pact.* † Nec tàm ratione perſonæ 5
obligantis, quàm vel maximè ejus, cui res eſt obligata, conſenſus datus cenſetur, Jaſ. *in l. ult. C. de SS. Eccleſ. n. 33.* Matth. de Afflict. *deciſion. 112. num. 8.* in cujus perniciem & fraudem nil attentari debet, *arg. c. indultum. 17. de Reg. jur. in ſexto.* † Neque clauſulæ illius vis hoc efficiet, 6
ut effectum non habeat facta oppignoratio; Ad quid enim conſenſum à Domino

in

in ipso contractu impetratum dicemus, quàm ut debitum quovis casu eveniente exigatur, & feudum absque alio Domini consensu distrahatur? Matth. de Afflict. *decis. 335. n. 19. & 20.* Hart. Pist. *p. 1. quæst. 15. num. 55.* † Interim hæc clausula effectu suo non destituitur, sed intelligitur reservare Domino jus Vasallitium, omniaque alia jura, quæ remissione ac concessione istâ non continentur, quæque in genere verisimiliter quis concedere non solet, putà: Die Regalien / hohe Botmäßigkeit/Lehns- und Landes-Fürstliche Gerechtigkeit / Ritterdienste und dergleichen/ &c. *arg. l. obligatione generali. 6. ff. de pignor.* Heig. *dict. quæst. 20. n. 10.* Pistor. *dict. num. 32.* † Sicut & aliàs clausula illa (*Salvo jure consentientis*) in omni actu non comprehendit illa, de quibus in specie dispositum est, sive quæ in consensu expressa & concessa sunt, sed alia, quæ non sunt in concessione seu confirmatione denominata, Camerar. *in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frider. pag. 266.* Rol. à Vall. *vol. 3. consil. 3. num. 73.* † Neutiquam ergò clausula illa alium debet effectum operari, vel talem, ut præcedentibus specificatis adversetur, prout pluribus hoc demonstr. Heig. *dict. quæst. 20. num. 16. & seqq.* elegantes rationes adducens, & Wittebergensium pronunciatum referens.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Ita Domini in causa Marci Siebeneychens von Nicmeck/ Mens. Febr. An. 1627. (Verba sent. Immassen denn auch zuförderst die vor consentirte Lehnschulden / so wol von den Lehnsfolgern/als dem Lehnherrn selbsten / wann ihnen das Lehn anheim fället/ unangesehen er anderer Gestalt nicht / als seinen Rechten auff allen Fall unschädlichen/in die Verpfändung gewilliget und consentiret, aus solchem Lehngute billich bezahlet werden/B.R.W.)

Definit. XII.

Agnatus, qui feudum sibi oppignoratum habet, consentiens, ut & alteri oppignoretur, jus pignoris haud remisisse censetur.

1 QUi cum debitore ratione feudi semel investitus est, istudque feudum etiam debiti nomine oppignoratum habet, si consentiat, ut illud alteri quoque obligetur & oppignoretur, jus pignoris sui per id neutiquam videbitur remisisse, ut docet Hart. 2 Pist. *part. 3. quæst. 17. per totum.* † Siquidem agnatus simultaneè investitus ad consentiendum requisitus ideò censetur consensisse, ut feudum, quod alioquin sine consensu ejus jure non poterat oppignorari, *cap. 1. de alien. feud. pater.* Constitut. 3 Elect. *45. §. ult. p. 2.* alteri validè obligetur. † Ob hanc itaque causam præstitus consensus ad finem alium extendi haud debet, *l. age cum Geminiano. 3. ubi* Dd. *C. de transact. l. 1. & l. si pupillorum. 7. ff. de reb. eor.* † Quia causa limitata limitatum producit 4 effectum, *l. 2. §. 7. vers. corporis debilitas. ff. de vacat.* 5 *muner.* † omnisque actus ex causa, quâ ad gerendum negotium quis fuit commotus, interpretationem recipit, *l. adigere. 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron.* Nam & aliàs de renunciatione generaliter traditum est, † illam strictè esse interpretandam *l. si unus. 27. §. 4. vers. ante omnia. l. emptor. 47. §. Lucius. 1. ff. de pact.* ideoque si alicui plura beneficia in unâ eâdemque re competant, licet uni renunciaverit, † non statim propterea alteri renunciâsse censetur, *l. si domus. 21. ff. de S. V. P. l. nec is qui. 17. §. 1. ff. de acquir. hered. l. quoties duplici. 91. ubi* Dd. *ff. de R. jur.* † Idque tanto minus, quanto certius est, renunciationē seu remissionē juris, donationis vim obtinere *l. contra 25. §. si filius. 2. ff. de pact. l. 1. ff. de transact.* † Sed nunquam in dubio præsumitur donatio *l. cum de indebito. 25. ff. de probat.* Plura si velis de hâc re, *vid.* Hartm. Pist. *dict. quæst. 17.* † Hocque minus dubii habet in provinciis Electoratus Saxonici propter claram sanctionem Illustrissimi Electoris in Ordin. process. judic. *tit. 46. §.* Da aber einer.

7 8 9 10

Ita Domini in causa Michael Salens zu Oveis/Mens. Febr. Anno 1630. (Verba sent. Seyd ihr mit Conrad Revel in auff seinem Gute von dem Lehn-Herrn zugleich mit in die gesamte Hand genommen worden/und als gedachter Revel Geldes benöthiget gewesen/und von euch 500. Reichsthlr. erborget/hat er euch mit Einwilligung des Lehnherrns auff selbigem Lehngut Versicherung gemacht. Ob nun wol Revel nachmals auch von andern gewisse Summen Geldes auff sein Lehngut geborget und auffgenommen / ihr auch als Mitbelehnter darein consentiret &c. So mag doch selbiger euer Consens weiter nicht als auff die Verpfändung verstanden werden / und ihr habt euch demnach dadurch euers auff dem Gute erlangten Unterpfandes nicht begeben / sondern werdet den andern Gläubigern in der Bezahlung von dem Lehngute billich vorgezogen/ B.R.W.)

Et in causa M.H. à S. Mens. Aug. Anno 1636. (Verba sent. Hat N.N. eine Pfandsgerechtigkeit mit Consens des Lehnherrns auff einem Lehen-Gut / daran er auch die gesammte Hand hat/erlanget. Ob er nun wol hernacher als ein Lehenfolger in eines andern Creditoris Schuld gewilliget; Dieweil er aber dennoch sich seines prioritätischen Pfandrechtens darneben ausdrücklichen nicht begeben/ &c. So mag auch der jüngere Creditor ihme in der Zahlung nicht vorgezogen werden/B.R.W.)

Definit. XIII.

Debitum Vasalli ad elocationem filiarum aut sororum contractum, à successoribus feudi, non heredibus allodialibus, exsolvendum est.

1 SEcundum feudi onus est debitum ad elocationem filiarum aut sororum contractum, Quod in terris Electoratus Saxonici à successoribus feudi 2 exsolvendum est, † etiamsi hereditas solvendo existat, *h.* Const. 46. *vers.* Oder da die Schuld wegen Aussteurung der Töchter oder Schwestern auffgenommen/ &c. † Quamvis aliàs de jure com- 3 muni & Saxonico hoc onere successores feudi non nisi in subsidium graventur, si nulla bona allodialia adsint, ut videre est apud Matth. Berlich. *part. 2. concl. 55. n. 39. 40. 41.* Mod. Pist. *vol. 1. consil. 5. n. 22.* † Hocque debitum ex bonis feudalibus exigi, ne- 4 mo iniquum existimaverit, quum & dotatio filiarum, si bona hereditaria nulla supersint, successoribus feudi incumbat, Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 37. num. 1.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. q. 122. n. 33.* † Quidni ergò exsolutio quoque debiti 5 ad dotationem filiarum contracti, & sic in feudum quasi conversi, *h.* Const. 46. *vers.* in nützliche Besserung des Lehnguts gewendet/ &c.

Ita Domini in cauſa Curatoris filiæ Jahn von Schleinitz zu Graupzig/Menſ. Sept. Anno 1581. (Verba ſent. Iſt Jahn von Schleinitz verſtorben/und hat eine Tochter/und ſeine Vettern und Lehnsfolger ſammt etlichen Schulden nach ſich verlaſſen / da nun ſolche Schulden zu ſeiner Schweſtern Ausſtattung und Ehegeld auffgenommen und angewendet worden ; So wären ſeine Vettern und Lehnsfolger dieſelben Schulden / ungeachtet ſie darein nicht gewilliget/zubezahlen pflichtig / und ſeine Tochter möchte damit nicht beſchweret werden/V.R.W.)

Definit. XIV.

Expenſæ quoque nuptiales ad elocationem filiarum, & cognatarum mutuo acceptæ, ex feudo reſtituendæ ſunt.

1 NOlo tamen hoc debitum ad ſolam dotationem filiarum reſtringi, ſed & ſumptus nuptiales, aliæque expenſæ ad veſtes comparandas
2 factæ eo comprehenduntur, † ita ut ſumtus ejusmodi vel expenſas mutuo acceptas feudi ſucceſſores ſolvere teneantur, nec heredes allodiales iis gravenˉ
3 tur, non ſolum ex rationis identitate, † ſed & propter verba generalia *h.* Conſtit. 46. (wegen Ausſteurung der Töchter) quæ ſanè verba omnes omninò ſumptus in elocationem factos denotant,
4 † quod & uſus fori Saxonici hactenus comprobavit : Ac licet verba illa de filiabus & ſororibus ſolummodo loquantur, † quin tamen de aliis quo-
5 que cognatis mulieribus in gradibus ulterioribus conſtitutis accipi debeant, nemo facilè dubitabit,
6 † cum mens fuerit Conſtituentis Illuſtriſſimi, ſingulos quosque feudi ſucceſſores, in quocunque etiam gradu remotiori hi fuerint poſiti, quin & extraneos ſimultaneè inveſtitos, onere elocationis gravari, ut ex verbis Conſtitutionis manifeſtum eſt

Ita Domini ad requiſitionem Johannis VVeimers zu Annaberg/Menſ. Sept Anno 1621. (Verba ſent. Ob er nun wol über das Lehn auch etliche Erbgüter nach ſich verlaſſen/der Lehnsfolger auch in die gemachte Schuld nicht gewilliget ; dieweil aber dennoch ſolche Schuld zu Ausſteurung des Schuldeners / Cornelii von Ryxlebens Brudern Tochter / und Erlegung 1000. fl. Hochzeit- und Schmuck-Gelder hat müſſen gemacht und auffgenommen werden/ꝛc. So iſt auch mehrberührter Lehnsfolger obangeregte Schuld zuſammt der Zinſen aus dem Lehn zu erſtatten ſchuldig / und es bleiben die Land-Erben damit billich verſchonet/V.R.W.)

In cauſa Joachimi Friderici à Bardeleben/Menſ.Oct.Ann. 1634. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch beydes dieſe Poſten/als auch das Schmuck- und Hochzeitgeld zu Ausſtattung und Abfindung der Töchter angeſetzt und verſprochen worden/dannenhero ſelbige Schulden vor rechte Lehnſchulden/dergleichen die Lehnsfolger/unangeſehen ſie darein nicht gewilliget/aus dem Lehn zu zahlen verbunden ſeyn/billich geachtet werden/ꝛc. So hat ſich auch vorberührter N. N. mit ſeinem Einwenden nicht zu behelffen/ꝛc.)

Et in cauſa Henrici Liſts zu Rackith, Menſ. Febr. Anno 1635.

Definit. XV.

Dos ſaltem promiſſa ex feudo ſolvi debet.

1 NOn ſaltem verò debitum dotis jam ſolutæ causâ contractum, ſed & promiſſio dotis ad hoc feudi onus pertinet, ita ut ex feudo dos promiſ-
2 ſa exſolvi debeat, † ſcilicet, quia regulariter onus dotationis ſucceſſoribus feudi incumbit, ut dicam Defin. *ſeq.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Pi-
3 ſtor. *part.3.quæſt.122. num. 33.* † Nec ad rem facit, quod ex promiſſione obligatio perſonalis oriatur, quæ in heredes quidem tranſit allodiales, *l.ult.C. de hered. act.l.1.C.ſi cert.petat.* † at ſucceſſorem ſin-
4 gularem haud ſequitur, *l.ult.§.1.ff.de contr.empt.l.1. §.ſi heres. 16.ff. ad SCtum Trebell.* Anton. Fab. *in Codic.lib.4.tit.42. defin. 7.num.13.* † Nego enim,
5 obligationem Vaſalli patris de dotandâ filiâ eſſe merè perſonalem: vel propterea, † quod defun-
6 cto patre, filia ſucceſſores feudi, quin & tertium poſſeſſorem, ad quem feudum pervenit, ad conſtituendam ſibi dotem ex feudo convenire queat,
7 Hart. Piſt. *part.2.quæſt.37.num.9.* † Adeoque debitùm hoc dotis promiſſæ non omninò perſonale exiſtimatur, ſed veluti in rem ſcriptum, licet per ſe
8 reale non ſit, † ſed ſucceſſoribus feudi occaſione rei incumbat, *l.metum.9.§.ult.ff.quod met.cauſ.l.3. l.theſaurus.15.ff. ad exhib.* Piſt. *dict. loc.* Petr. Heig. *part.2.q.20.num.41.*

Ita Domini in cauſa heredum Johannis Henrici à Brandenſteins/Menſ. Dec. Anno 1623. (Verba ſentent. Hat Frau M. nunmehr länger denn vor dreyen Jahren ſich mit H.A. à VV. in ein Ehegelöbnüß eingelaſſen/ dabey dieſes abgeredet worden / daß derſelbigen Vater ihrem zukünfftigen Ehemann 600. fl. zur Mitgifft / 300. fl. vor die Kleidung/ und 300. fl. vor die Ausrichtung der Hochzeit/ binnen Jahr und Tag/nach gehaltenen ehlichen Beylager mit zugeben ſchuldig ſeyn ſolte/ welche Gelder er aber bey ſeinem Leben nicht abgeſtattet/ ꝛc. So iſt ſolche Schuld Inhalts Churfürſtl. Sächſ Conſtitution vor eine Lehnſchuld zu achten/derowegen der Lehnsfolger dieſelbe abzutragen pflichtig/und die Landes-Erben bleiben damit billich verſchonet/V.R.W.)

It. in cauſa Henrici Liſts zu Rackith, Menſ. Febr. Ann. 1635. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch nicht verneinet werden kan/daß der verehlichten Tochter über das Ehegeld der 1000. fl. noch 1000. fl. fernere Entrichtung und Mitgifft zugeſagt/ und alſo eine Schuld zu ihrer Ausſtattung gemacht worden / welche vermöge Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution aus dem Lehn/unangeſehen daß das Erbe zureichet/abzuſtatten/ꝛc. So ſeyd ihr auch ſolche zu der Töchter Ausſtattung verſprochene Gelder/wañ gleich das Erbe zur Zahlung zureichen möchte/ aus dem Lehn abzurichten ſchuldig / und habt euch darwider beſtändiger Weiſe nicht zu behelffen/V.R.W.)

Et in cauſa Joachimi Friderici à Bardeleben, Menſ. Oct. Anno 1634.

Definit. XVI.

Filiæ non niſi in ſubſidium, & ſi hereditas non ſufficiat, ex feudo educandæ, dotandæ & elocandæ ſunt.

1 TErtium feudi onus eſt Educatio, Dotatio & Elocatio filiarum, Hartman. Piſtor. *part. 2.quæſt.37.num.1.* Andr. Gail. *lib.1. obſerv.112.n.7.*
2 Herm. Vultej. *lib.1. de feud.cap.9.num.57.* † Quod à priori onere, dotationem jam factam ac de-
3 bitum inde contractum concernente, de quo *Supr.* Defin. 13. nonnihil differt. † Debitum ſiquidem illud ratione elocationis jam factæ contractum ex feudo ſolvi debet, etiamſi alia bona here-

hereditaria supersint, perinde ut in aliis debitis feudalibus in terris Electoratus Saxonici fieri videmus,
4 secundum *hanc* Constit. 46. *Supr. defin. 7.* † Hoc verò onus, Educatio scilicet, Dotatio & Elocatio filiarum adhuc futura, etiam in ditionibus Electoratus Saxonici non-nisi in subsidium, deficientibus nempe bonis hereditariis, feudi successoribus incumbit, Ordin. proces. judic. Elect. Saxon. *tit. 45.* §. Es trägt sich auch. *vers.* Wofern sie sich an
5 den Erbgütern nicht zu erholen. † Etenim quoties Vasallus vel nulla bona allodialia, vel adeo exigua reliquerit, ut filiabus alendis & elocandis non suffi-
6 ciant, † æquitatis ratione fuit introductum, & longævâ consvetudine comprobatum, ut filiæ ex feudo sustentari, ut & si nupserint, dotari ac elocari, aut saltem, quod hereditati deest, ex feudo suppleri debeat, Hartman. Pistor. *q. 37. num. 1.* Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 5. n. 22.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 38. n. 1.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 28. num. 4. & decis. 213. num. 1.* Jacob. Thoming. *vol. 1. consil. 15. num. 38. & 46. & vol. 2. cons. 9. n. 43. & 47.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Mod. Pist. *p. 3. q. 122. n. 86.* Joh. Schneidew. *ad §. fuerat. num. 97. inst. de action.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 25. n. 62.* Schurff. *cent. 1. consil. 24. n.*
7 *1.* † Quare non immeritò hoc onus feudale appellatur, eoq; non solùm frater & agnatus quivis, ad quē feudum devolvitur, sed etiam Dominus, quando ei aperitur feudum, gravari solet, Pist. *dict. quæst. 37. num. 1.* Joh. Schneidevvin. *in §. fuerat. 29. Inst.*
8 *de action. n. 97.* † Attamen, ut modo dixi, non nisi in subsidium, si bona allodialia non adsint, vel non sufficiant. Quod nec aliter in terris Saxon.
9 observatur, secundum tradita Moller. *hic n. 13.* † Quin & si postea fratres feudalia bona cum consensu Domini & agnatorum aliis hypothecaverint, nihilominus hisce filiæ ratione elocationis præferendæ erunt ex dispositione manifestâ Elector. Saxon. *dict. tit. 45.* Ordin. proc. judic. §. Es trägt sich auch/ &c.

Ita Domini in causa Friderici VVilhelmi à Vippach, Mens. Jan. Anno 1629. (Verba sent. Da nun die Erbschafft eurem Bericht nach also nicht beschaffen/ daß die Töchter daraus ihren Unterhalt / Ehr/ Schmuck/ und Hochzeitgeld nothdürfftig und der Gebühr nach haben können/ &c. So werden sie aus den Lehngütern selbiger Forderungen wegen billich befriediget und ausgestattet.)

It. in causa Johann Brambachs zu Quedlinburg/ Mens. April. Anno 1635. (Verba sent. Weil allem Ansehen nach/ die Erbgütere zu Bezahlung der Schulden nicht zureichen/ so seyn die Lehnfolger den Töchtern ihre nothdürfftige Alimenta auff Ermäßigung des Lehnherrns/ aus dem Lehn zu reichen schuldig/ V. R. W.)

It. in causa Caspari à VVatzdorffs, Mens. April. An. 1561. (Verba sentent. Dieweil euer Weib an Erbe von ihrem Vater so viel bekommen hat/ daß sie davon/ ihrem Stande und Herkommen nach / ehrlich hat können unterhalten und ausgestattet werden / So seyn ihrer Brüder Vormunden nicht schuldig gewesen / sie aus den Lehngütern zu unterhalten/ oder auszustatten/ V. R. W.)

It. in causa Hansen Henrichs von Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1600. [Verba sent. Und da an Erbgütern so viel verhanden/ daß die Tochter davon/ ihrem Stande und Herkommen nach/ ausgestattet werden kan/ So bleiben die Lehns-Erben damit billich verschonet; Sonsten aber seyn sie sol-

che Ausstattung auff Ermäßigung des Lehnherrns aus dem Lehn zu verrichten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Matthes Sellfischens zu Wittenberg / Mens. Majo, Anno 1616.

It. in causa Henrici Lists zu Rackith, Mens. Febr. Anno 1635.

Definit. XVII.

Ex feudo non sunt dotandæ filiæ in concursu creditorum, ante exsolutionem æris alieni, nisi consuetudine aliud sit introductum.

NOlo tamen hoc aliter accipi, quam si bona 1
feudalia ad exsolutionem æris alieni sufficiant: † Cæteroquin, in concursu Creditorum, filiæ 2
ex feudo dotationem atque elocationem petere haud valent, priusquam debita feudalia fuerint exsoluta, ut bene sentit Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 38. num. 48. & 49.* † Nimirum, quia dos non debe- 3
tur filiabus, antequam Creditoribus paternis fuerit satisfactum, *l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. ff. de inoff. testam.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 119. n. 11. & observ. 120. num. 2.* † Quin & pro modo facultatum patris, dos 4
constitui debet, *l. quæro. 60. l. cum post divortium. 69. § gener. 4. ff. de jur. dot. l. si filiæ. 43. ff. de legat. 3.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 37. num. 11.* † Nullæ au- 5
tem intelliguntur facultates, nisi quæ post exsolutum æs alienum supersunt, *l. mulier. 72. ff. de jur. dot. l. subsignatum. 39. §. 1. ff. de V. S.* † Planè, si consuetu- 6
dine alicujus provinciæ aliud fuerit introductum, ut scilicet filiæ etiam in concursu Creditorum ante exsolutionem æris alieni ex feudis elocentur, quin tum consuetudini inhærendum sit, non multùm dubitaverim, † quia consuetudo patriæ potissimum 7
attendenda est, *ut in l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 20. ff. de ædil. edict.* & est optima legum interpres, *l. minimè. 23. l. si de interpretatione. 37. ff. de lb.* Hart. Pist. *dict. quæst. 37. num. 17.*

Ita Domini in causa Christophori von Kuhnheisens Töchter contra derselben Creditores zu Cüstrin/ Mens. April. 1635. (Verba sent. Wie denn klagende Töchter einige Mitgifft oder Ausstattung aus denen den Creditoren verholffenen Lehngütern/ ehe und zuvor dieselbe befriediget / zu fordern nicht berechtiget; Sie können dann wie Recht erweisen/ daß in der Chur und Marck Brandenburg durch beständige Gewonheit über Rechtsverwährte Zeit herbracht / und iedesmal unverbrüchlich gehalten worden/ daß den Töchtern aus den Väterlichen Lehngütern / in Mangelung des Erbes/ ein gewisses zu ihrer Ausstattung/ auch in dem Fall/ wann ein Concursus Creditorum verhanden/ gereichet werden müssen / dessen genössen sie auff den Fall billich/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Quantitas dotium arbitrio & moderationi Domini feudorum committitur, si de hác inter partes non convenerit.

APud nostrates longissimo usu inoleviss, ait 1
Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 37. num. 18. & post eum* Petr. Heig. *p. 1. quæst. 25. num. 67.* ut filiabus

ex

ex feudo exigua dos conſtitui ſoleat, adeò ut licet quis feudum poſſideat magni pretii, rarò tamen ultra mille florenos, ſæpius vero minus filiæ in dotem
2 dari conſueverit. † Cum quo convenit pronunciatum Curiæ ſupremæ harum provinciarum, quod de feudo, tria millia florenorum valente, ſororibus ad minus dos conſtitui debeat quadringentorum florenorum, cujus meminit Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 213.*
3 *num. 3.* † nimirum ut familiæ conſerventur & liberis conſulatur, qui alioqui, ſi dotes amplæ conſtituerentur, propter dotalitium, quod viciſſim dos exigit, maximo prægraverentur onere, adeò, ut defunctis parentibus feuda paterna rarò conſervare
4 poſſent; † Unde & natum illud proverbium: Reiche Weiber/Arme Kinder. Piſt. *dict. quæſt. 37.*
5 *num. 18.* † Non facilè ergò à patriæ conſuetudine recedendum erit, *l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſi-*
6 *dua. 20. ff. de ædil. edict. l. minimè 23. ff. de lib.* † Nihilominus tamen etiam in dotis æſtimatione ad facultates dotantis, dignitatem parentis, qualitatem mulieris & mariti, nec non liberorum numerum reſpiciendum, & ex hiſce aliisque circumſtantiis conſuetudo illa maximoperè temperanda eſt, ut docent Hartm. Piſtor. *dict. q. 37. num. 11. & ſeqq.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 213. num. 1. & deciſ. 28. num. 4.*
7 Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 38. n. 1.* † Sanè ſi de dotis quantitate inter partes non convenerit, arbitrio & moderationi Domini feudorum committendum eſt, ut conſideratis circumſtantiis modò commemoratis, dotes æſtimet, Ordin. proceſſ. judic. Elect. Saxon. *tit. 45.* §. Es trägt ſich auch/ *in fin. verſ.* Jedoch daß mit ſolcher Ausſtattung/ꝛc.
8 † Quippe cujus plurimùm intereſt, feuda nimium haud onerari, Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 37. num. 16.* Rauchb. *dict. deciſ. 38. num. 1.* Dan. Moller. *hic*
9 *num. 13.* Coler. *dict. deciſ. 213. num. 2.* † Quod non ſolùm in dotis, ſed & alimentorum aliorumque ſumptuum in elocationem filiarum faciendorum æſtimatione, in ditionibus pariter Electoratûs ac aliis in locis fori Saxonici ita obſervari, experientia docet.

Ita Domini in cauſa Günthers à Niſchvvitz / Menſ. Jul. Anno 1611. (Verba ſent. So iſt der ietzige Beſitzer und Lehnsfolger euer Weib ihrem Stande und Herkommen nach aus dem Lehngut Kreiſcha/ wofern ſonſten ihr Vater ſo viel an Erbe nicht verlaſſen / daß ſie ihre Mitgifft und Adeliche Ausſtattung erlangen mag/ zu dotiren ſchuldig/ wie hoch aber ſolche ihre dos zu moderiren, wird auff des Churfürſten zu Sachſen und Burggrafens zu Magdeburg/ꝛc. Unſers gnädigſten Herrns/ gnädigſtes Erkäntnüß und Ermäßigung billich geſtellet/ V.R.W.)

It. in cauſa Friderici VVilhelmi à Vippach, Menſ. Jan. An. 1629. (Verba ſent. So werden ſie wegen ihres Unterhalts/ Ehe-Schmuck und Hochzeitgeldes aus den Lehngütern ausgeſtattet; Solche Ausſtattung aber / wie hoch dieſelbe zu richten / wird auff Churfürſtl. Durchl. unſers gnädigſten Churfürſten / als des Lehnherrns / gnädigſte Moderation billich geſtellet/ V.R.W.)

It. in cauſa Hanſen Heinrichs von Leipzig / Menſ. Jun. An. 1600.

In cauſa Henrici ab Einſiedels zum Gnandſtein/ Menſ. Febr. Anno 1626.

In cauſa fratrum ab Helldorff, Menſe April. Anno 1631.

It. in cauſa Matthes Sellfiſchens zu Wittenberg / Menſ. Majo, Anno 1616.

In cauſa Henrici Liſts zu Rackith, Menſ. Febr. Anno 1635.

In cauſa Hanſen Thiers Lehns-Erben zu Rauendorff/ Menſ. Nov. Anno 1635.

Et in cauſa Chriſtophori Henrici à Schönfelds / Menſ. Nov. Anno 1635.

DEFINIT. XIX.

Eandem dotem, quam filia à patre vivente elocata accepit, ſucceſſores feudi reliquis filiabus ex feudo ſolvere haud ſunt obligati.

NOn ſunt audiendæ filiæ poſt obitum patris à 1
feudi ſucceſſoribus eandem petentes dotem, quam filia ab ipſo patre elocata accepit: † Etenim, in 2
dotis æſtimatione non ſolùm facultates dotantis, ſed & numerum liberorum attendi jura volunt, *l. cum poſt. 69. §. gener. 4. ff. de jur. dot. l. ſi filiæ. 43. ff. de legat. 3.* † Quid ergò, ſi pater antea dives ad pau- 3
pertatem redactus fuiſſet, aut poſt filiæ prioris elocationem plures liberos & filias procreaſſet? † Cer- 4
tè tum patre defuncto, filiæ eandem dotem à feudi ſucceſſoribus iniquè petere viderentur; Non minus ergò hoc caſu, ac ſi nulla fuiſſet elocata filia à patre vivente, dotis æſtimatio moderationi & arbitrio Domini feudi committenda erit, Defin. *præced.*

Ita Domini in cauſa Fratrum à Milckau zu Weinmolda/ M. Mart. Anno 1599. (Verba ſent. Ob nun gleich gedachter euer Vater der Tochter erſter Ehe/ ſo er bey ſeinem Leben ausgeſtattet/ 500. fl. mitgegeben/ dieweil aber dennoch eurem Bericht nach/ ſein Vermögen hernach in Abnehmen kommen / dergeſtalt / daß euer einer nach Abzahlung der Schulden kaum 200. fl. an Lehn behalten wird/ und ihr erbötig ſeyd/ eurer Schweſter dritter Ehe / ſo viel als euer einer bekömpt/ zu ihrer Ausſtattung mit zu geben/ So werdet ihr bey ſolchem eurem Erbieten billich gelaſſen/ und ſeyd demnach gedachter eurer unausgeſtatteten Schweſter dritter Ehe/ ſo viel als die Schweſter erſter Ehe bekommen/ mit zu geben nicht ſchuldig/ V.R.W.)

Et in cauſa Henrici Liſts zu Rackith, Menſ. Febr. Anno 1635. (Verba ſent. Im widrigen Fall/ und da das Erbe nicht zureichet/ ſeyd ihr ſolche Ausſtattung auff des Lehnherrns Ermeßigung aus dem Lehn zu entrichten ſchuldig / und es hat ſich bemeldte Tochter damit/ daß der erſten ein mehrers entrichtet worden/ nicht zu behelffen/ noch iſt ſie gleichmäßige Ausſtattung zu fordern berechtiget/ V.R.W.)

DEFINITIO XX.

Filiæ dotes, ex feudo paterno debitas, non transmittunt ad heredes, ſi nondum maritatæ deceſſerint.

FIliæ nondum nuptæ de dote aliisque elocationibus ex feudo ſibi debitis, teſtamenti vel 1
alterius ultimæ voluntatis condendæ jus non habent; † nec enim inteſtatæ has ad heredes pro- 2
ximiores transmittunt, † ſed, ſi ante nuptias 3
moriantur, feudalia bona ab onere dotandi & elocandi, cui antea fuêre obnoxia, immunia ac libera redduntur, Bartol. *in l. Titio centum. 71. §. Titio*

§. *Titio genero. 3. ff. de condit. & demonstr.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 38. num. 2. & seqq.* ubi illud hisce in regionibus omni dubio carere dicit Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 37. n. 25.* Petr. Heig. *part. 1.*
4 *quæst. 31. n. 10.* † Siquidem debitum dotis semper hanc conditionem annexam habet, si matrimonium fuerit insecutum *l. plerumque. 10. §. si ante. 4. l. 21. l. 48. ff. de jur. dot. d. l. Titio centum. 71. §. 3. ff.*
5 *de condit. & demonstr.* † cum dos sine matrimonio esse nequeat, §. *si adversus. 12. Inst. de nupt. l. 3. ff. de jur. dot. l. ult. C. de donat. ant. nupt. l. sancimus.*
6 *24. C. de nupt.* † Conditione ergò nondum existente, filiæ in dote constituta nil juris sibi arrogare possunt *l. qui heredi. 44. §. ult. ff. de condit. & de-*
7 *monstr. l. 15. l. 42. ff. de O. & A.* † Multò minus earundem heredes, *l. nemo. 54. l. nemo. 120. ff. de reg.*
8 *jur.* † Et sicuti debitum sub conditione, eâ deficiente, expirat, §. *sub conditione. 4. Inst. de verb. obligat. l. 8. l. 36. ff. si cert. petat. l. necessariò. 8. ff.*
9 *de per. & comm. rei vendit.* † ita & debitum dotis, nuptiarum conditione defectâ, planè irritum fit, *dict. l. Titio. 71. §. 3. ff. de condit. & demonstr.*
10 † Quin & dotes ex feudo debitæ instar alimentorum sese habent, juxta tradita Hart. Pist. *dict. quæst. 37. n. 4.* quæ adhuc futura ad heredes non transmittun-
11 tur, † sed eorum præstatio cum vitâ alimentarii finitur, *l. cum hi. 8. §. modus. 10. ff. de transact. l. Mela 14. ff. de alim. vel cibar. legat.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 88. n. 13.* Coler. *lib. 2. de aliment. cap. 12. num. 44.*

Ita Domini in causa Fratrum à Brandenstein zu Positz/ Mens. Majo. Anno 1633. [Verba sentent. Seyd ihr nach Absterben eures Vettern N. N. mit seinem Lehngute als die nächeste Mitbelehnte befället worden/ und habt seinen dreyen hinterlassenen Töchtern ingesammt vor Ehr/ Schmuck und Kleider-Geld 1000. fl. zu reichen versprochen. Ob nun wol die älteste Tochter unverheyrathet von dieser Welt abgeschieden/ in welchem Fall sonsten dergleichen Ausstattung wiederum in das Lehn fället/ und auf die Erben nicht bracht wird/ V. R. W.]

Definit. XXI.

Sicuti nec reservata à venditoribus in nuptias liberorum, vulgò das Eingeschnittel oder Zubereis/ *defunctis hisce ante nuptias, heredibus eorum deferuntur.*

1 NOn certè aliud dicendum putaverim de iis, quæ emptores rustici sive plebeji in comparatione bonorum allodialium, ultra pretium in nuptias liberorum venditoris promittere solent,
2 vulgò das Eingeschnittel oder Zubereis / † quæ liberis ante nuptias morientibus, eorum heredibus neutiquam deferuntur, sed emptoribus cedunt, ex
3 identitate rationis in Defin. *præced.* prolatæ, † quæ in casu præsenti idem jus facit, Andr. Rauchb. *part.*
4 *1. quæst. 38. n. 2.* † Nimirum, quia conditione nuptiarum haud existente, liberi in expensis sibi promissis nil juris habent, *l. 44. §. ult. ff. de condit. &*
5 *demonstr. l. 15. l. 42. ff. de O. & A.* † Ergò nec eas transmittere valent ad heredes, *l. nemo. 54. l. nemo.*
6 *120. ff. de reg. jur.* † Quin & cessante causâ finali, quæ in nuptiarum apparatu consistit, effectus quoque, putà, ipsa obligatio expirasse dicitur, *c. cum cessante. 60. extr. de appellat. c. etsi Christus. 26. extr. de jure jur.* Rauchb, *dict. quæst. 38. 13.*

Ita Domini in causa Fratrum à Brandenstein zu Positz/ Mens. Majo Anno 1633. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch die 1000. fl. mit Churfürstlichem consens auff das Gut versichert / auch Jährlichen verzinset worden/ &c. So hat die Verstorbene ihren Antheil an dem ausgemachten Ehr- Schmuck- und Kleider-Geld auff ihre nächeste Erbin gebracht und verfället / und die Lehnsfolger seyn ihnen solchen Antheil auszuzahlen schuldig/ V. R. W.]

Definit. XXII.

Transmittuntur tamen dotes ac elocationes ex feudo debitæ ad heredes, quando de hisce filiabus usuræ præstitæ fuére.

ALiter res se habet, si pater dotem invicem 1
legitimæ filiæ in testamento relinquat. Tum certè conditio, si nupserit, sicut quælibet alia, ab ejusmodi relicto rejicietur, ut velut purum & absque dilatione debitum ad heredes transmitti possit, *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoff. testam.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 25.* Jul. Clar. *in §. testamentum quæst. 83. num. 12.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 38. n. 35.* † Hinc quia legi- 2
tima ex feudis novis & emptitiis hodiè in ditionibus Electoratus Saxonici filiabus debetur, si nimirum pretium eorum omne allodium patris absumserit, vel majorem partem ejus æquaverit, prout sancitum in Constit. *publicè non editâ:* Ob Töchter aus neuen erkaufften Lehngütern *legitimam* zu fodern haben/ &c. † dotis istius, velut legitimæ 3
vice fungentis, & purè debitæ emolumentum ad heredes, quos filia instituit, vel ab intestato relinquit, non immeritò pertinebit, etiamsi mors matrimonio illius anteverterit. Andr. Rauchb. *dict. quæst. 38. n. 43.* † Idemque planè dicendum puto, 4
si filiabus nondum nuptis, à feudi successoribus interesse sive usuræ dotis ac elocationis ex feudo debitæ, solutæ fuerint. † Nempe quia tum feudi suc- 5
cessores dotem ac elocationem purè, non conditionaliter promisisse videntur; † quum usuræ promis- 6
si conditionalis nunquam solvantur cessante sc. morâ, *l. Titia. 87. §. usuras. 1. ff. de legat. 2. l. cum quidam. 17. §. si pupillo. 3. ff. de Usur.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 27. defin. 19. n. 3.* † Quidni ergò purum 7
hoc dotis vel elocationis debitum ad heredes transmitterentur? Defin. *præced.*

Ita Domini in causa Fratrum à Brandenstein zu Positz/ Mens. Majo Anno 1633. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch die 1000. fl. mit Churfürstlichem consens auff das Gut versichert / auch Jährlichen verzinset worden/ &c. So hat die Verstorbene ihren Antheil an dem ausgemachten Ehr- Schmuck- und Kleider-Geld auff ihre nächeste Erbin gebracht und verfället / und die Lehnsfolger seyn ihnen solchen Antheil auszuzahlen schuldig/ V. R. W.]

Definit. XXIII.

Filiâ, cui dos ex feudo constituta fuit, defunctâ, antequam nuberet, successores feudi in subsidium impensas ad funus necessarias solvere tenentur.

CErti equidem juris est, appellatione alimen- 1
torum impensas funebres propriè non contineri,

tineri, *arg. l. legatis alimentis. 6. ff. de alim. & cibar. legat.* † quippe quæ cessantibus demum alimentis, defuncto nempe alimentario, impendendæ veniunt *l. cum hi. 8. §. 10. ff. de transact.* Coler. *lib. 2. de alim. cap. 12. num. 44.* Ex quo dicendum videtur, † successores feudi filiâ, antequam in matrimonium elocaretur, defunctâ, ne quidem ad impensas funebres obligari, sed potius feudum ab omni quovis onere tum liberari. † Attamen si filia aliunde non habeat, ut more honesto sepeliri queat, vel solùm æquitatis, nedum pietatis officium feudi successores ad impensas in exequias faciendas obstringit, ne scilicet † ob defectum sumptuum, dedecore opprimatur funus ejus, quæ morte suâ quæstum faciendi occasionem aliis præbet. *Vide practicam meam criminalem, part. 2. quæst. 68. num. 115.*

Ita Domini in causa heredum Annæ Sibyllæ Spiegelin zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1631. [Verba sentent. Ist Jungfr. Anna Sibylla Spiegelin im 18. Jahr ihres Alters Todes verfahren; ob sie nun wol ausser der Gerade nichts nach sich verlassen/ dieweil aber dennoch Friederich von Spiegel ihr 2000. fl. Ehe- und Hochzeit-Geld schuldig gewesen/ darüber er ihr bis anhero die alimenta reichen müssen/ auch nach ihrem Absterben solches Geld wiederum in das Lehn gefallen/ &c. So ist gedachter Friederich von Spiegel die verstorbene Jungfrau Annen Sibyllen auff seine Unkosten begraben zu lassen schuldig/ &c.]

Definit. XXIV.

Ex feudo novo emptitio, cujus pretium omne patris allodium absumsit, filiabus legitimæ debetur.

1 QUartum feudi onus est legitima ex feudo novo emptitio filiabus debita, Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 122. n. 99.* Matth. 2 Berlich. *part. 2. concl. 55. n. 75.* † Etsi enim filiabus ex feudis nulla debeatur regulariter legitima, 3 † quia legitimam petere non possunt, qui ab intestato non succedunt, *l. posthumus. 6. §. si quis ex his. 1. ff. de inoff. testam. l. cum quæritur. 6. l. parentibus. 8. C. eod. tit. l. maximum vitium. 4. C. de lib. præter. l. non est ambigendum. 12. §. 1. ubi* Dd *ff. de bonor. possess.* Hart. Pistor. *part. 2. q. 38.* Petr. Heig. 4 *part. 1 quæst. 25.* † Attamen si forsan pater omnem suam paratam pecuniam in feudum novè emptum converterit, atque hæc ipsa pecunia aut universam patris substantiam, aut certè maximam ejus partem complexa sit, ita ut vel nihil, vel parum bonorum 5 allodialium post fata sua relinquat, † tum filiabus legitimam ex eo feudo præstare tenentur Feudi successores, Constit. *nov. Elect. Sax. publicè non promulgata sub tit.* Ob Töchter aus neuen erkaufften Lehngütern *legitimam* zu fordern haben? Schult. *dict. loc.* Pist. *dict. loc. n. 63.* Thom. *dec. 2. num. 34.* 6 † ut vel saltem eo casu legitima filiabus debita inter 7 onera feudi referri debeat; † Quatenùs verò ac quando legitima hæc debeatur, *Vid. inf. part. 3. Const. 9. defin. 29. 30. 31. 32.*

Ita Domini in causa Barbaræ, Paul Vogels Wittiben zu Opitz/ Mens. April. Anno 1614. [Verba sentent. Da nun itzgedachter euer Ehemann alle seine Barschaft und Vermögen zu Erkauffung eines neuen Lehns angewendet/ und er also nichts oder gar wenig verlassen hätte/ &c. So würde eurer Tochter die Legitima von den Lehnsfolgern billich entrichtet/ V. R. W.]

Definit. XXV.

Debitum ratione dotalitii contractum ex feudo solvi debet.

QUintum onus feudi est Dotalitium: Etenim 1 in foro Saxonico si mulier certam dotem marito intulit, ei dotalitium etiam post mortem mariti, ex feudo constitui, † vel si successores feudi 2 dotalitium constituere nolint, sed dotem unà cum donatione propter nuptias offerant, ab iis exsolutio fieri debet, † etiamsi alia bona hereditaria supersint, 3 *hic* Constit. 46. *vers.* oder zu Ablegung der Leibgedinge/ *junct. vers.* und damit die Lehns-Erben verschonet bleiben/ &c. *ubi* Moll. *n. 2.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *p. 3. quæst. 122. num. 110.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 4. n. 14. & seqq.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 20. n. 32.* Joh. Köppen. *decis. 39. n. 41.* † Utita dotalitium in foro Saxonico rectè 4 inter onera feudi referatur: † Quamvis de jure 5 communi res aliter se habeat, illudque non ex feudo vel à feudi successoribus, sed ex allodiis solvi debeat, Joh. Köpp. *dict. decis. 39. n. 39. & 40.* Jac. Schult. *dict. loc. n. 73.* Wesenbec. *part. 2. cons. 77. n. 1. & seqq.* † Porrò, non solum dotalitium ipsum, 6 sed & debitum ratione dotalitii contractum onus feudale habetur, veluti de hoc proprie loquuntur *verba* Const. *46.* Da die Schuld zu Ablegung der Leibgedinge auffgenommen.

Ita Domini in causa Wolffgang Dietrichs von Birckholtz/ Mens. Febr. Anno 1634. [Verba sent. Ob nun wol solche Schuld der 2000. fl. so zu Befriedigung der Wittiben Leibgedinges und ihrer weiblichen Gerechtigkeit gemacht worden/ als eine Lehnschuld aus dem Lehn vergnüget werden muß/ &c.]

Definit. XXVI.

Omne debitum, quod in utilitatem feudi conversum probatur, ex feudo solvitur.

SExtum onus feudi est debitum illud, quod à 1 possessore feudi contractum, & in ejus utilitatem conversum fuit, *h.* Const. *46. vers.* Oder es wären dieselbe Schulden in nützliche Besserung des Lehnguts gewendet/ &c. Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 31. n. 15.* Jac. Schult. *in addit. ad* Mod. Pistor. *part. 3. quæst. 122. n. 68.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 55. n. 55.* Petr. Heig *part. 2. quæst. 20. n. 43.* † Ideo- 2 que si versio debiti in utilitatem ac commodum feudi probetur, ex feudo id solvi debet; † etiamsi 3 alia supersint bona hæreditaria seu allodialia *h.* Const. *46. vers.* Und die Land-Erben damit verschonet bleiben / &c. † Quod nec de jure 4 communi feudali & Saxonico aliter observatur, Hart. Pist. *dict. quæst. 31. n. 15.* Berlich. *dict. concl. 55. n. 58.*

Ita Domini in causa Annen von der Oelßnitz/ gebornen von Lohma/ Mens. Jan. Anno 1634. [Verba sent. So mag der Lehnsfolger solche Schuld abzutragen wider seinen Willen nicht gedrungen werden / ihr köntet dann wie Recht erweisen und beybringen / daß berührte Gelder in nützliche Besserung des Lehnguts angewendet worden/ dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/ V. R. W.]

In causa Joach Henrici von der Sahla zu Schönfeld/ Mense Majo Anno 1634. [Verba sententiæ: Es wären dann

dann dieselbe Schulden in nützliche Besserung des Lehn-Guts verwendet worden/auff solchen Fall würden sie aus dem Lehn billich vergnüget/V.R.W.)

Et in causa Christiani von Lindenau / Mens. Majo, Anno 1589.

Definit. XXVII.

Æs alienum ad feudum comparandum contractum, Successores feudi exsolvere obstricti sunt.

1 Septimum feudi onus est, quando Vasallus pecuniam ad exsolutionem feudi, à se comparati, mutuatus est, aliove modo æs alienum ad feudum aliquod comparandum contraxit, quod merito à feudi successoribus exsolvitur, *h.* Const. 46. §. Also auch/ da es sich zutrüge / &c. *ubi* Moller. *num.* 2. Jacob. Thoming. *decis. 27. n. 33.* Matth. Berlich. *part. 2. concluf. 55. num. 60.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 122. n. 51. & 110.* Petr.
2 Heig. *part. 2. quæst. 20. n. 33. & 34.* † Nec refert, an hereditas solvendo sit, nec ne, quia non in subsidium, sed statim absque ulla excussione, hoc æs alienum ex feudo solvi debet, *hac* Const. 46. *v.* Und die
3 Land-Erben damit verschonet bleiben. † Quamvis de jure communi aliud dicendum videatur, *l. ex pecunia. 12. C. de jur. dot.* Thoming. *decis. 72.* hocque ipsum debitum non propriè feudi onus dici que-
4 at, † cùm loco feudi pecunia non sit *cap. 1. §. si Vasallus. Si de feudo defunct.* Heig. *dict. quæst. 20. num. 36.*

Ita Domini in causa Sibyllen Hackin / Viduæ zu Schönstadt/Mens. Dec. Anno 1572. (Verba sent. Hat nun der Sohn Felix 300. Floren bey seinen Freunden zu Bezahlung des Lehnguts geborget/und angewendet/ darauff er gestorben/ und bemeldtes Lehngut auff seinen Bruder Julium, aber sein Erbe auff euch gebracht und verfället. So ist gedachter sein Bruder / als Lehns-Erbe/von dem Lehn die darauff geborgeten 300. Floren zu bezahlen und abzulegen schuldig/V.R.W.)

Definit. XXVIII.

Ex feudo debentur alimenta iis personis, quæ tanquam minus perfectæ à feudi successione arcentur.

1 Octavum feudi onus facit causa præstandorum alimentorum: Etenim, si quædam personæ sint, quæ tanquam minus perfectæ, veluti
2 mutus &c. à feudi successione arcentur, † iis alimenta ex feudo præstari debent, *cap. 1. §. mutus feudum. 3. Episc. vel Abbat.* Hartman. Pistor. *part. 2. quæst. 37. num. 70.* Jac. Schult. *in addit. ad* Mo-
3 dest. Pistor. *part. 3. quæst. 122. n. 34.* † Idque vel sola æquitatis ratio postulat, quâ filiabus etiam innuptis alimenta ex feudo præstantur, *supra* Defi-
4 nit. 16. † Sicuti & eo in casu, ubi feuda ad solum primogenitum deferuntur, cæteris filiis exclusis alimenta ex feudo debentur, Pistor. *dict. quæst.*
5 *37. n. 3.* Tiraq. *de jur. primog. quæst. 4. n. 33.* † Nec malè fecerit, qui onus hoc comprehensum velit
6 *h.* Const. 46. *in verb.* Und dergleichen Fällen. † Licet non existimaverim, feudi successores ad præstationem alimentorum obligari, si bona allodialia sufficiant, sed solùm in subsidium juxta tradita *supra* Defin. 16. † Quicquid etiam in contrarium asserat Matth. Berlich. *part. 2. concluf. 55. num. 71. &* Jacob. Schult. *dict. quæst. 122. n. 91.* 7

Ita Domini in causa Nicolai Melzens zu Auma / Mens. Nov. Anno 1621. (Verba sent. Wann gleich euer Mündlein ün Pflege-Sohn deßwegen/daß er gebrechlich und zum Lehn untüchtig / neben seinem Bruder zu dem verledigten Lehngut nicht gelassen werden möchte/etc. So würden ihme doch/wofern er sonsten seinen Unterhalt aus der Väterlichen Erbschafft nicht haben könte / die Alimenta aus dem Lehn billich gereichet/V.R.W.)

Definit. XXIX.

Pecunia ad liberationem feudi à pignoris nexu mutuo sumpta, ex feudo solvi debet.

Nono: Denique inter onera etiam feudi refe- 1
renda sunt omnia illa debita, quæ in commodum ac utilitatem feudi notabilem cesserunt, † id 2
quod colligere licet *ex verbis h.* Constitut. 46. In solchen und dergleichen Fällen / &c. Restant ergò alia adhuc feudi onera, quæ verbis *hâc in* Constitut. haud expressa fuere; † Absque dubio autem hæc 3
nulla alia sunt, quàm ex quibus ipsi feudo utilitas accessit, ut ex verbis mox præcedentibus apparet: In nützliche Besserung des Lehnguts gewendet/ in solchen und dergleichen Fällen / etc. Hinc concludendum puto, † si feudum cum consensu Do- 4
mini & agnatorum fuerit oppignoratum, illud verò Vasallus pecuniâ aliunde mutuò sumptâ à nexu pignoris liberaverit, pecuniam illam mutuò acceptam ad onus feudi pertinere, ac proinde debitum hoc à successoribus feudi solvi, nec heredes allodiales hoc gravari debere cum Jacob. Maurit. *inter consil. var. jurisconf. consil. 36. num. 9. & seqq. vol. 4.* † Ecquis enim non videt, lucrum ac commodum 5
feudo inde accedere, quia species lucri est liberari ab obligatione, *l. si pupilli. 66. ff. de solut. l. species. 11. ff. de acceptilat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 31. num. 4.* † Quin & hoc æs alienum in lo- 6
cum debiti feudalis surrogatur, ut vel propterea etiam pro onere feudali haberi, & ex ipso feudo exsolvi debeat, secundum regulam vulgatam, † quâ 7
surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatur, *cap. Ecclesia 3. ubi* Gloss. *Ext. ut lit. pendent.* Andr. Tiraqu. *de jur. primog. quæst. 55. num. 11.*

Ita Domini in causa Hansen Wilhelms von Heilingen / M. Majo, An. 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch mit solchen erborgten Geldern etliche gewisse Lehns Schulden/ so von weiland Dietrichen von Heilingen herrühren / und mit des Lehn-Herrns und Mitbelehnten Consens auff die Lehn-Güter versichert gewesen/abgeleget/ und also selbige Gelder in nützliche Verbesserung / und zu Befreyung der Lehngüter von der darauff hafftenden Beschwerung angewendet worden/&c. So werden angeregte Schulden vor rechte Lehn-Schulden billich gehalten / und dannenhero/ ohne Zuthun der Land-Erben / von euch als dem Lehns-Erben allein bezahlet und abgestattet/V.R.W.)

Definit. XXX.

Advocatus, qui causam feudi utiliter gessit, salarium à feudi successoribus petere potest.

1 NOn minus quoque salarium Advocati, qui negotium & causam feudi utiliter gessit, inter onera feudi est referendum, defuncto Vasallo, antequam præmium pro præstito patrocinio fuerit so-
2 lutum. † Scilicet, quia operæ Advocati in utilitatem ac commodum feudi cesserunt, meritò ergo salarium à feudi successoribus exsolvendum erit,
3 juxta tradita Def. *præc.* † æquitatis ratione maximè accedente, quæ nemini officium suum vult esse detrimentosum, *l. sed si quis. 7. ff. testam. quemadm. aper. l. si servus. 61. §. quod verò. 5. ff. de furt. l. si verò. 12. §. si mihi. 9. ff. mandat.* † Quin & dixerim,
4 actione negotiorum gestorum Advocatum adversus feudi successores experiri posse, ad præstandum, quicquid laboris & patrocinii ratione impendit, *l. 2. in fin. l. 19. §. non tantum. 4. l. si quis negotia. 25. l. ex duobus. 27. l. quæ utiliter. 45. ff. de negot. gest. l. si servum. 10. l. ob negotium. 18. C. eod. tit.*

Ita Domini in causa M. Johannis Lipoldi, Advocati Vinarienſis, contra die von Witzleben zu Korckha/ Mens. Jan. Anno 1605. (Verba sent. Daß dem Advocato, dessen Dienste dem Lehn zum besten angewendet/ und dadurch erhalten worden/ seine Advocaten-Gebühr aus dem Lehn billich bezahlet werde/ ꝛc.)

Definit. XXXI.

Expensæ litis à Vasallo frivolè motæ, ex feudo haud exsolvendæ sunt.

1 IDemque certè asserendum puto de expensis litis, quæ non minus ac præmium Advocati inter onera feudi referri debent, modò utiliter factæ fue-
2 rint: † Alioquin si Vasallus litem frivolè moverit, ac in expensas victori condemnatus fuerit, ab harum
3 præstatione liberi sunt feudi successores, † quippe quod occasione illarum nullum prorsus commo-
4 dum feudo accesserit, *supra* Definit. *27.* † Ac certè iniquum esset, hoc casu onere expensarum feudi successores gravari, quibus nihil imputari potest, quod temerè litigantis pœnam mereatur, *§. 1. in fin. Inst. de pœn. tem. litig.* † Quin potius resarciendæ
5 erunt ab heredibus feudalibus, præstantibus factum
6 defuncti, † cui imputandum, quod litem frivolè aut minus diligenter gesserit, *arg. l. 1. §. item quæritur. 11. ff. de separat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 18. def. 55. n. 3.*

Ita Domini in causa Wolffgangs von Wolfframbsdorff/ M. Jun. Anno 1626 (Verba sent. Ob nun wol die Wittbe als Testaments-Erbin vermeynet / daß solche Unkosten vom euch/ als dem Lehnsfolger/ abgestattet werden müssen / in Erwegung/ daß die wider die Unterthanen erhobene Klage das Lehn betroffen; dieweil aber dennoch solche Klage frivolè erhoben / und darum berührte Unkosten für keine Lehn-Schuld zu achten / ihr euch auch der Klage niemals theilhafftig gemacht/ noch darein gewilliget/ ꝛc. Als möget ihr auch zu Abtrag mehrberührter Unkosten nicht angehalten werden/ sondern es ist dieselbe gedachte Wittib als Land-Erbin abzustatten schuldig V. R. W.)

Et in causa Wolff Dietrichen von Wester-Egels an Schöffer zu Bitterfeld/ Mens. Sept. Anno 1619.

Definit. XXXII.

Debita feudalia unà cum interesse ex feudo solvuntur.

NOn solum verò onera seu debita feudalia ipsa, 1
de quibus hactenus dixi, sed etiam interesse ac usuræ unà cum sorte principali ex feudo solvi debent, † quia accessorium sequitur principale su- 2
um, *l. inter socerum. 26. §. cum inter. 2. ff. de pact. dotal. §. si tamen. 26. §. cum in suo. 29. Inst. de rer. divis.* Schrader. *in §. ult. vers. Et hæc una. Instit. quib. mod. re contr. obligat.* Quod & verum, † quando 3
pro debito feudum consensu Domini & agnatorum fuerit oppignoratum, Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. feudal. 49.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *artic. 26. num. 59. & 60.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 55. num. 52.* † Extenditur enim con- 4
sensus ad omnia ea, quæ sunt annexa expressis, *l. cum principalis. 178. ff. de Reg. jur. l. cui jurisdictio. 2. ff. de jurisdict. omn. judic.* † & regulariter assumit na- 5
turam actus, super quo interponitur, atque ita omnia, quæ ex naturâ contractus veniunt, comprehendit, ut post Camerar. *in cap. Principalem. pag. 342.* tradit. Hartm. Pistor. *dict. quæst. 49. n. 20.* ubi hanc sententiam multis argumentis confirmat, & contraria solvit. † Planè, si Dominus non generaliter, sed verbis expressis pro debito principali tantum consenserit, aliud dicendum arbitror cum Schrader. *de feud. part. 8. cap. 4. num. 20. &* Jacob. Schult. *dict. art. 26. num. 60. vers. interim tamen.*

Ita Domini in causa Johannis Weimets zu Annaberg/ M. Sept. Anno 1621. (Verba sent. So ist mehrberührter Lehnsfolger obangeregte Lehn-Schuld der vier hundert Gülden zusampt denen Zinsen / seines Fürwendens ungeachtet/ aus dem Lehn zu erstatten schuldig / und es bleiben gestalten Sachen nach die Land-Erben damit billich verschonet/ V. R. W.)

Et in causa Domini Donati à Freiwalds contra Nobiles ab Ende/ Mens. Mart. Anno 1635.

Definit. XXXIII.

Onera feudalia pari jure gaudent, excepto debito, pro quo feudum consensu Domini & agnatorum est oppignoratum, quod licet posterius, aliis tamen præfertur.

MAlè quidam arbitrantur, onera feudalia non 1
secus ac pignora feudo inhærere & jura feudi realia dici posse: Ex quo porrò inferunt, † dotem 2
sororibus ante æs alienum, à fratribus cum feudi oppignoratione legitimâ contractum, ex feudo paterno deberi, ut vult Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 37. num. 44.* † Ac Creditorem qui in usus feudales, 3
forsan ad feudi emptionem pecuniam dat mutuò Vasallo, etiamsi pro eâ feudū cum Domini & agnatorum consensu expressè obligatum non habuerit, posteriori quamvis expressum consensum habenti, in feudo præferri, secundum tradita Dan. Moll. *hic. n. 11.* † sed utrumq; falsum est; Nullibi enim pro de- 4
bitis feudalibus hypotheca aliqua Creditoribus constituta reperitur. † Quin nec tacito pignori in feu- 5
dis locus relinquitur Dd. *in l. si constante. 24. ff. solut. matr.* Constitut. Elect. *25. part. 2.* † Adeoq; nec one- 6
ra & debita feudalia per se jus reale causantur ac tribu-

tribuunt, in ipso feudo, sed solùm feudatarium ac feudi successores occasione feudi obligant, feudumque afficiunt, ita ut actio inde competens sit quasi in
7 rem scripta, † neutiquam verò realis, ut scitè tradit Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 37. n. 9. per text. in l. si fundus. 13. §. quanquam. 1. ff. de reb. eor.* Bald. *in l. si pupillorum. 7. §. si obligavit. 3. ff. eodem tit.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *artic. 26. n. 53. vers. ut autem ritè percipiamus.* Thoming. *dec.*
8 *27. n. 12.* † Labitur ergo Rauchb. *dict. quæst. 38. n. 46.* onera feudi comparans arrestis, quæ procul dubio pignus ac jus reale tribuunt, Matth. Coler. *de*
9 *process. execut. part. 1. cap. 2. n. 188. & seqq.* † Alia verò ratio est debiti illius, pro quo feudum consensu Domini & agnatorum simultaneè investitorum fuit oppignoratum; † hujus namque ratione
10 Creditor non ex eo, quod debitum feudale est, sed ex solâ oppignoratione jus hypothecæ reale in ipso
11 feudo consequitur; † Quis ergò negaverit, hunc Creditorem, licet posteriorem, in concursu aliis debitis feudalibus prioribus præferri, Const. Elect. *28. part. 1. ubi* Moller. *n. 64.* Wesenb. *in parat. ff. de privileg. credit. num. 9.* † Planè, in reliquis feudi one-
12 ribus, prior Creditor tempore potior est jure, † Unde rectissimè tradit Matth. Coler. sororem in dote promissâ ex feudo præferri relictæ viduæ fratris cum suâ dote, *part. 2. decis. 272.*

Ita Domini in causa Ernesti von Börstels zu Wester-Egel/ Mens. Majo, Anno 1600. (Verba sent. Hat einer vom Adel zu Erkauffung eines Lehn-Guts 4000. Thaler bey einem andern Anno 1596. auffgenommen/nachmals aber Anno 1598. zu Bezahlung etlicher Lehn-Schulden von einem andern 10000. Floren entlehnet / und demselben das Lehn mit des Lehn-Herrns und der Mitbelehnten Consens zum Unterpfande verschrieben/etc. So wird dieser letzte Creditor mit der Bezahlung seiner ausgeliehenen 10000. Floren dem ersten in obbemeldtem Lehn-Gute billich vorgezogen/V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Debitum ratione servitii militaris, Domino præstandi contractum, ex feudo solvendum non est.

1 SOla feudi onera sive debita à successoribus feudi præstanda sunt, *h.* Constit. 46. non etiam
2 debita personalia à Vasallo contracta, † quæ vulgò onera feudatarii sive Vasalli appellitari solent, ipsiusque personam & heredes allodiales sequuntur, nec feudo inhærent, *l. ex facto. 35. vers. unde scio ff. de hered. institut. l. si certarum. 17. §. Julianus. 1. ff. de milit. testam. l. 1. C. si cert. petat.* Jacob. Thoming. *decis. 27. n. 17.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *art. 26. n. 56. & ad* Modest.
3 Pistor. *part. 3. quæst. 122. n. 147.* † Quale est, si Vasallus pro Domino fidejusserit, quæ fidejussio onus feudi non facit, adeoque nec feudi successores obligat, sed heredes allodiales, *cap. 1. §. licet Vasallus. Si de feudo defunct.* Johan. Köppen. *decis.*
4 *39. n. 35.* † Pariter nec inter onera feudi referendum est æs alienum pro servitiis militaribus Domino præstitis contractum, nec à feudi successoribus, sed ab heredibus allodialibus ad instar alterius oneris feudatarii exsolvendum, Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 6. n. 69.* Jacob. Schult. & Thoming. *dict. locis.* † Nam ratione servitiorum Domino præstandorum Vasallus feudi fructus percipit, non ergo propter illa feudum onere novo gravari debet, haud consentientibus agnatis, Hartm. Pistor. *dict. loc.* † Nec ipsi feudo, sed solùm personæ feudatarii hoc æs alienum tenacissimè inhæret, Jacob. Schult. *dict. artic. 26. n. 56.* † At dixeris, occasione tamen feudi hoc debitum contractum fuit, non solùm verò onera feudi, sed & onera causata occasione feudi Agnatos obligant? Verum est hoc, † sed tùm demum, si legis autoritate ejusmodi onera ipsi feudo imponantur, vel in feudi utilitatem cedant, Thoming. *dict. decis. 27. n. 10.* Hart. Pist. *dict. quæst. 6. n. 70.* Quod neutrum de debito pro servitio militari contracto asseri potest.

Ita Domini in causa M. Hopffelders zu Deberitz / Mens. Majo, Anno 1589.

Definit. XXXV.

Contributio pecuniaria, quam in Comitiis Provincialibus Nobiles promittunt, (vulgò das *Præsent-*Geld) *non à feudi successoribus, sed ab heredibus allodialibus exsolvenda est.*

1 EXtra casum necessitatis extremæ, Principem ac Dominum à Nobilibus & Vasallis suis, ultra nominata & consueta servitia, extraordinariam collationem exigere non posse, post alios, quos allegat, docet ac rationibus tuetur Petr. Heig. *part. 1. quæst. 18. n. 17. & 21. ac seqq.* † Unde frequenter pro asse-
2 renda libertate prædiorum, adversus ejusmodi exactiones allegari solet, bona esse feudalia, quæ collectis non sint gravanda aut oneranda, Johan. Petr. Surd. *lib. 1. consil. 135. n. 11. & 12. & lib. 2. consil. 234. n. 8.* † Nihilominus tamen usus harum provinciarum
3 hactenus docuit, ut in Comitiis provincialibus Nobiles ac Vasalli Illustrissimo Electori certam pecuniæ summam offerant ac promittant, (vulgò das *Præsent-*Geld) † de quâ dubitatum fuit, *an inter*
4 *onera feudi referri, & defuncto Vasallo à feudi successoribus exsolvi debeat?* Quod vel exinde dicendum videbatur, † quia occasione feudi hoc de-
5 bitum contrahitur, ejusdemque contributio, pro ratione emolumenti, quod quisque ex feudo suo percipere potest, Vasallis imponitur. † Quin &
6 dum Nobiles ac Vasalli ad exsolutionem hujus pecuniæ ex feudis suis sese obstringunt, subsecuta Sereniss. Electoris acceptatione & confirmatione, debitum hoc tanquam onus feudi agnovisse censentur, † quod absque dubio successores feudi gra-
7 vat, *h.* Constit. 46. Quæ ratio commovit *Facultatem Juridicam Lipsiensem*, † ut contra succes-
8 sores feudi responderet, *Mens. Mart. Anno 1632. hisce formalibus:* So seynd die Lehnsfolger die hinterstellige *Præsent*-Gelder / als eine auff die Lehn- und Ritter-Güter gebrachte und bewilligte Lehn-Schuld und Beschwerung abzutragen verpflichtet / und werdet ihr als Land-Erben / so ohne das die von den liegenden Erb-Gütern bewilligte Steuer zu entrichten schuldig / mit diesen *Præsent*-Geldern billich verschonet /

9 net/V. R. W.) † Sed fallax est hæc ratio, post-
quam jure feudali sancitum, ut licet Domini vo-
luntate ac consensu æs alienum à Vasallo contra-
10 ctum, onusque feudo impositum fuerit, † ad ejus
tamen solutionem successores feudi, qui non ex-
pressè consenserunt, haud conveniri, nec onere illo
gravari queant, *c. 1. de alien. feud. patern. c. 1. §. hoc
quoq; de success. feud.* Hart. Pist. *part. 1. qu. 15. n. 21.*
11 † Annullato igitur hoc fundamento, placuit Do-
minis, exsolutione hujus debiti successores feudi
12 haudquaquam gravari, eò † quod magis Vasalli
quàm feudi onus habeatur, ex liberalitate nempe &
promissione feudatarii profectum, ut ipsum voca-
13 bulum (*Præsent*-Geld) indigitat; † Idque vel ex-
inde manifestum est, quod jure feudorum commu-
ni & Saxonico, de ejusmodi feudi onere nil dispo-
situm reperiatur; Ergo nec inter vera feudi onera
id ipsum referri poterit, argumento à Lege cessante
ducto, *l. si servum. 71. §. non dixit prætor. 5. ff. de*
14 *acquir. hered.* Thoming. *decis. 27. n. 15.* † Quin ne-
que ex hoc debito ullum feudo commodum acce-
dit, at juris expediti est, ea solummodo onera dici
feudalia, quæ vel juris autoritate feudo imponun-
tur, vel commodum ac utilitatem ei afferunt, Tho-
15 ming. *dict. decis. 27. n. 14.* † Illud sanè negotium
non facit, quod occasione feudi hoc debitum fuerit
contractum; Quis enim inficias ibit, æs alienum
pro præstando servitio feudali, feudi occasione con-
trahi, quod tamen feudale onus non est, nec feudi
16 successores obligat, ut dixi Defin. *præced.* † Nimi-
rum onera etiam feudatarii, quæ successores feudi
neutiquam gravant, Ernest. Cothman. *vol. 2. consil.
92. n. 3.* Petr. Heig. *part. 2. q. 20. n. 30.* Jac. Schult. *in
addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. qu. 122. n. 31.* occasione
feudi contrahuntur; Ex quo solo tamen onera feu-
17 dalia non sunt judicanda, † nisi accesserit legis au-
toritas, vel insignis feudi utilitas, ut dixi Defin. *præ-*
18 *ced. in fin.* Thoming. *dict. decis. 27. n. 10.* † Minus
verò obest, quod hâc ratione heredes, ad præstatio-
nem quoq; collectarum de agris allodialibus obstri-
cti, duplici damno onerarentur, contra *l. navis.
4. § cum autem. 2. ff. de leg. Rhod. de jact. l. 34. §. 5.*
19 *ff. de legat. 2.* † quia hoc damnum sive præstatio
ex diverso fundamento profluit: Collecta nimi-
rum de agris allodialibus tanquam præstatio rea-
lis: At *Præsent*-Geld ex conventione & pacto Va-
salli, atque adeò ex obligatione personali, quâ he-
redes soli, non feudi successores tenentur, prout
in aperto est; Ex duplici verò & diversimodâ cau-
sâ quem dupliciter gravari posse, ecquis dubita-
verit?

Ita Domini in causa der Brüder und Vettern von Zehmen/ Mense Febr. Anno 1632. (Verba sent. Hat euer Vetter auff jüngst-gehaltenem Landtage neben andern vom Adel/ das von Churfürstlicher Durchläuchtigkeit zu Sachsen/ &c. unserm gnädigsten Herrn gnädigst begehrte Præsent-Geld auff drey Termin zu geben unterthänigst gewilliget/ derer keinen aber bey seinem Leben entrichtet und abgestattet/ &c. So seynd dessen hinterlassene Land-Erben solches Præsent-Geld abzutragen pflichtig/ und ihr/ als die Lehns-Erben/ möget zu dero Entrichtung beständiger Weise nicht angehalten werden/ V. R. W.)

It. in causa Henrici à Bunau in Wildenhain & Consort. M. Sept. Anno 1636. (Verba sent. Ob nun wol anjetzo nach Absterben des Lehnmannes/ dessen Land-Erben die Zahlung bemeldter Reste des Præsent-Geldes/ auch den Lehns-Erben auffzudringen gemeynet/ in Erwegung/ daß solches Geld von den Lehn-Gütern bewilliget/ und auch davon entrichtet werden müsse; Dieweil aber dennoch bemeldte Præsent-Geldere von der Abnutzung der Lehn-Güter/ so der verstorbene Lehnmann bey seinem Leben genossen/ entrichtet werden sollen/ und nicht zu befinden/ daß ihr als die Lehnsfolgere in solche Schuld der Præsent-Gelder von den Lehn-Gütern abzustatten/ ausdrücklichen gewilliget/ noch dieselbe in bemeldte Lehn-Güter verwendet worden/ &c. So mögen auch mehrerwähnte restirende Præsent-Geldere für keine Lehn-Schuld geachtet/ noch ihr als Lehns-Erben solche zu bezahlen angehalten werden/ sondern die Land-Erben seynd die Zahlung von dem Erbe zu leisten pflichtig/ V. R. W.)

Et in causa Anna Marien von Boldechen & Consortium, Mens. Febr. Anno 1632.

Definit. XXXVI.

Impensæ funebres à feudi successoribus exigi non possunt, licet hereditas solvendo haud sit.

NOn facilè forsan reperiuntur Agnati adeò te- 1
naces, ut impensas funebres in exequiis Va-
salli defuncti factas in subsidium ex feudo solvere
recusent, † & famam Vasalli commaculari patian- 2
tur. † Attamen nullo jure inviti ad hoc cogi pos- 3
sunt. Quis enim dicere ausit debitum feudale, quod
ad funus Vasalli celebrandum contractum fuerit?
† Vix namque aliud debitum personæ ita inhæret, 4
quàm quod in ejus sepulturâ factum est: † Ergò so- 5
li heredes allodiales ad hujus exsolutionem obstricti
erunt *l. 1. C. si cert. petat. l. 1. l. 2. C. de heredit. action.*
† Non etiâ successores feudi sive agnati, qui ab one- 6
re quocunque hereditario sunt liberi atque immu-
nes *c. 1. ubi* Dd. *An agnat. vel fil. defunct.* Jacob.
Thoming. *decis. 17. n. 18.*

Ita Domini in causa Creditorum N. à M. contra W. à M. ad requisitionem Quæstoris & Senatus zu Freyberg/ Mens. Jan. Anno 1628. (Verba sent. Daß W. à M. und Consorten als nächeste Agnaten und Lehnsfolgere die angegebene Schulden/ als Liedlohn/ und was auff des verstorbenen Schuldeners Begräbniß/ und in seiner Kranckheit der Artzney halber auffgewendet worden/ aus dem Lehn zu bezahlen nicht gedrungen werden mögen/ &c.)

It. in causa Georgii à Siebendorffs/ Mens. Majo, An. 1612.

In causa Wigands von Taubenheim/ Mens. Majo, An. 1612.

Et in causa Domini Donati à Freiwalds contra Nobiles ab Ende/ Mens. Mart. Anno 1635.

Con-

CONSTITUTIO XLVII.
PARTIS QUARTÆ.

Ob nach Sachsen-Recht der Sohn sich des Vatern Erbschafft äussern/ und die Lehn-Güter annehmen könne?

Jure Saxonico, num hereditate patris repudiatâ, in feudo illi succedere possit filius?

NAch gemeinem Recht muß der Sohn zugleich des Vatern Erbe mit seyn / da er die Lehn-Güter von ihm ererben will/ und kan sich der Erbschafft nicht äussern / und die Lehn behalten/es sey denn feudum ex pacto, und er thue sich der Erbschafft vermittels eines gebührlichen Inventarien unterfangen / dißfalls kan er das Lehn behalten. Aber nach Sachsen-Recht wollens etliche dafür achten/ daß dem Sohne indistinctè frey sey / sich des Vaters Erbe zu äussern / und das Lehngut zu behalten. Und dann etliche haltens dafür/daß das gemeine Recht durch den Sachsen nicht auffgehoben / und daß auch auff Sächsischem Boden der Sohn sich eines ohne das andere nicht anmassen möge. Wir lassen uns diese letzte Meynung gefallen / Nemlich / daß in unsern Landen der Sohn zugleich des Vatern Erbe seyn soll / wann er im Lehn ihm folgen will/ oder müsse sich beydes zugleich verzeihen. Wollen auch/daß alle andere distinction de confectione inventarii dißfalls zu übergehen seyn. Darnach sich unsere Hoffgerichte/Facultäten und Schöppenstüle / Krafft dieser unsrer Constitution im sententioniren und Urtheilen richten sollen.

IUre communi filius repudiatâ hereditate patris, in feudo ipsius succedere non potest, nisi feudum sit ex pacto, & mediante inventario hereditatem filius adeat. Tum enim & feudum retinere potest. Jure verò Saxonico, ut quidam existimant, indistinctè filio permissum est, ut patri in feudo succedat, etiamsi heres ejus non sit. Quamvis rursus non desint, qui Jus Saxonicum à communi hic nihil omninò differre putent. Quam posteriorem opinionem nos probantes, nullâ habitâ ratione distinctionis de confectione inventarii, filium vel in utroque succedere, vel utroque carere volumus, idque autoritate hujus Constitutionis nostræ judicia universa nostrarum ditionum in judicando & respondendo observare jubemus.

DEFINITIONES.

1. Feudum hereditarium dicitur illud, quod alicui concessum pro se & heredibus suis: Hujus natura in quonam consistat?
2. Heredis vocabulum feudum facit hereditarium, etiamsi filiorum simul mentio facta fuerit.
3. De jure communi filius repudiatâ patris hereditate, feudum retinere non potest.
4. In foro Saxonico extra Electoratum, Filius repudiatâ patris hereditate feudum retinere potest.
5. In ditionibus Electoratus Saxonici, filius feudum retinere aliter nequit, nisi & heres patris esse velit in rebus allodialibus.
6. Filius etiamsi hereditatem adiens inventarium confecerit, nihilominus tamen ultra vires hereditatis ex feudo debita paterna solvere tenetur.
7. Non præstat filius onera hereditaria ex feudo paterno, si non nisi in legitima institutus, aliâve ex causa ipsi hereditas delata non fuerit.
8. Filius repudiatâ patris hereditate, feudum retinere potest, si hoc filii intuitu patri vel unà cum patre filio in specie concessum fuerit.
9. Agnati collaterales in feudo Saxonico, tàm in feudo hereditario, quàm ex pacto & providentiâ succedunt, repudiatâ licet hereditate.

Definit. I.

Feudum hereditarium dicitur illud, quod alicui concessum pro se & heredibus suis: Hujus natura in quonam consistat?

SI rationibus ex jure feudali desumptis disceptandum esset, vix subsistere posset distinctio feudi hereditarii, & ex pacto ac providentiâ, quin potius omne feudum ex pacto ac providentiâ justissimè appellitaretur: ut octo argumentis demonstrat Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 1. num. 99. & seqq.* † Nec enim dictio (*heredis*) ullam differentiam constituit, † quippe quæ in materia feudali, non nisi de herede sanguinis feudali & filio accipi solet, *cap. 1. §. Etsi clientulus. de alienat. feud. cap. ult. si de feud. defunct. content. sit inter Dom. & agnat.* Bart. *in l. Gallus. 29. §. 12. vers. etiamsi parente ff. de liber. & posth.* † Et censetur nomini (*heres*) semper inesse natura feudi, secundum Bald. *in l. liberti libertæ §. 10. col. 6. vers. modo formabitur. C. de oper. libert.* † Nihilominus tamen usu com-

communi distinctio inter feudum hereditarium, & ex pacto ac providentiâ fuit recepta, adeò ut non solùm operam & oleum perderet, qui eam à foro relegare vellet, † sed ancipiti se causæ suæ committeret periculo, plurimasque Interpp. decisiones rejiceret, docente Hartm. Pistor. *dict. quæst. 1. num. 107.* Vocatur autem ex verissimâ ac communissimâ Dd. sententiâ, quam multis autoritatibus & rationibus tuetur Hartm. Pistor. *dict. qu. 1. & qu. 3.* † Feudum hereditarium illud, quod pro se & heredibus concessum est, & sic ex verbis in investiturâ usurpatis qualitatem hereditariam induit. † In descriptione hujus qualitatis & naturæ feudi hereditarii, variant Dd. & admodum prolixus est Hartm. Pistor. *dict. quæst. 1.* sed res tota in eo verè consistit, † ut feudum hereditarium, sive heredibus concessum, immutatâ primâ feudi naturâ, quoad successionem & ejus effectum pro re hereditariâ reputetur, † atque adeò in ipso feudo ab herede jure hereditario succedatur, & ita feudum idem corpus & patrimonium inseparabile fiat cum cæteris rebus hereditariis, Jacob. de Belluiso *in c. 1. An agnat. vel filius*; † Cui consequens est, patrem de feudo hereditario testari ac in testamento disponere posse: † illudq; ac instar rerum hereditariarum in hereditatis petitionem venire: † Item: Filio in legitimam imputari: † Cum fideicommisso universali transire ad fideicommissarium: † Nec non jure hereditario ad heredes extraneos, ut pluribus persequitur Hartman. Pistor. *dict. quæst. 1. num. 61. & multis seqq. ubi plures* Dd. *allegat.* † Sicuti & feudum hereditarium in præjudicium agnatorum pro lubitu alienari potest, Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 14. num. 1.* † At hæc qualitas feudi hereditarii non nisi in iis attenditur, quæ spectant ad successionem hereditariam, ejusdemque effectum, ut scilicet vocatus ad successionem in feudo hereditario, ultimo defuncto ceu heres jure hereditario succedat, ejusq; heres dicatur, atque adeò factum defuncti perinde ut in hereditate præstare teneatur, Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 14. num. 38.* † Alioquin in cæteris, quæ non successionem hereditariam, sed Domini personam magis respiciunt, feudum hereditarium priorem feudorum naturam retinet, † veluti quod sine consensu Domini alienari non possit: † iisdem ex causis amittatur, quibus alia amittuntur feuda: † Et ut ad masculos tantummodo transmittatur, &c. Haud namque rarum est, ut etiamsi pacto feudum aliquâ ex parte fit immutatum, † in reliquis tamen suam naturam conservet, ut notant Dd. *in cap. 1. de feudo non habent. propr. natur. feud.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 1. & quæst. 14. num. 37. & seqq.* ubi hæc omnia ad amussim pertractat.

Ita Domini in causa Heinrichs von Mörsdorff/Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent. Habt ihr nach Absterben eures Vettern dessen Lehngüter als der nächste Agnat und Lehnfolger in Besitz bekommen / Ob nun wol gedachter euer Vetter für sich/ seine männliche Leibes-Lehens-Erben und Söhne zu erst und von neuen damit beliehen worden/ dannenhero selbige Lehngüter / so wol als wann sie ihme und seinen Erben ohne Unterscheid geliehen / nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten / pro novis feudis hereditariis und Erbe-Lehnen gehalten werden/ &c.)

Et in causa Gregorii von Deumingen / Mens. Jul. An. 1596. (Verba sent. Wann nun gleich selbiges Lehn vor ein Erb-Lehngut zuhalten wäre. Dieweil aber dennoch nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten/ die Art und Eigenschafft solcher Erb-Lehngüter / so zu Recht feuda hereditaria genennet werden/ darinnen stehet/ daß sich der Lehnsfolger/ wann er Erbe zugleich mit ist/ der Erbschafft nicht äussern/ und des Lehns alleine unterfangen kan/ nicht aber daß Weibes-Personen in dergleichen Lehngütern / in denen Fällen / da sie in den Lehn-Briefen ausdrücklichen nicht begriffen seyn/ succediren solten/ &c.)

Definitio II.

Heredis vocabulum feudum facit hereditarium, etiamsi filiorum simul mentio facta fuerit.

ERgo differentia inter feudum ex pacto & hereditarium in eo solùm consistit, ut videlicet hoc filiis ut heredibus, illud verò filiis ut filiis quæsitum esse intelligatur, Bartol. & Dd. *in l. ut jurisjurand. 7. §. si liberi. 6. ff. de oper. libert. & in l. quod dicitur. 86. ff. de V. O. & in l. Gallus. 29. §. quidam rectè. 1. & §. 12. vers. Etiamsi parente. ff. de liber. & posth.* Zas. *de feud. part. 8. num. 6.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 3. num. 25.* † Nec feudum ex pacto & providentiâ peculiarem feudi speciem constituit aut separatam rationem à proprio feudo habet, † sed potius pristinam suam naturam, omnibus rectis feudis consentaneam retinet, non quia de filiis dictum in investiturâ, (nam & hereditarium feudum filiis duntaxat quæsitum videtur) sed magis, † quia filiis simpliciter, & sine qualitate hereditariâ concessum est: Contrà verò feudum hereditarium, à propria feudi natura recedens, † duntaxat nititur dictione (*Heres*) in investitura usurpatâ, quæ ex regulis juris hanc habet efficaciam, utrem acquisitam pro se & heredibus hereditariam efficiat, † ita ut volens eandem consequi, jure hereditario succedat, *l. hereditas. 62. ff. de Reg. jur. l. heres in omne. 37. ff. de acquir. heredit.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 3. num. 23.* Consequens hisce est, † feudum concessum pro se & heredibus masculis, sive heredibus filiis, für sich und seinen Lehns-Erben / oder männlichen Leibes-Lehns-Erben / pro hereditario reputandum esse, quippe quod non de filiis ut filiis, & absque hereditaria qualitate vocatis, quod proprium est feudi ex pacto, sed de filiis tanquam heredibus in investitura dispositum fuerit, † quod unicum ad constituendum feudum hereditarium sufficit, quia scilicet propria feudi natura in hereditariam convertitur, quotiescunq; in investiturâ de heredibus dictum est, ut docet perspicuè Camerar. *in cap. 1. qu. 1. num. 22. tit. An agnat. vel filius*, Hartm. Pist. *dict. quæst. 3. ubi plura pro hâc sententia adducit fundamenta, aliorumq; opiniones refutat.* † Nec etiam dictio (Lehns) apposita vocabulo (Erben) quicquam derogat proprietati dictionis (*heredibus*,) quò minus feudum qualitatem hereditariam induat, † sed solùm heredes feudales distinguit à cæteris heredibus, qui feudi capaces non

non sunt, & vulgò Land-Erben vocantur, ut notat Ludov. Fachs. *in quodam consilio, relato ab* Hart. Pist. *dict. q. 3. n. 71.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob nun wol gedachter euer Vetter für sich / seine Männliche Leibes-Lehns-Erben und Söhne zuerst / und von neuen damit beliehen worden / dannenhero selbige Lehngüter pro feudis hereditariis und Erblehen gehalten werden / &c.)

Definit. III.

De jure communi filius repudiatâ patris hereditate feudum retinere non potest.

1 NEmo forsan facilè dubitabit, quin filius repudiatâ patris hereditate, feudum hereditarium retinere non possit, sed aut utrumque retine-
2 re, aut repudiare debeat, † quia scilicet feudum hereditarium quoad successionem pro re hereditariâ reputatur, absurdum autem est, partem hereditatis apprehendere, & partem ejusdem repudiare, *l. quidam. 20. C. de jur. delib. l. 1. l. 2. ff. de acquir. hered.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 282. num. 1.* Hartm. Pistor. *part. 2. q. 2. n. 6. & seq.* Herm. Vult.
3 *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 114.* † At de feudo ex pacto & providentiâ disceptari solet, *An nempe filius*
4 *repudiatâ hereditate hoc retinere queat?* † Quod ut negem cum Matth. Coler. *dict. decis. 282. & part. 2. decis. 79. num. 1.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 2. &* Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 56. num. 13.* mo-
5 vet me textus juris feudalis † *in cap. 1. An agnat. vel filius.* ubi disertis verbis dispositum est, quod filii, si feudum à parente relictum consequi voluerint, simul etiam hereditatem paternam adire, atque ita
6 utrumque vel retinere, vel repudiare debeant. † Atqui textum hunc de feudo ex pacto & providentiâ intelligendum esse, multis argumentis probat latissimè Hartm. Pistor. *dict. quæst. 2. ubi aliorum*
7 *etiam opiniones refert ac refellit.* † Quo & faciunt verba *h.* Const. 47. *in pr. ibi:* Nach gemeinen
8 Rechten/&c. Nec ratio hujus obscura est: † Quis etenim non animadvertit, si filii patris hereditatem damnosam repudiarent, & feudum retinerent, injuriam admodum gravem & ignominiam patri defuncto inferri *§. 1. & §. seq. Inst. quib. manum. non*
9 *licet.* Coler. *dict. decis. 282. num. 2. & seq.* † Hanc ergo injuriam avertere, & contrà honorem parentum defendere obstricti sunt filii, quia esse suum à parentibus habent, eandemque quasi cum iis per-
10 sonam esse videntur *l. in suis. 14. ff. de suis & legit. l.*
11 *ult. sub fin. C. de impub. & aliis substitut.* † Quin & filii ad feudum non nisi mediante personâ patris pervenire possunt, † atq; adeo ipsi hoc acceptum fere, tantoque magis ad conservandam patris famam atque honorem hereditatem simul adire, ejusque debita persolvere tenentur, Hottom. *disput. feudal. cap. 19.* Hart. Pist, *dict. q. 2. n. 39.*

Ita Domini in causa Dominorum Comitum zu Hohenlohe contra die Herren Grafen von Gleichen / Mens. Jun. Anno 1634.

Et in causa Georgii Christophori von der Goltzen contra Elisabethen von Wachtelin / Uxorem VVolffgangi Rudigers von der Bora von Cüstrin / Mens. Nov. Anno 1635.

Definit. IV.

In foro Saxonico extra Electoratum, Filius repudiatâ patris hereditate feudum retinere potest.

NOn magis in foro Saxonico, ac de jure com- 1
muni feudali, filium repudiatâ patris hereditate feudum retinere posse docet Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 2. n. 49.* secutus Ludovicum Fachs. *in consilio quodam, germanico idiomate conscripto.*
† Eò quod juris communis feudalis dispositioni, de 2
quâ Defin. *præced.* in jure Saxonico nusquam derogatum reperiatur, † quidni ergo in foro etiam 3
Saxonico eâ adhuc standum esset, *l. sancimus. 27. C. de testam. l. præcipimus. 32. C. de appellat. l. si servum. 71. §. Non dixit prætor. 5. ff. de acquir. hered.* † 4
quum maximè juris communis correctio, quoad ejus fieri potest, sit evitanda, *c. cum dilectus. 8. extr. de consuet. c. cum expediat. 29. de elect. in 6to.* † Sed 5
oppono Hartmanno Pistor. *text. in art. 21. lib. 2.* Landr. *in verb.* Hat auch ein Mann einen Sohn / der sein Lehns-Erbe ist / nach Lehnrecht / er behält seines Vaters Gebäude gar auff seinem Lehn mit mehren Rechten / dann der sein Erbe ist nach Landrecht/&c. † Ecce hic filius patri in feudo succe- 6
dit, qui tamen ejus heres non est, cui consequens, integrum relinqui filio, ut feudũ repudiatâ hereditate consequi possit. † Scio equidem Hartm. Pi- 7
stor. ac post eum Matth. Berlich. *part. 2. concl. 56. n. 17.* hunc textum restringere ad eum casum, quo filius vivente patre renunciavit hereditati paternæ, vel si alioqui hereditas ipsi delata non fuerit. † Sed 8
ne verbulo hæc restrictio probatur *in dict. art. 21. lib. 2.* Landr. † Generalitate ergo textus standum 9
erit in foro Saxonico, ita ut filius feudum, quocunque modo fuerit concessum, sive sibi, sive suis liberis, sive heredibus (& sic sive feudum fuerit ex pacto & providentiâ, sive hereditarium) spretâ & repudiatâ patris hereditate, possit retinere, secundum Gloss. *ad text. germ.* Landr. *dict. art. 21. lit. D.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 79.* Benedict. Reinhard. *part. 3. differ. 7.*

Ita Domini in causa Victoris & Benedicti der Teutzschmänner zu Lübeck/Mens. Nov. An. 1599. (Verba sent. Daß vermöge allgemeiner Landüblicher Sächsischen Rechte/ den Söhnen sich ihres Väterlichen Erbes zu äussern/ und der Altväterlichen Stamm Lehngüter anzumassen unbenommen/&c.)

Definit. V.

In ditionibus Electoratus Saxonici, filius feudum retinere aliter nequit, nisi & heres patris esse velit in rebus allodialibus.

MInus ergo, dixeris, jus Saxonicum favet pa- 1
rentibus ære obrutis, nec ita filios obstringit, ut vel ex solâ reverentiâ, progenitoribus suis debita, hereditatem paternam eos adire, ac debita hereditaria solvere velit ac jubeat, secus ac de jure communi feudali piè & sapienter dispo- 2
situm, *cap. 1. An agnat. vel filius. Supr. Defin. 3.* † 3
ita certè est. Hocque advertens Illustrissimus Saxoniæ Elector D. Augustus, rejectâ hâc juris Saxonici interpretatione, in ditionibus sui Electora- 4
tus, † vel secundum jus commune pronunciari, 5

4 vel jura Saxonica † cum Hartm. Pistor. *part. 2. q. 2. num. 51.* ita interpretari jubet, ut filio, feudum retinenti, hereditatem paternam repudiare haud liceat, *hâc Constit. 47. §.* Wir lassen uns diese letzte Meynung gefallen/ nemlich daß in unsern Landen der Sohn zugleich des Vaters Erbe seyn soll/ wann er im Lehn ihm folgen will / oder müsse sich
5 beydes zugleich verzeihen/ꝛc. † Quod & postea repetitum in Ord. Torgens. *tit.* Welcher gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten / ꝛc. §. Da aber ein Vater *vers.* und derowegen nach dem klaren Buchstaben / ꝛc. Matth. Coler. *part. 2. decis. 282. n. 5.*

Ita Domini in causa Valentini Pierers zu Arleben/Mens. Nov. Anno 1621. (Verba sentent. Wann gleich Martin Neuser viel Schulden hinter sich gelassen/also daß dieselbe aus seinen Erbgütern nicht wol vollständig bezahlet werden mögen/ꝛc. So seyn doch seine Söhne/wofern sie in Lehngütern succediren wollen / sich der Erbschafft zu entschlagen und zu äussern nicht befugt/ꝛc.)

Definit. VI.

Filius etiamsi hereditatem adiens inventarium confecerit, nihilominus tamen ultra vires hereditatis ex feudo debita paterna solvere tenetur.

1 *AT nonne filius beneficio saltem inventarii sibi consulere poterit, quòminus feudum gravare, ac debita paterna ultra vires hereditatis ex feudo*
2 *solvere teneatur?* † Nam hoc inventarii beneficium aliàs præstat, ut heres ultra vires hereditatis non teneatur, eique conserventur omnia jura & actiones, perinde, ac si hereditatem non adivisset, secundum Gloss. & Dd. *in l. ult. §. in computatione. 9. C. de jure deliber.* Matth. *de Afflict. in cap. 1. §. hoc quoque. num. 74. de succes. feud.* Zas. *de feud. p. 8. num. 10. vers. quinto limita.* Arius Pinell. *in l. 1.*
3 *part. 3. num. 93. C. de bon. matern.* † Sed hic quidem effectus attribuitur aliàs inventario, propterea ne heredes de propriis bonis pro defuncto teneantur, quod iniquum esset, *l. 1. & tot. tit. C. ne filius pro*
4 *patr.* † Hoc verò in casu ratio illa cessat; quamvis enim alia bona hereditaria non sufficiant, adhuc ta-
5 men feudum extat, † quod filii non nisi patris personâ mediante consequuntur, *c. 1. §. si capitanei de feud.* March. Bald. & Dd. *in c. 1. An agnat. vel filius.* Quidni ergo de hisce patris debita exsolvenda es-
6 sent, haud obstante inventarii confectione? † Ac certè si aliter diceretur, omni penè effectu careret dispositio *c. 1. An agnat. vel fil.* quæ hereditatem damnosam præsupponit, eamque filium in feudo succedentem adire jubet, hanc ob causam ut ex feudo debitum persolvat, *Supr.* Defin. 3. Hart.
7 Pistor. *part. 2. quæst. 2. num. 45.* † Quod & disertis verbis sancitum *h.* Constit. 47. §. Wir lassen uns *vers.* Wollen auch / daß alle andere *distinction de confection inventarii* dißfalls zu übergehen seyn/ꝛc. Quorum verborum sensus ac intellec-
8 tus hic est, † ut filius ultra hereditatem obligetur, sive inventario conscripto, sive non hereditatem adiverit, prout ipsemet Constituens Illustrissi-
9 mus ea sic explicat † in Ordin. Torgens. *tit.* Welcher gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten/ ꝛc. §. Da aber ein Vater. *vers.* wann auch gleich der Vater sonst gar keine Erbgüter nach sich gelassen/ oder auch die Söhne ein *Inventarium* gemacht hätten/ꝛc.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Sondern sie seyn die Väterlichen Schulden/wann gleich die Erbschafft nicht zureichen/sie auch beneficio Inventarii sich derselben anmassen würden/ von den Früchten und Abnutzungen des Lehnguts zu bezahlen schuldig/ꝛc.)

Et in causa Georgii Christophori von der Geltzen contra Elisabethen von Wechtalin/Uxoris VVolffgangi Rudigers von der Bora zu Cüstrin/ Mens. Nov. Anno 1631.

Definit. VII.

Non præstat filius onera hereditaria ex feudo paterno, si non nisi in legitimâ institutus, aliâve ex causâ ipsi hereditas delata non fuerit.

NOn semper tamen filius ad onera hereditaria 1
præstanda, ac debita patris ex feudo solvenda obstrictus est, etiamsi in feudo successerit: † Quid 2
enim si pater filium in re certâ tantùm instituerit, vel ei saltem legitimam titulo institutionis reliquerit, alium extraneum heredem universalem instituendo, † aut si aliâ ex causâ hereditas 3
paterna filio delata non fuerit, sed ad alium devenerit? Quod certè multis modis fieri poterit, † pu- 4
tà, si pater filium in testamento præterierit, filiusq; præteritioni acquieverit, *l. filio præterito. 17. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. testam.* † aut si filium ex- 5
heredaverit, vel quando filius vivente patre juramento renunciaverit hereditati paternæ. Hisce in casibus omnibus filius ad feudum pervenire poterit, † licet patri heres non extiterit, † neque tum 6
filius debita paterna de feudo exsolvere obstrictus 7
est, Hartm. Pistor. *part. 2. q. 2. n. 41.* Zas. *de feud. part. 8. num. 9.* Schenck. à Baro Tautenbergk, *ad cap. 1. n. 6. An agnat. vel filii* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 56. n. 26. & seqq.* Sonsb. *de feud. part. 6. n. 167.* † Cessat 8
enim ratio prohibitionis, videlicet ne patri injuria à filio inferatur *Supr.* Defin. 3. quia hisce in casibus filius nullam patri infert injuriam, nec filii, sed potius patris culpâ accidit, quod hereditas à filio non apprehendatur, debitaque hereditaria solvantur; † Ergo & sibi meritò hoc imputare debet, *l.* 9
quod quis. 203. ff. de Reg. jur. c. damnum. 86. de reg. jur. in 6to.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann/ daß der Vater bemeldten Söhnen allein die gebührende Legitimam verlassen / seine gantze Erbschafft aber einem andern Testamentsweise zugeeignet/ꝛc. Auff solchen Fall möchten die Söhne aus dem Lehngute die Väterlichen Schulden zu bezahlen nicht angehalten werden/W.R.W.)

Definit. VIII.

Filius repudiatâ patris hereditate, feudum retinere potest, si hoc filii intuitu patri, vel unà cum patre filio in specie concessum fuerit.

SUnt porrò & alii casus, ubi filio repudiatâ et- 1
iam patris hereditate, in feudo succedere permissum est, quos studio congessit Matth. Berlich. *part. 2. concl. 56. num. 26. & seqq.* † inter quos ille 2
bene est notandus, si patri intuitu filii, vel unà cum patre filio, nomine ejus in specie expresso, feudum concessum fuerit: † Nam tum illi non 3
ut heredi feudi successio competit; † Quidni er- 4
go, repudiatâ etiam patris hereditate ad feudum admit-

admittendus eſſet? Præpoſ. *ad c. 1. n. 6. An agnatus*
5 *vel filius defuncti, &c.* † Quod eo minus dubium habet in ditionibus Electoratus Saxonici, ubi & hisce in caſibus feudo alienato, filio actio revocatoria competit ex novâ Conſtit. *quæ publicè promulgata haud eſt, ſub tit.* Ob der Sohn die neuen Lehn/ ſo ſein Vater erlanget/und wieder verändert/ befugt ſey zu *revociren* und zu hinterziehen/ꝛc. §. alſo auch/ *verſ.* Es wäre denn ſolches neues Lehn/ ꝛc.
6 † Sed illud non conceſſerim Zaſ. *de feud. part. 8. n. 11. aliis 63. allegatis ab* Hartm. Piſt. *part. 2. quæſt. 2. n. 42.* filium nempe, ſi pater nihil in bonis reliquerit, ita feudum apprehendere poſſe, ne ejus nomine quicquam præſtare cogatur, † quos propter-
7 ea rectè refutat Hart. Piſt. *dict. loc.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Es wäre denn/ daß der Vater bemeldten Söhnen allein die gebührende Legitimam verlaſſen/ ſeine gantze Erbſchafft aber einem andern Teſtamentsweiſe zugeeignet/ Oder aber das Lehn nicht allein dem Vater/ſondern auch den Söhnen in ſpecie und benamentlichen/oder doch contemplatione filiorum von dem Lehnherrn verliehen worden / auff ſolchen Fall möchten die Söhne aus dem Lehngute die Väterliche Schulden zu bezahlen nicht angehalten werdē/ V.R.W.)

DEFINIT. IX.

Agnati collaterales in foro Saxonico, tàm in feudo hereditario, quàm ex pacto & providentia ſuccedunt, repudiatâ licet hereditate.

1 ILlud expeditum eſt; quod Agnati feudum ex pacto & providentiâ conſequantur, etiamſi heredes defuncti Vaſalli non ſint, eamque repudiaverint *per text. in cap. 1. An agnat. vel fil.* Matth. Co-
2 ler. *part. 2. deciſ. 282. n. 9.* † Sed feudum hereditarium ſine hereditate retinere non poſſunt, quia de jure communi ex ſententiâ Iuterpp. Agnatus in feudo hereditario ſuccedens cogitur eſſe heres univerſalis, feudumque non niſi jure hereditario obtinet, ut poſt multos Dd. quos allegat, tradit
3 Hartm. Piſt. *part. 2. q. 2. n. 65. & ſeqq.* † Attamen in foro Saxonico etiam in feudo hereditario agnati ad ſucceſſionem admittuntur, licet hereditatem defuncti Vaſalli repudiaverint ac debita hereditaria ſolvere nolint, † ut ita indifferenter feudum tàm 4
hereditarium, quam ex pacto deferatur Agnatis in foro Saxonico, repudiatâ licet hereditate: † Scili- 5
cet quia Agnatis in feudis etiam hereditariis jus ſuccedendi de jure Saxonico ex ſolo jure ſimultaneæ inveſtituræ, & ſic facto ipſorum proprio, non
jure hereditario vel ſanguinis acquiritur, † quod 6
nullo alterius facto eis auferri poteſt, *Supr.* Conſt. 45. *Defin. 15.* Hart. Piſt. *part. 2. quæſt. 20. n. 11.* Conſequitur hinc ergò, eos invitos cogi haud poſſe, † ut 7
hereditatem defuncti Vaſalli adeant, ſi feudum retinere velint, quia illud ſuo jure & facto, ex vi ſcilicet ſimultaneæ inveſtituræ conſequuntur. † Quod 8
& in terris Electoratus Saxonici expreſsè ſancitum Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* Welcher geſtalt die *Agnaten* und Mitbelehnten/ꝛc. §. Es ſollen auch ietzo angezeigter Urſachen halber die Mitbelehnten/da gleich in der Belehnung der Erben gedacht / iedoch dahero nicht ſchuldig ſeyn/ des jenigen / durch welches Abſterben die Lehnsfolge an ſie kommen/Land-Erben zu ſeyn / und alſo der *tit: An agnatus vel filius*, nach den Worten deſſelben ohne Unterſcheid / ob es *feudum ex pacto* oder *hereditarium* ſey / verſtanden werden/ 9
ꝛc. † Unde liquet, in ſucceſſione agnatorum de jure Saxonico nullam attendi differentiam feudi hereditarii & ex pacto & providentiâ, ut probè monet Elector Saxon. Illuſtriſſimus *in dict. tit.* Welcher geſtalt die *Agnaten* und Mitbelehnten / ꝛc. §. Dieweil denn in ſolchem Zweiffel / ꝛc. *Vid. Supr.* Conſt. 46. *Defin. 3.*

Ita Domini in cauſa Heinrici à Mörsdorff / Menſ. Jun. An. 1634. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch auff Sächſiſchem Boden die Vettern auch in feudis hereditariis einig und allein Krafft der erlangeten Mitbelehnten / und alſo nicht jure hereditario ſondern ex pacto proprio ſuccediren, dahero nach Sachſenrecht inter feuda hereditaria & ex pacto ac providentiâ, dißfalls ſchlechter Unterſcheid gehalten wird/ꝛc. So möget ihr auch der verſtorbenen Erbſchafft euch anzumaſſen / oder die verhandene Erbſchulden aus den Lehngütern zu zahlen nicht angehalten werden/V.R.W.)

CONSTITUTIO XLVIII.

PARTIS SECUNDÆ.

Wann und wie die Vettern oder Mitbelehnten die veränderten Lehn revociren, und wieder erlangen können?

DA die Vettern und Agnaten die geſammte Hand in einem neuen Lehn erlanget / ſo hätten ſie daſſelbige zu revociren Fug und Macht/Wenn aber/ und zu welcher Zeit die revocation geſchehen ſoll/hierinne iſt dieſer Unterſcheid zu halten / wo illicitè und alſo ohne des Lehn-Herrn Conſens die Alienation geſchehen / ſo wird der Agnat oder geſammte Belehnte / alsbald noch bey Leben des Alienatorn zugelaſſen.

Da aber die Alienation mit des Lehn-Herrn Conſens geſchehen / ſo muß er ſo lange

Agnati vel ſimultaneè inveſtiti feudum alienatum quando & quomodo revocare poſſint?

PAtruis & Agnatis feudum novum alienatum, ſi de eo ſimultaneè inveſtiti ſint, revocare permiſſum eſt.

Quantum ad tempus verò revocationis, videndum illicitène, hoc eſt, ſine conſenſu Domini, an verò licitè, feudum alienatum ſit. Primo namque caſu, etiam vivo alienatore ut revocet, agnato vel ſimultaneè inveſtito permiſſum eſt.

Poſteriori verò caſu, poſt defunctum demum alienatorem ejusque filios ad revo-

warten/biß daß der Alienator und seine Söhne verstorben/alsdann wo er nicht Erbe ist/ kan er es ohne Erstattung des Kauffgeldes fordern/ da er aber auch bey Leben des Verkäuffers/das Kauffgeld dem Käuffer offerirte/ und erlegen will/ so wird er auch zugelassen/ Dieweil dann unsere Verordnete dessen also einig/ so lassen wir es auch dabey bleiben/und sie werden also zu sprechen und zu erkennen wissen.

re vocationem, etiam sine restitutione pretii, si heres alienatoris non sit, admittitur. Quod si pretium emptori solvere paratum se ostendat, tum vivo quoque alienatore revocare ei licebit.

Quam sententiam deputatorum nostrorum cum & ipsi probemus, illorum officii erit, ut eam in judicando & respondendo deinceps observent.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico Agnati simultaneè investiti non minus hereditarium feudum, quàm ex pacto alienatum revocare possunt.*
2. *Non valet dispositio Vasalli testamentaria de feudo in præjudicium simultaneè investitorum.*
3. *Agnatus simultaneè investitus heres licet alienatoris existens, feudum tamen alienatum revocare potest.*
4. *Pluribus agnatis simultaneè investitis in eodem gradu existentibus, uni eorum in reliquorum præjudicium feudum alienari nequit.*
5. *Quo tamen casu, Agnatis non nisi pro ratâ ipsorum portione jus revocandi competit.*
6. *Agnatus ob solam præsentiam & taciturnitatem à feudi revocatione non excluditur, nisi & expressè in alienationem consenserit.*
7. *Tutoribus Agnatorum minorum unà cum quatuor simultaneè investitis in feudi alienationem consentientibus, subsistit alienatio à minoribus in majorennitate ratificata, licet alii consanguinei non adfuissent.*
8. *Non competit jus revocandi feudum agnatis, qui nondum præstito homagio realiter simultaneam investituram apprehenderunt.*
9. *In ditionibus Electoratus Saxonici filii feudum à patre alienatum, sive novum sit, sive paternum, revocare non possunt.*
10. *Revocare tamen possunt filii feudum à patre alienatum, quod unà cum patre ipsis quoq; in specie, vel patri contemplatione filiorum fuit concessum.*
11. *Extra Saxoniæ Electoratum filii, qui non sunt patris heredes, feudum ab ipso alienatum bene revocari possunt.*
12. *In provinciis Electoratus Saxonici, non competit filiis revocatio feudi à patre alienati, in ipsorum licet minorennitate.*
13. *Agnati jus revocationis in feudo, non nisi defuncto alienatore, mortuisq; ejusdem liberis, exercere valent.*
14. *Feudum tamen absque consensu Domini alienatum, etiam vivente adhuc alienatore revocare queunt Agnati.*
15. *Feudum sine consensu suo alienatũ, refuso pretio redimere potest Agnatus, vivo adhuc alienatore.*

DEFINIT. I.

In foro Saxonico, Agnati simultaneè investiti non minus hereditarium feudum, quàm ex pacto alienatum revocare possunt.

1 QUatenùs & quando de jure communi feudali Agnati feudum sine eorum consensu alienatum revocare queant, valdè perplexum & contro-
2 versum est, † in tantum, ut Carol. Molin. pro magnitudine licet ingenii & judicii extricandis labyrinthis assuetus teste Dan. Moll. *hic n. 14. in additione tamen ad* Alex. *consil. 30. n. 11. lib. 1.* fateatur, se in isto puncto, quantò plura legat, tantò minus discernere
3 posse; quæ sit crebrior opinio. † Adeò scilicet Doctores Doctoribus, imò eosdem sibi ipsi contradicere, ac varias distinctiones fingere, iisque non parum rem ipsam intricare atque confundere, ut videre est ex traditis Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 4. & seqq. quæst.*
4 *14. &* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 57.* Attamen in foro Saxonico res adeo difficilis non est: † Etenim cum Saxonum jure inter Agnatos jus succedendi sit sublatum & omnis successio à simultaneâ investiturâ dependeat, atque propterea agnati, quia singuli semetipsos investiri curant, vivente possessore, proprio ipsorum facto jus quæsitum in feudo habeant, *Supr.* Const. 45. *Defin. 13. 15. 16.* Hart.
5 Pistor. *part. 2. q. 20. & 21.* in aperto est, † Vasallum possessorem eis per alienationem nullo modo præjudicare posse, quò minus defuncto alienatore feudum alienatum, qualecunque etiam illud fuerit, sive hereditarium, sive ex pacto & providentiâ, novum vel antiquum, vi simultaneæ investituræ semel impetratæ revocare queant, *Supr.* Const. 45. *Defin. 16.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 20. n. 11. 12. 25. & 26.* Lehnrecht *cap. 8. in pr. ubi* Glos. *latin. lit. A. & seq.* Modest. Pistor, *consil. 40. n. 4. 5.* Joh. Köpp. *decis. 54. n. 41.* Jacob. Thoming. *decis. 23. n. 6.* † Quod 6
& in provinciis Electoratûs Saxonici clarioribus verbis decisum & sancitum est Ordin. Torg. *de Anno 1583.* Welcher gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten/ ubi facultas revocandi datur Agnatis simultaneè investitis indifferenter, sive feudum sit ex pacto & providentiâ, sive hereditarium, §. So setzen/ordnen und wollen wir. *vers.* Und also ohne Unterscheid. sive antiquum sive novum; † Nam 7
& feudum novum alienatum Agnati simultaneè investiti revocare non prohibentur, *h.* Const. 48. *in pr. dict. tit.* Welcher gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten/ꝛc. §. Und dieses alles soll nicht allein statt haben/ꝛc. Hart. Pist. *part. 2. q. 4. n. 92.*

Ita Domini in causa Heinrici à Kospolt, M. Majo, Anno 1632. (Verba sent. Da nun eure Brüder und Vettern/ welche die gesammte Hand an solchem Gute erlanget/in den Kauff willigen würden/ꝛc. So wäre euch bemeldtes Lehngut mit Consens des Lehnherrns zu verkauffen unbenommen; auffn Fall sie aber damit nicht zu frieden seyn wolten/ und ihr doch solches Gut veräussern würdet/ wären sie dasselbe/ es sey gleich ein alt Väterliches

terliches oder neues Erblehn / oder schlecht Lehngut gebührlichen zu revociren wol befugt/V.R.W.)

Definit. II.

Non valet dispositio Vasalli testamentaria de feudo in præjudicium simultaneè investitorum.

1 REvocare possunt agnati simultaneè investiti feudum non solùm per emptionem-venditionem
2 alienatum, † sed & per aliam quamcunq; alienationem, putà testamentariam, pignoris obligationem, dotationem in solutum in alium translatum, *cap. 1. §. ult. in fin. de controv. int. dom. & empt.*
3 *feud. c. Imp. de prohib. feudi alienat. per Frider.* † Qualiscunque enim fuerit alienatio, defuncto Vasallo, agnatis proprio jure & vi simultaneæ investituræ succedentibus, minimè præjudicare potest, sed in potestate eorum est, istud, quo gravatos se esse sentiunt, pro lubitu retractare, *c. 1. §. è contrario. de*
4 *invest. de re alien. fact.* † Quò & faciunt verba generalia in Ordin. Torg. *de Anno 1583. tit.* Welcher gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten/ &c. §. Es viel erstlich die *Agnaten. vers.* Daß der Besitzer eines Lehn-Guts weder mit verkauffen/ noch sonsten nichts beständiges fürnehmen könte / das seinen Schwerdtmagen und Mitbelehnten / so die Anwartung an solchem Gut haben/an ihren einmahl erlangten Rechten/ zu Nachtheil gereichen
5 möge/&c. Hartm. Pistor. *part. 2. q. 6. n. 45.* † Ideoque nec dispositio Vasalli testamentaria de feudo valet in præjudicium simultaneè investitorum, *c. 1.*
6 *in pr. de succes. feud.* † quia prohibitâ alienatione, nec dispositio testamentaria permissa videtur, Dd. *in l. si quis prioris. 8. §. certum. 2. C. de secund. nupt.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicomm. art. 52. num.*
7 *46.* † Eâdemque de causâ nec pignus vel hypotheca in feudo absque consensu agnatorum constituta in ipsorum incommodum concedere potest, Hart-
8 man. Pist. *dict. q. 6. n. 45.* † quia nomine alienationis, hypotheca quoque & pignoris nexus comprehenditur, *l. ult. C. de reb. alien. non alienand.*

Ita Domini in causa Annæ Dorotheæ & Margarethæ Sororum à Polentz, Mens. Mart. Anno 1604. (Verba sent. Dieweil aber dennoch ein Lehnmann in seinem Testament und letzten Willen von seinen Lehngütern ohne des Lehn-Herrns und der nechsten Lehnsfolger Bewilligung keine Verordnung machen/noch davon einem andern etwas legiren oder bescheiden kan/&c. So mag auch solche Verordnung der Mitbelehnten zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/V.R.W.)

Et in causa Hansen Christoffs von Bernstein / Mens. Jul. Anno 1634.

Definit. III.

Agnatus simultaneè investitus, heres licet alienatoris existens, feudum tamen alienatum revocare potest.

1 SI agnatus simultaneè investitus Vasallo alienatori heres extiterit, tum ipsi jus revocandi feudum non competere plerique Interpp. existi-
2 mant, quoniam regulariter † heres contra factum defuncti venire non potest, *l. cum à matre. 12. Cod. de R. Vindic. l. si ab eo. 7. C. de negot. gest. l. si patri tuo. 24. C. de donat. l. successores. 10. C. de solut.*
3 *l. si uxor. 7. C. de bon. autor. judic. possid.* † Sed neutiquam probat hæc ratio prædictam assertionem, quoniam solummodo locum habet in iis, quæ jure hereditario deferuntur heredi. † Alioquin sane 4
is factum defuncti impugnare haud prohibetur, quotiescunque scilicet non aliquo hereditario, sed legis dispositione aut proprio jure nititur, ut docent Dd. Bart. Bald. *per l. 2. C. si quid in fraud. patr. in l. Titia. 87. §. Imperator. 3. ff. de legat. 2.* Hartman. Pistor. *part. 2. qu. 9. n. 41. & 46.* † Atqui expedi- 5
tum est, solâ vi simultaneæ investituræ & sic proprio jure Agnatos ad successionem feudi admitti, *Supr.* Constit. 45. *Defin. 13. 15. 16.* Hartman. Pistor. *part. 2. qu. 20. & 21.* † Ergò nec revocationis jus ipsis 6
denegandum erit, etiamsi heredes alienatoris Vasalli extiterint. † Quod & disertis verbis sancitum in 7
Ord. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Welcher gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten. §. Es sollen auch ietzo angezeigter Ursachen halber. *vers.* Ja wenn sie gleich aus gutem Willen Erben worden wären/ &c. † Quo ipso derogatur huic Const. 48. Da 8
aber die *alienation. vers.* Wo er nicht Erbe ist/ &c. nec non Constit. 49. *seq.* §. Nach Absterben. *vers.* Wann er des *Alienatoris* Erbe nicht worden / &c. ut ita hoc in puncto ulteriorem legis vim non habeant, Matth. Berlich. *part. 2. concl. 61. n. 19.* † Quin etsi Agnati, etiam non confecto inventario 9
heredes alienatoris existant, nihilominus tamen feudum alienatum revocandi potestatem habent, Ord. Torgens. *dict. loc.* §. Dieweil aber dennoch die jenigen. † Attamen hoc casu ex hereditate, quatenùs vires ejus perpatiuntur, ad omnia defuncti 10
onera præstanda debitaque persolvenda tenentur, *dict. tit.* Welcher gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten. §. Dieweil aber dennoch. *vers.* Jedoch sind die Mitbelehnten auff solchen Fall/&c. Matth. Berl. *part. 2. concl. 58. n. 6.*

Ita Domini in causa Melchior Lebens zu Niemeck / Mens. Mart. Anno 1629. (Verba sent. Habt ihr an Martin Volrads Lehngut die gesammte Hand erlanget / und es hat kurtz vor seinem Absterben gedachter Volrad solches Gut ohne euren Consens und Einwilligung veräussert. Wann ihr nun gleich des verstorbenen Volrads Erbschafft euch angemasset hättet / und sein Erbe worden wäret/&c. So hättet ihr euch doch des juris revocationis hierdurch nicht begeben / sondern wäret berührtes Lehngut nochmals gebührlichen zu revociren wol befugt /&c.)

Definit. IV.

Pluribus Agnatis simultaneè investitis in eodem gradu existentibus, uni eorum in reliquorum præjudicium feudum alienari nequit.

VAsallus non solùm Agnato remoriori in præ- 1
judicium proximiorum feudum alienare prohibetur; sed nec pluribus Agnatis simultaneè investitis in eodem gradu proximiori existentibus, 2
† unum ex illis eligere potest, in quem feudum transferat, quò minus reliqui id revocare queant, *cap. 1. §. si quis igitur de succes. feud.* Hart. Pistor. *part. 2. quæst. 6. n. 30.* † Nec enim valet a- 3
lienatio in præjudicium eorum, qui ex simultaneâ investiturâ jus acquisitum habent *c. 1. de alien. feud. pater.* † Sed horum omnium consensus ad alie- 4
nationem requiritur, qui ejusdem sunt gradus, & ad quos æqualis spes reversionis spectat, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de leg. præst. l. præses. 3. ff. de offic. præsid.* † Nam quod omnes tangit, ab omni- 5
bus approbari debet, *c. quod omnes. 29. de Reg. jur. in 6to. l. inconcedendo. 8. ff. de aqua & aqu. pluv. arc.*

l. per

l. per fundum. 11. ff. de S. R. P. Jacob. Thoming. *dec. 43.* Zas. *de feud. part. 9. num. 25.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. c. 11. n. 97.* Joh. Köpp. *dec. 54. n. 60.*

Ita Domini in causa Carl Albrechts und Günther Bosens hinterlassener Lehns Erben/Mens. Mart. An. 1601. (Verba sent. Ob nun wohl mehr gedachter Hans Bose bemeldtes Lehngut seinem Vetter Liborio Bosen mit Bewilligung des Lehnherrns vor und umb 1000. fl. verkaufft; dieweil aber dennoch ihr so wol als Käuffer / die gesammte Hand am Lehngute gehabt / und gleich so nahe als er zu solchem Lehn seyd/ &c. So hat berührter Kauff ohne eure Bewilligung nicht geschehen können / und ist demnach derselbe euch an euren Rechten unschädlich/ &c.)

Definitio V.

Quo tamen casu Agnatis non nisi pro ratâ ipsorum portione, jus revocandi competit.

1 Quemadmodum uni Agnato ex simultaneâ investiturâ, in toto feudo jus est quæsitum, quod
2 ipsi invito & nolenti auferri nequit; † ita & pluribus in pari gradu existentibus simultaneè investitis, cuilibet eorum non nisi pro ratâ suæ portionis jus acquiritur, *cap. 1. in pr. de succes. feud. cap. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dar. poss.* Camerar, *in c. Imperialem in pr. pag. 180. de prohib. Feud. alien. per Frider.* † Sicuti ergo illi factâ feudi alienatione,
3 actio revocatoria ad totum feudum competit, ita &
4 hoc in casu, feudo in unum translato, † reliquis in pari gradu existentibus, non nisi pro ratâ ipsorum portione, jus revocandi competere, eadem juris ratio exigit *l. id quod nostrum. 11. ff. de Reg. jur. l. fin. ff. de pact.* Hartman. Pistor. *part. 2. quæst. 6. num. 30.*
5 Matth. Berlich. *part. 2. concl. 57. n. 44.* † Nam quod juris est in toto quoad totum, idem etiam juris est de parte quoad partem, *l. quæ de tota. 76. in pr. ubi* Gloss. & Bartol. *ff. de R. V. l. juris gentium. 7. §. adeo. 6. ubi* Jason. *ff. de pact.* Hart. Pist. *dict. q. 6. n. 33.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Derowegen euch pro ratâ und für euren Antheil bemeldtes Lehngut zu revociren unbenommen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Agnatus ob solam præsentiam & taciturnitatem à feudi revocatione non excluditur, nisi & expressè in alienationem consenserit.

1 Agnatos propter consensum, quem alienationi adhibuerunt, à revocandi jure excludi certissimum est, *c. Titius. vers. quod si consentit. si de feudo defunct. cont. cap. 1. vers. nisi consentientibus. de alienat. feud. patern.* Hart. Pistor. *part. 2. quæst. 6. n. 71.* Joh. Köpp. *dec. 54. n. 67.* usque a-
2 deò, † ut, si proximiores agnati alienationi consenserint, remotiores non admittantur, quamdiu proximiores, qui consenserunt, adhuc in vi-
3 vis existunt, Hartm. Pist. *dict. quæst. 6. n. 58.* † Attamen, ut quis consensisse videatur, non sufficit, eum præsentem fuisse alienationi & tacuisse, sed requiritur verbis aut facto expressa declaratio,
4 quippe † quod præsens & tacens cogitare potuerit, jus suum semper sibi durare, *l. sicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Pist. *part. 2. q. 7. n. 1.* Schneidevv. *de feud. c. 7. n. 88.*
5 Schrad. *de feud. part. 8. c. 5. n. 5.* † Nisi forsan Agnatus proximior præsens fraudulenter & dolosè tacuerit, alienationemque fieri passus fuerit, *l. sisne. 5. C. ad SCtum Vellejan. l. 2. C. si aliena res pign. dat sit.* † Vel nisi Agnatus per præsentiam aliquid 6
feciset, quod consensum præ se ferret, puta quia emptori persuasisset, ut emeret, *l. si quis affirmaverit. 9. ff. de dolo malo.* † vel evictionem se præ- 7
stiturum spopondisset, *l. exceptione. 11. C. de evict. junct. l. vindicantem. 17. ff. eod. tit.* † vel etiam 8
scripsisset aut subscripsisset instrumentum venditionis *l. fidejuss. 26. §. 1. ff. de pign.* Hart. Pist. *dict. q. 6. n. 5.* Köpp. *dict. dec. 54. n. 70.* Schrad. *dict. c. 5. n. 8.*

Ita Domini in causa Gregorii ab Heinitz zu Talbitz/Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die Mitbelehnten in den geschlossenen Kauff-Contract mit ausdrücklichen Worten nicht gewilliget / welches gleichwol die Rechte in alle Wege erfordern und haben wollen/ &c. So seyd ihr erwähnter eurer Mitbelehnten ausdrücklichen Consens und Einwilligung nochmals zu Wege zu bringen/ und eurem Abkäuffer einzuantworten schuldig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Tutoribus agnatorum minorum unà cum quatuor simultaneè investitis in alienationem feudi consentientibus, subsistit alienatio à minoribus in majorennitate ratificata, licet alii consanguinei non adfuissent.

Subsistit ergo alienatio feudi, consentientibus 1
Agnatis simultaneè investitis, in tantum, ut non solum ipsimet Agnati propter consensum datum, † sed & eorundem liberi, nepotes, omnes- 2
que posteri perpetuò à revocatione feudi excludantur, Ordin. Torg. *de Anno 1583. tit.* Welcher Gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten / &c. §. Setzen/ordnen/ und wollen demnach / &c. *vers.* mit *consens* des Lehnherrn und Bewilligung aller Mitbelehnten / so dann als am Lehen / verkaufft/ verpfändet / oder sonsten davon etwas verändert wird/ so soll solches für kräfftig und beständig geachtet werden/ &c. Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 7. n.* 3
42. & seqq. † Modò omnes qui simultaneam investituram, & spem succedendi in feudo habent, etiamsi in diversis & remotioribus gradibus inter se distent, consenserint, *dict.* §. Setzen/ ordnen und wollen demnach/ &c. Matth. Berlich. *part. 2. concl. 58. num. 12. & 14.* † *Quid autem, si aliqui ex simultaneè investitis, quorum consensus requiritur, sint minorennes?* Sanè, licet quis existimaverit, per tutoris consensum hunc suppleri defectum, certum tamen 4
est, † tutorem jus revocandi feudum, quod minori 5
competit, consensu suo remittere non posse, ut multis probat Hart. Pistor. *observat. 62.* ideoq; ne alienatio feudi eâ de causâ impediatur, placuit Illustrissimo Saxoniæ Electori, firmam ac validam haberi alienationem, † si duo Agnati majorennes, in gra- 6
du proximiori constituti, unà cum tutoribus & curatoribus minorum agnatorum, in remotiori gradu constitutorum, consenserint *dict. tit.* Welcher Gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten/ &c. §. Damit nun solcher Unmündigen halber/ &c. † Aut mino- 7
ribus in æquali & pari gradu cum majorennibus agnatis existentibus, si præter consensum quatuor agnatorum majorum, nec non tutorum & curatorum, adhuc alii duo minorum proximi Agnati vel consanguinei, qui tamen simultaneè investiti non

sunt

sunt, alienationem approbaverint, in eamq; consenserint, *dict. tit.* Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ &c. §. Da aber auch die Unmündigen/ &c. † modo tamen utroqve in casu consensus quoqve Domini feudalis, & decretum judicis, aliàs etiam in alienatione rerum minorum necessarium, accesserit, *dict.* §. Da aber auch die Unmündigen/ *in fin. vers.* Jedoch daß nicht etwa/ &c. † Prout hæc omnia distinctè explicat Matth. Berlich. *dict. conclus. 58. n. 19. & seqq.* † Planè, licet in casu, qvô minores unà cum majorennibus Agnatis in pari gradu existunt, aliorum Agnatorum vel consangvineorum haud simultaneè investitorum consensus, qvem aliàs reqvirit *dict.* Ordin. Torg. §. Da aber auch die Unmündigen/ &c. non accesserit, † subsistit tamen alienatio, si minor, postqvam majorennis factus est, ultra qvinqvennium tacuerit *propter text. in l. fin. C. si major. factus.* † Qvæ licet de bonis allodialibus loqvatur, ejus tamen legis dispositionem, etiam ad feudalium bonorum alienationem extendendam, putarunt Domini, teste Hartm. Pistor. *dict. observ. 62. n. 10.* † Qvamvis res aliter se habeat, si Dominus feudi non consenserit, ut tractat Petrus Heig. *part. 2. qvæst. 19.*

Ita Domini in causa Christophori Lindners zu Naumburg/ Mens. Julio Anno 1620. [Verba sentent. Ob nun gleich Wilhelm und Ansheln von Tettau sich verlauten lassen / solch Lehngut / so in ihrer Unmündigkeit veräussert worden/ vermöge der gesammten Hand zu revociren. Dieweil aber dennoch vorbenanntes Gut aus drangseligen Schulden / wie zuvor mit der Subhastation, und was derselbigen anhängig / richtig verfahren/ verkaufft worden ist / und vorgedachter beyder unmündiger Vormünder/ samt andern vier Agnaten/ welche zugleich beliehen gewesen / und gleiche Anwartung gehabt/ sich der gesamten Hand daran freywillig begeben/ und in solchen Kauff gewilliget/ welchen auch beyde Gebrüder von Tettau nach erlangter Mündigkeit zu gebührlicher Zeit nicht gefochten / sondern vor genehm gehalten / und derselbe hierüber durch des Lehn-Herrns darüber ausgebrachtes Decret bekräfftiget worden/ &c. So seynd auch mehrbemeldte Wilhelm und Ansheln von Tettau / den Kauff zu fechten / und das Lehngut ohne Entgeld zu revociren nicht befugt/ V. R. W.]

Definit. VIII.

Non competit jus revocandi feudum agnatis, qvi nondum præstito homagio realiter simultaneam investituram apprehenderunt.

1 NOn competit actio revocatoria feudi agnatis, anteqvam simultaneam investituram, vel manum conjunctam præstito homagio acceptaverint, & realiter apprehenderint, consentiente Vasallo possessore, juxta sanctionem manifestam *in* Ordin. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. Jedoch ist solches. Hieron. Schurff. *cent. 1. consil. 16.* Jac. Thoming. *qvæst. 23. num. 7. & 15.* Hartm. Pistor. *part. 2.*
2 *qvæst. 20. num. 11. 14. 16.* Nec sine ratione: † Est namqve actio revocatoria realis, qvæ propterea nulli alii competere potest, nisi ei qvi per veram simultaneam investituram jus sibi reale in feudo acqvisiverit, §. *item si qvis 6. Instit. de act.*
3 Hartm. Pistor. *part. 2. qvæst. 28. num. 4.* † Ex qvo porrò manifestum est, investitum de feudo alieno saltem in casum mortis, feudum sine consensu suo alienatum haudqvaqvam revocare posse, *cap. 1. §. si qvis investierit, de feud. dat. in vic. leg. commiss.* Lehnr. *cap. 5. & cap. 57.* Hartman. Pistor. *dict. qvæst. 28.* Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 4. num. 59.* † Nec enim investitura hæc de caducitate feudi facta jus in re tribuit, sed tantummodo actionem personalem ad interesse contrà Dominum parit, *c. si facta, si de feud. defunct. cont. c. 1. §. 1. ubi* Matth. de Afflict. *de nov. form. fidel.* Schrad. *de feud. part. 5. cap. 2. num. 15.* Matth. Wesenb. *de feud. cap. 8. num. 18.* Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 28. num. 4.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 10.* 4

Ita Domini in causa heredum Balthasari Wurmbs und Hansen Jenitzschens / Mens. Febr. Anno 1593. [Verba sentent. Dieweil sie aber dennoch die gesamte Hand mit wircklicher Leistung der Lehnspflicht nicht erlanget/ &c. So haben sie auch das Lehngut zu revociren nicht fug/ sondern es werden die Besitzer darbey nochmals billich gelassen/ &c.]

Definit. IX.

In ditionibus Electoratus Saxonici filii feudum à patre alienatum, sive novum sit, sive paternum, revocare non possunt.

COncors & unanimis est Dd. opinio, filium in 1
feudo paterno, qvod ex pacto & providentiâ vulgò appellant, de jure communi feudali, facto sive contractu parentis non magis teneri, qvam Agnatum, † sed eum à contractu ejusmodi pro li- 2
bitu resilire, & feudum à patre alienatum revocare posse, ex rationibus & argumentis, qvæ congessit Hartm. Pistor. *part. 2. qvæst. 13. n. 1. & seqq.* Matth. Coler. *consil. 20. num. 16.* Andr. Fachs. *lib. 7. contr. 18.* Bart. Camer. *in c. imperialem §. præterea ducatus, de probib. feud. alien. per Frider.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 53. & vol. 2. consil. 50.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 8. num. 11.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. membr. 2. conclus. 71. num. 1. & seq.* Mynsing. *cent. 4. observat. 85. num 3. & seqq.* † A qvâ sen- 3
tentiâ divortium fecit unicus Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 13. num. 34. & seqq.* filiis adimens potestatem revocandi feudum à patre alienatum: † Non so- 4
lùm qvod ne uno qvidem verbulo in juris feudalis capitulis revocandi potestas iis concedatur; † sed 5
& qvia ratio agnatos admittens, in filiis & cæteris descendentibus penitus cessat: Etenim agnati collaterales ideo feudum alienatum revocare possunt, † qvoniam hoc non ab eo, qvi alienavit, obtinent, 6
nec ullam causam habent, cur ipsi hâc in re qvicqvam acceptum ferant, sed potius per investituram ejus, à qvo tanqvam à communi stipite feudum ad alienatorem pervenit, succedere videntur, *cap. hæc verò deficientibus, de grad. succes. in feud. cap. 1. §. si Capitanei, de feudo March.* † At filii non tàm 7
beneficio primi acqvirentis, qvàm mediante personâ patris sui succedunt, & ab ipso patre feudum capiunt, *dict. §. si Capitanei* Dd. *in cap. 1. An agnat. vel fil.* † Ratio meherclè non contemnenda, qvæ 8
certè verissima est, & vel inde probatur, qvod si filius censeretur feudum non à patre proximè defuncto, sed ab avo obtinere, † tùm sanè patruus 9
filii, qvi avo proximior est gradu, potius succe-

deret in feudo, filio excluso: Sed cum filius patruum in successione feudi excludat, palam inde fit, eum feudum illud non ab avo, sed patre suo nan-
10 ciscì: † Quidni ergò filius factum præstabit patris, à quo lucrum capit, & cujus beneficio ad feudi successionem pervenit, *l. ex quâ personâ 149. ff. de Reg.*
11 *jur.* † Potest hæc ratio sufficere ad stabiliendam Hartm. Pistor. opinionem, nisi ipsemet adhuc plures alias adduxisset, *d. quæst. 13.* quas & Illustrissimus Saxoniæ Elector repetiit & approbavit *in* Ordinat. Torgens. *de Anno 1583 tit.* Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. Dieweil aber dennoch dieses/ꝛc. Unde opinio hæc Hartm. Pistor.
12 † hodie in provinciis Electoratus Saxonici legis autoritatem obtinuit; Et constitutum ab Illustrissi-
13 mo Electore, † quod filii & descendentes feudum à patre alienatum revocare non possint, *dict. tit.* Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ꝛc. §. Setzen/ordnen und wollen demnach ꝛc. Andreas Rauchbar. *part. 1. quæst. 43. num. 25.* Andreas Knich. *de vestit. paction. cap. 2. n. 159. part. 1.*
14 † Non habitâ distinctione, an Novum fuerit feudū, an verò antiquum sive paternum, *dict. tit.* Welcher gestalt. §. Setzen ordnen und wollen demnach.
15 † Et sive cum, vel sine inventario filii heredes patris facti fuerint, sive non. *d.* §. Setzen / ordnen und wollen demnach. *vers.* Wann sie gleich ihres Vaters Erben nicht worden wären/ꝛc. Ex quo porrò
16 sequitur, † patrem in præjudicium filiorum suorum de feudo disponere ac uni ex filiis id assignare posse, ita ut reliqui patris facto contravenire nequeant, ut pluribus tractat Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 4.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 78.*

Ita Domini in causa Conradi & Martini der Petersen zu Wellersroda/Mens. Decemb. Anno 1627. [Verba sentent. Ob wol sonsten nach dem Churfürstlichen Sächsischen Torgauischen Ausschreiben/die Kinder ihres Vatern Contract zuwider kommen/ und die von ihme veräusserte Lehn/ sie seyn gleich alt oder neue Lehn/zu revociren nicht befugt seyn/ꝛc.]

Definit. X.

Revocare tamen possunt filii feudum à patre alienatum, quod unà cum patre ipsis quoque in specie, vel patri contemplatione filiorum fuit concessum.

1 CEssat tamen ratio, quæ filios à revocatione feudi à patre alienati excludit, de quâ *Defin. præ-*
2 *ced.* in feudo novo, quod non solum patri, † sed simul quoque filiis in specie, horum nominibus in literis investiturarum expressis, vel saltem con-
3 templatione filiorum patri fuit concessum. † Nimirum eo casu filii non tàm à patre, quàm à primo concedente & ex gratia Domini feudum consequuntur, *c. 1. §. sed etiam res tit. per quos fiat investit.* Camerar. *in c. Imp. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. p. 387.*
4 Jason. *56. num. 9. & num. 20.* † Ergò in eo ipsis à patre haud præjudicari potuit, sed meritò iis actio
5 revocatoria dabitur; † Quibus propterea expressè subvenit Const. Elect. *tit.* Ob der Sohn die neuen Lehn/ so sein Vater erlanget/ und wieder verändert befugt sey zu revociren/ꝛc. *quæ est in ordine quarta inter eas, quæ publicè haud fuere promulgatæ.* §. Also auch/ wenn gleich das neue Lehn *ex pacto & providentiâ Domini* verliehen/ so soll doch dem Sohne die *Revocation* nicht gestattet werden/ es wäre dann solches neues Lehn nicht allein dem Vater/ sondern auch dem Sohne durch den Lehn-Herrn verliehen/ also daß des Sohnes Namen *specificè* in dem Lehn-Brief ausgedrücket/oder daß es dem Vater *contemplatione filii*, und also wegen des Sohnes wäre verliehen/ darbey wir es auch bleiben lassen.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Da aber dennoch/eurem Anbringen nach/das Gut/so euer Vater unlängsten verkaufft/ nicht alleine ihme/ sondern auch euch den Söhnen namentlich zugleich verliehen worden wäre/ꝛc. So hätte eurem Vater dasselbe zu veräussern nicht gebühret/ derowegen ihr nach seinem Absterben solches Lehngut zu revociren wohl befugt seyd/ V. R. W.]

Definit. XI.

Extra Saxoniæ Electoratum filii, qui non sunt patris heredes, feudum ab ipso alienatum benè revocare possunt.

1 EX peculiari ergò Constitutione Electorali, *in* Ordinat. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ꝛc. §. Was aber die Söhne anlanget/ quæ opinionem Hartm. Pistor. *part. 2. quæst 13.* approbavit, in ditionibus Electoratus Saxonici, filii ad revocationem feudi à patre alienati non admittuntur, *supr. Definit. 9.* 2 † Alioquin extra provincias Electoratus ab opinione Dd. communi, quæ filiis non minus atque Agnatis jus revocandi feudum indulget, neutiquam recedendum erit, *l. minimè 23. ff. de LL.*
3 † Nec alibi in judiciis opinio Hartm. Pistor. quicquam autoritatis habet, vel fatente ipsomet, *dict. quæst. 13. num. 76.*
4 † Scio equidem, ex jure quoque Saxonico eum hanc sententiam defendere conari, *per text. in artic. 14. lib. 1.* Landrecht.
5 † Sed quàm parum inde probetur, cuivis textum inspicienti obviam est;
6 † Et certè ne quidem de jure Saxonico filios à feudi revocatione arceri, probatur *artic. 52.* Landrecht. *cap. 31.* Lehnrecht. *artic. 9. lib. 1.* Landrecht. quos textus benè inducit contra Hartman. Pistor. ejusque argumenta refellit Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 58. num. 28.*
7 Ex quo porro infero, † Agnatos simultaneè investitos, in feudi alienationem consentientes, non præjudicare filiis in foro Saxonico, quò minus hi parentibus defunctis alienationem impugnare queant, quàmvis in terris Electoratus Saxonici longè aliter res se habeat, ut dixi *supr. Definit. 7. in pr.* ex sententiâ scilicet Hartman. Pistor. quam multis tuetur rationibus *part. 2. quæst. 7. num. 42. & seqq.*
8 † Attamen nec de jure communi & in foro Saxonico, filii contra pactum patris alienantis vel consentientis venire poterunt,
9 † si ipsius heredes extiterint, *per l. heredem 59. ff. de Reg. jur. l. 1. ff. de acq. vel amitt. hered. cap. is qui 46. de Reg. jur. in sexto.* Modest. Pistor.

Pist. *vol. 2. cons. 50. n. 45. 50.* Schrad. *de feud. part. 8. cap. 8. n. 19.* Joh. Köpp. *decis. 54. n. 95.*

Ita Domini in causa Johannis und Jacobi der Specht/ an Rath zu Aschersleben/Mens. Febr. Anno 1599.
Et in causa Jobsten von Cannewortz / Mens. Novembr. Anno 1602.

Definit. XII.

In Provinciis Electoratus Saxonici non competit filiis revocatio feudi à patre alienati in ipsorum licet minorennitate.

1 NOn minus filiis minorennibus, ac iis, qui ætatem perfectam & majorennem assecuti fuere, denegatur revocatio feudi à patre alienati, in dictionibus Electoratus Saxonici, Ordin. Torgens. Elect. Saxon. *de An. 1583. tit.* Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ꝛc. §. Wir behalten uns aber auch hierüber bevor. *vers.* Sie wären gleich damals mündig oder unmündig gewesen/ zu fechten nicht Fug noch Macht haben sollen / ꝛc.
2 † Nec habent minorennes sive pupilli, quod conquerantur de alienatione immobilium bonorum haud absque eorum præjudicio facta, *l. si ad resolvendam 7. ubi* Dd. *C. de præd. minor.* Hartm. Pistor. *observ. 62.* † Quia scilicet liberi in terris Electoratus Saxonici factum defuncti patris, etiam in feudo
3 præstare tenentur, † nec alienationem feudi, quod
4 non nisi mediante persona patris nanciscuntur, impugnare possunt *supra* Definit. *9.* Hartm. Pistor. *part. 2. q. 13.*

Ita Domini in causa Valentini Pechs zu Marienstern/ Mens. Majo, Anno 1621. (Verba sent. Habt ihr Mathes Krahls Lehngut mit Consens des Lehn-Herrn an euch erkaufft/ꝛc. So ist solcher Kauff zu Recht kräfftig und beständig/ und mag nunmehr von des Verkäuffers Söhne / daheo / daß er zur Zeit des verstorbenen Lehnmanns als des verkauften Guts minderjährig gewesen/ nicht hinterzogen werden/V. R. W.)

Definit. XIII.

Agnati jus revocationis in feudo non nisi defuncto alienatore, mortuis q; ejusdem liberis, exercere valent.

1 ETsi alienatio feudi, absque consensu Agnatorum simultaneè investitorum facta, iis non præjudicet, quo minus feudum revocare queant; attamen hoc jus revocationis exercere non possunt,
2 † priusquam Vasallus alienator ejusdemque liberi mortui fuerint, *hâc* Const. *48.* §. Da aber. *vers.* So muß er so lange warten/ biß der *Alienator* uñ seine Söhne verstorben/ ꝛc. & Constitut. *49. seqq.* §. Nach Absterben aber des Verkäuffers / und
3 seiner Männlichen Leibes-Lehns-Erben/ꝛc. † Subsistit namq; alienatio & robur suum obtinet, quamdiu alienator ejusque liberi adhuc sunt in vivis *c. 1. de alien. feud. patern. ubi* Gloss. Matth. de Afflict. *in cap. Titius num. 22. si de feudo defunct.* Pist. *part. 2. quæst. 6. num. 58.*
4 † Quia scilicet Agnatis jus revocationis, non nisi ex concesione & investiturâ Domini competit, quæ semper de successivo ordine intelligenda, ut post mortem demum alienatoris aliorumque, qui proximiores in gradu sunt, ad eos devolvatur, *l. peto 69.* §. *fratre 3. ff. de legat. 2. l. fin. C. de verb. signif. l. heredes. 57.* §. *ult. ff. ad SCtum Trebell.* † Non igitur prius 5
agnatis simultaneè investitis ex investiturâ jus in feudo quæsitum esse potuit, quàm defunctus iis, qui ipso proximiores erant, successionis ordo eos vo-
caverit. † Et per consequens revocationis jus ab 6
Agnatis exerceri non poterit, priusquam ipsemet alienator, ejusdemque liberi fuerint mortui, Hartman. Pist. *dict. quæst. 6. n. 61.*

Ita Domini in causa Christophori Lindners zu Naumburg/ Mens. Jul. Anno 1620. (Verba sent. Derowegen bemeldte Vettern / vermöge der gesammten Hand / wann George Wolff von Teitau als Alienator nebenst seinen Söhnen Todes verfahren / das Lehngut ohne Entgeld zu revociren berechtiget/ꝛc.)

Definit. XIV.

Feudum tamen absque consensu Domini alienatum etiam vivo adhuc alienatore revocare queunt Agnati.

1 NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm si Domino consentiente, feudum absque agnatorum consensu fuerit alienatum, qui propterea non nisi post obitum Vasalli alienatoris, ejusque liberorum, jus revocandi exercere possunt *Defin. præced.* † 2
Alioquin si nec Domini consensus accesserit, statim Agnatis simultaneè investitis feudum revocare licet, etiam vivo adhuc alienatore, *hâc* Const. *48. in pr. vers.* Wo *illicitè* und also ohne des Lehn-Herrns *Consens* die *Alienatio* geschehen/ So wird der *Agnat* oder gesammte Belehnte alsobald nech bey Leben des *Alienatoris* zugelassen. Schneidevv. *de feud. part. 5. n. 59.* Joh. Köpp. *decis. 54. n. 16.* Ratio
expedita est, † quia eo ipso momento, quo Vasal- 3
lus irrequisito Domini consensu alienat, feudum amittit, † sed non ut de jure communi, *c. 1.* §. *callidis* 4
de prohib. feud. alienat. per Frider. c. 1. §. *aut si libellario junct.* §. *his omnibus casibus. Quib. mod. feud. amitt. c. 1.* §. *ult. Quæ fuit prima cauf. benef. amitt. c. 1.* §. *hodiè autem. Quid jur. si post alien. feud. Vasall. id recup.* Pistor. *part. 2. qu. 17.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. n. 78.* ita etiam in Provinciis Electoratus Saxonici illud Domino aperitur. Ergò Agnatis simultaneè investitis cedit, Matth. Berlich. *part. 2. concluf. 59. n. 23. vid. infra* Const. *49. Definit. 12.* † At nonne filii præferentur hoc casu Agnatis? 5
ita quidem sentit Berlich. *dict. concluf. 59. n. 25.* † 6
Sed contra mentem Illustrissimi Electoris, quem filios etiam excludere voluisse *ex pr. h.* Constitut. *48. junct.* §. Da aber die *Alienation &c.* manifestissimum est. Nec deficit ratio; † Peccat siquidem 7
Vasallus adversus Dominum ipsum sine ejus consensu feudum alienans, quod genus delicti etiam filiis nocet, *Vid. infr. part. 3.* Const. *27. Defin. 6.* Ordin. Torg. *de Anno 1583. tit.* Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. Dieweil aber dennoch. *vers.* Daß des Vetters Verbrechung. Nec juvat quicquam Berlich. *Constit. Elect. 27. part. 3.* † quippe quæ non de delicto in Dominum, sed 8
extra hujus personam commissum loquitur, ut ex verbis *dict. Constit.* satis liquet.

Ita tractatum in causa VVolffgangi Melchioris & Caspari, fratrum der Marschalcke zum Grävenhenichen/ Mens. Jun. Anno 1599.

DEFINIT. XV.

Feudum sine consensu suo alienatum, refuso pretio, redimere potest Agnatus, vivo adhuc alienatore.

1 EST porrò & alius casus, quo feudi revocatio locum habet adhuc vivo alienatore, si nempe Agnati pretium emptori refundere velint, *h.* Constit. 48. §. Da aber *vers.* Da er aber auch bey Lebē des Verkäuffers das Kauffgeld dē Käuffer *offeriret*/uñ erlegen will/so wird er auch zugelassen. † Sed
2 admittuntur hoc casu Agnati non quidem simpliciter ex jure simultaneæ investituræ, † sed potius 3
ex peculiari quodam jure protimiseos, consuetudine feudali introducto, *c. Titius si de feudo defunct. c. 1. §. porro. Qual. olim feud. pot. alien. c. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat investitura.* † de quo tractat, 4
plenissimè Hart. Pistor. *part. 2. quæst. 11. & quæst. 12.* Bald. *in dict. c. Titius, si de feudo defunct.* Hieronym. Schurff. *int. consil. feudal. cons. 123. & cons. 143.* Jac. de Belvis. *in c. 1. §. hoc quoq; de succes. feud.*

Ita Domini in causa Cornelii von Miltitzens / Mens. Aug. Anno 1603.

CONSTITUTIO XLIX.

PARTIS SECUNDÆ.

Wann Vettern oder Mitbelehnten die veränderte Lehen revociren/wie es mit Erstattung des Kauffgeldes/ oder des Interesse gegen den Besitzer zu halten?

Iidem feudum revocantes, quatenus ad pretium emptori vel interesse teneantur?

WAnn das Lehngut illicite und ohne des Lehn-Herrns Consens alienirt, und also die Alienatio bey Leben des Alienatoris durch den Agnat oder Mitbelehnten kan revociret werden/so ist er dißfalls das Kauffgeld dem malæ fidei emptori regulariter zu erstatten nicht schuldig/sondern der Käuffer mag sich derowegen an seinem Verkäuffer erholen. Sonsten wo das Lehn-Gut licitè verkaufft/ so ist der Agnat oder Mitbelehnte / welcher dasselbige bey Leben des Verkäuffers nach Ordnung der Rechte wieder erlangen will/ das Kauff-Geld und kein Interesse zu erstatten pflichtig.

Nach Absterben aber des Verkäuffers/ und seiner Männlichen Leibes-Lehns-Erben/ kan der Agnat und Mitbelehnte/wann er des Alienatorn Erbe nicht worden/das Lehngut wieder an sich bringen/ und ist das Kauffgeld wieder zu geben nicht schuldig/ welches dann wir auch also bey unserer Verordneten einhelligen Beschluß bleiben lassen.

FEudum illicitè sine consensu nimirum Domini alienatum, ubi vivo alienatore Agnatus vel simultaneè investitus revocare potest, pretium malæ fidèi emptori restituere non teneatur, sed is venditorem de evictione obligatum sibi habet. Licet verò alienatum, vivo alienatore, juxta præscripta legum revocaturus, solum pretium absque interesse restituet.

Post mortem autem alienantis & filiorum ipsius, si heres ejus non sit, etiam nullo omninò pretio restituto, ad revocationem, ex unanimi deputatorum nostrorum sententiâ, quam & nos probamus, admittetur.

DEFINITIONES.

1. *Jure protimiseos redimere possunt Agnati feudum, etiam post factam traditionem.*
2. *Agnatus redimens feudum jure protimiseos, emptori pretium solutum absq; usuris tamen refundere tenetur.*
3. *Non auditur Agnatus redimens feudum alienatū ex jure protimiseos, nisi paratā pecuniam offerat.*
4. *In ditionibus Electoratus Saxonici, non competit filiis jus redimendi feudum à patre alienatum, refuso licet pretio.*
5. *Cessat jus protimiseos in feudo per donationē, infeudationem, aut permutationem &c. alienato.*
6. *Ex eo, quod Agnatus à venditore ad emendum feudum requisitus tacuerit, à jure retractus postea excluſus non est.*
7. *Agnato proximiore Venditioni licet consentiente, remotior tamen pretio refuso feudum redimere valet.*
8. *Feudo ab agnatis revocato Emptor heredes alienatoris de evictione promissa convenire potest.*
9. *Heredes alienatoris pretium emptori restituere debent, etiamsi de evictione obligati non sint.*
10. *Feudo sine consensu Domini alienato, & postea ab Agnatis revocato, malæ fidei emptor nec de evictione promissa alienatorem convenire, nec ab eodem pretium repetere potest.*
11. *Sed pretiū hoc casu Seniori seu Domino feudi cedit*
12. *Feudum sine consensu Domini alienatū, in ditionib9 Electoratus Saxonici, ab Agnatis statim revocatur, extra Electoratum verò Domino aperitur, quamdiu Vasallus alienator adhuc in vivis est.*
13. *Etiamnum hodiè in foro Saxonico Vasallus ob alienationem sine Domini consensu factam feudo privari potest.*
14. *Vasallus feudum amittit, si hoc inscio Domino in Emphyteusin alicui concesserit.*

DEFINIT. I.

Jure protimiseos redimere possunt Agnati feudum, etiam post factam traditionem.

1 DUplex jus revocandi feudum competit Agnatis; sed ex fonte diverso: *Unum*, quo, mortuo demum alienatore, quando via succedendi ipsis aperitur, absque pretio feudum recuperant, quod in specie jus revocandi appellitatur, de quo Const. *præced.* Idque jure succedendi ex primâ investitu-

2 ra quæsito innititur. † *Alterum* est jus protimiseos, quo vivente etiam alienatore, refuso tamen pretio, feudum revocare licet, quod jus ex solâ consuetudine feudali fuit introductum, Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 11. n. 11. & 21.* Sonsbec. *de feud. part.*
3 *13. num. 120.* † Conveniunt tamen hæc jura in eo, quod post factam etiam traditionem feudi exerceri queant. Etenim Agnati non solum contractum
4 venditionis impedire, † sed & postquam contractu perfecto feudum ad alium possessorem jam pervenerit, istud à possessore ex jure προτιμήσεως recuperare possunt, *cap. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 12. num. 1. & 2.*

Ita Domini in causa Matthæi Lohners zu Querbach/ Mens. August. Anno 1628. (Verba sentent. Hat euer Vater sein Lehngut / im Chur-Fürstenthum Sachsen gelegen / Martin Frohnen gegen seine Erbgüter vertauschet / und ihm dasselbe zugeschlagen / darein auch der Lehns-Herr consentiret und verwilliget / Ob nun wol die Agnati, so in der Mitbelehnschafft seyn / noch bey Lebzeiten des Alienatoris in Kauff-Contracten / wann auch gleich das Lehngut Käuffern allbereit würcklichen eingeräumet / dasselbe jure protimiseos revociren können/ꝛc.)

Definit. II.

Agnatus redimens feudum jure protimiseos, emptori pretium solutum absque usuris tamen refundere tenetur.

1 ATtamen inter jus revocandi propriè sic dictum, ac jus protimiseos duplex etiam diffe-
2 rentia notabilis existit. Nam † *primò* jus revocandi Agnatis post obitum demum Vasalli alienatoris ejusq; heredum competit, *h.* Const. *49.* §. Nach Absterben aber des Verkäuffers/ ꝛc. *supr.* Const.
3 *48. Defin. 15.* † At jus Protimiseos vivo etiamnum alienatore exerceri potest, *h.* Const. *49. vers.* Welcher Gestalt bey Leben des Verkäuffers/ ꝛc. *supra*
4 Const. *48. Defin. 15.* † *Deinde* Agnati revocantes feudum post mortem alienatoris ad restitutionem pretii ab emptore soluti haud tenentur, *h.* Const.
5 *49.* §. Nach Absterben. † Sed jure protimiseos Agnatis non nisi pretio refuso feudum venditum redimere licet, *h.* Const. *49. in fin. pr. c. 1. §. Sed etiam res. Per quos fiat invest.* Hartm. Pistor. *part. 2.*
6 *q. 12. n. 3.* † Etsi verò alioqui regulariter pretia rerum non ex affectione singulorum constituantur, *l. pretia rerum 63. ff. ad Leg. falcid. l. si servum 33. ff. ad Leg. Aquil.* sed potius communi regionis æstimatione ex rei qualitate, & quanti res in loco publi-
7 co vendi posset, *c. 1. de empt. vendit.* † Attamen in jure protimiseos feudali ad id habetur respectus, quod emptor dederit, ideoque Agnatus omne id, quod pependerit emptor, etsi pretium justum excedat, restituere cogetur, si feudum alienatum
8 recuperare voluerit, *dict. c. 1. §. sed etiam res.* † Ne scilicet emptor amittens partem pretii damnum sentiat *contra l. 2. §. si quis à principe 16. ff. Ne quid*
9 *in loco publ.* Hartm. Pistor. *dict. q. 12. n. 10.* † Modò fraus ab emptore commissa haud fuerit; Quâ apparente, ad veram rei æstimationem recurrendum erit, *supr.* Const. Elect. *33. vers.* Es wäre denn/ ꝛc.
10 Hartm. Pistor. *d. quæst. 12. n. 13.* † Sufficit autem refundi pretium ab emptore solutum, nec hujus nomine interesse vel usuræ peti possunt; Non solùm quia emptor fructus percepit, sed & quod mora ulla commissa haud fuerit, ex quâ solâ usuræ debentur *l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. ff. de usur. l. Titia Sejo 87. §. usuras 1. ff. de legat. 2.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent Ob nun wol die Agnati, so in der Mitbelehnschafft seyn/ noch bey Lebzeiten des Alienatoris in Kauff-Contracten / wann auch gleich das Lehngut Käuffern allbereit würcklichen eingeräumet / gegen Erlegung des von gedachten Käuffern ausgelegten Kauff-Geldes / iedoch ohne einig Interesse, dasselbe jure protimiseos revociren können/ꝛc.)

Definit. III.

Non auditur Agnatus redimens feudum alienatum ex jure protimiseos, nisi paratam pecuniam offerat.

AGnatus volens recuperare feudum ex jure 1
Protimiseos, ante omnia tenetur pretium exsolvere, nec auditur, nisi illud in paratâ pecuniâ offerat: Nam quotiescunque quis consequi aliquid vult, ad quod consequendum necesse est aliquid fieri, † id ante omnia afferre debet *l. si residuum 5. C.* 2
de distract. pignor. Bald. *in c. luet si de feudo defunct. content sit inter dom. & agnat.* † Nec etiam 3
sufficit dari pignora vel fidejussores quantumvis idoneos, sed omnino pecuniam paratam, quam dedit emptor, agnatus feudum redimens restituere cogitur, *arg. l. 4. §. ait prætor. 3 ff. de re judic. l. item liberatur 6. §. quia paratus 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. l. promissor. 2. ff. de const. pecun.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 12. n. 6.*

Ita Domini in causa Centurii von Miltitzen auff Sieben-Eichen / Mens. Augusto, Anno 1603. (Verba sentent. Habt ihr euch bey dem Käuffer oberwähntes eures Vettern Hansen von Miltitz seligen Lehnguts / zur Nähergeltung desselben/innerhalb Jahresfrist/allein angeben/und zu Erstattung des Kauff-Geldes gegen ihn anerboten/ solches aber würcklichen nicht ausgezahlet / noch Gerichtlichen hinterlegt/oder die Sache innerhalb vorberührter Jahresfrist zu Recht anhängig gemacht / So ist solches bloſſes Erbieten / wann dasselbe gleich Gerichtlichen von euch geschehen/dißfalls nicht genugsam/V.R.W.)

Definit. IV.

In ditionibus Electoratus Saxonici non competit filiis jus redimendi feudum à patre alienatum, refuso licet pretio.

NOn tantùm Agnatis, sed etiam filiis compete- 1
re feudi à patre alienati revocationem, refuso scilicet pretio ex jure protimiseos, uno ferè ore tradunt Dd. quos longo agmine allegat & sequitur Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 60. num. 27.* † ubi 2
hanc sententiam textibus tuetur contra Hartm. Pistor. *part. 2. quæſt. 5. n. 26. q. 11. num. 20. & quæſt. 13. n. 13. & seqq.* † Quod ipsi de jure communi feudali 3
concesserim:

Prout responderunt Domini in causa Friderici Götzens Erben/Mens. Febr. Anno 1599. (Verba sent. So wäre bemeldten Söhnen / nach gemeinem Schluß der Rechtslehrer/bey Leben ihres Vatern/ solch Lehngut mit Erstattung des Kauffgeldes/wieder an sich zu lösen unbenommen/ꝛc.)

Sed fallit in eo Berlich. † quod hanc doctrinam 4
in ditionibus quoque Electoratus Saxonici obtinere velit, contra sanctionem Electoralem manifestam

festam in Ordin. Torg. *de Anno 1583.* Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten / &c. Was dann die Söhne/&c. *vers.* Entweder bey Leben des Vatern gegen Erstattung des Kauffgeldes zu *redimiren, &c. junct.* §. Setzen/ ordnen und wollen demnach/&c. † Nec satis animadvertere possum, cur magis patre vivente filiis liceret redimere feudum pretio refuso, quàm post mortem ejus absque pretio, cum utroque in casu militet ratio prohibitionis, † honor scilicet & respectus, qui parentibus debetur, & quia filii non tàm beneficii primi acquirentis, quàm mediante personâ patris sui in feudo succedunt, † cujus factum propterea præstare teneantur *l. ex quâ personâ 149. ff. de reg. jur. l. 14. C. de R.V. ut dixi supr.* Const. *48. Defin. 9. & pluribus tuetur* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 13. n. 34. & seqq.* † Ac certè nescio an non magis peccent filii contra reverentiam patri debitam, ipso adhuc vivo, ejus facto contra veniendo, quàm defuncto demum eo, feudi revocationem instituendo, veluti in aperto est, † ut vel propterea jus redimendi feudum eis nullatenus sit concedendum, *dict.* Ordin. Torg. *tit.* Welcher Gestalt die Agnaten/&c. §. Dieweil aber dennoch. *vers.* Der natürlichen Erbar- und Billichkeit/ auch der Ehrerbietung und Gehorsam/so von den Kindern GOttes Gebot und Ordnung ernstlichen erfodert/gäntzlich zu wider/&c.

Ita Domini in causa Matthæi Lohnens zu Overbach/Mens. August. Anno 1628. (Verba sent. Dieweil aber dennoch solche redemptio ex jure protimiseos, vermöge des Churfürstl. Sächs. Torgauischen Ausschreibens / den Agnaten und Mitbelehnten allein nachgelassen/ den Kindern und Söhnen aber bey Lebzeiten des Vaters / gegen Erlegung der Kauffgelder die Väterlichen Lehngüter zu redimiren nicht gestattet wird/&c.)

Definit. V.

Cessat jus Protimiseos in feudo per donationem, infeudationem, aut permutationem, &c. alienato.

1 NEutiquam jus Protimiseos sive Retractus, quo feudum alienatum refuso pretio revocatur, in omnibus indifferenter casibus locum habet: Cessat
2 sanè illud, † quando titulo lucrativo per donationem, aut etiam permutationem, &c. feudum in aliquem fuit translatum, *cap. 1. §. sed etiam res, ubi* Matth. de Afflict. *n. 1. Per quos fiat investit.* Rosenth. *de feud. cap. 9. concl. 90. num. 4.* Hartman. Pistor. *part. 2. quæst. 12. n. 14.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 11. n. 105.* Schrader. *de feud. part. 8. cap.*
3 *3. n. 4.* † Etenim jura feudalia, quotiescunque agnato facultatem revocandi concedunt ex jure προτιμήσεως, semper requirunt, ut pretium re-
4 fundatur ac restituatur: † Ergò in venditione tan-
5 tùm locum habebit jus retractus, † quia ubi pretii fit mentio, regulariter de venditione disponens videtur sensisse, *l. fin. C. de præd. Curial. sine decret. non alien. lib. 10.* Bald. *in l. ex conventione 11. C. de*
6 *pact.* Matth. de Afflict. *in dict. §. sed etiam res.* † Non igitur extra casum venditionis, ad casum diversum, quando scilicet sine pretio res fuit translata,
7 jura ista erunt extendenda, † cum consvetudines feudales strictè sint accipiendæ, *ut not.* Dd. *in c. 1. de feud. cognit.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 12. num. 15.*
8 † Et aliàs quoque regulariter jus retractus ex propria suâ naturâ in illis demum casibus procedit, in quibus res ex titulo oneroso transfertur. † Secus 9
verò si ex titulo lucrativo, ut apparet *ex* Constitutione Friderici *de jure* προτιμήσεως, *quam lib. 5. feud. circa fin. recenset* Jacob. Cujac.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Auch ohne das die redemptio ex jure protimiseos allein in Kauff-Contracten statt hat/keines weges aber auff Tausch und andere Contracte zu ziehen/&c. So habt ihr euch auch/ gestalten Sachen nach / einiger revocation anzumassen nicht fug/V.R.W.)

Definit. VI.

Ex eo, quod Agnatus à venditore ad emendum feudum requisitus tacuerit, à jure retractus postea excluſus non est.

NOn competit jus protimiseos Agnato, qui 1
venditioni consensit, *c. Titius, ibi: Quod si consentit alienationi. Si de feudo defuncti.* Hart. Pist. *part. 2. q. 12. n. 49.* † Amittit namque jus suum, 2
qui consentit, secundum regulam vulgatam *in l. cum quædam 26. C. de administr. tutor. l. ult. C. de remiss. pignor. l. quidam ex parte 12. ff. de evict. l. fidejussor impetravit 26. §. pater 1. ff. de pignor.* Andr. Tiraquell. *in l. si unquam 8. verb. donatione largitus n. 346. C. de revoc. donat.* † Quin etsi agnatus simul- 3
taneè investitus ad requisitionem venditoris legitimam, num emere velit, nec ne, responderit, se nolle emere, tum sanè, quia hoc ipso consensisse videtur, ut alteri res vendatur, eum jure hoc προτιμήσεως amplius uti non posse docet *per l. qui Romæ 122. §. coheredes 3. ff. de Verb. Obligat.* Matth. de Afflict. *in c. 1. §. Sed etiam res, per quos fiat invest. & post eum* Hartm. Pistor. *dict. q. 12. n. 63.* † At sola requi- 4
sitio ejus efficaciæ non est, ut quem jure isto privare queat: Nisi expectetur consensus, *arg. c. cum in veteri 52. extr. de elect. c. cum olim 7. extr. de arbitr. l. viduæ 18. C. de nupt. l. tutorem qui tutelam 37. ff. de administr. tutor.* Specul. *in tit. de Emphyt. §. nunc aliqua n. 123.* † Ergò si agnatus ad emendum requi- 5
situs tacuerit, non video, quo pacto venditor solâ requisitione, ipsum jure suo absque aliâ ejus declaratione privari possit. † Nec enim sine manifesta 6
legis dispositione quisquam jure suo privari debet, *l. & si quis 14. §. Divus 14. ff. de relig. & sumpt. funer.* Gloss. *in cap. ult. extr. de jur. patron.* † Taceo 7
quod iniquissimum esset, agnato solâ requisitione jus suum auferre, Hartm. Pistor. *quæst. 12. n. 62.*

Ita Domini in causa Quirin von Ende zu Königsfeld / M. Febr. Anno 1599. (Verba sent. Ob ihr nun gleich/ ehe und zuvor ihr den Kauff mit Käuffern geschlossen / Wolffen Rudolffen vom Ende/als Mitbelehnten/das verkaufte Lehngut auch angeboten / und von ihme keine Antwort bekommen können; Da aber dennoch derselbe binnen Jahres-Frist benanntes Lehngut nochmals an sich bringen / und Käuffern sein ausgezahltes Kauffgeld erlegen wolte/&c. So wäre er damit zulässlich/&c.)

Definitio VII.

Agnato proximiore Venditioni licet consentienti, remotior tamen pretio refuso feudum redimere valet.

IN jure προτιμήσεως Agnato, ad feudum alienatum competente, successorium edictum haud 1
locum habere, nec, si proximior Agnatus venditio-

ditioni consenserit, sequentes in gradu feudum alienatum refuso pretio redimere posse, disputat Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 12. num. 64. & seqq.* ubi
2 sententiam hanc textibus & rationibus firmat. † Ac licet contra eum insurgant Andr. Fach. *lib. 7. contr. 17.* & Henr. Rosenthal. *cap. 9. concl. 82.* Parentem tamen adversus hosce tuetur Filius Simon Ulric.
3 Pist. *in addit. ad dict. quæst. 12.* Hartm. Pistor. † Fateor equidem, argumenta Hartm. Pistor. de nihilo non esse, perpensis maximè eis, quæ pro explana-
4 tione eorum addit Simon. Ulric. † Nihilominus in contrarium est sententia communis Interpp. ubi-
5 que ferè locorum usu recepta, † à quâ propterea non facilè recedendum, *l. minime 23. ff. de legib.* Matth. de Afflict. *in cap. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest. n. 8.* Rosenth. *dict. loc. num. 10.* Schrad. *de feud. part. 8. c. 7. n. 54.* Rittersh. *de feud. lib. 1. c. 8. n. 22.* Octav. Cacher. *decis. pedem. 177. n. 4.* Sonsb. *de*
6 *feud. part. 13. n. 170.* † Nec fundamento suo destituitur hæc opinio; Etsi enim parum probationis facerent textus ab Interpp. allegati *in c. Titius, si de feudo defunct. & cap. 1. §. Sed etiam res. Per quos fiat invest.* quos refellit Hartm. Pistor. *dict. loc. n.*
7 *71.* † Attamen sufficiat vel solùm hoc, quod regulariter in jure retractus sit locus edicto successorio, ut patet ex Const. Friderici Imper. *apud* Cujac. *in*
8 *fin. lib. 5. jur. feud.* Tiraquell. *de Retr. §. 11. & 14.* † Quidni ergò in feudis idem asseremus, cùm nuspiam in jure feudali aliud expressè dispositum reperiatur: † Nihil me movet ratio, quam valdè urget
9 Hartm. Pistor. *dict. loc.* Agnatum scil. proximiorem, licet non utatur jure protimiseos, attamen defuncto alienatore, feudum alienatum revocare posse, ut post alios docet Matth. de Afflict. *in cap. 1. §.*
10 *sed etiam res n. 2. Per quos fiat invest. feud.* † atque adeo, si remotior agnatus ex jure Protimiseos redimeret feudum istud, mortuo alienatore, eum sine pretio restituere cogi Agnato proximiori, quod
11 certè iniquissimum esset. † Habet namq; tum agnatus ut sibi imputet, quod feudum pretio restituto redemerit, cùm tamen sciverit, vel scire debuerit, agnatum proximiorem illud post mortem ali-
12 enatoris sine pretio posse recuperare: † Quin & fieri potest, ut agnatus remotior transigat cum proximiore, ne is mortuo alienatore sibi quæstionem
13 moveat: † Aut, quid si Agnatus remotior proximiori supervivat, vel proximior incapax sit feudi? Certè omnibus hisce casibus opinio communis ef-
14 fectum habebit, † nec impedire potest ratio Hartm. Pistor. quò minus remotior feudum redimat.

Ita Domini in causa Centurii von Miltitz auff Sieben-Eichen/Mens. August. Anno 1603. (Verba sent. Und es ist solch Lehngut / daran euch die gesammte Hand und Anwartung gebühret / vorerwähntem vom Ende um 27000. fl. den 17. Maji des verschienenen 1602. Jahres käufflichen zugeschlagen worden / Habt ihr nun in solche Veräusserung nicht gewilliget / so seyd ihr euch der Nähergeltung zu dem verkauffte Lehngute / ungeacht daß die nähesten Agnaten noch am Leben / und der Lehnsfall an euch nicht kommen / nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten anzumassen wohl befugt/ꝛc.)

Et in causa Quirin von Enden zu Königsfeld / Mens. Febr. Anno 1599.

Definit. VIII.

Feudo ab Agnatis revocato, Emptor heredes alienatoris de evictione promissâ convenire potest.

NOn loquor de emptore ignorante bona esse 1
feudalia: Etenim, quin huic alienatoris heredes, feudo post mortem alienatoris absq; refusione pretii revocato, de evictione, vel pretio restituendo teneantur, † dubium non est propter *text. in* 2
c. 1. §. si Vasallus feudum. Si de feudo defunct. cont. si int. dom. & Vasall. c. 1. in pr. vers. ignorans verò. Si de invest. de re alien. fact. l non dubitatur 6. junct. l. si fundum 27. C. de evict. † At quando emptor 3
scivit, bona esse feudalia, uno ore omnes concludunt, eum contra venditoris heredes de evictione agere non posse, *dict. l. si fundum 27. l. si à matre 13. ubi* Gloss. & Dd. *C. de jur. dot.* † & fusius rationi- 4
bus adductis demonstrat Hartm. Pistor. *part. 2. q. 10. n. 3. & seqq.* Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 46. n. 5.* Caspar. Caballin. *in tract. de Evict. §. 5. n. 33. & seqq.* † Nisi de hoc evictionis casu conventum fuerit, 5
Hartm. Pistor. *dict. q. 10. n. 17.* † Quin & in ditio- 6
nibus Electoratus Saxonici, licet evictio non expressè in hunc casum revocationis, sed simpliciter tantùm promissa fuerit, nihilominus emptor venditoris heredes de evictione convenire poterit ex sanctione Electorali in Ordin. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Welcher Gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten. §. Wann aber nun. *vers.* Und wenn der Gewehr halber/ *& vers.* Wenn gleich dieser Fall. † Porrò & si venditor asseveret, se nullum 7
habere agnatum, ad quem feudum se defuncto devolveretur, ejus heredes de evictione conveniri possunt, † licet emptor sciverit, rem esse feudalem, & 8
sibi specialiter de evictione in casum revocationis non prospexerit, Hartm. Pistor. *dict. q. 10. n. 20.* Rosenth. *de feud. c. 9. concl. 99. num. 5.* Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 62. num. 18.*

Ita Domini in causa Melchior Lebens zu Niemeck / Mens. Mart. Anno 1629. (Verba sentent. Es ist aber Käuffern/unangesehen er umb das erkauffte Lehngut / und der Vettern Mitbelehnschafft gute Wissenschafft gehabt/ sich der Gewehr halber / dafern ihme dieselbe versprochen/an des Alienatoris Erben zu halten unbenommen/ ꝛc.)

Definit. IX.

Heredes alienatoris pretium Emptori restituere debent, etiamsi de evictione obligati non sint.

PLanè licet alienatoris heredes de evictione 1
obligati non sint, pretium tamen emptori restituere tenentur, nec habent, quod de scientiâ & malâ fide emptoris excipere queant, *l. ult. §.* 2
fin. C. comm. de legat. † idque vel sola æquitatis ratio exigit, ne scilicet quis cum alterius damno & injuriâ locupletetur, *l. nam hoc naturâ 14. ff. de condict. indeb.* † neve pecunia aliena sine 3
causa cum alterius dispendio detineatur, *l. si me & Titium 32. ff. si cert. petat. l. planè 38. §. sed beni-gnius 1. ff. de petit. hered.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 10. num. 19.* † Quod & expressè dispositum 4
in dict. §. Wann aber nun. *vers.* So sollen die

Erben des jenigen/der es gekaufft / dem Käuffer sein ausgelegt Kauffgeld wiederumb zu erstatten schuldig seyn/ꝛc. Matth. Berlich. *part. 2. concl. 62. n. 20. & 21.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Immassen denn auch Käuffer/wann gleich der Gewehr halber ihme nichts versprochen/das Kauffgeld von des Alienatotis Erben wieder zu fordern wohl berechtiget ist.)

Definit. X.

Feudo sine consensu Domini alienato, & postea ab agnatis revocato, malæ fidei emptor nec de evictione promissâ alienatorem convenire, nec ab eodem pretium repetere potest.

1 ATvera sunt hæc solummodo, quæ dixi antea *Defin. 8. & 9.* in revocatione feudi, cum consensu Domini in præjudicium Agnatorum alienati:
2 † illicitè autem & sine Domini consensu feudo alienato, Agnati ad revocationem feudi, vivo adhuc alienatore admittuntur absque ullâ pretii refusione,
3 *h.* Constit. *49. in pr.* † Nec refert, an emptor sciens, an verò ignorans bona feudalia emerit, nulli siquidem Agnatus revocans ad pretii restitutionem est
4 obstrictus, † ut proinde, quod de malæ fidei emptore habetur, *h.* Constit. *verf.* So ist er dißfalls. ex identitate rationis ad bonæ fidei emptorem extendi debeat, ad evitandam absurditatem,
5 quæ aliàs inde sequeretur, † quum nemini ignotum sit, feudo licet cum consensu Domini alienato, agnatum tamen revocantem, & ne quidem bonæ fidei emptori ad restitutionem pretii teneri, *h.* Constit. *49.* Nach Absterben. *verf.* Und ist das Kauffgeld wieder zu geben nicht schuldig. *supr. Defin. 2.*
6 † Ergò multo minus si feudum absque Domini consensu adeòq; illicitè fuerit alienatum. In eo tamen existit differentia notabilis hoc casu inter bonæ
7 fidei & malæ fidei emptorem, † Quod ille adversus ipsum alienatorem ad recuperationem pretii experiri possit, *c. 1. §. habito ergo consilio. verf. emptori bonæ fidei, tit. de prohib. feudi alien. per Frider.* Ro-
8 senth. *de feud. c. 9. memb. 1. consil. 1. n. 3.* † Et de hoc solùm accipi debent verba *h.* Constitut. *49.* Sondern der Käuffer mag sich derowgen an seinem Verkäuffer erholen/ꝛc.

Veluti etiam pronunciatum an Johann Semmers Erben zu Cöthen/ Mens. Dec. Anno 1616.

9 † At malæ fidei emptor de pretio sibi restituendo contra venditorem agere nequit, *d. §. habito, ubi* Gloss. & Jacob. de Belviso. Rosenth. *dict. concl. 1.*
10 *n. 4.* † Quin etsi malæ fidei emptor, de evictione in hunc casum sibi expressè caviss̃et, haud tamen erit audiendus, sive de evictione, sive de pretio sibi re-
11 stituendo agere velit, † quum sciens contra legem fecerit, aliter ac in re alienatâ simpliciter alienâ, de quo *in l. si fundum 27. C. de evict.* ne impunitus evadat, *c. 1. §. si quis verb. pretio ac beneficio se cariturum agnoscat, ubi* Gloss. Jacob. de Belviso *de prohib. alien. per Lothar.* Rosenth. *dict. loc. ubi plures allegat lit. N.*

Ita Domini in causa Christophori Denharts zu Ober-Topstedt/Mens. Sept. Anno 1601. (Verba sentent. Da ihr nun wissendlich / daß es ein Lehngut / ohne Consens und Bewilligung des Lehn-Herrn / solchen Kauff mit ihme geschlossen / davor sichs aus eurer Frage ansehen lasset; So wäret ihr/als der nicht weniger/als der Alienator, dem beschriebenen Lehn-Recht zuwider gehandelt / und derselbigen Straffe unterworffen / ungeachtet was er sich der Gewähr halber gegen euch verpflichtet/ euer ausgelegt Kauffgeld von ihm wieder zu fordern nicht befugt/ꝛc.)

Definit. XI.

Sed pretium hoc casu Seniori seu Domino feudi cedit.

ERgò, feudo sine consensu Domini illicitè alie- 1
nato, & ab Agnatis revocato, malæ fidei emptor pretium ab alienatore repetere nequit: At nec alienator id lucrabitur, † sed hoc fisco cedit, & ad 2
Dominum feudi, quando simul jus fisci habet, devolvitur, ex communi Interpp. sententiâ, de quâ testatur Rosenth. *de feud. c. 9. membr. 1. concl. 1. n. 4. lit. n. ubi multos allegat* Matth. de Afflict. *in c. 1. §. Sed etiam res n. 12. Per quos fiat investit.* Hotom. *in c. unic. verf. pretio, de prob. feud. alien. per Lothar.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 1. n. 59.* Sonsbec. *de feud. p. 12. n. 76.* Zas. *de feud. part. 9. n. 39.* † Quod 3
præter rationem constitutum videtur Matth. Wesenb. *de feud. c. 11.* † cùm emptor Domino obligatus non sit, ideoq; nec in eum delinquere possit. † 4 5
Sed saltem per consequentiam hoc receptum, ne ipsemet Vasallus ex delicto lucrum sentiat, vel malæ fidei emptor omnem doli ac malitiæ pœnam effu- 6
giat, † adeo ut Domino per condictionem ex lege sive moribus feudalibus pretiũ tum petere liceat, teste Joh. Oldendorp. *in class. 5. post art. 17. ubi de actionibus benefic. loc. 5. verf. retinebit ergo, per c. 1. §. ult. Quæ fuit prima causa benef. & in c. Imperialem. §. callidis, de prohibit. feud. alien.* Rosenth. *dict. loco.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Sondern es wäre dasselbe Kauffgeld nicht weniger/als das Lehngut selbst/ der gnädigen Herrschafft/als dem Lehnherrn / anheim gefallen/ was ihr aber an scheinbarlicher nützlicher Besserung darinn angewand/solches ist euch der Lehnherr zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XII.

Feudum sine consensu Domini alienatum, in ditionibus Electoratus Saxonici, ab Agnatis statim revocatur, extra Electoratum verò Domino aperitur, quamdiu Vasallus alienator adhuc in vivis est.

VAsallum, citra Domini consensum feudum 1
alienantem, illud amittere, de jure communi indubitatum est, propter *textum in cap. 1. ubi* Gloss. *Quib. mod. feud. amitt. c. 1. §. si quis miles, de feud. sin. culp. non amitt. cap. 1. §. ult. quæ fuit prima caus. benef. amitt. cap. 1. in pr. de Vasall. qui contra Const. Lothar. cap. Imperialem, in pr. verf. habito ergo consilio, de prohib. feud. alien. per Freder.* Matth. de Afflict. *in c. 1. Quid juris sit, si post alien. feud. Vas. in recup.* † Quod nec in foro Saxonico 2
aliter se habet, quamvis in hoc passu jura Saxonica à jure communi paululum discrepent, ut demonstrat Jacob. Schult *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 2. q. 56. n. 63. & seqq. & post eum* Matth. Berlich. *p. 1. concl. 59. n. 21. & 22.* † Quò & facit textus 3
in *h.* Constit. *49. in pr. &* Constit. *præced. 48. in pr.* † in eo tamen existit differentia, quod in ditio- 4
nibus

nibus Electoratus Saxonici feudum sine Domini consensu alienatum statim ab Agnatis & simultaneè investitis revocari queat, nec Domino aperiatur, *dict.* Const. Elect. *48. in pr. & b.* Constit. *49. in pr.* Schneidevv. *de feud p.5. n.59.* Matth. Berl. *part. 2. concl.59. n.23. Vid. Supr.* Const. *48. Defin.14.* † Secus res se habet de jure communi extra Electoratum Saxoniæ, ubi feudum sine consensu Domini alienatum ad Dominum magis, quàm ad agnatos devolvitur, *cap. 1. de Vasall. qui contra Constit. Lothar. c. aut si libellario. Quib. mod. feud. amitt. cap. 1. Quid. jur. si Vasall. post alien. feud. c. Imperialem §. callidis de prohib. feud. alien. per Freder.* † Ita tamen, ut Dominus tamdiu feudum teneat, quamdiu delinquens superstes est, eo verò defuncto, feudum ad Agnatos redeat, † nec ipsis in jure suo aliquod afferatur præjudicium, ut multis argumentis probat eleganter Hartman. Pistor. *part. 2. quæst. 15. & quæst. 17. num. 13. quem vide.*

Ita Domini in causa Domini Christophori, Thumb-Probstens zu Halberstadt / Grafen zu Stolberg / Königstein und Rotschefort. Sententiam concepit D. Jacobus Thomingius Mens. Sept. Anno 1566.

Et in causa D. Antonii Hessschlags zu Münster / Mens. Jul. Anno 1600.

Definit. XIII.

Etiamnum hodiè in foro Saxonico Vasallus ob alienationem, sine Domini consensu factam, feudo privari potest.

1 QUò minus hodiè in foro Saxonico Vasallus feudo privetur ob non adhibitum Domini consensum in ejusdem alienatione, videtur efficere resignatio feudi, die Aufflassung der Lehn/ in foro
2 Saxonico, † ex longâ observantiâ & consuetudine adeò necessaria, ut, etiamsi feudum Vasallus alteri vendat, nihilominus tamen pro Vasallo habeatur,
3 donec jus suum emptori cedat, † nec ullus aliàs pro Vasallo agnosci & investiri possit, nisi prior jus suum feudi refutaverit atque remiserit, Biß der vorige
4 Besitzer die Lehn auffgelassen. † Unde certè fit, ut licet quis prædium feudale alteri vendiderit, nihilominus tamdiu pro Vasallo habeatur, nec emptor priùs investituram capere possit, usque dùm venditor jus illud feudi à se remiserit. Cui consequens est, † feudum ante resignationem hanc non
5 amitti, quia traditionis vicem jure Saxonico resi-
6 gnatio obtinet, † adeo ut nihil dicatur hoc jure traditum, nisi sit & resignatum, Zob. *part. 2. differ.*
7 *20. Supr.* Const. *39. Defin. 35.* † Vasallus verò non, nisi post traditionem, feudo privari potest, *c. Imperialem de prohib. Feud. alien. per Freder.* Jul. Clar. *in §. feudum quæst. 31. num. 3.* Dan. Moller.
8 *lib. 1. semestr. 6.* † Eveniet hinc, ut privationi nunquam sit locus. Nam si Dominus resignationi consenserit, res expedita est, & cessat privatio: Sin minus, nec tùm privatio obtinebit, quia dissentiente illo, facta alienatio pro non factâ habebitur, & pœnam aliam non merebitur præter actus annullationem, ut pluribus de-
9 monstrat Hartm. Pistor. *observ. 230.* † obque id multis peritissimis practicis persuasum est, pœnam privationis feudi ob alienationem sine Domini consensu factam in Germaniâ locum non habere, Matth. Wesenb. *consil. 73. n. 30.* † Germa- 10
que est, ait Hartman. Pistor. *dict. loc. num. 47.* nullum casum in Germaniâ extitisse, ubi quis, qui hoc remedio resignationis, der Aufflassung/ usus sit, propter alienationem sine consensu Domini factam, feudo fuisset privatus, cùm tamen cottidiè ferè ejusmodi alienationes fiant. † Additq; Simon. 11
Ulric. Pistor. *in not.* eis in locis, ubi usitata est Resignatio, die Aufflassung/ de pœna privationis ob feudum alienatum, altum in Curiis Principum esse silentium. † Nihilominus tamen etiam hodiè ca- 12
sus evenire potest, ut quis feudo suo propter alie- „
nationem, etiam in foro Saxonico privetur. † 13
Nempe si tam imprudenter rem gerat, ut statim „
omne jus feudi, nullo penitus reservato, in empto- „
rem transferat, & in eo nec resignationis, der Auff- „
lassung/ nec feudi, des Lehns/ mentionem faciat, „
neque eam de necessitate requiri existimet, multò „
minus coram Domino facere cogitet: † Quo sanè 14
casu, adhuc militat ratio privationis, contemptus scilicet Domini. Ergò & illa tum locum habebit, ut ita nec ea penitus sublata sit, ac propterea minus de iniquitate hujus consuetudinis conquerendum videatur, Hartman. Pistor. *dict. observat. 230. n. 34.* † 15
Quamvis & nudam possessionis translationem ad pœnam privationis sufficere, ac ita *à Wittebergensibus Anno 84. pronunciatum dicat* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 18. n. 14.* † Cujus tamen sententia con- 16
svetudini ac moribus Saxonicis non omninò est consentanea. *Vid. supr.* Constit. *38. Defin. 13. &* Constit. *39. Definit. 35.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. c. 10. num. 166.*

Ita Domini in causa Christophori Denharts zu Ober-Topstädt/ Mense Sept. Anno 1601.

Et in causa Wolffgangi Melchioris & Caspari Fratrum der Marschalcke zum Grävenhenichen/ Mens. Jun. Anno 1599.

Definit. XIV.

Vasallus feudum amittit, si hoc, inscio Domino, in Emphyteusin alicui concesserit.

OMnis indifferenter feudi alienatio, irrequisito Domini consensu, sub privationis pœnâ 1
prohibita est *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Freder.* † Ex quo fit, quod Vasallus etiam pignori feu- 2
dum obligans citra Domini consensum, jure suo cadat, feudoque privetur, quia & pignoratio alienatio est, Felin. *in c. 7. Extr. de Const.* Zas. *de feud. part. 9. n. 6.* Schneidevv. *de feud. part. 7. n. 19.* Schrad. *de feud part. 8. cap. 1. n. 22.* † Quamvis 3
in oppignoratione fructuum, aut in favorem Domini, nimirum ob res servitiis militaribus necessarias factâ res aliter se habeat, Jac. Schult. *in addit. ad* Mod. Pist. *part. 3. quæst. 120. n. 12. & quæst. 122. n. 160.* † Sicuti & subinfeudatio etiam Domino 4
non consentiente facta subsistit *cap. 1. §. sed & res: Per quos fiat invest. cap. 1. §. similiter de Leg. Corr. cap. 1. §. sin vero. Qual. olim feud. pot. alien.* † certo tamen modo, certisque conditionibus ad- 5
hibitis, de quibus *vid. plenissimè* Hart. Pistor. *part. 2. quæst. 44.* † ita ut non præjudicet Agnatis, re- 6
soluto post mortem jure Vasalli subinfeudantis,

7 tis, Pistor. *dict. qu. 44. n. 6.* † *At num & Vasallus feudum, inscio Domino in Emphyteusin alicui con-*
8 *cedere, prohibetur?* † Negant hoc Coler. *cons 5. n.* 21. *& seqq. &* Regner. Sixtin. *in Consil. Marpur-*
9 *gens. 12. num. 32. & 33. vol. 3.* † Sed prohibitio alienationis generalibus verbis concepta est, *in*
c. Imperialem de prohibit. feud. alien. per Freder.
10 † Quidni ergò concesionem quoque feudi in
11 Emphyteusin eâ comprehensam diceremus, † quippe quæ species est alienationis *Novell. 7. cap.*
1. §. alienationis autem l. ult. C. de reb. alien. non
alien. Feudist. *comm. in dict. cap. Imp.* Curt. jun. *in*
tract. feud. part. 4. n. 91. Harppr. *in §. adeo autem*
12 *3. Instit. de locat. conduct. n. 151. & seqq.* † Neque à subinfeudatione ad Emphyteusin inferre licet, propter insignem diversitatis rationem: Siquidem Vasallus non potest nisi æquali, & bonâ fide, atque eodem planè modo, quo ipse feudum possidet, subinfeudationem facere *cap. 1. §. simi-*
13 *liter. 2. de Lege Corradi.* † Atqui feudum tali modo in Emphyteusin dari nequit; Aliàs enim non Emphyteusis, sed feudum concessum censeretur, Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. feudum quæst. 32. numer. 4.*
† Quid ergò mirum, ut concessâ licet subinfeu- 14
datione, Emphyteusis tamen Constitutio in feudo non admittatur.

Ita Domini in causa heredum Johannis Sommers zu Cöthen / Mens. Dec. Anno 1616. (Verba sent. Ist eurem Vater Johann Sommern von den Gesamten von Dunau zu Marßin/ꝛc. eine Hufe Landes/ so recht Mann-Lehn ist/ als ein recht Erb-Zins-Gut vor und umb 400. fl. käufflichen zugeschlagen / auch würcklichen tradiret und eingeräumet worden/ꝛc. So haben obbemeldte von Dunau hieran zu viel und unrecht gethan / und ist dahero der Dominus feudi, Ihre Fürstl. Gn. zu Anhalt / weil sonderlich vermöge der beschriebenen Rechte solche und dergleichen Alienationes, so ohne Einwilligung des Lehnherrns geschehen/ ausdrücklichen verboten/ bemeldte Hufe Landes Mann-Lehn Gut einzuziehen wol befugt gewesen/ V. R. W.)

Et in causa Herrn Christoffs / Thum-Probstes zu Halberstadt/ Grafen von Stolberg/ꝛc. Mens. Sept. An. 1566.

CONSTITUTIO L.
PARTIS SECUNDÆ.

In welcher Zeit ein verändert Lehn soll revociret und angesprochen werden?

Intra quod tempus feudum revocari possit?

DIerinne halten unsere Verordnete diese distinction, so das Lehn in einen Agnaten oder Mitbelehnten verändert / soll dasselbe innerhalb Jahres / von Zeit der Wissenschafft revociret oder angesprochen werden / da aber das Lehn einem extraneo verkaufft / so kan es innerhalb 30. Jahr nach Käyser-Recht / nach Sachsen-Recht aber / innerhalb 30. Jahr / Jahr und Tag hinterzogen werden / dabey es dann bleiben / und darnach gesprochen werden soll.

IN hac quæstione hoc pacto distinguunt Deputati nostri, ut feudum in Agnatum aut simultaneè investitum alienatum, intra annum à tempore scientiæ, extraneo verò venditum intra annos 30. secundum jus commune, secundum Saxonicum autem, intra 30. annos, annum & diem revocandum censeant, & ita judicari volumus.

DEFINITIONES.

1. *In ditionibus Electoratus Saxonici, spacio annali indifferenter præscribitur juri redimendi feudum, sive hoc in extraneum, sive in remotiorem Agnatum fuerit alienatum.*
2. *In præscriptione hâc juris protimiseos spacium annale, etiam in foro Saxonico, non de anno civili accipi debet.*
3. *Præscriptio annalis in jure protimiseos feudali non currit ignoranti.*
4. *Extra Electoratum Saxoniæ, quando feudum in extraneum est alienatum, juri protimiseos non nisi triginta annorum spacio præscribitur.*
5. *Juri feudum revocandi post mortem alienatoris, non nisi triginta annis, anno & die præscribitur.*
6. *Non currit præscriptio juris revocandi Agnato, priusquam via succedendi ei aperta, & revocandi facultas data fuerit.*

Definit. I.

In ditionibus Electoratus Saxonici, spacio annali indifferenter præscribitur juri redimendi feudum, sive hoc in extraneum, sive in remotiorem agnatum fuerit alienatum.

1 EX jure protimiseos, Agnati non nisi intra anni spacium pretio refuso feudum alienatum redimere possunt, *cap. 1. §. porrò. Qual. olim feud.*
2 *poter. alienar. c. Titius si de feudo defunct.* † Quod tamen communiter Dd. restringunt ad eum casum, quo feudum Agnato remotiori fuit venditum, existimantes, non nisi spacio 3. annorum juri redimendi præscribi, si in extraneum feudum fuerit alienatum, Alvarott. *in cap. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest.* Balb. *de præscript. part. 4. princip. quæst. 12. num. 19. & quæst. 30. numer. 11.*
† Quod & Illustrisimo Saxoniæ Electori quon- 3
dam placuit, *h.* Const. *50.* Hierinnen halten unsere Verordnete. † Sed repugnat hæc distinctio naturæ juris protimiseos, quod ultra anni 4
spacium non competit, ut multis probat Andr. Tiraquell. *de Retract. §. 1. Gloss. 10. n. 3. & sequent.*
† Er-

5 † Ergò elapſo anno, hoc jure Agnati ne quidem adverſus extraneum experiri poterunt, ut demon-
6 ſtrat Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 12. n. 19. & 22.* † Nam quotiescunque intra certum tempus alicui jus aliquod competit, tùm, ſi intra illud temporis ſpácium eo non utatur, cenſetur illi renunciáſſe, *l. ſi ea 7. ubi* Bald. *C. qui accuſ. poſſ. l. 1. §. ſed videndum 11. ff. de ſucceſſ. edict.* Salycet. *in l. 1. C. de in integr. reſt. minor.* † Cauſa hæc fuit, quod Illuſtriſſimus
7 Saxoniæ Elector à ſanctione *h.* Conſtit. *50.* poſtea receſſerit, ac ſemetipſum correxerit, approbans
8 Hartm. Piſtor. opinionem, † ut nempe indifferenter, ſive in remotiorem agnatum, ſive in alium penitus extraneum feudum ſit alienatum, ſpacio annali juri προτιμήσεως præſcribatur *in* Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* Welcher geſtalt die *Agnaten* und Mitbelehnten. §. So viel erſtlich. *verſ.* Wann aber ſolches *l junct.* §. So ſetzen/ ordnen und wollen wir/ ꝛc. Matth. Berlich. *part. 2. concluſ.*
9 *63. n. 4.* † Quod tempus annale non demum à tempore traditionis, ſed ſtatim à tempore celebrati contractus currere incipit, ut docet Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 12. n. 23.*

Ita Domini in cauſa Centurii von Miltitzen auff Siebeneychen/ Menſ. Auguſt. Anno 1603. [Verba ſentent. Ob wol in der Churfürſtl. Sächß. Conſtitution p. 2. Conſt. 50. verordnet/ daß/ wann ein Lehngut mit des Lehnherrn Conſens einem Fremden verkaufft/ des Verkauffers Agnaten oder Mitbelehnten innerhalb 30. Jahren nach Käiſer-Recht/ nach Sachſen-Recht aber innerhalb 30. Jahr/ Jahr und Tag/ zur Nähergeltung des verkaufften Guts gegen Erſtattung des Kauffgeldes gelaſſen werden ſollen; dieweil aber dennoch die jüngſte Churfürſtl. Sächſiſche Conſtitution, ſo An. 1583. zu Torgau promulgiret/ zu berührter Nähergeltung allein Jahresfriſt geſtattet/ ſo wird auch derſelben billich nachgegangen/ ꝛc.]

Et in cauſa Jobſt Brandens von Lindau/ Menſ. Majo, Anno 1603. [Verba ſententiæ: Ob gleich nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten/ wann ein Lehngut nicht einem Agnaten/ ſondern einem Fremden verkaufft worden/ den Agnaten innerhalb 30 Jahren/ durch Erſtattung des Kauffgeldes daſſelbe an ſich zu bringen zugelaſſen; dieweil aber dennoch die Gegenmeynung/ daß es nemlich auch in dieſem Fall innerhalb Jahresfriſt geſchehen müſſe/ in den beſchriebenen Lehnrechten beſſern Grund hat/ auch durch die Torgauiſche Conſtitution approbiret und angenommen: So laſſen wir es auch bey unſerm vorigen Rechtſpruch billich bewenden/ daß ihr nemlichen nach verfloſſener Jahresfriſt nicht zuzulaſſen/ V. R. W.]

Definit. II.

In præſcriptione hâc juris protimiſeos, ſpacium annale etiam in foro Saxonico non niſi de anno civili accipi debet.

1 ILlud videtur remanere dubium, *annon in præſcriptione hâc juris Protimiſeos, ſpacio annali in foro Saxonico addi debeant ſex ſeptimanæ, ut ita agnati non niſi præſcriptione anni & diei, ſive ſex*
2 *ſeptimanarum, à jure redimendi excludantur?* † Ita quidem vult Matth. Berlich. *deciſ. 155. num. 10.* eò quod in foro Saxonico præſcriptio annalis contineat annum Saxonicum, qui conficitur anno & die ſive ſex ſeptimanis, Jahr und Tag/ *lib. 1.* Landr. *art. 38. in pr.* Lehnrecht. *cap. 25. verſ.* In Jahr und Tag/ Weichb. *art. 4. poſt pr. verſ.* Jahr und Tag. Gloſſ. in Lehnr. *cap. 22. n. 5. & cap. 25. n.*
3 *5.* † Sed contra mentem & intentionem Illuſtriſſimi Electoris Saxon. qui non modo ad diſpoſitionem juris communis (quod procul dubio non niſi de anno civili intelligendum) ſe refert, ſed & ſecundùm eam in ditionibus ſui Electoratus pronunciari jubet *in* Ordin. Torgenſ. *de Anno 1583. tit.* Welcher Geſtalt die *Agnaten* und Mitbelehnten. §. So viel erſtlich. *junct.* §. So ſetzen/ ordnen und wollen wir. *verſ.* In beſchriebenem Lehnrecht/ *&c.* † Ut dubium non ſit, Illuſtriſſimum Conſtitu- 4
entem facultatem hanc redimendi anno civili adſtringere voluiſſe. Nec obſtat ratio Berlichii ex computatione anni Saxonici deſumpta, † quæ non 5
niſi in præſcriptione annali Saxonicâ ſtatutariâ & directivâ, h. e. à jure Saxonico adinventâ, locum habet; † Secus verò in præſcriptione juris communis, in foro Saxonico recepta & approbatâ, *Vid. ſupr.* Conſt. *32. Defin. 4.* 6

Ita Domini in eadem cauſa Jobſt von Brandens zu Lindau/ Menſ. Majo Anno 1603. [Verba ſentent. So laſſen wir es auch bey unſerm vorigen Rechtſpruch billich bewenden/ daß ihr nemlich nach verfloſſener Jahresfriſt nicht zuzulaſſen/ V. R. W.]

Definit. III.

Præſcriptio annalis in jure protimiſeos feudali non currit ignoranti.

1 AJure redimendi feudum, ſpacio annali Agnatus aliter haud excluditur, quàm ſi ſciverit, feudum fuiſſe alienatum, *h.* Conſt. *50. verſ.* Innerhalb Jahres von Zeit der Wiſſenſchaft *revociret* oder angeſprochen werden/ ꝛc. † Nam ignoranti 2
annus iſte non currit, ut probatur *in c. 1. §. porrò, ibi: annali ſpacio, ex quo ſciverit, Qualit. olim feud. poter. alien. c. Titius ibi: per annum, ex quo ſcivit. Si de feud. defunct.* Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 12. n. 25.* † Idque regulare eſt omnibus illis 3
caſibus, in quibus unius ſolummodo anni ſpacium eſt ſtatutum, quod ignoranti nunquam currere ſolet, *l. ſemper 15. §. hoc interdictum 3. & §. annus 4. ff. quod vi aut clam. l. annus 6. ff. de calumniat. l. genero 8. ff. de his qui not. infam.* † Niſi ſit igno- 4
rantia doloſa & affectata *l. 1. §. 1. ff. de act. empt. l. qui contra 4. C. de inceſt. nupt.* Vel craſſa & ſupina, † quæ regulariter pro ſcientiâ habetur, *l. etſi* 5
conſenſum 15. §. ignorantia 1. ff. de contr. empt. l. nec ſupina 6. ff. de jur. & fact. ignor. Gloſſ. *in c. 1. §. ſimiliter in verb. ſcientes: Quib. mod. feud. amitt.* † Porrò ut quis ſcire dicatur, obque hanc ſci- 6
entiam annali ſpacio à jure protimiſeos excludatur, non ſufficit, eum perfunctoriè habere notitiam generalem, ſed requiritur inſuper, ut totum negotium cum omnibus ſuis qualitatibus penitus cognoverit, *l. in totum 76. ff. de reg. jur. l. aut qui aliter 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. de pupillo 5. §. qui nunciat. 15. ff. de oper. nov. nunciat.* Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 12. n. 29. & 30.* † ubi diſertè requirit, ut Agna- 7
tus ſciat pretii quantitatem *ex* Bald. & Matth. de Afflict. *quos ibidem allegat.*

Ita Domini in cauſa Caroli Röders zu Kroſſen / Menſ. Jul. Anno 1598. [Verba ſent. Ob nun wol euer Vater/ Alexander von Röder zu Röderſtorff / in ſolche Alienation nicht gewilliget/ und dahero die verkaufte Güter zu ſich zu löſen ſich unterſtehen will; dieweil er aber dennoch berührte Alienation wohl gewuſt / dieſelbe aber innerhalb Jahresfriſt nicht gefochten/ noch in Kauff getreten/ ſo mag er auch nunmehr dazu ferner nicht gelaſſen werden / V. R. W.]

Defi-

Definit. IV.

Extra Electoratum Saxoniæ, quando feudum in extraneum est alienatum, juri protimiseos non nisi triginta annorum spacio præscribitur.

1 ETsi Constitutio Electoralis, quâ Agnatis spacium annale indifferenter est præfinitum ad redemptionem feudi, naturæ pariter juris protimiseos, & ipsi Juri feudali conveniat, ut demonstravi
2 *supr. Defin. 1.* † Nihilominus in contrarium est commune Interpp. placitum, quod nempe juri redimendi feudum, si quidem in Agnatum remotiorem fuerit alienatum, anni spacio, si verò in penitus extraneum fuerit alienatum, non nisi triginta annorum spatio præscribatur, Gloss. *in cap. 1. §. Titius si de feudo defunct. content. sit.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 19. num. 13.* Mynsing. *cent. 4. observ. 85. num. 1.* Joh. Köpp. *decis. 54. num. 96. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 63. n. 1.* Andr. Tiraquell. *de retract. §. 1. Gloss. 10. n. 9.* Beust. *ad l. admonendi 31. n. 895. ff. de jurejur.*
3 † Quod cum legis vim habeat, utique secundum illud extra Electoratum Saxoniæ, ubi Constitutio Electoralis recepta non est, omninò pronunciandum erit, *l. minimè 23. ff. de LL.*

Ita Domini in causa Friederich Götzens Erben/ Mens. Februar. Anno 1599. [Verba sent. Ob nun wol euer Vater solches erkaufftes Lehngut nunmehr in die 14. Jahr besessen/ &c. Da aber dennoch Verkäuffers Jacob Winsens Lehns-Erben sich ihres Rechten/ so sie daran zu Folge gehabt/ausdrücklichen nicht begeben hätten &c. So wäre denenselben/ nach gemeinem Schluß der Rechtslehrer/ bey Leben des Alienatoris solches Lehngut/mit Erstattung des Kauffgeldes/ wieder an sich zu lösen unbenommen/ V.R.W.]

Definit. V.

Juri feudum revocandi post mortem alienatoris, non nisi triginta annis, anno & die præscribitur.

1 QUæ hactenus dicta fuêre, non nisi in redemptione feudi ex jure protimiseos, qvod vivo
2 adhuc alienatore Agnatis competit, obtinent. † Alia est ratio juris revocandi, qvod mortuo demum alienatore, absqve pretii refusione, Agnati exercere possunt: Huic enim juri indifferenter sive Agnato remotiori, sive penitus extraneo feu-
3 dum venditum fuerit, † non nisi spacio triginta annorum, & in foro Saxonico triginta annis, anno & die præscribitur, ut docet multis Hartm.
4 Pistor. *part. 2. quæst. 8. num. 31.* † Nam omnis actio spacio demum triginta annorum tollitur, *l. sicut 3. l. ult. C. de præsc. 30. vel 40. annor. l. 2. C. de const. pecun.* Quod & de jure feudali
5 verum est, † quo nisi aliud tempus sit præfinitum, regulariter omnia jura spacio 30. annorum extinguuntur, ut apparet *ex c. 1. §. si quis per. Si de feud. defunct. c. 1. §. porro. Qualiter olim poter. feud. alien.*
6 † Non itaque admirandum est, quod etiam jus hoc revocandi non minori quàm 30. annorum spacio amittatur, eoqve elapso amplius non competat, Zas. *de feud. part. 9. n. 29.* Thom. de Marin. *in tit. de feud. ex pact. & provid. pater. n. 65. aliiqve ab* Hartm. Pistor. *dict. loc. num. 1. allegati.*
7 † Qvi tamen in eo peccant, qvod doctrinam hanc ad eum solummodo casum, qvo feudum extraneo fuit venditum, restringere conantur, existimantes, feudo in agnatum remotiorem alienato, non nisi infra annum à die scientiæ computandum proximiores agnatos admitti.
8 † Cui errori causam dedit generalis intellectus *c. Titius si de feudo defuncti content. sit.* Qvod de utroq; jure, revocandi & redimendi indifferenter explicârunt Interpp.
9 † cum tamen responsi illius verba finalia ad solum jus redimendi ex jure protimiseos competens restringi debeant, ut eleganter explicat Hartm. Pistor. *dict. q. 8. n. 38.*

Ita Domini in causa Georgii Röders zu Lübenau/ Mens. Febr. Anno 1629. [Verba sentent. Hat Martin Naumann sein Mannlehngut/so ein rechtes Lehngut ist/ und ihr die gesamte Hand daran erlanget/ bey seinem Leben einem andern Mitbelehnten/ so aber gradu remotior, als ihr seyd/verkaufft; dafern ihr nun/ eurem Fürgeben nach/ in solche Veräusserung nicht gewilliget hättet/&c. So wäret ihr/ iedoch wann noch zur Zeit dreyssig Jahr/ Jahr und Tag nicht verflossen/ noch dadurch euer Recht præscribiret wäre/solches Lehngut ohne Entgelt zu revociren wohl befugt/V.R.W.]

Definit. VI.

Non currit præscriptio juris revocandi agnato, priusqvam via succedendi ei aperta & revocandi facultas data fuerit.

1 NOn currit hæc præscriptio tricennaria juris revocandi à tempore factæ alienationis, sed à
2 tempore mortis alienatoris. † Qvia tunc demum, defuncto scilicet alienatore, succedendi via agnatis aperta, adeoqve facultas revocandi data est, *supr.* Constit. *48. Defin. 13.* † Nam regulariter
3 contra eum, cui juris aliqvod impedimentum obstat, qvò minus agat, præscriptio non currit, *l. 1. C. de annal. except. Auth. nisi tricennale C. de bon. matern.* Hartm. Pistor. *part. 2. qvæst. 8. n. 40.* †Ex
4 qvo porrò seqvitur, præscriptionem contra agnatum proximiorem defunctum adimpletam, reliqvis remotioribus non obstare, † qvò minus illi postea
5 ex proprio ipsorum jure feudum revocare valeant;
6 † qvamdiu namqve proximior Agnatus superstes fuit, seqvens in gradu jus agendi & revocandi non habuit, adeoqve nec præscriptionis tempus illi currere potuit, *dict. l. 1. C. de annal. except.* Hartman. Pistor. *dict. qvæst. 8. num. 41, & seqq.*
7 † ubi multis argumentis & autoritatibus Interpp. hanc sententiam defendit, contra Ar. Pinell. *in Auth. Nisi tricennale, n. 55. C. de bon. matern.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. So wäret ihr/iedoch wann noch zur Zeit dreyssig Jahr/ Jahr und Tag/ von Zeit des Alienatoris Absterben anzurechnen/ nicht verflossen/ noch dadurch euer Recht præscribiret wäre/solches Lehngut ohne Entgelt zu revociren wol befugt/V.R.W.]

CON-

CONSTITUTIO LI.
PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Bauren und Unterthanen ihrer Herren Ritterſitze zu bewachen ſchuldig?

Ruſtici & Subditi num caſtra Dominorum cuſtodire teneantur.

SWol die Leute / über ihre geſatzte Dienſte/ſolche Bürde ihnen auffzubringen zu laſſen / vermöge beſchriebener Rechte/ nicht pflichtig/ da aber dennoch derowegen eine verwährte Gewonheit / oder aber ſonderliche Pacta und Vereinigungen könten dargethan werden/oder es wäre in gemeinen Kriegsläufften / oder daß Mordbrenner Schaden thäten/oder die Lehn-Herren hätten abgeſagte Feinde / auff ſolcher Fälle einen/ ſollen die Leute / über ihre geſatzte Dienſte / den Ritterſitz zu bewachen ſchuldig ſeyn/iedoch daß in dieſen Fällen / wann ſie über ihre geſatzte Dienſte dienen müſſen/ und an den Oertern/da es anders nicht herkommen/ ihnen Käſe und Brod gegeben werde.

Es kan aber auch/zur Zeit der Vehden / den Leuten aufferlegt werden / daß ſich iedes Dorff ſelbſt bewache/ dabey wir es bleiben laſſen / und ſollen unſere Gerichte darauff auch alſo in vorfallenden Fällen erkennen und ſprechen.

TSi ruſtici ultra ſolita ſervitia hoc onus in ſe recipere jure coñuni non teneantur: Si tamen doceri poſſit, conſvetudine alicujus loci aliud receptum eſſe, vel pactis aliter conventum, vel bella publica ſæviant, aut incendiarii graſſentur, vel denique Dominis feudi à diffidatoribus periculum immineat, in unoquoque horum caſuum ruſticos ad cuſtodienda caſtra Dominorum obligatos eſſe volumus, ita tamen, ut panis & caſeus illis præbeatur, niſi & hîc fortè loci alicujus conſvetudo extet in contrarium.

Sed & tempore belli, ruſtici, ut pro defenſione ſui quique pagi in excubiis ſint, cogi poſſunt. Idque judicia noſtra in judicando ut obſervent, mandamus.

DEFINITIONES.

1. *Quibꝰ in caſibꝰ ruſtici ac ſubditi in foro Saxonico caſtra Dominorum ſuorum cuſtodire cogantur?*
2. *Cogi poſſunt ruſtici, ut tempore belli pro defenſione ſui quique pagi ſint in excubiis.*
3. *Omnes indifferẽter ſubditi* (auch die Gärtner uñ Hinterſaſſen) *ad excubias agendas ſunt obſtricti.*
4. *Advenæ tamen, qui ſolum conductitias ædes poſſident, excubiis haud ſunt gravandi.*
5. *Subditis excubias agentibus, debetur victus uſitatus, qui eſt panis & caſeus, niſi aliud conſvetudine fuerit introductum.*
6. *Cuſtodire debent ſubditi caſtra ſolummodo Domini ſui, qui juris dictionem habet, licet baſſam ſaltem ac inferiorem.*
7. *Defuncto Domino, multiplicatis licet poſſeſſoribus & caſtris, excubiæ conſuetudinariæ tamen haud multiplicari debent.*
8. *Sufficiunt excubiæ foris præſtitæ, nec cogi poſſunt ſubditi, ut intra & in areâ caſtrorum agant excubias.*
9. *Ruſtici certâ mercede operas ſuas elocantes, quãdo & quatenus eas propriis potius ipſorum Dominis, quàm aliis elocare teneantur?*
10. *Dominis atq; Nobilibus nullum competit jus Protimiſeos in Cibariis vel mercibus edilibus ſubditorum, quas venales ad forum deferunt.*
11. *Domino defuncto, heredes pro famulitio mercedẽ debent, ad id ſolum tempus, quo heres mortuus eſt.*
12. *Mortuo famulo ante tempus finiti ſervitii, heredibus ejus ſalarium debetur non niſi pro ratâ temporis, quo ſervivit.*
13. *Dominus famulo abſq; causâ ante tempus ex ſervitio diſcedenti, ne quidem pro ratâ temporis, quo ſervivit, ſalarium ſolvere tenetur.*
14. *Dominus non tenetur famulo ratione damni in corpore ſuo, licet in ſervitio accepti.*
15. *Subditi ac ruſtici maleficos in carcere cuſtodire haud ſunt obligati, niſi aliud conſvetudine fuerit introductum.*
16. *Subditi debita ſervitia præſtare recuſantes non modo carcere ad id cogi, ſed & propter contumaciam relegari poſſunt.*

DEFINIT. I.
Quibus in caſibus ruſtici ac ſubditi in foro Saxonico caſtra Dominorum ſuorum cuſtodire cogantur?

1 REgulariter Nobiles aliivè Domini ſubditos ſuos ad cuſtodiam nocturnam vel diurnam ſuis caſtris faciendam cogere haud poſſunt, *l. un. C. ne oper. à collat. exig. l. 1. & ſeq. C. Ne Ruſtic. ad ullum obſeq. devoc.* Nicol. Boër. *deciſ. 212. n. 1.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. c. 37. n. 51.* Jaſon. *in l. 7. §. impendi autem 16. n. 3. ff. ſolut. matr.* † Quod nec in foro Saxonico aliter obſervatur, *h.* Conſt. *51. in pr.* Ob wol die Leute. *ubi* Dan. Moller. *n. 1.* † Certos tamen excepit caſus Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector *in h.* Conſt. quibus ſubditos ad cuſtodiam caſtris dominorum ſuorum faciendam obſtringit: Putà, (I.) † ſi legitimâ Conſvetudine hoc fuerit introductum, *verb.* Da aber dennoch derowegen eine verwährte Gewonheit. (II.) † Vel pacto ſpeciali ita conventum, *verſ.* Oder aber ſonderliche Pacta

2 3 4 5

und Vereinigung könten dargethan werden.
6 (III.) † Aut si consvetudine & pacto cessante, Bel-
la publica sæviant, *vers.* Oder es wäre in gemeinen
7 Kriegsläufften. (IV.) † Aut Incendiarii grassen-
tur, *vers.* Oder daß Mordbrenner Schaden thä-
8 ten. (V.) † Vel denique si Domini habeant inimi-
cos capitales, & à diffidatoribus periculum aliquod
metuant, *vers.* Oder die Lehn-Herren hätten abge-
9 sagte Feinde. † Nec refert, an Dominus ipse cau-
sam & occasionem diffidationi dederit, nec ne, ut
docet Moll. *hic n. 6.* Hisce ergò quinque casibus in
foro Saxonico subditi ad custodiam castrorum sunt
10 obstricti, † ita ut inviti mediante carcere vel mul-
cta pecuniaria à Dominis suis ad excubias agendas
adigi queant.

Ita Domini in causa Abraham Römers zu Weissenbrunn/ Mens. Jan. Anno 1606. (Verba sent. Dieweil aus dem zwischen euch und euren Unterthanen Anno 1599. auffgerichtetem Vertrage zu befinden/ daß gedachte eure Unterthanen die jenigen Wach-Frönen/ davon die Churfürstl. Sächs. Constitution meldet / zu leisten gewilliget / und aber itzo angezogene Churfl. Sächs. Constitution den Unterthanen keine andere Wach-Frönen auffzuerleget/ als wañ Kriegsläuffte verhanden/ oder den Lehn-Herrn von Mordbrennern Schaden geschehen / oder dieselbe abgesagte Feinde hätten/ so mögen auch mehrbemeldte eure Unterthanen zu andern Wach-Frönen / ausserhalb itzoberührte Fälle/ von euch nicht gedrungen/ noch in dero Verweigerung in Straffe genommen werden/ ihr köntet denn anderer Gestalt / als durch die übersandte zwo Mißiven / und wie recht darthun und beweisen / daß bey euch und euren Vorfahren dißfalls ein anders hergebracht / und über rechtsverwährte Zeit auch unverbrüchlichen also gehalten worden/ demselben wären offterwähnte eure Unterthanen nochmals nachzukommen schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Johannis Haubold von Einsiedels zu Syra/ Mens. August. An. 1604. (Verba sent. Ob wol die Unterthanen über ihre gesatzte Dienste / ihrer Lehn-Herren Rittersitze zu bewachen / wofern es durch eine beständige und verwährte Gewonheit anders nicht hergebracht/ oder durch sonderliche Vereinigung verwilliget / nicht gedrungen werden mögen; Da ihr aber dennoch/ eurem Bericht nach/ abgesagte Feinde hättet / so wären eure Unterthanen über ihre gesatzte Dienste euch euren Rittersitz der Reyhe nach zu bewachen schuldig / In Verweigerung dessen/ seyd ihr sie durch Straff-Gebot oder Pfändung dazu anzuhalten wol befugt/ V.R W.)

Definit. II.

Cogi possunt rustici, ut tempore belli pro defensione sui quique pagi sint in excubiis.

1 MOderatè pariter & cautè agendum est in imponendis excubiarum servitiis, ne subditi nimis graventur, adeoque nec consvetudo in certis casibus probata, ad alios extendi debet casus, quum & aliàs in onerosis & odiosis consvetudinibus extensioni locus non sit, Joh. Gars. *de expens. c. 9. n. 7. & seqq.* Petr. Heig. *part. 2. q. 23. n. 12.* † Nec
2 omnia dominorum castra subditi custodire debent, sed tantum ea, in quibus antea quoque excubiæ solitæ sunt fieri, Nicol. Boër. *decis. 212. n. 18.* †
3 Sicuti nec subditi cogi possunt, ut excubias certo castro præstitas in alio agant & præstent, Matth.
4 Berlich. *part. 2. concl. 64. n. 18.* † Quia nunquam consuetudo juri communi contraria de casu ad casum, vel de persona ad personam, aut de loco ad locum extendenda, sed quantum fieri potest, strictissimè interpretanda est, Bald. & Jas. *in Auth. quirem C. de SS. Eccles.* Schrader. *de feud. part. 10. sect.*
5 *20. n. 165. & seqq.* † Alia est ratio reliquorum casuum, quibus extra consvetudinem & conventionem subditi ad excubias sunt obstricti, putà tempore belli, diffidationis aut grassationis incendiariorum. † Tùm enim subditi indistinctè omnia castra 6
Dominorum custodire coguntur, usque adeò, † ut 7
quamvis ea nimis sint remota, distentq; à subditis & eorum bonis, ita ut jus excubiarum parum aut nihil custodiæ illis afferat, nihilominus subditi ad custodiam sint obligati, nec ob distantiam se excusare queant, ut probat ex generalitate *h.* Constit. Dan. Moller. *hic n. 3.* ubi tamen custodiam ita instituendam monet, † ut ne quidam ex rusticis, sive re- 8
motiores illi sint, sive propinquiores, præ aliis graventur, quod in dubio Principis arbitrio committendum censet. † Planè tempore belli rustici cogi 9
possunt, ut non solùm castra Dominorum custodiant, sed & pro defensione sui quiq; pagi in excubiis sint, disponente ita Electore Illustrissimo *h.* Const. *51. vers.* Es kan aber auch zur Zeit der Vehden den Leuten aufferleget werden / daß sich iedes Dorff selbst bewache.

Ita Domini in causa Joachimi Anckelmanns zu Marckeleberg/ Mense Mart. Anno 1633. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die Churfürstl. Constitution der Obrigkeit/ ihren Leuten in Vehdes-Zeiten / nicht nur die Rittersitze/ sondern auch iedem Dorffe sich selbst zu bewachen auffzuerlegen verstattet/ &c.)

Definit. III.

Omnes indifferenter subditi (auch die Gärtner und Hintersassen) *ad excubias agendas sunt obstricti.*

1 IN casibus illis, quibus Dominorum castra sunt custodienda *supr. Defin. 1.* indifferenter subditi omnes ad excubias agẽdas sunt obstricti, non solùm
2 viri, † sed etiam mulieres, Nic. Boër. *decis. 212. n. 6.* Licet quoad viduas aliud velit Ferret. *in addit. ad* Guid. Pap. *decis. 9.* Nec solùm rustici prædia rustica
3 possidentes, die Pferdner / so Pferde-Güter haben/ † sed etiam coloni, & hortulani, die Häusler/ Hintersassen oder Gärtner/ propter verba generalia *hujus* Const. *51. ibi:* Sollen die Leute / &c.
4 Quod tantò magis verum est in excubiis agendis pro defensione pagi tempore belli, † quantò certi-
5 us est emolumentum ac commodum, quod omnibus indifferenter subditis inde accedit. † Clericos
6 tamen ac pastores in pagis ab hisce oneribus exceptos velim, quippe † qui nec ad alia servitia sunt
7 obstricti, Matth. Berlich. *part. 2. concl. 64. n. 12.* † Quamvis dissentiat Boër. *dict. decis. 212. n. 6.* cujus argumentum refellit Berlich. *dict. loc.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Die Wache auch den Hintersassen und Häuslern so wol / als den Pferdnern zum besten mit gereichet / &c. So seyd ihr auch dieselben / wann sie auff ihrer Verweigerung beharren werden/ durch Auspfändung oder Gefängnüß zur Wache anzuhalten wol befugt/ V.R.W.)

Definit. IV.

Advenæ tamen, qui solùm conductitias ædes possident, excubiis haud sunt gravandi.

1 NOn tamen castra dominorum custodire, nec pro defensione pagorum excubias agere tenentur advenæ sive inquilini, qui in pagis vel oppidis proprias ædes non habent, sed solùm conductitias possident, Boër. *decis. 212. n. 7.* Matth. Berl.

part.

2 *part. 2. concl. 64. n. 13.* † Eſt ſiquidem munus excubiarum perſonale, *l. munerum 18. §. hi quoq; 10. ff. de muner. & honor. l. ſed & milites 8. §. qui autem inter nocturnos 4 ff. de excuſat. tutor.* Guid. Pap. *de-*
3 *ciſ. 9. n. 1.* † At inquilini & advenæ conductitias tantummodo ædes poſſidentes immunitatem à muneribus perſonalibus habent *l. 6 §. ult. ff. de mun. & honor. l. 17. §. inquilini 7. ff. de excuſ. tutor.* Gail. *de Areſt. Imper. c. 10. n. 6.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Jedoch werden mit dergleichen Wache die jenigen/die keine eigene Häuſer oder Güter haben/billich verſchonet/ꝛc.)

Definit. V.

Subditis excubias agentibus, debetur victus uſitatus, qui eſt panis & caſeus, niſi aliud conſvetudine fuerit introductum.

1 NE excubiæ ſubditis nimiũ oneroſæ atque odioſæ videantur, juſſit Elector Illuſtriſſimus iis victum uſitatum præbere, panem ſcilicet & caſeum,
2 † ut vel cibationis ſaltem reſpectu ruſtici non gratis excubare cogantur, *h.* Conſt. *51. verſ.* Jedoch daß
3 in dieſen Fällen. *ubi* Moller. *n. 2.* †Planè ſi conſvetudine & hoc abrogatum fuerit, illâ omnino ſtandum erit, nec ad præſtationem cibi hujus uſitati Domini ſunt obſtricti, *h.* Conſt. *verſ.* An denen Orten/da es anders nicht herkommen/ꝛc. † Quia con-
4 ſvetudo vim Legis habet, *l. de quibus 32. ff. de LL.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Haubolds von Einſiedel zu Syra/Menſ. Auguſt. Anno 1604. (Verba ſent. So wären eure Unterthanen über ihre geſatzte Dienſte auch euren Ritterſitz der Reyhe nach/ gegen Reichung Käſe und Brods/vermöge Churfl. Sächſ. Conſtitution, zu bewachen ſchuldig/ꝛc.)

Et in cauſa Hanſen Magni von Schönfeld auff Wachau/ Menſ. Mart. Anno 1634. (Verba ſent. Da nun deſſelben Orts beſtändiger Weiſe herbracht/ daß in dergleichen Fällen keine Lieferung gegeben wird/ꝛc. So ſeynd auch eure Unterthanen/ohne der gewöhnlichen Koſt/die Wache zu verrichten ſchuldig/ꝛc.)

Definit. VI.

Cuſtodire debent ſubditi caſtra ſolummodo Domini ſui, qui jurisdictionem habet, licet baſſam ſaltem ac inferiorem.

1 AD relevationem ſervitiorum illud quoq; haud parum facit, quod ruſtici ac ſubditi cuſtodiam debeant caſtris non niſi Domini ſui, ſub cujus ſunt jurisdictione & protectione, *h.* Conſt. *51. in rubr. ibi :* Ihrer Herren Ritterſitze zu bewachen ſchul-
2 dig. † Nam privatus quiſpiam, fortalitium aut turrim in jurisdictione ac ditione Domini ſui poſſidens, licet ampliſſimum ac fortiſſimum ſit, ipſemet tamen ſumptibus ſuis illud cuſtodire tenetur, Nic. Boër. *deciſ. 212. n. 2.* Bart. *in l. 1. ff. de incend. ruin. naufr.* Patiſ. de puteo *de Syndic. verb. Robaria poſt pr.*
3 *ver. hoc ideo.* † Quin nec per Dominum ſubditi delegari poſſunt privato vel alteri, ut ejus caſtra cuſtodiant, Zaſ. *ad l. ſi non ſortem 26. §. libertus 12. ff. de*
4 *condict. indeb.* † Quia excubiæ ſunt officiales, non
5 fabriles, Boër. *dict. deciſ. 212. n. 18.* † officialia verò ſervitia alteri delegari non poſſe, expeditum eſt, *l. fabriles 6. l. operæ 9. §. ſed officiales 1. ff. de oper. libert.* Jaſon *in dict. l. 26. §. 12. ff. de cond. indeb. n. 17.*
6 *& 18.* † Sufficit tamen, Dominum, qui cuſtodiam à ſubditis ſuis exigit, ſpeciem ſaltem jurisdictionis habere, vel baſſam ſive inferiorem, vel merum ac mixtum Imperium. † Nam & illi, qui 7
ſimplicem tantùm jurisdictionem habet, excubiæ debentur, *per l. 3. §. ſciendum eſt autem 3. ff. de offic. præf. vig.* Nicol. Boër. *dict. deciſ. 212. n. 9.*

Ita Domini in cauſa Wolffgang Müllers & Conſortium zu Lauterbach/ Menſ. Mart. Anno 1586. (Verba ſent. Ob ihr gleich über Menſchen-Gedencken mit einiger Wache nicht beleget worden ſeyd. Dieweil ihr aber dennoch ſelbſten berichtet/ daß Hans Fabian von Machwitz zu Lauterbach euer Erb- und Lehn-Herr iſt/ und ihme/ Innhalts der überſandten Copey/ feindlichen abgeſaget worden/ꝛc. So ſeyd ihr auch/vermöge Churfl. Sächſiſch. Conſtitution, ſeinen Ritterſitz/ ungeacht daß er allein die Erb-Gerichte hat/ die Ober-Gerichte aber nicht ihme/ ſondern dem Ampte Voigtsberg zuſtändig ſeyn/ zu bewachen ſchuldig/V.R.W.)

Definit. VII.

Defuncto Domino, multiplicatis licet poſſeſſoribus & caſtris, excubiæ conſuetudinariæ tamen haud multiplicari debent.

SI Nobilis moriatur, relictis aliquot filiis, qui 1
feudo diviſo caſtra quoq; plura faciunt, ac multiplicant, ſingulis tum caſtris ſubditos cuſtodiam ex conſvetudine debere, exiſtimare quis poſſet? † Sed 2
contrà rationem juris & æquitatis, cum iſto modo futurum eſſet, ut non duplicarentur tantùm, quod ajunt, miſeris ruſticis lateres, ſed multiplicarentur etiam ſæpe, † imò tandem in infinitum res eſſet pro- 3
greſſura, & ruſticis vel relictis agellis ſuis migrandum, aut oneribus ſuccumbendum, ut in ſimili loquitur Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 32. in pr.* Nec enim omnia Dominorum caſtra ſubditi cuſtodire debent, † ſed ea tantùm, in quibus antea quoq; excubiæ ſoli- 4
tæ ſunt fieri, Nicol. Boër. *deciſ. 212. n. 18. ſupr. Deſin. 2.* † Ergò caſtris diviſis, non ſingulis novis cu- 5
ſtodia præſtanda, nec in ejusmodi conſvetudine odioſa ac oneroſa extenſioni locus erit, Joh. Garſ. *de expenſ. cap 9. n. 7.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Dippolds und Hanſen Haubolds/Fratrum à Grenſing auff Döhlen und Zanckroda/ Menſ. Jun. Anno 1627. (Verba ſentent. Iſt euer Vater Hans Dippold von Grenſing Todes verfahren/ und hat euch ſeine zween Söhne zuſammt dem Rittergut Döhlen/ und noch andern zweyen Gütern Zanckroda und Weißigk nach ſich verlaſſen/ und als ihr getheilet/ iſt euch Hanſen Dippolden Zanckroda und Weißigk/ euch Hanſen Haubolden aber das Gut Döhlen zukommen/ inmaſſen denn euch zu einem ieden Theile etliche gewiſſe Unterthanen und Dorffſchafften geſchlagen worden. Ob ihr nun wol beyde/und ein ieder inſonderheit von ſeinen Unterthanen neben andern Dienſten/ die Wache auff den Hochzeiten/ Kindtäuffen und Begräbnüſſen fodert und haben wollen/ ꝛc. So mögen ſie doch zu einem mehrern/ und nunmehr eure beyde Güter zu bewachen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden/V.R.W.)

Definit. VIII.

Sufficiunt excubiæ foris præſtitæ, nec cogi poſſunt ſubditi, ut intra & in areâ caſtrorum agant excubias.

ALia eſt ratio caſtri, non quidem noviter ex- 1
ſtructi, ſed reædificati : Caſtro namq; propter bellum, aliumvè caſum penitus deſtructo & diruto, † ſi poſtea illud in eodem loco vel prope illum 2
reædificetur, ſubditi ad cuſtodiam præſtandam omnino ſunt obligati *l. Et Attilicinus 35. ff. de S. R. P.* † Quoniam nempe cenſetur ſubrogatum in locũ 3
caſtri

castri prioris, adeoq; & illius naturam sapit, *L. si eum 10. §. qui injuriarum 2. ff. si quis caution.* Nicol. Boer. *decis. 212. n. 14.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 64. n. 25.*

4 †Planè sive antiquitus constructum, sive noviter re-
ædificatum sit castrum, nunquam intra & in area ca-
stri, subditi excubias agere tenentur, sed sufficit, ut
foris custodiam præstent, & castra circumambulent,
5 † quod vel sola vocula (excubare) probat, deriva-
ta ab extra seu foris cubare, Polydor. Ripa *in tract. de noctur. temp. cap. 50. n. 1.* Berlich. *dict. concl. 64. n. 23.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Glesin / Mens. April. Anno 1621. (Verba sent. Habt ihr euch gegen dem Erb-Herrn / nachdem er euch den Rittersitz zu bewachen erfordert / dergestalt erkläret / daß ihr die Wache desselben von aussen herumb willig auff euch nehmen und verrichten woltet / &c. So werdet ihr bey solcher eurer Erklärung billich gelassen / und ihr möget die Wache innerhalb im Hofe zu verrichten / wider euren Willen nicht gedrungen werden / V. R. W.)

Definit. IX.

Rustici certâ mercede operas suas elocantes, quando & quatenus eas propriis potius ipsorum Dominis, quàm aliis elocare teneantur?

1 RUsticos, qui operas suas equis vel manu præ-
standas elocare solent, Domino suo præ cæteris
locare, ipsiq; pro eâdem mercede inservire, regula-
riter haud cogi posse, tam naturæ, quàm juris ratio-
2 nibus consentaneum videtur: † Naturâ enim
æquum est, ut quilibet rei suæ moderator sit & ar-
3 biter, *l. in re mandata 21. C. mandat.* † Et justum
est, suacuiq; committere, *l. nemo externs 9. C. de Judæ. c. de his 4. circa fin. extr. de Sepult. l. 2. in fin. ff. si quis à parent. manum. l. sed si ea lege 25. §. consuluit 11. ff. de hered. petit.* † Et de jure omnes contractus
4 ab initio voluntatis esse dicuntur *l. in commodato 17. § sicut 3. ff. commod. at.* † Unde nec quisquam
5 invitus rem suam vendere, *l. invitum 11. Cod. de contr. empt. l. nec emere 16. C. de jur. delib.* nec locare
6 cogitur *l. invitos 11. C. de locat.* † Ac certè non pa-
rum interest rusticorum, cur potius alteri, quam Do-
7 mino operas elocent? † Nam servitiis alteri locan-
dis, id tempus destinare solent, quod ipsis magis est
commodum, nec ullus timor subest, ne inviti deti-
neantur; At cum Dominis operas suas elocant, sanè
non leve periculum subest, ne illi pro imperio ope-
ris rusticorum abutantur, quod facilè evenire pos-
set, teste experientia, Hartm. Pistor. *observ. 101. n.*
8 *20. & seqq.* † Nihilominus tamen vinculum Sacra-
menti, quo Domino ad obedientiam atque servitia
obstringuntur, postulat, ut ei præ cæteris inserviant,
vel saltem etiam honestatis ratione, si ipsorum nihil
interest, cur non magis Domino pro eâdem merce-
9 de, quàm extraneis inservire velint: † Commovit
hæc ratio Dominos Scabinos, ut contra subditos
pronunciandum existimaverint? certis tamen ad-
10 hibitis conditionibus. Nempe † (1.) si rustici non
propriis operis detineantur, sed eas alii extraneo
11 elocare velint. † (2.) Illasque alteri nondum
12 elocaverint vel promiserint. † (3.) Ac Domini
à subditis uno eodemque tempore operas exi-
13 gant. † (4.) Eandemque mercedem promit-
tant: Arbitrati scilicet fuêre Scabini, hisce con-
14 ditionibus subveniri posse subditis, † ne ipso-
rum operis Domini abutantur, quod aliàs forsan metuendum esset, juxta opinionem Hartm. Pistor. *dict. observ. 101.*

Ita Domini in causa Christophori à Nismitz auff Nebra / Mens. Novembr. Anno 1593. (Verba sent. Da nun eure Unterthanen / so andern Leuten umbs Tagelohn zu arbeiten pflegen / mit ihrer eigenen Arbeit nicht zu thun / noch sich andern allbereit verdinget und versprochen hätten / auch ihr und ein Frembder solche Hand-Arbeit / davon sie gleichen Lohn haben und verdienen könten / ihnen zu einer Zeit andeuten würdet; So wären sie euch vor Frembden umb solchen Lohn zu arbeiten schuldig / V. R. W.)

It. in causa der Gemeinde zu Reißdorff contra den Herrn von Wildenfels / Mens. Jan. Anno 1604.

In causa Rudolphi à Bünau / Mens. Majo Anno 1616.

Et in causa Joachimi Anckelmans zu Marckeleberg / Mens. Mart. Anno 1633.

Definit. X.

Dominis atq; Nobilibus nullum competit jus Protimiseos in Cibariis vel mercibus edilibus subditorum, quas venales ad forum deferunt.

NOn ut in elocatione operarum, quas vincu-
lum præstiti juramenti aliquo modo exigit,
Defin. præced. † ita & in cibariis subditorum vena- 1
libus, Dominis vel Nobilibus jus ullum protimise-
os competit: † Adeoque Domini injuria cogunt 2
subditos, ut merces venales cibarias sive ediles, puta
gallinas, anseres, ova, vitulos, butyra, caseos in arces
eorum deportent, sibiq; venditandas offerant, ante-
quam eas ad publicum deferri forum patiantur, † ut 3
non modo in Collegio JCtorum Wittebergensi-
um, sed etiam in aula Electoris Sax. pronunciatum
testatur Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 22. in pr.* Præ-
terquam enim, quod æquum non sit, † invitum 4
quemque rem vendere vel emere cogi, *l. non est æquum 9. ff. rer. amotar. l. nec emere 16. C. de jur. deliber. l. 13. Cod. de contr. empt.* Jac. Cujac. *lib. 27. obs. 9.*
† usque adeò, ut nec rescripto Principis impetrari 5
possit, quò minus invitus rem suam alteri vendat aut
distrahat, *l. invitum 11. C. eod. tit.* † sed jus protimi- 6
seos hodiè generaliter sublatum est, *l. dudum 14. Codic. de contr. empt.* exceptis quibusdam casibus spe-
cialibus: † Inter quos venditionem cibariorum à 7
subditis factam nusquam relatam reperies, Rauchb.
dict. quæst. 22. n. 6. † Equidem non ignoro, compete- 8
re Dominis jus protimiseos in rebus emphyteuticis
l. ult. C. de jur. emphyt. Sed inde ad fructus & mer-
ces ediles nihil prorsus est inferendum. † In fundo 9
siquidem Emphyteutico Dominus jus protimiseos
habet propter Dominium directum sibi reserva-
tum, quod sanè cessat in fructibus aliisq; rebus edili-
bus, quia hæ pleno jure Emphyteutæ acquiruntur;
† Quid ergò mirum, ut Domino in rebus hisce jus 10
protimiseos denegetur, Didac. Covarr. *lib. 3. variar. resolut. cap. 14. n. 6.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Gleina / Mens. Decembr. Anno 1631. (Verba sent. Ob wol euer Lehn- und Gerichts-Herr euch bey einer gewissen Straffe aufferleget / alle Victualien, so ihr an Eyern / Butter / Hünern / Gänsen / und dergleichen zu öffentlichem feilen Kaufe traget / ihme zuvor anzubieten / und den Vorkauff daran iedesmal vor andern zu verstatten / &c. So möget ihr doch solches zu thun wider euren Willen nicht angehalten werden / sondern ihr seyd / des gethanen Gebots ungeachtet / die Victualien eurer Beliebung nach zu verkauffen wol befugt / V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. XI.

Defuncto Domino, heredes pro famulitio mercedem debent, ad id solum tempus, quo heres mortuus est.

1 QUicquid mercedis nomine famulitio datur, est quædam remuneratio laboris, quia hujus operæ conducuntur, Bart. *in l. præses 1. §. divus 13. n. 6. ff. de var. & extr. cognit.* † Cessantibus itaqve operis, meritò & merces cessabit: Adeoq; defuncto Domino, ulterior merces ultra ratam
3 laboris famulitio nõ debetur, † quia operarum præstatio morte heri fuit dissoluta, Coler. *part. 1. decis.*
4 *69. n. 1.* † Heredes tamen defuncti familiam tenentur alimentare de jure Saxonico, usque ad tricesimum diem, ut medio tempore dispicere, & sibi de alio Domino providere possint, Landr. *lib. 1. art. 22.* §. Von dem Erbe soll man dem Gesinde geben erstlich ihren Lohn/ so viel ihnen gebühret/ bis an den Tag/ da ihr Herr starb/ und man soll sie halten bis an den dreyssigsten Tag/ &c. Coler. *part. 1. decis. 201. num. 10.* Bened. Reinh. *part. 1. differ. 39.*
5 † Aliud dicendum in casu, quo Dominus famulum dimittit ante tempus, nam tunc debet ei plenum dare salarium, *Vid. infr.* Defin. *13. in fin.* Coler.
6 *dict. decis. 201. n. 11.* † ubi porrò dicit, si Dominus moriatur ante tempus, famulitium mercedem, quam ultra ratam sui laboris jam antea perceperit, non cogi heredibus Domini restituere, *n. 9.*

Ita Domini in causa Hansen Heylands zu Grossengottern/ Mens. Febr. Anno 1632. {Verba sentent. Gleich wie nach des Herrn Absterben desselben Gesinde/ als welches von seinem Dienste dadurch loß wird / ein weiteres und mehres Lohn/ als es mit seiner Arbeit bis auff solche Zeit verdienet/ zu fodern nicht berechtiget ist/ &c.)

DEFINIT. XII.

Mortuo famulo ante tempus finiti servitii, heredibus ejus salarium debetur non nisi pro ratâ temporis, quo servivit.

1 EAdem pariter ratione, famulo defuncto, heredes ejus pro rata tantum servitii vel operarum præstitarum mercedem accipiunt, *arg. text. in l. 15. §. item cũ quidam. 6. ff. locat. l. desertorem 3. §. 12. ff. de re milit. l. Sejo amico 10. in pr. vers. cum tam labor ff. de ann. legat.* Andr. Rauchb. *part. 1.*
2 *qvæst. 25. n. 18.* † Quod & jure Saxonico comprobatum est *in art. 22. lib. 1.* Landr. *ibi:* Stirbet auch der gemietete Mann / ehe er seinen vollkömlichen Lohn verdienet / welcher ihme verheissen war/ man ist seinen Erben nicht mehr pflichtig zu geben/ dann er verdienet hat / und ihme gebühret bis auff die Zeit/ da er starb. Reinh. *part. 1. differ. 39. apud* Zobel. *part. 2. differ. 59. num. 3.* Matth.
3 Coler. *part. 1. decis. 201. n. 14. & 15.* † ubi tamen id limitat, si heres pro defuncto vellet serviendo complere tempus residuum, ita ut tunc ei plena debeatur merces, Gloss. Ord. Weichb. *art. 78.* §. Ihr sollet wissen / hätte sich ein Dienstbote. *Et* §. Ihr
4 sollet wissen / stirbt ein Dienst-Bote / &c. † Alia est ratio Doctorum, Advocatorum, Professorum, Medicorum, &c. quibus salaria vel honoraria annua, à Republ. vel privatis constituta totius temporis debentur, quantumvis hi
5 multum ante tempus decesserint, † quia scilicet non intuitu laborum mercedem, sed honorarium magis accipiunt, *l. 1. §. divus 13. ff. de var. & extr. cognit. l. qui operas 38. in fin. ff. locat. l. properandum 11. §. 9. Codic. de judic.* Bartol. *in dict. l. 1. §. divus 13. n. 10.* Andr. Rauchb. *dict. q. 25. num. 9.* Mynsing. *cent. 3. observ. 8.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 44. n. 12.* Coler. *dict. decis. 201. num. 8.*
6 † Attamen plerisque in locis ex speciali statuto vel consuetudine, liberis ac Viduis Pastorum in oppidis & pagis, ut & Professorum in Academiis, vel totius insequentis anni salaria, vel etiam quandoque semestria tantùm salaria concedi solent, *Vid.* Const. Elect. Eccles. *de Anno 1580. tit.* Von *Immunitäten und Freyheiten der Kirchendiener.* §. Und zu ferner Gnade. Rauchb. *dict. loc. num. 12. & seqq.*
7 † Quamvis hodiè liberalia etiam Doctorum & Advocatorum officia sint plerumque venalia, & id, quod de mercedibus famulitio debitis anteà dictum, ad liberalia quoque stipendia moribus & statutis haud rarò produci videamus, prout conqueritur post alios Rauchb. *dict. quæst. 25. num. 20.*

Ita Domini in eadem causa. {Verba sent. Also mag auch ein Herr nach Absterben seines Gesindes / dessen Erben von dem versprochenen Lohn mehr nicht/ als selbiger Zeit fällig und verdienet gewesen / zu entrichten angehalten werden/ &c.}

DEFINIT. XIII.

Dominus famulo absq; causâ ante tempus ex servitio discedenti, ne quidem pro rata temporis, quo servivit, salarium solvere tenetur.

1 ÆQuum sanè est famulo, justa ex causa ante tempus ex servitio discedenti, solvi salarium pro rata temporis, quo servivit, *art. 34. lib. 2.* Landr. Ordin. Provinc. Saxon. *de Anno 1643. tit.* Von den ungehorsamen Dienstboten. §. Wäre es aber Sache/ &c. † Ast famulo absque causa ante tempus
2 discedenti Dominus ne quidem pro rata temporis, quo servivit, solvere salarium tenetur, sed id plenum retinet, *dict.* Ord. Provinc. Ob sich auch ein Dienstbote. *vers.* Da auch demjenigen / dem er aus dem Dienste gangen / derhalben Schaden erfolget/ den soll der ungehorsame Dienstbote zu erstatten / und seinen Lohn zu entrathen schuldig seyn/ &c. Matth. Coler. *part. 1. decis. 201. n. 13.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 17.* † Nec movet, quod *di-*
3 *cta* Ord. Provinc. pro damno saltem dato famulum mercede privari velit. † Vix enim fieri potest, ut
4 non ejusmodi discessus intempestivus damnum afferat, præsertim si famulus clam aufugiat, ac saltem id incommodi ferè semper habet, ut vel id, ad quod opera famulorum Dominus utebatur, ad tempus intermitrendum, vel alii fortè minus idonei post elapsum tempus, in ejusmodi conductionibus consuetum cum difficultate quærendi sint, Moller. *dict. cap. 17.* † Nec habent famuli quod conquerantur,
5 imputent namq; sibi, quod intempestivo tempore abierint: † Cum econtra Dominus, absque justa
6 causa famulum dimittens ante tempus, plenum ei salarium solvere teneatur, *art. 32. lib. 1.* Landr. *ibi:* Vertreibet aber der Herr den Knecht/ oder urlaubet ihn ehe der Zeit / er solle ihme vollen Lohn geben. Matth. Coler. *dict. decis. 201. n. 11.*

Ita Domini in eadem causa. {Verba sentent. Dafern aber das Gesinde vor der Zeit / ohne gnugsame Ursache / aus dem Dienste ziehet / oder aber heimlichen entläufft / ist ihme der Herr gantz keinen / auch nicht den verdienten Jahres-Lohn zu geben schuldig/ V. R. W.}

DEFINIT. XIV.

Dominus non tenetur famulo ratione damni in corpore suo, licet in servitio accepti.

1 PIo certè ac Christiano homini omninò incumbit, vel solùm ex commiseratione servo suo, ratione vulneris aut damni in servitio accepti, expensas in curationem factas restituere. At si hoc
2 facere nolit, † jure ad id cogi nequit Gloss. *in art. 6. lib. 3.* Landr. *lit. a.* Nec enim Dominus famulo quicquam debet, quàm mercedem pro labore &
3 opera promissam, † quâ datâ, famulus perinde ac quivis alius locator, non habet de quo ulterius queat experiri adversus conductorem, Bart. *in l. præses 1. §. divus 13. n. 6. ff. de var. & extraord. cognit.*
4 † Alia est ratio rerum famuli in servitio amissarum, qvas si ad commodiorem servitii præstationem servus adhibuerit, Dominus damnum iis datum omninò resarcire tenebitur; scilicet quia persona tantùm
5 famuli, † non etiam res ejus Domino sunt obligatæ, *art. 6. lib. 3.* Landr. *in vers.* Wird ihm aber sein Pferd/oder auch sein Gut dieblich oder raubslich genommen in des Herrn Dienste/ ohne des Knechts Schuld/ das muß ihme der Herr geben/ꝛc.

Ita Domini in causa Petri Müllers zu Lommatzsch/ Mens. Decembr. Anno 1594. [Verba sentent. Ob gleich der Bauer-Knecht/davon eure Frage meldet/den Schaden am Schenckel/daran ihr ihn curiret und geheilet/ in seines Herrn Dienste und Arbeit/ und von desselben Wagen bekommen/ So mag doch gedachter sein Herr euch das Artzlohn und andere auffgewendete Unkosten für bemeldten seinen Knecht zu bezahlen wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ sondern ihr seyd euch dißfalls an den Knecht zu halten schuldig/V.R.W.]

It. ad requisitionem Verqvoigts/ Richters und Schöppen zu Mannsfeld/ Mens. Novembr. Anno 1597. [Verba sent. Ob gleich der Wagen-Knecht/ davon eure Frage meldet/den Schaden/so ihme an einem Schenckel zugefüget worden/ in seines Herrn Dienste/ und von desselben Wagen bekommen. Da aber dennoch bemeldter sein Herr für ihn das Artzlohn und Unkosten/ so der Barbierer/der ihn geheilet und unterhalten/gefodert/ aus Christlicher Liebe/ und in Erwegung der langwierigen Dienste/welche er ihme geleistet/nicht bezahlen wolte/ so möchte er dazu wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.]

It. in causa Georgii Lehmans zu Eulenburg/ Mens. Mart. Anno 1619. [Verba sentent. Da nun der Herr selbiges Knechts/ auff Zureden und Erinnern der Christlichen Liebe/und in Erwegung/ daß gleichwol der Knecht: den Schaden in seinen Diensten empfangen/ das Artzlohn/ oder etwas darzu zu schiessen sich nicht behandeln lassen wolte/ so möchte er solches zu thun wider seinen Willen nicht gedrungen werden/V.R.W.]

Et ad requisitionem Christophori Alberti à Bernstein/ Mens. Octobr. Anno 1636.

DEFINIT. XV.

Subditi ac rustici maleficos in carcere custodire haud sunt obligati, nisi aliud consuetudine fuerit introductum.

1 EXinde quod Const. *hæc 15.* subditos ad custodiam castris Dominorum faciendam obstringit, satis colligere est, aliis in casibus, excubiis haud esse gravandos Rusticos; Existimaverim
2 itaque, † eos jure compelli haud posse, ut maleficos & inquisitos captivos custodiant, præsertim cùm hæc custodia non minus atque ipsa executio & irrogatio pœnarum Magistratui incumbat, † qui 3
propterea propriis sumptibus atque expensis custodes conducere tenetur, per regulam generalem ab Interpp. traditam: Quandoque nempe quis munere suo fungitur, vel aliquid facere obstrictus est, ob compensationem factæ sibi concessionis, tunc idipsum proprio sumptu ac expensis illum facere teneri, nec habere impensarum repetitionem, *arg. l. suo victu 18. ff. de oper. libert. l. 1. C. de aquæduct. lib. 11.* Jac. de S. Georg. *de feud. in verb. de castro n. 15.* Joh. Sichard. *in l. 1. n. 3. & seqq. Cod. de negot. gest. & in l. quoniam 11. n. 7. & seqq. C. de testib.*
† Sed hoc ita, si aliud introductum non fuerit con- 4
suetudine loci aut provinciæ, quâ omninò standum erit, *l. de quibus 32. ff. de LL.* Petr. Heig. *part. 2. qu. 23. n. 9.*

Ita Domini in causa Bernhards von Tettau zu Schildbach / Mens. Majo Anno 1603. [Verba sentent. Daß eure Unterthanen die Gefangene zu bewachen wider ihren Willen nicht gedrungen werden mögen; Ihr köntet dann wie recht beweisen und darthun/ daß dißfalls ein anders wider eure Unterthanen durch eine beständige und verwährte Gewohnheit hergebracht/ darbey bliebe es nochmals billich/ V. R. W.]

DEFINIT. XVI.

Subditi debita servitia præstare recusantes, non modo carcere ad id cogi, sed & propter contumaciam relegari possunt.

PArum sanè consultum esset Domino, servitia 1
à subditis atque rusticis exigere, nisi & inobedientes compellere posset ad præstationem servitiorum. † Adeò enim contumax est sæpissimè 2
hoc genus hominum, ut & debita quæqve officia facere recusent. † Quidni ergò Domino fas erit, 3
vel mulcta pecuniaria, vel carcere eos coërcere, quandoque etiam pane & aqua cibare, donec usque eorundem corda emolliantur, & contumacia ac inobedientia compescatur; † Quin & si nec tùm ser- 4
vitia debita præstare velint, quin relegatione puniri & in exilium mitti queant, dubium non est, quùm & aliàs contumacia hâc pœnâ coërceri soleat, *l. consentaneum §. ubi* Gloss. & Bartol. *C. quomodo & quando judex pos. in tit. de mulct. num. 17.*
† Et sicuti hodiè pœnæ ipsæ, ita etiam coërcitio 5
atque coactio ad quid faciendum arbitraria habetur, Prosp. Farin. *in Pract. Crim. lib. 1. tit. 1. quæst. 1. num. 8.*

Ita Domini in causa Subditorum Hansen George Mensingers/ ad requisitionem Quæstoris zum Wolckenstein / Mens. Majo Anno 1624. [Verba sententiæ: So werden itzo benannte halsstarrige muthwillige Bauren billich von einander gesondert/ und in ein härter Gefängniß geleget / auch auff den Fall sie auff ihrer Widersetzlichkeit verharren / darinnen mit Wasser und Brod einen Monat lang gespeiset / und da einer oder der ander dadurch sich nochmals zum Gehorsam nicht erwegen lassen will / so werden diejenigen/so auff ihrem Ungehorsam verharren/ es sey gleich einer oder mehr/wegen ihres vorsetzlichen muthwilligen Trotzes und Ungehorsams mit zeitlicher Landesverweisung billich in Straffe genommen/ꝛc.]

Et in causa Henrici Abrahami ab Einsiedel zur Augusts, burg/Mens. Majo Anno 1604.

Et ad requisitionem Quæstoris zu Freyburg/ Mens. Octobris Anno 1604.

CON-

CONSTITUTIO LII.
PARTIS SECUNDÆ.

Von Baufrohnen.

NAnn der Baufrohnen halben/ Fragen oder Rechtfertigungen in unsere Schöppenstuhle einkommen / so sollen sie auff die Fälle / so auff Gewohnheiten/ Verträgen/ Abschieden und dergleichen stehen / rechtlich und denselben gemäß erkennen.

Aber in den Fällen / derowegen moderation, Verordnung der Lieferung/ oder zu was Gebäuen dieselbige zu gebrauchen/ Erklärung von nöthen ist/ sollen sie solche Sachen an unsere Regierung remittiren / damit wir Inhalts der Landes-Ordnung darüber selbst Weisung thun lassen.

De operis seu servitiis, quæ rustici ad extruenda ædificia dominorum præstare tenentur.

QUæstiones ubi incidunt, aut lites de operis seu servitiis, quæ ad extruenda ædificia sua à subditis exigunt Domini, in casibus, qui locorum consuetudinibus, transactionibus, decretis item judicum, vel id genus aliis innituntur, Scabinatuum nostrorum erit cognitio, qui ante omnia in judicando & respondendo hæc attendent.

Casus verò, in quibus super ejusmodi servitiorum moderatione, cibariis item rusticis præbendis, genereque ædificiorum, quibus extruenda illa petuntur, declaratione opus est, ad Senatum aulicum nostrum, juxta ordinationem Provincialem à nobis ipsismet definiendos, remitti ab illis volumus.

DEFINITIONES.

1. *Regulariter in foro Saxonico subditi operas ad ædificia Dominorum extruenda præstare tenentur, nisi aliud consuetudine vel pacto speciali sit introductum.*
2. *In moderatione hujusmodi operarum vel cibariorum præstandorum potissimum pacta & consuetudines attendi, iisq; deficientibus, à Principe decisio peti debet.*
3. *Operæ rusticorum exigi debent ad ædificationem solius domicilii, seu habitationis, (des Ritter-sitzes) non etiam horreorum, stabulorum, aliorumq; ædificiorum.*
4. *Lapides ad vias complanandas convehere, vel terram veteratam avehere, subditi non obligati sunt.*
5. *Ligna aliamve materiam, ædificiis dominorum ædificandis necessariam, quæ in territorio Principis haberi nequit, subditi aliunde convehere tenentur.*
6. *Ad domicilium Domini extruendum, eo in loco, ubi hactenus nullum fuit extructum, subditi materiam convehere haud sunt obstricti.*
7. *Diviso inter plures filios feudo, nova domicilia extruentes, operas à subditis exigere nequeunt.*
8. *Si plures in pago vel oppido existant Domini, operæ ad ædificia extruenda debentur ei, qui in possessione servitiorum reperitur.*
9. *In dubio hæ operæ debentur Domino hereditario, à quo subditi bona sua recognoscunt.*
10. *Transactio cum subditis inita de præstandis operis ad extruenda ædificia, obstringit eos quoq; ad servitia in restauratione & refectione ædificiorũ.*
11. *Æstimatio ac moderatio operarum præteritarum à Domino fieri potest, nec à Principe necessariò peti debet.*
12. *Operæ ad extruenda ædificia præscriptione amittuntur.*

DEFINIT. I.

Regulariter in foro Saxonico subditi operas ad ædificia Dominorum extruenda præstare tenentur, nisi aliud consuetudine vel pacto speciali sit introductum.

1 ETsi de jure communi rustici ac subditi ligna, aliamve materiam, ædificiis dominorum ædificandis necessariam, convehere haud obligati sint *l. 1. & seq. C. ne Rustic. ad ullum obseq. devoc. lib. 11.* † Attamen longissimo fori Saxonici usu ac consuetudine introductum est, ut subditi ad ædificia Dominorum extruenda in convehendis lignis & aliis necessariis operas & servitia præstare teneantur: † Id quod postea in Provinciis suis Illustrissimus Saxoniæ Elector expressâ sanctione comprobavit, *in* Ordin. Provinc. *de Anno 1555. tit.* Von Baufrohnen. 3. Demnach setzen/ wollen und ordnen wir/ daß hinfüro die Unterthanen in unsern Landen schuldig seyn sollen/ ihren Erbherren/ zu Gebäuden ihrer Rittersitze Baufuhren zu thun. † Sed hoc ita, nisi aliud conventione speciali vel consuetudine loci sit introductum. † Etenim si qui rustici vel consuetudine, vel expressâ conventione, aut transactione ab hujusmodi servitiis liberati reperiantur, ad illos Ordinatio Provincialis haud pertinebit, sed hi jure suo quæsito omninò gaudent, ex vulgato illo (Willkühr bricht Landr.) Weichb. *art. 24. in fin.* † Idque vel exinde etiam patet, quod in definiendis hujusmodi operis ac servitiis subditorum, maximopere consuetudines & pacta, si quæ extent, attendi jubeat *h.* Const. *52. vers.* So sollen sie auff die Fälle/ so auf Gewohnheiten/ Verträgen/ Abschieden

den und dergleichen stehen/rechtlich und denselben gemeß erkennen/ꝛc. *ubi* Dan. Moller. *hic n.1.*

Ita Domini in causa Nicolai Holläuffers / Mens. Januar. Anno 1632. [Verba sent. Ob wol die Unterthanen vermöge Churfürstl. Sächß. Landes-Ordnung ihren Erb- und Lehnherren die Baufuhrung zu den Gebäuden der Rittergüter zu thun schuldig/ da aber dennoch die Baudienste euren Unterthanen durch eine special-convention oder beständige Gewohnheit einmal erlassen worden wären/ꝛc. So verbliebe es auch dabey nochmals billich / und es möchten selbige Unterthanen nunmehr zu Verrichtung der Baufuhrung nicht angehalten werden/ V.R.W.]

Definit. II.

In moderatione hujusmodi operarum vel cibariorum præstandorum potissimum pacta & consuetudines attendi, iisq; deficientibus, à Principe decisio peti debet.

1 OPeræ ad extruenda Dominorum ædificia, quia subditis odiosæ pariter atque onerosæ sunt, cautius in exigendis iis procedendum est, ne
2 Rustici nimium ac ultra modum graventur. † Evenit sanè hinc, ut circa exhibitionem servitiorum, quæ & quanta scilicet subditi præstare teneantur & quid interea illis de cibariis & aliis necessariis suppeditandum sit, controversia inter Nobiles ac sub-
3 ditos sæpissimè oriatur? † Cujus decisio ex transactione, consuetudine, decreto judicis, vel re judicatâ potissimum desumenda erit, *h.* Const. *52. verf.* So sollen sie auff die Fälle/ꝛc. Ordin. Provinc. *de Anno 1555. tit.* Von Baufuhren. §. An welchen
4 Orten auch. Dan. Moller. *hic n.3.* † Quò & refero libros Nobilium censuales, Erbbücher oder Erbregister/ꝛc. Hisce quatenus fides sit tribuenda, *vid.*
5 *supr.* Const. *4. Defin.5.* Dan. Moll. *4.sem.37.* † At si deficientibus iis, quæstio de præstatione operarum ac cibariorum incidat, cognitio horum & moderatio ab ipsô Principe peti debet, qui habitâ ratione æquitatis, secundum numerum & facultates subditorum, decernat, quæ & quanta servitia ad ædificia extruenda à subditis, quæque hisce cibaria à Domino sint præstanda, *h.* Const. *52.* §. Aber in den Fällen/ꝛc. *dict.* Ordin. Prov. §. Wo und an welchen Orten aber/ ꝛc. Moll. *hic n.3.*

Ita Domini in causa Christophori Alberti à Tettau, Mens. Nov. Anno 1626. Verbâ sententiæ: Dieweil nicht zu vernehmen / daß die Unterthanen vermöge gewisser Verträge oder Abschiede zu Baudiensten verbunden seyn/ꝛc. So seyd ihr wegen solcher Baudienste bey dem Churfürsten zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg/ unserm gnädigsten Herrn/ wie hoch bemeldte euer Unterthanen dieselbe zu verrichten und zu leisten schuldig / gnädigste resolution euch unterthänigst zu erholen pflichtig/ V.R.W.]

Definit. III.

Operæ rusticorum exigi debent ad ædificationem solius domicilii, seu habitationis, (des Rittersitzes) *non etiam horreorum, stabulorum, aliorumq; ædificiorum.*

ERgò in decidendis controversiis de operis hisce rusticorum ante omnia pacta & transactiones, si quæ extant, attendi debent, in quibus
2 communiter subditi astringuntur ad servitia, † prout ea majores vel antecessores præstiterunt (daß die Leute schuldig seyn sollen Baudienste zu leisten / wie ihre Vorfahren gethan haben/ꝛc.) † ubi verba (*prout, sicut, quemadmodum, secundum, &c.*) non conditionaliter sed causativè accipienda esse, ac proinde Rusticos Domino ædificanti operas petitas præstare teneri, ex doctrinâ Bartol. *in l. eum qui 5. §. Julianus 5. ff. de const. pecun.* monet Dan. Moller. *lib.2. semestr.33.* † Sanè quando 4
de ædificiis, ad quorum restaurationem operæ exiguntur, inter Nobiles & subditos disceptatur, transactiones & pacta haud parum adjumenti præbent decisioni. † Alioquin si verbis claris de hoc nil 5
decisum reperiatur, *ex* Ordinatione Provinciali *Añ. 1555. tit.* Von Baufuhren/ subditi ad ædificationem solius domicilii, arcis vel habitationis (der Rittersitze) sunt obstricti, ut rectè docet Moller. 6
lib. 2. semestr.31. † Non enim generaliter de omnibus & quibuscunque ædificiis, puta de horreis, stabulis, granariis, ovilibus, aliisve, quæ pro necessi- 7
tate & utilitate fœudorum extrui necesse est, † sed tantum de arcibus, domibus & habitationibus, seu domiciliis Nobilium (von Rittersitzen allein) Ordinationem prædictam intelligendam esse, vel solùm ex verbis Ordin. *verf.* Viel stattlicher Rittersitze und Gebäude in unsern Landen erbauet/ꝛc. manifestum redditur; Idq; tanto magis, † quãto cer- 8
tius est, odiosam haberi hanc ordinationem, ac proptereà merito restringi, *c. odia 15. de Reg. jur. in 6to.* Hoc ipsum tamen variè est limitatum in Decis. *Elect. nov.33.*

Ita Domini in causa Siegfrieds von Schönfeld zu Grünberg / Mens. Mart. Anno 1622. [Verba sentent. Daß eure Unterthanen zu Erbauung des Wohnhauses und Rittersitzes allein/ nicht aber der Scheunen/Ställe/und anderer Gebäude/die Baufuhren zu leisten schuldig/ꝛc.)

Et in causa Hansen David Rölings zu Hirschfeld / Mens. Mart. Anno 1631. [Verba sententiæ: Wann gleich bemeldte eure Unterthanen die Baufuhren zum Rittersitze zu leisten / durch gewisse Verträge oder Abschiede in gemein verbunden wären/ꝛc. So möchten sie doch zu Erbauung des Bollwerckhäuselens / weil solches eigentlich zum Rittersitze und Wohnung nicht gehörig/die Baufuhren zu thun wider ihren Willen nicht angehalten werden/ V.R.W.]

Definit. IV.

Lapides ad vias complanandas convehere, vel terram veteratam avehere, subditi non obligati sunt.

AD præstandas itaque operas, soli habitationi sive domicilio ædificando necessarias, sub- 1
diti vel Rustici obligati sunt, Defin. *præced.* † Ergò 2
non lapides ad vias, vel cameras complanandas & pavimentandas confectos (Pflastersteine) convehere, † sicuti nec terram veteratam ex dirutis ædifi- 3
ciis causatam (alten Schutt) avehere tenentur, Matth. Berlich. *part.2. concluf. 65. n.7.* † ita nam- 4
que restringenda est Ordinatio Provincialis ceu odiosa, ut quàm minimum subditi graventur, *c. odia 15. de Reg. jur. in 6to.*

Ita Domini in causa Johann Bosens zu Freyberg/ Mens. Nov. Anno 1631. [Verba sententiæ: Ob wol die Unterthanen die Baufuhren zum Rittersitze zu thun schuldig/ꝛc. So mögen sie doch weder das Holtz zun Wasserröhren / oder die Pflastersteine anzuführen / noch auch den alten Schutt hinweg zu führen angehalten werden/ꝛc.]

Defi-

DEFINIT. V.

Ligna aliamve materiam, ædificiis dominorum ædificandis neceſſariam, quæ in territorio Principis haberi nequit ſubditi aliunde convehere tenentur.

1 CErtum eſt, quod novis operis, ad quas ſe non obligarunt ſubditi, haud gravari debeant, ſcili-
2 cet, † quia nova ſervitia præſumuntur impreſſiva, Bald. *in c. 7. n. 1. qualiter Vaſallus debet jurare Domino fidelitatem.* Unde infert Jac. de S. Georg. *in*
3 *tract. de oper. n. 7.* † ſubditos non poſſe cogi, ut præſtent operas extra territorium Domini, ſive extra locum, in quo Dominus & ſubditi habent domicilia, *per text. in l. quod niſi 20. cum l. ſeq. ff. de oper. libert.* ubi dicitur, operas eſſe præſtandas eo
4 loco, in quo patronus moratur: † Quæ conceſſerim in caſu præſenti ſaltem ratione loci, in quo ædificia ſunt extruenda, ita ut ſi alieno in territorio Dominus ædificare velit, ſubditi ad præſtationem ſer-
5 vitiorum obſtricti haud ſint. † At, ædificante Domino in ſuo territorio, ubi antea domus fuerat extructa, ſubditi ligna, lapides, aliamve materiam, quæ illo in loco non habetur, etiam aliunde, ex territoriis nempe aliorum Principum, convehere tenen-
6 tur. † Ne forſan operæ hæ Domino inutiles exiſtant.

Ita Domini in cauſa Siegfrieds von Schönfeld zu Grünberg/Menſ. Mart. Anno 1612. (Verba ſentent. Ob nun wol die Unterthanen ſolche Fuhren auſſerhalb Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen / unſers gnädigſten Herrn/ Landen zu thun ſich verweigern / da ihr aber dennoch innerhalb Landes an keinem nähern Ort / weder Schindel / Holtz / noch Ziegel / antreffen könte / ꝛc. So wären obberührte eure Unterthanen dergleichen zu eurem fürgenommenen Bau gehörige Materien / von andern Orten / auch aus der Ober-Laußnitz zu holen / und nach Grünberg zu führen ſchuldig/V.R.W.)

DEFINIT. VI.

Ad domicilium Domini extruendum eo in loco, ubi hactenus nullum fuit extructum, ſubditi materiam convehere haud ſunt obſtricti.

1 OPeræ Ruſticorum non modo arbitrio boni viri ſunt reſtringendæ, *l. ſi libertus 27. ff. de oper.*
2 *libert.* † ſed & inſvetæ ſubditis haud imponendæ. Concludere hinc licet, Ruſticos ac ſubditos in il-
3 lis tantùm locis, † ubi antea arces ſeu domicilia Nobilium (Ritterſitze) fuerunt, operas ſuas in convehendis lignis, aliisque materiis, ad extructionem
4 ædificii neceſſariis exhibere obſtrictos eſſe. † Ad nova verò ædificia vel habitacula Nobilium eo in loco, ubi hactenus nulla fuêre extructa, cogi non poſſe, Aut. Conſult. Conſt. Sax. *tom. 1. p. 5. caſ. 3.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 65. n. 6.*

Ita Domini in cauſa Nicolai von Hollåuffers / Menſ. Jan. Anno 1631. (Verba ſent. Inmaſſen denn auch die Unterthanen zu Erbauung neuer Ritterſitze an denen Orten und Dörffern / da zuvor keine geſtanden / die Baufuhren zu leiſten nicht verpflichtet ſeyn/V.R.W.)

DEFINITIO VII.

Diviſo inter plures filios feudo, nova domicilia extruentes, operas à ſubditis exigere nequeunt.

1 EAdem pariter ratione, ſi Nobilis quiſpiam amplum quidem feudum, ſed unam tantùm arcem vel domum poſſidens moriatur, relictis aliquot filiis, & feudo diviſo, illorum nonnulli novas domos (Ritterſitze) ædificare velint, † ſubditi ma- 2
teriam convehere non ſunt obligati, Dan. Moller. *lib. 2 ſemeſtr. 32.* Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 65. n. 6.* Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. 5. caſ. 3.* † quia ſcilicet operæ hæ reſtringendæ, nec in- 3
ſvetæ imponendæ ſunt, *Definit. præced.* Eoque pertinet Reſcriptum Electoris D. Auguſti *ſub dato* Dreßden / 25. *Jan. Anno 1560.* ubi diſertis verbis teſtatur, † ſe nolle ordinationem Principalem von 4
den Baufuhren / ita intelligi, ut ad novas domos, vel novas arces, filiis feuda dividentibus, in iis præſertim locis, in quibus antea non fuiſſent, extruendas, ſubditi ſervire tenerentur, † quod Reſcriptum 5
verbotenus refert Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *dict. caſ. 3.* ejusq; meminit quoque Moll. *dict. cap. 32.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Immaſſen dann auch die Unterthanen zu Erbauung neuer Ritterſitze / beyraus / wann ſich nach des Vatern Abſterben die Söhne in das Lehn vertheilet / an denen Orten und Dörffern / da zuvor keine Ritterſitze geſtanden / die Baufuhren zu leiſten nicht verpflichtet ſeyn/V.R.W.)

DEFINIT. VIII.

Si plures in pago vel oppido exiſtant Domini, operæ ad ædificia extruenda debentur ei, qui in poſſeſſione ſervitiorum reperitur.

1 EXpediti juris eſt, operas ad ædificia extruenda præſtandas eſſe tam ei, qui jurisdictionem ſuperiorem ſive merum & mixtum imperium, quàm
qui jurisdictionem baſſam & inferiorem habet, per 2
tradita Dan. Moll. *lib. 2. ſem. 32. n. 1.* † Ideoque ſi unus ſolummodo in pago vel oppido eſt, qui vel inferiore vel ſuperiore jurisdictione eſt præditus, quin rectè ei operæ cujusmodi debeantur, dubitare
non licet, Matth. Berlich. *part. 2. concl. 64. n. 9.* † 3
Quid autem, ſi uno in pago vel oppido plures ſint Domini, quorum unus inferiorem, alter verò ſuperiorem jurisdictionem habet? † Omnibus tunc ſer- 4
vitia ad ædificia extruenda deberi, vel ſaltem inter eos proportionabiliter dividenda eſſe, exiſtimare quis poſſet, ſecundum tradita Aut. Conſult. Conſt.
Sax. *tom. 1. part. 5. caſ. 2. circa fin.* † ſed fieret hâc ra- 5
tione, ut miſeris ruſticis ac ſubditis, haud ſine gravi eorundem incommodo ac injuriâ, operæ duplicarentur & multiplicarentur. † Nec enim operæ hæ 6
& ſervitia, quia ſunt indiviſibilia, in partes dividi poſſunt, *l. operas 3. l. libertus 15. §. 1. ff. de oper. libert. l. in ſtipulationibus 54. §. operarum 1. ff. de V. O.* † 7
Rectiùs ergò dicemus, ſi hoc in caſu unus ex Dominis in quaſi poſſeſſione reperiatur, cui ſervitia antea à ruſticis præſtita fuerint, eum in poſſeſſorio defendendum eſſe, donec alter contrarium docuerit, *l. ſi duo 3. ff. uti poſſid.* Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *dict. caſ. 2. n. 3. verſ.* Dann wo einer oder deſſen Vorfahr/ꝛc.

Ita Domini in cauſa Frantz Taubenheimbs und Tobiæ Roſts zu Oppitzſch/Menſ. Sept. Anno 1607. (Verba ſent. So bleibet ihr auch von ihme / dem Erb- und Lehnherrn / mit denen Baufuhren zum Rittergut Oppitzſch / weil ihr dieſelbe biß anhero der hohen Obrigkeit geleiſtet / billich verſchonet / und ſie ſeynd euch darzu mit Außpfändung zu dringen nicht befugt/V.R.W.)

DEFI-

DEFINIT. IX.

In dubio hæ operæ debentur Domino hereditario, à quo subditi bona sua recognoscunt.

1 AT quid, *si ambo vel plures Domini operas ad ædificia extruenda præstari in petitorio postulent, nec de possessione certò constet?* Certè nec
2 tùm omnibus servitia deberi dixerim, † sed præstandæ sunt operæ ad ædificia extruenda hoc casu Domino hereditario, (dem Erbherrn) sive is habeat su-
3 periorem sive inferiorem jurisdictionem, † non autem Domino judiciario *per* Ordin. Provinc. *de Anno 1555. tit.* Von Baufuhren/ ubi quinquies fit
4 mentio Domini hereditarii, des Erbherrn/ † quin ergò huic operæ debeantur, haud dubitandum est, Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 5. q. 122. n. 3.*
5 † Dominum autem hereditarium vocamus hîc eum, non qui jurisdictionem aut merum Imperium habet, vel cui juramentum fidelitatis præstatur, sed à quo subditi bona sua recognoscunt, von dem sie ihre Güter in die Lehn nehmen müssen / Aut. Const. Const. Sax. *dict. loc. vers.* und halten den vor den
6 Erbherrn/ &c. † Neque enim imperium, neque jurisdictio, qualiscunque tandem illa sit, cum servitiis aut operis rusticorum quicquam commune habet, Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 32. in fin.*

Ita Domini in causa Georgii Ernesti à Zehmen / Mens. Sept. Anno 1604. (Verba sent. Ob nun gleich deme von Thumbshirn über obgedachte 5. Bauren die Gerichte oberst und niederst zuständig/ dieweil sie aber dennoch mit Lehn/Zinsen und Fröhnen gen Weißbach gehörig/ &c. So seyn sie euch auch die Baudienste zum Rittergute Weißbach zu leisten schuldig/ und der von Thumbshirn als Gerichtsherr ist euch daran Einhalt zu thun nicht berechtiget/ V.R.W.)

Et in causa Balthasari Kulpes zu Meinewehe/Mens. April. Anno 1599.

DEFINIT. X.

Transactio cum subditis inita de præstandis operis ad extruenda ædificia, obstringit eos quoq; ad servitia in restauratione & refectione ædificiorum.

1 QUum subditi jure transactionis, cum Domino initæ, tenebantur præstare operas ad ædificia extruenda, (zu Erbauung der Rittersitze) quæsitum fuit, *an non etiam ad refectionem & restaurationem ædificiorum, Dominus vi transactio-*
2 *nis operas rusticorum exigere posset?* † Quod ex identitate rationis affirmare haud dubitarunt Domini, præsertim cùm per id subditis haud parum prospiciatur, quippe qui ædificio, ob non factam confectionem prorsus diruto, multùm gravantur, ex eo, quod tùm ædificio de novo ædificando lon-
3 gè majores operas præstare sint obligati; † Nec quicquam faciebat pro subditis, quod transactionis verba sola de ædificatione loquebantur, ac propterea strictè accipienda, nec ad restaurationem vel refectionem extendenda fuissent, secundum Dd. *in l. actione 4. & in l. cum mota 6. C. de*
4 *transact.* Paris. *vol. 1. consil. 32. n. 11.* † Quia propterea non minus omnia ea comprehendebant, de quibus verisimiliter actum fuisse apparebat *l. qui cum tutoribus 9. §. 1. & ult. ff. de transact.* non solùm e-
5 nim de omni, quod ex dispositione legis, † sed & quod ex conjecturatâ mente disponentiũ inest con-tractui, actum intelligitur, Cagnol. *in l. semper in stipulationibus 34. n. 2. & 3. de Reg. Jur.* Tiraquell. *in l. si unquam 8. verb. libertis n. 44. 45. C. de revoc. don.* Matth. Wesenb. *consil. 51. n. 57.* † Planè, sive de ædificatione sive restauratione disceptetur, adeo 6
sunt obligati rustici ad operas, ut propriis etiam instrumentis servire, & si non habent, ea emere teneantur, Jason. *in l. si non sortem 26. §. libertus 12. ff. de condict. indeb. n. 30.* Quin etsi subditi in operis præstandis aliquod instrumentum frangant, Dominus tamen illud resarcire haud obstrictus est, *l. si laborante 2. §. 1. ff. ad Leg. Rhod. de jact.* Jason *in dict. l. 26. §. 12. n. 31.*

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Crossen/Mens. Jan. An. 1602. (Verba sent. Ob wol der Baufuhren zu Besserung der Rittergüter in dem überschickten Vertrage nicht gedacht wird: So seyd ihr doch dieselbe zu nothwendiger Besserung der Rittergüter so wol/ als zu dem neuen Hauptgebäude / iedoch auff Moderation der hohen Obrigkeit/zu thun schuldig/ V.R.W.)

DEFINIT. XI.

Æstimatio ac moderatio operarum præteritarum à Domino fieri potest, nec à Principe necessariò peti debet.

SUbdito quopiam operas ex contumaciâ renuente, cum interim reliqui ad ædificia Domini extruenda servitia præstitissent, non immeritò hi post- 1
ea æstimationẽ operarum præstitarum à contumace proportionabiliter & pro ratâ repetebant: † At 2
dubitatum fuit, anne super æstimatione ac moderatione operarum Princeps esset implorandus *ex h.* Const. *52. vers.* Derowegen *moderation, &c.* † 3
Sed de operis adhuc præstandis diserte Constitutio loquitur, adeoq; ad æstimationem operarum, ab aliis jam præstitarum, haudquaquam extendi debet, † quia Constitutiones Electorales tanquam statu- 4
tariæ strictè sunt accipiendæ, Andr. Tiraquell. *de LL. connubialibus Gloss. 2. n. 23.* Jac. Schult. *lib. 2. pract. quæst. 65. n. 32. & seqq.* † Existimarunt itaque 5
Domini, Principem desuper non implorandum, sed operas ex arbitrio judicis taxandas & æstimandas, ac postea ad restitutionem Reum contumacem condemnandum esse, † prout in moderatione aliarum 6
expensarum fieri solet, *l. sancimus 15. C. de judic. l. si quando 9. C. Unde Vi.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 11. n. 11.*

Ita Domini in causa der Außspannere zu Frauenwalde contra Martin Hoffmann/ ad requisitionem Siegfrieds von Lüttichau/Mens. Febr. Anno 1634.

DEFINIT. XII.

Operæ ad extruenda ædificia præscriptione amittuntur.

DUbium certè non est, quin operæ rusticorum 1
ad extruenda Dominorum ædificia, in foro etiam Saxonico præscriptione triginta annorum, anni & diei acquirantur, juxta tradita Modest. Pist. *p. 1. quæst. 38.* † quia hæ operæ sunt fructus homi- 2
num & servitutes personales, *l. 3. l. 4. ff. de oper. serv.* † quæ tanto tempore in foro Saxonico præscribun- 3
tur, Christ. Zob. *in art. 29. lit. a. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *ad c. de quartâ 4. n. 85. extr. de præscript.* † 4
Quò & facit *h.* Const. *52. vers.* So auff Gewonheiten/ &c. † Quidni ergò eâdem præscriptione, tri- 5
ginta scilicet annorum, anni & diei, has operas amitti dicemus, si scilicet subditi requisiti eas

non

non præstiterint, & à tempore requisitionis tantum temporis spacium præterlapsum fuerit, *supr. Defin.* 6 *1.* † Idque eo magis, si ultra hominis memoriam subditi requisiti in recusatione operarum perseveraverint, ex sententia Jacob. Thoming. *allegati à* Modest. Pistor. *dict. q. 38. in pr.*

Ita Domini in causa Francisci Taubenheimbs und Tobiæ Rostens zu Oppitzsch/Mens. Sept. Anno 1607.

Et in causa Marien Sabinen von Dobeneck zu Rodte/ Mens. Novemb. Anno 1636. (Verba sent. So seyn die Unterthanen solche Dienste und Baufuhren zu leisten pflichtig. Sie könten dann wie recht erweisen und darthun / daß dergleichen Dienste von ihnen hiebevor auch begehret/und sie doch / nachdeme sie sich derselben verweigert / von da an/über Rechtsverwährte Zeit unverbrüchlichen bey solcher Verweigerung gelassen worden / dessen genössen sie auff den Fall billich/V.R.W.)

CONSTITUTIO LIII.

PARTIS SECUNDÆ.

Von Schätzen/da die gefunden/weme dieselbige gehörig seyn sollen?

Thesaurus repertus ad quem pertineat?

DIeweil der Text Sächsischer Rechte alle Schätze / so unter der Erden begraben / tieffer dann ein Pflug gehet/der Königlichen Gewalt / und also den Regalien zueignet / so haben etliche gemeynet/daß alles/ was an Schätzen unter der Erden gefunden/ tieffer denn ein Pflug gehet/ solle ohne Unterscheid der Obrigkeit/ so die Regalien hätte/zustehen / und daß die distinction der gemeinen Rechte solle durch die Sachsenrechte auffgehoben seyn.

Dieweil aber unsere Verordnete dahin geschlossen / daß solche correction der gemeinen Rechte nicht zuzugeben/bevor/weil der Text in den Worten/von allen Schätzen / so unter der Erden/ &c. nicht von thesauris absconditis, sondern von dem Bergwerck und Ertz zu verstehen/und derowegen/ da einer auff frembden Grund ohne Vorsatz aus Glück und Zufall/ oder in seinen eignen Gütern einen Schatz finde / daß alsdenn hierinn nach Ordnung gemeiner Rechte zu sprechen sey / So lassen wir uns solches auch also gefallen / und werden unsere Gerichte die Urtheil darauff zu richtē und zu stellen wissen.

UM textus juris Saxonici omnes thesauros subterraneos, profundiùs meatu aratri jacentes, Regiæ potestati, & sic Regalibus, addicat, hinc nonnulli voluerunt, ejusmodi thesauros omnes sine exceptione Magistratui, cujus sunt regalia, deberi, & ita distinctionem juris communis per Saxonicum sublatam esse.

Deputati verò nostri hujusmodi correctionem juris communis non admittendam existimantes, præsertim quod is idem textus juris Saxonici de omnibus thesauris subterraneis loquens, non de thesauris absconditis, sed de metallo & fodinis intelligendus sit, in id convenerunt, ut si quis in alieno agro non datâ operâ, sed fortuitò thesaurum reperiat, juris communis dispositionem servandam concluserint. Quod cum nobis probetur, à judiciis quoque nostris in pronunciando observari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Nemo auri argentiq; fodinas in fundo suo, absq; speciali concessione Principis, vel infeudatione sibi vindicare potest.*
2. *Nec Salinarum usus cuiquam in solo suo absque speciali Principis concessione permissus est.*
3. *Lapidicinæ ac calcis fodinæ ad Dominum fundi pertinent, non ad Principem, vel superiorem territorii Dominum.*
4. *Etiam in foro Saxonico thesaurus in proprio fundo inventus, totus inventori cedit.*
5. *Thesaurus in fundo alieno casu fortuito repertus, pro dimidiâ parte inventori, pro alterâ dimidiâ Domino fundi cedit.*
6. *Thesaurus casu fortuito in fundo fructuario inventus ab usufructuario, inter eum & proprietarium dividitur.*
7. *Inventor occultans thesaurum in fundo alieno repertum pœnâ arbitrariâ coërcendus est.*
8. *Inventor thesauri quantitatem juramento quandoq; indicare tenetur.*
9. *Res nullius, vel pro derelicto habita, occupanti etiam in alterius domo conceditur.*
10. *Pecunia in fundo empto inventa, si non sit thesaurus, ad venditorem potius, quàm ad emptorem pertinet; Et quid propriè sit thesaurus?*

DEFINIT. I.

Nemo auri argentiq; fodinas in fundo suo, absq; speciali concessione Principis, vel infeudatione sibi vindicare potest.

1 A Jure Romanorum antiquo, quo metallorum fodinæ in privatorum hominum patrimonio fuêre, *l. si cujus 13. §. inde est quæsitum 5. ff. de Usufr. l. fructus 7. §. si vir in fundo 10. ff. solut. matrim. l. 3. l. 6. C. de metallor. lib. 11* Jacob. Cujac. *lib. 15. observ. 21.*
2 † hodiè aliquatenùs recessum esse, apparet ex eo, quod in *c. un. Quæ sint Regal. in usib. feudor.* inter Regalia † Argentariæ numerentur, per quas non 3
potestatem Argentariarum, h. e. officii argentariorum publici permittendi, ut post Alvarott. *ibid. n. 6.* voluerunt Eguinar. Baro & Hottom. *in comm. feud. lib. 2. tit. 56. n. 16.* † Sed rectius auri & argenti 4
fodinas vulgo intelligunt Matth. de Afflict. *in dict. c. un. n. 20.* & Andr. de Isern. *n. 75.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 13. n. 26.* Andr. Rauchb. *p. 1. q. 22. n. 2.*
† Idque in imperio Romano-Germanico minus 5
dubium habet propter sanctionem Caroli IV. Imper. *in Aur. Bull. tit.* Von Gold/Silber / und andern

andern Ertzwegen/ꝛc. ubi universæ auri & argentifodinæ ad Principes Electores jure Regalium pertinent: † Quò & facit in foro Saxonico *art. 35. lib. 1.* Landr. *ibi:* Alle Schätze unter der Erden begraben/tieffer denn ein Pflug gehet/gehören zu der Königlichen Gewalt. † Quem textum non de Thesauris, sed de metallifodinis interpretatur *h. Const. 53.* §. Dieweil aber unsere/ꝛc. eamq; interpretationem probant verba manifesta *dict. artic. 35. vers.* Silber mag auch kein Mann/ Heig. *dict. qu. 13. n. 32.* Zobel. *in addit. prim. margin. ad text. germ. dict. art. 35.* † Etsi verò Interpp. jura Regalia saltem quoad decimam metallorum Principibus & superioribus Dominis largiantur, reliquam autem utilitatem sicuti & fodendi & scrutandi metalla, etiam sub alieno solo licentiam cuique diligenti indagatori liberam faciant, *FF. in dict. c. un. Quæ sint Regal.* Schneidevv. *de feud. part. 2. n. 104.* Matth. Wesenb. *part. 1. conf. 45. n. 4.* Schurff. *cent. 1. conf. 26.* † Attamen ex generali ac notoria Germaniæ consuetudine aliud observatur, & metalli fodinæ generaliter inter Regalia numerantur, nec ulli hominum licet fodere & quærere metalla etiam in fundo proprio, † nisi prius de hoc sit expressè investitus, idque specialiter impetraverit ab Imperatore vel Principe superiore, † prout etiam passim in variis Regionibus jura de hoc constituta videmus, ad metallifodinas eos tantùm admittentia, qui concessionem desuper expressam obtinuerunt, & quidem cum onere decimarum de omni, quod inde erutum est, Petr. Heig. *dict. quæst. 13. n. 29.* Bened. Reinh. *part. 6. diff. 8.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 98. n. 3. ubi in addit.* Jacob. Schult. *n. 16. & 17.* † Proinde licet Vasallus de omnibus feudi utilitatibus investitus proponatur, non tamen metallorum sibi vindicandorum potestatem habebit, nisi & de fodinis Metallorum expressè fuerit investitus, † quia scilicet sunt de Regalibus, quæ tantùm concessione speciali aut præscriptione immemoriali hodiè acquiruntur, Wesenb. *part. 1. consil. 60. n. 2. & de feud. cap. 12. n. 4.* Petr. Heig. *dict. quæst. 13. n. 30.*

Ita Domini in causa Theodorici à Burckersroda/Mens. Novembr. Anno 1614.

Definit. II.

Nec Salinarum usus cuiquam privato in solo suo absq; speciali Principis concessione permissus est.

NOn solùm auri & argenti, sed & cupri, stanni, plumbi, aliorumque metallorum jura inter Regalia referuntur, adeoque nec horum fodinas absque speciali concessione vel infeudatione cuiquam in fundo suo quærere & habere licet, *Aur. Bull.* Carol. IV. Imp. *tit.* Von Gold/Silber und andern Ertzwegen/ꝛc. Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 22. n. 8.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 13. n. 27.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 98. n. 3. & 5.* Zobel. *part. 2. diff. 42. n. 11.* † Quò & refero Salinas, quæ non minus ad Regalia pertinent, *dict. tit. Aur. Bull.* von Gold/ Silber/ꝛc. *cap. un. verb. Salinarum. Quæ sint Regal.* † Ergò & harum reditus absque speciali Principis concessione nemo in suo fundo sibi vindicare poterit, Andr. Rauchb. *dict. quæst. 22. num. 1.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 14. num. 19.* † Idque vel solùm probant jura Salinarum Hallensium, quas titulo feudi cives possident, factâ harum concessione ante mille annos & supra, ab Imper. Ottone Archiepiscopatui Magdeburgensi, Petr. Heig. *dict. q. 14. n. 27. & seqq.* † ubi examinat conventionem Hallensium, quâ jus salis conficiendi aliis concedunt, ut certam concessionarius iste redituum partem Domino vicissim præstet, daß er umb die gewöhnliche Ausläuffte etliche Pfannen zu versieden habe / quam conventionem appellitat contractum innominatum, *dict. q. 14. in pr.* † Sanè ex inveterata consuetudine in Provinciis Electorum & Ducum Saxon. receptum testatur Bened. Reinh. *part. 6. diff. 8.* ut si metallum, veluti æs, stannum, aut plumbum vincat aurum, argentumvè, quod æri, stanno, plumbove admixtum est, omnes metallicæ commoditates Vasallo possessori, in cujus feudo fodinæ metallicæ inveniuntur, cedant, ita ut liceat ei retinere non tantùm ipsos proventus, sed etiam decimas cæteraque quæ alioquin etiam jure communi Principi debentur. † Quod si verò aurum, argentum vè seu copia, seu valore superet commemorata metalla viliora, decimæ, cæteraque Magistratui superiori debita, Principi cedant, Heig. *part. 1. q. 13. n. 36.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Coler. *part. 1. decis. 98. n. 9.* † Sed probari non potest hæc consuetudo, nec facilè admittenda contra Ordinat. Aur. *Bull. dict. tit.* Von Gold/ Silber und andern Ertzwegen/ꝛc. † Quare nec Domini in pronunciando eam hactenus secuti fuêre. † At certior est consuetudo harum provinciarum, quâ ferri fodinas Nobiles, aliiq; privati in fundis suis absq; decimarum, vel alterius canonis onere, & sine expressa harum investitione excolere possunt, de qua testatur Andr. Rauchb. atq; juxta eam in consilio aulico pronunciatum refert, *dict. part. 1. quæst. 22. num 9.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Haben sich in dreyen Teichen/ so in euren Gerichten gelegen/ kurtzverrückter Zeit Saltzquellen ereignet / Ob nun wol von der hohen Obrigkeit/dem Churfürsten zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg/ꝛc. Unserm gnädigsten Herrn/ ihr unter andern auch mit solchen Teichen belehen worden / Dieweil es aber dennoch mit den Saltzquellen diese Gelegenheit hat/daß sie unter die Regalien gehörig / und dafür gehalten werden/auch solche in der Güldenen Bullen der Geistlichen und Weltlichen Churfürsten gäntzlich mit allen Rechten/nichts ausgenommen / ausdrücklichen seyn vorbehalten worden. So habt ihr mehrerwähnter Saltzquellen und der Nutzung derselben / ohne sonderliche Nachlassung höchstgedachtes Churfürsten zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg / unsers gnädigsten Herrn / euch eigenthümlich nicht anzumassen / sondern es bleiben solche Ihrer Churfürstl. Durchl. allein billich/ V.R.W.)

Definit. III.

Lapidicinæ ac calcis fodinæ ad Dominum fundi pertinent, non ad Principem, vel superiorem territorii Dominum.

ALia est ratio Lapidicinarum & aluminis, vel alterius vilioris metalli fodinarum, quæ simpliciter ac universaliter inter Regalia non connumerantur, nec ubique locorum Domino superiori cedunt, † sed quoad hasce in canonis metallarii exactione, consuetudo cujusque loci potissimùm inspicienda est, *l. 1. l. 2. Codic. de metall. & metallar. lib. 11.* Afflict. *in c. un. quæ sint Regal. n. 16. & 17.*

& 17. ibiq; Alvarott. *num. 6.* Weſenb. *part. 2. conſil. 60. num. 30.* † Sanè hiſce in provinciis, ac plerisque Germaniæ locis, Sanctio juris communis obſervatur, quo Lapidicinæ absque conceſſione etiam ſpeciali ad Dominos ſoli vel Vaſallos pertinent, † non ad Principem vel Dominum ſuperiorem, *l. venditor. 13. §. ſi conſtat. 1. ff. comm. prædior.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 242.* † Nec aliud dicendum de calce von Kalckſtein / cùm calcis coquendæ & ſic fodiendæ jus ſervitutis nomine privato, in alieno quoque fundo competere poſſit, *§. inter Ruſticorum 2. Inſtit. de Servit. l. 1. §. in ruſticis. 1. l. ergo. 5. ff. de S. R. P.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 22. num. 11.* † idemque habendum de terrâ, ex quâ lateres compinguntur von der Zieget-Erde / & de minariis, Nitrariis, Sulphurariis, aliorumque viliorum metallorum fodinis, † quæ nec inter Regalia computanda, Matth. Weſenbec. *dict. conſil. 60. num. 3. & part. 1. conſil. 45. num. 24.* nec Domino ſuperiori vel Principi cedunt, † ſed horum uſus cuique privato in fundo ſuo permiſſus eſt, Andr. Rauchbar. *dict. quæſt. 22. num. 12.*

Ita Domini in cauſa Nicolai von Sonnenſtet auff Krebsdorff / Menſ. Octobr. Anno 1579. [Verba ſent. Hat ein Fürſt einem von Adel ein Ritter-Gut / zuſamt allen Zugehörungen und pertinentien / in Lehn gegeben / ꝛc. Und es iſt auf dem Grunde und Boden deſſelben verliehenen Guts ein Stein und Kalckbruch verhanden / ſo gebühret ſolcher Kalck- und Steinbruch dem Lehnmann und Beſitzern allein / und es hat der Lehn-Herr nicht fug ihn darinnen mit Recht zu turbiren / und zu bey hindern / oder deſſelben als eines Regal-Stücks ſich zu unterfangen und zu gebrauchen / V. R. W.)

Definit. IV.

Etiam in foro Saxonico theſaurus in proprio fundo inventus totus inventori cedit.

EXinde quod jus Saxonicum omnem theſaurum ſubterraneum, profundius meatu aratri jacentem, Majeſtati Imperii defert *in art. 53. lib. 1.* Landrecht. † opinati quidam fuêre, in foro Saxonico theſaurum inter Regalia referri, ac proinde ſemper & indifferenter ad fiſcum pertinere, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 100. num. 2.* Reinhard. *part. 6. differ. 13.* † ſed fefellit hoſce generalitas *dict. art. 35.* qui non de theſauro in terris abſcondito, ſed de auri & argenti fodinis, aliisque venis metallicis intelligi debet, prout rectiſſimè eum † explicat Illuſtriſſimus Elector Auguſtus, defenſor ac Interpres Juris Saxonici *hâc* Conſtitut. *53. §.* Dieweil aber. † quem propterea malè ac parum modeſtè reprehendit Reinhard. Bachov. *in animadverſ. ad* Treutl. *vol. 2. diſput. 20. theſ. 2. lit. g. verb. Etſi autem Jur. Saxon.* † Advertere namque debuiſſet Bachovius verba ſubſequentia *dict. artic. 35.* Silber mag auch kein Mann / ꝛc. ex quibus Electoralis explicatio ſat probata eſt. † Standum ergò hoc caſu etiam in foro Saxonico diſpoſitione juris communis *h.* Conſtitut. *53.* §. Dieweil aber. *verſ.* Daß alsdenn hierinne nach Ordnung gemeiner Rechte zu ſprechen ſey ꝛc. quo theſaurus in proprio fundo inventus totus inventori cedit, *§. theſauros. 40. Inſtit. de rer. diviſ. ubi* Joh. Schneidew. *num. 6. &* Johann. Harppr. *num. 1.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 13. num. 55.* † Nec refert, an quis caſu fortuito, an verò datâ operâ theſaurum invenerit in fundo ſuo, *l. un. Cod. de theſaur.* Schneidew. *dict. loc.* † modo non operâ illicitâ artibusque magicis & incantationibus ad hoc uſus fuerit, quo caſu theſaurus totus fiſco cedit, *dict. l. un. C. de theſaur.* Heig. *dict. quæſt. 13. num. 56.*

Ita Domini in cauſa Melchior Reibolds Ehewcibes zum Hayn / Menſe Februar. An. 1629. [Verba ſent. Habt ihr in eurem Keller / als ihr in demſelben etwas unter der Erden verſcharren und verwahren wollen / einen Schatz / als hundert und zwantzig alte Reichsthaler / in einem Topffe gefunden und antroffen. Ob nun wol in dergleichen Fall / auch auf Sächſiſchem Boden / ein Schatz / wann er in einem Hauſe von dem Eigenthums-Herrn gefunden wird / ihm alleine gehörig / ꝛc.)

Definit. V.

Theſaurus in fundo alieno caſu fortuito repertus pro dimidiâ parte inventori, pro alterâ dimidiâ Domino fundi cedit.

QUomodocunque datâ operâ theſaurus in fundo alieno inveniatur, totus eſt ejus, qui ſoli Dominus eſt, quia non licet in alieno quærere theſaurum, *§. theſauros. 40. Inſtitut. de rer. diviſ. & acq. dom. l. un. poſt pr. Codic. de theſaur.* Petrus Heig. *part. 1. quæſt. 13. num. 56.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſ. 30. num. 6.* † At fortuito caſu, puta arando, fodiendo vel aliter terram colendo, theſaurus repertus inter inventorem & Dominum ſoli dividitur *dict. §. 40. Inſt. de R. D. ubi* Schneidewin. *num. 8.* Moller. *hic.* Petr. Heig. *dict. quæſt. 13. num. 55.* † Quod idem ſtatuerunt Divi fratres in theſauro reperto in locis publicis, Civitatis, Fiſci, Cæſaris, vel religioſis *l. 3. §. 10. ff. de jur. fiſc.* † Cum quo videtur pugnare *dict. §. theſauros. 40. Inſtitut. de rer. diviſ.* ubi theſaurus caſu fortuito in loco religioſo repertus totus conceditur inventori: † Sed variæ horum textuum afferuntur conciliationes, ut videre eſt apud Forner. *lib. 2. ſelect. 26.* Matth. Weſenbec. *in dict. §. theſauros. 40. Inſt. de R. D.* Donell. *lib. 4. com. 14.* Herm. Vultej. *in dict. §. theſauros. 40. Inſt. d. t. num. 3. & ibidem* Harppr. *n. 7. &* Schneidewin. *num. 9.* † Non malè forſan dixeris cum Hottom. *in §. 42. Inſtitut. de rer. diviſ. &* Jacob. Cujac. *lib. 9. obſerv. 37.* Conſtitutiones Imperatorum de theſauris admodum variaſſe, eamque diverſitatem Triboniani imprudentiam nobis reliquiſſe, † ut patet ex textibus quibusdam *in C. Theodoſ. ſub. tit. de theſaur. & traditis à* Petro Heig. *dict. quæſt. 13. num. 58. & ſeqq.*

Ita Domini in eadem cauſa [Verba ſentent Dieweil aber dennoch nur allein die Fruchtnieſſung vorgedachtes Hauſes euch auff euer Leben verſchrieben / das Eigenthum aber deſſelben euch nicht zuſtändig iſt / in welchem Fall denn der Schatz / ſo ohngefehr von einem andern gefunden wird / halb dem Eigenthums-Herrn / die andere Helfte aber allein demjenigen / ſo ihn gefunden / gebühret / ꝛc.)

Et in cauſa derer von Trieſſenau / Menſe Novemb. Anno 1600.

Definit. VI.

Thesaurus casu fortuito in fundo fructuario inventus ab Usufructuario, inter eum & proprietarium divid. tur.

1 DUbium certè non est, quin fundus fructuarius sit alienus, reservato alteri dominio fundi:
2 † Ergò thesaurus ab usufructuario casu fortuito inventus cum Domino soli dividi debet, secundum dicta Definit. *præced. §. thesauros. 40. Institut. de rer. divis. ubi* Johan. Schneidew. *numer. 8.* & Johan. Harppr. *num. 13.* Nicol. Boër. *decis. 224. n. 9.* Accedit,
3 † quod thesaurus non sit fructus fundi, nec naturalis nec civilis, *l. 7. §. si fundum. 12. in fin. ff. solut. matr.*
4 † nec etiam pars est vel portio aliqualis fundi, sed res prorsus separata, nihil cum fundo habens commune *l. 3. §. Neratius. 3. ff. de acquir. vel amitt. possess.*
5 † Quomodo ergò ad fructuarium pertinebit, nisi jure inventoris, qui non nisi partem dimidiam lucratur, *dict. §. thesauros. 40. Inst. de R.D.*
6 † Eâdemque pariter ratione thesaurus à viduâ in fundo dotali repertus non nisi pro parte dimidiâ ipsi cedit, reliqua verò dimidia ad proprietarium pertinet, ut tradit Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 27.*
7 † Aliud verò in Emphyteuta & Vasallo obtinet, qui non tantùm feudi usumfructum,
8 sed & ejusdem dominium utile habent: † Quidni ergò thesaurus ab ipsis inventus, totus eis cederet, Johan. Schneidewin. *in dict. §. thesauros. 40. num. 7.* & Joh. Harppr. *num. 17. Inst. de Rerum divis.*

Ita Domini in eadem causa [Verba sentent. Dieweil aber dennoch nur allein die Fruchtnieſſung vorgedachtes Hauses euch auff euer Leben verschrieben / das Eigenthum aber desselben euch nicht zuständig ist/in welchem Fall denn der Schatz/so ohne gefähr von einem andern gefunden wird/halb dem Eigenthums-Herrn / die andere Helfte aber alleine demjenigen / so ihn gefunden/ gebühret/ꝛc. So habt ihr euch auch eines mehrern als des halben Theils an solchen hundert und zwanzig Reichsthalern nicht anzumassen / sondern ihr seyd die andere Helfte dem Eigenthums-Herrn auszuantworten schuldig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Inventor occultans thesaurum in fundo alieno repertum, pœnâ arbitrariâ coërcendus est.

1 CIrca inventionem thesauri notabiles quasdam regulas & distinctiones tradit *ex* Petro Ravennâ Christophorus Zobel. *part. 2. differ. 42.* inter
2 quas & hæc habetur, † quod ad thesauri acquisitionem neutiquam sufficiat, thesaurum vidisse, sed insuper requiritur, ut inventor eum apprehendat & loco moveat *l. 3. §. Neratius. 3. sub fin. l. peregrè 44. ff. de acquir. possess.* Johan. Harppr. *ad §. thesauros. 40. num. 26. Institut. de rer. divis.*
3 † similiter & illa demum pecunia dicitur thesaurus, quæ ab ignotis hominibus ultra hominum memoriam est recondita, ita ut jam amplius Dominum non habeat, *l. nunquam 31. §. thesaurus. 1. ff. de acquir. rer.*
4 *domin.* † Ergò si repositio pecuniæ adhuc in memoria sit hominum, eaque forsan propter metum belli instantis, aut obsidionis, custodiæ causa recon-
5 dita fuerit, neutiquam inventori acquiritur, sed is furtum committit, ac pœnam incurrit, si eam non restituat, † aut publico proclamate affixo non significari faciat, perinde ut de inventore rei alienæ dixi *in pract. Crimin. part. 2. quæst. 86. num. 12. & sequentib.*
6 † Planè, & is pœnâ arbitrariâ coërcendus est, qui thesaurum in fundo alieno repertum occultat, eo fine ut totum lucretur, nec partem dimidiam Domino fundi restituere teneatur, Jacob. Menoch. *lib. 1. præsumpt. 30. num. 7. Vid. pract. meam crimin. dict. quæst. 86. num. 22.*

Ita Domini in causa derer zu Tieſſenau/ Mens. Novemb. Anno 1600. [Verba sentent. So ist der Zimmermann den halben Theil des gefundenen Geldes demjenigen/ auff dessen Grund und Boden ers gefunden/zuzustellen pflichtig/und wird von wegen dessen/ daß er solch Geld verborgener Weise allein behalten / mit Gefängniß auf 14. Tage lang billich gestrafft/V. R. W.)

It. An die Land-Herren des Raths Ritter-Güter zu Leipzig/ Mens. Augusto, Anno 1636.

Definitio VIII.

Inventor thesauri quantitatem juramento quandoq; indicare tenetur.

1 *AT quid, si inventor thesaurum in fundo alieno repertum diffiteri non ausit, attamen minus,*
2 *quàm invenisset, fateatur?* † Meritò tunc ad juramentum adigi potest, ut jurejurando quantum invenisset indicet, Dan. Moller. *hic num. 7. & lib. 4. semestr. 27. in fin.*
3 † Quod nec mirum cuiquam videbitur, cùm inventor, si homo levis sit, & de metu perjurii suspectus, etiam torturæ subjici queat, †
4 ut summam thesauri inventi manifestet, Moller. *dict. loc.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 13. num. 57. Vid. pract. meam Crimin. part. 2. quæst. 86. num. 25.*

Ita Domini in eadem causa derer zu Tieſſenau / M. Nov. Anno 1600. [Verba sent. So ist bemeldter Zimmermann vermittelst seines leiblichen Eydes / wie viel des gefundenen Geldes gewesen/anzuzeigen pflichtig/ꝛc.)

Et in causa Fratrum Nobilium à Mordeyſen zu Doren Reichenbach/ Mense Majo, Anno 1599. [Verba sent. Ob sie nun wol darneben fürgewendet/ daß des Geldes mehr nicht dann 18. Floren gewesen/ꝛc. So ist sie doch / vermittelst ihres leiblichen Eydes / wie viel des Geldes gewesen/anzuzeigen schuldig/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Senatus Lipsiensis, Mense Augusto, Anno 1636. [Verba sentent. So seynd die Arbeiter/ wie viel des gefundenen Geldes gewesen / vermittelst Eydes anzuzeigen schuldig/ V. R. W.)

Definit. IX.

Res nullius, vel pro derelicto habita, occupanti etiam in alterius domo conceditur.

1 QUod nullius vel pro derelicto habitum est, id naturali ratione occupanti conceditur, *§. ferè. 12. & §. quâ ratione. 47. Instit. de rer. divis. l. 1. §. l. 1. 3. ff. de acquir. rer. domin.*
2 † Nam quod natura commune finxit, id industriæ esse præmium voluit, ut eleganter ait Quintil. *declam. 13.*
3 † Nec refert, an in fundo proprio, an verò domo aliena res occupetur, semper enim occupanti cedit,
4 † perinde ut venator etiam in sylva aliena, captam

bestia-

beſtiarum prædam ſuam facit, ut latè propugnat Joh. Harppr. *in §. feræ. 12. num. 20. & ſeqq. Inſtit. de rer. diviſ. ubi &* Schneidew. Weſenbec. Vult. *num. 8.* Donell. *lib. 4. comm. 8. in fin.* Pruckman. *de Regal. §. venatio. cap. 6. num. 2. & ſeqq.* Cæpoll. *de S. R. P. cap. 21. num. 2.* Roland. à Vall. *vol. 2. conſil. 9. num. 23.* † Nec obſtat, quod ingrediens fundum ſeu domum alienam, Domino invito ac contradicente in Legem committat & conſequenter ex facto illo, cui lex reſiſtit, nihil acquirere debeat, *l. non dubium. 5. C. de LL.* † Diſtinguendus namque eſt actus ingreſſionis ab actu occupationis; Ingreſſionis enim ſolummodò actus contra Domini voluntatem factus lege prohibitus eſt, non etiam actus occupationis, *dict. §. feræ. 12. Inſt. de R. D. dict. l. 1. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* † Quare ab uno tanquam diverſo & ſeparato ad alium nulla valida eſt illatio, *l. ult. ff. de calumniat. l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. ff. de V. O. l. Papinianus. 20. ff. de minor.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtian Spans/Schönburgiſchen Amtmanns zu Hartenſtein / Menſe Februar. Anno 1633. [Verba ſententiæ: Dieweil aber dennoch der Pfarrherr von ſolchem Pferde/ ſo in ſeinem Hauſe geſtanden/und von des Feindes Volcke darinnen verlaſſen worden/nichts gewuſt/ des Bauren Sohn aber daſſelbige zum erſten in des Pfarrhers Hauſe angetroffen/occupiret/und in ſeine Gewähr bekommen/ꝛc. So verbleibets ihme eigenthümlichen billich/und der Pfarrherr hat ſich darwider mit ſeinem Einwenden beſtändiger Weiſe nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Definit. X.

Pecunia in fundo empto inventa, ſi non ſit theſaurus, ad venditorem potius, quàm ad emptorem pertinet, & quid propriè ſit theſaurus?

1 VEndiderant heredes Rembleriani in pago quodam prope Lipſiam ſito, ædes maternas, ab hoſtibus Cæſareanis maxima ex parte igne combuſtas, in quibus operarii, ad reædificationem ab emptore conducti, ſummam pecuniæ ad centum usque thaleros & ſuprà, ſub terrâ fodiendo invenerant, † de 2 quâ multum controvertebatur, cuinam cederet? Equidem emptor nomine theſauri hanc ſibi com- 3 petere contendebat, † propterea, quod theſaurus in fundo alieno repertus inter Dominum ſoli & inventorem dividatur, *§. 40. Inſtitut. de rer. diviſ. ubi* 4 Johan. Schneidewin. *num. 8.* † cui aſſiſtebant operarii dimidiam ſaltem pecuniæ partem hoc jure ſibi 5 vindicantes, *ſupra* Definit. *5.* † Quibus tamen reſpondebatur, thaleros repertos maximâ ex parte intra vicennium ſaltem fabricatos fuiſſe, ex quo concludendum erat, pecuniam illam haud ante vicennium depoſitam, nec propterea pro theſauro 6 habendam eſſe: † quippe quod theſaurus ſit vetus pecuniæ depoſitio, cujus non extat memoria, juxta definitionem Pauli JCti *in l. nunquam nuda. 31.* 7 *§. theſaurus. 1. ff. de acquir. rer. domin.* † Neque enim pecunia, quam quis vel lucri, vel metûs, vel cuſtodiæ causâ condidit ſub terrâ, theſauri jure cenſetur, ſed manet priſtini Domini, adeò, ut qui eam invenit, ſi reſtituere nolit, furti teneatur, *dict. l. nunquam. 31. §. 1. ff. de A. R. D. l. à tutore. 67. ff. de R. V. l. peregrè. 44. in pr. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Johann. Harppr. *in §. theſauros. 40. num. 1. Inſtit. de rer. diviſ. & acquir. ipſ. domin.* † licet 8 impropriè & abuſivè pecunia ea dicatur theſaurus *in l. item Labeo 22. in pr. ff. fam. erciſc. l. theſaurus. 15. ff. ad exhib.* Johan. Gutierez. *2. pract. quæſt. lib. 4. quæſt. 36. numer. 8.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 21. num. 4.* † Alio ex capite fiſcus pecuniam illam 9 ſibi vindicare volebat, ſcilicet, quod ex diſpoſitione juris Saxonici res inventa, ſi factâ proclamatione publicâ Dominus non veniat eam repetiturus, ad magiſtratum pertinet, † relictâ ſolummodo 10 tertiâ parte inventori, Landrecht. *lib. 2. artic. 37.* de quo dixi *in pract. crimin. part. 2. quæſt. 86. numer. 6. & ſequentib.* † At nec fiſci petitio- 11 nem in jure fundatam eſſe arbitrabantur Domini, † cum diſpoſitio illa juris Saxonici ageret tantum- 12 modò de re inventâ, quam Dominus ex ignorantiâ & errore perdidiſſet, adeoque ad caſum præſentem, quo ſtudio & cuſtodiæ causâ ſub terrâ Dominus pecuniam condidiſſet, haud extendenda videbatur, † quia jus ſtatutarium haud patitur extenſio- 13 nem de caſu ad caſum, Andr. Tiraquell. *de legib. connub. Gloſſ. 2. num. 23. poſt pr.* † Demum quo- 14 que venditores pecuniam illam ſibi aſſignari contendebant, ex eo, quod ipſorum mater in mediis bellorum tumultibus, eam ſub terrâ cuſtodiviſſe crederetur. † Quibus Domini annuere non dubi- 15 tavêre, poſtquam ab Interppr. communiter receptum eſt, pecuniam in re emptâ inventam, ſi non ſit theſaurus, ad venditorem potius, quàm ad emptorem pertinere, Bartol. *in dict. l. à tutore. 67. ff. de R. V.* Aret. *in §. theſauros. 40. numer. 2. verſ. in eâdem gloſſ.* Inſtitut. *de rer. diviſ.* Jaſon *in l. 3. §. Neratius. 3. num. 7. ff. de acquir. poſſeſſ. ubi &* Zaſ. *num. 15.* Alciat. *parerg. lib. 7. cap. 1. num. 2.* Johan. Schneidewin. *in dict. §. theſauros. 40. I. de R. D. num. 4.* Felin. *in cap. cum dilecti. 18. num. 7. de accuſat.* Regn. Sixtin. *in Conſil. Marpurg. vol. 1. conſil. 13. num. 20.* ubi ſententiam hanc dicit rece- 16 ptiſſimam, à quâ nullus interprès diceſſerit. † Ne- 17 que etiam fundamento ea deſtituitur. † Siquidem quod in ædibus fit, per inhabitantes factum præſumitur, *arg. l. ſi vendita. 11. ff. de comm. & peric. rei vendit. l. nam ſalutem. 3. ff. de off. præf. vigil.* †Ergò & pecunia à venditoribus vel potius ab ipſo- 18 rum parentibus ſub terrâ depoſita cenſetur. † Nec 19 enim per rerum naturam probabile eſt, peregrinum ſuam pecuniam alienis laribus commiſiſſe, & eandem nunquam repetiiſſe, de quâ re ne minimum quidem indicium in caſu præſenti apparebat, quin potius pro venditoribus alia & fortior militabat præſumptio, † quod nempe eorum mater ab omni- 20 bus pro fœmina locuplete habita, nec tamen poſt ipſius obitum quicquam pecuniæ in hereditate repertum fuerat. † Quæ ſola ratio alicui ſufficiens 21 videri potuiſſet, ut venditoribus pecunia in re emptâ inventa attribueretur, † prout in terminis con- 22 ſuluit Sixtin. *dict. conſil. 13. num. 22. & ſequent.*

Ita Domini an die Land-Herren über des Raths zu Leipzig Ritter-Güter / Mens. Augusto Anno 1636. TVerba sentent: Ob nun wol an einem Theil der Fiscus in denen Gedancken stehet/ob wäre ihm solches Geld als ein gefundenes Gut/ dafern sich auff vorgehende Ausrufung der Eigenthums-Herr dazu nicht angebe möchte/ Inhalts Sächsischer Rechte zuständig/ anders Theils auch der Käuffer sich dessen als eines auff seinem Eigenthum gefundenen Schatzes anzumassen. Dieweil aber dennoch angeregte Verordnung der Sächsischen Rechte allein vom verlohrnen Gelde redet/und dahero auf diesen Fall / da das Geld mit Fleiß vergraben worden/ nicht zu ziehen/ dasselbe auch / weil die meisten gefundenen Thaler nur für zwanzig und weniger Jahren gemünzet/ und also nur neulicher Zeit vergraben worden/eigentlichen für keinen Schatz zu achten / in welchem Fall/nach gemeinem Wahn der Rechts Gelehrten/gemuthmasset wird / daß dergleichen Geld von Verkäuffers Eltern und Vorfahren in der Erden vor Krieges- und anderer Gefahr verwahret und auffgehoben worden/ und dahero dessen Kindern und Erben gebühre/ welche Vermuthung dann in gegenwärtigem Fall nicht wenig dadurch bestärcket wird/ daß man der Rembleriſchen Erben Mutter für eine reiche Frau gehalten/ welche auch kurtz vor ihrem Tode viel Geld gehabt/davon sich aber nach ihrem Ableiben nichts finden wollen; So haben sich auch weder der Fiscus, noch der Käuffer/des gefundenen Geldes anzumassen/ sondern es verbleibet solches Verkäuffern den Rembleriſchen Erben allein billich/ V. R. W.)

FINIS PARTIS SECUNDÆ.

IN

IN NOMINE JESU CHRISTI!

JURISPRUDENTIÆ FORENSIS ROMANO-SAXONICÆ PARS TERTIA

De Succeſſionibus, ultimis Voluntatibus, & inveſtiturâ Feudali.

Secundùm ordinem Conſtitutionum Divi Auguſti Electoris Saxoniæ,

PARTIS TERTIÆ

CONSTITUTIO I.

DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS.

FEuerunt ante hæc tempora, qui textu articuli 30. libri ſecundi Juris Saxonici, & inde receptâ noſtrarum ditionum conſuetudine moti, exiſtimârunt, bonis omnibus mortis causâ donatis, heredi ab inteſtato ſuccedenti, Falcidiam de iis, juxta diſpoſitionem juris communis, deducere non licere, cujus contrarium tamen in Scabinatibus noſtris à nonnullis eſt reſponſum.

Quo igitur certi quid & hic habeatur, & varietas reſponſorum deinceps vitetur, ordinamus & conſtituimus, ut is, cui bona alterius omnia mortis causâ in judicio donata ſunt, ea integra habeat, nec liceat heredi ab inteſtato Falcidiæ nomine quicquam ex iis deducere. Huic enim in ditionibus nobis ſubjectis, in hujusmodi & aliis donationibus mortis causâ factis, locum eſſe nolumus. Ordinamus autem præterea, ut donationes omnium bonorum mortis causâ, in quibus nihil omnino ſibi reſervavit donator, in ditionibus noſtris in judiciis fiant. Aliàs enim nullas & irritas haberi, atque ita judicia noſtra Curialia, nec non Collegia Facultatum Juridicarum & Scabinatuum pronunciare jubemus.

Ad teſtamenta autem hæc porrigi nolumus, ſed in iis, quæ jure communi diſpoſita

Von den Ubergaben/ ſo auf den Todes-Fall geſchehen.

ES haben vor dieſer Zeit aus dem Text des Sächſiſchen Rechtens/ im dreyſſigſten Artickel des andern Buchs/ etzliche gehalten/ daß Kraft deſſelbigen/ und deren darauff eingeführte Gewohnheit/ in unſern Landen ein Erbe/ ſo ab inteſtato ſuccediret/ nicht Macht habe/ in dem Fall/ wann ſein Vorfahr alle ſeine Güter auff den Todesfall/ donatione causâ mortis, vergeben/ den vierdten Theil davon abzuziehen/ und ſich der Wohlthat ex lege Falcidiâ, von gemeinen Käyſerlichen Rechten geordnet/ zu gebrauchen/ dawider aber iſt in unſern Schöppenſtülen von etzlichen anhero geſprochen worden.

Damit nun darinnen auch eine Gewißheit ſey/ und Ungleichheit in den Urtheilen verbleibe/ ſo ordnen/ conſtituiren und ſetzen wir/ daß allen und ieden Ubergaben/ ſo vor Gerichte geſchehen/ darinnen alle Güter auf den Todesfall vergeben/ welches die Rechte donationes omnium bonorum causâ mortis nennen/ ſtracks nachgegangen/ und ſolche Güter alle dem/ welchem ſie auff den Todesfall geſchenckt/ folgen und geeignet werden ſollen/ der Erbe ab inteſtato auch nicht Macht habe/ den vierdten Theil davon abzuziehen/ und daß alſo die Falcidia in unſern Landen/ in dieſen und andern Donationen/ ſo auf den Todesfall geſchehen/ nicht ſtatt haben ſoll. Wir ordnen aber auch darneben/ daß ſolche Ubergaben aller Güter/ und Donationes omnium bonorum causâ mor-

tis, darinnen gantz kein Reservat oder Fürbehalt begriffen / in unsern Landen anderer Gestalt nicht / dann gerichtlichen geschehen / und sonst / da sie vor Gerichte nicht auffgericht / unkräftig und unbündig seyn / auch dieselbe also nichtig und kraftloß in unsern Hof-Gerichten / Facultäten und Schöppenstülen / erkant und gesprochen werden sollen.

posita reperiuntur, quæque in Scabinatibus hactenus recepta fuerunt, ea deinceps quoque servabuntur.

Wir wollen aber damit und darunter die Verordnung der Testamente nicht gemeynet haben / sondern lassen es der Testamente halben bey dem bleiben / was derowegen in gemeinen Rechten versehen / und wie bißhero unsere Schöppenstule zu sprechen gebraucht und gepflogen / ꝛc.

DEFINITIONES.

1. *Etiam de jure communi Saxonico ex donatione mortis causa omniũ bonorum Falcidia detrahitur.*
2. *In donationibus quoq; conjugum mortis causâ factis detractio falcidiæ locum habet.*
3. *Bonis conjugi ita donatis, ut post ejus mortem residua perveniant ad heredes donatoris, hisce de falcidia cautio est præstanda.*
4. *Factâ donatione omnium bonorum mortis causâ per uxorem marito, detrahenda est in foro Saxonico falcidia etiam de bonis mobilibus.*
5. *In Electoratu Saxoniæ simpliciter cessat in donationibus omnium bonorum mortis causâ falcidiæ detractio.*
6. *In Legatis tamen & Codicillis etiam in Electoratu Saxoniæ falcidia locum habet.*
7. *Detractio Trebellianicæ in donatione omnium bonorum mortis causâ, prohibita non est in Electoratu Saxoniæ.*
8. *Non valet donatio omnium bonorum mortis causâ, in qua liberis relicta non est legitima.*
9. *Irrita quoq; est donatio omnium bonorum mortis causâ, non relictâ parentibus debitâ legitimâ.*
10. *Subsistit donatio conjugum reciproca omniũ bonorũ, liberis aut parentibus licet præteritis, modo hisce debita legitima ex bonis donatis exsolvatur.*
11. *Cessat quoq; in pactis dotalibus detractio falcidiæ in Electoratu Saxoniæ.*
12. *Non solùm in testamentis, sed & aliis ultimis voluntatibus ac successionibus ab intestato detractio vel supplementum falcidiæ locum habet.*
13. *Cessat falcidiæ detractio, si testator eam expressè prohibuerit.*
14. *In hereditatibus fideicommisso gravatis primus saltem heres deducit Trebellianicam, non etiam secundus vel tertius.*
15. *Heres in re certâ institutus & fideicommisso gravatus non detrahit Trebellianicam.*
16. *De legatis ad causas pias & stipendia, non deducitur falcidia.*
17. *In Legato ad pias causas prohibitio falcidiæ heredi nocet, nec cætera legata aggravat.*
18. *Legata pia absq; detractione sunt præstanda, etiamsi reliquis legatis non sufficiat hereditas.*
19. *Pro ratâ cujusq; legati, falcidia est detrahenda.*
20. *Filius legato aut fideicommisso gravatus, duntaxat legitimam, non duas quartas deducere potest.*
21. *Ex legato tamen & fideicommisso conditionali vel in diem, filius ultra legitimam falcidiam aut Trebellianicam quoq; deducere valet.*
22. *Minor absque Curatoris autoritate mortis causâ donare potest.*
23. *In Electoratu Saxoniæ donatio omnium bonorũ mortis causâ saltem judicialiter facta valet, non etiam coram Notario & septem testibus.*
24. *Nec in Episcopatibus Electoralibus Saxonicis donatio omnium bonorum mortis causâ aliter valet, quàm apud Acta judici insinuata.*
25. *Potest tamen fieri donatio omnium bonorum mortis causâ etiam apud Acta alterius judicis, sub quo bona sita non sunt.*
26. *Subsistit donatio omnium bonorum mortis causâ, domi conscripta, & posteà apud Acta judici insinuata.*
27. *Donatio mortis causâ per ipsummet donatorem insinuari debet, non per Procuratorem, aliamvè intermediam personam.*
28. *Valet donatio facta in domo donatoris coră judice, ejusq; Assessoribus, ad hoc specialiter vocatis.*
29. *Donatio mortis causâ extrajudicialiter, non nisi coram quinq; testibus facta valet, licet juramentum accesserit.*
30. *Sufficiunt ad donationem mortis causa testes etiam non rogati, ut & mulieres.*
31. *Non confecto instrumento super donatione mortis causa, testes adhibiti jurare tenentur.*
32. *Valet donatio mortis causâ, coram Notario & quatuor testibus facta.*
33. *Donatio mortis causâ, tempore pestis coram duobus testibus facta, jure subsistit.*
34. *In Electoratu Saxoniæ non subsistit donatio omnium bonorum mortis causa, tempore licet pestis, coram duobus testibus facta.*
35. *Donatio mortis causa, absenti & ignoranti facta, valida haud est; subsistit tamen jure legati, aut fideicommissi.*
36. *Non valet donatio per Procuratorem nomine donatoris facta.*
37. *Datur heredi interdictum: Quod legatorum, ad recipiendam rem donatam, quam donatarius propriâ autoritate occupavit.*
38. *Ex donatione omnium bonorum mortis causa, in Electoratu Saxoniæ obstringitur donatarius Creditoribus donatoris.*
39. *Pactũ de nõ revocandi donatione, in casum mortis factâ, efficit, ut donatio inter vivos habeatur.*
40. *Ex stylo tamen Notariorum Clausula promissionis, de non contraveniendo donationi mortis causâ, adjecta, eam non vitiat.*
41. *Sub commemoratione mortis facta donatio, non reputatur mortis causâ donatio, si non quinque testes sint adhibiti.*
42. *Testamentum, ex solennitatum defectu invalidum, non potest subsistere ut donatio mortis causâ, si testator saltem testari voluerit.*

Defi-

DEFINIT. I.

Etiam de jure Communi Saxonico, ex donatione mortis causâ omnium bonorum, Falcidia detrahitur.

EX donationibus mortis causa omnium bonorum, Falcidia de jure communi omnimodò & indistinctè deducitur, *l. si mortis causa. 5. l. pen. C. ad Leg. Falcid. l. 2. in fin. C. de mort. caus. donat. l. cum pater. 77. §. mater. 2. & §. Mævio. 6. ff. de legat. 2. l. 1. §. si quis ex mortis causa. 5. ff. quod legat.*

2 † Licet enim id ipsum ad eas mortis causâ donationes, quæ in testamento vel codicillis factæ sunt, restringere velit Didac. Covarr. *in rubr. extr. de testam. part. 3. num. 12.* Attamen receptius est, †

3 deduci falcidiam ex omnibus mortis causâ donationibus, etiamsi hæ extra speciem ultimæ voluntatis

4 factæ fuerint, † quia *Leges modò citatæ* generaliter loquuntur, ac proinde etiam generaliter accipi debent, *l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem act. l. in fraudem. 15. in fin. ff. de testam. milit. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 37. definit. 8.* Joh. Harppr. *ad §. mortis causa. 1. num. 22. inst. de donat.* Matth. Coler. *part. 1, decis. 12. num. 69.* Jacob. Cujac. *lib. 8. observat. 2. & lib. 10. observat. 28.* Wesenb. *in parat. ff. ad leg. falcid. num. 6. & de donat. mort. caus. num. 5.* Roland.

5 Passag. *in tract. de mort. caus. donat. num. 26.* † In foro Saxonico dubium saltem facit *art. 30. sub fin. lib. 2.* Landrecht. ubi donatio omnium bonorum mortis causa ita demum servanda est, si coram judice sit facta: Quod si ergò per verba juris Saxonici non intelligeretur ita valere donatio ista, ut falcidiæ locus non esset, nihil contineret ultra jus commune, quia itidem valet testamentum apud acta conditum, citrà omnem aliam solennitatem, *l. omnium 19. C. de testam.*

6 † quod tamen esse non debet, siquidem statuta de eodem disponentia, de quo alias extat juris communis sanctio, ita sunt interpretanda, ut aliquid ultra jus commune operentur, secundum tradita Jason. *in l. properandum. 13. §. 6. num. 8. C. de judic.*

7 † veluti argumentantur post alios, quorum meminit *hæc* Const. *1. in pr.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. quæst. 48. num. 15. &* Dan. Moller. *hic num. 2.* Sed nimis debile est argumentum hoc ad inducendam

8 correctionem juris communis † Præterquam enim, quod text. *dict. art. 30.* loquatur saltem de translationibus hereditatis per adoptionem, ut declarat cum Gloss. *ibi num. 2. & seq.* illud certè dispositio

9 juris Saxonici ultra jus commune operatur, † quod nemo bona sua universa extrajudicialiter mortis causâ donare valeat, sed præcisè id coram judice fa-

10 cere teneatur, † cum aliàs de jure civili bona universa quis extrajudicialiter etiam mortis causâ donare queat, §. *mortis causa. 1. Inst. de donat.* Sufficit ergò in hoc jus commune aliquatenus immuta-

11 ri, *dict. art. 30.* † Nec correctio inde ad Falcidiam trahenda, quæ certè nullibi in foro Saxonico sublatã reperitur, quidni ergo hujus detractio secundum juris communis dispositionem admittenda esset?

12 † ut rectè jamdudum pronunciârunt Lipsenses *hâc* Constitut. *in pr. vers.* Dawider aber ist in unsern Schöppenstülen/ &c. Matth. Coler. *dict. decis. 12. num. 72.* Berlich. *part. 3. concl. 1. num. 44.*

Ita Domini in causa Martini Gebers zu Magdeburg / M. Febr. Anno 1614. (Verba sentent. Ob ihr wol Caspar Neumannen alle eure Güter/nomina und actiones, so ihr allbereit habt oder nochmahls erlangen möchtet/wie die immer Nahmen haben/auff n Todesfall geschencket/ &c. So seyn doch nach eurem Absterben eure Erben ab intestato den vierdten Theil/zu Recht Falcidia genant/ davon abzuziehen und inne zu behalten wol befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. II.

In donationibus quoque conjugum mortis causa factis detractio falcidiæ locum habet.

DOnationes inter conjuges mortis causâ factas, 1
ita retrotrahi quidam existimant, ut valeant jure donationum inter vivos, nisi cum in ultimâ voluntate factæ fuerint: † Ergò ex hisce saltem fal- 2
cidiam detrahi posse autumant Bartol. *in l. sequens quæstio. 68. num. 1. ff. de legat. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 26. definit. 1. & de error. pragmat. decad. 46. Err. 5.* nempe, † quod nemo unquam di- 3
xerit, ex donationibus inter vivos falcidiam deduci, *l. ubi it a donatur. 27. l. pen. §. ult. ff. de mort. caus. donat.* † nec ob aliam causam inducta est lex fal- 4
cidia, quàm ne ultimæ voluntates effectu destituerentur, *pr. inst de L. falcid.* Sed certum est, † do- 5
nationes causâ mortis omni casu, etiam inter conjuges, censeri jure ultimarum voluntarum, & capi ad exemplum legatorum *l. ult. C. de mort. caus. donat. l. Marcellus. 15. l. etsi debitor. 17. l. illud. 37. ff. eod. tit. l. 2. ff. de publ. in rem action.* † ideoque & in- 6
differenter de hisce conjugum donationibus Falcidia detrahetur, etsi in testamento confirmatæ haud fuerint, *l. cum hic status. 32. §. oratio autem 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* perinde ac in cæteris mortis causa donationibus fieri solet, *l. 5. C. ad Leg. falcid. l. 2. C. de mort. caus. donat.* Defin. *præced.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 48. num. 6. 7. 8.* Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. donat. quæst. 9. num. 6.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. ad L. falcid. num. 6.* † Idemque dicendum ar- 7
bitror de donationibus conjugum inter vivos factis, sed morte eorum confirmatis, quia ejusmodi donationes vim habent fideicommissi, † in quibus ex- 8
tra dubium locum habet detractio Falcidiæ, *l. in donationibus. 12. C. ad Leg. falcid.* Jacob. Schult. *dict. loc.* Johann. Schneidevv. *ad §. ult. num. 16. inst. de Leg. falcid.* † Plane, in donationibus conjugum 9
inter vivos remuneratoriis atque reciprocis hæc disputatio cessat, quia ejusmodi donationes inter conjuges statim valent, nec opus est, ut in vim donationis mortis causâ sustineantur & morte confirmentur, Mynsing. *cent. 2. observ. 33. num. 6.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 40. num. 7.* † Ergò nec detrahen- 10
da falcidia, quæ nunquam in donatione inter vivos obtinet, *dict. l. 27. l. pen. §. ult. ff. de mort. caus. donat.* Joh. Schneidevv. *dict. §. ult. num. 17. Inst. de Leg. Falcid.*

Ita Domini in causa Christinen Chilian Bauchs Eheweibs zu Nickeritz/M. Jan. Anno 1600. (Verba sent. So ist solche eurer Schwester mit ihrem Ehemanne getroffene Ubergabe auff n Todesfall zu Recht kräfftig/ weil gedachter eurer Schwester Mann aus Verordnung der Rechte euch mehr nicht/als den vierdten Theil

seines verstorbenen Weibes Güter / zu Recht Falcidia genant/unvermindert zu lassen schuldig/ V. R. W.)

Definit. III.

Bonis conjugi ita donatis, ut post ejus mortem residua perveniant ad heredes donatoris, biscedelalcidia cautio est præstanda.

1 CUm conjuges donassent sibi invicem causâ mortis omnia sua bona, ita tamen, ut quæ ultimo decedente superfuerint, inter utriusque proximiores cognatos dividerentur, defunctâ Uxore, quæsitum fuit ab ejusdem heredibus, *annon locum haberet detractio falcidiæ in bonis denatæ uxoris?*
2 † Sanè, quia heredes spem habuerant adipiscendæ proprietatis post obitum mariti, ratione ususfructus donati, falcidiam detrahere neutiquam iis licuit: † Quoniam quarta falcidia introducta est, ut
3 heres non frustra gerat hoc nomen heredis; Non videtur autem frustra esse heres, qui consequitur
4 proprietatem bonorum defuncti. † Nec de falcidiâ unquam ita cautum fuit, quod nullo onere debeat gravari, sicuti de legitima sancitum, de quâ tamen ad falcidiam propter rationem diversam nihil inferendum est, Modest. Pist. *part. 4. quæst. 160.*
5 † Attamen cum vigore donationis propositæ ipsa etiam bonorum proprietas conjugi superstiti donata fuerat, eâ saltem conditione, ut quæ post obitum ejus supererssent, heredibus vel cognatis proximioribus restituerentur, ex quo metuendum, ne conjux superstes omnia pariter consumendo, jus
6 falcidiæ, heredibus interverteret, † placuit Scabinis, super Quartâ Legis falcidiæ maritum ad præstationem cautionis obstringi, per textum clarum in *Auth. contra cum rogatus. C. ad SCtum Trebell.* Bartol. *in l. Titius 54. ff. cod. tit.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent Und dieweil gedachter eurer Schwester Mann aus Verordnung der Rechte euch mehr nicht als den vierdten Theil seines verstorbenen Weibes Güter / zu Recht Falcidia genannt/unvermindert zu lassen schuldig; So ist er auch solches vierdten Theils halber / und höher nicht/allein wegen des Rückfalls / euch zu caviren pflichtig/ V. R. W.)

Definit. IV.

Factâ donatione omnium bonorum mortis causâ per Uxorem marito, detrahenda est in foro Saxonico Falcidia etiam de bonis mobilibus.

1 AT nonne in donatione omnium bonorum uxoris, marito causâ mortis factâ, mobilia saltem à falcidiæ detractione erunt excepta, ita ut heredes uxoris ab intestato venientes de immobilibus duntaxat falcidiam detrahere possint, ne scilicet maritus de mobilibus minus lucretur, quàm
2 si donatio haud facta fuisset, † quippe cum in foro Saxonico extra casum etiam donationis, omnia prædefunctæ Uxoris mobilia marito cedant? Land. *lib. 1. art. 31.* Non certè, † sed heredes hoc casu
3 de universo patrimonio uxoris falcidiam detrahere possunt, etiamsi illud non nisi in bonis mobilibus, quæ aliàs maritus absque donatione percepisset, consistat, Matth. Coler. *part. 1. decis. 12. numer. 73. & 74.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 1. numer. 63.* Modest. Pistor. *p. 1. quæst. 48. ubi* Jacob. Schult. *in addit. num. 64. & seqq.* † Tollit namque pro- 4
visio hominis provisionem legis, *l. ult. C. de pact. l. si causam. 2. C. de execut. rei judic. l. si ut certo. 5. §. si de me. 14. ff. commod. l. sciendum. 1. §. illud sciendum est. 10. ff. de separat.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 47. num. 19.* † Nec habet maritus, quod ju- 5
re conqueri possit de diminutione mobilium Uxoris; Quia sibi ipsi imputare debet, † quod non con- 6
tentus portione statutariâ & lucro mobilium, per donationem magis sibi prospicere voluerit, eamque acceptaverit & approbaverit, quam tamen benè potuisset repudiare: † Electâ igitur hâc donatio- 7
nis viâ, non dabitur ei regressus ad jus intestati & portionem statutariam, ut maximè falcidiæ detractionem metuat, *arg. l. quod in herede. 9. §. eligere. 1. ff. de tribut. act.* Coler. *dict. decis. 12. num. 78.* Jacob. Schult. *dict. q. 48. numer. 77.* Schurff. *cent. 1. consil. 42. n. 8.*

Ita Domini in causa Michael Zelmans & Caspari Lorbers zu Nordhausen/Mense Mart. Anno 1626 [Verba sent. Wann gleich euer Schwager Johann Rieger wie Recht beybringen und ausführen würde / daß ihme sein Eheweib vor Gerichten ihr gantzes Vermögen vermittelst einer Ubergabe auff den Todesfall übereignet und zugewendet hätte/ &c. So wäre doch euren Eheweibern/ als Erben ab intestato, den vierdten Theil darvon ex Lege falcidiâ zu fodern unbenommen / und er denselben zugleich von des Weibes verlassenen mobilien und immobilien ihnen abfolgen zu lassen schuldig/ V. R. W.)

Definit. V.

In Electoratu Saxoniæ simpliciter cessat in donationibus omnium bonorum mortis causâ, detractio falcidiæ.

SEd vera sunt hæc omnia in foro communi Sa- 1
xonico, ubi ex dispositione juris civilis etiam de mortis causâ donationibus omnium bonorum, falcidia detrahitur, *Supr.* Defin. *1.* † Aliter verò 2
res se habet in terris Electoratus Saxonici, ubi detractio falcidiæ in donationibus causâ mortis omnium bonorum, prorsus est abrogata, *hâc* Constit. *1. §.* Damit nun darinnen. *vers.* So ordnen &c. *in verb. final.* Daß also die *falcidia* in unsern Landen in diesen und andern *donationen* / so auff den Todes-Fall geschehen / nicht statt haben soll. *ubi* Moll. *num. 2.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 48. num. 14. & seq.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 12. n. 71.* Berlich. *part. 3. concl. 1. n. 46.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. num. 17. & 19.* † Ni- 3
mirum, quod Illustrissimus Saxoniæ Elector dona-„
tiones omnium bonorum mortis causâ per omnia„
testamentis judicialiter factis exæquaverit, *hâc*„
Constit. §. Wir ordnen aber auch. † adeoqve & 4
donatarios heredibus, contra quos falcidiæ detractio locum non habet, quippe in quorum gratiam est adinventa, *pr. inst. de leg. falcid. ubi* Joh. Schneidewin. *num. 4.* † Cessant ergò in ditionibus Elector- 5
atus Saxonici omnes illæ disputationes, quæ aliàs in foro etiam Saxonico de falcidiæ detractione in donationibus conjugum mortis causâ moveri solent, de quibus antea in definit. *2. 3. & 4.* † Quod & in- 6
nuisse videtur Elector Illustrissimus *in dict. vers.* So ordnen

tionen, ſo auff ſn Todesfall geſchehen/nicht ſtatt haben ſoll.

Ita Domini in cauſa Hanſen Töpffers zu Alteroda / Menſ. Jun. Anno 1598. (Verba ſent. So hat ehegemeldter Ludicke Vermöge obangeregter gerichtlichen Ubergabe auff ſn Todesfall alle ſeine Haab und Güter auff mehrgedachte ſeine überlebende Hausfrau und dieſelbe hernacher ſolche Güter auff euch und euren Bruder als ihrer Schweſter Kinder gebracht und verfället / und es ſeyn des verſtorbenen Ludickens Freunde die Falcidiam davon zu fordern nicht befugt/V.R.W.)

Definit. VI.

In Legatis tamen & Codicillis etiam in Electoratu Saxoniæ Falcidia locum habet.

1 STrictiſſimè tamen de ſolâ donatione mortis causâ, ſanctio Electoralis *h.* Conſt. *1.* accipi de-
2 bet, non ſolum quia correctoria eſt, † ſed quod aliàs etiam in ſtatutis verba ſtrictè & propriè, ne multum juri communi derogetur, accipienda ſint, *l. conſtitutionibus. 24. ff. ad municip. l. quod conſtitutum. 21. ff. de teſtam. milit.* Bartol. *in l. non dubi-*
3 *um. 5. C. de LL.* † Ergò ad Codicillos & legata extendi non debet. Nam ſi quis per legatum alicui omnia ſua bona reliquerit, heredem etiam in Electoratu Saxoniæ Falcidiam detrahere poſſe, rectiſſimè aſſerunt Weſenb. *in notis ad h. Conſtit.* quem refert & ſequitur Moller. *hîc.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 1. num. 48.* Rauchb. *part. 1. quæſt. 29. num.*
4 *19. & 20.* † Quia falcidia de jure Civili etiam in legatis locum habet, *l. cum pater. 77. §. eorum quibus. 1 ff. de legat. 2.* Quod nuſpiam in jure Saxo-
5 nico reperitur correctum. Nec movet quicquam, † quod legata donationibus mortis cauſa æquiparentur, *l. Marcellus. 15. l. illud generaliter. 37. ff. de mortis cauſ. donat. l. ult. C. eod. tit.* quin & donationes dicantur, *in §. 1. inſt. de legat.* Ut maximè enim
6 aliàs hæc æquiparatio jure ſubſiſtat, † in ſtatutis tamen & correctoriis ſanctionibus, quæ haud extenſionem patiuntur, non procedit, ut docet Rauchbar. *dict. quæſt. 29. num. 21.*

Ita Domini in cauſa Urbani VVernickens & Conſortium zu Cömern/ Menſ. Jan. Anno 1599. (Verba ſent. Hat Georg Wernicke für Nichter und Schöppen etliche Legata verordnet / dergeſtalt / daß ſolche von ſeinen Freunden abgeſtattet werden ſolten/ꝛc. So iſt ſolche Verordnung und letzter Wille/ungeacht/daß keine heredis inſtitutio darinnen begriffen/zu Recht kräfftig/ und werden demnach die Legata von euch als Erben ab inteſtato billich bezahlet/ihr ſeyd aber gleichwol von ſolchen Legaten den vierdten Theil/zu Recht Falcidia genant/ wofern ihr denſelben von den übrigen Gütern nicht haben köntet/abzuziehen wol befugt/ V.R.W.)

Item in cauſa Georgii Oeſtereichens zu Weißenfels / Menſ. Jan. Anno 1632.

Et in cauſa Hanſen und Eliæ Krügers zu Dreßden / Menſ. Jan. Anno 1634.

Definit. VII.

Detractio Trebellianicæ in donatione omnium bonorum mortis causâ, prohibita non eſt in Electoratu Saxoniæ.

1 FAdemque pariter ratione Trebellianicæ detractionem locum ſibi vindicare in donatione mortis causâ, dicere auſim cum Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 29. n. 22. &* Matth. Berlich. *part. 3. concl.*
2 *1. num. 52.* † veluti, ſi donatio mortis causâ omnium bonorum, ob defectum forſan alicujus ſolennitatis invalida, ſaltem jure fideicommiſſi ſubſiſtat,
† quo caſu de jure civili heredem Trebellianicam 3
ceu de fideicommiſſo detrahere, indubitatum eſt, *l. cum pater. 77. §. 1. ff. de legat. 2. l. in donationibus. 12. ſub fin. C. de leg. falcid.* † Etſi enim appellatione 4
Falcidiæ etiam Trebellianica contineatur, *l. Papinianus. 8. §. unde ſi quis. 11. ff. de inoff. teſtam. l. Titiæ. 68. ff. ad Leg. falcid. l. ſi ut allegas. 11. C. eod. tit.* Attamen hoc locum non habet in ſtatutis, † ut- 5
pote quæ ſtrictiſſimè accipi debent, ne per ea jus commune nimis lædatur, Bartol. *in l. 5. C. de LL.* † Neque etiam in materiâ pœnali & odioſa, qualis 6
eſt prohibitio Quartæ, argumentum à Falcidia ad Trebellianicam valet, nec Trebellianica ſub Falcidiæ appellatione comprehenditur, Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 138. num. 9. & 11.* Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 29. num. 22.* † Et quia de legatis falcidia de- 7
trahitur etiam in Electoratu Saxoniæ, Defin. *præced.* Cur non etiam Trebellianica de fideicommiſſis, † 8
quæ iis per omnia ſunt exæquata, *§. ſed non usque. 3. inſt. de legat. l. 1. ff. de legat. 1. l. 2. C. com. de legat.* † Quamvis aliter ſentiat Dan. Moll. *hîc num. 6.* 9

Ita Domini in cauſa Joſiæ Gutweins zu Zeiß/Menſ. Auguſt. Anno 1631. (Verba ſentent. Daß die Erben in den Ubergaben aller Güter auff den Todesfall / wenn ſolche jure fideicommiſſi beſtehen und gültig ſeyn/den vierdten Theil/zu Recht Trebellianica genant / abzuziehen wol befugt/V.R.W.)

Definit. VIII.

Non valet donatio omnium bonorum mortis causâ, in quâ liberis relicta non eſt legitima.

QUamvis in Electoratu Saxoniæ donatio omni- 1
um bonorum in caſum mortis facta detractionem falcidiæ non admittat, *h.* Conſtit. *1.* per id tamen liberis non præjudicatur, † quò minus ex do- 2
natione ejusmodi legitimam petere valeant, Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 37. defin. 7.* Non ſolùm, † quia hæc in omni lege & diſpoſitione gene- 3
rali excepta cenſetur, ſed & † quod nullo jure & con- 4
ſtitutione tolli, nec ullo modo gravari queat, *l. omni modo. 30. C. de inoff. teſtam.* Elect. Conſtit. *12. part. 3.* † Facit huc quoque, quod mortis causâ dona- 5
tio fideicommiſſo æquiparetur, *l. cum pater filios. 77. §. eorum quibus. 1. ff. de legat. 2. l. ſi mulier. 3. ff. de legat. 3.* † Atqui ſub fideicommiſſo generali 6
legitima filiis aliisvè debita haut continetur, Gloſſ. *in l. precibus. 3. C. de inoff. don.* Dom. Cardin. Tuſch. *tom. 5. pract. concl. 188. lit. L. num. 20.* Et quod magis, † liberis legitima ſpecialiter non relictâ in 7
donatione omnium bonorum mortis causâ, eam prorſus irritam & invalidam dixerim, perinde ac teſtamentum nullum habetur, in quo liberi ſunt præteriti nec in legitima titulo honorabili inſtituti, *Novell. 115. cap. 3.* Conſt. Elect. *9. in pr. part. 3.* † Id- 8
que propterea, quod in terris Electoratus Saxonici, donationem mortis cauſa omnium bonorum non niſi in vim teſtamenti judicialis valere, juſſerit Elector Illuſtriſſimus *hâc* Conſt. *1. §.* Wir ordnen aber auch/ꝛc.

Ita Domini in cauſa Nicolai Nebels zu Mühlberg/ M. Majo A. 1634. (Verba ſent. Ob wol Gregor. Berger eine gerichtliche Ubergab auff ſn Todsfall aufgerichtet/ uñ darinnen

nen aller seiner Verlassenschafft wegē Versehung gethan/ dieweil aber dennoch nicht zu befinden/daß er seinen Kindern ihre gebührende legitimam titulo honorabili darinnen verlassen/sondern sie gantz præteriret,&c. So ist solche Ubergabe zu Recht nicht beständig/ V.R.W.)

Definit. IX.

Irrita quoque est donatio omnium bonorum mortis causâ, non relictâ parentibus debitâ legitimâ.

1 NOn magis quoque subsistit donatio omnium bonorum in Electoratu Saxoniæ mortis causâ facta, si parentibus, vel avo aviæque legitima debita
2 haud fuerit relicta. † Quia scilicet hisce legitima non minus, ac liberis secundum naturam debetur, *c. si pater. 1. sub fin. vers. licet autem filius. de testam.*
3 *in 6to. Novell. 1. cap. ult.* † adeoque nec parentum legitima tolli aut minui potest, Constit. Elector. *12.*
4 §. Da aber dieselbe *part. 3. ubi* Moller. *n. 1.* † nec valet testamentum, in quo parentes præteriti sunt, iisque legitima debita titulo honorabili haud fuerit relicta, Constit. Elector. *9. p. 3. Novell. 115. cap. 5.* Johan. Schneidewin. *ad §. ult. Inst. de inoff. testam. n. 7.* Salycet. *in Auth. novissim. î. num. 3. C. de inoff. testam.* † Ergò nec donatio omnium bonorum in
5 casum mortis valida erit, non relictâ parentibus le-
6 gitimâ, † quippe quam in ditionibus Electoratus Saxonici saltem jure testamenti judicialis subsistere, dixi Defin. *præced.*

Ita Domini in causa Hansen Christoph von Burckersroda / Mens. Jun. An. 1634. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch solche Ubergabe pro donatione mortis causâ zu achten/und gleichwol zu befinden/ daß darinnen des donatoris leiblicher Vater gäntzlich præteriret worden/&c. So ist auch berührte Ubergabe auffn Todesfall zu Recht nicht beständig/derowegen die donataria sich der Verlassenschafft anzumaßen nicht befugt ist/ sondern es verbleibet dieselbe des donatoris leiblichem Vater allein billich/V.R.W.)

Item in causa Dieterich Helbrichs zu Mittelsommern/ Mens. Decemb. Anno 1626. (Verba sent. Dieweil er aber dennoch in solcher gerichtlichen Ubergabe aller seiner Güter auffn Todesfall/euer als seines Großvatern nicht gedacht/noch euch die gebührende legitimam titulo honorabili verlassen/&c. So ist solche Ubergabe auffn Todesfall zu Recht nicht beständig/ derowegen euch als nächsten Erben berührtes eurer Tochter Sohnes Güter ingesamt ab intestato billich verbleiben/ V.R.W.)

Item in causa Christophori Richters zu Pirna / Mens. Nov. Anno 1620.

Et in causa Margarethen Kolbin zu Wurtzen / Mens. Majo Anno 1598.

Definit. X.

Subsistit donatio conjugum reciproca omnium bonorum, liberis aut parentibus licet præteritis, modò hisce debita legitima de bonis donatis exsolvatur.

1 NOlo tamen, hoc ipsum extendi ad donationem conjugum reciprocam & remuneratoriam omnium bonorum in casum mortis factam, quam
2 subsistere puto, † etiamsi liberis aut parentibus legitima relicta non fuerit: Idque vel exinde apparet, † quod donatio conjugum reciproca &
3 remuneratoria etiam inter vivos valida habeatur,
4 *Supr.* Constit. Elector. *13. §. ult. part. 2.* † & in casum quoque mortis coram quinque testibus extrajudicialiter facta subsistat, *Supr.* Constit. Elect. *43. p. 2. defin. 2.* Jacob. Schult. *in addit.* ad Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 48. num. 23.* † Ut proinde dona-
5 tio ejusmodi testamento ab Illustrissimo Electore exæquata haud fuerit, quam ob causam, donationem, in qua liberis aut parentibus legitima haud
6 relicta fuerit, annullari, dixi Defin. *8. & 9.* † Nihilominus tamen, subsistente donatione hâc conjugum reciprocâ, liberis vel parentibus debita legitima ex bonis donatis exsolvenda ac supplenda erit,
7 utpote † quæ nullâ ratione iis auferri potest, *l. scripto. 7. §. ult. ff. si tabul. testam. l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnat. l. scimus. 36. §. illud. 2. C. de inoff. testam. Novell. 1. cap. 1. §. 2.* Constit. Elect. *12. part. 3.*

Ita Domini in causa Elisabethen/Nicol Dischners Wittben zu Naumburg/Mens. Octobr. Anno 1597. (Verba sentent. Ob gleich die Ubergabe auff den Todesfall/ so ihr und gedachter euer Ehemann mit einander auffgerichtet/zu Recht kräfftig. Da aber dennoch hierdurch bemeldtes eures Ehemanns Tochter an ihrer gebührenden legitimen benachtheiliget worden/&c. So wäret ihr derselben die Legitimam aus eures Mannes Verlassenschafft abzustatten/ oder doch den Mangel derselben daraus zu ersetzen schuldig/V. R. W.)

It. in causa Annen/Viduæ Pauli am Endens zum Heynichen/Mens. Jun. Anno 1621.

Item in causa Michael Eichlers zu Liebenwerda / Mens. Febr. Anno 1610.

In causa Catharinen Dreßin zu Löbau / Mens. August. Anno 1611.

In causa Andreæ Jacobs zu Pegau / Mens. April. Anno 1625.

Et in causa Martin Schneiders zu Liebenwerda / Mens. August. Anno 1632.

Definit. XI.

Cessat quoq; in pactis dotalibus detractio falcidiæ, in Electoratu Saxoniæ.

1 QUæstionem movet Matth. Wesenb. *in apostill. ad* Joh. Schneidevv. *Inst. de heredit. quæ ab intest. defer. in 4. ordin. succes. Viri & uxor. num. 1. lit. A.* an *Const. hæc Elect.* falcidiam excludens à donatione omnium bonorum, in pactis quoque dotalibus locum habeat? † Eamque affirmativè decidit, 2
modò pacta dotalia coram actis facta, in iisque omnia bona etiam futura conjugi superstiti relicta fuerint. Quod & videtur placere Moller. *hic n. 10.*
† Sed committit Wesenb. fallaciam causæ, dum in 3
donatione mortis causâ propterea falcidiam cessare putat, † quod apud acta fieri debeat, † quod 4
si verum, ne quidem de legatis judicialiter relictis 5
falcidiam detrahere liceret; At quàm falsum hoc 6
sit, ecquis non videt, *Supr.* Defin. *6.* † Labitur quoque in eo Wesenb. quod detractionem falcidiæ admittit in pactis dotalibus, quibus certa tantummodò portio bonorum fuerit donata conjugi superstiti: † Quia in donatione mortis causa tum de- 7
mum falcidia detrahitur, si est donatio omnium bonorum, *l. si mortis 5. l. pen. C. ad Leg. falcid. l. 2. C. de mort. caus. donat.* † Rectius itaque dixeris 8
cum Matth. Berlich *part. 3. concl. 1. numer. 54.* detractionem falcidiæ nunquam habere locum in pactis dotalibus, etiamsi hæc de bonis universis etiam futuris, extrajudicialiter coram quinque testibus facta fuerint, † quæ procul dubio valida haben- 9
tur, *Supr. p. 2.* Constit. *43. definit. 2.* licet dissentiat Wesenb. *dict. loc.* scilicet, † quia ejusmodi pacta 10

dotalia

dotalia etiam extrajudicialiter facta, ex speciali Electoris sanctione] in *dict.* Const. *43. part. 2.* conjugi superstiti deferunt successionem in hereditate
10 defuncti, adeoque ipsum heredem faciunt, † Atqui herede instituto, non licet heredibus aliàs ab intestato venientibus falcidiam detrahere, *pr. inst. de L. falcid. ubi* Dd. Præterea & pacta dotalia ut plurimum continent mutuam & reciprocam conju-
11 gum donationem ac successionem, † in qua locum non esse detractioni falcidiæ, docet Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. quæst. 48. num. 18. & 19.*

Ita Domini in causa Matthiæ Hübners zu Merseburg/ Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sentent. Ob nun wol sonsten dergleichen Donatio omnium bonorum auff den Todesfall anderer Gestalt nicht/ als dafern sie gerichtlichen geschehen/ zu Recht kräfftig und beständig gehalten wird. Da aber dennoch angeregte Ehestifftung vor 5. Zeugen auffgerichtet worden wäre/ &c. So wäre sie zu Recht beständig/ und würde demnach Inhalts der selben bemeldter Witiben ihres verstorbenen Mannes gantze Verlassenschafft billich zugeeignet/ und wären des Mannes Erben ab intestato den vierdten Theil zu Recht Falcidia genant/ abzuziehen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XII.

Non solum in testamentis, sed & aliis ultimis voluntatibus ac successionibus ab intestato, detractio vel supplementum falcidiæ locum habet.

1 EX eo, quod Const. *h. 1.* Elect. de solis donationibus omnium bonorum mortis causâ loquitur, inferre licet, ab Illustrissimo Electore in ditionibus sui Electoratus falcidiam non nisi in donationibus
2 mortis causâ fuisse abrogatam: † Ergò in testamento heredibus institutis de legatis falcidiam etiam in terris Electoratus Saxonici detrahere licebit,
3 secundum juris communis dispositionem, † quæ hoc beneficium non nisi heredibus eorumque successoribus tribuit, *§. 1. inst. de Leg. falcid. l. 10. l. successores. 16. C. ad Leg. falcid.* †
4 Nec enim legatarii, nec fideicommissarii hoc beneficio uti possunt, *l. lex falcidia. 47. §. ult. ff. ad Leg. falcid. l. 1. §. 17.*
5 *& §. seq. ff. ad SCtum Trebell.* † Voluit siquidem Lex falcidia tantum consulere testamentorum conservationi, quia heredes vix reperiebantur, qui sine commodo vellent adire hereditatem, & ita totum testamentum intercidebat, *pr. Inst. de Leg. falcid.*
6 *ubi* Johan. Harppr. † Quod tamen haud irritum fit, licet legatarius aut fideicommissarius legatum vel fideicommissum repudiet, Donell. *lib. 8. comm.*
7 *27. num. 30. & seqq.* † Etsi verò beneficium hoc legis falcidiæ in gratiam & favorem ipsorum testatorum potissimum censeatur introductum, non tamen in testamentis solum, sed etiam in fideicommissis singularibus aliisque ultimis voluntatibus.
8 † Quin & in successionibus ab intestato heredibus datur, ut vel quartam detrahant, vel illam ex hereditate suppleant, *l. filius familias. 18. ff. ad l. falcid. l. 5. l. pen. C. eod. tit.* Joh. Harppr. *ad pr. num. 12. Inst. de Leg. falcid.* Joh. Schneidevv. *in §. ult. n. 14. & seqq. Inst. de Leg. falcid.*

Ita Domini in causâ Hansen und Ellæ Krugens zu Dreßden/ Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Wird eures Brudern Erbschafft durch die verordnete Legata, wann dieselbe abgestattet werden sollen/ gantz erschöpffet/ &c. So seyn die sämmtlichen Legatarii ein jeder pro ratâ so viel/ damit euch als denen Erben ab intestato, der vierdte Theil der gantzen Verlassenschafft/ zu Recht Falcidia genant/ verbleiben möge/ schwinden zu lassen pflichtig/ &c.)

It. in causa Hansen Zschawens zu Eulenburg/ Mens. Jun. Anno 1632. [Verba sentent. So seyd ihr zu Erfüllung der euch zustehenden Quartæ, zu Recht Falcidia genant/ von den Legatis pro ratâ etwas abzukürtzen wol befugt/ &c.)

It. in causa Urban. Wernickens zu Cömmern/ Mens. Jan. Anno 1599.

Et in causa Nicolai Crahmens/ Mens. Jan. Anno 1634.

Definit. XIII.

Cessat falcidiæ detractio, si testator eam expressè prohibuerit.

1 QUòndam equidem jure veteri, testatori concessum haud erat, falcidiam prohibere, *l. quod bonis. 15. §. 1. ff. ad Leg. falcid.* † quia nempe jus
2 publicum nemo privatim immutare poterat, *dict. l. 15. §. 1. ff. d. t.* † Attamen hodie ex voluntate
3 testatoris prohibitio cessat, & heres jus deducendæ Quartæ falcidiæ non habet, quando testator expressè prohibuit, ne falcidia detrahatur, *Novell. 1. cap. 2. Auth. sed cum testator. C. ad Leg. falcid.* Joh. Schneidevvin. *ad §. ult. num. 18. inst. de Leg. falcid. & ibi in pr.* Johan. Harppr. *num. 19.* † In favorem si-
4 quidem testatoris, ut ejus voluntas conservetur, Falcidia adinventa est, † cur non ergò huic favori re-
5 nunciare non posset, *l. pen. C. de pact.* Quod tamen de expressâ prohibitione solâ accipi velim, † siqui-
6 dem tacita prohibitio (puta si testator heredem integra legata præstare jusserit) neutiquam sufficit propter verba manifesta Imp. si vero expressim designaverit, *in dict. cap. 2. Novell. 1. ubi* Bartol. Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. falcid. num. 8.* Jacob. Menoch. *lib. 1. præsumpt. 45. num. 15.* Vaud. *lib. 2. quæst. 17.* Johan. Harppr. *dict. loc. num. 20.* ubi plures allegat. † Quamvis dissentiant Matth.
7 Berlich. *part. 3. concl. 1. num. 72.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 48. num. 13.* Jul. Clar. *lib. 3. sentent. §. testamentum. quæst. 62. num. 4.* Nicol. Boër. *decis. 44. num. 33. & decis. 193. num. 1.* Rittersh. *ad Novell. part. 6. cap. 5. num. 11. 12.* Quos in pronunciando secuta est Facultas Juridica Lipsiensis nach Jauer / Mens. Jul. Anno
8 1620. † Ajunt nempe, id quoque dici expressum, quod ex verbis æquipollentibus colligi potest, Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1389. num. 4.* Boër. *dict. decis. 193. num. 2. &* Jacob. Schult. *dict. loc.* † Sed
9 unde, quæso, hoc probabitur? Et quis nescit differentiam inter verba expressa & æquipollentia?
10 † sunt enim hæc talia, quæ in utrumque sensum, &
11 ita ambiguè accipi possunt, † ut proinde iis testator se juri potius conformare, & salvâ falcidiâ heredes gravare voluisse censeatur, *arg. l. nemo. 55. ff. de legat. 1.* †Ex quo porrò corruit argumentũ à testato-
12 ris voluntate desumtum, quam maximè observandam dicunt, *arg. l. 127. ff. de legat. 1. l. 11. §. 19. ff. de legat. 3. l. 16. ff. de dot. prælegat.* † Nego enim, ex ver-
13 bis æquipollentibus prohibitionem falcidiæ colligi, quin potius verba ejusmodi ita explicanda dixi, ut falcidia heredibus salva conservetur. † Nec ullum
14 facit negotium *Novell. 119. cap. 11.* ubi non tam ex volun-

voluntate tacitâ teſtatoris, quàm ex ſanctione Imperatoriâ in caſu ſpeciali prohibitæ alienationis detractio falcidiæ ceſſat, ut in aprico eſt. Adde Deciſ. Elector. nov. 43.

Ita Domini in cauſa Martin Gebers zu Magdeburg/ Menſ. Febr. Anno 1624. [Verba ſent. So ſeyn doch nach eurem Abſterben eure Erben ab inteſtato den vierdten Theil/zu Recht Falcidia genannt/(weil ihr ſolches/inmaſſen euch zu thun frey geſtanden / mit ausdrücklichen Worten nicht verboten) davon abzuziehen und inne zu behalten wol befugt / V.R.W.)

Definit. XIV.

In hereditatibus fideicommiſſo gravatis primus ſaltem heres Trebellianicam deducit, non etiam ſecundus vel tertius.

1 UT deductioni Trebellianicæ locus ſit, oportet eum, qui vult detrahere, gravatum eſſe tanquam heredem & quidem directum, *l. Lex falcidia. 47. in fin. ff. ad Leg. falcid. l. mulier. 22. §. ult. ff. ad*
2 *SCtum Trebellian.* Ex quo ſequitur, † fideicommiſſarium, qui juſſus eſt alteri reſtituere, adverſus hunc alterum fideicommiſſarium, quartam
3 Trebellianicam deducere haud poſſe, † quia ſcilicet heres primus atque directus non eſt, Johan. Harpp. *in §. eum quoque 11. n. 2. Inſt. de fideicom. he-*
4 *redit.* † Non ſolùm enim heres fideicommiſſo oneratur, ſed & ipſe fideicommiſſarius gravari poteſt, ut id, quod ſibi ex fideicommiſſo datur, rurſus alii reſtituat, *l. 1. §. de illo quæritur. 8. ff. ad SCtum Trebell.* Nec is tantum, cui aliquid relinquitur,
5 † ſed ejus etiam heres onerari fideicommiſſo poteſt,
6 *l. ſi fuerit. 5. §. 1. de legat. 3.* † Fideicommiſſarius tamen heres tum detrahendæ Trebellianicæ jus habet, cùm illam heres ante non detraxerit, liberalitatem in fideicommiſſarium exercere cupiens, *l. 1. §. denique 18. ubi* Dd. *ff. ad SCtum Trebell.* Fachin. *lib. 5. controv. 7.*

Ita Domini in cauſa Heinrici à VVirsdorff zu Großmildenau/Menſ. Majo Anno 1600.

Definitio XV.

Heres in re certâ inſtitutus & fideicommiſſo gravatus non detrahit Trebellianicam.

HInc quoque fit, quod heres in re certâ inſtitutus, eamque alteri reſtituere rogatus, Trebellianicam de hoc fideicommiſſo ſingulari detrahere non valeat juxta tradita Bartol. *in l. coheredi. 41. §. quod ſi 3. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Mynſing. *in §. poteſt autem 1. n. 6. inſt. de ſingul. reb. per fideic. re-*
2 *lict.* M. Ant. Pereg. *de fideicom. art. 3. n. 5. & 7.* † Scilicet quia inſtitutus in re certa, loco legatarii eſt, nec heredis univerſalis nomen habet, *l. quoties. 13. ubi*
3 Dd. *C. de hered. inſt.* † At non niſi heres univerſalis Trebellianicam deducere valet, *l. lex falcidia. 47. in fin. ff. ad Leg. falcid. l. 22. §. ult. ff. ad SCtum Trebell.* Peregr. *dict. loco.*

Ita Domini in cauſa heredum Hauboldens von Schleinitz zu Gredel/Menſ. Octobr. Anno 1599.

Definit. XVI.

De legatis ad cauſas pias & ſtipendia, non deducitur Falcidia.

1 NOn ſemper locus eſt detractioni Falcidiæ, ſed ceſſat hæc ex privilegio teſtatoris, ſi ſcilicet miles legatum reliquerit, *l. ſi poſt miſſionem. 17. ff. ad Leg. falcid. l. 7. C. eod. tit. l. in teſtamento. 2. C. de teſtam. milit.* † Quandoque etiam ex genere & 2
favore Legati Falcidia non detrahitur, veluti ſi Legitima vel portio naturâ debita ſit legata, *l. ſcimus. 36. in pr. verſ. ſancimus C. de inoff. teſtam.* † Aut ſi 3
libertas relicta ſit, *l. ſi ſervus. 33. ff. ad Leg. falcid.* vel dos uxori prælegata, *l. ſed uſusfructus. 81. §. 1. ff. ad Leg. falcid.* † Eoque refero legatum ad pias cauſas, 4
ſub quibus & ſtipendia comprehenduntur. † Nam 5
& de hoc ex favore legati haud detrahenda eſt falcidia, *Novell. 131. cap. 12. Auth. ſimiliter, ubi* Gothofr. *C. ad Leg. falcid.* Andr. Tiraq. *in tract. de privil. pia. cauſ. privil. 26.* ubi limitationes hujus aſſertionis profert. † Etenim cum Juſtinianus Imperator *in* 6
Novell. 1. omninò falcidiam prohiberi permiſerit, tantò facilius credi poteſt, ceſſare voluiſſe falcidiam in legato ad pias cauſas, quaſi ex tacitâ teſtatoris voluntate, quod talia legata pro animâ relicta intelligantur, † ſi credendum Dd. tacitam nempe pro- 7
hibitionem impedire quoque detractionem falcidiæ, quod tamen à nobis negatum fuit *Supr.* Defin. *13.* † Et planè videtur in *dict. Novell. 131. cap. 12.* 8
neceſsitàs impoſita heredi, ut aut, quod juſſus eſt facere, faciat, aut bonis à defuncto acceptis cedat: † Quis ergò negare vellet, detractionem falcidiæ 9
ipſi fuiſſe ademptam?

Ita Domini in cauſa Joſiæ Gutweins zu Zeitz / Menſ. Aug. Ann. 1631. (Verba ſentent. Wann die eingeſatzte Erben ſich des beneficii legis falcidiæ gebrauchen / So wird den legatariis pro ratâ eines iedweden Legati die Abkürtzung billich gethan/ iedoch werden die legata ad pias cauſas, darunter auch die Stipendiaten-Geider begriffen/von ſolcher Abkürtzung der quartæ falcidiæ ausgenommen/ und ſelbige Legata denen Legatariis vollſtändig entrichtet/ꝛc.)

In cauſa Hanſen Zſchauens zu Eulenburg / Menſ. Jun. Anno 1632. (Verba ſentent. So ſeyd ihr den vierdten Theil/zu recht Falcidia genant / von denen legatis pro ratâ abzukürtzen wol befugt. So viel aber das im Teſtament der Kirchen zu S. Niclas gethane Legatum anlanget/iſt daſſelbe/als ein legatum ad pias cauſas, von Abkürtzung der falcidiæ billich befreyet. V. R. W.)

Et in cauſa Gregorii Oeſterreichens zu Weißenfels / Menſ. Jan. Anno 1632.

Definit. XVII.

In legato ad pias cauſas prohibitio falcidiæ heredi nocet, nec cætera legata aggravat.

DIſceptatum hinc memini, an prohibitio falcidiæ in legato ad pias cauſas & ſtipendia noceat ipſi heredi, ita ut quarta aliàs ipſi debita deminuatur; an verò damnum hoc à cæteris legatariis reſarciendum, & Quarta falcidia totius hereditatis ex reliquis legatis ſupplenda ſit? † Et placuit, heredi 2
prohibitionem falcidiæ obeſſe, nec ei ſupplementũ à reliquis legatariis petere licere, †idq; propter verba 3
Novell. 131. cap. 12. ibi (Vacante falcidiâ.) Ceſſat ergò prorſus falcidia in legato ad pias cauſas: † Adeoque 4
nec hujus ratio habenda, nec reſtitutio peti poteſt à reliquis, quia non entis nullæ ſunt qualitates, *l. 1. §. 1. ff. comm. prædior. l. 5. §. 4. in fin. ff. de in lit. jur.* † Legata itaque ad pias cauſas ſolam imminuunt 5
falcidiam, non reliqua legata, & ſic in effectu

in quar-

in quartam falcidiam heredi imputantur, Gloss. Cyn. & Salycet. *in Auth. similiter. C. ad Leg. falcid.*

Ita Domini in causa Josiæ Gutweins zu Leipzig / Mens. Octobr. Anno 1631. [Verba sentent. Ist in unserm jüngst-ertheilten Urtheil vor Recht erkant worden/daß die quarta Legis falcidiæ von denen im Testament vermachten Stipendiaten-Geldern / als Legatis ad pias causas,nicht abzukürtzen seye ꝛc. So seynd die in gedachtem Testament eingesatzte Erben angeregten vierdten Theil/so zu Recht falcidia genannt / an den Stipendiaten-Geldern gäntzlich zu entrathen schuldig/ und es mögen die andern Legatarii von den übrigen etwas darzu zu geben / oder ihnen deswegen an ihren Legatis abkürtzen zu lassen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Legata pia absque detractione sunt præstanda, etiamsi reliquis legatis non sufficiat hereditas.

1 MUltum ergò circa detractionem falcidiæ indulgetur legatis ad pias causas, quod nec mirum videri poterit perpendenti privilegia plu-
2 rima horum legatorum, † quæ copiosè adducit Andr. Tiraquell. *in peculiari tract. de privil. piæ*
3 *causæ*, ubi & illud notatu dignum, † Quod licet aliàs legata deminuantur pro ratâ, ut omnibus sufficiant, *l. si quis testamento 79. ubi* Dd. *ff. de legat.*
4 *1. l. 2. §. 1. ubi* Bartol. *ff. de condict. indeb.* † Legata tamen pia ante omnia deducantur, tanquam æs alienum, etiamsi reliquis legatis non piis bona haud sufficiant, Bartol. *in l. 2. §. 1. ff. de priv. Creditor.* Andr. Tiraquell. *de privil. piæ causæ. priv. 72.*

Ita Domini in causa Gregorii Oesterreichens zu Weissensels/ Mens. Januario, Anno 1632. [Verba sententiæ: So werden vor allen Dingen die Legata ad pias causas vollständig entrichtet. Würde nun nach derer Bezahlung etwas übrig verbleiben / so wären die eingesatzte Erben ihren vierdten Theil/so in Rechten falcidia genant wird/davon abzukürtzen befugt / und den Rest möchten also dann die andern Legatarii pro ratâ unter sich vertheilen / V. R. W.)

Definit. XIX.

Pro ratâ cujusque legati, falcidia est detrahenda.

1 ANtequam ratio falcidiæ habeatur, eamque heres institutus detrahat, & Legatarius legatum consequatur, tria de hereditate seu bonis
2 hereditariis deducenda sunt: Nempe, † Æs alienum, funeris impensæ & pretia servorum manumissorum, *§. cùm autem. 3. inst. de leg. falcid. l. 1. §. ult. l. si servus. 33. cum l. seqq. l. qui fundum. 87. §. si quis. 2. ff. ad leg. falcid. l. in imponenda. 6. C. eod. l. pen. ff. de relig. & sumptib funer.* Joh. Schneidewin. *in dict.*
3 *§. cum autem. ult. institut. de leg. falcid.* † Quibus omnibus ex hereditate defuncti prius deductis, in reliquo ità ratio habetur Legis falcidiæ, ut ex eo quarta pars apud heredem permaneat, tres verò partes inter legatarios distribuantur, non
4 quidem æqualiter, † sed pro ratâ portione ejus, quod cuique eorum legatum fuerit, *dict. §. cum*
5 *autem ult. Inst. d. t.* † Veluti si testator deductis deducendis quadringentos aureos in bonis habuerit, & quadringentos aureos legaverit, quarta pars suæ partis singulis legatariis detrahitur; ut si cui 100. sint legata, ei detrahantur 25. si legata sint 80. detrahantur 20. si legata sint 40. detrahantur 10. Si 20. sint legata, duntaxat 5. detrahantur, &c. usque dum heres centum aureos consequatur & legatarii trecentos: † Quæ res arithmeticis potius,quàm 6
Jureconsultis est committenda, cum in facto magis, quàm jure consistat.

Ita Domini in causa Josiæ Gutweins zu Zeitz / Mense Augusto, Anno 1631. [Verba sent. Wann die eingesatzte Erben sich des Beneficii Legis falcidiæ gebrauchen/ so wird denen Legatariis pro ratâ eines iedwedern Legati die Abkürtzung billich gethan/ꝛc.)

In causa Hansen Zschauens zu Eulenburg/Mense Jun. Anno 1632. [Verba sententiæ: So seyd ihr den vierdten Theil zu Recht falcidia genant / von den Legatis pro ratâ abzukürtzen wohl befugt/V. R. W.)

Definit. XX.

Filius legato aut fideicommisso gravatus, duntaxat legitimam, non duas quartas deducere potest.

QUæstio est valdè divexata à Dd. † *Utrum filius* 1
legato aut fideicommisso gravatus præter falcidiam seu Trebellianicam, Legitimam quoq;, & sic duas quartas deducere possit? Quam † negativè 2
decidere haud dubito cum Anton. Fabr. *de error. pragmat. decad. II. Error. 7. & in Codic. lib. 8. tit. 37. definit. 6.* Jacob. Cujac. *lib. 8. observat. 3.* Andrea Gail. *lib. 2. observ. 121. num. 4.* Johan. Harppr. *in §. instit. de leg. falcid. num. 12.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 23. n. 22.* Angel. Mattheacio *de legat. & fideicommiss. lib. 4. cap. ult.* † per *l. liberto. 21. §. filium. 2.* 3
ff. de annuis legat. l. 1. §. pen. ff. si cui plus quam per leg. falcid. lecuer. l. Jubemus. 6. C. ad SCtum Trebell. † Et constituit Lex falcidia, ut omninò liberum sit testatori, dodrantem bonorum legatis erogare, ac de eo pro suo arbitrio disponere, *l. 1. ff. ad* 4
leg. falcid. † Quod certè haud fieret, si duas quar- 5
tas filio detrahere liceret. † Quin & filius, qui & 6
falcidiam ex legatis adeptus est, ab inofficiosi querela depellitur, *l. Papinianus 8. §. quarta. 9. §. unde si quis. 11. §. 15. ff. de inoff. testament.* † Sufficiet 7
ergò quarta unica, sive legitimam sive falcidiam aut Trebellianicam appellitare velis, quâ filius omninò contentus sit, necesse est, † nec post legiti- 8
mæ perceptionem ad ulteriorem detractionem admitti debet, Joh. Harppr. *dict. loc.* ubi contraria distinctè refellit.

Ita Domini in causa Johannis Lobards zu Elsterwerda/ Mens. Majo, Anno 1627. [Verba sentent. Hat euer Vater ein Testament aufgerichtet / und darinnen unterschiedene viel Legata verordnet/ euch aber alleine zu Erben eingesetzet. Ob nun wol sonsten den Testaments-Erben / zu Erlangung des vollständigen vierdten Theils der Erbschaft/ sich des Abzugs ex lege falcidia zu gebrauchen nachgelassen/ da ihr aber dennoch eurer gebührenden Legitimæ, Inhalts eures Vatern letzten Willens allbereit vollständig befriediget wäret/ ꝛc. So liesset ihr euch daran billich begnügen / und wäret über solche eure Legitimam etwas ferner ex lege falcidia abzukürtzen nicht berechtiget/ꝛc.)

Et in causa Augustini Treulichs von Warten zu Breßlau/ Mens. Jan. Anno 1636. [Verba sent. Wann nun gleich Rechtens/daß Kinder in dergleichen Fall / wann die gantze Erbschaft mit Legatis oder Fideicommissis beschweret/sich an der Abziehung ihrer Legitimen begnügen lassen müssen/und hierüber einen fernern vierdten Theil/zu Recht Falcidiam oder Trebellianicam genant/inne zu behalten nicht berechtiget seyn/ꝛc.)

DEFINIT. XXI.

Ex legato tamen & fideicommisso conditionali vel in diem, filius ejusve heres ultra legitimam, falcidiam aut Trebellianicam etiam detrahere valet.

1 ALiter tamen res se habet in fideicommisso in diem aut sub conditione relicto, ubi filio ultra legitimam acceptam, die veniente aut conditione existente, etiam Trebellianicam & sic duas quartas detrahere licet, ex communi Interpp. sententiâ.

2 †Nimirum, quod si duplex auxilium & lucrum deferatur ex diversis causis, distinctisque temporibus, utrumq; tempore successivo peti queat, *l. qui non militabat. 78. ff. de hered. instit.* Cont. *lib. 1. disp. cap. 3. pag. 19.* † Quam sententiam non modo

3 in jure Canonico, *c. Raynucius 17. & c. Rainaldus 18. extr. de testam.* disertè fundatam, † sed & æquitati

4 convenientem dicit ac tuetur multis Petr. Heig. *part. 1. q. 32. n. 15.* ubi à *Wittenbergensibus* secundum hanc pronunciatum refert, Covarr. *in dict. c. Raynucius 17. §. 11. n. 5.* Vincent. Honded. *cons. 63. n. 74. & seq.* Joh. Petr. Surd. *lib. 1. cons. 77. n. 13.* And. Gail. *lib. 2. obs. 121. n. 1. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 37. defin. 6. n. 2.* Hartm. Pist. *observ. 171. num. 8*

5 † Idemq; asserendum puto de legatis conditionalibus aut in diem relictis, de quibus filius ultra legiti-

6 mam, æquè falcidiam detrahere potest, † conditione scilicet existente, aut die adveniente, secundum

7 tradita Petr. Heig. *dict. quæst. 32. num. 22.* † quia utramque quartam Falcidiæ nomine jura complectuntur, nec inter Falcidiam & Trebellianicam ratio ulla differentiæ probabilis occurrit, Ludov. Mo-

8 lin. *de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 17. n. 6.* † Quin & hæc sententia ad ascendentes solet extendi ex communiori & æquiori Dd. opinione, ita ut hisce

9 duas quartas detrahere permittatur. † Quia quod in liberorum legitima constitutum est, ad parentum quoque portionem producitur, *Nov. 18. n. 1.* Covarr. *dict. loc.* Heig. *dict. quæst. 32. n. 20.* ubi plures allegat Andr. Gail. *dict. loco, n. 11.* Hartm. Pist. *dict. obs. 171.*

10 *n. 8. & 10.* ubi tradit, † non solum à gravato, sed etiam ab herede gravati duas quartas detrahi posse, *l. quanquam. 10. ubi* Dd. *C. ad Leg. falcid.* quod & à *Dominis* pronunciatum in sententiâ posteriori.

Ita Domini in eadem causa [Verba sent. Es wäre dann/ daß beneldte Legata auf gewisse Condition und Bedingung vermacht worden / auf solchem Fall wäret ihr/ wenn sich die Conditio ereignet/ über eure Legitimam, so denn auch den vierdten Theil/ zu Recht falcidiam genant/ von solchen Legatis inne zu behalten wohl befugt/ V. R. W.)

Et in causa tutorum filiæ Hansen Wolfens von Bernstein/ M. Jun. An. 1602. [Verba sent. Auf solchen Fall würde von den Erbgütern/ so er aus des Vaters Testament zu seinem Theil bekommen/ seiner Tochter zuvörderst die Legitima, so ihme ohne alle Beschwerung gebühret/ und dann noch vom übrigen auch der vierdte Theil/ zu Recht Trebellianica genant/ billich gelassen/ V. R. W.)

It. in causa Augustini Treulichs von Warten zu Breßlau/ M. Jan. An. 1636. [Verba sent. Dieweil aber dennoch obbenienter Testator das Gut Stralendorff nicht bloß und purè, sondern auff seinen Todes-Fall / und also in casum mortis, mit dem Fideicommisso beschweret/ dahero solches pro fideicommisso in diem zu achten/ von welchem/ nach gemeinem Wahn bewährter Rechtsgelehrten / die Kinder duplicem quartam als Legitimam und Trebellianicam abzukürtzen gar wohl befugt seyn / welches Recht auch Inhalts klarer rechtlichen Verordnung auf ihre Erben gebracht wird/ &c. So wird auch der Wittiben als Testaments-Erbin duplicem quartam von dem Gut Stralendorff / und also die Helfte abzukürtzen und inne zu behalten zu Recht billich verstattet und nachgelassen/ V. R. W.)

DEFINIT. XXII.

Minor absq; Curatoris autoritate, mortis causâ donare potest.

ETsi filiusfamilias testamentum facere nequeat, 1
permittente licet ac consentiente patre, *pr. inst. quib. non est permiss. fac. testam. l. qui in potestate. 5. ff. eod. tit.* † Attamen cum consensu pa- 2
tris, mortis causâ donare non prohibetur, *l. filius. 7. §. pari autem ratione. 4. ff. de donat. l. tam is qui. 25. §. filiusfam. 1. ff. de mort. caus. donat. ubi* Welenb. *in parat. n. 4.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. donatio. quæst. 6. n. 1. & seqq.* Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de donat. Rubr. de donat. mort. caus. n. 9.* † Quia testamenti 3
factio ex lb. 12. tabb. non nisi patrifamilias fuit concessa *l. verbis leg. 120. ff. de V. S.* † Quod non ita de 4
donatione mortis causâ dispositum reperitur.
† Quin & minor donare potest mortis causâ absque 5
consensu sui Curatoris, Henr. Bocer. *de donat. c. 5. n. 31.* Joh. Harppr. *ad §. 1. inst. de donat. n. 43.* Tiraquell. *in l. si unquam. §. verb. donatione largitus. num. 253. C. de rev. don.* Fachin. *lib. 5. controv. 61.*
† Siquidem puberes inconsulto, insciòque Cura- 6
tore testari possunt, *l. Aurelio. 20. §. 1. ff. de liber. legat. l. à quâ ætate. 5. ff. qui test. fac. poss. l. si frater. 4. C. eod. tit.* † Ergò & irrequisito ejus consensu 7
mortis causâ donare poterunt, quoniam cui illud licet, † eidem etiam hoc permissum censetur, *l.* 8
Marcellus 15. l. 25. ff. de mort. caus. donat. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rat. distrah. l. cum hic status. 32. §. similes 8. ff. de donat. int. vir. & uxor. † Quam- 9
vis dissentiat Anton. Fab. *part. 2. de Error. pragmat. decad. 46. Error. 9.*

Ita Domini in causa Christophori Weismans und Danielis Zimmermans zu Freyberg/ Mense Mart. Anno 1595. [Verba sentent. Hat Peter Limpach/ seines Alters von 17. Jahren / als er sich in das Ungerland in Krieg begeben wollen / seine auff Peter Zimmermans Hause aussenstehende Erb-Gelder seinem Vater/ Peter Limpachen/ durch eine Ubergabe auff n Todesfall übergeben/ &c. So ist solche Ubergabe/ ungeachtet solche nicht in beyseyn seines Vormundens aufgerichtet/ zu Recht beständig/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIII.

In Electoratu Saxoniæ donatio omnium bonorum mortis causâ saltem judicialiter facta valet, non etiam coram Notario, & septem testibus.

ETsi donatio inter vivos omnium bonorum 1
præsentium ac futurorum, tanquam impediens liberam testandi facultatem, non valeat, nisi quis sibi tantum reservaverit, ut inde testari queat Dd. *in l. stipulatio hoc modo 61. ff. de V. O.* † Secus 2
tamen est in donatione mortis causâ; Nam etsi ea facta fuerit de omnibus bonis præsentibus atq; futuris, valida tamen est, nec dicitur impedire liberam testandi facultatem, † quia semper pro lubitu revo- 3
cari potest, *l. qui mortis. 30. ff. de mort. caus. donat. l. si unquam 8. vers. bona omnia. C. de revoc. don.* Wesenb. *in parat. ff. de mort. caus. donat. n. 5.* Pist. *obs. 70.* † Vocamus autem omnium bonorum donatio- 4
nem, quæ bona præsentia ac futura, mobilia ac immobilia, nomina, jura & actiones expressis verbis & specialiter comprehendit. † Aliàs, sub generali 5
omnium bonorum appellatione nomina, jura & actiones non comprehenduntur; Ergò nec universalis

verſalis ejusmodi donatio pro donatione omnium bonorum propriè habenda erit, *l. quam Tuberonis. 7. ff. de pecul. l. 15. §. 2. ff. de re judic. ubi* Jaſon. *num. 6.* Jul. Clar. *lib. 4. ſent. §. donatio. quæſt. 19.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 11. num. 9.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 124. num. 11.* Illud autem ſpecialiter introductum eſt in Elect. Saxon.
6 † quod omnium ac univerſorum bonorum donatio non valeat, niſi judicialiter facta fuerit, adeóque de neceſſitate requiritur, ut apud acta judici inſinuetur, *h.* Conſt. *1. §.* **Wir ordnen aber auch darneben ꝛc.** *ubi* Moller. *num. 6.* Petr. Heig. *part. 2. qu. 17. num. 25.* Virgil. Pingitz. *quæſt. 13. num. 13.* Cujus
7 ſanctionis ratio vix alia dari poteſt, † quàm quod Elector Illuſtriſſimus omnium bonorum donationes mortis causâ per omnia teſtamentis judicialibus ex-
8 æquaverit: † Unde fit, quod donatio omnium bonorum coram Notario & ſeptem teſtibus facta, habeatur invalida, ceu extrajudicialis, licet aliàs in ditionibus Electoratus Saxonici teſtamenta ſolennia
9 etiam extrajudicialiter facta ſubſiſtant. † Sufficit tamen ſola inſinuatio donationis omnium bonorum judicialis absque eo, quod quinque teſtes non fuerint adhibiti, ut rectè docet Virgil. Pingitz. *dict. quæſt. 13. num. 38.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Ringesgewand zu Sangerhauſen/ Menſe Martio, Anno 1573. [Verba ſentent. Dieweil aber dennoch ſolche Ubergabe auff n Todesfall auf alle Güter gerichtet/ und doch gleichwol gerichtlich nicht geſchehen/ So iſt ſie auch/ nach Inhalt der Churfl. Sächß. Conſtitution, ungeachtet/ daß ſie in beyſeyn eines Notarii und ſieben Zeugen aufgerichter worden/ nicht beſtändig / V R.W.)

Definit. XXIV.

Nec in Epiſcopatibus Electoralibus Saxonicis donatio omnium bonorum mortis causâ aliter valet, quàm apud Acta judici inſinuata.

1 DOnationes omnium bonorum mortis causâ factas non aliter valere, vult Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector, in ditionibus ſuis, quàm ſi apud acta judici inſinuatæ fuerint, *h.* Conſt. *1. §.* **Wir ordnen**
2 **aber auch/ ꝛc.** *verſ.* **In unſern Landen/ ꝛc.** † Quid ergò juris in Epiſcopatibus Electoralibus Saxonicis,
3 Martisburgenſi, Miſnenſi & Numburgenſi? † Certum namque eſt, hoſce Epiſcopatus cum Electoratu & provinciis Saxonicis propriè nil commune habere, quippe quos Illuſtriſſimus Elector Saxoniæ tanquam Epiſcopus poſſidet, quem etiam exercendo jurisdictionem in Epiſcopatu & Capitulo repræſentat, uti notiſſimum eſt, Tobias Paurmeiſt. *de*
4 *jurisdict. Imper. Rom. lib. 2. cap. 7.* † Nihilominus tamen ad Epiſcopatûs ſanctionem *hujus* Conſtitut. extendi, placuit Dominis, ita ut nec in Epiſcopatibus donationes omnium bonorum mortis causâ factæ aliter habeantur validæ, quàm ſi apud
5 acta judici inſinuatæ fuerint. † Nec, ut opinor, ſine ratione, cum & reliquæ Conſtitutiones Electorales in Epiſcopatibus hactenùs uſu receptæ ſint. Quin & hodie Epiſcopatus ditionibus Electoris Sa-
6 xonici ita incorporatæ habentur, † ut quod in hiſce
7 diſpoſitum, in illis etiam obſervari ſoleat; † Ex quo etiam fit, quod relegatus ex provinciis Electoratus Saxonici, bannitus quoque cenſeatur ex Epiſcopatibus, teſte experientiâ, prout demonſtravi *in pract. mea criminal. part. 3. quæſt. 130. n. 34. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Matthiæ Hübners zu Merſeburg/ Menſ. Mart. Anno 1632. [Verba ſentent. Ob nun wol ſonſten dergleichen Donatio omnium bonorum auff n Todesfall / auch in den Churfl. Sächß. Stiften anderer Geſtalt n cht / als dafern ſie gerichtlichen geſchehen / zu Recht kräftig und beſtändig gehalten/ ꝛc.)

Definit. XXV.

Poteſt tamen fieri donatio omnium bonorum mortis causâ etiam apud Acta alterius judicis, ſub quo bona ſita non ſunt.

ETſi de jure Saxonico donationes rerum immo- 1
bilium nullibi validè fieri queant, quàm in loco judicii, in quo ſitæ ſunt *art. 21. & art. 52. l. 1. Landr.* id tamen in donatione ſaltem inter vivos, 2
de quâ textus allegati loquuntur, locum habet, † nec ad donationem mortis causâ extendi debet, Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 21.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 17. n. 20.* Johann. Schneidewin. *in pr. inſt. de donat. rubr. de donat. mort. cauſ. num. 15.* † Strictè ſiquidem leges ſtatutariæ ſunt accipiendæ, Andr. Gail. 3
lib. 2. obſerv. 33. num. 1. & 2. Tiraqu. *de lb. connubial. Gloſſ. 5. num. 62.* Göden. *conſil. 90. num. 16.* Reinh. *part. 1. diſſer. 4. in fin.* † Nec in donatione mortis 4
causâ ratio ſtatuti obtinet, quæ cavet, ne mutatio poſſeſſorum veterum, his viventibus, fiat ſine conſenſu dominorum, cùm interſit eorundem, quos ſubditos habeant, ſcire. Et quis neſcit, † mortis 5
causâ donationes, quoad effectum, ultimæ voluntatis inſtar valere, Gloſſ. *in l. 2. verb. legatum. ff. de dot. præleg.* Moll. *dict. loc. in fin.* † Ergò & coram 6
quovis judice fieri poterit, ut ultima quævis alia voluntas, *l. omnium. 19. verb. Qui actis cujuscúmque judicis. C. de teſtam.* † Idque eò magis, quia hæc 7
opinio ſervit ſuſtinendis hominum ultimis voluntatibus juxta *l. 1. ubi* Dd. *C. de SS. Eccleſ. l. ſi fuerit. 10. §. planè. 1. l. cum in teſtamento. 24. ff. de reb. dub.* Cagnol. *in l. pacta. 6. num. 99. cum ſeqq. C. de pact.* † Nolo autem hîc excipi donationem omnium bo- 8
norum mortis causâ factam, quam & in Electoratu Saxoniæ ob prædictas rationes, apud acta alterius judicis, ſub quo ſita non ſunt, valere exiſtimaverim, † idque tantò magis, quantò certius eſt Electorem 9
Illuſtriſſimum hasce teſtamentis judicialibus exæquaſſe *ſupr.* Defin. 22. † Quamvis aliter ſentiant Petr. 10
Heig. *dict. quæſt. 17. num. 26.* & Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 1. num. 23.* quorum opinio nec in verbis Electoris, uti Heig. *ibid.* innuit, fundata eſt, nec ratione probabili nititur.

Ita Domini in cauſa Melchior Kleblats zu Eulenburg/ Menſ. Majo, Anno 1633. [Verba ſentent: Hat euch Martin Nobell alle ſeine Güter/ Jura und Actiones, ſo wol gegenwärtige als zukünftige / durch eine Ubergabe auff n Todesfall geſchencket/ und übereignet. Ob nun wol ſolche Ubergabe für denen Gerichten/ darunter ſeine Güter / und ſonderlich die unbewegliche/ gelegen/ nicht aufgericht et. Dieweil ſie aber dennoch bey den Gerichten zu Merſeburg / allda gedachter Nobell geſtorben/ inſinuiret worden/ ꝛc. So iſt ſie auch zu Recht kräftig und beſtändig/ ꝛc.)

Definitio XXVI.

Subſiſtit donatio omnium bonorum mortis causâ, domi conſcripta, & poſteà apud Acta judici inſinuata.

SOlam inſinuationem judicialem non ſufficere 1
ad ſuſtinendam omnium bonorum donationem mor-

mortis causâ extra judicium factam, sed præcisè requiri, ut præsente judice fiat, arbitratur Moller. *hîc.* 2 *num.8.* propterea † quod *in hâc* Constit. *1. §. ult.* ab Illustrissimo Electore sola excipiantur testamenta, quæ domi extra judicium fieri, postea verò actis publicis insinuari possunt, *infr.* Constitut. *3. p. 3.* Aliud ergò de donationibus mortis causa dicendum erit. 3 † Sed videtur Moller. committere falsacium causæ: Nec enim Constitutio hæc Electoralis ideò testamenta excipit, quod domi concipi, & postea actis insinuari queant; 4 † sed quia testatoris libero arbitrio relinquitur, an testamentum coram testibus condere, an verò absque testibus factum apud acta deponere velit, *l. omnium. 10. C. de testam.* 5 † Atqui donationes omnium bonorum mortis causâ præcisè judici insinuari debent, nec valent, si extra judicium coram quinque testibus absque insinuatione factæ fuerint, *supr.* Definit. *23.* 6 † Quidni ergò asseremus, donationem omnium bonorum mortis causâ domi conscriptam valere, si apud acta judici postea fuerit insinuata, cum id juris obtineat in testamentis judicialibus, *infra* Constitut. Elect. *3. part. 3.* 7 † quibus donationes mortis causâ quoad solennitates judiciales æquiparantur, *l. Marcellus notat. 15. ff. de mort. caus. donat. l. ult. C. eod. tit.* ut rectè sentiunt Virgil. Pingitz. *quæst. Saxon. 13. num. 38. 39. & seqq.* & Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 2. num. 30.*

Ita Domini in eadem causa [Verba sentent. Dieweil aber dennoch gedachter Martin Nobel/als er zu Merseburg kranck worden/solche Ubergabe auffn Todesfall/als er sie zuvor zu Papier gebracht/ bey den Gerichten des Orts gebührlichen insinuiret/ und also gerichtlichen vollzogen/ꝛc. So ist auch angeregte Ubergabe auffn Todesfall zu Recht kräftig und beständig/ꝛc.)

Definit. XXVII.

Donatio mortis causâ per ipsummet donatorem insinuari debet, non per Procuratorem, aliamvè intermediam personam.

1 SEd, *num donatio mortis causâ domi conscriptæ Procuratorem, aliamvè personam intermediam*
2 *apud acta judici insinuari poterit?* † Quicquid dicant Modest. Pist. *part. 2. quæst. 55.* & Virgil. Pingitz. *quæst. 13. num. 38. & seqq.* ac post eos Matth. Berlich.
3 *p. 3. concl. 2. num. 41.* ego certè arbitror, † donationem non subsistere, nisi ab ipsomet donatore judici fuerit insinuata, † nec sufficere mandatum etiam
4 procuratori ad id specialiter datum, cum Dan. Moll. *lib. 1. semestr. cap. 5. num. 12.* ubi in Scabinatu Lipsiensi ita responsum refert, † idque ad exemplum
5 testamenti judicialis, quod per procuratorem aliamvè personam intermediam apud acta judici insinuari nequit, uti expeditum est *infra* Constit. Elect. *3. part. 3. ubi* Moller. *num. 20.* Modest. Pistor. *dict. quæst. 55. num. 1. in fin.* Rauchb. *part. 2. quæst. 16.*
6 *num. 4.* Ergò nec donatio mortis causâ: † Nam quod Constitutio Saxonica de testamentis disponit, illud quoque in donationibus mortis causa locum habet, Moller. *ad d. Constit. 3. num. 40.* Berlich. *d. concl. 2. num. 30. verf. Idq; per text.* 7 † Ac vel propterea saltem ipsius donatoris præsentia in judicio requiritur, ne frustranea videatur solennitas à Legibus ad obviandum fraudibus excogitata, † si scilicet per mandatum procuratorium ea subverti posset, ut pluribus demonstrat Moller. *dict. Const. 3. n. 10. & seqq.* † Planè ab ipso donatore donatio omnium bonorum mortis causa extra judicium facta, 9 judici in loco judicii existenti & coram tribunali sedenti offerri, atque actis insinuari debet. † Alioquin si donator judicem domi suæ vel alibi, quàm 10 in judicio versantem adeat, & ei donationis instrumentum tradat, donatio non valebit, Daniel. Moll. *ad dict. Const. 3. num. 35.*

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Es wäre dann/daß der Donator beniemte Donation nicht selbsten den Gerichten vorgetragen/ sondern dieselbe durch einen Gevollmächtigten insinuiren lassen/ auf den Fall möchte mehrberührte Donation, unangesehen der Gevollmächtigte ein speciale Mandatum in beyseyn 5. Zeugen hierzu erlanget hätte/zu Recht nicht bestehen/ V. R. W.)

Definit. XXIIX.

Valet donatio facta in domo donatoris coram judice, ejusq; Assessoribus, ad hoc specialiter vocatis.

1 ILlud autem extra dubium est, quod valida sit donatio omnium etiam bonorum mortis causa, quam donator in domo suâ coram judice, ejusque assessoribus specialiter ad id vocatis fecerit, *supr.* Const. Elect. *14.* §. Da auch von Gerichts wegen etliche Personen. *part. 2.* † perinde ac testamen- 2 tum in domo testatoris hoc modo confectum subsistit, *infr.* Const. *3. p. 3.* Dan. Moller. *hic. n. 8. vers. vel saltem coram judice & ejus assessoribus specialiter ad hoc vocatis.* † Sufficit enim, donationem 3 mortis causâ fieri coram actis, gerichtlichen / *hâc* Constit. *1.* §. Wir ordnen aber. † Acta verò intel- 4 liguntur ibi esse, ubi aliquid fit autoritate judicis quocunque in loco, etiam extra judicium, *l. an apud je. ff. de manum. vindict.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. qui testam. fac. poss. n. 10.* Jason. *in l. is apud quem. 2. C. de edend. num. 4.*

Ita Domini in causa Marien/Nicolai Friedrichs Eheweibs zu Merseburg/Mens. Octobr. Anno 1609 [Verba sent. Habt ihr eine Ubergabe auffn Todesfall für den Landgerichts-Personen des Küchen-Amts bey euch zu Merseburg / so ihr zu euch in eure Behausung erfodern lassen/ aufgerichtet/ in welchem ihr eurem Ehemann eure Güter vermacht und übergeben /ꝛc. So ist solche Donatio und Ubergabe ihrer Solennitäten halber zu Recht kräftig und beständig/ V. R. W.)

Definit. XXIX.

Donatio mortis causâ extrajudicialiter non nisi coram quinq; testibus facta valet, licet juramentum accesserit.

1 IN Electoratu ergò Saxoniæ omnium bonorum donatio mortis causa non nisi judicialiter facta valet *supr.* Defin. *22.* Nihilominus quandoque & res particulares in casum mortis absque testium solennitate judicialiter donantur, quæ tamen extrajudicialiter quoque coram quinque testibus donari 2 possunt: † Nempe duplici modo in foro Saxonico donatio mortis causa perficitur: *Primò:* In judicio coram actis absque ullâ testium solennitate; *Secundò:* Extrajudicialiter, coram quinq; testibus, 3 *h.* Constitut. Elect. *1.* † Quod enim errorem hunc improbabilissimum asserit, ac duos saltem testes, perinde ac in donatione inter vivos, hîc sufficere contendit Anton. Fab. *part. 2. de error. pragmat. decad. 44. Error. 1.* quem sequitur Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutler. *vol. 2. disput. 19. thes. 9. lit. e.*

de

de mente Imperatoris Justiniani *in l. ult. C. de mort. cauſ. donat.* multum diſputans ejusque ſanctionem ad donationem quingentos ſolidos excedentem reſtringens, hoc ipſis defendendum relinquimus.
4 † Nobis ſufficiant verba *d. l. ult. C. de donat. mort. cauſ.* quæ diſertè ac indifferenter præſentiam quinque teſtium requirunt; Nec ſine ratione, quia ſicet
5 † donatio mortis cauſa ultimæ voluntati com-
6 paratur, *dict. l. ult. C. d. t.* † in quâ ad minimum quinque neceſſarii ſunt teſtes, *l. ult. C. de Codicill.*
7 † Eaque opinio fori obſervantiâ ſatis comprobata eſt, Johann. Schneidewin. *in pr. inſt. de donat. rubr. de donat. mort. cauſ. num. 20.* Andreas Rauchb. *part. 1. qu. 32. num. 50.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de mort. cauſ. donat. n. 6.* Totq; teſtium numerus pro forma eſſentiali ad donationem mortis cauſa
8 requiritur, † quæ propterea aliter non valet, etiamſi
9 juramento ſit corroborata, quia † forma eſſentialis per juramentum non poteſt impleri Joh. Zang. *de except. p. 3. cap. 11. num. 202.* Vincent. Caroc. *in tract. de excuſs. honor. part. 2. quæſt. 15. num. 8.*
10 † Nec immutat juramentum eſſentiam alicujus rei, ut docet Ant. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 37. defin. 1.*
11 † Quin & ipſo jure nulla eſt donatio absque quinque teſtibus facta, *dict. l. ult. C. de mort. cauſ. donat.*
12 † At juramento corroborari nequit, quod ipſo jure nullum eſt, *l. non dubium 5. C. de legib. in fin.*

Ita Domini in cauſa Johannis Lanigers zu Northauſen/ Menſe April. Anno 1629. [Verba ſentent. Dieweil ihr ſelbſten berichtet / daß die Ubergabe auffn Todesfall / von welcher eure Frage meldet / weder gerichtlichen noch in beyſeyn 5 Zeugen aufgerichtet worden / So mag dieſelbe auch / unangeſehen ſie eydlichen geſchehen / im Stande des Rechtens für kräftig nicht geachtet noch gehalten werden / V. R. W.)

Definit. XXX.

Sufficiunt ad donationem mortis cauſa teſtes etiam non rogati, ut & mulieres.

1 Donationes mortis causâ per omnia ferè legatis & Codicillis æquiparantur, §. 1. *inſt. de donat. l. Marcellus. 15. §. ult. l. etſi debitor. 17. in fin. ff. de mort. cauſ. donat.*
2 † Quare ſicuti mulier teſtis eſſe poteſt in legatis & Codicillis, Proſp. Farin. *de teſtib. quæſt. 59. num. 67.* Joh. Schneidewin. *in §. teſtes. 6. num. 3. de teſtam. ordin.* Gloſs. *in l. ult. verb. Quinq; teſtes. C. de Codicill.* Bartol. *in l. qui teſtamento. 20. §. mulier. 6. ff. qui teſt. fac.*
3 † Ita & donatio mortis cauſa coram quinque teſtibus mulieribus facta valida eſt. Nec etiam de neceſſitate
4 requiritur in donatione mortis causâ, † ut teſtes ſint rogati, ſed ſufficit, ſi caſu fortuito advenerint,
5 ſecus atque in teſtamento, † quia neque in Codicillis teſtes neceſſariò debent eſſe rogati *l. ult. §. ult. C. de Codic.* Nic. Boër. *deciſ. 34. num. 9.* Jaſon. *in l. cunctos populos. 1. num. 15. C. de ſumm. Trin.* Illud autem in donatione mortis causâ omninò neceſſa-
6 rium eſt, † ut teſtes donatorem videant, ideoque paries media inter donantem causâ mortis, & inter teſtes donationem prorſus vitiat, non aliter atque in teſtamentis, legatis, atque Codicillis, ſecundum tradita Daniel Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 5. num 14. verſ. ſed nec hoc omittendum.* quamvis diſſentiat Jaſ. *in l. ſi non ſpeciali. 9. num. 8. C. de teſtam.* quem ſequitur Berlich. *part. 3. concl. 2. n. 21.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Hartmanns zu Groß Korbeta / Menſ. Decembr. Anno 1633. [Verba ſentent. So wäre berührte Ubergabe auffn Todes-Fall / unangeſehen die Zeugen hierzu ſonderlich nicht erfodert werden / derer auch etliche Weibesbilder ſeyn / allerdings kräftig / und es möchte ſolche Verordnung beſtändiger Weiſe nicht gefochten noch hinterzogen werden / V. R. W.)

Definit. XXXI.

Non confecto inſtrumento ſuper donatione mortis cauſa, teſtes adhibiti jurare tenentur.

Porrò, nec teſtibus ſimpliciter creditur in dona- 1
tione mortis cauſa, niſi depoſitionem ſuam juramento confirmaverint, & donationem ex ore donatoris ſe audiviſſe juratò teſtati fuerint, Modeſt. Piſtor. *part. 4. quæſt. 145. n. 2.* † quia teſtationum 2
vis & poteſtas ex jurejurando teſtium dependet, ut nec aliter fidem faciant, quàm ſi juratæ ſint, *l. juriſjurandi 9. C. de teſtib. c. nuper. 51. extr. eod. tit.*
† Nec alio die factæ videntur teſtationes, quàm quo 3
juratum eſt; Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 8. num. 2.* † Secus ſi inſtrumentum ſolenne ſuper ejus- 4
modi donatione mortis causâ coràm quinque teſtibus facta, à Notario confectum fuerit; Nam tunc teſtes jurare haud tenentur, ſed fidem de hoc pleniſſimam facit inſtrumentum Notarii, † teſtibus li- 5
cet mortuis, ut eſt Gloſs. *in l. 2. pr. ubi* Bartol. & Dd. *ff. quemadmod. teſtam. aperiant.* Johann. Schneidewin. *in §. ult. num. 7. inſtit. de teſtam. ordin.*

Ita Domini in eadem cauſa. [Verba ſentent: Da aber dennoch die 5. Zeugen / ſo darbey geweſen / vermittelſt ihres leiblichen Eydes / die gethane Donation mortis causâ beſtärcken würden / inmaſſen ſie nach Gelegenheit diesfalls / weil kein Inſtrumentum ſolenne darüber aufgerichtet worden / zu thun ſchuldig / ꝛc. So wäre berührte Ubergabe auffn Todesfall allerdings kräftig und beſtändig / ꝛc.)

Definit. XXXII.

Valet donatio mortis causâ, coram Notario & quatuor teſtibus facta.

Sæpè accidit, ut Notarii ad donationem mortis 1
causâ conficiendam requiſiti, præcisè quinque teſtes non adhibeant, eoque efficiant, ut ob defectum ſolennitatis donatio nulla habeatur. † Atta- 2
men ſi ad minimum unà cum Notario teſtes quatuor adfuerint, donatio firmiter ſubſiſtit; † Quia hoc 3
caſu Notarius habetur loco teſtis, & ita numerum ſupplet, ex Conſtit. Imper. *ſub Imper. Maximil. I. Colon. Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. §. Und ſollen die Notarien Aufmerckung haben. Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr. 15.* Berlich. *part. 3. concl. 2. num. 18.* † Quamvis diſſentiat Modeſt. Piſtor. *part.* 4
4. concluſ. 145.

Ita Domini in cauſa Antonii Zorns zu Unterneſſa / Menſe Martio, Anno 1633. [Verba ſentent. Dieweil aber dennoch der Notarius neben vier Zeugen bey ſolcher Donation geweſen / in dergleichen Verordnungen aber / da ein Zeuge mangelt / durch des Notarii Perſon ſolcher Mangel erſetzet wird ꝛc. So iſt auch vorgedachte Ubergabe auffn Todesfall / jedoch wann nebens den 4. Zeugen der Notarius zugleich / und alſo fünf Zeugen / ſolche eydlichen ausſagen und erhalten werden / zu Recht kräftig und beſtändig / und mag geſtalten Sachen nach nicht gefochten noch hinterzogen werden / V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Donatio mortis causâ, tempore pestis coram duobus testibus facta, jure subsistit.

1 EXinde, quod donationes mortis causâ ultimis voluntatibus similes dicantur §. 1. *inst. de donat. l. ult. C. de mort. caus. donat.* Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. donatio. quæst. 5. num. 1.* tutò inferre li-
2 cet, † validam esse donationem mortis causâ coram
3 duobus etiam testibus ad pias causas factam, † quia scilicet in testamento ad pias causas duo vel tres testes sufficiunt, *c. revelatum. 11. extr. de testam.* Hartman. Pistor. *part. 3. quæst. 28. num. 2.* Mantic.
4 *de conject. ult. volunt. tit. 13. n. 9.* † Similiter & donatio mortis causa subsistit, quam pater liberis suis coram duobus testibus fecerit, Mozz. *de donat. rubr. de disis. donat. n. 18.* Pruckm. *vol. 1. consil. 34. n. 17.*
5 † Sicuti & tempore pestis valebit donatio coram duobus testibus facta, *l. Marcellus. 15. ff. de donat. mort. caus.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 2. num. 16.*
6 † Scilicet quia sufficiunt hoc casu duo testes etiam ad factionem testamenti ac legatorum, *infr.* Constit. Elect. *4. p. 3. Defin. 3.* Ut minimè ergò donatio ipsa mortis causa ob defectum quinque testium irrita
7 sit, † sustineri tamen poterit, jure legati vel fideicommissi, *l. cum pater. 77. §. donationis. 26. ff. de*
8 *legat. 2.* † Quamvis dissentiat Anton. Fab. *in Cod. dic. lib. 8. tit. 37. defin. 2.*

Ita Domini in causa Martin Schneckens zu Kempnitz/ Mens. Jul. Anno 1633. [Verba sentent. Hat euch Leonhard Meiner/ als er an der gefährlichen Seuche der Pestilentz kranck gelegen/ alle seine Güter durch eine Ubergabe auffn Todesfall vermacht und zugeeignet. Ob nun wol sonsten eine Donatio mortis causâ, vor zweyen Zeugen zur Pest-Zeit aufgerichtet/ zu Recht bestehen kan/ &c.)

Definit. XXXIV.

In Electoratu Saxoniæ non subsistit donatio omnium bonorum mortis causa, tempore licet pestis, coram duobus testibus facta.

1 NOlo tamen hoc ipsum ita generaliter intelligi, ut inde sustineri quoque possit donatio omnium bonorum coram duobus saltem testibus, in
2 mortis eventum tempore pestis facta: Etenim † quia hæc in Electoratu Saxoniæ aliter non valet, nisi apud acta judici fuerit insinuata, *h.* Constitut. *1.* §. Wir ordnen aber auch/ &c. *supra* Definit. *23.* utique nec tempore pestis extrajudicialiter coram duobus vel pluribus testibus facta valida erit, non solùm
3 † propter generalitatem sanctionis Electoralis *h.* Constitut. *1. in verb.* Anderer Gestalt nicht/ denn gerichtlichen geschehen/ und sonsten/ da sie vor Gerichte nicht aufgerichtet/ unkräftig und unbündig
4 seyn/ &c. † quæ propterea etiam generaliter accipi debet, *l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action. l. in fraudem. 15. in fin. de testam. milit. l. 1. §. gene-*
5 *raliter. 1. ff. de legat. præstand.* † Sed & quia ob pestis causam non nisi de numero testium aliquid remittitur, *dict.* Constitut. *4. p. 3.* Quod certè minus ritè ad donationem mortis causa omnium
6 bonorum accommodari potest, † quippe quæ in Electoratu Saxoniæ omnem testium solennitatem respuit, ac non nisi judicialiter facta valet *d.* Con-
7 stitut. *1.* † Nec movet quicquam, quod jure legati aut fideicommissi donatio hæc sustineri queat. Concesserim namque hoc in Electoratu Saxoniæ de legato saltem aut fideicommisso judicialiter relicto, † cui soli donatio omnium bonorum mortis 8
causâ comparari potest, ex hâc ipsâ Constit. *1.* quæ præcisè autoritatem judicialem requirit.

Ita Domini in eadem causa. [Verba sentent. Dieweil aber dennoch solches auß die Donationes omnium bonorum causa mortis nicht zu ziehen/ sondern dieselbe/ vermöge Churfl. Sächß. Constitution, nothwendig gerichtlichen aufgerichter werden müssen/ so aber in gegenwärtigem Fall nicht geschehen/ &c. So ist dannenhero angeregte Donatio, unangesehen daß der Donator an der Pest gelegen/ auch 2. Zeugen darbey gewesen/ nicht kräftig noch beständig/ V. R. W.)

Definit. XXXV.

Donatio mortis causa, absenti & ignoranti facta valida haud est, subsistit tamen jure legati aut fideicommissi.

ABsenti quidem donari potest, si pro eo Epi- 1
stola vel Notarius, vel aliquis alius interveniat, ejusque locum repræsentet, Andreas Rauchb. *part. 2. quæst. 16. num. 8.* Didac. Covarruv. *ad rubr. extr. de testam. part. 3. num. 13.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 13. num. 6.* † At non absenti & ignoranti, 2
Joh. Schneidew. *in §. 1. num. 25. inst. de donat.* quoniam si ignoranti donatio rectè fieret, vix aliquid amplius supereset, † quo à Legatis mortis causa do- 3
nationes distinguerentur, & sic mortis causa donatio in nullo prorsus contractibus comparari posset, quod ejus naturæ repugnat. Et debet utique ma- 4
nere, quod essentiale est omni donationi, & † sine quo donatio reverà ita dicta consistere haud potest, nempe, ut sit vel actualis rei translatio, vel saltem de 5
transferendo conventio, † quæ absque dubio præsentiam vel ad minimum epistolam aut intermediam personam requirit, *l. inter mortis. 38. ff. de donat. mort. caus.* † Etsi verò mortis causa donatio 6
non subsistat, si absenti absque epistolâ vel nuncio ad hoc destinato facta sit, si tamen adhibiti fuerint quinque testes, † valet ut legatum aut fideicommis- 7
sum, *l. miles. 75. in pr. l. cum pater. 77. §. donationis. 26. ff. de legat. 2.* Bartol. *in l. 1. circa fin. ff. de mort. caus. donat.* Jul. Clar. *§. donatio. quæst. 5. num. ult.* Joh. Harppr. *in §. 1. inst. de donat. num. 10.*
† Planè, quin donatio omnium bonorum mortis 8
causa in Electoratu Saxoniæ etiam absenti facta valida sit, dubitare non licet, † quia ejusmodi donatio 9
judicialiter facta per omnia testamento fuit exæquata, ac donatarium heredem donatoris facit, *supr.* Defin. *5. h.* Const. *1.* §. Wir ordnen aber auch &c.

Ita Domini in causa Melchior Knobelochs zu Köhren/ Mense Septembr. Anno 1632. [Verba sentent. Hat George Richter Bastian Schilerten 200. fl. durch eine Ubergabe auffn Todesfall in beyseyn 5. Zeugen vermacht. Ob nun wohl gedachter Schilert/ als Donatarius, nicht gegenwärtig gewesen/ noch etwas davon gewust/ &c. So mag doch angeregte Ubergabe/ als ein Legatum oder Fideicommissum, zu Recht wohl bestehen/ &c.)

Definit. XXXVI.

Non valet donatio per Procuratorem nomine donatoris facta.

NOn sicut absenti donari Defin. *præc.* ita etiam 1
absens per procuratorem mortis causa donare

nare poteſt, Dan. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 5. num. 12.* Quod dubium non habet in donatione omnium bonorum mortis causâ, quæ in Saxoniæ Electoratu non niſi judicialiter facta valet, & per omnia teſta-
2 mento exæquata eſt, *ſupr.* Defin. *5. & 22.* † At nec rerum ſingularium donatio mortis cauſa coram quinque teſtibus per procuratorem fieri poteſt, quia & hæc teſtamento quoad ſolennitates æquiparatur, *l. Marcellus notat. 15. ff. de mort. cauſ. donat. l. ult. C. de Codicill. l. ult. C. de mort. cauſ. donat.* † Sed
3 teſtamentum per Procuratorem factum haud ſubſiſtit, *l. illa inſtitutio 32. ff. de hered. inſt. l. nonnunquam 52. ſub fin. ff. de condit. & demonſtr.* † Nec
4 movet, quod dicit Andr. Rauchb. aliter ſentiens *part. 2. quæſt. 16.* mortis cauſa donationem ſaltem quoad effectum ultimæ voluntati, quoad principium verò modum ineundi & formam, contractui æquiparari Dd. *in l. 2. ff. de legat. 1.* Jul. Clar. *in §. donatio. quæſt. 5.*
5 † Sufficit enim hoc ad confirmationem noſtræ ſententiæ, quoniam rei cujuslibet principalis denominatio & efficacia ab effectu deſumitur, Nicol. Everhard. *in top. loc. ab effectu. 21. num. 1. & ſequentib.*
6 † Et vel ſolum periculum in donatione mortis cauſa procuratorem non admittit, quod ſcilicet non difficulter hoc modo fraudes
7 committi poſſent, Moller. *dict. loc.* † Sanè, cautela Modeſtin. Piſtor. *part. 2. quæſt. 55.* requirentis mandatum Procuratori datum in præſentia quinque teſtium, per quos illud probari poſſet, nec non expreſſam juſſionem, quid, quantum & cui Procurator mortis cauſa donare debeat, quam & probat
8 Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 2. num. 38.* † nullibi in jure fundata eſt, nec multum utilitatis ha-
9 bet, † cum in præſentia quinque teſtium donator abſenti non minus bona donare, atque Procuratorem ad donandum conſtituere queat, ut maximè ſaltem jure legati aut fideicommiſſi donatio hæc valeat, Defin. *præced.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſententiæ: Es wäre dann / daß auch der Donator ſelbſten nicht zugegen geweſen / ſondern ſeinen Gevollmächtigten hierzu abgeordnet hätte/dafür ſichs aus eurer Frage anſehen laſſen will; Auff ſolchen Fall wäre die Donatio, wann auch gleich der Donatarius gegenwärtig geweſen/ nicht kräfftig noch beſtändig/V.R.W.)

Definit. XXXVII.

Datur heredi interdictum, Quod legatorum, ad recipiendam rem donatam, quam donatarius propriâ autoritate occupavit.

1 QUemadmodum ex legato rei legatæ dominium ſtatim poſt mortem teſtatoris in legatarium transfertur, *l. legatum. 80. ff. de legat. 2. l. 1. in fin. ff. de publ. in rem action. l. à Titio. 64. ff. de*
2 *furt.* † ita & rei mortis cauſa donatæ dominium ipſo jure in donatarium tranſit, quia nempe donatio mortis cauſa Legatis aſſimilatur, eorumque effectus ſortitur, *l. ult. Cod. de donat. mort. cauſ.* Didac. Covarruv. *in rubr. extr. de teſtam. part. 3. num. 16.* Johann Harppr. *in §. 1. num. 19. inſt. de donat.* † Attamen rem donatam propriâ autoritate
3 occupare non poteſt, ſed competit heredi interdictum, *Quod Legatorum*, ad recipiendam rem donatam, quam abſque voluntate ejus donatarius occupavit, † hoc fine, ut ſibi Falcidiam ſervet per re- 4
tentionem, eo nimirum caſu, quo extra Saxoniæ Electoratum bona omnia donata fuêre, adeoque detractio falcidiæ locum habet, Jacob. Cujac. *lib. 10. obſ. 28.* Henr. Bocer. *de donat. cap. 5. numer. 25.* Harppr. *dict. loc. num. 23.* † Quamvis diſſentiat An- 5
ton. Fab. *part. 2. de error. pragmat. decad. 44. Error. 6.*

Ita Domini in cauſa Michael Zolmans und Caſpar Lorbers zu Northauſen/Menſ. Mart. Anno 1626.

Definit. XXXIIX.

Ex donatione omnium bonorum mortis causâ in Electoratu Saxoniæ obſtringitur donatarius Creditoribus Donatoris.

ÆRis alieni onus ex donatione inter vivos, 1
non magis ſequitur donatarium omnium bonorum, ſi juris ratio perpendatur, quàm eum, qui certæ tantum rei donatarius eſt, *l. æris alieni. 15. C. de donat, l. mulier bona. 72. ff. de jur. dot.* † Eſt 2
enim donationis titulus ſingularis. Nec unquam facere poteſt donatio inter vivos, quin donator heredem habeat, qui Creditoribus obſtrictus eſt, † nulla 3
verò his datur actio adverſus donatarium, Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 34. defin. 4. & 5. Vid. ſupr. p. 2.* Conſtitut. *12. defin. 28.* † Sed nec is, cui certa res 4
in caſum mortis donata eſt, Creditoribus donatoris obſtringitur, quia hic ſemper heredem habet, qui Creditoribus reſpondet. † Nec valet donatio mor- 5
tis cauſa in præjudicium Creditorum, quin revocari poſſit, *l. & ſi debitor. 17. ff. de donat. mort. cauſ.* Johann. Schneidewin. *in pr. num. 24. inſt. de donat.* † Alia eſt ratio in Electoratu Saxoniæ donationis 6
bonorum univerſorum, quæ non niſi actis inſinuata valet, & teſtamento exæquata donatarium heredem facit, adeoque & Creditore donatoris obſtringit, *Supr.* Defin. *5. & 23.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Chriſtoffs von Burckersroda/, Menſ. Junio, Anno 1634.

Definit. XXXIX.

Pactum de non revocanda donatione in caſum mortis factâ efficit, ut donatio inter vivos habeatur.

SOla mortis mentio donationem mortis cauſa 1
non facit, ſi ex circumſtantiis aliud actum appareat, ex quibus potiſſimum hac de re judicandum, Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 37. def. 3. num. 1.* Hartm. Piſt. *part. 3. quæſt. 8. numer. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 35. numer. 1. Supr. part. 2.* Conſt. *12. Defin. 24.* † Quid enim ſi donationi clau- 2
ſula de non revocando adjecta fuerit? Eam non pro mortis cauſa, ſed pro donatione inter vivos habendam exiſtimaverim, ut maximè mentio mortis facta fuerit, *l. ubi ita. 27. ff. de mort. cauſ. donat.* † Etenim cum juxta *l. 2. ff. de mort. cauſ. donat.* 3
ex hujusmodi donatione vel non tranſeat dominium, vel ſub tacitâ conditione tranſeat, non poteſt eſſe donatio cauſa mortis, in quâ dominium purè, omni jure revocandi excluſo, translatum

4 latum est, † maximè quia de donationis hujus essentia est, ut donator ipse malit rem habere, quàm donatarium, §. 1. *inst. de donat.* quod de donatione sub pacto de non revocando facta dici nequit.
5 † Quin nec propter mortem & periculum imminens donasse videtur, qui facultatem omnem revocandi
6 ad se rem donatam sibi ademit. † Et ita sentiunt Dd. communiter, quos allegat & sequitur Johann. Harppr. *in §. mortis causa donatio. 1. n. 3. instit. de donat.* Bald. & Salycet. *in l. 2. C. de jur. dot.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 17. num. 9.* Jul. Clar. *in §. donatio. quæst. 4. num. 5.* Menoch. *dict. præsumpt. 35.*
7 *num. 21.* † Dubium tantùm facit *Novell. 87. in pr. & cap. 1.* ubi Justin. expressè statuit, adjici posse donationi mortis causâ renunciationem facultatis re-
8 vocandi. † Sed præterquam, quod *dict. Novell. 87.* non extet in editione vulgatâ, sed ex numero prætermissarum reliquis sit inserta à recentioribus, adeoque nec in foro ad decisionem causarum allega-
9 ri debeat, † dici potest; donationem mortis causa esse vel nominalem vel realem secundum esse, & aliam secundum dici, quomodo relata à Logicis di-
10 stinguuntur. † Veluti quoque respondendum est ad *l. si alienam. 13. §. 1. in fin. junct. l. Senatus. 35. §. 4. de mort. caus. donat.* ubi dicitur, donari posse mor-
11 tis causa, ut nullo casu sit ejus repetitio. † Quamvis & alii respondeant, restringendum id esse ad reconvalescentiam donatoris, salvo interim jure revocandi ex pœnitentiâ, vel si donatarius fuerit præmortuus.

Ita Domini in causa Blasii Grossens zu Taucha / Mens. April. Anno 1597.

Definit. XL.

Ex stylo tamen Notariorum, clausula promissionis de non contraveniendo donationi mortis causâ adjecta, eam non vitiat.

1 NE verba plus operari videantur quàm mens disponentium, *l. in conditionibus primum locum. 19. ff. de condit. & demonstr. l. 3. §. conditio. 9. ff. de adim. legat.* utique ea circa donationem mortis causa probè attendi debet, quæ propterea non semper vitiatur ex clausula de non revocanda donatio-
2 ne: † Non certè, si per Notarium ex stylo consueto, peractis jam antea substantialibus hujus donationis, clausula adjiciatur accessoria, quâ donator sub involucro verborum promisit observare, non contravenire, nec revocare non contrafa-
3 cere, &c. † Neutiquam enim tùm per accessoriam hanc clausulam alteratur donatio mortis causa, cùm
4 non appareat, † eam à contrahentibus fuisse appositam, Decius *in l. non omnis. 19. num. 10. & 11. ff. si cert. pet. it. & in l. ult. num. 21. C. de pact.* Simon de Pratis *de interpret. ult. volunt. lib. 2. solut. 14.*
5 *num. 22. & seqq.* † Novum namque non est, clausulas ejusmodi ex stylo Notariorum præter & contra partium mentem adjici, quæ & ideò valere non
6 debent, † si in principali dispositione non reperiantur, Molin. *in consuet. Parisien. tit. 1. §. 18. num. 16.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 17. num. 11.*

Ita Domini in eadem causa Blasii Grossens zu Taucha / Mens. April. Anno 1597.

Definit. XLI.

Sub commemoratione mortis facta donatio, non reputatur mortis causa donatio, si non quinq; testes sint adhibiti.

SUnt porrò alii casus, quibus licet mortis mentio 1
facta fuerit in donatione, attamen pro donatione inter vivos ea haberi debeat, de quibus vid. Johann. Harppr. *in §. mortis causa donatio. 1. num. 4. & seqq. inst. de donat.* † Quò & refero donationem sub 2
mortis commemoratione factam, in qua testes quinq; non adhibiti fuêre: † Quippe donatio mor- 3
tis causa quinque testes necessariò desiderat, *l. ult. C. de donat. mort. caus.* † Ne ergò videatur donator 4
elegisse viam, qua sua dispositio evertatur & pereat, dicendum potius, inter vivos donatum fuisse, *l. si miles. 3. ff. de testam milit.* Heig. *part. 2. quæst. 17. numer. 9.* Harppr. *dict. loc. num. 7.* Rol. à Vall. *vol. 1. consil. 8. num. 22.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 35. num. 4.*
† Unde & fit, quod donatio universorum bonorum 5
censeatur potius mortis causa facta, quàm inter vivos, ne scilicet pereat, † licet aliàs in dubio inter vi- 6
vos potiùs, quam mortis causa donatum videatur, Hartm. Pistor. *obs. 10. n. 5.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 104. num. 30.*

Ita Domini in causa Benedicti Schirmers zu Nercha / Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sentent. Ob wol euer Vetter Jacob Lehmann euch 50. fl. in Betrachtung seiner Sterbligkeit / und weil er / seiner Kranckheit nach / bald Todes verfahren möchte / verehret; Dieweil aber dennoch mehr nicht als zwey Zeugen dabey gewesen / &c. So wird solche Ubergabe pro donatione inter vivos billich gehalten / V. R. W.)

Definit. XLII.

Testamentum ex solennitatum defectu invalidum, non potest subsistere ut donatio mortis causa, si testator saltem testari voluerit.

TEstamento confecto, testator declaraverat, 1
velle se eam scripturam valere jure testamenti judicialis. At, cùm ex solennitatum defectu illud subsistere non poterat, non adhibitis septem testibus, nec judice atque Scabinis ad hoc specialiter requisitis, quærebatur, † annon saltem in vim dona- 2
tionis mortis causa coram quinque testibus factæ valere posset? Placuit, illud omninò non subsistere, 3
† non ut donationem mortis causa, cum eam testator facere noluisset, † nec enim actus agentium ope- 4
rantur unquam ultra eorum intentionem, *l. non omnis. 19. ff. de reb. Credit. l. quoties. 9. ff. de hered. instit. l. multum interest. 6. C. si quis alteri. l. 17. C. de donat.* † Nec ut testamentum, ob defectum solen- 5
nitatum. † Nec aliud dicendum, si testator eadem 6
scripturâ præcepisset, ut si eo jure testamentum non valeret, omni alio meliore jure, quo valere posset, defenderetur, siquidem ea clausula non supra, quàm testator voluerit, operari potest. † Nunquam enim 7
supplet clausula Codicillaris defectum voluntatis, sed tantum solennitatis, Dec. *cons. 205. in fin.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 5. defin. 4. num. 4.*

Ita Domini in causa Georgii & Urbani Starckens zu Merseburg / Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sentent. So ist aus Mangelung der solennitäten angeregtes Testament unkräfftig und unbeständig / und mag auch als eine donatio mortis causa, weil derselben von dem testatore nicht gedacht / sondern er alleine ein Testament aufzurichten Vorhabens gewesen / zu Recht nicht erhalten werden / V. R. W.)

Con-

CONSTITUTIO II.
PARTIS TERTIÆ.

Weme das Reservatum und der Auszug/welcher bey den Ubergaben auffn Todesfall geschicht/und andern nicht vermacht worden/folgen sol?

Unsere Verordnete seynd in dem einig/wann eine Ubergabe auffn Todesfall geschicht/und der Donator behält ihme etwas vor/darüber seinen letzten Willen zu machen/und solches erfolget nicht/daß dieses Reservat den Blutsfreunden und nähesten Erben des Donatoris folgen/und deme/so die andere Güter auffn Todesfall vermacht worden/nicht accrescirен noch zuwachsen sol/dabey wir es auch lassen/und wollen/daß in unsern Landen darauf erkant und gesprochen werde.

Reservatum in donatione mortis causâ ad quem pertineat?

DE eo inter deputatos nostros convenit, mortis causâ factâ donatione, si donator quid excipiens suæ dispositioni reservet, nihil tamen de eo disponat, reservatum illud non donatario accrescere, sed ad proximos donatoris consanguineos & heredes pertinere, quam sententiam nos probantes, in judicando servari jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Reservatũ in donatione mortis causâ, de quo postea testator nil disposuerit, non donatario accrescit in foro Saxon. sed ad heredes ab intestato pertinet.*
12. *Bonis mobilibus & immobilibus alicui mortis causâ donatis, jura & actiones, etiam donatori non reservatæ, donatario haud accrescunt.*
3. *Donatario tamen heredi ex Statuto, putà, Marito in foro Saxonico, reservatũ rerum mobilium in donatione mortis causa, ab Uxore factâ, haud cedit.*
4. *Nec reservatum in pactis dotalibus, si de eo Uxor non disposuerit, marito superstiti cedit.*
5. *Heredi testamentario accrescit pars vacans hereditatis, nemini in testamento relicta.*
6. *Valet testamentũ mutuum, ut & reciproca inter Conjuges donatio mortis causa, licet inæqualis.*
7. *Donatio conjugum mortis causâ apud Acta soli judici, vel Quæstori, non præsentibus aliis Scabinis insinuata, valida est.*
8. *Subsistit donatio mortis causa omnium bonorum reciproca inter conjuges etiam extrajudicialis, coram quinq; testibus facta.*
9. *Solâ pœnitentiâ revocatur donatio mortis causa.*
10. *Revocata censetur mortis causâ donatio, si res donata postea in testamento alteri fuerit legata.*
11. *Testamentũ, sive donatio mortis causa inter Conjuges reciproca, invitâ etiam alterâ parte, revocari & mutari potest.*
12. *Mortuo licet uno conjuge, superstes tamen, pro sua parte, à testamento vel donatione mortis causâ reciprocâ recedere valet.*
13. *Testamentum de bonis Uxoris, à Marito factum, consentiente Uxore, ab eâ postea revocari nequit.*
14. *In omni, adeoq; etiam in solâ verbali conjunctione, jus accrescendi locum habet.*
15. *Inter heredes quoq; testamentarios, verbis tantùm conjunctos, locum habet jus accrescendi.*
16. *Non obtinet jus accrescendi in Contractibus.*
17. *Etiam circa conjunctionem pars hereditatis vacans coheredi accrescit.*
18. *In legatis citra conjunctionem nunquam locum habet jus accrescendi, sed deficiente legatario, legatum heredi cedit.*
19. *In substitutione fideicommissaria, citra Conjunctionem, non obtinet jus accrescendi, sed remanet portio deficiens penes heredem.*
20. *Mortuis heredibus ante testatorẽ, irritum fit testamentũ, & redit hereditas ad casum intestati.*
21. *Defuncto herede ante testatorem, irritum fit testamentum, etiam quoad legata, nisi apposita sit clausula codicillaris.*

DEFINIT. I.

Reservatũ in donatione mortis causâ, de quo postea donator nil disposuerit, non donatario accrescit in foro Saxonico, sed ad heredes ab intestato pertinet.

1 DE jure civili expeditum est, quod Reservatum in donatione mortis causa, de quo donator testari potuerit, non facto postea testamento, aliàve ultimâ voluntate, donatario accrescat, exclusis heredibus ab intestato, *l. un. §. hæc autem omnia. 14. post pr. C. de caduc. tollend.* Jas. *in l. sciendum.*
2 *2. ff. de legat. 1. n. 20.* † Ergò in donatione mortis causa jus accrescendi locum habet; Quod certè minus consentaneum videtur naturæ hujus donationis,
3 † quæ ratione formæ ac modi ineundi magis contractui, quàm ultimæ voluntati æquiparatur, ut tradit post alios, Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. donatio. q. 5. num. 1.* Moll. *lib. 5 semestr. 59. num. 2.* Andr. Rauchb.
4 *part. 1. quæst. 32. num. 42.* † Sed in contractibus jus accrescendi non obtinere, indubitatum ferè est, *l. si mihi & Titio. 110. ff. de V. O.* Jason. *dict. loc.* Johan. Svev. *in tract. de jur. accrescendi. c. 2. post pr. lib. 2.*
5 † Quin nec in mortis causâ donatione conjunctio aliqua, quæ fit re aut verbis, occurrit, quæ tamen sola est fundamentum juris accrescendi, *l. re conjuncti. 83. ubi* Jason. Bartol. & Dd. *ff. de legat. 3.* †
6 Rectius itaque existimarunt Interpp. *Juris Saxonici*, Reservatum in donatione mortis causa, si de hoc donator postea haud disposuerit, non accrescere donatario, sed ad heredes donatoris ab intestato pertinere, ut apparet ex Consult. Cõst. Saxon. *tom. 2. p. 2. q. 2. num. 1.* †
7 Quod & verbis disertis approbavit Saxoniæ Elector Illustriss. *hâc* Constit. *2. in verb.* Daß dieses *Reservat* den Blutsfreunden und nähesten Erben des *Donatoris* folgen/und deme/so die andere Güter auff den Todesfall vermacht worden/nicht *accrescir*en; noch zuwachsen sol/ꝛc. *ubi* Moll. *num. 12.*

Ita

Ita Domini in causa Martin Remlers zu Neberitz / Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sentent. Ob gleich Veit Holland euch seine Güter durch eine Ubergabe auffn Todesfall zugeeignet / da er aber dennoch ihme darneben 200. fl. ausdrücklichen vorbehalten / davon seines Gefallens anderweit zu disponiren / &c. So hättet ihr euch / unangesehen keine Disposition und Verordnung von ihm erfolget / solcher 200. fl. nicht anzumassen / sondern es verblieben dieselbe seinen Erben ab intestato billich / V.R.W.)

DEFINIT. II.

Bonis mobilibus & immobilibus alicui mortis causa donatis, jura & actiones, etiam donatori non servatæ, donatario haud accrescunt.

1 ETsi Constitut. *hæc 2.* duntaxat Reservatũ heredibus ab intestato attribuat, dubium tamẽ non
2 est, † quin idem obtineat in donatione certæ alicujus Rei in mortis casum facta, ut nempe bona reliqua in donatione haud comprehensa, non donatario accrescant, sed ad heredes ab intestato pertineant.
3 † Quippe tacitè hæc sibi reservasse, deque hisce heredibus suis prospexisse donator præsumitur, *l. conficiuntur. §. §. sed ideò. 1. ff. de Codicill.* Autor. Consult. Saxon. *tom. 2. p. 2. quæst. 2. num. ult.* Joach. à
4 Beust. *ad l. 1. ff. de jurejur. num. 207.* † Hinc si quis alicui bona sua mobilia & immobilia mortis causa donaverit, videtur sibi reservasse jura, nomina &
5 actiones, † quæ in donatione nomine bonorum generali non comprehenduntur, Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 26. n. 10.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest.
6 Pist. *p. 3. quæst. 124. num. 9.* † Quare si postea de hisce juribus & actionibus in testamento donator nil disposuerit, donatario hæc non accrescunt, sed ad heredes ab intestato spectant, Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. donatio. q. 19. n 5.* Jac. Schult. *dict. loc. n. 11.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sentent. Da aber der Donator ihme 200. fl. davon zu testiren mit klaren Worten vorbehalten / oder aber euch nur seine Güter / bewegliche und unbewegliche geschencket / der ausstehenden Schulden aber nicht ausdrücklichen gedacht hätte, &c. So hätte ihr euch / unangesehen keine Disposition und Verordnung von ihme erfolget / solcher 200. fl. oder aber auch der ausstehenden Schulden nicht anzumassen / sondern es verbleiben dieselben seinen Erben ab intestato billich / V.R.W.)

DEFINIT. III.

Donatario tamen heredi ex Statuto, puta, Marito in foro Saxonico, Reservatum rerum mobilium in donatione mortis causa, ab Uxore factâ, haud cedit.

1 PRobè notandum est, quod factâ mortis causa donatione, reservatum dispositioni donatoris, si postea de eo nil disposuerit, non nisi consanguineis & proximis donatoris heredibus accrescere, velit Elector Illustrissimus *h.* Const. *2. in verb.* Des Donatoris Blutsfreunden und nechsten Erben /
2 &c. † Ex quo inferre licet, si uxor marito omnia sua bona exceptis quibusdam florenis, de quibus pro lubitu disponere posset, mortis causâ donaverit, ac
3 nullâ dispositione factâ præmoriatur. † Maritum propter bona sibi donata, florenos exceptos haudquaquam lucrari, sed eos ad Uxoris consanguineos
4 heredes pertinere: † Quia scil. maritus consangui-
5 neus non est, † licet de jure Saxonico dicatur heres uxoris statutarius seu mobiliaris, Matth. Berlich. *part 3. concl. 3. num. 6.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 168. num. 12.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 39. num. 32.* † Nec habet mari- 6
tus, quod de privatione lucri statutarii conqueri possit, quam sibimetipsi imputare debeat, quod donationem mortis causâ eligere, quàm portione statutariâ contẽtus esse maluerit, † cui hoc ipso renun- 7
ciasse videtur, adeoque postea variare, & ad lucrum ex statuto debitum redire nequit; † multò minùs 8
utrumque capere ei licebit, Const. Elect. *37. part. 3.* Rauchb. *dict. quæst. 39. num. 32. in fin.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 12. n. 74. & seq.*

Ita Domini in causa Bartholomæi Klingens zu Pegau / Mens. Jan. Anno 1631. (Verba sent. Hat euch euer Eheweib kurtz vor ihrem Absterben alle ihre Güter / ausser 200. fl. davon sie ihr durch einen letzten Willen zu disponiren vorbehalten / durch eine Ubergabe auffn Todesfall geschencket / und übereignet / ehe und zuvor sie aber von solchen vorbehaltenen 200. fl. testiret und Versehung gethan / ist sie mit Tode abgangen / &c. So verbleiben nunmehr angeregte 200. fl. ihren Blutsfreunden und nechsten Erben billich / und ihr habt euch derer anzumassen nicht fug / sondern ihr lasset euch an ihren andern euch übereigneten Gütern billich begnügen / V.R.W.)

DEFINIT. IV.

Nec reservatum in pactis dotalibus, si de eo Uxor non disposuerit, marito superstiti cedit.

AT quid, si in pactis dotalibus, de bonis omni- 1
bus in casum mortis marito donatis, uxor quædam mobilia exceperit, eaq; suæ dispositioni reservaverit, nec tamen de iis postea à testamentum fecerit, aliovè modo disposuerit? † Neutiquam tùm 2
bona mobilia in donatione mortis causâ excepta ad Uxoris consanguineos & heredes proximos pertinere, sed maritum ea, perinde ac si nulla reservatio facta esset, secundum dispositionem Juris Saxonici lucrari, docent Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 39.* Modest. Pist. *part. 4. quæst. 168.* Matth. Berlich. *p. 3. concl. 9. num. 35. & concl. 3. num. 7.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Coler. *part. 2. decis. 286. num. 178.* † ad- 3
eoque differentiam inter donationem mortis causâ & pacta dotalia constituunt, ac diversitatis rationem hanc reddunt, quod donatio mortis causâ ut plurimum fiat matrimonio jam contracto & con-
summato, † quo casu jam maritus in rebus uxoris 4
mobilibus, jus radicatum ac dominium habet, cui in donationem uxoris consentiens renunciare, ac p[r]o id lucro statutario, quod jam actu habuit, resignare videatur, ut proinde ad illud ei regressus haud detur, *l. pen. C. de pact. l. 51. C. de Episc. & Cler.* † Nullum verò jus in rebus uxoris mobili- 5
bus competere marito, ajunt, quando pactis dotalibus ante matrimonii consummationem obstringitur, † ergò nec tùm juri successionis eum renun- 6
ciare, sed mulieri facultatem de certis bonis disponendi sibi reservanti, ideò consentire censeri, ut eo facilius muliere illâ potiatur. † Nimirum ra- 7
tionem hujus juris in solâ mariti renunciatione ponunt, ut pluribus demonstrat argumentis Andr. Rauchb. *dict. quæst. 39.* quæ omnia eò collimant,
† quod renunciationes strictè accipi, nec ultra 8
verba expressa ad casus alios extendi debeant.
† Haud tamen alia ratio deficit, ob quam maritum 9
ad bona mobilia excepta & uxori observata non admittendum existimem: † Quod scilicet ex- 10

tanti-

tantibus pactis dotalibus non sit locus successioni inter conjuges ex statuto, nec tùm attendendum, quia de jure Saxonico ex bonis uxoris marito debeatur, sed pactis simpliciter standum est,
11 ex Constit. Elect. *20. part. 3.* † Quia provisio hominis tollit provisionem Legis, *l. si causam. 2. C. de exec. rei judic. l. si ut certo 5. §. si de me. 14. ff. commod. l. sciendum. 1. §. 10. ff. de separat.* † Sive ergò
12 uxor in pactis dotalibus sibi expressè quædam reservaverit, sive non, ultra id, quod marito in iisdem addictum fuerit, nihil porrò ad eum pertinebit. † Et certè, si Uxor paciscens sibi aliquid
13 certi post mortem mariti in pactis dotalibus, videatur tacitè renunciare portioni statutariæ, ita ut relictis pactis dotalibus eam petere nequeat, *dict.* Const. *20. p. 3.* Peck. *de testam. conjug. lib. 1. cap. 31.*
14 † Cur ex naturâ correlativorum idem in marito obtinere non debeat, haud certè video, veluti etiam expressè docent Joh. Frider. Sol. *de lucro dot. q. 50.* Rol. à Vall. *de lucro dot. q. 102.*

Ita Domini in causa Hansen von Camitz auff Schladitz/ und Nicol von Seidewey auff Steinbach/ Mens. Dec. Anno 1600. (Verba sent. Hat Heinrichen von Schleinitz auff Pörlen Eheweib Frau Martha / eure Muhme und Blutsfreundin iehtgedachtem ihrem Ehemanne/ in der zwischen ihnen/ vor gehaltenen Beylager/ auffgerichteten Ehestifftung 10000. fl. von ihrem gantzen Vermögen auff ihren Todesfall zugesagt und verschrieben/ das übrige aber alles ihres Gefallens zu kehren und zu wenden ihr ausdrücklichen vorbehalten/ welches der von Schleinitz zu danck acceptiret und angenommen. Ist nun oberwehnte Schleinitzin ohne Leibes Erben und fernere Verordnung gestorben/ &c. So hat sie das jenige/ so sie über vorbenannte 10000. fl. nach sich gelassen / auff itzo erwehnte eure Eheweiber / als ihre nechste Blutsfreunde gebracht und verfället/ und ihr überlebender Ehemañ hat daran ferner keine Foderung/ sondern ist sich an den ausgemachten 10000. fl. begnügen zu lassen schuldig/ V. R. W.)

It. in causa Hansen Werners in Ennowitz / Mens. Jul. Anno 1635. (Verba sentent. Ob wol vermöge Landübl. Sächsischer Rechte der Mann / nach Absterben des Eheweibes die beweglichen Güter und Baarschafft ererbet/ etc. Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall in der auffgerichteten Ehestifftung klärlich versehen / daß nach des Weibes Absterben mehr nicht als die 200. fl. zugebracht Geld ihme dem Ehemanne seyn und verbleiben sollen / &c. So hat er sich auch der andern Baarschafft beständiger Weise nicht anzumaßen/ V. R. W.)

Et in causa Andreæ Seimers zu Nincksleben / Mens. Mart. Anno 1601.

Definit. V.

Heredi testamentario accrescit pars vacans hereditatis nemini in testamento relicta.

1 HEredibus ergò ab intestato cedunt ea, quæ in donationibus mortis causa haud comprehensa fuêre, *Supr.* Defin. 2. Idque in donationibus,
2 legatis & obligationibus aliis procedit : † Secus verò in testamentis. Etenim si quis ex certâ parte heres institutus fuerit, nullo ei coherede
3 addito, † is quasi sine parte scriptus totam hereditatem capiet, exclusis ab intestato successoris *l. coheredi. 41. in fin. ff. de vulg. & pupill. substit. l. pen. §. 2. ff. de castr. pecul. l. quoties. 9. §. 13. ff. de hered. inst.* † Quoniam fieri non potest, ut ali-
4 quis pro parte testatus, pro parte intestatus decedat, *l. jus nostrum. 7. ff. de Reg. jur.* † Nempe
5 quia hereditas repræsentat personam defuncti, *l. non minus. 31. in fin. ff. de hered. inst.* ac idcirco, ut defuncti persona nullo diverso jure censetur, † sic 6
etiam hereditas eundem repræsentare debet, non diverso genere successionis, sed uno, *arg. l. cum qui 22. in pr. ff. de usurpat.* † Miles tamen, in cujus 7
testamento non regulæ juris, sed voluntas testatoris solùm spectatur, partim intestatus decedere potest, † proinde residua ejus pars non heredibus 8
ex certâ parte institutis accrescit, sed heredibus ab intestato relinquitur, *l. si miles. 6. l. 19, l. 37. ff. de testam. milit. l. 2. l. 3. C. eod. tit.*

Ita Domini in causa Annæ Hansen Schildens Eheweibes zu Coldiz / Mens. April. Anno 1634. (Verba sentent. So ist solches Testament zu Recht beständig/ und gebühren euch als der eingesatzten Erbin nicht allein die vermachten halben Güter/ sondern auch/ weil in der andern Helffte niemand zu Erben eingesetzet worden / die gantze Verlassenschafft/ und die Erben ab intestato haben daran keine Forderung/ V. R. W.)

Definit. VI.

Valet testamentum mutuum, ut & reciproca inter conjuges donatio mortis causa, licet inæqualis.

ETsi donationem mortis causa inter conjuges 1
æquè ac inter vivos prohibitam haud pauci existiment, inter quos etiam est Accurs. *in l. 2. in pr. verb. legatum ff. de dot. præleg.* Didac. Covarr. *de testiam. part. 3. num. 2.* Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. donatio. q. 9. num. 2.* Mozz. *de donat. tit. de person. inter quas cader. poss. n. 31.* † jamdudum tamen horum 2
explosa est sententia, ac inter conjuges donationes mortis causa valere satis evincitur *ex l. si eum Uxori. 9. §. ult. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ubi ita donatur. 27. l. pen. ff. de mort. caus. donat.* Anton. Gometz. *tom. 2. variar. resolut. cap. 4. n. 18.* Joh. Schneidevvin. *in §. 1. num. 6. inst. de donat. ubi &* Joh. Harpp. *n. 59.* Bocer. *de donat. c. 5. num. 36.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de mort. caus. donat. num. 4.* † usque 3
adeò, ut nec uxor ad hãc opus habeat autoritate Curatoris, perinde, ut nec in testamento Curatorem intervenire necesse est, *Supr.* Const. Elect. *n. 15.* §. Gleicher Gestalt/ *vers.* Vor sich selbst/ &c. *n. 2. & ibi defin. 10.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 32.* † Quam- 4
vis haud rarò mulieres adhibito Curatore testari & mortis causa donare videamus, † quæ qui- 5
dem solennitas superflua est, attamen actum non vitiat, Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 4.* † Quidni er- 6
gò multò magis valeret testamentum mutuum seu reciproca inter conjuges donatio etiam universorum bonorum *l. si pater puellæ. 12. ubi* Dd. *C. de inoff. testam. l. fideicommisso. 11. C. de transact.* Schurff. *cons. 46. n. 3.* † dixeris equidem, nullum in 7
libris nostris extare aut exemplum, aut vestigium hujusmodi testamentorum, quæ sanè nullius esse momenti videntur, eo quod sint captatoria, *l. illa institutio. 32. ff. de hered. inst. l. captatorias. 70. & seq. ff. eod. tit.* † solent enim ut plurimum fieri, 8
id agente uno ex conjugibus, ut alterius conjugis captet voluntatem. Anton. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 5. defin. 18. num. 22.* † Sed hanc præsumptionem af- 9
fectio conjugalis prorsus excludit, tam in testamento, quàm in donatione mortis causâ reciprocâ. † Quæ adeo favorabilis habetur, ut sub- 10
sistat in casum mortis inter conjuges, etiamsi dictum fuerit expressè, quod sit donatio inter vivos, aut quod revocari non debeat, *ut sæpius pronun-*

11 *nunciatum memini in Scabinatu.* † Nec in ejusmodi testamento conjugum mutuo, aut donatione mortis causa reciprocâ æqualitas servari debet, ut volunt Petr. à Bellapert. *in repet. l. donationis 25. C. de donat. int. vir. & uxor. n. 12.* & Andr. Tiraquell. *in l. si unquam. 8. verb. donatione largitus. n. 122. & seq.* 12 *C. de revoc. donat.* † Quorum opinio vel exinde refellitur, quod vir uxorem & è contra heredem instituere queat in testamento, absque spe alicujus remunerationis. *l. ult. ff. si quis aliquid testar. prohib.* 13 *l. ult. C. eod.* † Quod sanè non permitteretur, si recompensatio & quidem æqualis necessaria esset. 14 † Et satis argumento est consuetudo ubique locorum recepta, quod subsistat donatio inter conjuges reciproca constante matrimonio facta, ut si unus absque liberis decedat, bona præmorientis omnia ad superstitem perveniant, sive donatio sit æqualis, sive inæqualis, de quâ testantur Andr. Gail. *lib. 2. obs. 117. num. 6.* Mynsing. *centur. 2. obs. 33. num. 6. & seqq.* Nicol. Boër. *decis. 355. num. 3.* Matth. Berlich. *decis. 91. n. 6.* Wurmbser. *l. 1. tit. 43. obs. 5.* 15 *n. 2.* † Plane donatione mortis causa reciprocâ inter conjuges factâ de bonis omnibus, non includitur Gerada, ut notat Apostillator *ad Gloss. in art. 23. pr.* Weichbild. Joach. à Beust. *in l. 1. n. 214. ff. de jurejur. fol. 106.*

Ita Domini in causa Uxoris Christiani Chiliani Bauchs zu Nickeritz/ Mens. Jan. Anno 1600.

In causa Petri Körbitzens zu Pirckа/ Mens. Majo, Anno 1632.

Et in causa Thomæ Höffers zu Geyersdorff/ Mens. Mart. Anno 1602.

Definitio VII.

Donatio conjugum mortis causa apud acta coli judici vel quæstori, non præsentibus aliis Scabinis, insinuata valida est.

1 NOn inficior, testamentum aut donationem mortis causa extra locum judicii coram solo judice vel quæstore factam non valere, si non unà cum judice ad minimum unus vel alter Scabinus præsens fuerit propter textum clarum *in* Const. E-
2 lect. 3. §. Wo auch Gerichts-Personen. † Non enim verbo solius judicis, quantæcunq; etiam is fuerit autoritatis, credendum est, sive super testamentis, sive quibuscunque aliis contractibus agitetur,
3 *c. 28. extr. de testib. ubi* Felin. *n. 5.* † Et quæ à solo judice, remotis ejus assessoribus & Scabinis extra locum judicii fiunt, coram actis in figura judicii fieri non censentur, Gloss. *in l. jubemus pen. C. de liber. caus. verb. aliud judicium. vers. quia ibi non fuit facta.* Bald. *in l. cum scimus. 21. C. de agric. & censit.*
4 *n. 1.* † Sunt enim actus ejusmodi extrajudiciales potius facta, quam acta, Guid. Pap. *decis. 616. n. 3.*
5 † Atque eatenus subsistere potest pronunciatum Facultatis Juridicæ Lipsiensis, cujus meminit Ber-
6 lich. *decis. 85. n. 1.* † Majoris verò autoritatis ac efficientiæ judico testamentum vel donationem mortis causâ apud acta in loco judicii coram solo judice vel quæstore, non præsentibus aliis
7 Scabinis factam aut insinuatam, † quam valere innuunt verba *l. omnium. 19. ibi: qui actis cujuscunq; judicis. C. de testam. & dict.* Const. *3. ibi:* Bey den Testamenten/so gerichtlichen geschehen / *pag.*
8 *3.* † sufficit namque fieri testamentum aut donationem mortis causa apud acta, *l. sancimus 27. Cod. de testam.* hoc est, in loco judicii judice pro tribunali sedente, Herm. Vultej. *in Consil. Marp. vol. 1. Consil. 34. n. 55.* † Nec enim pluralitas judicum aut 9
Scabinorum, fidem testamentis tribuit, alioquin nec duas vel tres personas ad judicium pertinentes ad testamenti factionem sufficere, quis dixerit. *§. sed cum paulatim. 3. Inst. de testam. ordin.* † 10
sed sola judicialis autoritas, quam judex solus in loco judicii pro tribunali sedens repræsentat, ejusmodi actis robur firmum tribuit. † Quod si verum, 11
uti verissimum est, quis inficias ibit, & donationem inter conjuges reciprocam coram solo judice vel quæstore actis insinuatam valere, idque tanto magis, † quando favorabilior est hæc donatio 12
aliis mortis causa donationibus *arg.* Const. Elect. *43. p. 2.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *p. 1. quæst. 48. n. 22.*

Ita Domini in causa Hansen und Jacob Schröders zu Rhetstädt/Mens. Sept. Ann 1594. (Verba sent. Haben nun beyde Eheleute eine Ubergabe auff̃n Todesfall vor dẽ Amptschöffer zu Sangerhausen in gewöhnlicher Amptstuben auffgerichtet/welche Ubergabe oberwehnter Amptschöffer auff beyder Bitte gerichtlich bestätiget / und dieselbe dem Amptshandelbuch einverleibet / und ihnen davon glaubwürdigen Schein unter seinem gewöhnlichen Petschafft zugestellet/ꝛc. So ist solche Ubergabe zu Recht kräfftig und beständig/ ꝛc.)

It. in causa Thomæ Höfers zu Geyersdorff / Mens. Mart. Anno 1602. (Verba sent. So ist solche Ubergabe ihrer solennitäten halber zu Recht kräfftig / und mag derowegen/daß ihr und euer Eheweib damals / als der Gerichtsverwalter die von euch angenommene Ubergabe den Gerichtspersonen zugestellet/und in die Gerichtslade zu legen befohlen / Persönlichen nicht gegenwärtig gewesen/für unkräfftig nicht geachtet/ noch dahero beständiger Weise gefochten werden/ V.R.W.)

It. in causa Caspari Schaubens zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1632. [Verba sent. Ob nun gleich der damahlige Amptschöffer allein zur Stelle / und die Gerichtspersonen nicht dabey gewesen/dieweil es aber dennoch an gewöhnlicher Gerichtsstelle geschehen / ꝛc. So ist auch solche Ubergabe zu Recht beständig / und mag von euch nicht gefochten/noch hinterzogen werden/V.R.W.)

Et ad requisitionem des Schöffers zu Wiehe / Mens. Oct. Anno 1588.

Definit. VIII.

Subsistit donatio mortis causa omnium bonorum reciproca inter Conjuges, etiam extrajudicialis coram quinque testibus facta.

SPeciale est in donatione omnium bonorum 1
mortis causa inter conjuges reciprocè facta, ut subsistat coram quinque testibus celebrata, judicialiter licet non insinuata, *arg.* Const. Elect. *43. part. 2.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *p. 1. quæst. 48. n. 22.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 2. n. 25.* † 2
Quamvis aliàs omnium bonorum donatio mortis causa nõ nisi judicialiter facta subsistat, *Supr.* Const. *1. §.* Wir ordnen aber auch/ꝛc. *& ibid. defin. 23.* Unde & fit, † quod pacta dotalia inter conjuges de futu- 3
râ successione valeant, extrajudicialiter licet, attamẽ coram quinque testibus celebrata, *dict.* Const. Elect. *43. p. 2. & ibi Defin. 2.* † Rationem specialitatis si 4
quæras, nullam aliam reddere ausim, quàm quod ob favorem matrimonii, & metum deceptionis inter conjuges cessantem id permissum videatur, † Quæ 5
ratio quum non minus, nedum magis post matrimonium consummatum obtineat, quin & constante matrimonio conjuges coram quinque testibus, bona sua universa sibi invicem mortis causa

valide

6 validè donare poſſint, haud dubito, † licet diſſentiat Berlich. *dict. concl. 2. num. 26.* Virgil. Pingitz. *q. 13. n. 38. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Marthen / Uxoris Matthæi Beſelers zu Pömißſch / Menſ. Nov. Anno 1607. [Verba ſent. Haben eure Brüder und deſſelben Ehe-Weib einander in Gegenwart 5. Zeugen alle ihre Güter / ſo viel dero nach ihrem Tode verhanden / donatione reciprocâ mortis causâ übergeben / ꝛc. So iſt ſolche Ubergabe / ungeacht dieſelbe nicht gerichtlichen geſchehen / noch dem Gerichts-Buch einverleibet worden / ihrer ſolennitäten halber zu Recht kräftig / V. R. W.)

Definit. IX.

Solâ pœnitentiâ revocatur donatio mortis causâ.

1 VAriis ex cauſis revocatur & diſſolvitur donatio mortis causà, de quibus vid. Joh. Harppr. *in §. mortis causâ donatio. 1. num. 68. & ſeqq. Inſt. de donat.* Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de mort. cauſ. de donat. num. ult.* Joh. Schneidew. *ad tit. inſt. de donat. rubr. de mort. cauſ. donat. n. 21. & ſeq.* Roland. Paſſag. *de donat. mort. cauſ. num. 10.* Jacob.
2 Menoch. *lib. 3. præſumpt. 37.* † Imprimis verò diſſolvitur hæc donatio, ſi donatarius ante donatorem præmoriatur, *l. ſi filiofamilias 23. l. ult. ff. de mort. cauſ. donat. l. non omnis 19. poſt pr. ff. de reb. Cre-*
3 *dit.* † Vel ſi donator convaluiſſet, aut ex periculo, quod metuebat, & cujus intuitu hanc donationem fecerit, liberatus eſſet, *dict. l. 19. poſt pr. ff. de Reb. cred. l. cum quis mortis. 12. ff. de condict. cauſ. dat.*
4 *cauſ. non ſecut.* † Donantis itidem ſubſequente voluntate contrariâ revocatur & reſolvitur mortis causâ donatio, ſi nempe pœniteat donatorem factæ donationis, *l. qui mortis. 30. ff. de mort. cauſ. donat.*
5 † In quo paululum differt à teſtamento, quod aliter revocari non poteſt, niſi teſtator aliud æquè ſolenne teſtamentum aut diſpoſitionem caſſatoriam, iisdem obſervatis ſolennitatibus fecerit, *§. ex eo autem ſolo 7. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm. ubi* Harppr.
6 *num. 1.* † Secus verò donatio mortis causâ, quæ ex nudâ & ſolâ pœnitentiâ revocatur absque eo, quod alia donatio mortis causâ fuerit facta, *l. uxori 22. l. cum hic ſtatus 32. § 5. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Jaſon *in l. non omnis 19. n 4. ff. de reb. credit.* Dan. Moller. *lib. 2. ſem. 39.*

Ita Domini in cauſa Blaſii Groſſens zu Taucha / Menſ. April. Anno 1597. [Verba ſentent. Ob wol euer Bruder eine Ubergabe uffn Todesfall vor Richter und Schöppen auffgerichtet / dieweil er aber dennoch hernach pœnitiret und ſolche Ubergabe widerruffen / ꝛc. So iſt ſie dadurch wiederum caſſiret und auffgehoben worden / ꝛc.)

Definit. X.

Revocata cenſetur mortis causâ donatio, ſi res donata poſtea in teſtamento alteri fuerit legata.

1 NOn ſolùm per pœnitentiam expreſſam, ſed etiam per tacitam revocatur donatio mor-
2 tis cauſa, putà † ſi inimicitiæ Capitales inter donatorem & donatarium intervenerint, Jaſon *in l. non omnis. 19. n. 4. ff. de reb. credit.* Joh. Schneidew. *ad tit. Inſtit. de donat. Rubr. de donat. mort. cauſ.*
3 *num. 22.* † Si donatarius adulterium cum uxore donatoris commiſerit, Jacob. Menoch. *lib. 3. præſ. 37. n. 29.* † Si uxor donataria mariti impudicè aliquem deoſculata fuerit, Menoch. *dict. loc.* † Aut ſi donatarius curam donatoris ægrotantis neglexerit, Menoch. *ibid. num. 31.* aliisque ex cauſis, de quib. vid. Menoch. *dict. præſ. 37.* Dan. Moll. *lib. 2. ſemeſtr. 39.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 2. n. 45. & ſeqq.* Harpp. *ad §. mortis cauſa donatio 1. n. 74. & ſeqq. inſt. de donat.* † Certè, videtur quoque donator pœnitentiam ipſo facto declarare, ſi rem donatam poſtea nullâ urgente neceſſitate alienaverit, *l. uxori. 22. l. cum hic ſtatus. 32. §. ſi maritus. 5. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † vel alteri legaverit, aut in teſtamento donaverit, *arg. l. cum ſervius 15. l. rem legatam 18. ff. de adim. vel transf. legat. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi rem ſuam. 12. ff. de legat. 3.* Harppr. *dict. loc. num. 75.* Dan. Moller. *dict. lib. 2. ſemeſtr. 39.* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 123.* † Quod tamen de ſpeciali duntaxat rei donatæ diſpoſitione intellectum velim, ſecus in diſpoſitione generali: † Nam ſi donator aliquem omnium ſuorum bonorum heredem in teſtamento inſtituerit per hanc heredis inſtitutionem, donatio mortis cauſa revocata non cenſetur, † ſed donator potius heredem inſtitutum ad perſolvendum id, quod promiſerat, aſtringere voluiſſe intelligitur, *l. 32. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Didac. Covarr. *ad Rubr. extr. de teſtam. part. 3. n. 19.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 6.* Hartmann. Piſtor. *part. 3. quæſt. 8. n. 38.* Matth. Berlich. *dict. concl. 2. num. 44.* Harppr. *dict. loc. num. 76.*

4 5 6 7 8 9 10

Ita Domini in cauſa Eliæ Hendels zu Freyberg / Menſe Nov. Anno 1627. [Verba ſentent: Ob wol Marcus Thienne euch ſeine zwey Stuten / ſo er vor den Wagen geführet / wie auch ſeinen Trauer-Mantel durch eine Ubergabe auffn Todesfall geſchencket. Dieweil er aber dennoch nochmals kurtz vor ſeinem Abſterben ein Teſtament gemacht / und darinnen bemeldte zwey Stuten und den Trauer-Mantel nebens etlichem Gelde ſeinem Diener Baltin Kronachen legiret und beſchieden / ꝛc. So iſt hierdurch vorgedachte Ubergabe auffn Todesfall hinwiederum caſſiret und aufgehoben worden / und ihr habt euch weder der Pferde noch des Trauer Mantels nunmehr anzumaſſen / V. R. W.)

Definitio XI.

Teſtamentum ſive donatio mortis causâ inter conjuges reciproca, invitâ etiam alterâ parte, revocari & mutari poteſt.

1 COmmunis ac vera eſt *Interpp.* concluſio, ſi conjuges teſtamentum mutuum, aut reciprocam mortis cauſâ donationem fecerint, alterutrum horum † alterâ etiam parte invitâ, pœni-
2 tere & teſtamentum pariter ac donationem revocare poſſe, Petr. Peck. *de teſtam. conjug. lib. 1. cap. 43. num. 1. & ſeqq.* Nicol. Boër. *deciſ. 355. num. 4.* Petr. Heig. *lib. 1. quæſt. 23. n. 37.* Hartm. Hartm. *tit. 44. obſerv. 2. n. 2. & ſeq.* Teſſaur. *deciſ. 228. num. 13.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 117. num. 2.* Reinh. Roſa ad Dan. Mol-
3 ler. *Conſt. Elect. 43. n. 7. part. 2.* † Quia ſcilicet ambulatoria eſt voluntas hominis uſque ad mortem, *l. cum hic ſtatus 32. §. pœnitentiam. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. quod ſi 4. ff. de adim. vel transf. legat.*
4 † Nihilominus tamen hoc cauſa alterius conjugis teſtamentum ac diſpoſitio firma ac irrevocata manet, Peck. *dict. cap. 43. n. 2. & cap. 44. num. 1.* per

5 text. *in l. Lucius 78. §. 7. ff. ad SCtum Trebell.* † non obstante, quod testamentum pro parte valere nequeat, quia inter Conjuges hoc casu non unum,
6 † sed duo censentur esse testamenta, Andr. Gail. *dict. observat. 117. n. 2.* Peck. *dict. cap. 43. n. 1.* Mynsing. *cent. 1. obs. 8. num. 6.* † Sicut & duæ sunt hereditates, nec enim duarum personarum aut una
7 hereditas esse potest, aut unum testamentum, nisi cum tractetur de substitutione pupillari, *l. 2. §. prius autem. 4. ff. de vulg. & pupill. subst. l. paterfamilias 28. ff. de reb. autor. jud. possid.* † Licet nec
8 de hoc inter veteres satis constiterit, ut apparet ex *§. igitur 2. Inst. de pupill. subst. l. 1. §. 1. ff. si cui plus quam per Leg. falcid.*

Ita Domini in causa Petri Körbitzens zu Pircka/ Mense Majo, Anno 1632. [Verba sent. Ob wol eure Mutter Catharina mit ihrem Ehemanne Michael Räthern eine donationem reciprocam auffn Todesfall auffgerichtet/ darinnen sie beyde einander ihre Verlassenschaft vermacht. Dieweil aber dennoch nachmals berührte eure Mutter solche donation (immassen ihr denn ohne Vorbewust des Ehemannes zu thun frey gestanden/) ihres Theils ausdrücklichen wiederruffen und aufgehoben ꝛc. So verbleibets bey solcher revocation billich/ und es hat sich euer Stieffvater mit obangeregtem Gegenvermächtniß nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Ita in causa Johannis Weidemanns/ ejusq; Conjugis ad requisitionem Prætoris & Scabinorum Weissenfelsensium, Mense Septemb. Anno 1623.

In causa Balthasari Knorrens zu Merseburg/ Mens. Augusti. Anno 1629.

Et in causa Elisabethæ Hornsteins zum Grossenhain/ Mens. Februar. Anno 1635.

Definit. XII.

Mortuo licet uno conjuge, superstes tamen pro sua parte à testamento vel donatione mortis causa reciproca recedere valet.

1 QUid autem, *si facto testamento mutuo vel donatione inter conjuges reciprocâ, unus è vita decesserit, & morte testamentum vel donationem*
2 *confirmaverit?* † Negari sanè nequit, quin alterum alterius testamenti contemplatione factum fuerit. Cui consequens videtur, ut subsistente
3 uno, † alterum revocari non debeat, ut contingit in actibus correspectivis, *l. cum te. 6. Cod. de pact.*
4 *int. emt. & vendit.* † Correlativorum namque eadem est ratio, *l. 1. C. de cupress. lib. 11.* & unum ex alio interpretationem capit, *l. utrum. 7. §. ult. ff. de*
5 *reb. dub.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 5. defin. 18.* † Nihilominus tamen superstitem pro suâ parte recedere, ac testamentum vel donationem mortis causa immutare posse, existimo cum Petr. Peck. *de testam. conjug. lib. 1. cap. 42. num. 1. sub fin.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 22.* Didac. Covarr. *in Rubr. extr. de testam. part. 2. n. 19.* Andr. Gail. *lib. 2.*
6 *obs. 117. num. 1.* † Non enim jure contractus vel pacti, quod mutuo utriusque contrahentis dissensu dissolvi debet, *l. 35. ff. de Reg. jur. l. sicut 5. Cod. de O. & A.* donationes hæ ac testamenta conjugum
7 mutua subsistunt, † sed in vim ultimæ voluntatis, quæ quotidie est revocabilis, *l. si mihi. 12. §.*
8 *in legatis 3. ff. de legat. 1.* † Nec morte unius testamentum sive donatio ex parte etiam conjugis superstitis confirmatur, quia duo censentur testamenta, quorum unumquodque morte demum sui testatoris redditur irrevocabile, Definit. *præced.* † Ex quo diversitas horum correlativo- 9
rum satis apparet. An ergò fatendum erit, licere superstiti conjugi voluntatem præmortui conjugis circumvenire, revocato testamento eo tempore, quo suum revocare nequeat is, qui jam est defunctus? † Utique: Id enim tolerabilius est, 10
quàm ut adimatur superstiti libera testandi facultas, quam sibi adimere nemo potest, *l. si quis. 22. ff. de legat. 3. l. pactum quod dotali. 15. C. de pact.* † Ac 11
potius imputandum est præmortuo, cur id testamenti genus elegerit, potuit enim & debuit prospicere, posse hoc evenire, *l. 9. §. 1. ff. locat.*

Ita Domini in causa Margarethen Volgnadin zu Leipzig/ Mens. August. Anno 1590. [Verba sentent. Ob ihr gleich Anno 1580. mit eurem verstorbenen Ehemanne/ Georgen Volgnaden / euer Testament und letzten Willen vor den Gerichts-Personen auffgerichtet/ darauff gedachter euer Ehemann Todes verfahren / ꝛc. So ist euch doch unbenommen/ oberwehntes euer Testament zu wiederruffen / und von allen euren Gütern eures Gefallens eine andere Verordnung zu machen/ ꝛc.)

Item in causa Marthæ viduæ Georgii Vollraths zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1585. [Verba sent. Ob ihr gleich benebenst eurem Ehemanne hiebevor ein testamentum reciprocum auffgerichtet / er auch allbereit verstorben/ ꝛc. So ist euch doch solches Testament euers theils zu wiederruffen / und nach eurem Wohlgefallen ein anders zu machen unbenommen/ V. R. W.)

Et in causa Catharinen Bockin zu Kempnitz / Mens. Majo Anno 1635.

Definit. XIII.

Testamentum de bonis uxoris à marito factum consentiente Uxore, ab eâ postea revocari nequit.

1 INiquum tamen dixeris, si conjugi superstiti permittatur revocare testamentum pro suâ parte, postquam defuncti conjugis bona vigore testamen-
2 ti lucratus fuerit, † quo ipso mutua obligatio videtur nata, cui superstes haud contravenire poterit, *l. 5. Cod. de obligation. & action.* † maximè si 3
maritus ideo cum Uxore testamentum reciprocum feciisse proponatur, quo rursus ab eâdem heres instituatur: Quod licet non præsumatur, ex verbis tamen testamenti quandoque id colligendum
4 est. † Hoc casu si Uxor revocaverit testamentum, etiam testamentum mariti revocatum censeri, tradunt Petr. Peck. *de testament. conjug. lib. 1. cap. 44. n. 6.* & Jac. Menoch. *lib. 4. præsumption. 165. num. 20.* † De quo tamen dubito; Haud siquidem testamenta conjugum reciproca jure con- 5
tractus valent, nec cum eo confundi debent, sed indifferenter sub spe licet lucri & recompensationis facta, subsistunt in vim ultimæ voluntatis,
6 † quæ semper est revocabilis, *l. 32. §. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 12. §. 3. ff. de legat. 1.* † At illud 7
concesserim, quod si maritus solus tàm de suis propriis, quàm Uxoris bonis ad communem liberorum utilitatem testetur, illudque testamentum ab uxore approbari & subscribi curet, Uxor postea suæ approbationi & consensui contravenire, ac testamentum illud mariti revocare nequeat, quamvis ipsi marito id facere liceat. † Quâ 8
certè cautelâ marito uxoris inconstantiam metuenti

tuenti pleniſſimè conſultum videtur, Petr. Peck. *de teſtam. conjug. lib. 1. cap. 43. n. 3.* Didac. Covarr. *in Rubr. extr. de teſtam. part. 2. n. 21.* Bald. *in l. 3. C. qui teſtam. fac. poſſ. n. 4.* † Eo namque caſu, ſi ma- 9
ritus ſolus teſtetur, eique teſtanti uxor conſentiat, non niſi unicum habetur teſtamentum, quod pro parte revocari & pro parte valere nequit, Bald. *in l. humanitatis 9. n. 41. C. de impub. & aliis ſubſtit.* † Et Uxor marito teſtanti conſentiens videtur per 10
modum contractus ſe obligare, Peck. *dict. c. 43. n. 4.* Bald. *in dict. l. 3. n. 4. C. qui teſt. fac. poſſ.* † At con- 11
ſenſu ſemel præſtito & contractu confirmato, mutationi & pœnitentiæ locus non datur, *l. ſicut 5. C. de oblig. & act. l. fin. ff. de pact.*

Ita Domini in eadem cauſa Margarethen Volgnadins zu Leipzig/Menſ. Aug. Anno 1590. [Verba ſentent. Dieweil nicht zu befinden / daß ihr eurem Ehemanne ausdrücklichen verwilliget von euren eigenen Gütern in ſeinem Teſtament zu diſponiren/ꝛc. So möget ihr auch ſolches ſein Teſtament zu halten wider euren Willen nicht gedrungen werden / V. R. W.)

Definit. XIV.

In omni conjunctione, adeoque etiam in ſolâ verbali, jus accreſcendi locum habet.

1 JUs accreſcendi, cujus autor eſt *Juſtinianus Imper. in l. un. §. ubi autem. 11. verſ. ſin verò non omnes, C. de Caduc. tollend.* in conjunctione reali & mixta, ubi conjuncti ab initio ſolidum habe-
2 re dicuntur, † magis jus non decreſcendi appellitandum exiſtimant Bartol. *in l. re conjuncti. 89. ff. de legat. 3. num. 20. & ſeqq.* Anton. Fab. *de error. pragmat. decad. 49. Error. 1.* † At priſcis JCtis & 3
Impp. incognita & inuſitata fuit hæc vocula, nec defendi ea poteſt exinde, quòd ſinguli conjunctorum ſolidum ab initio habere dicantur; † Quo- 4
niam non eo ſenſu hoc dicitur, quaſi jam ſolidum habeant, ſed ratione eventus, quo alter deficit; † Et ſi conſideremus, quod alter concurrens effe- 5
ciſſet, ut conjunctus non niſi partem haberet, rectiſſimè eveniente caſu deficientis conjuncti, alteri accreſcere dicemus. † Quò & facit, quod tra- 6
dit Anton. Fab. *decad. 49. Error. 9.* unum ex conjunctis, interim, dum alter nondum defecit, ſoli- 7
dum petere haud poſſe. † Relinquitur ergò in conjunctione reali, ut & mixta, quæ fit re & verbis ſimul, ut colligitur *ex §. 8. inſt. de legat. l. un. §. 10. & 11. D. de caduc. tollend.* jus accreſcendi in 8
legatis & hereditatibus obtinere. † Sed num & hoc in conjunctione ſimplici verbali locum habeat, obſcura & difficilis eſt diſceptatio inter Interpp. 9
† Quam poſt Accurſ. *in l. pen. ff. de uſufr. accreſc.* & Jacob. Cujac. *lib. 24. obſ. 34. & ſeq. & tract. 5. ad African. in explicat. l. 2. ff. de uſufr. accreſc. & in explicatione l. ſi ita. 66. ff. de heredib. inſt.* negativè decidit Anton. Fab. *lib. 6. conject. cap. 1. &* 10
decad. 49. Error. 3. & 4. † Etſi verò ejusdem argumenta de nihilo haud ſint, adeo ut contrariam ſententiam affirmativam, ſtultam & falſiſſi- 11
mam appellare haud vereatur; † Nihilominus tamen hæc communiter ab Interpp. probata & recepta eſt, ut videre apud Bartol. *in l. re conjuncti 89. ff. de legat. 3.* Duar. *lib. 1. de jur. accreſc. cap. 10.* Hugo Donell. *lib. 7. comm. 13. ubi* Hillig. *lit. O.* Gœdd. *ad l. 142. n. 10. ff. de verb. ſignif.* Anton. Matth. Heig. *aliique* Dd. *ad §. ſi eadem res, 8. inſt. de legat.* Hunnius *var. reſolut. lib. 2. tract. 8. q. 7.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *p. 1. q. 29. n. 6.* Nec ſine rationibus ac fundamentis: † Etenim verbis con- 12
junctî utique conjuncti ſunt *l. 142. ff. de V. S. l. 89. ff. de legat. 3.* nullus autem alius in hâc materiâ conjunctionis effectus dari poterit, quàm jus accreſcendi. † Eoque facit *l. 16. §. ult. ff. de legat. 1. l. 66. ff.* 13
de hered. inſt. † Quin & verbis tantùm conjunctus 14
dicitur præferri ei, qui re tantùm conjunctus eſt, quod nullâ ratione conſiſtere poſſet, ſi verbis conjunctus quoad effectum juris accreſcendi pro disjuncto, & pro eo, cui ab initio pars data eſſet, haberetur. † Hancque ſententiam affirmativam in 15
foro quoque Saxonico receptam eſſe, ac in omni „
conjunctione tam reali & mixtâ, quàm verbali Le- „
gatarii deficientis, ſeu repudiantis Legatum ad Col- „
legatarium conjunctum devolvi, & non ad here- „
dem transmitti, docet Joh. Schneidewin. *in §. ſi eadem res. 8. num. 9. inſt. de legat.* ubi porrò tradit, † Quando concurrunt conjuncti verbis & re ſimul 16
cum conjunctis re tantùm, tunc præferri conjunctos re & verbis ſimul, ac deinde admitti ſimul, qui re tantùm & verbis tantùm conjuncti ſunt, ſecundum Gloſſ. & Dd. *in l. re conjuncti 89. ff. de legat. 3.*

Ita Domini in cauſa Viduæ ac liberorum G H. zu Leipzig/ Menſ. Febr. Anno 1632. [Verba ſententiæ: Hat euer Ehewirth und Vater in ſeinem Teſtament unter andern verordnet/daß alle ſeine Kleider/Bücher und andere mobilien ſeinen 5. Söhnen / ingeſamt / iedoch in 5. gleiche Theile zu vertheilen ausgeſetzt ſeyn und verbleiben ſollen. Ob nun wol der eine Sohn noch vor dem Vater Todes verfahren/ So iſt doch deſſen Antheil an den prælegirten Stücken ſeinen Brüdern und alſo den andern legatariis jure accreſcendi zugefallen / und haben ſich demnach die geſamte Erben deſſen nicht anzumaſſen/ ꝛc.)

In cauſa Chriſtophori Compaſt zu Leipzig/ Menſ. Dec. Anno 1590. [Verba ſent. Hat Margaretha Jacob Schilters Eheweib in ihrem Teſtament ihren zweyen Schweſtern und zweyen Schweſter Töchtern / und alſo zugleich 5. Perſonen 200. fl. iedoch dergeſtalt / daß einer ieden 40. fl. zukommen ſolten/beſchieden und vermacht/ zu den übrigen aber ihren Ehemann zum Erben eingeſetzt. Und es ſeyn von ſolchen 5. Perſonen noch beyſLeben der Teſtirerin etliche mit Tod abgangen / So iſt berührter ihr Ehe-Mann den überlebenden das gantze legatum der 200. fl. vollſtändig zu entrichten ſchuldig / und hat er der Verſtorbenen Antheil ſich anzumaſſen nicht Fug/ V. R. W.)

Item in cauſa Caji Sylveſtri zu Langenſaltza / Menſ. April. Anno 1635. [Verba ſent. Ob nun wol zween unter den legatariis, als der Bruder und die eine Schweſter vor dem teſtatore Todes verfahren/ꝛc. So iſt doch derſelbe Antheil an dem prælegato der dritten Schweſter jure accreſcendi allein zugefallen / und die eingeſetzte Erben haben ſich derer nicht anzumaſſen/V. R. W.)

Et in cauſa Chriſtinæ, Caſpar Hauers Eheweibes zu Loſa/ M. Nov. Anno 1612.

Definit. XV.

Inter heredes quoque teſtamentarios, verbis tantum conjunctos, locum habet jus accreſcendi.

NOn ſolum inter legatarios, ſed etiam inter 1
ipſos heredes teſtamentarios à teſtatore conjunctos jus accreſcendi locum habet, ut manifeſtum eſt ex *l. un. §. 10. & 11. C. de caduc. tollend.* Duar. *de jur. accreſc. lib. 1. cap. 1. & 2.* † Quod & ex 2
ratione & causâ juris accreſcendi ſatis evincitur, quæ

3 quæ est sola testatoris voluntas, † qui heredes conjungendo eos Cognatorum loco habere, & heredibus ab intestato præferre videtur, *dict. l. un. §. his*
4 *ita. 10. C. de cad. toll.* † Sicut ergo proximis agnatis hereditatem lex defert, ita eam, quæ ex testamento defertur, confirmat, *l. lege obvenire. 130. ff.*
5 *de V.S.* † Ex quo voluntas testatoris quasi lex quædam est, ac pro lege servari debet, *l. verbis legis. 120. ff. de V.S.* Duar. *dict. c. 1. & cap. 11. vers. conjuncti verbis tantum.* Jacob. Schult. *in addit.* Modest. Pist.
6 *part. 3. q. 29. n. 6.* † Cumque inter legatarios verbis tantum conjunctos, locum habeat jus accrescendi, def. *præced.* Quidni ergò etiam inter heredes, quos testator solummodo verbis conjunxerit?

Ita Domini in causa heredum Christinæ viduæ Matthæi Philippens / an Bürgermeistere und Rath zu Oederan / Mens. Jun. Anno 1629. [Verba sentent: Hat Christina Matthes Philippens Wittibe einen letzten Willen aufgerichtet / und darinnen ihre zwo Geschwistere / Matthes Dieterichen und Magdalenen / so wol ihrer verstorbenen Schwester Barbaren zwey Kindere zu gleichen Theilen zu Erben eingesetzt / worauff sichs begeben / daß vor der Testirerin Absterben dero zwo Geschwistere / Matthes Dieterich und Magdalena / Todes verfahren / darauff die Testirerin auch verstorben / ꝛc. So haben sich nunmehr der vorlängst-verstorbenen Schwester Barbaren zwey Kindere ihrer Muhmen gäntzlichen Verlassenschaft jure accrescendi allein anzumassen / und Matthes Dieterichens und Magdalenen Kindere haben nach Gelegenheit dißfalls / unangesehen sie in pari gradu seyn / daran keine Foderung / V. R. W.)

Definit. XVI.

Non obtinet jus accrescendi in contractibus.

1 IMp. Justinianus ea, quæ de jure accrescendi à se constituta fuêre, in quacunque ultimâ voluntate vult locum habere in *l. un. Cod. de Caduc. tol-*
2 *lend.* † adeoque etiam in donatione mortis causâ, quæ similis est legato *l. ult. Cod. de donat. mort. caus.*
3 Ex quo satis apparet, diversum jus esse † in donatione inter vivos, aliisque contractibus, in quibus facta est aliqua conjunctio, Duar. *de jur. accrescend. lib. 1. c. 15. num. 16.* † Nulla enim lex extat, quæ ad
4 contractus propriè pertineat, quantumvis jura voluntatem certam contrahentium servari jubeant; Ac licet multi, variique loci ubique dispersi occurrant de jure accrescendi, nullum tamen caput de
5 contractibus reperitur. † Nec eadem existit ratio contractuum, quæ hereditatum aut legatorum, cùm ultimas voluntates plenius interpretemur, *l. in*
6 *testamentis. 12. ff. de reg. jur.* † Proinde si quis stipulando non cavit, ut totum sibi acquireretur, id ipsius culpæ imputandum erit, *l. si mihi. 110. ff. de*
7 *V.O.* † Excipitur tamen donatio inter vivos, quæ ex liberalitate Principis proficiscitur, in quâ jus accrescendi locum habet, ex speciali Imp. Constantini sanctione, *in l. un. Cod. si liberalit. Imperial. so-*
8 *cius &c. lib. 10.* † Quia scilicet donationem Principis plenissimè interpretari debemus *l. penult. ff. de*
9 *constit. princ.* Duar. *dict. cap. 15.* † Planè, certa voluntas contrahentium servanda est pro Lege, quamvis nulla lex de jure accrescendi in contractibus lata sit, *l. juris gentium. 7. §. ait prætor. 7. ff. de pact.*
10 † Quid ergò hâc in re contrahentes senserint, probè attendi debet, Duar. *dict. cap. 15* ubi id exemplis declarat.

Ita Domini in causa heredum Hansen Friederichs zu Sitzeroda / Mens. Decemb. Anno 1632. [Verba sentent. Ob nun wol der eine Erbe vor dem testatore verstorben / ꝛc. So habt doch ihr als Erben ab intestato euch dessen Antheils nicht anzumassen / sondern es ist dasselbe / unangesehen einige conjunctio vom testatore nicht geschehen / dem andern eingesetzten Mit-Erben gleichfalls anheim gefallen und zugewachsen / und es hat in gegenwärtigem Fall / weil ein Testament verhanden / die successio ab intestato nicht stat / V. R. W.)

Definit. XVII.

Etiam citra conjunctionem pars hereditatis vacans coheredi accrescit.

DUplex est jus accrescendi in hereditatibus: 1
Unum ex conjunctione à testatore factâ; † *Alterum* circa conjunctionem, *l. un. §. 10. vers. in his itaque C. de caduc. tollend.* Illud in sola testatoris 2
voluntate fundatur, quia testator heredes conjungens hoc voluisse videtur, † ut singuli partem ab ini- 3 5
tio caperent, cum hâc tamen exceptione, ut si alter non petat, vel alio quovis modo deficiat, solidum primus habeat, ut eleganter explicat Franc. Duar. *in tract. de jur. accresc. lib. 1. cap. 11. vers. conjuncti verbis tantum.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pi- 6
stor. *part. 1. qu. 29. num. 6.* † Hoc verò dispositione 4
Legis nititur, quæ hereditatem diverso jure ex testamento scilicet & ab intestato simul deferri non patitur, *§. hereditas 5. inst. de hered. institut. l. jus nostrum. 7. ff. de Reg. jur.* Duar. *dict. lib. 1. cap. 2.* Anton. Fumeus *in tract. de conjunct. tit. de disjunctis omninò utrum habeant inter se jus accrescendi. n. 6.* † Quare, licet testator heredes non conjunxerit, 5
attamen si alter præmoriatur, vel hereditatem adire nolit, pars vacans hereditatis alteri coheredi etiam invito accrescit, perinde ac si pro eâ parte heres nullus fuisset institutus, *§. videamus si pars aliqua vacet 7. ubi* Joh. Schneidew. *n. 4. &* Johan. Harppr. *n. 4. Instit. de hered. instit. Supr.* defin. 5.
† Idque citra conjunctionem, ex posteriori specie 6
juris accrescendi legalis, ne scilicet testator pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat, *dict. l. jus nostrum. 7. ff. de Reg jur.* Duar. *dict. cap. 2.* † Aut 7
si mavis, cum Anton. Fabr. qui prædictam rationem stultam appellitat *in Codicill. lib. 6. tit. 6. definit. 1. n. 12. & decad. 49. Error. 1.* Quia jus habendi heredis omnimodo indivisibile est, sicut & repræsentatio personæ defuncti, *l. ult. C. de sent. pass.*

Ita Domini in causa heredum Hansen Friederichs zu Sitzeroda / Mens. Decemb. Anno 1632. [Verba sentent. Ob nun wol der eine Erbe vor dem testatore verstorben / ꝛc. So habt doch ihr als Erben ab intestato euch dessen Antheils nicht anzumassen / sondern es ist dasselbe / unangesehen einige conjunctio vom testatore nicht geschehen / dem andern eingesetzten Mit-Erben gleichfalls anheim gefallen und zugewachsen / und es hat in gegenwärtigem Fall / weil ein Testament verhanden / die successio ab intestato nicht stat / V. R. W.)

Definit. XVIII.

In Legatis citra conjunctionem nunquam locum habet jus accrescendi, sed deficiente Legatario, Legatum heredi cedit.

UTrumque ergò jus accrescendi tàm ex causâ conjunctionis, à testatore factæ, quàm citra conjunctionem, si pars hereditatis quoquam casu vacat, inter heredes locum habet, Definit. 1
præced. Secus in legatariis; † Aperta enim & 2
communis omnium est conclusio, quod inter legatarios prorsus disjunctos non sit locus juri accrescendi. *l. 1. in princ. ff. de Usufruct. accrescend.*

ſcend. l. Et Proculo, 20. ff. de legat. 2. Franc. Duar. *in tract. de jure accreſc. lib. 1. cap. 3.* Anton. Fumeus. *in tract. de conjunction. tit. de disjunctis omninò, utrum habeant inter ſe jus accreſcendi n. 1.* Ratio
3 diverſitatis in eo conſiſtit, † Quod in legatis cauſa juris accreſcendi eſt ſola voluntas teſtatoris, cum poſſet citra ullam abſurditatem juris aut rationis,
4 pars deficiens manere in hereditate; † In hereditatibus autem adæquata cauſa ejus eſt Lex, quæ hereditatem diverſo jure partim ex teſtamento, partim ab inteſtato, ob jus habendi heredis indiviſibile, deferri non patitur, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 6.*
5 *defin. 1. n. 12.* † Ceſſante ergò ratione hujus juris accreſcendi in legatis, ipſum quoque jus accreſcendi ex causâ vacantiæ deficit. Adeoque pars legati vacans nunquam ſine conjunctione collegatario
6 accreſcit, † ſed vel heredi teſtamentario, vel ab inteſtato cedit, *l. un. §. pro ſecundo. 4. C. de caduc. tollend.* Dan. Moller. *l. 1. ſemeſtr. 31.* Anton. Fum. *dict. loc.* Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2. diſp. 13. th. 3. lit. a.*

Ita Domini in cauſa Chriſtiani à Klitzings, Menſ. Novemb. Anno 1599. [Verba ſentent. Hat eure Haus-Frau in ihrem Teſtament und letzten Willen/ ſo ſie vor 8. Zeugen und einem Notario aufgerichtet/ und euch darinnen zu Erben eingeſetzt/ etliche legata verordnet/ und es ſeyn etliche von den legatariis vorgedachter eurer Haus-Frau der Teſtirerin mit Tode abgangen/ ꝛc. So ſeyn ſolche legata erloſchen/ und bleiben demnach dieſelbe euch als dem inſtituirten Erben billich/ V. R. W.)

Item in cauſa Johannis Spenglers zu Wurtzen/ Menſ. Mart. Anno 1634. [Verba ſent. Iſt bemeldte legataria ehe als ihre Großmutter die Teſtirerin/ ſo ihr 200. fl. legiret und beſchieden/ verſtorben/ So iſt berührtes legatum dadurch erloſchen/ und verbleibet demnach ſolches den Erben ab inteſtato billich/ V. R. W.)

Et in cauſa Nicolai Geritzens zu Leipzig/ Menſ. Sept. Anno 1581.

Definit. XIX.

In ſubſtitutione fideicommiſſariâ citra conjunctionem non obtinet jus accreſcendi, ſed remanet portio deficiens penes heredem.

1 POrrò nec in ſubſtitutione fideicommiſſariâ jus accreſcendi citra conjunctionem ex ſolâ cau-
2 ſâ vacantiæ locum habet. † Etſi enim ſubſtituti etiam heredes ſint, *l. 43. §. 2. l. 56. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. 29. pr. ff. de liber. & poſth. l. 20. §. ult. ff. de condit. inſt. pr. inſt. de vulg. ſubſt.* Herm. Vult.
3 *lib. 1. Jurisprud. cap. 73. num. 93.* † ac fideicommiſſarii heredum loco habeantur §. *reſtituta. 3. Inſt. de fideic. hered. l. 2. & paſſim. ff. ad SCtum*
4 *Trebell.* † Non ideo tamen in omnibus benè heredibus comparantur, minimè verò quoad jus accreſcendi: Nam etſi heredi etiam invito citra conjunctionem deficiens coheredis portio accreſcat, *l. qui ex duabus 53. §. 1. ff. de acquir. hereditat. l. ſi ex pluribus 9. ff. de ſuis & legit. Supr.* defin. 17. † Inter
5 ſubſtitutos tamen fideicommiſſarios non aliter juri accreſcendi locus eſt, quàm ſi re aut verbis conjuncti fuerint à teſtatore, perinde ut evenit in fideicommiſſariis ſingularibus & legatariis, *l. Lucius. 78. §. quæ habebat. 10. ubi* Bartol. *ff. ad SCtum Trebell.* defin. *præced.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 3. defin. 2.* † Ratio diſſimilitudinis haud obſcura eſt ea, quod deficientis ſubſtitutionis portio nun- 6
quam vacat, ſed apud heredem inſtitutum remanet, ab eoque poſtea ad heredes transmittitur, *arg. l. qui liberis. 8. in pr. junct.* Gloſſ. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. un. §. ubi autem legatarii. 11. C. de caduc. tollend. l. Julianus 60. ff. de legat. 2.* † à quo nimirum adi- 7
tam fuiſſe hereditatem neceſſariò ponendum eſt, ut fideicommiſſum valere poſſit *l. 16. C. de fideicommiſſ. l. ſi nemo. 9. ff. de teſtam. tut.* Anton. Fab. *dict. defin. 2. n. 6. & 7.* † Nunquam ergò metuendum, ut 8
teſtator hoc caſu pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedat, aut jus heredis dividatur, quam ob cauſam citra conjunctionem, inter heredes etiam invitos jus accreſcendi locum habere, *dixi Supr. defin. 17.*

Ita Domini in cauſa D. Levini Lindners zu Lauben/ Menſe Majo Anno 1633. [Verba ſentent. Hat eure Mutter Sara Seligerin einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen euch/ ihren leiblichen Sohn/ und ihres verſtorbenen Sohnes Tochter/ Saren Lindnerin/ zu Erben eingeſetzt/ gedachter Saren Lindnerin aber deren leibliche Mutter ſubſtituiret. Und als die Teſtirerin Todes verblichen/ iſt eurer Mit-Erbin Saren Lindnerin Mutter/ als ſubſtituirte Erbin/ vor der Tochter verſtorben/ ꝛc. So iſt dadurch die ſubſtitution erloſchen/ und hat demnach bemeldte Sara nach ihrem Abſterben die Erbſchaft/ darinnen ihr die Mutter jure fideicommiſſi ſubſtituiret geweſen/ auf ihre nächſte Erben ab inteſtato gebracht und verfället/ V. R. W.)

Et in cauſa Antonii Schmidts zu Pirna/ Menſ. Sept. Anno 1635. [Verba ſent. Hat euch euer Eheweib zu Erben ihrer Verlaſſenſchaft eingeſetzt/ dergeſtalt daß nach eurem Abſterben ihrem Bruder und deſſen Sohne etwas davon jure fideicommiſſi anheim fallen ſolte. Und es iſt nunmehr euer Weib/ bald aber darauff ihr Bruder verſtorben/ ꝛc. Da nun eures Weibes Brudern Sohn vor euch auch mit Tode abgehen würde/ ſo wäre dadurch das fideicommiſſum erloſchen/ und euch/ als dem heredi inſtituto, die mit dem fideicommiſſo gravirte Stücke zugefallen/ des Brudern Sohnes nächſte Freunde aber hätten daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. XX.

Mortuis heredibus ante teſtatorem, irritum fit teſtamentum, & redit hereditas ad caſum inteſtati.

TOta ergò res in eo vertitur, ut teſtamentum 1
ſubſiſtat, nec teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, aut jus heredis habendi dividatur, quocunque etiam modo heres aut legatarius deficiat, † accreſcente ſcilicet portione vacan- 2
te coheredi, *Supr.* Defin. *17. & 18.* † Quid autem ſi 3
coheres etiam deficiat, vel quod unicum tantùm teſtator inſtituerit heredem, vel quia omnes ſimul ante teſtatorem defuncti proponantur? † Certè 4
hoc caſu irritum fit teſtamentum, & redit hereditas ad caſum inteſtati, §. *poſteriore. 2. inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 2. num. 4.* † Ergò ſuccedunt heredes ab 5
inteſtato, quibus relinquere ipſemet voluit bona ſua teſtator, alium heredem non inſtituendo, Mantic. *dict. lib. 2. tit. 15. n. 14.* † Nec ulterius metuen- 6
dum, ut jus heredis dividatur, cum ab inteſtato ſolùm deceſſerit, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 6. defin. 1. n. 12.*

Ita Domini in causa Mauritii Schwabens zu Thirn/ Mens. Jun. Anno 1607. [Verba sent. Hat euer Schwäher-Vater ein Testament gemacht/ und darinnen sein Eheweib zu seiner Erbin eingesetzt / und es ist dieselbe vor ihrem Ehemanne dem testatore verstorben/ ꝛc. So ist solches Testament durch ihren tödtlichen Abgang erloschen / und wird demnach euers Schwähervaters Verlassenschaft ab intestato unter seine Erben billich vertheilet/ V. R. W.)

DEFINIT. XXI.

Defuncto herede ante testatorem, irritum fit testamentum etiam quoad legata, nisi apposita sit clausula Codicillaris.

1 SI heres non adierit hereditatem, vel quod ante testatorem mortuus fuerit, vel hereditatem acceptare noluerit, nihil valet ex his, quæ in testamento scripta sunt, *l. si nemo. 9. ff. de testam. tutel.*
2 † Ergò nec legata debentur, quia pro parte valere testamentum non potest, & pro parte non valere, Johan. Dilect. *de art. testandi. tit. 6. de legat. cautel. 2. num. 1.* 3 † Nam quod legata debentur, irrito licet facto testamento ex causâ præteritorum liberorum, *Nov. 115. cap. 3. §. ult.* Constit. Elect. *9. p. 3.* illud ex peculiari legis dispositione in 4 casu hoc certo procedit, † nec ad alium casum extendi debet, *l. 14. ff. de legib.* Valida tamen erunt 5 legata, defuncto etiam herede ante testatorem, † si apposita fuerit testamento clausula Codicillaris, per quam legata repetita videntur ab his, qui ab intestato succedunt, *l. ex testamento. 29. Cod. de fideicommiss.* Bartol. *in l. 1. ff. de jur. Codicill.* 6 † Efficit namque clausula Codicillaris vel de omni meliori modo, ut dispositio testatoris, si non jure testamenti subsistere potest, valeat jure Codicilli, vel donationis mortis causâ, vel legati aut fideicommissi, aut cujuscunque tandem ultimæ voluntatis, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. definit. 7. num. 2.* Jul. Clar. *in §. testamentum. q. 46. in pr.* Dan. Moll. *ad Constitut. Elector. 3. num. 39. pag. 3.* † idemque 7 dicendum, si testator legata relicta velle valere dicat, defuncto licet ante eum herede, quia disponere potest, ut debeantur legata etiam in casu intestati. *Vid. infr.* Const. 4. *defin. 31. h. p. 3.* Joh. Dilect. *dict. caut. 2. n. 3. & 6.*

Ita Domini in causa Nobilium à Zehmen/Mens. Septemb. Anno 1634. [Verba sentent. Hat N. N. in berührtem Testament etliche legata verordnet / Ob nun wol die instituirte Erbin eure Mutter und Muhme vor dem testatore verstorben/ und also aus Mangel des heredis institution die Erbschaft ad casum intestati kommen/ dieweil aber dennoch dem Testament die clausula Codicillaris einverleibet/ ꝛc. So werden vermittels derselben die legata billich erhalten/ V. R. W.)

Et in causa Andreæ Schubarts zu Reichenbach/ Mens. Jan. Anno 1636. [Verba sent. Ob wol Wolff Knorr / Römischer Käiserl Majest. Hof-Diener in der Steyermarck ein testamentum nuncupativum aufgerichtet / darinnen gewisse legata verordnet / und sein Weib zum Erben eingesetzt. Dieweil aber dennoch die instituirte Erbin vor dem testatore verstorben; So ist bemeldtes testamentum nuncupativum dadurch erloschen / und mögen auch dahero die legata mit Bestande nicht gefordert werden / sondern es hat der testator seine gantze Verlassenschaft auf seine Erben ab intestato gebracht und verfället/ V. R. W.)

CONSTITUTIO III.
PARTIS TERTIÆ.

Wann ein Testament vor Gericht oder vor Personen / so von Gerichts wegen darzu beruffen/aufgericht / ob zu demselben auch andere Zeugen erfordert werden müssen?

Testamentum in loco judicii factum, vel coram personis nomine judicii ad testatorem missis, num requirat testes?



NAchdem etliche bey den Testamenten / so Gerichtlichen geschehen / Zeugen erfordern/ so seynd doch unsere Verordnete dessen einig/daß dieselbe zu Recht beständig / ob gleich keine andere Zeugen darinnen benant/ oder darzu gebeten worden.

Wo auch Gerichts Personen von Gerichts wegen zu einem/der da kranck ist / in seine Behausung auf seine Erforderung geschickt / und er vor ihnen ein Testament macht / so wird es davor gehalten/als wäre es coram actis und vor Gerichte geschehen.

Also auch/ wo einer ein Testament daheime schreibet/oder schreiben lässet/und leget dasselbige hinter das Gerichte/ so ist es kräftig/da gleich keine Zeugen darbey sein / darnach sich unsere Hofgerichte/Juristen-Facultäten und Schöppenstüle im Recht-sprechen zu richten haben sollen.



TSi non desint, qui etiam in testamentis, quæ apud acta fiunt, testes requirant; Deputati tamen nostri in id convenerunt, ut absque aliis testibus ea valere existiment.

Quemadmodum & id, quod ægrotus quispiam domi suæ facit in præsentia judicis ejusque Scabinorum vel illorum, qui, ipso petente, nomine judicii ad hoc ipsum missi sunt, perinde habetur, ac si coram actis, vel in loco judicii factum fuisset.

Sed & si quis testamentum domi suæ, vel à se ipso vel per alium scriptum, in loco judicii conservandum deponat, id quoque absque testibus valere existimant, & ita pronunciari mandamus.

DEFI-

DEFINITIONES.

1. *Testamentum solenne in scriptis, à septem testibus specialiter ad id rogatis subscriptum & sigillatum subsistit, licet ipsemet testator nomen heredis non scripserit.*
2. *Non vitiatur testamentum in scriptis ex eo, quod clausum testibus fuerit ad subscribendum exhibitum, non verò prælectum.*
3. *Scriptura jure testamenti solennis valere jussa ex defectu solennium non valet, ut testamentum nuncupativum, nec ut Codicillus, deficiente clausulâ Codicillari.*
4. *Abbreviaturæ & Ciphræ Arithmeticæ intelligibiles ac usitatæ non vitiant testamentum solenne in scriptis.*
5. *Ex verbis in margine testamenti appositis sensum scripturæ non invertentibus haud vitiatur testamentum.*
6. *Licet non heredes, legatarii tamen in testamento testes admittuntur.*
7. *Nec pater admittitur testis in testamento eo, in quo filius licet emancipatus heres est scriptus.*
8. *Curatores in testamento minorum, idonei habentur testes.*
9. *In testamento legatum sibi adscribens, dictante licet testatore, illud petere non valet.*
10. *Petere tamen potest legatarius legatum manu suâ sibimetipsi adscriptum, si testator in subscriptione se legatū hoc ipsi reliquisse, testatus fuerit.*
11. *Subsistit testamentum judiciale absq; testibus in foro Saxonico etiam extra Electoratum.*
12. *De testamenti confectione vel insinuatione judiciali testantibus judici & Scabinis creditur etiam specialiter non juratis.*
13. *Ad testamenti factionem, insinuationemvè judicialem non requiritur judicii ordinatio solennis*
(Die Hegung des Gerichts.)
14. *Nobilis merum vel mixtum Imperium habens coram actis sui judicii validè testatur.*
15. *Validum est testamentum apud acta confectum vel insinuatum coram solo judice, Assessoribus & Scabinis aliis licet non præsentibus.*
16. *Testamentum ab ægroto vel alio extra locum judicii coram judice & Scabinis factum valet, nullis licet adhibitis testibus.*
17. *Extra locum judicii, testamentum non nisi coram duobus Senatoribus vel Scabinis factum validum habetur.*
18. *Coram unico Scabino & Notario judicii, testamentum extra judicium haud validè conficitur.*
19. *Consuetudine potest introduci, ut valeat testamentum coram unico Scabino & Actuario judicii in domo testatoris conditum.*
20. *Tùm demum subsistit testamentum extra judiciū conditum coram judice & Scabinis, si specialiter autoritate judiciali ad hunc actum fuerint ablegati.*
21. *Non valet testamentum judiciale coram Schulteto & Scabinis paganis factum.*
22. *Quatenus tempore pestis coram Schulteto & Scabinis paganis quis validè testari aut mortis causâ donare queat?*
23. *Ut testamentum judiciale valeat, requiritur præsentia ipsius testatoris, nec per intermediam personam testamentum apud acta insinuari potest.*
24. *Non efficit permissio Magistratus, ut valeat testamentum domi conscriptum & per intermediam personam insinuatum.*
25. *Non præsumitur testatorem fuisse præsentem in judicio, sed probandum id est.*
26. *Ut testamentum judiciale oretenùs factum subsistat, requiritur omninò, quod Judex & Scabini illud ex ore testatoris audierint ac perceperint.*
27. *Non vitiat testamentum expositio voluntatis per alium facta, si postea testator à Scabinis interrogatus affirmando illam confirmaverit.*
28. *Testamentum in schedulâ consignatum & actis vel Judici ac Scabinis insinuatum subsistit, licèt iis non fuerit prælectum ac manifestatum.*
29. *Amissâ licet schedula testamenti judicialis obsignatâ, validum nihilominus illud erit, quatenus Scabini tenorem perceperint, deq; voluntate testatoris deponere possunt.*
30. *Non revocatum censetur testamentum judiciale ex eo solo, quod testator illud ab actis removerit & ad se receperit.*
31. *Suspicio fraudis quandoq; facit, quòminus testamentum ab actis remotum subsistat.*
32. *Validum est testamentum judiciale, etiamsi Notarius judicii non adfuerit.*
33. *Etiam in testamento nuncupativo testes specialiter rogatos adhiberi necesse est.*
34. *Validum est testamentum Nuncupativum, etiamsi illud in scripturam redactum testes nec subscripserint, nec sigillaverint.*
35. *Non vitiatur testamentum Nuncupativum ex eo, quod in scripturam redactum testatori non prælectum, nec ab eo subscriptum fuerit.*
36. *Solo interventu septem testium non probatur testamentū nuncupativum, nisi & testes adhibiti juratò de ultimâ testatoris voluntate deposuerint.*
37. *Confecto à Notario instrumento super testamento Nuncupativo, testes ad id adhibiti haud jurare tenentur.*
38. *Testes super Nuncupativo testamento extra processum sub juramento sunt examinandi.*
39. *Testator immemor prioris sui testamenti judicialis, aliud apud acta disponens prius mutasse censetur.*
40. *Revocato testamento priore per posterius, videntur simul revocata legata prioris testamenti, nisi ex circumstantiis aliud appareat.*
41. *Valet testamentum nuncupativum ex eo, quod duo testes de instrumento desuper confecto deponant, licet instrumentum amissum aut reliqui testes mortui fuerint.*
42. *Testamentum apud acta conditum coram septem testibus revocari potest.*

DEFINIT. I.

Testamentum solenne in scriptis, à septem testibus specialiter ad id rogatis subscriptum & sigillatum subsistit, licet ipsemet testator nomen heredis non scripserit.

1 TRia hodiè testamentorum genera habentur, *In scriptis; Coram actis seu Judiciale; Et nuncupativum.* † In scriptis, quod & in specie solenne
2 dicitur, minus frequentatur, ut innuunt Recess. Imper Colonienf. *de Anno 1512. t.* von Testamenten. §. Nun die Form eines Testaments in Schriften/ welches nunmehr nicht in grosser Ubung ist / ꝛc. propter varias, nempe ac multiplices solennitates, quibus præcisè non adhibitis, ipsum testamentum vitiatur, *d. tit.* von Testamenten. §. Es sollen auch die Notarien. *ult. l. hâc consultissima. 21. pr. v.*
3 *Non subscriptum. C. de testam.* † inter solennia verò hæc requisita, quæ refert Joh. Schneidew. *in pr. inst. de testam. ordin. tit. de solenni testamento.* principaliora habentur. † (1) Quod testamentũ fiat uno contextu, sive uno eodemq; tempore, nullo alieno, sive
4 externo actu interposito *l. heredes palam 21. §. ult. ff. qui testã. fac. poss. l. hâc consultissima. 21. l. 28. C. de testam. dict.* Recess. Imp. *tit.* Von Testamenten. §. Nun die Form eines Testaments. *vers.* alsdann
5 desselben Tages/ꝛc. † (2) Ut septem testes adhibeantur specialiter ad hoc rogati, *dict. l. heredes. 21. ff. qui test. fac. dict. l. hâc consultissim. l. 21. C. de testam. d. §.* Nun die Form. *vers.* Vor sieben Zeugen/ die darzu
6 durch sonderlich zusammen beruffen. † (3) Ut testes nomina subscribant, nec unus scribat pro alio, nisi eo in loco tot literati testes non reperiantur, nam tunc unus pro alio subscribere potest, *l. ult. C. de test. d. l. hâc consultissimâ. 21. l. 28. eod. tit. d. §.* Nun die Form. *vers.* Mit ihren eigenen Händen
7 unterschrieben / ꝛc. † (4) requiritur etiam testium subsignatio, *l. 22. §. 4. ff. qui testam. fac. poss. dict. l. hâc consultissimâ. 21. C. de testam. dict. §.* Nun die Form. *vers.* und gewöhnlichen Signeten be-
8 zeichnet werde/ zu besiegeln / ꝛc. † (5) Ut ipsemet testator manu propriâ scribat, vel saltem testamento à Notario, aliâve personâ scripto, nomen subscri-
9 bat: † Aut si literas nesciat vel scribere nolit, pro eo tunc alius ceu octavus testis subscribat, *d. l. hâc consultissimâ 21. C. de test. l. 28. §. 1. C. de testam. d. §.* Nun die Form. *vers.* und vor den Zeugen allen mit eigener Hand unterschriebe / oder wo er nicht schreiben könte/ oder alsdenn nicht möchte / durch eines andern ächten Gezeugen Hand / in seinem Namen und auf sein Begehren an einem Ort un-
10 terschreiben lasse. † Planè & illud vulgò requirunt, ut testator propriâ manu, vel si scribere nequeat, manu testium heredis nomen disertè exprimat, *§. sed his omnibus. 4. Instit. de testam. ordin. l. jubemus. 29. & l. seq. Cod. de testam.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5.*
11 *defin. 20. n. 2.* † Sed hoc Justinianus Imp. sustulit, & per alium etiam, quàm per testem, ut totum testamentum, ita etiam heredis nomen scribi permisit, *Auth. Et non observato. C. eod. tit. Novell. 119. cap. 9.*
12 † Quare nec *dicti* Recessus Imperii Colonienses hujus requisiti ullam faciunt mentionem.

Ita Domini in causa Hansen Hessens zu Sondershausen/ Mens. Septemb. Anno 1620. (Verba sentent. Hat Ursula Jacob Kuntzens Wittib einen letzten Willen und Testament auffgerichtet / so sie durch einen Notarium zu Papier bringen / und durch die sieben dazu erfoderte Zeugen besiegeln und unterschreiben lassen / auch ihren Namen so bald selbsten unterschrieben / ꝛc. So ist solches Testament eures darwider gethanen Fürwendens ungeachtet zu Recht beständig/ V. R. W.)

In causa Margarethæ Viduæ Francisci à Schwantzens/ Mens. Jan. Anno 1599. (Verba sentent: Hat euer Sohn durch den Pfarrherrn seinen letzten Willen und Testament schreiben lassen / und hernach für sieben Zeugen sich erkläret/ daß in solcher Schrifft sein letzter Wille begriffen / auch in ihrer aller Beyseyn dieselbe mit eigener Hand unterschrieben/ und mit seinem Pittschafft besiegelt/ auch die anwesenden Zeugen gebeten/ daß sie/ die Zeugen/ gleicher Gestalt solche Schrifft unterschreiben / und dieselbe besiegeln wolten / immassen denn auch geschehen/ꝛc. So ist solches Testament seiner Solennitäten halber zu Recht kräfftig und beständig/ꝛc.)

Item in causa Christophori Hempels & Consortium zu Eßleben/ Mens. Septemb. Anno 1636. (Verba sentent. Ob wol berührten letzten Willen sieben Personen unterschrieben und besiegelt / dieweil aber dennoch dieselbe als Zeugen hierzu nicht sonderlich erfodert und gebeten worden/ auch nicht sämptlichen zugleich / sondern zu unterschiedenen Zeiten ein jeder absonderlich in seinem Hause / dahin solche dispositio geschicket worden / sie unterschrieben/ꝛc. So ist auch berührte dispositio als ein testamentum solenne in scriptis nicht beständig / V. R. W.)

In causa Christiani von Klitzings / Mens. Novemb. Anno 1599.

Et in causa Andreæ Müllers zu Naumburg/ Mens. August. Anno 1634.

DEFINIT. II.

Non vitiatur testamentum in scriptis ex eo, quod clausum testibus fuerit ad subscribendum exhibitum, non verò prælectum.

1 INepti videntur, qui in rationem juris inquirunt, cur nempe septenarius numerus testium fuerit electus ad solennitatem testamentorum, cum hoc
2 exemplum sit juris constituti, † cujus natura hæc est, ut ratio ejus nec investigari debeat, nec reddi possit, teste Anton. Fabr. *in Rationalib. ad l. non omnium. 2. ff. de lb.* † Ineptiores illi qui in redden-
3 da ratione numeri septenarii ad fabulas seu argutias Græcorum de præstantiâ & dignitate istius numeri confugiunt, de quâ non pauca tractantur à Macrob. *lib. 1. comment. in somn. Scip. cap. 6.* quas speculationes priscis Romanis incognitas fuisse probabile est. † Si omnino ratio
4 reddenda esset, dicere ausim, cùm olim in testamento per æs & libram quinque testes cum libripende & emptore familiæ intervenire necesse esset §. *1. Inst. de testam. ordin.* Prætorem sublatâ illâ emancipatione, & imaginaria venditione, quâ hoc testamenti genus perficiebatur, in locum duarum illarum personarum, ut idem numerus maneret, duos substituisse testes: † Quod & in
5 emancipatione liberorum contigisse, autor est Ca-
6 jus *lib. 1. Inst. tit. 6. §. 4.* † Quamvis nec tùm ratio solida occurrat, cur in nexu illo & mancipatione quinq; testibus opus fuerit, illud nosse utilius est, †
7 quod testes debeant esse præsentes coram testatore, illumque videre, ad evitandas omnes fraudes & fallacias, quæ forsan alioqui contingere possent, *l. si non speciali 9. C. de testã.* Recess. Imp. Colonienf. *de Anno 1512. tit.* von Testamenten. §. Nun die Form. *vers.* vor den Zeugen allen. Sed num in

horum

horum quoque præſentia teſtamentum legi, ejusque contenta manifeſtari neceſſe eſt? Neutiquam,
8 † ſed ſufficit teſtibus ſcripturam clauſam, involutamque proferri, *l. hâc conſultiſſimâ. 21. C. de teſtam.*
9 † Modò teſtator in præſentiâ teſtium declaret, ſuum id eſſe teſtamentum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 20. n. 4.* Nicol. Boër. *quæſt. 16. & 20.* † Quod
10 & ſatis expreſſum *in dict.* Receſſ. §. Nun die Form. *verſ.* daß der ſo ſein Teſtament machen wil / in Schrifft bezeichnet und verbunden / oder allein beſchloſſen und eingewickelt ſey / ꝛc. *junct. verſ.* Doch alſo/daß er öffentlich anſage/daß ſolches/ſo er darlegt/ſein Teſtament ſey/ꝛc.

Ita Domini in cauſa Hanſen Heſſens zu Sondershauſen/ Menſ. Sept. Anno 1620. (Verba ſent. Ob nun gleich letztbemeldte Zeugen vermittelſt Eydes ausgeſagt / daß ihnen ſolch Teſtament nicht vorgeleſen worden / dieweil ſie aber dennoch darneben dieſes berichten / daß die Teſtirerin berührtes Teſtament in Händen gehabt / und zu ihnen geſagt / daß dieſes ihr Teſtament und letzter Wille wäre/ꝛc. So iſt ſolches Teſtament euers / darwider gethanen Fürwendens ungeachtet / zu Recht beſtändig/ V. R. W.)

Definit. III.

Scriptura jure teſtamenti ſolennis valere juſſa, ex defectu ſolennium non valet, ut teſtamentum nuncupativum, nec ut Codicillus, deficiente Clauſula Codicillari.

1 SCriptura propriâ teſtatoris manu ſcripta, vel ſubſcripta, hoc addito, quod teſtator eam velet, ut teſtamentum ſcriptum valere, non ſubſiſtit, ut teſtamentum ſolenne, ex defectu requiſitorum, ſi forſan teſtes non ſubſcripſerint nec ſigillaverint iſtud *l. ad teſtium. 22. §. 4. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. hâc conſultiſſimâ. 21. C. de teſtam. Supr.* defin. 1.
2 † Nec etiam valere poteſt ut teſtamentum Nuncupativum, quia heredem hoc caſu ab ipſo quoque teſtatore vivâ voce & palam nuncupari oportet
3 *l. heredes palam. 21. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* † At nec teſtator hoc jure illud ſubſiſtere voluit, non enim actus agentium operantur ultra eorum intentionem, *l. non omnis 19. ff. de reb. credit. l. quoties. 9.*
4 *ff. de hered. inſt. l. 17. C. de donat.* † Ergò conſequens eſt, ut nullius omninò momenti ſit teſtamentum, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 20.*
5 *n. 4.* † Nec valere poteſt in vim Codicillorum, ſi non adjecta ſit clauſula Codicillaris, quantuscunque teſtium numerus adfuerit, *l. 1. ff. de jur. Codi-*
6 *cill.* † Quin & clauſula hæc nunquam ſupplet defectum voluntatis, ſed tantum ſolennitatis Dec. *conſil. 205. in fin.* Anton. Fab. *in Codic. dict. tit. 5. defin. 4. n. 4.*

Ita Domini in eadem cauſa Balthaſar Kirchners zu Sommern / Menſ. Octobr. Anno 1621. (Verba ſent: Ob wohl Andreas Sebald ein Teſtamentum auffgerichtet und zu Pappier bracht/darzu auch ſieben Zeugen erfordert/uñ ferner Ordnung gethan/daß ſolcher ſein letzter Wille pro teſtamento ſolenni und in ſcriptis geachtet werden ſolte/ Dieweil aber dennoch die Zeugen ſolches Teſtament weder unterſchrieben noch beſiegelt/ꝛc. So iſt es zu Recht ungültig/und mag auch geſtalten Sachen nach als ein Teſtamentum nuncupativum oder Codicill, zu Recht nicht erhalten werden/V. R. W.)

Definit. IV.

Abbreviaturæ & Ciphræ Arithmeticæ intelligibiles ac uſitatæ non vitiant teſtamentum ſolenne in ſcriptis.

AD validitatem teſtamenti requirunt Dd. com- 1
muniter, quod non ſcribatur per notas, ciphras & abbreviaturas, ex quibus vix percipi poteſt ſenſus Scripturæ per text. *in l. ſed cum patrono. 6. §. ult. ff. de bonor. poſſeſſ. l. un. ff. ſi tabul. teſtam. Auth. quod ſine. ubi* Dd. *C. de teſtam.* Jul. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 14. n. 3.* Bartol. *in dict. l. ſed cum patrono. 6. §. ult. ff. de B. P.* Weſenb. *conſil. 90. num. 14. & 15.* Joh. Dauth. *de teſtam. n. 400.* Fern. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 15. n. 46.* † Quod omninò regulariter 2
ſic obtinet, ac præſertim ſunt abbreviaturæ in teſtamentis vitandæ circa numerum Unciarum, vel ſummam aliquam pecuniæ numeris arithmeticis exprimendam, Dauth. *dict. loc.* † Attamen fallit hoc 3
ipſum multis in caſibus, utpote in teſtamento militis, pias ad cauſas, nuncupativo, aut quâvis in neceſſitate facto, ut notant Dd. antea allegati, quibus addatur Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. n. 3.* & refert undecim limitationes Vaſq. *dict. loc. n. 47. & ſeqq.* † Planè, non vitiant teſtamentum ſolenne ſive 4
in ſcriptis abbreviaturæ & Ciphræ, quando ſunt uſitatæ ac intelligibiles; † Sufficit enim de mente te- 5
ſtatoris ac ſenſu ſcripturæ conſtare, *arg. text. in l. quoties. 9. §. 1. ff. de hered. inſt.* Bald. & Salycet. *in Auth. quod ſine. C. de teſtam.* Vaſq. *dict. loc. num. 47.* Mantic. *dict. tit. 3. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Margarethen Belwitzin/Viduæ Franciſci à Schwantzen, Menſ. Jan. An. 1599. (Verba ſent. Ob nun gleich etliche Legata nicht gar von Worten zu Wortenausgeſchrieben / ſondern im Teſtament mit Ziffern geſetzt ſeyn. Da aber dennoch ſolche Wort und Ziffern deutlich und zu erkennen / und nicht etwa dermaſſen verzogen wären/daß ſie unkänntlich/ und darans die Zahl eigentlich nicht abzunehmen/ꝛc. So wäre obangezogenes Teſtament ſeiner Solennitäten halber / und obangezogenen Fürwendens ungeachtet/ zu Recht kräfftig und beſtändig/ꝛc.)

Et in cauſa Georgii Kirſtens zu Oederan/Menſ. Mart. Anno 1636.

Definit. V.

Ex verbis in margine teſtamenti appoſitis ſenſum ſcripturæ non invertentibus, haut vitiatur teſtamentum.

PEr cancellationem teſtamentum corrumpi 1
notant omnes, teſte Fern. Vaſquio *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 15. n. 60.* per *l. 1. & l. proximè. 3. ff. de his quæ in teſtam. delent.* Scilicet † quod ſatis conſtet, 2
teſtatorem prioris ſuæ voluntatis pœnituiſſe, Vaſq. *dict. loc. n. 63. & 113.* At de cancellatione ſaltem totali hoc intelligendum eſt, † Alioquin verbis 3
ſaltem quibuſdam cancellatis, non totum infirmabitur teſtamentum, ſed ſolum id quod deletum eſt, *l. 2. ff. de his quæ in teſtam. delent. ubi* Matth. Weſenb. *in paratit.* † Multò minus teſtamentum 4
vitiatur ex eo, quod in margine fuit adnotatum, ſi non ſenſum aut voluntatem teſtatoris invertat, *arg.* 5
l. 1. ff. eod. † Quin ſi de mente teſtatoris non appareat, pro non adjecto potius habendum, quam te- 6
ſtamentum inde vitiatum dicendum eſt, † modo appoſita in margine non contrarientur heredis inſtitutioni aliisque in teſtamento contentis, quo dubia voluntas teſtatoris reddi poſſet, quæ

semper ut aliis in dispositionibus ita & præcipuè
7† in testamentis principem locum tenet *l. in conditionibus primum locum. 19. ff. de condit. & demonst. l. heredes mei. 57. §. cum ita. 1. ff. ad SCtum Trebell. l. fin. ff. de fund. instruct. l. stipulatio ista 38. §. ii qui 6. & §. hæc quoq; 7. ff. de V. O.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Und daß der Testator ein tausend Reichsthlr. mit Ziffern bey der Einsetzung des Erben auf den Rand gesatzt / und dabey nichts mehr verordnet / Solches kan der Einsetzung des Erbens / welche an ihr selbst klar und von allen übrigen Gütern / so nach Abrichtung der Legaten vorhanden/nothwendig zu verstehen/nichts benehmen / und mag auch nicht vor ein bloß Legat gehalten werden / sondern es ist dafür zu achten/ als wann es gar nicht hinzu gesetzt/ V.R.W.)

Definit. VI.

Licet non heredes legatarii tamen in testamento testes admittuntur.

1 NOn ut heredes scripti, ita & legatarii ac fideicommissarii testes esse prohibentur in testamento. *§. sed neq; heres. 10. & §. seq. Inst. de testam. ordinand.* † Cujus rei rationem hanc reddit
2 Imp. Justinianus, quod legatarii & fideicommissarii non sint juris successores nec jure directo & universali titulo succedant *dict. §. 10. J. d. t.* Attamen
3 ratio adhuc alia eos repellere videtur; † quia scilicet causa testamenti, in quo legatarius testimonium perhibet, ad ipsius commodum pertinere
4 videtur; At notissimi juris est, † neminem in re propriâ, vel ex quâ damnum aut emolumentum sperat, testem existere idoneum. *l. nullus 10. ff. de testib. l. omnibus. 10. C. eod. tit. l. 1. §. 11. ff. quando appell. sit.* Sed fallit hoc, † quando is, cujus in favo-
5 rem talis repellitur testis, cum admittere velit, tunc etenim is favori pro se introducto renun-
6 ciare potest, *l. pen. C. de pact.* † Nemo autem inficias ibit, in testatoris favorem introductum esse, ne testes suspecti de ejus voluntate deponentes audiantur: Si ergò testator testes ejusmodi adhibeat, ac favori suo renunciet, quidni jure admitte-
7 rentur? † Quamvis alii alias & diversas hujus decisionis proferant rationes. Quin & à quibusdam sanctio hæc Imperatoria *in d. §. 10. J. dict. t.* ad te-
8 stamenta solennia & in scriptis restringitur, † ita ut in testamento nuncupativo nec legatarii testes admitti debeant, quod & placet Anton. Fabro *de Error. pragmat. decad. 66. Error. 1.* † Sed obstat gene-
9 ralitas verborum in *dict. §. 10. J. d. t. & l. qui testam.*
10 *20. in pr ff. qui testam. fac. poss.* † Ac refellitur satis ratio diversitatis, quæ vulgo reddi solet, à Johan. Harppr. *in §. 10. n. 6. & seqq. inst. de testament. ordin.*
11 † Non ineptè forsan dixeris, multa principaliter prohibita in consequentiam saltem permitti cum
12 Donello *lib. 6. comm. 17. circa fin.* † Cui addo, quod in legatariis hoc sit jus singulare: Nimirum cum testibus confirmetur testamentum, aliquam quasi mercedem ipsis rependere permittendum, nec adimendum fuit testatori, legatum relinquere amicis ad testimonium adhibitis.

Ita Domini in causa Sophien von Miltitzen ad consultationem Quæstoris Dresdensis, Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent: Hat nun auch die Testirerin den Zeugen selbsten ein gewiß Geld legiret und bescheiden/ &c. So ist solches Testament zu Recht beständig/und werden demnach auch den Zeugen die vermachten Legata billich ausgeantwortet/V.R.W.)

Et in causa Matthæi Hasens zu Döltzig / Mens. August. Anno 1632. (Verba sent. So ist solches Testament zu Recht beständig/und mag dannenhero / daß den Zeugen etwas darinnen legiret worden / beständiger weise nicht hinterzogen werden/V.R.W.)

Definitio VII.

Nec pater admittitur testis in testamento eo, in quo filius licet emancipatus heres est scriptus.

1 LEgatarii ergò ac fideicommissarii tàm in nuncupativo quàm scripto ac solenni testamento testes esse possunt §. *10. inst. de testam. ordin. ubi* Harppr. *num. 7. & seqq.* Reusner *in tract. de testam. part. 3. cap. 21. n. 12.* Def. *præced.* † Non autem here- 2
des scripti §. *10. inst. de test. ordin.* † Sed nec horum 3
liberi, aut parentes, *dict. §. 10. J. d. t. l. qui testamẽto 20. in pr. ff. qui testam. fac. poss.* Etsi verò à testimonio removeatur tantum parens, qui filium heredem in potestate habet, ut verba habent Justiniani Imperatoris *in dict. §. 10. J. d. t.* † Attamen nec in testamen- 4
to eo, in quo filius saltem emancipatus heres institutus fuit, patrem heredem admitti dixerim,
vel propterea, † quod ex receptâ Dd. sententiâ 5
etiam quoad causam testamentariam, emancipati ad jus suorum redacti & vel instituendi vel exheredandi sint. † Accedit, quod nec heredis frater te- 6
stis esse queat, in testamento *ex* Recess. Imp. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. Die Notarien so zu Testamenten. *in verb.* Oder der mit demselben in eines andern Gewalt wäre / &c.
† Multo minus itaq; pater heredis, ut maximè hic in 7
potestate ejus non existat, ob paternam scilicet affectionem, † quæ per emancipationem non extin- 8
guitur, *l. jura sanguinis 8. ff. de Reg. jur.* Prosp. Farin. *de testib. quæst. 54. n. 154.*

Ita Domini in causa Hansen Leipnitz und Valentin Lehmans zu Goltzen/Mens. April. Anno 1633. (Verba sentent. Giebt Hans Goltzsche für / daß sein Eheweib für ihrem tödtlichem Hintritt / in Beyseyn seines Vatern und anderer Zeugen ein Testament auffgericht/ und darinnen ihn den Ehemann zum Erben eingesetzt/ Ob nun wol der Vater dißfalls zum Zeugen nicht zuläßlich / &c.)

Definit. VIII.

Curatores in testamento minorum idonei habentur testes.

1 EXpeditum est, tutorem in testamento scriptum, testem adhiberi posse, si eum nil aliud impediat, *l. qui testamento. 20. pr. vers. quod in legatario. ff. qui testam. fac. poss.* † Quamvis enim causa 2
pupilli sit, quasi propria tutoris, qui loco Domini habetur, adeoque in eâ idoneus testis esse neque- 3
at, *l. qui fundum. 7. §. si tutor. 3. ff. pro emptor. l. interdum. 56. §. qui tutelam. 4. ff. de furt. l. is qui in puteum. 11. §. 7. ff. quod vi aut clam.* † attamen ante-
quam tutelam suscipit, nondum scilicet adita hereditate, testis testamento licitè adhibetur, *l. si nemo 9. ff. de testam. tutel.* Reusner., *in tract. de testament. part. 3. cap. 21. num. 10.* † Minus dubium est 4
in Curatore, quin testamento minoris testis adhibeatur idoneus, † Quia scilicet ejus autoritas 5
non nisi ad actum solennizandum necessaria est, nec causa minoris causa curatoris propria dici potest, nec ullum Curatoris negotium vel periculum in actu minoris versatur. † Quod multò magis 6

obtinet

obtinet in Curatore ad litem, quem testem idoneum in testamento Curandæ existere, nemo facile dubitabit, Prosp. Farin. *de testib. quæst. 60. num. 284. & seqq.* ubi plures allegat.

Ita Domini in causa Hansen Hartmans zu Großkorbeta/ Mens. Dec. Anno 1633. (Verba sentent. So ist solches Testament zu Recht kräfftig und beständig/und es mag der testirerin Verordnung dahero/daß ihr Curator mit unter den Zeugen gewesen / beständiger Weise nicht gefochten noch hinterzogen werden/V.R.W.)

Definit. IX.

In testamento legatum sibi adscribens, dictante licet testatore, illud petere non valet.

1 VAlet testamentum solenne, licet ipsemet testator manu suâ illud non scripserit, sed per alium scribi curaverit, modo postea nomen suum, aut si literas nesciat, testis octavus vice ejus subscripserit, *l. hâc consultissimâ. 21. l. 28. §. 1. C. de testam.* Recess. Imper. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. Nun die Form / &c. 2 † Caveat tamen scribens alterius testamentum, ne sibimetipsi legatum 3 assignet. Juris namque certi est, † eum, qui in testamento suâ manu conscripto sibi quippiam ad- 4 scripserit, non solùm eo lucro privari, † sed & insuper pœna legis Corneliæ teneri, *l. Senatus consulto. 3. & l. 4. C. de his qui adscrib. in testam. l. si quis le-* 5 *gatum. 6. cum seqq. ff. Ad Leg. Corn. de falsi.* † Nempe quo fraudes eviterntur, omnisque suspicio falsi amoveatur, quod facilè tunc perpetrari poterit, cum totius testamenti faciendi actus inter duos privatos tantùm geratur, testatorem nimirum & scribentem, cujus fidei & taciturnitati tota committitur dispositio, ut rarissimè etiam syllaba testibus innotescat, Hartm. Pist. *obs. 130.* Matth. Wesenbec. *part. 3. consil. 336. num. 263.* Besold. *part. 6. consil. 284. num.* 6 *12.* Reusn. *de testam. part. 3. cap. 23. num. 8.* † Quod & in testamento nuncupativo, probationis tantùm causâ in scripturam redacto, procedere, ex eoque legatum sibimetipsi adscriptum peti haud posse, docent Hartm. Hartm. *obs. 2. tit. 47. &* Laurent. Ten 7 nin. *cautel. 185. n. 9.* † Nec refert, an testator legatum id scribi jusserit, nec ne, nam etsi testatore scien- te & volente hoc factum fuerit, legatum irritum habetur, & scriptor tanquam falsarius tenetur, *l. filius. 14. in pr. & l. 15. in pr. ff. ad Leg. Corn. de falsi. dict. l. 3. C. de his qui sibi adscr.* Besold. *dict. loc.* 8 † Quia nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in eo locum habeant, *l. nemo. 55. ff. de legat. 1.* † Nec valet testatoris voluntas, nisi quatenus legitima est & legibus consentanea, *l. ult. in fin. C. de fideicomm. l. cum quæstio 23. in fin. C. de legat.*

Ita Domini in causa heredum D. Caspari Untzers zu Halla/ Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sentent. Ob er nun wohl auch einem seiner vertrauten Freunde etliche tausend Gülden legiret und beschieden/ dieweil aber dennoch derselbe legatarius das Testament auff des testatoris Befehl/mit eigner Hand selbsten geschrieben/&c. So ist er auch dannenhero solches legatum zu fordern nicht berechtiget/&c.)

Et in causa Matthæi Hasens zu Dölßigk / Mens. August. Anno 1632. (Verba sentent. Es hätte denn der eine legatarius solches Testament eurem Andeuten nach selbsten geschrieben/auff welchen Fall er das jenige/so ihme darinnen legiret und beschieden / zu fordern nicht berechtiget ist/V.R.W.)

Definit. X.

Petere tamen potest legatarius legatum manu suâ sibimetipsi adscriptum, si testator in subscriptione se legatum hoc ipsi reliquisse testatus fuerit.

AN ergò nunqvam legatarius legatum dictante 1 legatore sibimetipsi adscriptum petere poterit? Potest sanè, *l. dictantibus 22. C. de testam.* Nimirùm, † si testator subscriptione suâ, se Legatum 2 hoc ipsi reliquisse, testatur *l. si testator. 2. C. de his qui sibi adscrib. in testam. l. filius emancipatus. 14. l. Divus Claudius. 15. ff. ad L. Corn. de falsi.* idq; specialiter ac verbis manifestis, ut omnis doli & fraudis suspicio cesset, Reusner. *de testam. p. 3. cap. 23. num. 13.* Wesenb. *p. 7. consil. 336. num. 264.* Bartol. *ad l. 1. §. 8. ff. Ad Leg. Corn. de sicar.* † Nec enim sufficit sub- 3 scriptio generalis, † Quamvis in filio res aliter se ha- 4 beat, *dict. l. filius emancipatus 14. & dict. l. Divus Claudius. 15. §. item Senatus. 2. ff. ad L. Corn. de falsi.* (Attamen nec tum loco generalis subscriptionis sufficit sigillum à testatore impressum, ut notat Hartm. Pistor. *observ. 130. n. 3. & 4.* † Pro formâ siquidem requiritur subscriptio testatoris, quâ voluntatis suæ intentionem explicitè declaret. Ergò hoc casu sola sigilli appositio idem non præstabit, per ea, quæ tradit Bartol. *in l. ad testium. 22. §. si quis. 4. ff. de testam.* Dec. *in c. 2. extr. de fid. instrum.* † Idque dilu- 6 cidè probatur per text. *in l. si quis legatum. 6. ff. ad L. Corn. de falsi.* ubi ad id, ut adscribens sibi in testamento incurrat pœnam legis Corneliæ, necesse est testamentum fuisse signatum: † Nullo igitur modo 7 subsignatio id præstare poterit, ut propterea sibi adscribens excusetur. † Quid, quod nec sufficiat de- 8 claratio testatoris in Codicillis facta, se scilicet testamentum dictasse, *dict. l. si testator. 2. C. de his qui sibi adscrib. in test.* † Multò minus ergò impressio sigilli in 9 testamento facta, Hartm. Pist. *dict. obs. 130. n. 14.*

Ita Domini in eadem causâ heredum Doct. Caspari Untzers. (Verba sent. Es wäre denn / daß der testator das Testament mit eigner Hand unterschrieben / und dabey solches legati ausdrücklichen gedacht/und es also beliebet/ auff solchen Fall würde es dem legatario billich abgefolget/V.R.W.)

Definit. XI.

Subsistit testamentum judiciale absque testibus in foro Saxonico, etiam extra Electoratum.

ALterum testamentorum genus est eorum, 1 quæ fiunt judicialiter aut coram actis: Eaque hodiè sunt frequentiora, quia solennitatem ferè omnem respuunt, ac negotio faciliori condi possunt, † nullis prorsus adhibitis testibus, quod 2 quidem in Electoratu Saxoniæ expeditum est, *h.* Const. *3. in pr. verb.* daß dieselbe zu Recht beständig / ob gleich keine andere Zeugen darinnen bekannt/oder darzu gebeten worden/*ubi* Moller. *n. 1.* Hartm. Pist. *part. 3. quæst. 28. n. 4.* Joh. Köppen. *decis. 45. n. 14.* † Saltem de jure Civili hæc res non usque 3 adeò expedita est inter Dd. quibusdam duos, aliis plures testes in testamento coram actis condito desiderantibus, Jul. Clar. *lib. 3. sentent. §. testamentum. quæst. 56. n. 7.* Didac. Covarr. *in Rubr. de testam. part. 2. num. 2.* Marian. Socin. *vol. 1. consil. 138. n. 10.* Bartol. Bald. & Salycet. *in l. omnium. 19. C. de testam.*

Anton.

Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 32.* sed rectius
4 alii existimârunt, † testes in testamento coram actis condito minime necessarios esse, Hartmann. Pistor. *quæst. 28. n. 4.* Donell. *lib. 6. comm. 6.* Joh. Köpp. *dict. loc.* Nicol. Boër. *decis. 228. num. 4.* Hier. Schurff.
5 *cent. 1. consil. 77. num. 3.* † Quorum sententia luculenter probatur per text *in l. omnium. 19. verb. Sicut ergo securus erit, qui actis cujuscunq; judicis mentis suæ postremum publicavit judicium. C. de test. & in l. sancimus. 27. verb. Et hoc vel per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta manifestave-*
6 *rit. C. eod. tit. l. in donationibus. 31. C. de donat.* † Etenim cessat in judicio ratio legis, quæ aliàs in præsentiâ testium fieri vult testamenta, nempe fraudis suspicio, *dict. l. omnium. 19. C. de testam.* Herm. Vult. *vol.*
7 *1. consil. Marpurg. 34. n. 4.* † Et verisimile est, coram actis semper adesse multitudinem hominum fide dignorum, qui de ultimâ voluntate testatoris testimonium perhibere possunt, Dd. *in dict. l. omnium.*
8 *19. C. d t.* Hartm. Pist. *dict. qu. 28. n. 12.* † Eaque sententia etiam in foro communi Saxonico usu recepta est, teste Beust. *in l. admonendi. 31. num. 489. ff. de jurejur.*

Ita Domini in causa Ludwig Riepkens zu Stettin / Mens. August. Anno 1603. [Verba sententiæ: Dieweil er aber dennoch bey Auffrichtung seines letzten Willens keine Zeugen gehabt / noch auch sonsten Gerichtlichen denselben insinuiret, &c. So ist aus Mangelung gebührender Solennitäten / solches Testament zu Recht unkräfftig / &c.)

Et in causa M. Daniel Rothens und Johann Rumbaums zu Breßlau / Mens. Jun. Anno 1634.

Definit. XII.

De testamenti confectione vel insinuatione judiciali testantibus judici & Scabinis creditur, etiam specialiter non juratis.

1 Supplet ergò autoritas judicialis defectum testium in testamento coram actis condito, modo de ipsâ testamenti factione constet, quæ &
2 ipsa quandoque testibus demonstrari solet, † qui tamen non pro formâ ipsius testamenti, in solâ judiciali autoritate subsistente, sed ad probationem rei adhibentur, ut declarat Hartm. Pi-
3 stor. *p. 3. q. 28. n. 5.* † Sufficit tamen hanc ad rem sola etiam assertio judicis & Scabinorum, quibus omninò etiam super factione testamenti fides adhibenda: Sed num hoc casu jurare teneantur?
4 † Dubitare equidem quis posset, quia regulariter haud creditur testi non jurato, *l. jurisjurandi. 9.*
5 *C. de testib.* † Ne judici quidem, quia & is de factis & gestis coram se debet deponere cum juramento, sicut alius testis, secundum Gloss. *in c. statutum 38. caus. 2. quæst. 6.* † Sed videtur sufficere
6 juramentum, quod judex & Scabini ab initio ad judicium illud præstiterunt. Ergò & ipsorum assertio jurata est, speciali licet juramento non re-
7 petito, Matth. Coler. *part. 1. decis. 196. n. 3.* † Et aliàs de Jure Saxonico certissimum habetur, quod judici & Scabinis adhibeatur fides plena, testificantibus super his, quæ coram illis gesta sunt etiam absque speciali juramento, Landr. *lib. 3. art. 88.* Gloss, Weichbild. *art. 11.* §. wäre es auch Sache. *Addit. Latin. ad text. german. lit. E. art. 7. lib. 1.* Landr.

Ita Domini in causa Jacobi Bernhards & Hieronymi Schnabels zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch die Gerichts-Personen / denen hierinnen auch ohne Eyd billich geglaubet wird / berichten / daß solches Testament vor ihnen gerichtlichen auffgerichtet worden / &c. So ist angeregtes Testament seiner Solennitäten halber zu Recht kräfftig und beständig / V. R. W.)

Et in causa Johann Spenglers zu Wurtzen / Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sentent. So werden Richter und Schöppen / so darbey gewesen / bey denen Pflichten / so sie zu ihrem Ampt einmal geschworen / wie es umb Auffrichtung des Testaments eigentlich bewandt / billich gefraget / und sie seyn darauff ihre Wissenschafft zu eröffnen schuldig / vermittels Eydes aber mögen sie solches anzuzeigen nicht angehalten werden / V. R. W.)

Definit. XIII.

Ad testamenti factionem, insinuationemve judicialem non requiritur judicii Ordinatio solennis,
(die Hegung des Gerichts.)

Etsi testamenta judicialia ulteriorem solenni- 1
tatem non requirant, Definit. *11.* nihilominus tamen in eorum confectione tria probè attendi debent, nempe † *Judicis autoritas: Præsentia testa-* 2
toris: Et ipsa dispositio. Primum quod attinet, *autoritatem scilicet judicis*, parum refert, an hic competens habeatur, † quia testamentum coram quo- 3
cunque judice non solùm competente, sed etiam incompetente, modo jurisdictionem habeat, confici, actisque publicis insinuari potest, *l. omnium 19. post pr. vers. cujuscunq; judicis. C. de testam.* Virgil. Pingitz. *quæst. 20. num. 27.* † Siquidem te- 4
stamenti factio est voluntariæ jurisdictionis Glossa *in l. testamenta. 18. verb. solent. Cod de testament.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. qui testam. facer. poss. n. 10.* Herm. Vult. *in Consil. Marpurgens. vol. 1. consil. 34. num. 11.* † Prout nec interest, an testamentum 5
hoc apud acta illius judicis, qui inferiorem, an verò qui superiorem jurisdictionem habet, deponatur, Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 4. num. 32.* † Planè, etsi quoque aliàs in foro Saxonico ju- 6
dicium quandoque solenniter formari soleat, ita, ut dato prius tubâ vel campanâ signo, judex, ejusque assessores in Curiâ sive prætorio ordine consideant, solennibusque ac consuetis sermonibus judicium constituant, & judex pedum judiciale pro more cujusque regionis erectum dextrâ tenens debitam præ se ferat autoritatem, quam solennitatem vulgò vocant, die Hegung des Gerichts / de quâ Georg. Rem. *in art. 82. Ordin. Criminal. Caroli V. Imp. &* Chilian. König *in suo proceff.* † Attamen hæc ordinatio judicii solennis ad con- 7
fectionem vel insinuationem testamenti haud est necessaria, sed sufficit, illud judici coram actis insinuari, *l. omnium 19. C. de testam.* † Aliàs sanè nec 8
actus alios extra hanc judicii formationem solennem judicialiter expediri, quis dixerit, quod tamen absurdissimum esset.

Ita Domini in causa Nicolai & Sebastiani der Steffen / Gebrüder zu Lauchstedt / Mens. April. Anno 1577. (Verba sentent. Ob nun wol bey Auffrichtung des Testaments das Gerichte mit Vorwissen der Obrigkeit gebührlichen nicht gehegt gewesen / &c. So ist es doch zu Recht kräfftig und beständig / &c.)

DEFI-

Definit. XIV.

Nobilis merum vel mixtum Imperium habens, coram actis ſui judicii validè teſtatur.

1 COmmuniter quoque placuit, Nobilem, aliumve judicem, merum vel mixtum Imperium habentem, ſi judicialiter teſtari velit, haud neceſſe habere, ut ſuperiorem judicem adeat, & coram eo teſtamentum condat, ſed ſufficit coram actis in judicio ſuo teſtamentum condi vel inſinuari, Hartm. Piſtor. *part. 3. quæſt. 9. num. 7.* Nicol. Boër. *deciſ. 228. num. 7.* Johan. Dauth. *de teſtam. num. 435.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 4. n. 33.* Ferd. Vaſq. *de*
2 *ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 12. n. 28.* † Idque ratione non caret, ſiquidem teſtandi actus eſt voluntariæ jurisdictionis, Gloſſ. *in l. teſtamenta. 18. verb. ſolent. C. de teſtam.* Weſenb. *in parat. ff. qui teſt.*
3 *fac. poſſ. num. 10.* † At certum eſt, quod ejusmodi actus coram eo ipſo Magiſtratu, quem contin-
4 gunt, validè expediri queant, † veluti Conſul apud ſeipſum manumittere poteſt, *l. un. in fin. ff. de of-*
5 *fic. conſul.* † Tutius tamen facient Nobilis aliusve judex, ſi ad actum teſtandi adhibeat Schultetum & Scabinos paganos, nec non judicii Actuarium, ut
6 rectè monet Berlich. *dict. loc.* † Quin & ut hoc faciat, neceſſarium omninò exiſtimo, ne ſi forſan ipſa teſtamenti factio poſtea in dubium vocetur, probatio deficiat, juxta tradita Hartm. Piſt. *part. 3. quæſt. 28. n. 4. & 5.*

Ita Domini in cauſa Valentini ab Haugvvitz, Menſ. Octobr. Anno 1627. (Verba ſententiæ: Seyd ihr vor euren eigenen Gerichten euren letzten Willen auffzurichten vorhabens / ꝛc. So ſeyd ihr ſolches zu thun wohl befugt / Es geſchicht aber gleichwohl daſſelbe vor dem Gerichts-Notario und andern Gerichts-Perſonen billich/V.R.W.)

Definit. XV.

Validum eſt teſtamentum apud acta confectum vel inſinuatum coram ſolo Judice, Aſſeſſoribus & Scabinis, aliis licet non præſentibus.

1 COram ſolo judice vel Quæſtore, haud præſentibus aliis Scabinis & Aſſeſſoribus, validè quem poſſe teſtari apud acta, plerique negant,
2 † cum unius judicis, quantæcunque etiam fuerit autoritatis, verbo non credatur, ſive ſuper teſtamentis, ſive quibuscunque aliis contractibus quæſtio agitetur, *c. cum à nobis. 28. extr. de teſtib. & atteſt. ubi* Felin. *num. 5.* Matth. Berlich. *deciſ. 85. num. 1.* Ne fortè contingat ut per improvidos & iniquos judices innocentium Juſtitia lædatur, *cap. quoniam. 11. extr. de probat.* maximè in causâ teſtamentariâ, in quâ judici proſpicere incumbit, ne quid falſitatis incurrat, ut ait Imperator *in l. ult. C.*
3 *de fideicomm.* † Unde nec jus noſtrum in perſonâ judicis publicâ acquieſcit, ſed pro formâ ſubſtantiali ad ejusmodi teſtamentum requirit, etiam Scabinos, Senatores vel decuriones, *hâc* Conſt. 3. §. Wo auch Gerichts-Perſonen. Matth. Weſenb. *vol. 1. conſil. 28. num. 24.* Joh. Köpp.
4 *deciſ. 45. num. 16.* † Nihilominus tamen donationem mortis causâ, coram ſolo judice vel quæſtore in loco judicii factam ſubſiſtere, defendimus *Supr.* Conſt. 2. *Defin. 7. hâc part. 3.* † Quidni ergò teſta- 5
mentum quoque, cui per omnia ferè ratione ſolennium donatio mortis cauſa judicialis fuit exæquata, *Supr. hâc p. 3.* Conſt. *1. defin. 5. & 22.* † Quod & 6
videtur placuiſſe Bertazoll. *conſil. 114. n. 16.* Hartm. Piſtor. *part. 3. quæſt. 9. num. 11.* † Et convenit certè 7
idipſum verbis textus in *l. omnium. 19. ibi: Qui actis cujuscunque judicis & c. C. de teſtam.* Sola nimirum autoritas judicialis defectum teſtium ſupplet, & pro forma teſtamenti requiritur *h.* Conſt. 3. † Quis 8
autem negare auſit, ſolum etiam judicem pro tribunali ſedentem, haud præſentibus aliis Scabinis Aſſeſſoribus, judicium & acta publica repræſentare, Herm. Vult. *in Conſil. Marpurg. vol. 1. conſil. 34. num. 55.* † Tantoque minus metuenda eſt fraus 9
aliqua, quanto certius, in judicis perſona omnem prorſus ſuſpicionem ceſſare, præſertim † quia veri- 10
ſimile eſt, abſentibus licet judicii Aſſeſſoribus, coram actis tamen ſemper adeſſe multitudinem hominum aliorum fide dignorum, qui de ultima voluntate teſtatoris teſtimonium perhibere poſſent, Dd. *in dict. l. omnium. 19. C. de teſtam.* Hartm. Piſtor. *part. 3. q. 28. num. 12. verſ. deinde hæc ſentent.* † Nec movet, quod vulgò dicitur, ſolius judicis 11
verbo haud fidem tribuendam *dict. c. cum à nobis. 28. extr. de teſt. & atteſt.* Quia hoc verum eſt eô ſolum caſu, † quo teſtimonium judicis, implora- 12
tur ſuper eo, quod non in loco judicii, ſed alibi extra locum judicii, ubi autoritas judicis ceſſat, factum geſtumque eſt, † veluti etiam de hoc ipſo caſu diſer- 13
tè loquitur, *dict. §.* Wo auch Gerichts-Perſonen. *h.* Conſt. 3. † Dicere quoque auſim, *dict. c. 28.* 14
extr. de teſtib. agere de probatione teſtamenti jam facti, non autem de ipſius formâ ac ſolennitate. Etſi verò ſolus judex tanquam teſtis unicus teſtamentum jam factum plenè non probet, † quin- 15
tamen hoc ex actis judicialibus, ſolo etiam judice præſente, plenam autoritatem ac formam perfectam accipiat, dubium non eſt, *Vid.* Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 28. num. 5. & 6. Vid. quoq;* Dec. Elect. noviſſ. 45.

Ita Domini in cauſa Hanſen Goldbachs zu Frauenloba/ Menſ. Mart. Anno 1631. (Verba ſentent: Hat euer Bruder ſeinen letzten Willen auffgerichtet / und euch darinnen zu Erben eingeſetzt / denſelben auch in der Perſon dem Amt inſinuiret. Ob nun gleich damals niemand als der Amtſchöſſer nebenſt ſeinem Diener und dem Amt-Schreiber in der Amt-Stuben verhanden / die Land-Gerichte aber und Schöppen nicht zugegen geweſen/ꝛc. So iſt doch ſolches Teſtament ſeiner Solemnitäten halber zu Recht kräfftig und beſtändig/V.R.W.)

Et in cauſa heredum Hanſen von Schauroths/Menſ. Mart. Anno 1637. (Verba ſent: Da aber dennoch die Gebrüdere von Schauroth in dem Ampt Zwickau / allda die Vergleichung auffgerichtet/und dem Ampts-Buch einverleibet worden/ in der Perſon ſelbſten gegenwärtig geweſen/und die gethane Verordnung dem Amptſchöſſer/ ſo in der Amt-Stube pro tribunali geſeſſen/ gebührlichen inſinuiret hätten/dafür ſichs aus eurer Frage anſehen läſſet. So wäre angeregte Verordnung / als ein teſtamentum Judiciale, ſo coram actis auffgerichtet / zu Recht kräfftig und beſtändig/und möchte dahero / daß der Schöſſer damals allein geweſen/und keine Gerichts-Perſonen mehr bey ſich gehabt / nicht geſochten noch hinterzogen werden/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Testamentum ab ægroto vel alio extra locum judicii coram judice & Scabinis factum valet, nullis licet adhibitis testibus.

1 ILlud tamen certum est, quod testator non quovis in loco coram judice valeat testari, sed vel in judicio, judice pro tribunali sedente, vel extra-
2 judicium † eo in loco, ad quem personæ ad judicium pertinentes, judiciali autoritate fuêre ablegatæ, Moll. *hic n.40.* Joh. Dauth. *ad l. omnium. 19. C.*
3 *de testament.num.4.* † Etsi enim jura testamentum, non nisi coram actis conditum subsistere velint, *l. omnium.19.Cod.de testament.* Unde colligere vult Herm. Vultej. eatenus saltem valere testamentum, si in loco judicii factum fuerit, *in consil. Marpurg.*
4 *434. num.55.vol.1.* † Attamen, quia acta ibi esse intelliguntur, ubi aliquid fit autoritate judicis, quocunque etiam in loco extra judicium, *l. an apud se.5. ff.de manumiss. vindict.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. qui testament. fac. poss. num. 10.* Jason *in l. is apud*
5 *quem.2.Cod.de edend.num.4.* † haud certè video, cur testamentum coram judice & Scabinis autoritate tamen judiciali ablegatis conditum subsistere non-
6 debeat, † præsertim cum testamenti factio sit actus voluntariæ jurisdictionis, fatente ipsomet Vultej.
7 *dict. consil. 34. num. 11.* † qui procul dubio coram judice ubique locorum, non solùm in judicio, sed etiam extra illud expediri potest *§. servi autem à Dominis. 2. Instit. de libert. l. 2. ff. de offic. proconf. l. actus.8.Cod.de feriis.l3.Cod.de emancipat. liber. l.3.*
8 *& seq.ff. de manum. vindict.* † Quod & sanctione expressâ confirmavit Illustrissimus Saxoniæ Elector, *h.* Const.*3.* §. Wo auch Gerichts-Personen von Gerichts wegen zu einem/der da kranck ist / in seine Behausung auf seine Erforderung geschicket / und er vor ihnen sein Testament machet/so wird es dafür gehalten/ als were es *co-*
9 *ram actis*, und vor Gerichte geschehen. † Paria ergò sunt, coram actis in judicio, & extra judicium coram personis ad judicium pertinentibus judicia-
10 liter ad hoc ablegatis testari. Ergò nec hoc casu † illi erunt testes adhibendi, juxta tradita *Supr.* Defin. *11.* Sanè, verba Illustrissimi Constituentis captanda non sunt, qui, dum ægrotis hanc testandi facultatem extra locum judicii tribuit, aliis id ipsum
11 haud denegare videtur. † Perinde sicuti nec refert, num ad ædes proprias, an verò alienas, in quibus commoratur, Judicem & Scabinos hunc in finem quis ablegari petat, ut maximè verba Electoris de ægrotis, ædibusque propriis loquantur, (Zu einem
12 der da kranck ist/in seine Behausung) † Non enim quid dixerit, sed quid intellexerit legislator, advertendum est, *arg. l. in conditionibus primum locum. 19.ff.de condit.& demonstrat.l.3.§.conditio. 9. ff. de a-*
13 *dimend.legat.* † Exempli enim loco hæc videntur prolata ab Electore, cum sæpissimè ægroti hoc modo testandi utantur, & personas ad judicium pertinentes in domum suam convocent ac invitent.

Ita Domini in causa Fratrum der Harnische zur Naumburg / Mens. Januar. Anno 1633. (Verba sentent. Ob sie nun wohl solches ihr Testament selbsten nicht geschrieben noch unterschrieben/auch zu Auffrichtung dessen keine Zeugen erfordert/dieweil sie aber dennoch bey gesundem Leibe solche ihre Verordnung denen in ihres Brudern Behausung hierzu erforderten und abgeordneten Gerichtspersonen/selbsten zugestellet/etc. So ist demnach eurer Muhmen Verordnung als ein Gerichtliches Testament zu Recht kräfftig und beständig/ &c.)

Et in causa Güntherl Sommerlattens zu Roßbach / Mens. August. Anno 1599.

Definit. XVII.

Extra locum judicii testamentum non nisi coram duobus Senatoribus vel Scabinis factum validum habetur.

NIhilominus inter testamentum in loco judi- 1
cii, & extra judicium præsentibus tamen personis ad judicium pertinentibus, conditum, hæc existit differentia, † quod ad illud sufficiat auto- 2
ritas solius judicis pro tribunali sedentis, ut *dixi Supr.* defin. *15.* At extra judicium coram solo judice nemo validè testatur, † sed unus vel alter Scabinus unà cum judice adsit, necesse est, propter 3
verba clara *h.* Const.*3.* Wo auch Gerichts-Personen. † Loquitur scilicet Elector in numero plu- 4
rali, adeoque plures ad domum testatoris ablegari jubet, Wesenb. *in addit. ad* Joh. Schneidew. *ad tit. Instit. de testam. ordin. Rubr. de solenn. testam. num.17. lit. F. post pr. vers. quare sufficit judicem*, Matth. Berlich. *part.3. concl. 4. num.16.* Reusner. *de testam. part. 4. cap.19.n.17.* Joh. Köpp. *decis.45.num.16.* Joach. Beust. *ad l. admonendi 31.n.489.ff. de jurejur.* Moller. *hic.n.24.& 25.& ibi* Reinh. Rosa. Ratio diversitatis procul dubio est ea, † quod in testamento extra 5
locum judicii condito major soleat subesse suspicio fraudis, cui removendæ vix unica persona publica sufficere videtur, Landr. *lib.3.art.88. ubi addit. in* Gloss. *latin. lit. a. cap. quoniam. 11. extr. de probat.* † Hinc quæ à solo judice remotis ejus Assessoribus 6
& Scabinis extra locum judicii fiunt, coram actis in figura judicii fieri haud censentur, Gloss. *in l. jubemus. 41. verb. aliud judicium, v. quia ibi non fuit facta. Cod. de lib. caus.* Bald. *in l. cum scimus. 21. Cod. de agricol.& censit. num. 1.* † Et sanè locus 7
publicus ob frequentiam & multitudinem hominum in judicio versantium & agentium non parum adjumenti addit, quippe qui in casu necessitatis de ultimâ testatoris voluntate etiam testimonium perhibere possent, Dd. *in l. omnium. 19. Cod. de testament. l. in donationibus 31. C. de donat.* Hartm. Pist. *part. 3. quæst. 28. num. 12. vers. deinde hæc sententia.* † Quid ergò mirum, ut defectus hic testamenti 8
extra judicii locum conditi per alteram publicam personam suppleatur, Dan. Moller. *lib.1.semestr.5.* † Nec obstat quod soli nuncio jurato de execu- 9
tione citationis credatur, *arg. l. apparitores. 5. C. de exactor. trib.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 54. n. 4. 5.* Cur non ergò multò magis judici. † Quia solius nuncii ju- 10
rati officium est Citare, referre *& c. d. l. apparitores. 5. C. d. t.* Pfeil. *cent. 11. conf. 80. n. 24. & 25.* † Sed ad judicium extra tribunal judiciale formandum, formaliter 11
requiritur, ut judici assideant etiam Scabini, *d. cap. quoniam. 11. extr. de probat. & d. art. 88. lib. 3.* Landrecht. Vide Decis. Elect. *nov. 73.*

Ita

Ita Domini in causa Wolffen Zimmermanns zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1625. (Verba sent: Dieweil aber dennoch zu Auffrichtung solcher gerichtlichen Testamenten vermöge Churfl. S. Constitution nicht nur eine / sondern zum wenigsten zwey Gerichts-Personen zu sammt dem Notario erfordert werden/ꝛc. So ist erwehntes Testament in Mangelung derer darzu gehörigen Solennitäten/und weil nur eine Gerichts-Person darbey gewesen/ zu Recht unkräfftig/ꝛc.)

Definit. XIIX.

Coram unico Scabino & Notario judicii testamentum extra judicium haud validè conficitur.

1 Hinc & porrò fit, quod nec coram Judice vel Scabino & Actuario judicii testamentum extra 2 locum judicii validè confici queat. † Quippe quod Actuarius vel Notarius judicii appellatione decurionum & Scabinorum (der Gerichts-Personen) non contineatur, *l. universos. 15. C. de decurion. lib. 10. ubi* Bald. *num. 4.* † cum actuarii officium à mu- 3 nere Scabinorum penitus sit distinctum & separatum; Horum enim munus est, Magistratui in consiliis & jurisdictione adsidere, *l. ult. ff. de offic. assess. ubi* Matth. Wesenb. *in parat.* sed Notariorum officium in perscribendis & dirigendis actis consistit, Honthem. *de art. Not. lib. 1. cap. 11. num. 19.* idque plu- 4 ribus demonstrat Matth. Berlich. *decis. 85.* † Minus autem dubium est, haud valere testamenta condita coram personis privatis autoritate licet judiciali à Prætore & Scabinis hunc in finem ablegatis: † Quod 5 nec facilè quispiam affirmaverit.

Ita Domini in causa Hansen Schirners zu Brunßelwalda / Mens. Dec. Anno 1625. (Verba sent: Dieweil aber dennoch bey solchem actu mehr nicht denn ein einiger Gerichts-Schöppe Melchior Meißner benebenst dem Gerichts-Schreiber zugegen gewesen/ ꝛc. So mag solcher letzter Wille aus Mangelung derer darzu gehörigen Solennitäten/zu Recht nicht bestehen/noch auch sonsten als eine donatio mortis causa erhalten werden / sondern es verbleibet der Verstorbenen Verlassenschafft den Erben ab intestato zugleich zu vertheilen billich/ V. R. W.)

In causa Hansen Röbers von Eulenberg/ Mens. Majo Anno 1625. (Verba sent: Ob nunmehl die Gerichte/weil sie in das Hauß/in welchem sie gewohnet/dannenhero/daß etliche Personen gestechet/auch ihrer zwey daraus verstorben/in der Person zu gehen / Bedencken getragen / drey Nachbarn solches Testament anzuhören abgefertiget/welches sie auch gethan/ihre Verordnung von ihr genommen/ denen Gerichten hinwiederumb vorgetragen / und solche dem Raths-Buche einverleibet worden/dieweil aber dennoch die abgeschickte Männer nicht Gerichts-Personen gewesen/ꝛc. So ist auch gedachte eures Ehe-Weibes Verordnung in Mangelung der gebührenden Solennitäten zu Recht nicht kräfftig noch beständig/ꝛc.)

Et in causa Christiani Reibecks zur Naumburg/Mens. Majo Anno 1628.

Definit. XIX.

Consuetudine potest introduci, ut valeat testamentum coram unico Scabino & actuario judicii in domo testatoris conditum.

1 Quid autem, *si usu longævo introductum sit, ut coram unico etiam Scabino & Notario judicii in domo privatâ extra judicium testari liceat, an non tum saltem jure consuetudinario testamentum valebit?* Utique sanè: † Quia solennitates 2 testamentorum sunt juris positivi seu Civilis: De jure enim gentium imò & naturali unusquisque de rebus suis disponere potest per ultimam voluntatem, sicut vigore eorundem jurium celebrari queunt permutationes, aliique contractus. † De 3 jure verò civili est, quod hoc vel illo solummodò modo, & cum hâc vel illâ solennitate, & non aliter per ultimam voluntatem disponatur, juxta leges particulares cujusque Reipublicæ, † sicut & de 4 jure civili multa circa contractus, legibus & consuetudinibus, variis in locis sunt introducta, Ludov. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 124. in fin.* Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. Inst. de testam. ordin. num. 336.* † Pariter & numerus Scabinorum in 5 factione testamenti judicialis de solennibus est juris positivi, † quibus consuetudine omninò dero- 6 gari potest, *l. 32. ff. de LL. l. 1. C. quæ sit longa consuet. l. 4. §. ult. ff. de recept. arbitr.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 2. defin. 24. num. 2.* Nam regionis cujusque consuetudo ferè semper in omnibus attendenda est, † præsertim ut valeat actus, qui alio- 7 quin non valeret, *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inspic. l. si servus. 50. §. ult. ff. de legat. 1. l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 20. ff. de ædil. edict. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de Reg. jur. l. 3. §. ult. ff. de testib.* † Quò & facit, quod testamentariæ solennitates jure 8 positivo remitti ac immutari possint, ut post alios, quos allegat, demonstrat Moll. *hic num. 23. & ad Const. 4. h. p. 3. num. 11.* Virg. Pingitz. *quæst. 20. n. 50.* ubi plures allegat.

Ita Domini in causa Wolffen Zimmermanns zu Leipzig/ Mens. Novembr. Anno 1625. (Verba sent: Es möchte denn der eingesetzte Erbe wie recht erweisen und darthun/daß bey denen Stadt-Gerichten allhier über Rechtsverwährte Zeit ein anders / und sonderlich dieses hergebracht / daß wann einer Gerichts-Person beneben dem Actuario judicii von denen testatoribus die außgerichtete testamenta insinuiret worden / solche vor kräfftig erkannt / es auch iederzeit also unverbrüchlichen gehalten worden / dessen genösse er auff solchen Fall billich/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Röbers zu Eulenberg / Mens. Majo Anno 1625.

Definit. XX.

Tum demum subsistit testamentum extra judicium conditum coram judice & Scabinis, si hi speciali autoritate judiciali ad hunc actum fuerint ablegati.

1 Sola autoritas Judicialis defectum requisitorum solennium supplet in testamento, non modo in loco judicii publico, sed & extra judicium coram judice tamen & Scabinis condito, † quod & publicâ autoritate tanquam co- 2 ram actis factum valere jubet Elector Illustrissimus *h.* Constit. 3. §. Wo auch Gerichts-Personen. *in fin.* † Non ergò sufficit, si testator 3 ipsemet, vel alius ejus nomine, privatim quosdam è Senatu vel Judicio ad id roget tanquam testes, vel aliàs illi fortuitò advenerint, † Sed 4

neceſſe eſt, ut Senatus vel Judex ipſemet à teſtatore, vel alio ejus nomine rogatus perſonis illis, quæ ſunt in officio, injungat, ut teſtamenti factioni nomine Senatus vel Judicii adſint, ſcilicet, † ut publica judicii autoritas robur ac vires ejusmodi teſtamento tribuere queat, Dan. Moller. *hic num. 24. & 25.* Autor. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. p. 2. quæſt. 30. n. ult.* † Quod & verbis Electoris Illuſtriſſimi ſatis expreſſum eſt, *dict. §.* Wo auch Gerichts-Perſonen/ *&c. ibi :* Von Gerichts wegen zu einem/ der da kranck iſt / in ſeine Behauſung auff ſeine Erforderung geſchicket/etc. † idemque in præfecturis Nobilium præcisè ſervandum, ut ipſemet Dominus vel Nobilis, cui jurisdictio competit, perſonas publicas, quæ ſunt in officio, ad hunc actum ableget, † nec Actuario Judicii, niſi Quæſtoris & Judicis vices gerat, hæc facere licet. † Quippe qui ob defectum poteſtatis & jurisdictionis, autoritatem judicialem aliis concedere nequit, *l. nemo plus juris. 54. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori Franckens zu Leipzig/ Menſ. Majo Anno 1631. (Verba ſentent : Wann nun gleich bemeldter Gerichtshalter zu Annehmung der Teſtamenten und Abordnung der Gerichts-Perſonen zu den Teſtirenden / ſonderlichen vom Gerichtsherrn beſtellet/ und vereydet worden were (auſſer welchen Fall er die Gerichte für ſich abzuordnen nicht befugt geweſen / ꝛc.)

It. in cauſa Georgii & Urbani Starckens zu Merſeburg/ Menſ. Jul. Anno 1632. (Verba ſentent : Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/daß gedachter Amptmann und Gerichts-Perſonen hierzu Gerichtlichen erfordert/ und abgeſchicket worden/ꝛc. So iſt angeregtes Teſtament zu Recht nicht kräfftig noch beſtändig/ ꝛc.)

Et in cauſa Donat Döhrens zu Schamsburg/Menſ. Januar. Anno 1632. (Verba ſentent : Dieweil aber dennoch die Gerichts-Perſonen von der Obrigkeit diß Orts zu Anhörung des letzten Willens nicht abgefertiget worden / ſondern als privat-Perſonen darbey geweſen/ꝛc. So iſt auch beniemtes Teſtament aus Mangelung gebührender Solennitäten zu Recht nicht beſtändig/ꝛc.)

Definit. XXI.

Non valet teſtamentum judiciale coram Schulteto & Scabinis paganis factum.

1 NOn inficior, validè quem poſſe teſtari, coram Schulteto & Scabinis paganis, quibus ſpe-
2 cialiter jurisdictio conceſſa & demandata fuit, † quosve Domini ac Nobiles merum & mixtum imperium habentes ad teſtamenti factionem ablegavêre, juxta *l. omnium. 19. ubi* Jaſon. & Dd. *comment. Cod. de teſtament. h.* Conſt. 3. §. Wo auch Ge-
3 richts-Perſonen. Hartm. Piſtor. *part. 3. quæſt. 28.* † Alioquin ſanè, coram Schulteto & Scabinis paganis teſtamentum condi validum, nemo facillimè dixerit,
4 Matth. Berlich. *Deciſ. 53. num. 9.* † Siquidem ejusmodi Schulteti in pagis de jurisdictione nihil proprium, *Addit. in Gloſſ. Latin.* Landr. *lib. 2. artic. 12. lit. M.*
5 † Imò omninò nullam jurisdictionem habent, *Gloſſ. Latin.* Landr. *lib. 3. artic. 13. lit. D.* Sed tantummodo ſunt miniſtri & executores eorum, quibus jurisdictio in loco competit, Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part. 2. cap. 1. n. 131. verſ. ſed miniſtri.* † Ac licet in banco ſedeant, 6
omnia tamen ex juſſu Nobilium ac ſuperiorum diſponunt, Coler. *dict. cap. 1. num. 131.* Matth. Berlich. *dict. deciſ. 93. num. 9.* Atqui non valet teſtamentum judiciale, niſi coram actis judicialibus fuerit con- 7
fectum, *l. omnium. 19. Cod. de teſtament.* † Nec aliud dicendum arbitror de Magiſtratu oppidano, ſi Nobili vel Domino ſuperiori jurisdictio fuerit reſervata, quod quidem rarius, & non niſi in parvis oppidulis accidit. † Nec enim coram hoc Ma- 8
giſtratu haud facta ablegatione à Domino ſuperiore, validè quem poſſe teſtari exiſtimaverim, ex iden-
titate rationis, † & ob defectum autoritatis judi- 9
cialis, *dict. l. omnium. 19. ubi Dd. Cod. de teſtament.* † 10
Nec obſtat, quod nihil interſit, ſive coram judice majore, ſive minore teſtamenti fiat inſinuatio, per *dict. l. omnium. 19. in pr. Cod. de teſtament. junct. l. ea quæ. 26. l. inter 28. ff. ad municip.* † Quia nihilomi- 11
nus per minorem judicem intelligitur talis, qui jurisdictionem aliquam habet, ut liquet ex verbis *ad l. omnium. 19. Cod. de teſtam..* † Atqui Magiſtra- 12
tui in ejusmodi parvis oppidulis rariſſimè jurisdictionem competere, compertum habemus. † Minus 13
obeſt favor teſtamentorum, cum publicè expediat ſuprema hominum judicia exitum habere, *l. vel negare. 5. ff. teſtam. quemadm. aper. §. ſed olim. 2. inſt. de legat.* † Siquidem favor hic non attenditur in te- 14
ſtamentis ſecundum regulas juris teſtamentarias haud confectis, *l. quæramus. 4. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. 23. §. 1. in fin. C. de legat.*

Ita Domini in cauſa Ambroſii Müllers & Jacobi Strumpffs zu Strela / Menſ. Mart. Anno 1628. (Verba ſententiæ: Ob nun wohl die Gerichts-Perſonen auff ſelbigem Dorffe das Teſtament angenommen/ und dem Schöſſer inſinuiret / dieweil ſie aber dennoch anfänglichen zu Anhörung und Annehmung des Teſtaments von bemeldtem Schöſſer nicht abgeſchickt worden/ für ſich aber/als Dorffgerichts-Perſonen keine jurisdiction haben/ꝛc. So iſt bemeldtes Teſtament zu Recht nicht kräfftig/und werden demnach des Verſtorbenen Güter ſeinen neheſten Erben ab inteſtato billich gefolget/ V.R.W.)

In cauſa Hanſen Hartmans zu Großforbeta / Menſ. Dec. Anno 1633. (Verba ſentent: Ob nun wohl die Gerichts-Perſonen von dem Erb- und Gerichtsherrn hierzu nicht abgefertiget worden/und dannenhero ſolcher letzter Wille als ein zeitliches und Gerichtliches Teſtament zu Recht nicht beſtehen mag/ꝛc.)

Ad requiſitionem Quæſtoris zu Liebenwerda/Menſ. Sept. Anno 1632. (Verba ſentent : Ob gleich Paul Gentzſch vor dem Rathe und Gerichten zu Wahrenbrugk ein Teſtament auffgerichtet / dieweil aber dennoch gedachtem Rath und Gerichten/weder Ober- noch Untergerichte zuſtändig/ſondern dieſelbe dem Ampt gehörig/von welchem auch beydes Richter und Schöppen / ſo wohl der Rath iedesmahl erwehlet und beſtetiget werden / und nicht zu befinden/daß ſie hierzu vom Ampte abgeſchicket worden/ ꝛc. So iſt auch ſolches Teſtament zu Recht nicht beſtändig/V.R.W.)

It. ad requiſitionem Quæſtoris Coldicenſis, Menſ. April. Anno 1633.

In cauſa Donat Döhrens zu Schamsburg / Menſ. Junio Anno 1632.

In

In cauſa Margarethæ, Uxoris Martini Gempers zu Nepperitz/Menſ. Mart. 1632.
Et in cauſa Paul Krugens zu Krauſchitz/Menſ. Auguſt. Anno 1636.

Definit. XXII.

Quatenus tempore peſtis coram Schulteto & Scabinis paganis quis validè teſtari, aut mortis cauſâ donare queat.

1 MAjorem certè validitatem non habet tempore peſtis conditum teſtamentum aut donatio mortis causâ coram Schulteto & Scabinis paganis facta, ob defectum ſcilicet jurisdictionis & autoritatis judicialis, quam Schulteto & Scabinis paganis non competere, demonſtravi ex *textibus Juris Saxonici & Matth. Coler. de proceſſ. executiv. part. 2.* 2 *cap. 1. num. 131.* Definit. *præced.* † Nec enim quicquam circa numerum teſtium de ſolennibus teſtamenti tempore peſtis conditi remiſſum eſt, Conſt. Elect. *4. h. p. 3.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. de-*3 *fin. 5.* † Ac certè nihil indultum hoc caſu teſtanti 4 judicialiter, nedum in donatione mortis causâ, † quæ omninò teſtamento judiciali exæquata eſt, *Supr.* Conſt. *1. defin. 5. & defin. 22.* Planè, licet teſtamentum coram Schulteto & Scabinis paganis tempore peſtis factum, haud valeat in vim teſtamen-5 ti judicialis, † Attamen ſi perſonæ hæ de ultimâ teſtatoris voluntate juratò deponant, quin tùm teſtium vices ſuppleant, ac proinde teſtamentum coram duobus teſtibus tempore peſtis factum valeat, haud ambigendum erit, propter manifeſtam ſanctionem D. Electoris in Conſt. *ſeq.*

Ita Domini in cauſa Blaſii Hoffmanns Erben ad conſultationem Quæſtoris Coldicenſis, Menſ. Mart. Anno 1634. (Verba ſentent: Da nun zum wenigſten zween unter denen Gerichts-Perſonen vermittelſt Eydes ausſagen und erhalten würden / daß ſie vorgedachte Ordnung aus der Teſtirerin Munde gehöret/ und vernommen hätten/immaſſen ſie denn/weil es nur die Dorff-Gerichts-Perſonen ſeyn/ und von euch dem Amtſchöſſer oder Land-Richter hierzu nicht abgefertiget worden/zu thun ſchuldig ſeyn/etc. So wäre angeregter letzter Wille / als ein Teſtamentum tempore peſtis auffgerichtet/zu Recht beſtändig/etc.

Et in cauſa der Gräflichen Mansfeldiſchen Räthe zu Eißleben/Menſ. Jan. Anno 1633.

Definit. XXIII.

Ut teſtamentum judiciale valeat, requiritur præſentia ipſius teſtatoris, nec per intermediam perſonam nec per epiſtolam teſtamentum apud acta inſinuari poteſt.

1 ALterum, quod in teſtamenti judicialis confectione neceſſariò obſervari oportet, eſt præſentia teſtatoris, *Supr.* defin. *13.* Sicut enim in teſtamento pariter ſolenni & nuncupativo, inter reliquas ſolennitates præſentia teſtato-2 ris potiſſimum requiritur, † adeo quidem, ut præſentem eum eſſe non ſufficiat, ſed neceſſe ſit, etiam à teſtibus omnibus videri; *l. ſi non ſpeciali. 9. l. ſi unus. 12. ibi: coram teſtatore. C. de teſtam.* Receſſ. Imper. Colonienſ. *de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. §. Nun die Form. *verſ.* Vor den Zeugen allen/ etc. *Supr.* defin. 2. † nimirum ob vitandas fraudes & falſitates, quæ in teſtamentis magis timentur & facilius committuntur, quàm aliis in actibus, ut eleganter perſequitur & exemplis declarat Dan. Moller. *hic num. 10. & ſeqq.* † ita certè nec teſtamentum judiciale ſubſiſtit, ſi non teſtator ipſemet coram actis comparuerit, eumque judex atque Scabini viderint & conſpexerint, Moll. *dict. loc. lib. 1. ſem. 5.* Hartm. Piſtor. *part. 3. quæſt. 28. num. 6.* † Quia in ejusmodi teſtamento perſonæ publicæ ad judicium pertinentes vicem teſtium obtinent, eorumque loco adhibentur, *l. omnium. 19. poſt. pr. verſ. Et toto jure. C. de teſtam.* Nec putandum, remiſſis ſolennitatibus circa teſtes in teſtamento judiciali, † illud etiam cenſeri remiſſum, quod ad fraudes removendas, & conſervandas teſtantium voluntates adinventum eſt, nempe ut ipſemet teſtator coram actis voluntatem ſuam exprimat & declaret, Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 28. num. 18.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 20. num. 4.* † Sequitur hinc ergò, non valere teſtamentum, quod domi conſcriptum & conſignatum teſtator per literas, nuncium, vel procuratorem actis publicis præſentari & inſinuari curavit, ſed † præcisè ad teſtamenti validitatem requiritur, ut teſtator ipſemet in judicio & coram judice compareat, ac teſtamentum ſuum apud acta deponi & ibidem conſervari petat, ut jamdudum multis argumentis probavit Dan. Moller. *hic. n. 8. & ſeqq. & lib. 4. ſemeſtr. 5.* Hartm. Piſtor. *part. 3. q. 28.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 4. n. 28. & ſeqq.* † Quod & verbis *h.* Conſtit. (Und leget daſſelbe hinter das Gerichte) omninò convenit, quibus ipſius teſtatoris præſentiam requiri, nemo non animadvertit, Moll. *hic num. 16.* † Idque adeò procedere, inquit Hieron. Panſchman. ut nec teſtamentum valeat, quod domi à teſtatore conſcriptum per Notarium unà cum ſeptem teſtibus nomine teſtatoris judici oblatum & actis inſinuatum fuerit, *quæſt. 23. num. 4. & 5.* ubi ita à Scabinis Lipſienſibus pronunciatum refert.

3 4 5 6 7 8 9 10

Ita Domini in cauſa Andreæ Bernhards zu Dölitzſch/ Menſ. Aug. Anno 1632. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch die Teſtirerin ſolches Teſtament in der Perſon ſelbſten Gerichtlichen nicht inſinuiret / ſondern durch ihren Kriegiſchen Vormunden fürtragen laſſen/ dannenhero daſſelbe für kein beſtändig Teſtament gehalten werden mag/etc.)

Item in cauſa M. Daniel Rothens zu Breßlau / Menſ. Jun. Anno 1634. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch der Teſtator ſolches ſein Teſtament nicht ſelbſten denen Gerichten übergeben/und zugeſtellet / ſondern durch ſeinen geweſenen Amanuenſem Heinrich Felckeln inſinuiren und übergeben laſſen/etc. So iſt auch angeregtes Teſtament aus Mangelung gebührender Solennitäten zu Recht nicht kräfftig noch beſtändig/V. R. W.)

In cauſa Erhard Michaelis zu Röthau / Menſ. Majo Anno 1628. (Verba ſentent: Da ihr nun ſolchen letzten Willen in eigener Perſon den Gerichten zu Rotneburg gebührlichen inſinuiren würdet/So wäre derſelbe wie zu Recht kräfftig und beſtändig / auffn Fall aber ſolches Teſtament nicht

nicht von euch persönlichen/sondern durch ein Schreiben bey den Gerichten hinterlegt würde / so möchte es als ein testamentum zu Recht nicht bestehen/V.R.W.)

It. in causa Christophori Hempels & Consort zu Eißleben Mens. Septemb. Anno 1636.

Item in causa D. Gaspari Grubners zu Kempnitz/Mens. Decemb. Anno 1633.

In causa Ludovici Riepkens zu Stettin / Mens. August. Anno 1603.

Et in causa testamenti in Austriâ confecti an Caspar Matthes zu Zschopau/Mens. Septemb. Anno 1635.

Definit. XXIV.

Non efficit permissio Magistratus, ut valeat testamentum domi conscriptum, & per intermediam personam insinuatum.

1 QUid autem, *si Magistratus à testatore requisitus nolit ablegare Scabinos ad recipiendum testamentum domi conscriptum, sed per alias personas fide dignas sibi id præsentari & insinuari jubeat, addens se testamentum perinde velle habere, ac si ipse-*
2 *met testator id judici & actis publicis insinuasset?* † Certè nec tùm subsistere testamentum per intermedias personas insinuatum, existimaverim, cum
3 Dn. Matth. Berlich. *decis. 94.* † Procul dubio enim præsentia testatoris est de forma substantialis testamenti etiam judicialis, ut probavi Definit. *præced.* Moll. *hic num. 17.* Hartm. Pistor. *part. 3. quæst.*
4 *28. num. 6.* † Atqui forma substantialis in testamentis ad unguem est observanda, nec à judice remitti potest, Jason. *in consil. 97. num. 8. vol. 4.* Ber-
5 lich. *dict. decis. 94. num. 7.* † Quin & præsentia testatoris in judicio aut coram actis requiritur
6 loco probationis, *l. omnium. 19. Cod. de testament.* † Solennitas autem probatoria præcisè debet adhiberi, nec juramento etiam suppleri potest, *l. jus publicum. 38. ff. de pact. l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. c. si diligenti. 12. extr. de for. compet.* † Nec obstat vul-
7 gatum illud Dd. quod quis per alium facit, ipsemet fecisse censetur, *c. qui facit per alium. 72. ubi* Dyn. *de Reg. jur. in 6to l. certè si interim. 6. §. 1. ff. de pre-*
8 *car.* † Siquidem hoc locum non habet, quando industria vel præsentia alicujus personæ ad solennitatem actus requiritur, ita ut audiri & videri debeat, *l. 2. C. de his qui veniam ætat.* Moll. *hic. num. 15.* Anton. Hering. *in tract. de fidejuss. cap. 11. n. 20.*

Ita Domini in causa M. Wolffgang Eulenbergs zu Wahren/ Mens. Majo Anno 1621. (Verba tenent: Ob nun wol der Gerichts-Juncker sich erkläret / dieweil er es in Bedencken trüge seine Gerichts-Personen abzufertigen/ so wolte ers/ woferu benanter Testator angeregten letzten Willen durch beglaubte Personen ihme zuschicken würde / dafür achten / als hätte er ihn vom Testatore selbsten empfangen / darauff der Testator in Beyseyn des Stadtischen Richters und Schöppen drey Personen das Testament gebührlichen zu insinuiren abgefertiget. Dieweil aber dennoch in dergleichen Verordnungen / inhalts Churf. Sächs. Constitution die Gerichts-Personen vom Gerichts-Herren abgefertiget werden müssen etc. So ist auch nach Gelegenheit dißfals obangeregter letzter Wille / eures in eurer Frage gethanen Fürwendens ungeachtet / seiner Formalien halber zu Recht nicht kräfftig noch beständig/V.R.W.)

Definit. XXV.

Non præsumitur, testatorem in judicio fuisse præsentem, sed probandum id est.

TEstantibus Judici & Scabinis de præsentia testatoris, quin fides adhiberi debeat, dubium 1
non est, licet juratò id non deposuerint. *Supr.* defin. 12. † Idque multò magis verum, si ex actis 2
judicialibus & protocollis appareat, testatorem fuisse præsentem in judicio, ac ipsummet testamentum suum Judici & Scabinis insinuasset; † Alio- 3
quin sanè soli testatoris scripturæ non credendum, ne fiat locus fraudibus, quæ aliàs facilè committuntur in testamentis, † cum & alius quispiam 4
in sui commodum hoc scribere posset, Modestin. *in annotatione ad l. omnium. 19. Cod. de testament.* Moll. *hic. num. 16.* † Ergò si aliter de præsentia 5
testatoris non constet, per testes ea probari debet, quia præsentia est facti, Ergò non præsumitur, † sed 6
probanda est, Matth. de Afflict. *in decis. Neap. decis. 299. n. 28.* Bald. *in l. 2. C. de stat. & imagin.* Paul. de Castr. *in l. illud. 19. C. de SS. Eccles.*

Ita Domini in causa Andreæ & Georgii der Strassen zu Borna/ Mens. Majo Anno 1603. (Verba sententiæ: Ob wohl in der übersandten Copien des Testaments gemeldet wird / daß eure Mutter ihren letzten Willen Gerichtlichen auffgerichtet / dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß sie persönlich gegenwärtig gewesen/ &c. So ist solches Testament seiner Solennitäten halber zu Recht nicht beständig / es könte dann der heres institutus wider vorangezogenen Mangel / so in facto beruhet / und nicht vermuthet wird / ein anders wie Recht darthun und beweisen/damit würde er billich gehöret/und ergienge darauff in der Sachen ferner was Recht ist/V.R.W.)

Definit. XXVI.

Ut testamentum judiciale oretenus factum subsistat, requiritur omninò, quod Judex & Scabini illud ex ore testatoris audierint ac perceperint.

TErtiò, circa testamentum judiciale & ipsa 1
dispositio testatoris probè attendi debet, *Supr.* defin. 13. Quæ si in schedulâ non exhibetur, sed oretenus præsentibus Judice & Scabinis, vel in judicio coram actis profertur atque exponitur, 2
† quod omninò fieri potest, vel solâ experientiâ teste, testamentum aliter non subsistit, † quàm 3
si personæ publicæ ad judicium pertinentes dispositionem & mentem testatoris ex ipsius ore audierint atque perceperint. † Ergò sicut præ- 4
sentia testatoris, ita & dispositio manifesta & declaratio mentis, propriis ipsius verbis facta ad testamentum judiciale necessaria est, *Anton. Fab. in Codic. lib. 6. tit. 5. definit. 20. num. 4.* Dan. Mol-
ler. *hic num. 18.* † Quod & disertè probatur ex 5
Recess. Imp. Colonien. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. *item* es gehöret / & §. *seq.* Nec sine
ratione: † Consistit namque substantia testamen- 6
ti omnis in voluntate & dispositione testatoris, *l. 1. ff. de testament. l. in conditionibus. 19. ff. de condition. & demonstration.* Hartman. Pistor. *part. 3. quæst. 28. num. 16. & 17.* Vasq. *de succes. creat. part. 1. lib. 1. §. 2. num. 3.* ubi ait, quod, etsi testamentum omnem solen-

solennitatem, omnemque formam exactissimè habuerit, tamen nihil valeat, si non constet de testa-
7 toris dispositione & voluntate. † At quomodo quæso de hâc certò constare poterit, si ex ore testatoris non fuerit audita & percepta, nisi quis ad solum Judicis & Scabinorum protocollum & adnotationem
8 confugere velit, † quæ sanè & ipsa suspecta est, si annotata ex ore ipsius testatoris non fuerint audita ob multifarias fraudes, quæ in testamentis facillimè committi possunt, Moll. *hic. n.* 11.

Ita Domini in causa Luciæ, Viduæ Philippi Zochers zu Gröbern / Mens. Jan. Anno 1603. (Verba sent. Ob wohl Caspar Geppers Tochter vor Richter und Schöppen einen letzten Willen auffgerichtet. Da aber dennoch Richter und Schöppen solche Verordnung aus der Testirerin eigenem Munde nicht selbsten angehöret / sondern der Pfarr-Herr des Orts/ so damals bey ihr gewesen/ ihnen denselben deutlichen angezeiget hätte/ &c. So wäre solches Testament zu Recht nicht kräfftig/ V. R. W.)
Et in causa Georg Eitners zu Tauscha / Mens. Majo, Anno 1634.

Definit. XXVII.

Non vitiat testamentum expositio voluntatis per alium facta, si postea testator à Scabinis interrogatus affirmando illam confirmaverit.

1 NOlo tamen hoc ita accipi, ut necessarium semper sit, totam dispositionem ac testamentum ejusque singula membra propriis testatoris verbis
2 proferri, ac exprimi: † Quid enim, *si testator ægrotus ob debilitatem virium non diu loqui aut sermonem prolixum trahere posset, sed per Notarium aliamve personam intermediam Judici & Scabinis voluntatem suam exponi ac declarari faceret?*
3 † Existimo certè hoc non obesse, quo minus testamentum coram Judice & Scabinis conditum subsistat, modo factâ declaratione voluntatis, testator specialiter interrogatus à Scabinis, an illud, quod Notarius vel alius quispiam ita exposuit, vel ex scriptis recitavit ac relegit, suum testamentum & ultimam voluntatem esse velit, id verbis expressis affirmaverit, & categoricè confessus fuerit, *infr.* Const. 5. §. Zum andern. *vers.* daß derselbige solches sein Vornehmen den Zeugen vortragen
4 und anzeigen soll / etc. † Sufficit namque constare Judici & Scabinis de voluntate testatoris, propriis suis verbis declaratâ & demonstratâ absque speciali etiam singulorum membrorum recitatione, Defin. *præced.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5.*
5 *defin. 20. n. 4.* † Quod & probatur ex Recess. Imper. Colonien. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. Nun die Form eines Testaments. *vers.* doch also / daß er öffentlich ansage / daß solches / so er
6 darlegt/ sein Testament sey / &c. † Etenim si testamentum subsistit in scripturâ à testatore exhibitum cum attestatione, quod in eâ ultima sua voluntas comprehendatur, *l. omnium. 19. vers. cum hoc ipsum quod per supplicationem &c. C. de testam.* Moller.
7 *hic num. 2.* Defin. *seq.* † Cur & testamentum à Notario recitatum & testatoris affirmatione confirmatum valere non debeat, rationem diversitatis
8 haud certè video, † Quin & si non ipsimet Scabini testatorem super recitatione testamenti a Notario factâ requisiverint, sed ab alio quopiam interrogatus is suum testamentum illud esse affirmaverit, id valere putaverim, † modo Scabini Re- 9
sponsionem testatoris affirmativam ejusque declarationem & voluntatem ex ore ipsius perceperint, eumque viderint, in quo omnis testamenti judicialis substantia verè consistit, Defin. *præced. & defin. 23.*

Ita Domini in causa Jacobi Bernhards & Hieronymi Schnabels zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch die Gerichts-Personen berichten/ daß als sie auf Vorbringung des Notarii die Testirerin befragt/ ob solches allerdings wie es vom Notario anbracht worden/ ihre Meynung und letzter Wille sey/ sie dasselbe mit deutlichen Worten bejahet / und daß es ihre Verordnung sey/ ausdrücklichen bekräfftiget / also daß sie die Gerichts-Personen solches aus ihrem der Testirerin Munde eigentlich hören und vernehmen können/ auch die Testirerin gesehen / &c. So ist solches Testament seiner Solennitäten halber zu Recht kräfftig und beständig/ und mag von den Erben ab intestato nicht gefochten noch hinterzogen werden / V. R. W.)

Definit. XXIIX.

Testamentum in schedulâ consignatum & actis vel Judici ac Scabinis insinuatum, subsistit, licet iis non fuerit prælectum ac manifestatum.

AN ergò semper testator vel ipsemet vel per a- 1
lium Judici & Scabinis testamentum ac voluntatem suam exponere ac manifestare, atque heredem verbis expressis designare tenebitur? Neutiquam sanè, † sed sufficit testamentum in schedulâ 2
clausâ & obsignatâ comprehensum actis judicialibus, vel judici & Scabinis ad hunc actum ablegatis insinuari, *l. omnium 19. verb. Cum hoc ipsum. C. de testam. h.* Constit. 3. §. Also auch / wo einer ein Testament / ubi Moller. *numer. 2.* Joach. Beust. *ad l. admonendi. 31. n. 489. ff. de jurejur.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 4. num. 24.* † Ergò in arbitrio te- 3
statoris est, num voluntatem suam verbis explanare & Judici atque Scabinis manifestare, an verò testamentum clausum & obsignatum iis insinuare velit,
† modò expressè dixerit ac declaraverit, in eâ conti- 4
neri ultimam suam voluntatem, ita ut Scabini de ejus mente ac voluntate ulterius non dubitare possint, *Supr.* defin. 26. Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 20. num. 4.* † Videat igitur Herm. Vult. quo- 5
modo defendat *consil. suum 24. in consil. Marpurgens. quæst. 1. num. 1. & seqq. vol. 1.* quo consuluit, non sufficere, si testamentum clausum & signatum 6
Scabinis offeratur, † sed insuper etiam requiri, ut recludatur, Scabinis præsentibus ostendatur, & tenor ejusdem prælegatur; † Cujus argumenta refel- 7
lit D. Matth. Berlich. *dict. concl. 4. n. 22. & 23.* † Ac sanè 8
contrarium diserte probatur per text. *in l. testamenta 18. l. 23. C. de testam.* † Quò & facit, quod testamen- 9
tum in scriptis coram septem testibus factum valeat, etiamsi tenor istius testibus ostensus & prælectus non fuerit, *l. hâc consultissimâ. 21. C. de testam.* Recess. Imper. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. Nun die Form. *vers.* daß der / so ein Testament machen will/ &c. *Supr.* defin. 2. Jul. Clar. *lib. 3. sen-*

tent. §. *testament. qu. 4. vers. sed pone aliqu. &c.* Modest. Pist. *vol. 1. conf. 31. qu. 2. num. 25.* † Ergò nec testamentum judiciale Scabinis manifestandum & prælegendum erit, cum id testamento coram septem testibus facto comparetur, *in l. omnium. 19. post pr. C. de testam.*

Ita Domini in causa der Harnische zur Naumburg / Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wol die Testirerin solches ihr Testament selbsten nicht geschrieben noch unterschrieben / auch zu Auffrichtung dessen keine Zeugen erfodert / noch auch denen Gerichtspersonen dasselbe fürgelesen oder durch einen andern fürlesen lassen / Dieweil sie aber dennoch solche ihre Verordnung / inmassen dieselbe zuvor von einem Notario zu Pappier bracht worden / denen hierzu erforderten und abgeordneten Gerichtspersonen selbsten versiegelt zugestellet / mit Vermeldung / daß darinnen ihr letzter Wille und Testament verfasset sey / &c. So ist benemter eurer Muhmen Verordnung / als ein Gerichtliches Testament zu Recht kräfftig / und mag von euch beständiger Weise nicht gefochten / noch hinterzogen werden / V. R. W.)

Definit. XXIX.

Amissâ licet schedulâ testamenti judicialis obsignatâ, validum nihilominus illud erit, quatenus Scabini tenorem perceperint, deq; voluntate testatoris deponere possunt.

1 ETsi alterutrum sufficiat ad substantiam testamenti judicialis, illud nempe actis judicialibus in schedulâ clausâ & obsignatâ insinuari, vel judici & Scabinis verbis disertis exprimi ac declarari Defin. 2 *præced.* Attamen haud rarò accidit, † ut testator voluntatem suam coram Judice & Scabinis verbis exprimens, desuper quoque Scripturam confici, eamque sigillo judiciali obsignari faciat, quod quidem 3 superfluum videtur, † cum ejus substantia non sit, ut scripturam habeat, licet nil prohibeat 4 scribi, † ad futuram scilicet rei memoriam, *arg. l. 4. ff. de fid. instrum. l. jubemus. 29. Cod. de testament.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 15. definit. 23. num. 7.* 5 † Attamen facilior est probatio testamenti coram judice & Scabinis oretenus facti, quàm in schedulâ consignati ac insinuati, cum hoc facilè amitti queat, secus verò acta & protocolla judicialia. † 6 Planè licet testamentum in schedulâ conscriptum & actis insinuatum injuriâ forsan temporis ac belli deperditum sit, nihilominus adhuc validum erit habendum, † 7 si Scabini ejus tenorem simul perceperint, & in protocollo actisque judicialibus consignaverint, quibus omnino fides tribuenda est 8 *Supr.* Defin. *12.* † Adjuvandæ enim sunt potius ultimæ voluntates, quam coarctandæ, ne, dum nimiâ juris subtilitate utimur, judicia testantium defraudentur, *l. si quis heredem. 7. Cod. de instit. & substitut.* Moller. *hic. n. 9.*

Ita Domini in causa Senatus zu Franckenberg / Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wohl das von den Gerichten besiegelte Original bey den feindlichen Einfällen und vielfältigen Plünderungen des Städtleins hinweg kommen / Dieweil aber dennoch ein richtiges Concept oder Abschrifft in dem Gerichtlichen gehaltenen Protocoll zu befinden / auch Richter und Schöppen / vor denen es auffgerichtet / noch am Leben / und daß es also vorgangen / sich erinnern und aussagen / &c. So wird solche Verordnung für ein zu Recht beständig Testament nochmahls billich gehalten / V. R. W.)

Definit. XXX.

Non revocatum censetur testamentum judiciale, ex eo solo, quod testator illud ab actis removerit & ad se receperit.

CAutius verò agit testator testamentum in 1 schedula consignatum actis judicialibus insinuando, si & illud sigillo judiciali obsignari & confirmari curet. † Quo & facto, tempore quo- 2 cunque illud ab actis removere & ad se recipere potest, salvâ nihilominus ultimâ suâ voluntate, quæ neutiquam ex eo solo videtur revocata, quod testator schedulam sigillo judiciali obsignatam ad se receperit, ut rectè tradit Dn. Berlich. *part. 3. conclus. 4. num. 34.* † Nec enim solennitas testa- 3 menti judicialis in eo consistit, ut semper apud acta remaneat, quod nec ex verbis *h.* Constitut. *3.* (Leget dasselbe hinter das Gerichte) probari potest, demonstrante Berlich. *dict. loc. vers. Nec huic sententiæ adversantur &c.* † Sed ut fide publicâ muniatur & autoritate judiciali propter testium 4 defectum confirmetur, *l. omnium. 19. Cod. de testam.* † Quæ certè confirmatio non infringitur ex remo- 5 tione testamenti ab actis judicialibus, salvo semper in eo remanente sigillo judiciali, quod omnem fraudis suspicionem tollit: Perpenso quo- 6 que eo, † quod post mortem testatoris Senatores sive decuriones de ipsâ testamenti factione, & subsecutâ remotione testari queant; † Nisi quis tacitè 7 ex remotione testamenti id revocatum dicere velit, quod neutiquam asserendum, † cum ad revo- 8 cationem testamenti expressa testatoris declaratio requiratur, *ff. ex eo autem solo. 7. inst. quib. mod. testament. infirm. l. sancimus. 27. in med. C. de testam.* † Ex quo porrò infert Dn. Berlich. *dict. concluss. 4.* 9 *num. 36.* subsistere testamentum, quod quis domi factum coram actis judici ostenderit, illudque subscribi ac sigillo judiciali confirmari fecerit, † li- 10 cet postea illud statim ad se receperit, in quo ipsi ex prædictis facilè assentior; † Autoritate si- 11 quidem publicâ judiciali id firmatum fuisse nemo negabit. † Cur ergò non valeret, si post mor- 12 tem testatoris subscriptio & subsignatio judicialis illæsa reperiatur, *dict. l. omnium 19. Cod. de testam.* † Scio equidem, Facultatem juridicam Lipsiensem 13 aliter pronunciasse, *Mense Aprili, Anno 1635. hisce formalibus* (Dieweil Inhalts gemeiner Käyserlichen Rechte und Churfürstl. Sächs. *Constitution* einem jeden *Testatori* obliget / wann er dergleichen *testamentum apud acta* verordnen will / daß er solches hinter das Gerichte lege / und also nicht genugsam / daß er es vor Gerichte zu verfertigen anfange / sondern auch des Orts verbleibe und behalten werde / etc. So ist erwehntes Testament / weil es der *Testator* aus den Gerichten wieder abgefodert / vor kräfftig und beständig nicht zu halten / V. R. W.) † Ni- 14 mirum quia vocabulum (deponere hinterlegen) plenissimè accipi debeat, ita ut testamentum ad conservandum judicialiter deponatur, † 15 siquidem illud ad acta venisse dicitur, quod

est

est remansurum apud acta, *argum. l. 71. ff. de V. S.* Sicuti & permissum dicitur saltem id, quod permissum durat: *l. 6. §. 2. ff. quod cujusq; univ.* Et versum, quod versum durat, *l. 10. §. 10. ff. de in rem verf.* † Deinde quod testamentum apud acta conditum ita demum tanquam judiciale valeat, si scriniis Principis fuerit insertum, vel in iis constitutum, *l. omnium. 19. C. de testam.* † Ac demum per text. *in l. testamenta 18. C. de testam.* ubi Impp. testamentum judiciale in judicio reservari volunt. † Sed meherclè hæc tanti ponderis non sunt, ut sententiam Dn. Berlichii, quæ & Scabinis Jenensibus & Wittebergensibus placuit, referente Berlich. *dict. concl. 4. num. 47. 48.* infringere queant. † Ad *primum* enim respondeo, vocabulum (*deponere* hinterlegen) dupliciter accipi, nempe vel ad effectum custodiendi, vel ad effectum ratificandi. Priori modo verissimum est, illud duntaxat verè depositum in judicio dici, quod ibi remanet, ex prædictis textibus. † At modo posteriori res judicialiter deposita dicitur, quæ in judicio exhibita judicialiter confirmata & ratificata fuerit, licet ibidem non remanserit. † Atqui testamentum ad effectum duntaxat ratificandi judicialiter deponi, non facilè, opinor, quis negaverit, propter textum in † *sæpe allegatâ l. omnium 19. C. de testam.* † vel saltem convictus ex voculis *(intimare)* in *l. 23. in pr. C. de testam. (insinuare) dict. l. 23. in fin.* quæ vulgò usurpari solent, quando de ratificatione judiciali agitur, ut apparet *ex §. 2. inst. de donat. l. 34. l. 35. §. ult. C. eod. tit.* † Ad *secundum* respondeo, *in dict. l. omnium. C. de testam.* ne verbulo quidem Impp. requirere ad confectionem testamenti judicialis, ut illud in scriniis Principis sit constitutum, sed hoc saltem dicitur, ex testamento judiciali, toto jure (quod jus in scriniis Principis constitutum est) teste succedi. † Minus obstat *tertio l. 18. Cod. de testament.* quam si sanioribus oculis inspexeris, nil ampliùs ex eâ probari fateberis, quàm quod testamenta solummodò ea, quæ à Magistratu censuali publicari solent ac debeant, in ejus judicio sint reservanda. † Ex quo sanè ad testamentum, quod publicatione judiciali opus non habet, nil prorsus inferendum. † Planè prædictam sententiam eatenus veram existimaverim, quatenus de revocatione testatoris non constet: † Alioquin si testator removendo testamentum ab actis judicialibus, illudque ad se recipiendo dixerit, se testamentum suum revocare velle, dubium non est, quin revocatum sit, & ulterius non valeat, *dict. l. omnium. in med. verf. Nec contra judicium suum defunctus postea venisse detegatur. C. de testam.* Dan. Moll. *lib. 3. semestr. cap. 22. num. 3. Adde* Decis. Elect. novissim. 44.

Ita Domini in causa Bartholomæi Klempens zu Frauenloba/ Mens. Febr. Anno 1629. (Verba sentent: Hat euer Vetter Hans Klempe einen letzten Willen auffgerichtet/ denselben Gerichtlichen hinterlegt/und mit dem Gerichts-Insiegel bekräfftigen lassen / Ob er nun wohl hernach solches Testament wiederum bey den Gerichten abgefordert/ und zu sich genommen/ Dieweil er aber dennoch darneben seinen letzten Willen ausdrücklichen nicht auffgehoben/ nach seinem Absterben auch berührtes Testament an dem Gerichts-Siegel unversehrt befunden worden / also daß kein betrüglicher Argwohn verhanden gewesen / ꝛc. So wird auch dasselbe für ein beständiges Gerichtliches Testament nochmahls billich gehalten / V. R. W.)

Et in causa Benedicti Nestlers zu Freyburg / Mens. Mart. Anno 1604. (Verba sentent: Wann nun gleich vorbemeldter euer Schwager zwey Jahr nach seines Weibes Tode angeregten letzten Willen aus dem Ampte Freyburg/ꝛc. wiederumb abgefodert. Da er aber dennoch nach des Mannes Tode in desselbigen Verlassenschafft ungeändert befunden worden/ etc. So wäre solcher letzter Wille für cassiret/oder aufgehoben nicht zu achten/ und wird demnach demselbigen billich nachgegangen / V. R. W.)

Definit. XXXI.

Suspicio fraudis quandoque facit, quò minus testamentum ab actis remotum subsistat.

AUctoritas itaquè judicialis vires testamento tribuit, & obsignatio à judice vel actuario judicii facta efficit, ut ab actis etiam remotum haud revocatum censeatur, quatenus scilicet obsignatio judicialis post mortem testatoris illæsa reperitur & recognoscitur, Matth. Berlich. *part. 3. concl. 4. num. 36.* † Alioquin si vel testamentum resignatum vel obsignatio læsa proponatur, quis quæso non suspicabitur fraudem, quæ ab alio facillimè committi potuisset, *arg. l. 22. §. 3. cum l. 3. seq. ff. qui testam. fac. poss.* † præsertim cum & aliàs testamenta fraudibus & falsitatibus maximè dicantur obnoxia, Dan. Moller. *hic numer. 11.* † Idque ipsum in casu testamenti inter conjuges reciproci eò magis commovit Dominos, quod ab utroque conjuge illud insinuatum, à solo verò marito ab actis judicialibus remotum fuerat, quod post mortem uxoris non valere ejus heredes ab intestato contra superstitem maritum valdè urgebant. † Nec sine ratione, cum penes maritum seu heredem institutum testamentum apertum haud sine maximâ suspicione reperiebatur.

Ita Domini in causa Eliæ Semblers zu Naumburg/ Mens. Jan. Anno 1634.

Definit. XXXII.

Validum est testamentum judiciale, etiamsi Notarius judicii non adfuerit.

COmmuniter quoque in testamento coram actis, vel etiam extra locum judicii coram Judice & Scabinis condito, Notarius vel Actuarius judicii adhiberi solet, ut voluntatem testatoris consignet & actis judicialibus inserat; † Attamen si hoc munus alii, qui Notarius judicii non est, injungatur, vel ipsimet Scabini aut decuriones dispositionem testatoris consignare, & actis judicialibus inserere velint, † Non certè video, cur ob id testamentum annullari debeat; † Nec enim ullibi præsentia Notarii vel Actuarii judicii requiritur, ut propterea absque ullo etiam Notario adhibito testamentum inscriptis pariter & judiciale valere existimem, licet rarissimè persona ejus omittatur, † Quod & Recess. Imper. Colon. *de Anno 512. tit.* Von Testamenten/

6 ten/ convenire videtur. † Sufficit namque in teſta-
mento coram actis facto autoritas judicialis, *l. o-
mnium. 19. Cod. de teſtament.* Schurff. *conſil. 71. num. 1.
& 4.* Moll. *hic num. 14.* Quam procul dubio ſoli
7 Scabini & Decuriones repræſentant, † Non etiam
judicii Notarius, cujus officium à munere Decu-
rionum & Scabinorum longè diſtinctum & ſepa-
ratum eſt, *l. ſi quis. 21. Cod. ad Leg. Corn. de ſicar.*
8 Bald. *vol. 5. conſ. 7. num. 2.* † licet non negem, tabel-
lionem ſive Notarium judicii publicam perſonam
haberi, Didac. Govarr. *pract. quæſt. c. 19. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Zachariä Kempffens & Conſort: Zu Dederan/ Menſ. Majo Anno 1633. (Verba ſentent. Da nun dieſelben als Gerichtsperſonen zu Anhörung und Aufnehmung ihres Teſtaments von der Teſtirerin erfodert worden wären/ ſo wäre ſolcher ihr letzter Wille zu Recht beſtändig/ und möchte dannenhero/ daß nicht der Gerichts- ſondern ein ander Notarius dabey geweſen/ beſtändiger weiſe nicht gefochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Etiam in teſtamento Nuncupativo teſtes ſpecialiter rogatos adhiberi neceſſe eſt.

1 *Tertium genus teſtamentorum* eſt eorum, quæ
nuncupativa dicuntur, quæ & ipſa hodiè fre-
2 quentantur. † Quando ſcilicet teſtator palàm
coram ſeptem idoneis teſtibus ad id nominatim ro-
gatis, nullo alieno actu interpoſito, heredis nomen
totamque ſuam voluntatem nuncupat ſive expo-
nit, §. *ult. inſtit. de teſtament. ordin. l. heredes palàm.
21. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. hâc conſultiſſimâ. 8. C. eod.
tit. l. hâc conſultiſſimâ. 21. §. per nuncupationem. 2.
l. jubemus. 29. Cod. de teſtament. l. ult. Cod. de Codicill.*
3 † Ergò nuncupatio heredis & expoſitio voluntatis eſt de ſubſtantiâ teſtamenti Nuncupativi, quæ in eo vertitur, ut teſtator ultimam ſuam voluntatem palàm, hoc eſt, clarè & intelligenter, ita ut à teſtibus exaudiri poſſit, nuncupet atque declaret, unde
4 & nomen teſtamenti nuncupativi ſortitur. † Quo ipſo differt à teſtamento in ſcriptis, in quo teſtator voluntatem ſuam celare poteſt, *dict. l. heredes palàm. 21. ff. qui teſtam. fac. poſſ. dict. l. hâc conſultiſſimâ.*
5 *8. Cod. eod.* † Quo & faciunt Receſſ. Imp. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten/ *in pr. verſ.* das andere/ das gemeiner iſt/ das man allein durch mündliche Erklärung ohne Schrifft/ oder ohne ſchrifftliche Solennität auffzurichten pfleget/ und darum *Nuncupativum*, das iſt/ ein ausgeſprochen Teſtament genant werde/ *&c. Et in* §. aber die Form eines Teſtaments/ das *Nuncupativum* genant wird/ *verſ.* Und was er im Teſtament begriffen haben wolte/ vor ſieben Gezeugen/ die darzu beruffen und gebeten ſeyn ſollen/ öffentlich und klärlich benant und ausgedruckt wird. † Aliàs circa numerum & qualitatem teſtium inter hæc teſtamenta nullum exiſtit diſcrimen. Nam &
6 † coram ſeptem teſtibus idoneis nuncupativum teſtamentum fieri debet, ut rectè notat Joh. Schnei-
7 dew. *in* §. *ult. n. 3. inſtit. de teſtam. ord.* † Sicuti & in teſtamento nuncupativo teſtes ſpecialiter ad hoc rogatos adhiberi neceſſe eſt, *dict. l. heredes. 21. §. 2. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Receſſ. Imp. *dict.* §. Aber die Form. *verb.* vor ſieben Gezeugen die darzu beruffen und gebeten ſeyn ſollen/ ꝛc. Joh. Schneidew. *d. loc.* Johan. Harppr. *in* §. 3. & 4. *Inſt. de teſt. ordin. n. 18.*

Ita Domini in cauſa Johannis Hauptmans & Georgii Becks zu Dreſden/ Menſe Julio Anno 1634.

Definit. XXXIV.

Validum eſt teſtamentum Nuncupativum, etiamſi illud in ſcripturam redactum teſtes nec ſubſcripſerint nec ſigillaverint.

1 Circa ſolennitatem quoque teſtium teſtamen-
tum nuncupativum cum teſtamento in ſcri-
ptis convenit in eo, quod Notarius ſuppleat defe-
ctum ſeptimi teſtis, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5.
definit. 26. num. 5.* Daniel Moll. *lib. 4. ſemeſtr. 35.* †
2 Etſi enim jure veteri ſeptem teſtes adhibendi erant
præter Notarium, ſecundum Gloſſ. *in l. hâc conſultiſſimâ. 21. in verb. Octavum. in fin. ubi &* Salycet. *num. 7. Cod. de teſtament.* † Noviſſimâ tamen
3 Conſtitutione Imperii in numero ſeptem teſtium, qui ad minimum in confectione teſtamenti ſolennis requiruntur, Notarius diſertè comprehendi dicitur in *Receſſ. Imp. Colonienſ. de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. §. Und ſollen die Notarien Auffmerckung haben/ ꝛc. Moll. *dict. cap. 15.* † Sed nec hoc
4 omittendum, quod, ſicut in teſtamento in ſcriptis teſtes debeant eſſe præſentes coram teſtatore, eumque videre, *l. ſi non ſpeciali. 9. ubi* Jaſon. *num. 8. Cod. de teſtament.* Moll. *hic num. 26. Supr.* defin. 2. ita & in teſtamento nuncupativo, teſtatorem à Notario & teſtibus videri neceſſe ſit, † propter ſuſpicionem
5 doli ac fraudis, ob quam jura volunt, ut teſtes videant teſtatorem, & viciſſim ab illo conſpiciantur, quæ ſanè ratio æquè obtinet in teſtamento nuncupativo, ut propterea locum habere debeat id, quod vulgò traditur: † Caſus, quos nectit paritas ratio-
6 nis, quoad juris diſpoſitionem ſeparandos non eſſe, *l. illud quæſitum. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. à Titio 108. ff. de V. O.* † Idque eo magis, quod in teſtamento
7 hoc, nuncupatio voluntatis oretenus fieri debeat? Quomodo autem teſtes voluntatem ac diſpoſitionem teſtatoris percipient, niſi & ipſum viderint ac probè cognoverint. † Illud tamen neceſſarium non
8 eſt, ut, ſi teſtatori Nuncupativum teſtamentum in ſcripturam redigi placuerit, teſtes illam ſubſcribant, ac ſigilla apponant. Quod proprium eſt teſtamenti in ſcriptis conditi, † in quo contenta teſta-
9 menti ſæpiſſimè celantur & occultantur, *l. ult. Cod. de teſtament. l. hâc conſultiſſimâ. 21. l. 28. Cod. eod. tit. l. 22. §. 4. ff. qui teſtament. fac. poſſ. Supr.* Definit. 1.
10 † At teſtamentum nuncupativum in ſolâ nuncupatione conſiſtit, quæ nec ſcripturam, multò minus ſubſcriptionem aliquam aut ſigillationem requirit, Definit. *præced.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit 5. defin. 4. num. 3.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Wendlands und Michael Witzlevens zu Franckfurt an der Oder/ Menſ. April. Anno 1633. (Verba ſent. Ob gleich die Zeugen das teſtamentum Nuncupativum, welches der Teſtator zu Pappier bringen laſſen/ nicht unterſchrieben noch beſiegelt/ dieweil ſie aber dennoch ſolches aus des Teſtatoris Munde angehöret/ und vernommen/ der Notarius auch darüber ein Inſtrumentum auffgerichtet/ etc. So iſt

ſola-

ſolches Teſtament zu Recht beſtändig / und es wird demſelben billich nachgelebet / V. R. W.)

Definit. XXXV.

Non vitiatur teſtamentum Nuncupativum ex eo, quod in ſcripturam redactum, teſtatori non prælectum nec ab eo ſubſcriptum fuerit.

1 Nihil tamen refert, teſtator heredem ſuâ ſponte nuncupet, an ad alterius interrogationem voluntatem ſuam ultimam clarè & intelligenter coram teſtibus ſpecialiter ad hoc vocatis exponat, Matth. Weſenb. *in §. ult. inſt. de teſtam. ordin. n. 3. ubi &* Joh. Harppr. *num. 6.* Zaſius *vol. 1. conſil. 3. num. 37.*

Veluti à Dominis nuperrimè reſponſum memini ad conſultationem Hanſen Tiſchers zu Zeitz / Menſ. Dec. Anno 1633.

2 † Sufficit namque modo quocunque voluntatem
3 teſtatoris oretenus teſtibus exponi, † Quia in ſola ferè nuncupatione ſubſtantia teſtamenti nuncupativi ſubſiſtit, nec ullam ſcripturam requirit, Receſſ. Imp. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. *in pr. verſ.* und darum *teſtamentum nuncupativum*, das iſt / ein ausgeſprochen Teſtament genannt wird / und ſeinem Weſen oder *ſubſtanz* nach keine Schrifft bedarff. † Quamvis non negem,
4 ea ſæpiſſimè ſcribi ad futuram ſcilicet rei memoriam *l. 4. ff. de fide inſtrum. l. jubemus. 29. C. de teſtam.* † Sed propterea non fiunt aut dicuntur teſta-
5 menta in ſcriptis, nempe quia ex eorum ſubſtantiâ non eſt, ut ſcripturam habeant, *l. in teſtamentis. 26. C. de teſtam.* Anton. Fabr. *in Codic. lib. 6. tit. 15. defin.*
6 *23. num. 6.* † Multò minus autem vitiantur ſi in ſcripturam redacta teſtatoribus non prælecta, nec ab iisdem ſubſcripta fuerint, quia ſcilicet jam antea perfecta & valida fuêre ex ſola nuncupatione;
7 † Quæ ſi non præceſſerit, haud valebit teſtamentum ut nuncupativum, licet maximè in ſcripturam redactum, à teſtibus ſubſcriptum & ſubſignatum fuerit, ut eleganter demonſtrat Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 4.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſentent: Ob gleich die Zeugen das Teſtamentum nuncupativum, welches der Teſtator zu Pappier bringen laſſen / nicht unterſchrieben noch beſiegelt / daſſelbe auch ihme dem Teſtatori nicht wiederum vorgeleſen / noch auch von ihme unterſchrieben worden / &c. So iſt es doch zu Recht beſtändig / und es wird demſelben billich nachgelebet / V. R. W.)

Definit. XXXVI.

Solo interventu ſeptem teſtium non probatur teſtamentum Nuncupativum, niſi & teſtes adhibiti juratò de ultimâ teſtatoris voluntate depoſuerint.

1 AN ergò teſtibus ſolis probabitur teſtamentum Nuncupativum, etiamſi in ſcripturam
2 redactum non fuerit? Utique, † modo ſub juramento nuncupationem heredis, & ultimam voluntatem ex ore teſtatoris teſtes ſe audiviſſe depônant. Eatenus namque valet teſtamentum
3 Nuncupativum, † quatenus teſtium juratorum depoſitione corroboratur, *l. hâc conſultiſſimâ. 21. §. ſi quis autem. 3. in fin. l. ult. verſ. & ſi verò unus. verſ. & hoc poſt mortem teſtatoris jurati deponant. C. de teſtam.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 250. n. 2.* † Et
4 quod teſtamentum Nuncupativum irritum ſit, niſi per depoſitiones teſtium juratas coram judice confirmetur, innuit Durandus *de art. teſtand. in tit. 2. de teſtam. ordin. cautel. 1. num. 2.* † Nec & aliàs te-
5 ſtium atteſtationes fidem faciunt, ſi non fuerint juratæ, *l. jurisjurandi 9. C. de teſtib. c. nuper. 51. c. fraternitatis. 17. extr. eod. tit.*

Ita Domini in cauſa Martin Schobers zu Franckenberg / Menſ. April. Anno 1633. (Verba ſent: Hat euer Bruder für Notarien und ſieben Gezeugen ein Teſtamentum Nuncupativum auffgerichtet. Ob nun wohl ſonſten in dergleichen Teſtament / den Gezeugen anderer Geſtalt nicht / als wann ſie vermittelſt ihres leiblichen Eydes ausſagen / daß ſie die Verordnung aus des Teſtatoris Munde angehöret / Glauben zugeſtellet wird / und alſo ein Teſtamentum nuncupativum durch der Zeugen eydlichen Bericht / bekräfftiget werden muß ꝛc.

Et in cauſa Matthes Gnaſpens zu Leipzig / Menſ. Octob. Anno 1617.

Definit. XXXVII.

Confecto à Notario inſtrumento ſuper teſtamento Nuncupativo, teſtes ad id adhibiti haud jurare tenentur.

1 SEd hoc ita, ſi alia probatio non extet, quâ Nuncupativum teſtamentum demonſtrari queat:
2 † Etenim inſtrumentum à Notario publico ſuper teſtamento Nuncupativo confectum, adhibitis & ibidem deſcriptis ſeptem teſtibus fidem facit abſque omni aliâ teſtium juratâ depoſitione Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 250. num. 4.* Bartol. *in l. heredes palam. 21. n. 3. & 4. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Jaſon *in l. publicati. 2. n. 4. C. eod. tit.* Joh. Schneidew. *ad tit. Inſt. de teſtam. ordin. §. ult. n. 7.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 31. qu. 2.* † Credendum namque eſt o-
3 mnino Notario in iis, quæ atteſtatur coram ſe geſta eſſe Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 10. n. 7.*
4 † Et inſtrumenta publica atque authentica non indigent probatione ullâ, cum per ſe fidem perpe-
5 tuam habeant, adeo † quod quando agitur ſive de teſtamento in ſcriptis, ſive nuncupativo, ſuper quo rogatus Notarius fecit inſtrumentum publicum, id plenè probet, absque omni aliâ ſolennitate,
6 † dato etiam, quod omnes eſſent mortui, ſecundum tradita Jaſon. *dict. loc.* ubi allegat Gloſſam *in l. 2. in pr. ff. quemadm. teſtam. aper.* Salycet. *in l. 1. C. de teſtam.*

Ita Domini in eadem cauſa Martin Schobers zu Franckenberg / &c. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch über gedachtes eures Bruders Teſtament / vom Notario ein inſtrumentum publicum auffgerichtet worden / in welchem Fall der Zeugen eydliche Außſage unvonnöthen / ꝛc. So wird angeregtem Inſtrumento publico, ohne der Zeugen weitern Bericht / obgedachtes Teſtamenti nuncupativi wegen / billich Glauben zugeſtellet / V. R. W.)

Definit. XXXIIX.

Teſtes ſuper Nuncupativo teſtamento, extra proceſſum ſub juramento ſunt examinandi.

1 IN caſu, quo teſtes ad confectionem teſtamenti Nuncupativi adhibiti de voluntate teſtatoris juratò deponere tenentur, *Supr.* Definit. 36.

† per

2 † per modum ordinarii processus, præcedente nimirum libelli editione, litis contestatione, formatis articulis, exhibitisqve ab alterâ parte interrogatoriis, aliisq; adhibitis solennibus examinandos
3 eos esse, haud pauci arbitrantur, † qvia ad probationem, quæ fit per testes, regulariter deveniri non potest, absque ordine judiciali, putà, absque editione libelli, litis contestatione, aliisque solennibus, quæ describuntur *in Authent. offeratur. Cod. de lit. const. junct. cap. 1. & tot. tit. ext. ut lite non contest. cum*
4 *l. si quando. 19. Cod. de testib.* † Sed obtinent hæc quidem in processu ordinario, ad causam verò summariam, qvalis etiam est examinatio testium super testamento nuncupativo juxta tradita Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 1. n. 60. vers. vigesimo tertio & trigesimo octavo.* neutiquam extendi de-
5 bent. † Ac testes super ejusmodi testamento, extra processum absque exhibitione interrogatoriorum aliisque solennibus, coram judice tamen, & mediante juramento examinari posse, satis liqvet ex
6 *l. ult. vers. si verò unus. C. de testam.* † veluti etiam docet Rol. à Vall. *1. consil. 36. n. 16.*

Ita Domini ad consultationem Georgii Cottens zu Gossigk/Mens. Julio, Anno 1634. (Verba sentent. So ist Beklagter das angezogene Testament durch der angegebenen beyden Zeugen eydliche Außsage/ iedoch Summarischer weise darzuthun und zu erweisen schuldig/ und mag nach Gelegenheit dißfalls ein ordentlicher Proceß nicht verstattet werden/ Es ist aber Klägern/ was er wider des einen Zeugen Person zu haben vermeynet/ gleichesfalls Summariter auszuführen unbenommen/ V.R.W.)

Definit. XXXIX.

Testator immemor prioris sui testamenti judicialis aliud apud acta disponens prius mutasse censetur.

1 NUdâ & simplici testatoris voluntate revocatur testamentum judiciale, modo testator illud ab actis publicis removerit, & ad se receperit, ac simul expresse in judicio se declaraverit, nolle se testamentum illud apud acta depositum valere *l. omnium. 19. in med. vers. Nec contra judicium suum. Cod. de testam.* Dan. Moller. *libr. 3. semestr. 22.*
2 *num. 3.* † Quia scilicet eadem solennitas ad revocationem testamenti requiritur, quæ in ejus confectione intervenit, §. *ex eo autem solo. 7. Institut. quib. mod. test. infirm. l. nihil tàm naturale. 35. ff. de*
3 *Reg. jur.* † Sed & tacitè revocatur testamentum per factionem alterius testamenti, quo semper prius rumpitur, §. *posteriore. 2. Inst. quib. mod. test. infirm. l. si quis priore. 29. ff. ad SCtum Trebell.* Anton. Fab. *in Codicill. lib. 6. tit. 5. definit. 25. num. 2.*
4 Jacob. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 166. num. 15.* † Quod & verum arbitror, si quis oblitus prioris dispositionis aliud disposuerit, ut multis probat Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. quæst.*
5 *17. num. 3. & seqq.* † quum, etsi sciviset, se aliam antè confeciisse dispositionem, nihilominus tamen hanc revocare potuisset, quia nemo hanc legem sibi dicere potest, ut à priore voluntate sibi non recedere liceat, *l. si quis in principio. 22. ff. de*
6 *legat. 3.* † ambulatoria namque est hominis voluntas usque ad supremum vitæ exitum, *l. eum hic sta-*
tus. 32. §. pœnitentiam. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. quod si iterum. 4. ff. de adim. legat. † Nec movet, 7
qvod oblitus sit prioris voluntatis; Hoc enim si dicamus, oblivione nempe prioris testamenti effici, ut qvantumcunqve posterius testamentum qvis faciat, haud tamen inde prius revocasse censeatur, sequeretur hinc, testandi libertatem, oblivione istâ esse peremptam, † qvod absurdum esset, Me- 8
noch. *dict. præs. 166. n. 15.*

Ita Domini in causa heredum Mariæ, uxoris Georgii Zimmermans / ad requisitionem Senatus Marienbergensis, Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sentent: Hat Maria Georg Zimmermans Ehewelb ein Gerichtliches Testament auffgerichtet / und darinnen ihren Ehemann zum universal-Erben ihrer Verlassenschafft eingesetzt/ darnebens auch etliche Legata verordnet/ nachmals aber auch für denen Gerichtspersonen ein ander Testament gemacht / und nebens dem Ehemanne auch ihre Brüder zugleich zu erben instituiret, &c. So ist durch das letzte Testament/ das erste / wann sie auch gleich dasselbe vergessen hätte / wiederum auffgehoben und geändert worden/und wird demnach solcher anderer und zuletzt gemachter Verordnung billich nachgelebet/ &c.

Definit. XL.

Revocato testamento priore per posterius, videntur simul revocata legata prioris testamenti, nisi ex circumstantiis aliud appareat.

1 REvocato primo testamento, omnia, qvæcunqve in eo scripta sunt, intelliguntur revocata
2 † nisi fuerint expressim repetita, *l. si jure 18. ff. de legat. 3. §. sed si qvis priore. 3. Institut. qvib. mod. test. infirm.* † Ergò nec legata in priore testamen-
3 to relicta hoc casu debentur, nisi expressa eorum facta fuerit repetitio *l. nisi 3. §. item si ipse. 7. ff. si cui plus qvàm per Leg. Falcid.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 37.* † Sed hoc ita, nisi 4
appareat ex circumstantiis, testatorem non in totum & qvoad legata voluisse revocare testamentum prius, *l. Paulo Callimacho. 27. §. 1. ff. de legat. 3.* Mantic. *dict. loc.* † Qvia in eo tantùm, in qvo 5
videtur mutata voluntas, non in alio intelligitur esse revocatum legatum, *l. tabernam. 7. ff. de instr. & instrum. legat. l. alumnæ. 30. §. qvi filias. 3. ff. de adim. legat.* Mantic. *dict. lib. 12. tit. 2. num. 22.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Ob wohl durch das letzte Testament die in vorigem letzten Willen der Testirerin beyden Brüdern vermachte Legata zugleich mit cassiret und auffgehoben worden/ So verbleibet es doch bey den andern beyden der Kirchen/und Christoff Göbels Töchterlein verordneten Legaten / gestalten Sachen nach / weil aus allen Umständen zu vermuthen/ daß solche beyde Legata die Testirerin in dem letzten Testament nicht revociren wollen / wohmals billich/ V.R.W.)

Definit. XLI.

Valet testamentum Nuncupativum ex eo, qvod duo testes de instrumento desuper confecto deponant, licet Instrumentum amissum, ac reliqvi testes mortui fuerint.

SÆpissimè super testamento Nuncupativo con- 1
ficitur instrumentum ad futuram rei memoriam, *l. 4. ff. de fid. instrum. l. jubemus. 29. Cod. de testam.*
† Ne

2 † Ne ſcilicet poſtea teſtes jurare teneantur, *Supr.* Defin. *36.* Nec ſi teſtes mortui fuerint, ipſum defi-
3 ciat teſtamentum. † Inſtrumentum ſiquidem à Notario confectum de teſtamento nuncupativo plenam fidem facit, dato etiam, quod omnes teſtes mortui eſſent, Salyc. *in l. 1. C. de teſtam.* Bartol. & Dd. *in l. 2. ff. quemadm. teſtam. aper.* Joh. Schnei-
4 dewin. *ad §. ult. num. 7. inſt. de teſtam. ordin.* † At quid, ſi inſtrumentum fuerit amiſſum? Licet teſtes ad confectionem teſtamenti adhibiti deceſſe-
5 rint, attamen probari id dixerim † per alios etiam teſtes, ad minimum duos, qui inſtrumentum viderint, legerint, ejusque contenta benè perceperint.
6 † Nec plures hoc caſu teſtes requiri exiſtimaverim, cum non de ſolennitate teſtamenti, ſed de probatione inſtrumenti amiſſi agatur, ad quam duo teſtes omninò ſufficiunt, *l. 12. l. 1. in fin. ff. de teſtib. l. 218. ff. de V. S.*

Ita Domini in cauſa Johannis Hauds zu Cölleda/ Menſe Novembr. Anno 1634. (Verba ſentent. Wann nun gleich die Zeugen/ſo bey Auffrichtung des Teſtamenti nuncupativi geweſen/mit Tode abgangen/ das Inſtrumentum auch nicht mehr verhanden wäre. Da aber dennoch zwey oder drey glaubwürdige Perſonen vermittelſt Eydes ausſagen und bezeugen würden/ daß ihnen wiſſend/daß ein richtiges Inſtrumentum über vorgedachte Verordnung auffgerichtet/ſie daſſelbe geſehen/geleſen/und den Innhalt oberzehlter maſſen daraus vernommen hätten/ꝛc. So würde durch ſolches Gezeugnüß die beſchehene nuncupatio inſtrumenti zur Nothdurfft behauptet/V. R. W.)

Definit. XLII.

Teſtamentum apud acta conditum, coram ſeptem teſtibus revocari poteſt.

1 PEr ſolam decennii transcurſionem teſtamentum hodiè non evaneſcere, niſi expreſſa voluntas teſtatoris id immutantis acceſſerit, probatur ſanctione Juſtiniani Imp. *in l. ſancimus. 27. C. de teſtam.* † At neque ex nudâ voluntate teſtatoris, quæ 2
ita nudè & ſimpliciter profertur; *Nolo teſtamentum meum valere, &c.* illud ritè revocabitur, §. *ex eo autem. 7. junct. §. ult. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* † Sed apud acta, vel coram ſeptem teſtibus, 3
voluntas ea declaretur, neceſſe eſt, *arg. l. poſtèaquam. 1. §. ſi heres. 8. ff. ſi tabul. teſtam.* Herm. Vultej. *Conſil. Marpurg. vol. 1. conſ. 34. num. 48.* † Si- 4
quidem forma teſtamenti ſolennis conſiſtit potiſſimum in autoritate judiciali vel in numero teſtium ſeptenario, *l. hâc conſultiſſima. 21. C. de teſtam. h.* Conſtit. *3.* † Quidni ergò eodem modo teſtamen- 5
tum infirmaretur, quo fuit confectum, *arg. l. nihil tàm naturale. 35. ff. de Reg. jur. ubi* Philipp. Matth. † Quid verò, *ſi teſtator teſtamentum apud acta con-* 6
fectum coram ſeptem teſtibus revocaverit? Revocatum id jure cenſeri, dixerim cum Salycet. *in dict. l. ſancimus. 27. num. 3. C. de teſtam.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 15. num. 19. & ſeqq.* Herm. Vult. *dict. Conſil. Marpurg. 34. numer. 48.* † 7
Nempe, quod paria ſint facere teſtamentum apud acta, & facere id coram ſeptem teſtibus, *arg. dict. l. ſancimus. 27. l. hâc conſultiſſimâ. 21. junct. l. omnium. 19. C. de teſtam. h.* Conſt. *3.* † Quidni ergò paria 8
quoque eſſent, teſtamentum apud acta, vel coram ſeptem teſtibus revocare, *arg. dict. l. 35. ff. de reg. jur.* † Ac non minus valebit revocatio teſtamenti judi- 9
cialis coram ſeptem teſtibus, quàm infirmatio teſtamenti coram ſeptem teſtibus conditi judicialiter facta, *dict. l. ſancimus. C. de teſtam.*

Ita Domini in cauſa Johann Bevers zu Rochlitz/ Menſe Novembr. Anno 1631. (Verba ſententiæ: Ob wohl euer Eydam vor Gerichte einen letzten Willen auffgerichtet/und euch darinnen zum Erben ſeiner Verlaſſenſchafft eingeſetzt/ Dieweil er aber dennoch hernach vor ſieben Zeugen ſolches Teſtament wiederumb umgeſtoſſen/und ausdrücklichen wiederruffen/ꝛc. So habt ihr euch auch ſeiner Verlaſſenſchafft nicht anzumaſſen ſondern es verbleibet dieſelbe ſeinen Erben ab inteſtato billich/V. R. W.)

Constitutio IV.

Partis Tertiæ.

Vor wie viel Zeugen ein Teſtament/ ſo zur Zeit der Peſtilentz / oder in Sterbensläufften gemacht worden / kräfftig ſeyn kan?

DJeweil unſere Verordnete aus erheblichen und rechtmäßigen Urſachen vor billich erachten/wann einer/ſo an der Peſtilentz liegt/ oder in deſſen Behauſung ſolche Seuche regieret/ein Teſtament vor drey oder zweyen glaubwürdigen Zeugen gemacht/ daß ſolch Teſtament / ſo viel die Solennität der Zeugen anlanget/zu Recht vor beſtändig zu erkennen/ſo laſſen wir es auch dabey bleiben/und ſoll in unſern Landen darnach erkant und geſprochen werden.

Peſtis tempore quod ſit teſtamentum, quot teſtes requirat?

DEputatorum noſtrorum ſententiam ut æquam probantes, ſi quis peſte correptus decumbens, vel domo ejus peſtiferâ hâc lue infectâ, coram tribus vel duobus fide dignis teſtibus teſtamentum faciat, illud, quantum ad ſolennitatem teſtium attinet, valere, atque ita pronunciari volumus.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico sufficiunt duo vel tres testes in testamento tempore pestis confecto, etiamsi ea fuerit parva ac levis.*
2. *Validum est testamentum coram duobus vel tribus testibus factum à testatore, dysenteriâ alióq; morbo contagioso laborante.*
3. *Valent itidem donationes mortis causâ, Codicilli atque legata peste tempore coram duobus vel tribus testibus relicta.*
4. *Is demum pestis tempore coram duobus vel tribus testibus valide testatur, qui vel ipse peste decumbit, vel cujus domus saltem lue infecta est.*
5. *Testamentum pestis tempore jure singulari conditum valet perpetuo etiam post intermissionẽ pestis.*
6. *Non solùm masculi, sed & fœminæ admittuntur testes in testamento tempore pestis.*
7. *Testimonium tamen domesticum vel parentum ne quidem tempore pestis admittendum est.*
8. *Subsistit testamentum pestis tempore conditum, etiamsi testes non fuerint specialiter ad id rogati.*
9. *Non confecto instrumento à Notario publico super testamento pestis tempore condito, testes adhibiti jurare tenentur.*
10. *Non valet aliter testamentum pestis tempore confectum, quàm si testes testatorem viderint, ex ejusque ore ultimam suam voluntatem perceperint.*
11. *Ut testamentum pestis tempore conditum subsistat, requiritur omninò, testatorem fuisse sanæ mentis, & liberis vel parentibus debitam legitimam titulo honorabili reliquisse.*
12. *Omissa heredis institutio vitiat testamentum pestis tempore conditum; non tamen legata in eo relicta.*
13. *Nunquam valet testamentum vel legatum, pestis tempore coram unico saltem teste relictum.*
14. *Ex causâ belli in Provinciâ sævientis, nihil remissum est testatori de numero testium solenni.*
15. *Non solùm patri, sed & matri, inter liberos coram duobus testibus testari, ac voluntatem suam nuncupare licet.*
16. *Valet etiam testamentum parentum inter liberos & Nepotes, horum parentibus licet adhuc superstitibus.*
17. *Absq; testibus in schedulâ à parentibus conscriptũ testamentum valet inter liberos, modò annus & dies exprimatur, & non per notas, sed per literarum consequentias, voluntas declaretur.*
18. *Validum est quoque testamentum, inter liberos ab alio scriptum, sed à testatore manu propriâ subscriptum, absque speciali declaratione voluntatis.*
19. *Ex testamento inter liberos scripto, nec extraneis, nec Uxori, relictum quicquam jure debetur.*
20. *Uxori tamen, aliisq; personis extraneis solvendum est legatum ex testamento, inter liberos scripto, cui testes ad minimum duo accesserè.*
21. *Non subsistit testamentum inter liberos, si hisce legitima institutionis titulo haud fuerit relicta.*
22. *Valet tamen divisio paterna inter liberos absque titulo institutionis, aliisq; solennitatibus.*
23. *Non annulatur divisio paterna inter liberos ex eo, quod de omnibus simul ac universis bonis paternis facta haud fuerit.*
24. *Valet quoque testamentum paternum absque solennitatibus inter liberos naturales.*
25. *Testamentum prius solenniter conditum revocari potest quoad filios, per posterius, saltem inter liberos factum.*
26. *Testamentum militis, non in ipso prælio & conflictu, sed in castris constituti, aliter non valet, quàm si duos adhibuerit testes.*
27. *In prælio & conflictu testamentum militare si non in scriptis confectum fuerit, duobus testibus probari debet.*
28. *Milites limitanei, & in locis hybernis, (Winterquartier) constituti, jure militari coram duobus saltem testibus haud valent testari.*
29. *Nec valent legata, à milite limitaneo, extra castra versante, coram duobus saltem testibus relicta.*
30. *Subsistunt testamenta Rusticorum, præsentibus saltem quinque testibus facta, si plures haberi nequeant.*
31. *Legata extra testamentum, & absque heredis institutione, coram quinque testibus relinqui, & admi possunt.*
32. *Absque ullis etiam testibus Legata, extrà testamentum apud acta judicialiter relicta, valent.*
33. *Legatum vel testamentum, ad pias causas, factum in præsentiâ duorum testium, jure subsistit; nunquam verò absque testibus confectum valet.*
34. *Legatum, Pastori Ecclesiæ sive Parocho relictum, non est Legatum ad pias causas, nec coram duobus testibus subsistit.*
35. *Nec fideicommissa, nec Codicilli valent, non adhibitis quinque testibus.*
36. *In omnibus privilegiatis, seu non solennibus testamentis, mulieres adhiberi possunt testes, etiam non specialiter ad id rogatæ.*
37. *Ne quidem privilegiata, & minus solennia testamenta subsistunt, si ipsemet testator præsens non fuerit, vel testes ipsum non viderint, ex ejusq; ore voluntatem suam haud perceperint.*
38. *Omissa clausula codicillaris non subintelligitur; & quisnam hujus sit effectus in testamento?*
39. *Clausula Codicillaris nunquam voluntatem aut defectum testantis, nec testium numerum supplet.*
40. *Non valet in terris Imperii testamentum, coram Parocho & duobus testibus conditum, legatis ad pias causas exceptis, ex c. cum esses. 10. extr. de testam.*
41. *Consuetudine vel Statuto introduci potest, ut valeat testamentum coram duobus vel tribus testibus.*
42. *Valet prælegatum à patre liberis, coram duobus saltem testibus relictum.*

Definit. I.

In foro Saxonico sufficiunt duo vel tres testes, in testamento pestis tempore confecto, etiamsi ea fuerit parva ac levis.

NUmero septenario licet in testamento solenni & nuncupativo peculiaris vis & energia tribuatur, ita ut nunquam ab eo recedere liceat, *Supr.* Constitut. *3. Definit. 2. hâc part. 3.* in testamentis tamen ac ultimis voluntatibus irregularibus seu privilegiatis, putà, *testamento tempore pestis condito, Pareu-*

Parentum inter liberos, Militari, Ruſticorum, Legatis ad pias cauſas, Fideicommiſſis ac Codicillis pauci-
2 ores quoque teſtes adhiberi ſufficit, † nec defectus ſolennis illius numeri ſeptenarii hæc teſtamenta & voluntates vitiat. In teſtamento ſanè tempore pe-
3 ſtis, † de jure communi vix teſtes pauciores ſufficere dixerim cum communi Dd. ſcholâ, vel ſaltem propter textum clariſſimum in *l. caſus majoris. §. C. de teſtam.* † quem licet Bachov. *ad* Treutl. *vol. 2. diſp. 10. th. 7. lit. 1. in fin.* de morbo comitiali uni ex teſtibus contingenti explicet, idque ut probet mi-
5 rum in modum ſe torqueat, † attamen vel ex ſolo verbo (*contagionis*) quod ad morbum illum re-
6 ſtringi non poteſt, refellitur, † Nec de alio caſu, quàm de teſtamento tempore peſtis graſſantis facto, *dict. l. 8. C. de teſtam.* à Græcis acceptum fuiſſe, teſtis eſt Jac. Cujac. *in recit. ad tit. C. de teſtam.*
7 *& 26. obſervat. 10.* † Quod tantò faciliùs conceſſeris, ſi argumenta Dd. numerum teſtium ſeptenarium etiam tempore peſtis ad teſtamenti factionem requirentium, probe perſpexeris, quæ congeſſit Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. n. 37. & ſeqq. Inſt. de teſtam. &* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 5. n. 6.* ubi & opiniones aliorum interpp. mirè hâc in re variantium ac
8 diſtinguentium refert. † Quamvis plerique numerum minorem quàm quinquenarium haud ſuffi-
9 cere exiſtiment, † quod & placet Anton. Fabr. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 5.* in ſolo tamen caſu gravis ac ſævæ peſtis, ubi copia teſtium haberi nequit;
10 † Alioquin & ipſemet numerum ſeptem teſtium requirit, *dict. defin. 5. num. 1.* Nicol. Boër. *deciſ. 228. num. 11.* Joh. Köpp. *deciſ. 45. num. 17.* Rol. à Vall.
11 *vol. 1. conſil. 81. num. 57.* † Quicquid ſit, in foro Saxonico uſu recepta eſt opinio exiſtimantium, quod duo vel tres teſtes fide digni ad teſtamenti factionem tempore peſtis ſufficiant, Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 118. numer. 17.* Virgil. Pingiz. *quæſt. 20. numer. 6.* Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. 2. quæſtion. 29. numer. 4. & tom. 2. part. 2. quæſtion. 18.*
12 †. Quam & D. Auguſtus Elector Saxoniæ in ditionibus ſui Electoratus expreſſa ſanctione confirmavit, *h.* Conſt. *4. in fin. verſ.* **So laſſen wir es auch dabey bleiben/und ſoll in unſern Landen darnach alſo erkant und geſprochen werden.** Eaque ſententia
13 † vel ſola æquitate, quâ nititur, defendi poteſt, quò nempe teſtatoris voluntas conſervetur, Gail. *dict. obſervation. 118. numer. 19.* cui impitari haud po-
14 teſt, quod plures teſtes non requiſiverit, † cum propter contagionis ſuſpicionem alii ad ægrotos accedere graventur, & multis diffugientibus hominum quædam ſit inopia, idque verba Illuſtriſſimi Electoris innuunt, *h.* Conſtitut. *4. in pr.* **Dieweil unſere Verordnete aus erheblichen und rechtmäßigen**
15 **Urſachen vor billich erachtet.** † Ex quo manifeſtum, ne quidem, ſi peſtis parva aut levis fuerit, plures requiri teſtes, propter idem ſcilicet contagionis periculum, quod ideo minus non eſt, quia ille ſolus conflictatur, aut pauci iſto in loco eo morbo laborant, quàm ſi multi ſint obnoxii ejusmodi morbo, quemadmodum non minus eſt perfecta muſca vel formica, quàm natura Elephantis, ut rectè animadvertit
16 Virgil. Pingiz. *dict. quæſtion. 20. numer. 61.* † Cui accedit generalitas *h.* Conſtitut. *4.* quæ certè in-
17 ter magnam & parvam peſtem non diſtinguit. † Conſideranda porro eſt eadem æquitatis ratio, quod nempe unus vel alter etiam ſolus peſte correptus ab omnibus ferè hominibus derelinquatur, cui afflicto homini non minus ſuccurrendum, ejusque voluntas coram tribus vel duobus ſaltem teſtibus declarata conſervanda eſt, utut aliàs non usque adeò ſæviat morbus peſtilentialis, Virgil. Pingiz. *dict. loc.* Matth. Berlich. *dict. concl. 5. num. 11.*

Ita Domini in cauſa heredum Johann Friederichs zu Sitzeroda/ Menſe Decembr. Anno 1632. (Verba ſententiæ: Da nun zum wenigſten zwo Perſonen vermittels Eydes ausſagen würden/daß ſie die Verordnung / auffgezeichneter maſſen / aus des Teſtatoris Munde vernommen und mit angehöret hätten/ꝛc. So wäre dieſelbe als ein Teſtament in Sterbens-Läufften auffgerichtet/ unangeſehen der Teſtator allein / und ſonſt niemand des Orts an ſolcher Seuche damals kranck gelegen / zu Recht beſtändig/und möchte von euch nicht gefochten noch hinterzogen werden/V. R. W.)

Definit. II.

Validum eſt teſtamentum coram duobus vel tribus teſtibus factum à teſtatore dyſenteriâ aliove morbo contagioſo laborante.

EAdemque ratio facit, ut nec teſtator dyſenteria 1
aliove morbo contagioſo laborans, plures adhibere teſtes neceſſe habeat, *arg. l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. nauta 5. §. 1. ff. naut. caupon.* Gilken. *ad l. caſus 8. n. 4. C. de teſtam.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 5. num. 10.* Franc. Ripa *in tract. de peſte. c. 2. num. 7.* † Etenim graſſante ejusmodi contagio- 2
ne in domo teſtatoris, vel ipſomet teſtatore morbo contagioſo correpto, nemo inficias ibit, ejus conſortium homines maximopere fugere, & domum intrare à præſenti periculo prohiberi, ut non minus teſtatori ejusmodi afflicto ſuccurrendum, ejusque voluntas conſervanda ſit, † vel ex ſola æquitatis 3
ratione, quæ hanc ob cauſam teſtatoribus in caſu etiam morbi peſtilentialis ſubveniri jubet, *h.* Conſt. *4.* Ac licet ea de ſola peſte loquatur, nil tamen prohibet, ſanctionem Electoralem, † ex identitate 4
rationis ad caſus ſimiles extendere, cum non tàm verba, quàm mentem Illuſtriſſimi Conſtituentis attendere debeamus, *arg. l. ſcire. 13. §. aliud. 2. ff. de excuſat. tutor. l. ſcire. 17. ff. de lib.* Andr. Tiraq. *in l. ſi unquam. 8. verb. libertis. n. 47. C. de revoc. donat.* † præſertim cum *l. 8. C. de teſtament.* ubi ſedes hu- 5
jus materiæ principalis habetur, indefinitè de contagione loquatur, quem textum etiam ad hoc allegat Ripa *dict. loc.* Quod tamen de eo ſolummodo morbo contagioſo accipi velim, qui incolis metum aliquem incutit. † Alioquin ubi homines morbum non 6
metuunt, nec fugiunt, ratione æquitatis ceſſante, de numero teſtium ſeptenario in confectione teſtamenti nil prorſus remittendum eſſe, dixerim cum Nicol. Boër. *deciſ. 228. n. 11.*

Ita Domini in cauſa Andreæ von Böſdickens zu Gruna/ Menſ. Dec. Anno 1631. (Verba ſentent. Da nun der Teſtator eurem Vorgeben nach/am Durchlauffen kranck gelegen / und verſtorben / deßwegen dann iederman mit ihme umbzugehen Scheu getragen / und zum wenigſten 2. Zeugen / daß ſie gedachte Verordnung aus des Teſtatoris Munde eigentlich gehöret/vermittels ihres leiblichen Eydes/ausſagen würden/ꝛc. So iſt ſolches Teſtament zu Recht beſtändig/V. R. W.)

Et in causa M. Andreæ Tottens zu Leipzig/ Mense Octob. Anno 1633. (Verba sentent: Hat Christoph Umbläuffer/als er an der Haupt-Kranckheit gelegen / in Beyseyn dreyer Zeugen seinen letzten Willen auffgerichtet/ da nun zum wenigsten zwey Zeugen solchen eydlich bestärcken würden/immassen sie zu thun schuldig/etc. So wäre solches Testament zu Recht beständig / ꝛc.)

In causa Hansen-Röbers zu Eulenburg/Mense Majo, Anno 1625. (Verba sentent. So ist solch Testament in Mangelung gebührender Solennitäten zu Recht nicht kräfftig/ und werden demnach die Erben ab intestato zu des Verstorbenen Erbschafft billich zugelassen; Es wäre dann/ daß der Testator an einer anfälligen gefährlichen Seuche lagerhafft gewesen/dessen genösset ihr als Testaments-Erben billich / V.R.W.)

Item in causa Marien / Georg Ditmans Eheweibs zu Weissenfels/Mense Julio, Anno 1636. (Verba sententiæ: So ist solches vor zweyen Zeugen auffgerichtetes Testament/ gestalten Sachen nach / weil der Testator an einer anfälligen Kranckheit gestorben / zu Recht beständig/ꝛc.)

In causa Georgii Dolharten zu Machern/Mense August. Anno 1599.

Et in causa Michael Zothens zu Gröbern / Mense April. Anno 1603.

Definit. III.

Valent itidem donationes mortis causâ, Codicilli atque legata pestis tempore coram duobus vel tribus testibus relicta.

1 QUod testamentis *h.* Const. *4.* sancitum est, ad eorum nempe confectionem tempore pestis duos vel tres sufficere testes, id omninò ad donationes quoque mortis causâ, Codicillos atque legata
2 extendi debet, *Supr.* Const. *1. defin. 32. h. p. 3.* † Non solùm ex rationis identitate, quæ eandem juris dispositionem admittit, *l. 1. C. de interdict. l. ult. C. ad*
3 *Leg. falcid. l. non possunt. 12. ff. de lb.* † Sed & quia testamenti nomen generale est, ac Codicillos pariter & legata, aliasque ultimas voluntates comprehendit, *l. Marcellus 115. ff. de mort. caus. donat. l. 2. §. ad causam. 2. ubi* Gloss. & Dd. *ff. testam. quemadm. aper. l. si quis in gravi. 3. §. si quis Codicillos. 35. ff. de SCto Silanian.* Gloss. & Bald. *in l. 1. ff. qui testam. fac. poss.* Bolognet. *ad rubr. tit. ff. de liber. & posth.*
4 *n. 12.* † Nisi quis in legatis, Codicillis, & donatione mortis causâ unicum quoque sufficere testem, affirmare ausit ex proportione scilicet ad testamentum solenne, quod aliàs septenarium numerum testium requirit, quia tamen in Codicillis, legatis & donationibus mortis causâ ad numerum quinquenium est relaxatus, *l. ult. C. de Codicill. l. ult. C. de*
5 *mort. caus. donat.* † Sed ex leviusculâ hâc proportione in jure positivo fundatâ non immutandum est jus gentium, quod in quavis ultimâ volun-
6 tate binarium numerum testium requirit, † Idque nec pestis, nec ulla alia necesitas immutare potest, *§. sed naturalia. 11. inst. de jur. Nat. gent. & Civil. l. 8. l. 18. ff. de jur.* Anton. Tessaur. *decis. 108. num. 3.*
7 † Ex quo porrò sequitur, nec rusticis tempore pestis testantibus ulterius quid indulgendum, Virgil. Pin-
8 giz. *qu. 20. num. 4. & seqq.* † nec in testamento ad pias causas ex ratione pestis grassantis de binario
9 testium numero quid remittendum esse, † cum & in hoc testamento ea intervenire debeant, quæ de jure gentium vim probationis habent. *c. cum esses. 10, c. relatum. 11. extr. de testam.* Hartm. Pistor. *p. 3. qu. 28. n. 2.* Ferd. Vasq. *de succes. creat. l. 3. §. 22. n. 1. & seqq.* † Quamvis concesserim, patrem in- 10
ter liberos pestis tempore solâ etiam scripturâ absque testibus ultimam suam voluntatem declarare posse, † cum & extra hunc casum testamentum 11
inter liberos solâ manu patris conscriptum & confectum absque testibus valeat, Hartm. Pistor. *part. 1. qu. 1. num. 4.* Virgil. Pingiz. *dict. qu. 20. numer. 29.* † Planè, quod de donatione mortis causâ modò 12
dixi, illud fallit in donatione mortis causâ omnium bonorum, quæ nec tempore pestis coram duobus testibus extrajudicialiter facta in Electoratu Saxoniæ valida est. *Vid. Supr.* Const. *1. Defin. 33. h. p. 3.*

Ita Domini in causa Martini Schneckens zu Kempnitz/ Mense Jul. Anno 1633. (Verba sentent. Ob nun wohl sonsten eine donatio mortis causa, so wohl ein Codicill und Legatum vor zweyen oder dreyen Zeugen zur Pest-Zeit auffgerichtet/zu Recht bestehen kan/ ꝛc.)

In causa Valentini Gülckers zu Löbau/Mense Febr. Anno 1633.

In causa Martini Hennickens zu Kratewitz/Mense April. Anno 1633.

Et in causa fratrum der Krugen zu Dreßden/Mense Jan. Anno 1634.

Definit. IV.

Is demum pestis tempore coram duobus vel tribus testibus valide testatur, qui vel ipse peste decumbit, vel cujus domus saltem lue infecta est.

CLara admodum sunt verba Electoris Saxon. 1
quibus coram tribus vel duobus fide dignis testibus, testari permittit ei, qui vel ipsemet peste correptus decumbit, vel cujus domus pestiferâ hâc lue infecta est, *h.* Const. *4. vers.* **Wann einer / so an der Pestilentz lieget / oder in dessen Behausung solche Seuche regieret/ꝛc.** Ex quibus omninò inferen-
dum, † testatori, qui neque ipse peste laborat, nec 2
ejus domus morbo pestifero infecta est, nil quicquam de numero testium septenario remissum esse, licet in oppido vel civitate, ubi testator commoratur, pestis valde grassetur, *cum* Virgil. Pingiz. *quæst. 20. num. 57.* Nicol. Boer. *decis. 228. &* Autor Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 2. qu. 29. numer. 5.*
† Præsertim, cum & ratio Constitutionis hoc in ca- 3
su cesset, quæ in solo periculi metu posita est, ob quam testes ædes lue istâ infectas intrare & ad ægrotos accedere gravantur, *Supr.* defin. *1.* ut certè minus sit, † cur Dan. Moller. *hic num. 2. & seqq.* & 4
post eum Matth. Berlich. *part. 3. concl. 5. numer. 23.* aliud senserint, solâ Rubricâ, quæ verbis generalibus concepta est, commoti, † cum tamen ex ru- 5
bricâ argumentum desumptum ad nigrum invertendum admodum debile sit, præsertim si rubrica nil certi decidat, nec orationem perfectam contineat, vel ipsomet Mollero fatente, *hic numer. 4. vers. quod si tamen*, ubi à sententiâ illâ paulum discedit, † nec facit pro Mollero quicquam 6
hominum inopia, multis tùm temporis diffugientibus, quæ vel ipsa solum numerum binarium admittit, † cum testatori hoc morbo non im- 7
plici-

plicito, nec ædibus lue infectis, aliter proſpectum ſit, ipſique hoc caſu coram actis in judicio absque ullis teſtibus condere teſtamentum liceat, *Supr.* 8 Conſtit. 3. † Quin etſi condito jam teſtamento coram duobus vel tribus teſtibus, teſtator poſtea hunc in morbum incidat, nihilo tamen magis teſtamentum non valere putaverim, propterea quod ab initio illud haud valere potuerit, at notiſſimi juris eſt, ex poſt-facto non convaleſcere, quod initio vitioſum fuit *l. quod initio. 29. & l. pen. ff. de reg. jur.* 9 *c. non firmatur. 18. extr. eod. tit.* † Et tradit in ſimili Anton. Fab. *lib. 6. Codic. tit. 5. defin. 6.*

Ita Domini in cauſa Blaſii Wincklers & Matthæi Buſens zum Cayn/Menſe Jun. Anno 1631. (Verba ſent. Ob es nun wohl zu ſolcher Zeit in der Gemeinde geſtorben/ und die gefährliche Seuche der Peſtilentz ziemlichen graſſiret, dieweil aber dennoch die beyden Eheleute als Teſtatores dazumahl mit ſolcher Seuche ſelbſten nicht behafftet/noch ihr Hauß damit inficiret geweſen/ꝛc. So iſt auch ſolche von zweyen Zeugen allein/ auffgerichtete Verordnung als ein Teſtamentum zur Peſt-Zeit auffgerichtet/zu Recht nicht beſtändig / V. R. W.)

It. in cauſa D. Franciſci Hegewalds zu Leipzig / Menſe Januar. Anno 1634. (Verba ſententiæ : Da nun die Teſtirerin ſelbige Zeit/als ſie ihren letzten Willen auffgerichtet / ſelbſten an der gefährlichen Seuche der Peſtilentz kranck gelegen/oder doch ſonſten ihr Hauß und Wohnung damit inficiret geweſen / auff ſolchen Fall wäre berührte diſpoſitio, als ein Teſtamentum zur Peſt-Zeit auffgerichtet/zu Recht beſtändig / und möchte von denen Erben ab inteſtato nicht gefochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.)

Item in cauſa Tobiæ Naumanns zu Leipzig / Menſe Febr. Anno 1634.
In cauſa Hanſen Hartmans zu Groſſorbeda / Menſe Dec. Anno 1633.
In cauſa Pauli Göpperts / zur Mülda/ Menſe Jul. Anno 1633.
In cauſa Catharinen Albinen zu Roßwin / Menſe Octobr. Anno 1633.
Et in cauſa D. Caſpari Grubners zu Kempnitz/Menſe Decembr. Anno 1633.

Definit. V.

Teſtamentum peſtis tempore jure ſingulari conditum valet perpetuò, etiam poſt intermiſſionem peſtis.

1 COmmuniter placuit, quod teſtamentum peſtis tempore coram duobus vel tribus teſtibus, jure ſingulari conditum valeat perpetuò, etiam poſt intermiſſionem peſtis, quamdiu nempè teſtator in eâdem voluntate perſeveraverit, Franc. Ripa. *de peſt. c. 2. n. 28. & ſeqq.* Dan. Moll. *hic n. 8.* Andr. Rauchbar. *p. 2. qu. 20. n. 33.* Johann Köppen. *deciſ. 45. n. 20.* Nicol. Boër. *deciſ. 228. n. 12.* Rol. à Vall. *vol. 1. con-*
2 *ſil. 81. n. 14.* † Quantùm ad ſolennitates enim adhibendas in teſtamentis, inſpicimus tempus conditi teſtamenti, *l. 1. C. de teſtam.* Et ut teſtamentum per aliquem conditum valeat, ſufficit, quod teſtator tempore facti teſtamenti ad teſtandum habilis & i-
3 doneus fuerit, † nec requiritur ut tempore mortis quoque teſtamenti factionem habeat *l. 1. §. ſi quis autem teſtamentum fecerit. 9. ff. de bonor. poſſ. ſe-*
4 *cund. tab. l. 2. ubi.* Dd. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* † in quo differt teſtamentum tempore peſtis conditum à teſtamento militari, quod poſt miſſionem intra annum tantùm valet, *§. ſed hactenus 3. inſtit. de teſtam. milit. l. ex teſtamento. 5. C. eod.* † Cujus rei 5 rationem diverſitatis reddit Ripa *dict. c. 2. num. 35. & ſeq.* ubi etiam refellit ea, quæ huic ſententiæ contrariari videntur. Planè & hinc inferre licet, † quod teſtamentum in Electoratu Saxoniæ peſtis 6 tempore coram duobus vel tribus teſtibus conditum valeat etiam extra ditiones Electoratus aliis in locis, ubi vel peſtis non graſſatur, vel plures teſtes, quàm duo & tres requiruntur, cùm Moller. *hic n. 12. Vid.* Gail. *lib. 2. obſ. 123. & ibidem* Bernh. Græven. Köpp. *dict. deciſ. 45. numer. 3.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 31. num. 45.*

Ita Domini in cauſa Adami Stöpels und Hanſen Beckens zu Görsleben/Menſe Auguſt. Anno 1601. (Verba ſententiæ : Ob nun wohl gedachter Baufelder an berührter gefährlichen Seuche nicht geſtorben/ ſondern wiederumb zu ſeiner vorigen Geſundheit kommen / und ſich hernacher anderweit verehlichet. Da er aber dennoch keinen andern letzten Willen/darinnen er ſeine vorige Verordnung wiederruffen/nach ſich gelaſſen/ und vorgedachte drey Zeugen das zur Peſt-Zeit auffgerichtete Teſtament mit ihrer eydlichen Ausſage beſtärcken würden/ꝛc. So würden euch die vermachten Stücke / vermöge ſolcher Verordnung / welche nach Gelegenheit dißfalls ihrer Solennitäten halber nochmahls zu Recht kräfftig iſt / billich gefolget/ V. R. W.)

It. in cauſa VVolffgangi Lindners zu Meien/Menſe Jun. Anno 1634.

Et in cauſa Johannis Alberti zu Dreßden/ Menſe Auguſto, Anno 1601.

Definit. VI.

Non ſolùm maſculi, ſed & fœminæ admittuntur teſtes in teſtamento tempore peſtis.

PRocul dubio puberes eſſe oportet eos teſtes, qui 1 teſtamento peſtis tempore adhibentur, quia pupillus etiam ea, quæ videt, ignorat, *l. 1. C. de falſ. monet.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 6. n. 1.* † An & maſculos? Velle id videntur verba hujus 2 Conſt. 4. (vor dreyen oder zweyen glaubwürdigen Zeugen) † communiter autem traditum eſt, quod 3 mulieres tàm Jure Canonico, quàm Civili ad teſtimonium ferendum idoneæ & fide dignæ haud ſint, *l. hâc conſultiſſimâ. 21. in pr. C. de teſtam. §. 6. inſt. de teſtam. ordin.* Jul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum. qu. 55.* Moller. *hic num. 6.* † Quare & in ultimorum judiciorum diſpoſitionibus à teſtimonii 4 dictione expreſsè arcentur, *§. teſtes autem. 6. inſt. de teſtam. ordin. l. qui teſtamento. 20. §. mulier. 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Receſſ. Imper. Colonienſ. *de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. *verſ.* Die *Notarien* ſo zu Teſtamenten. † Sed obtinent hæc 5 ſaltem quoad proviſionem & ſolennitatem juris Civilis, ſecus autem de jure gentium, ubi fœminæ quovis in contractu & negotio ad teſtimonium ferendum pro idoneis & fide dignis perſonis habentur, *l. qui teſtamento. 20. §. mulier. 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Speculat. *lib. 1. part. 3. tit. de teſte. §. 1. num. 83.* Didac. Covarr. *ad cap. relatum. 11. num. 7. extr. de teſtam.* † Atqui tempore peſtis in teſtamentis ſolen- 6 nitas Juris Civilis quoad teſtes quieſcit, & tantummodo jus gentium obſervatur, *arg. l. ubi numerus. 12. ff.*

12. ff. de testib. l. 9. C. eod. tit. Jason. *in l. ult. C. de test.* 7 *num. 6.* † Quidni ergò in ejusmodi testamento fœminæ quoque testes admitterentur? Daniel Moller. *dict. loc. & lib. 4. semestr. cap. 8. numer. 2.* 8 Matth. Berlich. *part. 3. concl. 5. num. 24.* † Quippe quæ & in aliis testamentis privilegiatis, quæ citra solennitatem fiunt, testes idoneæ habentur, Moller. 9 *dict. cap. 8. numer. 3.* † Quamvis aliis eas non nisi in subsidium admittant, si nempe tùm temporis masculi reperiri nequeant, Anton. Fab. *dict. defin. 6. num. 2.* Jason *in l. ult. n. 19. C. de testam.* Prosp. Farin. *de testib. lib. 2. tit. 6. qu. 59. n. 72.*

Ita Domini in causa Johannis Suhlands Pfarrherrns zu Lützensommern/Mense Jan. Anno 1626. (Verba sentent. Da nun gedachte zwey Weibespersonen/ so darbey gewesen/vermittels Eydes solche Verordnung aussagen und bestärcken würden/ꝛc. So wäre dieselbe als ein Testamentum tempore pestis auffgerichtet/ zu Recht beständig/und ihr hättet euch nunmehr Georg Martins Verlassenschafft billich anzumassen/ V.R.W.)

It. in causa Agnisen Siebensamens zu Plauen/Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sentent. Da aber dennoch zum wenigsten zwey unter benelbten Weibespersonen / so dabey gewesen / vermittels ihres leiblichen Eydes berichten und aussagen würden / daß sie vorgedachte Verordnung aus der Testirerin Munde gehöret / ꝛc. So wäre solches Vermächtniß als zur Pestzeit geschehen / zu Recht beständig/ und würde euch demnach berührte halbe Wiese billich zugeeignet/ V. R.W.)

In causa Caspari Bohemi zu Freyberg / Mense Septembr. Anno 1630.

In causa Hansen Steumanns zu Brittitz / Mense Februar. Anno 1631.

Et in causa Valentini Göckens zu Löbau / Mens. Februar. Anno 1633.

Definit. VII.

Testimonium tamen domesticum parentum ne quidem tempore pestis admittendum est.

1 SEd, *num & domesticum vel parentum testimonium in testamento pestis tempore idoneum habebi-* 2 *tur?* Sanè † quin parentes in testamento liberorum & servi in dispositione dominorum à testimonio repellantur, dubium non est, §. *testes autem. 6. &* §. *in testibus. 9. instit. de testament. ordin. l. qui testamen-* 3 *to. 20.* §. *servus. 7. ff. qui testament. fac. poss.* † illi propter patriam potestatem, ob quam pater & filius una eademque persona esse censentur, *l. ult. C. de im-* 4 *pub. & aliis subst.* §. 4. *Inst. de inut. stipulat.* † hi verò, quia servi Juris Civilis communionem non habent, *l. quod attinet. 32. l. servitutem. 209. ff. de reg. jur.* Quæ rationes licet ex Jure Civili sint desum- 5 tæ, † quarum respectus habetur nullus in testamento pestis tempore minus solenni, Jason *in l. ult. C. de testament. num. 6.* Defin. *præced.* Attamen alia adhuc ratio parentes à testimonio etiam 6 hoc in testamento arcet, † nimirum affectio singularis, quæ jure naturali parentes reddit inhabiles & minus idoneos ad testimonium ferendum, *arg. l. 1. ff. de testib.* Prosp. Farin. *de testib. lib. 2. tit. 6. qu.* 7 *54. numer. 170.* † Pariter & de jure gentium testimonium domesticum sicut aliis in actibus, ita & in testamentis regulariter reprobatum est, *l. 2. C. de testib. t. in literis. 24. extr. de testib.* Schneidew. *in* §. *testes. 6. num. 8. Instit. de testam. ordin.* † Adeo- 8 que etiam jus gentium, quod in testamento pestis tempore circa qualitatem testium observari debet, Definit. *præced.* parentes & servos à testimonio repellit.

Ita Domini in causa Marthæ Viduæ Henrici Müllers zu Görlitz / Mense Jul. Anno 1633. (Verba sentent. Ob wohl Andreas Richter/als er an der gefährlichen Seuche der Pestilentz kranck gelegen/ in Beyseyn seines Vaters und einer Dienstmagd / eine disposition auffgerichtet/ etc. Dieweil aber dennoch des Vaters und der Dienstmagd Zeugnüß dißfals nicht zuläßlich; So ist auch angeregte Disposition und Vermächtniß zu Recht nicht kräfftig noch beständig/ V.R.W.)

In causa Johannis Sturms zu Plauen/Mens. Febr. Anno 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch der Stieffkinder und Dienstmagd Zeugnüß auch in testamento tempore pestis nicht zuläßlichen / So ist angeregte Verordnung zu Recht nicht beständig/ V.R.W.)

Et in causa Daniel Zirolts zu Hartenstein / Mens. Octobr. Anno 1636.

Definit. VIII.

Subsistit testamentum pestis tempore conditum, etiamsi testes ad id non fuerint specialiter rogati.

NOn minus in dispositione pestis tempore ac alieno quovis solenni testamento testes specia- 1 liter rogandos ac requirendos, existimant Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 5. n. 6.* Nicol. Boër. *decis. 228. n. 7.* † Verùm, quin rogatio testium in 2 testamentis sit de solennitatibus Juris Civilis, nemo facilè negabit. *l. hâc consultissimâ. 21. C. de testam. l. heredes. 21.* §. *1. ff. qui testam. fac. poss.* Vigl. *in* §. *ult. num. 7. inst. de testam. ordin.* † Ergò non ob- 3 servanda in testamentis iis, quæ saltem secundum jus gentium conduntur. † Adeoque nec in testa- 4 mento pestis tempore, cui solennitates juris gentium sufficiunt, Gail. *lib. 2. obs. 118. n. 17. & seq.* Jason *in l. fin. n. 6. C. de testam.* Schult. *part. 1. qu. 22. n. 10.* Guid. Pap. *decis. 543. n. 10.* Ernest. Cothm. *vol. 3. cons. 13. n. 72.* Virgil. Pingiz. *qu. 20. n. 20.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 5. n. 27.*

Ita Domini in causa Nicolai Dobichts zu Zeitz / Mense Decembr. Anno 1633. (Verba sententiæ: So ist solche Verordnung / unangesehen die Zeugen hierzu sonderlich nicht erfordert noch erbeten worden/als ein Testamentum zur Pestzeit auffgerichtet zu Recht beständig/ V.R.W.)

Item in causa Hartung Brachmans zu Franckenhausen/ Mense Sept. Anno 1598.

Et in causa Ægidii Bergmanns zu Meyen / Mense April. Anno 1604.

Definit. IX.

Non confecto instrumento à Notario publico super testamento pestis tempore condito, testes adhibiti jurare tenentur.

NEutiquam sufficit, ad testamenti factionem 1 pestis tempore duos vel tres testes fide dignos adhiberi, sed & mediante juramento testimonium super condito testamento ab iisdem perhiberi necesse est; † nec creditur testibus 2 non juratis de voluntate testatoris peste defuncti

functi deponentibus, sed valet tantummodo testamentum pestis tempore factum, quatenus juramento testium corroboratur, *l. hac consultissimâ 21. §. 3. in fin. l. ult. vers. sin verò unus. C. de testament.*
3 Matth. Coler. *part. 2. decis. 250. n. 2.* † Nam & de jure gentium, quod in testamento pestis tempore observandum, *Supr.* Defin. *7. n. 5.* juratæ saltem testium attestationes fidem faciunt, *l. jurisjurandi 9. C. de testib. c. nuper. 51. t. fratermitatis. 17. extr. eod. tit.*
4 † Hinc inferre licet, non valere testamentum tempore pestis conditum, nec quicquam ex eo deberi, si testibus defunctis, tempore aperturæ vel executionis testamenti, nullus vel unicus saltem testis supersit, ut maximè adhuc vivi in præsentia quorundam hominum de voluntate defuncti depoluerint,
5 † cum deficiant testium ad minimum duorum attestationes juratæ, Virgil. Pingiz. *qu. 20. num. 55. &*
6 *56.* Sed hæc ita, † nisi Notarius publicus super testamento pestis tempore coram duobus testibus condito instrumentum confecerit solenne, & authenticum, quod absque ulteriore probatione fidem facit, mortuis licet testibus, Jason. *in l. publicati. 2. n. 4. C. de testam.* Salycet. *in l. 1. C. eod. tit.* Coler. *dict. decis. 250. num. 4.*
7 † Quo tamen casu, ultra duos testes Notarium testamenti factioni interfuisse necesse est, ne forsan instrumentum ex defectu testium annulletur, Recess. Imper. Colon. *de Anno 1512. sub tit.* **Wie die Notarien ihre Aempter üben sollen/ &c.**
8 † licet aliàs Notarius personam testis alterius deficientis suppleat, si scilicet attestationes juratæ ab iis exigantur, *dict.* Recess. Imp. *tit.* **Von Testamenten. §. Und sollen die Notarien.** Mall. *hîc n. 9.*

Ita Domini in causa heredum Evæ Hopfens ad consultationem Senatus V Veidensis, M. Dec. A. 599. (Verba sent. Da nun die benannten beyden Zeugen vermittels ihres Eydes aussagen würden / daß sie solche Verordnung von der Testirerin gehöret/ inmassen sie zu thun schuldig seyn/ &c. So wäre dieselbe als ein Testament zur Pestzeit aufgerichtet zu Recht beständig/ &c.)

In causa Paul Göpperts zu Mulda / Mens. Julio, Anno 1633. (Verba sentent: Da nun unter denen Zeugen/ so dabey gewesen/ zum wenigsten ihrer zwey Eydlichen aussagen würden / daß sie von der Testirerin ihren letzten Willen obgedachter massen angehöret hätten/ (Inmassen sie deñ/ weil von dem Notario &c. ein Instrumentum publicum darüber aufgerichtet worden/) zu thun schuldig/ &c. So wäre berührtes Testament als tempore pestis aufgerichtet zu Recht kräfftig und beständig/ &c.]
It. in causa D. Francisci Hegewalds zu Leipzig Mens. Jan. Anno 1634.
In causa Johannis Suhlandes zu Lützenstemmern / Mens. Jan. Anno 1616.
In causa Michaelis Oßwalds zu Obernhau / Mens. Febr. Anno 1616.
In causa heredum Johannis Friderici zu Siseroda / Mens. Decemb. Anno 1632.
In causa Caspari Böhmens zu Freyberg / Mens. Septemb. Anno 1630.
Et in causa Caspari Burmans zu Kempnitz/ Mens. Nov. Anno 1633.

Definit. X.

Non valet aliter testamentum pestis tempore confectum, quàm si testes testatorem viderint, ex ejusque ore ultimam suam voluntatem perceperint.

1 CIrca testium porro adhibitionem & illud in testamenti factione pestis tempore probe notandum venit, quod id aliter validum haud habeatur, quam si testes ex ore testatoris id perceperint. Nec
2 enim de voluntate testatoris, † in quâ omnis testamenti substantia consistit, *l. 1. ff. de testam. l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonstr.* † aliter
3 certi quid deponere testes possunt, quàm si †ipsum
4 loqui, & mentem suam declarare & exponere audiverint, *Supr.* Constit. *3. Defin. 26.* † Cui & hoc
5 consequens est, requiri præsentiam testatoris præcisè in factione testamenti adeò, ut testes ipsum videre ac probè cognoscere queant *l. si non speciali. 9. l. si unus. 12. ibi: coram testatore. C. de testament.* Recess. Imper. Colon. *de Anno 1512. tit.* **Von Testamenten. §. Nun die Form.** Jacob. Menoch. *l. 2. arb. jud. quæst. cas. 475. n. 23. in fin.* Petr. Gilken. *ad l. si non speciali. 9. n. 2. C. de testam.* Jacob. Schult. *part. 1. q. 22. num. 10.*
6 † Cùm vix vocem testatoris propriam cognoscere liceat, absque personæ ipsius conspectu.
7 † Nec quod de solenni testamento circa hanc rem dispositum est, in testamento pestis tempore ullibi correctum reperitur, quippe in quo non minus omnis fallaciæ ac fraudis suspicio evitanda est, quod aliâ ratione nunquam verè fieri poterit,
8 †quis etenim nescit, alienam vocem aliquos ita assumere & imitari posse, ut etiam astutum quemvis fallant.
9 † Ex quo sanè Patriarcha Isaac decipiebatur, quando inquit: Vox hæc Jacobi est, sed manus Esavi, *Gen. cap. 27. vers. 22. & 23.* Reusn. *de test. part. 3. cap. 13. num. 5.* Dauth. *ad l. si non speciali. 9. n. 3. C. de testam.*
10 † Ut proinde necessarium omnino sit, testatorem etiam peste correptum à testibus
11 videri, † licet post Joh. Grotm. *in tract. de testib. part. 7. n. 169.* quem allegat, aliter sentiat Matth. Berlich. *p. 3. concl. 5. num. 28.*

Ita Domini in causa M. Andreæ Cottens zu Lausigk/ Mens. Octobr. Anno 1633. (Verba sententiæ: Da nun zum wenigsten zwey Zeugen/ so darbey gewesen / vermittels Eydes aussagen und erhalten würden / daß sie den Testatorem gesehen/ und solche Verordnung aus seinem Munde angehöret und wohl vernommen / inmassen sie zu thun schuldig/ &c. So wäre berührte Verordnung zu Recht beständig/ &c.)
In causa Hansen und Elix der Krugen zu Dreßden / Mens. Majo, Anno 1634.
Item in causa Ægidii Bergmans zu Meyen / Mens. April. Anno 1604.
In causa Andreæ Boldickens zu Grüna / Mens. Dec. Anno 1631.
In causa Simon Hensels Erben zu Meissen/ Mens. Julio Anno 1635. (Verba sentent: Ob nun wohl Simon Hensel/ als er an der gefährlichen Seuche der Pestilentz franck gelegen/ für dreyen hierzu ersoderten Zeugen / einen letzten Willen aufgerichtet / &c. Dieweil aber dennoch die Zeugen aus des Verstorbenen Munde seine Verordnung nicht gehöret/ sondern von des Testatoris Weibe/ daß es sein Wille und Meynung sey/ berichtet worden/ &c. So ist auch berührte Dispositio und das darinnen verordnete Legatum zu Recht nicht beständig/ V. R. W.)
Et in causa Wolffgangi Engels zu Gosellitz/ Mens. Octob. Anno 1636. (Verba sent. Dieweil aber dennoch der eine Zeuge solche Verordnung nicht von der Testirerin selbsten/ sondern nur von den andern Zeugen/ so bey ihr im Hause gewesen/ und es hernach berichtet/ gehöret/ &c. So ist auch bemeldtes Vermächtniß zu Recht nicht beständig/ V. R. W.)

DEFINIT. XI.

Ut testamentum pestis tempore conditum subsistat, requiritur omninò, testatorem fuisse sanæ mentis, & liberis vel parentibus debitam legitimam titulo honorabili reliquisse.

1 CItra numerum testium ex cæteris testamentorum solennitatibus, tempore pestis nulla amplius remissa est, Anton. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 6. n. 3.* † Finge, præteritos fuisse à testatore liberos
2 vel parentes, quibus legitima relinqui debuerat, aut relictam eis legitimam titulo legati, cum jure institutionis relinqui debuisset, *Novell. 115. cap. 3. & 4.*
3 Const. Elector. *9. h. p. 3.* † Non certè valebit testamentum, Ant. Fab. *dict. defin. 6. num. 4.* Sicuti nec
4 tùm, † quando testator haud sanæ mentis fuisse perhibetur ultimam suam voluntatem declarando
5 pestis tempore, † quæ sanè efficere nequit, ut valeat testamentum ejus, qui nec sanâ mente, nec bonâ memoriâ præditus fuit, adeoque nec ea, quæ proposita fuêre, intellexit, Constit. Elect. *5. h. p. 3.* Joh. Dauth. *de testam. rubr. qui testam. fac. poss. num. 134.* Frider. Pruckm. *vol. 1. conf. 12. n. 183.*

Ita Domini in causa Valentini Göckers zu Löbau/ Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sent: Ob wohl euer Stieffsohn Georg Ritter/ als er an der gefährlichen Seuche der Pestilentz kranck gelegen/ in Beyseyn zweyer Zeugen einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen seiner Verlassenschafft wegen/ Verordnung gethan/ dieweil er aber dennoch seine leibliche Mutter euer Eheweib gäntzlichen præteriret, so ist solches Testament zu Recht nicht beständig/ &c.)

Et. in causa Jacobi Gottschalckens zu Coldiz/ Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent: Ob gleich euer Eydam Michael Lindner als er peste kranck gelegen/ einen letzten Willen auffgerichtet/ dieweil er aber dennoch damahls noch zwey mit eurer Tochter erzeugete Kinder am Leben gehabt/ und solche zu Erben nicht eingesetzt/ sondern gäntzlich mit stillschweigen übergangen/ so ist angeregtes Testament/ ausser denen Legaten zu Recht nicht beständig/ &c)

Et in causa Hansen Leipnitzens zu Göltzen/ Mens. April. Anno 1633. (Verba sent. So ist solche Verordnung als ein Testamentum tempore pestis auffgerichtet/ zu Recht kräfftig. Ihr köntet dann wie Recht erweisen und beybringen/ daß die Testirerin dazumahl/ als sie berührte ihre Verordnung gemacht/ nicht mehr bey vollständiger Vernunfft/ sondern im Kopffe verruckt gewesen/ dessen genösset ihr auff solchem Fall billich/ V.R.W.)

DEFINIT. XII.

Omissa heredis institutio vitiat testamentum pestis tempore conditum, non tamen legata in eo relicta.

1 PAriter nec circa heredis institutionem tempore pestis de solennitatibus testamenti quicquam est remissum, sed verbis expresis heres institui de-
2 bet, *l. jubemus. 29. in pr. C. de testam.* † Omissâ ergò heredis institutione, nullum erit testamentum
3 pestis tempore conditum, † quippe, quod ex institutione heredis vim accipit, quæ caput ac fundamentum dicitur, adeoque forma substantialis totius testamenti, *§. ante heredis. 34. inst. de legat. l. quod per manus. 10. l. ult. ff. de jur. Codicill. l. pen. ff. de his quæ in testam. delent. l. 1. in pr. ff. de hered. inst.*
4 † Nec movet quicquam, si dicere velis, necessitatem heredis instituendi esse solennitatem saltem juris
5 civilis *l. fin. ff. de jur. Codicill. §. inprimis. 2. inst. de fideic. hered.* † Ne scilicet quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decederet, *l. jus nostrum. 7. ff. de reg. jur.* Gilken. *ad l. 1. num. 24. Codic. de hered. instit.* Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 2. quæst. 8. num. 2.*
6 † In testamento autem tempore pestis confecto, solennitates juris Civilis propter necessitatem, quæ legem non habet, remissas censeri, & solum jus naturale seu gentium observari, Gail. *lib. 2. observat. 118. num. 17. & 18.* Jason. *in l. fin. n. 6. Codic. de testam.* † Ex quo Facultas Juridica Lipsiensis pro te-
7 stamento tempore pestis absque heredis institutione condito, hisce formalibus respondit:

(Dieweil bemeldter letzter Wille zur Zeit der infection, und von einer inficirten Person geschehen/ in welchem Fall die von euch angezogene solennis heredum institutio nicht observiret/ und in acht genommen werden darff/ so ist auch solcher letzter Wille zu Recht kräfftig und beständig/ V.R.W.) Mense Jun. Anno 1634.

† Nego enim in ejusmodi testamento tempore pe- 8
stis condito, omnes juris Civilis solennitates remissas esse, nec id ullo juris textu probari poterit, † cum 9
non nisi circa testium solennitatem à dispositione juris civilis in hoc testamento fuerit recessum, ut apertissimè liquet ex *h.* Const. *4. vers.* So viel die Solennität der Zeugen anlanget, *& l. 8. C. de testam.*
† circa reliquas verò solennitates, adeoque etiam 10
heredis institutionem, standum omninò est sanctione juris communis etiam in testamento tempore pestis conficiendo, *arg. l. 12. §. 43. ff. de instr. vel instrum. legat.* † Nec licet hîc argumentari à 11
testamento militari, († quod heredis institutionem 12
solennem haud requirit, ex sententia Hugon. Donelli *ad rubr. C. de milit. testam. numer. 6.* & Francisci Duar. *ad tit. ff. de milit. testam. c. 3. v. quartum & ultimum est)* ad testamentum pestis tempore con-
ditum, † ex eo quod testamenta hæc duo æquipa- 13
rentur, Mynsing. *cent. 1. observ. 69. numer. 6.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 118. n. 18.* Virgil. Pingiz. *qu. 20. n. 7.*
† Nisi & ineptè prorsus & contra *hanc* Const. *4.* in- 14
ferre velis, testamentum tempore pestis conditum subsistere absque testibus, modò de testatoris voluntate appareat, † quia nimirum testamentum 15
militis in conflictu vel prælio scriptum ex nudâ ejus voluntate absque testibus valet, *l. milites. 15. Cod. de testam. milit. ubi* Gloss. *in verb. sub ipso tempore.* Joh. Sichard. *in rubr. C. de test. milit. n. 6.* † Nempe, 16
quæ contra juris communis dispositionem ex speciali privilegio militiæ inducta sunt, ne quidem ex rationis identitate extensionem patiuntur ad casus alios quantumvis simillimos, *arg. l. quod verò 14. ff. de lib.* † Nihilominus tamen valebunt in ejusmodi 17
tempore pestis condito testamento legata, quæ absque heredis etiam institutione alicui possunt relinqui; † Forma siquidem legatorum hodiè certa ac 18
solennis non est, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de legat. n. 7.* Adde Decis. Elect. noviss. *46.*

Ita Domini in causa Martin Henickens zu Knatewitz/ Mens. April. Anno 1633. (Verba sentent: Ob gleich euer Eheweib/ als sie an der gefährlichen Seuche der Pestilentz kranck gelegen/ vor Richter und Schöppen ein Testament auffgerichte/ dieweil sie aber dennoch zu ihrem Vermögen niemand zum Erben eingesetzet/ &c. So ist auch solche ihre Verordnung ausser den legatis, so den legatariis billich abgetzget werden/ zu Recht nicht kräfftig/ derowegen ihre Verlassenschafft unter die Erben ab intestato billich vertheilet wird/ &c.)

In causa Woff Heinrich Preusers zu Leipzig/ Mens. Novembr. Anno 1533. (Verba sentent: Ob wohl Hans Treher den 20. Sept. jüngsthin/ als er an der gefährlichen Seuche der Pestientz kranck gelegen/ einen letz-
ten

ten Willen auffgerichtet / und wie ers nach seinem tödtlichen Hintritt gehalten haben wolte / Verordnung gemacht / Dieweil aber dennoch in derselben keine heredis institutio zu befinden / ꝛc. So mag sie auch als ein Testament zu Recht nicht bestehen / V R W.)

It. in causa Jacobi Leisenicks zu Geyersdorff / Mense Martio Anno 1626.

In causa Johannis Rechenbergers Quæstoris zu Wolckenstein / Mens. Martio Anno 1626.

Et in causa Catharinæ Albinin zu Roßwein / Mens. Octob. Anno 1633.

Definit. XIII.

Nunquam valet testamentum, vel legatum pestis tempore coram unico saltem teste relictum.

1 ADeo quidam favent dispositionibus pestis tempore conditis, ut eas quandoque in præsentia unius etiam solummodo testis confectas valere existiment, præsertim si testator non instituerit heredem, sed tantùm † legatum reliquerit ob certam 2 causam, putà ut legatarius curam non modò testatoris, & liberorum ipsius durante morbo, sed etiam post mortem ipsorum sepeliendorum adhibeat, Nicol. Boër. *decis. 228. n. 12.* Virgil. Ping. *quæst. 20.* 3 *n. 35.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 5. n. 20.* † Sed omni hæc sententia destituitur fundamento, quin 4 potius vel inde refellitur, † quod nec de jure gentium, quod & in testamentis pestis tempore observari debet, relictum valeat, atque probetur absque duobus testibus adhibitis, *l. jurisjurandi 9. C. de testib. c. cum esses 10. c. relatum 11. extr. de testam.* † 5 Idemque satis firmant verba *h.* Constit. *4.* (Vor 6 dreyen oder zweyen glaubwürdigen Zeugen) † à quibus non temerè recedendum *l. dissentientis. 5. C. de repud. c. is qui in Ecclesia. 18. in fin. de sent. excomm. in sexto.*

Ita Domini in causa heredum Christophori Zürners zu Plauen Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sentent. Ob wohl Magdalena Künigs, als sie an der Pest kranck gelegen / euch 25. fl. weil ihr sie in ihrer Kranckheit gewartet / legiret und beschieden. Dieweil aber dennoch von den Zeugen / so dabey gewesen / nur allein ein einiges Weib am Leben ist / und solches berichten kan / ꝛc. So ist angeregte Verordnung zu Recht nicht beständig / es ist euch aber wegen der Wartung von der Verstorbenen Erben eine gebührende und billige Belohnung zu fordern unbenommen. V. R. W.)

Definit. XIV.

Ex causa belli in provincia sævientis nihil remissum censetur testatori de numero testium solenni.

1 EXinde quod tempus belli pestis tempori æquiparatur, cum invalescente pestilentia, Deus bellum gerere & iram suam in homines distringere videatur, per doctrinam Bart. *in l. naturaliter. 5. n. 23. ff. de usucap. & in l. un. ff. de bonor. poss. ex testam. milit.* inferre equidem quis possit, † non minus 2 tempore belli sævientis quàm pestis grassantis testamentum coram duobus vel tribus testibus factum 3 jure subsistere, † vel saltem favore ultimæ voluntatis conservandæ, quam exitum habere publicè expedit, *l. 6. ff. quemadm. testam. aper. l. 1. C. de SS. Eccles.* † Nec quicquam videtur æquius, quàm ut si 4 de præcisâ impossibilitate habendorum testium appareat, satis sit, eas adhiberi solennitates, quas jus gentium requirit, duos scilicet testes, *l. jurisjurandi. 9. C. de testib. c. cum esses 10. c. relatum. 11. extr. de testam.* Sed infirmior est hæc illatio, † quàm ut ullum 5 testamento belli tempore condito robur addere queat, † qvum nec privilegia, inter quæ haud absurdè etiam testamentum pestis tempore factum retuleris, ex identitate rationis ad casus similes extendantur, *l. quod verò contra rationem. 14. ff. de legib.* † nec indifferenter pestis tempore omnibus testatoribus, non certè iis, qui nec ipsimet peste decumbunt, nec quorum ædes luę infectæ sunt, quicquam de numero testium remissum sit, † ut proinde tempore belli testamentum coram duobus vel tribus testibus conditum haud subsistere existimaverim, juxta tradita ab Anton. Fabr. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. n. 16.* † deficiente scilicet juris autoritate, sine quâ nihil temerè est asseverandum, *c. is qui in Ecclesia. 18. in fin. de sentent. excomm. in sexto. l. dissentientis. 5. Codic. de repud.* Dixeris tamen ob inopiam testium hâc ratione contra intentionem, testatorem decedere ab intestato; † At novum aut iniqvum non est, ut intestatus moritur etiam is, qui testari maximè voluit, si testium copiam habere non potuerit *l. 2. ff. si quis aliq. test. prohib.* † ob idque nimirum solent prudentes viri, ne periculum hoc incurrant, eo tempore testari, quo nec testium numerus, nec aliud quidquam desit ex solennibus, *arg. l. 2. §. si quis tamen. 8. ff. si quis caution.* Fab. *dict. loc. num. 19.*

Ita Domini in causa Georgii Mierischens zu Meissen / Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sentent: Ob nun wol solche dispositio zu der Zeit auffgerichtet worden / da der Feind allbereit im Lande gewesen / und man weder Gerichtspersonen noch einen Notarium juratum, weil sie sich aus der Stadt begeben gehabt / oder anderer Mittel / so zur Solennität erfordert werden / mächtig seyn können. Dieweil aber dennoch mehr nicht den zwo Personen als Zeugen / zu solcher disposition gezogen worden / ꝛc. So ist auch dieselbe zu Recht nicht beständig / ꝛc.)

Et in causa Margarethæ, Viduæ Georgii Schmieds zu Crottendorff / Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent: Ob wol euer Ehemann / als er von des Feindes Volck überfallen und beschädiget worden / zwey Tage vor seinem Absterben in Beyseyn dreyer seiner Nachbarn einen letzten Willen auffgerichtet / ꝛc. So ist doch derselbe aus Mangelung anderer darzu gehörigen Solennitäten / eures in eurer Frage gethanen Fürwendens ungeacht / zu Recht nicht beständig / V R. W.)

Definit. XV.

Non solùm patri, sed & matri inter liberos coram duobus testibus testari, ac voluntatem suam nuncupare licet.

1 TEstamentum quoque irregulare seu privilegiatum est, quod parentes inter liberos faciunt, adeoque & illud coram duobus saltem testibus confectum subsistere, inter Dd. expeditum est, *arg. l. hâc consultissimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. Cod. de testam. ubi* Dd. Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 24. n. 2.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 1. num. 1. & ibi* Simon. Ulric. *in addit. lit. a.* † ubi dicit, hanc 2 conclusionem, nullo licet textu expresso probatam, communiter tamen sine contradictione receptam & ratione evidenti subnixam esse, nempe, quod paterna hereditas liberis ipso jure debeatur, & inverecundum admodum sit, voluntati patris quocunque etiam modo probatæ contravenire, *Vid.* Johan. Harppr. *in §. 3. & 4. & num. 116. & seqq. Inst. de testam.* ubi † ex *l. filii 16. l. ult. C. famil. erciscund.* 3 *Novell. 117. c. 2. Auth. quod sine. C. de testam.* luculenter probat, testamentum etiam patris nuncupativum inter

inter liberos coram duobus testibus fide dignis promulgatum non minus validum esse, quàm quod
4 schedula seu scriptura patris constat. † Quod & communiter receptum ac observantiâ probatum est, Hartm. Pistor. *dict. loc. num. 1.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 112. num. 4.* Joh. Dauth. *de testam. in repet. l. 21. §. ex imperfecto. 1. num. 8. & numer. 50.* Hier. Panschm. *part. 1. qu. 1. n. 24. & seqq.* Nicol. Boër. *decis. 240. n. 1.* Andr. Fachin. *lib. 4. contr. 2.*

Veluti etiam pronunciárunt Domini in causa Petri & Georgii der Schäffer zu Wolckewitz / Mense Martio Anno 1622. (Verba sentent. Hat euer Vater kurtz vor seinem Absterben in Beyseyn zweyer Zeugen eine letzte Verordnung auffgerichtet / und darinnen seiner Verlassenschafft wegen / gewisse Versehung gethan / &c. So ist solcher letzter Wille als ein Testamentum inter liberos, ungesehen nichts zu Papier bracht worden / zu Recht kräfftig und beständig / &c.)

5 † Nec refert, utrum testes rogati fuerint nec ne. Hartm. Pistor. *dict. quæst. 1. n. 2.* Salycet. & Dd. *in l. ult. §. fin. Codic. de Codicill.* Gail. *dict. observ. 112.*
6 *num. 5.* Joh. Köpp. *decis. 45. n. 23.* † Quin & fœminarum testimonium hoc casu admittitur, ut multis rationibus probat Joh. Harppr. *dict. loc. num. 239. & seqq.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 1. num. 3.* Frider. Pruckm. *cons. 12. n. 259.* Gail. *dict. observ. 112.*
7 *num. 6.* Panschm. *dict. qu. 1. n. 31.* † Planè in matre quoque inter liberos ultimam suam voluntatem conficiente, hæc locum habere probat textus clarus *in dict. l. hâc consultissimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. Cod.*
8 *de testament. Nov. 107. in præfat.* † Idque omnibus placere Interpp. testis est Hartm. Pist. *dict. quæst. 1.*
9 *num. 15.* Natta *tom. 3. cons. 622.* † Quia matris hereditas non minus quàm patris debetur liberis, adeoque eodem favore digni censentur liberi, sive mater sive pater inter eos testetur, *arg. l. nam etsi. 15. in pr. ff. de inoff. testament. l. 7. in pr. ff. de bon. damnat.*
10 † Et non minus ob reverentiam matri debitam liberi ejus voluntati, quàm testamento paterno con-
11 travenire prohibentur. † Solis tamen liberis Impp. hoc favoris concessêre, *in dict. l. hâc consultissimâ. 21. verb. Inter solos liberos, &c. Codic. de testament.*
12 † Ergò ad parentes, quos liberi heredes instituere
13 volunt, neutiquam id extendi debet. † Nec eodem modo & coram duobus testibus liberos inter parentes testari posse, communis & probata est Dd. sententia, Harppr. *dict. loc. num. 93. & mult. seqq.* Hartm. Pist. *dict. qu. 1. num. 18.* ubi plures vide allegatos, Andr. Gail. *dict. observat. 112. num. 26.* Wesenb. *part. 1. consil. 90. n. 21.*

Ita Domini in causa Catharinæ Uxoris M. VVolffgangi Pragers zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1694 (Verba sentent: Ob nun wohl solcher eurer Mutter vor zweyen Zeugen auffgerichteter letzter Wille als ein solenne testamentum nicht bestehen kan / &c. So ist er doch als ein Testamentum inter liberos zu Recht kräfftig / V. N. W.)

Item in causa Catharinæ Viduæ Georgii Seiffarts & Consort. contra filiam VVigandi Seitzens / ad consultationem Schulteti Hallensis, Mens. Majo Anno 1632.

Et in causa Uxoris & liberorum Christophori à Reitzsch / Mens. Sept. Anno 1635.

Definit. XVI.

Valet etiam testamentum parentum inter liberos & Nepotes, horum parentibus licet adhuc superstitibus.

NOn solùm verò inter liberos primi gradus sed 1
& inter Nepotes, coram duobus saltem testibus testari licet parentibus: † Quod certè extra 2
controversiam est, si defunctis liberis, Nepotes primum successionis locum obtineant, *l. ult. verb. ex quolibet veniente gradu. C. famil. ercisc. l. hâc consultissimâ 21. §. ex imperfecto 1. Codic. de testament.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 1. num. 16.* Wesenb. *part. 1. cons. 90. num. 21.* † At quid, si liberi adhuc superstites sint? Certè tum neutiquam valere testamen- 3
tum parentum quoad Nepotes, haud pauci opinantur, † quos refert & sequitur Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. n. 104. & seqq. inst. de testam. ordin.* † propter 5
verba *l. ult. Codic. fam. ercisc. ibi: Tamen pares videntur esse, &c.* quæ hoc ipsum ad Nepotes patre ipsorum prius defuncto, unà cum liberis testatoris jure repræsentationis succedentibus restringere videntur. † Sed correcta est dispositio *dict. l. ult. C.* 6
fam. ercisc. per sanctionem *Impp. in l. hâc consultissimâ. 21. §. ex imperfecto 1. Codic. de testam.* † Ex 7
quo propter generalitatem verborum hodiè inter Nepotes indifferenter valere testamentum parentum non minus ac inter liberos, arbitrantur Dd. communiter, quos allegat & sequitur Hartm. Pist. *dict. quæst. 1. numer. 16.* Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum. qu. 12. n. 5.* Nicol. Boër. *decis. 241. numer. 3.*
† Ac certè, juvat hanc communem sententiam ra- 8
tio ejus testamenti generalis, quæ & hoc casu obtinet, † nimirum Reverentia parentibus debita, li- 9
beros ad observantiam testamenti astringens, quam Nepotes avo, non minus ac liberi parentibus, præstare tenentur, Simon. Ulric. Pist. *in addit. ad* Hart. Pistor. *dict. quæst. 1. n. 16. lit. t.*

Ita Domini in causa Enoch Hildebrands zu Langensaltze / Mens. August. Anno 1632. (Verba sentent: Hat Priscilla Timothei Probi Wittib einen letzten Willen unter ihren Kindern auffgerichtet / und darinnen ihre beyde Töchter Namens Tullian und Sejam, und denn auch unter andern ihres noch lebenden Sohnes Titii Kinder zu Erben eingesetzet / &c. So ist angeregter letzter Wille als ein Testamentum inter liberos zu Recht kräfftig und beständig / &c.)

Et in causa Uxoris & liberorum Christophori à Reitzsch / Mens. Sept. Anno 1635.

Definit. XVII.

Absq; testibus in schedulâ à parentibus conscriptum testamentum valet inter liberos, modò annus & dies exprimatur, & non per notas, sed per literarum consequentias, voluntas declaretur.

NEmo certè mirabitur, valere testamentum 1
inter liberos coram duobus saltem testibus confectum, si animadverterit, parentes absque ullis etiam testibus inter liberos testari valere, † per 2
schedulam nempe vel chartam manu propria conscriptam *Novell. 107. cap. 1. l. hac consultissimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. Auth. quod sine. Codic. de testam. l. ultim. Codic. fam. ercisc.* Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. num. 127. & seqq. inst. de testam. ordin.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 24. num. 5.* Hartman. Pistor.

Piſt. *part. 1. quæſt. 1. num. 4.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 112. num. 2.* Joh. Köpp. *deciſ. 45. num. 25.* Thoming. 3 *deciſ. 4. num. 2.* † Nam æquitati convenit, filios obſervare parentum voluntatem, etſi omni careat ſolennitate, cum ſola veritas inter eos ſpectari debeat, *dict. l. ult. C. fam. erciſc. dict. l. hâc conſultiſſimâ 21. §. ex imperfecto 1. C. de teſtam.* Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 7. num. 5.* Anton. Fab. 4 *in Codic. dict. tit. 5. defin. 26. num. 1. & 2.* † At quomodo probabitur, (inquiat quis) ſcriptum patris? 5 Solâ literarum comparatione doceri poteſt, † ut ſic nec probationis cauſa teſtes adhiberi neceſſe ſit, ut tractat latiſſimè poſt alios Harppr. *dict. loc. num. 158. & mult. ſeqq.* Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 1. n. 5.* Utque minus de ſcriptura & manu teſtatoris dubita- 6 ri poſſit, † placuit eatenus ſaltem valere teſtamentum patris inter liberos, ſi non per notas, ſed per literarum conſequentias ſcriptum fuerit, *Auth. quod ſine Codic. de teſtam.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 36.* 7 *num. 3.* † Planè teſtamento hoc manu patris conſcripto, non requiritur inſuper alia ſubſcriptio, ut docent Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 1. num. 6.* Harppr. *dict. loc. num. 136.* Weſenb. *part. 1. conſ. 90. num. 4.* Panſchm. *part. 2. quæſt. 1. num. 5. & quæſt. 4. num. 8.* 8 † Sed hoc maximoperè neceſſarium eſt, ut in ejusmodi teſtamento inter liberos, Annus & dies ſimul in ſchedâ exprimatur, Nomina liberorum indicentur, & horum cuique ſua portio aſſignetur, *Auth.* 9 *quod ſine Cod. de teſtam. Novell. 107. cap. 1.* † Quibus omiſſis, teſtamentum inter liberos non valet, ut tradit poſt alios, quos allegat, Hartm. Piſtor. *part. 1. qu. 2. num. 1. & 14.* Joh. Harppr. *dict. loc. num. 193.* Coler. *dict. deciſ. 36.* Bald. Salyc. Jaſon. Sichard. Gilken. *ad dict. Auth. quod ſine* Jul. Clar. *lib. 3. ſentent.* 10 *§. teſtamentum quæſt. 11. n. 2.* † Idque propter ſuſpicionem fraudis, quam in defectu teſtium, aliarumque ſolennitatum, expreſſio temporis detegere 11 poteſt. † Nec ſi tempus omittatur, conſtare poteſt, duobus fortè repertis teſtamentis paternis, utrum eſſet altero prius ſive antiquius vel poſterius ſive recentius, quod valere debeat, *l. duo ſunt. 30. ff. de teſt. tutel.* Sichard. *dict. loc. num. 5.*

Ita Domini in cauſâ heredum Caſpari Selbings zu Falckenhain Menſ. April. Anno 1632. (Verba ſententiæ: Hat euer Vater ein Teſtamentum inter liberos auffgerichtet/und daſſelbe mit ſeiner eigenen Hand geſchrieben und zu Papier gebracht. Ob er nun wohl hierzu gantz keine Zeugen gebraucht und adhibiret. Da er aber dennoch ſeinen letzten Willen deutlich und mit ausdrücklichen Buchſtaben geſchrieben / auch ſeinen Kindern Namentlich einem jeden eine gewiſſe portion aſſigniret, und zugleich das Jahr und Tag/ zu welcher Zeit ſolches geſchehen / exprimiret hätte/ allerdings in dergleichen Teſtamenten zu Recht erfordert wird/ ꝛc. So wäre angeregtes Teſtamentum inter liberos zu Recht kräfftig und beſtändig/ ꝛc.)
Et in cauſa Marien von Eckersberga/ Viduæ Erasmi von Harttitzſch/ Menſ. Jan. Anno 1593.

Definit. XVIII.

Validum eſt quoq; teſtamentum inter liberos ab alio ſcriptum, ſed à teſtatore manu propriâ ſubſcriptum, abſq; ſpeciali declaratione voluntatis.

1 QVinimò licet parentes ipſimet teſtamentum non ſcripſerint, ſed alterius manu ſchedula exarata fuerit, attamen ſi duntaxat manu ſua nomen ſubſcripſerint, inter liberos haud valebit, absque teſtibus ullis adhibitis, *arg. Novell. 18. cap. 7. Auth. ſi modo. Codic. fam. erciſc.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 1. numer. 6.* Jul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 14.* Köpp. *deciſ. 45. num. 27.* Frider. Pruckm. *conſil. 34. n. 7.* Panſchm. *part. 2. quæſt. 1. n. 5.* Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. inſt. de teſtam. ordin. n. 138.* † Nam paria ſunt propriâ manu ſcribere teſtamen- 2 tum, vel ei manu alterius ſcripto ſubſcribere, *arg. pr. verſ. in iis autem Inſt. de empt. vendit. l. 6. §. 1. ff. de edend. l. ſi per epiſtolam. 50. ff. de acquir. vel amitt. hered. ſicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* † Nec opus eſt, ut teſtator hoc caſu 3 id teſtamentum ſuum eſſe, in ſubſcriptione dilucidè aſſeveret, ſed ſufficit ſubſcriptio ſola generalis absque omni ſpeciali atteſtatione, Weſenb. *part. 1. conſil. 90. num. 15.* Panſchm. *dict. quæſt. 1. num. 6.* Köpp. *dict. deciſ. 45. num. 28.* † Quamvis diſſentiat Hart. 4 Piſtor. *dict. quæſt. 1. num. 7.* ubi tamen *num. 9.* rectiſſimè docet, valere teſtamentum inter liberos alterius manu ſcriptum absque omni ſubſcriptione, ſi teſtator ſaltem poſtea profeſſus fuerit coram duobus teſtibus, in illa ſcriptura teſtamentum ſuum contineri, † modo appareat ſcripturam hanc illam 5 ipſam eſſe, de quâ ſenſerit teſtator, Joh. Harppr. *dict. loc. num. 142.* ubi plures allegat. † At quid, ſi 6 pater teſtamento inter liberos manu alterius ſcripto ſigillum ſuum absque ſubſcriptione tamen appoſuerit? † Neutiquam tum teſtamentum ſubſiſtere, 7 poſt alios, quos allegat, rectiſſimè arbitratur Happr. *dict. loc. num. 145.* ob defectum formæ à lege præſcriptæ, † quâ præcisè non obſervatâ, actus omninò 8 corruit *l. cum hi. 8. §. ſi prætor. 17. ff. de tranſact. l. Julianus. 9. §. ſed ſi quis. 3. ff. ad exhib.*

Ita Domini in cauſa heredum Bartholomæi Schmidts zu Oederan / Menſ. Jul. Anno 1596. (Verba ſent: So iſt ſolch Teſtamentum inter liberos, weil es vom Teſtatore unterſchrieben worden / nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten zu Recht kräfftig / und mag aus denen in eurer Frage angezogenen Urſachen / daß es nemlichen zu Papier bracht/ der Teſtator auch / daß ſolches ſein Teſtament und letzter Wille ſeyn ſolle / bey der Unterſchrifft ausdrücklichen nicht gedacht/ ſo viel die Kinder anlanget/ beſtändiger Weiſe nicht gefochten werden/ V. R. W.)
Et in cauſa Wolffen Pragers Wittben zu Leipzig / Menſ. Febr. Anno 1604.

Definit. XIX.

Ex teſtamento inter liberos ſcripto nec extraneis nec Uxori relictum quicquam jure debetur.

VAlet tamen teſtamentum hoc manu patris conſcriptum vel ſubſcriptum ſolummodò quoad liberos: † Extraneis verò perſonis in hujusmo- 1 di teſtamento imperfecto nec Legatum nec fideicommiſſum relinqui poteſt, † usque adeò ut lega- 2 tum, vel fideicommiſſum extraneis perſonis in hoc genere teſtamenti adſcriptum ipſo jure nullum ſit, & liberis tanquam heredibus teſtatoris accreſcat, *l. ult. C. fam. erciſc. l. hâc conſultiſſimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. Cod. de teſtam. ubi* Gilken. *num. 25.* Jul. Clar. *l. 3. ſent. §. teſtamentum q. 10. n. 1.* Joh. Harpp. *in §. 3. & 4. num. 222. Inſt. de teſtam.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 2. num. 3. 4. 5.* † ubi errorem Irnerii in 3 *Auth. Quod ſine Codic. de teſtam.* quæ aliàs obſtare videtur, *ex Novell. 107. cap. 1.* rectiſſimè reprehendit, † nec etiam legatum ad pias cauſas in ejus- 4 modi

5 modi teſtamento ſubſiſtere putat. † Dicitur autem hoc loco perſona extranea, quæ non eſt ex numero liberorum teſtatoris, tametſi eidem ſangvinis ratione ſit conjuncta, *dict. l. 21. §. ex imperfecto. 1.* 6 *C. de teſtam.* Jul. Clar. & Harppr. *dict. loc.* † Ex quo porrò inferendum, nec uxori relictum legatum vel fideicommiſſum in ejuſmodi teſtamento inter liberos ſubſiſtere poſſe, ex generalitate textuum *in dict. l. hâc conſultiſſimâ 21. §. ex imperfecto 1. C. d. t.* 7 *& dict. l. ult. C. fam. erciſc.* † Quibus expreſſior addi poteſt text. *in Novell. 107. cap. 1.* ubi Imp. præter ſcripturam parentis, ſi Legata Uxori aut extraneæ perſonæ adſcribantur, verbis diſertis teſtes re-8 quirit, † Eaque communis eſt Interpp. ſententia, Johan. Harppr. *dict. loc. num. 224.* Bartol. *in l. fideicommiſſa. 11. §. 1. ff. de legat. 3.* Bald. *in Auth. quod ſine Codic. de teſtam.* Panſchm. *lib. 2. quæſt. 6. n. 19.* Jul. Clar. *dict. quæſt. 10. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Tobiæ Walburgs zu Freyburg / Menſ. Febr. Anno 1633. (Verba ſententiæ: Ob nun wohl ſolcher letzter Wille / ſo viel des teſtatoris Kinder allmaget / als ein teſtamentum inter liberos beſtändig. So iſt es doch / ſo viel ſeine Wittib betrifft / zu Recht nicht kräfftig / ꝛc.)

Item in cauſa Marien von Eckardsberga / Aſmi von Harttitzſchens Wittiben / Menſ. Januar. Anno 1593. (Verba ſent: Daß Aſmus von Harttitzſchens Teſtamentum inter liberos, ſo viel die 400. fl. und was er ſonſten euch als ſeinem Eheweibe legiret und beſchieden / betrifft / aus Mangelung gebührender Solennitäten zu Recht nicht kräfftig / V. R. W.)

Item in cauſa Hanſen von Lockau / Menſ. Auguſt. Anno 1600.

Item in cauſa Petri & Georgii der Schäffer zu Wolckewitz / Menſ. Mart. Anno 1622. (Verba ſent. Hat euer Vater in obgedachtem Teſtamento inter liberos, auch ſeines Eheweibs / eurer Stieffmutter wegen / gewiſſe Verſehung gethan / ꝛc. So iſt ſolche Verordnung / ſo viel beniemte eure Stieffmutter anlanget / zu Recht nicht beſtändig / V. R. W.)

Et in cauſa liberorum M. Jacob Paulens zu Sangerhauſen / Menſ. Febr. Anno 1599.

Definit. XX.

Uxori tamen aliisq; perſonis extraneis ſolvendum eſt legatum ex teſtamento inter liberos ſcripto, cui teſtes ad minimum duo acceſſere.

1 SEd hæc ita obtinent in teſtamento inter liberos ſolùm ſcripto, vel manu teſtatoris propriâ vel ſaltem ab eodem ſubſcripto: Aliud dicendum, 2 † ſi teſtator in teſtamento inter liberos ultra ſcripturam manu propriâ conſcriptam, teſtes ad minimum duos adhibuerit, iisque voluntatem expoſuerit, 3 † quo ſanè caſu valebit, etiam diſpoſitio quoad Uxorem, aliasque extraneas perſonas ex ſanctione Imperatoris manifeſta *in Novell. 107. cap. 1. verſ. ſi tamen aut Uxori aut extraneis perſonis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates & hæc propria ſcripta manu, dictaq; à teſtatoribus coram teſtibus &c.* ubi Gothofr. aliique Dd. 4 intelligunt vel duos ſaltem, † quia numero plurium teſtium duo duntaxat intelliguntur *l. 12. ff. de teſtib.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 2. num. 2. & 3. ubi* Simon. Ulric. Piſtor. *in addit. lit. C.* Jaſon. *in Auth. quod ſine num. 2. Codic. de teſtam.* Weſenb. *conſ. 71.* 5 *num. 45.* † Et quod hodiè legata extraneis in teſtamento inter liberos coram duobus teſtibus condito relinqui poſſint, tenent Joh. Dauth. *in repet. l. hâc conſultiſſimâ 21. §. ex imperfecto 1. num. 38. & ſeqq. Codic. de teſtam.* Panſchm. *lib. 2. quæſt. 6. num. 31. 35.* Hart. Hartman. *pract. obſervat. lib. 38. obſervat. 5.* Walther. *lib. 2. miſcell. cap. 37.* † ubi §. *ex imper-* 6 *fecto 1.* correctum eſſe autumat.

Ita Domini in cauſa M. Jacob Paulens Erben zu Sangerhauſen / Menſ. Febr. Anno 1599. (Verba ſententiæ: Ob wohl euer Vater ſein Teſtamentum inter liberos mit eigner Hand geſchrieben / und mit ſeinem Pittſchafft bekräfftiget / dieweil aber dennoch ſolches ohne beyſeyn zweyer Zeugen geſchehen / ꝛc. So iſt auch eure Stieffmutter das jenige / ſo ihr darinnen vermacht und beſchrieben worden / zu fordern nicht befugt / ꝛc.)

Definit. XXI.

Non ſubſiſtit teſtamentum inter liberos, ſi hiſce legitima inſtitutionis titulo haud fuerit relicta.

QUamvis Impp. ſolennitates juris communis, 1 parentibus inter liberos teſtantibus remiſerint *in l. hâc conſultiſſimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. Codic. de teſtament. l. filii 16. & l. ult. Codic. fam. erciſc.* † attamen hoc ſaltem de iis ſolennitatibus exaudiendum eſt, quæ ſine injuriâ alterius omitti poſſunt, 2 quales ſunt numerus teſtium ſeptenarius, eorundem ſpecialis requiſitio, ſubſcriptio & ſubſignatio: † Neutiquam verò neceſſitas inſtituendi liberos 3 parentibus hoc modo teſtantibus remiſſa cenſetur, quia per id injuria haud vulgaris iis irrogaretur, *Novell. 115. cap. 5.* † Ergò nec in teſtamento parentum 4 inter liberos unus vel alter præteriri poteſt, ſed omnibus inſtitutionis titulo legitima relinqui debet, † alioquin teſtamentum non valebit, ut probatur 5 ex *Novell. 107. cap. 1. dict. Novell. 115. cap. 3.* Salycet. *in l. ultim. Codic. fam. erciſc. & in Auth. noviſſima. Cod. de inoff. teſtam.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 1. num. 12.* Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. n. 258. & ſeqq. inſt. de teſtament. ordin.* Jul. Clar. *lib. 3. ſent. §. teſtamentum. quæſt. 8. num. 6. & 7.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 22. n. 6.* † Conceſſerim tamen inſtitutio- 6 nem liberorum ex partibus diſparibus & inæqualibus teſtamentum non vitiare, etiamſi illa diſparitas in magna quantitate conſiſtat, modo filios legitimâ portione non defraudet, † ut textibus & rationibus 7 juris firmat Harppr. *dict. loc. num. 256.* quod & communiter ab Interpp. probatum fuit, Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 1. num. 11. ubi* Simon. Ulric. Piſtor. *in addit. lit. N.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 112. num. 23.* Dan. Moll. *dict. loc.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 2. n. 12.* Reuſn. *de teſtam. part. 4. cap. 5. n. 3. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa heredum Caſpari Selbings zu Falckenhain / Menſ. Apr. Anno 1632. (Verba ſentent: So iſt angeregtes teſtamentum inter liberos zu Recht kräfftig und beſtändig. Es wäre dann / daß in demſelben etliche unter euren Mitgeſchwiſtern gäntzlich præteriret, und ihnen ihre gebührende legitima titulo honorabili, nicht verlaſſen worden / auff ſolchen Fall möchte angeregtes Teſtament zu Recht nicht beſtehen / ſondern es würde euers Vatern Verlaſſenſchafft unter euch ſämptlichen zugleich ab inteſtato billich vertheilet / V. R. W.)

Definit. XXII.

Valet tamen diviſio paterna inter liberos absque titulo inſtitutionis, aliisq; ſolennitatibus.

PRæter ultimam voluntatem parentis inter li- 1 beros, alia etiamnum ſupereſt ſpecies diſpoſitionis

tionis inter liberos, nempe *divisio ex l. ult. C. fam.*
2 *ercisc.* Quæ extra testamentum etiam facta † nec titulum institutionis honorabilem, nec anni & diei appositionem, nec cæteras solennitates in *Auth. quod sine C. de testam. & Novell. 107. cap. 1.* traditas desiderat, sed sola sufficit patris scriptura, aut si tenor divisionis alienâ manu conscri-
3 ptus fuerit, † ejusdem sola subscriptio, *Novell. 18. cap. 7. & Auth. si modo. C. fam. ercisc.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 2. num. 29. &* Simon. Ulric. Pistor. *in addit. ad* Hartm. Pistor. *dict. part. 1. quæst. 1. num. 12. lit. O.* Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. num. 208. inst. de*
4 *testam. ordin.* † Quod nec cuipiam mirum videbitur, siquidem in casu divisionis succeditur ab intestato, & liberi familiæ erciscundæ judicio consequuntur id, quod à parente ipsis assignatum fuit: Meritò ergò solennitates testamentariæ cessare debent, *dict. l. ult. C. de fam. ercisc. l. quoties.*
5 *10. l. filii. 16. C. eod. tit.* † Quantumvis igitur ob defectum requisitorum solennium, de quibus *in Novell. 107. cap. 1. & Auth. quod sine. C. de testam.* vel tituli honorabilis testamentum inter liberos haud
6 jure valebit: † Attamen ex *clausula Codicillari*
7 vel (*de omni meliori modo*) († quæ verbis etiam non expressa in omni testamento parentum inter liberos subintelligitur, Hartm. Pistor. *part. 4. qu. 9. num. 19.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 7. num. 4. Vid. infr.* defin. 36.) ut divisio inter liberos sustinere poterit, Hartm. Pist. *dict. quæst. 2. num.*
8 *29. vers. Ex quo porro.* † Nihilominus tamen & in divisione omnium liberorum ratio habenda
9 est, ne ullus eorum prætereatur, † nec aliter divisio subsistit, quàm si unusquisque ex liberis tantum cupiat titulo etiam quocunque, quantum ratione legitimæ ipsi debetur: *l. omnimodo. 30. C. de inoff. testam. l. quoniam. 32. C. eod. tit.* Quantumvis aliàs divisio hæc paterna æqualitatem inter liberos præcisè non requirat, *arg. l. parentibus. 8. C. de inoff. testam.* Frideric. Pruckm. *vol. 1. conf. 34. num. 11.* Petr. Wesenb. *conf. 56. num. 4.* Gloss. *in l. quoties. 10. verb. divid. C. fam. ercisc.* Simon Ulric. Pist. *dict. loc. lit. O.* Joh. Harppr. *dict. loc. num. 207.* ubi certa quædam divisionis requisi-
10 ta proponit. † Planè, si parens sine scriptis dividere cupiat, oretenus id facere potest, sed necessum hoc casu est, ut duo testes adsint, coram quibus pater suam dividendi voluntatem exponat, *arg. l. 12. ff. de testib.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 112. num. 2.* Dauth. *in repet. l. hâc consultissimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. n. 22. C. de testam.* Pruckman. *vol. 2. conf. 1. num. 204.* Harppr. *dict. loc.*

Ita Domini in causâ Balthasari Peris zu Peris / Mense Dec. Anno 1633. (Verba sent: Ob er nun wohl darinnen seiner Tochter eurem Eheweibe titulo institutionis honorabili nichts verlassen / und also berührte Verordnung als ein Testamentum inter liberos nicht bestehen kan / dieweil er aber dennoch gleichwohl in derselbigen gedachtem eurem Eheweibe einen gewissen Theil seiner Güter als 4500. fl. assigniret und zugeeignet / ꝛc. So ist auch angeregte Verordnung als eine Väterliche Theilung zu Recht gültig / und mag beständiger Weise nicht gefochten noch hinterzogen werden / Es wäre dann daß euer Eheweib an ihren legitimen verkürtzet worden / auff solchen Fall wäre sie derer Erfüllung zu suchen wol befugt / V. R. W.)

In causa Christophori à Neitzsch / Mens. Septembr. Anno 1635. (Verba sent: Da nun eure Schwiegermutter beyde Schreiben mit ihren eigenen Händen geschrieben / oder zum wenigsten unterschrieben hätte / ꝛc. So wären beyderley Dispositiones, als ein letzter Wille / Verordnung oder Theilung unter den Kindern auffgerichtet / zu Recht beständig / ꝛc.)

Et in causa M. Andreæ Kottens zu Lausig / Mens. Octobr. Anno 1633.

Definit. XXIII.

Non annullatur divisio paterna inter liberos ex eo, quod de omnibus simul ac universis bonis paternis facta haud fuerit.

Multum itaque divisio à testamento inter libe- 1
ros differt, ut notat Johan. Harppr. *in §. 3. & 4. Instit. de testam. ordin. num. 206. & sequentib.* Inprimis verò † in casu divisionis succeditur 2
ab intestato, & judicio familiæ erciscundæ liberi portionem sibi assignatam consequuntur, *l. ult. C. fam. ercisc.* † Econtra vero in testamento inter li- 3
beros, quantumvis imperfecto, successio testamentaria obtinet, Salycet. *in l. filius. 16. num. 4. C. de testam.* Hier. Panschman. *lib. 2. quæst. 4. num. 7.* Fern. Vasq. *de success. creat. §. 21. n. 47. & seqq.* † Inferre 4
hinc licet, non vitiari divisionem rerum certarum ac singularium, ex eo quod de reliquis adeoque bonis universis nihil dispositum fuerit, Harppr. *dict. loc. num. 206.* † quia non metuendum, ut pater pro 5
parte testatus & pro parte intestatus decedat §. *hereditas. 5. inst. de hered. inst. l. jus nostrum. 7. ff. de reg. jur.*

Ita Domini in causa Pauli & Georgii der Schäffere zu Wolckwitz / Mens. Apr. Anno 1622. (Verba sent. Hat obgedachter euer Vater noch mehr Güter / derowegen er in obangeregter Theilung keine Versehung gethan / nach sich verlassen / ꝛc. So werden solche unter euch und die Stieffmutter nach hergebrachter Gewohnheit selbiges Orts billich vertheilet / V. R. W.)

Definit. XXIV.

Valet quoque testamentum paternum absque solennitatibus inter liberos Naturales.

Communis equidem est sententia patrem in- 1
ter liberos naturales, qui legitimati non sunt, sine solennitatibus alioqui requisitis testamentum condere non posse, ut testatur Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 1. n. 19.* Nicol. Boër. *decis. 204. n. 13.* Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum. quæst. 12. num. 1.* Schurff. *conf. 57. cent. 3.* Matth. Wesenb. *part. 1. conf. 90. n. 21.* † Attamen quum jura paren- 2
tibus inter liberos testantibus solennitates testium indifferenter remittant, ac generaliter loquantur, *in l. hâc consultissimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. Auth. quod sine. C. de testam. Novell. 107. cap. 1.* † Cur idem 3
testamento paterno inter liberos naturales indulgendum non sit, haud certè video, *arg. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstand.* † maximè si perpendatur, testa- 4
mentum patris inter liberos niti jure gentium ac naturali, & secundum id solummodo regulari, Bartol. *in dict. l. hâc consultissimâ. 21. §. ex imperfecto 1. n. 5. C. de testam. ibique* Jason. *n. 4.* Hier. Schurff. *cent. 2. conf. 28. & 39.* Rittershus. *in exposit. Novell. part. 6. c. 2. n. 1.* † Atqui jus gentium seu naturale inter libe- 5
ros legitimos ac naturales non distinguere ecquis

nescit, *l. 1. & 4. ff. de agnos. & alend. lib. Novell. 89. c. 12. §. si quis autem 6.* † Eandemque reverentiam dum liberi naturales parentibus debent, utique vel propter hanc etiam ad observantiam testamenti adstringuntur, ex ratione hujus testamenti generali, *de quâ Sup.* defin. *15. & 16.* † Idemque jamdudum sensit Anton. Gometz. *ad ll. Tauri. l. 3. num. 54.* Benedict. de Barzis. *tract. de fil. non legitim. n. 17.* Salycet. *in l. ult. C. fam. erciscund.* † Planè cum naturales liberi matri succedant, *§. Novissimè. 3. inst. ad SCtum Orfic.* hanc inter illos perinde ut inter legitimos testamentum absque solennitatibus condere posse, concedunt omnes, teste Hartm. Pistor. *dict. quæst. 1. n. 20.* † ubi tamen id limitat in Matre Illustri per ea, quæ notantur *in l. si quæ Illustris. 5. C. ad SCtum Orfician.*

Ita Domini in causa heredum Johannis Olberts ad Consultationem Senatus zu Adorff/Mens. April. Anno 1580. (Verba sentent. Hat Hans Olbert in Beyseyn 3. Personen einen letzten Willen auffgericht/ und denselben beym Rath zu Adorff hinterlegen zu lassen befohlen/ darinnen er seiner mit Christinen Vogelin ausser der Ehe erzeugeten Tochter/so ihn in seiner langwierigen Kranckheit gewartet und Kindliche Treue geleistet/ zur Erbin aller seiner Güter eingesetzt/ Da nun benennte Zeugen Eydlichen erhalten würden/daß sie solche Verordnung von ihm angehöret/und vernommen hätten/ꝛc. So wäre dieselbe als ein Testamentum unter den Kindern aufgerichtet zu Recht beständig/V. R. W.)

Definit. XXV.

Testamentum prius solenniter conditum revocari potest quoad filios, per posterius saltem inter liberos factum.

1 EXpediti juris est, tacitè revocari testamentum per factionem testamenti alterius, & sic testamentum posterius rumpere prius, *§. posteriore. 2. inst. quib. mod. testam. infirm. l. si is qui priore. 29. C. Ad SCtum Trebell.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 6.* 2 *tit. 5. defin. 25. num. 2.* † idque eo magis, si testator in posteriore testamento verbis disertis revocaverit. 3 † Quid etiam, *si prius testamentum solenniter & secundum regulas juris Civilis, posterius verò saltem inter liberos absque requisitis solennibus conditum fuerit?* 4 † Nihilominus quoad dispositionem inter liberos, tunc prius sublatum dixerim, cum Dan. Moller. *lib. 3. semestr. cap. 22. num. 4. & 5.* 5 † Nam & testamentum inter liberos à patre præsentibus duobus testibus conditum vim testamenti habet, Gloss. *in l. filii. 16. verb. ab intestato. C. fam. erciscund. ubi* Salycet. *num. 3.* Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum quæst. 13.* Andr. Gail. 6 *lib. 2. obs. 122. n. 13.* † Quidni ergò saltem quoad dispositionem inter liberos, per id prius revocari poterit, *dict. §. 2. instit. quib. mod. testam. infirm. l. 29. C. ad SCtum Trebell.* 7 † Idque tanto magis, si testamentum hoc posterius æqualitatem inter liberos conservet, juxta tradita Moller. *dict. cap. 22. num. 7.*

Ita Domini in causa Tutorum Christophori Nietzschkens zu Leipzig/Mens. Octob. An. 1599. (Verba sent: Hat euers Mündleins Vater für Notarien und Zeugen ein Testamentum Nuncupativum aufgerichtet/ und darinnen unter andern verordnet/ daß seinem jüngsten Sohne eurem Mündlein sein Wohnhauß um tausend Gülden vor allen andern Kindern gelassen werden solte/ als aber hernach seine Töchter sich hierüber beschweret/hat er kurtz vor seinem Absterben solchen Punct geendert/und verordnet/daß sein Wohnhauß nicht dem jüngsten Sohn allein gelassen/ sondern allen Kindern zum besten auffs theuerste verkaufft werden solte. Da nun solche Enderung vorberührtes Puncts in Beyseyn zweyer glaubwürdiger Zeugen geschehen wäre; So verbliebe es dabey billich/und möchte von euch wegen eures Mündleins beständiger Weise nicht gefochten werden/ V. R. W.)

Et in causa Christophori à Neitzsch, Mens. Septemb. Anno 1635.

Definit. XXVI.

Testamentum militis non in ipso prælio & conflictu, sed in castris constituti aliter non valet, quam si duos adhibuerit testes.

1 CEssat porrò numerus testium septenarius in testamento militari, quod ex nudâ testantium voluntate absque ulla solennitate valet, *l. 1. l. in fraudem. 15. §. 1. l. miles si testamentum. 35. ff. de testam. milit. l. milites. 15. C. eod. tit.* † Nihilo- 2 minus tamen de hâc testandi voluntate evidenter constare debet, vel per duos testes, quos miles voce testari cupiens adhibere necesse habet, ut fraus captantium testamenta evitetur. *§. 4. inst. de testam. milit. l. Divus. 24. l. Lucius. 40. ff. eod. tit. l. ubi numerus. 12. ff. de testib.* † Vel per scripturam te- 3 stantis, quæ in vagina etiam aut clypeo literis sanguine rutilantibus, aut in pulvere gladio notata sufficientem facit probationem, absque ullis aliis testibus; *pr. instit. de testam. milit. l. milites. 15. C. eod. tit.* † Quod privilegio etiam milites nostri 4 temporis gaudere, verior est Dd. sententia, quam rationibus propugnant † Joh. Harppr. *in pr. num.* 5 *5. & sequentib. instit. de milit. testam.* Bocer. *de bell. & duell. lib. 1. cap. 28. num. 8.* Joh. Sichard. *in rubr. C. de testam. milit. num. 9.* Matth. Wesenb. *part. 1. conf. 17. n. 32.* † Attamen communiter placuit, 6 militem solâ scripturâ absque testibus tùm demum validè testari, si in ipso conflictu & prælio sit constitutus; † Alioquin in castris duos ad minimum 7 testes militem adhibere teneri, † nempe propter 8 cessationem præsentis periculi, & quod facillimè in castris duos testes reperire queat, Gloss. *in dict. l. 15. verb. sub ipso tempore. C. de testam. milit.* Zas. *part. 1. conf. 6. n. 22.* Sichard. *dict. loc. n. 6.* Andr. Gail. *2. obs. 118. n. 17.* † Quam distinctionem etsi 9 rationibus non contemnendis impugnet Bocer. *dict. lib. 1. cap. 22. n. 12. & seqq.* quem sequitur Johan. Harppr. *in §. 1. n. 8. inst. de milit. testam.* † ea ta- 10 men Recess. Imper. Colon. *de Anno 1512.* diserte fuit approbata *in tit.* von Testamenten. §. Und sollen die Notarien. *vers.* Oder von Rittern/die zu Felde/und nicht am Streit wären / da wird solche Anzahl der Zeugen nachgelassen biß auff zweene/ aber die Ritter/die in Ubung des Streits seyn/mögen ihr Testament machen ohne alle Solennität/ oder Form/und wie sie wollen.

Ita Domini in causa Daniel Henels zu Mitweyda / Mens. Augusti.

Auguſt. Anno 1627. (Verba ſent: Ob wohl euer Schwager Gabriel Pechmann/ Römiſcher Käyſerl. Majeſt. Obriſter/ in ſeinem letzten Willen/ ſo er mit eigener Hand in ſeine Schreibtaſſel auffgezeichnet/ gewiſſe Perſonen zu Erben eingeſetzt/ und ſonſten etliche legata verordnet/ dieweil aber dennoch er ſolche ſeine Meynung im Quartier bey Friedland in ſein Büchlein eingezeichnet/ und nicht zu befinden/ daß ſolches im Streit oder vor 2. Zeugen geſchehen/ ꝛc. So iſt auch ſelbige eures Schwagers Verordnung als ein Teſtamentum militare nicht kräfftig/ ſondern ihr ſeyd deſſelben gantze Verlaſſenſchafft/ des letzten Willens ungeachtet/ vor euer Weib und derſelben Brüdere einzufordern wohl befugt/ V. R. W.)

Et in cauſa Chriſtophori Hempels & Conſort. zu Eißleben/ Menſ. Sept. Anno 1636.

Definit. XXVII.

In prælio & conflictu teſtamentum militare ſi non in ſcriptis confectum fuerit, duobus teſtibus probari debet.

1 QUanquam teſtamenta militum in expeditione teſtantium absque ulla ſolennitate ex nuda ipſorum voluntate valere dicantur, *l. 1. l. in fraudem. 15. §. 1. l. 35. ff. de teſtam. milit. l. milites. 15.*
2 *C. eod. tit.* † attamen de hâc teſtandi voluntate evidenter conſtare debet, *§. 1. inſtit. de milit. teſtam. l. Di-*
3 *vus. 24. l. 40. in pr. ff. eod. tit.* † Ex quo ſequitur, etſi miles in prælio & conflictu conſtitutus fuerit, ſi ta-
4 men de ſcripta ejus voluntate haud appareat, † & tùm militare teſtamentum aliter non ſubſiſtere, quàm ſi coram duobus ad minimum teſtibus factum
5 fuerit teſtamentum, † quia alio modo voluntas teſtatoris, quæ ſcripta haud eſt, probari nequit, *dict. §. 1. inſt. de milit. teſtam. dict. l. 24. ff. eod.* Henr. Bocer. *lib. 1. de bell. cap. 24. n. 14.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 118. n. 17.* Johan. Harppr. *ad §. 1. n. 5. inſt. de milit. teſtam.*

Ita Domini in cauſa Wolff Carls von Reitenbach M. Mart. Anno 1636. (Verba ſent: Sie könte denn durch zwey vermittels Eydes abgehörte Zeugen erweiſen und beybringen/ daß der Verſtorbene/ als er bey währendem Sturmlauffen geſchoſſen worden/ dieſe Wort geredet: Was ich meiner Hertzliebſten geben/ ſoll ſie behalten/ auff den Fall wäre berührte Verordnung als eine diſpoſitio militaris zu Recht beſtändig/ ꝛc.)

Definit. XXVIII.

Milites limitanei & in locis hybernis (Winterquartier) conſtituti jure militari coram duobus ſaltem teſtibus teſtari haud valent.

1 NOn aliter tamen jure militari & coram duobus teſtibus milites valent teſtari, quàm ſi in occupationibus exiſtant, & in periculo aciei vel pugnæ ſint conſtituti *l. pen. C. de teſtam. mil. pr. verſ. nam quamvis. & §. ſed hactenus. inſt. de mil. te-*
2 *ſtam.* † At illis temporibus, per quæ citra expeditionum neceſſitatem, domi vel aliis in locis extra tentoria vel caſtra degunt, neutiquam privilegio
3 hoc militari gaudent, † ſed communi jure, adhibitis nimirum debitis ſolennitatibus, ultimam
4 ſuam voluntatem declarare ac teſtari tenentur, † licet in matriculam militantium recepti fuerint, *dic. §. ſed hactenus 3. Inſt. de mil. teſt. l. ne quidam putarent. 17. C. de teſtam. milit. l. ult. C. de reſtit. mil. l. ult. C. quib. non objicit. long. temp. præſcript.* Matt. Coler. *part. 2. deciſ. 243. n. 2.* Henr. Bocer. *de bello & duello. lib. 1. cap. 18. n. 5.* Joh. Schneidew. *inſtit. de teſtam. milit. n. 10.* † Scilicet, quia tùm cauſa privilegii, quæ eſt imperitia & neceſſitas ex occupatione bellicâ dependens, ceſſat: Ergo & ipſum privilegium, *§. 2. inſt. de excuſ. tutor.* Harppr. *ad pr. n. 27. inſtit. de teſtam. milit.* Quod & intellectum velim
5 de iis militibus, † qui in hyberna aut limitanea loca
6 & oppida (in Winterquartier) vel alias ſedes, commorandi potius, quàm pugnandi cauſa aſſignatas ſunt diſtributi, Matth. Weſenb. *in pr. verſ. illis autem temporibus. verb. degunt. n. 5. inſtit. de milit. teſtam.* Bocer. *dict. cap. 18. n. 7.* † Quò & faci-
7 unt Receſſ. Imper. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. §. Und ſollen die *Notarien. verſ.* Aber diejenigen Ritter/ ſo nicht in ſolcher Ubung und Streit/ noch auch zu Felde liegen/ ſollen ihr Teſtament nach gemeinen Rechten machen. † Planè,
8 ſi milites per modicum ſaltem tempus à militia & caſtris abſint, & propoſitum revertendi habeant, jure militari etiam extra caſtra teſtari non prohibentur, ut probat rationibus & autoritatibus Bocer. *dict. cap. 18. num. 6. & 7.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Probſtens zu Cölln an der Spreu/ Menſ. Dec. Anno 1630. (Verba ſent. Ob nun wohl bemeldter Capitäyn vor ſeinem tödlichen Abgang für zweyen Zeugen ſeinen letzten Willen aufgerichtet/ Dieweil er aber dennoch damahls in keinem offenen Feldzuge/ viel weniger in einiger Gefahr oder Schlacht/ (in welchem Fall alleine die Rechte/ und des Heil. Römiſchen Reichs Abſchiede/ denen Kriegsleuten gewiſſe Privilegia und Freyheiten/ wie ſie teſtiren mögen/ nachgelaſſen/) ſondern in einer Stadt/ und alſo an einem gantz ſichern Orte geweſen/ ꝛc. So iſt auch die von ihm gemachte Ordnung zu Recht nicht beſtändig/ etc.)

It. in cauſa Catharinen Viduæ Jacobi Abels zu Cotbus/ M. Jan. Anno 1628. (Verba ſent: Dieweil er aber dennoch zur Zeit/ als er berührte Verordnung gemacht/ in keinem offenen Feldzuge/ vielweniger in einiger Gefahr oder Schlacht/ ſondern in einer Stadt/ darinne er das Winterquartier gehabt/ und alſo an einem gantz ſichern Ort geweſen/ etc. So mag auch ſolche ſeine Verordnung/ als ein Teſtamentum militare vor beſtändig nicht geachtet werden/ ſondern iſt in Mangelung gebührender Solennitäten zu Recht unkräfftig/ und wird demnach euers Ehemanns Erbſchafft ſeinen nechſten Freunden ab inteſtato billich abgefolget/ V. R. W.)

It. in cauſa Annen Hanſen Petzſchkens Wittiben zu Wöhlitz/ Menſ. Majo Anno 1632.

Et in cauſa Johannis Erneſti à Recheuberg/ Menſ. Sept. Anno 1630.

Definit. XXIX.

Nec valent legata à milite limitaneo extra caſtra verſante, coram duobus ſaltem teſtibus relicta.

MAjore privilegio munita haud ſunt legata militum, quàm teſtamenta, ſed eodem jure cenſentur, & ad minimum duos requirunt teſtes, non ſolùm ex ſolennitatibus juris gentium, † 2
quæ nec in militum ultimis voluntatibus ſunt remiſſæ, Joh. Schneidew. *intit. inſt. de teſtam. milit.* † Sed etiam, quia ſub teſtamenti vocabulo 3
generali legata etiam comprehenduntur, *l. 2. §. ad*

§. *ad causam 2. ubi* Gloss. & Dd. *ff. test. quemadm. aper.* Gloss. & Bald. *in l. 1. ff. qui testam. fac. poss.* Ergò
4 sicut testamenta, † ita etiam legata jure militari relicta, post missionem & militiam finitam non diutius anno durant ac subsistunt, §. *sed hactenus. 3. inst. de milit. testam. l. si certarum. 17. §. ult. l. quod constitutum. 21. l. testamenta. 26. l. 38. ff. de testam. mi-*
5 *lit.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 10. n. 37.* ‡ Cujus rei rationem reddit Joh. Harppr. *in dict. §. sed hac-*
6 *tenus. 3. Inst. de mil. test. n. 4.* ‡ Nec miles limitaneus, qui non in castris, sed alio in loco, pago vel oppido, commorandi potiùs quàm pugnandi causa versatur, coram duobus saltem testibus legatum relinquere valet, Recess. Imper. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. und sollen die *Notarien. Vid.* Defin. *præced.*

Ita Domini in causa Hansen Wilhelms von Heilingen zu Neuheiligen/Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent: Ob wohl vorgedachter Julius von Heilingen vor zween Zeugen etliche legata verordnet/ꝛc. So seyn doch solche legata aus Mangelung derer darzu gehörigen Solennitäten zu Recht nicht kräfftig / mögen auch dannenhero / unangesehen der Testator ein Soldat gewesen/ weil nicht zu befinden / daß er damahls zu Felde gelegen/sondern in der Stadt Erffurt verstorben / als eine dispositio militaris in Rechten nicht bestehen/ V. R. W.)

Definit. XXX.

Subsistunt testamenta Rusticorum præsentibus saltem quinque testibus facta, si plures haberi nequeant.

1 IN Rusticorum quoque testamentis non præcisè semper numerus testium septenarius observari debet, sed sufficit, quinque saltem testes adhiberi,
2 † si scilicet plures haberi nequeant, ex speciali sanctione Imper. Justiniani *in l. ult. C. de testam.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. definit. 26. n. 1.* Johan. Schneidew. *in tit. inst. de testam. ordin. Rubr.*
3 *de solenni testamento n. 15.* † Quæ sanctio postea confirmata fuit ab Imp. Maximiliano I. *in* Recess. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. Und sollen die *Notarien. vers. item* und auff dem Gau/wo Bauersleute Testament machen / und mehr Zeugen nicht zu bekommen wären/aufs we-
4 nigste fünff Zeugen/ꝛc. † Procul dubio ergò solùm hoc accipi debet de testamentis ruri factis, ubi
5 copia testium deficit. † Non verò ruri factum dici potest testamentum, quod in suburbiis conditum fuit, Anton. Fab. *dict. tit. 5. defin. 26. n. 2.* † licet aliàs in plerisque ratio eadem constitui soleat, prædiorum suburbanorum & rusticorum, Gloss. *in l. si prædium 16. C. de præd. minor.* Bartol. *in l. conficiuntur. 8. ff. de jur. Codicill.*

Ita Domini in causa Melchior Wernigs zu Beckendorff/M. Sept. Anno 1627. [Verba sent: Hat euer Vetter daselbsten vor 5. Zeugen seinen letzten Willen auffgerichtet / und euch darinnen zu Erben eingesetzt / da nun auff selbigem Dorffe damahls nicht wohl mehr Zeugen anzutreffen gewesen/benemte fünff Zeugen auch gedachte euers Vettern Verordnung vermittels Eydes bestärcken würden/ ꝛc. So wäre dieselbe als ein Testamentum unter Bauersleuten auffgerichtet/zu Recht kräfftig und beständig / V. R. W.)

Definit. XXXI.

Legata extra testamentum & absque heredis institutione, coram quinque testibus relinqui & adimi possunt.

POrrò nec in legatis numerus testium septena- 1
rius, nec alia quævis solennitas præcisè attenditur. † Forma siquidem legatorum certa & 2
solennis hodiè nulla est, *l. in legatis. 21. C. de legat. l. 1. l. 2. C. Commun. de legat.* Matth. Wesenb. *in paratit. ff. de legat. n. 7.* † sed etiam extra testamen- 3
tum & absque heredis institutione, Legata ab intestato, vel in Epistolâ *l. 22. C. de fideicommiss.* † vel 4
in Codicillis *l. 1. C. de Codicill. l. 75. pr. ff. de legat. 2.* † Aut etiam sine scriptura solo nutu relinqui 5
possunt, *dict. l. 22. C. de fideicommiss. l. 21. in pr. ff. de legat. 3.* Wesenb. *dict. loc.* Joh. Schneidewin. *ad pr. inst. de legat. n. 2.* Vigl. *ad pr. inst. de testam. num. 30.* † adhibitis tamen ad minimum quinque te- 6
stibus, *dict. l. 22. C. de fideicomm. l. ult. C. de Codicill.* Wesenb. *dict. loc.* Est enim perpetua juris nostri re- 7
gula, † neque Codicillos, nec aliam ullam voluntatis ultimæ speciem aliter valere posse, quàm si quinque testes intervenerint, *dict. l. ult. C. de Codicill. l. ult. C. de testam. l. ult. C. de mort. caus. donat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. n. 17. & defin. 2.* † Quos & jurare oportet, si absque Codicillis & 8
scriptura legata relicta fuerint, *l. ult. C. de testam.* Coler. *part. 1. decis. 250. n. 2. Vid. Supr.* definit. 9. † 9
Planè, quocunque modo vel per Codicillos vel per verba contraria, in præsentiâ quinque testium legata adimi posse, dubium non est, *pr. inst. de adempt. & translat. legator. ubi* Harppr. *n. 5. l. 2. & passim. ff. eod. tit. l. 2. §. 1. ff. de condict. indeb. l. 17. C. de legat. l. 18. ff. de legat. 3.*

Ita Domini in causa Adami Wolffens & Consort. zum Falckenstein/Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sent: Ob zwar wohl in solcher Verordnung keine institutio heredis zu befinden/und dahero dieselbe als ein Testament zu Recht nicht bestehen kan/da aber dennoch vorgedachte 5 Zeugen/ so dabey gewesen/vermittels Eydes ausagen und berichten würden/daß beniemte Verordnung von dem Testatore also geschehen und aufgerichtet worden/ꝛc. So wäre berührte dispositio als ein Codicill, oder Vermächtniß der Legaten zu Recht kräfftig und beständig / und würde demnach der Wittiben das jenige/so ihr darinnen legiret worden/von denen Erben ab intestato billich entrichtet und ausgeantwortet/ V. R. W.)

It. in causa Antonii Zorns zu Unterneesta / Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent: Dieweil aber dennoch aus dem überschickten Instrumento zu befinden / daß der Testator keiner andern Meinung gewesen/als gewisse legata zu vermachen/dergleichen legata aber/wann sie von 5. Zeugen erwiesen werden / ohne andere fernere Solennitäten zu Recht gültig seyn/ꝛc. So ist vorgedachte dispositio, und Vermächtniß der Legaten/iedoch wann die Zeugen solche Eydlich ausagen und erhalten werden / zu Recht kräfftig und beständig / und mag gestalten Sachen nach nicht gefochten noch hinterzogen werden/V. R. W.)

In causa Petri Helmichts zu Leipzig/Mens. April. An. 1633. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch zur Verordnung eines Legati Vermöge der Rechte 5. Zeugen erfordert werden/derer so viel aber bey dieser Disposition nicht gewesen/ꝛc. So ist auch dieselbe dannenhero zu Recht nicht beständig/und ihr möget berührter Magd das Legatum abfolgen zu lassen nicht angehalten werden/V. R. W.)

Item

Item in causa Veit Knauts zu Dasich/Mens. August. Anno 1629. (Verba sent: Da aber demnoch die 5. Zeugen Eydlich aussagen würden/daß die Testirerin von dem ersten legato abgewichen / und euch davon 300. fl. vermacht / ꝛc. So wäre dadurch die von der Testirerin zu erst auffgerichtete Verordnung/so viel diesen Punct betrifft/cassiret und auffgehoben/und werden demnach euch die legirten 300. fl. billich entrichtet / und abgefolget/ V. R. W.)

It. in causa Matthes Hessen zu Dölzig/Mens. August. Anno 1632.

In causa Alexandri à Miltitzen auf dem Scharffenberge/M. April. Anno 1626.

In causa Hansen Schallers contra Caspar Feygen an den Schösser zu Arnshaugk/Mens. August. Anno 1626.

Et in causa Hansen und Eliä der Krugen/Mense Jan. Anno 1634.

Definit. XXXII.

Absque ullis etiam testibus, Legata extra testamentum, apud acta judicialiter relicta valent.

1 QUin & absque ullis adhibitis testibus, legata subsistunt extra testamentum & absque heredis institutione, si nempe judicialiter vel apud acta in judicio, vel coram judice & Scabinis extra locum judicii specialiter ad hoc requisitis, fuerint
2 relicta *Sup.* Const. Elect. 3. *h. p.* 3. † quæ testamentis judicialibus, nullis etiam adhibitis testibus aliâque solennitate omissâ, validitatem tribuit. † Ergò & legatis, quæ vocabulo testamenti generali comprehenduntur, *l.* 2. §. *ad causam.* 2.
4 *ubi* Gloss. & Dd. *ff. quemadm. testam. aper.* † Ac rectissimè hinc infertur, quasvis ultimas voluntates & testamenta etiam militum, Rusticorum, parentum inter liberos, nec non Codicillos & fideicommissa, quibus omnibus numerus testium septenarius relaxatus est, judicialiter facta valere absque testibus.

5 † Veluti etiam Domini pronunciarunt in causa Pauli & Georgii der Schäffere zu Wolckwitz/Mens. Apr. An. 1622.

6 † Cur enim autoritas judicialis publica non æquipolleret numero testium binario vel quinquenario
7 in testamentis imperfectis & privilegiatis, † quæ etiam numerum testium majorem, scilicet septenarium in testamento solenni supplet, *l. omnium. 19. C. de testam. dict.* Const. Elect. 3.

Ita Domini in causa heredum Caspari Reichels zu Reichstat/Mens. Jul. Anno 1628. (Verba sent: Ob wohl Caspar Reichel einen letzten Willen auffgerichtet / dieweil aber dennoch darinnen keine heredis institutio zu befinden/ꝛc. So ist solcher letzter Wille und Verordnung für kein richtiges Testament zu achten/Es werden aber gleichwohl die vermachte legata, weil bemeldte Verordnung gerichtlichen geschehen/unangesehen keine Zeugen dabey gewesen/ denen darinnen namhafft gemachten Personen / vor den Erben ab intestato billich abgefolget/V. R. W.)

Et in causa Johannis Spenglers zu Wurtzen / Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sentent: Hat Barbara Lehmanns von denen hierzu erforderten Richter und Schöppen Verordnung gethan / daß nach ihrem Absterben ihrer Tochter Kinde 200. fl. gegeben werden solten/Ob nun wohl in solcher Verordnung keine heredis institutio zu erfinden und dannenhero dieselbe als ein Testament nicht gehalten werden kan/ꝛc. So ist sie doch als ein legatum zu Recht beständig / V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Legatum vel testamentum ad pias causas factum in præsentiâ duorum testium, jure subsistit, nunquam verò absque testibus confectum valet.

MAjore digna favore habentur legata sive re- 1
licta ad pias causas: Quocunque enim modo sive per heredis institutionem, sive per modum legati aut Codicilli quid relictum fuerit ad pias causas, jure subsistit, adhibitis licet duobus saltem testibus, † ex Constitutione Pontificis A- 2
lexandri III. *in cap. Relatum. 11. extr. de testam.* Jul. Clar. *lib. 3. sentent. §. testamentum. q. 6. n. 2. & 3.* Nicol. Boër. *decis. 93. n. 4. & seqq.* † Quæ con- 3
stitutio non saltem in terris Ecclesiæ, sed etiam imperii observari debet: † Quoties enim apud ju- 4
dicem secularem est controversia de legatis piis, ex jure Canonico ea decidenda est, ut post alios, quos allegat, docet Covarr. *in dict. cap. relatum 11. circa pr. extr. de testam.* Tiraquell. *de privil. piæ caus. privil. 1.* ubi etiam de jure Civili hoc obtinere ait, † quò & facit textus *in l. 38. ff. de fideicomm. libert.* 5
quamvis ibidem de speciali genere legati, quod alumnæ relictum fuit, agi videatur, † illumque 6
textum ab Interprete aliquo corruptum esse, contendat Anton. Fab. *decad. 35. Error. 36.* † sed hoc 7
ita, si duo ad minimum testes fuerint adhibiti. † Cæ- 8
teroquin absque testibus legata per solam scripturam testatoris, ne quidem ad piam causam relicta subsistere, communis & vera est opinio, Jacob. Thoming. *decis. 4. n. 4. & 5.* Hart. Pistor. *p. 1. q. 2. n. 4.* Besold. *part. 3. consil. 94. n. 13.* Reusn. *de testam. part. 4. c. 12. n. 12.* Panschman. *l. 2. q. 8. n. 1.* Merenda *l. 4. controv. 16.* † Scilicet, quia absque duo- 9
bus vel tribus, in quorum ore stat omne verbum, *Deut. 18. v. 16. Matth. 18. v. 16. cap. cum esses 10. extr. de testam.* dispositio testatoris nequit probari. † 10
Nec licet hic argumentari à testamento militum aut parentum inter liberos, quorum sola scriptura sine testibus subsistit, *l. 1. ff. de testam. milit. pr. instit. eod. tit. Nov. 107. c. 3. Supr.* Defin. *17.* & Def. *26. num. 3.* † siquidem ex speciali favore militum 11
& liberorum hoc privilegium testandi concessum fuit, *dict.* Def. *17. & 26.* Ergò ad pias causas trahendum non est, ne quidem ex identitate rationis, *l. quod verò contra rationem. 14. ff. de LL.* Anton. Fab. *de Error. pragm. dict. decad. 35. Error. 7. num. 4.* † Non etiam obstat *c. jud. 4. extr. de te-* 12
stam. ubi legatum nudis etiam verbis monasterio relictum valet. † Quia testes per id non excludun- 13
tur, sed *cap.* sensus est, ut relictum monasterio subsistat sine solennitate nudis verbis, h. e. non interveniente solenni scripturâ vel testamento, sed satis est, legatum per testes probari, Panorm. *ad dict. c. 4. extr. de testam. n. 2.*

Ita Domini in causa Hansen Wilhelms von Heilingen zu Neuheiligen/Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent. So seyn doch solche legata (ausser denen 200. Rth. so ad pias causas und der Kirchen zu Neuheiligen vermacht worden/ und derselben/iedoch wann zuvor die beyde Zeugen solches legatum mit ihrem Eyde bestärcken/ immassen sie dann zu thun schuldig/billich entrichtet werden/) zu Recht nicht kräfftig/ꝛc.)

It. in causa Christiani Trostens zu Tharant / Mens. Majo Anno 1633.

In causa der Gräflichen Mansfeldischen Räthe zu Eysleben/Mens. Jan. Anno 1633.

In cauſa Tobiæ Eberers zu Adorff/ Menſ. Auguſt. Ann. 1635.

Et in cauſa Caſpari Matthes zu Zſchopau/ Menſ. Sept. Anno 1635.

Definit. XXXIV.

Legatum Paſtori Eccleſiæ ſive Parocho relictum, non eſt legatum ad pias cauſas, nec coram duobus teſtibus ſubſiſtit.

1 PIæ autem cauſæ legatum cenſetur, ſi quid Eccleſiæ, Scholis, Academiis, Xenodochiis, pauperibus, vel in redemtionem captivorum, aut ad ſtipendium relinquitur, Donell. *lib. 6. comm. jur. Civil. cap. 9. in fin.* Reuſn. *in tract. de teſtam. part. 4. c. 11. num. 2. & ſeqq.* Domin. Cardin. Tuſch. *tom.* 2 *8. pract. concl. 116. & 118.* † An etiam Parocho 3 vel paſtori & miniſtro Eccleſiæ relictum? † Neutiquam hoc legatum piæ cauſæ habendum eſt, *arg. c. relatum eſt. 11. verſ. Nomine autem Eccleſiæ. extr.* 4 *de teſtam.* † Quo & facit in provinciis Electoratus Saxonici, Ordin. nov. proceſſ. jud. *de Anno 1622. tit. 45. §.* **Weil wir aber.** *verſ.* **Es ſoll aber gleich-** 5 **wohl ſolches Recht.** † Cui conſequens eſt, hoc legatum non adhibitis præcisè quinque teſtibus haud ſubſiſtere.

Ita Domini in cauſa Chriſtiani Troſts zu Tharant / Menſ. Majo, 1633.

In cauſa Matthes Heſſen zu Dölßig/ Menſ. Auguſt. Anno 1632.

Et in cauſa Martini Müllers zu Thalwiß / Menſ. Jan. Anno 1632.

Definit. XXXV.

Nec fideicommiſſa nec Codicilli valent, non adhibitis quinque teſtibus.

1 QUemadmodum legata, ita & fideicommiſſa tàm univerſalia quàm particularia extra teſtamentum ab inteſtato relinqui poſſunt, *§. præ-* 2 *tereato. ubi* Joh. Schneidew. *inſt. de fideic. hered.* † quia legata ſunt hodiè fideicommiſſis adjuncta, *l. 1. ff. de legat. 1.* † Quocunque autem modo relinquantur, ſive per ſcripturam, ſive ſolo nutu abs- 3 que ſcripturâ, † quinque adhiberi teſtes neceſſe eſt, *l. 22. C. de fideicomm. junct. l. ult. Cod. de teſtam. l. ult. C. de mort. cauſ. donat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. num. 17. & defin. 3. num. 2.* 4 † Quod enim dicitur, valere relictum nudâ Epiſtolâ, *in l. ult. ff. de legat. 2.* illud hodiè correctum fuit per *dict. l. 22. C. de fideicommiſſ.* Gloſſ. *in l. 77.* 5 *ff. de legat. 2.* † Nec alia eſt ratio Codicillorum, in quibus plerumque legata & fideicommiſſa relinquuntur, nam & ad horum confectionem quinque teſtes requiruntur, *l. ult. C. de Codicill.* Receſſ. Imp. Colon. *de Anno 1512. tit.* **Von Teſtamenten.** **§. Und ſollen die** *Notarien verſ.* **Aber in Codicillen.** Inque eo potiſſimum differunt Codicilli à teſta- 6 mentis: † *Primò*, quod Codicillis directò hereditas nec dari, nec adimi poſſit; Sed per fideicommiſſum reſtituere herediratem ei, quem teſtator in Codicillis nominaverit, rogari poſſunt heredes legitimi ab inteſtato venientes *l. ab inteſt. 16. ff. de jur. Codicill.* Joh. Schneidew. *in §. Codicill. 2.* 7 *n. 1. inſt. de Codicill.* † Quando verò directò heres in Codicillis inſtituitur, tunc nec valet iſta inſtitutio directa ut directa, ita quod heres poſſit adire hereditatem & eam integram retinere, ſed cogitur eam accipere per interpoſitam perſonam, atque obliquatur illa directa inſtitutio, & trahitur ad fideicommiſſariam, † ita ut legitimus he- 8 res retentâ quartâ, cogatur reſtituere hereditatem fideicommiſſario *l. Scævola. 76. ff. ad SCtum Trebell. Bartol. in l. 2. §. Codicill. 2. ff. de jur. Codicill.* Joh. Schneidew. *dict. loc.* † Quod tamen li- 9 mitandum, ſi verba teſtatoris ad fideicommiſſum trahi nequeant, aut ſi appareat de voluntate teſtatoris fideicommiſſum relinquere nolentis, † quò 10 ſanè caſu inſtitutio heredis planè erit inutilis, juxta tradita Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſt. 43.* † Non 11 enim confundi debent jusa teſtamentorum & Codicillorum, *l. ſi idem 7. C. de Codicill. l. non Codicillum 14. C. de teſtam.* † *Deinde* differunt Co- 12 dicilli à teſtamentis ratione ſolennium, ſiquidem Codicilli præter quinque teſtes nullam ſolennitatis ordinationem deſiderant, §. *ult. inſt. de Codicill.* Johan. Harppr. *ad pr. num. 23. inſt. eod. tit.* † 13 Planè, ſi judicialiter apud acta fideicommiſſa relicta & Codicilli confecti fuerint, absque ullis etiam adhibitis teſtibus, validitatem illis tribuendam conceſſerim, juxta Conſt. Elect. *3. h. p. 3. Vid. Supr.* Defin. *32. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Caſpari Meuſſers zu Dreßden / Menſ. Dec. Anno 1612. (Verba ſent: Ob gleich euers Vatern Bruder bey ſeinem Leben euch etliche Poſten an Gelde zugeſchickt/ und in zen Miſſiven euch darneben geſchrieben/ daß ihr ſolches in Verwahrung behalten/ nach ſeinem und ſeines Sohns Tode aber daſſelbe euch und euren Kindern verbleiben ſolte/ ꝛc. Dieweil aber dennoch ſolche Miſſiven ohne beyſeyn 5. Zeugen an euch abgangen. So ſeyd ihr auch in Mangelung gebührender Solennitäten / euch ſolcher Geldpoſten anzumaſſen nicht befugt/ V. R. W.)

It. in cauſa Thomæ Schrambs zu Schweidnitz/ Menſ. Nov. Anno 1633. (Verba ſentent. Dieweil aber dennoch bey Auffrichtung ſolches Codicills nicht 5 Zeugen geweſen/ ſo es neben ihme unterſchrieben / oder auch ſonſten daſſelbe von ihm in der Perſon gerichtlichen nicht inſinuiret worden/ ꝛc. So iſt berührtes Codicill zu Recht nicht beſtändig/ V. R. W.)

Et in cauſa Adami Wolffens zu Falckenſtein / Menſ. Jan. Anno 1633.

Definit. XXXVI.

In omnibus privilegiatis ſeu non ſolennibus teſtamentis mulieres adhiberi poſſunt teſtes etiam non ſpecialiter ad id rogatæ.

NUmerus ergò ſeptenarius teſtamenta ſolen- 1 nia à Codicillis, legatis, fideicommiſſis, aliisque teſtamentis minus ſolennibus ac privilegiatis, de quibus hactenus fuſius dictum, omninò diſtinguit. Cui adhuc duplex alia differentia addi poteſt: † *Primo* namque in teſtamento ſolen- 2 ni teſtes ſemper rogatos eſſe oportet; nec ea ſolennitas unquam remittitur, † ſi Ripæ credendum 3 in *tract. de privileg. ult. volunt. cauſ. peſt. num. 42.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 3. n. 4.* † At 4 in privilegiatis teſtamentis, legatis & Codicillis ſufficiunt etiam teſtes fortuiti, *l. ult. in fin. C. de Codicill.* quia hæc ſolennitas eſt juris Civilis, † 5 quod circa materiam teſtium, non attenditur in teſtamentis minus ſolennibus, Dan. Moller. *lib. 3.*

lib. 3. semestr. 43. n. 6. Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. n. 239. &*
6 *passim. instit. de testam. ord.* † *Secundo*: licet mulieres in testamento solenni testes idoneæ non ha-
7 beantur, §. *testes. 6. inst. de testam.* † attamen harum testimonium in Legatis, Fideicommissis, Codicillis, aliisque privilegiatis testamentis non rejici-
8 tur, Dan. Moller. *l. 4. semestr. 8.* Idque † multis argumentis & autoritatibus per omnes ferè testamentorum privilegiatorum species deducit Joh. Harpp. *dict. loc. n. 240. & multis seqq.* Prosp. Farin. *de testib.*
9 *quæst. 59. n. 67.* Vid. *Sup.* Const. 1. *Def. 30. h. p. 3.* † Nec enim in testamentis hisce privilegiatis ratio juris Civilis attenditur, quod fœminas ad actus solen-
10 nes non admittit, † quam ob causam aliàs à testimonio in testamento solenni fœminæ repelluntur, Viglius *in dict. §. testes. 6. Inst. de testam. n. 3.* Harpp. *d. l. n. 239.* Moll. *d. l. n. 3.*

Ita Domini in causâ Mariæ Uxoris Petri Breytenbachs zu Groißsch/Mens. Jul. Anno 1632.

Et in causa Christiani Trosiens zu Tharant / Mens. Majo Anno 1633.

Definit. XXXVII.

Ne quidem privilegiata & minus solennia testamenta subsistunt, si ipsemet testator præsens non fuerit, vel testes ipsum non viderint, ex ejusque ore voluntatem suam haud perceperint.

1 Nihilominus tamen in eo conveniunt legata, Codicilli, aliaque testamenta privilegiata, cum solenni testamento circa testium solennitatem, quod scilicet horum testimonio neutiquam credatur, nec ultima voluntas, qualiscunque et-
2 iam ea fuerit, jure subsistat, † si non ipsemet testator præsens fuerit, ipsumque testes viderint, & ex ejus ore voluntatem suam ac dispositionem benè
3 perceperint. † Etenim hoc jure gentium potius quàm ex solennitate juris civilis introductum videtur, ad omnem fraudis fallaciæque suspicionem
4 evitandam, † ut proinde nec in privilegiatis testamentis, etiam apud acta coram judice & Scabinis oretenus factis omitti debeat, Dan. Moll. *ad Const. 3. n. 26. 27. 28. & 29.* Joh. Dilect. *de art. test. tit. 2.*
5 *cautel. 8. n. 3.* Prosp. Farin. *de testib. q. 69. n. 186.* † Quibus addo & illud, non credi testibus de ejusmodi privilegiato testamento deponentibus haud juratis,
6 *l. ult. vers. si verò unus. C. de testam.* † Sed hoc itá, nisi testes ejusmodi testamento in scripturam re-
7 dacto subscripserint, *l. ult. in fin. C. de Codicill.* † vel à Notario & testibus instrumentum publicum super eo confectum fuerit, cui creditur mortuis etiam testibus Jason. *in l. publ cati 2. n. 4. C. de testam.* Matth. Col. *part. 2. decis. 250. n. 4.* Salycet. *in l. 1. C. de testam. Vid. supr.* Const. *8. Def. 37.*

Ita Domini in causâ Alexandri Morlini zu Wernigerodâ/ Mens. April. Anno 1624. (Verba sententiæ: Hat euer Vetter in Beyseyn 5. Zeugen etliche Legata geordnet/ auch sonsten wegen seiner Verlassenschafft gewisse Versehung gethan/ da nun bemeldtes 5. Zeugen / daß sie gedachten euren Vettern gesehen/ und solches alles aus seinem Munde angehöret und vernommen hätten / vermittels ihres leiblichen Eydes berichten würden/ inmassen sie denn nach Gelegenheit dißfalls/ weil weder einige Schrifft noch Instrumentum publicum darüber auffgerichtet worden / zu thun schuldig seyn/ &c. So möchte angeregte Dispositio als ein Vermächtnüß der Legaten oder Codicill zu Recht wohl bestehen/ V. R. W.)

Definit. XXXVIII.

Omissa clausula, Codicillaris non subintelligitur, & quisnam hujus sit effectus in testamento.

1 Clausulæ Codicillaris, quæ hodiè in fine testamentorum plerumque subjici solet, (videlicet, si non valet jure testamenti, valeat jure Codicillorum, vel omni meliori modo, quo melius valere potest, † verborum namque horum nulla vi- 2
detur differentia secundum Hartm. Pistor. *part. 4. q. 9. n. 19.*) hæc vis & efficacia est, † ut per illam he- 3
res ab intestato de restituendâ hereditate rogatus intelligatur retentâ sibi quartâ, *l. 29. §. 1. ff. qui testament. fac. poss. l. ult. §. 1. C. de Codicill.* Bartol. *in l. 1. ff. de Codicill.* Joh. Schneidew. *ad §. Codicill. 2. n. 15. inst. de Codicill.* Joh. Harppr. *ad §. 1. n. 26. inst. eod. tit.* † Nimirum, operatur illud, ut si jure te- 4
stamenti non valet, jure tamen Codicilli, vel donationis causâ mortis, vel legati, aut fideicommissi, aut cujuscunque tandem ultimæ voluntatis valeat, Dan. Moller. *ad Const. Elect. 3. n. 39. h. p. 3.* Jul. Clar. *in §. testam. q. 46. in pr.* Ant. Fab. *in Codic. l. 6. tit. 5. defin. 7. n. 2.* † Insignis ergò hujus clausulæ 5
est effectus, ut proinde omitti haud debeat: Nec enim subintelligitur clausula Codicillaris, † 6
nisi fuerit expressa, ideoque testamentum, cui hæc clausula adjecta non est, jure Codicillorum non valebit, † quia nunquam credendus est Codicillos 7
fecisse, qui testari voluit, si non disertè id expresserit *l. 1. ff. de jur. Codicill. l. ult. C. eod. tit. l. pen. §. ult. ff. de legat. 2. l. 3. ff. de testam. milit. l. coheredi. 41. §. cum filiæ 2. ff. de vulg. & pupill. subst.* Gothofr. *in d. l. ult. §. 1. lit. l. C. de Codicill.* † Præterquam si inter 8
liberos aut ad pias causas testatus quis proponatur. Quo casu, singulari quodam jure receptum illud est, & clausula Codicillaris semper subintelligitur, favore & privilegio liberorum & piæ causæ, † ex 9
Interpp. traditionibus potiùs, quàm ex juris ratione, ut post Jul. Clar. *in §. testam. q. 8. n. 7.* tradit Anton. Fab. *dict. defin. 7. n. 4.* ipsemet licet sibi contrarius *de Error. pragmat. decad. 36. Error. 1.* Hart. Pistor. *part. 4. q. 9. n. 19.* † Planè & in testamento militis clausulam Codicillarem subintelligi, do- 10
cet Gothofr. *dict. loc. per l. 3. ff. de milit. testam.* † à 11
quo dissentit Anton. Fab. *dict. defin. 7. n. 5.*

Ita Domini in causa Conrad Gärtners zu Wirsa/ Mens. Apr. Anno 1624. (Verba sent: Hat Jonas Leberman ein Testament gemacht/ und darinnen euch zum universal-Erben eingesetzt / darneben die Clausulam Codicillarem ausdrücklichen mit angehengt/ Ob nun wohl sonsten vermöge derselben ein Testamentum auch für 5. Zeugen als ein Codicill beständig/ und euch dannenhero jure fideicommissi die Erbschafft iedoch nach Abzug Quartæ Trebellianicæ von den Erben ab intestato übergeben werden müste / &c.)

Et in causa Jacob Thömels zu Bergen/ Mens. Januar. Anno 1633.

Definit. XXXIX.

Clausula Codicillaris nunquam voluntatem aut defectum testantis, nec testium numerum supplet.

1 Illud ergò clausula codicillaris efficit, ut testamentum, quod in vim testamenti ex defectu solennium subsistere nequit, valeat jure Codicilli, Defin. *præced.* † modo testator testamenti fac- 2
tio-

ctionem habuerit, & ratione voluntatis, ipsius te-
3 stamentum perfectum fuerit. † Nam is, qui testari nequit, nec Codicillos facere potest, *l. divi. 6. §. Codicillos. 3. ff. de jur. Codicill.* & morte præventus ne
4 quidem Codicillum absolvisse videtur. † Non enim clausula Codicillaris voluntatem testantis nec ejusdem defectum supplet, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 4. num. 4.* Johan. Schneidew. *in §. Co-*
5 *dicill. 2. num. 15. inst. de Codicill.* † At nec defectum testium hæc clausula supplet; Quoties ergò testamentum idcirco nullius momenti est, quod in eo pauciores quàm quinque testes adfuerint, non potest Codicillaris clausula asscripta facere, ut Codicillorum aut alterius cujuslibet ultimæ voluntatis jure suprema defuncti judicia defendantur, Anton. Fab.
6 *in Codic. dict. tit. 5. defin. 3. num. 1.* † Multò minus verò defectum solennitatis testium, nec autoritatis judicii, minimè verò utrumque simul, aut etiam præsentiam ipsius testatoris, vel donatoris clausula codicillaris supplere poterit, per ea, quæ tradunt Bartol. & Dd. *in l. 1. ff. de jur. Codicill.* Dan. Moll.
7 *ad Const. Elect. 3. num. 39. h. p. 3.* † Planè, si donationi mortis causâ aut fideicommisso apposita fuerit hæc clausula, non efficiet, ut valeat jure te-
8 stamenti solennis. † Non enim clausula Codicillaris perfectiorem testamenti speciem comprehendere potest, Bartol. *in dict. l. 1. n. 22. ff. de jur. Codicill.* Ant. Fab. *dict. tit. 5. def. 1. n. 16.*

Ita Domini in eâdem causa (Verba sent: Da aber dennoch der Testator wegen seines minderjährigen Alters nicht testiren können/oder aber solches in Beyseyn genugsamer Zeugen/derer zum wenigsten 5. seyn müssen/ nicht gethan hätte/ꝛc. So möchte auch angeregte Verordnung als ein Codicill oder anderer letzter Wille nicht bestehen/ V. R. W.)

Definit. XL.

Non valet in terris Imperii testamentum coram Parocho & duobus testibus conditum, legatis ad pias causas exceptis, ex c. cum esses. 10. extr. de testam.

1 DE jure Canonico valet testamentum parochiani coram presbytero suo sive Parocho, & tribus vel duabus aliis personis idoneis fa-
2 ctum, † ex constitutione Pontificis Alexandri III. *in c. cum esses. 10. extr. de testam.* Quæ constitutio locum habet in testamentis non solùm ad
3 pias, † sed etiam ad causas profanas conditis, juxta sententiam veriorem Julii Clari *l. 3. sentent. §. testamentum. quæst. 57. num. 1.* Ant. Fab. *in Codic. lib.*
4 *6. tit. 5. defin. 2. n. 10.* † Et indubitanter procedit in terris Ecclesiæ, tàm in foro Ecclesiastico, quàm seculari, h. e. in terris subjectis temporali jurisdictioni Ecclesiarum, secundum Clar. *dict. quæst. 57. num. 2.* Sed num etiam extra terras Ecclesiæ in
5 provinciis Imperii? † Ita quidem putat Matth. Coler. *part. 1. decis. 35. num. 4.* vel saltem favore
6 ultimæ voluntatis, † quam conservari, publicè expedit, *l. vel negare. 6. ff. quemadm. testam. aper. l. 1. C. de SS. Eccles.* cum impossibile quasi sit, in pagis observari solennitates juris civilis. † Attamen in provinciis Imperii non habere locum dispositionem Pontificis in *dict. c. cum esses. 10. extr. de testam.* Sed legitimum requiri numerum testium in paganorum etiam testamentis, tenent Jul. Clar. *dict. q. 57. n. 2. vers. Extra verò terras Ecclesiæ.* & Dan. Moll. *l. 3. semestr. 14.* ubi id ipsum quoque ad ditiones & oppida Ordinum Ecclesiasticorum Imperii extendit. † Quod & hactenus placuit Scabinis 8
Lipsiensibus. † Ne scilicet juri Canonico autori- 9
tas tribuatur in terris Imperii, contra Recess. Imp. Colon. *de anno 1512. tit.* von Testamenten/ quibus consentientibus omnibus Imperii Ordinibus tàm Ecclesiasticis, quàm Secularibus, jura Cæsarea in testamentorum quorumcunque confectione fuêre confirmata. Nec habent pagani quod conqueri possint de inopiâ hominum & difficultate solennitatis testamentariæ, ex mente Coleri *in loc. alleg.*
† Quum ob defectum testium, numerus septena- 10
rius ipsis relaxatus, & coram quinque saltem testibus, si plures haberi nequeant, ultimam suam voluntatem declarare permissum fuerit, *l. ult. C. de testam.* Recess. Imp. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. Und sollen die *Notarien vers. It.* Und auff dem Saume. *Supr.* Def. *30.* † Etsi verò testamen- 11
tum coram presbytero & duobus testibus factum in terris Imperii non subsistat; Nihilominus tamen legata ad pias causas in eo relicta duntaxat valebunt, † quippe ad quorum validitatem duo saltem testes 12
requiruntur, *c. relatum. 11. extr. de testam.* etiam in terris Imperii, *Supr.* Defin. 33.

Ita Domini in causâ Wolff Sieckmanns zu Breytenborn/ Mens. Decembr. Anno 1594. (Verba sent: Ob gleich Michael Werner zu Wiegendorff vor seinem Absterben seinen letzten Willen in Beyseyn des Pfarrherrns und zweyer anderer Zeugen auffgerichtet/ꝛc. So ist doch derselbe aus Mangelung gebührender solennitäten/ausserhalb desjenigen/so darinnen der Kirchen/und ad pias causas legiret und beschieden worden/ zu Recht nicht kräfftig/ V. R. W.)

It in causa Andreæ Weilands zu Lindau/ Mens. Dec. Anno 1628. (Verba sent: Ob wohl eurer Mutter Bruder Augustin Dietze im Churfürstenthum Sachsen/ unter dem Amt Beltzig/ für dem Pfarrherrn selbiges Dorffs und zween Zeugen einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen sein Eheweib zum Erben seiner Verlassenschafft eingesetzt/ auch etliche Legata verordnet/ꝛc. So ist doch solches Testament aus Mangel seiner solennitäten/ weil es weder gerichtlichen/ noch sonsten für gnugsamen Zeugen auffgerichtet worden/ausser denen darinnen vermachten legatis ad pias causas, zu Recht nicht kräfftig/ Derowegen des Verstorbenen Augustin Dietzens Verlassenschafft euch als den nehesten Erben ab intestato billich gebühret/ ihr seyd aber davon seine Wittib Vermöge Churfl. Sächs. Constitution, oder des Orts Gewohnheit nach/gebührlichen abzufinden schuldig/und es hat sich bemeldte Wittib mit dem angeführten cap. cum esses. 10. extr. de testam. gestalten Sachen nach nicht zu behelffen/V. R. W.)

It, in causa Georgii Christophori Trutzschlers auff Falckenstein/Mens. April, Anno 1598.

In causa Tobiæ Naumans zu Leipzig/Mens. Febr. A. 1634.

In causa Martini Müllers zu Thalwitz/Mens. Jan. An. 1632.

Et in causa Matthæi Schinbucks zu Morckwitz/Mens. April. Anno 1631.

Definit. XLI.

Consuetudine vel statuto introduci potest, ut valeat testamentum coram duobus vel tribus testibus.

1 QUum juris positivi sint testamentariæ solennitates, contrario jure positivo eas mutari & remitti posse, ambigendum non est §. *sed natural. quidem 11. inst. de jur. nat. gent. & civ.* Dan. Moll.
2 *ad Const. Elect. 3. n. 23. p. 3.* † Quidni ergò valida erit

erit conſvetudo vel ſtatutum, ut ſubſiſtat teſtamentum, etiam extra tempus peſtis, coram duobus vel tribus ſaltem teſtibus conditum, Moller. *hîc num. 11.* Joh. Köpp. *deciſ. 45. num. 2.* Mynſinger. *cent. 5. obſerv. 20. in pr.* † Qualia ſtatuta Norinbergæ, Viennæ, Venetiis, Lucæ, Tholoſæ &c. vigere, ex aliis refert Virg. Pingiz. *quæſt. 20. n. 42. & ſeqq.* † Quin & valet teſtamentum ejus, qui à Principe facultatem impetravit teſtandi coram minus ſolenni numero teſtium. Poteſt enim Princeps, quam vult teſtandi formam & ſolennitatem præſcribere, *l. omnium. 19. C. de teſtament.* † quia jus teſtandi eſt ex legibus, *l. verbis legis. 120. l. lege obvenire. 130. ff. de V. S.* † Princeps verò ſupra leges, *l. princeps 31. ff. de LL.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 22. num. 1.* † Attamen non poteſt princeps facere, ut teſtamentum coram duobus teſtibus minùs ſolenniter conditum, poſt mortem teſtatoris convaleſcat, ne quidem ſvadente æquitate, ſiquidem † jus heredi proximo ſemel quæſitum, ei invito auferri non poteſt, *l. id quod noſtrum. 11. ff. de Reg. jur. l. 4. C. de emancip. liber. l. 2. §. merito. 10. & §. ſi quis à Principe 16. ff. ne quid in loc. publ.* Anton. Faber. *dict. defin. 22. n. 6.*

möge ſolcher Gewohnheit oder Willkühr/ angeregtes Teſtament zu Recht beſtändig / V. R. W.)

Definit. XLII.

Valet prælegatum à patre liberis coram duobus ſaltem teſtibus relictum.

DIcebam *Supr.* Defin. *15.* teſtamentum patris inter liberos adeò privilegiatum eſſe, ut coram duobus ſaltem teſtibus confectum ſubſiſtat, *l. hâc conſultiſſimâ. 21. §. ex imperfecto. 1. C. de teſtam.* ubi Dd. Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 24. num. 2.* Hartm. Piſt. *part. 1. quæſt. 1. num. 1.* † Quidni ergò de legato vel prælegato à patre liberis relicto aſſereremus? † Quippe quod hoc plerumque teſtamento inferatur, ejuſque acceſſorium dicatur §. *præterea 10. inſt. de fideicomm. heredit. l. legatum. 116. in pr. ff. de legat. 1. l. legatum. 36. ff. de legat. 2.* Joh. Harppr. *ad pr. inſt. de legat. num. 3.* † Et ſi quælibet diſpoſitio patris de hereditate ſuâ valeat inter liberos, etiamſi Legatum ſolennitate fuerit deſtituta, *l. ult. C. fam. erciſc.* † Cur non etiam prælegatum absque ſolennitate valeret, haud certè animadvertere poſſum. 1 2 3 4 5

Ita Domini in cauſa Martini Schobers zu Loſſa/ Menſ. Nov. Anno 1628. (Verba ſent: Hat euer Bruder/ von welchem eure Frage meldet/ für zween Zeugen einen letzten Willen aufgerichtet/ und euch darinnen zum Erben ſeiner gantzen Verlaſſenſchafft eingeſetzt/ Ob nun wol ſonſten auſſerhalb Sterbensläufften dergleichen Teſtamenta für zween Zeugẽ aufgerichtet nicht beſtehen können/ da aber dennoch einem Andeutẽ nach durch eine beſtändige Gewonheit/ oder von der Landes-Fürſtlichen Anhaltiſchen hohen Obrigkeit beſtätigte Willkühr/ ein anders des Orts eingeführet wäre/ ꝛc. So verbliebe es dabey billich/ und wäre demnach/ Ver-

Ita Domini in cauſa Marien Viduæ Pauli Közels zu Dölitz/ Menſ. Jun. Anno 1636. (Verba ſent: Haben nach Abſterben eures Ehemannes/ der Kinder erſter Ehe Vormünder 800. fl. als ein prælegatum geſodert/ mit Fürgeben/ daß ihnen ſolches der Vater auffm Todtbette in Gegenwart zweyer Zeugen vermacht habe. Da nun bemeldte zween Zeugen vermittels Eydes ausſagen würden/ daß der Verſtorbene ſeinen Kindern erſter Ehe zum Voraus/ oder zu einem prælegato 800 fl. beſchieden oder vermacht hätte/ ꝛc. So wäre angeregtes prælegatum als eine väterliche Verordnung unter den Kindern zu Recht beſtändig/ und würden demnach ihnen obgedachte 800. fl. zum Voraus billich abgefolget/ V. R. W.)

Constitutio V.

Partis Tertiæ.

Welcher Geſtalt ein Teſtament / ſo auf dem Todbette von einem / der ſehr ſchwach iſt/ gemacht worden/ vor beſtändig und kräfftig zu erkennen ſey?

WAnn ein ſolch Teſtament beſtändiger Weiſe geſchehen ſoll/ ſo iſt es nicht gnug/ daß es ſeiner Solennität und Herrligkeit halber beſtehe/ ſondern es müſſen auch dreyerley Stücke dabey ſeyn.

Erſtlich/ daß der Teſtator articulatè und verſtändiglich reden könne.

Zum andern / daß er des Willens und der Meynung ſey / daß er ſein Teſtament machen wolle / welches daraus abzunehmen / wann er den Notarium, oder einen andern derowegen zu ſich gefodert und gebeten / daß derſelbige ſolches ſein Vornehmen den Zeugen vortragen und anzeigen ſoll.

Zum dritten / daß keine præſumption und Vermuthung verhanden / daraus abzunehmen / daß der Teſtator Schwachheit halben ſein Teſtament nicht freywillig / ſondern de-

Teſtamentum à graviter decumbente qualiter fieri debeat, ut valeat?

UT valeat hujuſmodi teſtamentum, non ſufficit adhibitis ſolennitatibus legitimis factum eſſe, ſed inſuper tria hæc intervenire neceſſe eſt.

Primum, ut articulatè loqui poſſit teſtator.

Secundum, propoſitum ejus & voluntas teſtamentum faciendi, quæ inde colligi poſſunt, ſi vel Notarium vel alium quempiam, propterea ad ſe vocatum, roget, ut voluntatem illam ſuam teſtibus proponat.

Tertium, ne qua ſubſit ſuſpicio aut præſumtio, quæ arguat, eum morbo correptum, non ſpontè teſtamentum feciſſe, ſed in gratiam illorum, qui illum circumſtantes duris verbis & importunis ſol-

nen zu gefallen verordnet / so bey ihme seynd / durch welche er mit harten Worten oder ungestuim Anhalten zu testiren gebracht worden / darauff dann in unsern Landen geurtheilet und gesprochen werden soll.

sollicitationibus & flagitationibus eò impulerunt. Quæ omnia in judicando observari jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Moribundus seu graviter decumbens licet mortalitatis cogitatione perturbatus, testari nihilominus potest.*
2. *Aliter tamen non valet testamentum moribundi, quàm si integræ mentis fuerit, & articulatè loqui potuerit.*
3. *In dubio testatorem articulatè loqui potuisse, ac sani intellectus fuisse præsumitur, nisi aliud præsumptionibus contrariis doceatur.*
4. *Valet testamentum factum ad interrogationem alterius, qui Notarii vices non gerit.*
5. *Non subsistit testamentum ad interrogationem factam peregrino idiomate vel lingvâ; quam testes & Scabini non callent.*
6. *Testamentum, ad interrogationem conjugis, vel alterius personæ suspectæ conditum, haud validum habetur.*
7. *Blanditiis testatorem ad testamenti factionem inducere haud est prohibitum.*
8. *Ad falsas autem & dolosas persvasiones conditum testamentum jure non subsistit.*
9. *Nec vi, metuvè, aut duris ac importunis sollicitationibus extortum testamentum vel donatio mortis causâ subsistit.*
10. *Dolosis persvasionibus, vel importunis sollicitationibus testamenti factionem impediens, ad interesse convenri potest.*
11. *Non præsumitur testator verbis duris, importunisque sollicitationibus inductus testamentum fecisse, nisi præsumptionibus id doceatur.*
12. *Confessio testatoris propria sufficienter probat coactam testandi voluntatem.*
13. *Ad probationem importunarum sollicitationum, à judice & Scabinis testimonium exigi potest super testamento, coram eis facto.*
14. *In causâ testamenti, metu & importunis sollicitationibus extorti, locum non habet delatio juramenti.*
15. *Reo tamen, de compulsione & importunis sollicitationibus gravato præsumptionibus & indiciis, juramentum purgationis benè injungi potest.*
16. *Testamento ad falsam suggestionem & importunam sollicitationem condito, testatoris hereditas non fisco, sed heredibus ab intestato defertur.*
17. *Corruente licet testamento, metu, verbisq; duris extorto; nihilominus legata, sponte relicta, ex eo debentur.*
18. *Ex l. ult. C. de Edict. divi Adr. tollend. heris institutus in possessionem immittendus est, modò testamentum vitio visibili non laboret.*
19. *Nec clausula derogatoria, nec ulla conventio impedit validitatem posterioris testamenti.*
20. *Contractus in testamento celebratus, sublato testamento, haud revocatus censetur.*
21. *Revocari tamen potest contractus in testamento celebratus, alterâ parte non præsente, eumq; acceptante.*
22. *Pactum seu conventio de instituendo herede, aut relinquendis alicui bonis suis, non obligat heredes ad interesse.*
23. *Non sustinetur voluntas testatoris ex eo, quod volens alterâ die testari, morte præventus id efficere non potuerit.*
24. *Citari debent heredes ad aperturam testamenti, quod publicam formam non habet.*
25. *Testamentum judicialiter insinuatum, quomodo sit aperiendum, si apertura ab heredibus non petatur.*
26. *Honorarium, si quod pro apertura testamenti judici debetur, ex communi hereditate est exsolvendum.*
27. *Non videtur revocasse testator ultimam voluntatem, quæ resignata apud eum fuit reperta.*
28. *Rescindens alterius testamentum, defuncto testatore, mandatum, si de hoc aliter non constet, juramento suo probare tenetur.*

Definit. I.

Moribundus seu graviter decumbens licet mortalitatis cogitatione perturbatus, testari nihilominus potest.

1 EXpediti juris est, quod ægrotus graviter decumbens seu moribundus, etiam quasi in agone constitutus, testamentum facere possit, *l. quoniam indignum est, 15. l. jubemus. 29. post pr. C. de testam. ubi* Jason. *n. 1.* Nicol. Reusner. *in tract. de testam. part. 2. cap. 16. n. 5. & seqq.* Joh. Harppr. *in §. 5. inst.* 2 *quib. non est permiss. fac. testam. n. 14.* † Etsi enim propter instantis mortis periculum mente aliquo modo perturbatus censeatur, qui in extremis vitæ constitutus est, *l. hâc consultissimâ. 8. C. qui testam.* 3 *fac. poss.* † propterea tamen non statim ratione & animi judicio caret, nec de bonis suis disponere 4 prohiberi potest, Joh. Harppr. *dict. loc. n. 16.* † At nonne in foro saltem Saxonico facultas testandi ægroto seu moribundo adempta est, Weichbild. *in art. 16. in fin. verf.* bey gesundem Leibe. & *art. 65. verf.* kein Mann aber. Landr. *lib. 1. art. 32. sub fin. verf.* Wer in Kranckheit auch seine Haabe / *ubi* Gloss. *n. 9.* ubi validi ac firmi corporis esse debet, qui bona sua in alium transferre velit? † Neutiquam certè: Quia prædicti textus juris Saxonici loquuntur de donatione inter vivos, adeoque ad testamenti factionem haud extendi debent, *l. verba contraxerunt. 12. ff. de V. S.* Coler. *part. 1. decis. 11. n. 4. & seq.* Joh. Schneidew. *ad §. ult. n. 15. inst. quib. non est permiss. fac. testam.* † Quin & dispositionem 6 juris Saxonici planè in desvetudinem hodiè abiisse, ac inter vivos etiam ægrotum in foro Saxonico donare posse, dixi *supr. p. 2.* Const. *12. Defin. 11.* Wesenb. *in not. margin. ad* Joh. Schneidew. *§. aliæ autem. 2. n. 40. lit. a. inst. de donat.* † Nullum ergò dubium est, 7 quin moribundo etiam in foro Saxonico testari liceat, quod & in terris Electoratus Saxonici *h.* Const. 5. disertè confirmatum est.

Ita Domini in causâ heredum Mariæ, Uxoris Georgii Zimmermanns / an Bürgermeister und Rath zu Marienberg / Mense Mart. Anno 1634. (Verba sententiæ:

Ob nun

Ob ungleich die Testirerin sehr schwach/und eines ziemlichen perturbirten Gemüths gewesen/ auch fast in agone gelegen/dieweil sie aber dennoch eine richtige und vernünfftige Disposition gethan/ und den Gerichtspersonen fürbracht/ꝛc. So ist auch ihr Testament zu Recht beständig/ꝛc.)

Et in causa Joachimi à Reibolds auff Nauendorff/ Mens. Jul. Anno 1634. [Verba sent: Ob nun wol der Testator allbereit sehr schwach gewesen/ und von unten auff zu erkalten und zu sterben angefangen/ihme auch nach gethaner Vermächtnüß die Sprache gantz entgangen und er bald verstorben/ꝛc. So ist doch angeregtes Testament / weil der Testator noch bey guter Vernunfft gewesen/und articulatè geredet/ zu Recht beständig/ꝛc.)

Definit. II.

Aliter tamen non valet testamentum moribundi, quàm si integræ mentis fuerit & articulatè loqui potuerit.

1 NOn tamen indifferenter ægroti graviter decumbentis, sive moribundi testamentum valet, sed requiritur omninò, ut articulatè & intelligibiliter loqui potuerit *l. jubemus. 29. post. pr. vers. si enim talis est testator. C. de testam. ubi* Jason. *n. 1. b.* Constit. 5. §. Erstlich daß der *testator articulatè* und verständiglich reden könne. *ubi* Moller. *n.*
2 *2.* † Articulatè autem loquitur, qui intelligi potest à testibus vel judice & Scabinis ad hoc requisitis, licet balbutiri incipiat, *l. 15. C. de testam.* Moller. *hic*
3 *n. 3.* Jason. *dict. loc. n. 2.* † Nec sufficit, testatorem loqui articulatè & intelligibiliter pasivè, h. e. ut ab aliis exaudiatur, ejusque verba perspicuè in-
4 telligantur; † Sed insuper quod præcipuum est, requiritur etiam, ut testator articulatè loquatur activè, h. e. cum bono intellectu & memoriâ, ita ut ex ejus loquela manifestum fiat, & concludi possit, testatorem sanæ mentis fuisse, Reinh. Rosa *in addit. ad* Moller. *n. 3.* Joh. Dauth. *in tract. de te-*
5 *stam. rubr. qui testam. fac. poss. num. 234. fol. 198.* † Non enim testari potest, qui integræ mentis ac perfecti intellectus non est, *l. 2. ff. qui testament. fac. poss.* Harppr. *in* §. *1. n. 9. & n. 16. inst. quibus non est*
6 *permiss. fac. testam.* † Ergò nec militare testamentum, nec dispositionem patris inter liberos, vel ad pias causas ab ægroto factam subsistere, si testator sanæ mentis non fuerit, nec articulatè loqui potuerit, verisimè dixerim cum Jason. *in l. jubemus. 29. n. 4. & 5. C. de testam. &* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 6. n. 22. 23. 24.* ubi plures allegat.

Ita Domini in causa Mariæ, Viduæ Georgii Clausens zu Grimma/Mense Nov. Anno 1633. (Verba sentent. So ist solches Testament zu Recht kräfftig und beständig / Es wäre dann/daß selbiger Zeit/ als es auffgerichtet worden/ der Testator nicht mehr bey rechter Vernunfft und Verstande gewesen/noch auch articulatè und verständiglichen reden können/ auff solchen Fall möchte angeregtes Testament zu Recht nicht beständig seyn/ ꝛc.)

Definit. III.

In dubio testatorem articulatè loqui potuisse ac sani intellectus fuisse præsumitur, nisi aliud præsumptionibus contrariis doceatur.

1 IN dubio autem testatorem articulatè loqui potuisse, bonoque intellectu & bonâ memoriâ præditum fuisse, lex præsumit, Dan. Moller. *hic. num. 4.*
2 Pruckm. *vol. 1. consil. 12. num. 177.* † Quod eo magis verum est, si testes adhibiti, vel Scabini, coram quibus testamentum conditum fuit, de loquelâ articulatâ & sano testatoris intellectu deposuerint, quibus omninò credendum Nicol. Boër. *decis. 23. num. 93.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 6. num. 13. 14.*
† Ergò qui contrarium asserit, & ob id testamentum 3
impugnare velit, aliud probare tenetur. † Con- 4
tra solam tamen præsumtionem loquelæ articulatæ & sanæ mentis, absque testium vel Scabinorum asseveratione etiam præsumptiones & conjecturæ in contrarium admittuntur, Pruckm. *dict. loc. n. 209.*
† putà, quod testator extraneas personas propriis 5
liberis prætulerit, aut † quod diu graviter decum- 6
bens biduo tantummodo, antequam moreretur, testamentum fecerit, antea autem de testamenti factione nihil prorsus dixerit, de quibus aliisq; conjecturis & præsumtionibus *Vid.* Pruckm. & Berlich. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Joachimi à Reibolds auff Nauendorff/ Mense Jul. Anno 1634. (Verba sent: Dieweil aber dennoch der Notarius, deme wie auch den Zeugen dißfalls billich Glauben zugestellet wird/ in dem auffgerichteten Instrumento bezeuget/ daß der Testator noch bey guter vollständiger Vernunfft gewesen/und articulatè reden können; So ist auch angeregtes Testament zu Recht kräfftig und beständig/Ihr köntet denn wie zu Recht ein anders erweisen, und beybringen/ dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/ꝛc.]

Et ad requisitionem Consulum & Senatus Marienberg. M. Mart. Anno 1634. (Verba sent: So ist solch Testament zu Recht beständig / es könte dann der überlebende Ehemann durch gnugsame præsumtiones bescheinigen und beybringen/daß die Testirerin/als sie das Testament auffgerichtet/ nicht bey rechter Vernunfft und Verstande gewesen/noch auch verständlichen und articulatè reden können/dessen genösse er auff solchen Fall billich/ꝛc.)

Definit. IV.

Valet testamentum factum ad interrogationem alterius, qui Notarii vices non gerit.

1 NOn aliter quoque moribundi testamentum valere, vult Elector Saxoniæ Illustrissimus, quàm si testator voluntatem testandi habuerit, id quod exinde apparere potest, si vel Notarium, vel alium quempiam eâ de causâ ad se vocatum rogaverit, ut ille voluntatem suam testibus proponat; *h.* Constit. 5. §. Zum andern. *ubi* Moller. *num. 5.*
† Ex quo omninò concludendum, testatorem per 2
intermediam etiam personam voluntatem suam declarare & validè testari posse; † id, quatenùs 3
verum sit, dixi *Supr.* Constit. 3. *definit. 27.* † Sed, 4
num & testamentum ad alterius interrogationem factum jure subsistere poterit? † Omnino; secun- 5
dum Gloss. *in l. jubemus 29. verb.* Quemadmodum. *C. de testam.* quæ ad hoc quotidiè allegatur, teste Jul. Clar. *lib. 3. sentent.* §. *testamentum. quæst. 37. n. 1.* Hart. Pist. *observat. 4, n. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 8.* Andr. Fachin. *lib. 5. controv. 69.* Schurf. *cent. 2. conf. 49.* † Nec refert, an is, qui testatorem 6
rogat, sit Notarius, vel non, nam ad interrogationem alterius, quicunque etiam is fuerit, testamentum validè condi posse, communis est Dd. opinio, secundum Jul. Clar. *dict. quæst. 37. n. 3.* † At- 7
tamen hoc ita restringendum, si testator prius interroganti voluntatem suam exposuerit, isque postea desuper coram testibus ipsum interrogaverit, id quod obscurè colligi potest ex *h.* Constit. 5. §.

Zum

Zum andern. *vers.* zu sich gefodert / und gebeten.

8 † Alioquin sanè, si quis injussu testatoris testamentum ordinaverit, ac desuper testatorem ex abrupto & de improviso nihil tale cogitantem, interrogaverit, licet testator affirmativè respondeat, † testamentum tamen haudquaquam valebit, Jul. Clar.
9 *dict. loc. num. 7.* Hartm. Pist. *dict. obs. 4. n. 4.* Zas. *lib. 1. cons. 3.* † Nec enim hæc dispositio fraudis suspicione caret, ut in aprico est.

Ita Domini in causa Hansen Jseners zu Leipzig / Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sent. Ob nun wohl die Testirerin solchen ihren letzten Willen in Beyseyn des Notarii und der Zeugen von Wort zu Wort nicht wiederholet/ sondern allein auff Befragen ihres Schwagers/ mit deme sie sich zuvor deßwegen unterredet/ dasselbe bejahet/ inmassen dann die vermittels Eydes abgehörete Zeugen solches also ausgesaget / mit fernerm Bericht / daß sie gar schwach und kranck gewesen/ also daß sie nicht viel hätte reden können/ &c. So mag doch dannenhero benientes Testament nicht umgestossen werden/ sondern es ist zu Recht kräfftig und beständig/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Tischers zu Zeitz/ Mens. Decemb. Anno 1633.

Definit. V.

Non subsistit testamentum ad interrogationem factam peregrino idiomate vel linguâ, quam testes aut Scabini non callent.

1 ITa demum valebit testamentum ad alterius interrogationem factum, si Scabini vel testes adhibiti interrogationem pariter & responsionem testatoris audiverint ac benè perceperint: † Alioquin
2 sanè de voluntate & dispositione testatoris, in quâ omnis testamenti substantia consistit, *l. 1. ff. de testam.* Fern. Vasq. *de success. creat. part. 1. lib. 1. §. 2. num. 3.* Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 28. n. 16. & 17.* nihil
3 certi deponere possunt. † Veluti nec aliter nuncupativum testamentum valet, quàm si testes ex ore testatoris illud perceperint, *Vid. supr.* Constit. 3.
4 *Defin. 34. & 36.* † Inferre hinc licet, nullatenus subsistere testamentum conditum ad alterius interrogationem factam peregrinâ linguâ, quam Scabini aut testes haud callent, quum nec de interrogato, nec de Categorico testatoris responso ac voluntate quicquam certi hoc casu asseverare queant;
5 † Taceo fraudes & fallacias, quarum suspicione ejusmodi testamentum aliâs fraudibus multifariis obnoxium, carere nequit, Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 3. n. 11. part. 3.*

Ita Domini in causa Conradi Hornicadezki zu Dreßden/ Mens. Sept. Anno 1633. [Verba sent: Ob wol Frau Elisabetha Hirtzschanin geborne von Duba/ nachdem sie aus dem Königreiche Böhmen nacher Dreßden sich gewendet/ uñ daselbsten eine geraume Zeit über gewohnet/ die Stadtgerichte zu sich ersodern/ und weil sie der Teutschen Sprache nicht kündig/ durch einen Dolmetscher/ der in Böhmischer Sprache mit ihr geredet/ und sie befraget/ ihren letzten Willen fürbringen lassen/ &c. Dieweil aber dennoch die abgeordnete Gerichtspersonen die Sprache/ darinnen die Verstorbene befragt worden/ selbsten nicht verstanden/ &c. So ist auch solche Verordnung und Testament zu Recht nicht kräfftig noch beständig/ &c.)

Definit. VI.

Testamentum ad interrogationem conjugis vel alterius personæ suspectæ conditum haud validum habetur.

NOn semper testamentum ad alterius interro- 1
gationem conditum validum habetur. † 2
Non certè, tunc quando interrogatio est facta à personâ suspectâ ei, qui est in ultimo mortis articulo constitutus, Jason. *in l. jubemus 29. C. de testam.* Jul. Clar. *lib. 3. sentent. §. testamentum. quæst. 37. num. 6.* Hartm. Pistor. *obs. 4. n. 2.* Paul. de Castro *in l. 1. §. si quis ita 2. ff. de Verb. oblig.* † Nam eo casu 3
attentâ qualitate interrogantis, & statu interrogati resultat vehemens suspicio, quod testator potius ad suggestionem & importunitatem illius ita responderit. † Quàm quod talis esset ejus voluntas, Jul. 4
Clar. *dict. q. 37. num. 6.* Dan. Moll. *hic numer. 15.* † Hinc nec testamentum à marito vel muliere ægrâ 5
ad interrogationem conjugis subsistere, docet post Socin. *vol. 2. cons. 183.* & Petr. Peck. *in tract. de test. conjug.* Hartm. Pist. *dict. obs. 4. n. 3.* ubi ita à Scabinis responsum refert. † Planè nec tum valebit te- 6
stamentum ad alterius interrogationem conditum, si idem testator antea confeciisset testamentum solenne, Hartm. Pistor. *dict. loc. n. 6.* Jul. Clar. *dict. qu. 37. n. 8.* Andr. Fach. *lib. 5. controv. 70.*

Ita Domini in causa Christophori Franckens zu Leipzig/ M. Majo Anno 1631. (Verba sent: Da aber dennoch eurem Bericht nach der Testator für sich nichts disponiret/ sondern allein auf das jenige/ so ihn der Richter auff seines Weibes als eingesatzter Erbin Befehl und suggestion gefragt/ überall mit ja geantwortet hätte/ &c. So wäre dannenhero angeregtes Testament zu Recht nicht beständig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Blanditiis testatorem ad testamenti factionem inducere haud prohibitum est.

POrrò, nec tùm moribundi testamentum valere 1
vult Elector Illustrissimus, si testator id non suâ sponte, & voluntate deliberatâ, sed duris verbis, precibus immoderatis, aut sollicitationibus importunis inductus fecerit, *h.* Constit. 5. ff. Zum dritten/ daß keine *præsumption, &c. ubi* Moll. *hic n. ult.* † An ergò testatorem blandis verbis ad con- 2
dendum testamentum inducere non licebit? Hoc inde non sequitur, † quum duræ ac importunæ 3
sollicitationes & flagitationes tantùm hâc Constitut. prohibeantur. Unde ad blanditias amicabiles nihil inferendum: † Blando siquidem sermone 4
omninò licet invitare testatorem, ut aliquem heredem instituat, † neque ex eo institutio vitiosa 5
redditur, ut probatur *in l. fin. C. si quis aliquem testar. prohib. & in l. ult. ff. eod. tit.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 29. num. 1.*

Ita tractatum in causa Caspari Schindels & Consort. zu Coldiz/ Mens. Dec. Anno 1633 (Verba sent: So ist solche Verordnung zu Recht beständig/ und mag dahero/ daß die Testirerin von Schindels Eheweibe als der eingesatzten Erbin durch liebkosende Worte hierzu veranlasset und überredet worden / beständiger weise nicht gefochten noch hinterzogen werden/ &c.)

Et in causa Johannis & Jacobi der Schrötere zu Niehestadt/ Mens. Septembr. Anno 1594. (Verba sententiæ: So ist solche Ubergabe/ unangesehen eure Schwester von ihrem Ehe-

Ehemanne hierzu mit guten Worten beredet worden / zu Recht kräfftig/ V.R.W.)

Definit. IIX.

Ad falſas autem & doloſas perſvaſiones conditum teſtamentum haud jure ſubſiſtit.

1 SEd hoc ita, ſi dolus blandientis non interve-
nerit: Non enim ſubſiſtit teſtamentum, quod teſtator doloſis ac falſis perſvaſionibus inductus fecerit, ut probatur ex textu *l. ult. ubi: Qui non per vim & dolum. ff. ſi quis aliq. teſt. prob. l. 70. ff. de hered. inſt.* Jaſon. & Dd. *in l. ult. C. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* Hartm. Piſtor. *p. 1. q. 29. n. 3.* Moller. *hic n. 13. & lib. 3. ſem. 32.* Frider. Pruckm. *vol. 1. conſil. 12. n. 29.* Erneſt. Cothm. *conſil. 29. n. 142.* Panſchman. *part. 2. qu. 21. num. 31. & 180.* Petr. Peck. *lib. 4. de teſt. conjug. c. 3. n. 1. & ſeqq.* † Ergò multum differunt
2 blanditiæ à falſis & doloſis perſvaſionibus: Sed un-
3 de hæ præſumendæ? † Multas ſanè præſumptiones, ex quibus dolus perſuadentis colligi poteſt, refert Jacob. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 12.* & poſt eum Matth. Berlich. *part. 3. concl. 7. n. 4. & ſeqq.* ubi &
4 alios autores allegat. † Meo judicio vix certius alibi unde poterit deprehendi dolus, quàm ſi falſis ſuggillationibus & mendaciis perſvaſus fuerit teſtator, putà heredem proximiorem ab inteſtato fuiſſe mortuum, vel gravi injuriâ teſtatorem affeciſſe, aut hereditatem ſuam non appetere, contrario poſtea demonſtrato & probato, Panſchman. *dict. quæſt. 21.*
5 Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 29. num. 4.* † Quia mendax regulariter in dolo eſſe præſumitur, ſiquidem mendacium in ſuum commodum redundet, *l. & eleganter, 7. §. ult. cum l. ſeq. l. ſi quis affirmaverit 9. §. 1. ff. de dolo l. falſus. 43. §. ſi quis 3. ff. de furt.* Wurmſer. *lib. 1. obſerv. tit. 51. obſerv. 10.* Hartm. Piſt. *dict. loc.*

Ita Domini in eadem cauſa Caſpari Schindels & Conſort. zu Colditz/ (Verba ſent: Ihr köntet dann darthun und beybringen/ daß die Teſtirerin anderer Geſtalt berührte Verordnung nicht gemacht/ als daß ſie in denen Gedancken geſtanden/ es wäre ſolche ihrer Mühmen uñ Erbin Marthen nicht zu wider / Hans Schindels Eheweib auch/ daß ſie/ die Martha/ damit zu frieden ſey/ und ſie ſolches von ihr vernommen/ fälſchlichen und doloſè der Teſtirerin eingeſchwatzet/ auff ſolchen Fall möchte mehrberührte Verordnung zu Recht nicht erhalten werden/ V.R.W.)

Definit. IX.

Nec vi metuve, aut duris ac importunis ſollicitationibus extortum teſtamentum vel donatio mortis causâ ſubſiſtit.

1 MUltò minùs verò valebit teſtamentum non
ſaltem doloſis perſuaſionibus, ſed & minis, vi metuve, aut duris verbis ac importunis ſollicitationibus extortum, *hâc* Conſt. 3. §. *ult. v.* Durch welche er mit harten Worten/ oder ungeſtümen
2 Anhalten zu *teſtiren* gebracht worden/ ꝛc. † Cum nihil magis verè repugnet teſtamenti factioni, quàm
3 aſſidua, dura & immoderata efflagitatio, † ſiquidem teſtamentum propriis viribus ſubſiſtere debet, non ab alterius voluntate pendere, *l. illa inſtitutio.*
4 *32. ff. de hered. inſtit.* † multo minus à voluntate heredis, *l. Senatus. 43. §. pen. ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa. 11. §. quanquam. 7. ff de legat. 3.* Fab. *in Codic. l. 6. tit. 5. defin. 6. n. 6.* Joh. Harppr. *in pr. n. 47. inſt. de teſtam. ordin.* Hier. Panſchman. *lib. 2. quæſt. 21.*
† Eâdemque pariter ratione nec donationem mortis 5
causâ vi metuve, aut importunis ſollicitationibus extortam, valere dixerim, † quippe quæ & ipſa ex 6
libera donatoris voluntate dependet §. *1. inſt. de donat.* & † ultimæ voluntati ſeu teſtamento compa- 7
ratur, *l. ult. C. de donat. mort. cauſ.* Joh. Harppr. *in §. 1. n. 13. inſt. de donat.*

Ita Domini in cauſa Balthaſari Höpffners zu Thomsbrücken/ Menſ. Sept. Anno 162. (Verba ſent: So verbleibets bey ſolcher Ubergabe auff n Todesfall billich / es könten dañ die Gräffiſchen Erben erweiſen und beybringen/ daß von dem Donatore angeregte Ubergabe nicht freywillig auffgerichtet/ ſondern er dieſelbe gerichtlichen regiſtriren zu laſſen/ durch N.N. harte Wort und ungeſtümes Anhalten und Betrauen gezwungen worden wäre/ deſſen genöſſen ſie auff den Fall billich/ ꝛc.)

Definit. X.

Doloſis perſuaſionibus vel importunis ſollicitationibus teſtamenti factionem impediens, ad intereſſe conveniri poteſt.

SIcuti teſtamenti factio ullis verbis doloſis, mi- 1
nis vel importunis ſollicitationibus haud extorquenda eſt, ita nec viciſſim † ejusmodi calidis 2
perſuaſionibus, durisque efflagitationibus inſtitutio heredis impediri debet, maximè cùm hoc tendat ad inſigne tertii heredis nempe inſtituendi præjudicium, Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 29. num. 2.* † adeò, ut Cæpolla *in cautel. 36.* exiſtimet, 3
quod hoc caſu illi, in cujus præjudicium facta eſt prohibitio, competat actio de dolo, vel in factum ſubſidiaria ad intereſſe contra eos, quorum ſolicitudine effectum eſt, quo minus ſibi quid relinqueretur. † Quod quidem conceſſerim ſi perſuaſio- 4
nes fuerint doloſæ, accedentibus præſertim minis, importunisque ſollicitationibus, velut etiam de eo ſolummodo caſu loquitur Angel. *in l. ult. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* à Cæpoll. allegatus, † quod 5
& placet Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 29. num. 4.* Petr. Peck. *de teſtam. Conjug. lib. 1. cap. 3. num. 8.* Vincent. Caroc. *deciſ. 15. n. 27.* Cravett. *conſ. 916. n. 5.* † Sed 6
ad ſolas blanditias id non extendi velim, licet namque hæ tendant in præjudicium alterius, cui vel in teſtamento prius confecto aliquid relictum fuerat, vel teſtator voluerat aliquid relinquere, † attamen ſi dolus atque fraus abfuerit, actioni de dolo 7
vel ad intereſſe locum haud eſſe, dixerim cum Hartm. Piſt. *dict. loc.* & Simon. Ulric. Piſtor. *in not. ibid. lit. a.* aliisque ab eo allegatis, juxta tradita *Supr.* Defin. 7. † licet aliter ſentiant Cæpoll. *dict. caut.* 8
36. & Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. caſ. 395. in fin.*

Ita Domini in cauſa heredum Paul Junckenders Eheweibs zu Zwickau/ Menſ. Mart. Anno 161. (Verba ſent: So iſt euch mehrerwähnten euren Stieffvater/ wofern ihr das jenige/ was ihr/ wie oberzehlet / wider denſelbigen angezogen/ nemlich daß er eure Mutter an ihrem letzten Willen/ darinnen ſie euch über eure Gebührnüß 200. fl. vermachen wollen/ verhindert/ und ſie davon mit harten und ungeſtümen Worten abgehalten / wie Recht erweiſen und darthun köntet/ ad intereſſe gebührlichen zu belangen unbenommen / V.R.W.)

Definit. XI.

Non præsumitur testator verbis duris importunisque sollicitationibus inductus testamentum suum fecisse, nisi præsumptionibus id doceatur.

1 NUnquam metu, vel dolo, durisque verbis ac importunis sollicitationibus testamentum factum præsumitur, Jacob. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 11. num. 1. & præsumpt. 12. num. 1.* Franc. Mantic. *lib.*
2 *2. de conject. ult. volunt. tit. 7. n. 2.* † Quia metus pariter & dolus sunt delicta, quæ nunquam præsumuntur, *l. metum. 9. C. quod met. caus. l. dolum. 6. C.*
3 *de dolo.* † Ergò alleganti coactionem & importunas flagitationes sive acerbas & immoderatas sollicitationes, onus probandi incumbit, *l. 1. & l. 2. C. de probat.* Non tamen exacta & plena probatio hoc
4 casu requiritur, † sed sufficit præsumptionibus coactionem doceri ac demonstrari, Menoch. *dict. loc.*
5 † Quod & ab Illustrissimo Electore satis expressum, *h.* Const. 5. §. *ult. in verb.* Zum dritten / daß keine *præsumption* und Vermuthung verhanden/daraus
6 abzunehmen/ꝛc. † Hoc igitur casu præsumptiones & conjecturæ pro legitimis probationibus habentur, sicuti & aliàs vice probationum funguntur,
7 † præsertim in casibus, in quibus difficilis, & quasi impossibilis est probatio veritatis, *l. licet Imperator. 74. ubi* Jason. *ff. de legat. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 1. de præsumpt. qu. 36. & seq.* Dan. Moller. *hîc num. 7. & lib. 3. semestr. 32. num. 1.*

Ita Domini in causa heredum Johannis Evanders zu Weymar/Mens. Majo Anno 1633. (Verba sent: So ist solch Testament zu Recht beständig/und mag von euch nicht gefochten noch hinterzogen werden/ ihr köntet dann bescheinigen und beybringen / daß der Testator solches sein Testament nicht freywillig/sondern der Wittiben zu gefallen/ welche stets um ihn gewesen/ und mit harten Worten oder ungestümen Anhalten ihn zu testiren veranlasset/ gemacht und verordnet hätte/dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/ V. R. W.)

In causa Martini Geißlers zu Dürreweitschen/Mens. Jul. A. 1632. (Verba sent. So wäre angeregte Verordnung als ein Testament zu Recht beständig / ihr köntet denn durch gnugsame præsumptiones beybringen und erweisen / daß der Testator nicht freywillig solche Verordnung gemacht/ sondern darzu mit harten Worten/ oder ungestümen Anhalten verursachet worden wäre/auff solchen Fall möchte das Testament zu Recht nicht bestehen/ꝛc.)

It. in causa Pauli Naglers & Consort. zu Weida/Mens. Feb. Anno 1626.

In causa Christophori Steinbachs zu Rochlitz/ Mens. Sept. Anno 1629.

In causa Hansen Gerischens zu Gröbeln/ Mens. Apr. Anno 1622.

Et ad requisitionem Senatus zur Neustadt an der Orla/ M. April. Anno 1622.

Definit. XII.

Confessio testatoris propria sufficienter probat coactam testandi voluntatem.

1 AT quibusnam præsumtionibus doceri poterit, testatorem verbis duris, importunisque flagitationibus, ad testamenti factionem fuisse compulsum? Hoc sanè regulâ certâ definiri non
2 potest, † sed singulæ quæque cujusque facti circumstantiæ probè sunt perpendendæ, ac res tota judicis prudentis arbitrio committenda, *arg. l. 1. §.*
3 *ult. ff. de jur. deliber.* † Nihilominus tamen plurimas hujus rei præsumptiones & conjecturas referunt Jacob. Menoch. *lib. 4. præsumt. 11. & præsumt. 12. &* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 7.* quæ ibidem videri possunt. Existimo sanè, deficientibus aliis præsumptionibus, † vel solam confessionem testatoris ad 4
probationem sufficere, si nempe dixerit coram testibus, se invitum importunis sollicitationibus verbisque asperioribus fuisse compulsum ad testamenti factionem, & malle se id mutare, si bonâ heredis instituti pace, hoc facere posset, Dan. Moller. *hîc n. 8.* 5
& lib. 3. semestr. 32. num. 1. † ubi rectissimè hoc procedere ait, etiamsi non exprimat nomen ejus, à quo coactum se dicit, *arg. l. sancimus. 27. C. de testam. & l. si quis in gravi. 3. §. si quis moriens. 1. ff. ad SCtum* 6
Syllan. † contra Bartol. *in l. ult. n. 14. ff. si quis aliq. test. prohib.* & Jacob. Menoch. *dict. præsumpt. 11. num. 7.*

Ita Domini in causa heredum Nicolai Ulbrichts zu Eppendorff/ contra Viduam Stephani Ulbrichts, ad requisitionem M. Christophori Benzingers zu Freyberg/ Mense April. Anno 1629.

Et in causa Petri Hefferers contra Güntherum Mengewein zu Tonna/ am Amtsverweser zu Gotha/ Mens. Jul. Anno 1630.

Definit. XIII.

Ad probationem importunarum sollicitationum, à judice & Scabinis testimonium exigi potest super testamento coram eis facto.

1 QUæsitum memini, *an judex & Scabini super testamento coram eis facto in domo moribundi, testimonium ferre tenerentur, si heredes ab intestato, importunis efflagitationibus, asperioribusque verbis id extortum probare velit?* † Videbatur equidem 2
judicis testimonium hoc neutiquam admittendum ex regulâ generali, † quæ judicem & Scabinos, 3
ob affectionem & respectum duplicis officii, testis nempe & judicis à testimonio repellit, *arg. l. quisquis. 6. C. de postul. cap. 1. caus. 4. quæst. 4.* Speculat. *in tit. de teste. §. 1. num. 74.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 951.* Prosp. Farin. *de testib. quæst. 60. num. 89.* † Sed aliter hoc intelligi non 4
potest, quàm si de judicis cognitione, & decreto justificando in causâ controversâ coram ipso ventilatâ agatur, ex quo laudem mereri, vel dedecus aut vituperium incurrere queat, † ut rectè id ex- 5
plicat Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 1. quæst. 73. num. 30.* Joseph. Mascard. *de probat. lib. 1.* 6
concl. 124. num. 40. † Alioquin si de justificatione decreti vel gestorum per judicem & Scabinos non agitur, & sic nec de eorum laude & vituperio, quin testimonium ipsorum admittatur, dubium non est, juxta tradita Farin. *dict. quæst. 60. num. 148.* ubi multos ad hoc allegat. † Quidni ergò judicis & Sca- 7
binorum testimonium super importunas sollicitationes, durasque efflagitationes, vel saltem ad probandas & demonstrandas præsumptiones coactionis exigeretur, cùm inde nulla prorsus cul- 8
pa iis imputare queat, † quippe qui in factione testamenti, duntaxat testium vice funguntur, eorumque defectum supplent, nec super liberâ testatoris voluntate quicquam decernunt. † Non mi- 9
nus ergò hoc casu testes erunt idonei, quam in probatione

batione inſtrumentorum, in quibus decretum judicis non intervenit, ubi judicem poſſe in teſtem adhiberi, nihil eſt, quod impediat, ſecundum Felin. 10 *in c. cum à nobis 28. num. 8. ext. de teſtib.* † Ac ſanè, in foro etiam Saxonico judicem quandoque ad ferendum teſtimonium ſuper rebus coram ſe geſtis cogi poſſe, luculenter probat. *art. 22. lib. 2.* Landr. *ubi* Gloſſ. *num. 4.* Gloſſ. Weichbild. *art. 11. & in art. 17.* 11 *Vid.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 241. n. 3.* † Planè ſi judex & Scabini de liberâ teſtatoris voluntate jam antea teſtati fuerint, eamque in protocollo judiciali adnotaverint, vel in ſcripturâ ſuper teſtamento confectâ retulerint, eos tùm à parte adversâ, contrarium probare volente, neutiquam ad teſtimonium ferendum compelli poſſe, facillimè conceſſe- 12 rim, non ſolùm propter metum perjurii, † ſed & quod de ipſorum dedecore & vituperio, nedum ipſo eorundem delicto agatur, ſecundum tradita Menoch. & Maſcard. *in loc. alleg.*

Ita Domini in cauſa Johannis Falckens contra Chriſtophorum Schellern/an Rath zur Neuſtadt an der Orla/ Menſ. Aug. Anno 1623.

Definit. XIV.

In causâ teſtamenti metu & importunis ſollicitationibus extorti, locum non habet delatio juramenti.

1 QUid autem, *ſi heres ab inteſtato ſucceſſurus, agens contra heredem inſtitutum, à quo teſtatorem metu & importunis flagitationibus ad teſtamenti factionem compulſum dicit, aliis forſitan probationibus deſtitutus, id conſcientiæ Rei committere velit?* 2 † Nequaquam delationi juramenti hoc caſu locum eſſe aſſerit Dan. Moll. *hîc. n. 17. & l. 3. ſemeſtr. 42.* ex 3 causâ evidenti, † quod ſcilicet prohibens aliquem teſtari, vel cogens ad teſtandum, aut relinquendum legatum, etiamſi vim nullam adhibeat, ſed metum illi ſaltem inferat verbis aſperioribus, arbitrio judicis non civiliter tantùm, ſed criminaliter etiam puniri queat, ſecundum tradita Bartol. *in l. ult. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 4 83. n. 6.* † Quo ſanè caſu, delatio juramenti ceſſat, ex receptiſſimâ & veriſſimâ Interppr. traditione Jaſon. *in repet. l. admonendi 31. n. 274. ff. de jurejur. & in l. ait prætor. 3. n. 19. ff. eod. tit.* Hippolyt. de Marſil. *in l. maritus. 20. n. 6. & ſeq. ff. de quæſt.* Jul. Clar. *dict. §. ult. quæſt. 63.* Andr. Fach. *lib. 1. contr. cap. 15. ubi plures cumulat*, Jeremias Setſer. *de juram. lib. 5 4. cap. 14. n. 8.* † Addit porrò Mollerus, futurum alioqui eſſe, ut ultimæ voluntates defunctorum ſæpe 6 irritæ fierent, † cùm multi reperiantur, qui hereditate vel legato carere, quam jurare malint, *l. quæ ſub conditione. 8. in pr. ff. de condit. inſtit. l. cum quidam. 7 21. verſ. Neque enim. C. de fid. inſtrum.* † præſertim cum ejuſmodi coactio proprium Rei factum concernat, ac propterea referri non poſſit, *Vid. Supr. part. 1.* Conſt. Elect. *14. Defin. 10. & 11.*

Ita Domini in cauſa Magdalenæ, Amaliæ & Annæ ſororum à Zehmen / Menſ. Majo Anno 1603. (Verba ſent: Ihr köntet dem beweiſen und darthun/ daß N. N. durch ſeines Weibes harte betrauliche Wort oder ungeſtümes und unabläßliches Anhalten zu vorberührtem Teſtament gedrungen worden/deſſen geuöſſet ihr billich / Ihr ſeyd aber ſolches Fürgeben mehrbemeldter Wittiben in ihr Gewiſſen zu ſtellen nicht befugt/ſondern durch ordentlichen Beweiß wider ſie auszuführen ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XV.

Reo tamen, de compulſione & importunis ſollicitationibus gravato præſumptionibus & indiciis, juramentum purgationis benè injungi poteſt.

SEd verum eſt hoc duntaxat quoad juramentum 1 judiciale, quod actor Reo ſolet deferre; † Secus verò, ſi judex heredi inſtituto, præſumptionibus & indiciis de coactione & importunis ſollicitationibus gravato, juramentum purgationis injungere velit, † quod certè ipſum facere poſſe, nemo 3 facilè negabit, † quum in omnibus indifferenter 4 cauſis, tàm Criminalibus, *c. 7. cap. conſuluiſti. 20. cauſ. 2. quæſt. 4. c. ex duarum. 8. cap. ult. extr. de purgat.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 5. caſ. 464. num. 10.* † quàm civilibus, juramentum 5 purgationis reo convento ex officio judicis queat imponi, *Supr. part. 1.* Conſt. Elect. *22.* † Modò actor 6 ſemiplene probaverit, tantasque præſumtiones & conjecturas contra Reum docuerit, quæ ad juramentum purgationis ſufficere videntur, *l. ult. §. licentia. 10. C. de jur. delib. l. ult. in fin. C. de uſur.* Moll. *ad dict. Conſt. Elect. 22. n. 3.* Petr. Heig. *part. 1. q. 40. num. 32.*

Ita Domini in cauſa heredum Johannis Evanders zu Weymar/ Menſ. Maj. Anno 1633. (Verba ſent. Würdet ihr wider N. N. gnugſame Vermuthungen/daß ſie den Teſtatorem mit harten Worten oder ungeſtümen Anhalten zu teſtiren gebracht/gebührlichen ausführen und beybringen/ und N. N. beſtändiger Weiſe dieſelbe nicht ablehnen/ So wäre ſie ſich vermittels ihres leiblichen Eydes zu reinigen/ und daß ſie den Teſtatorem ihr zu gefallen ein Teſtament zu machen mit harten Worten/ oder ungeſtümen Anhalten nicht verurſachet/ und gebracht/zu ſchweren ſchuldig/ und ergienge alſo dann darauff in der Sachen ferner/was recht iſt/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Teſtamento ad falſam ſuggeſtionem & importunam ſollicitationem condito, teſtatoris hereditas non fiſco, ſed heredibus ab inteſtato defertur.

ANxiè diſputant Dd. An in caſu teſtamenti do- 1 lo vel metu, aut importunis & immoderatis ſollicitationibus & falſis ſuggillationibus extorti, hereditas teſtatoris fiſco deferatur, an verò heredes ab inteſtato ſuccedant? Ut videre eſt † apud Bartol. 2 *in l. ult. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib.* Panſchm. *part. 2. quæſt. 22.* Nicol. Reuſn. *de teſtament. part. 1. cap. 9. num. 60. 61.* Jul. Clar. *lib 5. ſent. §. ult. q. 79. num. 9.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. q. cent. 4. caſ. 395. num. 1. & ſeqq.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. requiſ. 22. num. 4.* † Sed res adeò difficilis non eſt, ſi 3 penſitaverimus teſtamentum ejuſmodi, quod non ſponte quis fecit, ſed ab aliis coactus, planè non ſubſiſtere, † adeoque ab inteſtato deceſſiſſe, ad cu- 4 jus ſucceſſionem propterea heredes ab inteſtato ſunt admittendi. † In eo namque plerique vi- 5 dentur lapſi, quod exiſtimaverint, jure teſtamentum ſubſiſtere, quo ſanè caſu hereditas acquireretur ei, qui heres eſt inſtitutus, quam poſtea ab illo, ut indigno, fiſcus auferret *l. Marcellus. 3. §. ult. ff. ad SCtum. Trebell. l. proximè 3. ff. de his quæ in teſtam. del.* † Quicquid autem dicant Interpp. *in* 6 foro

foro certè Saxonico nullitas testamenti metu vel importunis sollicitationibus extorti vel inde probatur, quod Const. *h.5.* inter cætera ad hoc, ut testamentum à moribundo factum subsistat, illud etiam diserte requirat, ut sponte testator hoc fecerit, non co-
7 actus, † ex quo satis manifestum est, si contrarium doceatur, testamentum non valere, adeoque illi, qui testatorem coëgit, nihil ex eo acquiri, sed ad causam intestati rem redigi, Dan. Moller. *hîc. num.19. & lib.*
8 *3. semestr. 42.* † At nec de jure communi ejusmodi testamentum subsistere & valere, latissimè tractat & tuetur Panschm. *dict. quæst. 22. n. 33. & seqq.* ubi & alia fundamenta pro hâc opinione adducit & contraria refellit.

Ita Domini in causa Marien Viduæ Georgii Clausens zu Grimma/Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent: Ihr köntet dann erweisen und darthun/daß der Testator nicht freywillig/ sondern seinem Weibe zu gefallen/ von welchem er mit harten Worten uñ ungestümen Anhalten darzu bracht worden/ testiret hätte / auff solchen Fall wäre das Testament nichtig/ derowegen des Testatoris Verlassenschafft unter die nehesten Erben ab intestato billich vertheilet würde/ und hätte der Fiscus daran kein Recht noch Foderung/ ꝛc.)

Definit. XVII.

Corruente licet testamento metu, verbisq; duris extorto, nihilominus legata, sponte relicta, ex eo debentur.

1 LIcet testamentum vi, dolo, vel importunis flagitationibus confectum annulletur, & hereditas testatoris ad heredes proximiores ab intestato hoc
2 casu deferatur, Defin. *præced.* † Attamen legata nihilominus ex eo debentur, quia utile per inutile non
3 vitiatur, † quando ab eo separari & distingui potest, *l.9.l usuras.20.l.placuit.29. ff. de usur.l.si sponsus. 5. §. generaliter.2.l.sed si vir.31.§.si vir uxori.2.ff.de donat.int.vir. & uxor.l.1.§. Trebatius. 18.ff. de aqu. quotid. & æstiv.l.1.§.sed si mibi.5.ff.de Verb.obligat.*
4 *c.utile.37. ubi* Peck. *de reg.jur. in 6to.* † Sicuti & in casu converso, si vel dolo, vel importunis verbis & sollicitationibus alicujus, compulsus testator contra voluntatem suam, legatum illi fortè, cui nollet, reliquerit, propterea non totum testamentum sicut
5 nec reliqua legata corruunt, † sed illo tantummodo, quod vi extortum fuit, sublato, reliqua firma permanent, Matth. de Afflict. *decis. Neapol.69.* Dan.
6 Moller. *hic. num.11. & lib.3.semestr.32.* † Nec obstat, quod testator hâc ratione pro parte testatus & pro parte intestatus decederit contra *l Jus nostrum.*
7 *7. ff. de Reg. jur.* † Quia ex post-facto saltem hoc accidit, quod nec jure absurdum habetur, secundum Bartol. & Dd. *in l. nam etsi parentibus. 15.*
8 *in fin. ff. de inoff. testament.* † Cæterum si constet, totam testatoris voluntatem non tantùm quoad institutionem, sed etiam quoad legata & fideicommissa coactè factam fuisse, etiam legata extingui & non deberi, facillimè concesserim, Dan. Moller. *dict. cap.32. num.5.* Matth. Berlich. *part.3. concl.7. num.42.*

Ita Domini in causa Martini Geißlers zu Durreweitzschen/ Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sentent: Ihr köntet dann durch gnugsame præsumtiones bescheinigen und beybringen/daß der Testator nicht freywillig solche Verordnung gemacht/ sondern darzu mit harten Worten oder ungestümen Anhalten verursachet worden wäre/auff solchem Fall möchte das Testament zu Recht nicht bestehen/ Es würden aber gleichwol die Legata/weil dieselbe der Testator ungezwungen und aus freyem Willen denen Legatariis beschieden/ ihnen billich abgefolget/ V.R.W.)

Definit. XIIX.

Ex l. ult. C. de Edict. Divi Adr. tollend. heres institutus in possessionem immittendus est, modò testamentum vitio visibili non laboret.

CErti juris est, quod heres testamento in totum 1
vel pro parte institutus, ante omnia in possessionem bonorum à defuncto relictorum immitti debeat, † omnibus aliis, de quibus forte quæstio in- 2
cidit, in aliud judicium reservatis, *l.ult.C.de Edict. Div. Adr.tollendo.* Jacob. Menoch. *de adipisc.possess. Remed.4.* Quod non modò in testamento solenni, 3
† sed & in Codicillis aliisq; dispositionibus privilegiatis, putà inter liberos, vel paternâ divisione ita obtinet, juxta tradita Menoch. *dict.loc.num.192. & n.312.* Wesenb. *cons. 81.num.11.* † Sive de capacitate here- 4
dis instituti, sive de facultate testandi haud testatori competente, vel etiam de validitate testamenti controversia moveatur, Menoch. *dict.loc.n.745. & 759.* Natta *vol.3. cons.22. num.14.15. & 16.* Hartm. Pistor. *part.4.qv.40. num.6. & 7.* ubi ipsum quoque ad filiam extendit, † quæ licet bonorum feudalium ca- 5
pax non sit, attamen ex remedio *dict.l.ult.C.de Edict. Div. Adr.toll.* in possessionem eorum collocari debeat, quod autoritatibus plurimorum Dd. probat. † Nec refert, an dubium facti incidat, an de jure du- 6
bitetur. Nam & juris dubii exceptio in possessorio haud admittitur. † Sed hæc omnia ita se ha- 7
bent, modò testamentum nullo visibili vitio laborare, & defunctum bona, quæ petuntur, possedisse, ostendatur, *dict. l. ult. C. de edict. Divi Adr. tollend.* Menoch. *dict.Remed.4.de adipisc.possess.* Hartman. Pistor. *dict. quæst.10. n.1.* † Planè per exceptionem 8
etiam, quæ in continenti probari potest, impediri immissionem in possessionem bonorum ex *dict.l.ult. C.d.t.* post alios tradunt Menoch. *dict.Remed.4.n. 751. &* Hart.Pist. *dict. q. 10. n.14. & seqq.* ubi etiam docet, † quomodo, & intra quod temporis spacium 9
aliquid in continenti probatum dicatur, † plerisque 10
id judicis arbitrio relinquentibus, ut notant Gloss. & Dd. *in l. si is à quo 3. in pr. ff. ut in poss.legator. & in l.2.C.de edict.Div.Adr.tollend.*

Ita Domini in causa Johannis Hauptmanns und Georgii Boells zu Dreßden/ Mens. Jul. Anno 1634.

Definit. XIX.

Nec clausula derogatoria nec ulla conventio impedit validitatem posterioris testamenti.

NOn solùm nudâ testatoris voluntate coram 1
testibus vel in judicio declaratâ, juxta modum nempe conditi testamenti, *Supr.* Const. *3. Defin. 30.* Dan. Moller. *lib.3.semestr.22.num.1.2.& 3.* † Sed & per factionem alterius testamenti, prius tol- 2
litur, §. *posteriore.2. instit. quib.mod. testam.infirm. l. si quis priore.29. ff. ad SCtum Trebell.* † At quid, si 3
prius testamentum clausulam habeat derogato-

riam

riam, vel ſi teſtator convenerit ac promiſerit, ſe nolle ſuum teſtamentum revocare? Per id validi-
4 tatem poſterioris teſtamenti non impediri; † Sed clauſulam derogatoriam in priori teſtamento expreſſam, vel conventionem & pactum, quo teſtator omnem ſibi facultatem mutandi teſtamenti præripuiſſet, rejici debere, nullamque prorſus haben-
5 dam ejus rationem exiſtimaverim, † Quia nemo ſibi poteſt eam legem dicere, ut non poſſit recedere à priore voluntate, *l. ſi quis. 22. in pr. ff. de legat. 3.*
6 non magis, quàm † ut ne leges in ſuo teſtamento lo-
7 cum habeant, *l. nemo. poteſt. 55. ff. de legat. 1.* † Adeoque clauſulam hanc in priore teſtamento ad poſterius impediendum appoſitam, planè inutilem eſſe atque vanam, rationibus non contemnendis docent Anton. Fab. *part. 2. de error. pragmat. decad. 37. Error. 7. & ſeqq. & decad. 38. Error. 1. &*
8 Hier. Panſchman. *lib. 2. quæſt. 11. & duab. ſeqq.* † Nec ullâ conventione vel contractu quis præripere ſibi poteſt facultatem teſtandi, *l. pactum quod dotali. 15. C. de pact. l. ex eo. 4. C. de inutil. ſtipulat. l. 52. §. idem reſpondit. 9. ff. pro ſocio.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 15. n. 2. & 3.* Joh. Harppr. *in pr.*
9 *inſt. de teſtam. ordin. n. 59. & n. 75.* † Succedit ergò tùm regula juris, quæ vult, prius teſtamentum rumpi per poſterius ipſo jure, *dict. §. poſteriore. 2. inſtitut. quib. mod. teſtam. infirm. l. ſancimus. 27. C. de teſtam.* Anton. Fab. *dict. defin. 15. num. 5.*

Ita Domini in cauſa V Volffgangi Groſchopfs & Conſort. zu Elterlein/Menſ. Jun. Anno 1602. (Verba ſentent: Ob ihr nun wol in denen Gedancken ſtehet/ daß der Teſtator von dem erſten Teſtament abzuweichen nicht befugt geweſen/ weil er verſprochen/ es bey demſelben bewenden zu laſſen/ und ſolches nicht zu revociren. Dieweil aber dennoch dergleichen Renunciation und Verſprechung/ das Teſtament nicht zu ändern und caſſiren/ zu Recht unkräfftig/ ꝛc. So verbleibets auch bey deme zu letzt aufgerichtetem Teſtament/ wofern daſſelbe ſonſten ſeiner Solennitäten halben richtig/ allenthalben billich/ ꝛc.)

Definit. XX.

Contractus in teſtamento celebratus, ſublato teſtamento, haud revocatus cenſetur.

1 ETſi contractus & teſtamentum actus ſeparati & diverſi habeantur, *l. verba contraxerunt. 24. ff. de V. S.* Inde tamen non ſequitur, contractum in
2 teſtamento celebrari haud poſſe; † quin potius ejusmodi contractum jure ſubſiſtere, evincitur ex *l. 1. §. 3. l. aſſignare. 7. ff. de aſſignand. libert. l. 26. ff. de*
3 *pignor. act.* † Idque eò magis, ſi contractus penitus à teſtamento non ſit remotus, ut docet communis Dd. ſchola, Bartol. Bald. Johan. Dauth. *ad l. heredes palam. 21. §. ult. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Salyc. Jaſon. & Gilken. *in l. cum antiquitas. 28. C. de teſtament.* Jul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 75.* Nicol. Boër. *deciſ. 353. num. 4.* Reuſner. *de teſtam. part. 3. cap. 28. num. 7.* Fernand. Vaſq. *de ſucceſſion.*
4 *creat. & progreſſ. lib. 3. §. 23. num. 4.* † Quamvis Neoterici plerique diſſentiant, quos allegat & ſequitur Joh. Harppr. *in §. 3. & 4. inſt. de teſt. ordin. num. 6. & ſeqq.* Helfr. Ulric. Hunn. *lib. 2. var. reſolut. tract. 5. quæſt. 4.* † Sed teſtamento licet irrito vel
5 revocato, contractus in eo celebratus nihilominus validus remanet, *l. in commodato. 17. §. ſicut. 3. ff. commodat. l. ſi mandavero. 22. §. ult. ff. mandat. l. ſicut. 5. C. de obligat. & action.* Nicol. Boër. *dict. deciſ. 353. num. 4. & 5.* Andr. Tiraq. *de lib. connubial. gloſſ. 5. n. 102.* Jaſon. *dict. loc. n. 5.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 36.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent. So viel aber den vom Teſtatore mit euch im erſten Teſtament geſchloſſenen Contract anlanget/ weil ſolcher einmal zu Recht kräfftig geweſen/ hat er nachmals durch Caſſirung des Teſtaments nicht wiederum aufgehoben werden können/ ſondern es iſt mehrberührter Teſtator ſolchen nochmals zu halten ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Revocari tamen poteſt contractus in teſtamento celebratus, alterâ parte non præſente, cumq; acceptante.

A Ttamen hoc ita demum procedit, ſi contractus 1
uno momento cum teſtamento fuerit perfectus, præſente, conſentiente & acceptante eo, cum quo teſtator contraxit, † ita ut parti inde jus quæ- 2
ratur, Nicol. Boër. *dict. loc. num. 5.* Jaſon. *dict. loc. num. 5. & 6.* † Alioquin, ob deficientem conſen- 3
ſum alterius partis, propriè contractus dici nequit, ſed duntaxat in executionem ultimæ voluntatis factus cenſetur; † Ergò perinde tùm ut ultima volun- 4
tas judicatur, & revocatâ ultimâ voluntate, ſimul revocatus cenſetur, ut eleganter tradit Joh. Dauth. *ad l. heredes palàm. 21. §. ult. verſ. Et ejuſmodi quidem. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Vaſq. *dict. §. 23. num. 3.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 18. n. 13.* † Quin 5
& tunc ſolus contractus pro lubitu revocari poteſt à teſtatore, immutato ſaltem eatenùs teſtamento, in reliquis verò punctis ſalvo permanente, *arg. l quod ſi iterum. 4. ff. de adim. & transf. legat. l. 1. C. de SS. Eccleſ.*

Ita Domini in cauſa Caſpari Fehmels, zu Leipzig/ Menſe Oct. Anno 1600. (Verba ſent. Ob wol Abraham Hund in ſeinem letzten Willen auff ſeinen Todesfall ſein Hauß und Hoff ſeinem Sohne Jeremiâ Hunden vor und umb 550. fl. auff gewiſſe maſſe zu bezahlen erblichen verkaufft/ dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß bemeldter ſein Sohn als Käuffer ſelbſt zur Stelle geweſen/ und ſolchen Kauff alſobald beliebet und angenommen/ ſondern vielmehr in ſeinen Gefallen geſtellet worden/ ob er nach des Vatern Abſterben demſelbigen Folge thun wolle/ So iſt auch der Vater ſolchen Kauff zu revociren und aufzuheben/ und andere Verordnung zu machen wol befugt/ V. R. W.)

Et ad requiſitionem Domini Philippi Erneſti Comitis à Mansfeld zu Eulenburg/ Menſ. Jul. Anno 1602.

Definit. XXII.

Pactum ſeu conventio de inſtituendo herede, aut relinquendis alicui bonis ſuis, non obligat heredes ad intereſſe.

QUum ex omni conventione obligatio naſcatur, *l. Juris gentium. 7. §. 4. ff. de pact.* † & 1 2
ex nudo etiam pacto hodiernis moribus actio detur, veluti poſt Baldum, Salycet. & Jaſon. à ſe allegatos teſtatur Matth. Weſenbec. *in paratit. ff. de*
pact. num. 10. opinari equidem quis poſſet † con- 3
ventionem de inſtituendo aliquo herede, vel relinquendâ ei per teſtamentum, aliamve ultimam voluntatem hereditate ſuâ, eo non facto, vel ſaltem ad intereſſe heredes obligare: † Ve- 4
rùm, quia pacta de propriâ etiam hereditate legibus

gibus sunt improbata, *l. ult. ff. de suis & legit. l. stipulatio hoc modo 61. ff. de V.O. l. pactum dotali. 3. C. de collat. l. pactum quod dotali. 15. C. de pact.* † conventionem istam de instituendo aliquo herede, aut faciendo testamento de bonis suis ab initio statim nullius momenti esse, ac proinde ullam obligationem, minus verò actionem nullam parere, quivis 6 concesserit. † Non enim hereditas & successio à jure publico dependens, pactis & conventionibus, sed legibus datur, *d. l. pactum. 15. C. de pact. l. hereditas. 5. C. de pact. convent. l. ult. ff. de suis & legit. hered.* 7 Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 2. n. 1.* † Tantoque minus ejusmodi conventio valebit & heredes obstringet, quantò certius est, per eam impediri liberam 8 testandi facultatem, † quam nullâ conventione vel contractu quis sibi præripere potest, *dict. l. pactum quod dotali. 15. C. de pact. l. ex eo 4. C. de inut. stipulat. l. 52. §. idem respondit. 9. ff. pro Socio.* Anton. Fab. *part. 2. de error. pragm. decad. 39. Error. 2.*

Ita Domini in causa Elisabethæ Schleckwordein zu Löbau/ Mens. Majo Anno 1633. (Verba sent: Ob nun wol gedachter Niclas Johne euch alle sein Vermögen durch ein gerichtlich Testament zu vermachen/sich verobligiret/Dieweil aber dennoch vor seinem Absterben solches würcklichen nicht erfolget/noch euch sein Vermögen durch ein Testament oder andern letzten Willen vermacht worden/ ꝛc. So habt ihr euch auch dannenhero seiner Verlassenschafft nicht anzumassen/sondern es verbleibet solche seinen nehesten Freunden und Erben billich/ und es mögen dieselbe von euch ad interesse beständiger Weise nicht belanget werden/ V.R.W.)

Et in causa Zachariæ Kempffens & Consortium zu Oederan/ Mens. Majo Anno 1633.

Et in causa Johannis Hüters zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1633.

Definit. XXIII.

Non sustinetur voluntas testatoris ex eo, quod volens alterâ die testari, morte præventus id efficere non potuerit.

1 ETsi in testamentis voluntas ac intentio testatoris, & quâ quisque mente fuerit, præcipuè spectari debeat, *l. 2. l. in adversa. 17. ff. qui testament. fac. poss. l. in conditionibus. 19. in pr. ff. de condit. & demonst. l. quoties. 9. l. ex facto. 35. §. rerum. 3. ff. de hered. instit. l. jam hoc 4. §. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. l. 3. ff. de reb. cred. l. errore. 7. l. quoniam 15. C. de testament.* † Attamen huic ulla vis aut robur, 2 non adhibitis solennitatibus jure præscriptis, haud 3 est attribuenda. † Non enim ex solâ & nudâ testatoris voluntate, sed jure publico & legibus certis approbatâ, testamentaria successio dependet, *l. testamenti. 3. ff. qui testament. fac. poss.* Johan. 4 Harppr. *in pr. num. 25. instit. de testament. ordin.* † Ergò, licet quis mentem suam in præsentiâ aliorum exposuerit & dispositionem certam fecerit, ac secundum eam alterâ forsan die solenniter testari se declaraverit, attamen si hoc morte præventus 5 efficere haud potuerit, † neutiquam dispositio illa valebit, defuncto nempe eo absque testamen- 6 to, † quod non adhibitis requisitis solennibus nunquam subsistit, *l. 2. §. 1. ff. testament. quemadm. aper.* † Generaliter namque ea demum proban- 7 tur testamenta, quæ justa sunt, legibusque consen- 8 tanea, Joh. Harppr. *dict. loc. num. 22.* † Quin nec obligatio naturalis ex nudâ testatoris dispositione, & minus solenni testamento oriri potest, ut notat Bald. *in l. cum quis. 10. C. de jur. & fact. ignor. col. 4.* Jason. *in l. 1. ff. de condict. indeb. num. 16.* † Quamvis 9 aliter sentiant Didac. Covarr. *in c. cum esses. 10. num. 5. de testament.* Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum quæst. 90.* & Reusner. *de testament. part. 1. cap. 4. num. 29.*

Ita Domini in causa Hilarii Langens zu Dreßden/ M. Sept. Anno 1633. (Verba sententiæ: Ob gleich euer Bruder Leonhard Lange in Beyseyn etlicher Personen gesagt/ wie es mit seiner Erbschafft nach seinem Absterben gehalten werden/und wer dieselbe bekommen solte/ Dieweil aber dennoch damahls sein Gemüth und Meynung ein Testament und letzten Willen aufzurichten/ nicht gewesen/ sondern er dasselbe allererst den andern Tag hernach vor gewissen Notarien und Zeugen/ so er namhafft gemacht/ zu Wercke richten wollen/ ehe es aber geschehen/ Todes verfahren/ꝛc. So ist solches sein Vorhaben und Fürsatz vor ein beständiges Testament nicht zu halten/ sondern es wird des Verstorbenen Verlassenschafft unter seine Erben ab intestato billich vertheilet/ V.R.W.)

It. in causa Bartholomæi Carls zu Pegau/Mens. Maj. Anno 1634.

Et in causa Georgii Haußwalds & Consort. zu Dreßden/ Mens. Febr. Anno 1634.

Definit. XXIV.

Citari debent heredes ad aperturam testamenti, quod publicam formam non habet.

1 LIcet publicatio & apertura testamenti à JCtis passim confundantur, ut animadvertit Speculat. *in tit. de instrument. edit. §. ostenso. vers. publicare.* attamen inter hæc duo magna existit differentia; 2 † illa enim, nempe publicatio testamenti propriè dicitur ea, quando testamentum manu privatâ confectum in formam publicam redigitur, eum in finem, ut tali testamento plena fides adhibeatur, 3 etiamsi testes moriantur, † ut sic publicare nihil sit aliud, quàm testamentum authenticare, ut declarat Specul. *dict. loc.* Bartol. *in l. gesta. 6. C. de re Judic.* Jason. *in l. publicati. 2. C. de test.* Hartman. Pistor. *observat. 199.* ubi & requisita publicationis 4 refert, † quæ in requisitione heredum ac testium, nec non sigillorum recognitione & declaratione 5 scripturæ publicæ à judice pro tribunali sedente factâ consistit, secundum Speculat. *dict. §. ostenso. numer. 34.* † Ac non minus testamenta nuncupativa quàm in scriptis condita eo modo publicari solent, citatis tamen & examinatis prius testibus, eorundemque dictis in publicam scripturam postea redactis, Bald. & Jason. *in dict. l. 2. C. de testament.* † Sed testamenta manu Notarii 6 publici conscripta sine prædictâ publicationis formâ plenè probant, Specul. *dict. loc.* † Quare 7 cum hodiè testamenta judiciali ut plurimùm nitantur autoritate, vel saltem super iisdem instrumenta publica à Notario conficiantur, publicationem de consuetudine rarò vel nunquam locum habere post Jason. *in dict. l. 2. C. de testament.* concludit Hartm. Pistor. *dict. obs. 199. num. 11.* † Apertura 8 verò testamenti in eum tantummodo finem desideratur, ut inde appareat, qui sint scripti heredes, quibus-

quibusque aliquid relictum fuerit *l. 1. ff. teſtament.*
19 *quemadm. aper.* † Quæ omnibus, quorum veriſimiliter intereſt, conceditur, *dict. l. 1. ff. d. t.* Et nec citationis nec cognitionis ſolennitatem requirit:
20 † Sed hoc ita, ſi teſtamentum judicialiter factum vel publicâ Notarii autoritate per inſtrumenti confectionem firmatum fuerit, Hartm. Piſtor. *dict. obſerv.*
21 *199. n. 24.* † Alioquin, ſi teſtamentum in ſcriptis factum publicam formam non habeat, omninò ſolennitas citationis & recognitionis ſigillorum adhibenda erit *ex l. cum ab initio. 4. & ſeq. ff. quemadm. teſtam. aper.* Vincent. de Franch. *deciſ. 429.*

Ita tractatum in cauſa heredum VVilhelmi Dürfelds zu Halle/ Menſ. Jul. Anno 1632.

Definit. XXV.

Teſtamentum judicialiter inſinuatum quomodo ſit aperiendum, ſi apertura ab heredibus non petatur.

1 SOla ergo teſtamenta, quæ publicam formam non habent, ſolennem deſiderant aperturam,
2 Defin. *præced.* Hartm. Piſt. *obſ. 199. in fin.* † ſolent tamen heredes quoque aliive, quorum intereſt, ſolenniter citari ad aperturam teſtamenti obſignati & judicialiter inſinuati, poſt triceſimum nempe diem *art. 22. lib. 1. & art. 15. lib. 3.* Landr. Matth. Weſenb.
3 *in paratit. ff. teſtam. quemadm. aper. num. 4.* † quia publicè expedit, ſuprema hominum judicia exitum
4 habere, *l. 5. ff. eod. tit.* † Quid autem ſi apertura teſtamenti non petatur, nec judex heredes ab inteſtato, multò minus in teſtamento obſignato ſcriptos noverit? † Tum curare is debet, ut intervenientibus
5 optimæ opinionis viris teſtamentum aperiatur, & poſt deſcriptum & recognitum factum, ab iisdem, quibus intervenientibus apertum fuit, obſignetur:
6 † Quo effecto, tùm demum judex heredes aliosve, quorum intereſt, ad apertionem ſolenniter citare poterit, *l. ſed ſi quis. 7. verſ. Nec ad rem pertinet, ff. quemadm. teſt. aper. l. 1. §. ſi pecunia. 36. ff. depoſit.*

Ita Domini ad Conſultationem Præfectorum prædii Senatus Lipſienſis, Menſ. Nov. Anno 1620. (Verba ſent: Iſt bey euch ein verſiegelter letzter Wille / deſſen Inhalt ihr nicht wiſſet/ gerichtlichen hinterleget worden/ und als der Teſtator mit Tode abgangen / hat ſich nunmehr eine geraume Zeit hero niemand angegeben/ der um Eröffnung des Teſtaments angehalten/ inmaſſen euch auch unbewuſt/ ob heredes ab inteſtato verhanden oder nicht/ ꝛc. So wird angeregtes Teſtament mit Zuziehung etlicher ehrlicher unbeſcholtener Leute von euch eröffnet/ die Namen der jenigen/ ſo etwas daraus zu gewarten/ aufgezeichnet/ von denen/ ſo ihr zu ſolcher Apertur erfodert/ mit ihren Petſchafft wiederumb verſiegelt / und in gerichtlicher Verwahrung nochmals behalten. Wann nun dieſes angedeuteter maſſen ergangen/ ſo werden darauff die Intereſſenten zur publication auff einen gewiſſen Tag vorgeladen/ und nach Verrichtung derſelbigen / des Teſtatoris gethaner Verordnung/ mit Ausantwortung des jenigen/ ſo vermöge ſolcher einem jeden zuſtändig iſt/ billich nachgelebet/ V. R. W.)

Definit. XXVI.

Honorarium, ſi quod pro apertura teſtamenti judici debetur, ex communi hereditate exſolvendum eſt.

1 PLerisque in locis moribus introductum fuit, ut pro apertura teſtamenti, judici offeratur honorarium: Quod procul dubio ex communi he-
2 reditate præſtandum erit, † licet ea legatis valdè ſit gravata. Nec enim heredes honeſtè poterunt detrectare id, quo ultima teſtatoris voluntas conſervatur. † Ergò nec aperturam voluntatis ſeu te- 3
ſtamenti & per conſequens nec honorarium pro aperturâ debitum, *l. 5. ff. teſtament. quemadm. aper.* † 4
Quin & heredum maximè intereſt, teſtamentum aperiri, quò citius defuncti bona adipiſcantur, quem in finem aperturam petere, judicisque officium implorare debent, † quod ſumptibus petentis judex 5
impertire ſolet, ſecundum tradita Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 25. Defin. 25. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Annen Uxoris Nicolai Wenigs contra Annen Uxorem Danielis Heldings zu Leipzig/ Menſe Jul. Anno 1634.

Definit. XXVII.

Non videtur revocaſſe teſtator ultimam voluntatem, quæ reſignata apud eum fuit reperta.

QUùm eadem ſolennitas ad revocationem teſta- 1
menti requiratur, quæ in ejus confectione intervenit, *§. ex eo autem ſolo. 7. inſt. quib. mod. teſtam. infirm. l. nihil tam naturale. 35. ff. de Reg. jur.*
† apparet inde, ſolâ teſtatoris voluntate in judicio 2
declaratâ revocari teſtamentum, quod antea judicialiter conditum fuit, *l. 19. C. de teſt.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 22. num. 3.* † At ex ſolâ reſignatione 3
teſtamenti id neutiquam revocatum cenſebitur, quippe quod inde mens teſtatoris diſpoſitionem ſuam mutare volentis nec colligi poſſit, nec conſignatio ad teſtamenti confectionem requiratur, † præſertim ſi judicialiter fuerit conditum, Johan. 4
Schneid. *ad tit. inſt. de teſt. ordin. rubr. de ſolenni teſtam. n. 9. & ſeqq.* † Ergò nec inde revocatio præſu- 5
menda, *arg. dict. l. 35. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in causâ heredum Johannis VVilhelmi Dürfelds zu Halle/ Menſ. Julio, Anno 1632 (Verba ſentent: Ob nun wohl berührtes Teſtament nach ſeinem Tode eröffnet befunden worden/ dahero die Erben ab inteſtato in denen Gedancken ſtehen/ daß der Teſtator hierdurch von ſeiner Verordnung abgewichen/ und dieſelbe nunmehr für caſſiret und wiederruffen zu halten ſey. Dieweil aber dennoch die Conſignatio und Verſiegelung des Teſtatoris zu Erhaltung eines Teſtaments/ bevoraus ſo es gerichtlichen vollzogen/ nothwendig nicht erfodert wird/ noch auch hinwiederum aus bloſſer Eröffnung deſſelben die Veränderung und Aufhebung des letzten Willens zu muthmaſſen/ und zu ſchlieſſen/ ꝛc. So mag auch obgedachtes Teſtament/ wofern es ſonſten ſeiner Solennitäten halber richtig/ der beſchehenen Eröffnung ungeachtet/ vor unkräfftig und unbeſtändig nicht geachtet/ noch zu Recht hinterzogen werden/ V. R. W.)

Definit. XXIIX.

Reſcindens alterius teſtamentum, defuncto teſtatore, mandatum, ſi de hoc aliter non conſtet, juramento ſuo probare tenetur.

MUtantur tabulæ teſtamenti vel reſciſſione 1
l. 1. §. ſed conſultò 3. verſ. etſi quidem. ff. de his quæ in teſtam. del. l. pen. §. ult. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab. l. ult. ff. de inj. rupt. & irrit. fact. teſtament.
† Vel deletione, *l. 1. §. ſi heres. 8. ff. ſi tab. teſta-* 2
ment. null. extab. Quocunque autem modo tabulæ immutatæ reperiantur, † modo id conſul- 3
tò, non caſu factum proponatur, teſtamentum rumpitur atque infirmatur, *l. pen. C. de teſtament. dict. l. 1. in pr. & §. ſed conſultò. ubi* Cujac. *ff. de*

4 *his quæ in testament.* † Etiamsi deletio vel rescisio per intermediam personam, ad mandatum tamen testatoris, facta fuisset, alioquin, post obitum testatoris, id heredibus institutis neutiquam præ-
5 judicare poterit. † Ergò mandatum rescisionis vel deletionis doceri debet, quia non præsumitur, juxtà tradita Baldi & Salyc. *in l. 1. C. de reb. alien.*
6 *non alien. & l. 2. C. si ex fals. instrument.* † sed facti est, quod omninò probandum, *l. 1. C. de procur. l. ex mandato 20. in fin. ff. mandat.* At quid, si probatio
7 deficiat? † Procul dubio tùm juramentum purgationis locum habet, ad excludendam scilicet suspicionem fraudis, *l. quotiens, 21. §. prætor. ait 2. & §. quod si Reo 4. ff. de nox. action.* Quod & tunc
8 Reo injungendum, † si absque mandato deleverit ac immutaverit testamentum, ad expositionem nempe & manifestationem dispositionis, quæ in testamento rescisso continebatur, cùm nullo alio medio ad id perveniri poterit. † Ex officio itaque 9
judicis, juramenti remedium adhibendum erit, Anton. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 1. defin. 8. n. 8.* † Nisi vel 10
torturam vel territionem eligere malueris, quam tamen indicia doli ac fraudis sufficientia præcedere debent, *l. 1. in pr. & §. idem 2. & §. Divus Severus. 17. l. de minore. 10. §. tormenta. 3. ff. de quæst. art. 6. & art. 20.* Ordin. Crimin. Carol. V. Imp.

Ita Domini in causa Gregorii Schwartzens zu Torgau/ M. Febr. Anno 1630. (Verba sent: So seyn N.N. vermittels ihres leiblichen Eydes sich zu reinigen/ und/ daß obberührtes Testament auff Geheiß und Befehl der Testirerin zurissen worden/ zu schweren schuldig/ und/ wann sie geständig/ daß solches ohne Befehl durch sie zurissen worden/ So seyn sie doch den Inhalt und Vermächtnüß solches letzten Willens Eydlichen anzuzeigen schuldig/ &c.)

Constitutio VI.
Partis Tertiæ.

Ob eines Missethäters Testament/ so er zuvor/ oder nachdem er zum Tode verurtheilet/ auffgerichtet/ bestehen/ oder aber von wegen der folgenden Condemnation genichtiget werden soll?

Testamentum à Reo criminis capitalis ante condemnationem vel post eam factum num valeat?

SJe werden berichtet / daß diese Frage in Rechten etwas zweiffelhafftig sey/ und unsere Schöppenstüle darinnen ungleich bißanhero gesprochen haben sollen. Damit nun derowegen auch Gewißheit gehalten werde / So constituiren/ ordnen und setzen wir/ daß diejenigen / so auch gleich zur Todesstraffe verdammet und verurtheilet/ ihrer Güter halber/ und von alle deme / so sie nach ihrem Tode verlassen werden / Testament machen/ und in andere Wege / durch beständige letzte Willen / kräfftige Verordnunge auffrichten mögen/ iedoch wollen wir damit nicht gemeynet / sondern ausgeschlossen haben / wann die Ubelthäter nicht allein zum Tode/ sondern auch zur Confiscation aller ihrer Güter verdammet worden.

INtelligimus, quæstionem hanc in jure non parùm ambiguam esse, & diversimodè in Scabinatibus quoque nostris de ea responsum. Controversiam igitur hanc tollentes Constitutione & Ordinatione hâc nostra etiam iis, qui ad mortem condemnati sunt, ut de bonis suis omnibus, quæ sententiam passi relicturi sunt, per testamenta vel alias voluntates ritè & firmiter disponere possint, permittimus, nisi præter mortis supplicium etiam ad confiscationem omnium bonorum condemnati sint. His namque beneficium hoc concessum nolumus.

DEFINITIONES.

1. *Ex consuetudine generali ubiq; locorum receptâ valet testamentum Rei capitaliter condemnati.*
2. *Quocunq; modo Reus ad supplicium mortis condemnatus validè testari potest.*
3. *Valent itidem contractus & dispositiones inter vivos reorum capitaliter condemnatorum extra casum commissi criminis Læsæ Majestatis.*
4. *Extra casum facti testamenti, Reus ultimo supplicio punitus bona sua ad heredes ab intestato transmittit.*
5. *Nec testamentum nec codicillus cæci hominis valet, in quo non observata fuêre requisita solennia, de quibus in l. 8. C. qui testam. fac. poss.*
6. *Masculus ante completum annum decimum quartum ne quidem ad pias causas testari potest.*
7. *Fœminis etiam in foro Saxonico post completum duodecimum ætatis annum testari licet.*
8. *Ne quidem pestis tempore, impuberibus de bonis suis testari permissum est.*
9. *Prodigus validè testari non potest.*
10. *Subsistit tamen testamentum prodigi ante interdictionem bonorum factum.*
11. *Valet etiam prodigi testamentum, quatenùs in eo posteritati suæ probè consuluerit, aut quicquam utiliter disposuerit.*
12. *Forensis testamentum condere potest secundum statuta loci, ubi testatur.*
13. *Valet testamentum ejus, qui ipse sibi mortem conscivit.*

Definit. I.

Ex conſuetudine generali, ubiq; locorum receptâ, valet teſtamentum Rei capitaliter condemnati.

1 EXpeditum omninò eſt de jure Digeſtorum, quod damnatus capitaliter teſtamentum facere non poſſit; & quod ante condemnationem fecit, poſtea irritum fiat; *l. ſi quis. 6. §. 5. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. l. ejus qui apud hoſtes 8. §. 1. & §. ult. ff. qui teſtam. facer. poſſ. l. ſi quis mihi 25. §. ſi* 2 *quis planè. 3. ff. de acquir. hered.* † Quia ſcilicet hoc jure capitaliter condemnatus ſervus pœnæ efficitur, 3 *l. quod ad ſtatum. 12. ff. de pœn.* † ejusque bona ſtatim poſt condemnationem confiſcantur & publicantur, *dict. l. ejus qui apud hoſtes 8. §. ult. ff. qui teſt. fac. poſſ.* 4 † Quæ rationes cum de jure Codicis & Novellarum ceſſent, *Auth. ſed hodiè C. de donat. int. vir. & uxor. Novell. 22. cap. 8. An bona damnatorum C. de bon. da-* 5 *mnat. Nov. 134. c. 13.* valdè controvertitur apud Dd. † An Reus ad mortem condemnatus etiamnum hodiè 6 de bonis ſuis teſtari prohibeatur? † Plerisq; id affirmantibus, Bartol. *in dict. l. ejus qui apud hoſtes 8. ff. qui teſt. fac.* Nicol. Reuſn. *in tract. de teſt. part. 2. cap. 38. n. 1.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 8. n. 3.* Andr. 7 Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 19. num. 8.* † Quorum ſententia licet rationibus & textibus ſatis firmata ac jure veriſſima ſit, ut demonſtravi *in pract. mea crimi-* 8 *nal. part. 3. quæſt. 135. n. 20. & 21.* † Attamen ex conſuetudine generali, ubique ferè locorum hodiè contrarium obſervatur, & ſubſiſtunt teſtamenta, quæ Rei criminis capitalis ante condemnationem vel poſt eam, fecerunt, teſte Julio Claro *lib. 3. ſentent. §. teſtament. quæſt. 21. n. 1.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 34. n. 6.* ubi ita à Jenenſibus M. Majo Anno 1575. pronunciatum refert.

Ita Domini in cauſa Dn. Burckhardi Hieronymi Rus Wurms Comitis in Engelroda, M. Jan. A 1606. (Verba ſentent: So hat doch gedachter euer Vetter Graff Herman Christoph Rus Wurm wegen des von ihme begangenen Todtſchlags ſich ſeiner Güter über die erlittene Todesſtraffe nicht verluſtig gemacht/ und weil derſelbe vor ſeinem Abſterben und execution des geſprochenen Urtheils/ vor dem Käyſerlichen Richter und zweyen Rathsperſonen zu Prage/ ſo er zu ſich euerm Bericht nach erfodern laſſen/ desgleichen in Gegenwart etlicher Jeſuiten ſein Teſtament und letzten Willen aufgerichtet/ und euch darinnen zum Erben ſeiner gantzen Verlaſſenſchafft/ auſſer etlichen Legaten/ inſtituiret und eingeſetzt/ So ſeyd ihr auch Krafft ſolches Teſtaments/ welches ſeiner Solennitäten halber zu Recht beſtändig/ euch berührter Verlaſſenſchafft anzumaſſen/ und die Legata zu verreichen wol befugt/ V.R.W.)

Definit. II.

Quocunque modo, Reus ad ſupplicium mortis condemnatus, validè teſtari poteſt.

1 ERgò teſtamentum à Reo criminis capitalis ante condemnationem, vel poſt eam factum jure valebit, Defin. *præced.* vel ſaltem ex conſuetudine ge- 2 nerali, † quæ in foro etiam Saxonico recepta, Modeſt. Piſt. *part. 1. queſt. 13.* Coler. *part. 1. deciſ. 34. n. 7.* Weſenb. *in not. margin. ad* Joh. Schneidew. *in §. tilt. inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. n. 10. lit. b.* 3 † & in ditionibus Electoratus, expreſsâ ſanctione 4 confirmata fuit, *h.* Conſt. *6. ubi* Moll. *n. 3.* † Quæ, cum verbis generalibus loquatur, & indifferenter Reis ad ultimum ſupplicium condemnatis de bonis ſuis diſponere ac teſtari permittat, rectè inde infertur, † facinoroſos capitaliter condemnatos modo 5 quocunque tàm inter liberos, quàm ſolenniter, apud acta vel coram teſtibus & in ſcriptis, per teſtamentum, legatum aut fideicommiſſum ultimam ſuam voluntatem declarare & validè teſtari poſſe, *arg. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem act. l. in fraudem. 15. in fin. ff. de teſt. mil. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt.* † Quò & faciunt verba Conſt. *h. 6.* Teſtament ma- 6 chen/ und in andere Wege/ durch beſtändige letzte Willen/ kräfftige Verordnung aufrichten mögen/ ꝛc. Moll. *hic. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Johannis Nicandri, Diaconi zu Mutſchen/ Meuſ. April. Anno 1633. (Verba ſent: Hat P. H. bey ſeinem Vetter 50. fl. ſo er ihme auf eine Wieſe geliehen/ zu foderu gehabt/ und als er abgewichener Zeit/ ſeiner an einem Schmiedeknecht begangenen Entleibung wegen/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet werden ſollen/ und ihr ihme das Geleite zu der Feimſtadt gegeben/ hat er von denen umſtehenden Leuten Abſchied genommen/ und zu zweyen malen geſagt: Herr Johannes/ euch meynende/ euch will ich hiermit die 50. fl. wegen der Wieſen beſchieden haben/ darauff er niedergekniet/ und ſeine Straffe erlitten und ausgeſtanden/ ꝛc. Da nun 5. Zeugen ſolches gehöret hätten/ und es alſo Eydlichen auſſagen würden/ inmaſſen ſie zu thun ſchuldig / ſo werden euch berührte 50. fl. als ein Legatum von des Gerechtfertigten Erben und Freunden billich entrichtet und abgefolget/ V.R.W.)

Et in cauſa Caſpari Wiedemans an Richter und Schöppen zu Weiſſenfels/ Menſ. Sept. Anno 1623. (Verba ſententiæ: Und als N. N. ſeiner Verbrechung wegen / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtraſſt und gerechtfertiget werden ſollen/ hat er ein Teſtament aufgerichtet/ und darinnen ſeinen Bruder zum Erben ſeiner gantzen Verlaſſenſchafft eingeſetzt / ꝛc. So iſt ſolches Teſtament zu Recht beſtändig/ ꝛc.)

Definit. III.

Valent itidem contractus & diſpoſitiones inter vivos Reorum capitaliter condemnatorum, extra caſum commiſſi criminis læſæ Majeſtatis.

1 OLim quidem Reis ad mortis ſupplicium condemnatis nec contrahere, nec de bonis ſuis quocunque modo inter vivos diſponere licebat, propter jus confiſcationis, quo bona damnatorum auferebantur, *l. 1. & tot. tit. ff. de bon. damnat.* † Sed 2 confiſcatione abrogatâ *in Novell. 134. cap. 13. §. ut autem. & ſeq. Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſc. ſeu damnat. art. 218. & art. 135.* Ord. Crimin. Carol. V. *ubi* Matth. Stephan. *in not.* † ſublatâ iti- 3 dem ſervitute pœnarum, *Novell. 22. cap. 8. Auth. ſed hodiè. C. de donat. int. vir. & uxor.* nil amplius obſtat, † quo minus Rei capitaliter condemnati bo- 4 na ſua vendere, donare, deque iis validè tranſigere, paciſci ac quocunque modo diſponere valeant, Modeſt. Piſt. *part. 1. quæſt. 13.* † Nam ratione pro- 5 hibitionis correctâ, ipſa quoq; prohibitio correcta cenſeri debet, Salyc. *in Auth. ingreſſi. num. 2. C. de SS. Eccleſ.* Felin. *in c. 1. ſub fin. v. conſidera quod verum. extr. de Reſcript.* † Nolo tamen hoc accipi de Reis 6 læſæ Majeſtatis ad ſupplicium condemnatis, quorum bona etiamnum hodiè confiſcantur, *dict. Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſc. ſeu damnat. dict. art. 218.* Ordin. Crimin. Carol. V. † Ergo nec hi de 7 bonis ſuis teſtari, nec modo quocunque inter vivos diſponere aut contrahere poterunt *h.* Conſtit. *6. verſ.*

6. *vers.* Jedoch wollen wir damit nicht gemeynet/ sondern ausgeschlossen haben/ wann die Libelthäter nicht allein zum Tode/ sondern auch zur *Confiscation* aller ihrer Güter verdammet werden/ *ubi* Moll. *n.4.* Ant.Fab. *in Cod.lib.6.tit.5.defin.21.n.1.* Id-
8 que in solo crimine læsæ Majestatis sic obtinet; † extra quod hodiè in nullo alio crimine confiscationem locum sibi vindicare, luculenter opinor, demonstravi ac probatum dedi, *in pract. mea criminali*
9 *part.3. quæst.135. n.27. & seqq.* † contra Petr. Heig. *p.2.q.33.num.52.* aliosque ibidem allegatos.

Ita Domini in causa Senatus Coldicensis, Mens. Majo, An. 1625. (Verba sent: So ist solche/des zum Tode verdamten Ubelthäters/in gefänglicher Haft geschlossene/und vollzogene Verpflichtung und Contract/ weil er denselben wohlbedächtig und ungezwungen eingangen/ zu Recht beständig/ und dessen Erben seyn nach seinem Tode/ allenthalben solchem gebührlichen nachzukommen/ und ihn zu halten schuldig/ V.R.W.)

Definit. IV.

Extra casum facti testamenti, Reus ultimo supplicio punitus bona sua ad heredes ab intestato transmittit.

1 SUblato igitur hodiè confiscationis jure extra casum criminis læsæ Majestatis, Defin. *præced.* negari certè nequit, Reum ad mortem condemnatum capacem esse bonorum, & hereditatis sibi delatæ, ut demonstravi *in practic. mea criminali p.3.q.135.num.*
2 *3.* † Quidni ergò, haud condito testamento, bona & hereditatem suam, ad heredes quoque suos ab in-
3 testato transmitteret? † Cessante siquidem bonorum confiscatione, *Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript. & damnat. art. 218. & 135.* Ordin.
4 Crimin. Carol. † nullum jus succedendi fisco competit, quippe, qui haud extantibus heredibus legitimis, vel conjuge, defuncto ab intestato demum succedit, *l.1.l.vacantia.4.C.de Bon. vacant. lib.10.dict.q. 135.pract. mea crimin. n. 15.*

Ita Domini in causa G.C. à M. Mens. Septemb. Anno 1630. (Verba sent; Ist S.VV. seiner Verbrechung wegen enthäuptet worden/ und es hat derselbe seine Kinder erster Ehe zusamt seinem Gute nach sich verlassen/ &c. So hat er solches sein Gut auff seine Kinder erster Ehe gebracht und verfället/und sie werden zu dessen völliger Succession billich zugelassen/ V.R.W.)

Definit. V.

Nec testamentum nec codicillus cæci hominis valet, in quo non observata fuêre Requisita solennia, de quibus in l.8. C. qui testam. fac. poss.

1 COecus testari non valet, nisi iis observatis peculiaribus solennitatibus, quas Justinian. Imp. *in l. hâc consultissimâ. 8. C. qui test. fac. poss.* præ-
2 scripsit, † ob justissimum nempe falsitatis metum,
3 quem aliàs oculorum præcavet intentio. † Hasce solennitates ordine examinant & declarant Johan. Harppr. *in §. cæcus. 4. num. 2. & seqq. & ibidem.* Joh. Schneidew. *numer. 4. & seqq. inst. quib. non est*
4 *permissum fac. test.* † Easque denuo approbavit Imp. Maximilianus I. in Recess. Imp. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von Testamenten. §. Aber zu eines
5 Blinden Testament/ &c. † Citra hæc tamen solennia posse cœcum inter liberos vel ad pias causas testari coram duobus saltem testibus recepta est Dd.
6 sententia, † quia in liberis cessat falsitatis suspicio, & in causis piis solum jus gentium attenditur, Schneid. *dict.loc. n.6. & 7.* Harppr. *n.13.* Bald. & Salyc. *in d.l. 8. C. qui test. fac.* Sed illud magis controversi mi videtur, † *An in Codicillis à cæco factis solennitatibus omnibus dict l.8.C.d.t. sit opus?* † Quod affirma- 7 8
re non dubito, propter verba clara *dict. l.8.v. Quæ in eundem C.d.t.* Licet dissentiat ibidem Jason, † ad cu- 9
jus argumenta respondet Bachov. ad Treutl. *vol.2. disp.10.th.3. lit.f.* † Ac tollit omne dubium Imp.M. 10
ximil. I. *dict.* Recess. Imp. §. Es ist auch nicht allein in einem Testament eines Blinden/ sondern auch in seinen Codicillen, und andern seinen letzten Willen/ noth/ solche Form zu halten.

Ita Domini in causa Romuli à Bonna Fürstlichen Burggrassen zu Lignitz/ Mens. Julio, Anno 1584. (Verba sent: Ob gleich N N. vor sieben Zeugen ein Testament oder Codicill gemacht/ darauff sein Petschafft gedrucket/ und die Zeugen dasselbe unterschrieben und besiegeln lassen/ Da er aber dennoch eurem Bericht nach zu der Zeit blind gewesen/so wäre solches sein Testament oder Codicill aus Mangelung der Solennitäten zu Recht nicht kräfftig/ V.R.W.)

Definit. VI.

Masculus ante completum annum decimum quartum ne quidem ad pias causas testari potest.

IMpuberibus testamentum facere haud licet, §. 1
præterea.1.inst. quib.non est permiss. fac. test. Cujus rei ratio haud obscura est, † quia testamentum 2
dicitur testatio mentis, h.e. supremum sive ultimum mentis judicium, *pr. inst. de testam.ordin.l. mater.19. ff. de inoff.testam.l. vel neg.re. 5. ff.test.am.quemadm. aper.l.1.l. si fratres.4.C.qui testam. fac. poss.* † At im- 3
puberes nullum animi judicium habent, *dict.§.1.inst. quib.non est permiss. fac.testam.* † Quæ ratio porro 4
efficit, ut nec ad pias causas testamentum impuberis valeat, Imola *in cap.quia ingredientibus. 2. ext. de testam.* † Puberes autem masculi habentur, qui deci- 5
mum quartum annum compleverunt *pr. inst. quib. mod.tutel.fin.* Ergò ante completum annum decimum quartum iis testari haudquaquam licebit. † 6
Quamvis die ultimo anni decimi quarti id permissum dicat Harppr. *in §. 1. n. 1. inst. quib. non est perm. fac.test.* quia hîc dies cœptus pro completo habeatur, veluti *ex l. à quâ ætate. 5. ff. qui test. fac. poss.* probare conatur, quod & placet Joh. Schneidew. *in dict.§.1. n.2. Inst.d.t.*

Ita Domini in causa Hansen Wendlands/ und Michaelis Witzloens zu Franckfurt an der Oder/ Mens. April. Anno 1633. (Verba sent: So ist solche Verordnung zu Recht beständig/ihr köntet denn bescheinigen und beybringen/ daß der verstorbene Knabe und Testator zur Zeit des aufgerichteten Testaments/ das 14. Jahr seines Alters vollkömlich nicht erfüllet/ auff den Fall wäre berührtes Testament auch ad pias causas nichtig und unkräfftig/ und es hätte der verstorbene Knabe seine Verlassenschafft auff seine nechste Erben ab intestato bracht und verfället/ V.R.W.)

Definit. VII.

Fœminis etiam in foro Saxonico post completum annum ætatis duodecimum testari licet.

FOeminæ, quia statim post completum annum 1
duodecimum puberes habentur, *pr. inst. quib. mod. tut. fin.* utique tum quoque testari potuerunt, *l.5. ff. qui test. fac. poss.* † Hæ siquidem citius pu- 2
bescunt, citiusque perfectionem ætatis & judicii, quàm masculi assequuntur, adeoque regulariter

citius

3 citius vitæ ſuæ periodum abſolvunt. † Quidni ergò citius quoque iis teſtari liceret? Cum maſculi plus quam fœminæ temporis ad finem vitæ adhuc usque habeant, quo de rebus ſuis diſponere poſſunt, Reuſner. *de teſt. part. 2. cap. 5. num. 7. & ſeqq.* Joh. Harppr. *in §. præterea 1. num. 4. inſt. quib. non*
4 *eſt perm.* Idque de jure civili expeditum eſt. † In foro ſaltem Saxonico dubium movet Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 6. num. 10. & 11.* ubi apud Saxones non adhibitâ ſexus differentiâ pubertatem poſt annum demum 14. incipere autumat, *per.* Gloſſ. *in art. 42. verb.* Wann ein Kind zu ſeinen Tagen. *num. 4. & in art. 23. verb.* Wo die Söhne binnen ihren Jahren *lib. 1.* Landr. † Unde ſequi videtur, in foro Saxo-
5 nico non niſi poſt annum decimum quartum teſta-
6 ri fœminis conceſſum eſſe; † Sed fefelliſſe Coler. verba Gloſſ. quæ utroque in loco de maſculis ſolummodo loquuntur, & in cauſis civilibus etiam in foro Saxonico fœminas ſtatim poſt annum duodecimum
7 puberes haberi, † demonſtravi *Supr. p. 2.* Conſtit. Elect. *11. Defin. 9.* Quare non ergò tùm ſtatim quoque in foro etiam Saxonico iis teſtari liceret? Joh. Schneidew. *ad §. præterea 1. num. 2. inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Meltzens zu Wiedebach/Menſ. Majo Anno 1624. (Verba ſent: Dieweil ihr ſelbſten berichtet/ daß euer Mündlein Anna Burcklebens nur 10. Jahr und 20. Wochen alt iſt/ So mag ſie noch zur Zeit vor mündig nicht gehalten werden/ſo bald ſie aber das zwölffte Jahr ihres Alters erfüllet/ iſt ſie auch nach Sächſiſchen Rechten mündig/und von ihren Gütern zu teſtiren befugt/ V. R. W.)

Et in cauſa Caſpar Böhmens zu Freyberg/ Menſ. Septemb. Anno 1630.

Definit. IIX.

Ne quidem peſtis tempore impuberibus de bonis ſuis teſtari permiſſum eſt.

1 CItra teſtium numerum, ex cæteris teſtamentorum ſolennitatibus nulla eſt, quam remitti oporteat in teſtamento peſtis tempore, Anton. Fab.
2 *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 6. num. 3.* Adeoque † cum jura in teſtamenti factione pubertatem teſtatoris requirant, *§. præterea. 1. inſtit. quib. non eſt perm. fac.*
3 *teſtam.* ſatis inde liquet, † nec peſtis tempore maſculis ante annum decimum quartum, & fœminis ante duodecimum annum teſtari licere. Idque eo
4 minus, † quod ante hoc tempus nullum vel non perfectum ſit teſtatoris judicium, *dict. §. 1. Inſt. d. t.*
5 Ergò & nullum ejuſdem teſtamentum, † quod eſt ſupremum mentis judicium *pr. inſt. de teſtam. ordin. l. un. in pr. ff. de bonor. poſſ. ex teſt. milit. l. vel negare. 5. ff. teſt. quemadm. aper.*

Ita Domini in cauſa Jacobi Bernhards & Hieronymi Schnabels zu Leipzig/Menſ. Jan. Anno 1634. (Verba ſent. So iſt ſolches Teſtament ſeiner Solennitäten halber/weſen die Teſtirerin das 12. Jahr ihres Alters vollſtändig erreichet/und alſo mündig geweſen/ als ein Teſtamentum tempore peſtis auffgerichtet/ zu Recht kräfftig und beſtändig/ und mag von denen Erben ab inteſtato nicht geſochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.)

Et ad requiſitionem David Erbens zu Oſchatz/ Menſ. Febr. Anno 1635. (Verba ſent: Ob wol Magdalena Niclaſen/ als die gefährliche Seuche der Peſtilentz daſelbſten graſſiret/damit auch ihres Vatern Hauß inficiret geweſen/ vor etlichen Zeugen einen letzten Willen auffgerichtet. Dieweil ſie aber am 23. Januar. Anno 1623. gebohren/ und den 16. Sept. Anno 1634. geſtorben/ und alſo ihre Mündigkeit vollkömmlich noch nicht erreicht gehabt/ ꝛc. So iſt ſolches Teſtament zu Recht nicht beſtändig/und mögen auch dannenhero die Legata nicht gereicht werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Prodigus validè teſtari non poteſt.

PRodigus, qui neque tempus neque finem expen- 1
ſarum habet, ſed bona ſua diſſipando & dilapidando profundit, *l. 1. ff. de curat. furioſ. & aliis ext. min. dant.* validè teſtari non poteſt *§. item prodigus 2. inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. is cui 18. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Nempe † quia ipſi interdi- 2
ctum eſt commercium, id eſt rerum ſuarum adminiſtratio; Ulp. *in fragm. inſtitut. tit. 20. de teſt. §. mutus 12.* † Et comparatur prodigus quoad admi- 3
niſtrationem pupillo, *l. certi condictio 9. §. ſed etſi 7. ff. de reb. cred ſi cert. petat.* & furioſo *l. 12. ff. de tut. & curat. dat. l Fulcinius 7. §. adeò 9. verſ. idemque in prodigo ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Franc. de Caldas *ad l. ſi curatorem. 3. verb. cum non abſimilis. C. de in integr. reſt. minor. num. 6.* Reuſner. *de teſt. part. 2. cap. 11. num. 10. & ſeqq.* † Ergò ſicuti pupillus & furioſus 4
teſtamenti factionem non habent, ita nec prodigus validè teſtari poterit. §. *præterea. 1. inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt.*

Ita Domini in cauſa Auguſti Krantzens zu Breßlau/ Menſ. April. Anno 1634. (Verba ſent: Ob ihr nun wol in denen Gedancken ſtehet/ daß ſolches Teſtament zu Recht nicht erhalten werden möge/ in ſonderbahrer Erwegung/ daß der Teſtator ſo wohl von ſeinen Eltern/ als auch hernach von der Obrigkeit und männiglichen vor einen prodigum gehalten worden/ welchem ſeiner Beliebung nach von dem Seinigen zu diſponiren oder auch zu teſtiren in Rechten nicht nachgelaſſen/ ꝛc.)

Definit. X.

Subſiſtit tamen teſtamentum prodigi ante interdictionem bonorum factum.

SEd hoc ita, ſi prodigo bonis interdictum fuerit, 1
§. *item prodigus. 2. inſt. quib. non eſt perm. fac. teſtam.* Neque hîc attenditur, an Ethicè quis prodigus ſit, † ſed potius an decreto Prætoris pro pro- 2
digo fuerit declaratus, quoniam falli poſſunt hominum judicia, quibus minus eſt tribuendum, quàm decreto Magiſtratus, † quem ſuper prodigalitate 3
cognoſcere & pronunciare oportet, *l. hi qui 12. ff. de tut. & curat. l. 10. ff. de curat. furioſ. l. 6. ubi* Bart. Jaſ. & Cujac. *ff. de V. O.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 38. Defin. un. num. 5.* † Sequitur hinc ergò, quod jure 4
teſtetur prodigus, qui reverâ Ethicè prodigus habetur, quamdiu ipſi interdictum bonis non eſt, *dict. §. item prodigus. 2. inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt.* † 5
Sicuti econtrà teſtamenti factionem non habet, cui per injuriam, cum verè prodigus non eſſet, bonis interdictum fuit, † quia ſententia pro veritate ha- 6
betur & jus facit, Gloſſ. Vigl. & Dd. *in dict. §. 2. inſt. quib. non eſt perm. fac. teſtam.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent: Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß gedachter Teſtator von der Obrigkeit auff vorgehende gnugſame Erkundigung und der Sachen reiffe Erwegung für einen prodigum ausdrücklichen erkläret/weniger ihme an adminiſtration ſeiner Güter Inhalt gethan worden/ ꝛc. So iſt auch mehrberührtes ſein Teſtament zu Recht kräfftig/ꝛc.)

Definit. XI.

Valet etiam prodigi testamentum, quatenùs in eo posteritati suæ probè consuluerit, aut quicquam utiliter disposuerit.

1 VAlere testamentum prodigi, si probè posteritati suæ consuluerit, aut quid utiliter disposuerit, communiter tradunt Dd. Vigl. & Borch. *ad §. 2. inst. quib. non est perm. fac. test.* Joh. Dauth. *de testament. sub tit. qui testam. fac. poss. n. 225.* Franc. de Caldas *in l. 3. verb. cum non absimilis n. 71. C. de in*
2 *integr. restit.* † Nempe, si non quà prodigus, sed
3 fortasis aliis ex causis quid utiliter gerat: † Nam ea, quæ ex re ipsius sunt, prodigus facere non prohibetur, putà: Hereditatem necessariis relinquere, pauperibus sua distribuere, gravem servitutis torquem cervicibus servorum adimere, *Novell. Leon.*
4 *38.* † etsi quid fortè prodigus vendiderit vel emerit, quod pro sui commodi ratione vendere vel emere debuerit, non solùm contractus ipse jure subsistet,
5 † sed etiam Restitutionis auxilium ei denegabitur, non secus ac si nulla interdictio præcessisset, quia Restitutio tantummodo læso datur, *l. 1 ff. de in integr.*
6 *restit.* † Ergò non ei, qui negotium suum gessit utiliter in faciendo, quod alius quilibet diligens paterfamiliâs fecisset, qui certè haud læsus videri potest, *l. verum. 11. §. item non restituetur 4. & §. seq. l. minor. 48. §. 1. ff. de minor.* Anton. Fab.
7 *in Codic. lib. 5. tit. 38. defin. un. num. 4.* † Nihilominus tamen interdictionem bonorum obstare dixeris, quò minus prodigus quicquam de bonis suis
8 disponere queat? † Sed bonorum interdictio in prodigi utilitatem fuit introducta, ne patrimonium perderet, & in paupertatem miserè pervenire-
9 ret, † quæ ratio cessat, quando prodigus conditionem suam meliorem efficit, suæve posteritati
10 prospicit, aut quicquam utiliter gerit; † Quare & tùm effectus interdictionis bonorum cessare debet, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron. arg. l. quod favore. 6. C. de legib. c. quod ob gratiam. 61. de reg. jur. in 6to.* Franc. de Cald. *in dict. l. 3. verb. cum non absimilis. num. 71. C. de in integr. restitut.*

Ita Domini in eadem causa [Verba sent: Uber diß nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten auch die von denen prodigis aufgerichtete testamenta, in welchen den Jhrigẽ zum besten/ vernünfftige Verordnung geschehen/ vor ungültig und unkräfftig nicht zu achten / inmassen dann aus mehrgedachtes N.N. letzten Willen zu verspüren/ daß derselbe zu Bezeugung seines danckbaren Gemüths seinen Bruder/ bey deme er sich eine Zeitlang aufgehalten/ vor den andern Geschwistern bedencken wollen/ gestalt er dañ auch dieselbe wol gäntzlichen zu præteriren befugt gewesen/ und also solche seine Verordnung für keine ungereimte Disposition gehalten werden mag/ &c. So ist auch mehrberührtes N. N. Testament zu Recht kräfftig/ und mag von seinen Geschwistern aus angeführten Ursachen beständiger Weise nicht gefochten noch hinterzogen werdẽ/ V.R.W.)

Definit. XII.

Forensis testamentum condere potest secundum statuta loci, ubi testatur.

1 INdubitatum ferè est apud Dd. quod forensis
2 posit condere testamentum secundum statuta loci, ubi testatur, † etiam quoad bona alibi sita, J. son. *in l. 1. C. de Summ. Trinit. & fide Cathol.* Fern. Vasq. *controv. c. 3. num. 17.* Anton. Gomez. *ad l. Tauri. l. 3. num. 20. cum seqq.* Hartm. Pistor. *obs. 25.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 123. num. 3.* † Nam quoad solen- 3
nitates attenditur consvetudo loci, in quo actus celebratur, *l. si fundus 6. ff. de Evict. l. semper in stipulationibus 34. ff. de Reg. jur. l. 1. C. de emancip. lib. l. 2. C. quemadm. testam. aper.* † Et quoties statutum 4
principaliter habilitat vel inhabilitat contractum, seu dispositionem quoad solennitates, semper attenditur locus, in quo talis contractus seu dispositio fuit celebrata, † ac obligat etiam non subditum, 5
l. si non speciali. 9. C. de testam. Gail. *dict. obs. 123. n. 3.* † Et licet dissentiat Andr. Fachin. *lib. 5. contr. cap. 90.* 6
Attamen fundamentum ejus tanti momenti non est, ut à communi opinione recedere necesse sit, nam, quod ait, † Statuta loci non pertinere ad forenses, 7
in his, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, non obtinet, ut probè animadvertit Vasq. *dict. loc.* † Et 8
placet quoque communis opinio Bartol. *in l. 1. C. de summ. Trinit.* prout eum explicat Hartman. Pistor. *dict. obs. 25.*

Ita Domini in causa VVolffgangi Zimmermañs zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1625. (Verba sent: Es möchte dann der eingesatzte Erbe wie Recht erweisen und darthun/ daß bey denen Stadtgerichten allhier über Rechtsverwahrte Zeit ein anders / und sonderlich dieses hergebracht/ daß wann einer Gerichtsperson und dem Actuario judicii von denen Testatoribus die aufgerichtete testamenta insinuiret werden / solche vor kräfftig erkannt/ es auch iederzeit also unverbrüchlichen gehalten worden/ dessen genösse er/ unangesehen der Testator ein forensis gewesen/ auff solchen Fall billich/ V.R.W.)

Definit. XIII.

Valet testamentum ejus, qui ipse sibi mortem conscivit.

DUbium equidem faciunt textus *in l. si quis. 6.* 1
§. ejus qui 7. vers. nam eorum. ff. de injust. rupt. irr. fact. l. qui rei. 3. in pr. ff. de bon. eor. qui ant. sent. l. si is qui 2. in fin. Cod. qui test. fac. poss. ubi testamenta eorum, qui sibi ipsis mortem consciverunt, irrita declarantur. † Quibus ratio manifesta accedit, quod 2
nempe hi nulla amplius bona habeant, de quibus testari possunt, quippe bona eorundem fisco vindicantur, *dict. l. qui rei. 3. §. 1. & §. 8. ff. de bon. eor. qui ante sent. l. 1. C. eod. tit.* † Sed nimirum prædicti textus de eo casu loquuntur, quo *αὐτοχειρ* tale 3
crimen perpetravit, ob quod bona ejus sunt publicanda, putà, læsæ Majestatis *Supr.* Defin. *3.* † Nam 4
bonis confiscatis quomodo valebit testamentum? *hac* Const. *6. in fin.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cas. 284. num. 14.* † Ex quo tamen ad solam 5
αὐτοχειρίαν nil inferendum, quippe quæ sola causam confiscationi sufficientem haud præbet, Ordin. Crimin. Carolin. *art. 135.* † Quo impedimento 6
sublato, quidni subsisteret testamentum ejus, qui ex melancholiâ, tædio vitæ, vel impatientiâ adversæ valetudinis &c, sibi ipsi mortem conscivit? † *dict. l. si quis filio. 6. §. ejus qui. 7. ff. de injust. rupt.* 7
l. 1. §. 23. ff. de SCto Syllan. l. 45. §. 2. ff. de jur. fisci l. 2. C. qui test. fac. poss. Matth. Stephan. *ad dict. art. 135. Ordin. Crimin.* Menoch. *dict. cas. 284. numer. 77.* Prosp. Farinac. *part. 2. oper. crimin. quæst. 128. num. 77.*

Ita Domini in causa M.V.M. April. Anno 1557.

Con-

CONSTITUTIO VII.
PARTIS TERTIÆ.

Ob der Mann dem Weibe/ oder das Weib dem Manne durch Auffrichtung eines Teſtaments dasjenige / was dem überlebenden Ehegatten aus des Verſtorbenen Gütern gebühret / entwenden und vermindern könne?

Possitne conjux id, quod post mortem ſuam Conjugi ſuperſtiti è bonis ſuis debetur, per teſtamentum in totum vel pro parte auferre?

ES wird von den Rechtslehrern in gemein gehalten / daß der Mann nicht befugt ſey / dem Weibe den dritten oder vierdten Theil/ oder anders / ſo ihr nach ſeinem Abſterben/ Vermöge einer Willkühr / oder wohlhergebrachten Gewohnheit / aus des Mannes Gütern gebühret / gar oder zum Theil zu entwenden / wie dann auch gleicher geſtalt hinwiederumb dem Weibe nicht nachgelaſſen wird / das jenige/ was dem überlebenden Ehemanne aus ihren Gütern zuſtehet/ durch ein Teſtament oder andern letzten Willen zu vermindern/ Derowegen wollen wir/ wann ſich ſolche Fälle zutragen/ daß hierauff in unſern Landen zu Recht erkant und geſprochen werde.

COmmunis eſt, quantum intelligimus, juris interpretum opinio, maritum tertiam vel quartam partem, quæ poſt mortem ſui uxori è bonis ſuis ex ſtatuto aut conſuetudine loci debetur, neque totam neque ex parte per teſtamentum aliamve ultimam voluntatem adimere illi poſſe, nec vice versâ uxorem, quæ poſt ipſius obitum è bonis ſuis marito debentur. Id igitur judicia noſtrarum ditionum in pronunciando obſervent.

DEFINITIONES.

1. *Portio ſtatutaria Conjugi ſuperſtiti per teſtamentum auferri nequit, licet hic conjugis defuncti bonis nihil prorſus intulerit.*
2. *Nec legato vel fideicommiſſo portio ſtatutaria gravari poteſt.*
3. *Non valet Uxor teſtari in foro Saxonico de bonis ſuis mobilibus in præjudicium mariti.*
4. *Etiamſi Uxoris patrimonium univerſum in bonis mobilibus conſiſtat, de hisce tamen ea in præjudicium mariti teſtari non poteſt.*
5. *Non minus per donationem inter vivos aliumve contractum, quam per teſtamentum, portionem ſtatutariam Conjugi ſuperſtiti auferre vel deminuere prohibitum eſt.*
6. *Uxor geradam ſuam, quam ex ſtatuto maritus ſuperſtes lucratur, in præjudicium ejus, alteri donare non valet.*
7. *Ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis manifeſtâ Uxor de bonis ſuis mobilibus, vivente etiamnum marito inter vivos diſponere poteſt.*
8. *Licet ſtatutum conjugi ſuperſtiti totam defuncti conjugis ſubſtantiam deferat, ea tamen per teſtamentum deminui nequit.*
9. *Non prohibetur mulier teſtari de bonis ſuis mobilibus, ſi cauſa exiſtat, ob quam maritus lucro ſtatutario privari poteſt.*
10. *Nec per æſtimationem vel taxationem bonorum vilioripretio factam, Conjux Conjugi in portione ſtatutaria præjudicare valet.*
11. *Contravenire poteſt Vidua diviſioni ac conventioni initæ, ſi per hanc in portione ſtatutariâ ſe ignoranter læſam dicat.*
12. *Portionem ſtatutariam conjugi ſuperſtiti debitam per teſtamentum deminuere licet, ſi in pactis dotalibus id conventum fuerit.*
13. *Uxori licet teſtari de bonis mobilibus, quando certa tantummodo portio marito in pactis dotalibus fuerit aſſignata.*
14. *Valet teſtamentum de portione ſtatutariâ, conſenſu Conjugis ſuperſtitis approbatum.*
15. *Uxor absque curatore conſentire poteſt marito teſtanti in præjudicium lucri ſtatutarii.*
16. *Non præjudicat ſibi mulier absque Curatore conſentiens marito teſtanti de bonis ſuis illatis.*
17. *Licet Uxor marito in præjudicium portionis ſtatutariæ teſtanti conſenſerit, attamen teſtamento annullato eam petere haud prohibetur.*
18. *Donatio mortis cauſa vel teſtamentum reciprocum, quo poſt mortem utriusq; conjugis heredibus ipſorum bona aſſignantur, jure fideicommiſſi ſubſiſtit.*
19. *Ex teſtamento reciproco, quo poſt mortem utriusque conjugis bona heredibus deferuntur, conjux ſuperſtes de præſtandis fideicommiſſis ſatisdare tenetur.*
20. *Utriusque conjugis conſanguinei proximiores in teſtamento reciproco æquè heredes inſtituti, in capita ſuccedunt.*
21. *Revocato licet teſtamento reciproco à Conjuge ſuperſtite, nihilominus hujus heredes fideicommiſſi titulo vocati, ad hereditatem defuncti conjugis admittuntur.*
22. *Pro confectione teſtamenti reciproci Notarius duplex honorarium exigere valet.*
23. *Poteſt teſtator privare heredem vel Legatarium portione ſibi relictâ, ſi impugnaverit ipſius judicium ac voluntatem.*

24. Non tamen incurrit pœnam privationis, à teſtatore ſtatutam, heres vel legatarius, qui ſolennia teſtamenti ſolummodò impugnat.

DEFINIT. I.

Portio ſtatutaria Conjugi ſuperſtiti per teſtamentum auferri nequit, licet hic conjugis defuncti bonis nihil prorſus intulerit.

1 UNanimis eſt *Interpp.* concluſio, quod conjux portionem ſtatutariam alteri conjugi ex bonis ſuis debitam per teſtamentum auferre non poſſit, per text. *in c. Raynutius. 16. in med. verſ. præcepit etiam idem Judex extr. de teſtam. & in Novell. 22. cap. 33.* Siquidem portio iſta ſuperſtiti conjugi non ex proviſione hominis, ſed beneficio Legis debetur: Quod autem ex lege datum eſt lucrum, privatus auferre non valet, *Novell. 22. cap. 33. in fin.* Erneſt. 2 Cothm. *vol. 1. conſil. 74.* † ubi plures hujus concluſionis rationes affert, quas & repetit Matth. Berlich. *part. 3. concl. 9. n. 3. & 4.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 86. n. 17.* Hieron. Panſchman. *part. 2. quæſt. 5.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. Unde vir & uxor. n. 3.* Matth. 3 Coler. *part. 1. deciſ. 54. num. 27.* † Eamque in foro etiam Saxonico veriſſimam eſſe, luculenter probat *h.* Conſt. 7. *ubi* Moller. *n. 1.* Autor. Conſult. Conſt. Saxonic. *tom. 1. part. 2. quæſt. 26. n. ult.* Chriſt. Zobel. *in addit.* Gloſſ. Ordin. Landr. *lib. 1. art. 24. num. 4. & part. 3. differ. 1. num. 1.* Fachſ. *diff. 20. & diff. 33.* † Neu- 4 tiquam ergò maritus id, quod ipſo defuncto ex bonis ejus Uxori ſuperſtiti debetur, putà tertiam vel quartam juxta Conſt. Elect. *20. h. p. 3.* vel geradam, aut donationem propter nuptias, vel dotalitium per teſtamentum aliamvè ultimam voluntatem, in totum 5 vel pro parte auferre poterit. † *h.* Conſt. 7. *verſ.* Daß der Mann nicht befugt ſey dem Weibe den dritten oder vierdten Theil/ oder anders / ſo ihr nach ſeinem Abſterben Vermöge einer Willkühr/ oder wohlhergebrachten Gewohnheit aus des Mannes Gütern gebühret / gar oder zum Theil 6 zu entwenden/ꝛc. † At nec Uxori portionem illam, quæ ex bonis ſuis marito ſuperſtiti vigore ſtatuti debetur, per teſtamentum tollere licet *h.* Conſt. *verſ.* Wie dann auch gleicher Geſtalt hinwiederumb dem Weibe nicht nachgelaſſen wird / das jenige/ was dem überlebenden Ehemanne aus ihren Gütern zuſtehet/ durch ein Teſtament/ oder andern 7 letzten Willen zu vermindern/ꝛc. † Quod enim in marito iniquum judicatur, illud nec in ejus uxore pro æquo & juſto haberi debet, *c. ſi ducturi 2. cauſ. 32. quæſt. 6. Novell. 127. c. ult.* vel ſaltem ex natura correlativorum, † quorum eadem eſt ratio & qualitas, 8 *l. veteres. 19. ff. de act. empt.* Everh. *in loc. à Correl. 20. n. 9 10.* † Nec refert, an conjux ſuperſtes bonis defuncti conjugis quicquam intulerit nec ne, cum hîc nulla habeatur ratio bonorum illatorum, ſed duntaxat legis certam portionem ex bonis defuncti, 10. Conjugi ſuperſtiti deferentis, † quæ tantummodo in Conjugum ſucceſſione attenditur, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 62. n. 3.* Chriſt. Zobel. *part. 3. differ. 1. n. 3.* 11 † Quod & verba *h.* Conſtit. generalia innuunt, 12 † quæ generaliter etiam & indifferenter ſunt intelligenda *l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action. l. 1. §. generaliter 1. ff. de l. legat. præſt. l. in fraudem. 15. in fin. ff. de teſtam. milit.*

Ita Domini in cauſa Magdalenen Tunßſchin zu Langefeld / Menſ. Febr. Anno 1634. (Verba ſent: Und es hat gedachter euer Ehemann von ſeinen Väterlichen und andern Gütern/ euch weder Heller noch Pfennig zugebracht und eingewendet/ Wann ihr nun gleich ſolches durch Zeugen darthun und erweiſen möchtet/ꝛc. So wäret ihr doch dannenhero berührtem eurem Ehemanne dasjenige/ was ihme ſonſten nach Sächſiſchen Rechten/ oder des Orts Gewohnheit / dermahleins nach eurem Abſterben/ aus eurer Verlaſſenſchafft gebühret / durch einen letzten Willen zu entziehen / und daſſelbe euren Freunden zu vermachen nicht befugt/ V. R. W.)

25. Non valet diſpoſitio teſtatoris, ut legataria, petens portionem ſtatutariam ex bonis defuncti ſui mariti legatum haud conferre teneatur.

DEFINIT. II.

Nec legato vel fideicommiſſo portio ſtatutaria gravari poteſt.

SImpliciter itaque poteſtas deminuendi vel auferendi portionem ſtatutariam Conjugibus fuit ad- 1 empta, *h.* Conſt. *verb.* gar oder zum Theil zu entwenden/ *& paulò poſt:* zu vermindern. † Ergò nec 2 legato aut fideicommiſſo portio conjugum ſtatutaria gravari poterit, † quum deminutio haud mini- 3 ma ſit, quæ fit per impoſitionem legati aut fideicommiſſi, Jaſon. *vol. 2. conſil. 181. n. 3.* Dan. Moll. *hîc n. 6.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 9. n. 25. & 26.* ubi hoc usque adeo procedere ait, † ut ne quidem libera teſtan- 4 di poteſtate ab Imperatore conceſſa, hoc indultum videatur Conjugi, quo per teſtamentum aliamve diſpoſitionem ultimam ſuperſtiti conjugi ullo modo in portione ſtatutaria præjudicare queat, ex Nicol. Boër. *deciſ. 244. n. 3.* Bald. *in l. ſi quando. 35. C. de inoff. teſtam. n. 5.* † Quia beneficium & conceſſio princi- 5 pis non debet eſſe captioſa, nec trahi ad alterius injuriam, *l. Paulus notat. 8. ff. de prætor. ſtipul.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 9. defin. 1. n. 4.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſententiæ : So wäret ihr doch dannenhero berührtem eurem Ehemanne das jenige / was ihme ſonſten nach Sächſiſchen Rechten oder des Orts Gewohnheit / dermahleins nach eurem Abſterben/ aus eurer Verlaſſenſchafft gebühret/ durch einen letzten Willen zu entziehen / und euren Freunden zu vermachen/ oder auch ihnen zum beſten daſſelbe per modum legati oder fideicommiſſi zu beſchweren nicht befugt / V. R. W.)

Et in cauſa Matthes Horus zu Döbeln/ Menſ. Octob. Anno 1635. (Verba ſent: So hat der Wittben ſolche ihre portio ſtatutaria vor denen Legaten abgeſtattet / und entrichtet werden ſollen/ und ſie iſt von derſelben/ zu Bezahlung berührter Legaten etwas zu geben/ oder ihr defalciren zu laſſen nicht ſchuldig geweſen/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Non valet Uxor teſtari in foro Saxonico de bonis ſuis mobilibus in præjudicium mariti.

QUum mobilia Uxoris ex diſpoſitione juris 1 Saxonici marito ſuperſtiti, non minus ac alia quævis portio legalis vel ſtatutaria, debeantur ac deferantur, Landr. *lib. 1. art. 31. ubi* Gloſſ. *latin. ad text. germ. lit. d.* Landr. *lib. 3. art. 76. poſt. princ.* † 2 manifeſtum inde eſt, uxorem de iis in præjudicium mariti in foro Saxonico haud teſtari valere; Nam quod ex lege datum eſt lucrum, privatus auferre nequit. *Novell. 22. cap. 33. in fin. h.* Conſt. 7. *verſ.* Wie dann auch gleicher Geſtalt hinwiederumb dem Weibe/ꝛc. † Quæ ſanè generaliter & in- 3 differenter facultatem teſtandi de portione ex bonis ſuis marito ſuperſtiti debita Uxori adimit, *in verb.* Das jenige / was dem überlebenden Ehemanne aus ihren Gütern zuſtehet. † Nec enim 4

ver-

verba hæc generalia restringere licet ad certam portionem bonorum, marito vel ex pacto speciali, aut consuetudine vel statuto singulari debitam, ut explicat ea Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 48. num. 34.* † Cum verisimile haud sit, Electorem Illustrissimum de pactis saltem & statutis specialibus quid constituere voluisse, siquidem Jura & Constitutiones non in singulas personas vel locorum statuta & consuetudines, † sed generaliter de iis, quæ universaliter in controversiam vocantur, concipiuntur, *l. jura non in singulas 8. & l. seq. ff. de lb.* † Quin potius generalitate sanctionis standum est, vel propterea, quod *Consultationes Saxon. Constit.* ex quibus *Electorales Constitutiones* desumtæ fuêre, Uxorem de bonis mobilibus in præjudicium mariti testari prohibent, ut patet ex Aut. Consult. Saxon. *tom. 1. part. 5. quæst. 37. num. 2. & seqq.* † Quod & placet Wesenb. *in addit. ad* Schneidew. *§. non solum 12. inst. de legat. n. 12. lit. b.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 15. n. 2. & 3.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 9. num. 14.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 39. n. 2. & seq.* Nicol. Reusn. *de testam. part. 2. cap. 33. n. 11.*

Ita Domini in causa Martin Lohners zu Freyberg / Mens. Novembr. Anno 1630. (Verba sentent: Ob wohl euer Eheweib Sabina einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen Theils ihre mobilia ihren Geschwistern vermacht und legiret. Dieweil aber dennoch Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte euch als dem überlebenden Ehemanne/ alle eures verstorbenen Weibes mobilia zuständig seyn/ und dahero gedachtes euer Eheweib davon zu testiren nicht befugt gewesen/ ꝛc. So mag auch angeregtes Testament euch zu Nachtheil nicht gereichen/ sondern es verbleiben euch ihre sämmtliche mobilia billich/ V. R. W.)

Definit. IV.

Etiamsi Uxoris patrimonium universum in bonis mobilibus consistat, de hisce tamen ea in præjudicium mariti testari non poterit.

1 AT, dixeris, stante hac sententia, non scilicet licere uxori de bonis suis mobilibus testari, facili negotio omnem ei testandi libertatem pervertemus, siquidem fieri potest, ut non nisi mo-
2 bilia Uxor habeat. † Testandi autem libertatem nemini aufferri jura volunt, *l. habeat. 1. in fin. C. de SS. Eccles. l. 61. ubi* Bartol. *in pr. ff. de V. O.* nequidem singulari Principis privilegio *l. ex facto. 43. in pr. vers. Etenim iniquum. ff. de vulg. & pupill. subst.* † Commovit sanè hæc ratio Jacobum
3 Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. quæst. 48. num. 33. & 34.* ut statueret, Uxorem, si velit, de bonis suis mobilibus testari haud prohiberi, Sanctionem *h.* Const. ad aliam quamvis certam portionem bonorum marito ex pacto vel statuto sin-
4 gulari debitam restringens, † quod & voluisse videtur Matth. Wesenb. *in paratit. ff. Unde vir & uxor. num. 3. vers.* quod admittendum puto, ubi statutum, quod conjugi superstiti totam hereditatem defert, ad casum intestati restringit. † Aliter sentit Matth. Berlich. eatenus nempe uxori facultatem de bonis mobilibus testandi ademptam fuisse, quatenus præter mobilia, etiam habet alia bona immobilia, alioquin si nulla haberet immobilia, sed tota ejus substantia in mobilibus consisteret, de hisce eam benè testari va-
5 lere *part. 3. concl. 9. num. 15. & seqq.* † ubi tamen hoc 6
casu facultatem testandi ad certam quantitatem, tertiam nempe partem bonorum mobilium ad modum Legitimæ restringit; † Sed tanti momenti ratio præ- 7
dicta non est, ut vel Jacob. Schultes. vel Matth. Berlich. assentiri cogar, cum facultas testandi, licet non directò & per pactionem privatam, *l. pactum 15. C. de pact. l. 52. §. idem respondit 9. ff. pro Socio.* † Attamen per indirectum & quandam consequen- 8
tiam, vel etiam per modum condendæ legis tolli queat *l. si arrogator. 12. ff. de adoption. l. Papinianus. 8. §. si quis impubes. 15. ff. de inoff. testam. Auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* † perinde ut æs alie- 9
num liberam testandi facultatem impedit, quippe quod ante omnia ex bonis defuncti est deducendum, facto etiam testamento, *l. subsignatum. 39. §. bona 1. ff. de V. S. l. mulier. 72. ff. de jur. dot.* Ernest. Cothman. *vol. 1. consil. 74. n. 91.* † At 10
certè Constitutio hæc Uxori adimens testamenti factionem de bonis superstiti marito debitis, generaliter & indifferenter loquitur, *in verb.* Das jenige was dem überlebenden Ehemann aus ihren Gütern zustehet/ ꝛc. † Quidni ergò de bonis etiam 11
mobilibus accipi deberet, ut maximè nulla alia supersint immobilia, sed universum Uxoris patrimonium in mobilibus solis consistat; † ut rectè sen- 12
tit Christoph. Zobel. *in* Gloss. *art. 31. lit. e. vers. similiter omnia ejus bona lib. 1.* Landr. ubi id practicari ait, & post eum, Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. concl. 286. num. 181.* Vid. quoque Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 5. cas. 37. n. 3.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent: Dieweil aber dennoch Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ euch als dem überlebenden Ehemann alle euers verstorbenen Weibes mobilia zuständig seyn/ und dahero gedachtes euer Eheweib/ maugesehen sie sonsten keine immobilia und unbewegliche Güter gehabt/ davon zu testiren nicht befugt gewesen/ ꝛc. So mag auch angeregtes Testament euch zum Nachtheil nicht gereichen/ sondern es verbleiben euch ihre sämtliche mobilia billich/ ꝛc.)

In causa Hansen Reinmanns zu Wittenberg / Mens. Dec. Anno 1634. (Verba sententiæ: Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet/ daß der Testirerin Verlassenschafft insgesammt auff mobilien und baarem Gelde bestehet / welche denn Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte einig und alleine dem Ehemann auff des Weibes begebenden Todesfall gebühren/ und dahero ihme / wann auch gleich keine unbewegliche Güter/ davon das Weib testiren möchte/ verhanden / durch keinen letzten Willen entzogen werden können/ ꝛc. So mag auch angeregtes Testament dem überlebenden Ehemanne zu Nachtheil nicht gereichen / sondern es verbleibet ihme die sämmtliche Verlassenschafft als Fahrnüß und mobilien billich / V. R. W.)

Et in causa Ludwig Lantzbergers zu Freyberg Mens. Febr. A. 1636.

Definit. V.

Non minus per donationem inter vivos, aliumve contractum, quàm per testamentum, portionem statutariam conjugi superstiti auferre vel diminuere prohibitum est.

ETsi Constitutio Electoralis per testamentum 1
saltem, aliamve ultimam voluntatem, portionem statutariam ex bonis defuncti conjugi

superstiti debitam, auferre ac deminuere prohibeat, uti manifestum est ex *Rubr. h.* Constit. & *verbis Nigri*: durch ein Testament/oder andern letzten Willen/ꝛc. † Nihilominus tamen ad donationem quoque inter vivos aliosve contractus hæc prohibitio extendi debet, † ita ut nec donatione, vel alio quovis modo inter vivos, maritus portionem statutariam ex bonis suis Uxori superstiti debitam deminuere valeat, Virgil. Pingitz. *quæst. 28. num. 12.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 61. num. 5.* Hieronym. Panschman. *part. 2. qu. 5. num. 12.* † Ne scilicet quod unâ viâ prohibitum est, aliâ viâ censeatur permissum, *l. scire oportet. 13. ff. de excusat. tutor. l. 3. §. liberi. 10. ff. de bonor. possess. contr. tab. c. cum qui de Reg. jur. in 6to.* † maximè cum argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus negativè conceptum, in jure validissimum habeatur, Nicol. Everh. *in Topic. loc. à contract. ad ult. vol. 36 num. 2.*

† Simili ratione nec Uxor paratam pecuniam, aliave mobilia extraneo cuidam donare vel pro pecunia bona immobilia sine consensu mariti comparare potest, † hunc in finem, ut mobilium lucro maritus superstes defraudetur. *h.* Const. 7. & *Supr. p. 2.* Const. *15. vers.* Wie dann auch die Wittiben und Jungfrauen. Gloss. *latin. ad text. german. in* Landr. *l. b. 1. art. 31. lit. E.* Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 23. num. 11. p. art. 3.* Matth. Berlich *part. 3. concl. 9. n. 22.* Aut. Consult. Constit. Saxon. *tom. 1. part. 5. c. 1. s. 37. n. 1.*

† Idque tanto minus, quanto certius est, mobilia Uxoris omnia, etiam eâ adhuc vivente dominio mariti subjecta esse, Zobel. *in addit. Gloss. ad text. lat. dict. art. 31. §. Tunc omnia ejus bona. vers. Mobilia enim omnia* Panschman. *dict. quæst. 5. n. 12.*

Ita Domini in causa Sebastiani Aydmans zu Annaberg/Mens. Januar. Anno 1621. (Verba sentent: Ob nun wohl in gedachtem Inventario unter andern ein Centner Zien zu befinden/so sie zugleich mit übergeben/dieweil aber dennoch solches zur Fahrnüß und mobilien gehörig / und dahero auch als der Donatricin Ehemann / zu Nachtheil durch eine donation unter den Lebendigen oder andern Contract, nicht hat mögen entwendet werden / ꝛc. So möget ihr auch nunmehr berührtes Zien dem Donatario zu entrichten nicht angehalten werden/ ꝛc.)

Et in causa reginæ Uxoris Pauli Zechens zu Leutheuthal/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sentent: Daß ihr durch Aufrichtung eines Testaments / oder auch eine Übergabe unter den Lebendigen / oder durch einen andern Contract das jenige / was eurem Ehemanne/auff n Fall er euren Todt erleben würde/aus euren Gütern gebühret/zu entwenden und zu vermindern nicht befugt seyd/V. R. W.)

Definit. VI.

Uxor geradam suam, quam ex statuto maritus superstes lucratur, in præjudicium ejus, alteri donare non valet.

1 INferre quoque hinc licet, quod Uxor res mobiles ad geradam pertinentes, quas defuncta ea, statutum marito superstiti defert, alteri cuidam extraneo donare haud valeat, cum Matth. 2 Berlich. *part. 3. concl. 9. num. 27.* † Etsi enim aliàs liberum sit uxori, absque consensu etiam mariti & proximæ cognatæ, geradam suam donationis titulo inter vivos pro lubitu in alium quemcunque transferre, *Supr.* Const. *14. part. 2. Defin. 5.* Dan. Moll. *lib. 1. semestr. 11. num. 4.* Andr. Goldb. *de gerada c. 7. membr. 2. num. 32.*

† Veluti quoque à Dominis pronunciatum scio 3 ad requisitionem Ursulen Zeuners von Franckenberg/Mens. April. Anno 1622.

† Secus tamen se res habet iis in locis, ubi consuetu- 4 dine vel statuto peculiari, gerada Uxoris defunctæ marito superstiti defertur, Cognatis non nisi certis quibusdam speciebus, quæ nomine Nifftelgeradæ veniunt, relictis, † quale statutum etiam hic Li- 5 psiæ vigere, dixi. *Supr. p. 2.* Const. *14. Defin. 51.* † Non 6 minus enim tum uxor geradam extra res ad Nifftelgeradâ pertinentes, quàm alia bona mobilia, portionemve statutariam marito superstiti debitam, in ejus præjudicium alienare prohibetur, † *ex* Const. *hâc* 7 *generali, Definit. præced.* Berlich. *dict. concl. 9. n. 27.*

Ita Domini in causa Dorotheen Sachsin zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1631. (Verba sententiæ: Ob wohl eure Schwester Philipp Böhmens Eheweib mit Einwilligung ihres Curatoris euch ihre volle Gerade durch eine gerichtliche Übergabe unter den Lebendigen geschencket/ und benebenst einem Verzeichnüß und den Schlüsseln übergeben/welche ihr auch gebührlichen acceptiret. Da aber dennoch ihr überlebender Ehemann in solche Übergabe ausdrücklich nicht gewilliget/noch darbey gewesen wäre/ also daß ihme durch dieselbe seine portio statutaria, so ihme Vermöge dieser Stadt Leipzig Statuten, auch von des Weibes Gerade gebühret/nicht hat entzogen noch gemindert werden mögen/ꝛc. So ist solche Übergabe der Gerade nach Gelegenheit dißfalls zu Recht nicht allerdings beständig/derowegen euch der Ehemann mehr nicht als die Nifftelgerade auszuantworten und folgen zu lassen schuldig ist/V. R. W.)

Definit. VII.

Ex causa necessitatis vel utilitatis manifestâ Uxor de bonis suis mobilibus, vivente etiamnum marito inter vivos disponere potest.

NOlo tamen prohibitionem dispositionis inter 1 vivos de bonis suis mobilibus, uxori factam, de qua *Supr.* Defin. 5. aliter accipi, quàm si in fraudem & præjudicium mariti insigne fiat; † Fraudi siquidem conjugum jura subvenire voluerunt 2 Dan. Moll. *ad Const. Elect. 23. n. 16. p. 3.* Virgil. Pingiz. *q. 28. n. 12. & seqq.* † Alioquin si vel necessi- 3 tas vel utilitas uxoris manifesta alienationem mobilium requirat, tantum abest, dispositionem de bonis mobilibus uxori prohibitam esse, † ut etiam sine 4 curatoris autoritate permissa censeatur, *Supr.* Const. *15. Defin. 17. p. 2.* Moll. *dict. loc. n. 16.* † Quia inductum 5 ad certum aliquem effectum, non debet contrarium operari, *l. 3. §. si emancipatus. 6. ff. de bonor. poss. contr. tab. l. legata inutiliter. 14. ff. de adim. vel transf. legat. l. 19. ff. de legat. 1.*

Ita Domini in causa Johannis Eichorns und Caspar Hölens zu Colleda/Mens. April. Anno 1634. (Verba sentent: Wann ein Weib sich mit einem verehliget / und demselben als ihrem Ehemann/ etliche mobilien zubringet / ꝛc. So hat sich der Ehemann / ehe und zuvor das Weib verstorben / solcher seines Weibes mobilien eigenthämlich anzumassen nicht Fug / und ist das Weib bey ihrem Leben aus Noth oder sonsten ihren scheinbarlichen Nutzen zu schaffen / dieselbe zu vereussern/ und ohne betrügliches Nachtheil des Mannes damit zu gebahren wohl berechtiget/ꝛc.)

Defi-

DEFINIT. VIII.

Licet Statutum conjugi superstiti totam defuncti conjugis substantiam deferat, ea tamen per testamentum deminui nequit.

1 NOn ignoro equidem communem Dd. conclusionem, Statutum scilicet & consuetudinem alicujus Provinciæ aut Civitatis, Conjugi superstiti omnia bona, & sic totam substantiam defuncti conjugis deferentem, ab intestato tantùm obtinere, ad causam verò testamenti haud extendi debere:
2 † Cui consequens est, statuto hoc non obstante, conjugem de bonis suis in præjudicium etiam conjugis
3 testari haud prohiberi, † ne videlicet testandi facultas auferatur, *l. si quis 22. in pr. ff. de legat. 3. l. 1. C. de SS. Eccles. l. 4. ff. de adim. legat.* Matth. Coler. *consil. 41. n. 49.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. Unde Vir & Uxor. n. 3.*
4 Matth. Berl. *part. 1. concl. 8. n. 36.* ubi plures allegat. † Sed valdè suspecta redditur hæc conclusio ex dictis
5 *Supr.* Defin. 4. Et generalis obstat regula, † quod portio statutaria per testamentum nec auferri, nec minui possit, multis rationibus & argumentis ab Interppr. firmata, *Sup.* Defin. 1. Jason. *in Auth. præterea*
6 *C. Unde Vir & Uxor. num. 17.* † Quam & disertè corroborat *h.* Const. 7. verbis generalibus portionem statutariam, & quicquid etiam superstiti conjugi ex bonis defuncti debetur, per ultimam voluntatem auferri vel diminui prohibens *vers.* Den dritten oder vierdten Theil/oder anders. *Et postea:* Das jenige/was dem überlebenden Ehemanne zustehet/ꝛc.
7 † Quæ sanè verba generalia ad casum etiam præsentem, quo tota defuncti substantia
8 conjugi superstiti statuto defertur, referre licet, † ita ut & hujus deminutio per testamentum haud obscurè sit prohibita, ut rectè sentit Frider. Pensold. *in addit. ad* Coler. *part. 2. decis. 286. num. 181.* Zobel. *in*
9 *Gloss. art. 31. lit. e. lib. 1.* Landr. † Nec movet ratio, quâ unicè nituntur prædicti Dd. liberam scilicet testandi facultatem nullo modo auferri alicui posse. Quod licet concesserim, aliter tamen id accipi
10 non debet, † quàm ut directò per pactum aut conventionem privatam id fieri nequeat, secus verò per indirectum, aut per modum legis condendæ, prout accidit in casu præsenti, *l. si arrogator. 22. ff. de adopt. l. Papinianus. 8. §. 15. ff. de inoff. testam.* † Vid. tra-
11 dita *Supr. in* Defin. 4.

Ita Domini in causa M. I. zu Freyberg / Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sententiæ: Ob nun wohl sonsten kein Eheweib ihrem Manne das jenige / so ihme Inhalts der Rechte / oder einer sonderbahren Willkühr aus ihren Gütern gebühret/ durch einen letzten Willen noch sonsten entziehen mag / inmassen dann auch dasselbe in dem Fall statt hat/wann dem überlebenden des ohne Kinder verstorbenen Ehegattens gantze Verlassenschafft/ vermöge eines sonderbahren Statuti zukömmt/ꝛc.)

DEFINIT. IX.

Non prohibetur mulier testari de bonis suis mobilibus, si causa existat, ob quam maritus lucro statutario privari potest.

1 NIl quicquam petere potest conjux superstes ex bonis defuncti conjugis, si indignum se hereditate fecerit, adulterium committendo, *Nov. 22. c. 15. §. rursus. Novell. 17. c. 8. vers. Si de adulterio,* †Conjugem malitiosè deserendo, *l. indignum. 3. ff. de* 2
his quib. ut indign. dict. Novell. 22. cap. 15. §. 2. Const. Elect. *26. h. p. 3. ubi* Moll. *num. 1.* Andr. Rauchb. *p. 1. quæst. 47. num. 10.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 33. num. 41.* † Alimenta ei denegando, Matth. Co- 3
ler. *part. 2. decis. 257. num. 5.* Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 57. num. 3.* Joh. Schneidewin. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. Rubr. de success. inter Vir. & Uxor. num. 25.* † Necem moliendo, Gloss. *Ordin.* 4
Landr. *lib. 1. art. 21. n. 3. vers.* Das dritte. Frider. Pensold. *in add. ad* Coler. *part. 2. decis. 286. num. 245.* † 5
aliisque de causis, ex quibus conjuges portionem statutariam vel consuetudinariam amittunt, quas congessit post alios, Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36.* † 6
An non ergò hoc saltem casu uxor de bonis suis mobilibus testari, eaque pro lubitu, per ultimam voluntatem in extraneum transferre poterit? Omninò certè haud obstante *h.* Const. 7. † quæ id demum con- 7
jugi superstiti per testamentum auferri prohibet, quod ex bonis defuncti conjugis ei jure debetur, *vers.* Aus des Mannes Gütern gebühret. *Et verb.* Aus ihren Gütern zustehet/ † nihil verò juris compe- 8
tere in successione conjugis illi, qui hâc sese indignum fecerit, ecquis non videt? † Nec tùm Uxor per 9
testamentum, sed lex ipsa potius maritum portione statutaria privare censetur, *infr. h. p. 3.* Const. *26. Novell. 22. c. 15. & Novell. 117. c. 8.*

Ita Domini in eadem causa (Verb. sent: Da aber dennoch eurem Bericht nach/euer Ehemann sich gegen euch allerdings übel verhalten/ des Ehebettes gantzlichen geäussert/ euch keinen Unterhalt verschaffet / den Huren nachgelauffen / das eure liederlichen verzehret / euch offtmals braun und blau geschlagen/ und gantz umbringen wollen/ ihr auch und künfftig nach eurem Absterben eure Erben dasselbe/und insonderheit / daß er euch umbzubringen sich unterstanden/wie Recht erweisen und beybringen möchtet/der Ehemann auch bey eurem Leben/sich mit euch nicht wiederumb vergleichen und vereinigen würde / ꝛc. So verbliebe es bey eurem Testament und gethanen Vermächtnüß/darinnen ihr bemeldtem eurem Ehemanne die mobilien und das baare Geld meistentheils entzogen/und den eurigen zugewendet/billich / und es wäre derselbe ins künfftige solches zu fechten nicht befugt/V. R. W.)

DEFINIT. X.

Nec per æstimationem vel taxationem bonorum viliori pretio factam, Conjux Conjugi in portione statutaria præjudicare valet.

ETsi cuivis liberum sit, bona sua & facultates certo pretio æstimare, easque inter heredes dividere, attamen per id nemini in jure suo præjudica- 1
ri debet. † Nec enim taxatione testatoris in sui 2
præjudicium facta quisquam stare tenetur, † sed 3
potest læsus implorare officium judicis, ut bona testatoris de novo per Scabinos, aliasque personas juratas taxentur, ex iisque portio sibi debita assignetur, Paul de Castr. *l. 1. consil. 177. n. 2. & 3.* Dn. Cardin. Tusch. *tom. 4. pract. concl. lit. H. concl. 53. n. 62.* † Adeoque nec Vidua, quæ per æstimationem 4
bonorum in testamento mariti factam, se in portione statutaria læsam dicit, in hac acquiescere tenebitur, † ne scilicet fas sit marito, portionem con- 5
jugi debitam per indirectum saltem auferre ac diminuere, contra *h.* Const. 7. Nec enim † quod unâ 6
viâ

via prohibitum est, alia via permissum censeri debet, *l. scire oportet. 13. ff. de excusat. tutor. l. 3. §. liberi. 10. ff. de bonor. possess. contr. tab.* Virgil. Pingiz. 7 *quæst. 28. num. 14.* † Sed hoc ita, si de fraude mariti appareat, eamque Uxor superstes in continenti docere queat: Alioquin ad solam viduæ implorationem taxatio testatoris haud annihilanda e- 8 rit, † quia publicè expedit, ultimum testatoris judicium conservari, *l. vel negare 6. ff. testam. quemadm. aper. l. 1. C. de SS. Eccles.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. n. 7.*

Ita Domini in causa Jonæ Döhrings zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1606. (Verba sentent: Ob wohl Barthol Rüdiger in obberührtem seinem Testament/ seine Behausung den Kindern erster Ehe zum besten um 800. fl. taxiret und angeschlagen/ da aber dennoch solche Behausung ein mehrers werth/ und viel höher verkaufft werden könte. So würde dieselbe billich gerichtlichen taxiret, und eurer Pflegefrau der dritte Theil des Kauffgeldes zu ihrer portion gefolget/ &c.)

Et in causa Rahels / Viduæ Abrahami Schöners zu Altenburg Mens. Jan. Anno 1593.

Definit. XI.

Contravenire potest Vidua divisioni ac conventioni initæ, si per hanc in portione statutariâ se ignoranter læsam dicat.

1 Quid autem, *si Vidua ignorans bona mariti pluris valere, ejus taxatione steterit, ac secundum eam cum liberis primi matrimonii divisione factâ, portionem sibi assignatam acceperit, an non tùm judicio testatoris acquiescere tenebitur?* † Nequa- 2 quam: sed manifestata fraude mariti, si in portione statutaria se læsam Vidua deprehendat, non obstante conventione inita, denuo æstimationem judicis & supplementum portionis sibi debitæ petere potest, quum nullo modo conjugem portione debi- 3 ta defraudare licuerit. *h.* Const. 7. † Nam & aliàs perfectus divisionis contractus ad exemplum venditionis, cæterorumque bonæ fidei contractuum ex causa læsionis enormis rescindi potest, *l. 2. l. si voluntate. 8. C. de resc. vendit.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 3. tit.* 4 *27. defin. 3. num. 1.* † Quin & sola ignorantia Vi- 5 duæ causam rescissioni sufficientem præbet, † quia ignorans nihil remittere videtur, *l. mater decedens. 19. ff. de inoff. testam l. in repudiand. 1. 23. ff. de acquir. hered. l. ult. C. de jur. & fact. ignor.* Natt. *vol.* 6 *3. consil. 501. num. 58.* † Et erronea divisio, probato errore, non officit dividenti, *l. majoribus. 3. C. comm. utriusque judic. l. si post divisionem. 4. C. de jur. & fact. ignorant. l. cum putarem. 36. in fin. ff. fam. ercisc.* Gail. *lib. 2. obs. 139. num. 4.* Hartm. Pist. *obs. 175.* 7 *n. 9.* † Nec enim actus agentium ultra eorum intentionem quicquam operantur, *l. non omnis 19. ff. de reb. credit.*

Ita Domini in causa Viduæ Ægidii Kerbeners Consulis Leisnicensis, Mens. Aug. Anno 1575. (Verba sententiæ: Da bemeldte Wittib/ durch ihres Ehemannes Testament und taxation der Güter/ an ihrer Weiblichen Gerechtigkeit/ und gebührenden dritten Theil verkürtzet worden/ &c. So würde ihr solcher dritter Theil angezogener ihres Mannes Verordnung/ und daß sie die Theilung Inhalt des Testaments unwissende eingangen / ungeachtet von den Kindern nochmahls billich erfüllet/ V. R. W.)

Definit. XII.

Portionem statutariam conjugi superstiti debitam per testamentum deminuere licet, si in pactis dotalibus id conventum fuerit.

Quod vulgò dicitur, & Const. *h. 7.* approbatum 1 est, portionem nempe statutariam conjugi superstiti debitam per testamentum nec auferri nec minui posse, *Supr.* Defin. 1. Id semper cum grano salis accipi velim, videlicet, † si hoc fiat invito conjuge 2 superstite: † Quid enim, *si in pactis dotalibus aliud placuerit, vel de portione minori conventum fuerit, relictâ conjugi facultate testandi de reliquis suis* 3 *facultatibus?* Certè tùm omninò standum erit pactis dotalibus, † nec conjux superstes testamento 4 conjugis defuncti contravenire poterit, *l. legem. 10. C. de pact. l. in traditionibus. 48. ff. eod. tit. l. 1. & tot. tit. ff. de pact. dotal.* † Quocunque enim modo pacta 5 dotalia concepta valent, dummodo non per ea mulieres indotatæ efficiantur, *l. 2. l. si. convenerit. 4. ff. de pact. dotal.* † aut dos saltem deterior reddatur, *l. 6.* 6 *l. 14. ff. eod. tit.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de pact. dotal. n. 1. 2. & 3.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 61. n. 1. Supr. p.* 2. Const. *43. Def. 1.* † Nec habet conjux superstes 7 quod conqueri possit de privatione portionis statutariæ, cum ipsemet huic in pactis dotalibus renunciaverit, † quæ renunciatio omninò valida habetur, 8 *infr. h. p. 3.* Const. Elect. *20. vers.* Wann zwischen Eheleuten Ehestifftungen/ &c. *ubi* Moll. *n. 1. & seqq. & h.* Const. *n. 1.*

Ita Domini in causa Martini Lohners zu Freyberg / Mens. Nov. Anno 1630. (Verba sent: Es wäre dann / daß ihr mit gedachtem euern Eheweibe hiebevor eine Ehestifftung auffgerichtet/ und euch mit einem gewissen Antheil der Mobilien auff begebenden ihren Todesfall abfinden lassen/ von dem übrigen aber ihr nach ihrem Gefallen zu testiren frey gegeben/ &c. Auff solchen Fall verbliebe es bey ihrem Testament billich/ und ihr wäret dasselbe zu fechten nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Uxori licet testari de bonis mobilibus, quando certa tantummodo portio marito in pactis dotalibus fuerit assignata.

Quid autem, si *Uxor in pactis dotalibus facul-* 1 *tatem de reliquis suis bonis disponendi sibi expressè non reservaverit, assignatâ nihilominus certâ bonorum portione marito superstiti?* † Nec 2 tùm prohiberi posse uxorem, quo minus de bonis mobilibus testetur, existimaverim; Nullum siquidem per id infertur præjudicium marito, † qui 3 certa bonorum portione in pactis dotalibus sibi assignata nil quicquam de reliquis mobilibus petere valet defunctâ licet Uxore ab intestato, † quia pro- 4 visio hominis facit cessare provisionem Legis, *l. ult. ubi* Gloss. *in verb. contenta. C. de pact. convent. l. 15. §. 3. ff. de precario.* Jason. *in l. re conjuncti. 89. n. 134. ff. de legat 3.*

Ita Domini in causa Hansen Reinmanns zu Wittenberg/ Mens. Decembr. Anno 1634. (Verba sentent: Es wäre dann / daß in der Ehestifftung dem Ehemanne ein gewisses loco dotis auff des Weibes begebenden Todesfall zugeeignet worden / auff solchen Fall wäre mehrberühr-

berührtes sein Eheweib/ wann sie auch gleich facultatem disponendi ihr in der Ehestiftung ausdrücklichen nicht vorbehalten / von den übrigen Mobilien und Baarschafft zu testiren wohl befugt gewesen/ und würde demnach dem Testament allenthalben billich nachgelebet/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Valet testamentum de portione statutariâ, consensu Conjugis superstitis approbatum.

1 NOn minus quoque valebit testamentum Conjugis portionem statutariam vel in totum, vel saltem pro parte auferens, si conjux superstes in id consenserit, quàm si statim ab initio matrimonii in pactis dotalibus de hoc conventum fuerit: Etsi enim Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 1.* aliud placue-
2 rit; † ipsemet tamen sibi contrarius, ejusmodi testamentum in præjudicium conjugis superstitis factum, ejusque consensu approbatum valere vult, idque in practica haud aliter observari ait, *in addit. ad* Gloss. *Ordin. art. 24. n. 3. v. Sed ego vidi in practica. lib. 1.* Landrecht. quod & votis suis probant. Matth. Coler. *part. 1. decis. 12. n. 22.* Dan. Moll. *hic. n. 1. & lib. 2. semestr. 6. num. 4.* Virgil. Pingiz. *quæst. 28. n. 39.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 9. n. 29.* Frider. Pensold. *in addit.*
3 *ad* Coler. *p. 2. decis. 286. n. 180.* † Quia juri suo & beneficio pro se introducto quilibet renunciare
4 potest, *l. si quis in conscribendo 29. C. de pact.* † Etsi valet testamentum, in quo liberi sunt præteriti scientes & consentientes, Const. Elect. *10. part. 3.* quod aliàs absque eorum consensu haudquaquam subsisteret, Auth. *ex causa ubi* Bartol. & Dd. *C. de liber.*
5 *præter.* † Cur non etiam testamentum, per quod conjugi superstiti consentienti tamen in portione statutaria præjudicatur, valere debeat, haud certè
6 video, Moll. *hic n. 1.* † Quod eo magis verum est, si conjuges in eâdem scriptura & membrana testamentum condiderint, ac se invicem portione statutaria privaverint, Virgil. Pingiz. *quæst. 28. n. 42.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 117. n. 1. & seqq.* Matth. Berlich. *dict. concl. 9. n. 33.*

Ita Domini in eâdem causa (Verba sententiæ: Es wäre dann/ daß ihr bemeldtes Testament verwilliget/ und dasselbe beliebet hättet/ &c. Auff den Fall verbliebe es bey ihrem / eures Eheweibes/ Testament billich/ und ihr wäret dasselbe zu fechten nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XV.

Uxor absque curatore consentire potest maritò testanti in præjudicium lucri statutarii.

1 IDque adeo verum puto, ut consensum à conjuge conjugi testanti semel præstitum revocare haud liceat, cum Dan. Moll. *hic. n. 4.* Andr. Rauchb.
2 *p. 2. q. 39. n. 19.* † quamvis uxor blanditiis maritali-
3 bus ad consentiendum inducta sit, † modo persuasiones dolosæ, nec non metus aut vis abfuerint,
4 Moll. *dict. loc.* † Quid autem *si absque Curatore marito testanti in præjudicium lucri statutarii con-*
5 *senserit?* Nihilominus testamentum valere, † nec uxorem consensui semel præstito contravenire posse, existimaverim cum Hier. Panschman. *part. 2. quæst. 5.* Hart. Pistor. *obs. 198. n. 20.* Moll. *hic. n. 3.* Berl. *part. 3. concl. 9. n. 30.* Frid. Pensold. *in addit. ad* Matth.
6 Coler. *part. 2. decis. 286. n. 180.* † Non enim mulier quicquam de bonis suis & juribus perfectè quæsitis obligavit & obstrinxit, quo casu autoritate Curatoris opus fuisse, rectissimè affirmaveris, *Supr.* Const. Elect. *15. & 16. part. 2. art. 11. & 45. lib. 1.* Landr. † Sed 7
juri nondum perfectè acquisito, & post mortem demùm mariti acquirendo saltem renunciavit, quod ipsam facilius & absque minori periculo sine curatore etiam facere potuisse, procul dubio lubens concesseris, † quia maxima differentia existit inter lucra 8
non captare, quod facilius conceditur, & de bonis suis acquisitis aliquid dimittere, *l. ult. C. de Codicill. l. scimus 22. C. de jur. deliber. l. fin. C. de acq. possess.* Bart. *in l. cum pater. 77. §. libertis 27. ff. de legat. 2.* † 9
Nec lucri incerti ac dubii ratio haberi solet, *l. Proculus. 26. ff. de damn. infect. l. non fraudantur. Creditores. 176. ff. de Reg. jur.* † Quid enim si bona mariti 10
absque fraude deminuantur, ab eoque consumantur, ut nihil uxor consequi possit? † Facit certè hic du- 11
bius eventus, ut lucrum considerabile non sit *l. de fideicomm. 11. C. de transact. l. si pater puellæ 12. C. de inoff. testam.* Cravett. *consil. 114. n. 13.* † nec inde pauperi- 12
or facta uxor censeatur, ut multis demonstrat Hier. Panschm. *dict. loc.* ubi etiam contraria refellit, quem, si plura velis, inspicias.

Ita Dominii in causa Friderici Barlebens zu Kohra / Mens. Mart. Anno 1624. (Verba sent: Hat euer Bruder in seinem Testament euch zu Erben eingesetzt/ seinem Weibe aber ein mehrers nicht als 300. fl. darinnen vermacht. Ob sie nun wohl fürgiebt / daß ihr ein weit mehrers des Orts Statuten nach gehörig/ und sie also in ihrer gehörigen portione statutaria nicht wenig benachtheiliget sey/ dieweil sie aber dennoch bey des Testatoris Leben/ solches Testament einmal beliebet und darein gewilliget/ &c. So verbleibets auch darbey billich / und es ist nunmehr bemeldte Wittbe dahero / daß sie keinen Kriegischen Vormunden bey der Bewilligung gehabt / dasselbe zu fechten/ und zu hinterziehen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Non præjudicat sibi mulier, absque Curatore consentiens marito testanti de bonis suis illatis.

1 EAtenùs ergò uxor marito testanti absque Cura-
2 tore consentiens sibi præjudicat, quatenùs de remissione juris quærendi agitur, Defin. *præced.* † Se-
3 cus si renunciet juri perfectè quæsito, quod absque Curatoris autoritate neutiquam facere valebit, Const. Elect. *15. p. 2.* Hier. Panschman. *part. 2. quæst. 5. n. 31.* Hartm. Pistor. *observ. 198. n. 16.* † Aliud siqui-
dem est alienare, quod suum est, aliud non acquirere, *l. si sponsus 5. §. si maritus 1. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Unde firmiter concludimus, † quod non valeat
4 dispositio mariti, de bonis uxoris propriis sibi illatis testantis eaque deminuentis, licet ipsa absque curatore consenserit, † maximè quia consentiendo
5 in testamentum mariti, cum ipso contrahere, in eumque bona sua transferre censetur, † quo sanè
6 casu alterius curatoris consensum desiderari, nemo negabit, *Supr. p. 2.* Const. Elect. *15. Defin. 23. & ibi* Moll. *num. 50.* siquidem † in causa propria Maritus
7 Uxori autor esse nequit, *l. pupillus 5. in pr. ff. de autor. tutor.*

Ita Domini in causa Jobst Köhlers zu Weida / Mens. Febr. Anno 1617. (Verba sententiæ: Ob nun wohl gedachte eure Mutter mit ihrem Ehemanne dergestalt sich verglichen/ daß nach seinem Tode an statt ihres Einbringens / ihr ein mehrers nicht als 155. Alte Schock

ausgeantwortet werden sollen/da sie aber dennoch eurem Fürgeben nach/wie recht bescheinigen und darthun könte/ daß sie ein weit mehres zu ihme eingebracht hätte/ und sie zur Zeit der Vergleichung mit keinem Kriegischen Vormunden versehen gewesen wäre/ꝛc. So wäre ihr/der Vergleichung ungeacht/ihr gantzes Zu- und Einbringen aus ihres Mannes Verlassenschafft nochmals zu fordern unbenommen / V.R.W.)

Definit. XVII.

Licet Uxor marito in præjudicium portionis statutariæ testanti consenserit, attamen testamento annullato eam petere haud prohibetur.

1 COnsenserat Uxor marito testanti in præjudicium lucri statutarii, sed testamento ob defectum requisitorum solennium non subsistente, heredibusq; ab intestato succedentibus, ad portionem statutariam ex bonis defuncti mariti sibi debitam confugiebat, eamque integram, contra testatoris dispositionem petebat, *num audienda esset, quæsitum fuit?* †
2 Urgebant heredes conventionem Uxoris, quâ portioni statutariæ renunciasset, quocunque enim modo † Uxor marito testanti consentiat, id agere videtur, ut juri suo renunciet, & ex pacto sè obstringat
3 dispositioni testatoris, cui postea contravenire haud licet, *l. 1. l. juris gentium 7. ff. de pact. l. sicut. 5. C. de obl.*
4 *& action.* † Nec etiam absurdum est, ut testamento revocato, & annullato, contractus in eo celebratus subsistat, *l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commodat. l. si mandavero. 22. §. ult. ff. mandat.* Nicol. Boer.
5 *decis. 353. n. 4. & 5. Vid. Supr.* Const. 5. *Defin. 20.* † Attamen quum uxor consentiens in testamentum mariti, ejus judicium saltem & dispositionem probare censeatur, sublata ea nil certò restat, in quo consensus mulieris pedem figere queat, ut mirum haud sit, approbationem quoque Uxoris sublatam vide-
6 ri; † Dicemus ergò renunciationem eatenus valere,
7 quatenus judicium testatoris sustineri potest; ad quod uxorem respexisse certò certius est. † Nec enim actus agentium ultra eorum intentionem quicquam operari debent, *l. non omnis. 19. ff. de reb. credit. l. quoties 9. ff. de hered. inst. l. multum interest. 6.*
8 *C. si quis alter. vel sib.* † Ac certè Uxor non tàm se obligasse ac juri renunciasse, quàm marito testanti
9 consensisse videtur, quæ omnino diversa sunt, † quia aliud est facere, aliud facienti consentire, *l. si pater. 4. §. ult. ff. de manumiss. vindict. l. aliud 160. ff. de Reg. jur.* Sicut & aliud est vendere, alienare, contrahere: aliud, vendenti, alienanti, contrahenti consentire,
10 *l. cum pater. 77. §. libertis. 27. ff. de legat. 2.* † Nam qui consentit, non agit, sed saltem patitur & permit-
11 tit, ut fiat, *dict. l. si Pater. 77. ff. d. t.* † Facto itaque non subsecuto, nec consensus quippiam operari potest, Hier. Panschm. *p. 2. quæst. 5. n. 90.*

Ita Domini in causa Viduæ & liberorum Georgii Steinmetzens/ an Bürgermeister und Rathmanne zu Lauben/ Mens. Nov. Anno 1628.

Definit. XIIX.

Donatio mortis causa vel testamentum reciprocum, quo post mortem utriusque conjugis heredibus ipsorum bona assignantur, jure fideicommissi subsistit

1 SÆpissimè accidit, ut conjuges in testamento reciproco sese invicem heredes instituant, eâ tamen conditione, ut post utriusque mortem bona ad heredes ex utraque parte perveniant † Hoc testamen- 2
tum quoad ipsos conjuges subsistere vix ambigen- 3
dum erit, † cum & donatio universorum bonorum mortis causa inter conjuges reciproca valeat, *l. si cum uxori 9. §. ult. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ubi ita donatur. 27. l. pen. ff. de mort. caus. donat.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de mort. caus. donat. n. 4.* Schneidew. *in §. 2. n. 6. inst. de donat. ubi &* Joh. Harppr. *num. 59. Supr.* Const. *2. defin. 6.* † Illud saltem dubium vi- 4
detur; quomodo scilicet post utriusque conjugis mortem bona heredibus deferantur, cum post obitum primi conjugis, ejus hereditas pleno jure ad superstitem pervenerit, ut institutioni locus esse nequeat; † Evanescit siquidem substitutio, quando 5
heres primo gradu institutus ipsemet hereditatem acquisivit, *l quamdiu prior est. 3. l. quamdiu institutus. 69. ff. de acq. vel amitt. hered. l. post aditam. 5. C. de impub. & al. subst.* † Verùm, jure fideicommissi 6
hoc casu primi etiam defuncti conjugis bona post mortem superstitis ad heredes deferuntur: Nimirum, † conjux superstes rogatus censetur post 7
mortem restituere hereditatem legitimis heredibus venientibus ab intestato, Bart. *in l. quoties 9. num. 3. ff. de hered. inst.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 1. num. 31.* †. Quo ipso testatores per modum 8
fideicommissi heredibus prospexisse, iisque bona sua reliquisse intelliguntur. † Etsi enim verba deficiant, 9
ex conjectura tamen voluntatis fideicommissum suppleri potest, *l. quidam in testamento. 30. ff. de legat. 2. l. cum pater 77. §. imperfecta. 22. ff. eod. tit.* † So- 10
la namque voluntas spectatur in fideicommissis, etiamsi ex verbis commodè concipi haud possit, † dum 11
tamen ex conjecturis colligatur, *l. quamvis. 15. C. de fideicomm. l. unum ex familia 67. §. pen. & ult. ff. de legat. 2.* Mantic. *dict. loc. n. 25.*

Ita Domini in causa Johannis Herolds zu Wieha / Mens. Decembr. Anno 1626. (Verba sent: So ist solche Verordnung zu Recht kräfftig und beständig/ und verbleiben des Verstorbenen Güter ingesammt seiner Wittben eigenthümlichen billich / Nach dero Absterben aber / werden sie euch und eurer Schwester jure fideicommissi abgefolget/ V.R.W.)

Et in causa Heinrici à Schönbergs in Frauenstein / Mens. Sept. Anno 1594.

Definit. XIX.

Ex testamento reciproco, quo post mortem utriusque conjugis bona heredibus deferuntur, conjux superstes de præstandis fideicommissis satisdare tenetur.

1 SUbsistit ergò testamentum reciprocum, quo post mortem ultimi heredibus utriusque conjugis bona deferuntur, jure saltem fideicommissi, Defin. *præced.* † *An ergo conjux superstes hoc casu heredibus* 2
defuncti conjugis de præstandis fideicommissis satisdare tenebitur? Utique certè; † ne per malam conju- 3
gis administrationem, & dispositionem bonorum, heredes fideicommisso defraudentur, *l. jubemus. 6. §. in supra dictis 1. ubi* Dd. *C. ad SCtum Trebell.* Anton. Peregr. *de fideicommiss. art. 40. n. 10. in fin.* † 4
Etsi enim hoc casu, quo proprietas conjugi superstiti relicta censetur, inventarium solenne exigi nequeat; † attamen vel annotari saltem & de- 5
scribi

ſcribi bona debent, præſtitâ ſimul cautione heredi-
6 bus de fideicommiſſo præſtando. † Hoc namque juris eſt, quod fideicommiſſarius univerſalis aut particularis, ſive heres diſſipet, ſive non, cogere illum poſſit ad ſibi idoneè ſatisdandum de legatis & fideicommiſſis præſtandis, *l. hæc ſtipulatio. 14. & tot. tit. ff. Ut legat. nom. cav. l. 1. in pr. l. ſi is à quo 3. §.*
7 *ult. ff. Ut in poſſeſſ. legator.* † Imò omnis, ad quem hereditas aliquando devenire queat, cautionem hanc de bonis ſervandis & reſtituendis de jure obtinere poteſt, *l. inter omnes. 12. ff. qui ſatisd. cog. ubi* Gloſſ.
8 Bartol. & Dd. † Et cautio hæc præſtanda eſt, quamvis nulla ſuſpicionis cauſa exiſtat adverſus heredem, Anton. Peregr. *dict. art. 40. n. 10.*

Ita Domini in cauſa heredum Simon Reisſigs zu Gerau/ Menſ. Julio Anno 1626. (Verba ſent: Darneben haben ferner beyde Eheleute verordnet / daß nach ihrer beyder Abſterben/ihre ſämptliche Freunde Erben ſeyn/ und ſich zugleich in ihre Erbſchafft vertheilen ſollen / worauff ſichs begeben/daß der Ehemann Simon Reiſſe vorerſt Todes verfahren/ und dannenhero ſeine überlebende Wittib/ſich der hinterlaſſenen Güter angemaſſet. Ob nun wohl dieſelbe ein zierliches Inventarium über ihres verſtorbenen Mannes Verlaſſenſchafft auffrichten zu laſſen nicht verpflichtet; So iſt ſie doch ein gewiſſes Verzeichnüß ſolcher Verlaſſenſchafft euch zu übergeben und gebührliche Caution zu beſtellen ſchuldig/ V.R.W.)

Item in cauſa Laurentii Wentzels zu Kempnitz / Menſ. Auguſt. Anno 1626. (Verba ſent: So iſt ſolche Diſpoſitio als ein Fideicommiſſum zu Recht beſtändig/ und dannenhero des Teſtatoris Wittbe eure Pflegefrau ihres Fürwendens ungeachtet/des verſtorbenen Ehemanns Freunden wegen ſeiner Verlaſſenſchafft gnugſame Caution zu beſtellen ſchuldig/ V.R.W.)

Et in cauſa Daniel Kausdorffens zu Lucka/ Menſ. Decembr. Anno 1596.

Definit. XX.

Utriusque conjugis conſanguinei proximiores in teſtamento reciproco æquè heredes inſtituti, in capita ſuccedunt.

1 COnjuges in teſtamento reciproco ſeſe invicem heredes inſtituentes, eâ conditione ut poſt ultimum obitum bona conſanguineis utriusque partis deferantur, id potiſſimum agere videntur, ut jure ac titulo fideicommiſſi hereditas poſt utriusque mortem, ad heredes proximiores ab in-
2 teſtato perveniat, *Supr.* Defin. *18.* † Nec tum ulla ſeparatio bonorum facienda, ita ut bona mariti ad ipſius heredes, Uxoris verò bona ad here-
3 des uxoris tranſeant, † ſed bona conjugis utriusque unita & confuſa videntur, ex contemplatione correſpectiva, & compenſatione quaſi invicem facta, ut *in l. cum pater 77. §. Titio 31. ff. de legat. 2.*
4 *l. ſi debitor. 12. ff. ad Leg. falcid.* † Ergò & indifferenter heredes utriusque conjugis ad bona hereditaria admittuntur & quidem ex partibus æquis &
5 virilibus, in capita non in ſtirpes ſuccedentes, † ſi æquè & ſimul vocati fuerint, non habito reſpectu numeri & pluralitatis perſonarum ab una vel altera parte exiſtentium, *l. interdum. 13. in pr. ubi* Dion. Go-
6 thofr. *in verb. æquè. ff. de hered. inſtit.* † Idq; vocabulum (*æquè* Zu gleich oder zu gleichen Theilen) operatur, *dict. l. 13. ff. d. t.* Franc. Mantic. *de conject. ult. vo-*
7 *lunt. lib. 4. tit. 9. n. 9.* † Omiſſa autem hâc vocula, hereditatem in duos ſemiſſes dividendam, horumque unum heredibus mariti, alterum verò heredibus uxoris deferendum, dixerim, *dict. l. 13. in pr. ff. de hered. inſt.* Mantic. *dict. tit. 9. n. 8.* † Idemque aſſe-8 rendum ſi de mente teſtantium, eos nempe bona in duos ſemiſſes inter heredes ſuos dividere voluiſſe conſtet. † Non enim eadem ſemper eſt diſtri-9 butio hominis cum diſtributione legis, *dict. l. 13. §. 1. ff. de hered. inſt.* potiſſimum verò quid homines ſenſerint, attendi debet, † quia voluntas teſta-10 toris lex eſt & quocunque juri potior habenda, *Novell. 22. cap. 3. in pr.*

Ita Domini in cauſa heredum Nicolai Pfeffers / ejusque conjugis ad conſultationem Electoral. commiſſariorum zu Mehlis/ Menſ. Jul. Anno 1627. (Verba ſentent: Und es iſt ferner Verordnung gethan worden / daß nach beyder Eheleute Abſterben/ alle ihre Haab und Güter/ ſo viel derer dazumahl noch verhanden ſeyn werden / auff beyderſeits ihre ab inteſtato neheſte Blutsfreunde zugleich ſich darein vertheilen/ kommen und vererben ſolten/ ꝛc. So werden nunmehr nach beyder Eheleute Abſterben/ die Güter unter beyderthells Freunde und Erben zugleich nach den Häuptern billich vertheilet / V.R.W.)

Definit. XXI.

Revocato licet teſtamento reciproco à Conjuge ſuperſtite nihilominus hujus heredes fideicommiſſi titulo vocati, ad hereditatem defuncti conjugis admittuntur.

1 CErtum hodiè eſt, quod teſtamentum reciprocum inter conjuges factum ab horum alterutro, invitâ etiam parte alterâ revocari queat, Petr. Peck. *de teſtam. conjug. lib. 1. cap. 43. num. 1. & ſeqq.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 23. num. 37.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 117. n. 2.* † Idque procedit, etiamſi unus ex 2 conjugibus è vita jam deceſſerit, & morte teſtamentum confirmaverit, nihilominùs & tùm ſuperſtitem pœnitere & ex parte ſua teſtamentum revocare poſſe, demonſtravi *Supr.* Conſtit. *2. Defin. 12.* † Quid ergò, ſi (ut plerumque fieri ſolet) poſt 3 mortem ultimi, heredes utriusque conjugis fideicommiſſi titulo ad hereditatem vocati fuerint, *an Conſanguinei conjugis ſuperſtitis, revocatâ ab hoc ultimâ voluntate, ad defuncti bona unà cum ſuis heredibus admittendi erunt?* † Veriſimiliter equi- 4 dem dixeris, conjugem defunctum non niſi contemplatione alterius teſtamenti, quo heredibus ſuis conjugis bona jure fideicommiſſi aſſignata fuêre, cognatos ſuperſtitis conjugis, ad hereditatem ſuam vocaſſe adeoque teſtamentum ſuum eſſe correſpectivum, † cui conſequens, ut revocato 5 per ſuperſtitem teſtamento, ac unà etiam fideicommiſſo, alterum quoque defuncti nempe conjugis fideicommiſſum revocatum cenſeri debeat, † ut contingit in actibus omnibus correſpecti- 6 vis, deſtructo uno alterum quoque deſtrui, *l. cum te. 6. C. de pact. int. emptor. & vendit.* † 7 unumque ex alio interpretationem capere *l. utrum. 7. §. ult. ff. de reb. dub.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 5. defin. 18. n. 14.* † At ſi hoc verum, ne quidem ip- 8 ſum defuncti teſtamentum ſubſiſteret, revocata ultimâ voluntate conjugis ſuperſtitis, contra quod diſputavi *Supr.* Conſt. *2. Defin. 12.* † Nimirum 9 ſibi imputare debet defunctus, quod teſtamentum aut fideicommiſſum reciprocum elegerit, nec lege vel conditione expreſſa heredibus ſuis proſpexerit, cum advertere debuiſſet, hoc facilè evenire poſſe, *l. 9. §. 1. ff. locat.* † Nec enim teſtamentum 10 aut fideicommiſſum reciprocum jure contractus

ſubſiſtit,

subsistit, qui mutuo dissensu dissolvitur, *l. sicut. 5. C. de oblig. & act. l. 35. ff. de reg. jur.* sed in vim ultimæ voluntatis sustinetur † & morte alterutrius 11 semel confirmatum irrevocabile redditur, ut maximè superstes ex sua parte testamentum revocet. 12 † Quia in testamento reciproco duo censentur esse 13 testamenta, sicut & duæ hereditates. † Horum ergò alterutro licet revocato, aliud tamen firmum manebit, Andr. Gail. *dict. obs. 117. num. 2.* Mynsing. 14 *cent. 1. obs. 8. n. 5.* † Quibus ita stantibus, quis conjugis superstitis heredes à conjugis defuncti hereditate excludere ausit?

Ita Domini in causa Georgii Hoffmanns zu Franckenberg/ Mens. August. Anno 1634.

Et in causa Catharinæ Bockin zu Kempnitz/ Mens. Majo Anno 1635.

Definit. XXII.

Pro confectione testamenti reciproci, Notarius duplex honorarium exigere valet.

1 Licet in una membrana duo testari, ac sese invicem heredes instituere queant, idque testamentum reciprocum jure subsistat, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 2 117. n. 2.* † Attamen non pro unico, sed duobus testamentis id habendum est, quia nemo alteri testari potest, sicuti & duæ sunt hereditates, † nec enim duarum 3 personarum aut una hereditas esse potest, aut unum 4 testamentum, † nisi cum tractatur de substitutione pupillari, *l. 2. §. 1. vers. Adeò autem. ff. de vulg. & pupill. subst. l. paterfamilias. 28. ff. de reb. autor. judic. possid.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 28. num. 2.* Petr. Peck. *de test. conjug. lib. 1. cap. 43. n. 1.* 5 Mynsing. *cent. 1. obs. 8. n. 6.* Cui consequens est, † Notario ad confectionem testamenti requisito, hoc casu duplex honorarium deberi tanquam pro duplici testamento. 6 † Sicuti nec una rogatio & testium subscriptio hoc casu sufficit, sed necesse est, ut utriusque nomine signacula & subscriptiones fiant, 7 Andr. Gail. *dict. observ. 117. n. 2.* † Quò & facit cautela tradita ab Angelo *in §. igitur in pupillari. 2. 8 n. 2. cum seq. inst. de pupill. subst.* † ut scilicet Notarius & testes diserte dicant, se signare & subscribere tale testamentum utriusque testatoris nomine, nominando eos separatim & specificè, Gail. *dict. loc. num. 3.*

Ita Domini in causa C. F. zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1607. (Verba sentent: Haben zwey Eheleute mit einander zugleich ihr Testament und letzten Willen verordnet und aufgerichtet/ welches ihr auch zugleich registriret und in eine Schrifft verfasset/ &c. So seyd ihr von solcher Verordnung und dero Registratur / weil sie nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten vor zwey testamenta gehalten werden/ auch gedoppelte Notariatgebühr zu fordern wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. XXIII.

Potest testator privare heredem vel legatarium portione sibi relictâ, si impugnaverit ipsius judicium ac voluntatem.

1 Sæpissimè testatores heredibus ac legatariis injungunt, ne contra suam voluntatem ac judicium quicquam moliantur, impugnando eorum testamenta ac dispositiones, additâ pœnâ privatio- 2 nis, si contra quid fecerint: † Quæ prohibitio heredes ac legatarios ita obstringit, ut si impugnantes testamentum non obtinuerint, privatio- 3 nis pœnam incurrant, † nec hereditatem ac legata sibi relicta petere valeant, Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum quæst. 69. n. 1.* Gail. *lib. 2. obs. 145. n. 8.* Cravetta *cons. 1. n. 3. vers. Non obstat.* † Sicut enim licet testatori rei suæ adjicere quamcunque conditionem voluerit, non turpem, nec improbam, ita & licere ei debet in ipsius conditionis defectum heredem vel legatarium privare hereditate, aut legato sibi relicto, † quia voluntas testatoris pro 5 lege habetur, *Novell. 22. cap. 2. in pr. vers. disponat.* Et est voluntas Regina testamenti, quæ totum facit, ut loquitur JCtus Ulpianus in *l. ex facto 35. §. 3. ff. de hered. instit.* ac sola dominatur, *l. 23. in fin. C. de legat.* Reusn. *de testam. part. 1. cap. 1. n. 38. & 39.* † Eaque 6 privatio id operatur, ut heres in vim fideicommissi teneatur hereditatem restituere coheredibus vel substitutis, si dati sint; sin minus, heredibus ab intestato venientibus, † non autem ut desinat esse heres, 7 qui semel institutus est, Bartol. *in l. paterfamilias 44. n. 7. ff. de hered. inst.* Jason *in l. ult. §. fin. n. 3. ff. si cert. petat.* Jul. Clar. *dict. loc. n. 2. & 3.* Gail. *dict. obs. 145. n. 9.*

Ita Domini in Causa Christophori Hoffmanns zu Zwenitz/ Mens. Octobr. Anno 1595. (Verba sentent: Hat Hans Grabner ein Testament gemacht/ darinnen er versehen/ daß die verordnete Testamentarien keinem seiner Legatarien, einige Disposition noch Rechtfertigung über solchen seinen letzten Willen gestatten/ und daß die jenigen/ welche sich dessen unterwinden würden / ihres Antheils und Legats sich hierdurch verlustig gemacht haben solten/ dessen aber ungeachtet/ haben seine Geschwistere solch Testament gestritten. Ob sie nun gleich mit ihrer rechtlichen Nothdurfft wider solches Testament billich gehöret werden; So seynd sie doch hernach/ wann das Testament vor kräfftig erkannt/ die ihnen darinnen vermachte Legata zu fordern nicht befugt/ sondern derowegen/ daß sie solches Testament gestritten und angefochten/ derselbigen verlustig/ V. R. W.)

Item in causa Michael Wachs und Consorten zu Nercha/ Mense Majo Anno 1635. (Verba sentent: Da sie nun das Testament an sich selbsten / und nicht desselben solennia ohne rechtmäßige Ursachen impugniret und angefochten hätte/ &c. So hätte sie sich auch dadurch desjenigen/ so sie aus mehrbesagtem Testament zu gewarten gehabt / verlustig gemacht / und wäre sich eines mehren als ihres eingebrachten Guts anzumassen/ nicht befugt/ V. R. W.)

Et ad consultationem des Raths zu Ziegenrück/ Mense August. Anno 1621.

Definit. XXIV.

Non tamen incurrit pœnam privationis à testatore statutam heres vel legatarius, qui solennia testamenti solummodo impugnat.

1 Sed hoc ita si heres aut legatarius ipsum testatoris judicium ac voluntatem frivolè accusave- 2 rit. † Secus verò, si testamenti solennia solummodo impugnaverit, idque ritè factum negaverit; † Nam tùm pœnam privationis à testatore statutam non incurrit, per text. *in l. pen. ff. de his quæ ut indign. aufer.* † Quia præceptum testa- 4 toris in fraudem legis appositum non valet, quin & testator pœnam determinando testamentum ratione solennium jure subsistens saltem tueri voluisse intelligitur *argum. l. heres meus. 79. §. quod in fraudem. 4. ff. de condit. & demonstr.* † Ac licet ali- 5 ud appareat, voluntas tamen testatoris servanda non est, nec tùm pro lege servatur, quando aliquid contra jus vel legem disponit, *l. quidam in suo 27. ff. de condit. instit. l. conditiones. 14. ff. eod. tit.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 145. n. 11.* † Nemo siquidem statuere 6 potest,

Potest, ut leges non habeant locum in suo testamento, *l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. ubi* Dd. *comm. & in §. 1. inst. de donat.* Bald. *in l. un. n. 8. & num. 10. C. de his quæ pœn. nomin.* Harppr. *in §. hereditas. 5. n. 17. inst. de hered. instit.* † Minùs verò prohibitio hæc obesse poterit liberis, quo minus testamentum patris ratione solennium impugnantes legitimam consequi valeant: † Siquidem nulla valet patris dispositio, per quam fraus fit legitimæ, *l. parentibus. 8. & l. 6. C. de inoff. testam.* † Nam hæc liberis jure naturali debetur, *l. 7. in pr. ff. de bon. damnat. l. scripto. 7. in fin. ff. si tabul. testam. l. 36. §. 2. C. de inoff. testam.* † Adeoque nulla ratione à patre gravari vel deminui potest, *Novell. 115. cap. 3. & cap. 5. in pr. vers. Cæterum.*

Ita Domini in causa Matthes Gnaspens zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1617. [Verba sentent: Ob wohl euer Schwager angeregtem seinem letzten Willen dieses einzuverleiben befohlen/daß/welcher unter seinen Erben seinen letzten Willen in disputat ziehen würde/derselbe 200. fl. von seinem Antheil verlustig seyn solte/da ihr aber dennoch des Verstorbenen letzten Willen und judicium nicht an sich selbsten/ sondern nur die Solennitäten desselben impugniren und fechten würdet/ꝛc. So möchte euch derowegen an euerm Antheil nichts abgekürzet noch eingezogen werden/ꝛc.)

Et in causa liberorum Johannis Zickels zu Plauen / Mens. August. Anno 1616. (Verba sentent: Ob wohl obbemeldter euer Vetter vorangeregtem seinem letzten Willen dieses einverleibet/wann etliche seiner Freunde denselben fechten/und nicht halten wolten/ daß dieselben ihres Legati, so ihnen darinnen ausgesatzt / und sie zu erwarten/ verlustig seyn solten/ꝛc. So ist doch denenselben seinen Freunden die Mängel/woher sie solches Testament unkräfftig zu seyn vermeynen/anzuführen unbenommen/und es mag ihnen derowegen das jenige / so ihnen darinnen vermacht / von euch als seinen Erben nicht entzogen werden/V. R. W.)

Definit. XXV.

Non valet dispositio testatoris, ut legataria petens portionem statutariam ex bonis defuncti sui mariti legatum haud conferre teneatur.

1 TEstator quidam legaverat fœminæ alicui certam pecuniæ summam, eâ conditione, ut legatum hoc semper haberet salvum, nec prædefuncto forsan marito petens portionem statutariam illud conferre teneretur, contra sanctionem Elector. Saxon. *in Const. 20. part. 3.* † quæ viduæ portionem statutariam, trientem scilicet vel quadrantem bonorum, aliter non defert, quàm bonis suis omnibus collatis, quæ ad maritum attulit, vel etiam constante matrimonio ex hereditatibus vel aliunde acquisivit. † Neutiquam ergò hanc dispositionem testatoris ceu juri provinciali contrariam valere existimârunt Domini, præsertim cum non parum aggravaret conditionem liberorum, cum prædicta vidua in hereditate defuncti mariti concurrentium, † quibus testator præjudicare haud potuerat, quia semper illæsum est servandum jus tertii *l. de unoquoque. 47. ff. de re judic. l. 2. §. merito 10. §. si quis à principe. 16. ff. Ne quid in loc. publ.* † Ac licet Vidua opponeret, quod provisio hominis tollat provisionem legis *l. si causam. 2. C. de execut. rei judic. l. si ut certo. 5. §. 14. ff. commodat. l. sciendum. 1. §. illud sciendum est. 10. ff. de separat.* † per id tamen dispositionem testatoris conservare haud valebat, quia regula illa Dd. vulgaris ad provisionem legalem speciali jure ac privilegio quodam extraordinario introductam, restringi solet, nec locum habet † in provisione legali ordinariâ, & quæ jure communi vel provinciali nititur. Nam hoc casu communiter statuitur, † quod provisio hominis legalem provisionem non tollat, Bartol. *in l. si cum dotem. 22. num. 5. ff. solut. matr.* Jason. *in l. si extraneus. 6. n. 3. ff. de condict. caus. dat. & in l. 4. num. 4. ff. de pact.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. quæst. 48. num. 53. & 60.* † ubi regulam hanc per ampliationes & limitationes tractat.

Ita Domini in causa Elisabethæ Viduæ Martini Richters zu Roßwein/Mens. Januar. Anno 1634. (Verba sentent: Würde N. N. bey Lebzeiten ihres Ehemanns des legati der 100. fl. fähig werden / und nach dessen Absterben aus desselben Verlassenschafft den dritten oder vierdten Theil fordern und haben wollen / ꝛc. So wäre sie berührtes Legatum in desselbigen Erbschafft einzubringen und zu conferiren schuldig / und es hat auff solchen oder einen andern in Rechten gegründeten Fall durch einen letzten Willen ein anders nicht verordnet werden können / V. R. W.)

Constitutio VIII.
PARTIS TERTIÆ.

Ob die Mutter von ihrer Kinder Succession, durch des Vaters ausdrückliche Verordnunge / oder auch sonsten ex natura substitutionis gantz und gar könne ausgeschlossen werden?

Possitne Mater à Successione liberorum per expressam Patris dispositionem, vel tacitè etiam, per substitutionem in totum excludi?

DJeweil die Rechtslehrer allerley Distinction und Unterscheid machen/in Fällen / da ein Vater seine Kinder in einem Testament zu Erben eingesetzt/ und daneben auff den Fall / wenn eines unter denselben verstürbe / das andere / oder auch iemand frembdes / mit oder ohne ausdrückliche Ausschließung der Mutter / in des Kin-

VAriè distinguunt Interpretes hoc in casu, ubi pater liberos suos in testamento heredes instituens, uni eorum decedenti alium ex illis, vel extraneum etiam matre expressè vel tacitè exclusâ, in ipsius portione substituit, num per ejusmodi expressam patris dispositionem, vel ex natura substitutionis, mater liberis

des Theil / zu einen Erben untersetzt und substituiret. Ob durch solche substitution und ausdrückliche Verordnung / oder auch sonsten aus Natur und Eigenschafft der substitution, die Mutter / wann sie den Fall erlebet / gantz und gar von ihres Kindes Erbschafft könne ausgeschlossen werden / und dann unsere Verordnete vor unbillich erachtet / daß der Mutter dißfalls die Legitima benommen werden solte / So constituiren und setzen wir / daß in allen Fällen der substitution, der Mutter der dritte Theil aller Güter / zu Recht Legitima genant / ausdrücklichen gelassen werde / Oder da solche gleich übergangen / ihr nichts destoweniger dieselbe / ohne Unterscheid / wie die substitution geschaffen seyn möchte / folgen und zukommen soll / und auf diese unsere Constitution soll in unsern Landen erkannt und gesprochen werden.

ris institutis defunctis, à successione illorum in totum, vel ex parte excludi possit. Quia verò deputatis nostris iniquum visum est, matrem legitimâ liberorum suorum hoc pacto privari, igitur trientem omnium bonorum, quem legitimam leges vocant, expressis verbis illi relinqui hâc Constitutione & ordinatione nostra jubemus. Quod si secus fiat, & tacite mater præterita fuerit, nihilominus legitimam illi, nulla habita substitutionis ratione, qualiscunque illa fuerit, dari atque ita autoritate hujus nostræ Constitutionis in ditionibus nostris deinceps pronunciari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Extra Saxoniæ Electoratum, de jure communi Substitutio pupillaris expressa, matrem prorsus excludit, ita, ut nec legitimam petere possit.*
2. *Tacita verò pupillaris substitutio regulariter contra matrem non admittitur.*
3. *In Saxoniæ Electoratu mater per substitutionem, filio factam, à petitione legitimæ nunquam excluditur.*
4. *Nec avus substituendo Nepotibus, horum parentes à legitimæ petitione potest excludere.*
5. *Pater liberis substituendo, etiam in Electoratu Saxoniæ, avum, aviamque maternam à legitimâ excludit.*
6. *Non subsistente testamento, valida quoque haud est substitutio, in eo comprehensa.*
7. *Liberi vocati cum parentib9 per copulã:* (Et) *quando simul succedant, & quando ordine successivo?*
8. *Vocati ordine successivo post parentes liberi, censentur in dubio vocati tantum in casum vulgaris, non fideicommissariæ substitutionis.*
9. *Substitutio, collateralibus facta, non continet tacitam conditionem* (si sine liberis.)
10. *Substitutio facta in casum* (si filius meus sine filiis decesserit,) *verificatur solùm in masculinitate, & Neptem excludit.*
11. *Reciprocè substitutus succedit etiam secundo morienti in parte, ad ipsum devolutâ, per mortem primi heredis.*
12. *Substitutus pupillariter succedit pupillo in bonis omnibus, undecunque acquisitis, etiamsi testator verba restrictiva ad bona sua propria adjecerit.*
13. *Mater licet ad secunda vota transierit, exemplariter tamen filio substituere valet.*
14. *Impuberi quoque mente capto exemplariter potest substitui.*
15. *Mater filio exemplariter substituens, vitricum fratri consanguineo præferre potest.*
16. *Mater, ne quidem de jure hodierno novissimo, liberis pupillariter substituere valet.*
17. *Valet tamen substitutio pupillaris, à matre facta, in vim fideicommissi, appositâ clausulâ Codicillari.*
18. *Substitutio in casum mortis heredis facta, jure fideicommissi subsistit.*
19. *Substitutio pupillaris ultra annos pubertatis facta, subsistit jure fideicommissi, quando in testamento habetur clausula codicillaris.*
20. *Substitutio pupillaris, à milite facta ultra pubertatem, valet in vim fideicommissi, omissâ licet in testamento clausulâ codicillari.*
21. *Valet etiam substitutio in legatis & fideicommissis.*
22. *Valida est donario inter vivos, hâc conditione facta, ut post mortem donatarii res donata ad alium transeat, licet non jure fideicommissi subsistat.*
23. *Substitutio facta Viduæ, donec in viduitate permanserit, non trahitur ad casum mortis.*
24. *Non præsumitur testator gravasse descendentes in infinitum, & finitur substitutio, statim atque in primo gradu locum habuit.*
25. *In fideicommisso, proximioribus Cognatis in certum conditionis eventum relicto, habetur ratio proximitatis, quæ est tempore conditionis existentis.*
26. *In fideicommissis quando succedatur jure repræsentationis.*
27. *Deficientibus licet verbis, ex conjecturâ tamen voluntatis inducitur fideicommissum.*
28. *Fideicommissum filio relictum, etiam ad Nepotes transit.*
29. *Dictiones* (Prout, Secundum,) *in fideicommissis restrictivè videntur positæ.*
30. *Res fideicommisso subjectæ haud possunt ab herede alienari.*
31. *Uxor ex certâ re instituta, cum proprietas ex die mortis ejus alii sit legata, intelligitur rogata de re illâ post mortem suam restituendâ.*
32. *Quatenus alienari possit res, fideicommisso subjecta peritura, & quæ servando servari nequit.*
33. *Valida est alienatio rei, fideicommisso subjectæ, quando fideicommissario est utilis, & proficua.*
34. *Ex rebus fideicommisso subjectis solvendum est æs alienum defuncti.*
35. *Ob æs alienum ipsius heredis, quatenus valeat alienatio rei, fideicommisso subjectæ.*
36. *Ex causâ etiam necessariâ & probabili, absque cognitione & decreto judicis, heres vix tutò res fideicommisso subjectas alienare valet.*
37. *Heres sine liberis decedens, rogatus restituere, quod ex hereditate supereſt, ad quartam usq; partem, hereditatem pro lubitu alienare potest.*

38. *Here-*

38. *Heres fideicommisso gravatus cautionem fideicommissario præstare obstrictus est.*
39. *Fideicommissarius inventarium ab herede exigere potest.*
40. *Heres, si coram nullis etiam testibus fidei ipsius quid commissum dicatur, aut illud præstare, aut prævio jurejurando calumniæ, juramento conscientiam suam purgare tenetur ex l. ult. C. de fideicommiss.*
41. *Nisi probationibus conscientiam suam purgare velit; ut juramentum hoc referre nequit.*

DEFINIT. I.

Extra Saxoniæ Electoratum, de jure communi, substitutio pupillaris expressa matrem prorsus excludit, ita, ut nec legitimam petere possit.

1 NOn controvertitur hîc, de substitutione vulgari tacita vel expressa, per quam matrem excludi vel inde apparet, quod in ejusmodi substitu-
2 tionibus non succedatur filio, † sed ipsi testatori & marito, Jason. *in l. ult. C. de instit. & substit. n. ult.*
3 Bartol. *in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst. n. 40.* † In cujus bonis mulier ultra portionem statutariam privilegiata non est, nec quicquam juris in eis habet, Jason. *dict. loc. n. 5.* Matth. Berlich. *part. 3.*
4 *concl. 10. num. 1. & seqq. usque ad num. 11.* † De pupillari autem substitutione expressa saltem dubitatur, *an per eam mater legitimâ privetur?* Et jus sa-
5 tis certum videtur, † quod non minus hæc substitutio pupilli matrem excludat etiam à petitione legitimæ, nec inofficiosi testamenti querelam perti-
6 mescat, † quia licet pupilli testamentum sit, à patre tamen factum est, ut eleganter Papinianus dicebat, quem Ulpianus refert & probat *in l. Papinia-*
7 *nus. 8. §. sed nec impuberis 5. ff. de inoff. testam.* † Quare & Imp. Justinianus *in l. 9. C. de imp. & aliis subst.* prohibet admitti querelam contra Substitutionem quasi pupillarem, videlicet ad exemplum veræ pupillaris, quæ excludit matrem, *dict. l. 8. §. 5. ff. de inoff. test.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 8. defin. 2. num. 3.* Hartm. Pistor. *obs. 30.* Matth. Coler. *part. 2. dec. 351.* Bartol. *in l. moribus. 2. num. 31. ff. de vulg. &*
8 *pupill. substit.* † Quò & facit *l. precibus. 8. C. de*
9 *impub. & aliis subst.* † Et convenit etiam Jus Canonicum *in cap. 1. de testam. in 6to.* ubi inquit Pontifex: Licet filius testamento suo matrem portione jure naturæ debitâ privare non possit, pater tamen in testamento, quod filio impuberi fecit, pot-
10 est. Nec deest ratio manifesta: † Mater siquidem eo tempore, ubi pater filio impuberi testamentum fecit, eique substituit, jus radicatum non habet in
11 illis bonis, quippe quæ nec filius actu possidet; † Nunquam autem debetur matri legitima ex bonis filiorum, nisi quæ liberi jam possident, *arg. Novell. 115. c. 4.* Matth. Berlich. *dict. concl. 10. num. 20. &*
12 *21.* ubi paulò aliter hanc quæstionem decidit. † Convenit tamen in eo, quod juxta communem Interpretum opinionem etiam in foro poli, mater per substitutionem pupillarem expressam omnino
13 excludatur. † Quam sententiam jamdudum extra provincias Electoratus Saxonici in respondendo Dominos Scabinos fuisse secutos, testis est fide dignus Hartm. Pistor. *dict. observ. 30. num. 3.*
14 † Eamque ceu communem Dd. hodiè amplectuntur Matth. de Afflict. *decis. 310. num. 2. 3.* Joh. Sichard. *ad l. precibus. 8. num. 19. C. de impub. & aliis subst.* Anton. Fab. *lib. 15. conj. 9.* Fachin. *l. 4. controv. 42.* Bronchorst. *l. 2. assert. 34.* Vaud. *l. 1. q. 44.* Pet. Gregor. Tholos. *in syntagm. jur. lib. 42. cap. 19.* † Quamvis me non lateat, nuperrimè aliter respondisse
15 Facultatem Juridicam Lipsiensem an C. M. zu Tzschopau/ Mens. Majo Anno 1635. (hisce formalibus: Wann nun gleich derer Oerter/ die Churfürstl. Sächs. Constitutiones nicht observiret, sondern nach allgemeinen beschriebenen Rechten die Sachen entschieden würden; So hat doch nach bewehrtem Schluß der Rechtslehrer/ der leiblichen Mutter durch die bescheene pupillarem substitutionem ihre gebührende legitima nicht entzogen werden können// V. R. W.)
16 † Forsan quod ex nova Justiniani Imp. sanctione *in l. omnium 30. l. quoniam 32. l. scimus 36. §. 1. C. de inoff. testam. Novell. 1. in præfat. §. 2. Novell. 18. c. 1. & Novell. 115. c. 3. & 4.* hoc favoris legitimæ tribuatur, ut nulla prorsus ratione neque directè neque obli-
17 que gravari possit, † ac proinde quæ pro communi opinione ex jure veteri Digestorum & Codicis afferantur, postea ab Imp. Justiniano fuerint cor-
18 recta, † sed quàm debile sit hoc fundamentum, ex antea dictis luculenter apparet: Prohibet siquidem Imp. Justinianus gravare legitimam tàm liberis, quam parentibus debitam, *in dict. l. 30. l. 32. l. 36. §. 1. C. de inoff. test. Nov. 1. Nov. 18. Novell. 115.* † Atqui pa-
19 tre sive testatore adhuc vivente, in bonis suis matri legitimam deberi, non sine absurditatis vitio asseri potest. Quippe quod legitima parentibus saltem debeatur ex bonis liberorum, quæ jam possident, *arg. Nov. 115. c. 4.* Vivente autem patre, liberos bona
20 parentum haud possidere, ecquis non videt? † Quâ ratione ergò tum pater de bonis suis pro lubitu etiam in præjudicium eorum, qui liberis heredes existunt, disponere prohiberetur?

Ita Domini in causa liberorum Philippi Wiesener/ ad Consultationem Friderici Görlitzens zu Halla / Mens. Jun. Anno 1633.

DEFINIT. II.

Tacita verò pupillaris substitutio regulariter contra matrem non admittitur.

1 COmmuni Interpp. sententiâ receptum est, si ex substitutione pupillari, ut vocant, tacita succedatur, h. e. ex ea quæ in vulgari expressa per Divi Marci constitutionem subintelligitur, *l. jam hoc jure. 4. ff. de vulg. & pupill. subst. l. quamvis 4. C. de impub. & aliis substit.* † Matrem non
2 solùm à legitima non excludi, sed nec ab ipsa quidem successione, ut scilicet filio mater succedat ab intestato ex SCto Tertyll. ac si nulla substitutio facta esset, Jacob Menoch. *lib. 4. præs. 39.* Salyc. *in l. ult. C. de instit. & substit. n. 2.* Jacob. Cujac. *lib. 12. observ. 27.* Andr. Fachin. *lib. 4. contr. 40.* Joh. Dauth. *in l. 1. ff. de vulg. & pupill. subst. n 162.* Matth. de Afflict. *decis. 38. n. 5.* † Erroneam quí-
3 dem appellitat hanc opinionem Anton. Fab. *de Error. pragmat. dec ad 33. Error 5.* Attamen fundata est
4 ea † *in l. ult. C. de instit. & substit.* quem textum contrà intellectũ Bartoli, quẽ tuetur Reinh. Bachov. *in not. ad*

ad Treutler. *vol. 2. disp. 11. th. 9. lit. C.* de pupillari substitutione tacita, eleganter explicat Jacob. Menoch.
5 *lib. 4. præsumpt. 37. n. 4.* † Rationem porro si quæris, non credendum putamus, patris voluntatem fuisse, ut ullo modo excluderetur mater ab eo, quem non expressim pupillariter substituerit, quod facere omninò potuisset, *arg. l. un. §. ubi autem*
6 *11. in fin. C. de caduc. tollend.* † Quam rationem æquam dicit ipsemet Ant. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 8.*
7 *defin. 8. n. 5.* † quia semper favorabilis est causa matris venientis ad luctuosam filii hereditatem, *dict. l. ult. C. de inst. & substit. l. precib. 8. C. de impub.*
8 *& aliis subst. l. scripto. 7. §. ult. ff. unde lib.* † Quod ergò Interpp. ferè omnibus, id etiam Dominis placuit, Matri scilicet hoc casu salvam esse intestati successionem, sicut & aviæ, Fab. *in Cod. dict. tit. 8. defin. 3.* Joh. Dauth. *dict. loc. n. 171.* Menoch. *dict. præs. 39.*
9 *n. ult.* † Nisi contraria patris voluntas ex conjecturis non obscuris nec improbabilibus colligatur, semper enim exceptio ista adhibenda est in quæstionibus ultimarum voluntatum, *l. 4. ff. de vulg. &*
10 *pupill. substit. l. non aliter 69. ff. de legat. 3.* † Quid enim si matri hoc casu legatum quid fuerit, eo adjecto, ut legato illo contenta esse cogeretur, nec quic-
11 quam amplius ex bonis testatoris petere posset? † Certè non levis est præsumtio, voluisse testatorem, ut à legitima quoque excluderetur, *arg. l. quæsitum.*
12 *78. §. 1. ff. de legat. 3.* † Aut quid, si substitutus sit ex liberis testatoris sive ex uno tantùm latere, sive ex
13 utroque conjunctus fratri impuberi? † Nemo crediderit, plus testatorem uxori, quàm filio favere voluisse, Glos. & Dd. *in l. precib. 8. C. de impub. &*
14 *aliis subst.* † Hisce ergò casibus legitimæ petitionem mater non habebit, ut benè notat Ant. Fab. *dict. tit. 8. defin. 4.*

Ita tractatum in casu Johannis Ernesti, Mens. Octobr. Anno 1629.

Definit. III.

In Saxoniæ Electoratu mater per substitutionem, filio factam, à petitione legitimæ nunquam excluditur.

1 QUicquid ex sententiâ Pontificis in *c. 1. de testam. in 6to.* aut rationibus, & textibus juris civilis disputent Dd. contra matrem, quam per substitutionem pupillarem expressam à successione filii prorsus, etiam quoad legitimam exclu-
2 sam autumant, *Supr.* Defin. *1.* † Elector tamen Saxoniæ Illustrissimus eam tanto favore dignam existimavit, ut semper illi legitimam è bonis liberorum in testamento patris expresè relinqui voluerit, aut si id factum non esset, nihilominus in-
3 distinctè eam illi tribui jusserit, † qualiscunque tandem esset substitutio, & quibuscunque verbis à patre facta *hâc* Constit. *8. vers.* So *constituiren* und setzen wir *ubi* Dan. Moller. *n. 1.* & Matth. Ber-
4 lich. *part. 3. concl. 10. n. 39.* † Cessant ergò hoc casu in ditionibus Electoratus Saxonici variæ illæ, de variis substitutionum pupillarium speciebus disputationes & distinctiones, de quibus vide præter alios latissimè Jac. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 37.*
5 *38. & 39.* & Berl. *dict. concl. 10.* † Quæ adeò quondam intricatam & perplexam hanc quæstionem reddidêre, ut vix sciri potuerit, quidnam statuendum esset: Cui dubio Elector Illustrissimus sub-
6 venire voluit, Constitutione hâc saluberrimâ, † quam omni tempore adeo favorabilem existimârunt Domini, ut & facta substitutione filio jure fideicommissi ab extranea quadam persona, nec patrem nec matrem à legitima exclusam pronunciaverint, † quia parentum causa semper favorabilis & am-7
plianda est, *l. ult. C. de instit. & substit. l. precibus 8. C. de impub. & aliis subst.*

Ita Domini in causa Georgii Friebens zu Leipzig / Mense Mart. Anno 1584.

Definit. IV.

Nec avus substituendo Nepotibus, horum parentes à legitimæ petitione potest excludere.

EX generalitate porrò *hujus* Const. 8. & illud in- 1
ferre licet, quod nec liberi per substitutionem ab avo aviaque factam nepotibus, à legitima sint excluси, Hartm. Pist. *obs. 171.* Berlich. *part. 3. concl. 10. n. 42.* † Etenim propterea maritum, Uxorem vel 2
respectivè matrem à Legitima excludere non posse vulgò tradunt Interpp. Juris Saxonici, quia Matri legitima debetur ex bonis filiorum necessariò ex juris dispositione, † quam ei liberi auferre non pos- 3
sunt, ideoque cum liberi directò eam matri absque justa causa adimere nequeant, per indirectum patri vel marito illud non licebit, Jac. Menoch. *lib. 4. præsumt. 38. n. 6. & seqq.* † Atqui hæc ratio in substitu- 4
tione, nepotibus ab avo, aviaque facta æquè locum habet, ut mirum haud sit, eandem quoque juris dispositionem hîc obtinere, *l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de V. O.* Bart. *in l. moribus 2. ff. de vulg. & pupill. subst. n. 34.* † Idque eo magis verum est, si avus 5
nepotes in potestate non habeat, quibus nec propterea pupillariter substituere potest, † sed saltem per 6
fideicommissum. *§. 1. & ult. Inst. de pupill. substit.* Hart. Pist. *dict. observ. 171. n. 7.*

Ita Domini in causa Tobiæ Schindlers zu Grimma / Mens. Jan. Anno 1634.

Et in causa Matthiæ Seyfards zu Wurtzen / Mens. Mart. Anno 636. [Verba sententiæ: Wann nun gleich dem Groß-Vater die Nepotes einander auff in Todesfall jure fideicommissi zu substituiren unbenommen/ꝛc. So mag doch solche substitution dero Eltern an der legitima, so ihnen aus der Enckelin / als ihrer Kinder gantzen Verlassenschafft gebühret/nicht nachtheilig seyn/noch ihnen dieselbe entzogen werden/V. R. W.)

Definit. V.

Pater liberis substituendo, etiam in Electoratu Saxoniæ, avum, aviamque maternam à legitimâ excludit.

QUid juris autem in avo aviaq; materna substi- 1
tutione à patre liberis facta? Eundem hisce favorem deberi dixeris, si mater ante filium decesserit, cum Cravett. *consil. 141. n. 6.* Bartol. *ad l. 2. ff. de vulg. & pupill. subst.* quoniam prædefuncta matre, intestati nepotis successio, ex qua legitimæ portionis debitum proficiscitur, ad aviam devolveretur, † cui non minus consuli æquum videtur, 2
ne præter jacturam amissi nepotis, totius quoque patrimonii, quod in luctuosa hereditate est, damnum sentiat, *arg. l. ult. C. de instit. & substit. l. jure succursum 6. ff. de jur. dot. l. scripto. 7. §. ult. ff. Unde liber.* † Contrarium tamen Dominis placuit, 3
avum aviamque à petitione legitimæ hoc casu excludentibus, † ne scilicet sanctio hæc Electoralis contra 4
mentem & intentionem Constituentis Illustrissimi nimium extenderetur, † quia matri specialiter fa- 5
vendo avum aviamque maternam, ceu gradu remotiores

6 tiores personas haud comprehensas voluit.† Secundum dispositionem itaque juris communis,quo per subst itutionem pupillarem,etiam mater à successione intestati & legitima excluditur *Supr.* Defin. 1. in Electoratu quoque Saxoniæ, avum, aviamque ma-
7 ternam haud admittendam pronunciarunt, † siquidem casus in jure provinciali & statutario omissus dispositioni juris communis relictus censetur, *arg. l. quicquid astringendæ.99. ubi* Dd. *ff. de V. O.* Jason. *in l. si extraneus 6. n. 1. ff. de cond. caus. dat. & in l. gallus. 29. §. quod si tantum 5. n. 21. ff. de lib. & posth.*
8 Moll. *lib. 1. semestr. 3. n. 1.* † Planè quia Const. *h. 8.* matris favore edita est,haudquaquam eò trahenda erit,ut per pupillarem substitutionem prorsus tacitam,mater à successione liberorum contra receptam Interpp. sententiam, de qua *Supr.* Defin. 2. removea-
9 tur, & sola legitima contenta esse cogatur, † sed potius hic Constitutionis sensus est, quod mater in omnibus omnino casibus,in quibus jure Civili & Canonico juxtà receptissimas Dd. Theoricas per pupillarem substitutionem etiam à legitima sibi de bonis liberorum debita antea fuit exclusa,in hisce terris le-
10 gitimam habere debeat,† ut post Joh. Dauth. *in tract. de substitut. effectu subst. vulg. 3. n. 170.* animadvertit. Reinh. Rosa ad Dan. Moll. *hic num. 3.* Vide omnino Dec. Elect. 47.

Ita Domini in causa Jacob Ottens zu Döbeln / Mens. Oct. Anno 1596. (Verba sent : Hat Peter Lindner in seinem Testament seine einige Tochter zur Erbin eingesetzt / und derselben auff ihren Todesfall seine Schwester und Geschwister Kinder substituiret &c. So mag solches Testament / derowegen / daß der testator seines verstorbenen Weibes Vater/seinen Schweher darinnen übergangen/ für unkräfftig nicht geachtet werden/ und ist demnach derselbe/aus seines Eydams Verlassenschafft / einige legitimam zu fordern nicht befugt/V. R. W.)

It. in causa Bernhardi von Linsungen / Mens. Febr. Anno 1601. (Verba sent : Daß beklagte / Nicolai Großmanns des jüngern Kindes Groß-Eltern von der Mutter die legitimam zu geben nicht schuldig/ V. R. W.)

Item in causa Caspari Buhrmanns zu Kempnitz/Mens. Nov. Anno 1633.

It in causa Catharinæ, Viduæ M. Crispini Albini zu Roßwein/ Mens. Oct. Anno 1633.

Definit. VI.

Non subsistente testamento, valida quoque haud est substitutio in eo comprehensa.

CErtum est, quod substitutio subsistere nequeat, quando non valet institutio, *l. ex pupillari. 44. ff. de vulg. & pupill. subst.* quia hæc substitutionis fun-
2 damentum habetur : † Ex quo sequitur, corruente testamento, unà cum institutione substitutionem quoque annullari,tanquam accessorium testamenti: Quod & multo magis verum est † in substitutione pupillari,quæ sequela & appendix est paterni testa-
4 menti,§. *liberis 5. Inst. de pupill. subst.* † siquidem utrumque ab uno & eodem fit testatore,& una eademque solennitas utrique sufficit, septem nempe testes, septemque sigilla, *l. patris & filii. 20. ff. de vulgar. &*
5 *pupill. subst.* † Quò & facit, quod una tantùm falcidia de utroque detrahatur, *l. in ratione. 11. §. quod*
6 *vulgo 5. ff. ad Leg. falcid.* † Et quod unam ex uno sive paterno,sive pupillari testamento hereditatem capiendo,alteram ex altero repudiare non possit substitutus,sed utramque vel acquirere vel amittere cogatur, *l. sed si plures. 10. §. filio. 2. ff. de vulgar. & pupill. subst.*

Ita Domini in causâ Catharinæ, Viduæ M. Crispini Albini zu Roßwein/Mens. Oct. Anno 1633. (Verba sent : Ob nun wohl der Vater die Kinder solcher gestalt einander zu substituiren befugt gewesen. Dieweil aber dennoch in bemeldtem seinem Testament keine heredis institutio zu befunden/ꝛc. So ist auch angeregtes Testament/so wohl die darinne begriffene substitutio zu Recht nicht beständig/derowegen nach des einen Kindes Absterben / dessen hinterlassene Erbschafft/euch als der leiblichen Großmutter allein billich abgefolget wird/ V. R. W.)

Definit. VII.

Liberi vocati cum parentibus per copulam (Et) quando simul succedant, & quando ordine successivo?

QUando de successione transversalium agitur, 1
verius est, liberos cum parentibus sub nomine collectivo, copulativè tamen vocatos,non ordine successivo,sed conjunctim & simul ex æquis partibus propter vim copulæ vocatos intelligi, † scilicet,ut 2
virilem unam portionem pater habeat, liberi verò aliam,cujuscunque sint numeri, tanquam qui omnes vocati sint sub uno eodemque nomine collectivo,ut *in l. 32. §. 6. ubi* Dd. *ff. de legat. 2.* Anton. Fab. *in Codic. l. 6. tit. 8. defin. 7. n. 3.* Dec. *consil. 253.* † Sed hoc 3
ita si non voluntas testatoris refragetur, ex ejusque verbis & circumstantiis aliud appareat,de quibus vide latissimè Jacob Menoch. *l. 4. præsumpt. 70.* Dec. *consil. 291.* Jul. Clar. *l. 3. sent. §. testam. q. 80.* † Quid e- 4
nim si cum fratre vocati essent liberi ejus superviventes, vel saltem heredes: procul dubio tùm ordine successivo vocati censentur, † quia vivens heredes 5
non habet *l. qui superstitis. 94. ff. de acquir. hered.* Intelliguntur ergò vocati heredes post mortem patris, † Et heredum nomen comprehendit non modò pri- 6
mum, sed & heredem heredes aliosque deinceps, *l. heredis appellatio 65. ff. de Verb. signif.* Ergò & incognitos, † in quos non tanta cadit affectio, quanta in 7
fratrem præsentem, Menoch. *dict. præs. 70. n. 29.* Ant. Fab. *in Codic. l. 6. tit. 20. defin. 9.* † Institutis quoque 8
& substitutis descendentibus,successivo ordine pater videtur vocasse liberos & nepotes,ex præsumtione pietatis,quæ liberis primùm, deinde post liberos nepotibus hereditatem defert, *Novell. 118.* Ant. Fab. *dict. defin. 7. n. 10.* † Qui enim proximior est in gradu,dile- 9
ctior quoque fuisse præsumitur, *l. heredes mei 57. §. ult. ad SCtum Trebell. l. ult. ubi* Dd. *C. de V. S.* † Mi- 10
nus dubium est,vocatos censeri liberos fratrum cum fratribus ordine successivo, si ipsemet testator fecerit partes,vel in stirpes eos succedere voluerit. † Sic- 11
ut & tunc,quando verba testatoris salvâ ratione recti sermonis non nisi ordini successivo conveniunt, Menoch. *præsumpt. 70. n. 33. 34.*

Ita Domini in causa Nobilium der Hacken / ad Consultationem Joh. Besenii zu Wittenberg/Mens. Jan. An. 1599. (Verba sent : Hat gedachte testirerin in ihrem Testament ihren Bruder Christoff Hacken / und ihre drey Schwestern/ auch derselben allerseits eheleibliche Kinder zu Erben eingesetzt/dergestalt/daß sie alle ihre Güter nach den Stämmen in vier unterschiedliche Theile vertheilen solten/ꝛc. So ist solche institutio ordine successivo und demnach pro vulgari substitutione zu achten/ꝛc.

Definit. VIII.

Vocati ordine successivo post parentes liberi,censentur in dubio vocati tantùm in casum vulgaris, non fideicommissariæ substitutionis.

NOlo hîc disputare contra Anton. Fab. *lib. 15.* 1

conjectur.10. & part.2. de Error. pragmat.decad.31. Error.6. & Caſpar. Schifordegkerum *ad l. 2.* Fabri
2 *tract. 6. quæſt. 5.* † qui ſubſtitutionis diviſionem in directam & fideicommiſſariam argumentis & ra-
3 tionibus ſat validis ac eruditis impugnant. † Concedendum tamen Doctoribus vel declarationis melioris ſaltem causa, ſive propriè, ſive impropriè Fideicommiſſariam quoque voluntatem ſubſtitutionem appellari poſſe, *l. 41. §. 3. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.l.75. §. 1. & 2. ad SC. Trebell. l.6.§.2.C. de inſtit.*
4 *& ſubſt.* † quando ſcilicet teſtator heredem à ſe prius inſtitutum rogat, ut hereditatem acquiſitam reſtituat alteri vel vivus, vel poſt mortem ſuam, *§.2.Inſt. de fideicomm. heredit. l.2.C. commun. de legat.* Quod & tacitè quandoque feciſſe præſumi-
5 tur: † Unde quæſitum, *an liberi poſt mortem patris ordine ſucceſſivo à patruo vocati, tanquam in caſum fideicommiſſariæ ſubſtitutionis vocati cenſe-*
6 *antur?* † Quod quidam ad conſervandam ultimam teſtatoris voluntatem affirmare auſi fuerunt, ſcili-
7 cet, † ut in eum caſum, qui evenit, quisquis ille ſit, quando verba patiuntur, effectum ſortiri poſſit, Paul. Caſtr. *ad l. Gallus.29. §. quidam rectè 1.ff. de liber. &*
8 *poſth.* † ſed probabilius creditur, in vulgarem duntaxat caſum vocatos fuiſſe liberos, Decius *conſil. 205. num.9. & conſil.248. num. 6.* Jul. Clar. *lib.3.ſentent.§.teſtamentum.quæſt.80.n.4.* Franc.Mantic. *de*
9 *conject.ult.volunt.lib. 4.tit.7.n.28.* † vel propterea, quod nimis dura videri poſſit ea interpretatio, per quam nullo erga proprios liberos fideicommiſſo pater obſtringatur, ut diſputat Ant. Fab. *in quæſt. de liberis in conditione poſitis, Decad. 26. de Error.*
10 *pragmat.* † Præterquam enim, quod fideicommiſſa ferè omnia credantur odioſa, quia ſunt onerosa, *l. ſi arrogator. 22. §.1. ubi* Dd. *ff. de adopt.* veren-
11 dum certè eſt, † ne quid de ea decedat obſervantia, quam filius patri debet, ſi ex cauſa fideicommiſſi, relinquendæ ſucceſſionis neceſsitatem patri irrogatam eſſe filius intelligat, *l.nec ei.17.§.præterea 3.ff.*
12 *de adopt.* † cum plerique liberi ſolo exheredationis metu potius, quàm debitæ pietatis ratione in officio retineantur. *l.3.§. ſi emancipatus 5. ff. de bonor.*
13 *poſſ.contr. tab.* † Nec fruſtra ita diſputamus, ſed evidens & maxima hujus quæſtionis eſt utilitas, quia, ſi cenſeretur inductum fideicommiſſum, non poſſet heres frater de ipſa hereditate liberè diſponere & teſtari, eamve alienare, ſed teneretur illam reſtituere
14 ipſis nepotibus; † ſi verò tantummodo eſt vulgaris ſubſtitutio, filio adeunte, ſtatim expirat, Jul. Clar. *dict. quæſt. 70.n.4.* Nolo tamen hæc trahi contra
15 teſtatoris voluntatem, † quid enim, ſi ſubſtitutio verbis concepta fuerit, quæ tractum temporis ha-
16 beant? † Aut quid, ſi ſubſtitutio talis ſit, quæ jure
17 directo valere non poſſit? † Hiſce ſanè caſibus, fideicommiſſi quoque caſum ſubſtitutione contineri
18 fatendum eſt. † Omnimodo enim ſic interpretanda eſt ultima voluntas benigna interpretatione ut jure fideicommiſſi conſervetur, *arg.l.Scævola.76. ubi* Dd. *ff. ad SC. Trebell.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent: So iſt ſolche ſubſtitutio ordine ſucceſſivo zu verſtehen / und demnach pro vulgari ſubſtitutione zu achten / und weil Chriſtoff Hacke ſich des vierdten Theils der Erbſchafft angemaſſet / ſo iſt die bemeldte ſubſtitutio dadurch erloſchen / und ihme von ſolchem ſeinem vierdten Theil ſeine Schulden zu bezahlen / oder auch doch unbeſchadet der Töchter legitimen, denſelben an Lehen zu wenden / oder darvon ein Teſtament zu machen unbenommen geweſen/ V.R.W.)

Et in cauſa Adami Schmiedens zu Sckölen/Menſ.Sept. Anno 1630.

DEFINIT. IX.

Subſtitutio, collateralibus facta, non continet tacitam conditionem (ſi ſine liberis.)

LIberi in conditione tantùm poſiti, hoc ipſo nec
1 inſtituti, *l. gallus.29.ff. de liber. & poſth. l. ſi quis eum. 16. §. ult. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* neque directo, ſubſtituti videntur, † quoniam, ut dici ſolet, 2
conditio nihil diſponit, *l. ſi quis ſub conditione.8.ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l.1. ff. de pen. legat. l.1. §. item ſi ita 8. ff. ad Leg. falcid. l. cum ſine 19. l. ſi penum.24. ff. quand. dies legat. ced.* † At nonne per 3
fideicommiſſum ſaltem invitati? † Omninò certè, 4
ex tacita & conjecturata mente teſtatoris, poſtquam placuit, ex conjecturis fideicommiſſum induci poſſe, *l. pen. ff. de legat.1. l. cum proponebatur.64. ff. de legat. 2. l. fideicommiſſ.1.11.§. item ſi quis.19. ff. de legat.3. l. heredes mei.57. §. cum ita 1. ff. ad SCtum Trebell.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 6. tit.20. defin.43.n.2.*
† Haud minima ergò eſt conjectura, ſi avus here- 5
dem filium fecerit, eique alium ſubſtituerit: † Non 6
enim creditur magis dilexiſſe extraneum, quàm nepotem, *l. cum avus.202. ff. de condit. & demonſtr. l. cum acutiſſimi.30. C. de fideicommiſſ.* † quaſi reali 7
perpetuoque facto fideicommiſſo, in id usque tempus extendendo, quo liberi amplius nulli ſuperſint, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit.20. defin.3.n.9.* Jacob. Menoch. *lib.4. præſumpt.89.n.2. & ſeqq.* † Quæ 8
tamen pietas ſolùm conſideratur in parentibus erga filios, *l. hoc colore.2. ubi* Gloſſ. *& in l. nam etſi parentibus 15. in pr. ff. de inoff. teſtam. l.3. C. eod. tit. l. patrem.19. ff. de his quæ in fraud. creditor.* † Non et- 9
iam in fratribus gravantibus fideicommiſſo fratres, aliosve transverſales, quos nec unquam fratrum filios reſpexiſſe credendum eſt, ut multis argumentis probat Jacob. Menoch. *dict. præſumpt.89.n.55.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.10. tit. 8.n.25.* Anton. Fab. *dict. defin. 43. n.4.* † In fideicommiſſis ſi- 10
quidem generalis ac ferè perpetua regula eſt, nunquam debere meliorem eſſe conditionem ejus perſonæ, quæ minùs dilecta fuit. *l. Publius.36. §. 1. ff. de condit. & demonſtr.* Ant. Fab. *dict. tit.20. defin.14.n.9.*

Ita Domini in cauſa filiarum Nicolai Loſſens ad requiſitionem præfecti Rochlicenſis, M. April. Anno 1599. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch ſolche ſubſtitutio pro fideicommiſſaria zu halten / und nach gemeinem Schluß der Rechtslehrer / dergleichen Verordnung / ſo nicht von Eltern den Kindern / ſondern von andern einander ſeitwerts verwandten Perſonen geſchehen / die condition, da ſie ohne Kinder verſterben würden / tacitè nicht in ſich begreifft / ꝛc. So haben ſich der zu nechſt verſtorbenen Schweſter Kinder ſolcher Verordnung nicht zu erfreuen / ꝛc.)

Et in cauſa Pauli Pfitzens zu Waldheimb/Menſ. Majo, Anno 1597.

DEFINIT. X.

Subſtitutio facta in caſum (ſi filius meus ſine filiis deceſſerit,) *verificatur ſolùm in maſculinitate, & Neptem excludit.*

COnditionem, *ſi ſine filiis filii mei deceſſerint*, ſi- 1
quidem teſtator filias proprias non privaverit

verit hereditate, filiâ ex uno filiorum existente, omnino deficere tradit Ant. Tessaur. *decis. 188. in pr.*
2 † eò quod verbum filii etiam fœminas comprehen-
3 dat, *l. 1. C. de condit. insert.* † Quid autem, si idem testator filias hereditate privasset? Qualitate masculinitatis equidem non appositâ, nec tum neptem ab extraneo excludi, verissima est Dd. communis o-
4 pinio, † de qua testatur Alex. Trentacinq. *in tract. de substit. part. 4. cap. 7. n. 12.* quia conditio filiorum resolvitur etiam in filia ex proprietate verbi *l. maximum vitium 4. C. de liber. præter.* Dec. *consil.* §370. *num. 4.* † Sed si conditio esset apposita cum qualitate masculinitatis, vel de masculis aliquando in testamento testator sensisset, ita ut non simus in dubio, quin testator voluerit masculos fœminis
6 præferre, tunc indubitanter concludendum, † Neptem non excludere substitutum cum Dd. communiter, quos allegat & sequitur Anton. Tessaur. *dict.*
7 *decis. 188. n. 2.* Idque multo magis, † quando substitutus est de agnatione & familia testatoris, propter rationem & præsumptionem conservandæ agnationis, *l. 1. in fin. ff. de jur. immun. l. pronunciatio. 195. §. ult. ff. de V. S.* Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 23. defin. 4. num. 4.* Tessaur. *dict. loc. num. 3.* Sfort. Odd. *in*
8 *tract. de compend. substit. part. 6. art. 6. concl. 1.* † Quin & substitutum de agnatione & familia excludere Neptem, appositâ haud licet qualitate masculinita-
9 tis, multis probat Anton. Tessaur. *dict. decis. 188.* † licet contrariam sententiam ceu communiorem ac veriorem in Senatu receptam dicat, *ibid. n. 9. vers. verum cum de hâc quæstione, &c.*

Ita Domini in causâ Tutorum filiæ Hansen Wolffen von Bernsteins/Mens. Jun. Anno 1602. (Verba sentent: Hat Hans Christoff von Bernstein in seinem Testament verordnet/daß seine liegende Güter an Lehn- und Erbstücken seinen Söhnen/und derselben ehrlichgebohrnen Leibes-Lehns-Erben verbleiben sollen / und fernere Vorsehung gethan/da ihr einer oder mehr ohne ehelich gebohrne Leibes-Lehns-Erben nach seinem Tode versterben würden / desselben Antheil an liegenden Gründen auff die andere seine Söhne kommen und fallen/die Töchter aber auff solchen Fall nichts davon haben solten/ und als der testator und nach ihme 2. Söhne Todes verfahren/ ist letzlichen auch Hauß-Wolff von Bernstein/ohne Leibes-Lehns-Erben mit Tode abgangen/und hat seinen Bruder an einem / und eine Tochter am andern Theil nach sich verlassen / &c. So seyn alle die unbewegliche Erbgüter / so er aus des Vatern Testament überkommen / so wohl auch die Lehngüter seinem Bruder anheim gefallen / und seine Tochter euer Mündlein hat daran keine Foderung/&c.)

Definit. XI.

Reciprocè substitutus succedit etiam secundo morienti in parte, ad ipsum devolutâ, per mortem primi heredis.

1 Reciproca substitutio dicitur, quando heredes invicem sibi ipsis substituuntur, *l. qui plures. 23. l. potest. 36. §. 1. ff. de vulg. & pupill. subst. l. cum*
2 *in testamento 37. §. 1. ff. de hered. instit.* † quod quando fit brevi sermone, hâc forsan formulâ (*Eos ſq; invicem substituo*) substitutio hæc dicitur breviloqua
3 † quæ neutiquam peculiarem substitutionis speciem facit, ut demonstrat Johan. Harpp. *in §. & plures. 1. num. 4. inst. de vulgar. substit.* † Hujus substi-
4 tutionis reciprocæ effectus haud minimus est, quod tertius vel quartus supervivens succedat reliquis in partibus etiam ad ipsos devolutis, per mortem primi atque secundi, † secundum veriorem opi- 5
nionem Bartol. *in l. pater. §. 5. vers. ista lex facit. ff. de legat. 3. & in l. Marcellus. 3. §. quidam 4. l. Scævola. 76. ff. ad SCtum Trebell.* Angel. *in l. cum virum. 16. C. de fideicommiss.* quamvis dissentiat ibidem Fulgos. † Idque fit jure fideicommissi. Speciale siqui- 6
dem hoc est in substitutione reciproca seu breviloqua, † quod licet & ipsa sit vulgaris substitutio *l. 7 jam hoc jure. 4. ff. de vulg. & pupill. subst.* Ant. Fab. *in Codic. l. 6. tit. 8. defin. 6. n. 5.* † minus tamen dif- 8
ficulter ad fideicommissum trahatur, præsertim si facta fuerit per verba importantia tractum temporis; Guil. Bened. *in tract. de subst. breviloq. verb. si absque liberis. n. 17. & seqq.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 8. def. 10. n. 4.* Cravett. *consil. 22. & 210. n. 4. & consil. 305.*

Ita Domini in causa Pauli Pfitzens zu Waldheimb / Mense Majo Anno 1597.

Et in causa ad Consultationem Præfecti Rochlicensis, Mens. Apr. Anno 1599.

Definit. XII.

Substitutus pupillariter succedit pupillo in bonis omnibus undecunque acquisitis, etiamsi testator verba restrictiva ad bona sua propria adjecerit.

Effectus præcipuus substitutionis pupillaris in eo 1
consistit, quod impubere, antequam ad pubertatis annos pervenerit, mortuo, substitutus illius heres efficiatur, *pr. Instit. de pupill. subst.* † Et 2
in omnibus ejus bonis, non solùm iis, quæ tempore substitutionis habuit, † sed & quæ postea illi quo- 3
cunque titulo obvenerunt, succedat, *l. sed si plures. 10. §. ad substitutos. 5. §. in arrogato. 6. ff. de vulg. & pupill. subst.* Joh. Harppr. *in pr. Inst. de pupill. subst. n. 45.* Paul. Leon. *in tract. de substit. in tit. de pupill. substit. n. 210.* Jacob. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 48.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. l. 7. t. 3. n. 14.* † 4
omnesque alios heredes ab intestato venientes excludat Harppr. *dict. loco.* † Quia quamdiu spera- 5
tur heres ex testamento, tamdiu successioni legitimæ non datur locus, *l. quamdiu 3. l. quamdiu 69. ff. de acquir. vel admitt. hered.* Idque verum est, † etiamsi testator adjecerit verba aliqua restri- 6
ctiva ad bona sua, aut quando dixerit (*Et si filius meus in pupillari ætate decesserit, Sejus mihi heres esto*) † nihilominus Sejus in omnibus pupilli bonis 7
succedit secundum Gloss. *in l. 1. §. 1. in verb. Cajus ff. de vulg. & pupill. subst.* Aliter enim, si diceremus, † de- 8
cederet pupillus pro parte testatus & pro parte intestatus; contra *l. jus nostrum 7. ff. de Reg. jur.* Jacob. Menoch. *dict. præsumpt. 48. n. 12.* Ant. Fab. *in Codic. l. 6. tit. 8. defin. 5. n. 4.* † Quamvis aliud statuen- 9
dum, si verba illa restrictiva communia aut obliqua certæ rei, non universis bonis fuerint adjecta, secundum Anton. Gomez. *tom. 1. cap. 4. n. 13.*

Ita Domini in causa Polipenæ, Dominæ à Zerotin zu Breßlau / Mens. Jan. Anno 1601. (Verba sentent: Hat Herr George Wilhelm von Braun/Freyherr von Warteuberg in der Stadt Regenspurg ein Testament auffgerichtet / darinnen seinen einigen Sohn zum Erben eingesetzt / und ihme etliche gewisse Personen substituiret. Ob nun wohl solches dergestalt geschehen / daß auff in Fall des Sohns Absterben/ seine des testatoris Verlassenschafft auff die substitutos kommen solle. Dieweil aber dennoch die institutio und substitutio seinem Sohn/ weil derselbe nicht testiren kan / zum besten geschehen/ gedach-

gedachter sein Sohn auch in seinen unmündigen Jahren/ da er nicht testiren können/ verstorben ꝛc. So ist solche seine Verordnung pro substitutione pupillari zu achten/ und werden demnach die substituirte Erben nicht allein zu seiner des testatoris, sondern auch zu seines Sohns Mütterlichen Gütern Krafft solcher substitution billich zugelassen/V. R. W.)

DEFINIT. XIII.

Mater licet ad secunda vota transierit, exemplariter tamen filio substituere valet.

1 EXtra dubium est, quod mater filio mente capto exemplariter, vel quasi pupillariter substituere queat, *l. humanitatis. 9. C. de impub. & aliis subst.* Harppr. *in §. quâ ratione 1. n. 2. & 3. Inst. de pupill.* 2 *subst.* † Quid autem, *si defuncto marito ad secunda transierit vota?* Variant certè hîc Interpp. & 3 negant idipsum quamplurimi, † cum Bartolo *in l. ex facto. 43. n. 12. & ibidem* Jason. *n. 34. ff. de vulgar. & pupill. subst. &* Paul. Leon. *de subst. exempl. n. 47.* 4 † aliis id affirmantibus, post Bald. & Salycet. *in l.* 5 *9. C. de impub. & aliis subst.* † Quorum argumenta pro utraque sententia refert Alex. Trentacinq. *de substitut. part. 3. cap. 3.* Dicere equidem pos- 6 semus cum Bartol. † Substitutionem exemplarem causâ humanitatis ac pietatis fuisse introductam, quæ cessat in matre secundò nubente *arg. l. lex. quæ tutores 22. C. de adm. tutor. l. 2. C. ubi pupill. educ. de-* 7 *bet;* Attamen † jura generaliter loquuntur, & matri potestatem exemplariter substituendi indifferenter & absque ulla conditione concedunt, *in dict. l. 9. C.* 8 *de impub. & aliis subst.* † Cui generaliter inhærentes tutius omninò cum Bald. & Salyc. asseremus, matrem etiamsi ad secunda transierit vota, filio tamen mente capto exemplariter substituere haud prohiberi, quod & placet Trentacinq. *dict. cap. 3. num. 3.* 9 † Idque eo magis, quod exemplaris substitutio certam requirat formam, certasque personas, *dict. l. 9. C. de impub. & aliis subst.* Anton. Gomez. *tom. 1. variar. resolut. cap. 6. n. 9.*

Ita Domini in causa Jacobi Volckmars zu Leipzig / Mens. Januar. Anno 1601. (Verba sententiæ: Hat euer voriges Eheweib ein Testament gemacht/ und darinnen ihrem einigen Sohne den dritten Theil ihrer Verlassenschafft beschieden/ und euch ihme substituiret &c. Da ihr nun beweisen köntet/ daß mehr gedachter euer Stiefsohn noch bey der Mutter Leben und hernach mit Blödigkeit behafft gewesen / derowegen er vom Ministerio niemahls zum Abendmahl gelassen werden wollen / und daß er auch in solcher seiner Blödigkeit verstorben/ ꝛc. So wäre Krafft angeregter Verordnung/ vorerwehnter eurem Stiefsohne zuständiger dritte Theil auff euch gekommen und gefallen/ und seine Freunde hätten daran keine Foderung/ V. R. W.)

DEFINIT. XIV.

Impuberi quoque mente capto exemplariter potest substitui.

1 QUum Justinianus Imp. ait, Rectè substitui filiis mente captis, etsi puberes sint, *in §. 1. inst. de pupill. subst.* satis manifestè inde patet, etiam 2 impuberibus substitui posse. Perinde etenim est, † ac si diceret, non tantùm impuberibus licere ita substituere, sed etiam puberibus, ut rectè sentiunt Viglius *dict. §. 1. Inst. d. t. n. 6.* Gilken. *ad l. 9. C. de impub. & aliis subst. n. 12.* Vasq. *lib. 2. de success. progress. §. 17. num.* 3 *68.* † Nam & constitutio in *l. humanitatis. 9. C. de impub. & aliis subst.* generaliter loquitur de liberis mente captis, nec certum ætatis terminum constituit: † Ergò de impuberibus pariter & puberibus 4 intelligenda erit *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. 1. §. quod autem. 3. in fin. ff. de aleator.* † 5 Nec frustra substitutione exemplari impuberibus consultum dixeris, propterea quod pupillariter illis substitui possit, *pr. Inst. de pupill. subst.* † Quid enim 6 si mente captus impubes non decesserit? † Evanescit tùm sanè pupillaris substitutio, *§. masculo 8. Inst. de pupill. subst. l. 14. l. 43. in pr. ff. de vulg. & pupill. subst.* † Ergò exemplari substitutione plenius 8 ipsi prospectum erit. † Quid itidem, si non patrem, sed matrem mente captus impubes habeat, quæ 9 pupillariter substituere nequit, *pr. Inst. de pupill. subst. ubi* Joh. Harppr. *n. 6. & 8.*

Ita Domini in eadem causa. Verba sent: Und es hat gedachte Testirerin verordnet/ daß wann ihr Sohn in seinen unmündigen Jahren/ oder sonst ohne Leibes-Erben abgehen würde/ daß alsdenn ihr/ als der Stieffvater/ ihme substituiret seyn solte/ ꝛc.

DEFINIT. XV.

Mater filio exemplariter substituens, vitricum fratri consanguineo præferre potest.

1 NOn quemlibet sine discrimine, liberis suis mente captis exemplariter vel quasi pupillariter parentes substituere possunt; Etenim si mente capti, quibus ita substituitur, liberos habeant, hi tantùm 2 vel unus & alter ex illis substituendi sunt, † modo sanæ mentis existant, neque eodem morbo laborent. Si desint liberi, † succedunt fratres, qui- 3 bus demum deficientibus quoslibet substituere licet, *l. humanitatis. 9. C. de impub. & aliis subst. ubi* Donell. *n. 9.* Petr. Heig. *ad §. quâ ratione 1. n. 5. Inst. de pupill. subst.* Ant. Gomez. *tom. 1. var. resol. 6. num. 6.* † Quoad fratres autem, sufficit hosce esse ex 4 uno tantùm latere conjunctos, modò sint ex latere substituentis; † Unde pater exemplariter substitu- 5 ens, fratrem filii utrinque conjunctum vel consanguineum saltem præterire nequit, † nec matri sub- 6 stituenti, fratri uterino alium substitutum præferre licet Gomez. *dict. l. n. 6.* † Ex quo sequitur, si pa- 7 ter substituat, non existentibus fratribus filio mente capto utrinque conjunctis vel consanguineis tantùm, non teneri ipsum eligere & substituere fratres uterinos. † Nec econtra matrem non stantibus 8 utrinque conjunctis, vel tantùm uterinis teneri eligere & substituere fratres consanguineos. † Quidni 9 ergò hisce mater maritum suum filii mente capti vitricum præferre poterit? † Quam sententiam mul- 10 tis confirmat Alexand. Trentacinq. *de substit. part. 3. cap. 3. vers. ex prædictis.* Gomez. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Adami Ludwigs zu Lützen/ Mens. Jun. 1601. (Verba sententiæ: Da Jacob Volckmar wie Recht darthun und beweisen könte/ daß euers Eheweibes halbbürtiger Bruder vom Vater noch bey der Mutter Leben/ und hernach allewege mit Blödigkeit oder Wahnwitz dermassen verhafftig gewesen / daß ihn die Prediger Göttliches Worts auch zum H. Abendmahl niemahls nicht zulassen wollen/ So wäre seine leibliche Mutter ihme ihren andern Ehemann seinen Stieffvater euers gethanen Fürwendens ungeachtet / Inhalts des uns überschickten Testaments zu substituiren wohl befugt gewesen/ und könte solches von euerm Eheweibe beständiger Weise nicht gestritten noch gefochten werden/ V. R. W.)

Et in causa Jacobi Volckmars zu Leipzig / Mens. Januar. Anno 1601.

DEFI-

Definit. XVI.

Mater, ne quidem de jure hodierno novissimo, liberis pupillariter substituere valet.

1 QUum pupillaris substitutio non nisi liberis iis, quos pater habet in potestate, fieri queat, *pr. Inst. de pupill. subst. l. moribus. 2. v. quod sic erit accipiendum. ff. de vulg. & pupill. subst.* rectissimè in-
2 ferunt Dd. † matrem, quæ liberos in potestate non habet, *§. fœminæ. 10. Instit. de adopt. §. cæteri 3. Inst. de hered. qual. & differ. l. illud. 4. §. 2. ff. de bonor. poss. contr. tabul.* liberis suis impuberibus pupillariter substituere haud posse, Herm. Vultej. *ad pr. Inst.*
3 *de pupill. subst. n. 4. & ibi* Joh. Schneidew. *num. 8.* † Sed nonne jure novissimo emancipationis & patriæ potestatis differentia est sublata? Ita certè est, *Novell. 118. c. 1. & 4. Auth. in successione. Cod. de suis &*
4 *legit. liber.* † Verùm quoad successionem saltem
5 ab intestato differentia illa est extincta; † In reliquis verò omnibus patriæ potestatis effectibus, maximè verò in successione ex testamento, discrimen illud adhuc durare, concors Interpp. est opinio, Gloss. *in Auth. ex causa. C. de liber. præter.* Gilken. *ad l. post aditam. 5. num. 19. C. de impub. & aliis sub-*
6 *stit.* Harppr. *ad pr. Inst. de pupill. substit. n. 9.* † Ergò nec hodiè mater liberis suis impuberibus pupillariter substituere potest, ut sentiunt Dd. omnes teste
7 Bart. *in l. 2. n. 7. ff. de vulg. & pupill. substit.* † Nisi per statutum vel consuetudinem alicujus loci liberi
8 potestati matris subjiciantur. † Nam tùm ratione legis remotâ, lex ipsa correcta intelligitur, *arg. l. adigere. 6. §. quamvis 2. ff. de jur. Patron. l. 6. in fin. ff. de V. S.*

Ita Domini in causa Andreæ Losani zu Borna / Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sententiæ: Wann nun gleich laut der abgehörten Zeugen Außage der Testirerin Meynung gewesen/erstlichen ihre Tochter zur Erbin einzusetzen/und nach dero Absterben allererst/ihren Geschwistern das Ihrige zuzuwenden / dieweil aber dennoch die Mutter ihren Kindern zu Recht pupillariter nicht substituiren mag/ ꝛc. So haben sich auch ihre Geschwistere nach des Kindes Absterben solcher Verordnung nicht zu erfreuen / sondern es hat bemeldtes Kind die anererbte Verlassenschaft auff seine nehseste Erben ab intestato bracht und verfället/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Valet tamen substitutio pupillaris, à matre facta, in vim fideicommissi, appositâ clausulâ Codicillari.

1 VAlebit tamen substitutio à matre facta, si liberos suos impuberes tum demum, si ad annum decimum quartum ætatis pervenerint, vel majores
2 facti fuerint, heredes instituat, & si, † antequam ad eam ætatem perveniant, vel majorennes fiant, eis alium substituat, *l. si mater. 33. ff. de vulg. & pupill.*
3 *subst.* † Quia hæc substitutio potius est vulgaris, quàm pupillaris, Jacob. Cujac. *in dict. l. 33. ff. d. t. & lib. 7. ad African.* Johan. Dauth. *de testam. rubr.*
4 *de instit. hered. n. 293.* Matth. Berlich. *decis. 111.* † Similiter quoque valebit substitutio pupillaris, facta à matre, in vim fideicommissi, adjecta nempe clausu-
5 la Codicillari: † Cujus ea vis est & efficacia, ut per illam heredes de restituenda hereditate rogatus in-
6 telligatur, † retentâ sibi quartâ *l. 29. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. ult. §. 1. C. de Codicill.* Bart. *in l. 1. ff. de Codic.* Joh. Schneidew. *ad §. Codicillos 3. n. 15. Inst. de Codicill.* Aut. Fab. *in C. lib. 6. tit. 5. defin. 7. num. 2.*

Ita Domini in eâdem causa (Verba sentent: Dieweil aber dennoch die Mutter ihren Kindern zu Recht pupillariter nicht substituiren mag / die Mutterliche Verordnung auch / weil keine clausula Codicillaris oder fideicommissaria darinnen zu befinden/ als ein fideicommissum nicht erhalten werden kan/ ꝛc.)

Et in causa Elisabethæ Viduæ Martin Richters zu Roßwein/ Mense Januar. 1634.

Definit. XIIX.

Substitutio in casum mortis heredis facta, jure fideicommissi subsistit.

VUlgaris substitutio, si testatoris voluntate cer- 1
ta sit & expressa, nunquam trahi potest ad fideicommissariam, à quâ non specie tantùm, sed toto etiam ferè genere differt, *l. tutores. 39. §. heres. 3. ff. de administr. tutor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 8. defin. 10. n. 1.* † Expressio enim specialis omnem im- 2
pedit extensionem, *l. commodissimè 10. ff. de liber. & posth. l. si cum dotem. 22. in pr. ff. solut. matr. l. 4. ff. de vulg. & pupill. subst.* † Nec facilè confugiendum 3
ad fideicommissum, quod quia onerosum, *l. si adrogator. 22. §. 1. ubi* Dd. *ff. de adopt.* † etiam odio- 4
sum est. Sed hoc ita accipiendum, si nihil sit, ex quo contraria testatoris voluntas elici possit, † post- 5
quam placuit, ex conjecturis fideicommissum induci posse, *l. pen. ff. de legat. 1. proponebatur 64. ff. de legat. 2. l. fideicommissa. 11. §. item si quis 19. ff. de legat. 3. l. heredes mei 57. §. cum ita 1. ff. ad SCtum Trebell.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 20. def. 43. n. 2.* Franciscus Mantic. *de conject. ult. volunt. l. 8. tit. 1.* Hart. Pist. *part. 4. quæst. 9. num. 8.* † Quid enim, si sub- 6
stitutio talis sit, quæ jure directo valere non possit? † Quæ certè ex benigna interpretatione vel 7
jure fideicommissi saltem est conservanda, *arg. l. Scævola. 76. ubi* Dd. *ff. ad SCtum Trebell.* † Quid 8
item, si ejusmodi verbis concepta fuerit, quæ tractum temporis habent? Aut quid, † si in casum 9
mortis heredis suspendatur? Hisce sanè & similibus casibus † voluntas testatoris jure fideicommissi 10
subsistit, ac substitutio vulgaris in fideicommissariam resolvitur, † modò huic interpretationi ratio recti 11
sermonis non repugnet, Mantic. *dict. tit. 1. n. 21.* Bart. *in l. ult. ff. ad SCtum Trebell.* Anton. Fab. *dict. tit. 8. defin. 6. n. 14. & defin. 8. in fin.* † Ergò facta substi- 12
tutione in casum mortis heredis, eo defuncto hereditas detracta Trebellianica, jure fideicommissi ad substitutum transit, Dan. Moll. *lib. 4. semestr. 29. n. 6. & 7.* Mantic. *dict. tit. 1. n. 31.*

Ita Domini in causa Aquisen Elisabethen von Maltitzin/ Mens. Jul. Anno 1628 (Verba sent: Hat eure Mutter/ Frau Maria Salome gebohrne von Tschiren einen letzten Willen auffgerichtet / darinnen sie unter andern ihre Schwester/eure Mutter/Frau Elisabeth von Maltitzin/ und nach ihrem Absterben euch als der Schwester Tochter zur Erbin ihrer gantzen Verlassenschafft eingesetzt / ꝛc. So wird solcher letzter Wille/so viel eure Person anlanget/für ein fideicommiss gehalten / derowegen nach eurer Mutter Absterben ihr euch der Testatricin Verlassenschafft jure fideicommissi anzumassen/ ꝛc.

Et in causa Nobilium à Zehmen / Mens. Septembr. Anno 1634 (Verba sentent: Hat der Testator Annen Marien und Sabinen von Zehmen einer jeden gleichfals 1000. fl. legiret, dergestalt/daß sie hierinnen einander substituiret seyn/und solches legatum von einer zur andern fallen solle. Und es ist Sabina von Zehmen nach dem Testatore verstorben / ꝛc. So hat sie die ihr legirten 1000. fl. auff ihre Schwester Anna Marien jure fideicommissi gebracht und verfället/V. R. W.)

Definit. XIX.

Subſtitutio pupillaris, ultra annos pubertatis facta, ſubſiſtit jure fideicommiſſi, quando in teſtamento habetur clauſula codicillaris.

1 MAximè verò omnium colligitur voluntas teſtatoris ex clauſula Codicillari, quâ teſtamento apposita, teſtatorem saltem jure fideicommiſſi ſubſtitutionem valere voluiſſe, ulterius dubitandum
2 non eſt, † perinde ac ſi clauſula fideicommiſſaria, diſertis verbis expreſſa fuiſſet, *l. ult. §. 1. C. de codicill. l. 29. §. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Anton. Fab. *in Codic. l.*
3 *6. tit. 8. defin. 10.* † Hoc enim clauſula Codicillaris operatur, ut ſi inſtitutio jure directo non valeat, jure tamen Codicilli vel legati & fideicommiſſi, aut cujuscunque tandem ultimæ voluntatis valere debeat, Dan. Moll. *ad Conſt. Elect. 3. n. 39. p. 3.* Jul. Clar. *in §. teſtament. q. 46. in pr.* Ant. Fab. *in C. lib. 6. tit. 5. defin. 7. n. 2.* Hartm. Piſt. *part. 4. q. 9. n. 19. Vid. ſupr.* Conſt. *4. Defin. 38.* † Cui conſequens eſt, quod licet ſubſti-
4 tutio pupillaris verbis civilibus ſive directis, ultra pubertatis annos facta haud ſubſiſtat, *l. verbis civilibus*
5 *7. l. in pupillari 14. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* † apposita tamen clauſula Codicillari vel ſalutari, saltem jure fideicommiſſi valeat ita, ut poſt obitum fi-
6 lii puberis hereditas († detracta ab ejusdem herede duplici quarta, legitima nempe & Trebellianica, ſecundum tradita Hartm. Piſt. *obſerv. 171. n. 8. & 10.*
7 *Supr.* Conſt. *1. Defin. 21. in fin.*) † titulo fideicommiſſi ad ſubſtitutum tranſeat, *l. ex facto. 17. in pr. ff. ad SCtum Trebell. l. filiusfamilias. 114. §. ut quis heredem 6. ff. de legat. 1. l. cum proponebatur. 64. ff. de legat. 2. l. Scævola 76. ff. ad SCtum Trebell.* c. Raynutius. 17. *extr. de teſtam.* Anton. Gomez. *tom. 1. var. reſol. c. 4. n. 6.* Donell. *lib. 6. comm. 25.* Vacon. à Vacun. *l. 4. de-*
8 *clarat. 64. n. 19.* † Quicquid etiam in contrarium disputent Anton. Fab. *l. 15. conject. c. 12. &* Alexand. Trentacinq. *de ſubſtit. part. 2. cap. 10. n. 10.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtiani à Noſtizens Menſ. Octobr. Anno 1611. (Verba ſentent : Ob nun gleich ihr eure mündige Jahr erreichet/ und dannenhero die pupillaris ſubſtitutio erloſchen/ euer Vater auch nach dem 14. Jahr eners Alters niemand directò euch ſubſtituiren können/ dieweil aber dennoch in ſolchem euers Vaters letzten Willen die Clauſula codicillaris zu befinden/ daß nemlich/ wo derſelbe nicht als ein ſolenne teſtamentum beſtehen ſolte oder könte/ dennoch als ein Codicill, oder ander beſtändiger letzter Wille / Ordnung oder diſpoſition, wie dieſelbe vermöge geſchriebener/ oder derer Landüblichen Rechten und Gewohnheiten am kräfftigſten ſeyn könte/ oder ſolte/ dahero dann aus gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten zu vermuthen/ daß eners Vatern letzter Wille und Meinung geweſen /. daß ſeine Verordnung als eine fideicommiſſaria ſubſtitutio kräfftig ſeyn und gelten ſoll/ ſo iſt auch derſelbe letzte Wille als ein fideicommiſſum zu Recht beſtändig/ und mag aus denen in eurer Frage angezogenen Urſachen beſtändiger Weiſe nicht gefochten werden/ V. R. W.)

It. in cauſa Tobiæ Schindlers zu Grimma / Menſ. Januar. Anno 1634.

Et in cauſa Balthaſar Schmids zu Dreßden/ Menſ. Februar. Anno 1634.

Definit. XX.

Subſtitutio pupillaris, à milite facta ultra pubertatem, valet in vim fideicommiſſi, omiſsâ licet in teſtamento clauſulâ Codicillari.

1 AT majori gaudet favore miles; Ab eo ſiquidem ſubſtitutio pupillaris facta verbis directis valet ultra pubertatem in vim fideicommiſſi, † omiſſa licet 2 clauſula Codicillari in teſtamento *l. centurio. 15. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt. l. precibus. 8. C. de impub. & aliis ſubſt.* † Quippe quæ in teſtamento militis ver- 3 bis etiam non expreſſa ſemper ſubintelligitur *l. 3. ff. de teſt. milit.* Gothofr. *in l. ult. §. 1. lit. l. C. de Codicill.* † perinde ut in teſtamento parentum inter liberos 4 & ad pias cauſas Jul. Clar. *§. teſtamentum quæſt. 8. n. 7.* Hartm. Piſtor. *part. 4. q. 9. num. 21.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 7. num. 4. Sup.* Conſt. *4. defin. 37.* † Quin & cum miles hoc privilegium ha- 5 beat, ut poſſit etiam ex tempore, & ad tempus heredem facere, *l. miles ita 41. in pr. ff. de teſtam. milit.* † utique vel ſaltem hujus vigore, poſt puberta- 6 tem quoque ſubſtituendo bona ſua in heredem transferre poterit, Joh. Harppr. *ad pr. inſt. de pupill. ſubſt. num. 40.*

Ita Domini in cauſa Johann Ernſts zu Leipzig / Menſ. Octobr. Anno 1629. (Verba ſentent : Hat vorgedachter Teſtator unter andern auch dieſes verordnet / daß wenn ein oder das andere ſeiner Kinder entweder noch unmündig/ oder nach erlangter Mündigkeit ohne Erben mit Tode abgehen würden / das andere Geſchwiſter/ oder da keines mehr vorhanden/ die andere Freunde ſuccediren, und alſo eins dem andern ſubſtituiret ſeyn ſolte/ ꝛc. So wird angeregte Subſtitutio geſtalten Sachen nach / wofern der Teſtator ein Kriegs-Officirer verbleibet/ als ein fideicommiſſum in Rechten für kräfftig billich gehalten/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Valet etiam ſubſtitutio in legatis & fideicommiſſis.

1 OMnis verè ac propriè dicta ſubſtitutio eſt heredis inſtitutio in gradu ſecundo vel ulteriore facta, *l. mulier. 20. §. ult. ff. de condit. inſtit. l. ex facto. 43. §. Lucius. 2. verſ. nihil autem intereſt. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* † Quare nec in Codicillis utiliter ſie- 2 ri poteſt, *l. Scævola 76. ff. ad SCtum Trebell.* † Sicut 3 ergò legatarius & fideicommiſſarius propriè heres inſtitutus non eſt *§. reſtituta. 3. Inſt. de fideicom. heredit. l. ſi filiusfamilias. 5. §. 1. in fin. ff. quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt negot. geſt. l. poſtulante. 44. §. 1. & l. ſi heres. 68. in fin. principii. ff. ad SCtum Trebell.* † 4 Ita nec legatum aut fideicommiſſum ſubſtitutionem, nec legatarium aut fideicommiſſarium ſubſtitutum dixeris, † quia ſubſtitutus conferri debet cum eo, in 5 cujus locum ſubſtituitur, ex cujus perſonæ relatione etiam ſubſtituti nomen accipit, Donell. *lib. 6. comm. c. 23. pag. 74. n. 40. & 50.* † At verum hoc eſt, 6 ſi ſubſtitutionem propriè ſic dictam intellexeris, quæ ſola eſt heredis inſtitutio: † Nihilominus tamen 7 & in legatis, fideicommiſſis, in donationibus mortis cauſa & ſimilibus admittuntur ſubſtitutiones, quæ minus propriè, ſed per quandam analogiam & ſimilitudinem ſubſtitutiones dicuntur, *l. ut heredibus. 50. ff. de legat. 2, l. 32. ff. de legat. 3. l. coheredi. 41. §. quod ſi heredem. 3. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. heredes mei 57. §. 1. & 2. ff. ad SCtum Trebellian.* † Idque tan- 8 to facilius, quanto minori ſolennitate legatum & fideicommiſſum etiam in Codicillis relinqui poteſt, §. *Codicillis. 2. inſt. de Codicill.*

Ita Domini in cauſa Eliſabethæ Viduæ Martin Richters zu Roßwein/ Menſe Januar. Anno 1634. (Verba ſententiæ : Habt ihr in eurem letzten Willen unter andern euern drey Kindern Chriſtiano, Martino und Annen

Annen/ein gewiſſes Geld vor den andern zu voraus prælegirt, und ihnen hierinnen auff ſo Todesfall ihre Kinder ſubſtituiret, &c. Da ihr nun nach Gelegenheit dißfalls eurem Teſtament die clauſulam Codicillarem oder fideicommiſſariam annectiren und anhengen würdet/ ſo wäre berührte ſubſtitutio als fideicommiſſaria zu Recht kräfftig / und möchte beſtändiger Weiſe nicht gefochten noch hinterzogen werden/ ꝛc.)

Et in cauſa Nobilium à Zehmen / Menſ. Sept. Anno 1634. (Verba ſentent: Seynd Friedrich Willibalden von Berbisdorffen 1000. fl. legiret und beſchieden worden/ Ob er nun wohl noch vor dem Teſtatore verſtorben/dieweil aber dennoch der Teſtator demſelben Anna Marien und Sabinen von Zehmen in ſolchem legato ſubſtituiret, &c. So werden nunmehr dieſelben an deſſen ſtatt zu berührtem legato billich zugelaſſen/ V.R.W.)

Definit. XXII.

Valida eſt donatio inter vivos, hâc conditione facta, ut poſt mortem donatarii res donata ad alium tranſeat, licet non jure fideicommiſſi ſubſiſtat.

1 INdubitati juris eſt, fideicommiſſum eſſe ſpeciem ultimæ voluntatis, quâ hereditas, vel pars ſaltem hereditatis per intermediam perſonam in aliquem confertur, *arg. l. cum non facilè. 6. ff. ſi cui plus quàm per leg. falcid.* Ulpian. *in fragment. Inſt. de fi-*
2 *deicommiſſ. heredit. & ibi.* Joh. Harppr. *n. 4.* † Ex quo ſequitur, per donationem aliamvè diſpoſitionem inter vivos, fideicommiſſum non induci nec
3 ſubſiſtere poſſe, † puta ſi quis alicui bona ſua donaverit inter vivos, eâ tamen conditione, ut poſt mortem donatarii ad alium transferantur: *An ergo*
4 *hæc donatio erit invalida?* Neutiquam certè: † Etſi enim jure fideicommiſſi non ſubſiſtat, per ſe tamen hæc donatio omninò valida eſt, *l. 3. C. de donat.*
5 *quæ ſub modo.* † Poteſt enim pactum in donatione apponi, ut poſt certum vel incertum tempus res donata ad donatorem vel ad alium debeat pervenire, quia in traditionibus quodcunque pactum receptum eſt, *l. in traditionibus. 48. ff. de pact.* Franciſc. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 13. tit. 48. in*
6 *pr.* † Et ſi dictum fuerit, ut poſt mortem donatarii res donata ad ipſum donatorem, vel ejus heredes revertatur, ſine dubio ſervari debet, *l. 2. C. de*
7 *donat. quæ ſub mod.* † Quidni ergò donatio etiam valebit ſub conditione, ut poſt mortem donatarii res donata ad alium transferatur. Speciale
8 namque hoc eſt in donationibus, † ut alteri per alterum actio quæratur, utilis nempe ex voluntate teſtatoris, quâ poſt mortem donatarii, ſubſtitutis rem donatam petere licet, *dict. l. quoties donatio. 3. C. de donat. quæ ſub mod.* Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 35. defin. 2. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Gregorii Richters zu Görlitz / Menſ. Jun. Anno 1634. (Verba ſentent: Hat Peter Ritter euern drey Stieffkindern aus ſonderbahrer Liebe und affection 289. M. 9. Kreutz. 2. pf. eigenthümlichen cediret, eingeräumet und geſchencket / dergeſtalt und alſo/da eines oder das andere mit Tode abgehen möchte / daß alſo dann deſſelbigen portion an die überlebende Geſchwiſter/ und wenn dieſelbige ſämmtlichen verſtorben / auff ſeine Freunde kommen ſolle/ ꝛc. So iſt ſolche Donatio und die darbey gethane Verordnung und ſubſtitutio zu Recht kräfftig/ ꝛc.)

Definit. XXIII.

Subſtitutio facta Viduæ, donec in viduitate permanſerit, non trahitur ad caſum mortis.

1 SI teſtator uxori leget uſumfructum, donec in viduitate permaneret, eique ad ſecunda vota transeunti, alium ſubſtituat, ſubſtitutionem † hanc etiam 2
ad mortis caſum, ſi uxor in viduitate deceſſerit, pertinere, exiſtimavit Socin. *vol. 3. conſ. 30.* † Sed 3
jamdudum aliud Dominis placuit, teſte Piſt. *obſerv. 214.* † Exiſtimavêre nempe, ubi de eo, ut quis portione ſuâ privetur, agitur, extenſionem de uno caſu 4
in alium non ita facilè admitti, † quantumvis aliàs illi locus eſſe ſoleat, *l. pater Severianam. 101. in pr. ff. de* 5
condit. & demonſt. ubi notat Bartol. † quod, etſi 6
aliàs ſubſtitutio de caſu in caſum extendatur, tamen id locū non habeat in ſubſtitutione factâ in pœnam, Bald. *in l. cum proponas 3. C. hered. inſt.* Roland. à Vall. *vol. 3. conſ. 59. n. 52.* † Ergò nec ſubſtitutio in 7
caſum ſecundarum nuptiarum facta, ad mortis caſum trahenda erit, Menoch. *conſil. 243.* Hartm. Piſt. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Antonii Witzlebens/ contra Margarethan Viduam Severi à Molneck / Menſ. Octobr. Anno 1591.

Definit. XXIV.

Non præſumitur teſtator gravaſſe deſcendentes in infinitum, & finitur ſubſtitutio, ſtatim atque in primo gradu locum habuit.

LOcum non habet odioſa præſumptio fideicom- 1
miſſi, quia hoc oneroſum eſt, *Nov. 159.* † Ad- 2
eoque nec credendus teſtator voluiſſe, fideicommiſſo perpetuo & in infinitum gravare deſcendentes ab herede: † Sanè, ſi teſtator expreſsè aliud diſ- 3
poſuerit, dubitandum non eſt, quin ſubſtitutio facta in favorem liberorum ad ulteriores gradus porrigatur, *l. 32. omnia §. in fideicommiſſo. 6. ff. de legat. 2. l. ult. C. de Verb. ſignif.* Ant. Fab. *in C. lib. 6. tit. 20. defin. 35. n. 2.* † Sed hoc à teſtatore non expreſſo, ſubſti- 4
tutis liberis aut propinquioribus, expirat ſubſtitutio, † ſimul atque in perſonis priore gradu poſitis locum 5
habuerit, *arg. l. boves 89. §. hoc ſermone 1. de V. S.* Fab. *dict. loc. num. 3.*

Ita Domini in cauſa Valentin Glubiſchens zu Leipzig/ Menſ. Jun. Anno 1634. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch angeregte Verordnung einig und allein von der verſtorbenen Tochter Kindern Meldung thut/ derowegen ſolche ſubſtitutio den Rechten zu wider weder auff des Sohnes Kindern/ noch auff die Nepotes zu extendiren, hierüber ſie auch allbereit einen effectum erlanget/ und dadurch ihre Endſchafft erreichet/ ꝛc. So habt ihr euch auch mit eurem Einwenden nicht zu behelffen/ noch mehr berührter ſubſtitution zu erfreuen/ ꝛc.)

Definit. XXV.

In fideicommiſſo, proximioribus Cognatis in certum conditionis eventum relicto, habetur ratio proximitatis, quæ eſt tempore conditionis exiſtentis.

FIdeicommiſſo cognatis relicto in certum con- 1
ditionis eventum, veluti poſt mortem heredis inſtituti, expeditum eſt inter juris Interppr. † pro- 2
ximiores ſecundum gradus prærogativam vocatos cenſeri, ut ſcilicet ad fideicommiſſi petitionem illi tantùm admittantur, qui in gradu proximiori conſtituti alioqui ab inteſtato eſſent ſucceſſuri, *l. ſi ita relictum 43. l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2.* † quia teſtator videtur ſeſe conformare 3
voluiſſe cum diſpoſitione juris communis, *l. conficiuntur. 8. ff. de jur. Codicill.* † Quid autem, 4
ſi Cognatorum aliqui tempore teſtamenti vel

mortis

mortis teſtatoris, proximi quidem fuerint, alii verò tempore evenientis conditionis demum proximiores eſſe cœperint? Tùm in conſideranda proximitate attendi debet † tempus evenientis conditionis ex magis communi Dd. opinione, quam multis autoritatibus confirmat Hartm. Piſt. *obſ.163.n.5.* † Cum illo demum tempore ſucceſſionis caſus contingat, actùm impleta conditione ſortiatur effectum diſpoſitio, *l. neceſſario §. pr. verſ. quod ſi pendente. ff. de periicul. & comm. rei vendit. l. 36. ff. ſi cert. petat.* † quæ ante conditionis eventum ſuſpenſa fuerat, *l. hæc venditio 7. ff. de contr. empt. l. cedere diem 213. ff. de Verb. ſignif.* eſtque regulare, † quod ubicunque quis eſt vocatus ad ſucceſſionem cum aliqua qualitate, qualitas illa eo tempore, quo diſpoſitio effectum ſortitur, & quo hereditas acquiritur, inſpici debeat, *l. ſi alienum 49. §. in extraneis. 1. l. 62. ff. de hered. inſtit.* † Quare licet teſtamenti tempore alius proximior extiterit, teſtator tamen ſemper videtur magis cogitaſſe de tempore, quo defertur ſucceſſio, quàm de tempore teſtamenti vel mortis, adeoque effectum ipſum reſpexiſſe, *l. 1. §. ult. ff. quod quisque jur.* Piſt. *obſerv. 163. n. 21.*

Ita Domini in cauſa Henrici à Schönbergs in Frauenſtein/ Menſ. Sept. Anno 1594. (Verba ſentent: So hat ſeine Erbſchafft ex jure fideicommiſſi denen Freunden/ ſo zur Zeit ſeines Weibes als der inſtituirten Erbin Abſterben die nächeſten geweſen ſeyn/gebühret/ ꝛc.)

Et in cauſa heredum Nicolai Pfeffers/ ad requiſitionem Præfecti in Mehlis Menſ. Jun. Anno 1627.

Definit. XXVI.

In fideicommiſſis quando ſuccedatur jure repræſentationis?

1 CElebris atque probabilis eſt Dd. traditio, quoties ſub nomine collectivo, quale eſt liberorum Cognatorum, familiæ, &c. complures ad fideicommiſſum vocantur, videri eos non ſimul vocatos, † ſed eo ipſo ordine, qui in ſucceſſione inteſtati ſervaretur, *l. ult. ubi Dd. C. de V. S. l. 32. §. in fideicommiſſo 6. ff. de legat. 2.* † quod ea ſemper, quantum fieri poteſt, accipienda ſit interpretatio, quæ faciat, ut à juris communis forma teſtantis voluntas minimè abhorreat, *l. cum pater. 77. §. pen. ff. de legat. 2. l. heredes mei. 57. §. ult. ff. ad SCtum Trebell. l. peto. 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2.* † Ergò ſi pater inter liberos vel nepotes, aut etiam de jure communi inter fratres & fratrum liberos fideicommiſſum fecerit, locus omnino erit juri repræſentationis, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 20. definit. 10. num. 1.* † & in ſtirpes, non in capita, vocati ſuccedent, Anton. Fab. *dict. tit. 20. defin. 11.* † At quando de patrui magni ſucceſſione fideicommiſſaria tractatur, inter fratris filium & alterius fratris nepotem, ſolus fratris filius ad fideicommiſſi petitionem admittitur, excluſo fratris nepote, tanquam remotiore, † quia jus repræſentationis ab inteſtato ultra fratrum filios haud porrigitur, §. *cum filius. 6. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. l. Papinianus. 8. §. quoniam autem quarta 8. ff. de inoffic. teſtam. Nov. 118.* Anton. Fab. *dict. defin. 10. num. 3.* † Nec locum habebit jus repræſentationis, quando inter fratrem & fratris filios de fideicommiſſo tractatur in foro Saxonico, vel ſi à reliquis & remotioribus transverſalibus diſpoſitio de fideicommiſſo facta fuerit, † ut plurimis firmat autoritatibus Hart. Piſt. *obſerv. 164. n. 10. & ſeqq.* † Planè, ceſſabit etiam jus repræſentationis, quando agnati ſive cognati non ſimpliciter vocati fuerint, ſed additis quibusdam verbis, ex quibus apparet ſecundum gradus prærogativam eos fuiſſe vocatos, † utpote ſi certum gradum teſtator vocaverit, vel etiam proximioribus cognatis nominatim quippiam ſit relictum, Hart. Piſtor. *dict. obſerv. 164. num. 15.* Ant. Fab. *dict. tit. 20. defin. 24.*

In tractatum in cauſa heredum Nicolai Pfeffers zu Mehlis/ Menſ. Jun. Anno 1627.

Definit. XXVII.

Deficientibus licet verbis, ex conjecturâ tamen voluntatis, inducitur fideicommiſſum.

1 VErba, quibus teſtator ita caverat: *Non dubitare ſe, quodcunque uxor ejus cepiſſet, liberis ſuis reddituram*, pro fideicommiſſo accipienda eſſe, reſcripſit Marcus Imperator. † Quod reſcriptum ſe- 2
1 cundum Papinianum ſummam habet utilitatem, ne ſcilicet honor benè transacti matrimonii, fides etiam communium liberorum decipiat patrem, qui melius de matre præſumſerat. † Et ideo Princeps provi- 3
dentiſſimus & juris religioſiſſimus, cum fideicommiſſi verba ceſſare animadverteret, eum ſermonem pro fideicommiſſo reſcripſit accipiendum, *in l. unum ex familia. 67. §. item. Marcus imperator. 10. ff. de leg. 2.* † Ex conjectura nempe teſtatoris voluntate, cu- 4
jus in fideicommiſſis interpretandis, præcipua ſemper ratio haberi debet, *arg. l. heredes mei. 57. §. cum ita 1. ff. ad SCtum Trebell. junct. l. pen. ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa. 11. §. item ſi quis. 19. ff. de legat. 3.* Ant. Fab. *in C. lib. 6. tit. 20. defin. 7. n. 2.* † Siquidem om- 5
nia verba denotantia deſiderium teſtatoris ſufficiunt ad fideicommiſſum inducendum, qualia ſunt: Cupio ut des, Opto, Exigo, Deſidero ut des, Credo te daturum, Scio te daturum, Marc. Ant. Peregr. *de fideic. art. 1. n. 46. & ſeqq.* Simon de Prætis *de interpret. ult. volunt. lib. 3. ſolut. 12. n. 10.* † Quâ ſtante ſententiâ, viduam quoque hoc caſu ad cautionem fideicommiſſariam obſtrictam eſſe, nemo facilè dubitabit, Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 40. n. 10.* 6

Ita Domini in cauſa heredum Hauboldi à Schleinitz zu Gredell Menſ. Octobr. Anno 1599. (Verba ſentent: Ob er nun gleich hernach in ſeinem Teſtament ſelbige 1600. fl. gedachtem ſeinem Eheweibe beſchieden/ dieweil er aber dennoch dieſe Clauſul mit angehengt/ er zweiffelte gar nicht/ da ihr euch gegen ihr freundlichen Vetterlichen Willens/ wie er das Vertrauen zu euch hätte/ bezeugen würdet/ daß ſie nach ihrem Abſterben euch ſolches alles hinwiederumb zuwenden/ und vermachen würde/ ꝛc. So ſeynd ſolche Worte nach Verordnung der beſchriebenen Rechte pro fideicommiſſo zu halten/ und demnach bemeldte Wittbe/ dafern ihr euch freundlich und Vetterlich gegen ſie bezeugen würdet/ ſolche Poſt auff ihren Todesfall euch zu laſſen/ und derowegen gebührliche caution zu beſtellen ſchuldig/ ꝛc.)

Et in cauſa Adam Schmids zu Torgau Menſ. Decembr. Anno 1623. (Verba ſent: Dieweil er aber dennoch dieſe Clauſul mit angehengt/ er wäre zu ihr ſeinem Weibe des tröſtlichen und endlichen Verhoffens/ ſie werde ihrem Verſprechen nach/ ſeine Kinder ſo wohl als ihre Freunde/ von dem Segen/ den ihr der Allmächtige GOtt in Gnaden gegönnet/ gebührlichen/ ehrlichen und Chriſtlichen bedencken/ und derer ja nicht vergeſſen/ ꝛc. So ſeynd ſolche Worte nach Verordnung der Rechte pro fideicommiſſo zu halten/ und iſt demnach die Wittbe ſolches Vermächtniß ihres Gefallens anzuwenden nicht befugt/ ſondern daſſelbe ihren Stieffkindern und neheſten Freunden zugleich zu laſſen/ und ihnen deßwegen gebührliche Caution zu beſtellen ſchuldig/ V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. XXVIII.

Fideicommissum filio relictum etiam ad Nepotes transit.

1 EX testatoris voluntate potissimum interpretari debemus fideicommissum, *arg. l. heredes mei. 57. §. cum ita 1. ff. ad SCtum Trebell. junct. l. pen. ff. de* 2 *legat. 1.* † etiam quando de successione liberorum 3 agitur, Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 20. defin. 7.* † In dubio tamen videtur testator quoque prospexisse, per fideicommissum liberis relictum suis nepotibus, *l. cum acutissimi 30. C. de fideicommiss. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonstr. l. 6. vers. cum autem C. de instit.* 4 *& substit.* Non solùm, † quia liberorum appellatione nepotes, quatenus de favore & commodo ipsorum agitur, continentur, *l. liberorum. 220. l. filii. 84. l. justa 201. ff. de V. S.* Dd. *in l. Gallus. 20. ff. de lib. & posth.* Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 18. defin. 4.* Dec. *cons.* 5 *391.* Socin. Jun. *vol. 1. consil. 114. n. 3.* † Sed & quod testator magis nepotes, quàm personas alias & extraneas dilexisse præsumatur, secundum tradita Gloss. *in l. precibus. 8. in pr. C. de impub. & aliis subst.* Fab. *dict. lib. 6. tit. 20. defin. 31.*

Ita Domini in causa Christoph Franckens zu Leipzig/Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent : Ob nun wohl sonsten dergleichen fideicommissum zugleich auch auff die Kinder gehet/und solche nichts weniger / als die Eltern sich desselben zu erfreuen haben/ &c.)

Et in causa Baronis à Pappenheimb/Mens. Dec. 1630.

DEFINIT. XXIX.

Dictiones (Prout, Secundum,) in fideicommissis, restrictivè videntur positæ.

1 SÆpissimè in fideicommissis & ultimis voluntatibus reperiuntur verba (*Prout, Secundum,*) aliavè, quæ ad aliquod præteritum referuntur ; Hæc sanè in ultimis dispositionibus restrictivè posita videntur, ut locum habeat fideicommissum, aliavè dispositio, 2 † non nisi de præterito illo facto appareat, Philipp. 3 Dec. *consil. 63. n. 5. circa med.* † Nam & aliàs in judiciis ultimis † sequimur mentem ejus, qui ambiguam orationem protulit, *l. si quis intentione 66. u-* 4 *bi* Fab. *in Rational. ff. de judic. junct. l. 61. ff. eod. tit.* † Licet in contractibus fiat interpretatio in odium illius, qui potuit legem apertius dicere, *l. veteribus. 39. ff. de pact. l. Labeo scripsit. 21. ff. de contr. empt.* Fab. *in Cod. l. 6. tit. 18. defin. 23.*

Ita Domini in causa Wolffen von Wolffersdorff/ Mens. Octobr. Anno 1599. (Verba sentent : Dieweil aber dennoch euerm Bericht nach bemeldte 2600. fl. bey des Testatoris Leben würcklichen nicht zu Lehen gemacht worden/er auch seine Meinung durch folgende Wort (Immassen denn auch solches allbereit geschehen und erfolget) selbsten erkläret/dahero angeregte verba fideicommissi allein auff solchen Fall und anderer Gestalt nicht zu verstehen / &c. So werden oberwehnter eurer Pflegefrauen vielbesagte 2600. fl. ohn einige Caution des Rückfalls ihres Gefallens damit zu thun und zu lassen / billich gefolget/ V. R. W.)

DEFINIT. XXX.

Res fideicommisso subjectæ haud possunt ab herede alienari.

1 EXpediti juris est, quod res subjectæ restitutioni titulo legati vel fideicommissi particularis aut universalis, purè vel in diem certam relictæ per heredem alienari non possint *l. Marcellus. 3. §. res quæ 3. ff. ad SCtum Trebell. l. ult. §. sed quia nostra* 2 *& §. seq. C. comm. de legat. Auth. res quæ. C. eod. tit.* adeò † ut si heres contra fecerit, & quid alienaverit, illud ipsum in Trebellianicam, quam de fideicommisso detrahit, imputare teneatur, *dict. l. Marcellus. 3. §. res quæ 3. ff. ad SCt. Trebell.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiss. art. 40. n. 1.* † Nec multum differt hâc in re fideicommissum conditionale à fideicommisso puro : Etsi enim in fideicommisso sub conditione vel in diem incertam, † quæ pro conditione in testamentis habetur, *l. dies incertus. 75. ff. de condit. & demonstr.* relicto valeat alienatio, & dominium transferatur ; Attamen hoc saltem verum est † pendente conditione, quo tempore nulla fideicommissario competit actio, *l. cedere diem 213. ff. de V. S. l. si servus furtivus. 14. in pr. ff. de condict. furtiv.* † conditione verò existente, dominium ipso jure retrò transfertur in ipsum fideicommissarium absque ulla restitutione reali aut verbali, eique competit contra possidentem rei vindicatio, † non obstante præscriptione, *l. peto 70. §. prædium. 1. ff. de legat. 2. l. ult. §. sin autem sub conditione 3. C. commun. de legat.* ut latius persequitur Andr. Gail. *lib. 2. obs. 137. n. 6.* Peregr. *dict. art. 40. n. 2. & n. 7.*

3 4 5 6 7

Ita Domini in causa Agnisæ Elisabethæ à Maltitzin/Mens. Julio Anno 1628. (Verba sententiæ : So wird solcher letzter Wille/so viel eure Person anlanget / für ein fideicommiss gehalten/derowegen nach eurer Mutter Absterben ihr euch der Testirerin Verlassenschafft jure fideicommissi anzumassen habt/und ist demnach eure Mutter bey ihrem Leben von dem Capital und Eigenthumb der Erbschafft ausser der Fruchtnutzung und Zinsen etwas euch zu Nachtheil zu entwenden / oder zu vereussern nicht befugt/V. R. W.)

Et in causa Christoph Vettermanns an Albrechten von der Schulenburg/Mens. Majo Anno 1636.

DEFINIT. XXXI.

Uxor ex certâ re instituta, cum proprietas ex die mortis ejus alii sit legata, intelligitur rogata de re illâ post mortem suam restituendâ.

1 MAritus uxorem in domo sua heredem certo tamen modo instituerat, nullo ei coherede dato : Eandem domum verò ex eo tempore, quo Uxor defuncta esset, agnatis proximis legaverat. † Etsi 2 posterior scripturæ pars nulla fideicommissi verba præ se ferret, sed legati potius, pro fideicommisso tamen eam accipiendam esse, † visum fuit Dominis, 3 *arg. l. species. 15. ff. de aur. & arg. legat.* quasi rogata muliere, ut domum ipsis, cum morerctur, restitueret, † cum alia ratio nulla sit conservandæ volun- 4 tatis, † quæ ne destruatur, improprianda potius 5 sunt verba testatoris, *l. si quando. 109. ff. de legat. 1. l. quoties. 12. ff. de reb. dub. l. ex facto. 17. in pr. ff. ad SCtum Trebell. l. filiusfamilias. 114. §. ut quis heredem. 6. ff. de legat. 1.* †. Ac quod consequens fuit, non 6 licuit mulieri domum istam alienare, secundum tradita Defin. *præced.* † Quo nomine etiam tenebatur cavere de solvendo fideicommisso, cum dies & 7 conditio venerit, *l. 1. & tot. tit. ff. Ut legat. seu fideic. nam. cav.*

Ita Domini in causa Viduæ Martin Köhlers & ejusdem filii Johannis, ad consultationem Tobiæ Ecksteins zu Nurnberg/Mens. August. Anno 1627.

DEFINIT. XXXII.

Quatenus alienari possit res fidcicommisso subjecta peritura, & quæ servando servari nequit.

QUod dixi, rem fideicommisso subjectam per 1 heredem alienari haud posse, *Supr.* Defin. 30. id non semper verum est, † sed quasdam limitatio- 2 nes recipit ; ut videre est apud Andr. Gail. *lib. 2. obs. 137.* & Marc. Anton. Peregr. *de fideic. art. 40.* † Enim 3

enim, si liberi hereditatem restituere rogati fuerint, valebit utique alienatio rerum fideicommisso subjectarum usque ad legitimam, † quæ nec fideicommisso nec alio onere gravari potuit *l. quoniam in prioribus 32. l. scimus. 36. §. 1. C. de inoff. testam.* † Similiter & tutò alienari possunt res fideicommisso subjectæ, quæ sunt tempore perituræ, nec servando servari possunt, adeò ut heres eam vendere cogatur, si culpam committere nolit, † ita tamen ut pretium loco rei succedat, & in fideicommissarii heredis usum & utilitatem convertatur, *l. pro herede. 20. in pr. ff. de acquir. hered. l. divus. 5. ff. de petit. hered. l. mulier. 22. §. sed enim. 3. ff. ad SCtum Trebell.* Andr. Gail. *dict. obs. 137. n. 12. & lib. 1. observ. 148. n. 3.* Idque maximoperè verum est, † si fideicommissum pauperibus sit relictum, quo certis temporibus quid solatii acciperent, quod fieri nullo modo posset, si res legata aut fideicommisso subjecta periret, † adeoque res vendenda est vel propterea, ut voluntas testatoris conservetur, præsertim cum executores testamenti voluntatem testatoris queant utilitet interpretari, † eorumque declaratio ab ipso testatore facta intelligatur, Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 20. & 21. & lib. 7. tit. 8. n. 22.*

Ita Domini in causa Johann Arnolds zu Kempnitz / Mens. Decembr. Anno 1622. (Verba sententiæ: Da aber dennoch / eurem Fürgeben nach / berührte Mühle den Armen zu Frommen und Nutzen nach Verordnung des Testatoris ferner nicht verachtet und erhalten werden könte / ꝛc. So wäret ihr gestalten Sachen nach dem Armuth zum besten mehr berührte Mühle zu verkauffen / die Kauffsumma auff Zinse auszuthun / und die Jährliche Zinse nach Verordnung des Testatoris allenthalben unter die Armen zu vertheilen / so wohl auch dem Herrn Superintendenten davon den gebührenden Scheffel Korn zu entrichten wohl befugt / V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Valida est alienatio rei fideicommisso subjectæ, quando fideicommissario est utilis & proficua.

1 PErmittitur quoque alienatio de rebus subjacentibus fideicommisso ex causa commutationis pretii in alias res utiliores & fideicommissario heredi magis commodas & proficuas, *l. divus. 5. ibi: Ne utilitates alias impediat. ff. de petit. hered. l. Titius. 54. ff. ad SCtum Trebell. l. Imperator. 71. §. cum autem. 3. ff. de legat. 2. ubi* Bartol. Marc. Ant. Peregr. *de fideic. art. 40. n. 32.* Matth. de Afflict. *decis. 336. n. 3.* Dom. Card. Tusch. *pract. concl. lit. F. concl. 283. n. 84.*

2 † Quod adeò extendit Peregr. *dict. loc.* ut, licet testator prohibuisset bonorum alienationem, utilis tamen permutatio haud interdicta videatur, Angel. *consil. 109.* Petr. Placentin. *in tr. de fideic. q. 8. n. 525.*

3 † Quia ubi persona, cujus favore facta fuit prohibitio alienandi, non læditur, non videtur permutatio contra prohibitionem facta, † Et consequenter nec alienans pœnam incurrit, *l. ex hoc edicto. 8. §. si quis alienaverit. 4. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* Natta *consil. 470. num. 5.* Placent. *dict. loc. n. 527.*

5 Unde & fit, † quod rerum Ecclesiæ permittatur alienatio & transmutatio in res utiliores & commodiores, licet aliàs hæ lege alienari prohibeantur, *c. Terrulas. 1. caus. 12. q. 1. cap. ut super. 8. extr. de reb. Eccles. non alien.* † Sic & pecunia dotalis in rem, vel res dotalis in aliam, si id expediat, commutari potest, *l. ita constante. 26. l. seq. l. si ex lapidicinis. 32. ff. de jur. dot.*

Ita Domini in causa heredum Hansen George Arnolds zu Kempnitz / Mens. Mart. Anno 1621. (Verba sententiæ: Da nun solche commutatio und Verwandelung mehrangeregter fideicommiss-Güter in einem gewissen Hauptsumm / und ewigwährende versicherte Zinsen erfolgen / und solches demjenigen / so etwas vermöge obangeführter Verordnung von dem fideicommisso zu gewarten / nicht zuwider und nachtheilig / sondern vielmehr zuträglichen seyn würde / ꝛc. So wäre euch dieselbe vorzunehmen und ins Werck zu richten unbenommen / V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Ex rebus fideicommisso subjectis solvendum est æs alienum defuncti.

PRohibita etiam non est alienatio rerum fideicommisso subjectarum necessaria scilicet, † quæ fit pro solutione æris alieni ipsius defuncti, † aut pro funere ipsius vel pro legatis ab eo relictis persolvendis, nam tunc valet alienatio etiam earum rerum, † quas testator expressè prohibuisset alienare, modò alia bona non supersint nec sufficiant, *l. pater filium 38. ff. de legat. 3. l. filius familias 114. §. divi. 14. ff. de legat. 1. l. cum fidei heredis. 9. ff. de fideic. libertat. l. non solum. 53. ff. de petit. hered.* Marc. Ant. Peregr. *de fideicommiss. art. 40. n. 18.* Gail. *lib. 2. observat. 137. n. 4.*

† Non enim videtur sensisse defunctus de hujusmodi casu alienationis, *dict. l. cum fidei heredis. 9. ff. de fideic. libert. l. cum hereditas. 36. ff. ad SCtum Trebell.*

† Quia necessitas non habet legem, quâ de causâ etiam prædictâ assertio ad alienationem ob necessitatem famis vel pro redemptione heredis factam extenditur, *cap. 2. §. ult. de observ. jejun. l. item quamvis. 10. ff. comm. divid.* Bartol. *in l. quemadmodum. 7. n. 5. C. de agric. & censit. lib. 11.* Gail. *dict. obs. 137. n. 4.*

Ita Domini in causa heredum Gregorii Schmids zu Annaberg / Mens. August. Anno 1629.

Definit. XXXV.

Ob æs alienum ipsius heredis, quatenus valeat alienatio rei fideicommisso subjectæ.

AT, si fiat alienatio ob æs alienum ipsius heredis, tunc quidem ea valet, sed tamdiu saltem, quamdiu res mansura erat penes heredem, † postea verò revocabitur, *l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2.* Jas. *in l. Marcellus. 3. §. res quæ. 3. n. 3. ff. ad SCtum Trebell.* Gail. *lib. 2. obs. 137. n. 4.* † Nempe quia ante diem, & pendente conditione, dominium rei fideicommisso subjectæ penes heredem manet, *Supr. Defin. 30.* † Quidni ergò per heredem pro exsolutione æris alieni in alium transferri poterit? † quæ tamen postea die veniente aut conditione existente, ipso jure retrò ad fideicommissarium transit, *l. ult. §. sin autem sub conditione. 3. C. comm. de legat.* Peregr. *de fideicomm. art. 40. n. 7.* † Planè si liberi à patre fuerint fideicommisso gravati, quin hi debita sua ad quantitatem usque legitimæ de bonis fideicommisso subjectis solvere valeant, dubium non est, † quia fideicommissum quoad legitimam haud subsistit, neque hæc ullo onere gravari potest, *l. quoniam in prioribus, 32. l. scimus. 36. §. 2. C. de inoff. testam.*

Ita Domini in causa Johannis Georgii à Stein / Mens. Jul. Anno 1633.

Definit. XXXVI.

Ex causâ etiam necessariâ ac probabili, absque cognitione & decreto judicis, heres vix tutò res fideicommisso subjectas alienare valet.

NOn inficior equidem, judicis decretū pro alienatio-

nationis validitate de rebus fideicommiſſariis, præſertim in ſatisfactionem creditorum, haud eſſe neceſſarium, *l. pet. 69. §. prædium 1. ff. de legat. 2. l. pater filium 38. ff. de legat. 3.* † Sed ſufficit nulla alia 2 bona extitiſſe libera, & pretium verſum fuiſſe in ſolutionem Creditorum, † quibus demonſtratis, jure 3 venditionem factam eſſe, conſtabit, Bald. *in l. ult. §. & ſi præfatam 4. C. de jure delib.* Marc. Ant. Peregr. 4 *de fideicomm. art. 40. n. 23.* † Attamen valdè utile eſt decretum, quia ſolenniter & prævia cauſæ cognitione interpoſitum transfert onus probandi in fideicommiſſarium, alia nempe extitiſſe bona libera, vel adfuiſſe cauſam neceſſariam, & probabilem alienationis, ſecundum regulam generalem, † quod pro 5 decreto judiciali valdè præſumatur, Dd. *in l. ſciendum 30. ff. de V. O.* † Et quia decretum conſtituit 6 emptorem juſtum poſſeſſorem, *l. juſtè poſſidet 12. ubi* Dd. *ff. de acq. poſſeſſ.*

Ita Domini in cauſa heredum Johannis Georgii Arnolds zu Kempnitz/ Menſ. Mart. Anno 1621. (Verba ſentent: Da nun ſolche commutation und Verwandlung mehr angeregter fideicommiſs-Güter in einen gewiſſen Hauptſtam und ewigwährende verſicherte Zinſe/ auff der Obrigkeit des Orts vorhergehende cognition und decret, erfolgen würde / ꝛc.)

Et ad requiſitionem Præfecti ac Senatus Chemnicenſis, Menſ. Auguſt. Anno 1628. (Verba ſentent: Da nun aus rechtmäßigen erheblichen Urſachen unumgänglich eine Veräuſſerung geſchehen müſte / auch die Güter nicht erhalten werden möchten/ ꝛc. So würde hierüber zuvor nothdürfftiges Erkäntnüß der Sachen billich eingezogen/ und wären die Erben in der Ubermaße nichts weniger des Teſtatoris Willen nachzuſetzen / die aus den fideicommiſs-Gütern gelößte Kauffgelder an einen gewiſſen Ort auszuleihen / und ſeine Verordnung darinnen zu halten ſchuldig / V. R. W.)

Definit. XXXVII.

Heres ſine liberis decedens, rogatus reſtituere quod ex hereditate ſupereſt, ad quartam usq; partem hereditatem pro lubitu alienare poteſt.

1 HEres rogatus reſtituere, quicquid tempore ejus mortis ſupererit in hereditate, facultatem alienandi habet ex tacitâ teſtatoris conceſſione, *l. Titius 54. ff. ad SCtum Trebell.* † Attamen ultra tres par- 2 tes bonorum fideicommiſſo ſubjectorum alienare non valet, ſed quartam partem fideicommiſſario reſtituere tenetur, *Auth. contra eum rogatus C. ad SCtum Trebell.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiſſ. art. 40. n. 40.* Bartol. *in d. l. Titius 54. ff. ad SCtum* 3 *Trebell.* † Quod ſi tamen heres gravatus nihil alienaverit, totum venit in reſtitutionem, Peregr. *dict. loc.* 4 † Quamvis & quartam pro dote conſtituendâ aut reſtituendâ, vel etiam pro redemptione captivorum, ac pro ſuis alimentis exponere & alienare queat, *dict. Auth. contra eum rogatus, ubi* Dd. *C. ad SCtum Trebell.*

Ita Domini in cauſa Chriſtinæ, Uxoris Chiliani Bauchs zu Nickeritz/ Menſ. Januar. Anno 1600. (Verba ſentent: Dabey fernere Verordnung geſchehen / daß / was nach des überlebenden Erben Tode von ſolchen Gütern vorhanden ſeyn möchte/ daſſelbe alsdenn beyderſeits Freundſchafft zugleich gelaſſen werden ſolte / ꝛc. So iſt ſolche Verordnung zu Recht kräfftig / und ob gleich gedachter euer Schweſter Mann ſich nunmehr nach derſelben Tode anderweit verehliget/ dieweil er aber dennoch aus Verordnung der Rechte/ auch in dieſem Fall mehr nicht als den vierdten Theil ſeines verſtorbenen Weibes Güter unvermindert zu laſſen ſchuldig/ ſo iſt er auch ſolches vierdten Theils halber allein/ und höher nicht wegen des Rückfalls zu caviren ſchuldig / V. R. W.)

Definit. XXXVIII.

Heres fideicommiſſo gravatus cautionem fideicommiſſario præſtare obſtrictus eſt.

AT quomodo conſultum erit fideicommiſſario 1 adverſus heredem, qui contra bonam fidem bona hereditaria alienavit, ſi nihil in bonis habeat, unde fideicommiſſario ſatisfacere queat? † Hoc ne 2 accidat, fideicommiſſarius univerſalis aut particularis in diem vel ſub conditione, heredem, ſive diſſipet ſive non, cogere poteſt ad ſibi idoneè ſatisdandum de legatis & fideicommiſſis præſtandis, *l. hæc ſtipulatio 14. & tot. tit. ff. ut legat. nom. cav. l. 1. in pr. l. ſi is à quo 3. §. ult. ff. ut in poſſ. legator. Auth. contra eum rogatus C. ad SCtum Trebell.* Marc. Ant. Peregr. *de fideicomm. artic. 40. num. 10.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 20. defin. 5. n. 9.* † quæ cautio præſtanda eſt, 3 quamvis nulla ſuſpicionis cauſa exiſtat adverſus heredem, & quidem cum fidejuſſoribus idoneis, † pro 4 poſſibilitate tamen ejus, qui ad præſtationem cautionis eſt obſtrictus *l. 1. ff. ut legat. nom. l. quoties 6. ff. qui ſatisd. cog.* † Quod certè nemini mirum videri 5 debet, ſiquidem quicunque ſubſtitutus, ad quem hereditas ullo jure devenire poſſit, cautionem hanc de hereditate ſervandâ & reſtituendâ de jure obtinere poteſt, *l. inter omnes 12. ff. qui ſatisd. cog. ubi* Gloſſ. Bartol. & Dd. † Remitti tamen poſſe cautionem 6 fideicommiſſariam à teſtatore, tractat Anton. Fab. *in C. lib. 6. tit. 29. defin. 1.*

Ita Domini in cauſa VVolffgangi Johannis & Friderici VVilhelmi fratrum à Mergenthal/ Menſ. April. Anno 1626.

Et in cauſa Chriſtophori Vettermanns an Albrechten von der Schulenburg / Menſ. Majo Anno 1636. (Verba ſentent: So iſt ſolche Verordnung pro fideicommiſſo zu achten/ und demnach der Erbe Toſſel Vettermann das Gut zu veräuſſern nicht befugt / auch den ſubſtituirten Erben deswegen Vorſtand zu beſtellen ſchuldig / V. R. W.)

Definit. XXXIX.

Fideicommiſſarius inventarium ab herede exigere poteſt.

PRæter cautionem de fideicommiſſis præſtandis, 1 obſtrictus quoque eſt heres gravatus fideicommiſſario ad confectionem inventarii, Bartol. & Bald. *in l. cum tale 72. §. Titius 2. ff. de condit. & demonſtr.* Marc. Anton. Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 44. num. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 25. defin. 25.* † Alioquin de bonis fideicommiſſo ſub- 2 jectis vix certus fieri poteſt fideicommiſſarius, cujus tamen multùm intereſt, nihil in ſui præjudicium alienari, Dd. *in l. ult. C. arbitr. tutel. & in l. tutor qui repertorium 7. in pr. ff. de admin. tutor.* † Et ſa- 3 nè curare ſemper debet Magiſtratus, quantum fieri poteſt, ut rerum probatio ſalva ſit, *l. curent. Magiſtratus 22. ff. de teſtib.* † ne deficiat probatio ju- 4 re non deficiente, *l. duo ſunt 30. ff. de teſt. tutel.*

Neceſſe tamen non eſt, ut inventarium conficiatur ſolenne juxta diſpoſitionem *l. ult. C. de jur. delib.* † Sed ſufficit tale, ex quo conſtare aliquando poſſit de qualitate & quantitate rerum hereditariarum, idque ſumtibus fideicommiſſarii, non heredis, fieri debet, Anton. Fab. *dict. defin. 25. n. 3. & 4.*

Ita Domini in cauſa Gangloff Schmieds & Conſortium zu Grüningen/ Menſ. April. Anno 1633. (Verba ſent: Es verbleiben aber nach Abſterben der Wittiben euch die unbewegliche Güter jure fideicommiſſi billich/derowegen auch mehrberührte Wittib ein Inventarium auffzurichten/ und cautionem de fideicommiſſo præſtando & non alienando zu beſtellen ſchuldig/ ꝛc.)

Definit. XL.

Heres, ſi coram nullis etiam teſtibus fidei ipſius quid commiſſum dicatur, illud præſtare, aut prævio jurejurando calumniæ conſcientiam ſuam juramento purgare tenetur ex l. fin. C. de fideicommiſſo.

1 CErti juris eſt, quod legata & fideicommiſſa regulariter non valeant, niſi coram quinque teſtibus fuerint relicta *l. 22. C. de fideicomm. junct. l. ult. C. de teſtam. l. ult. C. de mort. cauſ. donat.* Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. num. 17. & defin. 3. num. 2. ſupr.* 2 Conſt. *4. defin. 34.* † Specialiter tamen conſtituit Imp. Juſtinianus, ut heres etiamſi coram pauciori-bus, imò coram nullis etiam teſtibus fidei ipſius quid 3 commiſſum eſſe dicatur, † aut illud præſtare, aut juramento conſcientiam ſuam purgare teneatur, *in l. quæſtionem ex facto 32. ult. C. de fideicommiſſ. ubi* 4 Dd. † Provocat ſcilicet Juſtin. Imp. ad primam naturam fideicommiſſorum, ſecundum quam hæc continebantur pudore heredum, quos teſtatores de reſtituenda aliquâ re iis, quibus expreſsè relinquere 5 non poterant, rogare ſolebant: † Atque ita remedium novum inducit Imper. cujus beneficio heredes ſuſpicionibus gravati ad fidem præſtandam perurgerentur, & juramento conſcientiam ſuam purgare recuſantes pro confeſſis haberentur, *dict. l. ult. 32. C. de fideicomm. ubi* Dd. Caſp. Anton. Teſſaur. *lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 97. n. 2.* Hugo Donell. *ad dict. l.* 6 *ult. in fin.* Panſchman. *lib. 2. q. 7. n. 26.* † quamvis hoc caſu juramentum calumniæ à fideicommiſſario prius præſtari neceſſe ſit, per tradita *ſupr. part. 1.* Conſtit. 7 Elector. *12. Defin. 26. n. 5. & 6.* † Nempe quod juramentum hoc ſemper à parte deferatur, quantumvis à lege & beneficio Imp. Juſtiniani dependeat *dict. l.* 8 *ult. C. de fideicommiſſ.* † Atqui à parte ejus, qui jusjurandum defert, juramentum calumniæ jure exigi, ecquis dubitaverit? *l. jusjurandum 34. §. 4. ff. jurejur. l. 9. C. de reb. cred.* Conſtit. Elector. *12. p. 1.* §. Wann aber/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa Adami Schmieds zu Freyburg/ Menſ. Majo Anno 1632. (Verba ſentent: Da aber dennoch der Tochter Kind als legataria und fideicommiſſaria ſolches/ was ihr die Großmutter vor ihrem Abſterben vermacht und verordnet/ den Erben ingeſammt in ihr Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt ſtellen würde/ ꝛc. So wären die Erben/ als der Großmutter Kinder/ auff vorhergehende der Klägere Eyd für Gefehrde/ ihr Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wolbewuſt vermittels Eydes/ zu eröffnen/ und daß ihre Mutter ihrer Tochter Kind angeregtes Hauß fideicommiſſi titulo nicht überlaſſen/ zu ſchweren ſchuldig/ V. R. W.)

Et in cauſa Georgii Schwartzens zu Torgau/ Menſ. Febr. Anno 1630.

Definit. XLI.

Niſi probationibus conſcientiam ſuam purgare velit; At juramentum hoc referre nequit.

NOn tamen heres ita cogitur jurare, quò minus 1 juramentum hoc ex *l. ult. C. de fideicomm.* ſibi delatum declinare valeat, † ſi nempe probationi- 2 bus conſcientiam ſuam purgare velit, *l. eum qui 30. verſ. cum omiſſa ff. de jurejur.* Jaſon. *in §. item ſi quis poſtulante 11. n. 66. Inſtit. de action.* Anton. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 1. defin. 3.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 3. n. 19. & 21.* † Niſi forſan juramentum *ex l.* 3 *ult. C. de fideicommiſſ.* inter juramenta legalia referre velis: † Quod ut maximè conceſſerim, per 4 id tamen non excluditur probatio, ad † quam etiam 5 in juramentis legalibus proſilire licet, ut probavi *ſupr. part. 1.* Conſt. Elect. *14. Defin. 20.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 38. n. 3.* Matth. Berlich. *part. 1. concluſ. 33. n. 4.* † Quod & placuit Sereniſſimo Saxoni in Or- 6 din. novâ proceſſ. judic. *tit. 19.* §. Wann nun einer. *verſ.* Welcher *regreſſ.* auch. † ſed referre nequit 7 heres juramentum hoc ex *l. ult. C. de fideicommiſſ.* ſibi delatum. † Quia juramenta legalia nunquam 8 referuntur, ut dixi *ſupr. part. 1.* Conſtit. Elect. *14. Defin. 7.* † Aut ſi juramentum hoc judiciale, quod 9 à parte parti defertur, appellitare mavis, juxta tradita *Defin. præced. num. 7.* † dixerim, relationi pro- 10 pterea locum haud dari, quia ſuper facto heredis, de quo ipſe ſolus notitiam habet, deferri, † quo caſu 11 ceſſat relatio juramenti, *ſupr. part. 1. dict.* Conſtit. *14. Def. 11.* quia nemo de facto Rei, quàm ipſemet, exactiorem ſcientiam habere poteſt, † æquum igi- 12 tur eſt, ut ipſemet juret, *l. Martellus 11. §. 2. ff. de rer. amot. act.* Matth. Weſenbec. *part. 1. conſil 3. num. 5.*

Ita Domini in cauſa Georgii Platens contra Margarethen Schmiedin zu Leipzig/ Menſ. Novembr. Anno 1623. (Verba ſentent: Daß Beklagte das Juramentum, ſo ihr von Klägern vermöge der Conſtitution in l. fin. C. de fideicommiſs. deferiret worden/ auff vorhergehenden Klägers Eyd vor Gefehrde zu leiſten ſchuldig/ Sie wolte dann ihr Gewiſſen mit Beweiß vertreten/ damit würde ſie binnen Sächſiſcher Friſt billich gehöret und zugelaſſen/ und ergienge alsdenn darauff in der Sachen ferner was Recht iſt. Solches Juramentum aber iſt ſie Klägern zu referiren nicht befugt/ V. R. W.)

Item in cauſa Andreæ Ernſts und Conſort. contra Dorotheen Beylſchmieds zu Northauſen / Menſ. Auguſt. Anno 1621. (Verba ſentent: Daß Beklagte das Juramentum, ſo ihr von Klägern / vermöge der Conſtitution in l. fin. C. de fideicommiſs. deferiret worden/ auff vorhergehenden Klägers Eyd vor Gefehrde zu leiſten ſchuldig. Sie wolte dann ihr Gewiſſen mit Beweiß vertreten/ damit würde ſie billich gehöret und zugelaſſen / und ergienge alsdenn darauff in der Sachen ferner was Recht iſt/ V. R. W.)

Et in cauſa Gottliebs zu Friedeburg/ Menſ. Octobr. Anno 1630.

CON-

Constitutio IX.

Partis Tertiæ.

Ob ein Testament / darinnen Kinder oder Eltern præteriret und übergangen / oder zum wenigsten in der legitima nicht gebührlich instituiret / und zu Erben eingesatzt / nichtig sey?

Testamentum, in quo liberi vel parentes præteriti sunt, vel saltem in legitimâ ritè non instituti, num sit nullum?

Sie haben sich unsere Verordnete dißfalls nach gemeinen Schluß der Rechtslehrer dahin verglichen / daß den Kindern oder Eltern in Testamenten die gebührliche legitima oder sonsten ein Theil Güter / titulo honorabili nicht verlassen / noch sie darinnen als Erben eingesatzt worden / daß ein solches Testament nichtig sey / und doch nichts desto weniger die legata denen / welchen sie vermacht seynd / folgen und gegeben werden sollen / Jedoch wann der Testator in seinem letzten Willen verba communia, und solche Wort gebrauchte / die sich zu Einsetzung eines Erben ziehen möchten / so soll es so viel seyn / als wären die Kinder oder Erben damit directè zu Erben verordnet und eingesatzt.

Und ob wohl die Rechtslehrer weitläufftig davon handeln / welche Wort solcher Krafft und Wirckung seyn möchten / dennoch aber seynd Unsere Verordnete dessen einig / daß im Zweifel die verba communia pro institutione directâ gehalten werden sollen / damit die Testament / so an sich selbst favorabilia seynd / bey Kräfften erhalten werden.

Also auch / wann der Vater etwas von seinen Gütern mit ausdrücklicher Vermeldung des Worts Legitima verlassen hätte / so bliebe solch Testament / so viel die Institution der Kinder anlanget / beständig.

Gleicher Gestalt und letzlich / wann der Vater der Tochter etwas mit ausdrücklicher Vermeldung der Mitgifft / und also nomine dotis verlassen hätte / so bliebe dißfalls solches Testament auch bey Würden / auff welches alles also Unsere Hof-Gerichte / Juristen-Facultäten und Schöppenstüle zu Recht erkennen und sprechen sollen.

Communem Interpretum opinionem deputati nostri sequentes, in id convenerunt, ut, si vel liberis vel parentibus legitima vel certa pars bonorum in testamentis titulo honorabili relicta non sit, nec ipsi tanquam heredes in iis instituti sint, testamento ejusmodi nullo & irrito habito, legata nihilominus illis, quibus relicta sunt, debeantur, nisi fortè verbis communibus, quæ ad institutionem trahi possint, usus in testamento sit testator. Tùm enim perindè habendum existimârunt, ac si directè liberi vel parentes instituti fuissent.

Etsi autem prolixè disputent Interpretes, quænam verba hujusmodi effectum habeant: Deputatis tamen nostris in dubio verba communia pro institutione directâ haberi placuit, idque favore testamentorum, quo magis illa conserventur.

Eodem modo, si pater liberis certa quædam bona relinquat, expressâ mentione legitimæ facta, testamentum, quantum ad institutionem liberorum, subsistet.

Quemadmodum &, si filiæ loco dotis pater quid relinquat, testamentum valere, atque in judiciis nostris Provincialibus seu Curialibus, nec non Collegiis Juridicis & Scabinatibus ita pronunciari jubemus.

Definitiones.

1. *Nullo alio quàm institutionis titulo, adeoq; nec per substitutionem, ac fideicommissum liberis legitima relinqui debet.*
2. *Non valet testamentum, in quo parentibus debita legitima titulo honorabili non fuit relicta.*
3. *Annullato licet ob præteritionem liberorum vel parentum testamento, legata tamen ex eo debentur.*
4. *Posthumus, scienter præteritus, rumpit testamentum saltem quoad institutionem heredis, non etiam quoad Legata.*
5. *Posthumo ignoranter præterito, nullum est testamentum etiam quoad Legata.*
6. *Verba directa faciunt heredis institutionem, non etiam verba obliqua; Et quænam hæc sint?*
7. *Verba communia in dubio pro directis habentur, ac heredis institutionem faciunt, nisi ex circumstantiis alia testatoris voluntas appareat.*
8. *Quicquid liberis sub nomine Legitimæ relinquitur, in eo videntur heredes instituti, nisi testator id per heredem exsolvi jusserit.*
9. *Nomine dotis relictum, videtur assignatum titulo honorabili institutionis.*
10. *Non impugnare possunt liberi paternum testamentum, si patre vivente, legitimam vel dotem acceperint.*
11. *Non vitiatur testamentum ex causa præteritionis, in favorem liberorum facta.*
12. *Non efficit clausula codicillaris, ut subsistat testamentum, in quo liberi sunt præteriti.*

13. *Testamentum fratris ratione solennium invalidum, à patre approbatum, ab ejusdem liberis, defuncto oppugnari non potest.*
14. *Institutio heredis non valet, quoties non apparet, quis designatus sit heres.*
15. *Ex distinctis familiis in genere heredes instituti, pro ratione & numero familiarum divisionem faciunt; sed in capita succedunt, si per particulam* (Æquè, Simul) *ad hereditatem vocati fuerint.*
16. *Quotquot sunt in familiâ Consanguinei heredes instituti, simul succedunt, nec remotiores à proximioribus excluduntur.*
17. *Consanguineis tamen simpliciter vocatis, censentur saltem vocati proximiores.*
18. *Extraneus etiam sub conditione casuali heres institui potest.*
19. *Unicus heres ex majori hereditatis parte institutus totam capit hereditatem.*
20. *Cessante causâ finali legati, ipsum cessat legatum, secùs verò cessante causâ impulsivâ.*
21. *Legatum relictum sub conditione: Si testator ægrotus de morbo præsenti non reconvaluerit, extinguitur per reconvalescentiam, nec defuncto posteà testatore, debetur.*
22. *Legato debito, subsistit legatum, etiamsi nullum existat debitum.*
23. *Non annullatur testamentum ex eo, quod testater nesciens sororẽ suam adhuc vivere, eam praterierit.*
24. *Verba enunciativa, in tempore præsenti prolata, important heredis institutionem.*
25. *Revocato legato, etiam ob benè merita relicto, ex certâ quâpiam causâ, deficiente licet eâ, haud tamen legatum debetur, quando est causa impulsiva.*
26. *Prælegatum liberis relictum quocunque tempore revocari potest.*
27. *Heres propriâ autoritate occupare potest bona hereditaria.*
28. *Extra Electoratum quoq; Saxoniæ ex feudo novo, à patre empto, si alia bona hereditaria non adsint, filiæ legitimam petere possunt.*
29. *Non tantùm Nobilium, sed & plebejorum filiæ, de pretio, in feudi novi emptionem collocato, legitimam petere possunt; & quænam ea sit hoc casu in Electoratu Saxoniæ?*
30. *Quando & quibus in casibus filiæ ex feudo empto legitimam petere haud valeant.*
31. *De pecuniâ in feudi novi emptionem collocatâ, matri æquè ac filiabus legitima debetur.*
32. *Non debetur filiabus ex feudo novo legitima, si dotem & elocationem petant.*

DEFINIT. I.

Nullo alio quàm institutionis titulo, adeoq; nec per substitutionem, ac fideicommissum liberis legitimæ relinqui debet.

1 SOlo institutionis titulo legitimam liberis in testamento relinqui debere, communissimè affirmatur à Dd. *in Auth. novissimâ C. de inoff. testam. per*
2 *Novell. 115. cap. 3. in pr.* † per quam derogatum est juri veteri, de quo etiam *in Novell. 18. cap. 1.* scilicet, jure veteri filius etiam optimus quocunque ti-
3 tulo relictâ legitimâ, exheredari poterat: † Quam injuriam Imper. Justinianus tollere voluit, ut ipse
4 profitetur *dict. Novell. 115. cap. 3. in pr.* † Cui & hæc addi potest ratio, ut per jus accrescendi portio vacans filio accedat, quod aliàs fieri non posset,
5 *l. eam quam 14. C. de fideicommiss.* † quæ ratio probatur *à* Bartol. *in Nov. 18. in pr. num. 4. &* Salycet. *in*
6 *dict. Auth. novissima num. 1. C. de inoff. testam.* † Et tamen non totam legitimam necessum est titulo institutionis relinquere, sed partem quamcunque, ita ut residuum actione ad supplementum petatur, vel quocunque titulo relictum in legitimam im-
7 putetur: † Quinimò etiam in re singulari, in paucis etiam thaleris filium institutum fuisse, sufficere existimant Dd. quos refert & sequitur Jason *in dict. Auth. novissimâ C. de inoff. testam. num. 15.* Nihilo verò relicto titulo institutionis honorabili, corruit
8 testamentum, † etiam in foro Saxonico *h.* Constit. *9. in pr. vers.* Daß ein solch Testament nichtig sey/
9 ꝛc. *ubi* Moller. *n. 3.* † Neque excipio testamentum inter liberos, juxta tradita *supr.* Constit. *4. Defin. 21.*
10 † Nec testamentum ad pias causas, *c. si pater 1. de testament. in 6to.* Salycet. *in l. 1. n. 17. C. de SS. Eccles.*
11 † adeò, ut licet filius, qui in testamento patris præteritus est, vivo adhuc patre decedat, testamentum tamen, quod ab initio nullum fuit, non re-
12 convalescat, † nisi instituti fuerint venientes ab intestato, *l. posthumus 12. in fin. pr. ff. de injust. rupt. & irrit. testam.* Joh. Schneidewin. *in pr. Instit. de*
13 *exhered. lib. n. 3.* † Planè, etsi titulo substitutionis filio legitima relinquatur, non magis tamen testamentum valebit, ut rectè tradit Jason. *in Auth. novissima C. de inoff. testam. num. 26.* † Sicuti nec quicquam 14
roboris tribuit testamento, quod legitima filio per fideicommissum universale fuerit relictum, *dict. Novell. 115. c. 3. vers. vel fideicommissum*, † quia & is 15
præteritus censetur, qui directò non est institutus, ut maximè jure fideicommissi hereditatem adipiscatur, *l. 27. §. 12. ff. ad SCtum Trebell.* Bartol. *in l. scimus 36. §. 1. C. de inoff. testam.*

Ita Domini in causa Martini Göllers zu Frauenstoba/Mens. Jan. Anno 1630. (Verba sent: Ob wol dergleichen Testamenta, darinnen Eltern ihren Kindern die gebührende Legitimam oder sonsten ein Theil Güter titulo institutionis honorabili nicht verlassen/noch sie darinnen zu Erben einsetzen/ unangesehen daß die Kinder andern eingesatzten Erben substituiret/ oder ihnen jure fideicommissi etwas vermacht worden/nicht gültig seyn/ꝛc.)

DEFINIT. II.

Non valet testamentum, in quo parentibus debita legitima titulo honorabili non fuit relicta.

NOn minus parentes ac liberi in legitimâ sibi de- 1
bitâ heredes institui debent, per text. *in Novell. 115. c. 4. & 5.* † nimirum, ut & parentes à testamen- 2
torum injuriâ liberi reddantur; Ac certè filiis legitima titulo institutionis vel propterea relinqui debet, † ut eis honor præstetur, & utilitas conservetur: 3
Quæ ratio non minus † imò multò magis in paren- 4
tibus obtinet, *l. veluti 2. ff. de just. & jur.* Bart. *in Nov. 18. n. 10.* Schneidew. *ad §. ult. Inst. de inoff. testam. num. 7.* Salyc. *in Auth. novissima C. de inoff. testam. n. 3.* Hartm. Hartm. *lib. 2. obs. tit. 43. obs. 6. n. 2. & seq.*
† Quod & verbis manifestis confirmatur *h.* Const. *9.* 5
in pr. ibi: Wann den Kindern oder Eltern im Testament die gebührliche *Legitima* oder sonsten ein Theil Güter *titulo honorabili* nicht verlassen/ noch sie darinnen als Erben eingesatzt worden/ daß ein solch Testament nichtig sey/ ꝛc. *ubi* Moll. *n. 3.* Beust. *ad l. 1. ff. de jurejur. n. 180.*

Ita Domini in causa Valentini Gölckers zu Löbau/ Mens. Februar. Anno 1633. (Verba sententiæ: Ob wol

wol euer Stiefsohn einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen seiner Verlassenschafft wegen gewisse Verordnung gethan / dieweil er aber dennoch seine leibliche Mutter / euer Eheweib gäntzlichen præteriret, und ihr die gebührende legitimam titulo honorabili nicht verlassen/ ꝛc. So ist solches Testament zu Recht nicht beständig/derowegen bemeldtes euer Eheweib als des Verstorbenen leibliche Mutter zu ihres Sohnes Verlassenschafft ab intestato billich gelassen wird/ ꝛc.)

Definit. III.

Annullato licet ob præteritionem liberorum vel parentum testamento, legata tamen ex eo debentur.

1 QUondam præteritio in paterno testamento facta testamentum ita nullum reddebat, ut nihil ex eo deberi posset, *l. 5. l. 30. ff. de lib. & posth. l. 1. ff. de injust. rupt. & irrit. §. 1. Instit. de exhered. lib. l. 30. §. 1. C. de inoff. testam. l. ult. in fin. C. de lib. præter.* † At hodiè testamento ex causa præteritio-
2 nis liberorum vel parentum licet annullato, legata
3 tamen in eo relicta præstanda sunt † ex sanctione Imp. Justiniani *in Novell. 115. c. 3. §. ult. & c. 4. in fin.* Donell. *ad Auth. ex causa. C. de liber. præter. n. 7. & 8.* Hottom. *4. obs. 27.* Jul. Clar. *lib. 3. sentent. §. testamentum. qu. 52. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. observ.*
4 *113. in pr.* † Haud desunt equidem, qui correctionem hanc impugnare audent, *in dict. Nov. 115. c. 3.* verba (*Exheredare, præterire,*) propriis subjectis
5 commodè applicantes; † Nimirum Justinianum Imper. *in dict. Nov. 115. c. 3.* hoc principaliter mutare voluisse ajunt, quod olim filio etiam optimo quocunque titulo legitimam relictam esse sufficie-
6 bat, id quod amplius sufficere Justinianus noluit. † Constat autem hoc tantum obtinuisse & suffecisse filio à patre exheredato & à matre præterito, adeoque jus illud novum ad casum diversum, quo filius præteritus est à patre, & quo testamentum, utcunque legitimam accepisset filius, nullum fuisset, porrigi haud debere, Ant. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 9. defin. 1. n. 6. 7.*
7 *& 8.* † Eamque sententiam, quod *dict. Novell. 115.* loquatur saltem de præteritione maternâ, Azon. & *plerisque veterum* probatam fuisse testatur Bartol. *in l. filio. 17. num. 4. ff. de injust. rupt. testam.* Jason *in*
8 *Auth. ex causa C. de lib. præter. n. 1.* † Sed hanc explicationem generalitas verborum *in dict. Novell. 115.*
9 *cap. 3. in fin. & cap. 4.* vix admittit: † Ideoque dicendum potius cum communi Dd. scholâ, legata ex testamento deberi, etiamsi nulla sit heredis institutio propter liberorum præteritionem. † Quod &
10 placuit illustrissimo Saxon. Electori, *hâc* Const. *9. vers.* Und doch nichts desto weniger die *Legata* denen/welchen sie vermacht seyn/folgen und gegeben werden sollen/ ꝛc. *ubi* Moller. *num. 1.*

Ita Domini in causa Jacobi Gottschalcks zu Coldiz/ Mense Nov. Anno 1633. (Verba sentent.: Dieweil er aber dennoch in solchem Testament seine Kinder zu Erben nicht eingesetzt / ꝛc. So ist gedachter sein letzter Wille/ ausser denen darinnen vermachten Legaten, zu Recht nicht beständig/ ꝛc.)

In causa Valentini Gölckers zu Löbau / Mens. Febr. Anno 1633. [Verba sentent: Dieweil er aber dennoch seine leibliche Mutter euer Eheweib gäntzlich præteriret, und ihr die gebührende legitimam titulo honorabili nicht verlassen/ etc. So ist solch Testament ausser denen darinnen vermachten Legaten zu Recht nicht beständig/etc.)

It. in causa Petri Plochens zu Dieben/ Mense Jul. An. 1635.

Definit. IV.

Posthumus, scienter præteritus, rumpit testamentum saltem quoad institutionem heredis, non etiam quoad Legata.

NUllo certè modo nec ratione ullâ liberi aut pa- 1
rentes legitimâ debitâ defraudari debent, †, 2
Ergò nec donatio mortis causa subsistet, in quâ liberi aut parentes fuerint præteriti, in fraudem scilicet, *h.* Const. Elect. *9.* ut demonstravi *Supr.* Constit. *1. Defin. 8. 9. & 10.* † Nec refert, an liberi aut Ne- 3
potes legitimam petant: Quin & posthumis legitima titulo institutionis honorabili relinqui debet, † quia posthumus sive is, qui in utero est, pro jam 4
nato habetur in iis, quæ ad ipsius commodum pertinent, *l. qui in uterô 7. & l. 26. ff. de stat. homin. l. cum quidam. 30. §. 1. ff. de acq. vel amitt. hered.* Joh. Harppr. *in §. posthumi. 1. Inst. de exheredat. lib. num. 2. & seqq.* † Non alio itaque jure censeri debet 5
testamentum, in quo posthumus, quàm in quo filius jam natus præteritus est. † Etsi enim præteritus 6
posthumus testamentum, cum nascitur, non faciat nullum aut injustum, sed rumpat illud, *l. 1. l. Posthumus. 12. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. testam.* † ta- 7
men rumpit ipso jure, solâque legis potestate *l. ventre præterito. 84. ff. de acquir. heredit.* & postquam natus est, eodem planè loco esse incipit, quo esset, si jam ipso testamenti tempore superstes fuisset, *l. si primo. 8. in fin. ff. de lib. & posth.* † Cui consequens 8
est, posthumo præterito testamentum quidem quoad heredis institutionem annullari, attamen legata & fideicommissa in eo relicta conservari, † juxta 9
tradita Defin. *præced. Nov. 115. cap. 3. h.* Constitut. *9.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 9. defin. 1. n. 13.*

Ita Domini in causa Johannis Glasers zu Leipzig/ Mense Jul. Anno 1579.

Definit. V.

Posthumo ignoranter præterito, nullum est testamentum etiam quoad legata.

COnservantur ergò legata in testamento, quod 1
per agnationem posthumi rumpitur, Defin. *præced.* † Quod tamen cum distinctione accipi ve- 2
lim, si scilicet posthumus scienter fuerit præteritus. Nam si ignoranter, id est, † ab eo, qui nec testamenti, nec mortis tempore de posthumo cogitârat, re- 3
ctissimè probatum est, Constitutioni *Novell. 115. c. 3.* locum haud esse, † sed testamentum per agnatio- 4
nem posthumi ita rumpi, ut nec Legata ex eo veniant præstanda, Anton. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 9. defin. 1. num. 14.* Bart. & Dd. *in l. 11. ff. de jur. Codicill. & ad Auth. ex causa C. de liber. præter.* Rationem diver- 5
sitatis si petas, dixerim, † parentem ignorantiam posthumi habentem non præsumi in ejus præjudicium legata fecisse, ut notat Jason. *in dict. Auth. ex causa n. 4. & 5. C. de liber. prater.*

Ita Domini in causa Vidæ Caroli Würtzburgers zu Heckstädt/ Mens. Febr. Anno 1600. (Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch nach seinem tödtlichen Abgange seine hinterlassene Wittibe eine Tochter lebendig zur Welt gebohren / ꝛc. So ist auch vorberührte Verordnung und letzter Wille hierdurch cassiret und ausgehoben / und hat demnach der Testator seine Verlassenschafft auff seine Tochter / und weil dieselbe folgends auch mit Tode abgangen / ist ihre Väterliche Erbschafft auff eure Mutter gebracht worden / welche die in obberührter cassirten Verordnung ausgemachte Legata abzutragen und zu bezahlen nicht schuldig ist / V.R.W.)

In causa Valentini, Erneſti & Andreæ fratrum der Meiere zu Pauitz / Menſ. Sept. Anno 1626. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch nach ſeinem tödtlichen Abgange ſeine Wittwe ein Kind zur Welt gebohren/ ꝛc. So iſt das Teſtament hierdurch caſſiret und auffgehoben/ und demnach des teſtatoris Verlaſſenſchafft auff ſolches Kind ab inteſtato gebracht worden / welches die in der caſſirten Verordnung euch ausgemachte legata abzutragen und zu bezahlen nicht verpflichtet/ V.R.W.)

In causa Hanſen Spenglers zu Wurtzen Menſ. Majo Anno 1635.

Et in causa Wolff Heinrich Baudiſſens / Menſe Nov. Anno 1636.

Definit. VI.

Verba directa faciunt heredis inſtitutionem, non etiam verba obliqua, & quænam hæc ſint?

1 QUum liberis pariter & parentibus legitima titulo inſtitutionis honorabili relinqui debeat, *h.* Conſt. *9. Supr.* Defin. *1. & 2.* multum certè refert noſſe, quænam teſtatoris verba directam faciant heredis inſtitutionem? Ubi probè obſervanda eſt admonitio Joh. Coraſii, quam refert Moll. *hic num. 4.*
2 † Scilicet non oportere prudentem judicem, in verborum directorum, obliquorum & communium diſtinctione, omni tempore ſuum conſtituere judi-
3 cium, † eò quod hodiè non tam accuratè natura horum verborum à teſtatoribus obſervetur, præſertim ſi Notarii teſtamenta conceperint, qui de conſuetudine plerumque clauſulas è vulgatis formulariis deſcriptas adjicere ſolent non intelligentes, quid
4 ſcribant. † Quæ certè Notariorum incuria & imperitia teſtatori vel heredibus haud nocere debet, ſi mens & voluntas contraria appareat, Jacob. Me-
5 noch. *lib. 1. conſil. 37. num. 112.* † Nihilominus tamen horum intellectus & efficacia haud negligenda eſt, quippe ex quibus mens teſtatoris ſæpiſſimè colligi poteſt, ut vel ex text. *h.* Conſt. *9.* manifeſtum
6 eſt. Dicuntur autem † verba directa, quæ in perſonam teſtatoris ſunt concepta, veluti: Do, Inſtituo, Aſſigno, Transfero, Heres eſto, &c. quæ oſtendunt, teſtatorem voluiſſe, ut inſtitutus hereditatem ſibi relictam directò & per ſeipſum, non inter-
7 veniente facto alterius perciperet: † Ergò verbis hiſce legitimam titulo honorabili relictam cenſeri, dicendum eſt cum Moll. *dict. loc.* Secus ſi verbis
8 obliquis vel precariis uſus fuerit teſtator, † putà: Mando, Jubeo, Rogo heredem meum, ut huic vel illi bona tradantur, dentur, aſſignentur. Quibus te-
9 ſtator mentem ſuam declaraſſe videtur, † ut nempe per intermediam perſonam ſubſtitutus hereditatem accipiat, quod certè adverſatur titulo inſtitutionis honorabili, ut in aperto eſt, Moller. *dict. loc. num. 7.*

Ita Domini in causâ Benedicti Königs zu Nauen Hoff/ Menſe Octobr. Anno 1628. (Verba ſentent: Ob wohl zwiſchen euch und euerm Eheweibe ein Teſtamentum auffgerichtet worden/ darinnen verſehen/ daß/ wann eines vor dem andern verſterben würde/ das überbleibende Theil des verſtorbenen nechſten Freunden 100 fl. entrichten/ das übrige aber für ſich allein erben ſolle. Dieweil aber dennoch bemeldtes euer Ehe-Weib Kinder erſter Ehe verlaſſen / und ſolche titulo honorabili zu Erben nicht eingeſatzt / noch dergleichen verba communia, ſo ſich zu Einſetzung eines Erben ziehen / gebrauchet / ꝛc. So iſt auch angeregtes Teſtament zu Recht nicht beſtändig/ derowegen eures Weibes Verlaſſenſchafft unter ihre nechſte Erben ab inteſtato billich vertheilet wird/ V.R.W.)

It. in causa Petri Plochens & Conſort. zu Dieben / Menſe Jul. Anno 1635. (Verba ſent: Ob nun wol eure Mutter einen letzten Willen auffgerichtet / und darinnen unter andern Verordnung gethan / daß ihren Kindern für ihren Antheil und Gebührniß 50. fl. gereichet und gegeben werden ſolten. Dieweil aber dennoch ſolche Wort nicht verba communia ſeyn/ ſo ſich zu Einſetzung eines Erben ziehen thun. So iſt auch angeregte diſpoſitio dißfalls zu Recht nicht beſtändig / ꝛc.)

Item in causa liberorum Matthæi Gebhards zu Grimma/ Menſ. Octobr. Anno 1633.

Et in causa Caſpari Burmans zu Kempnitz / Menſe Nov. Anno 1633.

Definit. VII.

Verba communia in dubio pro directis habentur, ac heredis inſtitutionem faciunt, niſi ex circumſtantiis alia teſtatoris voluntas appareat.

PRæter verba directa & obliqua, alia habentur, 1
quæ vulgò dicuntur communia, ſeu æquivoca, (putà: Lego, Tribuo, Relinquo, Perveniat, Pertineat, Habeat, Permaneat, Devolvatur, Accreſcat, Accipiat, Competat, Hereditet, Sequatur, Revertatur, Redeat, &c. † de quibus Vid. Mynſing. *decad. 8.* 2
conſil. 79. n. 16. & latiſſimè Matth. Berlich. *part. 3. concl. 15. num. 29. & multis ſeqq.*) Quæ nimirum indefinitè ſunt concepta, † ita ut utrique ſignifica- 3
tioni, verborum nempe directorum & obliquorum conveniant. † Poſſunt enim hæc directa eſſe ali- 4
quando, ut cum manu ſuâ per ſeipſum hereditatem capit heres: † Poſſunt & obliqua eſſe, cum de ma- 5
nu alterius accipit, Dd. *in l. Centurio 15. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & ibi* Bartol. *num. 43. & 45.* Moll. *hic num. 7. verſ. communia autem &c.* † Hiſce verbis 6
communibus eam vim tribuit Illuſtriſſimus Saxon. Elector, ut pro directis haberi, ex iisque inſtitutio heredis directa colligi debeat, *h.* Conſt. *9. verſ.* Jedoch wenn der *teſtator.* Moll. *hic n. 3. in fin.* Idque in fa- 7
vorem teſtamentorum, † quæ conſervari publicè expedit, *l. vel negare. 6. ff. teſtam. quemadm. aper. l. 1. C. de SS. Eccleſ. h.* Conſt. *9. verſ.* Dennoch aber ſeyn unſere Verordnete / ubi & hoc addit Elector, 8
† quod omne verbum, de quo dubitatur, an directum, an verò obliquum, an commune ſit, pro communi verbo haberi debeat, Matth. Berlich. *dict. concl. 15. n. 47.* Sed hæc omnia, † ſi dubia ſit vo- 9
luntas teſtatoris, quæ ſi ex circumſtantiis alia appareat, contra intentionem & mentem defuncti, verba communia pro directis haberi non debent; † li- 10
cet corruat ipſum teſtamentum; Nec enim Conſtituentem Illuſtriſſimum aliud ſenſiſſe, vel ex ſolis verbis (daß im Zweiffel) apertiſſimum eſt.

Ita Domini in causa Marci Rößlers zu Pegau / Menſe Nov. Anno 1630 (Verba ſent: Hat euer Vater ein Teſtament auffgerichtet / und euch und euer Schweſter Kinder zu Erben eingeſatzt/ ſeinem ausländiſchen Sohne aber 400. fl. legiret. Ob nun wol das Wort (legiret ſonſten pro verbo communi zu halten/ und in caſu dubio auff die heredis inſtitution gezogen werden kan. Dieweil aber dennoch aus allen Umſtänden/ und euers Vaters im Teſtament geführten Worten ſo viel abzunehmen / daß er euch und der Schweſter Kinder allein zu Erben einſetzen wollen/

len/ und man also in casu dubio allhier nicht verfiret, &c. So mag auch angeregtes testamentum dannenhero/ daß dem ausländischen Sohne titulo honorabili die legitima nicht verlassen / für kräfftig und beständig nicht gehalten noch erkannt werden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Quicquid liberis sub nomine Legitimæ relinquitur, in eo videntur heredes instituti, nisi testator id per heredem exsolvi jusserit.

1 SI pater certa quædam bona liberis suis relinquat
sub expressâ mentione Legitimæ, perinde ha-
bendum erit, ac si legitima titulo honorabili insti-
2 tutionis esset relicta, † ex tacitâ scilicet testatoris
voluntate, de quâ si constat, non multum de verbis
laborandum est, juxta tradita Dan. Moller. *hic n. 4.*
Bartol. *in Auth. Unde si parens. C. de inoff. testam.*
num. 1. & in l. ult. ff. de pecul. legat. numer. 3. Nicol.
3 Boër. *decis. 267. n. 1.* † Quod & placuit Illustrissimo
Electori *h.* Const. *9.* §. Also auch wann der Vater/ &c.
ubi Moll. *numer. 6.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 15.*
4 *num. 49.* † Neutiquam tamen hoc contra men-
5 tem ac intentionem testatoris torqueri velim: †
Quid enim, si heredem institutum, id quod nomine
ac mentione legitimæ relictum fuit, liberis exsolvere
6 jusserit? Vix certè negari poterit, † noluisse testa-
torem liberis legitimam titulo honorabili relinque-
re, vel saltem ex fortiori & majori præsumptione,
7 † quæ minorem vincit, *l. cum de indebito. 25. ff. de*
probat. l. Nesennius. 34. ff. de negot. gest. Anton. Fab.
in Codic. lib. 3. tit. 24. defin. 8. n. 8.

Ita Domini in causa Salomon Wagners zu Leipzig/ Mense Jun. 1623. (Verba sentent: Dieweil er aber dennoch die Kinder erster und anderer Ehe titulo honorabili zu Erben nicht eingesatzt/ sondern bey der institution gäntzlich übergangen / und ausdrücklichen verordnet/ daß sie ihre ausgesatzte legata an Vatertheil oder der väterlichen legitimen von denen eingesatzten Erben innerhalb Jahresfrist haben und empfahen solten / also daß daraus klärlich zu verspüren / daß der Testator sie zu Erben nicht habe einsetzen wollen/ &c. So ist auch solche Verordnung und letzter Wille zu Recht nicht kräfftig/ V. R. W.)

Definit. IX.

Nomine dotis relictum videtur assignatum titulo honorabili institutionis.

1 QUod relinquitur dotis nomine, æquipollet he-
redis institutioni, adeoque validum erit testa-
mentum, si pater filiæ aliquid loco dotis reliquerit,
licet eam verbis expressis non heredem instituerit,
hâc Constitut. *9.* §. *ult.* gleicher Gestalt und letzlich.
2 *ubi* Moller. *num. 7.* † Est namque dos universale
quid, Dion. Gothofr. *ad l. quod dicitur. 7. verb.*
3 *Non enim ff. de impens. in reb. dotal. fact.* † cui ver-
bum obliquum appositum institutionem importat,
l. cogi. 16. §. *generaliter. 2. ff. ad SCtum Trebell.* ubi
id rectissimè restringit ad dotem competentem,
4 † quæ scilicet pro facultate patrimonii parentis, nec
non pro ejusdem dignitate & consuetudine loci
competens est, ac quantitatem legitimæ ascendit:
5 † Alioquin ad supplementum agere non prohibe-
tur, quia actionem illam institutio non tollit, *l. o-*
mnimodo. 30. l. si quando. 35. §. *1. C. de inoff. testam.*
Matth. Wesenb. *in addit. ad* Joh. Schneidewin. *in*
pr. Inst. de exheredat. lib. num. 2. lit. B.

Ita Domini in causa Martin Köllers zu Frauenloba/ Mens. Jan. Anno 1630. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall der Testator seiner Tochter euerm Eheweibe/ eine gewisse Portion zur Mitgifft/ und also nomine dotis verlassen / &c. So mag auch dannenhero angeregtes Testament nicht gefochten noch hinterzogen werden/ sondern es ist zu Recht kräfftig und beständig / V. R. W.)

Definit. X.

Non impugnare possunt liberi paternum testamentum, si patre vivente, legitimam vel dotem acceperint.

MInus verò admittendi sunt liberi impugnantes 1
paternum testamentum ex causâ præteritio-
nis, si patre adhuc vivente, dotem vel legitimam
acceperint, † quia eo ipso factum & testamen- 2
tum patris probare videntur, Const. Elect. *10. p. 3.*
l. Papinianus 8. §. *quoniam autem quarta. 8. ff. de*
inoff. testam. l. Titio centum. 71. §. *Titio genero. 3. ff.*
de condit. & demonstr. Bartol. *in l. Gallus. 29.* §. *Et*
quid si tantum. 5. ff. de liber. & posth. Dan. Moller. *hic*
n. 10. ubi plures allegat. † Planè, si pater uno aut 3
duobus filiis heredibus institutis subjiciat verba ge-
neralia (putà: *Cuilibet liberorum relinquo decem vel*
viginti) testamentum quoque valere, illudque reli-
ctum perinde haberi, ac si titulo institutionis factum
esset, † propterea, quod titulus institutionis præ- 4
cedens, reliquis filiis adjectus, censeatur in iis repe-
titus, tradit Bartol. *consil. 27. n. 1. lib. 1.* Nicol. Boër.
decis. 267. n. 2. Matth. Berlich. *part. 3. concl. 15. n. 55.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent: Die andern Töchter auch bey Lebzeiten des Vaters allbereit ihre Abstattung und vollkommene dotem erlanget/ &c. So mag auch dannenhero angeregtes Testament nicht gefochten/ noch hinterzogen werden/ sondern es ist zu Recht kräfftig und beständig/ V. R. W.)

Definit. XI.

Non vitiatur testamentum ex causa præteritionis in favorem liberorum factæ.

IN favorem liberorum introductum fuit, quod 1
legitima titulo institutionis iis relinqui debeat,
adeoque ex causâ præteritionis testamentum pater-
num vitietur, Joh. Harppr. *in* §. *ult. num. 6. Inst. de*
inoff. testam. Supr. Definit. *1.* † Neutiquam ergò 2
præteritio testamentum vitiabit, si & ipsa in favorem
liberorum facta fuerit, putà, † si testator timeat 3
insidias vitæ filii parvuli ab Agnatis, ac propterea
alium instituat heredem, eumque fideicommisso de
restituendâ hereditate filio gravet, *l. si emancipatus*
2. ff. de bon poss. contr. tab. junct. l. multi non notæ 18.
ff. de lib. & posth. Jason. *in Auth. novissimâ. C. de in-*
off. testam. num. 24. vers. Septimò. † Aut si parens 4
filium ære alieno obæratum prætereundo, instituat
heredes nepotes, ne forsan Creditores portionem
hereditariam auferant. † Subsistet omninò tunc 5
testamentum, secundùm tradita Dd. quod testa-
mentum favorem filii concernens valeat, † etiamsi 6
legitima titulo institutionis non sit relicta, Jason
dict. loc. Gloss. *in l. scimus. 36. pr. verb. repletionem.*
C. de inoff. testam. Matth. Berlich. *part. 3. concl. 15.*
num. 54.

Ita Domini in causa Hansen & Georgen der Fischere zu Lengefeld/ Mens. Decembr. Anno 1628. (Verba sentent:

Ob nun wohl die Testirerin auch ihre Söhne in solchem Testament præteriret, und eure Kinder als ihre Enckelin allein zu Erben eingesatzt / dieweil aber dennoch solches euch und den Eurigen zum besten geschehen/ damit eure Gläubiger nicht zufallen / ihrer Verlassenschafft sich anmaßen / und also eure Kinder um die Großmütterliche Erbschafft bringen möchten / So verbleibets bey solchem eurer Mutter Testament billich / und es seyn eure Gläubiger dasselbe zu fechten nicht befugt/V.R.W.)

Et in causa prorsus simili Enoch Hildebrands zu Langensaltza/ Mense Augusti. Anno 1632.

Definit. XII.

Non efficit clausula codicillaris, ut subsistat testamentum, in quo liberi sunt præteriti.

1 COmmuniter tradunt Dd. Clausulam Codicillarem sive de omni meliori modo testamento annexam, illud ita validitare, ut subsistat, licet liberis legitima titulo institutionis relicta haud fuerit, 2 † Nempe quod hoc casu liberi ab intestato rogati censeantur hereditatem, legitimâ suâ retentâ, scriptis heredibus restituere, Jason *in Auth. Novissima. C. de inoff. testam. numer. 24.* Dan. Moller. *hic n. 9.* Nicol. Boër. *decis. 267. n. 3.* Jul. Clarus *lib. 3. sentent. §. testamentum. quæst. 46. num. 1.* Bartol. *in l. 1. ff. de jur. Codicill. quæst. 5. n. 9.* Cui consequens 3 esset, † subsistere testamentum inter liberos, legitimâ licet iis haud titulo institutionis relictâ, quia ejusmodi testamento semper clausula Codicillaris inesse subintelligitur, Ant. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 7. numer. 4.* Contra quod disputavi *Supr.* 4 Const. 4. *Definit. 21.* † Sed falsa est hæc sententia ex veriori opinione Accurs. *in dict. Auth. ex causa. C. de lib. præter.* Andr. Fach. *lib. 4. controv. 11.* Harppr. *ad §. non tantum 1. num. 24. Inst. de Codi-* 5 *cill.* † per text. *in l. Titia 13. ff. de inoff. testam. l. nec fideicommissa. 36. ff. de legat. 3.* ex quibus evidenter patet, fideicommissum in casu proposito à demente factum, ac proinde prorsus irritum nullumque vi- 6 deri. † Nunquam verò clausula Codicillaris defectum testantis supplet, Ant. Fab. *in Codic. dict. tit. 5. definit. 4. num. 4.* Schneidewin. *in §. Codicillis. 2.* 7 *num. 15. Inst. de Codicill.* † Cujus potissimum est effectus, ut per eam sustineatur testamentum, ob numerum testium incompletum aliàs invalidum, 8 *Supr.* Constit. 4. *Defin. 38. & 39.* † Et si aliter diceretur, vix locum inveniret *hæc* Constit. *9. & Novell. 115. cap. 3.* ex quibus irritum redditur testamentum ex causâ præteritionis liberorum, quo- 9 niam hodiè † nullum ferè invenitur testamentum, in quo ejusmodi clausulæ non appositæ deprehenduntur, contra *l. si quando. 35. sub fin. pr. C. de inoff. testament.*

Ita Domini in causa Salomon Wagners zu Leipzig/ Mens. Jun. 1623. (Verba sentent : Ob er nun wohl solchem seinem Testament die clausulam Codicillarem, quod valere debeat omni meliori modo; viâ & formâ, annectiret und angehänget / Dieweil er aber dennoch die Kinder erster und anderer Ehe titulo honorabili zu Erben nicht eingesatzt / sondern gäntzlich præteriret und übergangen/ &c. So ist auch solche Verordnung und letzter Wille zu Recht nicht kräfftig noch beständig / V. R. W.)

Definit. XIII.

Testamentum fratris ratione solennium invalidum, à fratre approbatum, ab ejusdem liberis, defuncto eo, impugnari non potest.

QUod de legitima titulo institutionis liberis ac 1 parentibus relinquendâ hactenus dictum fuit, id ad fratrum legitimam haud extendi debet, † 2 Quia de hâc nihil quicquam reperitur in *Novell. 115. cap. 3. & 4.* † Quod autem mutatum non est, 3 stare haud prohibetur *l. 32. §. ult. C. de appellat. l. 27. C. de testam.* Donell. *lib. 6. comm. 15.* Joach. Beust. *ad l. 1. ff. de jurejur. num. 180.* Salycet. *in l. fratres 27. num. 8. C. de inoffic. testam.* † Nihilominus fratri im- 4 pugnare licet testamentum fratris ex defectu solennium in testamento non adhibitorum, etiamsi testator id prohibuisset, † quia nemo facere potest, 5 ut leges non habeant locum in suo testamento *l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. ubi* Dd. *& in §. 1. Inst. de donat.* Bald. *in l. un. num. 8. & 10. C. de his quæ pœn. nomin.* † Attamen si frater testamentum fratris 6 impugnare intermiserit, defuncto eo, liberi ejus ad impugnationem ulterius haud sunt admittendi. † Quia frater jus intestati sibi competens tacendo 7 remisisse videtur, cui postea ejus heredes ac liberi contravenire haud possunt, *l. cum à matre. 14. C. de R. V.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 3. defin. 14. n. 10.*

Ita Domini in causa Christophori Möckens contra heredes Michael Grossens / ad consultationem Henrici à Bunaw, Mens. Octobr. Anno 1633. (Verba sent: Und seyn Beklagte / weil ihr Vater seines Brudern Verordnung beliebet/ nunmehr für ihre Person dieselbe zu fechten nicht berechtiget/V.R.W.)

Definit. XIV.

Institutio heredis non valet, quoties non apparet, quis designatus sit heres.

QUum in testamentis amicos plerumque & no- 1 tos, aut benè de nobis meritos heredes instituamus, vel aliquid iis legemus, *l. nec adjecit. 9. ff. pro Socio. l. amicissimo 36. in pr. ff. de excusat. tutor. l. Pamphilo. 39. §. 1. ff. de legat. 3. l. 3. §. 1. & 2. ff. de legat. præstand.* dicendum videbatur, † non posse here- 2 dem nos instituere eum, quem nec vidimus, nec novimus : † Attamen ignorantiæ huic præferenda est testatoris voluntas, maximè cum latens & ta- 3 citus quandoque sit, etiam erga ignotos instinctus non modò propter sanguinis necessitudinem, ut in cognatos in dissitis procul regionibus agentes, † sed 4 & propter eruditionis aut virtutis insignioris celebritatem, ut notat Viglius *in §. ult. Inst. de hered. inst.* † Modò certa sit persona heredis, incerta nam- 5 que (putà si testator dicat : *Qui primus ad funus meum venerit, heres esto)* institui non potest, *§. incertis. 25. Inst. de legat. l. quotiens. 9. §. heres 9. ff. de hered. inst.* † Quoniam certum debet esse consilium sive ju- 6 dicium testantis, ut notat Ulpian. *in fragm. Inst. tit. 22. §. incerta.* † Planè, quando etiam non apparet, 7 quis heres institutus sit, institutio non valet, putà, si testator complures amicos eodem nomine habeat, & ad designationem hominis singulari nomine utatur, † nisi ex aliis apertissimis probationibus fuerit revelatum, de quâ personâ testator senserit, *l. in tempus 62.* 8 *§. 1. ff. de hered. inst.* † licet hunc textum à Triboniano 9 corru-

10 corruptum dicat Anton. Fab. *lib. 5. conject. 19.* † Unde ſi controverſia ſit de nomine inter plures, qui probaverit, ſenſiſſe de ſe defunctum, ille admittetur, *l. falſa demonſtratio 17. in fin. pr. ff. de condit. & demonſtr.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. l. 4. tit. 6. n. 1.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Cramers zu Böhlen / Menſ. Januar. Anno 1634. (Verba ſentent: Und mag die inſtitutio heredis, weil zweiffelhafftig / wer eigentlich zum Erben eingeſetzt worden / vor beſtändig nicht gehalten werden / V. R. W.)

Definit. XV.

Ex diſtinctis familiis in genere heredes inſtituti, pro ratione & numero familiarum, diviſionem faciunt; Sed in capita ſuccedunt, ſi per particulam (æquè, ſimul,) *ad hereditatem vocati fuerint.*

1 Licet plures heredes ſine partium definitione inſtituti, ex virilibus ſive æquis partibus intelligantur, *l. quotiens 9. §. heredes 12. ff. de hered. inſtit. §. 6. Inſt. eod. tit. ubi* Joh. Harppr. *num. 1.* Attamen aliter
2 res ſe habet, † ſi ex diverſis familiis teſtator heredes, conjunctim tamen inſtituerit, putà fratrem & fratris aut ſororis liberos, vel ſuos & conjugis proximiores
3 cognatos; † Nam tunc pro ratione familiarum, hereditatem diviſiſſe, & ſuos cognatos ex ſemiſſe, Uxoris verò conſanguineos proximiores ex altero ſemiſſe vocaſſe intelligitur, *l. interdum 13. in fin. pr. ff. de hered. inſt.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 9. n. 6.*

Ita Domini in cauſa der Müllériſchen Erben zu Weiſſenfels / Menſ. Jun. Anno 1636. (Verba ſententiæ: Nach des letzten Ehegatten Abſterben aber ſollen des Mannes und Weibes neheſte Erben zu ihrer Verlaſſenſchafft zugelaſſen werden / ꝛc. So wird nunmehr die gantze Verlaſſenſchafft in zwey gleiche Theil abgetheilet / und das eine des Mannes / das andere aber des Weibes Freunden billich abgefolget / V. R. W.)

4 † Sed hoc ita, niſi teſtator per particulam *(æquè,* vel
5 *ſimul)* eos omnes heredes inſtituerit; † Operatur enim hoc vocabulum, ut heredes diverſarum etiam familiarum inſtituti, non in ſtirpes, ſed in capita ſive ex portionibus virilibus ſuccedant, *dict. l. 13. in pr. ubi* Gothofr. *in verb. æquè ff. de her. inſt.* Mantic. *dict. tit. 9. n. 6. Vid. Supr.* Conſt. 7. *Def. 19.*

Ita Domini in cauſa David Müllers zu Leipzig / Menſ. Mart. Anno 1582. (Verba ſentent: Hat euer Vetter Matthes Müller einen letzten Willen auffgerichtet / und in demſelben unter andern verordnet / daß ſeine und ſeines Weibes nechſte Freunde ſeine Verlaſſenſchafft zugleich haben / und unter ſich vertheilen ſollen / ꝛc. So wird ſeine Erbſchafft unter ſeine und ſeines Weibes Freunde zugleich nach den Häup'ern oder der Perſonen Anzahl billich vertheilet / V. R. W.)

Et in cauſa heredum Eliſabethin Sorgenfreyens zu Kemberg / Menſ. Aug. Anno 1636.

Definit. XVI.

Quotquot ſunt in familia Cognati heredes inſtituti, ſimul ſuccedunt, nec remotiores à proximioribus excluduntur.

1 Nolo hîc diſputare de conjecturis & præſumptionibus, unde teſtator heredes ſimul vel ordine ſucceſſorio ad hereditatis ſucceſſionem vo-
2 caſſe cenſetur, † quibus certè haud minima vis & efficacia in dijudicando eſt tribuenda, de quibus Franciſc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 7.* † veluti ſi inſtituerit teſtator conjunctim filiam & 3
Nepotem, ubi vel ſolâ ratione charitatis & affectionis motus ordinem ſucceſſorium obſervaſſe videtur, Gloſſ. *in l. Gallus 29. §. quidam rectè 1. verb. Non exprimat. verſ. Quid autem ff. de lib. & poſthum.* & multis tuetur id Mantic. *dict. loc.* † Illud ſaltem mo- 4
nitum velim, non ſemper præſumptionibus ita indulgendum, ut verba teſtatoris negligantur, ex quibus potiſſimum mens teſtatoris colligi poteſt. † Commovit id ipſum Bald. *in dict. l. Gallus 29. §. quidam rectè 1. ff. d. t.* ut ſtatueret, fratrem, ejusque fi- 5
lios heredes conjunctim inſtitutos, non obſervato ordine ſucceſſorio, ſimul vocatos cenſeri, † quem 6
Dd. communiter ſequuntur ſecundum Nicol. Boër. *deciſ. 185. n. 16.* Multo magis id dicemus † de agna- 7
tis vel cognatis remotioribus certarum familiarum conjunctim vocatis: Certum namque eſt, quod ceſſante neceſſitate reſtituendi, propter ſolum ordinem charitatis non ſit à ſermonis proprietate re- 8
cedendum, † ſed melius verbis inſervire, *l. non aliter 69. in pr. ff. de legat. 3. l. 1. §. ſi is qui navem 19. ff. de exerc. act.* † Natura autem Copulæ ea eſt, ut 9
conjuncti æqualiter, & pro virilibus portionibus admittantur, *l. reos 11. §. cum in tabulis 1. ff. de duob. reis. l. ex duobus 85. in pr. ff. de legat. 1. l. ſi quis Attic. 7. ff. de Uſufr. accreſc.* † Minus verò id dubium ha- 10
bet in perſonis extraneis, ita ut extraneus quis & ejus filii inſtituti heredes, non intelligantur inſtituti ordine ſucceſſorio, quia in eis ceſſat charitas & affectio ordinata, *l. ult. C. de impub. & aliis ſubſt.* Mantic. *dict. loc. n. 21.*

Ita Domini ad Conſultationem Senatus Marienbergenſis, Menſ. Jul. Anno 1622. (Verba ſentent. Hat obgedachte Teſtirerin ihre Freunde / ſo viel derer von dem Greiffiſchen und Gemperleins Geſchlechte vorhanden / zu Erben eingeſatzt / alſo daß ſie nach Abſtattung der Legaten die übrige Verlaſſenſchafft unter ſich nach Anzahl der Häupter vertheilen ſollen. Und es haben ſich nach der Teſtirerin Abſterben 5. Erben von Gemperleins / und ein Erbe von Greiffens Geſchlechte gleiches Grads / demnach 10. Erben von beyden Geſchlechten eines Grades weiter befunden / ꝛc. So werden vermöge des auffgerichteten letzten Willens ſolche 16. Erben zugleich nach den Häuptern zu obangeregter Erbſchafft billich zugelaſſen / und es mögen die 10. Erben dahero / daß ſie eines Grads weiter ſeyn / von den andern Erben nicht ausgeſchloſſen werden / V. R. W.)

Definit. XVII.

Conſanguineis tamen ſimpliciter vocatis, cenſentur ſaltem vocati proximiores.

SEd hoc ita, ſi teſtator omnibus conjunctim in- 1
familiâ quid legaverit; Secus verò ſi conſanguineos ſuos ſimpliciter inſtituerit, † vocatis nam- 2
que heredibus indifferenter, vocati cenſentur ſolummodo proximiores, Bald. *in l. ſi cognatis 19. col. ult. verſ. Quare hic dicitur ff. de reb. dub.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. l. 8. tit. 13. in pr.* † Quia in du- 3
bio præſumitur teſtator ſe voluiſſe confirmare juri communi, quod proximiores ſolùm admittit, remotioribus excluſis, *l. ult. C. de V. S.* † Quod usque adeo 4
verum eſt, ut ſi teſtator dixerit: *Lego fratribus meis,* fratres ex utroque latere præferantur conſanguineis & uterinis, † quia ſcil. ab inteſtato præferuntur, 5
Nov. 118. cap. 3. Auth. poſt fratres C. de legit. hered. Mantic. *dict. loc.*

Ita

Ita Domini in causa liberorum Lämprecht Myschens zu Einsdorff/ Mens. Octob. Anno 1598. (Verba sent: Unter andern hat auch der Testator das jenige/ so noch übrig seyn möchte/seinen Freunden vermacht: Ob nun wohl in solcher Verordnung unter den Freunden/so viel ihre Verwandnüß anlanget/ kein Unterscheid gemacht worden/ ꝛc. So wird doch solche Verordnung von seinen nehesten Freunden billich verstanden/und es haben sich die jenigen/ so eines Grads weiter seyn/ der Güter nicht anzumassen/ V.R.W.)

Et in causa Caroli Buchbachs zu Kempnitz / Mens. Nov. Anno 1635. (Verba sent: Ob nun wol der Testator unter den Freunden / so viel die Verwandnüß und Sipschafft anlanget / keinen Unterscheid gemacht/ ꝛc. So wird doch solche seine Verordnung von den nehesten Freunden billich verstanden/ und es haben die halbbürtigen Geschwister/ so eines Grads weiter seyn/ des Vermächtnüß sich nicht zu erfreuen / V.R.W.)

Definit. XVIII.

Extraneus etiam sub conditione casuali heres instituí potest.

1 EXpediti juris est, quod heres non saltem purè, sed & sub certâ conditione institui queat, §. *heres* 2 *& purè 9. Inst. de hered. inst.* Nam † quando conditio existit, retrotrahitur ad tempus mortis testatoris, & pro puro facto sive purâ institutione habetur, *l. necessariò 8. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vendit.* 3 *l. potior est 11. §. 1. ff. qui pot. in pignor.* † Et quod sub conditione fit, jam est aliquid ab initio quasi conceptum, licet nondum natum, *l. ususfructus 26. ff. de* 4 *stipulat. servor.* † Modo conditio sit possibilis, §. *10. Inst. de her. inst.* & potestativa in persona filii; Hic enim si institutus est sub conditione casuali, quæ in 5 ejus potestate non est, † institutio non valet, & testamentum nullius momenti habetur, *l. Lucius Titius 83. ff. de condit. & demonstr. l. ult. in pr. ff. de condit. inst.* 6 *l. si pater filium 4. C. de inst. & subst.* † Etenim si instituatur sub conditione casuali, non existente conditione, quod facilè evenire posset, contra Leges re- 7 peritur præteritus. † In extraneo vero quia hæc ratio cessat, quin is sub conditione etiam in casuali he- 8 res institui possit, dubium non habet, † quoniam liberum est testatori, illum heredem facere vel non facere, *l. ex facto 35. §. 3. ff. de hered. inst.*

Ita Domini in causâ Nicolai Königs Geschwistere zur Gesell/Mense Novembr. Anno 1633. (Verba sentent: Ob wohl euer Bruder vor 8. Jahren ein Testament auffgerichtet/und darinn Verordnung gethan / daß/ auffn Fall er nicht wieder käme/seiner verstorbenen Schwester Kinder zugleich mit euch erben solten. Dieweil er aber dennoch hernach wieder kommen / und dadurch die conditio erloschen/ ꝛc. So haben sich nunmehr der Geschwister Kinder mit solchem Testament nicht zu behelffen/ sondern es hat der Verstorbene seine Erbschafft ab intestato auff euch seine Geschwister allein bracht und verfället / und der Geschwister Kinder haben darau keine Forderung/ V.R.W.)

Definit. XIX.

Unicus heres ex majori hereditatis parte institutus totam capit hereditatem.

1. QUidam lue pestiferâ infectus instituerat heredem ex majori parte bonorum suorum, hisce formalibus (Er solte aus seiner Verlassenschafft 2 das meiste haben.) † Post obitum testatoris, inter heredem scriptum & agnatos proximiores, tanquam heredes ab intestato venientes, contentio oriebatur, quantum ex judicio testatoris illi de bonis hereditariis deferendum esset? Certum namque est, † quod 3 divisio & assignatio testatoris potissimum attendi debeat, *l. si cogitatione 21. C. fam. ercisc. l. quid ergo 53. ff. de legat. 1. l. parentibus 8. C. de inoff. testament.* † Ac si plures testator instituisset heredes, ita ut unus 4 majorem bonorum partem acciperet, haud factâ expressâ partium distributione, non ineptè dixisses, omnes ex æquis partibus vocatos fuisse, † argu- 5 mento eorum quæ tradit Simon de Prætis *de interpr. ult. volunt. lib. 3. interpr. 1. dub. 5. solut. 2. n. 6. vers. idem est dicendum.* † Sed quia unicus solùm heres fue- 6 rat nominatus, dubitandum prorsus non fuit, quin is totam caperet hereditatem, † quia pars vacans semper accrescit heredi instituto, §. *hereditas 5. Inst.* 7 *de hered. instit.* † Veluti si testator Sempronium in- 8 stituat heredem in triente, nec ei alium coheredem addat, procul dubio Sempronius testatori non solùm in quatuor unciis, sed in toto asse accedit, † exclusis etiam ab intestato successuris, *l. coheredis* 9 *41. in fin. ff. de vulg. & pupill. subst. l. pen. §. filiusfamilias 2. ff. de castr. pecul. l. quoties 9. §. si duo 13. ff. de hered. inst.* † Quidni ergò, & multo magis id 10 asserendum esset in casu præsenti, quo unus heres ex parte majori fuerat institutus, † ne scilicet testa- 11 tor pro parte testatus & pro parte intestatus decedat, contra *l. jus nostrum 7. ff. de Reg. jur.* Johan. Schneidew. *in §. si plures 6. n. 4. Inst. de hered. instit.* Johan. Harppr. *ad dict. §. hereditas 5. Instit. eod. tit. num. 10.*

Ita Domini in causa Nicolai Debichts zu Zeiß/ Mens. Dec. Anno 1633. (Verba sentent: Hat einer Schwäger/als er an der gefährlichen Seuche der Pestilentz kranck gelegen/ ein testamentum nuncupativum aufgerichtet/ und darinnen Verordnung gethan/ daß ihr nach seinem Tode aus seinen Gütern das meiste haben solte/ ꝛc. So habt ihr euch als heres institutus, der gantzen Erbschafft allein anzumassen / ꝛc.)

Definit. XX.

Cessante causâ finali legati, ipsum cessat legatum, secus verò cessante causâ impulsivâ.

IN dispositione testatoris pro ratione consideratur 1 voluntas, quæ totum facit, *l. ex facto 35. §. rerum autem Italicarum 3. ff. de hered. inst.* † & primum 2 locum obtinet, *l. in conditionibus primum locum 19. ff. de condit. & demonstr.* † Quæ voluntas potissi- 3 mum ex causâ finali colligitur: Unde traditum vulgò, † quod cessante causâ finali Legati, ipsum ces- 4 set legatum, & defectus causæ futuræ faciat legatum deficere, *l. epistolam 75. in pr. ff. ad SCtum Trebell.* † Sed hoc verum est solummodo in causâ finali, se- 5 cus in causâ legati impulsivâ, quâ licet deficiente, nihilominus legatum debetur. † Nempe, quia, ut 6 Papinianus inquit, ratio legandi legato non cohæret, h.e. quia legati vis & substantia ex ipsâ testatoris voluntate pendet, adeoque sine ullâ causâ consistere potest, *l. cum tale 72. §. falsam 6. ff. de condit. & demonstr.* Joh. Harppr. *ad §. longè magis 31. Inst. de legat. n. 2.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. n. 15.* † Et quidem in dubio causa legati non 7 præsumitur finalis, sed impulsiva, Bald. *in l. 2. §. creditum 3. ff. si cert. petat. & in l. 1. §. si parendi 1. post pr. ff. de condict. caus. dat.*

Ita tractatum in causa Viduæ Philippi V Vormbsers ejusq; filiæ

ſilix zu Leipzig / Menſ. Mart. Anno 1633. (Verba ſent: Hat ſie auch unter andern verordnet/ dieweil zweiffelhafftig/ ob ſie ſich künfftig wiederum verehelichen möchte/ ſo wolte ſie hiemit ihrer Tochter etliche gewiſſe Stücke zum Voraus prælegiret haben/ ob ſie nun wol hernach ſich anderweit verehliget/ und noch vier Töchter gezeuget/ ꝛc. So verbleibet doch der Tochter erſter Ehe das prælegatum billich / V.R.W.)

Definit. XXI.

Legatum relictum ſub conditione, ſi teſtator ægrotus de morbo præſenti non reconvaluerit, extinguitur per reconvaleſcentiam, nec defuncto poſteà teſtatore debetur.

1 ALia eſt ratio legati ſub conditione relicti, quod deficiente conditione ſtatim expirat, *l. ſi poſt diem 5. §. ſed ſi ſub conditione 2. ff. quando dies legat. cod. l. qui heredi 44. §. ult. ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. C. de his quæ ſub modo legata vel fideicommiſſa relinquuntur.* 2 † Finge teſtatorem in morbo & infirmitate aliquâ conſtitutum legaſſe fundum Titio ſub eâ conditione, ſi ex hâc infirmitate moriatur. (Wann er des Lagers verſtürbe.) 3 † Reconvaleſcente teſtatore deficit certè conditio, adeoque etiam legatum expirat: 4 Et per conſequens, † quod ſemel expiravit, nunquam debetur, licet poſteà teſtator alio morbo deceſſerit, *l. legata ſub conditione 41. ff. de condit. & demonſtr.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. eod. tit.* Joh. Schneidew. *ad §. 1. Inſt. de donat. n. 25. & ad §. longè magis 31. n. 6. inſt. de legat.*

Ita Domini in cauſa Annen Kahleus zu Merſeburg/ Menſ. Januar. Anno 1602. (Verba ſentent: Hat eure Mutter/ als ſie Anno 1601. kranck gelegen/ ein Teſtament gemacht/ und ihrem andern Ehemanne ein viertheil Landes und ihr halbes Hauß/ dergeſtalt/ wann ſie nach GOttes Willen deſſelben Lagers verſterben würde/ verteſtiret und beſchieden. Iſt nun gedachte eure Mutter damals nicht geſtorben/ ſondern wiederum zu ihrer Geſundheit kommen/ und allererſt vor 6. Wochen Todes abgangen/ ꝛc. So iſt berührtes Legatum und Vermächtnüß / von wegen nicht erfolgter Condition, darauff es gerichtet worden/ erloſchen/ und hat demnach euer Stiefvater an eurer Mutter hinterlaſſenen unbeweglichen Gütern keine Foderung/ V.R.W.)

Definit. XXII.

Legato debito, ſubſiſtit legatum, etiamſi nullum exiſtat debitum.

1 TEſtator quidam juſſerat heredem exſolvere creditori ſuo ducentos florenos, quos ab ipſo mutuò accepiſſet; Licet defuncto teſtatore, de nullo credito apparebat, nec qui Creditor fuerat 2 nominatus, quicquam petebat, † placuit tamen, ducentos florenos ipſi exſolvendos eſſe vel ſaltem 3 nomine legati, † quod ex falsâ demonſtratione neutiquam perimitur, ut eſt textus elegans *in l. ſi fic legatum 75. §. ſi mihi 1. in fin. ff. de legat. 1.* 4 † Et ſpectanda eſt opinio teſtatoris, quæ facit valere diſpoſitionem, magis quàm veritas, quæ eam poſſit deſtruere, ut demonſtrat exemplo Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 8.* 5 *num. 2.* † quia diſpoſitionem teſtatoris conſervari publicè expedit, *l. vel negare 9. ff. teſtament. quemadm. aper. l. 1. C. de SS. Eccleſ.* 6 † Nec cauſam finalem deficere, rectè dixeris, quippe quæ ſaltem commodum vel honorem teſtatoris concernit, Secus ſi reſpiciat commodum legatarii, † ut in caſu præſenti, quæ propterea non dicitur cauſa finalis, ſed impulſiva, † ex qua legatum neutiquam reſtringitur *ſupr. Defin. 20.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. & 15.* 7 8

Ita Domini in cauſa Jacob Vetters zu Leipzig / Menſ. Sept. Anno 1593. (Verba ſent: Hat Jacob Müller ein Teſtament gemacht / darinnen er unter andern verordnet/ daß euch die 200. fl. ſo ihr ihme geliehen/ aus ſeiner Verlaſſenſchafft hinwiederum bezahlet werden ſolten. Ob er nun gleich euch mit ſolcher Schuld nicht verhafft / dieweil es aber dennoch ſein letzter Wille alſo geweſen/ ꝛc. So werden berührte 200. fl. damit ſeine Verordnung Krafft und Würckung habe/ als ein legatum euch aus ſeiner Verlaſſenſchafft billich entrichtet/ V.R.W.)

Et in cauſa Thomæ Dietzens zu Annaberg/ Menſ. Decemb. Anno 1635.

Definit. XXIII.

Non annullatur teſtamentum ex eo, quod teſtator neſciens ſororem ſuam adhuc vivere, eam præterierit.

QUem mulier in teſtamento ſororis ſuæ, quam 1 mortuam exiſtimaverat, liberos heredes inſtituiſſet maximoperè contendebat ſoror adhuc vivens, teſtamentum hoc tanquam errore teſtatricis confectum haud ſubſiſtere, † eò quod falſa cauſa 2 vel error vitiet inſtitutionem, ut tradunt poſt Bartol. communiter Dd. *l. demonſtratio 17. §. quod autem 2. ff. de condit. & demonſtr.* Dan. Moll. *lib. 2. ſemeſtr. 11.* Franciſc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 5.* † Placuit tamen contrarium Dominis eò inclinantibus, 3 ut voluntas teſtatricis conſervaretur, deficiente licet causâ impulſivâ, ob cujus defectum teſtamentum haud annullari debet, *ſupr. Defin. 22.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 15.* † Nam quod 4 dicitur, falſam cauſam vitiare inſtitutionem, id duntaxat de causâ finali, h. e. ea, quæ commodum vel honorem teſtatoris concernit, accipi debet, ut demonſtrat Franciſc. Mantic. *dict. tit. 14. num. 14.* † Secus res ſe habet in causâ impulſivâ. Nec ſemper error vitiat inſtitutionem heredis, † ſed opinio teſtatoris, & illud quod exiſtimabat eſſe, vel poſſe fieri, licet veritas ſit in contrarium, facit interpretari mentem & diſpoſitionem ipſius teſtatoris ſecundum ejus opinionem, & non ſecundum veritatem, in his quæ dependent ab ejus voluntate & non repugnant juri, *l. quo loco 20. §. 1. ubi* Dd. *ff. de hered. inſtit.* Bartol. *in l. ſervo manumiſſo 53. ff. de cond. indeb.* † At præ- 7 teritio ſororis neutiquam juri repugnat: Quidni ergò teſtamentum hoc ſubſiſteret & opinio teſtatricis veritati prævaleret? † quippe quæ & aliàs in dependentibus à mera voluntate prævalet veritati, *l. pro herede 11. ubi* Gloſſ. *ff. de petit. heredit.* Jaſon *in l. is qui putat 15. ff. de acquir. hered.* Simon. de Prætis *de interpr. ult. volunt. lib. 2. interpr. 4. dub. 1. ſolut. 3. num. 12.* † Contrarium dicendum eſſet, ſi teſtator 9 neſciens filium adhuc in vivis eſſe, extraneum quendam vel fratris filium inſtituiſſet. † Etenim quia 10 prætéritio filii juri repugnat *Nov. 115. cap. 3.* hoc caſu error ſive opinio veritati non prævalebit, † nec 11 teſtamentum pro valido habebitur, de quo caſu loquitur Moller. *dict. cap. 12.*

Ita Domini in cauſa Sibyllen Großin zur Mitweida/ Menſ. Auguſt. Anno 1627. (Verba ſententiæ: Hat eure Schwe-

Schwester Maria / Moritz Fessels Wittibe in ihrem Testament eure Kinder zu Erben eingesetzt. Ob sie nun wohl vermeinet / als wann ihr vorhero an der Pest gestorben wäret / deßwegen sie euch übergangen und præteriret, &c. So mag doch dahero solches Testament zu Recht nicht gefochten noch umgestossen werden / V.R.W.)

Definit. XXIV.

Verba enunciativa, in tempore præsenti prolata, important heredis institutionem.

1 Dispoſuerat aliquis in testamento de funere suo hisce formalibus: (Weil ich meinen Vetter Heinrich Gangloffen zum Erben *instituire*, wil ich / daß er mich soll ehrlich zur Erden bestatten lassen / &c.) cumque in testamento illo nulla alia heredis institutio reperiebatur, disceptatum fuit, *an verba prædicta enunciativa heredis institutionem importarent?* 2 † Etsi verò verba enunciativa in contractibus non aliter disponãt, quàm si à præsente præsenti dicta sint, *l. nuda ratio 26. ff. de donat. l. non solùm 49. in fin. ff. de pecul.* Secus tamen est in ultimis voluntatibus, 3 † in quibus facilius & frequentius inducunt dispositionem, nec quicquam tùm aliud inspicimus, quàm in quem voluntatis intentio dirigatur, *l. miles ad sororem 75. in pr. l. cum pater 77. §. donationis 26. ff. de* 4 *legat. 2.* † Similiora ergò sunt verba ejusmodi in testamento prolata dispositioni, quàm verbis enunciativis, adeoque & heredis institutionem important, 5 non secus † ac si hæc verbis merè dispositivis facta fuisset, secundum tradita Bartol. *in l. ex hâc scripturâ 16. n. 5. ff. de donat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 14.* 6 *definit. 23. n. 4.* Modest. Pistor. *part. 4. qu. 146.* † Idque eo magis, quod per hanc explicationem conservetur voluntas testatoris *l. 1. C. de S. S. Eccles. l. 6. ff. test. quemadm. aper.* Et tractatur solùm hic de præjudicio heredum ab intestato, 7 † quo in casu facilius inducunt verba enunciativa dispositionem, quàm in 8 præjudicium tertii Bartol. *dict. loc. n. 6. & 7.* † Non tamen in ultimis voluntatibus verba enunciativa 9 semper disponunt, † sed ita demum, si in tempus præsens vel præteritum conferantur, propter se principaliter, non propter aliud incidenter, Menoch. *lib. 4. præs. 100. n. 23.* Anton. Fab. *dict. defin. 23. n. 5.* Mo- 10 dest. Pist. *dict. qu. 146 n. 2.* † Nam si conferantur in futurum, adulatoria potius quàm dispositiva videntur, *l. generali 31. in pr. ff. de Usufr. legat. l. 68. §. ex his verbis 1. ff. de legat. 3. l. Lucius 78. §. filiam suam 8. ff. ad SCtum Trebell.* Fab. *d. loc. n. 7.*

Ita Domini in causa Heinrich Gangloffs zu Meinewehr / Mens. Jul. Anno 1631. (Verba sentent. Hat euer Bruder Adolff Gangloff einen letzten Willen aufgerichtet / darinnen gewisse legata verordnet / und darnebens Versehung gethan / weil er euch zu seinem Erben instituire, wolte er / daß ihr ihn soltet ehrlich zur Erden bestatten lassen / &c. So wird durch angeregte / des Testatoris Wort die institutio heredis eingeführet / und ist demnach angeregtes Testament beständig / und ihr als heres institutus seyd euch nach Abstattung der legaten der Erbschafft anzumassen wohl befugt / V. R. W.)

Definit. XXV.

Revocato legato, etiam ob benè merita relicto ex certâ quâpiam causâ, deficiente licet eâ, haud tamen legatum debetur, quando est causa impulsiva.

1 Quod dixi, deficiente licet causâ Legati impulsivâ, legatum tamen deberi, *supr. Defin. 20.* id non malè ad Legati quoque ademtionem accommodari potest, † ita ut legato adempto ex certâ aliquâ causa impulsivâ, deficiente licet eâ; legatum 2 tamen peti nequeat, *arg. l. obligationem 44. §. 1. vers. placet ff. de O. & A. l. omnia quæ 100. ff. de R. jur.* idque eo magis, † quod legata liberrimâ defuncti 3 voluntate non minus adimi, quàm dari possint *l. quod si iterum 4. ff. de adim. & transf. legat.* † Et vi- 4 detur testator legatum quantumvis bene merito relinquens, hoc tacitè sibi reservasse, ut pro lubitu illud revocare queat, *l. si quis 22. ff. de legat. 3. dict. l. 4. ff. de adim. vel transf. legat. l. cum hic status 32. §. 3. in fin. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Franc. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 5. n. 17.* † At sicuti 5 error non vitiat legatum, quod juri non repugnat, *supr. Defin. 23.* Dd. *in l. quo loco 20. §. 1. ff. de hered. instit.* Bartol. *in l. servo manumisso 58. ff. de cond. indebit.* † Ita nec falsa causa ademptionem legati an- 6 nullare potest: † Planè, si causa finalis, quæ com- 7 modum & favorem ipsius testatoris concernit, deficeret non obstante ademptione, legatum peti posse dixerim, secundum tradita *supr. Def. 20. & 22.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. n. 14.*

Ita Domini in causa Kilian Schlantzens zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1587. (Verba sent: Ob gleich eure Schwieger in ihrem letzten Willen deßwegen / daß ihr derselben in ihrer Kranckheit viel gutes erzeiget / euch 100. fl. legiret und beschieden / dieweil sie aber dennoch hernach solches legatum aus der Ursach / als soltet ihr euch übel halten / und das eure unnützlichen verschwenden / biß auf 20. fl. wiederruffen. So lasset ihr euch an demselben billich begnügen / und ihr habt solche Wiederruffung / ungeacht wann gleich die angezogene Ursach nicht ausgeführet werden könte / zu fechten nicht fug / V.R.W.)

Definit. XXVI.

Prælegatum liberis relictum quocunq; tempore revocari potest.

1 In solâ legitimâ liberi jus radicatum habent, quod invitis iis à parentibus, absque legitimâ & sufficiente causâ auferri vel diminui nequit, *l. cum ratio naturalis 6. ff. de bon. damnat. Novell. 115. cap. 3.* † Reliquâ 2 verò hereditate liberos absque causâ etiam privare, parentibus fas est, *l. 8. & l. seq. ff. de inoff. testam. l. 29. l. 30. C. eod. tit.* Salvâ itaque legitimâ, † quin præ- 3 legatum iis factum revocari poterit, dubitandum non est, ob generalitatem jurium, quæ ademptionem legatorum tempore quocunque permittunt, *pr. Inst. de adempt. & transl. legat.* † Ambulatoria 4 siquidem est hominis voluntas usque ad vitæ supremum exitum, *l. quod si iterum 4. ff. de adim. & transf. legat. l. cum hic status 32. §. pœnitentiam 3. in fin. ff. de donat. int. vir. & uxor.* adeò † ut nec quisquam sibi 5 hanc legem in testamento dicere possit, ut à priore voluntate recedere ei haud liceat, *l. si quis 22. ff. de legat. 3. l. si mihi 12. §. in legatis 3. l. nemo potest 55. ff. de legat. 1.*

Ita Domini in causa Hansen Clausens zu Auerbach / Mens. Nov. Anno 1624. (Verba sententiæ: Ob man gleich der Testator ietzo gedachten seinen Kindern erster Ehe / hierüber auch auff seinen Todesfall einen Acker / so hinter dem Schloß daselbsten gelegen / zum Voraus / wenn er in der andern Ehe auch Kinder erzeugen würde / ausgemacht / &c. So ist ihme doch solches prælegatum bey seinem Leben zu wiederruffen / und vorberührten Acker zu verkauffen unbenommen / &c.)

Et in cauſa Laurentii Heineebachs zu Plauen / Menſ. Jul. Anno 1604. (Verba ſentent: Ob ihr gleich euern Kindern und Kindes Kindern erſter Ehe über ihr Mütterliches und Großmütterliches Erbtheil auch ein gewiſſes Prælegatum zum Voraus vermacht/ꝛc. So iſt euch doch ſolchen euren letzten Willen zu ändern / und das prælegatum zu wiederruffen unbenommen / V. R. W.)

Definit. XXVII.

Heres propriâ autoritate occupare poteſt bona hereditaria.

1 HEres non ſolùm geſtione pro herede, vendendo ſcilicet res hereditarias vel prædia hereditaria locando ſeu colendo, §. 7. *Inſt. de her. qual. & differ. l. pro herede 20. ff. de acquir. vel amitt. he-*
2 *redit.* † Sed & nudâ voluntate acquirere & adire poteſt hereditatem, *dict.* §. 7. *Inſtit. de hered. qual.* Jacob. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 100.* Accurſ. *in dict.*
3 *l. pro herede 20. ff. de acqu. poſſ.* † Quod tamen alii rectius intelligunt de voluntate verbis ad minimum declaratâ, quia deſtinatio mente retenta nullum parit effectum, *l. ſi repetendi 7. ubi* Gothofr. *C. de condict. ob cauſ. dator.* Joh. Harppr. *in* §. *ult. num. 10.*
4 *Inſt. de hered. qual. & differ.* † Quocunque verò modo adeat hereditatem, non opus habet autoritate judicis, ſed bona hereditaria propriâ autoritate
5 occupare poteſt, † ſecus ac legatarius, qui de manu heredis poſſeſſionem capit, *l. 1. in pr. ff. quod legat.* Schneidew. *in* §. *ſequens diviſio 2. Rubr. de interd. quor. legat. num. 21. inſt. de interd.* Nec mi-
6 rum; † cum ex generali locorum ferè omnium conſuetudine non ſaltem dominium ſed & poſſeſſio rerum hereditariarum ipſo jure tranſeat in he-
7 redem, Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 7. defin. 5. n. 9.* † Scilicet, aditio hereditatis ad diem mortis retrotrahitur, *l. heres quandoque 54. ff. de acquir. vel amitt.*
8 *heredit. l. omnia ferè 193. ff. de Reg. jur.* † ut nullo temporis momento hereditas jacuiſſe exiſtimetur,
9 *l. omnis hereditas 138. ff. eod. tit.* † Ne alioqui eveniret, ut bona hereditaria poſſent fieri primi occupantis, tanquam quæ interim eſſent nullius, *l. 1. ff. de rer. diviſ.* Anton. Fab. *dict. loc. n. 8.*

Ita Domini in cauſa Philippi Göpperts zu Mulda/ Menſ. Jul. Anno 1633. (Verba ſentent. So iſt berührtes Teſtament zu Recht kräfftig/und beſtändig / und ihr als heres inſtitutus, ſeyd euch der vermachten Erbgüter propriâ autoritate anzumaſſen / und derſelben als euers Eigenthums zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. XXVIII.

Extra Electoratum quoq; Saxoniæ ex feudo novo, à patre empto, ſi alia bona hereditaria non adſint, filiæ legitimam petere poſſunt.

1 QUia legitima eſt portio ejus, in quo quis eſt ſucceſſurus ab inteſtato, *l. Papinianus 8.* §. *quoniam autem quarta 8. de inoff. teſtam. l. parentibus 8.*
2 *C. eod. tit.* † Sequitur inde, legitimam petere non poſſe eos, qui ab inteſtato non ſuccedunt, *l. poſthumus 6.* §. *ſi quis ex his 1. ff. de inoff. teſtament. l. maxi-*
3 *mum vitium 4. verſ. Cum enim C. de liber. præter.* † Ergò nec filiabus fas eſt petere legitimam ex feudis antiquis, in quibus ipſis nulla competit ſucceſſio, Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 25.* Hartm. Piſtor. *part.*
4 *2. quæſt. 38. num. 15. & ſeqq.* † ubi idipſum ad feuda quoque hereditaria extendit, ita ut nec filiabus ex hiſce legitima ulla debeatur, *num. 34.* † At nec ex 5
feudo novo, pecuniâ patris empto, filias, etiamſi alia hereditaria bona haud ſuperſint, legitimam petere poſſe, ſed iis ſaltem alimenta & dotem congruam, ſecundum morem regionis, & cognitionem ac moderationem Domini feudi aſſignari, tradunt communiter Interpp. Juris Saxonici. Aut. Conſult. Conſtit. Saxon. *tom. 1. part. 1. quæſt. 3. num. 13.* Hieron. Schurff. *cent. 1. conſil. 24. num. 1.* Joach. à Beuſt. *ad l. admonendi 31. ff. de jurejur. num. 874.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 25. num. 66.* † ubi multa argumenta 6
pro hâc ſententiâ adducit, eamque reſponſis facultatum quarundam juridicarum confirmat, † Quò 7
& faciunt *ſententiæ poſt* Weichbild. *tit.* Wie die Töchter aus dem Lehngut / *& poſt* Landrecht/ *tit.* Von Theilung der Brüder/ ꝛc. † A quibus tamen 8
divortium fecit Hartman. Piſtor. *part. 2. quæſt. 38. numer. 63.* exiſtimans, filias ex feudo pecuniâ paterna comparato legitimam jure petere, non quidem † ex ipſa ſubſtantia feudi, neque etiam ſecun- 9
dum veram ejus æſtimationem, ſed duntaxat habitâ ratione pecuniæ in emptionem feudi collocatæ, †quæ prima fuit cauſa feudi acquirendi, *arg. l. ſi id* 10
quod 33. ff. de donat. l. 3. C. ad SCtum Macedon. † 11
Eſt namque juris explorati, facultatem diſponendi de bonis ſuis, parentibus his cancellis eſſe circumdatam, ut liberis ſuis legitimam relinquere omninò neceſſe habeant, *l. cum ratio 7. ff. de bon. damnat. Novell. 115. cap. 3.* † Quod ſi intermiſe- 12
rint, liberis indultum eſt, ut hanc inofficioſam parentum diſpoſitionem ſive donationem intra modum revocare & debitam portionem inde conſequi poſſint, *l. 1. & 2. C. de inoff. teſtam.* † Quare 13
& filiabus hoc in caſu id juris competere, rectiſſimè infert Hartman. Piſtor. *dict. loc.* ubi multis rationibus & argumentis hanc ſententiam eleganter defendit, † quem & hactenus in pronunciando 14
Domini Scabini ſecuti fuêre, *Vid. quoque* Virgil. Pingitz. *q. 51.*

Ita Domini in cauſa Generorum Johannis Lippolds zu Aſchersleben/ Menſ. Mart. Anno 1596.

Definit. XXIX.

Non tantùm Nobilium, ſed & plebejorum filiæ, de pretio, in feudi novi emptionem collocato, legitimam petere poſſunt; & quænam ea ſit hoc caſu in Electoratu Saxoniæ?

1 MInus verò id dubium habet in Electoratu Saxoniæ, ubi expreſsè ſancitum à Divo Auguſto Electore, ut filiæ de pretio in feudi novi emptionem collocato, ratam legitimæ portionem petere poſſint, in Conſt. 2. *inter eas, quæ certis de cauſis publicè edita non fuêre. Rubr.* Ob Töchter aus neuen erkauffen Lehngütern *legitimam* zu fodern haben.
2 † Cujus tenorem refert Matth. Berlich. *part. 3. concl. 11. n. 55.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 25. num. 66.* Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 38. n. 71. in fin.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 5.* Jacob. Thoming. *deciſ. 2. n. 34.* † Eaque 3
Conſtitutio, quia Generalis eſt, non ſolùm in patre nobili, ſed etiam in patre cive ac ruſtico obtinet, † ita ut ſi ruſticus vel civis feudum emat, fi- 4
liæ ex eo legitimam petere haud prohibeantur, *dict.* Conſt. 2. §. Als ordnen/ſetzen. *verſ.* Würde iemands

manns unſerer Unterthanen. Berlich. *dict. concl. 11. num. 58.* Virgil. Pingitz. *quæſt. Saxon. 51. num. 1. & ſeqq.* † illud tamen ſpeciale eſt hoc caſu in Electoratu Saxoniæ, quod legitimæ quantitas omnibus æquè heredibus debitæ quàdrantem, ſi fortè duo vel tres tantùm liberi relinquantur, vel trientem, ſi quatuor vel plures liberi ſint ſuperſtites, haudquaquam excedat, † nec tùm legitima ſecundum quantitatem à jure communi definitam æſtimetur, *dict.* Conſt. 2. Ob Töchter aus neuen erkaufften Lehngütern *legitimam* zu fodern haben. §. Jedoch ſo ſoll alsdenn die *legitima &c.*

Ita Domini in cauſa Barbaræ, Viduæ Pauli Vogels zu Opiß/ Menſe April. Anno 1614.

Definit. XXX.

Quando & quibus in caſibus filiæ ex feudo empto legitimam petere haud valeant.

NE tamen quis exiſtimet, ſemper ac indifferenter filiabus de pretio in feudi novi emptionem collocato legitimam petere licere, † jus hoc filiarum certis limitibus circumſcriptum eſt, in Conſtit. Elector. *Rubr.* Ob Töchter aus neuen erkaufften Lehngütern *legitimam* zu fodern haben. Ex quâ patet, filias legitimam petere haud poſſe † (1.) Ex feudo antiquo avito, aut paterno, *dict.* Conſtit. §. In allen andern Fällen/ als ſo das Lehn alt Großväterlich/ oder auch allein Väterlich wäre/ ꝛc. † (2.) Si pater feudum antiquum vendiderit, & ex pretio inde redacto aliud feudum novum emerit, *dict.* §. In allen andern Fällen. *verſ.* Oder auch da ein neu Lehn von dem Gelde/ſo aus einem alten Lehn herkommen/ erkaufft. (3.) † Quando pater non totam ſubſtantiam, ſed dimidiam tantummodo partem bonorum hereditariorum in emptionem feudi convertit, *dict.* §. In allen andern Fällen. *verſ.* Oder da der Vater nicht den gantzen. Etenim tùm filiæ in reliquâ parte dimidiâ legitimam ſuam ſalvam habent, † ergo petitio ejus hoc caſu ceſſabit, *Auth. noviſſima C. de inoff. teſtament. Novell. 115. cap. 3. §. ult.* (4.) † Si pater pauciores, quàm quatuor liberos habens non ultra duas tertias bonorum hereditariorum vendiderit, & pro pretio feudum emerit, *verſ.* Oder auch/ wann der Kinder unter vieren. Quia & tum filiabus ex reliquis partibus legitima ſalva eſt. (5.) † Si pater feudum novum non ex propriâ pecuniâ comparaverit, ſed vel in caſtris acquiſiverit, vel ex gratia & largitione Domini acceperit, *verſ.* Oder/ da ein neu Lehn nicht erkaufft/ ꝛc. (6.) † Denique nec tum filiabus legitimam petere licet, ſi pater feudum emat, de quo antea fuerat inveſtitus, ut ſunt verba manifeſta *dict.* Conſt. §. Als ordnen/ ſetzen. *verſ.* daran er zuvor ſeine Mitbelehnung/ ꝛc. † quamvis diſſentiat Berlich. *part. 3. concl. 11. n. 67.*

vor keine Anwartung/ oder Mitbelehnung gehabt/ angewendet hätte/ und daß ſich ſolches auff ſein gantzes Vermögen/ oder auff den mehrentheil deſſelben erſtrecket/ und derowegen an Erbgütern entweder nichts/ oder gar wenig verlaſſen/ So würde eurer Tochter an ſtatt der gantzen oder zum mehrentheil von ihrem Vater erworbenen Erbſchafft/ und alſo von ſolcher angelegten Baarſchafft oder Kauffgeldern/ von ietzogedachtes ihres Vatern Lehnfolgern ihr gebührender Theil an der legitima, welche nach Gelegenheit dißfalls/ weil keine Kinder mehr verhanden/ der vierdte Theil iſt/ billich entrichtet/ V. R. W.)

Definit. XXXI.

De pecuniâ in feudi novi emptionem collocatâ matri æquè ac filiabus legitima debetur.

DUbium ergò non eſt, quin filiabus ex feudo novo pecuniâ patris empto, ſi alia bona hereditaria non ſuperſint, legitima debeatur, *Defin. 29. & 30. Quid autem juris in patre vel matre?* † Sanè quia Conſtit. Elector. *rubr.* Ob Töchter aus neuen erkaufften Lehngütern *legitimam* zu fodern haben/ tantum de filiabus loquitur, ad parentes eam haud extendi debere, quis exiſtimaverit; Nec ſine ratione, † quia aſcendentes in feudis non ſuccedunt. Ergò nec ulla ex hiſce legitima iis debebitur, *l. poſthumus 6. §. ſi quis ex his 1. ff. de inoff. teſtam. l. maximum vitium 4. verſ. cum enim C. de lib. præter.* † Sed vera ſi hæc ratio eſſet, nec filiæ ad petitionem legitimæ ex feudo admitterentur, † quippe quæ non minus ac parentes à feudis regulariter ſunt excluſæ, *cap. 1. §. hoc autem de iis, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* Sonsb. *de feud. part. 9. num. 120.* Hartman. Piſtor. *part. 2. q. 34. num. 1.* † Dicendum ergò, filiabus non ex ipsâ feudi empti ſubſtantiâ, ſed ex pretio & bonis hereditariis, quæ in præjudicium filiarum pater alienare non potuit, legitimam deberi, ut eleganter docet Hartman. Piſtor. *part. 2. quæſt. 38. numer. 63. ſupr. Definit. 29.* † Atqui nec parentibus in legitimâ debitâ per alienationem bonorum hereditariorum à filiis præjudicari poteſt *Novell. 115. c. 4. infr.* Conſtit. Elect. 12. † Non minus ergò hi ac filiæ ex pretio in emptionem feudi collocato legitimam poſtulare valent, licet prædicta Conſt. Elector. de filiabus ſolummodo loquatur, † eò quod ut plurimum controverſia in ipſarum perſonis occurrere ſoleat.

Ita Domini in cauſa Dieterichs und Haubolds von Schleinitz/ Menſ. Auguſt. Anno 1584. (Verba ſententiæ: So iſt ſein Antheil vom berührten neuerkauffte Mann-Lehn auff ſeine noch lebendige Brüder kommen/ und gefallen/ und ſeine Mutter hat daran auſſerhalb ihrer gebührenden Mütterlichen legitimen keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. XXXII.

Non debetur filiabus ex feudo novo legitima, ſi dotem & elocationem petant.

QUotiescunque filiabus ex feudo novo emptio ſolvitur legitima, filiæ omnia ea, quæ à parente vel vivo, vel mortuo dum nuberent, in dote, veſtibus & mundo muliebri, vel aliàs acceperunt, unà cum aliis bonis hereditariis conferre, ac in competentem legitimæ portionem imputare,

tare & accepta referre debent, Conſtit. Elect. *Rubr.* Ob Töchter aus neuen erkaufften Lehngütern *legitimam* zu fodern haben / *verſ.* Es ſollen auch die Töchter. Jac. Thoming. *deciſ. 2. n. ult.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 11. n. 65.* † Ex quo manifeſtum 2 eſt, ceſſare petitionem legitimæ ex feudo novo emptitio, ſi filiæ ex eodem dotem ac elocationem 3 petant. † In arbitrio ſiquidem filiarum eſt, an dotem & elocationem, an verò legitimam eligere velint, uti manifeſtum eſt ex *dict.* Conſtit. Und in denen Fällen. *Et §. ult.* Auch in denen Fällen / ꝛc. 4 † Nam omnibus iis in caſibus, ubi filiæ ex feudo emptitio legitimam petere haud poſſunt, *ſupr. Defin. 31.* vel nolunt, eis legitimæ loco, ex bonis hereditariis † juxta diſpoſitionem juris 5 communis vel triens vel ſemis ſecundum pluralitatem liberorum debetur, † ac inſuper ſi bona 6 hereditaria non ſufficiunt, congrua dos & elocatio ſecundum morem Regionis, ex bonis feudalibus aſſignanda eſt, *dict.* §. Und in denen Fällen / ꝛc.

Ita Domini in cauſa Johannis Weismars zu Annaberg/ Menſ. Sept. Anno 1623.

In cauſa Guntheri à Niſchwitz, Menſe Julio Anno 1611.

Et in cauſa fratrum ab Helldorff, Menſe April. Anno 1631.

Constitutio X.

Partis Tertiæ.

Ob ein Teſtament / darinnen die Kinder præteriret und übergangen / noch bey Leben des Vaters / durch die Kinder ſelbſt könne ratificiret und bekräfftiget werden?

Liberi præteriti in teſtamento, an vivo patre id ratum habere & confirmare poſſint?

SAnn der Vater ein Teſtament gemacht / die ausgeſteuerte Töchter / oder andere ſeine Kinder / ſo etwas empfangen / alſo übergangen und præteriret, daß er ſie titulo honorabili zu Erben nicht eingeſatzt / und ſolches iſt mit ihrer Bewilligung und Vorwiſſen geſchehen / ſo iſt ſolches Teſtament ſaltem jure prætorio kräfftig. Und weil wir dieſe Meynung der Billigkeit gemäß erachten / ſo wollen wir / daß hinführo in ſolchen Fällen alſo geurtheilet und geſprochen werde.

PAter ſi in teſtamento filiam elocatam, vel quos alios ex liberis, qui quid ex bonis ipſius perceperunt, volentes & conſentientes tacitè prætereat, nec titulo honorabili eos heredes inſtituat, teſtamentum ſaltem jure prætorio valet, eamque opinionem ut æquam Nos probantes, in judicando obſervari volumus.

Definitiones.

1. *Filio, vivo adhuc Patre, præteritioni conſentiente, ſaltem jure prætorio teſtamentum ſubſiſtit.*
2. *Non vitiatur teſtamentum ex cauſa præteritionis parentum, ſi hoc illi approbaverint.*
3. *Non obſtat conſenſus filii præteriti, quo minus reliqui fratres heredes inſtituti ob ipſius præteritionem teſtamentum impugnare valeant.*
4. *Defuncto filio conſentiente præteritioni, ante teſtatorem Patrem, Nepotes teſtamentum impugnare haud prohibentur.*
5. *Fratrum liberis heredibus inſtitutis, veniunt etiam Nepotes, ſed ordine ſucceſſivo.*
6. *In Contractibus & ſtatutis appellatione liberorum veniunt etiam Nepotes.*
7. *Pater acquirens aliquid heredibus, videtur regulariter proſpexiſſe liberis, quatenus heredes exiſtunt.*
8. *Feudum novum imputatur filiis in Legitimam.*
9. *Si pater feudum cum conſenſu Domini uni filiorum conceſſerit, reliqui in legitima defraudati eam ex feudo petere poſſunt.*
10. *Spurio herede inſtituto, fratribus teſtatoris querela inofficioſi teſtamenti competit.*
11. *Inſtituta herede fœmina cum liberis ſuis, videntur quoque inſtituti poſthumi.*
12. *Filius exheredatus non facit partem in numero liberorum ad minuendam legitimam.*
13. *Nec partem facit exheredatus ad augendam reliquorum liberorum legitimam.*
14. *Filia, quæ certo quopiam pro dote accepto hereditati renunciat, reputatur inter liberos quoad minuendam legitimam, non etiam quoad augendam eam.*
15. *Filio hereditatem repudiante, ejus portio in legitimâ reliquis accreſcit.*

Definit. I.

Filio, vivo adhuc Patre, præteritioni conſentiente, ſaltem jure prætorio teſtamentum ſubſiſtit.

1 NOn controvertitur hîc de præteritione, cui filius vel ante conditum teſtamentum, vel in ipſo teſtandi actu conſenſit, quæ procul dubio 2 ipſi præjudicat, ſi non de jure Civili, † quo teſtamentum hoc, haud obſtante filii conſenſu, nullum atque invalidum habetur, *l. ſi quando 35. §. illud etiam ſancimus 1. C. de inoff. teſtament.* † attamen 3 de æquitate ſaltem prætoria, quæ omnia pacta & promiſſa ſervari vult, *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de Conſt. pecun.* Jul. Clar. *lib. 3. ſentent. §. teſtamentum quæſt. 43. numer. 3.* † Perinde ac teſtamen- 4 tum ex prætoriâ æquitate ſuſtinetur, ſi filius præteritus defuncto Patre teſtatore, teſtamen-

tum approbet, *l. si filio præterito 17. in fin. ubi* Gloss. Bartol. & Dd. *de injust. rupt. irrit. & fact. testam.* 5 Matth. Berlich. *part. 3. concl. 16. n. 11. & 12.* † Sed de eo potissimum dubitatur, si filius vivo adhuc patre in testamentum jam factum, in quo ipse præteri- 6. tus est, consentiat, idque approbet, † quod procul dubio de rigore juris Civilis adhuc invalidum est, secundum veriorem opinionem, quam post Jason. *in l. posthumo 2. C. de bonor. poss. contr. tabul. n. 26.* & Jul. Clar. *dict. q. 43. num. 3.* multis rationibus & argumentis tuetur, Berlich. *dict. concl. 16. n. 17. & seqq.* 7 annon saltem de jure prætorio subsistat? † Etsi vero hoc negent Cyn. *in l. 2. C. de bonor. poss. contr. tabul.* & *ibidem* Bald. *num. 1.* idemque prolixè defendere conetur Anton. Fab. *lib. 9. conject. 14. & decad. 37.* 8 *Error. 5. & 6.* † Attamen prætorem ejusmodi testa- 9 mentum tueri velle, vel inde constat, † quod etiam filio præteritio det bonorum possessionem contra tabulas, *in l. 12. §. 1. ff. de bonor. poss. contr. tabul.* 10 Et in genere constat, † quod etiam filio præterito hæc bonorum possessio accommodetur, ut adeo 11 aliquas tabulas jure prætorio esse oporteat; † Neque præteritio & exheredatio secundum tradita Ulpian. *tit. 29. de possess. dand. §. 5.* quod & ipsemet Faber admittit, *dict. decad. 37. Error. 6.* est de solennitate 12 juris prætorii, † sed Prætor hoc saltem attendit, an testamentum septem testium signis sit munitum, ut necessaria prorsus consequentia sit, tale testamentum, in quo filius præteritus est, jure prætorio nul- 13 lum non esse; † Quod & disertè probatur, *in l. filio præterito 17. ff. de injust. rupt. & irrit fact. testa-* 14 *ment.* † Multò minus ergò invalidum erit, si ipsemet filius in præteritionem consenserit, Gloss. *in dict. l. 17. verb. filio vers. Sed hic de æquitate dicit ff. d. t.* Jul. Clar. *dict. q. 43. num. 3.* Nicol. Boër. *de-* 15 *cis. 96. num. 5.* † De quo certè minus dubium est in foro Saxonico propter sanctionem manifestam Electoralem *in h.* Const. *10. vers.* So ist solches Testament/ *saltem jure prætorio* kräfftig/ *ubi* Moller. *n. 1. & seq.* Joach. Beust. *ad l. 1. ff. de jurejur. n. 178.* Matth. Berlich. *dict. concl. 16. num. 24.*

Ita Domini in causa Martini Lobers zum Altenberge/ Mens. Febr. Anno 1629. (Verba sententiæ: Hat euer Vater ein Testament auffgerichtet/ darinnen etliche legata verordnet/ und neben andern Personen eure Brüder zu Erben eingesatzt/ euch aber gäntzlichen præteriret, da ihr nun/ immassen ihr selbsten berichtet/ noch bey des Vaters Leben mit solchem Testament zu frieden gewesen/ und dasselbe durch eure Unterschrifft ratificiret und bekräfftiget hättet/ &c. So wäre es/ so viel eure Person anlangt/ der præterition ungeachtet ex æquitate juris prætorii zu Recht kräfftig und beständig/ &c.)

It. in causa fratrum der Fischer zu Lengefeld/ Mens. Decemb. Anno 1628.

Definit. II.

Non vitiatur testamentum ex causa præteritionis parentum, si hoc illi approbaverint.

1 STat ergò conclusio generalis, testamentum ex causa præteritionis liberorum nentiquam annullari, si hi præteritioni consenserint, & testamentum approbaverint, *h.* Constitut. *10. Defin. præced.* 2 † Quod verum est, non solùm si pater filium simpliciter præterierit, & condito testamento nihil ei reliquerit, † sed etiam, si liberi forsan loco dotis, 3 alioque titulo antea aliquid acceperint, vel alio quàm honorabili institutionis titulo iis quid relictum fuerit in testamento, ut verba habent clara *h.* Const. *10.* Daß ausgesteuerte Töchter/ oder andere seine Kinder/ so etwas empfangen/ also übergangen und *præteriret*, daß er sie *titulo honorabili* zu Erben nicht eingesatzt/ &c. Matth. Berlich. *part. 3. concluf. 16. num. 25.* † Nec refert, an instituti sint in- † testamento heredes extranei, vel alii ab intestato venientes, quia utroque casu filius præteritioni consentiens testamentum in favorem heredis instituti approbat, Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum q. 43. num. 3.* Salycet. *in l. uxoris 2. C. de posthum. hered. instit. num. 5.* † At quid in casu converso, si *parentes* 5 *in filii testamento præteriti consensu suo illud approbaverint?* Et hoc valere dixerim † ex rationis iden- 6 titate, quæ idem jus facit, *l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his solis 7. §. actionem 2. C. de revoc. donat. c. inter corporalia 2. extr. de translat. Episcop.* † Ac ne fa- 7 vorabilior sit conditio parentum, quàm liberorum, † quibus tamen legitima ex bonis parentum de jure 8 naturæ debetur, *l. scripto 7. §. ult. vers. liberos naturæ simul ff. si tabul. testament. null. extab. l. cum ratio 7. ff. de bon. damnat. l. scimus 36. §. illud 2. C. de inoff. testament.*

Ita Domini in causa Friderici Ottens zu Kehren/ Mens. Majo Anno 1626. (Verba sententiæ: Hat euer Eheweib einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen euch ihrem Ehemann alle ihre Verlassenschafft vermacht/ ihre leibliche Mutter aber titulo honorabili zu Erben nicht eingesatzt/ Ob nun wol dannenhero dieselbe solches Testament zu fechten gemeynet; Dieweil aber dennoch berührte eure Schwieger-Mutter in das Testament einmahl gewilliget/ dasselbe in allen seinen Puncten beliebet/ und damit zufrieden gewesen/ &c. So ist es auch zu Recht beständig/ und mag von eurer Schwieger-Mutter nicht hinterzogen werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Non obstat consensus filii præteriti, quo minus reliqui fratres heredes instituti ob ipsius præteritionem testamentum impugnare valeant.

SOla æquitas prætoria testamentum filii præ- 1 teriti consensu approbatum sustinet, efficitque, quò minus is conventioni suæ contravenire queat *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de Const. pecun. Supr. Defin. 1.* † At fratres heredes institutos conven- 2 tio ac consensus filii præteriti non obligat, adeoque nec obstat, quò minùs hi contra tabellas patris possessionem bonorum petere, & causam testati ad causam intestati reducere possint, per text. *in l. si post mortem 10. §. ult. ff. de bonor. poss. contr. tab.* † Etenim si pater unum ex filiis præter- 3 cat, reliquis statim ipso jure jus contra tabulandi, & testamentum nullum dicendi est quæsitum, *dict. l. 10. §. ult. ff. d. t. Nov. 115. c. 3. §. ult.* † quod 4 jus postea eis invitis per factum & approbationem filii præteriti haud potest auferri, *l. id quod nostrum 11. ff. de Reg. jur.* Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum q. 43. n. 4.* Nicol. Boër. *decis. 96. num. 8. & 9.* † Quin, etsi non Fratres soli, sed etiam extranei si- 5 mul heredes fuerint instituti, nihilominus consensu & approbatione filii præteriti non obstante, reli-

reliquos fratres teſtamentum impugnare & ad cauſam inteſtati reducere, atque extraneos omnino excludere poſſe, dixerim cum Berlich. *part. 3. concl. 16.*
6 *num. 37.* † per textum generalem in *dict. Novell. 115. c. 3. §. ult. & dict. l. ſi poſt mortem 10. §. ult. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.*

Ita Domini in cauſa Martini Lobers zum Altenberge / Menſ. Febr. Anno 1629. (Verba ſentent: Eure Brüder aber wären daſſelbe vor ſich zu fechten/und zu hinterziehen wol befugt/ V. R. W.)

Definit. IV.

Defuncto filio conſentiente præteritioni, ante teſtatorem Patrem, Nepotes teſtamentum impugnare haud prohibentur.

1 NEc etiam liberis ſuis filius, præteritioni conſentiens, ac teſtamentum paternum approbans ſemper præjudicat, quò minus hi eo defuncto ad impugnationem & annullationem teſtamenti ab avo
2 facti admittantur: † Quid enim ſi filius conſentiens
3 ante teſtatorem patrem mortuus fuerit? † Certè tum Nepotes proprio jure ſuccedentes ob conſenſum patris antea defuncti ab hereditate avi non ſunt
4 arcendi, *Novell. 118. c. ſi igitur defunctus 2.* † perinde ac ſi pater renuncians, hereditati patris avo prænor-
5 tuus fuiſſet, Anton. Fab. *in C. lib. 2. tit. 3. Defin. 14.* † Habetque ſemper conſenſus & approbatio filii præteriti tacitam hanc conditionem: Si hereditas deferatur, cui per conſenſum ejuſmodi renunciatur,
6 † cum prius ſit, ut acquiri poſſit hereditas ſive legitima, & conſequenter ut ſit delata, quàm ut ei utiliter renunciari queat, *l. ſi ita ſit 45. §. ſi ſub conditione 1. ff. de legat. 2. l. 1. ff. de heredit. vel act. vendit. l. qui poteſt 174. §. quod quis 1. ff. de Reg. jur.* Anton. Fab.
7 *in C. lib. 3. tit. 19. defin. 23. num. 19.* † Atqui filio præterito conſentienti, vivo adhuc patre præmortuo nunquam fuit delata hereditas *l. hereditas 5. C. de pact.*
8 *convent. dict. l. 1. ff. de heredit. vel act. vendit.* † Ergò nec tunc conſenſus ejus filiis ſuis obeſſe poterit, ut in caſu ſimili diſputat Anton. Fab. *dict. loc.* Hartm. Piſtor. *p. 4. q. 7.*

Ita Domini in cauſa Ambroſii Helbichs zu Alten Stettin/ Menſ. Maj. Anno 1632. (Verba ſentent: Ob nun wohl eure Schweſter ſolches Teſtament gleichfalls approbiret und unterſchrieben/ dieweil ſie aber dennoch noch vor ihrer Mutter/ der teſtatricin, Todes verfahren/ und ihre Kinder hinter ſich verlaſſen/ derer in berührtem Teſtament nicht gedacht worden/ ꝛc. So iſt auch daſſelbe zu Recht nicht kräfftig / und mag dannenhero / daß ihr Vater an ſtatt ihrer Mutter ſeines Ehe-Weibes daſſelbige unterſchrieben und vollzogen / nicht erhalten werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Fratrum liberis heredibus inſtitutis, veniunt etiam Nepotes, ſed ordine ſucceſſivo.

1 CErtum eſt, quod liberorum appellatione veniant omnes deſcendentes, Nepotes nimirum & deinceps cæteri *l. liber 10. ff. de Senator. l. idem erit 3. §. liberos 10. ff. de Senator. l. idem erit 3. §. liber autem 6. ff. de aſſign. libert. l. liberorum 220. ff. de V. S.* Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 4.*
2 *præſ. 189. num. 14.* † adeoque tàm maſculi, quàm fœminæ, quoniam liberorum nomen commune eſt, ideoque & utrumque ſexum complectitur, Jac. Menoch. *dict. lib. 4. præſ. 84. num. 25.* † Cui conſe- 3
quens eſt, quod inſtitutis heredibus fratrum liberis, Nepotes quoque inſtituti videantur, Modeſt. Piſtor. *part. 3. q. 118.* † Tantùm tamen abeſt, ut hæc ratio 4
Nepotes unà cum filiis vocet, ut etiam contrarium omnino inducat, nempe ordine ſucceſſivo ſingulos à teſtatore inſtitutos cenſeri, Bartol. *in l. heredes 57. §. cum ita 1. num. 4. ff. ad SC. Trebell.* Modeſt. Piſtor. *dict. q. 118. num. 7.* Franc. Mantic. *de conject. ult. vo-*
lunt. lib. 4. tit. 7. n. 28. † Ne ſi teſtator omnes deſcen- 5
dentes neque in infinitum vocaverit, exiſtimetur etiam vocaſſe incertos & incognitos, erga quos nullam habuiſſe poteſt affectionem, Jac. Menoch. *dict. lib. 4. præſumpt. 70. n. 25.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *dict. q. 18. n. 14.* † Nam & aliàs quoque 6
in inſtitutione vel ſubſtitutione collectivis nominibus conceptâ, videntur heredes non ſimul, ſed ordine demum ſucceſſivo vocati, *l. 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2. l. ult. C. de V. S.* Modeſt. Piſtor. *dict. loc. num. 8.*

Ita Domini in cauſa heredum Eraſmi Seydelmanns zu Northauſen/ Menſ. Majo Anno 1627.

Et in cauſa Fridemanni à Sömiß / Menſ. Sept. Anno 1602.

Definit. VI.

In Contractibus & ſtatutis appellatione liberorum veniunt etiam Nepotes.

ETſi in contractibus interpretatio debeat fieri 1
contra eum, qui potuit legem apertius dicere, *l. veteribus 39. ff. de pact. l. Labeo ſcripſit 21. ff. de contr. empt.* Anton. Fab. *in C. lib. 6. tit. 18. defin. 23. num. 2.* † unde & vocabulum *(filiorum)* quando 2
profertur à contrahentibus, explicari debet contra eum, à quo profertur, ut non comprehendat Nepotes, qui nec vocabulo filiorum ex propriâ ſignificatione continentur, *l. filium bum definimus 6. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* † pluribus de- 3
monſtrat Hartm. Piſtor. *part. 3. q. 30. n. 3.* Bartol. *in l. liberorum 220. ff. de V. S.* Alex. *in l. ſed ſi hac 10. §. liberos 5. ff. de in jus vocand.* † Aliud tamen ob- 4
tinet in verbo *(liberorum)* quo ſi uſi fuêre contrahentes, Nepotes quoque comprehenduntur. † Quod & verum eſt in ſtatutis municipalibus, *l. libe-* 5
rorum 220. ff. de V. S. l. 3. §. liberos autem 6. ff. de aſſign. libert. Bald. *in l. ſi dotali 48. ff. ſolut. matrim.*

Ita Domini in cauſa Caſpari Sauſen zu Dölitz / Menſ. Jun. Anno 1604. (Verba ſentent: Ob gleich Vermöge des 6. Articuls der Handwercks-Innung der Schneider zu Weiſſenfels verſehen / daß die Schneider auff den Dörffern innerhalb der Meilwegs/ ſo ihre Innungs-Gerechtigkeit erlanget und gewonnen / keinen Lehrjungen als ihre eigene Kinder ſetzen dürffen/ dieweil aber dennoch in dergleichen Ordnungen unter dem Wort Kindern/ die Kindes-Kinder Vermöge der Rechte auch mit verſtanden werden/ ꝛc. So iſt Peter Meidler ſeiner Tochter Sohn das Handwerck zu lernen wohl befugt/ V. R. W.)

Et in cauſa Georgii Webers zu Dieben / Menſe Jun. Anno 1633. (Verba ſententiæ: Und es hat ſich der Rath zu Brix erkläret / daß Vermöge ihrer Statuten / wann jemand des Orts verſtirbet / denen Kindern die Erbſchafft auch in dieſes Churfürſtenthumb Sachſen abgefolget wird/ ꝛc. So wird auch der verſtorbenen Wittiben Sohnes Tochter / was ihr aus gedachter ihrer Großmutter Erb-

Erbschafft gebühret / von Brix billich gefolget / V. R. W.)

Definit. VII.

Pater acquirens aliquid heredibus, videtur regulariter prospexisse liberis, quatenus heredes existunt.

1 CUm pater paciscendo cum Agnatis simultaneè de feudo suo investitis, prospexerat heredibus allodialibus, ut certam pecuniæ summam ex feudo acciperent, illi verò defuncto patre hereditati paternæ multo ære alieno gravatæ renunciassent, dubitatum fuit, *an nihilominus portionem sibi assignatam*
2 *petere possent?* Et placuit † illis nihil ex feudo competere, propterea, quod heredes patri non existerent.
3 † Etsi enim pater acquirens aliquid non pro se, sed pro liberis saltem præsumatur prospexisse illis tanquam liberis aut filiis, non autem tanquam heredi-
4 bus, † cum stipulatio non à personâ patris, sed à persona liberorum incipiat, *l. quodcunq; 46. §. si quis ita 2. ff. de verb. obligat.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 48. num. 7.* Secus tamen
5 res se habet, † quando pater heredibus stipulatur; Nam tunc verisimile est, patrem cogitasse, liberos
6 sibi heredes futuros, *l. scripto 7. ff. unde liber.* † Ergò si renunciaverint liberi paternæ hereditati, nihil
7 ex patris stipulatione accipient, maximè † cum præsumatur pater consulere voluisse proprio honori, qui non modicus existimatur, heredem habere, *§. 1. vers. valdè Inst. quib. ex caus. manumitt. lic. vel*
8 *non.* † Quò & facit, quod patris interfit, æs alienum exsolvi ejusque conscientiam exonerari, *c. tua 9.*
9 *extr. de Usur.* † Aliud dicendum, si contraria patris voluntas appareat ex conjecturis & præsumptionibus, de quibus fusius Menoch. *dict. præsumpt. 48. n. 7. & seqq.*

Ita Domini in causa Christophori ab Ebeleben in VVartenburg & consortium, Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch benannte 6113. Rthlr. benamentlich nicht den Töchtern und Nepten, sondern in genere und in gemein denen Land-Erben/ und also den jenigen / so bey Abgange einer oder andern Denstädtischen Linien allodial-Erben / sie seyn gleich Töchter/ Muhmen/ oder andere sive ex testamento sive ab intestato, befunden werden / verordnet und zugeeignet worden / woraus besonders in casu hoc dubio sattsam abzunehmen/ daß beyde Brüder und Contrahenten nicht so sehr auff die Töchter und Nepten, als auff die Erben/ so sich der Erbschafft würcklichen annassen würden/ ihr Absehen gehabt/ und denselben allein prospiciren wollen/ &c. So mag auch dannenhero Beklagter Cärsten Werner von Denstädt die geklagten 6113. Rthlr. abzustatten nicht angehalten werden / V. R. W.)

Definit. VIII.

Feudum novum imputatur filiis in Legitimam.

1 COnveniunt in eo Interpp. quod feudum antiquum (modo hereditarium non sit) in le-
2 gitimam filii minimè imputari debeat, † quippe quod ex pacto potius antecessorum quæsitum,
3 quàm à patre profectum censetur; † In legitimam verò imputantur non nisi ea, quæ immediatè à patre & bonis ejusdem proficiscuntur, *l. omnimodo 30. §. imputari 2. l. quoniam 32. Auth. novissima C. de inoff. testam.* Jac. Thoming. *dec. 2. n. 17. & 28.* Hartm. Pistor. *part. 2. q. 38. n. 2.* † De
4 feudo verò novo dubitari solet? Communiter tamen tradunt Dd. feudum novum sive hereditarium sit, sive ex pacto & providentia, in legitimam connumerandum esse. † Quod & verissimum vide-
5 tur; *Tùm*, quia omnia, quæ occasione patris conceduntur, (quale etiam est feudum de novo acquisitum) in legitimam accepta feruntur, *l. filiæ 18. C. fam. ercisc.* Salycet. *in l. omnimodo 30. §. imputart 2. C. de inoff. testam.* † *Tùm*, quod ejusmodi
6 feudum ex patris contractu quæsitum pecùlii quodammodo profectitii instar obtineat, quod ipsum quoque ad legitimam referri solet, *l. profectitia 5. ff. de jur. dot. l. quoniam 32. C. de inoff. testament.*
7 † præsertim cum in patris potestate ab initio fuerit, feudum acquirere vel non acquirere, *arg. l. quia autem 6. §. 2. ff. quæ in fraudem creditor. l. quia*
8 *poterit 4. ff. ad SCtum Trebell.* † *Tùm* quod feudum novum sit genus quoddam militiæ, quam in legitimam imputari dubium non est, *l. omnimodo 30. §. imputari 2. C. de inoff. test.* Thoming. *dict. q. 2. n. 16. & 17.* Hartm. Pistor. *dict. q. 38. num. 5. & 6.* ubi plures adducit.

Ita Domini in causa Heinrici a Cunsbach, Mens. Decemb. Anno 1627. (Verba sentent: Hat euer Vater kurtz vor seinem Absterben ein Lehn-Gut käufflichen an sich gebracht / welches er nunmehr nach seinem Absterben auff euch und eure Brüder verfället / und weil er in seinem Testament ziemlichen viel legata verordnet/ wird gezweifelt / ob ihr der legitimen fähig werden könnet/ &c. So wird vorgedachtes Lehn-Gut / weil es ein feudum novum ist / euch in solche legitimam billich imputiret und angesetzet/ V. R. W.)

Definit. IX.

Si pater feudum cum consensu Domini uni filiorum concesserit, reliqui in legitima defraudati, eam ex feudo petere possunt.

1 DUbium non est, quin pater in terris Electoratus Saxonici in præjudicium filiorum suorum de feudo disponere, idque uni saltem ex filiis assignare possit juxta tradita Hartman. Pistor. *part. 2. quæst. 4.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 78. Supr. p. 2.* Constit. Elector. *48. Definit. 9. in fin.* † At quid,
2 si reliqui per id legitimâ suâ defraudentur, nec alia bona hereditaria supersint, ex quibus eam petere valeant? † Tùm per querelam inofficiosæ
3 donationis liberos ex feudo legitimam consequi posse, dixerim cum Hartman. Pistor. *part. 2. quæst. 38. num. 10.* † Quia filiis per donationem in legitimâ defraudatis competit querela inofficiosæ dona-
4 tionis *l. 1. l. 2. C. de inoff. donat.* † Quod cum jure feudali correctum non fuerit, consequens sanè est, ut saltem ex jure communi de feudorum donatione judicemus, † quia omnia illa, quæ ex-
6 pressè non sunt determinata per leges feudales, relinquuntur dispositioni juris communis, *cap. 1. de feud. cognit.* Camerar. *in c. imperialem §. præterea ducatus pag. 832. vers. circa testium caput.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 38. num. 10.* † Nec etiam
7 consensus Domini filiis hoc casu quicquam præjudicat, quippe qui alienationem solummodo validitat, neutiquam verò legitimam tollit, perinde

ut

ut liberi ex re emphyteuticâ consensu domini alienatâ, legitimam petere haud prohibentur, Hartm. Pist. *dict. loc. n. 14.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Wann gleich euer Vater sein Lehngut mit Consens des Lehnherrn einem unter seinen Söhnen allein übergeben und eingeräumet hätte/ ꝛc. So wären doch die andern Söhne ihre gebührende legitimam, wofern sie solche aus den Erbgütern nicht erlangen können/ aus dem Lehngute zu fodern wohl befugt/ V.R.W.)

Definit. X.

Spurio herede instituto, fratribus testatoris querela inofficiosi testamenti competit.

1 CLara est Sanctio Imper. Constant. *in l. fratres 27. C. de inoff. testam.* quod scriptis heredibus infamiæ, vel turpitudinis, vel levis notæ maculâ aspersis, competat fratribus vel sororibus testatoris
2 querela inofficiosi testamenti. † Ergò vel sola facti infamia hoc casu querelæ locum facit, ut notant Dd. communiter *in dict. l. fratres 27. C. d.t.* Hartm. Pistor. *part. 1. qu. 30. n. 3.* Vasq. *de succeff. creat. lib. 1. §. 10. num. 592.* Matth. Coler. *part. 7. decis. 246. num. 8.*
3 † Adeoque & spurio vel naturali herede instituto, fratribus testatoris competet querela inofficiosi testamenti, ut post alios, quos allegat, tuetur Hartman. Pistor. *dict. quæst. 30. num. 5.* Anton. Tessaur. *decis. 126. num. 3. & seq.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 21. num. 18.* Rol. à Vall. *vol. 1. consil. 74. n. 37.* Simon.
4 Ulric. Pist. *in notis ad* Hartm. Pistor. *dict. loc.* † Etsi enim non omnes concedant, spurios facti infamiâ laborare, de quo valdè quondam fuit disceptatum, ut videre est apud Hartm. Pistor. *dict. quæst. 30. &* Ja-
5 cob. Thoming. *qu. 48.* ab invicem dissentientes; † Ex communi tamen sententiâ, quæ etiam in Camera Imperiali recepta est teste Mynsing. *cent. 4. obs. 31.* Naturales sive spurii omnis infamiæ, vel saltem
6 ejus, quæ facti dicitur, expertes haud sunt, † Nec apud honestos etiam & graves viros fama illegitimè natorum integra ac illæsa habetur, ut demonstrant post alios multis argumentis & rationibus Pistor.
7 & Petr. Heig. *dict. loc.* † At licet concesserim, nec facti infamiâ spurios laborare, attamen levem aliquam maculam, quæ non minus locum facit querelæ *in dict. l. 27. C. de inoff. test.* haud hærere in spu-
8 riis, vix defendi posse existimaverim, † sive de jure divino, sive Canonico, sive legibus & moribus aliarum gentium quæratur, secundum quos cum tantùm probentur conjunctiones legitimæ, fieri non potest,
9 † quin ex improbato concubitu nata soboles aliquâ labe adspersa videatur, & vel ideò, ut hac quoque ratione à vago concubitu cives abstinere discant;
10 † Ne dicam, quod pro personâ legali haberi neque at, qui patrem, agnationem & familiam non habet. Maculâ ergo spurii laborant non ex facto suo,
11 † sed propter illegitimos natales, & quia ex putrido sanguine fuere procreati, Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 28. defin. 20. n. 3.*
12 † Quod verò Thoming. *dict. qu. 48.* dispositionem *dict. l. 27. C. de inoff. testam.* restringere velit ad notam, quam ipse institutus contraxit, (eò namque argumenta sua collimant,)
13 id certè generalitati textus minus convenit; † Et vel in odium saltem illegitimi coitus, spurii nullo legis auxilio digni videntur, Anton. Fab. *dict. loc.* † Adeoq; si culpa desit, justa tamen causa subest, 14
cur etiam insons macula notetur, Gloss. *in cap. 1. ext. de const.* Heig. *dict. qu. 21. n. 31.* † Largior tamen 15
hoc Thoming. si tanta spurii virtus sit, ut vitæ honestate & meritis maculam illam facilè eluat, & ab omnibus bonis ac honestis recipiatur, hanc solam ei notam nocere non posse, Tessaur. *dict. loc. n. 6.*

Ita Domini in causa Johann Mersdorffs zu Frauenloba/ Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sententiæ: Hat euer Bruder einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen Martin Lubben zum Erben seiner Verlassenschafft eingesetzet/ euch aber nichts vermacht/ sondern gantz præteriret. Da nun euerm Fürgeben nach gedachter Martin Lubbe ausser der Ehe/ und also aus verbotener fleischlichen Unzucht/ gezeuget wäre/ ꝛc. So möchte berührtes euers Brudern Testament zu Recht nicht erhalten werden/ sondern ihr wäret dasselbige per querelam inofficiosi testamenti zu fechten wol befugt/ V.R.W.)

Definit. XI.

Instituta herede fœminâ cum liberis suis, videntur quoque instituti posthumi.

QUod dixi, liberos cum parentibus sub nomine 1
collectivo copulativè tamen vocatos, non ordine successivo, sed conjunctim & ex æquis partibus vocatos censeri, nisi voluntas testatoris refragetur, *Supr.* Constitut. 8. *Definit. 7.* † id non modò in 2
successione transversalium verum est, de quo casu potissimum agit Anton. Fab. *in Codicill. lib. 6. tit. 8. Defin. 7.* ibi allegatus; † Sed & si persona 3
prorsus extranea cum liberis suis ad hereditatem fuerit vocata, ex identitate rationis *in l. 32. ff. ad Leg. Aquil.* † Planè, nec liberos solùm jam natos, sed & 4
posthumos unà cum matre sub nomine liberorum vocatos censeri dixerim, quibus, defuncto testatore, certa adjudicari quoque debet portio, † quia post- 5
humi pro natis habentur, quando de ipsorum agitur commodo, *l. qui in utero 26. ff. de stat. homin. l. 2. §. qui autem in ventro 6. ff. de excusat. tut. l. 1. §. si quis proximior 8. ff. Unde cognat.*

Ita Domini in causa Andreæ Fritzschens zu Torgau/ Mens. Jul. Anno 1620.

Definit. XII.

Filius exheredatus non facit partem in numero liberorum ad minuendam legitimam.

PAter habens quatuor filios, quorum legitima 1
hodie est Triens, exheredaverat unum, reliquos verò in re certâ instituerat, scripto herede extraneo † quæsitum fuit, *an exheredatus ad minu-* 2
endam legitimam in numero filiorum haberetur & partem faceret, ita ut reliqui non integrum trientem, sed tres saltem partes trientis acciperent? † Quod 3
quidem placuit Bartolo *in l. pater filium 14. n. 20. ff. de inoff. testam.* Attamen contrarium respondérunt Domini, † exheredatum nempe ad dimi- 4
nuendam legitimam, partem non facere, sed reliquis tribus filiis non minus totum trientem deberi; † per text. *in l. si post mortem 10. §. liberi* 5
qui contra 4. & §. seq. ff. de bonor. possess. contr. tab. Novell. 22. cap. 21. ubi expressè dicitur, quod pars ingrati & exheredati accrescat grato. † Et no- 6
tum est, quod filii exheredati habeantur pro mortuis, *l. 1. §. pen. ff. de bonor. possess. contr. tabul. §.*

7 *sed nostra 3. Inst. de succeſſ. libert.* † Atqui dubium non eſt, ſi unus ex filiis mortuus fuiſſet, quin ſuperſtites nihilominus totum trientem acciperent, *Nov.* 8 *18. c. 1.* † Et ita quoque ſentiunt Dd. *comm.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 122. n. 18.* Nicol. Boër. *deciſ. 104. n. 5. & 8.* Andr. Fachin. *lib. 4. controv. c. 31.* Jaſon. *in l. planè 34. §. 11. ff. de legat. 1.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Böttigers zu Tyra/ Menſ. Jul. Anno 1621. (Verba ſent: Hat euer Vater in ſeinem letzten Willen euern Bruder Cornelium aus wichtigen Urſachen exherediret, und dargegen ſeinen Vettern Marcum Schäffern zum Erben ſeiner Verlaſſenſchafft eingeſetzt/ euch und euern andern Geſchwiſtern aber nur ein gewiſſes titulo honorabili inſtitutionis gleichfalls vermacht/ damit ihr aber nicht zufrieden/ ſondern ad ſupplementum legitimæ zu agiren gemeinet ſeyd. Wann nun gleich auſſer dem exheredato, eurer als der andern Kinder an der Zahl nur noch zwey oder drey verhanden wären/ ſo gebühret euch doch nichts weniger der dritte Theil der väterlichen Erbſchafft zur legitimen billich/ und es möchte euch davon das jenige/ ſo ſonſten dem exheredato zugeſtanden/ nicht abgekürtzet werden/ ꝛc.)

Definit. XIII.

Nec partem facit exheredatus ad augendam reliquorum liberorum legitimam.

1 IDem prorſus dicendum eſt, ſi quæratur de legitima reliquorum liberorum augenda, putà ſi pater quinque filios habens (quorum legitima eſt ſemis) 2 unum exheredaſſet: † Nam nec tùm filius exheredatus ad Legitimam augendam in numero filiorum habetur, ſed perinde eſt, ac ſi exheredatus omninò in rerum natura non exiſteret, ideoq; reliquorum quatuor filiorum legitima non Semis erit, ſed ſaltem 3 Triens. † Nempe quia exheredati pro mortuis habentur *Defin. præced. n. 6.* Atqui ſi mortui ſint, & ſolùm quatuor filii exiſtant, Legitima eorum non eſt Semis, ſed Triens, *Nov. 18. c. 1. Auth. novisſima C. de* 4 *inoff. teſtam.* † Ceſſat enim hoc in caſu ratio augmenti legitimæ, quæ eſt concurſus plurium filiorum ultra quatuor, unde depauperatio metuenda. *Nov. 18.* 5 *in proœm.* † Quidni ergò ipſa quoque diſpoſitio juris ceſſaret Fachin. *lib. 4. controv. 31. verſ. ſecundo concluſio.* Nicol. Boër. *deciſ. 104. n. 8.* Jaſon. *in Auth. Novisſima C. de inoff. teſt. n. 47.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſent: Inmaßen ihr dann auch/ wann gleich auſſer dem Exheredato euer der andern Geſchwiſter viere wären/ ein mehrers über den dritten Theil zur legitimen zu fodern nicht berechtiget ſeyd/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Filia, quæ certo quopiam pro dote accepto hereditati renunciat, reputatur inter liberos quoad minuendam legitimam, non etiam quoad augendam eam.

1 ALia eſt ratio filiæ renunciantis paternæ vel maternæ hereditati pro dote jam acceptâ: Nam hæc quoad legitimam minuendam inter liberos reputatur, † putà ſi ex quatuor liberis, una filia hereditati renunciaverit, reliqui liberi non integrum trientem, ſed de hoc ſaltem tres partes accipiunt, quarta heredi accreſcit. † Ad augendam verò legitimam 3 in numerum liberorum referenda non eſt, putà ſi ex quinque liberis filia una renunciaverit ſucceſſioni, reliqui non ſemiſſem, ſed tantùm trientem habebunt. † Nempe, quia filia hereditati paternæ re- 4 nuncians, id in favorem patris vel heredis à patre ſcripti facere cenſetur, quia renunciatio vel pactum nulli prodeſt, niſi ei vel ejus heredibus, cui factum eſt, Bald. *in l. ſi actionem 24. C. de pact. n. 1.* Nicol. Boër. *deciſ. 104. num. 3.* † Et ſi aliter diceretur, ſe- 5 queretur inde, patrem vel heredem univerſalem legitimam eam, quam antea filiæ dederit, etiam aliis fratribus ſolvere cogi † contra regulam vulgarem, 6 quæ idem his exigi prohibet, *l. Titia 34. §. qui invita 5. ff. de legat. 2. l. bona fides 54. ff. de Reg. jur.* † Filia 7 namque certam dotem accipiens ſuam partem ſeu legitimam habere, eamque portionem loco legitimæ ſuæ accepiſſe videtur, Bald. *in l. un. C. quand. non petent. part. petent. accreſc. num. 28.* Andr. Fachin. *lib. 4. controverſ. c. 31.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 12. num. 26.* † ubi aliorum quoque Dd. opi- 8 niones refert, & quid in caſu ſtatuti filiam à ſucceſſione excludentis receptum ſit, docet *concl. 12. n. 30. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa fratrum Nobilium à VVarsleben contra heredes Ludovici ab Oppingen, Menſ. Sept. Anno 1591.

Definit. XV.

Filio hereditatem repudiante, ejus portio in legitimâ reliquis actreſcit.

AT quid, *ſi unus ex filiis propriâ voluntate ſit ex-* 1 *cluſus, putà, quia hereditatem adire noluit, ſed repudiavit?* † Tunc portio ejus reliquis non im- 2 meritò accreſcit, ideoque ſi quinque ſint filii, ex quibus hereditatem unus repudiavit, † reliquorum 3 legitima nihilominus erit Semis, per text. *in l. 1. C. quand. non petent. part. petent. accreſc.* † Nam por- 4 tio deficientis alteri accreſcit, *l. 3. in fin. ff. de bonor. poſſeſſ. l. 20. ff. de legat. 2. l. un. §. 10. C. de caduc. toll. l. 89. ff. de legat. 3.* Fachin. *lib. 4. contr. 31. ſub fin. concl. ult.* Gothofr. *in dict. l. 1. ad rubr. C. quando non petent. part. pet. accreſc.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Medings & Andreæ Ruppert zu Friſchloba/ Menſ. Novemb. Anno 1593.

Constitutio XI.

Partis Tertiæ.

Gerade wird den Töchtern in ihre legitimam zugerechnet.

DIeweil nach Verordnung der Rechte alles das/ was die Kinder Vermöge einer Willkühr oder ſonſten aus ihrer Eltern

Geradam in legitimam filiarum imputari.

CUm ex diſpoſitione juris, quicquid liberi vigore ſtatuti aut aliàs è bonis parentum conſecuti ſunt, in legitimam illorum

Gütern bekommen und empfangen / mit in die legitimam gezogen wird / ſo ſoll auch gleicher Geſtalt die Gerade in der Töchter legitimam eingerechnet / und demnach alſo erkannt und geſprochen werden.

illorum computetur, idem & de Geradâ, quam filia è bonis matris acquirit, fieri volumus.

DEFINITIONES.

1. *Filiæ etiam Nobiles in legitimam, quam defunctâ matre ab inteſtato ex bonis mobilibus à patre ſuperſtite accipiunt, Geradam imputare tenentur.*
2. *Imputatur Gerada in legitimam filiarum, ſive ſolæ exiſtant, ſive unà cum fratribus legitimam petant.*
3. *Detractâ prius geradâ, legitimæ de bonis ſolùm hereditariis debetur, & ex iisdem, ſi gerada non ſufficit, ſuppletur.*
4. *Concurrente filia cum fratribus in petitione legitimæ ex bonis mobilibus maternis, portio filiæ per geradam ſuppleta, patri, non fratribus accreſcit.*
5. *Ceſſat imputatio geradæ in legitimam maternam, ſi hæc vivo patre filiabus haud fuerit data.*
6. *Uxore poſt maritum defunctâ, filiæ bona utenſilia quatenus legitimæ maternæ imputare teneantur.*
7. *Non imputatur gerada legitimæ paternæ vel avitæ.*
8. *Mater quoque legitimæ, quam poſt mortem filiæ ex bonis mobilibus à genero petit, Geradam imputare tenetur.*
9. *Sicut filia geradam legitimæ maternæ, ita filii res expeditorias legitimæ paternæ imputare ſunt obſtricti.*
10. *Filia ſororibus geradam, quam à matre accepit, conferre tenetur, niſi ſpecialiter ſibi donatam probet.*
11. *Veſtes, catenæ, & ornamenta pretioſa, quæ filia tempore nuptiarum à parentibus accepit, in collationem veniunt, niſi donatio probetur.*
12. *Arrha ſponſalitia liberis data tempore ſponſaliorum conferri debet in hereditatem communem.*
13. *Filia quoque elocata ad matris defunctæ geradam cum ſorore adhuc innupta admittitur.*
14. *Non ſolùm dos, ſed & donatio propter nuptias & quicquid loco dotis datum fuerit, confertur, ſed absq; uſuris.*
15. *In collationem quoq; veniunt ea, quæ pater liberis dedit in ſubſidium paternum,* zur Väterlichen Hülffe.
16. *Si negent liberi ſubſidium paternum, probari id debet ab heredibus, nec creditur aſſertioni teſtatoris.*
17. *Non conferuntur à filiis ſumptus ſtudiorum & Doctoratus.*
18. *Expenſæ ad conſequendum titulum Notarii, nec non ad peregrinationem filio præſtitæ, haud conferri debent.*
19. *Conferri tamen debent ſumptus ſtudiorum cauſa erogati à parentibus, ſi filius proprium habuerit patrimonium.*
20. *Conferuntur etiam ſumptus ſtudiorum, quos pater ſpecialiter conſignavit.*
21. *Regulariter non conferuntur expenſæ nuptiales.*
22. *Niſi à patre in dotem fuerint imputatæ expenſæ nuptiales.*
23. *Conferuntur etiam expenſæ nuptiales, ſi haſce parens ſpecialiter conſignaverit, vel conferri juſſerit.*
24. *Ceſſat collatio ex tacitâ etiam parentis voluntate.*
25. *Quicquid pater pro condemnatione filii ex liberalitate & ſua ſponte ſolvit, aut ſolvere promiſit, in collationem non venit.*
26. *De moribus Saxonicis quandoq; etiam in perſonâ extraneâ collatio locum habet.*
27. *Etiam quando Vidua ex defuncti mariti bonis portionem ſtatutariam petit, liberi à patre accepta conferre tenentur.*
28. *Conferre quoq; tenentur liberi accepta à parentibus, quando ipſis ſtatutum partem dimidiam tàm paternorum quàm maternorum bonorum loco legitimæ maternæ defert.*
29. *Collatio in foro Saxonico debet fieri mediante juramento, ſi ipſam elocationem, vel ſubſidium paternum liberi non negent, ſed quantitatem ſaltem acceptorum diffiteantur.*
30. *Collatio debet fieri in pecuniâ numeratâ, ſi hanc liberi à parentibus vivis acceperint.*
31. *Quantum ex dote materna liberi acceperunt, id in hereditatem avitam conferre tenentur.*
32. *Nihil conferunt Neptes in hereditatem avitam, ſi ultra geradam in legitimam imputatam de dote maternâ nihil acceperunt.*
33. *Nepos repudiata licet patris hereditate, attamen ſi cum patruis, avunculis aut materteris avo ſuccedit, conferre tenetur ea, quæ pater ſub onere collationis accepit.*
34. *Nepotes cum Nepotibus ſuccedentes avo non conferunt ea, quæ pater accepit, ſi hujus hereditatem repudiaverint.*
35. *Dos à patruo vel amita conſtituta in legitimam paternam imputari vel conferri non debet.*

DEFINIT. I.

Filiæ etiam Nobiles in legitimam, quam defunctâ Matre ab inteſtato ex bonis mobilibus à patre ſuperſtite accipiunt, Geradam imputare tenentur.

1 DEfunctâ Uxore, univerſa ejus mobilia præter geradam, ſecundum juris Saxonici diſpoſitionem marito, & ex hiſce legitima tantùm portio filiabus cedit, *art. 31. in pr. art. 76. lib. 3.*
2 Landr. † ubi ſolet dubitari, *an filiæ geradam maternam legitimæ imputare teneantur?* Etenim gerada ſeu bona utenſilia non jure hereditario, † ſed ex ſpeciali legis proviſione tanquam lucrum 3 adventitium obveniunt, Daniel Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 11. numer. 1. & ſeqq.* Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 14. numer. 1. & ſeqq.* unde exiſtimare quis poſſet, † ea in legitimæ ſupplementum haud im- 4 putanda eſſe, quia legitima ex ipsâ patris vel matris ſubſtantiâ & hereditate liberis debetur, *l. cum quæritur 6. Auth. noviſſima l. ſcimus 36. C. de inoff. teſtament.* † Attamen negari nequit, quin 5 etiam geradam filia capiat ex matris defunctæ bonis,

nis, quippe quam mater pleno jure in suo dominio habet, deque ea quocunque modo inter vivos voluerit, disponere potuit *supr. part. 2.* Constitut. 6 Elector. *14.* † Quidni ergò ea legitimæ imputari deberet? Cum omnia ea, quæ non tàm jure hereditario, quàm Legati, fideicommissi, donationis causa mortis, vel alterius relicti nomine, ex patrimonio vel substantiâ defuncti capiuntur, filiorum legitimæ imputari soleant. *dict. A. novissima l.* 7 *omnimodo 30. in pr. l. 35. C. de inoff. testament.* † Sicuti & ea, quæ occasione militiæ patris pecuniâ emptâ acquirantur, *dict. l. omnimodo 30. §.* 8 *imputari 2. C. d. t.* † feudaque nova & hereditaria, quanquam & hæc ex peculiari juris feudalis provisione ad alios perveniant, Andr. Rauchb. *part. 2. q. 17. n. 28. & seqq.* ubi plures profert rationes, & contraria refellit, Dan. Moller. *hic n. 6.* Andr. 9 Goldb. *de Gerad. c. 6. n. 3.* † Quod & minus dubium habet in Electoratu Saxonico propter claram sanctionem Electoris *in h.* Const. *11. vers.* So soll auch gleicher Gestalt die Gerade in der Töchter *legitimam* eingerechnet werden. Quæ Constitutio generalior est, quàm ut restrictionem ullam admittere 10 possit, † ideoque quotiescunque legitima tantum vel ejus supplementum filiæ debetur, propter testamentum, Codicillos, vel ab intestato ex statuto aut consuetudine provinciali, toties in hanc legitimam filiæ gerada, quam à matre habet, imputabitur, Andr. Rauchb. *dict. q. 17. n. 27.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 17. n. 14.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. numer. 22.* 11 Goldb. *dict. c. 6. n. 4.* † Nec refert, an fœmina petens legitimam maternam à patre Nobilis sit, vel ignobilis, Andr. Rauchb. *dict. q. 17. in pr. ibi: Nobi-* 12 *lis quædam fœmina.* † cùm defunctâ Uxore, circa successionem mariti & filiarum ab intestato, inter Nobiles & plebejos nulla existat differentia, Johan. Schneidew. *ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 26.*

Ita Domini in causa Joachimi à Machwitz/ Mens. Januar. Anno 1631. (Verba sent: Ist euer Eheweib Rosina / gebohrne von Blanckenberg/ Todes verfahren/ und hat drey Kinder/ als einen Sohn und zwo Töchter an einem/ und euch ihren Ehemann anders Theils / zusammt etlicher Fahrnüß/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie solche Fahrnüß ausser der Gerade/ so den Töchtern zuständig/ vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ auff euch den überlebenden Ehemann allein bracht und verfället/ ihr seyd aber davon den Kindern ihre gebührende legitimam, so nach Gelegenheit dißfalls/ weil der Kinder drey seyn/ der dritte Theil ist/ abzustatten schuldig / Jedoch wird der Töchter Gerade in die ihnen gebührende legitimam billich mit eingerechnet/ V. R. W.]

Et in causa Andreæ Maßens und seiner Kinder zu Waldenburg / Mens. Julio Anno 1636. (Verba sentent: Es ist aber der Vater den Kindern die gebührende legitimam von seines Weibes Fahrnüß / so nach Gelegenheit dißfalls/ weil der Kinder 5. seyn/ die Helffte ist/ zu entrichten schuldig/ Jedoch wird der Töchter anererbte Mütterliche Gerade ihnen in solche legitimam mit eingerechnet/ V. R. W.)

Definit. II.

Imputatur Gerada in legitimam filiarum, sive solæ existant, sive unà cum fratribus legitimam petant.

1 QUod filiæ, bona utensilia legitimæ imputare, teneantur, id potissimum in favorem mariti superstitis ceu heredis mobiliaris introductum est, ut eò minus mobilia uxoris defunctæ, quæ jus Saxonicum soli marito defert, graventur, Gloss. *latin. in art. 31. lit. C.* Landr. *lib. 1. vers. sed hæc omnia.* Andr. Rauchb. *p. 2. q. 17. numer. 27.* Cui consequens est, † prædefunctâ Uxore, filias à marito superstite ex 2 bonis mobilibus legitimam absque imputatione geradæ petere non posse, sive solæ existant, sive unà cum fratribus concurrant, † cum utroque ca- 3 su de præjudicio mariti agatur: Quod tantò certius est, † quanto generalioribus verbis Const. 4 *hæc* bona utensilia legitimæ imputari jubet, *arg. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem action. l. in fraudem 15. in fin. ff. de testam. milit. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst.*

Ita Domini in causa Jobst Christophen von Feilitzsch/ Mens. Mart. Anno 1602. (Verba sentent: Ob gleich der verstorbenen Tochter / nach Gelegenheit dißfalls/ weil sie allein ist / und keine Brüder noch Geschwister mehr verhanden/ 1000. fl. zu Mütterlichen legitimen gebühren. Dieweil aber dennoch / Vermöge Churfürstl. Sächsisch. Constitution, ihr die Gerade in die legitimam mit eingerechnet werden muß / So wird dieselbe billich in einen gleichmäßigen Anschlag gebracht / und was derselbige austragen wird/ ihr an den bemeldten 1000. fl. abgekürtzet/ &c.)

Definit. III.

Detractâ prius geradâ, legitima de bonis solùm hereditariis debetur, & ex iisdem, si gerada non sufficit, suppletur.

GErada ante omnia à bonis hereditariis est 1 separanda, & deinceps ex quantitate bonorum hereditariorum legitima æstimanda ac deducenda: Etsi tùm filiæ non tantum in rebus ad geradam pertinentibus acceperint, quanti legitima æstimatur, id quod deest, ex rebus hereditariis suppletur: † putà, Hereditas valet 90. Ge- 2 rada verò 30. tertia pars sive legitima de bonis hereditariis erunt hoc casu 30. † Cum igitur tan- 3 tum filia in gerada acceperit, nihil ipsi ex hereditate erit supplendum, Andr. Goldb. *de gerada c. 6. n. 12.* Hartm. Pistor. *obs. 12.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic n. 23.* Hartw. Dassel. *ad const. Lüneburg. artic. 1. num. 1. cum seqq.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 22.* † Scilicet, quia imputa- 4 tio legitimæ in geradam, adinventa est in favorem mariti superstitis, ad diminuendam legitimam, *Defin. præced.* † Ergò non debet operari legiti- 5 mæ augmentum in ejusdem præjudicium, † indu- 6 cta siquidem ad unum finem non debent operari contrarium, *l. legata inutiliter 14. ff. de adimend. legat. l. 2. C. de jurejur. propt. calum. dand.* † Ecquis 7 verò non videt, gravari maximopere maritum, si gerada cum hereditate conjungeretur, cujus tertia pars tum esset 40. adeoque cum gerada valeat tantum 30. decem ex hereditate supplenda esse. † Accedit porrò, quod gerada filiabus tanquam 8 æs alienum, Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 17. num. 10. & 33.* Ergò prius omnino erit deducenda, siquidem æs alienum non computatur in hereditatem ad augendam legitimam, † cum deduca- 9 tur ante legitimam, *l. Papinianus 8. §. quoniam autem*

autem 8. ff. de inoff. teſtam. l. quoniam in prioribus 32. C. eod. tit. Auth. nunc autem in fin. C. de Epiſc. & Cler. Goldb. *dict. cap. 6. n. 15.*

Ita Domini in causâ heredum Caſpar Rothens Eheweibes zu Neumarck / Menſe Julio Anno 1629. (Verba ſentent: Es iſt aber der Ehemann der Tochter die gebührende legitimam, welche nach vorgethanen Abzug der Gerade / der dritte Theil ihrer gantzen übrigen Verlaſſenſchafft iſt / wofern ſie ſolcher legitimen von der allbereit empfangenen Gerade nicht vollſtändig befriediget werden kan /. von des verſtorbenen Weibes mobilien und Baarſchafft zu erſetzen und zu ergäntzen ſchuldig / V. R. W.)

Definit. IV.

Concurrente filia cum fratribus in petitione legitimæ ex bonis mobilibus maternis, portio filiæ per geradam ſuppleta patri, non fratribus accreſcit.

1 DUbitatum quondam fuit, *an concurrente filiâ cum fratribus in petitione legitimæ, hæc ex bonis defunctæ uxoris mobilibus à patre ſuperſtite ſit exſolvenda, & poſtea demum diviſione legitimæ portionis inter fratres & ſororem inſtitutâ, gerada in legitimam imputanda?* † Quod ſi fieret, non marito
2 ſuperſtiti, ſed ſolis fratribus, vel etiam ipſis & ſorori ſimul augmentum, ſive id quod ex geradâ ſuppletum fuit, cederet.

Veluti etiam Anno 1593. Menſ. Octobr. in cauſa Johannis Wieſels zu Wittenberg/ à Scabinis pronunciatum percepi.

3 † Sed contrarium procul dubio verius eſt, imputationem nempe geradæ faciendam, antequam ma-
4 ritus legitimam exſolvat, † ita ut ſuperfluum, quod poſt imputationem geradæ ſupereſt, marito
5 non fratribus accreſcat, † vel ſolùm propterea, quod in favorem mariti imputatio Geradæ adinventa fuerit, non in favorem fratrum cum ſorore concurrentium, *ſupr. Defin. 2.* Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 6, n. 17.*

Ita Domini in cauſa Joachimi à Machwitz / Menſ. Mart. Anno 1631. (Verba ſentent. So gebühret euch ſolche Verlaſſenſchafft der 2600. fl. allein billich/davon aber den Kindern die gebührende legitima, als einem ieden 288. fl. 18. gr. 8. Pf. ausgeantwortet werden / iedoch ſo viel die Töchter anlanget/ haben dieſelbe ſich bey euch ſolcher Foderung eine iede der 288. fl. 18. gr. 8. Pf. oder etwas davon ehe nicht anzumaſſen / als wann ſie ſolcher Gebührnüß von den Geradeſtücken/die ſo viel nicht austragen thäten/ nicht befriediget werden könten / ꝛc.)

Definit. V.

Ceſſat imputatio geradæ in legitimam maternam, ſi hæc vivo patre filiabus haud fuerit data.

1 EXinde, quod dixi, imputationem geradæ adinventam fuiſſe in favorem mariti ceu heredis mobiliaris, *ſupr. Defin. 2.* Andr. Goldb. *de Gerad. c. 6. num. 17.* ſequitur porrò hoc, † quod ſi maritus
2 ſuperſtes dum adhuc viveret, ex bonis mobilibus defunctæ uxoris, filiabus legitimam maternam non dederit, nec geradam imputari fecerit, mortuo eo, filias imputatione bonorum utenſilium haud
3 gravandas eſſe, † ne ſcilicet imputatio geradæ in favorem mariti adinventa, in fratrum commodum cedat. † Nec movet, ſi dicere velis, fratres 4
hoc caſu ex perſonâ patris, cui ſuccedunt unà cum filiabus, pro rata ſaltem imputationis beneficio gaudere, quia beneficium iſtud procul dubio eſt perſonale, † quod ad heredes non tranſit, *l. in* 5
omnibus cauſis 68. ff. de reg. jur. cap. privilegium perſonale 7. de reg. jur. in ſexto. † Idque tanto minus, 6
quanto majori odio filiarum, imputatio geradæ cenſeatur introducta, ut propterea reſtringi potius, quàm ampliari debeat, *c. odia 15. de reg. jur. in ſexto.*

Ita Domini in cauſa Damiani Henrici à Maltitzens zu Leitzen/ Menſ. Novembr. Anno 1621. (Verbâ ſent: Iſt Abrahams von Maltitzens Eheweib vor funffzehen Jahren mit Tode abgangen/ und hat ietzogedachten ihren Ehemann an einem/ dann zween Söhne und eine Tochter/ alle drey damals unmündig/ am andern Theil/ zuſammt 15000. fl. eingebracht Gut/und hierüber eine anſehnliche Gerade nach ſich gelaſſen / und es iſt hernacher /. und nur vor drey Jahren/ da die Kinder noch keines mündig/ vorgedachter von Maltitz auch verſtorben/derowegen der verſtorbenen beyden Söhne und Tochter oder dero Vormunden die 15000. Gülden/welche ihnen der überlebende Juncker zur Mütterlichen legitimen zu entrichten/ und zu ihrer Bedürffung auszuſetzen verpflichtet geweſen / unter ſich zu theilen vorhabens ſeyn/ ꝛc. So iſt die Tochter die auff ſie verfällete Geradeſtücke nach Gelegenheit dißfalls in gemeine Theilung zu bringen/ oder an ihrem gebührenden Antheil der Mütterlichen Erbſchafft abkürtzen zu laſſen nicht ſchuldig/ V. R. W.]

Definit. VI.

Uxore poſt maritum defunctâ, filiæ bona utenſilia quatenus legitimæ maternæ imputare teneantur.

AN ergò gerada nunquam legitimæ maternæ 1
imputabitur, niſi quando in commodum mariti ſuperſtitis cedere poſſit? Ita omninò eſt, † nec Conſtitut. *hæc 11.* in favorem fratrum exten- 2
di debet, cum marito ſaltem Illuſtriſſimus Elector ſubvenire voluerit, ut dixi *Definit. 2.* † Ex 3
quo inferre licet, ſi vidua prædefuncto marito ſuperſtes moriatur, filias ab inteſtato ſuccedentes, geradam maternam imputare non teneri, ſed eam ſine collatione præcipuam habere, † ne ſci- 4
licet hæc imputatio in favorem fratrum cedat, contra tradita *Definit. præced.* † Idque expreſſa 5
ſanctione Electorali confirmatum fuit, *h. p. 3.* Conſtitut. *37. verſ.* Aber die Töchter/ ob ſie gleich Erbe nehmen/ ſo können ſie doch auch ihre Gerade fodern. *ubi* Moller. *in fin.* Rauchb. *part. 2. quæſt. 17. num. 39.* † Nec enim imputatio geradæ unquam 6
fieri debet, niſi legitima petatur, alioquin etiam geradam in hereditatem conferri diceremus contra tradita *infr. Definit. 10.* † Quod ſi tamen con- 7
tingeret, filiam legitimæ in teſtamento matris ſibi relictæ petere ſupplementum, & tùm Geradam in favorem ſcripti heredis legitimæ imputari quidam autumant, † propter generalitatem *h.* Con- 8
ſtitut. *11.* quæ & generaliter accipi debet, *l. 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſtand.*

Ita Domini in cauſa Johann Reinhards zu Kempnitz / Menſ. Febr. Anno 1608.

It. in cauſa Samuel Walthers zu Torgau / Menſ. Febr. Anno 1608.

Et

Et in causa Jobst Christophen von Feilitzschens/Mens. August. Anno 1603.

Definit. VII.

Non imputatur gerada legitimæ paternæ vel avitæ.

1 NUnquam imputatio geradæ sibi locum vindicat, nisi in casu, quo petitur legitima materna, nec enim in paternam vel avitam legitimam filiæ bona utensilia, quæ jam antea à matre accepe-
2 runt, imputare tenentur, † siquidem avus vel pater bona utensilia matris aut filiarum in bonis non habet, nec ad filios transmittit, Landr. *lib. 1. art. 27. ubi* Gloss. *lat. ad text. german. lit. C.* Gloss. *lat. ad*
3 *text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 24. lit. D.* † At bona ea, quæ pater non habet, nec in filios transmittit, in legitimam imputari non debent *l. scimus 36. vers. re-*
4 *pletionem C. de inoff. testament.* † Quin & mortua matre, gerada statim pleno jure ad filias pertinet, nec pater quicquam juris in eâ habet, ut certè absurdum sit, eam imputationis onere hoc casu gra-
5 vari, † siquidem bona, quæ filius in vita patris pleno jure acquisivit, nunquam legitimæ imputantur, Bartol. *ad l. in quartam 51. ff. ad Leg. falcid. num. 10.*

Ita Domini in causa Johann Reinhards zu Kempnitz/Mens. Febr. Anno 1608. (Verba sentent: Ob wol Benedicti Kreutzscheus zwo Töchter von ihrer Mutter etliche Geradestücke ererbet/ &c. So mag doch ihnen solche Gerade in ihre legitimam der Väterlichen und Großväterlichen Erbschafft/ gestalten Sachen nach/ nicht gerechnet/ noch davon abgezogen werden/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Mater quoque Legitimæ, quam post mortem filiæ ex bonis mobilibus à genero petit, Geradam imputare tenetur.

1 NOn minus quoque filius Clericus ac filia maternam legitimam petens, ei geradam, quam
2 à matre accepit, imputare tenebitur, † quia in percipiendâ geradâ filii Clerici filiabus æquiparantur, *art. 5. lib. 1.* Landr. At eadem est æquiparatorum
3 natura & ratio, *l. 1. ubi* Dd. *ff. de legat. 1.* † Quid autem si mater post mortem filiæ, legitimam à genero, omnia defunctæ uxoris mobilia ex dispositio-
4 ne juris Saxonici lucrante petat? † Imputationi Geradæ in legitimam tùm locum non dari, quondam pronunciavêre Scabini.

In causa Rudolphi à Bünau zu Pirn / Mens. Jul. An. 1598.
It. in causa Margarethæ Beiterin zu Freyberg/ Mens. Februar. Anno 1609.
Et in causa Matthæi Teissens zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1599.

5 † Sed postquam in judicio Appellationis supremo Electorali, quod Dresdæ est, contraria sententia usu ac observantiâ introducta fuerit, huic Domini sua quoque responsa in posterum confor-
6 mârunt. † Ac certè matrem quoque petentem legitimam à genero ex bonis mobilibus prædefunctæ filiæ geradam, quam ab ea accepit, imputare teneri, vel ex natura æquiparatorum mani-
7 festum est, † siquidem Leges æquiparant legitimam, quæ debetur parentibus ex bonis liberorum illi, quæ liberis debetur de bonis parentum, *l. nam etsi parentibus 15. de inoff. testam.* † Quin & major § ratio matrem ad imputationem geradæ obstringit, quippe cui hereditas filiæ non tam firmâ juris ratione, ut liberis parentum hereditas defertur *l. scripto 7. in fin. ff. Unde liber.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 6. n. 7.* Dan. Moller. *hîc num. 18.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 1. n. 36. & seq.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 17. n. 15.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 22.* Nec movet in contrarium, † quod collatio in ascendenti- 9 bus locum non habeat, Jason *in l. emancipatos 1. n. 26. C. de collat.* Gloss. *in l. 1. C. de legit. hered.* † Et quod 10 extraneo, ut gener est, non conferatur, Bartol. *in l. pater filium 6. n. 6. ff. de collat. dot.* Non enim argumentum à collatione ad imputationem universaliter procedit, † sed multa imputationi obnoxia sunt, 11 quæ tamen collationem repudiant, ut legata & fideicommissa *l. filiæ 4. l. filiam 7. l. à patre 10. ubi* Dd. *C. de collat.* Hartm. Pistor. *p. 2. q. 38. n. 17.* Heig. *p. 1. q. 24. n. 30.* Rauchb. *dict. quæst. 17. n. 36.* Goldb. *dict. cap. 6. n. 8.*

Ita Domini in causa Sibyllen von Tettau / Mens. Jun. Anno 1624. (Verba sentent: Ist eure Tochter Catharina/ Volraths von Brandenstein Eheweib/ ohne Leibes-Erben Todes verfahren / und hat euch als ihre leibliche Mutter an einem/ und gedachten ihren Ehejuncken am andern Theil/ zusammt etlicher Fahrnüß und Baarschafft/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie solche ihre Verlassenschafft/ vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ auff ihren Ehejuncken allein bracht und verfället / Es ist aber derselbe euch als der Mutter die gebührende legitimam, darein die Gerade billich imputiret wird / davon abzustatten pflichtig / V.R.W.)
It. in causa Ambrosii Funckens zu Kobitzsch / Mens. Mart. Anno 1628.
In causa Jobst Christophen von Feilitzsch / Mens. Mart. Anno 1602.
In causa Even Muthin zu Leipzig / Mens. August. Anno 1630.
It. in causa Dietzen Blasigs zu Kasebra / Mens. Febr. Anno 1612.
Et in causa Volraths von Brandenstein/ Mens. April. Anno 1624.

Definit. IX.

Sicut filia geradam legitimæ materne, ita filii res expeditorias legitimæ paternæ imputare tenentur.

1 DUbitatum quoque fuit, an sicuti filiæ bona utensilia, quæ à matre acceperunt, legitimæ maternæ, ita & filii res expeditorias das Heergeräthe legitimæ paternæ, si forsan ad supplementum hujus agant, imputare teneantur? Equi-
2 dem rationem dubitandi movet, † quod bona castrensia vel quasi, inter quæ etiam res expeditoriæ referuntur, nec conferantur, nec in legitimam imputentur, *l. 1. §. nec castrense 15. ff. de collat.* † Sed restringendum hoc est ad ea bona 3 castrensia, quæ filius petens legitimam ipsemet acquisivit, secus verò se res habet in iis bonis castrensibus vel quasi, quæ defunctus acquisivit, † ea siquidem, quia heres ex patrimonio defun- 4 cti capit, omninò conferri & legitimæ imputari debent, *l. omnimodo 30. §. imputari 2. C. de inoff. testament. h.* Constit. *11. in pr.* † Cui consequens 5 est, filium res expeditorias, quas à patre habet, in legitimam paternam imputare teneri, † per- 6 inde ut alia bona quæ ex defuncti patrimonio &

sub-

substantia capiuntur, *l. scimus 35. vers. repletionem ... de inoff. testam.* Bartol. *in l. in quartam 91. ad ... eg. falcid. num. 10.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst.* 7 *17. num. 28.* † Quò & facit, quod res expeditoriæ sint introductæ ad exemplum geradæ, ita ut quod juris est in gerada respectu cognatorum, idem quoque obtineat in rebus expeditoriis respectu Agnatorum, *art. 15.* Landr. *lib. 3.* Gloss. *german. in art. 24. verb.* Nach dem Heergeräthe. *lib. 1.* Landr. Andr. Goldb. *de gerada cap. 5. tit. de succes. cognat. transv. n. 23.* 8 Coler. *de proces. execut. part. 1. cap. 3. n. 257.* † ut ita vel ex *h.* Constit. *11.* quæ geradam legitimæ maternæ imputari jubet, hoc ipsum satis probetur, 9 Matth. Berlich. *p. 3. concl. 17. num. 23.* † ubi responsum Wittebergensium pro confirmatione hujus sententiæ adducit.

Ita Domini in causa Martin Seligers zu Nercha / Mens. Febr. Anno 1610. (Verba sent: Hat euch euer Vater in seinem Testament mehr nicht als die legitimam, so euch aus seinen Gütern zu Recht gebühret/vermacht/ und euch darinnen zu Erben eingesatzt/ꝛc. So wird in solche Legitimam das Heergeräthe / so gedachter euer Vater verlassen/und auff euch bracht und verfället/ billich mit eingerechnet und imputirt, V.R.W.)

Definit. X.

Filia sororibus geradam, quam à matre accepit, conferre tenetur, nisi specialiter sibi donatam probet.

1 Differunt ab invicem imputatio & collatio, illa in legitimam, hæc verò in hereditatem fieri solet; Nec omnia, quæ imputationi obnoxia 2 sunt, collationem admittunt, † veluti legata & fideicommissa, *l. filiæ 4. l. filiam 7. l. à patre 10. ubi* Dd. *C. de collat. l. si quando 35. §. & generaliter 2. C. de inoff. testam.* Jacob. Cujac. *lib. 3. observat. 30.* Bartol. *in l. 1. §. nec castrense 15. num. 6. ff. de collat.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 17. n. 36.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 117.* Licet ergò gerada legitimæ maternæ imputetur, *h.* Const. *11. supr.* 3 *Definit. 1.* † Attamen in collationem non venit; *supr. Defin. 6.* Constit. Elect. *37. h. part. 3.* Rauchb. *dict. quæst. 17. num. 36.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 6.* 4 *num. 22.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. num. 38.* † Imputatio siquidem fit ex præsumpta testatoris voluntate, qui heredi instituto magis prospexisse censetur, quàm iis, quibus legitimam salvam relin- 5 quere, jure obstrictus est, † quæ ratio in collatione bonorum ad æqualitatem conservandam ad- 6 inventa, locum habere nequit. † Sed verum saltem hoc est in persona fratrum, quibus post mortem matris sorores geradam conferre haud tenentur, sed eam præcipuam habent, Gloss. *sub lit. D. in artic. 13. lib. 1.* Landr. Goldb. *dict. cap. 6.* 7 *num. 22.* Rauchb. *dict. quæst. 17. num. 12.* † Nempe, quia fratres geradæ capaces non sunt: Aliud 8 verò dicendum in persona sororum, † quibus gerada omninò conferri debet ab altera sorore ad servandam scilicet inter eas æqualitatem, quem in finem hodiè in collationem venit, quicquid prohibitum non est, ne veniat, *Auth. ex testamento l. ut liberis 17. l. illud 20. C. de collat.* Gloss. *latin. ad text. german.* Landr. *lib. 1. artic. 13. lit. D.* † Planè, si soror probet, geradam à matre sibi 9 donatam fuisse, dubium non est, quin collatio cessaret, quum ex parentum voluntate non solùm expressa, sed & tacita prohiberi queat collatio, Cravetta *consil. 85. n. 18.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 4. defin. 2. n. 5.*

Ita Domini in causa Blasii Franckens zu Leipzig/Mens. Majo Anno 1577. (Verba sentent: Da nun die Mutter der ausgestatteten Tochter obenbemeldte Geradestücken beständiglichen geschencket hätte/ꝛc. So wäre dieselbe solche Geradestücken in gleiche Theilung der Mütterlichen verlassenen und ungetheilten Gerade zu bringen nicht schuldig/sondern nimmt darüber/ neben den unausgestatteten Töchtern ihren Schwestern/von der Mütterlichen verlassenen und ungetheileten Gerade ihren Antheil billich/V.R.W.)

Definit. XI.

Vestes, Catenæ, & Ornamenta pretiosa, quæ filia tempore nuptiarum à parentibus accepit, in collationem veniunt, nisi donatio probetur.

Non uti gerada materna, *Defin. præced.* † ita & 1 vestimenta aliaque suppellex muliebris, quam filia à patre vel matre accepit, collationi obnoxia est, † hanc enim nec fratribus nec sororibus con- 2 ferre tenentur, Gloss. *latin. in art. 13. lit. C. & in art. 10. lit. A. lib. 1.* Landr. Gloss. Weichb. *in art. 57. vers.* Ihr solt wissen/ *l. filiæ 18. C. famil. ercisc. l. 1. §. nec castrense 15. ubi* Bartol. *ff. de collat.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 6. num. 27.* Matth. Wesenb. *in parat. de collat. dot. in fin.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 17. num. 14.* † Attamen hoc ipsum restringi debet ad 3 supellectilem muliebrem pretii vilioris, vestesque quotidianas, Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. num. 31.* † Quæ propterea in collationem non veni- 4 unt, quia alimentorum nomine comprehenduntur, *l. legatis 6. ff. de alim. & cibar. legat.* † Ve- 5 stes verò & ornamenta pretiosa, quæ jocalia, ab Interpp. appellantur, putà catenæ, brachialia, annuli aurei & civilis mundus muliebris, qui sponsæ datur tempore nuptiarum, ut dotis quædam accessio, à collatione non sunt exempta, † 6 nec lucratur filia elocata istas res tanquam præcipuas, ex communi Interpp. doctrina, Coler. *dict. decis. 62. num. 34.* Andr. Goldb. *dict. cap. 6. n. 31.* Rauchb. *dict. quæst. 17. num. 24.* Dan. Moller. *hic num. 14.* Gail. *lib. 2. observat. 91. n. 5.* Joh. Schneidewin. *in §. quædam 20. n. 47. inst. de action.*

Ita Domini in causa D. Andreæ Weissekers zu Lützen/ Mens. Januar. Anno 1575. (Verba sentent: Hat euer Weib eure Stiefftochter über die täglichen Kleider/mit andern köstlichen Kleidern/Geschmuck / Geschmeide und Kleinodien versehen / ꝛc. Da nun eure Stiefftochter nicht beweisen könte / daß ihr euer Weib die köstlichen Kleider/ Geschmuck/Geschmeide und Kleinodien / und was sie auff der Verlöbniß auffgewendet / geschencket / so ist sie dieselbige Stücke in gemeine Theilung einzubringen/oder ihr an ihrem Antheil abkürtzen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

It. in causa David Lesans zu Leipzig / Mens. Majo Anno 1579. (Verba sententiæ: Hat M. Jacobi Bergers Eheweib ihrer Tochter Annen einem Mündlein/etliche köstliche Röcke bey ihrem Leben / über ihre tägliche Kleider machen lassen und zugestallt: Da sie nun nicht erweisen könne/

könte / daß die Mutter ihr solche Kleider vor den andern ihren Geschwistern zu haben beständiglich geeignet/so wäre sie dieselbigen köstlichen Kleider in gleiche Theilung zu bringen schuldig/V.R.W.)

It. in causa Johannis Ernesti à Pörstels/Mens. Junio Anno 1624.

Et in causa Abrahami Friderichs zu Budstadt / Mens. Jan. Anno 1635.

Definit. XII.

Arrha sponsalitia liberis data tempore sponsaliorum conferri debet in hereditatem communem.

1 EX hisce inferre licet, in collationem quoque venire arrham sponsalitiam, quæ tempore sponsaliorum personis desponsatis dari solet (der Mahlschatz) Etenim cum hoc nomine ut plurimùm catenæ aureæ, brachialia, aliaque pretiosa jocalia, ab honestis præsertim & Nobilibus personis dentur,
2 † utique non censentur parentes absque onere col-
3 lationis ea liberis donasse, † quia præsumuntur parentes inter liberos æqualitatem maximè servare velle, *l. illud 20. in fin. C. de collat. l. cum pater 77. §. evictis 8. ubi* Gloss. *ff. de legat. 2. l. quæsitum 12. §. 43. vers. sed & ipse Papinianus ff. de fund. instruct.* Hartm.
4 Pistor. *part. 1. quæst. 19. n. 9.* † Nisi forsan arrha sponsalitia sit res parvi valoris, aut aliàs appareat de mente parentis, quod inæqualitatem inter liberos servari voluerit Socin. *vol. 3. consil. 127. n. 23.* Bartol.
5 *in l. si pater 34. in pr. ff. de donat.* † ubi ex numero liberorum & quantitate ac qualitate rei dijudicandum ait, utrum pater uni liberorum aliquid donare voluerit.

Ita Domini in causa Friderici Gutbiers zu Weissensee/ Mens. Novembr. Anno 1633. (Verba tentent: So seyd ihr die Ehrenkleidere/Ringe und Mahlschatz/ so euch bey eurer Ausstattung der Vater gegeben / in gemeine Theilung zu conferiren, oder euch an eurem Antheil abkürtzen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XIII.

Filia quoque elocata ad matris defunctæ geradam cum sorore adhuc innupta admittitur.

1 POstquam dixi, filiam matre vivente elocatam defuncta ea ad collationem teneri rerum earum, quæ ad geradam pertinent, quasque tempore nuptiarum à matre forsan accepit, *Defin. 10.*
2 *11. 12.* nonne sequi inde videtur, † filiam elocatam ad matris defunctæ geradam unà cum sorore adhuc
3 innupta admitti? Ita omninò est; † Idque observantia harum provinciarum jamdudum nos cõ-
4 cuit. † At, dixeris, observantiæ huic jura Saxonica contradicere in *art. 5. Landr. lib. 1. verb.* Die Tochter/so im Hause blieben ist unausgestattet / theilet nicht ihrer Mutter Gerade mit der Schwester/so außgeradet und vergeben ist. Quæ verba hoc innuunt, ut filia, quæ remansit in domo innupta, matris geradam sola lucretur, exclusa
5 filia elocata, † prout explicat textum illum post Gloss. Weichbild. *art. 57. vers.* Ihr sollet wissen.
6 Andr. Goldb. *de gerad. cap. 6. n. 28.* † Sed bene advertendum, *dict. art. 5. Landr. lib. 1.* de filia elocata loqui, quæ simul hereditati & bonis parentum renunciavit, ut liquet ex vocula (Ausgeradet)
† explicante sic textum illum Matth. Coler. *part. 1. 7 decis. 62. n. 38.* † Hanc enim obstante renunciatione non admitti, ecquis dubitaverit? Planè, quicquid etiam ex textu juris Saxonici *dict. art. 5. lib. 1.* Landr. probetur, † observantia certe utramque 9 pariter filiam, & locatam & adhuc innuptam, ad matris defunctæ geradam admittit; Cur non ergò observantiæ inhærendum esset, † à quâ jus Saxoni-10 cum autoritatem habet, nec aliter valet, quàm usu & observantia confirmatum, Hartm. Pistor. *p. 2. q. 24. n. 35. & q. 26. n. 18.*

Ita Domini an Johann Hölzelu zu Waldenburg/ Mens. Jul. Anno 1636. (Verba sent: So seyn die unausgestatteten Töchter ihrer Mutter Gerade mit den ausgestatteten zu theilen schuldig/V.R.W.)

Definit. XIV.

Non solùm dos, sed & donatio propter nuptias, & quicquid loco dotis datum fuit, confertur, sed absque usuris.

FOemina quæ dotem accepit, si patri mortuo, 1 constante adhuc matrimonio, succedere velit, necesse habet conferre dotem non realiter, ut eam exactam à marito conferat; sed ut tanto minus auferat ex successione patris, *l. dotis 5. l. si pater 2. l. filiæ 12. l. ut liberis 17. l. si soror 8. C. de collat. l. un. §. quo à nobis 12. C. de rei uxor. act. l. quoniam novella 29. C. de inoff. test. l. 1. & tot. tit. ff. de dot. coll.* † Quod ta-2 men ita limitatur, si mulieri in eventum soluti matrimonii sit actio salva contra maritum: † Cætero-3 quin etiam nudam actionem conferens, æquales cum fratribus partes habebit, modò non culpa & negligentia uxoris actio sit facta inanis, *Auth. quod locum ubi* Jason *C. de collat.* † Nec solùm dos, sed 4 & donatio propter nuptias confertur, ex substantia ejus, de cujus successione agitur, profecta fuerit, *l. ut liberis 17. l. illam merito 19. C. de collat.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de collat.* Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 52. quæst. 5. num. 60. & part. 4. q. 152. ubi* Jacob. Schult. *in addit. num. 10.* † Non tamen usuræ à 5 tempore dotis vel donationis propter nuptias acceptæ simul præstandæ veniunt, ut dixi *supr. part. 2.* Const. Elect. *30. Defin. 19.* † Ac si res quæpiam loco 6 dotis vel donationis propter nuptias data fuerit, æstimatio ejus in collatione spectanda est, non quæ tempore dotis datæ fuit, sed quæ est tempore divisionis hereditatis, ex sententia Scabinorum Lipsiensium, quam refert & probat Modest. Pistor. *dict. quæst. 152. n. 5.* † Planè quicquid etiam loco dotis vel 7 donationis propter nuptias datum est, conferri debet, nec refert, an mobile id sit, an immobile, quia omnia conferuntur, † etiam ea, quæ pater liberis 8 tradidit judicialiter, daß sie ihnen Gerichtlichen in Lehn reichen lassen/nisi probetur, intentionem patris fuisse, ut liberi præ aliis quid præcipuè haberent *Auth. ex testamento & l. dotis 5. cum Auth. seq. C. de collat. art. 13. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *p. art. 1. decis. 62. num. 17.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: So seyd ihr die 500. fl. damit euch bey eurer Ausstattung von euerm Vater geholffen worden/in gemeine Theilung zu conferiren, oder euch an eurem Antheil abkürtzen zu lassen schuldig/ꝛc.)

In

In cauſa Laurentii Stechers zu Hetzdorff / Menſ. Januar. Anno 1612. (Verba ſentent : So ſeyd ihr und euer Eheweib die übrigen 50. fl. ſo gedachtes euer Weib mehr als die andern Schweſtern zur Mitgifft bekommen / zu conferiren, und in gemeine Theilung zu bringen verpflichtet. Aber Zinß oder intereſſe davon zu erlegen / iſt ſie / geſtalten Sachen nach / nicht ſchuldig / V. R. W.)

It. in cauſa Hieronymi Karpoz zu Naumburg / Menſ. Jun. Anno 1633. (Verba ſent: So iſt gedachte Tochter erſter Ehe Maria angeregte 3000. Reichsthlr. Mitgifft / und was ſie loco dotis empfangen / in die gemeine Theilung zu conferiren ſchuldig / und ehe und zuvor ein iedes der andern Kinder auch ſo viel aus der Erbſchafft hinweg nimmt / iſt ſie ſich etwas ferners an ſolcher Erbſchafft anzumaſſen nicht berechtiget / V. R. W.)

It. in cauſa Hanſen Volckels zu Zſchorta / Menſ. Mart. Anno 1610.

In cauſa Andreæ Groſſens zu Eulenburg / Menſ. April. Anno 1632.

It. in cauſa Georgii Rumplers zu Leißnig / Menſ. Decembr. Anno 1633.

It ad requiſitionem Quæſtoris Coldicenſis, Menſ. Jul. Anno 1632.

Definit. XV.

In collationem quoque veniunt ea, quæ pater liberis dedit in ſubſidium paternum, zur Väterlichen Hülffe.

1 QUid autem juris in rebus iis, quas liberi elocati à patre acceperunt, zur Väterlichen 2 Hülffe / hoc eſt, in ſubſidium paternum? † Et haſce res in hereditatem communem conferendas dixerim cum Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 62. n.* 3 *35.* † propter generalitatem textuum, qui omnia profectitia bona à patre accepta conferri jubent, *Auth. ex teſtamento l. dotis 5. cum Auth. ſeq. l. 17. l. ſi donatione 13. C. de collat.* Anton. Fab. *in Co-*4 *dic. lib. 6. tit. 4. defin. 3. n. 12.* † Et quis non videt, aliter ſi diceremus, magnam inde inter liberos reſultare inæqualitatem, ad quam removendam conferri quoque debent ea, quæ alioqui conferri haud ſolent *l. pen. §. ult. C. de collat.* Bartol. *in l. 1. §. nec caſtrenſe 15. ff. de collat.* Hartm. Piſtor. *part. 1.* 5 *quæſt. 19. num. 20.* † Idque tanto magis hoc caſu verum eſt, quanto certius, ipſum patrem repetere poſſe, quæ liberis dedit in ſubſidium paternum, ut dixi *ſupr. part. 2.* Conſtit. Elect. *12. Definit. 38.* 6 Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 10.* Scilicet, † quia donationis præſumptio ceſſat, ubi alia ſumi poteſt conjectura, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.* 7 *lib. 2. cent. 1. caſ. 88. num. 2. lib. 3. præſumpt. 10.* † Sed hoc ita, ſi exiguitas ſubſidii paterni non aliam inducat conjecturam, quod nempe pater inæqualitatem inter liberos ſervari voluerit, Hartm. Pi-8 ſtor. *dict. quæſt. 19. num. 11.* † Impedit enim collationem parentis voluntas etiam non expreſſa ſed tacita ſaltem, Socin. *vol. 3. conſil. 127.* Cravett. *conſil. 85. n. 18.* Anton. Fab. *dict. tit. 4. defin. 2. num. 5.*

Ita Domini in cauſa Annen Kutzſchbeins und Walpurg Stenglerin zu Lutzkewitz / Menſ. Jun. Anno 1576 (Verba ſentent : Hat euch euer Vater mit etlichen Geldern geholffen / und iſt unlängſten mit Tode abgangen / ꝛc. So ſeyd ihr ſolche Väterliche Hülffe der Väterlichen Erbſchafft zu conferiren und einzubringen ſchuldig / V. R. W.)

Et in cauſa Paul Wahls zu Annaberg / Menſ. Decembr. Anno 1608.

Definit. XVI.

Si negent liberi ſubſidium paternum, probari id debet ab heredibus, nec creditur aſſertioni teſtatoris.

HAud minima ſæpè occurrit altercatio inter he-1 redes, circa collationem ſubſidii paterni, (der väterlichen Hülffe /) ſi fortè liberi negent, ſe acceꝑiſſe, quod pater in libris ſuis & rationibus aſſigna-verit, aut ſe dediſſe in teſtamento dixerit. † Etſi ve-2 rò hujus perſona liberis ſit veneranda nec dicta ejus facilè in dubium vocanda; † Attamen hâc in re 3 judicium teſtatoris ſequi haud obligati ſunt liberi, † 4 ne alioquin nimis facile ſit patri fraudem facere legitimæ, Anton. Fab. *in Codic. l. 3. tit. 19. Defin. 29. n. 10.* † Ideoque à collationem urgentibus ſubſi-5 dium paternum probari debet, per textum clarum in *l. rationes defuncti 6. cum Auth. ſeqq. C. de probat.* *ubi* Dion. Gothofr.

Ita Domini in cauſa Balthaſari Peris zu Peris / Menſ. Dec. Anno 1633. (Verba ſentent : Hat obbemeldter euer Schwieger-Vater in ſeinem Teſtament unter andern vermeldet / daß euer Eheweib 4500. fl. zur väterlichen Hülffe von ihm empfangen / und ihr ſeyd deſſen nicht geſtändig / ꝛc. So ſeyn eure Schwäger ſolches durch Quittungen gebührlichen zu beſcheinigen / und was ſie nicht beybringen können / euerm Eheweibe nachmahls abzuſtatten pflichtig / V. R. W.)

It. in cauſa Georgii Rumplers zu Leißnig / Menſ. Decembr. Anno 1633. (Verba ſent : Hat gedachter Bürgermeiſter in berührtem ſeinem Teſtament unter andern ſolches geſatzt / daß er ſeinem verſtorbenen Sohne mit 300. fl. gehülffen / welches aber ſeine hinterlaſſene Wittib und Erben durchaus nicht geſtändig ſeyn / ꝛc. So ſeyn ſolches Bürgermeiſter N. N. andere Erben gebührlichen zu erweiſen ſchuldig / V. R. W.)

Et in cauſa Petri Volckens zu Leipzig / Menſ. Mart. Anno 1588.

Definit. XVII.

Non conferuntur à filiis ſumptus ſtudiorum & Doctoratûs.

REgulariter ſumptus ſtudiorum à patre conces-1 ſos filii conferre haud tenentur, † ſicuti 2 nec libros ſtudiorum cauſa à patre emptos, *l. quæ pater 50. ff. famil. erciſcund.* Bartol. *in l. 1. §. nec caſtrenſe 15. ff. de collat.* Bald. *in l. filiæ 18. C. famil. erciſc. & in l. Macedoniani 5. C. ad SCtum Macedon.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 19. num. 1.* Joh. Schneidewin. *in tit. Inſt. de donat. Rubr. quib. int. vivos donari poteſt n. 74. cum ſeqq.* Garz. *de expenſ. cap. 4.* Andr. Fach. *lib. 5. controv. cap. 83.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 62. num. 20.* Cavalcan. *de uſufr. mulier. num. 192.* † Quod & verum eſt in ſumptibus à 3 matre præſtitis, *l. alimenta 11. C. de negot. geſt.* Bald. *in dict. l. filiæ 18. C. fam. erciſc.* Bartol. *in l. 2. ad fin. C. de negot. geſt.* Thoming. *deciſ. 31. n. 9.* † ob 4 identitatem nempe rationis, quod non minus mater ac pater ipſemet filios, ſi aliunde non habeant, doni gratis alimentare teneatur, Matth. Coler. *dict. deciſ. 62. num. 21.* Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 19. num. 3.* † idemque aſſerendum de expenſis ad con-5 ſequendum titulum Doctoratûs præſtitis, quas non minus filii præ aliis coheredibus præcipui habent, nec conferre tenentur, *l. 1. §. 16. ff. de collat.* Bald. *in Auth. ex teſtamento num. 10. C. de collat.* *arg.*

arg. l. si filia 20. §. Neratius 7. ff. fam. erciscund. Gloss. *latin. ad text. german.* Landr. *lib. 1. artic. 13. lit.*
6 *a.* † Quia parentes istos sumptus omnes intelliguntur in dubio feciſſe animo donandi, Matth. Coler. *dict. decis. 62. num. 24.* Adde Decis. Elect. *Noviss. 50.*

Ita Domini in causa Johannis Mohrus zu Seidenberg/ Mens. Septembr. Anno 1620. (Verba sentent: Da nun erwähnte eure Mutter bey ihrem Leben das jenige/ was sie in solchen 4. Jahren euch über die 30. M. zu Forttreibung eurer Studien zugeschicket/nicht auffgezeichnet / ꝛc. So wird nach gemeinem Wahn der Rechtsgelahrten dafür gehalten / daß sie es jure pietatis und aus Mütterlicher Freygebigkeit gethan / derowegen seyd ihr solches in die gemeine Mütterliche Erbschafft zu conferiren, oder an euerm Antheil euch abkürtzen zu lassen nicht schuldig / V. R. W.)

It. in causa D. Laurentii Müllers zu Leipzig / Mens. Sept. An. 1577. (Verba sentent. Habt ihr auff ernstliches Anhalten und Befehl euers Vaters bey Leben dessen eure Studia continuiret, und die Insignia Doctoralia erlanget/ er euch auch über die jährlichen Unkosten noch 100. Reichsthal. zugeschickt/ ꝛc. So seyd ihr dieselbe in gemeine Theilung zu bringen nicht schuldig/ V. R. W.)

In causa Friderici Gutbiers zu Weissensee/ Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent: Die jenigen Unkosten aber/ so auff euer Studiren gewendet worden / möget ihr in gemeine Erbschafft zu conferiren beständiger Weise nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Et in causa Caspari Hoffmanns zu Litterstedt / Mens. Sept. Anno 1636.

Definit. XVIII.

Expensæ ad consequendum titulum Notarii, nec non ad peregrinationem filio præstitæ, haud conferri debent.

1 ELegans certè est decisum Papiniani à JCto Ulpiano allegatum *in l. 1. §. sed an id 16. ff. de collat.* ubi dicitur: *Sed an id, quod dignitatis nomine à patre datum est, vel debetur, conferre quis in nomine cogatur, videamus? Et ait Papinianus lib. 13. quæstion. non esse cogendum; Hos enim propter onera dignitatis præcipuum haberi oportere, sed si adhuc debeatur, hoc sic interpretandum est, ut non solus oneretur is, qui dignitatem meruit, sed commu-*
2 *ne sit omnium heredum onus hoc debitum.* † Ex quo inferre licet, non tantùm sumptus Doctoratus & Magisterii, sed & alterius tituli, putà Notariatus, filium, quos à parentibus accepit, conferre
3 haud teneri † ex præsumptione liberalitatis, & quia ex filii honore parentum & totius familiæ nomen
4 splendet. † Cui consequens est, nec sumptus utiles in peregrinatione factos collationi obnoxios es-
5 se; † Scilicet quod ex peregrinatione etiam de-
6 cus filii ac familiæ crescat. † Quod tamen non aliter accipi velim, quàm si expensæ peregrinatio-
7 nis utiliter factæ sint, † sicuti nec sumtus studiorum causa erogati ab onere collationis aliter sunt
8 liberi, quàm si utiliter fuerunt collocati: † Secus verò, quando, ut plerumque contingere solet, filii saltem studiorum nomine pecuniam à parentibus emunxerunt, nec tamen quicquam in studiis profecerunt, sed genio indulgentes pecuniam non in eam causam, in quam erogata est, collocaverunt, Bartol. *in Auth. quod locum C. de collat.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 19. n. 7.*

Ita Domini in causa Theophili Cornicelii zu Meissen/ Mens. Jun. Anno 1601. (Verba sentent: So werden beimeldte 50. fl. so ihr zu eurer Kleidung Unterhalt und Notariat-Amt auffgewendet / euch billich inne gelassen/ und ihr möget dieselbe heraus zu geben / und in gemeine Theilung zu conferiren nicht gedrungen werden / V. R. W.)

Et in causa M. Christophori Finckelthausens zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1581. (Verba sent: Da euch nun auff eurer Peregrination in Franckreich 1100. fl. auffgangen/ und vom Vater durch Wechsel übermacht worden/ So möget ihr solches Geld in gemeine Theilung zu bringen/ oder euch abkürtzen zu lassen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Conferri tamen debent sumptus studiorum causa erogati à parentibus, si filius proprium habuerit patrimonium.

QUod dixi, sumptus studiorum & Doctora- 1
tus haud conferri *Defin. 17.* id non generaliter & indifferenter intellectum volo, ita ut nullam prorsus admittat limitationem: † Quid e- 2
nim, si pro filio tantum fuisset erogatum, ut alii liberi deinceps debitum bonorum subsidium habere non possent? † Certè non præsumeren- 3
tur parentes filio quicquam donasse, Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 19. num. 8.* adeoque collatio tunc facienda esset ex præsumpta patris voluntate, quæ & illam quandoque impedit, ut disputat Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 4. definit. 2. num. 5.* † 4
Hocque ipsum est, quod scribit Bald. *in l. filiæ 18. C. de collat.* allegatus *ab* Hartm. Pistor. *dict. loc.* ad hoc nempe, ut sumptus studiorum censeatur pater donasse filio, considerari debere numerum liberorum & quantitatem patrimonii, quod si sumptibus hisce exhaustum esset, non censeri parentes eos donandi animo subministrasse; † Planè, 5
ex præsumpta quoque patris voluntate sumptus studiorum conferri debent, quando is penes se habuit aliquid bonorum ad filios peculiariter per- 6
tinentium, † tum enim non de suis quicquam donasse, sed de bonis filiorum erogationem fecisse intelligitur, *l. ult. ibi* Bartol. *C. de petit. hered. l. Neserinus 34. ff. de negot. gest.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 19. n. 6.* Joh. Schneidewin. *ad §. quædam actiones 20. instit. de action. rubr. de act. fam. ercisc. n. 43.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. num. 21.*

Ita Domini in causa D. Laurentii Müllers zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1577. (Verba sentent: So seyd ihr auch selbige Unkosten / so auff eure Studia gewendet worden / woferrn ihr sonsten keine besondere Güter gehabt/ in gemeine Theilung zu bringen nicht schuldig / V. R. W.)

Definit. XX.

Conferuntur etiam sumptus studiorum, quos pater specialiter consignavit.

IN collationem quoque veniunt sumptus stu- 1
diorum causa erogati, si eos parens specialiter consignaverit, Bartol. *in l. si paterno 15. C. de negot. gest.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 19. num. 5.* Jacob. Mandell. *consil. 241.* † Cujus ex- 2
ceptionis ratio in præsumpta parentis voluntate consistit, quod scilicet tùm credendi animo

filiis

filiis ad studia inchoanda vel prosequenda expen-
3 sas præbuisse censeatur, † quas procul dubio filii conferre tenentur, *l. quæ pater 50. ff. fam. ercisc. l. alimenta 11. l. si paterno 15. C. de negot. gest.* Jacob. Thoming. *decis. 32. n. 9.* Hartm. Pistor. *dict. qu. 19. n. 4.* Joh. Schneidew. *ad §. aliæ 2. inst. de donat. n. 75.* Merlin.
4 *de legitima lib. 2. tit. 2. qu. 22. n. 42.* † Nec obstat, si credendi animum patris ex eo minimè probari dixeris, quod diligentes quandoq; patresfamiliàs extra ullam collationis voluntatem minutissimos etiam sumptus in libros rationum accuratè referant, saltem ut singulis annis exactam acceptorum & ex-
5 pensarum rationem inire queant, Wesenb. *in parat. ff. de Usucap. num. 1.* Heig. *p. 1. quæst. 16. n. 16.* † Ex quo nulla filios collatione gravandos existimant Brunn. *de collat. bonor. cap. 4. n. 86. & seq.* & Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 18. n. 16. &*
6 *17.* † quos in pronunciando secuta est.

Facultas Juridica Lipsiensis, Mens. Majo Anno 1629 hisce formalibus (Daß des Vatern bloße consignation und Verzeichnüß in seinem Tagebüchlein/zur gesuchten collation, in Mangelung anderer Nachrichtung und Beweises/nicht gnugsam/V.R.W.)

7 † Concesserim enim hoc, si parens sumptus studiorum saltem in librum rationum quotidianum retu-
8 lerit (In das Tagebüchlein) † secus verò si specialiter in peculiari libello in hunc finem confecto, ut de expensis pro filiis constare queat, consignaverit, de quo casu solummodo nostram assertionem intel-
9 lectam velim. † Tùm namque vix alia, quàm collationis voluntas ex consignatione colligi poterit, ut nec alia collationis probatio, quàm jura alias requirunt in *l. 50. ff. fam. ercisc. l. 34. ff. de negot. gest. l. 11. C.*
10 *cod. tit.* hoc casu sit exigenda, † maximè quia pater æqualitatem inter liberos servare voluisse censeatur, *l. 1. ff. de collat. Adde* Decis. Elect. novissf. *50.*

Ita Domini in causa M. Christophori Finckelthausens zu Leipzig / Mens. Octobr. Anno 1581. (Verba sentent: Da euch nun auff eurer peregrination in Franckreich 1100. fl. auffgangen / und vom Vater durch Wechsel übermacht worden/er auch dieselbe in ein sonderbahr Register nicht bracht hätte/so möchtet ihr solches Geld in gemeine Theilung zu bringen / oder euch abkürtzen zu lassen nicht gedrungen werden/V.R.W.)

emancipati 2. §. 2. ff. de collat. Ernest. Cothman. *vol. 1. cons. 3. num. 26.* † Ex quo nec sumptus nu- 5
ptiales, quos pater in convivio & festivitate filiæ nuptiali impendit, conferendos esse, dixeris rectissimè cum Brunner. *in tract. de collat. bonor. cap. 4. n. 824.* † idque eò minus, quod ex ejusmodi sumptibus nihil 6
quicquam, tanquam ex patris substantia ad filiam pervenerit, *arg. l. quæ pater 50. ff. fam. ercisc.* † Alia verò est ratio dotis à patre acceptæ & in bonis 7
filiæ adhuc extantis, à quo propterea ad expensas nuptiales haud argumentari licet. † Et quis non vi- 8
det, sumptus nuptiales ad honorem & existimationem patris pertinere, ac proinde hoc casu donationem præsumi, per tradita Matth. Coler. *part. 1. dec. 62. n. 29.* Bart. *in l. & qui 3. §. si is qui decos 17. ff. de muner. & honor. & in l. quæ pater 50. ff. fam. ercisc.* Gloss. *latin. ad text. german. art. 13. lit. A. lib. 1.* Landr.
† Cui consequens, Sorores in vita patris non eloca- 9
tas, à fratribus & aliis sororibus elocatis tantundem pro elocatione vel impensis nuptiarum haud petere posse, Bartol. *dict. loc.* Gloss. *in dict. art. 13. lit. a.* Matth. Coler. *dict. decis. 62. num. 30.* Johan. Schneidewin. *in §. quædam actiones 20. tit. de action. fam. ercisc. n. 46. inst. de action.* Joh. Sichard. *ad l. 18. num. 10. C. famil. ercisc.* Wesenb. *in parat. ff. de collat. dot. num. 1.*

Ita Domini in causa Eberhardi Hoffmanns zu Dreßden/ Mens. Novembr. Anno 1609. (Verba sentent: Daß eure ausgestattete Tochter die Unkosten / so ihr verstorbener Vater auff die Hochzeit gewendet / wann darüber kein Verzeichnüß oder andere Nachrichtung/wie es nach seinem Tode damit gehalten werden solte/verhanden/zu conferiren und in gemeine Theilung zu bringen nicht schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Friderici Gutbiers zu Weissensee / Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sentent: Die Hochzeitkosten und Geschencke aber/so wohl was auff euer Studieren gewendet worden/möget ihr zu conferiren, oder derowegen denen unausgestatteten Kindern etwas zum Voraus abfolgen zu lassen / beständiger Weise nicht angehalten werden/ V.R.W.)

Item in causa Martini Geißlers zu Leipzig Mens. Majo Anno 1616.

Et in causa Hansen George Hutters zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1635.

Definit. XXI.

Regulariter non conferuntur expensæ nuptiales.

1 QUum certum sit, dotem acceptam à filiabus conferri *Supr. Defin. 13. in pr.* arbitrari quis posset, sumptus nuptiales quoque in elocatione factos in collationem venire; quia accessorium sunt dotis, nec minus, quàm ipsa dos bona
2 patris minuunt, † siquidem de accessoriis idem judicandum, sicut de ipsa dote, *l. inter Socerum 26. §. cum inter 2. ff. de pact. dotali lib. l. etiamsi 8. C. de jur. dot.* veluti ita quoque concludit Andr. Gail. *lib.*
3 *2. obsero. 91. n. 5.* † At non satis est, minui bona patris, ut propterea quid conferendum sit, alioquin & sumptus in studia facti conferendi essent con-
4 tra tradita *Supr. Desin. 17.* † Sed requiritur maximoperè ad collationem, ut bona conferenda adhuc extent, nec consumpta sint, qualia procul dubio oneri collationis subjacent, *l. cum*

Nisi à patre in dotem fuerint imputatæ expensæ nuptiales.

NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm si expen- 1
sæ nuptiales in elocationem filiæ factæ consumptæ sint, veluti in conviviis &c. † Alioquin si 2
adhuc extent, veluti in monilibus, annulis, torquibus &c. filiæ in dotem & hasce omnino conferendas dixerim, *arg. l. 25. ff. de peculio, cum* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 91. n. 5.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. n. 34. Vid. supr. Defin. 11. in fin.* † Planè, si expensæ nu- 3
ptiales etiam consumptæ, in dotem à patre fuerint imputatæ, ut quibusdam in locis Saxoniæ & hîc Lipsiæ fieri solet, quin tùm conferri debeant, ambigendum non est, quia facta sunt pars dotis; † quæ pro- 4
cul dubio conferri debet, *Auth. ex testam. l. si pater. 2. l. filiæ 4. C. de collation. l. un. § quod à nobis 12. C. de rei uxor. act. Vid. supr. Defin. 14. in pr.*

Ita Domini in causa Georgii Rumplers zu Leißnick / Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent: Ob nun wohl sonsten weder das Hochzeit-Geschencke noch die Hochzeit / oder Verlöbnüß-kosten nach der Eltern Absterben

von den Kindern conferiret werden dürffen//dieweil aber dennoch aus euerm ausgehändigten Bekäntnüß so viel zu befinden/daß ihr bemeldte Hochzeit und Verlöbnüßkosten nebens dem Hochzeitgeschencke zur Mitgift und loco dotis empfangen und angenommen/ damit friedlichen gewesen/ und darüber quittiret / ꝛc. So ist auch nunmehr nach euers Vatern Absterben euer Eheweib obangeregte Hochzeitkosten und Geschencke der 500. fl wie auch das andere empfangene Geld/so alles zur Mitgabe gerechnet worden/ in gemeine Theilung zu conferiren schuldig/ꝛc.)

Definit. XXIII.

Conferuntur etiam expensæ nuptiales, si hasce parens specialiter consignaverit, vel conferri jusserit.

1 MUltùm sanè circa collationem bonorum, judicio ac voluntati patris est tribuendum, cum & ipsa collatio ex præsumta parentum voluntate
2 introducta censeatur, † quod nempe parentes inter liberos æqualitatem maximè servare voluisse censeantur, *l. illud 20. in fin. C. de collat. l. cum pater. 77. §. evictis 8. ubi* Gloss. *ff. de legat. 2. l. quæsitum 12. §. 43. vers. sed & ipse Papinianus ff. de fund. instruct.* Hartm.
3 Pistor. *part. 1. quæst. 19. num. 9.* † Ut maximè ergò expensæ nuptiales in elocatione filiarum factæ regulariter non conferantur, *supr. Defin. 21.* † Attamen si pater eas conferri jusserit, dubium non est,
4 quin oneri collationis sint obnoxiæ, cedit namque præsumtio veritati, *l. si Chirographum 24. & seq. l. Imperatores 29. in fin. ff. de probat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 26. num. 4.* † Quod & ve-
5 rum arbitror, si ex conjecturis saltem & præsumtionibus de contrariâ patris mente ac voluntate constet, putà, si expensas nuptiales specialiter consigna-
6 verit, ex qua præsumtio crediti oritur, † patrem scilicet non nisi credendi animo expensas nuptiales præbuisse, eumque in finem eas consignasse, ut post obitum ipsius in communem hereditatem conferantur, atque ita æqualitas inter liberos per omnia servetur, *l. 1. in pr. ff. de collat. l. ut liberis 17. C. eod. tit.* König. *in process. cap. 133. n. 6. Vid. supr. defin. 20.* Harum. Pistor. *dict. q. 19. num. 5.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. n. 32.*

Ita Domini in causa Eberhardi Hoffmanns zu Dreßden/ Mens. Novembr. Anno 1609. Verba lent: Daß eure ausgestattete Tochter die Unkosten / so ihr verstorbener Vater auff die Hochzeit gewendet / wann darüber kein Verzeichnüß/oder andere Nachrichtung / wie es nach seinem Tode damit gehalten werden solte/verhanden/ zu conferiren und in gemeine Theilung zu bringen nicht schuldig/ V.R.W.)

In causa Catharinæ Viduæ Georgii Seiffarts & Consort. contra filiam Wigandi Seitzens zu Halla / Mens. Maj. Anno 1632. (Verba sententiæ: Daß Klägerinne die 50. fl. Hochzeitkosten/oder wie viel derselben sonsten gebührlichen bescheiniget werden mögen/vermöge der auffgerichteten Mütterlichen dispolition zu conferiren, und solche an ihrer Mütterlichen legitimen ihnen abkürtzen zu lassen pflichtig/V.R W.)

Et in causa Johann George Huttens zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1635.

Definit. XXIV.

Cessat collatio ex tacitâ etiam parentis voluntate.

1 CErti juris est, quod hodiè in collationem veniat, quidquid non est prohibitum, ne veniat, *Auth. ex testamento l. ut liberis 17. l. illud 20. C. de collat.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 4. defin. 3. n. 12.* Sed hoc ita quatenus voluntas patris in contrarium non est. † Ex voluntate namque patris non 2 solùm expressa, sed etiam tacita collationem cessare, jamdudum placuit Interppr. Bald. *consil. 210. lib. 4.* Socin. *lib. 3. cons. 127.* Ant. Fab. *in Codic. dict. tit. 4. definit. 2. n. 5.* Cravett. *consil. 85. numer. 18.* Hartm. Pistor. *part. 1. q. 19. n. 11.* † Scilicet, quia tacita & 3 præsumpta voluntas conservandæ æqualitatis, est ratio ac fundamentum collationis, *l. illud 20. in fin. C. de collat. Defin. præc. in pr.* † Quidni ergò e- 4 am impedire quoque poterit. Ideoque † cum 5 pater in compensationem ejus, quod liberi prioris matrimonii accepissent, certam pecuniæ summam liberis posterioris matrimonii prælegaverat, placuit Dominis, collatione acceptorum liberos primi matrimonii & voluntate patris si non expressa, attamen tacita haud gravandos esse, † quia impo- 6 sita collatione, nulla esset compensatio, nec subsisteret æqualitas inter liberos, quam pater omnino observari voluisse censebatur, *dict. l. illud 20. C. de collat. l. cum patèr 77. §. evictis 8. ubi* Gloss. *ff. de legat. 2.* Bartol. *in l. si pater 34. in pr. ff. de donat.* Harum. Pistor. *dict. quæst. 19. n. 9.* Jac. Mandell. *cons. 241. n. 6.*

Ita Domini in causa liberorum Michaelis Teuberts zu Mauritz/Mens. Majo Anno 1599. (Verba sentent: Hat Michael Teubert in seinem letzten Willen verordnet/ demnach er seinen 6. Kindern erster Ehe ehrliche Wirthschafften ausgerichtet / und allerley Väterliche Hülffe erzeiget / daß er seine 4. Kinder anderer Ehe / so noch klein und unerzogen/aus Väterlicher Liebe auch etlicher massen zu bedencken entschlossen/und demnach denselben auff seinen Todesfall einem ieden 10. Neue Schock vor gedachten seinen andern Kindern zum Voraus vermacht haben wolte/ꝛc. So erscheinet daraus so viel / daß den Kindern anderer Ehe solches alles zu Erstattung des jenigen/was der Vater den Kindern erster Ehe gegeben / vermacht worden/und demnach die Kinder erster Ehe / daß / so sie vom Vater bey desselben Leben empfangen / weder in die gemeine Theilung zu bringen/oder an ihrem Antheil ihnen abkürtzen zu lassen nicht schuldig seyn/V.R.W.)

Definit. XXV.

Quicquid pater pro condemnatione filii ex liberalitate & sua sponte solvit, aut solvere promisit, in collationem non venit.

1 QUando pater pro filio solvit mulctam aut condemnationem ex delicto, quæri solet: *an filius pecuniam à patre solutam post ejus obitum in legitimam suam imputare, vel etiam in communem hereditatem conferre teneatur?* † Et respondet affir- 2 mativè Angelus *in §. actiones 10. n. 10. inst. de action.* Quod quidem concesserim, † si ex necessitate qua- 3 dam solutio fuerit facta, puta, vigore statuti, vel quod pater pro filio fidejusserit, prout Angel. explicat Joh. Schneidew. *in dict. §. actiones 10. n. 31. Inst. d. t.* † Idemque placuit Bartolo *in l. Stichus 16. ff. de* 4 *peculio legato.* † Quia scilicet in necessitate ne- 5 mo præsumitur liberalis, *l. rem legatam 18. in fin. ff. de adim. legat.*

Prout etiam Domini responderunt Quæstori Bitterfeldensi, Mens. August. Anno 1596. (Verba sent: Inmassen dann auch der Vater das jenige / was er vor einen oder den andern Sohn an Strafgeldern / oder in Bürgschafft bezahlen müssen/ihnen am Muttertheil abzukürtzen wohl befugt/V.R.W.)

† Alio-

6 † Alioquin si pater nulla necessitate coactus mul-
ctam pro filio solverit, ex liberalitate & causa pie-
tatis hoc fecisse præsumitur. Meritò ergò tum col-
7 latio cessabit, † perinde ac si pater pro liberando fi-
lio ab hostibus vel latronibus capto certam pecuniæ
summam solvisset, quam filius redemptus haud con-
ferre tenetur, *l. liber captus 17. C. de captiv. & postl.
reversi.* Schneidewin. *dict. loc.* Bartol. *in dict. l. Sti-
chus 18. ff. de adim. leg.* Bald. *in l. omnimodo 20. §. im-
putari 2. vers. juxta hæc quæritur C. de inoff. testam.*
8 † Idemque dicendum existimaverim, si pater non
solverit, sed saltem sua sponte & ex liberalitate pro-
miserit se soluturum condemnationem pro filio, se-
cundùm tradita Bartol. & Bald. *in l. si filia 20. ff. fam.
ercisc.*

Ita Domini in causa Sebastian Edlens von Plato auff Grabau / Mens. Majo Anno 1600. (Verba sentent: Ob nun gleich euer Vater eurentwegen und zu eurer Aussöhnung wegen begangener Entleibung 6000. Reichsthlr. Straffe bewilliget; Da ihr aber dennoch zu bemeldtem Unfall dahero/daß ihr über euers Vaters Gerechtigkeit gehalten/gerathen / und euch an dem Entleibeten nicht vorsetzlich vergriffen/sondern/wie obbemeldt/darzu verursachet worden/auch solches hätter ausführen können / und nichts destoweniger in euerm Abwesen euer Vater / ehe und zuvor euch zu Recht etwas zuerkant / sich zu bemeldter Straffe eurentwegen verpflichtet/so wäret ihr dieselbe allein zu entrichten nicht pflichtig/sondern es würde dieselbe aus gemeinem Erbe billich abgetragen/V.R.W.)

Item in causa Marci Besens zu Triptitz/Mens. April. Anno 1636. (Verba sentent: Seyd ihr vor dreyen Jahren dem Kriegswesen nachgezogen/und damit ihr wiederumb davon loßkommen/habt ihr 100. Reichsthl. zu geben gewilliget/ welche nachmals euer Vater zu zahlen auff sich genommen/so aber nunmehr Todes verfahren/&c. So werden dieselbe aus dessen Verlassenschafft von den gesamten Erben billich abgestattet/und ihr möget solche allein zu zahlen wider euern Willen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Et in causa Matthæi Horns zu Döbeln/Mens. Octobr. Anno 1635.

Definit. XXVI.

De moribus Saxonicis quandoque etiam in personâ extrancâ collatio locum habet.

1 COmmunis est Dd. sententia, quod inter solos de-
scendentes locum habeat collatio, non etiam
inter ascendentes & collaterales: Rationem si quæ-
2 ras, reddunt hanc, † quod nullus horum defuncto,
de cujus hereditate agitur, sed sibi acquisiverit, Jas. *in
l. si emancipati 9. n. 26. C. de collat.* Gloss. *in l. 1. C. de le-
3 git. hered.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 4. defin. 1. n. 1.* †
Sed hæc ratio ex jure novo minus adæquata esse vi-
detur: Vel, quia Imp. Justinianus tantùm voluit spe-
4 cari æqualitatem; † Vel quia liberi nihil amplius
acquirunt parentibus extra causam profectitiorum;
5 † Vel quia ratio illa vetus cessat in linea materna,
in qua tamen hodiè collationi locus est; Ut proin-
de non videatur absurdum, ascendentes saltem
6 necessitate collationis gravari, † quò & videtur
7 inclinare Sichard. *in rubr. C. de collat. n. 11.* † Ni-
hilominus tamen præstat, intra cancellos subsistere
cum communi Dd. Schola & Jason *in l. 9. C. de col-
lat.* qui licet prædictam opinionem defendi posse ex-
istimet, tamen pro communi concludit, & docet,
8 † dispositа in descendentibus non temerè esse
producenda ad ascendentes & collaterales; quod
multis exemplis confirmat idem Jason *in l. ult. C. und.
liber.* † præsertim cum *Novell. 18. cap. 6.* non nisi 9
æqualitatis inter liberos servandæ mentio fiat, Ant.
Fab. *dict. defin. 1. n. 1.* † Moribus tamen Saxoni- 10
cis mater, licet persona extranea sit, marito succedens
cum propriis liberis, dotem illis & reliqua bona con-
ferre cogitur, † quando scilicet ex statuto Saxo- 11
nico succedit, Constit. Elect. *20. b. part. 3.* Matth.
Wesenb. *in parat. ff. de collat. bonor. num. 4.* Autor.
diff. lib. 1. diff. 20.

Ita Domini in causa Friderici Ulrici zu Görsdorff / Mens. August. Anno 1608. (Verba sentent: So viel aber eure Schwiegermutter anlanget / weil dieselbe den dritten Theil aus ihres Mannes Gütern / so ihr vermöge des Orts Gewonheit gebühret/zu nehmen entschlossen/so wird ihr derselbe nach Ablegung derer von euerm Schwehervater hinterlassenen Schulden billich gefolget/ sie ist aber auch die unvertageten Erbgelder/so ihr zuständig/ so wohl ihre andere eingebrachte/anererbete/und andere Güter zusammt der Gerade in gemeine Theilung zu bringen pflichtig/ V.R.W.)

Definit. XXVII.

Etiam quando Vidua ex defuncti mariti bonis portionem statutariam petit, liberi à patre accepta conferre tenentur.

PEtente autem Vidua ex bonis defuncti mariti 1
portionem statutariam, *num & liberi dotem
aliaque à patre accepta conferre tenebuntur?* † Etsi 2
hoc casu collatio præcipuè favorem Viduæ seu ma-
tris concernat, quippe quæ portionem statutariam
non parum auget; † Nihilominus tamen eam & hîc 3
sibi locum vindicare crediderim: *Tum*, quia ma-
ter petens portionem statutariam, in favorem libe-
rorum dotem ac reliqua bona sua conferre re-
netur, *Defin. præced.* † Idem ergò juris obtine- 4
bit etiam in liberis hereditatem petentibus matre
concurrente, ex natura correlativorum, † quorum 5
eadem est ratio & qualitas, *l. legem Juliam 3. in pr. ubi*
Bart. Jason. & Dd. *C. de indict. vidu.* Everh. *in loc.
à correlat. n. 3.* † *Tum*, quod ex omnibus & uni- 6
versis defuncti mariti bonis Viduæ sit exsolvenda
portio statutaria, Const. Elect. *20. p. 3. §.* Wo aber diese Dinge. *vers.* Aus allen ihres verstorbenen Mannes Gütern/&c. † Ergò & ex iis, quæ facta 7
collatione à liberis supersunt, *arg. l. de pretio 8. ff. de
publ. in rem. act. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præ-
stand.* † *Tùm*, quod locum habeat collatio toties, 8
quoties aliquo incommodo afficitur is, qui collatio-
nem petit, *l. 1. §. pater filium 4. l. si filius 10. in pr. ff.
de collat. bonor.* Atqui mulierem incommodo affici,
si filii accepta non conferant, ecquis non videt.

Ita Domini in causa heredum Tobiæ Gutbiers zu Weissensee/Mens. Decembr. Anno 1633. (Verba sent: Daß der hinterlassenen Wittiben der vierdte Theil der gantzen Verlassenschafft/darunter auch der Kinder Mitgifft / so sie empfangen/und conferiren müssen/begriffen/ billich abgefolget wird/V.R.W.)

Item in causa Annen Weissenthals zu Leipzig / Mens. August. Anno 1582. (Verba sent: Habt ihr nach tödlichem Abgang euers Ehemannes alle euer Zu- und Einbringen in gemeine Theilung conferiren müssen/und es hat seine Tochter erster Ehe zur Mitgifft 500. fl. von ihme bekommen/so ist sie solche ihre empfangene Mitgifft gleichesfalls in gemeine Theilung/nicht allein ihren andern Geschwistern zum besten / sondern auch euch zu Nutz zu conferiren schuldig/V.R.W.)

Item in causa Martin Schellenbergs zu Taucha/Mens. Jun. Anno 1635.
Et in causa Hansen Frentzels zu Zschopau / Mens. Januar. Anno 1630.

Definit. XXVIII.

Conferre quoque tenentur liberi accepta à parentibus, quando ipsis statutum partem dimidiam tàm paternorum quàm maternorum bonorum loco legitimæ maternæ defert.

1 DUbitatum quoque fuit, *An extante consuetudine vel statuto, quod mortua matre, pater dimidiam partem omnium bonorum, tam paternorum, quam maternorum, liberis pro materna legitima seu hereditate dare teneatur, collatio eorum, quæ dotis nomine liberi ex bonis parentum acceperunt, fieri debeat?* Ad quod affirmativè respondere haud dubita-
2 verunt Domini. † Quia omnis ratio collationis in æqualitate consistit, ut nimirum hæc inter eos, qui pariter succedunt, conservetur, *l. 1. in pr. ff. de collat. bonor.* Hart. Pist. *part. 1. q. 19. n. 9.* † Eadem ergò æ-
3 qualitatis ratio postulat, ut in casu præsenti, quo ex statuto liberi non tantùm in bonis defunctæ matris, sed etiam in bonis communibus tàm paternis quàm maternis succedunt, id quod ex communibus bonis utriusque parentis acceperunt conferatur, & hereditati communi permixtum inter liberos & patrem
4 superstitem æqualiter dividatur. † Quod enim dicitur inter ascendentes collationem cessare, id procul dubio verum est, quando soli ascendentes descendentibus succedunt, *Supr.* Defin. *26.* Jas. *in l. 9. C. de collat. & in l. ult. C. unde lib.* † Quamvis nec
5 de jure Saxonico id simpliciter verum sit, ut demonstravi *dict. Defin. 26.* Wesenb. *in parat. ff. de collat. bonor. n. 4.*

Ita Domini in causa liberorum Mauritii Schreplers zu Bitterfeld/ Mens. August. Anno 1596. (Verba sentent: Wann gleich gedachten Moritz Schreplers Kinder die von ihnen angezogene Gewohnheit/daß nemlich ihnen von allen Gütern/so gedachter ihr Vater und Mutter zusammen bracht/und in stehender Ehe erworben / der halbe Theil zum Muttertheil gebühret/beweisen könten/ so wären sie doch das jenige / was sie bey ihrer Mutter Leben/ aus ihrer Eltern Gütern zu ihrer Ausstättung empfangen/zum Voraus zu behalten nicht befugt/sondern dasselbige nunmehr nach der Mutter Absterben in gemeine Theilung einzubringen / und zu conferiren schuldig / &c)
Et in causa Susannen Seylerin zu Zittau / Mens. Januar. Anno 1635.

Definit. XXIX.

Collatio in foro Saxonico debet fieri mediante juramento, si ipsam elocationem, vel subsidium paternum liberi non negent, sed quantitatem saltem acceptorum diffiteantur.

1 QUod dixi, heredes, collationem adversus coheredem urgentes, elocationem vel subsidium paternum probare teneri, *Supr. Defin. 16.* id tum verum est, si filius filiave ipsam elocationem
2 neget, nec quicquam se accepisse dicat: † Alioquin si elocationem vel accepta à patre non negent, sed quantitatem saltem acceptorum diffiteantur, quantum & quicquid acceperint, jura-
3 mento suo indicare tenentur, † & tunc mediante juramento fit collatio in foro Saxonico, per text. in Landrecht *lib. 1. art. 13. vers.* Sie müssen in die Theilung wieder einbringen mit ihrem Eyde alles das Gut/da sie mit abgesondert waren/ *ubi* Gloss. *lat. lit. C.* † Licitè tamen hoc casu recu-4
sari potest juramentum, ubi cadit probatio per testes, *dict. art. 13. vers.* Ist es aber / *ubi* Gloss. *lit. E. art. 7. art. 15. & 22. dict. lib. 1.* Landr.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Und wiewohl die Kinder verneinen / daß sie vom Vater so viel / als er angeben / zur Ausstattung empfangen / dieweil sie aber dennoch der Ausstattung nicht in Abrede / so seynd sie ihr Vorgeben / daß sie nemlich die Posten/welche sie verneinet / vom Vater nicht empfangen / vermittels ihres leiblichen Eydes zu erhalten schuldig/V.R.W.)

Definit. XXX.

Collatio debet fieri in pecuniâ numeratâ, si hanc liberi à parentibus vivis acceperint.

COllatio ex summa æquitate fuit inducta contra
1 rigorem juris à prætore, *l. 1. ff. de collat. bonor.* postea verò aucta ab Impp. maximè † ad æqualita-2
tem inter liberos servandam, *l. ut liberis 17. l. illam 19. l. illud 20. C. de collat.* † Non solùm in ac-3
ceptis, sed etiam in quantitate & qualitate acceptorum. † Unde si liberi paratam pecuniam accepe-4
rint à parentibus, collationem quoque sive imputationem in pecunia numerata fieri ipsa æquitas postulat. † Cujus rei hic potissimum existit effectus, 5
ut pecunia numerata in hereditate patris reperta assignetur liberis, qui nihil antea acceperunt usque ad exæquationem ejus summæ, quæ à coheredibus conferri debet, nec hi ante collationem & exæquationem acceptæ pecuniæ, ullam prætensionem habeant ad paratam pecuniam, † Ac licet hoc casu 6
collationis potestas cessaret, haud tamen deficeret officium arbitri familiæ erciscundæ, † ut ne 7
quisquam ex coheredibus præcipuum id habeat, quod citra cæterorum injuriam retinere non possit. Est enim officium arbitri auxilium subsidiarium, † 8
cui plerumque locus est ex æquitate, cum ratio juris deficit, *ut in l. 2. C. de inoff. donat. l. filii 16. l. ult. C. fam. ercisc. l. quia tantundem 7. ff. de negot. gest.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 3. defin. 2. n. 14.*

Ita Domini in causa David Günthers und Blasii Gärtners zu Kempnitz / Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent: So seynd sie die empfangene Gelder in gemeine Theilung zu conferiren, oder aber so viel an ihren Antheilen von denen vorhandenen bereitesten Gütern abkürtzen zu lassen schuldig / und die andern beyde Kinder mögen mit ihnen die Baarschafft zu theilen / und sich mit so viel/ als die andern beyde an baarem Gelde hinweg/auff die Tag-Zeiten verweisen zu lassen/wider ihren Willen nicht gedrungen werden / V.R.W.)

Definit. XXXI.

Quantum ex dote materna liberi acceperunt, id in hereditatem avitam conferre tenentur.

MUltum variant Dd. utrum *dos data filiæ, imputanda sit in Legitimam Nepotis?* diver-1
simodè hâc de re sentientes, † quorum opinio-2
nes refert Rauchb. *part. 2. quæst. 18.* Etsi verò communiter distinctio hæc probata sit: † Ut si dos fi-3
liæ ad Nepotes perveniat ex pacto, providentia & dispositione avi, imputari debeat nepoti, non aliter, Anton. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 3. defin. 18. n. 5.* Ant. Tessaur. *decis. 277. num. 12.* Petr. Heig. *part. 1. qu. 24. n. 22.*

4 *num. 22.* † Veritati tamen magis convenit ſententia Bartoli, Dotem nempe maternæ legitimæ nepotum omnino imputandam eſſe, *in l. in quar-*
5 *tam 91. num. 12. ff. ad Leg. Falcid.* † Quam & probant Teſſaur. *dict. deciſ. 237. num. 3. & 6.* Anton. Gomez. *ad l. Tauri in l. 29. num. 40.* Fern. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 30. num. 276.* Andr. Rauchb.
6 *dict. loc.* † Eaque ſatis textibus juris firmata eſt, non ſolùm *in l. illam 19. §. ult. Codic. de collat.* ubi nepotes & neptes avo ſuccedentes dotes & donationes propter nuptias parentum, patruis, amitis, avunculis vel materteris conferunt, quem textum potiſſimum urget Rauchb. *dict. quæſt. 18.*
7 *num. 3.* † Sed etiam in omnibus illis locis, quibus dos filiabus imputari & ad patres reverti ſcribitur, *l. ſi pater 2. l. filiæ 12. l. ut liberis 17. l. illam 19. Codic. de collat. l. dos à patre 4. Codic. ſolut. matrim. l. ſi viva matre 3. Codic. de bon. matern. l. quoniam novella 29. Codic. de inoff. teſtam. ſupr. Definit. 14.* Æquum ergò eſt, nepotes, in locum filiarum ſuccedentes, jure matris uti in totum, perinde ac ſi mater viveret, † ne ex qualitate here-
8 dum priſtinæ obligationis conditio mutetur, *l. 2.*
9 *§. ex his ff. de V. O.* † Et ſi aliter diceremus, injuria certa fieret cæteris inteſtati ſucceſſoribus in eodem gradu conſtitutis, id eſt, conſobrinis, ac multo magis avunculis uno gradu proximioribus, qui nepotes, ſi non per repræſentationem gradus admitterentur, omninò excluderent *l. 3. Codic. de*
10 *legit. hered. l. lege 14. §. ult. C. eod. tit.* † Conſentaneum proinde eſt juris rationi, ut quod filia in dotem habuit, totum id conferant iis, cum quibus volunt in hereditate ſuccedere, nepotes, *dict. l. quoniam novella 29. Codic. de inoffic. teſta-*
11 *ment.* † Ne alioqui inter eos, qui pari ſunt gradu ſuccedendi, ſucceſſionis inæqualitas inducatur, *l. maximum vitium 4. Codic. de lib. præ-*
12 *ter.* † Plures adducit rationes Andr. Rauchb. *dict. loc.* ubi & contraria refellit. Nec video,
13 cur aliud dicendum ſit † in foro Saxonico, quo dos in mobilibus conſiſtens non revertitur ad patrem, ſed filia mortua apud maritum manet, & ne liberis quidem aliquid ex ea, præter ſolam legitimam, communicatur, Landr. *lib. 1. artic. 31.*
14 *ubi* Gloſſ. † Ex quo ceſſare collationem hoc caſu, autumat Petr. Heig. *dict. quæſt. 24. num. 7. & ſeqq.* eò, quod illa tantùm bona computen-
15 tur filiis & nepotibus in legitimam, † quæ immediatè proveniunt ex ſubſtantia & patrimonio ejus, de cujus ſucceſſione tractatur, *l. omnimodo 30. §. imputari 2. Codic. de inoffic. teſtam. l. ſcimus 36. pr. verſ. repletionem l. quoniam 29. C. eod. tit.*
16 † Etſi enim hiſce in provinciis Saxonicis, ſicut & plerisque in locis, dos vel ſaltem pars dotis à filia in liberos, non ad patrem transeat, tranſire tamen putatur prius in patrem, & ab eo transferri in liberos, Bartol. *in dict. l. in quartam 91. ff. ad Leg.*
17 *Falc.* † Vel potius immediatè tranſire à filia in liberos cum onere tamen collationis & imputa-
18 tionis, *l. ſi maritus 14. ff. de collat.* † Quod verò dicit Heig. *dict. quæſt. 24. num. 8.* in foro Saxonico filiam per nuptias emancipari, & in patris ſui definere eſſe poteſtate, *art. 31. lib. 1. & artic. 45. lib. 3.* Landrecht. Conſtit. Elector. *10. part. 2.* illud facilè largior, † ſed inde collationis jus non 19
evertitur, cum nec de jure civili emancipatio hunc effectum habeat, ut propterea dos profectitia à filia emancipata legitimæ portioni imputari non debeat, *l. un. §. quo à nobis recepto 12. Codic. de rei uxor. action.* Rauchb. *dict. quæſt. 18. num. 29.* † Conceſſerim tamen Heigio, nepotes ul- 20
tra legitimam ſuam & id quod acceperunt, nihil amplius conferre teneri. Tantum enim imputabitur, quantum ad liberos transmiſſum fuerit, † 21
ſcilicet, quia reliquum, quod marito ſuperſtiti defertur, non videtur reverſum ad patrem & poſtea ex ejusdem bonis ad nepotes translatum, Rauchb. *dict. loc. num. 42.* ubi hoc limitandum putat, † ſi propterea dos ad nepotes non perve- 22
nit, quod eam mater conſumſerit, cum Vaſq. *dict. §. 30. n. 275.*

Ita Domini in cauſa Sebaſtiani & Leonhardi Fratrum à Kottvvitz, Menſ. Decembr. Anno 1605. (Verba ſententiæ: Ob ihr gleich eurer Mutter Schmuckgeld und Hochzeitkoſten / ſo ſie bey ihrem Leben von ihrem Vater empfangen / in deſſelbigen Erbſchafft wieder einzubringen / oder auch an euerm Antheil derſelbigen Erbſchafft abkürtzen zu laſſen nicht ſchuldig; So möget ihr euch doch eurer Mutter Ehegeld / ſo hoch ſich euer von eurer Mutter ererbtes Antheil erſtrecket / in ſolche Erbſchafft zu conferiren mit Beſtande nicht verweigern/V. R. W.)

Definit. XXXII.

Nihil conferunt Neptes in hereditatem avitam, ſi ultra geradam in legitimam imputatam de dote maternâ nihil acceperunt.

NOn aliter ergò in foro Saxonico nepotes dotem maternam legitimæ avitæ imputare, vel 1
in hereditatem conferre tenentur, quàm ſi dos ad ipſos pervenerit: † Adeoque ſi lucrum dotis 2
in rebus mobilibus conſiſtentis ex ſtatuto deferatur marito, liberis ſola portione legitima communicata, *artic. 31. ubi* Gloſſ. *lib. 1.* Landr. † 3
non niſi ex parte & pro eâ portione, quæ ad ipſos pervenit, collatio exigi poteſt, *Definit. præced. num. 20.* Scilicet, quia in reſiduo illo, quod marito defertur, ratio collationis ceſſat, † nec 4
enim in filiæ nec in avi hereditate illud exiſtit, quod maritus ſuperſtes tanquam perſona extranea ex ſtatuto lucratur, adeoque nec ejus collatione nepotes onerari debent, *l. omnimodo 30. §. imputari 2. l. ſcimus 36. pr. verſ. repletionem Codic. de inoff. teſtam.* † Quid autem ſi geradæ materna neptibus in legitimam fuerit imputata juxta 5
h. Conſtit. *11. ſupr. Definit. 1.* nec ultra quicquam ex bonis hereditariis hi perceperint? † Certè 6
quia tum integra dos ex ſtatuto defertur marito, nihil prorſus à nepte in hereditatem avitam conferendum putaverim, ſecundum jam dicta: † 7
Niſi geradam etiam maternam hereditati avitæ imputari velis, quod abſurdum eſſet, *ſupr. Definit. 7.* † Nec enim avus bona utenſilia matris in 8
bonis habet, nec ad neptes transmittit, Landr. *lib. 1. art. 27. ubi* Gloſſ. *latin. ad text. germ. lit. C.* † 9
ut ita oneri collationis hæc obnoxia eſſe non debeant, *dict. l. 30. & l. 36. pr. verſ. repletionem Codic.*

Codic. de inoffic. teſtament. † Idque ſentire etiam videtur Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 18. num. 42. verſic. Ubi dos materna ad nepotes non pervenit.*

Ita Domini in cauſa M. Pauli Reinholdi zu Leipzig/ Menſ. Mart. Anno 1607. (Verba ſentent: Und es iſt gedachter eurer Pflegefrauen Mutter verſtorben/und hat/ vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte/ ihre Baarſchafft und Fahrnüß/darunter auch das Ehegeld begriffen/ auff ihren überlebenden Ehemann/ die Gerade aber auff eure Pflegefrau/ als ihre einige Tochter/gebracht und verfället/ und wiewohl von erwehnter Baarſchafft und Mitgifft eurer Pflegefrauen die legitima gebühret hätte/dieweil ſie aber dennoch ſo viel an Gerade bekommen/ als ohngefehr ihre legitima ausgetragen/hat ſie die Gerade/ weil ſie dieſelbe in die legitimam imputiren müſſen/ an ſtatt der legitimen behalten/und alſo von dem Erbe nichts bekommen. Iſt nun obberührter eurer Pflegefrauen Großvater nunmehr auch mit Tode abgangen/ und hat drey Söhne/drey Töchter/ und eure Pflegefrau/ ſeiner Tochter Tochter/ als ſeine allerſeits Kinder und Kindeskinder/beneben etlichen Gütern/nach ſich verlaſſen/ꝛc. So iſt mehrangeregte eure Pflegefrau ihrer Mutter Ehegeld in ihres Großvatern Erbſchafft wiederumb einzubringen/ oder ihr an ihrem Antheil abkürtzen zu laſſen nicht ſchuldig/ V.R.W.)

Definit. XXXIII.

Nepos, repudiata licet patris hereditate, attamen ſi cum patruis, avunculis aut materteris avo ſuccedit, conferre tenetur ea, quæ pater ſub onere collationis accipit.

1 HÆcque ita ſe habent in ſucceſſione nepotum circa dotem maternam: At quid ſi pater filio aliquid dediſſet, idemque ab eo, & heredibus ipſius teſtamento conferri juſſiſſet,
2 † *an non tùm ſaltem nepos avo ſuperſtes, repudiata patris ſui hereditate, in bonis avitis ſucceſſionem petens, oneri collationis ſeſe eximere poterit?*
3 † Etenim, ſeparatæ ſunt hereditates patris & avi, quarum una acceptari, altera repudiari poteſt, *l.*
4 *qui ſe patris 3. ubi* Dd. *C. unde liber.* † Ex repudiata patris hereditate, iniquum foret, petere à nepotibus collationem eorum, quæ non acceperunt, *l. 2. §. de illis 2. ff. de collat. bonor. l. 1. §. confertur 23.*
5 *ff. eod. tit.* † Succedunt tum quoque nepotes non ex parentum, ſed ex propria perſona, *Novell.*
6 *118. cap. filius.* † ut proinde nec tùm factum patris præſtare teneantur, *arg. l. ex qua perſona 149. ff. de*
7 *Reg. jur.* † Nihilominus communiter approbata eſt diſtinctio: Ut ſi Nepos cum patruis, vel avunculis, aut materteris ſuccedat, ac ita primum locum non per ſe, ſed ex beneficio parentis defuncti teneat, collatio omninò fieri debeat, nec repudiando hereditatem patris, nepos òneri collationis ſe ſubtrahere queat, Petr. Heig. *part. 1. quæſt.*
8 *24. num. 37.* † Non ratione illa, quâ plerique falsò moventur, quod Nepotes patrem repræſen-
9 tent. († Nam imò verò duntaxat gradum, ex quo nemo obligatur, *l. ſcripto 7. ff. unde liber.* non perſonam repræſentant, ut eleganter diſtinguit Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 3. definit. 1. num. 2. & defin. 14. num. 28. Vid. ſupr. p. 2.* Conſtit. Elector. *35. Defin. 12. circa fin.*) † Sed quia jam pater quid 10 accepit: Non verò æquum eſt, Nepotem ex eodem gradu tanquam vacuo ſuccedentem, tantùm ferre ex avi hereditate, quantùm, ſi pater nihil unquam habuiſſet. † Quomodo namque fieri 11 poteſt, ut gradum, in quo pater fuit, quamdiu vixit, reperiat vacuum, id eſt, talem, ut pater nunquam in rerum natura fuiſſe videatur, quod ad cauſam ſuccedendi attinet, † quin eorum omnium 12 ratio habeatur, quæ pater percepit, ex cauſa prorogatæ & repræſentatæ ſucceſſionis, *arg. l. cum quo 56. §. ult. ff. ad Leg. falcid. l. quoniam novella 29. ubi* Dd. *Codic. de inoffic. teſtam.* † Nec enim vacuus 13 gradus videri poteſt, cui jam quid vice futuræ ſucceſſionis datum eſt, niſi omnia in integrum reſtituantur, id eſt, in eum ſtatum, in quo eſſet, ſi pater nihil percepiſſet, quod evenit, nepotibus tantò minus pro legitimâ percipientibus, *l. 1. §. ſed & ſi tantum 12. ff. de collat. bonor. l. dotis quidem petitio 5. Codic. de collat.*

Ita Domini in cauſa Johann Kniederichts zu Lübeck/ Menſ. Auguſt. Anno 1616. (Verba ſentent: Iſt im obigen Teſtament unter andern auch dieſes verſehen/ daß/wann Nicolas Fuchs vor der Teſtirerin mit Tode abgehen würde/ſeinen Kindern die legitima, ehe und zuvor ſie das jenige/ ſo ihr Vater von der Mutter bekommen/conferiret, nicht zukommen ſolte/Ob nun wohl anietzo eure Pflegefrau gedachtes Nicolai Fuchſens Tochter/ in Erwegung/daß ſie ihres Vatern Erbin nicht worden/ noch ſich deſſen Verlaſſenſchafft angemaſſet/ ihre vollſtändige Großmütterliche legitimam ohne einige collation oder Abzug zu fodern bedacht/. Dieweil ſie aber dennoch nebens ihrem Vetter D. Jacobo Fuchſen/ für ſich nicht ſuccediren kan/ ſondern wegen ihres Vatern/ deſſen gradum ſie hierinnen repræſentiret, die legitimam fodert. Als iſt ſie auch/ gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten nach/ das jenige/ ſo ihrem Vater im Teſtament zu thun auffgelegt/zu præſtiren ſchuldig/und hat ſich/ geſtalten Sachen nach/der collation nicht zu verweigern/ V.R.W.)

Et in cauſa Nepotum Jacobi Pölners zur Wieſenburg/ Menſ. Mart. Anno 1635. (Verba ſententiæ: Ob nun wohl Chriſtoph Pölner ſeines Vatern Todesfall nicht erlebet/ſondern vor demſelben verſtorben/ und ſeine Kinder von ihme nichts ererbet. Dieweil ſie aber dennoch nicht vor ſich/ ſondern wegen ihres Vatern nebens deſſelbigen Geſchwiſtern dem Großvater ſuccediren, &c. So ſeynd ſie auch obgedachte ihres Vatern empfangene Gelder in gemeine Erbtheilung zu conferiren ſchuldig/ V.R.W.)

Definit. XXXIV.

Nepotes cum Nepotibus ſuccedentes avo non conferunt ea, quæ pater accepit, ſi hujus hereditatem repudiaverint.

ALiud verò dicendum, ſi Nepotes ſoli exiſtant, forſan duorum vel trium fratrum aut 1 ſororum liberi, & ad communis avi hereditatem veniant; † Non enim tùm prohibendum erit, ſe- 2 parata patris hereditate, avitam ſaltem acceptare & hoc modo collationis onus recuſare † ex 3 communi Dd. opinione, Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 24. num. 38.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 237. num. 15.* Fern. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 30. num. 274. & ſeq.*

Modeſt.

Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 33. n. 18.* Andr. Rauchb. 4 *part. 2. quæst. 18. num. 25.* † At, nonne etiam ex duobus vel tribus fratribus nepotes avo succedentes gradum patris sui repræsentent, ac propterea onus collationis subeant, necesse erit, juxta 5 tradita *Defin. præced.?* Ita certè est: † Nam quomodo fieri potest, ut soli nepotes ex proprio capite, prout autumant Dd. Heig. *dict. num. 38. in pr.* non ex parentum sive gradu sive persona succedant, cum in stirpes vocentur, §. *cum filius 6. inst. de hered. quæ ab intest. defer. l. Papinianus 8.* 6 §. *quoniam 8. ff. de inoff. testam.* † quia alioquin succedere in capita deberent, si non succederent per repræsentationem, *l. 2. §. hæc hereditas 2. ff. de suis & legit. l. 1. §. ult. ff. si pars hered.* 7 *petat.* † Nihilominus tamen prædicta Dd. opinio hodiè communis & usu inveterato recepta est, à quâ 8 propterea nec judex judicando, nec Jurisconsultus respondendo facilè recedere debeat, † secundum Bald. *in c. cum innitaris 5. num. 8. extr. de constit.* Panorm. *in c. ex literis 7. n. 2. extr. de sponsal.* Andr. Alciat. *de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 51. num. 2.* Henning. Goden. *consil. 37. num. 2.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 30. num. 7.*

Ita Domini ad consultationem Senatus Plavensis, Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sentent: So mag dannenhero Augustin Strobel von der Großmütterlichen Erbschafft nicht ausgeschlossen werden/ sondern es wird dieselbe unter ihn und die andern nepotes als Miterben zugleich nach den Stämmen billich vertheilet/ Inmassen er dann auch das jenige/ so sein Vater überkommen/ gestalten Sachen nach/ weil er gedachtes seines Vatern Erbe nicht worden/in gemeine Theilung zu conferiren, nicht gedrungen werden mag/V. R. W.)

Definit. XXXV.

Dos à patruo vel amita constituta, in legitimam paternam imputari vel conferri non debet.

1 Dotare neptem avus præsumitur contemplatione filii, *l. dotem quam dedit 6. ff. de collat.* ac proinde dotem illam in legitimam, quam debet habere ex bonis patris, computare tenetur neptis, Alciat. *de præsumpt. Regul. 1. præsumpt. 17. n. 1.* Franc. Ripa *in l. in quartam 91. n. 206. ff. ad Leg.* 2 *falcid.* † Nisi conjectura aliqua probabilis hanc præsumptionem vincat, ac collationem cessare faciat, putà, 3 † si pater esset pauper, ita ut necessitas dotandi neptem avo incumberet, 4 † quo sanè casu contemplatione neptis, dos constituta censebitur, Ripa *dict. loc. n. 207.* Paul. de Mont. Pico *in repet.* 5 *dict. l. in quartam 91. ff. ad Leg. falcid. n. 241.* † At quid juris in dote à patruo vel amita constituta? In dubio, si de mente constituentis aliter non constet, etiam contemplatione fratris dotem datam, ac proinde in paternam hereditatem à filia conferendam, existimant Francisc. Ripa *dict. loc. num. 207.* Paul. de Mont. Pic. *loc. alleg. num. 242.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. conclus. 573. num. 3.* Gabr. Roman. *lib. 3. comm. conclus. de jur. dot. conclus. 5. num. 13.* † Sed nec textu nec probabili aliqua 6 ratione nititur hæc opinio. Nam quod dicitur *in l. sed si plures 10. §. in arrogato 6. ff. de vulgar. & pupill. substit.* (qui textus pro confirmanda hâc sententia communiter adduci solet) beneficia arrogatoris acquisita intelligi, quæ arrogatoris amicus vel cognatus filio arrogato reliquit: † Id certè 7 per bonam consequentiam, ad imputationem legitimæ tanquam casum diversum & separatum haud extendi poterit; † Ab amicis siquidem & 8 cognatis arrogatoris data arrogato, propterea contemplatione solius arrogatoris data censentur, quia extra casum arrogationis, nulla est inter arrogatum & amicos arrogatoris cognatio, in quam caderet affectio; † Quæ tamen esse potest inter 9 Cognatos & eum, qui natus est filius, qui agnationis & cognationis naturali vinculo illos, à quibus beneficio afficitur, astringit, ut sic minus probabiliter *dict. l. sed si plures 10. §. 6. ff. d. t.* hoc casu contra filiam dotatam allegari queat. † Dixerim 10 ergò cum Claudio Chiffletio *de portionibus legitimis cap. 14. pag. 171.* dotem ab amitâ vel patruo constitutam neutiquam imputari filiabus fratris in legitimam paternam, ex evidenti juris ratione, † Quod scilicet in collationem veniant saltem ea, 11 quæ ex substantia patris, de cujus successione agitur, proveniunt, *l. quoniam novellas 29. l. omnimodo 30. §. ult. Codic. de inoffic. testam.* † Unde nec dotem ab avo Nepti datam in legitimam 12 paternam imputandam dicit Paul. de Mont. Fico, antequam ea ad patrem reversa doceatur: † quod 13 & in judicando & consulendo sequendum ait, *in repetit. l. in quartam. 91. ff. ad Leg. falcid. num. 249.* Atqui, dotem à patruo vel amita constitutam ex bonis patris haud provenire, ecquis non videt? † Quod ipsum quoque haud absurdè evin- 14 citur *ex l. profectitia 5. §. si quis certam. 9 ff. de jur. dot.* ubi negatur esse dos profectitia, si quis certam quantitatem patri donaverit eâ conditione, ut hanc pro filia daret.

Ita Domini in causa Johannis Besonii zu Wittenberg/ Mens. Jan. Anno 1599. (Verba sentent: Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß Frau Gertraudte/ Matthäi von Saldern Sel. nachgelassene Wittib/ihren Bruder Christoff Hacken die Zinsen von den 1000. fl so sie auff das Guth Baruth geliehen/zu dem Ende auffheben lassen/ damit er seine Töchter ihrem Herkommen nach desto besser ausstatten möchte/ ietzo bemeldter ihr Bruder auch in der Ehestifftung selbst gesatzt/daß er einer ieden Tochter 1000. Reichsthlr. für sich/ und dann auch 1000. Reichsthaler aus freundlicher Mildigkeit gedachter seiner Schwester zur Ehesteuer und Brautschatz mitgegeben/ daraus zu schliessen und abzunehmen/ daß die Frau Salderin mehr auff die Töchter/ als auff ihn den Bruder selbst gesehen/ und dann nicht zu vermuthen/daß solches der Meynung geschehen/ daß ihnen derowegen an ihrem Väterlichen Antheil etwas abgekürtzt werden solte/ so seynd sie über das jenige/was ihnen der Vater von dem Seinigen zur Mitgifft gegeben/ auch das/was sie aus seiner Schwester Mildigkeit bekommen/ in ihre Väterliche legitimam mit einzurechnen nicht schuldig/ V. R. W.)

CON-

CONSTITUTIO XII.

PARTIS TERTIÆ.

Ob die Legitima oder der dritte Theil/welcher den Eltern aus der Kinder Erbschafft gebühret / durch eine Gewohnheit oder Willkühr köñe vermindert/oder gantz abgethan und auffgehoben werden?

Legitima Parentum num per Statutum vel consuetudinem tolli vel minui possit?

ES seynd an vielen Orten Statut und Gebräuche/wann Mann oder Weib verstorben / daß alsdenn der überlebende Ehemann des Verstorbenen Verlassenschafft behält / und alle desselbigen Blutsfreunde davon ausschleust. Derowegen haben unsere Verordente sich verglichen/ wann der verstorbene Ehegatte nach sich Vater oder Mutter am Leben verliesse / und die Gewonheit oder Statut des Orts wäre general und gemein / also / daß darinnen von der Legitima nichts gemeldet würde / so solle auff den Fall die Legitima, oder der dritte Theil des verstorbenen Kindes Verlassenschafft/den Eltern folgen und zuerkant werden.

Deßgleichen / wann in dem Statut solche Legitima ausdrücklichen vermindert/so soll es damit auch also gehalten / und dawider nicht erkant und gesprochen werden.

Da aber dieselbe durch ein Statut specificè gantz und gar auffgehoben wäre / das solle von Unkräfften seyn / und den Eltern/ ungeacht solches Statuts/die gebührende Legitima gegeben und zuerkant werden / darbey wir es auch bewenden und bleiben lassen.

IN multis locis hujusmodi statuta vel consuetudines reperiuntur, ut defuncto uno è Conjugibus, superstes omnia ejus bona lucretur, consanguineis ipsius exclusis omnibus. Inter Deputatos igitur nostros id convenit, ut, si conjux defunctus patrem vel matrem post se relinquat, & consuetudo seu statutum loci generaliter conceptum, nullam legitimæ mentionem faciat, tùm eam, vel tertiam partem bonorum defuncti, parentibus adjudicandam esse, quod ipsum etiam tum, cum legitimam statutum expressis verbis minuit, in judicando observandum, nec aliter pronunciandum censuerunt.

Cæterùm statutum, quod expressè & specificè legitimam in totum tollat, non valere, sed eo non obstante, legitimam parentibus tribuendam esse putarunt, quæ sententia nobis placet.

DEFINITIONES.

1. Per consuetudinem vel statutum legitima parentum quidem minui, sed non in totum tolli potest.

2. Nulla quoque consuetudine vel statuto matris Legitimæ ex filiæ gerada ipsi debita tolli potest.

3. Statutum generale deferens conjugi superstiti hereditatem defuncti ex asse, legitimam parentibus debitam nunquam excludit.

4. Pacta dotalia à parentibus ipsis indefinitè concepta eos à petitione Legitimæ non excludunt.

5. Liberorum Legitima licet per statutum vel consuetudinem deminui, in totum tamen tolli non potest.

6. Valet statutum, ut conjux superstes bonis defuncti universis utatur-fruatur ad vitam, nec liberi vivente eo legitimam petant.

7. Non valet Legatum Ususfructus omnium bonorum ad privandum filium legitimâ suâ.

8. Non potest pater liberis præjudicare, quo minus petere valeant supplementum legitimæ.

9. Liberi non tenentur stare taxatione bonorum à patre in præjudicium Legitimæ factâ.

10. Filia Religionis Orthodoxæ à patre Anabaptistâ adhuc vivo, jure petit legitimam ex bonis paternis.

11. Si ex unico filio Nepotes quinque vel plures avo succedant, nullis porro liberis existentibus, eorum Legitima est semis, non triens.

12. In bonis immobilibus succeditur secundum statuta loci, in quo sita sunt.

13. In successione mobilium attenduntur statuta domicilii, licet defunctus alibi mortuus sit.

14. Quoad nomina etiam & jura successio fieri debet secundum statuta domicilii defuncti.

15. In mobilibus ad certum locum destinatis, secundum statuta illius loci succedendum est.

16. Defuncto licet Incola in civitate, successio tamen mobilium non fit juxta statuta civitatis, si non Magistratui Oppidano, sed alterius jurisdictioni fuerit subjectus.

17. Statuta civitatis ligant etiam judicem, non civem, sed superioris locum tenentem.

18. Heredes conductoris defuncti in prædio conducto non succedunt juxta statuta loci, ubi situm est prædium.

19. Possessor domus privilegiatæ non est obstrictus statutis

tutis loci, unde nec ejus hereditas juxta statuta ejusmodi dividenda.

Definit. I.

Per consuetudinem vel statutum, Legitima parentum quidem minui, sed non in totum tolli potest.

1 QUin parentum Legitima per consuetudinem vel statutum minui possit, nemo facile dubitabit, cùm & legitima liberorum statuta diminui queat, ut uno ore fatentur omnes, teste Hartman. Pistor. *observat. 131. num. 2.* Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 5. num. 1.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 5. defin. 6. num.* 2 *1.* † Etenim quantitas legitimæ à jure civili est adinventa & statuta, *l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. ff. de inoffic. testam. l. 30. l. seq. Codic. eod. tit.* Cur ergò non etiam per jus positivum corrigi, minui ac emendari posset? *l. jus civile. 6. ff. de just. & jur. l. de* 3 *quibus 32. ff. de legib.* † Ac certè deminutionem Legitimæ statutariam disertè comprobavit Elector Illustrissimus, *hâc* Const. *12. §.* Desgleichen wann in dem Statut solche *legitima* ausdrücklichen vermindert / so soll es damit auch also gehalten wer-
4 den/ &c. † Quid autem si consuetudine vel statuto parentum legitima in totum tollatur? Subsistere hoc statutum ac consuetudinem, plerique Dd. opinantur. Bald. *in l. 1. §. jus naturale 3. in 1. lection. ff. de Just. & Jur. num. 22.* Herm. Vultej. *in §. igitur. ult. num. 2. Inst. de inoff. testam.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 122. n. 16.* Alciat. *de præsumpt. Regul. 1. præ-*
5 *sumpt. 8. num. 3. & seq.* † Nempe, quia parentibus legitima non jure naturæ debetur, sed ex sola ratione juris civilis, quod jure statutario corrigi ac tolli
6 possit, *dict. l. 32. ff. de lib. l. 8. ff. de capit. demin.* † Sed falsum hoc est, & secundum naturam parentibus non minus, ac liberis legitimam deberi, probatur per text. *in Novell. 1. in præfat. §. 2. & in cap. si pater. 1. in fin. de testam. in sexto.* Anton. Fab. *in*
7 *Codic. l. 3. tit. 19. defin. 16. num. 6.* † Ergo non magis parentum ac liberorum legitima in totum per consuetudinem vel statutum tolli poterit, ut rectè docent Johan. Harppr. *in §. ult. num. 51. Inst. de inoff. testam.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 18. num.*
8 *26.* Anton. Fab. *dict. defin. 6. num. 2.* † Quod in foro Saxonico minus dubium habet propter sanctionem claram Elect. *hâc* Constit. *11. §. ult. vers.* Das solle von Unkräfften seyn / und den Eltern/ ungeacht solches Statuts / die gebührende *legitima* gegeben werden. *ubi* Dan. Moll. Joach. Beust.
9 *in l. 1. n. 176. ff. de jurejur.* † Ac si alia deficeret ratio juris civilis, vel propterea saltem legitima parentum statuto tolli non posset, quia est surrogata in locum alimentorum, *Novell. 18. cap. 3.* Harppr.
10 *in dict. §. ult. num. 41. Inst. de inoff. test.* † quæ parentibus jure naturali debentur, nec ullo modo iis denegari debent, *l. si quis à liberis. 5. §. parens. 16. ff. de agnosc. & alend. liber.* Harppr. *dict. loc. num. 52.*

Ita Domini in causa M. Nicolai Munckens zu Meinungen / Mens. Majo, Anno 1595. (Verba sent: Und es ist demnach gedachter ihrer Mutter solche ihre legitimam, dero von euch angezogenen Hennebergischen Landes-Ordnung ungeachtet / beydes vermöge gemeiner beschriebener / wie dann auch Landüblicher Sächsischen Rechte zu fordern unbenommen/ V. R. W.)

20. Nisi possessor domus privilegiatæ simul sit Incola Civitatis, vel ibidem domicilium habeat.

Et ad requisitionem Quæstoris zu Rochsburg/ Mens. April. Anno 1634. (Verba sentent: Und es haben sich bemeldte Geschwistere mit der angeführten Gewohnheit/ weil Vermöge Churfürstl. Sächsischer Constitution durch dergleichen statuta und Gewohnheiten weder der Eltern noch der Kinder legitima gantz auffgehoben werden kan/ beständiger Weise nicht zu behelffen / V. R. W.)

Definit. II.

Nulla quoque consuetudine vel statuto, matris Legitima ex filiæ gerada ipsi debita tolli potest.

QUod vulgò dicitur, legitimam de gerada non 1 deberi, Andr. Goldb. *de gerad. c. 6. n. 19.* id verum est solùm quoad filios: † Nam filiabus etiam de- 2 gerada matris, quæ consuetudine vel statuto, marito vel sorori defertur, Legitima exsolvenda est, † quia 3 Legitimam petere prohibentur saltem ii, qui à successione excluduntur, *l. posthumus. 6. §. si quis ex his. 1. ff. de inoffic. test. l. cum quæritur. 6. l. parentibus. 8. Codic. eod. tit. l. maximum vitium 4. Codic. de liber. præter. l. non est ambigendum. 12. §. 1. ubi* Dd. *ff. de bon. poss.* † Nullâ itaque consuetudine vel statuto, Le- 4 gitima etiam in gerada matris tolli poterit, secundum tradita Defin. *præced.* † At nec matri per- 5 statutum vel consuetudinem gerada filiæ in totum auferri potest, quò minus saltem legitimam, vel aliquid de gerada loco legitimæ petere valeat, † ex ge- 6 neralitate *h.* Const. *12.* quæ propter dispositionem generalem, de gerada æquè ac de bonis hereditariis accipi debet, *l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præstand.*

Ita Domini in causa Georgii Krausspens zu Lommatzsch/ Mens. Mart. Anno 1583. (Verba sentent: So hat die Verstorbene ihre Gerade auff die Mutter allein bracht und verfallet / und ihre Schwester hat daran keine Foderung/ es wäre dann des Orts durch ein statutum oder beständige Gewohnheit über rechtsverwährte Zeit also hergebracht/ und allewege unverbrüchlichen gehalten worden/ daß die Gerade von einer Schwester auff die andere gefallen / auff den Fall würde solche Gewohnheit iedoch der legitimen unschädlichen nochmahls billich nachgelebet/ V. R. W.)

Definit. III.

Statutum generale deferens conjugi superstiti hereditatem defuncti ex asse, legitimam parentibus debitam nunquam excludit.

COnsequens hisce porrò est, statutum generali- 1 ter & absolutè conceptum, ut uno ex conjugibus defuncto superstes omnia ejus bona lucretur, parentum legitimam nunquam excludere, sed hanc eis nihilominus deberi, † quod & di- 2 sertis verbis dispositum reperitur *h.* Const. *12. in pr. vers.* Wann der verstorbene Ehegatte. † Ad- 3 eoque si in foro Saxonico, uxor decedens, nulla immobilia bona relinquat, maritus superstes parentibus de bonis mobilibus integram Legitimam exsolvere tenebitur, Joh. Schneidew. *ad tit. Instit. de heredit. quæ ab intest. defer. Rubric.*

de succeſſ. jur. Saxon. int. marit. & uxor. num. 30. Virgil. Pingiz. *quæſt. 29. num. 1. & ſeqq.* Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part. 1. cap. 3. num. 247. & part.*
4 *2. deciſ. 286. num. 12. & ſeqq.* † Videtur ſiquidem in ejusmodi ſtatuto caſus de legitima parentum omiſſus & diſpoſitioni juris communis relictus. *l. ſi eum dotem. 22. in pr. ff. ſolut. matrim. l. commodiſſimè. 10. ff.*
5 *de lib. & poſth.* † Nec ſtatutum generale ad perſonas privilegiatas extendi, *l. ult. verſ. exceptis. Codic.*
6 *ubi quis de curial.* † nec ad legitimam portionem porrigi debet, Salycet. *in Auth. Noviſſima num. 43. Codic. de inoff. teſtam.* Weſenb. *Conſil. 24. num. 6.* An-
7 ton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 5. defin. 6. num. 3.* † Aliud dicendum, ſi ſtatutum loco legitimæ certam portionem parentibus deferat, quod procul dubio valebit, quantumvis legitima parentum ſit diminuta, *h.* Conſt. 12. §. Desgleichen wenn in dem Statut.

Supr. Defin. 1.

Ita Domini in cauſa Andreæ Fiſchers zu Langenſaltza / Menſ. Maio Anno 1632. (Verba ſententiæ: Ob bey euch in der Stadt Langenſaltza ein Statutum verordnet / daß wann Eheleute ohne Kinder von einander verſterben / daß alsdann die Eltern / wegen der Mitgifft / Widerlegung / Heimfälle / und was ſonſten / des verſtorbenen Theils verfahren / und hat ſeine Wittib [illegible] Gütern nach ſich verlaſſen / ꝛc. So hat er ſeine gewiſſe Verſchreibung / vermöge obangeführten ſtatuti, ſeiner überlebende Wittib bracht und verſtellet / ſo ſind ſie ſchuldig die ſ. überlebende legitimam, ſo der Todte ihr verſchrieben / nachzulaſſen und folgen zu laſſen ſchuldig / S. R. W.)

Ita in cauſa Caſpari Rudolphi in Siebenberg / Menſ. Octob. Anno 1573.

Definit. IV.

Pacta dotalia à parentibus ipſis indefinitè concepta, eos à petitione legitimæ non excludunt.

1 SIcuti ſtatutum generaliter diſponens parentum legitimam non excludit, Defin. *præced.* ita nec pacta dotalia verbis indefinitis concepta pa-
2 rentes legitimâ debitâ privare poſſunt: † Semper enim pacta intelligi debent, ne alteri cuidam tertio præjudicium aliquod inferatur, nec liberi vel parentes legitima ſua defraudentur *l. 1. & tot. tit. Co-*
3 *dic. de inoff. donat.* † Nec obeſt quicquam, ſi ipſi parentes adfuerint & pacta dotalia liberorum confecerint, quum ſola præſentia atque conſenſus abſque renunciatione expreſſa, à petitione legitimæ e-
4 os excludere nequeat, † quia nemo ſuum jactare
5 cenſetur, *l. cum de indebito. 25. in pr. ff. de probat.* † Et habet remiſſio ſeu renunciatio juris ſui vim donationis, *l. Modeſtinus. 23. ff. de donat. l. qui tranſigit. 1.*
6 *ff. de tranſact.* † Quæ nunquam in dubio præſumitur, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 88. num. 1. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 146. num. 13.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 37.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt.*
7 *130. num. 39.* † Quin nec generalis renunciatio ſufficeret, ſed ſpecialiter legitimæ portioni debet renunciari, *l. ſi quando 35. §. & generaliter. 2. Codic. de inoff. teſtam.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 19. defin. 1. num. 7.*

Ita Domini in cauſa Chiliani Heinickens zu Hermsdorff / Menſ. Majo Ano 1583. (Verba ſententiæ: Hat euch euer Schweher zu Hermsdorff / als ihr ſeine Tochter geehlichet / 25. Neue Schock zur Eheſteuer mit zugeben gewilliget / die er euch auch hernach entrichtet und ausgezahlet / wogegen ihr verſprochen / da ihr keine Leibes-Erben mit einander zeugen würdet / daß ſie / euer Weib / nach eurem Tode aus euern Gütern wiederum ſo viel bekommen ſolte. Iſt nun euer Eheweib ohne Leibes-Erben verſtorben / ꝛc. So hat ſie die 25. Neue Schock Eheſteuer auff euch verfället / iedoch ſeyd ihr ihrem Vater ſeine gebührende legitimam, das iſt / den dritten Theil / davon zu entrichten / und folgen zu laſſen ſchuldig / S. R. W.)

Definit. V.

Liberorum Legitima licet per ſtatutum vel conſuetudinem deminui, in totum tamen tolli non poteſt.

EXinde, quod Conſt. *h.* 12. Legitimam parentum 1
per ſtatutum vel conſuetudinem tolli nolit, arbitrari equidem quis poſſet, quoad Liberorum legitimam ejusmodi ſtatutum ac conſuetudinem
valere, † Sed tantum abeſt hoc inde inferri, ut E- 2
lector ſapientiſſimus de parentum legitima diſponens, quin Liberorum Legitima non obſtante quovis ſtatuto vel conſuetudine ſemper ſalva eſſe debeat, neminem dubitaſſe potius exiſtimaverit, † quum 3
absque controverſia hiſce de jure naturæ legitima debeatur, *l. ſcripto 7. §. ult. ff. ſi tabul. teſtam. null. extab. l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnat. l. ſcimus 36.*
§. *illud. 2. Cod. de inoff. teſtam.* † quod jus immuta- 4
bile eſt, nec quovis modo tolli poteſt, §. *Sed naturalia. 11. Inſt. de jur. nat. gent. & civil. l. eas obligationes. 8. ff. de capit. minut.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 5.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 131.* Chriſtoph Zobel. *in addit. ad* Gloſſ. *ordin. art. 30. num. 2. lib. 2.* Landr. Berlich. *part. 3. concluſ. 18. num. 22.* † Quod ergò 5
de ſtatuto generali legitimæ parentum minus præjudicante, dixi *Supr.* Defin. 3. id æquè de liberorum legitima acceptum velim, † eoque magis, quanto 6
fortiori jure liberis legitima debetur, *dict. l. ſcripto. 7. §. ult. ff. ſi tab. teſt. null.* † Quin tamen legiti- 7
ma liberorum ex parte deminui poſſit ſtatuto vel conſuetudine, dubium prorſus non eſt, Moller. *dict. cap. 5.* Hartm. Piſtor. *dict. obſerv. 131.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 5. defin. 6. num. 1.* † Et 8
comprobat hoc ipſum *Conſtitutio Electoralis de legitima filiabus è bonis feudalibus noviter à patre coemptis debitâ, inter eas quæ publicè promulgatæ non ſunt, in ordine ſecunda, Rubr.* Ob Töchter aus neuen erkaufften Lehngütern *legitimam* zu fodern haben / ubi deminuta eſt legitima ad quadrantem, ſi liberi ſint duo vel tres, ad trientem verò, ſi quatuor ſint aut plures. *Vid. Supr.* Conſt. 9. *Defin.* 29. Moller. *hic n.* 3. † Planè fratrum legitimam non ſolùm ſta- 9
tuto deminui, ſed & in totum tolli poſſe, quivis facilè conceſſerit, vel propterea ſaltem, † quia hiſce de- 10
betur legitima ex merâ diſpoſitione juris Civilis, *Auth. præterea. C. unde Vir. & uxor. l. fratres. 27. Codic. de inoff. teſtam.* † quod contrario jure Civili 11
tolli poteſt, §. *ult. Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* Johann. Harppr. §. *ult. n. 53. Inſt. de inoff. teſtam.*

Ita Domini in cauſa Georgii Ernſts von Auerswalda / Menſ. Januario Anno 1594. (Verba ſententiæ: Und da berührte Kinder an den unbetagten Erbgeldern ihre gebührende Mütterliche legitimam vollkömmlich nicht haben könten. So wäre ihr Vater ihnen

ihnen die selbe von dem andern Fahrnüß/ungeachtet / daß hiebevor über 100. und mehr Jahren / kein Muttertheil des Orts gegeben worden / noch derentwegen einiger Streit vorgefallen / zu erfüllen und folgen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

It. ad requisitionem Senatus zu Waldenburg / Mens. Febr. Anno 1606. (Verba sent: Wann gleich vermöge der bey euch zu Waldenburg angezogenen Gewohnheit über 70. Jahr denen Kindern von ihrer Mutter Einbringen keine Mütterliche legitima wäre gegeben worden / so würde doch derselbigen Gewohnheit ungeacht / Christoff Schlegels Tochter von dem jenigen / so ihre Mutter ihrem Ehemanne zugebracht/ihre gebührende Mütterliche legitima billich gefolget/V.R.W.)

Et ad Consultationem Quæstoris zu Rochsburg/Mens. April. Anno 1634.(Verba sentent: Und es haben sich die Geschwistere mit der angeführten Gewohnheit/weil Vermöge Churfl. Sächsischer Constitution durch dergleichen statuta und Gewohnheiten weder der Eltern / noch der Kinder legitima gantz auffgehoben werden kan/ beständiger weise nicht zu behelffen/V.R.W.)

Definit. VI.

Valet Statutum, ut conjux superstes bonis defuncti universis utatur-fruatur ad vitam, nec liberi vivente eo legitimam petant.

1 EXpeditum ergò est, quod consuetudine vel statuto Legitima liberorum deminui & ad minorem
2 quantitatem reduci possit, † siquidem quantitas legitimæ est à jure Civili inventa & statuta, *l. Papinianus 8. §. quarta 9. ff. de inoff. testam. l. 30. &*
3 *seq. Codic. eod. tit. Novell. 18. cap. 1.* † quod verò jus civile adinvenit, illud viciſſim corrigere & minuere potest, *l. Jus civile. 6. ff. de just. & jur. l. de*
4 *quibus 32. ff. de lb.* † Nec solùm in quantitate, sed etiam in tempore Legitima minui potest, videlicet ut ante certum aliquod tempus non petatur, Bartol. *in l. Titio centum 71. §. ult. ff. de condit. & demonstr. n. 6.* Ant. Natta *consil. 308. num. 7.* Jason. *in l. si pa-*
5 *ter 4. Codic. de inst. & substit. n. 21.* † Valent ergo Statuta Salzensia, Sangerhusana, Zittaviensia & Thomæpontana, quibus disponitur ut Conjux superstes bonis universis defuncti conjugis ad vitam utatur-fruatur, nec liberi eo vivente legitimam pete-
6 re valeant. † Tantum enim abest statutis ejusmodi legitimam liberorum tolli, ut potius defuncto super-
7 stite parente universam hereditatem lucrentur. † Non itaque habent, quod conquerantur liberi, nisi de onere & deminutione legitimæ, quam etiam ratione temporis & qualitatis in statutis permissam dixi, Gail. *lib. 2. observ. 22. num. 11. in fin. Vid. sent. Scab. Lips. post speculum Saxon. tit.* Von *Succession* auff Erbgütern *vers.* Stürbe aber der Mann.

Ita Domini ad requisitionem Senatus zu Thomasbrück/ Mens. Jun. Anno 1596. (Verba sententiæ: Seynd ehre statuta des Inhalts / wann Mann und Weib sich zusammen verehlichen/ und mit einander Kinder gewinnen/ und hernach das Weib vor dem Manne verstirbet / daß des Weibes Güter allesamt bewegliche und unbewegliche nichts ausgeschlossen/ des Eigenthums halber auff die Kinder fallen / und der Vater die Zeit seines Lebens/ so lang er sich nicht wiederumb verehlichet / daran die Fruchtnutzung haben / und solches auch wann dem Manne sein Weib stirbet / also gehalten werden sol / ꝛc. nach mehren Inhalts des übersandten extracts. Ist nun George Schicke gestorben und hat seine Kinder an einem und sein Eheweib anders Theils nach sich verlassen/ꝛc. So behält die Wittib die Fruchtnieſſung aller Güter / so ihr Mann beydes an eigenthümlichen/ererbeten und erworbenen Gütern nach sich verlassen/wofern sie sich nicht verehlichen wird/die Zeit ihres Lebens billich/ꝛc.)

Et in causa Susannen Seylerin zur Zittau / Mens. Januar. Anno 1635. (Verba sent: Dieweil aber dennoch in den Zittauischen Statuten diese Versehung geschehen/ daß die Wittiben nach Absterben ihrer Ehemänner / biß so lange sie sich wiederum verehlichen/ mit den Kindern Theilung anzustellen nicht schuldig / sondern in völliger possess und Gebrauch der verhandenen Güter bleiben sollen/ꝛc. So werdet ihr dabey gleichfalls billich gelassen/und eure Kinder haben bey eurem Leben bey euch etwas zu fordern nicht fug/V.R.W.)

Definit. VII.

Non valet Legatum Ususfructus omnium bonorum ad privandum filium legitimâ suâ.

ALiud verò dicendum est, si testator filio suo 1
herede instituto, tertio cuidam omnium suorum bonorum usumfructum legaverit: † Etsi enim 2
Bartol Cæpoll. *Caut. 21.* existimet, patrem filium suum legitimâ privare posse, si ipsum heredem omnium bonorum suorum instituat, & alteri cuidam usumfructum eorundem relinquat; † Attamen 3
contrariatur hoc *Novell. 18. c. 3.* ubi ejusmodi testamentum disertis verbis improbatur: Et vel propterea legatum hoc ususfructus non subsistit, quia liberorum legitimam gravat, † quæ nullum onus recipit 4
l. quoniam 29. Codic. de inoffic. testam. † Non mi- 5
nimum enim onus habetur ususfructus, quia servitus est, *l. 1. ff. de usu & usuf. legat. l. 8. & l. seq. ff. eod. tit.* † Nec uti Magistratui per statutum, ita & pa- 6
tri per testamentum, aliamve ultimam dispositionem, liberorum legitimam minuere aut gravare licet, sed liberam eam habere debent filii & sine alio onere ac dilatione temporis, *dict. l. quoniam 29. C. d. inoff. test. an. junct. l. si patronum. 44. in pr. ff. de bon. libert.* Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 19. defin. 6. n. 12. & defin. 12. n. 1.* Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 11.* Gail. *lib. 2. observat. 144. n. 1.*

Ita Domini in causa M. Jeremiæ Tschonters, contra heredes Nicolai Polii zu Breßlau/Mens. Mart. Anno 1637.

Et in causa Georgii Kirstens zu Oederan/Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sent: Ob nun wohl ein Ehegatte dem andern den usumfructum aller Güter vermacht/ꝛc. So ist doch solche Verordnung/so viel der Kinder legitimam, welche keines weges graviret werden können / belanget/zu Recht nicht kräfftig/ sondern es wird solche den Kindern ohne Beschwerung so bald billich gefolget/V.R.W.)

Definit. VIII.

Non potest pater liberis præjudicare, quo minus petere valeant supplementum legitimæ.

AN ergo, inquies, patri legitimam liberorum 1
haud ullo modo minuere licebit? Ita certè est: Sive enim pater alteri bona sua post mor- 2
tem suam promittat, atque sic per modum æris alieni

alieni quod legitimam præcedit, *l. Papinianus 8. §. quarta 9. ff. de inoff. testam.* liberos portione debitâ
3 defraudare velit; † Sive falsò confiteatur, quem sibi certam pecuniæ summam mutuo dedisse, quam confessionem heredi præjudicare autumat Speculat. *lib. 2. part. 2. tit. de confessionibus. §. nunc videndum restat. num. 11.*
4 † Aut etiam bona sua in præjudicium legitimæ vendere, vel alio titulo oneroso transferre velit alium, ut putat Bartol. *in l. non usque 2. ff. si à parente quis fuer. manumiss. n. 1.*
5 † haud tamen efficiet, ut liberis salva remaneat legitima, prout latè tractat Matth. Berlich. *part. 3. concl. 18.* per
6 multas Dd. autoritates. Nunquam enim † pater præjudicare potest liberis, quò minus valeant petere supplementum Legitimæ §. *sed hæc ita 3. Instit. de inoffic. testam. l. omnimodo 30. & l. seq. Codic. cod. tit. Novell. 115. cap. 5.* Joh. Schneidew. *ad §. ult. num. 2.*
7 *Instit. de inoff. testam.* † In tantum ut nec verbis expressis supplementum hoc legitimæ in testamento prohibere queat, secundum tradita Bald. *in dict. l. omnimodo 30. C. d. inoff. test.* Dom. Cardin. Tusch. *tom. 5. pract. concluf. lit. L. concluf. 193. num. 15. & seqq.*

Ita Domini in causa Johann Müntzers & Consort. zu Meissen Mens. Jul. Anno 1595. (Verba sententiæ: Ob gleich gedachtes Benno Müntzers letzter Wille und Verordnung/davon die übersandte Copien meldet/ihrer Formalien halber zu Recht beständig / da ihr aber dennoch darinnen an euer gebührenden Väterlichen legitimen verkürtzet und benachtheiliget worden/so würde euch dieselbige aus obgedachtes euers Vatern und Schwähers hinterlassenen Gütern billich erfüllet/V.R.W.)

It. in causa Martini Schubarts zu Meissen/Mens. April. Anno 1600.

Et in causa Mauritii Steichens zu Annaberg/Mens. April. Anno 1603.

Definit. IX.

Liberi non tenentur stare taxatione bonorum à patre in præjudicium Legitimæ factâ.

1 COnsequitur hinc etiam, quod nec taxatio seu æstimatio bonorum, à patre facta, liberis noceat in portione legitimâ ex bonis paternis sibi de-
2 bita: † Etsi enim pater bona sua & substantiam æstimare & taxare queat, ut certum sit, quantam inde legitimam filii consequi debeant. Dom. Cardin. Tusch. *tom. 5. pract. concl. lit. L. concluf. 188. n.*
3 *339.* † Attamen si ejusmodi taxationem in sui præjudicium factam, seque per eam læsos liberi exi-
4 stiment, † possunt implorare officium judicis, ut bona paterna de novo per Scabinos, aliasvè personas juratas taxentur, sibique ex illis debitum legitimæ supplementum assignetur, Paul. de Cástr. *consil. 177. num. 2. & 3.* Dom. Cardin. Tusch. *com. 4. pract. con-*
5 *cluf. lit. H. concl. 53. num. 62.* † Ne alioqui nimis facile sit patri fraudem facere legitimæ, contra *Novell. 115. cap. 3. l. quoniam 29. Codic. de inoff. testam.* Nec cogendi sunt liberi, in legitima sequi judicium testatoris, si malint sequi judicium Legis, ut eleganter dicit Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 19. defin. 29. num. 9.*

Ita Domini in causa Liberorum Thomæ Denhards zu Grimma/ Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent: Ob euer Vater sein Hauß und Güter um ein gewisses Geld in seinem Testament angeschlagen / da ihr aber dennoch an eurer legitimen dadurch verkürtzet werden wäret / &c. So möchte euch die Väterliche taxation zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen / sondern es würden derselben ungeachtet die Güter nochmahls gerichtlichen billich taxiret, V.R.W.)

In causa Helenæ de Perin zu Wien / Mens. Jul. Anno 1629.

It. in causa Viduæ Galli Apitzschens/ contra ejusdem liberos zu Dölitzsch/Mens. Jun. Anno 1629.

Et in causa Viduæ Hansen Müllers zu Meissen / Mens. Jul. Anno 1630.

Definit. X.

Filia religionis Orthodoxæ à patre Anabaptistâ adhuc vivo, jure petit legitimam ex bonis paternis.

CUm filia religionis Orthodoxæ à patre Anaba- 1
ptistâ peteret legitimam, dubitatum fuit, *an vivo adhuc patre audienda esset?* † Nunquam enim de 2
legitima quæri potest vivo patre, *l. 1. §. si impubere 21. ff. de collat. bonor. l. cum queritur 6. Codic. de inoff. test.* sicuti nec de ipsius hereditate *l. 2. §. ult. ff. de his quæ ut indign.* † quamvis legitima non sit quota 3
hereditatis *dict. l. cum quæritur. 6. ubi* Dd. *C. de inoff. test. l. Papinianus, 8. §. quarta 9. ff. de inoff. testam.*
† Nempe, quia cum legitima sit quota bonorum, 4
quæ ab intestato deferri possunt ex causa hereditaria, apparet inde, in ineunda legitimæ computatione necessariò spectandum esse tempus mortis, *dict. l. cum quæritur. 6. junct. Auth. novissima, ubi Dd. C. de inoff. testam.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 19. defin. 27. n. 1.* † Quandoquidem nec prius sciri potest 5
quid & quantum eo tempore futurum sit in bonis propter casus inopinatos, quibus augeri possunt facultates, vel minui, *l. pupillus. 24. ff. quæ in fraud. credit. l. in duplicibus. 79. l. in quantitate. 73. ff. ad Leg. falcid. l. in ratione 30. ff. eod. tit.* Fab. *dict. tit. 19. defin. 35. num. 2.* † Sed hoc ita, dummodo fraudis 6
consilium absit, quod ipsam etiam alienationem bonorum impedit, *l. sed etsi 25. §. quod autem. 16. ff. de petit. hæredit. l. 2. ff. si à parent. quis manumiss.* † Tan- 7
tum scilicet abest, ut fraude apparente filius portionem debitam à patre etiamnum vivo petere prohibeatur; † Cumque in casu præsenti semper me- 8
tuendum esset, ne Anabaptistæ omnem suam substantiam in communionem Sectæ detestabilem conferret, filiamq; hoc modo debitâ portione defraudaret, placuit eam audiri, † ne læsa omniq; restitutionis 9
remedio destituta, legitimâ postea carere cogeretur, contra *Novell. 115. cap. 3. l. quoniam. 29. Codic. de inoffic. testam.* † Alioquin sanè regulariter vivente 10
patre nihil juris in bonis ejus habent etiam quoad legitimam *l. post emancipationem 6. §. 1. ubi* Bartol. *ff. de lib. leg.* † Unde nec statutum, ut pater solvat le- 11
gitimam, ex delicto filii, valere existimat Dan. Moll. *l. 3. semestr. 6.*

Ita Domini in causa Hansen Lohnemanns zu Saltza/Mens. Novembr. Anno 1616 (Verba sententiæ: Da nun der Rath zu Erffurth / das aus euers Schwehervaters Esaiæ Stiffels Gütern gelöfete Geld nicht zu sich nehmen/ und der confiscation gebrauchen / sondern solches ihme auff sein Begehren folgen lassen würde / so wäret ihr gestalten Sachen nach wegen euers Weibes / weil vielermeldter Stiffel / euer Schweher / dasselbe Geld/ wann es ihme eingehändiget / ohne allen Zweiffel in die

in die verfluchte Communion der Wiedertäuffer wenden wird / bey dem Rath zu Erffurt/daß obbenantem euerm Weibe auffs wenigſte ihre gebührende legitima davon entrichtet/oder ihr/wofern es nicht zu erhalten/ſo hoch ſich dieſelbe erſtrecket/ein Arreſt darzu verſtattet werde / zu ſuchen wohl berechtiget / V.R.W.)

DEFINIT. XI.

Si ex unico filio Nepotes quinque vel plures avo ſuccedant, nullis porro liberis exiſtentibus, eorum Legitima eſt ſemis, non triens.

1 EXpediti juris eſt, quod hodie liberorum Legitima ſit aucta, & quidem ſi quatuor aut pauciores ſint liberi, triens h. e. tertia ſubſtantiæ hereditariæ
2 pars, † ſi verò quinque vel plures exiſtant liberi ſemis vel dimidia pars hereditatis, *Novell. 18. cap. 1.*
3 *Auth. noviſſima. Codic. de inoff. teſtam.* † Sicuti & parentum Legitima ad trientem, ſeu tertiam hereditatis partem aucta eſt, ſive unus, duo, tres, aut etiam quatuor parentes exiſtant, *h.* Conſt. *12. in pr. verſ.* So ſoll auff den Fall die *legitima* oder der dritte Theil des verſtorbenen Kindes Verlaſſenſchafft/ꝛc. Joach. à Beuſt. *ad l. 1. ff. de jurejur. num.*
4 *160. in fin.* † Quid autem, ſi de legitima nepo-
5 tum quæſtio incidat? Sanè † ſi nepotes cum patruis vel amitis, aut etiam cum aliis nepotibus ex altero filio aut ſorore avo ſuccedant, quia utroque caſu gradum & perſonam patris ſui repræſentant, & non in capita, ſed in ſtirpes veniunt, *§. cum filius 6. Inſtit. de hereditat. quæ ab inteſt. defer. l. Papinianus 8. §. quoniam. 8. ff. de inoffic. teſtam. l. 2. Codic.*
6 *de ſuis & legit. l. 3. Codic. eod. tit.* † Etiam in foro Saxonico. *Sent. Poſt.* Landrecht. *Rubr.* Von *ſucceſſion* auff Erbgütern / Schneidewin. *ad tit. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. rubr. de ſucceſſ. filior.*
7 *natur. & legit. n. 33.* † Sequitur inde non numerum nepotum ſed parentum, quorum perſonæ repræſentantur, attendi debere, ita ut legitima ſit triens, licet unus filius etiam decem nepotes, & alter to-
8 tidem reliquerit, † modò non plures quam quatuor ſtirpes numerentur, Salycet. *in Auth. noviſſimâ Codic. de inoff. teſtam. quæſt. 6. n. 69.* Extantibus verò nepotibus ex uno ſolummodo filio, aliisque
9 vel nepotibus, vel liberis non concurrentibus, † numerus nepotum vel propterea attendi debet, quia repræſentationis jus ceſſat, & illi omnes ex ſua perſo-
10 na in capita ſuccedunt. † Ergò ſi quinque vel plures hoc caſu exiſtant nepotes, Legitima erit ſemis, ſive dimidia pars hereditatis, juxta *dict. Novell. 18. cap. 1. Auth. noviſſima. Codic. de inoff. teſtam.* Salycet. *dict. loc.* Jaſ. *in dict. Auth. noviſſima n. 52.* Auth. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. 2. quæſt. 20. per tot.* Beuſt. *ad l. 1. ff. de jurejur. n. 159.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Halbritters zum Hayn/ Menſ. Novembr. Anno 1631. (Verba ſentent: Iſt eure Großmutter Todes verfahren / und hat ihren Ehemann an einem/und euch und eure Geſchwiſter als ihres Sohns Kinder am andern Theil zuſammt etlicher Fahrnüß nach ſich verlaſſen/ꝛc. So hat ſie ihre Verlaſſenſchafft vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte auff gedachten ihren Ehemann allein bracht und verfället / es iſt aber derſelbe euch die gebührende legitimam, ſo nach Gelegenheit dißfalls / weil euer der Enckelin s-ſeynd / und ſonſt kein Kind oder Kindeskind mehr verhanden/der halbe Theil iſt/davon abzuſtatten ſchuldig/V.R.W.)

DEFINIT. XII.

In bonis immobilibus ſucceditur ſecundum ſtatuta loci, ubi ſita ſunt.

COncors eſt Dd. opinio, quod in bonis immobili- 1
bus vel ſolo cohærentibus in diverſis locis ſitis, ut & in annuis reditibus, qui immobilium loco habentur, ſucceſſio regulariter fiat ſecundum ſtatuta loci, ubi bona illa ſunt ſita, Dd. *in l. 1. Codic. de ſumm. Trinit. & fide Cathol.* Hartm. Piſtor. *obſerv. 55. num. 1.* Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part. 1. cap. 3. num. 244.* Dan. Moll. *lib. 1. ſemeſtr. 29.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 17. num. 11.* Köppen. *deciſ. 3. n. 9.* † Cujus rei fundamentum in jure firmum ha- 2
betur hoc, quod omnes ſoli res, ſive bona immobilia, tantum ſub territorio ac jurisdictione ejus ſint loci, in quo jacent, *l. 1. in fin. l. 2. & l. ult. Codic. ubi in rem actio. l. un. Codic. ubi de hered. agat. l. forma. 4. §. is verò 2. ff. de cenſib.* † Etiamſi dominus 3
eorum alibi habeat domicilium, *dict. l. 2. in pr. C. ubi in rem act. & dict. l. un. verſ. ubi autem domicilium habet. ff. de cenſib.* † Ergò & ſtatutis illius lo- 4
ci ac jurisdictionis obſtringuntur, adeoque ſtatuta illa, ratione bonorum ſui territorii, obligant etiam non ſubjectos, Natta *conſil. 148. num. 3.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 124. n. 16.* † Ipſas enim res afficiunt, ſive 5
à cive poſſideantur, ſive ab advenâ, Gail. *dict. obſerv. 124. n. 17.* Veriſſimum ergò eſt, quod vulgò traditur ab *Interpp.* † Statuta vel jura municipalia et- 6
iam favorabilia, ſive in rem, ſive in perſonam ſint concepta, ad bona immobilia extra territorium ſita, etiamſi illa majorem partem conſtituant, non extendi, *arg. text. in l. fin. ff. de jurisdict. l. pupillo. 27. in pr. ff. de tutor. & cur. dat. ab his. l. certa forma 4. C. d. jur. fiſci lib. 10. art. 30. & 79. lib. 3.* Landrecht. Gail. *lib. 2. obſerv. 24.* Rauchb. *dict. quæſt. 17. num. 10.* Köpp. *dict. deciſ. 31. n. 14.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 29.* † ubi 7
rectiſſimè id ipſum extendit ad ea etiam ſtatuta, quibus verba illa (Die Güter liegen auch gleich wo ſie wollen) inſerta fuêre. † Nec enim facere poteſt 8
hæc clauſula ob defectum jurisdictionis, ut afficiantur bona extra territorium alibi ſita, *dict. l. ult. ff. de jurisdict.*

Ita Domini in cauſa Johannis Stieffels zu Saltza / Menſ. Octobr. Anno 1620. (Verba ſent: Hat Andreas Platner etliche unbewegliche Güter als ein Bürger zu Saltza/ etliche aber nicht unterm Rathe daſelbſten/ſondern in andere Jurisdiction gehörige Güter nach ſich gelaſſen/ꝛc. So mag die Succeſſion in denen auſſerhalb der Stadt Saltza Weichbild gelegenen Gütern/nach den Saltziſchen Statuten nicht gerichtet werden / ſondern es wird ſeiner Wittiben von ſolchen anderswo gelegenen Gütern das jenige/ was ihr vermöge deſſelbigen Orts Willkühr gebühret/ davon billich gefolget/V.R.W.)

Et in cauſa Hanſen Chriſtoph Radebergs zu Eulenberg/ Menſ. Jan. Anno 1636. (Verba ſent: Hat der zu Nürnberg verſtorbene N.N. auch etliche unbewegliche Güter/ſo allhier im Churfürſtenthum Sachſen gelegen / nach ſich verlaſſen / ꝛc. So hat er dieſelbe vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte auff ſeine hinterbliebene leibliche Mutter allhier bracht und verfället/V.R.W.)

Definit. XIII.

In successione mobilium attenduntur statuta domicilii, licet defunctus alibi mortuus sit.

1 ALiter se res habet in successione bonorum mobilium, in quorum successione non attendun-
2 tur Statuta loci illius, ubi sita sunt, † vel ubi de-
3 functus, de cujus hereditate agitur, decesserit, † sed in quo domicilium habuit, Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 245.* Hartm. Pistor. *observ.*
4 *55. n. 4.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. n. 3.* † Ergò si Civis Lipsiensis commerciorum causa Argentinum profectus, ibi moriatur, in successione mobilium non Argentoratensia, sed Lipsiensia statuta at-
5 tendi debent. † Censentur namque bona mobilia sub jurisdictione esse ejus loci, in quo paterfamiliâs ea perpetuo habet, aut habere se perpetuò velle disposuit & ordinavit, *l. ex facto. 35. §. rerum. 3. ff. de hered. instit. l. debitor. 32. in fin. ff. de pignor. l. Cajus. 86. in pr. ff. de legat. 2. l. si fundus. 44. l. quæsitum. 78.*
6 *in pr. & §. ult. l. si ita legatum 86. ff. de legat. 3.* † Quia totum hoc negotium à voluntate patrisfamiliâs dependet, *dict. l. ex facto. 35. §. rerum 3. ff. de hered. inst. l. si uxori. 39. §. Attejus. 2. ff. de aur. & arg.*
7 *legat.* † Atqui primam atque principem patrisfamiliâs voluntatem ex domicilio ejus metimur, ut scilicet omnia mobilia toti ejus familiæ retinendæ necessaria ad domicilium destinata ab eo existimen-
8 tur, † nisi contrarium appareat *l. prædia. 27. §. 1. & §. seqq. ff. de fund. instr. legat.* Adeoque res
9 mobiles domicilio adhærent, † ceu accessorium suo principali, *l. nam quæ accessionum. 2. ff. de pecul. legat.* Vel tanquam essentiale quoddam rei suæ, quam constituunt, *l. juris gentium. 7. §. adeo autem 6. in pr. junct.* Gloss. *ibid. in verb. ex eodem ff. de pa-*
10 *ctis.* † Hocque ipsum est, quod personæ seu ossibus defuncti mobilia inhærere, Interpp. asserunt, quæ as-
11 sertio omninò vera est, † si per ossa non hominem, sed domicilium ejus intelligant, ut scitè tradit Jac.
12 Schult. *part. 1. quæst. 39. num. 54.* Coler. *dict. loc.* † Quid autem si defunctus nullum certum habuerit
13 domicilium? † Secundum statuta loci originis, tunc successionem fieri in rebus mobilibus, tradit post Salycet. *in l. 1. Codic. de summ. Trinit. & fide Cathol.* Pist. *dict. observ. 55. n. 4. & 12.*

Ita Domini in causa Samuelis Münchbergs zu Leipzig/ Mens. Novembr. Anno 1582. (Verba sententiæ: Ist George Kramer gestorben / und hat seine vollbürtige Schwester an einem/ zweyer seiner vollbürtigen Schwestern Kinder am andern / und seinen halben Bruder am dritten Theil zusammt etlichen Gütern / so er zu Autorff/ allhier zu Leipzig/und andern Orten mehr gehabt / nach sich verlassen; So hat er seine unbewegliche Güter nach des Orts Willkühr und Gewohnheit/allda sie gelegen/die Baarschafft aber zusammt anderer Fahrnüß nach üblichen Rechten und Gebräuchen des Orts / da er seine Wohnung gehabt/verfället/ꝛc.)

Item in causa Bernhardi Wilhelmi Baronis ab Oppersdorff/ ad requisitionem Quæstoris zu Pirna / Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch bemeldte Adeliche Jungfrau sich nur als eine Exulantin 2. Jahr lang zum Königstein auffgehalten/ und ihr domicilium in Böhmen nicht fahren lassen/ und man aber in Successione mobilium nach den Statuten und Gewohnheit des Orts/da die Verstorbene ihr domicilium gehabt/sich zu achten / ꝛc. So hat sie auch solche Mobilien den Böhmischen Rechten nach auff ihre nächeste Blutsfreunde bracht und verfället/ V.R.W.)

It. in causa Caspari Wilhelmi à Mingkwitz/ Mens. Jun. Anno 1599.

In causa Adolphi Stuttens zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1584.

In causa Augustini Güblers zu Halle/ Mens. Jun. Anno 1632.

In causa Hansen Knorrens zu Reichenbach/ Mens. Februar. Anno 1622.

Wolffens zu Elterlein/ M. Jun. Anno 1613.

Sigismundi Pistoris zu Olau / Mens. Jan. Anno 1633. an die Gräfflichen Hohenlohische Räthe zu Oehringen / Mens. Nov. Anno 1627.

Et in causa Hansen Christoff Radebergs / zu Eulenberg/ Mens. Jan. Anno 1636.

Definit. XIV.

Quoad nomina etiam & jura successio fieri debet secundum statuta domicilii defuncti.

IN successione itaque mobilium statuta loci, in 1
quo defunctus domicilium habuit, attendi debent, Defin. *præced.* † Ergò & in successione rerum 2
expeditoriarum atque geradæ seu bonorum utensilium, quæ & ipsa mobilia sunt, *Supr. p. 2.* Const. *14. Defin. 54.* † *Quid verò in successione nominum ac* 3
jurium? Non minus hîc ac in successione mobilium statuta loci, ubi defunctus habuit domicilium, attendenda, rectissimè dixeris † cum Hartm. Pist. *observ.* 4
55. n. 1. Salycet. *in l. 1. C. de summ. Trinit. & fide Cathol.* Köpp. *decis. 31. n. 18.* † Etenim nomina debito- 5
rum, jura & actiones ex persona Creditoris æstimanda sunt, eique subjacent jurisdictioni, sub quâ Creditor habet domicilium, Carol. Molin. *super consuet. Parien. §. 1. gloss. 4. in verb. mettre ensa main. num. 9.* Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 239.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. num. 1.* † Quia ejus perso- 6
næ tenacissimè inhærent, *l. 3. ubi* Gloss. *ff. pro Socio.* Hartm. Pistor. *dict. loco n. 11.* † ab eaque separari 7
non magis possunt, quàm anima à corpore *l. quis ergo casus. 16. ubi* Gloss. *in verb. in omnibus. ff. de pecul. l. 3. vers. actiones apud te remanserunt. Codic. de novat.* Rauchb. *dict. quæst. 17. n. 2.* † Nec refert, 8
utrum defunctus in loco, ubi nomen reliquit, etiam bona immobilia habuerit nec ne, sed utroque casu in successione nominum, statuta domicilii attendi debent, ut disputat Pist. *dict. observ. 55. n. 11.* contra Alex. *consil. 16. lib. 1.* Nempe quod actiones semper inhærere dicantur personæ *l. 3. ubi* Gloss. *ff. pro Socio.* Licet hoc casu de rebus mobilibus aliud dicendum existimem Defin. *seq.*

Ita Domini ad requisitionem Senatus in Mügeln / Mens. April. Anno 1601. (Verba sententiæ: Ist Barthol Arnold bey euch Todes verfahren / und hat 2. Kinder an einem / und sein Weib am andern Theil/zusammt etlichen Tagezeiten/ so von seinem zu Bortewitz verkaufften Gute herrühren/nach sich verlassen. Wann nun gleich zu Bortewitz/Vermöge des Dorff-Bauchs/den Weibern von des Mannes Gütern halbe Theil gebühret/ Dieweil aber dennoch gedachter Arnold nicht daselbst/ sondern bey euch zu Mügeln/allda er sein Bürgerrecht und Wohnung gehabt/gestorben. So lässet sich die Wittibe / Vermöge der Müglischen Statuten an dem dritten Theil von obberührten Tagezeiten billich begnügen/und sie hat sich des halben Theils daran nicht anzumassen/V.R.W.)

Et in

Et in causa Hansen Christoff Radebergs zu Eulenburg / M. Jan. Anno 1636. (Verba sent: Ob wohl vorgedachter zu Nürnberg verstorbene Ehemann/beydes allhier im Churfürstenthum Sachsen / als auch anderswo viel stattliche aussenstehende Schulden nach sich verlassen/rc. So werden doch dieselbe nichts weniger als andere Mobilia/ nach den Nürnbergischen Statuten vertheilet/und es seyn die Erben dahero/daß dieser Oerter / da die Nomina hafften/auch des Verstorbenen unbeweglich Gut verhanden / sich derselben allein anzumassen nicht befugt / V. R. W.)

Definit. XV.

In mobilibus ad certum locum destinatis, secundum statuta illius loci succedendum est.

1 QUod dixi, in successione mobilium statuta loci, in quo defunctus domicilium habuit, attendi, *Supr.* Defin. *13.* illud notabilem patitur limitatio-
2 nem † in mobilibus destinatis in certum locum, ut ibi perpetuò maneant; Veluti sunt oves & animalia ad prædium certum destinata, ut ibi perpetuò
3 sint, & agrum stercorent. † In hisce enim successio fieri debet juxta statuta loci, in quo reperiuntur, Hartm. Pistor. *observat. 55. n. 3.* Andr. Rauchb.
4 *part. 1. quæst. 17. n. 12.* Joh. Köpp. *decis. 31. num. 20.* † Quia tunc mobilia bona ad instar immobilium censentur esse de territorio & sub jurisdictione loci, ubi sunt sita, *l. hujusmodi. 84. §. legatum. 10. ff. de legat. 1. l. Cajus 86. ff. de legat. 2. l. si ita legatum. 86. ff. de legat. 3. l. ex facto 35. rerum autem 3. & §. seqq.*
5 *ff. de hered. instit.* Hartm. Pistor. *obs. 55. num. 3.* † Ex voluntate scilicet defuncti, qui destinando bona mobilia ad certum locum, ejus territorio ac jurisdictioni subjecisse videtur, perinde ut aliàs regulariter res mobiles ex defuncti voluntate ad domicilium suum censentur destinatæ, *Supr.* Defin. *13.* Jacob.
6 Schult. *part. 1 quæst. 39. n. 31. & 43.* † quum totum hoc negotium ex voluntate patrisfamiliàs dependeat, *dict. l. ex facto. 35. §. rerum 3. ff. de hered. instit.* Ex quo porro fit, quod mobilia, quæ reperiuntur in loco ubi defunctus quoque reliquit immobilia, reputentur esse illius loci, ubi sita sunt, quia nempe defunctus ea non minus post se relinquere voluit secundum statuta loci, ubi reperiuntur, quàm immobilia, ut tradit Hartm. Pistor. *dict. observ. 55. n. 6.* Joh. Köpp. *dict. decis. 31. num. 18.*

Ita Domini in causa Samuel Münchbergs zu Leipzig/ Mens. Novembr. Anno 1582. (Verba sententiæ: So hat er seine unbewegliche Güter nach des Orts Willkühr und Gewohnheit / allda sie gelegen/ die Baarschafft aber zusammt anderer Fahrnüß/ausserhalb der Stücke / so an einen gewissen Ort/allda stets zu bleiben / verordnet / nach üblichen Rechten und Gebräuchen des Orts / da er seine Wohnung gehabt/verfallet/rc.

Et in causa Hansen Christoff Radebergs zu Eulenburg/ Mens. Januar. Anno 1636. (Verba sententiæ: Hat der zu Nürnberg Verstorbene auch ferner etliche unbewegliche Güter / so allhier im Churfürstenthum Sachsen gelegen/nach sich verlassen / und es werden darinnen und bey denselben auch Mobilia befunden/rc. So hat er solche im Churfürstenthum Sachsen gelegene unbewegliche Güter zusammt denen darinnen verhandenen Mobilien/ Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / auff seine hinterbliebene leibliche Mutter allein bracht und verfället/rc.)

Definit. XVI.

Defuncto licet incola in civitate, successio tamen mobilium non sit juxta statuta civitatis, si non Magistratui Oppidano, sed alterius jurisdictioni fuerit subjectus.

NOn quæritur hîc simpliciter de incola in civi- 1
te, qui cùm appellatione Civis contineatur, *l. provinciales 190. ff. de V. S.* legibus etiam & consuetudinibus loci, ubi est incola, subjectus est, *l. incola. 1. ff. ad municipal.* ut multis rationibus docet Andr. Gail. *lib. 2. obs. 35.* Joh. Köpp. *decis. 31. n. 22.*

Et respondimus nos ad Consultationem M. I. G. zu Meissen/Mens. Jul. Anno 1636.

† Sed de eo disceptatur incola, qui in civitate qui- 2
dem commoratur, non tamen Magistratus oppidani, sed alterius Magistratus jurisdictioni subjectus est, veluti sunt, qui in civitatibus provincialibus præfecturæ immediatè parent, † aut Clerici & Professores 3
in universitatibus, qui Magistratui oppidano non subsunt; Nec enim tùm disputandum, † An statu- 4
ta Laicorum ligent Clericos, quod post Bartol. *in l. cunctos populos 1. num. 28. & 29. C. de summ. Trinit. & fide Cathol.* affirmant, Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 41. &* Matth. Coler. *part. 2. decis. 284. & de proceff. execut. part. 1. cap. 4. n. 202.* † modò statuta Laico- 5
rum sint generalia, nec contra libertatem Ecclesiæ tendant. Quamvis aliter sentiat Andr. Gail. *lib. 2. observat. 32.* † Sed id potissimum quæritur, an Cle- 6
rici pareant Magistratui & Rectori Universitatis, quo sanè casu sive sint Capellani & ministri Ecclesiæ, sive Professores & Studiosi, pari passu ambulant cum incolis aliis, qui in civitate municipali quidem commorantur; sed Magistratui oppidano non parent. † Hisce ergò defunctis disceptari solet, *an* 7
successio fieri debeat juxta statuta Magistratus oppidani? † De bonis immobilibus equidem dubium 8
non est, quin dividantur juxta statuta Civitatis, quia ibi sita sunt, *Supr.* Defin. *12.* Joh. Köppen. *decis. 31. num. 14. & 15.* Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 3. n. 244.* At de bonis saltem mobilibus videtur dubium restare? † Sed & hîc res expedita est divisionem nem- 9
pe rerum mobilium neutiquam fieri debere juxta statuta Magistratus oppidani, sed secundum jura communia provincialia vel statuta istius Magistratus, cui parent, Virgil. Pingiz. *quæst. 29. n. 44. & seqq.* Modest. Pistor. & Matth. Coler. *dict. locis.* † Nec e- 10
nim statuta possunt obligare non subditos ex defectu potestatis, *l. omnes populi 9. ff. de just. & jur. c. à nobis. 21. ext. de sent. excomm. l. 1. in fin. ff. de tutor. & curat. dat.* Bald. *in l. ult. ff. de jurisdict.* Pingiz. *dict. qu. 29. n. 50.* † Et certè negari nequit, quin defunctus ha- 11
buerit domicilium sub eo Magistratu, cui paret, ‡ ergò 12
etiam secundum jura & statuta istius Magistratus divisio mobilium facienda erit, non obstantibus statutis Magistratus oppidani, juxta tradita *Supr.* Defin. *13.* † In eamque sententiam respondisse Facultatem 13
Juridicam Lips. & Wittebergensem, nec non Scabinos Halenses & Lipsienses, manifestum est ex eorundem pronuntiatis in calce decisionum Coler. *part. 2.* appositis, *num. 14. 15. 16. 17.*

Ita Domini in causa heredum Sophien à Miltitzin ad requisitionem Quæstoris Dresdensis, Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent: Ob gleich in den Statuten des Raths zu Dreßden wegen der Gerade und des Verstorbenen Verlassenschafft und Mobilien gewisse Versehung gethan. Dieweil aber dennoch solche Statuta allein die Bürgerschafft zu Dreßden verbinden/auff die Adeliche Personen aber und Häuser / so nicht des Raths Jurisdiction und Botmäßigkeit/sondern Churfl. Durchl. unserm gnädigsten Herrn immediate unterworffen / keinesweges zu extendiren, &c. So werden auch solcher Statuten ungeachtet/der verstorbenen Miltitzin verlassene Gerade und andere Mobilien/Vermöge gemeiner Landüblicher Sächs. Rechte/unter die nähesten Erben billich vertheilet / V. R. W.)

Item in causa Christiani Wildecks zu Dreßden/Mens. Majo 1634. (Verba sentent: Ob nun wohl sonsten solches Statutum der Stadt Dreßden weder die von Adel/noch auch andere Churfürstl. Sächs. Officirer und Diener / so des Raths Jurisdiction und Botmäßigkeit nicht unterworffen/unangesehen sie sich in der Stadt Dreßden auffhalten / so viel die Succession in den Mobilien und Geradestücken betrifft/in nichts angehet/noch verbinden thut/ꝛc.)

Et in causa D.I.L.C. zu Dreßden/Mens. Apr. A. 1634.

Definit. XVII.

Statuta civitatis ligant etiam judicem, non civem, sed superioris locum tenentem.

1 QUid verò, *si judex aliave persona, quæ Magistratum gerit, moriatur?* Dubium certè tunc moveri poterit, an statuta Civitatis ipsum Magistratum ligent? † 2 Quod propterea negandum videtur, quia Magistratus non est civis, sed superior civitatis: † 3 Statuta verò non nisi subditos ligant, *l. omnes populi. 9. ff. de just. & jur. c. à nobis 21. extr. de sent. excommun.* † 4 Sed duplicem Magistratus sustinet personam, propriam scilicet & alienam ratione officii quod gessit; Licet ergò ratione officii, ut Magistratus statutis obstrictus non sit, † 5 iisdem tamen ut privatus omnino subjacet, Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 85. num. 3. & ibi* Jacob. Schult. *in addit. num. 6.* 6 Joh. Dauth. *de testam. n. 66.* † Nihilominus tamen dixeris Magistratus ut privatus consideratus Civis 7 non est? † Concesserim equidem hoc, attamen negari 8 nequit, quin eo respectu sit incola, † quem non minus ac Cives ipsos statuta ligant, *l. incola. 1. ff. ad municip.* Joh. Kopp. *decis. 13. n. 22.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 35.* 9 Cui consequens, † defuncta persona quæ Magistratum gerit, successionem etiam in mobilibus secundum statuta Civitatis faciendam esse.

Ita Domini in eadem causa Sophien von Miltitzin zu Dreßden/Mens. Januar. Anno 1634. (Verba sent: Dieweil aber dennoch solche Statuta allein die Bürgerschafft zu Dreßden/so wohl die Personen des Raths selbsten verbinden/ꝛc.)

Definit. XVIII.

Heredes conductoris defuncti in prædio conducto, non succedunt juxta statuta loci, ubi situm est prædium.

1 LIgant itaque statuta Civitatis Magistratum Oppidanum, non ut Magistratum sive publicam personam, quam ratione officii gerit, nec ut civem, quem imperat, sed ut privatum sive incolam; Defin. *præced.* † 2 qui licet Civis propriè non sit, jurisdictioni tamen municipali subjicitur & forum ibi sortitur, *l. 1. ff. ad municip.* Ergò & meritò statutis loci obstringitur, † quia à pari procedunt, forum sortiri & statutis ligari, *c. licet ratione 20. ext. de for. compet.* Dd. *in cap. quod Clerici 9. ext. eod. tit.* Decius *cons. 284. n. 9.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 35. n. 6.* † 4 Alia est ratio conductoris, qui in oppido vel pago prædium conductum possidens ad certum tempus, nec incola est oppidi vel pagi, nec statutis loci subjectus: † 5 Unde licet in prædio conducto moriatur, haudquaquam tamen divisio hereditatis juxta loci istius statuta erit instituenda. † 6 Verus siquidem incola dicitur ille, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, *l. pupillus 239. §. incola 2. ff. de Verb. signif.* † 7 h. e. ubi larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit decessurus, si nihil avocet, *l. Cives. 7. C. de Incol. lib. 10.* Gloss. *in l. ult. verb. inter absentes. C. de præscript. long. temp.* Gail. *dict. obs. 35. num. 8.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 2. cap. 1. num. 35.* Wesenb. *consil. 1. num. 57.* quod certè de possessore prædii conducti haud asseri potest. † 8 Dixeris equidem, ex animo habitatoris constituendum esse domicilium, qui vel maximè etiam per temporis diuturnitatem in certo loco declaratur, † 9 unde per moram decennii præsumitur quis ibi sortiri domicilium, ubi tamdiu habuit residentiam cum familia sua, Gloss. *in l. 2. & 3. C. de incol. lib. 10.* Bartol. *in l. Lex Cornelia 5. §. si tamen 5. num. 1. ff. de injur.* Coler. *dict. cap. 1. num. 39.* Felin. *in c. dilectus. 2. n. 4. extr. de rescript.* † 10 Sed cessat hæc præsumptio animi in conductore, post finitum tempus locationis discessuro, perinde ut Castellanus non intelligitur fixisse domicilium in loco officii sui, † 11 licet ibidem ultra decennium commoretur, † 12 quia scilicet finito officio præsumitur denuo rediturus ad locum sui domicilii, Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 86. n. 8. per l. quæsitum. 78. in pr. ff. de legat. 3. junct. l. nihil. 26. ff. de capt. & post. l. revers. l. 35. §. rerum 3. ff. de her. inst.*

Ita Domini in causa Matthæi Philippi zu Boberfen/Mens. Mart. Anno 1597. (Verba sentent: Ob gleich zu Boberfen eine solche Gewohnheit eingeführet/daß nach des Ehemanns Absterben / seiner überlebenden Wittiben/die Helffte aller seiner nachgelassenen Güter gegeben und gefolget werden solte / Da aber dennoch euer Vater des Orts kein Einwohner gewesen / noch liegende Gründe daselbsten gehabt/sondern nur das Rittergut allda Pachtweise inne gehabt/und bewohnet/ꝛc. So hätte sich auch eure Mutter obangezogener Dorffs-Gewohnheit gegen euch nicht zu gebrauchen/ꝛc.)

In causa Christophori Matthæi zum Häyn/Mens. Decemb. Anno 1635.

Et in causa Johannis Büttners zu Wurtzen / Mens. Majo Anno 1636.

Definit. XIX.

Possessor domus privilegiatæ non est obstrictus statutis loci, unde nec ejus hereditas juxta statuta ejusmodi dividenda.

IN plurimis harum provinciarum oppidis peculiares habentur ædes, quæ ratione jurisdictionis dicuntur privilegiatæ, ita ut nec Magistratui Oppidano nec Præfecto, sed immediatè Principi superiori sint subjectæ, die Freyhäuser/ quarum possessores soli Principi parent: † 2 Hisce defunctis, successionem ac divisionem hereditatis juxta statuta Civitatis haud regulandam existimave-

3 ſtimaverim : † Quod quidem ratione immobilium & ipſarum ædium expeditum eſt, quippe quæ jurisdictioni Magiſtratus Oppidani ſubjectæ non ſunt; 4 † Ergo nec ſtatutis illis obſtrictæ, *Supr.* Defin. *12.* Hartm. Piſtor. *obſ. 55. num. 1.* Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 29.* 5 Andr. Rauchb. *p. 1. q. 17. n. 11.* † Sed nec in ſucceſſione mobilium ſtatuta attendi debent : Hæc ſiquidem ſub jurisdictione ejus loci cenſentur eſſe, in quo paterfamilias ea perpetuo ſe habere velle ordinavit, *l. ex facto. 35. §. rerum. 3. ff. de hered. inſtit. l. ſi ita* 6 *legatum. 86. ff. de legat. 3.* † h. e. in loco domicilii 7 juxta tradita *Supr.* Defin. *13.* † Atqui ex poſſeſſione domus privilegiatæ animus conſtituendi domicilii ſub Magiſtratu Oppidano, minus firmiter colligi 8 poteſt, † nec ſola poſſeſſio jurisdictioni oppidanæ poſſeſſorem devincit, ſi non aliunde ſubjectio in- 9 ferri queat ; † ob defectum verò jurisdictionis ac ſubjectionis, ceſſat etiam domicilium, Gail. *lib. 2. obſ. 35. num. 4.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 2. c. 1. n.* 10 *37. & ſeqq.* † Quibus conſequens eſt, nec tum juxta ſtatuta oppidana diviſionem mobilium faciendam eſſe, *Supr.* Defin. *13.*

Ita Domini in cauſa Caſpari Schelhammers zu Leipzig/ Menſ. Februar. Anno 1587. (Verba ſent: Ob nun gleich zu Waldenburg eine ſonderbahre Willkühr verhanden/ darnach man ſich in Succeſſion-Fällen und Theilungen der Güter zu richten hat. Da aber dennoch bemeldter euer Bruder des Orts in einem gefreyten Hauſe gewohnet hätte / und des Raths und der Stadt Jurisdiction nicht unterworffen geweſen wäre/ ꝛc. So wäret ihr als die neheſte Erben/ der Theilung ſeiner Erbſchafft halber / an obbemeldtes Statutum unverbunden / V. R. W.)

Definit. XX.

Niſi poſſeſſor domus privilegiatæ ſimul ſit Incola Civitatis, vel ibi domicilium habeat.

SEd hoc ita ſi poſſeſſor ejusmodi domus privile- 1 giatæ alio quopiam reſpectu non ſit Incola vel civis iſtius oppidi : † Quid enim, ſi alias quoque 2 ædes jurisdictioni magiſtratus oppidani ſubjectas poſſideat, vel domicilium eo in loco ſibi conſtituerit, aut incolatum adeptus fuerit ? † Quin tùm in- 3 perſonalibus jurisdictioni Magiſtratus ſubjectus ſit, nemo dubitat, *l. 1. ff. ad municip.* Bald. *in l. 1. n. 13. C. de ſumm. Trin. & fide Cathol.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 35. n. 4.* † Merito itaque ſi ibidem moriatur, diviſio 4 hereditatis juxta loci iſtius ſtatuta facienda erit, *Supr.* Defin. *13.*

Ita Domini in cauſa Hiob Greiffens zu Leipzig/ Menſ. Jun. Anno 1627. (Verba ſententiæ: Ob wohl die Behauſung / ſo euer Eheweib und ihr voriger Ehemann zu Mühlberg bewohnet / weder unter des Raths noch des Ampts Botmäßigkeit gelegen / dieweil aber dennoch ihr Ehemann zu Mühlberg/ allda er ſein domicilium gehabt/ verſtorben/ ꝛc. So iſt auch euer Eheweib ſich der Gerade halber nach des Orts Willkühr zu richten ſchuldig/ V. R. W.)

Constitutio XIII. PARTIS TERTIÆ.

Ob die Früchte von einem Gute/ ſo iemand in einem Teſtament legirt und beſchieden/ des verſtorbenen Teſtatorn Erben oder deme / welchem er ſolch Gut vermacht hat/ folgen ſollen?

Fructus fundi legati ad heredesne teſtatoris, an verò ad Legatarium pertineant.

OFtmals begiebt es ſich / daß im Teſtament liegende Gründe / Aecker/ Weinberge und dergleichen legiret und vermacht / und wann die Früchte/ zur Zeit des Teſtatorn Abſterben / noch darauff ſtehen/ wird in Zweiffel gezogen/ ob ſie in das Erbe / oder dem Legatario gehörig. Ob es denn wohl das Anſehen bey etlichen haben möchte/ daß ſolche Früchte/ weil ſie bey des Verſtorbenen Leben durch ihn verdienet/ den Erben bleiben ſolten.

Dennoch aber laſſen wir uns gefallen / und wollen/ daß unſerer verordneten Vergleichung nach/ dißfals die Früchte mit dem Grunde und beſcheidenem Gute dem Legatario zuerkant werden ſollen.

ON raro evenit, ut agro vinea, aut aliis ejusmodi immobilibus legatis, de fructibus tempore mortis teſtatoris adhuc inhærentibus iis quæratur, ad legatariumne, an verò ad hæredem pertineant.

Etſi igitur videri poterat, fructos illos, utpote ipſius teſtatoris induſtria acquiſitos & promeritos, heredibus ejus deberi: Nos tamen ex ſententia deputatorum noſtrorum eos unà cum fundo legatario adjudicari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Fundo legato, etiam in foro Saxonico fructus tempore mortis teſtatoris in eo pendentes Legatario cedunt.*
2. *Similiter quoque donatarius unà cum fundo in caſum mortis ſibi donato, fructus pendentes lucratur.*
3. *Non cedunt legatario fructus fundi legati, quando teſtator aliud expreſſe diſpoſuit.*
4. *Uſus rei legato, ſi is legatario vanus & inutilis eſſet futurus, cenſetur quoque legatus uſusfructus.*
5. *Bonis mobilibus legatis, videntur quoque legati fructus ſolo adhuc cohærentes.*
6. *Non tamen comprehenduntur ſub legato rerum mobilium fructus ſolo cohærentes, ſi teſtator agro nondum raſtro ſubacto mortuus fuerit.*
7. *Uſufructu omnium bonorum alicui relicto, ſi alteri certa*

certa ſpecies legetur, utriusque eſt uſusfructus rei iſtius.

8. *Inſtrumenta prædii, in quo alius habet uſumfructum, retinet proprietarius, & num æs alienum ab uſufructuario vel proprietario ſit exſolvendum.*

9. *Fundo legato ad utendum-fruendum, cenſetur legata ipſa proprietas.*

10. *Videtur quandoque legata proprietas, etiamſi fundus fuerit legatus Titio ad utendum-fruendum, quamdiu vixerit.*

11. *Legato fundi uſufructu cum abſolutâ poteſtate alienandi, legata videtur proprietas.*

12. *Teſtator uſufructuario cautionem uſufructuariam remittere nequit.*

13. *Vidua uſufructuaria bonorum defuncti mariti cautionem præſtare tenetur, etiamſi in caſu neceſſitatis poteſtatem alienandi habeat.*

14. *Vidua uſufructuaria non obſtante remiſſione inventarii, bona mariti conſignare & deſcribere tenetur.*

15. *Ex ſolâ verborum connexione, contra teſtatoris voluntatem non cenſetur relictus uſusfructus.*

16. *Mortuo uſufructuario conſolidatur uſusfructus cum proprietate, & revertitur ad eum, qui proximus fuit heres tempore mortis teſtatoris.*

17. *Augmentum per alluvionem fundo fructuario adjectum, ratione Uſusfructus pertinet ad Uſufructuarium.*

18. *Non debentur legata niſi poſt exſolutionem æris alieni & Legitimæ liberorum.*

19. *Legatum nominis per exactionem ademptum videtur niſi alia teſtatoris mens appareat.*

20. *Legatum propter certam aliquam cauſam relictum præſtandum non eſt Legatario, priusquam is juſſi teſtatoris ſatisfecerit.*

21. *Legato pauperi relicto quisnam pauper dicatur.*

22. *Fundo inſtructo ſive cum omnibus pertinentiis legato, legata etiam cenſentur mancipia & inſtrumenta fundi, nec non cibaria & alimenta ad alendа pecora & miniſtros neceſſaria.*

23. *Fundo licet inſtructo legato, non tamen legatum videtur frumentum venale in eo reconditum.*

24. *Veſtibus ſimpliciter legatis, cenſentur quoq; legatæ veſtes feſtivæ & ad ornatum præparatæ.*

25. *Legatum pro dote vel nuptiarum cauſâ relictum, defuncto legatario, antequam nuptias contraheret, ad heredes non transmittitur.*

26. *Legatum ſtudiorum cauſa relictum expirat & hereditati accedit, quando legatarius à ſtudiis deſiſtit.*

27. *Legatum ad piam cauſam, abrogatâ eâ, ad alios pios uſus converti debet.*

28. *Domo legatâ cum omnibus, quæ in ea reperiuntur, cenſentur ſaltem legata, quæ ad perpetuum domus uſum ſunt deſtinata.*

29. *Legatum non præſumitur in dubio relictum animo compenſandi.*

30. *Non poteſt, inſcio herede, legatarius propriâ autoritate occupare rem ſibi legatam, niſi interdicto Quod Legatorum ad reſtitutionem vel intereſſe conveniri velit.*

31. *Competit interdictum Quod Legatorum heredi etiam tùm adverſus legatarium, quando officio & autoritate Judicis miſſus eſt in poſſeſſionem rei legatæ.*

32. *Legatarius intelligitur, cujus intuitu & contemplatione relictum eſt legatum.*

33. *Conjecturæ voluntatis circa legata & fideicommiſſa duobus teſtibus probantur.*

34. *Legata pecuniâ paratâ* (Baarſchafft *vel* Baargeld) *non videntur legata nomina debitorum.* Auſſenſtehende Schulden.)

35. *Legatarius pro conſequendo legato executivè contra heredem ex teſtamento agere valet.*

36. *Valet legatum Judæo in teſtamento Chriſtiani relictum.*

37. *Nemo cogi poteſt, ut executoris teſtamentarii officium invitus in ſe ſuſcipiat.*

38. *Petere nequit ſalarium executor teſtamenti, niſi hoc ei ex juſta cauſa promiſſum fuerit.*

Definit. I.

Fundo legato etiam in foro Saxonico fructus tempore mortis teſtatoris in eo pendentes Legatario cedunt.

1 DE jure communi expeditum eſt, quod fundo legato fructus tempore mortis teſtatoris pendentes, etiamſi poſtea jacente hereditate colligantur, ad legatarium quoque pertineant, Hartm.
2 Piſtor. *part. 1. q. 24. n. 4.* † quia fructus pendentes
3 ſunt pars fundi, *l. ſi pendentes. 27. l. 35. ff. de uſufr.* † & fundus cum fructibus pendentibus pro una eademq; re habetur, *l. ult. §. fructus autem fundo. 6. ff. quæ in-*
4 *fraud. creditor.* † In foro ſaltem Saxonico res dubia videtur, propter text. *in art. 58. lib. 2.* Landrecht. *& art. 76. lib. 3.* Landr. ubi agro ſeminato & raſtrato, fructus inde provenientes non fundum ſequun-
5 tur, ſed ad heredes defuncti pertinent, † veluti in fundo feudali ac dotali fieri videmus, ubi vaſſallo & marito defuncto, fructus pendentes ſucceſſoribus allodialibus & mariti heredibus cedunt; Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 24. num. 73. & ſeq.*
6 † Verùm intelligenda ſunt prædicta jura Saxonica de eo tantummodo caſu, quo dominium directum bonorum defuncti fuit alterius, & mortuo domino utili, vel fructuario, proprietas præter ejus voluntatem ad alium revertitur, *dict. art. 58. & art. 76.* Aut, Conſult. Conſt. Sax. *tom. 2. part. 2. queſt. 6. n. ult.*
† Alioquin, ſi defuncto proprietas pleno jure 7
competierit, etiam in foro Saxonico quoad fructus pendentes, ſtandum erit diſpoſitione juris communis, † quæ nullibi in jure Saxonico correcta re- 8
peritur, *l. præcipimus. 32. C. de appellat.* † Idque eo 9
magis, quod etiam legatarius quodammodo heres defuncti dicatur, *l. id tempus. 14. §. ult. ff. de uſucap.*
† De quo ut hiſce in provinciis minus dubitetur, unà 10
cum fundo legato, etiam fructus pendentes Legatario adjudicari, juſſit Elector Saxon. Illuſtriſſimus *h. Conſt. 13. in fin.* Daß die Früchte mit dem Grunde und beſchiedenem Gute / dem *legatario* zuerkant werden ſollen. *ubi* Moll. *n. 2. Vid. omnino infr.* Conſt. *32. defin. 16. in fin.*

Ita Domini in cauſa Jeremiæ Leubers zu Hemmersdorff / Menſ. Februar. Anno 1618. (Verba ſententiæ: Hat euch euer Vetter Simon Leuber in ſeinem Teſtament ein Stück Ackers / in Sommeriſchen Feldern gelegen / legiret und beſchieden / Ob nun wohl ſonſten auch

auch auff Sächsischen Boden / nebens dem Acker zugleich auch die zur Zeit des Testatoris Absterben darauff stehende und befundene Früchte / dem Legatario zuständig seyn / ꝛc.)

It. in causa Petri Plochens zu Dieben / Mens. Julio, Anno 1635. (Verba sentent: Hat eure Schwiegermutter ihrem Ehewirth eine halbe Huesse Landes zum Voraus vermacht / ꝛc. So wird ihme solche halbe Huesse Landes zugleich nebens denen darauff stehenden Früchten billich gefolget / V. R. W.)

Et in causa D. Johann Köglers Erben zu Dreßden / Mens. Jul. Anno 1635.

Definit. II.

Similiter quoque donatarius unà cum fundo in casum mortis sibi donato, fructus pendentes lucratur.

1 CUmque *h.* Const. 13. generaliter loquatur, & fructus tempore mortis testatoris in fundo pendentes simul legatario adjudicari velit, *in verb.* **Und wann die Früchte zu der Zeit des** *Testatoris* 2 **Absterben noch darauff stehen** / ꝛc. † parum refert, an heres tempore jacentis hereditatis eos perceperit, nec ne, cum utroque casu cedant legatario tanquam domino seu heredi rei legatæ, *§. si quis à non domino. 36. Inst. de Rer. divis. l. à Titio. 64. ff. de* 3 *furt. l. id tempus. 14. §. in re legata. 1. ff. de usucap.* † Quamvis aliter sentiat Matth. Berlich. *part. 3. concl.* 4 *19. n. 2.* Planè, non solum in legato, sed etiam † in mortis causa donatione hoc juris obtinere, dicere ausim, ita, ut si quis alicui fundum mortis causa donaverit, ac tempore mortis fundus ille seminatus fuerit, fructus inde nascentes & in fundo donato tempore mortis donatoris adhuc pendentes, ad donatarium, nón ad heredes spectent, cum Dan. 5 Moller. *hic n. 4.* † Quoniam donatio mortis causa per omnia legatis æquiparatur, *§. mortis causa. l. Inst. de donat. l. Marcellus. 15. l. & si debitor. 17. l. 37. ff. de mort. caus. donat.*

Ita Domini in eâdem causa Jeremiæ Leubers. (Verba sent: Ob nun wohl sonsten auch auff Sächsischem Boden in dergleichen Legatis und Donationibus mortis causa, nebens dem Acker zugleich auch die zur Zeit des Testatoris oder Donatoris Absterben darauff stehende und befundene Früchte dem Legatario zuständig seyn / ꝛc.)

Definit. III.

Non cedunt legatario fructus fundi legati, quando testator aliud expresse disposuit.

1 FIeri tamen potest, ut lucrum horum fructuum legatario invertatur, vel ex defuncti testatoris 2 voluntate, vel ex propriâ culpâ legatarii: † Quid enim si testator in testamento disertis verbis disposuerit, ut fructus pendentes hereditati accrescant 3 & heredibus suis cedant? † Cessat tunc certè præsumta testatoris voluntas, quâ procul dubio nitia 4 tur *h.* Constit. † quia veritas præsumtionem vincit, *l. si Chirographum. 24. l. si Imperatores. 29. in* 5 *fin. ff. de probat.* † Ex culpâ verò legatarii cessat hoc lucrum, quando præscriptionis exceptio ipsi opponitur, quod scilicet de jure Civili intra triennium, de jure Saxonico verò intra annum & diem eos non perierit, Bald. *in l. 1. C. de usur. & fructibus legat. n. 7.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall der Testator anders Vorsehung gethan / und daß die Früchte den Erben verbleiben sollen / ausdrücklichen verordnet / ꝛc. So wird auch solcher Verordnung billich nachgelebet / und ihr habt euch der Früchte anzumassen nicht fug / V. R. W.)

Definit. IV.

Usu rei legato, si is legatario vanus & inutilis esset futurus, censetur quoque legatus ususfructus.

MUltùm ab invicem differunt usus & ususfru- 1
ctus, ut videre est ex differentiis prolixè traditis à Joh. Harppr. *§. 1. n. 5. & seqq. Inst. de usu & habitat.* Joh. Schneidew. *in pr. Inst. eod. tit.* † Inter 2 alia namque usufructuarius jus suum seu perceptionem fructuum alii vendere, locare, donare sive gratis concedere, etiam invito proprietario potest, *l. arboribus 12. §. usufructuarius. 2. ff. de usufruct.* † 3 Usuarius non item, *§. 1. Inst. de usu & habitat. l. sed neque locabunt 8. in pr. l. inque eo 11. ff. eod. tit.* † Nihilominus quandoque legato usufructu, solus 4 usus relictus censetur, ex præsumpta testatoris mente, veluti, si is leget alicui usumfructum pro indigentia seu necessitate suâ, Borgn. Cavalcan. *in tract. de usufr. mulieri relicto. num. 21.* Cravett. *consil. 25. num. 27.* † quia limitata causa limitatum produ- 5 cit effectum, *l. in agris. 16. ff. de acquir. rer. domin.* † 6 Hinc etsi testator legaverit usumfructum domus habitandi causa, solus usus, & non ususfructus quoad mentem testatoris censebitur relictus, *arg. l. 7. l. si habitatio. 10. §. 1. ff. de usu & habit.* Jac. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 135. n. 8.* † Econtra quando- 7 que accidit, ut legato usu, simul etiam ususfructus legatus censeatur, quando videlicet Legatario usus rei vanus & inutilis futurus esset, † veluti si 8 usus sylvæ legatus sit; Nam & tunc fructus sylvæ legatus videtur, quia, nisi Legatarius posset sylvam cedere & vendere, nihil ex eo legato habiturus esset, *l. Divus. 22. in pr. ff. de usu & habit.* †Ita si testator a- 9 licui usum equitii legaverit, quam sciebat aurigam esse: Legatarius equos ut suos locare poterit, *l. plenum. 12. §. equitii 4. ff. de usu & habit.* Donell. *lib. 10. comm. 24.* Joh. Schneidew. *ad pr. Inst. de usu & habitat. n. 9.*

Ita Domini in causa Christophori Schultes zu Leipzig / Mens. Sept. Anno 1620. (Verba sentent: So hat ietzo berührte Verpachtung nach Gelegenheit dißfalls / weil vor berührter Wittiben nur der schlechte Gebrauch legiret, und ihr nicht die vollständige Fruchtnießung vergünstiget worden / nicht statt; Es wäre dann mit obangedeutetem Eckgewölbe also bewandt / daß mehrgedachter Wittiben der Gebrauch sonsten nicht nützlichen / noch zuträglichen wäre / wann sie dasselbe nicht Pachtweise austhäte / dessen genösse sie auff den Fall billich / V. R. W.)

Definit. V.

Bonis mobilibus legatis, videntur quoque legati fructus solo adhuc cohærentes.

SUb usufructu omnium bonorum per ultimam 1
voluntatem constituto, omnes res etiam quæ usu consumuntur, item fructus, reditus & proventus à testatore relicti comprehenduntur, *arg. l. usufructu legato. 7. l. defuncta. 58. ff. de usufr. l. 1. ff. de usu & usufr. legat. l. usufructu bonorum. 69. ff. ad Leg. Falcid.* † Exceptis rebus venalibus, *l. suos au-* 2 *rem servos. 73. §. eum qui. 4. ff. de legat. 3.* Dec. *in l. 1. num. 18. & 24. ff. de Reg. Jur.* Johan. Harppr. *in*

§. tàm

§. *tàm autem corporales. 21. num. 14. & 15. inst. de*
3 *legat.* † Quin ergò sub usufructu generali omnium bonorum, fructus quoque solo cohærentes veni-
4 ant, dubitandum non est: † Quid autem si non rerum sive bonorum usus fructus, sed res ipsæ veluti
5 mobiles legatæ fuerint? † Et tùm fructus adhuc solo cohærentes legatos censeri dixerim, cùm in foro Saxonico fructus solo cohærentes inter mobilia recensentur, Matth. Berlich. *part. 3. concl. 30. n.*
6 *10.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 81.* † quia scilicet jus Saxonicum non tàm ex fundo, quàm ex cultura jus percipiendi fructus æstimat, *art. 58. lib. 2.*
7 Landr. † qua peracta, fructus possessori jam acquisiti censentur, ut maximè percepti haud fuerint,
8 *Vid. infr.* Const. *32. Defin. 1.* Unde fit, quod † maritus superstes unà cum aliis mobilibus etiam fructus agro defunctæ Uxoris cohærentes & adhuc pendentes lucretur, Landr. *lib. 3. art. 76.* Const. Elect. *32. p. 3. §.* Gleichfals da ein Weib liegende Gründe/ꝛc. Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 101. & seq.*

Ita Domini in causa Euphemiæ, Viduæ Balthasari Horns zu Nemptitz/Mens. Decembr. Anno 1592. (Verba sent: Hat euch euer Ehemann alle seine Fahrnüß und mobilien beschieden / und es ist derselbe nach der Zeit / wie die Felder allbereit mit der Wintersaat besæet / und mit der Egden bestrichen gewesen/ eurem Bericht nach verstorben; So gebühret euch das wachsende Wintergetreydigt/ weil dasselbe dißfalls/vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte für Fahrnüß geachtet wird/billich/und euers Ehemanns hinterlassene Erben und Kinder seyn euch dasselbe nebens andern mobilien und Fahrnüß abfolgen zu lassen schuldig/V.R.W.)

Et in causa Asmi Schmaltzens zu Grossengottern Mens. August. Anno 1628. (Verba sentent: So wird der Wittiben laut des gethanen Vermächtnüß die Helffte der Fahrnüß / darunter auch die heuererwachsene und noch stehende Feldfrüchte begriffen / billich abgefolget / V. R. W.)

Definit. VI.

Non tamen comprehenduntur sub legato rerum mobilium fructus solo cohærentes, si testator agro nondum rastro subacto, mortuus fuerit.

1 DIxeris tamen, fructus à solo nondum separatos mobilium nomine non venire, sed potius immobilium jure censeri, *l. fructus. 44. ff. de R.V.* Gloss. *in c. 1. §. sciendum in verb. cohærentibus. tit. de feud. cognit.* † Quod & sentit Speculat. *in*
2 *tit. de fructibus & interesse. §. 1. vers. sed pone prælatus.* Bald. *in cap. 1. col. ult. vers. Quæro quid de*
3 *fructibus de pac. tenend.* † Cui consequens est, nec legatos eos censeri, si mobilia sint legata.
4 Sed advertendum est, † fructus pendentes pro immobilibus tunc demum reputari, quando velut ac-
5 cessorium & pars fundi considerantur; † At, quando eorum à fundo separata habetur ratio, prout jus Saxonicum non tàm fundum, quàm culturam ipsam considerat, atque inde jus percipiendi fru-
6 ctus æstimat, † tùm fructus magis jure mobilium, quàm immobilium censentur, ut patet ex traditis Tiraquell. *de retract. 1. §. 1.* Gloss. *7. num. 44. &* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 81.* †
7 Ex quibus porrò sequitur, ante culturam si testator moriatur, agro nondum seminato & rastro subacto, fructus, qui tùm revera non extitêre, nec
8 mobilium jure, nec legatos censeri, † Quod & convenit *art. 58. vers.* Des Mannes Saat. *lib. 2.* Landr. Matth. Coler. *p. 2. decis. 286. n. 101.* Hartman. Pist. *dict. quæst. 24. n. 75.*

Ita Domini in causa Stephan Spenglers zu Lucka Mens. Octobr. Anno 1631. (Verba sent. Hat einer / von welchem eure Frage meldet/in seinem Testament einem andern alle seine Fahrnüß legiret und beschieden. Ob nun wohl sonsten vermöge der Rechte/die auff den Feldern erwachsene und noch stehende Früchte für beweglich Gut zu achten. Dieweil aber dennoch solches allein in dem Fall zu verstehen/wann der Verstorbene den Acker bey seinem Leben gepflüget / besäet und den Saamen eingeeget/der Testator aber in gegenwärtigem Fall/ehe und zuvor solches geschehen/todes verfahren/ꝛc. So verbleiben denen Erben auch die erwachsene/und noch uneingeerndte Früchte billich / und der jenige / deme der Testator die Fahrnüß beschieden / hat sich derselben nicht anzumassen/V.R.W.)

Definit. VII.

Usufructu omnium bonorum alicui relicto, si alteri certa species legetur, utriusque est usus fructus rei istius.

HOc certum est, quod onus solvendorum le- 1
gatorum ad heredem, non ad Usufructuarium pertineat, *l. legatorum. 33. in pr. ff. de legat. 2. l. turpia. 54. §. 3. ff. de legat. 1. l. 1. C. si cert. petat.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 146.* Joh. Köpp. *decis. 42.* Cavalcan. *de Usufr. mul. relict. n. 211.* † Excepto legato annuo, 2
quod ab usufructuario de fructibus ipsis, non autem de proprietate est persolvendum, *l. ult. §. sin autem 4. C. de bon. quæ lib.* Hartm. Pistor. *part. 1. q. 10. n. 4.* † Sed an id, quod legatorum nomine ab herede sol- 3
vitur, in incommodum usufructuarii cedat, non omni controversia caret? † Sanè in legato quanti- 4
tatis conveniunt Interpp. ut heres bona hereditaria juxta ordinem, *l. à. Divo Pio 15. §. in venditione. 2. ff. de re jud.* vendere, atque inde legata persolvere debeat, † ita ut id, quod legatorum nomine sol- 5
vitur, tam sibi de proprietate, quàm Usufructuario de usufructu decedat, *l. usufructu bonorum. 69. ff. ad Leg. falcid.* Paul. de Castr. *lib. 2. consil. 294.* Socin. *vol. 5. consil. 131.* Cravett. *cons. 187.* † Quod ad le- 6
gatum verò certæ speciei attinet, licet existimet Bald. testatorem legantem speciem certam censeri derogasse generali legato usus fructus, adeoque in hoc legatarium esse potiorem Usufructuario, *in l. 2. col. 2. circa fin. C. famil. ercisc.* quod & sensit Jason. *in l. cum quæstio 23. C. de legat.* † Rectius tamen do- 7
cet communis Dd. Schola, Usufructuarium hoc casu in usufructu concurrere cum legatario, atque adeo proprietatem quidem ejus rei ad Legatarium pertinere; † Usumfructum verò utriusque com- 8
munem esse, per text. *in l. si alii fundum 19. ff. de usufr. legat. l. Sempronius. 26. ubi* Bartol. *ff. eod. tit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 17. defin. 3. num. 5.* ubi multos allegat. Joh. Dilect. *de art. test. caut. 24. num. 3.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 10. n. 7.* Cavalc. *dict. loc. n. 221.*

Ita Domini in causa Marien Bettwasserin zu Halla/ Mens. Nov. Anno 1627. (Verba sent: Ob wohl euer Ehemann in seinem letzten Willen euch den Usumfructum aller seiner Güter auff euer Leben beschieden / dieweil er aber dennoch in selbigem Testament seinem Vetter Eliæ Böttigern seinen Garten vor dem Galckthore gelegen gleichfalls legiret,&c. So habt ihr euch der Fruchtnießung berührtes Gartens allein nicht anzumassen / sondern es stehet solche Fruchtniessung euch und Eliæ Böttigern zugleich zu/V.R.W.)

Defi-

DEFINIT. VIII.

Instrumenta prædii, in quo alius habet usumfructum, retinet proprietarius, & num æs alienum ab Usufructuario vel proprietario sit exsolvendum.

1 HAud rarò discordia occurrit inter proprietarium & Usufructuarium circa deductionem
2 æris alieni: † Quantumvis enim certum sit, onus æris alieni ad Usufructuarium non pertinere, Joh. Köpp. *decis. 42.* Joseph. Ludovic. *decis. 5. num. 10. & seq.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.*
3 *143.* Fachin. *lib. 4. contr. 19.* † Attamen Ususfructus nulla haberi potest ratio, priusquam æs alienum
4 deductum fuerit, *l. ult. ff. de usufr. legat.* † Ex quo sequitur, quod ubicunque onus æris alieni bonorum quantitatem exuperat, ibi non existentibus bonis usumfructum alicui competere haud posse, prout
5 in legitima fieri videmus, † quæ hereditate debitis exhaustâ, amplius non debetur *l. Papinianus 8.*
6 *§. quarta 9. ff. de inoff. testam.* † Quid verò si diligenti administratione adhibita solvantur debita
7 salvis quibusdam bonis manentibus? † De iis Usumfructum etiamnum competere, eleganter & prolixè docet Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 46. num. 17. & seqq.* Nec enim heres deductionem æris alieni ita instituere valet, ut sibi proprietate salvâ remanente, illa saltem in detrimentum usufructuarii cedat, & inde penitus jus utendi-fruendi peri-
8 matur, † sed magis eò respicere debet, ut quoad ejus fieri possit, ususfructus conservetur, ideoque non de fructibus tantùm æs alienum deducendum est, sed potius ex bonis hereditariis res aliqua vendenda & ex pecuniâ inde redactâ debitum
9 solvendum, † ita ut, quantum Usufructuarius de jure utendi-fruendi ob æs alienum amittit, tantum etiam heredi de proprietate decedat, residuo utriq; relicto, ut eo respectu proprietarius & Usufructuarius in æris alieni exsolutione æquas partes sustineant, Paul. de Castr. *in l. usufructu bonorum 69. ff.*
10 *ad Leg. Falcid.* Pist. *dict. qu. 46. n. 19.* † Sicut & aliàs commodum pariter & incommodum utrique
11 accrescit. † Planè in eo præfertur proprietarius, quod instrumenta rei, in qua alius habet usumfructum, sint relinquenda apud proprietarium,
12 Joh. del Castillo *de usufruct. cap. 59. n. 29.* † Quamvis non negem, proprietarium teneri tradere exem-
13 plum Usufructuario, *l. 4. ff. fam. ercisc.* † & insuper præstare cautionem, quod, si opus fuerit Usufructuario, ea proferre velit, *l. instrumenta 24. C. de fideicomm.* Hartm. Pistor. *observ. 14.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Der Kauffbrieff aber über das Wohnhauß bleibet in des Erben als proprietarii Verwahrung billich / er ist euch aber gleichwol zu euerm Behülff und bedürffenden Fall / denselben zu exhibiren / auch inmittelst Abschrifft davon zuzustellen schuldig / V.R.W.)

DEFINIT. IX.

Fundo legato ad utendum-fruendum, censetur legata ipsa proprietas.

1 VAldè laborant Interpp. in natura hujus legati, aut dispositionis cognoscenda, ut videre est apud Didac. Covarr. *lib. 2. variar. resolut. cap. 2. n. 5.* Cavalcan. *de Usufr. mul. n. 224.* Matth. Wesenb. *cons. 20. n. 15.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 141.* Andr. Fach. *lib. 4. contr. 16. & 17.* Joh. del Castillo *in tract. de Usufr. c. 8. n. 23. & seqq.* Vinc. Caroc. *decis. 80.* † Communiter tamen eò inclinant, le- 2
gatâ primò re ipsa & subnexis postea demum verbis quibusdam Usumfructum denotantibus, veluti quando legatur fundus ad utendum-fruendum, (ein Gut zu nützen und zu gebrauchen) † non tam 3
usumfructum, quàm proprietatem ipsam legatam censeri, † per text. *in l. ult. ff. de usufruct. ear. rer. quæ* 4
usu consum. l. donationes. 31. §. 1. ff. de donat. l. species. 15. ff. de aur. & argent. legat. l. libertis. 4. ff. de aliment. vel cibar. legat. & ibi Bartol. Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 29.* Joh. Harppr. *in §. tàm autem corporales. 21. n. 56. Inst. de legat.* Hartm. Pist. *observ. 114.* † Nec enim causa vel conditio in fa- 5
vorem legatarii adjecta legatum restringit, *arg. l. Epistolam. 75. in pr. ff. ad S. C. Trebellian.* † Sed de- 6
monstrationis saltem gratiâ legato censetur apposita Joh. Vinc. Honded. *vol. 1. consil. 99. n. 38.* Johan. del Castillo *de Usufr. c. 30. num. 16.* † At hoc ita, nisi 7
ex circumstantiis aliud appareat, veluti si legatus sit fundus Titio ad utendum-fruendum, donec vixerit, vel tempore vitæ suæ; Quo casu non videtur legata proprietas, nec ad heredes Titii legatum transibit, sed post mortem ejus ad heredem universalem à testatore institutum revertetur. *l. Titia cum testamento. 34. §. Titia cum nuberet. 7. ff. de legat. 2. l. 38. §. 3. ff. de legat. 3.* † Quia ad tempus permis- 8
sum, censetur post illud tempus prohibitum & sublatum, *arg. l. statu liberum. 11. §. 1. ff. de legat. 2. l. si unus. 27. §. 1. l. 52. §. ult. ff. de pact. l. 1. §. si mulier. 7. ff. de agnosc. & alend. lib.* Mantic. *dict. loc.* Johan. Harppr. *dict. §. 21. Inst. de legat. n. 59.* Menoch. *lib. 4. præs. 133. n. 12.* † Quamvis alii dissentiant, quos sequi- 9
tur Hartm. Pist. *dict. observ. 114. n. 9.*

Ita Domini in causa Annæ Uxoris Caspari Reinbergs zu Pauitzsch / Mens. Jan. Anno 1593. (Verba sentent: Hat euch euer erster Mann Peter Werner alle seine Haab und Güter liegend und fahrend dergestalt vermacht / daß ihr solche für euch alleine ohne seiner nechsten Freundschafft und männigliches Einrede und Hinderung inne haben / besitzen / geniessen / und gebrauchen sollet / &c. Es ist solche Übergabe zu Recht beständig / und ihr seyd nunmehr mit solchen euch vermachten und angefallenen Gütern / euers Gefallens / als mit euerm eigenthümlichen Gute zu thun und zu lassen wohl befugt / V.R.W.)

DEFINIT. X.

Videtur quandoque legata proprietas, etiamsi fundus fuerit legatus Titio ad utendum-fruendum, quamdiu vixerit.

REgulariter ergò non videtur proprietas fundi ejus concessa, qui legatus est Titio ad u- 1
tendum-fruendum donec vixerit; Defin. *præced. in fin.* Sed hoc ita, nisi de contraria testatoris voluntate ex circumstantiis verbisque aliis appositis probabiliter constet, † ex quo sæpissimè 2
accidit, ut tametsi ususfructus ad tempus vitæ mentio fiat, proprietas tamen unà cum Usufructu rei legata censeatur, Joh. del Castillo *solo in-* *tract. de Usufr. cap. 30. n. 1. & seqq* † Quid enim 3
si legato fuerit appositum onus fideicommissi;

Ex hoc ipso proprietatem fundi legatam videri, ut maximè testator eum ad utendum-fruendum legaverit, donec vixerit legatarius, apertissimè probat *l. species. 15. ff. de aur. & arg. legat. ubi* Bartol. 4 Francisc. Marc. *part. 1. decis. 367. n. 6. & seq.* † Similiter & in legato pro alimentis vel meliori sustentatione, ad proprietatem potiùs, quàm Usumfructum testatorem respexisse tradunt per *l. libertis. 4. ff. de alim. & cibar. legat.* Dd. *ibid. communiter.* Castill. *dict. cap. 30. num. 4. & seqq.* Cavalcan. *de Usufr. mulier. relict. num. 78.* Cæpoll. *de serv. urb. præd. cap. 4. num. 4. & sequentib.* Simon de Prætis *de interpret. ult. vol. interpr. 1. dub. 10. n. 26. & seq.* † Quin 5 & cohærentia verborum, testamenti contextus, favor personæ, aliave juvare possunt, ut proprietas potius fundi, quàm Ususfructus legatario sit assignandus, † cum ex mente etiam testatoris Lega- 6 tum inferatur, verbis licet deficientibus, *l. cum pater. 77. §. donationis 26. ff. de Legat. 2. Vid. infr.* 7 Defin. *32.* † Idque eo magis si per unum vel alterum testem voluntas & intentio testatoris doceatur, per tradita *infr.* Defin. *33.*

Ita Domini in causa Sigismundi von Cummerfelds zu Breßlau/ Mens. April. Anno 1636. (Verba sentent: Ob nun wohl die angeführten Worte (zu Lebenszeiten zu gebrauchen) mehr auff die Fruchtnieſſung / als das Eigenthumb zielen wollen / auch für sich gantz zweiffelhafftig/ und von den Rechtsgelehrten widerwärtiger Meynung angezogen und verstanden werden / Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall aus allen Umbständen/ und dem gantzen contextu des Testaments zu vernehmen / daß der Testator mehr auff das Eigenthumb / als die Fruchtnieſſung sein Abſehen gehabt / bevoraus weil in folgendem legato, so dieſem durch die angehengte Wörtlein (ingleichen / und / auch /) verbunden und vergleichet wird/ das Eigenthum seines Silberwercks den legatarien beſchieden / worzu ferner kömmt der beyden Zeugen/ so der Testamentshandlung beygewohnet / gethane Aussage / daß nemlichen der Testator seiner Wittiben die 16000. Reichsthlr. eigenthümlichen beſcheiden wollen / ꝛc. So mag demnach bemeldte Wittib mit der Fruchtnieſſung sich abweiſen zu laſſen nicht gedrungen werden / sondern es gebühren ihr die 16000. Rthlr. eigenthümlichen billich/ V.R.W.)

Et in causa Comitissæ zu Mansfeld/ an Leonhard Dörnern zu Artern / Mens. Jul. Anno 1636.

Definit. XI.

Legato fundi usufructu cum absolutâ potestate alienandi, legata videtur proprietas.

1 ALiud dicendum est, si Ususfructus ante rem ipsam legatam fiat mentio, veluti (die Fruchtnieſſung eines Gutes /) Quo casu expeditum est, Usumfructum legatum censeri; juxta tradita Pi- 2 stor. *observat. 114. n. 1.* † Sed nec hoc universaliter verum est, quum variæ circumstantiæ & præsumptiones aliam testatoris mentem probare que- 3 ant: † Quid enim, si legato Usufructu, concessa simul sit potestas absoluta rem ipsam alienandi? Communiter certè Dd. opinantur, hoc casu, non 4 solummodo usumfructum, † sed plenam proprietatem à testatore relictam censeri, ut longo stylo docet Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 133. num. 4.* Franc. Mantic. *de conject. ultim. 5 volunt. lib. 9. tit. 5. num. 14.* † Quia absoluta alienandi facultas competit saltem proprietario, & est contra naturam ususfructus, qui definitur jus alienis rebus utendi-fruendi, salvâ earum substantiâ, *pr. Inst. de usufr.* † Neque usufructuarius rei ipsius, sive 6 proprietatis alienandæ facultatem habet, *l. interest. 6. l. usufructu 9. l. habitatio. 11. C. de usufr.* † Ne ergò 7 testatoris dispositionem impugnandi ansa præbeatur, ita in dubio est interpretanda, ut juri & naturæ rei conveniat, *arg. l. quærebatur. 19. ff. de testam. milit. l. in conditionibus. 19. ff. de condit. & demonstr.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 143. num. 4.*

Ita Domini in causa Andreæ Müllers zur Naumburg/ Mens. August. Anno 1634. (Verba sentent: Ob wol Johañ Leuſſer in obbemeldtem seinem Testament dieſe Verſehung gethan/ daß sein Weib die Güter nur allein auff ihr Leben zu genieſſen / und zu gebrauchen haben solte/ Dieweil er aber dennoch dabey dieſes gemeldet / daß sie dieſelbe zu veräuſſern / und damit ihres beſten Gefallens und Willens zu gebahren und umbzugehen berechtiget seyn solte/ ꝛc. So ist sie auch für eine bloße usufructuariâ nicht zu achten / sondern sie ist ihres Gefallens damit zu thun und zu laſſen / auch davon Verordnung zu machen befugt/ und mag dieſelbe nach ihrem Abſterben des Mannes Freunden wiederum zuzuwenden wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Definit. XII.

Testator usufructuario cautionem usufructuariam remittere nequit.

QUùm cautio Usufructuaria in favorem heredis introducta fuerit, *l. 2. l. tribus heredibus. 8. ff. de usufr. ear. rer.* consequens est, heredem ei renunciare posse, *l. pen. C. de pact.* † Alia est ratio te- 2 statoris, qui cautionem illam usufructuario neutiquam remittere potest, *l. scire debetis. 7. C. ut in possess. legator. l. si pecuniæ. 6. ff. eod. tit. l. etsi usufructus. 7. in pr. ff. Usufr. quemadm. caveat.* Paul. de Mont. Pico *in l. Titia cum testamento. 34. §. Titia cum nuberet. 7. ff. de legat. 2. quæst. 50. n. 158.* Jul. Clar. *in §. testamentum. q. 64.* Harppr. *in §. constituitur. 2. num. 187. Inst. de Usufr.* Gail. *lib. 2. obs. 145.* † Scili- 3 cet, quia favori alieno testator renunciare nequit; Ergò nec favori heredis, in cujus gratiam cautio adinventa est, *arg. l. quod bonis. 15. §. 1. ff. ad Leg. Falcid.* † Nec licet hîc argumentari ex jure Falcidiæ, 4 quam testator prohibere valet, *Auth. sed cum testator. C. ad Leg. Falcid. Supr.* Const. *1. dosin. 13.* † Etenim falcidia non tàm in gratiam heredis, ut cautio Usufructuaria, sed in favorem ipsius testatoris introducta est, ne sine herede decedat, quod fieret, si heredi non concederetur aliquod commodum, propter quod herediratem adiret, *pr. Inst. de Leg. falcid. ubi* Harppr. *n. 10.* † Porrò nec in illis rebus, quæ usu 6 consumuntur, h. e. in Usufructu improprio, cautionem à testatore remitti posse, satis colligitur *ex l. 1. C. de Usufruct. dict. l. 6. ff. ut poss. legator.* † Quam- 7 vis alii dissentiant *per l. tribus heredibus. 8. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum.* † ex quâ tamen nihil 8 infertur, quia de remissione cautionis ab herede factâ loquitur, ut dixi *Supr. in pr.*

Ita Domini in causa D. Johannis Hertzogs zu Thombsbrück/ Mens. Martii Anno 1612.

Et in causa heredum Magdalenen von Eckstoth/ Mens. Jan. Anno 1626.

Defi-

Definit. XIII.

Vidua usufructuaria bonorum defuncti mariti, cautionem præstare tenetur, etiamsi in casu necessitatis potestatem alienandi habeat.

1 COnsequens est huic, quod nec Viduæ usufructuariæ bonorum suorum, maritus cautionem remittere queat, Defin. *præced.* † Quod &tunc
2 verum est, si facultas bona alienandi ex causa necessitatis ipsi data fuerit: Etsi enim domina non sit
3 haud tamen absurdum est, † facultatem alienandi ei competere posse, *§. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non. l. non est novum. 46. ff. de acquir. rer. domin.* † Scili-
4 cet, quando maritus testator, qui dominus rei est, Viduæ Usufructuariæ alienandi facultatem concessit, in casu scilicet necessitatis, † aliàs sanè ex absoluta alienandi potestate, proprietas potius quàm Usfusfructus censetur legata, ut dixi *Supr.* Definit. *11.*
6 † Eòque magis Vidua potestatem habens alienandi bona in casu necessitatis, cavere tenetur, quanto facilius tum arbitrium boni viri excedere & absolutam potestatem alienandi sibi arrogare potest, Corn. *vol. 3. consil. 173. & vol. 2. consil. 187. n. 4.*

Ita Domini in causa Danielis Kaupdorffs zu Lucka/ Mens. Decembr. Anno 1596. (Verba sent.: Dabey der Testator Versehung gethan/ daß seine Wittib/ da sie es benöthiget/ ein oder das ander Stück davon zu verkauffen/ und das Geld zu ihrer Nothdurfft und Unterhalt zu gebrauchen befugt seyn/ und oberwehnte seine Freunde/ bey Verlust des jenigen/ so sie von ihme zu gewarten/ von ihr kein Inventarium noch Rechnung fordern sollen/ ꝛc. So ist doch bemeldte Wittib gnugsame caution, daß sie ohne besondere dringliche Noth hiervon nichts verändern noch verkauffen wolle/ zu bestellen schuldig/ und ihr seyd solche caution ohne Verlust obangezogenes euers Antheils zu fodern wohl befugt/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Vidua usufructuaria non obstante remissione inventarii, bona mariti consignare & conscribere tenetur.

1 UXor usufructuaria omnium bonorum, Inventarium conficere tenetur, nec maritus confectionem Inventarii in testamento suo remittere potest, non magis ac cautionem usufructuariam de bene utendo-fruendo *l. 1. l. 4. C. de usufr.* Clar. *lib. 3. sentent. §. testamentum. q. 66. num. 2.* Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 11. defin. 43. num. 2.* Gail. *lib. 2. obs. 144. num.*
2 *16.* Socin. Jun. *lib. 1. consil. 159. num. 38.* † Quia confectio Inventarii est necessarium antecedens ad ipsam cautionem præstandam Jul. Clar. *dict. loc.* Non tamen remissio testatoris hoc casu omni effectu
3 destituitur, † sed eatenus Viduam juvat, quod non teneatur facere Inventarium secundum solennita-
4 tem *l. ult. C. de jur. de liber.* † Sufficit namque tùm Consignatio nuda & descriptio bonorum, quæ est loco Inventarii per *text. in l. 1. §. rectè. 4. ff. Usufr. quemadm. cav.* Roland. *vol. 1. consil. 92. num. 2.* Gail. *dict. obs. 144. num. 16. in fin. Vid. Supr. p. 2.* Constit. *11. Defin. 4.* Moll. *lib. 1. semestr. 39.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententiæ: Ob nun wohl bemeldte Wittib ein zierliches Inventarium, wie sichs sonsten gebühret/ über ihres verstorbenen Ehemannes Verlassenschafft auffrichten zu lassen/ und von der Jährlichen Abnutzung der Güter Rechnung zu thun vermöge obberührter Verordnung nicht verpflichtet/ ꝛc. So ist sie doch ein gewisses Verzeichniß solcher Verlassenschafft euch zu übergeben/ und auch gnugsame caution zu bestellen schuldig/ ꝛc.)

Et in causa D. Johannis Hertzogs zu Thomsbrück/ Mens. Mart. Anno 1612. (Verba sententiæ: Hat Paul Fischer in seinem Testament unter andern verordnet/ daß sein Weib sein Wohnhauß/ den Garten und Hopff-Felder/ wie dann auch die gesammte Fahrnüß Zeit ihres Lebens gerühlichen ohne einiges Inventarium, oder dergleichen unfugsame Beschwerung und Eintrag zu ihres Leibes Nothdurfft zu gebrauchen haben soll/ ꝛc. Ob nun gleich erwehnte Wittib/ vermöge ihres Mannes Verordnung/ ein solenne inventarium über seine hinterlassene Güter auffrichten zu lassen nicht gedrungen werden mag/ so ist sie doch letzo berührte Güter um künfftiger Nachrichtung willen auffzeichnen zu lassen/ so wohl auch die cautionem Usufructuariam gebührlichen zu bestellen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XV.

Ex sola verborum connexione, contra testatoris voluntatem non censetur relictus ususfructus.

COncesserim equidem, ex præsumptâ testatoris 1
voluntate, quandoque usumfructum legatum videri, veluti, si testator legatarium rem legatam post mortem suam alteri restitui jusserit, quo ipso non proprietatem rei, sed saltem usumfructum reliquisse censetur, juxta tradita Paul. de Monte Pico *in l. Titia. 34. §. Titia cum nuberet, 7. quæst. 26. n. 79. ff. de legat. 2.* Jac. Menoch. *de præsumt. lib. 4. præsumpt. 133. num. 7.* † Quod tamen non aliter intelle- 2
ctum velim, quam si voluntas testatoris id admittat: Quid enim si verba in contrarium sint clara & manifesta? † Certè tùm nodus in scirpo quæren- 3
dus non est, sed voluntas testatoris ita intelligi debet, ut verba sonant, *l. ille aut ille. 15. in fin. ff. de legat. 3.* Bartol. *in Auth. hoc locum. num. 10. C. si secund. nupt. mulier.* † At neque ex solâ connexione 4
& contextu verborum, si in eâdem chartâ de usufructu alicujus rei testator quid disposuerit, alterius quoque rei usumfructum legatum censeri dixerim, † 5
quia in dubio semper facienda est interpretatio, ut testator præsumatur minus voluisse gravare heredem, quam fieri possit, *l. Tutia. 34. §. qui invita filia. 5. vers. non est enim verisimile l. unum ex familia. 67. §. si rem tuam. 8. ff. de legat. 2. l. qui concubinam. 29. §. 1. l. nummis 75. ff. de legat. 3.*

Ita Domini in causa Christophori Franckens zu Leipzig/ Mens. Majo Anno 1632. (Verba sentent.: Hat Sigismund Kestner seines Hauses und Gartens wegen diese Verordnung gemacht/ daß sein Weib solches Hauß und Garten auff ihr Leben besitzen und genieſſen/ nach ihrem Tode aber der eingesatzte Erbe solches allein behalten solle/ darneben ferner Hansen Herteln etliche Wiesewachs vermacht und legiret. Ob nun wohl die Erben in denen Gedancken stehen/ daß ihnen an solchem Wiesewachs nicht minder/ als am Garten/ davon zugleich/ und in einem contextu verborum Verordnung gemacht/ die Fruchtnieſſung auff ihr Leben zuständig sey. Dieweil aber dennoch der Testator mit keinem einigen Wort hiervon ausdrücklichen etwas vermeldet/ sondern vielmehr dieses disponiret, daß beyderseits Erben den Wiesewachs dem Legatario einräumen sollen/ ꝛc. So haben sich auch bemeldte Erben einiger Fruchtnieſſung an gedachtem Wiesewachs nicht anzumassen/ sondern sie seyn solche Wiesen alsobald dem Legatario einzuräumen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Mortuo usufructuario consolidatur usus fructus cum proprietate, & revertitur ad eum, qui proximus fuit heres tempore mortis testatoris.

1 HOc equidem certum est, quod Usus fructus morte Usufructuarii finiatur & cum proprie-
2 tate consolidetur, §. *ult. Instit. de Usufr.* † sed si ita legatus fuerit usus fructus, ut post mortem legatarii revertatur ad proximos testatoris cognatos, dubitari solet, quonam tempore proximitas considerari debeat? Et placuit usumfructum ad eum rever-
3 ti, † qui proximus fuit tempore mortis testatoris, ad quem statim translata fuit proprietas, non tempore mortis usufructuarii, Hartm. Pistor. *obs. 75.* Petr. Peck. *de testam. conjug. lib. 5. cap. 5.* Andr. Gail.
4 *lib. 2. obs. 143. num. 2. & sequentib.* † Cujus rei effectus potissimum in eo consistit, quod heres proprietatis de futuro usufructu non solùm disponere possit, sed & spem usus fructus unà cum proprietate, ad
5 heredes suos transmittat: † Veluti, si quis uxori relinquat usumfructum domus, ita ut defunctâ eâ, ad proximos mariti Agnatos redire debeat, & decedat relictâ sorore, quæ de jure Saxonico, exclusis alteri-
6 us defunctæ sororis liberis, heres est proxima; † sed eâdem ante Usufructuariam decedente, filiamq; relinquente, licet eo tempore, quo Usufructuaria diem obiit, extent utriusque sororis jam defunctæ liberi in pari gradu, attamen domus ad solam filiam sororis ejus, quæ mortis fratris tempore superstes fuerat, pertinebit, alterius sororis liberis exclusis:
7 † Quia scilicet soror fratri superstes sola heres ejusdem existit, in eamque proprietas prædictæ domus translata fuit, quam deinceps ipsa ad filiam suam transmittit, ut proinde etiam usus fructus post mortem usufructuariæ cum proprietate consolidatus ad eam revertatur, Hartman. Pistor. *dict. observ. 75.*
8 † Nec enim Usus fructus formalis consistere potest, nisi proprietas rei apud alium existat, Dd. *in l. extraneum 11. ubi* Jason *C. de hered. inst. & in l. filius à patre 28. in pr. ff. de lib. & posth.* † Existere autem non
9 potuit proprietas, nisi penes eum, qui proximus statim fuit tempore mortis testatoris, vel ex ipsius etiam
10 tacitâ voluntate, † quæ conformanda est juri communi, sed aliud expressè dispositum non fuerit, Andr. Gail. *dict. obs. 143. n. 3. & 4.* Simon. Ulric. Pistor. *in*
11 *not. ad* Hartm. Pistor. *dict. obs. 75.* † Aliud dicendum arbitror, quando proprietas unà cum usufructu fuit relicta Viduæ superstiti, & post ejus mortem Cogna-
12 tis proximis. † Quo ipso fideicommissum inducitur, ubi proximitatis habetur ratio tempore mortis heredis seu Viduæ, ut dixi *Supr.* Const. *8. Defin. 25.* Andr. Gail. *dict. obs. 143. n. 5.*

Ita Domini in causa heredum Hansen Marttens zu Nesbra/ Mens. Jun. Anno 1597. (Verba sententiæ: Hat Hans Martta mit seinem Eheweibe ein Testament auffgerichtet/ darinnen die Verordnung gethan/ daß auff eines oder des andern Todesfall/ das Uberlebende alle desselben Güter auff sein Lebenlang zu gebrauchen und zu geniessen haben/ und nach des letzten Absterben dieselbe auff beyderseits Freunde zugleich kommen und fallen sollen/ Ist nun erstlich Hans Martta der Mann/ und zuletzt auch das Weib gestorben/ und zur Zeit seines Absterbens seynd Thomas Spangenberg und Hans Albe/ welche ihm so nah als ihr verwandt/ noch am Leben gewesen. Ob sie nun gleich vor der Wittiben verstorben/ dieweil sie aber dennoch des Eigenthums der Güter bald nach seinem Absterben/ so wohl als ihr fähig gewesen. So haben sie ihr Recht/ so sie des Eigenthums halber daran gehabt/ auff ihre Kinder verfället/ und weil nunmehr durch Absterben der Wittiben die Fruchtniessung sich geendet/ So werden ihre Kinder an ihre statt/ nebens euch zur Theilung solcher Güter billich zugelassen/ V.R.W.)

In causa heredum Melchior Pfaffens zu Saltza/ Mens. Mart. Anno 1593. (Verba sent: Hat Melchior Pfaffe eurer Mutter Bruder und desselben Haußfrau einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen unter andern verordnet/ da ihrer beyden eins vor dem andern mit Tode abgehen würde/ daß das überlebende alle nachgelassene Güter e Zeit seines Lebens geniessen/ und gebrauchen/ nach dessen Absterben aber berührte Fruchtniessung ihre Endschafft haben/ und die Güter an beyderseits Freundschafft kommen und fallen solten. Ist nun erstlichen obgedachter eurer Mutter Bruder/ Melchior Pfaffe/ vor 6. Jahren/ und nach ihme vor einem Jahre seine vollbürtige Schwester/ Dieterich Fischers Haußfrau/ letzlichen obberührte seine Wittib Todes abgangen/ und es hat bemeldtens Melchior Pfaffens Schwester einen Sohn/ davon eure Frage meldet/ nach sich gelassen. So hat vielgedachter Melchior Pfaffe seine bewegliche und unbewegliche Güter vermöge angeregten Testaments auff erwehnte seine Schwester/ und dieselbe fürder auff ihren Sohn gebracht und verfället/ und ihr habt euers Fürwendens ungeachtet/ daran keine Foderung/ V.R.W.)

Et in causa heredum Elisabethen Sorgenfreyens zu Kemberg/ Mens. Aug. Anno 1636.

Definit. XVII.

Augmentum per alluvionem fundo fructuario adjectum, ratione Usus fructus pertinet ad Usufructuarium.

CLarum est Ulpiani responsum *in l. item si fundi* 1
9. §. huic vicinus. 4. ff. de usufruct. augmentum scilicet, quod abluvione accessit fundo, cujus quis solum habet usumfructum, ratione usus fructus ad Usufructuarium, ratione vero proprietatis ad dominum fundi pertinere. † Unde fit, ut alluvionis 2
augmentum, quod fundo emphyteutico vel feudatario accrevit, quoad directum dominium, domino directo, quoad utile verò dominium Emphyteutæ vel Vasallo acquiratur, *§. si quis de manso. 5. & §. rursus. 6. tit. 4. lib. 1. FF. ubi* Feudistæ. Gloss. *in l. 1. ubi* Dd. *C. de jur. Emphyteut.* † Alia tamen est 3
ratio Insulæ juxta fundum in flumine natæ, cujus Usus fructus ad usufructuarium non pertinet, ex sententia Pegasi, quam confirmat Ulpianus additâ ratione, † quia ex incremento tantùm quod latitat, usus- 4
fructus augeatur, † quod verò separatum apparet, fructuario non accedat *in dict. l. item si fundi. 9. §. 4. vers. sed si Insula. ff. de Usufr.* 5

Ita Domini in causa Dippolds von Schönfeld zu grossen Kochberg/ contra die von der Pforten zu Reinstädt ad Consultationem Quæstoris zu Leuchtenburg/ Mens. Nov. Anno 1621.

Definit. XVIII.

Non debentur legata nisi post exsolutionem æris alieni & Legitimæ liberorum.

CErti juris est, quod legata non debeantur an- 1
tequam deductum fuerit æs alienum defuncti; Præferuntur enim Creditores omnibus Legatariis, §. *cum autem. 3. Inst. de Leg. falcid. l. in imponendâ. 6. Cod. eod.*

eod. tit. Joh. Schneidewin. & Harppr. *in dict. §. cum autem. 3. in pr. Inst. de leg. Falc.* Anton. Fab. *in*
2 *Codic. lib. 1. tit. 2. defin. 37. n. 3.* † Cujus rei ratio exinde redditur manifesta, quod bonorum æstimatio fieri nequeat, nisi ære alieno primùm deducto: Bona
3 etenim non intelliguntur, † nisi illa, quæ post solutum æs alienum supersunt, *l. mulier. 72. ff. de jur. dot. l. subsignatum. 39. §. 1. ff. de V. S.* † Ex quo porrò
4 inferendum, nec ante exsolutionem Legitimæ liberorum legata deberi, quia hæc quoque ad æs alienum refertur, † ad quod exsolvendum pater li-
5 beris jure naturæ obligatus est, *Novell. 1. in præfat.*
6 *§. 2.* Harppr. *ad §. ult. n. 56. instit. de inoff. testam.* † Unde & fit, quod tàm à legatariis, quàm Creditoribus, supplementum legitimæ petatur, *l. si ex patronis. 10. l. libertus sub conditione. 20. §. 2. & 3. ff.*
7 *de bon. libert.* † quia legitimæ defectus ex substantiâ patris (in quâ utique & legata esse censentur) suppleri debet, *l. scimus. 36. post pr. vers. repletionem. C. de inoff. testam.* Bartol. *in l. quartam. 91. ff. ad Leg. falcid. n. 13.*

Ita Domini in causa Caspari Leipolds zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1571. (Verba sentent: Ob wohl ein Weib/ davon eure Frage meldet/ in ihrem Testament viel legata verordnet. Da sich aber demnach die Schulden/ so die Verstorbene verlassen / und ihrer Kinder legitima so hoch erstrecken thäte / daß gedachte legata aus der Erbschafft nicht könten entrichtet werden / so hätten auch diejenigen/ denen die legata beschieden worden / sich derer zu erfreuen und anzumaßen nicht fug / V. R. W.)

Et in causa Nobilium à Zehmen / Mens Septembr. Anno 1634. (Verba sentent: Finden sich etliche Schulden/ die aus dem Erbe gefodert werden wollen/ ꝛc. So mögen die Erben / ehe und zuvor die Schulden bezahlet/ einige legata abzustatten nicht angehalten werden / V. R. W.)

Definit. XIX.

Legatum nominis per exactionem ademptum videtur, nisi alia testatoris mens appareat.

1 Nudâ schedulâ, quin & solâ voluntate testatoris expressâ, absque aliis solennitatibus legata adimi possunt, *l. 3. §. non solum. 11. ff. de adim. legat.*
2 Coler. *part. 2. decis. 249.* † Ita & legatum nominis extinguitur, si testator ipsemet hoc exigat, *§. tàm autem corporales. 21. Inst. de legat. l. si sic legatum. 75. §. 2. vers. etsi vivus. ff. de leg. 1. l. fideicommissa. 11. §. ergo. 13. ff. de legat. 3.* Donell. *lib. 8. comm. 17. num. 50.* Harppr. *in pr. Inst. de adempt. & translat. legat. n.*
3 *31.* † Quia solutâ & exactâ pecuniâ, nullum amplius
4 est debitum. † At legatum debiti esse nequit, nisi & debitum existat, *dict. l. 75. §. 1. & 2 ff. de legat. 1.* Sed
5 hoc ita, nisi alia testatoris mens appareat, † veluti, si certa pecuniæ summa legetur, ejusque solutio ad certum locum & personam destinetur, vel si à debitore suâ sponte debitum offerente, testator illud acceptet, *dict. l. fideicommissa. 11. §. 13. ff. de legat.*
6 *3.* † Item, si condemnari quidem debitorem fuerit passus, non verò pecuniam exegerit: aut si bona testatori in solutum data sint, non tamen ab eo-
7 dem alienata, † vel, si alio quoque modo legatarius probet, non animo legatum adimendi, pecuniam illam exegisse testatorem, *l. nepoti. 6. circa fin. ff. de instruct. vel instrum. legat.* Bald. *in l. qui post testamentum. 3. n. 8. & 12. C. de legat.* Franc. Mantic. *de conj. ult. volunt. lib. 12. tit. 2. n. 19. & seqq.* Harppr. *d. §. ult. n. 31. & in §. 21. n. 6. Inst. de legat.*

Ita Domini in causa Christophori Queitzschens zu Reichenbach / Mens. April. Anno 1633. (Verba sententiæ: Seyn Friederich Kebern in obgedachtem Testament 30. Rthlr. dergestalt / daß er dagegen sich eurer zwey Kinder benebens euch als ein Vormund annehmen / und dem wiederumb 10. Reichsthlr. daß er euren Sohn Christophen/ so lange er in seiner Lehrzeit verbleibet/ mit Essen und Trincken versorgen solte/ vermacht worden/ derer keines aber der Legatarius ins Werck gesatzt / noch vollzogen/ ꝛc. So ist er solcher Verordnung nochmahls nachzukommen schuldig/ und werden ihme so dann die legata billich gefolget/ V. R. W.)

Definit. XX.

Legatum propter certam aliquam causam relictum præstandum non est Legatario, priusquam is jussui testatoris satisfecerit.

Quum in dispositione testatoris pro ratione 1
attendatur voluntas, *l. ex facto 35. §. rerum autem Italicarum 3. ff. de hered. instit. l. in conditionibus primum locum 19. ff. de condit. & demonstr.* † probè 2
mens & intentio testatoris considerari, ejusque voluntas omnino adimpleri debet, etiam in legato, quod non solùm purè, *l. 1. & passim. ff. de condit. & demonstr.* † sed & cum adjectione diei, *dict. l 1. ff. d.* 3
t. §. pœnæ 36. Instit. de legat. tot. tit. ff. de his quæ pœnarum. † Conditionis, *l. un. §. 3. C. de caduc. tollend.* 4
† Causæ vel modi relinquitur, *l. 17. ff. de condit. & de-* 5
monstr. † Ex certâ itaque causâ relictum legatum 6
præstandum non erit, priusquam legatarius jussui testatoris omninò satisfecerit: Quod enim dicitur, causam etiam falsam non vitiare legatum. *dict. l. 17. l. 33. ff. de condit. & demonstr.* † Id neu- 7
tiquam procedit, quando constat, testatorem aliàs non fuisse legaturum, vel si causa conditionaliter fuerit concepta, *l. 52. l. 65. §. id quoque 2. ff. de cond. indebit. l. 17. l. 72. §. falsam. 6. ff. de condit. & demonstrat. §. longè. 31. Inst. de legat.* † Non enim 8
ex figurâ verborum æstimanda & discernenda conditio est, sed ex eorum vi & potestate, † quam 9
sola testatoris aut contrahentium voluntas inducit, *l. in conditionibus. 19. in pr. §. 1. & 2. l. pater. Severianam. 101. in pr. & §. 1. ff. de condit. & demonstr.* Anton. Fab. *in C. lib. 6. tit. 23. defin. 5. num. 3.* † Quin 10
& in testamentis ac ultimis voluntatibus minus interest, quàm in contractibus, an conditio sit an modus, Cravett. *consil. 59.* Fab. *in C. lib. 6. tit. 22. def. 3. num. 3.*

Ita Domini in causa Christophori Queitzschens zu Reichenbach / Mens. April. Anno 1633. (Verba sententiæ: Seyn Friederich Kebern in obgedachtem Testament 30. Rthlr. dergestalt / daß er dagegen sich eurer zwey Kinder benebens euch als ein Vormund annehmen / und dem wiederumb 10. Reichsthlr. daß er euren Sohn Christophen/ so lange er in seiner Lehrzeit verbleibet/ mit Essen und Trincken versorgen solte/ vermacht worden/ derer keines aber der Legatarius ins Werck gesatzt / noch vollzogen/ ꝛc. So ist er solcher Verordnung nochmahls nachzukommen schuldig/ und werden ihme so dann die legata billich gefolget/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Legato pauperi relicto quisnam pauper dicatur.

Accidit sæpè, ut testator per modum stipen- 1
dii relinquat legatum amicis suis pauperibus, qui hoc indigent ad sui sustentationem, ubi disceptari potest, *quisnam pauper dicatur?* † Præcisè 2
namque adimplenda est testatoris voluntas, *l. in conditionibus primum locum. 19. ff. de cond. & demonst.*

3 † Nec mutanda fundatio teſtatoris, nec convertendum ejus beneficium in alios uſus, ut videre eſt ex traditis Modeſt. Piſtor. *part. 4. qu. 154. ubi* Jacob.
4 Schult. *in addit.* † Etſi verò alleganti paupertatem incumbat onus probandi, Gloſſ. *in l. ſi verò 5. §. qui pro rei qualitate 1. ff. qui ſatisd. cog.* Didac. Covarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. 6. n. 2.* Jac. Menoch. *de*
5 *præſumpt. lib. 6. præſumpt. 25. n. 14.* † Attamen ſcire oportet, quidnam probandum ſit & quis propriè
6 pauper dicatur: † Ubi placuit, pauperem dici eum, qui bona propria mobilia vel immobilia non poſſidet, ſed operis manualibus ſe ſuſtentare neceſſe ha-
7 bet, † juxta tradita Cravett. *conſ. 199. num. 8.* Jaſon. *in l. ſi conſtante. 147. ff. ſolut. matrim.* Salyc. *in Auth. præterea. C. Unde vir. & Uxor.*

Ita Domini in cauſa Martini Oehmichers zu Mittweida/ Menſ. Majo, Anno 1602. (Verba ſentent. Hat euer Vetter Caſpar Oehmicher in ſeinem Teſtament unter andern verordnet/ daß aus ſeiner Verlaſſenſchafft ſolten fünffhundert Gülden auff Zinſen ausgethan/ und die Zinſe darvon jährlichen einem armen unvermögenden Freund in ſeiner Freundſchafft/ der ſich in Eheſtand zu begeben willens/ zur hälfftlichen Beyſteuer/ oder da keiner verhanden/ gedachte Zinſen andern ſeinen armen Freunden/ iedoch einem ieden nur einmal/ gefolget werden. Ob er nun wol dabey nicht gemeldet/ wie arm derſelbige ſeyn ſolle/ ſo des beneficii fähig ſeyn will/ ꝛc. So werden doch ſolche Wort von denen Freunden/ ſo nichts eigenes haben/ ſondern ſich mit ihren Handwercken/ oder Handarbeit ernähren müſſen/ billich verſtanden/ V. R. W.]

Definit. XXII.

Fundo inſtructo ſive cum omnibus pertinentiis legato, legata etiam cenſentur mancipia & inſtrumenta fundi, nec non cibaria & alimenta ad alenda pecora & miniſtros neceſſaria.

1 LEgatum fundi inſtructi uberius & plenius eſt,
2 quàm Legatum fundi cum inſtrumento: † Nam
3 hóc tantùm ipſius agri inſtrumentum, † illud etiam ipſius patrisfamiliâs proprium inſtrumentum continet, *l. quæſitum. 12. §. ſed ſi fundus. 27. ff. de inſtr. vel inſtrum. legat. l. 1. l. 2. C. de Verb. S.* Matth. Weſenb. *ad §. ſi quis ancillas. 17. num. 6. Inſt. de legat. ibique* Johan. Harppr. *num. 11. &* Joh. Schneidew. *n. 11. & 12.*
4 † Et fundo ſive prædio inſtructo legato, continentur omnia, quæ in fundo collocata ſunt, ſive quæ ibi habuit paterfamiliâs, ut inſtructior eſſet, Jacob.
5 Menoch. *de præſumpt. lib. 4. pr. 154. n. 14.* † ac proinde etiam ſuppellex, quæ illic fuerit uſus teſtatoris gratia, menſæ, ſcamna, vitra, aurum & argentum,
6 † Vina quoqué, quæ ibi fuerunt, & oleum, *dict. l. 12. §.*
7 *28. ff. de inſtr. vel inſtr. leg.* † Nec non cibaria & utenſilia, *dict. l. 12. §. 28. & 35. l. 20. in pr. ff. de inſtr. &*
8 *inſtrum. legat.* † Continentur quoque ſub hoc nomine mancipia non ſolùm ad cultum cuſtodiamve villæ, ſed etiam patrisfamiliâs miniſterium pertinen-
9 tia, *dict. l. 12. §. 35. ff. d. t.* † & imagines, quæ in ali-
10 quo ornatu villæ fuerunt, *dict. l. 12. §. 36. ff. d. t.* † Planè, fundus inſtructus legatus ita dari debet, ut eſt, cum dies legati cedit, *l. 28. l. 3. in pr. ff. de inſtr. & inſtrum. legat. l. 28. ff. quando dies legat.* Jac. Menoch. *dict. præſ. 154. n. 14. 15. 16.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Schildbachs zu Willitzgrun Menſ. Nov. Anno 1633. (Verba ſententiæ: Hat euer Vetter Hans Schildbach der ältere am 24. May 1631. einen letzten Willen auffgerichtet/ und darinnen euch ſein halbes Gut zu Willitzgrun/ zuſammt aller und ieder ſeiner Zugehörung/ wie es damahl geſtanden und gelegen/ vermacht und zugewendet/ ꝛc. So gebühret euch Innhalts berührter Verordnung/ neben dem halben Gute und denen darzu gehörigen beſeeten/ und unbeſeeten Aeckern/ Wieſen und Gärten/ auch die Helffte alles darinnen verhandenen Vorraths/ an Schiff/ Geſchirr/ Pferden/ Kühen und anderm Viehe/ Heu/ Strohe/ Tiſche/ Bäncke/ Spanbetten und dergleichen/ wie auch die Helffte des Getreydigs/ ſo viel man zur Brötung und Saat/ oder ſonſten in der Haußhaltung bedürfftig/ ꝛc.)

Definit. XXIII.

Fundo licet inſtructo legato, non tamen legatum videtur frumentum venale in eo reconditum.

1 LEgato itaque fundo, cibaria quoque legata cen-
2 ſentur, † adeoque & frumentum, Defin. *præc.*
Sed hæc ita, quatenus uſui fundi ad alenda pecora & miniſtros inſerviunt: † Secus verò, ſi non uſûs 3
ſed cuſtodiæ cauſa, ut poſtea vendantur, ibi congeſta ſint, *l. 12. §. 29. ff. de inſtr. vel inſtr. leg. l. 1. C. de V. S.* † Inſtructo ſiquidem fundo legato, non 4
continentur, quæ temporis cauſa ibi teſtator habuit, *l. 2. C. de V. S. l. 12. §. 37. ff. de inſtr. vel inſtrum. legat.* † Ergò nec fructus eò repoſiti ut venirent, 5
vel in alium uſum, quàm fundi converterentur, *dict. l. 12. §. 30. ff. d. t.* † Sicuti nec, qui tutelæ cauſa 6
ob incurſionem latronum, teſtator ibi habuit, *l. 1. C. de V. S.* † neque imagines, quæ in ornatu villæ non 7
fuerunt, *dict. l. 12. §. 36. ff. eod.* † neque Vina in horreis repoſita, quibus alibi inſtrueretur paterfamiliâs, 8
dict. l. 12. §. 39. ff. eod.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſententiæ: Des andern Getreydigs aber/ ſo man zu Brötung und Haußhaltung nicht bedürfftig/ ſondern zum feilen Kauff da lieget und auffgeſchüttet worden/ habt ihr euch nicht anzumaſſen/ ſondern es hat ſolches der Teſtator auff ſeine beyde Schweſtern ab inteſtato bracht und verfället/ V. R. W.)

Definit. XXIV.

Veſtibus ſimpliciter legatis, cenſentur quoq; legatæ veſtes feſtivæ & ad ornatum præparatæ.

1 VEſtes an veſtimenta legentur, nihil refert, *l. ve-*
ſtis. 23. ff. de aur. & arg. legat. † quænam verò 2
intelligantur veſtes legatæ, ex verbis teſtatoris, vel ſaltem ex præſumptâ ejus voluntate colligi debet, juxta tradita Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. l. 6. tit. 11. num. 15. & ſeqq.* † Nimirum, veſtimen- 3
tum illud cenſetur relictum, quod cõgruit perſonæ Legatarii, ut Bald. explicat in *l. 1. num. 12. C. de legat. & in l. plenum. 12. §. equitii 4. ff. de uſu & habitat.* † ubi dicit, ſi teſtator legaverit Uxori lectum ſu- 4
um, non venire culcitras de Syrico, quia nempe Viduæ non conveniunt; † Et ſcribit Salycet. *in l. ult. n. 6. C. de ind. viduit. toll.* ſi teſtator reliquerit Uxo- 5
ri annua veſtimenta, ea non niſi ſecundum ſtatum & conditionem perſonæ, maximè vidualem deberi. † Nunquam enim veſtes, quæ ſunt prohibi- 6
tæ, intelliguntur legatæ, cum nec legari poſſint, Bartol. *in l. quamvis 26. num. 2. ff. de aur. & arg. leg.* † 7
Planè veſtibus ſimpliciter legatis, cenſentur quoque veſtes legatæ feſtivæ, & ad ornatum præparatæ, Bartol. *in l. librorum. 52. §. ult. ff. de legat. 3. & in l. ult. §. uxori. 1. ff. de aur. & argent. leg.* Franc. Mantic. *de*

conj.

8 *conj. ult. volunt. lib. 9. tit. 3. n. 23.* † Sub legato vestis tamen non continetur aurum, *l. si quis in fundi.*
9 *4. ff. de legat. 1.* † nisi sit contextum, sive annexum, *arg. l. cum aurum. 19. §. planè. 4. ubi* Bartol. *ff. de aur. & arg. legat.* Bald. *in l. in legatis 21. n. 2. C. de legat.*

Ita Domini in causa Andreæ von Böldickens zu Gruna/ Mens. Decembr. Anno 1631. (Verba sentent: Daß durch die Kleider/ so euch beschieden worden/ alle die jenigen Stücke/ so zu Bedeckung des Leibes/ so wol für Frost und Blösse/ als auch zur Zierde gehörig/ billich verstanden werden/ V. R. W.)

Definit. XXV.

Legatum pro dote vel nuptiarum causâ relictum, defuncto legatario, antequam nuptias contraheret, ad heredes non transmittitur.

1 LEgatum dotis aut nuptiarum nomine relictum, in dubio conditionale non purum censetur, *l. Titio centum. 71. §. Titio genero. 3. ff. de condit. & demonstr. Novell. 123. cap. si quis sub conditione.*
2 *37.* † Quia & promissio dotis causâ facta, quæ cum legato, eandem ob causam facto, comparatur, *l. si divortio. 21. ff. de V. O.* Bartol. *in l. Jure Civili 24. ff. de condit. & demonstr.* semper in se conditionem habet, si nuptiæ sequantur, *l. promittendo. 41. in*
3 *pr. ff. de jur. dot.* † Nec enim dos esse potest, ubi matrimonium adhuc nullum est, *l. si ego. 9. in pr. l.*
4 *tali. 48. ff. de jur. dot.* † Quod & ita se habet in legato, in quo nuptiarum causa exprimitur, *l. in testamento. 31. l. conditionum. 91. ff. de condit. & demonstr. l. si dies. 21. ff. quand. dies legat. vel fidei. ced. l. si Titio. 22. ff. eod. tit. l. hæc conditio. 10. l. cui fuerit. 14. ff. de condit. & demonstr. l. sancimus. 24. C. de*
5 *nupt.* † ubi dicitur, non sufficere nubilem ætatem, nisi & ipsa nuptiarum accedat festivitas, Bartol. *in dict. l. 71. §. Titio genero 3. ff. de cond. & demonstr.* Covarr. *in cap. nos quidem. 3. n. 11. extr. de testam.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. cap. 18. n. 20. & seq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 146. n. 1.*
6 † Cui consequens, si Legatarius decedat, antequam matrimonium vel nuptias contrahat, ex-
7 pirare legatum & heredirati accrescere, † non autem ad Legatarii heredes transmitti, ceu deficiente conditione legati, *l. un. §. sin autem aliquid. 7. C. de caduc. tollend. dict. l. Titio 71. §. 3. ff. de condit. & de-*
8 *monstrat.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 31. n. 2.* † perinde, ut dos filiæ ex feudo paterno debita ad heredes non transmittitur, sed apud feudales successores manet, si filia, antequam in matrimonium collocaretur, decesserit, *Supr. p. 2.* Const. Elect. *46. Defin. 19.* Pist. *part. 2. q. 37. n. 25.* Heig. *dict. quæst. 31. num. 10.*
9 Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 38. n. 2. & seqq.* † Quod ipsum tamen limitatum volo, in casu quo pater filiæ dotis legatum relinquit, quod procul dubio pro legitima reliquisse creditur, ideoque purum habendum erit hoc legatum, & ad heredes trans-
10 missibile, † quia legitima debet esse libera ab omni conditione & dilatione, *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoff. testam.* Petr. Heig. *dict. quæst. 31. n.*
11 *13.* † Similiter quoque legatum pro puro & ad heredes transmissibili habendum est, quando ex conjecturis liquet, testatorem magis de modo,
12 quàm conditione sensisse; † Veluti, si tempus certæ ætatis, matrimonii, dotis & nuptiarum adjicitur post præcedentem dispositionem pu-
13 ram: † Aut quando sit mentio nuptiarum in ea parte testamenti, quæ ad executionem legati, non autem ad dispositionem pertinet; † Quia tùm
14 non ad faciendam conditionem, sed saltem differendæ solutionis causâ, tempus denotatum intelligitur, *l. ex his. 5. C. quando dies legat. ced.* Heig. *dict. quæst. 31. n. 15.*

Ita Domini in causa Johannis Sturms zu Budissin/ Mens. Octobr. Anno 1630. (Verba sent: Hat euers Weibes voriger Ehemann ein Testament auffgerichtet/ und in demselbigen seine Haußfrau euer letziges Eheweib zur Erbin aller seiner Verlassenschafft eingesatzt/ darneben auch seiner Schwester Marthen hinterlassenen 4. Kindern/ wenn sie ihre mündige Jahr erreichet und heyrathen würden/ 900. Marck zur Mitgifft legiret und beschieden/ und es ist das eine Mägdlein im 8. Jahr ihres Alters Todes verfahren/ &c. So ist desselben Antheil eurem Eheweibe als der Erbin wiederum anheim gefallen/ und die andern drey Geschwister seyn weder Zinsen noch Capital zu fodern berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XXVI.

Legatum studiorum causa relictum expirat & hereditati accedit, quando legatarius à studiis desistit.

1 QUum testator uni ex heredibus suis literis incumbenti studiorum causâ certam pecuniæ summam prælegasset, idque heredes ipsi exsolvissent, derelicto postea ab eo studiosorum ordine disceptatum fuit, † annon heredes prælega-
2 tum illud jam exsolutum repetere possent? Ubi potissimum controverti videbatur, † an legatum
3 hoc conditionaliter, an verò sub certo saltem modo relictum fuisset: Inter modum enim & conditionem ea præcipuè differentia existit, quod conditio actum suspendit & deficere facit, modus verò non suspendit, Dd. *in rubr. C. de donat. quæ sub modo vel condit. & in l. cum ab eo. 41. ff. de*
4 *contr. empt.* † Verum in contractibus quidem differentia hæc locum habet, secus verò in ultimis
5 voluntatibus & legatis, † ubi parum differt modus à conditione, cùm modus sit causa finalis dispositionis, Cravett. *Consil. 59. n. 4.* Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 22. defin. 2. n. 3.* † Adeoque legatum illud 6
studiorum causa relictum omnino conditionale erat, ac proinde deficiente conditione extinctum ac ad heredes reversum videbatur: † Quia ces- 7
sante causâ finali ipsum quoque legatum cessat, *l. Epistolam. 75. in pr. ff. ad SCtum Trebell.* † Et lega- 8
tum relictum ob causam, tacitâ voluntate intelligitur ademptum, si causa non impleatur, *l. 2. de his quæ sub mod.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. n. 14.*

Ita Domini in causa heredum Christophori Nürnbergers ad consultationem Senatus VVeidensis, Mens. Febr. Anno 1631. (Verba sentent: Hat euer Mitbürger Christoph Nürnberger ein Testamentum inter liberos auffgerichtet/ und darinnen unter andern verordnet/ daß seinem Sohn/ Johann Nürnbergern/ so damahls zu Eißleben in der Schulen gewesen/ zu seinen Studiis eine gewisse Schuldforderung auff 120. fl zum Voraus abgetreten werden solte. Ob nun wol solches allbereit geschehen/ und Johann Nürnberger das Legatum zum Voraus erlanget/ Dieweil er aber dennoch seine Studia nicht fortgesetzet/ sondern alsobald nach des Vatern Absterben darvon abgestanden/ sich verehlichet/ und Bürgerliche Nahrung mit Brauen und Ackerbau angefangen/ &c. So hat er sich des Legati hierdurch verlustig gemacht/ derowegen er solches wiederumb auszuantwor-

ten und in gemeine Erbtheilung zu bringen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXVII.

Legatum ad piam causam, abrogatâ eâ, ad alios pios usus converti debet.

1 QUod semel Deo dicatum est, amplius ad usus profanos transferri non debet, sed talia oblata & relicta debent ad alium pium usum converti, *l. legatum 16. ubi* Bartol. & Dd. *ff. de Usu & Usufruct. legat. can. quæ semel. 4. caus. 19. quæst. 3. Levit. 27. vers. 28.* Ernest. Cothm. *vol 2. Cons. 100. num. 18. 19.* † ne forsan per ablationem rerum Deo, Ecclesiæ, vel pauperibus dedicatarum, sacrilegium committatur, quod banni sive excommunicationis pœnam meretur, *Novell. 7. cap. 10. can. nulli liceat. 3. caus. 12. q. 2. c sacrilegium. 4. caus. 17. q 4* † Legatum ergò ad piam causam, vel eam, quæ putabatur tunc pia, veluti pro celebratione missarum, invocatione sanctorum, usu monasteriorum, cessante hodie illâ causâ, quia detegitur esse impius usus, † non revocatur, nec ad heredes testatoris pertinet, sed ad alios usus pios converti debet. † *arg. d. l. legatum. 16. ff. de usu & usufr. legat.* Wesenb. *vol. 1. consil. 37. num. 6. & seqq.* Cothm. *dict. cons. 100.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 54.* Nicol. Reusn. *lib. 4 decis. 7.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 2. cap. 13. n. 10. & seqq.* Borch. *p. 2. consil. 20. fol. 179.* Coler. *part. 2. decis. 244.* Joh. Schneidewin. *ad §. sacræ 8. n. 10. Inst. de rer. divis.* Schurff. *consil. 48. & 90. cent. 1.* Tiraquell. *de privil. piæ caus. privil. 135. & in tract. Cessante causâ cessat & effect. in verb. legati causa. num. 125.* † Quod & Recess. Imp. August. *de Anno 1555.* consentaneum est. Nachdeme aber etliche Stände des Reichs / etc. † Nec unquam deficient aliæ piæ causæ, in quarum commodum legata poterunt converti, putà: Ad conservandum ministerium; Ad pias scholas constituendas; Ad juvandos pauperes; Ad causam studiorum; Ad conditionem & meliorationem Nosocomiorum & ad salutem Reipublicæ, *arg. l. sancimus. 21. l. quoniam. 26. C. de S.S. Eccles. cap. 16 extr. de præbend.* † Veluti etiam Principes Germaniæ piissimos pro monasteriis, Scholas, Nosocomia & Xenodochia constituisse novimus, quos propterea laudat Everh. à Weihe *in aul polit. reg. 216.*

Ita Domini in causa Ottonis Edlen von Plato / Mens. Februar. Anno 1603. (Verba sentent.: Und ob wol das Kloster Gerbstedt ein Geistlich Gut ist / So ist doch dabey wohl zu bedencken / daß solches den Ordens-Personen / und nachdeme nunmehr das Klosterleben abgethan / und das Liecht des heiligen Evangelii an Tag kommen / auch demselben gemäß die Christliche Religion reformiret ist / Kirchen und Schulen zu Nutz verordnet worden / in Ansehung / daß zu dero Unterhaltung solche Güter angewandt werden sollen / wie solches durch Hieron. Schurff. cent. 1. cons. 47. num. 11. usque ad num 14 & in ead. cent. consil. 90. mit vielen Rechtsgründen stattlich ausgeführet / auch vom VVesenb. cons. 37. n. 67. & seqq. confirmiret, und durch des H. Römischen Reichs A. 55. zu Augspurg publicirten Abschied / und Churfürst Moritzen Hochlöblichster Gedächtniß publicirten löblichen Landes-Ordnung sub tit. von dem Uberlauff der Geistlichen Güter / & tit. seq. bestätiget wird / ꝛc.)

Definit. XXVIII.

Domo legatâ cum omnibus, quæ in ea reperiuntur, censentur saltem legata, quæ ad perpetuum domus usum sunt destinata.

QUando legatur domus cum omnibus, quæ in eâ reperiuntur, intelliguntur saltem legata mobilia illa, quæ sunt destinata ad perpetuum usum domus, † non etiam ea, quæ ad tempus tantùm ibi fuerunt duratura, *l. Cajus, 86. ff. de legat. 2. l. si fundus. 44. ff. de legat. 3. l. generali. 32. §. uxori. 2. ubi* Gloss. *ff. de usufr. legat.* Verba equidem testatoris generalia quis urgere posset: † Sed non tàm secundum propriam significationem ea sunt accipienda, quàm secundum personam proferentis & voluntatem testatoris interpretanda, *l. plenum. 12. §. equitii. 4. ff. de usu & habitat, l. ex militari 11. in pr. ubi* Bartol. *ff. de milit. testam. l. pen. ff. de adim. legat.* Bartol. *in l. 1. in pr. ff. ad Leg. falcid.* † Nam qualitas & voluntas loquentis intelligentiam verbi qualificat, *c. sollicitæ 6. extr. de major. & obedient.* † At non videtur testator alia mobilia in domo legatâ reperta voluisse legare, quàm quæ ad usum domus perpetuum fuêre destinata, Matth. Coler. *part. 2. decis. 245.* Jac. Menoch. *de præs. lib. 4. præs. 129. n. 7. & seqq. & præs. 155. n. 4. & seq.* † Accedit communis loquendi usus, secundum quem potius, quàm juxta propriam juris significationem verba accipi debent, ut probatur in *l. 3. §. ult. ff. de supell. legat. l. non aliter. 69. §. ult. ff. de legat. 3. l. cum de lanionis. 18. §. asinam. 2. ff. de fund. instr.* Pistor. *part. 1. quæst. 26. n. 24* † Hoc tamen nosse oportet, quod legatario non saltem res ipsa, sed etiam fructus rei legatæ debeantur, à die scilicet aditæ hereditatis, † si fructus fuerint percepti, *l. Herennius. 42 ff. de usur. l. si tibi homo. 86. §. si servus. 2. ff. de legat. 1.* Guttierez. *lib 2. quæst. 33.* † Nam fructus percipiendi non nisi à tempore moræ debentur, Bartol. *in l. fin. C. de usu & fruct. rei legat.* Pist. *observ. 116.*

Ita Domini in causa Martini Webers zu Helmsgrun / Mens. Augusti. Anno 66. (Verba sentent: Ob wohl Leonhard Große euerm Weibe sein Hauß mit allem Zugehör / so darinnen verhanden / legiret und beschieden / ꝛc. So werden doch die Bilder und Gläser so auff den Simsen zur Zierde gestanden / darunter nicht verstanden / derowegen auch bemeldtes euer Eheweib sich derer anzumaßen nicht befugt ist / V.R.W.)

Definit. XXIX.

Legatum non præsumitur in dubio relictum animo compensandi.

SI testator, qui uxori meæ ex contractu mutui centum debet, eidem in testamento certam pecuniæ summam legaverit, per id debitum non extinctum est, sed utrumque & debitum & legatum uxor petere poterit. † Nec enim compensandi animus in dubio præsumitur *l. creditorem. 85. ff. de legat. 2. junct. l. cùm ab uno. 53. ff. eod. tit. l. si compensando. 6. C. de hered. inst.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 17. defin. 8.* Pistor. *observ. 105.* † Sed hoc ita, si ex conjecturis non appareat, testatorem aliter sensisse, ut pluribus firmat Matth. de Afflict. *decis. 44.* † ubi aliquas conjecturas, ex quibus voluntas testatoris colligi poterit, congessit, Hartman. Pistor.

Piſtor. *dict. obſerv. 105. num. 19.* Nec aliter hanc definitionem intellectam velim, quàm de debitò merè voluntario, quod ex contractu vel diſpoſitione hominis originem traxit: † Alioquin ſi debitum eſt 6 neceſſarium, quod provenit ex legis vel ſtatuti diſpoſitione, ut ita quis neceſſariò debitor conſtituatur, tùm regulariter cenſebitur id, quod teſtamento relinquitur, animo compenſandi relictum eſſe, 7 *Auth. præterea, ubi* Dd. *C. unde vir. & Uxor.* † Veluti, ſi à patre dos fuerit legata filiæ; Etſi enim legatum hoc voluntarium eſt, tamen ex quo dotis cauſam continet, id quod poſteà dotis nomine filiæ elocatæ datum eſt, cenſetur compenſandi animo fa- 8 ctum: † Quamvis & hæc limitatio ſuas fallentias habeat, quas vid. *apud* Decium *in dict. Auth. præterea C. d. t. &* Hartm. Piſtor. *dict. obſ. 105.*

Ita Domini in cauſa Melchior Löblers zum Hayn / Menſ. Majo Anno 1628. (Verba ſent: Iſt Marcus Roſenberg vor etlichen Jahren eurem Weibe mit 100. fl. geliehenes Geldes verhafftet worden/ welche er biß dato nicht abgeſtattet. Ob er nun wohl darſieder in ſeinem Teſtament gedachtem eurem Eheweibe 100. fl. legiret und beſchieden/ welche ſie auch von den Erben paar über empfangen/ ꝛc. So mag doch ſolches Legatum auff ihre Foderung nicht gerechnet werden/ ſondern ſie iſt bemeldtes Debitum der 100. fl. nochmals einzumahnen wol befugt/ V. R. W.)

Definit. XXX.

Non poteſt, inſcio herede, legatarius propriâ autoritate occupare rem ſibi legatam, niſi interdicto Quod Legatorum ad reſtitutionem vel intereſſe convenire velit.

1 QUamvis legati dominium ſtatim à morte teſtatoris ipſo jure legatario illud agnoſcenti acquiratur, *l. legatum 80. ff. de legat. 2. l. ſi mulier. 3. §. ſi item 2. ff. de legat. 3. l. ſi poſt diem. 5. §. 1. ff. quando dies legat. ced. l. à Titio 64. in fin. ff. de furt.* attamen † propriâ autoritate ac inſcio herede, legatarius 2 rem ſibi legatam occupare & poſſeſſionem apprehendere non poteſt. † Æquiſſimum namque prætori viſum eſt, unumquemque non ſibiipſi jus dicere, 3 occupatis legatis aut fideicommiſſis, ſed ab herede petere *l 1. §. 2. ff. quod legator. ubi* Weſenb. *in parat. n. 3.* † In hunc enim finem interdictum, Quod legatorum, competit heredi teſtamentario pariter & ab inteſtato, contra Legatarium ad reſtituendam ipſi heredi poſſeſſionem rei Legatæ, quam propriâ auto- 5 ritate occupavit, *dict. l. 1. in pr. ff. quod legat.* † Quod ſi non faciat legatarius, condemnabitur in id, quod intereſt heredis, *l. 2. §. ex hoc interdicto. 2. ff. eod. tit.* Johan. Schneidewin. *ad §. ſequens diviſio. 2. Inſt. de interdict. ſub tit. de interdicto quorum legatorum* 6 *num. 21.* † Etſi verò ob falcidiæ retentionem hoc interdictum Quod Legatorum, maximè comparatum ſit, quo ſcilicet heres res legatas recipiat, ut quartam inde deducere, reliquum verò legati Legatariis reſtituere queat, *l. un. C. quod legat. ubi* Donell. *num.* 7 *4.* Jacob. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. Remed. 2. num. 6.* † Attamen etiam extra cauſam falcidiæ illud competere; probabile videtur, quando nempe here- 8 ditas ære alieno gravata eſt: † Nam & tunc Legatarius præoccupatum legatum reſtituere tenetur, cum Creditorum potior, quàm Legatariorum cauſa cenſeatur, *Nov. 1. c. 3. in fin.* Weſenb. *dict. loc. num. 4.* † Quin & in caſu electionis vel ubi 9 heredis intereſt, rem legatam ei de facto ablatam non eſſe, interdicto huic locus datur, puta, quando equus, ager, jumentum in genere fuerit legatum, & electio heredi relicta; † cum enim nec optimum, 10 nec peſſimum, ſed mediocre debetur, *l. legato generaliter. 37. ff. de legat. 1.* † Adeoque ſi legatarius 11 optimum propriâ autoritate occupârit, ex hoc interdicto illud reſtituere tenebitur, Salycet. *in l. un. C. quod Legator.*

Ita Domini in cauſa Hanſen und Elſä der Krugen zu Dederan / Menſ. Julio Anno 1634. (Verba ſentent: Haben die Legatarii ohne euern der Erben Willen und Vorbewuſt die ihnen vermachte Legata ſelbthätiger Weiſe occupiret/ und zu ſich genommen/ ꝛc. So ſeyn ſie ſolche euch wieder auszuantworten pflichtig / in Verbleibung deſſen/ werden ſie von ihrer ordentlichen Obrigkeit darzu billich angehalten / V. R. W.)

Et in cauſa heredum allodialium Johannis Georgii à Zehmen, Menſ. Martio Anno 1633. (Verba ſentent: Und es haben ſich die Legatarii ſolcher ihrer legirten Aecker und Wieſen/ ſelbthätiger Weiſe/ ohne euern der Erben Vorbewuſt angemaſſet/ ꝛc. So haben ſie ſich zwar berührter Legaten nicht verluſtig gemacht / wofern euch aber durch ihr ſelbthätiges Beginnen einiges Nachtheil zugezogen worden/ ſeyd ihr ſie derowegen ad intereſſe zu belangen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. XXXI.

Competit interdictum Quod Legatorum heredi etiam tùm adverſus legatarium, quando officio & autoritate Judicis miſſus eſt in poſſeſſionem rei legatæ.

QUid autem, *ſi legatarius inſcio quidem herede,* 1 *attamen officio judicis in poſſeſſionem rei legatæ miſſus fuerit, adeoq; magiſtratus autoritate eam occupaverit?* † Nihilominus & tùm heredi interdictum 2 Quod legatorum, adverſus legatarium ad reſtitutionem aut intereſſe competere, dixerim cum Joh. Harppr. *aliisq; ab eo allegatis in §. ſequens. 2. n. 71. Inſt. de interdict.* per text. *in l. 1. §. quæſitum 9. ff. quod legator.* † Etſi enim per iſtam miſſionem offi- 3 cio judicis factam, vitium clandeſtinæ aut violentæ poſſeſſionis ſive occupationis excuſetur, vel purgetur, † Unde nec temerè nec propriâ autoritate, poſ- 4 ſeſſionem apprehendiſſe videbitur, ut vult Jacob. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. Remed. 2. q. 22. num. 84. & ſeq.* † Non tamen propterea ceſſat intereſſe 5 heredis, ut patet ex traditis Defin. *præced.* † ob quod 6 principaliter hoc interdictum fuit introductum, *dict. l. 1. §. 2. ff. quod legator. l. un. C. eod. tit.* Alciat. *reſponſ. 492. num. 34.* Harppr. *dict. loc. num. 72.*

Ita Domini in cauſa Johannis Baums zu Löbſchütz / Menſ. Mart. Anno 1633. (Verba ſentent: Seyn euch von N. N. in ſeinem Teſtament etliche Aecker beſchieden worden/ ſo ihr mit gerichtlicher Nachlaſſung allbereit eingenomen/ und euch eigen gemacht habt. Ob nun wol ſo bald nach des Teſtatoris Abſterben und von den Erben angemaßter Erbſchafft/ berührter Aecker Dominium und Eigenthum euch als dem Legatario zugeſtanden/ ꝛc. So ſeyd ihr doch ohne Vorbewuſt der inſtituirten Erben/ der Poſſeſs berührter Aecker auch nicht ſolâ Magiſtratus autoritate euch anzumaſſen befugt geweſen/ derowegen iſt gedachten Erben/ daſern ihnen einiges Nachtheil hierdurch zugewachſen/ euch ad intereſſe zu belangen unbenommen/ V. R. W.)

Defi-

Definit. XXXII.

Legatarius intelligitur, cujus intuitu & contemplatione relictum est legatum.

1 CUm testator de Bibliothecâ suâ in testamento ita disposuerat: (Allhier hätte die *Bibliotheca* bey N. N. wohl gantz verbleiben können / aber daß ich ihme dieselbe nur halb lasse / das macht mein Vetter / so mir Schuld giebet / ich hätte ihn an seinem Studiren gehindert) *h. e. Bibliothecam equidem meam integram N. N. tradi potuisset, sed ut hujus dimidiam tantum partem ipsi legem, movet me Cognatus meus, qui causam neglectorum suorum stu-*
2 *diorum mihi imputat.* † disceptabatur, annon reliquam dimidiam Bibliothecæ partem Cognato suo
3 legasse videretur? † Hoc enim voluisse eum, haud obscurè ex verbis ipsius colligi poterat, qui causam neglectorum studiorum sibi imputatam per id de-
4 clinare conabatur: † Dicebant nihilominus heredes, sibi dimidiam illam Bibliothecæ relictam videri,
5 cum ne verbulo hæc Cognato legata esset. † Sed placuit Dominis, ex mente potius quid testator voluerit, quam quid verbis expresserit, decidendum, ac proinde Cognato dimidiam Bibliothecæ partem
6 assignandam esse; † Cum & legatarius sit habendus, non solùm is, cujus nomen in testamento scriptum, sed etiam cujus contemplatione legatum videtur relictum vel ademptum, *l. si quis decedens 37. §.*
7 *ult. ff. de legat. 3.* † Multum siquidem interest, cui testator voluerit prospectum esse, cujusque contemplatione fecerit, *l. fideicommissa. 11. §. interdum 22.*
8 *ff. de legat. 3.* † Nec enim quæritur, cum quo de supremis testator loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, *l. cum pater 77. §. donationis 26. ff. de legat. 2.* Franc. Mantic. *de conj. ult. vol. lib. 8. tit. 4. n. 7. & 8.*

Ita Domini in causa P. H. zu Jehna / Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sententiæ: Ob nun wol der Testator darbey ausdrücklichen nicht Versehung gethan / daß die N. N. entzogene Helffte der Bibliothec euer allein seyn und verbleiben solte / dahero die instituirte sämmtliche Erben daran Theil zu haben vermeinen. Da er aber dennoch bey gedachter Verordnung sich dieser Wort gebrauchet: Die gantze Bibliothec hätte wohl bey N. N. verbleiben können / aber das macht mein Vetter P. H. weil er mir Schuld gibt / ich hätte ihn an seinem Studiren gehindert / ꝛc. So würde dafür gehalten / daß er dißfalls sein Absehen auff euch und eurer Studien Beförderung gehabt / und mehrbesagte Helffte der Bibliothec euch allein zuwenden wollen / und würde demnach dieselbe euch allein billich gelassen / V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Conjecturæ voluntatis circa legata & fideicommissa duobus testibus probantur.

1 DUbium certè non est, quin ea, quæ dicta fuêre à testatore & à Notario prætermissa, per testes possint probari, ita ut suum effectum
2 sortiantur; † quia interdum minus scriptum & plus nuncupatum est, *l. quoties. 9. §. 1. ff. de hered. inst. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonst. l. errore 7. C. de testam. l. cum proponebatur. 64. ff. de legat. 2.*
3 † Non minus etiam ipsa testatoris voluntas, ejusque declaratio & conjecturæ per testes probari
4 possunt, † quorum duo sufficiunt ad declarationem voluntatis, vel tres secundum regulam *l. ubi numerus 12. ff. de testib.* prout post alios, quos allegat, docet Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 16. n. 2.* † Quin etiam per unicum saltem testem pro- 5
bari voluntatis declarationem, tuetur Bartol. *in l. Theopompus. 14. ff. de dot. præleg.* † nempe, quia non 6
agitur de probandis substantialibus testamenti, ubi septem testes omnino de solennitate non requiruntur, Franc. Mantic. *dict. tit. 16. numer. 14. & seqq.* Matth. de Afflict. *dec. 44. n. 16.* Cæs. Ursill. *in annot. ad decis. Neapol. 44. n. 21.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententiæ: Da aber dennoch zwey Zeugen eydlichen bestärcken würden / daß der Testator sich dieser Rede verlauten lassen / ꝛc. So würde dafür gehalten / daß er auff euch sein Absehen gehabt / und euch die Helffte der Bibliothec zuwenden wollen / ꝛc.)

Et in causa Sigismunds von Cummerfeld zu Breßlau / Mens. April. Anno 1636. (Verba sententiæ: Und gleichwol nach bewährter Rechtsgelahrten Meinung / die Deutung eines Legati durch einen und den andern Zeugen / auch wohl durch starcke Vermuthung erwiesen / und beybracht werden mag / ꝛc.)

Definit. XXXIV.

Legata pecuniâ paratâ (Baarschafft *vel* Baargeld) *non videntur legata nomina debitorum* (auffenstehende Schulden.)

1 PEcuniâ simpliciter legatâ, procul dubio etiam nomina debitorum legata censentur: Non solùm † quia in dubio testantium voluntates plenius 2
sunt interpretandæ, *l. in testamentis. 12. ff. de Reg. jur.* † Sed & quod verbum pecuniæ omnia bona, 3
ac totum testatoris patrimonium comprehendat, *l. rei. 5. l. pecuniæ. 178. l. pecuniæ. 222. ff. de V. S.* † 4
Quidni ergò etiam nomina debitorum, cùm &, qui actionem habet ad rem recuperandam, rem ipsam habere videatur, *l. is qui actionem. 15. ff. de Reg. jur.* † Alia verò est ratio legatæ pecuniæ paratæ (Baar- 5
schafft oder Baargeld) quo nomine solam pecuniam numeratam in cistis & loculis repertam, non etiam nomen sive æs alienum comprehensum existimaverim. † Nempe, quia sola pecunia numerata, 6
quæ in cistis reperitur & in promtu est, dicitur parata pecunia, Baargeld / † ipso vocabulo indigitante, Christ. Besold. *in thesaur. pract. lit. B. verb.* Baargeld / Baarschafft / Pruckm. *vol. 2. consil. 5. num. 150. & seqq.* † Quin & solum pecuniæ verbum 8
ex communi loquendi usu, eam saltem pecuniam, quæ in promptu est & singulis momentis numerari potest, denotare, † præsertim si ab hominibus il- 9
literatis proferatur, existimat Wesenbec. *part. 6. consil. 263. num. 1. 3.* Pruckm. *dict. consil. 5. n. 154.* † Neutiquam ergò legatum pecuniæ paratæ ad no- 10
mina debitorum (ausstehende Schulden) extendendum erit. † Neque enim hoc casu ad fictionem 11
juris, quâ nomina debitorum ratione actionis competentis dicuntur esse in bonis. *arg. l. Gajus. 86. ff. de legat. 2. l. 9. ff. rem pupilli salvam fore.* † Neque 12
ad largam interpretationem verborum testatoris recurrendum erit, quia de expressâ ipsius mente ex vocula (paratæ pecuniæ) satis constat *arg. l. ab omnibus 104. in prim. ff. de legat. 1.* † idque eo magis, quod 13
de jure quoque communi alia & diversa sit ratio pecuniæ numeratæ & pecuniæ fœneratitiæ, *arg. l. si mihi Mævia. 92. §. 1. ff. de legat. 3. l. quæsitum. 78. §. l. ff. eod. tit.*

Ita Domini in causa Andreæ VVellens zu Roßweiñ / Mens. Decembr. Anno 1631. (Verba sententiæ: Dieweil ihr selbsten

selbsten berichtet / daß euch euer Vetter Marcus Welle in seinem Testament allein das baare Geld legiret und beschieden / etc. So seyd ihr euch auch der ausstehenden Schulden und Gelder / welche nicht baar in des Testatoris Erbschafft verhanden / keines weges anzumassen befugt / V.N.W.)

Definit. XXXV.

Legatarius pro consequendo legato, executivè contra heredem ex testamento agere valet.

1 PRo consequendo legato, triplex actio competit legatario, Nempe (1.) Actio personalis ex testamento adversus heredem, ceu ex quasi-contractu, qui celebratur in actione hereditatis, *§. sed olim. 2. Instit. de legat. l. qui post. 3. C. de legat. l.* 2 *82. ff. de legat. 1.* (2.) † Rei vendicatio adversus rei legatæ possessorem ex dominio, quod ipso jure à tempore mortis testatoris in legatarium fuit translatum, *l. legatum. 80. ff. de legat. 2. l. à Titio. 64.* 3 *in fin. ff. de furt.* Et (3.) † actio hypothecaria ex jure tacitæ hypothecæ, quo bona testatoris legatarius sibi obligata esse contendit, *l. 1. C. comm. de legat.* 4 Johan. Schneidew. *ad §. 2. n. 21. Instit. de legat.* † An ergò legatarius contra heredem executivè agere non poterit pro legato consequendo? Negaveris 5 hoc forsan propterea, † quod remedia ordinaria faciant cessare officium judicis seu remedia extraordinaria, *l. in causæ cognitione. 16. in pr. ff. de* 6 *minor. l. quædam. 9. in pr. ff. de edendo.* † Ast hoc ita, nisi Remedium extraordinarium sit utilius ac pinguius remedio ordinario, quo casu id nunquam excluditur; Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. c. 5. n. 71.* Joh. Sichard. *ad l. 3. C. quem. & quando judex. n. 26. & 27.* Sfort. Odd. *de in integr. restit.* 7 *part. 1. quæst. 17. n. 33.* † Atqui longè consultius esse legatario executivè agere pro legato consequendo, quàm in processu ordinario, nemo inficias ibit: 8 † Quidni ergò hoc ipsi permissum assereremus? cum Sichard. *ad l. ult. n. 12. C. de edict. Div. Hadr. toll.* Joseph. Ludov. *part. 1. decis. 23. n. 9.* Mynsing. *cent. 5. obs. 61.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 7. n. 39.* Riccio *part. 5. decis. collect. 1737.* Matth. Berl. *part. 1. concl. 80. n. 10.* Nicol. Boër. *decis. 295. n. 12.* Franc. Viv. 9 *lib. 3. decis. 464. n. 2.* † Nimirum, competit heredi pro universali hereditate, beneficium directum ex edicto D. Hadriani *in l. ult. C. de edict. Div. Hadr.* 10 *tollend.* † Ergò ex ratione æquitatis, utile saltem beneficium sive parata executio, ex hoc edicto dabitur legatario pro consequendo legato, ut bene infert Gvid. Pap. *decis. 362. n. 1.* Joseph. Ludov. *dict.* 11 *decis. 23. num. 13.* † idque eo magis in foro Saxonico, ubi quodvis instrumentum legitimè confectum, adeoq; etiam testamentum paratam habet executio-12 nem, † Ordin. Provinc. *de Anno 1555. Rubr.* verfatzt Brief und Siegel/Matth. Coler. *de proc. exec. part. 2. cap. 2. n. 9.*

Ita Domini in causa Johannis Bamms zu Lobschutz/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sentent: Es wäre dann/ daß ihr zu Erlangung des Legati executivè aus dem Testament wider den Erben agiret, und also die Execution rechtmäßiger Weise erhalten hättet / welches euch dann zu thun unbenommen gewesen / dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/ V.R.W.)

Definit. XXXVI.

Valet legatum Judæo in testamento Christiani relictum.

NUllibi in jure Judæis legare prohibemur: 1 Quare non ergò ex testamento Christiani Judæus legatum capere valeret? ut bene sentiunt Salyc. *ad l. 1. C. de judæis.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 13. n. 16.* Marquard. de Sisanis *de Judæis cap. 5. n.* 24. † Quia permissum censetur, quod prohibitum 2 non est, *arg. l. nec non. 28. §. 2. ff. ex quib. caus. major.* † Neque auferenda est alicui facultas libera 3 testandi & legandi contra *l. ex facto. 43. vers. auferret enim. ff. de vulg. & pupill. substit.* † Et cur non Ju- 4 dæi ad Legata in Romano-Germanico Imperio essent admittendi, qui tamen Jure Romano vivunt & statutis Civitatum licitè utuntur, *l. Judæi. 8. C. de Judæis.* Mynsing. *cent. 5. obs. 6.* Marquard. de Sisanis *de Judæis part. 2. cap. 1. n. 1. & seqq.* † Nisi forsan Judæos 5 inter personas infames, atque turpes referre velis, quarum conversatio Christianis est prohibita, *can. sæpe malorum 12. & can. nullus. 13. caus. 28. qu. 1.* † Sed ut concesserim, maculâ aliquâ Judæos laborare; non tamen propter ea legati incapaces redduntur, 6 cum nullibi infames ex testamento quid acquirere prohibeantur, † quin potius contrarium haud obscurè probatur ex *l. 1. C. de secund. nupt.* † Et licet 7 8 conversatio cum Judæis in foro animæ haud tolerabilis sit, ne scilicet in fide Christiani corrumpantur; *dict. can. sæpe malorum. 12. & can. nullus. 13. caus. 28. qu. 1.* † Attamen in foro temporali con- 9 versationem cum Judæis prohiberi tantum abest, ut etiam commercia cum iis exercere jura expressè permittant, *l. Judæi. 8. C. de Judæis. l. nemo. 9. C. eod. tit.* Rol. à Vall. *vol. 2. consil. 35. n. 32. & 34.* Marquard. de Sisan. *de Jud. part. 1. c. 4. n. 16.* † Aliud certè asse- 10 rendum putaverim de Collegio Judæorum, cui ceu universitati nihil legari potest, *l. 1. C. de Judæis.* † Nempe quod collegia si specialiter confirmata 11 non sint, hereditatem vel legatum capere nequeant, *l. collegium 8. C. de hered. inst.* † tanquam su- 12 specta propter conjurationem in Rempublicam, Dauth. *de testam. Rubr. de hered. inst. n. 300.* † Atqui 13 Collegia Judæorum expressè approbata vel confirmata non sunt, quia non tàm approbantur, quàm tolerantur, † ex pia ratione, an fortassis converti 14 possint, *cap. etsi Judæos. 13. in pr. extr. de Judæis.* Joh. Gerhard. *tom. 6. locor. Theolog. de Magistratu polit. n. 223. & seqq.*

Ita Domini in causa Adami VVolffens & Consort. zum Falckenstein/ Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sent.: So ist berührte Dispositio zu Recht kräfftig und beständig/ und wird demnach Antonio Passavi Juden zu Prag und andern Legatariis das jenige / so ihnen darinnen legiret und beschieden/ billich entrichtet/ V.R.W.)

Definit. XXXVII.

Nemo cogi potest, ut executoris testamentarii officium invitus in se suscipiat.

ETsi publicè interest, suprema hominum judi- 1 cia exitum habere, *§. sed olim. 2. inst. de legat. l. 5. ff. testam. quemadm. aper.* † attamen in specie 2 nemo executor in testamento nominatus, ad suscipiendum hoc officium cogi potest per text. *in l. si quis sepulchrum. 12. §. funus autem facere. 4. ff. de relig. & sumpt. funer. & in cap. Johannes. 19. extr. de testam.* ubi Didac. Covarr. *n. 3.* Salycet. *in l. nulli. 28. n.*

4. C. de

4. C. de Episc. & Cleric. Reusn. *de testam. part. 7. n. 14. & 15.* Munnoz. de Escobar *de ratiocin. administr. cap.* 3 *27. n. 48.* † Non enim quisquam invitus cogitur procurare, *l. invitus. 17. C. de procur.* Ergò nec alterius testamentum exequi, quia executor testamenti quasi procurator & commissarius defuncti habe-4 tur, Reusn. *de testam. part. 1. cap. 2. n. 48.* † Nec licet hîc argumentari ab officio tutoris, ad quod invitus etiam cogitur, *l. 1. in pr. ff. de administr. tutor. l. tutores. 39. §. tutor. 6. ff. eod. tit. l. tutor. 19. C. eod.* 5 † Quia tutela est munus publicum, *pr. inst. de excus.* 6 *tutor. l. sancimus. 28. in pr. C. de administr. tutor.* † Non etiam executoris officium, quod nullâ lege 7 publicâ, sed à privato imponitur, † in quo principaliter privatam utilitatem versari, publicam verò tantùm secundariò, perinde ut interest Reipublicæ, res quoque privatas bene geri, nemo am-8 bigit. † Planè, etsi in testamento nominatus executoris officium in se suscipere nolit, propterea 9 tamen testatoris voluntas exitu non destituetur, † quia hoc casu Magistratui incumbit, ut vel ipse testamentum exequatur, vel alium executorem constituat *arg. l. nulli. 28. §. 1. vers. Sin autem persona. C. de Episc. & Cler.* Reusn. *dict. cap. 7. n. 26. & 27.*

Ita Domini in causa Marci Eysenbrots zu Zwickau/ Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sentent: Ob wol Andreas Höffler ein Testament gemacht/ und euch darinnen zum Executorn seines letzten Willens verordnet/ &c. So möget ihr doch euch der auffgetragenen Execution zu unterfangen wider euren Willen von der Obrigkeit nicht gedrungen werden/ &c.)

DEFINIT. XXXIIX.

Petere nequit salarium executor testamenti, nisi hoc ei ex justa causa promissum fuerit.

REstat nihilominus medium commovendi executorem, ut officium hoc lubens in se suscipiat, si nempe ei legatum aliúdve emolumentum relinquatur in testamento. † Tùm enim cogitur exequi testamentum, si legatum amittere nolit, *l. si quis sepulchrum 12. §. funus. 4. ff. de relig. & sumpt. funer.* Reusner. *de testam. part. 7. cap. 7. n. 16.* † Alioquin sanè executor testamenti salarium petere nequit, non magis ac tutor pupillo datus, *Supr. part. 2. Const. 11. Defin. 40.* † Nam utriusq; officium gratuitum est, & ex sola amicitiâ & pietate proficiscitur: Adeoque etiam absque omni spe præmii exercendum, *arg. l. 1. §. mandatum. 4. ff. mandat.* Vincent. de Franch. *part. 1. decis. 122. n. 6.* Munnoz. de Escobar *de administr. cap. 27. num. 45.* † Ast hoc ita, nisi judex certâ ex causâ executori salarium constituat Munnoz de Escobar *dict. cap. 27. num. 47.* Johan. Gars. *de expens. cap. 20. n. 14.* † putà, si executor aliquò excurrere vel proficisci, *arg. l. 1. §. 9. ff. de tutel. & ration. distrah.* † vel negotia propria relinquere necesse habeat, *arg. l. sed etsi. 11. §. 1. ff. ad exhiben.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 36. defin. 1. num. 3. Supr. p. 2.* Const. *11. Defin. 40. n. 5.* † Absque dubio verò executor testamentarius expensas, si quas fecerit, ex bonis hereditariis repetere valet, *l. idemq; & in fundo. 10. §. idem Labeo. 9. ff. mandat. l. 1. §. item sumtus. 9. ff. de tutel. & ration. distr. l. 11. §. 1. ff. ad exhib.* Johan. Gars. *dict. cap. 20. num. 15. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Dafern ihr aber solche Execution auff euch nehmen möchtet/ wäret ihr einige Recompens, wann euch nicht dieselbe aus gnugsamen Ursachen von der Obrigkeit verordnet wird/ zu fodern nicht befügt/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XIV.

PARTIS TERTIÆ.

Ob in den Erbfällen eine Distinction und Unterschied der Güter zu machen/ woher sie kommen?

In successionibus num attendendum sit, unde bona hereditaria provenerint?

SAnn einer stirbet/ und läßt nach sich halbe Geschwister vom Vater an einem/ und halbe Geschwister von der Mutter am andern Theil/ so wird nach gemeinem Käyserlichen Recht ein Unterschied gemacht zwischen den Gütern/ welche der Verstorbene von dem Vater oder desselben Blutsfreunden ererbet/ und denen/ so ihme von der Mutter/ oder derselbigen Blutsverwandten zukommen seynd.

Dieweil aber solcher Unterscheid zu Sachsen-Recht nicht gehalten wird/ So wollen wir es dabey bleiben lassen/ und sollen unsere Hofgerichte/ Juristen-Facultäten und Schöppenstüle/ dißfalls in unsern Landen nach Sächsischen Rechten erkennen und sprechen.

IUre Communi, ubi quis moritur relictis post se fratribus uterinis ex unâ, & consanguineis ex altera parte distinguitur inter bona, quæ ex lineâ paternâ, & quæ ex maternâ ad defunctum pervenerunt.

Quia verò distinctio hæc in foro Saxonico observata hactenùs non fuit, ideo secundum juris Saxonici dispositionem, deinceps quoque hoc in casu, in nostris ditionibus judicari & responderi mandamus.

DEFINITIONES.

1. *De jure Civili non solùm in successione fratris uterini & consanguinei, sed & horum liberorum distinctio bonorum paternorum & maternorum attenditur.*

2. *In*

2. *In ſucceſſione quoq; aſcendentium de jure communi, origo bonorum, ex quânam lineâ provenerint, inſpicitur.*
3. *In ſucceſſione bonorum, quæ defunctus à collateralibus acquiſivit, fratres conſanguinei & uterini abſq; diſtinctione bonorum pariter ſuccedunt.*
4. *In foro Saxonico fratres uterini & conſanguinei, ut & reliqui collaterales abſq; diſtinctione, unde bona provenerint, defuncto fratri & collaterali ſuccedunt.*
5. *Inter aſcendentes quoq; in foro Saxonico, diſtinctio bonorum non attenditur.*
6. *Liberi poſterioris matrimonii ſuccedunt patri, etiam in bonis ex priori matrimonio & à prima conjuge provenientibus.*
7. *In judicio familiæ erciſcundæ etiam in foro Saxonico, diſtinctio bonorum, unde provenerint, attenditur.*
8. *Curator jacenti hereditati datus ad reſciſſionem contractus, ex cauſa læſionis agere poteſt.*
9. *Non poteſt Curator hereditatis ex causâ læſionis reſcindere contractum, quem defunctus ſervari voluit.*
10. *Nemo jus ſucceſſionis vel hereditatem ſibi delatam amittit, propterea, quod religionem Pontificiam amplexus fuerit.*
11. *Fratres ex coitu damnato ſuſcepti ſibi invicem ab inteſtato non ſuccedunt.*
12. *Contractus ſponſalibus clandeſtinis, ſi ſponſus ante benedictionem Sacerdotalem ſponſam carnaliter agnoſcat, liberi inde nati pro legitimis habentur & patri ſuccedunt, haud ſubſecutis licet nuptiis.*
13. *Vitricus non minus ac quilibet alius extraneus ſpurio ex illicito coitu nato, ultra modum alimentorum legare poteſt.*
14. *In foro Saxonico tempus jacentis hereditatis ultra triginta dies non durat.*
15. *Heres ante triceſimum diem ab obitu defuncti, à Creditoribus moleſtari non debet.*
16. *Ante trigeſimum diem ab obitu defuncti, heres poſſeſſionem hereditatis apprehendere non valet.*
17. *Heres, quia facto defuncti contravenire nequit, præcisè tenetur ad exſolutionem æris alieni.*
18. *Liberi à parentum hereditate abſtinentes, æs alienum parentum ex hereditate avitâ ſolvere haud tenentur.*
19. *Factâ nominum diviſione, heres de evictione, adverſus coheredes agere non poteſt.*
20. *Creditor patris defuncti à liberis heredibus exigens ſolutionem, probare tenetur, eos hereditatem adiviſſe.*
21. *Filius bona paterna adminiſtrans, præſumitur hereditatem adiviſſe, niſi contrarium probet.*
22. *Heres actum declarare volens, ſe animo adeundi eum non geſſiſſe, mediante juramento id facere tenetur.*
23. *Legata & fideicommiſſa etiam non agnita ad heredes transmittuntur: Et quando hereditas non adita transmittatur?*
24. *Licet quis inſcius hereditatis ſibi delatæ, intra vel poſt deliberationis annum deceſſerit, ejus tamen heredes beneficio reſtitutionis in integrum ad hereditatem illam admittuntur.*
25. *Quarta Trebellianica nondum licet detracta, ad heredes tamen transmittitur.*
26. *Res expeditoriæ licet non aditæ in Agnatos tamen transmittuntur.*
27. *Mobilia, quæ defunctâ Conjuge maritus in foro Saxonico lucratur, etiam nondum agnita in ejus heredes transferuntur.*
28. *Defuncto licet donatario, antequam donatum mortis cauſa agnoverit, illud tamen ad heredes transmittitur.*
29. *Transmittitur etiam hereditas nondum adita, ſi hoc teſtatori ita placuerit, vel teſtamento addita ſit clauſula Codicillaris.*
30. *Liberi à petitione hereditatis paternæ vel avitæ, non niſi triplicato præſcriptionum ſpatio 90. ſcilicet annorum excluduntur.*
31. *Repudiatio hereditatis jam aditæ haud nocet in foro Saxonico Creditoribus hereditariis.*

Definit. I.

De jure Civili non ſolùm in ſucceſſione fratris uterini & conſanguinei, ſed & horum liberorum, diſtinctio bonorum paternorum & maternorum attenditur.

1 VUlgaris eſt Dd. aſſertio in materia ſucceſſionis: Paterna paternis, materna maternis deferri, Virgil. Pingitz. *quæſt. 14. num. 25.* Ant. Fab. 2 *in Codic. lib. 6. tit. 31. defin. 2. num. 4.* † Quæ aſſertio de jure civili veriſſima eſt eo caſu, quo defunctus non reliquit nec fratres utrinque conjunctos, nec ſolos uterinos, ſed tàm conſanguineos, quàm 3 uterinos: † Diſtinguitur namque tùm inter bona, quæ ex lineâ paternâ, & quæ ex linea maternâ provenerunt, ita ut frater conſanguineus ſuccedat in bonis paternis excluſo fratre uterino, frater verò uterinus in bonis ex lineâ maternâ quæ- 4 ſitis, præferatur fratri conſanguineo, † *l. de emancipatis 13. §. 2. verſ. exceptis maternis rebus C. de legit. heredib. h.* Conſtit. *14. verſ.* So wird nach gemeinem Käyſerlichen Recht ein Unterſcheid gemacht/ ꝛc. Gloſſ. *in Auth. itaq; C. commun. de ſucceſſ. & in Auth. poſt fratres verb. filii eorum C. de legit. hered.* Pingitz. *dict. loc. n. 14. & 15.* Hartman. Piſtor. *obſerv. 51. n. 1.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 31. quæſt. 3. n. 33. & ſeq.* Schneidew. *ad tit. Inſt. de hereditat. quæ ab inteſt. defer. in tertio ordine ſuccedendi n. 21.* Valent. Förſt. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 8. cap. 8. n. 2. & ſeqq.* † Quod & vulgo extendi 5 ſolet ad fratrum filios, nempe ex fratre conſanguineo natos, ita ut & hi ſecundum prædictam diſtinctionem, fratris nempe conſanguinei filii in bonis paternis, fratris verò uterini filii in bonis maternis ſuccedant, Joh. Borch. *in tract. de gradib. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in art. 3. princ. n. 28.* † Quamvis in fra- 6 trum Nepotibus & aliis collateralibus in gradibus ulterioribus conſtitutis, diſtinctionem hancce bonorum non obſervandam eſſe, vulgo ſtatuant Interpp. Schneidew. *dict. l. n. 22.* Berl. *part. 3. concl. 20. n. 6.* Lud. Bologn. *in addit. ad* Matth. Matthesil. *dict. art. 3. n. 28.*

1ta Domini in cauſa Erneſti Cobens zu Würtzburg/ Menſ. April. Anno 1624. (Verba ſententiæ: Iſt euer halbbürtiger Bruder Todes verfahren/ und hat euch ſeinen halbbürtigen Bruder vom Vater an einem/ und einen halbbürtigen Bruder von der Mutter am andern Theil nach ſich verlaſſen. Ob nun wol ſonſten nach gemeinen Käyſerlichen Rechten/ in dergleichen Succeſſions-Fall ein Unterſchied der Güter/ ſo von Vater oder Mutter herkommen/ üblichen/ alſo/ daß jene dem Bruder vom Vater/

Vater/ diese aber dem Bruder von der Mutter zufallen/ Solcher Unterscheid auch so wol in successione der halbbürtigen Geschwister Kinder gehalten wird/ &c.)

Definit. II.

In successione quoq; ascendentium de jure communi, origo bonorum, ex quânam lineâ provenerint, inspicitur.

1 SEd quid, *si pater vel avus paternus, aut Mater vel*
avus maternus, aliiq; ascendentes filiis vel Nepo-
2 *tibus succedant?* † Et tum bonorum distinctionem observandam esse, ita, ut pater vel avus paternus solùm in bonis paternis vel ex linea paternâ, Mater verò & avus maternus in bonis maternis, & ex lineâ maternâ quæsitis duntaxat succedat, commu-
3 niter tradunt Interppr. † per text. *in l. quod scitis 3. vers. sin autem idem Nepos C. de bon. quæ liber. l. cum aliis 4. C. de secund. nupt. §. 1. vers. sancitum etenim à nobis est Inst. per quas pers. cuique acquir.* Johan. Schneidew. *ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. in tit. de secundo ord. succed. n. 12.* Pistor. *observ. 51. n. 2. aliiq; ab eo allegati*, Ant. Thesaur. *decis. 27. n. 2.* Jason *in l. post dotem 40. ff. solut. matrim. num. 106. & seqq.* Virg. Pingitz. *qu. 14. num. 19.* Modest. Pistor.
4 *vol. 1. cons. 31. qu. 3. n. 39.* † Hocque ipsum rationi naturali, quæ inprimis in causarum decisionibus est inspicienda, juxta Bald. *in l. quoties 3. C. de suis & legitim. n. 1.* conveniens videtur, † ut nempe bona ex
5 linea paterna provenientia ad ascendentes paterni generis, à matre verò vel ex lineâ maternâ ad filium devoluta, ad ascendentes materni generis revertantur, *dict. §. 1. vers. quæ enim Invidia est Inst. per quas*
6 *person. cuique acquir.* † Quamvis me non lateat, ab hâc opinione post Caspar. Schifordegher. *lib. 1. ad* Anton. Fab. *tract. 14. qu. 3. & seqq.* aliosq; plurimos Dd. quos allegat, dissentire, Joh. Harppr. *ad pr. Inst. de her. quæ ab intest. defer. num. 37. & seqq.*
7 † Quid autem, si cum ascendentibus transversales defuncti concurrant? Vid. Hart. Pist. *dict. obs. 51. & ibi* Simon. Ulric. *in notis.* Tessaur. *dict. decis. 27. n. 5.*

Ita Domini in causa. (Verba sent: Solcher Unterscheid auch der Güter / so wol in successione der halbbürtigen Geschwister Kinder / als auch der Eltern und Groß-Eltern an denen Orten / da man sich des Käyserlichen Rechtens gebrauchet/ gehalten wird/ &c.)

Definit. III.

In successione bonorum, quæ defunctus à collateralibus acquisivit, fratres consanguinei & uterini absq; distinctione bonorum pariter succedunt.

1 REstringenda tamen est hæc assertio ad ea solummodo bona, quæ ex lineâ paternâ vel maternâ immediatè à parentibus ad filium de-
2 functum devoluta fuere: † Alioquin, si defunctus bona non ex lineâ paternâ vel maternâ ascendentium, sed à collateralibus, quantumvis à lineâ maternâ vel paternâ conjunctis, acceperit;
3 † tunc in ejus successione non distinguitur inter bona, sed fratres uterini & consanguinei æqualiter succedunt, Schneidevv. *ad tit. Instit. de hered. quæ ab intest. defer. in tert. ordin. succes. n. 23.* Valentin. Förster. *in tract. de succes. ab intestat. lib. 8.*
4 *cap. 8. num. 4.* † Etsi enim fieri possit, ut & hoc casu bona ab ascendentibus paternis vel maternis ad collateralem & postea ad defunctum pervenerint, † attamen propter multiplicem bonorum commutationem in variis & diversis personis, respectus distinctionis cessare videtur, §. *1. Inst. quib. ex caus. manum. non lic.* † Et deficit etiam hoc casu autori- 6
tas juris, sine quâ nihil temerè asseverandum est, *l. dissentientis 5. C. de repud. Novell. 2. c. 3.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch solches allein von dem Fall zu verstehen/ wann der verstorbene Bruder immediatè von dem Vater oder Mutter seine Güter ererbet / in gegenwärtigem Fall aber euer verstorbener Bruder seine hinterlassene Güter nicht von seinen Eltern / sondern theils von seinen Geschwistern / theils von andern Freunden/ und collateralibus erlangt / &c. So hat er auch solche seine Erbschafft / wann gleich darunter etliche Güter von den Ascendentibus Väterlicher und Mütterlicher Linien anfänglichen hergerühret/ auff euch und den andern halbbürtigen Bruder / zu gleichen Theilen/ ohne Unterscheid zu vertheilen / gebracht und verfället/ V. R. W.)

Definit. IV.

In foro Saxonico fratres uterini & consanguinei, ut & reliqui collaterales absq; distinctione, unde bona provenerint, defuncto fratri & collaterali succedunt.

HÆcque de jure Civili ita obtinent. † In foro 1
autem Saxonico distinctio bonorum, unde nimirum illa provenerint, non attenditur, † sed 2
jus Saxonicum solam proximitatem & gradûs prærogativam respicit, *art. 3. lib. 1.* Landr. *& art. 2. lib. 2.* Landr. ideoque Fratres uterini & consanguinei, quia in pari & æquali gradu existunt, nulla habita ratione bonorum, quæ reliquit defunctus, simul succedunt, Aut. Consult. Constitut. Saxon. *tom. 2. part. 2. qu. 31. n. 2.* Virgil. Pingitz. *quæst. 14. num. 21.* † Quod ipsum certè probabili nititur ra- 3
tione, scilicet quia hereditas per filium heredem semel adita, non amplius dicitur hereditas, nec obtinet nomen hereditatis, & bona illa paterna & materna, ex hereditate parentum ei delata, non amplius sunt & dicuntur bona paterna & materna, † sed 4
proprium ipsius heredis, fratris defuncti patrimonium, §. *1. Inst. quib. ex caus. manum. non lic.* Pingitz. *dict. loc. num. 24.* Schurff. *cent. 2. consil. 43. n. 1. & 2.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 31. qu. 3 num. 40.* † Hancq; 5
observantiam juris Saxonici disertis verbis in suis provinciis confirmavit Elector Saxon. Illustrissimus *h.* Const. *14.* §. Dieweil aber solcher Unterscheid zu Sachsen-Recht nicht gehalten wird/ So wollen wir es dabey bleiben lassen/ &c. *ubi* Moller. *num. 2.* Pingitz. *dict. quæst. 14. n. ult.* † Non solùm verò inter 6
fratres uterinos & Consanguineos, sed etiam inter reliquos collaterales in gradu remotioti lineæ paternæ & maternæ constitutos, distinctio bonorum in foro Saxonico est abrogata, idque eo magis, † 7
quanto certius est, ne quidem de jure Civili hanc differentiam bonorum in reliquis collateralibus attendi, ut dixi *supr. Defin. 1. in fin.*

Ita Domini in causa heredum Daniel Holfelds / ad Consultationem Daniel Böttners zu Dahlen / Mense Decembr. Anno 1632. (Verba sentent: So hat er solche seine Erbschafft auff seines Vatern vollbürtigen Bruder allein bracht und verfället / und der Mutter

rer Geschwister Kinder haben daran / derowegen daß sie meistentheils von ihr der Mutter herkömmt / keine Foderung / V.R.W.)

Lt. in causa Martini Böttigers zu Waldheim / Mense Jan. Anno 1633. (Verba sentent: So hat sie solche Verlassenschafft auf ihres Vatern vollbürtigen Bruder allein bracht und verfället/und es hat ihrer Mutter halbbürtiger Bruder/ unangesehen gedachte Verlassenschafft meistentheils von der Mutter und dero Eltern herrühret/ daran keine Foderung/ V.R.W.)

Lt. in causa Hansen Wilhelms von Hellingen zu Neuheiligen/Mens Januar. Anno 1634. (Verba sententiæ: So hat er solche seine Erbschafft/ unangesehen dieselbe vom Vater herrühret / auff der Mutter vollbürtige Geschwister allein bracht und verfället / und des Vatern Schwester Kinder haben sich derer anzumassen/oder der Mutter Geschwister daran einige Hinderung zu thun nicht fug/ V.R.W.)

Et ad Consultationem Johannis Fischers zu Böhlen/Mens. Jan. Anno 1633.

Definit. V.

Inter ascendentes quoad in foro Saxonico, distinctio bonorum non attenditur.

1 NOn solùm verò inter fratres Consanguineos, uterinos ac reliquos collaterales, sed etiam inter personas ascendentes in foro Saxonico di-
2 stinctio bonorum abrogata est: † Etsi enim de jure Civili succedente patre vel matre, aliisque ascendentibus, origo bonorum, num ex lineâ paternâ vel maternâ provenerint, strictè observetur, ita ut pater, vel avus paternus duntaxat in bonis pa-
3 ternis, mater verò & avus maternus in bonis maternis succedat, *supr. Definit. 2.* † Attamen discrimen hoc in foro Saxonico non attenditur, sed pater & mater, avus paternus & maternus, æqualiter in bonis ominibus descendentium succedunt, origine bonorum non inspectâ, unde provenerint, Matth. Coler. *part. 1. decis. 47. num. 5.* Matth. Wesenb. *in addit. ad* Joh. Schneidew. *ad tit. Instit. de hered. quæ ab intest. defer. tit. de secund. ordin. succed. n. 12. lit. a.* ubi opinionem contrariam, quam tuetur Schneide-
4 win. ibidem rejicit. † Idque in Electoratu Saxoniæ minorem habet dubitationem, propter verba generalia *h.* Const. *14.* Dieweil aber solcher Unterschied in Sachsen-Recht nicht gehalten wird/
5 † quæ & generaliter accipi debent, *l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem*
6 *action.* † Sanè, concurrente avo cum fratribus & collateralibus defuncti, eò minus in foro Saxonico
7 bonorum discrimen attenditur, † quantò certius est, avum aliosque ascendentes de jure Saxonico fratres & collaterales defuncti alios à successione prorsus excludere, *artic. 17. lib. 2.* Lauds. *Vid. infr.* Const. *17. Defin. 6.*

Ita Domini in causa heredum Christophori Hahns zu Zweniß / Mens. Majo Anno 1633. (Verba sententiæ: Ist Hans Hahn Todes verfahren / und hat euch seines Vatern vollbürtige Brüder und Schwestere an einem/ und seinen Großvater von der Mutter am andern Theil/ zusammt einer Erbschafft an beweglichen und unbeweglichen Gütern nach sich verlassen/ &c. So hat er solche seine gantze Erbschafft/vermöge Landüblicher Sächsisch. Rechte/ auff seinen Mütterlichen Großvater allein bracht und verfället/und ihr seines Vatern vollbürtige Brüder habt daran / derowegen daß alle des Verstorbenen Verlassenschafft von seinem Väterlichen Großvater euern Vatern herrühret/ keine Foderung/ V.R.W.)

Definit. VI.

Liberi posterioris matrimonii succedunt patri, etiam in bonis ex priori matrimonio & à prima Conjuge provenientibus.

QUum pater quintuplicis conjugii maritus mor- 1
tem obiisset, diversi matrimonii liberis relictis, disceptatum fuit, *an posterioris Conjugii liberi admittendi essent ad successionem bonorum dotalium, quæ post mortem Uxorum anteriorum ad maritum superstitem fuissent devoluta?* † Ratio dubitandi vi- 2
debatur petita ex jure civili, quo paterna paternis, materna maternis deferuntur, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 31. defin. 2. num. 4.* Virgil. Pingitz. *quæst. 14. num. 15.* † Sed non obstante hoc, pronunciarunt 3
domini, liberos indifferenter ad successionem admittendos esse origine bonorum non inspectâ, unde provenerint. Rectissimè sanè: † Præterquam 4
enim, quod bona prioris matrimonii ad maritum superstitem devoluta ipsius propriam matrimonium facta fuissent, ac ita filii postremi matrimonii, in bonis saltem paternis propriè succedere viderentur, *§. 1. Inst. quib. ex caus. manum. non lic.* † Certè 5
minus aptè dispositio juris Civilis ad forum Saxonicum accommodabatur, quo distinctio bonorum, unde provenerint, in successione indefinitè est abrogata, *h.* Const. 14. §. Dieweil aber solcher Unterscheid zu Sachsen-Recht nicht gehalten wird/ *supr.* Defin. 4. † At nec de jure Civili quæstio hæc 6
aliter deducenda fuisset, quippe quod nuspiam circa successionem liberorum, distinctio bonorum introducta reperiatur. † Nihil verò absque lege 7
temerè est asseverandum, *l. dissentientis. 5. C. de repud. c. is qui in Ecclesia 18. extr. de sent. excomm. in 6to.*

Ita Domini in causa heredum Mauritii à Steigen zu Annaberg/ Mens. April. Anno 630. (Verba sent: Hat euer Vater Moritz von Steige mit seinem fünfften Eheweibe zween Söhne gezeuget / Ob nun wol dieselbe ihrer Mutter beyfallen/und es mit euch wider itzgedachte ihre Mutter in allen nicht halten/ So mögen sie doch derowegen von bemeldtes euers Vatern Erbschafft / auch in denen Gütern / so ihme von seinen vorigen vier Eheweibern/ nach dero Absterben / zukommen und angefallen / nicht ausgeschlossen werden/ V.R.W.)

Definit. VII.

In judicio familiæ erciscundæ etiam in foro Saxonico, distinctio bonorum, unde provenerint, attenditur.

NEmo existimabit, observantiam fori Saxoni- 1
ci, quo circa successionem distinctio bonorum abrogata fuit, *supr. Defin. 4.* adeò generalem esse, ut & in divisione hereditatis ea attendi debeat: Nec enim quod in materiâ successionis *h.* Constit. *14.* dispositum reperitur, † ad judicium 2
familiæ erciscundæ extendere licet. Etenim, si bona quædam commodam divisionem non recipiant, † tunc omnino illis, à quorum paren- 3
tibus vel majoribus provenerunt, adjudicanda sunt, per text. *in l. si in emptionem 35. ff. de minor. l. lex quæ minores 22. C. de admnistr. tutor.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 42. num. 6.* Dan. Moller. *hîc num. 2. & part. 2. Const. 31. num. 4. & ibi* Reinh.

Rosa. Frider. Pruckman. *vol. 1. consil. 26. num. 12.*

4 † Quod quia jure Saxonico nullibi correctum reperitur, cur in foro Saxonico aliud observari debeat, haud certè video, *arg. l. si extraneus 6. ff. de condict. caus. dat.* Bald. *in l. si plures 6. num. 29. C. de condit. insert.* Octav. Cacheran. *consil. 20. num. 15.*

Ita Domini in causa Hansen Reusens zu Borschitz / Mens. August. Anno 1595.

Et in causa Caspari Stecklings zu Meissen / Mens. Jul. Anno 1633.

Definit. VIII.

Curator jacenti hereditati datus ad rescissionem contractus, ex causa lesionis agere potest.

1 QUandocunque absque heredis culpâ, cui successio fuit delata, hereditas aliquantisper jacens remanet, Curator hereditatis dari potest, Bartol. & Dd. *in l. si quis instituatur 23. §. item si conditioni 2. ff. de hered. instit.* Hartman. Pistor. *observ. 193. num. 5.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. cap. 3. num. 373.* Vincent. Caroc. *de excuss.*
2 *bonor. part. 2. quæst. 55.* † Quamvis pragmaticorum errorem hanc opinionem appellitet, eamque multis impugnare conetur Anton. Fab. *de Error. pragmat. decad. 3. Error. 3.* † Hujus Curatoris officium in eo consistit, ut actiones omnes hereditarias
3 exerceat, etiam eas, quæ tempore perituræ non sunt. † Ergò & à defuncti tutore vel curatore
4 rationes exigere poterit, Hartm. Pistor. *dict. obs.*
5 *193. num. 3.* † Nec non ex causâ læsionis ad rescissionem contractus agere, vel restitutionem in integrum petere, quam defunctus, si viveret,
6 posset exercere, † quia jus petendæ restitutionis ad heredes transit, *l. non solum 6. ff. de in integr. restit.* Tantundem verò juris habet hereditas, quantum heres, quia nihil juris transit à defuncto in heredem, nisi per intermediam hereditatem, *l. 1.*
7 *§. Scævola 15. ff. si is qui testam. lib. esse jussus.* † Licet concesserim, Curatori bonis dato hoc non licere, Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 40. defin. 11. numer. 5.* In eo namque differt Curator hereditatis à Curato-
8 re absentis, † quod is nomine hereditatis defuncti personam repræsentet, *l. hereditas enim 34. ff. de*
9 *acquir. rer. domin. l. heres 22. ff. de usucap.* † Hic non item, *l. Creditor. 14. ff. de reb. autor. jud. pos-*
10 *sid.* † Nec enim Curator absentis plus juris habet, quàm si esset ab ipso absente procurator generali-
11 ter constitutus: † Ergò nec ad rescissionem agere, nec restitutionem petere poterit, non magis ac transigere aut quid aliud facere ex iis, quæ speciale mandatum requirunt, *l. mandato 60. ff. de procur. l. illud 25. ff. de minor. l. un. ubi* Dd. *C. etiam per procur. caus. in integr. restit. agi poss.* Fab. *dict. def. 11. num. 9.*

Ita Domini in causa Christophori Starckens zu Hettichen / Mens. Jun. Anno 1630. (Verba sentent: Ist nach Absterben Peter Rothammels / unter seinen Verwandten wegen der nähern Sipschafft Streitigkeit entstanden / dahero inmittels zur Erbschafft ein Curator verordnet worden / welcher den zwischen euch und dem verstorbenen Peter Rothammeln getroffenen Kauff-Contract ex causa læsionis ultra dimidium zu fechten und zu hinterziehen sich unterstanden / Ob nun wol sonsten ein Curator hereditatis der Erbschafft zum besten dergleichen Actiones zu treiben und fürzunehmen wohl befugt / &c.)

Definit. IX.

Non potest Curator hereditatis ex causâ læsionis rescindere contractum, quem defunctus servari voluit.

NOn tamen potestas Curatoris hereditatis ja- 1
centis eò extendi debet, ut contra defuncti voluntatem quid agere valeat; † quippe cujus 2
personam per jacentem hereditatem repræsentat, *l. non minus 31. in fin. ff. de hered. instit. l. hereditas enim 34. ff. de acquir. rer. domin.* † Ideoque 3
si actio, quæ per Curatorem exercetur, talis sit, quam defunctus exercere quidem potuerit, sed noluerit, neutiquam ille audiendus erit, utpote si ex causâ immodicæ læsionis potuerit agere ad rescindendam venditionem, maluerit tamen eam servari, Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 40. defin. 11. num. 10.* † Idque eo magis, quod ea res here- 4
di, si quis esset, nocere posset, *arg. l. vir usuras 54. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † qui tamen non 5
minus juris habet, quàm Curator hereditati datus, *arg. l. 1. §. Scævola 15. ff. si quis testament. lib. esse jussus.* † Aliud dicendum, si ideo defunctus ad re- 6
scissionem agere noluisse, proponeretur, quod alio jure sibi commodius consulere potuisset, † 7
quo ipso rescissionis remedium non abjecisse videbitur, *arg. l. mater decedens 19. ff. de inoff. testament. l. legitimam 8. ff. de hered. petit.* † Unde nec postea 8
Curator illud exercere prohiberi potest, Fab. *dict. loc. num. 13.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententiæ: Dieweil aber demnoch / eurem Andeuten nach / der verstorbene Rothammel bey seinem Leben sich ausdrücklichen erkläret / daß er den Kauff-Contract zu halten gemeynet wäre / und ob er schon ex beneficio l. 2. C. de rescind. vendit. denselben gar wohl fechten könte / er doch solches nicht thun wolte / &c. So mag auch / gestalten Sachen nach / anietzo dem Curatori hereditatis dasselbe zu thun nicht verstattet werden / sondern es verbleibet bey deme / mit euch einmal geschlossenen Kauff-Contract, allenthalben billich / V. R. W.)

Definit. X.

Nemo jus successionis vel hereditatem sibi delatam amittit, propterea, quod religionem Pontificiam ampiexus fuerit.

GEneraliter constitutum est, ne liberi hære- 1
tici ullo modo patri succedant, & si fortasse non existant liberi Christiani, ut succedant agnati Christiani, & post hosce fiscus, *l. cognovimus 19. C. de hæret. Novell. 118. cap. ult.* † Hæ- 2
retici verò dicuntur, qui quatuor illa sancta Concilia: Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedonense non amplectuntur, juxta *l. quicunque 8. C. de hæret. Novell. 115. cap. 3. §. 14.* Matth. Wesenb. *in parat. C. de*

3 *C. de hæret. num. 1.* † Nec ſufficit, appellare aliquem hæreticum, ſed etiam neceſſe eſt, ut hujus criminis ſit convictus & condemnatus, cum ante damnationem, nedum ante accuſationem nemini ob crimen afferri præjudicium poſſit, *l. ult. §. ult. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſibi conſciv. l. ex judiciorum 20. ff. de accuſat. l. 2. C. qui teſtament. fac.*
4 *poſſ.* † Ergò hæretici non habentur, qui Pontificiæ religioni ſunt addicti. Nec propterea jus ſucceſſionis, vel hereditatem ſibi delatam amittunt Lutherani, ſi Catholicam ſive pontificiam religio-
5 nem amplexi fuerint. † Idque eo minus, quod in pace Religiosâ de Anno 1555. in Imperio promulgatâ, utraque religio tàm pontificia, quàm reformata ſit permiſſa, ita ut ab una ad aliam liber
6 ſit tranſitus, † abſque bonorum, famæ vel honoris jacturâ. §. Und damit ſolcher Friede. *in verſ.* Sondern bey ſolcher Religion / auch ihrer Haabe / Gütern liegend und fahrend / Land / Leuten / Herrligkeiten und Gerechtigkeiten / friedlich und ruhig bleiben laſſen. Petr. Syring. *de pac. Religion.*
7 *concl. 38. lit. a.* † Quæ autem eſſet Religionis libertas, ſi liberi ob eam à familia & hereditate
8 excluderentur. † Ex quo fit, ut nec pater Auguſtanæ Religionis, filium Religionis Pontificiæ exheredare queat, Conrad. Rittershuſ. *in expoſit. Novell. part. 6. cap. 3. num. 14. & ſeq.* Chriſt. Beſold. *in delibat. jur. ex lib. 5. pandect. tit. 2. num. 27. pag. 468. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Joſephi Wolrabs zu Weida / Menſ. Febr. Anno 1631. (Verba ſent: Iſt euer Mutter Todes verfahren / und hat euch und euern Bruder Philipp Wolraben an einem / und dann ſeine Tochter des Pfarrherrn zu Teuchwolffersdorff Eheweib am andern Theil / zuſamt einer Erbſchafft / nach ſich verlaſſen / Ob nun wol Philipp Wolrabe ſich zur Catholiſchen Religion gewendet / auch ein alter 60. jähriger Mann iſt / ſo keine Leibes-Erben zu hoffen / und ſonſten gnugſam begütert / ꝛc. So mag er doch von der Mütterlichen Erbſchafft nicht ausgeſchloſſen werden / ſondern es wird ihm ſein Antheil / ſo der dritte Theil der Erbſchafft iſt / billich ausgeantwortet und abgefolget / V. R. W.)

Definit. XI.

Fratres ex coitu damnato ſuſcepti ſibi invicem ab inteſtato non ſuccedunt.

1 SPurio, ſive ex licito ſive ex damnato coitu fuerit ſuſceptus, ex æquitate Canonicâ alimenta debentur, *c. cum haberet 5. extr. de eo qui dux. in*
2 *matrim. quam poll. per adulter.* † modo aliundè non habeat, unde ſe alat, Harppr. *ad pr. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. n. 361.* Anton. Fab. *in Co-*
3 *dic. lib. 5. tit. 16. diſin. 7.* † A ſucceſſione verò, natus ex coitu damnato (cui ſcilicet à jure pœna conſtituta eſt) ut eſt filius ex inceſtu, adulterio & nefariis nuptiis ſuſceptus Bartol. *in l. ult. ff. de his quæ ut indign. auſer.* Johan. Schneidew. *ad pr. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſucceſſ. liber. ex damn. coitu nat. num. 1.* †
4 prorſus excluditur, *Novell. 74. cap. ult. Novell. 89. cap. ult. Auth. ex complexu, ubi* Gloſſ. *C. de inteſt. & inut. nupt.* Harppr. *dict. loc. num. 347.* Quid autem juris in
5 fratribus? † Et hi, ſi ex damnato & per leges civiles punibili coitu concepti proponantur, ſicuti parentibus, ita etiam ſibi invicem tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſuccedere prohibentur, † ne præcipuo hoc naturæ & legis beneficio 6
fruantur, quos neque Lex agnoſcit, nec ipſa quoque natura, ut verbis utar Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 16. defin. 2. num. 4.* † Natus ſiquidem ex damna- 7
to coitu, filius nominandus non eſt, nec reſpectu patris nec matris, *dict. Auth. ex complexu C. de inceſt. & inut. nupt.* † Ergò nec frater nec patruus 8
invenietur. Et ſanè ſucceſſio defertur ordine ſucceſſivo, *arg. l. 1. §. qui ſemel 6. ff. de ſucceſſ. edict.* † Deeſt hîc verò initium ſucceſſionis, quia matri 9
non ſuccedunt. † Multo minus igitur collate- 10
ralibus, quibus per matrem conjunguntur, ſuccedent, *arg. Auth. multo magis C. de SS. Eccleſ.* Valent. Förſt. *lib. 6. de ſucceſſ. cap. 50. concl. 5. numer. 12.* Dec. *conſil. 311.* Joh. Harppr. *ad pr. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. n. 350. & ſeqq.* ubi ad contraria reſpondet.

Ita Domini in cauſa Jacobi Hennes contra Rudolphum ab Opitzſch, Menſ. Martio Anno 1621.

Definit. XII.

Contractis ſponſalibus clandeſtinis, ſi ſponſus ante benedictionem Sacerdotalem ſponſam carnaliter cognoſcat, liberi inde nati pro legitimis habentur & patri ſuccedunt, haud ſubſecutis licet nuptiis.

EXpediti juris eſt, quod ſpurius ſoli matri aliisque aſcendentibus per lineam maternam ſuc- 1
cedat, non verò patri, quem certum non habet, *l. vulgo 23. ff. de ſtat. homin. §. ſi adverſus 12. Inſt. de nupt. l. quia ſemp r 5. ff. de in jus vocand. l. 2. l. ſi ſpurius 4. ff. unde Cognati.* Joh. Harppr. *ad pr. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. n. 338. & ibi* Schneidew. *in tit. de ſucceſſ. ſpur. n. 2. & 4.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 254.*

† Veluti etiam Domini pronunciârunt ad conſultationem Ambroſii Fruhens zu Thomasbrück / Menſ. Jan. Anno 1599. Vid. Pract. meam Criminal. part. 2. quæſt. 68. n. 129. & n. 130. 1

† Quid verò ſi aliquis virginem, cui matrimonium clandeſtinè promiſit, imprægnâſſet, & antequam nuptiæ ſolenniter celebrarentur, mortuus 3
fuiſſet? † Nec tùm Filium inde natum patri ſuc- 4
cedere, arbitrari equidem quis poſſet, quia ad hoc, ut filius dicatur legitimus & patri ſuccedat, neceſſe eſt, matrimonium non clandeſtinè, ſed in facie Eccleſiæ, vel ſaltem in præſentia amicorum fuiſſe contractum, ut tradunt communiter Dd. *in cap. ult. extr. de clandeſt. deſponſat.* Roland. à Vall. *vol. 3. conſil. 94. num. 26.* † Sed hæc ita ex- 5
plicari debent, ut vera ſint, quando inter contrahentes matrimonium, aliquod impedimentum, ipſis inſciis, ſubeſt, ut vult Hartman. Piſtor. *obſ 83. num. 10.* † Aliter res ſe habet, ſi nulla ſubſit pro- 6
hibitio matrimonium impediens, Abb. *in cap. per tuas 12. extr. qui filii ſint legitim.* † Etenim, quia 7
ſolus conſenſus nedum carnali copulâ accedente matrimonium conſtituit, ejuſque eſt anima, *c. tua 26. extr. de ſponſalib. l. 30. ff. de Reg. jur.* & eſſentia integralis matrimonii, Raphaël. Fulgoſ. *in l. 5. C. de*

de bon. quæ liber. Panorm. *part. 1. consil. 1. n. 2.* Bartol.
9 Socin. *consil. 28. n. 28.* † Utique filium, post ejusmodi sponsalia natum, non minus videri legitimum, quàm si matrimonium jam in conspectu Ecclesiæ consummatum esset, *c. per tuas 12. extr. qui*
10 *filii sint legitim.* † ac proinde ad patris defuncti he-
11 reditatem admittendum putârunt Scabini, † ita tamen, ut mulieri incumbat probatio, dictam promissionem sibi factam fuisse, teste Hartman. Pistor. *dict. obs. 83. num. 8.* à quâ sententiâ & postea recedere noluimus. Contrarium placuit Serenis. Elector. in *Decis. Noviss. 49.*

Ita Domini in causa Hermann Sturms zu Leipzig / Mens. Martio Anno 1633. (Verba sententiæ: Hat ein Jungergeselle / Sempronius, so keine Eltern gehabt / sich mit einer Wittiben in heimliches Ehegelöbnüß eingelassen / und dieselbe alsobald fleischlichen erkannt / und geschwängert / immaßen sie denn ein Kind zur Welt gebohren. Ob nun wohl gedachter Sempronius, ehe und zuvor öffentliche sponsalia vorgangen / und die Ehe durch Priesterliche Copulation vollzogen worden / Todes verfahren. Da aber dennoch die geschwängerte Wittibe / daß ihr die Ehe versprochen worden / darthun und erweisen möchte / ꝛc. So wird das von ihm erzeugete Kind für ein Ehelich Kind gehalten / und zu des Vatern Sempronii Verlassenschafft / als ein rechter Erbe / billich zugelassen / V. R. W.)

Definit. XIII.

Vitricus non minus ac quilibet alius extraneus, spurio ex illicito coitu nato, ultra modum alimentorum legare potest.

1 LEgatum alimentorum nomine, incestuosis liberis à patre relictum, validum habetur, Gravet. *consil. 219. n. 8.* Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 16. defin. ult.* Harppr. *ad pr. Inst. de hered. quæ ab intest. defer.*
2 *n. 362.* † Idque ex æquitate potius juris pontificii, *c. cum haberet 5. extr. de eo qui dux. in matrim. quam*
3 *poll. per adult.* † quàm Civili ullâ ratione, *Auth.*
4 *ex complexu C. de incest. & inut. nupt.* At † ultra alimenta necessaria, spurio ex illicito & damnato coitu quicquam legare, parentibus haud fas est, Dd. *in dict. Auth. ex complexu C. de incest. & inut. nupt.* Guid. Pap. *dec. 280.* Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 16. defin.*
5 *6. n. 5. & defin. 2. n. 3.* † Vitricus tamen, qui pater non est, supra modum etiam alimentorum, spurio ejusmodi legare potest, perinde, tanquam extraneus
6 quilibet. † Ita namque vulgò tradunt, & soli patri prohibitum esse, ne filio spurio, quantum velit, re-
7 linquat: † Cæteris verò, præsertim extraneis, id prohibitum non esse, *l. ult. C. de natur. liber.* Jac. Cujac. *ad Novell. 22. & Novell. 89.*

Ita tractatum in causa Stephani Eckarts zu Freyberg / Mens. Julio Anno 1634

Et in causa Georgii Ulrici Marschalchs / Mens. Octobr. Anno 1634.

Definit. XIV.

In foro Saxonico tempus jacentis hereditatis ultra triginta dies non durat.

1 TRibus temporibus jacere dicitur hereditas se-
2 cundum jus Civile: † Nimirum, *primo*, à die mortis defuncti, usque ad tempus, quo aperiuntur tabulæ testamenti, *l. 1. ff. quemadm. testam. aper.* vel in casu intestati, quando heres comperit, jus succedendi ad se devolutum esse, *l. ult. §. 1. vers. similiq; modo junct. §. donec 11. C. de jur. delib.* † *Se-*
3 *cundò* à die notitiæ testamenti, vel cognitæ successionis ab intestato, ad triginta dies, quo heres se præparet ad confectionem inventarii, *dict. l. ult. §. sin autem dubius 2. C. d. t.* † *Tertiò* ad alios 60. dies, 4 in quibus & inventarium conficere & deliberare heredi licet, an velit hereditatem adire, vel eam repudiare, *dict. l. ult. §. sin autem 3. C. d. t.* prout pluribus persequitur Coler. *de proces. execut. part. 2. c. 3. n. 393. & seq.* & Bened. Reinhard. *p. 6. diff. 57.* † Adeoq; de 5 jure communi totum tempus jacentis hereditatis, quod & confectionem Inventarii ad spacium deliberandi continet, est spacium trimestre, & si res non sint in loco, annale, Gloss. *in dict. l. ult. §. sin autem dubius 2. verb. Sexaginta C. d. t.* † At de jure Saxo- 6 nico tempus jacentis hereditatis inter præsentes non est, nisi triginta dierum computandorum à tempore scientiæ mortis defuncti, vel cognitæ ex testamento, vel ab intestato hereditatis, Landr. *lib. 1. art. 22.* Coler. *dict. cap. 3. num. 397.* & Reinhard. *dict. differ. 57.* † Etenim de jure communi heres aditâ he- 7 reditate absque confectione inventarii, tenetur Creditoribus in solidum, etiamsi hereditas ad exsolutionem æris alieni non sufficiat, † adeoq; longio- 8 re indiget deliberatione *l. ult. in pr. & §. 1. C. de jur. delib.* † Quod non est de jure Saxonico, ubi heres 9 nullo licet confecto inventario, ultra vires tamen hereditatis non tenetur, *art. 6. ubi* Gloss. *cum addit. lit. a. lib. 1.* Landr. Coler. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Ambrosii Hüttens contra Viduam & heredes Johannis Arstens ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. August. Anno 1632.

Definit. XV.

Heres ante tricesimum diem ab obitu defuncti, à Creditoribus molestari non debet.

DIxeris ergò, quia de jure Saxonico nullo casu 1 hereditas damnosa esse potest, non requiri aliquam aditionem, adeoque nec spacium 30. dierum ad deliberandum heredi concedendum esse? † Ita 2 certè est, nec aliqua specialis in foro Saxonico requiritur aditio hereditatis, † adeò, ut etiam extra- 3 neus heres institutus, & ante aditam hereditatem mortuus, eam quantumvis nondum aditam ad proximiores heredes transmittat, juxta tradita Matth. Coler. *part. 1. decis. 68. n. 16.* Georg. Schultz. *in Synops. inst. tit. de hered. qual. & differ. lit. C.* † Non ta- 4 men spacium deliberandi sive tempus jacentis hereditatis in foro Saxonico omni destituitur effectu. † Etenim ante trigesimum, tempore scilicet jacentis 5 hereditatis, heres à Creditoribus molestari non debet, nec cuiquam ante id tempus respondere, aut quicquam solvere tenetur, *art. 15. lib. 3.* Landr. † Li- 6 cet de jure Civili, post decem dies à morte defuncti, heres à Creditoribus possit inquietari, *Auth. fin. C. de sepul. viol.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 2. c. 3. n. 397. & part. 1. decis 70.*

Ita Domini in causa Simon Mebussens zu Taucha / Mens. Julio Anno 1621. (Verba sentent: Ist euer Vater Todes verfahren / und hat seine Erbschafft auff euch als seinen nechsten Erben und Anverwandten bracht und verfället / Ob sich nun wohl auch viel Schulden finden / ꝛc. So

seynd

seynd doch die Gläubiger vor Ausgang des dreyßigsten/ von euch die Zahlung zu suchen nicht berechtiget/ꝛc.

Definit. XVI.

Ante trigesimum diem ab obitu defuncti, heres possessionem hereditatis apprehendere non valet.

1 QUin non solùm in favorem heredis, sed etiam in odium ipsius, tempus triginta dierum jacenti hereditati in foro Saxonico est determinatum, nescilicet heres eam ante id tempus apprehendat.
2 † Jure namque Civili potest hereditas adiri quolibet die à tempore mortis defuncti, Bartol. *in l. 17. ubi*
3 Gloss. *C. de jur. delib.* † De jure verò Saxonico heres tenetur expectare triginta dies à morte defuncti; Et postea demum potest apprehendere possessionem
4 rerum hereditariarum. † Attamen rerum servandarum gratiâ, etiam ante trigesimum bona ingredi
5 licet, † sed absque potestate disponendi circa res hereditarias, *art. 22. lib. 1.* Landr. *art. 15. lib. 3.* Landr. Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. n. 397. & part. 1. decis. 102. num. 3.* Bened. Reinh. *part. 6. diff. 57. num. 6.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Inmaßen ihr dann auch vor solcher Zeit euch der Erbschafft und derer Verwaltung eigenthümlichen anzumaßen nicht befugt seyd/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Heres, quia facto defuncti contravenire nequit, præcisè tenetur ad exsolutionem æris alieni.

1 EXpeditum est, heredem æs alienum defuncti exsolvere teneri, scilicet quia in universum jus de-
2 functi succedit, † cumque eo in omnibus eadem censetur persona, *l. cum heres 11. ff. de div. temp.*
3 *præscript. Nov. 48.* † adeò, ut etiam conscientiam defuncti exonerare teneatur, Dd. *in cap. Vigilanti 5. extr. de præscript.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 4.*
4 *def. 1. n. 14.* † Addiderim & hanc rationem, quod heres defuncti factum præstare teneatur, *l. cum à matre 14. C. de R. V.* Modest. Pist. *p. 4. q. 140. n. 2.* quam-
5 vis & hæc ipsa ex ratione priore profluat: † Fortissima tamen videtur & triplici alio nititur fundamen-
6 to: *Primò*, † quod ex quâ personâ lucrum quis per-
7 cipit, ejus & factum improbare non debeat: † *Secundò*, quia quem de evictione tenet actio, eundem
8 agentem quoque repellit exceptio: *Tertiò*, † quod heres factum ejus, cui successit, improbare nequeat, quemadmodum nec ipsimet defuncto id improbare atque ab eo recedere licuisset, veluti hasce Dd. rationes congessit Castrens. *in dict. l. cum à matre 14. C. de R. V. n. 2.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *dict. loc.* ubi latissimè id persequitur.

Ita Domini in eadem causa, (Verba sentent: Ob sich nun wol auch viel Schulden finden/ welche ihr als Erbe zu bezahlen/ und also des Verstorbenen Factum zu præstiren, und demselben nachzukommen schuldig seyd/ ꝛc.)

Definit. XVIII.

Liberi à parentum hereditate abstinentes, æs alienum parentum ex hereditate avitâ solvere haud tenentur.

1 NEc liberi æs alienum patris defuncti aliâ de causâ solvere tenentur, quàm quod factum patris, ceu ejusdem heredes, præstare sint obstricti, *l. cum à matre 14. C. de R. V.* † & quia in universum 2
defuncti jus succedunt, *l. cum heres 11. ff. de diverf. temp. præscript.* † ut non minus onera & incom- 3
moda, quàm commoda & lucra ipsis accrescant. *Defin. præced.* Ex quo sequitur, † æs alienum à 4
defuncto contractum, liberos exsolvere haud teneri, si non existant heredes patris, † quantumvis ad 5
pinguiorem fortunam postea ex devolutione avitæ hereditatis pervenerint, Matth. Coler. *part. 2. decis. 255.*

Ita Domini in causa Caspari Brands zu Torgau/ Mens. Jun. Anno 1620. (Verba sentent: Ob nun wol ihr und eure Miterben bey gehaltener Erbtheilung bey seinen Kindern begehret/ daß sie solche 500. fl. an statt ihres Vatern zahlen/ oder an ihrem Antheil ihnen abkürtzen lassen solten. Da sie aber dennoch ihres Vatern Erben nicht worden/ und seiner Verlassenschafft sich niemals angemasset hätten/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ so wären sie auch mehrangeregte 500 fl gestalten Sachen nach/ weil sie jure proprio ihrem Großvater succediren, vor ihren Vater zu zahlen/ oder an dem Großväterlichen Erbe ihnen etwas abkürtzen zu lassen nicht schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Factâ nominum divisione, heres de evictione adversus coheredes agere non potest.

NOmina Debitorum & Creditorum quia com- 1
modam divisionem non recipiunt, & ipso jure per L. 12. tabb. sunt divisa inter coheredes intellectualiter pro hereditariis portionibus, † ideo per 2
actionem familiæ herciscundæ non veniunt dividenda, sed tantum adjudicanda, *l. 2. cum l. seq ff. fam. ercisc. l. ea quæ 6. & ibi* Gloss. *C. eod. tit.* † Ad- 3
eoque tùm heres debet cedere coheredi actionem pro parte, quam habet in nominibus debitorum, perinde ut fit in aliis juribus incorporalibus individuis, *l. si ita 42. in fin. & dict. l. 2. ff. eod. tit.* † Quid 4
autem, si factâ nominum adjudicatione, heres quidam creditum suum à debitore consequi nequeat, num adversus coheredes pro partibus saltem ipsorum virilibus de evictione agere poterit; † Ita for- 5
san quis dixerit per text. *in l. si familiæ 14. C. famil. ercisc.* ex quo probatur, quod factâ divisione extra judicium per ipsos coheredes, licèt nihil de hoc conventum fuerit, coheredes tamen de evictione teneri, Joh. Schneid. *in §. quædam actiones 20. Instit. de act. tit. de act. fam. ercisc. n. 18.* Andr. Fach. *part. 2. lib. 6. controv. 68.* † Sed hoc notabiliter limitandum est, 6
quoties evictionis periculum inter coheredes mutuum est & commune, quia scilicet omnes possidentes obligatas Creditoribus, vel aliter obnoxias evictioni, † tùm enim, si uni res evincatur, is non ha- 7
bet actionem de evictione adversus coheredes, quia versantur & ipsi quoq; in eodem periculo, ità docet post Guilielm. Cunium Paul. Castrens. *in dict. l. si familiæ 14. n. 2. C. famil. ercisc.* † Quum ergò factâ no- 8
minum divisione vel adjudicatione, quilibet suo periculo debitum exigat (de hoc enim casu solùm loquor, non etiam si aliter expressè conventum fuerit) † non habet heres, quod conqueratur de exactione 9
inani, quia coheredes idem periculũ verentur; Quod eo magis verum est; † si factâ æquali divisione 10
nominum exigibilium, unum vel alterum debi-

tum ex post-facto, casu vel culpâ etiam heredis, fiat haud exigibile, Fachin. *dict. cap. 68. in fin.*

Ita Domini in causa Henrici à Bottfeld, Mense Jan. Anno 1600. (Verba sentent: Da ihr und euer Bruder die ausgeliehene Gelder/so euer Vater nach sich gelassen/und auff euch Gebrüder vererbet/mit einander theilen würdet/so wäre ein ieder die jenige Schulden/so ihme beydes an gewissen und ungewissen Posten zukommen würden/auff seine Gefahr und Unkosten einzubringen schuldig/und ob gleich einer etliche Posten nicht einbringen könte/So wäre doch der andere ihm solchen Mangel zum halben Theil zu ersetzen nicht pflichtig/V.R.W.)

Definit. XX.

Creditor patris defuncti à liberis heredibus exigens solutionem, probare tenetur, eos hereditatem adivisse.

1 COnventi liberi defuncto patre, à Creditoribus ejus sæpissimè ad remorandam exsolutionem solent excipere, se heredes non esse, sed hereditatem patris repudiasse, ubi disceptatur, *an Creditores agentes aditionem hereditatis, an verò liberi excipientes abstinentiam sive repudiationem, probare teneantur, & cuinam parti onus probandi incumbat?*

2 † Et quidem, pro Creditoribus contra filios allegari potest illud vulgatum: Si filius, Ergò heres, ut argu-

3 mentatur D. Apostolus *ad Gal. 4. vers. 7.* † Et quidem suus & necessarius, §. *sui autem 2. Inst. de hered. qualit. & differ.* Quo ipso onus probandi in filium transferri videtur, se scilicet à patris hereditate ab-

4 stinuisse. † Sed advertendum est, argumentum illud solùm procedere in favorem filiorũ, ad hoc, ut ipsorum intentio sit fundata, si velint esse heredes, aut petant hereditatem paternam, ut nempe præter filia-

5 tionem nihil ulteriùs teneantur probare: † Neutiquam verò idipsum in odium eorum est detorquendum, ut scilicet aliorum quoque contra ipsos agentium propter onera hereditaria, intentio sit fundata, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 99. num. 4.* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 34. num. 2. & ibi* Jacob.

6 Schult. *in addit. num. 9.* † Licet enim filius sit heres propter jus filiationis, attamen in arbitrio ejus est,

7 an velit eo jure uti, nec ne. † Et non obligatus est filius se immiscere hereditati, si jure prætorio abstinere velit, *dict. §. sui autem 2. in fin. Inst. de hered. qual. l. ei qui se 12. ff. de acquir. hered. l. 1. & 2. C. si*

8 *minor. se ab hered. abstin.* † Quare cum adhuc dubium sit & in facto consistat, an liberi immiscuerint

9 se hereditati paternæ, an verò abstinuerint, † Creditor, qui in facto aditionis & immixtionis se fundat, eam omnino probare tenetur, *l. asseveratio 10. C. de non num. pecun. l. actor. 23. C. de probat.* Dan. Moll. *lib. 4. sem. 39.* Mod. Pist. *dict. quæst. 34.* Menoch. *dict. præsumpt. 99. n. 4.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 128.* ubi pluribus idipsum eleganter persequitur, Schneidew. *ad*

10 *dict. §. sui autem 2. n. 6. Instit. d. t.* † Taceo, quod probatio abstinentiæ sit difficilis, cum in se conti-

11 neat negativam implicitam; †. Nec enim abstinere aliud quid est, quam se non immiscere, Gloss. *in dict. §. sui autem 2. vers. sed his prætor. in verb. Prætor*

12 *permittit inst. de hered. qual. & differ.* † Negantis autem per rerum naturam, nulla est probatio, *l. actor. 23. C. de probat.*

Ita Domini in causa heredum Alexandri à Zwemen in Körschlitz & Gundersdorff, contra Otton. Heinricum à Zwemen ad Consultationem Quæstoris Delitiani, Mens. Julio Anno 1633.

Et in causa Curatorum Barbaren / Valtin Seiffarts Wittiben / contra Wolff Fockens Wittiben und Kinder zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1636. (Verba sent: Würde Kläger erweisen und darthun/daß Wolff Fockens Wittib und Kinder ihres Mannes und Vaters Erben worden / inmaßen ihnen vor allen Dingen zu thun obliget/ So wären sie die von Klägern producirte Handschrifft gebührender maßen zu recognosciren schuldig/und ergehet darauff ferner was recht ist / V.R.W.)

Definit. XXI.

Filius bona paterna administrans, præsumitur hereditatem adivisse, nisi contrarium probet.

QUia hereditatis aditio non tàm facti, quàm 1 animi est, & in nuda voluntate consistit, §. *ult. Instit. de hered. qualit. & differ. l. 2. & 3. ff. de interr. action.* † ejus probatio omnium difficillima habe- 2 tur, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 128. n. 9.* Sufficit ergò, ex factis aditionem demonstrari, † vel saltem firmi- 3 ter præsumi, quod multis modis fieri potest, ut latissimè tradunt Dd. *in l. gerit 88. & l. is potest 18. ff. de acquir. vel amitt. heredit. l. reprehendendas 5. C. de instit. & substit.* † Sanè, si filius post mortem patris 4 diu in domo paternâ permanserit, fructus & reditus ex hereditate perceperit, debitaque hereditaria exegerit, Creditores intentionem suam filium nempe hereditatem adivisse, adversus ipsum fundatam habent, ex fortissimâ præsumptione juris, † quæ onus 5 probandi in filium transfert, *l. fin. ff. de eo quod met. caus. l. nuptura 57. in fin. ff. de jur. dot.* Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 12. defin. 8.* † Negativam ergò & contrarium 6 tùm filius docere debet, quod nimirum non inhabitaverit domum paternam vel fructus perceperit ut heres patris, sed vel vigore pacti, vel jure pignoris pro dote maternâ, *l. un. C. de rei uxor. act.* Ant. Fab. *dict. tit. 12. defin. 9.* † Quod certè facere potuit circa 7 jus & nomen heredis, juxta tradita Bartol. *in dict. l. gerit 88. n. 20. ff. de A. vel A. H.* Afflict. *decis. 372. n. 1.* † Nec valet consequentia, filius possidet bona pater- 8 na; Ergò est heres, quia potest bona paterna possidere, ut tamen non sit heres patris. † Non enim so- 9 la possessio, sed animus filium heredem facit, *l. gerit 88. l. pro herede 20. ff. de acquir. heredit.* Andr. Gail. *dict. loc. n. 13. & 14.*

Ita Domini in causa Sebastiani Mockens zu Hermersdorff/ Mens. April. Anno 1627. (Verba sentent: Seyd ihr nach Absterben euers Vatern in seinem Gute verblieben/ daßselbe nicht alleine bestellet/ sondern euch auch der Fruchtnießung angemasset. Ob nun wol dahero von den Gläubigern gemuthmasset wird / daß ihr gedachtes euers Vaters Erbe worden/deßwegen auff die Zahlung hart in euch gedrungen werden will/da ihr aber dennoch nicht in Meynung/ euch des Vatern Erbschafft zu immisciren, sondern nur allein wegen euers noch rückständigen Mutterntheils des juris retentionis euch zu gebrauchen / in dem Gute verblieben wäret/ ꝛc. So möchte euch solches zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen / noch auch die aditio hereditatis dadurch erwiesen und beybracht werden/V.R.W.)

Definit. XXII.

Heres actum declarare volens, se animo adeundi eum non gessisse, mediante juramento id facere tenetur.

AT, quomodo probabit filius, se non animo adeun-

adeundi, ſed aliâ ex causâ, videlicet jure pignoris pro dote maternâ domum paternam inhabitaſſe, aut
2 fructus percepiſſe? † Difficillimum ſane id eſt, quia in nuda voluntate & animo conſiſtit, *l. pro herede*
3 *20. ff. de acq. hered. l. 2. & 3. ff. de interr. act.* † ideoq; ſufficiunt præſumptiones & conjecturæ, & ſtandum
4 eſt in dubio declaratione actum gerentis, † modò ea ſit jurata, Bartol. *in l. gerit 88. n. 17. ff. de acquir. heredit.* Joh. Plot. *in l. ſi quando 9. §. 29. n. 3. C. Unde vi.* Hartman. Piſtor. *obſ. 136.* Cravett. *conſ. 179.* ubi plures
5 allegat. † Nam quando dicto & aſſeveratione alicujus ſtandum eſt, illa juramento confirmari debet, *l. Theopompus 14. ubi* Bartol. *ff. de dot. prælegat.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 47. n. 31.* Andr. Tiraquell. *de præſcript. §. 1. Gloſſ. 8 verſ. 1.* Hartm. Piſtor. *dict.*
6 *obſ. 130. n. 4. & ſeq.* † ubi id ipſum quoque ad gerentis heredem extendit, monet tamen, eum non aliter eſſe admittendum, ut juramento ſuo declaret, defunctum adeundi animo quid feciſſe vel non, quàm ſi judici veriſimiliter conſtet, eum de voluntate defuncti, notitiam habere potuiſſe, Plot. *dict. §. 29. n. 3. & §. 50. n. 5. in l 9. C. Unde vi.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba ſententiæ: Da ihr aber dennoch nicht in Meynung/ euch des Vaters Erbſchafft zu immiſciren, ſondern nur allein wegen eures noch rückſtändigen Muttertheils / des Juris retentionis euch zu gebrauchen / in den Gütern verblieben wäret/ auch daſſelbe vermittels Eydes / damit ihr geſtalten Sachen nach zuzulaſſen / erhalten würdet / ꝛc. So möchte euch ſolches zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ noch auch die aditio hereditatis dadurch erwieſen und beybracht werden/ V. R. W.)

Definit. XXIII.

Legata & fideicommiſſa etiam non agnita ad heredes transmittuntur: Et quando hereditas non adita transmittatur?

1 EXpediti juris eſt, hereditatem non aditam, ut & bonorum poſſeſſionem non agnitam non transmitti, ſed ad ſubſtitutum, venientes ab inteſtato, vel ad fiſcum pertinere, *l. ſi ex pluribus 9 in pr. ff. de ſuis & legitim. l. 3. §. acquirere 7. ff. de bonor. poſſeſſ. l. quoniam 2. l. ſi infanti 18. C. de jur. delib.* † Ex-
3 ceptis tamen caſibus quibusdam ſpecialibus; † Veluti jure ſuitatis, liberi, qui in poteſtate morientis fuêre, cujuscunque ſint ætatis, ſive ex aſſe, ſive ex parte, ab inteſtato vel ex teſtamento, absque conditione etiam ignorantes ipſo jure ſunt heredes, *l. in ſuis 14. ff. de ſuis & legit. l. cum miles 30. ff. ex quib. cauſ. major. l. ſi patronis 12. §. ult. l. nihil interest 50. §. pen. ff. de bon. libert. l. qui in aliena 6. §. interdum 7.*
4 *ff. de acquir. hered.* † adeoque & hereditatem, cui ſe non immiſcuerunt, ad quoscunque heredes transmittunt, *l. qui duos 9. §. cum bello 1. & §. ult. ff. de reb. dub. l. ex militari 11. §. ult. ff. de teſtam. milit. l. ſi quis filiumfamilias 7. ff. de acquir. vel amitt. heredit. l. liber homo 20. §. ult. ff. de ſtipulat. ſervor.* Ant. Teſſaur. *deciſ. 88. num. 1.* Andr. Rauchb. *part. 2. deciſ. 15. num. 7.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 4. quæſt. 131. num. 15.* ubi plures allegat.
5 Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 131. num. 5.* † Sanguinis quoque ratione ex beneficio Conſtitutionis Theodoſianæ, liberi tàm ſui, quàm emancipati, patri vel matri aliisque aſcendentibus ſuccedentes, ſive
1 ſciverint, ſive ignoraverint, ſe heredes eſſe, hereditatem absque aditione vel agnitione ad liberos ſuos transmittunt, *l. un. C. de his qui ant. apert. tab. hered. transm. l. un. §. in noviſſimo 5. C. de caduc. toll.* † Præterea quoque & temporis deliberandi ratione 6
fit hereditatis non aditæ transmiſſio, ſi heres, cujuscunque generis fuerit, qui hereditatem ſibi delatam non ignoravit, intra annum moriatur: † Nam tùm 7
& arbitrium, vel jus deliberandi & adeundi poteſtatem quoad reliquum tempus, in quemcunque heredem transmittit, ex Conſtitutione Juſtiniani Imperatoris in *l. cum in antiquioribus 19. C. de jur. deliber.* † Hoſce tres caſus latius perſequitur Andr. Rauchb. 8
dict. quæſt. 15. † Sic etiam hereditas infanti delata 9
nondum adita transmittitur, *l. ſi infanti 18. §. ſed ſi hoc 1. & §§. ſeqq. C. de jur. delib.* Bartol. *in l. 83. n. 27. ff. de acquir. hered.* Schult. *dict. loc. n. 145.*

Ita Domini in cauſa Thomæ Gluckens zu Plauen / Menſ. Jan Anno 1631. (Verba ſentent: Und es mag euch ſolche Erbſchafft/ dahero daß die Verſtorbene ſich derſelben niemals würcklichen angemaßet / weil ſie in ihrer Kindheit mit Tode abgangen / auch ſonſten die ſämbtliche Todesfälle binnen Jahresfriſt / und geſchwinder Zeit auffeinander / als das ſpatium deliberandi noch nicht verfloſſen geweſen/ geſchehen / in welchem Fall auch/ Inhalts der Rechte hereditas non adita transmittiret wird/ nicht verweigert noch vorenthalten werden/ V. R. W.)

† Sed & ultra hos, alios undecim caſus, quibus here- 10
ditas non agnita vel adita transmittitur, refert & tractat Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *dict. part. 4. quæſt. 131.* ubi & jura & autoritates Dd. adducit.
† Sanè in fideicommiſſo quoque hoc eſt ſpeciale, ut 11
non agnitum transmittatur ad heredes fideicommiſſarii ſucceſſoris, Dd. *conſil. 478. n. 8.* Jacob. Schult. *dict. loc. n. 189.* Andr. Gail. *dict. obſ. 131. n. 1.* † Scilicet, 12
quia fideicommiſſario officium judicis ad compellendum heredem, ut hereditatem periculo fideicommiſſarii adeat & reſtituat, competit, *l. quia poterat 4. l. nam quod 14. §. 1. ff. ad SCtum Trebell.* † quod 13
judicis officium nobile ad heredes tranſit, *l. non ſolum 6. ff. de in integr. reſtit.* † Et de legato conſtat, quod 14
illud etiam non aditum legatarius transmittat ad heredes, modò poſt mortem demum teſtatoris deceſſerit, *l. un. §. in noviſſimo 5. C. de caduc. tollend. l. cum pater 77. §. ſurdo 3. ff. de legat. 2.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 68. n. 6.*

Ita Domini in cauſa heredum Antonii Agricolæ ad Conſultationem Prætoris & Scabinorum Schneebergenſium, Menſ. April. Anno 1634. (Verba ſentent: Hat Antonius Agricola unter andern Legaten Chriſtoff Hautzens / und Hanſen Eichtenhains Söhnen etliche gewiſſe Bücher legiret. Ob nun wol die Legatarii, ehe und zuvor das Teſtamentum publiciret worden / und ſie das Legatum empfangen/ Todes verblichen / dieweil ſie aber dennoch des Teſtatoris Tod erlebet/ ꝛc. So haben ſie auch berührtes Legatum auff ihre nechſte Freunde gebracht und verfället ꝛc.)

Definit. XXIV.

Licet quis inſcius hereditatis ſibi delatæ, intra vel poſt deliberationis annum deceſſerit, ejus tamen heredes beneficio reſtitutionis in integrum ad hereditatem illam admittuntur.

1 IMperator Juſtinianus ſcientibus tantùm heredibus & intra deliberationis annum morientibus jus transmiſſionis largitur, *l. cum in antiquio-*

quioribus 19. l. quoniam Sororem 7. C. de jur. delibe-
2 *rand.* † Ex quo sequitur, hereditates, quæ ignorantibus obveniunt, si intra vel post annum ex hâc vitâ migrant, haud aditas, ad heredes non transferri, Anton. Gomez. *tom. 1. var. resolut. cap. 9.* Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 131. num. 167.*
3 † Quoniam scire, delatam sibi fuisse hereditatem, de substantia est transmittendi juris deliberandi,
4 juxta Alexand. *lib. 1. consil. 71. n. 4.* † Quia delibe-rare non dicitur, qui ignorat, proindeque ne jus quidem deliberandi, adeundæque hereditatis ignorans ad suos heredes transmittit, Jason *in dict. l. cum in antiquioribus 19. num. 3. & ibidem communiter* Dd.
5 Matth. Wesenb. *part. 2. consil. 89. n. 3.* † Neq; ignorans hereditatem acceptare potest, *l. nec nos 4. C. de postl. revers. l. multum interest 21. ff. de condit. & de-*
6 *monst.* † ac consequenter nec ullum acceptandi jus transmittere, siquidem nemo plus juris in alium, quàm ipse habet, transfundere potest, *c. nemo potest.*
7 *79. de Reg. jur. in sexto.* † Sed hæc ita ipso jure se habent; Verùm heredes hoc casu, ob justam defuncti ignorantiam judicis officium implorare pos-
8 sunt, † ut ex clausula generali ad jus deliberandi ex defuncti personâ restituantur, Jason *in dict. l. cum in antiquioribus 19. n. 3. C. de jur. delib.* Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 4. quæst. 131. n. 251.* Anton. Gomez. *dict. cap. 9. n. 50. & 59.* Andr. Rauch. *part. 2. q. 15. n. 25.*
9 Matth. Wesenb. *dict. consil. 89. n. 11.* † modò tempus triginta annorum non effluxerit, justaq; causa ignoran-
10 tiæ subsit, † veluti si heres ante publicationem testamenti decesserit, & ita scientiam hereditatis sibi delatæ haud habere potuerit, *l. Pannonius 86. ff. de acquir. heredit.* Schult. *dict. loc. num. 253. & seqq.* Rauchb. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Eliæ Reichens zu Merseburg an Frantz Kretzschmarn daselbsten / Mens. Octobr. Anno 1599. (Verba sent: Hat Eliä Reichens Eheweib in ihrem Testament itzogedachten ihren Ehemann zum Erben aller ihrer Güter eingesatzt/darauff sie Anno 1598. den 22. Augusti verstorben. Ob nun gleich obberührter ihr Ehemann den 20. Sept. hernach/und also ehe er sich bemeldtes seines Weibes Erbschafft angemaßet / auch Todes verblichen. Dieweil aber dennoch seine nachgelassene Erben/dahero/ daß sich der Fall mit ihme noch vor Eröffnung des Testaments begeben / und er also umb die darinnen begriffene Institution nicht gewust / nach gemeinem Schluß der Rechtslehrer Restitutionem in integrum zu bitte befugt/ ꝛc. So werden demnach bemeldte Erben zu des Weibes Verlassenschafft billich zugelassen/ und des Weibes Erben haben sich deroselben nicht anzumaßen/ V. R. W.)

Definit. XXV.

Quarta Trebellianica nondum licet detracta, ad heredes tamen transmittitur.

1 HEreditas nondum adita, licet ad heredes regulariter haud transmittitur, *supr. Definit. 23.* Aliter tamen res se habet in eo bonorum genere, quod non defertur, acquiriturvè nobis jure hereditario ut hereditas aut pars hereditatis, sed jure quodam singulari & ab hereditate penitus disjun-
2 cto ac separato. † Ejusmodi enim lucra etiam sine agnitione transmittuntur in heredes, *l. si arrogator 22. ff. de adopt.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 131. num. 13.* Bald. *in l. generaliter 5. num. 1. & 3. C. de secund. nupt.* Natta *consil. 507. n. 35.* Jacob. Schult. *in addit.*
3 *ad* Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 131. n. 208.* † Quod ipsum certè insignes habet effectus in casibus plurimis, quos refert Schult. *dict. loc.* † Ita enim legitima, quæ non hereditatis sed bonorum pars habetur, etiam sine agnitione ad heredes transmittitur; Gail. *dict. loc. n. 12.* Baldus *in l. si avus 2. n. 10. C. de lib. prater.* Natta *consil. 238. n. 4.* Jason *in l. si arrogator 22. n. 18. ff. de adoption.* Rol. à Vall. *de lucro dot. quæst.*
4 *47.* † sic & bona utensilia etiam non adita, ad here-
5 des utensilium capaces transmittuntur; † Siquidem
6 gerada ex speciali juris Saxonici dispositione, proximæ cognatæ defertur tanquam cognatæ, non tanquam heredi, Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 14. n. 2.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 31. n. 5.* Dan. Moller. *lib. 1. semest. 11. n. 2.* † Eodemque modo portio illa, quæ
7 heredi, cujus fidei, ut hereditatem alteri restituat, commissum est, ex SCto Trebelliano debetur, ad heredes transfertur, † quantumvis accepta non sit, *l.*
8 *quanquam 10. C. ad Leg. falcid.* Jason. *in dict. l. si arrogator 22. n. 18. ff. de adopt.* Schult. *dict. loc. n. 213.*

Ita Domini in causa Henrici à Wirchdorff zu Großmildenau/ Mens. Majo Anno 1600.

Definit. XXVI.

Res expeditoriæ licet non aditæ in Agnatos tamen transmittuntur.

SIcut bona utensilia sive gerada, *Defin. præc. n. 5.*
1 † Ita quoque res expeditoriæ, (das Heergewette) quantumvis non aditæ in Agnatum proximiorem transmittuntur, Schult. *in addit. ad* Mod. Pist. *part.*
2 *4. quæst. 131. n. 236.* † Non solùm, quod res expeditoriæ & bona utensilia quàdam juris æqualitate sibi mutuò respondeant, Gloss. *in art. 15. num. 4. lib. 3.*
3 Landr. *& in art. 15.* Weichbild *n. 1.* † adeoq; quod de uno horum statuitur, alteri quoque id attribuatur necesse est, Modest. Pistor. *vol. 2. cons. 19. num. 19.* Jason *in l. centurio 15. n. 33. ff. de vulgar. & pupill. substit.* Schneidew. *in §. sed non usq; 3. n. 6. Inst. de legat.*
4 † Sed &, quia res hæ expeditoriæ, non jure hereditario, sed ex speciali juris Saxonici dispositione solis Agnatis deferuntur, *art. 27. vers.* Ein ieglich Mann von Ritters-Art *lib. 1.* Landr. *dict. art. 15. ubi* Gloss. *in verb.* Wer Heergewette *lib. 3.* Landr. Georg. Rotschitz. *in tr. de dotalit. art. 22. n. 13. & 19.* † Unde
5 evenire potest, ut is qui heres sit, de expeditoriis rebus nihil consequatur, Gloss. *in dict. art. 27. n. 2. lib. 1.*
6 Landr. † Atqui ea, quæ non jure hereditario, sed ex speciali quadam legis sanctione alicui acquiruntur, etiam non adita vel agnita in heredes transmitti, dixi *Definit. præced. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 131. n. 13.*

Ita Domini in causa Melchior Grubens zu Neumarck/ Mens. Mart. Anno 1631. (Verba sentent: Ist euer Vetter Andreas Rosenbach Todes verfahren/ und hat unter andern euern Vater / als seinen nechsten Schwerdtmagen/ mit dem Heergeräthe befället. Ob nun wol gedachter euer Vater/ ehe und zuvor er sich des Heergeräthes angemasset/ gleichesfalls gestorben/ꝛc. So hat er doch dasselbe auff euch seinen Sohn bracht und verfället / und ihr habt euch desselben vor euern andern Vettern anzumassen wohl fug / V. R. W.)

Definit. XXVII.

Mobilia, quæ defunctâ Conjuge maritus in foro Saxonico lucratur, etiam nondum agnita in ejus heredes transferuntur.

EX eo porrò, quod dixi, quoties lucrum non 1 defer-

defertur ut hereditas, vel pars hereditatis, tunc illud ſine ullâ agnitione ad heredes transmitti, *ſupr. Definit. 25. num. 2.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 4. qu. 131. num. 208.* Andr. Gail. *lib. 2.* 2 *obſ. 131. num. 13.* † inferre licet ad maritum, cui de-
3 functâ uxore omnia ejus mobilia deferuntur; † Etenim quia hæc perinde ut dotem, in rebus mobilibus conſiſtentem, non jure hereditario, ſed ex ſpeciali juris Saxonici diſpoſitione lucratur, *art. 31. & 45. lib. 1.* Landr. *& art. 76. poſt pr. lib. 3.* Landr.
4 † utique etiam ea non agnita nec acceptata ad heredes transmittit: Sicuti & aliàs, quando ex ſpeciali loci alicujus ſtatuto vel conſuetudine, certa bonorum portio ex hereditate conjugis defunctæ ma-
5 rito addicitur, † ea non agnita ad heredes mariti tranſit *in l. ſi arrogator 22. num. 9. & ibi* Jaſon *n. 15. ff. de adopt.* Rol. à Valle *de lucro dot. quæſt. 47. n. 1. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſâ Johannis Eichhorns zu Cölleda/ Menſ. April. Anno 1630. (Verba ſentent: Ob ſchon vorgedachter Ehemann/ ehe und zuvor er ſich ſeines verſtorbenen Weibes verlaſſenen Mobilien angemaſſet / auch Todes verfahren/ ꝛc. So hat er doch dieſelbe auff ſeine nechſte Erben bracht und verfället / und es werden ihnen nunmehr ſolche Mobilien billich ausgeantwortet/ V. R. W.)

Et in cauſa Thomæ Glückens zu Plauen / Menſ. Jan. Anno 1635.

Definit. XXVIII.

Defuncto licet donatario, antequam donatum mortis cauſa agnoverit, illud tamen ad heredes transmittitur.

1 Simili planè ratione rectiſſimè dixeris, hereditatem alterius donatione mortis causâ datam, licet non aditam, transmitti in heredes, defuncto donatario, cum Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor.
2 *part. 4. quæſt. 131. n. 230.* † Scilicet, quia donatum mortis cauſa titulo quodam peculiari & ab hereditate diverſo ac ſeparato, non jure hereditario
3 donatario defertur; † Eſt enim donatio mortis cauſa contractus, ſingularem ſuam formam eſſentialem habens, eamque diverſam ab hereditate, *l. poſt legatum 5. §. qui mortis cauſa 17. ubi* Gloſſ. *in*
4 *verb. legatario ff. de his quib. ut indign.* † Eoque facit, quod mortis cauſa donatio aditionem hereditatis non exigat, Johan. Dilect. *de art. teſt. tit. 5.*
5 *de ſubſtitut. cautel. 26. num. 4.* † Quin & donatio mortis cauſa æquiparatur per omnia ferè legatis, *§. 1. Inſt. de donat. l. Marcellus 15. §. ult. l. etſi debitor 17.*
6 *in fin. ff. eod. tit.* † Atqui legatum etiam non aditum transmitti ad heredes legatarii, conſtat ex *l. un. §. in noviſſimo 5. C. de cad. toll. ſupr. Defin. 23. in fin.*

Ita Domini in cauſa Hartmanni Mörlini zu Coburg/ Menſ. April. Anno 1628. (Verba ſentent: Hat Hans Rebus vor ſeinem Abſterben eurem Vater den meiſten Theil ſeiner Güter per donationem mortis cauſa zugewendet/ und übergeben. Ob nun wol gedachter euer Vater/ ehe und zuvor er die donirten Güter überkommen und angenommen/ Todes verfahren/ ꝛc. So hat er doch dieſelbe auff euch und eure Miterben gebracht und verfället/ dannenhero ihr euch derſelben anzumaſſen wohl befugt ſeyd/ V. R. W.)

Definit. XXIX.

Transmittitur etiam hereditas nondum adita, ſi hoc teſtatori ita placuerit, vel teſtamento addita ſit clauſula Codicillaris.

Frustra caſus quosdam tanquam ſpeciales, quibus 1
hereditas etiam nondum agnita transmittitur, recenſeri inquies, eò † quod in foro Saxonico here- 2
ditas quantumvis non adita ſemper transferatur, nec à tempore delatæ hereditatis decurſi fuerint triginta anni, annus & dies, ſecundum Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 202. num. 6. & deciſ. 68. num. 13.* ubi rationem ponit hanc, † quod in foro Saxonico non re- 3
quiratur aditio aliqua hereditatis, quia hoc nullo caſu poteſt eſſe oneroſum heredi, cum de jure Saxonico, etiam non confecto inventario, heres non teneatur ultra vires hereditatis, *art. 6. lib. 1.* Landr. † Sed 4
de hoc forſan ſub judice adhuc lis eſt: Etſi omnino Colero id concedendum eſſet, † noſſe tamen 5
utile foret, quando & quibus in caſibus, etiam de jure communi hereditas nondum agnita tranſeat ad heredes, de quibus *Supr.* Def. *23. & ſeqq.* Hiſce & alium transmiſſionis caſum addo: † Si nempe 6
teſtator teſtamento ſuo ita diſpoſuerit, ut hereditas ſua quamvis non adita ad heredes tamen eorum, quos inſtituit, transmittatur, Joh. Dilect. *de art. teſtand. tit. 1. caut. 1. num. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 4. qu. 131. num. 238.* † Nam 7
& id, quod ſuâ natura haud transmiſſibile eſt, voluntate teſtatoris transmiſſibile fieri poteſt, Dilect. *dict. loc.* non ſolùm expreſsâ † ſed & tacitâ voluntate, 8
de quâ ſaltem conjecturis ſuſpicari licet, Jaſon *in l. nemo poteſt, 58. num. 33. ff. de legat. 1.* † Ideoque ſi 9
teſtator condito teſtamento adjecerit clauſulam Codicillarem, hujus virtute hereditatem etiam non agnitam transmitti, quaſi ab inteſtato venientes rogati eſſent heredibus ſcripti heredis hereditatem reſtituere, tradunt Jaſon *in l. cum filiofamilias 11. n. 120. ff. de legat. 1.* Guid. Papa *conſil. 137. n. 2.* Marc. Anton. Pereg. *de fideicommiſſ. art. 31. n. 5.* aliique allegati à Jacob. Schult. *dict. loc. n. 242.*

Ita Domini in cauſa heredum Antonii Agricolæ zu Schneeberg/ Menſ. April. Anno 1634.

Definit. XXX.

Liberi à petitione hereditatis paternæ vel avitæ, non niſi triplicato præſcriptionum ſpacio 90. ſcilicet annorum excluduntur.

Quod ſucceſſorio Prætoris edicto conſtitutum 1
reperitur, ut filius, qui à petendâ inteſtati parentis bonorum poſſeſſione, ex capite Unde liberi, tempore excluſus eſt, ſibi ipſi ſuccedat, poſſitque petere ex capite, Unde Agnati, vel Unde legitimi, poſtremo ex capite quoque Unde Cognati, *l. 1. §. ſed videndum 11. & tot. tit. ff. de ſucceſſ. edict. §. placebat 7. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* † illud ab Interpp. ad civilis quoque ſucceſſio- 2
nis jura protractum eſt: † Ut filius, qui intra pri- 3
mos triginta annos hereditatem parentis agnoſcere noluit, tanquam filius, poſſit intra ſequentes aliòs triginta annos adire ut Agnatus, tùm iis quoque elapſis, intra totidem alios tanquam Cognatus, † ſive de paternâ, aut maternâ, ſive 4
etiam

etiam de avitâ hereditate agatur, Bald. & Dd. *in l. licet 8. Cod. de jur. delib.* † Rectenè hoc fiat an non, nolo disputare contra Fabr. *in Codic. lib. 6. tit. 11. defin. 3.* ubi invéterato Interpp. errore hanc opinionem exortam dicit, † quia edicti successorii æquitas ex eo potissimum proficiscitur, quod admittendæ bonorum possessionis tempora sint brevissima, cum ex contrario acquirendæ hereditatis sint longissima, *l. hereditatis 7. C. de petit. hered.* † Sufficit, hanc sententiam supremarum Curiarum decretis innumeris fuisse comprobatam, teste ipsomet Fabro *dict. defin. 3.* † Quibus consequens, præscriptionem 30. vel 40. annorum hoc casu contra liberos non currere, sed demum ex spatio præscriptionem triplicato nempe 90. annorum, hos à petitione paternæ, maternæ, vel avitæ hereditatis excludi, Gloss. & Dd. *in l. 1. C. qui admitti & in l. licet C. de jur. delib.* Bald. *in tract. de præscript. p. 4. part. quart. princip. quæst. 19. n. 5.* Jason *in l. 3. n. 7. & seqq. ff. de acquir. hered.* Matth. Wesenb. *vol. 1. consil. 11. n. 44.* † Cumque jure Saxonico de hoc nil aliud expresse sit constitutum, cur stare prohiberetur in foro Saxonico dispositio juris communis, quæ non mutata reperitur? *l. sancimus 27. C. de testam. l. præcipimus 32. C. de appellat.* † Est enim jus statutarium Saxonicum ita interpretandum, ut quàm minimum lædat jus commune, Bald. & Dd. *in l. 2. Cod. de noxal. action.* Wesenb. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Reinhardi ab Escheweg, Mens. Jan. Anno 1593. (Verba sent: Seyd ihr vor wenig Jahren mit euer nahen Anverwandten einem wegen einer Erbforderung in Rechtfertigung gerathen. Ob ihr nun gleich/ nach eurer Groß-Eltern tödtlichem Abgange dreyßig Jahr habt verfliessen lassen/ und euern gebührenden Antheil der Erbfoderung nicht gesucht / Dieweil aber dennoch nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten ein Kind ex triplici capite: Unde Liberi, Unde Legitimi & Unde Cognati, zu einer Erbschafft/davon eure Frage meldet/ kommen kan. So habt ihr euch auch an obgedachter Erbtheilung/ungeacht daß 30. Jahr verflossen / nicht verschwiegen/ sondern ihr werdet nunmehr ex capite Unde Legitimi billich darzu gelassen/ V.R.W.)

It. in causa Johannis Georgii à Bobschutz / Mens. April. Anno 1621. (Verba sentent: Hat euer Eheweib von Christoff Arleben ihr Großmütterlich Gut gefodert. Ob er sie nun gleich dahero abweisen wollen / daß nunmehr fast in die 70. Jahr von ihrer Großmutter Absterben verflossen/ binnen welcher Zeit keine beständige Foderung derselben geschehen / Dieweil aber dennoch nach gemeinem Schluß der Rechtsgelehrten Kinder ex triplici capite, Unde liberi, Unde Legitimi & Unde Cognati zu einer solchen Erbschafft / darvon eure Frage meldet / kommen können. So hat auch obbemeldte eure Haußfrau/an dem Anspruch zu ihrer Großmütterlichen Erbschafft / sich noch zur Zeit nicht verschwiegen/sondern sie wird dazu nochmals ex capite Unde Cognati billich gelassen/ V.R.W.)

In causa VVolffgangi à Schönfelds / Mens. Mart. Anno 1617.

Et in causa Hermanni Vogels zu Scassa, Mens. Septemb. Anno 1635.

Definit. XXXI.

Repudiatio hereditatis jam aditæ, haud nocet in foro Saxonico Creditoribus hereditariis.

1 QUi semel hereditatem adivit, eam, licet damnosam, repudiare & relinquere neutiquam potest, sed Creditoribus hereditariis satisfacere cogitur, §. *extraneis autem 5. Inst. de hered. qual. & differ. l. suus heres 3. cum l. seq. C. de repud. vel abst. hered.* † Et quidem de bonis propriis si in- 2
ventarium non confecerit, *l. ult. §. cum igitur 1. ubi* Dd. *C. de jur. deliber.* Schneidew. *ad dict. §. extraneis autem 5. num. 5. Inst. de hered. qual. & differ. & ibid.* Johan. Harppr. *num. 5.* † Nemo enim 3
potest mutare consilium suum cum alterius jacturâ, *l. nemo 75. ff. de Reg. jur.* † & contrahit heres 4
adeundo hereditatem cum Creditoribus hereditariis §. *heres quoq; 5. Inst. de oblig at. quæ quasi ex contr. nasc.* † At non licet resilire à contractu perfecto, 5
invitâ altera parte, *l. sicut 5. C. de obl. & action.* Matth. Wesenb. *in §. 5 Inst. de hered. qual. & differ. num. 6.* † Quamvis minoribus 25. annis pro- 6
pter fragile ætatis consilium succurratur, si damnosam susceperint hereditatem *dict. §. 5. Instit. d. t. l. ait prætor. 7. §. sed etsi hereditatem 5. ff. de minor. l. necessariis 57. §. 1. ff. de acq. vel amitt. hered. l. ult. sub fin. C. de rep. vel abst. hered.* † Hocque de jure 7
civili verissimum est, quo ultra vires etiam hereditatis tenetur heres, si inventarium haud confecerit, *dict. l. ult. §. ult. C. de jur. deliber.* † ut proinde 8
Creditorum multùm interfit, hereditatem jam aditam absque inventario denuo non repudiari, jure nempe ipsis quæsito, † Ast deficit hæc ratio in 9
foro Saxonico, ubi omissâ licet inventarii confectione, heres tamen, si juratò indicare velit vires hereditatis, ultra non tenetur, *artic. 6. lib. 1.* Landr. *ubi* Zobel. *in addit.* Gloss. *lit. a.* Gloss. Weichbild. *art. 26.* Matth. Wesenb. *vol. 1. consil. 13. n. 24.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 10. n. 327. & part. 1. decis. 68. num. 2. & seqq.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. num. 16.* † Adeoque nec 10
damnum ullum sentiunt Creditores hereditarii ex repudiatione hereditatis jam aditæ, licet confectum haud fuerit inventarium. † An ergò in 11
foro Saxonico hereditatem semel aditam repudiare licebit? Dixerim ita: † Et non inepte, 12
opinor, cùm ratio prohibitionis in foro Saxonico deficiat. † Cur non ergò etiam ipsa prohibitio, *arg. cap. cum cessante 60. extr. de appellat. l. cum pater 77. §. dulcissimis 20. ff. de legat. 2.* † Modò heres mediante inventario, vel cum juramento suo res hereditarias restituat, ut de hisce Creditoribus satisfiat, si nempe prius Curator bonorum iis responderit. † Nec enim quicquam Creditorum interest, an cum heredibus, an verò cum Curatore bonorum experiantur, postquam utroque casu ultra vires hereditatis nihil consequantur, *dict. art. 6. lib. 1.* Landr. Gloss. Weichbild. *art. 26.* 13 14 15

Ita Domini in causa Conradi ab Hartenitzschky contra heredes Dn. Wenceslai wilhelmi, Baronis à Ruppa zu Dreßden / Mens. Septembr. Anno 1636 (Verba sent: Daß Beklagte auff Klägers Fürbringen sich einzulassen nicht schuldig / sie werden aber gleichwol/ wofern sie der Erbschafft sich allbereit angemasset/ solche/ vermittels eines richtigen Inventarii, oder eydlichen Specification, anzuzeigen billich angehalten/ V.R.W.)

CON-

CONSTITUTIO XV.
PARTIS TERTIÆ.

Von der Kühr/ so dem Jüngsten gebührt / wann zweene Mann ein Erbe theilen sollen.

NAchdem in Land-üblichen Sächsischen Rechten geordnet/ wo zweene Mann ein Erbe nehmen/ daß der Elteste theilen und der Jüngste kiesen soll/ Als wollen wir / daß es auff die Zeit / da sie die Erbschafft mit einander theilen/ verstanden werde/ und soll solches Recht der Kühr mit der Person verlöschen / und auff die Erben nicht kommen.

Wann auch ein Mann und Weibesperson zu einem Erbe gehören/ so soll der Mann / ohne Unterscheid des Alters/ die Kühr haben/ und die Weibesperson mit einem Vormunde theilen.

Wo aber sonsten diese Dinge durch eine Willkühr/ beständige Gewohnheit / oder auffgerichtete Verträge gewiß / oder es hätte ein Vater im Testament dem jüngsten Sohne die Kühr genommen / darnach soll dißfalls erkannt und getheilet werden.

De jure optionis seu electionis fratri minori competente, ubi duo hereditatem dividunt.

QUod jure Saxonico cautum est, ubi duo ad hereditatem vocantur, ibi majorem dividere, minorem verò eligere debere, id ad tempus, quo divisio fit, referri, & jus hoc unà cum persona extingui, nec ad heredem transmitti volumus.

Mare verò & fœminâ simul succedentibus, facta per hanc, interveniente autoritate curatoris, divisione, mas nullâ habitâ ratione ætatis, eligat.

Nisi vel pactum vel statutum aut consuetudo sit in contrarium, vel Pater in testamento jus optionis Juniori ademerit. Hæc enim ante omnia in judicando attendenda erunt.

DEFINITIONES.

1. *Divisio hereditatis regulariter officio judicis sive arbitrorum & sorte fieri debet.*
2. *In divisione hereditatis inter fratres faciendâ in foro Saxonico major dividit, minor eligit.*
3. *Quod non solùm inter Rusticos, sed etiam inter Cives & Nobiles quotidie sic observatur.*
4. *Facta quoque divisione rerum expeditoriarum à fratre natu majore, minori competit electio.*
5. *Judicium familiæ erciscundæ Saxonicum, quo major dividit, minor eligit, etiam heredes ascendentes & collaterales obligat.*
6. *In fœminis quoque coheredibus obtinet divisio Saxonica, ut major dividat, minor eligat, adhibitis tamen Curatoribus, etiam in successione gerada.*
7. *Fœminis cum masculo in divisione concurrente, indifferenter masculus eligit, fœmina dividit, etiam extra ditiones Electoratus Saxonici.*
8. *In bonis etiam feudalibus locum habet dispositio Saxonica, ut major dividat, minor eligat: Et quid si feudalia bona commodè dividi nequeant.*
9. *Si prædium hereditariũ commodè dividi nequeat, heredi minori competit electio, num æstimationem pro eo recipere, an coheredi pretio exsoluto, prædium retinere velit.*
10. *Quamvis frater minor hereditarias res diu administraverit, earumque qualitates & æstimationes melius cognitas habeat, nihilominus tamen fratri natu majori dividendi facultas concedenda est, optione minori relictâ.*
11. *Forma divisionis Saxonica, ut major eligat, minor dividat inter duos saltem, non etiam plures heredes locum habet.*
12. *Sufficit tamen, divisionis tempore duos saltem adesse heredes, licet tempore mortis plures extiterint.*
13. *Post obitum patris, majore vel minore filio defuncto jus optionis vel divisionis ad heredes non transmittitur.*
14. *Sed ex tribus fratribus, juniore ante divisionem absque liberis defuncto, secundo genito jus optionis competit.*
15. *Defuncto filio juniore ante patrem, ejus liberi in successione avitæ hereditatis eligunt, divisione patruo relictâ.*
16. *Filio autem majore ante patrem denato, ejus liberis non facultas divisionis, sed jus optionis conceditur, factâ divisione à fratre minore.*
17. *Ex utroque filio Nepotibus existentibus, avita hereditas inter eos per sortem, vel officio judicis dividitur.*
18. *In divisione hereditatis inter gemellos creditur obstetricibus de nativitate eorum juratò testantibus.*
19. *Contra divisionem à fratre majore factam, datur Rescissionis beneficium ex causa læsionis ultra dimidium.*
20. *Nisi fratres valorem bonorum exactè sciverint, vel divisio judicialiter confirmata fuerit.*
21. *Non utitur filius junior optionis jure, si id pater ipsi ademerit, aliudque disposuerit.*
22. *Divisio Saxonica, ut major dividat, minor eligat, solùm in familiæ erciscundæ judicio, non etiam in actione communi dividendo locum habet.*
23. *Divisione licet semel facta, si tamen prædia aliqua indivisa permanserint, in eorum divisione modus Saxonicus, ut major dividat, minor eligat, etiamnum servari debet.*
24. *Cessat modus partitionis in jure Saxonico præscriptus, ut scilicet major dividat, minor eligat, iis in locis, ubi statuto vel consuetudine alia divisionis forma est introducta.*
25. *Jus optionis* (die Kühr) *filio juniori competens in*

in bonis paternis, iis in locis saltem obtinet, ubi consuetudine est introductum, & quomodo à jure eligendi Saxonico differat.

26. *Nulla peti potest pecunia pro optione (Kührgeld) ab emptore, nisi in venditione expressè juniori filio fuerit reservata.*

27. *Ex venditione necessariâ, nulla pro optione pecunia (Kührgeld) filio debetur, nec propterea venditio rescindi potest.*

28. *Si pater duo reliquerit prædia, filio quidem juniori electio datur, sed utrumque is retinere potest, nisi aliud consuetudine introductum sit.*

29. *Jus optionis consuetudinarium filio juniori in bonis paternis competens personale est & ad heredes non transmittitur.*

30. *Pecunia tamen pro optione filio juniori reservata, defuncto eo ante exsolutionem, ad heredes transfertur.*

31. *Pater in testamento jus eligendi possessionem bonorum filio juniori ex statuto vel consuetudine debitum in alium filium potest transferre.*

32. *Jus optionis statutarium durat per 30. annos, annum & diem in foro Saxonico.*

33. *Servanda est æqualitas in divisione, nec prærogativam habet heres ex eo, quòd sit infans tenellus.*

34. *In judicio familiæ erciscundæ & communi dividendo, res commodam divisionem non recipiens adjudicanda est ei, qui majorem portionem ejus rei habet.*

35. *Præfertur tamen ex jure optionis filius natu minor eis, qui majorem habet portionem in re divisionem non recipiente.*

36. *Conjux superstes in electione rei haud commodam divisionem recipientis, præfertur heredibus defuncti conjugalis collateralibus, si majorem in re illâ portionem habeat.*

37. *At, collaterales heredes præferuntur Conjugi superstiti, qui majorem portionem in re indivisibili non habet.*

38. *In assignatione rei hereditariæ divisionem non recipientis, prior causa est liberorum, quàm parentum vel novercæ aut vitrici.*

39. *Præferuntur etiam in assignatione rei divisionem haud recipientis Cognati extraneis & fratres sororibus.*

40. *In adjudicatione rei commodam divisionem haud recipientis, tàm cognato, quam majorem partem habenti præfertur extraneus majus pretium offerens.*

41. *Quando socii vel coheredes in re divisionem commodam haud recipiente paria jura habent, sorte debet fieri assignatio.*

42. *Divisio errore juris facta non nocet, quò minus indebiti datum repeti queat.*

43. *Nemo invitus cogi potest, ut in communione persistat.*

44. *Inter minorennes heredes absque causa sufficiente & decreto Magistratus non potest fieri divisio, nisi major heres ad hanc provocet.*

45. *Extra causam communionis, quæ ab alterutro acquiritur de pecunia licet communi, haud tamen commune efficitur.*

46. *Gestum verò ab alterutro nomine communi, omnium commodo cedit, salvâ gestori repetitione sumtuum factorum & interesse.*

47. *Impensæ ab alterutro proprio nomine in communione factæ non sunt imputandæ communioni.*

48. *Bona absentis committuntur sed præstitâ cautione custodiæ ejus, qui proximior est heres, remotiore excluso.*

49. *Cura bonorum absentis sub præstitâ cautione alicui semel commissa ad ejusdem heredes transit, exclusis aliis licet in pari gradu constitutis.*

50. *Non tamen præferuntur Curatoris heredes testamentarii in Cura bonorum absentis ejusdem cognatis proximioribus.*

51. *Nec heredes ab intestato extranei præferuntur Cognatis proximioribus absentis.*

52. *Bona absentis non nisi subtautione præstitâ eo in loco, ubi sita sunt bona, heredi proximiori conceduntur.*

53. *Admittitur quandoque tautio juratoria pro obtinendis absentium bonis.*

54. *Cessante cautione ex causa necessariæ alienationis, restituenda sunt bona absentis aliis Cognatis, nisi possessor denuo satisdare velit.*

55. *Qui curam bonorum absentis suscipit, ad rationum redditionem quoque tenetur.*

56. *Reverso eo, cujus bona per alium fuêre administrata, restituendi sunt fructus, sive interesse bonorum etiam ultra alterum tantum.*

57. *Finitur cura bonorum absentis, ex quo annum ætatis suæ septuagesimum absens compleviisse creditur.*

DEFINIT. I.

Divisio hereditatis regulariter officio judicis sive arbitrorum & sorte fieri debet.

1 IN judicio familiæ erciscundæ, Jure Romano certissimùm est, si inter ipsos heredes convenire nequeat, hereditatem officio judicis sive arbitrorum, vel per sortem esse dividendam, *l. 4. §. sed & tabulas 3. l. si quæ sunt 5. l. & puto 16. l. item Labeo 22. l. officio 26. ff. famil. erciscund. l. non amplius 26. §. ult. cum l. seq. ff. de legat. 1. l. 3. & 4. C. comm. de legat. l. 2. C. quando & quib. quart. pars lib. 10. §. si familiæ 4. & §. seq. Instit. de off. judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 25. def. 2. num. 1.* Jacob. Cujac. *in dict. l. 2. C. quando & quib. quart. pars.* Matth. Wesenb. *in paratit. ff. famil. erciscund.* num. 6. Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. num. 1.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cent. 2. cas. 123. n. 1.* Joh. Schneidew. *in §. quædam actiones 20. Inst. de action. rubr. de action. fam. erciscund. n. 61.* † Æstimatio enim rerum hereditariarum præcedere 2 debet, *l. servos 34. ff. de fam. erciscund.* † sive ab ipso 3 judice, sive ab arbitris divisoriis fiat, modo de consensu omnium, quorum interest, constet, *arg. l. 1. §. inde quæritur 10. ff. de nov. oper. nunciat. l. si convenerit 26. ff. de re judic.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 27. defin. 4. num. 2.* † Quam postea divisio 4 per sortem subsequitur, *dict. l. 5. ff. fam. erciscund. l. 1. in pr. C. comm. de legat.* † Quamvis & liberum sit 5 quandoque ipsi judici, æqualiter dividere, & singulas singulis heredibus statim adjudicare, & si in alterius personâ prægravare videatur adjudicatio, illum coheredi in certâ pecuniæ summâ condemna-

demnare, ac poſtea demum, ſi id propter incidentes difficultates fieri nequeat, ſorte controverſiam dirimere, Dan. Moller. *hic n. 1.* ubi multos Dd. allegat. † Idemque modus dividendi etiamnum in foro Saxonico (ſi non aliter conventum fuerit, vel inter duos heredes diviſio fiat, Defin. *ſeq.*) obſervari ſolet, Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 40. n. 5.* Chriſtoph. Zobel. *part. 3. diff. 14. n. 6.* Ludov. Fachſ. *part. 1. diff. 31.*

Ita Domini in cauſa Dieterichens von Schleinitz/zu Zſchetten/Menſ. Octobr. Anno 1599. (Verba ſententiæ: Iſt euer Bruder unlängſten geſtorben/und hat euch an einem/ und ſeines Brudern vier Söhne am andern Theil / zuſammt etlichen Gütern/nach ſich verlaſſen / und ihr ſeyd euch miteinander zu theilen und zu vergleichen bedacht / ꝛc. So wird dieſelbe Theilung von euch und ihnen billich fürgenommen: Und da ihr euch untereinander derohalben nicht vergleichen köntet/So wird ſolche Theilung von der Obrigkeit durch etliche darzu verordnete Commiſſarien / ſo der Güter Gelegenheit am beſten bekandt/ auffs gleichſte billich vollzogen / und folgends durchs Loß zwiſchen euch und vorgedachten euern Vettern entſchieden / V. R. W.)

Et in cauſa Wolffgangi Chriſtophori & Gotſchalchs Henrici à Trotta, Menſ. Jun. Anno 1597. (Verba ſent: So wird die Theilung über berührte Lehn-Güter von euch und euern Vettern zugleich billich vorgenommen und verrichtet. Und da ihr euch miteinander ſolcher Theilung halber nicht vergleichen köntet/So wird dieſelbe von der hohen Obrigkeit durch etliche darzu verordnete Commiſſarien / ſo der Güter Gelegenheit am beſten wiſſen/auffs gleichſte billich vollzogen / und folgends durchs Loß zwiſchen euch und mehrgedachten euerm Vettern entſchieden/V. R. W.)

Definit. II.

In diviſione hereditatis inter fratres faciendi in foro Saxonico, major dividit, minor eligit.

1 CAnoniſtæ verò in diviſione hereditatis inter plures fratres faciendâ, majori dividendi poteſtatem, minori verò jus eligendi ſeu optandi con-
2 cedunt, per text. *in c. 1. extr. de paroch.* † propter exemplum ſcilicet diviſionis, quam ab Abrahamo cum Loth fratris filio ſic factam eſſe, ſacris ſcripturis proditum eſt, *Geneſ. cap. 13. verſ. 8. & ſeqq.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 27. defin. 4.*
3 *num. 4.* † Quæ tamen ratio videtur inepta, quum nec vera diviſio inter Abrahamum & Loth interceſſerit, nec illi coheredes fuerint, ſed modeſtiâ quâdam Abrahamus hæc fratris filio permiſerit, ut bene animadvertit Reinh. Bachov. *ad* Treutl.
4 *vol. 1. diſp. 19. th. 10. lit. A.* † Nihilominus ubique ferè locorum in Germaniâ mos ille Canoniſtarum in diviſione hereditatis inter fratres faciendâ receptus eſt, † ut major natu portiones, quales vult, conſtituat, minor autem, utram velit, eligat, Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 116. num. 12.* Joach. Mynſing. *cent. 4. obſervat. 37. num. 14.* Andr.
6 Rauchb. *part. 1. quæſt. 40. num. 3.* † Quem morem etiam jus Saxonicum expreſsè probat in *art. 29. verſ.* Wo zweene Manne ein Erbe nehmen ſollen/ſo ſoll der Elteſte theilen / und der Jüngſte ſoll kieſen/ *lib. 3.* Landrecht/ *ubi* Gloſſ. *lat. ad text.*
7 *germ. lit. B.* † Et Illuſtriſſimus Saxon. Elector. *hâc* Conſtit. *15. ubi* Moller. *num. 3.* Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 40. num. 5.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 54. num. 2. & de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 40.* Chriſtoph. Zobel. *part. 3. differ. 14. num. 1. num. 7. & n. 15.* Joh. Schneidew. *in §. quædam actiones 20. Inſt. de action. rubr. de act. fam. erciſc. num. 64.* Weſenb. *in parat. ff. famil. erciſc. n. 6.* † Æquiſſimè ſcilicet, conſtitutis ab uno portionibus, alteri
8 datur electio, ne quâ in re alterius captio ulla ſit, Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 25. defin. 2. n. 5.* † Non
9 enim de fratre, ſed de ſe ipſo ſolo conqueri debet is, qui portiones inæquales conſtituit, fratris minoris, ut credibile eſt, circumveniendi gratiâ, ſi fortè is minus perſpicax minorem portionem elegiſet *arg. l. 1. & tot. tit. ff. quod quisque jur. l. 1. in fin. l. 3. in pr. ff. de ſolut.* † Et verò, quantumvis
10 minor frater, cui optio data fuit, longè pretioſiorem partem elegerit, nemo tamen dixerit, dolo malo quicquam ab eo factum videri, cum nihil aliud egerit, niſi ut oblatâ conditione uteretur, *l. 2. ff. de opt. legat.* † ſiquidem nemo fraudatur eum, qui ſcit
11 & conſentit, *l. quod autem 6. §. præterea 9. ff. quæ in fraud. credit. l. nullas videtur 55. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in cauſa Jacobi Hermanns zu Cölleda / Menſ. Mart. Anno 1628. (Verba ſentent: Iſt euer Vater ein Bürger des Orts Todes verfahren / und hat euch und euern älteſten Bruder / zuſammt einer Erbſchafft / nach ſich verlaſſen / ꝛc. So iſt gedachter euer älteſter Bruder / vermöge Land-üblicher Sächſiſcher Rechte / die Theilung zu machen / und euch die Kühr oder Wahl zu laſſen ſchuldig/ ꝛc.)

Definit. III.

Quod non ſolùm inter Ruſticos, ſed etiam inter Cives & Nobiles quotidiè ſic obſervatur.

EAque diſpoſitio Saxonica præcisè obſervanda
1 eſt, nec poteſt minor, ſi major dividat, ab eâ recedere, & ut diviſio ſorte, vel officio judicis fiat petere, † prout econtra major onus dividendi in-
2 vito minore evitare non valet, Joach. Mynſing. *cent. 4. obſ. 37.* ſi ſcilicet ipſe diviſionem petierit.
† Nam is, qui minoris ætatis eſt, non poteſt eum,
3 qui major eſt, ad diviſionem provocare, *l. ſi pupillorum 7. ff. de reb. eor. qui ſub tutel.* † Niſi diviſio
4 eſſet evidenter utilis & profutura minori Gloſſ. *latin. ad text. german. artic. 29. lit. D. lib. 3.* Landr. †
5 Planè, non ſolùm inter ruſticos & plebejos, ſed etiam inter Cives ac Nobiles, hunc modum diviſionis obſervari, generalitas verborum *in art. 29. lib. 3.* Landr. *& hâc* Conſtit. *15.* ſatis evincit, † & Practi-
6 ca fori Saxonici docet.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent: Und hat er ſich damit/daß ihr nicht Bauersleute ſeyd/ weil ſolche Theilung auch unter Bürgern und Adels-Perſonen üblichen iſt/nicht zu behelffen/ ꝛc.)

Definit. IV.

Factâ quoque diviſione rerum expeditoriarum à fratre natu majore, minori competit electio.

QUum Jura Saxonica approbantia morem di-
1 viſionis inter fratres faciendæ, ut nempe major natu portiones, quas vult conſtituat, minor verò utram velit, eligat, generaliter loquantur, ſatis inde liquet, † res quoque expedito-
2 rias (das Heergeräthe) inter fratres eo modo dividendas eſſe, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſt. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act.* † Quodq;
& expreſsè comprobatum eſt, ita tamen, † ut
4 major natu gladium præcipuum extra diviſionem habeat, *in art. 26. in fin. verſ.* Wo aber zween

Manne. Weichbild / Gloss. *latin. ad text. german. art. 29. lit. B. lib. 3.* Landr. Gloss. *Ordin.* Weichbild/ *art. 25. num. ult.* Berlich. *part. 3. concl. 21. n. 11.* Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 41. n. 16.* Christ. Zobel. *part. 3. diff. 14. n. 16.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Ist euer Vater ein Bürger des Orts Todes verfahren / und hat euch und euern ältesten Bruder zusammt einer Erbschafft/ auch einem Heergeräthe nach sich verlassen / &c. So ist gedachter euer ältester Bruder vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/so wohl über der Erbschafft/ als das Heergeräthe/iedoch daß er das Schwerd zum Vormis habe/die Theilung zu machen/und euch die Kühr oder Wahl zu lassen schuldig/ &c.)

Definit. V.

Judicium familiæ erciscundæ Saxonicum, quo major dividit, minor eligit, etiam heredes ascendentes & collaterales obligat.

1 PRobè notandum est, quod textus juris Saxonici *in art. 29. in fin. lib. 3.* Landr. ubi in hereditatis divisione majori natu facultas dividendi, minori verò jus optionis datur, non de fratribus, sed generaliter de duobus viris loquatur: *ibi:* Wo zween Mann.

2 † Ex quo rectissimè infert Matth. Coler. Sanctionem illam Juris Saxonici non solùm in divisione hereditatis paternæ vel maternæ inter liberos, sed etiam in divisione hereditatis liberorum inter parentes, † & Collateralium inter Collaterales obtinere,

3 ita, ut si duo parentes Collaterales hereditatem dividere velint, etiam major divisionem facere, & minor

4 electionem habere debeat, *part. 1. decis. 54. num. 15.* † Quod & placet Dn. Matth. Berl. *part. 3. concl. 21. n. 23.*

5 † Nempe, quia verba generalia generaliter intelligi debent, nec distinguendum est, ubi textus ipse non distinguit, *l. non distinguemus 32. ff. de recept. qui arbitr. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act.*

Ita Domini in causa Ulrici Jusels zu Oschatz / Mens. Jul. Anno 1604.
Et in causa Martin Sommers zu Halberstadt / Mens. Jul. Anno 1627.

Definit. VI.

In fœminis quoque coheredibus obtinet divisio Saxonica, ut major dividat, minor eligat, adhibitis tamen Curatoribus, etiam in successione geradæ.

1 ETsi jura Saxonica expressè de viris loquantur, & inter fratres vel masculini sexus heredes duntaxat hanc divisionis formam, ut scilicet major dividat, minor verò eligat, admittere videantur, *in art. 29. vers.* Wo zween Manne/ &c. 2 *lib. 3.* Landr. † Attamen, quin in fœminis quoque coheredibus idem obtineat, dubitandum haud est, non solùm propter rationis identitatem, ut 3 vult. Christ. Zobel. *in dict. art. 29. lit. b.* Sed &, † quia pronunciatio sermonis in masculino sexu ad utrumque sexum regulariter porrigitur, *l. 1. l. hæc pronunciatio 195. ff. de V.S. l. qui duos 62. l. servus 81. ff. de legat. 3. l. 3. ff. de Negot. gest. l. 1. ff. de const. pec.*

4 † Quod & verùm est in jure statutario, secundum tradita Bartol. *in l. 1. num. 26. ff. de pecul.* & multò magis in favorabilibus, *l. si ita scriptum 45. in pr. ff. de legat. 2. dict. l. qui duos 62. de legat. 3.* † Et in materia successionis ac divisionis, quæ utrique sexui est communis, *l. maximum vitium 4. C. de lib. prater. l. lege 14. C. de legit. heredib. §. 5. inst. de exher. liber.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 41. n. 6. & seqq.* ubi pluribus argumentis hanc sententiam firmat, Dan. Moller. *hic n. 22.* † Consequens hinc est, 6 quod & in divisione geradæ seu rerum utensilium, hic modus inter sorores vel Cognatas observari debeat, nempe ut major natu dividat, minori verò detur jus optionis, † perinde ut dixi de rebus expe- 7 ditoriis. *supr. Defin. 4.* Zobel. *in dict. art. 29. lit. b. vers. in divisione geradæ lib. 3.* Landr. *& part 3. diff. 14. n. 4.* Rauchb. *dict. quæst. 41. n. 16.* † Planè, divi- 8 dentibus ita fœminis, consensus Curatoris accedat, necesse est propter verba *h.* Const. *15.* §. Wann auch *ibi:* Und die Weibs-Person mit einem Vormunden theilen.

Ita Domini in causa Zachariæ Dietrichs zu Bitterfeld/ Mens. August. Anno 1595. (Verba sentent: Ist Bürgermeister Johann Qvallers Wittib Todes verfahren/ und hat zwo Töchter/sammt einem Hause/und etlichen liegenden Gründen/Gerade/Fahrnüß und Schulden / nach sich verlassen. So wird die älteste Tochter gemeldte Verlassenschafft zu theilen/und die Jüngste zu kiesen / nebens ihren beyden verordneten Curatorn, billich zugelassen/ V. R. W.)
Et in causa Hansen Gentzschen zu Trogen/Mens. Jun. Anno 1627.

Definit. VII.

Fœminis cum masculo in divisione concurrente, indifferenter masculus eligit, fœmina dividit, etiam extra ditiones Electoratus Saxonici.

1 ALiter paululum res se habet, si fœmina cum masculo in divisione hereditatis concurrat, Nam tùm fœmina indistinctè, nullâ ratione ætatis habitâ, sive major sit, sive minor, † adhibito tamen 2 Curatore, dividit, masculus verò eligit, *h.* Const. *15.* §. Wann auch ein Mann und Weibs-Person zu einem Erbe gehören/so soll der Mann ohne Unterscheid des Alters die Kühr haben/und die Weibs-Person mit einem Vormunden theilen.

Veluti quoque pronunciatum in causa heredum D. Jacobi Schultes zu Leipzig/Mens. Sept. Anno 1635. (Verba sentent: Ob nun wohl nach Michael Thomassen zu Weida Absterben/ein Sohn und Tochter verhanden gewesen/in welchem Fall Inhalts Churf. S. Constitution, dem Manne oder Sohne ohne Unterscheid des Alters die Kühr gebühret/ &c.)

† Etsi verò Dn. Matth. Berl. hoc ipsum ad ditio- 3 nes Electoratûs Saxonici restringat, *part. 3. concl. 21. num. 13.* ita ut in Germaniâ & Saxoniâ extra Electoratum, etiam inter fœminam & masculum ratio majorennitatis sit habenda: † At- 4 tamen hoc ei largiri non possum; nec Dd. ab ipso allegati id volunt, quippe qui de solis fœminis, nullo interveniente masculo, loquuntur, de quo casu in Defin. *præced.* † Advertendum enim, 5 sanctionem Electoralem *dict.* §. Wann auch ein Mann / *h.* Const. *15.* ex agnationis favore & conservatione familiæ provenisse, ut putat Andr. Rauchb. *part. 1. q. 41. n. 14.* † Quia scilicet per fœmi- 6 nam, utpote quæ familiæ suæ caput & finis est, familia non propagatur, *l. pronunciatio 195. §. ult. sub fin. & l. seq. ff. de V.S. l. 1. §. pen. ff. de ventr. inspic. l. qui-*

7 *l. quicunque 10. C. de re milit. lib. 12.* † Quam ra-
tionem etiam extra Electoratum, locum sibi vindi-
8 care, ecquis non videt? † ubi dubium non sit mo-
dum dividendi inter fœminam & masculum *h.* Con-
stitut. *15.* præscriptum extra ditiones etiam Electo-
9 ratus Saxonici esse observandum, † quod &
sensisse videtur Dan. Moller. *hic n. 21. vers. Jure Sa-
xonico.*

Ita Domini in causa Martin Sommers zu Halberstadt/ Mens. Jul. Anno 1627. (Verba sentent: Ist einer / von welchem eure Frage meldet/ Todes verfahren/ und hat seinen Bruder an einem/ und dann seine Schwester am andern Theil/ zusammt einer Erbschafft / nach sich verlassen. Wañ nun gleich der Bruder älter dann die Schwester wäre/ &c. So ist doch bey der Erbtheilung gedachte Schwester/ nebens ihrem Curatore, die Theilung zu machen schuldig / dem ältesten Bruder aber wird das jus optionis und die Kühr billich gelassen/ V. R. W.)

Definit. VIII.

In bonis etiam feudalibus locum habet dispositio Saxonica, ut major dividat, minor eligat: Et quid si feudalia bona commodè dividi nequeant.

1 CErtùm est, non minus in feudalibus, quàm allodialibus bonis, dispositionem Saxonicam *art. 29. lib. 3.* Landr. ut scilicet major dividat, mi-
2 nor verò eligat, locum habere, † vel saltem ex communi Interpp. Saxonicorum opinione, de quâ Gloss. in Lehnr. *cap. 32. vers.* Wollen sie sich aber theilen/ &c. Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 40. num. 6.* Franc. Pfeil. *inter consil.* Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 5.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 27. n. 1.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 21. num. 21.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. num. 11. & seqq.* Matth. Wesenb. *in pa-*
3 *rat. ff. famil. erciscund. num. 6.* † quamvis & ea in generalitate juris Saxonici satis sit fundata, secundùm quod etiam feuda regulanda sunt, quando in consuetudine feudorum aliud expresse dispositum non est, *cap. 1. §. strenuus tit. de feud. cognit. cap. 1. §. moribus 2. tit. si de feud. defunct. content. sit inter*
4 *dom.* † Quicquid in contrarium asserat Ludolph. Schrader. *de feud. part. 7. cap. 5. num. 64.* & post eum Henr. à Rosenthal. *de feud. cap. 1. concl. 19.*
5 *lit. a. sub fin.* † Quid verò, si commodè dividi nequeant bona feudalia? Dixerim, facta bo-
6 norum æstimatione, † minori fratri competere optionem, an prædium feudale, an pretium eligere velit, ne prorsus hoc casu jus optionis minori auferatur, per text. *in l. ad officium 3. C. comm.*
7 *dividund.* † Quamvis eo in casu Domino feudi, cujus plurimum interest, bona feudalia conservari & justo modo dividi, arbitrium disponendi, eaque secundum jus commune dividendi neutiquam prorsus ademptum sit, *l. officio 27. l. item habeo 23. ff. famil. erciscund. l. 4. §. sed & tabulas 3. ff. eod. tit. l. 3. & 4. C. comm. de legat.*

Ita Domini in causa Albrecht Bosens zu Franckleben/ Mens. April. Anno 1606. (Verba sentent: Da nun vorberührtes Lehngut / weil es nur ein Pferde Ritterdienst hat/ und hiebevor auch über Menschen-Gedencken / jederzeit unzertrennet beysammen gewesen / füglichen zwischen euch und euerm ältesten Bruder nicht getheilet werden könte / So werden von dem Lehn-Herrn auff eure Ansuchung billich Commissarien/ welchen des Lehnguts Gelegenheit bekandt/ verordnet / und durch dieselbe solches Lehngut in einen Land-üblichen Anschlag gebracht/ und alsdenn euch/ als dem Jüngsten/ die Wahl entweder zum Gute / oder Gelde/ euers Brudern darwider gethan/ und in eurer Frage/ angezogenen Vorwendens ungeachtet/ billich gelassen / V. R. W.)

Et in causa Carls und Geißlers von Dißkau / Mens. Majo Anno 1600. (Verba sententiæ: Da nun der mündige Bruder/ euerm gethanen Vorschlag nach/ das Lehngut auff einen Wiederkauff nicht annehmen wolte/ sondern auff seinem Fürgeben/ nemlich das Lehngut in einen Land-üblichen Anschlag bringen zu lassen/ und hernach entweder seine unmündigen Bruder mit Gelde abzufinden/ oder von ihme Geld zu nehmen / beruhen würde / So würde durch den Lehn-Herrn zwischen euch dißfalls billiche Weisung gethan/ und nach derselben die Theilung / oder Verkauffung obberührtes Lehnguts vorgenommen und vollzogen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Si prædium hereditariũ commodè dividi nequeat, heredi minori competit electio, num æstimationem pro eo recipere, an coheredi, pretio exsoluto, prædium retinere velit.

QUid autem, si plures res hereditariæ inter co- 1
heredes in judicio familiæ erciscundæ dividendæ veniant, quæ singulæ dividi commodè non possunt? † Non utique statim veniendum est ad lici- 2
tationem, quæ tanquam odiosa non nisi deficientibus aliis remediis, est amplectenda, *l. nam ad licitationem 6. ff. famil. erciscund.* † Sed sufficit, hactenus 3
recipere commodam divisionem, ut quædam res uni, aliæ aliis adjudicari in solidum possint, quæ & ipsa divisionis commoda species habetur, *l. communi 7. in pr. ff. comm. divid. l. nam satis 6. §. 1. ff. quem ad. servit. amitt. l. Julianus 13. §. idem Celsus 17. ff. de act. empt. l. is qui fundum 31. ff. de usufr. legat.* † Unica autem res hereditaria si existat, veluti Corpus 4
Apothecæ, aut prædium quoddam, non erunt audiendi heredes, si quilibet partem habere velit, † 5
quia dividenda bona alia non sunt, quàm quæ commodè dividi possunt, & eo modo, quo possunt, *l. heredes 25. §. an ea stipulatio 9. ff. fam. erciscund.* † 6
Sed res à judice, vel ab arbitris æstimanda est, & fratri vel heredi natu minori optio concedenda, num rem æstimatam retinere, & coheredi in pecunia satisfacere, an verò pretium, deductâ ejus portione, ab eodem exigere velit, *l. ad officium 3. C. comm. divid.* † ad instar juris optionis (der Kühr- 7
gerechtigkeit) quod quibusdam in locis juniori filio competit, de quo Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 45. Vid. infr. Defin. 25.*

Ita Domini in causa Hansen Mertens zu Frehsen / Mens. Januar. Anno 1600. (Verba sent: Da nun euer ander Bruder/ welcher ietzo der Jüngste ist / vorberührtes euer Väterliches Gütlein umb das Kauff-Geld/ wie es seinem rechten Werth nach gerichtlichen taxiret und gewürdiget werden möchte/ behalten wolte: So würde er euch in solchem Kauff billich vorgezogen / V. R. W.)

Et in causa Philippi Wiesener zu Halla/ Mens. Novembr. Anno 1599. (Verba sentent: So wird die Apothecke in einen billichen Tax oder Anschlag gebracht/ und also dann dem jüngsten Sohn die Kühr und Wahl / entweder zu der Apothecken / oder zu dem Kauff-Gelde gelassen/ V. R. W.)

Definit. X.

Quamvis frater minor hereditarias res diu administraverit, earumque qualitates & æstimationes melius cognitas habeat, nihilominus tamen fratri natu majori dividendi facultas concedenda est, optione minori relictâ.

1 FRater natu senior in divisione facienda eam ob causam juniori præferri solet, quod verisimile sit, magis eum scire, quomodo fieri commodius divisio possit, Joach. Mynsing. *cent. 4. observat. 37.*
2 † Quid ergò, si, ut quandoque accidit, minor annis diutius res hereditarias administraverit, ac proinde verisimiliter earum qualitatem & æstimationes meliùs cognitas habeat, *an non ipsi facultas dividendi tribuenda erit, optione fratri majori relicta?*
3 † Ita quidem sentiunt per *cap. 1. extr. de paroch. ibid.* Canonistæ. Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 25. definit. 2. n. 3.* Jason. *in §. quædam actiones 20. n. 68. Instit. de action.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 116. num. 14.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 21. num. 63.* Christoph. Zobel. *part. 3. diff. 14. n. 10.* Mynsing. *cent. 4. observat. 37. num. 7.* Franc. Pfeil. *cent. 1. consil. 79. n. 20.*
4 *& seqq.* † qui in judicio familiæ erciscundæ eum majorem esse autumant, qui majori tempore administravit, ac meliorem bonorum paternorum sci-
5 entiam habet? † Quamvis in arbitrio judicis relinquendum existimet Jacob. Menoch. *de arbitr. jud.*
6 *quæst. lib. 2. cas. 124. n. 1. cent. 2.* † Sed utut concesserim *in dict. cap. 1. extr. de paroch.* majorem dici eum, qui majori tempore res administravit, ex
7 speciali scilicet favore ecclesiæ; † Attamen in casu præsenti hanc explicationem verba Juris Saxonici *art. 29. lib. 3.* Landr. neutiquam admittunt, quæ propterea de majore natu sive ætate intelligi debent, quod minoribus specialiter favere, iisque jus eligendi seu optionis dispositio Saxonica largi-
8 ri voluerit, † qui favor certè inverteretur, si fratri minori data potestate dividendi, jus optionis majori concederetur, Joh. Schneidew. *in §. quædam actiones 20. rubr. de actione fam. ercisc. n. 65. Instit. de action.* Dan. Moller. *hic num. 4. & lib. 2. semestr.*
9 *27. num. 3.* † Nec quicquam movet imperitia fratris majoris: Etenim si æstimationem bonorum
10 non satis intelligat, † consilium amicorum & vicinorum, aliorumque peritorum ad divisionem
11 adhibere haud prohibetur, † perinde ac curator fœminæ dividentis hoc casu admittitur, *h.* Constit. *ff.* §. Wann auch ein Mann. Moller. *hic n. 4. vers. idem autem.*

Ita Domini in causa Jacobi Hermanns zu Cölleda/Mens. Mart. Anno 1628. (Verba sentent: Und wann sich der älteste Bruder auff den Werth der Erb-Stücke / nicht so wohl als der jüngste Bruder/so die Güter auch bey Lebzeiten des Vaters eine geraume Zeit administriret, verstünde/so wäre er bey der Theilung andere und verständigere Leute zu ziehen wohl befugt/V.R.W.)

Definit. XI.

Forma divisionis Saxonica, ut major eligat, minor dividat, inter duos saltem, non etiam plures heredes locum habet.

1 DIsceptatur, *an modus ille* partitionis, quod major dividit, minor verò eligit, *receptus quoque sit in casu, quo plures, quàm duo fratres vel heredes existunt?* † Etsi enim *art. 29. lib. 3.* Landr. 2
& Constit. *h. 15.* de duobus saltem heredibus expressè loquantur, vix tamen tuto inde inferre licet, cessare sanctionem illam Saxonicam, si plures, quàm duo existant heredes, † quum in jure Saxonico 3
haud infrequens sit, ut quando de pluribus aliquid statuendum est, duorum tantum fiat mentio *art. 15. in pr. & art. 21. lib. 3.* Landr. *cap. 7. vers.* Wo zween Manne/ &c. Lehnr. *& art. 51. in pr.* Weichbild. † 4
quemadmodum etiam aliàs de jure communi numerus pluralis duobus duntaxat est contentus, *l. ubi numerus 12. ff. de testib. c. pluralis locutio 40. extr. de reg. jur. in sexto.* † Quò & facere videtur *art. 26.* 5
Weichbild/ *sub fin.* ut pluribus demonstrat Matth. Berlich. *part. 3. concluf. 21. num. 28.* † Sed quic- 6
quid sit, communi usu & consuetudine hodie receptum est, ut divisio illa Saxonica inter duos saltem fratres sive heredes locum habeat, si verò plures quàm duo heredes existant, divisio per sortem & officio judicis fiat, teste Dan. Moller. *hic num. 5. & lib. 2. semestr. 27. n. 3.* Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 40. n. 11.* Christ. Zobel. *part. 3. diff. 14. n. 8.* Berlich. *dict. concl. 21. num. 26.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. fam. ercisc. n. 6.* Joh. Schneidew. *ad §. quædam actiones 20. instit. de action. rubric. de act. fam. ercisc. num. 64.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Rotsch. *de dotalit. art. 29. num. 10.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. num. 3. & de proceff. execut. part. 1. cap. 3. num. 40. & seqq.* † Quam- 7
vis extra Saxoniam in aliis Germaniæ locis, ubi etiam hic partitionis modus frequentatur, aliud dicendum existiment Hieron. Schurff. *cent. 1. consil. 71. num. 1. & seqq. &* Jac. Schult. *dict. loc. n. 12.*

Ita Domini in causa Ægidii Roßbergs zu Mogen / Mens. Julio, Anno 1595. (Verba sentent: Jtl Lucas Roßberg Todes verfahren/und hat vier Söhne und eine Tochter/ uebens einer Erbschafft und gewissen Gütern / nach sich verlassen / &c. So hat er solche seine Verlassenschafft auff seine 5. Kinder zugleich bracht und verfället/und es hat sich der Jüngste keines juris optionis oder Kührgerechtigkeit anzumassen. Es wäre dann des Orts durch eine beständige Gewohnheit eingeführet / und über Rechtsverwährte Zeit unverbrüchlich also gehalten worden / daß auch in dem Fall/ wann mehr dann zween Söhne verhanden/dem Jüngsten die Kühr-Gerechtigkeit gebühre/dessen genösse er billich/ &c.)

It. in causa Ulrici Jusels zu Oschatz/ Mens. Jul. Anno 1604. (Verba sentent: Ob nun gleich die Land üblichen Sächsischen Rechte / so wohl auch die Churfürstliche Constitution von der Kühr / so dem Jüngsten gebühret/ allein in dem Fall / wann der Erben zween seyn / zu verstehen/ &c.)

Definit. XII.

Sufficit tamen, divisionis tempore duos saltem adesse heredes, licet tempore mortis plures extiterint.

QUid verò, *si pater defunctus plures, putà quatuor vel quinque reliquerit heredes, ex hisce* 1
verò quidam durante communione mortui fuerint, ita ut tempore divisionis duo saltem supersint? † 2
Etsi aliàs in acquirenda hereditate tempus delatæ vel aditæ hereditatis, aut etiam mortis ejus, qui hereditatem reliquit, inspici soleat, *l. non est dubium.*

dubium. 15. Codic. de jur. deliber. §. in extraneis 4. Inſtit. de hered. qualit. & differ. §. proximus autem 6. Inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. l. ſi quis 6. ff. de juſt. rupt.
3 *& irrit. fact. teſtam.* † Attamen in caſu præſenti non tempus mortis, ſed tempus diviſionis attendi debere, ſatis liquet ex Landr. *art. 29. ſub fin. verſ.* Wo zween Mann ein Erbe nehmen ſollen/
4 *Et ex art. 26. ſub fin.* Weichbild. † Ex quo ſequitur, hoc etiam caſu non minus, ac ſi ſtatim ab initio tempore mortis ejus, qui hereditatem reliquit, duo tantum heredes adfuiſſent, partitionem faciendam eſſe, ita ut major dividat, minor eligat, ut pluribus argumentis probat Andr. Rauchb. *part. 1.*
5 *qu. 40. num. 7. & ſeqq.* † Quod & ab Electore Saxoniæ diſertis verbis ſancitum reperitur, *h.* Conſtit. *15. in pr. verſ.* Als wollen wir / daß es auff die Zeit / da ſie die Erbſchafft mit einander theilen/ verſtanden werde/ ꝛc. *ubi* Moller. *num. 6. & lib. 2.*
6 *ſemeſtr. 27. num. 4.* † Hiſce porrò conſequens eſt, licet plures liberi adſint etiam tempore diviſionis, attamen ſi quidam ex illis ſint exheredati vel aliter excluſi, putà, quod accepto aliquo à patre, hereditati renunciaverint, ita ut duo ſaltem ad diviſionem perveniant, & tùm formam diviſionis Saxonicam, ut nempe major dividat, minor eligat, obſervari juxta tradita Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 5. n.*
7 *23.* Moller. *hic. num. 7.* † Scilicet, quia duo ſaltem hereditatem capiunt, quod omninò conſiderari jubent verba juris Saxonici: Wo zween Mann ein Erbe nehmen / *dict. artic. 29. lib. 3.* Landrecht.

Ita Domini in cauſa Andreæ à Bottfeld / Menſ. Novembr. Anno 1599. (Verba ſentent: Ob gleich euer Vater nach ſeinem Abſterben/ neben euch und euern Bruder zwo Töchter/ und alſo vier Kinder nach ſich verlaſſen/ welche an ſeiner hinterlaſſenen Erbſchafft ihren Antheil zu fordern gehabt/ dieweil aber dennoch ihr und euer Bruder euch mit bemeldten euern Schweſtern verglichen/ und ſie auff ein gewiſſes abgefunden/ alſo daß nunmehr bey der Theilung ihr beyde euch allein befindet. So iſt nach Gelegenheit dißfalls euer Bruder / als der ältiſte / die Theilung zu machen/ und euch die Kühr und Wahl zu laſſen ſchuldig/ ꝛc.)

Definit. XIII.

Poſt obitum patris, majore vel minore filio defuncto, jus optionis vel diviſionis ad heredes non transmittitur.

1 Accidit ſæpe, ut defuncto patre, duo heredes exiſtant, quorum tamen alteruter durante communione moriatur liberis relictis, qui in locum patris ſuccedunt, ubi diſceptatur, *an hi in judicio familiæ erciſcundæ patris quoque vices ſuſtinere, & vel bona hereditaria dividere, vel e-*
2 *ligere debeant?* † Sed certi juris eſt, quod jus optionis filio juniori poſt obitum patris competens ſit
3 perſonale; † Adeoque ad heredes non tranſitorium, *l. in omnibus cauſis 68. ff. de Reg. jur. c. privilegium perſonale 7. de Reg. jur. in ſexto.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 54. num. 17. & 23.* Hartm. Piſtor. *obſervat. 152. num. 3.* Andr. Rauchb. *part. 1.*
4 *quæſt. 41. num. 21.* † Quod & diſertis verbis approbavit Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector *h.* Conſtit. *15. in pr. verſ.* Und ſoll ſolches Recht der Kühr mit der Perſon verleſchen / und auff die Erben nicht kommen/ *ubi* Moller. *num. 11. poſt pr.* † 5 Idemque planè dicendum de jure diviſionis, quòd non minus perſonale eſt, ac propterea filio natu majore defuncto, ad heredes ejus non tranſit, † nec 6 ſemel in perſona filii majoris extinctum, in ejusdem liberis reſuſcitari poteſt, *l. 98. §. 8. verſ. nec admiſſum eſt ff. de ſolut.* Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 41. num. 23.*

Ita Domini in cauſa Samuel Eckſteins zu Entzingen/ Menſ. Majo Anno 1595. (Verba ſententiæ: Ob gleich Hanſen Herolds nachgelaſſenem jüngſtem Sohne zu ietzo gedachtes ihres Vatern hinterlaſſenen Bauergute die Kühr gebühret hat. Dieweil er aber dennoch vor ſeinem Abſterben ſich ſolcher Kühr-Gerechtigkeit nicht gebrauchet / noch die Theilung zu der Zeit vorgangen/ ꝛc. So haben ſich auch nunmehr deſſelbigen unmündigen Sohnes verordnete Vormünden / von ietzo bemeldtes ihres Mündleins wegen / berührter Kühr-Gerechtigkeit nicht anzumaſſen/ V. R. W.)

In cauſa Andreæ Wincklers zu Leinerwitz / Menſ. April. Anno 1577.

Et in cauſa heredum D. Michaelis Thomaſens zu Leipzig/ Menſ. Septembr. Anno 1636. (Verba ſent: Dieweil aber dennoch der Sohn ſich der Kühr-Gerechtigkeit vor ſeinem Abſterben nicht gebrauchet / und alſo dieſelbe durch ſeinen Todt erloſchen/ ꝛc.)

Definit. XIV.

Sed ex tribus fratribus, juniore ante diviſionem absque liberis defuncto, ſecundo genito jus optionis competit.

Quomodo ergò tùm diviſio facienda erit? † Haud 1 certè deſunt, qui fratre majori ante diviſionem mortuo, ejusdem liberis jus optionis, patruo verò ſeu fratri minori tempore diviſionis ſeniori facultatem dividendi tribuunt, Gloſſ. *lat. ad text. german. art. 29. lit. D. lib. 3.* Landr. Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 41. num. 23.* † Quæ ſententia vel inde 2 refellitur, quod jus diviſionis cum perſona fratris natu majoris extinguatur, *Definit. præced. in fin.* † Ergò nec in perſona fratris minoris reviviſcere 3 poteſt, *l. 98. & 8. ff. de ſolut.* † Rectius ergò di- 4 xerim, ſive major natu, ſive minor filius poſt obitum patris ante diviſionem deceſſerit, diſpoſitionem Saxonicam ut major dividat, minor verò eligat, hoc caſu prorſus ceſſare, † adeoque vel officio 5 judicis, vel per ſortem diviſionem eſſe faciendam, ſecundùm ſanctionem juris communis, *l. 4. §. ſed & tabulas 3. l. ſi quæ ſunt 5. l. 16. l. 23. ff. fam. erciſc.* ut pluribus demonſtrat Matth. Berlich *part. 3. concluſ. 21. num. 58.*

Ita Domini in cauſa heredum D. Jacobi Schultes zu Leipzig/ Menſ. Sept. Anno 1635. (Verba ſententiæ: Ob nun wohl damahls die Kühr-Gerechtigkeit D. Michael Thomaſen gebühret/ dieweil er aber dennoch bey ſeinem Leben ſich derſelben nicht gebrauchet/ ꝛc. So werden auch nunmehr ſeine Kinder nach ſeinem Abſterben nicht ferner darzu gelaſſen/ ſondern offt erwehnte Güter unter die Erben/ iedoch nach den Stämmen/ durchs Loß billich vertheilet/ V. R. W.)

Sed hoc ita, ſi alterutro fratre defuncto, unus

6 saltem adhuc superstes sit : Aliud planè dicendum, si ex tribus fratribus juniore mortuo absque liberis, tempore divisionis duo adhuc fratres sint superstites : Quo casu secundo genito, tanquam minori natu, tempore divisionis jus optionis competere, divisione à fratre majore facta, existimaverim cum Berlich. *dict. conclus. 21. num. 52.* † Quia
7 nempe in modo hoc partitionis Saxonico divisionis tempus potissimum attendi debet, *art. 29. lib. 3.*
8 Landr. *h.* Const. *15. in pr.* † Duobus ergò tunc existentibus heredibus, quidni potestas dividendi majori, optionis verò jus minori competeret? *supr. Defin. 12.*

Ita Domini in causa Hansen Mertens zu Frehsen / Mens. Januar. Anno 1600. (Verba sentent: Ist euer Vater Lorentz Merten Todes verfahren / und hat 3. Söhne zusammt einem Gütlein nach sich verlassen / und es ist nach ihme der jüngste Sohn euer Bruder auch Todes abgangen / Da nun euer ander Bruder / welcher ietzo der jüngste ist / vorberührtes euer Väterliches Gütlein in Theilung annehmen / und darzu kiesen wolte / so würde er umb das Kauff-Geld / wie es seinem rechten Werth nach gerichtlichen taxiret und gewürdiget / vor euch in solchem Kauff billich vorgezogen / V.R.W.)

Definit. XV.

Defuncto filio juniore ante patrem, ejus liberi in successione avitæ hereditatis eligunt, divisione patruo relictâ.

1 NEpotes ergò in successione hereditatis avitæ, ad modum illum partitionis, ut minor eligat, major dividat, non admittuntur, defuncto nempe horum parente post obitum avi, durante
2 communione, † quia jus illud vel optionis vel divisionis tanquam personale statim à morte patris filio acquisitum, nunquam ad heredes transmittitur, *h.* Constit. *15. l. 16. l. in omnibus 68. ff. de Reg. jur.*
3 *Supr. Defin. 13.* † Aliter res se habet, si filius ante patrem obierit : Etenim quia tunc liberi ejus ex proprio capite, non ex persona patris avo succe-
4 dunt, † quin & ex propria persona jure divisionis vel optionis divisione hereditatis gaudeant, dubitandum non est, propter jura Saxonica, quæ in quibusvis etiam heredibus hanc divisionis formam admit-
5 tunt, *Supr. Defin. 5.* † Etiamsi ex filio plures relicti fuerint liberi, quia hi vices unius gerunt, instirpes nempe, non etiam in capita succedentes, *§. cum filius 6. Instit. de hered. quæ ab intest. defer.*
6 *Nov. 118. cap. 3.* † propter jus repræsentationis, quo licet non patris personam, ejusdem tamen gradum atque ordinem sustinent, ac repræsentant, ut eleganter scribit Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit.*
7 *3. defin. 14. num. 19.* † Defuncto itaque filio juniore ante patrem, ejusdem liberi in successione hereditatis avitæ ad jus optionis omninò erunt admittendi, datâ facultate dividendi patruo tanquam fi-
8 lio majori, † idque eo magis, quod ipsimet etiam reperiantur tempore divisionis natu minores, juxta Constit. *hanc in pr. vers.* Als wollen wir / *& tradita supr. Definit. 12.*

Ita Domini in causa Hansen Michaels zu Heinersgrun / Mens. Dec. Anno 1629. (Verba sentent: Ist euer Vater Todes verfahren / und hat euch an einem / und euers verstorbenen jüngern Brudern Sohn am andern Theil / zusammt einer Erbschafft / und sonderlichen zweyen Bauer-Höfen / hinter sich verlassen / ꝛc. So hat euers verstorbenen jüngern Brudern Sohn in der Großväterlichen Verlassenschafft eben das Recht / so sein Vater gehabt / derowegen ihr zu theilen / und euers Brudern Sohn zu kiesen / vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution berechtiget / V.R.W.)

Definit. XVI.

Filio autem majore ante patrem denato, ejus liberis non facultas divisionis, sed jus optionis conceditur, factâ divisione à fratre minore.

EAdemque quoque ratione, ex duobus fratribus 1
majore ante patrem defuncto, liberis relictis, hi cum patruo fratre natu minore ad successionem avitæ hereditatis pervenientes, secundùm dispositionem juris Saxonici bona dividunt hereditaria, † ita tamen, ut ipsimet eligant, frater 2
verò junior dividat; Nepotes siquidem hoc casu tempore divisionis juniores sunt patruo, licet minori respectu fratris defuncti. † Eligit autem, qui 3
tempore divisionis minor natu existit, *h.* Constit. *15. supr. Defin. 12.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 41. num. 21.* ubi adhuc alia pro hac sententia adducit argumenta. † Nec contra movet, quod liberi patris 4
tanquam fratris majoris personam repræsentent, adeoque ipsis jure patris onus divisionis incumbat; Falsum enim hoc est, nec jus divisionis ad filios transmittitur *supr. Definit. 15. in fin.* † Sed ex 5
propria persona tanquam juniores ad jus optionis admittuntur, licet parentis gradum ac locum teneant, uniusque personæ vices repræsentent, Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 3. defin. 14. n. 19.* † Haud 6
ineptè etiam dixerim, per repræsentationem liberos defuncti fratris senioris fingi saltem majores, † 7
sed cum de ætate hominis quæritur, veritatem excuti oportet, nec fictioni locus relinquitur, *l. ult. Codic. de his qui ven. ætat. l. cum de ætate 13. ff. de probat.* † 8
& naturæ veritas fictione perimi nequit, *l. 2. ff. de usufr. ear. rer. l. eas obligationes 8. ff. de cap. min. l. 6. ff. ad municip.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 41. num. 24.*

Ita Domini in causa Georgii Schumanns zu Leipzig / Mens. Jul. Anno 1586. (Verba sentent: Ist ein Weib / von welcher eure Frage meldet / gestorben / und hat ihre Tochter an einem / und ihrer zuvor verstorbenen Tochter 5. Kinder am andern Theil nach sich verlassen. Ob nun gleich diese ihre verstorbene Tochter die älteste gewesen / so mögen doch ihre nachgelassene Kinder die Theilung zu machen / und der Jüngsten die Wahl zu lassen nicht gedrungen werden / sondern sie diese fünff Tochter-Kinder haben sich des juris optionis zu gebrauchen wohl fug / V.R.W.)

Definit. XVII.

Ex utroque filio Nepotibus existentibus, avita hereditas inter eos per sortem, vel officio judicis dividitur.

QUid verò, *si ambo fratres ante patrem de-* 1
cesserint liberis relictis? Certè, si ex utroque filio non nisi duo nepotes concurrant, † quin 2
natu major bona avita dividere, junior verò eligere debeat, nullo habito respectu ad patris personam, non multùm dubitaverim, † propter cla- 3

ram

ram juris Saxonici dispositionem, quæ duobus heredibus tempore divisionis existentibus semper juniori defert electionem seu jus optionis *art. 29. lib. 3.*
4 Landr. *h.* Const. *in pr. vers.* Also wollen wir/ꝛc. † At si plures concurrant Nepotes, licet duarum saltem personarum vices & gradus repræsentent, *Defin. præced. n. 5.* attamen quinam ex iis juniores natu habendi sint, vix tutò asseri poterit: †
5 Non ex persona parentum, quia fictio seu repræsentatio cessat, ubi de ætate hominis quæritur, *l. ult. Codic. de his qui ven. ætat. impetr. l. cum de ætate 13. ff. de probat.* †
6 Neque ex propria persona, propter pluralitatem Nepotum, quorum unus vel alter ex filio uno, respectu reliquorum ex altero filio procreatorum & major & minor natu esse potest. †
7 Cessare ergò dispositionem Saxonicam, ac proinde secundum juris communis sanctionem hoc casu inter plures nepotes hereditatem avitam officio judicis vel per sortem dividendam esse, affirmare ausim cum
8 Dn. Matth. Berlich. *part. 3. concl. 21. num. 61.* † præsertim, quia dispositio Saxonica tanquam odiosa, quantum fieri potest, restringi debet, Christ. Zobel. *part. 3. diff. 14. n. 2. & 7.* Fachs. *diff. 31. post pr. v. hoc tamen jus.*

Ita Domini in causa Abrahami Söldners zu Hoyerswerda/ Mens. Decembr. Anno 1630. (Verba sent: Ist euer Groß-Vater Todes verfahren/ und hat euch und eure zween Brüder/ als seines ältesten Sohns Kinder / und dann seines jüngsten Sohns zween Söhne und drey Töchter/ zusammt einer Erbschafft/ nach sich verlassen / ꝛc. So wird solche Erbschafft unter euch insammt/ iedoch nach den Stämmen durch die Obrigkeit/ oder durchs Loß vertheilet / und es hat sich/ gestalten Sachen nach/ keines der Wahl oder Kührgerechtigkeit anzumassen/ V. R. W.)

Et in causa Wolffgangi Christophori à Trotta/ Mens. Jun. Anno 1597.

Definit. XVIII.

In divisione hereditatis inter gemellos creditur obstetricibus de nativitate eorum juratò testantibus.

1 Inter gemellos hereditatis divisio vel per sortem, vel officio judicis facienda est, si non constet, uter illorum sit primogenitus vel natu minor; Dan.
2 Moller. *hic n. 17. & lib. 2. semest. 29. n. 2.* † Alioquin si vel ex scriptura parentum, aut illorum assertione de hoc appareat, quin major dividere, minor eligere debeat, secundum formam partitionis in jure Saxonico præscriptam, dubium prorsus non est, Moller. *dict. loc.* Carol. Molin. *ad consuet. Parisien. part. 1. §. 13. Gloss. 1. num. 7.*
3 † Nec aliter dicendum, si ex conjecturis saltem & præsumptionibus de horum nativitate constet:
4 † Etenim punctus nativitatis, quia incognitus est, quum in occulto & clam soleant parere mulieres præsumtionibus & conjecturis satis probatur, Bald. *in l. cum te 9. n. 2. C. de probat.* Alciat. *in tr. de præs. reg. 2. præs. 14. num. 5.*
5 Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 665. & 675.* † Quocirca & hâc in re testimonium obstetricum plurimum valebit, †
6 non minus atque parentum &
7 vicinorum, ut tradit Bart. *in l. de ætate 43. n. 7. ff. de minor.* † Idque eo magis, si duarum obstetricum testimonium juratum adsit, Menoch. *de præs. lib. 2. præs. 51. n. 1. & num. 30.*

Ita Domini in causa Ægidii Rosbergs zu Mogen / Mens. Julio, Anno 1595. (Verba sententiæ: Es wäre dann des Orts durch eine beständige Gewohnheit eingeführet/ und über rechtsverwehrte Zeit unverbrüchlichen also gehalten worden / daß auch also dann / wann mehr dann zween Söhne vorhanden/ dem Jüngsten die Kührgerechtigkeit gebühre / auff den Fall hätte unter den beyden Zwillingen/ Hans der Kleine/ davon der ersten beyden abgehöreten Hebammen Aussage meldet / wofern sie solche ihre Aussage / vermittels gewöhnlichen Zeugen Eydes/ wiederholen würden/ solcher Kührgerechtigkeit sich allein anzumassen wohl fug/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Contra divisionem à fratre majore factam, datur Rescissionis beneficium ex causa læsionis ultra dimidium.

Neutiquam minor, si semel elegerit, variare aliudque eligere potest, Moller. *lib. 1. semestr. 15. n. 4.* Petr. Heig. *part. 2. qu. 4. num. 1. & seq.* † Subvenitur tamen ipsi beneficio Rescissionis, si læsum sedicat ultra dimidium, non simpliciter, ut hereditas de novo dividatur, † sed, ut convento detur electio, num consentire velit rescissioni divisionis, ut alia fiat, aut quod justo pretio deest, supplere malit, Bald. *in l. majoribus 3. Codic. comm. utriusque judic. num. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 27. defin. 8.* Dan. Moller. *hic num. 8. & lib. 2. semestr. 28. num. 1. & seq.* Ar. Pinell. *ad l. 2. Codic. de rescind. vendit. part. 2. cap. 1. num. 1. & seq.* † Nec enim fratri minori denegandum videtur, quod extraneo etiam heredi concessum est; † Huic etenim contra divisionem etiam per sortem factam competere beneficium *l. 2. Codic. de rescind. vendit.* ex causa læsionis ultra dimidium; dixi *Supr. p. 2.* Const. *34. Defin. 11.* † Cumque divisio sit alienatio necessaria, nec nisi eo animo fiat, ut suæ quisque partis dominus in solidum maneat, *arg. l. cum pater 77. in pr. ff. de legat. 1. l. deducta 58. §. acceptis 3. ff. ad SCtum Trebellian.* † nec dividentium voluntati, nec æquitati consentaneum videtur, ut alteruter ullo modo lædatur, ne intra dimidium quidem, *arg. l. servos 34. ff. fam. ercisc. l. si inter virum 21. Codic. de jur. dot.* † Unde & qualem qualem læsionem & inæqualitatem ad rescissionem divisionis sufficere, tradunt Pinell. *dict. loc.* & Andr. Fachin. *lib. 8. controv. 36.* † Sed frequentior Dd. schola vult, similem esse hâc parte divisionem venditioni, ut semel perfecta non aliter rescindi possit, prætextu læsionis, quàm si læsio sit immodica & ultra dimidium, Dd. *in l. 2. Codic. de rescind. vendit.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 27. defin. 3. num. 14.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 18. num. 2.* Dan. Moller. *dict. loc.* † ubi rescissionis beneficium non solùm ipsis fratribus dividentibus & eligentibus, sed etiam eorum liberis & heredibus largitur, *num. 11.* † Quin & non modò fratri minori eligenti, sed & fratri majori dividenti id beneficium competere, asserit Anton. Fab. *dict. tit. 27. defin. 5.*

Ita Domini in causa Philippi Lochners zu Colnitz / Mens. Sept. Anno 1627. (Verba sent: Habt ihr euch nach Absterben euers Vatern mit eurem Bruder in dessen Erbschafft getheilet/ in deme er gewisse Theile gemacht/ ihr aber als der Jüngste darzu gekieset. Ob nun wohl solche Theilung allbereit zwischen euch vollzogen worden/ da ihr aber dennoch darwider eine merckliche Læsion und Verkürtzung ultra dimidium einzuwenden hättet/ ꝛc. So würdet ihr damit billich gehöret und zugelassen/ ꝛc.)

Defi-

Definit. XX.

Nisi fratres valorem bonorum exactè sciverint, vel divisio judicialiter confirmata fuerit.

1 SAnè si valorem bonorum exactè fratres sciverint, audiendi non erunt læsionem prætendentes, secundum receptissimam Interpp. opinionem, de qua
2 testatur Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 28. n. 2.* † cum vix dolus abesse poterit, si scientes consentiant, nec licet ipsis facto suo proprio contravenire, non magis ac si expressè super illa læsione transegissent, Ant.
3 Fab. *in Codic. l. 3. tit. 27. definit. 6.* † Quin & si divisio à fratribus facta judicialiter corroborata fuerit, rescissionis benèficium neutiquam locum habebit,
4 propter autoritatem judicialem, † quæ multum roboris divisioni tribuit, omnemque defectum supplet,
5 *l. omnem 15. Codic. de testam.* † ac præsumptionem læsionis excludit, *c. in præsentia 6. extr. de renunc. c. sicut nobis 16. §. ult. extr. de sent. & re judic.* Bald. *in l. majoribus 3. C. comm. utriusque judic. n. 3. Vid. supr.*
6 *p. 2.* Const. *34. Defin. 4.* † Planè nec divisionem inter fratres peractam ex eo solo, quòd unus partem suam carius vendiderit, rescindendam esse, rectissimè docet Matth. Coler. *part. 2. dec. 225.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sentent: Da ihr aber dennoch dawider eine merckliche Læsion und Verkürtzung ultra dimidium einzuwenden hättet/ ꝛc. So würdet ihr damit billich gehöret und zugelassen/ Es wäre dann/ daß ihr den Werth der Erbstücke gar wohl gewust/ und doch die Theilung einmahl beliebet/ oder aber dieselbe gerichtlichen confirmiret, und bekräfftiget worden wäre/ auff solchen Fall hättet ihr euch mit der angezogenen Læsion nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Non utitur filius junior optionis jure, si id pater ipsi ademerit, aliudque disposuerit.

1 CErtum est jus optionis filio minori in hereditatis divisione competens, per integros triginta annos, & in foro Saxonico per annos tri-
2 ginta, annum & diem, † perinde ac hereditatis petitionem durare, Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 15. num. 2. & seq.* Jac. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotsch. *de dotalit. artic. 29. num. 19.* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 45. num. 1. & seqq.* Christ. Zobel. *part. 3.*
3 *diff. 14. num. 12.* † Non facilè ergò temporis præscriptione ab hoc jure filius excluditur: Quo ta-
4 men uti prohibetur, † si pater in testamento electionem ei ademerit, aliudque disposuerit, forsan, ut major filius bona paterna certo pretio empta habeat, filioque juniori pecuniam præstet, *h.* Constit. *15. in fin. vers.* Oder aber es hätte ein Vater im Testament dem jüngsten Soh-
5 ne die Kühr benommen/ ꝛc. *ubi* Moller. *n. 35.* † Etenim dispositio illa Saxonica, quâ major dividit, minor verò eligit, in solo casu intestati locum habet, *artic. 29. lib. 3.* Landrecht *1 cap. 26. sub fin.*
6 Weichbild. † Ad causam verò testati extendi haud debet Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. num. 26.*
7 † Nec pater inter liberos qvalemcunqve etiam
8 inæqvalem divisionem facere prohibetur, † qvâ liberi obstringuntur, nec ei contra venire possunt *l. ult. C. fam. ercisc. l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto 5. & Auth. seq. C. de testam.* Matth. Coler. *dict. loc.* Modest. Pist. *part. 1. qu. 16. n. 1. & seqq.*

Ita Domini in causa Jacobi Hermanns zu Cölleda / Mens. Mart. Anno 1628. (Verba sent: So ist gedachter euer ältester Bruder Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte die Theilung zu machen / und euch die Kühr oder Wahl zu lassen schuldig. Es wäre dann / daß der Vater ein Testament auffgerichtet/ und darinnen der Erbschafft wegen / wie es damit gehalten werden solte/ andere Verfehung gethan/ auff den Fall wäret ihr euch des juris optionis zu gebrauchen nicht berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XXII.

Divisio Saxonica, ut major dividat, minor eligat, solùm in familiæ herciscundæ judicio, non etiam in actione communi dividundo locum habet.

1 ETsi utraque actio communi dividundo, & familiæ erciscundæ ex quasi contractu oriatur, §. *item si inter aliquos 3. Inst. de obligat. quæ ex quas. contr. nasc.* † attamen hæc duo judicia ab invicem
2 haud parùm differunt: † Actio enim familiæ er-
3 ciscundæ semper est universalis pro hereditate sive rerum universitate competens, *l. hereditas 62. ff. de Reg. jur.* & tantùm inter coheredes locum habet, *l. 1. ff. famil. ercisc.* † Sed judicium communi divi-
4 dundo ut plurimùm res particulares concernit & exerceri potest, ex quacunque etiam causa res est communis, † licet dividentes non sint heredes, sed rem
5 communem habeant vel ex societate, vel quod ipsis simul res legata aut donata fuerit, aliave de causa ad eos pervenerit, *dict. §. item si inter 3. I. d. t.* Schneidew. *in §. quædam actiones 20. rubric. de act. comm. divid. num. 7. Instit. de action.* † Nunquam ergò
6 in judicio communi dividundo particulari, veluti inter socios aut donatarios ex causa donationis inter vivos, modus partitionis Saxonicus, ut major dividat, minor eligat, locum sibi vindicabit, † quia
7 solùm heredibus dividentibus hereditatem hoc jus concessum est, *art. 29. sub fin. lib. 3.* Landr. *c. 26. in fin.* Weichbild/ *h.* Const. *15. in pr.* † Ideoque ex-
8 tra casum successionis ad causam societatis, alteriusque communionis extendi non debet, Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. num. 6.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 21. n. 39. 40.*

Ita Domini in causa Martini Schwartzens zu Leipzig Mens. Jan. Anno 1634.

Et in causa Eliæ Großmanns & Consortium zu Lützen Mens. April. Anno 1620.

Definit. XXIII.

Divisione licet semel facta, si tamen prædia aliqua indivisa permanserint, in eorum divisione modus Saxonicus, ut major dividat, minor eligat, etiamnum servari debet.

QUid si verò, si divisione jam factâ, inter duos forsan heredes, prædia aliqua indivisa permanserint, putà, si inter plures bona hereditaria divisa, & duobus fratribus prædia duo conjunctim adjudicata fuerint? † Si hi duo post-
2 ea iterum ad divisionem procedere velint, optioni haud locum esse, sed divisionem vel per sortem, vel officio judicis fieri debere tradit Reinhard. Rosa *in addit. ad* Daniel. Moller. *hic num. 37.* quem sequitur Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 21. num. 42.* † Quod quidem concesserim,

si

si duo illi heredes reliqua bona hereditaria sibi assignata, jam antea judicio familiæ erciscundæ cum
4 reliquis diviserint: Alioquin, † si prædia totius portionis hereditariæ nomine, sibi assignata dividant, quin tùm quoque modus partitionis de jure Saxonico præscriptus, ut scilicet major dividat, mi-
5 nor verò eligat, locum habeat non dubito, † quippe quod & eo casu judicium familiæ erciscundæ universale inter duos illos heredes exerceri queat, juxta tradita Joh. Schneidewin. *in §. quædam actiones 20. tit. de act. fam. ercisc. n. 16. Inst. de action.*

Ita Domini in causa Hansen von Schönbergs / Mens. Oct. Anno 1604. (Verba sentent: Haben nach Absterben euers Vatern eure vier mündige Brüder euch und euern Bruder in euerer Unmündigkeit / mit Bewilligung euerer Vormunden/auff zwey Rittergüter verwiesen und vertheilet/Seyd nun ihr und gedachter euer Bruder / weil ihr eure Mündigkeit erlanget/auch bemeldte beyde Rittergüter untereinander zu theilen Vorhabens/so wird billich durch mehrangeregten euern Bruder / weil derselbige älter ist dann ihr/die Theilung gemacht / und euch die Wahl gelassen/V.R.W.)

Definit. XXIV.

Cessat modus partitionis in jure Saxonico præscriptus, ut scilicet major dividat, minor eligat, iis in locis, ubi statuto vel consuetudine alia divisionis forma est introducta.

1 QUod de jure dividendi ac eligendi inter duos heredes in jure Saxonico dispositum reperitur, *art. 29.* Landr. *lib. 3. cap. 26. in fin.* Weichbild/ id eatenus locum habet, † quatenùs obser-
3 vantiâ est receptum, † quum nec ipsum Jus Saxonicum plus vigoris habeat, quàm ut de usu & consuetudine observari solet, Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 16. num. 11. & part. 2. quæst. 25. num. 35. & quæst. 26.*
4 *num. 18.* Matth. Coler. *de proceff. exec. in præfat.* † Quocirca, si per statutum, consuetudinem vel pactum, alia divisionis forma in loco aliquo introducta fuerit, † ea in judicio familiæ erciscundæ omnino standum, ac secundum illam hereditas dividenda erit, *h.* Constit. *15. in fin. vers.* Wo aber sonsten diese Dinge durch eine Willkühr / beständige Gewohnheit/oder auffgerichtete Verträge gewiß/ &c. *ubi* Moll. *n. 35.*

Ita Domini in causa Hansen Gentzschen zu Trogen / Mens. Jun. Anno 1627. (Verba sent: So ist die älteste / euer Eheweib/zu theilen/und der Jüngsten die Kühr zu lassen schuldig: Es wäre dann durch eine Willkühr oder beständige Gewohnheit des Orts ein anders hergebracht/ und iedesmahl über rechtsverwehrte Zeit unverbrüchlichen gehalten worden/daß/ wofern keine Brüder/ sondern alleine Schwestern verhanden / dieselbige sich durchs Loß entscheiden lassen müssen / dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/V.R.W.)

Definit. XXV.

Jus optionis (die Kühr) *filio juniori competens in bonis paternis, iis in locis saltem obtinet, ubi consuetudine est introductum, & quomodo à jure eligendi Saxonico differat.*

1 IN multis Saxoniæ locis, ex consuetudine filio juniori debetur possessio bonorum paternorum, sive jus eligendi vel retinendi bona, & coheredibus satisfaciendi in pecunia, vulgò (die Kühr) Modest. Pistor. *part. 1. q. 16. n. 1. & qv. 45. n. 1.*
† Quod jus cum optione illa Saxonica, ubi ma- 2
jor dividit, minor verò eligit, *art. 29. l. 3.* Landr. *& h.* Constit. *15.* neutiquam confundi debet: † Et- 3
si enim hæc jura plurimum conveniant; Attamen quadruplici potissimum modo, etiam ab invicem differunt. † *Primò* namque electio illa juris 4
Saxonici non nisi inter duos heredes locum habet, *dict. art. 29. & h.* Constit. *15. supr. Defin. 11.* At jus hoc optionis (die Kühr) obtinet etiam plurimis existentibus heredibus, Modest. Pist. *dict. loc.* † *Se-* 5
cundò, dispositio Saxonica ad heredes quosvis pertinet, non modo liberos, sed & ascendentes & collaterales, *supr. Definit. 5.* jus optionis verò consuetudinarium non nisi inter liberos & heredes descendentes obtinet, Modest. Pist. *dict. q. 16. & 45.*
† *Tertio*, jus eligendi Saxonicum, præcipuè circa 6
partes per divisionem à fratre majore factas versatur, *dict. art. 29. l. 3.* Landr. At jus optionis (die Kühr) prædium paternum concernit, quod filius vel retinere, vel eo coheredi vendito, unà cum portione sua de pretio, certam pecuniæ summam sibi stipulari potest (ein gewiß Kührgeld) quàm præ aliis heredibus, tanquam pro jure optionis præcipuam habet, Dan. Moller. *hic n. 16.* † *Quartò*, denique dispositio 7
illa Saxonica communiter in foro Saxonico observatur, ubi consuetudine aliud introductum non est: Sed jus optionis consuetudinarium locum nullibi habet, † nisi iis in locis, ubi speciali statuto vel 8
consuetudine inolevit, unde & statutarium vel consuetudinarium vulgo appellitatur, Modest. Pistor. *dict. quæst. 45. n. 1.* Moller. *hic n. 19.*

Ita Domini in causa Valentin Voigts zu Löbniß / Mens. Jan. Anno 1599. (Verba sent: So ist oberwehnter euer Bruder euch für die Kührgerechtigkeit / wofern dieselbe euerm Bericht nach in den Pflugischen Gerichten / darunter ihr gesessen/und die Güter gelegen/bräuchlichen/nochmahls ein gewiß Geld zu geben schuldig / V.R.W.)

It. in causa Ulrici Jusels zu Oschatz / Mens. Julio Anno 1604. (Verba sentent: Ob nun gleich die Land üblichen Sächsischen Rechte/ so wohl auch die Churfürstliche Constitution part. 3 von der Kühr/so dem Jüngsten gebühret/ alleine in dem Fall/wann der Erben zween seynd / reden und zu verstehen: Dieweil aber dennoch bey euch des Orts auch ausserhalb diß Falls/und wann der Erben mehr als zween seynd / es in Übung also gehalten wird / daß der Jüngste die Güter/so füglich nicht getheilet werden könten/annehmen/und seine Mit-Erben mit Gelde ablegen möge/so ist des Verstorbenen jüngstem Brudern zu dem verlassenen Hause zu kiesen unbenommen / und seynd demnach seine Geschwister sich mit Gelde abfinden zu lassen pflichtig/V.R.W.)

Et in causa heredum Melchior Schewers zu Hirschfeld, Mens. Jun. Anno 1632.

Definit. XXVI.

Nulla peti potest pecunia pro optione (Kührgeld) *ab emptore, nisi in venditione expressè juniori filio fuerit reservata.*

EX sola igitur consuetudine jus optionis mi- 1
nori natu filio competens in bonis paternis (die Kühr oder Kührgerechtigkeit) locum habet, † præsertim inter Rusticos, qui sæpius in ven- 2
ditione bonorum paternorum ita conveniunt, quod liberum sit filio adhuc minorenni vel impuberi, si ad legitimam ætatem pervenerit, ut vel venditionem bonorum paternorum cum fratre majore

majore aut vitrico, vel alio quopiam contractam ratam habeat, accepta pecunia, quam ultra portionem pretii filio juniori debitam, hisce in casi-
3 bus ei promittere solent, Das Kührgeld / † vel illa repudiata, bona paterna ipsemet eodem pretio emptâ sibi habeat, Dan. Moller. *hîc num. 16. &*
4 *19.* † Quâ in re quidnam inter contrahentes actum & conventum fuerit potissimum attendi debet,
5 *arg. l. 1. & l. juris gentium 7. ff. de pact.* † Ideoque pecunia illa pro optione (Das Kührgeld) in venditione filio juniori expresè non fuerit re-
6 servata, neutiquam ab emptore peti poterit, † id enim tantummodo pretium exigi potest, de quo expresè conventum fuit, §. *1. Instit. de empt. vendit.*
7 *l. pacta conventa 72. ff. de contr. empt.* † Tutorem tamen filii minoris, cujus culpa forsan reservatio nulla facta est, hoc nomine à pupillo tutela fi-
8 nita, conveniri posse, non multum dubitaverim, † quum regulariter tutor ex culpa etiam levi teneatur, *l. 3. §. ult. ff. de susp. tutor. l. 2. l. 3. l. 5. ff. de magistr. conven.*

Ita Domini in causa Michael Bastians zu Oberwinckel/ Mens. Octobr. Anno 1619. (Verba sentent: Habt ihr euers Vatern Gut von euern Geschwistern und der unmündigen Vormunden umb ein gewiß Kauffgeld käufflichen an euch bracht / und es hat euers jüngsten Bruders Vormund bey solchem Kauffe ihm kein Kührgeld bedinget und aussetzen lassen / ꝛc. So ist bemeldtem euern jüngsten Bruder seinen Vormund/wofern er ihn von der Vormundschafft noch nicht loß gezehlet/ derowegen zu belangen / und des durch seine Nachläßigkeit ihme zugezogenen Schadens sich bey ihme zu erholen unbenommen/und es hat derselbige berührtes Kührgeld bey euch zu fordern nicht fug/ V.R.W.)

Et in causa Henrici a Lindenau / Mens. Febr. Anno 1595. (Verba sent: Da nun Blasius Nischke den Kauff zu fechten keine andere Ursach hätte/dann daß ihm kein Kührgeld darbey außgesetzt worden / ꝛc. So verbliebe der Kauff billich bey Kräfften / und er wäre den Besitzer des Guts des Kührgelds halben beständiger Weise zu belangen nicht befugt/V.R.W.)

Et in causa Andreæ Brunmers zu Mitteldorff/Mens. April. Anno 1599. (Verba sentent: Ob ihr gleich euers Vorfahren Gut von desselben Wittiben euerm Eheweibe und 4. Kindern umb 475. fl. erkaufft / und dasselbe umb ein anders wieder vertauscht / dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß dem jüngsten Sohne etwas vor die Kühr ausgemacht worden/ihr auch ietzo ermeldten jüngsten Sohn noch 11. Jahr über die bewilligte Zeit bey euch im Gute erzogen/ꝛc. So möget ihr ihme etwas für die Kühr zu geben wider euern Willen nicht gedrungen werden/V.R.W.)

Et in causa Blasii Puls zu Moska / Mens. Majo, Anno 1600.

Definit. XXVII.

Ex venditione necessariâ, nulla pro optione pecunia (Kührgeld) filio debetur, nec propterea venditio rescindi potest.

1 PEcunia illa, quæ filio juniori in venditione bonorum paternorum reservari solet, in solatium quasi ejus, quod bona paterna amittat, nec optionis jure utatur, consuetudine introdu-
2 cta videtur: † Ergò si ipsemet bona paterna emere nolit, aut non possit, putà, quia creditorum gratia prædium paternum sub hastâ venditur, nullam pro optione, quæ hoc casu non est,
3 pecuniam (Kührgeld) petere valet, † quia non Entis nullæ sunt qualitates, Jason & Dd. *in l. ejus qui 41. vers. quod si stipulatus ff. de reb. credit.* †4 Nec habet filius junior quod conqueri possit, cum in venditione necessaria Creditorum causa potior sit, quàm heredum & liberorum, *l. Papinianus 8. §. quarta 9. ff. de inoff. testam. l. mulier. 72. ff. de jur. dot. l. subsignatum 39. §. 1. ff. de V. S.* Paul. *lib. 4. recept. sentent. tit. 5. §. 6.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 119. num. 12.* † Multo minus verò sub hoc 5 prætextu, quod nihil pecuniæ pro optione reservatum fuerit, venditio necessaria præsertim sub hasta facta rescindi debet, † quum publicè interest, 6 ejusmodi venditiones non facilè irritas fieri *l. 7. §. quæsitum 8. l. quod si minor. 24. §. non semper 1. ff. de minor.*

Ita Domini ad requisitionem Sebastian Spans Præfecti zum Hartenstein/ Mens. Julio, Anno 1633. (Verba sent: Ist euer Vater/von welchem eure Frage meldet / verstorben/und hat sechs Kinder erster / und einen Sohn anderer Ehe/zusammt einem Gute und vielen Schulden hinter sich verlassen/also/daß die Kinder erster Ehe/wann sie es genau suchen wolten/nicht wohl ihres Muttertheils befriediget werden könten/derowegen das Gut nothwendig verkaufft werden müssen/gleichwohl aber haben die Gläubiger aus Gutwilligkeit dem jüngsten Sohne anderer Ehe etwas zum Zuchtgelde verwilliget/ꝛc. So läßt derselbige sich damit billich begnügen/und sein Vormund ist hierüber auch Kührgeld nach Gelegenheit dißfalls zu fodern nicht berechtiget/V.R.W.)

Et in causa Caspari Rudolffs zu Marienberg / Mens. Jan. Anno 1600.

Definit. XXVIII.

Si pater duo reliquerit prædia, filio quidem juniori electio datur, sed utrumq; is retinere non potest, nisi aliud consuetudine introductum sit.

1 COnsuetudine licet introductum sit, ut filio juniori defuncto patre, competat jus eligendi vel retinendi bona paterna, & coheredibus, satisfaciendi in pecunia. † Attamen hoc aliter acci-2 pi non debet, quàm si unicum saltem prædium, quod dividi commodè nequit, pater reliquerit. † Duobus verò vel pluribus prædiis relictis, non 3 nisi in genere datur optio filio juniori, ut ex hisce unum eligat, reliqua verò retinere non potest, †4 ne scilicet aliis coheredibus nimium præjudicetur, iisque omne jus in bonis paternis auferatur. † Nec 5 enim consuetudo in uno casu introducta ad casum alium extendi debet, Bald. *in cap. 1. circa fin. qui feud. dar. poss.* Joh. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 2. quæst. 15. num. 86.* Intrig. *de feud. quæst. 16. num. 8. & seq.* † Sed strictissimè interpretan-6 da est, ut quàm minime juri communi deroget, Bald. *in Auth. qui rem circa fin. & ibi* Jas. *C. de SS. Eccles.* Rol. à Valle *lib. 1. consil. 55. num. 13.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 24. num. 14.* † Secus res se habet, si 7 aliud in terminis consuetudine introductum doceatur; † Consuetudo namque in eo puncto, de quo agitur, probanda est, Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. c. 36. n. 96.*

Ita Domini in causa heredum Melchior Schirrens zu Hirschfeld / Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sententiæ: Ist euer Vater und Schweher Todes verfahren / und hat etliche Kinder / zusammt zweyen Bauergütern/ hinter sich verlassen. Ob nun wohl an beyden Orten / da die Güter gelegen / durch eine Gewohnheit herbracht / daß nach Absterben des Vaters dem jüngsten

sten Sohne das Gut überlassen/oder ein Kührgeld davon gegeben werden muß/ꝛc. So ist doch euer jüngster Bruder und Schwager solches Rechtens auff beyden Gütern sich zu gebrauchen nicht befugt/Sondern wann ihr ihme die Kühr-Gerechtigkeit auff dem einen Gute / zu welchem er Lust und Beliebung trägt / verstattet / lässet er sich damit billich befriedigen. Er könte dann wie recht erweisen und beybringen / daß durch eine beständige Gewohnheit eingeführet/und iedesmahl auff begebende Fälle/über rechtsverwahrte Zeit / unverbrüchlichen also gehalten worden/daß/wann ein Vater verstorben/und mehr dann ein Gut verlassen / dem jüngsten Sohne auff allen die Kührgerechtigkeit verstattet worden/dessen genösse er auff solchen Fall billich/V.R.W.)

Definit. XXIX.

Jus optionis consuetudinarium filio juniori in bonis paternis competens personale est, & ad heredes non transmittitur.

1 PRocul dubio consuetudo, quâ certis quibusdam in locis filio natu minori jus eligendi ac retinendi bona conceditur, ipsius favorem & per-
2 sonam solùm concernit: † adeoque jus hoc optionis personale est, nec defuncto juniore filio ante-
3 divisionem, ad ejusdem heredes transfertur, † perinde ac jus retractus vel congrui, quod certæ personæ reservatum censetur, Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. num. 18.* Hieron. Schurff. *cent. 2. consil. 1.*
4 ubi dicit, † si ex forma statuti debeatur electio primogenito, post hujus mortem, illud jus non
5 transire ad primogeniti filium. † Etenim jura personalia ad heredes transitoria non sunt, *l. in omnibus causis. 6. ff. de Reg. jur. c. privilegium personale. 7. de reg. jur. in sexto.*

Ita Domini in causa Caspari Steckings zu Meissen / Mens. Julio Anno 1633. (Verba sent: Ist nach Absterben Martin Scheubeligs/das hinterlassene Gut dem jüngsten Kinde zum besten zu Erhaltung der Kührgerechtigkeit / der Wittiben auff 18. Jahr wiederkäufflichen zugeschlagen worden. Ob nun wohl bemeldtes jüngstes Kind Todes verfahren/und mit seiner Verlassenschafft vorgedachte Wittibe als die Mutter befället/ꝛc. So hat sich doch dieselbe der Kührgerechtigkeit/und des daraus entstehenden Wiederkaufs/weil solche optio ein jus personale ist/ und mit des jüngsten Kindes Absterben erloschen / nicht zu erfreuen/noch dannenhero des Guts eigenthümlichen anzumassen / sondern es wird dasselbe des verstorbenen Kindes Geschwistern vor der Wittiben ausser dem Loß billich gelassen/V.R.W.)

It. in causa David Klebings zu Lommatzsch / Mens. Febr. Anno 1582.

In causa Laurentii Korwartz zu Leipzig / Mens. Decembr. Anno 1650.

Et in causa Martini Krugers zu Zschopa / Mens. Decembr. Anno 1616.

Definit. XXX.

Pecunia tamen pro optione filio juniori reservata, defuncto eo ante exsolutionem, ad heredes transfertur.

1 COntendebat hinc emptor bonorum paternorum cum heredibus filii natu minoris, cui certa pecuniæ summa pro optionis jure fuerat assignata, quam defuncto ante terminum
2 solutionis filio minore, ejusdem heredibus non deberi, sed sibi tanquam emptori cedere dicebat: † Existimabat nimirum, extincto jure optionis per mortem filii, nec pecuniam pro optione debitam tanquam accessorium peti posse, †3 quia sublato principali, accessorium subsistere nequit. *l. nihil dolo. 139. §. 1. l. cum principalis. 178. ff. de Reg. jur.* † Maximè, cum ejusmodi pecunia 4 sit instar alimentorum, quæ si adhuc futura sint, ad heredes non transmittuntur, sed eorum præstatio cum vita alimentarii finitur, *l. cum hi. 8. §. modus. 10. ff. de transact. l. 14. ff. de alim. & cibar. legat.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 88. num. 13.* † Ni- 5 hilominus tamen Domini adversus emptorem pronunciarunt, eumque condemnaverunt ad exsolutionem pecuniæ promissæ, †, cujus longè di- 6 versa est ratio, quàm juris optionis, quod à minore nondum agnitum aut exercitum morte ipsius extinguitur, quia personale est, Defin. *præced.* †7 Sed venditis bonis paternis, pecunia pro electione promissa, (das Kührgeld) transit in debitum, 8 † cujus petitio regulariter quoque ad heredes Creditoris transfertur, *l. heredem 59. l. hereditas. 62. ff. de Reg. jur.* † Neque hoc debitum, quod 9 purum est, rectè quis comparaverit cum præstatione alimentorum, quæ semper conditionem annexam habent, si scilicet alimentarius opus iis habuerit, Bartol. *in l. libertis, quos 18. §. 1. num. 3. ff. de alim. & cibar. legat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 7. defin. 20. num. 2.* † Quin & petitio 10 alimentorum futurorum personalis est, adeoque ad heredes alimentarii neutiquam transire potest, *l. 1. in fin. ff. de const. pecun. l. idem in duobus 25. §. 1. ff. de pact. l. non solùm. 8. §. tale legatum. 3. ff. de liberat. legat.* Joh. Harpp. *in §. at si ita. 3. num. 7. Inst. de V. O.*

Ita Domini in causa Georgii Lindners zu Töchwitz / Mens. Novembr. Anno 1627. (Verba sententiæ: Habt ihr bey Erkauffung der väterlichen Mühle / euerm jüngsten Bruder vor die Kührgerechtigkeit 20. neue Schock zu geben verwilliget/ es ist aber derselbe / ehe und zuvor er solches Geld von euch bekommen/Todes verfahren. So hat er berührtes Kuhrgeld auff euch und eure andere Geschwister als seine Erben zugleich bracht und verfällt/und ihr als Käuffer und Besitzer der Mühle habt euch dessen allein nicht anzumassen/V.R.W.)

Et in causa liberorum Wolffgangi Morcheus zu Limpach/ Mens. Novembr. Anno 1627.

Definit. XXXI.

Pater in testamento jus eligendi possessionem bonorum filio juniori ex statuto vel consuetudine debitum, in alium filium potest transferre.

1 SImilimum certè est hoc jus optionis consuetudinarium juris electionis, ex dispositione Saxonica filio juniori, duobus nempe heredibus existentibus, competenti, de quo *in artic. 29. lib. 3.* Landrecht. ubi major dividit, minor eligit: 2 † Quare sicut pater jus illud optionis Saxonicum filio natu minori adimere potest, *l.* Constit. 15. *pr. Supr.* Defin. *21.* Ita & hoc consuetudinarium jus Electionis per dispositionem contrariam in alium filium vel coheredem transferre haut prohibetur, Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 16.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. n. 52.* † Nempe, quia con- 3 sue-

ſuetudinaria hæc electio ſaltem in caſu inteſtati locum habet, † nec ad cauſam teſtati extendi debet, 4
quum patri fas ſit, bona ſua pro lubitu inter filios etiam inæqualiter dividere, *l. ult. C. famil. erciſc. l. 21. §. 1. C. de teſtam.* Coler. *dict. loc. n. 26.*

Ita Domini in cauſa M. Andreæ Cottens zu Lauſick / Menſ. Octobr. Anno 1633. (Verba ſent: Hat Chriſtoph Umlauffer unter ſeinen Kindern eine Verordnung gemacht / und darinnen ſein Gut um 1060. Gülden ſeinen beyden Töchtern übergeben/und zugeſchlagen. Da nun zum wenigſten zwey Zeugen/ſo dabey geweſen/vermittels Eydes ausſagen und erhalten würden/daß ſie ſolche Verordnung aus des Teſtatoris Munde vernommen und gehöret hätten/immaſſen ſie zu thun ſchuldig/ꝛc. So wäre berührte Verordnung zu Recht beſtändig / und es hätte ſich der jüngſte Sohn der Kührgerechtigkeit/wann ihme gleich ſonſten dieſelbe gebühret hätte/zu gebrauchen nicht fug/V.R.W.)

Definit. XXXII.

Jus optionis ſtatutarium durat per 30. annos, annum & diem in foro Saxonico.

1 Convenit quoque in eo cum jure electionis Saxonico, de quo *in art. 29. lib. 3.* Landrecht. ut major dividat, minor eligat, hoc jus optionis conſuetudinarium vel ſtatutarium filio natu minori in bo-
2 nis paternis competens: † Ut, ſicut illud durat per triginta annos & in foro Saxonico per annos triginta, annum & diem, Moll. *lib. 1. ſemeſtr. 15. num. 2. Supr.* Defin. *21. in pr.* ita & hoc intra tanti temporis
3 ſpacium exerceri poſſit, † perinde ac hereditatis petitio, *l. hereditatis petitionem. 7. Cod. de petit. hered.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 54. n. 29.* Modeſt. *Piſt. part. 1. quæſt. 45. ubi* Jacob. Schult. *in addit.* Ex
4 regula ſaltem generali, † quod omnia jura, quibus à lege præfinitum non eſt certum tempus, durare intelligantur 30. annos *§. 1. Inſt. de perpet. & tempor. act.* † Quo ipſo differt à jure congrui, quod
5 durat per annum tantùm, ut traditur per Matth. de Afflict. *de jur. protim.* allegatus à Modeſt. Piſtor. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Andreæ Roſæ zu Luckau / Menſ. Febr. Anno 1577. (Verba ſent: Hat Chriſtoph Klepe die Teitz-Mühle / im Ampte Colditz/von ſeiner unmündigen Geſchwiſter Vormunden kauffweiſe dergeſtalt angenommen/ daß künfftig dem jüngſte Bruder ſich ſeiner Kührgerechtigkeit daran zu gebrauchen frey ſtehen ſolte / Da nun der jüngſte Bruder ſeine vollkommene Jahre erreichet / und nach demſelben binnen 30. Jahren/Jahr und Tag/ſich ſolcher Kührgerechtigkeit nicht angemaſſet/ſo hätte er ſich auch in ſolcher Zeit daran verſchwiegen/ V.R.W.)

Definit. XXXIII.

Servanda eſt æqualitas in diviſione, nec prærogativam ullam aut alimenta habet heres ex eo, quod ſit infans tenellus.

1 Utrumque jus optionis, ex diſpoſitione nempe Saxonica *in art. 29. lib. 3.* Landr. *h.* Conſtit. *15.* & conſuetudinarium, certis ſaltem in caſibus locum habet, illud quidem, ſi duo tantùm fra-
2 tres exiſtant; † Hoc verò, ſi conſuetudine vel
3 ſtatuto introductum fuerit: † Extra hoc autem caſus in familiæ erciſcundæ & communi dividundo judicio, ſecundum juris communis diſpoſitionem vel conventione per ſortem, vel officio judicis diviſio facienda eſt, *arg. l. 4. §. ſed & tabulas. 3. l. ſi quæ ſunt. 5. l. 16. l. 23. ff. fam. erciſc. l. 3. & 4. C. comm. de*
4 *legat.* † Et quidem in rebus diviſionem recipientibus inter coheredes vel ſocios cuique portio ſua aſſignanda, *l. falſo. 3. C. de comm. rer. alienat. l. 1. ubi* Bartol. & Salycet. *n. 1. & 4. C. comm. divid.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 42. num. 5.* † Æqualis enim debet eſ- 5
ſe diviſio, nec quisquam ex ſociis aut coheredibus prærogativam habet, etiamſi ſit infans tenellus:
† Non ſiquidem dividentes id agunt, ut quicquam 6
vel acquirant vel alienent, ſed tantùm ut ſuam quisque auferat portionem, qualem antea habebat in communione, *l. cùm pater. 77. §. dulciſſimis 20. ff. de legat. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 27. defin. 3. n. 9.*

Ita Domini in cauſa Balthaſari Siebers zu Oederan/Menſ. April. Anno 1632. (Verba ſentent: So hat die Verſtorbene ſolche ihre Verlaßenſchafft auff ihre Kinder und Töchter-Kinder zugleich / iedoch nach den Stämmen zu vertheilen / gebracht und verfället/und es mögen die Erben dem jüngſten Tochter-Kinde/euerm Mündlein / darumb/daß es allein noch unerzogen und klein iſt/zu beſſerer Unterhaltung etwas zum Voraus zu überlaſſen / nicht gedrungen werden/V.R.W.)

Et in cauſa Hanſen Wiegands Kinder/erſter Ehe/zu Eulenburg/Menſ. Octobr. Anno 1635. (Verba ſententiæ: Dieweil aber dennoch die unmündigen Kinder wegen ihres Unterhaltens in der Eltern Erbſchafft vor den Mündigen und Erwachſenen in Rechten keinen Vorzug haben/ꝛc. So wird nunmehr dasjenige/ſo in obgeſatzten 13. Wochen auff die Kinder anderer Ehe aus gemeiner Erbſchafft gewendet worden / an ihrem Erb- und Antheil billich defalciret und abgekürtzet/V.R.W.)

Definit. XXXIV.

In judicio familiæ erciſcundæ & communi dividundo res, commodam diviſionem non recipiens, adjudicanda eſt ei, qui majorem portionem ejus rei habet.

1 Licet verò res, quæ inter coheredes aut ſocios dividendæ ſunt, ſingulæ dividi haud queant, non
2 ſtatim tamen veniendum eſt ad licitationem, † ſed ſufficit, res communes hactenus recipere commodam diviſionem, ut quædam res uni, aliæ aliis in ſolidum adjudicari poſſint, *l. ad officium 3. verſ. cum autem. C. comm. divid.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 27. defin. 14. n. 3.* † Unica verò re exiſtente, domo 3
forſan vel prædio, quod commodè dividi nequit, debet hoc judex uni ex coheredibus vel ſociis adjudicare, eumque aliis certa pecunia condemnare, atque curare, † ut ei, cui adjudicat, de evictione 4
caveatur, *l. & puto. 16. §. 1. & 2. l. item Labeo. 22. §. familiæ 4. l. heredes ejus. 25. §. item 21. l. ſi familiæ. 55. ff. famil. erciſc.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 42. n. 1.* † Quid autem, ſi omnes propter affectionem 5
quandam, domum vel prædium ſibi applicari petant, & ad exſolutionem pecuniæ ſeſe offerant, nec quisquam alteri cedere velit? † Præferendus erit is, 6
qui majorem portionem ejus rei habet per text. *in l. ſancimus. 34. §. ne autem. 2. C. de donat.* Andr. Rauchb. *dict. quæſt. 42. num. 3.* Simon. Ulric. Piſtor. *in not. ad* Hartm. Piſtor. *obſerv. 147. num. 13. & ſeqq.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 54. n. 10.* Joh. Schneidew. *in §. quædam actiones. 20. tit. de act. comm. divid. n. 5. Inſt. de action.* † Potior namque eſt is, qui majorem 7
habet partem, quæ & majorem tribuit poteſtatem, & minorem partem ad ſe trahit, *l. quæritur. 10. ff. de ſtat. homin. l. majorem. 8. ff. de pact. l. 1. in fin.*

fin. ff. de privil. credit. Jason. *in* §. *quædam 20. n. 59. Instit. de action.* Joh. Sichard. *in l. 1. C. comm. divid.*
8 Bartol. *in l. ult. Cod. comm. de legat.* † Et aliàs jura iniquum existimant, voluntatem unius ex modica portiuncula Dominii præjudicium socio facere, *l. si*
9 *autem 10. ff. de aqu. pluv. arcend.* † Quamvis aliter sentiat Hartm. Pistor. *obs. 147.*

Ita Domini in causa der Gebrüder/der Branden von Lindaw zur Wiesenburgk/Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sent: Ob nun wohl der Vormund in denen Gedancken stehet/ daß die Lehnssonderung des Wiesenburgischen Theils durch das Loß geschehen müsse. Dieweil ihr aber dennoch zuvor allbereit einen Drittheil gehabt / und nunmehr die Helffte/und also das gröste Theil daran erlanget / ꝛc. So wird euch das gantze Wiesenburgische Theil / dafern ihr dasselbe anzunehmen gemeynet/vor euern dreyen Brüdern ausser der Losung gelassen/ ihr seyd aber dieselbe gebührlichen abzufinden schuldig/V.R.W.)

Et ad requisitionem Quæstoris zu Eckartsberga/Mens. Nov. Anno 1594. (Verba sent : So wird Matthes Francken die bemeldte Mühle/weil er daran den meisten Theil hat/ vor den andern Mit-Erben billich gelassen. Und da sie sich des Kauffgeldes halber mit einander nicht vergleichen könten/ und ein Theil das andere zur Ungebühr übersetzen würde/so wären Richter und Schöppen dasselbige der Billigkeit nach/und wie die Güter des Orts sonsten gültig / zu mäßigen wohl befugt/ ꝛc.)

Definit. XXXV.

Conjux superstes in electione rei haud commodam divisionem recipientis, præfertur heredibus defuncti conjugis collateralibus, si majorem in re illâ portionem habeat.

1 FAcilè hinc dijudicare licet concurrentibus defuncti Conjugis heredibus collateralibus cum conjuge superstite in judicio familiæ erciscundæ, cuinam assignari debeat res commodam divisionem
2 non recipiens : † Etenim quum nemo invitus in communione manere cogatur, nullum aliud divisionis medium restat, quàm ut uni res illa adjudicetur,
3 † in quo meritò is potior habetur, qui majorem partem habet, Defin. *præced.* Andr. Rauchb. *part. 1.*
4 *quæst. 42. num. 3.* Coler. *part. 1. decis. 54. n. 10.* † Nisi quis iniquum existimet, eum, qui minorem partem in re hereditaria obtinet, invitum cogi vendere portionem suam coheredi, cui major pars compe-
5 tit cum Hartm. Pistor. *observat. 147. num. 7.* † Quæ tamen ratio refellitur vel solùm ex *l. sancimus. 34. §.*
6 *ne autem. 2. Codic. de donat.* † quem textum ad casum specialem malè cum Salycet. *ibid.* restringit Hartm. Pistor. *dict. loc. num. 8.* ut apparet ex traditis *in* Defin. *præced.* † Adeoque si conjux superstes ex statuto vel conventione in domo aut prædio
7 defuncti conjugis majorem habeat portionem, quin ei præ aliis defuncti collateralibus heredibus res assignari debeat, dubitandum non est, Andr. Rauchb. *dict. quæst. 42. n. 4.* ubi plures allegat.

Ita Domini in causa heredum Christophori Schindlers Eheweibs zu Seida/Mens. Dec. A. 1629. (Verba sent : Ist bey euch in der Stadt Seida Vermöge eines Statuti hergebracht/daß in dergleichen Fällen der überlebende Ehemann zwey Theil aller Güter/ das übrige aber die Erben bekommen sollen. Und es ist zwischen euch als des verstorbenen Weibes Geschwistern und Erben an einem / und dann dem überlebenden Ehemann am andern Theil/wegen ihres verlassenen Gasthoffes Streit und Irrung vorgefallen/welchem unter euch derselbe gelassen werden solle / ꝛc. So wird solcher Gasthoff dem überlebenden Ehemann vor euch ihren Geschwistern und Erben/weil er den meisten Theil daran hat/billich gelassen/und ihr seyd euch mit Gelde abzufinden zu lassen pflichtig/ V.R.W.)

Et in causa Johannis Martini contra Simon Ritzens Erben zu Leipzig/Mens. Oct. Anno 1629. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch bemeldte eure Mutter nach Absterben ihres Mannes Simon Ritzens/die Helffte des Hauses für sich allein/und also so viel/als Simon Ritzens drey Geschwister zugleich / auch hierüber ihr Einbringen auff der andern Helffte zu fordern gehabt/ dadurch sie den grössesten Theil und bessers Recht als Simon Ritzens Geschwister auff bemeldtem Hause erlanget / welches sie hernach auff euch ihre leibliche Kinder gebracht und verfallet/ꝛc. So wird euch dahero das Hauß für Simon Ritzens Geschwistern billich gelassen/und sie seynd sich ihres Antheils wegen mit Gelde von euch abfinden zu lassen schuldig / V. R. W.)

Definit. XXXVI.

Præfertur tamen ex jure optionis filius natu minor eis, qui majorem habet portionem in re divisionem non recipiente.

AT quid, si in judicio familiæ erciscundæ is, 1
qui majorem in re aliqua portionem habet, concurrat cum fratre natu minore, qui jure optionis uti velit, remque sibi assignari petat? † Sive jus o- 2
ptionis consuetudinarium inter plures heredes, sive ex dispositione Saxonica, quæ duobus heredibus existentibus, majorem dividere & minorem eligere jubet, *art. 29. lib. 3.* Landr. prætendatur, semper filium natu minorem vigore juris optionis præferendum existimo aliis, majorem licet portionem in re indivisibili habentibus vel propterea, † quod 3
majoris portionis æstimatio tanta non sit, ut privilegium optionis minori filio indultum invertere queat, † quod sanè generaliter & indefinitè, non 4
habito respectu alicujus portionis, concessum est, *in dict. art. 29. lib. 3.* Landrecht. *& h.* Constit. *15.* Coler. *part. 1. decis. 54. num. 5.* † Quin & ex 5
præsumpta saltem legis voluntate in dubio res indivisibilis adjudicanda est ei, qui majorem rei portionem habet, † quod nempe major pars trahere 6
ad se videatur partem minorem, *l. majorem. 8. ff. de pact. l. 1. in fin. ff. de privil. credit.* Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 42. num. 4.* † Quæ præsumtio merito ce- 7
dit dispositioni Legis expressæ *in dict. art. 29. lib. 3.* Landr. *& h.* Constit. *15.* † Quia expressum facit cessare tacitum, *l. ult. ubi* Dd. *Cod. de pact. convent. tàm sup. dot.* 8

Ita Domini in causa Johannis Andreæ zu Weißenfels/ M. Majo Anno 1625. (Verba sent: Da ihr euch nun mit bemeldtem Sebalds Sohne des Hauses wegen nicht vergleichen köntet/und gleichwohl in communione zu verbleiben nicht gemeynet wäret/gedachter Sebalds Sohn auch das Hauß gantz annehmen wolte/ ꝛc. So wäret ihr ihme euers in eurer Frage gethanen Fürwendens / daß ihr nemlichen zwey Theil am selbigen Hause habt / ungeachtet/gestalten Sachen nach/weil er als der Jüngste die Kührgerechtigkeit darzu hat/zu verkauffen und zu überlassen schuldig/V.R.W.)

DEFINIT. XXXVII.

At collaterales heredes præferuntur Conjugi superstiti, qui majorem portionem in re indivisibili non habet.

1 ALioquin, si Conjux superstes Viduus vel Vidua in domo vel prædio Conjugis defuncti, haud commodam divisionem recipiente, majorem portionem non habeat, nulla ratio suadet, ut ei as-
2 signetur prædium: † Sed concurrentibus cum eo conjugis defuncti heredibus collateralibus, hi omninò Viduo vel Viduæ præferri, eisque res illa, quæ commodam divisionem haud recipit, adjudicari
3 debet, † ita ut conjugi superstiti pro sua portione
4 in pecunia numerata satisfaciant: † Etenim Conjux superstes portionem saltem statutariam & debitum legis petit. Fratres verò & sorores, ut reliqui
5 Collaterales defuncti conjugis, veri sunt heredes; † Meritò itaque in electione rei indivisibilis Conjugi superstiti præferuntur, *l. non amplius. 26. §. cum bonorum parte. 2. ff. de legat. 1.* Modest. Pist. *part. 1. qu. 3.*
6 *n. 11. & 12.* † Quod eò magis verum est in domo vel prædio, quod à majoribus sive collateralium heredum parentibus communibus ad defunctum per-
7 venit, † propter affectionem illam singularem, quâ possessionem bonorum paternorum appetere solent, *l. si in emptionem. 35. ff. de minor.*

Ita Domini in causa heredum Nicolai Ottens zu Weißbach/ Mens. Martio Anno 1631. (Verba sent: Ist euer Bruder Nicol Otto Todes verfahren/ und hat euch an einem / und sein Ehe-Weib am andern Theil zusammt einem Gütlein hinter sich verlassen/ &c. So hat er solches Gütlein auff euch bracht und verfället/ und wann ihr der Wittiben das jenige / so ihr Vermöge des Orts Willkühr oder Gewohnheit gebühret / entrichtet und abstattet/ so lässet sie sich damit billich begnügen und abfinden/ und ihr möget ihr das Gütlein zu überlassen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXVIII.

In assignatione rei hereditariæ divisionem non recipientis, prior causa est liberorum, quàm parentum vel novercæ aut vitrici.

1 SEd hoc ita, si cum Conjuge superstite heredes collaterales concurrunt. Quod si verò Conjux defunctus liberos relinquat, parum refert, an superstes Viduus vel Vidua majorem habeat
2 portionem nec ne, † sed indifferenter in assignatione vel adjudicatione bonorum aut rerum hereditariarum divisionem non recipientium, potior causa est liberorum, quàm matris ac parentum,
3 vel vitrici aut novercæ, etsi † major pars hisce competat, Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 3. num. 12.*
4 Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 42. num. 7.* † Quia liberi vivente adhuc patre, quodammodo Domini bonorum paternorum habentur, ac in eos statim à tempore mortis parentis, dominium ipso jure transit & continuatur, *l. 11. ff. de lib. & posth.*
5 † Quidni ergò Conjugi superstiti tanquam personæ extraneæ præferri debent? *l. non amplius. 26. §. cum bonorum parte 2. ff. de legat. 1.* maximè
6 † cum semper adsit affectio erga bona paterna, præsertim si à majoribus provenerint, *l. si in emptionem. 35. ff. de minor.* Rauchb. *dict. quæst. 42. n. 6.*
7 † Quin & si in hereditate filii dividenda, mater cum relicta Vidua illius concurrat, & bona commodè dividi nequeant, matri potius illa, quam Viduæ filii adjudicari, tradunt Dan. Moll. *hic. num. 19.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 42. n. 7.* Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 39. quæst. 1. num. 11. & seqq.*

Ita Domini in causa Hansen Reuschens zu Porschitz/ Mens. Decemb. Anno 1595. (Verba sent. Ob gleich gedachte eure Stieffmutter an eures Vatern nachgelassenem Gute/ welches sie auff 15. Jahr lang wiederkäufflichen inne gehabt/ den meisten Theil/ weil ihr zu ihrem halben Theil noch drey Kindes-Theil daran zugefallen/ zu fordern hat/ Da aber dennoch vorigem und ietzigem Bericht nach/ berührtes Gut ein Stamm-Gut/ welches von euerm Groß-Vatern herkommen/ und ihr auch das Kauff-Geld/ so bemeldte eure Stieffmutter darfür geben will/ zu entrichten erbötig wäret / &c. So würde euch dasselbe vor ihr der Stieffmutter billich gelassen/ V. R. W.)

It. in causa Laurentii Kormarts zu Leipzig / Mens. Decemb. Anno 1630. (Verba sent: So wird doch nichts desto minder dem überlebenden Sohne und Brudern das streitige Gut/ iedoch in dem Werth / was ein Frembder zum meisten dafür geben möchte/ vor dem Stieff-Vater billich gelassen/ V. R. W.)

It. in causa Oswald Müllers zu Flöhe/ Mens. Jul. An. 1598.

In causa Hansen Scheuners zu Lutteritz/ Mens. Octob. Anno 1595.

Et in causa Caspari Stecklings zu Meissen/ Mens. Jul. Anno 1633.

DEFINIT. XXXIX.

Præferuntur etiam in assignatione rei divisionem haud recipientis Cognati extraneis & fratres sororibus.

1 IN genere quoque inter plures heredes vel socios, in bonorum adjudicatione Cognati, vel ii, à quorum majoribus bona provenerunt, extraneis præferuntur; † per text. *in l. si in emptionem. 35. ff. de*
2 *minor.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 42. num. 6.* † Et
3 inter plures Cognatos potior est causa eorum, qui sunt proximiores; nam quo propinquior est Cognatio, tanto major videtur affectio erga bona majorum, *arg. l. lex quæ tutores. 22. vers. ergo: Codic. de administr. tutor. l. in fundo 38. ff. de R. V.* Andr. Tiraquell. *de utroque retract. in præfat. num. 34.* †
4 Hinc & fit, quòd in adjudicatione bonorum, quæ commodam divisionem non recipiunt, inter liberos diversi matrimonii illi præferantur, à quorum majoribus bona provenerunt. Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 29. in fin.* † Planè, & concurrentibus
5 fratribus cum sororibus in assignatione prædii indivisibilis, potior omnino est causa fratrum,
6 † quippe per quos familia propagatur, in eaque bona conservantur, *Supr.* Constit. Elect. 31. *part. 2. Definit. 3.*

Ita Domini in causa Andreæ Dreschers zu Lützen/ Mens. Jul. A. 1607. (Verba sent: Ist eure Mutter Todes verfahren/ und hat ihr Hauß und Hoff auff euch/ als ihren Sohn erster Ehe / eure vollbürtige Schwester und ihrer verstorbenen Tochter Kind gebracht und verfället/ &c. So wird euch berührtes Hauß beneben dem Viertel Landes/ weil solche Stücke nicht wohl getheilet werden können / vor eurer Schwester/ und der Schwester Kind / dem rechten Werth nach/ allem billich gelassen. Und es seynd ietzo erwehnte eure Schwester/ und der verstorbenen Schwester Kind sich mit Gelde abfinden zu lassen schuldig/ V. R. W.)

It.

It. in cauſa Blaſii Glöckners zu Döbeln / Menſ. Jun. Anno 1635. (Verba ſententiæ : Und es kan ſich der Sohn mit der Schweſter ſolches von dem Vater hinterlaſſenen Hauſes halber nicht vergleichen / indeme ſie es beyde haben und annehmen wollen / ꝛc. So wird ſolches Hauß dem Sohne vor der Schweſter billich gelaſſen und zugeſchlagen / V. R. W.)

It. in cauſa Hanſen Burckmanns zu Dölitzſch / Menſ. April. Anno 1599.

In cauſa Wolffens von Ende / Menſ. Jan. Anno 1629.

Et in cauſa Hanſen Liebiſchens Kinder erſter Ehe / Menſ. Aug. Anno 1599.

Definit. XL.

In adjudicatione rei, commodam diviſionem recipientis, tàm cognato, quam majorem partem habenti præfertur extraneus, majus pretium offerens.

1 SIve jus Cognationis ſive majorem portionem quis prætendat in adjudicatione rei, quæ commodam diviſionem non recipit, haud tamen ad-
2 mittitur, † niſi juſtum pretium offerat : juſtum
3 autem pretium eſt hoc, † quod pinguiori pretio non ſuperatur *l. 1. ubi* Bald. & Salycet. *Cod. commun. divid.* † ſive quantum extraneus quivis emptor ſol-
4 vere velit, *arg.* Conſt. Elect. *33. p. 2. ubi* Moll. *num. 1.* †
5 Nec ſufficit eandem pecuniæ ſummam offerri, niſi & iisdem qualitatibus & terminis, aut etiam in parata pecunia, quam extraneus exſolvere paratus eſt, offeratur, juxta tradita Berl. *part. 2. concl. 41. num. 12.*
6 *Supr. p. 2. dict.* Conſt. *23. Definit. 1.* † Quo circa, ſi coheredes de pretio convenire nequeant, perveniendum eſt ad licitationis remedium ultimũ, & non niſi aliis deficientibus amplectendum, *l. nam ad licitationem. 6. ff. fam. erciſc.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 27.*
7 *defin. 14. n. 1.* † Ex quo fit, ut tàm Cognatos, quàm eos, qui majorem in re aliqua portionem habent, haud raro ſuperet is, qui pluris licitatur, vel majus
8 pretium offert, † licet extraneus emptor ſit, non ſocius vel coheres, Dd. *in l. ad officium. 3. Codic. comm. divid.* Jaſon. *in §. quædam. 20. num. 59. Inſt. de action.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 42. n. 8.*

It. Domini in cauſa Laurentii Kormerts zu Leipzig / Menſ. Dec. Anno 1630. (Verba ſent: So wird doch nichts deſto minder dem überlebenden Sohne und Brudern das ſtreitige Gut / iedoch in dem Werth / was ein Frembder zum meiſten dafür geben möchte / vor dem Stieffvater billich gelaſſen / V. R. W.)

Et in cauſa Caſpari Stecklings zu Meiſſen / Menſ. Jul. Anno 1633.

Definit. XLI.

Quando ſocii vel coheredes in re diviſionem commodam haud recipiente paria jura habent, ſorte debet fieri aſſignatio.

1 QUid verò ſi ſocii aut coheredes ſinguli rem, quæ commodam haud recipit diviſionem, ſibi aſſignari petant, nec tamen quiſpiam ullum jus ac prælationem, vel ex jure optionis, vel ex cognatione, aut ex portionum inæqualitate ha-
2 beat, cujus reſpectu aliis præferatur ? † Certè, tunc per ſortem facienda erit aſſignatio, per text. *in l. ſi duobus. 3. C. comm. de legat. l. 2. Codic. quando & quib. quarta pars. lib. 10.* Andr. Rauchb.
3 *part. 1. qu. 42. num. 2.* † Non ſolùm, quia modus hic partitionis de jure Romano eſt receptus in dividendo patrimonio communi atque hereditate, *l. 4. §. ſed & tabulas. 3. l. ſi quæ ſunt. 5. l. puto. 16. l. officio. 27. ff. fam. erciſc.* † Sed & quod aliàs plerumque in caſu du- 4
bio res ſorti committatur, *l. cum ambo. 14. ff. de judic. l. generaliter. 24. §. quid ergo. 17. ff. de fideicomm. libert. §. optionis. 23. Inſt. de legat. Novell. 162. cap. 3. in fin.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 25. defin. 2. n. 1.*

Ita Domini in cauſa Martini Schwartzens zu Leipzig / Menſ. Jan. Anno 1634. (Verba ſent: Und wann ſich beyde Theil darum nicht vergleichen können / werden ſie / weil ſie in pari gradu ſeyn / und gleiches Recht haben / durchs Loß billich entſchieden / V. R. W.)

Definit. XLII.

Diviſio errore juris facta non nocet, quo minùs indebitè datum repeti queat.

NEmini certè mirum videbitur, contra diviſio- 1
nem, Reſciſſionis beneficium dari ex cauſa læſionis ultra dimidium, ut dixi *Supr.* Defin. *19.* † 2
cùm & diviſio errore facta revocari & retractari queat, per text. *in l. majoribus 3. Cod. comm. utriusq; judic. l. ſi poſt diviſionem. 4. Codic. de jur. & fact. ignor. l. cum putarem. 36. in fin. ff. fam. erciſc. l. ſi ſoror. 8. Codic. de collat.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 139. num. 4.* Gloſſ. *in l. 2. ff. de confeſſ.* Hartm. Piſt. *obſerv. 175. n. 7. 8.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſ. 5. num. 7. & ſeqq.* † Quia error voluntatem non habet. 3
l. ſi per errorem. 15. ff. de jurisd. † voluntas autem 4
ſemper potior eſt voce dicentis & facto facientis, nedum ſcriptura ſcribentis. *l. Labeo. 7. in fin. ff. de ſuppell. legat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 1. num. 14.* † neque actus agentium ultra eorum 5
intentionem quicquam operantur, *l. non omnis 19. ff. de reb. credit.* † Quin & ex ejusmodi diviſione ſolu- 6
tum vel traditum conditione indebiti repetitur, tanquam nullo jure debitum, *l. 2. ubi* Gloſſ. *ff. de condict. indeb.* Nicol. Mor. *de condict. indeb. n. 10.* Dan. Moll. *hîc num. 33.* † Niſi quis errorem juris 7
condictionem indebiti impedire exiſtimet, *l. tum quis. 10. Codic. de jur. & fact. ignor. l. ſi per ignorantiam. 6. & l. fideicommiſſum. 7. Codic. de condict. indeb.* † Quod quidem omnes non concedunt, 8
Accurſ. *in l. 1. ſuper verb. per errorem. Codic. de condict. indeb. & ibid.* Joh. Sichard. *n. 2.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. eod. tit. n. 9.* Reinhard. Bachov. *in tract. de action. diſp. 4. th. 17. p. 144. & ſeqq.* † Sed poſito, 9
errorem juris condictionem indebiti non admittere ex communi Dd. ſententia, † quam autoritatibus & 10
textibus tuetur Joh. Harpp. *in §. 1. n. 54. & ſeqq. Inſt. quib. mod. re contr. obligat. Vid. Supr. part. 2.* Conſt. Elect. *28. Defin. 20.* † Id certè non aliter accipien- 11
dum, quàm de errore juris naturalis, aut quatenùs agitur de compendio quærendo vel lucro faciendo ; † 12
Nam tùm error juris omnino nocet, *l. 4. l. juris. 7. cum lib. ſeq. ff. de jur. & fact. ignor.* Jacob. Cujac. *l. 5. obſ. 39. & in l. nunquam. 31. ff. de uſucap.* † peten- 13
tibus verò ſuum non incommodat, *dict. l. juris 7. ff. de jur. & fact. ign.* Errorem enim juris in damnis admittendæ rei † nemini in cauſa civili obeſſe, 14
traditum eſt *in l. error. 8. & in l. juris ignorantiam. 4. ff. de jur. & fact. ignor.* Felin. *in c. quoniam. 40. n. 8. extr. de Simon.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 48. n. 22.* Matth. We-

15 Wesenb. *in parat. ff. de jur. & fact. ignor. n. 4.* † Ast ita qualificata est divisio, ut dividentes nil quicquam acquirere, sed unusquisque suam duntaxat portionem auferre videatur, Anton. Fab. *in Codic. l. 3.* 16 *tit. 27. defin. 3. num. 9.* † Meritò ergò dividentibus, ceu rem suam petentibus, non obstante juris errore succurrendum erit, *dict. l. juris ignorantiam. 4. & l. 8. ff. de jur. & fact. ignorant.*

Ita Domini in causa Alexii Bergmanns zu Golitz / Mens. Oct. Anno 1601. (Verba sent: Ob nun gleich das übrige Kauffgeld unter die noch lebende Schwestern und Schwester Kinder also getheilet/ daß der Schwester Kinder an statt ihrer Mutter mit den noch lebenden Schwestern zugelassen worden. Dieweil aber dennoch solches denen landüblichen Sächsischen Rechten zuwider aus Irrthum geschehen/ꝛc. So ist den Schwestern/und nunmehr nach derselbigen Tode/ihren Erben dasjenige/was der Schwester Kinder von obgedachtem Kauffgelde empfangen/wiederum zu condiciren unbenommen/V.R.W.)

It. in causa Andreæ Seidels Erben zu Dösen / an die Landherren zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1601. (Verba sent: So mag derselbigen die im Kaußbriefe gesatzte Abtheilung/als welche aus einem Irrthum geschehen/ zu Nachtheil nicht gereichen/und wird ihr demnach über ihren Antheil/so ihr Vermöge des Dorff-Brauchs und Kauffgeldes gebühret/der beyden verstorbenen Kinder Theil auch billich gelassen/V.R.W.)

It. in causa heredum Hansen Wendlers zum Hayn / Mens. April. Anno 1634. (Verba sent: Dieweil ihr aber dennoch der Nürnbergischen Statuten keine Wissenschafft gehabt/ꝛc. So mag euch den Kindern erster Ehe mehrbesagte divisio und Vergleichung als erronea zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen: Sondern ihr seyd derselbigen ungeachtet das jenige / so euch nach Absterben eurer Mutter aus dero Verlassenschafft Inhalts der Nürnbergischen Statuten gebühret / nachmahls zu fodern wohl befugt/V.R.W.)

It. in causa Frauen Annen von Biberstein in / Mens. Sept. Anno 1635. (Verba sentent: Wann nun gleich obberührte Vergleichung ihrer Solennitäten halber richtig. Da aber dennoch anietzo dargethan werden möchte/ daß Herr Ferdinand von Biberstein keine gesammte Hand und Recht zu den Lehnstücken gehabt / und also die Vergleichung ex causa erronea getroffen worden wäre/ꝛc. So möchte sie auch Herrn Johann Wilhelmen/oder nunmehr seinem Herrn Sohne Ulrich Wentzeln zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen / sondern es wäre derselbe die Herrn Ferdinando ausgezahlete Gelder per condictionem indebiti wieder zu fodern wohl befugt/ V.R.W.)

It. in causa Balthasari Gentzschens zu Grimma/Mens. April. Anno 1635.

It. in causa Marci Bürgers zu Meissen/ Mens. April. Anno 1608.

Et in causa Laurentii Germans zu Oschatz/ Mens. Jun. Anno 1633.

Definit. XLIII.

Nemo invitus cogi potest, ut in communione persistat.

1 QUia communio rixas excitare solet, ut dicit JCtus Papinianus *in l. cum pater. 77. §. dul-*
2 *cissimis. 20. ff. de legat. 2.* † nemo invitus in communione manere cogitur, Simon. Ulric. Pistor. *in not. ad* Hartm. Pistor. *observat. 147. num. 13.* Johan.
Schneidew. *in §. quædam actiones 20. tit. de actione*
3 *communi divid. n. 17. & seqq. Inst. de action.* † Idque eo minus, quo major etiam injuria reputatur, ei qui de rebus suis aliquid invitus facere cogitur, ut est *text. in l. dudum. 14. C. de contr. empt.* † etiam in 4 re, quam quis cum alio communem habet, *l. 1. l. falso 3. Codic. de comm. rer. alien. l. ante divisionem 16. Codic. de jur. dot.* † Cui tamen non aliter quàm per 5 divisionem expressam aut tacitam subveniri potest, † quæ sola communionem dissolvit, *l. pen. Codic.* 6 *comm. divid. l. divisionis. 45. ff. de pact.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 1. defin. 10. n. 2.*

Ita Domini in causa Philippi Wesseners zu Halla / M. Nov. Anno 1599. (Verba sent: Da eure Pflege-Frau nebens ihren Mit-Erben in communione und ungetheilten Gütern nicht verbleiben wolte / so möchte sie auch darzu wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Et in causa Hieronymi Karpetz zu Naumburg / Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent: Hat vorgedachter Heurich Hermann nebens der Fahrnüß und einer Kauffmannshandlung/auch unbewegliche Güter nach sich verlassen. Da nun die andere Erben sich in die unbeweglichen Güter vertheilen wolten/ꝛc. So wären sie dasselbe zu thun wohl befugt/ und es möchte keiner in communione zu verbleiben wider seinen Willen angehalten werden/V.R.W.)

Definit. XLIV.

Inter minorennes heredes absque causa sufficiente & decreto Magistratus, non potest fieri divisio, nisi majorennis heres ad hanc provocet.

NOn minus heredes minorennes bona immo- 1
bilia communia dividere, quàm alienare prohibentur, † nisi justa divisionis causa adsit, 2
decretumque Magistratus accesserit, *l. si pupillorum. 7. ff. de reb. eor. l. inter omnes pen. C. de præd. minor. & aliis reb.* † Nam & divisio alienatio est, & 3
emptionis vicem obtinet, *l. 1. C. comm. utriusque judic.* nec potest fieri citra alienationem, *l. 1. §. 1. l. magis puto. 5. §. ult. cum. ll. seqq. l. qui neque 8. in fin. ff. de reb. eor. qui sub tutel.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 27. defin. 4. n. 9.* † Sed hoc ita, si non 4
major coheres intervenerit, qui si ad divisionem provocet, quin hæc inter eum & minorennes coheredes absque alia etiam causa & decreto Magistratus fieri queat, dubium non est † propter 5
textum clarum *in dict. l. pen. Codic. de præd. minor.* Anton. Fab. *in Cod. dict. tit. 27. defin. 11. n. 1.* † Quo 6
tamen casu minorum tutores vel Curatores adsint necesse est, non solùm ut mutuæ illæ adjudicationes dominiique translationes fieri possint, quas requirit bonorum communium divisio; † Sed etiam, ut sciatur, quanta portio eos con- 7
tingat, qui provocant ad divisionem, ne quid inauditis iis, quorum maximè interest, constituatur, *l. nam ita 39. ff. de adopt. l. etiam. 29. §. ult. ff. de minor. l. de unoquoque 47. ff. de re judic.* † cum 8
fieri possit, ut majorem sibi adferant portionem, quàm quæ à sociis conceditur, Anton. Fab. *dict. definit. 11. num. 5.*

Ita Domini in causa Johannis Keils zu Leipzig / Mens. Septembr. Anno 1621. (Verba sententiæ: Ob nun wohl die Wittib in Vormundschafft ihres Kindes zur Theilung zu schreiten bedacht. Dieweil aber dennoch beyde Erben unmündig / und kein Mündiger/so etwa ad divisionem provociren thäte / vorhanden/ etc. So mag auch gestalten Sachen nach / ohne sonderliche

liche erhebliche Ursachen und Einwilligung der Obrigkeit/ keine Theilung noch zur Zeit vorgenommen werden/V. R. W.)

It. in causa Thebes Kosmanns in Delitzsch/Mens. Majo Anno 1604. (Verba sent: So ist solcher Kauff zu Recht kräfftig/und mag von euch aus denen in eurer Frage angezogenen Ursachen / daß nemlichen der Unmündigen Gut mit wichtigen Schulden/so von den Abnutzungen und Früchten nicht abgetragen werden können/ nicht beschweret gewesen/dasselbe auch ohne Richterlichen Decret, so wohl ohne vorgehende öffentliche subhastation verkaufft worden/ nach Gelegenheit dißfalls/weil die Mutter ad divisionem provociret, beständiger Weise nicht gefochten noch hinterzogen werden/V.R.W.)

It. in causa Annen von Bibersteinin / Mens. Sept. A. 1635. (Verba sent: Dafern bey obgedachter Erbtheilung des Unmündigen Vormunden gewesen/und dieselbe vollziehen helffen/auff solchen Fall möchte die Vergleichung / ungeacht sie ohne vorgehendes der ordentlichen Obrigkeit Erkäntnüß und Decret geschehen / (weil gestalten Sachen nach/und wann majorennis heres ad divisionem provociret, dessen unvonnöthen) im Stande des Rechten wohl bestehen und erhalten werden/V.R.W.)

Item in causa Sebastiani Metzschens zu Plohn/Ment. Majo, Anno 1601. (Verba sent: Ob gleich euer Bruder noch unmündig ist. So möget ihr doch derowegen mit ihme in der Gemeinschafft der noch ungetheilten Güter zu verbleiben wider euren Willen nicht gedrungen werden / sondern es seyn desselben Vormunden von seinetwegen der Theilung beyzuwohnen / und sich mit euch obberührter Güter halber zu vergleichen schuldig/V.R.W.)

Et in causa Georgii Heidelers zu Merseburg / Mens. Febr. Anno 1629.

Definit. XLV.

Extra causam communionis, quæ ab alterutro acquiritur de pecunia licet communi, haud tamen commune efficitur.

1 SI fratres indivisam parentum hereditatem quantumvis longo tempore retinuerint, certum est,
2 id quod alteruter aliunde quæsierit, † non esse in commune redigendum, *l. 52. §. 6. ff. pro Socio.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 1. defin. 29. num. 3.*
3 † Nunquam enim societas universorum bonorum contracta intelligitur, nisi cum specialiter id actum
4 est, *l. 3. §. 1. l. Societates. 5. l. si unus. 67. §. si unus. 1. ff. pro Socio.* † Et hoc ipso, quod quis sibi acquirit proprio nomine, vel declarat, nolle se tacitam ullam societatem contrahere, si qua jam contracta fu-
5 erat, exinde illam dissolvit, † Nisi dicere velis, ex pecunia saltem communi, ab alterutro extra causam
6 communionis quæsitum fieri commune: † in quo statim occurrit, quòd respondeamus, sicuti res per te empta ex pecunia mea, non est mea, sed tua, *l. si ex ea. 6. C. de R.V. l. ex pecunia 12. C. de jur. dot. l. multum.*
7 *6. l. qui aliena. 8. C. si quis alteri vel sibi.* † Ita rem emptam ex pecunia communi non esse communem, sed propriam illius qui comparavit, *l. si patruus 4. C.*
8 *comm. utriusque judic.* † salva ei, cujus pecunia pro parte fuit, actione in personam, ad eam pretii partem repetendam, *l. 4. C. pro Socio.* Roman. *consil. 3.* Ant. Fab. *dict. defin. 29. n. 3.*

Ita Domini in causa Jacobi Hirßfelds zu Merseburg/Mens. Majo Anno 1595.

It. in causa Henrici Schoneus zu Marcken / Mens. Julio, Anno 1599.

Et in causa Hansen Liebitzschens Stieffkinder zu Mockerwitz/ Mens. August. Anno 1599.

Definit. XLVI.

Gestum verò ab alterutro nomine communi, omnium commodo cedit, salvâ gestori repetitione sumptuum factorum & interesse.

ALia est ratio ejus, quod communitatis nomine 1
ab alterutro gestum perhibetur. † Idipsum 2
enim omnium commodo cedit, quia post contractam societatem vel communionem, omnia in commune rediguntur, *l. si societatem. 73. in pr. & l. seq. ff. pro Socio.* Anton. Gometz. *tom. 2. variar. resolut. c. 5. n. 3.* Joh. Harppr. *in pr. Instit. de Societ. n. 23.*
† Ita tamen ut quod gestor expenderit, vel damnum 3
passus fuerit, ante omnia deducatur; † Est siquidem 4
societas vel communio fraternitas quædam, in qua sicuti lucra, ita & damna communicari debent, *l. verum. 63. in pr. l. 38. & passim ff. pro Socio.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 41. Def. 22. num. 4.* † Nec lu- 5
crum ullum intelligitur, nisi omni damno sive ære alieno deducto, † sicuti nec è contra damnum, ni- 6
si omni deducto lucro, *l. Mucius. 30. ff. pro Socio. l. 39. §. 1. ff. de V. S.*

Ita Domini in causa Matthæi von Logau und Altendorff auff Burglehen/Jauer / ꝛc. Mens. Jul. Anno 1591. (Verba sent: Ob nun wohl der älteste Sohn ohne des jüngsten Zuthun/Hülffe und Vorschub / nicht allein vorberührtes seines Vaters hinterlassenes Schuldwesen in Richtigkeit gebracht/sondern auch oberwehnte Action, daraus ein plattes zu gewarten/mit grosser Mühe und Arbeit/auch mit Versaumnüß seiner Dienste / damit er der Königlichen Würden zu Polen Ertzhertzogen Maximiliano zu Oesterreich/ꝛc. verhaft gewesen, zur Endschafft geführet/ ꝛc. Da aber dennoch bemeldter jüngster Sohn sich der väterlichen Erbschafft beständiger Weise gäntzlichen nicht begeben/ So würde er zu gleicher Theilung des jenigen/was der älteste vorerwähnter Action halber zu Recht erhalten/billich gelassen/Es ware aber auch derselbe den halben Theil der väterlichen Schulden/welche der älteste allein abgetragen/ so wohl auch der auffgewandten Unkosten und erlittenen Schäden / so viel derer liquidiret werden könten/zu erstatten schuldig/V.R.W.)

Definit. XLVII.

Impensæ ab alterutro proprio nomine in communione factæ, non sunt imputandæ communioni.

QUicquid expenditur de bonis communibus 1
occasione societatis vel communionis, non immerito communioni imputari debet, Johan. Schneidew. *in §. quædam actiones. 20. tit. de action. fam. ercisc. n. 56. Inst. de action.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 27. def. 1. n. 1.* quia ut lucrum, † ita & da- 2
mnum in societate est communicandum omnibus, *l. verum. 63. l. 38. jure societatis. 82. ff. pro Socio.* † Secus quando non occasione societatis 3
vel communionis aliquid expenditur: † Quod e- 4
nim unus ex sociis faciat proprio, non ipsius societatis vel communionis nomine, non venit in

rationem communis, *l. si unus. 67. §. 1. ff. pro Socio. tit. 12. in fin. FF. 2.* Ant. Fab. *dict. defin. 1. num. 2.*

5 † Ergò nec aliæ impensæ communioni imputabuntur, quam quæ ipsius causa sunt factæ, *l. §. item si in communem 12. junct. l. pro Socio. 38. §. 1. dict. l.*

6 *si unus. 67. §. pen. ff. pro Socio.* † Et consequenter nec sumptus studiorum causa ab uno fratre facti, aut quæ alter perdidit in alea, aut in peregrinatione expendit, Johan. Schneidew. *dict. loc. num. 56.*

Ita Domini in causa Christophori Henrici à Schönfeld/ Mens. Sept. Anno 1634. (Verba sent: Seyd nach Absterben euers Vatern/ihr und euer Bruder unter frembden Leuten gewesen/und habt ehrlichen von Adel und vornehmen Kriegs-Officirern auffgewartet/ Und es hat sich nunmehr befunden/daß in währender communione bonorum ihr 1500. fl. mehr dann obgedachter euer Bruder empfangen/ ꝛc. So seyd ihr solche Übermasse zur Helffte zu erstatten schuldig/ ꝛc.)

Definit. XLVIII.

Bona absentis committuntur sub præstitâ cautione, custodiæ ejus, qui proximior est heres, remotiore excluso.

1 Publicè interest, absentium bona conservari, iisque Curatorem dari, *l. servum. 33. §. publicè. 2. ff. de procurator. l. idem privilegium. 22. §. 1. ff. de reb. autor. judic. possid. l. si diu. 8. l. in possessionem 6. in fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. ab hostibus. 15. ff. ex quib. caus. major.* † Ex quo generali

2 quadam horum, aliorumque multorum locorum consuetudine obtinuit, portionem hereditariam in divisione absenti delatam, curæ ac custodiæ committi eorum, qui sunt heredes proximiores,

3 sub præstita cautione, † se reverso eo, portionem hanc ipsi restituere velle, Hartm. Pistor. *observ. 103. in pr.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 40. de-*

4 *fin. 9.* Virgil. Pingiz. *qu. 5. num. 13.* † ubi parùm refert, quod is, qui Curator datur, infirmi judicii esse dicatur, dummodo sit proximior Agnatus, Cognatusve & ab intestato successurus, Fab. *dict.*

5 *loc. num. 5.* † Ea enim cura nihil nisi custodia est & præmatura successionis occupatio, quæ ob favorem absentis, & quia autorem Magistratum habet, jure sustinetur, *l. qui autore. 137. ff. de Reg. Jur.*

6 † Quin & absentis ea voluntas esse censetur, ut in custodia bonorum suorum potissimum rationem haberi cupiat cognatorum proximiorum, siquidem naturali impulsu nihil magis desiderare præsumitur, quam suæ familiæ favere & cognationem propagare, *arg. l. nemo. 58. §. qui frater. 1. ff. de*

7 *hered. inst.* † ut ob id meritò Cognati extraneis

8 præferantur, Virg. Pingiz. *dict. loc.* † Quare mulieres quoque & infantes ad hanc curam admitti nihil prohibet, quippe quam per easdem personas gerere possunt, per quas propria ipsorum bona reguntur, Ant. Fab. *dict. tit. 40. defin. 1. n. 6.* Neque propterea excluси videntur, quod remo-

9 tiores forsan censeantur magis idonei, † cum in hâc re potissimum attendatur proximitas sanguinis. Unde fit, quod remotiores à spe successionis per proximiores heredes à cura bonorum ab-

10 sentis excludantur, veluti: † Fratres & sorores per parentes, fratres uterini & consanguinei per fratres aut sorores ex utroque latere conjunctas, fratrum filii per fratres & sorores in foro Saxonico: † 11
Præferuntur scilicet semper, qui proximiores sunt absenti ad succedendum, quorum interest, rem ejus salvam esse, *arg. l. quo tutela 37. ff. de reg. jur.* Anton. Fab. *dict. defin. 9. n. 6.* † Nec tamen ipso jure 12
fiunt Curatores, sed Magistratus autoritas accedat necesse est; Sola siquidem spes successionis non facit Curatorem, ut nec sola conjunctio personarum facit conjunctum procuratorem, *l. 3. §. sed etsi forte 3. ff. judic. solv.*

Ita Domini in causa heredum Bonaventuræ Schumanns zu Meissen / Mens. Nov. Anno 1600. (Verba sent: Ist Bonaventura Schumann ohne gefehr vor 24. Jahren in frembde Lande verreiset / und es seyn seines Vatern Schwester-Kinder an einem/ seines Vatern Brudern Wittib am andern/ und seiner Mutter Schwester am dritten Theil sich seiner Güter halber zu vergleichen bedacht. Ob man nun gleich bißhero nicht erfahren können / ob er noch am Leben oder todt sey; Dieweil aber dennoch aus Vermuthung der Rechte es dafür gehalten wird / daß er noch lebe: So hat auch noch zur Zeit sich kein Theil des Ausländischen Güter erblich und eigenthümlichen anzumassen/ sondern es werden dieselbige des Ausländischen Mutter Schwester vor den andern auff gnugsamen Vorstand billich gefolget/ V. R. W.)

It. in causa David Gregorii zu Klein-Wilckau / Mens. Febr. Anno 1600. (Verba sent: Ob nun gleich vorermeldter euer Bruder Martinus euerm Bericht nach fast in die 20. Jahr Ausländisch gewesen/ und man bißhero nicht erfahren können/ ob er noch am Leben oder todt sey; Dieweil aber dennoch aus Vermuthung der Rechte dafür gehalten wird/ daß er noch lebe. So wird euch als seinem Bruder sein angesetzter Antheil vor oberwehnter euer Schwester Kind auff gebührliche Caution billich gefolget/ ꝛc.)

In causa Gertrudin Niclasin zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1677. (Verba sent: Da nun der Sohn Conrad 9. Jahr Ausländisch gewesen wäre/ und man bißhero nicht erfahren können/ ob er todt oder am Leben sey. So würde euch als der Mutter vor den Geschwistern sein Antheil gegen Bestellung gnugsamer Caution billich gefolget/ V. R. W.)

It. in causa David Rubels zu Bieberstein/ Mens. Nov. Anno 1601.

In causa Hansen Beyers zu Mosel / Mens. April. Anno 1600.

Et in causa Andreæ Pausewegs zu Stolberg/ Mens. Octob. Anno 1617.

It. in causa Blasii Mirags zu Dreßden/ Mens. Januar. Anno 1596.

In causa Catharinæ Theimens zu Geitten / Mens. August. Anno 1603.

Et in causa heredum Petri Sonders zu Grimme/ Mens. Julio Anno 1605.

Definit. XLIX.

Cura bonorum absentis sub præstitâ cautione alicui semel commissa ad ejusdem heredes transit, exclusis aliis licet in pari gradu constitutis.

1 Nec tamen consequens est, ut si plures sint Agnati in eodem succedendi gradu positi, & ex æquis partibus ab intestato, si casus contingeret, succesturi, omnes pro Curatoribus haberi debeant, † Sed Curator solus ille erit, qui à Judice 2
datus fuerit, quanquam dari omnes debeant, si petant, nihilque aliud impediat, † Scilicet, quia hæc 3
cura

quotquot sperantur successuri, *arg. l. quo tutela. 37. ff. de Reg. Jur.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 40. defin. 4 1. n. 8.* † Semel autem commissa cura sive custodia bonorum absentis cognato proximiori, reliqui impari licet gradu constituti haud admittendi erunt; 5† Idque eo minus, si ex post-facto reddantur pares, ut sunt consobrini, defuncto patruo post satisdationem relictis liberis, in quos cura bonorum patrui absentis transfertur exclusis consobrinis. 6† Quia præstita satisdatione, Curatori in bonis absentis, jus curatelæ Magistratûs autoritate semel 7 fuit acquisitum, † quod ipsi invito nec pro patre 8 auferri potest, † sicuti nec ejusdem liberis, qui in omnibus jure defuncti utuntur. *Novell. 48.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 20. defin. 44. n. 9.*

Ita Domini in causa Zachariæ Wolffens zu Buckaw/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent: Ob ihr nun wohl dem Ausländischen in gleichem Grad/mit seines ietzo verstorbenen Bruders Sohne verwandt/ Dieweil aber dennoch keine Gewißheit vorhanden/ob euer Ausländischer Vetter noch am Leben oder todt sey/ ꝛc. So wird bemeldtes Verstorbenen Bruders Sohne des Ausländischen Antheil / welchen sein Vetter gegen Caution einmahl angenommen/ vor euch Vermöge solcher Caution allein billich gelassen/ ꝛc.)

It. in causa Caspari Zimmermanns zu Leipzig / Mens. Majo Anno 1632.

In causa Matthiæ Gebhards zu Kempnitz/Mens. Jun. Anno 1632.

Et in causa Martini Klossens zu Waldenburg / Mens. Jan. Anno 1636.

Definit. L.

Non tamen præferuntur Curatoris heredes testamentarii in Cura bonorum absentis ejusdem Cognatis proximioribus.

1 NOn tamen hoc ita accipi debet, ut proximi absentis Cognati indifferenter excluſi videan- 2 tur; † Quid enim si is, cujus custodiæ bona absentis sub cautione fuêre concessa, testamentum fecerit, inque eo extraneos heredes instituerit, num hosce reliquis absentis Cognatis & heredibus præ- 3 ferri dicemus? † Neutiquam certè: sed defuncto testatore, non obstante dispositione vel satisdatione, bona absentis ejusdem Cognatis tùm proximioribus, præstita tamen ab eis nova satisdatione, denuo 4 committenda dixerim, † quippe quorum potissimùm interest, bona absentis conservari, ob spem suc- 5 cessionis, † quæ sola curam bonorum hoc casu tribuit, *Supr.* Defin. 38. Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 40. defin. 1. n. 2. & defin. 9. n. 5.*

Ita Domini in causa heredum Sabinen Müllers zu Colditz/ Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent: Ob wohl Sabina/ Thomä Müllers Ehewerb/in ihrem letzten Willen alle ihre liegende Güter / darauff ihrer Mutter Ausländischer Bruder etliche Gelder zu fodern / gedachtem ihrem Ehemanne übereignet und vermacht / und der eingesatzte Erbe berührte Gelder auff Versicherung ferner bey sich zu behalten gemeinet/ꝛc. So mögen doch der Verstorbenen Geschwister und nehesten Erben ab intestato ihme dieselbe zu lassen wider ihren Willen nicht gedrungen werden / sonden sie werden ihnen gegen Bestellung eines gnugsamen Vorstandes billich abgefolget/ V. R. W.)

In causa Martini Hebbers zu Nembt / Mens. Julio, Anno 1632.

Et in causa Erasmi Puschels zu Geringswalda / Mens. Jun. Anno 1635.

Definit. LI.

Nec heredes ab intestato extranei præferuntur Cognatis proximioribus absentis.

NEc aliud dicendum in casu successionis ab in- 1 testato; Finge fratris absentis bona fratri consanguineo sub cautione fuisse concessa, cui defuncto absque liberis succedat mater absentis noverca; † Huic ceu personæ extraneæ non cedunt bona 2 absentis, sed aliis tùm proximioribus ejus Cognatis sub cautione erunt concedenda. † Nullam enim 3 spem successionis habet noverca in bonis privigni absentis: Ergò à cura bonorum excludenda est, † 4 quia hujsmodi cura nihil nisi custodia est, & quasi successionis intestati præmatura, quamvis licita, occupato, Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 40. defin. 1. n. 3. & 4. supr.* Defin. 38. † Eamque ob causam, nec 5 maritum nomine mobilium, ad ipsum de Jure Saxonico pertinentium, lucrari pecuniam, quæ uxori suæ obvenerat, ex bonis ejus, de cujus morte etiamnum dubitatur, tuetur multis Hartm. Pistor. *observ. 103.*

Ita Domini in causa Hansen Fabians zu Altenberg / Mens. Dec. Anno 1635. (Verba sent: Dieweil aber dennoch dafür zuhalten/daß der Ausländische noch am Leben/ und die Stiefmutter pro extranea persona zu achten/ꝛc. Es hat sich auch dieselbe des Ausländischen Brudern portion nicht anzumassen/sondern es verbleibet dieselbe den überlebenden Geschwistern gegen Caution allein billich / V. R. W.)

Et ad requisitionem Johann Christoffs Edlenon der Planitz/Mens. Oct. Anno 1636.

Definit. LII.

Bona absentis non nisi sub cautione præstitâ eo in loco, ubi sita sunt bona, hered. proximiori conceduntur.

ETsi cura bonorum absentis in sola ferè custo- 1 dia consistat, nec alii concedatur, quàm qui in bonis iis jam quodammodo aliquod jus habeat aut aliquando sit habiturus, † non tamen o- 2 mnis deneganda est Curatori administratio, quippe qui & actiones tempore perituras exercere potest, *l. creditore. 14. ff. de reb. autor. jud. possid. l. inter bonorum. 48. ff. de administr. tutor.* † Ex quo 3 fit, quod Curator sine idonea satisdatione non admittatur, Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 40. defin. 10. num. 4.* † Quem eo in loco, ubi bona ab- 4 sentis sita sunt, præstare tenetur, etiamsi alibi in ejusdem Principis superioris territorio bona immobilia possideat. † Quàm difficilis enim sit con- 5 ventio ejus, qui extra provinciam habitat, quisquis & qualiscunque etiam ille sit, nemo nescit, *l. 1. in fin. l. 3. in pr. ff. de alien. judic. mut. caus. fact.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 36. defin. 11. num. 3.* † 6 Nec movet, quod actor, qui alibi bona possidet, ab onere satisdationis sit liberatus, *l. si fidejussor. 7. §. sinecessuria. 1. ff. qui satisd. cog.* † Quod & pla- 7 cuit Illustrissimo Saxon. Electori in Const. Elect. 5. *Supr. part. 1.* Hoc enim licet verùm sit in actore, inter quem solum & Reum lis agitatur, † ad casum ta- 8 men præsentem, qui Magistratus quoque interesse concernit, neutiquam trahi debet; † Ma- 9 gistratum enim ob id, quod cautionem idoneam non exegerit, conveniri posse, ecquis dubitat,

tat, *l.1.§.si præses. 2. cùm multis seqq. ff. de magistr. conven.§.sciendum 2. inst. de satisd. tutor.* † Nec tamen metuendum est periculum in lite suscepta, cujus eventus adhuc ambiguus, quam in præsenti rerum absentis administratione, ut propterea à diversis non bene inferatur, *l. inter stipulantem. 83.§. sacram.5.ff.de Verb. Obligat.*

Ita Domini in causa Wolffen und Jacobi Mittenzweyen zu Lichtenhan/Mens. Mart. Anno 1579. (Verba sent: Da ihr gleich euerm Anzeigen nach / in diesem Churfürstenthum/ iedoch ausserhalb den Gerichten/zu Krimmitzschaw / allda obgedachtes euers Ausländischen Vettern Antheil stehet/ mit unbeweglichen Gütern auff etliche 100 fl. besessen/and dieselbe mit Vergünstigung eurer Obrigkeit / darunter solche eure Güter gelegen/zum Vorstand vor obgedachtes des Ausländischen Erbtheil einzusetzen erbötig; Sonöchten deñoch die Gerichten zu Krimmitzschaw bemel des euers Vettern Antheil auff solchen Vorstand folgen zulassen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden / sondrn ihr wäret in ihren Gerichten derowegen zu caviren schuldig/ V.R.W.)

Ita in causa Bartholomæi Heiners zu Körbitz/ Mens. Octob. Anno 1635. (Verba sent: So ist euere Schwiegermutter die Caution wegen ihrer ausländischen Söhne in Ampt Weida/allda sich der Erbfall zugetragen/zu bestellen schuldig/und es mag selbiges Ampt/auff den zu Planen ausgewürckten Consens, ihr solchen der Söhne Anfall absolgen zu lassen/nicht auffgehalten werden/V.R.W.)

Definit. LIII.

Admittitur quandoque cautio juratoria pro obtinendis absentium bonis.

1 COgnati petentes administrationem bonorum absentis cognati, procul dubio cautionem hoc nomine pignoribus vel fidejussoribus præstare tenentur, per tradita Jacob. Menoch. *de arbitr. jud.* 2 *qu. cent. 2. lib. 2. cas. 142. n. 3.* † Admittitur tamen 3 hoc casu quandoque etiam cautio juratoria; † Ne forsan Cognati pauperes, pignoribus & fidejussoribus destituti, jure suo priventur, ut tradit in simili Matth. Wesenb. *in parat. ff. qui satisd. cog. n. 10. vers.* 4 *ne enim per difficultatem.* † Et aliàs quoque juris notissimi est, quod deficientibus reliquarum satisdationum generibus, locus sit juratoriæ cautioni, *l.1. §.2. C. de adsert. toll. Novell. 112. c. 2. in fin. pr. Nov. 134.* 5 *c. 9.* † Ac si Cognati bona absentis petentes sint personæ fide dignæ, nec de fugâ vel levitate suspectæ, & forsan forenses, cur non admittendi essent cautio- 6 ne juratoriâ? juxta tradita † Andr. Gail. *lib. 1. obs. 148. num. 6.* Köpp. *decis. 35. num. 22.* Wesenb. *in parat. ff. dict. loc. num. 10.* Matth. Col. *de proceff. execut. part. 3. cap. 11. n. 102.*

Ita Domini in causa Joseph Cäsars contra Gideon Wiedemann zu Dreßden/Mens. Sept. Anno 1605. (Verba sent: So würde seinem Bruder / so viel dem Ausländischen an Vater- und Muttertheil noch hinterstellig/auff die anerbotene cautionem juratoriam, wofern er den Vorstand mit Bürgen oder Pfanden zu bestellen nicht vermöchte / pro rata billich gefolget/V.R.W.)

Definit. LIV.

Cessante cautione ex causa necessariæ alienationis, restituenda sunt bona absentis aliis Cognatis, nisi possessor denuo satisdare velit.

1 NUnquam ergo bona absentis committenda erunt proximo cognato sine satisdatione, cui tutius incumbere, quàm personæ etiam idoneæ, nec de moribus aut facultatibus suspectæ inhærere, *arg. l. plus cautionis. 25. ff. de Reg. Jur. l. cum debitore. 3. ff. pign. action.* † Quid verò, si satisdatio ex- 2 piret, aut saltem difficilioris exactionis fiat, ex causa necessariæ alienationis, putà, si bona possessoris ob æs alienum vendantur? † Et ipsam curam cessare 3 dixerim, adeoque bona absentis aliis cognatis, remotioribus licet heredibus, sub cautione æquè idonea restituenda putaverim, secundum tradita Defin. 50. & 51. sed hoc ita, † nisi possessor denuò sa- 4 tisdare velit, cum nil amplius hîc quæratur, quàm ut res absentis sint in tuto, † quod per aliam æ- 5 què idoneam satisdationem fieri potest, *l. 5. §. 1. ff. Ut legat. nom. caveat.* † Quamvis aliàs cautio- 6 nis forma non facile sit mutanda, Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 3. defin. 5 n. 5.*

Ita Domini in causa Petri Köhlers zu Mühlberg/Mens. Majo, Anno 1632. (Verba sent: Ist euers Weibes Bruder vor 30. Jahren dem Schmiedehandwerck nachgewandert/ und in die Frembde gezogen/dessen angefallenes Erbtheil euer Eheweib/und dero andere Geschwistere / gegen bestellten Vorstand zu sich genommen. Und weil seithero die andere Geschwister sämmtlich verstorben / und ihre Güter/damit sie den Vorstand bestellet/Schulden halber verkaufft werden müssen / seyd ihr des Ausländischen gantzes Erbtheil auff caution auff euch zu nehmen vorhabens/ so wird euch solches billich abgefolget/ und die andere Erben seyn sich darwider zu legen nicht befugt/V.R.W.)

Et ad requisitionem Senatus Mülbergensis, Mens. Julio, A. 1632. (Verba sent; Ob sie nun wohl seithero die Güter/ damit der Vorstand bestellet/verkauffen müssen/ Dieweil sie aber dennoch anderweit Versicherung zu machen erbötig/rc. So werden sie bey des Ausländischen Antheile billich gelassen/rc.)

Definit. LV.

Qui curam bonorum absentis suscipit, ad rationum redditionem quoque tenetur.

1 QUum is, cui cura & custodia bonorum absentis committitur, aliquam horum administrationem quoq; habeat, & actiones tempore perituras exercere possit, *l. 14. ff. de reb. autor. judic. possid. l. inter bonorum. 48. ff. de admin. tutor. Supr.* Defin. 51. *in pr.* † Consequens inde est, quod & ad reddi- 2 tionem rationum sit obstrictus, Ant. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 40. defin. 6. num. 3.* Nec enim proprietas, nec ususfructus bonorum ipsi datus est, † sed cura 3 & administratio, quæ necessitatem rationum reddendarum habet annexam, ut multis autoritatibus probat Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. quæst. 126. n. 32. Supr. p. 1.* Constit. Elect. *11. Defin. 1. &* 4 *3.* † Eoque minus curator bonorum ab hâc se liberare poterit, quo magis obstrictus est, bona absentis conservare, ejusque commodum & utilitatem omnibus modis quærere, † de quo suspectus, 5 à cura etiam & custodia removeri potest, *l. 3. §. sed & si quis curam. 3. ff. de susp. tutor.* Ant. Fab. *in Codic. dict. tit. 40. def. 10. n. 4.*

Ita Domini in causa Caspari Zimmermanns zu Leipzig/ M. Jan. Anno 1632. (Verba sent: Und es wird euer Eheweib bey solcher Caution und Administration des Ausländischen Antheils/iedoch anderer Gestalt nicht/als wegen der eingehobenen Nutzung / künfftiger Zeit / entweder dem Ausländischen oder seinen sämmtlichen Erben richtige Rechnung zu thun/billich gelassen/rc.)

Et in causa Martini Klossens zu Waldenburg/Mens. Januar. Anno 1636.

Defi-

DEFINIT. LVI.

Reverso eo, cujus bona per alium fuere administrata, restituendi sunt fructus sive interesse bonorum, etiam ultra alterum tantum.

1 SAtisdationis effectus, ut & ipsius curæ bonorum in hoc potissimum consistit, ut revertente eo, qui diu absens fuit, restituatur proprietas bo-
2 norum unà cum fructibus perceptis: † Solent enim fructus tanquam accessiones omnimodo sequi
3 causam dominii, *l. ex diverso 35. §. 1. ff. de R. V.* † quin nec nisi jure dominii acquiruntur, *l. qui scit 25. §. 1. ff. de usur.* At, quid si fructus ipsa bona superent?
4 † Nihilominus eos deberi, puto. Quod si di-
5 xeris, † Usuras ultra alterum tantum in nullo penitus contractu sive negotio exigi posse, *l. usuræ 10. l. de usur. 27. §. 1. C. de Usur. l. si non sortem. 26. §. 1. ff. de condict. indebit. l. nihil interest. 4. §. pro operis. 1.*
6 *ff. de naut. fœnor.* Respondeo, † non peti hoc
7 casu usuras, sed fructus perceptos ac interesse, † quod ultra alterum etiam tantum deberi, probat text. *in l. 3. §. nunc de officio judicis. 8. vers. Et quidem ultra legitimum modum usurarum ff. de eo quod certo loco.* Ord. Torgens. Elect. Sax. *de Anno 1583. tit.* Von Wucher / wucherlichen Contracten. §. Als haben wir solcher ihrer Bitte. Johan. Zanger. *de except. part. 3. cap. 25. n. 29. & 30. junct. n. 46. Vid. supr. part. 2.* Const. Elect. *30. Defin. 28.*

Ita Domini in causa Sibyllen Viduæ Martini Wincklers zu Brandwibell/Mens. Jun. Anno 1627. (Verba sent: Auff in Fall euer Ausländischer Bruder nach etlichen Jahren wiederkommen möchte/ꝛc. So würden ihme seine Güter zusamt allen/Zeit seines Abweseus/eingehobenen Nutzungen u. Früchten/unangesehen/daß solche die Güter selbsten weit übertreffen/billich abgetreten und entrichtet/V. R. W.)

Et in causa Mariæ Viduæ Hansen Wolffens zu Plauen / M. Jun. Anno 1634. (Verba sent: Ob nun wohl Andreas Eichhorn A. 1626. Rechnung gethan/dabey sich befunden / daß des Ausländischen Vermögen biß dahin auff 579. fl. 17. gr. 3. pf. sich erstrecket / und nunmehr die Zinsen das alterum tantum erreichet/ꝛc. So wird doch nichts destoweniger von des Ausländischen Vermögen ferners interesse billich gefodert und abgestattet / ꝛc.)

It. in causa heredum Andreæ Eichhorns zu Plauen / Mens. Dec. Anno 1634.

Et in causa Hansen Caspars und Georg Rudolffs der Starcken zu Torgau/Mens. Jun. Anno 1635.

DEFINIT. LVII.

Finitur cura bonorum absentis, ex quo annum ætatis suæ septuagesimum absens compleviisse creditur.

1 SUnt, qui putant, Curationem bonis absentis datam finiri anno septuagesimo, postque id tempus absentem pro mortuo haberi, *arg. l. computationi. 68. ff. ad Leg. falcid.* † secundum quam-
2 tamen debuerat potius constitui annus sexagesimus quintus, ut constat ex *vers. ab ann. sexagin-*
3 *ta.* † Receptior verò est sententia, expectandum annum centesimum, per text. *in l. an usufructus. 56. ff. de Usufr. l. si usufructus. 8. ff. de Usufr. legat. l. ut inter 23. vers. & à nobis. & §. 1. C. de SS. Ecclesiis.* Bartol. *in l. si quis ex argentariis. 6. §. si initium. 6. num. 52. ff. de edend.* Bald. *in l. si quidem. 5. C. solut. matr.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 40. defin. 4. num. 3.*
4 Felin. *in c. ex tenore. 15. ext. de testib.* † Quibus equidem concesserim, finem vitæ hominis longævi esse centum annorum, ut dicitur *in dict. l. 56. ff. de Usufr. & dict. l. 8. ff. de Usufr. legat.* † sed inferre si 5 inde velis, hominem præsumi vivere centum annos, cum Jason *in dict. l. ut inter. 23. num. 31. C. d. SS. Eccl.* Matth. Coler. *ad rap. cum vobis. 14. n. 7. ext. de præscript.* Frid. Pruckm. *vol. 1. conf. 32. num. 116.* Joseph. Mascar. *de prob. vol. 1. concl. 103. n. 4. & seqq.* Petr. Wesenb. *consil. 15. n. 47.*

Quos in pronunciando secuta est Facultas Juridica Lipsiensis, Mens. Nov. Anno 1611. (hisce formalibus: Dieweil aus Vermuthung der Rechte/der Mensch biß in die 100. Jahr zu leben geachtet wird/und also auch der Ausländische durch die rechtliche Vermuthung noch am Leben seyn kan. So wird ihm sein gebührendes Muttertheil billich ausgesatzt/und dessen vollbürtigen Brudern auff Caution so lange gefolget/biß ihr seinen Tod wie recht darthut und erweiset/ V. R. W.)

† ridiculum certè id foret, vel teste experientia, Ja- 6
cob. Menoch. *l. 6. præsumpt. 59. n. 11. & 12.* † quin & 7
contra legem divinam in *Psal. 90. v. 10. Erunt eorum anni quadraginta, & quinquaginta, sexaginta, septuaginta, & in potentatibus octuaginta, & si amplius labor & dolor.* † Nec movet quicquam, si di- 8
cas, Moysen loqui saltem de eo, quod communiter fieri solet: Præsumtio exoritur, ut in aperto est. † Existimaverim ergo cum Cagnolo in *l. si tmanci-* 9
pati. 9. n. 92. C. de collat. Judicis arbitrio id relinquendum esse, ex quo à jure hoc determinatum non est, juxta *l. 1. ff. de jur. delib.* † Ex præsumptio- 10
nibus namque & conjecturis, cujus scilicet ætatis fuerit absens, quando abesse cœperit, quamdiu abfuerit, quo in loco & cujus rei causa profectus fuerit, Judex informatus tuto hoc ipsum decidere potuit. † Placuit nihilominus Dominis, si absens 11
à tempore nativitatis septuaginta annos peregerit, deque ejus vita aut morte, habitâ disquisitione diligenti, nihil constiterit, eum pro mortuo habendum, ejusque bona, finita cura & relaxata cautione, proximis heredibus adjudicanda esse: † Cum expe- 12
rientia ipsa quotidiana doceat, homines ut plurimùm hoc tempore non excedere septuagesimum annum, Menoch. *dict. præsumpt. 49. in fin.* Joh. Dilect. Duran. *de art. testand. caut. 7. num. 3. vers. & si dubitetur.* † Nec levis videtur probatio mortis, quæ 13
fit per diligentiam exploratorum, missorum à judice, qui facta inquisitione & investigatione referunt, illum in rebus humanis non inveniri & nusquam esse, Duran. *in tit. de acquir. hered. caut. 3. n. 3.* † Eò 14
ipso enim, quo quis non invenitur, præsumitur mortuus, ex sententia Bald. *in l. 6. §. si unus. 2. ff. de SCto Syllan.* Campeg. *de testibus. reg. 350. vers. 10.* † 15
Nam qui nusquam est, secundum Cicer. *in orat. pro Plant.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1076. n. 3.*

Ita Domini in causa Baronis à Kietlitz, Mens. Oct. Anno 1600. (Verba sent: Ist N. N. vor 50. Jahren hinweg gezogen/und damals allbereit zwantzig Jahr alt gewesen/und man hat binnen solcher Zeit/wohin er kommen/ und ob er auch noch am Leben oder todt seyn möge / nicht erfahren können/ꝛc. Da nun gedachtes Ausländischen Geschwister/ oder derselben Kinder nochmahls durch fleißige Nachforschung mit Ausschickung glaubwürdiger Personen an denen Orten/dahin der Ausländische sich anfänglichen begeben/ und daselbsten auffgehalten / sich erkundigen / und nach solcher Erkundigung / und derer glaubwürdigen Be-

Bescheinigung innerhalb Jahresfrist/von ihme seines Lebens oder Todes halber nichts würden erfahren können. Es würden desselben hinterlassene Güter solche unter sich zu theilen/ihnen ohne Caution billich gefolget/V.R.W.)

In causa Eliæ Ilgens zu Kempnitz / Mens. Mart. Anno 1629.
Et in causa Johannis, Christiani & Georgii fratrum der Clausse zu Grimma/Mense Novembr. Anno 1636.

Constitutio XVI.
PARTIS TERTIÆ.

Wie weit Erbzinse/ in Leibgedingen und dergleichen / den Erben der verstorbenen Personen folgen sollen / wann sie mit Tode vor Verfliessung der jährlichen bestimmten Zeit abgangen?

Annui census in dotalitio & ejusmodi similibus, si ante diem solutionis persona, cui debebantur, decedat, quatenus ad heredes ejus pertineant?

OBwohl/so viel diese Frage anlanget/ die Schöppenstühle im Sprechen auch nicht einerley Meynung gewesen / Denn etliche es dafür gehalten/ daß die Zinse/so auff eine gewisse Zeit zu fallen pflegen / der Personen/welcher sie gereichet werden sollen / nachgelassenen Erben nicht folgen solten/es hätte dann dieselbige Person die Zinszeit selbst erlebet. Die andern aber seynd der Meynung gewesen / daß die Zinse in solchen und dergleichen Fällen nicht für voll/sondern pro ratâ illius temporis, und also der Zeit nach zu rechnen/welche die Personen/denen der Zins gebühret/erlebet / den Erben gereicht werden solten.

ETiam hic variatum est in Scabinatibus nostris; quibusdam existimantibus, census oriente eo, cui debebantur, ante diem, quo peti potuerunt, ad heredes ejus non transmitti; aliis contra saltem pro ratâ ejus temporis, quo defunctus vixit, heredibus ejus deberi opinantibus.

Nos verò posteriorem hanc opinionem probantes, secundùm illam, autoritate Constitutionis hujus nostræ, judicari volumus.

Dieweil aber die letzte Meynung die billichste/so thun wir auch dieselbe hiermit bestätigen/und wollen/daß hinfüro darauff in unsern Hofgerichten / Juristen-Facultäten und Schöppenstülen/ als Krafft unserer Constitution, gesprochen und erkant werden soll.

DEFINITIONES.

1. *Annui census, aliique fructus civiles, Viduæ ex dotalitio competentes, defunctâ eâ ante solutionis diem, inter heredes ipsius, & novum possessorem, pro ratâ temporis, dividuntur.*
2. *Quod & verum est in censibus ac pensionibus, quæ singulis mensibus, vel aliis temporibus præfinitis solvuntur.*
3. *Ex legato etiam, annui census debentur legatario pro ratâ ejus temporis, quo testator defunctus est.*
4. *Reditus annui ad vitam empti, mortuo ante diem solutionis emptore, pro ratâ temporis inter venditorem & ejus heredes dividuntur.*
5. *Usufructuario ante diem solutionis defuncto, census ac reditus annui in totum ad proprietarium pertinent, nec quicquam heredes Usufructuarii de hisce lucrantur.*
6. *Defuncto Vasallo ante terminum solutionis, fructus civiles, quorum dies ante tricesimum non cessit, ad successorem feudi pertinent, exclusis vasalli heredibus.*
7. *Pensiones ex locatione debitæ, in foro Saxonico solis heredibus deferuntur, locatore, postquam ager rastris fuit subactus, licet ante terminum solutionis defuncto.*
8. *Fructus civiles, intrà tricesimum exigibiles, in totum ad defuncti heredes pertinent.*
9. *Amisso ex culpa Viduæ dotalitio ante terminum solutioni præfixum, census in totum novo possessori cedunt.*
10. *Executione in ædes alicujus factâ, debitor solvit tributa patrimonialia; usque dum Creditori illæ adjudicentur.*
11. *Exigi potest tributum à possessore ædium, cui postea datur regressus ad verum debitorem.*
12. *Omnia indifferenter tributa & collectas Usufructuarius, ac proinde etiam Maritus de bonis Uxoris, & Viduæ ratione dotalitii solvere tenetur.*

Definit. I.

Annui census, aliique fructus civiles, Viduæ jure dotalitii competentes, defunctâ eâ ante solutionis diem, inter heredes ipsius & novum possessorem pro ratâ temporis dividuntur.

1 NOn loquor hîc de fructibus industrialibus ac naturalibus, de quibus agetur infra Const. 32. h. p. 3. † sed solùm de fructibus civilibus, putà: 2 decimis, tributis, annuis censibus & reditibus, qui ex bonis censualibus vel emphyteuticis annuatim persolvuntur, nec non Viduæ ex dotalitio debentur: † Hosce pro ratâ temporis inter 3 heredes defuncti, & novum possessorem de Jure civili dividendos esse, probant textus generales in l.

in l. divortio facto. 7. ff. ſolut. matrim. l. un. §. cúmq; ex ſtipulatu. 9. verſ. ſed & noviſſimi. C. de rei uxor.
4 *action.* † Idque ipſum contra Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 1. Gloſſ. 8. num. 35.* defendit pluribus Hartm. Piſtor. *part. 1. qu. 24. n. 57. & ſeqq.* quem ſequitur Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 22. num. 6.*
5 † At in foro Saxonico nihil prorſus ad heredes pertinere, ſi is, cui debentur annui cenſus, ante diem exſolutionis moriatur, tradunt Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 74. num. 2.* Chriſtoph. Zobel. *part. 3. differ. 27. n. 4.* Bened. Reinhard. *part. 3. differ. 6.* Hartm.
6 Piſtor. *dict. quæſt. 24. num. 59.* † per text. *in art. 58. in princ. lib. 2.* Landrecht. *& art. 76. verſ.* Stirbet ſie nach dem rechten Zinstage. *lib. 3.* Landrecht. ex quibus tamen textibus hæc ſententia neutiquam pro-
7 batur, † niſi quis à contrario ſenſu id inferre velit? Cui reſpondeo, argumentum à contrario ſenſu, præſertim in ſtatutis, non valere, ſi malus & pravus intellectus inde ſuboriatur, vel ſenſus rationi alteriùs legis in ſimili caſu contrarius inde reſultet, Nicol. Everhard. *in Topic. in loc. à contrario ſenſu n. 7.*
8 *& 12.* † Utrumque autem hoc caſu evenire, demonſtrat Jacob. Schult. *in addit. ad* Rotſchitz. *de dotal.*
9 *art. 25. n. 12.* † Nil ergo obſtat, quo minus in foro etiam Saxonico, ſecundùm diſpoſitionem juris communis, cenſus ac fructus civiles Viduæ ex dotalitio competentes, defunctâ eâ ante ſolutionis diem, inter ipſius heredes & novum poſſeſſorem pro ratâ temporis dividendos aſſeramus, *cum* Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. 5. quæſt. 39. & tom. 2. part.*
10 *2. quæſt. 41.* † Quod & in terris ſui Electoratus diſertis verbis approbavit Elector Saxon. Illuſtriſſimus *h.* Conſtitut. *16.* §. *ult.* Dieweil aber die letzte Meynung/ ꝛc. *ubi* Moller. *n. 1.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 126. num. 82.* Andr. Rauchb *part. 2. queſt. 22. num. 25.*

Ita Domini in cauſa Viduæ Egenolffen von Bendelebens ad requiſitionem Thilo Wolffens von Gudenberg/ Menſ. Mart. A. 1633. (Verba ſent: Hat Anna gebohrne Wölffin/ Egenolffen von Bendelebens hinterlaſſene Wittib/ aus ihres verſtorbenen Ehemanns Lehngütern/ jährlichen etliche gewiſſe Leibzinſen/ halb Oſtern und halb Michaelis zu fodern gehabt/ und ſie iſt etliche Wochen vor Oſtern/ ehe die letzten Termine fällig worden/ Todes verfahren/ ꝛc. So ſeyn auch ihre nechſten Erben die völlige Oſtern betagte Leibzinſen zu fodern nicht berechtiget/ ſondern wann ihnen die Lehnsfolger dieſelbige pro ratâ temporis, und ſo viel die 17. Wochen/ welche ſie nach vorigen Termin gelebt/ austragen/ entrichten und abſtatten/ immaßen ſie zu thun ſchuldig/ laſſen ſie ſich damit billich vergnügen/ V. R. W.)

Definit. II.

Quod & verum eſt in cenſibus at penſionibus, quæ ſingulis menſibus, vel aliis temporibus præfinitis ſolvuntur.

1 NOn ſolùm verò annuæ penſiones, quæ ſcilicet annuatim exſolvuntur, inter heredes defuncti & novum poſſeſſorem pro rata temporis
2 ita dividuntur, † ſed & cenſus ii, qui breviori tempore, putà ſingulis menſibus, vel ſemeſtribus & ſimilibus temporibus ſolvi debent, Ludolph. Schrader. *de feud. p. 2. part. 9. princ. ſect. 3. num. 63.*
3 Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 22. n. 16.* † Veluti ſi feudi ſucceſſores cum Viduâ defuncti Vaſalli ita pacti fuerint, & breviorem terminum ſolutioni præfinierint; † Idque non modo ex verbis rubricæ 4
ibi: (der jährlichen oder beſtimmten Zeit) ſed ex generalitate *h. Conſt. 16.* ſatis evincitur, quæ indefinitè de cenſibus hereditariis diſponit, adeoque & generaliter, ſive annuatim ſive ſingulis menſibus exſolvantur, accipienda eſt, *l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt.*
† Cui & ratio juris accedit, quod ſcilicet defunctus, 5
ab initio ſtatim ultimi menſis, jus quæſitum habuerit in ejuſmodi cenſibus, *l. 4. l. 11. l. 22. ff. de annuis legat.*
† Quod, ut pro rata ſaltem ad heredes transmittatur, 6
dies non prohibet, *§. 4. v. ex conditionali. inſtit. de V. O. in lege falcidia 45. in pr. l. in quantitate 73. §. in diem 4. ff. ad Leg. falcid. l. 58. §. 5. ff. ad SCtum Trebell.*

Ita Domini in cauſa Fratrum à Lindenaw/ zu Tammenhain/ Menſ. April. Anno 1576 (Verba ſententiæ: Da ihr Hanſen von Lindenawens Wittiben/ auf alle geſatzte monatliche Termine/ vierdtehalb Jahr weniger zwey Wochen und drey Tage/ ſo ſie nach Abſterben ihres Juncfern erlebet/ erleget habt/ So ſeyd ihr auch ihren Erben etwas mehr heraus zu geben nicht ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. III.

Ex legato etiam, annui cenſus debentur legatario, pro ratâ ejus temporis, quo teſtator defunctus eſt.

NOn minus in decimis, tributis, aliisque reditibus & fructibus civilibus ex bonis emphyteuti- 1
cis atque cenſiticis debitis, quàm in penſionibus Viduæ jure dotalitii competentibus, ſanctionem *h.* Conſtit. *16.* locum habere, luculenter patet ex *verbis rubricæ* (in Leibgedingen und dergleichen.) *Et in §.* Die andern aber *d.* Conſtit. *16. verſ.* In ſolchen und dergleichen Fällen. † Ergo ſi contingat, bona 2
ejuſmodi cenſitica vel emphyteutica in teſtamento alicui legari, mortuo teſtatore ante diem ſolutionis, cenſus annui ex ejuſmodi bonis pro ratâ temporis, quo teſtator deceſſerit, legatario, pro ratâ verò temporis, quo teſtator vixerit, heredibus debentur, ut tradit poſt Matth. Weſenb. quem allegat Daniel Moller. *hîc num. 3.* † Nec ſine ratione; Ex illo 3
enim demum tempore, quo teſtator defunctus eſt, cepit legatum deberi, *l. 1. ff. quando dies legat. l. 1. §. in noviſſimo. 5. Cod. de caduc. tollend.* † Ergo & 4
fructus ſaltem ab hoc tempore peti poterunt, Moller. *d. l.*

Ita Domini in cauſa Michael Selbigers zu Colmitz/ Menſ. Febr. Anno 1630. (Verba ſent: Hat euch Paſt an Melber ein Stück Ackers/ ſo Erbzins-Gut iſt/ in ſeinem Teſtament legiret und beſchieden/ und es wird von ſolchem Gute zu gewiſſen Zeiten ein jährlicher Zinß entrichtet und abgeſtattet/ ꝛc. So gehöret euch von ſolchem legirten Acker der Erbzins pro ratâ temporis, und von der Zeit an/ als der Teſtator geſtorben/ und ihr den Acker erlanget/ das übrige aber verbleibet ſeinen Erbē allein billich/ V. R. W.)

Definit. IV.

Reditus annui ad vitam empti, mortuo ante diem ſolutionis emptore, pro ratâ temporis inter ejus heredes & venditorem dividuntur.

QUid verò, *ſi quis annuos reditus ad vitæ tempus* 1
emerit, aliove modo ad vitam impetraverit,

2 *& ante terminum exſolutionis deceſſerit?* † Non-
minus, ac ſi jure hereditario debeantur, cenſus ejus-
modi inter heredes emptoris & Venditorem pro ra-
3 tâ temporis dividi, † rectiſſimè aſſerunt poſt Di-
dac. Covarr. *lib.1.var.reſolut.cap.15.n.7.* Hartm.Piſt.
part.1.quæſt.24.num.11. & Joh.Köppen.*deciſ.30.n.12.*
quos ſequitur Matth.Berlich.*part.3.concl.22. num.51.*
4 ex communi juris diſpoſitione, † qua fructus civiles
pro ratâ temporis inter heredes defuncti & novum
poſſeſſorem dividuntur, *l. divortio.7.ff.ſolut. matr.*
5 quæ non modo in cauſa dotis, † ſed generaliter ubi
jus poſſeſſoris reſolvitur, locum habet, ut demon-
ſtrat Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 24. num.12. & ſeq.*
6 † Quo & facit generaliter *h.* Conſtitut.*16.* quæ caſum
præſentem æquè comprehendit, *arg. l. 1. ff. gene-
raliter 1. ff. de legat. præſt. l. 8. ff. de publ. in rem-
action.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent: Inmaſſen dann auch bemeldte Erben von denen Zinſen/ſo der Teſtator auff ſein Leben an ſich bracht/ ſich ihres Antheils pro ratâ temporis, und als er der Teſtator noch gelebt/unangeſehen er eine geraume Zeit vor dem Zinßtag geſtorben/ anzumaſſen wol befugt ſeyn/V.R.W.)

Definit. V.

Uſufructuario ante diem ſolutionis defuncto, cenſus ac reditus annui in totum ad proprietarium pertinent, nec quicquam heredes Uſufructuarii de hiſce lucrantur.

1 SEd hæc ita in cenſibus & annuis reditibus, qui
jure dominii ac proprietatis debentur: ſecus
2 verò in Uſufructu res ſe habet. † Defuncto enim
Uſufructuario, cui cenſus & reditus annui deben-
tur ante diem ſolutionis, cenſus poſtea exigibiles
in totum ad proprietarium pertinent, nec inter
eum & inter heredes Uſufructuarii pro ratâ tem-
3 poris dividuntur, † ut ſentiunt *Dd.* communiter,
teſte Hartm. Piſtor. *part.1.quæſt.25.num.8.* Cephal.
conſil.740.num.3. Cavalcan. *in tract. de Uſufruct.
num. 243.* Joh. Harppr. *in §. conſtituitur. 2. num.
105. inſt. de Uſufruct.* Matth. Berlich.*part.3.concluſ.
22.num.29.* Didac.Covarr. *lib.1.var. reſolut. cap.15.*
4 *num. 2.* ex ratione manifeſtâ, † quod ſcilicet Uſu-
fructuarius non ex jure aliquo dominii, vel alio ju-
re, quod fructuum acquiſitionem operetur, fru-
ctus acquirat, ſed ſola perceptione, ita ut ante
perceptionem jus nullum in fructibus habeat, *§.
is verò ad quem 37. inſtit. de Rer. diviſ. l qui ſcit. 25.
§.1.verſ. præterea ff.de uſur.l.defuncta 58.ff.de uſufr.*
5 † Quia uſusfructus eſt jus ſervitutis, quod non ſolâ
voluntate domini patientis conſtituitur, ſed ne-
ceſſe eſt, ut inſuper naturale factum uſufructuarii
utentis & fructus apprehendentis accedat. *l. 3. ff.
de Uſufr. l. non ſtatim. 8. ff. de pecul.* Hartm. Piſtor.
6 *part.1.quæſt. 24. num. 28. & 29.* † non autem intel-
liguntur fructus civiles percepti eſſe, antequam
dies illorum cedat, h. e. antequam deberi incipi-
7 ant, *arg. ſi operas 26. ff. de uſufr.* † Quamobrem
cum cenſus eo tempore, quo uſusfructus finitus
eſt, nondum debeantur à Ruſticis, meritò poſt
Uſumfructum exſtinctum proprietatis domino ce-
8 dunt. † Ex adverſo autem, ſi moriatur uſu-
fructuarius poſt tempus ejuſmodi cenſibus infe-
rendis conſtitutum, omnes reditus, quorum dies
jam ceſſit, antequam exſoluti fuerint, ad heredes
ſuos transmittit, † quia quod in fructibus natura- 9
libus operatur ſeparatio à ſolo, hoc in civilibus
fructibus efficit ceſſio diei, quo incipiunt deberi:
† à quo tempore ab uſufructuario ipſo cenſentur 10
percepti. † Nam actionem ad rem qui habet, rem 11
ipſam habere exiſtimatur, *l. is qui actionem 15. ff. de
Reg. jur.* Carol.Molin. *in conſuet. Pariſienſ.tit.1.§.1.
Gloſſ.1.num.52.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Amerleins zu Colleda/ Menſe Octobr. Anno 1628. (Verba ſententiæ: Dieweil ihr ſelbſten berichtet/daß euer Vater in ſeinem Gute nur allein den Uſumfructum gehabt/ehe und zuvor aber der Zinßtag kommen/ da die Bauern von ihren Aeckern die jährlichen Gefälle abſtatten ſollen/Todes verfahren/ꝛc. So ſeyd ihr nunmehr von den Zinßleuten einigen Zins zu fodern nicht berechtiget/ V.R.W.)

Definit. VI.

Defuncto Vaſallo ante terminum ſolutionis, fructus civiles, quorum dies intra triceſimum non ceſſit, ad ſucceſſorem feudi pertinent, excluſis Vaſalli heredibus.

SImiliter quoque defuncto Vaſallo ante tempus 1
ſolvendis cenſibus præfinitum, fructus civiles
poſtea exigibiles neutiquam pro ratâ temporis in-
ter heredes Vaſalli & feudi ſucceſſorem dividendos,
ſed huic ſoli adjudicandos eſſe, heredibus excluſis,
docent † per text. *in art. 58. lib.2.* Landr. *& art.* 2
76. lib.3. Landr. Conſtit. Elect. *32. verſ.* Was aber keine Feld-Früchte ſeyn/Hartm.Piſtor. *part.1.quæſt.
24. num.94.* Jacob Schult. *in addit. ad* Georg. Rot-
ſchitz *in tractat. de dotalit. art.25. num.9. & ſeqq.*
† Quibus tamen contradicunt Matth. Weſenb. *in* 3
comm. manuſcript. ad h. Conſtit.16. Dan.Moller. *ad
dict. Conſtit. Elect. 32. num.5. b.p.3.* Andr.Rauchb.
part. 2. quæſt. 22. num. 25. Matth. Berlich. *part.3.
concluſ.44. num.11.* Frid.Penſold. *in addit. ad* Matth.
Coler. *part. 2. deciſ. 252. num.17.* † urgentes ma- 4
ximè generalitatem *h.* Conſtitut. *16. in verb.* Und dergleichen/ quæ ſi non de bonis feudalibus accipi deberent, in nullo alio caſu quippiam operari poſſent, † quoniam hiſce in terris omnia bona 5
præter feudalia, ſive ſint emphyteutica, ſive
cenſitica, ſive conducta, ſive aliter allodialia &
cujuſcunque generis ad heredes tranſeunt pleno
jure; nec ulla alia inveniri poſſunt, quæ defuncto
poſſeſſore ad alium revertantur, fructus verò
ſoli ad ejus heredes ſpectent. † Quin nec aliud 6
quippiam dotalitio, de quo *hæc* Conſtitut.*16.* ex-
preſsè agit, magis ſimile & affine excogitari pot-
eſt, quam feudum, quæ duo in jure Saxonico ut
plurimum æquiparantur & pro eodem accipiun-
tur, *dict.* Conſt. Elect. *32. in rubr. verſ.* Aus dem verledigten Leibgeding und Lehngütern. † Nihil- 7
ominus priorem ſententiam veritati juris propius
accedere exiſtimo: Non quidem propter textus
juris Saxonici ab Hartman. Piſtor. allegatos, † de 8
quibus nihil minus probari dixerim, juxta tradita
Supr. Definit.*1. & à* Matth.Berlich. *dict. concluſ.44.
num.12. & concl.22. num.10. p.3.* † Neque propter 9
Conſtitut. Elect. *32. b.p.3.* quippe quæ de duobus
fal-

saltem casibus loquitur, quando scilicet in vitâ Vasalli, aut intra diem tricesimum post obitum ejus venerit dies, & casu utroque fructus civiles heredibus Vasalli assignari jubet, §. Was aber keine
10 Feldfrüchte/ & §. Das jenige so an Zinsen. † Nil quicquam disponens de casu tertio, quo scilicet longè post mortem & trigesimum diem cesserit
11 tempus exsolutionis, † quem propterea ex *hac* Constit. *16.* decidendum autumat Daniel Moller. *ad dict. Const. 32. n. 5.* & post eum Matth. Berlich.
12 *dict. concl. 22. n. 13.* † Sed hoc potissimum me movet, quod Usufructuarius ante tempus inferendis censibus præfinitum decedens, ne quidem pro ratâ temporis fructus civiles ad heredes transmittat, sed hi omnes ad proprietarium pertineant, ex unanimi Interpp. opinione, ut dixi Definit. *præced.*
13 † Nil verò similius est Usufructui quàm feudum, quod & Ususfructus definitur, *in tit. 23. in fin. FF. 2.*
14 † Quidni ergo de hoc idem, quod de Usufructu diceremus? Non obstante argumento Berlichii, verba nempe Const. *hujus 16.* (und dergleichen) hâc ra-
15 tione esse frustranea, † cum & in legato annui census, nec non in reditibus ad vitam emtis, effectum sortiantur, ut demonstravi Defin. *3. & 4.*

Ita Domini in causa Seyfardts von Lüttichau in Kmehlen/ Mens. Octobr. Anno 1594. (Verba sent: Ist NN. am 7. Augusti jüngsthin ohne Leibes-Erben mit Tode abgangen/ und hat seine Mutter eure Pflege-Frau an einem/ und seines Vatern Bruder am andern Theil/ neben seinem Lehn-Gut/ und etlichem Erbe/ auch 50. fl. und 24. Scheffel Korn/ deßgleichen 268. Scheffel Haber an Erb-Zinsen/ so auff künfftigen Martini allererst betaget/ nach sich verlassen/ &c. So hat er solche unbetagte Erbzinsen auff bemeldten seinen Lehnsfolger allein gebracht und verfället/ und es hat eure Pflege-Frau als Land-Erbin daran keine Foderung/ V. R. W.)

It. in causa Thomas Pflugens auff Tiessenau/ Mens. Octobr. Anno 1594. (Verba sentent: So hat er solche unbetagte Erbzinsen auff euch als seinen Lehnsfolger allein bracht und verfället/ und die Land-Erben haben daran keine Foderung/ V. R. W.)

Et in causa Alberti & Henrici Fratrum à Buchsdorff zu Zinnitz/ Mens. Febr. Anno 1636. (Verba sent: Daß die Zinsen und Pächte/ welche sechs Wochen und länger nach euers Vatern Ableiben allererst fällig gewesen/ euch den Lehnsfolgern allein billich zukommen/ und die Land-Erben haben daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. VII.

Pensiones ex locatione debitæ, in foro Saxonico solis heredibus deferuntur, locatore, postquam ager rastris fuit subactus, licet ante terminum solutionis defuncto.

1 SEd quid juris in iis pensionibus, quas præstant Coloni vel Conductores, putà, si mulier dotalitium, Vasallus feudum, vel alius possessor fundum, pro certa pensione elocet, & nondum
2 finito locationis tempore moriatur? † Sanè quia ante diem etiam solvendæ pensioni præfixum, actio ex ipso locationis contractu nata fuit; *l. cedere diem. 213. ff. de V. S. l. 1. in fin. ff. quando dies Usufr. legat. ced. l. 9. in pr. ff. de reb. cred.* quæ actio ad
3 heredes quoque transit, † dubium non est, quin hi defuncto locatore pensionem petere queant veniente solutionis die, *l. viam veritatis, 10. Cod. locat. l. sed addes. 19. §. ex conducto. 8. ff. eod. tit.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 25. n. 1. seqq.* † De hoc 4
saltem disceptatur, quatenus pensiones illæ heredibus locatoris debeantur, & quænam sit divisionis ineunda ratio: † Et quidem de jure civili expedi- 5
tum est, quod pensiones locationis pro ratâ temporis inter heredes locatoris & inter novum possessorem dividantur, ut probat multis Hartm. Pistor. *dict. quæst. 25. num. 4. & seqq.* † Sed de jure Saxoni- 6
co paulò aliter res se habet: Hoc siquidem jure, ad heredes illi demum fructus pertinent, qui seminati & rastrati sunt, Was die Ege bestrichen hat. *art. 58. lib. 2.* Landr. † Ergò nec ante id tempus, 7
quo ager rastris subactus non est, ullæ pensiones heredibus cedunt, quippe quæ hoc casu instar fructuum habentur, & pro seminatione ac rastratione per tertium, Conductorem scilicet sive Colonum factâ, locatori ejusque heredibus debentur, *l. defuncta 58. ff. de usufr. l. mercedes. 29. ff. de petit. hered. l. prædiorum. 36. ff. de Usur.* † Sicuti è contra pensiones 8
agrorum, qui tempore mortis possessoris seminati & rastrati sunt, in totum ad heredes pertinent, ut multis eleganter tuetur Hartm. Pistor. *dict. quæst. 25.* Daniel Moller. *ad Const. Elect. 32 num. 7. p. 3.* Johan. Köpp. *decis. 30. num. 13.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 22. num. 26.* Frid. Pensold. *in addit. ad* Matth. Col. *part. 2. decis. 252. num. 19.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 22. num. 27.*

Ita Domini in causa Fabiani Kleens zu Magdeburg/ Mens. Decemb. Anno 1607. (Verba sent: Ob nun wol sich der Todesfall noch ehe und zuvor die Pachtzinsen fällig und betagt gewesen/ iedoch nachdem die Ege allbereit die Saat bestrichen/ begeben und zugetragen/ &c. So seyn doch solche Pachtzinsen der leiblichen Mutter als der Land-Erbin anheim gefallen/ und ihr als der Lehnsfolger habt daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Fructus civiles, intra tricesimum exigibiles, in totum ad defuncti heredes pertinent.

NOn tamen semper pro ratâ temporis inter 1
defuncti heredes & novum possessorem; annui census, aliique fructus civiles; quorum dies post obitum testatoris cedit, distribuendi sunt, sed quandoque ad heredes in totum pertinent: † Quid enim, si reditus annui, census & alii fru- 2
ctus civiles post mortem Viduæ dotalitium tenentis vel alterius possessoris saltem intra tricesimum fiant exigibiles & eorum dies veniat? † Certè 3
in totum ad heredes defuncti tùm pertinent, nec quicquam novus possessor de hisce lucratur, per text. *in* Constitut. Elector. *32. h. p. 3. vers.* Das jenige/ so an Zinsen oder Kornpächten innerhalb dem Dreyßigsten fällig/ oder betaget wird/ gehöret auch den Erben. † Qui textus non modò 4
de feudo post mortem defuncti ad successores alios transeunte, sed generaliter & de aliis casibus similibus accipi debet, † ut patet ex *Rubr. dict.* 5
Const. *32.* quæ diserte verbis dotalitii mentionem facit, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 95.* Jac. Schult. *in addit. ad Rotschitz, de dotalit. art. 25. num. 8.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 22. num. ult.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 128.* † Ac- 6

cedit ratio juris, quod nempè tempus triginta dierum sit jacentis hereditatis, intra quod hereditas neque à Creditoribus, neque à Judice, atque adeo nec ab ipsis heredibus molestari possit, Gloss. *in* 7 *art. 22. lib. 1.* Landr. † Quicquid ergo hoc tempore cedit, hereditati cedit, ac per consequens ad 8 heredes pertinet, Schult. *dict. l. n. 8. sub fin.* † Et repræsentat hereditas jacens personam defuncti, ut vel propterea etiam fructus intra tricesimum exigibiles defuncto cedant, ac postea ad heredes ipsius pertineant, *l. si Titio 55. §. si eo 1. ubi* Bartol. *ff. de legat. 2. l. cum hereditas 9. ubi* Bald. *Cod. depositi.* 9 † Multò magis ergo fructus civiles heredibus cedent, si paulo ante diem, quo censum solvi oportet, pos- 10 sessor moriatur, † quia totum triginta dierum spatium novum possessorem excludit, ut frustra disputetur, quodnam tempus modicum hîc debeat haberi, cum Dan. Moller. *hîc n. 1.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 22. n. 20.*

Ita Domini in causa Wolffgangi Körbers zu Döbeln/Mens. Novembr. Anno 1631. (Verba sent: Hat eine Wittfrau vom Adel/von welcher eure Frage meldet/in ihres verstorbenen Mannes Lehn-Gütern jährlich auff einen gewissen Termin etliche Leibzinsen zu fodern/ Ob sie nun wohl den letzten Zinß-Termin nicht erlebet/ da aber dennoch solcher Zinß-Termin binnen dem dreyßigsten nach der Wittwen Absterben gefallen wäre/ &c. So gehöreten die Zinsen ihren Erben allein billich/ und des verstorbenen Mannes Lehnsfolger hätten daran keine Forderung/ V. R. W.)
Et in causa Georgii Wolffens von Goldacker / Mens. Majo, Anno 1593.

Definit. IX.

Amisso ex culpa Viduæ dotalitio ante terminum solutioni præfixum, census in totum novo possessori cedunt.

1 QUod *h.* Constit. *16.* de observandâ æqualitate & distribuendis annuis pensionibus aliisque fructibus civilibus pro ratâ temporis inter heredes defuncti & novum possessorem, sancitum est, id in casu mortis tantùm obtinet, ut apparet ex *verbis* Rubr. Wie weit Erbzinse den Erben der verstorbenen Personen folgen sollen/ wenn sie mit 2 Tode abgegangen. † Secus si Vidua ex culpâ, putà ob adulterium, dotalitium perdat, vel Vasallus feudum propter feloniam amittat, antequam 3 dies censuum annuorum venerit; † Nil quicquam enim de fructibus postea exigibilibus ipsi cedunt, sed hi in totum ad Agnatos vel novum possessorem pertinent, Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 53.* ubi multos Dd. allegat Andr. Tiraquell. *de retr. convent. §. 9. Gloss. 4. num. 3.* Didac. Covarr. 4 *lib. 1. var. resolut. cap. 15. n. 14.* † Cessat enim propter culpam & delictum possessoris æqualitatis ratio, quæ sola facit, ut fructus ex jure possessoris separatim à fundo considerentur, *arg. cap. damnum.* 5 *86. de Reg. Jur. in sexto.* † Sed potius hoc casu fructus tanquam pars fundi reputantur, & unà cum 6 fundo, quem propriâ culpâ amisit, transeunt. † Unde & fit, quòd fundo publicato fructus quoque publicati censeantur, ut tradit post Aretin. *in cons. 10.* Hartm. Pistor. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Viduæ A. G. contra A. L. an Bürgermeister und Rath zu Guben/Mens. Mart. Anno 1633.

Definit. X.

Executione in ædes alicujus factâ, debitor solvit tributa patrimonialia, usque dum Creditori illæ adjudicentur.

QUi jus habent indicendi subditis tributa, quod 1 non nisi Principibus jure regalium competit, Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 42. defin. 6. num. 1.* non pro arbitrio, quantum lubet, possunt indicere, † sed 2 quod justum & moderatum videtur, *arg. l. si libertus. 30. ff. de oper. libert.* Neque hoc onere gravari debent, † qui jure sunt privilegiati & exempti, 3 ut clerici ac literati, quibus personalium onerum vacatio fuit concessa, ita tamen, † ut nihilominus 4 munera patrimonialia & ordinaria pro rebus & possessionibus suis, itemque extraordinarias collationes, ob publicas necessitates indictas, sustinere cogantur, per text. *in l. placet. 5. ubi* Dd. *comm. C. de SS. Eccles. l. medicos 6. l. ult. C. de profess. & medic. lib. 10. l. omnes. 5. C. de annon. & trib. l. curiales. 21. C. de decur.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 17. & 18.* † ubi 5 distinctiones tributorum tradit, & quatenus clerici ac literati à tributorum onere sint exempti, latissimè docet. † Plane à tribus patrimonialibus, quæ bo- 6 nis immobilibus ac possessionibus imponuntur, nemo immunis esse potest, quisquis sit, qui bona possidet, quia hoc onus ipsis rebus inhæret, non personis aut capitibus. Anton. Fab. *dict. defin. 6. n. 3.* † Ex quo facilè dijudicare licet, factâ executione in 7 ædes alicujus, ab ipso debitore ceu domino ac possessore, collectas & tributa exigi, donec usque ædes Creditori fuerint adjudicatæ, † quia per adju- 8 dicationem demum, tanquam per traditionem, possessio ac dominium in Creditorem aut licitatorem transfertur, *l. à Divo Pio. 15. §. si pignora. 3. ff. de re judic. l. ult. §. si verò nemo. 2. & seq. Codic. de jur. domin. impetr.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 46. num. 18.*

Ita Domini in causa D. Andreæ Weissekers zu Lützen/Mens. Jan. Anno 1575.

Definit. XI.

Exigi potest tributum à possessore ædium, cui postea datur regressus ad verum debitorem.

TRibuta seu vectigalia patrimonialia ita rebus 1 inhærent, ut etiam horum nomine bona ipsa, quorum ratione imposita fuêre, fisco sint obligata, † ita, ut si fortè contigerit, aliquem in 2 solvendo tributa & pensiones publicas cessare, ejus bona pignoris taciti nexu fisco obstricta habeantur, *l. 1. C. in quib. caus. pign. tac. contr.* † in- 3 tantùm, ut hic omnibus omninò Creditoribus, etiam hypothecam expressam anteriorem habentibus præferatur, *l. satis notum. 4. C. in quib. caus. pign. tacit. contr. l. 1. C. si propt. publ. pensitat. vendit. fuer. celebr.* † Quidni ergò à possessore 4 ædium exigerentur, in quo porrò fiscus ita privilegiatus est, † ut etiam debitore principali non- 5 dum excusso, possessorem præsentem ad exsolutionem tributorum compellere queat. † Quia 6 scilicet tributa prædiis sic imponuntur, ut prædia per se & persona possidens ipsorum causa sit obligata,

7 ligata, *l. Imperatores. 7. ff. de publ. & vectig.* † Cui tamen repetitio & actio ex empto, vel etiam negotiorum geftorum, adverfus debitorem principalem haud deneganda eft *dict. l. 7. ubi* Dion. Gothof. *ff. d. t. l. fi filius. 12. C. de negot. geft. l. cum pecuniam. 43. ff. eod. tit.*

Ita Domini in cauſa D. Nicolai Selnecceri zu Leipzig/Menſ. Aug. Anno 1586. (Verba ſent: Ob nun gleich gedachter Peter Volgraß mündlichen und ſchrifftlichen zugeſagt/alle Schatzungen und Steuren davon zu entrichten/ Dieweil ihr aber dennoch das Hauß angenommen/ ſo ſeyd ihr auch die Steuer und Schatzung/ ſo darauff / auch von der Zeit an/da es Peter Volgraß in Beſitz gehabt/und nicht erleget/ zu entrichten ſchuldig / es iſt euch aber Volgraß Erben derowegen wiederum zu belangen unbenommen/ ꝛc.)

Definit. XII.

Omnia indifferenter tributa & collectas Uſufructuarius, ac proinde etiam Maritus de bonis Uxoris, & Vidua ratione dotalitii ſolvere tenetur.

1 EXpediti juris eſt, collectarum ſeu tributorum onus ad uſufructuarium pertinere, eumque de fructibus ad ſe pertinentibus id perſolvere teneri, per text. *in l. ſi pendentes. 27. §. ſi quid. 3. ff. de Uſufr. l. quæro. 28. ff. de Uſufr. legat. l. neque ſtipendium. 13. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. l. uſufructu. 7. §. 2. verſ. hactenus. ff. de Uſufr.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 46. num. 33.* Joh. Harppr. *in §. conſtituitur. 2. num. 154. inſtit. de Uſufr.* † Æquiſſimè ſanè, quia commoda & fructus percipit, quorum cauſa prædia iſtiusmodi oneribus ſubjecta cenſentur, *dict. l. neq; ſtipendium. 13. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. l. fructus. 13. C. de act. empt.* † Cui conſequens Maritum, ceu Uſufructuarium bonorum Uxoris, nec non Viduam ratione dotalitii, onera tributorum ſubire, Hartm. Piſtor. *obſ. 5.* Borg. Cavalc. *de Uſufr. mul. n. 8. 160.* Franc. Vivius *deciſ. 535. n. 8.* Fab. de Anna. *conſ. 3. n. 39.* † Eaque vera ſunt non ſolùm in tributis conſuetis & ordinariis, ſed etiam in iis, quæ extra ordinem imponuntur, ut docet Bartol. *in dict. l. quæro. 28. ff. d. Uſufr. leg. & l. 7. §. 2. verſ. hactenus. ff. de Uſufr.* Cavalc. *dict. loc. n. 161.* Pinel. *in l. 1. in 2. part. n. 27. in 6. ampliat. C. de bon. matern.* Johan. de Caſtillo *in tract. de Uſufr. cap. 56. n. 14.* Joh. Harppr. *dict. n. 154.* ubi plures allegat Hartm. Piſt. *dict. q. 46. n. 33. & ſeqq.* † ubi idipſum quoque ad ſumptus in familiæ ſuſtentationem erogatos extendit. 4 5

Ita Domini in cauſa Creditorum Sophien Roßbachin zu Freyberg/Menſ. Mart. Anno 1634. (Verba ſent: Dieweil aber dennoch/ eurem Bericht nach/ ſein Vater den Gaſthoff/auch Acker/ Wieſen / und andere Güter etliche Jahr genutzet und gebrauchet/ ꝛc. So iſt er auch die ſolche Zeit über verfallene Land- und Soldaten-Steuern / wie auch Schoß / Kriegs-Contributiones, und alle andere Beſchwerung zu entrichten und abzuſtatten ſchuldig geweſen/ und dieweil er es nicht gethan/ geſchicht ſolches von ſeiner Verlaſſenſchafft nochmals billich / und der Sohn hat ſich dawider damit/daß obberührte Güter ihme ſeinem Vater niemals eigenthümlichen zugeſchrieben werden/beſtändiger Weiſe nicht zu behelffen / V. R. W.)

Et in cauſa Bartholomæi Williſcheus zu Leipzig/Menſ. Febr. Anno 1633. (Verba ſent: So mag ſie auch das jenige/ was ſie an Schoß / Steur und Soldatengeld von dem Hauſe abgetragen/ weil ſie dagegen daſſelbe genutzet und gebrauchet/wieder zu erſtatten mit Beſtande nicht gedrungen werden / V. R. W.)

Constitutio XVII.

Partis Tertiæ.

Ob der Vater nach Sächſiſchen Rechten die Mutter von der Kinder Erbſchafft ausſchlieſſe?

Jure Saxonico, pater in ſucceſſione liberorum an matri præferendus?

SO wol der Text des ſiebenzehenden Artickels im erſten Buch des Land-Rechten das Anſehen hat / daß der Vater / wann ein Kind verſtirbt/ allein ſuccediren, und die Mutter ausſchlieſſen ſoll / Dieweil aber ſolcher Text mehr dann auff einen Verſtand gezogen und gedeutet wird / So ſeynd unſere Verordnete hierinnen einig / daß nach gemeinen Käyſerlichen Rechten und Gebrauch dieſer Lande/ Vater und Mutter zugleich in der Erbſchafft ihrer Kinder zugelaſſen werden ſollen / welches wir uns auch alſo gefallen laſſen.

VIdetur quidem primo intuitu, textus articuli 17. libri 1. Juris Saxonici, uno qvopiam ex liberis decedente, patrem ſolum, exclusâ matre, ad ſucceſſionem ejus vocare. Qvia verò non eodem modo is textus ab omnibus intelligitur; Igitur Deputatis noſtris viſum fuit, ſecundum juris communis diſpoſitionem, & uſum fori hactenus uſurpatum, utrumque parentem ad ſucceſſionem liberorum ſimul admittendum eſſe, quod & nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Sicuti de jure civili ita & in foro Saxonico mater unà cum patre ad filiorum ſucceſſionem admittitur.*
2. *Nec avus aviam excludit, ſed omnes aſcendentes in gradu pares, abſque diſtinctione bonorum, unde ea proveverint, ad ſucceſſionem Nepotum admittuntur.*

3. *Ascendentes in pari gradu, sed lineæ diversæ, secundum stirpes succedunt.*
4. *De jure civili sicut fratres utrinq; conjuncti, ita & horum filii cum avo jure repræsentationis patruo succedunt, ultra hos tamen jus repræsentationis non extenditur.*
5. *Saltem frater utrinq; conjunctus de jure communi, cum patre simul succedit, excluditur verò consanguineus & uterinus.*
6. *In foro Saxonico parentes liberis succedentes omnes indifferenter collaterales excludunt.*
7. *Nec admittuntur collaterales, quando avus aviave, aliiq; ascendentes adsunt.*
8. *In successione, parentes avum aviamq; ut & reliquos ascendentes excludunt.*
9. *Nulla est differentia inter Nobiles & plebejos circa successionem ascendentium.*
10. *Patre ac liberis puberibus simul mortuis peste, naufragio &c. in dubio pater prius decessisse videtur.*
11. *Filii tamen impuberes in dubio ante patrem decessisse censentur.*
12. *Conjugibus morte insolitâ simul defunctis in dubio Uxor ante maritum mortua præsumitur.*
13. *Masculis duobus simul mortuis, sive Cognatis sive extraneis, neuter alteri supervixisse videtur.*
14. *Mortis probatio solis indiciis contenta est, nisi cum mors est fundamentum intentionis.*
15. *Filium, Filiamve puberem ante patrem peste decessisse, per unicum etiam testem probari potest.*
16. *Is, cui jus est succedendi in bonis acquisitis,* (gewonnenen Gütern) *succedit etiam in bonis titulo hereditatis defuncto delatis.*
17. *Infans in ipso partu mortuus neq; succedit, neque hereditatem ad heredes transmittit.*
18. *Vivo autem partui defertur hereditas, licet sexto mense natus, ac nondum perfectus fuerit.*
19. *Capax est hereditatis posthumus vivus, licet in manibus obstetricum decesserit, nec vox ejus fuerit exaudita.*
20. *Partus non præsumitur vixisse natus ex matre morbo pestifero laborante.*
21. *Non exigi potest cautio à Viduâ, quæ à mortuo prægnans relicta, in possessionem bonorum mittitur.*

Definit. I.

Sicuti de jure civili, ita in foro Saxonico mater unà cum patre ad filiorum successionem admittitur.

1 QUamvis de jure Civili quondam mater à successione filiorum per patrem excludebatur, §. 3. *vers. pater verò utriusq; instit. de SCto Tertull. l. si ingenua. 2. §. objicitur. 15. ff. eod. tit. l. si ad patrem.*
2 *10. ff. de suis & legit. hered.* † Attamen jure novissimo hoc fuit correctum ac constitutum, ut parentes utriusque sexus æqualiter ad successionem liberorum admitterentur, *l. si quis. 7. §. sin autem defuncta. 1. post pr. C. ad SCtum Tertull. Auth. defuncto.*
3 *C. eod. tit. Novell. 118. cap. si igitur defunctus. 2.* † Nihilominus in foro Saxonico etiamnum hodiè patrem in succesione liberorum matri præferri, hancque per patrem excludi, ajunt post Gloss. *latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 17. lit. a.* Ambros. Schürer. *in tract. de success. ab intest. tit. 11. de special. lib. in ascend. success. §. jus Saxonicum circa ascendentes. diff. 3. pag. 201. vers. pater. in success. filii.* Joh. Schneidewin. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de sec. ord. succed. ab intest. ascend. num. 10.* Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 6. numer. 1. & 7.*
4 Ludov. Fachs. *part. 1. differ. 24. post pr.* † per text. *in art. 17.* Landr. *lib. 1. ibi:* Stirbet ein Mann ohne Kinder / sein Vater nimmt sein Erbe / hat er des Vaters nicht / so nimmt es seine Mutter mit mehrem Recht denn seine Schwester oder Bruder.
5 † Sed nulla necessitas cogit, ut textum hunc juris Saxonici contra juris communis dispositionem interpretemur: Etenim concesserim quidem, quod in foro Saxonico pater filii defuncti hereditatem capiat: Sed neutiquam hinc inferendum, hereditatem filii pleno jure ad patrem pertinere, ab eaque matrem prorsus excludi, de quo certè ne verbulum
6 habetur *in dict. art. 17.* Landr. *lib. 1.* † Dicendum ergo, ratione ususfructus saltem & administrationis patrem in successione liberorum matri præferri, relictâ interim huic parte dimidiâ proprietatis bonorum, cum Aut. Consult. Constitut. Saxon. *tom. 1. part. 33. n. 3. & seq.* † perinde ut tutor dici- 7
tur adire hereditatem nomine pupilli, ad quem proprietas spectat, *l. obligari. 9. §. hereditatem. 3. l. si ad pupillum. 11. ff. de autor. tutor.* † Et pater acqui- 8
rere hereditatem filio delatam, propter jus nempe patriæ potestatis & usumfructum, quem in illis bonis habet, *l. cum non solùm. 8. §. sancimus. 1. & §. seq. C. de bon. quæ liber. l. infanti. 18. post pr. C. de jur. delib.* † Nam & mater in potestatem mariti transit, 9
suorumque bonorum usumfructum & administrationem ipsi concedit, *art. 31. vers.* Wann ein Mann. *ubi* Gloss. *latin. ad text. germ. lit. F. post pr. lib. 1.* Landr. † Nec Illustrissimum Electorem 10
textum illum juris Saxonici aliter intellexisse, manifestum est ex *hâc Constit. 17.* quæ matrem unà cum patre ad successionem liberorum, juxta dispositionem juris communis æqualiter admittit, *in fin. verb.* Daß nach gemeinen Käyserlichen Rechten und Gebrauch dieser Lande / Vater und Mutter zugleich / in der Erbschafft ihrer Kinder zugelassen werden sollen / *ubi* Moller. *n. 3.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 131. num. 152.*

Ita Domini in causa Annæ Kurtzschbeins zu Luckewitz / Mens. Jun. Anno 1576. (Verba sentent: Ist eure Schwester bey Leben euers Vatern und Mutter verstorben / und hat an Gelde und Gütern / Gerade und andern in die 700. fl. würdig nach sich verlassen / &c. So hat sie die Gerade sampt dem halben Theil der andern Verlassenschafft auff ihre Mutter / und die andere Helffte auff den Vater bracht und verfället / V. R. W.)

Definit. II.

Nec avus aviam excludit, sed omnes ascendentes in gradu pares, absq; distinctione bonorum, unde ea provenerint, ad successionem Nepotum admittuntur.

NEc solùm in matre & patre, sed etiam in a- 1
vo, aviâ, proavo, & proaviâ, aliisque ascendentibus in infinitum hoc juris est, ut ascendentes utriusque sexus secundum gradus tamen præroga-

rogativam, in Nepotum ac Pronepotum ſucceſſionibus admittantur, *Novell. 118. c. 2. hâc* Conſtitut. *17.*
2 † ubi parentum appellatione ſimul veniunt avus & avia aliique aſcendentes ſuperiores *l. juſta. 201. ff. de V. S.* Chriſtoph. Zobel. *in addit. ad Gloſſ. latin. ad text. latin. in art. 17. lib. 1.* Landr. *verſ. Quamvis tex-*
3 *tus.* Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 23. n. 7.* † Quin nec conceſſerim, diſtinctionem & ſeparationem faciendam eſſe, adeò ut in bonis, quæ ex paternâ lineâ ad filium defunctum profecta ſunt, pater ſolus ſuccedat matre excluſâ, & mater contra ſola, patre excluſo in bonis, quæ ex materna linea ad filium per-
4 venerunt; † ſed indifferenter nullâ habitâ bonorum ſeparatione ſuccedunt, *Supr.* Conſt. 14. *Defin. 5.* Matth. Weſenb. *in addit. ad* Joh. Schneidew. *ad tit. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſecund. ordin.*
5 *ſucced. n. 12. lit. a.* † At hoc in foro Saxonico ita
6 procedit. † Aliud enim de jure Civili obtinere,
7 dixi *Supr. dict. Conſt. 14. Defin. 2.* † Quamvis nec hoc jure, alii ſeparationem bonorum quoad parentes in ſucceſſione liberorum admittant, quos longo agmine allegat & ſequitur Joh. Harppr. *in pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. n. 372. & ſeqq.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 31. Defin. 2.*

Ita Domini ad conſultationem D. Petri Werners zu Leipzig/ Menſ. Mart. Anno 1577. (Verba ſent: Hat ein Freyherr zu einem Fräulein gleiches Standes geheyrathet/ und einen Sohn in ſtehender Ehe mit ihr erzeuget/ welche in dem Kindbette/ vor Ausgang der 6. Wochen erſtlich/ und über 6. Jahr hernach ihr Ehegatte/ der ſich nicht wieder verehlichet/ letztlichen auch der Sohn und junge Herr mit Tode abgangen/ und hat ſeinen Großvater uñ Großmutter nach ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat er ſeine Baarſchafft/ ſo wol die Güter/ ſo ſein Herr Vater an ſich erkaufft/ und auff ihn vererbet/ auff ſeine überlebende Großvater und Großmutter zugleich verfället/ und des Vatern Geſchwiſter haben daran keine Forderung/ V. R. W.)

Definit. III.

Aſcendentes in pari gradu, ſed lineæ diverſæ, in ſtirpes ſuccedunt.

1 NUnquam † ad ſucceſſionem liberorum admittuntur parentes aliive aſcendentes, ſi Nepotes adſint, vel liberi ejus, de cujus hereditate
2 diſceptatur; † Hi namque indifferenter aſcendentes excludunt, uti expeditum eſt, Joh. Harppr. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. def. num. 367. & ibidem* Joh. Schneidew. *ſub tit. de ſecund. ordin. ſucced. n. 1. & 2.*

3 †Veluti etiam Domini pronunciârunt in causâ Catharinæ Heydens zu Großbarde/ Menſ. Febr. Anno 1633.

Sed hiſce demum deficientibus, admittuntur pa-
4 rentes aliique aſcendentes, † Qui ſi plures ſint in pari gradu, ſed in lineâ diversâ, paterna nimirum & maternâ, licet diſparis numeri, in ſtirpes
5 ſuccedunt; † veluti, ſi quis decedat, relictis ex una parte aviâ & avo paterno, ex altera verò parte aviâ maternâ tantum & è contra, hereditas in
6 duas partes erit dividenda, ita, † quòd avia materna tantum accipiat, quantum avus & avia paterna; Non enim dividitur hoc caſu hereditas in
7 capita ſeu in numerum perſonarum, † ſed ſecundum ſtirpes, ex quibus ſucceditur, *Novell. 118. c. 2. verſ. ſi autem eundem.* Joh. Schneidewin. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de ſucceſſ. parent. nat. & legit. ſimul n. 22.* Förſter. *de ſucceſſ. lib. 7. c. 4. concl. 3. n. 5.* Harppr. *dict. loc. n. 369.*

Ita Domini in cauſâ Melchior Röſers zu Frauenwalda/ Menſ. Nov. A. 1634. (Verba ſent: Iſt euers verſtorbenen Sohnes Tochter Todes verfahren/ und hat euch als ihren Großvater vom Vater an einem/ und dann ihren Großvater und Großmutter von der Mutter am andern Theil zuſammt einer Erbſchafft nach ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat ſie die Helffte ſolcher ihrer Verlaſſenſchafft auff den Großvater und Großmutter von der Mutter zugleich/ die andere Helffte aber auff euch als den Großvater vom Vater allein bracht und verfället/ und ihr möget euch mit den andern Miterben nach den Häuptern zu vertheilen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

De jure civili ſicut fratres utrinq; conjuncti, ita & horum filii cum avo jure repræſentationis patruo ſuccedunt, ultra hos tamen jus repræſentationis non extenditur.

CUm aſcendentibus ſive parentibus, defuncti fra- 1
tres & ſorores utrinque defuncto juncti junctæve, de jure communi ſimul ſuccedunt in capita, ac inter hoſce hereditas ex æquo dividenda eſt, † totq; 2
faciendæ ſunt partes, quot adſunt perſonæ, *Auth. defuncto. C. ad SCtum Tertull. Novell. 118. c. 2.* Joh. Schneidew. *ad pr. inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſecund. ordin. ſucced. aſcend. n. 33.* † Quin & 3
fratrum ac ſororum prædefunctarum liberi, ſive defuncto frater ſuperſit, ſive non, cum aſcendentibus jure repræſentationis in ſtirpes vocantur, *Novell. 127. c. 1.* Förſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 7.* Joh. Schneidew. *dict. loc. n. 29.* † Superſtitibus itaque avo paterno, 4
fratre utrinque conjuncto & fratris utrinque conjuncti filiis duobus, hereditas in tres partes dividetur: Quarum unam hi duo ex fratre filii accipient, quam habiturus fuiſſet parens ipſorum, ſi vixiſſet, Joh. Harppr. *in pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. n. 387.* Conrad. Rittershuſ. *in expoſit. Novell. Juſtin. part. 7. c. 10. n. 8. & 9.* † At privilegium hoc conces- 5
ſum filiis fratrum utrinq; conjunctorum, ut poſſint ſimul cum aſcendentibus & fratribus defuncto ab inteſtato ſuccedere, ad Nepotes vel pronepotes fratris utrinque conjuncti præmotui non extenditur, † ſed hujuſmodi Nepotes per parentes & fratres ipſi- 6
us defuncti excluduntur, Schneidewin. *d. l. num. 31.* † Quia ultra fratrum filios repræſentatio in colla- 7
teralibus locum non habet, *Auth. poſt fratres ubi* Gloſſ. & Salycet. *C. de legit. hered.* Joh. Harpp. *d. l. num. 387.*

Ita Domini in cauſa Samuel Rockarts zu Torgaw/ Menſ. Jun. Anno 1630. (Verba ſent: So hat ſie auch nach Käyſerlichen Rechten ihre Verlaſſenſchafft nach Gelegenheit dißfalls/ weil die Verſtorbene weder Geſchwiſter noch Geſchwiſter Kinder hinter ſich läſſet/ woſern zu Wien nicht etwa ein ander Statutum vorhanden/ darnach man ſich in ſucceſſione mobilium in dieſem Fall zu richten hätte/ auff die Mutter allein bracht und verfället/ und ihres Vatern Bruders Kinder haben daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. V.

Saltem Frater utrinq; conjunctus de jure communi cum patre ſimul ſuccedit, excluditur verò Conſanguineus & uterinus.

FRatres itaque & ſorores de jure civili, unà

cum patre & matre, reliquisque ascendentibus simul succedunt, nec ab hisce excluduntur, *Novell.118.cap. 2.* Bartol. & Salycet. *in Auth. defuncto. C. ad SCtum*
2 *Tertull.* † Ergo, si defunctus reliquerit avum paternum & aviam paternam, avum itidem maternum & aviam maternam, & fratrem ac sororem utroque ex parente junctos, divisâ hereditate in sex partes æquales, hi omnes in capita succedent, *dict. Nov. 118. c. 2.* Joh. Harppr. *in pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer.*
3 *num. 389.* † Sed verum hoc est saltem in fratribus &
4 sororibus ex utroque latere junctis; † Nam conjuncti ex uno latere, sive sint consanguinei sive uterini, etiam de jure civili à parentibus, aliisque ascendentibus prorsus excluduntur, *dict. Nov. 118. c. 2. in pr. ibi: Exceptis solis fratribus ex utroq; parente conjunctis,*
5 *&c.* † Nec obstat text. *in l. si quis. 7. C. ad SCtum*
6 *Tertullian.* Quia ista lex est correcta † per *dict. Novell. 118.* Nicol. de Ubald. *in tract. de succeff. ab intest. part. 2. num. 7.* Joh. Schneidew. *ad pr. instit. de hered quæ ab intest. defer. tit. de secundo ordin. succed. n. 30.* Nicol. Boër, *decis. 185. n. 2.* Fachin. *lib. 6. controv. 8.* Wurmser. *in pract. obs. tit. 41. observ. 5. & 6.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 31. defin. 11. num. 1.* Quamvis aliter sentiat Paul. de Castr. *in Auth. defuncto. C. ad SCtum Tertull. n. 2.* quem sequitur Matth. Berlich. *part. 3. concl. 23. n. 9.*

Ita Domini in causa Hansen Happens zu Mansfeld/Mens. Nov. Anno 1597. (Verba sent: Habt ihr drey Eheweiber gehabt/und mit denselben allen Kinder erzeuget/euch auch mit ihnen wegen ihres Mutterheils abgefunden / und nachdeme bemeldtes euer drittes Eheweib Todes verfahren/ist euer Sohn/so ihr mit derselben erzeuget/gleichfals verstorben/und hat euch als seinen Vater an einem/ und seine halbbürtige Geschwister eure Kinder von der ersten und andern Ehe am andern Theil zusamt einer Erbschafft nach sich verlassen/ &c. So hat er solche Erbschafft nach gemeinem Wahn und Schluß der Rechtsgelahrten / auch nach Käyserlichen Rechten auff euch als seinen leiblichen Vater allein bracht und verfället/ und seine halbbürtige Geschwister haben daran keine Forderung/V. R. W.)

Et ad requisitionem Senatus zu Freystadt/Mens. April. Anno 1624. (Verba sent: Ist ein Kind / von welchem eure Frage gemeldet/ Todes verfahren/ und hat seinen Großvater an einem / und seine halbbürtige Schwester am andern Theil/ zusamt einer Erbschafft nach sich verlassen/ &c. So hat bemeldtes Kind auch nach Käyserlichen Rechten solche seine Verlassenschafft auff den Großvater allein bracht und verfället/ und die halbbürtige Schwester hat daran keine Forderung/V. R. W.)

Definit. VI.

In foro Saxonico, parentes liberis succedentes omnes indifferenter collaterales excludunt.

1 HÆc ita de jure Communi sive civili: † At in foro Saxonico circa successionem ascendentium differentia inter fratres sive sorores ex uno, & ex utroque latere junctos junctasve defuncto
2 prorsus cessat. † Quia hoc jure pater vel mater in successione reliquos filios, seu fratres indistinctè, sive ex uno latere tantum, sive ex utroque simul conjuncti sunt, excludunt, *art. 17. post pr. verb.* Hat er des Vaters nicht / es nimmt es seine Mutter mit mehren Rechten/ denn seine Schwester oder Bruder. *ubi* Gloss. *latin. ad text. germ. lit. b. lib. 1.* Landr. Joh. Schneidew. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. tit. de secund. ordin. succed. ascend. n. 34.* Ambros. Schurer. *in tract. de succed. ab intestat. tit. de special. ascend. succed. 11. § jus Saxonum. post pr. vers. 1.* Henning. Göden. *consil. 67. num. 4.* Hieron. Schurff. *cent. 1. consil. 55. n. 3.* † Multò magis ergo parentes reliquos collaterales excludent, ut verissima sit regula apud Saxones vulgata:
3
† Donec aliquis ex ascendentibus supersit, nunquam
4 hereditatem collateralibus deferri, Matth. Coler. *part. 1. decis. 47. n. 3.*

Ita Domini in causa M. Friderici Schmids zu Augspurg/ Mens. Mart. Anno 1595. (Verba sentent: Ist Dorothea Weissens zu Eppendorff ohne Testament mit Tode abgangen/ und hat ihren Vater Nicol Pergern an einem/ und Andreas Weissen ihren vollbürtigen Bruder am andern Theil nach sich verlassen/ &c. So hat sie ihre gantze Verlassenschafft/ ausserhalb der Gerade/ Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / auff gedachten ihren Vater allein bracht und vererbet/und ihr vollbürtiger Bruder hat daran keine Forderung/ V. R. W.)

Definit. VII.

Nec admittuntur collaterales, quando avus aviavè aliiq; ascendentes adsunt.

1 NOn solùm verò parentes, sed & avus aviavè, aliique ascendentes defuncti fratres & sorores utrinque pariter & ex uno tantum latere junctos junctasve, † ac multo magis reliquos collaterales
2 in foro Saxonico à successione excludunt, Johan. Schneidew. *pr. inst. de hered quæ ab intest. defer. sub tit. de secund. ordin. succed. ascend. n. 35.* Matth. Col. *part. 1. decis. 47. n. 4.* † Etsi enim textus *in art. 17. lib. 1.*
3 Landr. loquatur solùm de patre & matre; consuetudine tamen Saxonicâ receptum est, quod etiam
† alii parentes, ut avus, proavus; & reliqui usque in
4 infinitum succedant defuncto, exclusis fratribus aliisq; collateralibus defuncti, Christoph. Zobel. *in addit. ad gloss. latin. text. latin. dict. art. 17. vers. Quamvis textus.* † Dici quoque posset patris appellatione
5 in *dict. art. 17. lib. 1.* Landr. venire simul avum, aliosq; superiores, *l. just. a. 201. ff. de verb. signif.*

Ita Domini in causa Petri und Hansen der Haubner zu S. Marienberg/Mens. April Anno 1600. (Verba sent: Ist euers Bruders Sohn unlängsten an der gefährlichen Seuche der Pestilentz gestorben/und hat euch und eure Geschwister an einem/ und seinen Eltervater am andern Theil zusammt etlicher Erbschafft hinterlassen/ &c. So hat er solche auff bemeldten seinen Eltervater alleine bracht und verfället/und ihr habet daran keine Forderung/V. R. W.)

It. in causa heredum Christophori Hahns zu Dorffzwenitz/ Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sentent: Ist Hans Hahn Todes verfahren/ und hat euch seines Vatern vollbürtige Brüdere und Schwestern an einem/ und seinen mütterlichen Großvater George Reuschen am andern Theil/ zusamt einer Erbschafft an beweglichen und unbeweglichen Gütern hinter sich verlassen/ &c. So hat er solche seine gantze Erbschafft auff seinen mütterlichen Großvater George Rentzschen alleine bracht und verfället/ und ihr/ seines Vatern vollbürtige Brüdere/ habt daran/ derowegen/ daß alles des Verstorbenen Verlassenschafft von seinem väterlichen Großvater euerm Vater herrühret / keine Forderung/ V. R. W.)

Et in causa Heinrici Meschmans & Consort. zu Quedlinburg/Mens. Majo, A. 1633. (Verba sent: Sondern dafern eines oder das andere unter solchen Kindern ohne Eltern verstirbet / verbleibet dessen Erbtheil nach Sachsenrecht den Großeltern allein billich/ und des Verstorbenen vollbürtige Geschwister haben daran keine Forderung/ V. R. W.)

Definit. VIII.

In successione parentes avum aviamq;, ut & reliquos ascendentes excludunt.

1 CErtum est, quod in linea ascendenti jus repræ-
2 sentationis locum non habeat, † cum contra naturam sit, ut avus repræsentet patrem, suum filium, tanquam ab eo genitus, Matth. Wesenbec. *in parat. ff. de grad. & affin. num. 15.* Johan. Harppr. *in pr. instit. de hered. quæ ab intest. defer. num. 368.*
3 † Nec enim ut liberis hereditas parentum, ex ratione scilicet naturali, & communi parentum voto, *l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnator. l. scripto. 7. in*
4 *fin. ff. Unde liber.* † Ita & parentibus liberorum hereditas debetur, sed duntaxat propter commiserationem & solatium, parentes ad successionem admit-
5 tuntur, † ut nempe liberis amissis, ipsi solatii loco bona liberorum consequantur, *dict. l. 7. in fin. ff. Un-*
6 *de liber. l. jure succursum. 6. ff. de jur. dot.* † ut sic nulla adsit necessitas, introducendi jus repræsenta-
7 tionis in linea ascendenti, Harppr. *dict. l.* † Ergo gradus diversi parentes neutiquam ad successionem liberorum admittuntur, sed proximiores remotiores
8 excludunt, † nec admittuntur avus aviaque & ulteriores ascendentes, quando adsunt parentes, pater vel mater, *Novell. 118. c. 2. Auth. defuncto. ibi: Salvâ gradus sui prærogativâ C. Ad SCtum Tertullian.* Joh. Schneidewin. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de secund. ordin. succed. ascend. num. 20.*

Ita Domini in causa Hansen Grunens & Consort. zu Grossenparda/ Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent: Ist Caspar Goldammers Söhnlein abgewichener Zeit Todes verfahren/ und hat seine leibliche Mutter an einem/ und seine Großmutter am andern Theil/ zusammt dem jenigen/ was er von seinem zuvor verstorbenen Vater ererbet/ nach sich verlassen/ &c. So hat es solche seine gantze Verlassenschafft auff seine Mutter allein bracht und verfallet/ und die Großmutter hat daran keine Forderung / V. R. W.)

Et in causa Hansen Schultes zu Zschopaw / Mens. Nov. Anno 1633.

Definit. IX.

Nulla est differentia inter Nobiles & plebejos circa successionem ascendentium.

1 EX generalitate *h.* Const. *17.* satis evincitur, non minus inter Nobiles ac plebejas personas hunc
2 successionis ordinem observari, † ut parentes, aliique ascendentes semper excludant collaterales, nec hi admittantur, quamdiu ex linea ascendenti successores adsint, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat.*
3 *præst. l. 8. ff. de publ. in rem action.* † Idque tantò facilius quis crediderit, quantò certius est, circa materiam successionis non tàm Nobilitatem aut di-
4 gnitatem personarum, † quàm jus sanguinis & proximitatis considerari, *Nov. 118.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 6. tit. 31. def. 11. n. 7.*

Ita Domini in causa filiarum Alberti à Miltitzens/ Mense Majo, Anno 1595. (Verba sent: Ist nach diesem bemelder Albrecht von Miltitz der Jüngere auch Todes verfahren/ und hat obverwähnte seine Mutter an einem/ und seine zwo Schwestern am andern Theil nach sich verlassen/ &c. So hat er seine Erbschafft / so ihme aus dem Väterlichen Testament zukommen/ zusammt aller anderer seiner Verlassenschafft zum Erbe gehörig/ auff seine Mutter gebracht und verfället/ und die Adelichen Schwestern haben daran keine Forderung / &c.)

Definit. X.

Patre ac liberis puberibus simul mortuis peste, naufragio &c. in dubio pater prius decessisse videtur.

LOngè difficilior est probatio mortis, quàm vitæ 1
alicujus, siquidem mortis cujusque unus tantùm locus, unum instans est, *l. ult. ff. de cond. inst. l. qui duos. 18. §. 1. de manumiss. testam.* † Vitæ verò & 2
plures loci & plura tempora, *l. an usus fructus. 56. ff. de Usufruct. l. si usus fructus. 8. ff. de Usufruct. legat. l. computationi. 68. ff. ad Leg. falcid.* † Difficillima 3
autem probatio, quisnam ex duobus primùm decesserit, putà si non dubitetur mortuum esse filium cum patre aut matre, † sed tantum, quis eorum sit 4
præmortuus? Osasc. *decis. 168. num. 9.* † Multùm 5
itaque tribuendum est hâc in re præsumptioni, quæ onus probandi in adversarium transfert, *l. ult. in pr. C. quod metus caus.* † præsumitur verò prius decessisse pater: Unde, si pater & filius peste vel naufragio simul pereant, & explorari non potest, uter prius extinctus sit, in dubio præsumitur † filius 7
diutius vixisse, per text. *in l. qui duos. 9. §. cum bello 1. & §. si Lucius Titius. 4. l. cum pubere. 20. l quod de pariter mortuis. 16. in fin. pr. ff. de reb dubiis. ubi* Dd. Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 14. definit. 39. num. 9.* Jac. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 50. num. 21.* Joh. Schneidew. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de secund. ord. succed. ascend. n. 3.* Did. Covarr. *lib. 2. var. resolut. 7.* Maynard. *lib. 3. decis.* Tholosan. *lib. 83.* Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs. 49.* † 8
Scilicet, quia naturæ ordo hic est, ut pater moriatur ante filium, juxta *l. nam etsi parentibus 15. ff. de inoff. testam.* † & postulat ratio humanitatis, ut pa- 9
tris hereditas secundum commune parentum votum ad liberos perveniat, *l. scripto. 7. ff. Unde liberi.* Joh. Schneidewin. *dict. loc.* † Quæ ratio cum gene- 10
ralis sit, æquè obtinere debet in filia, quæ non minus patri supervixisse creditur, Menoch. *dict. loc num. 27. & 29.* † Quod ipsum tamen omninò limitandum 11
est, si contrarium ex aliis conjecturis & indiciis appareat, quod scilicet filius fuerit valdè debilis aut timidus, pater verò vir fortis & robustus, &c. Menoch. *num. 27.*

Ita Domini in causa heredum Simon Vögels ad consultationem Quæstoris Plavensis Mens. Febr. A. 1634. (Verba sent: Ist Simon Vogels Eheweib und mit ihr zugleich ihre Tochter erster Ehe an der Pest kranck worden/ darauff sie auch beyde gestorben/ &c. Da nun die Tochter ihre Mündigkeit und das 12. Jahr ihres Alters vollkömlich erreicht gehabt/ wird zu Recht vermuthet/ daß sie nach der Mutter Todes verblichen/ und also ihre Erbschafft auff ihre hinterlassene Großmutter / als nächeste Blutsfreundin/ verfallet/ &c.)

Et ad requisitionem Consul. & Senatus zu Oederan/ Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Ist Gregor Klem abgewicheuer Zeit/ als die Stadt Oederan von dem Käyserl. Kriegsvolck in Brand gesteckt/ und in die Asche gelegt worden/ mit seinem Weibe und vier Kindern im Keller verfallen/ erstücket und umkommen. Da nun ein oder das andere Kind mündig gewesen/ und die Mägdlein das zwölffte/ die Knäblein aber das vierzehende Jahr ihres Alters mündig erreichet hätten; auf den Fall wurde dafür gehalte daß sie die Eltern überlebet und zuletzt verstorben wären/ &c.)

Definit. XI.

Filii tamen impuberes in dubio ante patrem decessisse censentur.

Alia

1 ALia est ratio liberorum impuberum, qui unà cum patre naufragio, peste, aliâve morte insolitâ defuncti, si non constet, quis præmortuus fuerit,
2 ante patrem decessisse præsumuntur, † ex sententia JCti Tryphonini *in l. qui duos. 9. §. ult. ibi: Quod si impubes cum patre filius perierit, creditur pater*
3 *supervixisse ff. de reb. dubiis.* † Quod & de filio unà cum matre mortuo asserit Gajus *in l. si mulier. 23. ibi: si mulier cum filio impubere naufragio periit, priorem filium necatum esse, intelligitur. ff. eod. tit.*
4 † Idemque censuit Papinianus *in l. inter Socerum. 26. in pr. ff. de pact. dot.* Joh. Schneidew. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de secund. ord. succed. ascend. num. 4.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 50. numer. 30.* Alciat. *de præsumpt. Reg. 1. præs. 49. num. 1.* Didac. Covarr. *lib. 2. variar.*
5 *resolut. c. 7. n. 9.* † Quæ præsumptio in ratione naturali fundata est, siquidem natura ipsa prodit, impuberem prius decessisse, quàm patrem vel matrem,
6 † *tùm* ob terrorem, qui in impubere major est, quàm
7 in pubere & adulto; † *Tùm* ob doloris impatien-
8 tiam; † *Tùm* ob virium atque corporis debilitatem seu infirmitatem: Nam pueri, in quibus nullus est usus, propter imperitiam ætatis omnia pericula majora, quàm sunt, judicant, ac rebus etiam le-
9 vissimis terrentur: † Eorumque impatientia, doloribus ferendis haud assueta, mortem accelerat, & corporis infirmitas efficit, ut morti minùs obsistere queant, Schneidew. *dict. loc.* Menoch. *dict. præ-*
10 *sumpt. 56. n. 31. & seqq.* † ubi hoc etiam ad filium filiamque extendit, qui quævè paululum excessit ætatem pupillarem, cum Socin. *in l. si mulier. 23. n.*
11 *10. vers. præterea. ff. de reb. dubiis*, † quia scilicet idem judicamus de eo, qui est proximus ætati pupillari, quod de ipso pupillo quoad corporis robur
12 & vires, teste experientiâ. † Quod ipsum tamen verba JCti Tryphonini vix admittunt *in dict. l. qui duos. 9. §. si Lucius Titius cum filio pubere. 4. ff. de*
13 *reb. dubiis.* † licet concesserim, arbitrium hâc in re judici non prorsus adimendum esse, juxta tradita Menoch. *dict. præs. 50. n. 27.*

Ita Domini in causa Andreæ Fischers & Consort zu Ublgau/Mens. April. Anno 1632. (Verba sentent: Ist Martin Berger nebens seinem Töchterlein ohne Beyseyn und Gegenwart einiges Menschen an der Seuche der Pest verstorben/ & also daß das Kind/ als der Vater begraben werden sollen/ in seinem des Vaters Schosse mit dem Haupt liegende/ todt gefunden worden. Ob nun wol nach Vermuthung der Rechte dafür gehalten wird/ daß das Kind/ weil es noch unmündig und klein gewesen/ vor dem Vater verstorben/ weil zuförderst von euch ein anders nicht erwiesen noch beybracht worden/ &c.)

Item in causa Lucia Mannewitzin zu Burgkershain/ Mens. April. Anno 1600. (Verba sent: Ist eure Tochter/ Andreä Lommitzschens Eheweib zuerst/ und hernach ietzogedachter euer Eydam/ beneben seinem mit eurer Tochter erzeugeten Töchterlein an der giftigen Seuche der Pestilentz gestorben/ und man kan nicht eigentlich wissen/ wer unter ihnen beyden/ euerm Eydam uñ seinem Töchterlein/ zuletzt abgangen/ &c. Da nun mehrgedachtes euer Tochter Kind/ wie es gestorben/ noch unter 12. Jahren gewesen/ So würde aus Vermuthung der Rechte dafür gehalten/ daß vielerwähnter euer Eydam das Kind überlebet hätte/ &c.)

Et ad consultationem Quæstoris in Liebenwerda/ Mense Apr. A. 1632. (Verba sent: Da nun das Kind zur Zeit seines Ableibens noch unmündig gewesen wäre/ So würde aus Vermuthung der Rechte dafür gehalten/ daß es vor dem Vater gestorben/ und es hätte derselbe die Verlassenschafft auff seine Freunde allein bracht und verfället/ und seines zuvor verstorbenen Weibes Freunde hätten daran keine Foderung/ &c. R. W.)

DEFINIT. XII.

Conjugibus simul morte insolitâ defunctis, in dubio Uxor ante maritum mortua præsumitur.

SAtis colligitur ex dictis defin. *præced.* jura debi- 1
liorem prius denatum præsumere, unde vulgo tradunt Dd. quod duobus simul mortuis, præsumatur † is, qui debilior est, prius decessisse *arg. l. cum* 2
pubere. 22. cum l. seq. & l. qui duos. 9. §. cum in bello. 1. ff. de reb. dub. Joh. Schneidew. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de secund. ord. succed. ascend. n. 4.* † Cui consectarium est, ex duobus 3
unà morientibus viro & muliere, præsumi prius defunctam mulierem, utpote debiliorem, Joh. Schneid. *dict. loc.* Alciat. *in tractat. de præsumpt. in 2. Reg. præsumpt. 49.* Felin. *in cap. capitulum sanctæ crucis. num. 19. extr. de rescript. aliiq; allegati à* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. c. 8. n. 7.* † Quare & Conjugi- 4
bus peste aliâve morte insolitâ insimul defunctis, uxor prius necata censetur, † si non probetur, su- 5
perstes viro fuisse, per text. *in l. qui duos. 9. §. si maritus & uxor. 3. ff. de reb. dubiis.* † Quamvis dissen- 6
tire videatur Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 50. num. 18.* cujus sententiam eatenus admiserim, † ut hoc casu ex donatione mortis causâ inter Con- 7
juges factâ, neutrius heredes quicquam petere possint, ex speciali nempe ratione, quod à defuncto nihil fuerit acceptatum, *l. 26. ff. de donat. mort. caus. l. cum hic status. 32. §. si ambo. 14. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Ita Domini ad Consultationem Consul. & Senatus zu Dederan/ Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Ist Gregor Klem abgewichener Zeit/ als die Stadt Dederan vom Käyserlichen Kriegsvolck in Brandt gesteckt und in die Asche geleget worden/ mit seinem Weibe und vier kleinen Kindern/ so er mit dreyen Weibern erzeuget/ im Keller/ darein sie sich versteckt/ verfallen/ erstickt und umkommen/ &c. So wird aus Vermuthung der Rechte dafür gehalten/ daß erstlichen die Kinder/ folgends das Weib/ und endlichen der Vater Todes verfahren/ &c.)

DEFINIT. XIII.

Masculis duobus simul mortuis, sive Cognatis sive extraneis, neuter alteri supervixisse videtur.

SEd quid juris, si viris duobus demortuis non 1
constet, quisnam eorum prius decesserit? Sanè an Cognati an extranei hi fuerint, parùm refert, † cùm ex sola cognatione id colligi aut præ- 2
sumi nequeat; An non ergò dicemus, † debilio- 3
rem prius denatum censeri, juxta tradita Definit. *præc. & in l. qui duos. 9. §. cum bello 1. & §. si maritus. 3. l. cum pubere. 22. & l. seq. ff. de reb. dubiis?*
† Ita certè est, modò constet, quisnam debilior 4
fuerit: † At si hoc non appareat, neutrum alteri 5
supervixisse, dicendum erit, ex sententiâ JCti Marciani *in l. sed & in illo. 18. in fin. ibi: in quibus casibus si pariter decesserint, nec appareat, quis ante spiritum emisit, non videtur alter alteri supervixisse ff. de reb. dubiis.* † Quo & facit *l. 26. ff. de* 6
mort. caus. donat. † Nec refert, an de puberi- 7
bus

bus vel impuberibus dubitetur, modò ambo vel puberes vel impuberes fuerint, aliudque indicium, quod alter prius decesserit, non appareat, ut patet ex traditis Jac. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 50. num. 19.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sent: Wann Gregor Klems Kinder zween oder mehr mündig gewesen/ &c. So wird dafür gehalten/ daß sie nach dem Vater zugleich verstorben/ derowegen haben dieselbige ihre gantze Erbschafft auff ihre Groß-Eltern zu gleich bracht/ und der andern unmündigen Kinder Groß-Eltern haben daran keine Forderung/ &c.)

Definit. XIV.

Mortis probatio solis indiciis contenta est, nisi quando mors est fundamentum intentionis.

1 PRæsumptiones tamen hæ mortis anterioris adeò fortes non sunt, ut non admittatur probatio in contrarium, putà, si heres probare velit, filium etiam impuberem patri supervixisse, aut maritum
2 ante uxorem decessisse. † Semper enim præsumptio probationi cedit, nisi sit juris & de jure, *l. ult. in pr. C. quod met. caus.* Cravett. *consil. 35. num. 5. & consil. 146. num. 7.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 4. n. 2.*
3 † Sufficere tamen superviventiam in casu hoc difficillimæ probationis, saltem indiciis & conjecturis
4 fortioribus demonstrari dixeris, † cum & mortis probationes ut plurimùm difficiles, qualescunque etiam leviores recipiantur, Bartol. *& Dd. in l. 2. §. si dubitetur. 4. ff. testam. quemadm. aper.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 1074. & seqq.* ubi varias præsumtiones mortis demonstrandæ addu-
5 cit? † Regulariter quidem hoc verum est; Attamen si fundandæ intentionis necessitas mortis pro-
6 bationem exigat, † veluti hoc casu accidit, quo heres sibi hereditatem adjudicari petit, exactissima probatio requiretur, *l. si ejus 34. ff. ad SCtum Trebell. & l. sed & in illo. 18. ff. de reb. dubiis.* Anton. Fab.
7 *in Cod. dict. tit. 14. defin. 2.* † Debet enim unusquisque plenissimè probare & implere intentionem
8 suam, *l. 2. ff. de probat. l. ult. C. de Rei Vendic.* † etiamsi effectu ipso sit negativa, *l. optimam. 14. C. de contr. & com. stipulat. l. in illa. 8. ubi* Bartol. & Dd.
9 *ff. de V. O.* † Sivè ergo actor erit, qui probare velit anteriorem patris vel mariti mortem, sive Reus, qui & in exceptione sua actor est, *l. in exceptionibus. 19. ff. de probat.* si minus plenas mortis probationes
10 adferat, condemnabitur, † tametsi nihil omninò
11 adversarius præstiterit, *l. 4. C. de edendo.* † satis munitus ipsa præsumptione, de qua *Supr.* Definit. 11. & 12.

Ita Domini in causa Luciæ Mennewitzin zu Burckershain/ Mens. April. Anno 1600. (Verba sent: So würde aus Vermuthung der Rechte dafür gehalten/ daß vielerwähnter euer Eydam das Kind überlebet hätte. Ihr köntet dann durch die Personen/ so dazumal/ als sie beyde gestorben/ bey ihnen gewesen/ ein anders beweisen/ dessen genösset ihr billich/ V. R. W.]

Definit. XV.

Filium Filiamve puberem ante patrem peste decessisse per unicum etiam testem probari potest.

1 ALlegans superviventiam patris matrisvè, in effectu asserit, filium filiamvè puberem ante parentes decessisse, quod & probare tenebitur planè & exactè, non solis indiciis, Definit. *præced.* Ergone duobus saltem testibus? † Ita dicendum
2 videtur secundùm tradita Josephi Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1075. num. 2.* ubi dicit, mortem probari ex testimonio duorum, qui dixerunt, se vidisse aliquem vitâ functum & tumulo mandari, Bartol. *in l. 2. §. sed si dubitetur. 4. n. 1. ff. testament. quemadm. aper. & in l. siquidem. 5. num. 2. C. solut. matr.* Jacob. Menoch. *de adipisc. possess. Remed. 4. num. 675.* † Aliter tamen res se habet, si ambo mor-
3 te occultâ, putà naufragio, acie vel peste, aliovè morbo contagioso decessisse proponantur. † Sufficiet namque hoc casu unius etiam testis depositio
4 jurata de morte filiorum puberum; † Cum & aliàs
5 mors occulta & insolita per unicum testem probari queat, secundum tradita Felin. *in c. veniens. 10. col. fin. extr. de testib.* Mascard. *dict. concl. 1075. num. 5.* Marant. *in l. is potest. 18. ff. de acqu. hered. num. 156. & seqq.* † Modo tamen testis unicus de visu de-
6 ponat, quod scilicet mortui filii puberis cadaver, & patrem adhuc viventem simul viderit, Mascard. *dict. loc. num. 6.* Bartol. *in tract. de test. regul. 350. vers. nono.*

Ità Domini ad consultationem Quæstoris Plavensis, Mens. Febr. Anno 1624. (Verba sent: Ist Simon Vogels Eheweib und mit ihr zugleich ihre Tochter erster Ehe an der Pest kranck worden/ daran sie auch beyde gestorben/ &c. Da nun die Tochter ihre Mündigkeit erreichet gehabt/ wird zu Recht vermuthet/ daß sie nach der Mutter Todes verblichen/ und also ihre Erbschafft auff ihre hinterlassene Großmutter als nächeste Blutsfreundin verfället/ Es könte dann die Magd/ so bey ihnen allein im Hause gewesen/ eydlichen erhalten/ daß sie gesehē/ daß die Tochter des Abends zuvor/ und die Mutter des Morgens hernach verstorben/ dessen genösse auff solchen Fall der Stiefvater billich/ V. R. W.)

Et in causa Catharinen Heynerin zu Christgrün/ Mens. Nov. Anno 1634.

Definit. XVI.

Is, cui jus est succedendi in bonis acquisitis, (gewonnenen Gütern) *succedit etiam in bonis titulo hereditatis defuncto delatis.*

1 SÆpe accidit, ut ex statutis & pactis dotalibus Conjuges aut heredes ad successionem bonorum, quæ defunctus lucratus est, (So er gewonnen) admittantur, ubi solet dubitari, † *an hoc no-*
2 *mine etiam comprehendantur bona, quæ aliunde à parentibus aut consanguineis titulo hereditatis defuncto fuêre delata?* † Haud rarò namque in statutis
3 gewonnene/ erkauffte oder erworbene Güter opponuntur bonis hereditariis, den Erbgütern/ ut meminit Cothm. *consil. 40. num. 17. & seqq.* Paul. Matth. Wehner. *in observat. practic. verb.* wohlgewonnen Gut. † Quo sane casu heredes, quibus
4 bona illa, (die gewonnene Güter) debentur, ad successionem bonorum hereditatis titulo acquisitorum non admittendos dixerim, † vi nempe
5 statuti, quod hæc bona expressè excipit. At si nulla fiat oppositio horum bonorum in statutis vel pactis dotalibus, † tantum abest eos à
6 successione arcendos esse, ut potius casum hunc verbis statuti pactorumve dotalium expressis decisum, iisque bona etiam titulo hereditatis à de-

defuncto acquisita, ejus heredibus deferri existimem
7 cum Mod. Pistor. *part. 4. quæst. 164.* † quia lucro acquisita dicuntur bona gewonnene Güter/ etiam ea, quæ per successionem & universitatem alicui obveniunt, *§. ult. inst. per quas person. nob. acquir.* Mod. Pist. *dict. q. 164. n. 4.*

Ita Domini in causa Hansen Erlachens zu Cannewitz/ Mens. Sept. Anno 1631. (Verba sentent: Ist des Orts ein Statutum verhanden/ daß nach Absterben einer Person/ so nicht Leibes-Erben verläßt/ die Eltern nebens den Geschwistern zugleich die gewonnenen Güter des Abgeleibeten unter sich vertheilen sollen/ &c. So werden darunter nicht allein die jenigen Güter/ so der Verstorbene durch seinen Fleiß und Arbeit an sich gebracht/ sondern auch die er von andern ererbet/ verstanden/ und ihr seyd demnach zu eures verstorbenen Bruders Erbschafft/ so er von seiner Mutter ererbet/ nebens dem Vater billich zuzulassen/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Infans in ipso partu mortuus neq; succedit, neq; hereditatem ad heredes transmittit.

1 CErti juris est, infantem, etiamsi intra infantiæ annos ex hac vita decesserit, patris tamen hereditatem, quamvis non agnitam, ad heredes quoscunque etiam extraneos transmittere, *l. sive ingenua. 2. §. si quis ex liberis. 11. ff. ad SCtum Tertull. l. Lucius. 9. in pr. ff. de jur. fisci.* Bartol. *in l. si infanti. 18. num. 10. C. de jur. deliber.* Jac. Schult. *in*
2 *addit. ad* Modest. Pistor. *part. 4. qu. 31. num. 51.* † Sed non aliter, quàm si vixerit & cum spiritu visus fuerit, Joh. Schneidewin. *ad §. septima autem. num. 10. instit. de bon. possess.* Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 15. n. 49.*
3 † Quod enim vulgò dicitur, ad hoc, ut liberi succedere valeant, eos in utero esse, sufficere. *§. sui autem. 2. vers. posthumi quoque §. & licet. 8. inst. de hered. quæ ab intest. defer. l. vel si vivo 7. ff. de suis*
4 *& legit. hered.* † id eatenus verum est, quatenus postea vivi ad orbem processerint *l. quod certatum. 3. C. de posth. hered. instit. l. posthumi. 3. §. 3.*
5 *de injust. rupt. irrit. fact. testam.* † Ergo si in ipso partu infans moriatur, nec succedere potest, nec
6 hereditatem ad heredes transmittere, † quippe quod vivus ad orbem non venerit, nec cum spiritu editus fuerit, *l. quod dicitur. 12. §. 1. ff. deliber. & posth. dict. l. 3. C. de posth. hered. inst.* Johan. Schneidew. *dict. loc.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 258. num. 5.*

Ita Domini in causa Viduæ Hansen Dietterichs zu Kreinitz/ Mens. Mart. A. 1633. (Verba sent: Ist Hans Dietterich zu Kreinitz vor 14. Wochen an der gefährlichen Seuche der Pestilentz verstorben/ und hat nach sich sein Weib Marien eure Pflegefrau schwangers Leibes an einem/ und seinen Bruder Christoff Dietterichen am andern Theil/ nach sich verlassen. Ob nun wol gedachtes Hansen Dietterichs Wittib in der neundten Woche nach ihres Mannes Tode zur Geburt gearbeitet/ dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet/ daß das Kind in der Geburt verstorben/ und also nicht lebendig/ sondern todt zur Welt kommen/ &c. So hat es auch auff bemeldte Wittib/ als seine Mutter/ einige Erbschafft nicht bringen noch verfallen können/ sondern es wird dieselbe aus ihres Mannes Gütern von dessen Erben/ Vermöge des Orts Willkühr/ oder da derer keine verhanden/ inhalts Churfürstl. Sächs. Constitution billich abgefunden/ V. R. W.]

Definit. XVIII.

Vivo autem partui defertur hereditas, licet sexto mense natus ac nondum perfectus fuerit.

1 DEfertur autem infanti hereditas, si vivus fuerit natus & cum spiritu editus, *l. quod dicitur. 12. §. 1. ff. de lib. & posth.* † nec quicquam ulterius re- 2
quiritur, quàm ut vivus ad orbem totus processerit, ad nullum declinans monstrum vel prodigium, *l. quod certatum est. 3. C. de posth. hered. instit.*
3 † Quid autem, si partus nondum perfectus ac sexto forsan mense nascatur? † Utique & huic, si vixerit 4
& spiritum atque animam habuerit, hereditatem deberi, ab eoque postea defuncto ad heredes transferri, putaverim per text. expr. *in dict. l. quod dicitur. 12. §. 1. ibi: si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen ff. de lib. & posth.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 258. num. 5.* † Quis enim negare ausit, 5
partum, licet imperfectum, vivere posse, Matth. Wesenbec. *in parat. ff. ad Leg. Corn. de sicar. num. 7.* cui omnino hereditas deferenda erit ex Constitutione Imp. Justiniani *in l. quod certatum 3. C. de posth. hered. inst. art. 33. lib 1.* Landr. † Nec movet, quod 6
Constitutio hæc Justiniani requirat, partum non tantum vivum, sed & perfectum nasci *dict. l. 3. C. d. t.* † Cùm per id perfectio saltem membrorum denote- 7
tur, & quod partus exierit perfectè uterum maternum, ut scitè *post* Jason. *in dict. l. quod dicitur. 12. ff. d. lib. & posth. n. 11. & 12.* respondet Col. *dict. decis. 258. num. 6.*

Ita Domini in causa Oßwald Möhrings zu Lommatzsch/ Mens. Oct. Anno 1633. (Verba sent: Hat Andreä Möhrings hinterlassene Wittib ein Kind zur Welt geboren/ Ob nun wol solches nicht zeitig gewesen/ und die Mutter mit demselben länger nicht denn im sechsten Monat schwanger gangen/ dieweil aber dennoch benientes Kind gelebet/ und euern Bericht nach vor seinem Absterben etliche Seufzerlein gethan/ &c. So ist auch seines zuvor verstorbenen Vaters und Großvaters Erbschafft auff dasselbe Kind kommen/ und es hat solche Erbschafft hernach/ als es verstorben/ auff seine Mutter und ferner die Mutter auff ihre Freunde bracht und verfället/ und des Kindes Freunde vom Vater haben daran keine Forderung/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Capax est hereditatis posthumus vivus, licet in manibus obstetricum decesserit, nec vox ejus fuerit exaudita.

1 AN ergo necesse non erit ad hoc, ut partus in hereditate ac feudo succedere possit, clamorem ejus intra quatuor parietes exaudiri? † Scio 2
equidem jura Saxonica hoc velle, *in artic. 20.* Lehnrecht *ibi:* Wann ein Sohn/ der nach seines Vaters Tode gebohren wird/ so lang lebet/ daß man seine Stimme gehören mag in den vier Wänden des Hauses/ so ist er beerbet mit seines Vaters Lehen/ &c. *art. 33. ibi:* An vier Mannen/ die das gehöret haben: *lib. 1.* Landr. Gloss. *in art. 94.* Weichbild. † Sed verbis hisce nil aliud verè 3
requiritur, quam ut posthumus vivus edatur, quod & satis expressum est in *d. art. 33. in pr. lib. 1.* Landr. † ac convenit idipsum sanctioni Justinianeæ *in l. 3.* 4
C. de posth. hered. Quod verò dicitur, clamorem

5 rem ejus exaudiri debere ; † istud magis est quæ-
dam declaratio & demonstratio rei ; quæ non re-
quiritur ; si per alium modum rei demonstratæ ha-
beamus notitiam, Jason *in l. quod dicitur 12. num. 7.*
6 *ff. de lib. & posth.* † Nimirum ; voluit jus Saxoni-
cum denotare ; quid vocaret partum vivum, puta
cujus vox intra quatuor ædium parietes sonaret:
7 † Quare licet partus vocem non emiserit, attamen
si vita ejus ex aliis signis, puta motu corporis,
pedum, brachiorum, anhelitu & similibus depre-
hendatur, nihil amplius desiderabitur, & frustra
clamor ejus expectabitur ; *l. 3. C. de posthum. hered.*
instit. Matth. Coler. *part. 2. decis. 258. num. 7.* Joh.
Schneidewin. *in §. septima 3. num. 10. institut. de*
8 *bonor. possess.* † Quid enim ; si mutus nasceretur,
vivus tamen ; aut si illicò & in manibus obstetri-
cum decesserit, & morte præventus vocem emit-
9 tere nequiverit ? † Nihilominus pro nato & here-
ditatis capace reputabitur, *dict. l. quod certatum 3.*
C. de posth. here. l. instit. Matth. Coler. *dict. decis.*
258. n. 9. & Joh. Schneidew. *dict. loc.* Andr. Rauchb.
part. 2. quæst. 15. num. 47.

Ita Domini in causa Georgii Weckens zu Hirschfeld/ Mens. Majo, Anno 1600. (Verba sententiæ : Ist euer Toch-
ter-Mann gestorben / und hat sein Eheweib schwangers
Leibes/ zusammt einem Gütlein/ nach sich verlassen / und
es hat nachmals bemeldte Wittib eure Tochter einen jun-
gen Sohn zur Welt gebohren / Ob nun wohl solch Kind/
wie es gebohren worden / sich gar nicht gereget noch ge-
schrieben. Dieweil aber dennoch die beyden Weiber/
so bey ihr in ihren gefährlichen Kindesnöthen gewesen/
vermittels Eydes ausgesagt / daß das Kind/ als ihme ein
wenig Pfeffer in die Nasen geblasen und gerieben worden/
zweymal mit der Nasen gar niehlich geschnupffet / So
erscheinet daraus so viel / daß dasselbe das Leben noch ge-
habt/ wie es auff die Welt kommen. Dahero dann ober-
wehntes euers Eydams Verlassenschafft auff dasselbe Kind
kommen und gefallen / welches hernach solche Verlassen-
schafft / ungeachtet daß es bald gestorben / und nicht die
Tauffe bekommen / auff seine Mutter / eure Tochter ver-
erbet/ und des Vatern Brüder haben sich derselben anzu-
massen nicht fug / V. R. W.)

Definit. XX.

Partus non præsumitur vixisse, natus ex matre morbo pestifero laborante.

1 VErum equidem est, quod vitam vel mortem
alicujus alleganti pro fundamento suæ inten-
tionis, incumbat onus probandi, *l. spadonem. 15.*
§. qui absolutus 13. ff. de excusat. tutor. Bartol. *in l.*
siquidem 5. in princip. C. solut. matrim. & in l. 2.
num. 7. ff. judic. solv. Anton Faber *in Codic. lib. 4.*
2 *tit. 14. definit. 2. in pr.* † & pluribus illustrat hoc
3 ipsum Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 8.* †
Ergò & illi, qui lucrum sperat ex hereditate
posthumi defuncti, eum vivum ad orbem pro-
4 cessisse, asserenti. † At dixeris, posthumum in
dubio semper vivum censeri natum, juxta tradita
Cæpollæ *consil. 50. n. 2. &* Bald. *vol. 5. consil. 69.*
num. 4. † quod quidem concesserim, si posthu- 5
mus debito tempore ac modo naturali fuerit na-
tus, non autem modo violento aut tempore in-
tempestivo ; † Quid etiam, si mater puerpera- 6
pestè laborasset ? Veneno partum præsumi neca-
tum, aut saltem hujus violentiâ tempore intempe-
stivo ejectum, haud absurdè quis affirmaverit, † ut 7
merito hoc casu vita posthumi probari debeat,
Franc. Callet. *in not. ad* Fulv. Pacian. *lib. 2. de pro-*
bat. c. 9. lit. a.

Ita Domini in causa Petri Klapmans zu Mulcknitz / Mens. Februar. Anno 1634. (Verba sentent : Dieweil aber
dennoch die Gebärerin/als sie das Kind zur Welt bracht/
an der gefährlichen Seuche der Pestilentz krank gelegen/
und dannenhero vermuthlichen / daß die Leibesfrucht
durch den Gifft im Mutterleibe getödtet/ und abgetrieben
worden. So wird auch dafür gehalten/daß George Gün-
ther ohne Leibes-Erben gestorben / derowegen er seine
Verlassenschafft auff seinen Vater bracht und verfallet/
Es ist aber derselbige euch/ als des Weibes Erben/ das
jenige / so dem Weibe / vermöge Churfürstl. Sächsischer
Constitution, oder des Orts Willkühre gebühret / abfol-
gen zu lassen schuldig/ ihr könter dann / wie recht erweisen
und beybringen/ daß das Kind lebendig zur Welt gebohr-
en worden / dessen genösset ihr auff solchen Fall billich/
V. R. W.)

Definit. XXI.

Non exigi potest cautio à Viduâ, quæ à marito præ-
gnans relicta in possessionem bonorum
mittitur.

1 NOn solùm liberorum jam existentium in rebus
humanis, sed & posthumorum curam Præ-
tor habuit, † ita enim ventrem mittit in possessio- 2
nem, ut de bonis defuncti alatur, *l. 1. in pr. & ff.*
sed etsi 5. ff. de ventr. in poss. mittend. † modo in- 3
ter suos heredes futurum sit, quod in utero est,
dict. l. 1. §. 1. ff. d. t. Quæ tamen limitatio hodie
non multùm observanda, † postquam de jure 4
novo venter nequeat exheredari, utpote quum im-
possibile sit, aliquam ingratitudinis præbuisse cau-
sam, quamobrem sit exheredandus, *l. si quis 33. §.*
1. C. de inoff. testam. † juraque suitatis & emanci- 5
pationis sint sublata, ut benè notat Matth. Wesenb.
in parat. ff. de ventr. in poss. mitt. in fin. † Sed an- 6
non cautio à ventre exigi poterit? Non certè, quia
nullibi de hoc quicquam dispositum reperitur ;
† At erubescimus sine lege loqui ; *l. illam 19. C. de*
collat. Et iniquissimum esset ; † denegari alimen- 7
ta ventri, qui nunquam habet, unde cautionem
præstare queat.

Ita Domini in causa Caspari Gebhards Wittib zu Erfurt/ Mens. Majo, Anno 1635. (Verba sentent : Daß die
Wittib/ gestalten Sachen nach/ mit der gefoderten Cau-
tion billich zu verschonen / V. R. W.)

CONSTITUTIO XVIII.

PARTIS TERTIÆ.

Von Succession der halben Brüder und Schwestern / vollbürtiger Gebrüder oder Schwester Kinder / und Vaters oder Mutters Bruder und Schwester.

ES haben bißhero unsere Schöppenstühle / der halb Geschwister auch Vaters und Mutters Bruder und Schwester Succession halben / ungleiche gesprochen / so ist auch des Vaters Bruder und voller Geschwister-Kinder halben keine Gewißheit gehalten. Damit dann solches alles zu rechter Richtigkeit gelange / So ordnen / constituiren und setzen wir / würde ein Mann oder Weibesperson versterben / und hinter sich einen Bruder oder Schwester von halber Geburt / und des Vaters oder Mutter Geschwister von voller Geburt verlassen / So soll das Erbe auff den halben Bruder oder Schwester allein verfallen / und des Vatern oder der Mutter Geschwister davon außgeschlossen werden. Stürbe dann ein Mann- oder Weibesperson / und verließe hinter sich seiner vollbürtigen Geschwister Kinder / und des Vaters und der Mutter vollbürtigen Bruder und Schwester / So sollen Bruder und Schwester Kinder in der Succession vorgezogen / und das Erbe auff der Geschwister Kinder allein verfället werden.

Wann aber ein halber Bruder und Schwester / und vollbürtiger Geschwister Kinder verblieben / so sollen dieselbigen zugleich zugelassen werden / und das Erbe nach der Personen Anzahl in capita nehmen und theilen / und also sämmtlich des Vaters oder Mutter Brüdere und Schwestere davon außschließen. Des Vaters vollbürtiger Bruder und Schwester sollen auch hinwieder der halben Brüder Kinder der vollbürtigen Geschwister Kinder-Kind außschliessen / und denselbigen vorgezogen werden.

Wir wollen aber mit diesem unserm Gesetze und Constitution das Jus repræsentationis auff Sächsischen Boden unserer Lande nicht eingeführet haben / Sondern unsere Meynung und Gemüth ist / daß es solches juris repræsentandi, auch anderer Personen und Fälle Succession halben / auff Gleichheit oder Ordnung der Graden / allenthalben gehalten / gesprochen und erkannt werden soll / wie es nach Sächsischen Rechten versehen / und in unsern Landen gebräuchlich und herkommen ist.

In successione defuncti fratribus ejus & sororibus ex uno latere, & utrinq; conjunctorum liberis, materterâ item, amitâ & avunculo ex uno vel utroq; latere conjunctis, concurrentibus, qui illorum præferendi?

IN quæstione de successione fratrum ex uno latere, & fratribus & sororibus parentum defuncti, diversimodè in Scabinatibus nostris responsum intelligimus, quemadmodum nec de patruo defuncti, & fratrum ejus ex utroque latere liberis inter ipsos convenit. Ambiguitatem igitur istam per Constitutionem & Ordinationem hanc nostram tollentes, volumus, ut si vir vel mulier moriatur, relictis fratre vel sorore ex uno latere, & fratribus vel sororibus ex utroq; latere parentibus suis conjunctis, his exclusis, frater vel soror ex uno latere soli succedant. Quod ipsum & ad fratrum & sororum, quos diximus, liberos extendimus, ut & hi fratres vel sorores ex utroque defuncti parentis conjunctos excludant.

Concurrentibus autem fratre & sorore ex uno, cum liberis aliorum, qui ex utroque latere defuncto conjuncti sunt, simul illos in capita admitti volumus, exclusis itidem defuncti parentum fratribus & sororibus ex utroque latere, qui tamen vicissim defuncti fratrum ex uno latere liberis & illorum, qui ex utroque latere illi conjuncti fuerunt, Nepotibus in successione præferentur. Nec tamen per hanc Constitutionem nostram jus repræsentationis in forum Saxonicum nostrarum ditionum introductum volumus. Quin potius id nobis propositum est, ut ad jus hoc repræsentationis, personas item & gradus succedentium quod attinet, in judicando & respondendo id observetur, quod tam jure Saxonico constitutum, quàm moribus ditionum nostrarum receptum hactenus & usurpatum constat.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico fratres & sorores soli succedunt defuncto fratri, exclusis fratrum sororumq; liberis.*
2. *Ex Constit. Caroli V. Imper. fratris prædefuncti liberi cum fratribus ad successionem patrui admittuntur etiam in locis Saxonicis, ubi Constitutio illa recepta est.*

3. Fra-

3. *Fratrum ac Sororum liberi ſoli, nullo concurrente patruo, in capita ſuccedunt, non in ſtirpes.*
4. *De jure communi Saxonico fratrum utrinq; conjunctorum liberi, cum defuncti patruo, avunculo, vel amita ſimul in capita ſuccedunt.*
5. *In Electoratu tamen Saxoniæ fratrum utrinq; conjunctorum liberi patruum defuncti à ſucceſſione excludunt.*
6. *Matertera etiam in ſucceſſione Geradæ à filiâ ſororis defunctæ in Electoratu Saxoniæ excluditur.*
7. *Excluduntur verò nepotes fratris à ſucceſſione per patruum defuncti, etiam in terris Electoratus Saxonici.*
8. *Fratres utrinq; conjuncti, fratres ex uno latere junctos, ſive ſint conſanguinei, ſive uterini, à ſucceſſione prorſus excludunt.*
9. *Ad ſucceſſionem tamen rerum expeditoriarum frater ex uno latere, cum fratre utrinq; conjuncto admittitur.*
10. *Fratrum, ſororumq; utrinq; conjunctorum liberi in foro Saxonico cum fratribus ex uno latere ſimul in capita ſuccedunt.*
11. *In bonis autem utenſilibus, ſoror uterina ſororis utrinq; conjunctæ filiam excludit.*
12. *Similiter & frater conſanguineus, fratris utrinq; junctì filium, à ſucceſſione rerum expeditoriarum excludit.*
13. *Fratres ex uno duntaxat latere conjuncti, fratrum ex uno latere liberos in foro Saxonico excludunt.*
14. *In terris Electoratus Saxonici, fratres ſororesve ex uno latere juncti, ſoli ſuccedunt, excluſo defuncti patruo utrinq; conjuncto.*
15. *Quin & extra Electoratum in foro Saxonico, patruus defuncti per fratrem conſanguineum vel uterinum, à ſucceſſione excluditur.*
16. *Fratrum conſanguineorum vel uterinorum liberi, cum defuncti patruo, utrinq; juncto ad ſucceſſionem non admittuntur, ſed ab eodem excluduntur.*
17. *Cum patruo tamen defuncti, ex uno tantummodo latere conjuncto, fratrum conſanguineorum & uterinorum liberi ſimul ſuccedunt.*
18. *Succedunt itidem de jure Saxonico ſimul in capita Fratrum conſanguineorum & uterinorum liberi cum patruelibus & conſobrinis utrinq; conjunctis.*
19. *Nepotes ex fratre vel ſorore defuncti, cum ejusdem patruelibus, & conſobrinis, pariter in capita ad ſucceſſionem admittuntur.*
20. *Patruus defuncti, ejusdem patrueles & conſobrinos à ſucceſſione excludit.*
21. *Patruus vel amita &c. utrinq; juncti excludunt à ſucceſſione patruum vel amitam, ſimilesq; perſonas ex uno latere conjunctas.*
22. *Patrueles quoque ac conſobrini ex patre utrinque juncto præferuntur in ſucceſſione patruelibus & conſobrinis conjunctis ex uno ſaltem latere.*
23. *Patrueles ac conſobrini ex parentibus utrinque junctis, cum patruo vel amitâ ex uno latere, pariter in capita ſuccedunt.*
24. *In foro Saxonico patruus magnus, utrinque junctus, cum patruo ex uno latere conjuncto æqualiter ſuccedit.*
25. *Filia ſororis, licet ſpuria, defuncti tamen patrueles & conſobrinos à ſucceſſione excludit.*
26. *Una perſona, duplici ratione conjuncta, defuncto, veluti patruelis & conſobrinus ſimul exiſtens, duas hereditatis partes lucratur.*
27. *In ſucceſſione etiam collateralium, poſthumus pro jam nato habetur.*
28. *Eo ipſo, quo quis ſe conſanguineum eſſe probat, cenſetur proximior, niſi cum alio conſanguineo de proximitate certet.*
29. *Conſanguinitas vel graduum proximitas conjecturis & præſumptionibus poteſt probari.*
30. *In redemtione ſubſelliorum templi* (der Kirchenſtüle) *fœminæ, ex jure cognationis, nullam ſibi prærogativam arrogare poſſunt.*
31. *Deficientibus Agnatis & Cognatis, in ſucceſſione Uxor & Maritus fiſco præferuntur.*

DEFINIT. I.

In foro Saxonico fratres & ſorores ſoli ſuccedunt defuncto fratri, excluſis fratrum ſororumq; liberis.

1 SUccesſione deſcendentium & aſcendentium deficiente, tangit ordo fratres & ſorores, defuncto ex utroque parente connexos, qui reliquos omnes excludunt; ac in portiones viriles ſeu capita ſuccedunt, Auth. *itaque C. commun. de ſucceſſ.* *Novell. 118. c. ſi igitur defunctus.* Valent. Forſter. *de ſucceſſion. lib. 8 cap. 1. num. 1. & ſeqq.* Joh. Schneidewin. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub*
2 *tit. de tert. ordin. ſucced. collat. num. 3.* † Admittit tamen jus civile unà cum fratribus & ſororibus, fratrum ſororumque præmortuorum præmortuarumque liberos, qui jure repræſentationis
3 portionem parentis ſui accipiunt; † & cum patruis ſeu avunculis, amitis ſive materteris; defuncto in ſtirpes ſuccedunt, *dict. Nov. 118. c. 3.* Auth. *ceſſante C. de legit. heredib.* Schneidevvin. *dict. loc. num. 11.* Anton. Fab. *in Cod. l. 6. tit. 31. defin. 1. num. 1.*
4 Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 48. num. 1.* † Quamvis in fratrum ſororumque liberis hoc jus ſaltem obtineat, nec ad horum Nepotes aliosque remotiores extendi debeat, *dict. Novell. 118. c. ſi igitur defunctus verſ. hujusmodi verò privilegium* Schneidewin. *dict. loc. num. 12. & 13.* † In foro autem Saxonico jus repræſentationis in linea collaterali prorſus non attenditur, ſed qui proximior eſt gradu, remotiorem excludit, *text. in artic. 13. ſub fin. verſ.* Der ſich aber näher / *& artic. 17. verſ.* Wann ſich aber ein Erbe *lib. 1.* Landr. Schneidewin. *dict. loc. num. 14.* † Cui conſequens eſt, de jure Saxonico filios defuncti fratris aut ſororis cum patruis, avunculis, amitis ſive materteris non ſuccedere, ſed per fratris ſororisque defuncti defunctæve fratres vel ſorores utrinque conjunctos in totum excludi; Joh. Schneidew. *dict. loc. num. 14.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 48. num. 4* Dan. Moller. *hic num. 2. & 3.* Weſenb. *part. 1. conſil. 13. n. 55. & conſil. 82. num. 16.* Chriſt. Zobel. *part. 3. differ. 17. num. 7.*
5 † Quod ipſum quoque haud obſcurè approbatum
7 eſt ab Illuſtriſſimo Saxoniæ Electore; *h.* Conſtit. §. *ult. verſ.* Sondern unſer Meynung und Gemüth iſt/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa Matthæi Semblers zu Colleda/ Ment. Majo, Anno 1630. (Verba ſent: Iſt euer Bruder unlängſten Todes verfahren / und hat euch ſeinen vollbürtigen Bruder an einem / und ſeiner vollbürtigen Geſchwiſter Kinder am andern Theil / zuſammt einer Erbſchafft/ nach ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat er ſolche ſeine Erbſchafft/ nach

nach Sächsischen Rechten / auff euch den Bruder allein bracht und verfället / und der Geschwister Kinder haben daran keine Foderung/ V.R.W.)

Definit. II.

Ex Constit. Caroli V. Imper. fratris prædefuncti liberi cum fratribus ad successionem patrui admittuntur, etiam in locis Saxonicis, ubi Constitutio illa recepta est.

1 AT, nonne Carolus V. Imperator in Comitiis Wormatiensibus, Anno 1521. celebratis, expressè sancivit, ut, non obstante aliquâ consuetudine, fratrum filii ad successionem patrui cum defuncti fratribus ac sororibus semper in stirpes ad-
2 mitterentur, † edito de hac re edicto Norimbergensi *de Anno 1521. in verb.* Ordnen und setzen wir/ daß Brüder oder Schwester Kinder / nun hinfort an/ mit ihres abgestorbenen Vaters oder Mutter Bruder / oder Schwester nach Land-beschriebenen Käyserlichen Rechten / in die Stämme zu
3 Erben zugelassen werden sollen/ &c. † Dubium equidem facit hæc Constitutio Carolina: Et cum Imperator universæ Germaniæ fuerit, nec sine consensu Statuum Imperii eam Constitutionem videatur edidisse, de voluntate aut potestate abrogandi jura contraria, ambigendum certè non est, maxime propter verba inserta: Aus Vollkommenheit unserer Käyserlichen Macht und rechtem Wissen.
4 † Neque sufficere videtur, quod Fachs. *part. 1. differ. 25.* ait, tantum propositum fuisse Carolo V.
5 sanctionem juris civilis renovare, † *tùm* quia Constitutio fundat se in æquitate, & propter ini-
6 quitatem consuetudines improbat ac tollit; † *tùm* quia verba sunt generalia: Gebieten und wollen/ daß ihr solche Ordnung getreulich haltet/ und euch einige Gewonheit noch anders / so dawider seyn
7 möchte/ nicht hindern lasset/ † ut forsan non malè dixerit Mynsing. *respons. 36. num. 6.* verendum esse, ne causa delata ad Cameram, sententia contra fratris liberos lata reformetur & annulletur, quoniam contra generales Imperii Constitutiones, præsertim cassatorias, non possunt subsistere leges aut
8 consuetudines particulares. † Sed non putandum est, Imperatorem juribus Saxonicis hâc in re quicquam derogare, aut in foro Saxonico jus re-
9 præsentationis introducere voluisse, † cui tantummodo mens & animus fuerit, consuetudines quasdam speciales abrogare, ut inde Status Imperii in Saxoniâ, jure suo hoc casu uti nequiquam prohibeantur, Matth. Coler. *part. 1. decis. 48. num. 9.*
10 † Quin &, si credendum Joh. Schneidewin. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de tertio ordin. succed. num. 14.* Elector ac Duces Saxoniæ contra illam Constitutionem protestati fuêre, nec illam recipere voluêre, utpote contrariam juri Saxonico, quo tanquam speciali privilegio Provinciæ illæ utantur, Gloss. *Latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 3. lit. M.* Andr. Goldbec. *de gerad. in tit. de succession. Cognat. transf. numer. 14.*
11 † Nihilominus tamen inhærendum erit Constitutioni Carolinæ etiam in Provinciis Saxonicis, iis scilicet, in quibus hæc Constitutio manifestè re-
12 cepta ac usu hactenus observata fuit; † Veluti Albertus Archi-Episcopus Magdeburgensis dictam Constitutionem Imperialem in Archi-Episcopatu Magdeburgensi recepisse perhibetur, Coler. *dict. decis. 48. n. 2.* Joh. Schneidew. *dict. loc. num. 4.* Mynsing. *dict. loco.*

Ita Domini in causa Jacobi Denners zu Mannsfeld/ Mense Mart. Anno 1599. (Verba sentent: Ist Urben Schefflewentzigs Wittibe verstorben / und hat ihre vollbürtige Schwester an einem/ und ihres zuvor verstorbenen Brudern Tochter euer Ehrweib am andern Theil nach sich verlassen. Da nun die Käyserliche Constitution von Succession der Brüder und Schwester / und der verstorbenen Geschwister-Kinder / so Anno 1521. zu Wormbs auffgerichtet / von denen Herren Grafen zu Mannsfeld angenommen / und biß dahero in ihren Gebieten und Botmäßigkeiten in üblichem Gebrauche gehalten worden / So hätte auch euer Weib sich nebens ihres Vatern Schwester der verstorbenen Verlassenschafft anzumaßen wol fug / V.R.W.)

It. in causa Augusti Gröblers und Consortem zu Halla/ Mens. Junio Anno 1632. (Verba sentent: Ist Hansen Brauntzens Wittib verstorben/ und hat ihrer verstorbenen Geschwister Kinder an einem/ und euch ihre vollbürtige Brüder anders Theils / zusammt 600. fl. nach sich verlassen. Da nun die Käyserliche Constitution von Succession der Brüder und Schwester/ und der verstorbenen Geschwister Kinder / so Anno 1521. von Käyser Carolo dem V. zu Wormbs auffgerichtet / im Stifft Magdeburg wäre angenommen/ und biß dahero in üblichem Gebrauche gehalten worden / So hätte vorgedachte Wittib obangeregte 600. fl. auff euch/ und der Verstorbenen vollbürtigen Geschwister Kinder zugleich nach den Stämmen zu vertheilen gebracht und verfället/ V. R. W.)

Et in causa Adami Wachsmuts zu Eisleben/ Mens. Sept. Anno 1636.

Definit. III.

Fratrum ac Sororum liberi soli, nullô concurrente patruo, in capita succedunt, non in stirpes.

1 SI fratres sororesvè utrinque conjuncti amplius non sunt superstites, sed tantum eorum liberi, tunc extra dubium hi pariter, nullo excluso, ad successionem patrui admittuntur, *Novell. 118. post pr.* Schneidevv. *ad pr. instit. de heredit. quæ ab intest. defer. sub tit. de tert. ordin. succed. collat. num. 29.* Gloss. *latin. ad text. german.* Landr. *lib. 1. art. 5. lit. E. vers. sed ea hodie.* Urtheil *post* Weichbild. *tit.* Schwester und Bruder Kinder sind einander gleich nahe/ *in pr.*
2 † Sed num in capita? Omnino certè in foro Saxonico, ubi jus repræsentationis in linea collaterali prorsus abrogatum est, *art. 17.* Wann sich aber ein Erbe *lib. 1.* Landr. *h.* Const. *18. §. ult.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 51. n. 2.* Schneidewin. *dict. loc. num. 29.* Henning. Göden. *consil. 68. num. ult.* Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 17. n. 18.* Ludov. Fachs. *part. 1. differ. 38.*
3 † Quod & de jure civili verissimum est ex communi Interpp. recentiorum opinione, de qua testatur Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 31. defin. 1. n. 8.* & Joh. Harppr. *in pr. instit. de hered. quæ ab intest. defer. num. 423.* ubi multorum Dd. autoritates adducit, quas & longo agmine allegat Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 34. num. 26.*
4 † Jus enim repræsentationis, quod Justinianeâ Constitutione præter juris regulas, singulari privilegio fratris filiorum, de patrui defuncti hereditate cum patruo superstite certantium, induci necesse fuit; *Novell. 118. cap. 3.* sicut ex proprio capite succedentibus necessarium non est, † ita certam successionis ra-
5 tionem hoc casu lege præscriptam, ut nempe fra-

fratrum filii ſoli in capita ſuccederent, *l. 2. §. 2. ff. de ſuis & legit. hered. l. 1. §. ult. ff. ſi pars hered. petat. l.*
6 *pen. in fin. C. de legit. hered.* † ceſſantibus præſertim verbis novæ Conſtitutionis in *dict. Novell. 118. cap. 3.* fruſtra immutare non debuit, *arg. l. præcipimus 32. §. ult. C. de appellat. & l. ſancimus 27. C. de teſtament.*
7 † Ac certè abſurdum eſſet, æquali gradu diſtantes ad
8 inæquale lucrum vocari, Zaſ. *1. reſp. ſingul. 7.* † Quin & id ipſum haud obſcurè probatur ex ipſa *Novell. 118. cap. 3. verſ. ſed & ipſis*, ubi Juſtinianus Imperator hoc beneficium repræſentationis ſe conferre inquit,
9 quando fratrum ſororumvè liberi cum propriis Thiis concurrunt, adjectâ particulâ *(Tunc)* † quæ,
10 ut ait Zaſius, omnes alios caſus excludit. † Eamque opinionem non ſolum Galliæ Parlamenta recepe-
11 runt, teſte Hottom. *in quæſtion. illuſtr. q. 14.* † Sed & Caroli V. Imper. *Conſtitutio Germanica in Comitiis Spirenſibus Anno 1529. promulgata* expreſsè confir-
12 mavit: † Quamvis multis argumentis & rationibus eam impugnare conetur idem Anton. Fab. *in diſſ. forenſ.* quam addidit *tract. de variis debit. ſolut. &* Bachov. *in notis ad* Treutl. *vol. 2. diſſ. 16. th. 5. lit. B.*
13 *pag. 1056.* † quibus reſpondet Harppr. *dict. loc. n. 427. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa heredum Even Hopffers an Rath zu Weida / Menſ. Dec. Anno 1599. (Verba ſent: So viel aber die übrige vorbemeldter verſtorbener Even Hopffin hinterlaſſene Erbſchafft anlanget / hat ſie dieſelbe außerhalb der Gerade / ſo der nechſten Nifftel gehöret / auf ihres verſtorbenen Bruders / und der beyden verſtorbenen Schweſter Kinder zugleich nach der Perſonen Anzahl und in capita zu vertheilen / gebracht und verfället / V. R. W.)

Definit. IV.

De jure Communi Saxonico, fratrum utrinq; conjunctorum liberi, cum defuncti patruo, avunculo, vel amitâ ſimul in capita ſuccedunt.

1 DUbium certè non eſt, quin & fratres utrinque conjuncti patruum à ſucceſſione excludant, non ſolùm de jure civili, ſed & in foro Saxoni-
2 co, quia in gradu proximiori ſunt conſtituti, † etiamſi fratrum filii concurrant, qui de jure communi unà cum patruis jure repræſentationis admittuntur, *Auth. poſt fratres verſ. hi autem fratrum filii C. de legit. heredib. ubi* Salycet. *n. 1.* Matth. Coler.
3 *part. 1. deciſ. 48. n. 12.* † Quid autem, ſi ſoli fratrum utrinque conjunctorum filii extent, & defuncti patruus, amita, avunculus vel matertera cum illis con-
4 currere velint? † Neutiquam de jure Civili erunt audiendi, ſed à fratrum filiis excludentur: Etſi enim in pari gradu ſint conſtituti, attamen jus repræſentationis fratrum liberis prærogativam tribuit, eosque in propinquiore gradu ponit; quemadmo-
5 dum ergò frater patruum excludit, † ita quoque filius fratris, *dict. Auth. poſt fratres C. de legit. her. ubi* Salycet. *n. 2. Novell. 118. c. 3. verſ. quandoquidem &c.* Joh. Schneidevvin. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de tertio ordin. ſucceſſ. collat. num. 18.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 24. num. 34.* Sed ceſſat hæc ratio in foro Saxonico, ubi jus repræſentationis in collateralibus locum non habet:
6 † Ergò hoc jure fratrum filii patruum vel amitam defuncti neutiquam excludent, ſed cum iis ad ſucceſſionem in capita erunt admittendi, ut rectiſſimè ſentiunt Schneidevv. *dict. loc. n. 19.* Coler. *dict. deciſ. 48. n. 13 & ſeqq.* Chriſtoph. Zobel. *part. 3. diff. 17. n. 10.* Fachſ. *part. 1. diff. 25.* Berlich. *dict. concl. 24. num. 37.* † Sunt enim hi omnes in tertio, adeoque 7
pari gradu defuncto conjuncti *l. 10. §. 14. ff. de gradib. & affin.* † Quidni ergò omnes aqualiter ſucce- 8
derent? *artic. 17. verſ.* Wann ſich ein Erbe *l. lib. 1. Landr.*

Ita Domini in cauſa Helenen Grobſchützin in Halla / Menſ. Jan. Anno 1630 (Verba ſent: Iſt eurer vollbürtigen Schweſter Tochter Todes verfahren / und hat euch ihrer Mutter Schweſter an einem / und dann ihres vollbürtigen Brudern Martin Grobſchützens zwey Kinder am andern Theil / zuſamt der Erbſchafft / nach ſich verlaſſen / ꝛc. So hat ſie ſolche ihre Verlaſſenſchafft auf euch und gedachtes Brudern Kinder / nach gemeinen Sächſiſchen Rechten / weil ihr ſämmtlich in gleichem Grad ſeyd / zugleich nach den Häuptern zu theilen gebracht und verfället / V. R. W.)

Definit. V.

In Electoratu tamen Saxoniæ fratrum utrinq; conjunctorum liberi patruum defuncti à ſucceſſione excludunt.

ALiter res ſe habet in terris Electoratus Saxo- 1
nici, ubi fratrum, ſororumque conjunctorum filii ſoli ſuccedunt, excluſis defuncti patruo, amitâ, avunculo & materterâ, † ex ſpeciali ſanctione 2
Illuſtriſſimi Electoris *in h.* Conſtit. *18. ff.* Stürbe dann ein Mann oder Weibsperſon / und verlieſſe hinter ſich ſeiner vollbürtigen Geſchwiſter Kinder / und des Vaters und der Mutter vollbürtigen Bruder und Schweſter / ſo ſollen Bruder und Schweſter Kinder des Vaters Bruder und Schweſter in der *Succeſſion* vorgezogen / und das Erbe auff der Geſchwiſter Kinder allein verfället werden / † *ubi* Dan. Moller. *n. 3.* Virgil. Pingitz. *in* 3
quæſtion. Saxon. quæſt. 5 n. 11. Joh. Schneidevv. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de tert. ordin. ſucced. n. 19.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 48. n. 16.* † Quæ 4
ſanctio ratione non deſtituitur, ut putat Dan. Moller. *dict. loc.* Ecquis enim neſcit, † hereditatem pleni- 5
ori jure deſcendentibus, quàm aſcendentibus deberi, *arg. Auth. defuncto C. ad SC. Tertull.* † ut vel pro- 6
pterea fratrum liberi patruis defuncti præferri debeant, licet in pari gradu defuncto ſint conjuncti, Coler. *dict. deciſ. 48. n. 17.*

Ita Domini in cauſa Martini Rolands zu Ubigau / Menſ. Julio, Anno 1623. (Verba ſent: Iſt Hans Roland / euers vollbürtigen Brudern Sohn / Todes verfahren / und hat euch als ſeines Vaters Bruder an einem / und ſeiner vollbürtigen Schweſter Sohn am andern Theil / zuſamt einer Erbſchafft / nach ſich verlaſſen / ꝛc. So hat er ſolche ſeine Verlaſſenſchafft / vermöge Churfl. Sächſiſch. Conſtitution, auf ſeiner Schweſter Sohn allein bracht und verfället / und ihr als des Vatern Bruder / unangeſehen ihr in gleichem Grad ſeyd / habt daran keine Foderung / V. R. W.)

Definit. VI.

Matertera etiam in ſucceſſione Geradæ à filiâ ſororis defunctæ in Electoratu Saxoniæ excluditur.

EAdemque ratione à ſucceſſione geradæ, ma- 1
tertera per filiam ſororis defunctæ excluditur, licet utraque ſit in pari gradu, vigore ſcilicet, *h.* Conſtitut. *18. §.* Stürbe dann / ꝛc. † quæ propter 2

generalitatem verborum non minus in geradâ, ac in aliis rebus hereditariis locum sibi vindicat, *arg. l. 1. §.* 3 *generaliter 1. ff. de legat. præst.* † Et quia successio pleniori jure debetur descendentibus, quàm ascendentibus, *Def. præc.* Andr. Goldb. *in tract. de gerada, cap. 5. tit. de succeff. cognat. transverf. n. 10. pag. 137.* 4 Dan. Moller. *hic n. 7.* † Quamvis in aliis Saxoniæ locis extra Electoratum diversum obtinere, & materteram unà cum filiâ sororis defunctæ ad successionem geradæ admittendam existimem, propter regulam generalem, † quod pares in gradu pariter 5 ad successionem admittantur, *text. in art. 3.* Landr. *lib. 1.* Weichbild. *art. 57. & art. 23. ubi* Gloss. *col. 2.* 6 † quæ in materia quoque geradæ practicari solet, Andr. Goldb. *dict. loc. n. 8.*

Ita Domini in causa Pauli Kalbskopffs / & Consort. zu Reichenbach / Mens. Jun. Anno 1601. (Verba sent: Ist verrückter Zeit eine ledige Weibesperson bey euch / davon eure Frage meldet / verstorben / und hat ihrer vollbürtigen Schwester Tochter an einem / und ihrer Mutter vollbürtige Schwester am andern Theil / zusammt etlichen Stücken / so zur Gerade gehören / nach sich verlassen / ꝛc. So hat sie solche Geradestücke auff bemeldte ihrer Schwester Tochter allein bracht und verfället / und ihrer Mutter Schwester hat daran keine Forderung / V.R.W.)

Definit. VII.

Excluduntur verò nepotes fratris à successione per patruum defuncti, etiam in terris Electoratus Saxonici.

1 QUid verò, *si fratrum Nepotes cum patruo defuncti concurrant, an & per hosce patruum à* 2 *successione exclusum dicemus?* † Arbitrari hoc forsan quis posset, perpendens rationem, quâ commotus Elector Saxoniæ fratrum filios patruo defuncti, in pari licet gradu existenti, præferri jussit, *h.* Const. *18.* 3 §. Stürbe dann ein Mann / ꝛc. † quod nempe successio pleniori jure debeatur descendentibus, quàm ascendentibus *arg. Auth. defuncto C. ad SCtum* 4 *Tertull.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 48. n. 17.* † quæ certè ratio ad fratrum Nepotes æquè posset accommodari. Sed sola ratio jus non facit in exorbitantibus 5 à jure communi, † nec jura specialia absque legis autoritate ad casus similes extendere licet, *l. sanctimus 27. C. de testam. l. quod vero 4. ff. de lib.* Quare cum verba Const. *h. 18. dict.* §. Stürbe dann / ꝛc. dunta- 6 xat de fratrum filiis loquantur, † horum quoque Nepotes iis fuisse comprehensos, minùs tutò quis 7 affirmaverit. † Quin potius cum in gradu quarto, adeoque remotiore fratrum Nepotes sint constituti, eos per patruum in gradu tertio junctum defuncto, excludi omnino asserendum est, siquidem de jure 8 Saxonico, † qui in gradu proximior est, alteri in successione præfertur, *art. 3. sub fin. verf.* Der sich 9 aber zu dem Sip ziehen mag / *lib. 1.* Landr. † Quod & disertis verbis approbavit Elector Illustrissimus *h.* Const. *18.* §. des Vaters. *ibi:* des Vaters vollbürtiger Bruder und Schwester sollen der vollbürtigen Geschwister Kinder-Kind ausschliessen / und denselben vorgezogen werden. Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 24. n. 44.*

Ita Domini in causa Oßwald Schmids zu Freyberg / Mens. Septembr. Anno 1628. (Verba sent: Ist Martin Vogeler / euerer vollbürtigen Schwester Sohn / Todes verfahren / und hat euch seiner Mutter Bruder an einem / und seiner Schwester Tochter Sohn am andern Theil / zusammt einem Acker Landes / nach sich verlassen / ꝛc. So hat er solche seine Erbschafft auff euch allein bracht und verfället / und der Schwester Tochter Sohn hat daran keine Forderung / V.R.W.)

Definit. VIII.

Fratres utringi conjuncti, fratres ex uno latere junctos, sive sint consanguinei, sive uterini, à successione prorsus excludunt.

EXpediti juris est, quod fratres utrinque conjun- 1 cti, sive germani, fratres ex uno saltem latere junctos, consanguineos nempe & uterinos, à successione prorsus excludant, † *Auth. post fratres C. de* 2 *legitim. hered. Auth. itagi C. comm. de succession. Novell. 118. cap. 3. verf. his autem non existentibus.* Joh. Schneidewin. *ad pr. instit. de heredit. quæ ab intest. defer. sub tit. de tertio ordin. succedend. num. 8.* Coler. *part. 1. decis. 49. n. 1.* Valent. Forst. *de succeff. lib. 8. c. 4. n. 1. & seqq.* † Quod nec in foro Saxoni- 3 co aliter se habet, ubi deficientibus demum fratribus Germanis, consanguinei & uterini æquè admittuntur, *art. 20. ibi:* Brüder und Schwester nehmen ihrer ungezweyten Brüder und Schwester Erbe vor den Brüdern und Schwestern / die mit ihnen gezweyet seyn / *ubi* Gloss. *lat. ad text. German. lit. A. in pr. lib. 1.* Landr. Schneidew. *dict. loc. n. 9.* Coler. *dict. decis. 49. n. 7.* Wesenb. *vol. 2. consil. 82. num. 20.* Urtheil. *post* Weichbild. *tit.* Wie Brüder von voller Geburt. *post pr. verf.* Und so dann nur derselbige / ꝛc. † Idque procul dubio pluralitas vincu- 4 lorum operatur, † cum duo vincula fortius ligent, 5 quàm unum, duæq; rationes vincant unam, *dict. Novell. 118. cap. 3.* Coler. *dict. loc.* Joh. Schneidew. *dict. n. 8.* † Quamvis jus Saxonicum hoc casu in proxi- 6 mitate fundetur, quia scilicet frater ex uno duntaxat latere junctus, transit in gradum remotiorem, & defuncto fratri in tertio gradu constitutus censetur, *art. 3. post med. verf.* Ist aber einige Zweyung unter ihnen. *lib. 1.* Landr. † Meritò itaq; per fratrem 7 utrinque conjunctum, qui defuncto est in secundo gradu junctus, ceu per proximiorem à successione excluditur, *dict. art. 3. verf.* Der sich aber zu dem Sip ziehen mag. *lib. 1.* Landr. Coler. & Joh. Schneidew. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Caspari Schönens zu Voigtsberg / Mens. Julio Anno 1624. (Verba sent: Ist euer vollbürtiger Bruder unlängsten Todes verfahren / und hat euch seinen vollbürtigen Bruder an einem / seinen halbbürtigen Bruder vom Vater am andern / und dann seine halbbürtige Schwester von der Mutter am dritten Theil / zusammt einer Erbschafft / nach sich verlassen / ꝛc. So hat er solche seine Erbschafft auff euch allein bracht und verfället / und der halbbürtige Bruder und Schwester haben daran keine Foderung / ꝛc.)

Definit. IX.

Ad successionem tamen rerum expeditoriarum frater ex uno latere cum fratre utringi conjuncto admittitur.

NOn solùm fratres, sed etiam sorores ex uno 1 latere conjunctæ à fororibus & fratribus utrinque junctis à successione excluduntur, Johann. Schneidew. *ad pr. instit. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de tertio ordine succed. collat. num. 8.* † Attamen in successione geradæ hoc speciale est, quod 2 soror utrinque conjuncta non excludat uterinam

ex

3 ex uno latere duntaxat junctam, † quia scilicet in
successione bonorum utensilium agnationis nulla
prorsus habenda est ratio, adeoque nec vinculum
agnationis hoc casu in considerationem venit, ut
dixi *supr. part. 2.* Const. Elect. *14. Defin. 56.* Hartm.
Pistor. *part. 1. quæst. 33. n. 1.* Andr. Goldb. *de gerada*
c. 5. n. 7. Dan. Moller. *lib. 2. semest. 5. n. 1.* Matth. Ber-
4 lich. *part. 3. concl 24. n. 55.* † Sicuti è contra in feu-
dis cognationis ratio non attenditur. Ex quo fit,
quòd frater consanguineus succedat simul in feu-
5 dis cum fratribus utrinque conjunctis, † quia scili-
cet remoto vinculo cognationis, in pari gradu agna-
tionis habetur, Gloss. *latin. ad text. german.* Landr.
lib. 2. art. 20. lit. A. post pr. Matth. Coler. *part. 1.*
6 *decis. 49. num. 3.* † Idemque ex rationis Identitate
de rebus expeditoriis asserendum, ut scilicet ad ha-
rum successionem frater consanguineus simul cum
fratre utrinque conjuncto admittatur, Matth. Ber-
lich. *dict. conclus. 24. n. 57.* Coler. *de process. execut.*
part. 1. cap. 3. n. 273. & part. 2. decis. 262. n. 3. Daniel
Moller. *dict. c. 5. n. 1.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: So viel aber das Heergeräthe anlanget / ist solches auff euch und den halbbürtigen Bruder vom Vater zugleich gebracht und verfället worden/ und ihr habt euch dessen allein anzumassen nicht fug / V. R. W.)

Definit. X.

Fratrum, sororumq; utriq; conjunctorum liberi in foro Saxonico cum fratribus ex uno latere simul in capita succedunt.

1 Filii fratrum utrinque conjunctorum de jure civi-
li fratres ex uno duntaxat latere junctos, uterinos
scilicet & consanguineos, à successione excludunt,
Auth. cessante vers. Et quidem prædicti fratris filius.
Auth. post fratres C. de legit. hered. Novell. 118. cap si
igitur defunctus 3. vers. Unde consequens est, &c.
2 † Idque propter jus repræsentationis, quo patris lo-
co esse finguntur, ejusque jure gaudent, *supr. Defi-*
nit. 8. Joh. Schneidevv. *ad pr. instit. de hered. quæ*
ab intest. defer. sub tit. de tertio ordin. succed. n. 16.
3 † Quod jus repræsentationis cum ultra fratrum
filios non extendatur, sequitur inde, fratrum Ne-
potes hoc jure avorum neutiquam gaudere, sed per
fratres ex uno latere junctos ceu constitutos in gra-
du proximiori à successione patrui magni prorsus
excludi, ut rectissimè sentit Matth. Berlich. *part. 3.*
4 *concl. 24. num. 60.* † At nec in fratrum sororumve
utrinque junctorum liberis jus repræsentationis lo-
cum habet in foro Saxonico, *supr. Defin. 1.* Sed in
pari gradu, puta tertio, cum defuncti fratribus ex
uno latere junctis reperiuntur, *art. 3. in med.* Landr.
5 *lib. 1.* † Ex quo fit, quod fratres ex uno latere
junctos non excludant, sed unà cum illis patruo æ-
qualiter & in capita succedant, *art. 20. sub fin. vers.*
Ungezweyter Bruder Kinder. *lib. 2.* Landr. Johan.
Schneidevv. *dict. loc. n. 17.* Matth. Coler. *part. 1. de-*
cis. 49. n. 22. Virgil. Pingitz. *quæst. 5. n. 11.* Wesenbec.
6 *vol. 2. consil. 28. n. 19.* † Quod & clarâ sanctione Il-
lustrissimi Saxoniæ Electoris approbatum est; *h.*
Constit. *18. f.* Wann aber ein halber Bruder und
Schwestern und vollbürtiger Geschwister Kinder
verbleiben/ so sollen dieselbigen zugleich zugelassen
werden/ und das Erbe nach der Personen Anzahl
in capita nehmen und theilen/ &c. Berlich. *dict. con-*
clus. 24. n. 63.

Ita Domini in causa Caspari Wagners & Consortium zu Bockendorff/ Mens. Aug. Anno 1631. (Verba sent: Ist Jacob Wagner zu Bockendorff Todes verfahren/ und hat euch seinen halbbürtigen Bruder Caspar Wagnern an einem, und dann seiner vollbürtigen Geschwister Kinder am andern Theil/ zusammt einem Bauergut und etlichen Mobilien / nach sich verlassen: So hat er solche seine gantze Verlassenschafft auff euch/ und der vollbürtigen Geschwister Kinder zugleich / nach den Häuptern zu vertheilen/ gebracht und verfället/ und es ist ein Theil das andere davon auszuschliessen nicht befugt/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Grossens zu Wesenitz / Mens. Februar. Anno 1633. (Verba sent: Ist Andreas Große vor etlichen Wochen Todes verfahren / und hat euch seinen halbbürtigen Bruder an einem / und seiner vollbürtigen Schwester Kinder am andern Theil / sammt einer Erbschafft / nach sich verlassen/ &c. So hat er seine gantze Verlassenschafft auff euch und seiner vollbürtigen Geschwister Kinder zugleich / nach den Häuptern zu vertheilen / gebracht und verfället / und es ist unter euch keines das andere auszuschliessen befugt/ V. R. W.)

Definit. XI.

In bonis autem utensilibus soror uterina sororis utriq; conjunctæ filiam excludit.

1 Neutiquam tamen hoc ipsum ad successorem
Geradæ extendi debet: Quum enim in hâc
agnationis vinculum non attendatur, sed sola co-
gnatio in considerationem veniat, *supr. Definit. 9.*
2 Hartm. Pistor. *part. 1. q. 33. n. 21.* sequitur inde, † so-
rorem uterinam, agnationis vinculo non conjun-
ctam, haud remotiorem reputari, quàm sororem
utrinque conjunctam, parique in gradu defunctæ
sorori, puta secundo, junctam censeri, Hart. Pistor.
dict. loc. Dan. Moller. *lib. 2. semestr.* Matth. Coler.
part. 1. decis. 49. n. 28. supr. part. 2. Const. Elect. *14.*
3 *Defin. 56.* † ac propterea sororis utriq; conjunctæ
filiam tanquam in gradu tertio ac remotiori consti-
4 tutam à successione excludere, † cessante nempe
in foro Saxonico jure repræsentationis in linea col-
laterali, *supr. Defin. 1.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5.*
5 *tit. de succss. cognat. transv. n. 21.* † Nec contra id
urgeri potest *artic. 5. lib. 3.* Landr. qui duplicitatem
vinculorum etiam in successione geradæ requirere
videtur (Wer Gerade fordert / soll vollkömmlich
6 von Weibes halben dazu gebohren seyn.) † Quia
ibi vocabulum (vollkömmlich) non de duplicitate
vinculorum, sed de sola ac mera cognatione, non
habitâ ratione masculorum, accipi debet, ut docet
Hartm. Pistor. *dict. quæst. 33. circa fin.* & dixi *supr. dict.*
Definit. 56. Constit. *14. p. 2.*

Ita Domini in causa Matthæi Lambs zu Leipzig / Mens. Decembr. Anno 1626. (Verba sent: Ist Dorothea Hessin Todes verfahren / und hat ihrer vollbürtigen Schwester Tochter an einem / und ihre halbbürtige Schwester von der Mutter am andern Theil/ zusammt einer Gerade/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie berührte Gerade auff ihre halbbürtige Schwester von der Mutter allein bracht und verfället / und der vollbürtigen Schwester Tochter hat daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. XII.

Similiter & frater consanguineus, fratris utriq; junctæ filium, à successione rerum expeditoriarum excludit.

1 Quemadmodum in geradâ sorori uterinâ so-
roris utrinque conjunctæ filiæ, *Defin. praced.*
Ita in rebus expeditoriis frater consanguineus fra-

fratris utrinque conjuncti filio, ratione succesſionis præfertur, ex rationis ſcilicet identitate, quod uti in bonis utenſilibus ſolius cognationis ratio habeatur, † ita in rebus expeditoriis ſola agnatio attendatur, *ſupr. Defin. 9.* perinde ut in feudis ſola agnatio jus ſuccedendi tribuit, † nec cognatio in conſiderationem venit, aut gradum propinquiorem facit, *cap. 1. §. his verò, de grad. ſucceſſ. in feud. ubi* Bald. Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 151.* † Ratione verò agnationis, frater conſanguineus defuncto in gradu ſecundo conſtitutus fuit, *§. ſecundo gradu 2. inſt. de gradib. cognat. l. JCtus 10. §. ſecundo gradu 13. verſ. frater quoq; ff. eod. tit.* † Quidni ergò fratris utrinq; juncti filium in tertio gradu defuncto junctum, à ſucceſſione rerum expeditoriarum excluderet? *art. 3. ſub fin. verſ.* Der ſich aber zu dem Sip ziehen mag/ ꝛc. *lib. 1.* Landr. Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de ſucceſſ. cognat. transv. num. 21.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 24. n. 65.*

Ita Domini in cauſa Matthäi Gumpels zu Dieben / Menſ. Decemb. Anno 1606. (Verba ſent: Iſt Caſpar Gumpel unlängſten ohne männliche Leibes-Erben geſtorben/ und hat euch als ſeinen halbbürtigen Bruder vom Vater an einem/ und ſeiner zweyer vollbürtigen Brüder Söhne am andern Theil / zuſammt etlichen Stücken zum Heergeräthe gehörig/ nach ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat er letzo berührte Stücken / wofern das Heergeräthe des Orts bräuchlichen/ auff euch alleine bracht und verfället / und ſeiner vollbürtigen Brüder Söhne haben daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Fratres ex uno duntaxat latere conjuncti, fratrum ex uno latere liberos in foro Saxonico excludunt.

1 NEmo dubitabit, quin fratrum ex uno latere junctorum liberi, per fratres ſororesque ex uno latere itidem conjunctos à ſucceſſione patrui excludantur, per tradita *ſupr. Defin. 1.* Joh. Schneidewin. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de tertio ordin. ſucced. num. 25.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 24. n. 70.* † Quamvis de jure civili aliter
2 res ſe habeat, & liberi fratrum uterinorum, vel conſanguineorum, unà cum fratribus ex uno latere conjunctis admittantur in ſtirpes, † propter jus
3 nempe repræſentationis, *Novell. 118. cap. 3. verſ. Si autem defuncto fratres fuerint.* Joh. Schneidewin. *dict. loc. n. 24.* Valent. Förſt. *de ſucceſſ. lib. 8. cap. 8. n. 6.*
4 † Quod cum in foro Saxonico locum non habeat in linea collaterali, *h.* Conſt. *18. §. ult. ſupr. Defin. 1.*
5 † Quid mirum, ut hoc jure fratrum conſanguineorum & uterinorum liberi, per patruos ex uno licet latere ſaltem junctos, à ſucceſſione excludantur,
6 † quia in remotiori gradu reperiuntur, *artic. 3. ſub fin. verſ.* Der ſich aber zu dem Sip ziehen mag. *lib. 1.* Landr.

Ita Domini in cauſa Ferdinandi Frobergers zu Qveis/ Menſe Majo, Anno 1626. (Verba ſentent: Iſt euer halbbürtiger Bruder Todes verfahren/ und hat euch ſeinen halbbürtigen Bruder an einem / und ſeiner halbbürtigen Schweſter Kinder am andern Theil/ zuſammt einer Erbſchafft/ nach ſich verlaſſen / Da nun kein vollbürtiger Bruder verhanden/ ſo noch am Leben wäre/ ꝛc. So hätte der Verſtorbene ſeine Erbſchafft auff euch allein bracht und verfället/ und der halbbürtigen Geſchwiſter Kinder hätten daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. XIV.

In terris Electoratus Saxonici fratres ſororesvè, ex uno latere juncti, ſoli ſuccedunt, excluſo defuncti patruo utrinq; conjuncto.

QUid vero, *ſi fratres ororesvè, ex uno latere* 1
juncti, cum defuncti patruo, amitâ, avunculo vel materterâ ex utroq; latere conjunctis concurrant? Solos fratres ſororesvè ex uno duntaxat latere licet conjunctos, hoc caſu ad ſucceſſionem admitti, reliquis perſonis excluſis, † de jure civili 2
expeditum eſt, per text. *in Auth. poſt fratres C. de legit. hered.* Joh. Schneidew. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de tertio ordin. ſucced. n. 26.* Ambroſ. Schürer. *in tract. de ſucceſſ. tit. de ſucceſſ. transv. 12. n. 8. dilat. 8. verſ. ſive ex uno latere tantùm.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 24. num. 71.* † Quod & ad fratris ex uno latere conjuncti filios 3
rectiſſimè extenditur, ut ſcilicet per hoſce etiam propter jus repræſentationis patruus excludatur, *dict. Auth. poſt fratres verſ. hi autem fratrum filii C. de legit. her.* Joh. Schneidew. *dict. loc.* † Hancque 4
juris civilis diſpoſitionem ſecutus Elector Saxon. Illuſtriſſimus fratres ſororesvè conſanguineos vel uterinos patruo vel avunculo, amitæ vel materteræ ex utroque licet latere conjunctis, in ſucceſſione præferri juſſit, † *h.* Conſt. *18. §.* Würde ein Mann 5
oder Weibsperſon verſterben/ und hinter ſich einen Bruder oder Schweſter von halber Geburt/ und des Vaters oder Mutter Geſchwiſter von voller Geburt verlaſſen/ ſo ſoll das Erbe auff den halben Bruder oder Schweſter allein verfallen/ und des Vatern oder Mutter Geſchwiſter davon ausgeſchloſſen werden. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 8.* Matth. Berlich. *dict. concl. 24. n. 29.* † Reſpexit ſcilicet Conſtituens Illuſtriſſi- 6
mus proximitatem ſanguinis, ejusq; majorem, quàm proximitatis graduum rationem haberi voluit: † Si enim ex uno corpore matris natus ſit frater ute- 7
rinus, vel ex ejuſdem patris ſanguine procreatus frater conſanguineus, proximior eſt defuncto ratione ſanguinis, quàm patruus. † Quæ ratio multo magis 8
locum habet, ſi frater conſanguineus vel uterinus concurrat cum patruo ex uno ſaltem latere juncto, quem propterea non minus excludi, rectè arbitratur Berlich. *dict. loc.* † ubi hoc etiam ad ſucceſſionem 9
Geradæ extendit, ut nempè ſoror uterina ſola ſuccedat in bonis utenſilibus, materterâ prorſus excluſâ, cum Dan. Moller. *hîc n. 6.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Thams zu Köhren / Menſ. Majo, Anno 1633. (Verba ſentent: Iſt Abraham Tham Todes verfahren / und hat euch ſeines Vatern vollbürtigen Bruder an einem / und ſeine halbbürtige Geſchwiſter von der Mutter am andern Theil / zuſammt einer Erbſchafft und Heergeräthe/ hinter ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat er / vermöge Churfürſtl. Sächſiſcher Conſtitution, berührte Erbſchafft auff ſeine halbbürtige Geſchwiſter allein/ das Heergeräthe aber auff euch gebracht und verfället/ V. R. W.)

Et in cauſa liberorum Chriſtophori Kupffers zu Geithen/ Menſ. Febr. Anno 1634. (Verba ſententiæ: Iſt Maria / Thomæ Zſchillens hinterlaſſene Tochter erſter Ehe/ Todes verfahren / und hat euch ihrer Mutter vollbürtige Geſchwiſter an einem / und ihren halbbürtigen Bruder am andern Theil / zuſammt einer Erbſchafft und Gerade / hinter ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat ſie die Erbſchafft auff ihren halbbürtigen Bruder / die Gerade aber auff

muß euch ihrer Mutter Schwestern bracht und verfället/ eure Brüder aber haben daran keine Forderung/ V. R. W.)

It. in causa Margarethen Barthels zu Bischofswerda / Mens. Jan. Anno 1633.

Et in causa Sororum Adami Buhlens zu Thalwitz / Mens. Febr. Anno 1633.

Definit. XV.

Quin & extra Electoratum in foro Saxonico, patruus defuncti per fratrem consanguineum vel uterinum, à successione excluditur.

1 AT, nonne frater consanguineus vel uterinus propter duplicitatem vinculi in tertio gradu defuncto est constitutus in foro Saxonico, *art. 3. in med. vers.* Ist aber einige Zweyung *lib. 1.* Landr.
2 † Quî ergò fit, ut præferatur patruo ex utroque latere juncto, qui in pari gradu, scilicet tertio, habe-
3 tur? Commovit † hoc quondam Interpp. juris Saxonici, ut patruum defuncti unà cum ejúsdem fratre consanguineo vel uterino ad successionem in foro Saxonico communi æqualiter admitten-
4 dum existimaverint, † sanctionem Electoralem *h.* Constit. *18. vers.* Würde ein Mann/ ad terras Electoratus restringentes, quia scilicet secundum regulam juris communis in foro quoque Saxonico receptam plures in eodem gradu positi, omnes æqualiter succedunt, *art. 3. sub fin. vers.* Der sich aber näher zu dem Sip ziehen mag/ *lib. 1.* Landr. Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 17. num. 20. post pr.* Reinh. *part. 2. differ. 32. vers. de Jure Saxonico.* Coler. *part. 1. decis. 49. num. 19.* Aut. Consult. Constit. Saxon. *tom. 1. part. 5. quæst. 41. num. 1. & seqq.* Urtheil *post* Weichbild: Zwiespalt auff gemeldten Fall im Schöppenstuel zu Leipzig / *post med. vers.*
5 Darauff bitten wir. † Quorum sententiam etiam amplexus est Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 24. num. 76.* sed concesserim eam de rigore Juris Sa-
6 xonici, † quem omnino vincit æquitas in sanguinis proximitate fundata, quam tanti æstimavit Saxo Serenissimus, ut in promulgatione *hujus* Constit. ab ea se dimoveri haud passus fuerit, *Defin. præced.*
7 † Quidni ergò eandem, extra Provincias Electoratus, in foro Saxonico sequeremur? præsertim,
8 † cum hanc juri divino quoque consentaneam esse videmus, *Num. 27. vers. 8. & seq.* Neutiquam igitur in foro Saxonico communi ab hac æquitate
9 recedendum putavêre Scabini Lipsienses † extra Provincias etiam Electoratus, secundum sanctionem juris civilis pronunciantes, ac fratres consanguineos vel uterinos patruo utrinque conjuncto in
10 successione præferentes, † nisi forsan contrarium expressâ alicujus Provinciæ Lege vel consuetudine introductum doceretur, Coler. & Berlich. *dict. loc.* Urtheil *post* Weichbild/ *tit.* Halber Bruder nimt Erbe vor Vaters Bruder. Urtheil *post* Landr. *tit.* Von *Succession* auff Erbgüter. *col. 3. vers.* Hätte auch ein Mann hinter ihm verlassen/ *fol. 337.* Gloss. *lat. ad text. Germ.* Landr. *lib. 2. art. 20. lit. D.* Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. p. ult. q. 113. n. 1. & seqq. & tom. 2. part. 5. quæst. 1.*

Ita Domini in causa Nobilium quorundam Holsatorum, Consilium supereadem exhibitum approbantes eique subscribentes, ad petitionem D. Cancellarii zu Gottorff in Holstein / Mens. August. Anno 1633. (Tenor subscriptionis hic fuit: Exhibita nobis Serenissimi Electoris Saxoniæ Scabinis facti specie, cum annexis dubitandi & decidendi rationibus, in causa sorores defuncto H. ab A. Nobili Holsato ex uno latere conjunctas ab unâ, ejusdemq; avunculos ex utroque latere, Viros itidem Nobiles O. & V V. P. ab alterâ parte, in puncto successionis concernente, singula quæque jura, quæ à Domino Consultore prolata fuere, probè ponderantes, id potissimum controverti deprehendimus: An sorores ex uno latere præferendæ sint de Jure Saxon. in successione, avunculis ex utroque latere conjunctis defuncto N. ab A. de cujus hereditate disceptatur? Equidem affirmativam sententiam summâ niti æquitate, fateri necessum habemus; quum sorores ex uno latere vel ratione sanguinis ex ejusdem nimirum patris sanguine procreatæ, si consanguineæ sunt, vel ex uno corpore matris natæ, si uterinæ, proximiores videantur avunculis utrinque licet defuncto junctis: Quamvis nos haud lateat rigor Juris Saxonici, fratres sororesvè ex uno latere in tertio & sic cum patruis vel avunculis ex utroque latere in pari gradu constituentis, obque hanc paritatem proximitatis, hosce cum illis simul ad successionem admittentis; Quo juris rigore sepposito Illustrissimus Elector Saxoniæ ceu juris Saxonici interpres æquiorem sententiam in ditionibus sui Electoratus amplexus, fratres sororesvè ex uno latere patruis & avunculis defuncti ex utroque latere in successione præferri jussit in Const. 18. vers. Würde ein Mann oder Weibesperson/ &c. part. 3. Secundum quam Constitutionem Antecessores nostros, procul dubio æquitate ductos, extra Provincias quoque Electoratus Saxonici hactenus respondisse compertum habemus.

Attamen cum in inclyto Holsatiæ Ducatu, Juris Saxonici rigorem hoc in passu, usu receptum & approbatum, & juxta hunc nomine Serenissimi Regis Daniæ in judicio contradictorio pronunciatum fuisse, Dn. Consultor fidem fecerit, eaque propter præsenti in casu pro avunculis decidere non dubitaverit: Decisum hoc votis nostris haud approbare non possumus; Quin potius secundum tradita Dn. Consultoris testamur, & ingenuè profitemur, Responsum hoc Juribus Holsatiæ Provincialibus conforme & consentaneum, atque hinc avunculos Nobilis defuncti ab A. O. & V V. P. unà cum ejusdem sororibus ex uno latere ad hereditatem in capita dividendam admittendos esse; Salvo tamen uniuscujusque melius & rectius sentientis judicio; in cujus rei testimonium Collegii nostri sigillum affigi curavimus. Actum Lipsi. 9. Aug. 1633.)

Et in causa Johann Schubarts zu Dieben / Mens. April. Anno 16.6. (Verba sententiæ: Seynd Jonas und Esaias die Müllere ausserhalb Landes verstorben / und haben ihrer Mutter vollbürtige Brüdere an einem / und ihre halbbürtige Geschwister im Anhaltischen Lande am andern Theil/ zusammt einer Erbschafft / nach sich verlassen/ &c. So haben sie ihre Verlassenschafft auff die halbbürtige Geschwister bracht und verfället / und der Mutter Brüdere haben daran keine Forderung/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Fratrum consanguineorum vel uterinorum liberi cum defuncti patruo utrinq; juncto ad successionem non admittuntur, sed ab eodem excluduntur.

NOn tamen superat proximitas sanguinis pro- 1
ximitatem graduum in ulterioribus personis, præter fratres sorores ex uno duntaxat latere junctos; † Veluti si horum liberi cum pa- 2
truo vel matertera, avunculo seu amita, defuncto utrinque conjunctis concurrant? † Nec 3
enim tùm consanguineorum vel uterinorum fratrum liberi patruum aliasque personas similes excludunt, sed ab iisdem à successione exclu-

dun-

ducur, *hâc* Constit. *18. §.* Des Vaters vollbürtiger Bruder und Schwester sollen auch hinwieder der halben Brüder Kinder ausschliessen/ und denselben vorgezogen werden/ Schneidewin. *ad pr. instit. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de tertio ordine succed. num. 28.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 24. num. 28.* † Sublato namque in hisce personis sanguinis respectu, succedit proximitatis graduum consideratio, quæ patruum in tertio & proximiori gradu constitutum solum admittit, † exclusis fratrum consanguineorum vel uterinorum liberis, ceu remotioribus & de jure Saxonico in quarto gradu positis, *juxta art. 3. vers.* Je näher dem Sip *lib. 1.* Landr. Schneidew. *dict. loc. ubi* Wesenb. *in marg. lit. D.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 49. n. 18.* † Nisi quis jus repræsentationis urgere velit, cujus vigore de jure civili fratrum ex uno latere junctorum liberi locum patris sui intrant, & patruum defuncti junctum excludunt, Auth. *post fratres vers. hi autem fratrum filii C. de legit. hered. supr.* Defin. *14. n. 3.* † Sed in foro Saxonico jus repræsentationis in linea collaterali locum non habet, *hac* Constitut. *18. §. ult. Supr.* Defin. *1.* † Nil itaque fratrum filios hoc casu jus repræsentationis juvare poterit, Joh. Schneidew. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Marci Ziebehrs zu Freyburg / Mens. Sept. Anno 1601. (Verba sentent: Ist Eva/ Hansen Geringswalden Tochter / unverheyrathet gestorben/ und hat ihrer Mutter vollbürtige Schwester Annen Rauchin an einem/ und euch ihrer halbbürtigen Schwester Susannen Dreßings Sohn am andern Theil nach sich verlassen/ &c. So hat sie ihre Verlassenschafft auff gedachte Annen Rauchin allein gebracht und verfallet / und ihr habt daran keine Forderung/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Cum patruo tamen defuncti, ex uno tantummodo latere conjuncto, fratrum consanguineorum & uterinorum liberi simul succedunt.

1 ALia sanè ratio est, si patruus vel amita, avunculus vel matertera, defuncto haud utrinque sed
2 ex uno solummodo latere sint conjuncti: † Etenim quia personæ hæ in quarto gradu æquè existunt, ac fratrum consanguineorum vel uterinorum liberi, nulla ratio obstat, quæ hos à successione arcere queat, sed indifferenter omnes simul admittuntur,
3 † tanquam in quarto gradu constituti, *art. 3. sub fin. vers.* Der sich aber näher zu dem Sip ziehen mag/ *lib. 1.* Landr. Matth. Berlich. *part. 3. concl. 24.*
4 *num. 83.* † Quod & probat haud obscurè Constit. hæc Elect. *verb.* Des Vaters vollbürtiger Bruder und Schwester / &c. Unde à contrario sensu inferre licet, patruum ex uno latere fratrum consanguineorum vel uterinorum liberos haudquaquam excludere, *arg. l. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.*

Ita Domini in causa Nicolai Nebels zu Mühlberg/ Mense Majo, Anno 1634. (Verba sentent: Ist Anna Bergerin Todes verfahren / und hat ihrer Mutter halbbürtigen Bruders Tochter an einem/ ihrer Mutter halbbürtige Schwester Martin Vogels Eheweib am andern / und ihres halbbürtigen Bruders Kinder dritten Theils / zusammt den jenigen/ so sie von ihren Eltern ererbet / nach sich verlassen/ &c. So hat sie solche ihre Verlassenschafft auff gedachter Personen/ als der Mutter Bruder Tochter / der Mutter halbbürtige Schwester / und des halbbürtigen Bruders Kinder zugleich/ weil sie alle in gleichem Grad seyn/ nach den Häuptern zu vertheilen gebracht und verfället/ und es ist keines unter diesen das andere davon auszuschliessen befugt/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Succedunt itidem de jure Saxonico simul in capita fratrum consanguineorum & uterinorum liberi cum patruelibus & consobrinis utrinq; conjunctis.

PAriter quoque fratrum & sororum consangui- 1
neorum vel uterinorum liberi admittuntur, si non ipsemet patruus vel amita, avunculus vel matertera adsint, sed horum utrinque conjunctorum liberi superstites extiterint: † Etenim quia in foro 2
Saxonico hi liberi indifferenter omnes in pari, videlicet quarto existunt gradu, utique & pariter in capita succedunt, † quia plures in eodem gradu 3
positi, æqualiter omnes ad successionem admittuntur, *art. 3. sub fin. vers* Der sich aber näher zu dem Sip ziehen mag/ *lib. 1.* Landr. Virgil. Pingitz. *quæst. 5. num. 11.* Matth. Berlich. *part. 13. conclus. 24. n. 99.* † Quamvis de jure civili hoc casu res aliter se ha- 4
beat, & fratrum atque sororum consanguineorum vel uterinorum liberi, patrui vel amitæ, avunculi vel materteræ liberos prorsus excludant, † non so- 5
lùm ob proximitatem gradus, cum hi jure civili in tertio, reliqui verò in quarto gradu reperiantur, *l. JCtus 10. §. 14. sub fin. & §. 15. in med. vers. matertera filius ff. de gradib.* † Sed & propter jus 6
repræsentationis, quo defuncti patruum etiam excludunt, Auth. *post fratres vers. hi autem fratrum filii C de legit. hered. Supr.* Definit. *14. num. 3.* Ergò multo magis ejusdem liberos, *arg l. de accessione 14. §. & si mihi pignori 33. ff. de diverf. temp. præscript.*

Ita Domini in causa Nobilium à Mergenthal, Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent: Ist Jungfrau Gutterodin unlängsten Todes verfahren/ und hat ihres Vatern vollbürtigen Bruders Kinder an einem / und euch ihres halbbürtigen Bruders Kinder am andern Theil/ zusammt einer Summa Geldes als Erbe/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie solches Geld auff ihres Vaters Bruders Kinder/ und euch ihres halbbürtigen Bruders Kinder/ zugleich nach den Häuptern zu vertheilen gebracht und verfallet / und ihr möget davon nicht ausgeschlossen werden/ V. R. W.)

Et in causa heredum Martini Ebers an Johann Hölzen zu Waldenburg / Mens. Novembr. Anno 1633. (Verba sentent: Ist unlängsten Martin Erler zu Ziegenhaim Todes verfahren/ und hat seiner Mutter dreyer vollbürtiger Bruder Kinder / derer insgesammt 12. seyn/ an einem/ und seiner zweyen halbbürtigen Geschwister 6. Kinder am andern Theil/ zusammt einer Erbschafft/ nach sich verlassen/ &c. So hat er solche seine Verlassenschafft auff seiner Mutter Bruder Kinder und der halbbürtigen Geschwister Kinder/ weil sie alle/ nach Sachsen-Recht/ im vierdten Grad der Anverwandnüß seyn / zugleich nach den Häuptern und in 18. Theil zu vertheilen/ gebracht und verfället/ und es ist kein Theil das andere davon auszuschlieffen befugt/ V. R. W.)

Item in causa heredum Magdalena Sahlfeldin zu Rath zu Harta/ Mens. Februar. Anno 1630. (Verba sentent: Ist Magdalena Sahlfeldin Todes verfahren / und hat ihrer halbbürtigen Geschwister Kinder an einem/ ihres Vatern vollbürtiger Schwester Kinder am andern/ und ihrer Mutter Schwester Kinder von voller Geburt am dritten Theil/ zusammt einer Erbschafft/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie solche ihre Verlassenschafft auff ihrer halbbürtigen Geschwister Kinder / und auff ihres Vatern

teru und Mutter vollbürtiger Geschwister Kinder nach den Häuptern zugleich zu vertheilen / gebracht und verfället / V.R.W.)

It. in causa Valentini Brettings & Consort. zu Dahlwitz / Mens. April. Anno 1598.

In causa Catharinæ & Margarethæ Quirlingen, Mens. April. Anno 1609.

In causa Johannis Schimmels zu Colleda / Mens. Mart. Anno 1596.

In causa Elisabethæ Volckners zu Werdaw / Mense Majo, Anno 1597.

In causa Martini Burckards zu Meissen / Mens. Jul. Anno 1600.

Et in causa Christinæ Sparwards zu Probstdeuben / Mens. Majo, Anno 1632.

Definit. XIX.

Nepotes ex fratre vel sorore defuncti, cum ejusdem patruelibus, & consobrinis, pariter in capita ad successionem admittuntur.

1 SI defunctus reliquerit nec fratres vel sorores, utrinque vel ex uno latere tantùm conjunctos, neque eorum filios, sed alios collaterales solos, tunc hi omnes, si utroque latere sint conjuncti, de jure civili pariter & Saxonico secundum gradus prærogativam in capita succedunt, *Auth. post fratres fratrumq; filios C. de legit. hered. Novell. 118. cap. Si igitur defunctus 3. §. si verò neq; fratres art. 3. lib. 1.* Landr. Joh. Schneidew. *ad pr. instit. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de tertio ord. succed. n. 31.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 49. num. 14. & seq.* Joh. Harppr. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. num. 449. & seqq.* Valent. Först. *de success. lib. 8.*
2 *cap. 9. n. 1. & seq.* † Nec refert an masculi aut fœminæ sint, agnati vel cognati, *dict. Auth. post fratres in fin. C. de legit. her. Novell. 118. cap. 3. in fin. & c. 4.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 24. n. 85.* Harppr. *dict.*
3 *loc. n. 449. & n. 451.* † Ideoque si quis decesserit, relictis Nepotibus ex fratre vel sorore ab una, & patruelibus vel consobrinis, h.e. patrui, avunculi, amitæ vel materteræ liberis ab altera parte; † Quia hi
4 omnes in quarto gradu defuncto sunt constituti,
5 † utiq; & pariter in capita ad successionem erunt admittendi, *juxta dict. Novell. 118. c. 2. lib. 1.* Landr.

Ita Domini in causa Severini und Hansen der Jenicken zu Tammendorff / Mens. Januar. Anno 1619. (Verba sentent: Ist unlängsten Thomas Schultze Todes verfahren / und hat euch als seiner Mutter Bruder Kinder an einem / und seiner Schwester Sohnes Kinder am andern Theil / zusammt einer Erbschafft / nach sich verlassen / ꝛc. So hat er solche Verlassenschafft auff euch und seiner Schwester Sohnes Kinder zugleich / weil ihr allesammt gleich nahe gesippet / und verwandt seyd / nach den Häuptern zu theilen / bracht und verfället / und ihr habet euch solcher allein anzumassen nicht fug / V.R.W.)

It. ad Consultationem Johannis Oßwalds zu Zeiß / Mens. Febr. Anno 1620. (Verba sentent: Ist eine Frau vom Adel / von welcher euere Frage meldet / verstorben / und hat ihres vollbürtigen Bruders Kindes-Kinder an einem / und ihrer Mutter Schwester Tochter am andern Theil / zusammt etlichen Gütern nach sich gelassen / ꝛc. So hat sie ihre gantze Verlassenschafft / zu Erbe und Erb-Recht gehörig / auff vorgedachte ihres vollbürtigen Bruders Kindes-Kinder und ihrer Mutter Schwester Tochter zugleich nach den Häuptern zu theilen gebracht und verfället / V.R.W.)

It. in causa Augusti Basilii Cæsaris zu Arttern / Mens. Febr. Anno 1635.

Et in causa Sebastian Guntzens zu Merseburg / Mens. Majo, Anno 1621.

Definit. XX.

Patruus defuncti, ejusdem patrueles & consobrinos à successione excludit.

SImiliter hinc inferendum, si defunctus patruum 1
vel amitam, avunculum vel materteram, ut & alterius patrui vel avunculi, amitæ vel materteræ liberos, patrueles nempe & consobrinos reliquerit, quod tùm patrueles & consobrini † ceu, existentes 2
in quarto gradu, *l. JCtus 10. §. quarto gradu 15. vers. eodem gradu sunt ff. de gradib. & affin.* succedere haud possint, † sed patruus vel amita, similesque 3
personæ, utpote in tertio & proximiori gradu cognationis constitutæ, *dict. l. 10. §. 14. vers. patruus ff. de gradib. & affin.* duntaxat admittantur, † reliquis 4
à successione exclusis, *l. avunculo 6. ubi* Bartol. & Salycet. *Codic. comm. de succeff.* Nicol. Boër. *decis. 302. n. 1. & seq.*

Ita Domini in causa heredum Martini Gräffens zu Schkeuditz / Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent: Ist Christoff Schneiders Tochter Todes verfahren / und hat ihres Vatern ingedachtes Christoff Schneiders vollbürtige Schwester an einem / und euch / als ihrer Mutter Schwester Kinder / am andern Theil / zusammt der Erbschafft / so sie von ihren Eltern und Bruder ererbet / nach sich verlassen / ꝛc. So hat sie solche ihre Verlassenschafft auff ihres Vatern vollbürtige Schwester allein bracht und verfället / und ihr als mit der verstorbenen Geschwister-Kindere / weil ihr eines Grades weiter seyd / habet daran keine Foderung / V.R.W.)

It. in causa der Fleischerischen Erben zu Meußelwitz / Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Ist Elisabetha Fleischerin Todes verfahren / und hat ihrer Mutter vollbürtige zwey Geschwister an einem / der Mutter vollbürtigen Schwester Tochter am andern / und der Mutter halbbürtige vier Geschwister am dritten Theil / zusammt dem jenigen / so sie von ihrem Großvater Jacob Fleischern ererbet / und noch meistentheils an Tagezeit-Geldern auff dem Fleischerischen Gute stehet / nach sich verlassen / ꝛc. So hat sie solche ihre gantze Verlassenschafft auff ihrer Mutter vollbürtige zwey Geschwister alleine gebracht und verfället / und der Mutter halbbürtige Schwester-Tochter / wie auch der Mutter halbbürtige Geschwister haben daran keine Foderung / V.R.W.)

Et in causa Daniel Büttners zu Dahlen / Mens. Decemb. Anno 1632.

Definit. XXI.

Patruus vel amita &c. utriq; juncti excludunt à successione patruum vel amitam, similesq; personas ex uno latere conjunctas.

COnveniunt ergò jura Saxonica cum jure ci- 1
vili circa successionem collateralium, qui invicem utrinque sunt conjuncti, *supr. Definit. 19.* † Sed in junctis ex uno duntaxat latere, pluralitas 2
vinculorum de jure Saxonico discrimen constituit & gradum remotiorem facit, *artic. 3. in med. vers.* Ist aber einige Zweyung. *lib. 1.* Landr. unde diversitas in successione horum collateralium in foro Saxonico exorta est. † Etsi enim non 3
desint, qui dispositionem hanc juris Saxonici ad solos fratres consanguineos & uterinos restringunt, † ut videre est apud Modest. Pistor. *part.* 4
3. quæst. 113. Nicol. Reusn. *lib. 1. decis. 13.* Aut. Consult. Constit. Saxon. *tom. 1. part. 5. quæst. 42.* procul dubio tamen verius est, † disparitatem illam 5
successionis inter fratres utroque, vel altero tantùm parente conjunctos, extendi ad quoscunque agnatos etiam remotiores, ita scilicet † quod 6
semper in computatione graduum descendentes

à fratre

à fratre ex altero tantum latere sint remotiores, quàm descendentes à fratre ex utroque parente conjuncti, ex sententia Joh.Schneidew. *ad pr. instit. de* juncti, ex sententia Joh.Schneidew. *ad pr. instit. de hered.quæ ab intest.defer. sub tit. de tertio ordine succed.num.35.* Christ.Zobel. *part.3.differ.17.n.14.& 21.* Dan.Moller. *hîc n.2.* Matth.Wesenb. *part.1.consil.13.num.55.* Matth. Coler. *part.1. decis.49. n.17.*
7 † quæ non modo in generalitate *d.art.3.lib.1.* Landr. *& h.* Constit. *18. vers.* Des Vaters vollbürtigen Bruder/ &c. fundata, ut demonstrat multis Matth. Berlich. *part.3. conclus.24.n.92.& 93.* ubi & ad con-
8 traria respondet, † sed etiam observantiâ fori Saxonici recepta est, teste Schneidevv. *dict.loc.* Cui con-
9 sequens, † collaterales ex uno latere descendentes à collateralibus utrinque conjunctis in foro Saxonico à successione excludi, quia scilicet semper proximior remotiori præfertur, *dict.art.3. vers.* der sich
10 aber zu dem Sip ziehen mag. *lib.1.* Landr. † Adeoq; si quis decesserit relicto patruo, avunculo, amitâ vel materterâ, ex uno saltèm latere junctis ab unâ, & patruo, amitâ & similibus personis ex utroque latere conjunctis ab alterâ parte, hi soli in foro Saxonico
11 succedunt tanquam in tertio gradu positi, † reliquis ceu remotioribus & in quarto gradu constitutis prorsus exclusis, Matth.Coler. *part.1. decis.49. n.17.*
12 † Quamvis hæ omnes personæ de jure civili ob paritatem graduum æqualiter succedant *l.2. §. hereditas 2. ff. de suis & legit. hered.* Coler. *dict.loc.n.16.*

Ita Domini in causa Petri Kirchners zu Geiten / Mens. Jannar. Anno 1607. (Verba sent: Ist Hans Kirchner gestorben / und hat euch seines Vatern halbbürtigen Bruder an einem/ und seiner Mutter vollbürtigen Bruder am andern Theil nach sich verlassen / &c. So hat er seine Verlassenschafft / zu Erb- und Erb-Recht gehörig/ auff gedachten seiner Mutter vollbürtigen Bruder allein bracht und verfället/ und ihr habt daran keine Foderung/ V.R.W.)

It. in causa Martin Böttigers zu Waldheim/ Mens. Januar. Anno 1633. (Verba sentent: Ist Anna Teichgräbers Todes verfahren/ und hat ihres Vaters vollbürtige Brüdere an einem/und ihrer Mutter halbbürtige Geschwister anders Theils / zusamnt einer Erbschafft / nach sich verlassen/&c. So hat sie solche ihre Verlassenschafft auff ihres Vatern vollbürtige Brüder allein bracht und verfället. Und der Mutter halbbürtige Geschwistere haben daran keine Foderung/ V.R.W.)

It. in causa Quirini vom Ende / Mens. Mart. Anno 1594.
Barbaræ Trammans zu Pulger / Mens. Febr. Anno 1632.
Et in causa liberorum Andreæ Schinicheus zu Xor/ Mens. Sept. Anno 1633.

Definit. XXII.

Patrueles quoque ac consobrini ex patre utrinque juncto præferuntur in successione patruelibus & consobrinis, conjunctis ex uno saltem latere.

1 Quod juris in parentibus, id quoque in liberis obtinet in materiâ successionis, nec pleniori jure hi gaudent quàm illi, à quibus jus succedendi
2 adepti fuêre, *arg. Novell. 118. cap.3.* † Sicuti ergò in foro Saxonico patruus ex uno latere excluditur à successione per patruum, amitam similesque per-
3 sonas utrinque junctas, † ita & illius liberi per
4 harum filios excludentur; Ideoque † si quis decesserit relictis patruelibus, id est, filiis duorum fratrum, quorum unus frater utrinque, alter ab uno latere est conjunctus, de jure Saxonico illi patrueles, quorum pater utrinque est conjunctus, tanquam in quarto gradu positi, præferuntur † reliquis, utpote in quinto & sic remotiore gradu constitutis, *art.* 5
3. vers. Der sich aber zu dem Sip ziehen mag/ *lib.1.* Landr. † Licet quoque hi omnes de jure civili 6
ceu pares ad successionem admittantur, Bartol. *in l. post consanguineos 2. ff. legitima 4. n. un. ff. de suis & legit.* Matth. Berlich. *part.3.concl.24.n.96.*

Ita Domini in causa heredum Veit Gerbers zu Plauen/ Mense Jul. Anno 1634. (Verba sent: Ist Veit Gerbers Tochter verstorben / und hat ihres Vaters halbbürtiger Brüdere und Schwester Kinder an einem/ und dann ihrer Mutter vollbürtiger Schwester Töchter am andern Theil/ zusammt einer Erbschafft / nach sich verlassen/ &c. So hat sie solche ihre Erbschafft auff der Mutter vollbürtiger Schwester Töchter allein gebracht und verfället/und des Vaters halbbürtiger Geschwister Kindere/ weil sie/ nach Sachsen-Recht / eines Grades weiter seyn/ daran keine Foderung / V.R.W.)

Definit. XXIII.

Patrueles ac consobrini ex parentibus utrinq; junctis, cum patruo vel amitâ ex uno latere, pariter in capita succedunt.

Similiter quoq; patruelibus vel consobrinis ex pa- 1
rentibus utrinque junctis, cum patruo, avunculo, amitâ vel materterâ ex uno saltem latere concurrentibus, jus Saxonicum à jure civili circa successionem facit divortium: † Hoc siquidem jure, 2
patruus, amita similesque personæ ex uno licet tantummodo latere junctæ, in gradu propinquiori habentur, quàm patrueles & Consobrini, † cum 3
illi sint in tertio, hi verò in quarto gradu positi, *l. JCtus 10. §. 14. & 15. ff. de grad. & affin.* † Ideoque 4
hisce meritò patruus, amita aliæque personæ in successione præferuntur, Nicol. Boer. *decis.301.num.1. & seq.* † At jus Saxonicum propter vinculi duplicitatem, patruum ex uno latere junctum in gradum 5
remotiorem ponit, eosque omnes pares facit. † Ex 6
quo fit, quod neuter in foro Saxonico alteri præferatur, sed omnes æqualiter in capita admittantur, *art.3. lib.1.* Landr. Matth.Berlich. *part.3. concl.24. num.98.*

Ita Domini in causa Hansen Georgen von Schönbergs auff Schönaw/ Mens. April. Anno 1596. (Verba sententiæ: Ist Fabian Barthol Todes verfahren/ und hat seines Vaters vollbürtigen Bruders Söhne an einem / und seines Vatern halbbürtige Schwester am andern / und dann seines Vatern halbbürtigen Bruder und Schwester Kinder am dritten Theil nach sich gelassen/ &c. So hat er seine Verlassenschafft/ so viel derer zu Erb und Erb-Recht gehörig/ auff gedachtes seines Vaters Brudern Söhne und seines Vaters halbbürtige Schwester zugleich / nach Anzahl der Personen / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / gebracht und verfället / und seines Vatern halbbürtigen Geschwister-Kinder haben daran keine Forderung/ V.R.W.)

Et in causa Andreæ Wincklers zu Denstatt / Mens. Dec. Anno 1603.
Et in causa Johannis Klöbischens zu Sangerhausen/ Mens. Febr. Anno 1603.

Definit. XXIV.

In foro Saxonico, patruus magnus utrinque junctus, cum patruo ex uno latere conjuncto æqualiter succedit.

Efficit porro duplicitas vinculi in patruo ex uno 1
latere, ut præferri nequeat in successione patruo

truo magno utrinque juncto, qui aliàs de jure Civili procul dubio in quarto gradu positus est, *l. JCtus*
2 *10. §. 15. ff. de gradib. & affin.* † adeoque meritò per patruum in tertio consanguinitatis gradu constitutum excluditur *dict. l. 10. §. 14. ff. d. t.* † Sed in foro
3 Saxonico patruus ex uno duntaxat latere junctus ob pluralitatem vinculorum in gradu remotiorem transit, adeoque cum patruo magno utrinque con-
4 juncto in pari gradu habetur. † Quid mirum ergo ut cesset prærogativa, omnesque pariter tanquam in quarto gradu constituti æqualiter succedant, *art. 3. verf.* Der sich aber zu dem Sip ziehen mag. *lib. 1.* Landr.

Ita Domini in causa Elisabethæ Wirthin zu Deitzen/Mens. Dec. Anno 1633. (Verba sent: Ist Elisabetha Berthold in Todes verfahren/und hat euch und euren Bruder / als ihrer Großmutter vollbürtige Geschwister an einem / und dann ihrer Mutter halbbürtigen Bruder am andern Theil/ zusammt einer Erbschafft/nach sich verlassen/ꝛc. So hat sie ihre Erbschafft auff euch und euren Bruder / so wohl auch auff der Mutter halbbürtigen Bruder/weil ihr alle drey der Verstorbenen im vierdten Grad gleich nahe anverwandt gewesen/zugleich nach den Häuptern in drey gleiche Theil zu vertheilen gebracht und verfället/die Gerade aber verbleibet euch als dem nehesten Nistel allein billich / V. R. W.)

Definit. XXV.

Filia sororis, licet spuria, defuncti tamen patrueles & consobrinos à successione excludit.

1 Dubium equidem non est, quin fratris sororisve utrinque junctorum liberi patrueles & consobrinos de jure pariter Saxonico & Civili à successio-
2 ne excludant, † quippe quod hi in quarto gradu positi sint, *l. JCtus 10. §. 15. verf. eodem gradu ff. de grad. & affin.* fratris verò ac sororis liberi in tertio
3 gradu constituti, *d. l. 10. §. 14. ff. d. t.* † Meritò itaque per eos tanquam proximiores excluduntur. †
4 At quid, *si filia sororis spuria sit & extra matrimonium legitimum nata?* † Nihilominus & hanc pa-
5 truelibus ac consobrinis præferendam dixerim; † Siquidem spurii vulgò quæsiti & matri & cognatis per matrem ab intestato succedunt, *l. 1. §. sed & vulgò*
6 *quæsiti 2. ff. ad SC. Tertull. l. 2. verf. itaque l. si spurius*
7 *4. ff. Unde Cognat.* † modò concepti non fuerint
8 ex damnato & per leges civiles punibili coitu, † qui certè sicuti parentibus, ita & invicem succedere nullo modo possunt, Gloss. *in l. ult. C. de nat. liber.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 31. defin. 3. num. 2. & defin. 7. n. 1.*

Ita Domini an Richter und Schöppen zu Auerbach / Mens. Mart. Anno 1588 (Verba sent: Ist Hans Stupel verstorben/und hat seines Vatern und seiner Mutter Schwester Kinder an einem / und dann seiner Schwester Tochter/ welche sie ausser der Ehe mit einem jungen Gesellen erzeuget/sammt etlichen Gütern/nach sich verlassen/ꝛc. So hat er seine hinterlassene Erbschafft auff seiner Schwester Tochter gebracht und verfallet/ und des Vatern und der Mutter Schwester Kinder haben sich derselbigen nicht anzumassen/ V. R. W.)

Definit. XXVI.

Una persona, duplici ratione conjuncta defuncto, veluti patruelis & consobrinus simul existens, duas hereditatis partes lucratur.

1 Defunctus quidam reliquerat duos heredes, quorum alter ipsius patruelis & consobrinus simul fuerat natus, quippe cum eo ex duobus fra-
2 tribus, duabusque sororibus, † inter quas personas matrimonium validè contrahi posse extra dubium est; † Prætendebat hic ergò duplicis personæ re- 3
spectum, obque id duorum heredum vices sustinere, ac duas hereditatis partes lucrari volebat, vel propterea solum, † quod duabus diversis quali- 4
tatibus, quarum quælibet per se potest operari suum effectum, in unâ eâdemque personâ simul concurrentibus, una alteri non deroget, *arg. l. 1. §. consules 1. ubi* Bald. *ad tit. ff. de off. consul.* Joh. Petr. Surd. *consil. 91. num. 19.* † Cui tamen opponebat al- 5
ter heres, quod duæ causæ lucrativæ in unâ eâdemque personâ circa rem eandem concurrere non possent, *§. si res aliena 6. instit. de legat. l. 108. §.* Stichum *4. ff. de legat. 1. l. Mævius 66. §. 1. ff. de legat. 2.* † Sed ut aliàs hoc verum est, fallit certè in casu, 6
quo causa acquisitionis variatur; † Nam tùm in u- 7
nâ eâdemque etiam personâ duabus lucrativis causis locum dari, post Bald. Castrens. Jason. Decium *aliosque in l. planè 34. §. 1. ff. de legat. 1.* quos allegat, docet Joh. Petr. Surd. *consil. 119. n. 1.* ubi porro tradit, 8
† quotiescunque uni eidemque, una eademque hereditas ex duabus causis defertur, totiescunque lucri multiplicationem contingere posse, *arg. l. quingenta 12. ff. de probat. & l. hereditas. 3. C. de petit. heredit.* † Ac certè haud absurdum est, quod 9
res eadem bis debeatur ex diversis causis, quæ non sunt invicem incompatibiles, *l. si is qui Stichum 18. ff. de oblig. & action.* † Cur non ergò etiam duplex 10
hereditatis portio ei assignanda erit, qui simul patruelis & consobrinus defuncti fuit? † Idque tanto 11
magis, quanto certius hoc redditur ex text. *l. si ita scriptum 13. ff. de lib. & posth. & l. post emancipationem 40. in pr. ff. de leg. 3.* ubi persona unica dupliciter considerata majorem hereditatis partem ex voluntate saltem testatoris aufert. † Quò & 12
facit, quod una eademque persona propter duplicem qualitatem, duarum personarum onera sustineat, veluti exercens duas diversas artes mechanicas, ad onera & statuta utriusque collegii obligatur, *c. postulatis 15. extr. de concess. prabend. l. pen. ff. de offic. assess. l. 13. §. tempestivum 4. ff. ad SCtum Trebell.* Felin. *in cap. 2. n. 10. extr. de probat.* † Quid- 13
ni ergo una eademque persona quoque propter duas diversas qualitates duarum personarum commoda percipere deberet? cum contrariorum eadem sit ratio *arg. l. 1. in pr. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt.* † veluti etiam in hanc sententiam JCtos Tu- 14
bingenses respondisse refert Johan. Harppr. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. n. 471.* ubi eandem latius & doctè prosequitur.

Ita Domini in causa Michael Kleppens zu Querfurt/Mens. Novembr. Anno 1634. (Verba sent: Ist Hans Kleppe/ euer Vetter und Ohme/Todes verfahren/und hat euch an einem / und seinen andern Ohmen Erasmus Schneidern am andern Theil / zusammt einer Erbschafft/nach sich verlassen. Ob nun wohl derselbe dem Verstorbenen gleich so wohl als ihr im vierdten / und also in gleichem Grad der Bluts-Freundschafft zugethan/dahero er zu gleichem Theil mit euch zu erben gemeynet / Dieweil ihr aber dennoch dem Verstorbenen nicht allein vom Vater als Vetter/sondern auch von der Mutter als Ohme/ und also auff zweyerley Recht verwandt gewesen / ꝛc. So wird des Verstorbenen Erbschafft in drey gleiche Theile/derer eins gedachtem Schneidern/die andern zwey Theile aber euch als Vettern und Ohmen gebühren/ billich vertheilet / V. R. W.)

Definit. XXVII.

In successione etiam collateralium, posthumus pro jam nato habetur.

1 POsthumus non solùm in institutionibus heredum, sed etiam in substitutionibus pro nato habetur, §. *posthumorum 2. inst. de exhered. liberor.* §. *non solum autem 4. inst. de pupill. substit. ubi* Joh. 2 Harppr. *num. 10.* † Quin & in successionibus ab intestato, §. *sui autem 2. vers. posthumi inst. de* 3 *hered. quæ ab intest. defer.* † Qui textus licet de successione liberorum & descendentium loquatur, quin tamen in successione collateralium ex identitate rationis idem sit dicendum, haud 4 dubitare licet; † siquidem posthumi, sive ii, qui sunt in utero, semper habentur pro jam natis, quando de ipsorum commodo agitur, *l. qui in utero 7. & l. 26. ff. de stat. homin. l. vel si vivo 7. ff. de suis & legit. hered. l. cum quidam 30. §. 1. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. etsi ad tempus 20. ff. ad SCtum Trebell.*

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris zu Mühlberg/ Mens. Julio Anno 1634. (Verba lent: Ist ein Knabe/ Haus Hanisch genannt/ Todes verfahren/ und hat seines Vatern Bruders George Hanischens Töchterlein Marien an einem/ und seiner Mutter Bruder Andreas Rollens Töchterlein/ so aber acht Tage nach seinem des Knabens Ableiben allererst zur Welt gebohren worden/ am andern Theil/ zusammt dem jenigen/ so er von seinen Eltern ererbet/ nach sich gelassen/ &c. So hat er seine Verlassenschafft auff seines Vatern Bruder und der Mutter Bruder Töchterlein zugleich bracht und verfället/ und des Vatern Bruders Töchterlein hat sich der Erbschafft allein nicht anzumassen/ V.R.W.)

Definit. XXVIII.

Eo ipso, quo quis se consanguineum esse probat, censetur proximior, nisi cum alio consanguineo de proximitate certet.

1 PRoximiorem consanguineum alicui si quis sedixerit, ex hoc loco, quod sit consanguineus illius, id probare poterit, absque eo quod judici fides fiat, nullum alium eo esse proximiorem, ut per *L. cum de leg. 17. ff. de probat. & l. ex facto 17. §. pen. ff. ad SCtum Trebell. ibidem* docet Bartol. & pluribus demonstrat Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1245.* Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2 *2. cap. 12. num. 26. ubi plures* Dd. *allegat.* † Quod tamen aliter verum non est, quàm si quæstio sit inter defuncti consanguineum & extraneum, ubi satis est propinquo probare se consanguineum, 3 licet non probet se proximiorem. † Secus verò, si controversia sit inter duos consanguineos. Nam hoc casu is, qui agit adversus alterum 4 possidentem, debet docere se proximiorem, † cum id sit intentionis suæ fundamentum, etiamsi esset negativum, Bartol. *in l. pen. §. docere 2. num.* 5 *2. ff. ne quis eum qui in jus voc.* † Nam qui vult admitti ut talis, debet se talem probare, Alciat. *in l. proximi 155. num. 1. ff. de V. S.* Pacian. *dict. loc. num. 25.* Joseph. Mascard. *dict. loc. num. 8. & seqq.* 6 ubi plures limitationes affert. † Planè, si frater probet fraternitatem in genere, præsumitur frater ex utroque latere, ut docet Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 81.*

Ita Domini in causa Nobilium à Trotha zu Halla/ Mens. Novembr. Anno 1634. (Verba sentent: Ob nun wohl sonsten in Successions-Fällen die jenigen/ so sich zu Erben angeben/ ein mehrers nicht/ dann die Anverwandtschafft in gemein beyzubringen zu Recht verbunden seyn/ dieweil aber dennoch solches in denen Fällen/ wann zwischen zweyerley Erben wegen der Näheranverwandtschafft Streit und Irrung entstehet/ seinen Abfall gewinnet/ und in solchem Fall auch die proximitas vor andern erwiesen werden muß/ &c.)

Definit. XXIX.

Consanguinitas vel graduum proximitas conjecturis & præsumptionibus potest probari.

1 PRobationem consanguinitatis omnium esse difficillimam, inde obviam est, quod sub sensum corporis cadere nequeat, per text. *in l. Lucius 83. ff. de condit. & demonstr.* Dec. *consil. 195. num. 6.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 12. num. 24.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. conclus. 409. num. 1.* † Suf- 2 ficit ergò, per conjecturas, indicia & præsumptiones eam probari ac demonstrari, Decius *consil. 595. num. 1. & 6.* ubi dicit, † famam publicam in 3 probatione consanguinitatis, fidem facere, Pacian. *dict. num. 24.* Mascard. *dict. loc. num. 3.* † Nam 4 ea, quæ sub sensum non cadunt, per indicia probantur, *l. filium 6. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Bartol. *in l. si quis ex argentariis 6. §. ult. ff. de edendo.* † Idemque de proximitate graduum 5 est asserendum, maximè quando agitur de probatione graduum eorum, qui sunt ultra quartum gradum, † ubi admittitur etiam testimonium 6 auditus de auditu, Felin. *in cap. licet 49. num. 1. extr. de testib.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 844. num. 5.* † Semper enim videtur sufficere testimonium de auditu in probatione rei, quæ 7 excedit memoriam & ætatem hominis, *l. si arbiter 28. ff. de probat.* † Ideoque & genus sive fa- 8 milia indiciis & conjecturis probatur, *cap. de parentela 35. quæst. 6. & cap. tua 7. extr. de consang. & affin.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 840. n. 3.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch aus erwehnten Lehnbriefen/ darinnen allewege an statt der abgeleibten Personen andere hinein gesetzet/ gar starcke præsumptiones und Muthmassungen geschöpffet werden/ daß dero Kinder von Fällen zu Fällen succediret, und weil kein anders dargethan/ in den Lehnbriefen an ihrer verstorbenen Eltern statt getreten/ wie dann auch dieselbe zuweilen die abgeleibten Söhne ausdrücklichen genannt werden/ &c. und gleichwohl nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten/ die Anverwandtschafft und gradus generationum, hervoraus in alten Geschlechten/ und von langer Zeit/ und undencklichen Jahren hero/ auch durch conjecturas und præsumptiones erwiesen werden können/ &c. So erscheinet daraus so viel/ daß/ wann vorgedachte præsumtiones vor Gegenpart euern Vettern durch gnugsamen Beweiß/ oder stärckere Vermuthungen zur Gnüge nicht abgelehnet werden mögen/ ihr die libellirte proximität und Näheranverwandtschafft zur Nothdurfft bescheiniget und beybracht habt/ &c.)

Defi-

DEFINIT. XXX.

In redemtione subselliorum templi (der Kirchen-stüle) *fœminæ, ex jure cognationis, nullam sibi prærogativam arrogare possunt.*

1 CErta est successio inter collaterales absque
2 differentia agnationis & cognationis, † præterquam quod in successione rerum expeditoria-
3 rum sola agnatio, Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 5.* † In bonis verò utensilibus sola cognatio attenda-
4 tur, † ita ut sola cognata geradam petere possit, *art. 23.* Weichbild/ *art. 15. lib. 3.* Landr. *art. 27. lib. 1.* Landrecht. Ein Weib vererbet die Gerade auff die nächeste Nifftel/ so ihr von Weibes halber zugehörig ist. Moller. *dict. loc.* Hartm. Pistor. *lib. 1.*
5 *quæst. 33. num. 18.* † An autem idem dicemus de subselliis templorum, de quibus disponit Ordin. Ecclesiastica D. Augusti Electoris Saxon. *de Anno 1580. sub tit.* Von den Stülen in der Kirchen. §.
6 Derowegen *pag. 349.* † ut possessore defuncto cedant templo, daß die Stüle der Kirchen wiederumb anheim fallen/ facultate redimendi eâ proxi-
7 mioribus heredibus concessâ? † Sanè idipsum de heredibus Agnatis vel Cognatis solis quidam intelligunt, ut scilicet viro defuncto semper sit præferendus Agnatus cognato, licet in gradu pari existenti, sicut è contra fœminâ defunctâ, cognata agnatam, & matertera amitam in redemptione ho-
8 rum subselliorum excludit. † Sed absque fundamento, quia prædicta ordinatio Eccles. *dict. loc.* inter agnationem & cognationem non distinguit, sed indifferenter heredibus proximioribus facultatem
9 redimendi concedit. † Nec enim, quod in jure Saxonico de geradâ sanctione expressâ dispositum reperitur in *dict. art. 23.* Weichb. *art. 15. lib. 3. & art. 27. lib. 1.* Landr. ad subsellia templi extendere licet,
10 † nisi quis putet, hæc ad geradam vel res expeditorias quoque referri, quod fortassis nemo unquam
11 cogitaverit. † Existimavimus ergo, si Cognata cum Agnatâ, vel Agnatus cum Cognato in pari gra-
12 du concurrant, & neuter alteri cedere velit, † sorte rem dirimendam esse, *argum. l. 5. ff. fam. ercisc. l. 3. in pr. C. comm. de legat. l. sed cum ambo. 14. ff. de judic. l. generaliter. 24. §. quid ergo. 27. ff. de fideic. libert.*

Ita Domini ad requisitionem Martini Schwartzens zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1614. (Verba sent: Ist Maria Büttners Todes verfahren / und hat ihres Vatern Schwester Tochter an einem / und ihrer Mutter Schwester Tochter am andern Theil nach sich verlassen / und es hat sich durch ihr Absterben ein Bäncklein in der Kirchen zu S. Niclas verlediget/ &c. So wird solches Bäncklein/ vermöge der Kirchen-Ordnung / einer unter gedachten beyden Personen / weil sie in gleichem Grad der Blut-Freundschafft verwandt seyn/ überlassen / und da sie sich darumb nicht vergleichen können / werden sie durchs Loß billich entschieden/ V. R. W.)

DEFINIT. XXXI.

Deficientibus Agnatis & Cognatis, in successione uxor & maritus fisco præferuntur.

SUblatâ hodie differentiâ Agnationis & Cogna- 1
tionis *Novell. 118. cap. 4.* communiter receptum est, omnes sive Agnatos, sive Cognatos collaterales, † usque ad decimum gradum ad successio- 2
nem vocari, *§. ult. inst. de succes. cognat.* Gloss. *in dict. Novell. 118. §. si verò, & in Auth. in successione, ibique* Bartol. *num. 3. C. de suis & legitim.* Johan. Schneidew. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. in tert. ordin. succed. num. 39.* † ubi in 3
foro Saxonico idem obtinere, demonstrat, non obstante *art. 3. lib. 1.* Landr. Herman. Vultej. *lib. 1. Jurispr. Roman. cap. 74. num. 12.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 150.* † Quamvis alii omnes in infini- 4
tum, qui gradus proximitatem probare queunt, admittendos existiment, *l. 2. §. 1. ff. de suis & legit. heredib. §. 3. instit. de legit. Agnat. succes.* Joh. Harppr. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. num. 474.* ubi plures alios allegat, quam sententiam etiam probat Matth. Wesenb. *in not. ad* Joh. Schneidew. *dict. loc. lit. a.* † Sed deficientibus 5
Agnatis & Cognatis intra decimum gradum, bona tanquam vacantia fisco deferuntur, *l. 1. l. vacantia 4. C. de bon. vacant. l. affinitatis 7. C. comm. de succes.* Regn. Sixtin. *in tract. de Regalib. lib. 2. cap. 9. num. 3. & seqq.* Joh. Schneidew. *ad pr. inst. de her. quæ ab intest. defer. tit. de succes. fisci num. 14. & ibi* Joh. Harppr. *num. 497.* † Nihilo- 6
minus excluditur fiscus à sociis & consortibus, sive collegis defuncti, *l. 1. l. 3. C. de hered. decur.* Joh. Harppr. *dict. loc. num. 476. &* Joh. Schneidewin. *dict. loc. num. 19. & seqq.* † Ergò & à viro & u- 7
xore, *l. un. ff. unde vir & uxor. l. un. C. eod. tit. ubi* Bartol. & Salycet. Johan. Schneidew. & Harppr. *dict. loc.* † Nempe, quia inter conjuges omnis 8
vitæ consortium est, & divini ac humani juris communio, *l. 1. ff. de rit. nupt.* Joh. Harppr. *dict. loc.* † Sequitur inde, si spurio defuncto nullus existat 9
cognatus ex matre, exclusis consanguineis sui patris, conjugem fisco præferri, ut docet Bald. *in l. pen. C. ad SCtum Orfician. &* Palæot. *de Noth. & Spur. cap. 41. in fin.*

Ita Domini in causa Ambrosii Fruhens zu Thomasbrücken/ Mens. Januar. Anno 1599. (Verba sentent: Ist nun solcher unächtiger Sohn ohne Leibes-Erben verstorben/ und hat keine Bluts-Freunde/ so ihme von seiner Mutter hero innerhalb dem zehenden Grad verwandt / sondern allein euer Weib als seines Vatern Brudern Tochter an einem / und seine Wittib am andern Theil zusammt einer Erbschafft nach sich verlassen/ etc. So hat er dieselbe auff seine Wittib allein gebracht und vertäuet/ und es hat weder euer Weib noch der Fiscus daran einige Forderung/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XIX.

PARTIS TERTIÆ.

Wann die Braut oder der Bräutigam vor der Hochzeit / oder auff dem Hochzeit-Tage stirbt/ob deñ das überbleibende in des Verstorbenen Gütern das haben sol/was aus der Ehestifftung/Statut / Recht oder Gewohnheit ihme sonsten/da der Ehestand vollkommlich vollnzogen wäre/ gebühret?

Sponsâ sive sponso ante nuptias vel ipso die nuptiarum decedente an superstes id lucretur, quod matrimonio per consensionẽ thalami consummato, sive ex pacto dotali, sive ex statuto aut consuetudine loci, ipsi debebatur?

DIese Frage ist auch sehr weitläufftig. Unsere Verordnete aber haltens dafür/daß der Oerter / da Sachsen-Recht gehalten / das Beylager oder das Bette-beschreiten erfolgen muß. Wann dasselbige geschehen / und eines stirbet/so sol alsdann dem überbleibenden das folgen / was die Ehestifftunge/ Statut / Gewohnheit / oder das Recht ihme giebet.

Und ob wohl etzliche der Meynung seynd/ da die Braut am Hochzeit-Tage stürbe / wann gleich das Bette nicht beschritten / daß auch zu Sachsen-Recht solches gnug seyn soll. Dieweil aber dennoch die Verordnung der Sächsischen Rechte dißfalls klar / und denselben billich nachgegangen wird/So haben unsere Verordnete geschlossen / daß in diesem Fall der ersten Meynung im Sprechen und Erkennen zu folgen seyn soll/dabey wir es auch bleiben/und uns dasselbige also gefallen lassen.

AGitatur & hæc quæstio disputationibus Interpretum varie. Deputati verò nostri in foro Juris Saxonici thalami consensionem necessariam esse existimant. Post illam igitur, si vel sponsus vel sponsa moriatur, ex bonis ejus superstitem id lucrari, quod vel ex pactis dotalibus, vel statuto aut consuetudine loci, aut juris communis dispositione, illi debetur.

Etsi autem quidam velint, si ipsa die nuptiarum, licet ante thalami consensionem, sponsa moriatur, id ad consequendum ejusmodi lucrum, etiam Jure Saxonico sufficere: Cum tamen dispositio juris illius hoc in casu manifesta sit, ideoque merito sequenda, posteriori hâc opinione rejectâ, secundum priorem & judicandum & respondendum nostri putârunt, quod & nobis probatur.

DEFINITIONES.

1. *Ex veriori sententiâ in Electoratu Saxoniæ approbatâ, portio statutaria conjugi superstiti debita, personis desponsatis ante consensionem thalami haud defertur.*
2. *In foro Saxonico sponsus, sponsave ante consensionem thalami nihil lucratur de eo, quod sibi ex bonis defuncti conjugis debetur.*
3. *Non facit copula sacerdotalis, ut defuncto ante consensionem thalami conjuge, superstes ex statuto vel pactis dotalibus quicquam lucretur.*
4. *Debetur tamen conjugi superstiti portio statutaria post consensionem thalami, licet copula carnalis non accesserit.*
5. *Nec privanda est uxor portione statutariâ ob impotentiam sponsi vel mariti in coeundo, si ei ad mortem usque cohabitaverit.*
6. *Nihil lucratur sponsus ex bonis sponsæ à se impregnatæ, si ante copulam sacerdotalem ea decesserit.*
7. *Non excludenda est sponsa à portione statutariâ propterea, quod sponsus ante ingressum thori mortuus sit, si aliud inter eos conventum fuerit.*
8. *Dotalitium petere nequit sponsa, defuncto sponso ante consensionem thalami.*
9. *Lucratur sponsus dotem, sponsâ ante consensionem thalami defunctâ, si per eam steterit, quò minùs nuptiæ consummarentur.*
10. *Quantum ad privilegium tacitæ hypothecæ, ratione dotis illatæ mulieri competentis, matrimonium statim post copulationem sacerdotalem consummatum dicitur ante ingressum thori.*
11. *Defuncto sponso post copulam sacerdotalem ante ingressum thalami, sponsa habitu virginali incedere non prohibetur.*
12. *Sponsas impensa in funus sponsi defuncti factas ab ejus heredibus repetere potest.*
13. *Sponso, sponsave ante nuptias licet moriente, non tamen revocatur donatio arrharum sponsalitarum.*
14. *Donatio sponsæ facta jure subsistit, nec post ejus obitum donatum repeti potest.*

DEFINIT. I.

Ex veriori ſententiâ in Electoratu Saxoniæ approbatâ, portio ſtatutaria conjugi ſuperſtiti debita, perſonis deſponſatis ante conſcenſionem thalami, haud defertur.

1 MUltùm controverſa quæſtio eſt; † *An ſtatutum de lucranda dote locum habeat in ſponſa?* Vel ut ſpecialius loquar: *Num ſponſa ſive ſponſo ante nuptias decedente, ſuperſtes id lucretur, quod matrimonio per nuptias conſummato ſive ex pacto dotali, ſive ex ſtatuto aut conſuetudine loci, ipſi debeba-*
2 *tur?* † Quæ affirmativè à quibusdam, ab aliis verò negativè deciditur, ut verè dixerit Mynſingerus, Imperatoriâ deciſione & ſanctione pragmaticâ hîc o-
3 pus eſſe, *cent. 6. obſerv. 78.* † Etſi verò poſt Bartol. *in l. nihil intereſt. 15. n. 1. ff. rer. amotar.* & Caſtrenſ. *in l. ſi marito 31. §. ſi pater 1. n. 2. ff. ſolut. matr.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 80.* affirmativam & veriorem & æ-
4 quiorem dicat, † quæ & placet Alber. *gentil. de nupt. lib. 2. cap. 23.* weſenb. *in parat. ff. de ſponſal. num. 7.* aliisque multis allegatis à Matth. Berlich. *part. 3. concl. 25. n. 5.* & Bernh. Grævæo *lib. 2. concl. 80.*
5 † vel propterea, quod ſolus conſenſus nuptias faci-
6 at, *l. nuptias 30. ff. de Reg. Jur.* † Adeoque per ſponſalia de præſenti verum matrimonium contrahatur, ac ſponſa de præſenti uxor dicatur, *c. ſicut ex literis 22. c. ſi inter virum 31. & c. adoleſcens. ult.*
7 *extr. de ſponſ. & matrim.* † Vereor tamen, ne hoc reſtringi debeat ad vinculum conjugale, ſcilicet, quod conſenſus ſponſalia de præſenti contrahentium ratione vinculi quidem nuptias faciat, ſed non
8 propterea omnes nuptiarum effectus inducat: † Quod autem ulterius Gail. urget theoricam illam vulgarem, quod nempe potentia actui propinqua pro actu habeatur, *l. qui pœnæ 8. §. divus 2. ff. de ma-*
9 *numiſſ.* illud parum probat, † quia nec generalis hæc eſt regula, nec de omni actu, ſed de eo ſaltem,
10 qui proximè à potentia promanat, intelligenda, † Solent etiam vulgò allegare *l. 15. ff. de condit. & demonſtr.* ubi legatum ſub conditione nuptiarum
11 debetur ſtatim, poſtquam uxor ducta eſt; † Sed vel ducta ibi ſignificat in domum mariti deductam,
12 adeoque non amplius ſponſam; † Vel ſpeciale eſt in conditione hâc: *ſi nupſerit*, legato adſcripta, ut ad implementum ejusmodi conditionis, nudo etiam conſenſu contracta de præſenti ſponſalia
13 ſufficiant. † Nec tamen ſententia negantium poſt Salycet. *in l. cum in te, 6. C. de donat. ant. nupt. num. 4.* Panormit. *in cap. ex publico. 7. extr. de converſ. conjugal. col. 6. num. 7. & 8. & in cap. ſi inter. 31. extr. de ſponſal.* Felin. in Rubr. *extr. de ſponſal. num. 1. aliorumque à* Berlich. & Græv. ac Moll. *lib. 3. ſemeſtr. 23. num. 2.* allegatorum tantis rationi-
14 bus firmata eſt, ut everti haud poſſit. † Principalior enim in oneribus matrimonii fundata eſt, putà quod maritus lucretur dotem propter onera matrimonii, *l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot.* quæ tamen non ſuſtinet ante copulam & traductionem in do-
15 mum: † Sed quis non videt, hanc rationem, ſi quid ſtringat, ſolùm ſponſo obeſſe, non itidem ſponſæ, ac onera matrimonii cauſam potius impulſivam quàm finalem eſſe ſtatuti, elegantер demonſtrat Andr. Gail. *dict. obſerv. 80. numer. 8.* † Reliquis argumentis reſpondet Alber. 16
Gentil. *dict. loc.* Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2. diſp. 7. th. 1. lit. D.* † ubi utramque opi- 17
nionem probabiliter defendi poſſe aſſerit: Et negativam in puncto Juris veriorem, affirmativam verò humaniorem dicit. † Quamvis affirmativæ pe- 18
culiares quasdam addat limitationes Gail. *dict. loc.* quas cumulat Berlich. *dict. concl. 25. num. 3.* † In 19
pactis ſanè dotalibus omnium tutiſſima videtur via, ut tempus lucrandæ dotis, vel donationis propter nuptias expreſsè determinetur, prout plerumque à prudentioribus fieri conſuevit, qui ita pacta concipiunt, ut conſummato prius matrimonio per copulam & traductionem ad domum (nach gehaltenem Beylager und Heimführung) lucrum ex pacto ſuperſtiti obveniat, Andr. Gail. *dict. obſerv. 80. num. 14.* † Nihilo autem in pa- 20
ctis dotalibus vel ſtatutis de hoc dicto, verba cum effectu accipienda putaverim, ita ut ex ſententia negantium, ex bonis ſponſi ſponſæve defuncti aut defunctæ, ſuperſtiti nihil debeatur, nec ſtatutum aut pactio ad perſonas deſponſatas trahatur: † Perfectum ſiquidem matrimonium, item uxor & 21
maritus non dicuntur, niſi mulier ad domum mariti deducta & per nuptias conjugium conſummatum fuerit, Coler. *part. 2. dec. 286. num. 24.* † Omni- 22
nò etiam deductio in domum & conſummatio eſt ſcopus unicus matrimonii, quem & ſtatuta & contrahentes reſpiciunt, & citra quem nullum matrimonium aut eſſe aut intelligi poteſt. † Unde 23
fit, quod ſub conditione nuptiarum promiſſum non debeatur, niſi acceſſerit ipſa nuptiarum feſtivitas, *l. ſancimus 24. C. de nupt.* Cravett. *conſil. 632. num. 3.* Hieronym. de Cæval. *qu. 110.* Joh. Schneidewin. *in tit. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de ſucceſſ. vir. & uxor. num. 19. & 20.* † Hoc- 24
que in Electoratu Saxoniæ tàm certum habetur, † ut Illuſtriſſimus Elector negantium ſententiam ex- 25
preſsâ ſanctione confirmare haud dubitaverit, † 26
hâc Conſtit. *19. §.* Wann daſſelbige. Frid. Penſold. *ad* Coler. *dict. deciſ. 286. num. 231.* Aut. Conſult. Conſt. Sax. *vol. 2. p. 2. qu. 52. n. 2. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Eliſabethæ Schleckwordein zu Löbaw/ Menſ. Majo Anno 1613. (Verba ſentent: Habt ihr euch mit Niclas Johnern unter dem Fürſtlichen Lichtenſteiniſchen Regiment beſtalten Feldwebeln in ein Ehegelöbniß eingelaſſen/ öffentliche ſponſalia gehalten/ und eine Eheſtifftung auffgerichtet/ Ob nun wohl darinnen der Bräutigam euch alle ſein Vermögen zugewendet/ dieweil er aber dennoch vor gehaltener Hochzeit geſtorben/ in welchem Fall die Eheſtifftung nicht verbündlich iſt/ noch das überlebende Theil des jenigen / ſo ihme / vermöge einer Willkühr oder Gewohnheit / aus des Verſtorbenen Gütern gebühret/ ſich zu erfreuen hat / ꝛc. So habt ihr euch auch dannenhero ſeiner Verlaſſenſchafft nicht anzumaſſen/ ſondern es verbleibet ſolche ſeinen neheſten Freunden und Erben billich / ꝛc.)

DEFINIT. II.

In foro Saxonico ſponſus, ſponſave ante conſcenſionem thalami nihil lucratur de eo, quod ſibi ex bonis defuncti conjugis debetur.

1 QUicquid verò ſit de jure communi, in foro certè Saxonico expeditum eſt, ex bonis ſponſi ſponſæve, ante nuptias defunctorum, ſuperſtiti non deberi, quod aliàs ex ſtatuto aut pactis dotalibus

2 libus conjugi defertur. Idque tanto certius est, † quanto clarioribus verbis jus Saxonicum conjugem etiam superstitem, à successione conjugis ante thori conjugalis ingressum defuncti excludit, Ehe und zuvor er das Braut-Bette beschritten. *art. 45. post pr. vers.* Und tritt in sein Recht. *lib. 1. art. 45. vers.* Das Weib ist auch ihres Mannes ꝛc. *lib. 3.* Landr. *ubi* Gloss. *lat. ad text. germ. lit. E.* Joh. Schneidew. *ad pr. instit. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de success. int. vir. & uxor. num. 21.* Christoph. Zobel *part. 3. differ. 11. n. 3. & seqq.* Joach. Beust. *ad l. 1. ff. de jurejur. num. 166.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 57. n. 56. &*
3 *decis. 58. num. 3.* † Nimirum, conscensio thalami ad consummationem matrimonii in foro Saxonico
4 requiritur. † Meritò ergò sponsus sponsave non prius lucrabitur id, quod sibi vel ex pacto vel ex statuto debetur, quàm postquam thorum sive lectum conjugalem ingressi sint. Wann das Ehebette beschritten/ *h.* Const. *19. in pr. junct. §.* Dieweil aber dennoch. Frider. Pensold. *in addit. ad* Coler. *part. 1.*
5 *decis. 286. n. 232.* † Nec contrariantur verba *dict. art. 45. lib. 3.* Landr. Der Mann ist seines Weibes Vormund zu hand / als sie ihme getrauet wird. Unde videtur inferendum, ad consummationem matrimonii neutiquam requiri ingressum thori, sed suf-
6 ficere desponsationem: † Siquidem verba illa ad vindicationem injuriarum sunt restringenda, ita ut mulier viro desponsata, transeat in ejus tutelam ad hoc, quo vir eam contra injurias defendere
7 possit, † quia & de jure civili sponso, sponsæ nomine injuriarum agere permittitur, *l. item apud Labeonem 15. §. sponsum 24. ff. de injur.*
8 † Neutiquam ergo ad successionem ea extendere licet, quia hujus respectu, matrimonium non nisi per ingressum thori conjugalis consummatur, ut patet *ex vers. subseq.* Das Weib ist auch. *dict. art. 45. lib. 3.* Landr. Pensold. *dict. loc. n. 236.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent: Dieweil aber denoch der Bräutigam vor gehaltener Hochzeit gestorben/ in welchem Fall ohne das/ nach Sachsen-Recht/ das überlebende Theil/ ehe und zuvor das Braut-Bette beschritten worden/ des jenigen / so ihme / vermöge einer Willkühr oder Gewohnheit/ aus des verstorbenen Ehegatten Gütern gebühret/ sich nicht zu erfreuen hat/ ꝛc.)

Definit. III.

Non facit copula sacerdotalis, ut defuncto ante consensionem thalami conjuge, superstes ex statuto vel pactis dotalibus quicquam lucretur.

1 PRæcisè igitur in foro Saxonico consensio thalami requiritur ad hoc, ut conjuge defuncto, superstiti portio ex statuto aut pactis dotali-
2 bus debita deferatur, *Defin. præced.* † Quid ergò, si sponsa vel sponsus, ipsâ nuptiarum die, post copulationem sacerdotalem sive ecclesiasticam, ante ingressum tamen thori conjugalis extinguantur, *anne superstitem à successione prorsus ex-*
3 *clusum existimabimus?* † Ita certè est, Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 23. n. 5. & hic num. 5.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 233.* Joach. Beust. *in l. admonendi num. 957. ff. de jurejur.*
4 † Scio equidem, verba juris Saxonici (Wann sie in sein Bette tritt) *in art. 45. lib. 1.* Landr. à quibusdam accipi de ipso procinctu & actu nuptiarum, seu de initio matrimonii consummandi, ut sufficiat sponsam fuisse in templum deductam & viro copulatam, aut saltem magnos sumptus in apparandis nuptiis factos, Aut. Const. Const. Saxon. *tom. 2. part. 2. quæst. 25.* Hardewig. à Dassel. *ad Consuet. Statut. Lüneburg. art. 8. n. 11.* † quod & sensisse 5
6 videtur Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 31. n. 11.* † Sed explicationem hanc verba Juris Saxonici neutiquam admittunt. Ideoque rectiùs ea declarat de ipso ingressu thori conjugalis, Illustrissimus Saxon. Elector *h.* Constit. *19. §.* Und ob wohl etliche der Meynung seyn / da die Braut am Hochzeittage stirbe/ wann gleich das Bette nicht beschritten/ ꝛc. *junct. §. ult.* Dieweil aber dennoch. † Cui consequens 7
est, defuncto sponso sponsâve ante ingressum thalami, post copulam licet ecclesiasticam, superstitem haud lucrari ea, quæ conjugi è conjugis defuncti bonis debentur. † Quia consensio thalami pro 8
formâ substantiali matrimonii consummati requiritur, *dict. art. 45. h.* Const. *19.* † quæ ad unguem 9
observari debet, nec per aliud æquipollens adimpleri potest, Jason. *in l. quid si nominatim 1. n. 18. ff. de lib. & posth.* Nicol. Boër. *decis. 1. n. 18. ff. de lib. & posth.* Nicol. Boër. *decis. 1. n. 44.* Andr. Tiraq. *de lib. Connubial. gloss. 7. n. 160.*

Ita Domini in causa Marien Heckendorffin zu Deuna/ Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent: Habt ihr euch mit Andreas Schultzen einem Wittiber/ so gutes Vermögens ist/ verehlichet/ und es hat sich begeben / daß derselbe kurtz vor seiner Hochzeit kranck worden/ in der Hochzeit darnieder gelegen/ und bald verstorben/ Ob nun wohl allbereit in öffentlicher Kirchen-Versammlung die Priesterliche Copulation verrichtet/ und er vier Tage vor seinem Tode euch ehelichen getrauet worden / da er aber dennoch mit euch nicht beygelegen/ noch das Braut-Bette/ allermassen solches zu Sachsen-Recht nöthig ist / beschritten hätte/ das für sichs aus eurer Frage ansehen lässet. So hättet ihr euch auch des jenigen/ so sonsten dem überlebenden Ehegatten aus des Verstorbenen Gütern gebühret / nicht anzumassen/ ꝛc.)

Definit. IV.

Debetur tamen conjugi superstiti portio statutaria post consensionem thalami, licet copula carnalis non accesserit.

1 ALiud verò obtinet, si post benedictionem sacerdotalem sponsus cum sponsa concubuerit, & ambo thorum conjugalem ingressi fuerint, 2
licet copula carnalis non accesserit: † Quod enim dicitur, sponsum dotem haud lucrari, antequam sponsam carnaliter cognoscat, Joh. Schneidew. *ad §. fucrat 29. inst. de action. n. 109. vers. conjunctione carnali consummatum.* Ernest. Cothm. *vol. 2. cons. 78. num. 98.* Hartw. Dassel. *ad Consuet. Stat. Lüneburg. art. 8. n. 11.* † id certè fundamen- 3
tum non habet, nec ullibi in jure Saxonico, præterea ingressum thori conjugalis, ad hoc ut vir dotem lucretur, commixtio carnalis necessariò requiri- 4
tur. † Quid enim, si mutuo utriusque consensu, vel morbo, aliovè casu quopiam inopinato superveniente, vel magicis artibus impeditus, non statim primâ vel secundâ nocte sponsus carnaliter sponsam cognoscere potuerit, num propterea defuncto conjuge, superstes portione ex statuto aut pactis dotalibus debitâ privandus erit? † Iniquis- 5
simum profectò id esset, & contra verba juris Saxonici

6 nici *art. 45. lib. 1.* Landr. *& h.* Conſt. *19.* † quæ non niſi ingreſſum thori conjugalis requirunt, Dan. Moller. *hîc n. 1. & lib. 3. ſemeſtr. 23.* Frid. Penſold. *in addit. ad* Matth. Col. *part. 2. deciſ. 286. n. 235.* Matth. Berlich *part. 3. concl. 25. num. 34.* Joach. Beuſt. *de connub. part. 3. c. 5. verſ. Uſus hujus inveſtigationis*, ubi id ob-
7 ſervari ait, † notabilem adjungens practicam, quod appoſitio in lectum, quæ inter Nobiles & illuſtres perſonas ſolet ſervari, (Wann die Braut dem Bräutigam ins Bette beygeſetzt wird.) pro ingres-
8 ſu thori conjugalis habeatur, idque operetur, † ut ſi ſponſa poſtea ſubitò, vel poſt paucas horas moriatur, ſponſus nihilominus dotem, & pleraque alia pactis dotalibus comprehenſa, vel etiam ſtatuto ac conſuetudine ſibi debita lucrifaciat, Beuſt. *dict. loc. fol. 270.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent: Auff ſo Fall er aber beygelegen und das Bette beſchritten hätte / ſo hättet ihr euch / unangeſehen der Bräutigam wegen ſeiner Kranckheit euch die Eheliche Pflicht nicht geleiſtet / angeregtes euers Gebührnüß billich zu erfreuen / V. R. W.)

Definit. V.

Nec privanda eſt uxor portione ſtatutariâ ob impotentiam ſponſi vel mariti in coeundo, ſi ei ad mortem usque cohabitaverit.

1 AT quid, ſi maritus prorſus impotens fuerit repertus, vel faſcino aut veneficio ita læſus, ut nec ope medicâ, nec ullâ aliâ ratione reſtitui potuerit?
2 Opinari quis poſſet, † ſuperſtiti conjugi tùm nihil deberi ex bonis defuncti, propterea quod verba Juris Saxonici de ingreſſu thori conjugalis cum effectu aliquo ſaltem in potentia, ſint accipienda,
3 † quod & ſenſiſſe videtur Matth. Berlich. *part. 3. concl. 25. n. 36.* allegans Joach. Beuſt. *de jur. connub. part. 3. cap. 5. fol. 271. verſ. circa hanc Juris Saxonici diſpoſitionem.*
4 † Aſt loquitur Beuſt. *in loco allegato* de eo duntaxat caſu, quando propter coëundi impotentiam, prævià judicis ſententiâ, divortium
5 factum eſt, † quo ſanè caſu, ob non ſubſiſtentiam matrimonii, lucri quoque ſpem ceſſare, facile con-
6 ceſſerim, ſecundùm tradita à Beuſt. *dict. loc.* † Alioquin ſi uxor viro ulterius cohabitaverit, tantò minus portione ex defuncti bonis ſibi debitâ erit privanda, quanto majori præmio digna eſſet, quod non attentâ mariti impotentiâ, divortium haud petierit.

Ita tractatum in eadem cauſa Marien Heckendorffin zu Deuma / Menſ. Jan. Anno 1632.

Definit. VI.

Nihil lucratur ſponſus ex bonis ſponſæ à ſe impregnatæ, ſi ante copulam ſacerdotalem ea deceſſerit.

1 NOn tamen ſolus thori conjugalis ingreſſus conſummationem facit matrimonii, ac lucrum dotis atque portionis ſtatutariæ tribuit, ſed legitima ac juſta ſit conſcenſio thalami neceſſe
2 eſt, † præcedente ſcilicet copulâ ſacerdotali.
3 † Quid enim, ſi ſponſus, poſt ſponſalia de præſenti celebrata, non expectatâ copulatione eccleſiaſticâ, ſponſam carnaliter cognoſcat, vitâque ante diem nuptiis ſolennibus deſtinatam fungatur, ſponſâ gravidâ relictâ, *Num huic portionem ſtatutariam, quam aliàs matrimonio honeſtè con-*
ſummato petere poſſet, deberi dicemus?
4 † Neutiquam ſanè: Ne meliori conditione habeatur mulier, quæ ante concumbit, quàm quæ decretis Eccleſiæ paret, juxta tradita Weſenb. *h.* Conſtit. *19.* quem allegat & ſequitur Frid. Penſold. *in addit. ad* Matth. Col. *part. 2. deciſ. 287. n. 234.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 25. n. 37.* Reinh. Roſa *in addit. ad* Moll. *hîc. num. 6.*
5 † Nec conſummatum dici matrimonium per commixtionem carnalem, ante copulationem eccleſiaſticam & diem nuptiis ſolennibus deſtinatâ, haud obſcurè apparet ex *h.* Conſt. *19. §.* Und ob wohl etliche.
6 † Neque aliud de ſponſo hoc caſu eſt aſſerendum, ſi ſponſa ante copulationem ſolennem deceſſerit;
7 † Huic namque dotem ac bona mobilia vel propterea non deberi, quod abſurdum pariter atque iniquum eſſet, quemquam ex delicto ſuo contra regulas juris quicquam lucrari, rectiſſimè notat Penſold. *dict. loc. num. 234. verſ. Quod ipſum & de ſponſo.* Reinh. Roſa *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Melchior Lobers zu Nercha / Menſ. Dec. Anno 1630. (Verba ſent: Dieweil ihr ſelbſten berichtet / daß euer Vetter N. N. ſeine Braut vor der Trauung geſchwängert / dieſelbe auch noch vor gehaltener Hochzeit geſtorben / ꝛc. So hat gedachter euer Vetter / und nunmehr nach deſſen Abſterben / ihr als ſein nechſter Erbe / euch der verſtorbenen Braut Mobilien beſtändiger Weiſe nicht anzumaſſen / ꝛc.)

Definit. VII.

Non excludenda eſt ſponſa à portione ſtatutariâ propterea, quod ſponſus ante ingreſſum thori mortuus ſit, ſi aliud inter eos conventum fuerit.

1 NOn obſtante diſpoſitione Saxonicâ, quæ poſt conſcenſionem thalami demum, lucrum dotis aut portionis ſtatutariæ tribuit perſonis deſponſatis, in *art. 45. lib. 3.* Landr. *h.* Conſt. *19.* ſponſam
2 ſemper ad ſucceſſionem admitti, † ſi ſponſus infra decimum gradum conſanguineos non reliquerit, fiſco excluſo, tradit Matth. Berlich. *part. 3. concl. 25. n. 36.* ex ſententiâ Joh. Schneidew. *ad tit. inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. ſub Rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. n. 13. aliorumque ab ipſo allegatorum,*
3 † qui tamen de modo ſucceſſionis jure communi inter virum & uxorem recepto loquuntur, quo jure ad ſucceſſionem perſonæ deſponſatæ facilius admittuntur ex quorundam opinione, quam æquiorem dicit Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 80. n. 3.*
4 † At minus ritè hoc accommodari poteſt ad jus Saxonicum, quod præcisè conſcenſionem thalami requirit ad hoc, ut perſonæ deſponſatæ lucrum dotis aut portionem ſtatutariam petere valeant, *dict. art. 45. lib. 3.* Landr.
5 † ut propterea ante ingreſſum thori conjugalis, ne quidem ad excludendum fiſcum ſponſam ad petitionem portionis ſtatutariæ admitti exiſtimaverim.
6 † Sed hoc certum eſt, quod ſponſo ſponſæve ſuperſtiti debeatur portio ſtatutaria vel lucrum dotis, defunctâ licet perſonâ alterâ deſponſatâ ante conſcenſionem thalami,
7 † ſi id expreſsè conventum fuerit à contrahentibus in pactis forſan dotalibus, quamvis id rarius fieri conceſſerim. Notum eſt enim,
† contractus ex conventione legem accipere, & *l. 1. §. ſi convenerit 6. ff. depoſ.* & pacta dotalia probè ſervanda eſſe, *l. ult. C. de pact. convent.*
9 † Quibus extantibus, aliunde modus ſucceſſionis

sionis inter conjuges haud peti debet, Johan. Schneidew. *dict. Rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 1.* And. Gail. *dict. obs. 80. n. 15.*

Ita Domini in causa Elisabethen Schleckwordein zu Löbaw/Mens. Majo Anno 1633. (Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch der Bräutigam vor gehaltener Hochzeit gestorben/in welchem Fall ohne das/nach Sachsen-Recht/ das überlebende Theil / ehe und zuvor das Braut-Bette beschritten worden/des jenigen/ so ihme/ vermöge einer Willkühr oder Gewohnheit / aus des verstorbenen Ehegatten Gütern gebühret / sich nicht zu erfreuen hat/ &c. So habt ihr euch auch dannenhero seiner Verlassenschafft nicht anzumassen / sondern es verbleibet solche seinen nehesten Freunden und Erben billich. Es wäre dann / daß zwischen euch ein anders abgeredet / und auch auff des Bräutigams Todesfall vor der Hochzeit und Beylager / euch sein Vermögen/oder doch ein gewisses davon in der Ehestifftung gemacht worden / auff solchen Fall möchte euch dasselbe nicht entzogen werden/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Dotalitium petere nequit sponsa, defuncto sponso ante conscensionem thalami.

1 NEc in eo possum assentiri Matth. Berlich. *part. 3. concl. 25.* quod sponsæ Nobili vel Illustri facultatem petendi dotalitium competere ait, etiamsi ante nuptias & ingressum thori conjugalis, sponsus
2 decesserit. † Quàm periculosa enim sit hæc assertio, vel inde patet, quod in constituendo dota-
3 litio (si non extet alia conventio, † quæ tamen solos liberos, non etiam agnatos & successores feudi obligat, *c. 1. in pr. de success. feud. c. Titius si de feudo defunct. cont. fuer. supr. part. 2.* Const. Elect. *42. De-*
4 *finit. 5.*) † respectus semper ad dotem sit habendus, nec ullum debeatur dotalitium, dote non solutâ & in feudum conversâ, Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 4. num. 7.* Dan. Moller. *ad dict. Constit. 42. num. 11.*
5 Matth. Wesenb. *part. 2. consil. 77.* † Atqui dos non constituta nec debetur, nisi nuptiis subsecutis, *l. cum*
6 *scripta 20. C. de donat. ant. nupt.* † quæ procul dubio in foro Saxonico solâ conscensione thalami consummantur ac perficiuntur, *artic. 45. lib. 1. & art.*
7 *45. lib. 3.* Landr. † Hâc ergò non subsecutâ, ob defectum dotis debitæ nullum peti poterit dotalitium; Nec habet hoc casu sponsa, quod de damno
8 conquceratur, ut Berlich. putat, † quia dotem promissam solvere haud obligata est, aut si solvit, eam repetere nullo modo prohibebitur, deficiente nempe causâ dotis, ante consummationem matrimonii,
9 *dict. l. 20. C. de donat. ant. nupt.* † Minus verò concesserim Berlichio autoritatem Juris Saxonici hoc casu deficere, ut propterea ex jure communi
10 decisio hujus quæstionis petenda sit, † quia *h.* Constitut. *19.* generaliter de omni eo, quod Viduæ ex bonis mariti defuncti debetur, verbis expressis loquitur, & ad horum petitionem post conscensionem thalami sponsam demum admittit *in §.* Wann dasselbe geschehen. *vers.* Was die Ehestifftung/Statut/Gewohnheit / oder das Recht ihme
11 giebt/&c. † Ergò & dotalitium *h.* Constit. videtur comprehensum, *argum. l. præses. 3. in fin. ff. de offic. præsid. l. omne verbum 2. in fin. C. comm. de legat. l. ut nullo 28. C. de usur.*

Ita tractatum in causa Marien Pflugin gebohrnen von Lewen/Mens. Febr. Anno 1633.

Definit. IX.

Lucratur sponsus dotem, sponsâ ante conscensionem thalami defunctâ, si per eam steterit, quò minùs nuptiæ consummarentur.

HOc tamen lubens largior Matth. Berlich. *part. 3. concl. 25. num. 38.* quod si per sponsum vel sponsam steterit, quò minus matrimonium per benedictionem sacerdotalem & ingressum thori conjugalis consummaretur, † mortuo eo, superstiti- 2
tem, qui paratus fuit matrimonium consummare, portionem statutariam lucrari, *arg. l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locat. & l. 3. C. de sponsal.* Nicol. Boër. *decis. 22. n. 39.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 80. num. 11. vers. Secundò limitatur.* † Licet in 3
casu contrario defuncto eo, per quem non stetit, superstes, qui consummationi matrimonii impedimento fuit, lucrum statutarium neutiquam percipiat, Berlich. *dict. loc. n. 38.* † Non enim debet 4
morosus sua mora prodesse, aut ei, cui nihil imputari potest, nocere, *l. in condemnatione 173. §. unicuique 2. ff. de Reg. Jur.* † Sed facti sui proprii pœnam qui- 5
libet patitur, *argum. l. 15. §. ult. & l. seq. ff. ex quib. caus. major.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 3. tit. 1. defin. 10. num. 4.*

Ita Domini in causa Melchior Kobers zu Nercha / Mens. Decembr. Anno 1630. (Verba sent: So hat sich auch gedachter euer Vetter/und nunmehr nach dessen Absterben ihr als sein nehester Vetter / euch der verstorbenen Braut Mobilien beständiger Weise nicht anzumassen. Es wäre dann/daß/einem Andeuten nach/bemeldte Braut ohne erhebliche Ursache die Hochzeit von einer Zeit zur andern aufgeschoben/ und ungeachtet der Bräutigam umb Vollziehung derselben vielfältig angehalten / sie sich doch hierzu keines weges verstehen wollen/biß so lange sie darüber gestorben/auff solchen Fall möchten ihme/ oder nunmehr euch / als seinem Erben / obgesagte Mobilia nicht verweigert werden/V.R.W.)

Definit. X.

Quantum ad privilegium tacitæ hypothecæ, ratione dotis illatæ mulieri competentis, matrimonium statim post copulationem sacerdotalem consummatum dicitur, ante ingressum thori.

ETsi quantum ad lucrandum ea, quæ conjuge defuncto debentur superstiti, matrimonium ante conscensionem thalami pro consummato 1
non habeatur *h.* Constit. *19. supr. Defin. 2. & 3.* † aliud tamen est, ubi de privilegio tacitæ hypothecæ, 2
ratione dotis illatæ mulieri competentis agitur, quæ præcisè à die nuptiarum & factæ copulationis sacerdotalis incipit, subsecutâ licet non statim thalami conscensione, *supr. part. 2.* Const. Elect. *24. ubi* Dan. Moll. *n. 1.* Ord. Nov. proceff. jud. *de Anno 1622. tit. 43. vers.* Welches der Weiber/&c. Christ. Zobel. *part. 2. differ. 49. num. 18. & seq.* Hartm. Pistor. *obs. 110. num. 4.* † Scilicet quia per copulam sacer- 3
dotalem matrimonium consummatur, *dict.* Const. Elect. *24. vers.* Von Zeit der vollzogenen Ehe/und also wann der Kirch-Gang geschehen/&c. † Non 4
semper ergò ad consummationem matrimonii necessaria erit thalami conscensio, inquies, sed diversimodè matrimonium pro consummato habebitur? † Ita omninò est, respectu nempe multi- 5
plicis effectus; In foro namque Saxonico triplex consummatio matrimonii habetur: † *Primò* ratione 6
tute-

tutelæ seu vindicationis injuriarum; Quamprimùm enim mulier viro est desponsata, in ejus tutelam transit ad hoc, ut vir eam contra injurias defendere possit, *lib. 3.* Landr. *art. 45. vers.* Der Mann ist
7 seines Weibes / † adeoque hujus respectu, contractis statim sponsalibus in foro Saxonico, consummatum dicitur matrimonium, Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 236.*
8 † *Secundò* dicitur consummari matrimonium per ingressum thori conjugalis ratione successionis, ut nempe ante concubitum in foro Saxonico nec Maritus dotem, nec uxor portionem statutariam lucretur, defunctâ personâ desponsatâ, *dict. art. 45.*
9 Landr. *& h.* Const. *19.* † *Tertiò:* Consummatur matrimonium per benedictionem sacerdotalem, respectu scilicet juris hypothecæ, quæ mulieri in bonis mariti ratione dotis illatæ competit & ab eo tempore incipit, quo Copulatio Ecclesiastica facta fuit, Const. Elect. *24. p. 2.* Frid. Pensold. *dict. loc. n. 237.* Mol-
10 ler. *hîc n. 8.* † Ut sic triplex sit modus consummandi matrimonii in foro Saxonico, respectu triplicis diversi effectus, quorum neuter alium impedit;
11 † Plenissimè tamen dicitur consummari matrimonium per concubitum & ingressum thalami, qui ultimus verè actus est consummationis, & desponsationem ac copulam sacerdotalem semper præsuppo-
12 nit, † veluti etiam nuptiæ in potiori significatione hanc consummationem videntur denotare, *arg. l. 1. §. 1. ff. quod quisque jur.*

Ita Domini in causa Mariæ Limmers zu Teichern/Mens. Octobr. Anno 1630. (Verba sentent: Hat sich nach euers Mannes Absterben zu dessen Gütern ein Concursus Creditorum ereignet / darbey ihr euch gleichesfalls angegeben / und euer Ehegeld und Leibgedinge jure tacitæ hypothecæ gefodert/wann nun gleich das Ehegeld allererst nach der Hochzeit und vollzogenen Ehe eurem Ehemann als eine dos constituiret und zubracht worden wäre/&c. So hättet ihr doch nichts desto minder so bald von Zeit an des Kirchgangs/und durch die Priesterliche Copulation vollzogener Ehe/ein stillschweigend Unterpfand und jus prælationis wegen solches Ehegeldes vor andern Gläubigern erlanget/ &c.)

Definit. XI.

Defuncto sponso post copulam sacerdotalem ante ingressum thalami, sponsa habitu virginali incedere non prohibetur.

1 PRopriè igitur & plenissimè dicitur consummatum matrimonium post ascensionem thalami, adeoque & sponsa tùm demum uxor dicenda erit, Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 11. num. 3.*
2 Dan. Moller. *hîc. num. 1.* † Quod enim sponsa etiam ante ingressum thori conjugalis pro uxore habetur, illud ex fictione potiùs fit, quàm verè &
3 propriè; Unde *Dd.* vulgò arbitrantur, † sponsum vel sponsam ante commixtionem carnalem, statuto de successione conjugum loquente non comprehendi, Schurff. *centur. 3. consil. 9. num. 12.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 24.* Johan.
4 Schneidew. *in §. fuerat. 29. num. 109. inst. de act.* † Ex quo porrò fit, quod mortuo sponso ante ingressum thalami, sponsa sertum vel coronam virginitatis portare, alioquè habitu virginali incedere non prohibeatur, ut tradit Dan. Moll. *lib. 53. semestr. 23. num. 5.* † Est enim corona signum virginitatis, Schurff. *cent. 2. consil. 147.* Quâ non amissâ, cur peplo ad instar violatæ ac nuptæ caput tegere
6 cogeretur? † Quod tamen de eo solummodo casu exaudiri velim, quo ante consensionem thalami sponsus moriatur; † Alioquin post thori conjuga-
7 lis ingressum, sponsam, si neget commixtionem carnalem, vel saltem propter scandalum non audiendam putaverim.

Ita Domini in causa Marien Heckendorffin zu Grimma/ Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sentent: Ob nun wohl albereit in öffentlicher Kirchenversamlung die Priesterliche Copulation verrichtet/und er vier Tage vor seinem Tode euch ehelichen getrauet worden. Da er aber demnoch mit euch nicht beygelegen noch das Brautbette/ allermassen solches zu Sachsenrecht nöthig ist / beschritten hätte/ So hattet ihr euch auch desjenigen/so sonsten dem überlebenden Ehegatten aus des Verstorbenen Gütern gebühret / nicht anzumassen. Hingegen aber wäret ihr einer Jungfrauen gleich euch zu kleiden/und einen Krantz zu tragen wohl befugt/ &c.)

Definit. XII.

Sponsa impensas in funus sponsi defuncti factas ab ejus heredibus repetere potest.

CUm sponso defuncto, sponsa ad sepulturam
1 sumptus expendisset, eosque ex defuncti hereditate repeteret; quæsitum fuit, *num ad refusionem condemnandi essent heredes?* † Prætendere siqui-
2 dem potuissent, sponsam ex pietate impensas funebres de suo præstitisse, non animo repetendi, quod vel inde colligendum, † quia consensum heredum
3 desuper non requisivisset, contra dispositionem juris Saxonici *in art. 22. vers.* Mit seinem Rath soll auch die Frau das Begräbnüß begehen/ *lib. 1.* Landr. *& art. 26.* Weichbild / † veluti concludit Chri-
4 stoph. Zobel. *ad dict. art. 22. lit. b.* contrà viduam, quod ejusmodi sumtus funebres, tanquam ex pietate factos, repetere non possit, † nisi super hoc
5 prius fuisset protestata, *l. alimenta. ii. C. de negot. gest. ubi Dd.* † Sed agit ibidem Zobelius de viduâ
6 sive uxore, quæ jam matrimonium cum viro per copulationem Ecclesiasticam & concubitum plenissimè consummaverat, de quâ etiam verba textus loquuntur, † quæ omninò liberalis præsumitur,
7 propter jus successionis & adipiscendæ portionis statutariæ, quæ ipsi ex bonis defuncti mariti post thalami ingressum debetur. *art. 45. lib. 3.* Landr. *& hâc* Const. *19.* † Cessante verò in sponsâ hâc præsumtio-
8 nis ratione, utique & ipsa præsumptio cessabit, *l. adigere 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron.* Jason. *in l. quod dictum 32. n. 2. ff. de pact.* ac proinde † Sponsa, sum-
9 ptus funebres repetens, omninò audienda est, *l. quod in uxorem 13. C. de negot. gest.*

Ita Domini in causa Annæ Nicolai Wenigs Eheweibes/ contra Annam uxorem Danielis Heldings in prætorio Lipsiensi ventilatâ, Mens. Jul. Anno 1633. (Verba tent: Daß beklagte Klägerin die geschenckte 40. fl. zusammt denen zu ihres Vatern als der Klägerin Bräutigam vorgeschossenen Begräbnißkosten/so viel derer nothwendig auffgewendet werden müssen / und erweißlich / zu erstatten schuldig/ &c.)

Definit. XIII.

Sponso, sponsave ante nuptias licet moriente, non tamen revocatur donatio arrharum sponsalitiarum.

ARrhis sponsaliorum nomine datis, si interea
1 sponsus vel sponsa decesserit, quæ data sunt,

testi-

restitui debere, rescripserunt Impp. *in l. arrhis 3. C.* 2 *de Sponsalib.* † Ex quo satis manifestum est, res sponsaliorum die datas, sive arrhas sponsalitias de jure Civili repeti posse, decedente sponso, sponsâve ante nuptias, Bald. *in l. cum te sponsæ 9. vers. sed pone C. de donat. ant. nupt.* Hartm. Pistor. *obs. 206. n.* 33. † Quod nec primâ fronte iniquum existimaveris, si donatio hæc, ceu post matrimonium tam sponsæ quàm sponsi consensu contractum facta, pro 4 donatione inter virum & uxorem reputetur, † quæ certè non subsistit, antequam morte donatoris confirmata fuerit, *tot. tit. ff. & C. de donat. int. vir. & uxor.* Joh. Schneidew. *in §. aliæ 2. n. 57. inst. de* 5 *donat.* † Sed hæc ita de Jure Civili, quo sponsalia, quorum nomine arrhæ quondam intervenire solebant, futurum tantummodò matrimoni-6 um respiciebant, *l. 1. ff. de sponsal.* † Unde & alterutri contrahentium conditioni renunciare, & à conventionis lege discedere licebat, *l. 1. C. eod. tit.* adeoque & datio arrharum erat conditionalis, quatenus nuptiæ subsequerentur. † At, cum apud 7 nostros ipso sponsaliorum die sponsus & sponsa, in præsentia amicorum manibus consertis sibi invicem dent fidem de matrimonio, idque mutuo consensu per verba de præsenti contrahant, donata non tam arrharum, quàm puræ donationis 8 instar obtinere putaverim, † quam revocare neutiquam licebit, *l. si filiæ duæ 10. l. si tibi res* 9 *proprias 11. C. de donat. ant. nupt.* † maximè cum per sponsum, sponsamvè defunctam non steterit, quò minus nuptiæ consummarentur, Natta *consil. 317. in fin. tom. 2.* Johan. Schneidew. *dict.* 10 *loc. num. 62.* Nec movet quicquam, † quod donatio inter conjuges morte non confirmatâ haud valida habeatur *tot. tit. ff. & C. de donat. int. vir. &* 11 *uxor.* † præterquam enim quod aliud dicendum sit de donatione conjugum reciprocâ sive remuneratoriâ, qualis absque dubio est hodiernis tem-12 poribus datio arrharum sponsalitiarum, † hunc enim subsistere expeditum est per text. *in l. quod autem 7. §. si vir & uxor. 2. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. si pater puellæ ubi Dd. C. de inoff. testam.* Gail. *lib. 2. obs. 40. num. 7.* Schneidew. *dict. loc. num.* 13 *61.* Coler. *part. 1. decis. 12. num. 44. & seqq.)* † Certè sponsus sponsave nomine mariti & uxoris propriè non comprehenduntur in foro Saxonico, antequam thalamum conscenderint, *art. 45. lib. 3.* 14 Landrecht. *hâc* Const. *19.* † Nec jura de marito & uxore disponentia in sponsis locum habent, Roland. à Vall. *in tract. de lucro dot. qu. 106.* Hartm. 15 Pistor. *dict. observ. 206. num. 42.* † Quin & donationem arrharum sponsalitiarum ad solennia 16 nuptiarum pertinere nemo dubitat; † Atqui subsistit inter sponsum & sponsam donatio eorum, quæ necessaria sunt ad solennia nuptiarum & ad matrimonium contrahendum, *l. si quis pro uxore 21. vers. in contrahendo matrim. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Roman. *in consil. 146.* Natta *dict. cons. 317.* Hartm. Pist. *part. 1. qu. 44. n. 11.*

Ita Domini in causa Elisabethen Schleckwordein zu Löbaw/Mens. Majo Anno 1633. (Verba sententiæ: Ob wohl euer Bräutigam vor der Hochzeit verstorben/ꝛc. So seyd ihr doch dasjenige / was ihr ihme beym Verlöbniß geschencket/oder zu dessen Auffrichtung auffgewendet / von seinen Freunden wieder zu fodern nicht berechtiget / inmassen dann auch ihr hinwiederumb das jenige / so euch vom Bräutigam zum Ehe- und Mahlschatze beym Verlöbnüß verehret worden / seinen Freunden wieder auszuantworten/nicht angehalten werden möget/V.R.W.)

Definit. XIV.

Donatio sponsæ facta jure subsistit, nec post ejus obitum donatum repeti potest.

AN ergo *donatio inter sponsum & sponsam jure* 1 *valebit, ita ut revocare eam non liceat?* Omninò sanè, & in eo conveniunt Dd. † Si honoris 2 causâ & ad solennia nuptiarum & matrimonium contrahendum facta fuerit, *l. si quis pro uxore. 21. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 44. num. 11. Defin. præced. n. 16.* † At, licet etiam 3 post contracta & perfecta sponsalia, nullâ necessitate coactus, sponsus ex singulari affectione & amore quid sponsæ donaverit, donationem subsistere nec donatum sponso sponsâve defunctis reperi posse, existimaverim † per text. *in l. inter eos 27. l. Seja Sem-* 4 *pronio 66. §. virgini 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. cum te sponsæ. 9. l. 10. l. 11. C. de donat. ant. nupt.* Joh. Schneidew. *ad §. 2. num. 62. inst. de donat.* Natta *tom. 2. consil. 317.* † Nec facit negotium *l. cum* 5 *veterum 15. & l. 16. C. de donat. ant. nupt.* † Vel enim 6 de eo quod matrimonii causa datum est, h. e. de arrhis, quarum donatio post alterutrius obitum potest revocari, *l. 3. C. de sponsal.* ibidem agitur, † vel 7 dicendum, sponsam vel sponsum causam dedisse, quo minus matrimonium consummaretur, ut non immeritò liceat revocare, quod intuitu matrimonii contrahendi datum fuerat, Accurs. *in dict. l. cum veterum. 13. C. de donat. ant. nupt.* † Maxi- 8 mè autem valebit donatio, si donatoris mors superverierit, quo ipso videtur morte confirmata, *l. 1. l. 3. l. si maritus. 10. C. de donat. int. vir. & uxor.*

Ita Domini in causa Nicolai Hartmanns zu Löbschütz/Mens. April. Anno 1625. (Verba sentent: Ob nun wohl der Bräutigam vor der Hochzeit Todes verfahren / dahero seine Schwester der Braut den ihr geschenckten Acker Feldes nicht abtreten wil/dieweil aber dennoch die Zeugen berichtet/daß in ihrem Beyseyn der Bräutigã gedachten Acker Feldes seiner Braut/eurer Schwester / durch eine Ubergabe unter den Lebendigen ohn einigen Anhang geschencket / dergestalt / daß solcher alsobald bey seinem Leben ihr eigen seyn solte/ꝛc. So gebühret auch mehrberührter Acker euer Schwester billich/und es seyn des Bräutigams Erben solchen abzutreten schuldig / V.R.W.)

Et in causa Marien Schopin zu Züllichau / Mens. Febr. Anno 1622. (Verba sentent: Ob nun wohl der Bräutigam vor der Hochzeit verstorben / ꝛc. So verbleiben doch beydes die 17. Reichsthaler/welche euer verstorbener Bräutigam an statt des Ringes euch gegeben/und damit ferner die Kleider/Gürtel / und was er euch als seiner Braut sonst aus freywilligem Gemüth verehret/ euch billich / und seine hinterlassene Erben seyn solche Geschencke von euch wieder zu fodern nicht berechtiget/ V.R.W.)

CON-

CONSTITUTIO XX.

PARTIS TERTIÆ.

Was dem Weibe aus ihres verstorbenen Mannes Gütern folgen soll?

Jeweil bißanhero an vielen Orten / in Städten und Dörffern unserer Lande ungewiß / was dem Weibe / nach Absterben ihres Mannes / aus den verlassenen Gütern gebühre / So verordnen / setzen und wollen wir / Wann zwischen Eheleuten Ehestifftungen beredet und auffgerichtet / oder sonsten des Orts / da der verstorbene Mann wohnhafftig / wie es dißfalls gehalten werden soll / eine Willkühr oder beständige Gewohnheit vorhanden und eingeführt / daß denselben nachgelebt / und die Wittibe aus ihres verstorbenen Mannes Gütern / vermöge der Ehestifftung / Willkühr / oder Gewohnheit / gebührlich abgefunden werden soll.

Wo aber diese Dinge ungewiß / und es stirbt der Mann vor seinem Weibe / und läst nach sich Kinder von der ersten und andern Ehe / eines oder mehr / so soll sein Weib ohne Unterschied / ob sie reich oder arm / nach Bezahlung der Schulden / aus allen ihres verstorbenen Mannes übrigen Gütern einen vierdten Theil nehmen und haben.

Ließ aber der verstorbene Mann keine Kinder / so soll seinem überlebenden Eheweibe aus seiner Verlassenschafft / nach Ablegung der Schulden / ein Drittheil folgen / und die Frau in beyden Fällen / alle ihre eingebrachte / anererbete und andere Güter / zusammt der Gerade / in die gemeine Theilung zu bringen schuldig seyn / Jedoch soll der Frauen in alle wege frey stehen / ob sie zu ihrem eingebrachten Gut / oder aber nach Gelegenheit der Fälle / zu dem vierdten oder dritten Theil greiffen will / und ihr solche Wahl oder Unterschied / es hätte der verstorbene Mann Kinder oder nicht / in einem oder dem andern Fall / wie obstehet / gelassen werden.

Marito defuncto, è bonis ejus quid viduæ debeatur?

Uia in multis pagis & oppidis, aliisque Ditionum nostrarum locis incertum hactenus fuit, viro defuncto, Viduæ ex bonis ejus quid deberetur; igitur ordinamus & constituimus, ut pacta dotalia, si quæ facta sint inter Conjuges, vel iis deficientibus, statutum aut Consuetudo ejus loci, in quo domicilium habuit maritus, ante omnia attendantur, & juxta illa Viduæ satisfiat.

Si vero hæc omnia desint, & res sit incerta, tùm marito præcedente relictis liberis, uno vel pluribus, ex primo vel secundo matrimonio susceptis, vidua, sive pauper sit, sive dives, quadrantem bonorum ipsius, quæ deducto ære alieno supersunt, habebit.

Sin autem Vir decedat nullis relictis liberis, trientem capiet Vidua, collatis tamen utroque casu bonis suis omnibus, tàm quæ ad maritum attulit, quàm quæ constante matrimonio ex hereditatibus, vel aliunde acquisivit, unà cum utensilibus. Liberum tamen illi semper erit, ut vel bona illata repetat, vel, si malit, tertiam aut quartam bonorum mariti, juxta distinctionem paulò antè positam, accipiat, idque jus optionis illi, utroque casu, sive liberos reliquerit maritus, sive non reliquerit, salvum esse volumus.

DEFINITIONES.

1. *Viduæ portione, in pactis dotalibus sibi assignatâ, contenta esse debet, nec relicta ea ad portionem statutariam redire potest.*
2. *Etiamsi absque Curatore in pacta dotalia consenserit.*
3. *Non audienda est Vidua, quæ ex capite læsionis ultrà dimidium pacta dotalia rescindi, sibique portionem statutariam adjudicari petit.*
4. *Ex pactis dotalibus portionem Vidua absque onere collationis suæ dotis aliorumque bonorum consequitur.*
5. *Vidua in testamento mariti sibi relicta unà cum portione ex pactis dotalibus lucratur.*
6. *Statutum Lipsiense, in casu deficientis pacti dotalis, Viduæ partem tertiam bonorum mariti defert, unà cum bonis utensilibus.*
7. *Vidua succedens Marito ex statuto locali, non tenetur conferre seu imputare dotem illatam, aliaque sua bona in portionem statutariam.*
8. *Gravatur tamen onere collationis Conjux superstes, si de hoc verbis statuti localis expressis dispositum, quod in neutro conjuge iniquitatis speciem habet.*
9. *Conferre tenetur conjux superstes bona sua, mediante inventario vel juramento.*

10. *In dubio ſtatuti localis verba ita ſunt explicanda, ut excludatur collatio bonorum.*
11. *Collatio bonorum conjugi ſuperſtiti per ſtatutum locale impoſita, non eſt trahenda ad caſum exiſtentis concurſus creditorum.*
12. *Extrà Saxoniæ Electoratum, liberum eſt Viduæ portionem ex ſtatuto locali ſibi delatam eligere, vel bona ſua illata cum geradâ repetere.*
13. *In Electoratu vero Saxoniæ, Viduam contentam eſſe oportet portione ſtatuti localis, nec bona illata repetere poteſt.*
14. *In concurſu tamen Creditorum, aliisque certis in caſibus, etiam in Electoratu Saxoniæ Vidua, quotâ ſtatutariâ repudiatâ, dotem ſuam ac bona illata repetere poteſt.*
15. *De jure civili & Saxonico communi, quatenus uxor ſuccedat Viro.*
16. *In terris Electoratus Saxonici Vidua quadrantem, liberis extantibus, trientem verò, non extantibus liberis, ex bonis defuncti mariti lucratur.*
17. *Licet Maritus ſolos nepotes reliquerit, attamen Vidua, ſive dives ſive inops fuerit, ultra quadrantem nihil petere poteſt.*
18. *Nil quicquam ultra quadrantem vel trientem Viduæ debetur, etiamſi ambo conjuges vacuis manibus convenerint, amplas q; facultates acquiſiverint.*
19. *Bona extra territorium Electoratus Saxonici ſita non veniunt in computationem portionis Statutariæ.*
20. *Sicuti nec bona feudalia.*
21. *Ex bonis Mariti fideicommiſſo ſubjectis, Vidua portionem ſtatutariam petere haud valet.*
22. *Fructus hereditatis augent portionem ſtatutariam, quamdiu Vidua in bonis mariti utitur jure retentionis.*
23. *Marito propter commiſſum crimen Majeſtatis ad confiſcationem bonorum licet condemnato, Viduæ tamen portio debetur ſtatutaria.*
24. *Conſt. Elect. Viduæ defert quadrantem vel trientem, ſub onere collationis omnium bonorum etiam extra Electoratum ſituatorum.*
25. *Vidua portionem ſtatutariam petens, lucra quoq; nuptialia conferre tenetur.*
26. *Credita etiam, quorum dies nondum ceſſit, in collationem veniunt in caſu, quo Uxor petit portionem ſtatutariam.*
27. *Indifferenter bona Utenſilia, adeoque & Geradam ſuam propriam conferre tenetur Vidua, quæ trientem vel quadrantem vigore Conſtit. Elect. ex bonis defuncti Mariti petit.*
28. *Quicquid autem poſt mortem mariti Vidua durante communione acquirit, neutiquam in communem hereditatem conferre cogitur.*
29. *Confert tamen Vidua legatâ, aliaque in teſtamento ſibi à marito relicta, neque hæc unà cum portione ſtatutariâ retinere poteſt.*
30. *Niſi Maritus diſertis verbis legatum Viduæ ultra portionem ſtatutariam reliquerit.*
31. *Quo caſu portio ſtatutaria prius eſt deducenda, ac poſtea demum Legatum Viduæ exſolvendum.*
32. *Vidua dotem illatam repetens, locò pecuniæ numeratæ, bona immobilia in ſolutum haud acceptare tenetur.*
33. *Propter deteriorationem dotis aliorumque bonorum illatorum, heredes mariti Viduæ ad intereſſe tenentur.*
34. *Vidua non poteſt petere mobilia, tanquam bona illata, ex eo ſolo, quod ſignaculo ſuo notata reperiantur.*
35. *Vidua unà cum bonis illatis Geradam quoque ex bonis defuncti mariti jure petit.*
36. *Non poteſt repetere Vidua expenſas nuptiales cum aliis bonis marito illatis.*
37. *Niſi in dotem fuerint imputatæ, vel ut bona illata à marito acceptatæ.*
38. *Vidua non poteſt repetere ex bonis defuncti mariti fructus, ex dotalitio prioris matrimonii à ſecundo marito perceptos.*
39. *Repetere licet Viduæ nomina in dotem data, deductis tamen ſumptibus, pro eorundem exactione factis.*
40. *Unà cum dote illata legatum, in teſtamento mariti ſibi relictum, Vidua jure petit.*
41. *Jus optionis ſive eligendi portionem ſtatutariam, vel bona illata repetendi, non ſolum Viduæ, ſed & ejusdem liberis ac nepotibus competit.*
42. *Non etiam Aſcendentibus, Collateralibus, vel extraneis heredibus.*
43. *Vidua ad nuptias ſecundas convolante, defunctâ eâ, antequam utatur jure optionis, marito ſecundo jus hoc non competit.*
44. *Si Vidua jure optionis uſa fuerit, ac bona illata petierit, defunctâ eâ, heredibus ejus ad portionem Statutariam redire non licet.*
45. *Vidua petens portionem Statutariam, mediante juramento tenetur conferre bona ſua, quando inhorum exhibitione ſe fatit ſuſpectam.*
46. *Vidua tenetur ad exſolutionem æris alieni, à marito facti, pro ratâ portionis ſuæ Statutariæ.*

Definit. I.

Vidua portione in pactis dotalibus ſibi aſſignatâ contenta eſſe debet, nec, relictâ eâ, ad portionem ſtatutariam redire poteſt.

1 UXor marito ſuperſtes triplici verè modo ſuccedit; Vel *ex pactis dotalibus*; Vel *ex ſtatuto aut conſuetudine*; Vel *denique ex jure com-*
2 *muni ac provinciali.* † Ante omnia enim ſunt attendenda pacta dotalia, quæ, ſi adſint, non multum de ſtatuto loci vel conſuetudine, nec etiam de jure
3 communi ac provinciali diſputandum eſt; † ſed vigore pactorum dotalium Vidua ad ſucceſſionem admittitur, ac portione in iisdem ſibi aſſignatâ contenta eſſe debet, *h.* Conſt. *20. in pr. verſ.* Wann zwiſchen Eheleuten Eheſtifftungen beredet und auffgerichtet. *verb.* Daß denſelben nachgelebet/ und die Wittib aus ihres verſtorbenen Mannes Gütern/vermöge der Eheſtifftung / gebührlich abgefunden werden ſoll. Matth. Col. *part. 1. deciſ. 61. in pr. & de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 241.* Nec imerito, † quia conventio dat legem contractui, 4
l. 1. §. ſi convenit 6. ff. depoſit. † & ſervari debent 5
præcisè pacta dotalia *tot. tit. ff. de pact. dotal. & C. de pact. convent.* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 80. num. 15.*
† Neutiquam ergò Viduæ relictis pactis dota- 6
libus

libus, ad portionem, ex ſtatuto vel jure provinciali ſibi debitam, quartam nimirum vel tertiam omnium bonorum, redire fas eſt, ut rectè ſentiunt Moll. *hîc n.10. & ibi* Reinh. Roſa *in not.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ.61.* Frider. Penſold. *ad* Coler. *part.2.deciſ.286.* 7 *n.176.* Matth. Berlich. *part.3.concl.27.n. 29.* † Niſi quis dicere auſit, Viduam quoque relicto ſtatuto alicujus loci ſpeciali, ad jus provinciale & conſuetudinem harum terrarum generalem confugere, & tertiam vel quartam bonorum partem petere poſſe, quippe cum Elector Illuſtriſſimus ſtatuta locorum & pacta dotalia conjungat & æquiparet, *h.* Conſt. *pr.verſ.* Vermöge der Eheſtifftung / Will- 8 kühr oder Gewohnheit/ꝛc. † Quod ipſum tamen 9 nemo unquam forſan ſeriò affirmaverit. † Ac licet quondam aliter ſenſerint Scabini, & Viduæ facultatem pœnitendi conceſſerint, teſte Dan. Moll. *hic.* 10 *n.6. & lib.1.ſemeſtr.13.n.8.* † Rectius tamen edocti in contrariam poſtea iverunt ſententiam præcisè Vi- 11 duam ad pacta dotalia aſtringentes, Moll. *hîc n.10.* † quæ & verbis *h.* Conſtit. & Conſt. *22.ſub fin.verſ.* Da aber in den Eheſtifftungen *ut &* Conſt. *37.p.3. verſ.* Es wäre dann in der Eheſtifftung/ꝛc. omninò con- 12 venit. † Nec infringi poteſt ex *verbis finalibus* (In einem oder dem andern Fall) quippe quæ ad præcedentem verſiculum reſtringi, deque eo duntaxat caſu, quo pacta dotalia vel ſtatuta non extant, 13 intelligi debent, † ut demonſtrant Moll. *hîc n.5.* Frider. Penſold. *dict.loc.n.176.* Andr. Goldb. *de gerad. cap.5.tit.de prim.ordin.ſucc.n.47.* Berlich. *dict. loc. n. 30.* ubi reliqua argumenta, quæ contra hanc ſententiam proferri poſſunt, refellit.

Ita Domini in cauſa Marien Dölerin zu Döbeln / Menſ. Majo Anno 1632. (Verba ſentent : Ob ſchon des Orts ein Statutum vorhanden/ vermöge deſſen der überlebenden Wittiben nach Abſterben des Mannes die Helffte aller Güter ohne Unterſcheid / ob Kinder vorhanden ſeyn oder nicht/gebühret. Dieweil ihr aber dennoch mit euerm Ehemanne eine Eheſtifftung auffgerichtet / darinnen er euch auff ſeinen Todesfall mehr nicht dann den dritten Theil zugeeignet / welche Eheſtifftung auch Gerichtlichen vollzogen worden/ꝛc. So verbleibets darbey billich/und ihr ſeyd nunmehr von ſolcher Eheſtifftung abzuweichen/ und vermöge ſelbigen Orts Willkühr/die Helffte aus euers verſtorbenen Mannes Verlaſſenſchafft zu fodern nicht befugt/V.R.W.)

Et in cauſa liberorum Hanſen Andreaſſen zu Stolpen/ Menſ. April. Anno 1600.

Definit. II.

Etiamſi abſque Curatore in pacta dotalia conſenſerit.

1 NEc habet Vidua, quò eo magis relictis pactis dotalibus, portionem ſtatutariam petere valeat, ſi pactis dotalibus abſque Curatore conſen- 2 ſerit, † non ſolùm quod verba *hujus* Conſt. 20. generaliter ac indefinitè Viduam ad pacta dotalia obſtringant, *verſ.* Wann zwiſchen Eheleuten. *ubi* 3 Moll. *num.2.3. & 10.* ſed & † quia mulier abſque autoritate Curatoris, pactis dotalibus firmiter obligatur; vel ſaltem ex conſuetudine harum re- 4 gionum, † de quâ teſtatur Dan. Moller. *lib.1. ſemeſtr.13.num.2.& 3. ad Conſt. Elect. 15.p. 2.n.* 5 *87.* † Sufficit enim, adeſſe parentes aliosvè conſanguineos, qui Curatoris autoritatem ſupplent, Moller. *dict.loc.num.88.ſupr.part.2.* Conſt. Elect. *15. definit.11. & 18.* Nec immeritò, † quia ſine Curatoris autoritate matrimonium ipſum contrahitur, 6 Beuſt. *de ſponſal.part.1.cap.22.* Moller. *lib.3. ſemeſtr. 35. num. 2.* † Quare non ergò pacta quoque do- 7 talia ceu matrimonii acceſſoria valerent? Moller. *dict.cap.13.n.2. & 3.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent : Inmaſſen ihr euch auch damit / daß ihr bey Auffrichtung der Eheſtifftung keinen Kriegiſchen Vormunden gehabt / beſtändiger Weiſe nicht zu behelffen/V.R.W.)

Definit. III.

Non audienda eſt Vidua, quæ ex capite læſionis ultra dimidium pacta dotalia reſcindi, ſibique portionem ſtatutariam adjudicari petit.

QUid verò, *ſi Vidua ultra dimidiam portionis* 1 *ſtatutariæ partem, in pactis dotalibus ſe læſam dicat, ac propterea pacta dotalia reſcindi petat, puta ſi Vir aliquot millia in bonis habens non niſi centum florenos Uxori in pactis dotalibus aſſignaverit?* † 2 Nec tùm Viduam audiendam & ad portionem ſtatutariam admittendam, aſſerit Dan. Moller. *hîc n. 11. & lib.1. ſemeſtr.13.n.9. & 10.* quem ſequitur Matth. Berlich. *part.3.concluſ. 27.num.32.* † Rectiſſimè ſanè, 3 quia in ſucceſſione futurâ non poteſt conſiderari læſio propter incertitudinem eventus, † ob quam multa ſuſtinentur, quæ aliàs jure non ſubſiſtunt, *l.emptorem.12.in fin. cum l. ſeq. ff. de act. empt.* Andr. Tiraquell. *ad l. ſi unquam 8. verb. donatione largitus n. 128. C. de rev. donat.* † Quid enim, ſi maritus ad pau- 5 pertatem redigeretur? Quid itidem, ſi uxori ſuperviveret? † Nec ſponſa inops cum viro divite nuptias 6 contrahens, præſumitur ignara ejus facultatum, *arg. l. qui cum aliô 19. ff. de Reg. jur.* † adeoque enormiſſimè etiam læſa beneficio Reſciſſionis neutiquam 7 gaudebit, juxta tradita Dn. Card. Tuſch. *tom.5. pract. concluſ. lit. L. concluſ.294. n.7.*

Ita Domini in cauſa Dorotheæ, Viduæ Hanſen Oveiſſens zu Stolpen/ Menſ. April. Anno 1600. (Verba ſentent: Dieweil ihr ſelbſten berichtet / daß euer Ehemann/ Hans Oveiſſe/als er ſich mit euch in ein Ehegelöbnüß eingelaſſen/dieſe Vergleichung in beyſeyn der Freywerber / und Peter Rubuers / welcher euch als eine Dienſtmagd ihme ehelichen zugeſagt/mit euch auffgerichtet/daß ihr nach ſeinem Abſterben aus allen ſeinen Gütern mehr nicht denn 30. Neue Schock/ſamt zween Kühen/2. Scheffel Weitzen/ und 4. Scheffel Korn haben und bekommen ſoltet/ und daß ihr auch mit ſolcher Verwilligung damals wohl zu frieden geweſen/und darauff euch mit ihme ehelichen eingelaſſen/ ſo ſeyd ihr, auch euch nunmehr daran begnügen zu laſſen ſchuldig/und ein mehrers von euren Stieff-Kindern / der in eurer Frage angezogenen læſionis ultra dimidium ungeachtet/zu fodern nicht befugt/V.R.W.)

Definit. IV.

Ex pactis dotalibus portionem Vidua abſque onere collationis ſuæ dotis aliorumque bonorum conſequitur.

NOn equidem inficias ibo, Viduam portio- 1 nem in pactis dotalibus ſibi aſſignatam, ex defuncti mariti hereditate petentem, dotem ac reliqua ſua bona conferre teneri, ſi de hoc in pactis dotalibus expreſsè conventum, onusque collationis ipſi injunctum fuerit, † ex ſpeciali 2 nempe conventione, quæ legem dat pactis dotalibus, *l.1. §. ſi convenit 6. ff. depoſit.* † At ſi de 3

collatione in pactis dotalibus nil dictum fuerit, neutiquam hâc Vidua erit gravanda, sed dotem aliaque sua bona præcipua habebit, unà cum portione ex pactis dotalibus sibi debitâ. † Nunquam 4 enim in heredibus collateralibus & personis extraneis, qualis procul dubio quoque hoc casu est Uxor, *Nov. 107. cap. 1. §. 1.* collatio sibi locum vindicat, ex communi Dd. sententiâ Gloss. *in l. 1. C. de legit. here.* Jason. *in l. 9. C. de collat.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 4. defin. 1. n. 1.* 5 † Quod verò moribus Saxonicis, Vidua marito succedens cum liberis, aliisve mariti heredibus dotem & reliqua bona conferre cogitur, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de collat. bonor. num. 4.* Aut. differ. *lib. 1. diff. 20.* 6 † id ad eum solummodo casum est restringendum, quando nempe Vidua ex statuto generali Saxonico succedit, ut manifestum est *ex h.* Constitut. *20. in verb. finl. vers.* 7 Und die Frau in beyden Fällen. † Ubi collationis onus Uxori injungitur in duobus saltem casibus, videlicet si in casu existentium liberorum quartam, vel deficientibus, tertiam bonorum partem ex Constitutione Electorali sibi debitam petat, Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 176.* Dan. Moller. *hîc n. 4.* 8 † Quod ergò specialiter ibi dispositum est in successione statutariâ, ad successionem ex pactis dotalibus neutiquam extendi debet, † *Tùm*, quia 9 unius inclusio non est alterius exclusio, *arg. l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict.* 10 † *Tùm*, quia specialia & à jure communi exorbitantia, † 11 qualis est etiam collatio in personis extraneis, Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. num. 1. & 3.* strictè accipi nec ad casus similes extendi debent, *l. jus singulare 16. ff. de legib.*

Ita Domini in causa heredum Georgii Weßmanns zu Pilßnitz/ Mens. Octobr. Anno 1621. (Verba sententiæ: Ist zwischen euerm Vater Georgio Weßmannen und dessen Weibe eurer Stieffmutter/ als sich dieselbe mit einander verheyrathet/ eine Ehestifftung auffgerichtet worden/ dergestalt/ daß/ wann ermeldter euer Vater vor ihr der Stieffmutter mit Tode abgehen würde/ ihr der Wittiben alsdenn von euch seinen Kindern erster Ehe/ ein Kindestheil gegeben und abgefolget werden solte. Und es ist unlängsten vorermeldter euer Vater Todes verfahren/ ꝛc. So seyd ihr bemeldter eurer Stieffmutter das jenige/ so ihr/ vermöge der mit euerm Vater auffgerichteten Ehestifftung/ aus seinen Gütern gebühret/ folgen zu lassen schuldig/ und sie mag ihre eingebrachte/ anererbete und andere Güter in gemeine Theilung zu bringen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Vidua in testamento mariti sibi relicta unà cum portione ex pactis dotalibus lucratur.

1 COncludere hinc licet, si inter virum & uxorem in pactis dotalibus conventum fuerit, ut uxor superstes certam portionem ex bonis mariti habeat, & maritus in testamento Uxori aliquid legaverit, legatum hoc in portionem pactis dotalibus comprehensam non computari, sed unà cum portione illa Viduæ deberi, Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 25. num. 1. seqq.* Valent. Först. *de succes. ab intest. lib. 9. cap. 7. num. 11.* Matth. Ber- 2 lich. *part. 3. concl. 27. n. 56.* † Non solum quia Maritus hoc casu est debitor voluntarius, (cum in ejus voluntate fuerit, Uxori aut omninò nihil aut aliquid, vel plus vel minus etiam in pactis dotalibus relinquere) † qui certè haud compensandi a- 3 nimo legare aliquid videtur, Jason. *in Auth. præterea n. 18. C. Unde Vir & Uxor.* † Sed &, quod 4 Vidua legatum hoc præcipuum habeat ad instar suorum bonorum, quæ in portionem ex pactis dotalibus sibi debitam neutiquam imputare aut conferre tenetur, *Definit. præced.* † Quin & voluntas 5 Mariti ita est interpretanda, ut legatum subsistat, quod aliàs fieri non posset, † quia debiti legatum, 6 in quo nullum legatarii versatur commodum, inutile est, *§. ex contrario 14. inst. de legat. l. si debitor. n. l. legavi 25. vers. contra ff. de liber. legat. l. 1. §. 10. ff. ad Leg. falcid.*

Ita Domini in causa Georgii Endemanns zu Görlitz/ Mens. Majo Anno 1625. (Verba sentent: Und nachdeme von ihnen beyden solche Ehe vollzogen/ ist der Ehemann ohne Kinder anderer Ehe/ kurtzverrückter Zeit/ Todes verfahren/ und hat seine Wittibe an einem/ und seine Kinder erster Ehe am andern Theil/ zusammt einer Erbschafft/ nach sich verlassen/ ꝛc. So wird bemeldter Wittiben das jenige/ so ihr/ vermöge der mit ihrem Ehemanne auffgerichteten Ehestifftung/ aus seinen Gütern gebühret/ billich abgefolget/ und es mag dieselbe ihr Vermögen/ und was ihr sonsten vom Manne in seinem Testament legiret und beschieden worden/ zu conferiren und in gemeine Theilung zu bringen/ gestalten Sachen nach/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Et in causa Mariæ Glasers zu Pegaw/ Mens. Majo Anno 1630. (Verba sentent: Ob nun wohl nach gemeinem Wahn bewährter Rechtsgelahrten/ eine Wittib das jenige/ so ihr in der Ehestifftung vermacht worden/ auch die Legata, und was ihr sonsten aus des Mannes Testament zukommen/ zu fodern berechtiget/ und eines das andere nicht auffhebt/ ꝛc.)

Definit. VI.

Statutum Lipsiense, in casu deficientis pacti dotalis, Viduæ partem tertiam bonorum mariti defert unà cum bonis utensilibus.

ALter modus succedendi *statuto locali seu consuetudine loci cujusque speciali* nititur: † De- 1 ficientibus namque pactis dotalibus, Uxor superstes ex statuto ac successionem admittitur, illudque ex bonis mariti consequitur, quod cujusque loci consuetudo seu statutum peculiare ipsi defert, † 3 *h.* Const. *20. vers.* Oder sonsten des Orts/ da der verstorbene Mann wohnhafftig/ wie es dißfalls gehalten werden soll/ eine Willkühr/ oder beständige Gewohnheit verhanden und eingeführet/ daß derselben nachgelebet/ und die Wittibe aus ihres verstorbenen Mannes Gütern/ vermöge solcher Willkühr oder Gewohnheit/ gebührlich abgefunden werden soll. † Habent siquidem statuta 4 localia & consuetudines vim Legis, ac juri communi derogant, *l. de quibus 32. ff. de lib.* Bartol. *in l. viros 8. in fin. C. de divers. offic. lib. 12.* Jason. *in l. mores 5. col. 9. ff. de jurisdict. omn. judic.* † Potissimum 5 ergò cujusque loci statuta circa successionem conjugum attendi debent; † Veluti hîc Lipsiæ, ex pe- 6 culiari statuto 13. Febr. Anno 1593. promulgato, marito decedente, & deficiente pacto dotali, Viduæ liberum relinquitur; vel bona illata repetere, vel factâ collatione, tertiam partem bonorum mariti

7 mariti unà cum bonis utenſilibus accipere. † Verba ſtatuti hæc ſunt: Wenn einem Weibe der Mann ſtirbet / mit welcher keine Eheſtifftung auffgerichtet worden/derſelben ſoll frey ſtehen/und die *Option* zugelaſſen ſeyn / ihr eingebracht Gut zu fodern / oder nach *conferi*rung aller ihrer Güter/aus ihres Mannes verlaſſenen Erbſchafft den dritten Theil neben voller Gerade zu nehmen / ꝛc.

8 Quatuor nimirum diſponit hoc ſtatutum: † (I.) Ut Vidua tertiam partem ex hereditate mariti conſequatur, idque indiſtinctè ſive liberi extent, ſive

9 non, generaliter enim loquitur ſtatutum; † Ergò & generaliter ac de caſu utroque, exiſtentium ſcilicet liberorum vel non, intelligi debet, *l. præſes 3. in fin. ff. de offic. præſid. l. ut nullo 28. C. de Iu-*

10 *ſur.* † (II.) Ultra tertiam partem bonorum Vi-

11 duæ omnis gerada deferatur, die volle Gerade. † (III.) Factâ prius collatione bonorum ſuorum, ita ut propria ſua bona Vidua præcipua non habeat, ſed

12 in tertiam partem imputare cogatur. † (IV.) Conceſsâ tamen Viduæ optione, num relictâ portione illâ ſtatutariâ ſeu tertiâ parte, bona ſua ac dotem illatam repetere malit, Dan. Moller. *hîc num. 9. &*

13 Reinh. Roſa *in addit. n. 66.* † Quid in Marchiâ circa ſucceſſionem Viduæ obtineat, docet Frider. Pruckm. *vol. 1. conſil. 34. quæſt. 4.* Joachim. Schep-

14 litz. *ad conſuet. Marchic. part. 3. tit. 2. §. 14.* † Witteberge quoque defuncto Marito, Uxori ſuperſtiti, licet exiſtant liberi, tertia pars omnium bonorum debetur ex ſtatutis Senatus Witteberg. *ſub tit.* Von Erbgerechtigkeit/*ubi hæc verba habentur*: Stirbt ein Mann/und verläſt Weib und Kind/ wird der Wittiben aus den Gütern / nach dieſem Stadtbrauch/der dritte Theil zu ihrem gehörigen Erbe oder Antheil gegeben.

Ita Domini in cauſa Helenen Arnſts zu Leipzig/Menſ. Jun. Anno 1631. (Verba ſent: Iſt euer Ehemann Todes verfahren/und hat euch ſeine Wittibe nach ſich verlaſſen/ ꝛc. Da nun zwiſchen euch keine Eheſtifftung auffgerichtet/und darinnen der Succeſſion halber ſonderbahre Verfehung gethan worden wäre; So gebührete euch Inhalts dieſer Stadt Statuten gegen conferirung aller eurer Güter/aus des verſtorbenen Mannes Verlaſſenſchafft / es ſeyn gleich Kinder verhanden oder nicht/ der dritte Theil nebens voller Gerade billich / ihr woltet dann zu eurem eingebrachtem Gute kieſen / welches euch zu thun unbenommen/V.R.W.)

Et in cauſa I.D.F. zu Leipzig / Menſ. Octobr. Anno 1629. (Verba ſentent: So hat er ſeine Verlaſſenſchafft auff euch ſeinen Bruder gebracht und verfället/ Es wird aber davon/weil keine Eheſtifftung auffgerichtet worden/ vermöge der Leipzigiſchen Statuten, ſeiner Wittiben/wofern ſie zu ihrem eingebrachten Gute/wie ihr denn frey ſtehet/ zu kieſen nicht gemeynet/nach conferirung aller ihrer Güter/der dritte Theil nebens voller Gerade billich entrichtet und abgefolget/ V.R.W.)

Definit. VII.

Vidua ſuccedens Marito ex ſtatuto locali, non tenetur conferre ſeu imputare dotem illatam, aliaque ſua bona in portionem ſtatutariam.

1 VIdua petens partem bonorum mariti quartam liberis exiſtentibus, vel tertiam haud exiſtentibus liberis, ex generali diſpoſitione Con-

2 ſtitutionis Electoralis, † neutiquam audiendа eſt, niſi dotem illatam aliaque ſua bona propria conferre velit, ex peculiari ſcilicet ſanctione Illuſtriſſimi Conſtituentis *hâc* Conſtitut. *20. §. ult. verſ.* Und die Frau in beyden Fällen *(exiſtentium nempe & non exiſtentium liberorum, ſive quartam, ſive tertiam partem bonorum petat)* alle ihre eingebrachte/anererbete und andere Güter/zuſammt der Gerade in gemeine Theilung zu bringen ſchuldig ſeyn/ ꝛc. † Quæ tamen ſanctio, quia exorbitans eſt à 3 jure communi, quippe quod collationem in perſonis extraneis & Vidua non admittit, Gloſſ. *in l. 1. Cod. de legit. hered.* Jaſon. *in l. 9. Cod. de collat. ſupr. Defin. 4.* † ad caſus alios neutiquam extendi debet, 4 *l. jus ſingulare 16. ff. de legib.* † Adeoque nec ad 5 ſpecialia locorum ſtatuta, ut rectiſſimè ſentit Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 27. num. 47.* † Ergò, ſi ſtatutum alicujus loci peculiare, Uxori ſuperſtiti etiam portionem ex bonis mariti deferat, hanc præcipuam habebit absque omni onere collationis dotis ſuæ, aliorumque bonorum. † *Tùm*, 7 quia jus collationis absque autoritate legis ſive ſtatuti verbis expreſſis, Viduæ ceu perſonæ extraneæ haud imponendum eſt, juxta tradita Coleri *part. 1. deciſ. 62. num. 1. & 3.* Ludovic. Fachſ. *part. 1. diſſer. 2.* † *Tùm*, quod Vidua portionem ex pactis dotalibus 8 petens, onere collationis gravari haud debeat, *ſupr. Definit. 4.* † Eadem verò eſt hoc caſu ratio ſtatuti & pactorum dotalium, quæ & verbis conjunguntur, *h.* Conſtitut. *26. in pr. verſ.* Vermöge der Eheſtifftung / Willkühr oder Gewohnheit / ꝛc. † *Tùm*, quod ſtatutum de bonis defuncti diſpo- 9 nens, ad conjugis adhuc ſuperſtitis bona neutiquam trahi debeat, quia ſtrictè ejusmodi ſtatutum eſt accipiendum; Anton. Fab. *in C. lib. 2. tit. 7. defin. 3. n. 6.*

Ita Domini in cauſa Marien Mohrin zu Löbniß / Menſ. Jul. Anno 1631. (Verba ſentent: Iſt ein Statutum des Orts verhandē/daß nach Abſterben des Ehemanns der überlebenden Wittiben/es ſeyen gleich Kinder verhanden oder nicht / der dritte Theil aller Verlaſſenſchafft abgefolget werden ſoll/und es iſt unlängſten euer Ehemann Todes verfahren/und hat euch ſeine Wittibe an einem / und ſeine Brüder am andern Theil/nach ſich verlaſſen/ ꝛc. So wird euch / vermöge ſolches Statuti, der dritte Theil des Mannes verlaſſenen Erbſchafft billich ausgeantwortet/ und ihr möget eure eigenthümliche Güter in gemeine Theilung zu conferiren/und mit einzurechnen/nicht angehalten werden/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Gravatur tamen onere collationis Conjux ſuperſtes, ſi de hoc verbis ſtatuti localis expreſsis diſpoſitum, quod in neutro conjuge iniquitatis ſpeciem habet.

SEd hoc ita, ſi ſtatutum alicujus loci certam 1 portionem bonorum Viduæ deferat nec mentionem collationis faciat: † Cæteroquin, ſi Vi- 2 duæ ſuperſtiti onus collationis verbis expreſſis injungat, quin tum vigore ſtatuti, omnia ſola bona in communem hereditatem conferre cogatur, ambigendum non eſt, juxta tradita Dan. Moll. *lib. 2. ſemeſtr. 41.* † Haud pauca enim videmus ſtatuta, 3 ut defuncto Marito vel Uxore, conjux ſuperſtes omnem ſuam ſubſtantiam, ac bona propria per hereditatem, vel alio modo acquiſita in commu-

nem hereditatem conferre, cumque liberis dividere cogatur, ita ut certam tantummodò portionem, partem scilicet tertiam vel etiam dimidiam, retine-
4 at. † Quod quidem iniquum videtur Matth.Coler. *part. 1. decis. 39.* ubi ejusmodi statuta prorsus in-
5 valida dicit, eò, quod sint contra jus naturæ, † quod tribuit demum successionem liberis in bonis parentum, ipsis defunctis, *l. scripto 7. ff. Unde liber. l. cum ratio 9. ff. de bon. damnat. l. nam etsi parenti-*
6 *bus 15. ff. de inoff. testam.* † veluti etiam statuta disponentia, ut pater teneatur in suâ vitâ, dare liberis legitimam; propterea non valent, sed ceu iniqua rejiciuntur, Bartol. *in l. ult. n. 2. ff. de lib. agnosc.* Bald.
7 *in l. non potest 31. ff. de adopt.* † Ast rei veritate inspectâ, nihil iniquitatis continent statuta conjugi superstiti collationem dotis aliorumque bonorum
8 imponenti, † nisi quis etiam sanctionem *hujus* Constit. Elect. *20.* quæ Viduam, tertiam vel quartam partem ex bonis defuncti petentem, dotem aliaque bona illata conferre jubet, *in §. ult. vers.* **Und die Frau in beyden Fällen/ꝛc.** iniquam dicere ausit,
9 quod non facilè præsumendum. † Et sanè, si quicquam iniqui inde conjugi superstiti obveniret, ex e-
10 ventu hoc accidere quilibet fatebitur, † ob cujus incertitudinem multa sustinentur, quæ aliàs jure non subsistunt, *l. emptorem 12. in fin. cum l. seq. ff. de act. empt.* Andr. Tiraquell. *ad l. si unquam 8.*
11 *verb. donatione largitus n. 128. C. de revoc. donat.* † Nec deest conjugi remedium, quo sibi consulere
12 queat, † cum damnum ex eventu sibi futurum, si forsan alter conjux nihil aut parum inferat, pactis dotalibus avertere possit, *h.* Constit. *20. in pr. l. 1. §. si convenit 6. ff. depos. tot. tit. ff. de pact. & tot. tit.*
13 *C. de pact. convent.* † Nec concesserim Colero, quod per ejusmodi statuta liberis in bonis parentum deferatur successio ipsis adhuc vivis, contra id quod vulgò dicitur, viventis non esse hereditatem,
14 *l. fin. C. de pact. l. 1. ff. de hered. vel act. vendit.* † Quàm longè enim ab invicem differant collatio & jus successionis, nemini obscurum est, nisi quis totam collationis materiam evertere velit, contra *tit. ff. & C. de collat. bonor. Vid.* Moller. *dict. cap. 14.*

Ita Domini in causa Andreæ & Jeremiæ der Grossen zu Eulenburg/Mens. April. Anno 1632. (Verba senteut: Ist des Orts durch eine beständige Gewohnheit oder Statutum eingeführet/auch zu jederzeit also gehalten worden/ daß nach Absterben eines Ehegatten / der Uberlebende des Verstorbenen nechsten Freunden die Helffte des verhandenen/so wohl seiner eigenthümlichen / als des Verstorbenen Theils verlassenen Güter abstatten und entrichten solle/und es ist eure Mutter daselbst Todes verfahren / und hat euch und eure Schwester/als ihre Kinder an einem / und ihren Ehemann anders Theils/ nach sich verlassen / ꝛc. So wird vorgedachter Gewohnheit oder Statuto nach/euch den Kindern die Helffte aller verhandenen Güter/so wohl eurer verstorbenen Mutter/als des Stieffvaters billich abgefolget/ ꝛc.)

Ita in causa heredum Martini Schneiders / contra ejusdem Viduam Christinam, ad requisitionem Hansen Albrechts von Holläuffer zu Burckershain / Mens. Sept. Anno 1633. (Verba sent: Daß beklagte Wittib die von ihren Kindern ererbete 200. fl. und andere eigenthümliche Güter/ihres Vorwendens ungeachtet / dem Dorffbrauch nach in gemeine Theilungen zu bringen schuldig/dargegen wird ihr aus der gantzen Erbschafft der halbe Theil abgefolget / V.R.W.)

Ita in causa Lucæ Albrechts zu Dreßden/Mens. Martio Anno 1632.

Et in causa Hansen Liebetzens Stieff-Kinder zu Mackerwitz/ Mens. August. Anno 1599.

Definit. IX.

Conferre tenetur conjux superstes bona sua, mediante inventario vel juramento.

COnjux itaque superstes portionem ex speciali 1
alicujus loci statuto petens, ab onere collationis se neutiquam eximere poterit, si verbis statuti hoc onere gravetur, licet etiam conjux defunctus aut parum, aut nihil intulerit, *Defin. præced.* † At 2
quid, si bona sua conjux superstes occultet, nec totam suam substantiam bonâ fide manifestare velit? † Absque dubio tùm inventarium totius sui patri- 3
monii exhibere tenebitur coheredibus. † Descri- 4
ptionem siquidem bonorum, ac inventarium petere possunt omnes, quorum interest, *l. cum plures 15. ff. de reb. autor. judic. possid.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 19. defin. 33. n. 3.* † Postquam enim 5
hoc casu receptum est onus collationis omnium indifferenter bonorum conjugis superstitis, concessa quoque videtur petitio Inventarii, † sine quo 6
ad collationem totius patrimonii vix deveniri potest, *arg. l. 2. ff. de jurisd.* † Non autem exhibito In- 7
ventario, vel quod solenniter confectum non fuerit, vel ullum superstes Vidua vel maritus conficere noluerit, sub juramento facultates sunt manifestandæ, *argum. l. ult. §. 4. vers. sic ubi Cod. de his qui ad Eccles. confug.* Dd. *in l. fin. §. licentia 10. C. de jur. deliber.* Rol. à Vall. *de confect. invent. in 4. part. qu. ult.* † 8
Quod nemo iniquum putaverit, perpendens, quod in foro Saxonico collatio etiam à liberis & descendentibus mediante juramento fieri debeat, per text. in Landr. *lib. 1. art. 13. Vid. supr.* Const. *11. Defin. 28.*

Ita Domini in eadem causa der Grossen zu Eulenburg/M. April. Anno 1632. (Verba sent: So wird / vorgedachter Gewohnheit nach/euch/den Kindern / die Helffte aller verhandenen Güter/so wohl eurer verstorbenen Mutter/ als auch des Stieffvaters / billich abgefolget/ und ist demnach bemeldter Stieffvater vor allen Dingen ein richtiges Inventarium seiner eigenen Güter / oder wofern er alsobald nach Absterben seines Weibes darüber kein Inventarium auffgerichtet/solche vermittels Eydes anzuzeigen schuldig/V.R.W.)

Definit. X.

In dubio statuti localis verba ita sunt explicanda, ut excludatur collatio bonorum.

NOn aliter tamen onere collationis conjux 1
superstes est gravandus, quàm si verbis claris & expressis statutum Viduæ vel marito id imposuerit. † Alioquin, si verba statuti sint dubia, 2
ita explicari debent, quò minus proprias facultates, totamque bonorum suorum substantiam superstes conferre teneatur. † Quid enim si statutum 3
omnia bona inter conjugem superstitem & defuncti heredes dividi velit, absque expressâ mentione de cujusnam bonis, defuncti nempe vel superstitis conjugis, hoc intellexerit? † Tùm certè 4
hæc dispositio ad bona defuncti restringenda erit, ad excludendam collationem bonorum superstitis: † Quia verba statuti ita sunt accipienda, ut quantum fieri potest, minus jus commune,

mune, quo inter perſonas extraneas planè incognita eſt collatio, corrigatur, Andr. Tiraq. *de legit. connub. gloſſ. 2. num. 23.* Jacob. Schult. *lib. 2. pract. q. 65. n. 32. &*
6 *ſeqq.* † Quin potius verba ſtatuti dubia ex jure communi interpretationem declaratoriam admittunt, Jaſon *in Auth. præterea n. 14. C. Unde Vir & Uxor.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 50. n. 8.* Hart. Piſtor. *part. 1.*
7 *quæſt. 31. n. 29.* † Quodque ſtatutum diſertis verbis ac certâ demonſtratione non dicit, id nec nos dicere, ſive per ſubauditos ac tacitos intellectus ſupplere oportet, Joh. Gœdd. *in conſil. Marp. lib. 1. conſ. 26. n. 155.*

Ita Domini in cauſa Martini Fiſchers zu Luppa / Menſ. Mart. Anno 1632. (Verbà ſentent: Iſt euer Eheweib Catharina den 12. Febr. jüngſthin durch den zeitlichen Todt von dieſer Welt abgefodert worden/und hat euch/ihren Ehemann an einem/und ihrer Schweſter Söhne am andern Theil / hinter ſich verlaſſen / welche nunmehr nach ſelbigen Orts Willkühr die Helffte der Güter von euch fordern und haben wollen/ꝛc. So ſeyd ihr ihnen allein die Helffte ihrer desverſtorbenen Weibes eigenen Güter/ ſo ſie euch zubracht/oder in ſtehender Ehe ererbet/abfolgen zu laſſen ſchuldig/von den eurigen aber möget ihr/ihnen etwas auszuantworten/beſtändiger Weiſe nicht gedrungen werden/V.R.W.)

Definit. XI.

Collatio bonorum conjugi ſuperſtiti per ſtatutum locale impoſita, non eſt trahenda ad caſum exiſtentis concurſus creditorum.

1 Licet porrò ſtatutum locale conjugi ſuperſtiti certam portionem deferat, ſub onere collationis bonorum ſuorum; Attamen in dubio, ſi aliud
2 verbis ſtatuti expreſſum non eſt, † hoc neutiquam extendi debet ad caſum ſpecialem, quo conjux obæratus deceſſerit atque concurſus Creditorum extite-
3 rit, † ne ſcilitcet conjux ſuperſtes nimium per-
4 id lædatur, ac totâ ſuâ ſubſtantiâ defraudetur: † Solis enim liberis atque heredibus defuncti conju-
5 gis, videtur ſtatuens proſpexiſſe; † contra hujus igitur mentem in Creditorum favorem ſtatutum trahi non debet, *l. adverſus 1. §. hæc actio 1. ff. ſi mens falſ. mod. dixer. l. ſi ſervum 71. §. non dixit prætor. 5. ff. de acquir. heredit. c. inter corporalia 2. extr. de*
6 *translat. epiſcop.* † Nec ſtatutum, quod ſtricti juris aliàs habetur, Panorm. *in cap. propoſuiſti 19. n. 2. extr. de for. compet.* Jaſon *in l. 3. n. 55. C. unde liber.*
7 extra caſum illum, de quo expreſsè loquitur, ad † aliam ſpeciem nunquam forſan cogitatam extendendũ eſt, Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 20. n. 169.* Mynſing. *decad. 15. Reſponſ. 1. n. 13. & ſeqq.* ſed ad unguem eſt obſervandum, ut quàm minimum jus commune læ-
8 datur, † præſertim quando (ut heîc evenit) juris communis còrrectorium eſt, Ant. Teſſaur. *deciſ. 41. n. 23.* Curt. Jun. *conſil. 129. n. 2.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Köhlers zu Eulenberg / Menſ. Mart. Anno 1634. (Verba ſentent: Ob wohl des Orts eine Willkühr verhanden / daß nach Abſterben eines Ehegatten / das überlebende Theil mit des Verſtorbenen Erben / Kindern oder Freunden alle und iede nicht allein des Verſtorbenen Hinterlaſſene/ ſondern auch ſeine des noch Lebenden eigene Güter und Vermögen / ob gleich der Verſtorbene nichts oder gar wenig vermocht/ zugleich theilen muß/alſo daß die Helffte dem überlebenden Ehegatten verbleibet/und die andere Helffte des Verſtorbenen nechſten Erben abgefolget wird. Da aber dennoch euerm Vorgeben nach euer Eheweib/als ſie verſtorben / ſo viel Schulden hinter ſich verlaſſen / daß zu dero Bezahlung ihre Güter nicht zureichen/ſondern eure eigenthümliche Güter mit darzu angewendet werden müſſen/ von ſolchem Fall aber obangezogene Willkühr keine Meldung thut/und ohne das odioſa nicht zu extendiren,ꝛc. So ſeyd ihr euch auch gedachtes eures Eheweibes Erbſchafft zu äuſſern und zu enthalten wohl befugt/und ihr möget eure Güter in dieſelbe zu conferiren, geſtalten Sachen nach / beſtändiger Weiſe nicht angehalten werden/V.R.W.)

Et in cauſa Eliſabethen / Viduæ Hanſen Frobergs zu Dreiſſigk/Menſ. Mart. Anno 1634.

Et in cauſa Marthen Rammels zu Clebeyg/Menſ. Dec. Anno 1634.

Definit. XII.

Extra Saxoniæ Electoratum, liberum eſt Viduæ portionem ex ſtatuto locali ſibi delatam eligere, vel bona ſua illata cum geradâ repetere.

Quid autem, *ſi Vidua portionem ſive quotam ex peculiari alicujus loci ſtatuto vel conſuetudine de bonis mariti defuncti ſibi debitam relinquere, & bona ſua illata unà cum geradâ repetere velit, num audienda erit?* † Fruſtra de hoc diſputari, exiſti- 1 2
mat Marth. Berlich. *p. 3. concl. 27. n. 70.* eò quod Vidua non tantùm portionem ſtatutariam lucretur, ſed etiam dotem ſimul ipſam, aliaque bona illatâ & utenſilia retinere poſſit: † Quod quidem conces- 3
ſerim, ſi ſtatutum locale nullam bonorum collationem à Vidua ſuperſtite exigat, juxta tradita *ſupr. Definit. 7.* † At ſi verbis expreſſis onere collatio- 4
nis Viduam gravet, *ſupr. Definit. 3.* haud certè diſputatio hæc effectu deſtituitur, præſertim ſi Maritus defunctus fuerit inops, ita ut Vidua conferens nihil lucri ex collatione ſperet, multum verò detrimenti inde metuat, ac proinde dotem ac bona illata unâ cum gerada repetere malit? † Omninò Viduam hoc 5
caſu audiendam, eique bona illata reſtituenda dixerim, idque indifferenter, ſive liberi extent, ſive non, cum Andr. Goldb. *in tr. de gerad. c. 5. tit. de primo ordine ſuccedendi num. 34. & ſeqq.* Joh. Schneidew. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub Rubric. de ſucceſſ. int vir. & uxor. n. 48.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de collat. bonor. num. 4.* † Dubi- 6
um enim non eſt, quin ejusmodi ſtatuta, quibus Viduis in caſum mortis maritorum certa bonorum quota defertur, in ipſarum favorem ſint introducta; Neutiquam ergò in earundem odium erunt retorquenda, *l. quod favore 6. ubi* Dd. *C. de legib.* † ne- 7
que inducta ad augmentum, debent operari deminutionem, *l. legata 14. ff. de adim. legat. l. ſi mancipia 19. in pr. ff. de fund. inſtr.* Everh. *in Topic. in loco abordin.* † Quin & liberum eſt cuique renunciare 8
diſpoſitioni pro ſe introductæ, *l. ſi quis in conſcribendo 29. C. de pact. l. ſi judex 41. ff. de minor.* † & he- 9
reditatem ſibi delatam repudiare, *tot. tit. C. de repud. vel abſtin. hered. §. ſui autem 2. & §. extraneis 5. Inſt. de hered. qualit. & differ.* † Cur non ergò Viduis 10
idem facere licebit? Goldb. *dict. n. 36.* ubi plura argumenta pro ſtabiliendâ hâc ſententiâ adducit.

Ita Domini in cauſa Martin Pfeiffers zu Lemmern bey Qverfurt im Ertz-Stifft Magdeburg / Menſ. Jul. Anno 1631. (Verba ſent: Ob wohl des Orts ein Statutum verhanden/vermöge deſſen ein Weib aus ihres Mannes Verlaſſenſchafft zu ihrer Abfindung den dritten Theil / iedoch gegen conferirung aller ihrer Güter/ hinweg nimmt. Da ihr aber dennoch lieber zu euern Einbringen kieſen / als euch des dritten Theils anmaſſen wollet/ꝛc. So wäret ihr ſolches zu thun wohl befugt/und würde euch auff den Fall alle euer Einbringen/nebſt der Gerade/ der Kinder Vorwenden ungeachtet/ billich ausgeantwortet/ V.R.W.)

DEFINIT. XIII.

In Electoratu vero Saxoniæ, Viduam contentam esse oportet portione statuti localis, nec bona illata repetere potest.

1 ALiud tamen placuit Illustrissimo Saxoniæ Electori Dn. Christiano II. Viduam ad portionem in statuto locali sibi assignatam, in terris sui Electoratus præcisè astringenti, eique jus optionis seu facultatem dotem ac bona illata repetere adimenti, † 2 in *Rescripto peculiari sub dato Dresdæ, 25. Decemb. Anno 1606. Scabinis Mens. Januar. An. 1607. insinuato, vers.* Da auch *divisio hereditatis inter Viduam & liberos vel heredes Mariti* gesuchet würde/hinfüro auff das *Statutum*, oder Gewohnheit/so des Orts beständig herbracht/ *præcisè* geurtheilet/ und der Wittiben dißfalls die *Optio* und Wahl zu ihrem Einbringen nicht verstattet 3 werden soll. † Quo ipso Elector Illustrissimus Constit. *h. 20.* ita intellectam voluit, ut Viduæ saltem ex Constitutione Electorali portionem petenti, jus 4 optionis concederetur, † neutiquam verò hoc ad statutum locale extenderetur, ut recte advertit Andr. Goldb. *in tract. de gerad. cap. 5. tit. de primo ordine* 5 *succed. n. 47.* † Nec habet Vidua quod hoc casu de damno & privatione bonorum illatorum conqueri possit; Sibi namque imputet, quod ab initio pactis dotalibus aliter commodo suo non pro- 6 spexerit, † cum hoc pro lubitu suo benefacere potuisset, *l. 1. §. si convenit 6. ff. depos. tot. tit. ff. de* 7 *pact. dotal.* † Quin nec sanctionem hanc Electoralem iniquam esse, apparet ex traditis Moller. *hic* 8 *num. 29. & seqq.* † ut propterea Rescriptum Electorale cum Matth. Berlich. *part. 3. concluf. 27. n. 70.* aliter & contra mentem Illustrissimi Rescribentis explicare haud necesse sit.

Ita Domini in causa Curatoris Annæ Viduæ Christophori Hartwigs zu Eulenberg/ Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sent: Ob nun wohl die hinterlassene Wittibe/ vermöge Churfürstlicher Sächsischer Constitution, sich des juris optionis zu gebrauchen/und ihr Einbringen zu fodern gemeinet ist. Dieweil aber dennoch/ euerm Andeuten nach/des Orts eine sonderbahre Willkühr verhanden/vermöge welcher der überlebende Ehegatte gegen conferirung aller seiner Güter die Helffte der Verlassenschafft überkommen/des Verstorbenen Erben ab intestato aber die andere Helffte verbleiben soll/in welchem Fall dann/ und wann dergleichen Statutum oder Gewohnheit verhanden/ vermöge eines sonderbaren Churfürstlichen gnädigsten Rescripts, (dadurch vorige Churfürstl. Constitution limitiret worden) die überlebende Wittib/ wofern kein concursus Creditorum verhanden/ zu ihrem Einbringen zu kiesen nicht befugt ist/ &c. So hat sich auch eure Pflegefrau mit angeregter Churfürstl. Constitution nicht zubehelffen/ noch sich des juris optionis zu erfreuen/ sondern sie wird/ vermöge des Orts Willkühr/ gegen conferirung aller Güter/ mit der Helffte der Verlassenschafft billich abgefunden/ &c.)

Et in causa Dorotheen Viduæ Jacobi Wegers zu Bitterfeld/ Mens. Decembr. Anno 1608. (Verba sentent: Dieweil in dem 15. Capitel der Statuten bey euch/ davon der übersandte Extract meldet/ausdrücklichen verordnet/daß nach des Ehemannes tödtlichem Abgange/ seine hinterlassene Wittib/ wann keine Ehestifftung verhanden/ etliche gewisse Gerade-Stücke zuvor hinweg nehmen/ und die andern Güter/ darein auch des Weibes Einbringen zu rechnen/ mit des Mannes Kindern erster und anderer Ehe theilen soll. So seyd ihr euch auch/ nach Innhalt solcher Statuten, beydes aus euers Ehemannes/ so wohl euern ihme zugebrachten Gütern/mit dem halben Theil derselben abfinden und begnügen zu lassen schuldig/und habt euch dißfalls der Wahl zu euerm eingebrachten Gute/vermöge Churfürstl. Sächsisch. Constitution, zu gebrauchen nicht fug/ V. R. W.)

Et in causa heredum Caspari Schöbens zu Löben/ Mens. Maj. Anno 1632.

DEFINIT. XIV.

In concursu tamen Creditorum, aliisque certis in casibus, etiam in Electoratu Saxoniæ Vidua, quotâ statutariâ repudiatâ, dotem suam ac bona illata repetere potest.

NE tamen generalitate Rescripti Electoralis, de 1 quo in *Defin. præced.* quis decipiatur, nosse oportet, in terris etiam Electoratus Saxonici quandoque jus optionis Viduæ competere; † Veluti (I.) 2 Si locale statutum haud extet, adeoque ad portionem *hâc* Const. Elect. *20.* sibi assignatam Vidua admittatur, quâ repudiatâ, bona illata repetere potest *h.* Constit. *20. §. ult. vers.* Jedoch soll der Frauen. (II.) † Nobilibus quoque Viduis bona sua illata 3 cum geradâ & reliquis juribus muliebribus retinendi & hereditatem repudiandi electio indulgetur ex Constit. Elector. *37. p. 3.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de primo ordin. succed. n. 48.* (III.) † Si li- 4 beri vel alii heredes mariti consentiant, ac Viduæ permittant, ut omissâ portione statuti localis, dotem & alia bona illata cum utensilibus eligat, Jac. Schult. *p. 2. quæst. pract. 65. n. 102.* Matth. Berlich. *part. 3. concluf. 27. n. 72.* (IV.) † Si statutum locale Viduæ 5 superstiti onus collationis verbis expressis haud imponat, quo casu ipsi portio statutaria unà cum bonis illatis debetur, ut dixi *supr. Definit. 7.* (V.) † 6 Et denique si marito debitis onerato, fiat concursus Creditorum; Nam tùm Vidua, repudiatâ portione ex statuto loci alicujus speciali sibi debitâ, benè dotem aliaque sua bona illata unà cum geradâ repetere valet, † ex Rescripto Illustrissimi Electoris Dn. 7 Christiani II. cujus memini in *Defin. præced. §.* Wann aber zwischen des Mannes *Creditorn* und Wittiben der Erstigkeit halber gestritten würde/ daß es bey der *20. Constitution part. 3.* so wohl andern *privilegiis dotalibus* allenthalben verbleiben und darauff erkannt werden soll/ &c. Andr. Goldb. 8 *dict. loc. n. 48.* † Noluit enim Elector Illustriss- mus statuta localia, in solum heredum favorem promulgata, contra mentem statuentium in favorem Creditorum torqueri, *l. 1. §. hæc actio 1. ff. si mens. falsi mod. dixer. l. 70. §. 5. ff. de acquir. hered.* Jacob. Schult. *part. 2. quæst. 65. n. 3. & 6.* Matth. Berlich. *dict. concl. 27. num. 74.*

Ita Domini in causa Curatoris Annæ Hartwigs zu Eulenburg/ Mens. Januar. Anno 1633. (Verba sentent: So hat sich auch eure Pflegefrau mit angeregter Churfürstlicher Sächsischen Constitution nicht zu behelffen/ noch sich des juris optionis zu erfreuen/. Sondern sie wird/vermöge des Orts Willkühr/ gegen conferirung aller ihrer Güter/ mit der Helffte der Verlassenschafft billich abgefunden/Es wäre dann/daß ein concursus Creditorum sich zu des verstorbenen Mannes Verlassenschafft ereignen thäte/auff solchen Fall wäre mehr berührte eure Pflegefrau ihr eingebrachtes Gut zu fodern wohl berechtiget/ V. R. W.)

DEFI-

DEFINIT. XV.

De jure civili & Saxonico communi, quatenus uxor ſuccedat Viro.

1 DEficientibus pactis dotalibus & ſtatuto locali, reſtat *tertius ſuccedendi modus*, ex jure nempe
2 communi aut provinciali. † Expeditum verò eſt de jure civili, quod mulier dote ſuâ contenta eſſe debeat, nec ulterius quicquam ex bonis mariti, ab heredibus ejus petere valeat, niſi matrimonium ſine dote contractum, vel dos adeò parva fuerit, ut Vi-
3 dua inops ſe commodè inde alimentare nequeat; † Nam tunc cum communibus, alteriusve matrimonii liberis, marito prædefuncto diviti in quartam hereditatis partem, ſi tres vel pauciores ſuperſint liberi, ſin plures, in portionem virilem ſuccedit, *Auth. præterea C. Unde Vir & Uxor. Novell. 53. cap. 6. Novell. 117. cap. 5.* Joh. Schneidewin. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub rubr. de ſucceſſ. int. Vir. & Uxor. n. 14.* Valent. Förſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 9. cap. 4. num. 1. & ſeqq.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 36. n. 32.* Joh. Harppr. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt.*
4 *defer. ſub tit. de ſucceſſ. Conjug. n. 480.* † Idemque dicendum, ſi non relictis liberis, maritus decederet. Nam & tunc mulieri quarta debetur, cæteræ ejus aſcendentibus, *dict. Auth. præterea. C. Unde Vir & Uxor.* Matth. Coler. *dict. loc.* Matth. Berlich.
5 *part. 3. concl. 26.* † ubi vid. ampliationes ac limita-
6 tiones. Quod ſi verò Maritus decedens, † nec liberos, nec aſcendentes relinquat, ſed collaterales tantum, Viduam tunc ultra dotem etiam congruam, aliaque ſua bona illata, quæ omninò retinet, adhuc quartam partem ex bonis Mariti lucrari, tradit Co-
7 ler. *dict. deciſ. 61. n. 49.* † ex præſumptâ affectione mariti, qui uxori magis favere præſumitur quàm col-
8 lateralibus, *§. 1. ſub fin. inſt. de donat.* † & quia Reipublicæ intereſt, dotes mulierum fieri auctiores,
9 *l. 1. ff. ſolut. matr.* † In foro Saxonico non aliud obſervari, ſed ex ſola juris civilis diſpoſitione modo dictâ, Viduam inopem ad bona mariti defuncti admittendam dixerim cum Moll. *hic num. 62.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. Unde Vir & Uxor. num. 3. verſ. Ubi verò illa conſuetudo.* Fachſ. *part. 1. diff. 33.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 1. ſub tit. de primo ordin. ſucced. n.*
10 *3.* † Quia nullibi in univerſo jure Saxonico aliud ſancitū invenimus. † Ergò diſpoſitione juris civilis etiam in foro Saxonico ſtandum erit, juxta Gloſſ. *fin. in*
12 *antic. 36. n. 13. lib. 2.* Lander. Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 4. quæſt. 133. num. 19.* † Quamvis alii aliter ſentiant, varièque de ſucceſſione Viduarum Saxonicâ differant, ut videre eſt apud Johan. Schneidew. *dict. loc. n. 47.* Chriſt. Zobel. *part. 3. differ. 8.* Fachſ. *diff. 33.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 27. num. 4. & ſeqq.* Autor Conſult. Conſtit. Saxon. *tom. 1 part. 6. quæſt. 35.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Leichs und Hanſen Wolffs zu Lubſchütz/Menſ. Mart. Anno 1629.

DEFINIT. XVI.

In terris Electoratus Saxonici, Vidua quadrantem liberis extantibus, trientem verò non extantibus liberis, ex bonis defuncti mariti lucratur.

1 NOluit autem Illuſtriſſimus Elector Saxoniæ quæſtionem hanc variis Dd. opinionibus agitatam in terris ſui Electoratus indeciſam relinquere, ſed ut certus eſſet Viduis modus ſuccedendi, ſancivit: Si maritus defunctus unum vel plures liberos ex primo vel ſecundo matrimonio ſubſecutos relinquat, quod ejus Vidua indiſtinctè quadrantem, ſeu quartam bonorum partem habeat; Si verò maritus nullis omninò liberis relictis decedat, ejus Vidua trientem ſeu tertiam partem lucretur, † 2 *h. Conſt. 20. §.* Wo aber dieſe Dinge ungewiß/ *junct. §. ſeqq.* Ließ aber der verſtorbene Mann/ ꝛc. Nec refert in caſu exiſtentium liberorum † an ex 3 utroque, an verò alterutro ſaltem matrimonio liberi fuerint procreati; † Non obſtante, quod *verba* Conſt. (Und läſt nach ſich Kinder von der erſten und andern Ehe/) de liberis utriusque matrimonii 4 loquantur. † Quoniam ibidem dictio *(Et)* non 5 conjunctivè, ſed alternativè pro *(Vel)* ponitur, quod Illuſtriſſimo Conſtituenti non eſt infrequens; † ut 6 poſt Matth. Weſenb. rectè advertit Moll. *hic. n. 60. & ſupr. p. 2.* Conſtit. Elect. *15. n. 3.* Nec etiam de jure civili abſonum eſt, † ut pro ratione ſubjectæ 7 materiæ, Copulativa oratio in disjunctivam vel alternativam reſolvatur, *l. Sepe ita comparatum 53. ubi* Dd. *ff. de V. S.* Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. quæſt. caſ. 86. n. 19. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Urbani Voigts und Adam Habiſchens zu Tronitz/Menſ. Julio Anno 1632. (Verba ſent: Daß Hans Fabians hinterlaſſene Wittibe anderer Ehe aus ihres Mannes Verlaſſenſchafft den dritten Theil der Güter/ nach Gelegenheit dieſes Falls/da Kinder erſter oder doch anderer Ehe vorhanden/Inhalts Churfürſtlicher Sächſ. Conſtitution zu fodern nicht befugt/ Sondern wann ihr nach bezahleten Schulden ein vierdter Theil aus des Mannes übrigen Gütern gereichet wird/ läſſet ſie ihr daran billich begnügen/ V. R. W.)

DEFINIT. XVII.

Licet Maritus ſolos Nepotes reliquerit, attamen Vidua, ſive dives ſive inops fuerit, ultra quadrantem nihil petere poteſt.

CErtus itaque modus ſuccedendi Viduæ eſt præ- 1 ſcriptus in terris Electoratus Saxonici, nempe ut liberis extantibus quadrantem, non autem exiſtentibus liberis, trientem ex bonis mariti defuncti capiat, *Defin. præced.* † Quod indifferenter pro- 2 cedit, ſive uxor ſit inops ſive dives & locuples, utroque enim caſu quartam vel tertiam ex bonis mariti conſequitur, *hac* Conſtit. *20. §.* Wo aber dieſe Dinge. *verſ.* So ſoll ſein Weib ohne Unterſcheid/ ob ſie reich oder arm/ ꝛc. † Ergò licet Uxor ne 3 obolum quidem ad maritum attulerit, quarta tamen vel tertia ei debebitur, Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 7 quæſt. 2. n. 26. & ſeqq.* † Planè, non eo plus Viduæ 4 ex bonis mariti exſolvendum erit, quod non liberos ſed nepotes Maritus reliquerit. Nam ſola quarta hoc etiam caſu ipſi debebitur, † quia verbo libero- 5 rum, nepotes aliique deſcendentes omnes *h. Conſt. 20.* continentur, perinde † ut de jure civili hoc expe- 6 ditum eſt, *l. liberos 10. ff. de Senat. l. idem erit 3. §. liberos autem 6. ff. de aſſign. libert. l. liberorum. 220. ff. de V. S.* Jacob. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 84. num. 25.* Schult. *ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 118. n. 11.*

Ita Domini in cauſa Laurentii Meiners zu Lucca / Menſ. Majo Anno 1629. (Verba ſentent: Iſt ewer Großvater Abra-

Abraham Meiner Todes verfahren/ und hat euch seines Sohnes Sohn an einem / und seine Wittib am andern Theil nach sich verlassen/und es ist bemeldte Wittib eure Groß-Mutter/vermöge Churfürstl. Sächsisch. Constitution,sich abfinden zu lassen gemeynet/&c. So möget ihr derselben einm ehrers/als den vierdten Theil / iedoch gegen conferirung aller ihrer Güter / unangesehen ob sie reich oder arm ist / abfolgen zu lassen / nicht gedrungen werden / V.R.W.)

Definit. XVIII.

Nil quicquam ultra quadrantem vel trientem Viduo debetur, etiamsi ambo conjuges vacuis manibus convenerint, amplasque facultates acquisiverint.

1 NOn habet Vidua, quod de modico lucro ex bonis mariti, vigore Constitutionis Electoralis sibi competente,conqueratur, licet maritus nec ascendentes nec descendentes, sed collaterales tan-
2 tummodo vel transversales reliquerit heredes. † Nec tùm enim Vidua ultra quadrantem vel trientem quicquam petere potest, *h.* Constit. *20.* §. Ließ
3 aber der verstorbene Mann keine Kinder / &c. † Quin, etsi conjuges vacuis manibus convenerint, (wann Eheleute von rauher Wurtzel zusammen kommen/) mulierque prorsus indotata viro inopi nupserit, constante verò matrimonio ambo conju-
4 ges simul amplas facultates acquisiverint, † attamen Vidua in Electoratu Saxoniæ ex mariti prædefuncti bonis nihil amplius,quam quartam,si liberi supersint,sin verò nulli liberi existant,tertiam capiet, Autor Consult. Const. Saxon. *tom. 3. part. 2. q. 7.*
5 Matth. Berlich.*part. 3. concl. 27. num. 21.* † Nam acquisita stante matrimonio,intelliguntur parta industriâ solius mariti,cui soli cedunt, *l. Quintus Mutius 51. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Coler.*part 1. de-*
6 *cis.61.n.39.* † quippe cui & onera matrimonii, alimentatio familiæ & dotatio filiarum incumbit, *l. si cum dotem 22.* §. *8. ff. solut. matr.*

Ita Domini in causa Matthes Helwrigs zu Wiederaw/ Mens. Novembr. Anno 1634. (Verba sentent: Ist euer voriger Ehemann Todes verfahren/und hat euch als seine Wittib an einem/und einen Sohn am andern Theil nach sich verlassen/&c. Do nun des Orts/ allda euer Ehemann gewohnet/keine sonderbare Willkühr verhanden / noch sonsten zwischen euch eine Ehestifftung auffgerichtet worden wäre/&c. So wird euch/vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution,der vierdte Theil aller Güter billich gefolget/ dagegen wäret ihr alle eure zugebrachte Güter/ zusammt der Gerade/in gemeine Theilung einzubringen schuldig / und ihr seyd dannenhero/daß ihr das Gütlein erwerben helffen/ein mehrers zu fodern nicht befugt/V.R.W.)

Et in causa heredum Martini Rudels zu Kauffungen / M. Junio Anno 1634.

Definit. XIX.

Bona extra territorium Electoratus Saxonici sita non veniunt in computationem portionis Statutariæ.

1 POst exsolutionem æris alieni, ex omnibus mariti defuncti bonis, quarta vel tertia pars Viduæ debetur, *h.* Constit. *20.* §. Wo aber diese Dinge. *vers.* Nach Bezahlung der Schulden aus allen ihres verstorbenen Mannes übrigen Gütern. *Et* §. Ließ aber. *vers.* Aus seiner Verlassenschafft/nach Ablegung der Schulden / &c.
† usque adeò,ut si maritus ejus occidatur, ex com-2
positione quoque vel transactione, rata vindictæ æstimationis pars,quadrans nempe vel triens ipsi sit adjudicanda,Joh.Köpp. *decis. 10. n. 11.* Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 3. part. 4. quæst. 5. n. 11.* † Ex 3
bonis tamen Mariti defuncti, extra provincias Electoratus Saxonici sitis, nil quicquam jure Constitutionis Electoralis Viduæ debetur, † neque hæc 4
quadrantem vel tertiam augent, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 124. n. 10.* Joh. Köpp. *decis. 31. n. 11.* Matth. Col. *de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 242.* Christoph. Zobel.*part. 3. diff. 8. n. 16.* Hier.Schurff. *centur. 1. consil. 56. n. 1. & 2.* † Quia Constitutiones statutariæ 5
non extenduntur extra territoria sua, *l. pupillo 27. ff. de tutor. & curat.* † Nam ubi jurisdictio statuen- 6
tium cessat, ibi statuti quoque dispositio obtinere non potest,*l. ult. ff. de jurisd. omn. judic. l. 1. C. de susp. tutor. c. ut animarum 2. de Const. in sexto.* Andr. Gail. *dict. obs. 124. n. 5.*

Ita Domini in causa M. Joachimi Knappens zu Roßleben/ Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sent: Do nun berührte Wittib eure Schwiegermutter / vermöge Churfl. Sächs. Constitution,zum vierdten Theil ihres Mannes Verlassenschafft / an beweglichen und unbeweglichen Gütern/ greiffen und denselben fodern thäte/&c. So würde ihr der vierdte Theil aller ihres Mannes Verlassenschafft/ an beweglichen und unbeweglichen Gütern / so viel derer im Churfürstenthumb Sachsen gelegen/billich entrichtet und abgefolget / V.R.W.)

Definit. XX.

Sicuti nec bona feudalia.

SImiliter neque ex bonis feudalibus, si quæ fortè 1
Maritus reliquerit, Vidua quartam vel tertiam bonorum partem petere valet, ut rectè docet Matth.Berlich. *part. 3. concl. 27. num. 35.* † Quia 2
de moribus Saxonicis persona extranea nunquam in feudis succedit,nisi facto suo simultaneam investituram acquisiverit,Hartm.Pistor. *part. 2. quæst. 19. & q. 20. in pr.* Andr.Rauchb. *part. 2. quæst. 21. n. 20. & seq.* Matth.Coler. *part. 1. decis. 52. num. 2. & seqq.* † Nec 3
æquum videtur, Viduam admitti ad bona feudalia, à quibus filiæ excluduntur, † cùm tamen hisce 4
successio in bonis patris arctiore jure debeatur, quàm Uxori in bonis mariti, *l. 7.* §. *ult. ff. si tabul. testam. null. extab. l. 7. ff. de bon. damnat. junct. Auth. præterea C. Unde Vir & Uxor.* Matth. Berlich. *dict. loc.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: So würde ihr der vierdte Theil aller ihres Mannes Verlassenschafft / an beweglichen und unbeweglichen / eigenthümlichen / allodial und Erbgütern / so viel derer im Churfürstenthumb Sachsen gelegen/billich entrichtet und abgefolget/&c. Von denen Lehngütern aber hat bemeldte Wittib den vierdten Theil zu fodern nicht fug/V.R.W.)

Et in causa Bonifacii Repschers zu Kindelbruck / M. Mart. Anno 1600.

Definit. XXI.

Ex bonis Mariti fideicommisso subjectis, Viduæ portionem statutariam petere haud valet.

IDemque dicendum puto cum Matth. Berlich. 1
part. 3. conclus. 27. num. 36. de bonis Mariti defuncti

functi fideicommisso subjectis, ita ut nec hæc quadrantem vel trientem Viduæ augeant, nec quic-
2 quam de hisce ea petere valeat; † *Tùm*, quia bona fideicommisso subjecta ad personas extraneas regula-
3 riter non transeant, *l. 114. §. 14. & seq. ff. de legat. 1.* † Ergò nec ad Uxorem, quæ pro personâ extraneâ habe-
4 tur, *Novell. 107. cap. 1.* † *Tùm*, quod bona ejusmodi nullo modo alienari possint, *l. ult. §. sed quia*
5 *nostra 2. ubi* Bartol. & Dd. *C. comm. de legat.* † Quod certè fieret, si per modum successionis ad Viduam transirent, *l. ult. C. de reb. alien. non alien.*

Ita Domini in eadem causâ M. Joachimi Knappens zu Roßleben/Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sent: Von denen fideicommiss und Lehngütern aber/ hat bemeldte Wittib den vierdten Theil zu fodern nicht fug/ V. R. W.)

Et in causa Georgii Eysolds zu Dreßden/ Mens. Aug. Anno 1636. (Verba sent: Und dahero aus solchen fideicommiss-Gütern die Wittib portionem statutariam zu fodern nicht berechtiget/ ꝛc.)

Definit. XXII.

Fructus hereditatis augent portionem statutariam, quamdiu Vidua utitur in bonis Mariti jure Retentionis.

1 QUum mulier per biennium in communione cum heredibus defuncti mariti stetisset, ac jure retentionis, donec usque de portione statutaria sibi satisfieret, bona ejus possedisset, (Nam pro portione etiam statutariâ Viduæ jus retentionis competere, dixi *supr. part. 2.* Const. *25. Definit. 9.*) quæsitum
2 fuit; † *num ex fructibus etiam hereditatis per biennium istud perceptis, Uxori portio statutaria competeret?* Sanè quoad extrinsecas accessiones, veluti, si per alluvionem vel alio modo extrinsecè quid acces-
3 serit hereditati, res videtur expedita, † nullum inde commodum portioni statutariæ accrescere, *arg. l. si patronum 44. §. si ex bonis 2. ff. de bon. libertor.* Jason *in Auth. novissima num. 5. C. de inoff. testam.*
4 Andr. Fachin. *lib. 4. controv. 26.* † Quo & facit
5 text. *in artic. 79. in pr. lib. 3.* Landr. † Idemque videtur sensisse Matth. Coler. *part. 1. decis. 61. num. 43.* & post eum Matth. Berlich. *part. 3. concl. 27. num. 62.*
6 † Sed alia est ratio accessionum intrinsecarum seu fructuum, quos portionem Viduæ statutariam, durante jure Retentionis, pro ratâ omninò augere
7 dixerim, vel propterea † quod accessiones sequantur suum principale, *l. cum principalis 178. ff. de Reg. jur. l. in rem 23. §. si quis 2. & seqq. ff. de R. V.*
8 † Quare, cum portio statutaria post obitum statim Mariti, Viduæ debeatur, cur non ergò fructus quoque, qui ex portione illa provenerint? † Ex
9 quo disparitas fructuum & accessionis, per alluvionem & accessionem aliunde, non ex ipsa portione
10 statutariâ provenientem satis apparet. † Et certè, si heredes mariti in mora fuerint, quò minus Viduæ portio statutaria intra biennium assignaretur, meritò eorum mora ipsis prodesse non de-
11 bet, sed Viduæ commodo potius cedat, † ut tradit in simili Corneus *lib. 2. consil. 263. num. 1. & seq.* Berengar. *ad l. in quartam 91. num. 122. ff. ad leg. facid.*

Ita Domini ad requisitionem Georgii Agricolæ zu Dreßden/Mens. Mart. Anno 1616. (Verba sent: Ist obbemeldtes Mannes Verlassenschafft die zwey Jahr über/ ehe und zuvor man zur Theilung geschritten/und die Wittib sich des juris Retentionis gebrauchet/ wegen etlicher Früchte und anderer Nutzbarkeiten/so sie getragen/verbessert worden/ꝛc. So werden solche Früchte und accessiones seiner hinterlassenen Wittiben/wenn ihr das jenige/ was ihr Vermöge der Statuten des Orts oder nach Inhalt Churfürstl. Sächsis. Constitution gebühret/ausgeantwortet wird/ über den nothdürfftigen Unterhalt pro ratâ billich gefolget/V. R. W.)

Definit. XXIII.

Marito propter commissum crimen Majestatis ad confiscationem bonorum licet condemnato, Viduæ tamen portio debetur statutaria.

1 COnfiscatis mariti bonis propter commissum
2 crimen læsæ Majestatis, († Extra hoc enim in nullo alio crimine hodie confiscationem bonorum sibi locum vindicare, probavi *in practica mea criminali part. 3. quæst. 135. num. 27. & seqq.* contra Petr. Heig. *part. 2. quæst. 33. n. 52.*) Uxor dotem suam illatam salvam habet, † eamque à fisco repete-
3 re potest, *l. ob maritorum 2. C. Ne Uxor pro marito l. res Uxoris 24. C. de donat. int. vir. & uxor. l. quisquis 5. §. uxores 5. C. ad leg. Jul. Majest. l. sancimus 22. C. de pœn. Auth. bona damnatorum C. de bonor. proscript.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 86. n. 1.* † Ergò
4 & portionem statutariam, si hanc eligere malit, Gail. *dict. loc. n. 17.* Dan. Moller. *hic n. 54.* Roland. à Valle *in tract. de lucro dotis quæst. 59.* Reguer. Sixtin. *de Regalib. lib. 3. cap. 12. n. 15. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 27. n. 24.* † Quippe quæ in locum
5 dotis succedit, eodemque privilegio gaudet, ex vulgatâ regulâ, † quod surrogatum sapiat naturam sui surrogati, *l. si eum 10. §. qui injuriarum 2. ff. si quis caution.* Nec enim culpa mariti Uxori præjudicare debet, tantoque minus, quanto certius est, †
7 Viduam non nisi factâ dotis aliorumque bonorum collatione, ad portionem statutariam admitti, *h.* Constit. *20. §. ult. ubi* Moller. *dict. n. 54.* † Et cer-
8 tè portio statutaria ex provisione legis debetur, adeoque necessarium debitum est, quod eo minus per indirectum Viduæ potest auferri, Gail. *dict. loc. n. 17.*

Ita Domini ad Consultationem Adolphi à Görsdorff/ zu Budissen/Mens. Januar. Anno 1630. (Verba sent: Und wann Kläger seine Klage gebührender massen beybringen und ausführen wird/ hat die Einziehung der jenigen Güter (so nach Befriedigung der Wittiben ihres Einbringens/oder anderer Weiblichen Gerechtigkeit/ verhanden seyn mögen) wohl statt/ V. R. W.)

Definit. XXIV.

Const. Elect. Viduæ defert quadrantem vel trientem sub onere collationis omnium bonorum etiam extra Electoratum situatorum.

1 EX Constitutione Electorali Vidua trientem vel quadrantem de universis defuncti mariti bonis præcipuam non habet, sed omnia sua bona, qualiacunque etiam fuerint, unà cum rebus utensilibus in communem hereditatem conferre
2 tenetur, † ac postea demum ex bonis communibus quartam vel tertiam partem petere valet, *h.* Constit. *20. §. ult. vers.* Und die Frau in beyden Fällen/ (*h. e. sive extantibus liberis quadrantem, sive*

sive trientem non extantibus liberis, petat) alle ihre eingebrachte / anererbete und andere Güter zusammt der Gerade in gemeine Theilung zu bringen schuldig seye/ꝛc. Wesenb. *in parat. ff. de collat. bonor. n. 4. vers. moribus tamen Saxoniæ* Matth. Col. 3 *part. 1. decis. 61. n. 32.* † Parum ergò refert, an cum liberis vel ascendentibus, an verò cum collateralibus heredibus defuncti mariti, Vidua concurrat, quia nullo casu admittitur, antequam bona sua 4 contulerit. † Planè, non solùm dotem & bona mobilia, sed & immobilia, quæ à parentibus aut consanguineis vel undecunque acquisiverit, conferre 5 tenetur, † etiamsi alibi extra provincias Saxonici Electoratus situata fuerint, propter verba gene- 6 ralia *h.* Constit. Anererbete und andere Güter / † quæ & generaliter absque ullâ restrictione accipi debent, *l. omne verbum 2. in fin. C. comm. de legat. l. ut nullo. 28. C. de Usur. l. præses 3. in fin. ff. de offic. præ-* 7 *sid.* † Nec quicquam obest, si dicere velis, Constitutiones statutarias non extendi extra territorium nec ad bona alibi sita pertinere, *l. ult. ff. de jurisd. omn. judic. l. 1. C. de susp. tutor.* Andr. Gail. *lib. 2. obs.* 8 *124. n. 5.* † Cùm mulier non coactè bona alibi sita conferat, sed voluntariè, quò majus commodum inde sentiat, majoremque portionem, quadrantem 9 scilicet, vel trientem lucretur. † Etenim, si collationem recuset, ad hanc vigore Constitutionis Electoralis neutiquam cogi potest, portionis tamen statutariæ haud particeps fiet, *h.* Constit. *in fin. vers.* Jedoch soll der Frauen.

Ita Domini in causa M. Joachimi Knäppens zu Roßleben/ Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sent: So würde ihr der vierdte Theil aller ihres Mannes Verlassenschafft/an beweglichen und unbeweglichen / eigenthümlichen / allodial und Erbgütern / so im Chur fürstenthum Sachsen gelegen / billich entrichtet und abgefolget/ wogegen sie alle ihr Einbringen/wie das Namen haben mag / an beweglichen und unbeweglichen Gütern/sie seyn gleich inn- oder ausserhalb Landes/und unter einer andern Botmäßigkeit gelegen/zusammt der Gerade in gemeine Theilung zu conferiren schuldig/ꝛc.)

Definit. XXV.

Vidua portionem statutariam petens, lucra quoque nuptialia conferre tenetur.

1 EO ipso, quod Vidua quadrantem vel trientem ex bonis mariti petens, omnia sua bona in communem hereditatem conferre jubetur, *h.* Constit. *20. §. ult. verb.* (alle ihre eingebrachte/ anererbete und andere Güter) satis expeditum red- 2 ditur, † lucra quoque nuptialia Viduam conferre teneri, cum hæc etiam propria sint Uxoris, & 3 sub voculâ *(omnia)* disertè comprehendantur. † Nam qui universaliter quid affirmat dicendo (*omnia*) nihil videtur excludere, *c. si Romanorum 1. dist. 19. l. Julianus 68. in pr. ubi* Bartol. *ff. de legat. 3. c. solitæ 6. & ibi* Gloss. *ult. extr. de major. & obedient.* Panorm. *in cap. quoniam fin. num. 15. extr. de* 4 *præscript.* † Sive itaque sponsus sponsæ lucra nuptialia dederit, sive convivæ nuptiales die nuptiarum solenni hæc donaverint, indifferenter 5 ea in collationem veniunt; † Pars siquidem dimidiam in nuptiis donatorum post obitum mariti, 6 Viduæ cedit, *infra* Const. Elect. *22. p. 3.* † Ergò & meritò collationi obnoxia erit in casu, quo Vidua portionem statutariam sibi assignari petit, *h.* Constit. *20. §. ult.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. num. 3.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 27. num. 39.* Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 1. num. 3.* Ludov. Fachs. *part. 1. differ. 20.*

Ita Domini in causa Johannis Palmanns zu Plauen/ Mens. Octobr. Anno 1596. (Verba sent: Ob gleich vorgedachte eure Schwester obbemeldtem ihrem Ehemann nur 300. fl. zur Mitgifft zugebracht/und er ihr vor dem ehelichen Beylager eine güldene Ketten/Ringe und Armbänder zum Mahlschatz gegeben. Da sie aber dennoch zu dem dritten Theil ietzo erwehntes ihres Ehemanns Gütern wählen/und denselben nehmen wolte / So wäre sie nicht allein vorberührte 300 fl. sondern auch alle andere ihre anererbte Väterlichen Güter/so wohl obberührten Mahlschatz/des in eurer Frage angezogenen Vorwendens ungeachtet/in gemeine Theilung zu bringen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XXVI.

Credita etiam, quorum dies nondum cessit, in collationem veniunt in casu, quo uxor petit portionem statutariam.

RECeptum est apud Interpp. Mulierem, quæ 1 accipit trientem vel quadrantem ex Constitutione Electorali, conferre omnia sua bona, quæ ad ipsam constante matrimonio pervenerunt, sive ea ad Maritum attulerit, sive non; † Quod & haud 2 obscurè patet ex verbis *h.* Constit. *20. §. ult. ibi:* Alle ihre eingebrachte / anererbete und andere Güter; Non solùm ergò bona illata, † sed & alia omnia, 3 quæ nondum illata fuêre, in collationem venient: † Adeoque & dos ac credita, quorum dies non- 4 dum cessit, Dan. Moller. *hic n. 28.* ubi allegat Modest. Pistor. *in annot. suis ad art. 76. in fin. lib. 3.* Landr. Hartm. Pistor. *observ. 24.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 27. num. 45.* † Sufficit enim, natam 5 esse obligationem, eamque statim à die mortis mariti extitisse, quamvis solutionis terminus nondum advenerit, *l. obligationum ferè 44. §. 1. ff. de obligat. & action. l. eum qui Calendis 41. in fin. l. centesimis calendis 46. ff. de Verb. Obligat. §. 3. Inst. eod. tit. l. cedere 213. ff. de V. S.* † Nec enim obligatio, licet 6 ante diem ad exactionem vel petitionem inefficax sit, effectibus suis destituitur, ut demonstrat Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 31. n. 30.* † Cur non ergò & 7 ipsa collationi obnoxia erit? † Quin & debita 8 sub conditione conferenda esse, probat *per l. 2. §. id quoque 3. ff. de collat. bonor. & l. 1. §. si sub conditione 7. ff. de dot. collat.* Hartm. Pistor. *dict. observ. 24. in fin.* Et tradit ibidem porrò ex sententia Scabinorum Lipsiensium, † Viduam legitimam pa- 9 ternam conferre teneri, licet eam matre adhuc superstite, cui omnium bonorum ususfructus ex consuetudine debeatur, petere non possit, ita ut post mortem matris demum eam conferat & cum liberis dividat, † quod & placet Dan. Moller. *hic num.* 10 *28. ubi ita ad consultationem Valentini Molleri civis Ilenbergensis, Mens. April. Anno 1573. in Scabinatu responsum, refert.*

Ita Domini in causa Annæ, Viduæ Simonis Tammenhains zu Probsthayn / Mens. April. Anno 1622. (Verba sentent: So gebühret der Wittiben / wofern sie ihr Ein-

Einbringen nicht fodern thut/oder ſonderbahre Willkühr des Orts verhanden/vermöge Churfürſtl. Sächſiſch. Conſtitution der dritte Theil der gantzen Verlaſſenſchafft billich/dagegen ſie alle ihr Einbringen / darunter auch die unbetagte Mitgifft begriffen/ſo wohl alle ihre anererbete und andere Güter zuſammt der Gerade in die gemeine Theilung zu bringen ſchuldig/V.R.W.)

Ita in cauſa M. Sebaſtiani von der Felde/ Menſ. Mart. Anno 1634. (Verba ſent: Da nun die Wittibe aus ſolcher ihres Mannes Verlaſſenſchafft den vierdten Theil / ſo ihr vermöge Churfürſtl. Sächſiſ. Conſtitution gebühret/ fodern und begehren thut/:c. So wird ihr derſelbe/wann keine Eheſtifftung oder Statutum verhanden/ nach Ablegung der Schulden/billich gefolget. Sie iſt aber dagegen alle ihre eingebrachte/ anererbete und andere Güter/ darunter auch ihre auſſenſtehende Schulden/ſie ſeyn gleich bey des Mannes Leben mahnbar geweſen oder nicht / begriffen/zuſammt der Gerade in gemeine Theilung zu bringen ſchuldig/:c.)

Ita in cauſa Caſpari Schmids zu Erlebach/Menſ. Novemb. Anno 1594.

In cauſa Wolff Dörners zu Altenburg / Menſ. April. Anno 1619.

Et in cauſa Chriſtiani Rabeners zu Meiſſen/Menſ. Octob. Anno 1617.

Definit. XXVII.

Indifferenter bona utenſilia, adeoque & geradam ſuam propriam conferre tenetur Vidua, quæ trientem vel quadrantem vigore Conſtit. Elect. ex bonis defuncti Mariti petit.

1 CErtum eſt, quod Vidua portionem ſtatutariam petens quadrantem nempe vel trientem, cum omnibus ſuis bonis etiam bona utenſilia conferre teneatur, *h.* Conſt. *20.* §. *ult. verſ.* Und die Frau in beyden Fällen alle ihre eingebrachte/anererbete und andere Güter zuſammt der Gerade in die gemeine Theilung zu bringen ſchuldig ſeyn. Joh. Schneidew. *ad pr. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. num. 47. ſub fin.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 62. num. 3.* Andr. Goldb. *in tract. de ſucceſſ. gerad. tit. de primo ordin. ſucced. num. 13.* † Quod ipſum de iis duntaxat rebus utenſilibus vulgò intelligunt, quæ durante matrimonio utrique tàm marito, quàm uxori ſunt
3 communes & utriusque utilitati ſerviunt, † ita ut Vidua proprium ſuum mundum & veſtes reliquas, puta, catenas aureas, brachialia, annulos, lanam, linum, aliasque, quæ ad geradam quidem pertinent, ſed uxor in ſuo dominio & cuſtodiâ ad ornamentum muliebre conſervat, neutiquam con-
4 ferre teneatur, † ſed unà cum portione ſtatutariâ auferre queat, Coler. *dict. deciſ. 62. n. 8. & deciſ. 60. n. 4.* Goldb. *dict. loc. num. 21.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 27. n. 42.* Reinh. Roſa *ad* Moller. *hic n.*
5 *66.* † Attamen nullibi fundata eſt hæc limitatio, quin potius contraria verbis *h.* Conſtit. *20.* (Alle ihre
6 Güter zuſammt der Gerade) † quæ certè ſano ſenſu non niſi de geradâ Uxoris propriâ, quàm ſcilicet in dominio ſuo habet, accipi poſſunt, quod &
7 ex vocabulo Collationis ſatis evincitur, † cum propria ſolummodò bona conferantur, *l. 1. l. 3. §. quoties 2. §. emancipati 3. ff. de collat. l. ea demum 6. C. eodem.* Moller. *hic num. 25.* ut ita Vidua propriam ſuam geradam ab onere collationis haud eximere queat; quod nec aliter hactenus
8 in Scabinatu obſervatum memini. † Nec obſtat Gloſſ. *in artic. 24. lib. 1.* Landr. *verb.* Was auch dieſes Dings/:c. *verſ. Solet verò hoc.* quam vulgo allegant Dd. † Loquitur enim Gloſſ. de 9
peculiari locorum quorundam conſuetudine, ex quâ contra Conſtitutionem hanc Electoralem nihil inferendum.

Ita Domini in cauſa Annen Weiſſenthals zu Leißnig / M. Auguſt. Anno 1582.

Definit. XXVIII.

Quicquid autem poſt mortem mariti Vidua durante communione acquirit, neutiquam in communem hereditatem conferre cogitur.

QUod de collatione bonorum traditum eſt *h.* 1
Conſt. *20. §. ult.* id de iis ſaltem bonis accipi debet, quæ Vidua tempore mortis mariti jam habuit, † non etiam quæ poſtea acquiſivit, ut ex to- 2
to Conſtitutionis contextu rectiſſimè colligit Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 27. num. 60.* † Er- 3
gò ſi Vidua poſt obitum mariti in communione omnium bonorum cum liberis permanſerit, eâque durante prædia ſibi comparaverit, aut aliunde, ex hereditatibus forſan vel legatis bona acquiſiverit, ad diviſionem provocans ac portionem ſtatutariam petens, neutiquam ea conferre tenebitur; † Ne 4
ſcilicet modeſtiæ pœnam luat Vidua haud importunè portionem ſtatutariam efflagitans, cui potius moræ ſolatium indulgendum eſſet. † Et cer- 5
tè odioſum eſt collationis onus, ac de jure civili in perſonâ extraneâ incognitum, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 62. n. 1. & 3.* † Strictè ergò quan- 6
tum fieri poteſt accipiendum, nec ad bona poſt mortem mariti acquiſita extendendum, *c. odia 15. de Reg. jur. in ſexto.*

Ita Domini in cauſa Thomæ Wincklers zu Langenhayn/ Menſ. Dec. Anno 1592. (Verba ſentent: Wann gleich eure Stieffmutter eurem Vater nichts zugebracht / ſondern als eine ledige Magd zu ihme in ſein Gut gefreyet hätte / da ſie aber dennoch portionem ſtatutariam, ſo den Wittiben aus ihres Mannes Gütern gebühret / fodern thäte/So würde ihr dieſelbige billich gefolget/und ſie iſt dasjenige/ was ſie nach euers Vaters Abſterben von ihrem Vater ererbet / in gemeine Theilung zu bringen nicht ſchuldig/V.R.W.)

Definit. XXIX.

Confert tamen Vidua legata, aliaque in teſtamento ſibi à marito relicta, neque hæc unà cum portione ſtatutariâ retinere poteſt.

DIſceptari ſolet, † *An legatum imputetur lu-* 1
cro, quod Conjugi ſuperſtiti ex ſtatuto defertur? Et quamvis † id negat Bald. *in Auth. præterea C. Unde Vir & Uxor num. 7. in l. ſi cum dotem 22. §. ſi pater 3. ff. ſolut. matr. num. 3.* ac poſt eum Nicol. Boër. 2
deciſ. 244. num. 6. † Attamen frequentiori Dd. 3
conſenſu in alteram ſententiam itum eſt, quod nimirum imputetur, per † text. *in Auth. præterea C. Unde V. & Ux. l. 3. ff. ſolut. matrim.* † Eſt namque mari- 4 5
tus hoc in caſu debitor neceſſarius, qui certè animo compenſandi legaſſe videtur, † cum in neceſ- 6
ſitatibus nemo liberalis exiſtat, *l. rem legatam 18. ff. de adim. legat.* Modeſt. Piſtor. *part. 2. quæſt. 3. & ibi* Jacob. Schult. *in addit. num. 24.* Bartol. *in dict.*

Auth.

Auth. præterea n.2. & ibi Salycet. *n.7. & 11. C. unde Vir & Uxor.* Valent. Förster. *in tract. de succeff. ab inteft. lib. 9. cap. 7. n.5. & feqq.* † ubi ad con-
7 8 traria refpondent, idque procedit, † five legatum in quantitate, five in fpecie confiftat, inque omni eo, quod à marito Viduæ in teftamento fuerit relictum, fecundum tradita Jafon. *in dict. Auth. præterea C. d. t. num. 26.* † Sanè, minus dubii habet
9 hæc aſſertio in Electoratu Saxoniæ, ubi Uxor, ſi quartam vel tertiam accipere velit, omnia ſua bona con-
10 ferre cogitur, *h.* Conſtit. *20. §. ult.* † Adeoque & legata in teſtamento mariti ſibi relicta, quæ ſtatim poſt mortem teſtatoris in ejus dominio exiſtunt, *l. à Titio 64. ſub fin. ff. de furt. l. legatum 80. ff. de legat. 2. l. 9. §. 5. ff. de pecul. Vid.* Weſenb. *in not. ad* Joh. Schneidew. *in pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. ſub tit. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. n. 47. lit. b.*

Ita Domini in cauſa heredum Andreæ Förſters ad requiſitionem Senatus Zizenſis, Menſ. Octobr. Anno 1601. (Verba ſententiæ: Hat Andreas Förſter unter andern auch ſeinem Eheweibe 200. fl. legiret und beſchieden / ꝛc. So iſt nunmehr bemeldte Wittib aus ſeiner Verlaſſenſchafft/ entweder die ihr vermachte 200. fl. zuſammt ihrem eingebrachten Gute / oder aber die ihr gebührende portionem ſtatutariam zu fordern befugt/ und ſich an derer einem/ zu welchem ſie kieſen wird/ begnügen zu laſſen ſchuldig/ ꝛc.)

It. in cauſa Marien Glaſers zu Pegaw / Menſ. Majo Anno 1636. (Verba ſentent: Und aber in dieſem Fall nach gemeinem Schluß der Rechtsgelahrten/ eine Wittibe nach des Mannes Abſterben portionem ſtatutariam zugleich nebens dem Vermächtnüß / ſo ihr in des Mannes Teſtament geſchehen / nicht fodern mag / weil dafür gehalten wird/ daß der Mann/ an ſtatt der Statutariſchen portion gleich einem debitori neceſſario in ſeinem Teſtament der Wittiben ein gewiſſes vermachen/ und alſo compenſiren wollen/ ꝛc.)

It. in cauſa Joachimi Hartwigs zu Hedſtadt/ Menſ. Dec. Anno 1621.

Et in cauſa heredum Caſpari Schobens zu Löben/ Menſ. Majo Anno 1632.

Definit. XXX.

Niſi Maritus diſertis verbis legatum Viduæ ultra portionem ſtatutariam reliquerit.

1 SEd hoc ita, ſi de contraria teſtatoris mariti voluntate non conſtet, quo caſu compenſandi animus præſumitur, *l. rem alienam 8. ff. de adim. legat.* Jaſon. *in Auth. præterea C. unde Vir & Uxor n.*
2 *18. & 19.* † Secus verò, ſi verbis diſertis adjecerit maritus, quod Uxori ultra debitam portionem vo-
3 luerit Legatum relinquere. † Nam, quin tùm unà cum portione ſtatutariâ legatum exſolvi debeat, dubitandum non eſt, Salycet. *in dict. Auth. præterea C. Und. Vir & Uxor. num. 11.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 3. num. 29.*
4 † Ceſſat enim conjecturatæ mentis quæſtio, quando voluntas verbis expreſſa eſt, *l. ille aut ille 25. §. 1.*
5 *ff. de legat. 3.* † Ad quid namque verba, niſi ut animi ſenſum exprimant, *l. non aliter 69. ff. eod. tit. l. Labeo 7. §. 1. ff. de ſuppell. legat.*

Ita Domini in cauſa Annæ, Viduæ Andreæ Adelers zu Fohrendorff/ Menſ. Auguſt. Anno 1613. (Verba ſentent: Hat euer Ehemann Andreas Adeler in ſeinem letzten Willen / davon die überſandte Abſchrifft meldet/ dieſes verordnet/ daß nach ſeinem Tode 400. fl. euch ohne Abgang euer Gebührnüß / und iemandes der jenigen Einrede oder Exception, wie ſie auch erdacht werden möchte/ eigenthümlichen/ euers Gefallens zu kehren / und zuwenden ſolten gefolget werden/ und ſolches legatum Gerichtlichen zu regiſtriren gebeten/ ꝛc. So wird angeregtes prælegatum euch billich gefolget/ und ihr ſeyd daſſelbe an euerm dritten Theil oder eingebrachtem Gute / dazu euch zu kieſen unbenommen/ geſtalten Sachen nach abfürtzen zu laſſen nicht ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XXXI.

Quo caſu portio ſtatutaria prius eſt deducenda, ac poſtea demum Legatum Viduæ exſolvendum.

AN autem hoc caſu, quo Maritus ultra portio- 1
nem ſtatutariam Viduæ legatum relinquit, *primùm id exſolvendum ac poſtea demum ex reſiduo portio ſtatutaria deducenda erit?* † Quod ſi fieret, 2
portio ſtatutaria non parum deminueretur, exſoluto nempe legato de communi hereditate, tàm ex portione ſtatutaria, quàm aliis bonis hereditariis.
† Nequaquam verò concedendum eſt, portionem 3
ſtatutariam Viduæ ex bonis mariti defuncti debitam, legatis gravari poſſe, *ſupr.* Conſtit. Elect. 7. *p. 3. ubi* Dan. Moller. *num. 6.* Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. ult. quæſt. 3. num. 7.* † Omninò 4
ergò portio ſtatutaria ante omnia Uxori applicanda, & poſtea demum de ſuperflua hereditate legatum exſolvendum erit, ut rectiſſimè ſentit Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 3. & ibi* Jacob. Schult. *in addit. num. 26.* † Nam & portio ſtatutaria æs a- 5
lienum eſt, ut fatentur omnes; † Legata verò ſolvun- 6
tur ære alieno demum detracto, *l. 1. §. denique nec ex militis 18. ff. ad SC. Trebell.* Gloſſ. *in l. patronus 6. ff. de probat.* † Aliud dicendum in caſu ſtatuti lo- 7
calis, quod mulieri certam partem hereditatis (Des hinterlaſſenen Erbes) defert. † Vocatur enim he- 8
reditas ea, quæ deductis legatis ſupereſt, *l. 1. C. ſi cert. pet. l. creditores 7. C. de hered. action. l. quotiens 13. C. de hered. inſt.* † Meritò itaque tunc 9
poſt exſolutionem legati ex reſiduis pars hereditatis ſtatutaria Viduæ aſſignabitur, Modeſt. Piſtor. *dict. loc. & ibi* Jacob. Schult. *num. 25.*

Ita Domini in cauſa Simon Gloßels zu Neuß / Menſ. Oct. Anno 1593. (Verba ſent: So wird von denen Gütern/ ſo nach bezahleten Schulden übrig/ vor allen Dingen der Wittiben ihr gebührender dritter Theil billich gefolget/ und ſeyn hernach ſeine hinterlaſſene Kinder und Erben hierüber von den andern zweyen Theilen bemeldter Wittiben auch die 500. Reichsthlr. ſo ihr der Ehemann legiret und beſchieden/ zu entrichten ſchuldig. Es wäre dann/ daß ſie durch ſolches legatum an ihrer gebührenden Väterlichen legitimen verkürtzt worden/ auff den Fall wären ſie das jenige/ ſo ihnen mangelt/ an ſolchen 500. Reichsthl. abzukürtzen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. XXXII.

Vidua dotem illatam repetens, loco pecuniæ numeratæ, bona immobilia in ſolutum haud acceptare tenetur.

LIbera datur Viduæ Electio in Saxoniæ Elec- 1
toratu, an quartam ſeu tertiam bonorum defuncti mariti partem petere, & ſua bona conferre velit; † An verò, omiſſâ portione ſtatutariâ, 2
ſuam dotem, aliaque bona illata retinere malit, *h.* Conſt. *20. §. ult. in fin. verſ.* Jedoch ſoll der Frauen

in

in allewege freystehen / ob sie zu ihrem eingebrachten Gute / oder aber nach Gelegenheit der Fälle zu dem vierdten oder dritten Theil greiffen will / ꝛc.

Marth. Coler. *part. 1. decis. 54. num. 19.* Andr. Goldb.
3 *de gerad. cap. 5. tit. de prim. ord. succed. n. 15.* † Quo casu, si bona illata adhuc extent, sive mobilia sive immobilia fuerint, quin hisce Vidua contenta esse
4 debeat, dubium vix esse potest. † Alioquin si dotem in pecuniâ numeratâ intulerit, heredes vicissim pecuniam numeratam ipsi exsolvere sunt obligati, nec tenebitur Vidua alia bona in solutum acceptare,
5 † ad instar Creditoris, qui ut bona debitoris empta, sibi solutionis causa habeat, cogi non potest, *l. in*
6 *civile. 4. C. de bon. auth. jud. possid.* † ne tolerabili quidem sive æquo pretio, *argum. l. pro debito. 6. in*
7 *fin. C. eod. tit.* † Cum ne ipse quidem, ut venditionem faciat, obligatus sit, *l. quamvis convenerit. 6. in pr. ff. de pign. act. l. à divo Pio. 15. §. quod si res. 5. ff.*
8 *de re judic.* † Et aliàs quoque juris expediti est, ut aliud pro alio, invito Creditori solvi nequeat, *l. mutuum. 2. §. mutui datio. 1. ff. si cert. petat.*

Ita Domini ad Consultationem Petri Zaschlers zu Meissen / Mens. Majo, Anno 1634. (Verba sent: Und es fordert die Wittib 803 fl so sie ihrem Manne zu- und eingebracht. Ob nun wol die Kinder sie ihrer Befriedigung wegen / theils auff die liegende Güter / theils aber auff die ausstehende Schulden verweisen wollen / ꝛc. So mag doch die Wittib wider ihren Willen eins oder das ander anzunehmen nicht gedrungen werden / Sondern die Kinder und Erben seyn ihr aus den bereitesten Haab und Gütern annehmliche Zahlung zu leisten schuldig / V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Propter deteriorationem dotis, aliorumq; bonorum illatorum, heredes Mariti Viduæ ad interesse tenentur.

1 SAlvam, integramque Conjugis dotem servari,
2 publicè interest, *l. 1. ff. solut. matrim.* † nec restituenda dos est deteriorata Viduæ post matrimonium dissolutum, cui nihil prorsus imputari potest, quod plenius sibi non prospexerit avertendo
3 deteriorationem; † quippe quæ matrimonio constante de re dotali agere haud potuerit, *l. doce*
4 *ancillam. 9. C. de Rei vindic.* † propter effectum dominii quod marito competebat, *l. in rebus. 30. C. de jur. dot.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 22. defin.*
5 *6. num. 9.* † Æquissimum igitur est, pro deterioratione dotis atque illatorum bonorum, si hæc Vidua repetat, heredes mariti ad interesse teneri, quod de jure Saxonico tantò minus dubium habet, quantò
6 certius est, † maritum universam mulieris substantiam jure ususfructus possidere, *artic. 31. & art. 45. lib. 1.* Landr. Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 2. num. 45.*
7 Atqui expeditum est, † Usufructuarium causam proprietatis deteriorem facere haud posse, *l. item si fundi. 9. in pr. l. si cujus. 13. §. fructuarius. 4. ff. de*
8 *usufr. l. 2. ff. si usufr. petat.* † Sed propter deteriorationem ad interesse conveniri, *l. 1. §. utilius. 5. ff.*
9 *usufr. quemadm. cav.* † At hoc ita, si culpa mariti præcesserit. Quid enim si casu fortuito bona Conjugis illata non modo deteriorata, sed &
10 prorsus deperdita fuerint? † Certè tùm periculum ad ipsam spectare Viduam, dixi *supr. p. 2.* Constitut. Elect. *42. Defin. 19. & 20.*

Ita Domini in causa Annæ, Viduæ Sebastiani Köhlers zu Rotenschirmbach / Mens. Aug. Anno 1621. (Verba sent: Würde euer Pflegefrau wie zu Recht darthun und erweisen / daß bey Lebzeiten ihres Mannes ihr Gut / so sie ihm zubracht / umb ein merckliches wäre von ihme verwüstet und deterioriret worden / So wären des verstorbenen Mañes Erben solchen Schaden zu erstatten schuldig / V. R. W.)
Et in causa Christiani Kels zu Leipzig / Mens. April. A. 1632. (Verba sent: Hat Hans Drechsler seines Eheweibes euer Pflegefrauen Güter auf 116. fl. deterioriret, &c. So wird ihr solcher Schaden von des verstorbenen Ehemannes Erben billich erstattet / und ehe und zuvor dasselbige geschehen / ist sie sich des juris retentionis in des Mannes Gütern zu gebrauchen wol befugt / V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Vidua non potest petere mobilia tanquam bona illata ex eo solo, quod signaculo suo notata reperiantur.

CErtum est, quod Vidua repetens bona illata, 1
nihil prorsus participet de bonis mariti defuncti, alterutro namque, vel dote illata, vel portione statutariâ contenta esse debet, *h.* Constit. 20. §. *ult. in fin.*

† Prout responsum à Dominis in causa Simon Beckers zu 2
Mochen / Mens. Jan. Anno 1599.
Et in causa Eliæ Fischers zu Merseburg / Mens. April. Anno 1600.

† Sæpius hinc accidit, ut Viduæ controversia moveatur de dominio rerum, quas tanquam illatas vult 3
repetere, contradicentibus mariti heredibus, easq; ceu res hereditarias vindicantibus: † Viduæ itaque 4
probatio dominii incumbit, *arg. l. 2. ff. de probat.* Nec sufficit, quod mobilia Viduæ signaculo notata reperiantur, † ex quo certè indubitato haud infe- 5
renda est rerum proprietas. Ex sigillo etenim probatur, † vel saltem præsumitur consensus ejus, 6
cujus est sigillum, *l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. 2. ubi* Dd. *ff. de V. O.* † Non etiam dominium, 7
maximè in casu præsenti, quo Uxor pro usu familiari custodiæ causâ, mobilia signasse censetur. † Ac memini, Dominos adjudicare noluisse filiabus 8
mobilia, quæ ipsarum signaculo notata fuerant reperta in hereditate patris, *ad consultationem Wilhelmi à* Lindenau zu Neuendorff / *Mens. Novembr. Anno 1630.*

Ita Domini in causa Johannis Preusers & Consort: zu Leipzig / Mens. April. Anno 1593. (Verba sent: Des Zinnwercks aber hat sie sich / ungeachtet daß solches mit ihrem Namen und Wapen gezeichnet / wofern sie nicht darthun könte / daß sie es zu ihrem Ehemanne gebracht / oder von ihrem Gelde für sich erkaufft / als ihres eingebrachten Gutes anzumassen nicht fug / ꝛc.)
Et in causa Sigmundens von Schönfeld / Mense Jul. Anno 1633. (Verba sent: Wañ gleich des verstorbenen Mannes Zinnen-Gefässe mit der Wittiben Namen und Wapen gezeichnet wäre / ꝛc. So hätte sich doch dahero die Wittib dessen / als ihres Eigenthums / nicht anzumassen / ꝛc.)

Definit. XXXV.

Vidua unà cum bonis illatis, geradam quòque ex bonis defuncti mariti jure petit.

NOn controvertitur hîc de bonis utensilibus, 1
quæ Uxor marito intulit, hæc namque Viduæ non minus ac dotem ipsam, aliaque dona illata deberi, ex ipsis Constit. *h. 20. verbis* (zu ihrem eine

2 gebrachten Gute/ꝛc.) manifestum est: † Sed de illâ geradâ adhuc disceptari solet, quæ constante matrimonio à marito in usum rei familiaris fuit comparata, quæque de jure Saxonico defuncto marito Viduæ superstiti debetur, *supr. part. 2.* Constit. Elector. *14. Definit. 22.* † Hancque Viduam 3 unà cum dote suâ ac bonis illatis petere posse, relictâ portione statutariâ, rectissimè affirmant Daniel. Moller. *hic num. 23. & seqq.* Andreas Goldb. *in tractat. de gerad. cap. 5. tit. de pr. ordin. succed. numer. 33.* Johan. Schneidewin. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. tit. de success. int. vir. & uxor. num. 48.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 27. num. 65.* 4 † Quia scilicet geradam illam non tam ex bonis mariti, quàm jure proprio & ex legis dispositione capit, quamque vivente adhuc marito jure proprietatis tenere videbatur, Constitut. Elector. *33. part. 3.* 5 † Idque vel inde apparet, quod maritus in rebus ad geradam pertinentibus, nullâ inter vivos dispositione, nec ultimâ voluntate uxori præjudicare queat, ut multis eleganter demonstrat Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 31. num. 4.* Modest. Pistor. *part. 1. q. 19.* 6 *Vid. supr. part. 2.* Const. Elect. *14. Defin. 62.* † Accedit, quod Vidua portionem statutariam petens, geradam hanc unà cum aliis suis bonis conferre jubeatur, *h.* Constitut. *20. §. ult. verb.* zusammt der Gerade. 7 † Propria itaque erit Viduæ, quia alienatæ non conferuntur, *l. ea demum. 6. C. de collat. l. 1. l.* 8 *3. §. quoties. 2. ff. eod. tit.* † & per consequens, relictâ portione statutariâ, Viduæ unà cum reliquis suis bonis debetur, prout concludit Moller. *hic num. 25.*

Ita Domini in causa Hansen Preusers zu Leipzig/ Mense April. Anno 1593.

Definit. XXXVI.

Non potest repetere Vidua expensas nuptiales cum aliis bonis marito illatis.

1 NImia sæpius cogit mulieres avaritia, ut defunctis maritis unà cum rebus illatis ex eorundem bonis nuptiales quoque expensas repetere haud vereantur, tanquam accessorium quod-
2 dam dotis, † de quo idem judicandum, quod de dote ipsa, *l. inter Socerum. 26. §. cum inter. 2.*
3 *ff. de pact. dotal. l. etiamsi. 8. C. de jur. dot.* † Sed cum dos ideo repetatur, quod marito illata, ejusque usui concessa fuerit, facillimè heredes mariti ab onere restitutionis expensarum nuptialium se liberare poterunt, respondentes, nihil inde bonis mariti accessisse, quippe quod expensæ in apparandis nuptiis consumptæ fuerint, & in conviviis perierint, nec quicquam fa-
4 cultatibus mariti addiderint. † Repellenda igitur Vidua vel ex *hâc ipsâ* Constitut. *20.* quæ non nisi bonorum illatorum repetitionem admittit, *in §. ult. vers.* zu ihrem eingebrachten Gute. Nec habet Vidua, quod de damno ullo conqueri pos-
5 sit, † vel quia expensæ nuptiales in collationem paternæ hereditatis regulariter non veniunt,
6 *supr.* Constitut. Elector. *11. Defin. 21.* † vel quod lucris ac donis nuptialibus, quorum dimidia
7 pars ad Viduam pertinet, satis compensentur, † vel etiam sibi ipsi imputare debet, quod pactis dotalibus aliter facultatibus suis non prospexerit, *l. quod quis. 203. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in causa heredum Georgii Zauschels zu Merckersdorff/ Mens. Jun. Anno 1621. (Verba sent: Daß Georgen Zauschels hinterlassene Wittib 27. alte Schock Kleidergeld/ und was ihr Vater sonsten bey ihrer Ausstattung zu Hochzeit-Kosten auffgewendet/ wie dann auch die Zinsen von der Baarschafft/ davon eure Frage meldet/ von Zeit an/ da sie ihm solches zugewandt/ zu ihrem eingebrachten Gute zu fordern nicht berechtiget/ V.R.W.)

It. in causa Matthæi Kuppings zu Röthau/ Mense Julio A. 1633. (Verba sent: Ist unlängst euer Bruder ohne Kinder Todes verfahren/ und hat seine Wittibe an einem/ und euch seinen leiblichen Bruder am andern Theil/ zusammt einer Erbschafft nach sich verlassen/ und es ist bemeldte Wittibe zu ihrem Einbringen zu diesen vorhabens/ꝛc. So wird ihr dasselbe vermöge Churfl. Sächs. Constitution billich abgefolget/ aber die auff ihre Hochzeit angewendete Unkosten/ als 115. fl. ist sie als eingebracht Gut zu fodern nicht berechtiget/ ꝛc.)

It. in causa Eberhard Hoffmanns zu Dreßden/ Mens. Nov. Anno 1609. (Verba sentent: Daß kein Weib ihre Hochzeit-Kosten für ihr eingebracht Gut/ wann sie nach Absterben ihres Ehemannes solches begehret/ anzugeben/ und zu fodern befugt ist/ V.R.W.)

Et in causa Annen Riels zu Dreßden/ Mens. Septembr. Anno 1603.

Definit. XXXVII.

Nisi in dotem fuerint imputatæ, vel ut bona illata à marito acceptatæ.

ALiud dicendum, si expensæ nuptiales in dotem 1
fuerint imputatæ; hasce enim si maritus pro dote aut bonis illatis expressè acceptaverit, dubium non est, quin defuncto eo, Vidua illas repetere valeat, † quia factæ sunt pars & incrementum do- 2
tis, quod omninò Viduæ est restituendum, *h.* Constit. *20. §. ult.* Nec solet alia causa esse incrementi & additamenti dotalis, quàm ipsius dotis, † sive de 3
privilegio tractetur, sive de alio jure circa dotem, *l. inter Socerum. 26. §. 2. ff. de pact. dotalib. l. de his. 11. C. de jur. dot.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 8. definit. 24. num. 3.* † & tenetur hoc casu maritus ex 4
conventione danda legem contractui, *l. 1. §. si convenit. 6. ff. deposit.* † Planè, si expensæ nuptiales ad- 5
huc extent, veluti in monilibus, annulis, torquibus ad nuptias comparatis, non minus hasce Viduam repetere posse, quàm in hereditatem paternam eas conferre teneri putaverim, *argum. l. 25. ff. de pecul.* Andreas Gail, *lib. 2. observ. 91. num. 3.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. num. 34.*

Ita Domini in causa Matthæi Kuppings zu Röthau/ Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sent: Aber die auff ihre Hochzeit auffgewendete Unkosten/ als 115. fl. ist die Wittib als eingebracht Gut zu fodern nicht berechtiget; Es wäre dann daß solche Hochzeit-Kosten ihrem verstorbenen Manne loco dotis, und als eine Mitgifft oder Ehegeld zugewendet worden/ dessen genösse sie auff den Fall billich/ ꝛc.)

Et in causa Christophori Franckens zu Leipzig/ Mens. Junio Anno 1632. (Verba sententiæ: Hat Michael Weidinger vorm Jahre Marien/ David Barbierers Tochter geheyrathet/ und ist abgewichener Zeit Todes verfahren/ und weil ihme von gedachtes seines Eheweibes Vormunden nicht allein die Hochzeit/ so 120. fl. gekostet/ ausgerichtet/ sondern auch 526. flor. baar Geld bezahlet und abgestattet worden/ hat er über die gantze Summa der 646. fl. als eingebracht Gut quittiret/ ꝛc. So seyn die hin-

hinterlassene Erben der Wittiben die vollständige 546. fl. wiederum heraus zu geben schuldig / und sie mag sich mit 526. fl. abweisen/ und die 120 fl. Hochzeitkosten schwinden und fallen zu lassen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

Definit. XXXVIII.

Vidua non potest repetere ex bonis defuncti mariti fructus ex dotalitio prioris matrimonii à secundo marito perceptos.

1 QUod quæri solet, an mulier, quæ nubendo nullam constituit dotem, videatur omnia sua bona in dotem constituisse, ad eam mulierem
2 non pertinet, quæ secundò nupsit. † Certum est enim, ad eandem dotem ab hac censeri constitutam marito secundo, quam constituerat priori, ut tradunt Dd. communiter *ad l. 1. ff. solut. matrimon.* † conjecturâ voluntatis ex præcedentibus
3 desumptâ, *l. dotem. 30. ff. de jure dot.* † Ergo nec
4 dotalitium prioris matrimonii secundo Viro in dotem datum censebitur. † Idque vel inde con-
5 stat, quod ratione hujus ullum constituere dotalitium maritus secundus haud cogi potest, ut demonstrat Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 14. Vid.*
6 *supr. part. 2.* Const. Elect. *42. Definit. 6.* † Multo minus verò dotalitium prioris matrimonii, vel saltem fructus ex dotalitio perceptos ex bonis defuncti mariti secundi, Viduæ repetere licebit:
7 † ne scilicet heredes restitutione fructuum, qui oneribus matrimonii inserviunt, graventur, de-
8 quibus JCtus expressè disponit, † quod constante matrimonio fructus dotis percepti non sint dotis, hoc est, non augeant dotem, nec matrimonio dissoluto in restitutionem veniant, *in l. dotis fructum.*
9 *7. §. 1. ff. de jur. dot.* † Et certè in foro Saxonico expeditum est, defuncto marito, Viduam proprietatem bonorum illatorum duntaxat repetere, non fructus durante matrimonio perceptos, *h.* Consti-
10 tut. *20. ff. ult.* adeoque nec fructus dotalitii, † quod instar ususfructus est, Zobel. *in artic. 21. lit. F. lib. 1.* Landr. Joh. Schneidewin. *in tit. instit. de hered. quæ*
11 *ab intest. defer. tit. de success. int. vir. & uxor. num. 43.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 4. num. 23.* † nisi usumfructum ususfructus & servitutem servituris admittere velis, contra *l. 1. ff. de usu & usufruct. legat.*

Ita Domini in causa Christophori à Minkwitz & Samuelis ab Holtzendorff/ zu Ukro, Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sentent: Ob wol gedachte Frau Wittib 2400. fl. sechsjährige Leibzinsen/so im währenden andern Ehestande aus ihres ersten Ehejunckern Jacob von Polentzens Gütern erhoben worden/ fodern thut. Dieweil aber dennoch solche Leibzinsen dem andern Ehemann loco dotis nicht zubracht worden / sondern ihme gleich andern jährlichen Zinsen und Fruchtnutzung des Weibes Gütere pro oneribus matrimonii gebühret/ &c. So mögen nunmehr angeregte eingehobene Leibzinsen von der Wittiben als eingebracht Gut nicht gefodert/ noch eure Unmündigen/ als des andern Ehemanns Erben / derer Erstattung zu thun mit bestande angehalten werden/ &c]

Definit. XXXIX.

Repetere licet Viduæ nomina in dotem data, deductis tamen sumptibus pro eorundem exactione factis.

AUdienda est mulier, si, defuncto marito, repetere velit nomina in dotem data, modò talia non sint, quæ maritus nunquam exigere potuerit, † nisi ea nomina, ut bona ultro secutus sit, deque iis fidem habuerit, † siquidem bonum nomen facit, quisquis admittit debitorem, *l. inter causas. 26. §. abesse. 2. ff. mandat. l. 1. §. illud sciendum. 10. ff. de separat.* † Quod tamen non præsumendum, *argum. l. si mandat. 45. §. pen. ff. mandat.* † itaque probare debebit mulier, nomina fuisse legitima & exigibilia, eo scilicet tempore, quo in dotem data fuerint: † Nec enim legitima fuisse sufficeret, si aut propter debitorum inopiam, aut ob persecutionis difficultatem, exigi utiliter non potuerunt, *l. nam is. 6. ff. de dolo.* † Planè, si maritus in exactione nominum sumptus fecerit, eos ceu impensas dotis causâ factas deduci, ac mariti heredibus reddi æquissimum est, † tanquam qui minuunt dotem vel ipso jure, si sint necessarii, vel saltem per deductionem & retentionem, si sint utiles, *l. 5. ff. de impens. in reb. dot. fact. & si is qui. 56. ff. de jur. dot.*

1 2 3 4 5 6 7 8

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sent: Da aber dennoch gedachte Frau Wittib / wie recht / darthun und beybringen möchte/daß angeregte nomina ihr Ehejuncker loco dotis angenommen/ &c. So würden ihr dieselbe/jedoch nach Abzug des jenigen / was zu derer Einbringen nothwendig aufgewendet werden müssen / gleich andern ihren Einbringen und paraphernal-Gütern von des verstorbenen Mannes Erben nicht unbillich gut gemacht/und gezahlet/ V.R.W.)

It. in causa Margarethen Kronbergers zu Freyburg/ Mens. Mart. Anno 1604.

Et in causa Christiani Rabeners zu Meissen / Mens. Octob, Anno 1617.

Definit. XL.

Unà cum dote illata, legatum in testamento mariti sibi relictum Vidua jure petit.

QUod vulgò dicitur, legatum seu fideicommissum sive sit universale, sive speciale, in dubio non intelligi relictum Creditori animo compensandi, *l. creditorem. 85. ff. de legat. 2. l. Creditor. 16. C. de legat. l. si compensandi. 6. C. de hered. instit.* verissimum est † in debito voluntario, h. e. eo, quod initium habet voluntarium, quia scilicet, descendit ex contractu vel quasi, † quamvis postea sit necessarium, juxta *l. sicut. 5. C. de obligat. & action. l. in commodato. 17. §. sicut. 3. ff. commodat.* † Ex quo rectè inferunt, Legatum relictum à marito Uxori, non intelligi relictum animo compensandi cum dote ac bonis illatis, nisi specialiter expressum sit, quod & disertè probatur † per text. *in l. un. §. primum itaque. 3. vers. sciendum. C. de Rei Uxor. action.* Jacob. Menoch. *lib. 4. præs. 109. num. 57. in fin.* Francisc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 12.* Bartol. *in l. 3. in pr. n. 4. de dot. præleg.* † Quidni ergo Vidua bona illata repetens; ad petitionem quoque legati à marito sibi relicti admittenda esset? † cùm legatum haud minima pars sit bonorum Viduæ, quippe statim post mortem testatoris in ejus do-

1 2 3 4 5 6 7

minio existens, *l. à Titio, 64. sub fin. ff. de furt. l. legatum, 80. ff. de legat. 2. l. 9. §. 5. ff. de pecul.*

Ita Domini in causa Margarethæ, Viduæ Marci Schumans zu Mücheln/ Mens. Nov. Anno 1594. (Verba sent: So wird euch nicht allein die Helffte eures Mannes Verlassenschafft/ vermöge seines Testaments/ als ein Legatum, sondern auch alle eure zugebrachte und anererbete Güter, zusammt der Gerade billich gefolget/ V.R.W.)

It. in causa heredum Andreæ Försters an Rath zu Zeitz/ Mens. Oct. A. 1601. (Verba sent: So ist seine hinterlassene Wittibe aus ihres Mannes Verlassenschafft/ die ihr von gedachtem ihrem Manne legirten 200. fl. zusammt ihrem eingebrachten Gute/ so viel sie dessen/ wie recht/ beweisen kan/ zu fodern befugt / &c.)

It. in causa Hansen Schöllens und Martin Brauers zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1627.

In causa heredum Caspari Schöbers zu Löben / Mens. Majo, Anno 1632.

In causa Caspari Schaubens zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1632.

Et in causa Joachimi Reibolds zu Neuendorff / Mens. Jul. Anno 1634.

Definit. XLI.

Jus optionis sive eligendi portionem statutariam vel bona illata repetendi, non solum Viduæ, sed & ejusdem liberis ac nepotibus competit.

1 IN arbitrio Viduæ est, an portionem statutariam Constitutione Electorali sibi assignatam eli-
2 gere, an verò bona illata repetere malit? † Idque indifferenter, sive maritus liberos reliquerit, sive non, nam casu utroque jus hoc optionis Viduæ competit, *b.* Constit. *20. ff. ult. in fin. vers.* Und ihr solche Wahl ohn Unterscheid / es hätte der verstorbene Mann Kinder oder nicht / gelas-
3 sen werden. *ubi* Moller. *num. 6.* † Et perpetuò usque ad triginta annos durat, nisi à Judice brevioris temporis spatium, puta unius, vel duorum mensium, optioni fuerit præfinitum, quo elapso, Vidua ulterius non admittenda erit, ex traditis Petr. Peck. *in tractat. de testament. conjug. lib. 1.*
4 *cap. 21. num. 4.* † quem sequitur Dan. Moller. *hic num. 17. & lib. 1. semestr. 15. num. 2.* Attamen soli viduæ privilegium hoc optionis concessum est, *b.* Constitut. *verb.* (Jedoch soll der Frauen)
5 † adeoque Creditoribus mulieris vel extraneo neutiquam cedi potest, Moller. *hic num. 17.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. num. 20.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 27. num. 76.* Quid verò juris in
6 heredibus? † Ad hosce indifferenter omnes, descendentes sive collaterales vel extranei fuerint, facultatem eligendi transire, arbitrantur Matth. Coler. *dict. decis. 54. num. 21. & seqq.* Berlich. *dict. conclus. 27. num. 77. &* Simon. Ulric. Pistor. *in not.*
7 *ad* Hartman. Pistor. *observat. 152.* † Sed meminisse deberent regulæ: Quæ cessibilia haud sunt, ea non sunt etiam transmissibilia, Jason *in l. si stipulatus. 76 num. 6. ubi &* Zas. *num. 22. ff. de V. O.*
8 † à quâ malè jus optionis excipit Coler. & certè
9 notissimi juris est, † quod privilegium personale cum persona extinguatur, *c. privilegium. 7. de*
10 *Reg. jur. in 6to.* † Cui consequens est, privilegium hoc optionis ad heredes neutiquam transmitti, ut sentit Moller. *hic num. 12. & lib. 1. semestr. 14.* secutus Wesenbec. quem ibidem allegat. † 11
Rectissimè tamen excipit liberos ac descendentes heredes, quibus non minus ac Viduæ ipsi jus optionis competere ait. Nec sine ratione, 12
† cum & jus tacitæ hypothecæ ac prælationis, quod personalissimum est, heredibus descendentibus mulieris concedatur, *l. un. C. de privil. dot. Novell. 91. in præfat.* † propter vinculum nempe 13
fortissimum, quod liberos cum matre copulat, ut eadem persona censeantur, Moller. *dict. loc. num. 15.*

Ita Domini in causa Adami Bomsdorffs zu Freyberg/ Mens. Jun. Anno 1595. (Verba sent: Ob nun wol den hinterlassenen Wittiben sonsten nach ihrer Männer Absterben ein gewiß Theil aus den Gütern gebühret; So ist doch bemeldter euer Pflegefrauen/ und nunmehr derselben Kindern sich der portionis statutariæ zu begeben/ und zu ihrer Mutter eingebrachtem Gute zu kiesen unbenommen/ und mögen an solcher Wahl nicht gehindert werden/ V.R.W.)

Et in causa Johannis Martini & Consortium zu Leipzig/ Mens. Oct. Anno 1629. (Verba sent: Ist in den Leipzigischen Statuten, so wol in Churfl. Sächs. Constitution der Wittiben die Option, entweder den dritten Theil aus ihres verstorbenen Mannes Verlassenschafft zu nehmen/ oder zu ihrem Einbringen zu kiesen nachgelassen/ und es ist eure Mutter/ ehe und zuvor sie sich solches Rechtens gebrauchet/ Todes verfahren/ &c. So hat sie solches Jus optionis auff euch als ihre leibliche Kinder gebracht / und ihr seyd euch dessen nichts weniger/ als wenn sie noch am Leben wäre/ zu gebrauchen wol befugt/ V.R.W.)

It. An Rath zu Hertzberg/ Mens. Majo, Anno 1632.

Definit. XLII.

Non etiam ascendentibus, collateralibus vel extraneis heredibus.

SOlis tamen liberis ac Nepotibus jus optionis 1
competit, non etiam heredibus ascendentibus, Collateralibus vel extraneis, in quos Vidua facultatem eligendi neutiquam transmittit, † sed de- 2
functâ eâ, hi portione statutariâ contenti esse debent, à repetitione bonorum illatorum prorsus excluси, *argum. l. un. C. de privil. dot. Novell. 91. in præfat.* Dan. Moller. *hic. num. 15. & lib. 1. semestr. 14.* † Non enim ut liberi, ita & ascendentes vel 3
collaterales Viduæ ita sunt conjuncti, ut cum eâ persona una censeantur, † adeoque dominium 4
facultatum cum omnibus juribus ac privilegiis in hisce continuari videatur, *argum. l. in suis heredibus. 11. ff. de lib. & posthum.* † Ergo nec privilegio 5
optionis gaudebunt, quod cum Viduâ extinguitur, *c. privilegium. 7. de Reg. jur. in sexto.* Peck. *in tractat. de testament. conjug. lib. 1. cap. 30.* Moller. *hic num. 13.*

Ita Domini in causa Marthen / Viduæ Bartholomæi Grunickens zu Torna/ Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sentent: Ob nun wol sonsten in diesem Fall das Jus optionis zu dem Einbringen zu kiesen/ allein der Wittiben/ und nach ihrem Absterben dero Kindern zustehet/ die Ascendentes und Collaterales heredes aber sich derselben nicht zu erfreuen haben/ sondern mit der Portione statutariâ sich abfinden lassen müssen/ &c.)

Et in causa Michael Freygangs & Consortium zu Röthal,

Rötha/ Mens. Oct. Anno 1634. (Verba sent: Ob nun wol der Wittiben sonsten die Option zustehet/ ob sie zu ihrem eingebrachten Gute/ oder aber nach Gelegenheit der Fälle/ zu ihrem dritten Theile greiffen will. Dieweil aber dennoch gedachte eure Schwester bey ihrem Leben ihr Einbringen nicht gefodert/ und hierüber solche Wahlgerechtigkeit als ein persönliches Recht mit ihrer Person/ weil sie keine Kinder verlassen/ erloschen/ ꝛc. So habt ihr euch des Juris optionis, so eurer verstorbenen Schwester wegen ihres eingebrachten Guts zugestanden/ nicht anzumassen/ sondern ihr lasset euch an dem dritten Theile billich begnügen/ V.R.W.)

It. in causa Hansen Hublers Wittiben Freunden zu Leipzig/ Mense Sept. Anno 1636. (Verba sent: So hättet auch nunmehr ihr als die heredes collaterales solcher Option und Wahlgerechtigkeit/ weil dieselbe als ein persönliches Recht mit eurer verstorbenen Schwester erloschen/ euch ferner nicht zu erfreuen/ noch ihres Einbringens anzumassen/ Sondern ihr lasset euch an dem Theil ihres verstorbenen Mannes Güter/ darunter aber auch des Weibes Einbringen und Gerade zu rechnen/ billich begnügen/ V.R.W.)

It. An Rath zu Zwickau/ Mens. Mart. Anno 1634.

Definit. XLIII.

Viduâ ad nuptias secundas convolante, defunctâ eâ, antequam utatur jure optionis, Marito secundo jus hoc non competit.

1 Multò minus verò maritus optionis jus sibi arrogare poterit, defunctâ nempe Viduâ, quæ ad secundas nuptias convolavit, antequam portionem statutariam ex bonis defuncti prioris mariti eligeret, vel bona illata repeteret, relicto marito se-
2 cundo; † in quem de jure Saxonico bona sua mobilia transfert, *art. 31. lib. 1.* Landr. *artic. 76. ubi Gloss. Latin. ad text. german. lit. B. & C. lib. 3.* Landr. Petr. Heig. *part. 2. quæst. 15. num. 2.* Jac. Thoming. *decis. 3. num. 7.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 1.*
3 *& seqq.* † Etenim propriè heres non potest appellari maritus, qui mobilia saltem ex statuto Saxonico lucratur, neutiquam verò in universum jus de-
4 functæ Uxoris succedit, † quod ipsum propriè heredem facit, *l. venditor. 21. ff. de hered. vel act. vendit. l. item veniunt 20. ff. de petit. hered.* † Ergo nec
5 jure optionis, quod defunctæ uxori competebat, uti poterit maritus, *argum. Novell. 48. in præfat.*
6 † Ac esto, quod Maritus sit heres defunctæ conjugis, veluti heres mobiliaris in foro Saxonico appellari consuevit, Petr. Peck. *de testam. lib. 1. cap. 45. num. 13.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 31. num. 15.* plus
7 tamen juris non habebit quàm heres extraneus, † qui & reverà extraneus est, *Novell. 107. cap. 1. ubi* Gothof.
8 *in verb. Extraneis. lit. Q.* † Atqui jus optionis ad heredes extraneos non transferri, dixi Definit. *præced.*

Ita Domini in causa Marci Conradi Siegfrieds zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1631. (Verba sent: Dieweil aber dennoch bemeldtes euer Eheweib sich der Wahl zu ihrem Einbringen nicht gebraucht/ und nunmehr euch dem überlebenden Ehemanne als auswertigem Erben solche Optio nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten nicht zustehet/ ꝛc. So mag auch eure Stiefftochter euch solche Option zu gestatten nicht gedrungen werden/ sondern wann sie die eurem verstorbenen Eheweibe/ als damaliger Wittiben/ gebührende Portionem statutariam abstatten wird/ lasset ihr euch daran billich begnügen/ V.R.W.)

Definit. XLIV.

Si Vidua jure optionis usa fuerit, ac bona illata petierit, defunctâ eâ, heredibus ejus ad portionem statutariam redire non licet.

Extranei igitur & collaterales heredes jus optio- 1
nis neutiquam habent, nec Viduâ defunctâ dotem, aliaque bona illata repetere possunt; *supr.* Definit. 42. Sed hoc ita, si Vidua jure optionis, antequam moreretur, haud fuerit usa: † Etenim 2
electione semel factâ, bonisque illatis repetitis; si decesserit Vidua antequam ea consequatur, tantum abest ejusdem heredes collaterales petitionem bonorum illatorum persequi haud posse, † ut & 3
hisce contentos esse eos oportere, nec relictâ petitione dotis & bonorum illatorum, ad portionem statutariam redire posse, existimem. † Cum nec 4
Viduæ ipsi, factâ semel electione, variare licuerit, modò læsionem haud prætendere potuisset, Petr. Peck. *de testam. Conjug. lib. 1. cap. 32. n. 7.* Daniel Moller. *hic num. 22.* † odiosa namque variatio est, 5
nec admittenda, *l. ult. vers. tantum enim abest. C. de Codic.* Nicol. Boër. *decis. 33. num. 13.* † Taceo, 6
quod factâ petitione dotis, heredibus mariti in universa hereditate jus sit quæsitum, † quod postea 7
iis invitis à Vidua auferri non potest, *l. 5. C. de O. & A.* † Multo minus ergo iisdem heredibus, 8
argum. l. cum heres 11. ff. de divers. temp. præscript.

Ita Domini in causa Friderici Thielens zu Schmiedeberg/ Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Und nachdeme sich die Wittibe gerichtlichen dahin erkläret/ daß sie zu ihrem eingebrachten Gute greiffen/ und sich der ihr zugelassenen Option gebrauchen wolte/ ist sie nunmehr auch Todes verfahren/ und hat euer Eheweib als ihrer Schwester Tochter nebens ihres Brudern Sohne mit ihrer gantzen Verlassenschafft ab intestato befället/ ꝛc. So verbleibets bey der Wittiben gethanen Erklärung billich/ und derer Erben seyn nunmehr die portionem statutariam zu fodern nicht befugt/ V.R.W.)

Definit. XLV.

Vidua petens portionem statutariam, mediante juramento tenetur conferre bona sua, quando in horum exhibitione se facit suspectam.

Non admittitur Vidua ad petitionem portio- 1
nis statutariæ, si non facultates suas in communem hereditatem conferre parata inveniatur, *h.* Constitut. *20. §. ult. supr.* Definit. *27.* † Quid 2
verò, si omnem suam substantiam exhibere renuat, negando forsan, se plus in bonis habere ultra id, quod marito realiter intulerit, cujus notitiam non habere possunt heredes? † Cre- 3
dendum certè inventario super facultatibus Viduæ, si quod proferatur, † idque heredes jure 4
exigere nemo negaverit, *l. cum plures. 15. ff. de reb. autor. judic. possid.* † Alioquin, si inventa- 5
rium solenniter ac legitimè confectum Vidua exhibere nequeat aut nolit, cum hoc ipso se faciat suspectam, ad juramentum adigi potest, † ut scilicet hoc mediante, bona sua 6
universa conferat, *argum. l. 6. §. 4. vers. sic ubi. C. de his qui ad Eccles. confug.* Dd. *in l. ult.*

ſ. licentia 10. C. de jur. delib. Rol. à Vall. *de confect.*
7 *invent. in 4. part. q. ult.* † Quod nec in foro Saxonico abſurdum habetur, ubi à liberis etiam mediante juramento ſolet fieri collatio, *ſupr.* Definit. *9. n. 8.* & Conſtit. Elect. *11. Defin. 29.*

Ita Domini in cauſa Nicolai von Heynitzens & VVolffgangi ab Ende, Menſ. Jan. Anno 1629. (Verba ſent: Hat des verſtorbenen Thomæ Hauptmanns Wittibe aus ihres Mannes Verlaſſenſchafft den vierdten Theil / ſo ihr vermöge Churfürſtlicher Sächſiſchen Conſtitution gebühret / gefordert / ꝛc. So wird ihr derſelbe / wofern keine Eheſtifftung oder Statutum verhanden / nach Ablegung der Schulden / billich ausgeantwortet; Sie iſt aber dagegen alle ihre eingebrachte / auererbte / und andere Güter / zuſammt der Gerade / in gemeine Theilung zu bringen / und weil ſie ſich nach Abſterben ihres Mannes deſſen Verlaſſenſchafft allein angemaſſet / iſt ſie ein richtiges Inventarium vorzulegen / oder dieſelbe / wie auch ihr Einbringen / und andere eigenthümliche Güter / wofern gnugſame Vermuthung / daß ſie etwas davon zu verſchweigen und zu unterſchlagen gemeynet / wider ſie verhanden / vermittels Eydes anzuzeigen ſchuldig / V. R. W.)

Et in cauſa M. Sebaſtiani von der Felde zu Weiſſenfels / Menſ. Mart. Anno 1634. (Verba ſent: Sie iſt aber dargegen alle ihre eingebrachte / anererbte und andere Güter / zuſamt der Gerade in gemeine Theilung zu bringen / und ſolche ihre eigenthümliche Güter / wofern gnugſame Vermuthung / daß ſie dieſelbe dem Ehemanne unterſchlagen / und nachmals zu verſchweigen gemeynet / wider ſie verhanden / vermittels Eydes anzuzeigen ſchuldig / V. R. W.)

DEFINIT. XLVI.

Vidua tenetur ad exſolutionem æris alieni à marito facti, pro ratâ portionis ſuæ ſtatutariæ.

CErtum eſt, quod Uxor repetens dotem ac bona 1
illata, pro mariti debitis haudquaquam teneatur, niſi pro iis fidem ſuam interpoſuerit, *ſupr. p. 2.* Conſt. El. 16. Frider. Penſold. *in addit. ad* Matth. Col. *part. 2. dec. 286. num. 193.* At, † ſi portionem ſta- 2
tutariam percipere malit, nullo prælationis jure gaudet, ſed debita ante omnia ſunt exſolvenda, nec prius Viduæ portio ſtatutaria dari poteſt, quàm omne æs alienum mariti fuerit deductum, † *b.* 3
Conſt. 20. *ſ.* Wo aber. *verſ.* Nach Bezahlung der Schulden aus allen ihres verſtorbenen Mannes übrigen Gütern / *ubi* Moll. *n. 59.* † Ergo aſſi- 4
gnatâ jam Viduæ portione ſtatutariâ, ſi poſtea emergat æs alienum, ad hujus exſolutionem pro ratâ portionis ſuæ ſtatutariæ, Vidua omninò tenebitur, Frider. Penſold. *dict. loc. n. 194.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 62. n. 13.* Chriſt. Zobel. *in addit. ad gloſſ. german. lib. 1.* Landr. *art. 24. n. 4. verſ.* Quando vero. Matth. Berlich. *part. 3. concl. 27. n. 83.* Reinh. Roſa *ad* Moll. *hic num. 60.*

Ita Domini in cauſa M. Sebaſtiani von der Felde zu Weiſſenfels / Menſe Mart. Anno 1634. (Verba ſent: So wird bemeldter Wittiben / wann keine Eheſtifftung / oder Statutum verhanden / vermöge Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution, der vierdte Theil aus ihres Mannes Verlaſſenſchafft / iedoch nach Ablegung der Schulden / billich gefolget / ꝛc.)

CONSTITUTIO XXI.
PARTIS TERTIÆ.

Ob das Erbegeld von dem Weibe auff den Mann verfalle?

Erbegeld / hoc eſt, pecunia, quæ ex hereditate parentum vel aliorum mulieri quotannis ſolvitur, ipsâ defunctâ, num ad maritum ſuperſtitem pertineat?

SAnn einer ein Weib hat / welche aus ihres Vaters / Mutters / oder andern angeſtorbenen Gütern jährlichen zu ihrer Abfindung Erbegeld auffzunehmen / So ſeynd unſere Verordnete hierinnen einig / daß das unvertagte Erbegeld / weil es aus unbeweglichen Gütern bezahlet und abgeleget wird / und noch darinnen ſtehet / als ein unbeweglich Gut / auff des verſtorbenen Weibes Erben / das betagte aber auff den Mann fallen und kommen ſoll.

Da aber die Frau von ihrem Vater oder ſonſten Fahrnüß oder Geld ererbet / und ſie würde aus unbeweglichen Gütern durch Erbegeld nicht abgeleget / oder ihr Vater hätte etliche Schulden auff gewiſſe Termin zu bezahlen auſſenſtehen / Solches / wann die Frau verſtürbe / fiele / auſſerhalb der Gerade / auff den Mann; Sintemal daſſelbe kein Erbegeld iſt / und von unbeweglichen Gütern nicht abgeleget wird / darauff dann auch

ITa inter Deputatos noſtros convenit, ut ſi quis habeat uxorem, cui ex hereditate paternâ vel maternâ vel aliâ, certa pecuniæ ſumma proportione ſuâ hereditariâ quotannis per partes ſolvenda debetur, quicquid illius pecuniæ vivâ uxore peti non potuit, cum ex rebus immobilibus ſolvi oporteat, ſolutum autem non ſit, tanquam res immobilis heredibus uxoris, ea autem, cujus dies ipsâ vivente venit, ut res mobilis marito cedat.

Si vero ex hereditate paterna vel alia unde mobilia aliqua vel pecuniam, non tamen ex bonis immobilibus quotannis per partes ſolvendam, ſibi acquiſiverit mulier / vel ſi parens ipſius credita quædam, definitis temporum intervallis ſibi ſolvenda, moriens poſt ſe reliquerit, quod inde ad mulierem pervenerit, illa defunctâ, cum reliquis mobilibus, exceptis

in unſern Landen erkannt und geſprochen wer-den ſoll.

ptis quæ ad geradam ſeu utenſilia pertinent, ad maritum defertur, cum appellatione pecuniæ ejus, quæ Erbegeld vulgò dicitur, non comprehendatur, nec ex rebus immobilibus percipiatur; Atque ita judicari & reſponderi jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Pecunia hereditaria, antequam dies ſolutionis venerit, inter bona immobilia refertur.*
2. *Aliter ergo donatio hujus pecuniæ inter vivos non valet, niſi facta coram judice, ſub quo ſita ſunt bona hereditaria.*
3. *Pecunia hereditaria, defunctâ uxore ante diem ſolutionis,* (das unbetagte Erbegeld) *non marito ſuperſtiti, ſed heredibus cedit.*
4. *Defunctâ verò uxore, poſtquam dies ſolutionis ceſſit, pecuniam hereditariā* (das betagte Erbegeld) *ſolus maritus lucratur, excluſis heredibus Uxoris.*
5. *Licet paulò ante diem ſolutionis Uxor deceſſerit, attamen ne quidem pro rata temporis, maritus ſuperſtes hereditariam pecuniam lucrabitur.*
6. *Sicut nec tùm Maritus pecuniam hereditariam lucratur, quando poſt mortem Uxoris, intra tricesimum dies ſolutionis venerit.*
7. *Non eo minus pecunia hereditaria ante ſolutionis diem immobilibus bonis accenſetur, & ad heredes pertinet, quod iſtam Uxor emerit.*
8. *Pecunia hereditaria quænam propriè dicatur.*
9. *Pretium ex venditione bonorum immobilium definitis intervallis Viduæ ſolvendum pecunia hereditaria non eſt, ſed indifferenter defunctâ eâ marito cedit.*
10. *Pecunia ex bonis mariti primi, loco portionis ſtatutariæ diſtinctis terminis Viduæ ſolvenda, defunctâ eâ, cedit marito ſecundo, etiamſi dies ſolutionis nondum venerit.*
11. *Defunctâ verò Viduâ, antequam portio ſtatutaria ex bonis primi mariti immobilibus ipſi aſſignetur, nihil de hac ſecundus maritus lucratur.*
12. *Bonis hereditariis extraneo venditis, pecunia inde redacta hereditaria non eſt, nec heredibus cedit, defunctâ licet uxore ante ſolutionis diem.*
13. *Coheredi licet bonis hereditariis venditis, pecunia tamen ad certos terminos ſolvenda hereditaria non eſt, ſed indifferenter ad Maritum ſuperſtitem pertinet.*
14. *Nunquam pretium Venditionis eſt pecunia hereditaria, etiamſi heres ante venditionem bona hereditaria ex cauſa diviſionis aliquandiu poſſederit.*
15. *Nomina hereditaria in diviſione hereditatis uxori aſſignata, defuncta ea, indifferenter marito ſuperſtiti cedunt.*
16. *Facit præſtatio Uſurarum, ut pecunia ex bonis hereditariis ſolvenda non habeatur pro hereditaria, ſed marito indifferenter applicetur.*

DEFINIT. I.

Pecunia hereditaria, antequam dies ſolutionis venerit, inter immobilia refertur.

1 DIſputatum fuit, *an pecunia hereditaria, quam heres coheredi ex bonis immobilibus hereditariis ſibi aſſignatis quotannis ſolvit, vulgò* (Erbegeld) *bonorum immobilium vel mobilium nomine* 2 *veniat?* † Ex bonis ſiquidem immobilibus, quia hæc pecunia debetur, ipſum quoque nomen pro immobili habendum eſſe, dicendum videbatur; Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 11. num. 10.* Jacob. Thoming. *deciſ. 31. num. 2.* Bartol. *in l. poteſt. 18. num. 1. ff. de autor. tutor.* Jacob. Cujac. *in cap. 1. §. ſciendum eſt autem verſ. licet moribus Biturigum tit. de feud. cognit.* & Cagnol. *in l. qui auctore. 137. ff.* 3 *de Reg. jur.* † Nempe quia ſurrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur, *l. 1. §. hæc actio, 10. ubi* Bartol. *ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe* 4 *juſſ. fuer.* † Econtra quia in pecuniâ numeratâ conſiſtit, quæ non tantùm mobilis eſt, ut per ſe patet, ſed & ſervando ſervari nequit, Bartol. *in l. 1. §. fuit quæſitum. 13. num. 3. ff. ad SCtum Trebell.* Jaſon *in l. interdum. 29. num. 3. ff. de condict.* 5 *indebit.* † rectius pecuniam hereditariam bonis mobilibus accenſeri, quis exiſtimaverit cum Dan. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 41.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſtion. 124. nu-* 6 *mer. 34. & 35.* † ſed neutra opinio omnis dubii expers eſt, ut apparet ex traditis Moller. *hîc. num.* 7 *10. & ſequentib.* & Jacob. Schult. *dict. loc.* † Diſtinguunt ergo Dd. an dies ſolutionis pecuniæ hereditariæ venerit an non, (ob das Erbegeld betaget ſey/ oder nicht) † ita ut priori ſaltem caſu 8 naturam mobilium ſequatur; Caſu vero poſteriori rebus immobilibus accenſeatur. Idque propterea, † quod ante exſolutionis diem is, cui pe- 9 cunia hereditaria debetur, tanquam coheres jus ſuum hereditarium æquè in re illa immobili retineat & habeat, atque alter, cui ea res in diviſione ceſſit, † adeo ut vigore hujus, etiam ipſis hypothe- 10 cariis creditoribus anteponatur, *Supr.* Conſt. Elect. *28. in pr. part. 1.* Jacob. Schult. *dict. loc. num. 37.* Præter hoc jus verò ei nil amplius competat, † cum 11 etiamſi pecunia promiſſa ſit, attamen, quia ſolutionis faciendæ dies nondum venit, nulla ei ſit valida exactio, Joan. Ronchegall. *in l. ex duobus. 7. n. 2. in fin. ff. de duob. reis.* † Meritò igitur ante ſolu- 12 tionis terminum, pro re immobili pecunia hereditaria reputabitur. † Quod non modo obſervan- 13 tia fori Saxonici receptum, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 258. & ſeq.* Johann. Schneidewin. *ad tit. inſt. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. num. 35.* † ſed ab 14 Illuſtriſſimo Saxoniæ Electore diſerte approbatum eſt, *h.* Conſtit. *21. verſ.* Daß das unvertagete Erbegeld/ weil es aus unbeweglichen Gütern bezahlet und abgelegt wird/ und noch darinnen ſtehet/ als ein unbeweglich Gut/ ꝛc. *ubi* Moll. *numer. 1. & lib. 1. ſemeſtr. 41. numer. 4.* Jacob. Schult. *dict. loc. num. 30.*

Ita Domini in cauſa Caſpar Kuchlers Erben zu Sehma/ Menſ. Nov. Anno 1618. (Verba ſentent: So hat ſie ſich doch der 500. fl. Erbegelder/ ſo auffm Gaſthofe zu Schletta noch unbetaget ſtehen/ welche/ wofern ſie rechte Erbegelder ſeyn/ vor unbeweglich Gut zu achten/ ꝛc.)

Definit. II.

Aliter ergo donatio hujus pecuniæ inter vivos non valet, nisi facta coram judice, sub quo sita sunt bona hereditaria.

1 INferre hinc licet, quod pecunia hereditaria, antequam dies solutionis venerit, haud valide donetur inter vivos, si non facta fuerit donatio judiciaaliter, & præcisè illi judici insinuata, sub cujus ju-
2 risdictione sita sunt bona hereditaria, † ea siquidem est natura donationis bonorum immobilium in foro Saxonico, ut inter vivos facta aliter non valeat, qvàm si Magistratui sive judici fuerit insinuata, Weichbild. *art. 20. & 60.* Landr. *lib. 1. art. 52.* Johann. Schneidewin. *ad §. aliæ autem. 2. num. 11. in fin. inst. de donat.* Moller. *lib. 3. semestr. 21.* Matth.
3 Coler. *part. 1. decis. 10. num. 6.* † Nec quælibet judicialis bonorum immobilium donatio subsistit, sed præcisè hæc coram eo judice, ubi bona sita sunt, fieri debet, *dict. art. 20.* Weichbild. *& artic. 52. lib. 1.* Landr. Christoph. Zobel. *part. 2. differ. 28. num. 8.* Coler. *dict. decis. 10. num. 6. Vid. Supr. part.*
4 *2.* Constit. Elect. *12. Defin. 19.* † Ergo nec donatio pecuniæ hereditariæ, cujus dies nondum cessit, aliter valebit, quippe quia hæc immobilibus bonis accensetur, Defin. *præced.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Ob nun wol angeregte donation, so viel die Güter anbelanget / so unter den Gerichten zur Wiesen gelegen / ihrer Solennitäten halber zu Recht beständig/ und dieselbe der überlebenden Wittben verbleiben. So hat sie sich doch der 500. fl. Erbegeldere/ so auffm Gasthofe zur Schletta noch unbetagt stehen/ welche/ wofern sie rechte Erbegelder seyn / vor unbeweglich Gut zu achten/ weil nicht zu befinden/ daß der donator vor dem Amte Grumhain/ darunter Schletta gelegen/dergleichen donation inter vivos gerichtlichen auffgerichtet/ und seinem Weibe die Erbgeldere doniret und geschencket/nicht anzumassen / sondern es bleiben dieselbe des donatoris Erben billich/ V.R.W.)

Definit. III.

Pecunia hereditaria, defunctâ uxore ante diem solutionis, (das unbetagte Erbegeld) *non marito superstiti, sed heredibus cedit.*

1 COnsequens porrò & hoc est, quod pecunia hereditaria, quæ vivâ uxore peti haud potuit, die scilicet solutionis nondum existente, (das unbetagte Erbegeld) neutiquam marito su-
2 perstiti, sed defunctæ uxoris heredibus cedat, † quia nempe de bonis immobilibus uxoris, maritus omnino nihil lucratur, Landr. *lib. 1. artic. 31.* Joh. Schneidewin. *ad tit. de heredit. quæ ab intest. defer. Rubr. de succes. int. vir. & uxor. num. 32. Gloss. latin. ad text. latin. in dict. art. 3. verb. nulla mobilia.* Joach. Beust. *in tract. connub. part. 2. cap. 67. sub*
3 *fin.* † Ergo nec de pecuniâ hereditariâ, si terminus solutionis nondum venerit, quia tùm pecunia hereditaria bonis immobilibus accensetur,
4 *Defin. 1.* † Idque manifestis verbis approbavit Elector Illustrissimus *h.* Constit. *21. vers.* Daß das unvertagete Erbegeld / weil es aus unbeweglichen Gütern bezahlet / und abgelegt wird / und noch darinnen stehet / als ein unbeweglich Gut / auff des verstorbenen Weibes Erben fallen und kommen soll/ &c. *ubi* Dan. Moll. *numer. 1. & lib. 1. semestr. 41. n. 4.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. num. 31.* Matth. Coler. *de process. executiv. part. 1. cap. 3. num. 244.* Joh. Schneidewin. *dict. loc. n. 35.*

Ita Domini in causa Julianæ, Viduæ Erhard Eybens zu Meissen/ Mens. Febr. Anno 1600. (Verba sentent: Ist Walpurg / Hansen Beinscheins Eheweib / ohne Leibes-Erben verstorben/und hat euch als ihre nechste Muhme zu einem/ und gedachten ihren Ehemann am andern Theile beneben 18. Neue Schock unbetagt Erbegeld nach sich verlassen/ &c. So hat sie solches Erbegeld auff euch/ als ihre nechste Muhme und Erbin gebracht und verfället/ und ihr Ehemann hat darau keine Forderung / V.R.W.)

Definit. IV.

Defunctâ verò uxore, postquam dies solutionis cessit, pecuniam hereditariam (das betagte Erbegeld) *solus maritus lucratur, exclusis heredibus Uxoris.*

1 ALiud dicendum, si Uxor fuerit defuncta, postquam dies solutionis cesserit; Nam tunc pecuniam hereditariam (das betagte Erbegeld) lucratur solus Maritus, † exclusis defunctæ Uxoris 2
heredibus, *h.* Const. *21. vers.* (Das betagte Erbegeld aber auff den Mann fallen und kommen soll/ &c. *ubi* Moller. *num. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. n. 31.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 3. n. 244.* † quod 3
nec mirum alicui videbitur, siquidem pecunia hereditaria, postquam dies solutionis cessit, inter res mobiles refertur, † quas jus Saxonicum soli mari- 4
to defert, exclusis Uxoris defunctæ heredibus, *lib. 1.* Landr. *art. 31. & art. 76.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 1. & 33. & consil. 8. n. 131.* Jacob. Thoming. *decis. 3. num. 7.* Zobel. *part. 3. differ. 9. n. 6.*
† Rebus autem mobilibus pecunia hereditaria hoc 5
casu propterea accensetur, quòd post solutionis diem jus hereditarium coheredi in bonis immobilibus competens, de quo dixi *Supr.* Defin. 1. prorsus cesset; † concessâ nempe facultate exigendi pe- 6
cuniam, quæ sua natura mobilis est, *Novell. 22. cap. 45. vers. Si vero universa.* Moller. *lib. 1. semestr. 41. num. 6.* † ut sic nomen quoque, seu actio pro 7
tali pecuniâ competens pro re mobili sit habendâ, juxta tradita Bartol. *in l. moventium. 93. in fin. ubi* & Alciat. *numer. 3. ff. de V. S.* aliorumque quos alleg. t & sequitur Jacob. Schult. *dict. loc. n. 17.*

Ita Domini in causa Hansen Nephus & consortium zu Liebstadt/Mens. Mart. Anno 1591. (Verba sent: Ist eure Mutter und Schwieger gestorben/ und hat euch und eure Eheweiber als ihre Kinder erster/und dann 5. Kinder anderer Ehe/ und ihren andern Ehemann Nicol Rudeln zusammt etlichen unbeweglichen Gütern/ und vertagten Erbegeldern / so sie von ihrer Mutter überkommen/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie die unbewegliche Güter auff euch und eure Geschwister als ihre Kinder ingesammt bracht und verfället. Die Erbgeldere aber/ so von den Großmütterlichen Gütern herrühren/ so viel derselben bey ihrem Leben betagt/ bleiben ihrem andern Eheman̄e/ ungeachtet / daß sie noch unabgelegt in den Gütern stehen/ billich / Er ist euch aber davon eure gebührende legitimam, wofern ihr euch derselben an den unbeweglichen Gütern nicht vollkömlich erholen könet/ zu erfüllen schuldig/ V.R.W.)

Defi-

Definit. V.

Licet paulò ante diem solutionis Uxor decesserit, attamen ne quidem pro rata temporis, maritus superstes hereditariam pecuniam lucrabitur.

1 AT, *nonne pro ratâ temporis saltem pecunia hereditaria inter maritum superstitem & defun-*
2 *ctæ Uxoris heredes dividenda erit*, † *maximè si Uxor paulò ante solutionis diem decesserit?* Ita quidem † sentire videtur Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. numer. 163. vers. istud debitum totum, vel pro parte.* quem sequitur Matth. Berlich. *part. 3. concl.*
4 *31. num. 12.* propterea, † quod annui reditus, aliæque pensiones pro ratâ temporis inter heredes & novum possessorem dividantur, *Supr.* Const. Elect. *16. ubi Definit. 1.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 22. num. 25.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor.
5 *part. 3. quæst. 126. num. 82.* † Sed hanc limitationem neutiquam admittit *h.* Constit. *21.* quæ verbis satis manifestis pecuniam hereditariam, defunctâ Uxore ante solutionis diem, solis ejus heredibus defert *(vers.*
6 Auff des verstorbenen Weibes Erben.) † Et minus aptè *dict.* Const. *16. p. 3.* ad pecuniam hereditariam & casum præsentem accommodabitur, quia de fructibus civilibus duntaxat loquitur, qui propterea heredibus Viduæ cedunt pro ratâ temporis ejus, quo Vidua possessionem ac dominium utile habuit, quod jure dominii percipiantur, ut certè iniquum esset, Viduæ heredibus dominii effectum
7 prorsus denegare; † At nil inde inferendum ad proprietatem pecuniæ hereditariæ, quæ tota heredibus uxoris cedit unà cum reliquis bonis immobilibus ex-
8 cluso marito, † qui saltem mobiliaris heres appellatur, Petr. Peck. *de testam. lib. 1. cap. 45. n. 13.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 31. n. 15.*

Ita Domini in causa heredum Marien Dreßlerin/ an Magnussen von Schönfeldt/ Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sentent: Ist Christoph Trebsens Eheweib Maria Dreßlerin Todes verfahren/ und hat ihren Sohn an einem/ und dann ihren Ehemann am andern Theil zusammt etlichen unbetagten Erbgeldern nach sich gelassen/ &c. So hat sie solche unbetagte Erbegelder/ ungeachtet dieselbe 6. Wochen nach ihrem Tode betogt worden/ als ein unbeweglich Gut auff ihren Sohn allein bracht und verfället/ und der Ehemann/ oder nunmehr dessen Erben haben auch pro ratâ temporis daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. VI.

Sicut nec tùm Maritus pecuniam hereditariam lucratur, quando post mortem Uxoris intra tricesimum dies solutionis venerit.

1 QUid autem, *si post mortem Uxoris intra tricesimum dies solutionis venerit?* Nec cùm marito quicquam de pecunia hereditaria deberi,
2 † sed eam in totum heredibus Uxoris cedere, dixerim cum Johann. Schneidewin. *ad tit. instit. de heredit. quæ ab intest. defer. Rubr. de succes. int. vir. & uxor. numer. 36. &* Matth. Coler. *part. 2.*
3 *decis. 285. num. 133. & 135.* † quia nempe maritus in debito hereditario uxori defunctæ non aliter succedit, quàm si Uxor obierit post terminum, qui ad solvendum erat constitutus, *h.* Constit. *21.*
4 † Cui non obstat Constitut. Elector. *32. §.* Das jenige / was an Zinsen oder Kornpächten. *part. 3.* quam potissimùm urget contra hanc sententiam Dn. Matth. Berlich. *part. 3. concl. 31. num. 31.* † Quia 5
de annuis reditibus & fructibus civilibus tantummodo agit, qui etiam pro ratâ temporis, heredibus defuncti possessoris cedunt, ex ratione traditâ in Defin. *præcedent. 6.* † unde ad proprietatem pecu- 6
niæ hereditariæ contra heredes nihil prorsus concludere licet. † Minus verò movet, quod ante- 7
trigesimum jacens hereditas personam defuncti repræsentet, adeoque si dies veniat intra trigesimum, perinde sit, ac si vivâ adhuc uxore terminus solutionis cessisset, Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *de dotalit. art. 35. num. 8. sub fin.* † Re- 8
præsentat enim jacens hereditas defunctum in favorem heredis, cui fictio juris subvenire voluit, quo lucra hereditatis ipsi cedant, *l. si Titio 55. §. si eo. 1. ubi* Bartol. *ff. de legat. 2. l. cum hereditas. 9. ubi* Bald. *C. depos.* † Atqui maritus non propriè dicitur heres 9
uxoris, quippe qui bona mobilia ex jure Saxonico tanquam statutariam portionem lucratur, neutiquam verò in jus universum defunctæ uxoris succedit, † quod ipsum solummodo heredem facit, 10
l. venditor. 21. ff. de hered. vel act. vendit. l. item veniunt. 20. ff. de petit. hered. † Ergo nec jure ja- 11
centis hereditatis juvabitur contra veros ac proprios Uxoris defunctæ heredes, quibus pecunia hereditaria cum reliquis bonis immobilibus omnino cedit.

Ita Domini in causa Georgii Glotzens zu Mücheln/ Mens. Jun. Anno 1620. (Verba sent: Ist im verschienenen 1619. Jahre acht Tage vor Michaelis/ Maria Benedicti Rautens Eheweib Todes verfahren/ und hat ihre Kinder erster Ehe an einem/ und ihren Ehemann/ bemeldten Benedictum Rautten / am andern Theil zusamt etlichen Erbegeldern/ welche auf Michaelis obberührten Jahres/ und also binnen dem dreyßigsten fällig worden / nach sich verlassen/ &c. So hat sie solche Erbegelder / wofern dieselbe rechte Erbegelder seyn / weil sie bey ihrem Leben nicht betagt/ noch fällig gewesen/ auf ihre Kinder erster Ehe bracht und verfället / und es hat sich der überlebende Ehemann derer nicht anzumassen/ V. R. W.)

Definit. VII.

Non eo minus pecunia hereditaria, ante solutionis diem, immobilibus bonis accensetur, & ad heredes pertinet, quod istam Uxor emerit.

PArum refert ad excludendum maritum superstitem à successione pecuniæ hereditariæ, an 1
Uxor ex hereditate sibi delatâ, † an verò emptionis titulo ab alio quopiam eam fuerit consecuta: Neutro enim casu audiri debet maritus, petens hujus exsolutionem, si defunctâ demum uxore 2
dies solutionis venerit, † quia scilicet pro re im- 3
mobili habita non marito sed heredibus cessit *h.* Constitut. *21.* † Nec titulus emptionis obesse 4
potest, cùm per hunc venditor hereditariæ pecuniæ omne suum jus in uxorem transtulerit, perinde ac si jure hereditario pecunia hæc ipsimet fuisset delata; † Succedit enim emptor hereditatis in uni- 5
versum jus venditoris, licet titulo singulari, non universali, *l. 3. §. cum quis. 18. ff. de hered. vel act. vendit.* Anton. Fab. *de error. pragmat. decad. 50. Errore 5.* Johann. Harppr. *ad §. ult. inst. de empt. vendit. n. 31.*

Ita

Ita Domini in causa Barthol Otten & consortium zu Glesa/ Mens. Octobr. Anno 1599. (Verba sent: Daß die Erbegelder/ welche oberwähnte eure Schwester an sich erkaufft/ so viel derselben bey ihrem Leben nicht fällig noch betagt gewesen/ für Jährnüß nicht zu achten/ derowegen solche euch ihren Erben vor dem Ehemanne billich verbleiben/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Pecunia hereditaria quænam propriè dicatur?

1 NOn quævis pecunia, quæ distinctis terminis particulariter solvitur, hereditaria est, sed so-
2 lummodo ea, † quam heres coheredi è bonis im-
" mobilibus ex hereditate patris, matrisve, aut alterius
" cujusvis, communiter acquisitis, titulo familiæ er-
" ciscundæ singulis annis, aliisve solutioni definitis
" intervallis præstat. (Erbegeld ist / das ein Erbe dem andern / aus den Väterlichen/ oder andern angestorbenen unbeweglichen Gütern / zu seiner Abfindung jährlich uff gewisse Termine gibt und
3 erlegt/) † ut colligitur ex *h.* Constit. *21.* Dan. Moller. *hîc num. 10. & lib. 1. semestr. 26. & cap. 41. numer. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. quæst. 124. num. 32.* Tria nimirum conjunctim requiruntur ad hoc, ut pecunia propriè dicatur hereditaria
4 (I.) † Ut heredi à coherede præstetur ex rebus hereditariis *h.* Constit. *21. in pr.* Welche aus ihres Vaters/ Mutters / oder andern angestorbenen Gütern. *Et in* ordin. nova proces. judic. *de Anno 1622. tit. 42. §. ult. verb.* Was man der Erben einem aus gemeiner *hereditât* zu geben schuldig
5 ist. (II.) † Requiritur titulus familiæ erciscundæ, ut absque præcedente venditione ex causa divisionis, coheredi pro suâ portione assignetur pecunia, *h.* Const. *21. in verb.* Aus den angestorbenen Gütern
6 zu ihrer Abfindung. (III.) † Ex bonis solummodo immobilibus, non mobilibus, *in ver.* Weil es aus unbeweglichen Gütern bezahlet und abgelegt wird.
7 † Quorum requisitorum alterutro deficiente, pecunia hereditaria non est, adeoq; nec pro immobili habenda, nec heredibus Uxoris deferenda *Supr.* Def.
8 1. & 3. † At nonne omne pretium, quod ex emptione bonorum immobilium definitis intervallis exsolvitur, appellatur (Erbegeld?) Ita certè est, ut vulgò promiscuè usurpantur (Erbgeldere und Tagezitgeldere;
9 † Quam vulgi opinionem confirmavit quoque Elector Saxon. in ord. nov. proces. judic. *dict. tit. 42. §. ult. vers.* Doch soll es gleichwohl
10 ubi omnis differentia videtur sublata. † Sed loquitur ibidem Constituens Illustrissimus de prælationis jure in concursu Creditorum, ac indifferenter pecuniis distinctis temporibus solvendis, privilegium
11 prælationis tribuit. † Ex quo certè nil inferendum ad casum successionis præsentem inter conjuges, ubi pecunia hereditaria certis requisitis est determinata, ut modo probavi ex *h.* Constitut. *21.*
12 † quam tacitè Electorem abrogare voluisse *dict. tit.*
13 *42.* haudquaquam probabile est. † Non enim correctio præsumenda, nec ad casum non expressum extendenda est, *arg. l. præcipimus. 32. §. ult. C. de appellat.*

Ita Domini in causa Ambrosii Voigts zu Proffen / Mens. Decemb. Anno 1634. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall allein die jenigen Gelder/welche ein Erbe dem andern aus den väterlichen oder andern angestorbenen und unbeweglichen Gütern / so nicht füglichen getheilet werden können / zu seiner Abfindung jährlichen oder auff gewisse termine heraus giebt und ablegt/ die Natur und Eigenschafft der rechten Erbgelder haben/ und zu Recht Erbegelder genannt werden/ &c. So mögen auch angeregte Gelder für keine rechte Erbegelder gehalten werden/sondern sie verbleiben dem überlebenden Ehemañ als beweglich Gut allein billich/und des verstorbenen Weibes Erben haben sich derer nicht anzumaßen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Pretium ex venditione bonorum immobilium definitis intervallis Viduæ solvendum, pecunia hereditaria non est, sed indifferenter defunctâ eâ marito cedit.

HInc manifestum est, pro pecuniâ hereditariâ
1 neutiquam haberi pretium, quod ex venditione rei immobilis aliove contractu certis statisq; terminis solvi debet; Veluti, † si domus, aut alia quæ-
2 piam res immobilis vendita fuerit, ita ut pretium non exsolvatur in numerata pecuniâ, um baar Geld/ sed statis terminis, uff Tagzeiten. Hoc licet vulgò etiam appellitetur Erbgeld Defin. *præced. num. 8.*
3 † propriè tamen pecunia hereditaria non est, sed indifferenter, sive dies solutionis venerit, sive non, pro re mobili habetur, & marito cedit, Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 41.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. n. 33.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 31. n. 8.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 6. num. 8.* † *Tum*, quia pretium hoc non ex re here-
4 ditariâ, neque à coherede, sed ab extraneo præstatur. † *Tum*, quia non ex causa divisionis aut titulo
5 familiæ erciscundæ, sed ex contractu venditionis debetur; Sed utrumque naturæ pecuniæ hereditariæ repugnat, ut demonstravi Defin. *præced.* † *Tum*, 6
propter claram sanctionem Electoris Saxoniæ *h.* Constit. *21. §. ult. &* Const. *23. h. p. 3.* † *Tum*, quod 7
perfecto venditionis contractu, reque traditâ, ex natura ejus contractus nihil amplius competat venditori, quàm venditi actio, quæ in personam, ex consensu obligatam, non in rem concepta est, *pr. instit. de obligat. ex consens. l. actionum. 25. in pr. junct. §. 1. ff. de obligat. & action.* † Nullum ergò 8
tum jus in re vendita immobili venditori censetur reservatum, † ob quod solummodo pecuniam he- 9
reditariam immobilibus bonis accenseri, ac proinde heredibus defunctæ uxoris cedere, dixi *Supr.* Defin. 1. Jacob. Schult. *dict. loc. n. 42.*

Ita Domini, ad Consultationem Magni von Schönfeld/ Mens. Sept. A. 1630. (Verba sent: Ob nun wol solche Gelder allererst nach des Weibes Tode betaget worden/ dieweil es aber dennoch keine rechte Erbegelder seyn/sondern von einem geschlossenen Kauff-Contract herrühren/ und dahero für bloße Tagezeitgelder zu achten/ &c. So hat sie dieselbe als beweglich Gut auf ihren Ehemañ gebracht und verfället/und ihre Erben haben daran keine Foderung/ &c.)

Definit. X.

Pecunia ex bonis mariti primi, loco portionis statutariæ distinctis terminis Viduæ solvenda, defunctâ eâ, cedit marito secundo, etiamsi dies solutionis nondum venerit.

NOn ambigendum est, quin pecunia heredi- 1
taria

taria, non solummodo ex hereditate parentum, sed etiam à collateralibus vel aliunde delatâ, solvatur coheredi, uti expeditum est, *h.* Const. *21. in pr. verb.* Welche aus ihres Vaters / Mutters / oder anderer angestorbenen Gütern Erbegeld auffzunehmen / † Sufficit enim, pecuniam à coheredibus solvi ex bonis hereditariis immobilibus ex causa divisionis, *Supr.* Defin. *8.* † Alia est ratio pecuniæ loco portionis statutariæ Uxori debitæ, quæ licet ex bonis immobilibus defuncti mariti certis statisque terminis Viduæ à mariti heredibus exsolvatur, pro pecuniâ tamen hereditariâ & re immobili neutiquam erit habenda; † Adeoque si Vidua ad nuptias secundas convolaverit, defunctâ licet eâ ante solutionis terminum, maritus nihilominus illam pecuniam seu portionem statutariam, ceu rem mobilem lucrabitur, *lib. 1.* Landr. *artic. 31. & art. 76.* † Non enim propriè est pecunia hereditaria, nisi quæ heredi à coheredibus exsolvitur, & requisito primo pecuniæ hereditariæ, quod posui *Supr.* Defin. *8. num. 4.* Atqui † Vidua, quæ portionem statutariam ex bonis defuncti mariti capit, heres mariti non est, quippe quia in universum jus defuncti non succedit, quod tamen propriè ac verè heredem facit, *l. venditor. 21. de heredit. vel act. vendit. Litem veniunt. 20. ff. de petit. heredit.* † Ergo nec coheredes habet, nec pecunia à coheredibus ipsi exsolvitur, ut ita qualitas pecuniæ hereditariæ portioni statutariæ haud ritè accommodari queat.

Ita Domini in causa Hansen Günthers zu Längendorff/ Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sent: Ist euer Eheweib/so ihr Wittben-weise erfreyet/Todes verfahren/und hat euch ar einem / und ihre mit ihrem vorigen Ehemann erzeugete6. Kinder anders Theils/zusammt 274 fl. 15 gr. 6. pf. so sie von gedachtem ihrem vorigen Ehemann zu ihrem vierdten Theil überkommen/und auff dessen Gütern stehen verbleben/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie solche Gelder/ angesehen sie noch nicht betagt / nebens der andern Jahrnutz als beweglich Gut/vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/auff euch ihren Ehemann allein bracht und verfället/&c.)

It. in causa Urbani Voigts und Adam Habischens zu Traitz/ Mens. Jul. Anno 1632.

It. in causa Conradi Thelers zu Potzschappel, Mens. Nov. Anno 1620.

Et in causa Hansen Bennewitzens zu Nußdorff/Mens. Julio, Anno 1620.

Definit. XI.

Defunctâ verò Viduâ, antequam portio statutaria ex bonis primi mariti immobilibus ipsi assignetur, nihil de hâc secundus maritus lucratur.

1 Sed hoc ita, si certa pecuniæ summa pro statutariâ portione ex bonis defuncti mariti im-
2 mobilibus Viduæ assignata fuerit. † Alioquin si Vidua quæ ad secundas nuptias convolavit, ante divisionem, & priusquam ex bonis immobilibus primi mariti portio statutaria certa ipsi
3 adjudicetur, decesserit, † nihil prorsus secun-
4 dum maritum inde lucrari, vel exinde patet, † quod divisione nondum factâ, Vidua portionem suam habeat in bonis defuncti mariti immobilibus, perinde ac heredes mariti, Constitut. Elect. *20. p. 3. f. 1. verb.* Aus ihres verstorbenen Mannes Gütern. † Nulla verò competit succes-
5 sio marito in bonis immobilibus defunctæ Uxoris, † sed hæc cedunt heredibus solis, marito excluso, Landr. *lib. 1. art. 31.* Joh. Schneidewin. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 32. Gloss. latin. ad text. latin. dict. art. 31. verb. nulla mobilia.*
6

Ita Domini in causa heredum Nicolai Schirmers zu Kesselsdorff/Mens. Oct. Anno 1593. (Verba sent: Ist euer Mutter/ehe und zuvor euer jüngster Bruder das väterliche Gut zu Kesselsdorff/darinnen gedachte eure Mutter ihren dritten Theil als portionem statutariam zu fordern gehabt/ angenommen/ mit Tode abgangen/ &c. So hat sie solchen ihren dritten Theil auff euch ihre Kinder gebracht nun verfället/und euer Stieffvater hat daran keine Foderung/&c.)

Et in causa Hieronymi Horns zu Sehehausen / Mens. Jun. Anno 1596. (Verba sent: So hat sie obberührten ihren gebührenden dritten Theil als unbeweglich Gut/ weil er noch im bemeldten ihres vorigen Ehemannes Gute gestanden/auff ihre Kinder gebracht und verfället/und der andere Ehemann hat daran keine Foderung/&c.)

Definit. XII.

Bonis hereditariis extraneo venditis, pecunia inde redacta hereditaria non est, nec heredibus cedit, defunctâ licet uxore ante solutionis diem.

1 Sæpe accidit, ut heredes bona hereditaria immobilia non coheredi, sed cuipiam extraneo vendant, pro certo pretio distinctis statisque terminis exsolvendo. Quod neutiquam pro hereditariâ pecuniâ haberi debet; † *Tùm*, quod non ex causa
2 divisionis, sed ex venditionis contractu præstetur, contra naturam pecuniæ hereditariæ, de qua dixi *Supr.* Definit. *8. num. 5.* † *Tùm*, quia bona extra-
3 nea non coheredi fuêre vendita; Dicitur autem proprie pecunia hereditaria solummodo ea, † quæ
4 uxori ratione suæ portionis ex bonis hereditariis propterea, quod commodam divisionem non receperint, uni ex coheredibus adjudicatis debetur, *h.* Constitut. *21. Supr.* Defin. *8. num. 4.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. num. 32.* † Sequitur inde, pretium hoc non ad heredes
5 transmitti, defunctâ licet uxore ante solutionis terminum, sed hoc maritum superstitem lucrari, perinde ac res quásvis mobiles ac pecuniam distinctis statisque terminis solvendam, gemeine Tagezeit-Gelder / secundum tradita *Supr.* Definit. 9.

Ita Domini in causa Benedicti Kauffens zu Mucheln/Mens. Jul Anno 1620. (Verba sent: Hat euer Eheweib von ihrer Mutter Schwester/beneben ihren Geschwistern ein Hauß ererbet/so sie sämmtlichen mit Einwilligung ihrer Curatorn einem fremden mit Nahmen Christoph Jahren erblichen verkauffet/ welcher nach erlegter Angabe / den übrigen Kauffrest durch Tagezeiten jährlichen abzutragen sich verpflichtet/und es ist benanntes euer Eheweib verstorben/ und hat euch ihren Ehemañ an einem/ und ihre Erben am andern Theil benebens etlichen hinterstelligen Tagezeiten/von berührtem verkaufften Hause nach sich verlassen/ &c. So hat sie dieselbe Tagezeiten/ weil solche nicht für rechte Erbegelder zu halten/auf euch ihren Ehemañ bracht und verfället/ und ihr möget von ihren Erben deßwegen nicht in Anspruch genommen werden/V.R.W.)

Et in causa Andreæ Richters zu Leipzig/ Mense Jan. Anno 1632.

Defi-

Definit. XIII.

Coheredi licet bonis hereditariis venditis, pecunia tamen ad certos terminos solvenda hereditaria non est, sed indifferenter ad Maritum superstitem pertinet.

1 NOn eo magis pro pecuniâ hereditariâ habendum est pretium ex bonis hereditariis præstandum, quod hæc non extraneo sed coheredi vendita
2 fuerint. † Obstat siquidem contractus venditionis, quo minus venditoribus jus suum in bonis hereditariis reservetur, non nisi actione personali ex vendito ipsis relictâ, *l. actionum. 25. pr. vers. in personam. junct. §. 1. ff. de Obligat. & action.* Ex quo fit, †
3 quod pecunia inde solvenda pro re mobili habeatur, *Novell. 22. cap. 45.* Jacob. Schult. *in addit. ad*
4 Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. num. 41.* † Nec sufficit ad hoc, ut pecunia dicatur hereditaria, inter solos coheredes, de bonis hereditariis immobilibus tractari, nisi ex causa etiam divisionis, & titulo familiæ erciscundæ, extra contractum venditionis,
5 coheredi assignentur, ut dixi *Supr.* Defin. 8. † Dubitandum igitur non est, quin pretium hoc venditionis, distinctis statisque terminis solvendum, ad instar pecuniæ numeratæ aliarumque rerum mobi-
6 lium soli marito cedat, † utut etiam uxor ante solutionis diem mortem obierit, *lib. 1.* Landr. *art. 31. & art. 76.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 1. & 33.* Zobel. *part. 3. differ. 9. n. 6.*

Ita Domini in causa David Tzschockens zu Franckenberg/ Mens. April. Anno 1634. (Verba sent: Hat vorgedachtes euer Eheweib nebens ihren Geschwistern / in gehaltener Erbtheilung/die väterliche Güter ihrem jüngsten Bruder Christoph Ahlen vor mit dem 600. fl. Kauffgeld/auf gewisse Termine zu bezahlen/ käufflichen zugeschlagen/Wann nun gleich Zeit euers Weibes Absterben / selbige Gelder noch nicht fällig gewesen wären/ꝛc. So hätte doch mehr berührtes euer Eheweib ihre an solchen Geldern habende portion, weil es keine rechte Erbgelder seyn / gleich andern mobilien und Baarschafften/iedoch eurer Schwiegermutter daran zustehenden legitimen ohne Abbruch/ auff euch bracht und verfället / V.R.W.)

It. in causa Matthæi Bertholds & consortium zu Lawenhain/ Mens. Oct. Anno 1630.

Et ad requisitionem Senatus Freibergensis, Mens. Majo, Anno 1626.

Definit. XIV.

Nunquam pretium Venditionis est pecunia hereditaria, etiamsi heres ante venditionem bona hereditaria ex causa divisionis aliquandiu possederit.

1 MUltò minus pretium ex venditione bonorum hereditariorum redactum pecuniæ hereditariæ ac rebus immobilibus erit accensendum, si heres extraneo bona hereditaria vendiderit, ob interven-
2 tum scilicet personæ extraneæ; † Utrumque enim obstat, quo minus pretium certis statisque terminis solvendum naturam induat pecuniæ hereditariæ, ac proinde heredibus Uxoris cedat defunctâ eâ ante terminum solutionis, titulus nempe venditionis, & quod inter solos coheredes causa non fuerit
3 tractata, † quorum alterutro saltem deficiente pecuniam verè hereditariam haud dici, eamque so-
4 lum maritum lucrari, dixi *Supr.* Definit. 8. † Nec quicquam juvabit, quod bona immobilia primùm ex bonis hereditariis in divisione hereditatis uxori ceu heredi adjudicata fuerint, quæ etiam per aliquot annos possederit, si postea ea alii coheredi vendiderit. † Præterquam enim quod factâ semel di- 5
visione, contrahentes ulterius coheredes dici nequeant, obest certè contractus venditionis, † qui ces- 6
sare facit titulum familiæ erciscundæ, idq; omnino efficit, ut pretium pro hereditariâ pecuniâ non habeatur, *Supr.* Defin. 8. & 9. † Et pluribus sententiam hanc confirmat Dan. Moller. *hic n. 1. & seqq. & lib. 1. semestr. 41.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Mod. Pistor. *part. 3. quæst. 124. n. 34.* 7

Ita Domini in causa Ambrosii Voigts zu Prossen / Mens. Dec. Anno 1643. (Verba sentent: Ob ihr nun wol euch derselben als Erbgelder/ so vor unbeweglich Gut gehalten werden / anzumassen gemeinet seyd/ dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall allein die jenigen Gelder/ welche ein Erbe dem andern aus dem väterlichen/oder andern angestorbenen unbeweglichen Gütern / so nicht füglichen getheilet werden können/zu seiner Abfindung jährlichen heraus gibt/ die Natur und Eigenschafft der rechten Erbgelder haben / und zu Recht Erbgelder genannt werden/ Verkäuffern eure Schwester aber ihres väterlichen Erbtheils halber von ihren Miterben allberein abgefunden gewesen / und euch hernach allererst solchen ihren Antheil/ den sie eine Zeitlang in Besitz gehabt/ verkaufft und abgetreten/ꝛc. So mögen auch obgedachte rückständige 200. fl. für keine rechte Erbgelder nach Gelegenheit dißfalls gehalten werden/ sondern sie verbleiben dem überlebenden Ehemann als Kauffgelder und beweglich Gut alleinbillich/ und ihr und eure Miterben habet euch derer nichtanzumassen/ V.R.W.)

Definit. XV.

Nomina hereditaria in divisione hereditatis uxori assignata, defuncta eâ, indifferenter marito superstiti cedunt.

NEcessarium quoddam pecuniæ hereditariæ re- 1
quisitum est, ut ex bonis hereditariis immobilibus præstetur, *h.* Const. *21. in verb.* Aus unbeweglichen Gütern bezahlet und abgeleget/ꝛc. quæ verba tertiâ vice ibidem repetuntur. † Unde facilè 2
dijudicandum, nomina hereditaria, quæ in divisione hereditatis Uxori pro suâ portione assignata fuêre, pecuniæ hereditariæ neutiquam accenseri, sed indifferenter marito superstiti cedere, † sive ante, 3
sive post terminum solutionis Uxor decesserit, *h.* Const. *21. §. ult. vers.* Oder ihr Vater hätte etliche Schulden auff gewisse Termine zu bezahlen aufstehen. Solches / wann die Frau verstürbe/ ficle auff den Mann/ ꝛc. † Quomodo enim, quæ- 4
so, pro immobilibus haberi poterunt, quæ ipsa immobilia non sunt, neque ex bonis immobilibus præstantur. † Non minus ergo nomina hereditaria ac 5
res mobiles, ex hereditate acquisitæ, ad maritum pertinebunt, *h.* Constitut. *21. §. ult.* Do aber die Frau von ihrem Vater oder sonsten Fahrnüß/ oder Geld ererbet/ꝛc. † Ita namque pecunia suâ na- 6
turâ res mobilis est, *Novell. 22. cap. 45. vers. si verò universa.* Curt. Jun. *consil. 183. n. 1. part. 2.* Dan. Moll. *lib. 1. semestr. 41. n. 6.* † Adeoq; & nomen seu actio 7
pro pecuniâ competens, Panormit. *in c. nulli. 5. n. 9. extr. de reb. Eccles. non alien.* Carol. Molin. *sup. consuet. Paris. § 94. Gloss. 1. n. 19.* Jacob. Thoming. *decis. 31. num. 2.*

Ita Domini in causa Benedicti Kauttens zu Mucheln/ Mens. Jul. Anno 1620. (Verba sententiæ: Ist nun benanntes euer

euer Eheweib verſtorben/ und hat euch ihren Ehemann an einem/ und ihre Erben am andern Theil/ benebenſt etlichen hinterſtelligen Tagezeiten, vom berührten verkaufften Hauſe/und gewiſſen nominibus hereditariis nach ſich verlaſſen/ꝛc. So hat ſie dieſelbe Tagezeiten/ weil ſolche nicht für rechte Erbgelder zu halten / benebenſt denen nominibus hereditariis, ſo ihr in gehaltener Erbtheilung zukommen/ auff euch ihren Ehemann bracht und verfället/ und ihr möget von ihren Erben deßwegen nicht in Anſpruch genommen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XVI.

Facit præſtatio Uſurarum, ut pecunia ex bonis hereditariis ſolvenda non habeatur pro hereditaria, ſed marito indifferenter applicetur.

1 ACcidit quandoque, ut heres, cui bona paterna immobilia commodam diviſionem haud recipientia aſſignata fuêre, non ſolùm reliquis coheredibus ſuas portiones ſtatis temporibus in pecunia numerata ſolvere, ſed inſimul quoque de hiſce uſuras uſitatas ex ſpeciali promiſſione præſtare tenea-
2 tur: † Sed efficit id ipſum, quo minus pecunia certis ſtatisque terminis ſolvenda verè ſit hereditaria,
3 ac inter res immobiles referatur; † Adeoque defuncta licet Uxore ante ſolutionis terminum, maritus tamen eam lucrabitur, ut rectiſſimè ſentit Matth.
4 Berlich. *part. 3. concl. 31. num. 14.* † Nec enim uſuræ citra vinculum ſtipulationis peti poſſunt, *l. quamvis uſuræ 3. C. de uſur.* quæ ſi acceſſerit, ex nudâ hereditatis diviſione, † quæ de plano & ſimplici abs- 5
que ulla ſolennitate perficitur, *l. 1. C. famil. erciſcund. l. non ideo 12. l. licet pacto 23. C. eod. tit.* pecuniam deberi non verè affirmaveris. † Ergo nec pecunia 6
verè erit hereditaria, quippe quæ ex ſolo familiæ erciſcundæ judicio, extra contractum alium, præſtandâ eſt, *Supr. Defin. 8.* Aliud dicendum, † quando 7
ex mora coheredis, debito tempore ſolutionem non facientis uſuræ veniunt præſtandæ; ſola namque diviſione tunc ſubſiſtente ac mora, præter contractum alium, uſurarum præſtationem operante, † quidni pecunia remaneret hereditaria? Quo de 8
caſu loquuntur Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 49.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 35. quæſt. 5. num. 28.* † prout eos explicat Berlich. *dict.* 9
concl. 31. num. 15.

Ita Domini in cauſa Andreæ Schubarts zu Mulendorff/ Menſ. Majo, Anno 1622. (Verba ſentent: Dieweil ihr ſelbſten berichtet/ daß eurer Schweſter die jenigen Tagezeit-Gelder/ ſo ſie von ihren Mit-Erben aus den väterlichen Gütern jährlichen zu heben gehabt/ iedesmahl verzinſet werden müſſen/ ꝛc. So mögen auch dieſelbe für keine rechte Erbe-Gelder gehalten werden/derowegen ſolche bemeldte eure Schweſter/ unangeſehen/ daß ſie nicht alle betagt geweſen/ auff ihren überlebenden Ehemann allein bracht und verfället hat/ und ihr habt daran keine Forderung/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXII.
PARTIS TERTIÆ.

Wie es mit dem Geſchencke/ ſo auff der Hochzeit gegeben wird/ zu halten?

MIt dem Geſchencke/ ſo auff der Hochzeit dem Bräutigam und der Braut geſchencket wird/ ſoll es dergeſtalt gehalten werden. Wo es ſich zutrüge/daß die Frau vor dem Manne mit Tode abgienge/ ſo ſoll ſolches Geſchencke/weil dem Manne nach Sachſen-Recht die Fahrnüß gebühret/ demſelbigen allein bleiben. Wären andre Stücke darunter/ ſo zu der Gerade gehörig/ und die Frau bey ihrem Leben gebraucht/ oder in ihrer Verwahrung gehabt/ als Ketten/ Ringe/ Armbänder und dergleichen/ dieſelbigen ſollen den Töchtern/ da die verhanden/ oder da die nicht verhanden/ der nechſten Nifftel unter Adels-Perſonen und unter Bürgern/ ſo ferne nach Statut oder Gewonheit ſolche Stücke zur Gerade verordnet/ von dem Manne verreichet werden.

Wann aber nach des Mannes Abſterben ſich ein Fall begebe und zutrüge/daß der Frauen ihr eingebracht Gut wiederum folgen ſolte/alsdann ſoll der Frauen allein in dieſem Fall der halbe Theil ſolches Geſchencks/ ſo viel davon verhanden/ verreicht werden. Da aber in den Eheſtifftungen/ Statuten oder Gewonheiten hievon gewiſſe Verordnungen wären/ denſelbigen wird zuförderſt billich nachgeſatzt/ und darauff ſoll von unſern Gerichten alſo erkannt werden.

De donatis Sponſo & Sponſæ in nuptiis altero illorum decedente ſuperſtiti quid debeatur?

DE donatis Sponſo & Sponſæ in nuptiis id obſervari conſtituimus, ut, ſi Uxor ante maritum decedat, ea quæ donata ſunt, marito, ut cui mobilia Jure Saxonico debentur, maneant, exceptis iis, quæ ad geradam pertinent, & quorum uſum cuſtodiamque Uxor, dum viveret, habuit, ut ſunt catenæ aureæ, armillæ & ſimiles. Hæ enim filiabus, ſi quas reliquit mulier, vel ſi nullas reliquit, proximæ ejus cognatæ, tàm inter nobiles, quàm inter cives à marito tradantur, ſi tamen res eæ ex ſtatuto vel conſvetudine geradæ accenſeantur.

Ubi verò, marito prius defuncto, Viduæ ejus bona illata repetenti, reſtitui debent, hoc ſolo caſu, dimidiam partem donatorum, vel quod ex ea reſiduum erit, illi tradi volumus, niſi fortè pactis dotalibus aliter conventum ſit in contrarium. Hæc enim ante omnia ſervari æquum eſt.

DEFINITIONES.

1. *Dona nuptiarum tempore Sponso Sponsæq; præsentata, de jure communi utrisq; simul acquiruntur, & æqualiter inter eos dividuntur.*
2. *In foro etiam Saxonico, dona nuptialia Sponso Sponsæq; data utrisq; sunt communia, interq; eos æqualiter dividenda.*
3. *Defunctâ Uxore maritus superstes omnia ac integra retinet dona nuptialia, salvâ tamen liberorum & parentum legitimâ de horum medietate.*
4. *Dona nuptialia, quæ ad geradam pertinent, defunctâ uxore non lucratur maritus.*
5. *Non lucratur maritus defunctâ Uxore omnia dona nuptialia, si pactis dotalibus certa pecunia ex bonis Uxoris ipsi fuerit assignata.*
6. *Quæ ex donis nuptialibus soluto matrimonio non extant, horum æstimatio pro dimidiâ parte Viduæ est exsolvenda.*
7. *Dona nuptialia à Marito oppignorata, non Vidua, sed heredes Mariti luere coguntur.*
8. *Defuncto licet Sponso in die nuptiarum ante consecensionem thalami, attamen debetur Sponsæ pars dimidia donorum nuptialium.*
9. *Admittenda est Vidua, si quantitatem donorum nuptialium juramento suo indicare velit.*
10. *Defuncto marito, omnia ac singula dona nuptialia Vidua repetit, si ea ex conventione in dotem fuerint computata.*
11. *Statutum de bonis defuncti conjugis disponens, non nisi ad partem dimidiam donorum nuptialium est trahendum.*
12. *Vidua petens portionem Statutariam, vel pactis dotalibus sibi assignatam, nil quicquam de donis nuptialibus lucratur.*
13. *Uxor nobilis petens dotalitium Morgengabam, & cibaria domestica, non lucratur dona nuptialia.*
14. *Utitur vidua jure retentionis in bonis defuncti mariti, donec usq; de medietate donorum nuptialium ei satisfactum fuerit.*

Definit. I.

Dona nuptiarum tempore Sponso Sponsæq; præsentata, de Jure communi utrisq; simul acquiruntur, & æqualiter inter eos dividuntur.

1 COmmuniter tradunt Dd. Sponso acquiri dona tempore nuptiarum ab Amicis & Cognatis ejus
2 præsentata, Uxori verò à suis Cognatis donata, † cujus distinctionis Autor est Bartol. *in l. sed si plures. 10. §. in arrogato 6. num. 4. ff. de vulg. & pupill. substit.* eamque ita usu inveteratam existimat Jalon. *ibid.* ut in practica ab illa recedere durum, dixerit,
3 † quam & Scabinos quondam in pronunciando fuisse secutos, tradit Daniel Moller. *hic num. 1.* ubi tamen cum Zas. *lib. 2. sing. intell. cap. 9. n. 5.* eam pro-
4 ptereà refellit, † quod in donationibus, non tàm cujus contemplatione illæ fiant, sed cui, inspiciendum sit, & quod quis Amico aut Cognato donare cupit, ipsi dare facilè possit, nec opus habeat aliquo
5 circuitu aut intermedia persona. † Nec etiam omne dubium hæc distinctio tollit: Quid enim si extranei, qui nec Sponsi nec Sponsæ consanguinei
6 sunt, aliquid donent? † Rectius forsan dixeris, Sponso data indifferenter ipsi soli acquiri, Sponsæ verò donata ejus fieri propria, quod sensisse videtur Dan. Moller. *hic num. 1. vers. contra verò.* & post
7 eum Matth. Berlich. *part. 3. concl. 32. num. 4.* † Existimaverim tamen, mentem ac intentionem convivarum attendendam esse, qui cum procul dubio utrisque tam Sponso, quàm Sponsæ donatum ac-
8 quiri velint, † licet pro more regionis vel ratione occasionis datæ alterutri saltem donum offerant, quidni utrisque dona indifferenter communia, ac æqualiter inter eos dividenda diceremus? *l. absenti 10. ff. de donat. l. etiam per interpositam 4. ff. eod.*
9 *tit. l. nec ambigi 6. C. eod. tit.* † Idque tantò magis, quantò certius est, matrimonium habere speciem quandam Societatis, *§. 1. instit. de patr. pot-*
10 *est. l. 1. §. 3. ff. de just. & jur. l. 1. ff. de Rit. nupt.* † cujus natura hæc est, ut donata sociis, ad hoc, quo eò melius negotiari & communia negotia tractari possint, dissoluta societate, inter eos eorumque heredes æqualiter dividantur, *l. si non fuerint 29. ff. pro Socio.*

Ita Domini in causa viduæ Georgii Alsdorffs contra ejusdem Creditores, ad Consultationem Senatus Francofurtensis ad Oderam, Mens. Dec. Anno 1634. (Verba sentent: So werden sie nach gemeinen Käyserlichen Rechten in folgender Ordnung bezahlet/ &c. Zum Vierdten der Wittiben Einbringen 70. Thlr. 20. Gr. und die Helffte des Hochzeit-Geschencks als 25. Reichsthl. so ihr eigenthümlichen zustehet/ iedoch wann solche Posten zuvor bescheiniget und erwiesen werden/ &c.)

Definit. II.

In foro etiam Saxonico dona nuptialia Sponso Sponsæq; data utrisq; sunt communia, interq; eos æqualiter dividenda.

NOn minus quoque in foro Saxonico quon- 1
dam controvertebatur, an Sponso vel Sponsæ cederent dona nuptialia, inhærentibus quibusdam distinctioni Bartoli de quâ Definit. *præcedent.*
† non paucis ea soli Uxori deferentibus, juxta sen- 2
tentiam Salycet. *in l. nec inter 4. C. de donat. int. vir. & uxor. num. un.* ut videre est apud Autr. Consult. Constitut. Saxon. *tom. 2. part. 1. q. 54. numer. 1.* † 3.
Quamvis & ad solum maritum dona hæc nuptialia ad instar aliarum rerum mobilium pertinere, sen-
serit Gloss. *Latin. ad text. german. art. 31.* Landr. *lib. 1. lit. C. vers. Sed hæc omnia &c.* † Obtinuit tan- 4
dem opinio intermedia, nempe ut omnia indifferenter dona sive Sponso, sive Sponsæ, vel utrisque data à consanguineis viri vel uxoris, communia ipsis sint, & inter eos, eorumque heredes æqualiter dividenda, *h.* Const. *22. ubi* Moller. *num. 2. & lib. 2. Semestr. 42. n. 2.* † Quod nec à Jure communi a- 5
lienum est, ut dixi *Defin. præced.* † inprimis verò 6
moribus Saxonicis id ipsum apprimè convenit, quia maritus & uxor de Jure Saxonico bona possident indivisa, Landr. *lib. 1. art. 31. post pr.* † servanda au- 7
tem est æqualitas in dividendis bonis indivisis, *tot. tit. ff. & C. comm. div.*

Ita Domini in causa Bartholomæi Schmiedens zu Freyberg/ Mens. Mart. Anno 1595. (Verba sentent: Ist zwischen euch und eurem Eheweibe eine Ehestifftung auffgericht

gerichtet / und darinnen unter andern verſehen worden/ daß nach eines Abſterben / dem Uberlebenden der halbe Theil aller des Verſtorbenen Güter zukommen/die andere Helffte aber ſeinen Freunden anheim fallen ſolte. Iſt nun euer Eheweib ohne Leibes-Erben mit Tode abgangen/und hat ihre Mutter nach ſich gelaſſen/ꝛc. So ſeyd ihr derſelben den halben Theil nicht allein von deme/was euch euer Weib zubracht/ſondern auch was ſie ſonſten erlanget/und ihr eigen worden/zuſammt der Helffte des halben Theils vom Hochzeit-Geſchencke zu entrichten ſchuldig / V.R.W.)

Et in cauſa Petri Hermanns zu Grumbach / Menſ. Majo Anno 1634. (Verba ſententiæ: So ſeyn auch deſſelben Erben euerm Eheweibe ihr Einbringen und eigenthümliche Güfere/wie auch die Helffte des Hochzeit-Geſchencks auszuantworten ſchuldig/ꝛc.)

Et in cauſa Andreæ Fiſchers zu Saltza/Menſ. Mart. Anno 1632. (Verba ſentent: Daß das jenige / ſo euerm Sohn und deſſen Braut auff der Hochzeit geſchencket worden/ vermöge Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution der hinterlaſſenen Wittib zur Helffte eigenthümlichen billich zuſtehet/ V.R.W.)

Definit. III.

Defunctâ Uxore, maritus ſuperſtes omnia ac integra retinet dona nuptialia, ſalvâ tamen liberorum & parentum legitimâ de horum medietate.

1 ETſi donorum nuptialium medietas ſponſæ cedat, atque ita non niſi altera dimidia ad mari-
2 tum pertineat, *Definit. præced.* † Attamen ſi contingat, Uxorem præmori marito, omnia & integra dona nuptialia hic retinet, Uxoris heredibus excluſis, *h.* Conſt. *22.* §. Wo es ſich zutrüge. Dan. Mol-
3 ler. *hic n. 2. & lib. 2. ſemeſtr. 42. num. 2.* † Ut plurimum namque ejusmodi dona in ſola pecunia, vel a-
4 liis rebus mobilibus conſiſtunt, † quæ ſoli marito in foro Saxonico cedunt, *lib. 1.* Landr. *art. 31. & art. 76.* Chriſtoph. Zobel. *part. 3. diſſer. 9. num. 6.* Matth. Col. *part. 2. deciſ 286. n. 1. & 33.* Ergò & medietatem donorum nuptialium unà cum reliquis uxoris defunctæ bonis mobilibus jure ſtatutario lucrabi-
5 tur, † niſi immobilia quædam bona, quod forſan rarius accidit, ſponſæ fuiſſent donata, quæ ſolis heredibus deferri, marito excluſo facillimè conceſſe-
rint, *dict. art. 31. lib. 1.* Landr. *ubi gloſſ. Latin. ad text. Latin. verb. nulla mobilia, h.* Conſt. *22. dict.* §. Wo es
6 ſich. *verſ.* Weil dem Manne. † Planè, ſi Uxor præter nuptialia dona, nulla alia mobilia vel immobilia bona relinquat, unde liberi vel aſcendentes legiti-
7 mam ſalvam habeant, † quin ex donis nuptialibus hæc ſit ſupplenda ipſisque aſſignanda, dubium prorſus non eſt *ſupr.* Conſt. Elect. *12. verſ.* Derowegen haben unſere Verordnete. *part. 3.* Moll. *dict. loc.* Virgil. Pingitz. *quæſt. 29. n. 1. & ſeqq.* Joh. Schneidew. *ad tit. inſt. de hered. quæ ab inteſt. rubr. de ſucceſſ. int. mar. & uxor. n. 3.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 3. n. 247. & part. 2. deciſ. 286. n. 13. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Urbani & Michaelis fratrum der Ruhl zu Lantzen/ Menſ. Sept. Anno 1595. (Verba ſent: Seynd eurer Schweſter und dero Bräutigam auff der Hochzeit 29. Neue Schock verehret worden/ und es iſt bemeldte eure Schweſter ohne Leibes-Erben mit Tode abgangen / und hat ihren überlebenden Ehemann an einem / und ihren Vater am andern Theil nach ſich verlaſſen /, ꝛc. So hat ſie ihren halben Antheil von ſolchem Hochzeit-Geſchencke / ſo ihr/vermöge Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution, davon gebühret / auff gedachten ihren Ehemann gebracht und verfället/Er iſt aber vorbemeldtem euerm Vater die gebührende Legitimam davon zu geben pflichtig/ꝛc.)

Et in cauſa Marien Kempffens zu Deytzen/ Menſ. Mart. Anno 1604. ((Verba ſent: Was aber das Hochzeit-Geſchencke anlanget/hat ſie den halben Theil / ſo ihr/vermöge Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution, gebühret / auff gedachten ihren Ehemann bracht und verfället / Er iſt euch aber die gebührende Legitimam davon zu geben ſchuldig/ V.R.W.)

Definit. IV.

Dona nuptialia, quæ ad geradam pertinent, defunctâ uxore non lucratur maritus.

EXcipienda tamen ſunt dona nuptialia, quæ ad ge- 1
radam pertinent; Nam hæc Uxore defunctâ maritus neutiquam lucratur, ſed ad filias, aliasvè Uxoris cognatas proximiores bona utenſilia univerſa, unà cum donis ejusmodi nuptialibus ſpectant, *h.* Conſtit. *22.* §. Wären aber Stücke darunter / ꝛc. *ubi* Moll. *n. 2. & lib. 2. ſemeſtr. 42. num. 2.* † Notan- 2
da autem ſunt verba Conſtit. hæc (Und die Frau bey ihrem Leben gebraucht / oder in ihrer Verwahrung gehabt.) † Ex quo manifeſtum eſt, mun- 3
dum muliebrem in poſſeſſione mulieris repertum ad Geradam pertinere, licet eo mulier ad ornatum uſa non fuerit, ut dixi *ſupr. p. 2.* Conſtit. *14. Defin. 25.* † Sufficit enim, res fuiſſe repertas in poſſes- 4
ſione mulieris; ita enim intelligi debent verba hæc, ac ſi diceretur, Und die Frau bey ihrem Leben gebraucht/oder doch in ihrer Verwahrung gehabt/ † ut dixi *ſupr. dict.* Conſt. *14. Defin. 25.* Matth. Coler. 5
de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. n. 256.

Ita Domini in cauſa D. Andreæ Weilſeckers zu Lützen/ Menſ. Januar. Anno 1575. (Verba ſentent: Daß nach Ordnung Sächſiſcher Rechte und Churfürſtl. Conſtitution alle das Silberwerck/ſo euch und euerm Weibe auff der Hochzeit geſchencket/ſie ererbet / oder ihr ſonſten von den ihrigen verehret worden / auſſerhalb der Stücke zur Gerade gehörig/als fahrende Haab auff euch allein bracht und verfället/V.R.W.)

Definit. V.

Non lucratur maritus, defunctâ Uxore, omnia dona nuptialia, ſi pactis dotalibus certa portio ex bonis Uxoris ipſi fuerit aſſignata.

NOn tamen diſpoſitio Saxonica, quæ gera- 1
dam cognatæ defert, marito ſuperſtiti præjudicare poteſt, quò minus vigore ſtatuti dona etiam nuptialia ad geradam pertinentia lucretur. † Quid enim ſi ex ſtatuto locali ſuperſtiti marito 2
competant bona utenſilia, ſola Nifftelgerada Cognatæ proximiori relicta, quale ſtatutum hîc Lipſiæ viget, *Vid. ſupr. part. 2.* Conſtit. Elect. *14. Defin. 51.* † Dubitandum ſanè tùm non erit, quin 3
etiam dona nuptialia unà cum bonis utenſilibus ad maritum pertineant, † quia ſecundum ſtatuta 4
& conſuetudinem defertur gerada, quod & innuit *h.* Conſtit. *22.* §. Wären aber. *verſ.* So fern nach *Statut. Vid. ſupr. p. 2.* Conſt. Elect. *14. Defin. 53.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 60. n. 53.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. n. 8. pag. 81.* † Planè, ſi pactis dota- 5
libus aliud diſpoſitum & marito certa portio ex bonis defunctæ Uxoris aſſignata fuerit, nec geradam, nec partem dimidiam donorum nuptialium,

quæ uxori competit, lucrabitur, sed portione in pactis dotalibus definitâ contentus esse debet, *h.* Const. *22. §. ult. vers.* Da aber in den Ehestifftungen gewisse Verordnungen wären. Matth. Coler. *part. 1. decis. 61. in pr.* † Quia conventio dat legem contractui, *l. 1. §. si convenit 6. ff. depositi.* 6

Ita Domini in causa Augusti Vollhards & Consortium zu Dreßden/Mens. Febr. Anno 1612. (Verba sentent: Dieweil zwischen mehrbenienten Muhlichen/ und seinem Weibe Marien/eine Ehestifftung auffgerichtet/und darinnen dieses abgehandelt worden/daß er/Muhlich/wann sich der Todesfall mit seinem Weibe vor ihm begeben würde/ aus ihrem Vermögen 1000. fl. eigenthümlichen behalten/ und das übrige auff ihre neheste Bluts-Freunde und Geschwister kommen und fallen solte/ꝛc. So lässet vielgedachter Muhlich an solchen 1000. fl. und dem halben Theil des Hochzeit-Geschencks/so viel dessen itzo noch verhanden/ sich billich begnügen/und er hat das gantze Hochzeit-Geschencke / gestalten Sachen nach / zu fodern nicht fug/ V. R. W.)

Et in causa Zachariæ Herolds zu Dreßden/Mens. Novemb. Anno 1635.

Definit. VI.

Quæ ex donis nuptialibus soluto matrimonio non extant, horum æstimatio pro dimidiâ parte Viduæ est exsolvenda.

1 QUum pars dimidia donorum nuptialium Uxori cedat, *supr. Definit. 2.* nemo facilè ambiget, quin vidua marito superstes unà cum bonis illatis ea repetere possit, *h.* Const. *22. §.* Wann aber nach des Mannes Absterben. *ubi* Moll. *n. 3. & lib. 2. se-*
2 *mestr. 42. n. 5.* † Et quidem illâ ipsa dona, quæ data fuêre in individuo, quæque adhuc extant post obitum mariti, pro dimidia parte Viduæ restitui debent, ut verba *h.* Const. innuunt: Alsdann soll der Frauen allein in diesem Fall der halbe Theil solches Geschencks/so viel darvon verhanden / verreichet
3 werden. † Quid verò, *si horum donorum nihil extet, sed omnia fortè consumpta sint, ut sæpè fieri videmus?* Nihil tunc illorum nomine Uxori vel ejus heredibus deberi, dixeris, propter verba jam dicta. (So viel davon verhanden.)

Veluti quoque Facultatem Juridicam Lipsiensem, Mense Februar. Anno 1613. gegen Dreßden / pronunciasse percepi. Et iterum Viduæ cuidam nacher Halberstadt/ hisce Formalibus: (Ob euch nun wohl an dem Hochzeit-Geschencke/was noch verhanden / der halbe Theil billich gefolget wird: Seyd ihr doch wegen des/so verthan / die æstimation zu fodern nicht befugt/ꝛc.)

4 † Quo & facere videtur, quod earum rerum, quæ sine dolo vel culpa consumptæ sunt, non haberi soleat ratio à bono viro, *argum. l. 2. §. de illis 2. ff. de collat. bon. l. 17. C. de donat. int. vir. & uxor.*
5 † Sed non putandum, Electorem Illustrissimum verbis illis quicquam aliud disponere voluisse, quàm ut corpora donorum nuptialium adhuc
6 extantia Viduæ assignentur, † neque hæc aliud pro alio accipere cogatur, *l. 2. §. 1. ff. de reb. cre-*
7 *dit. l. 16. C. de solut. l. 2. ff. eod. tit.* † Cæteroquin, si consumpta fuerint dona nuptialia, tantum abest, Illustrissimum Legislatorem Viduæ præjudicare voluisse, ut potius æstimationem eorundem pro dimidia parte haud obscurè ipsi attribuerit, æquiparans scilicet dona nuptialia bonis illatis, quorum æstimationem, si non extent, ex defuncti mariti bonis solvendam esse, nemo dubitat,
8 *supr.* Const. *20.* Dan. Moll. *dict. loc.* † Nec enim hoc casu ulla diversitatis ratio inter dona nuptialia, & alia bona illata reddi poterit: Nam quod dicitur, rerum ab Uxore illatarum æstimationem defuncto marito propterea restituendam esse Viduæ, quia bona illata perinde ut dos ipsa proprium sunt mulieris patrimonium, *l. 3. §. ergo 5. in fin. ff. de minor. l. quamvis 75. ff. de jur. dot.* Id certè certissimum est; 9 Sed quis negare ausit, medietatem etiam donorum nuptialium, ceu proprium patrimonium, ad mulierem pertinere, vel saltem ex hâc ipsâ Const. *22.* quæ donorum nuptialium partem dimidiam Uxori attribuit, *supr. Defin. 2.* convictus. † Etsi dona nu- 10 ptialia æquè ac alia bona uxori pariter atque marito sint communia, juxta *art. 31. lib. 1.* Landr. † utique saltem Jure divisionis horum donorum me- 11 dietas ad mulieris patrimonium pertinebit, *tot. tit. ff. & C. comm. divid.* † Quamvis non malè etiam, 12 quod de indivisis conjugum bonis dicitur *in dict. art. 31. lib. 1.* Landr. de usufructu saltem, non de proprietate intellexeris, cum Gloss. *in artic. 45. lit. D. lib. 1.* Landr. Petr. Heig. *p. 1. quæst. 29. num. 31.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 66. n. 11.* † Ac sanè si aliud dicere- 13 mus, futurum esset, ut soluto matrimonio raro ex rebus, in nuptiis donatis, quicquam ad Viduam perveniret, cum nihil ferè facilius sit, quàm consumptis omnibus, quæ donata sunt, Uxorem Jure suo fraudare. † Quo ipso Constitutio hæc Viduæ 14 prospiciens exiguum habitura esset effectum, Moll. *dict. loc.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 32. num. 15.* † 15 Nec quicquam obstat, quod rerum sine dolo & culpa consumptarum non habeatur ratio, *arg. l. 2. §. 2. ff. de collat. bonor.* Verum enim id est in collatione, de qua agitur *dict. l. 2. §. 2. ff. d. t.* † Non etiam 16 in restitutione bonorum, nisi & alia bona illata & à marito consumpta Viduæ denegare velimus, quod procul dubio absurdum esset, *supr.* Const. *20. Defin. 33.* † Minus verò, nedum contrarium probatur 17 ex *l. 17. C. de donat. int. vir. & uxor.* cum ibidem contra voluntatem Uxoris, consumpta omnia restitui jubeant Impp. *in fin. dict. l. 17. C. d. t.* Adde Decis. Elect. *noviss. 51.*

Ita Domini in causa heredum Lucæ Schullers zu Mülberg/Mens. Majo Anno 1632. (Verba sent: Ob nun wohl/ euerm Fürgeben nach / soches Hochzeit Geschencke bey Lebzeiten des Mannes in der Haußhaltung auffgangen/ und nicht mehr verhanden/dieweil aber dennoch auff solchen Fall der Wittiben die æstimation des halben Hochzeit-Geschencks gebühret/ꝛc. So werden ihr auch die angegebene 200. fl. nebens andern ihren Einbringen / so viel sie dessen bescheinigen und erweisen kan / billich ausgeantwortet/ꝛc.)

Et in causa Hansen Mülmanns zu Pfortta/ Mens. August. Anno 1632.

Definit. VII.

Dona nuptialia à marito oppignorata, non Viduæ, sed heredes Mariti luere coguntur.

1 CUm maritus, mutuò accipiens pecuniam, vasa quædam argentea oppignorasset, quæ post obitum ejus Vidua superstes repetebat, asserens, in nuptiis ea fuisse donata, adeoque pro dimidia parte ad se spectare, non ambigendum videbatur, † quin exsolutio æris alieni, pigno- 2 rumque luitio heredibus, non Viduæ incumberet. † Nam quod alicui ex hereditate alterius debe- 3 tur, tenentur heredes redimere & tradere illi, qui

qui ex hereditate id consequi debet, *l. cum servus 39. l. si res obligata 57. ff. de legat. 1.* Jason. *in l. quod in rerum 24. §. si usumfructum 1. n. 12. ff. de legat. 1.*
4 † Potuissent nihilominus heredes objicere dispositionem juris Saxonici, quod res constante matrimonio oppignoratas redimere jubet eum, cui jure debentur, *art. 24. vers. ult.* Was auch dieses Dinges versatzt. *lib. 1.* Landr. † Hoc si verum esset, res
5 quoque ad geradam pertinentes à marito oppignoratas, non ab heredibus sed à Viduâ redimendas haud absurdè statuerit Matth. Coler. *part. 1. decis. 104. num. 4.* quippe de quibus disertè loquitur *dict. art.*
6 *24.* Landr. † contra quod tamen disputant Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 31. num. 23. &* Dan. Moller. *lib.*
7 *2. semestr. 7.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 6. n. 51.* † quorum sententiam propugnavi *supr. part. 2.* Const. E-
8 lect. *14. Defin. 63.* Dico ergo † *dict. art. 24. lib. 1.* Landr. restringendum esse ad bona utensilia ab ipsa Uxore, vel cum ejusdem consensu oppignorata, ut arbitratur Hartm. Pistor. *dict. quæst. 31. n. 28.*

Ita Domini in causa Georgii Hoffmanns zu Dreßden/ Mens. Febr. Anno 1601. (Verba sentent: Hat nun das Weib zu ihrem eingebrachten Gute/ Gerade/ und halben Hochzeit-Geschencke gegriffen/ und es ist von dem Hochzeit-Geschencke mehr nicht als ein einiger Becher in des Verstorbenen Verlassenschafft befunden worden/ die andere aber von dem Ehemanne andern Leuten verpfändet gewesen/ ꝛc. So werden dieselbigen aus dem Erbe billich wieder gelöset/ und dem Weibe die Helffte davon gefolget/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Defuncto licet Sponso in die nuptiarum ante consensionem thalami, attamen debetur Sponsæ pars dimidia donorum nuptialium.

1 ETsi in foro Saxonico Sponsa, defuncto ante consensionem thalami sponso, haud petere valeat ea, quæ ex statuto vel pactis dotalibus sibi debentur, *artic. 45. post pr. lib. 1. & artic. 45. lib. 3.* Landr. *supr.* Const. *19. ubi Defin. 2.* Joh. Schneidew. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. sub tit. de success. int. vir. & uxor. n. 12.* Christ. Zobel. *part. 3. differ.*
2 *11. n. 3. & seqq.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 57. n. 56.* † Attamen bona propria sponso illata, repetere nuspiam prohiberur, idque asserere, & pietati &
3 æquitati haud convenire. † A sola namque successione ante ingressum thori conjugalis, Viduam superstitem jus Saxonicum excludit, non à repetitione propriorum bonorum, *dict. art. 45. lib. 1. & art. 45.*
4 *lib. 3.* Landr. † Ergò nec deneganda ipsi erit exactio donorum nuptialium, quæ pro dimidia parte sponsæ cedunt, ut maximè sponsus in ipsa nuptiarum
5 die ante ingressum thalami decesserit; † Quid namq; aliud quàm propria sua bona hoc casu sponsa petit, *h.* Const. *22.* Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 23. n. 5.*

Ita Domini in causa Caspari Tallheimbs & Consortum zu Radeburg/ Mens. Febr. Anno 1604. (Verba sentent: Hat sich euer Bruder/ als er vor seinem Hochzeitlichen Ehrentage kranck worden/ nach gehaltenem Kirchgang und ehelichen Trauung alsobald zu Bette geleget/ und ist darauff verstorben; Da er nun mit seiner Braut das Braut-Bette nicht beschritten hätte/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ so hätte sie des jenigen/ so ihr vermöge des Orts Willkühr und Gewohnheit/ oder auch Innhalts Churfürstl. Sächsisch. Constitution aus des Mannes Verlassenschafft gebühret/ sich anzumassen nicht fug/ so viel aber das Hochzeit-Geschencke anlanget/ wird ihr der halbe Theil desselben/ neben ihrer eigenthümlichen Fahrniß billich gefolget/ V. R. W.)

Definit. IX.

Admittenda est Vidua, si quantitatem donorum nuptialium juramento suo indicare velit.

SÆpè accidit, ut de ipsis quidem donis nuptialibus in genere constet, quæ nuptiis probatis & ipsa censentur probata, quantum verò in nuptiis donatum fuerit, maximè controvertatur; † ubi potissi- 2
mum interest uxoris id ipsum probari, quo partem dimidiam assequi valeat: † Et quidem, si conjuges 3
super eo inventarium confecerint, aut manu propriâ maritus defunctus id consignaverit, ecquis ambigeret, quantitatem donorum nuptialium sufficienter inde probari, *l. ult. C. de jur. deliber.* Sed deficiente scriptura vel inventario, res difficilior est, cum vix aliæ probationes Viduæ suppeditari queant. † 4
An ergò dicemus, heredibus mariti imponendum esse jusjurandum illud legale, quod ex *l. fin. §. licentia 20. Codic. de jur. delib.* defertur possessori hereditatis propter defectum inventarii? † At vel penitus 5
hi de donis nuptialibus non tenentur inventarium conficere, utpote de rebus propriis: † Vel certè, si, 6
quia proprias esse putent, ideò non conficiant, haud quaquam dolo id prætermisisse existimandi sunt; Probabilem siquidem habuêre prætermittendi causam, quæ etsi injusta fuisset, adeoque etiam feris immanibus consentanea magis, quàm homini, à dolo tamen excusaret, Octav. Cacheran. *cons. 65. n. 16.* Probabilis autem causa illa efficit, ut jure quodammodo licuerit heredibus inventarium non conficere. † Multò minus igitur jurejurando illo lega- 7
li heredes possunt onerari, utpote quod in locum deficientis inventarii succedit, *arg. c. Ecclesia 3. ext. lit. pendent.* Eleganter Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. q. 126. num. 181.* Quid ergo faciendum? † Audienda omninò erit Vidua, si 8
mediante juramento quantitatem donorum nuptialium indicare velit: † Ajunt enim Dd. debito in 9
genere probato, super quantitate debiti standum esse juramento Creditoris, ut tradit post Alex. Jas. Dec. & Purpur. Cravett. *consil. 198. num. 9.* Octav. Cacheran. *decis. 96.* quod si verum est in alio quovis Creditore, † cur non etiam in Vidua unà 10
cum bonis illatis dona nuptialia repetente, quæ & ipsa locum Creditricis tenet, *Vid. supr. part. 2.* Const. Elect. *29. Defin. 14.*

Ita Domini in causa heredum Lucæ Schüllers zu Mülberg/ Mens. Majo Anno 1632. (Verba sentent: So wird ihr die Helffte des Hochzeit-Geschencks/ so viel sie dessen bescheinigen und erweisen mag/ ausgeantwortet. Und auff in Fall bemeldte Wittib/ wie viel eigentlich des Hochzeit-Geschencks gewesen/ nicht beybringen könte/ wird sie solches eydlichen zu erhalten billich zugelassen/ ꝛc.)

Definit. X.

Defuncto marito, omnia ac singula dona nuptialia Vidua repetit, si ea ex conventione in dotem fuerint computata.

NOhuit Elector Illustrissimus per hanc Constitutionem quicquam derogare conventioni 1

2 partium matrimonium contrahentium. † Id enim factum fuisse tantum abest, ut potius verbis disertis pacta dotalitia & statuta ab hâc Sanctione excepe-
rit, *h.* Const. *22. §. ult.* Da aber in den Ehestifftungen/Statuten oder Gewohnheiten / hiervon gewisse Verordnungen wären/denselben wird zuförderst billich nachgesatzt. † Quid enim, si parens
3 sponsæ sumptus nuptiales impendens omnia ea, quæ in nuptiis donata fuêre, in dotem computaverit, ea-
4 que sponsus dotis lege acceptaverit: † Nemo certè dubitabit, Viduam superstitem medietate donorum nuptialium neutiquam contentam esse debere, sed optimo jure omnia ac integra dona nuptialia repetere, ex conventione scilicet, quâ maritus ad restitutionem heredes suos obligavit, *l. 1. §. si convenit 6. ff. depos.* † Facta siquidem sunt dona nu-
5 ptialia pars dotis, quæ omninò restituenda est, post matrimonium dissolutum, *l. dotis actione 9. Codic. solut. matrim. l. quoties 16. ff. de jur. dot.* † Nec alio
6 jure censetur augmentum dotis quàm dos ipsa, *l. inter Socerum 26. §. 1. ff. de pact. dotal. l. etiamsi 8. Codic. de jur. dot.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 6. defin. 3. num. 2.*

Ita Domini in causa Annæ Nielens zu Dreßden / Mens. Sept. Anno 1603. (Verba sent: Da ihr nun wie recht erweisen köntet/daß euer Vater/weil er die gantze Hochzeit allein ausgerichtet/euerm Ehemanne das gantze Hochzeit-Geschencke / an statt des Ehegeldes gelassen/und daß dasselbige 673. fl. ausgetragen. So würden euch solche 673. fl. aus euers Mannes Verlassenschafft / vor allen andern Gläubigern / so kein besser Recht und ältere ausdrückliche Verpfändung erlanget/billich gefolget. Die Hochzeitkosten aber seyd ihr aus euers Mannes Gütern wieder zu fodern nicht berechtiget/V.R.W.)

Definit. XI.

Statutum de bonis defuncti Conjugis disponens non nisi ad partem dimidiam donorum nuptialium est trahendum.

1 CUm ex statuto Salzensi, Conjugi superstiti competat ususfructus omnium defuncti conjugis bonorum ad vitam, quæsitum fuit, *num ad dona nu-*
2 *ptialia hoc trahendum esset?* † Sanè quia inter Conjuges æquabiliter dona nuptialia sunt dividenda, *h.* Const. *22. supr. Defin. 1. & 2.* minus dubium videbatur, quin medietas saltem horum donorum jure proprietatis ad defunctum Conjugem pertinuisset,
3 † ut ita Ususfructus superstitis pro parte dimidia competeret, vigore prædicti statuti, *h.* Const. *22. §. ult. verb.* In den Ehestifftungen / Statuten / &c. †
4 relicta tamen simul Conjugi superstiti alterius medietatis donorum nuptialium proprietate, *supr. De-*
5 *fin. 1. & 2.* † Nec enim quicquam de hâc statutum disponebat, ut proinde ad casum non expressum
6 id extendere haud opus fuerit, idque tanto minùs, † quanto certius est, non expressa verbis statuti, sub dispositione juris communis censeri relictà, *l. si extraneus 6. ff. de condict. caus. dat.* Bald. *in l. si plures 6. n. 29. v. in contrarium videtur. Codic. de condict. insert.* Octav. Cacher. *cons. 20. n. 15.*

Ita Domini in causa Andreæ Fischers zu Saltza / Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent: Ist in denen Statuten der Stadt Saltza unter andern dieses versehen / daß/ wann ein Ehegatte ohne Leibes-Erben von dem andern verstirbet/ die in stehender Ehe erworbene Güter dem überlebenden Theile die Zeit seines Lebens verbleiben/ nach desselben tödtlichen Abgang aber auff beyderseits Freundschafft zugleich erben und fallen sollen/&c. So wird es mit der Helffte des Hochzeit-Geschencks gleichfalls also gehalten/die andere Helffte aber verbleibet dem überlebenden Theile / vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution, eigenthümlich billich/V.R.W.)

Definit. XII.

Vidua petens portionem statutariam vel pactis dotalibus sibi assignatam, nil quicquam de bonis nuptialibus lucratur.

1 SÆpissimè mulieres magis sibi consultum existimant pacta dotalia contrahentes, quibus de certâ portione ex bonis mariti defuncti sibi prospiciunt:
2 † Nec spe suâ frustrantur, si bona mariti sciverint & nil lucri, quod ipsis obvenire posset, omiserint:
3 † Cæteroquin, si quid pactis dotalibus expressum non fuerit, hujus participes neutiquam fieri poterunt: † Adeoque nec donorum nuptialium; Po-
4 tissimum enim quid inter contrahentes actum, attendi debet, *h.* Const. *22. §. ult.* Da aber in den Ehestifftungen hiervon gewisse Verordnungen wären/ &c. † Sed hoc ita, si collationis onere Vidua
5 in pactis dotalibus gravetur, juxta tradita *supr.* Const. *20. Defin. 4.* † Nec eò magis audienda
6 mulier, si portionem statutariam eligere velit; †
7 Non enim hanc obtinebit priusquam omnia sua bona in massam hereditatis contulerit, *supr.* Const. Elect. *20. §. ult.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de collat. bonor. n. 4. vers. moribus tamen Saxoniæ.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 61. n. 32.* † Ergò & dona nuptia-
8 lia, quæ non minus proprietatis jure ac reliqua bona illata ad mulierem pertinent, *h.* Const. *22. supr. Defin. 1. & 2.*

Ita Domini in causa D. Johann Ulrichs Wittiben zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1596. (Verba sentent: Dieweil sie aber dennoch Innhalts der Ehestifftung 1000. fl zu ihrer Abfindung und Gegenvermächtniß / aus ihres Mannes Gütern bekommen/&c. So hat sie sich auch obberührter Becher/als des Hochzeit-Geschencks zur Helffte nicht anzumassen / sondern es verbleiben dieselbe den Kindern billich/V.R.W.)

Et in causa Hansen Hosangs zu Döbeln/Mens. Mart. Anno 1595. (Verba sentent: Da aber die Wittib zu dem dritten Theil ihres Ehemannes nachgelassenen Gütern wehlen würde/welches ihr/nach Auszahlung der andern ihres Mannes Schulden/zu thun frey stehet / auff solchen Fall wäre sie das halbe Hochzeit-Geschencke zuvor heraus zu nehmen nicht befugt/V.R.W.)

Et in causa Annen Wissenthals zu Leißnigk / Mens. August. Anno 1582.

Definit. XIII.

Uxor Nobilis petens dotalitium, Morgengabam & cibaria domestica, non lucratur dona nuptialia.

1 QUemadmodum Vidua Nobilis, eligens dotem illatam, simul geradam, Morgengabam & co-
meſtibilia petere haud valet, Gloss. *in art. 31. in verb.* Stirbet aber das Weib. *lib. 1.* Landr. Andr. Goldb. *de gerad. c. 5. sub tit. de pr. ord. succed. num. 32.*
2 † Ita econtra, petens dotalitium, geradam & co-
meſtibilia, &c. ad dotem & dona nuptialia non
3 admittitur: † Etenim, si Vidua Nobilis dotalitium, aliaque jura mulieribus Nobilibus competentia lucrari cupiat, tunc dos & omnia alia bona per
4 mulierem illata cum bonis mariti confunduntur & commiscentur, † ita ut Vidua nihil de dote & aliis bonis illatis percipere possit, *supr.* Const. Elect. *42. part. 2. ubi* Moll. *n. 1.* Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 4. n. 20.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 57. n. 57.* Matth. Wesenb. *part. 1. cons. 26. num. 26.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst.*

5 *quæſt. 30. n. 32.* † Ergo nec donorum nuptialium medietatem percipiet, quippe quæ & ipſa jure proprietatis ad uxorem pertinent & pro bonis illatis habentur, *ſupr. Defin. 1. & 2.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Magnus von Schönfeld zu Wachaw / Menſe Septembr. Anno 1630. (Verba ſententiæ: Hat ſich bey gehaltener Inventur unter andern auch etlich Silberwerck gefunden / und es will ſolches die Wittib zur Helffte haben und wegnehmen. Ob ſie nun gleich daſſelbe iederzeit in ihrer Verwahrung gehabt / und noch hätte / ſolches auch ihr meiſtentheils von ihren Freunden auff die Hochzeit geſchencket worden / da ſie aber dennoch aus Rittersart / aus der Verſtorbenen Gütern / ihrer Fräulichen Gerechtigkeit abgefunden ſeyn wolte / ꝛc. So wäre ſie die Helffte gedachtes Silberwercks / als des Hochzeit-Geſchencks / zu fodern nicht berechtiget / V. R. W.)

Definit. XIV.

Utitur vidua jure retentionis in bonis defuncti mariti, donec usq; de medietate donorum nuptialium ei ſatisfactum fuerit.

1 NOn rectè ſenties, ſi diſtinguere velis circa jus retentionis Viduæ in bonis defuncti mariti competens, inter bona paraphernalia illata & dona nuptialia. † Quippe, cum Xenia ſeu dona novis 2
ſponſis, in nuptiis præſentata, donis illatis omninò æquiparentur, horumq; nomine veniant, *h.* Conſt. *22. f.* Wann aber nach des Mannes Abſterben.
† Cur non ergò Viduæ pro donis etiam nuptialibus 3
jus retentionis tribuere liceret, † quum hoc ipſi non 4
ſolùm pro dote, ſed & pro bonis illatis ac paraphernalibus competat, *ſupr. p. 2.* Conſt. Elect. *25. in verb.* Biß ſie des ihren vergnüget. *ibi Defin. 8. in fin.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 4. n. 32.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 33. n. 22.*

Ita Domini in cauſa Petri Hermans zu Grumbach / Menſe Majo, Anno 1634. (Verba ſent: Hat einer Eheweib ihrem vorigen Ehemann 803. fl. würcklichen zugebracht / welche er zu ſeinen Händen empfangen / ꝛc. So ſeyn deſſelben Erben euerm Eheweibe ſolches ihr Einbringen / darzu ſie gekieſet / aus des Verſtorbenen bereiteſten Haab und Gütern zu bezahlen / auch die Helffte des Hochzeit-Geſchencks auszuantworten ſchuldig; Ehe und zuvor ſolches geſchicht / iſt ſie ſich des juris retentionis in des vorigen Mannes Gütern zu gebrauchen wohl befugt / V. R. W.)

Constitutio XXIII.
PARTIS TERTIÆ.

Ob der Mann das ausgeliehene Geld der Frauen nach ihrem Tode behalte?

Pecunia credita Uxoris an, eâ defunctâ, ad maritum pertineat?

WJewohl es das Anſehen haben möchte / daß in dem ausgeliehenen Gelde / welches der Frauen zugeſtanden / ein Unterſcheid zu machen ſeyn ſolte / Nemlich / wann es zur Zeit der Frauen Abſterben mahnhafftig und betaget geweſen / daß es alsdenn dem Manne bleiben / ſonſten aber / da es damahls noch nicht betaget / den Erben folgen ſoll. Dannoch aber / ſo ſeynd unſere Verordnete hierinnen einig / ob gleich die Frau ſtürbe / da das Geld / ſo ausgeliehen / noch nicht abzumahnen geweſen / daß es dem Manne bleiben ſoll / welches wir uns auch alſo gefallen laſſen.

ETſi videri poterat, in pecuniâ, quam aliis creditam mulier moriens relinquit, diſtinguendum eſſe, an vivente ea peti potuerit, nec ne, & priori caſu marito, poſteriori heredibus uxoris deberi: Nos tamen deputatorum noſtrorum opinionem probantes, utroque caſu marito illam acquiri volumus.

DEFINITIONES.

1. *Maritus ultra portionem, in pactis dotalibus ſibi aſſignatam, ex bonis defunctæ Uxoris nihil amplius petere valet.*
2. *Statutum locale in ſucceſſione mariti facit ceſſare diſpoſitionem juris Saxonici.*
3. *Uxore defunctâ, de jure Saxonico maritus lucratur dotem in pecuniâ numeratâ, etiam promiſſam ſaltem, nondum ſolutam.*
4. *Unà cum dote nondum ſolutâ maritus ſuperſtes etiam uſuras à die nuptiarum exigere poteſt.*
5. *Dos in diem promiſſa marito ſuperſtiti cedit, etiamſi Uxor ante diem è vivis acceſſerit.*
6. *Non lucratur maritus dotem, ſub conditione promiſſam, ſi uxor ante conditionem exiſtentem deceſſerit.*
7. *Pecunia numerata Uxoris defunctæ indifferenter marito ſuperſtiti cedit.*
8. *Pecunia Uxoris credita, defunctâ eâ, ſive ſolutionis dies venerit, ſive non, ad maritum ſuperſtitem pertinet.*
9. *Sub uſuris etiam, vel ad Cambium pecunia elocata, defunctâ Uxore, marito cedit.*
10. *Pretium rei venditæ nondum ſolutum, indifferenter defunctâ uxore maritus lucratur.*
11. *Omnia uxoris defunctæ mobilia ad maritum indifferenter, ſive inops, ſive dives fuerit, pertinent.*
12. *Animalia etiam defunctæ Conjugis lucratur maritus, perinde ac reliqua mobilia.*
13. *Mobilia quoque extra territorium Saxonicum ſita, defuncta Uxore, marito cedunt.*
14. *Res mobiles ad geradam pertinentes non lucratur maritus, ſed mediante inventario vel juramento proximæ Cognatæ reſtituere tenetur.*
15. *Quod gener in ſubſidium paternum,* (zur väterlichen Hülffe) *accepit, id mortuâ uxore non lucratur, ſed ad reſtitutionem obſtrictus eſt.*

16. *Circa ſucceſſionem mariti in rebus mobilibus uxoris defunctæ, non attenditur differentia, an Nobilis ſit maritus, an plebejus.*
17. *Sive uxor defuncta liberos primi, ſive ſecundi matrimonii reliquerit, ſemper maritus in foro Saxonico mobilia lucratur.*
18. *Non ſuccedit maritus in mobilibus uxoris defunctæ, priusquam liberis de legitima debita fuerit ſatisfactum.*
19. *In caſu deficientium bonorum immobiliam parentibus etiam ex bonis mobilibus legitima exſolvi debet.*
20. *Lucratur maritus mobilia uxoris, etiamſi in domo Soceri alimenta ipſi ſubminiſtrata fuerint.*
21. *Non prohibetur maritus renunciare lucro dotis mobiliumq; uxoris, etiam in præjudicium Creditorum ſuorum.*
22. *De Bonis immobilibus uxoris defunctæ maritus in foro Saxonico omninò nihil lucratur, & quare?*
23. *Non eò magis ſuperſtes maritus ad ſucceſſionem bonorum immobilium admittendus, quod uxor prædefuncta nullos alios reliquerit heredes deſcendentes, aſcendentes, vel collaterales, fratres nempe aut ſorores.*
24. *Non facit paupertas & inopia mariti, ut ad ſucceſſionem bonorum immobilium prædefunctæ uxoris admittatur.*
25. *Nec dotem, in rebus immobilibus conſiſtentem, maritus lucratur in foro Saxonico.*
26. *Bona tamen immobilia, æſtimata in dotem data, marito ſuperſtiti cedunt.*
27. *Non lucratur maritus bona immobilia dotalia, ſi ex poſt facto, conſtante jam matrimonio, fuerint æſtimata.*
28. *Prædium ex pecuniâ dotali nomine mariti comparatum, ipſius lucro cedit, defunctâ uxore.*
29. *Nomina autem uxoris ex pecuniâ dotali prædia empta, defuncta ea, ad ejus heredes pertinent, non ad maritum.*
30. *Maritus vendens bona uxoris immobilia, conſentiente licet eâ, pretium tamen, vel fundum pro hoc, ſuo nomine comparatum, defunctâ uxore non lucratur, ſed ejus heredibus ad reſtitutionem vel intereſſe tenetur.*
31. *Lucratur tamen maritus pretium, ex alienatione bonorum uxoris immobilium redactum, ſi peculiaris Curator alienationis fuerit adhibitus.*
32. *Prædium ſub pacto de retrovendendo emptum ab uxore, defunctâ eâ ante retrovenditionem, ipſius heredibus, non marito cedit.*
33. *Nec pretium poſt mortem uxoris redemptionis caſu eveniente, marito reſtituendum eſt.*
34. *Verbum:* heredis, *conventioni appoſitum non comprehendit maritum, qui uxoris defunctæ eſt heres mobiliaris.*

das Weib von den übrigen nicht reſtituiret hätte/ ſich eines mehrern von den hinterlaſſenen mobilien anzumaßen nicht befugt/ ſondern es verbliebe ſolcher Hinterſtand ihren Erben ab inteſtato billich/ V.R.W.)

Definit. I.

Maritus ultra portionem in pactis dotalibus ſibi aſſignatam, ex bonis defunctæ Uxoris nihil amplius petere valet.

1 CEſſat omnis diſputatio de lucro mariti, ſi pactis dotalibus ipſi certa portio ex bonis defunctæ
2 uxoris fuerit aſſignata. † Nam quod in pactis dotalibus expreſſum, id ante omnia ſervandum eſt, *ſupr.* Conſt. Elect. *19. h. part. 3. verb.* Was die Eheſtifftung. Conſt. *22. ibi:* Do aber in den Eheſtifftungen. & Conſt Elect. *37. ibi:* Es wäre dann in der Eheſtifftung. Andr. Goldb. *de gerad. c 5. tit. de primo*
3 *ordine ſuccedendi n. 46.* Nempe, † quia proviſio hominis tollit proviſionem Legis, *l. ſi cauſam 2. C. de execut. rei judic. l. ſi ut certo 5. §. ſi de me 14. ff. commodat. l. ſciendum 1. §. illud ſciendum eſt 10. ff. de*
4 *ſeparat.* † Quocirca, ſi maritus pactis dotalibus de certâ portione in caſum demortuæ uxoris ſibi proſpexerit, eâ omnino contentus eſſe debet, nec patet ipſi regreſſus ad inteſtatam mobilium ſucceſſionem,
5 † nec de hiſce quicquam ultra portionem in pactis dotalibus ſibi aſſignatam, petere valet, Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *part. 1. quæſt. 48. n. 77.* Hieron. Schurff. *cent. 1. conſil. 42. n. 8.* Reinh. Roſa *in addit.*
6 *ad* Dan. Moller. *p. 3 Conſt. 20. n. 10.* † Quis enim plus juris circa ſucceſſionem attribuere auſit marito,
7 quàm Viduæ ſuperſtiti, † cui, relictâ quotâ in pactis dotalibus ex bonis defuncti mariti ſibi aſſignatâ, ad portionem ſtatutariam non conceditur regreſſus, *ſupr.* Conſtit. Elect. *20. Deſin. 1.* Frider. Penſold. *ad* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 286. n. 176.*

Ita Domini in cauſa Johann Reinmanns zu Wittenberg/ Menſ. Decembr. Anno 1634. (Verba ſententiæ: Es wäre dann/ daß in der Eheſtifftung ein gewiſſes loco dotis dem Ehemann auff des Weibes begebenden Todesfall zugeeignet worden/ auff ſolchen Fall hieſſe er ſich daran billich begnügen/ und wäre hierüber/ wann auch gleich

Definit. II.

Statutum locale in ſucceſſione mariti, facit ceſſare diſpoſitionem juris Saxonici.

MUltum autoritatis tribuit circa ſucceſſionem 1
Viduæ Elector Saxoniæ ſtatutis localibus, *ſupr. in* Conſt. *20.* eaque omninò attendi jubet, *in verſ.* Daß denenſelben nachgelebet werden ſoll. † nec 2
immerito, ſiquidem ſtatuta vim legis habent, ac Juri communi derogant, *l. de quibus 32. ff. de leg.* Bartol. *in l. viros in fin. C. de diverſ. offic. lib. 12.* Jaſon *in l. more 5. col. 9. ff. de jurisd. omn. jud.* † Ea propter in ſuc- 3
ceſſione mariti idem obſervandum, eique Uxori defunctæ ſuperſtiti vel tertiam vel dimidiam omnium bonorum partem vigore localis ſtatuti aſſignandam putaverim, vel ſaltem ex naturâ correlativorum, † quorum eadem eſt natura, eademq; diſpoſitio, *l. le-* 4
gem Juliam. 3. in pr. ubi Bartol. & Jaſon *C. de indict. viduit. tollend.* Nic. Everhard. *in Topic. loc. à correlativis n. 3.* Nicol. Boër. *deciſ. 48. n. 3.* † Quin & indiffe- 5
renter circa conjugum ſucceſſionem, ſtatuta localia Juris communis diſpoſitionem ceſſare facere, haud obſcurè paret ex Conſt. *19. h. p. 3. verſ.* Was die Eheſtifftung/ *Statut*, Gewohnheit. Conſtit. Elect. *22. p. 3. verb.* Da aber in den Eheſtifftungen/ *Statuten*, oder Gewohnheiten/ ꝛc. Roſa ad Moll. *Conſt. 20. p. 3. n. 10.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Kempens zu Möſeln/ Menſ. Februar. Anno 1611. (Verba ſentent: Iſt des Orts ein Statutum vorhanden/ oder durch eine beſtändige Gewohnheit eingeführet/ daß nach Abſterben eines Ehegatten/ dem Uberlebenden die Helffte der Güter/ und der andere halbe Theil den Kindern gelaſſen werde/ und es iſt unlängſten eure Mutter mit Tode abgangen/ und hat euch als

als ihren Sohn an einem / und ihren überlebenden Ehemann am andern Theil / zusammt einer Erbschafft nach sich verlassen / ꝛc. So wird / vermöge angezogenes statuti oder Gewohnheit des Orts / von solcher Verlassenschafft / ausserhalb der Stücke / so nach Landüblichen Sächsischen Rechten zur Gerade gehörig / die eine Helffte dem überlebenden Ehemann / und euch die andere Helffte billich gefolget / V.R.W.)

Definit. III.

Uxore defunctâ, de jure Saxonico maritus lucratur dotem in pecuniâ numeratâ, etiam promissam, saltem nondum solutam.

1 EXtra casum statuti vel pacti dotalis, de jure communi maritus non lucratur dotem Uxoris defunctæ, sed eam liberis vel patri aliisque uxoris heredibus restituere cogitur, *l. dos à patre præfecta 4. C. solut. matr. l. un. C. de rei uxor. act. l. jure succursum 6. ff. de jur. dot.* Joh. Schneid. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de succ. int. vir. & uxor. n. 7.* Ant. Fab. *lib. 1. conject. 16.* Jac. Thoming. *dec. 29.*
2 *n. 28.* † præterquam paucis in casibus, veluti si culpâ Uxoris divortium factum, *l. Lucius Titius 38. ff.*
3 *solut. matr. l. si dotem 24. C. de jur. dot.* † aut Uxor adulterii rea, *l. consensu 8. §. virum etiam 45. C. de repud. l. miles 11. §. Socer. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult.*
4 † vel si maritus inops & pauper, uxor verò defuncta dives & locuples fuerit, *Auth. præterea Cod. unde Vir. & Uxor.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 29. n. 18.*
5 † At magis favent marito superstiti jura Saxonica, deferentia ipsi dotem in pecunia numerata aliisque
6 rebus mobilibus existentem, † perinde ac reliqua Uxoris defunctæ mobilia, Weichbild. *lib. 1. art. 31. & art. 45. lib. 3. art. 76. post pr.* Joh. Schneid. *dict. loc. n. 26. & ad §. fuerat 29. n. 77. inst. de action.* Matth. Col. *part. 2. dec. 221. n. 2.* Christ. Zobel. *part. 3. diff. 9. num. 12.*
7 Ben. Reinhard. *part. 1. differ. 35.* † Nec refert, an vi-
8 vente adhuc uxore exsoluta dos fuerit, nec ne: † Nam & dotem saltem promissam, nondum verò exsolutam, post obitum Uxoris, maritus exigere potest, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 79.* Jac. Thoming. *dict. dec. 29. n. 4.* Petr. Heig. *part. 1. q. 33. n. 91.* Andr. Rauchb. *p. 1. qu. 31.*
9 *n. 5. & 6.* † quia sola promissione dos constituitur, etiamsi datio non intervenerit, *l. cum post 43. vers. sed is de quo ff. de admin. & peric. tutor. l. Julianus 20. & l. seq. l. licet 43. l. si pater 44. l. nuptura 57. l. si mulier 59.*
10 *ff. de jur. dot. l. un. C. de rei uxor. act.* † Unde & stipulatio de dote lucranda non tantum in dote data, sed etiam in dote promissa locum habet, *l. ex morte 9. vers. hoc autem C. de pact. convent.* Andr. Gail. *dict.*
11 *observ. 79. n. 7.* † Et sanè dos marito superstiti propterea cedit, quia matrimonii onera sustinere debet, Beust. *in tract. connub. part. 3. cap. 5. vers. tertia ratio*
12 *potest esse.* † quæ ratio non solùm in data & nume-
13 rata, sed etiam in promissa dote locum obtinet. † Quamvis aliud dicendum existimaverim in casu statuti non nisi dotis datæ mentionem facientis, cum Andr. Gail. *dict. observ. 79. n. 4.* ubi tamen hoc ipsum duplici modo limitat *n. 5. & 6.*

Ita Domini in causa Michael Sonnens zu Nörsdorff / Mens. Jun. A. 1627. (Verba sent: Hat euer Schwiegervater / als ihr seine Tochter geheyrathet / euch 200. fl. mitzugeben versprochen / darauff auch 50. fl. entrichtet und abgestattet / und die übrigen 150. fl. zu iederzeit / wann ihr derselben bedürfftig würdet / zu erlegen zugesagt. Ob ihr nun wol seithero euch bey euern Eltern auffenthalten / und solcher nicht bedurfft / unterdeß auch euer Eheweib Todes verfahren / dieweil aber dennoch die Zusagung euch einmal geschehen / ꝛc. So ist auch gedachter euer Schwiegervater euch die restirende 150. fl. nochmals zu entrichten schuldig / und hat sich dawider mit euers Weibes Todesfall beständiger weise nicht zu behelffen / V.R.W.)

It. in causa Georgii Schultzens zu Grumbach / Mens. Majo. Anno 1632. (Verba sent: Ob nun wol die 100. fl. so berührtem euerm Eheweibe dero Vater zur Mitgifft versprochen / bey ihrem Leben nicht abgestattet worden / sondern bey ihm stehende verblieben / da er aber dennoch solche euerm Weibe einmal beständiger Weise zugesaget hätte / ꝛc. So wäre die versprochene Mitgifft nach des Weibes tödtlichem Abgange / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / auff euch gebracht und verfället worden / und ihr wäret solche von eurem Schwiegervater nochmals zu fordern wol befugt / V.R.W.)

Et in causa Francisci Kohlförders & Matthæi Helwigs zu Magdeburg / Mens. Octobr. Anno 1626.

Definit. IV.

Unà cum dote nondum solutâ maritus superstes etiam usuras à die nuptiarum exigere potest.

SIcut dos ipsa, ita & dotis augmentum marito 1
superstiti cedit, *l. etiamsi non dotem 8. sub fin. C. de jur. dot.* Jason *in rubr. ff. solut. matr. sub fin. n. 40.*
† Adeoque & usuræ dotis non solutæ ab ipso scilicet 2
nuptiarum die, si pater sponsæ dotem promiserit.
† Equidem extraneus si doti solvendo breviorem 3
diem non dixerit, non prius usuras debet quasi ex mora, quàm biennium præterierit, quod Imp. Justiniani Constitutione in eam rem præfinitum est, *l. ult. §. præterea 2. C. de jur. dot.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 22. supr. p. 2.* Const. Elect. *42. defin 14.*
† Sed pater dotem promittens ex ipso nuptiarum die 4
moram facere intelligitur & per consequentiam ad præstationem usurarum se obligat, tametsi non sint deductæ in stipulatum. † Ibi enim dotem, aut sal- 5
tem dotis fructum esse, necesse est, ubi sunt onera matrimonii, † quia dotis fructus marito pro one- 6
ribus matrimonii debentur, *l. pro oneribus 20. C. de jur. dot.* Bartol. & Salyc. *in dict. l. ult. §. præterea 2. C. de jur. dot.* Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. q. 42.* ubi id pluribus persequitur.

Ita Domini in causa Caspari von Reißensteins / Mens. Decembr. Anno 1601. (Verba sent: Hat euch vor 8. Jahren / als ihr euer Eheweib erfreyet / euer Schwäher Eckart von der Pforten 700. fl. Ehegeld mitzugeben zugesagt / aber dieselbigen nicht erlegt / ꝛc. So werden euch nunmehr aus seiner Erbschafft bemeldte 700. fl. zusammt den Zinsen / von Zeit des vollzogenen Ehelichen Beylagers / da ihr euer Weib zu unterhalten angefangen / anzurechnen / billich gefolget / V.R.W.)

Definit. V.

Dos in diem promissa marito superstiti cedit, etiamsi Uxor ante diem è vivis decesserit.

AN dos in diem certum promissa cedat marito, si 1
Uxor ante diem decesserit? multum disputata est quæstio inter Dd. † quam negativè decidunt 2
post Jason. *in l. si donaturus 9. §. si quis ult. num. 16. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 3. num. 247.* Jacob. Thoming. *decis. 29.* † Sed procul dubio verior 3
& communior est sententia affirmantium, Hartm. Pistor. *part. 3. quæst. 7.* Dan. Moller. *ad Constit. 19. n. 9. p. 3. ubi* Wesenb. *quoad allegat.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 31.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 29. n. 29.*

n.29. Petr.Heig. *part.1. quæst.33.* Frider. Penfold. *in*
4 *addit. ad* Coler. *p.2.decis.221.n.15.* † *Tùm*, quia jus, quod ex promiſſione in diem debetur, ad heredes transmittitur, etiamſi ſtipulator ante diem deceſſerit, ff. *omnis autem 2. inſt. de V.O. l.un. ff. 1. C. de caduc. tollend. l. ſi poſt diem 5. ff. quando dies legat.*
5 *ced.* † Cur non ergo etiam dos in diem promiſſa ad maritum ſuperſtitem, qui Uxoris ante diem defunctæ eſt heres mobiliaris, Peck. *de teſtam.conjug. lib.*
6 *1.cap.45.n.13.* Andr. Rauchb. *dict.q.31.n.15.* † *Tùm*, quod dos in diem certum promiſſa nil aliud ſit,
7 quàm nomen in diem debitum. † Atqui nomina hæc in diem debita marito ſuperſtiti cedunt, etiamſi
8 Uxor ante diem deceſſerit, *h.* Conſt.*23.* §.*ult.* † *Tùm*, propter manifeſtum Electorale reſcriptum Dominis Scabinis Menſ. April. Anno 1597. inſinuatum, quo ſententia hæc affirmativa in provinciis Electoratus Saxonici verbis diſertis fuit approbata, niſi in
9 pactis dotalibus aliud conventum fuerit. † Plura ſi velis argumenta, videas Hartman. Piſtor. & Andr. Rauchb. ubi etiam ad contraria reſpondent.

Ita Domini in cauſa Nicolai Clebs zu Treben/ Menſ. April. Anno 1631. (Verba ſent: Habt ihr ohngefehr vorm Jahre eure Tochter Annen Nicol Eulen ausgeſtattet/ und demſelben 400. fl. auff Faſtnachten Anno 1632. mitzugeben und auszuzahlen verſprochen. Ob nun wol euer Tochter den Dienſtag in Faſtnachten dieſes 1631. Jahrs und alſo lange vor dem Zahlungs-Termin Todes verblichen/ ꝛc. So iſt doch bemeldter euer Eydam die verſprochene Mitgifft von euch zu fodern wol befugt/ ꝛc.)

Definit. VI.

Non lucratur maritus dotem ſub conditione promiſſam, ſi Uxor ante conditionem exiſtentem deceſſerit.

1 ALia eſt ratio dotis ſub conditione promiſſæ, quam neutiquam maritus lucratur, ſi Uxor ante conditionem exiſtentem deceſſerit, Petr.Heig. *part.1. q.33. num.56. & 92.* Harman. Piſtor. *part.3. quæſt.8. num.123.* Matth. Berlich. *part.3. concl.29.*
2 *num.34.* † Quantumvis enim contractus conditionalis pendente conditione ad heredes transmit-
3 ti ſoleat, res tamen aliter ſe habet, † quando ipſa conditio defecit, *l. neceſſario 8. ff. de peric. & comm. rei vendit. l. hæc venditio 7. in pr. ff. de contr. empt. l. pecuniam 36. ff. Si cert. petat.* Cephal. *conſil.312.*
4 *num.84. & 85.* Burſat. *conſil.131. num.83.* puta, † ſi conditio ſit poteſtativa, quæ factum requirit alicujus implere debentis, isque ante factum explicatum deceſſerit, Andr. Gail. *lib.2. obſerv.2.* Heig.
5 *dict. loc. num.21.* † Quin & ſi ex verbis contrahentium appareat, actum fuiſſe, ut ſpes ex conditionali ſtipulatione quæſita non transmitteretur, ceſſat quoque transmiſſio, *l. ſemper in ſtipulationibus 34. ff. de Reg. jur.* Gloſſ. *in l. ſi pactum 9. ff. de*
6 *probat.* † ſcilicet, quia hâc in re pacta dotalia potiſſimum inſpici debent, Matth. Col. *part.2. dec.221.*
7 *n.2. in fin.* † Ex quo fit, quod dotem in mortem promittentis collatam, muliere ante Conſtituentem decedente, poſt obitum Conſtituentis maritus ſu-
8 perſtes petere non poſſit, † ut multis rationibus & argumentis eleganter & prolixè tuentur Hartm. Piſt.
9 *dict.quæſt.8. per tot.* Petr. Heig. *part.1. quæſt.31.* † Et ſecundum hanc ſententiam in judicio Appellationis Electoris Saxoniæ pronunciatum, refert Simon. Ulric. Piſtor. *in addit. ad* Hartm. Piſtor. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Melchior Roſpergs zu Teuchern/ Menſ. Dec. Anno 1631. (Verba ſent: Ob wol euer Schwäher/ als ihr ſeine Tochter geheyrathet/ derſelben 200. fl. zur Mitgifft verſprochen/ dieweil aber dennoch ſolches auff gewiſſe Bedingung und Maße geſchehen/ nemlichen/ dafern gedachtes euer Eheweib ſeinen Tod erleben würde/ ſo dann ſie bemeldte 200. fl. aus ſeiner Verlaſſenſchafft erlangen ſolte/ und aber euer Eheweib vor ihrem Vater Todes verblichen/ ꝛc. So ſeyd ihr aus euers Schwähers Erbſchafft nunmehr die verſprochene Mitgifft zu fodern nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. VII.

Pecunia numerata Uxoris defunctæ indifferenter marito ſuperſtiti cedit.

QUum defunctâ Uxore maritus ſuperſtes omnia 1
lucretur mobilia in foro Saxonico, Landr. *lib.1. art.31. poſt pr. lib.3. art.76. poſt pr. ubi gloſſ. latin. ad text. german. lit.B. & C.* ſatis inde expeditum eſt, † etiam pecuniam Uxoris defunctæ nu- 2
meratam ad ipſum pertinere, † quia pecunia per 3
ſe res mobilis eſt, *Novell.22.cap.45. §.2.* Dan. Moller. *lib.1. ſemeſtr.41.n.6.* Vincent. Caroc. *in tract. de excuſſ. bonor. quæſt. pr.4. n.2. part.1.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.9. tit.3. n.2.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part.3. quæſt.124.n.5.* † Nec re- 4
fert, an pecunia pro reſervatione familiæ, ſive præſidii cauſa repoſita, *l. ſi chorus 79. §.1. ff. de legat.3.* Jacob. Menoch. *lib.4. præſumpt.138.n.2.* † an verò 5
ad emptionem prædiorum vel bonorum immobilium deſtinata fuerit, Jaſon *in l. cætera 40. §. ſed ſi paravit 14. ff. de legat.1.* Andr. Gail. *lib.2. obſerv.11. num.1.* Menoch. *dict. loc. n.3.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 169. n.4.* † Multò magis autem pecunia ad negotia- 6
tionem deſtinata inter mobilia refertur, ac marito ſuperſtiti cedit, † quia in negotiatione ut plurimum 7
merces continentur, & alia mobilia deſignantur, † quamvis aliter ſentiant Mantic. *dict. tit.3. num.3.* & 8
poſt eum Teſſaur. *dict. deciſ.160 n.8. & 9.*

Ita Domini in cauſa Ambroſii Preßdorffs zu Maußdorff/ Menſ. Sept. Anno 1595. (Verba ſentent: So hat ſie berührte 50. Thaler Baarſchafft/ ohne Unterſcheid/ worzu dieſelbe angewendet werden ſollen/ vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte auf euch/ als ihren überlebenden Ehemann/ gebracht und verfället/ ꝛc.)

Definit. VIII.

Pecunia Uxoris credita, defunctâ eâ, ſive ſolutionis dies venerit, ſive non, ad maritum ſuperſtitem pertinet.

MUltum quondam controvertebatur de no- 1
minibus & creditis Uxoris defunctæ, pleriſque eâ, ſi vivente adhuc uxore dies ſolutionis venerit, unà cum reliquis mobilibus marito ſuperſtiti aſſignantibus, ſecus ſi dies ſolutionis nondum venerit, per text. *in* Landr. *lib.3. art.76.* († quita- 2
men de annuis reditibus & aliis cenſibus, non etiam de pecunia credita loquitur) Matth. Coler. *part.1. deciſ.59. n.1. 9. & 10.* Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom.2. part.1. q.9. num.1. in pr.* † Sed aliter res hæc 3
deciſa eſt in provinciis Electoratus Saxonici, nempe ut pecunia Uxoris credita (Das ausgeliehene Geld) indiſtinctè marito cedat, † ſive purè 4
ſive in diem debeatur, & ſive dies ſolutionis venerit,

nerit, ſive non, (Das Geld ſey mahnhafftig und betaget oder nicht) *h.* Conſt. *23. §. ult. ubi* Moll. *n. 1. & ſeq.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. q. 124. n. 43.* Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 31. n. 13.*
5 † Quod & procedit, etiamſi Uxor nomina ea ex hereditate paterna vel materna acceperit, *Supr.* Conſt. *21. §. ult. verſ.* Oder ihr Vater hätte etliche Schul-
6 den/ ꝛc. † Nec de jure communi Saxonico extra-
7 terras Electoratus aliud dicendum arbitror. † Siquidem nomina & actiones, etſi per ſe nec inter mobilia nec inter immobilia propriè referantur, ſed tertiam bonorum ſpeciem conſtituant, *l. quam Taberonis 7. §. in peculio 4. verſ. vicarios quoque ff. de pecul. l. à Divo Pio 15. §. in venditione 2. ff. de re jud. l.*
8 *ſi prætorium 1. C. de prætor. pignor.* † attamen ſi ad ſpeciem alterutram omninò referri debeant, vel mobilibus, vel immobilibus bonis accenſentur, pro ratione ſcilicet ac diverſitate rerum, ad quas
9 competunt, † ut multis autoritatibus firmat Jacob. Schult. *dict. loc. num. 17.* adeoque inter res mobiles referuntur, ſi ad pecuniam, quæ per ſe res mobilis eſt, Defin. *præced.* competant. Ex quo omninò
10 inferendum † actiones ſive nomina, defunctâ uxore, marito ſuperſtiti cedere, perinde ac ipſam pecu-
11 niam numeratam, † vigore ſcilicet ſtatuti Saxonici, quo maritus omnia uxoris defunctæ mobilia lucratur, Landr. *lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 76.* Modeſt. Piſtor. *p. 3. q. 124.* Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 41.* Coler. *de proc. exec. part. 1. cap. 3. n. 256. & p. 2. deciſ. 286. n. 157. & ſeq.* Schneidew. *ad tit. inſt. de heredit. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. num. 47. & ſeq.*

Ita Domini in cauſa Matthäi Honecks zu Voigtsberg/ Menſ. Novemb. Anno 1623. (Verba ſent: Hat euer Eheweib unter andern auch etliche ausgeliehene Gelder nach ſich gelaſſen/ ꝛc. So hat ſie ſolche Gelder als beweglich Gut/ ungeſehen ob der Zahl-Termin bey ihrem Leben fällig/ und ſie mahnbar geweſen oder nicht/ Vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte auff euch den Ehemann allein bracht und verfället/ und ihre Geſchwiſter haben daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. IX.

Sub uſuris etiam vel ad Cambium pecunia elocata, defunctâ Uxore, marito cedit.

1 ILlud ſanè naturam pecuniæ creditæ alterare
2 nequit, quod ſub uſuris elocata fuerit. † Quin ergo hæc etiam pecunia, defunctâ uxore, marito cedat, dubium non eſt, Matth. Coler. *de proceſſ.*
3 *execut. part. 1. cap. 3. num. 257.* Idque eo minus, † quia verbis generalibus pecuniam Uxoris creditam marito ſuperſtiti defert *h.* Conſtitut. *23.* (Daß
4 das Geld ſo ausgeliehen/) † quæ propterea etiam generaliter intelligi debet, *l. præſes 3. in fin. ff. de off. præſid. l. ut nullo 20. C. de Uſur. l. omne verbum 2. in fin. C. comm. de legat.* Ex quâ generaliter porrò inferendum, † quod defunctâ uxo-
5 re, maritus pecuniam transſcriptam ſive ad Cambium collocatam (auff Wechſel gelichen) lucretur, Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor.
6 *part. 3. quæſt. 124. num. 44.* † Idque de jure etiam communi ſic obtinere, tradit Arius Pinell. *in l. 1. Codic. de bon. matern. p. 2. num. 44.* Mantic. *de*
7 *conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 2.* † Pariter nec refert, an pecunia ſimpliciter ſive ſub pignore vel hypotheca aliqua fuerit credita; Utroque enim caſu hanc ad maritum pertinere, generalitas *h.* Conſt. luculenter evincit, Matth. Berlich. *part. 3. concl. 33. n. 15.*

Ita Domini in cauſa D. Andreæ Weilſeckers zu Lützen/ Menſ. Jan. Anno 1575. (Verba ſent: Daß nach Verordnung Sächſiſcher Rechte/ und Vermöge Churfürſtlicher Sächſiſcher Conſtitution euer Weib alle die Gelder/ ſo ſie auff Wechſel gethan/ oder auff Zinſe ausgeliehen/ nach ihrem Abſterben auff euch allein bracht und verfället/ und mögen derowegen dieſelbe in gemeine Erbſchafft nicht gezogen werden/ V. R. W.)

Definit. X.

Pretium rei venditæ nondum ſolutum indifferenter, defunctâ uxore, maritus lucratur.

NOn alia eſt ratio pretii haud ſoluti, quàm pe- 1
cuniæ mutuo datæ, quia & hoc ipſum inter res mobiles refertur, adeoque defunctâ Uxore ante vel poſt diem ſolutionis, indifferenter marito ſuperſtiti cedit, † quod certè minus dubium habet in pretio 2
pro venditis rebus mobilibus debito, quia hoc ſapit naturam ipſarum rerum mobilium, earumque loco ſuccedit, *l. ſi rem & pretium 22. l. ſed etſi lege 25. §. item ſi rem 1. ff. de hered. petit. l. Imperator 70. §. ult. ff. de legat. 2.* † ſed & in pretio pro bonis immo- 3
bilibus debito idem obtinet. Eſt namque & illud res mobilis, ut maximè pro venditis rebus immobilibus debeatur, *Novell. 22. cap. & quia parum 45. verſ. Si verò univerſa.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. qu. 124. n. 35.* † Unde & no- 4
men ſive actio ad pretium id conſequendum competens rebus mobilibus accenſetur, & defunctâ Uxore ad maritum pertinet, licet dies ſolutionis nondum venerit, Jac. Thoming. *deciſ. 31. n. 2.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 251.* Jacob. Schult. *dict. loc. numer. 17. & 33.* Dan. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 41.* † Nec enim in re immobili venditæ 5
ullum jus uxori videtur reſervatum, ſed perfecto venditionis contractu, reque traditâ ex natura hujus contractus ſola venditi actio Uxori venditrici competit, † quæ in perſonam ex conſenſu obligatam, 6
non in rem concepta eſt, *pr. inſt. de obligat. ex conſenſ. l. actionum 25. in pr. junct. §. 1. ff. de O. & A.* † 7
Quamvis res aliter ſe habeat in pecunia hereditaria, quæ, non niſi defunctâ uxore poſt diem ſolutionis, marito ſuperſtiti cedit, *Supr.* Conſt. *21.* cujus diverſitatis rationem *Vid. ibid.* Defin. *1. & 9.*

Ita Domini ad Conſultationem Magni von Schönfeld/ Menſ. Sept. Anno 1630. (Verba ſentent: Ob nun wohl ſolche Rauffgelder allererſt nach des Weibes Tode betagt worden/ ꝛc. So hat ſie doch die Verſtorbene als beweglich Gut auff ihren Ehemann gebracht und verfället/ und ihre Erben haben daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. XI.

Omnia Uxoris defunctæ mobilia ad maritum indifferenter, ſive inops ſive dives fuerit, pertinent.

NOn ſolùm dotem in rebus mobilibus conſi- 1
ſtentem *Supr.* Definit. 3. & pecuniam numeratam Definit. 7. † ſed & reliqua uxoris defunctæ 2
mobilia maritus ſuperſtes lucratur, Landr. *lib. 1. art. 31. poſt pr. lib. 3. art. 76. poſt prin.* Und ſtirbt dann das Weib. *ubi Gloſſ. latin. ad text. germ. lit. B. & C. Supr.* Conſt. Elect. *22. §.* wo es ſich zutrüge *verſ.* weil dem

dem Manne nach Sachsen-Recht die Fahrnüß gebühret/ꝛc. Christ. Zobel. *part. 1. differ. 9. numer. 6.* Petr. Heig. *part. 2. q. 15. n. 2.* Henning. Göden *cons. 100. n. 9.* Matth. Coler. *de proc. exec. part. 1. c. 3. n. 254. &* 2 *p. 2. decis. 286.* † Nec refert, an matrimonium sine dote, an verò dos data fuerit, Joh. Schneidevv. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 28.* † Quin nec distinguendum 3 est, an maritus inops vel dives sit, sed utroque casu, in omnibus Uxoris mobilibus succedit, Joh. Schneidew. *dict. loc. n. 27.* Berlich. *part. 3. concl. 29. n. 42.* Coler. *dict. decis. 286. n. 5.* Rationem verò juris Saxonici, cur nempe succedat maritus in solis mobilibus, non etiam in immobilibus bonis, *Vid. infr.* Defin. *22.*

Ita Domini in causa Marci Ronbergers zu Teitzen / Mense Majo, Anno 1631. (Verba sent: Ist euer Eheweib unlängsten Todes verfahren / und hat unterschiedene mobilia nach sich verlassen/ ꝛc. So hat sie solche ihre mobilia und Fahrnüß/ Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ auff euch ihren Ehemann ohne Unterscheid euers Vermögens/ und ob ihr reich oder arm seyd/ gebracht und verfället/ und ihre Geschwister haben daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. XII.

Animalia etiam defunctæ Conjugis lucratur maritus perinde ac reliqua mobilia.

1 Quod dixi Uxoris defuncta mobilia ad maritum superstitem pertinere Defin. *præced.* id verum est non solummodo in mobilibus iis, quæ mulier ante matrimonium habuit, & ad maritum attulit, 2 sed etiam in iis, † quæ stante matrimonio Uxor acquisivit, aut etiam quæ per successionem ad ipsam fuêre devoluta, Gloss. *latin. ad text. german.* Landr. *lib. 1. art. 31. lit. C. vers. quod autem juris junct. vers.* 3 *Sed hæc omnia.* Coler. *part. 2. decis 286. n. 36.* † Quin & in rebus moventibus, puta animalibus, idem obtinere dixerim, ita ut hæc, defuncta Uxore, cedant 4 marito superstiti, perinde ac reliqua mobilia, † etiamsi pro annuo fructu, in pecunia vel lacte, aut etiam butyro vel caseis solvendo, fuerint elocata, cum Co-5 ler. *part. 2. decis. 286. n. 31.* † Appellatione enim mobilium secundum propriam significationem, non solùm animalia, sed & mancipia continentur, *l. moventium 93. ubi* Gloss. *ff. de verb. signif. &* Gloss. *in l. à Divo Pio 15. §. in vendit. 2. verb. animalia ff. de re judicat.* Frider. Penfold. *in addit. ad* Coler. *dict. decis. 286. num. 260.* 6 † quamvis animalia ad geradam, vel sponsalitiam largitatem vulgò (zur Morgengabe) pertinentia hîc excipi velim, quæ maritus neutiquam lucratur, Coler. *dict. loc. n. 31.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Ist euer Eheweib unlängsten Todes verfahren/ und hat unterschiedene mobilia, so wolcrliches Viehe an Kühen und Pferden nach sich verlassen/ ꝛc. So hat sie solche mobilia und Fahrnüß benebenst dem Viehe / Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ auff euch als den überlebenden Ehemann gebracht und verfället/ ꝛc.]

Definit. XIII.

Mobilia quoque extra territorium Saxonicum sita, defuncta Uxore, marito cedunt.

1 Quid verò, *si Uxor in provinciis Saxonicis defuncta, mobilia reliquerit, quæ extra territorium Saxonicum sita sunt?* Non minus hæc secundum dispositionem juris Saxonici, de quâ *Supr.* Defin. *11.* † ad maritum superstitem pertinere, rectissimè sentiunt Dd. Matth. Coler. *de process. execut. part. 1, c. 3, n. 245. & 255.* Köpp. *decis. 31. num. 21.* Andr. Rauchb. *part. 1. qu. 17. n. 6.* Jacob. Schult. *pract. qu. 24. n. 13. part. 1.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 29. n. 101.* Frider. Penfold. *in addit. ad* Coler. *p. 2. decis. 286. n. 283.* † Non enim mobilia loco circumscri- 3 buntur, sed personæ defunctæ tenacissimè inhærent, & de eo loco esse censentur, ubi defunctus habuit domicilium, Gloss. *in l. 3. in pr. ff. pro Sotio.* Coler. *dict. cap. 3. n. 244.* † Non immeritò ergo secun- 4 dùm statuta domicilii, mobilia erunt regulanda. † Aliter tamen res se habet in mobilibus, ad certum 5 locum extra provincias Saxonicas destinatis eâ intentione, ut perpetuo ibi manerent, quæ maritus ex dispositione juris Saxonici neutiquam lucratur, secundum tradita Henning. Göden. *consil. 37. num. 4.* Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 31. n. 50.* Rauchb. *dict. quæst. 17. n. 12.* † Quia ejusmodi mobilia ad instar immo- 6 bilium censentur esse de territorio & sub jurisdictione loci, ubi sunt sita, *l. hujusmodi 84. §. legatum 10. ff. de legat. 1. l. Cajus 86. ff. de legat. 2. l. si ita legatum 86. ff. de legat. 3.* Hartm. Pistor. *observ. 55. Vid. Supr.* Const. Elect. *12. Defin. 15.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sent: So hat sie die mobilia und Fahrnüß/ auch die jenige/ so anderswo und nicht auff Sächsischem Boden verlassen worden/ vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte auff euch den überlebenden Ehemann gebracht und verfället/ ꝛc.]

Definit. XIV.

Res mobiles ad geradam pertinentes non lucratur maritus, sed mediante inventario vel juramento proximæ Cognatæ restituere tenetur.

Etsi jus Saxonicum mobilia universa defunctæ 1 Uxoris deferat marito superstiti, Landr. *lib. 1. art. 31. post pr. lib. 3. art. 76.* † adeò, ut etiam jocalia, 2 quæ maritus Uxori ante nuptias contractas donavit, post ejus mortem ad superstitem maritum redire existimet Anton. Tessaur. *decis. 195.* † Attamen de 3 rebus mobilibus ad Geradam pertinentibus id neutiquam intellectum velim, nec hasce maritus lucratur, sed proxima Uxoris cognata percipit, *Supr.* Const. Elect. *22. §.* Wären aber Stücke darunter/ so zu der Gerade gehörig/ &c. Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 2.* Schneidewin. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de success. int. vir. & uxor. num. 26.* † quin potius maritum, si mobilia Uxoris 4 defunctæ universa apprehenderit, geradam mediante inventario, vel eo deficiente, juramento suo indicare & exhibere teneri, dixerim, *arg. l. cum plures 25. ff. de reb. aut. jud. possid. l. 6. §. 4. vers. sic ubi C. de his qui ad Eccles. conf.* Dd. *in l. ult. §. licentia 10. C de jur. deliber.* † Planè, iis in locis, ubi marito 5 superstiti per statutum locale, (quale etiam hic Lipsiæ est) gerada defunctæ Uxoris defertur, sola Nifftelgerada Cognatæ proximæ relicta, † jus suc- 6 cessionis marito in gerada per hanc Definitionem auferri tantum abest, ut potius statuto locali strictissimè inhærendum existimem. † Nam cir- 7 ca successionem geradæ statuta & consuetudines locorum potissimum attendi debent, Gloss.

Gloss. *latin. in artic. 24. lit. D. lib. 1.* Landr. Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 32. n. 6.* Dan. Moll. *ad Constit. Elect. 38. n. 10. part. 3.*

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris Saltzensis, Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent: So hat die verstorbene Frau ihre bewegliche Güter auff den Ehemann bracht und verfället/Es ist aber derselbe davon die Gerade der nechsten Nifftel / da des Orts ein anders beständiger Weise nicht herbracht/vermittels eines Inventarii, oder in dessen Mangelung einer eydlichen specification auszuantworten schuldig/V.R.W.)

Et in causa Heinrichen Dietrichs/Edlen von der Planitz/ M. Dec. Anno 1635. (Verba sent: So hat euer Eheweib alle ihre Fahrniß und bewegliche Verlassenschafft / ausser der Gerade / so der nechsten Nifftel gebühret / auff euch gebracht und verfället/V.R.W.)

Definit. XV.

Quod gener in subsidium paternum (zur väterlichen Hülffe) *accepit, id mortuâ Uxore non lucratur, sed ad restitutionem obstrictus est.*

1 NOn loquor hîc de modicis impensis, in quibus donondi animus præsumitur, juxta tradita
2 Salycet. *in l. alimenta. 11. n. 2. C. de negot. gest.* † quas etiam repetere, causa pietatis & ipsa impensarum exiguitas impedit, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst.*
3 *l. 2. cent. 1. c. 88. n. 61.* † Cæteroquin, si momenti alicujus fuerit subsidium paternum, eò magis defunctâ uxore, gener id restituere tenebitur, quò minus hoc socer donasse censetur, *l. alimenta. 11. ubi* Joh. Sichard. *num. 11. C. de negot. gest.* Mod. Pistor. *p. 1. q. 10.*
4 Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. n. 35.* † quum & pater filio subveniens in peculium potius dedisse, quàm donasse præsumatur, Salycet. *in l. filiæ unius. 18. col. 4. vers. Secundo igitur casu principali. C. famil. ercis.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 30. num. 26.*
5 † Nec præsumenda est donatio, ubi alia sumi potest conjectura, Jacob. Menoch. *dict. cas. 88. num. 2.* Joh. Schneidew. *in §. quædam actiones. 20. sub tit. de action. fam. ercis. n. 51. inst. de action.*

Ita Domini in causa Marci Nonbergers zu Teissen/Mens. Majo, Anno 1631. (Verba sent: Der jenigen 300. fl. aber/ so euch euer Schwäher zu einer väterlichen Hülffe gegeben/habt ihr euch eigenthümlichen nicht anzumassen / sondern ihr seyd dieselbe nunmehr nach euers Weibes Absterben auff sein Fodern und Begehren wieder zu zahlen schuldig/V.R.W.)

Definit. XVI.

Circa successionem mariti, in rebus mobilibus uxoris defunctæ, non attenditur differentia, an Nobilis sit maritus, an plebejus.

1 JUra Saxonica, quæ maritum ad successionem mobilium Uxoris defunctæ admittunt, indifferenter & generaliter loquuntur *in* Landr. *lib. 1. art. 31. post pr. & l. 3. artic. 76. post pr. vers.* Und stirbet dann das Weib / nec inter nobiles & plebejos di-
2 stinguunt; † Ergo & maritum Nobilem in bonis mobilibus conjugis defunctæ succedere, rectissi-
3 mè dixeris, † quia verba generalia generaliter intelligi & accipi debent, *l. præses. 3. in fin. ff. de off. præsid. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. ut*
4 *nullo. 20. C. de Usur.* † Clarius quoque id videtur sancitum in provinciis Electoratus Saxonici *supr. in* Const. Elect. *18. §.* Wo es sich *vers.* Weil dem Manne nach Sachsen-Recht die Fahrniß gebühret/demselbigen allein bleiben. *junct. §. seq. vers.* Unter Adelspersonen und unter Bürgern / &c. Joach. Beust. *in tract. connub. part. 2. cap. 67. post pr. vers. Maritus ergo.* Johan. Schneidew. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. deferr. rubr. de success. int. Vir. & Uxor. n. 26.*

Ita Domini in causa Magdalenen von Miltitzen/Mens. Jul. Anno 1600.

Et in causa Heinrichen Dietrichs/Edlen von der Planitz/M. Decembr. Anno 1635. (Verba sent: Ob ihr nun wohl solche 1000. fl. Ehegeld in würcklichen Empfang nicht genommen / und ihr/als sonsten unter denen vom Adel gebräuchlich/eurem Weibe kein Gegenvermächtniß verordnen können. Dieweil aber dennoch durch Ehestifftung oder andere Vergleichung dißfals keine sonderbare Versehung geschehen/&c. So hat auch euer Eheweib nach ihrem Absterben obgedachte 1000. fl. neben aller beweglichen Verlassenschafft/ ausser der Gerade/so der nechsten Nifftel gebühret/auff euch gebracht und verfället / und es hat ihr Bruder daran keine Foderung/V.R.W.)

Definit. XVII.

Sive uxor defuncta liberos primi, sive secundi matrimonii reliquerit, semper maritus in foro Saxonico mobilia lucratur.

DE jure equidem civili, mulier vel maritus non 1
potest quocunque titulo relinquere plus conjugi, quàm uni ex liberis primi matrimonii, *l. hac edictali. 6. de secund. nupt.* Prudenter sanè, † ne pa- 2
rentes novercalibus delinimentis persuasi, sinistrum judicium circa sanguinem proprium ferant, *l. 4. ff. de inoff. testam.* Bald. *lib. 1. consil. 70.* Virg. Pingitz. *q. 46. n. 2.* † Ulterius quoque hinc inferunt Dd. quod 3
ex forma statuti, posterior conjux non queat plus lucrari, quàm unus ex filiis prioris matrimonii, Bartol. & Bald. *in dict. l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Jason. *in Auth. præterea. n. 13. C. Unde Vir. & Uxor.* † Sed in foro nostro aliud receptum, propter expres- 4
sam sanctionem Juris Saxonici, solum maritum in bonis omnibus mobilibus defunctæ suæ uxoris admittentis, *in artic. 76. lib. 3. & art. 21. lib. 1.* Landr. † Qui textus licet specificè non loquantur de mari- 5
to lucrante mobilia Uxoris defunctæ binubæ, habentis liberos ex primo matrimonio natos, † vel 6
sola tamen hujus provinciæ pronunciandi consuetudine hæc interpretatio recepta est, ut scilicet maritus lucretur bona mobilia Uxoris suæ defunctæ, † 7
exclusis primi matrimonii liberis, abolita dispositione, *dict. l. hac edictali. 6. C. de secund. nupt.* † ut plu- 8
ribus eleganter demonstrat & contraria solvit Virgil. Pingitz. *dict. quæst. 46.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 40. num. 4.* Christ. Zobel. *p. 2. diff. 47. num. 6. & 8.* Bened. Reinh. *part. 1. diff. 45.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 29. n. 46.*

Ita Domini in causa Ambrosii Preßdorffs zu Mausdorff/ Mens. Sept. Anno 1595. (Verba sentent: Ist euer Eheweib verstorben/und hat euren mit euch erzeugeten Sohn/ und dann ihre Tochter erster Ehe / eure Stieff-Tochter/ an einem/und euch am andern Theil/zusammt etlichen liegenden Gründen und Fahrniß nach sich verlassen / &c. So hat sie die Fahrniß / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/auff euch/ihren überlebenden Ehemann allein/die liegenden Gründe aber als unbeweglich Gut auff die Kinder allein gebracht und verfället/&c.)

Definit. XIIX.

Non succedit maritus in mobilibus uxoris defunctæ, priusquam liberis de legitima debita fuerit satisfactum.

ETsi Jure Saxonico, maritus superstes omnia 1
mobi-

mobilia Uxoris defunctæ pleno jure lucretur, Landr.
2 *lib. 1. art. 31. & lib. 3. artic. 76. supr.* Defin. *11.* † At-
tamen si Uxor omninò nulla reliquerit bona immo-
bilia, vel non tanta, quanta ad liberorum legiti-
3 mam sufficere queant, † tunc liberi ex bonis et-
iam mobilibus legitimam suam, vel saltem hujus sup-
plementum petere haud prohibentur. Gloss. *lat. ad text. german.* Landr. *l. 3. art. 76. lit. B.* Matth. Col.
part. 1. decis. 57. n. 54. & part. 2. decis. 286. n. 12. & seq. Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. tit. de succes. int. mar. & uxor. n. 30.* Petr.
Heig. *part. 1. quæst. 24. n. 7. & seq.* Virgil. Pingitz. *q. 29.*
4 *n. 6.* Christ. Zobel. *part. 3. diff. 10. n. 27.* † Non e-
nim valet statutum, quod liberis legitimam aufert,
quæ ipsis jure naturæ debetur, *l. scripto. 7. §. ult. ff. si tab. testam. null. ex tab. l. cum ratio. 7. ff. de bon. da-*
5 *mnat. l. scimus. 36. §. illud. 2. C. de inoff. testam.* † qua-
re nec jus statutarium Saxonicum marito superstiti
mobilia uxoris defunctæ deferens liberis in legitima
præjudicabit, sed eatenus marito prospicere censebi-
6 tur, † quatenus prius liberis de legitima portione
satisfactum fuerit, *arg.* Constit. Elect. *12. h. part. 3.*

Ita Domini in causa Petri Tzschachtlers zu Schiritz / Mens. Dec. Anno 1609. (Verba sentent: Ist N. N. gestorben/und hat itzo erwehneten ihren Ehemann an einem / und 4. mit ihm erzeugte Kinder am andern Theile/nach sich verlassen/ &c. So hat sie/vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ ihre bewegliche Güter und Fahrniß ausserhalb der Gerade auff ihren Ehemann gebracht und verfället. Er ist aber davon seinen 4. Kindern ihre gebührende mütterliche Legitimam (welcher nach Gelegenheit dißfalls der dritte Theil ist) wofern sie dieselbe an unbeweglichen Gütern nicht erlangen/zu geben und zu entrichten schuldig / &c.)

In causa Andreæ Dietrichs von Schleinitz/Mens. Octobr. Anno 1602.

In causa Nicolai Cleben zu Treben/Mens. April. Anno 1631.

Item in causa Hansen Günthers zu Langendorff/ Mens. Jan. Anno 1633.

Et in causa heredum Nicolai Schirmers zu Kesselsdorff/ Mens. Octobr. Anno 1593.

Definit. XIX.

In casu deficientium bonorum immobilium parentibus etiam ex bonis mobilibus legitima exsolvi debet.

1 EAdem prorsus ratio est parentum & ascenden-
tium, in casu liberorum deficientium, quibus
æquè secundum naturam, ac ipsis liberis legitimam
deberi, probat *Nov. 1. in præfat. §. 2. & cap. si pater. 1. in fin. extr. de testam. in 6to.* Anton. Fab. *in Codic.*
2 *l. 3. tit. 19. defin. 16. n. 6.* † Adeoque nec horum le-
gitima jure statutario tolli potest, Anton. Fab. *dict. loc. n. 2.* Joh. Harppt. *in §. ult. num. 15. inst. de inoff. te-*
3 *stam.* † Quin potius jus statutarium ita accipi de-
bet, ut casus de legitima omissus, dispositioni juris
communis censeatur relictus, *l. si cum dotem 22. in pr. ff. solut. matrim. l. commodissimè 10. ff. de liber. &*
4 *posth.* † Licet ergò Jura Saxonica marito superstiti
bona uxoris defunctæ mobilia deferant, attamen si
nulla adsint immobilia, unde parentibus de legiti-
ma debita satisfieri queat, quin hæc ex mobilibus bo-
5 nis sit exsolvenda, † dubium non est. *supr.* Const.
Elect. *12. h. p. 3.* Wesenb. *in addit. ad* Joh. Schneidew. *in pr. inst. de exher. liberor. n. 2. lit. B. & lib. 1. consil. 24. n. 5.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. n. 95.* Virgil. Pingitz. *quæst. 29.* Matth. Coler. *p. 2. decis. 286. n. 13. & seqq.*

Ita Domini in causa Cæsari Rudolphi à Schönbergs / M. Octobr. Anno 1593.

Et in causa Andreæ Fischers zu Langenfaltza / / Mens. Majo Anno 1632.

Definit. XX.

Lucratur maritus mobilia uxoris, etiamsi in domo Soceri alimenta ipsi subministrata fuerint.

1 ERrant omninò, qui propter sola matrimonii one-
ra, mobilia uxoris defunctæ marito superstiti ex
Juris Saxonici dispositione deferri existimant, † ob
2 quam causam aliàs fructus dotis marito cedunt, *l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot.* † Ex quo dicen-
3 dum videtur, non admitti ad successionem dotis ali-
orumque mobilium conjugis defunctæ, maritum, qui
onera matrimonii non sustinuit, forsan quod ipsi &
conjugi simul in domo soceri alimenta præstita fue-
rint, Cravett. *cons. 632. n. 3. & ult.* † quam certè
4 limitationem generalitas dispositionis Saxonicæ *in art. 31. lib. 1. & art. 76. lib. 3.* Landr. neutiquam ad-
mittit. Dixerim potius, † marito superstiti bo-
5 na mobilia uxoris defunctæ, propterea deferri, quò
viri spe alicujus lucri invitentur ad matrimonia
contrahenda, & ut mulieres eo citius viros inveni-
ant, *l. qui liberos. 19. ff. de rit. nupt.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 80. n. 1.* Jason. *in l. si donaturus. 9. §. si quis indebitam. 1. ff. de condict. caus. dat. n. 19.* † Vel etiam
6 mutua affectio conjugalis huic sanctioni causam
dedit, secundùm tradita Mozz. *de contract. tit. matrim. rubr. de natur. matr. n. 40. vers. siquidem hoc lucrum.* † Non ergo deficientibus matrimonii
7 oneribus, à successione mobilium maritus omni-
nò excludendus erit. † Et quid, si post contractas
8 nuptias uxor statim mortua esset, an maritum succes-
sionis incapacem dicemus? Esset certè hoc dictum
contra manifestam Juris Saxonici sanctionem, † quâ
9 conjuges statim post thalami consensū ad successi-
onem admittuntur, *art. 45. lib. 3.* Landr. *supr.* Const.
Elect. *19. ubi Defin. 2.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 57. n. 56. & decis. 58. n. 3.*

Ita Domini in causa Hieronymi Klebers zu Freyberg / M. Dec. Anno 16[illegible]8. (Verba sentent: Ist euer Eheweib/ als ihr sie nur ein halb Jahr zur Ehe gehabt/ Todes verfahrē/ und hat eine ziemliche Erbschafft an Fahrniß und baarem Gelde nach sich verlassen/ &c. So hat sie dieselbe vermöge Landüblicher Sächsis. Rechte auff euch den überlebenden Ehemann/ungeachtet ihr benebens gedachtem eurem Weibe/bey eurem Schwieger-Vater mit Wohnung und nothdürfftiger Kost unterhalten worden/ gebracht und verfället/und es mag euch dieselbe nicht verweigert werden/ &c.)

Definit. XXI.

Non prohibetur maritus renunciare lucro dotis mobiliumq; Uxoris, etiam in præjudicium Creditorum suorum.

1 QUærebatur, *num Maritus lucro dotis mobilium-
que Uxoris statutario renunciare queat, si ære alieno fuerit obæratus?* Vix enim fieri poterit,
ut renunciatio hæc non sit dolosa, in fraudem Credi-
2 torum facta, † quam ipsos etiam Creditores re-
tractare posse, qui existimaverit, motus Edicto Prætoris, quod in fraudem Creditorum alienata ipsis
restituere jubet, *§. item si quis in fraudem. 6. inst. de action. l. 1. tot. tit. ff. quæ in fraud. creditor. facta sunt ut restituantur.* † Nihilominus tamen, ejusmodi
3 renunciationem etiam in præjudicium Creditō-
rum subsistere, sentiunt August. Bero *l. 1. cons. 43. &*

Philipp.

Philipp. Dec. *consil. 260. per tot.* quos sequitur Dan.
4 Moller. *hîc n. 18.* † Rectissimè sanè, ut opinor, quia
5 nullo jure renunciatio hæc improbatur. † Ergo nec temerè absque autoritate Legis rescindenda erit, *l. dissentientis. 5. C. de repud. c. is qui in Ecclesia.*
6 *18. in fin. pr. de sentent. excom. in 6to.* † Nec enim Edictum Prætoris de Rescissione alienationis in fraudem Creditorum factæ negotium facit, quippe quod
7 ad deminuentes patrimonium suum pertinet, † non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur, *l. quod autem. 6. ff. quæ in fraud. cred.* Ex quo nec Prætoris Edictum obstat, quo minus debitor in Creditorum præjudicium, legatum repudiare queat, *dict. l. 6. §. sed &*
8 *illud. 4. ff. d. t.* † Non enim eadem ratio est lucri quærendi & jam acquisiti, quippe hoc patrimonio debitoris semel incorporatum, nentiquam in præjudicium Creditorum alienari potest, *l. 1. & tot. tit. ff.*
9 *quæ in fraud. Credit.* † Secus se res habet in lucro adhuc quærendo, quod patrimonio nondum incor-
10 poratum propriè non alienatur, † adeoque etiam Edictum Prætoris, de rescissione alienationis conceptum, hoc casu cessabit, *dict. l. 6. ff. quæ in fraud. cred.* Dec. *dict. consil. 260.* ubi id pluribus persequitur. Vid. quoque Vincent. de Franch. *decis. 101. n. 5.* Valasc. *consult. 135. n. 3.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Es wäre dann/ daß ihr einmahl dem lucro dotis und andern des Weibes Mobilien und euch zustehenden Rechten renunciret hättet/ auff solchen Fall bliebe es dabey billich/ und es möchte solche renunciation auch nicht von euren Gläubigern hinterzogen und retractiret werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XXII.

De Bonis immobilibus uxoris defunctæ maritus in foro Saxonico omninò nihil lucratur, & quare?

1 IN mobilibus tantummodo bonis, maritus superstes Uxori defunctæ succedit, *lib. 1. art. 31. lib. 3.*
2 *art. 76.* Landr. † sed de bonis immobilibus nihil omninò lucratur, Joach. Beust. *in tract. connub. p. 2. cap. 67. sub fin.* Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de succes. int. Vir. &*
3 *Uxor. n. 32.* † Usque adeò, ut quantumvis Uxor nihil reliquerit in mobilibus, sed sola immobilia, tamen maritus de hisce nihil percipiat, Matth. Wesenb. *in addit. ad* Schneidew. *dict. loc. lit. a.* Dan.
4 Moll. *ad Const. Elect. 21. n. 14. p. 3.* † Rationem si petis, scias, ex antiquis Saxonum legibus, mulieres bona immobilia haud possedisse, nec in iisdem successisse parentibus, ut colligendum ex Landr. *lib.*
5 *1. art. 17.* † quod & antiquissima lege Salicâ cau-
6 tum fuisse scimus, Petr. Heig. *part. 1. qu. 8. num. 66.* † Contra, in bonis mobilibus mulieres peculiarem successionem, veluti præcipuam habuisse, patet ex *lib. 1.*
7 Landr. *art. 24. 27.* partim, † ut damni sui, quod immobilium successione abstinere tunc cogerentur,
8 compensationem aliquam haberent, partim, † quod res mobiles ut plurimùm ad mundum mulie-
9 brem pertinerent, Heig. *dict. loc. n. 68.* † Consequens hisce est, quod maritus mobilium Uxoris, gera excepta, successor sit legitimus, † de immobi-
10 libus autem, quia nulla olim habuit mulier, nihil circa successionem cautum legatur, *dict. art. 31. lib. 1. & art. 76. lib. 3.* Landr.

Ita Domini in causa Petri Tzschachtlers zu Schiritz/ (Mens. Dec. Anno 1609. (Verba sent: An denen unbeweglichen Gütern aber/ so das verstorbene Weib nach sich verlassen/ hat der überlebende Ehemann keine Forderung/ sondern dieselben bleiben den Kindern billich/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Quæstoris Lützensis, Mens. Junio Anno 1600.

DEFINIT. XXIII.

Non eò magis superstes maritus ad successionem bonorum immobilium admittendus, quod Uxor prædefuncta nullos alios reliquerit heredes descendentes, ascendentes, vel collaterales, fratres nempe aut sorores.

PRopterea igitur Maritus superstes haud immobi- 1
lia uxoris lucratur, quod hæc Jure antiquo Saxonico nulla prorsus immobilia possideat, Defin. *præced.* Quæ ratio satis probat, nunquam ad successionem immobilium prædefunctæ Uxoris in foro Saxonico maritum admitti. † Ergo nec tunc, quan- 2
do nulli alii Uxoris heredes, descendentes vel ascendentes, aut collaterales, fratres nempe vel sorores adsint. † Quod de Jure communi eatenus restric- 3
tum est, ut nullis omninò extantibus descendentibus, ascendentibus, vel collateralibus defunctæ uxoris heredibus, maritus uxori in universum ab intestato succedat, *l. un. ff. & C. Unde Vir & Uxor.* Frider. Penfold. *in addit. ad* Matth. Col. *p. 2. dec. 286. n. 301.* † idemque procedere autumat Joh. Schnei- 4
dew. non solùm quando omninò non extant consanguinei, † sed extantibus etiam consanguineis, 5
ultra decimum tamen gradum, *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de succ. int. vir. & uxor. n. 13.* † vel ultra septimum gradum, secundum tradita 6
Christ. Zobel. *p. 3. diff. 8. n. 7.* † Nec in foro Saxo- 7
nico res aliter se habet, ubi deficientibus heredibus intra gradum decimum, conjux in successione æquè fisco præfertur, ut dixi *supr.* Const. Elect. *18. Defin. 31.*

Ita Domini in causa Eliæ Schreyens zu Torna/ Mens. Febr. A. 1631. (Verba sent: Ist euer Eheweib Todes verfahren/ und hat ein Haus daselbsten/ so sie euch in dotem und als eine Mitgifft zugebracht/ dabey aber keine fernere Mobilia und Fahrniß nach sich verlassen. Ob nun wohl keine andere Erben/ als Kinder/ Eltern oder Geschwister/ so sich zu bemeldtes eures Weibes Verlassenschafft angeben möchten/ verhanden/ sc. So habt ihr euch doch des hinterlassenen Hauses/ als eines unbeweglichen Guts/ vermöge Landübtlicher Sächsischer Rechte nicht anzumassen/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIV.

Non facit paupertas & inopia mariti, ut ad successionem bonorum immobilium prædefunctæ uxoris admittatur.

QUid autem, *si maritus superstes sit inops, nec* 1
habeat unde se commodè sustentare possit? † 2
De jure equidem civili res expedita est, maritum scilicet inopem succedere unà cum liberis communibus, alteriusvè matrimonii in quartam, si tres sint, vel pauciores; Quod si plures sint, in virilem portionem, ut tamen liberis, si extiterint, proprietas servetur, *Auth. præterea. C. Unde Vir & Uxor.* † Cujus *Auth.* dispositionem etiam in- 3
foro Saxonico servandam, arbitratur Joh. Schneidewin. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. rub. de succes. int. vir. & uxor. n. 32.* Et post eum Frider. Penfold. *in addit. ad* Matth. Col. *part. 2. dec. 286. n. 299.* † forsan quod *dict. Auth. præterea C. U.* 4
V. & Uxor. nullibi in jure Saxonico expressè abrogata reperiatur, ut argumentatur Matth. Berlich. *part. 3. concl. 29. n. 66.* ubi porrò tradit, † licet Uxor 5
nonnulla mobilia reliquerit, si tamen ea ad quantitatem *d. Auth. præterea. C. Unde Vir. & Uxor.*

non aſcendant, maritum inopem etiam in foro Saxonico, ſupplementum ex immobilibus petere valere.
6 † Sed obſtat generalitas verborum in *art. 76. lib. 3.* Landrecht. *verſ.* Stirbt dann das Weib / der Mann behält alle des Weibes fahrende Haabe / das Gebäu aber / da die Frau inne war / und die
7 Gerade behält er nicht. † Quare luculenter innuunt, in foro Saxonico ſimpliciter marito ſuperſtiti mobilia ſola adjudicari, & cogi eum immobilia red-
8 dere, † Accedente præſertim hujus juris ratione inductiva, cujus memini *ſupr.* Definit. 22. & obſer-
9 vantia fori Saxonici, † de qua teſtantur Matth. Weſenb. *in notis margin. ad* Schneidew. *dict. loc. n. 32. lit. a.* & Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 21. n. 14. part. 3.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent: Ob ihr zum wohl ziemliches Unvermögens ſeyd / auch keine andere Erben / als Kinder / Eltern oder Geſchwiſtere / ſo ſich zu bemeldtes eures Weibes Verlaſſenſchafft angeben möchten / verhanden / ꝛc. So habt ihr euch doch ihres hinterlaſſenen Hauſes / als eines unbeweglichen Guts / vermöge Landüblicher Rechte nicht anzumaſſen / V. R. W.)

Definit. XXV.

Nec dotem, in rebus immobilibus conſiſtentem, maritus lucratur in foro Saxonico.

1 MObilia Uxoris prædefunctæ in dotem data Maritus ſuperſtes non propterea lucratur, quia loco dotis poſſidentur, ſed quia per ſe mobilia
2 ſunt, † quæ ſoli marito cedunt, Matth. Weſenb. *in parat. ff. ſolut. matr. n. 6. verſ. jure porrò Saxonico.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 24. num. 7. & num. 28.* Joach.
3 Beuſt. *in tract. connub. part. 3. cap. 5. poſt pr.* † Nempe quia in foro Saxonico maritus heres mobiliaris appellitatur, ad quem ſola mobilia, non etiam immobilia Uxoris bona pertinent, Landr. *lib. 1. art. 31.*
4 *& lib. 3. art. 76.* † Licet ergo bona immobilia in dotem data fuerint, attamen poſt mortem uxoris, maritus neutiquam ea lucrabitur, Matth. Berlich.
5 *part. 3. concl. 29. n. 69.* † Deficiente ſcilicet qualitate rerum hereditariarum mobiliari, (ut ſic loquar.)
6 † Nam ſola dotis conſtitutio non facit capacem
7 maritum ſucceſſionis, † cùm regulariter dos redeat ad parentes vel heredes Uxoris defunctæ, *l. dos à patre profecta 4. C. ſolut. matr. l. un. C. de rei uxor. act. l. 6. ff. de jur. dot.* Joh. Schneidew. *ad tit. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. n. 7.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent: Iſt euer Eheweib Todes verfahren / und hat ein Haus daſelbſten / welches ſie euch in dotem und als eine Mitgifft zubracht / nach ſich verlaſſen / ꝛc. So habt ihr euch deſſen / als eines unbeweglichen Guts / vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte / nicht anzumaſſen / V. R. W.)

Definit. XXVI.

Bona tamen immobilia æſtimata, in dotem data, marito ſuperſtiti cedunt.

1 SEd hoc ita, ſi bona immobilia inæſtimata in dotem data fuerint: † Alioquin ſi æſtimatio acceſſerit, bonaque immobilia æſtimata in dotem ſint conſtituta, ea omninò maritus retinet,
2 † nec defuncta Uxore, ejus heredibus reſtituere tenetur, Matth. Weſenb. *in parat. ff. de jur. dot. n. 8. & 9.* Fabian. de Mont. *q. 4. princip. n. 13. & 14.* Frider. Penſold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 286. num. 282.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 29. num. 70.* Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 74.* † quod nec mirum alicui videbitur,
3 quum vivente etiam Uxore, Maritus ſit dominus bonorum horum immobilium, † ex natura ſcili-
4 cet æſtimationis, quæ emptionem-venditionem facit, ac ipſum ſtatim dominium in maritum transfert, † ita ut pretium bonorum immobilium, non
5 ipſa bona in dotem accepiſſe cenſeatur, *l. plerumque 10. §. ſi ante. 4. & ſeq. l. quoties. 16. ff. de jur. dot. l. un. §. cumque ex ſtipulatu. 9. verſ. æſtimatarum. C. de rei Uxor. act.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 43. n. 1.*

Ita Domini in cauſa heredum Joſephi Fürſts zu Breßlau / Menſ. Nov. Anno 1623. (Verba ſent: Ob ihr nun wohl darwider einzuwenden vermeynet / daß mehr berührtes Joſephi Fürſts Eheweib / nach Laut der zwiſchen ihr und ihrem Bruder getroffenen Erbvergleichung / angeregte Güter als æſtimata und auff ein gewiſſes angeſchlagen ihrem Ehemanne zubracht / in welchem Fall die Güter ſo bald dem Ehemanne eigenthümlichen zukommen / und nach des Weibes Abſterben ſein eigen verbleiben / ꝛc.)

Et in cauſa liberorum Hanſen Staßfords zu Taucha / Menſ. Jan. Anno 1626. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch berührtes Haus in der Eheſtifftung auff ein gewiſſes angeſchlagen / und vermöge der Rechte deſſen Eigenthum dem Manne Hanſen Staßforden alſobald zukommen / und er alſo dominus dotis worden / ꝛc.)

Definit. XXVII.

Non lucratur maritus bona immobilia dotalia, ſi ex poſt-facto, conſtante jam matrimonio, fuerint æſtimata.

DOna tamen immobilia æſtimata in dotem da- 1
ta, non aliter marito ſuperſtiti cedunt, quam ſi ab initio tempore traditionis, vel dotis conſtitutæ æſtimatio facta fuerit; † Cæteroquin, ſi bonis im- 2
mobilibus ſimpliciter in dotem datis, ex intervallo demum & conſtante jam matrimonio acceſſerit, defunctâ Uxore maritus † ea neutiquam lucrabi- 3
tur, Didac. Covarr. *pract. concl. 28. n. 10.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 29. n. 71.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 74. n. 23.* † Quia æſtimatio ex intervallo & matri- 4
monio jam conſummato facta, ſolummodo taxationis cauſa ad conſervandam inter liberos æqualitatem & commodè inſtituendam diviſionem, † ad- 5
eoque neceſſitatis cauſa, adhibita cenſetur, *l. ad officium. 3. C. comm. divid.* † qualis æſtimatio ex neceſ- 6
ſitate facta, emptionem-venditionem non inducit, Amad. de Pont. *quæſt. 28. n. 13. & ſeq.* Andr. Rauchb. *p. 2. q. 29. n. 22.* † Etſi aliter diceretur, ſaperet æſtima- 7
tio conſummato jam matrimonio facta, naturam donationis, quæ inter conjuges prohibita eſt, *l. 1. & tot. tit. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Ita Domini in eadem cauſa Joſeph Fürſtens Erben zu Breßlau. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch angeregte Güter in mehr berührter Erbvergleichung allein zu dem Ende æſtimiret, und auff ein gewiſſes angeſchlagen worden / damit zwiſchen dem Weibe und denn Brüdern eine Gleichheit gehalten werden möchte / und nicht zu befinden / daß die Güter ihrem Ehemanne Joſeph Fürſten æſtimatè zubracht worden / und die æſtimatio flugs anfänglichen geſchehen / ꝛc. So hat auch obgedachtes Joſeph Fürſts Eheweib bemeldte Güter auff ihren Sohn allein bracht und verfället / und der Ehemann hat daran keine Forderung / V. R. W.)

DEFI-

Definit. XXVIII.

Prædium ex pecuniâ dotali nomine mariti comparatum, ipsius lucro cedit, defunctâ uxore.

1 MUltùm controvertitur inter *Dd.* † *An res empta ex pecunia dotali fiat & ipsa dotalis?* Ubi
2 vulgò sibi opponuntur † *l. res quæ 54. ff. de jur. dot.* quæ hanc rem dotalem videri asserit, & *l. ex pecunia dotali 12. C. eod. tit.* quæ fundum ex pecunia dotali à
3 marito comparatum uxori acquiri negat. † Unde Jacob. Cujac. *lib. 5. observ. 29.* ex eo, quod in *dict. l. 54. ff. de jur. dot.* res dotales videri traditur, ad utilem vindicationem infert, quasi nec dubitaret, com-
4 petere directam, si verè dotales essent. † Licet plerique Dd. *dict. l. 54. ff. d. t.* ita accipiant, ut in subsidium Uxori utilis vindicatio concedatur, cæteroquin res empta dotalis non efficiatur, † quæ sen-
5 tentia est Cyn. Bartol. Bald. Salycet. & Sichard. *in l. si ut proponis. 8. C. de R. Vind. & in dict. l. 12. C. de*
6 *jur. dot.* † Sed Anton. Fab. *lib. 5. conject. 9.* nullam rationem aliam duas istas leges componendi habet, quàm quod in *dict. l. 54. ff. d. jur. dot.* res fuerat
7 comparata nomine Uxoris: † quoniam ita jure obtinet, ut res mea pecunia & meo nomine em-
8 pta & accepta mihi quæratur: † Cum qua explicatione convenit sententia Accursii, quod in *dict. l. 54. ff. d. t.* hoc expressè actum sit. Nimirum Interpp.
9 hi omnes pro iisdem pene habent, † rem fieri dotalem, & Uxori jure vindicationis acquiri. Quod
10 tamen falsum esse, vel exinde constat, † quod & rei dotalis maritus sit dominus, *l. 7. §. si res 3. ff. de jur. dot. l. 13. §. 2. ff. de fundo dotali. l. 23. C. de jur. dot.* ipsiusque habeat vindicationem, *l. 9. de Rei vindicat.*
11 † Licet ergo prædium pecunia dotali comparatum sit dotale, marito tamen acquiri, neutiquam inde-
12 negandum videtur. † Sed ad hunc effectum res dicitur dotalis in *dict. l. 54. ff. de jur. dot.* ut soluto matrimonio, si adhuc penes maritum vel heredem extet, actione personali pro dote condici possit, *dict. 12. C. eod.* quod & sensisse videtur Matth. Coler.
13 *part. 2. decis. 286. n. 85.* † Interim si uxor præmoriatur marito, cur non hic prædium suo nomine comparatum retineret, cujus vivente etiamnum conjuge, dominus factus fuerat, per text. *in dict. l. ex pecunia dotali. 12. C. de jur. dot. l. multum interest. 6. C. si quis alteri vel sibi. l. ult. C. de serv. pig. dat. l. 24. l. 32. ff. de jur. dot. l. 21. ff. de pact. dot.*
14 Ant. Fab. *dict. cap. 9.* † quod nec in foro Saxonico aliter se habet, ut demonstrat Matth. Coler. *part. 1. decis. 57. n. 39. & seqq. & de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 249.* Dan. Moll. *ad Const. Elect. 21. n. 15. & seqq. p.*
153. † Nec habent hoc casu Uxoris heredes, quod conquerantur de lucro amisso, cum nec pecunia do-
16 talis, non facta emptione, ad ipsos pertinuisset, † sed soli marito cessisset, Landr. *lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 76.*

Ita Domini in causa Reinhardi Selbigers zu Trebra/Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sent: Ist euer Eheweib Todes verfahren/und hat ein Wohnhaus / so von ihrer Mitgifft und Ehegeld erkaufft worden / nach sich verlassen. Ob nun wol sonsten dergleichen unbeweglich Gut/wann es von dem Ehemanne in seinem eigenen Namen und für sich selbsten erkaufft/und mit deme ihme zugebrachten Ehegelde bezahlet wird/sein Eigenthum ist/und auch nach seines Weibes Absterben ihme verbleibet/ꝛc.)

Definit. XXIX.

Nomine autem uxoris ex pecuniâ dotali prædia empta, defuncta ea, ad ejus heredes pertinent, non ad maritum.

QUantumvis ergo prædium pecunia dotali em- 1
ptum & ipsum dotale dixeris, *l. res quæ 54. ff. de jur. dot.* attamen defunctâ Uxore marito cedit, † si hujus nomine comparatum fuerit, *l. ex pe-* 2
cunia dotali. 12. C. eod. tit. Defin. *præced.* Scilicet, quia vivente adhuc Uxore maritus prædii dominium jam acquisiverat. † Ergo si Uxor proprio nomine 3
pro dotali pecunia prædia emerit, quin horum dominium ad ipsam pertineat, adeoque defuncta ea, heredibus ejus cedat, excluso marito, dubitandum non est, *l. multum interest. 6. C. si quis alter. vel sib. sub alter. nom. Supr. Defin. 22. & 25.* † Nec enim ex 4
bonis defunctæ Conjugis quicquam aliud maritus lucratur, quàm mobilia, quæ tempore mortis adfuêre, *arg. l. cum quæritur. 6. C. de inoff. test.* † Est 5
namque hereditas successio in universum jus defuncti, quod habuit tempore mortis, *l. nihil aliud 24. ff. de Verb. signif. l. hereditas. 62. ff. de Reg. Jur.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 57. n. 13. & 14. & decis. 286. n. 76.* Matth. Berlich *part. 3. concl. 29. n. 76.* † At inquies, 6
nonne maritus permittendo, ut Uxor suo nomine prædia emat pecunia dotali, hanc ipsi donare censetur? contra dispositionem juris, quo omnis donatio inter virum & uxorem est prohibita, *l. 1. & tot. tit. C. de donat. int. Vir. & Uxor.* † Ut sic marito saltem 7
actio de pretio, pro quo bona immobilia comparata sunt, adversus uxorem, vel ejus heredes competat. † Sed nego, ullam hoc casu fieri donatio- 8
nem inter Conjuges, quia maritus permittens, ut 1
ex pecunia dotali vel alia re mobili prædia Uxoris nomine emantur, eique tradantur, non tàm ipsi donare, quàm lucro dotis vel rerum mobilium renunciare videtur, † quàm renunciationem vale- 9
re, probavi *supr.* Defin. 21. Matth. Berlich *dict. conclus. 29. num. 30.* † Planè si de propria mariti pe- 10
cunia Uxor suo nomine prædia comparaverit, possessionemque nata fuerit, quin tùm maritus pretium repetere queat, † non multum ambigo, per text. 11
clarum *dict. l. multum interest. 6. in med. C. si quis alter. vel sib. sub alt. nom.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch vorgedachtes Wohnhaus nicht in eurem/ sondern in eures Weibes Namen erkaufft worden / und in solchem Fall dessen Eigenthum dem Weibe / als Käufferin/zugestanden/ꝛc. So hat sie auch nach ihrem Absterben dasselbe als unbeweglich Gut auff ihre Erben bracht und verfället/ und ihr/als der überlebende Ehemann / habt daran keine Forderung/V. R. W.)

Et in causa Hansen und Nicolai der Scherffen zu Weißbach/ Mens. Nov. Anno 1613. (Verba sent: So hat bemeldtes Weib ihre unbewegliche Güter/wofern solche in ihrem eigenen Namen erkaufft worden/auff euch als ihre Brüdere gebracht und verfället / V. R. W.)

Definit. XXX.

Maritus vendens bona uxoris immobilia, consentiente licet eâ, pretium tamen, vel fundum pro hoc, suo nomine comparatum, defunctâ uxore non lucratur, sed ejus heredibus ad restitutionem vel interesse tenetur.

PEcuniam numeratam & mobilia Uxoris de- 1
functæ quia maritus superstes lucratur, Landr. *lib. 1. artic. 31. & lib. 3. art. 76.* immobilibus tantummodo

2 modo bonis ad ipsius heredes pertinentibus, † rarissimè hosce vel nunquam ad successionem venire quis arbitrabitur, quum maritus in immobilibus viam successionis sibi præclusam advertens, nullum non lapidem movebit, quò bona immobilia vendantur, & in pecuniam numeratam redigantur, ac 3 per id successionis via sibi aperiatur? † Sanè, si invita vel ignorante Uxore, ejus bona immobilia maritus vendat, ad hoc ut post mortem ipsius pecuniam lucretur, venditionem non valere, quivis facillimè concesserit, Matth. Berl. *part. 3. concl. 29. n.* 4 *83.* † At consentiente Uxore, alienationem subsistere, vel inde patet, quod Uxor bona sua immobilia solo mariti consensu, non adhibito alio Curatore, validè distrahere queat, juxta tradita Dan. Moll. *ad Const. Elect. 15. n. 3. p. 2.* Matth. Wesenb. *vol. 1. conf. 11. n. 17.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 1. q. 14. n. 71.* Anton. Hering. *de fidejuss. c. 18. n.* 5 *55.* † Curatoris enim officio maritus hoc casu fungitur, quin & Uxoris suæ tutor fit post thori conjugalis ingressum, Landr. *lib. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 2. num. 39.* Matth. 6 Coler. *part. 1. decis. 66. n. 3.* † Quidni ergo etiam contractus ab ipso marito de bonis Uxoris, consensu tamen ejus celebratus, jure subsisteret? uti rectissimè sentit Hartm. Pist. *obs. 155. n. 8.* & dixi supr. 7 *part. 2.* Const. 15. *Defin. 20.* † Verum equidem h. e. & alienatio consensu Uxoris à marito facta per 8 se valida erit: † Attamen pretium inde redactum non lucro mariti cedere, sed ad heredes Uxoris pertinere, dixerim cum Gloss. *lat. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 31. lit. C. vers. immobilia etiam Uxoris.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 59. & seqq.* 9 † Non quia surrogatum sapit naturam surrogati. *l. si cum. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis caut. in* 10 *jur.* ut argumentatur Col. *dict. loc.* † quod argumentum ex diversitate surrogati & qualitate mobilium ac immobilium rerum differenti, refel- 11 litur; † sed quod contractus Uxoris in commodum mariti celebratus, ipso solo autore & curatore, respectu ejus non subsistat, nec ullum inde lucrum marito accedere queat, *supr. part. 2.* 12 Const. 15. *Defin. 24.* † quia nemo in causa propria tutor vel curator esse potest, *l. 1. l. 5. ff. de autor.* 13 *tut. §. ult. inst. eod. tit.* † Ac certè, præsumitur maritus in fraudem legis fundum Uxoris alienasse, câ videlicet intentione, ut ipse mortuâ Uxore lucretur dotem, tanquam in mobilibus consistentem, † quæ fraus ipsi neutiquam patrocinari de- 14 bet, *l. nec ex dolo. 12. ff. de dolo.* † Quin & consensus Uxoris præsumitur hoc casu extortus dolosâ mariti persuasione; quæ violentiæ & coactioni æquiparatur, *l. 1. §. persuadere. 3. ff. de Servo corrupt.* atque ideo nihil operari debet, Col. *dict. decis. 286. n.* 16 *72. & seqq.* † Planè & si maritus pro pretio ex fundo Uxoris redacto alia bona immobilia suo nomine comparaverit, non magis tamen ullum inde lucrum 17 ei accedere putaverim, † sed ad interesse vel restitutionem pretii, Uxoris heredibus hoc casu, maritus tenebitur, *l. ex pecunia. 12. vers. at dotis tantùm actio. C. de jur. dot.* Matth. Coler. *dict. decis. 286. n. 8.*

Ita Domini in causa Hansen u. Nicol der Scherffen zu Weißbach/ Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent: Wann gleich vorgedachter euer Schwager Hans Hancke seines Weibes Güter mit ihrem Vorwissen und Einwilligung verkauffet/ vor das gelöfete Kauffgeld in seinem Namen andere unbewegliche Güter erkaufft und an sich gebracht/ solche Handlungen auch zu Recht beständig seyn. Dieweil aber dennoch zur Veräusserung der unbeweglichen Güter/ eurer Schwester kein sonderbarer Vormund verordnet worden/ ꝛc. So mag auch dannenhero die beschehene alienatio euch an eurem Succession-Recht zu einigem Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ sondern es ist euer Schwager euch deswegen ad interesse verbunden/ oder das aus seines Weibes verkaufften unbeweglichen Gütern gelöfete Kauffgeld zu ersiatten schuldig/ V. R. W.)

It. in causa Sebastiani Bernhardi & Jacobi fratrum der Quitzsche zu Gustau/ Mens. Febr. Anno 1624. (Verba sent: Ob wohl gedachter Tiburtius Winckler mit Einwilligung seines ersten Eheweibes/ eurer Schwester/ dero unbewegliche Güter/ als 3. Viertel Landes/ so ihme zubracht/ verkaufft und zu Gelde gemacht/ da aber dennoch bemeldtem Eheweibe/ eurer Schwester/ hierzu sonderlichen kein Kriegischer Vormund verordnet worden wäre/ ꝛc. So hätte solche Veräusserung den Töchtern/ euren Mündlinnen/ zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen mögen/ sondern es hätte mehrberührte eure Schwester die aus den unbeweglichen Gütern gelöfete Kauffgelder/ nach ihrem Absterben/ auff ihre Töchter allein bracht und verfället/ und hätte der überlebende Ehemann daran keine Forderung/ V. R. W.)

Et in causa Thomæ Hundorffs zu Möckerling/ Mens. Majo Anno 1601.

DEFINIT. XXXI.

Lucratur tamen maritus pretium, ex alienatione bonorum uxoris immobilium redactum, si peculiaris Curator alienationi fuerit adhibitus.

AN ergo pretium ex bonis Uxoris immobili- 1 bus redactum lucro mariti nunquam cedet: † Quid enim, si hic fraudis & doli expers sit, aut 2 Uxor necessitate quâdam coacta, aliâve justâ ex causâ, bona sua immobilia distrahere velit, maritumque ad vendendum instiget? Durum equidem esset, omnem distrahendi facultatem Uxori denegare, omneque lucrum marito auferre. Quocirca non semper alienatio bonorum Uxoris immobilium annihilanda erit, † sed jure illa sub- 3 sistit, & in commodum quoque ac lucrum mariti cedit, si præter consensum mariti (qui certè neutiquam in distractione horum bonorum omitti potest, juxta tradita *supr. part. 2.* Const. *15. Defin. 25.*) alius Curator Uxori fuerit adjunctus, † quo 4 adhibito fraus mariti, quæ unquam præsumi potest, purgabitur, Matth. Col. *part. 2. decis. 286. n. 75. ubi* Frider. Penfold. *in addit. n. 209.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 29. num. 91.* † Et supplet hujus auto- 5 ritas defectum, mariti commodum aliàs impedientem, † quod scilicet solus maritus in causa 6 propria, cujus utilitas ad ipsum pertinet *l. 1. §. in propria. 11. ff. quando & intra quæ tempora appell. l. 10. C. de test.* tutor vel Curator esse nequeat, *l. 1. l. 5. ff. de autor. tut. §. ult. inst. eod. tit.* Col. *dict. loc. Vid. supr. p. 2.* Const. *15. Defin. 24.* † Quod verò 7 Frid. Penfold. & Matth. Berl. ultra consensum Curatoris, peculiarem etiam causæ cognitionem & Magistratus decretum requirant, ad hoc ut alienatio bonorum immobilium Uxoris subsistat, & pretium inde redactum post mortem Uxoris lucro mariti cedat, † illud in jure fundatum non est, nec 8 unquam in praxi observatum memini: Etenim, quod ajunt, † Uxores æquiparari minoribus, quo- 9 rum bona sine decreto Magistratus & causæ cognitione alienari non possunt, *l. minorem. 6. & tot. tit. Codic. de præd. & aliis rebus minor. sine decret. non alien. l. magis puto. 5. & tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub tutel.* † Illud non nisi quoad consensum 10

Cura-

Curatoris procedit, ut nempe hoc non minus Uxores ac ipsi minores in alienatione bonorum suorum
11 opus habeant. † Ultra hunc verò consensum æqui-
12 paratio non extendenda est. † Alioquin sequeretur inde, mulieres nunquam sine causæ cognitione & decreto Magistratus bona sua immobilia validè alie-
13 nare, † quod quàm falsum sit, quivis facilè animadvertere potest.

Ita Domini in causa Pauli Schönfelds / & Consortium zu Bottfeld/ Mens. Febr. A. 1624. (Verba sent: Ob nun wol demselben sein erstes Eheweib drey viertheil Landes zubracht/ und dannenhero der beyden Kinder erster Ehe Vormunden solche drey viertheil Landes als ihr mütterliches zugebracht Gut zum Voraus fordern thun Do aber demnoch berührte drey Viertheil Landes von ihrer Mündlein Vater mit seines Weibes / der Kinder erster Ehe Mutter / Verwilligung und derselbigen hierzu sonderlich bestätigten Curatoris autorität/und also zu Recht beständiger weise vor und um 515 fl. 15. gr. verkaufft und veräussert worden/ꝛc. So wären berührte 515 fl 15. gr. nach tödtlichem Abgang der Kinder erster Ehe Mutter auf dero Ehemañ/ ietzogedachter Kinder Vater vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte als beweglich Gut bracht und verfället worden / und die Kinder erster Ehe hätten sich daran eines mehrern/ als des dritten Theils an statt ihrer gebührendē legitimen, da sie derselbigen halber/nicht allbereit abgefunden/ beständiger weise nicht anzumassen/V. R. W.)

Et in causa Balthasari Schumanns zu Deuben/Mens. Jun. Anno 1626.

Definit. XXXII.

Prædium sub pacto de revendendo emptum ab uxore, defunctâ eâ ante retrovenditionem, ipsius heredibus, non marito cedit.

1 EXpediti juris est, quod per venditionem cum pacto de revendendo, verè contractus emptionis-venditionis celebretur, & dominium in emptorem
2 transferatur, *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* † Non enim conditio efficit, quin venditio perfecta dicatur, ut ait Gloss. *in l. 1. C. de per. & commod. rei vendit.*
3 † nec pactum de retrovendendo translationem dominii impedire potest, cum nec pactum commissorium hoc impediat, licet potestate suâ contractum dissolvat, *l. ult. ff. de Leg. commiss. l. 4. C. de pact. int. empt. & vendit.* Jacob. Menoch. *lib. 1. cons. 26. n. 3. & seq.* Mynsi. *C. 6. obs. 70. Vid. Supr. p. 2.* Const. 1. *Defin. 18.*
4 † Ideoque si Uxor sub pacto de revendendo prædium quoddam emerit, procul dubio hujus dominium nac-
5 ta est. † Cui omninò consequens, quod defunctâ Uxore antequam prædium redimatur, illud non marito, sed heredibus ejus cedat, ex dispositione juris
6 Saxonici, † quod mobilia sola defunctæ uxoris marito, immobilia verò ejus heredibus defert, Landr. *lib. 1. artic. 31. & lib. 3. art. 76. Supr.* Defin. 22. Matth. Berlich. *part. 3. concl. 30. n. 28.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 37. n. 24.*

Ita Domini in causa Hansen Simons zu Leipzig / Mense Jan. A. 1617. (Verba sent: Hat euer Eheweib von ihres vorigen Mannes Kindern Vormunden ein Hauß vor und um 750 fl. wiederkäufflichen an sich gebracht/ und es ist gedachtes euer Eheweib unlängsten Todes verfahren/ und hat ihren Ehemann an einem/und ihre Kinder am andern Theil/zusammt deme auff einen Wiederkauff an sich gebrachten Hause/nach sich verlassen/ꝛc. So hat sie solches Hauß/als ein unbeweglich Gut/auff ihre Kinder gebracht und verfället/ und ihr als der Ehemann habet daran keine Foderung/ V. R. W.)

In causa Georgii Christophori à Kitzschers zu Thierbach/ Mense Majo, Anno 1627.

It. in causa David Gauls zu Zörbig / Mens. Nov. Anno 1660.

It. in causa Paul Kuhlens Kinder contra Andreas Uscherin zu Meissen/ Mens. April. Anno 1636.

Definit. XXXIII.

Nec pretium, post mortem uxoris redemptionis casu eveniente, marito restituendum est.

ILlud tamen omni dubio haud caret, *an non pre-* 1
tium, si post mortem Uxoris prædium sub pacto de revendendo emptum redimatur, marito superstiti cedat? † Quod affirmant Cyn. *in l. ea demum 6. C. de* 2
Collat. bonor. num. 2. ubi & Dec. *n. 2.* Vincent. de Franch. *decis. 64. num. 15. &* in simili Hartm. Pistor. *part. 3. q. 24.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 37.* † Existi- 3
mant nimirum, Revenditionem esse retrotrahendam ad tempus contractus celebrati, † ut perin- 4
de habeatur ac si facta nunquam fuisset, per text. *in l. 2. §. id quoque 3. ff. de collat. l. si filius familias. 78. ff. de V. O. l. quæ legata. 18. & l. seq. ff. de Reg. jur. l. 50. §. 1. ff. de legat. 2.* & pluribus id demonstrat Hartman. Pistor. *dict. loc.* † Sed ut concesserim hoc in solis ac 5
meris contractibus, aliisque certis negotiis, quæ inter contrahentes vertuntur, † in casu certè præsenti, 6
ubi de successione àgitur, ejusmodi retrotractio neutiquam locum habebit, per text. *in l. 18. ff. de Reg. jur. l. 4. & l. seq. C. de condit. inf. tam. legat. quàm fideicom.* † Nam circa successionem ratio habetur 7
bonorum, qualia & quanta revera sint tempore mortis defuncti, omni fictione exclusâ *arg. l. cum quæritur. 6. C. de inoff. testam.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 57. num. 14.* † Nec retrotractio in alterius præ- 8
judicium fieri, nec jus alicui semel quæsitum auferre potest, Dd. *in l. bonorum. pen. & in l. si in debitum. 16. §. 1. ff. rat. rem. habere.* Gloss. *in cap. ratihabitionem. 10. de Reg. jur. in 6to.* Jason *in l. filio quem pater. 23. num. 21. ff. de lib. & posth.* Afflict. *dec. 286.* † Quod certè fieret, si marito superstiti pretium re- 9
stituendum esset, factâ redemptione prædii, quod post mortem Uxoris ad heredes ejus jure successionis pervenerat, † qui hujus dominium semel nacti, 10
procul dubio etiam factâ revenditione, pretium lucrantur, ut rectè sentit post Petr. Gilken. *ad l. 6. C. de collat. bonor.* aliosque quos allegat, Matth. Berlich. *part. 3. concl. 30. n. 13. & seqq.* † ubi hanc sen- 11
tentiam pluribus argumentis probat & ad contraria respondet. † Rectissimè tamen quoque eam limi- 12
tat in casu, quo vivente adhùc Uxore Redemptio prædii mota fuit, quam tamen Uxor retardavit, aut si venditio cum pacto retrovenditionis in fraudem usurariam facta fuisset, Berlich. *dict. concl. 30. n. 40. & 41.*

Ita Domini in causa Hansen Puschens zu Kreidenitz/Mens. Octob. Anno 1627. (Verba sent: Hat vorgedachtes euer Eheweib zugleich auch ihres vorigen Mannes Gut/ so sie von den Kindern auff sechs Jahr lang wiederkäufflichen angenommen/nach sich verlassen/ꝛc. So hat sie benientes Gut als ein bonum immobile auf ihre Kinder allein bracht und verfället/und ihr habt euch auch des Kauffgeldes/wann solche Güter künfftig wiederumb eingelöset werden/ nicht anzumaßen / sondern es verbleibet dasselbe den Kindern billich/ V. R. W.)

Definit. XXXIV.

Verbum heredis conventioni appositum non comprehendit maritum, qui uxoris defunctæ est heres mobiliaris.

CUm de hereditate mulieris in pactis dotali- 1
bus conventum, ac heredibus certa portio assignata esset, multum disceptatum fuit, annon

etiam marito conventio ista proficua existeret, † vel saltem propterea, quod in foro Saxonico maritus dicatur heres mobiliaris conjugis defunctæ, ut tradunt Peck. *de testam. conjug. lib. 1. c. 45. num. 13.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 44.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 39. num. 31.* † eumque post obitum Uxoris omnia ipsius mobilia lucrari, expeditum est, Landr. *lib. 1. art. 31. ubi* Gloss. Christoph. Zobel. *part. 1. diff. 18. & part. 2. diff. 39.* † At, cum marito bona mobilia non jure hereditario, sed ex peculiari juris Saxonici dispositione deferantur, utique eum † heredis vices non sustinere, neque lucrum istud de hereditate Uxoris esse, concludunt vulgò interpp. Virg. Pingiz. *quæst. 46. num. 24.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 21. num. 8.* ubi plures allegat, † non magis ac Cognata est heres in bonis utensilibus sive gerada, quæ nunquam jure hereditario, sed ex peculiari statuto defertur, Andr. Goldb. *de Gerad. c. 5. tit. de tert. ord. succ. num. 5.* † Ergo impropriè saltem maritus appellitatur heres mobiliaris, ut rectè animadvertunt Dan. Moll. & Andr. Rauchb. † ac per consequens vocula heredis conventioni apposita non comprehendit maritum, quia contrahentes à propria verborum significatione non videntur recessisse, *l. non aliter 69. in pr. ff. de legat. 3.* Jacob. Thoming. *decis. 44. num. 9.* † Et certè in casu propositio interpretatio verborum eò magis contra stipulantem maritum facienda videbatur, quod legem conventionis apertius non dixerat, † cum tamen id ipsum bene facere potuisset, *l. quicquid astringendæ. 99. ff. de V. O.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 39. n. 14.*

Ita Dominus in causa Wolff Christophens von Leipzig zu Zwetha/Mens. Sept. A. 1635. (Verba sent: Dieweil aber dennoch der Ehemann/eigentlichen zu reden/des Weibes Erbe nicht ist/sondern allein vigore statuti Saxonici pro herede mobiliari geachtet wird/ in Vorträgen und Vergleichungen aber die Wort ihrem eigenen Verstande nach zu interpretiren; der Ehemañ auch niemand/als ihme selbsten/ daß er in der Vergleichung nicht klärere Versehung thun lassen/zuzumessen/ꝛc. So gebühren auch obgedachte 6000. Rthl. der verstorbenen Frauen Kindern billich/und der Ehemañ ist sich derselben anzumaßē nicht befugt/ V. R. W.)

Constitutio XXIV.
PARTIS TERTIÆ.

Ob das jährliche Einkommen wiederkäufflich Geld und Zinsen vor beweglich oder unbeweglich Gut zu achten/ und was davon dem Manne/nach Absterben des Weibes/ zu Sachsenrecht gebühre?

Annui reditus in pecunia vel aliis rebus constituti pro mobilibusne, an pro immobilibus sint habendi, & quid ex iis post mortem mulieris jure Saxonico ad maritum perveniat?

UNsere Verordnete seynd dessen einig/wann Geld auff einem rechten beständigen Wiederkauff/ also daß die Hauptsumma unabforderlich ist/ auff liegende Gründe ausgethan/ oder da jährliche Zinsen wiederkäufflich aus unbeweglichen Gütern gekaufft werden/ daß solches Geld/ nemlichen sors ipsa und die Hauptsumma vor sich selbst/ soll vor unbeweglich Gut gehalten werden. Da nun ein Weib stürbe/ die solche wiederkäuffliche Hauptsumma nach sich liesse/ so könte die zu Sachsenrecht auff den Ehemann nicht verfallen.

Wann aber ein Wiederkauff/ darinne die Hauptsumma unabforderlich/ nicht auff gewisse liegende Gründe geschehen/ und die jährlichen Renten aus unbeweglichen Gütern nicht erkaufft/ also/ daß es allein eine personalis præstatio, und der Wiederkauff auff eine persönliche obligation gerichtet ist/ In diesem Fall sind unsere Schöppenstüle nicht einig gewesen. Dann etliche gehalten/ daß dißfalls die Hauptsumma/ und also sors ipsa, vor beweglich Gut zu achten/ und derowegen von dem Weibe auff den Mann zu Sachsenrecht könne verfället werden.

Etliche andere haben auch dißfalls indistinctè der Meynung gefolget/ daß obwohl der Wiederkauff auff liegende Gründe nicht gerichtet/ sondern allein personalis obliga-

IN id convenerunt Deputati nostri, si annui reditus redimibiles, è bonis immobilibus quotannis solvendi, certâ pecuniæ summâ ita emantur, ut sors ipsa in totum alienata repeti a venditore non possit, eam sortem pro re immobili habendam, ideoque muliere decedente, quæ ejusmodi sortem post se relinquat, eam jure Saxonico marito non adjudicandam existimaverint.

De iis autem reditibus, qui non in bonis immobilibus constituti sunt, sed ad quos solvendos vel præstandos personaliter tantum obligatus est venditor, non eadem fuit Scabinatuum nostrorum sententia.

Quidam enim hoc in casu sortem, tanquam rem mobilem, defunctâ muliere ad maritum jure Saxonico pertinere voluerunt. Alii contra, etiam reditu in bonis immobilibus non constituto, sed personaliter tantùm venditore obligato, sortem marito non deberi putarunt, idque propterea, quod, etsi personalis tantum esset obligatio, sors ipsa tamen repeti non posset, & sic mutui contractus non esset, sed vera & propria reditus redimibilis emptio, ejusque jure censenda.

Hâc igitur ambiguitate sublatâ, judiciis nostris Curialibus seu Provincialibus,

tio iſt/ dennoch aber/ weil das Geld unabforderlich/ und alſo kein mutuum, oder ſchlecht ausgethan Geld ſeyn kan / ſo bleibe es ein Wiederkauff / und habe deſſelbigen Art und Eigenſchafft/ derowegen ſo könte auch ſolche Hauptſumma/ nach Sachſenrecht auff den Mann von der Frauen nicht gebracht werden.

Damit nun ſolches auch in unſern Landen ſeine Gewißheit erlange / ſo haben wir unſern Hofgerichten/ Juriſten-Facultäten und Schöppenſtulen aufferlegen laſſen/ daß ſie die Hauptſumma der wiederkäufflichen Zinſe / in beyden obgeſatzten Fällen/ vor unbewegliche Güter erkennen ſollen/ darüber aber ſeynd auch unſere Verordnete in beyden Fällen deſſen einig worden/ was zur Zeit der Frauen Abſterben betaget und fällig geweſen/ daß ſolches dem Manne bleiben/ die unbetagten Zinſen und Renten aber den Erben folgen ſollen/ welches wir uns auch alſo gefallen laſſen.

bus, quemadmodum & Collegiis facultatum Juridicarum & Scabinatuum mandavimus, ut poſteriorem hanc, quam diximus, opinionem in judicando & reſpondendo ſequentes, ſortem utroque caſu inter immobilia referant.

Cæterùm, de reditibus ipſis ita inter deputatos noſtros convenit, ut qui vivente Uxore peti potuerunt, ſuperſtiti marito, reliquos heredibus mulieris adjudicandos cenſuerint, quæ ſententia nobis probatur.

DEFINITIONES.

1. *Annui reditus ſive ex bonis immobilibus, ſive ſola perſonali obligatione Uxori debeantur, defunctâ ea, non marito, ſed heredibus cedunt.*
2. *Quod & verum, ſi annui Reditus uno anno in frumento, altero verò in pecunia numerata ſolvantur.*
3. *Reditus quoq; annui, ſub pacto retrovenditionis empti, inſtar bonorum immobilium Uxoris defunctæ heredibus cedunt.*
4. *Sub pacto tamen repetendi ſortem, empti reditus annui inſtar mobilium marito deferuntur.*
5. *Annui reditus, quorum dies ceſſit, pro mobilibus habentur, & ad maritum ſuperſtitem pertinent.*
6. *Defunctâ Uxore ante ſolutionis diem, annui reditus poſteà exigibiles inter heredes & maritum pro ratâ temporis ſunt dividendi.*
7. *Torcular ſeu preſſorium inter res mobiles refertur, & defunctâ uxore marito cedit.*
8. *Molendina, quæ aquis ſupernatant, pro mobilibus habentur, & ad maritum ſuperſtitem pertinent.*
9. *Merces in tabernis mobilium loco habentur, easque maritus ſuperſtes lucratur.*
10. *Lecti & linteamina, in diverſorio etiam publico exiſtentia, mobilia ſunt, & marito cedunt.*
11. *Defunctâ Uxore, maritus fructus etiam induſtriales lucratur, agris raſtro ſubactis.*
12. *Emptio annuorum Redituum nec illicita eſt, nec uſuraria.*
13. *Non tamen annuos reditus redimibiles aliter emere licet, quàm ſi quinq; pro centum conſtituantur.*
14. *Licet emtor annui cenſus pro centum plus, quàm quinq; annua emerit, contractus tamen in totum non vitiatur, ſed in ſumma legitima ſubſiſtit.*
15. *Reditus annui ultra quincunces ſoluti, non ſorti imputantur, ſed de futuris penſionibus detrahuntur.*
16. *Emtor annuorum reddituum redimibilium non habet facultatem repetendæ ſortis, ſed arbitrium redimendi cenſus annuos ſoli venditori competit.*
17. *Nec valet pactum, quo emtor annuorum reddituum ſortis repetitionem ſibi reſervavit, licet contrahentes Conſtitutioni Imperii expreſsè renúnciaverint.*
18. *Ex Conventione tamen poteſt competere emptori facultas repetendi ſortem, in caſu, quo Venditor moram contrahit in præſtando reditu.*
19. *Licet quoque emptori annuorum reddituum recuperare ſortem, ſi contrahentes ab emtione receſſerint, eam in mutuum convertentes.*
20. *Ad reſolvendam emptionem annuorum reddituum nullâ retrovendititione opus eſt, ſed ſufficit ſola pecuniæ reſtitutio.*

DEFINIT. I.

Annui reditus ſive ex bonis immobilibus, ſive ſola perſonali obligatione Uxori debeantur, defunctâ ea, non marito, ſed heredibus cedunt.

1 SIcuti in genere nomina, actiones & jura, ita & re-
ditus annui propriè nec mobilibus nec immobi-
2 libus accenſentur bonis, † ſed tertiam & peculiarem bonorum ſpeciem conſtituunt, Panormit. *in c. nulli. 5. n. 10. v. ſed tu diſtingue. extr. de reb. Eccl. non alien.* Joh. Köpp. *dec. 24. n. 7.* Jac. Schult. *in addit. ad* Mod. Piſt. *part. 3. q. 124. n. 42.* † Nihilominus quandoque
3 neceſſitas urget, propter quam alterutris, ſive mobilibus, ſive immobilibus ſint aggregandi, veluti ſi de ſucceſſione Uxoris defunctæ agatur, cujus mobilia ſuperſtiti marito, immobilia verò bona heredibus
4 & conſanguineis deferuntur: † Quo caſu reditus hoſce annuos inter immobilia referri & ad heredes conſanguineos pertinere, marito ſuperſtite excluſo,
5 communis eſt Dd. ſententia, & in foro Saxonico † approbata, Landr. *lib. 3. art. 76. b.* Conſt. 24. Johann. Schneidewin. *ad tit. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. n. 23.* Jacob. Schult. *dict. loc. n. 74.* Joach. Beuſt. *in tr. connub. p. 2. c. 68.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 3. n. 248. & part. 1. deciſ. 59. n. 14. & ſeqq.* Joh. Köpp. *dict. loc. n. 10.* † Non ſolùm, quod plerumque ex bonis immo- 6
bilibus exſolvantur, ſed potiſſimum † quia in fructu 7
ſingulis annis redeunte conſtant; omnes ſiquidem res, ex quibus fructus percipiuntur, inter immobilia computantur, Vincent. Caroc. *de excuſſ. bonor. part. 2. q. 44. n. 2.* Andr. Tiraq. *de retract. §. 1. gloſſ. 6. n. 5.* † Vel quod perpetui ſint, aut longo tempore du- 8
raturi; † quia res immobiles à mobilibus diuturnitate durationis maximè diſtinguuntur, *l. lex, quæ* 9
tutores, 22. C. de admin. & peric. tutor. Jac. Schult. *dict. loc. num. 58.* † Quæ cauſa quum æquè conve- 10
niant reditibus annuis, non ex bonis immobilibus, ſed ſolummodò ex obligatione quâdam perſonali debitis, † utique & hoſce immobilibus 11
accen-

accenseri, & ad consanguineos heredes Uxoris defunctæ pertinere, omninò concludendum est, Jacob. Schult. *ad dict. q. 124.* Modest. Pist. *p. 3. n. 62.* Ernest. Cothm. *vol. 1. conf. 31. n. 122.* Henr. Rosenth. *de feud. c. 4. concl. 5. n. 2.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 34. num. 16.*

12 † Quod & satis innuit generalitas textus *in Clement. exivi. 1. v. Cumq; annui Reditus tit. de V. S.* † & expressa sanctione Electorali fuit approbatum, *h.* Constit. *24. §. ult.* Damit nun solches in unsern Landen. *ubi* Moll. *n. 1.* Jacob. Schult. *dict. loc. n. 81.*

Ita Domini in causa Melchior Schöbers zu Gaudegast/ Mens. Nov. Anno 1624. (Verba sent: Ist euer Eheweib Todes verfahren/ und hat unter andern auch etliche mahleliche Zinsen/ so jährlichen zu fodern/ nach sich verlassen. Wann nun gleich solche Zinsen nicht aus gewissen unbeweglichen Gütern herrühren/ sondern in gemein als eine Schuld abgestattet werden müssen/ &c. So werden doch dieselbe vor unbeweglich Gut gehalten/ und hat demnach solche Zinsen euer Eheweib auff ihre nächeste Erben bracht und verfället/ &c.]

Definit. II.

Quod & verum, si annui Reditus uno anno in frumento, altero verò in pecunia numerata solvantur.

1 SIve ergo ex bonis immobilibus, sive ex sola personali obligatione Reditus annui debeantur, indifferenter bonis immobilibus accensentur, & defuncta uxore heredibus ejus consanguineis deferuntur, excluso marito superstite, *h.* Constit. *24. Definit. præced.* 2 † Quod & verum in modicis & parvis annuis reditibus, Matth. Berlich. *part. 3. concl. 34. num. 22.* Nec refert, sive à fisco, sive à privato debeantur, 3 † propter generalitatem textus, *in h.* Const. *24.* Andr. Tiraq. *de retr. §. 1. Gloss. 6. n. 14.* Vnde porrò inferendum, 4 † reditus annuos tanquam immobiles ad heredes uxoris pertinere, non obstante difformitate præstationis, quod nempe in uno anno plus, in altero 5 verò anno minus solvatur, † quia plus & minus non 6 differunt in specie, Berl. *p. 3. concl. 34. n. 24.* † Quin nec interest, an annuorum redituum præstatio sit circa rem eandem, an verò circa res diversas, puta, quod uno anno pecunia, alterô verò frumentum præstetur, Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. q. 124. n. 75.* Berlich. *dict. loc. n. 23.* Matth. Col. *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 148.* Joh. Köpp. *decis. 24. n. 8.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Wañ nun gleich auch solche Zinsen nicht allewege am Gelde/ sondern Wechselsweise ein Jahr um das ander/ an Geld und Getrayde abgestattet werden müssen/ &c. So werden doch dieselbe vor unbeweglich Gut gehalten/ und hat demnach solche Zinsen euer Eheweib auff ihre nächeste Erben bracht und verfället/ &c.)

Definit. III.

Reditus quoq; annui, sub pacto retrovenditionis empti, instar bonorum immobilium Uxoris defunctæ heredibus cedunt.

1 NOn magis ad successionem redituum annuorum maritus superstes admittendus est, quod sub pacto retrovendendi ab Uxore defuncta compa-
2 rati fuerint, † cum & hi bonis immobilibus accensentur, Andr. Tiraq. *de retract. §. 1. gloss. 6. n. 8.* Joach. Mynsing. *cent. 1. obs. 69. n. 2.* Jac. Schult. *in addit. ad*
3 Modest. Pist. *part. 3. q. 124. n. 67.* † Etsi enim Reditus hujusmodi redimibiles sint, incertum tamen est, an futurum sit, ut redimantur, nec ne? Atqui ea, quæ dubia & incerta sunt, utrum sint perpetua, an tem-
4 pòraria, † intelliguntur esse perpetua, *l. sufficit. 56.* Jason. *n. 2. ff. de condict. indeb.* Bart. *in l. de pupillo. §. §. si quis ipsi prætori. 7. num. 12. ff. de oper. nov. nunciat.* Felin. *in cap. ex literis. 11. extr. de constit.* Ergo & immobilia. † Efficit namque perpetuitas aut diuturnitas, ut etiamsi reditus personali solummodo obligatione deberentur, tamen perpetuitate aut diuturnitate ad naturam rerum immobilium quàm proximè accedant, † cum res immobiles à mobilibus diuturnitate durationis maximè distinguantur, *l. lex quæ tutores. 22. C. de administr. & peric. tutor.* † Hocque 7 ipsum minus dubii habet in foro Saxonico propter verba clara *h.* Const. *24. in rubr.* Wiederkäufflich Geld und Zinsen. *ac in pr.* Const. *vers.* Wann Geld auff einen rechten beständigen Wiederkauff. *Et postea:* Oder/ da jährliche Zinsen wiederkäuflich. *It. §.* Wann aber ein Wiederkauff. *Et §. ult. vers.* Daß sie die Hauptsumma der wiederkäufflichen Zinsen/ &c. Jacob. Schult. *dict. loc. n. 78.* Joh. Schneid. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de success. int. Vir. & Uxor. n. 34.*

Ita Domini in causa heredum Josephi Fürsts zu Breßlaw/ Mens. Nov. Anno 1623. (Verba sent: Hat gedachtes Joseph Fürsts Eheweib unter andern auch etliche wiederkäuffliche Zinsen nach sich verlassen. Ob nun wol selbige in gemein für unbeweglich Gut geachtet werden/ und daherò des verstorbenen Weibes Erben/ nicht aber dem überlebenden Ehemann gehörig/ &c.)

Definit. IV.

Sub pacto tamen repetendi sortem, empti reditus annui instar mobilium marito deferuntur.

NOlo tamen id aliter accipi, quàm si certò re- 1
datur, annuos istos reditus sub pacto retrovendendi emptos, venditorem non facilè aut brevi tempore redempturum: † Alioquin sanè, si brevi post, 2
ubi jam primùm constituti fuere, redimi sperantur, quantumvis in perpetuum aut ad longum tempus sint constituti, † pro mobilibus tamen habentur, & de- 3
functa Uxore marito superstiti cedunt, ut rectè monet Joh. Köpp. *decis. 24. n. 16. & seq.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Mod. Pist. *part. 3. q. 124. n. 70.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 34. n. 33.* † Multo magis autem reditus 4
annui sub pacto retrovenditionis comparati (Die wiederkäuffliche Zinsen) mobilium naturam sapiunt, & ad maritum superstitem pertinent, quando permissum est emptori, ejusque heredibus sortem erogatæ pecuniæ repetere: † Receptissimum nam- 5
que est hisce in terris, pensiones ejusmodi annuas pro certa pecuniæ summa hoc pacto emi, ut singulis annis integrum sit emptori, sortem illam erogatæ pecuniæ recuperare: † Quod pactum, quia contra natu- 6
ram est annuorum redituum sub pacto retrovendendi emptorum, nec jure subsistit, *infra* Defin. 16. & 17. † utique pecuniam hoc casu potius sub usuris mutuo 7
datam & creditam censeri, quàm pro immobili haberi, ac post obitum Uxoris marito deferri, certo certius est, *Supr.* Const. Elect. *23. ubi Defin. 8.* Matth. Col. *part. 1. decis. 59. n. 17.* Jac. Schult. *dict. loc. n. 84.* Reinh. Ros. *ad* Moll. *hic. n. 4.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Dieweil aber denn noch oberwehnte annui reditus sub pacto recuperandæ pecuniæ ausdrücklichen erhandelt und erkaufft worden/ dergleichen wiederkäufliche Zinsen in Rechten für beweglich Gut zu halten/ &c. Als hat auch obberührtes Josephs Fürsts Eheweib angeregte wiederkäuffliche Zinsen auff ihren Ehemann allein bracht und verfället/ und es hat sich ihr Sohn derer nicht anzumassen/ V. R. W.)

Definit. V.

Annui Reditus, quorum dies cessit, pro mobilibus habentur & ad maritum superstitem pertinent.

1 QUod dicitur, annuos reditus ad instar bonorum immobilium ad heredes defunctæ Uxoris pertinere, marito superstite excluso, *Supr.* Defin. 1. id de iis saltem pensionibus accipi velim, in quibus dies
2 solutionis nondum cessit: † Hæ siquidem pro fructibus pendentibus, atque ita pro bonis immobilibus habentur: † At quando dies solutionis cessit,
3 tùm reditus, quia exigibiles sunt, non amplius de corpore ejus rei, ex qua debentur, sed pro separatis à solo habentur, atque ita in numero mobilium recensentur, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 10. n. 3.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 3. n. 246.* Vincent. Caroc. *in tract. de excuss. bonor. part. 2. q. 44. n. 27.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 3. q. 124. n. 72.* Joh. Köpp. *decis. 24. n. 20.* Quibus consequens est,
4 † defunctâ uxore, reditus hosce exigibiles cedere marito, exclusis heredibus uxoris consanguineis,
5 Landr. *l. 1. art. 31. l. 3. art. 76.* † Quod & verbis diserte sancitum ab Elector. Saxon. Illustriss. *h.* Const. *24. §. ult. vers.* Wann zur Zeit der Frauen Absterben betagt und fällig gewesen/ daß solches dem Manne bleiben/ die unbetagte Zinsen und Renten aber den Erben folgen sollen/ &c. Matth. Berl. *part. 3. concl. 34. n. 36.*

Ita Domini in causa Melchior Schobers zu Gaudegast/ Mens. Novemb. Anno 1624. (Verba sentent: Die jenige Zinsen aber/ so zur Zeit euers Weibes Absterben betagt und fällig gewesen/ verbleiben euch als dem überlebenden Ehemann billich/ V. R. W.)

Definit. VI.

Defunctâ Uxore ante solutionis diem, annui reditus postea exigibiles inter heredes & maritum pro ratâ temporis sunt dividendi.

1 QUid autem, *si defunctâ Uxore ante solutionis diem, reditus annui pro parte saltem cesserint?* Existimo omninò, hosce pro ratâ temporis inter maritum superstitem & Uxoris heredes esse dividendos,
2 † ita ut, quatenus dies solutionis cessit, ad instar mobilium marito cedant, quatenus autem dies non cessit, pro immobilibus habeantur & heredibus assignentur, † per text. *in* Const. Elect. *16. h. p. 3. ubi Defin. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. n. 73.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 3. c. 3. n. 246.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 10. num. 3.*
4 Matth. Berlich. *part. 3. concl. 34. n. 37.* † Planè, si ad breve vel modicum tempus, puta novem, octo, septem vel pauciores annos reditus annui debeantur, etiamsi dies nondum venerit, eos tamen indistinctè inter mobilia computari, ac proinde lucro mariti cedere, tradunt Dd. communiter, quos allegat & sequitur Berlich. *dict. loc. n. 39.* Schult. *d. l. q. 124. n. 51.* Andr. Gail. *dict. observ. 10. n. 1.* Joh. Köpp. *decis. 24. n. 9.* Vinc. Caroc. *in tract. de excuss. bonor. part. 2. q. 44. n. 24.*
5 † Quin & annuos reditus in perpetuum vel longum tempus constitutos ad instar mobilium marito deberi, si ex re modico tempore duratura solvantur, docet post Jac. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 3. cas. 233.* Schult. *dict. quæst. 124. n. 52.*

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sent: Die jenige Zinsen aber/ so viel derselben zur Zeit euers Weibes Absterben/ von dem Zahl-Termin fällig gewesen/ verbleiben euch als dem überlebenden Ehemann pro rata temporis billich/ V. R. W.)

Definit. VII.

Torcular seu pressorium inter res mobiles refertur, & defunctâ Uxore marito cedit.

EXpediti juris est, quod defuncta Uxore, mobilia 1
superstiti marito deferantur, Landr. *lib. 1. art. 31. l. 3. art. 76.* Const. *præced.* Defin. *11.* † At quænam in- 2
ter mobilia propriè referantur non semper indubitatum fuit, ut videre est ex traditis Matth. Col. *part. 2. decis. 286. n. 31. & seqq.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 30. n. 1. & seqq.* † ubi multis tractant & explicant, quæ 3
mobilium appellatione contineantur. In genere sanè pro certo tenendum est, † mobilium nomine 4
venire omnia, quæ sui natura de loco ad locum moveri possunt, Francisc. Mantic. *de conject. ult. volunt. l. 9. tit. 3. n. 1.* Dom. Card. Tusch. *tom. 1. pract. concl. lit. B. concl. 103. n. 1. & seqq.* † veluti pecunia numera- 5
ta, vel pretium ex rebus immobilibus, etiam gerada redactum, Modest. Pist. *part. 1. quæst. 21. n. 1. & seq.* *ubi* Jacob. Schult. *in addit. n. 11. & seq.* Moll. *l. 2. semestr. 6. n. 1. & seqq.* † Navis, *l. vim facit. 20. §. quod* 6
in navi sit. 4. ff. quod vi aut clam. † Pisces, Matth. 7
Berl. *dict. concl. 30. n. 16.* † Boves aratorii, Equi & A- 8
sini, non obstante, quod fundi instruendi causa fuerint comparati, *l. fundo sicut instructus. 2. C. de I. S.* aliaque de quibus *vid.* Col. & Berl. *dict. loc.* Inter quæ pariter referendum † torcular seu pressorium, quo, 9
mediante, Mustum extorquetur ab uvis, ut & reliqua alia, solo haud affixa, quatenus tamen illa mobilia sint portabilia, ita, ut facilè ab uno loco in alium moveri possint, eorumque avulsio non inducat aliquam deformitatem ædificii, prout sit in iis, quæ sunt affixa solo, Jason *in l. cætera. 41. §. ult. n. 1. ff. de leg. 1.* Matth. Col. *dict. dec. 286. n. 32.*

Ita Domini in causa Hansen von Mergenthals/ Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sent: Ist euer Eheweib inmängsten Todes verfahren/ und hat ihr Gut/ so sie euch nebens anderer Baarschafft zugebracht/ nach sich verlassen/ &c. So hat sie die Baarschafft und Fahrnüß auff euch den überlebenden Ehemann/ das Gut aber auff ihre näheste Erben gebracht und verfället/ iedoch verbleibet euch auff solchem Gute die Weinpresse auffm Weinberge, nebens anderm Mobilien billich/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Molendina, quæ aquis supernatant, pro mobilibus habentur, & ad maritum superstitem pertinent.

REgulariter molendina, quia in terra vel Ripis 1
fluminum ædificata sunt, illisque adhærent, sunt immobilia, Andr. Tiraq. *de retract. §. 1. gloss. 7. n. 92.* † ubi de rotis etiam molæ, aliisque molen- 2
dinorum instrumentis, propter contignationem & destinationem idem asserendum putat. Sed alia est ratio † molendinorum aquis supernatantium 3
(Der Schiffmühlen;) Quippe quæ de loco in locum moveri possunt; † Ideoque meritò inter 4
mobilia referuntur, & lucro mariti cedunt, Tiraq. *dict. gloss. 7. n. 9.* Franc. Ripa *in l. quo minus 2. ff. de flumin. n. 126.* Joach. à Beust. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 957.* Math. Berl. *part. 3. concl. 30. n. 12.* Frid. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 285. numer. 287.* Sicuti & † illa molendina, 5
quæ à ventis agitantur (Windmühlen) mobilibus accensentur, *l. Titius horreum. 60. ff. de acquir. rer. domin.*

domin. Beust. *dict. loc. n. 657.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *de dotalit. artic. 25. n. 28.* Penfold. *dict. loc.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: So hat sie die Baarschafft und Fahrnüß auf euch den überlebenden Ehemann/ das Gut aber auff ihre nächste Erben gebracht und verfället / iedoch verbleibet euch auff solchem Gute die Weinpresse aufm Weinberge/ so wol die Schiffmühle aufm Wasser nebens andern Mobilien billich/ V. R. W.)

Definit. IX.

Merces in tabernis mobilium loco habentur, easque maritus superstes lucratur.

1 MUltum quondam fuit disputatum inter Lipsenses & Wittebergenses, utrum merces in tabernis instar mobilium essent, ac conjuge defuncta márito cederent? Nam † mercis vocabulum ad omnes
2 negociationes, adeoque ad res immobiles pertinere, dicitur in *l. 1. §. 1. & l. 5. §. mercis. 4. ff. de trib. action.*
3 † Mercesque & alia ad vendendum deputata, non venire appellatione mobilium, ait per *not. in l. 1. C. de V. S. l. generali 32. §. uxori 2. ff. de Usufr. legat.* Matth.
4 Coler. *de proc. execl. part. 2. cap. 3. n. 6.* † Sed in taberna extantes, in quarum locum aliæ subinde succedunt, naturam rerum soli accipere autumat *ex l. cum tabernam 3. l. grege. 134. ff. de pignor. l. peculium.*
5 *65. ff. de legat. 2.* † Ex adverso autem, quod merces & negociationes quid mobile sint, nec sub immobilium nomine veniant, est textus expressus *in l. mercis appellat. 66. ff. de V. S. ubi* Gœdd. *n. 4.* † Sed de-
6 cisa est hodie disputatio per Rescriptum peculiare Illustrissimi Saxon. Electoralis, M. Jan. Anno 1617. Scabinis insinuatum, quo sententia posterior diserte fuit approbata, ut scilicet merces mobilium ap-
7 pellatione contineantur. † Quam & rationibus ac argumentis tuetur Gœdd. *dict. loc.* Petr. Heig. *part. 2. q. 15.* Modest. Pist. *vol. 1. cons. 31. n. 53.* † Quibus con-
8 sequens est, defuncta Uxore merces ab ipsa relictas ad maritum superstitem omninò pertinere, *arg. art. 31. lib. 1.* Landr. ut rectè infert Heig. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Martini Lerchens zu Radefeld / Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sentent: Hat eure Schwester eine zeitlang eine Handlung mit Leinwand geführet/ und derselben eine ziemliche Nothdurfft eingekaufet/ in willens solche hinwiederum zu verhandeln / sie ist aber nunmehr Todes verfahren/ und hat ihren Ehemann an einem/ und euch ihren Bruder anders Theils nach sich verlassen/ &c. So hat sie bemeldte Leinwand und Wahren/ so sie in ihrer Handlung geführet/ als beweglich Gut auff ihren überlebenden Ehemann bracht und verfället/ und ihr habt daran keine Forderung/ sondern ihr lasset euch an dem Gasthofe und unbeweglichen Gütern billich begnügen/ V. R. W.)

Ita in causa Martin Krausens Erben zu Annaberg/ Mens. Jun. Anno 1599.

Definit. X.

Lecti & linteamina in diversorio etiam publico existentia, mobilia sunt & marito cedunt.

1 POsset equidem quis arbitrari, lectos, pulvinaria & linteamina, etiamsi per se mobilia sint, pro immobilibus tamen esse habenda, ac proinde ex dispositione juris Saxonici ad heredes Uxoris defunctæ pertinere, marito excluso, cum Petr. Heig. *part. 2. q. 15. n. 25.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 30. num. 23.* Frider. Penfold. *in addit. ad* Coler. *p. 2. decis. 286. n.*
2 *289.* vel propterea saltem, † quod eo fine, atque animi destinatione comparata dicantur, ut perpetuo
3 maneant in hospitio. † Ita enim sentiunt Dd. quod res per se mobiles ad locum aliquem certum immobilem destinatæ pro immobilibus habeantur, Matth. Coler. *dict. decis. 286. n. 170. & seq.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 11. n. 4.* † Sed accipiendum hoc de destinatione 4
aliqua reali, quando scilicet res mobiles immobilibus affiguntur & annectuntur, ita ut salva substantia ab immobilibus nequeant divelli, † prout tradit 5
ex Cephal. *l. 1. cons. 92. n. 26. &* Joseph. Ludov. *concl. 48. n. 47.* Andr. Goldb. *de gerad. c. 4. n. 59.* Nec sola animi destinatio ad id sufficere videtur: † Ut ma- 6
ximè ergo lecti ac linteamina ad hospitium sint animo Uxoris destinata († quod nec ipsum præsumendum, sed probandum erit *arg. l. in bello. 12. §. facti. 2. ff. de capt. & postl. revers.*) per id tamen mobilium 7
naturam non mutasse censentur, cum solo haud sint affixa, nec realiter destinata. † Quidni ergo ad in- 8
star reliquorum mobilium cederent marito? Cum nuspiam in jure Saxonico à cæteris rebus mobilibus excepta reperiantur, † ut rectè advertit, & contra 9
Heig. multis rationibus disputat ac probat Andr. Goldb. *d. l.*

Ita Domini in eâdem causa Martini Lerchens zu Radefeld. (Verba sent: So hat sie bemeldte Leinwand und Waaren/ so sie in ihrer Handlung geführet/ wie dann auch die Betten/ unangesehen sie dieselbe zur Gastunge in ihrem Hause und Gasthofe gebrauchet/ als beweglich Gut auff ihren überlebenden Ehemann bracht und verfället/ und ihr habt daran keine Foderung/ sondern lasset euch an dem Gasthofe und unbeweglichen Gütern billich begnügen/ V. R. W.)

Definit. XI.

Defunctâ Uxore, maritus fructus etiam industriales lucratur, agris rastro subactis.

1 FRuctus percepti sive sint naturales sive civiles, quin rebus mobilibus accenseantur & marito cedant, vix dubium esse potest. † At fructus indus2 triales, ex agro Uxoris defunctæ scilicet provenientes, etiam adhuc extantes, maritus lucratur, si Uxor agro jam seminato & rastris subacto, mortua fuerit, † per 3
text. *in art. 76. vers.* Stirbet aber die Frau nach der Saat. *lib. 3.* Landrecht. Constit. Elector. *32. §.* Gleichfalls da ein Weib/ *hac part. 3.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 24. num. 77. & seqq.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 101.* Sed de hisce vide plura *infr.* Const. *32. Defin. 5. & 6.* † Planè quamvis & sylva cædua & 4
lapidicina pro rebus immobilibus reputentur, propterea, quod solo cohæreant, & pars fundi dicantur, † quicquid tamen ibi cæsum & à solo separa- 5
tum est, pro re mobili habetur, & marito defertur, *l. divortio. 7. §. si vir in fundo 13. ff. solut. matr.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 59. num. 21.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 30. n. 19.*

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris Saltzensis Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent: Ist Johann Bohmers Ehe-weib mit Tode abgangen/ und hat ihre Geschwister an einem/ und ihren Ehemann am andern Theile zusammt einer Erbschafft nach sich verlassen/ &c. So hat sie nach Landüblichen, Sächsischen Rechten / ihre unbeweglichen Güter auff ihre Geschwister/ die beweglichen aber/ darunter auch die auff den hinterlassenen/ und vor ihrem Absterben über Sommer und Winter bestallten Aeckern erwachsene und noch stehende Feldfrüchte gehörig/ auff den Ehemann gebracht und verfället/ &c.)

Definit. XII.

Emptio annuorum Reddituum nec illicita est nec usuraria.

USitatissima hodiè est emptio censuum, sive 1
redi-

redituum annuorum, puta, ut pro aureis centenis ex fundo aliquo, vel domo singulis annis solvan-
2 tur census vel pensionis nomine quinque aurei. † Quem contractum propterea quis usurarium & illicitum arbitrari posset, quod ex perceptione redituum quotannis sorti aliquid accedat, quod nihil aliud esse poterit quàm usura, per text. *in c. plerique 14. quæst. 3. c. navigandi. 19. ubi* Dd. *extr. de usur.* † Nec
3 enim pecunia, tanquam res sterilis, fructum produce-
4 re potest, nec locandi aut vendendi, † sed permutandi saltem causâ pecunia fuit adinventa, *l. 1. ff. de contr. empt.* quia non recipit à re ipsâ & rei proprietate separationem, *argum. l. 1. & l. 2. ff. de usufr. ear. rer. quæ us. cons. l. si vini. 7. ff. eod. tit.* Itaque usus ejus invertitur, quando ad quæstum transfertur, ut pluribus argumentatur Guilielm. Bont. *in tract. de*
5 *usur. num. 3. & seq.* † Sed neutiquam concedendum est, ex perceptione redituum quotannis aliquid sorti accedere. Quia in contractu emptionis ven-
6 ditionis nihil accessionis loco venit, † sed quod ultro citroque datur, res est primaria & principalis, pretium enim in pecunia, merx verò in reditibus
7 versatur. † Proinde quod annuatim ex ipso contractu emptionis percipitur, non est fructus pecuniæ, neque accessio aliqua ad sortem, sed ipsa sors, sive merx vendita, jus scilicet redituum, qui annuatim percipiuntur, ut eleganter demonstrat Andr. Gail.
8 *lib. 2. obs. 7.* † Tantum scilicet abest, hunc contractum culpatum vel usurarium dici posse, ut potius, quia pretium ex parte emptoris, merx verò sive reditus annuus ex parte venditoris intervenit, substantialia nempe ipsius contractus emptionis & venditionis, *l. nec emptio 8. C. de contr. empt. §. 1. & §. item pretium. 2. inst. eod. tit.* vera & licita em-
9 ptio annuorum redituum contracta censeatur; † sive reditus constituatur in pecuniâ, sive frumento vel aliis rebus, quod fieri potest; per text. *in l. jubemus. 14. C. de SS. Eccles. l. oleo. 23. C. de usur. ubi*
10 Dd. † quam & ipse Pontifex approbavit *in c. 1. & 2. extr. de empt. & vendit. in extravagant.* Innocent. *in c. in civitate. 6. ubi &* Panormit. *num. 7. & 8. &* Canonist. *commun. extr. de usur.* Bald. *vol. 2. cons. 154. num. 1. & vol. 5. cons. 292.* Didac. Covarr. *l. 3. variar. resolut. cap. 7.* Andr. Gail. *dict. observ. 7.* Andr. Tiraquell. *de retract. §. 1. gloss. 6. num. 15.* Bernh. Græv. *lib. 2. pract. contl. 7. consid. 1.* ubi plu-
11 res allegat. † Nec non Recessus Imper. *in Comit. Augustan. de Anno 1548. sub tit.* Von wucherlichen Contracten. §. Und nachdeme die Wiederkauffs-Gülden/ꝛc. Ordin. Polit. Francof. *de Anno 1577.* §. Und nachdeme die Wiederkauffs-Gülden / ꝛc. Hartm. Pistor. *observ. 65.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst.*
12 *19. num. 6.* † Nec vitium aliquod contractus hujus inde apparet, quod post aliquot annorum curricula, puta post viginti annos reditus excedant pretium, quia ob id contractus non est turpis aut illiberalis, cum emptor non ex re alienâ, sed propriâ fructum
13 percipiat, ut modo demonstravi: † Nam idem accidere potest in emptione prædiorum, ut scilicet post multos annos fructus percepti pretium emptionis excedant, nec tamen emptio prædiorum prohibi-
14 ta est, † quia principium, non eventus considerari debet, Andr. Gail. *dict. observ. 7. num. 8.*

Ita Domini in causa Senatus Saltzensis, Mens. Decembr. Anno 1597. (Verba sentent: Ob nun gleich desselbigen Sohns-Sohn solchen Contract als wucherlich zu streiten und anzufechten gemeynet. Da er aber dennoch nicht darthun und erweisen könte/ daß zur Zeit / als derselbige geschlossen worden/die bemeldten Erbzinsen in so hohem Werth gewesen / daß daraus ein wucherlicher Contract abgenommen und befunden werden können. So wäret ihr / in Ansehung / daß solches ein rechter und zugelassener Wiederkauff ist / ihme darvon Rechnung zu thun/ und was ihr an solchen Zinsen jährlichen eingenommen/ an dem Kauff-Gelde der 80. Goldgülden euch abkürtzen zu lassen nicht schuldig/ꝛc.)

Definit. XIII.

Non tamen annuos reditus redimibiles aliter emere licet, quàm si quinque pro centum constituantur.

SÆpissimè emptioni annuorum redituum additur 1
pactio retrovendendo, si venditori eos redime-
re placuerit, † qui vulgò dicuntur (Wieder- 2
käufflíche Zinsen/) Hartm. Pistor. *observat. 63. n. 1.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 19. num. 6.* † Quo- 3
cunque autem modo emptio-venditio annuorum redituum celebretur, cavendum semper est, ne fraus contractui adhibeatur, & usuraria pravitas accedat, quæ certè ipsum contractum annihilat: † Fit autem hoc ipsum, si modus in constituendo 4
reditu excedatur, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 22. num. 1.* † quia quantitas pretii est ar- 5
gumentum doli, & præsumitur simulatio, si pretium sit exiguum, *l. per diversas. 22. C. mandat. l. cum hi. 8. §. modus. 10. ff. de transact.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 7. num. 14.* † Saluberrimè ergo sancitum est in Im- 6
perio Romano Germanico, ne ultra quincunces, h. e. ultra quinque in singula centena annuatim recipiantur, † sed quod suprà illam formam accipi- 7
tur, sit usurarium, *de Anno 1548.* in Reformat. Politic. August. *sub tit.* Von wucherlichen Contracten. §. Und nach deme die Wiederkauffs-Gülden. *vers.* So sollen mit 100. Gülden Hauptgeldes nicht mehr/dann 5. Gülden jährlicher Gülden / wie gebräuchlichen/gekaufft werden/ꝛc. Hartman. Pist. *obs. 66. num. 1.* Gail. *dict. observ. 7. num. 15.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 19. num. 6.*

Ita Domini in causa Wilhelmi à Birchavv zu Breitungen/ Mens. Decembr. Anno 1600. (Verba sent: So ist oberwähnte Käufferin die erkauffte jährlichen Zinsen / jedoch Inhalts mehrangeregter Reichs-Policey-Ordnung mehr nicht / als 5. auffs hundert gerechnet / zu mahnen und einzufodern berechtiget/ V. R. W.)

Et in causa Christophori Hackens, Mens. Februar. Anno 1601. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch bemeldte des Heiligen Römischen Reichs Constitution ausdrücklichen vermag/daß nicht mehr als 5. fl. Jährlicher Zinse vor ein hundert fl. Kauff-Summa gekaufft werden soll/ꝛc. So seynd auch Verkäuffere mehr nicht als 5. vom hundert zu zahlen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Licet emptor annui census pro centum plus quàm quinque annua emerit, contractus tamen in totum non vitiatur, sed in summâ legitima subsistit.

JUsta itaque pensio dicitur, quando fit emptio 1
redituum ad rationem quincuncium vel viginti pro uno floreno, ità ut pensio spacio vi-

2 ginti annorum fortem æquet, Defin.*præced.* † Nec quicquam ultra exigere licet, quantumvis majores reditus, puta 6. pro cento, fuerint promissi, nec actio ultra quincunces ulla competit, Andr. Gail. *lib. 2. ob-*
3 *serv. 7. num. 15.* † Non tamen propterea totus emptionis Contractus corruit tanquam usurarius, sed illud solummodo, quod justam pensionem excedit,
4 rejicitur, † ac fit reductio ad legitimum usurarum modum, *l. eos, 26. §. 1. vers. si quis autem. C. de usur.* Hartm. Pistor. *observ. 56.* Andr. Gail. *lib. 2. ob-*
serv. 5. num. 10. Cavalcan. *decis. 35. num. 33.* Johan. Vin-
5 cent. Honded. *vol. 2. consil. 17. num. 25.* † Non enim utile per inutile vitiari debet, *l. si sponsus. 5. §. ge-*
6 *neraliter. 2. ff. de donat. int. vir. & uxor.* † Idque ipsum luculenter probatur ex Ordin. Polit. August. *de Anno 1548. sub tit.* Von wucherlichen Contracten. §. Und nachdeme die Wiederkauffs-Gülden/ *vers.* Und was darüber gegeben/ genommen oder gehandelt/ wollen wir/ daß dasselbige für wucherlich und unkräfftig geacht/ gehalten und erken-
7 net werden soll/ &c. † Quæ verba tantum respiciunt id quod ultra quinque persolvitur, taciteque innuunt, quoad quinque ejusmodi contractum subsi-
8 stere, † ut rectè inde colligit Hartm. Pistor. *dict. observ. 64.* ubi verba finalia *dict. §.* (sondern/ wie obgemeldt/ gestrafft werden solle/) quæ aliàs adversari videntur, ad pactionem usurariam restringit.

Ita Domini in causa Creditorum Comitum à Mannsfeld ad requisitionem M. Lucæ Bergers/ Stifft-Syndici zu Merseburg/ Mens. Octobr. Anno 1603.

Definit. XV.

Reditus annui ultra quincunces soluti, non sorti imputantur, sed de futuris pensionibus trahuntur.

1 AN ergo annui reditus ultra quincunces jam so-
luti pretio ab emptore dato sive sorti imputandi
2 *erunt?* † Ita dicendum videbatur per text. *in l. cum & sortis. 35. ff. de pign. action. l. in his. 5. §. 1. ff. de*
3 *solut.* † Sed benè advertit Carol. Molin. *in tract. de usur. quæst. 10. num. 150.* textus illos, aliosque similes esse accipiendos de sorte debitâ & exigi-
4 bili, veluti in mutuo fieri videmus, † ut usuræ immoderatæ sorti imputentur, *l. 26. in pr. ff. de condict. indebit. l. 9. ff. de usur. l. 10. C. eod. tit. supr. part. 2.* Const. Elect. *30.* Defin. *4.* quia scilicet de-
5 bitum exigi potest. † Sed alia est ratio emptorum annuorum redituum, ubi nec sors est, *supr.* Defin. *12.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 7. num. 6.* nec pretium datum, si sors appellitetur, repeti potest, Definit. *seq.*
6 †. Dicemus itaque cum Molin. *dict. loc.* pensiones ultra debitum modum solutas non sorti imputan-
7 das, sed de reditibus futuris detrahendas esse, † Ne propter modicum excessum duplici pœnâ creditor afficiatur, ac duplicem reditus diminutionem sustinere cogatur: *Unam*, propter reductionem reditus currentis; *alteram*, propter diminutionem sor-
8 tis. † Nec potest fieri redemptio pro parte, nec sors per partes reddi, *l. 3. ff. fam. ercisc. l. 9. C. de solut. l. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt. l. 41. §. Lucius. 1. ff. de usur.* Anton. Fab. *in Ration. ad l. 27. §. 5. ff.*
9 *de pact.* † quod fieret, si quod detrahitur, sorti imputaretur; Igitur, ne fiat injuria creditori, satis est, quod imputet in pensiones debitas non solutas, & superfluum restituat, Carol. Molin. *dict. num. 150.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: So bleibet die Haupt-Summa/ so auff bemeldtem Glait unmahnhafftig stehet/ billich vor sich/ und wird das jenige/ so an den 6. ℔. das Thum-Capitel zu viel eingenommen/ unvermindert des Capitals/ an denen von Anno 62. vertagten und noch hinterstelligen Zinsen billich abgezogen/ und hat Heinrichen von Saltza nachgelassener Erben Erben/ daß nemlichen/ was von Jahren zu Jahren an übermäßigen Zinsen zu viel empfangen und eingenommen worden/ auch wiederumb von Jahren zu Jahren auff die Haupt-Summa gerechnet/ und davon abgekürtzet werden solle/ nach Gelegenheit dißfalls nicht statt/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Emtor annuorum reddituum redimibilium non habet facultatem repetendæ sortis, sed arbitrium redimendi census annuos soli venditori competit.

1 EA est natura annuorum reddituum redimibili-
um, ut soli venditori census annuos redimendi facultas competat, nec arbitrio Emptoris sive Creditoris permittatur, repetere sortem, ac venditorem ut redimat cogere, Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 19. num. 15.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 7. num. 14.* Hartman. Pistor. *observat. 63.* Anton. Fab. *in Codic. lib.*
2 *4. tit. 30. defin. 22. num. 2.* † Quod & verbis dissertis expressum in Ordin. Polit. August. *de Anno 1548. tit.* Von wucherlichen Contracten/ §. Und nachdeme die Wiederkauffs-Gülden/ &c. *vers.* Und die Loßkündigung der Güldverschreibung auff Wiederkauff/ wie Wiederkauffs-Recht/ bey dem Verkäuffer/ und nicht bey dem Käuffer stehen/ &c.
3 † Ideoque potissimum differt emptio annuorum redituum à mutuo: Quia pecunia mutuo data salva manet creditori: & repeti potest secundum
4 conventionis legem: † sed celebratâ emptione & venditione reddituum, fors tanquam pretium illicò & irrevocabiliter in venditorem transfertur, *l. l. ff. de rer. permut. l. ex empto. 11. §. 2. in fin. ff. de act.*
5 *empt. l. si servus. 7. l. sicut. 12. C. eod. tit.* † quod venditor nolens ei non restituit, volens restituit, exercendo legem revenditionis contractui adjectam, *l. 3. C. de pact. int. empt.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 19. n. 1.* † Non ergò emptionis-venditionis, sed mutui
6 contractus esset celebratus, si potestatem repetendi sortem emptori dederimus, † quod nec absque
7 suspicione usurariæ pravitatis fieri ac jure subsistere posset, Didac. Covarr. *lib. 3. var. resolut. cap. 8. n. 7. & cap. 9. num. 4.*

Ita Domini in causa Pauli Franckensteins zu Leipzig/ Mens. Septembr. Anno 1620. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall ein solcher Contract/ da 5. fl. Jährlicher Zinse vor 100. fl. erkaufft/ in welchen die Auffkündigung nicht eurem Vater/ als Käuffern/ und seinen Erben/ sondern allein der Verkäufferin und ihren Nachkommen eigentlichen gebühret und vorbehalten/ geschlossen worden/ &c. So hat auch die von euch gesuchte Auffkündigung dißfalls nicht statt/ V.R.W.)

Et in causa Domini Baronis à Felß/ & Baronis à Störzingen ad requisitionem Ezechiel Lostens Hoff/ Advocati zu Wien/ Mens. Decembri Anno 1592. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch aus vorgedachtem Schreiben/ darauff der Contract geschlossen worden/ so

so viel abzunehmen / daß des Herrn von Störzings eigentlich Gemüth und Meynung gewesen / nicht einen Contractum mutui zu schliessen / noch sein Geld auff gewöhnliche Verzinsung auszuleihen / sondern auff einen Wiederkauff zu handeln / ꝛc. So seyn seine Gnaden Kraffe solches Contracts als Käuffer dem Herrn von Feilz die Auffkündigung zu thun nicht befugt / V. R. W.)

Definit. XVII.

Nec valet pactum, quo emtor annuorum reditum sortis repetitionem sibi reservavit, licet contrahentes Constitutioni Imperii expressè renunciaverint.

1 QUid verò, *si contrahentes aliter convenerint, Emptorque annuorum redituum repetitionem sortis expresso pacto sibi reservaverit?* Etsi aliàs in
2 contractu retrovenditionis † pactum, quo facultas retrovendendi in arbitrium & potestatem emptoris confertur, jure prohibitum non sit, ut docet
3 multis Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 19.* † Attamen quin emptioni redituum annuorum redimibilium adjectum, contractum illicitum ac usurarium reddat, totamque emptionis naturam invertat, ac in mutui contractum immutet, vix dubium esse po-
4 test, † ut demonstrant Rauchb. *dict. loc. num. 15. & 16.* Andr. Gail. *lib. 2. obsero. 7. num. 14.* Didac. Covarr. *lib. 3. var. resolut. cap. 8. num. 7. & cap. 9.*
5 *num. 4.* Jacob. Cujac. *in Novell. 160. §. igitur.* † ubi istam Novellam, quæ probat hanc conventionem, annumerat ambitiosis Triboniani Novellis, cum in vulgatis codicibus desideretur, & ut ipse loquitur, pro reditu habeat, quod verè judicantibus est usura, Hottom. *lib. 2. observat. 2.* Petr. Frider. Mindan. *de*
6 *mandat. sine clausul. lib. 2. cap. 72. num. 5. & 6.* † Sancitum ergo Constitutionibus Imperii, eum qui annuos census emit, non posse pacto adjecto sibi reservare sortis repetitionem, nec pactum adjectum valida haberi in Ordin. Polit. August. *de Anno 1584. tit.* Von wucherlichen Contracten. §. Und nachdeme die Wiederkauffs-Gülden / *vers.* Unangesehen / wie dieselbe Güldverschreibung gestellet / und was darüber gegeben / genommen / oder gehandelt / wollen wir / daß dasselbige und alle andere unziemliche *Pacta* oder Gedinge für wucherlich und unkräfftig geachtet / gehalten / und von dem Richter erkannt werden sollen / ꝛc. Hartm. Pistor. *observ. 63. n. 1.* Felician. de Solis *in tract. de cens. lib. 1.*
7 *cap. 7. n. 15.* Fr. Milanes *lib. 2. decis. 2.* † Nec juvat quicquam hoc casu emptorem, si contrahentes Con-
8 stitutionibus Imperii expressè renunciaverint. † Quia ejusmodi renunciatio ne quidem jurata contra Imperii Constitutiones valida, est *l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1.* Dd. *in l. stipulatio hoc modo concepta. 61. ff. de V. O.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 39. n. 11.*

Ita Domini in causa Wilhelmi von Birckau zu Breitungen / Mens. Decembr. Anno 1600. (Verba sentent: Ob nun wohl in der / über berührten Wiederkauff aufgerichteten Verschreibung / beydes wohlermeldte Herren Verkäuffer und Käuffern ihnen die willkührliche Ab- und Loßkündigung itzo berührtes Wiederkauffs vorbehalten / Dieweil aber dennoch solche Pacta und Gedinge der Natur und Eigenschafft eines rechten Wiederkauffs zu wider / und zu Recht / vermöge des Heiligen Römischen Reichs Policey-Ordnung / auch ausdrücklichen so fern verboten / daß / derselben ungeacht / der geschlossene Contract für einen Wiederkauff / darauff die Partheyen furnehmlich gesehen / gehalten und geachtet werden soll. So ist demnach auch oberwähnete Käuffern / oder nunmehr ihre Erben / sich der Loßkündigung vorberührtes Wiederkauffs anzumassen / und das obgewehnte Kauff-Geld der 8400. Goldgülden von den Herren Verkäuffern oder dero Bürgen / ungeachtet daß dieselbe der angezogener Reichs-Policey-Ordnung dißfalls ausdrücklichen renunciret, abzufordern nicht befugt / ꝛc.)

Item in causa Laurentii Offenbergers / Mens. Januar. Anno 1593. (Verba sentent: Ob nun gleich in solchem Wiederkauff vermeldet wird, daß gemeldtem eurem Vater / als Käuffern / die Loßkündigung Verkäuffern zu thun frey stehen soll. Dieweil aber dennoch solches Pactum der Natur und Eigenschafft eines Wiederkauffs / auch des Heiligen Römischen Reichs Policey-Ordnung zu wider und zu entgegen / ꝛc. So seyd ihr Verkäuffern solche Loßkündigung zu thun nicht befugt / V. R. W.)

Et in causa Christophori Hackens / Mens. Februar. Anno 1601. (Verba sentent: Ob sie sich nun gleich / aus des Heiligen Römischen Reichs Constitution, darinnen versehen / wie die Verschreibungen über die Wiederkauffs-Gülden verfertiget werden sollen / verziehen und begeben. Dieweil aber dennoch bemeldte Constitution ausdrücklichen vermag / daß die Loßkündigung allein bey dem Verkäuffer / und nicht auch bey dem Kauffer stehen soll / ungesehen / wie die Güldverschreibung gestellet / und das alles / was darüber gehandelt / unkräfftig geachtet / gehalten / und zu Recht erkannt werden soll / ꝛc. So mag demnach die Haupt-Summa von Käuffern nicht gemahnet werden / ꝛc.)

Definit. XVIII.

Ex Conventione tamen potest competere emptori facultas repetendi sortem, in casu, quo venditor moram contrahit in præstando reditu.

1 LIcet emptor annuorum redituum redimibilium cogere non possit venditorem, ut redimat, *supr.* Definit. 16. si tamen reditum petens eâ exceptione repellatur per venditorem, quasi jam facta fuerit redemptio, pretiumque restitutum, idque per calumniam & falsò dictum appareat, † æquissi-
2 mum certè est, venditorem eas mendacii sui pœnas luere, ut reditum redimere cogatur, si id emptor malit, cujus quàm maximè interest, non habere rem diutius cum tam improbo debitore, *l. cum amplius. 84. §. is natura debet. 1. ff. de Reg. jur.* Eleganter Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 22. num. 4. & 5.* Bernh. Græv. *lib. 2. pract. concl. 7. desider. 1. num. 13.* † Idem planè est, si in reditu præstando moram contrahere venditor soleat, emptoremque litibus ac sumptibus vexare, Anton. Fab. *dict. defin. 22. num. 6.* † Cujusque enim interest, litibus
4 non vexari, *l. minoribus. 6 ff. de major. l. 1. C. de adm. tutor. l. 4. §. 1. ff. de alien. judic. mut. caus. fact.* Multo magis hoc obtinebit, † si in casum moræ
5 à venditore commissæ, speciali conventione data, fuerit emptori facultas repetendi sortem, † quam
6 conventionem subsistere, probant Recess. Imp. Spirens. *de Anno 1600. §.* Ferners soll / *fol. 15. Cujus verba sunt hæc:* Ferners ist biß anhero im Heiligen Reich nicht ausdrücklich versehen gewesen / da der Schuldener sich selbsten *obligiret* und verbunden / da er in Zahlung der jährliche Gülden sich säumig erzeigen würde / alsdann dem Gläubiger alsobald die Käuff- oder Haupt-Summa neben den Gülden wieder zu geben / ob solcher Contract im

Heiligen Reich zuzulassen/ und auff solchen Fall/ *stantibus aliis clâusulis executivis, Mandata sine clausulâ* zu erkennen seyn möchten. Derenthalber zu Verhütung aller künfftiger daraus erwachsender Ungleichheit/ haben wir auff vorgehende Vergleichung dahin geschlossen/ setzen/ ordnen und wollen/ daß solcher Contract den im Heiligen Reich üblichen/ und zugelassenen Gebräuchen nicht ungemäß/ und daß das *Pretium* auff den Fall / von dem Verkäuffer *per viam executionis* und *mandati ex illo pacto* wieder erfordert werden möge. Bernh. Græv. *dict. concl. 7. consid. 1. n. 11.*

Ita Domini in causa Marci Kietzkens zu Schenckendorff/ Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sentent: Ob nun wohl sonsten in wiederkäufflichen Zinsen dem Käuffer die Loßkündigung zu thun nicht nachgelassen ; Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall ausdrücklichen bedinget/ und abgeredet worden / daß auffn Fall der Verkäuffer mit Abstattung des Zinses säumig erfunden würde / er die Haupt-Summa auff Begehren des Käuffers wieder zu erlegen schuldig seyn solle / welches Pactum, (ob schon sonsten durch einigerley Convention und Bedingung Käuffern die Loßkündigung nicht vorbehalten werden mag) Innhalts des Heiligen Römischen Reichs Abschied / kräfftig und zugelassen / ꝛc. So seyn auch Käuffers Nachkommen / weil / eurem Bericht nach/ die Jährliche Zinsen zu rechter Zeit nicht abgeleget worden / die Loßkündigung zu thun / und die Kauff-Summa der 800. fl. Rheinisch / benebens denen hinterstelligen Zinsen wieder einzufodern wohl befügt/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Licet quoque emptori annuorum redituum recuperare sortem, si contrahentes ab emtione recesserint, eam in mutuum convertentes.

1 SI venditor longo intervallo post venditionem annuorum redituum contractam, sortis repetitionem concesserit emptori , subsistere emptionis contractum , sortisque recuperandæ facultatem emptori competere , tradit Hartman. Pistor. *observat. 63.* ubi à Scabinis ita pronunciatum refert:
2 † Nimirum quia præsumptio usurariæ pravitatis cessat , quando ex intervallo pactum illud luitionis, sive retrovenditionis adjungitur, Cæpoll. *cautel.*
3 *241.* Corn. *lib. 1. consil. 133.* † quæ tamen sola prohibitioni hujus conventionis causam dedisse censetur , Ordinat. Polit. August. *de Anno 1548. sub titulo* Von wucherlichen Contracten. §. Und
4 nachdem die Wiederkauffs-Gülden/ ꝛc. † Sed etsi conventione illâ contractum emptionis vitiatum dixerimus , minimè tamen emtori sortis repetitio erit deneganda, tanquam ex mutuo, in quod emptio
5 conversa videbitur ; † perinde ac si contrahentes ab emptione annuorum redituum expressè recesserint , eam in mutui contractum convertentes, quo casu, repetendæ sortis facultatem creditori competere nemo ambigit, *l. 24. l. 25. & tot. tit. ff. de Reb. Credit.* † quamvis in eo differentia existat, quod 6 non ut annuos reditus, ita & usuras ultra adulterum tantum unà cum sorte creditor repetere valeat, *l. si non sortem. 26. §. 1. ff. de condict. indebit. l. nihil interest. 4. §. 1. ff. de naut. fœnor l. usuræ. 10. l. de usuris. 27. §. 1. C. de usur.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Wiewohl nun die Loßkündigung in denen wiederkäufflichen Zinsen allein bey dem Verkäuffer stehet / da aber dennoch / eurem Bericht nach/ beyde Contrahenten von diesem Wiederkauff abgewichen/ und der Contract in ein Darlehen umb Verzinsung verwandelt worden wäre/ ꝛc. So hätte sich der Herr von Bieberstein / oder nunmehr dessen Erben / damit nicht zu behelffen / sondern sie wären auff Begehren und Auffkündigung des Capitals / die 200. fl. Rheinisch / zusammt den hinterstelligen Zinsen/ baar hinwieder zu zahlen und abzustatten schuldig / V. R. W.)

Definit. XX.

Ad resolvendam emptionem annuorum redituum, nullâ retrovenditione opus est, sed sufficit sola pecuniæ restitutio.

IN resolutione contractuum ultro citroque obli- 1
gatoriorum, omnia retroagi oportet *l. ab emptione 58. ff. de pact.* quia scilicet † nihil tam naturale 2
est, quàm unumquodque dissolvi eo modo, quo colligatum fuit , *l. nihil tam naturale. 35. ff. de Reg. Jur. l. prout. 80. ff. de solut.* præsertim in emptione, *l. 2. C. de resc. vendit.* † Attamen in emptione an- 3
nuorum redituum videtur speciale , ut ad resolvendum contractum nullâ retrovenditione opus sit, solaque sufficiat restitutio pecuniæ, quâ reditus ille annuus velut justo pretio fuerat æstimatus, Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 22. num. 9.* † Etsi e- 4
nim hic quoque contractus sit ultro citroque obligatorius, mutuasque habeat præstationes, quamdiu subsistit ; Attamen quando resolvitur ex unâ duntaxat parte, restitutionem habet, † scilicet ex parte 5
venditoris, qui pretium reddit ; emptor verò , qui præter annuos reditus nihil accepit, non habet quicquam, quod restituri oni sit subjectum. † Nec ha- 6
bet venditor, quod post restitutum pretium metuat actionem ab emptore movendam, sublatâ scilicet causâ, nempe pretio, propter quod census antea peti poterat, exigente id naturâ correlativorum, † quo- 7
rum uno sublato alterum quoque tolli necesse est, *l. 1. C. de Caduc. tollend. lib. 11.* Ant. Fab. *dict. loc.*

Ita Domini ad requisitionem Senatus Saltzensis, Mens. Decembr. Anno 1597. (Verba sent : Sondern wann der Verkäuffer die Ablösung zu thun bedacht/ so ist er euch die Kauff-Summa vollkömmlich zu erlegen pflichtig / V. R. W.)

CON-

CONSTITUTIO XXV.

PARTIS TERTIÆ.

Ob Bergtheil vor bewegliche oder unbewegliche Güter zu achten / und wie es damit zu halten/wann der Vater oder der Mann/oder iemand anders daran den Usumfructum, und den Gebrauch hat?

De Partibus Metallicis, quæ Kuckus vulgò dicuntur, inter mobiliane, an inter immobilia sunt referendæ; & quid si pater, vel maritus, vel alius, usum & usumfructum illorum habeat?

UNsere Verordnete haben sich dessen verglichen/daß Bergtheil/ und also die Partes Metallicæ unter unbewegliche Güter zu rechnen / und derowegen/wann eine Frau Bergtheil verliesse / so werden dieselbige auff den Mann nicht verfället.

Wann aber bey Leben des Weibes / so dem Mann etliche Bergtheil und Kuckus zubracht/ der Mann in stehender Ehe Ausbeute genommen/so sollen dieselbige nicht vor fructus renascentes und wachsenden Früchten gleich / welche von unbeweglichen Gütern jährlich zu gefallen pflegen/sondern vor solche bewegliche Güter/so dem Weibe sonsten in der Ehe zukommen/ geachtet werden / und wann dann darauff das Weib für dem Manne verstürbe/ so verfallen dieselbige auff den Mann / nach Sächsischen Rechten / billich. Wo dann das Weib nach dem Manne im Leben bliebe/so soll von solcher Ausbeute alles / was übrig / und noch verhanden/dem Weibe bleiben und folgen.

Wann aber der Vater / so allein die Verwaltung und Abnützung in der Kinder Mütterlichen Gütern / administrationem und usumfructum hat / von den Bergtheilen den Kindern zuständig/ Ausbeut nehmen und empfangen würde / so sollen dieselbigen nicht des Vaters eigenthümlich seyn/ sondern er soll allein die Abnützung davon/biß zur Scheidung zu gebrauchen haben/ und mit der Haupt-Summa also gebahren/auff daß dieselbige zur Zeit der Scheidung/ oder nach seinem Tode / den Kindern unvermindert zukomme. Wann wir dann diese Unserer zusammen geordneten Vergleichung vor billich achten/so wollen wir auch/daß in Unsern Landen darnach also erkannt und gesprochen werde.

ITiam de eo inter Deputatos nostros convenit, ut partes ipsas metallicas rebus immobilibus accensendas, ideoque si quas mulier decedens relinquat, eas ad maritum non pertinere, censuerint.

Si verò hujusmodi partes metallicas (quæ Kuckus vulgò appellantur) ad maritum attulerit Uxor, isque eâ vivente fructus illorum perceperit, si non pro renascentibus, qui è bonis immobilibus quotannis percipi solent, sed pro mobilibus bonis, quæ constante matrimonio mulier acquisiverit, habendi sunt, & propterea muliere præcedente, ad maritum, juxta Saxonici juris dispositionem, meritò deferuntur. Si verò mulier viro superstes sit, tum quicquid ex perceptis hisce fructibus residuum est, uxoris est, eique id relinquendum.

Ubi verò pater tanquam administrator & usufructuarius bonorum, quæ ad liberos suos à matre pervenerunt, è partibus metallicis ipsorum fructus percepit, horum proprietas ad ipsum non pertinet, sed ususfructus tantum, sorte autem ita illi utendum, ut ea liberis, ubi ab ipso separati seorsim habitaverint, vel post mortem ipsius, salva maneat.

Hanc igitur Deputatorum nostrorum sententiam, ut æquam, probantes, judicia nostrarum ditionum volumus ut sequantur.

DEFINITIONES.

1. *Partes Metallicæ, sive Kuckus bonis immobilibus accensentur, & heredibus defunctæ uxoris cedunt marito excluso.*
2. *Proventus autem seu reditus partium metallicarum jam separati & percepti, inter mobilia referuntur, & ad maritum pertinent, licet ab ipso nondum realiter fuerint apprehensi.*
3. *Uxor, marito superstes, consequitur omne id, quod ex proventibus metallicis adhuc superest.*
4. *Consumptis verò proventibus metallicis, matrimonio durante, uxori superstiti debetur æstimatio.*
5. *Finito usufructu patris, liberis sunt restituendi proventus metallici, à patre percepti.*
6. *Mulier si ipsamet usumfructum bonorum suorum perceperit, defuncto marito, fructus perceptos tenetur inferre bonis mariti.*
7. *Si maritus non habeat, unde se alere, vel mortuus sepeliri possit, uxor ad faciendas impensas est obstricta.*

8. *Acquisita matrimonio constante, industriâ licet uxoris, solius tamen viri lucro cedunt.*
9. *De jure etiam Saxonico, utriusdȝ conjugis industriâ & labore acquisita, ad solum maritum pertinent.*
10. *Mulier mercatrix quicquid propriâ pecuniâ negotiando lucratur, non sibi, sed marito acquirit.*
11. *Bona uxoris immobilia præsumuntur in dubio pecuniâ mariti comparata, quæ propterea post obitum uxoris ipsi est restituenda.*
12. *Non possunt heredes mariti à Viduâ constante matrimonio acquisita petere, si ipse maritus hæc uxori reliquerit, vel donaverit.*
13. *Non lucratur maritus fructus dotis, vel industriâ uxoris acquisita, si in pactis dotalibus hisce renunciaverit.*
14. *Honoraria uxori data, intuitu licet operarũ à marito præstitarum, lucro tamen mariti non cedunt.*
15. *Æs alienum mulieris ratione bonorum immobilium, soli ipsius heredes, ratione verò mobilium contractum, solus maritus solvere tenetur.*
16. *Sed æs alienum commune, uti & in dubio quorum bonorum respectu factum sit, ab heredibus pariter & marito pro ratâ exsolvi debet.*
17. *Non sufficientibus bonis immobilibus ad solvendum æs alienum, horum nomine contractum, in subsidium de bonis mobilibus id solvi debet.*
18. *Maritus repetere potest sumptus, vivente uxore in ædes ipsius factos, etiamsi lucretur mobilia.*
19. *Impensæ, in uxoris defunctæ exequias factæ, conjunctim, tàm à marito superstite, quàm heredibus, pro rata tamen solvendæ sunt.*
20. *Ex tacitâ conjecturâ testatoris, sorori legantis, non excludendus est à successione mobilium maritus superstes.*

Definit. I.

Partes Metallicæ, sive Kuckus bonis immobilibus accensentur, & heredibus defunctæ uxoris cedunt, marito excluso.

1 MAgna quondam fuit altercatio, utrum partes metallicæ, die Bergtheile/ quæ vulgò Kuckus appellantur, bonis mobilibus vel immobilibus accenseri deberent, ut videre est apud Christoph. Zo-
2 bel. *part. 3. differ. 10.* † Non enim defuêre, qui partes in metallariis seu argentifodinis, ab uxore defunctâ possessas, pro mobilibus reputârunt, & in præjudicium liberorum, sive heredum marito as-
3 signârunt: † Pro quorum sententia rationes & argumenta adducit Zobel. *dict. differ. 10.* qui tamen
4 ipsemet in contrariam opinionem inclinat; † Rectissimè, opinor, per text. *in l. sed si pecunia. 3. §. si lapidicinas. 6. in fin. l. magis puto. 6. in princ. & §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. & cur.* ubi expressè inhibetur
5 alienatio hujusmodi partium metallicarum, † cum tamen non nisi res immobiles SCto alienari prohibeantur, *l. Imperatoris. 1. §. & sunt verba. 2. ff. eod. tit.*
6 †. Et partes metallicas sive Kuckus bonis immobilibus accenseri, jamdudum veteres Scabini existimavê-
7 re, † quorum sententiam tuentur Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 114. num. 87.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 153.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 35. num. 3. & seqq.* ubi ad contra-
8 ria respondet. † Expeditum indè redditur, defunctâ uxore, Kuckus hosce in foro Saxonico ad instar aliorum bonorum immobilium haud lucro mariti cedere, sed excluso eo ad liberos sive heredes pertinere, Landr. *lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 76.* Jacob. Schult.
9 *dict. loc. num. 88.* † Quod & disertè comprobatur *h.* Constit. *35. in pr. verb.* und also die *Partes Metallicæ* unter unbewegliche Güter zu rechnen/ und derowegen/ wann eine Frau Bergtheile verliesse/ so werden dieselbe auff den Mann nicht verfället/ &c. *ubi* Moller. *num. 1.*

Ita Domini in causa D. Andreæ Weisseckers zu Lützen/ Mens. Jan. Anno 1575. (Verba sent: Weil vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution Bergtheile unter unbewegliche Güter zu rechnen / so hat euch auch euer Weib mit ihren verlassenen Theilen nicht befället / sondern dieselbige auff ihre Kinder gebracht / &c.)

Definit. II.

Proventus autem seu reditus partium metallicarum, jam separati & percepti, inter mobilia referuntur, & ad maritum pertinent, licet ab ipso nondum realiter fuerint apprehensi.

ALia est ratio proventuum seu redituum, qui ex 1
partibus metallicis seu montanis percipiuntur, vulgò (Ausbeute) ut sunt aurum, argentum, cuptum, æs, stannum, plumbum, ferrum, &c. † Qui 2
omninò pro mobilibus habentur, *l. divortio. 7. §. si vir in fundo. 13. ff. solut. matrim. l. si ex lapidicinis. 32. ff. de jur. dot.* † atque ex statuto Saxonico ad 3
maritum defunctâ uxore pertinent, *h.* Const. 25. §. Wann aber bey Leben des Weibes. *vers.* Sondern vor solche bewegliche Güter/ &c. Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 55.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. num. 89.* Berlich. *part. 3. contl. 35. num. 6.* † Sed hoc ita, si proven- 4
tus jam tempore mortis uxoris fuerint percepti & separati. † Alioquin licet brevi post percipi speren- 5
tur, ne quidem pro ratâ temporis marito cedent, *h.* Constitut. *25. dict. §.* Wann aber/ *ibi:* Wann aber bey Leben des Weibes/ so dem Manne etliche Bergtheile und Kuckus zubracht/ der Mann in stehender Ehe Ausbeute genommen/ &c. Berlich. 6
dict. concl. 35. num. 8. † Quæ tamen verba (Ausbeute genommen) perceptionem realem sive apprehensionem necessariò non requirunt: Sufficit enim quoad successionem proventus esse certos ac separatos, ita ut tanquam mobiles in dominio uxoris 7
jam existant, † licet ab ipso marito nondum realiter apprehensi fuerint, per text. *in l. divortio. 7. §. si vir in fundo. 13. vers. quod casum, neque exportatum est. ff. solut. matrimon.* † ut rectè monet Reinh. Rosa- 8
ad Dan. Moll. *hic num. 9. &* Berl. *dict. concl. 35. n. 10.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententiæ: Jedoch werden von solchen Bergtheilen euch/ als dem überlebenden Ehemann/ die Ausbeuten/ so bey Leben eures Weibes davon gefallen / billich gefolget/ V. R. W.)

Definit. III.

Uxor, marito superstes, consequitur omne id, quod ex proventibus metallicis adhuc superest.

AT, dixeris, nonne de jure Saxonico omnes 1
indifferenter fructus, quos ager cultus, semi-

natus

natus & raſtro ſubductus poſt mortem uxoris profert, etiam nondum perceptos maritus lucratur, Landr. *lib. 2. artic. 58. verſ.* des Mannes Gact/ *& lib. 3. artic. 76. verſ.* Stirbet aber die Frau/ ꝛc.

2 † Cur non ergo etiam omnes proventus metallicos quorum causâ induſtriam ac impenſas maritus fecit, licet eos nondum perceperit? † ita equidem eſt

3 in fructibus renaſcentibus, quos propter induſtriam mariti etiam nondum perceptos, ipſi defunctâ uxo-

4 re, jura Saxonica deferunt: † At proventus metallici, ut ſunt hiſce in terris, aurum, argentum, ſtannum, &c. non inſtar fructuum percipiuntur, quia haud renaſcuntur, *l. fructus. 7. ff. ſi vir in fundo. 13. ff. ſolut. matrim. l. ſi ex lapidicinis. 32. ff. de jur. dot.*

5 † Sed ſeparatæ à fundo veluti aliæ res, quæ ſolum non ſunt; nec ſolo fixæ, pro mobilibus habentur, *l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re judic.*

6 † & ex ſtatuto Saxonico marito debentur, *h.* Conſtitut. *25. ff.* Wann aber. *verſ.* So ſollen dieſelbe nicht vor *fructus renaſcentes* und wachſenden Früchten gleich/welche von unbeweglichen Gütern jährlich zu gefallen pflegen/ ſondern vor ſolche bewegliche Güter/ſo dem Weibe ſonſten in der Ehe zukommen/geachtet werden. † Ac licet Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. concl. 124. num. 99. & ſeqq.* in proventibus ſeu fructibus metallicis, qui renaſcuntur, quales ſunt in Galliâ, Aſiâ & Italiâ, *dict. l. 7. §. ſi vir. 13. ubi* Gothofr. *ff. ſolut. matrim.* aliud obtinere exiſtimet, etiam de jure Saxonico, quod ad terras quoque Electoratus Saxonici extendit, Berlich. *part. 3. concl. 35. num. 16.* † fruſtra tamen de hoc diſputatur, quia in Saxonia nullibi habentur

9 fructus metallici renaſcentes. † At hoc conceſſerim Jacob. Schult. *dict. loc. num. 121.* quod reditus ſeu decimæ de proventibus metallicis feudi Domino jure Regio debitæ, pro fructibus renaſcentibus habeantur, cujus rei uſum affert Berlich. *dict.*

10 *concl. 35. num. 17.* † Quantumvis hoc in dubium

11 vocare velit Reinh. Roſa *ad* Moller. *hic n. 2.* † Planè, quia proventus metallici pro fructibus non habentur, ſequitur inde, perceptos non ſtatim jure dominii ad maritum pertinere, ſed defunctâ demum

12 uxore, ejus lucro cedere: † Adeoque ſi uxor marito ſuperſtes ſit, omne illud, quod de proventibus metallicis ſupereſt, unà cum reliquis bonis illatis conſequetur, *h.* Conſtitut. *25. ff.* Wo dann das Weib nach dem Manne im Leben bliebe/ſo ſol von ſolcher Ausbeute alles/was übrig/uñ noch verhanden/dem Weibe bleiben und folgen/ *ubi* Moll. *n. 3.*

Ita Domini in cauſa Margarethen / Viduæ Michael Kronbergers zu Freyberg / Menſ. Mart. Anno 1604. (Verba ſentent: Habt ihr euerm andern Ehemanne Michael Kronbergern dem Jüngern etliche Bergtheile/ ſo ihr von euerm erſten Ehemanne bekommen/zugebracht/und es hat dieſelbe im währenden Eheſtande bey 15000. fl. an Ausbeute aus berührten Bergtheilen gehoben und eingenommen / nachdeme aber itzgedachter euer ander Ehemann Todes abgangen / und viel Schulden nach ſich gelaſſen/ habt ihr vorberührte Ausbeute als euer eingebracht Gut gefordert/ꝛc. So wird euch daſſelbe billich gefolget/ꝛc.)

Definit. IV.

Conſumptis verò proventibus metallicis, matrimonio durante, uxori ſuperſtiti debetur æſtimatio.

1 QUid autem, ſi maritus conſtante matrimonio proventus ſeu reditus metallicos conſumſerit, an tum nihil marito defuncto, uxori ſuperſtiti reſtituendum erit? † id ſanè videntur innuere verba *hu-* 2
jus Conſtit. *25.* (was übrig und noch verhanden) undè à contrario ſequitur, uxorem ſuperſtitem proventus jam conſumptos & non amplius extantes haud repetere poſſe: † Sed iniquiſſimum hoc eſſet, 3
& peſſimè cum vidua ageretur, præſertim ſi nihil ulterius reliquum ſit, unde ſe ſuſtentare poſſit, ut rectè animadvertit Dan. Moller. *hic, num. 1.* † Ex- 4
iſtimo ergo, prædictorum verborum hunc eſſe ſenſum, quod ſcilicet vidua id, quod adhuc ſupereſt, percipiat, perinde ut nummos depoſitos adhuc extantes deponenti vindicare licet, *l. ſi ventri. 24. §. in bonis. 2. ff. de reb. aut. jud. poſſid.* † Illorum verò 5
proventuum metallicorum, qui conſumti ſunt, æſtimationem petere non prohibeatur, quin potius hæc ex bonis defuncti mariti viduæ omninò exſolvi debeat, præ omnibus Creditoribus expreſſam anteriorem hypothecam non habentibus. † Sicuti & 6
deponens conſumptorum nummorum æſtimationem repetere valet, *l. ſi hominem. 7. §. 2. & ſeq. ff. depoſit.* Dan. Moller. *hic num. 3.* † ut ſic verba hæc 7
explicare liceat ex Conſtit. Elector. *12. b. p. 3.* ubi eadem reperiuntur verba, circa reſtitutionem donorum nuptialium, quæ tamen æſtimationem neutiquam excludunt, ut dixi *Supr.* Conſt. *22. Defin. 6.* † Idque Illuſtriſſimum Electorem ſenſiſſe vel inde 8
apparet, quod reditus metallici æquiparentur reliquis bonis mobilibus, ex hereditate paternâ aut maternâ, vel aliunde etiam acquiſitis, *in verb.* Sondern vor ſolche bewegliche Güter / ſo dem Weibe ſonſten in der Ehe zukommen/ geachtet werden/ꝛc. † At horum æſtimationem viduæ deberi, etiamſi 9
ipſa fuerint conſumta, nemo ambigit, Moller. *dict. loc.*

Ita Domini in eâdem cauſa. (Verba ſentent: Ob nun wol bemeldtes euers andern Ehemannes Gläubiger euch an ſolcher Ausbeute mehr nicht / als was noch an baarem Gelde übrig und verhanden/folgen laſſen wollen. Da ihr aber dennoch darthun und beweiſen könnet / wie viel an denſelben euer anderer Ehemann in währendem Eheſtande empfangen und eingenommen; So würde euch ſolche eingenommene Ausbeute als eingebracht Gut / iedoch nach Abziehung deſſen / ſo euer Ehemann an Zubuſſe wiederum in euere Bergtheile ausgeben müſſen/ aus ſeinen Gütern/ vor andern ſeinen Gläubigern/die kein beſſer dinglich Recht vor euch darau erlanget/billich bezahlet/ꝛc.)

Definit. V.

Finito uſufructu patris, liberis ſunt reſtituendi proventus metallici, à patre percepti.

1 QUum proventus ſeu reditus metallici non ſint fructus renaſcentes, ſed peculiarem conſtituant ſortem ac ſubſtantiam, reliquisque mobilibus accenſeantur, *Supr.* Defin. *3.* ſequitur inde, † pa- 2
trem in proventibus liberorum metallicis, non niſi uſumfructum ſibi arrogare poſſe, ſalva ſubſtantia horum proventuum, † qui defuncto patre, aut factâ 3
ſeparatione, (per quam uſusfructus in foro Saxonico æquè patri adimitur, *artic. 11. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 41. numer. 3. & ſeqq. Supr. p. 2.* Conſt. Elect. *10. Defin. 5.*) liberis omninò ſunt integri ac ſalvi reſtituendi, *h.* Conſt. *25. §.* Wañ aber der Vater/ *ubi* Moller, *num. 3.* † Etenim, ſi 4

Reditus illi metallici pleno jure, etiam quoad proprietatem ad patrem pertinerent, & ab eo consumerentur, dominium liberis relinqueretur prorsus inutile, † cum illi proventus in fructu non sint nec renascantur, *l. divortio 7. §. si vir in fundo. 13. ff. solut. matr. l. 32. ff. de jur. dot.* contra naturam ususfructus, † qui salvam rerum substantiam relinquit, *§. 1. inst. de usufr. l. 5. ff. si usufr. petat. l. 1. C. de usufr.* in eo tamen patri est indulgendum, † quod regulariter non teneatur præstare cautionem, ut dixi *Supr. p. 2.* Const. Elect. *10.* Defin. *9.* Moll. *hic. n. 6.* Andr. Gail. *l. 2. observ. 145. num. 13.*

Ita Domini in causa Martini Hojers zu Aulig / Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sententiæ: Habt ihr nach Absterben euers Eheweibes / wegen eurer Tochter aus dero Bergtheil etliche gewisse Ausbeuten eingenommen / so ihr nebenst ihrem Muttertheil bey euch behalten und genutzet / &c. So seyd ihr nunmehr / weil durch eurer Tochter Verehelligung die väterliche Gewalt erloschen / derselben ihr Muttertheil benebenst den eingehobenen Ausbeuten auszuantworten schuldig / die Fruchtnieſſung aber dessen verbleibet euch die Zeit über / als sie an eurem Brodte gewesen / und noch seyn möchte / billich / V. R. W.)

Definit. VI.

Mulier si ipsamet usumfructum bonorum suorum perceperit, defuncto marito fructus perceptos tenetur inferre bonis mariti.

1 ERrant certè, qui putant, in foro Saxonico marito competere proprietatem bonorum uxoris adhuc viventis, per textum *in art. 31. lib. 1.* Landr. ubi maritus & uxor bona dicuntur possidere indivisa sive communia. 2 † Nec enim verba hæc proprietatem denotant, sed duntaxat administrationem & usumfructum, qui morte ipsius finitur, Matth. 3 Coler. *part. 1. decis. 18. num. 6.* † Etsi enim jure civili non nisi bonorum dotalium usumfructum habeat Maritus pro oneribus nempe matrimonii, *l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot. l. dotis fructum 7. ff. eod.* 4 † paraphernalia verò nec alienare nec administrare queat, *l. hac lege. 8. C. de pact. convent.* Bartol. & Dd. *in l. maritus. 95. in pr. ff. ad Leg. Falcid.* Attamen in foro Saxonico plus juris marito datum fuit. 5 † Nam de jure Saxonico uxor & maritus omnia bona promiscuè & æqualiter possident, habetque maritus usumfructum omnium bonorum uxoris 6 suæ, tàm paraphernalium, quàm dotalium, † absque ullâ differentiâ & distinctione, ad vitæ suæ tempus, *dict. art. 31. & art. 45. lib. 1.* Landr. Gloss. & Zobel. *in addit. ad dict. art. 31.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 18. ubi* Jacob. Schult. *in addit.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 2. num. 45.* 7 Quod adeo verum puto, † ut si mulier ipsamet vivente marito bonis suis utatur fruatur, ac per id usumfructum marito debitum intercipiat, defuncto eo teneatur heredibus ad redditionem rationum & restitutionem fructuum, *arg. l. hæc condictio. 66. ff. de condict. indebit. l. 14. ff. eod. tit. l. 206. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in causa David Schwanders / & Consortium zu Annaberg / Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sentent: Hat bemeldte Wittib / Zeit ihres währenden Ehestandes / die Nutzung von ihren Gütern in ihren Beutel gesteckt / vor sich alleine behalten / und dem Ehemanne / von welchem sie gebührlichen alimentiret worden / nicht zugestellet / &c. So ist sie / solcher Zeit ihres währenden Ehestandes eingehobenen Nutzungen wegen / richtige Rechnung zu thun / oder dieselbe eydlichen anzuzeigen / und den sämmtlichen Gläubigern zum besten in ihres Mannes Verlassenschafft einzubringen schuldig / &c.)

Et in causa M. Sebastiani von der Felde zu Weissenfels / Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sentent: Hat die Wittib ihrem Ehemanne ihr Vermögen und Güter / so sie von ihrem Vater ererbet / und sonsten bekommen / zu ihrem Vortheil und dem Manne hierdurch den gebührenden usumfructum zu entziehen hinterhalten / und nicht zugewendet / &c. So ist sie auch solchen / ihrem Haußwirth entzogenen usumfructum, gleichesfalls zu conferiren pflichtig / V. R. W.)

Definit. VII.

Si maritus non habeat, unde se alere, vel mortuus sepeliri possit, Uxor ad faciendas impensas est obstricta.

NOn facilè forsan in foro Saxonico quæstio 1 movebitur, an uxor virum inopem alere teneatur, cum eo jure matrimonio constante omnium uxoris bonorum fructus maritus percipiat, Defin. *præced.* † nisi quis ejusmodi casum ponere velit, 2 quo ususfructus tam exiguus est, ut ad sustentationem vix sufficere queat, aut si matrimonio per mortem mariti dissoluto, † non extent sumptus ad fu- 3 nus honestè parandum. Utroque sanè casu etiam venditione bonorum ad ferendas suppetias uxorem obstrictam putaverim, † non solùm ex causa pie- 4 tatis, † sed &, quod jure communi onus alendi vi- 5 rum in casu inopiæ imponatur uxori, etiam de bonis paraphernalibus, *arg. l. 1. & Auth. præterea. C. Unde vir & uxor.* Specul. *in tit. qui filii sint legitimi, num. 40.* Joh. Petr. Surdus *in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 35. num. 5. & seqq.* Bart. *in tract. de aliment. num. 49.* † idque æquissimè, quia maritus & uxor 6 sunt participes infortuniorum, *l. si cum dotem. 22. §. si maritus 7. ff. solut. matr.* † Minus verò dubium 7 est, marito de bonis dotalibus alimenta esse præstanda, per text. *in l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot. l. mutus. 73. §. manente. 1. ff. eod. tit.* cum & dotis fructus ad maritum spectent, *l. dotis fructum. 7. ff. eod. tit.* Surd. *dict. quæst. 35 num. 4.*

Ita Domini ad Consultationem Diterichs von Burckersroda / Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch die Fruchtnieſſung ihrer Güter dem Manne zuständig / sie auch ohne das ihren Ehemann im Fall seines Unvermögens von den ihrigen zu alimentiren schuldig gewesen / &c. So ist auch mehrberührtes Weib von ihren Gütern / iedoch nach Abzug ihrer und der ihrigen nothwendigen Unterhalt / und so viel sie ohne sonderbare Beschwerung thun kan / die auff ihren Ehemann Zeit seines Lagers auffgewendete unumbgängliche Unkosten / und Artzt-Lohn abzustatten / auch ferner aus ebenmäßigen Ursachen die Unkosten / so auff ihres verstorbenen Mannes Begräbniß nothwendig auffgewendet werden müssen / zu erstatten schuldig / V. R. W.)

Definit. VIII.

Acquisita matrimonio constante, industriâ licet Uxoris, solius tamen viri lucro cedunt.

OPinari quis posset, inter conjuges tacitè quo- 1 dammodo contrahi societatem negotiationis, Gloss. *in c. cum societas. 17. caus. 27. quæst. 2. l. 4. C. de crimin. expil. hered.* † ubi damna & lucra 2 communicari æquissimum esset, juxta tradita Andreæ Gail. *lib. 2. obs. 90. num. 5.* & Simon. Ulric. Pistor. *consil. 3. num. 2. seq.* † Attamen nullibi 3 cautum est, conjugibus acquisita esse communia. Quin magis in jure constitutum reperitur, † ea, quæ 4

ab uxore

ab uxore quæſita ſunt, ex bonis viri ad evitandam turpis quæſtus ſuſpicionem, quæſita præſumi, ideoque ad maritum pertinere, *l. Quintus. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor. ubi* Dd. *comm.* Cui accedit, † quod operas marito debeat mulier, Joſeph. Ludovic. Peck. *de teſtam. conjug. lib. 2. cap. 9. num. 1.* ac proinde operis ejuſdem acquiſitum marito ſit concedendum, *l. ſicut. 48. ff. de oper. libert. l. hinc quæritur 19. §. 1. ff. de pecul.* † Et cum ſoli marito onera matrimonii incumbant, ſcilicet alimentatio uxoris, liberorum, totiusque familiæ, *l. ſi cum dotem 22. §. 8. ff. ſolut. matrim.* dotatio filiarum, *l. final. C. de dot. promiſſ.* Et ſi quæ alia ſunt, quæ ſumtuum erogationem requirunt. † Cur non & ipſi ſoli commoda tanquam præcipua eſſent relinquenda? *l. ſecundum naturam 10. ff. de Reg. Jur. c. qui ſentit. 55. eod. tit. in 6to. l. de illo. 23. ff. pro ſocio. l. pro oneribus. 20. C. de Jur. dot.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 41. in fin. deciſ. 61. num. 38. & part. 2. deciſ. 287. num. 1.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 29. & 30.* † Nec concedendum, inter conjuges ſocietatem negociationis contrahi, ſed ſi quæ inter eos eſt, abſque dubio erit ſolius habitationis ſocietas, Gloſſ. *in dict. c. ſocietas. 17. cauſ. 27. q. 2.* non etiam bonorum acquiſitorum, quæ ad ſolum maritum, tanquam principem & caput familiæ ſunt referenda, † ne contraria ſententia inter conjuges ſeparationem inducat, & ex unâ duas familias faciat, vel, quod eſt longè abſurdius, quæ vir geſſit & adminiſtravit, rationibus uxoris inferatur, ut ſcitè loquitur Heig. *dict. q. 30. n. 11.*

Ita Domini in cauſa Nicolai Buchs & Conſortium zu Lubſchütz/ Menſ. Mart. Anno 1629. (Verba ſent: Ob zum wohl durch beyder Eheleute groſſe Mühe und Arbeit ein Gütlein erworben und zu wege gebracht worden/ ꝛc. So iſt doch auch nach gemeinen Rechten das gantze Vermögen/ ſo ſie beyde erworben und gewonnen/ des Mannes eigenthümlichen allein/ und das Weib/ oder nunmehr ihr/ als dero neheſte Erben/ habt daran keine Forderung/ V.R.W.)

Definit. IX.

De Jure etiam Saxonico utriusq; conjugis induſtriâ & labore acquiſita ad ſolum maritum pertinent.

1 AT nonne de Jure ſaltem Saxonico, lucra conſtante matrimonio quæſita, utriusque conjugis induſtriâ, inter eosdem communicanda erunt? 2 † Id quondam Dd. exiſtimaſſe, dicit Chriſt. Zobel. *in Gloſſ. latin. ad text. german.* Landr. *lib. 1. art. 31. lit. a.* ex eo, quod conjuges dicuntur bona poſſidere indiviſa. Sed nulla ratio ſuadet, ut in foro Saxo- 3 nico divortium faciamus hâc in re à jure civili. † Quin potius Petr. Heig. veriorem ac receptiorem ſententiam de Jure pariter Saxonico & communi dicit eam, quâ conſtante matrimonio, utriusque licet conjugis labore & induſtriâ acquiſita ſoli relinquuntur viro, *part. 1. quæſt. 29. numer. 7.* ubi hanc 4 ſententiam latiſſimè propugnat. † Et ſcribit Matth. Weſenb. *in parat. ff. de rit. nupt. num. 6.* ſibi contrariam ſententiam nunquam placuiſſe, quum & jure communi eadem ſit inter conjuges ſocietas, nec tamen minus omnia conſtante matrimonio 5 quæſita mariti lucro cedere. † Nam quod de indiviſis conjugum bonis habetur in *dict. art. 31. lib. 1.* Landr. id duntaxat quoad uſumfructum & ſuſtentationem intelligi debet, † non etiam quoad negotiationis emolumentum, Gloſſ. *lat.* Landrecht. *lib. 1. art. 45. lit. D.* Petr. Heig. *dict. quæſt. 29. n. 31.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 66. n. 11.* 6

Ita Domini in cauſa Andreæ Steigers zu Leipzig/ Menſ. Mart. Anno 1575.

Et in cauſa Joſt Marggraffens zu Neuheiligen/ Menſe Oct. Anno 1611.

Definit. X.

Mulier mercatrix, quicquid propriâ pecuniâ negotiando lucratur, non ſibi, ſed marito acquirit.

NOn juvat quicquam uxorem, ad hoc, ut acquiſita ipſamet lucretur, licet ſit mercatrix. † Etſi 2 enim non deſint, qui ex mercaturâ mulieris acquiſita ipſi deferant, marito excluſo, Alciat. *de præſumt. Regul. 3. præſ. 26. num. 12.* Anton. Gabriel. *lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 15. num. 12.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 30. n. 15.* Frider. Pruckm. *ad l. in multis 9. ff. de ſtat. homin. part. 1. princip. memb. 3. artic. 32. n. 13.* Verius tamen exiſtimaverim, † mulierem mercatricem, quæ abſque conſenſu etiam 3 mariti vel alterius curatoris, propriâ pecuniâ negotiando acquirit, non ſibi ipſi, ſed marito ſuo acquirere, per regulam generalem, quæ conſtante matrimonio induſtriâ ac operâ licet uxoris acquiſita lucra ſoli marito defert, *l. Quintus. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor.* de quâ dixi *Supr.* Defin. *8.* Dan. Moll. *ad Conſt. Elect. 15. n. 85. part. 1.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 29. n. 10.* † Quod tantò verius eſt in foro Saxonico, quantò certius, de Jure Saxonico, non tantùm dotis, ſed & cæterarum rerum à muliere illatarum fructus marito deberi, † nec diſtingui, an do- 5 talia, an paraphernalia illa fuerint, Gloſſ. & Zobel. *in addit. ad art. 31. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 18. ubi* Schult. *in addit. Supr.* Defin. *6.* † 6 Quidni ergo fructus quoque & lucra, ex mercibus & negotiatione uxoris acquiſita, lucro mariti cedent? Petr. Heig. *dict. loc. n. 11. & 12.* 4

Ita Domini in cauſa Michael Teubers zu Leipzig/ Menſ. Majo, Anno 1633. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch nach Sachſen-Recht auch die jenige Nutzung/ ſo ein Weib bey währendem Eheſtande aus ihrer Handelung und Kauffmannſchafft gewinnet und erwirbet/ nebens anderer Fruchtnieſſung ihrer Güter dem Ehemanne gebühret und zuſtehet/ und nicht zu befinden/ daß in gegenwärtigem Fall durch eine Eheſtifftung und Vergleichung ein anders abgeredet worden/ ꝛc. So hat auch der verſtorbene Mann ſolchen des Weibes aus ihrer Handelung erlangten Gewinſt/ als ſein Eigenthum nebens anderer ſeiner Verlaſſenſchafft auff ſeinen leiblichen Vater gebracht und verfället/ Es wird aber der Wittiben/ woſern ſie zu ihrem Einbringen kieſet/ alle das jenige/ ſo ſie auſſer vorgedachter Nutzung am baaren Gelde und ſonſten ihrem Ehemanne zubracht/ billich entrichtet/ und ausgeantwortet/ V.R.W.)

Definit. XI.

Bona uxoris immobilia præſumuntur in dubio pecuniâ mariti comparata, quæ propterea poſt obitum uxoris ipſi eſt reſtituenda.

FRuſtra diſputari, inquies, in foro Saxonico, 1 an uxor bona immobilia conſtante matrimonio emens, pecuniâ propriâ vel mariti compaſſe cenſeatur, cùm utroque caſu repetere liceat marito

marito pecuniam in emptionem immobilium bonorum erogatam. † Nec enim uxori in præjudicium mariti, ceu heredis mobiliaris, mobilia alienando successionem ejus invertere fas est, *Supr.* Const. Elect. 7. *ubi dixi* Defin. 5. Gloss. *latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 31. lit. e.* Dan. Moller. *ad Const. Elect. 23. num. 11. p. 3.* † Sed fieri potest, ut permissu mariti, vel etiam ex causâ justâ ac necessariâ, uxor bona immobilia emat, *Supr.* Const. Elector. 7. Defin. 7. & 12. † Quibus equidem casibus, nulla pecuniæ erogatæ repetitio dabitur marito, modò propriam, non mariti pecuniam erogaverit, quod omnino docendum ac demonstrandum est, † quum præsumptio stet pro marito, suâ pecuniâ bona ab uxore fuisse comparata, Jac. Menoch. *l. 3. præsumpt. 51. num. 1.* Petr. Heig. *p. 1. quæst. 29. n. 4.* Jos. Ludov. *decis. 28. n. 2.* Peck. *de test. Conjug. lib. 2. c. 1. num. 1.* Joh. Petr. Surd. *lib. 2. cons. 196. n. 61. & 62.* † Quia acquisita à muliere præsumuntur quæsita ex bonis mariti, *l. Quintus. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Nolo tamen † hoc aliter intelligi, quàm ut marito, uxore defunctâ, pretium saltem numeratum tanquam suum repetere liceat; † Nulla enim ad ipsa bona immobilia uxoris nomine emta datur ei actio. Scilicet, † quia res à te empta ex pecuniâ meâ, non efficitur mea, sed tua, ego verò à te pecuniam repetere possum, *l. 1. & l. multum interest. 6. C. si quis alteri vel sibi.* Jacob. Menoch. *dict. præs. 51. n. 42.* Bartol. *in l. uxor marito. 55. num. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Ita Domini in causa Theodori Klugens zu Annaberg / Mens. Jul. Anno 1599. (Verba sentent: Ob nun wohl nach des Weibes tödtlichem Abgang / dero Freunde sich obberührter unbeweglichen Güter / welche die Verstorbene bey ihrem Leben erkaufft / und ihr auff ihren eigenen Namen zuschreiben lassen / anzumassen gemeinet. Dieweil aber dennoch aus Vermuthung der Rechte dafür gehalten wird / daß alles und iedes / so das Weib in währendem Ehestande erworben / von ihres Ehemannes Gütern herkommen / davon auch die erkaufften unbeweglichen Güter bezahlet worden seyn. So seyn auch bemeldte ihre Freunde ihrem überlebenden Ehemanne solche unbewegliche Güter / oder das Kauffgeld / so sie die Verstorbene dafür gegeben / folgen zu lassen schuldig. Sie könten denn wie Recht beweisen und darthun / daß die Gelder / davon ihre Freundin die unbewegliche Güter erkaufft / nicht von ihres Mannes / sondern von ihrem eigenen Gelde / so sie gehabt / oder bey andern für sich allein zu ihrem Gewerbe auffgenommen / herkommen / dessen genössen sie auff solchen Fall billich / V. R. W.)

Definit. XII.

Non possunt heredes mariti à vidua constante matrimonio acquisita petere, si ipse maritus hæc uxori reliquerit vel donaverit.

1 ETsi constante matrimonio, industriâ ac labore uxoris acquisita lucro mariti cedant, *l. Quintus. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor. Supr.* Defin. 8. & 9. in tantum, ut defuncto eo, heredes ipsius à vidua id lucrum petere valeant, juxta tradita *Supr.* defin. 6. 2 *in fin.* † Attamen non audiendi erunt, si maritus ipsemet adhuc vivus acquisita hæc uxori expressè donaverit, vel sciens eadem exigere neglexerit. 3 † Nec enim maritus in fructibus uxoris ullum jus habet, si eos percipere noluerit ad instar usufructuarii, qui solâ perceptione fructus lucratur, *l. 3. ff. de usufr. l. non statim. 8. ff. de pecul.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 28. & 29.* † Quin potius 4 uxori fructus relinquens horum lucro renunciare videtur. Nec movet quicquam, quod hâc ratione donatio permittatur inter conjuges, contra *l. 1. & tot. tit. C. de donat. int. vir. & uxor.* † Dato enim, 5 ipsum maritum huic donationi ceu invalidæ contravenire posse, attamen defuncto eo, ipsius heredibus hoc facere neutiquam licebit, † confirmatâ 6 scilicet donatione morte mariti, *l. cum hic status 32. §. 2. & seqq. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. l. donatio. 3. l. si maritus. 10. C. eod. tit.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 91. num. 1.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 12. num. 14.* Joh. Schneidewin. *ad §. alia 2. num. 59. inst. de donat.* † Vel etiam negaverim, hoc casu fi- 7 eri donationem inter conjuges, quia maritus fructus ab uxore percepros haud exigens, non tàm ipsi hoc ce donare, quàm lucro dotis vel bonorum paraphernalium renunciare videtur, † quam renuncia- 8 tionem valere, patet ex traditis *Supr.* Const. Elect. 22. Defin. 21.

Ita Domini in causa Walpen Straußin zu Görlitz / Mens. Novembr. Anno 1616. (Verba sentent: Ob nun wohl die Kinder als des verstorbenen Mannes Erben von solchen 94. fl. als wann dieselbe eurem Manne gehörig gewesen / Vatertheil fodern und haben wollen. Dieweil es aber dennoch damit diese Gelegenheit hat / daß ihr berührte Summa Geldes durch euer Spinnen und Arbeit erworben / und euer Ehemann euch dieselbe / als euer Eigenthum / iederzeit gelassen / ꝛc. So verbleiben euch auch mehrberührte 94. fl. als euer Eigenthum nochmals billich / und ihr möget dieselbe mit des Mannes Kindern und Erben zu theilen nicht angehalten werden / V. R. W.)

Definit. XIII.

Non lucratur maritus fructus dotis vel industriâ uxoris acquisita, si in pactis dotalibus hisce renunciaverit.

MUltò minus verò fructus dotis ac bonorum 1 paraphernalium, vel industriâ & labore uxoris acquisita lucro mariti cedunt, si in pactis dotalibus hiscè expressè renunciaverit. † Potissimum 2 enim quid pacta dotalia dicant, quidque inter contrahentes matrimonium actum fuerit, inspici debet, *tot. tit. ff. de pact. dotal. & C. de pact. convent.* † quiâ conventio dat legem contractui, *l. 1. ff. si convenit. 6. ff. depositi.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 80. num. 15.* 3 † Quod tantò facilius concedendum, quantò minus 4 hoc casu donatio inter conjuges metuenda est, tum pacta dotalia ante matrimonium initum confici soleant, † valeantque semper quatenus dotem non 5 reddant deteriorem, sed meliorem, *l. 5. l. 6. l. 14. & l. seq. ff. de pact. dotal.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. eod. tit. num. 1. 2. & 3.*

Ita Domini in causa Michael Teubers zu Leipzig / Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Dieweil aber dennoch nach Sachsen-Recht auch die jenige Nutzung / so ein Weib bey währendem Ehestande aus ihrer Handlung und Kauffmannschafft gewinnet und erwirbet / nebens anderer Fruchtnieſſung ihrer Güter / dafern durch eine Ehestiftung und Vergleichung ein anders nicht abgeredet worden / dem Ehemanne gebühret und zustehet / ꝛc.)

Definit. XIV.

Honoraria uxori data, intuitu licet operarum à marito præstitarum, lucro tamen mariti non cedunt.

1 Lucra duntaxat, industriâ conjugis vel ex fructibus rerum uxoris acquisita marito cedunt, *supr.* 2 Defin. *6. & 8.* † Non etiam, si quid uxori donatum, vel aliunde hereditario jure obventum, ejusve 3 pecuniâ comparatum fuerit. † Id omne enim, marito defuncto, Viduæ superstiti relinquendum est, *art. 76. lib. 3.* Landr. Petr. Heig. *part. 1. quæst.* 4 *30. num. 29.* † Quod & de honorariis intuitu operarum à marito vel utroque conjuge præstitarum 5 datis, dictum velim; † At, inquies, honorarium propter operas præstitas datum propriè donatum non est, sed lucrum industriâ vel uxoris vel mariti acquisitum, quod utroque casu marito cedit, *Supr.* 6 Defin. *8.* † Longè siquidem aliud est beneficium dare, aliud reddere, *l. sed & si. 25. §. consuluit. 11. ff.* 7 *de petit. hered. l. 1. §. eleganter 33. ff. deposit.* † neque donatio dici potest, quæ vera remuneratio est, *l. Aquilius 27. ff. de donat.* Jul. Clar. *in §. donatio.* 8 *quæst. 3.* † Ac certè munera uxori, intuitu mariti ejusque operarum ab aliquo data, ab ipso marito donata censentur, *arg. Auth. in donatione. C. de secund. nupt.* Joh. Garz. *de conjug. acq. num. 5.* veluti filio contemplatione patris data ab ipso patre videntur donata, *l. adito. 45. §. 4. ff. de acquir. hered. §. igitur liberi. 1. inst. per quas person. l. dotem.* 9 *dedit. 6. de collat. bonor. l. 5. §. 1. ff. de jur. dot.* † quæ propterea maritus repetere valet, quod donatio inter conjuges jure haud subsistat, *l. 1. & tot. tit. C. de* 10 *donat. int. vir. & uxor.* † Sed non concesserim honoraria uxori data terminos egredi donationis, quia non omnis donatio ex pietatis vel gratitudinis causâ facta remuneratio est, nisi verbis exprimatur, ut multis demonstrat Johan. Garz. *de donat. re-* 11 *mun. num. 50.* † nec remuneratio naturæ donationis adversatur, nisi quatenus accepti beneficii ratio remunerationis causam admittit, probatis scilicet, æstimatisque in eam rem præcedentibus meritis, ut post Jul. Clar. *dict. §. donatio. quæst. 3. num. 2.* eleganter docet Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 36. de-* 12 *fin. 3. num. 6.* † Scilicet, ne alioqui remunerationis quæsitus color nimium uxori præjudicet, aut lucrum ei auferat, cui in gratiam conjugis maritus censetur renunciasse, id non exigens ab uxore, quod sanè facere potest ante plenariam acquisitionem, ut nulla videatur facta inter conjuges donatio, *Supr.* 13 Defin. *12. in fin.* † Quin id ipsum post obitum mariti ab ejusdem heredibus impugnari potest, quantò 14 certiùs est, donationem, si qua hoc casu esset, † morte mariti confirmatam fuisse, *l. 32. §. 2. & seq. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. si maritus. 20. C. eod. tit.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 91. num. 1.* Joh. Schneidew. *in §. aliæ. 2. num. 59. inst. de donat.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Es wird aber der Wittiben/ wofern sie zu ihrem Einbringen kieset/ alles das jenige/ so sie an baarem Gelde/ und sonsten ihrem Ehemanne zugebracht/ ihr auch zur Danckbarkeit in Erwegung und Ansehung ihres Mannes geleisteten Dienste und Mühewaltung geschencket worden/ billich entrichtet und ausgeantwortet/ V.R.W.]

Definit. XV.

Æs alienum mulieris ratione bonorum immobilium, soli ipsius heredes, ratione verò mobilium contractum, solus maritus solvere tenetur.

Etsi de jure communi æs alienum defunctæ uxoris ante omnia de mobilibus, iisque deficientibus, ex bonis immobilibus exsolvatur, juxta *l. à Divo Pio 15. §. in venditione. 2. & ibi not. ff. de re judicat.* † Attamen in foro Saxonico aliud obtinuit, ut scilicet æs alienum, ratione bonorum immobilium contractum, heredes de immobilibus solvere teneantur, † maritus verò onere exsolutionis tùm demum gravetur, si ratione mobilium æs alienum contractum fuerit, juxta sententiam Gloss. *latin. ad text. german. lib. 1.* Landr. *art. 31. lit. C. vers. si quod debitum.* † Quam licet impugnare conetur Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 5. cas. 45. num. 4. & tom. 2. p. 2. quæst. 35. num. 1.* quem sequitur Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 190.* † verissima tamen ea est, ac observantiâ etiamnum hodiernâ recepta, Hartm. Pist. *observ. 57. num. 5.* Dan. Moll. *ad Const. Elect. 23. n. 10. part. 3.* Joach. à Beust. *in tract. de jur. connub. part. 2. cap. 69. vers. notandum tamen est.* Petr. Heig. *p. 2. q. 15. num. 13.* Nec sine ratione urgenti, † cum æquissimum pariter & verissimum sit, rem transire cum sua causa, & onere ad quemcunque possessorem, *l. alienatio. 67. ff. de contr. empt.* † Ex quo etiam fit, quod Jure Saxonico æs alienum ratione illarum rerum, quæ utensilium seu geradæ vocabulo comprehenduntur, à muliere vel ejus consensu contractum, ipsa sola, seu proxima ejus cognata, ad quam res illæ deferuntur, exsolvere teneatur, Landr. *lib. 1. art. 24.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 31. n. 28.* † Sicuti & solutio æris alieni ratione rerum expeditoriarum contracti, vel in utilitatem feudi conversi, solis agnatis, qui res expeditorias jure successionis lucrantur, vel in feudis succedunt, incumbit, Const. Elect. *46. p. 2. infr.* Const. *38.* Defin. *42.* Dan. Moll. *dict. loc.* † Quidni ergo idem diceremus in casu præsenti de marito, ut non nisi ad exsolutionem æris alieni ratione mobilium contracti obstringatur: † cum & is perinde atque cognata geradam, & agnati res expeditorias vel feudum, non tam jure successionis hereditariæ, quàm ex speciali juris Saxonici dispositione, mobilia defunctæ uxoris lucretur, *art. 31. lib. 1.* Landr. *& art. 76. lib. 3.* Hartm. Pist. *dict. obs. 57. n. 3.* † Plura si velis argumenta, Vid. Moller. *dict. Const. 23. n. 6. & seqq.*

Ita Domini in causa heredum Martini Krausens zu Annaberg/ Mens. Jun. Anno 1599. (Verba sentent: Hat vorerwähnte eure Muhme auch etliche Schulden/ damit sie andern verhaftet/ nach sich gelassen/ &c. Da nun dieselbigen von den unbeweglichen Gütern herrühreten/ so wäret ihr/ als denen solche unbewegliche Güter zukommen/ berührte Schulden allein abzutragen pflichtig/ Wañ aber solche Schulden von den hinterlassenen Wahren/ oder andern beweglichen Gütern herrühren/ So wäre der überlebende Ehemann/ zu welchen solche bewegliche Güter gefallen/ dieselbe auch allein zu bezahlen schuldig/ &c.)

In causa M. Jacobi Fabricii zu Pegau/ Mens. Februar. Anno 1599. (Verba sententiæ: Dieweil die Schulden/ so euer Eheweib nach sich verlassen/ mehrentheils von dem Kaufgelde der unbeweglichen Güter/ so die Kinder bekommen/ herrühren/ So seyn auch die Kinder dieselbige von solchen Gütern zu bezahlen schuldig/ und

ihr

ihr mögет von denen Mobilien mehr / als was etwa die Stücke anlanget / daran sie noch etwas schuldig seyn möchte/ die Schulden/ so wegen der unbeweglichen Güter gemacht / bezahlen zu helffen nicht gedrungen werden/ ꝛc.)

Et in causa Jacobi Lemmels zu Wittenberg/ Mens. August. Anno 1635. (Verba sent: Dieweil die 485. fl. Tagezeit-Gelder von Erkauffung der unbeweglichen Güter/ so die Kinder bekommen/herrühren/ so seyn auch die Kinder solche vor sich allein/ ohne euer des Mannes Zuthun zu zahlen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Sed æs alienum commune, uti & in dubio quorum bonorum respectu factum sit, ab heredibus pariter & marito pro rata exsolvi debet.

1 SEd hoc ita, si certum sit, æs alienum vel ratione mobilium vel immobilium bonorum fuisse contractum: Alioquin in dubio, si id certò probari
2 nequeat, † vel si constet, absque respectu vel intuitu bonorum mobilium aut immobilium uxorem æs alienum contraxisse, id quia commune est, ex communi etiam hereditate, tàm à marito, quàm here-
3 dibus, † pro rata tamen est exsolvendum, † puta,
4 si immobilia duobus millibus, mobilia autem mille valeant, ad duas partes æris alieni heredes obstricti erunt, ad tertiam verò maritus, Dan.Moller. *lib.2. semestr.44. & ad Const.23. num.11.p.3.* Andr. Rauchb. *part.2. quæst.20. numer.15.* Matth. Berlich, *part.3. concl.29. num.106.* Simon. Ulric. Pistor. *in not, ad* Hartm. Pist. *obs. 57.*

Ita Domini in eâdem causa Martin Krausens Erben zu Annaberg. (Verba sentent: Im Fall aber die Schulden sonsten in gemein gemacht worden/So würden sie von der gantzen Erbschafft/ wann dieselbe beydes an den beweglichen und unbeweglichen Gütern in einen gewissen Anschlag gebracht/ iedoch pro rata und nach eines ieden Antheil billich bezahlet/ V.R.W.)

It. in causa Jacobi Lemmels zu Wittenberg / Mens. Aug. Anno 1631. (Verba sent: Weil das in der Erbtheilung verwilligte Vatertheil von beweglichen und unbeweglichen Gütern zugleich herrührt / so wird dasselbe wie auch andere Schulden/ wofern ungewiß/ ob solche wegen der beweglichen und unbeweglichen Güter gemacht / von der gantzen Erbschafft / iedoch pro ratâ, billich bezahlet/ V.R.W.)

Item in causa M. G zu Meissen/ Mens. Julio, Anno 1636. (Verba sentent: Da nun solche Schulden zugleich von beweglichen und unbeweglichen Gütern herrühreten / oder doch deßwegen keine gewisse Nachrichtung verhanden wäre / So würden sie von der gantzen Erbschafft/ wann dieselbe beydes an beweglichen und unbeweglichen Gütern in einen gewissen Anschlag gebracht/ iedoch pro ratâ und nach eines ieden Antheil/ billich bezahlet / V.R.W.)

It. in causa M. Fabricii zu Pegau/ Mens. Februar. Anno 1599.

In causa Sebastiani Bortii zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1625.

Et in causa Friederich Türckens zu Grünhain/ Mense Feb. Anno 1629.

Definit. XVII.

Non sufficientibus bonis immobilibus ad solvendum æs alienum horum nomine contractum, in subsidium de bonis mobilibus id solvi debet.

1 NOn tamen existimandum est, adeo immunem esse maritum superstitem, ut nunquam ad exsolutionem æris alieni ratione immobilium bonorum, ab uxore defuncta contractum, teneatur:
2 † Quid enim si immobilia non sufficerent ad solvenda debita, vel solutione facta, nihil restaret, unde liberis de portione legitimâ satisfieri posset? Iniquissimum sane tùm esset, † maritum nil nisi lu-
3 crum ex successione mobilium quærentem, illis præferri. Utroque igitur casu tenere maritum saltem in subsidium existimaverim cum Hartm. Pistor. *observ.57. in fin.* † Illo quidem, quod potior ha-
4 beatur ratio creditorum, onerosam causam sustinentium, quàm mariti ex causâ lucrativâ & jure successionis mobilia capientis, † veluti etiam cognata capiens geradam in subsidium saltem, haud sufficientibus nempe reliquis bonis hereditariis, ad exsolutionem æris alieni tenetur, Hartm. Pist. *part.1. quæst.31. num.38.* Andr. Goldb. *de gerad. cap.9. num.94.* Frider.Pensold. *in addit. ad* Matth.Coler. *part.2. decis.286. num.196.* Andr. Rauchb. *part.2. quæst.17. num.9.* † Legitima verò liberorum
6 propterea supplenda est hoc casu à marito, quia non existentibus bonis legitimam portionem petere valent, *Supr.* Const.23. Defin.18. Matth.Coler. *part. 1. decis.57. num.54. & parte 2. decis.286. num.12. & seq.* Petr. Heig. *part.1. quæst.24. n.7. & seq.* Zobel. *part.3. differ.10. num.27.*

Ita Domini in causa Melchior Klebischens zu Auma/ Mens. Septembr. Anno 1628 (Verba sentent: Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß die unbeweglichen Güter zu Abtrag der Schulden / so euer verstorbenes Eheweib gemacht/ und von bemeldten unbeweglichen Gütern herrühren/ nicht zureichen / So seyd ihr gestalten Sachen nach den Rest solcher Schulden von den Mobilien zu zahlen pflichtig/V. R. W.)

Definit. XVIII.

Maritus repetere potest sumptus vivente uxore in ædes ipsius factos, etiamsi lucretur mobilia.

1 CUm maritus, qui in uxoris defunctæ ædes sumptus quosdam fecerat, hosce ab heredibus ædium repeteret, opponebant ipsi mobilia ad maritum
2 pervenisse, unde satis ei esset, cum quo debitum compensare posset. † Sed urgebat maritus æs a-
3 lienum respectu bonorum immobilium fuisse contractum, quod de immobilibus duntaxat esset solvendum: † Rectissimè sanè secundum tradita
4 *Supr.* defin.15. Cumque maritus mobilia non successionis jure obtineat, † sed ex peculiari Juris dispositione lucretur, usque eo, ut mulier ei lucrum hoc ne per testamentum quidem auferre possit *Supr.* Constit.7.p.3. nil certè obstabat, † quo mi-
5 nus repetitio marito hoc casu competeret, juxta *l. cum in fundo.78. §. pen. ff. de jur. dot.* Hartm. Pist. *obs.57.* † ac potest maritus adversus heredes expe-
6 riri actione negotiorum gestorum, ad id quod uxoris nomine expendit, *arg. l. quod in uxorem.13. C. de Negot. gest.* † perinde ut frater, qui pro sorore tri-
7 buta solvit, *l. si negotium.16. ubi* Gothofr. *C. eod.* † vel alius quispiam sumtus necessarios & probabi-
8 les in re communi faciens, *l. ejus qui 41. vers. earum autem. ff. de reb. credit. l.31. §. ult. ff. de negot. gest.*

Ita Domini in causa Hansen Behmens zu Pegau/ Mense Februar. Anno 1601. (Verba sententiæ: Hat vor eure

eure Mutter ihr ander Ehemann euer Stieffvater 650. fl. ſo ſie noch vor das erkaufte Haus ſchuldig geweſen/bezahlet. Ob nun gleich gedacht euer Stieffvater nach der Mutter Abſterben an verlaſſenen Mobilien wiederumb ſo viel erlanget/als ohngefehr 650. fl. austragen / So iſt er doch dieſelbe gegen die von ihme auff ſ. Hauß bezahlete 650. fl. zu compenſiren und vergleichen zu laſſen nicht ſchuldig/ V.R.W.)

Et in cauſa Auguſtini Bradens Kinder contra deſſen Gläubiger/ventilatâ in Prætorio Lipſienſi, Menſe Julio, Anno 1635.

Definit. XIX.

Impenſæ in Uxoris defunctæ exequias factæ conjunctim tàm à marito ſuperſtite, quàm heredibus, pro ratâ tamen, ſolvendæ ſunt.

1 ETſi matrimonio ſublato, quo durante fructus dotis lucratur maritus, onera quoque ejus illicò ſol-
2 vantur, Zaſ. *lib. 2. ſingul. reſponſ. c. 3.* † nihilominus tamen impenſas in funus Uxoris factas, matrimonio per mortem licet diſſoluto, maritus unà cum heredibus pro rata mobilium exſolvere tenetur, per text. *in l. ſic pro rata. 27. & l. 22. ff. de Relig. & ſumptibus funer. ubi* Gloſſ. Hartm. Piſt. *obſ. 57. n. 7.* † Non
3 ſolùm, quia æquiſſimum viſum eſt, mulieres quaſi de patrimoniis ſuis & dotibus funerari, eumque qui morte mulieris dotē lucratur, ad funus parandū ob-
4 ſtringi, † ſive pater mulieris ſit, ſive maritus, *l. in eum.*
5 *6. ff. de Relig. & ſumpt. funer.* ſed & † quod maritalis affectio hoc exigat, quæ etiā in defectu dotis ac hereditatis, ſoli marito hoc onus injungit, *l. quod ſi nulla. 28. ff. eod. tit.* Johan. Gartz. *de expenſ. & meliorat. cap.*
6 *8. num. 47.* † Quin nec dubium eſt, impenſas funeris inter æs alienum dotis referri, *l. impenſa. 18. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* † quod de bonis mobilibus pariter ac immobilibus pro ratâ exſolvitur, *ſupr.* Defin. *16.*

Ita Domini in cauſa Johannis Eichhorns & Caſpari Hölens zu Colleda/Menſe April. Anno 1630. (Verba ſent: Daß die Koſten/ſo auff des Weibes Begräbniß auffgewendet worden / der überlebende Ehemann und die Kinder zugleich pro ratâ der erlangten Erbſchafft und Mobilien abzutragen verbunden/ꝛc.)

Item in cauſa Caſpari Zwirners zu Eulenberg/Menſe Octobri, Anno 1617. (Verba ſentent: Und es iſt im vergangenen Sommer bemeldte eure Tochter mit Tode abgangen/ bey derer Begräbniß 66. fl. 18. gr. 6. Pf. Koſten auffgewendet worden / welche der überlebende Ehemann allein zu tragen ſich verweigert/ꝛc. So ſeyd ihr geſtalten Sachen nach angeregte Begräbniß-Koſten/weil ihr der Verſtorbenen nechſter Erbe/ pro ratâ mit tragen zu helffen und zu entrichten ſchuldig/V.R.W.)

Et in cauſa Caſpari Liſtens zu Deuchern/Menſe Januario Anno 1626.

Definit. XX.

Ex tacitâ conjecturâ teſtatoris ſorori legantis, non excludendus eſt à ſucceſſione mobilium maritus ſuperſtes.

CUm teſtator aliquis trecentos fiorenos ſorori ſuæ legaſſet, eique, ſi ante obitum ſuum decederet, liberos ſubſtituiſſet, defunctâ poſt obitum teſtatoris legatariâ, quæſitum fuit, † *annon ex tacita* 2
teſtatoris voluntate, liberi ad ſucceſſionem admittendi eſſent, marito, cui aliàs in foro Saxonico mobilia deferuntur, excluſo? † Pro liberis ſiquidem urgeri 3
potuiſſet fideicommiſſum, poſtquam placuit, † ex 4
conjecturis hoc induci poſſe, *l. pen. ff. de legat. 1. l. cum proponebatur. 64. ff. de legat. 2. l. fideicommiſſa. 11. §. item ſi quis. 19. ff. de legat. 3. l. heredes mei. 57. §. cum ita. 1. ff. ad SCtum Trebell.* Hartman. Piſtor. *part. 4. quæſt. 9. num. 8.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 20. defin. 43. n. 2.* † At cum vocati fuiſſent liberi ſub condi- 5
tione expreſsâ, ſi legataria decederet ante teſtatorem, defuncto primùm teſtatore videbatur conditio expirâſſe, adeoque vel ipſius teſtatoris diſpoſitione expreſsâ, liberis ſucceſſionis via præcluſa: † Expres- 6
ſio enim ſpecialis omnem impedit extenſionem, *l. commodiſſimè. 10. ff. de liber. & poſthum. l. ſi cum dotem. 22. in pr. ff. ſolut. matrim. l. 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* † nec vulgaris ſubſtitutio, quando volun- 7
tas teſtatoris certa & expreſſa eſt, ad fideicommiſſum, † quod eſt oneroſum, *l. 22. §. 1. ubi* Dd. *ff. de* 8
adopt. trahi debet, Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 8. defin. 10. num. 1.* Placuit ergò, † ex ſanctione Juris Sa- 9
xonici maritum liberis præferri, ita tamen, ut ſi immobilia ad legitimam non ſufficerent, hæc de pecuniâ matri legatâ ſupplenda eſſet, † juxta tradita *ſupr.* 10
Conſt. Elect. *23. Defin. 18.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 24. n. 7. & ſeq.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 57. n. 54.*

Ita Domini in cauſa Gabriel Schreyens zu Marienberg/ Menſe Auguſto, Anno 1600. (Verba ſentent: Hat Lorentz Emenckel ſeiner Schweſter/eurer Schwieger/in ſeinem Teſtament 300. fl. vermacht/dergeſtalt, woſern ſie vor ihme dem Teſtatore verſtürbe / alsdann bemeldte 300. fl. auff ihre leibliche Kinder fallen ſolten/und es iſt obberührter Teſtator geſtorben / darauff eure Schwieger ihr vermachtes Legatum bekommen/Iſt nun dieſelbe auch Todes verfahren/und hat ihren Ehemann an einem/ und ihre Tochter/euer Eheweib/am andern Theil/nach ſich verlaſſen/So hat ſie/vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte/erwähnte 300. fl. auff angeregten ihren Ehemann bracht und verfället/ Er iſt aber eurem Eheweibe ihre gebührende Legitimam, woſern ſonſten vielerwähnte eure Schwieger keine unbewegliche Güter verlaſſen/davon euer Eheweib dieſelbige haben könte/ davon folgen zu laſſen und zu erfüllen ſchuldig/V.R.W.)

Constitutio XXVI.
PARTIS TERTIÆ.

Wann Mann Mann und Weib einander böß-lich verlaſſen / ob das ſchuldige Theil nach Abſterben des andern/etwas ererben/ oder aus des Verſtorbenen Gütern erlangen könne?

Conjux conjugem malitiosè deſerens, nunquid id, quod ex hereditate vel bonis innocentis defuncti ipſi debebatur, amittat?

DA der Mann die Frau / oder die Frau den Mann bößlich verläſt/ von ihme wegläufft / oder in groſſer Leibes-Schwachheit / darinnen er oder ſie geſtorben/deſerirt,

COnjux conjugem ſi malitiosè deſerat, vel gravi morbo decumbentem, ex eoque decedentem negligat, easque cauſas ſufficientes eſſe Judex, cognito nego-

und solche Ursachen zu Recht erheblich und gnugsam erkannt werden / So sol dem schuldigen und verbrechenden Theil das jenige / so ihm aus der Ehestifftung / Statut / Gewohnheit oder Recht / von des Verstorbenen Gütern gebührt / auff den Fall / da des Verstorbenen Erben solches wiederfechten / nicht folgen / sondern den Erben zuerkannt werden / Es wäre dann die Ehescheidung zwischen Mann und Weib zu Recht erkannt / oder der verstorbene Ehegatte hätte dem schuldigen Theil bey seinem Leben verziehen / oder in seinem Testament nachfolgends etwas vermacht / darbey wir es auch bleiben lassen.

negotio, existimaverit, ea quæ de bonis defuncti superstiti, vel ex pacto dotali, vel statuto, aut consuetudine, vel jure debebantur, non illi, sed heredibus defuncti, siquidem hi id petant, adjudicabuntur. Nisi vel per sententiam dissolutum sit inter conjuges matrimonium, vel superstiti defunctus ignoverit, vel denique in testamento quid ei legaverit. Eaque sententia nobis probatur.

DEFINITIONES.

1. *Vir aut mulier ex conjugis defuncti bonis nihil lucratur, si illum deseruerit.*
2. *Maritus uxorem, peste infectam deserens, lucrum dotis amittit.*
3. *Non dicitur deserere conjugem peste laborantem, qui licet absens, de cura tamen & medicamentis ei prospicit.*
4. *Quocunque morbi genere affectam & morientem uxorem maritus deserens, indignum se reddit lucro mobilium.*
5. *Maritus denegans uxori alimenta, dotem & lucrum mobilium amittit.*
6. *Privandus etiam est maritus lucro dotis & mobilium, qui uxorem verberat & expellit.*
7. *Perdit maritus dotem, mobiliaque uxoris, si necem ejus fuerit molitus, effectu licet non subsecuto.*
8. *Indignus judicatur Conjux portione Statutariâ, si conjugem adulterii falsò accusaverit, & non obtinuerit.*
9. *Amittitur lucrum dotis, mobiliumque sive portionis Statutariæ ex eo, quod conjux de adulterio perpetrato convincitur.*
10. *Conjux portione Statutaria privandus non est, antequam cognito negotio causam privationis sufficientem judex pronunciaverit.*
11. *Nunquam privatur Conjux portione Statutariâ, si heredes conjugis defuncti privationem non petierint.*
12. *Soli heredes descendentes ad privationem portionis statutariæ adversus conjugem experiri possunt, non etiam extranei, vel collaterales.*
13. *Non privari potest conjux superstes portione statutariâ, si defunctus ei injuriam sibi illatam condonaverit.*
14. *Non excluditur desertor à successione, si conjux defunctus ei tacitè injuriam remiserit, vel saltem in testamento quid legaverit.*
15. *Separatione inter conjuges quoad thorum & mensam à Magistratu factâ, desertor non amittit portionem statutariam.*
16. *Voluntaria autem & extrajudicialis separatio conjugum non tollit lucri statutarii privationem.*
17. *Facto divortio totali, nullum competit jus succedendi marito vel uxori in bonis defuncti conjugis.*
18. *Matrimonio licet quoad thorum & mensam separato, maritus nihilominus usumfructum in bonis Uxoris retinet, sed ei alimenta præstare tenetur.*
19. *Ablata portio statutaria conjugi indigno, non fisco applicanda est, sed hereditati accrescit.*
20. *Non facit desertio, quo minus conjux innocens ex bonis desertoris portionẽ statutariã petere valeat.*
21. *Ultra portionem tamen statutariam, quam conjuge defuncto superstes lucratur, ex bonis desertoris ac desertricis desertus nihil petere potest.*
22. *Bona utensilia Uxoris desertricis non ad maritum pertinent, sed proximæ cognatæ cedunt.*
23. *Ex bonis post separationem matrimonii desertori conjugi delatis, innocens portionem statutariam petere nequit.*
24. *Nihil petere valet sponsus ex bonis sponsæ, à qua propter desertionem malitiosam fuit per sententiam absolutus.*
25. *Mater detrectans alimentare liberos, eosque deserens, indignam se facit eorum hereditate.*
26. *Ob malitiosam desertionem dissolvendum haud est matrimonium, priusquam judici de tempore & causa absentiæ certò constet, quâ in re cautè est procedendum.*

Definit. I.

Vir aut mulier ex conjugis defuncti bonis nihil lucratur, si illum deseruerit.

1 EXpeditum verè est inter *Dd.* quod conjuges portionem statutariam sibi ex defuncti bonis debitam amittant, si unus alterum malitiosè deserat, juxta tradita in *Novell. 22. cap. 15. §. 2. Novell. 117. c. 8. §. si nolente viro.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 47. n. 10. & part. 2. quæst. 20. num. 6.* Joach. Beust. *de connub. part. 3. cap. 6.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 33. n. 41. & seq.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. num. 13.* Ludolph. Schrader. *ad tit. inst. de nupt. n. 163. & seq.*

2 † Etsi verò in foro Saxonico inter Scabinos quondam de hoc fuerit adhuc disceptatum, ut patet ex
3 traditis Modest. Pist. *part. 2. quæst. 90.* † Attamen res hodiè clara & decisa est, *b.* Const. 26. quæ con-

jugem deserentem à successione conjugis defuncti repellit, eique omnia ea, quæ aliàs ex statuto, consuetudine, pactisve dotalibus illi competerent, denegat, *in verb.* So soll dem schuldigen Theil das jenige / so ihme aus der Ehestiftung / Statut / Gewohnheit oder Recht / von des Verstorbenen Gütern gebühret / nicht abgefolget werden / etc. *ubi* Moller. *n. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Mod. Pistor. *dict. q. 90.* † Cujus rei ratio verissima hæc redditur, quod omni statuto & pactis dotalibus superstiti conjugi portionem bonorum deferentibus tacita insit conditio: Si conjux suum faciat officium, † ut scite tradit Mod. Pist. *dict. q. 90. in fin.* & Heig. *dict. q. 33. n. 24.*

4 Ita Domini in causa Pauli Schneiders zu Leißnig / Mense Mart. Anno 1609. (Verba sententiæ: Ist M. K. dem Kriegs-

Kriegswesen in Ungarn nachgezogen / und hat sein Weib eure Mutter böslichen deseriret und verlassen/worauff unlängsten gedachte eure Mutter verstorben / ꝛc. So hat sie ihre Verlassenschafft auff euch bracht und verfället/und der Mann oder seine Freunde haben daran keine Foderung/ V.R.W.)

Definit. II.

Maritus Uxorem peste infectam deserens lucrum dotis amittit.

1 DEsertio indifferenter conjuges à successione excludit, sive perpetua fuerit, sive ad certum duntaxat tempus, propter verba *h.* Const. *26.* generalia: (Da der Mann die Frau/oder die Frau den Mann
2 böslich verläst/ꝛc.) † quæ & generaliter accipi debent *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. præses. 3. in*
3 *fin. ff. de offic. præsid.* † Nec ad privationem portionis statutariæ necesse est, ut quis conjugem perpetuò deserat, sed sufficit, si eam ad tempus saltem malitiosè relinquat, *arg. Novell. 22. c. 15. §. 2. vers. vel etiam invito viro citra rationabilem causam foris pernoctantem. Novell. 117. cap. 8. §. 5.* † Dubium itaq; non est,
4 quin maritus uxorem peste laborantem deserens, lu-
5 crum dotis aliorumque mobilium amittat, † ut multis probat Andr. Rauchb. *p. 2. quæst. 20. num. 18.* u-
6 bi contraria refellit. † Quod & ex verbis *h.* Const. *29.* (Von ihme weglaufft / oder in grosser Leibes-Schwachheit/darinne er oder sie gestorben / *deserirt,*) apertè probatur Rauchb. *dict. quæst. 20. num. 26.*
7 Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. n. 19.* † Etenim cum matrimonium sit omnis vitæ consortium, *l. 1. ff. de rit. nupt.* ac individua & indissolubilis vitæ societas atq; conjunctio, *§. 1. instit. de patr. potest. c. veniens, u-*
8 *extr. de præsumpt.* † nihil certè tàm humanum esse potest, quàm ut quibuscunque casibus & adversis & secundis mulieris maritus & uxor viri particeps
9 sit, *l. 22. §. si maritus. 7. ff. solut. matr.* † Quin & officio conjugum id incumbere, vel solius Apostoli
10 testimonio probatur *1. ad Corinth. 7. vers. 11. & 12.* † Neglecto igitur eo, conjux ad successionem non admittitur, Defin. *præced. in fin.*

Ita Domini in causa Martin Nösers zu Weida / Mens. Mart. Anno 1629. (Verba sentent: Ist eure Mutter unlängsten an der gefährlichen Seuche der Pestilentz Todes verfahren/bey der aber ihr Ehemann/euer Vater / nicht geblieben/sondern sich der Gefahr halben anderswohin begeben/Ob nun wohl sonsten/wann ein Ehegatte den andern in dergleichen Fall deseriret und verderben lässet/ sich seines Succession-Rechts in des Verstorbenen Gütern verlustig gemacht/ꝛc.)

Definit. III.

Non dicitur deserere conjugem peste laborantem, qui licet absens, de curâ tamen & medicamentis ei prospicit.

1 AThoc ita, si maritus aufugiens uxori peste laboranti non subvenerit medicamentis, alimentis, aliisque necessariis, quæ aliunde adferri potuissent, sed eam, ut in ejusmodi morbo pestilenti fieri solet, omnium spe, consilio & solatio destitutam,
2 contra officium maritale prorsus deseruerit: † Cæteroquin licet evitandi periculi causa absens sit, si tamen uxori ægræ & infirmæ de medicamentis, & mulieribus, quæ illam in morbo sublevarent, prospexerit, non magis à successione mobilium repellendus erit, quam si conjux ægra in fugam vel suc-
3 cessionem ejus consenserit, † quo casu privatio dotis aliorumque mobilium propterea cessat; quod uxor consensu suo marito injuriam remisisse & condonasse censeatur, *h.* Const. *26. in verb. final.* Oder der verstorbene Ehegatte hätte dem schuldigen Theil bey seinem Leben verziehen/ꝛc. Franc. Ripa *in tract. de Peste c. 1. n. 20.* Andr. Rauchb. *p. 2. q. 20. n. 31.*
† Sola enim absentia veniam meretur propter mor- 4
bi pestiferi periculum, in quo stare nihil est aliud, quàm tentare Deum, ut loquitur Panorm, *in c. cum delecti. 6. n. 16. de dol. & contum. per text. in cap. si nulla 15. caus. 23. q. 8. Ripa de peste in pr. n. 8.* † Quin 5
non deserere videtur conjugem peste laborantem, qui ei de omnibus necessariis prospicit, Rauchb. *dict. loc. n. 29.* † Nec per malitiam (quæ sola desertores 6
conjuges à successione excludit *h.* Const. *26. in pr.* Böslich verläst) abest maritus, qui justo timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abest, *l. metus. 3. ff. ex quib. caus. major.* † Voluntas quippe & 7
propositum distinguunt maleficia, *l. verum. 39. ff. de furt. l. 1. C. ad Leg. Cornel. de sicar.* † & quælibet cau- 8
sa à dolo excusat, *l. igitur. 12. ff. de liber. caus.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch gedachter euer Vater seinem Weibe / als sie kranck worden / eine Wärterin zugeordnet / und mit nothdürfftiger Cur und Unterhalt sie versorget/ꝛc. So hat auch eure verstorbene Mutter/vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/alle ihre Mobilia auff vorbemeldten ihren Ehemann bracht und verfället/ und es mögen ihme dieselbigen nicht entzogen werden/V.R.W.)

Definit. IV.

Quocunque morbi genere affectam & morientem uxorem maritus deserens, indignum se reddit lucro mobilium.

1 NOn solùm uxore peste laborante, maritus deserens eam lucro dotis & mobilium privatur, *supr.* Defin. 2. † sed & si conjugem in puerperio, aut 2
morbo alio laborantem deseruerit, nec ei de medico, aliisque necessariis prospexerit, † propter verba ge- 3
neralia *h.* Constit. *26. in pr.* (Oder in grosser Leibes-Schwachheit/darinnen er oder sie gestorben/ *deserirt, &c.*) ubi Moll. *n. 1. & 2.* Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de heredit. quæ ab intest. rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 25.* Modest. Pist. *part. 2. q. 57. n. 8.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 159. n. 12. & part. 2. decis. 286. n. 29.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. solut. matr. quemad. dos pet. n. 6. vers. Jure porrò Saxonico.* Hartm. Pist. *obs. 52. num. 2.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 20. n. 29.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 36. n. 34.* † quod tamen eatenus verum est, si 4
uxor mortua fuerit, quæ tamen medici curâ & medicamentorum efficacia valetudini potuisset restitui, † 5
ut patet ex verbis *h.* Const. *26.* modo allegatis, Matth. Berl. *dict. concl. 36. n. 41.* † ubi & post Farin. *in pract.* 6
crim. part. 4. tit. 14. q. 120. n. 86. & seqq. alias hujus assertionis limitationes adducit, plurimisque autoritatibus confirmat. † Planè si inter maritum & here- 7
des uxoris defunctæ controvertatur, an Medicus fuerit adhibitus, nec ne, præsumptio stat pro marito, medicum nempe ab eo fuisse adhibitum, ideoque heredes contrarium asserentes id probare debent, Dan. Moll. *hic n. 7.* † sicut & illud, quod Medicus ha- 8
beri potuisset, quod tamen in civitate insigni semper præsumitur, ut tradit ex Paul. de Castr. *in l. si ab hostibus. 10. §. si vir. 1. ff. solut. matr.* Reinhard. Rosa *ad* Moll. *ibid.* ubi & plures allegat Hartm. Pist. *dict. obs. 52. num. 5.*

Ita Domini in causa Hansen Lindners zu Werben / Mens. Februar. Anno 1630. (Verba sent: Und wiewohl der überlebende Ehemann / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechs-

Rechte benientes Geldes sich anzumassen gemeynet ist/ stehet ihr doch in denen Gedancken/als wann er sich seines Weibes Verlassenschafft verlustig gemacht habe / indeme er sich / wie einem ehrlichen Manne gebühret / seines Weibes nicht angenommen / sie in Kindes-Nöthen und Kranckheit ohne Wartung liegen/ihr auch nicht das H. Abendmahl reichen/sondern sie hülfflos sterben lassen / aus welchen Ursachen denn sonsten ein Ehegatte seines Succession-Rechts zu priviren ist/ ꝛc.)

DEFINIT. V.

Maritus denegans alimenta Uxori, dotem & lucrum mobilium amittit.

1 NOn minus deserere videtur maritus Uxorem, denegans ei alimenta necessaria, quàm si aufu-
2 giens derelinqueret illam, † quare & ob alimenta Uxori denegata maritum lucro dotis & mobilium privari, rectissimè infert Jason *ex l. si ab hostibus. 10. §. 1. ff. solut. matr.* quem sequuntur Matth. Coler. *part. 2. decis. 257. num. 5.* Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 57. num. 3.* Matth. Berl. *part. 3. concl. 36. n. 46.* Joh. Schneidew. *ad tit. instit. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de succes. int. vir. & uxor. n. 25.* † Ne-
3 care siquidem videtur, qui alimenta (h. e. omnia ad vitam necessaria, *l. legatis alimentis. 6. ff. de alim. legat. l. verbo victus. 43. ff. de V. S.* Petr. Frider. *de proces. lib. 2. cap. 54. num. 2.* Pensold. *ad* Coler. *dict. decis. 257. num. 16.*) non præbet, *l. necare. 4. ff. de lib.*
4 *agnosc.* Ex quo sequitur, † privationem dotis & mobilium tum demum obtinere, si ex defectu alimentorum uxor decesserit, secus verò, si maritus aliquantulum in administratione alimentorum duntaxat cessaverit, ut colligit ex *l. si cum dotem. 22. §. sin autem in sævissimo. 3. ff. solut matr.* Coler. *dict. de-*
5 *cis. 257. num. 6.* † & convenit idipsum verbis Con-
6 stit. Elect. *h. 26.* (Darinnen er oder sie gestorben/) † Nec maritum propter alimenta non præstita lucro dotis atque mobilium privari, si dos promissa marito non fuerit soluta, tradit Berlich. *dict. concl. 36. n. 47.* secutus Alex. *vol. 7. consil. 123. num. 6.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Jndem er sich/ wie einem ehrlichen Manne gebühret / seines Weibes nicht angenommen / noch dieselbige mit nothdürfftigem Unterhalt und Alimentation versorget / sie in Kindes-nöthen und Kranckheit ohne Wartung liegen / ihr auch nicht das H. Abendmahl reichen / sondern sie Hülfflos sterben lassen / aus welchen Ursachen denn sonsten ein Ehegatte seines Succession-Rechts zu priviren ist/ ꝛc.)

DEFINIT. VI.

Privandus etiam est maritus lucro dotis & mobilium, qui Uxorem verberat & expellit.

1 RIgorosa certè est desertio, verbis & verberibus conjuncta, si maritus non solùm contumelioſa verba quæque in Uxorem evomat, sed & verbe-
2 ribus eam malè tractet, ac prorsus expellat. † Quin ergo ob id, lucro dotis aliorumque mobilium in foro Saxonico privari debeat, dubitandum non est, ut rectissimè sentiunt Bald. *in l. 1. §. sed scimus. 3. C. de latin. libert. toll. num. 1.* Foller. *in pract. crim. secund. part. 2. part. princip. Rubr. dentur. Capit. quod suffocaverit uxorem.* Nic. Boër. *decis. 244. circa fin.*
3 Hartm. Pist. *observ. 52. num. 3.* † sed hoc ita, si uxor percussa moriatur, *h.* Const. *26. vers.* Darinnen er/ oder sie gestorben/ non etiam si expulsa in vivis ma-
4 neat, vel ad maritum revertatur, † quia sola expulsio amissionem dotis non inducit, ut tradit eleganter Jas. *in l. si ab hostib. 10. §. si vir uxorem. 1. ff. solut. matr. num. 4.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. num. 32.*

Ita Domini in causa Valentini Ziegenhains contra Heinrich Harten zu Saltza/ ad requisitionem Quæstoris ibidem, Mens. Majo Anno 1602. (Verba sentent: Daß es eingewandter Leuterung ungeacht/ bey dem gesprochenen Urtheil billich bleibet / jedoch mit dieser Erklärung/ daß Beklagter sich auch seines Weibes Ein- und Zubringens/ von wegen des an ihr begangenen Frevels und Gewalts verlustig gemacht/ und solches Klägern wieder folgen zu lassen schuldig ist / V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Perdit maritus dotem mobiliaque Uxoris, si necem ejus fuerit molitus, effectu licet non subsecuto.

MUltò magis verò dotem aliaque mobilia mari- 1
tus amittit, Uxorem prorsus interficiens, ut maximè eam de adulterio habeat suspectam; Nec enim æquum est, † Virum ob facinus suum, lucrum 2
& emolumentum sperare, *l. si ab hostibus. 10. §. si vir uxorem. 1. ff. solut. matr. ubi* Jas. *n. 1.* Hartm. Pistor. *obs. 52.* Matth. Colér. *part. 1. decis. 57. num. 69. & p. 2. decis. 286. n. 27.* Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de succes. int. vir. & uxor. n. 24.* Nicol. Boër. *decis. 261. n. 2.* † quam assertionem 3
procedere ajunt, licet maritus uxorem in flagranti crimine deprehensam occiderit, Matth. Coler. *dict. decis. 286. n. 27.* Jul. Clar. *lib. 5. recept. sent. §. homicidium. n. 22. vers. sed certè distinctio.* Matth. Berlich. *p. 3. concl. 36. n. 5.* † Planè, si necem uxoris maritus 4
saltem molitus fuerit, lucrum statutarium perdit, etiamsi propositum suum ad effectum non perduxerit, Gloss. Ordin. Landr. *lib. 1. art. 21. n. 3. &* Gloss. *ad art. 21.* Weichbild. *n. 33.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. n. 245.*

Ita Domini in causa M. J. zu Freyberg/ Mens. Januar. Anno 1632. (Verba sent: Da aber dennoch / euerm Bericht nach/ euer Ehemann sich gegen euch allerdings ühel und des Ehebetts gäntzlichen enthalten / euch keinen Unterhalt verschaffet/ den Huren nachgelauffen/ das Eure liederlichen verzehret/ euch offtmals braun und blau geschlagen / und gantz umbringen wollen / ihr auch und künfftige nach eurem Absterben / eure Erben dasselbe / und insonderheit / daß er euch umbzubringen sich unterstanden / wie Recht erweisen und beybringen möchtet / der Ehemann auch bey eurem Leben sich mit euch nicht wiederumb vergleichen und vereinigen würde / ꝛc. So hätte benelder euer Ehemann / nach eurem Absterben/ sich der verlassenen Mobilien nicht anzumassen/ sondern es verbliebe bey eurem gethanen Vermächtniß billich/ V. R. W.)

DEFINIT. VIII.

Indignus judicatur conjux portione statutariâ, si conjugem adulterii falsò accusaverit, & non obtinuerit.

NEutiquam putandum est, ob solam desertio- 1
nem malitioſam conjuges portione statutaria privari, sed plures causæ adhuc aliæ existunt, ex quibus indigni hereditate judicantur, † puta, si u- 2
xor ab alio fuerit occisa, cujus necem maritus, qui occisorem novit, vindicare noluerit, quia propterea lucro dotis aliorumque mobilium in foro Saxonico privari debet, Joach. à Beust. *in tract. connubior. part. 3. cap. 9. vers. quando Uxor ab alio occisa fuisset.* Hartm. Pistor. *observ. 56.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 244.* † Nisi forsan alius in ulciscendâ uxoris 3

nece

nece maritum præveniſſet, Beuſt. *dict. loc. verſ. niſi forte alius in ulciſcendâ nece.* Jaſon. *in l. 1. num. 1. C.*
4 *de his quib. ut indig.* † Similiter quoque conjux portione ſtatutariâ judicatur indignus, ſi conjugem adulterii falsò accuſaverit & non obtinuerit, Frider. Penſold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 286. num. 248.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 20. num. 29.*
5 † Cujus rei rationem reddit Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. num. 11.* hanc, quod juſta ſit cauſa divortii falſa accuſatio de adulterio commiſſo, Alber. Gentil. *in tract. de nupt. lib. 6. cap. 5. verſ. juſta &*
6 *itaque altera cauſa.* † At juſtam divortii cauſam ad lucri etiam ſtatutarii amiſſionem ſufficientem eſſe, ait ex Bartol. *in l. ſi ab hoſtibus. 10. §. ſi vir. 1. ſub fin. pr. ff. ſolut. matrim.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſententiæ: Da ihr auch/und künfftig nach eurem Abſterben eure Erben daſſelbe/und inſonderheit daß er euch umzubringen ſich unterſtanden/oder doch auch wegen begangenen Ehebruchs fälſchlichen und zur Ungebühr beſchuldiget/und angeklaget hätte/wider euch aber nichts ausführen können/wie Recht erweiſen und beybringen möchtet/der Ehemann auch bey eurem Leben ſich mit euch nicht wiederumb vergleichen und vereinigen würde/ꝛc. So hätte bemeldter euer Ehemann/nach eurem Abſterben/ſich der verlaſſenen Mobilien nicht anzumaſſen/ſondern es verbliebe bey eurem gethanen Vermächtniß allenthalben billich/ V.R.W.)

Et ad requiſitionem Præfecti zu Schraplau/Menſe Mart. Anno 1585.

Definit. IX.

Amittitur lucrum dotis mobiliumque ſive portionis ſtatutariæ ex eo, quod conjux de adulterio perpetrato convincitur.

1 QUod ſi ergo cauſa divortii quævis amiſſionem dotis ac portionis ſtatutariæ inducit Defin. *præced. in fin.* facilè hinc colligere eſt, indignum fieri conjugem lucro portionis ſtatutariæ, † ſi de-
2 commiſſo adulterio convincatur, ob quod juſtiſſimè matrimonium non ſolùm quoad thorum & menſam, ſed totaliter diſſolvi, haud ambigendum eſt, *c. 5. ext. de procur. c. ex literis 5. extr. de divort. c. 4. extr. de donat. int. vir. & uxor. can. in conjugio. 3. cauſ. 32. quæſt. 1. l. conſenſu. 8. §. ſi qua igitur. 2. C. de repud.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 19.* Henr. Bocer. *de adult. cap. 5. in*
3 *pr.* † Sequitur namque thori ſeparationem & matrimonii diſſolutionem repetitio dotis, quàm aliàs defunctâ Uxore maritus lucratur, *Novell. 117. cap. 8. verſ. Et ſi quidem habeat uxorem.* Joach. à Beuſt. *in tract. connub. part. 2. cap. 21.* Jul. Clar. *lib. 5. ſententt. §. adulterium. num. 12.* Matth. Coler. *part. 1. de-*
4 *ciſ. 176. num. 44. & ſeqq.* † Nec conjugi ſuperſtiti portio ſtatutaria ex bonis defuncti conjugis aliter defertur, quàm ſub conditione, ſi nempe officium ſuum fecerit, & fidem conjugalem ſervaverit,
5 Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 33. num. 42.* † quam per adulterium ruptam fuiſſe, quis negare auſit? Ac certè portione ſtatutariâ conjugem adulterum
6 privari, eo minus quis dubitaverit, ſi advertat, † propria etiam bona adulterum, conjugem amittere, in pœnam commiſſi adulterii, *l. conſenſu. 8. §. vir quoque 3. virum etiam. 5. l. jubemus. 11. §. 1. C. de repud. Novell. 117. c. 8. Auth. ſed novo jure C. eod. tit. l. cum mulier. 47. ff. ſolut. matrim.* Dan. Moller. *ad Conſtit. Elect. 21. num. 1. part. 4.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 47.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 176. num. 40.* de quo dixi fuſius *in practicâ criminali part. 2. quæſt. 64.*

Ita Domini in cauſa A. à Z. Menſe Novembr. Anno 1597. (Verba ſentent: So hätte ſich eure Stieffmutter wegen des begangenen Ehebruchs/beydes ihrer Mitgifft und obgedachter Leibzucht/ſo wohl alles deſſen/ſo ſie aus ihres Mannes Gütern zu gewarten gehabt/verluſtig gemacht/ ꝛc.)

Definit. X.

Conjux portione ſtatutariâ privandus non eſt, antequam cognito negotio cauſam privationis ſufficientem judex pronunciaverit.

NOn ſtatim probata eſt cauſa privationis, de qua 1
conjux inculpatur, nec quævis cauſa ad privationem portionis ſtatutariæ ſufficiens eſt, quæ forſan à conjugis defuncti heredibus prætenditur: † 2
Quid enim, ſi conjux à conjuge ex cauſa probabili & neceſſaria abfuiſſet, an ſtatim eum deſertorem appellaremus, ac indignum hereditate conjugis defuncti judicaremus? † Certè non quilibet deſer- 3
tor cenſendus eſt, qui vel officii, vel aliâ causâ probabili diſcedit, licet diutius abſit, † ſed is demum, qui 4
à conjuge, nullâ causâ coactus, ſed vel levitate quâdam vel injuſtâ patientiâ freni conjugalis impulſus diſceſſerit, ac conjugem malitiosè deſeruerit, Ludolph. Schrad. *ad tit. inſt. de nupt. num. 164. & ſeq.* † Sola namque malitioſa deſertio pœnam privatio- 5
nis meretur, *h.* Conſt. *26. in pr.* (Da der Mann die Frau/oder die Frau den Mann böſßlich verläſt/ꝛc.) † multis autem modis deſertor malitiam poterit pur- 6
gare, quum & quælibet cauſa à dolo excuſet, *l. igitur. 12. ff. de liber. cauſ.* † Quid itidem, ſi innocens con- 7
jux injuriam per deſertionem malitioſam ſibi illatam remiſerit, aut deſertori in teſtamento quid legaverit? Hiſce enim talibus pœnam privationis non obtinere, dicam *infra* Definit. *13. & 14.* † Non 8
itaque conjux à portione ſtatutariâ erit repellendus, priusquâ judex cognito negotio cauſam privationis juſtam & ſufficientem pronunciaverit, *ex h.* Conſtit. Elector. *26. in pr. verb.* Und ſolche Urſachen zu Recht erheblich und gnugſam erkannt worden/ꝛc. *ubi* Dan. Moller. *num. 3.*

Ita Domini in cauſa Eraſmi Trögers zu Plauen/Menſe Octobr. Anno 1617. (Verba ſententiæ: Ob gleich Andreas Heynemann im abgewichenem Jahre bey nächtlicher Weile ſich auffgemacht/und von ſeinem Weibe gangen/ und als ſie hernach verſtorben/wie dann auch biß auff gegenwärtige Zeit ſich nicht wieder gefunden und eingeſtellet. Dieweil er aber dennoch hierüber/und was ihme wegen der deſertion zugemeſſen und Schuld gegeben wird/nicht vernommen/und man alſo noch zur Zeit keine Gewißheit hat/ob die Urſache/daß er vorbemeldtes ſein Weib verlaſſen/erheblich und gnugſam/welches gleichwohl die Churfürſtliche Sächſiſch. Conſtitution in dergleichen Fall ausdrücklich erfodert und haben will/ ꝛc. So hat auch zu dieſem mahl/ob Andreas Heynemann des jenigen/was ihme aus ſeines verſtorbenen Weibes Verlaſſenſchafft gebühret/ſich verluſtig gemacht/ nichts erkannt werden mögen/ſondern wenn er nochmahls darauff gehöret/er auch/auffn Fall er ſonſten nicht zu erhalten/durch öffentliche Citation gebührlich vorgeladen/ ergehet darauff/er erſcheine alsdann gleich/und thue ſeine Antwort darauff/oder nicht/ſeiner Perſon/und ob er ſich desjenigen/was ihme aus ſeines verſtorbenen Weibes Gütern gebühret/verluſtig gemacht/ferner was Recht iſt/V.R.W.)

Ita in causa Hansen Lindners zu Werben / Mens. Februar. Anno 1630. (Verba sent: Da ihr nun die von euch ietzo angeführte Ursachen und Motiven darthun und beweisen würdet/ꝛc. So ergienge also dann dieses Puncts wegen/ ob sich N.N. des jenigen/so ihme sonsten aus seines Weibes Verlassenschafft gebühret / verlustig gemacht oder nicht/ferner was recht ist/ V.R.W.)

Et in causa heredum Hansen Himbers zu Meißen / Mens. Septembr. Anno 1621. (Verba sentent: Da ihr nun solche Ursachen und Motiven darthun und insonderheit beweisen würdet / daß euer Stiefvater eure Mutter sein Weib böslichen verlassen / und in ihrer Schwachheit sie gäntzlichen deseriret,&c. So ergienge alsdann dieses Puncts wegen / ob bemeldter A.G. des jenigen / so ihme sonsten / vermöge des Orts Gewohnheit oder Willkühr/ gebühret gehabt/ sich verlustig gemacht/oder nicht / ferner was Recht ist. V R W.)

Definit. XI.

Nunquam privatur conjux portione statutariâ, si heredes conjugis defuncti privationem non petierint.

1 NOn cadit lucro statutario conjux antequam causa privationis justa atque sufficiens fuerit probata, Defin. *præced.* Cognitio ergo causæ præce-
2 dat necesse est, † quam si non petierint heredes conjugis defuncti, nec privationem quæsierint, sed tacuerint, nunquam obtinere eam, dixeris rectissimè,
3 † quod & diserte sancitum *h.* Const. Elect. *26. verb.* **Auff den Fall/da des Verstorbenen Erben solches wiederfechten/nicht folgen.** Ergò si tacuerint, portio statutaria desertori assignanda erit, Dan. Moll.
4 *hic num. 2. sub fin.* † Non tamen heredes ad agendum admitti putaverim, priusquam demonstraverint, conjugem defunctum, indignatum fuisse, atque injuriam per desertionem conjugis sibi illatam vin-
5 dicare voluisse, si non morte præventus fuisset; † In dubio siquidem conjux injuriam remisisse præsumitur, *arg. cap. ult. extr. de præsumpt.* Jacob. Menoch.
6 *de præsumpt. lib. 2. præs. 76. num. 5.* † Quo ipso etiam heredibus via ad agendum est præclusa, *h.* Constitut. *26. vers.* **Oder der verstorbene Ehegatte hätte dem schuldigen Theil bey seinem Leben verziehen/**
7 † Nec enim heredes vindicare possunt injuriam, quam defunctus jam antea remisit. Nicol. Boër. *dict. decis. 338. num. 7.* Dan. Moll. *ad* Const. Elect. *21. part. 4.*

Ita tractatum in causa A. & I. G. & Consort. Mens. Aug. Anno 1601.

Et ad requisitionem Senatus Altenburgensis, Mens. Martio, Anno 1603.

Definit. XII.

Soli heredes descendentes ad privationem portionis statutariæ adversus conjugem experiri possunt, non etiam extranei vel collaterales.

1 DUbium equidem non est, si ipsemet conjux adversus conjugem ad privationem agere cœperit, quin defuncto eo, heredes indifferenter actionem persequi valeant; Sed si morte præventus
2 conjux non experiri potuerit, † heredibus quidem descendentibus sive liberis jus agendi etiamnum competere, expeditum est *h.* Const. *26.* & Con-
3 stitut. Elect. *21. part. 4.* Definit. *præced.* † sed num etiam heredibus collateralibus sive extraneis? Ita
4 quidem dicendum videbatur † ex verbis *dict.* Constitut. *21.* & *h.* Constit. *26.* quæ indifferenter de heredibus loquuntur, (**des Verstorbenen Erben/**) omnes siquidem successores tàm extranei & collaterales, quàm liberi hoc nomine comprehenduntur, *l. hereditas. 62. ff. de Reg. jur.* Brech. *in l. nihil. 24. ff. de verb. signif. Wehn. in vocab.* **Erben.** † Attamen de jure communi, jus agendi ad privationem portionis statutariæ, non nisi suis heredibus competere, Dd. plerique conveniunt, Nicol. Boër. *decis. 338. num. 81.* Joh. Campeg. *in tract. de dote. quæst. 228.* Prosp. Farin. *part. 5. oper. crimin. quæst. 142. num. 126. & seqq.* † Quidni ergo explicationem Con-
5 6 stitutionum Electoralium ex jure communi admitteremus? restringentes verba prædicta ad solos heredes descendentes, præsertim † cum statutariæ
7 Constitutiones strictè accipi debeant, ita ut quantum fieri potest, minus jus commune corrigatur, Andr. Tiraq. *de LL. connubial. gloss. 2. num. 23. post pr.* Jac. Schult. *in pract. quæst. 65. n. 32. & seqq.* Dan. Moll. *lib. 1. semestr. 3. num. 1.* † Idque eo magis
8 quod jura specialia, quale procul dubio est in præsenti jus privationis, facilius ad suos & descendentes heredes, quàm ad collaterales vel extraneos transmittantur, ut videre est ex jure optionis, Viduæ competenti in bonis defuncti mariti, de quo *supr.* Const. Elect. *20.* Defin. *41. & 42.* † & privilegio tacitæ
9 hypothecæ atque jure prælationis, quod mulier habet ratione dotis illatæ in bonis mariti defuncti, quod æquè ad liberos & descendentes heredes transmittitur, *l. assiduis. 12. §. 1. vers. exceptis. C. qui potior. in pign.* † non etiam ad collaterales & extraneos,
10 *Novell. 19. in pr. §. non verò aliis. l. un. C. de privil. dot.* Jason. *in l. 1. ff. solut. matr. num. 17. & seqq.* Joh. Schneidew. *in §. fuerat. 29. num. 68. inst. de action.* Vid. quæ dixi in *pract. crimin. part. 2. quæst. 65. n. 28. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa A. & I. G. ac Consort. Mens. August. Anno 1601. (Verba sententiæ: Wann nun gleich obberührtes eures Brudern Weib bey desselben Leben in Ehebruch gelebet / und darüber betreten worden / So möchte ihr doch derowegen von euch und euren Eheweibern/als des verstorbenen Mannes Geschwistern/ihr eingebrachtes Gut/oder was ihr sonst / vermöge des Orts Willkühr/oder in Mangelung derer/Inhalts Churfürstl. Sächs. Constitution, aus eures Bruders und Schwagers Gütern gebühret/auffn Fall sie zu einem oder dem andern/inmassen ihr zu thun unbenommen / hiesen oder wehlen würde/nicht entzogen oder vorenthalten werden/ V.R.W.)

Definit. XIII.

Non privari potest conjux superstes portione statutariâ, si defunctus ei injuriam sibi illatam condonaverit.

HEredes post obitum viri vel uxoris, adversus superstitem conjugem, sive ex causa desertionis, sive adulterii, aliâve de causâ ad privationem a-
1 gentes, id potissimum efficere videntur, ut injuriam vindicent, Const. Elect. *21. part. 4.* † Hanc ergo
2 si defunctus remiserit & superstiti condonaverit, non audiendi amplius erunt heredes, conjugem superstitem à successione excludere volentes, *h.* Constitut. *26. in verb. final.* **Oder der verstorbene Ehegatte hätte dem schuldigen Theil bey seinem Leben verziehen/ꝛc.** † Juris siquidem expediti est actionem
3 injuriarum, si defunctus adversus injuriantem experiri noluerit, ad heredes non transire, *l. injuriarum. 13. Item apud Labeonem. 15. §. injuriarum. 14. ff. de injur. l. pœnales. 32. ff. ad Leg. falcid.* † Ergo nec a-
4 ctio ad privationem portionis statutariæ, quæ ad vindictam, sive injuriam conjugi illatam tendit, *l. consensu 8. §. 5. C. de repud.*

Ita

Ita Domini ad consultationem Quæstoris Libenwerdensis Mense April. Anno 1580. (Verba sententiæ: Ob gleich W. M. durch seinen mit L. R. einer ledigen Dirnen begangenen Ehebruch sich nicht allein seines Weibes Angefälle/ sondern auch seines Lebens verlustig gemacht. Da ihme aber dennoch sein Eheweib bey ihrem Leben verziehen/ und sich erboten hätte/ ferner ihme ehelich beyzuwohnen/ ꝛc. So wären auch derselben Kinder und Erben nunmehr nach ihrem tödtlichen Abgang / ihn von der hinterlassenen Erbschafft auszuschliessen nicht befugt/ sondern was dem Ehemanne nach des Orts Gewohnheit gebühret/ folgen zu lassen schuldig / V. R. W.)

Definit. XIV.

Non excluditur desertor à successione, si conjunx defunctus ei tacitè injuriam remiserit, vel saltem in testamento quid legaverit.

1 NOn minor tacitæ quàm expressæ remissionis est efficacia, veluti & solâ dissimulatione tollitur injuria, §. *ult. inst. de injur. l. si non convicii. 5. C.* 2 *eod. tit.* † Quidni ergo Conjugem defunctum superstiti injuriam condonasse existimemus, si per annum forsan ante obitum quietè cum ipso vixerit? 3 Dan. Moller. *hic num. 5.* † Minus verò de injuriæ remissione dubitandum erit, si conjunx innocens nocenti & deferenti aliquid in testamento reliquerit, ex quo remissio injuriæ firmiter colligenda. † Utroque ergo casu heredes, si ad privationem experiri velint, non audiendos esse rectissimè arbitraberis, *h.* Const. *26. in verb.* Oder in seinem Testament nachfolgends etwas vermacht/ Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. num. 28.*

Ita Domini in causa M. I. zu Freyberg / Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sententiæ: Würdet ihr vor eurem Absterben eurem Ehemanne / unangesehen derselbe euch einmal deseriret, wiederum friedlich beywohnen/ oder aber ihme in eurem Vermächtniß etwas gewisses bescheiden und verordnen / auff solchen Fall wären eure Kinder bemeldten Ehemann von eurer Erbschafft/ und demjenigen/ was ihme zu recht daraus gebühret / auszuschliessen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XV.

Separatione inter Conjuges quoad thorum & mensam à Magistratu factâ, desertor non amittit portionem statutariam.

1 MAtrimonio inter Conjuges quoad thorum & mensam per sententiam dissoluto, ob causam desertionis lucrum statutarium non amitti, ambigendum non est, propter verba clara *h.* Constit. *26.* (Es wäre dann die Ehescheidung zwischen Mann und Weib zu recht erkannt.) *ubi* Moll. *num. 2.* † At 2 iniquum dixeris, desertorem propter suam culpam & delictum ex bonis defuncti Conjugis quicquam lucrari, *l. si ab hostibus. 10. §. si vir uxorem. 1. ff. solut. matr.* † Et quomodo melior conditio erit desertoris post matrimonium dissolutum, quàm antea fuerat, ubi procul dubio à successione excludebatur? 4 † Existimavit hinc Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. num. 25.* Verba Constituentis Illustrissimi de parte innocente esse accipienda, ita, ut conjunx innocens qui separationi causam non dedit, lucrum percipere non possit. † Sed restrictionem hanc tex- 5 tus Constitutionis neutiquam admittit, cum Electori Serenissimo mens fuerit, de successione nocentis, ac privatione lucri statutarii, certi quid decidere, quod tàm ex ipsâ *rubr.* Const. quàm ex *Verbis Nigri* (So soll dem schuldigen und verbrechenden Theil *junct. vers.* Es wäre dann) manifestissimè apparet, prout demonstravi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 58. num. 71.* † Dixerim ergò, quod res est, desertorem quoque post dissolutionem matrimonii, ad successionem conjugis defuncti innocentis admitti, ex dispositione scilicet Legis Electoralis, non verò quod delictum suum id mereatur. † Nec adeo 7 iniquum hoc videbitur, si consideraverimus, ante dissolutionem matrimonii desertorem lucro statutario ideo privari, quod officium suum non fecerit, ad cohabitationem conjugi obstrictus, ut scitè loquitur Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 90. in fin.* & Petr. Heig. *part. 2. quæst. 33. num. 42. Supr.* Defin. *1. in fin.* † At non censetur id neglexisse, qui per Ma- 8 gistratum à cohabitatione fuerit absolutus, tantum nimirum abest, ut quicquam post matrimonii dissolutionem desertori amplius imputari queat. † Quin 9 & cum Uxor deserta, factâ separatione quoad thorum & mensam, alimenta petere valeat ex bonis desertoris, ut dicetur *infra* Defin. *18.* † hunc à suc- 10 cessione mobilium, defunctâ Uxore, excludi iniquissimum esse, *arg. l. pro oneribus 20. C. de jur. dot.*

Ita Domini in causa Laurentii Richters zu Oversurt/ Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sentent: Seyd ihr und euer Weib Elisabeth durch einen Abschied wegen der von ihr wider euch angestalten desertion-Klage und andern entstandenen Streitigkeiten/ zu Tische und Bette von einander geschieden worden / worauff Klägerin in dem Hospital Todes verfahren/ ꝛc. So hat sie ihre bewegliche Güter ausser der Gerade / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ auff euch als ihren gewesenen Ehemann allein bracht und verfället / und ihr möget davon nicht ausgeschlossen werden/ V. R. W.)

It. in causa B. à S. M. Jun. Anno 1624.

Et in causa Ludovici Landsbergers zu Freyberg/ Mens. Febr. Anno 1636.

Idem pronunciarunt Domini Consistoriales Lipsienses Mens. Septembr. Anno 1622. an Andreas Rothen zu Eilenburg/ ꝛc. Ob nun wol krafft obangeregter in Consistorio publicirten Urtheil ihr wegen verübter sævitien an eurem Weibe von Tische und Bette geschieden/ auch niemand wegen seiner angeführten Schuld und begangenen Mißhandlung einen Vortheil oder Gewinst suchen oder hoffen kan; dennoch aber und dieweil weder die Geistlichen noch die Landüblichen Sächsischen Rechte dem Ehemanne die succession auffn Fall seines Weibes tödtlichen Abganges benehmen / auch wie obgedacht in sævitien-Sachen die Ehe zwischen Eheleuten nicht gäntzlichen auffgelöset und zertrennet wird / So wird euch auch die succession in portione statutariâ, welche einem Manne nach Absterben des Weibes des Orts zu Eulenburg verordnet ist/ auff begebenden Fall billich gestattet und vergönnet/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Voluntaria autem & extrajudicialis separatio Conjugum non tollit lucri statutarii privationem.

1 FAcillimè ergò, inquies, malitiosi Conjuges pœnam privationis effugere poterunt, si mutuâ dissensione sese ab invicem quoad mensam & thorum separent, atque ita legi fraus adinventa erit? † Nec enim desertor officium suum ne- 2 glexisse censebitur, qui ad cohabitationem obstrictus non fuit, mutuâ conventione à vinculo matri-

matrimonii dissolutus, juxta tradita Defin. *præced.*
3 *in fin.* † Verum, non sufficit dissensio nuda ad se-
parationem, si non præcesserit cognitio causæ &
Magistratus decretum, Joh. Schneidew. *ad pr. instit.*
4 *de nupt. sub tit. de divortio. num. 5.* † Nec conce-
dendum privatæ separationi, quod dissolutioni so-
lenniter per sententiam Magistratus factæ indulge-
5 tur. † Sola ergo judicialis separatio quoad thorum
& mensam à Magistratu facta, hoc efficit, ut deser-
tori privatio lucri statutarii haud sit ulterius metu-
6 enda; † Quod & verbis disertis exprimitur *b.* Con-
stit. *26.* (Die Ehescheidung zwischen Mann und Weib zu recht erkannt.)

Ita Domini in causa M. Balthasaris Buttners zu Leipzig/ Mense Jan. Anno 1601. (Verba sententiæ: Und es hat sich das Weib selbsten von bemeldtem ihren Ehemanne mit Tische und Bette abgesondert/ und ihren eigenen Handel für sich getrieben/ ꝛc. Da nun bemeldtes Weib über beschehene Verwarnung von der Geistlichen Obrigkeit in solcher Absonderung verharren würde/ So wäre sie aus ihres Ehemannes Verlassenschafft nach dessen Absterben etwas zu fodern nicht befugt/ V.R.W.)

Definit. XVII.

Facto divortio totali, nullum competit jus succedendi marito vel Uxori in bonis defuncti Conjugis.

1 ETsi Constitutio *b. 26.* generaliter loquatur, &
post dissolutionem etiam matrimonii conjuges ad successionem admittat *in verb.* (Es wäre dann die Ehescheidung zwischen Mann und Weib
2 zu recht erkannt.) † attamen non nisi de eâ sepa-
ratione, quæ fit tantùm quoad thorum & mensam, accipi debet, non etiam de vero & legitimo divortio, quo vinculum matrimonii in totum dissolvitur, concessâ facultate innocenti conjugi cum aliâ per-
3 sonâ matrimonium ineundi; † cui divortio non solum adulterium, sed & desertio malitiosa causam præbet, *1. Corinth. 7.* Johan. Schneidew. *ad tit. instit. de nupt. sub rubr. de divortio num. 20. & num. 44.* Henn. Arnis. *de jur. connub. cap. 6. sect. 4.*
4 † quod neutiquam pugnat cum dicto Christi, qui unicam divortii causam ponit fornicationem, *Matth. 5. & 19.* ut demonstravi *in pract. crim. part.*
5 *2. quæst. 58. num. 6.* † Hoc ergo, vero scilicet & totali divortio facto, ac vinculo conjugii in totum ita dissoluto, ut vel alteri illorum, vel utrique cum alio matrimonium contrahere permittatur, neuter ex alterius defuncti bonis quicquam lucratur, *cap. mulieres. 1. cap. significavit. 2. cap. de prudentia 3.*
6 *cap. donatio 8. ext. de donat. int. vir. & uxor.* † causâ nimirum illius lucri, quæ est matrimonium, cessante, Dan. Moller. *hic n. 3.* Johan. Schneid. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de succes. int. vir. & uxor. n. 23. ubi in addit.* Matth. Wesenb. *lit. B.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Rotschitz *de dotal. art. 7. n. 1.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. n. 25.*

Ita Domini in causa Elisabethæ Richterin contra Gerhard Reitern/ an die Churfürstl. Brandenburgische zum Consistorio verordnete Præsidenten und Räthe zu Cölln an der Spree/ Mense Decembr. Anno 1634.

Definit. XVIII.

Matrimonio licet quoad thorum & mensam separato, maritus nihilominus usumfructum in bonis Uxoris retinet: sed ei alimenta præstare tenetur.

1 FActo divortio totali, ita ut Conjugi innocenti ad aliud matrimonium convolare liceat, dubium non est, quin huic bona sua restituantur, usufructu in bonis uxoris marito prorsus adempto, *cap. 1. 2. 3. & ult. ext. de donat. int. vir. & uxor. art. 21. in fin. lib. 1. & artic. 76. lib. 3.* Landr. Christoph. Zobel. *in Gloss. latin. ad text. german. dict. art. 21. lit. O. & Gloss. latin. ad text. latin. dict. artic. 74.* † 2
dissoluto scilicet matrimonii vinculo, ac per id sublata causâ quæ marito usumfructum defert, *art. 31. & art. 45. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. decis. 18. in fin. Supr.* Const. *24.* Defin. *6.* † Sed alia est 3
ratio separationis non nisi quoad thorum & mensam inter conjuges factæ: † Non enim per sepa- 4
rationem hanc ipsum matrimonii vinculum dissolvitur, Andr. Tiraquell. *de LL. connubial. gloss. 1. part. 8. num. 13.* Matth. Wesenb. *in addit. ad* Johann. Schneidew. *inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de succes. int. vir. & uxor. num. 23. lit. B. vers. quia vinculum.* Prosp. Farin. *in pract. crim. part. 4. tit. 16. quæst. 143. num. 159.* † Cur ergo usumfructum 5
in bonis Uxoris marito adimere vellemus, subsistente adhuc matrimonii vinculo. Ex quo etiam fit, † quod licet Uxor à marito quoad thorum & men- 6
sam fuerit separata, maritus nihilominus onera matrimonii sustinere & Uxori alimenta præbere teneatur, Farin. *dict. quæst. 143. num. 136.* Didac. Covarr. *de matr. part. 2. cap. 7. §. 5. num. 3.* Joach. Beust. *de connub. part. 3. cap. 9. sub fin.* Anton. Tessaur. *decis. 130. num. 2.*

Ita Domini in causa Prisceen / Uxoris Melchior Brabants zu Muglen/ Mense Febr. Anno 1595.

Eodemque modo pronunciârunt Dnn. Consistoriales Lipsienses Mense Septembr. Anno 1622. (hisce formalibus: Ob nun wohl durch gesprochenes Urtheil ihr wegen gebrauchter sævitien von eurem Weibe von Tisch und Bette getrennet worden/ auch sonsten durch delicta und Mißhandlungen/ und wann insonderheit die Ehescheidung zu recht erkannt/ ein Ehemann sich der Nutzung seines Weibes zugebrachter Mitgifft verlustig machen kan; dennoch aber und dieweil niemands seines Befugniß/ ohne rechtliche ausdrückliche Verordnung zu entsetzen/ auch durch Ehescheidung von Tisch und Bette wegen der sævitien, das Band der Ehe nicht cassiret, und aufgehoben/ und die Mitgifft allein in denen Fällen/ da die Ehe gäntzlichen getrennet ist/ dem Weibe restituiret und ausgeantwortet werden soll/ So seyd ihr auch dahero und nach fernerer bewährter Rechtslehrer Meynung/ eurem Weibe die euch zugebrachte Güter zu übergeben/ und völlig auszuantworten nicht verbunden/ sondern ihr seyd dero usumfructum, possess und Administration euch anzumassen/ und dieselbe pfleglichen zu nützen und zu gebrauchen wohl befugt/ iedoch hingegen mehrgedachtem eurem Weibe auff modération und Erkäntniß der weltlichen Obrigkeit nothdürfftige alimentation und Unterhaltung zu schaffen/ auch wo einige deterioration oder Vergeringerung solcher eures Weibes Güter bey euch gespüret und vermercket werden solte/ ihr gebührende und gnugsame caution deßwegen zu bestellen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XIX.

Ablata portio statutaria Conjugi indigno, non fisco applicanda est, sed hereditati accrescit.

1 DUbitari equidem quis posset, † an non por-
tio statutaria, quâ conjux superstes se reddidit indignum, fisco adjudicari debeat, heredibus Conjugis defuncti exclusis, propter communem illam Dd. Theoricam, † quæ ab indigno ab- 2
lata fisco vult applicari, *l. 1. l. Lucius. 9. ff. de jur. fisci,*

fisci. l. in heredem. 5. ff. de calumn. l. Papinianus. 8. ff.
3 *meminisse. 14. ff. de inoff. testam. ubi* Bartol. † quô & fit, quod indignitatis quæstionem tàm per modum actionis, quàm exceptionis, nemo præterquam fiscus movere & opponere queat, Gloss. *in l. his consequen-*
4 *ter. 18. §. 1. ff. famil. erciscund.* † Attamen, quo minus Conjugis defuncti heredes ab hoc lucro excludamus, movet nos textus *in l. si ab hostibus 10. §. 1. ff. solut. matr.* ubi lucrum dotis, quod marito Uxorem occidenti aufertur, non fisco, sed legitimis Uxoris
5 heredibus applicatur. † Ex quo rectissimè inferunt Dd. portionem statutariam Conjugi indigno ablatam neutiquam fisco applicari, sed hereditati accrescere, Dan. Moll. *hic num. 4.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 33. n. 42.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 36. n. 29.* Matth.
6 Coler. *part. 1. decis. 57. n. 68.* † Quod non modo jure Saxonico usu receptum, ut apparet ex sententiis *post* Weichbild. *sub tit.* Uff den Lehn-Herrn fallen bißweilen/ &c. sed & verbis disertis *h.* Const. *26.* (Sondern den Erben zuerkannt werden) confirmatum
7 est. † Nec obstat, quod ablata indignis adjudicentur fisco, *dict. l. 1. l. 9. de jure fisci.* quia hoc verum est in successionibus hereditariis à lege purè & sim-
8 pliciter delatis, † non etiam in portione statutariâ Conjugi sub conditione hâc, debitâ (si nempe suum
9 fecerit officium.) † Quo non facto, nil prorsus debetur superstiti Conjugi ex bonis defuncti, adeoque nec à fisco ei quicquam auferri potest, Heig. *dict. quæst. 33. num. 39.*

Ita Domini in causa Barbaren, Hansen Schultzens Wittiben zu Reichenbach / Mens. April. Anno 1634. (Verba sentent: So hat er sich des Weibes Erbschafft verlustig gemacht/und es ist der Rath zu Waldheim/seines Fürwendens ungeachtet / des Weibes Einbringen ihren Erben folgen zu lassen schuldig / V. R. W.)

Definit. XX.

Non facit desertio, quò minus Conjunx innocens ex bonis Conjugis desertoris portionem statutariam petere valeat.

1 INiquissimum sanè esset, si desertor Conjugi præjudicare posset, in portione ex bonis suis ipsi de-
2 bitâ. † Nec enim pœna privationis alios quàm suos autores tenet, & cessat ea, ubi delictum non est, *l. Gracchus. 4. C. ad Leg. Jul. de adult.* Anton. Fab.
3 *in Codic. lib. 9. tit. 3. defin. 3. num. 3.* † Licet ergo conjunx desertor indignum se reddat portione statutariâ, ac pœnam privationis incurrat ex causâ nempe desertionis ceu delicti perpetrati, *h.* Const.
4 *26.* † Attamen id Conjugi innocenti seu deserto nocere nequit, quo minus debitam portionem statutariam ex absentis patrimonio petere valeat.
5 † Quin & innocens propter desertionem ad separationem agendo eò citius lucrum id consequitur, quo facilius separationem non solum quoad thorum & mensam, sed & totalem dissolutionem ac verum divortium impetrabit, *Supr.* Defin. *17. num. 2. art. 21. vers.* Wird ein Mann. *ubi Gloss. num. 4. lib. 1.* Landr. Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg.*
6 *Jul. de adult. num. 18. vers. mulier ergo.* † Etsi factâ separatione quoad thorum & mensam, desertor sive pars nocens ad successionem admittenda, ut probavi ex *h.* Const. *26. Supr.* Defin. *15.* cur innocens factâ dissolutione totali ab eâ esset repellenda, haud certè video.

Ita Domini in causa Catharinæ Uxoris Jacobi Pahrens zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1596. (Verba sententiæ: Seyd ihr von eurem vorigen Ehemanne/Daniel Weichbergern/ von deßwegen / daß er vor etlichen Jahren von euch gangen/und euch zusamt einem Töchterlein/ so er mit euch in stehender Ehe erzeuget/ im Elend sitzen / und biß dahero gar nichts zuentbieten lassen/ von denen Verordneten des Churfürstl. Sächs. Consistorii allhier durch Urtheil und Recht geschieden worden/ und es hat gedachter euer gewesener Ehemann noch allhier 175. fl. Mütterliches Erbtheils aus seiner Mutter Testament / bey seinem Stiefvater Adam Schumann zu fordern/ &c. So wird euch von solchen 175. fl. der dritte Theil/ vermöge dieser Stadt Willkühr/ billich gefolget/ V. R. W.)

It. in causa Laurentii Neuendorffs zu Nickeritz / Mens. Novembr. Anno 1597. (Verba sentent: Ist euer Eheweib ohne alle Ursach aus ihrem Ehestande von euch gangen/und hat euch bößlichen verlassen/ und wiewol ihr euch von wegen solcher desertion bey den Verordneten des Geistlichen Consistorii zu Meissen über sie beklaget/ und sie durch öffentliche edicta zu Anhörung solcher Klage und ihrer Verantwortung zu dreyen unterschiedlichen malen/ endlichen und peremptorie citiren und laden lassen/ ist sie doch allezeit ungehorsamlich aussen blieben/und hat weder selbsten noch durch andere ihre Entschuldigung einwenden lassen / darauff sie dann auch folgends für eine muthwillige Verlasserin ihres Ehegattens durch rechtliches Erkäntniß obbemeldtes Consistorii erkläret/ und ihr der Ehe halber von ihr losgetheilet worden/ &c. So hat sie sich durch vorberührte desertion alles des jenigen/so sie euch an Mitgifft/ oder andern beweglichen Gütern ausserhalb der Gerade zugebracht/ oder hernachmals in stehender Ehe vor der desertion von ihren Eltern oder sonsten ererbet/ verlustig gemacht / und ihre Freunde haben sich derselben vor euch nicht anzumassen/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Ultra portionem tamen statutariam, quam conjuge defuncto superstes lucratur ex bonis desertoris ac desertricis, desertus nihil petere potest.

EX causa igitur desertionis matrimonio licet to- 1
taliter dissoluto, ac vero facto divortio, conjunx innocens nihilominus lucratur id, quod post obitum desertoris vel desertricis ipsi competeret, Defin. *præced.* † ne scilicet debita portione absque fa- 2
cto suo privetur, nocens verò lucrum ex delicto suo consequatur, *l. 2. §. sed ita demum. 3. l. vir uxori 17. §. 1. ff. Ad SCtum Vellejan. l. 5. l. 18. C. eod. tit. l. sancimus 23. C. de pœn.* † Et si aliter diceretur, 3
semper esset in potestate Conjugis superstitem suâ portione suoque jure privare, deferendo eum, contra *c. Raynutius. 6. extr. de testament. Novell. 22. cap. 33. Supr.* Const. *7. h. part. 3.* Andr. Gail. *l. 2. observ. 86. n. 15.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. Unde Vir & Uxor. n. 3.* † Parùm ergo interest, an per divortium ex 4
causâ desertionis vel adulterii, an verò per mortem matrimonium dissolvatur, † quin & facto ejusmodi 5
vero ac totali divortio, perinde est, ac si desertor vel desertrix decessisset, ut dubium non sit, innocentem portionem ex defuncti conjugis bonis sibi debitam facto divortio lucrari: † Attamen ultra portio- 6
nem istam, innocens nihil petere valet, cum nec ei post conjugis obitum quicquam amplius ex hereditate defuncti debeatur. † Nec enim per deser- 7
tionem nocens aliud quid perdit, quàm quod superstes ex patrimonio defuncti conjugis lucratur, Andr. Rauchbar *part. 1. quæst. 47. numer. 11.* Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 1. quæst.*

7. Matth.

87. Matth. Berlich. *part. 4. concl. 29. num. 19.* † Vide quæ hâc de re scripsi in *pract. crim. part. 2. quæst. 64. num. 28. & seqq.*

Ita Domini in causa Andreæ Marders zu Neuensorga/ Mens. Septemb. Anno 1592. (Verba sentent: Ist Donat Barsch euers Weibes erster Ehemann heimlicher Weise entlauffen/und hat sie ohne alle Ursache mit schwangerm Leibe verlassen. Ob er nun wol für einen muthwilligen Verlasser ihrer/als seines Weibes/erkannt/und sie der Ehe halber von ihme loß gesprochen worden; So hat sich doch euer Weib/ ungeachtet/daß sie mit gedachtem ihrem ersten Ehemanne ein Kind erzeuget/welches nunmehr auch verstorben/ ausserhalb ihres gebührenden dritten Theils anderer ihres Ehemannes Güter eigenthümlichen nicht anzumassen/ V.R.W.)

Et in causa Albini Schuppens zum Hayn/Mens. Nov. Anno 1595. (Verba sentent: Ob nun wol bemeldtes Weib vor eine muthwillige Verlasserin euers als ihres Ehemannes erkannt/und sie der Ehe halber von euch loß gezehlet worden/ &c. So wird euch doch von ihren beweglichen und unbeweglichen Gütern/ auch betagten Erbegeldern und andern Schulden/ nur das jenige/ so euch vermöge der Willkühr oder statut des Orts/ auff ihren Todesfall gebühret hätte/ billich gefolget/ aber ausserhalb desselben/ habt ihr euch ihrer andern Güter eigenthümlichen nicht anzumassen/ V.R.W.)

Item in causa Hansen Hennigs zu Dreßden/ Mens. Febr. Anno 1593.

Et in causa Dieterich Cobalds zu Gebhausen/ Mens. Dec. Anno 1593.

Definit. XXII.

Bona utensilia Uxoris desertricis non ad maritum pertinent, sed proximæ Cognatæ cedunt.

1 FAcili negotio hinc decidendum, *cuinam cedant bona utensilia, sive gerada Uxoris desertricis?* Eteenim cum maritus ex ejusdem bonis nil amplius lu-
2 cretur, † quàm quod Uxore defunctâ ipsi debetur, Definit. *præced.* Utique nec gerada desertricis ad
3 ipsum pertinebit, † quippe quæ Conjuge demortuâ non marito superstiti, sed proximæ Cognatæ defertur, *artic. 23.* Weichbild. *& art. 15. lib. 3.* Landr. *art. 27. lib. 1.* Landr. Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 33. num. 18.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. numer. 5.*
4 Matth. Coler. *part. 1. decis. 43. num. 7.* † Aliud tamen obtinet, quando ex statuto locali, mortuâ in matrimonio Uxore, Cognatæ duntaxat res quædam certæ ad Nifftelgeradam pertinentes cedunt, reli-
5 quis marito superstiti relictis, † ut hic Lipsiæ fieri videmus, prout dixi *Supr. part. 2.* Constit. Elect. *14.*
6 Defin. *51.* † Nam vigore hujus statuti, Maritum omnia quæque mobilia Uxoris desertricis, exceptis tantummodo iis, quæ ad Nifftelgeradam referuntur, capere & lucrari, quivis facillimè concesserit, juxta tradita Defin. *præced.*

Ita Domini in causa Laurentii Neundorffs zu Nincke-ritz/Mense Novembr. Anno 1597. (Verba sentent: Darauff sie folgends für eine muthwillige Verlasserin ihres Ehegattens durch rechtliches Erkäntnüß obbemeldtes Consistorii erkläret/ und ihr der Ehe halber von ihr loß getheilet worden/ &c. So hat sie durch vorberührte desertion alles des jenigen/ so sie euch an Mitgifft oder andern beweglichen Gütern ausserhalb der Gerade zubracht/oder hernachmals in stehender Ehe vor der desertion von ihren Eltern oder sonsten ererbet/ verlustig gemacht/ und ihre Freunde haben sich desselben vor euch nicht anzumassen/ V.R.W.)

Et in causa Ægidii Trentzschens zum Hayn/ Mens. Januar. Anno 1633.

Definit. XXIII.

Ex bonis post separationem matrimonii desertori conjugi delatis, innocens portionem statutariam petere nequit.

QUod dixi, Conjugi innocenti, post factum di-1 vortium ex causâ malitiosæ desertionis, portionem statutariam competere ex bonis desertoris vel desertricis, *Supr.* Defin. *20.* id non aliter acceptum velim; † quàm si de bonis ante divortium à Conju-2 gé nocente jam acquisitis & possessis agatur: † Nam 3 si post factam separationem hereditas paterna forsan vel materna nocenti Conjugi deferatur, non magis innocentem de hâc portionem statutariam petere valere, quàm si post obitum nocentis conjugis parentes demortui fuissent, existimaverim, † quia æquè per divortium & separationem tota-4 lem ex causâ malitiosæ desertionis, ac per mortem Conjugum vinculum matrimonii dissolvitur, ut dixi *Supr.* Defin. *21.* † Quin & in pœnam intro-5 ductum censetur, ut ex causâ desertionis pars bonorum mittatur, tanta scilicet quæ ad portionem statutariam innocenti Conjugi debitam sufficere potest, † perinde ut ex causâ adulterii perpetrati dos itemq; 6 donatio propter nuptias amittitur, *l. consensu. 8. §. vir quoque 3. & §. virum etiam 5. l. jubemus. 11. §. 1. C. de repud. Novell. 117. cap. 8. Auth. sed novo jure. C. eod. tit. l. cum mulier. 47. ff. solut. matr.* † Absonum verò esset, Conjugem nocentem id perdere, 7 quod tempore desertionis nondum habuit in bonis, † Nam privatio præsupponit habitum, *l. decem. 116. 8 ff. de V. O. l. non videtur. 83. l. non potest. 208. ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in causa M. Johannis & Davidis Gregorii Fratrum zu klein Milcka/ Mens. Febr. Anno 1600. (Verba sentent: So viel aber vorangeregter eurer Schwester Dorotheen Antheil anlanget/ Ob sie gleich ihren Ehemañ verlassen/ und vor vier Jahren mit Hansen Lücken von Oschatz davon gezogen/ und also sich ihrer Mitgifft/ oder Heyrathguts verlustig gemacht/ dieweil sich aber die Todesfälle mit eurem Vater und Mutter allererst hernach/ und als der Mann von ihr geschieden worden/ begeben/ &c. So hat sich offtbemeldter eurer Schwester Ehemann ihres Vater- und Muttertheils nicht anzumassen/ sondern es wird euch solches gleichesfalls auff caution billich gefolget/ V.R.W.)

Et in causa Laurentii Neundorffs zu Nincke-ritz/ Mens. Novembr. Anno 1597.

Definit. XXIV.

Nihil petere valet sponsus ex bonis sponsæ, à qua propter desertionem malitiosam fuit per sententiam absolutus.

NOn uti maritus ex bonis Uxoris, ita & spon-1 sus ex patrimonio sponsæ, à qua propter desertionem malitiosam per sententiam fuit absolutus, mobilia vel quicquam aliud petere vale-2 let. † Marito enim propterea dotem in rebus mobilibus consistentem assignari volunt jura, quia

quia defunctâ Uxore jure ſucceſſionis ſtatutariæ ex diſpoſitione nempe Saxonicâ eam lucratur, Landr. *lib. 1. art. 31.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 15. numer. 2.*
3 Jacob. Thoming. *deciſ. 3. num. 7.* † Quod jus marito per delictum Uxoris neutiquam poteſt auferri, *l. ſaucinæus. 23. C. de pœn. Supr.* Defin. *21.* † Sed ceſſat
4 hæc ratio in Sponſo, qui ante conſcenſionem thalami nil quicquam lucratur, nec jus ſucceſſionis habet in bonis ſponſæ defunctæ, *Supr.* Conſtitut. Elect. *19.* Johann. Schneidew. *in §. fuerat. 29. num. 109. inſt. de*
5 *action.* † Adeoque nec facta matrimonii diſſolutione, conqueri poteſt de jure ſucceſſionis ſibi inverſo vel lucro intercepto, ut propterea in ſolatium portio ex bonis ſponſæ ipſi aſſignanda eſſet, ut dixi *in pract. crim. part. 2. quæſt. 64. num. 52.*

Ita Domini in cauſa V. G. in Koſſigk, Menſe Febr. Anno 1625.

Et ad Conſultationem Quæſtoris zu Liebenwerda / Menſ. Octob. Anno 1593.

Definit. XXV.

Mater detrectans alimentare liberos, eosq; deſerens, indignam ſe facit eorum hereditate.

1 INdignum ſe facit hereditate, qui ſpretâ infelicitate vel adversâ valetudine Cognati, ex quo ſucceſſionem ſperat, quoquo modo per culpam vel negligentiam id agit, ut is moreretur, *l. indignum. 3. ff. de his quib. ut indign. junct. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem. 8. & l. ſi ab hoſtibus. 10. ff. ſolut. matrim.*
2 † Sive non adhibendo medicum, vel imperitum adhibendo, *l. quod ſi nolit. 31. §. ſi mancipium. 11. ff. de*
3 *ædil. edict.* Ex quo tutò aſſerere licebit, † non admittendam eſſe matrem ad ſucceſſionem liberorum, quos alimentare detrectaverat, eosque morbo
4 peſtifero decedentes deſerit, † antequam ipſis de medicamentis aliisque neceſſariis proſpiciat, cum Modeſtino Piſt. *part. 2. quæſt. 57.* ubi ita Lipſenſes Senatui Franckenhuſano Menſe Mart. Anno 1562. reſpondiſſe refert, & ſententiæ Wittebergenſium in caſu ſimili, datæ Viduæ Nicolai Ambergii Anno 1542. meminit, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 159. num. 14.* Frid. Penſold. *in addit. ad* Coler. *part.*
5 *2. deciſ. 257. num. 12. & ſeqq.* † Nam & mater, patre defuncto, tenetur alere liberos egentes, *Auth. ſi pater. C. divortio facto apud quem lib. educ. deb.* Joh. Schneidewin. *de hered. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſecundo ordine ſuccedendi. num. 16.* Frid. Pruckm.
6 *conſil. 35.* † Cenſetur ergo eos necare, alimenta detrectans, *l. necare 4. ff. de lib. agnoſt.* ac per id lucro
7 hereditatis privanda erit, † ſi liberi inde moriantur, *l. 1. C. de his quib. ut indign.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 159. numer. 13. & part. 2. deciſ. 257. numer. 4.*
8 † Et cur mater liberos deſerens ad eorundem hereditatem admitteretur, quâ & pater eandem ob cauſam ſeſe indignum reddit, ut probat Matth. Coler.
9 *part. 2. deciſ. 256. num. 1. & ſeq.* † quo in caſu non fiſco, ſed aliis liberorum heredibus applicandam ait, *ibid. num. 10. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Matthæs Drebers zu Dhalen / Menſ. Octobr. Anno 1631. (Verba ſentent: Dieweil ihr ſelbſten berichtet / daß euer Eheweib / als ſie noch Wittib geweſen / ihre Kinder mit nothdürfftigem Unterhalt nicht verſorget / noch ihnen / als ſie kranck gelegen / gebührende Wartung und nothwendige alimenta verſchaffet / ſondern davon gezogen und ſie liegen laſſen / daraus ſie auch alle beyde bald verſtorben / ꝛc. So hat ſie ſich hierdurch ihrer Kinder Erbſchafft verluſtig gemacht / und iſt dieſelbe mit Recht zu fodern nicht befugt / V. R. W.)

Definit. XXVI.

Ob malitioſam deſertionem diſſolvendum haud eſt matrimonium, priusquam judici de tempore & cauſâ abſentiæ certò conſtet, quâ in re cautè eſt procedendum.

DUbium equidem non eſt, quin matrimonium 1
ob malitioſam alterutrius Conjugis deſertionem diſſolvatur, *1. Corinth. 7. v. 5. & 15. cap. quoniam 5. §. porro. verſ. ſi autem extr. ut lit. non conteſt. cap. perlatum eſt, 8. extr. qui fil. ſint legitim.* Johan. Schneidewin. *ad tit. inſt. de nupt. part. 4. rubr. de divort. num. 44.* Cypr. *de ſponſal. cap. 13. num. 72. pag. 555.* Baſ. Monner. *de matrim. cap. 8. part. 5.* † ne ſcilicet perſona innocens remedio nſtio- 2
nis privata ſub alieno jugo iniquè detineatur, dum altera nocens in peccato triumphat, *arg. cap. diſcretionem 6. verſ. Sed nec affinitas extr. de eo qui cogn. conſang. uxor. ſuæ.* † Attamen haud nimis prope- 3
randum ad diſſolutionem matrimonii ex cauſâ deſertionis; † ſed præcedat neceſſe eſt Edictalis ci- 4
tatio, quæ in tribus diverſorum dominorum territoriis eſt affigenda: † Quâ contemtâ, ſi deſertor 5
contumaciter haud compareat, denuo citari debet ad alleganda legitima impedimenta & neceſſitates, vulgò (Ehehafften) † ſpretâ verò hâc ſecundâ cita- 6
tione, demum ad audiendam ſententiam deſertionis citatur, Joach. à Beuſt. *de connub. part. 2. cap. 27. in fin.* † Nec tamen etiam ad primam citationem 7
deveniendum, aut proceſſus deſertionis admittendus erit, priusquam judici de tribus certò conſtet, † *Primo:* quod pars deſerta diligenter inquiſiverit 8
& percunctata fuerit de deſertore vel deſertrice, nec tamen quicquam certi neſcire potuerit; Quâ de re teſtimonio exhibito judex eſt informandus. † *De-* 9
inde, ut doceat cauſam abſentiæ malitioſam, ne forſan, ſi Conjunx voluntate & conſenſu alterius conjugis diſceſſerit, vel juſtam abſentiæ cauſam habuerit, ac revertens deſertionem purgaverit, Conjugem haud absque inſigni ſcandalo repetat; † *Tertiò*, judex etiam de tempore abſentiæ eſt cer- 10
tiorandus; Quod certum & ubique uniforme non eſt, ut docet Joach. à Beuſt, *dict. cap. 27. verſ. Non enim ſemper.* † Sufficit enim quandoque bienni- 11
um, *l. ſi is qui. 2. C. de ſponſal.* Cypr. *de ſponſal. cap. 13. §. 70. §. 554.* † Vel triennium, *l. liberum eſt. 2. C.* 12
de repudiis. Cypr. *dict. §. 70. in pr.* † Quandoque 13
etiam requiritur † quadriennium, ut *in l. Uxor 7.* 14
in pr. C. de repud. Monner. *de matrim. part. 5. cap. 7. num. 2.* Georg. Acac. Enenckel. *de privil. milit. lib. 2. privil. 13. num. 2.* † Vel etiam Quinquennium, 15
l. uxores 6. ff. de divort. aut ſeptennium, *cap. in præſentia. 19. extr. de ſponſal.* Imo † quandoque De- 16
cennium, *in Novell. 22. cap. 14. & cap. perlatum eſt. 8. extr. qui fil. ſint legit.* † Nimirum judicis arbi- 17
trio temporis hujus definitio eſt committenda, ut rectè ſentiunt Henn. Arniſ. *de jur. Connub. cap. 6. ſect. 7. n. 28.* Luth. *in lib. de cauſ. matr. tom. 5. Jenenſ. Germ. Rubr.* Der ander Theil von Eheſcheiden. *fol. 254. §.* aber damit. Joh. Gerh. *in loc. Theol. de con-*

jug.

jug. tom. 7. num. 632. Joh. Schneidewin. *dict. part.*
18 *4. de divort. num. 46.* † Quod & Sereniſſimus Elector Saxoniæ D. Chriſtianus II. in Reſcripto peculiari ad Conſiſtoriales ſui Electoratus Anno 1608.
19 transmiſſo diſertè approbavit. † Ac ſummatim judex in cauſa deſertionis cautè procedat, ne ſi forſan ratione abſentiæ & temporis impingat, aliquid ei imputari poſſit, monente Beuſt. *dict. cap. 27.*

Ita Dominus in cauſa Andreæ Fortzſchens contra deſſen ſein Eheweib Annen zu Waldenburg/Menſ. Jun. Anno 1636. (Verba ſententiæ: Daß die Ungehorſams-Beſchuldigung nicht ſtatt hat. Würde aber Kläger zuvor Zeugnüß einbringen / daß ſich ſein Eheweib ſeinem Angeben nach gegen ihme iederzeit ungebührlich verhalten/verdächtiger weiſe mit andern umgangen / endlichen auch wider ſeinen Willen davon gezogen/ und ihn böſßlichen deſeriret, auch wann ſolches geſchehen/ und daß er über angewandten Fleiß nichts von ihr erfahren können/ darauff ſeine Klage gebührender maſſen eingeben. So würde beklagtes Weib noch einſten in dreyer Herren Landen gebührlichen citiret und vorgeladen / und wann ſie alſo dann ausſenbleibet / und Kläger nach vorhergehender Wiederholung ſeiner Klage / ihren Ungehorſam beſchuldiget/ ergehet darauff ferner was recht iſt/ V. R. W.)

Constitutio XXVII.
PARTIS TERTIÆ.

Ob ein Altväterlich Stammlehen/ ſo durch des Lehenmannes Mißhandelung verwürcket/dem Lehen-Herrn eröffnet/oder den Mitbelehnten folgen und eingeräumt werden ſoll?

Feudum paternum per delictum Vaſalli apertum, dominone, an ſimultaneè inveſtitis acquiratur?

Es begiebt ſich zu Zeiten/ wann drey oder mehr Brüder ſeynd/ daß einer den andern übel und böſßlich vom Leben zum Tode bringet/ und wird alsdann in Zweiffel gezogen / ob des Mißhandelers Lehen dadurch den andern Brüdern und derſelbigen Söhnen heimfallen/ oder aber dem Lehnherrn eröffnet werden? Nun ſind etzliche der Meynung/ Es ſolte ſolch Altväterlich verwürckt Stammlehen dem Lehnherrn/ und nicht dem Mitbelehnten oder Vettern biß auff den vierdten Grad zukommen / dagegen aber ſchlieſſen die andern / daß durch ſolche frembde Mißhandelung die Mitbelehnten und Vettern/ biß zu dem vierdten Grad/ ihres Rechtens nicht zu entſetzen ſeyn ſollen.

Wann dann unſere zuſammengeordnete Räthe / Juriſten-Facultäten / und Schöppenſtüle/ſich auf die letzte Opinion, als die billichſte verglichen/ nemlich/ daß der Agnat und Mitbelehnte/ auch des Thäters Sohn / des Lehens in dieſem Fall nicht zu priviren, So laſſen wir es dabey bewenden / und ſie ſollen demnach alſo zu Recht ſprechen und erkennen.

EVenit aliquando, ut è tribus vel pluribus fratribus alter alterum dolo malo & ex proposito occidat, quo caſu dubitari ſolet, feudum delinquentis num ad reliquos fratres ipſius, & illorum filios devolvatur, an verò domino aperiatur? Et ſunt, qui velint domino aperiri, agnatis & ſimultaneè inveſtitis uſque ad quartum gradum excluſis. Alii contra, propter alienum hujuſmodi delictum, agnatos & ſimultaneè inveſtitos uſque ad quartum gradum jure ſuo privandos non eſſe putant. Conſiliarii verò noſtri, Facultates item juridicæ & Scabinatus, cum, poſteriorem opinionem, ut æquiorem, probantes, agnatum & ſimultaneè inveſtitum, adeoque ipſius quidem etiam delinquentis filium, feudo, hoc in caſu, non privandum concluſerint, idemque nobis quoque placeat, in judicando id ipſum & reſpondendo obſervari præcipimus.

DEFINITIONES.

1. *Ob culpam non in dominum, ſed alium commiſſam feudum ſimultaneè inveſtitis cedit in foro Saxonico.*
2. *Nec Agnati intra quartum gradum conſtituti à feudo, ob culpam extra perſonam domini commiſſam excluduntur.*
3. *Non privantur liberi feudo antiquo in terris Electoratus Saxonici, ob delictum patris extra perſonam Domini commiſſum.*
4. *Feudo privari non debet Vaſallus delinquens, ſi Dominus ei delictum condonaverit, haud contradicentibus Agnatis.*
5. *Non conquerente domino de feloniâ, defuncto ipſo, ejus heredes ad privationem feudi agere nequeunt adverſus Vaſallum.*
6. *Delictum Vaſalli, in perſonam Domini commiſſum, filios à feudo excludit.*
7. *Feudum contemplatione filiorum conceſſum, ipſis non eſt auferendum propter delictum patris in Domini perſonam commiſſum.*
8. *In foro Saxonico delinquente Vaſallo in perſonam domini, Agnatis ſimultaneè inveſtitis per id non præjudicatur.*
9. *Feudo ob culpam Vaſalli amiſſo, fructus indifferenter omnes ad Dominum pertinent.*
10. *Non adimi poteſt feudum heredibus, ſi de Vaſalli delicto, vivente adhuc eo, Dominus non fuerit conqueſtus.*
11. *Ob non petitam inveſtituram feudum ad dominum devolvitur, ita tamen ut poſt mortem Vaſalli ad Agnatos revertatur.*
12. *Non privandus eſt Vaſallus feudo ob non petitam*

tam investituram, antequam causæ cognitio & sententia declaratoria præcesserit.

13. Non nocet Vasallo omissio Renovationis investituræ, si Dominus tacitè vel expressè caducitatem remiserit.

DEFINIT. I.

Ob culpam non in dominum, sed alium commissam, feudum simultaneè investitis cedit, in foro Saxonico.

1 FRustrà distinguitur inter feudum novum & antiquum, in foro Saxonico, circa materiam amissionis feudi, quoad Agnatos, quia hisce nulla competit successio in feudo de jure Saxonico, nisi ex si-
2 multanea investiturâ, † quæ investitis jus adeò firmum tribuit, ut hoc iis sine eorum facto nequeat auferri, ut multis docet eleganter Hartman. Pistor. *part.*
3 *2. quæst. 20. num. 6. & seqq.* † Non ergò delictum Vasalli præjudicabit Agnatis simultaneè investitis in feudo, quo nemo absque sua culpa privari debet, *cap. 1. de feud. sin. culp. non amitt. c. 1. §. si quis fecerit. Quo*
4 *tempore miles investit. pet. debet.* † Sed feudum, statim atque delictum commissum fuit, ad proximos Agnatos pertinet, *h.* Constit. 27. §. Wann dann unsere/ &c. Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 15. num. 1.* Herm. Vultej. *de feud. cap. 11. n. 71.* Henric. Rosenthal. *de feud. cap. 11. concl. 10. num. 1.* Zas. *de feud. part. 10. n.*
5 *104.* † Nec enim sunt audiendi, qui id ipsum ad tempus mortis Vasalli, ejusque liberorum restringunt, ita, ut Vasallo, vel liberis ejus adhuc viventibus, feudum penes dominum remaneat, eique fructus percepti acquirantur, & defuncto demum Vasallo delinquente, ejusque descendentibus restituatur A-
6 gnatis; † Quæ sententia refellitur *ex cap. 1. §. si Vasallus culpam. Si de feudo defuncti tontent. sit cap. 1. Si Vasall. feudo privet. cui deferat. c. 1. §. ult. quæ fu-*
7 *it prima causa benefic. amitt. h.* Const. 27. † in quibus textibus indistinctè dicitur, quod feudum ad proximos Agnatos pertineat, nec adjicitur, quod interim durante vitâ Vasalli delinquentis, ejusque filiorum
8 apud Dominum remaneat. † Nulla ergò distinctio contra verba textus ei affingenda est, *l. de pretio.*
9 *8. ff. de publ. in rem action.* † Quò & faciunt Recess. Imp. August. *de Anno 1548. sub Carolo V. tit. de pace publ. §.* Die Poen der Friedbrecher. *vers.* Auch die Lehn. *junct. vers.* Doch sol in solchem Fall. Hart. Pistor. *dict. quæst. 15. n. 3.*

Ita Domini in causa Rudolphi à Menningen / Mens. Sept. Anno 1626. (Verba sent: Habt ihr an Abraham von Menningens euers Vetters Lehngute die gesammte Hand gehabt / und nachdem derselbe seiner Verbrechung wegen sich des Lehnguts verlustig gemacht/ siehet ihr in denen Gedancken/ daß solches euch/ als dem nähesten Agnaten und Mitbelehnten anheim gefallen. Ob nun wohl sonsten in dergleichen Fall/ wann die Begünstigung nicht wider den Lehnherrn selbsten begangen/ die Vettern und Mitbelehnte sich des Lehnguts anzumassen haben/ &c.)

DEFINIT. II.

Nec Agnati intra quartum gradum constituti à feudo ob culpam extra personam domini commissam excluduntur.

1 NOn admittit in foro Saxonico jus simultaneæ investituræ distinctionem, aliàs vulgarem, quan-
2 do de jure communi † Agnatis duntaxat in quarto, vel ulteriori gradu positis, feudum ob culpam
3 extra personam domini commissam deferri, † proximiores verò, in quibus sæpè eadem delinquendi audacia præsumitur, *l. quod si nolit. 13. §. quia mancipia. 21. ff. de ædil. edict. l. quisquis. 5. C. ad Leg. Jul. Maj.* ab hoc prorsus excludi, † autumant Jacob. 4
de S. Georg. *in tract. feudal. verb. dictis, Vasalli promiserunt non committere. n. 59.* Duar. *de feud. c. 17. n. 3.* Joh. Borcholt. *de feud. c. 8. n. 152.* Jul. Clar. *l. 4. sentent. §. feudum. q. 66. n. 6.* Udalr. Zas. *de feud. part. 10. num. 104.* † Scilicet, quia simultanea investitura, quæ 5
sola circa successionem Agnatorum in feudis attenditur, jus æquale investitis tribuit, Pistor. *part. 2. quæst. 20.* † Meritò igitur sententiam illam videmus rejectam à foro Saxonico, *h.* Const. 27. *vers.* Dagegen aber schliessen die andern. *junct.* §. Wann dann unsere. *ubi* Dan. Moll. *n. 1.* † Quamvis & de jure com- 7
muni opinionem illam tanquam insulsam & ineptam penitùs explosam dicat Hart. Pist. *part. 2. quæst. 15. n. 12.* † Non solùm, quod nemo alterius delicto 8
sive odio prægravari debeat, *l. crimen. 26. ff. de pœn. l. sancimus. 22. Codic. eod. tit. l. tutorem. 22. ff. de his quib. ut indign. l. si quis in suo. 33. §. legis. 1. Codic. de inoff. testam.* † Sed &, quia feudum ob culpam extra 9
personam Domini commissam Agnatis proximioribus assignatur in *cap. 1. v. quia tamen. tit. An ille qui interfec. frat. dom. sui. & cap. 1. §. ult. tit. quæ fuit prima causa benef. amitt.* † Ergo & intra quartum, 10
secundo scil. vel tertio gradu constitutis, † quia pro- 11
ximior dicitur, quem nemo antecedit, *l. proximus. 92. ff. de V. S. l. 1. §. proxim. 9. 6. ff. Unde cognat. l. ex duobus. 34. sub fin. pr. ff. de vulg. & pupill. subst. l. post consanguineos. 2. §. hæc hereditas. 2. ff. de suis & legit.* † 12
Plura addit Hartm. Pist. *dict. q. 15.* † ubi etiam contra- 13
ria refellit Herm. Vultej. *de feud. cap. 11. n. 71.* Henr. Rosenth. *de feud. c. 11. concl. 10. n. 2.* Andr. Gail. *l. 2. de pac. publ. cap. 13. n. 6. & seqq.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent: Ob nun wohl sonsten in dergleichen Fall / wann die Begünstigung nicht wider den Lehnherrn selbsten begangen/ die Vettern und die Mitbelehnte ohne Unterscheid der Anverwandschafft und des Grads / vermöge und nach Inhalt der erlangten Mitbelehnschafft/ sich des Lehnguts anzumassen haben/ &c.)

DEFINIT. III.

Non privantur liberi feudo antiquo in terris Electoratus Saxonici, ob delictum patris extra personam Domini commissum.

1 NOn ut Agnatis, ita & filiis defertur feudum amissum ob culpam Vasalli extra Domini per-
2 sonam delinquentis. † Sed nocet omninò liberis delictum Vasalli patris extra Domini etiam personâ commissum, non habita differentia, an feudum fuerit novum, an verò paternum sive antiquum, per text. expressum *in c. 1. v. filius tamen ad id nullatenus aspirabit. tit. si Vasall. feud. privet. cui defer. cap. 1. §. si Vasallus. tit. Si de feud. defunct. content. sit. cap. 1. vers. Quia tamen erga Dominum. tit. An ille qui interf. frat. Dom. sui. c. 1. §. ult. vers. si verò non in dominum. tit. Quæ fuit prima causa benefic. amitt.* Hart. Pistor. *p. 2. q. 16. n. 8.* Zas. *de feud. part. 10. num. 104.* Herm. Vultej. *de feud. c. 11. n. 71.* Joh. Borch. *de feud. c. 8. n. 150.* † Rationem diversitatis si quæras, sci- 3
as, Agnatos proprio suo facto per investituram jus sibi in feudo acquirere; † Filios verò non tàm 4
beneficio primi acquirentis, quàm mediante personâ patris succedere, ab eoque feudum capere,

5 Dd. *in c. 1. tit. An agnat. vel filii.* † Ità nempe filius in successione feudi patruum excludit, proximiorem licet avo, à quo tamen ipse excludendus esset, si non à patre feudum nanciscereturt, *vid. supr. part. 2.* Const. Elect. *48. Defin. 9.* Pist. *part. 2. quæst. 13. n.*
6 *34. & seqq. & dict. quæst. 16. n. 21.* †. Eandemque juris dispositionem benè advertit Illustrissimus Saxoniæ Elector *in* Ordin. Torgens. *de Anno 1583. Rubr.* Welcher Gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten. §. Dieweil aber dennoch. *vers.* Und darüber ausdrücklich verordnet wird / daß des Vaters Verbrechung/dadurch er sich des Lehns verlustig gemacht/ den Söhnen mit zu Nachtheil gereichet/ und sie dahero so wohl als der Vater des Lehnguts
7 entrathen müssen/ꝛc. † Quamvis divortium fecerit quoad feudum antiquum sivè paternum, quod nec filiis ex delicto patris commisso extra Domini personam auferri voluit, *l.* Constit. *27. §.* Wann dann unsere. *vers.* Auch des Thäters Sohn des
8 Lehns in diesem Fall nicht zu *priviren.* † Planè nec de jure communi delictum hoc Vasalli liberis nocebit, si ipsis æquè principaliter, vel ob eorundem merita, non solâ patris contemplatione concessum fuerit. *Vid. supr. part. 2.* Const. Elect. *48. Defin. 10.* Pistor. *dict. quæst. 16. num. 27. & seqq.* ubi plures ponit limitationes.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Ob nun wohl sonsten in dergleichen Fall/wann die Begünstigung nicht wider den Lehnsherrn selbsten begangen/die Vettern und Mitbelehnte sich des Lehnguts anzumassen haben / gestalt dann auch den Söhnen solche Begünstigung in dem Altväterlichen Stammlehn/vermöge Churfürstlicher Sächsisch. Constitution, nicht nachtheilig seyn kan/ꝛc.)

Definit. IV.

Feudo privari non debet Vasallus delinquens, si Dominus ei delictum condonaverit, haud contradicentibus Agnatis.

1 NOn aliter Vasallus delinquens feudo privabitur, quàm si Dominus injuriam sibi illatam remittere nolit, agendo scilicet ad feudi privationem, Hen-
2 ric. Rosenth. *de feud. cap. 10. conclus. 40.* † Cæteroquin si cum eo, contra quem deliquit, ejusve heredibus Vasallus transegerit & à Domino reconciliationem impetraverit, quin tùm feudum retineat, dubitandum non est, Recess. Imper. Augustan. *de Anno 1548. tit. de pac. publ. Rubr.* Die Poen der
3 Friedbrecher. §. Und wann nun / ꝛc. † Nisi quis Agnatorum interesse cupiat urgere, in quorum præjudicium felonia jure remitti nequit, *cap. 1. ubi* Alvarot. *num. 2.* Schenck. Baro. *num. 7. &* Dd. *tit. si Vasall. feud. priv. cui defer.* Pistor. *part. 2. quæst. 16.*
4 *num. 76.* † Quod & verbis sat claris expressum *in dict. §.* Und wann nun. *vers.* Doch sol in solchem Fall den *Agnaten* an ihren Lehens-Rechten und
5 Gerechtigkeit hierinn nichts benommen seyn. † Cui concesserim, invitis & reclamantibus Agnatis, reconciliationem Domini haudquaquam nocere:
6 † At si actui, per quem offensæ remissio inducitur, interfuerint, nec contradixerint, & ipsi consensisse
7 videntur, † quare nec postea eis contravenire licebit, *argum. l. quæritur. 14. §. si venditor. 9. ff. de ædil. edict.* Octav. Cacheran. *decis. 58. n. 45.* Frid. Pruckm. *vol. 2. consil. 7. n. 137.* Rol. à Vall. *vol. 3. consil. 57. num. 14.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Dieweil aber dennoch gedachter Abraham von Menningen / nachdeme er seiner Begünstigung wegen bey dem Lehnherrn wiederumb ausgesöhnet / in vorigen Stand gesetzt/ und wie zuvor von ihme beliehen worden / deme weder ihr noch die andere Mitbelehnte widersprochen / sondern darbey und allenthalben hiermit zu frieden gewesen / ꝛc. So wird mehr benienter Abraham von Menningen bey dem Lehngute nochmahls billich gelassen/und ihr seyd ihme hierinnen einige Hinderung zu thun nicht befugt/V. R. W.)

Definit. V.

Non conquerente Domino de Felonia, defuncto ipso, ejus heredes ad privationem feudi agere nequeunt, adversus Vasallum.

1 PArùm refert, an Dominus expressè, an verò tacitè saltem Vasallo delictum condonaverit; non agendo ad privationem feudi, † cum non minus
2 facto quàm verbo voluntas declaretur, *l. non tantum. 5. ff. rat. rem haber.* Fab. *in Cod. lib. 1. tit. 3. defin. 3. n. 14.* † Tacente ergò Domino, nec de Vasalli Felonia con-
3 querente, donec vel ipse, vel Vasallus, qui Feloniam contraxit, in vivis esse desierit, nulla amplius ejus rei causa, vel heredi Domini, vel in heredem Vasalli datur actio, ut tradunt Dd. vel sexcenti à Rosenthal. congesti *in synops. feudal. cap. 10. concl. 40. in addit. lit. A. B.* Frid. Pruckm. *vol. 2. consil. 7. n. 128. & seqq.* † 4
Tendit siquidem hæc actio ad vindictam, quæ nec præsumitur, nec regulariter adversus heredes competit, *l. si eum. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis caut. l. pen. ff. de in jus vocand. l. 1. ff. de privat. delict. l. un. Codic. ex delict. defunct.* † Planè si Vasallus non malitio-
5 sè vel dolosè in alium deliquerit, lacessitus nempe, vel ad sui defensionem offendendo, aut à fratre provocatus, vel injuriatus eum occidendo, ad privationem prorsus non experiri licebit, ut tradit Daniel. Moller. *hîc. n. 3.* & eleganter Frid. Pruckman. *dict. consil. 7. num. 40.* Henr. Rosenth. *de feud. cap. 10. concl. 36. n. 6.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sent: Auch sonsten in dergleichen Fall / wann der Lehnherr bey seinem Leben nichts fürgenommen/noch ad privationem agiret/sondern darüber verstorben / nachmals von dessen Erben keine Actio angestellet werden mag/ꝛc. So wird mehr benienter Abraham von Menningen bey dem Lehngute nochmals billich gelassen/und ihr seyd ihme hierinnen einige Hinderung zu thun nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. VI.

Delictum Vasalli in personam Domini commissum, filios à feudo excludit.

1 SIve feudum sit novum sive antiquum, per delictum Vasalli in Domini personam commissum ita amittitur, ut filii etiam prorsus excludantur, *l. 1. §. ult. tit. quæ fuit prima causa benef. amitt. cap. 1. tit. an ille qui interf. fratr. dom. sui feud. amitt.* † quia
2 nempe filii, mediante patris personâ, capiunt feudum, *sup.* Defin. *3.* † Quod ergo pater non habet, ad fi-
3 lios transmittere nequit, Hartman. Pistor. *part. 2. quæst. 16. num. 9.* Herman. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 20.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 37. num. 1. & 12.* Sonsb. *de feud. part. 13. num. 1.* Wesenb. *de feud. part. 16. num. 1.* Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. feudum. quæst. 66. n. 2.* † Nec aliud in foro Saxonico dicen-
4 dum arbitror, quum nullibi in jure Saxonico jus feudale commune correctum reperiatur, ut non immerito

Critò hujus dispositione sit standum † etiam in provinciis Saxonicis, juxta Gloss. *latin ad text. german.* 7 Landr. *lib. 3. art. 84. lit. B. post pr.* † Nec enim dispositio Electoris, quæ filios ad feudum amissum ex delicto patris in alium quempiam extra personam domini perpetrato admittit, *h.* Const. *27. in pr. junct. §. ult.* v. Auch des Thäters Sohn. ad casum præsentem 8 extendi debet, † si scilicet Vasallus adversus personam Domini deliquerit, cui tanto gravior infertur injuria, quanto majori dolo & malitia Vasallus hoc casu delinquit, ut dubium non sit, illustrissimum Constituentem casum hunc excipere voluisse in 9 *dict.* Const. 27. † Quod & satis manifestè appareret ex Ordin. Torgens. *de Anno 1583. Rubr.* Welcher Gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten. §. Dieweil aber dennoch. *vers.* Daß des Vaters Verbrechung/dadurch er sich des Lehns verlustig gemacht/ den Söhnen mit zu Nachtheil gereichet / und sie dahero so wohl als der Vater des Lehnguts entrathen müssen/ &c.

Ita tractatum in causa Wolffgangi Melchiors & Caspari Fratrum der Marschalche zum Grävenheinichen / Mens. Jun. Anno 1599.

Definit. VII.

Feudum contemplatione filiorum concessum, ipsis non est auferendum propter delictum patris in Domini personam commissum.

1 NOcet ergo filiis delictum patris, quia hujus persona mediante feudum capiunt, Definit. *præced.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 13. num. 34. & qu. 16. num. 21.* 2 Ex quo colligere promptum est, † filiis non præjudicare patris delictum, si proprium ipsorum fa- 3 ctum acquisitioni accesserit, † puta, quod unà cum patre ipsimet feudum adepti fuerint, ut docet Henric. Rosenthal. *de feud. c. 11. concl. 2.* Thoming. *decis. 23. n. 7. & seq.* Nam cum hoc casu ad filios feudum pro- 4 prio jure pertineat, † non mirum, cur ipsis factum parentis non obsit, Pistor. *dict. quæst. 16. n. 27.* Quod 5 idem accidt † in feudo, filiis non contemplatione patris, sed æquè principaliter ac ipsi patri concesso, quod ex solo patris delicto filiis auferri, certè iniquissimum esset, *arg. l. sancimus. 22. C. de pœn. l. non debet. 74. ff. d Reg. jur.* Rosenthal. *dict. cap. 11. concl. 3. num. 1.* Harm. Pist. *dict. q. 16. n. 27.* Joh. Köpp. *decis. 54. n. 13.* 6 Roll. Valle *vol. 3. cons. 1. n. 54.* † Videtur autem contemplatione filiorum feudum concessum, non solùm quando verbis hoc exprimitur, sed & si in investitura filiorum merita simul fuerint considerata, ut docent Zas. *de feud. part. 10. v. tertiò fallit.* Curt. Jun. *in pr. feudal. n. 3.* Hartm. Pist. *dict. q. 16. n. 28.*

Ita tractatum in eâdem causa Fratrum der Marschalche zum Grävenheinichen/ Mens. Jun. Anno 1599.

Definit. VIII.

In foro Saxonico, delinquente Vasallo in personam Domini, Agnatis simultaneè investitis per id non præjudicatur.

1 ANxiè disputant Dd. an & quatenus per delictum Vasalli possidentis in personam Domini com- 2 missum præjudicetur Agnatis? † Quorum argumenta & rationes, quibus tàm in affirmativam, quàm negativam sententiam moventur, refert Hartman. Pistor. *part. 2. quæst 15.* qui tamen mediam 3 quandam viam ingressus; † ex ejusmodi Vasalli 4 delicto, feudum quidem ad Dominum († proximum scilicet & immediatum, non superiorem, ut post alios, quos allegat, docet idem Hart. Pist. *obs. 36.*) devolvi, asserit, ita tamen, ut post mortem delinquentis jus Agnatorum sit integrum, & feudum, delinquente demortuô, ad ipsos jure propriô revertatur, † 5 quod & sentit Matth. de Afflict. *in cap. 1. §. ult. tit. quæ fuit prima cauf. benef. amitt. num. 4.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. c. 11. n. 71.* Carol. Molin. *in cons. Parisiens. tit. 1. §. 30. q. 36. n. 133.* Joh. Fichard. *tom. 1. cons. 18. q. 2. n. 32.* † Quæ sententia vel solâ æquitatis ratione ni- 6 titur, ut maximè forsan nullo textu expresso probari possit; † Fatendum siquidem, perquam iniquum 7 esse, ut is, qui ne consentiente quidem domino per quamcunque alienationem aut dispositionem præjudicare mihi potest, delicto suo mihi noceat, & jus sine facto ipsius quæsitum auferat, *l. sancimus. 22. C. de pœn. l. Grachus. 4. C. ad Leg. Jul. de adult. l. sed etsi non data. 55. §. ult. ff. de fideicomm. libert. c. quæsivit. de his quæ fiunt à major. part.* † ex quo Hostien- 8 sis dicere solitus fuit, qui caruit culpâ, careat me judice pœna, ut refert Barbat. *vol. 1. cons. 17. n. 1.* † Etsi 9 verò contra hanc sententiam valdè insurgat Andr. Fachin. *lib. 7. controv. 20. 21. 22. 23.* quem sequitur Matth. Berlich. *part. 3. concl. 37. n. 25.* unà cum aliis quàm plurimis quos allegat *n. 19.* † per text. *in c. un. tit. an ille qui interf. fratr. domin. c. 1. §. ult. tit. quæ fuer. prim. cauf. benef. amitt.* † vereor tamen 11 ne textus hi longè infirmiores sint, quam ut sententia Hartm. Pistor. ex iis evertatur: Quantumvis enim ibidem dicatur, Feudum Vasallo delinquente, non ad Agnatos, sed ad Dominum pertinere, † non 12 tamen necessariò inde infertur, agnatorum jus in feudo planè extinctum esse, † sed commodam inter- 13 pretationem verba recipiunt, ut id tamdiu obtineat, quamdiu delinquens vivit, quæ explicatio eò magis retinenda, † quia æquitate nititur, quam potis- 14 simum urget Hartm. Pist. *dict. loc.* non destitutus etiam Classicorum Interpp. autoritatibus, qui sententiâ hanc sine hæsitatione sequuntur, quorum magnum catalogum adducit *ibid. num. 46.* Sed hæc de jure communi ita disceptantur; † in foro certè Saxoni- 15 co videtur cessare omnis disputatio non quidem ex *h.* Const. *27.* ut putat Wesenb. *part. 2. cons. 73. num. 30.* († de solo namque delicto extra Domini per- 16 sonam commisso ibidem agi ex verbis initialibus videtur expeditum, ut rectè animadvertit Moll. *hic in pr.*) † Sed propter simultaneam investituram, 17 per quam agnati proprio suo facto sibi jus comparent, quod certè nullo Vasalli contractu vel delicto ipsis auffetri potest, † ut multis docuit Pistor. *part.* 18 *2. quæst. 20. n. 6. & seq.* † Et fatetur quoque Fachin. 19 omnesque ii, quorum sententiam ipse sequitur, quoties Agnatis ex proprio facto jus quæsitum est, puta si simultaneam investituram; sive conjunctam manum (Die gesammte Hand) habeant; aut feudum familiæ & generi sit concessum; † tunc eis delictum 20 Agnati possidentis non præjudicare, Hartm. Pistor. *dict. quæst. 15. num. 44. tibi in not.* Simon. Ulric. Pistor. *vers. Cùm enim Fachinæus.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 13. n. 17.*

Ita tractatum in causa Liberorum Gregorii à Görsdorff zu Budissen Mens. Jan. Anno 1630.

In causa Daniel Stangens zu Liguitz/ Mens. Novembr. Anno 1625.

Et in causa D. à W. zu Cölln an der Spreu/ Mens. Decembr. Anno 1627.

DEFINIT. IX.

Feudo ob culpam Vasalli amisso, fructus indifferenter omnes ad Dominum pertinent.

1 MUltùm interest, num per mortem Vasalli feudum Domino aperiatur, vel ad Agnatos devol-
2 vatur, an verò Vasallus ob culpam eo privetur: † Illo siquidem casu, agro rastris subacto, fructus heredibus cedunt, *artic. 58. lib. 2. art. 76. & 77. lib. 3.*
3 Landr. † At quando vasallus propter delictum feudo privatur, omnes indifferenter fructus à tempore delicti commissi perceptos & percipiendos, sive adhuc extent, sive non, sive Vasallus locupletior factus sit, sive non, domino restituere debet, Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 53.* Zas. *de feud. part. 10. num. 74.* Ludolph. Schrader. *de feud part. 2. part. 9. princip. sect. 3. num. 28.* Andr. Tiraquell. *de retract. §. 5. gloss. 4. num. 3.* Henr. Rosenthal. *de feud.*
4 *cap. 10. conclus. 42. num. 13. & seqq.* † Nec difficile est, diversitatis rationem invenire, cur hoc casu aliud
5 statuatur, quàm si morte Vasalli jus ejus finiatur; † Propriâ enim Vasalli culpâ interveniente, cessat æqualitatis ratio, quæ ut fructus curâ & industriâ possessoris ex terra procreati, vel jure possessionis jam percepti, separatim à fundo considerentur, efficit, *ar-*
6 *gum. c. damnum. 86. de Reg. jur. in sexto.* † Sed potius hoc casu fructus tanquam pars fundi reputantur, & unà cum fundo, quem propria culpa amisit, transeunt, *l. Julianus. 13. §. si fructibus. 10. ff. de act. empt. l. qui fundum. 40. §. cum fundum. 4. l. cum manu. 80. ff. de contr. empt.* Hartm. Pistor. *dict. qu. 24. num. 3. & num. 53.*

Ita Domini in eadem causa liberorum Gregorii à Görsdorff zu Budissen/Mens. Jan. Anno 1630.

DEFINIT. X.

Non adimi potest feudum heredibus, si de Vasalli delicto, vivente adhuc eo, Dominus non fuerit conquestus.

1 NOn præjudicat delictum Vasalli liberis suis, si non in Domini ipsius personam fuerit com-
2 missum, *hâc* Constit. *27. §. ult. supr.* Definit. *6.* † Sed nec tùm culpa patris liberis nocebit, si decesserit Vasallus antequam Dominus de culpa ipsius fuerit conquestus, Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 35. num. 2.* Est
3 enim juris plus quam manifesti, † actionem ex delicto descendentem ante litem contestatam in heredem non transire, *l. ejus qui delatorem. 29. ff. de jur. fisci. l. rei judicatæ. 15. §. heredi. 1. ff. solut. matr. l. 1. ff.*
4 *de privat. delict. l. 1. C. ex delict. defunct.* † Non ergò liberi feudo erunt privandi, si Dominus vivente Vasallo tacuerit, nec ad privationem agere cœperit, Hartm. Pistor *dict. quæst. 35.* Henr. Rosenth. *de*
5 *feud. c. 10. concl. 40.* † Ac licet quis opponere vellet casus, quibus ipso jure amittitur feudum, cum Baldo *in c. Imperialem. §. insuper. de prohib. feud. alien. per Fred.* ut sic transmissione actionis post litem contestatam in heredes opus non sit, Rosenthal. *dict. loc. n. 41.* Vincent. Honded. *vol. 2. cons. 80.*
6 *num. 69. & seq.* † Sciat is tamen, etiam tùm, antequam ad feudi privationem jure perveniri possit, sententiam declaratoriam esse necessariam, qua declaretur, Vasallum culpam hanc commisisse,
7 † ut tradit ipsemet Bald. *in c. 1. ubi &* Matth. de Afflict. *num. 3. de feud. sin. culp. non amitt.* Natta *vol. 1.*
8 *cons. 93.* † Atqui certum est, quod ubicunq; sententia declaratoria requiritur ante privationem, pœnam non transire in heredes, *l. ejus qui delatorem. 29. ubi* Bart. *ff. de jur. fisci.* † Ut ita etiam in casibus, quibus feudum ipso jure amittitur, pœna non transeat in heredem, si cum defuncto nihil desuper fuerit actum, ut post Curt. Junior. *in tr. de feud. part. 4. quæst. pen.* rectissimè sentit Hartm. Pistor. *dict. qu. 35. num.*
9 *8.* † Procul dubio tamen id erit intelligendum, si
10 nec Dominus vivente Vasallo professus fuerit verbis disertis, quod commisso uti velit. † Hoc ipso e-
11 nim, quod Dominus voluntatem suam in vita Vasalli ostendit, jus ipsi quæritur, quod etiam adversus heredes exercere licet, Henr. Rosenth. *dict. concl. 40. num. 41.* Simon. Ulric. Pist. *in addit. ad* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 35. lit. C.*

Ita Domini in causa liberorum C. a B. zu Cöln an der Spreu/ Mense Majo, Anno 1628. (Verba sentent: Ob nun wohl auff vorgenommene Inquisition sich allerhand starcke Indicia ereignet/ daß C. von B. wider N. N. als den Lehnherrn conspiriret/ &c. Dieweil aber dennoch bey seinem Leben der Process ad privationem feudi wider ihn deswegen nicht formiret/ noch er darüber mit seiner Nothdurfft und Defension, so vor allen Dingen auff sein Begehren hätte geschehen müssen/ gehöret worden / Als hat auch nunmehr die gesuchte Confiscatio bonorum und Einziehung der Lehngüter nach Gelegenheit dißfalls wider die Erben nicht statt / V. R. W.)

DEFINIT. XI.

Ob non petitam investituram, feudum ad Dominum devolvitur, ita tamen, ut post mortem Vasalli ad Agnatos revertatur.

1 NEgari certè nequit, eum, qui investituram accipere & fidelitatem jurare noluit, in ipsum Dominum delinquere, quippe cum à solo Domino investitura petatur, eique juramentum præstetur, ut dubium non sit, † Vasallum, qui hoc facere ne-
2 glexit, ingratum existere, culpamque committere adversus Domini personam, *c. 1. in pr. tit. quæ fiunt prim. cauf. benef. amitt.* Hartm. Pistor. *p. 2. q. 18. n. 4.*
3 † Ex quo jam dijudicare promptum est, cuinam feudum ob non petitam investituram amissum cedere debeat? Sanè, quin liberis Vasalli negligentia hæc patris noceat, ita ut regressum amplius ad eudum non habeant, ambigendum non est, ex tradit. *supr.* Defin. *6.* Hartm. Pist. *dict. quæst. 18. num. 1.* † Agna-
4 tis verò existentibus, quibus jus succedendi competit, feudum equidem non minus, omissa investituræ petitione ad Dominum devolvitur, † per text. ex-
5 press. *in cap. Imperialem. §. præterea si quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per Freder.* Borch. *in tract. de feud. cap. 8. num. 141.* Jacob. de S. Georg. *de feud. in vers. qui quidem investiti. n. 46.* aliiq; allegati ab Hartman. Pistor. *dict. quæst. 18. num. 3.* † Sed
6 hoc ita temperandum est, ut feudum tamdiu maneat apud Dominum, quamdiu superstes est is, qui investituram petere neglexit, eo verò defuncto, ad Agnatos revertatur, ex sententia Hartm. Pistor. de qua
7 dixi *supr.* Defin. *8.* † ne delictum unius noceat alteri, & Agnatis jus suum absque eorundem culpa auferatur, *l. non debet 74. ff. de Reg. jur.* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 18. num. 8.* † Quod in foro Saxonico
8 tantò certius est, quantò fortius jus in feudo tribuit Agnatis simultanea investitura, ut dixi Defin. *8. in fin.*

Ita Domini in causa Dominj Hugonis, Abbatis & Dominj zu Reuenzellä/ Mens. Mart. Anno 1629. (Verba senti

sentent: Und es hat unter diesen allen von B. einig und allein L. die Lehn gemuthet / und umb Renovirung derselben / und Ausfertigung eines Lehnbriefs angehalten / die andern aber haben sich bis dato daran verschwiegen / und für ihre Personen binnen gehöriger Zeit / gantz keine Muthung und Ansuchung gethan / &c. So haben sie sich beydes der Lehnstücke / so von dem Stifft Neuenzella zu Lehn rühren / so wohl der gesammten Hand an andern B. Lehngütern verlustig gemacht. Derowegen Ew Gnaden darauff zu klagen / und daß derselben die verledigte Lehnstücke / so lange als die von B. welche sich an dem Lehn verschwiegen / am Leben seyn mögen / zu gebrauchen eingethan und zuerkannt werden / zu suchen wohl befugt / V. R. W.)

Definit. XII.

Non privandus est Vasallus feudo ob non petitam investituram, antequam causæ cognitio & sententia declaratoria præcesserit.

1 EX quovis delicto famoso, etiam stellionatus crimine si tale sit, quod infamiam irrogat, feudum amitti arbitratur Modest. Pistor. *part. 4. quæst.*
2 *152. ubi* Jacob. Schult. *in addit. num. 7. 8.* † eò, quod Vasallus ita delinquens sine dedecore in Curia Do-
3 mini stare non possit. † Dixeris tamen, ex omissa etiam investituræ renovatione, ubi fama non periclitatur, feudum amitti, *supr. p. 2.* Const. Elect. *45.* §. Der gesammten Hand aber. *ubi* Dan. Moll. *num. 2.*
4 Matth. Col. *part. 1. decis. 38.* † Sed hoc ita est, si Vasallus dolo malo investituram petere neglexerit, *cap. fin. de prohib. feud. alien.* quem etiam sequitur infamia, *l. 1. ff. de his qui not. infam.* Hartm. Pistor. *p. 2.*
5 *quæst. 18. num. 7.* † Quid enim, si justa ex causa, puta propter bellum, vel domini absentiam Vasallus id facere impeditus fuerit? Quid etiam si ignora-
6 verit Dominum decessisse? † Nullo certè casu, feudo Vasallum tunc privati, demonstravi *supr. part. 2.* Const. Elect. *45: Defin. 18. & 20.* Scilicet, quia in dolo non est, qui justam omissionis causam præ-
7 tendere potest, † siquidem quælibet probabilis causa etiam fatua à dolo excusat, *l. igitur. 12. §. 1. ff. de lib. caus.* Matth. Wesenb. *part. 1. cons. 41. num. 59.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 6. cap. 2. num. 56.*
8 † Necessariò ergo causæ cognitio, ut & sententia declaratoria privationem præcedat necesse est, ne defensio Vasallo auferatur, ut post multos alios, quos copiosè allegat, docet eleganter Henr. Rosenth.
9 *de feud. cap. 10. concl. 41. numer. 5.* † Idque eò magis, quod etiam iis in casibus, quibus feudum ipso jure amittitur, antequam ad feudi privationem jure perveniri possit, sententia declaratoria
10 sit necessaria, † quâ declaratur, Vasallum culpam commisisse, Bald. *in c. 1. tit. de feud. fin. culp. non amittend. ubi &* Matth. de Afflict. *n. 3.* Hartm. Pist. *part. 1. q. 35. num. 6.* ubi testatur de opinione communi.

Ita Domini in causa Rudolphi à Bünau in Burgk / Mense Majo, Anno 1633. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß Kläger wegen der Anno 1620. nicht beschehenen Muthung / und Verschweigung der Lehen / iemals vernommen / und mit seiner Nothdurfft gehöret / oder auch deswegen gebührlichen vorgeladen / viel weniger einige Sententia declaratoria (Inmassen dann in gegenwärtigem Fall zu Privirung der Lehen nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten nothwendig erfordert wird /) ergangen / und Kläger dadurch des Lehens und seines einmal erlangten Rechtens und gesammten Hand würcklichen verlustig gemacht worden / &c. So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß Kläger zugleich nebens euch zur Possess des verledigten Lehenguts Meinewee billich zugelassen wird / &c.)

Definit. XIII.

Non nocet Vasallo omissio Renovationis investituræ, si Dominus tacitè vel expressè caducitatem remiserit.

NUnquam privandus est feudo Vasallus ob non 1
petitam investituræ renovationem, si Dominus ad privationem haud agat. † In ipsius enim 2
arbitrio est, an Vasallo feudum auferre, an verò caducitatem ei remittere velit? † Non itaque age- 3
do ad privationem, tacitè censetur condonare Vasallo, perinde ac si Vasallum post incursam caducitatem ad servitia feudalia receperit, vel ei investituram denuò contulerit: † Quo ipso caducitatem 4
commissam ignoscere & juri suo renunciare videtur, Henr. Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 61. num. 1.* ubi multos alios allegat, Jul. Clar. *in §. feudum. quæst. 49. n. 10.* Joh. Schneidew. *de feud. p. 5. num. 2.* Sonsbec. *de feud. part. 11. num. 22.* † Modò Dominus sciverit, com- 5
missum esse feudum, vel de eo non dubitaverit, aut aliàs in justo fuerit errore, † ut post alios, quos co- 6
piosè allegat, docet Rosenth. *dict. loc. lit. D. E.* † Nec per hanc caducitatis remissionem præjudi- 7
catur Agnatis, ad quos defuncto demum Vasallo, feudum ad Dominum devolutum revertitur, juxta tradita *supr.* Defin. *8.* † Amisso scilicet hoc casu 8
feudo ex culpa in Domini personam commissa, ut dixi Defin. *11. in pr.* Hartm. Pistor. *part. 2. q. 18. n. 4.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Bevoraus / weil Kläger / auff in Fall er gleich hiebevor durch Stillschweigen und Nicht-muthen der Lehen etwas pecciret / iedoch durch den Anno 1630. in genere, und ohne Bedingung ertheilten Perdon, und fernere Belehnung in vorigen Zustand und vollständiges Recht / allermassen er hiebevor Anno 1584. gehabt / gäntzlich restituiret worden / &c.)

Constitutio XXIIX.

PARTIS TERTIÆ.

Ob Geistliche Personen / Ordens-Herren und Mönche / in Lehngütern succediren können?

Personæ Ecclesiasticæ, Ordinis item vel Monachi, num in feudis succedant?

PAß die Geistlichen Personen aus der Lehngüter Succession nicht können noch sollen ausgeschlossen werden / sintemal sie ihre Lehen / durch andere Substituirte / gegen dem Lehnherrn / verdienen können / dessen seynd unsere Verordnete einig.

PErsonas Ecclesiasticas, cum servire per substitutos possint, à successione bonorum feudalium excludendas non esse, inter Deputatos nostros convenit.

Hieraus folget auch / daß viel weniger die Ordens-Herren und Milites Hierosolymitani in succesion der Lehngüter können ausgeschlossen werden.

So viel aber die Mönche betrifft / wo die das Klosterleben verlassen / und sich desselben gantz und gar begeben/so sollen sie künfftig und hinfüro in succesion der Lehngüter auch zugelassen / und darauff allenthalben in unsern Landen also erkannt und gesprochen werden.

Unde Consequens est, Ordinis personas & milites Hierosolymitanos multò minùs à succesione illorum removendos.

Ad Monachos verò quod attinet, si votis renunciantes è Monasteriis excesserint, ad succesionem bonorum feudalium in posterum admitti, & ita in nostris Ditionibus judicari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Ne quidem de jure Saxonico Clerici in feudis succedunt, nisi simultaneam investituram impetraverint.*
2. *In provinciis autem Electoratûs Saxonici Clerici pariter & Ordinis personæ ad succesionem feudi admittuntur.*
3. *Non succedunt Clerici in Electoratu Saxoniæ, si novum feudum, electâ personæ industriâ, fuerit concessum.*
4. *Nec tum Clerici in Saxoniæ Electoratu ad feudæ succesionem admittuntur, quando investiturarũ literæ personalia Vasalli servitia requirunt.*
5. *Ignobiles etiam in foro Saxonico feudi sunt capaces.*
6. *Mutus & Surdus, vel aliter imperfectus in feudo non succedit.*
7. *De feudo tamen novo mutum & surdum, vel aliter imperfectum Dominus bene investire potest.*
8. *Vasallus ex superveniente calamitate factus inhabilis ad serviendum feudum non amittit.*
9. *Fœmina regulariter non succedit in feudo, etiamsi hoc fuerit emptum.*
10. *Ad succesionem tamen feudi fœminei vel etiam ex pacto fœminæ admittuntur.* (ditarius.
11. *Arcentur quoq; fœminæ succesione in feudis here-*
12. *Succedunt fœminæ unà cum masculis in feudis à servitio liberis, de quibus duntaxat annuæ solvuntur pensiones.*
13. *Fœminæ licet in investitura ad succesionẽ vocatæ, attamen non nisi deficientibus masculis succedunt.*
14. *Factâ verò investiturâ, ut fœminæ succedant sicut masculi vel cum masculis, utriusq; sexus liberi simul admittuntur.*
15. *Fœminæ ad succesionẽ feudi vocatæ, & per masculum semel excluſæ non perpetuò censentur excluſæ.*
16. *Non succedunt in feudo legitimati à Principe, excluſis Agnatis simultaneè investitis.*
17. *Legitimati tamen per subsequens matrimonium ad succesionem in feudis admittuntur.*
18. *Cujusnam sumptibus Vasallus domino servire teneatur?*
19. *Vasalli ratione feudorum contra exactionem contributionum, libertati regulariter innituntur.*

Definit. I.

Ne quidem de jure Saxonico Clerici in feudis succedunt, nisi simultaneam investituram impetraverint.

1 MUltùm quantumvis disceptetur, an Clerici aliævè personæ Ecclesiasticæ (quæ servitia militaria nequeunt præstare, nec sese negotiis secularibus implicare debent, *can. placuit. 3. cauſ. 21. quæſt. 3.*) in feudo succedere possint, quas non pauci ad succesionem admittendas existimant, quorum argumenta summatim refert ac refellit Matth. Berlich.
2 *part. 3. concl. 39. n. 2. & 6.* † Communibus tamen *Interpp.* suffragiis, opinio hæc jamdudum est explosa, plerisque existimantibus, Clericos etiamsi per
3 substitutum servire velint, à succesione tamen repellendos, † quin & feudo, quod jam habuerunt, eo ipso, quod votum religionis assumunt, privandos esse, per textus in jure feudali satis claros *in cap. 1. §. qui Clericus. tit. Si de feudo defuncti. cap. 1. tit. de milit. Vasall. qui arm. bell. c. depoſ. cap. 1. verſ. ex hoc illud. de feud. fœmin. cap. 1. An mut. vel surd.*
4 † prout eos inducit latè Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 33. num. 3. & seqq.* Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. feudum. quæst. 78.* Sonsb. *de feud. part. 12. num. 137. & 144.* Valent. Förster. *in tract. de succeſſ. ab inteſt. lib. 4. c. 23.*
5 *n. 33.* Herm. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 9. n. 67.* † Nimirum, quia Dominus industriam certæ personæ atque familiæ elegit, quo casu per substitutum nequeunt præstari operæ atque servitia, *l. un. §. ne au-*
6 *tem. 9. C. de caduc. toll.* † Alioqui sanè & murum, surdum, vel aliter imperfectum, si per substitutum servire velit, ad feudi succesionem admittendum dixeris, † contra communem Dd. sententiam, de qua 7
testatur Hartm. Pist. *dict. q. 33. n. 9.* † Ex quo sequi- 8
tur, Clericos succedere posse, si Dominus per substitutum sibi serviri permittat, vel saltem patiatur, ut uno ore tradunt Dd. teste Hartm. Pist. *dict. quæſt. 33. n. 26.* Jul. Clar. *dict. §. feudum. q. 78.* † Quin & si scien 9
s Clericum investierit de feudo, ipsi hanc gratiam facere videtur, ut per substitutum servitia exequi possit, quin ergò tum feudum Clericus queat possidere, ambigendum non est; † cessante nempe ratione, quæ 10
à feudi succesione aliàs ipsum excludit, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 231. numer. 48.* Zas. *de feud. p. 5. n. 71.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 4. cap. 3. num. 7.* † Plures hujus sententiæ 11
limitationes proferunt Hartm. Pistor. & Matth. Berl. *d. l.* † Non aliter res se habet in foro Saxonico; Etsi 12
enim nec jura Saxonica clericos ad succesionem feudi admittant, per text. clar. in Lehnrecht. *artic. 2. in pr. ibi:* Pfaffen und Frauen. Landrecht. *lib. 1. art. 25. poſt pr. verſ.* Begiebt sich aber ein Mann zum Münchleben/ &c. *ubi* Gloss. *n. 3.* Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 22. in pr. & diff. 23. n. 1. & ſeq.* Hartm. Pist. *dict. quæſt. 33. n. 12.* Dan. Moll. *hic. n. 1. ſub fin.* Matth. Berlich. *dict. concl. 39. n. 58.* † Attamen in ar- 13
bitrio Domini est, utrum illos investire velit, & si hoc sciens fecerit, clerici omninò erunt admittendi, *dict. cap. 2.* Lehnr. *in verb.* Welcher Herr dieser einem ein Gut leihet/ von deme haben sie wohl Lehnrecht

4 recht an dem Gute. Hartm. Pisl. *dict. loc.* † Ergò si Clerici simultaneam investituram à Domino impetraverint, tantum abest à successione illos arcendos esse, ut etiam specialiter à Domino vocati censeantur.

Ita Domini in causa M. Matthæi Hoyens zum Hayn Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sent: Ist euer Vater unlängsten Todes verfahren / und hat unter andern auch ein Lehngut nach sich verlassen. Ob nun wol eure Brüder euch als eine geistliche Person und Pfarrherrn davon auszuschliessen gemeinet / in Betrachtung / daß weder nach gemeinen noch Sächsischen Rechten die Clerici, dafern sie nicht selbsten von dem Lehnherrn beliehen / des Lehns fähig seyn können / &c.)

Definit. II.

In provinciis autem Electoratus Saxonici, Clerici pariter & Ordinis personæ ad successionem feudi admittuntur.

1 NOn tàm anxiè disputandum est in terris Saxonici Electoratus de servitiis, utrum & quænam Clerici præstare, aut per substitutum exequi valeant; † Unde tàm variæ limitationes Dd. exortæ fuerunt Regulæ illius; quæ clericos à feudi successione excludit, quas tractat ordine Matth. Berlich. *part. 3.*
3 *conclus. 39. num. 19. & seqq.* † Sed placuit Illustrissimo Electori, servitia per substitutum à Clericis indifferenter præstari posse, quos nec propterea per ingressum Religionis feudum amittere, nec à successione ejus arceri, voluit *h.* Constit. *28. in pr.* Daß die geistliche Personen aus der Lehngüter *Succession* nicht können noch sollen ausgeschlossen werden / &c. *ubi* Moller. *num. 2.* Hartman. Pistor. *part. 2.*
4 *quæst. 33. in fin.* † Multò minùs erunt excludendæ Ordinis personæ, puta milites Hierosolymit. Melitenses, Johanniti, Teutonici, &c. *h.* Constitut. *28.*
5 §. Hieraus folget auch / &c. † Nec enim hisce armа sunt interdicta, sed potius pro religione Christianâ contra Turcas, aliosque infideles pugnare in-
6 cumbit, ut vel propterea etiam † ipsimet, si adsint, servitia feudalia queant præstare, Matth. Berlich. *dict. concl. 39. num. 60.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sent. Dieweil aber dennoch vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution so wol Clerici als Ordens-Personen von der Lehns-succession nicht ausgeschlossen / sondern ihnen die Lehen durch substituirte Personen / gegen dem Lehnherrn zu verdienen verstattet wird / &c. So werdet ihr auch zugleich nebens euern Brüdern zu dem Lehen billich zugelassen / und es seyn euch bemeldte eure Brüder davon auszuschliessen nicht befugt / &c.)

Definit. III.

Non succedunt Clerici in Electoratu Saxoniæ, si novum feudum electâ personæ industriâ fuerit concessum.

1 ALia est ratio Monachorum, qui nihil proprii habent, sed omnia Monasterio acquirunt, *Auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* Landrecht. *lib. 1. art. 25. in*
2 *pr.* † Adeoque ad successionem feudi eos admitti, noluit Elector Saxoniæ, antequam relicto Monachatu, Laicatum reassumpserint, *h.* Const. *28.* §. So viel aber die Münche betrifft. *ubi* Dan. Moller. *n. 3.*
3 † Neutiquam ergo concedendum est Matth. Coler. *part. 1. decis. 90.* feudum ad vitam saltem Monachi Monasterio applicari, sed hoc statim Domino vel aliis simultaneè investitis aperitur, Landrecht *lib. 1. art. 25. vers.* Begiebt sich aber ein Mann,
† Quamvis bonorum allodialium sive hereditatis 4
etiamnum hodie capax sit Monachus acquirens eam Monasterio, *l. ult. §. hoc etiam. 1. ubi Dd. C. de Episc. & Cleric.* † non obstante *dict. art. 25. lib. 1.* Landrecht / cujus dispositio quoad bona allodialia, ob- 5
servantiâ hodiernâ abrogata est, teste Coler. *part. 1. decis. 46. num. 4.* † Sed hisce diutius inhærere pa- 6
rum expedit, sublato hodie in Ecclesiis reformatis Monachatu. Illud verò scitu dignum, † non ob- 7
stante *h.* Const. *28.* ne quidem in provinciis Electoratûs Saxonici Clericos ad successionem feudi admittendos, si Dominus novum feudum concedens, industriam certæ personæ nominatim elegerit, *l. un. §. ne autem. 9. C. de caduc. tollend.* Frid Schenck. Baro à Tautenberg *in cap. 1. tit. de milite Vasallo qui arm. bell. depos. num. 15.* Matth. Berlich. *part. 3. concl 39. num. 66.* † Nec enim tunc audiendi erunt, 8
per substitutum servitia feudalia sive militaria præstare volentes. † Derogat siquidem juri communi 9
partium conventio, ex quâ contractus legem accipit, *l. 1. §. si convenit. 6. ff. deposit.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 81. num. 15.*

Ita Domini in eâdem causâ. (Verba sent. Es wäre dann / daß berührtes Lehen / als ein neues Lehen euerm Vater gegeben / und darbey ausdrücklichen abgeredet worden / daß allewege der Lehenmann selbsten in der Person die gewöhnliche Lehendienste verrichten solle; auf den Fall / weil ihr die servitia per substitutum nicht leisten möget / wäret ihr euch des Lehens anzumassen nicht berechtiget / V. R. W.)

Definit. IV.

Nec tùm Clerici in Saxoniæ Electoratu ad feudi successionem admittuntur, quando investiturarum literæ personalia Vasalli servitia requirunt.

EAdemque de causa Clerici à feudi successione ex- 1
cluduntur etiam in terris Electoratus Saxonici, si expresè in investitura fuerit cautum, personaliter vasallum, ejusque heredes laicos deservire oportere, Frider. Schenck. Baro in Tautenberg / *in cap. 1. tit. de milit. vasallo qui arma bellic. depos. num. 15.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 39. num. 65.* † Scili- 2
cet, quia tunc industria certæ personæ fuit electa, quo casu servitia per substitutum præstari nequeunt, ut dixi Defin. *præced.* † Strictè namque tum inhæ- 3
rendum est tenori & pacto investituræ, † quod omni- 4
um feudorum juri & naturæ derogat, *cap. 2. de duob. fratrib. à cap. invest.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 5. cap. 2. num. 30.* Zas. *de feud. part. 6. num. 24.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 41. num. 29.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 50. n. 15.*

Ita Domini in eâdem causâ. (Verba sentent. Es wäre dann / daß berührtes Lehen als ein neu Lehen euerm Vater gegeben / und darbey ausdrücklichen abgeredet / oder doch sonsten in den Lehnsbriefen mit klaren Worten versehen worden / daß allewege der Lehenmann selbsten in der Person die gewöhnliche Lehnsdienste verrichten solle / auf den Fall / weil ihr die servitia per substitutum nicht leisten möget / wäret ihr euch des Lehens anzumassen nicht berechtiget / &c.)

Definit. V.

Ignobiles etiam in foro Saxonico feudi sunt capaces.

EXpeditum est de Jure communi, quod ignobi- 1
les etiam, quin & servi ac Rustici de feudo possint investiri, Jas. *in tract. feud. tit. qui feud. dar.*

poſſ. † Secus de Jure Saxonico, quo omnes illi, qui equites non ſunt patre avoque geniti, carere debent jure ac privilegio feudali, Lehnr. *cap. 2.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 77.* Reinh. *part. 3. differ. 4.* † Rationem diverſitatis ſi quæras, dixerim, id fieri propterea, quod Saxo exiſtimaverit, per inveſtituram Vaſallo tribui Nobilitatem, † quod & ſenſiſſe videtur Jaſon. *dict. loc.* non autem digni videntur privilegiis nobilium de Jure Saxonico, † niſi qui patre avoque Nobili geniti ſunt juxta Gloſſ. Landrecht. *l. 1. art. 27.* & Gloſſ. *in addit. margin. art. 20. l. 1.* Landrecht. † Sed cùm hæc ratio hodiè ceſſet, nec Nobiles ſtatim habeantur qui feuda poſident, teſte experientiâ quotidianâ, † utique & hodiè ignobiles in foro etiam Saxonico de conſuetudine, feudi capaces judicari, rectisſimè aſſerit Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 77.*

Ita Domini in cauſa Joachimi Planckens zu Rieben/ Menſ. Jan. Anno 1602.

Item in cauſa Caſpari Schöners zu Löbichaw/ Menſ. Majo, Anno 1629.

Et in cauſa Melchior Seugers zu Loſchatz / Menſ. Novemb. Anno 1627.

Definit. VI.

Mutus & ſurdus, vel aliter imperfectus in feudo non ſuccedit.

Nil certi deciſum videtur ab Autoribus juris feudalis in quæſtione præſenti: Nam *in tit. An mut. vel alit. imperf. feud. ret.* duæ invicem pugnantes recitantur ſententiæ, nec utra potior ſit, declaratur: † *Mutus & Surdus*, (inquit textus,) *Cæcus, Claudus, vel aliter imperfectus, etiamſi ſic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit, Obert. & Gerhard. & multi alii. Quidam tamen dicunt, eum qui talis natus eſt, feudum retinere non poſſe, quia ipſum ſervire non valet, ſic dicimus in Clerico & in fœmina, & in ſimilibus.* † Dici equidem poſſet, eum, qui duas recenſet ſententias, poſteriorem amplecti videri, *l. qui filium. 74. ubi* Gloſſ. *ff. ad SCtum Trebell.* † Sed in caſu præſenti id vel propterea non tutum erit, quia *Obertus*, qui Autor *dict. tit.* perhibetur, in principio ſuam refert ſententiam, quam procul dubio non reprobavit, Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 32. num. 2.* † Nihilominus ut poſteriori ſententiæ inhæreamus, ſuadet non modò textus *in c. 1. §. fin. tit. Epiſc. vel Abb.* ubi generaliter deciditur; Mutum feudum retinere non poſſe; ſed & ratio manifeſta, † quod ſcilicet feuda ideò concedantur Vaſallo ut ſerviat, §. *beneficium. tit. quib. ex cauſ. feud. amitt.* Sed in muto vel alio imperfecto, quia ad ſervitia inutilis redditur, † cauſa illa penitus ceſſat, ut mirum non ſit, effectum quoque ipſum ceſſare, nec mutum & ſurdum, vel aliter imperfectum ad feudi ſucceſſionem admitti, quippe cum in omnibus cauſis id obſervetur, † ut, ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi, deficiente ea, beneficium quoque deficiat, *l. in omnibus cauſis. 39. ff. de Reg. Jur.* §. *ſed nec alia tit. Quæ fuer. prim. cauſ. benef. amitt.* † Nec audiendus videtur Vaſallus, qui ejuſmodi vitio laborans, per ſubſtitutum vult ſervitia præſtare, cùm Dominus feudum concedendo cenſeatur elegiſſe perſonæ induſtriam, † quo caſu alter alterius vices ſupplere regulariter nequit, *l. un.* §. *ne autem. 9. C. de caduc. toll.* Andr. de Iſern. *in dict. tit. An mut. vel alit. imperf.* † Accertè minus dubium habet ſententia hæc de Jure Saxonico, quo apertiſſimis verbis deciſum, quod is, qui naturâ ſurdus, mutus vel alioquin imperfectus natus eſt, ad feudi ſucceſſionem non admittatur, *in art. 4. lib. 1.* Landr. *verſ.* Wird auch ein Kind gebohren ſtumm/ Sinn- oder Witz-loß/ oder blind/ oder ſonſt unvollkömmlich an ſeinem Leibe/ das iſt wol Erbe zum Landrecht/ aber nicht zum Lehnrecht. † Cur non ergò in foro Saxonico hanc juris manifeſti deciſionem ſectari vellemus? Quicquid etiam de Jure communi, & ex commentatorum doctrinis in contrarium proferri poſit, Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 32. num. 18.*

Ita Domini in cauſa Georgii Joachimi à Leutſch zu Gattitz/ & liberorum Henrici à Leutzſch zu Graßdorff/ Menſ. Majo, Anno 1594.

Definit. VII.

De feudo tamen novo, mutum & ſurdum vel aliter imperfectum Dominus bene inveſtire poteſt.

SEd hoc ita intellectum velim, quatenus vitium à natura inſitum eſt obſtaculo, quo minus is, qui tali vitio laborat, feudum capere poſit: † Quid enim ſi feudum ſit tale, pro quo nulla præſtantur ſervitia perſonalia, ſed annuatim aliquid inde perſolvitur? † Aut ſi vitium ſit temporale, vel ejuſmodi etiam, quod præſtationem ſervitiorum neutiquam impediat? † Quid etiam ſi Dominus Vaſallo gratiam facere, & à ſubſtituto ſervitia acceptare velit? Certè caſibus hiſce mutum & ſurdum, vel aliter imperfectum in feudo ſuccedere quivis facere conceſſerit, † ceſſante ſcilicet ratione impedimenti, *c. cum ceſſante. 60. extr. de appellat.* Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 32. num. 13. 14. & 15.* Matth. de Afflict. *in tit. an mut. vel al. imperf. num. 10.* Dan. Moll. *lib. 3. Semeſtr. 34.* Franc. Curt. *in tract. feud. part. 3. pr. part. 1. num. 8.* Bald. *in cap. 1. in verb. libellaria de pac. conſt.* † Similiter quin & Dominus mutum ac ſurdum, vel alioquin imperfectum de feudo novo inveſtire, & Vaſallum minus idoneum ſuſcipere queat, ambigendum prorſus non eſt, *arg. cap. 1. quemadm. feud. ad fil. pertin.* Andr. de Iſern. & Dd. *in dict. tit. An mut. vel al. imperf. ubi* & Matth. de Afflict. *n. 10.* Hartm. Piſt. *dict. qu. 32. n. 7.* Joh. Schneid. *de feud. part. 3. n. 107.* Henr. Roſenth. *de feud. cap. 3. concl. 8.* Borch. *de feud. cap. 5. num. 50.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 4. n. 11.* Dan. Moll. *dict. cap. 34.* † Nunquam enim habere poteſt Dominus, quod de vitio Vaſalli conqueratur, cui ſcienter feudum dederit, *arg. l. ſicut, 5. C. de Obl. & Action.* † Et quando novam facit Dominus inveſtituram in perſona corporis aut animi defectu laborante, ſemper gratiam ei facere ac permittere cenſetur, ut per ſubſtitutum debita ſervitia præſtet: Secus tamen, ſi Dominus vitium Vaſalli ignorans, eum de feudo novo inveſtierit. † Nec enim tùm valet inveſtitura in Domini præjudicium, ut poſt Schrader. *de feud. part. 4. cap. 3. num. 7.* rectisſimè ſentit Simon Ulric. Piſtor. *in addit. ad patrem.* Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 32. lit. B.* † Planè, licet mutus vel imperfectus à feudi ſucceſſione arcearur, attamen ſi alimenta aliunde non habeat, tantum ex feudo ei relinquendum eſt, ut ſe inde ſuſtentare poſſit, *c. 1. §. mutus. tit. Epiſc. vel Abbat. ubi* Alvarott. Valent. Förſter. *de ſucceſſ. l. 4. cap. 9. n. 23. & 62.*

& 62. Hartm. Pist. *quæst. 32.* Schrad. *de feud. part. 7. cap. 5. num. 35.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Und da vorbemeldtes Geld zu Lehen gemacht / und euer stummer und tauber Vetter damit beliehen / und ohne Leibes-Erben versterben würde. So hättet ihr euch / ungeachtet daß ihn sein nächster Agnat, desselben allein anzumassen / und die andere Mitbelehnte davon auszuschliessen nicht fug / ꝛc.)

Definit. VIII.

Vasallus, ex superveniente calamitate factus inhabilis ad serviendum, feudum non amittit.

1 SImultanea investitura, seu pactum in feudo succedendi semper annexam habet conditionem habilitatis, sive idoneitatis, cum quævis dispositio de habilibus sit accipienda, *l. ut gradatim. 11. §. 1. ff. de muner. & honor. l. si se. 4. §. condemnatum. 6. ff. de*
2 *re jud. l. 1. §. ult. ff. ad SCtum Tertull.* † Ergò si tempore successionis inhabilis quis reperiatur, sive id naturâ, sive casu contigerit, nullam conquerendi causam habere poterit, si Dominus, qui feudum duntaxat successoribus habilibus concessit, illum admit-
3 tere noluerit, Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 32.* † Aliud dicendum, si Vasallus de feudo jam investitus, & à Domino pro Vasallo agnitus, ex casu quodam superveniente absque suâ culpâ inhabilis reddatur.
4 † Hunc enim feudo jam perfectè acquisito, privari
5 vel ipsa æquitatis ratio prohibet, † ne scilicet afflicto addatur afflictio, *l. divus. 14. ff. de offic. præsid. l. antepen. C. de pœn. l. navis onusta. 4. §. 2. vers. quid*
6 *ergo. ff. de leg. Rhod. de jact.* † aut cuiquam sine culpa commissa feudum auferatur, *tot. tit. de feud. sin. culp. non amitt. l. sancimus. 22. C. de pœn. l. aliud est*
7 *fraus. 131. ff. de Verb. Sig.* † Vel, ne id, quod semel legitimè factum est, ex supervenienti casu retractetur, ac in irritum vocetur, contra *l. 1. ff. de itin. actuq; priv. l. donationes in concubinam. 31. ff. de donat.*
8 † Taceo, quod nullibi in jure feudali cautum reperiatur, ut Vasallus, qui post feudum acquisitum mutus, vel alioquì inhabilis est factus, propterea feudum
9 amittat, † quare nec pœna privationis absque legis autoritate inducenda est, *l. & si quis. 14. §. divus. 14. ff. de relig. & sumpt. fun.* Bald. *in Auth. ex testament. C. de secund. nupt.*
10 † Quin potius adversæ fortunæ casum Vasallo feudum jam tenenti & possidenti haud imputandum esse, clarissimè dispositum est in Jure Saxonico *art. 4. lib. 1.* Landr. *vers.* Hätte aber ein Mann Lehen empfangen / ehe er so gebrechlich worden wäre / das verleust er damit nicht; *Et postea:* Der aussätzige Mann der empfähet gleicher Weise auch kein Lehen / noch kein Erbe / hat er aber das empfangen vor der Seuche / und wird darnach siech / er behält es / und vererbet es auch / als ein ander Mann. Hartm. Pist. *dict. quæst. 32. n. 19.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 71.*

Ita Domini in causa Domini Georgii, Baronis zu Mörsberg und Befferts / ꝛc. Mens. Majo, Anno 1630. (Verba sentent: Hat von Ihrer Churfürstl. Gn. zu Mäyntz der Wohlgebohrne Herr Hans Ludewig / Graff zu Sleichen / ꝛc. die Herrschafft Blanckenhayn und Kranichfeld / darau Eu. Gn. Gemahlin die Anwartung und gesammte Hand erlanget / bißhero in Besitz gehabt. Wann nun gleich seine Gräfl. Gn. wegen hohen Alters / unvermöglicher Leibeskräfften / und anderer Beschwerung / die Lehn zu verwalten und zu bedienen gantz ungeschickt / dafür auch am Käyserlichen Hofe erkannt worden wäre / ꝛc. So möchte doch daher seiner Gnaden die Lehn nicht genommen werden; Sondern es würde derselben durch einen tüchtigen Substitutum oder Mittelsperson die servitia feudalia zu leisten / und die Lehen zu administriren billich verstattet / und haben weder der Lehnherr noch Eu. Gn. Gemahlin / sich derselben anzumassen / noch zur Zeit fug / V. R. W.)

Definit. IX.

Fœmina regulariter non succedit in feudo, etiamsi hoc fuerit emptum.

1 INdubitati Juris est, fœminas regulariter in feudo non succedere, *c. 1. §. filia verò. tit. de succes. feud. c. 1. tit. quemadm. feud. ad fil. pertin. cap. 1. §. hoc autem. tit. de his qui feud. dar. poss. c. 1. de natur. succes. feud.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 37. num. 1.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 26. n. 1.* † Cujus ratio non adeò
2 difficilis, ut voluntatem disponentis pro ratione habendam existimemus † cum Jul. Clar. *lib. 4. sentent.*
3 *§. feudum. quæst. 73. post* Gloss. *in cap. 1. §. hoc quoq; de succes. feud.* † aut de hac multum laboremus,
4 cum Baldo *in l. quoties. 12. de suis & legitim.* & Sonsbecc. *in tract. feud. part. 9. n. 120.* siquidem neminem fugit, † feuda regulariter ob servitia militaria
5 concedi, ad quæ cum fœminæ minus idoneæ sint, † non mirum, cur perinde ut mutus, surdus, vel alio-
6 qui imperfectus à feudi successione removeatur, *cap. 1. an mutus surd. vel alioq. imp.* Matth. Wesenb. *de feud. cap. 6. n. 22.* † Non enim debet ad eam
7 personam pertinere beneficium, quæ non potest præstare officium, Jacob. Thoming. *consil. 44. n. 110.*
8 † Eaque ratio facit, ut nec tùm fœminæ ad feudi successionem admittantur, quando feudum generaliter
9 heredibus fuit concessum, † quorum nomine in materia feudorum soli comprehenduntur masculi, *c. 1. §. & si clientulus. tit. de alienat. feud.* Zas. *de feud. part. 8. num. 36.* Andr. Gail. *l. 2. obs. 159. num. 1.* Octav. Cacheran. *decis. 26. num. 8.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 7. cap. 4. num. 2.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 34. n. 2. & seqq.* ubi plures refert ampliationes.
10 † Nec feudum emptum hîc exceptùm velim, quod etsi propter emptionem à natura feudi aliquatenus recesserit, nihilominus tamen & in eo servitia militaria sunt præstanda, ut propterea ab hujus successione fœminæ omninò debeant arceri, veluti rectè
11 infert Hartm. Pistor. *dict. quæst. 34. num. 8.* Borch. *de feud. c. 7. n. 65.* Schrad. *dict. c. 4. n. 5.* † Quamvis post
12 alios ab Hartm. Pistor. allegatos, dissentiat Jul. Clar. *dict. qu. 73. n. 6.* † Sanè nec masculis ex fœminis de-
13 scendentibus in feudis ad successionem aditus patet, ut disertè probatur in *c. 1. §. hoc autem. tit. de his qui feud. dar. poss. & c. 1. de succes. fratr.* Rosenth. *de feud. cap. 7. concl. 109.* Schrader. *dict. cap. 4. num. 3.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 29.* Valent. Först. *de succes. ab intest. l. 4. c. 23. num. 49.* † Nempe quia
14 infecta radice, infectum est omne, quod ab ea descendit, *l. si viva matre. 3. C. de bon. matern. l. 1. pr. vers. hujus rei ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. l. tria prædia. 31. ff. de S. R. P.* † nec potest melior esse conditio successoris, quàm ejusdem autoris, *l. quod ipsis. 143. ff. de Reg. Jur.* Ex quo fit, † quod regulariter
16 mediâ personâ deficiente, non deveniatur ad ulteriorem descendentem, *l. meminimus. 15. C. de legit. hered. l. Divo Marco. 11. C. de quæst.*

Ita Domini in causa Georgii Joachimi von Leutzsch zu Gattitz / Mens. Majo, Anno 1594. (Verba sent: Aber Heinrichens von Leutzsch seligen Tochter hat an solchem Lehen keine Forderung / V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. X.

Ad successionem tamen feudi fœminei, vel etiam ex pacto fœminæ admittuntur.

1 HOc tamen expeditum videtur, quod in fœmineo feudo fœminæ omninò succedant, *cap.1.de natur. succes. feud.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.7.cap.4.n.48.* Forster. *de success. ab intest. l.4. cap.23.n.51.* Vult. *de feud.lib.1.cap.9.num.40.* Voco
2 autem feudum fœmineum, † quod fœmina de novo prius acquisivit, quodque ab eâ tanquam prima ac-
3 quirente originem & initium traxit. † Idque differt ab eo, quod masculus ab initio acquisivit, peculiari pacto investituræ inserto, ut etiam ad fœminas transeat, ut benè distinguit Pistor. *part.2.quæst.34.*
4 *num.13.* † Licet in utroque sive feudum sit fœmineum, sive ex pacto ad fœminas transitorium, succedant fœminæ, ut multis tractat ac probat pro mo-
5 re suo Pist. *dict.quæst.34.* † Videtur scilicet investiens fœminam, vel pacto & concessione speciali eam ad successionem admittens, hanc gratiam ipsi facere, ut per substitutum servire queat, perinde ut
6 de Clericis dictum *sup.* Defin.1. † Hodieque in literis investituræ ut plurimùm exprimi declararique solet, ad quos heredes feuda Dominus pertinere, vel successionis jure, devolvi velit & cupiat, ut proinde hodiè frequentius ad feudi successionem fœminæ ex gratia vel pacto expresso admittantur, teste Andr.
7 Rauchb. *part.1. quæst.37. num.3.* † Planè, in feudis etiam pignoratitiis, vulgò (Pfandlehn) ut & iis,
8 † quæ sub pacto de retrovendendo emi solent, fœminas succedere, multis argumentis ac rationibus probat eleganter Andr.Rauchb. *dict.quæst.37.*

Ita Domini in causa Dn. Georgii Baronis à Mörßberg/ Mense Majo, Anno 1630.

Et in causa heredum Caspari Rosenbergers zu Kindelbruck/ Mens. Mart. Anno 1600.

DEFINIT. XI.

Arcentur quoque fœminæ à successione in feudis hereditariis.

1 QUid autem juris in feudis hereditariis (in Erblehngütern?) Ad horum successionem fœminas admittendas esse, multum persuasum sibi habent: Sed non tàm ex vera aliqua juris ratione,
2 quàm communi errore, † qui inde promanasse videtur, quod distinguere nesciant inter feudum fœmineum & hereditarium, illudque, à fœmina nempe primum acquisitum, quod verè fœmine-
3 um est, hereditarium appellitent. † Quin & hoc ipso, quod fœmina ex pacto forsan speciali ad feudum sit vocata, illud naturam feudi hereditarii
4 assumpsisse existimant. † Cùm tamen ex veriori Dd. sententia, quam latissimè propugnat Hartm. Pistor. *part.2.quæst.1.* Feudi hereditarii natura in eo consistat, ut quoad successionem duntaxat, ejusque effectum, feudum pro re hereditaria reputetur, atque adeò in ipso feudo ab herede jure hereditario succedatur, & feudum unum corpus ac patrimonium fiat cum cæteris rebus hereditariis, Ja-
5 cob. de Beluis. *in c.1. An agnat. vel fil.* † Ita nempe, ut pater de feudo hereditario testari possit, illudque ad instar rerum hereditariarum in hereditatis petitionem venire, itemque filio in legitimam imputari, & cum fideicommisso universali ad fideicommissarium transire debeat, nec repudiata hereditate retineri queat, ut multis persequitur Pistor. *dict.qu.1.n.61. & multis seqq.* † Cæteroquin in iis, 6
quæ non successionem hereditariam, sed Domini personam magis respiciunt, feudum etiam hereditarium propriam feudorum naturam dicitur retinere, † veluti quod sine consensu Domini alienari non 7
possit, quodq; servitia feudalia inde præstanda veniant, † ad quæ cum fœminæ minùs idoneæ sint, quid 8
mirum, ut à successione feudi hereditarii excludantur, velut rectissimè concludit Pist. *dict. quæst.1.n.97. vers. Ex quo fit.* Vid. quæ ad hanc rem dixi *sup. part.2.* Const.Elect.47. *Defin.1.*

Ita Domini in causa Gregorii von Deumingen in Karanancka / M. Jul. Anno 1596. (Verba sent: Wenn nun gleich selbiges Lehen für ein Erblehngut zu halten wäre. Dieweil aber dennoch nach gemeinen Schluß der Rechtslehrer die Art und Eigenschafft solcher Erblehngüter/ so zu Recht feuda hereditaria genañt werden/ darin stehet/ daß sich der Lehnsfolger/ wann er Erbe zugleich mit ist/ der Erbschafft nicht äussern/ und des Lehens allein unterfangen kan/ nicht aber daß Weibespersonen in dergleichen Lehngütern / in denen Fällen / da sie in dem Lehn-Brieff ausdrücklich nicht mit begriffen sind / succediren solten/ &c. So ist der ietzo regierende Bischoff zu Olmütz auch dasselbe dergestalt/ daß Söhne und Töchter zugleich/ oder zum wenigsten die Töchter und Weibes-Personen/ wann keine Lehnserben männliches Geschlechts mehr verhanden/ succediren sollen/ zu leihen nicht schuldig/ &c.)

DEFINIT. XII.

Succedunt fœminæ unà cum masculis in feudis à servitio liberis, aut de quibus duntaxat annuæ solvuntur pensiones.

1 FOeminas à successione feudorum propterea arcendas dixi, quòd minùs idoneæ sint ad servitia militaria seu feudalia præstanda, *Supr.* Defin.9. Wesenb. *de feud.c.6.num.22.* Pistor. *part.2.quæst.34. num.1.* † An ergo hinc inferre licebit, eas successio-
2 nis esse capaces in feudo à servitiis libero, aut si certæ solummodò pensiones annuæ ex feudo sint exsolvendæ, nec juramentum fidelitatis præstandum?
3 † Ita omninò est, nec excludendæ sunt fœminæ ab ejusmodi feudo, per text. *in cap. Si cui militi in capp. extraord.* quem textum Cujac. recenset *lib.4.tit.104.*
4 † perinde ut surdus, mutus, vel aliter imperfectus, qui aliàs feudi est incapax, solet admitti ad successionem feudi à servitio liberi, ut dixi *supr.* Defin.7. *in pr.* † Cessante namque prohibitionis ratione, ipsa
5 quoque videtur cessare prohibitio, *cap.cum cessante, 60. ubi* Abb. *extr. de appellat. c.quoniam. §. porrò & §. ult. Ut lit. non contest.* Jul. Clar. *lib.4.sentent. §. feudum.quæst.73.num.7.* Pistor. *part.2.quæst.34. num.29. & seqq.* ubi multos alios allegat, Rol. à Vall. *vol.1.consil.23.num.10.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.7.cap.4.num.56.* † Quin & hoc casu fœmi- 6
næ simul cum masculis admittuntur, nec ulla his gaudent prærogativa, ut disertè probatur in *dict. cap. si cui militi.* Zas. *de feud. part.8. num.48.* Pistor. *dict. quæst.34. num.36.* Jac. de S. Georg. *de feud. in verb. Et fœminis. num.10.* † Idemque dicendum ar- 7
bitror, quando feudum fuerit concessum ad certum aliquod servitium, quod æquè commodè & honestè per fœminam expediri potest, † ex eâdem ratione, 8
quæ prohibitionem cessare facit, Pist. *dict. quæst.34. n.37.* Jul. Clar. *dict.loc.*

Ita Dnn. in eadem causa. (Verba sentent. Da aber von solchem Lehngut die Besitzere keine Ritterdienste thun/

thun/ oder auch zum wenigſten die Lehnspflicht und das Juramentum fidelitatis würcklichen nicht leiſten/ und alſo davon weiter nichts / als den jährlichen Decem reichen dürffen/ So werden die Töchter nebenſt den Söhnen zugleich zur Succeſſion ſolches Lehnguts billich zugelaſſen/ V.R.W.)

Definit. XIII.

Fœminæ licet in inveſtiturâ ad feudi ſucceſſionem vocatæ, attamen non niſi deficientibus maſculis ſuccedunt.

1 NOn ut in feudo à ſervitiis libero, ita etiam in feudo fœmineo, aut ex pacto ſpeciali vocatæ fœminæ ſuccedunt: In illo enim unà & ſimul cum maſculis admittuntur, *cap. ſi cui militi. in capitulis extraord.* Defin. *præced.* † At in feudo fœmineo illis tùm demùm aditus ad ſucceſſionem patet, quando maſculi deficiunt, *c. jugales. in capp. extraordin.* † Quod eò magis procedit, ſi pacto ſpeciali deficientibus demum maſculis ſucceſſio fœminis deferatur, *cap. 1. de eo, qui ſibi & hered. ſuis maſc. & fœmin.* Piſtor. *part. 2. quæſt. 35. num. 2.* † Vocatis autem fœminis ac maſculis conjunctim, veluti ſi quis fuerit inveſtitus pro ſe & heredibus maſculis & fœminis, dubitare equidem quis poſſet, an non juxta tenorem inveſtituræ fœminæ ſimul cum maſculis admitti debeant, † propter dictionem copulativam *(Et)* quæ æqualiter conjungere ſolet, *l. ſi quis Attio. 7. ff. de Uſufr. accreſc. l. Titia textores. 36. §. nihil refert. 2. ff. de legat. 1.* † Sed & hoc caſu, deficientibus demum maſculis, fœminas ſucceſſu dere putaverim cum Piſtor. *dict. quæſt. 35. num. 13. & ſeqq.* † Ex natura ſcilicet feudi, & præſumpta contrahentium mente, ac voluntate inveſtientis: Etenim quia hæc eſt feudi natura, ut maſculis magis quàm fœminis deferatur, maſculoque exiſtente fœmina non ſuccedat, *cap. 1. in fin. tit. de eo, qui ſibi vel hered. ſuis maſcul.* † huic feudorum naturæ tàm concedens quàm acquirens feudum, ſeſe conformare voluiſſe cenſentur, *l. ſi ſtipulatus. 4. §. verum. 1. ff. de Uſur. l. damni. 43. verſ. Et quod in ſtipulatione eſt. ff. de damn. infect. l. inſulam. 6. ff. de præſc. verb.* † Non ſolum enim quod verbis exprimitur, ſed etiam quod agitur, pro expreſſo haberi debet, *l. cum quid. 3. ff. ſi cert. petat.* Piſt. *dict. quæſt. 35. n. 16.* Joh. Borch. *de feud. c. 7. n. 67.* Cutt. Jun. *in tract. feud. part. 3. pr. n. 19. verſ. decimo ſeptimo.* † Quin & maſculum in diverſa linea ac gradu remotiori exiſtentem fœminæ hoc caſu præferri, docet poſt multos alios, quos allegat Piſt. *dict. quæſt. 35. n. 18.* † propter regulam generalem, quâ fœminæ in feudi ſucceſſione locus non patet, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò de hoc feudo fuerit inveſtitus, Zaſ. *in Epit. feud. part. 8. n. 52.* Joh. Borch. *in tract. feud. cap. 7. n. 76.* Octav. Cacher. *deciſ. 81.*

Ita Domini in cauſa Johann Palmans zu Plauen / Menſ. Octobr. Anno 1596. (Verba ſent: Iſt George Schurer vor wenig Wochen verſtorben / und hat drey Töchter erſter Ehe an einem / und ſein ander Eheweib eine Schweſter / und zweene mit ihr ehelich erzeugete Söhne am andern Theil / zuſammt beweglichen und unbeweglichen Gütern / darunter auch ein Lehn- oder Ritter-Gütlein / ſo 4000 fl. würdig / und mit einem halben Pferd verdienet wird / nach ſich verlaſſen. Ob nun wol der über berührtes Lehngütlein und deſſelben Zugehörungen erlangte Lehn-Brieff auff gedachten Schurer und ſeine Leibes-Erben / beydes Söhne und Töchter zugleich gerichtet / ꝛc. So werden doch die Söhne den Töchtern in ſolchem Lehngütlein billich vorgezogen / und haben die Töchter daran / ſo lange Söhne und ihre männliche Leibes-Erben verhanden / keine Foderung / V.R.W.)

Definit. XIV.

Factâ verò inveſtitura, ut fœminæ ſuccedant ſicut maſculi, vel cum maſculis, utriusq; ſexûs liberi ſimul admittuntur.

NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm facta inveſtitura alicui pro ſe & ſuis heredibus maſculis & fœminis, in genere ſaltem: Alioquin, ſi verba ponantur manifeſta, † quæ fœminas unà cum maſculis ad ſucceſſionem vocent, adeoque præſumptam inveſtientis voluntatem (de qua dixi Defin. *præced.*) ceſſare faciant, † puta: Si quis ita de feudo fuerit inveſtitus, ut in eo ſuccedant fœminæ ſicut maſculi, dubium certè non eſt, quin hoc caſu, inveſtitô moriente, † ſuccedant pariter mares & fœminæ, ut diſertè probatur in *cap. jugales. in capp. extraord.* Piſtor. *part. 2. quæſt. 35. num. 18.* † Similiter & fœminæ cum maſculis ſimul ſuccedunt, quando inveſtitus eſt Vaſallus pro ſe & heredibus maſculis ſimul cum fœminis, ut docet Bald. *in l. quoties. 12. C. de ſuis & legit. liber.* Curt. Jun. *de feud. part. 3. pr. num. 18.* † Quinimò, etſi prætermiſſâ dictione *(Simul)* feudum conceſſum eſſet maſculis cum fœminis, attamen cum maſculis fœminas pariter ſuccedere, exiſtimavit communis Dd. Schola, † teſte Piſtor. *dict. quæſt. 35. num. 30.* ubi eleganter *in addit.* Simon. Ulric. Piſtor. Jul. Clar. *lib. 4. ſentent. §. feudum. quæſt. 73. num. 4.* Johan. Borch. *in tract. feud. cap. 7. num. 67.* Octav. Cacher. *deciſ. 81. num. 2. & num. 18.* † propter vim dictionis *(Cum)* quæ non tantùm copulat, ſed planè conjungit, adeoque majorem conjunctionem inducit, quam copula *(Et)* ut notat Bartol. *in l. Julius Paulus. 81. ff. de condit. & demonſtr.* † Quin dictio hæc *(Cum)* poſita inter perſonas, inter quas ordo conſiderari ſolet, omni hâc conſideratione remotâ, illas æqualiter vocare cenſetur, ut *arg. l. ſi mulier. 8. ff. de Uſufr. accreſc.* docent Bartol. & Dd. *in l. gallus. 29. §. quidam. 1. ff. de lib. & poſth.* Piſt. *dict. q. 35. n. 30.*

Ita Domini in cauſa heredum Caſpari Roſenbergers ad requiſitionem Quæſtoris zu Sachſenburg / Menſ. Martio, Anno 1600. (Verba ſentent: So hat er ſolches Erblehen / geſtalten Sachen nach / auff ſeine drey Kinder als Söhne und Töchter zugleich gebracht und verfället / ꝛc.)

Definit. XV.

Fœminæ ad ſucceſſionem feudi vocatæ, & per maſculum ſemel excluſæ, non perpetuò cenſentur excluſæ.

GRaviſſima ſemper & difficillima ac in utramque partem ab Interpp. diſputata fuit quæſtio: *Utrum fœminæ per maſculos ſemel à ſucceſſione feudi, ad quam in inveſtituram vocatæ ſunt, excluſæ, perpetuò excluſæ maneant, ita ut ne maſculis quidem poſteà deficientibus, admittantur?* † Etſi verò communiter hoc affirmatum fuerit ab autoribus, quos longo agmine adducit Piſtor. *part. 2. quæſt. 36. n. 1.* ubi eorum quoque rationes & argumenta refert; † Quam ſententiam etiam probat Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 148.* & Joh. Schneidew. *de feud. part. 6. tit. de ſucceſſ. fœmin. n. 50.* † eamque alii communem ca-

noni-

notissatam & probatissimam passim laudarunt, & consulendo, judicandoque sunt secuti, Bursat. *consil. 63. num. 7. consil. 131. num. 29.* Natta *consil. 676. num. 33.* Rol. à Vall. *vol. 3. consil. 58. num. 65.* † Negativam tamen opinionem, ceu æquiorem pariter ac veriorem, propugnarunt JCti excellentissimi, & inprimis Pist. *dict. quæst. 36.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 51.* Sonsbecc. *de feud. part. 9. num. 131. & seqq.* Wesenbec. *de feud. cap. 6. num. 23.* † rationibus & argumentis tàm firmis, ut qui relictis hisce frugibus adhuc glandibus vesci malit, vix inter prudentes hodiè locum tueri suum possit, & si præfractè adhuc veritati reluctari pergat, commiseratione magis, quàm acriori castigatione dignus videatur, ut loquitur Petr. Heig. *part. 1. quæst. 26. n. 8.* † ubi hanc sententiam vindicat doctè & eleganter ab insultu Andr. Knichens *in comm. ad privil. Saxon. cap. 8.* † Eamq; tuetur contra eundem Knich. & Andr. Fach. *lib. 7. controv. cap. 45.* Simon. Ulric. Pist. *in addit. ad* Hartm. Pist. *dict. quæst. 36.* † Potissimùm à parte affirmantium videtur facere negotium text. *in cap. 1. §. quin etiam tit. Episc. vel Abb.* Ubi filio relicto, fœminæ ulterius non admitti dicuntur. † Attamen pro negantium opinione clarissimus est textus in *c. 1. de eo qui sib. vel hered.* ubi habetur: Fœminæ locum non patere in successione feudi, donec masculi supersint; † Ubi qui vim ac proprietatem dictionis *(Donec)* perpenderit, per eam certè fœminas ad tempus tantùm, non perpetuò excludi, pari confidentiâ poterit asseverare: † Nisi quis cum Ferrar. Montan. *de feud. lib. 8. c. 8.* dictionem hanc ex phrasi hebræâ interpretari conetur, in qua particula *(Donec)* de futuro tempore negat, ut *2. Samuel. 6. vers. 23. Matth. 1. vers. 25.* † Sed ridiculè, cum boni illi compilatores feudorum vix usitatam tunc inter doctos latinam linguam, nedum græcam vel hebræam noverint, ut dicit Heig. *dict. quæst. 26. num. 15.* † Estque unanimis Interpp. opinio, concesso alicui feudo hisce verbis: Ut donec masculus sit superstes, fœmina non succedat, eandem per masculum primùm succedentem ita non excludi, quò minus eo mortuo, rursus admittatur, ut videre est apud Dd. quorum catalogum texit Borch. *de feud. cap. 7. num. 39.* † Quæ igitur causa est, quo minùs in textu feudali hæc significatio obtineat. † Nec est, quod affirmantes tantoperè urgeant *dict. §. quin etiam. tit. Episc. vel Abb.* Præterquam enim quod textus ille diversas admittat interpretationes, demonstrante Hartm. *dict. loc. num. 24.* † nulla certè vis verbis infertur, si hunc sermonem *(fœmina ulterius non admittitur)* in iis terminis, in quibus præcedentia loquuntur, accipiamus, nimirum, quando & quamdiu masculus adest; Quando verò is adesse desinit, de eo textus non loquitur; † Itaq; casus ille ex *dict. cap. 1. de eo qui sibi vel hered.* erit supplendus, ut deficiente masculo, fœmina admittatur. † Idque eò magis, quantò favorabilior est sententia negantium, & in jure ac æquitate fundata, veluti patet *ex c. 1. vers. filia quoque de succes. feud. cap. 1. in pr. de feud. fœmin.* † Sed nolo crambem bis coctam proferre, eaque repetere, quæ ad amussim disputata fuêre ab Hartm. Pist. Sonsbecc. Petr. Heig. Vult. & Wesenb. *dict. locis.* Illud solummodò addo, † quod juxta hanc negativam sententiam aliquoties à Collegio JCtorum Marpurgensium responsum dicat Herm. Vultej. *in loc. allegat.* † & à Wittebergensibus pariter pronunciatum, refert Heig. *dict. q. 26. num. 9. in fin.* † Ac non malè inter communes & falsas opiniones illam superiorem affirmantium quoque retulit Angel. Matthæac. *de via & art. jur. l. 2. c. ult. num. 26. 27.* † Sanè, si Interpp. affirmantium autoritas ita alicui oculos perstrinxerit, ut magis quid ipsi dixerint, quàm quod verum sit, sectari velit, sciat is, sententiam illam procul dubio tum non procedere, † quando in investitura ejusmodi verba sunt usurpata, ex quibus appareret, fœminas non esse penitus excluSas à successione, sed tamdiu solùm, quàmdiu masculi sunt superstites, ut puta si dictum esset, † fœminas non succedere debere, donec masculi supersessent, Borch. *in tract. feud. cap. 7. num. 39.* Pist. *dict. quæst. 36. num. 32.* † Idemque obtinet, quando fœminæ essent vocatæ deficientibus masculis; † Quæ vocabula, quia sunt ablativi absoluti, resolvuntur in conditionem, *l. à testatore 109. ff. de condit. & demonstr.* & perinde est, ac si dicatur: si decesserint. † Et per consequens, jus fœminarum in eventum hunc, quo masculi defuncti fuerint, suspendunt, fœminasque eveniente demum conditione illa vocant, † ut pluribus demonstrat Pist. *dict. qu. 36. n. 33.* ubi allegat Gozad. *in consil. 53. num. 13.* & Sigism. Loffredum *in dict. §. quin etiam tit. Episc. vel Abb.* ex Cacheran. *decis. 22. n. 54.*

Ita Domini in causa Dn. Georgii Baronis zu Mörsberg und Bessort / Mens. April. Anno 1630. (Verba sententiæ: Ob nun wol Ihre Churfürstl Gnad. zu Mäyntz die würckliche Belehnung Eu. Gnade wiederfahren zu lassen nicht gemeynet / sondern in denen Gedancken stehen / daß sie dieselbe einzuziehen befugt / in sonderbarer Betrachtung / daß Eu. Gnaden Gemahl als Tochter und Weibesperson durch die Herren Grafen als Mannespersonen einmahl à successione ausgeschlossen worden / und nunmehr derselben ferner nicht fähig seyn / auch zu dem Ende eine Käyserliche Commission ausgewürcket. Dieweil aber dennoch / bewährter Rechtsgelährter Meynung nach / dafür gehalten wird / daß die Weibespersonen / so einmal à successione feudi von den Mannspersonen ausgeschlossen worden / pro semper exclusis nicht zu halten / sondern auff begebenden Fall und Abgang der Mannes-Linien zum Lehen nochmals zuzulassen seyn / welches in gegenwärtigem Fall umb so viel desto mehr statt findet / weil in dem sub Anno 1605. ertheileten Lehn-Briefe diese Wort zu befinden / daß / wann die Herren Grafen / und ihre rechte Lehens-Erben / Söhne und Töchter Todes verschieden / und nicht mehr wären / also dann erst die Lehn Ihr. Churfürstlichen Gnad. und dero Nachkommen anheim fallen solte / welcher Fall / weil Eu. Gn. Gemahlin noch am Leben / sich noch zur Zeit nicht zugetragen und begeben / hierüber auch in jüngster Belehnung / Eu. Gn. und dero Gemahlin in specie, die Lehn versprochen und bestätiget worden / &c. So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß obberührte Lehn (ausser den jenigen Stücken / so allein auff das männliche Geschlecht geliehen) dem Lehn-Herrn Ihrer Churfürstlichen Gn. noch zur Zeit nicht anheim gefallen / sondern es wird Eu. Gn. Gemahlin darzu billich gelassen / und mag davon keines weges ausgeschlossen werden / V. R. W.)

Definit. XVI.

Non succedunt in feudo legitimati à Principe, exclusis Agnatis simultaneè investitis.

CErti Juris est, filios naturales ad successionem feudi non admitti, *cap. naturales si de feudo defunct. cont. sit.* Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 40. num. 1.* Valent. Först. *de succes. feud. lib. 6. cap. 12.* Mozz. *de natur. feud. num. 90.* † usque adeò, ut si deinde legitimi facti fuerint à Principe, non tamen ideò magis ad

ad successionem aditum habeant, ut claris dicitur
3 verbis, *in dict. cap. naturales. si de feud. def. cont. sit.* † Quod vulgò restringunt ad legitimationem generaliter factam absque mentione de succedendo in feudum, Zas. *in Epit. feudal. part. 8. n. 72.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. feudum q. 82.* Nicol. Boër. *decis. 123.* Hannet. *de jur. feud. lib. 2. c. 2.* † Existimant nempe,
4 Principi fas esse naturales ad ipsam feudi successionem expressè legitimare, eoque modo legitimatos in feudo succedere, exclusis Agnatis simultaneè li-
5 cet investitis: † Forsan quia crebris Interpp. sermonibus est usurpatum, Principem de plenitudine potestatis posse alicui privato jus suum ex ratione juris civilis partum pro lubitu auferre, *c. innotuit 20. extr. de elect. c. proposuit 4. extr. de conces. præb.* Bald. *in l. venditor 13. §. si constat 1. ff. comm. prædior.* Curt.
6 Jun. *consil. 158. n. 15.* † Quod tamen Principem facere voluisse non præsumendum, *l. quanquam 3. l.*
7 *in testamento 12. C. de testam. milit.* † Quin potius credendum, eum salvo jure Agnatorum legitimare, & demum aliis Agnatis non extantibus, succedendi jus voluisse concedere, *arg. l. 2. §. si quis à Principe 16. ff. Ne quid in lot. publ. c. quamvis 8. c. si pro te*
8 *13. de rescript. in 6to.* † Sed etsi maximè voluerit Princeps legitimando Agnatis in jure suo præjudicare, hoc tamen jure fieri non potuisse, nec propterea ullum juris vigorem hanc legitimationem habere,
9 † dixerim cum Hartm. Pistor. *dict. quæst. 40. n. 27.*
10 per text. *in l. net filio 4. ff. de natal. restit.* † Et quia id, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, *l. id quod nostrum 11. ff. de Reg.*
11 *jur. l. stipulatio 38. §. quæsitum 4. ff. de V. O.* † At neminem fugit, Agnatis per simultaneam investituram tale jus esse quæsitum, quod non solùm à futuro dependet eventu, sed quod etiam vivente possessore ita competit, ut hoc ipsis nullâ ratione deminui pos-
12 sit, † quodque non minus in considerationem veniat, quàm quævis alia res pleno jure alicui quæsita, Dd. *in cap. 1. de alienat. feud.* Hartm. Pistor. *part. 2. q.*
13 *20.* † Ex quo fit, quod jus hoc ex simultaneâ investiturâ Agnatis acquisitum, per alienationem licet autoritate principis susceptam, ipsis eripi non possit,
14 *dict. cap. 1. ubi* Dd. *de alien. feud.* † Ergo nec per legitimationem, quæ est instar alienationis, Hartm. Pistor. *dict. qu. 40. n. 34.* quem vide, si plura de hâc quæstione velis.

Ita Domini in causa Nicolai Röners zu Budissen / Mens. Januar. Anno 1627. (Verba sentent: Dieweil ihr berichtet/daß N.N von welchem eure Frage meldet / nicht aus ehelichem Ehebette gebohren/ꝛc. So ist er sich vor euch/wann er auch gleich von der hohen Obrigkeit hierzu legitimiret worden wäre/weil solches euch zu Nachtheil keines weges gereichen können / der Succession an dem Lehngute anzumassen nicht befugt/ V.R.W)

Definit. XVII.

Legitimati tamen per subsequens matrimonium ad successionem in feudis admittuntur.

1 ALia est ratio legitimatorum per subsequens matrimonium, quos & solos & cum aliis, ad feudi successionem admittendos esse, unanimiter tradunt Dd. quos allegat & sequitur Hartm.
2 Pistor. *part. 2. quæst. 41. num. 1.* † propter vim scilicet matrimonii, quod omnem maculam purgat, efficitque ut etiam ante matrimonium nati verè sint legitimi, omniaque jura legitimorum adipiscantur, antiquæ ingenuitati restituantur, † nihilque 3
differant à legitimis, *Novell. 12. cap. ult. Novell. 74. cap. 1. & 2. Novell. 89. cap. 9. cap. tanta vis extr. qui filii sint legitim.* Quodque tales legitimati per omnia legitimè natis comparentur, judicasse Cameram Imperialem, testatur Andr. Gail. *lib. 2. obs. 141.* † Ex † quo sequitur, legitimatos per subsequens matrimonium in feudis succedere, etiamsi investitura loquatur de filiis legitimè natis, sive de filiis ex corpore legitimè descendentibus, † quia jure retrotrahitur ma- 5
trimonium ad tempus nativitatis, ut eleganter disputat Hartm. Pist. *dict. quæst. 41.* ubi tamen hanc ipsam sententiam notabiliter restringit ad mentem ac voluntatem investientis, † ne scilicet admittantur, 6
quos ipse excludere voluerit. † Sanè in Electoratu Saxoniæ à feudi successione legitimatos per subsequens matrimonium arceri, probat Ordin. Provincialis Illustrissimi Electoris Mauritii *de Anno 1543. sub titulo:* Von denen aus der Ritterschafft / welche Kinder ausserhalb der Ehe zeugen/und ihr Lehngut auff sie erben wollen. † Veluti eam inducit 8
ac explicat Hartm. Pistor. *dict. quæst. n. 37.* ubi tamen addit, Constitutionem illam usu contrario fuisse abrogatam, † liberosque legitimos factos per subse- 9
quens matrimonium, sæpius ad feudi successionem admissos, eosdemque hoc in contradictorio judicio obtinuisse.

Ita tractatum in causa filii H. G. ad requisitionem Hier. Otton. Kyfewetters/Mens. Dec. Anno 1622.

Definit. XVIII.

Cujusnam sumptibus Vasallus Domino servire teneatur?

1 JUs feudale ut moribus introductum, ita & ei moribus sæpè fuit derogatum, præsertim in foro Saxonico, quo potissimum ad observantiam respiciendum. Quin & jus Saxonicum feudale non semper convenit cum jure feudali communi; † Nam de 2
jure communi pupillus excusatur à servitio & fidelitate, *c. si minori. cap. si quis decesserit. tit. si de feudo defunct. contet. sit inter domin. & agnat. Vasall.* † 3
At de jure Saxonico, etiam pupilli nomine, tutor servire tenetur Domino, juxta statum pupilli, Landr. *lib. 1. art. 23. §.* Ob wohl ein Kind. & Lehnr. *cap. 26. vers.* Wie jung auch ein Kind/ Reinhard *part. 3. differ. 20.* † Similiter de jure communi feudali, si Va- 4
sallus Dominum in bello adjuvans aliquid perdat, id repetere nequit à Domino, Innocent. *in c. sicut 13. extr. de jurejur.* † Nec enim Domino debet imputari casus fortuitus super eo, quod Vasallus præstare obstrictus fuit, Bartol. *in l. 4. §. si quis 5. ff. de Re jud.* Borch. *de feud. cap. 1. n. 27.* Joh. Schneidew. *de feud. part. 5. n. 109. in pr.* Quò & facit, quod operarii damnũ instrumentorum suorum ipsi ferre debeant, non is, qui operas locavit, *l. si laborante 2. §. 1. ff. de Leg. Rhod. de jactu.* † Sed aliud dispositum in Jure Saxonico, 6
Lehnr. *cap. 4. circa fin.* Wer ein Pferd oder ichts anders / das sein ist/seinem Herrn geliehen hat / oder an seinem Dienste ichts verlohren / das ihm noch nicht wieder vergolten ist / dieweil ist er nicht schuldig/seinem Herrn zu dienen / noch ihm Lehn-

rechts zu pflegen. Schneidewin. *dict. loc.* Rosenthal. *de feud. cap. 8. concluf. 22. n. 3. & lit. C.* Reinhard. *part. 3. differ. Jur. Civil. & Saxon. 9.* Coler. 7 *2. decif. 81. n. 3.* † Quin & si contingat, Vasallum cum Domino in militiam proficiscentem capi, redimi is debet à Domino, secundum conditionem & facultates Vasalli, ut tradit Glossa *in dict. cap. 4. n. 30.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1.* 8 *decif. 81. n. 4.* † Quamvis alii dispositionem *dict. cap. 4.* Lehnrecht / in foro Saxonico haud observantiâ receptam asserant, Henric Bocer. *de jur. dom. & Vasall. lib. 1. cap. 4. num. 35.* Rittershus. *par-* 9 *tit. feudal. lib. 2. cap. 1. qu. 35. in fin.* † Porrò communi feudorum jure, Vasallus propriis sumptibus Domino servire obstrictus est, *arg. l. suo victu 18.* 10 *ff. de oper. libert.* De † jure verò Saxonico, ultra sex septimanas, Vasallus non servit Domino suis cibariis, Lehnr. *cap. 4. vers.* Sechs Wochen sol der Mann reisen / und seinem Herrn dienen bey 11 seiner Selbst-Kost. † Attamen hodiernâ consuetudine indifferenter Dominus sumptus pro servitiis præstandis suppeditare tenetur: Der Herr giebt seinen Lehnleuten/wann sie bey ihm ankommen seyn/und mit ihm ziehen/ Futter / Mahl und Hufschlag/ Joh. Schneidew. *de feud. dict. part. 5. n. 11. in fin.* Reinhard. *dict. differ. 9.* Matth. Coler. *part. 1. decif. 82. n. 3.* Henric. Rosenthal. *de feud. cap. 8. con-* 12 *cluf. 24. n. 3.* † Quia justum est, ut consequantur stipendium, qui suum commodant obsequium, 13 prout sancitum in *capit. extraord. 107. FF. 2.* † Cui si hâc in quæstione autoritatem tribuere velis cum Jacob. Cujac. *lib. 4. feud. tit. 73. &* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 13. n. 59. & quæst. 15. num. 45.* deficiente præsertim capitulo ordinario, etiam de- 14 jure communi res expedita erit. † Nec obstat, quod fructus & reditus feudi spectent ad Vasallum, de quibus benè ipsemet sumptus suppeditare queat: Siquidem feudum cum fructibus Vasallo concedi- 15 tur ad hoc, ut servitia præster, *tit. 23. & 52. FF. 2.* † Non etiam ut propriis sumptibus serviat; de quo 16 certè nihil ibidem dispositum est. † Et quamvis libertus teneatur suo victu & vestitu operas patrono præstare, *l. suo victu 18. ff. de oper. libert.* Exindè tamen nihil firmiter videtur inferendum ad Vasal- 17 lum, † qui non tàm arctè obstrictus est Domino, ac libertus patrono, *arg. l. liberto 9. ff. de obseq. par. & pa-* 18 *tron.* † Quin nec patronus liberto, ut Dominus Vasallo reciprocâ fide obstrictus est, *tit. 6. FF. 2.* Mynsing. *cent. 4. observ. 91.*

Ita Domini in causa Wolffgangi, Melchiors & Caspari Fratrum der Marschalche zum Grävenheinichen / Mens. Jun. Anno 1599.

Definit. XIX.

Vasalli ratione feudorum, contra exactionem contributionum, libertati regulariter nituntur.

1 VIdemus quandoque, Dominos feudorum 2 Vasallis suis collectam indicere, † videlicet pro maritandâ filiâ, aut filio in militiam mittendo, pro liberando Domino, aut acquirendâ terrâ novâ, Specul. *tit. de feud. §. quoniam circ. fin.* Nicol. Boër. *decif. 126. & seq.* Jul. Clar. *de feud. quæst. 29.* Joh. Schneidew. *de feud. part. 5. n. 19.* † Sed quod 3 consuetudine forsan quibusdam in locis circa ejusmodi collationes inductum est, neutiquam ad juris scripti necessitatem trahendum, aut pro jure feudali communi venditandum est, † cum nec a- 4 libi in jure feudali de hoc quicquam reperiatur sancitum. Et est communis *Dd.* opinio: † Si non 5 aliud ex consuetudine vel præscriptione inductum probetur, Vasallos contra exactionem contributionum, libertati regulariter inniti, Natta *consil. 460. num. 16.* Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 21. num. 30.* Cravett. *consil. 497. num. 3.* Surd. *consil. 135. num. 11. & seq.* Caspar. Glock. *de contribut. concluf. 37.* Clar. *dict. quæst. 29.* Everh. à Weihe *in tract. de subsid. cap. 4. num. 66.* Petr. Heig. *part. 1. qu. 18. num. 17.* † 6 In tantum, ut si Vasallus Domino feudi collectas indebitas solverit, præsumatur solutio per impressionem, vel errorem, vel animo execrandi lites, facta, † neque ea posteris præjudicet, Ludolph. 7 Schrader. *de feud. part. 10. sect. 5. num. 117. & seqq.* Glock. *dict. concluf. 37.* Petr. Heig. *dict. qu. 18. num. 19.* † Rectissimè sanè, quia Vasalli ad certa servitia 8 obligati in nullo præterea tenentur. Cui etiam bono determinatio facta esset servitiorum, si in aliis causis liberum maneret Domino similiter onera imponere? *arg. l. cum prætor. 12. ff. de judic.* Jac. de S. Georg. *in verb. Dictique Vas. promis. debit. servit. n. 28.* Annal. Pont. *de Laudem. quæst. 3. num. 18.* † Imò, 9 etsi nulla servitia expressa fuerint in investiturâ, Vasallus tamen illa tantummodo præstare debebit, quæ alii ejusdem conditionis & regionis debent. Schrad. *de feud. part. 6. cap. 6. num. 4. & 5.* † Et 10 neminem fugit, Vasallos cogi in armis ad militiam semper esse paratos, & tàm equis quàm corporibus servire, ut videatur iniquum, eos ad pecuniarias contributiones urgeri, † ne videlicet duplici onere 11 graventur, *l. Titia 34. §. qui invita 5. ff. de legat. 2.* Tiraquell. *de nobil. cap. 20. num. 170.* Valesc. *de jur. Emphyt. quæst. 17. num. 21.* Caspar. Glock. *dict. concl. 37.* Vinc. de Franch. *decif. 22. num. 3.* † Quin & 12 subditi solummodò collectantur, uti omnibus notum est. At jus Vasallagii non facit subditum, † 13 nec operatur subjectionem, *c. cæterum 5. extr. de judic.* Matt. *consil. 313. n. 4.* Menoch. *cons. 721. n. 40.* Wesenb. *cons. 1. n. 57.* Glock. *dict. concl. 37.* † Hinc licet 14 in conventionibus provincialibus Civium bona onerentur, tamen feuda Nobilium in decretis nominatim excipi videmus, Petr. Heig. *dict. qu. 18. num. 22.* † Planè, ab extraordinariis collectis, ratio- 15 ne belli vel alterius publicæ necessitatis causâ indictis, ne quidem Vasallos immunes esse, probat ex *Decret. Comitior. Anno 1495. in pr. Anno 1500. Anno 1542.* §. Und nemlich sollen alle. §. Es sollen alle Churfürsten/ꝛc. *Anno 1544.* §. Und nemlich sollen alle. *Anno 1582.* §. Und demnach sollen die Unterthanen / ꝛc. *Anno 1594.* Und demnach sollen die Unterthanen/ꝛc. ubi ob Turcicam expeditionem & contributionem nemo excipitur; Imò omnes quantumvis privilegiati tributis onerantur, Petr. Heig. *dict. quæst. 18. n. 28.* † ubi hanc limitatio- 16 nem pluribus persequitur.

Ita Domini in causa der sämmtlichen Ritterschafft im

im Ampt Heringen / Menſ. Sept. Anno 1636. (Verba ſentent: Ob nun wohl ihr/als Ihrer Gnaden Lehnleute/ in ſolche Contribution auch eingezogen werden wollet. Dieweil aber dennoch ihr dem Lehnherrn ohne das zu Lehn- und Ritter-Dienſten verpflichtet / und alſo mit zweyen Oneribus nicht beleget werden möget / dergleichen euch auch ſonſten hiebevor niemals angemuthet worden / ꝛc. So möget ihr auch vor dißmal wider euren Willen mit einiger Contribution nicht beleget werden/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXIX.

PARTIS TERTIÆ.

Ob Bruder und Bruders Kinder in Lehngütern zugleich zugelaſſen werden ſollen/ und ob in der Lehnsfolge das jus repræſentationis auff Sächſiſchen Boden ſtatt habe?

ES ſeynd biß anhero unſere Schöppenſtüle ſtreitig geweſen / wie das Sächſiſche Recht von dem Jure repræſentationis zu verſtehen ſey/ und ob daſſelbige allein von Erben oder auch von Lehnsfolgern diſponire?

Dieweil aber in unſern Landen gewöhnlichen gehalten / daß Bruders Kinder mit dem Bruder in ſtirpem, und alſo an ſtatt ihres verſtorbenen Vaters vor einen Theil/zu dem Lehn zugelaſſen werden/ So thun wir auch ſolche Gewonheit hiemit beſtetigen / ordnen / ſetzen und wollen/daß bemeldtes Jus repræſentationis auff Sächſiſchem Boden unſerer Lande dißfalls in der Lehnsfolge / ungeachtet / wann auch die Clauſul / nach rechter Sipzahl / im Lehnsbrieff geſatzt worden / ſtatt haben ſoll.

Frater & fratris liberi an ſimul ſuccedant in feudis, & jus repræſentationis in feudis num locum habeat?

DE jure repræſentationis quod jure Saxonico diſpoſitum eſt, diſcreparunt hactenus Scabinatus noſtri, num in heredibus allodialibus tantùm, an verò etiam in ſucceſſoribus feudi locum habeat?

Cum autem conſuetudine Ditionum noſtrarum receptum ſit, ut filii fratris ad ſucceſſionem feudi unà cum patruo in ſtirpem, loco patris, admittantur, eam conſuetudinem nos confirmantes, ordinamus & ſtatuimus, ut jus repræſentationis in foro Saxonico, terrarum jurisdictioni noſtræ ſubjectarum, in ſucceſſione bonorum feudalium etiam tum locum habeat, cum clauſula, ſecundum ordinis prærogativam, literis inveſtituræ inſerta reperitur.

DEFINITIONES.

1. Extra Electoratum quoque in Saxoniâ, fratris liberi unà cum patruo jure repræſentationis in feudo ſuccedunt.

2. Verba hæc (Nach rechter Sipzahl) *inveſtituræ inſerta non faciunt ceſſare jus repræſentationis in feudo.*

3. Pluribus licet fratribus de novo feudo inveſtitis, ad ſucceſſionem tamen fratris defuncti filii cum fratre ſimul admittuntur.

4. Non attenditur in ſucceſſione feudi duplicitas vinculi, ſed ſola agnatio.

5. Cum fratre utriusque conjuncto ſuccedit in feudis filius fratris conſanguinei defuncti.

6. Non ſuccedunt nepotes jure repræſentationis patruo magno in feudis.

7. Nec inter reliquos collaterales jus repræſentationis in feudi ſucceſſione locum habet.

8. Regulariter in foro Saxonico, ſimultaneè inveſtiti remotiores unà cum proximioribus in feudo ſuccedunt.

9. Excluduntur tamen remotiores à proximioribus, facta inveſtiturâ ſecundum ordinem & prærogativam graduum.

10. Inveſtito aliquo pro ſe & filiis ſuis, ordine tamen ſucceſſivo, non omnes filii pariter & conjunctim admittuntur.

11. Inveſtiti ſecundum gradus prærogativam (Nach rechter Sipzahl) *in capita ſuccedunt, non in ſtirpes.*

12. Ad ſucceſſionem feudalem admittuntur in capita, qui nominatim ſunt inveſtiti, licet deficiat clauſula ſecundum gradus prærogativam.

13. Collectivo autem nomine inveſtiti in ſtirpes ſuccedunt.

14. Niſi de aliâ contrahentium mente conſtet, ut ſi fratrum filii nomine collectivo ſint inveſtiti.

15. In ſucceſſione pariter feudali & allodiali jus repræſentationis in infinitum obtinet.

16. Conventio inter Agnatos ſimultaneè inveſtitos de admittendis ſolis proximioribus ad ſucceſſionem feudi, non excludit fratris liberos in foro Saxonico.

DEFINIT. I.

Extra Electoratum quoque in Saxoniâ, fratris liberi unà cum patruo jure repræſentationis in feudo ſuccedunt.

1 IN foro Saxonico, adeoque etiam in terris Electoratus Saxonici, jus repræſentationis in linea collaterali prorſus non attendi, ſed proximiorem gradu, remotiorem excludere, indubitatum eſt, propter text. *in art. 13. verſ.* Der ſich aber näher / *& artic. 17. verſ.* Wann ſich aber / *lib. 1. Landr. Conſtit. Elect. 18. §.* Wir wollen aber, *h. part. 3.* † Cui conſequens, de jure Saxonico, filios fratris cum patruo non ſuccedere, ſed ab eo in totum excludi, Joh. Schneidew. *ad pr. inſtit. de hered.* 2

hered. quæ ab inteſt. defer. tit. de tertio ordine ſuc-
3 *cedendi n. 12. & 13.* † Sed verum hoc eſt ſolummodò in bonis allodialibus; in feudis verò jus repræſentationis inter collaterales abrogatum noluit Illuſtriſſimus Saxoniæ Elector, fratris filios unà cum patruo in ſtirpem admittens *h.* Conſt. *29. §.* So thun wir auch *in verb.* Daß bemeldtes *Jus repræſentationis* auff Sächſiſchem Boden unſerer Lande diß falls in der Lehnsfolge ſtatt haben ſoll. *ubi* Dan. Moller. *n. 2. & ſeq.* Jacob. Thoming. *deciſ.*
4 *43. n. 26.* Matth. Weſenb. *vol. 1. conſil. 82. n. 8.* † Nec aliud extra provincias Electoratus in foro Saxonico
5 communi obtinere putaverim; † Non quidem per textum *in cap. 12.* Lehnr. *verſ.* Und dieweil auch die Brüder/etc. (qui de jure repræſentationis neutiquam loquitur, ſed ſaltem de caſu retinendæ communionis, demonſtrante Hartm. Piſtor. *part. 2.*
6 *quæſt. 23. n. 4.*) † ſed ex uſu & obſervantiâ fori Saxonici, quo filios fratris defuncti unà cum patruo jure repræſentationis ad feudi conceſſionem admitti
7 videmus, † quæ obſervantia haud eſt immutanda, *l. minimè 23. ff. de legib. l. 183. ff. de Reg. jur.* Idque eò
8 minus, † quantò magis hoc convenit naturæ ac qualitati inveſtituræ, quâ filii fratrum unà cum fratribus in ſtirpem vocati cenſentur, ut poſt multos alios, quos allegat, eleganter docet Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 23. num. 7. & obſervat. 54.* Dan. Moller. *hic num. 1.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 48. num. 4.* Chriſtoph. Zobel. *part. 3. diff. 17. n. 8.* Joh. Köpp. *deciſ. 54. num. 61.*

Ita Domini in cauſa Hanſen von Wellin im Stiffte Halberſtadt / Menſ. Jun. Anno 1632. (Verba ſentent: Iſt euer Bruder Todes verfahren/und hat euch an einem / und ſeines zuvor verſtorbenen Bruders zwey Söhne am andern Theile/zuſammt einem Lehngute/darinn der verſtorbene Bruder und ſeine Kinder nebens euch nach rechter Sipzahl die geſammte Hand erlanget/nach ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat er ſolches Lehn auff euch und des verſtorbenen Bruders zwey Söhne (weil auch auff Sächſiſchem Boden das jus repræſentationis in Lehnsfällen unter Bruder und Bruders-Kindern ſtatt hat) zugleich nach den Stämmen zu vertheilen gebracht und verfället / und ihr habt euch der Succeſſion allein anzumaſſen nicht fug / V. R. W.)

Et in cauſa D. Johannis Erneſti Schönlebens zu Budiſſen/ Menſ. Septembr. Anno 1636. (Verba ſententiæ: Auch auff Sächſiſchem Boden das jus repræſentationis, welches die Bruder-Kinder mit den Brüdern in gleichen Grad und einerley Anverwandſchafft ſetzet/in dergleichen Lehnsfällen ſtatt hat/ꝛc.)

Definit. II.

Verba hæc (Nach rechter Sipzahl) *inveſtituræ inſerta non faciunt ceſſare jus repræſentationis in feudo.*

1 QUid verò, ſi Dominus inveſtierit Agnatos ſub Clauſula (Nach rechter Sipzahl) *an non tum ſaltem jus repræſentationis ceſſabit, fratris defuncti liberis per patruum à ſucceſſione feudi ex-*
2 *cluſis?* Arbitrari equidem quis ita poſſet: † Vocatis enim quibusdam ad feudi ſucceſſionem, ſecundum gradus prærogativam, non habitâ ratione juris repræſentationis, proximior ſemper remotiorem excludit, quoniam de jure Saxonico in feudis omnis ſuccedendi ratio à verbis inveſtituræ regitur, Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 23. n. 8.* † cum & aliàs ſemper tenor inveſtituræ attendi de- 3
beat, *cap. 1. verb. tenor inveſtituræ. ubi* Bald. *n. 3. tit. de duob. fratr. à capit. inveſt.* † Aſt nego, 4
verba hæc Germanica (Nach rechter Sipzahl) literis inveſtituræ inſerta ordinem ſeu prærogativam graduum denotare. † Quin potius jus ipſum & 5
modum ſuccedendi reſpiciunt atque efficiunt, ut cum alioqui jure Saxonico in ſucceſſione feudali nulla ducatur ratio Agnationis, ſed omnis ſucceſſio ab inveſtitura dependeat, propter hæc tamen verba nunc maximè Agnatio in conſiderationem veniat, atque hâc de causâ tota ſuccedendi ratio ad terminos Juris Civilis reducatur; prout verba hæc explicat Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 23. num. 10.* † quam ex- 6
plicationem etiam probat Henr. Roſenthal. *de feud. cap. 7. concl. 56. lit. t.* † Ceſſante ergo intellectu 7
verborum illorum præſuppoſito, nil amplius impedit jus repræſentationis inter fratres & fratrum liberos in feudi ſucceſſione, etiamſi inveſtituræ appoſita fuerit clauſula (Nach rechter Sipzahl) † Quod & 8
placuit Electori Saxoniæ Illuſtriſſimo *h.* Conſtit. *29. verſ.* Ungeachtet/wann auch die Clauſul nach rechter Sipzahl in Lehnbrieff geſatzt worden / Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 23. n. 2.* Jac. Thoming. *deciſ. 43. n. ult.* Matth. Weſenb. *vol. 2. conſil. 83.*

Ita Domini in eadem cauſa Hanſen von Wellin/Menſ. Jun. Anno 1632. (Verba ſent: So hat er ſolches Lehn auff euch / und des verſtorbenen Bruders zwey Söhne (weil auff Sächſiſchem Boden/ unangeſehen in dem Lehnbrieff die Clauſul/nach rechter Sipzahl/ zu befinden/das jus repræſentationis in Lehnsfällen unter Bruder und Bruders-Kinder ſtatt hat) zugleich nach den Stämmen zu vertheilen gebracht und verfället/und ihr habt euch der Succeſſion allein anzumaſſen nicht fug/V.R.W.)

Definit. III.

Pluribus licet fratribus de novo feudo inveſtitis, ad ſucceſſionem tamen fratris defuncti filii cum fratre ſimul admittuntur.

1 LOcum habet in ſucceſſione feudali jus repræſentationis inter fratrem & fratris prædefuncti liberos, non ſolùm ſi feudum antiquum per lineam deſcendentem ad fratres plures fuerit devolutum, † ſed etiam quando plures fratres de- 2
novo feudum acquiſiverunt, deque eo ſimultaneè inveſtiti fuerunt; † Nam & tunc prædefuncti fratris filii unà cum fratre, jure repræſentationis defuncto ſuccedunt in ſtirpes, modo illorum pater adhuc vivus in inveſtiturâ ſit comprehenſus, Johan. Schneidew. *ad pr. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de tertio ordine ſuccedendi num. 15.* † Generaliter ſiquidem loquitur Con- 4
ſtit. *hæc 29.* jus repræſentationis inter fratres & fratrum filios in ſucceſſione feudi admittens, ut dubium non ſit, caſum quoque præſentem hâc diſpoſitione comprehendi, *l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſtand. l. præſes 3. in fin. ff. de offic. præſid. l. omne verbum 2. in fin. C. commun. de legat.* † Nec aliud dicendum arbitror cum Hartman. 5
Piſtor. *part. 2. q. 23. num. 14.* ſi in inveſtiturâ appoſita fuerit clauſula, quod uno ex fratribus mortuo, feudum ad ſuperſtites deveniat, daß es an die

6 die überlebende Brüder kommen soll. † Quo casu, etiam fratris defuncti filios, jure repræsentationis cum patruis, ad feudi successionem fuisse admissos, ex sententia Scabinorum Lipsiensium refert Hartm. Pistor. *dict. loc.* juxta tradita Cravett. *consil. 306.*

Ita Domini in causa Hansen à Reinberg/Mens. Majo Anno 1631. (Verba sentent: Seyd ihr benebens eurem vollbürtigen Bruder Adolffen/und dann Henrichen von Reinberg euerm halbbürtigen Bruder vom Vater mit einem neuen Lehn beliehen worden/und als unlängsten der halbbürtige Bruder verstorben/ und zween Söhne nach sich verlassen/ist darauff euer vollbürtiger Bruder Adolff auch todes verfahren/&c. So werden gedachtes Henrichens zween Söhne nebens euch zur Succession, iedoch in stirpes, billich zugelassen/ und ihr seyd dieselbe davon auszuschliessen nicht befugt/V.R.W.)

Definit. IV.

Non attenditur in successione feudi, duplicitas vinculi, sed sola Agnatio.

1 DE jure feudorum, in successionibus collateralium frater utrinque conjunctus non excludit fratrem consanguineum, *cap. 1. de gradib. succed. in feud. ubi* Matth. de Afflict. *num. 20.* Cujus rei ratio
2 nulla alia est, † quàm quod in feudis sola Agnatio consideretur, Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 43. num. 13.* Virgil. Pingitz. *quæst. 22. n. 20.* Jacob. de S. Georg. *de feud. vers. præsentes n. 11.* Matth. Coler. *part. 1. quæst.*
3 *49. n. 3.* † Non ergò duplicitas vinculi in foro Saxonico arctiorem proximitatem circa successionem feudi inducit, nec vinculi unitas aliquem in-
4 gradu remotiori constituit, † prout in successione allodiali fieri videmus de jure Saxonico, *art. 3. post med. vers.* Ist aber einige Zweyung unter ih-
5 nen *lib. 1.* Landr. *supr.* Constit. Elect. *18. Defin. 8.* † Quin non solum inter fratres hoc verum est, sed in Agnatorum successione quoque procedit, ut non
6 quæratur, utrum materna linea quis sit conjunctus, † sed sufficit, quem ex communi stipite descendisse, qui ejus agnationis parens est, ad computandos gra-
7 dus solius Agnationis, † quæ duntaxat in successione feudali etiam in foro Saxonico in considerationem venit, Hartm. Pistor. *dict. quæst. 43. n. 13.*

Ita Domini in causa Nobilium à Schönberg / ad Consultationem Christiani Richters zu Freyberg/Mens. April. Anno 1633.

Definit. V.

Cum fratre utrinque conjuncto succedit in feudis filius fratris consanguinei defuncti.

1 COlligere inde promptum est, filios fratris consanguinei prædefuncti, jure repræsentationis unà cum fratre utrinque conjuncto ad successionem feudi, etiam in foro Saxonico admitti, Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 43. n. 12. & seqq.* Virgil.
2 Pingitz. *quæst. 22. n. 16. & seqq.* † Sublata enim circa successionem feudi differentiâ inter conjunctos utroque vel altero latere tantùm, nec habi-
3 ctos utroque vel altero latere tantùm, nec habitâ ratione ullâ duplicitatis vinculi, *Definit. præced.* † admisso etiam jure repræsentationis in feudali
4 successione inter fratrem & fratris liberos, *supr. Definit. 1.* Ecquis amplius ambigeret, † consanguinei quoque fratris filios unà cum fratre germano jure repræsentationis in stirpes succedere,
† ut pluribus verborum ambagibus declarat Hartm. Pistor. *dict. quæst. 43.* ubi etiam à Scabinis ita responsum testatur, & contraria refellit. 5

Ita Domini in causa Hansen à Reinbergs/ Mens. Majo Anno 1631. (Verba sent: So werden gedachtes euers vom Vater halbbürtigen Bruders Heinrichens zween Söhne nebens euch zur Succession zu euers verstorbenen vollbürtigen Bruders Lehen / iedoch jure repræsentationis in stirpes billich zugelassen / und ihr seyd dieselbe davon auszuschliessen nicht befugt/V.R.W.)

Definit. VI.

Non succedunt nepotes jure repræsentationis patruo magno in feudis.

SEd quid, si cum fratre concurrant fratris prædefuncti nepotes, *num & hi cum patruo magno ad successionem feudi, quod defunctus frater possidebat, admittendi erunt?* † Hoc quidem primâ 2
fronte convenire videtur *h.* Const. *29.* quæ inter fratrem & fratrum liberos jus repræsentationis admittit; Ergo etiam inter fratrem & alterius fratris nepotes, † quippe qui liberorum appellatione con- 3
tinentur, *l. liberos 10. ff. de Senator. l. liberorum 220. ff. de V. S. l. idem erit 3. §. liberos autem 6. ff. de assignat. libert.* Jac. Men. *de præsumpt. l. 4. præsumpt. 189. n. 14.* † Attamen ut aliàs hoc verum esset, uti verissimum 4
est, adeò ut appellatione liberorum non saltem nepotes, sed & alii descendentes in infinitum usque comprehendantur, maximè in casu favorabili, Menoch. *d. lib. 4. præsumpt. 70. n. 25. & præsumpt. 89. n. 74.* Jac. Schult. *in addit. ad* Mod. Pist. *part. 3. quæst. 118. n. 13.* † In casu certè præsenti ubi agitur de in- 5
ducendo jure repræsentationis contra dispositionem juris Saxonici, verba *h.* Constitut. neutiquam ad nepotes sunt trahenda, sed strictè verbis inhærendum est, ut tradit post Bartol. *in Auth. post fratres. C. de legit. hered. &* Dec. *in l. si avia. 2. n. 4. C. de succes. edict.* Hart. Pist. *p. 2. q. 43. n. 6.* † Idque eò 6
magis, quod nec de jure communi inter fratres & fratris nepotes jus repræsentationis obtineat, *Novell. 118. cap. si igitur defunctus. vers. hujusmodi verò privilegium.* Johan. Schneidew. *ad pr. inst. de hered. quæ ab intest. defer. tit. de tertio ordin. succed. n. 12. & 13.* † Est enim regulare, ut lex nova disponens de mate- 7
riâ juris communis, omnes declarationes juris communis recipiat, *c. ex part. 23. ubi* Dd. *extr. de V. S. l. 1. §. lex falcidia 1. ff. ad Leg. falcid.* Bart. *in l. omnes populi 9. n. 60. & ibi* Dd. *ff. de justit. & jur.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: So viel aber des verstorbenen Henrichs Nepotes, so durch seinen dritten zuvor verstorbenen Sohn erzeuget worden / anlanget/haben sich dieselbe einiger Succession zu mehrbemeldtem Lehen jure repræsentationis nicht anzumassen/ V.R.W.)

Definit. VII.

Nec inter reliquos collaterales jus repræsentationis in feudi successione locum habet.

SOlummodo ergò inter fratres & fratrum filios 1
jus repræsentationis locum habet in successione feudi, non etiam inter fratres & fratrum nepotes, *Definit. præced.* † multo minus inter 2
reliquos collaterales, qui in gradu simili vel ulteriori repetiuntur constituti, † non solùm pro- 3
pter verba clara *h.* Constitut. *29.* quæ ad ulterio-

rem Juris Saxonici correctionem haud ſunt extendenda, *arg. l. præcipimus 32. C. de appellat. l. un. C. de*
4 *inoff. don. c. cum dilectus 8. extr. de conſuet.* † Sed etiam ex naturâ juris repræſentationis, quod inter ſolos fratres & fratrum liberos, non etiam inter collaterales reliquos locum habet, *Novell. 118. cap. ſi igi-*
5 *tur defunctus verſ. hujusmodi verò privilegium.* † Cui Saxoniæ Elector Illuſtriſſimus ſe conformaſſe cen-
6 ſetur *h.* Conſt. *29.* † Ergò, ſi quis decedat, relictis poſt ſe ex una parte patruo, ex alterâ verò parte, patrui alterius filiis, hi omnes non ſuccedunt, nec gaudent filii patrui jure repræſentationis, ſed à patruo in proximiori gradu conſtituto omninò excluduntur, Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 23. num. 15.* Matth. Coler. *vol. 1. conſil. 22. n. 33. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa Nobilium à Birckholtz / Menſe Januar. Anno 1634. (Verba ſentent: Iſt euers Brudern Sohn Wolff Chriſtoff von Birckholtz Todes verfahren/ und hat euch ſeines Vatern drey Brüder an einem/ und ſeines Vatern Brudern Sohn Wolff Henrichen von Birckholtz am andern Theil / zuſammt dem Lehngute Marſchwitz nach ſich verlaſſen. Ob nun wohl ſonſten/ vermöge Churfürſtlicher Sächſiſcher Conſtitution, das Jus repræſentationis in ſucceſſion der Lehngüter auch in lineâ collaterali ſtatt hat. Dieweil aber dennoch ſolche Conſtitution einig und allein von des Verſtorbenen Bruder und Bruders-Kindern zu verſtehen/ auff die andern Vettern aber/ſo dem Verſtorbenen in remotioribus gradibus verwandt ſeyn/keinesweges zu ziehen. So hat vorgedachter euer verſtorbener Vetter (wofern in dem Lehnbriefe/ deſſen ihr uns keine Abſchrifft zugeſchicket/ein anders nicht verſehen) ſein Lehngut Marſchwitz auff euch Gebrüdere allein bracht und verfället / und des andern Brudern Sohn hat ſich deſſen nebens euch anzumaſſen nicht fug/ V.R.W.)

It. in cauſa Hanſen Baſtians und Chriſtiani von Schleinitz/ Menſe Januar. Anno 1633. (Verba ſentent: Iſt Friedrich von Schleinitz Todes verfahren / und hat euch ſeines Vatern Bruder an einem / und ſeines Vatern Brudern Sohn Adam von Schleinitz am andern Theil/ zuſammt einem Lehngute hinter ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat er berührtes Lehngut auff euch / die ihr ihm einen Grad näher verwandt als Adam von Schleinitz/ bracht und verfället/ und hat nach Gelegenheit dieſesfalls das jus repræſentationis nicht ſtatt / ꝛc.]

Et in cauſa Caroli Henrici à Zehmen / Menſ. Jan. Anno 1632. (Verba ſent: So werden die Vettern von Zehmen/ ſo in nähern und gleichern Grad ſeyn / zum Lehn allein zugelaſſen/ und hat in dieſem Fall das jus repræſentationis nicht ſtatt/ noch ihr euch euers Vettern Lehn anzumaſſen/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Regulariter in foro Saxonico, ſimultaneè inveſtiti remotiores unà cum proximioribus in feudo ſuccedunt.

1 QUæ de jure repræſentationis in ſucceſſione feudali diſputari ſolent, ad eum ſolummodo caſum ſunt reſtringenda, quo de mente ac voluntate inveſtientis manifeſtè conſtat, eum nempe inveſtitos ſecundum prærogativam gradus ad ſucceſ-
2 ſionem vocaſſe: † Alioquin, ſi ex verbis inveſtituræ non ſatis appareat, graduum fuiſſe habitam conſiderationem, tùm ſane ſimultaneè inveſtiti ex moribus Saxonicis pariter ſuccedunt, atque ſic regulariter † remotiores unà cum proximioribus ad feu- 3
dum admittuntur, Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 21. num. 20. & ſeqq.* Henning. Göden. *conſil. 22.* Matth. Weſenb. *vol. 1. conſil. 41.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 52. num. 8.* † Nullus ſiquidem in foro Saxoni- 4
co inter perſonas ex transverſo agnationis latere conſiſtentes, ſucceſſioni feudali locus eſt relictus, ſed ſublatâ omni ſuccedendi facultate, quæ ipſis jure communi alioqui ex agnatione competebat, jure Saxonico Agnatis perinde atque extraneis † feuda 5
tantùm obveniunt beneficio ſimultaneæ inveſtituræ, quæ ſola dicitur fons, origo & cauſa obventionis bonorum feudalium in linea transverſali, ut latiſſimè tractat Hartman. Piſtor. *part. 2. quæſt. 19.* † Sublatâ igitur Agnationis ratione conſequitur 6
inde, graduum quoque conſiderationem, quæ ab Agnatione proficiſcitur, ſublatam eſſe, † quia 7
ſublatâ causâ, effectus ejuſdem ut tollatur neceſſe eſt, *l. adigere 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron. c. cum ceſſante 60. extr. de appellat.* Adeoque ſolum inveſtituræ jus remanet, quo cùm remotiores æquè ac proximiores nitantur, † utique omnes ad feu- 8
di ſucceſſionem admittendi erunt, eadem ſiquidem ratio & cauſa formalis jus æquale omnibus tribuit, Bald. *in l. illud 19. C. de SS. Eccleſ.* Henning. *dict. conſil. 22.* Eleganter Matth. Coler. *dict. deciſ. 52. n. 6.* & Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 21. num. 22. & ſeqq.* † ubi id pluribus verbis declarat & ſententiis Sca- 9
binorum Lipſenſium confirmat, refutatis ſimul contrariis, quæ huic conſuetudini adverſari videntur. † Hocque multo magis obtinet, quando Agnati (ut 10
plerumque fieri ſolet) copulativè, vel conjunctim & ſimul infeudati fuerunt, † quia dictio (*Unà vel* 11
Simul) non tantum conjungit, verùm etiam ſimultaneum concurſum inducit *l. ult. ubi* Dd. *C. de impub. & al. ſubſt.* Bald. *in l. un. §. ubi autem 11. n. 4. C. de Caduc. toll.* Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 21. num. 26.*

Ita Domini in cauſa VVolffgangi von Breytenbauche zu Zſchatzendorff / Menſe April. Anno 1600. (Verba ſent: Iſt euer Vetter Bernhard von Breytenbauch ohne männliche Leibes-Erben geſtorben/ und hat euch an einem/ und euers Brudern zween Söhne am andern Theil nach ſich gelaſſen. Ob nun wohl dem Verſtorbenen ihr eines Grads näher/ als gedachte euers Brudern Söhne verwandt und zugethan ſeyd. Dieweil aber dennoch aus der überſandten Copy des Lehnbriefes zu befinden/ daß obbemeldte euers Brudern Söhne nominatim und ausdrücklich nebens euch die geſammte Hand an des Verſtorbenen Lehngütern erlanget. So werden ſie auch mit euch zugleich zu ſolchen erledigten Lehngütern billich zugelaſſen/ V.R.W.)

Et in cauſa Johannis Georgii & Johannis Henrici ab Eberſtein, Menſe Septembr. Anno 1600. (Verba ſentent: Iſt Henrich von Eberſtein ohne männliche Erben verſtorben/und hat einen Bruder an einem / ſeines Brudern Söhne am andern / und euch als ſeines Brudern Sohnes Söhne am dritten Theil zuſammt einem Lehngute nach ſich verlaſſen. Ob nun gleich gedachtes Henrich von Eberſteins Brudern Söhne ihme eines Grads näher/denn ihr/ verwandt ſeyd/ da aber dennoch euer Großvater und Vater/ und der Verſtorbene allezeit von Fall zu Fall biß dahero in geſammten Lehn geweſen/ und obangeregtes Lehngut auff Sächſ. Boden gelegen wäre. So würdet ihr/ Krafft ſolcher Belehnung/ neben des Verſtorbenen Bruder und Bruders Söhnen zu des Verſtorbenen Lehngute billich zugelaſſen/ V. R. W.)

It. in

It. in cauſa Hanſen Henrichens von Polentz zu Neukirchen/ Menſ. Junio Anno 1640. (Verba ſentent: So hat er ſeine hinterlaſſene Lehngüter auff vorbenannte eure Vettern Joachim und Hanſen Chriſtoffen von Polentz / ſo wohl auch euch zugleich/ ungeachtet/ daß Joachim von Polentz euerm verſtorbenen Vetter eines Grads näher verwandt/ und Hans Chriſtoff von Polentz auch mit Namen in vorangezogenem Lehnbrieffe ausdrücklich nicht gedacht / gebracht und verfället/ V. R. W.)

Et in cauſa Nobilium à Dießkaw/ Menſ. Aug. Anno 1636.

Definit. IX.

Excluduntur tamen remotiores à proximioribus, factâ inveſtiturâ ſecundum ordinem & prærogativam graduum.

1 ADmittuntur ergo in foro Saxonico ad feudi ſucceſſionem agnati remotiores unà cum proximioribus, quando fuerunt ſimul inveſtiti abſque ordine & conſideratione graduum, *Defin. præced.*
2 † Secus verò ſi facta fuerit inveſtitura ſecundum graduum prærogativam & ordinem; Quo caſu remotiores excludi à proximioribus dubitandum non
3 eſt, † quia in materiâ feudali ad tenorem inveſtituræ diligenter reſpiciendum, ac juxta eum ſucceſſio omnino regulanda videtur, *cap. 1. ubi* Bald. & Dd. *tit. de duob. fratr. à cap. inveſt. cap. 1. §. pen. & ult. tit. quia ſit inveſtit. cap. 1. in fin. de ſucceſſ. feud.* Hartm.
4 Piſtor. *part. 2. quæſt. 21.* † Facta autem dicitur inveſtitura ſecundum graduum ordinem & prærogativam, ſi verbis inveſtituræ ſucceſſio ad graduum proximitatem reſtringitur, puta quando expreſsè de
5 proximioribus dictum fuerit. † Videntur enim tunc inveſtiti ad ſucceſſionem gradatim vocati, *l. peto 69. § fratre 3. ff. de legat. 2. l. ult. ubi* Paul. de Caſtr. *ff. de V. S.* Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 21. n. 4.* ubi id præjudicio Scabinorum Lipſenſium confir-
6 mat. † Aut ſi inveſtituræ addita fuerit clauſula (ſecundum gradus prærogativam, Nach rechter Sipzahl) quæ verba proximitatem attendi jubent, efficiuntque, ut proximior in gradu remotiorem ex-
7 cludat, † ſalvo tamen jure repræſentationis, (de quo dixi *ſupr. Defin. 1. & 2.*) Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 21. n. 3. ubi in addit.* Simon. Ulric. Piſtor. *lit. a.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 52. num. 17.* Paul. Matth. Wehner. *in obſ. pract. verb.* Nach rechter Sipzahl.
8 Matth. Weſenb. *conſil. 41. n. 87. & ſeqq.* † Inveſtitos etiam ſub nomine collectivo, quod multos in diverſis gradibus exiſtentes comprehendit, veluti heredes alicujus feudales ex corpore legitimo deſcendentes (Leibes-Lehns-Erben) cum alio ſimul inveſtitos, ordine ſucceſſivo ſive gradatim vocatos cenſeri, Scabini quondam fuêre arbitrati, per tradita Socin. *in l. Gallus 29. §. quidam rectè 1. n. 5. ff. de liber. &*
9 *poſthum.* † Quod tamen non placet Hartm. Piſtor. *dict. loc. n. 6*, præſertim ſi vocabulo collectivo addi-
10 ta ſit dictio *(Æquè)* † quæ gradus prærogativam excludit, & portiones facit æquales, *l. interdum 13. ff. de hered. inſtit. l. qui cum plures 23. ubi* Bartol. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Ita Domini in cauſa Reinickens zu Hißelsroda / Menſ. Jan. Anno 1601. (Verba ſent: Dieweil aber dennoch aus der überſandten Copien des Lehnbriefs zu befinden / daß obberührte beyde Gebrüdere nominatim und ausdrücklich neben euch die geſammte Hand an des Verſtorbenen Lehngut erlanget/ und die Clauſul/ nach rechter Sipzahl/ dem Lehnbriefe nicht einverleibet worden. So werden ſie auch mit euch zugleich zu dem erledigten Lehngute billich zugelaſſen / V. R. W.)

It. in cauſa Nobilium à Dießkau / Menſe Aug. Anno 1636. (Verba ſent: Dieweil aber dennoch die Clauſula (Nach rechter Sipzahl) dem Lehnbriefe ausdrücklichen einverleibet/ und dardurch itzo benannte Lehns-Erben nach ihrer nähern Anverwandnüß zur ſucceſſion beruffen worden/ ꝛc. So werden auch berührte Nepotes von der ſucceſſion der Lehngüter durch die andern Gevettern/ ſo eines Grads näher ſeyn / billich ausgeſchloſſen / V. R. W.)

Et in cauſa Creſcentien à Tettau, Gebohrnen von Steinbach/ Menſe Jul. Anno 1621. (Verba ſentent: Dieweil der Lehnbrieff klare Maſſe giebt / wie es auff den Fall/ wann vielgedachter euer Sohn Wilhelm von Tettaw ohne Leibes-Erben verſterben würde / zu halten ſeyn/ und ſeine Lehngüter alsdann auff die darinnen benannte ſeine Vettern und dero Erben von dem Nechſten auf den Nechſten nach rechter Sipzahl kommen und fallen ſollen/ ꝛc. So wird auch George Wolff von Tettaw des verſtorbenen Vaters vollbürtiger Bruder / Außhelmen von Tettaw ſeines Vatern Bruders Sohne/ und andern im Lehnbriefe benennten Agnaten in der ſucceſſion billich vorgezogen/ V. R. W.)

Definit. X.

Inveſtito aliquo pro ſe & filiis ſuis, ordine tamen ſucceſſivo, non omnes filii pariter & conjunctim admittuntur.

1 SEcundum tenorem itaque inveſtituræ ſucceſſio regulanda erit, quippe ex cujus ſolius beneficio feudum ad inveſtitos devolvitur, Matth. Col. *part. 1. deciſ. 52. n. 6.* Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 19.* 2 † Nec diſputandum ulterius de feudorum naturâ, quando de voluntate ac mente inveſtientis conſtat, 3 † quia tenor inveſtituræ omni feudorum naturæ derogat, *cap. 1. ubi* Bald. *tit. de feud. non habent propr. nat.* Alvarot. *in cap. 1. n. 2. & 4. de conſuet. rect. feud.*
4 † Ex quo fit, quod licet filii Vaſalli defuncti omnes ſimul aliàs in feudo ſuccedant, *cap. 1. de gradib. ſucceſſ.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 94. in pr.* 5 † attamen non niſi unus poſt alium ordine ſucceſſivo admittatur, ſi ita expreſsè fuerit diſpoſitum in literis inveſtituræ, 6 † à quibus ne transverſum quidem unguem eſt diſcedendum, *cap. 1. ubi* Dd. *tit. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* Bald. *in cap. 1. §. 1. n. 3. de feud.* March. Rol. à Vall. *vol. 2. conſ. 67.*

Ita Domini in cauſa Martini Thierbachs zu Kindelbrück/ Menſ. Sept. Anno 1621. (Verba ſentent: Ob nun wohl dieſelben Kinder zugleich in ihres Vatern Recht getreten/ dieweil aber dennoch in dem auffgerichteten Lehnbrieffe angeregte 2. Marckſcheffel Weitzen den Kindern anderer Geſtalt nicht/ als ie einem nach dem andern verſchrieben worden/ ꝛc. So haben ſich auch / geſtalten Sachen nach/ berührtes Spangenbergers Kinder nicht alle zugleich/ ſondern ie eines nach dem andern/ berührter 2. Marckſcheffel anzumaſſen/ ꝛc.)

Definit. XI.

Inveſtiti ſecundum gradus prærogativam (Nach rechter Sipzahl) *in capita ſuccedunt, non in ſtirpes.*

1 NOn loquor hîc de fratre & fratrum filiis ſimul ſuccedentibus; inter quos etiam in ſucceſſione feudali locum habet jus repræſentationis, *ſupr. Defin. 1. & 2.* 2 † quin ergo hi in ſtirpes non in capita ſuccedant; dubitandum non eſt propter naturam juris repræſentationis; quod ſuccedentes

tes in ſtirpes admitti, ſ. *cum filius 6. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. Auth. in ſucceſſione C. de ſuis & legit. hered.* † ſed quando juri repræſentationis locus non 3 eſt, remotioribus nempe agnatis ſuccedentibus, res non videtur adeò expedita, *utrum ſimultaneè inveſtiti in ſtirpes, an verò in capita ſint admittendi?* Sanè 4 † ſi inveſtitura habeat clauſulam annexam (Nach rechter Sipzahl) ita ut inveſtiti ſimultaneè vocentur ad ſucceſſionem feudalem, ſecundum graduum prærogativam & ordinem, deciſio difficilis non eſt, ſed intrepidè ſtatuendum, hoc caſu omnes inveſtitos in capita ſuccedere, cum Matth. Weſenb. *vol. 1. conſil. 41.* quem laudat & ſequitur Hartm. Piſtor. *part. 2.* 5 *quæſt. 22. n. 2. & 5.* † Verbis namq; illis (Nach rechter Sipzahl/ h. e. ſecundum gradus prærogativam) omnis ſuccedendi ratio reducitur denuo ad ordinem & modum jure civili præfinitum, quo poſt fratres & fratrum filios, reliquos omnes ſecundum gradus prærogativam ſuccedentes, paribus portionibus & in capita vocari, certo certius eſt, ſ. *cæterum 3. cum §§. ſeqq. inſt. de legit. Agnat. ſucceſſ. Auth. in ſucceſſ. in verb. æqualiter C. de ſuis & legit. hered. l.* 6 *pen. in fin. l. ult. C. de legit. hered.* † Nec diſtinguendum hoc caſu, an nominibus propriis, an verò dictione collectivâ fuerint vocati, cum ſatis conſtet de voluntate ac mente contrahentium, ut ad ſubtilem illam diſtinctionem haud ſit recurrendum, *l. Lucius 88. ſ. Lucius 6. ff. de legat. 2.* Jaſon. *in l. ſi pater 9. n. 8. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Hartm. Piſt. *dict. qu. 22. n. 5.*

Ita Domini in cauſa Ludovici à Pölnitz, Menſ. Sept. Anno 1587. (Verba ſent: So hat er ſolche ſeine Lehngüter beydes/ vermöge gemeiner beſchriebener Lehnrecht/ und dann auch Landüblicher Sächſiſcher Rechte/ wofern ſie an denen auf Sächſiſchem Boden gelegenen Lehnſtücken die geſammte Hand nach rechter Sipzahl erhalten/ auff ſie alle zugleich/ nach den Häuptern und der Perſonen Anzahl zu theilen gebracht und verfället/ V.R.W.)

Et ad requiſitionem David Freybergers/ Menſ. April. Anno 1586. (Verba ſent: Iſt Otto von Dißkaw zu Lochaw ohne Leibes-Lehns-Erben verſtorben/ und hat zweyer ſeines Vatern Brüdern Söhne ungleicher Anzahl/ nemlich Herrn Otten von Dißkaw auf Fürſtenwalde ſeeligen zweene/ und Hieronymen von Dißkaw auch ſeeligen ſechs/ ſammt etlichen Lehngütern/ daran ſie die geſamte Hand/ vermöge der Muthzedel und des Lehnbrieffs/ nach rechter Sipzahl erlanget/ nach ſich gelaſſen/ ꝛc. So hat er ſolche ſeine Lehngüter/ vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte/ auff gedachte ſeine Vettern zugleich gebracht und verfället/ und werden dieſelbige/ dero in eurer Frage angezogenen Urſachen ungeachtet/ nicht nach den Stämmen/ ſondern nach den Häuptern/ oder der Perſonen Anzahl/ unter ſie billich getheilet/ V.R.W.]

Definit. XII.

Ad ſucceſſionem feudalem admittuntur in capita, qui nominatim ſunt inveſtiti, licet deficiat clauſula, ſecundum gradus prærogativam.

1 Difficilior eſt deciſio in caſu, quo plures ſine graduum deſignatione ſimul inveſtiti fuêre; Nam tùm haud juxta rationem ſuccedendi jure civili præfinitam, feudum devolvitur, ſed omnis ſuccedendi
2 modus in verbis inveſtituræ conſiſtit, † ex cujus tenore controverſia hæc decidenda, *cap. 1. ubi* Bald. & Dd. *tit. de duob. fratr. à r. inveſt. cap. 1. ſ. pen. tit. Quid*
3 *ſit inveſtit. c. 1. in fin. tit. de ſucceſſ. feud.* † Placet autem diſtinctio Hartm. Piſtor. *part. 2. q. 22.* communiter approbata: Utrum ſcil. nominibus propriis ſinguli, an verò omnes collectivo nomine fuerint inveſtiti: † Ita ut caſu ſaltem priori, nominibus 4 nempe propriis appellati, omnes pro partibus virilibus ſive in capita vocati cenſeantur, non tàm ex ſuccedendi ratione jure civili præſcriptâ, quæ hoc caſu non attenditur, † quàm ex proprietate vocabulo- 5 rum, quibus ſinguli nominatim fuerunt vocati, † 6 cum regulare ſit, ut hi, qui ſinguli fuerunt nominati, in partes viriles vocati cenſeantur, *l. nonnunquam. 24. ff. ad SCtum Trebell. l. turpia 54. ſ. ult. ff. de legat. 1. l. ita liber. 8. l. Labeo 27. ff. de ſtat. liber.* Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 22. n. 6. & ſeqq.* † ubi hoc eleganter limi- 7 tat in caſu, quo ex pluribus ſimultaneè inveſtitis aliqui relictis liberis deceſſiſſent, quos cum ſuperſtite concurrentes in ſtirpes ſuccedere exiſtimat, ſecutus fratrem Modeſt. Piſtor. cujus ſententiam multis rationibus firmat: † Quod ipſum tamen ſublimitat, 8 quando omnibus illis, qui primi fuerunt ſimultaneæ inveſtituræ auctores, defunctis, de ſucceſſione tantùm inter deſcendentes eorum agitur, ex mente ejusdem Modeſt. Piſtor. quem de experientia & cognitione Juris Saxonici accuratâ valdè ibidem commendat, *dict. quæſt. 22. n. 13.*

Ita Domini in cauſa Reinickens zu Hitzelsroda/ Menſ. Jan. Anno 1601. (Verba ſent: Dieweil aber dennoch aus der überſandten Copy des letzten Lehnbrieffs zu befinden/ daß oberwähnte beyde Brüder nominatim und ausdrücklich nebens euch die geſamte Hand an des Verſtorbenen Lehngut erlanget. So werden ſie auch mit euch zugleich/ nach der Perſonen Anzahl/ zu ſolchem erledigten Lehngut billich zugelaſſen/ V.R.W.)

Et in cauſa VVolffgangi & Johannis Chriſtophori à Breitenbauchs/ Menſ. Mart. Anno 1600.

Definit. XIII.

Collectivo autem nomine inveſtiti in ſtirpes ſuccedunt.

At, vocati in ſimultaneâ inveſtiturâ nomine 1 collectivo, non in capita ſed in ſtirpes ſuccedunt, Hartm. Piſt. *part. 2. q. 22. n. 14.* Mod. Piſt. *part. 2. q. 95.* Matth. Weſenb. *part. 1. conſil. 41. n. 138. & ſeqq.* † Etſi enim poſt fratres & fratrum filios alioqui in 2 capita ſucceſſio fieri ſoleat, *Auth. in ſucceſſione C. de ſuis & legit. hered. ſ. cæterum 3. cum §. ſeq. inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* † tamen cùm Jure Saxonico inter 3 collaterales nulla ducatur ratio ordinis ſuccedendi jure communi præſcripti, ſed omnis ſucceſſio ab inveſtiturâ dependeat, *cap. 1. in fin. tit. de ſucceſſ. feud. cap. 1. §. pen. tit. Quid ſit inveſtit.* etiam hoc caſu ex verborum proprietate deciſio deſumenda erit: † Adeoq; illi, qui nomine collectivo inveſtiti fuêre, 4 in ſtirpem ſaltem admitti debent, † quia hæc eſt vo- 5 cabulorum collectivorum natura, ut non ſingulis perſonis ambitu ipſorum contentis totum, ſed duntaxat partem attribuant, † ac propterea eas non in 6 capita, ſed in ſtirpes vocent, *l. ſi pluribus 44. in pr. ff. de legat. 2. l. ſi quis 7. ff. de uſufr. accreſc. l. interdum 13. ubi* Dd. *ff. de hered. inſtit. l. hujusmodi 84. §. ſi Titio 8. ff. de legat. 1.* Salycet. *in l. ult. C. de impub. & aliis ſubſtit.* † Quippe cùm omnes collectivè vocati unam tan- 7 tùm perſonam repræſentent, *l. planè 94. in pr. ff. de legat. 1.* † ut iniquum haud ſit, omnes unam duntaxat 8 partem ſimul accipere, Hartm. Piſt. *dict. quæſt. 22. n. 16.* Matth. Weſenb. *dict. conſ. 41. n. 140.* ubi multis hoc firmat.

Ita Domini in cauſa Schwippold und Henrichs Fratrum à Brandenſtein zu Warnberg und Nieder-Sienan Menſ.

Mense Aug. Anno 1601. (Verba sent: Seyd ihr und eure Brüder Ernst und Hans/ als Dietzens von Brandensteins Söhne/ nebenst Hans Georgen von Brandenstein/ als euers Vatern Brudern Sohn/ für euch und eure rechte Leibes-Lehns-Erben/ mit denen in dem Lehnbriefe specificirten Altväterlichen Stam-Lehngütern ingesamt beliehen worden / und es ist gedachter Hans George von Brandenstein nunmehr verstorben/und hat euch an einem und gedachtes euers Bruders Hansen hinterlassene Söhne am andern Theil nach sich verlassen. Ob nun gleich in solchem Lehnbriefe die Clausul/ Nach rechter Sipzahl/ zu befinden. Dieweil aber dennoch dieselbige nicht bey eurer Mitbelehnschafft/sondern der andern allein/in welcher ihr und gedachter euer Vetter/ auffn Fall ihr allesammt ohne Leibes-Lehns-Erben Todes abgehen würdet/ in die gesamte Hand genommen/ gedacht wird. So werden zu des nunmehr verstorbenen Hansen Georgen von Brandensteins hinterlassenen Lehngütern/ so viel dero auff Sächsischem Boden gelegen / euers Brudern Hansen nachgelassene beyde Söhne/ungeachtet/daß sie eines Grads weiter seyn / Krafft der gesammten Belehnung neben euch an ihres Vatern statt/ und also nach den Stämmen zu theilen/billich mit zugelassen. Ihr köntet dann wie recht beweisen und darthun / daß es in euerm Geschlecht/ ungeachtet der Belehnung über rechtsverwehrte Zeit/ ie und ie anders gehalten / und die weitere Mitbelehnten von den Nechsten ausgeschlossen worden/dessen genösset ihr billich. Was aber die Güter anlanget/ so nicht auff Sächsischem Boden / sondern der Ort/ da gemeine Käyserl. Rechte in Ubung seyn/ gelegen/ in denselben werdet ihr/ als die ihr euerm verstorbenen Vetter eines Grads näher seyd/ euers Bruders Hansen Söhnen in der succession billich vorgezogen/ V.R.W.)

It. in causa Abrahami & Seyfarts fratrum à Milaw, Mense Januar. Anno 1586. (Verba sentent: Inmassen denn auch Simon von Milaw und euers Brudern Henrichens Antheil/ weil sieder deß / dieselbigen auch Todes abgangen/ unter euch und gedachten Hansen von Milaw / laut der gethanen sämmtlichen Belehnung/ in die Stämme billich getheilet werden/ V. R. W.)

Et in causa Nobilium à Dießkaw/ Mense Aug. Anno 1636. (Verba sent: So werden die Nepotes nebens den andern Gevettern von Dießkaw/unangesehe dieselbe eines Grads näher seyn/zu obangeregten verlassenen Lehngütern/iedoch gestalten Sachen nach/weil die Brüdere von Dießkaw und ihre Leibes-Lehns-Erben/und also bemeldte Erben nomine collectivo beliehen/ nach den Stämmen sich hierinnen zu vertheilen/ billich zugelassen/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Nisi de aliâ contrahentium mente constet, ut si fratrum filii nomine collectivo sint investiti.

1 NOlo tamen id aliter accipi, quàm si de mente contrahentium aliud non appareat, ut notabiliter limitant Definitionem præcedentem Matth. Wesenb. *vol. 1. consil. 41. n. 150.* & Hartm. Pist. *part. 2. q. 22. n. 18.* † Quid enim si investituræ fuisset addita dictio (Æquè, zugleich) vel alia, quæ denotaret, portiones viriliter distribuendas esse? † Non obstante tùm voculâ collectivâ, potius ex natura dictionis adjunctæ, investitos in capita vocatos censeri dixerim, *l. interdum 13. ff. de hered. inst. l. qui cum plures 23. ubi* Bartol. *ff. de vulg. & pupill. substit.* † Nam ubi de mente & voluntate contrahentium constat, ad subtilem verborum distinctionem haud est confugiendum *l. fin. C. quæ res pign. l. 3. §. conditio 9. ff. de adim. leg. l. in conditionibus 19. l. pater Severinam 101. §. conditionum verba 2. ff. de cond. & demonst.* † Quotiescunq; igitur verisimiliter apparet, tàm investientem, quàm investitos à proprietate vocabulorum collectivorum recedere voluisse, ac potius ad portiones æquales respexisse, tunc voluntate contrahentium magis standum erit, quàm proprietate dictionum collectivarum, † prout pluribus non minus elegant quàm copiosè firmat Matth. Wesenbec. *dict. consil. 41. n. 151. & seqq.* Putaverim etiam investitos licet nomine collectivo, in capita tamen vocatos censeri, † si mentio fiat ordinis jure communi in successione præscripti, † vel secundum gradus prærogativam, §. *cæterum 3. cum §§. seqq. inst. de agnat. success. l. pen. in fin. l. ult. C. de legit. hered.* Wesenb. *dict. loc. n. 141.* † Quin & reperio, Scabinos fratrum filios collectivo nomine vocatos in capita admisisse, forsan † propterea, quod Constit. Caroli V. Imp. in Comitiis Spirensibus Anno 1529. promulgata (quæ inter fratrum filios distributionem secundum capita æqualem facere jubet) non modo in hereditariâ, sed etiam feudali successione recepta sit, ex communi Dd. sententia, † cui contrahentes se conformare voluisse censentur, Matth. Wesenb. *vol. 2. cons. 84. n. 5. & de feud. c. 6. n. 17.* Hartm. Pist. *part. 3. q. 23. n. 28.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 7. c. 7. n. 16.* Rosenth. *de feud. c. 7. concl. 56. n. 8.* Joach. Mynsing. *cent. 3. obs. 94. num. 6.*

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Ita Domini in causa Nicolai von Heinitz & Consortium, Mens. Mart. Anno 1601. (Verba sent: Und es ist vorbenannter Dieterich von Heinitz unlängsten ohne Leibes-Erben gestorben / und hat seines vor ihm verstorbenen Bruders Sohn/ George Albrechten genannt/ an einem/ und des andern seines vor ihm verstorbenen Brudern/ Hansen Henrichs 2. Söhne / mit Namen Hans Wolffen und Albrechten/zusamt obangeregten 5000. fl. so zu Mañlehn gemacht/nach sich verlassen. So hat er solche auff itzo gedachte seine 3. Brüders-Söhne / nach den Häuptern zu theilen/ bracht und verfället/ V.R.W.)

Definit. XV.

In successione pariter feudali & allodiali jus repræsentationis in infinitum obtinet.

1 SIcuti in allodialium bonorum hereditate, ita & in feudali successione jus repræsentationis locum habet, *c. 1. tit. de grad. success. & cap. 1. de success. feud.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 45. n. 1.* † Hocq; jus repræsentationis in lineâ rectâ in infinitum extenditur, §. *1. vers. si tamen Auth. de hered. ab intest. venient.* §. *item vetustas 15. vers. ita tamen inst. de hered. quæ ab intest. defer.* Salyc. *in Auth. post fratres in fin. C. de suis & legit.* Hartm. Pist. *part. 3. q. 23. n. 9.* † De jure tamen Saxonico res non videtur expedita propter text. in Lehnr. *cap. 21. cum seq.* ubi habetur, quod in feudo præter filium nemo succedat, eoq; non extante, feudum revertatur ad Dominum, † sed non existimandum, *in dict. cap. 21.* Lehnr. Nepotes ac ulteriores excludi, quin potius filii appellatione eos comprehendi, videtur æquissimum, *l. liberorum 220. ubi* Bart. *ff. de V. S.* Hartm. Pist. *part. 2. q. 19. num. 94.* † præsertim, quia versamur in materiâ favorabili, quæ largam recipit interpretationem, Dd. *in dict. l. liberorum 220. ff. de V. S. & in l. Gallus 29. vers. ut instituens ff. de lib. & posthum.* Quam sententiam † etiam in foro Saxonico moderniores in pronunciando sequuntur, teste Matth. Coler. *dict. dec. 45. n. 4.* † Planè, quatenus plures filii aut Nepotes succedentes, feudum dividere possint, † quid itidem juris sit in feudis nobilibus & Regalibus, tractant Matth. Coler. *part. 1. decis. 94.* & Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 21.*

2 3 4 5 6 7 8

Ita Domini in causa Tobiæ Ulichs zu Franckenberg/ Mense Jun. Anno 1633.

In causa Nicolai Hoffmanns zu Franckenberg/ Mense Jul. Anno 1633.

Et in

Et in causa Johannis Ehrenfrieds zu Geithen/ Mens. April. Anno 1636. (Verba sentent: Hat N.N. daselbsten 3. Kinder an einem/des vierdten Kindes Kind am andern/dann vom fünfften Kinde einen Nepotem am dritten/ und pronepotem am vierdten Theil/ zusammt einer Erbschafft an beweglichen und unbeweglichen Gütern nach sich verlassen/ &c. So hat er solche seine Verlassenschafft auff itzogedachte seine Kinder und Kindes-Kinder/ nach den 5. Stämmen zu vertheilen/ gebracht und verfället/ und mag der Pronepos davon nicht ausgeschlossen werden/ sondern er wird nebens dem Nepote, als seines Vaters Bruders/ zu einem fünfften Theile billich zugelassen/ V.R.W.)

DEFINIT. XVI.

Conventio inter agnatos simultaneè investitos de admittendis solis proximioribus ad successionem feudi. non excludit fratris liberos in foro Saxonico.

1 FRatris defuncti liberos unà cum patruo ad successionem in bona feudalia ex jure repræsentationis in foro Saxon. admitti, dictum *suprà Defin. 1. & 2.* † Ast, cum inter agnatos simultaneè investitos conventum fuerat, ut soli proximiores in bonis feudalibus succederent, majus dubium videbatur, *an etiam defuncti fratris liberi cum patruo ad successionem admittendi essent?* † Conventio enim de solis proximioribus loquebatur, ex quo contra fratris liberos sententionandum, haud ineptè arbitrari quis potuisset, cum neminem lateat, fratris filios in gradu remotiori esse constitutos, solumque fratrem defuncti proximiorem dici ex interpretatione verborum communi, † ad quam paciscentes respexisse censentur, † haud siquidem fas est recedere à proprietate verborum, ubi voluntas & res subjecta aliud necessariò non suadet, *l. non aliter 69. ff. de legat. 3. l. Labeo 7. §. 2. vers. id Tubero ff. de supell. legat. l. verbis civilibus 7. ff. de vulg. & pupill. substit.* † Placuit nihilominus Dominis pro fratris defuncti liberis pronunciare, scilicet ut unà cum patruo ex conventione quoque ad successionem feudalem admitterentur. † Rectè omninò, quia jus repræsentationis eos cum patruo in pari gradu constituit, *cap. 1. tit. de gradib. success. feud. §. fin. vers. ita tamen inst. de hered. quæ ab intest. defer.* ut propterea patruus solus proximior dici nequeat, propter jus scilicet repræsentationis; † Neque credendum, contrahentes aliud sensisse & ad proprietatem verborum potius, quàm ad juris interpretationem respexisse, quippe quos repræsentationis jus benè animadvertisse & ita juri Saxonico communi (ex quo fratris liberi cum patruo in feudis admittuntur, *supr. Defin. 1.*) sese conformare voluisse, firmiter statuendum; † Quia in dubio contrahentes ad juris communis dispositionem, tanquam ad causam suam finalem se conformasse videntur, *l. non dubium. 5. C. de lib. l. quæro. 54. §. inter locatorem. 1. ff. locat. cond. l. quidam cum filium. 132. ff. de V. O. l. 1. ubi* Bartol. *C. de fals. caus. adject.* Herm. Vult. *in consil. Marpurg. vol. 3. consil. 21. n. 11.* † Et aliàs quoque contrahentium verba ad jus commune, quantum fieri potest, referre oportet, *l. sed hoc nisi. 8. ubi* Dd. *ff. de jur. dot. l. 2. §. ult. ff. admin. rer. ad civit. pertin.* † Ilaq; interpretatio cæteris omnibus est fortior, quâ integrum jus commune manet, *l. si unus. 27. §. pactus 2. ff. de pact.* Aym. Cravett. *cons. 581. n. 3. in fin.* Joh. Gœdd. *in consil. Marpurg. vol. 3. consil. 26. n. 6.*

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Ita Domini in causa D. Johannis Ernesti Schönlebens zu Budissin/ Mens. Sept. Anno 1636. (Verba sent: Ob nun wol unter ihnen dieses abgeredet worden/ daß allwege der nechste anverwandte Agnat in dem Lehn allein succediren, und die andern davon ausschliessen solle; Dieweil aber dennoch nach Sächsischen Lehnrechten/ die des Orts gleichfalls in üblicher Observantz seyn/ das jus repræsentationis, welches die Brüder-Kinder mit denen Brüdern in gleichen Grad und einerley Anverwandschafft setzet/ in dergleichen Lehnsfällen statt hat/ und nicht vermuthlich/ daß die Mitbelehnten dißfalls von den gemeinen Sächsischen Lehnrechten/ und dero Observantz abzuweichen gemeinet gewesen/ &c. So werden auch des Verstorbenen Bruders-Kindere nebens dem noch lebenden Bruder/ zugleich nach den Stämmen/ zur succession des Lehnguts billich zugelassen/ V.R.W.)

CONSTITUTIO XXX. PARTIS TERTIÆ.

Ob das Geld/ welchs vom Lehn herkommt/ und vermöge einer Vergleichung/ wieder zu Lehn gemacht werden soll/ in Verbleibung dessen/ nach Lehnmannes Absterben/ auf seine Landes-Erben verfället werde?

Pecunia ex feudo redacta, ubi ex pacto in feudum converti debuit, id autem factum non est, an post mortem Vasalli ad heredes ipsius pertineat?

DIsere Verordnete seynd dißfalls einig/ wañ einer ex pacto zusagt/ sein Geld/ das er von dem Lehngute bekom̃t/ wieder an Lehn zu wenden/ und seine Brüder oder Vettern in die gesammte Hand zu bringen/ und er verstirbet/ ehe solches geschicht/ daß alsdann dieses Geld auff seine Erben verfället werde. Es seynd aber dieselbigen wiederumb ad Interesse verhafft/ und müssen des Verstorbenen Zusage/ als Erben/ halten/ und wann das Geld durch den Lehnherrn zu Lehn gemacht/ so soll es vor Lehen gesprochen werden. Welches alles wir uns/ in Rechten also zu erkennen und zu urtheilen/ gefallen lassen.

IS qui pecuniam ex feudo consecutus in emtionem feudi eam collocare, ejusque simultaneam investituram fratribus vel agnatis impetrare ex pacto tenetur, si ante impletam conventionem decedat, pecuniam eam ad heredes suos transmittit, qui tamen ad interesse obligati factum ejus præstare tenentur. Natura igitur pecuniæ in feudum per Dominum ubi mutata est, pro feudo eam in judicando haberi volumus.

DEFI-

DEFINITIONES.

1. *Pecunia ex feudo redacta feudalis non eſt, nec ſucceſſoribus feudi debetur.*
2. *Non eo magis pretium feudi cenſebitur feudale, quod contrahentes de hoc expreſsè convenerint, illudq; pro feudo haberi voluerint.*
3. *Ne quidem pactum contrahentium juratum pecuniam feudalem facere poteſt.*
4. *Valet tamen conventio, ut pecunia ex feudo redacta ad ſolos feudi ſucceſſores pertineat, heredibus allodialibus excluſis.*
5. *Non efficit pactum de collocandâ pecuniâ in emptionem feudi, ut facto haud ſubſecuto ea feudi ſucceſſoribus cedat.*
6. *Defuncto tamen fratre vel Agnato ante feudi emptionem, ejus heredes ad intereſſe tenentur.*
7. *Ex pacto de collocandâ pecuniâ in emptionem feudi illi ſoli Agnati ad intereſſe experiri poſſunt, quibus facta eſt promiſſio de recipiendo eos in ſimultaneam inveſtituram.*
8. *Præſtatur intereſſe per exſolutionem pecuniæ in feudi emptionem collocandæ.*
9. *Ad exſolutionem tamen pecuniæ heredes cogi nequeunt, ſi illam in feudum convertere, deq; eâ agnatos inveſtiri facere velint.*
10. *Modus conſtituendi feudum in pecuniâ, aliâve re mobili quisnam ſit.*
11. *Solâ conventione partium, bona allodialia immobilia haud efficiuntur feudalia, niſi à Domino ſuperiore expreſsè in feudum concedantur.*
12. *Allodialia bona non fiunt feudalia ex eo, quod per Vaſallum feudo fuerint incorporata, ſi non inveſtitura ſpecialis vel præſcriptio acceſſerit.*
13. *Venditâ vel æſtimatâ geradâ pretium inde redactum non jure geradæ cenſetur, ſed heredibus indifferenter etiam maſculis cedit.*
14. *Pecunia ex rebus expeditoriis redacta ad heredes etiam cognatos & mulieres pertinet.*
15. *Pecunia ad emendam geradam deſtinata, non cenſetur jure utenſilium.*
16. *Ex promiſſione rerum utenſilium filiæ vel Uxori factâ obſtrictus eſt promiſſor proximæ etiam cognatæ, filiâ vel Uxore defunctâ.*
17. *Mater non poteſt filiæ ſtipulari geradam à patre.*

Definit. I.

Pecunia ex feudo redacta feudalis non eſt, nec ſucceſſoribus feudi debetur.

1 SÆpiſſimè feuda propter æs alienum, vel etiam ex ſolo Vaſalli placito diſtrahuntur, ubi diſceptari ſolet, *an pretium inde redactum cenſeatur feudale,*
2 *ac propterea feudi ſucceſſoribus cedat?* † Quod quidam opinantur, ut videre eſt apud Henning. Göden.
3 *conſil. 18. n. 3.* Matth. Weſenb. *vol. 2. conſil. 79.* † quia pretium ſuccedit loco rei, & quemadmodum res ipſa, ſic etiam pretium ab eo, qui jus in re habet, peti poteſt, *l. venditor ex hereditate 21. ff. de hered. vel act. vendit. l. qui vas 48. §. ult. ff. de furt. l. ſi & rem 22. ff. de petit. hered. l. mater. 3. C. de rei vindicat. l.*
4 *Imperator 70. §. ult. cum l. ſeq. ff. de legat. 2.* † Quò & facere videtur regula vulgata, quod ſurrogatum ſapiat naturam ſurrogati, *l. ſi eum 10. §. qui injuria-*
5 *rum 2. ff. ſi quis caut. in jud.* † Sed ut communior, ita procul dubio verior eſt contraria ſententia, pecuniam nempe ex feudo redactam non eſſe feudalem nec ad feudi ſucceſſores pertinere. † Quàm-
6 tuetur Erneſt. Cothman. *vol. 1. conſil. 2. n. 308. & ſeqq.* Coler. *part. 2. deciſ. 283.* Köpp. *deciſ. 18.* Andr. Gail. *lib. 1. de pignor obſerv. 11.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 5.* Schurff. *cent. 1. conſil. 11. n. 1.* Herm. Vult. *de feud. lib.*
7 *1. cap. 5. n. 10.* † per text. *in cap. 1. §. ſi Vaſallus de beneficio ſuo tit. ſi de feudo defunct. content. ſit.* ubi expreſsè dicitur, quod pretium illud, quod quis ex cauſa transactionis ſuper feudo accepit, non ſit feudum,
8 nec pro feudali habeatur. † Nec enim feudum univerſitas eſt, (ut quâ quidem pretium loco rei ſuccedit, & ſurrogatum naturam ſurrogati ſapit, ut innuunt *leges modo allegatæ,*) ſed eſt res particularis, Gail.
9 *dict. obſ. 11. n. 2.* Cothm. *dict. reſponſ. 2. n. 309.* † Quod vel inde patet, quia feudum ſubjacet vindicationi, *c. un. §. rei autem tit. de inveſt. de re alien. fact.* in quâ ſolùm veniunt res ſingulares, *l. ſi in rem 6. ff. de Rei*
10 *vindic.* † Aut ſi feudum univerſitas omninò eſſet dicenda, id de univerſitate corporis vel facti, non etiam juris accipi deberet, veluti caſtrum vel fundum dicimus univerſitatem non juris, ſed corporũ, *l. locus 60. l. fundi appellatione 21. ff. de V. S.* Matth. de Afflict. *in prælud. feudor. n. 77.* Cothman. *dict. reſponſ. 2. n. 310. & ſeq.* † Quin etſi poſtea pro illo pretio, ex feu- 11
do redacto, aliud comparetur prædium allodiale, attamen hoc feudi naturam non induere, rectiſſimè aſſerit Henr. Roſenth. *de feud. cap. 4. concl. 8. n. 2.* † quia 12
nunquam in particularibus ſurrogatum in locum ſurrogati ſuccedit, prout Interpp. omnes unanimiter docent, Matth. de Afflict. *deciſ. 369. n. 4. & 6.* Cephal. *conſil. 20. n. 10.* Cothm. *dict. conſil. 2. n. 315.*

Ita Domini in cauſa Adami & Johannis Chriſtophori Fratrum à Wallenrodt/ad requiſitionem Caſpari Schmieds zu Streittaw/ Menſ. Mart. Anno 1604. (Verba ſentent: Haben ſich die Gebrüder von Wallenrodt in die verhandene Lehngüter getheilet/ und demnach Hans Chriſtoffen das Gut Kronſchwitz zukommen/ hat er ſeinem Bruder Adam dafür 5153. fl. heraus geben und zahlen müſſen/ ꝛc. So werden ſolche Gelder für Erbe billich gehalten/ und iſt demnach der älteſte Bruder Adam ſolche Baarſchafft ſeines Gefallens zu gebrauchen wol befugt/ V. R. W.)

Definit. II.

Non eo magis pretium feudi cenſebitur feudale, quod contrahentes de hoc expreſsè convenerint, illudq; pro feudo haberi voluerint.

NOn loquor hîc de pecunia conſenſu Domini 1
in feudum commutatâ, hanc enim feudalem cenſere dicam *infrà Defin. 10.* † At ſi inter contra- 2
hentes fratres forſan vel agnatos, absque conſenſu & interventu Domini convenerit, ut pecunia ex feudo redacta ſit feudalis, & ad feudi ſucceſſores pertineat, non eo magis tùm pretium cenſebitur feudale propter pactum adjectum, † quod 3
contra naturam rei interpoſitum validum non eſt, *l. 7. §. & generaliter. 10. ff. de pact. l. non dubium. 5. C. de tl.* † Nec per ſolam conventionem partium 4
feudum conſtitui poteſt, † ſi non conſenſus Do- 5
mini inveſtientis acceſſerit, *c. 1. §. ſciendum. tit. de feud. cognit. b.* Conſtit. *30. §. ult. in fin.* Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 94. n. 7.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 5.* Joh. Köpp. *deciſ. 18. n. 6.* Henr. Roſenth. *de feud.*

de feud. cap. 4. concl. 8. num. 6. Hier. Schurff. *cent. 3. consil. 22. n. 1. & seqq.*

Ita Domini in causâ Brigitten von Enden zu Zwickaw/ Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent: Ob nun wol in vorgedachter Vergleichung unter andern auch dieses zu befunden/ daß die aus dem Lehngute Lischwitz herrührende 8000 fl Kauffgelder/ biß so lange sie wiederum in Lehn würcklichen verwandelt/ die Art und Natur eines Lehens behalten sollen/ er Wolff Friederich auch über solche Gelder die Lehn gemuthet. Dieweil aber dennoch dieselbe Gelder vom Lehnherrn ausdrücklichen zu Lehen niemals gemacht/ noch in Lehen verwandelt worden/ ꝛc. So mögen auch obangeregte der verstorbenen Brüder 4000. fl. vor Lehn nicht gehalten werden / sondern es verbleiben dieselbe als Erbe euch der leiblichen Mutter billich/ ꝛc.)

It. in causa David Götzens zu Löben / Mens. Sept. Anno 1582. (Verba sent: Ob gleich euer Vetter / so nunmehr verstorben/ die 750. fl so er aus dem Lehn bekommen/ dergestalt und mit dem ausdrücklichen pacto angenommen/ daß sie auff seinen Todesfall Lehn bleiben solten / dieweil aber gleichwol aus eurer Frage nicht zu befinden/ daß solche Gelder bey seinem Leben zu Lehn gemacht worden/ so bleiben sie auch seinen Land-Erben billich/ ꝛc.)

Et in causa Philippi von Hausen / Mens. Jan. Anno 1634.

Definit. III.

Ne quidem pactum contrahentium juratum pecuniam feudalem facere potest.

1 PActo igitur pecunia ex feudo redacta non efficitur feudalis, quia de substantia feudi est, ut à Domino investituram faciente conferatur, *c. 1. §. sciendum tit. de feud. cogn.* † Deficiente itaque Domini
2 consensu ac voluntate, ipsum deficiet feudum, Frid. Pruckm. *cons. 9. n. 73.* Wesenb. *vol. 2. consil. 79. n. 14.*
3 † Quem defectum neutiquam supplevit juramentum
4 pacisscentium, † quod nec pactum contra rei naturam interpositum confirmat, *l. 7. §. 15. vers. item si quis & §. seq. ff. de pact. l. si quis 112. §. ult. ff. de leg. 1.* Licet ergo fratres vel agnati juratò convenerint, non eo magis
5 tamen pactum valebit, † nec pretium ex feudo redactum feudale censebitur, Köppen. *decis. 18. n. 6.* Coler. *part. 1. decis. 94. n. 9.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. c. 5. n. 10.* Henr. Rosenth. *de feud. cap. 4. concl. 8. n. 7.*

Ita Domini in causa Caroli Wesers zu Zwickau / Mense Jan. Anno 1633. (Verba sent: Habt ihr euch mit euern Brüdern wegen des vorhandenen Lehnguts auff gewisse Maße vertragen/ und solches dem einen Heinrichen umb ein gewisses zugeschlagen. Ob nun wohl das Kauffgeld/ wann ihr auch gleich euch untereinander Eydlichen dessen vereiniget/ für Lehn nicht zu achten/ noch die Art und Eigenschafft eines Lehns dadurch gewinnet/ ꝛc.]

Definit. IV.

Valet tamen conventio, ut pecunia ex feudo redacta ad solos feudi successores pertineat, heredibus allodialibus exclusis.

1 NIhilominus tamen pretium feudi solis fratribus vel agnatis feudi successoribus cedit, si hoc ita
2 contrahentibus placuerit; † Nam si pacti fuerint, ut soli masculi feudi successores in illâ pecuniâ, licet non feudali, sed allodiali, succedant, illamque præcipuam habeant, non video, quâ ratione conventio hæc elevari possit, *l. 1. ff. de pact.* cum sit quiddam
3 separatum & sine feudo fieri queat. † Ergo utile per inutile vitiari non debet, *c. utile 37. ubi* Dyn. *de reg. jur. in 6to.* Rosenth. *de feud. c. 4. concl. 8. num. 8.*
4 Andr. Gail. *lib. 2. obs. 4. n. 6.* † Nisi quis hanc conventionem cum Coler. *p. 1. decis. 94. n. 12. &* Johan. Borch. *de feud. c. 6. n. 14.* propterea irritam putet, quod pacta de successione futura non valeant, *l. ult.*
5 *C. de pact.* † Cui respondeo, id verum esse duntaxat in successione universali, particularium verò rerum, certæque pecuniæ successionem pactis conferri, nihil prohibet, Jason *post alios in l. si stipulatio hoc modo 61. n. 19. ff. de verb. Oblig.* Ernest. Cothm. *vol. 1. consil. 8. n. 106.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 126. num. 8.* Rosenth. *dict. concl. 8. lit. 1.* † Quin & pacta de uni- 6
versali hereditate valere, si is, de cujus successione agitur, consentiat, *dict. l. ult. C. de pact.* † vel etiam 7
inter Nobiles aliasque egregias personas, à quibus feuda ut plurimum possidentur, docent Andr. Gail. *lib. 2. obs. 127. n. 1. & seqq.* Frid. Pruckm. *vol. 2. consil. 9. n. 114.* Ern. Cothm. *vol. 1. consil. 8. n. 101. & seqq.*
† Planè, in ejusmodi pactis mens contrahentium, & 8
quidnam inter eos actum fuerit, exactè ponderari debet, ne nimium conventionibus contra jura indulgeatur, aut voluntas pacisscentium invertatur,
† veluti hâc de re in peculiari facti specie eleganter 9
differit Ernest. Cothm. *dict. consil. 8.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch unter euch dieses ausdrücklichen abgeredet und verglichen worden / daß das Geld auff dem Lehngute stehen bleiben/ und nach eines oder des andern Absterben auff die andere Brüdere allein/ nicht aber auff die Schwestern fallen solle/ ꝛc. So verbleibets auch bey solcher Vergleichung billich/ und es ist nunmehr nach des einen Brudern Absterben/ dessen Antheil an berührtem Gelde/ vermöge des auffgerichteten Vertrages / euch und euern andern Brüdern allein anheim gefallen/ die Schwestern aber haben daran keine Foderung/ V. R. W.)

Definit. V.

Non efficit pactum de collocandâ pecuniâ in Emptionem feudi, ut facto haud subsecuto, ea feudi successoribus cedat.

QUid autem, *si in divisione, aliovè contractu in-* 1
ter fratres aut Agnatos convenerit, ut pecunia ex feudo redacta, in emptionem feudi collocetur, deq; eo alii fratres vel agnati simul investiantur? Sanè dubium non est, † quin pactum hoc valeat, & con- 2
trahentes obstringat, *l. 1. ff. de pact.* Ernest. Cothm. *vol. 1. consil. 8. n. 43.* Henning. Göden. *consil. 84. n. 20.*
† Attamen defuncto venditore, antequam promissio 3
in effectum deducatur, pecunia ad feudi successores neutiquam pertinet, sed heredibus allodialibus cedit, Henr. Rosenthal. *de feud. c. 4. concl. 8. n. 4.* Wesenb. *vol. 2. consil. 79. n. 16.* Köpp. *decis. 18. n. 9.* Hier. Schurff. *cent. 3. consil. 22. n. 2. & seqq.* Mod. Pist. *vol. 1. consil. 5. q. 4. num. 29. & seq.* † Non enim solo pacto absque 4
consensu & voluntate Domini investientis, pecunia feudalis efficitur, sed manet allodialis, adeoque non immerito heredibus allodialibus defertur *Supr. Defin. 2.* Henr. Rosenth. & Wesenb. *dict. loc.* † Quod 5
& disertè fuit confirmatum ab Illustriss. Sax. Electore *h.* Const. *30. in pr. in verb.* Und er verstirbet / ehe solches geschicht/ daß alsdenn dieses Geld auff seine Erben verfället werde/ *ubi* Moller. *n. 2. & 3.*

Ita Domini in causa Sibyllen von der Planitz / gebornen von Sparnberg zu Luhma / Mens. Novemb. Anno 1604. (Verba sententiæ: Haben Wolff/ Veit/ Hans Heinrich und Emanuel von Raschaw Gebrüder ihr väterlich Lehn-Gut mit allen Zugehörungen ihrem Bruder Marquarten von Raschaw und und für 6000. fl Hauptsumma verkaufft/ und bey solchem Kauff verwilliget und zugesagt/ daß ein ieder seinen Antheil des Kauffgeldes wiederumb in Lehen verwenden zu lassen/ und die andern in die Mitbelehnschafft zu nehmen schuldig seyn solte / ꝛc. Ob nun wohl Emanuel von Raschaw / welcher vorberührten Kauff selbst schliessen helffen / bey seinem Leben seinen

seinen Antheil des Kauffgeldes zu Lehen nicht gemacht / und dahero denselben durch sein Absterben auff euch / als seine Mutter und nehegte Erbin / gebracht und verfället / ꝛc.)

It. in causa Hieronymi von Kanitz zu Talwitz / Mens. Jan. Anno 1577. (Verba sent: Haben Abraham / Balthasar und Bastian die Runge / Gebrüdere / wegen ihrer väterlichen anererbeten Lehen und Rittergüter sich dergestalt verglichen und vertragen / daß die jenigen / so auff Geld vertheilet / zugesaget / solches wiederumb zu Lehen zu machen / und die andere in gesammte Hand zu nehmen / und es ist / ehe dasselbe geschehen / Bastian Runge in Franckreich mit tode abgangen / und hat zween Brüder und eine Schwester nach sich verlassen / ꝛc. So hat er solch Geld / als Erbe / auff seine Schwester so wol als auff die Brüder zugleich gebracht und verfället / ꝛc.)

It. in causa Caspari à Löben / Mens. Jan. Anno 1622.
Et in causa Philippi ab Hausen / Mens. Jan. Anno 1634.

Definit. VI.

Defuncto tamen fratre vel Agnato ante feudi emptionem, ejus heredes ad interesse tenentur.

1 AN ergo pactum illud de collocandâ pecuniâ in feudi emptionem, si frater vel Agnatus, priusquam id fiat, decesserit, effectu destituetur? 2 Nequaquam; † Sed obstringuntur hoc casu heredes in pecunia succedentes ad interesse, ex facto 3 nempe & obligatione defuncti, † quam omninò præstare tenentur, *l. cum à matre 14. C. de Rei vindicat. l. unum ex familia 67. ff. de legat. 2. l. ex quâ* 4 *personâ 149. ff. de reg. jur.* † Succedit enim in obligationibus facti obligatio ad interesse, *l. loci corpus 4. §. si fundus 3. vers. Sed in æstimationem ff. si servit. vindic. l. stipulationes non dividuntur 72. ubi* Bart. Jas. & Dd. *ff. de V. O.* Resenth. *de feud. cap. 4. concl. 8. n. 5.* Joh. Borch. *de feud. cap. 6. num. 14.* Matth. Wesenb. *vol. 2. cons. 79. n. 2.* Herm. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 10.* Joh. Köpp. *decis. 18. n. 11.* 5 † Quod & placuit Illustrissimo Electori *h.* Const. *30.* §. Es seyn aber dieselbigen hinwiederumb *ad interesse* verhafftet / und müssen des Verstorbenen Zusage / als Erben / halten / *ubi* Moll. *n. 3.* Matth. 6 Berlich. *part. 3. concl. 41. n. 37.* †. Idque non modo in contractibus, sed etiam in ultimis voluntatibus procedit, ita, ut si alicui certa summa in testamento legetur hâc conditione, quò eam in aliquod feudum convertat, pecunia quidem, si ante comparationem feudi legatarius decesserit, 7 ad ejus heredes allodiales pertineat, † sed hi ex obligatione facti ad interesse teneantur, Frider. Pruckm. *vol. 1. consil. 34. n. 33. & vol. 2. cons. 9. n. 74.* Matth. Berlich. *dict. concl. 41. n. 39.*

Ita Domini in causa Caspari à Löben / Mens. Jan. Anno 1622. (Verba sent: Und nachdeme die Erben zur Theilung geschritten / haben sich die Brüder dergestalt gegen einander verpflichtet und verbunden / daß nemlichen ein jeder das Seinige / so er aus dem Lehngute empfangen und bekommen würde / zu Lehn machen / und sonsten in keine andere Wege verwenden solte / welches sie auch mit ihren Handschrifften und Pittschafften bekräfftiget. Da nun einer unter obgedachten Brüdern / ehe und zuvor er seinem Versprechen gnüge gethan / versterben möchte / ꝛc. So würde zwar das jenige / so der Verstorbene aus dem Lehngute empfangen / auch auff seine hinterlassene Schwestern verfället. Es wären aber dieselben hinwiederumb ad interesse verhafftet / und des Verstorbenen Zusage zu halten schuldig / V. R. W.)

It. in causa Brigitten von Endin zu Zwickau / Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sentent: So mögen auch obangeregte 4000 fl. vor Lehn nicht gehalten werden / sondern es verbleiben dieselbe als Erbe euch der leiblichen Mutter billich / ihr seyd aber gleichwohl mehrberührtem eurem Sohne Wolff-Friederichen von Ende ad interesse verbunden / und des Verstorbenen Zusage / als Erbin / nochmals zu halten schuldig / V. R. W.)
It. in causa Hieronymi von Kanitz zu Thalwitz / Mens. Jan. Anno 1577.
Et ad requisitionem N. N. zu Luben / Mens. Junio Anno 1577.

Definit. VII.

Ex pacto de collocandâ pecuniâ in emptionem feudi, illi soli Agnati ad interesse experiri possunt, quibus facta est promissio de recipiendo eos in simultaneam investituram.

EFfectus ergò pacti de collocanda pecunia in 1 emptionem feudi, potissimum in eo consistit, quod venditore antequam hoc fiat defuncto, adversus ejusdem heredes, fratres vel Agnati ad interesse agere valeant, *Defin. præced.* † Non tamen 2 omnibus Agnatis indifferenter heredes ad interesse sunt obstricti, sed solùm iis, † quibus per ne- 3 gligentiam & intermissionem promissoris successionis via in feudo fuit præclusa. † Quia interesse lucrum amissum concernit, *l. commissa 13. ff. ratam rem haber. l. 2. §. ult. ff. de eo quod certo loco l. si fundus 33. ff. locat.* † Non ergo in foro Saxonico 5 ad interesse possunt experiri, quibus nulla facta est promissio à venditore de recipiendo eos in simultaneam investituram, licet fratres vel Agnati fuerint, & de collocandâ pecuniâ in emptionem feudi convenerint, † cum de hoc jure collaterales 6 in feudo non succedant, nec ullum interesse prætendere valeant, nisi simultaneè investiti, aut saltem promissio simultaneæ investituræ iis facta sit, ut tradit latè Hartm. Pistor. *part. 2. quæst. 20. n. 20. & per tot.* † Hocque ipsum est, quod Illustrissimus 7 Saxoniæ Elector tum demum ex pacto fratribus vel Agnatis actionem ad interesse tribuat, si facta iis fuerit promissio de recipiendo eos in simultaneam investituram, *h.* Const. *30. in pr. vers.* Und seine Brüder oder Vettern in die gesammte Hand zu bringen / ꝛc. † Nec sufficit pactum de collocan- 8 dâ pecuniâ in emptionem feudi, si non etiam promissio simultaneæ investituræ accesserit.

Ita Domini in causa Sororum Nobilium à Tettenborn zu Neuses / Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sent: Ob nun wol bey der Brüderlichen Vergleichung unter andern dieses abgeredet worden / daß die 5000. fl. so aus dem Gute Neuses zu erlegen / wiederumb zu Lehn gemacht werden solten. Dieweil aber dennoch solche Zusage nicht denen Vettern / sondern allein dem ältesten Bruder geschehen / benienten Vettern auch die Belehnung und gesammte Hand darüber niemals versprochen worden: So haben auch berührte eure Brüder solche 5000. fl auff euch bracht und verfället / und die Vettern haben daran keine Forderung / seyn auch deswegen euch ad interesse zu belangen nicht befugt / ꝛc.)

Definit. VIII.

Præstatur interesse per exsolutionem pecuniæ in feudi emptionem collocandæ.

AT, inquies, quomodo hoc in casu interesse 1 probabitur, ut ad illud heredes allodiales teneantur? Etenim cum quæritur, quatenus acto-

2 tis interſit, † de facto non de jure quæritur, *l. quatenus 24. ff. de Reg. Jur.* † Neceſſariò ergo proba-
3 tio erit ſuſcipienda, non ſolùm damni, quod actor paſſus eſt, ſed & lucri, quod amiſit, *l. un. verſ. & hoc non ſolùm C. de ſentent. quæ pro eo l. ſi fundus 33. ff. locat. l. 2. §. fin. ff. de eo quod certo loco dari.* Quæ
4 certè probatio videtur difficilis: † Sed expeditores eſt, & ab ultierori actione ſeſe liberare poterunt heredes, exſolvendo eam ipſam pecuniam, quæ in feudi emptionem collocanda erat, quæ
5 tota Agnatis cedit & acquiritur; † Vix enim aliud intereſſe petere iis licebit, Frid. Pruckm. *volum. 2. conſ. 9. n. 137.* Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 5. quæſt. 4.*
6 *n. 29.* Joh. Borch. *de feud. cap. 6. n. 14.* † Neqve ultra hanc ſummam uſuras, vel alios reditus ex illâ pecuniâ, antequam caſus reſtitutionis contingeret, perceptos, heredes allodiales reſtituere te-
7 nentur, † ut tradit Ludolph. Schrader. *vol. 1. conſil. 19. n. 99. & ſeqq.* quem ſequitur Matth. Berlich. *part. 3. concl. 41. n. 44.*

Ita Domini in cauſa Brigittæ von Endin zu Zwickau / Menſ. Jan. Anno 1632. (Verba ſent: So mögen auch obangeregte 4000. fl. vor Lehn nicht gehalten werden / ſondern es verbleiben dieſelbe als Erbe euch der leiblichen Mutter billich / ihr ſeyd aber gleichwohl mehrberührtem eurem Sohne Wolff-Friederichen von Ende ad intereſſe verbunden / und des Verſtorbenen Zuſage nochmals / als Erbin / zu halten / oder ihme die 4000. fl. baar über abzuſtatten und abzutreten ſchuldig / V. R. W.)

Et in cauſa Alberti & Henrici Fratrum à Buchsdorff zu Zinnitz / Menſ. Febr. Anno 1636.

Definit. IX.

Ad exſolutionem tamen pecuniæ heredes cogi nequeunt, ſi illam in feudum convertere, deq; eo agnatos inveſtiri facere velint.

1 NOn tamen præcisè obſtringuntur heredes ad exſolutionem pecuniæ, ſed audiendi ſunt, ſi promiſſis ſatisfacere pecuniamqve in emptionem feudi convertere, aut ipſam conſenſu Domini feudalem efficere, deqve eâ agnatos inveſtiri facere velint, Matth. Weſenbec. *vol. 2. conſil.*
2 *79. num. 13.* † Quo & reſpexiſſe videtur Elector Illuſtriſſimus, *h.* Conſtitut. *30.* §. Es ſind aber. *in verſ.* Und müſſen des Verſtorbenen Zuſage als Erben halten / und wann das Geld durch den Lehnherrn zu Lehn gemacht / ꝛc. *ubi* Dan. Moll.
3 *num. 6.* † Nec mirum id alicui videbitur; Etſi enim facti promiſſor, ejusve heres ad ipſum factum cogi nequeat, ſed præſtatione intereſſe liberetur, *l. 13. §. 1. ff. de re judic. l. 14. l. 68. l. 81. l. 84. l. 122. §. ult. ff. de Verb. Obligat.* Anton. Fab. *lib. 6. conjectur. 17.* Donell. *in l. 72. num. 32. & ſeq. ff.*
4 *de V. O.* † Attamen ſi ipſemet factum etiamnum præſtare velit, nec ſtipulatori ullum intereſſe vel
5 commodum inde decedat, † quin audiendus ſit, ambigendum prorſus non eſt, Joh. Schneidewin. *ad §. ult. numer. 6. inſtit. de V. O. per l. ubi autem. 75. §. qui id quod in faciendo. 7. ff. de V. Obligat.*

Ita Domini in cauſa Hieronymi von Kanitz zu Thalwitz / Menſ. Januar. Anno 1577. (Verba ſentent: So hat er ſolches Geld auff ſeine Schweſter ſo wol / als ſeine Brüder zugleich gebracht und verfället / Sie ſeyn aber nichts deſto weniger des Verſtorbenen Zuſage zu halten / und beneldtes Geld an Lehn zu wenden ſchuldig / V. R. W.)

In cauſa Sibyllen von der Planitz / Menſ. Novemb. Anno 1604. (Verba ſent: Da aber dennoch die andere / ſeine Brüdere / obangeregter ihrer Verwilligung nachkommen / und ihren Antheil des Kauffgeldes nochmals zu Lehn machen / der Käuffer auch ſeine andere Brüder zu der geſamten Lehn nehmen und bringen würde / ſo wäret ihr ihnen ihres verſtorbenen Bruders Emanuels Antheil dafür folgen zu laſſen / und von wegen deſſelben gethanen Verwilligung das intereſſe zu erſtatten ſchuldig / V. R. W.)

In cauſa Hanſen Baſtians von Schleinitz / Menſ. April. Anno 1635.

Et in cauſa Alberti & Heinrici Fratrum à Buchsdorff zu Zinnitz / Menſ. Febr. Anno 1636.

Definit. X.

Modus conſtituendi feudum in pecuniâ, aliâve re mobili quisnam ſit.

AN ergo in ipsâ pecuniâ feudum conſtitui poſſe dicemus? Ita omninò ſequitur ex traditis 1
Deſin. præced. Etſi enim aliàs tralatitium ſit, † feu- 2
dum in re mobili adeoque & in pecuniâ conſiſtere haud poſſe, *cap. 1. §. ſciendum, tit. de feud. cognit.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 10.* Matth. Weſenb. *de feud. cap. 7. n. 8.* Joh. Borch. *de feud. cap. 6. n. 14.* Erneſt. Cothm. *vol. 1. conſil. 8. n. 1. & ſeqq.* Joh. Köpp, *deciſ. 18. n. 1.* † Attamen de ſola ac- 3
nudâ contrahentium conventione hoc intellectum velim, in quorum certè arbitrio non eſt, pecuniam absque Domini conſenſu efficere feudalem, ut dixi *ſuprà Definit. 2.* † Cæteroquin, ſi Do- 4
mini voluntas aliaqve ſolennia acceſſerint, quin & in pecuniâ numeratâ ſicuti in re aliâ quâvis mobili feudum conſtitui poſſit, haud ambigo cum Matth. Weſenbec. *vol. 2. conſ. 79. num. 18.* † 5
Quod & ſatis expreſsè confirmat Elector Illuſtriſſimus *h.* Conſt. *30. in verb. fin.* Und wann das Geld durch den Lehnherrn zu Lehn gemacht / ſo ſoll es vor Lehn geſprochen werden. † Nimirum, ſi pecunia ad 6
Curiam Domini deponatur pro feudali ipſique dominium directum offeratur, & inveſtitura deſuper imploretur, Henning. Göden. *conſil. 73.* † Quam- 7
vis exiſtimet Dan. Moller. *hic n. 6.* non præcisè oblationem pecuniæ requiri, ſed ſatis eſſe, eam in feudum commutari, veluti ita ſæpius ab Electore Dn. Chriſtiano I. piæ memoriæ pecuniam in feudum converſam, quæ tamen ad ipſius Cameram translata non fuerit, teſtatur ibidem Moller. † Re- 8
ctiſſimè ſanè, quia ad commutandam qualitatem pecuniæ allodialis in feudalem nil quicquam ulterius exigitur, quàm ut dominium ejus directum ſeniori aſſignetur, ab eoque poſtea feudum recognoſcatur, conceſſa inveſtito facultate percipiendi reditus annuos, tanquam fructus feudi civiles, *l. Jubemus 14. ubi* Gloſſ. & Dd. *verb. annonas C. de SS. Eccleſ. in fin.* † Veluti eleganter docet 9
Ludov. Fachſ. *in conſil. 10. n. 2.* quod haberur *in ſecundo volum. conſil.* Mod. Piſt. *hiſce verbis:* Dann es pflegen ie Ihre Chur- und Fürſtliche Gnaden ausdrücklich in den Lehnbriefen zu ſetzen / daß ſie ſolch Geld aus Fürſtlicher Macht und Obrigkeit zu Lehn machen / ihme geben die Art / Natur und Eigenſchafft des Lehns / alſo daß es hinförder verdienet werden ſoll / und daß ſolchem Gelde als Lehn / ſo offt es verfället / gebührliche Folge geſchehen ſoll /

soll/ und daß solch Geld aus der Natur der Erb-
11 schafft genommen seyn solle / ꝛc. † Planè, non qvilibet Dominus feudi naturam pecuniæ in feudum potest transmutare, sed is tantum, qvi regiâ dignitate hereditariâ præfulget, Ludovic. Fachs. *dict. loc.* Jacob. Schult. *pract. qvæst. 49. num. 6. part. 1.*
12 † Adeoqve non Comites, Barones, aliiq; Domini inferiores, nisi tempore ad præscriptionem sufficiente hoc jus acqvisiverint, teste Matth. Coler. *part. 1. decis. 94. n. 6.*

Ita Domini in causa Joachimi à Berge in Hendorff/ Consiliarii aulici Cæsar. Majestat. Mens. Mart. Anno 1601. Verba sentent: Dieweil aber dennoch/ vermöge der Lehnrechte/ baare Gelder / außenstehende Schulden/und andere Mobilien dergestalt / wie obstehet / und durch der Contrahenten blosse Vergleichung zu rechtem Mannlehn nicht gemacht/ noch der Röm. Käyserl. Majestät/unserm allergnädigsten Herrn / daran das directum dominium acqviriret werden können/ꝛc. So mögen sie auch dannenhero für Lehn nicht gehalten / noch von dem Käyserlichen Fiscal deßwegen/ daß die Lehn darüber gebührlichen nicht gemuthet worden / eingezogen werden/ ꝛc.)

Et in causa Philippi von Hausen/ Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent: Ob nun wohl die Contrahenten allerseits beliebet/ daß das Capital der 17000 fl. Lehn seyn und verbleiben solle Dieweil aber dennoch der Lehnherr darein nicht gewilliget / noch berührten Geldern die Art und Eigenschafft des Lehns gegeben/ noch also dieselbe beständiger Weise zu Lehn gemacht worden / ꝛc. So seyn sie auch vor Erbe nochmals billich zu halten / und ist demnach Christophorus in seinem Testament davon Verordnung zu machen wohl befugt gewesen / ꝛc.)

Definit. XI.

Solâ conventione partium, bona allodialia immobilia haud efficiuntur feudalia, si non à Domino superiore expresè in feudum concedantur.

1 ALia ratio non est bonorum immobilium allodialium, qvæ nec ipsa, solâ partium conventione, feudalia fiunt, si non Dominus consenserit, ipsisqve naturam ac qvalitatem feudalem attribue-
2 rit, † acceptando dominium directum illorum bonorum, deqve iis Vasallum investiendo, Andr. de Isern. *in tit. de controvers. feud.* Matth. Coler. *p. 1. decis. 80. n. 1.* Christoph. Zobel. *part. 2. diff. 46. n. 1.*
3 † Nulla siqvidem bona immobilia reputari debent pro feudalibus, nisi per investituram concedantur, sive à superioribus accipiantur, *cap. & sciendum est, tit. qvibus mod. feud. constit. potest.* Zobel.
4 *dict. loc.* † Speciale eqvidem videtur in foro Saxonico, ut Dominus bona allodialia haud possit convertere in feudalia bona, deqve iis Vasallum investire, antequam illa per annum & diem possederit, horumqve proprietatem tenuerit, per text. *in* Landr. *lib. 1. artic. 34. ibi:* Welcher Mann dem Herrn sein Eygen auffgiebt / und das wieder zu Lehn von ihm empfähet / dem Herrn hilfft die Gabe nicht / er behält denn das Gut in seinen Geweh-ren Jahr und Tag / darnach mag er es sicherlich ihnen wieder leihen / Matth. Coler. *dict. decis. 80.*
5 † Sed in practicâ id non observatur, cum de hoc ne verbulo mentionem fecerit, Ludov. Fachs. *ob-*
6 *servantia fori Saxonici peritissimus,* † licet hâc de materiâ multa scripserit in *consil. 10. inter Consilia* Modest Pistor. *in fin. vol. 2.*

Ita Domini in causa Crescentiæ à Tettau, gebohrnen von Steinwach / Mens. Jul. Anno 1621. (Verba sent: Hat euer Sohn etzliche einzele Stücke Acker und Wiesen nach sich gelassen / Ob nun gleich sein Großvater und Vater berührte Güter vor Lehn geachtet und gehalten. Dieweil sie aber dennoch durch solchen Gebrauch und destination die Natur und Eigenschafft des Erbes nicht verlohren / sondern in allewege/ wann es recht Lehn seyn sollen / von nöthen gewesen / daß der Lehnherr darumb in Unterthänigkeit ersuchet / damit er solchen erkaufften Erbstücken die Natur des Erbes benehmen/ und in Mannlehn verwandeln wolte / ꝛc. So haben auch euers verstorbenen Sohnes nehexte Agnaten sich angeregter Güter als Lehn nicht anzumassen / sondern er hat dieselbe als Erbe auff euch nach Erbgangs-Recht gebracht und verfället / V. R. W.)

Et in causa Annæ von Zehmen & Consortium, Mens. Apr. Anno 1633. (Verba sent: Ob nun wohl solche Güter vor ein Mannlehn iederzeit gehalten und erkant worden / dieweil sie aber dennoch von dem Lehnherrn niemals zu Lehn gemacht worden / ꝛc. So seyn auch selbige Güter vor Erbe nochmals zu achten / derowegen sie auch billich verbleiben / und der Lehnsfolger hat sich obangeregter Güter beständiger Weise anzumassen nicht fug/ V. R. W.)

Definit. XII.

Allodialia bona non fiunt feudalia ex eo, quod per Vasallum feudo fuerint incorporata, si non investitura specialis vel præscriptio accesserit.

NOn eò magis bona allodialia fiunt feudalia, 1
qvod per Vasallum feudo incorporata fuerint, nisi Dominus illis qvalitatem feudalem specialiter attribuerit, arrogando nempe sibi dominium directum, eaqve postea Vasallo in feudum concedendo, † cum absqve investitura feudum 2
constitui neqveat, *c. & sciendum est tit. qvib. mod. feud. const. potest.* Matth. Col. *p. 1. decis. 219.* Christ. Zobel. *part. 2. diff. 46. n. 2.* Hart. Pist. *part. 2. qvæst. 42. n. 45.* † Non enim in corporatio majorem effe- 3
ctum habet, qvàm nuda partium conventio, qvâ bona allodialia in feudalia commutari haud posse, dixi *Defin. præced.* † Nec movet qvicqvam, 4
qvod unio faciat rem ejus naturæ, cujus ipsa res est, cui unita fuit, *cap. si ad 1. ne sede vacant. in 6to. c. recolentes 3. extr. de stat. monachor. l. lex falcidia 1. §. si coheredis mei 14. ubi* Bartol. *ff. ad Leg. Falcid. l. non dubito 7. ff. de capt. & postlim. revers.* † qvodq; 5
redacta ad unum non debeant diverso jure censeri, *l. eum qvi ædes 23. ff. de Usucap. l. quædam 62. ff. de acqvir. rer. domin.* † Concesserim enim hoc si bo- 6
na allodialia feudo unita & ad id redacta fuerint, qvod tamen per solam incorporationem absqve investitura speciali haud fieri posse, patet ex modo allegato *cap. 1. tit. qvib. mod. feud. const. potest.* † 7
Planè in dubio, si omnis nesciatur qvalitas rei, censeri utiqve debet feudale esse omne id, qvod castro seu fundo feudali cohæret, præsertim si per triginta annos, annum & diem talia bona, unà cum feudo pro feudalibus sint reputata, † qvia 8
per tantum tempus jus feudale in bonis allodialibus dicitur præscriptum, ut dixi *supr. part. 2.* Constit. Elect. *4. Defin. 16.* Henr. Bocer. *de præscr. feud. cap. 3. n. 10.* Zobel. *dict. loc. num. 18.* Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 42. n. 45.* † Qvamvis dissentiat Matth. 9
Coler. *dict. decis. 219.*

Ita Domini in causa der Rauchhäuptischen Erben / Hieronymi à Wüstenhoff / & Friderici à Schulenburg / Mens. Sept. Anno 1615. (Verba sent: Ob nun wohl angeregte Güter/ als die Schencke und zwo Hufen Landes/ gleichesfalls

falls zum Rittergut Trebnitz geschlagen / und vor Lehn gebraucht und gehalten worden / dieweil sie aber dennoch dadurch die Natur und Eigenschafft des Erbes nicht verlohren / sondern in allewege / wann es recht Lehn seyn solte / von nöthen gewesen / daß der Lehnherr darumb in Unterthänigkeit ersuchet worden wäre / damit er solchen erkaufften Erbstücken die Natur des Erbes benehmen / und dieselbe in Mannlehn verwandeln wolte / und also wann ein Erbstücke zum Lehngut geschlagen / und darein verwandelt / oder ein Lehn seiner Eigenschafft benommen / und ins Erbe verkehret werden soll / des Lehnherrns ausdrücklicher Consensus hierzu von nöthen. So haben / gestalten Sachen nach / auff dieses allein / so in eurer Frage eingeführet wird / Wolff Christoph Rauchhaupts Lehnsfolger sich obberührter Schencke und der zwo halben Hufen Landes nicht anzumassen / sondern es verbleiben solche Güter und Erbstücke euern Wittiben / als der Verstorbenen Land-Erben allein billich / V. R. W.)

In causa Nicolai à Maxen auff Jeser / Mens. Maj. Anno 1603. (Verba sent: Da ihr nun nicht erweisen köntet / daß solche vierdtehalbe Hufen Landes zu Lehn gemacht / und ihme als Lehn verliehen worden / oder daß er dieselbe über Rechtsverwährte Zeit / als dreyßig Jahr / Jahr und Tag / als Lehn besessen / ꝛc. So verbleiben sie den Land-Erben billich / ꝛc.)

Et in causa Alberti & Henrici Fratrum à Buchsdorff / Mens. Febr. Anno 1636.

Definit. XIII.

Venditâ vel æstimatâ geradâ pretium inde redactum non jure geradæ censetur, sed heredibus indifferenter, etiam masculis cedit.

1 SIcuti pretium feudi feudale non est, *supr. Defin. 1.*
Ita nec pecunia ex geradâ venditâ redacta jure
2 utensilium censetur, † sed perinde ac alia res mobilis atque pecunia numerata heredibus etiam masculis, vel defunctâ uxore, marito superstiti in foro Saxonico cedit, Gloss. Weichbild. *art. 23.* Christ. Zobel. *in Gloss. latin. ad art. 24. lib. 1.* Landr. *lit. Q.* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 21.* ubi etiam Jacob. Schult. *in addit. n. 11.* Matth. Wesenbec. *vol. 2. consil. 79. n. 3.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 6. n. 1.* Andr.
3 Goldb. *de gerad. cap. 9. n. 101.* † Amittit enim gerada conversa in pecuniam numeratam, jus
4 pristinum & conditionem, † quia commutatâ specie rei, commutatur & extingvitur res ipsa, §. *si*
5 *tamen 26. vers. nam res extinctæ inst. de rer. divis.* † nec amplius dicitur eadem, *l. Julianus 9. §. si quis rem 2. ff. ad exhib.* Gloss. *in Auth. præterea C. de*
6 *SS. Eccles.* Wesenb. *dict. consil. 79. n. 4.* † Illud saltem dubium facere videtur, quod utensilia sint universum quiddam, & in universitate quadam certarum rerum consistant, ut rectè existimavit Jac. Thoming. *apud* Modest. Pistor. *dict. q. 21. n. 3.*
7 † At in universalibus precium succedit loco rei, *l. si & rem & pretium 22. in fin. l. sed etsi lege 25. §. 1. l. si quid possessor 31. §. 1. ff. de petit. heredit. l. Imperator 72. §. ult. ff. de legat. 2.* † Sed cum micâ salis
8 hoc accipi debet, scilicet, si res universæ ut universitas vendantur, veluti hereditas ab injusto
9 possessore, seu à non Domino. † Secus si à Domino singulatim, vel omnia quidem bona utensilia conjunctim, ad æstimationem tamen rerum singularum distrahantur, ut sensit Modest. Pistor.
10 *dict. quæst. 21. num. 7.* † quo modo vendi geradam, nemo negabit.

Ita Domini in causa Viduæ Hansen Wolckels zu Liegeden / Mens. Februar. Anno 1593. (Verba sentent: Hat sich euer Tochter / nach Absterben ihres vorigen Mannes / wiederumb mit Laux Güthern verehlichet / und mit ihme ein Töchterlein gezeuget / und als sie verstorben / ist von den Gerichten die Gerade an ein Geld angeschlagen worden / hernach ist das Kind auch mit Tode abgangen; So ist das jenige / was eure Tochter zu ihrem ersten Ehemann gewendet / oder auch aus seinem Testament bekommen / auff ihr Töchterlein / und nach desselben Absterben / zusamt dem Gelde / so ihme an statt der Gerade ausgemacht / auff den Vater kommen / und gefallen / und ihr habt daran keine Foderung / V. R. W.)

In causa Jahns von Mickau / Mens. Febr. Anno 1601. (Verba sent: Und es hat mehr bemeldter von Adel solche Gerade von erwehnter seiner Tochter und derselbigen Kriegischen Vormunden auff vorgehenden Tax an sich erkaufft / und das Kauffgeld umb gebührliche Verzinsung bey sich behalten. Da nun mehrgedachtes von Adel Tochter vor ihme mit Tode abgehen solte / so brächte sie itzo angeregtes Kauffgeld auff offterwehnten ihren Vater allein / und ihre Nifften hätten daran keine Foderung / V. R. W.)

It. in causa Johannis Schurtzens zu Dahma / Mens. Sept. Anno 1579.

In causa Lucæ Kuttners zu Leipzig / Mense Majo Anno 1577.

Et in causa Martin Bretschneiders zu Leipzig / Mens. Jul. Anno 1633.

Definit. XIV.

Pecunia ex rebus expeditoriis redacta ad heredes etiam cognates & mulieres pertinet.

EAdem prorsus ratio est rerum expeditoriarum, 1
quibus distractis, pretium inde redactum non
jure aliquo speciali præcipuum habent Agnati, † 2
sed ut pecunia numerata id heredibus proximioribus indistinctè, etiam Cognatis & mulieribus cedit, Zobel. *in Gloss. ad art. 22. lib.* Landr. *lit. h.* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 21. n. 1.* † Non solum quia commutatâ rei specie, ipsa 3
res extingvitur, *l. Julianus 9. §. sed si quis rem 3. ff. ad exhib. §. si tamen 26. vers. nam res extinctæ inst. de rer. divis.* † Sed &, quod idem obtineat in pre- 4
tio geradæ, *Defin. præced.* Cur non ergo in rebus quoque expeditoriis, † à quibus ad geradam, & 5
contra à geradâ ad res expeditorias firmiter argumentari licet in foro Saxonico, Gloss. *in art. 19. lib. 1.* Landr. *lit. C. &* Gloss. *art. 5. lib. 1.* Landr. *lit. L.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 5.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de succes. cognat. transverс. n. 49.*

Ita Domini in causa Claus Bruchmüllers zu Plotzky / Mens. Junio Anno 1607. (Verba sentent: Dieweil ihr selbsten berichtet / daß nach euers Brudern tödlichen Abgang das Heergeräthe von Richter und Schöppen des Dorffs Zippel vor 25. Thaler angeschlagen / und bemeldten euers Brudern unmündigen Söhnen in ihres Vatern Gute gelassen worden / ꝛc. So seyd ihr auch das Heergeräthe aus itzo berührtem Gute / ungeachtet itzo erwehnte euers Brudern Söhne nunmehr auch mit Tode abgangen / als Heergeräthe zu fodern nicht berechtiget. Es wird aber dasselbe ihren nechsten Erben als Erbe billich gefolget / V. R. W.)

Definit. XV.

Pecunia ad emendam geradam destinata, non censetur jure utensilium.

AUrum destinatum ad mundum muliebrem, 1
puta, ut torques vel catena aurea inde fieret, aurifabro licet datum, mortuâ muliere non pertinere ad geradam, tradit per *text. & ibi* Gloss. *in artic. 24. lib. 1.* Landr. Andr. Goldb. *de gerad. cap. 4. n. 97.* † Idque veteribus quoque Scabinis 2
Mo-

Modestino Pistori, Badehorn. & Losselio placuis-
3 se ait. † Multò minus pecunia ad emptionem ge-
radæ destinata jure utensilium censebitur, quæ
certè antequam collocetur in rerum utensilium
comparationem, nil commune habet cum gera-
4 dâ, † quæ vel ornatui muliebri, vel usui commu-
ni rei familiaris inservit (Geräthe in eines Man-
nes Hause) Gloss. *Germ.* Landr. *lib. 1. art. 24. n. 1.*
Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. n. 24.* Nihil obstat,
5 quod dicitur, † destinationem Domini facere pe-
cuniam reputari pro re, ad quam destinata fuit,
l. quod in verbum 24. §. si quis 2. ff. de legat. 1. l. prædiis 91. §. qui domum 5. ff. de legat. 3. l. quæsitum 12. §. si quis 14. ff. de instr. vel instr. legat. c. cum adsedem 15. extr. de restit. spol. Matth. Wesenbec. *vol. 2.*
6 *consil. 79. n. 10.* † Concedi enim hoc potest, quan-
do ex solâ destinantis voluntate res tota depen-
det, ut apparet ex *dict. loc. quæsitum 12. §. si quis 14.*
7 *ff. d. t.* † Atqui per solam intentionem & hominis
voluntatem, qvalitatem geradæ vel utensilium
alicui rei, quæ per se ad geradam non pertinet, tri-
8 bui posse, nemo unquam facilè dixerit. † Qvam-
vis etiam plerique dissentiant, nec destinationem
Domini obligationem inducere arbitrentur, Cyn.
Bald. Aretin. & Jason. *in l. cætera 41. §. sed si sepa-*
9 *ravit 14. ff. de legat. 1.* † *per l. cum in fundo 78. §. si fundus 4. verb. sed non ut vice corporis ff. de jur. dot.*
Felin. *in c. cum adeo 17. n. 4. extr. de Rescript.*

Ita Domini in causa Hansen von Berbisdorff zu Berbisdorff / Mens. Junio Anno 1632. (Verba sentent: Ob ihr gleich eurer verstorbenen Tochter fast in die 4000. fl. an ihrem Schmuck-Gelde noch zu erlegen schuldig / solch Geld auch allbereit zu Erkauffung des Schmucks deputiret, &c. So seyd ihr doch hiervon als vom Erbe die Legitimam abzukürtzen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Ex promissione rerum utensilium filiæ vel Uxori factâ, obstrictus est promissor proximæ etiam cognatæ, filiâ vel Uxore defunctâ.

1 PRomissionum effectus est, ut iis non solùm
promissor ipsemet, sed & ejusdem heredes ob-
stringantur, sicuti vicissim ex promissione, sti-
2 pulatoris heredibus experiri licet; † Hæc enim
actionum rei persecutoriarum natura est, ut & he-
redibus & adversus heredes competant, *l. ex depositi 12. l. ex contractibus 49. ff. de obligat. & action. l. item si cum exceptione 14. §. in causæ 2. in fin. ff. quod met. caus. l. 44. l. hoc jure 152. §. ult. ff. de*
3 *Reg. Jur.* † Quare si pater vel maritus filiæ aut
uxori catenam auream, aliasvè res utensiles pro-
miserit, quin defuncto eo, heredes ex promissio-
ne teneantur, ambigendum non est, Dan. Moller.
4 *lib. 1. Semestr. 32.* † Sed & filiâ aut uxore defunctâ,
ejus heredibus promissio prodest ad hoc, ut ex-
periri valeant adversus patrem vel maritum su-
5 perstitem ad implendam promissionem, † vel
saltem ad interesse, *l. cum à matre 14. C. de R. V.*
l. unum ex familia 67. ff. de legat. 2. Sunt autem
heredes cognatæ proximiores rerum utensilium
6 capaces, † quibus æquè actio ad geradam defer-
tur ac ipsa gerada, si jam comparata fuisset, *arg. l. is*
7 *qui actionem 15. ff. de Reg. Jur.* † Parum ergo re-
fert, an mulier defuncta res utensiles, an verò ha-
rum nomine actionem reliqverit, utroqve enim
casu habet proxima cognata, quod lucrari pos-
sit. † Nec enim actio ad persecutionem geradæ 8
ad alios heredes poterit transire, qui geradæ ca-
paces non sunt, † quia regulariter actiones judi- 9
cantur tales, qualis est res ea, ad quam actio com-
petit, Alex. *consil. 92. n. 6. lib. 6.* Dec. *in dict. l. is qui actionem 15. in pr. ubi &* Cagnol. *n. 1. ff. de Reg. Jur.* Carol. Molin. *in consvet. Parisien. §. 33. gloss. 2. n.*
30. † latissimè Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. 10
Pistor. *part. 1. quæst. 124. n. 1. & multis seqq.*

Ita Domini in causa Christophori Dachsfängers zu Bischofswerda / Mens. Majo Anno 1622. (Verba sent: Habt ihr eurer Tochter einen silbern Gürtel machen zu lassen versprochen / und ihr so lange / biß solches geschehen möchte / einen silbern Becher zur Versicherung zugestellet/ und es ist itzo gedachte eure Tochter / ehe und zuvor berührter Gürtel gefertiget / mit Tode abgangen / &c. So seyd ihr angeregten silbernen Becher aus ihrer Verlassenschafft zu fordern zwar befugt/ dagegen aber euerm Versprechen wohlmals nachzukommen / und den sübernen Gürtel in ihre Verlassenschafft einzubringen schuldig / V. R. W.)

Et in causa heredum L. G. zu Elterlein / Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sent: Hat N. N. euer Mutter / damals Wittiben/als er sich mit ihr verehlichet/zwey güldene Armbänder / und eine Schnur mit gekrümmeten Ducaten / daran ein Stück Gold gehangen/zum Mahlschatz gegeben: Und weil solche Stücke nicht sein eigen gewesen / sondern nur bey ihm Pfandweise gestanden/ und in der Hochzeit die Braut dieselbe wieder geben müssen/hat er ihr dagegen andere zu schaffen zugesagt und versprechen/ und es ist das Weib/eure Mutter/abgewichener Zeit todes verfahren/&c. Da nun solches geschehen/ und andere Stücke darvor geschaffet worden/ und verhanden wären/so würden dieselbe denen Töchtern unter den Geradestücken billich abgefolget; im Fall es aber nicht geschehen / wäre der Ehemann ihnen so viel Geld/ als sie werth gewesen / seiner Zusage nach/ dafür zu entrichten schuldig/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Mater non potest filiæ stipulari geradam à patre.

DOnaverat uxor, quæ liberos non habebat, 1
Marito suo geradam, adjectâ stipulatione, ut
si contingeret filiam sibi nasci, huic donatarius ge-
radam redderet, quod & facere is promiserat: † 2
Quæsitum fuit, *an filiæ hæc stipulatio prodesset?* Sub-
sistebat equidem donatio geradæ marito remune-
ratoriè factæ † quam jus Saxonicum admittit, *supr.* 3
part. 2. Const. Elect. *13. §.* Wann aber die *Donation. & ibi Defin. 2.* † Unde nec per superveniențiam fi- 4
liæ revocari poterat. † Ex causâ enim superveni- 5
entium liberorum, reciprocam sive remunerato-
riam donationem haud revocari, communiter
probatum est, *supr. part. 2.* Constit. *12. Defin. 34.* Jul.
Clar. *lib. 4. Sentent. §. donatio. quæst. 2. n. 4.* Johan.
Schneidew. *in §. sciendum n. 11. inst. de donat.* † cum 6
nec ingratitudo donatarii hanc donationem irri-
tam faciat, qvippe quia propriè donatio non est,
l. Aquilius 27. ff. de donat. Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 36. defin. 3. n. 8.* † Sola ergo stipulatio restabat, 7
ex qua filiæ consultum putabat mater, ut adversus
patrem experiri posset; † Sed placuit Dominis, 8
nec hanc filiæ prodesse, quia nemo alteri validè sti-
pulari potest, *§. si quis alii 4. instit. de inut. stip.* † Mul- 9
tum enim interest, an mater sibi stipuletur gera-
dam, ubi actio matri quæsita in filiam tanquam
heredem transmittitur, *l. 1. C. si cert. petat. l. 2. C. de*

10 *hered. act.* de qvo casu dixi *Defin. præced.* † an verò filiæ geradam stipuletur, qvod jura non admit-
11 tunt. † Etsi enim pater filio stipulari qveat, qvia vox patris vox filii est, *dict. §. si qvis alii 4. Inst. de*
12 *inut. stip. l. ult. C. de impub. & aliis substitut.* †Secus tamen est in matre, qvæ liberos in potestate non
13 habet, ergo nec iis stipulari potest. † Unde nec pater filio emancipato validè stipulatur, *l. 26. ubi* Goth. & Dd. *C. de jur. dot.* Joh. Harppr. *in dict. §. si qvis alii 4. n. 10. instit. de inut. stipulat.*

Ita Domini in causa Annen Stulpnerin zu Lützen / Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sentent: Ob ihr nun wol in denen Gedancken stehet/daß/weil ihr eure Tochter erzeuget / berührte donatio reciproca hierdurch wiederum erloschen sey/ zumal weil ihr von gedachtem euren Ehemanne bey der Donation bittlichen erhalten / daß/ auffn Fall ihr Töchter erzeugen würdet / er die geschenckte Gerade denenselben wieder verehren wolte/ dieweil aber dennoch nach bewährtem Schluß der Rechtsgelehrten/dergleichen donationes remuneratoriæ per supervenientiam liberorum nicht revociret werden mögen / ihr auch euren künfftigen Töchtern in Rechten nicht stipuliren können / dahero berührter euer Ehemann durch die beschehene Zusage ihr/der Tochter/beständiger Weise nicht verobligiret worden / bevoraus / weil dieselbe solche Promission niemals gebührlichen acceptiret, weniger die Gerade würcklichen erlanget / sondern darüber Todes verfahren / ꝛc. So verbleibets auch bey der euerm Ehemanne einmal gethanen Ubergabe der Gerade nochmals billich / und ihr seyd euch derselben beständiger Weise wiederumb anzumassen nicht befugt/ V. R. W.)

Constitutio XXXI.

PARTIS TERTIÆ.

Ob die nützliche Besserung und Gebäude / so in Lehngütern geschehen / mit dem Grunde / dem Lehnsfolger zukommen und bleiben?

Meliorationes & Ædificia feudorum num unà cum fundo ad successorem feudi pertineant?

IN diesem Fall ist auch nach gemeinen beschriebenen Gebräuchen und Lehnrechten versehen/ wann ein Lehnmann/ so das Lehngut erbauet und gebessert hat/ verstirbet/so muß der Lehnherr geschehen lassen / daß des Verstorbenen Erben solche Gebäude und beschehene Besserung wieder abtragen uñ zu sich nehmen/ oder aber sich derowegen mit den Erben gebührlich abfinden und vergleichen. Dieweil aber dagegen die Sächsischen Lehnrechte klar verordnen / daß die Gebäude / so auff den Lehngrund gesatzt/ dem Lehnherrn / oder dem Lehnsfolger/ auff den Fall/ohne einige Erstattung/mit dem Lehngrunde bleiben und zukommen sollen / und wir uns diese Meynung also gefallen lassen / so sollen auch unsere Hoffgerichte / Juristen-Facultäten und Schöppenstühle / nach den Landrüblichen Sächsischen Rechten / in solchen Fällen erkennen und sprechen.

DE hac quæstione jure communi feudali ita statutum est: Si Vasallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipsum suâ pecuniâ melioraverit, & contigerit postea, ut Vasallus sine filio masculo decedat, Dominus aut patiatur ædificium auferri, aut pretium meliorationis heredibus ejus solvat.

Cum autem jus Saxonicum feudale expressè velit, ædificia in feudo extructa, unà cum fundo ad Dominum vel successorem feudi pertinere, eamq; Juris Saxonici dispositionem & nos probemus; Judicia qvoq; nostra Curialia, Collegia item Juridica & Scabinatus in judicando ut observent, mandamus.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico ædificia feudi à Vasallo extructa, unà cum fundo ad successores feudi pertinent.*
2. *Nec refert, an ædificia utilitatis, vel solùm voluptatis causa fuerint extructa.*
3. *Reliquæ verò meliorationes à Vasallo factæ ad ejusdem heredes pertinent, etiam in foro Saxonico.*
4. *Mola alata, quæ vento agitatur, non feudi successoribus, sed heredibus Vasalli allodialibus cedit.*
5. *In prædio feudali affixa terræ vel parietibus domus,* (was gewietet und Nagelvest ist) *ad feudi successores unà cum fundo feudali pertinent.*
6. *Ahena & Caldaria muro affixa* (eingemauerte Wasch-Kessel und Brau-Pfannen) *debentur feudi successoribus, nec ab heredibus allodialibus repeti possunt.*
7. *Extrinsecum feudi augmentum ad successores Agnatos tum demum pertinet, si feudo ut feudo accesserit.*
8. *Propter deteriorationem feudi dolosam vel culposam Vasalli heredes tenentur Agnatis ad interesse.*
9. *Heredes usufructuarii in bonis allodialibus pretium meliorationis bene repetere valent.*
10. *Ædificans scienter in fundo alieno, ædificium & materiam perdit.*
11. *Ædificans in fundo communi, non potest cogi à socio ut tollat ædificium.*
12. *Insula ejus subjicitur Jurisdictioni, cujus ipsum est flumen.*
13. *Princeps in flumine publico Insulas nondum natas sibi jure assignare potest.*

14. *Al-*

24. Alveus derelictus pertinet ad eos, qui propè Ripam ejus, prædia possident.
15. Alveus derelictus cedit vicinis, etiamsi aqua per illum aliquantulum adhuc fluat.
16. Fossa in prædio ad Dominum prædii pertinet, & si hic certus non est, cedit vicinis.
17. Res pro derelicto habita in domo alicujus inventa, domino adium non cedit, antequam realiter ab ipso fuerit occupata.
18. Rem tempore inundationis ex aquis extractam occupans non lucratur, sed facta proclamatione, si Dominus hanc non repetat, duæ partes Magistratui, tertia verò inventori cedit.

DEFINIT. I.

In foro Saxonico ædificia Feudi à Vasallo extructa unà cum fundo ad Successores feudi pertinent.

1 SAtis expeditum est de jure communi feudali, incrementa feudi intrinseca, puta meliorationes, vel ædificia à Vasallo extructa, unà cum feudo ad Dominum vel Agnatum, feudi successorem non transire, sed vasalli heredibus cedere, *cap. 1. §. contrario. tit. de investit. de re alien. fact. cap. 1. §.* 2 *si Vasallus in feudo. tit. hic finitur lex.* † Non enim jura aliqvem cum alterius jacturâ locupletari patiuntur, *l. nam hoc naturâ. 14. ff. de condict. indebit. l. planè 38. §. sed benignius. 1. ff. de petit. hered.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. feudum. q. 88. n. 1.* Heinr. Rosenth. *de feud. c. 7. concl. 47. n. 10.* Hartm. Pist. *p. 2. q. 42. n. 1. & seq.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 7. c. 3. n. 7.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. cap. 3. num. 309. &* 3 *part. 1. decis. 73. num. 1.* † Qvâ in re, communiter optio datur Domino vel feudi successori, an pretium ædificiorum ac meliorationum solvere, an verò pati velit, ut ædificia & meliorationes auferantur, *dict. §. si Vasallus in feudo tit. hic finit.* 4 *lex.* † nisi æqvitatis ratione, aut negotii qvalitate commotus judex aliter rem disponat, cujus officio incumbit, hanc ita temperare, ne qva nimia in alterutro versetur captio, ut non minus eleganter ac doctè qvàm copiosè tradit Hartm. Pistor. *dict. qvæst. 42. n. 4. & multis seqq.* qvem sequitur Matth. Berlich. *part. 3. concl. 42. num. 2. &* 5 *seqq.* † Sicuti & judicis arbitrio multum tribuitur in constituenda æstimatione ædificiorum ac meliorationum, an secundum valorem ædificiorum diruторum, vel rudorum, an verò ædificiorum 6 adhuc consistentium; item, † num habitâ ratione temporis, qvo factæ sunt meliorationes, an verò quo feudum ad novum possessorem devolvitur, fieri debeat, de qvo latè Hartm. Pistor. *dict. qv. 42. n. 11. & seqq.* Jul. Clar. *dict. q. 88. n. 2.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 43. n. 87.* Joh. Gartz. *de expens. & meliorat. cap. ult.* Andr. Gail. *lib. 2.* 7 *obs. v. 121.* † At de jure Saxonico semper fuit existimatum, Dominum propter ædificia nihil præstare hæredibus, sed feudum cum ædificio à Vasallo extructo, ad Dominum sine ulla impensa- 8 rum refusione pertinere, † propter text. *in artic. 21. lib. 2.* Landr. De cujus intellectu licet multum qvondam disputatum fuerit, plerisqve existimantibus, illum juri communi non adversari, sed 9 commodam inde admittere explicationem, † ut videre est apud Hartm. Pistor. *dict. q. 42. num. 36.* Autor Consult. Constit. Saxon. *tom. 1. part. 1. qv.* 10 *35. numer. 3.* † aliis textum germanicum, *dict. art. 21.* mendosum & defectuosum dicentibus, Matth. Coler. *dict. cap. 3. n. 307.* Hactenus tamen 11 usu communi interpretatio obtinuit, † ut ædificia pleno jure unà cum feudo, domino cedant absqve expensarum refusione, Hartm. Pistor. *dict. loc.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 40. n. 146.* Christ. Zobel *part. 3. diff. 29.* Fachs. *diff. 36.* Bened. Reinhard. *part. 3. differ. 23.* Coler. *dict. decis. 75. num. 3.*
† Qvæ & verbis disertis fuit approbata ab Illu- 12 strissimo Saxoniæ Electore *h.* Const. *31. §.* Dieweil aber dagegen / *ubi* Dan. Moll. *n. 1.* Hartm. Pistor. *dict. q. 42. num. 36.* Matth. Berlich. *dict. concl. 42. num. 22.* in qva Const. probè notanda sunt verba (dem Lehn-Herrn oder dem Lehnsfolger.)
† Ex qvibus clarum redditur, dispositionem il- 13 lam Saxonicam obtinere, non solùm si feudum ob defectum Agnatorum Domino aperiatur, sed etiam si filii, vel alii Agnati simultaneè investiti succedant. † Qvod & convenit verbis *dict. art. 21.* 14 (hat auch ein Mann einen Sohn / der sein Lehns-Erbe ist) *lib. 2.* Landr. Hartm. Pistor. *dict. n. 36. in fin.* Berlich. *dict. loc. n. 23.*

Ita Domini in causa Caspari, Abrahami & Augusti, Fratrum à Schönberg in Hirschberg / &c. Mens. Februar. Anno 1621. (Verba sent: Ist ein Gut oder Vorwerg auffs Lehn erbauet / auch der Wiesewachs und andere Feldgüter von dem Lehn darzu gebraucht worden / &c. So verbleibet solches Gebäude / so auf dem Lehngrund gesatzt / euch den Lehnsfolgern / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / billich / und die Land-Erben haben daran keine Forderung / V. R. W.)

Et in causa Nicolai Maxen. auff Jeser / Mens. Maj. Anno 1603. (Verba sententiæ: Hat George von Maxen zu Jeser auff seinem Rittersitze ein Wohnhaus erbauet / So verbleibet solches / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / mit dem Grunde euch als seinen hinterlassenen Lehns-Erben billich / und die Land-Erben seyn derowegen einige Erstattung von euch zu fodern nicht befugt / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Nec refert, an ædificia utilitatis vel solùm voluptatis causa fuerint extructa.

NOn minus qvoqve in foro Saxonico ædificia, 1 voluptatis causa à vasallo in feudo extructa, unà cum fundo ad Dominum vel successores fundi pertinere, dixerim cum Dan. Moller. *hic n. 2. &* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 42. n. 24.* † Non so- 2 lùm qvia verba *art. 21. lib. 2.* Landr. *& h.* Const. *31. §. ult.* de ædificiis generaliter loqvuntur, † adeo- 3 qve etiam generaliter & indistinctè intelligi debent, *l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. præses 3. in fin. ff. de off. præsid.* † Sed etiam, qvod vasalli he- 4 redes de amissione impensarum voluptuariarum minus conqveri possint, ut benè advertit Moller. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Henrici à Sotheimb / Mens. Octob. Anno 1612. (Verba sentent: Habt ihr nach Absterben eures Vettern Melchior von Sotheimbs sein Lehngut überkommen / welches der Verstorbene an Teichen / Feldern /

dern/ und sonsten durch seine eigene Unkosten und ein merckliches gebessert. Ob nun wohl sonsten die Gebäude/ so der Lehnmann auff den Lehngeund erbauet/ vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / den Lehnsfolgern verbleiben / derowegen ihr euch auch des Lusthauses / so im Garten von ihme auffgerichtet worden / gleichesfalls anzumassen habt/ ꝛc.)

Definit. III.

Reliquæ verò meliorationes à Vasallo factæ ad ejusdem heredes pertinent, etiam in foro Saxonico.

1 NE quem fallat dispositio Saxonica, ædificia à Vasallo extructa unà cum feudo Domino vel Agnatis deferens, *h.* Const. *31. art. 21. lib. 2.* Landr. *Supr. Defin. 1.* probè notandum, eam neutiquam
2 ad alias meliorationes feudi esse extendendam. † Etsi enim Const. *h. 31.* tàm in titulo quàm in principio textus jus commune referens generaliter de
3 meliorationibus feudi loquatur; † Attamen quia in fine, ubi Juris Saxonici dispositionem recenset & confirmat, de ædificiis tantùm verba faciat, satis clarè hoc ipso denotat, in ædificiis duntaxat (quorum saltem mentionem facit *dict. art. 21. lib.* 2. Landr.) Jus Saxonicum à jure communi recc-
4 dere, † in reliquis verò meliorationibus jus commune, quo augmentum feudi vasalli heredibus repetere licet, *cap. 1. §. è contrario tit. de invest. de re alien. fact. cap. 1. §. si Vasallus tit. hic finit. lex.* etiam in foro Saxonico locum obtinere, Hart. Pist.
5 *p. 2. quæst. 42. num. 39.* † ubi JCtos Wittebergenses, heredes feudales ad restitutiones meliorationum feudi, exceptis ædificiorum sumptibus, condemnasse refert, Matth. Berlich. *part. 3. concl.*
6 *42. num. 27.* † Sunt enim verba dispositionis à jure communi recedentis strictè accipienda, & ne latum quidem ungvem ab iis discedendum, *l. 1. §. si is qui 19. §. 29. vers. in re igitur dubia ff. de exerc. action. l. quod constitutum 21. ff. de milit. testam.*
7 † Eaque semper capi debet interpretatio, ut juris communis correctio, quoad ejus fieri possit, evitetur, *c. cum dilectus 8. extr. de consuet. c. cum expediat 29. de elect. in 6to.* Hartm. Pistor. *dict. numer. 39.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Dieweil aber dennoch solche Verordnung der Sächsischen Rechte allein von den Gebäuden meldet / und auff andere meliorationes nicht zu ziehen / ꝛc. So habt ihr euch auch/ gestalten Sachen nach / damit nicht zu behelffen / sondern ihr seyd wegen vorgedachter Besserung an Teichen / Feldern und sonsten den Land-Erben gebührlichen und billichen Abtrag zu thun schuldig / V. R. W.)

Definit. IV.

Mola alata, quæ vento agitatur, non feudi successoribus, sed heredibus Vasalli allodialibus cedit.

1 NOn ergo omnes indifferenter meliorationes, sed solummodo ædificia à vasallo extructa unà cum feudo ad Dominum vel successores feudi in foro Saxonico pertinent, *Defin. præced.* sed nec de omnibus ædificiis id accipi ve-
2 lim, † verum de iis duntaxat, quæ solo sunt fixa, ac fundamentum fundo immissum habent, nec loco moveri, atque aliò transferri possunt, Jacob. Schult. *in addit. ad* Rothschitz *de dot al. art. 25. n. 28.* † Debet enim statutum Saxonicum propriè 3 intelligi de ædificiis, nempe propriè sic dictis; Illud verò ædificium, quod solo fixum non est, nec in eo immissum fundamentum habet, propriè tale non dicitur, *l. granaria 18. ff. de act. empt.* † Cui 4 consequens, molam alatam pnevmaticam (Windmühle) ad Dominum vel Successores feudi haud pertinere, sed heredibus vasalli allodialibus cedere, † quia solo fixa non est, sed loco 5 moveri & aliò transferri potest, ad instar † horrei 6 frumentarii, ex tabulis ligneis facti, quod terræ affixum non est, & propterea mobile dicitur, nec fundi Domino cedit, *l. Titius horreum 60. ubi* Gloss. *in verb. mobile ff. de acquir. rer. dom.* Jacob. Schult. *dict. loc.* Reinh. Rosa *ad* Dan. Moller. *hic n. 3.* Berlich. *dict. concluf. 42. n. 25.* Simon Ulric. Pistor. *in addit. ad* Hartm. Pistor. *part. 2. q. 42. lit. c.* † Quamvis aliter à *Facultate juridica Lipsiensi* 7 pronunciatum perceperim, An die Fürstliche Räthe zu Cöthen / *Mens. Sept. Anno 1614. hisce formalibus:* (die streitige Windmühle aber wird vor ein *Pertinent*-Stücke des Lehnguts billich geachtet / und demnach dem Lehnsfolger zugeeignet/) † vel quia omne ædificium ad feudi successorem 8 pertinere, *lib. 1.* Landr. *art. 21.* † Vel quia mo- 9 lendinum alatum eo fine in feudo ædificatum existimaverint, ut perpetui usus causâ ibi remaneat, *l. 242. §. ult. ff. de V. S.* † Sed utrumque fal- 10 sum est; Nec enim omne ædificium feudo cedit, sed solummodo illud, quod in solo fundamentum immissum habet, & propriè ædificium dicitur, ut modò probavi ex *l. 18. ff. de act. empt.* † Nec mo- 11 lendinum pnevmaticum eo semper fine solo feudi imponitur, ut perpetuo ibi maneat: Quod certè ex textu allegato *dict. l. 242. §. ult. ff. de V. S.* neutiquam probari potest, nec verbulum de molendino pnevmatico ibi habetur. † Planè nec 12 ædificia, quæ post mortem Vasalli heredes allodiales, antequam dominus vel successores feudum apprehenderent, extruere coacti fuere, Domino vel Agnatis cedere, sed ad heredes allodiales pertinere, rectissimè asserit Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. ult.* Junge Decis. Elect. *noviss. 53.*

Ita Domini in causa Johannis Hopfelders zu Dobernitz / Mens. Majo Anno 1598. (Verba sent; Ob gleich auff obberührtes Rittergut Dobernitz Grund und Boden eine Windmühle erbauet worden. Da aber dennoch dieselbe / eurem Bericht nach / ohne des Grundes Schaden wiederum abgenommen / und an einen andern Ort gesatzt werden könte / so wäre sie für Lehn nicht zu achten/ derowegen solche Windmühle auch den Lehns-Erben nicht gebühret / V. R. W.)

It. in causa Hieronymi à Wüstenhofen & Friderici à Schulenburg / als Rauchhauptischer Erben/ Mens. Sept. Anno 1615. (Verba sentent: Und es hat euers Schwagers / Wolff Christoph von Rauchhaupts/ so kurtz verrückter Zeit Todes verfahren / Vater auff ermeldter Saale keine Wassermühle / sondern auff im Gut Trebnitz nicht weit von der Saale / zwo neue Windmühlen fertigen und auffrichten lassen/ ꝛc. So seyn solche beyde Windmühlen nicht vor Lehn zu achten / sondern verbleiben euern Weibern / als des verstorbenen Wolff Christoph Rauchhaupts Land-Erben/ billich / und die Lehnsfolger haben sich derselben als Lehn nicht anzumassen/ V. R. W.)

Et in causa heredum Nobilium à Tetteborn zu Neuses / Mens. Jun. Anno 1629.

Defi-

DEFINIT. V.

In prædio feudali affixa terræ vel parietibus domus (was gewietet und Nagelveſt iſt) ad feudi ſucceſſores unà cum fundo feudali pertinent.

1 NOn ſolùm ædes in fundo feudali extructæ ſucceſſoribus feudi cedunt, *h.* Conſt. *31. ſupr. Defin. 1.* Sed & omnia ea, quæ in ædibus terræ vel parietibus ſunt affixa, ſtructa vel injecta (als das
2 jenige / ſo Erd-wied- und Nagelveſt iſt) †Scilicet, quia hæc omnia membra ædium videntur, *arg. l.*
3 *nave 36. l. ſcapham 44. ff. de evictio.* †Adeoq; unà cum ædibus ad ſucceſſores feudi pertinent, perinde, ut ædibus venditis, hæc omnia in venditione comprehenſa videntur & emptori cedunt, *l. fundi 17. ff. de action. empt.* Bartol. *in l. Julianus 13. §. ult. ff. eod. tit.* Joh. Sichard. *in l. 1. n. 8. C. de oper. li-*
4 *bert. ſupr. part. 2.* Conſt. Elect. *33. Defin. 20.* † Alia eſt ratio imaginum, aliarumque rerum, quæ terræ
5 non ſunt affixæ, licet in ædibus habeantur, †quæ nec Emptori acquiruntur nec ſucceſſoribus feudi debentur, *l. in vendendo 66. §. ult. ff. de contr. empt.* Joh. Gœdd. *in l. 241. n. 2. ff. de V. S.*

Ita Domini in cauſa Nicolai à Maxen in Jeſer / Menſ. Majo Anno 1603 (Verba ſentent: Daß dem Lehns-Erben auch alle das jenige / was in bemeldtem Hauſe und deſſelbigen Stuben eingeſchraubet / genagelt / oder ſonſt Erdveſt gemacht iſt / billich gelaſſen wird. Was aber an Schrauben / Nägeln und Hacken angehangen / und gantz davon hinweg genommen werden kan / deſſen haben ſich die Land-Erben anzumaſſen gut fug. Und weil die Uhr auffm Hauſe mit ſolchem Fleiß zuſammen geſetzt / daß das gantze Werck mit einem Eiſern Nagel eingelaſſen / und von dem Thurm unzuegt nicht kan herab gebracht werden / die Glocke auch mit zwantzig und mehr Nägeln angefaſt / ſo haben die Land-Erben derſelbigen / wie dann auch der Uhr / ſo er auff die Kirche machen laſſen / ſich nicht anzumaſſen / ſondern es bleiben dieſelbigen / jede an dem Ort / dahin ſie geſatzt / billich / V. R. W.)

Et in cauſa Hanſen Heinrichs von Steindorff / Menſ. Jul. Anno 1634. (Verba ſentent: Hat Hans Heinrich von Lohma unter andern auch eine Mühle / ſo Lehn iſt / darinnen etliche Mühlſteine / Beutelkaſten / Beutel / Mühleiſen / Rade / Sägen / ſo aus- und eingeſpannet / und andere dergleichen gangbare Sachen vorhanden / auff ſeinen neheſten Agnaten und mitbelehnten Hanſen Ernſten von Lohma verfället. So verbleibet alles das jenige / was von obſpecificirten Stücken in der Mühlen eingeſchraubet / genagelt / oder ſonſten Erdveſt gemacht iſt / dem Lehnsfolger billich: Was aber an Schrauben / Nägeln und Hacken angehangen / und gantz davon hinweg genommen werden kan / oder ſonſten zu Erhaltung der Mühlen in Vorrath geſchaffet iſt / deſſen habt ihr euch wegen euers Mündlins / als Land-Erbens / billich anzumaſſen / V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Ahena & Caldaria muro affixa (eingemauerte Waſch-Keſſel und Brau-Pfannen) debentur feudi ſucceſſoribus, nec ab heredibus allodialibus repeti poſſunt.

1 FAcilè hinc dijudicare licet, quid de Ahenis & Caldariis, ſeu labris cupreis pro coquendâ
2 cereviſiâ factis, ſit habendum: † Etenim, ſi hæc muro fuerint affixa (eingemauret) ad feudi ſucceſſores unà cum fundo feudali pertinebunt;
3 Secus verò ſi loco moveri poſſint. † Quia ſcilicet affixa muro membra ædium videntur, *arg. l. nave 36. l. ſcapham 44. ff. de evictio.* † Idem ergo 4
de illis, quod de ædibus dicendum, quæ procul dubio feudi ſucceſſoribus cedunt, *h.* Conſt. *31. Defin. præced.* † Quoad Ahena tamen (die Waſch- 5
keſſel) id accipi velim, ſi vidua non adſit, qvæ geradam petat. † Etenim quia ahenum indifferen- 6
ter ſive muro affixum ſit, ſive non, ad geradam pertinet, *art. 23.* Weichbild. Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 32. p. 233. in fin.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 60. num. 31. Supr. part. 2.* Conſtit. Elect. *14. Defin. 35.* † 7
Utique hoc viduæ debebitur excluſis feudi ſucceſſoribus.

Ita Domini in cauſa heredum Abrahami von Schönberg / Menſ. Aug. Anno 1632. (Verba ſent: Daß die Kupferne Waſchkeſſel / Pfannen und Ofentöpffe / ſo in Ofen und ſonſten in den Lehngütern eingemauret / befunden worden / in demſelbigen billich verbleiben / und haben ſich ſolcher die Land-Erben / geſtalten Sachen nach / als Erbe nicht anzumaſſen / V. R. W.)

Et in cauſa Georgii à Wiedebach Menſ. Jan. Anno 1622. (Verba ſent: Iſt euer Bruder mit Tode abgangen / und hat unter andern eine Braupfanne / ſo zur Zeit ſeines Abſterbens in dem Ritterſitze eingemauret geweſen / ingleichen noch ein ander Pfännichen / und zween Keſſel / darinne dem Viehe auffgewärmet worden / dann ferner eine Brandteweinblaſen / ſo ebenfals eingemauret / nach ſich verlaſſen / ꝛc. So ſeyn angeregte Braupfanne / Pfännichē / Keſſel und Brandteweinblaſe als eingemauerte / uñ eurem Bericht nach euerm Bruder vor deſſen in Brüderlicher Theilung zum Lehn geſchlagene Stücke auff euch als ſeinen Lehnsfolger kommen und gefallen / und ſeine Erben haben daran keine Forderung / V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Extrinſecum feudi augmentum ad ſucceſſores Agnatos tum demum pertinet, ſi feudo ut feudo acceſſerit.

ELeganter diſtingvit Hart. Piſt. *part. 2. quæſt. 42.* 1
num. 39. inter augmentum extrinſecum, quod facto Vaſalli interveniente, feudo acceſſit; Et quod ſine illius facto ex ipſâ naturâ rei, feudo fuit unitum. † Hoc, veluti ſi per alluvionem quid 2
feudo accreverit, ſive latens, ſive apparens ſit incrementum, unà cum feudo ad Dominum, vel proximos Agnatos feudi ſucceſſores tranſire, ait, per *cap. un. §. ſi quis de manſo 5. tit. ſi de inveſtiturâ feudi controverſia fuerit.* †Nempe, propter Domi- 3
nium utile, cujus ratione Vaſallum incrementum etiam apparens acquirit, licet ad uſufructuarium ſaltem incrementum latens pertineat, *l. 9. §. 4. ff. de uſufr.* quod & ſenſit Zaſ. *de feud. part. 6. n. 47.* Clar. & Bajard. *in recept. ſent. §. feudum quæſt. 88. verſ. item quæro.* † Illud verò augmentum quod 4
facto Vaſalli accedit; puta, ſi Jurisdictionem aut pluta terræ jugera prædio feudali acquiſiverit, tùm demum feudi ſucceſſoribus cedere unà cum feudo, exiſtimat Hartm. Piſtor. † Si feudo ut feu- 5
do fuerit acquiſitum; h. e. ſi Vaſallus incrementum hoc à Domino concedente idem feudum recognoverit, *dict. quæſt. 42. num. 45.* † Rectiſſimè 6
ſane, quia ſola incorporatio bonorum allodialium ea non facit feudalia, niſi conſenſus Domini & inveſtitura ſpecialis acceſſerit, ut demonſtravi Conſtit. *præced. Defin. 12.* † Alioquin, incorpo- 7
rata bona prædio feudali, non videntur unirâ feudo,

feudo, ut mirum haud sit, ea non ad successores feudi, sed ad Vasalli heredes pertinere; ut latius persequitur Hart. Pist. *dict. quæst. 42. n. 40. & seqq.*
8 † Ex quo verisimè dicitur, Jurisdictionem castro feudali aliunde per Vasallum quæsitum cedere heredibus allodialibus, feudo etiam ad Dominum devoluto, Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 43. n. 18.* Schrad. *de feud. part. 2. c. 9. princ. sect. 2. n. 11.* Andr. Fachin. *lib. 7. contr. 89.* Clar. & Bajard. *dict. qv. 88.*
9 *n. 5.* † Planè incrementum mistum, in quo tam factum hominis quàm Legis dispositio concurrit,
10 nempe, † quod per præscriptionem feudo accedit, tanquam partem feudi ad successores Agnatos pertinere, apparet ex traditis *supr.* Const. *præcedent.*
11 *Defin. 12. in fin.* † Nisi Vasallus, non ut Vasallus sed tanquam extraneus, alio quàm feudi titulo quid præscripserit, ut post Molin. *in Consvet Paris. §. 7. n. 30.* quem allegat, docet Hartm. Pistor. *dict. quæst. 42. n. 55.*

Ita Domini in causa Heinrici à Sotheimbs / Mens. Octob. Anno 1621. (Verba sentent: Der Weinberg aber / so der Verstorbene auff seinem zum Lehn erkauffren Felde angelegt / dafern derselbe durch Einwilligung und Belehnung des Lehnherrns gebührlichen zu Lehn gemacht worden / gehöret euch / nebens dem Stücke / so das Wasser an Garten angeleget / als dem Lehnsfolger eigenthümblich billich / V. R. W.)

Et in causa Nicolai à Maxen auff Jeser / Mens. Maj. Anno 1603. (Verba sent: Da ihr nun nicht erweisen köntet / daß solche zu Lehn erkauffte vierdtehalbe Hufen Landes zu Lehn gemacht / und dem Besitzer als Lehn verliehen worden / oder daß er dieselbe über rechtsverwährte Zeit / als dreyßig Jahr / Jahr und Tag als Lehn besessen / &c. So verbleiben sie den Land-Erben billich / &c.)

Definit. VIII.

Propter deteriorationem feudi dolosam vel culposam Vasalli heredes tenentur Agnatis ad interesse.

1 QVum Vasallo in feudo utile dominium competat, *cap. 1. §. rei autem per beneficium tit. de investit. de re alien. fact.* Hartm. Pistor. *part. 2.*
2 *qvæst. 42. num. 48.* videbatur dicendum, † ex causa deteriorationis ipsum conveniri haud posse, adeoqve nec heredes ipsius teneri, qvia certum
3 est, † Domino deteriorationem rei propriæ imputari non posse, etiamsi illa deterioratio dolo vel culpa Domini contigerit, *arg. l. in re mandatâ 21. C. mandat. l. etiam 18. §. licet 1. ff. solut. matrim. l. 25. §. consuluit 11. l. 31. §. sicut autem 3. ff. de petit.*
4 *hered.* † Sed procedit hoc saltem iis in rebus, qvæ jure Dominii ad aliqvem irrevocabiliter pertinent, nec restitutioni sunt subjectæ, Andr. Tiraqvell. *in tract. de utroqve retract. part. 1. in fin.*
5 *num. 68.* † Feudum verò non irrevocabiliter ad Vasallum pertinet, sed est res restitutioni subjecta,
6 † ubi Dominus tenetur de deterioratione contingente dolo vel culpa ipsius, *l. si modo 59. ff. de leg. 1. l. in rebus 17. ff. de jur. dot. l. si filiofamilias 25. §. maritum 1. ff. solut. matrim. l. redhibere 21. §. 1. l. qvod si nolit. 31. §. si mancipium 11. ff. de ædil.*
7 *edict. l. si venditor 14. in pr. ff. de in diem addict.* † Ex qvo fit, ut qvi rem aliqvam cum pacto de retrovendendo emit, vel à qvo res emta ex dispositione statuti vel consvetudinis, ab Agnatis aut vicinis venditoris redimitur, de deterioratione contingente dolo vel culpâ ipsius teneatur, Tiraqvell. *dict. loc. n. 66. & seqq.* Arius Pinell. *in repet. l. 2. part. 2. cap. 9. n. 34. C. de rescind. vendit.* †Qvò & facit 8 textus *in l. videamus 38. in princ. ff. de Usur.* †Qvid 9 ergo mirum, si heredes etiam Vasalli defuncti, Agnatis, ad qvos feudum jure simultaneæ investituræ pervenit, ad restitutionem ejus, qvod Vasalli culpa vel dolò factum est deterius, teneri asseramus, cum Ludolph. Schrader. *de feud. part. 2. part. 9. princ. sect. 5. n. 21.* † ubi id latius persequi- 10 tur, & contraria refellit.

Ita Domini in causa Rudolphi, Georgii & Christophori Fratrum der Ziegler zu Erffurt / Mens. Aug. Anno 1626. (Verba sent: Ist unlängsten euer Vetter Rudolph Ziegeler mit Tode abgangen / und hat unter andern verledigten Mannes-Lehngütern euch mit einem stücke Weinwachs / vier Aecker in sich begreiffend / befället / &c. So seyd ihr dasselbe in dem Werth / wie es itzo zu befinden / anzunehmen schuldig / Es wäre dann / daß euer Vetter solches Stücke Manns-Lehn vorsetzlichen öde und wüste werden lassen / indem er seine Allodial-Güter wol gebauet / diesen Weinberg aber dagegen eingehen lassen / weil er wohl gewust / daß mittlerzeit nach seinem Tode ihr / als seine nechste Schwerdmagen und mitbelehnte / denselben erben / seine Wittib aber keinen Theil daran haben würde / er auch ohne das also begütert gewesen / daß er denselben ohne Schaden und Abbruch seiner Nahrung gleich andern seinen Gütern gar wohl im baulichen Wesen erhalten können / auff solchen Fall wäre seine Wittib als Testaments-Erbin wegen des Schadens und Interesse, auff guter ehrlicher Biederleute Erkäntnüß / sich mit euch abzufinden und zu vergleichen schuldig / V. R. W.)

Definit. IX.

Heredes usufructuarii in bonis allodialibus pretium meliorationis bene repetere valent.

NOn ut in feudo, ita etiam in bonis allodiali- 1
bus, finito Usufructu, proprietarius ædificia ab usufructuario extructa sibi vendicare potest in foro Saxonico: † multo minus reliqvas melio- 2
rationes in fundo usufructuario factas, qvas & Vasalli heredes repetunt, *supr. Defin. 3.* † Cur non ergo 3
multo magis heredes usufructuarii? Clarè siqvidem definitum est, † eum qvi bonâ fide in re 4
alienâ, vel in re suâ, qvæ ad alium deinde est translatura, qvid fecerit ad utilitatem perpetuam, posse sumptus repetere, *l. qvâ ratione 9. in pr. ff. de acqvir. rer. domin. l. domus 58. l. Senatus 43. §. Marcellus 1. ff. de legat. 1. l. si qvis sciens 11. l. si in area 16. C. de Rei Vindicat.* † Qvia ratio naturalis neminem 5
patitur cum jacturâ alienâ fieri locupletiorem, *l. nam hoc naturâ 14. ff. de condict. indeb. l. planè 38. vers. sed benignius ff. de petit. heredit.* † Nec 6
movet, quod Usufructuarius ad reparationem propriis sumptibus faciendam sit obstrictus, adeoqve impensas eo nomine factas à proprietario repetere neqveat, *l. eum ad quem 7. C. de Usufr. l. 64. l. seq. l. 13. §. 2. l. 9. §. 6. l. 18. l. 45. ff. eod. tit.* †7
Aliud siqvidem est reparatio, aliud melioratio. † Qvamvis & ea duntaxat reparatio sumptibus 8
usufructuarii sit facienda, qvæ modica est, & per qvam Usufructuarius non multum oneratur, *l. usufructu 7. §. 2. vers. hactenus ff. de usufruct.* †Ma- 9
gnam enim impensam, qvæ non sit fructuum colligendorum gratia, aut qvæ perpetuam rei utilitatem respicit, usufructuarius sustinere non cogitur, *dict. l. 7. §. 2. vers. hactenus ff. d. t. l. 3. §. 1. ff. de impens.*

pens. in res dotal. fact. l. fructus 7. §. ult. ff. solut. matrim. Joh. Gars. *de expens. & melior. cap. 11. num. 12.* Borgn. Cavalcan. *de usufr. mul. relict. n. 160.* Johan. del Castillo *de usufr. cap. 56. n. 3. & seqq.* Franc. Samient. *select. interp. l. 3. cap. 4. n. 4.* Anton. Gometz. *tom. 2. var. resolut. cap. 15. num. 7.*

Ita Domini in causa Johannis Behrs zu Lützen/ Mens. Febr. Anno 1586. (Verba sent: Ist Melchior Fischer ohne Leibes-Erben verstorben / und hat sein Eheweib an einem / und euer Eheweib seine Schwester am andern Theil nach sich gelassen / &c. So hat er die Neundtehalb Neue Schock / so er in seines Eheweibes Güter gebracht / zusamt der darein gewandten scheinbarlichen nützlichen Besserung auff euer Eheweib seine Schwester gebracht und verfället / &c.)

Et in causa Barthol Willischens zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1630. (Verba sent: Ob ihr nun wohl solche Baukosten / wofern sie nützlich oder nothwendig / und nicht zu Haltung Dachs und Fachs gehörig gewesen / wieder zu fordern wol berechtiget / &c.)

Definit. X.

Ædificans scienter in fundo alieno, ædificium & materiam perdit.

1 QVi in solo alieno de suâ materiâ ædificat, Dominus ædificii non fit, sed hoc Domino solicedat, §. *ex diverso 30. ubi* Joh. Schneidew. *num. 8.*
2 *instit. de rer. divis. & acquir. ear. domin.* † At nec materiam ædificii vindicare potest, si scienter in fundo alieno ædificaverit, *dict.* §. *ex diverso 30. Inst. d. t. l. adeo 7.* §. *ex diverso 12. ff. de acquir. rer.*
3 *domin.* † Scilicet quia hanc donasse censetur, *arg. l. cujus per errorem 35. ff. de Reg. Jur.* Nam quod nullo jure cogente in alium transfertur, donatio est, *l. donari 29. ff. de donat. l. donari 82. ff. de Reg.*
4 *Jur.* † Aliud tamen dicendum, si ædificans habuisset causam possidendi à Domino, ut si inquilinus vel colonus aliquid ædificet, in re alienâ
5 conductâ. † Qui impensas necessarias repetere benè valet, secundum Dd. *in l. 2. C. de R. V.* qui tex-
6 tus aliàs maximè videtur refragari, † vel dici potest, Imper. Antoninum *in dict. l. 2. C. d. t.* loqui de eo malæ fidei ædificatore; qui non ex propriâ sed alienâ materiâ in solo alieno ædificaverit, cum Salycet. *in dict. l. 2. C. d. t.* Joh. Schneidew. *dict. §.*
7 *30. n. 9. Inst. de R. D.* † Quamvis aliter sentiat Ba-
8 chov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2. disp. 20. th. 6. lit. B.* † Vid. quoq; Petr. Gilken. *in dict. l. 2. n. 37. & seqq. C. de R. V.* Nicol. de Passer. à Genoa *in consil. leg. jur. civ. controv. p. 275.* Andr. Fach. *lib. 1. controv. 55.*

Ita Domini in causa der Bürgerschafft zu Landeshut / Mens. Maj. Anno 1620. (Verba sentent: Da nun bemeldter Sempronius wol gewust / daß der Ort / darauff er Haus und Hoff von allerhand ihme zuständigen / und dahin verschafften Materien gebauet / nicht seine / sondern des Spittals und gemeiner Stadt Eigenthum wäre / und er gleichwohl also wissentlich auff eines andern Grund und Boden seinen vorgenommenen Bau ungebührlichen vollbracht / so verbleibet solches auff angedeuteten Ort gesatztes Gebäude dem Spittal und gemeiner Stadt billich / welche sich desselben anzumassen wol befugt seyn / V. R. W.)

Definit. XI.

Ædificans in fundo communi, non potest cogi à Socio ut tollat ædificium.

1 POtior quidem est causa prohibentis in re communi; adeoque socius ne ædificet; à socio prohiberi potest, *l. Sabinus 28. ff. commun. divid. l. in re communi 26. ff. de serv. urban. præd.* † quia 2
is, qui in re communi aliquid facere vult invito socio, solus Dominus non est, *l. parietem 8. ff. eod. tit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. tit. 26. Defin. 1. n. 1.*
† Attamen si ædificaverit, ut opus tollat, cogi ne- 3
quit, sed per communi dividundo actionem damnum sarciri oportet, *dict. l. 28. ff. comm. divid.*
† Planè, si agatur de ædificii refectione, nec pro- 4
hibitioni locus dabitur *l. si ædibus 32. l. in reficiendo 41. ff. de damn. infect. l. 52.* §. *idem respondit Socius 9. ff. pro Socio.* † Publicè siquidem interest, re- 5
fici ædificia, *l. singularum 8. C. de ædific. privat. l. præses provinciæ 7. ff. de offic. præsid.* † ne urbs rui- 6
nis deformetur *l. 2.* §. *si quis nemine 17. ff. ne quid in loc. publ.* † Et in summâ, quotiescunque aliqvâ 7
ratione publicè interest fieri, quod unus ex sociis fieri prohibet, non erit melior causa prohibentis.
† Eleganter Anton. Fab. *dict. defin. 1.* Vid omni- 8
nò Gloss. *in dict. l. Sabinus 28. ff. comm. divid.* ubi plures ponit limitationes.

Ita Domini in causa Zachariæ Schäffers zu Quedlinburg/ Mens. Febr. Anno 1631.

Definit. XII.

Insula ejus subjicitur jurisdictioni, cujus ipsum est flumen.

REctissimè contra Bartol. ejusq; assecl as dispu- 1
tant Curt. Senior. *consil. 56.* & Bologn. *consil. 54.* quos sequitur Baptist. Aym. Parmen. *in tract. de alluv. lib. 2. cap. 6. n. 1. & seq.* † Insulam ejus Ju- 2
risdictioni subjici, cujus ipsum est flumen, per text. *in l. ult. C. de alluvion.* † Nec caret opinio Bartol. 3
aliquâ absurditate, si eum qui capax non est Jurisdictionis, privatæ & rusticæ conditionis hominem Insulæ dominum factum, simul qvoqve jurisdictionem in eo loco habiturum dixerimus; † Ex 4
quo porro hoc proveniret, quod alio jure fluminis totius, alio verò particulæ ejusdem jurisdictio judicaretur? † Taceo quod nullibi jurisdi- 5
ctionis constituendæ modus dicatur alluvio, ut doctè asserit Baptist. Aym. *dict. loc.* cujus sententia etiam placet Petr. Heig. *p. 2. quæst. 40. n. 4.* † ubi 6
in judicio Appellationis Elector. Saxon. Anno 1593. ita judicatum refert.

Ita Domini ad requisitionem Præfecti Torgensis, Mens. Jan. Anno 1603. (Verba sent: Daß vermöge der Rechte dem Chur- und Landes-Fürsten / unserm Gnädigsten Herrn / die Ober- und Erb-Gerichte / auch alle Regalien und Fürstliche Hoheiten / nicht allein auff dem alten Elbstrom / sondern auch auff dem neuen / den die Elbe zwischen Pultzwerda und Wesenig gemacht / und zugleich auff allen darinn angelegten Werder zuständig / &c.)

Definit. XIII.

Princeps in flumine publico insulas nondum natas sibi jure assignare potest.

COnceserim equidem, Insulas etiam in flumi- 1
ne publico natas, non Principi aut Domino castri vicini; sed vicini prædii & agri Domino de jure deberi, §. *insula 22. inst. de rer. divis. l. 7.* §. *insula 3. l. 56.* §. *1. ff. de acquir. rer. domin.* Jac. de S. Georg. *in verb. fluminibus n. 4.* Petr. Heig. *part. 2. q. 40. n. 59. & per tot.* † Ubi refutatis simul contrariis, in 2
peculiari facti specie id eleganter defendit. † Attamen per modum condendæ legis Princeps com- 3
moda fluvii, jus scil. alluvionis & Insulæ, vicinis prædiis

prædiis auferre, sibique vel suis præfecturis assignare, & ita in jure quærendis subditis suis omnino præjudicare potest, *l. in agris 16. ff. de acquir. rer. domin. l. quo minus 2. ff. de flumin.* ut latè tuetur Baptist. Aym. Parm. *de alluv. lib. 1. cap. 9. §. 2. n.* 43. *& cap. 10.* † Veluti etiam hoc jure omnes Insulas in Rhodano existentes fuisse Regi Galliæ in totum adjudicatas meminit Nicol. Boër. *consil. 14.* 5 *n. 16.* † Et de flumine Clanarum pro Duce Florentino ex hâc causâ consuluerunt Franc. Vegius *consil. 1. n. 90. & seq.* Ant. Natta *lib. 1. consil. 55.* Berous *cons. 140. lib. 3.* allegati à Petr. Heig. *dict. quæst.* 6 *40. n. 16.* † Itemque Insulas in Rheno flumine natas ex antiquissimâ Palatinatus consvetudine Electori Palatino vindicatas fuisse, testatur Noë Meurer. *in tract. de jur. aquar.* von Wasserrecht. *p. 1. fol. 7.* 7 *n. 9.* † Nec movet, quod Principi haud liceat subditorum jura invertere, *l. 2. §. merito 10. & §. si quis à Principe 16. ff. Ne quid in loc. publ. l. 4. C. de emanc. liber.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 5. defin.* 8 *2. n. 21.* † Quia hoc saltem accipiendum de jure plenè jam acquisito, secus in jure adhuc quærendo sive de jure civili, sive de jure gentium, in quo Principem subditis præjudicare posse, maximè ubi justa aliqua causa subest, patet ex *dict. l. in agris 16. ff. de acquir. rer. domin. l. quo minus 2. ff. de* 9 *flumin.* † Quin & per modum legis condendæ, Principem jura vetera abrogando, subditis jura acquirenda auferre valere, nemo facilè negabit, 10 † veluti idipsum quoque apparet ex Const. Elect. *42. vers.* Als wollen wir demnach / ꝛc. *p. 4. &* Ord. Torgens. *de Anno 1583. tit.* Welcher Gestalt die *Agnaten* und Mitbelehnten / *in fin. ubi:* Wollen auch alles das jenige / so solcher unserer Ordnung zu wider / angesehen und gedeutet werden mag / aus Churfürstlicher Macht und Hoheit in unsern Landen hiermit *corrigiret*, auffgehaben und abgethan haben.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: So bleiben nicht allein die Werder / so das Ambt über rechtsverwährte Zeit im Gebrauch und Besitz gehabt / sondern auch die andere / so zu folge höchstgedachtes Churfürstl. Augusti Befehls (den S. Churfürstl. Gn. der Werder halber / so künfftig sich anlegen werden / aus Churfürstl. Macht und Hoheit wol thun können) nachmals eingezogen worden / weil sonderlich die Nutzung derselbigen zu Erhaltung der Ufer-Gebäude / und also gemeines Nutzens halber angewendet wird / mehrbemeldtem eurem befohlenem Ambte billich / V. R. W.)

Definit. XIV.

Alveus derelictus pertinet ad eos, qui prope ripam ejus prædia possident.

1 CErti juris est, alveum derelictum cedere vicinis, qui prope ripam ejus possident prædia, quia videtur quodammodo pars agri proximi, §. *quod si naturali 23. ubi* Johan. Schneidewin. & Joh. Harppr. *inst. de rer. divis. art. 56. in verb. fin.* dasselbe thut auch der Ubergang / ꝛc. *lib. 2.* Landr. 2 Cæpoll. *de Serv. Rust. præd. cap. 34.* † Idemque dicendum de alveo novo, revertente nempe flumine post aliquod tempus ad alveum prio- 3 rem; † Nam & hic eis cedit, qui proximos agros possident non verò redditur iis, quorum agros absumpserat, *dict.* §. *quod si naturali 23. vers. quod* 4 *si post J. de R. D.* † Mutatâ siquidem formâ, rei substantiâ dicitur interire, *l. Julianus 9. §. sed si quis 3. in fin. ff. ad exhib. l. Seja 6. §. 1. ff. de aur. & arg. legat.* † Quid ergo mirum, si agri flumine 5 immutati ad pristinos Dominos haud revertantur, *l. si ager 23. & l. seq. ff. quib. mod. usufr. amitt. l. qui res 98. §. aream 8. ff. de solut. l. Attius 38. ff. de acquir. rer. domin.*

Ita Domini in causa Laurentii Steins / & Consortium zu Grimma / Mens. Nov. Anno 1604. (Verba sent: Hat der Saalstrom durch den Werder / so er zuvor an eure Güter angeleget / und die Grimmische Hinterwelde genannt wird / einen Durchriß und neuen Wasserlauff gemacht / und es ist der alte Wasserbauch oder Alveus gantz und gar ausgetrocknet / ꝛc. So ist solcher ausgetrockneter alter Wasserbauch euch und den jenigen / derer Güter des Orts von beyden Seiten daran stossen / Eigenthümlichen zugewachsen / und Valten von Lichtenhain hat sich desselben von wegen seiner daran gelegenen einzelen Stücken allein anzumassen nicht fug / V. R. W.)

Et ad requisitionem Quæstoris Torgensis, Mens. Jan. An. 1603. (Verba sentent: Da aber künfftig das strömigte Wasser des Orts sich gar verliehren / und auff beyden Seiten des Wassers vertrocknen würde / so hätten des vertrockneten Wasserbauchs die jenigen / dero Güter daran gelegen / sich zugleich anzumassen gut fug / V. R. W.)

Definit. XV.

Alveus derelictus cedit vicinis, etiamsi aqua per illum aliquantulum adhuc fluat.

QUod dixi, alveum derelictum ad eos, qui pro- 1 pe Ripam ejus prædia possident, pertinere, *Defin. præced.* id de eo alveo accipi velim, qui perfectè fuit derelictus ab aquâ profluente, §. *quod si naturali 23. inst. de rer. divis.* † An autem in univer- 2 sum & perfectè sit relictus, tempore hyemis judicandum erit, quia in æstate quandoque etiam flumina perennia exarescunt, *l. 1. §. 1. ff. de fluminib.* Bartol. *in tract. de alluvio in verb. relicto.* † 3 Planè derelictus intelligitur alveus, etiamsi aliquantulum aquæ per eum fluat, modo sit tàm modica, ut fluminis nomen perdiderit, quod ex opinione circumcolentium discernitur *dict. l. 1. §. 1. ff. de flumin.* Si enim aqua inde currens non est flu- 4 men, nec locus ille ulterius flumini publico deservire dicitur, Bartol. *dict. loc.* quem sequitur Bapt. Aym. *de jur. alluv. lib. 1. cap. 13. n. 6.* † Manet tamen 5 jurisdictio Principis; quia per alluvionem nulla acquiritur privato jurisdictio, *Supr. Defin. 12.* Bapt. Aym. *de jur. alluv. lib. 2. cap. 6. num. 21. & seqq.*

Ita Domini ad Consultationem Præfecti Torgensis, Mens. August. Anno 1600. (Verba sententiæ: Da der Elbstrom sich an einen andern Ort wenden / und einen neuen Strom machen / aber dennoch darneben mit dem Ort / da der alte Strom gangen / es diese Gelegenheit haben würde / daß des Orts nur Lachen und stille Wasser / oder so wenig fliessendes Wasser bleiben würde / daß es männiglich vor keinen rechten Wasserstrom des Elbflusses achten könte / so hätten sich die Benachbarten / so von beyden Seiten Güter daran liegen haben / mit der Fischerey und aller anderer Nutzung solches Wasserbauchs anzumassen gut fug / was aber die Gerichte des Orts anlanget / blieben dieselbe unserer Gnädigsten Herrschafft billich / V. R. W.)

Definit. XVI.

Fossa in prædio ad Dominum prædii pertinet, & si hic certus non est, cedit vicinis.

SÆpè accidit, ut per alicujus prædium aqua 1 prorumpat, illudque fossatum faciat, vel ut

inter

inter plurium prædia, aqua eat; Ubi procul dubio ſecundum terminos antiquos prædia diviſa ac foſſa-
2 ta erunt cenſenda, † adeoque foſſa Domini prædii cedet, Bartol. *in tract. de alluvio in verb. flumen. n. 3.*
3 Sed hoc ita, † ſi conſtet, qualiter & à quonam prædia fuerint poſſeſſa: Cæteroquin, ſi hoc ſufficienter
4 nequeat probari, dixerim, † foſſam pertinere ad eos, qui propè ab utraque parte prædia poſſident, & horum cuilibet pro parte dimidia cedere, argumento ejus quod de alveo dictum fuit Defin. *14.* Bartol. *dict. loc. num. 3.*

Ita Domini ad Conſultationem Præfecti Torgenſis, Menſ. Auguſt. Anno 1600. (Verba ſentent: Sonſten aber ſeyn die Lachen/ welche das Waſſer in der benachbarten Güter geriſſen / denen/ auß welcher Gütere dieſelbige ſeyn/ oder denjenigen/ ſo von beyden Theilen Güter daran liegen haben/ zuſtändig/ Inmaſſen dann auch die Gerichte dem Grundherrn/ ſo zuvor / ehe die Waſſer-Lachen durch den Waſſerriß entſtanden / dieſelbigen darauff gehabt/ nochmals billich bleiben / V.R.W.)

Definit. XVII.

Res pro derelicto habita in domo alicujus inventa, Domino adium non cedit, antequam realiter ab ipſo fuerit occupata.

1 NOn ſolùm verâ, ſed & quaſi traditione, dominium rei alicujus transfertur, veluti in rebus pro derelicto habitis fieri videmus, quæ à Domino ea mente abjiciuntur, ut has in dominio ſuo amplius habere nolit, §. *quâ ratione. 47. inſt. de rer.*
2 *diviſ. ibiq.* Johann. Harppr. *num. 4.* † Et ideò ſtatim primi occupantis fiunt, quia earum abjectio vim tacitæ cujusdam traditionis ſive donationis habet,
3 *l. 1. l. 5. ff. pro derelict.* † ſi modo occupans ſciat rem à Domino pro derelicto habitam fuiſſe, *l. 2. ff. eod. tit.* Quia in dubio iſthæc voluntas non præſumi-
4 tur, † cum nemo rem ſuam jactare temerè cenſeatur, *l. cum de indebito. 25. in pr. verſ. qui enim ſol-*
5 *vit. ff. de probat.* † Ergò ignoranti domino non acquiritur res pro derelicto habita, etiamſi in ejus
6 domo fuerit adinventa. † Sed nec ſcienti, antequam ab ipſo realiter apprehendatur, quod ipſum occupationis vocabulum ſatis innuit, §. *ferè. 12. inſtitut. de rer. diviſ. l. 1. ff. pro derelicto.* Harppr. *dict. loc. num. 6.*

Ita Domini in cauſa Pauli Poëtii zu Delßnitz / Menſe Decembri, Anno 1633. (Verba ſentent: So iſt dadurch zur Nothdurfft erwieſen / daß ihr von dem hinterlaſſenen und in euerm Stalle angetroffenen Soldaten-Pferde/ ehe und zuvor des Bauren Sohn dazu kommen/ Wiſſenſchafft gehabt/ und des Eigenthums euch angemaſſet / derowegen ihr ſolches von ihme wieder abzufordern wol befugt ſeyd/ V.R.W.)

Definit. XVIII.

Rem tempore inundationis ex aquis extractam occupans non lucratur, ſed factâ proclamatione, ſi Dominus hanc non repetat, duæ partes Magiſtratui, tertia verò inventori cedit.

1 ALia eſt ratio rerum, quæ in tempeſtate levandæ navis cauſa ejiciuntur; vel tempore
2 inundationis ex aquis extrahuntur, † quia animo amittendi à Domino nec ejectæ, nec pro derelictis habitæ fuêre, §. *alia ſanè cauſa. 48. inſt. de rer. diviſ. l. quâ ratione. 9. §. ult. l. quæcunq; 58 ff. de acquir. rer. domin. l. 2. §. ult. l. qui levandæ. 8. ff. de Leg. Rhod. de jact.* † Quia in neceſſitatibus nemo liberalitatem exercere præſumitur, *l. rem legatam. 18. in fin. ff. de adim. vel transf. legat.* † Ex quo fit, dominium earum rerum prioris Domini permanere, ita ut actio furti ei detur contra illum, qui eas lucrandi animo occupaverit, *dict. §. 48. Inſt. de R. D. l. falſus creditor. 43. §. ſi jactum ex nave. 11. ff. de furt.* † Ergo quo is, qui ejuſmodi rem ex aquis extractam invenit & ſuſtulit, à furti ſuſpicione & obligatione ſe liberet, fecerit tutiſſimè, ſi per præconem, aut libellum, vel publicè ex ſuggeſto curet ſignificari, ſe rem aliquam inveniſſe, quam ſit redditurus ei, qui certis indiciis demonſtraverit illam eſſe ſuam; † Et tùm gratis eam
6 reſtituere debet, *dict. l. falſus, 43. §. 8. & §. 9. ff. de furt.* Didac. Covarruv. *in cap. peccatum. 4. part. 2. relict. §. 3. num. 9. de Reg. Jur. in 6to.* † Cæ-
7 terùm ſi non appareat, qui rem inventam ſuam aſſerat, inventor inops eam retinebit. Dives autem honeſtius agit illam in manus pauperum, aliosve pios uſus erogando, *arg. Auth. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſſion. c. nemo qui rapit. 4. cauſ. 14. quæſt. 5.* Fab. Johann. Schneidew. Vult. & Dd. *ad § alia ſanè cauſa. 48. inſt. de rer. diviſ.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 149. num. 3.* † Paulò aliter res
8 ſe habet de Jure Saxonico, quod tripliciter à Jure communi differt: *Primò* enim ſtatuit inventori certum terminum proponendorum Edictorum, ſex ſcilicet ſeptimanas. † *Secundò*, adveniente li-
9 cet Domino rei inventæ, eamque ſuam eſſe probante, inventori tamen tertiam partem tribuit, ſive Dominus extraneus ſive forenſis fuerit. † *Ter-*
10 *tiò*, ſi Dominus non veniat repetiturus rem inventam, Jus Saxonicum rem inventam Magiſtratui defert, ita tamen † ut partem tertiam reſtituat inventori, *art. 37. lib. 2.* Landr. Ludov. Fachſ. *differ. 59.* Bened. Reinhard. *part. 5. differ. 13.* Matth. Coler. *dict. deciſ. 149. num. 4.*

Ita Domini ad conſultationem Præfecti zu Saleg / Menſ. Jul. Anno 1605. (Verba ſentent: Iſt Anno 1603. als ſich den Sonnabend nach Pfingſten die Gewäſſere in Thüringen ergoſſen/ eine Lade/ darinnen etlich weiß Gerathe und andere Sachen geweſen / auß m Saalſtrohme von zweyen Fiſchern außgefangen / und denen Gerichten zu Saleg zugeſtellet worden / welche Lade auff Befehl der Fürſtlichen Stiffts-Regierung zu Zeitz zu zweyen unterſchiedenen malen öffentlich von der Cantzel verkündiget worden/ ob ſich iemand finden wolte / deme dieſelbige Lade zuſtändig. Ob ſich nun wohl ein Weib hierzu angegeben/ und daß die Lade ihrer Schweſter geweſen/ ſo im groſſen Gewäſſer ertruncken / und derer nächſte Erbin ſie ſey / vorbracht / welches ſie durch zwey Zeugen/ ſo ſie abhören laſſen / erweiſen wollen. Dieweil aber dennoch benlemte Zeugen ihr nichts zum beſten außgeſagt / So hat ſie ſich auch ſolcher Laden / und was darinnen zu befinden/ auff das von ihr geführte Zeugniß nicht anzumaſſen / Sondern es werden / wofern ſich nachmals kein andrer und gewiſſer/ dem ſolche Lade gebühret/ angeben wird/ von meh-berührter Laden / und denen darinnen befundenen Sachen / zwey Theile dem Ampte zu Saleg / und der dritte Theil den Fiſchern/ ſo dieſelbige auffgefangen / nach Sächſiſchen Rechten / und derſelben Rechts-Lehrer gemeinem Wahn / billich gefolget/ V.R.W.)

Constitutio XXXII.

PARTIS TERTIÆ.

Ob die Früchte / deßgleichen Zehende / Pächte und gewisse Einkommen aus den verledigten Leibgedingen und Lehngütern den Land- oder Lehns-Erben folgen sollen?

NAch gemeinen beschriebenen Lehn-Rechten wird dißfalls ein Unterscheid gemacht / Ob der Lehnmann vor dem ersten Tage des Mertzens / oder nach dem August-Monat verstorben sey.

Nach Sächsischen Lehnrechten aber / was die Egde bestrichen hat / und unterbracht ist / bey Leben des Verstorbenen / Solches / weil es des Verstorbenen erworben Gut / auch bey seinem Leben beschickt worden / folget und bleibet den Erben / und nicht den Lehnsfolgern / welches auch statt hat / da gleich die Lehngüter der Frauen zum Leibgedinge vermacht.

Also auch / da ein Garte bey des Verstorbenen Leben gerodet / gesäet / geharcket / folgen die Gartenfrüchte den Erben.

Gleichesfalls / da ein Weib liegende Gründe hat / und verstirbet nach der Saatzeit / so behält der Mann die Früchte. Da aber die Wittfrau nach Absterben des Lehnmannes / ehe sie ihres Nutztheils vergnüget / die Aecker wieder besäen läst / von dem so zu Nutztheil gehöret / solches müssen ihr die Lehnsfolger vor den halben Theil des Saamens wieder erstatten.

Was aber keine Feldfrüchte / sondern gewisse Zehende / Pächte und Einkommen auff und aus den Lehngütern seyn / wann die zur Zeit des verstorbenen Lehnmannes betagt gewesen / so folgen sie den Erben.

Das jenige / so an Zinsen oder Kornpächten innerhalb dem dreyßigsten fällig / oder betaget wird / gehöret auch den Erben. Die Früchte aber / so naturales genannt werden / als Wiesewachs / allerley Obst und dergleichen / bleiben den Lehnsfolgern und Grundherren / und nicht den Erben.

Fructus, item Decimæ, Census & Reditus annui dotalitiorum & Feudorum, post mortem Vasalli & Viduæ, num ad heredes ejus, an verò ad successores Feudi pertineant?

IUs Commune feudale hoc in casu distinguit, ante Calendas Martii defunctus sit Vasallus, an verò post mensem Augustum elapsum.

Jure verò Saxonico, quicquid seminatum & rastratum est vivente Vasallo, id tanquam labore & industriâ ipsius quæsitum heredibus ejus manet, nec ad successores feudi pertinet, quod tùm quoq; locum habet, cum dotalitium mulieri in feudo constitutum est.

Similiter fructus horti vivente Vasallo fossi, seminati & subacti, heredum ejus sunt. Quemadmodum & si relicto fundo seminato decedat mulier, fructus ejus marito cedunt.

Quod si verò, marito defuncto, Vidua de comestibilibus, antequam partem suam ex illis consecuta sit, agros seminari curaverit, id pro dimidia parte seminis successores feudi illi restituere tenentur.

Cæterùm, qui non ex cultura agrorum proveniunt fructo, sed sunt alii bonorum feudalium certi & annui reditus, puta decimæ, census & ejusmodi similia, quæ illorum vivente Vasallo peti potuerunt, ipso defuncto, heredibus ejus debentur, quemadmodum & id, quod intrà trigesimum diem à morte ejus peti potuit.

Qui autem fructus naturales dicuntur, quales sunt pratenses, vel qui ex pratis percipiuntur, pomum item & ejusmodi similes, fundum sequuntur, nec ad heredes Vasalli pertinent.

Quæ omnia in judicando & respondendo observari volumus.

Welchem allen nach unsere Hoffgerichte / Juristen-Facultäten und Schöppenstüle / zu Recht also sprechen und erkennen sollen.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico fructus industriales ex semine à Vasallo rastris subacto nascentes ad heredes ejus pertinent, exclusis feudi successoribus.*
2. *Fructus quoque hortorum, Vasalli industria promeriti, post sationem & subactionem heredibus allodialibus cedunt.*
3. *Agro feudali à Vasallo vivente rastris subacto fructus industriales in dotalitio nati non ad Viduam, sed ad mariti heredes pertinent.*
4. *Vidua, dotalitio post mortem ipsius finito, fructus ex semine rastris subacto provenientes, ad heredes suos transmittit.*
5. *Fructus agri ab usufructuario sati & octati, heredes ejus lucrantur in foro Saxonico, licet nondum percepti fuerint.*
6. *Maritus percipit fructus ex agro Uxoris defunctæ, si ea adhuc vivente, cultus & rastris subactus fuerit.*
7. *Defuncto marito post rastrationem agri Conjugis suæ, fructus in eo nascentes non ad Viduam, sed ad mariti heredes pertinent.*
8. *Vineæ fructus nondum percepti ad heredes possessoris pertinent, quando hic post diem Urbani decesserit.*

9. De-

9. Defuncto Vaſallo poſt Calendas Martii, heredibus allodialibus competit jus coquendi cereviſiam per totum illum annum in prædiis feudalibus.

10. Quod vivente Vaſallo aut Uſufructuario ſeminatum quidem, nondum tamen raſtratum eſt, non ad heredes, ſed novum poſſeſſorem pertinet.

11. Reſtituendi tamen ſunt ſumptus in culturam & ſationem facti, antiquo poſſeſſori ejusve heredibus.

12. Omnibꝰ in caſibus, ubi fructus induſtriales cum ipſo prædio ad novum poſſeſſorem tranſeunt, impenſæ in culturam agrorum factæ heredibus reſtitui debent.

13. De fructibus autem heredes nihil percipiunt, etiamſi poſſeſſore defuncto ipſimet agrum coluerint & ſeminaverint.

14. Competit heredibus jus retentionis in feudo, donec ipſis expenſæ in culturam factæ reſtituantur.

15. Obſtricti quoqꝫ ſunt mariti heredes ad refuſionem impenſarum, quas Vidua fecit in culturam agri ſui, antequam ipſi nuberet.

16. Diſpoſitioni Juris Saxonici, quæ poſt ultimam demum curam, fructus antiquo poſſeſſori, ejusve heredibus tribuit, nec ad caſum retrovenditionis, nec legati extendi debet.

17. Venatio hodiè inter Regalia refertur, nec privato in ſuo etiam territorio venari licet, ſi non conceſſionem ſpecialem probaverit.

18. Venationis Jura ſpecialiter alicui conceſſa per non uſum longiſſimi temporis haud amittuntur, quando occaſio venationem exercendi ſe non obtulit.

19. Fructus civiles, puta annuos reditus, cenſus, decimas, &c. heredes allodiales eo ſolummodò caſu lucrantur, ſi vivente Vaſallo dies ſolutionis ceſſerit.

20. Intra triceſimum etiam exigibiles fructus Civiles ad Vaſalli defuncti heredes pertinent.

21. Exiguntur quoque annui reditus & fructus Civiles ab heredibus defuncti Vaſalli allodialibus, ſi paulò poſt triceſimum terminus ſolutionis ceſſerit.

22. Pactâ licet alienatione fundi emphyteutici vel cenſitici vivente adhuc Vaſallo, ſi tamen ab ipſo non inveſtiatur novus poſſeſſor, heredibus allodialibus non debetur Laudemium.

23. Fructus naturales adhuc pendentes, in foro Saxonico, non ad defuncti poſſeſſoris heredes, ſed unà cum fundo ad novum poſſeſſorem pertinent.

24. Nec poma, pira, aliosqꝫ fructus ſimiles adhuc pendentes in hortis & pomariis Vaſalli heredes allodiales lucrantur.

25. Fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini, pertinent ad ipſum vicinum.

26. Piſces fructificationis cauſa ſtagno immiſſi cedunt heredibus Vaſalli defuncti eo tempore, quo ſtagnum mox eſt piſcabile.

27. Propinquius autem quando eſt tempus mortis poſſeſſoris injectioni piſcium in ſtagnum, quàm piſcationi, piſces unà cum ſtagno ad novum poſſeſſorem pertinent.

28. Bonæ fidei poſſeſſor naturales ſimul & induſtriales fructus reſtituere tenetur, non ſolùm extantes, ſed & conſumptos, quatenus ex iis factus eſt locupletior.

29. Extantium tamen & conſumptorum fructuum repetitionem impedit præſcriptio annalis in forꝰ Saxonico.

30. Malæ fidei poſſeſſor fructus perceptos ac percipiendos pariter reſtituere teneatur.

DEFINIT. I.

In foro Saxonico fructus induſtriales ex ſemine à Vaſallo raſtris ſubacto naſcentes ad heredes pertinent, excluſis feudi ſucceſſoribus.

1 ETſi fructus bonorum allodialium induſtriales de Jure Civili pro rata temporis, quo jus poſſeſſoris duravit, ad ipſum, ejusve heredes & ad novum poſſeſſorem pertineant, *l. de diviſione. 5. l. fructus. 7. §. divortio facto. 1. & §. ſeqq. ſolut. matrim.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. eod. tit. num. ult.* Hartm. Piſtor. 2 *part. 1. quæſt. 24. num. 7.* † veluti in contractu emphyteutico retrovenditionis, Jure Retractus aliisque 3 caſibus († Uſufructu tamen exceptô, ubi ſola perceptio fructus tribuit uſufructuario, *§. 36. inſt. de rer. diviſ. l. 12. §. 2. verſ. ſi fur decerpſerit. l. 58. l. ſeq. §. 1. ff. de uſufr. l. 25. §. 1. ff. de uſur.*) id de jure communi obſervari ſolet, ut pleniſſimè tractat Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 24.* & poſt eum Matth. 4 Berlich. *part. 3. concl. 43. num. 5. & multis ſeqq.* † Attamen in bonis feudalibus Jura communia aliud introduxerunt. † Scilicet, ut mortuo Vaſallo ante Calendas Martii vel poſt Auguſtum, fructus induſtriales nondum percepti Domino vel Agnato, defuncto autem eo poſt Calendas Martii, uſque 6 ad Auguſtum, heredibus Vaſalli cedant. † Dividitur nempe Annus totus in duas partes æquales, cujus una medietas, quæ ſex menſes à Menſe Septembri uſque ad Martium excluſivè continet, 7 Domino vel Agnatis; † Altera, quæ etiam ſex menſes à menſe Martio uſque ad menſem Auguſtum incluſivè complectitur, heredibus Vaſalli attribuitur, † ita ut primâ medietate Vaſallo de- 8
functo, fructus ad Dominum vel Agnatos, in alterâ verò medietate ipſo decedente, ad heredes Vaſalli pertineant, *cap. 1. §. his conſequenter. tit. hic finit. lex. ubi* Dd. Feudiſtæ. Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 11. n. 100.* Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 24. n. 38.* Roſenth. *de feud. cap. 10. concl. 42. n. 48.* Joh. Schneidew. *ad §. 36. inſt. de rer. diviſ. n. 5.* † Licet hanc diviſionem ab- 9
ſurdam, nec in praxi & pronunciando obſervandam, dicat Matth. Weſenb. *ad* Schneidewin. *dict. loc. lit. F.* † quod & ante ipſum ſenſit Jacob. Cujac. *in c. de fructibus feudi. 1. verſ. eandem diviſionem. lib. 4. feudor. tit. 30.* † Fructus autem perceptos & à ſolo ſeparatos 11
non ad Dominum aut Feudi ſucceſſorem, ſed ad heredes defuncti Vaſalli pertinere, indubitatum eſt, Curt. Jun. *de feud. part. 2. part. 3. pr. n. 46. & ſeq.* † de 12
quibus omnibus vide latè Hartm. Piſt. *dict. qu. 24. &* Berlich. *dict. concl. 43. n. 25. & ſeqq.* † Sed certior eſt hâc 13
in re diſpoſitio Juris Saxonici, quod omnes omninò fructus induſtriales, qui ex agro ſato & raſtris ſubacto proveniunt, heredibus Vaſalli defuncti vel alterius poſſeſſoris defert *in art. 58. §.* Des Mannes Saat / die er mit ſeinem Pfluge würcket / die iſt verdienet / als die Egde darüber gehet. *lib. 2.* Landrecht. † Rationem nempe laboris & culturæ habet 14
Jus Saxonicum, adeoque fructus ex ea promeritos Vaſalli heredibus tribuit; † Quod & diſertè pro- 15
bat *h.* Conſtit. *23. in pr. verſ.* Nach Sächſiſchem Lehnrecht aber / was die Egde beſtrichen hat und untergebracht / iſt bey Leben des Verſtorbenen / ſolches / weil es des Verſtorbenen erworben Gut / auch bey ſeinem Leben beſchickt worden / folget

und bleibet den Erben und nicht den Lehnsfolgern/ *ubi* Daniel Moller. *num. 3. verſ. Jure verò Saxonico.* Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 24. num. 73.* Johan. Köpp. *deciſ. 30. n. 43.* Jacob. Thoming. *deciſ. 3. n. 6.* Johann. Schneidew. *ad §. 36. num. 3. inſtit. de rer. diviſ.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 74. num. 2. & de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 303.* Chriſtoph. Zobel. *part. 3. differ. 27. num. 1.* Ludov. Fachſ. *diſ-*
16 *fer. 37.* † Quod indiſtinctè procedit, ſive feudum ad Agnatos proximos, ſive his non ſuperſtitibus, ad Do-
17 minum devolvatur, † uti ſatis liquet ex *h.* Conſt. *32. in pr.* Matth. Weſenb. *de feud. cap. 9. num. 5.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 2. part. 9. princ. ſect. 3. n. 82. & ſeq. junct. num. 91.*

Ita Domini in cauſa Andreæ & Michaelis Fratrum à Dienſtadt zu Krieme[illegible] und Qvirla/ Menſe April. Anno 1632. (Verba ſententiæ: Iſt euers verſtorbenen Brudern Sohn Wolff Balthaſar von Dienſtadt Todes verfahren / und hat euch ſeine Vettern und Lehnsfolgere an einem/ und ſeine leibliche Mutter am andern Theile/ zuſammt einem Mannlehen-Gut Krimmeln / ſo ſeine Mutter bißhero verwaltet / nach ſich verlaſſen/ ꝛc. So hat er zwar ſolches Lehngut auff euch / als die nächſten Vettern und Lehnsfolger gebracht und verfället/ die aber auff dem Gute verhandene Winterſaat/ weil Zeit euers Vettern als des Vaſalli Abſterben/ die Egde das Land allbereit beſtrichen gehabt/ verbleibet Jnhalts Landüblicher Sächſiſcher Rechte der Mutter als der Land-Erbin billich/ V. R. W.)

Definit. II.

Fructus quoque hortorum, Vaſalli induſtria promeriti, poſt ſationem & ſubactionem heredibus allodialibus cedunt.

1 FRuctus ergò induſtriales Jure culturæ & curæ ad Vaſalli heredes pertinent, Defin. *præced.* Frider. Penſold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. deciſ 253.*
2 *num. 4.* † Ex quo facilè decidendum, in fructibus hortorum induſtrialibus idem Juris obtinere, ſi horti in vita Vaſalli fuerint foſſi, culti, ſati & ſubacti,
3 † ut ſcilicet fructus inde naſcentes, & ex cultura ac labore Vaſalli provenientes, ut ſunt rapæ, piſa, lactuca, aliaque legumina, heredibus ejus allodialibus cedant, Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 253. num. 2.*
4 *& deciſ. 286. num. 102.* † Quod & verbis ſat expreſſis definitum in Jure Saxonico, *art. 58. verſ.* Und des Garten/ als der gerodet/ geſäet / und geharcket iſt. *lib. 2.* Landrecht. † Et *h.* Conſt. *32.* §. Alſo
5 auch/ da ein Garte bey des Verſtorbenen Leben gerodet/ geſäet/ geharcket/ folgen die Gartenfrüchte den Erben.
6 † Alia eſt cauſa fructuum hortorum, qui nullam hominis induſtriam requirunt, puta pomorum, pirorum, ceraſorum, † quos pro-
7 pter ceſſantem Juris Saxonici rationem, ad feudi ſucceſſores pertinere, rectiſſimè aſſerit Matth. Coler. *dict. deciſ. 286. num. 111.* ex traditis Bartol. *in l. ex diverſo. 35. num. 5. ff. de Rei vindicat.* Vid. *infr.* Defin. *24.*

Ita Domini in eâdem cauſa. (Verba ſentent: So wol auch die Garten-Früchte / als Rüben / Zwiebeln/ Schoten/ Salat/ und dergleichen / dieweil zur Zeit euers Vettern/ als des Vaſalli, Abſterben / der Garten allbereit beſäet und geharcket geweſen/ verbleiben/ Jnnhalts Landüblicher Sächſiſcher Rechte / der Mutter als der Land-Erbin billich / V. R. W.)

Definit. III.

Agro feudali, à Vaſallo vivente raſtris ſubacto, fructus induſtriales in dotalitio nati non ad Viduam, ſed ad mariti heredes allodiales pertinent.

QUid verò, ſi dotalitium Uxori in bonis feuda- 1
libus fuerit conſtitutum, & fructibus in fundo dotalitio nondum perceptis, vel agro conſito, ſeu raſtris ſubacto maritus moriatur? † Fructus tum unà 2
cum fundo dotalitio ad Viduam, utpote Uſufructuariam pertinere, docet Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 261.* † nempe quia uſusfructus alicujus fundi maxi- 3
mè annuus legatus cedit ſtatim à tempore mortis teſtatoris, aut ſaltem à die aditæ hereditatis, *l. 1. C. & ff. per tot. quando dies legat. ced. l. ſi pendentes. 27. in pr. ff. de uſufruct.* † Sed verum eſt hoc ſe- 4
cundum regulas Juris civilis: At, cum Jus Saxonicum diſertè diſponat, fructus eo ipſo promeritos eſſe, quod agrum quis coluit, & poſt ſementem factam raſtris ſubegit, † atque adeò ad ſolam cultu- 5
ram reſpiciat, ut apparet ex *artic. 58. lib. 2.* Landrecht. inferendum inde eſt firmiter, † fructus hoc 6
caſu non ad Viduam cum fundo dotalitio tranſire, ſed ad heredes mariti pertinere, quippe cui viventi ratione culturæ, quam in fructuum acquiſitione leges Saxonicæ conſiderari volunt, jus percipiendorum fructuum jam fuerat acquiſitum, Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 24. num. 82.* † quod & pro- 7
bat ipſemet Colerus, ſibi contrarius, *part. 1. deciſ. 60. num. 23.* † Et in terris Saxonici Electoratus id di- 8
ſertâ ſanctione fuit receptum, *hâc* Conſt. *32. in pr. verſ.* Welches auch ſtatt hat / da gleich die Lehngüter der Frauen zum Leibgedinge vermacht / *ubi* Dan. Moll. *num. 3.* Jacob. Thoming. *deciſ. 3. num. 1.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 43. num. 51.* Frider. Penſold. *in addit. ad* Coler. *dict. deciſ. 261. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Martini Nebeners zu Zetha/ Menſ. Jan. Anno 1633. (Verba ſentent: Dieweil ihr berichtet / daß hiebevor zur Zeit euers Schwagers Abſterben das Feld allbereit beſtellet geweſen / und die Egde das Land beſtrichen gehabt / So haben ſeiner Wittiben auff dero Leibgedinge / ſo ſie in des Mannes Lehngütern gehabt/ ſelbiges Jahres Früchte nicht gebühret / ſondern euer Weib/ und dero Geſchwiſter/ als die Land-Erben/ haben ſich derſelben anzumaſſen gehabt/ ꝛc.)

Definit. IV.

Vidua, dotalitio per mortem ipſius finito, fructus ex ſemine raſtris ſubacto provenientes ad heredes ſuos transmittit.

SImili culturæ ac laboris Jure gaudent Viduæ he- 1
redes in dotalitio, ſi illa facta ſemente, agroque conſito & raſtris ſubacto deceſſerit: † Etſi enim do- 2
talitii ratione Jus utendi fruendi ſaltem habeat, ex quo videri poſſet, ea quæ de uſufructuario Jure communi diſpoſita ſunt, ut nempe ſolâ perceptione fructus ſuos faciat, §. *36. inſt. de rer. diviſ. l. 25. §. 1. ff. de uſufr. l. 12. §. 5. verſ. ſi fur decerpſerit. ff. eod.* ad hunc caſum accommodari debere; † Attamen, 3
quia ipſa culturam fecit, agrumque raſtris ſubegit, ſecundum Leges Saxonicas fructus ex cultura ſua provenientes ad heredes ſuos, † vel ſi alte- 4
ri nupſerit marito, ad hunc ceu heredem mobiliarem

5 liarem devolvit; † nec quicquam Juris in fructibus
6 hisce arrogare sibi possunt successores feudi, † ad quos feudum dotalitio finito revertitur, *art. 76. lib. 3.* Landr. Gloss. *latin. ad art. 58. lit. b. lib. 2.* Landrecht. Hartm. Pist. *part. 2. quæst. 24. num. 54.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 43. num. 52. 53. 54.* Jacob. Thoming. *decis. 3. num. 2.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 103. & part. 1. decis. 194. num. 4.* Joh. Schneid. *§. constituitur. 2. n. 8. inst. de Usufr.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Und demnach bemeldte Wittib nunmehr auch Todes verfahren / so hat sie die heurigen Früchte / so auff dem Leibgedinge erwachsen / weil zur Zeit ihres Absterbens die Egde allbereit die Saat bestrichen gehabt / auff ihre Erben / oder da sie sich allbereit verehliget gehabt / auf den überlebenden Ehemann gebracht und verfället / und die Lehnsfolger / welchen das Leibgedinge anheim gefallen / haben sich derselben anzumassen nicht fug / V. R. W.)

Definit. V.

Fructus agri ab usufructuario sati & occati, heredes ejus lucrantur in foro Saxonico, licet nondum percepti fuerint.

1 AN ergo in foro Saxonico, Usufructuarium quo-
2 que fructus in agro ab ipso sato & consito nascentes ad heredes suos transmittere dicemus? † Ita omninò est, quicquid etiam Jus civile hâc de re disposuit, in *§. is verò ad quem. 36. inst. de rer. divis. l. si fructuarius. 13. ff. quib. mod. usus fr. amittit. l. defuncta. 58. l. seq. §. 1. ff. de usufruct. l. qui scit. 25.*
3 *§. 1. ff. de usur.* † Non enim Jura Saxonica perceptionis, sed solius culturæ rationem habent, utrum
4 ager satus & rastris subactus fuerit; † Volunt nempe, pro labore mercedis loco fructus industriales possessori & usufructuario cedere, quod jus per cul-
5 turam sibi acquisitum ad heredes transfert, † etiamsi fructus percepti non fuerint, *artic. 76. & 77. lib. 3.* Landrecht. Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 27. num. 1. & 3.* Reinhard. *part. 6. differ. 11.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 194. num. 4. & part. 2. decis. 286. n. 104.*
6 Matth. Berlich. *part. 3. concl. 43. num. 55.* † Et fallunt omninò, qui dispositionem hanc Juris Saxonici ad bona feudalia restringunt. Nam in allodialibus bonis eam obtinere, †
7 rationis identitas pariter, ac textuum generalitas satis evincit in *dict. artic. 76. & 77. lib. 3.* Landr. Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 74. num. 74.* Matth. Coler. *de process. executiv. part. 2. cap. 3. num. 303.*

Ita Domini in causa Jacobi Weidlings zu Langendorff / Mens. Julio Anno 1630. (Verba sentent: Hat Hans Röder zu Langendorff einen letzten Willen auffgerichtet / und Peter Wernern daselbst zum Erben eingesatzt / doch dergestalt / daß seine Haußhälterin Catharina die Fruchtnießung seiner Güter auff ihr Leben haben und behalten solte / derer sie sich auch etliche Jahr lang nach einander gebraucht / und nachdeme sie die Aecker bestellet / und besäet / auch die Egde das Land bestrichen / ist sie Todes verfahren / und hat ihre Erben benebens den heurigen erwachsenen / aber noch nicht eingeerndten Früchten / nach sich verlassen / &c. So hat bemeldte Usufructuaria angeregte heurige Früchte / ob sie gleich noch zur Zeit nicht eingeerndtet seyn / auff ihre Erben gebracht / und der Eigenthums-Herr Peter Werner hat sich derer anzumassen nicht fug / V. R. W.)

It. in causa Leonhardi Scheibens & Sebastiani Röders zu Greitzsch / Mens. Febr. Anno 1581. (Verba sentent: Ist nun Paul Seyfard verstorben / und hat nach sich Kinder erster und anderer Ehe verlassen / &c. So folgen berührte 55. fl. zusammt den Feldern seinen Kindern erster Ehe als Muttertheil zuvoraus billich / die Früchte aber / so er darauff erbauet / hat er auff die Kinder erster und anderer Ehe zugleich gebracht und verfället / V. R. W.)

Definit. VI.

Maritus percipit fructus ex agro Uxoris defunctæ, si ea adhuc vivente cultus & rastris subactus fuerit.

FAcilè hinc dijudicandum, utrum marito cedant 1
fructus in agro uxoris nascentes, quos vivente eâ non perceperit? † Etenim si ipse agrum coluerit, ra- 2
strisque subegerit, æquissimum sanè est ex dispositione Juris Saxonici, pro cultura & labore, mercedis loco fructus ipsi assignari, etiamsi eos nondum perceperit; † quod etiam expressis verbis decisum *in* 3
art. 76. v. Stirbt aber die Frau nach der Saat / *lib. 3.* Landrecht. *art. 58. v.* Des Mannes Saat. *lib. 2.* Landrecht. *& h.* Constit. *32. §.* Gleichesfalls da ein Weib liegende Gründe hat / und verstirbet nach der Saat-Zeit / so behält der Mann die Früchte. Hartman. Pistor. *part. 1. quæst 24. num. 77.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 101. & seq.* Berlich. *part. 3. concl. 43. num. 49.* † Et sanè, si in foro 4
Saxonico, Usufructuario fructus nondum percepti post culturam agrorum peractam Jure proprietatis debentur, Defin. *præced.* † Quidni idem asserere- 5
mus de marito, qui usumfructum habet bonorum conjugis *art. 31. & 45. lib. 1.* Landr. Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 2. num. 45.*

Ita Domini in causa Johannis Eichhorns und Caspari Hölens zu Cölleda / Mense April. Anno 1630. (Verba sent: Ist euer Schwiegermutter Todes verfahren / und hat ihre Kinder an einem / und ihren Ehemann anderer Ehe am andern Theil / zusammt etlichen besäeten und bey ihrem Leben mit der Egde bestrichenen Aeckern nach sich verlassen / &c. So hat sie solche Aecker auff ihre Kinder bracht und verfället / die darauff stehende Früchte aber verbleiben dem Ehemanne billich / und die Kinder haben an solchen Früchten keine Foderung / &c.)

Et in causa Martini Metzners zu Roßbach / Mens. August. Anno 1596. (Verba sentent: Ist nunmehr nach vollendeter Pachtzeit / und gleich nach der Saatzeit / als die Aecker von euch allbereit über Winter bestellet / und die Egde das Feld bestrichen / euer Eheweib gestorben / so bleiben die Winter-Früchte ihres Antheils am Gute / euch als dem Ehemanne / als euer erworben und erbauet Gut billich / V. R. W.)

Definit. VII.

Defuncto marito post rastrationem agri Conjugis suæ, fructus in eo nascentes non ad Viduam, sed ad mariti heredes pertinent.

COnsequitur hinc porrò, quod si maritus post 1
factam sementem & rastrationem agri Uxoris moriatur, fructus ex cultura hâc provenientes ipsius heredibus cedant, licet nondum percepti fuerint, nec Vidua superstes unà cum fundo hos petere valeat. 2
† Quia scilicet per culturam & curam maritus fructus promeruit, eorumque dominium etiam ar- 3
ctus perceptionem acquisivit, † ex dispositione Juris Saxonici *art. 58. lib. 2.* Landrecht. *& art. 76. lib. 3.* Landr. † Defuncto itaq; eo jus hoc ad ipsius heredes transit, 4
quod & Usufructuarii heredes jure sibi arrogare dixi. Defin. *5.*

Ita Domini in causa heredum Sebastiani Köhlers zu Rotenschirmbach / Mens. Jul. Anno 1621. (Verba sententiæ: Ist Bastian Köhler euer Vater den 6. Junii jüngsthin mit Tode abgangen / und hat unter andern Gütern etliche auff seines andern Eheweibes Ländereyen/so sie ihme zubracht/ noch stehende/und durch seinen Fleiß und Besaamung erbauete Winter- und Sommer-Früchte nach sich gelassen/ꝛc. So hat er berührte Früchte auf euch seine säintliche Erben gebracht und verfället/ und seine hinterlassene Witibe hat sich derselbigen neben den Ländereyen / welche sie als ihr eingebracht Gut hinweg nimmt / nicht anzumassen / V. R. W.)

Item in causa Florian Seyfards zu Rotenschirmbach/Mens. Aug. Anno 1621.

Et in causa Johannis Wildenhains und Pauli Pfeffers zu Pegau/ Mens. Junio, Anno 1599.

Definit. VIII.

Vineæ fructus nondum percepti ad heredes possessoris pertinent, quando hic post diem Urbani decesserit.

1 VIneæ fructus sive uvas inter fructus industriales refert rectissimè post alios, quos allegat, Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 24. num. 90.* cum nemini non constet, vineam apud nostros, si non majores, saltem non minores impensas & culturæ operas requirere, quàm
2 agrum. † An ergo dispositionem Juris Saxonici, quod post sementem & rastrationem factam fructus industriales Vasalli aut alterius possessoris heredibus tribuit, ad fructus vineæ quoque accommo-
3 dabimus? † Minus ritè hoc fieri potest: Quid enim, quæso, serere & semen rastris subigere commune habet cum laboribus, qui ad vineæ culturam desiderantur; † Quin & ager, postquam semen rastris subactum est, omni labore consummato, nullam am-
5 plius culturam præter messem requirit; † Vinea verò licet semel exculta, attamen indies magnam hominis diligentiam desiderat, ut ita prædicta dispositio hanc extensionem non patiatur, pulchrè id demonstrante Hartman. Pistor. *dict. quæst. 24. num. 92.*
6 † Remanet nihilominus & hoc casu ratio Juris Saxonici, quod pro culturæ labore fructus inde provenientes mercedis loco possessoris heredibus adjudicari jubet, *art. 58. lib. 2.* Landrecht. Frideric. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 253. num. 4.*
7 † Hâc ergo mercede heredes privari, videtur iniquis-
8 simum. † Ideoque placuit, ut defuncto Vasallo, aliove possessore, post diem Urbani, fructus vineæ ad heredes ejus pertineant; secus verò si possessor ante hunc diem decesserit, per *text. in dict. art. 58.*
9 *vers.* Arbeitet ein Herr / oder ein Mann/ꝛc. † Scilicet, quia hoc tempore in vineis maximus ferè culturæ labor est perfectus & absolutus, ut non immeritò fructus post id tempus, perinde ut in agris post semen rastris subactum ad cultorem, ejusque heredes pertineant, Hartman. Pistor. *dict. quæst. 24. num. 93.*
10 † ubi à Dominis Scabinis Anno 1584. in hanc sententiam pronunciatum refert ex Ludov. Fachsio,
11 Matth. Berlich. *part. 3. concl. 43. num. 36.* † Concesserim tamen, aliud dicendum esse in provinciis Thuringiæ, ubi tempus der Kuren / ex longo intervallo sequitur festum Urbani, per sex scilicet he-
12 bdomadas, aut circiter. † Ex quo, ante ultimam illam culturam adhibitam, præteritas operas possessoris, qualescunque sint, quoad lucrum fructuum in Thuringiâ non haberi in consideratione,
13 † sed fructus nascituros deberi successoribus feudalibus, tradit Matth. Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 3. n. 303.*

Ita Domini in causa Henrici à Löberitz/ Mens. Aug. Anno 1630. (Verba sentent: Hat euer Vetter auf seinem Lehngut auch einen Weinberg nach sich verlassen/ꝛc. So hat er solchen Weinberg als Lehngut auff euch seinen nähesten Agnaten und Mitbelehnten gebracht und verfället/ die darauf erwachsene Früchte aber des nächsten Weinwachs/ dafern gedachter euer Vetter nach dem Tage Urbani gestorben / verbleiben dem Land-Erben billich / auff Fall aber derselbe vor Urbani Tag Todes verblichen ware/ hättet ihr euch derselben zugleich nebens dem Weinberge auch anzumassen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Defuncto Vasallo post Calendas Martii, heredibus allodialibus competit jus coquendi cerevisiam per totum illum annum in prædiis feudalibus.

SEd quid Juris in fructibus, in quibus satio, ra- 1
stratio & ejusmodi cultura non requiritur, qui tamen nihilominus inter fructus industriales referuntur, ut sunt Lac & lana, Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 210. num. 16.* Bald. *in l. legatorum. 1. C. de Usur. & fructib. legat. n. 23.* † Jus 2
coquendi cerevisiam, Bald. *d. loc. num. 25.* Ludolph. Schrader. *in tract. feud. part. 2. part. 9. princip. sect. 3. num. 67.* † Venationes, quæ pro fructibus agri ha- 3
bentur, *l. item si fundi. 9. §. aucupiorum. 5. l. usufructuarium. 62. ff. de usufr. l. venationem. 62. ff. de Usur.* Mod. Pist. *p. 1. q. 15.* † Fructus aucupiorum, 4
Lapidicinarum, Cretifodinarum, &c. Schrader. *dict. sect. 3. num. 49.* † Nemo non videt, dispositionem 5
Saxonicam, de quâ *in art. 58. lib. 2.* Landr. agitur, ad hosce fructus haudquaquam accommodari posse, quippe quæ sationem, rastrationem, aliamve curam etiam ante ipsam perceptionem præsupponit *dict. art. 58.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Col. *p. 2. decis. 253. num. 4.* † Standum itaque hoc in casu 6
etiam in foro Saxonico dispositione juris communis feudalis, quo Vasallus post Augustum ante Martium defunctus, omnes fructus relinquit Domino vel Agnatis; † Si verò post Calendas Martii usque ad 7
Augustum decesserit, omnes illius anni fructus ad heredes suos allodiales transmittit, *cap. 1. §. his consequenter. tit. hic finit. lex. ubi* Feudistæ. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 11. n. 100.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 252. n. 1.* Hartman. Pistor. *p. 1. qu. 24. num. 38. supr.* Defin. *1.* † Videtur enim relictum sub dispositione 8
juris communis, quod jure statutario Saxonico non est expressè decisum, *l. si extraneus. 6. ff. de condict. caus. dat.* Octav. Cacheran. *decis. 20. n. 15.* Bald. *in l. si plures. 6. n. 29. C. de condit. insert.* † Cui Consequens, 9
heredes lucrari lanam & lac, nec non venationibus uti per totum annum, si Vasallus post Calendas Martii decesserit, Ludolph. Schrader. *dict. sect. 3. num. 49.* †ubi & de reliquis fructibus, aucupiorum nempe, La- 10
pidicinarum & similibus idem judicandum asserit. † Ex hac pariter ratione in foro etiam Saxonico, he- 11
redes allodiales Vasalli, qui post Calendas Martii decedit, per totum illum annum, in prædiis feudalibus cerevisiam coquere, illamq; vendere poterunt, Ludolph. Schrader. *dict. sect. 3. num. 66.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 43. n. 36. & 67.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sentent: So viel aber die Brau-Gerechtigkeit anlanget/ haben sich die Land-Erben/ dafern im Martio oder hernach im Augusto der Lehnmann gedachter euer Vetter verstorben wäre / derselben das Jahr hindurch zu gebrauchen/ und das Bier ihrer Beliebung nach zu verkauffen wol fug/ V. R. W.)

DEFI-

Definit. X.

Quod vivente Vaſallo aut Uſufructuario, ſeminatum quidem, nondum tamen raſtratum eſt, non ad heredes, ſed novum poſſeſſorem pertinet.

1 JUre Saxonico quicquid ſeminatum & raſtratum eſt, id tanquam merces induſtriæ & laboris Vaſalli, quocunque anni tempore is moriatur, ad hæredes ejus, non ad Dominum vel ſucceſſorem feudi perti-
2 net, *artic. 58. lib. 2.* Landrecht. *ſupr.* Defin. *1.* † Quid autem ſi tempore mortis Vaſalli aut Uſufructuarii nondum fuerit ſemen conjectum in terram, nec ſubſecuta raſtratio, ſed ager duntaxat ſemel aut bis ara-
3 tro ſubactus? † In terminis quaſi videtur hanc quæſtionem decidere Saxo: Quod videlicet qui cœpit culturam agri, is quoque eam perficere, h. e. ſeminare & deinceps ſegetes ibi naſcentes colligere & percipere debeat *in artic. 76. verſ.* Stirbet dann das
4 Weib / ꝛc. *lib. 3.* Landrecht. † Sed uſu hæc deciſio recepta non eſt, teſte Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 286. num. 105.* Quin potius obſervantia fori Sa-
5 xonici hactenus comprobavit, † poſt ultimam demum culturam, raſtrationem ſcilicet peractam, jus percipiendorum fructuum Vaſallo & uſufructuario
6 competere, quod ad heredes transmittat. † Hàc verò, raſtratione nempe, non adhibitâ, ne quidem ſatio facta efficit, ut heredes ad fructuum perceptionem admittantur, propter verba clara *art. 58. lib. 2.* Landrecht. (Des Mannes Saat/ die er mit ſeinem Pfluge würcket/ die iſt verdienet/ als die Egde darüber gehet / ꝛc. *Et hâc* Conſt. *32. in pr. verſ.* Was die Egde beſtrichen hat / und unterbracht
7 iſt/ ꝛc.) † Ergo haud factâ raſtratione à poſſeſſore defuncto, fructus induſtriales unà cum fundo ad novum tranſeunt poſſeſſorem, Matth. Coler. *dict. loc.* Matth. Berlich. *part. 3. concluſ. 43. n. 60.* Reinh. Roſa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Georgii Dillingers/ contra die Krahe-riſche Wittib und Erben / an Küchenmeiſter zu Merſeburg/ Menſ. Sept. Anno 1629.

Et in cauſa Hanſen Wilhelms zu Leipzig/ Menſe Jan. Anno 1631. (Verba ſentent: Ob nun wol bey Lebzeiten des Verſtorbenen etliche Acker-Arbeit verrichtet / auch allbereit geſäet worden. Da aber dennoch die Egde die Saat noch nicht beſtrichen hätte/ ꝛc. So hätten die Lehnsfolger zugleich nebens dem Lehn ſich auch der Früchte billich anzumaſſen/ ꝛc.)

Definit. XI.

Reſtituendi tamen ſunt ſumptus in culturam & ſationem facti, antiquo poſſeſſori ejusvè heredibus.

1 NIquum tamen dixeris, Vaſallum aut Uſufructuarium operam & laborem ſuum perdere, factisque expenſis carere, absque ulla ſpe fructuum percipiendorum, ſi factâ culturâ ac quandoque etiam ſatione, ante raſtrationem peractam deceſſerit?
2 † Fateor equidem, damnum indebitè pati hoc caſu Vaſallum aut Uſufructuarium ejusvè heredes, contra rationem juris naturalis, quod neminem cum alterius damno & jactura vult locupletari, *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indebit.*
3 † Æquiſſimum igitur eſt, novum poſſeſſorem, ad quem fructus unà cum feudo tranſeunt, antiquo poſſeſſori, ejusvè heredibus expenſas factas reſtituere, † nec non pro cultura atque operis condignam ſatisfactionem in pecunia præſtare, Johann. Schneidew. *ad §. is verò. 36. n. 3. inſt. de rer. diviſ.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 304. & part. 2. deciſ. 286. n. 107.* † Nam quicquid impendii factum eſt in agro, id omne fructus agri ipſo jure diminuit, *l. quod in fructus. 46. ff. de Uſur.* & alibi ſcriptum reliquit Julianus, † quod nullus caſus intervenire poſſit, qui hoc genus deductionis impenſarum impediat, *l. fundus qui dotis. 51. ff. fam. erciſc. l. fructus. 7. ff. ſolut. matr.* Coler. *dict. loc.*

4 5 6

Ita Domini in eadem cauſa George Dillingers/ contra die Krahe-riſche Wittibe und Erben zu Merſeburg/ Menſe Sept. Anno 1629. (Verba ſentent: So viel aber die jenigen Koſten anlanget/ ſo zu Beſtellung des Ackers über Winters aufgewendet/ darauff des Pfarrherrns Eheweib/ ehe und zuvor die Egde die Saat beſtrichen / verſtorben/ dieſelbe Unkoſten werden dem überlebenden Pfarrherrn von des Weibes Erben/ welchem der Acker benebens denen darauff erbaueten Früchten zukommen/ unangeſehen/ daß das Wetter ſolchen Früchten ziemlichen Schaden gethan / hinwiederumb billich entrichtet und abgeſtattet/ V. R. W.)

Definit. XII.

Omnibus in caſibus, ubi fructus induſtriales cum ipſo prædio ad novum poſſeſſorem tranſeunt, impenſæ in culturam agrorum factæ heredibus reſtitui debent.

EAdemque ratio æquitatis facit, ut generaliter in 1
omnibus illis caſibus, ubi fructus non ad heredes defuncti pertinent, ſed unà cum prædio ad pos-
ſeſſorem tranſeunt, † novus ille poſſeſſor, qui fru- 2
ctus lucratur, omnes impenſas & ſumptus in culturam agrorum factos heredibus reſtituere teneatur, Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 304.* Hartm. Piſtor. *part. 1. queſt. 24. num. 96.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 2. part. 9. princ. ſect. 3. num. 25.* Carol. Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 8. gloſſ. 1. n. 13 & ſeq.* Joh. Schneidew. *de feud. part. 6. cap. 5. n. 28.* Roſenth. *de feud. cap. 10. concl. 42. n. 60.* † Sicuti enim 3
æquiſſimum videtur, impenſas præſtari à Vaſallo & Uſufructuario in culturam agrorum, ex quibus fructus lucratur ac accipit.

Veluti etiam Domini reſponderunt in cauſa Johannis Eichhorns zu Colleda / Menſ. April. Anno 1630.

† Ita certè iniquiſſimum eſſet, impenſarum ac ſump- 4
tuum onere absque ullâ repetendi facultate gravari eum, qui fundos excoluit nullos inde percipiens fructus, † qui tamen non debentur, niſi deductis ante 5
omnia impenſis quærendorum, conſervandorumvè eorum gratia factis, *l. ſi à Domino. 36. §. ult. ff. de petit. heredit. l. fructus. 7. §. impendi. 16. ff. ſolut. matr. cum l. ult. ff. de oper. libert.* Johann. Garſ. *de expenſ. & meliorat. cap. 1. num. 11.* Joh. del Caſtillo *de uſufr. cap. 77. num. 5. & ſeqq.* † Nam alioquin, 6
ſi hæc deductio haud fieret, non fructus tantùm, ſed plus etiam, hoc eſt, impenſas & operas, fructuum gratia factas, contra diſpoſitionem juris novus poſſeſſor lucri faceret, Joh. Harppr. *ad §. conſtituitur, 2. num. 96. inſtit. de Uſufr.* † Et ſuffragatur huic ſen- 7
tentiæ *Gloſſa juris Saxon. in* Lehnrecht. *cap. 57. in verb.* Jener muß ihme das Gut räumen / er ſolt aber jenem ſeine Arbeit gelten/ und ſeinen Samen wiedergeben / und denſelbigen alſo abweiſen mit deme/ was er darauf gewandt hat. † Nec movet in 8

contrarium textus *in art. 58. verſ.* Fahret ſich aber das Kind vor dieſer Zeit/ der Herr hat verlohren ſeine Arbeit/ die er an das Gut geleget hat/ und das Kind gilt ihr ihm nicht/ *lib. 2.* Landr. qui è dia-
9 metro prædictis obſtare videtur; † Quia per uſum contrarium à diſpoſitione hujus textus juris Saxonici fuit receſſum, teſte Matth. Coler. *dict. cap. 3. n. 205.*
10 *in fin.* † quod & innuit Zobel. *in ſuis addit. ad dict. art. 58. lit. d.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Wilhelms zu Leipzig / Menſ. Januar. Anno 1631. (Verba ſentent: Iſt einer von Adel Todes verfahren/ und weil er keine Söhne/ſondern allein zwo Töchter hinter ſich verlaſſen/ hat er ſeine Lehngütere auff die Mitbelehnte bracht und verfället/ welche ſich auch derſelben angemaßt / und den Beſitz erlanget und einbekommen. Ob nun wol bey Lebzeiten des Verſtorbenen etliche Acker-Arbeit verrichtet/ auch allbereit geſäet worden/ da aber dennoch die Egde die Saat noch nicht beſtrichen hätte/ dafür ſichs aus eurer Frage anſehen läſſet/ ꝛc. So hätten die Lehnsfolgere zugleich nebens dem Lehn ſich auch der Früchte anzumaſſen/ ſie wären aber die verrichtete Ackerarbeit denen beyden Töchtern zu bezahlen ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. XIII.

De fructibus autem heredes nihil percipiunt, etiamſi poſſeſſore defuncto, ipſimet agrum coluerint & ſeminaverint.

NUnquam ergo, inquies, antiqui poſſeſſoris, ante raſtrationem defuncti, heredes fructus per-
1 cipient? † Quid enim ſi poſt obitum anteceſſoris juſtâ ex cauſa heredes in poſſeſſione bonorum permanſerint, ac interim agros coluerint & ſeminave-
2 rint? † Videtur ſanè hoc caſu Elector Saxoniæ Illuſtriſſimus Viduæ pro frumento de cibariis ſationi impenſo fructuum dimidietatem tribuere *h.* Conſtit. *32.* §. Da aber die Wittfrau. *in fin.* Solches müſſen ihr die Lehnsfolger vor den halben Theil des
3 Samens wieder erſtatten. † veluti hæc verba de fructuum dimidietate poſt Weſenb. *in manuſcripto ad h.* Conſtit. *32.* explicat Matth. Berlich. *part. 3.*
4 *concl. 43. num. 65. & ſeq.* † ubi idipſum ad quoscunque heredes extendit, ita ut illis pro ſeminatione, cu-
5 râ & labore, dimidia pars fructuum debeatur. † Sed captat verba Berlich. Nec enim quicquam aliud Illuſtriſſimus Conſtituens verbis illis ſancire voluit, quàm ut Viduæ, quæ marito defuncto, ante acceptam partem ſuam comeſtibilium, agros de iis ſeminare curaverit, frumentum ſationi impenſum pro dimidia parte, quæ ſcilicet ipſi nomine comeſtibilium debetur, à feudi ſucceſſoribus refundatur, non etiam ut fructus percepti inter Viduam & feudi
6 ſucceſſores dividantur, † prout cuivis verba illa exactius inſpicienti obviam eſt, & rectè mentem Dn. Electoris ſic explicat Dan. Moller. *hic num. 4.* Jacob. Schult. *ad* Georg. Rotſch. *de dotal. artic. 20.*
7 *num. 7.* † ut ita ſanctio *h.* Conſtitut. Viduæ ſolam impenſarum refuſionem attribuat juxta tradita De-
8 fin. *præced.* † Ac certè explicationi huic tantò magis inhærendum, quantò certius eſt de jure pariter communi & Saxonico, heredes ultra impenſarum repetitionem de fructibus nihil lucrari, ut demon-
9 ſtravi pluribus Defin. *præced.* † Quod cum verbis expreſſis nullibi correctum reperiatur, ecquis dubitabit, in terris Saxonici Electoratus, ſecundum juris illius diſpoſitionem etiamnum eſſe pronunciandum, *arg. l. præcipimus. 32. C. de appellat. l. un. C. de inoff. dot. c. cum dilectus. 9. de conſuet.*

Ita Domini in cauſa Viduæ & heredum Johannis à Seebach / Menſ. Jul. Anno 1623. (Verba ſententiæ: Hat euer Ehemann und Vater Hans von Seebach nach ſeinem Abſterben ſeine Lehngüter auff ſeine Vettern und Mitbelehnten bracht und verfället / wann nun gleich ihr/ als ſeine Wittib und Töchter/ ehe und zuvor die Lehnsfolger ſich des Guts würcklichen angemaſſet/ die Felder gebührender maſſen beſtellet / auch von deme/ was euch der Wittiben zum Mußtheil gehörig / beſäet hättet/ ꝛc. So wäret ihr euch doch der darauff künfftig erwachſenden Früchte einigerley Weiſe anzumaſſen nicht befugt/ ſondern es verbleiben ſolche den Lehnsfolgern billich/ Es ſeynd aber dieſelbige der Mühe und Unkoſten halber/ euch gebührenden Abtrag zu thun / ſo wohl das jenige/ ſo euch der Wittiben zum Mußtheil gebühret gehabt / zu erſtatten ſchuldig / V. R. W.)

Definit. XIV.

Competit heredibus jus retentionis in feudo, donec ipſis expenſæ in culturam factæ reſtituantur.

DE impenſis in culturam agrorum factis, heredi-
1 bus defuncti Vaſalli ita proſpectum arbitror, cum Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 2. num. 309.* † ut ex feudo iis recedere haud injungi
2 poſſit, donec plenariè ipſis fuerit ſatisfactum, ex regula generali, † quæ rem debitoris retineri permittit
3 pro impenſis aut meliorationibus in ea factis, † mo-
4 dò non alterius rei reſpectu fuerint factæ, *l. quod dicitur. 5. ff. de impenſis in reb. dotal. fact. l. Paulus. 14. ff. de doli except. l. ſi quis rem. 20. ff. de acqu. poſſeſſ.* † Nec conſultum videbitur poſſeſſione relictâ, per-
5 ſonali actione adverſus novum poſſeſſorem ad refuſionem ſumptuum experiri, † cum pinguius ſit re-
6 medium petitione retentio, quæ & ipſa perceptio eſt, *l. deducta. 58. §. acceptis. 3. ff. ad SC. Trebell. l. cum pater. 77. in pr. ff. de legat. 2.* Ant. Fab. *in C. lib. 2. tit. 30. defin. 2. num. 6.* † Ut mirum haud ſit, ad
7 retentionis beneficium ſæpiſſimè confugere eos, quibus taciti pignoris jure proſpectum non eſt, † cum
8 nec abſurdè competet retentio ſine pignore, *l. ſi in area. 37. ff. de condict. indeb.* Anton. Fab. *in Cod. lib 8. tit. 15. defin 5. n. 3.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent. Es ſeynd aber die Lehnsfolgere der Mühe und Unkoſten halber euch gebührenden Abtrag zu thun/ ſo wol das jenige/ ſo euch der Wittiben zum Mußtheil gebühret gehabt/ zu erſtatten ſchuldig/ und ehe und zuvor ſolches geſchicht/ möget ihr aus den Lehngütern zu weichen nicht gedrungen werden / ſondern ihr habt euch des juris retentionis darinnen zu gebrauchen wol fug/ V. R. W.)

Definit. XV.

Obſtricti quoq; ſunt mariti heredes ad refuſionem impenſarum, quas Vidua fecit in culturam agri ſui, antequam ipſi nuberet.

NOn plus juris habet maritus in percipiendis fru-
1 ctibus induſtrialibus, quàm alius quivis poſſeſſor aut uſufructuarius, qui ad refuſionem ſumptuum ab alio in culturam agri factorum tenetur; † Finge, maritum ex agro uxoris percepiſſe fructus,
2 quem ipſe, antequam matrimonio ei jungeretur, coluerat ac ſeminaverat, defuncto poſtea marito, Viduam repetere impenſas ab ejuſdem heredibus; † Di-
3 xeris, nullo jure hos condemnari ad refuſionem, cum maritus nihil fecerit, quo Uxori obligaretur, ad inſtar Uſufructuarii, ſolâ perceptione fructus ſuos faciendo, *l. 12. §. 2. verſ. ſi fur decerpſerit. l. 58. l. ſeq. §. 1. ff. de uſufr. l. 25. §. 1. ff. de Uſur.* qui & ipſe

Uſum

Usumfructum habet in bonis suæ Uxoris, *art. 31. & 45. lib. 1.* Landr. Reinh. *differ. 45.* Andr. Rauchb. 4 *part. 1. quæst. 2. num. 45.* † Verùm, concesserim hoc de jure civili. In foro certè Saxonico, nec marito, nec Usufructuario cuivis alii absque opera & industria fructus acquiruntur, sed laboris & culturæ rationem habent jura Saxonica, ceu mercedem operarum fructus possessori attribuentia, *artic. 58. lib. 2.* Landr. *art. 76. lib. 3.* Landr. Christoph. Zobel. *part. 3.* 5 *differ. 27. num. 1. & 3.* † Adeoque fructus in agro Uxoris non tàm jure mobilium, quàm jure culturæ & curæ ad maritum pertinere, verissimè sentit Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. de-* 6 *cis. 253. num. 4.* † Quid ergò mirum, ut fructus percipiens ex agro, quem ipse non coluerat, ad refusionem impensarum obstringatur, juxta tradita *supr.* 7 Defin. *12.* † Idemque onus postea ad heredes transmittat, *l. cum heres. 11. ff. de diverf. temp. præf.*

Ita Domini in causa Claræ, Viduæ Valentini Hempels zu Sckölen / Mens. Jul. Anno 1622. (Verba sentent: Hat Valentin Hempel ein Wittwer vor 5. Jahren/ ohngefehr 14. Tage vor der Erndte/ zu euch in euer Gut eingefreyet/ und eure drey Viertheil Landes über Winter und Sommer von euch wohl bestellet gefunden/ und eingeerndtet/ und es ist gedachter Hempel euer Ehemann kurtzverrückter Zeit mit Tode abgangen / und hat euch sein Weib an einem/ und 5. Kinder/ so er in erster Ehe erzeuget/ am andern Theil / zusammt etlichen Winter- und Sommer-Früchten/welche er vorm Jahre auff euern drey Viertheil Landes erbauet / ingleichen die Winter-Saat/ so bey seinem Leben von ihme bestellet/und von der Egde bestrichen worden / nach sich gelassen/ &c. So hat er solche Früchte insgesammt / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ auff erwähnte seine Kinder bracht und verfället/ Es seyn aber gleichwohl dieselbe der Früchte halber / welche ihr zuvor / ehe denn ihr Vater Valentin Hempel euch geehlichet/ allbereit durch eure Mühe/ Arbeit/ Sorge und Unkosten auff euern dreyen Viertheil Landes erbauet / und er 14. Tage nach der Hochzeit eingeerndtet / sich mit euch gebührlichen abzufinden/und Erstattung zu thun schuldig/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Dispositio Juris Saxonici, quæ post ultimam demum curam, fructus antiquo possessori, ejusve heredibus tribuit nec ad casum retrovenditionis, nec legati extendi debet.

1 GEneraliter equidem dispositum est in jure Saxonico, ut post ultimam demum culturam, agro nempe seminato & rastrato, fructus industriales ad possessorem antiquum ejusvè heredes pertineant, *art. 58. lib. 2.* Landrecht. *& art. 76. lib. 3.* Landrecht. 2 † ex quo dispositionem illam generaliter quoque intelligendam & ad quosvis indifferenter casus alios 3 extendendam dixeris, † quia verba legis generalia generaliter accipi debent, *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem act. l. in fraudem. 15. in fin. ff. de testam. milit.* † At- 4 tamen negari nequit, prædicta jura Saxonica de eo duntaxat casu loqui, quo dominium bonorum directum non fuit penes possessorem, *dict. art. 58. & artic. 76.* † Ad Vasallum ergo, Emphyteu- 5 tam, Usufructuarium & similes personas, jura hæc restringas necesse est, si falli nolis. † Cæteroquin, si possessori proprietas ac dominium directum competierit, etiam in foro Saxonico, juxta 6 sanctionem juris communis, pro rata temporis, quo jus possessoris duravit, fructus ad ipsum, ejusve heredes & ad novum possessorem pertinere, existimandum erit, *l. de divisione. 5. l. fructus. 7. §. divortio facto. 1. ff. solut. matr.* † cum id nullibi in jure 7 Saxonico correctum reperiatur, *arg. l. præcipimus. 32. C. de appellat. l. un. C. de inoff. dot.* † Non ita- 8 que erraveris, si in contractu retrovenditionis, etiam in foro Saxonico fructus pendentes ultimi anni inter emptorem & venditorem pro rata temporis dividi feceris, † nisi inter contrahentes aliter conventum 9 fuerit, ut dixi *supr. part. 2.* Const. Elect. *1. Defin. 20.* Tessaur. *decis. 56.* Modest. Pistor. *volum. 1. cons. 56. quæst. 2. num. 24.* † Similiter fundo legato, etiam 10 fructus pendentes Legatario adjudicari, jussit Elector Illustrissimus Const. Elect. *13. h. p. 3.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 4.* de quo scripsi *supr.* Constit. *13. Defin. 1.*

Ita Domini ad Consultationem Senatus Pegavienſis, Mense Augusto, Anno 1595. (Verba sentent: Hat Köler der ältere seinem Sohne Hansen 6 Art Acker zum Voraus gerichtlichen ausgemacht und verschreiben lassen/ und es seynd solche Aecker zur Zeit Hansen Kölers des ältern Absterben mit Korn besäet gewesen/ &c. So werden solche Aecker zusammt denen darauff stehenden Früchten bemeldtem seinem Sohne billich gefolget / und die andern Miterben haben sich solcher Früchte nicht anzumassen/ V. R. W.)

Definit. XVII.

Venatio hodiè inter Regalia refertur, nec privato in suo etiam territorio venari licet, si non concessionem specialem probaverit.

1 NOn nego equidem, Venationes pro fructibus fundi industrialibus haberi, *l. item si fundi. 9. ff. aucupiorum. 5. l. usufructuarium. 62. ff. de usur. l. 12. §. 12. ff. de instr. & instr. legat.* Dion. Gothofr. *in dict. l. 26. v. venatio.* Modest. Pist. *p. 1. quæst. 15.* Petr. Heig. *p. 1. q. 15. num. 4.* † Attamen haud rectè inde 2 infertur, cuilibet Usufructuario jus venationis competere, sed ita concludere licet, † venari posse usufru- 3 ctuarium, si proprietarius jus venationis sibi concessum habeat, ut rectè docet Modest. Pistor. *dict. qu. 15. num. 10.* † Quem etenim latet, solos Principes ho- 4 diè venandi jure ac exercitio uti, adempto eo privatis hominibus in propriis etiam fundis, † quod justis- 5 simè & rationabiliter factum post alios, quos copiosè allegat, benè tuetur Heig. *dict. quæst. 15. n. 33. & multis seqq.* † ut nihil verius, (verba sunt Petr. Heig. 6 *dict. loc. num. 44.*) nihil manifestius sit, si in clara luce oculos claudere noluerimus, quàm quod venationes hodiè inter Regalia computentur, ut latè disputat Andr. Knich. *de Elect. & Duc. Saxon. privil. verb. Duc. Saxon. cap. 5. pag. 139.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *dict. quæst. 15. num. 16. lit. b.* † Nec movet quicquam, quod venationis 7 mentio non fiat *in c. un. quæ sunt regalia.* cùm alia adhuc sint regalia, licet ibidem non commemorata, secundùm Cujac. *ibid.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 5. num. 7.* † quanquam & in vocabulo piscatio- 8 num, venationum reditus contineri, non absurdè dixerim cum Frideric. Pruckm. *de regal. §. venatio.* † Et enumerantur saltem *in dict. c. un. quæ sunt re-* 9 *gal.* Regalia præcipua, quæ cum jam longo tempore deperiissent, Episcopi, Proceres, & Civitates

Ita-

Italiæ Friderico Imperatori restituerunt, Cujac. *dict.*
10 *loc.* Heig. *dict. quæst. 15. num. 48.* † Ac nisi ita esset, quotidianus saltem usus diversum sentientes confutaret, dum passim non nisi pro beneficio Regali aut
11 Principali venationes æstimantur. † Et nemini venari etiam in suo licet, nisi cui id nominatim est concessum, Andr. Knich. & Jacob. Schult. *dict. loc.* Nec valdè refert, utrum per se, an cum territorio ve-
12 nationes concedi dicamus? † In eo tamen differentia existit, quod in dubio venandi jus magis territorio, quàm jurisdictioni adhæreat, ubi separata est jurisdictionis & aliorum territorialium jurium ratio, Petr. Heig. *dict. quæst. 15. num. 54.* ubi plenissimè hoc
13 tractat. † Necessum ergo habet venationem exer-
14 cens concessionem probare. † Planè simplici venationis concessione non majorum ferarum, (vulgò Das hohe und schwartze Wild) sed saltem mi-
15 norum venatio videtur indulta. † Quæ differentia specialem cujusque concessionis probationem requirit, licet aliud forsan ex juris fundamentis defendi posset, demonstrante Heig. *dict. loc. num. 61.*
16 † Sed hâc in re non tàm juris civilis definitionibus, quàm experientiæ & observantiæ inhærendum putaverim.

Ita Domini in causa S. P. ꝛu L. ad requisitionem Præfecti Mülbergensis, M. Jul. Anno 1600.

Definit. XVIII.

Venationis jura specialiter alicui concessa per non usum longissimi temporis haud amittuntur, quando occasio venationem exercendi se non obtulit.

1 PEr non usum temporis longissimi, triginta nempe annorum, anni & diei in foro Saxonico, jus ac privilegium venandi privato specialiter conces-
2 sum amitti, dubium esse nequit perpendenti, † quod regulariter privilegium, quo alicui facultas aliquid faciendi conceditur, præscriptione amittatur, *l. 1. ff. de nundin.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 11. num. 98.*
3 Ant. Fab. *in C. lib. 7. tit. 13. defin. 10.* † Sed id non aliter accipiendum, quàm si tempus præscriptionis effluxerit ab illo termino, quo privilegii usus aliquis esse potuerit, nec tamen sit subsecutus, Anton. Fab.
4 *dict. defin. 10.* † Nam quid si feræ nullæ fuerint repertæ, aut visæ in sylvis, ut sumptus venationis frustrà erogare Dominus cessaverit? iniquum certè tum
5 esset, exercitio venationis ipsum privare. † Non enim pœna esse debet, ubi nulla est negligentia, Ja-
6 son. *vol. 3. cons. 7. in fin.* † Et non valenti agere nulla currit præscriptio, *l. 1. §. ne autem. 2. C. de annal.*
7 *except.* † Ex quo etiam fit, quod servitus hauriendi aquam ex fundo alterius non amittatur, si fons exaruerit, ita ut quis servitute uti nequiverit, *l. si unus ex Sociis. 34. §. ult. cum seq. l. Et Attilicinus. 35. ff. de S. R. P.* Vid. omninò *supra p. 2.* Const. *3. Defin. 23.*
8 †Planè, si tertio venationem in fundo privilegiati per tempus immemoriale exercuerit, tantum abest, jus
9 venandi possessori fundi haud esse ademptum, † ut alteri etiam præscriptione temporis immemorialis id acquisitum dicatur, juxta tradita *supr. part. 2.* Const. 3. *Defin. 25.*

Ita Domini in causa Matthiæ Hartlebens zu Schlaitz/Mense April. Anno 1573. (Verba sentent: Ist einer vom Adel sammt seinen Vorfahren mit einem Forwerge und desselben Zugehörungen beliehen/ und ihme auff solchen Gütern alle Jagt/als Hirsche/ Hinden/ Schweine und Rehe zu jagen verschrieben worden/ Ob nun gleich gedachter vom Adel auff solchen seinen Gütern innerhalb zwey und dreyßig Jahren keine Hirsche gefangen/ sich auch solcher Jagt aus Ursachen/ daß vor etlichen Jahren derer Oerter gar selten Hirsche gesehen worden/ nicht anmassen und gebrauchen können: So ist ihme dennoch derowegen nicht benommen/ sich auff gemeldten Gütern/ darauff ihme der nutzbarliche Eigenthumb zuständig/ der verschriebenen Hirsch- und anderer Jagt nochmals zu gebrauchen/ Es wäre dann Sache/ daß iemand anders die Gerechtigkeit solcher Jagt durch eine beständige Verjährung oder sonst erlangt und an sich gebracht/ auff den Fall hätte obgemeldter vom Adel demselben zu Nachtheil und Abbruch seines erlangten Rechtens/ sich nunmehr solcher Hirsch-Jagt anzumassen nicht fug/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Fructus civiles, puta annuos reditus, census, decimas, &c. heredes allodiales eo solummodò casu lucrantur, si vivente Vasallo dies solutionis cesserit.

1 FRuctus civiles illi dicuntur, qui non ex corpore nascuntur, sed aliter ratione & occasione rei percipiuntur, ut sunt usuræ, pensiones ædium, prædiorum, hortorum & similium, *lt.* annui reditus, census & decimæ, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de usur. & fruct. num. 16.* Gœdd. *ad l. usura. 121. ff. de V. S.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 252. n. 14.* de quibus dixi *supr.* Const. Elect. *16.*
2 † Hosce ad Vasalli heredes allodiales pertinere, si vivente adhuc Vasallo dies eorum cesserit, manifestum est ex *text. in art. 58. vers.* Zinß von Mühlen und Zöllen/ *lib. 2.* Landrecht/ *& art. 76. in fin. vers.* Stirbt sie nach dem rechten Zinßtage. *lib. 3.* Landr. † *h.*
3 Constit. *32.* §. Was aber keine Feldfrüchte/ sondern gewisse Zehende/ Pächte und Einkommen/ auff und aus den Lehngütern seynd/ wann die zur Zeit des verstorbenen Lehnmannes betagt gewesen/ so folgen sie den Erben. *ubi* Moller. *num. 5.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 24. num. 94.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 74. num. 2. & part. 2. decis. 252. num. 4. & seq. & decis. 286. num. 120.* † At si ante tempus, sol- †
vendis censibus aliisq; fructibus civilibus præfinitum, Vasallus decesserit, nihil heredes allodiales lucrari, sed ad successores feudi tunc fructus civiles pertinere, docui & probavi *supr.* Const. Elect. *16. Defin. 6.* ubi simul Dominorum Scabinorum responsa adduxi.
5 † Quia scilicet feudum est Ususfructus, *tit. 22. FF. 2.*
6 cujus ea est natura, † ut ante perceptionem jus nullum in fructibus Usufructuario acquiratur, §. *is verò. 36. inst. de rer. divis. l. qui scit. 25. §. 1. vers. præterea. ff. de Usur. l. 58. ff. de Usufr.* Hartm. Pist. *dict. quæst. 24. num. 28. & 29.* † Non autem intelliguntur 7
fructus civiles percepti esse, antequam dies illorum cesserit, h. e. antequam deberi inceperint, *arg. l si operas. 26. ff. de Usufr. supr. dict.* Constit. Elect. *16. Definit. 5. & 6.* Quamvis aliter sentiant Dan. Moll. *hic. n. 5. & 8.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 44. num. 11.*
† Aliud tamen obtinet in annuis censibus, aliisque 8
fructibus civilibus, Viduæ jure dotalitii, aut legatario ex testamento competentibus, † quos inter here- 9
des & novum possessorem pro rata temporis dividi, vult Const. Elect. *16. h. p. 3.* juxta dispositionem juris communis *in l. divortio facto. 8. ff. solut. matr. l. un. §. cumq; ex stipulatu. 9. vers. sed & novissimi. Cod. de Rei Uxor. act.* Hartm. Pist. *dict. quæst. 24. num. 57. & seqq.*

seqq. Cujus rei rationem diversitatis *vid. supr.* Const. Elect. *16. h. part. 3. Defin. 5. & 6.*

Ita Domini in causa V Vilhelmi à Lindenau zu Polentz/ & Consort. Mense Majo, Anno 1578. (Verba sentent: Ist Hans von Grauswitz zu Salhausen den 8. Martii dieses laussenden 1578. Jahrs verstorben/ und hat sein Lehn- und Ritter-Gut auff seine Vettern/ das Erbe aber auff seine Töchter eure Eheweiber verfället/ &c. So folgen die Zinsen/ so die Leute von ihren Gütern zu geben schuldig/ so viel derer bey seinem Leben betagt gewesen/ euern Eheweibern billich/ V. R. W.)

Definit. XX.

Intra tricesimum etiam exigibiles fructus civiles ad Vasalli defuncti heredes pertinent.

1 QUid verò, si Vasallus paulò ante terminum solutionis decesserit? Sanè si exsolutionis dies intra tricesimum post mortem Vasalli veniat, heredes allodiales ad perceptionem admittendos esse,
2 † exclusis feudi successoribus, sancitum ab Electore Illustrissimo *hâc* Const. *32.* §. Das jenige/ so an Zinsen oder Kornpächten innerhalb dem dreyßigsten fällig/ oder betagt wird/ gehöret auch den Erben. *ubi* Moller. *num. 5.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Rothsch. *de dot alit. art. 25. num. 8.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 95. in fin.* Andreas Rauchb.
3 *part. 2. quæst. 32. num. ult.* † Æquissimè certè, quia hereditas jacens intra tricesimum repræsentat perso-
4 nam defuncti. † Quicquid ergo hoc tempore fit exigibile, id defuncto cedit, & per ipsum ad heredes transfertur, *l. si Titio. 55. §. si eo. 1. ubi* Bartol. *ff. de legat. 2. l. cum hereditas. 9. ubi* Bald. *C. depos. Vid. sup.* Const. Elect. *16. Defin. 8.*

Ita Domini in causa Hans Georgen von Zehmens Land-Erben/ Mens. Febr. Anno 1532. (Verba sentent: Ob gleich euer Vater Hans George von Zehmen 14. Tage vor Michaelis/ und also ehe und zuvor die jährliche Erbzinsen fällig gewesen/ Todes verblichen/ &c. So hat er doch solche Erbzinsen/ weil sie binnen dem dreyßigsten fällig worden/ auff euch seine Land-Erben allein bracht und verfället/ V. R. W.)

Et in causa V Vilhelmi von Lindenau/ & Consortium Mens. Majo, Anno 1578. (Verba sentent: So folgen die Zinse/ so die Leute von ihren Gütern zu geben schuldig/ so viel derer bey seinem Leben und zwischen dem dreyßigsten betaget gewesen/ euern Eheweibern als den Landerben billich/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Exiguntur quoque annui reditus & fructus civiles ab heredibus defuncti Vasalli allodialibus, si paulò post tricesimum terminus solutionis cesserit.

1 NOn rigorosam tricesimi computationem hic admitti velim, nec à perceptione annuorum redituum, aliorumque fructuum civilium, heredes Vasalli defuncti allodiales excluses putaverim,
2 † si intra paucos dies post effluxum tricesimum tem-
3 pus solvendis censibus præfinitum cesserit. † Quia modicum prætor non curat, *l. scio. 4. ff. de in integr. restit. l. 9. §. ult. & l. seq. ff. de dolo malo. l. 1. §. ult. ff. de ventr. inspic. l. 63. §. ult. ff. ad Leg. falcid.* † Ex quo factum paulò ante tempus vinde-
4 miæ, guerræ, censetur factum tempore vindemiæ & guerræ, Jason. *in l. 7. ff. solut. matr. num. 10.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 22. num. 29.* Dan. Moller. *ad Const. Elect. 16. num. 2. part. 3.* † Quodnam verò hoc
5 casu modicum dicatur tempus, boni judicis arbitrio relinquendum existimo, *arg. l. 1. §. ult. ff. de jur. delib. l. 3. in fin. ff. ex quib. caus. major.*

Ita Domini in causa Christophori Ulrici à Brandenstein in Walsdorff/ Mens. Novembr. Anno 1623. (Verba sent: Ist den 25. Augusti jüngsthin euer Vater Hans Henrich von Brandenstein der ältere Todes verfahren/ und hat sein hinterlassenes Lehngut auff euch als seinen einigen Sohn und Lehns-Erben/ das Erbe aber auf eure 5. Schwestern und euch zugleich verfället/ und es seynd zu bemeldtem Lehngute etliche Censiten und Zinßleute gehörig/ so ihre Zinsen an Getreydig/ Geld/ Hünern/ Eyern und dergleichen ietzo verschienenen Michaelis liefern sollen. Ob nun wohl euer Vater noch vor dem Zinß-Termin verstorben/ dahero ihr euch nunmehr solcher Zinsen allein/ als der Lehns-Erbe anzumassen bedacht/ dieweil aber dennoch euerm selbst eigenen Bericht nach/ berührter Zins-Termin nach Verfliessung 5. Wochen/ nach euers Vaters Absterben/ und also binnen dem dreyßigsten/ oder doch gar wenig Tage hernach herbey kommen/ &c. Als gehören auch nunmehr gedachte Zinsen euch und euern Schwestern zugleich billich/ und ihr habt euch alleine derselben nicht anzumassen/ V. R. W.)

Definit. XXII.

Factâ alienatione fundi Emphyteutici vel Censitici vivente adhuc Vasallo, si tamen ab ipso non investiatur novus possessor, heredibus allodialibus non debetur laudemium.

1 INter fructus quoque civiles referuntur collectæ, juxta tradita Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 91.* nec non mulctæ, pœnæ, publicationes bonorum, & similia, quæ post commissum statim delictum Vasallo, ejusve heredibus cedunt, † defuncto licet ipso an-
2 te sententiam vel executionem, ex communi Dd. sententia, quam adversus Anton. Fabr. latissimè defendit Bachov. *exercit. 97. Error. 7, per tot.* Don. Gars. Mastrill. *decis. 12. num. 4.* Henr. Rosenth. *de feud. cap. 19. conclus. 42. num. 56.* Andr. Tiraqu. *de retract. conv. §. 5. gloss. 4. n. 22.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 2. part. 9. princip. sect. 3. num. 14. n. 65. & seqq.* † Similiter quoque Laudemia fructibus 3
civilibus annumerari, & propterea non minus ad Vasallum, quàm ad Usufructuarium pertinere, existimaverim cum Georg. Frantzkio *de Laudem. c. 7. num. 78.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 46. num. 1. & defin. 1. num. 1.* Jul. Clar. *lib. 4. sent. §. Emphyteusis qu. 23. n. 5.* † Sed hoc non aliter, quàm 4
si ipsemet Vasallus novum possessorem investierit, quia Laudemium non pro simplici consensu Domini, † sed pro actuali possessionis traditione, aut po- 5
tius investitura persolvitur, *l. ult. Cod. de jur. emphyt.* Anton. Fab. *dict. tit. 42. Definit. 1. num. 18.* Guid. Papæ *decis. 46. num. 1. in fin.* Joh. Sichard. *ad l. ult. Codic. de jur. emphyt. num. 31. & ibi* Jason. *num. 33.* Amed. à Ponte *quæst. 1. num. 8.* † Ergo si Vasallus decesse- 6
rit ante factam investituram, licet vivente eo perfecta fuerit emptio, nullum tamen heredibus allodialibus deberi laudemium, sed id feudi successoribus pro investitura exsolvendum esse, rectissimè infert Georg. Frantzk. *dict. cap. 7. num. 96. & 107.* † Nec 7
in contrarium licet argumentari à mulcta & pœna, quam demortuo licet Vasallo ante sententiam, ejus tamen heredibus allodialibus accrescere, modò dixi; † quia pœna debetur fisco sine ullo ipsius fa- 8
cto, & dehinc jus protinus quæsitum habet à tempore delicti perpetrati, quod ipsi invertere non potest mora per accidens inter delictum & sententiam intercedens, † quæ potius pœnam jam com- 9

missam

missam declarat, quàm novi quicquam inducit, *arg.*
10 *l. 1. §. quorum. 4. ff. ad SCtum Turpill.* † unde fit, quod sententia ad tempus delicti retrotrahatur, Tiraquell. *dict. gloss. 4. num. 33.* Secus se res habet
11 † in Laudemio, quod non exsolvitur pro nudo contractu, sed pro apprehensione possessionis, & quidem non in continenti, sed intra certum tempus
12 Emphyteutæ indultum faciendâ, † & sic pro opera & facto aliquo Domini, uti probatur *ex dict. l. ult.*
13 *C. de jur. Emphyt.* † Quæ diversitatis ratio satis innuit, Laudemia cum fructibus jurisdictionis ex delictis percipiendis haud commodè hoc in casu comparari.

Ita Domini in causa Johannis Henrici à Steinsdorff/ Mens. Majo, Anno 1634. (Verba sentent: Seynd bey obgedachtes euers verstorbenen Schwagers Hansen Henrichs von Lohma Leben / und dessen Unterthanen/ durch Verkauffung etliche Güter an andere Herren kommen. Ob sie nun zwar damals alsobald in Lehn genommen/ und die gewöhnliche Lehnwahren darvon hätten entrichtet werden sollen. Dieweil aber dennoch des unruhigen Kriegswesens und feindlichen Einfalls wegen/ die Belehnung würcklichen niemals erfolget/ sondern vorerwähnter euer Schwager darüber Todes verfahren/ &c. So seynd auch desselbigen Landerben einige Lehnwahr nunmehr zu fordern nicht berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XXIII.

Fructus naturales adhuc pendentes in foro Saxonico, non ad defuncti possessoris heredes, sed unà cum fundo ad novum possessorem pertinent.

1 Fructus naturales percepti & à solo separati, quin
2 ad Vasalli aut defuncti possessoris heredes pertineant, dubium non est, † quia perceptione Usufructuario aut Vasallo acquiruntur, *l. 25. §. 1. ff. de Usur. l. 58. l. seq. §. 1. ff. de Usufr.* At de fructibus adhuc pendentibus res non adeò videtur expedita?
3 † Quam variè enim Interpp. juris Civilis pariter & Saxonici de hisce senserint, videre est apud Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 54. num. 83. & seqq. &* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. c. 3. num. 310. & seqq. & part. 2. decis. 286. num. 111.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 2. part. 9. princip. sect. 3. num. 50. & seqq.* Sonsb. *de feud. part. 18. num. 9.* Matth. Berlich.
4 *part. 3. concl. 45. num. 5. & seqq.* † Receptior tamen est sententia, ex peculiari juris Saxonici dispositione fructus naturales generaliter unà cum fundo ad novum possessorem transire, per *text. in art. 58. lib. 2.*
5 Landr. † Nam cum ibidem de lignis atque graminibus, quæ procul dubio naturalibus fructibus adnumerantur, nullâ habitâ temporis consideratione generaliter constituatur, Dominum post legitimam ætatem Vasalli, fructus hos percipere non posse, † satis
6 inde apparet, finitô jure pristini possessoris, eum in fructibus naturalibus nihil amplius Juris habere, sed hosce unà cum fundo ad novum possessorem transi-
7 re, Hartm. Pistor. *dict. q. 24. n. 84.* † Quod & expressâ sanctione Illustrissimi Electoris confirmatum est, *h.* Const. 32. §. Die Früchte aber/ so *naturales* genant werden/ als Wiesewachs / allerley Obst und dergleichen / bleiben den Lehnsfolgern und Grunde Herren/ und nicht den Erben/ *ubi* Dan. Moll. *num. 6.* Hartm. Pist. *dict. loc. n. 87.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 252. n. 21.*

Ita Domini in causa Jacobi Schlattbachs zu Kauren im Ampt Lützen / Mens. Jun. Anno 1601. (Verba sentent: So seyn euers verstorbenen Eheweibes nachgelassene Erben euch die Früchte auff ihren Aeckern / so von euch bey ihrem Leben bestellet worden / zusammt aller andern Fahrnüß ausserhalb der Gerade / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / folgen zu lassen schuldig. Des Heues aber/ so noch auff den Wiesen stehet / und letzo abgemahet werden soll / seyd ihr euch anzumassen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XXIV.

Nec poma, pira, aliosq; fructus similes adhuc pendentes in hortis & pomariis, Vasalli heredes allodiales lucrantur.

1 AT nonnè culturam aliquam fructus in hortis
2 crescentes desiderant? Namque arbores in pomariis & hortis racemari & stercorari solent. † Ex
3 quo fructus in hortis & pomariis nascentes, industriales dixeris, qui ad Vasalli heredes allodiales pertinent, post culturam peractam, † licet percepti nondum fuerint, *art. 58. lib. 2.* Landrecht. *artic. 76. lib. 3.* Landr. *supr.* Defin. *1.* † Ita quidem sentit
4 Frid. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 252. n. 22.* sanctionem Electoralem *in hac* Constit. *32.* §. Die Früchte aber/ so *naturales* genannt. ad fructus agrestes in pratis & nemoribus nascentes restringens, quibus nulla cultura aut cura prorsus adhibetur; † Cui videtur suffragari §. Also auch da
5 ein Garte. *b.* Const. *32.* ubi fructus etiam hortenses industrialibus accensentur, & heredibus defuncti possessoris deferuntur. † Sed neutiquam hanc re-
6 strictionem admittit generalitas verborum *in dict.* §. Die Früchte aber. *b.* Const. *32. in verb.* Allerley Obst und dergleichen. quibus etiam fructus in hortis & pomariis, poma, pira, cerasa, &c. comprehendi, eosque unà cum fundo novo possessori assignari, quivis facillimè concesserit, *arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. præses. 3. in fin. ff. de off. præsid. l. ut nulli. 20. C. de Usur.* † maximè cùm fructus
7 ejusmodi in pomariis & hortis crescentes inter fructus naturales numerentur, *l. 8. ff. de Servit.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. q. lib. 2. cent. 3. cas. 210. num. 2. & 3.* † Nec enim propterea, quod ut plurimùm
8 cultura aliqua iis adhiberi solet, inter industriales fructus eos referri putaverim, nisi & fœnum & fructus agrestes tales dicere velis, † cum in ductione ri-
9 vulorum pro humectatione soli, amputatione ramorum in salictis, homines quandoque aliquid operæ impendant: † Scilicet, ut fructus uberiores na-
10 scantur, qui aliàs etiam absque cultura provenirent.
11 † Adeoque ad hosce culturam perinde ac circa fructus industriales necessariò requiri, haud concedendum est, Simon. Ulric. Pist. *in not. ad* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 24. lit. bb.* † quamvis non nega-
12 verim, arbitrio judicis aliquando esse permittendum, an fructus naturales, an industriales sint habendi, ut benè tradit Bart. *in l. 35. ff. de R. V.* & Cyn. *in l. 22. num. 2. C. de Rei vindic.* Reinh. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 1. disp. 15. th. 11. pag. 613.* † Minus ob-
13 stat §. Also auch da ein Garte/ *hâc* Const. *32.* De fructibus enim hortensibus, qui culturam necessariò desiderant, ut sunt rapæ, pisa, aliaq; legumina, ibidem agi, ex ipsis textûs verbis (gerodet/ gesäet/ gehacket/) satis manifestum est, *supr.* Defin. *2.* † Extra Saxoniæ
14 tamen Electoratum in ejusmodi fructibus hortorum ac pomariorum, distinctionem juris Saxonici, an scilicet Vasallus ante diem Urbani, an verò post illum diem mortuus fuerit, ita ut priori saltem casu fructus hi novo possessori, posteriori autem heres-

hæredibus Vaſalli cedant, attendi vult Hartm. Piſtor.
15 *part. 1. q. 24. n. 85.* † per text. *in art. 58. lib. 5.* Landr. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 30.*

Ita Domini in cauſa Henrici à Löberitz / Menſ. Auguſt. Anno 1630. (Verba ſentent: Seynd in gedachtes euers Vettern Lehngut auch nutzbare Gärten / darinnen viel Obſt an Nüſſen/ Aepffeln/ Birnen und dergleichen Früchten verhanden/ ſo noch nicht abgenommen worden/ theils auch noch nicht reiff ſeyn/ ꝛc. So verbleiben ſolche Garten-Früchte euch dem Lehnsfolger billich/ und die Land-Erben haben ſich derſelbē anzumaſſen nicht fug/ V. R. W.)

Definit. XXV.

Fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini, pertinent ad ipſum vicinum.

1 DE jure quidem communi expeditum eſt, † quod fructus ex arbore meâ in fundum vicinum de-
2 cidentes, liceat mihi tertia quoque die (†nam poſtea putreſcunt, & pro derelicto habentur, adeoque vi-
3 cino cedunt) colligere & auferre, † ita ut ſi vicinus id prohibere velit, competat mihi adverſus illum interdictum de glande legendâ, *l. un. ff. de gland. legend. l. Julianus 9. §. glans 1. ff. ad exhib.* † At de
4 jure Saxonico fructus ex ramis mearum arborum, decidentes in fundum vicini, ad ipſum vicinum pertinent, *art. 52. l. 2.* Landr. *artic. 126.* Weichbild. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 25.* Ludov. Fachſ. *diff. 14.*
5 Reinh. *part. 6. differ. 12.* † Quin etſi arbor mea ramos ſuos ſupra fundum alienum extendat, poſſe Dominum fundi, ſi velit, illos impunè ſuccidere, docet Joh. Schneidewin. *in §. ſi Titius 31. num. 5. inſt. de rer. diviſ.* Weſenb. *in parat. ff. de gland. legend.* Fachſ. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Petri Ferbers zu Lommatzſch/ Menſe Decembr. Anno 1630. (Verba ſent: Stehen in eurem Garten etliche Obſtbäume hart an dem Zaune/ alſo daß die Zweige in euers Nachbarn Garten hangen/ und wann ihr ſelbige Bäume ſchüttelt/ die Früchte von ſolchen Zweigen in des Nachbars Garten fallen/ ꝛc. So verbleiben ſolche Früchte/ nach Sachſen Recht/ dem Nachbar billich/ und ihr ſeyd dieſelbige in ſeinem Garten auffzuleſen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. XXVI.

Piſces fructificationis cauſa ſtagno immiſſi cedunt heredibus Vaſalli defuncti eo tempore, quo ſtagnum mox eſt piſcabile.

1 NOn diſceptatur hîc de piſcibus cuſtodiæ ſaltem causâ in piſcinam conjectis, quos rebus here-
2 ditariis annumerari, & ad Vaſalli defuncti heredes pertinere, conveniunt Dd. per *l. 15. ff. de act. empt.* Dan. Moll. *hic n. 8.* Hartm. Piſtor. *p. 1. q. 24. num. 63.* Roſenth. *de feud. c. 10. concl. 42. num. 61.*
2 † At ſi piſces in ſtagno habeantur, ut ibi creſcant ac multiplicentur, dubitari poteſt, an non pro fructibus pendentibus haberi debeant, ac propterea pars fundi cenſeantur, & unà cum fundo ad novum poſſeſſorem pertineant, *argum. l. fructus pendentes 44.*
3 *ff. de R. V. ſupr.* Definit. *23.* † quod ſentit Carol. Molin. *in Conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 8. n. 17. &*
4 *ſeqq.* Zaſ. *in epit. feudal. part. 4. in pr.* † Sed cum piſcatio plerumque elapſo demum triennii ſpacio fieri ſoleat, iniquum certè videretur, piſcibus privare heredes Vaſalli, qui eos ſtagno immiſit, omnemque diligentiam & curam circa horum multiplicationem per longum tempus adhibuit, Hartman. Piſtor. *dict. q. 24. n. 67.* † Quamobrem, ut res ad 5
normam æqualitatis revocetur, non ineptè quis dixerit, piſces in ſtagno ſecundùm rationem juris civilis pro rata temporis, quo jus poſſeſſoris conſtitit, inter heredes & novum poſſeſſorem dividendos eſſe, 6
† juxta diſpoſitionem *l. fructus 7. verſ. divortio facto & ſeqq. ff. ſolut. matrim.* † Idque eo magis, quod 7
de piſcibus in jure feudali nihil expreſsè diſpoſitum reperiatur, ut propterea ſtandum ſit hoc caſu diſpoſitione juris civilis, *c. 1. de feud. Cognit.* Hartm. Piſt. *dict. qu. 24. n. 88.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 2. part. 9. princip. ſect. 3. n. 71. & 72.* † Attamen, lon- 8
gâ pronunciandi conſuetudine receptum eſt in foro Saxonico, ut ſi mortis tempus magis fuerit propinquum piſcationi, quàm illi tempori, quo piſces primum ſtagno fuerunt immiſſi, ad heredes Vaſalli aut poſſeſſoris pertineant, Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 24. n. 69.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 316.* Roſenth. *de feud. cap. 10. concluſ. 42. n. 61.* Matth. Berlich *part. 3. concluſ. 45. n. 25.* Frider. Penſold. *in addit. ad* Coler. *part. 2. deciſ. 252. num. 24.* † Mox enim tùm piſcina, in quam con- 9
jecti piſces fuêre, piſcibilis eſt, † adeoque pro re- 10
collectis habentur fructus de proximo recolligendi, *arg. l. pen. ff. de milit. teſtam.* Coler. *dict. num. 316.* ubi Anno 1578. à Jenenſibus ita reſponſum refert.

Ita Domini in cauſa Viduæ & hæredum Johannis à Seebach/ Menſ. Julio, Anno 1623. (Verba ſentent: Hat gedachter euer Vater und Ehemann in bemeldtem ſeinem Lehngute auch einen groſſen Teich/ ſo mit Karpffen beſetzt/ deßwegen zwiſchen euch und dem Lehnsfolger Streitigkeit vorfällt/ weme die darinnen verhandene Fiſche gehörig. Da nun allbereit zwey Jahr vor benientes euers Vatern und Ehemannes Abſterben ſelbiger Teich mit junger Bruth von ihme beſetzt geweſen/ uñ alſo die Zeit zu fiſchen dieſes Jahr verhanden wäre / dafür ſichs aus eurer Frage anſehen läſſet. So gehöreten obangeregte Karpffen im Teiche euch den Land-Erben billich/ ꝛc.)

Definit. XXVII.

Propinquius autem quando eſt tempus mortis poſſeſſoris injectioni piſcium in ſtagnum, quàm piſcationi, piſces unà cum ſtagno ad novum poſſeſſorem pertinent.

1 NOn ergo ſemper ac indifferenter piſces in ſtagno hæredibus defuncti poſſeſſoris, aut Vaſalli cedunt, ut quondam opinati fuêre *Scabini Lipſienſes.* Urtheil *poſt* Weichbild/ *tit.* von Lehn-Gut und Leibgeding/ *ſub quæſt.* Ob die Fiſch in Teichen der Wittiben ins Leibgut folgen/ *poſt pr.*
2 † Sed ſolùm ſi piſcina tempore mortis Vaſalli aut
3 poſſeſſoris mox fuerit piſcabilis *Defin. præcedent.* † At, ſi tempus mortis magis eſt propinquum tempori injectionis piſcium in ſtagnum aut piſcinam, quàm piſcationi, tunc piſces unà cum fundo ad novum poſſeſſorem pertinent, ex receptâ pronunciandi conſuetudine, Hartman. Piſtor. *part. 1. qu. 24. n. 69.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 2. cap. 3. n. 316.* Berlich. *part. 3. concl. 45. n. 25.* Penſold. *ad* Coler. *part. 2. deciſ. 252. n. 24.* † quæ niti- 4
tur diſtinctione tradita in jure feudali communi, 5
cap. 1. §. his conſequenter tit. hic finit. lex. † ut nempe fructus lucretur novus poſſeſſor, ſi Vaſallus

vel antiquus poſſeſſor mediam anni partem non ſu-
6 pervixerit, † quam rationem commodè applicat ad caſum præſentem Hartm. Piſtor. *dict. loc. n. 7.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent: Im Fall aber erſt neulicher Zeit / etwan vorm Jahre / der Teich beſatzt worden / und alſo nach geraumer Zeit / und wohl nach zweyen Jahren allererſt zu fiſchen wäre / ſo verblieben mehrgedachte Karpffen zuſammt dem Teiche den Lehns-Erben / und ihr hättet euch derſelben anzumaſſen nicht fug / V.R.W.)

Definit. XXVIII.

Bonæ fidei poſſeſſor naturales ſimul & induſtriales fructus reſtituere tenetur, non ſolùm extantes, ſed & conſumptos, quatenus ex iis factus eſt locupletior.

1 NOlo hîc diſputare, an naturales etiam fructus perinde ac induſtriales bonæ fidei poſſeſſor
2 ſuos faciat, † quod maximè dubium redditur ex contrarietate textuum *in l. fructus percipiendo 45. ff. de Uſur. & l. bonæ fidei 48. ff. de acquir. rer. domin.*
3 † In quorum explicatione multùm ſudârunt *Interpp.* ut videre eſt vel ſolùm ex traditis, Hartman. Piſtor. *part. 4. quæſt. 26.* Ant. Faber *4. conject. 17.* Herm. Vultej. *1. diſcept. Scholaſt. 20.* Don. *lib. 4. comm. 25.* Joh. Harppr. *ad §. 35. n. 36. & ſeqq. inſt. de rer. diviſ.* Reinhard. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 1. diſp. 15.*
4 *th. 11. lit. e. & f.* † Nam diſputatio hæc magis in ſubtilitate quâdam conſiſtere, quàm alicujus effectus magnopere eſſe videtur, poſtquam conſtat, induſtriales juxta, ac naturales fructus extantes reſtituendos eſſe, ut veriſſimè ſcripſit Bachov. *dict. loc.*
5 *pag. 613.* † Quamvis non vereat aſſerere, bonæ fidei poſſeſſorem non tantum induſtriales, ſed & naturales fructus ſuos facere, cum Anton. Fab. &
6 Hartm. Piſtor. *loc. alleg.* † propter generalitatem textus *in dict. l. bonæ fidei. 48. ff. de acq. rer. domin. l. qui ſcit 25. l. in pecudum 28. ff. de Uſur.* At non omnino perfectè & abſolutè, h.e. circa metum avocatio-
7 nis, † ſed revocabiliter, ut loquitur Cyn. *in l. 22. n. 5.*
8 *C. de R. V.* † quem effectum innuit Pomponius negando bonæ fidei poſſeſſorem hoſce fructus facere
9 ſuos, *in dict. l. fructus 45. ff. de uſur.* † Ut ſic ad emendationem textus confugere cum Ant. Fab. *dict.*
10 *conj. 17.* haud neceſſe ſit, † neque ad diſtinctionem inter bonæ fidei poſſeſſorem ſine titulo & cum titu-
11 lo, cum Alber. Gentil. *4. lect. 19.* † vel inter poſſeſſorem titulo lucrativo & oneroſo, cum Jul. Pac. *ad l. 2.*
12 *Codic. de condict. ex lege*, † nec ad reſtrictionem textus *dict. l. 45. ff. de uſur.* ad poſſeſſorem qui aliquando bonæ fidei fuit cum Herm. Vultej. *dict. lib. 1.*
13 *diſcept. Schol. cap. 20.* † Veriſſimum ſiquidem eſt, extantes fructus omnes à bonæ fidei poſſeſſore eſſe reſtituendos, *l. ſed & loci 4. §. poſt litem 2. ff. fin. regundor. l. quæſitum 40. in fin. ff. de acquir. rer. domin. l. ſequitur. 4. §. lana 19. ff. de uſurpat. & uſucap.* Anton. Fab. *dict. conject. 17.* Harppr. *dict. loc. num. 52.*
14 † cùm inconveniens haud ſit, ut, etſi quis ſuum aliquid faciat, nihilominus reſtituere teneatur, Matth. Weſenb. *in §. ſi quis à non Domino 35. inſt. de*
15 *Rer. diviſ.* † Nec enim ſententia Donelli *lib. 2. comm. 24.* quod naturalis poſſeſſor induſtriales fructo
9 ita faciat ſuos, ut nec extantium nomine teneatur, vix hactenus reperit aſſertorem: † Et ſola culturæ at- 16
que curæ ratio infirmior eſt, quàm ut bonæ fidei poſſeſſori ad retinendos fructus, niſi quatenus in culturam impenſum eſt, poſſit patrocinari, Bachov. *dict. loc. pag 610.* Hartm. Piſtor. *p. 4. q. 25. n. 2, & 12.*
† Conſumptorum autem fructuum nomine, bonæ 17
fidei poſſeſſor ne teneatur, æquitas ſuadet & ratio, quod illo tempore percepti & conſumpti ſunt, quo adhuc jus illud bonæ fidei poſſeſſoris in integro erat, *§. ſi quis à non Domino 35. inſtit. de rer. diviſ. §. etſi 2. inſtit. de offic. judic. l. 4. §. ult. ff. fin. regundor. l. ſed etſi 25. §. adeo 15. ff. de petit. hæred.* † modo 18
locupletior factus non fuerit; Alioquin tenebitur eatenus, quatenus eſt factus locupletior, *l. 1. C. de petit. hæred. l. item veniunt 20. §. præter hæc 6. verſ. eos autem ff. eod. tit.* † Quod in univerſalibus judiciis, 19
ubi pretium loco rei ſuccedit, minus dubium habet Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 25. num. 7.* Quid verò juris in particularibus judiciis, puta in Rei Vendicatione? † Et tùm bonæ fidei poſſeſſorem teneri de 20
fructibus conſumptis, quatenus eſt factus locupletior, dico cum Hartm. Piſtor. *dict. quæſt. 25. num. 4.* Ant. Faber *lib. 4. conject. 17.* Matth. Weſenb. *conſ 90. n. 9.* Franc. Viv. *deciſ. 33.* Didac. Covarr. *lib. 1. var. reſolut. cap. 3. verſ. Tertia concluſio.* Jac. Menoch. *Remed. 15. recup. poſſeſſ.* † Quia tantummodò id, 21
quod conſumptum eſt, lucro poſſeſſoris cedit, *dict. §. ſi quis à non Domino 35. J. de R.D. dict. §. etſi 2. J. de Off. judic. dict. l. 4. §. poſt litem 2. ff. fin. regund.*
† Conſumptum verò non eſt, quod in corpore pa- 22
trimonii retinetur, & de quo quis factus eſt locupletior, *l. Imperator. 70. §. ult. cum lb. ſeqq. ff. de legat. 2. l. videamus 17. ff. de eo quod met. cauſ. l. ſed etſi. 25. §. 1. ff. de petit. hæredit. l. ſi fructus. 8. Codic. de donat. int. Vir. & Uxor. junct. l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot.* Hartm. Piſt. *dict. q. 25. n. 10. & ſeqq.*

Ita Domini in cauſa VVolffgangi Chriſtophori à Roſenau & Conſort. contra Wolff Chriſtoffen von Heldritt zu Harras / ad Conſultationem Sereniſſimi Principis & Ducis Saxoniæ, Jul. Cliv. & Mont. D. Johannis Caſimiri zu Coburg / Menſ. Novemb. Anno 1612. (Verba ſent: Derowegen iſt Beklagter Klägerin die obbenienten Lehnſtücke / nebens denen erübrigten Früchten / vermöge eines richtigen Inventarii, oder in Mangelung deſſelben / vermittels Endlicher Specification wieder abzutreten / und einzuräumen ſchuldig / V.R.W.)

It. in cauſa Hanſen Müllers & Conſortium zu Radeberg / Menſ. Sept. Anno 1630. (Verba ſententiæ: Derowegen ihr angeregte Güter nochmals zu vindiciren / und die Beſitzer deßwegen / wie auch derer von ſolchen Gütern erübrigten Früchte halber in Anſpruch zu nehmen wohl berechtiget / V.R.W.)

Item in cauſa Blaſii Müllers & Conſortium zu Ortrand / Menſe Septemb. Anno 1624.

Et in cauſa Henrici Hackens zu Hackepfuffel / Menſ. Octob. Anno 1634. (Verba ſentent: So ſeynd Hans Friederich und Philipp von Hauſen obberührte Huſe Landes mit denen de Anno 1627. erübrigten Früchten euch wieder abzutreten und einzuräumen ſchuldig / V.R.W.)

Definit. XXIX.

Extantium tamen & conſumptorum fructuum repetitionem impedit præſcriptio annalis in foro Saxonico.

SIve autem extantes, ſive conſumpti fuerint 1
fructus naturales aut induſtriales, nulla competit eorum repetitio Domino adverſus bonæ

fidei

fidei possessorem, quando triennii spacium fuerit 2 præterlapsum. † Nam tunc usucapione irrevocabiliter possessor fructus suos fecit, Bart. & Dd. *in l. sequitur 4. §. fructus 5. ff. de Usucap.* Hartm. Pistor. *part. 4. q. 26. n. 21.* ubi tamen de consumptis adhuc 3 dubitat. † Consequens inde est, cum jure Saxonico mobilia anni & diei spacio præscribi soleant, Landr. *lib. 1. art. 28. in pr.* Gloss. Weichbild. *art. 4.* 4 *supr. part. 2.* Const. Elect. 3. *Def. 3.* † in eo foro, fructus post id tempus repeti amplius non posse, idque notatu dignum judicat Hartm. Pistor. *dict. q. 26. n. 22.* 5 † Quod tamen limitandum est in fructibus ex hereditate, vel simili jure universali perceptis, cum mobilia immobilibus vel juribus universalibus commixta non nisi spacio 30. annorum, anni & diei jure Saxonico præscribantur, Petr. Heig. *part. 1. q. 16. n. 35.* Matth. Col. *ad c. de quarta 4. n. 80. extr. de præscript.* Matth. Wesenbec. *in not. marg. ad* Joh. Schneidew. *inst. de Usucap. rubr. quot sunt species præscript. n. 53. lit. b.* Hartm. Pist. *dict. loc. n. 22.*

Ita Domini in causa Hansen Müllers & Consort. zu Radeberg/ Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent: Derowegen ihr angeregte Güter nochmals zu vindiciren, und die Besitzer deßwegen / wie auch derer von solchen Gütern erübrigten Früchten halber / so viel derselben der Besitzer binnen Jahr und Tag nicht præscribiret / in Anspruch zu nehmen wol berechtiget/ V. R. W.)

Definit. XXX.

Malæ fidei possessor fructus perceptos ac percipiendos pariter restituere tenetur.

1 CErti juris est, malæ fidei possessorem indistinctè omnes fructus tàm naturales, quàm industriales restituere teneri, *l. certum 22. Cod. de Rei Vindicat.* 2 † Etiamsi consumpti fuerint, *l. mala fide 3. C.* 3 *de condict. ex lege*, † nulla habita consideratione, an locupletior inde factus sit nec ne, ut notant Dd. *in dict. l. certum 22. C. de R. V.* Natta *cons. 536. n. 17.* 4 Hartm. Pist. *part. 4. quæst. 28. n 2.* † Quinimò non de perceptis solùm fructibus, sed iis etiam, qui percipi potuerunt, malæ fidei possessor tenetur, *l. fructus 33. l. si navis 62. §. ult. ff. de R. V. l. domum 5. C. eod. tit. §. & si in rem 2. junct. §. seq. inst. de off. judic. l. sed etsi 25. §. sed & fructus 4. ff. de petit. hered.* Hartm. Pist. *dict. q. 28. n. 3.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 28.* 5 *n. 1.* † modò honestè percipi potuerint, *dict. l. fructus 33. ff. de R. V.* ex re ipsa, non etiam ex meliora-

mentis à possessore factis, ut probatur *in l. cæterum 31. §. improbè 1. ff. de R. V.* † licet percepti utroq; hoc 6 casu in restitutionem veniant, Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss 5.* Did. Covarr. *lib. 1. var. resol. c. 8. n. 4.* Jac. Menoch. *de recup. poss. Remed. 15. num. 609.* † Sed num etiam malæ fidei possessor, qui tituhum 7 habet, ad restitutionem fructuum percipiendorum obligatus sit, tractat post alios latè Hartm. Pist. *dict. q. 28. n. 6.* & adhæret sententiæ negativæ, † quæ & 8 communis est per *l. si fundum 17. C. de R. V.* quam tamen restringit ad fructus ante litem contestatam percipiendos *num. 9.* & ad titulum jure probatum *n. 10.* † An autem circa fructus percipiendos considerari 9 debeat persona possessoris, an verò petitoris, quosnam fructo alteruter percipere suâ industriâ potuerit, tradit etiam ibidem Hartm. Pist. *n. 11.* & certo modo petitoris personam vult considerari, quod multorum Interpp. autoritatibus confirmat. † Planè post 10 litis contestationem etiam bonæ fidei possessor de fructibus indifferenter omnibus perceptis ac percipiendis, extantibus & consumptis, licet non sit factus locupletior, tenetur, † nec tùm ulla inter malæ & bo- 11 næ fidei possessorem differentia existit *dict. l. sed etsi 25. §. etsi ante 7. ff. de petit. hered. l. si homo 45. ff. de R. V. l. certum 22. C. eod. tit. l. 2. C. de fruct. & lit. expens.* ut firmat post alios Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 22. n. 80.* Hartm. Pist. *part. 4. q. 27. n. 1. & 3.* † Quia sola 12 litis contestatione possessor in mala fide constituitur, Dd. *in dict. l. 25. §. etsi ante 7. ff. de pet. hered.* Rauchb. *p. 1. q. 28. n. 4.* † In hereditatis tamen petitione, tan- 13 quam bonæ fidei judicio specialiter receptum est, ut etiam ante litis contestationem statim post motam controversiam, nempe à die emissæ citationis vel exhibiti libelli, fructuum restituendorum ratio habeatur, † de quo pluribus agunt Rauchb. *dict. q. 28.* 14 & Hartm. Pist. *dict. q. 27.*

Ita Domini in causa Hansen Bobens & Consort. contra Philipp Mebusen zu Lauchstädt / Mens. Februar. Anno 1630. (Verba sent: Daß Klägere das jenige/ so ihnen zu beweisen auferleget / zur Nothdurfft erwiesen und beygebracht haben/ derowegen ist ihnen Beklagter das streitige Feld cum fructibus perceptis & percipiendis abzutreten/ auch die in dieser Sache auffgewandte Unkosten auff vorgehende Liquidation und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Georgii Rudolphi von der Sale und des Raths zu Ortrand/ Mens. Septembr. Anno 1635.

Constitutio XXXIII. PARTIS TERTIÆ.

Ob die Wittfrau/nach Absterben ihres Mannes/ Gerade/Mußtheil/Morgengabe und Leibgedinge vor sich selbst behalten/ oder zu sich nehmen könne/ oder ob sie solche Stücke von den Erben fordern und empfangen muß?

SJeweil die Wittibe mit dem Manne bey seinem Leben in gleicher Gewehr gesessen/ auch nach seinem Tode das Jus retentionis hat/ also/ daß sie aus den Lehngütern/ vor Entrichtung ihrer weiblichen Gerechtigkeit / zu weichen nicht schuldig/ und das Recht ihr ohne das in der Gerade/ Morgengabe und Leibgedinge die Succession gibt/ daß sie also diese Stücke jure proprio erlanget/ so möchte wol dafür gehaltē werdē/ daß auch die Wittibe alsobald nach Absterben ihres Mañes/ die Stücke zur Gerade uñ Morgengabe zusamt ihrem Leibgeding/ selbst einzunehmē gehörig/ befugt.

Damit aber dißfalls zwischen der Wittiben und

Defuncto marito, num Vidua ejus geradam, Comestibilia, donationem propter nuptias, & dotalitium, propriâ autoritate retinere vel accipere possit, an verò ab heredibus mariti illa petere & accipere teneatur?

CUm Vidua constante matrimonio bona mariti unà cum ipso possideat, & post mortem quoq; ejus jus retentionis in iis habeat, ità ut è feudo, priusquam ipsi de jure suo sit satisfactum, cedere non teneatur, & jus Saxonicum aliàs quoq; in gerada, donatione propter nuptias, & dotalitio jus successionis illi tribuat, ut hæc proprio jure sibi acquirat mulier; videri poterat, permissum quoque illi esse, ut res ad ea pertinentes propriâ autoritate accipiat.

Quo minus tamen sinistræ suspiciones & lites inter viduam & heredes hinc oriatur. Viduæ post lapsum demum trigesimum, ea, quæ diximus, pro-

denErben allerley Mißverstand verhütet/so wollen wir/daß die Wittibe allererst nach dem dreyßigsten obbenante Stücke vor sich selbst zu nehmen Macht haben soll/iedoch wo solches ohne der Erben Wissen geschehe/und sie hätte mehr/denn ihr zur Gerade und Morgengabe gebühret/genommen/so müste sie auf der Erben Erfordern derowegen ein Inventarium vorlegen/oder in Mangel dessen/vermittels eines Eydes/ was und wie viel sie zu sich genom̃en/ aussagen/ und nach Gelegenheit Erstattung thun. So viel aber das Mußtheil betrifft/ dieweil ihr solches vor die Helffte nach dem dreyßigsten soll zugetheilet werden/ und das andere halbe Theil den Erben zuständig/ so ist sie auch nach dem dreyßigsten/ ohne Vorwissen der Erben/desselben sich anzumassen nicht befugt/ Darnach sich unsere Hoff-Gerichte/Juristen-Facultäten und Schöppenstüle im Sprechen und Erkennen richten und achten sollen.

priâ autoritate ut accipiat, permissum esse volumus, sed ita tamen, ut si insciis heredibus id faciens plus, quam ipsi nomine geradæ & donationis propter nuptias debetur, sumat, petentibus heredibus, vel inventarium earum rerum exhibeat, vel eo deficiente, cum juramento, quid & quantũ acceperit, indicet, heredibusq; si quid indebitè sumserit, restituat. Ad comestibilia verò quod attinet, cum post trigesimum demum inter ipsam & heredes dividenda illa sint, ne quidem tempore isto elapso, insciis heredibus, ut ex iis quid accipiat, illi permittimus. Idq; tàm Judicia nostra Curialia, quàm Collegia Facultatum Juridicarũ & Scabinatuum in pronunciando volumus ut observent.

DEFINITIONES.

1. *Defuncto marito Viduæ geradam, sponsalitiam largitatem & dotalitium propriâ autoritate accipere & occupare potest.*
2. *Expectare tamen debet Vidua jura sua occupans trigesimum diem à morte mariti.*
3. *Comestibilia ne quidem post tricesimum Vidua propriâ autoritate absq; voluntate heredum apprehendere valet.*
4. *Non tamen perdit jus suum Vidua lucra muliebria intra tricesimum, comestibilia verò post tricesimum propriâ autoritate apprehendens.*
5. *Vidua lucra muliebria propriâ autoritate apprehendens, beneficio inventarii vel juramento, quid acceperit, indicare tenetur.*
6. *Heres vel alius quivis immiscens se bonis ac hereditati defuncti, inventarium exhibere, vel hereditatem juratò indicare tenetur ei, cujus id scire interest.*
7. *Ab omnibus iis, qui administrationi bonorum alienorum se immiscent, inventarium vel jurata specificatio exigi potest.*
8. *Sufficit tamen alterutrũ, inventarii nempe exhibitio vel jurata specificatio, nec utraq; simul potest exigi.*
9. *Non exonerat heredem à præstatione juramenti inventarium, quod vitio aliquo laborat.*
10. *Ex eo solo, quod confectionem inventarii obsignatio bonorum defuncti vel nulla, vel non statim præcesserit, heres inventarium juramento suo corroborare tenetur.*
11. *Quævis fraudis suspicio heredem aggravat, ut supra inventarii exhibitionem, res hereditarias etiam juratò indicare teneatur.*
12. *Non obstringitur heres ad præstationem juramenti ex eo solo, quod ignarus rerum quarundam eas inventario inseri non fecerit.*
13. *Inchoari & perfici debet inventarium infra tres menses, nisi justa causa id impediat.*
14. *Heredes ejus, qui occupavit hereditatem, deficiente licet inventario, jurare non tenentur.*
15. *Referri nequit juramentum, quo heres in casu deficientis inventarii hereditatem indicare tenetur.*
16. *Heres non exhibens inventarium, si jurare nolit, potest actor adversus eum in litem jurare.*
17. *Ex communi hereditate sumptus pro conficiendo inventario exsolvuntur.*
18. *Non tenetur in foro Saxonico heres ultra vires hereditatis, si inventariũ confecerit, vel omissa inventarii cõfectione, vires hereditatis juratò indicare velit.*
19. *In foro Saxonico Creditor debitori suo heres existens non perdit creditum, etiamsi inventarium non confecerit.*
20. *Ad sponsalitiam largitatem seu Morgengabam pertinent pecudes fœmellæ cujusq; generis.*
21. *Non etiam pecudes masculini sexus ad Morgengabam pertinent.*
22. *Nisi post mortem mariti, ante tricesimum vel divisionem fuerint procreatæ.*
23. *Ex prædio etiam conducto Viduæ sponsalitiam largitatem petere valet.*
24. *De omnibus defuncti mariti prædiis Viduæ debetur sponsalitia largitas sive Morgengaba.*

Definit. I.

Defuncto Marito Vidua geradam, sponsalitiam largitatem & dotalitium propriâ autoritate accipere & occupare potest.

1 FAllunt omninò, qui Viduam in successione geradæ, sponsalitiæ largitatis atque dotalitii, legata-
2 rio comparari ajunt, † quem legatum à manu heredis, cui falcidia debetur, accipere oportet, *l. 1. §. est*
3 *autem 1. ff. quor. legat.* † Nec enim ex juribus illis Viduarum heredes quicquam falcidiæ nomine sibi
4 arrogare possunt, † quippe quod mulieres non jure successionis & facto mariti prædefuncti, sed ex dispositione Saxon. & privilegio speciali, adeoq; jure proprio lucra illa adipiscantur, Mod. Pistor. *p. 1. q. 19. ubi*
5 Jac. Schult. *in addit. n. 7.* † Quidni ergò Viduam jura hæc, geradam nempe, sponsalitiam largitatem & dotalitium, propriâ autoritate ad instar heredis accipere & occupare asseremus? Mod. Pist. *d. l.* † præsertim 6
cum vivente adhuc marito fuerint in possessione, *art. 31. in pr. lib. 1.* Landr. † Unde nec feudo excedere 7
coguntur, priusquam iis de jurib9 muliebrib9 plenariè fuerit satisfactum, *supr. p. 2.* Const. Elect. *25. Def. 8.* †Idq; satis innuunt verba *art. 24. lib. 1.* Landr. (sol das 8
Weib nehmen ihre Morgengabe. *Et paulo post:* so nim̃t sie auch alles/das zu der Gerade gehöret.) Quæ certè verba factum & traditionem heredum excludunt. † Quod & manifesta sanctione approbavit El. 9
Sax. Illustr. *h.* Const. *33. in pr. junct. §.* Damit aber dißfalls. *v.* obbenañte Stücke vor sich selbst zu nehmen Macht haben sol/ꝛc. *ubi* Dan. Moll. *n. 1.* Jacob. Schult. *dict. loc. n. 8.*

Ita Domini in causa Marthen Heldörfferin zu Luna/ Mens. Jun. Anno 1630. (Verba sent: Ist unlängsten euer Ehejuncker Todes verfahren/ aus dessen Lehngütern ihr der weiblichen Gerechtigkeit zu befriedigen gewesen. Ob nun wol

wol sonsten einer Adelichen Wittiben/ sich der gebührenden Gerade/ Morgengabe und Leibgedinges selbsten anzumassen/ unverboten/ ꝛc.)

DEFINIT. II.

Expectare tamen debet Vidua jura sua occupans trigesimum diem à morte mariti.

1 ADeoque Vidua geradam, sponsalitiam largitatem & dotalitium ex prædefuncti mariti bonis propriâ autoritate accipere & occupare potest, *De-*
2 *fin. præced.* † Sed post trigesimum demum diem ab obitu mariti, prout disertè facultatem hanc Viduæ concessam limitavit Elector Illustrissimus *h.* Const. 33. §. Damit aber. *vers.* So wollen wir/ daß die Wittibe allererst nach dem dreyßigsten obbenannte Stücke vor sich selbst zu nehmen Macht haben
3 soll/ *ubi* Dan. Moll. *hic n. 3.* † Quia scilicet post elapsum tricesimum pro more nostratium divisione totius hereditatis, adhibitis illis, quorum interest, factâ, nemo heredum habet, quod de Viduæ ausu proprio conqueri possit, Moll. *dict. loc.* Et aliàs juris est,
4 † quod intra tricesimum hereditas jacens neq; à Creditoribus, neq; ab ipsis heredibus molestari possit, *text. & ibi* Gloss. *in art. 22. lib. 1.* Landr. Jac. Schult. *in addit. ad* Rotsch. *de dotal. art. 25. n. 8.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sent: Dieweil aber dennoch allererst nach dem dreyßigsten/ als der Mann verstorben/ solches Recht der Wittiben zustehet/ ꝛc. So seyd ihr auch binnen dem dreyßigsten euch vorgedachter weiblicher Gerechtigkeit selbthätiger Weise anzumassen nicht befugt gewesen/ ꝛc.)

DEFINIT. III.

Comestibilia ne quidem post tricesimum Vidua propriâ autoritate absq; voluntate heredum apprehendere valet.

1 ALiud obtinet in Comestibilibus seu cibariis domesticis (vulgò Mußtheil) quæ Vidua ne quidem post tricesimum sine consensu & voluntate heredum apprehendere potest, *h.* Const. 33. §. So viel aber das Mußtheil betrifft. *vers.* So ist sie auch nach dem dreyßigsten/ ohne Vorwissen der Erben desselbigen sich anzumassen nicht befugt. *ubi* Dan.
2 Moll. *n. 4.* † Rationem diversitatis si quæras, scias Viduæ non nisi ex divisione cum heredibus Comestibilia competere, *art. 22. vers.* Nach diesem muß die Frau mit den Erben Mußtheilen. *lib. 1.* Landr. *h.* Const. §. So viel/ *in verb.* ihr soll zugetheilet wer-
3 den/ ꝛc. † Non autem fit divisio ipso jure, sed factum & consensus alterius partis accedat, necesse est, *l. pen. C. comm. divid.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 1. defin. 25.*
4 *n. 23.* † Ex quo alia porro profluit ratio, quod nempe ante factam divisionem semper incertum sit, quid & quantum ex cibariis domesticis Viduæ debeatur,
5 † ut vel propterea ipsi facultas comestibilia propria autoritate apprehendendi sit deneganda, Dan. Moller. *hîc num. 4.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: So seyd ihr auch binnen dem dreyßigsten vorgedachter weiblicher Gerechtigkeit/ des Mußtheils aber auch nach dem dreyßigsten/ euch selbthätiger Weise anzumassen nicht befugt gewesen/ ꝛc.)

DEFINIT. IV.

Non tamen perdit jus suum Vidua lucra muliebria intra tricesimum, comestibilia verò post tricesimum propriâ autoritate apprehendens.

1 QUid verò, *si Vidua contra id fecerit, & comestibilia vel saltem intra tricesimum reliqua lucra muliebria, puta, sponsalitiam largitatem, geradam & dotalitium propria autoriate occupaverit & apprehenderit?* † Viduam per id lucra ejusmodi ex ma- 2
riti bonis sibi competentia amisisse, inquies, ex dispositione *l. si quis in tantam 7. C. unde Vi. & l. extat 13. ff. quod met. caus.* † ubi invadens possessionem vio- 3
lenter, tenetur eam restituere, & si Dominus erat, privatur dominio, Hartm. Pist. *p. 1. q. 16. n. 12. & seqq.* Henn. Göden. *cons. 73. n. 10. & seqq.* † & ed errant omni- 4
nò, qui dispositionem *dict. l. si quis in tantam 7. C. unde vi & dict. l. extat 13. ff. quod met. caus.* ad forum Saxonicum trahere conãtur, ubi mulcta solum modò arbitraria invasores rerum suarum, absq; earundem amissione puniri videmus, *art. 43. ubi* Gloss. *& in art. 47. lib. 3.* Landr. *art. 29. ubi* Gloss. Weichb. Matth. Coler. *de proceff. execut. in præfat. n. 14. & part. 1. decis. 125. & decis. 155. n. 4.* Christ. Zobel. *part. 4. diff. 15. n. 1. & seqq.* Ludov. Fachs. *diff. 61.* † Ex quo manifestum 5
est, Viduam propterea, quod lucra muliebria ante trigesimum vel etiam post tricesimum comestibilia propriâ autoritate occupaverit, jura hæc non amittere, † licet concesserim, arbitrariam mulctam ob id 6
ei posse imponi, ut rectè concludit Matth. Berlich. *part. 3. concl. 46. n. 13.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: So seyd ihr auch binnen dem dreyßigsten vorgedachter weiblicher Gerechtigkeit/ des Mußtheils aber auch nach dem dreyßigsten/ euch selbthätiger Weise anzumaßen nicht befugt gewesen/ Ihr habt euch aber gleichwol dardurch/ daß ihr solchem zuwider gehandelt/ eures Gebührniß und mehrgedachter weiblichen Gerechtigkeit nicht verlustig gemacht/ V. R. W.)

DEFINIT. V.

Vidua lucra muliebria propriâ autoritate apprehendens, beneficio inventarii vel juramento, quid acceperit, indicare tenetur.

NOnne autem hâc ratione, si licentia jura mulie- 1
bria post tricesimum propriâ autoritate apprehendi concedatur, fenestra delinquendi Viduæ aperietur, ut scilicet plus ultra debitum sibi sumat, ac portionem suam haud absque injuria & damno heredum augeat & amplificet? † Occurrere huic vo- 2
luit Elector Illustrissimus obstringens Viduam ad exhibitionem inventarii, vel ad juramentum, ut mediante hoc indicet, quid & quantum acceperit, heredibusque, si quid indebitè sumserit, restituat † *h.* Con- 3
stit. 33. §. Damit aber dißfalls/ *vers.* So müste sie auff der Erben Erfordern ein *inventarium* verlegen/ oder in Mangel/ vermittels eines Eydes/ was und wie viel sie zu sich genommen/ aussagen/ und nach Gelegenheit Erstattung thun. † Sive ergo 4
bona comestibilia, sive etiam alia lucra muliebria, intra vel post tricesimum, Vidua propria autoritate apprehenderit, semper remedio inventarii vel specificationis juratæ heredibus consultum erit, † quibus 5
inventarii exhibitionem vel juratam specificationem petere licet à Vidua, ex eo solo, quod proprio ausu bonis mariti se immiscuerit, Dan. Moller. *hîc n. 6.* §. *sed contrarium.* † Nec obstant verba *h.* Constit. 33. 6
§. Damit aber. *vers.* Jedoch wo solches ohne der Erben Wissen geschehen/ und sie hätte mehr/ denn ihr zur Gerade und Morgengabe gebühret/ genommen/ ꝛc. † unde dicendum videbatur, sola appre- 7
hensione Viduam ad inventarii exhibitionem vel juramentum se non obstringere, † si non & plus accepe- 8
rit, quàm debuerit, propter particulam *(Et)* Everh. *in loc.*

loc. à nat. copul. † Semper enim videtur adversus Viduam militare præsumptio, quod plus acceperit, vel inde, quia proprio ausu se bonis mariti immiscuit, propter naturam sexus muliebris, † qui huic suspicioni semper subjectus est, ut eleganter tradit Matth. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. n. 67.*

Ita Domini in causa Christiani Kerls zu Leipzig / Mense April. Anno 1632. (Verba sent: Da bemeldte Wittibe eure Pflegefrau / nach Absterben ihres Ehemannes / sich ihrer Gebührnüß selbthätiger Weise angemasset hätte / dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet / ꝛc. So wäre sie / vermittels eines richtigen Inventarii oder Eydlichen Specification, was sie zu sich genommen / anzuzeigen schuldig / V. R. W.)

Definit. VI.

Heres, vel alius quivis immiscens se bonis ac hereditati defuncti, inventarium exhibere, vel hereditatem juratò indicare tenetur ei, cujus id scire interest.

1 NOn solùm Vidua, jura sive lucra muliebria sibi competentia proprio ausu occupans, confe-
2 ctioni inventarii vel juramento se obstringit; † Sed eodem quoque onere gravandus est heres, vel alius quivis immiscens se bonis defuncti, & hereditatem propria autoritate occupans, *l. ult. §. licentia. 10. C. de jur. deliber.* Hartm. Pist. *obs. 137.* Andr. Rauchb.
3 *part. 1. q. 29. n. 8. & 9.* † In tantùm, ut quemadmodum ante tempus ad conficiendum inventarium sibi indultum conveniri nequeat à Creditoribus hereditariis vel legatariis, *dict. l. fin. §. licentia 10. C. de jur. de-*
4 *lib.* ‡ Ita nec vice versa audiri debeat, quicquam ex testamento defuncti petens, priusquam inventarium ediderit, vel mediante juramento vires hereditatis
5 indicaverit, Hartm. Pist. *obs. 117.* † Vix enim facultatum modus aliter explicari potest, quàm per inventarium, quod propterea petere possunt omnes quorum interest, *l. cum plures 15. ff. de reb. autor. jud. possid.* Ant. Fab. *in C. lib. 3. tit. 19. defin. 33. num. 3. & 10.*
6 † At inventarii defectus solo juramento occupantis suppletur, *dict. l. ult. §. licentia 10. ubi* Bald. & Salycet. *C. de jur. deliber.* Vide novam formam heredi præscriptam in *Decis. Elect. noviss. 57.*

Ita Domini in causa Danielis Dörffers / contra Andreas Henemann und Michael Ohmen / ad Consultationem Senatus Hertzbergensis, Mens. Majo Anno 1632. (Verba sent: Würde Kläger beybringen und erweisen / daß sich Michael Ohme des verstorbenen Henemanns Verlassenschafft angemasset / so ist gedachter Ohme ein richtiges Inventarium selbiger Verlassenschafft vorzulegen / oder in Mangelung dessen solche eydlichen vorzuzeigē schuldig / ꝛc.)

It. in causa Andreæ Schubarts zu Reichenbach / Mens. Jan. Anno 1636. (Verba sentent: Hat nach Absterben des Testatoris sein Bruder sich seiner Verlassenschafft allein angemasset; So ist er seinen Mit-Erben ein richtiges Inventarium darüber vorzulegen / oder seines Bruders Verlassenschafft / vermittels Eydes / anzuzeigen / so wohl die eingehobene Nutzung davon in gemeine Theilung einzubringen schuldig / V. R. W.)

It. in causa M. Andreæ Cottens Pastoris zu Laußig / Mens. Octobr. Anno 1633. (Verba sentent: Seynd vorgedachte beyde Töchtere / nach des Vatern Absterben / in dessen verlassenen Gütern sitzen blieben / und haben sich / ohne Auffrichtung eines Inventarii, der Administration angemasset / ꝛc. So seynd sie / auff Begehren ihrer Mit-Erben / die Baarschafft und gantze Väterliche Verlassenschafft / vermittels ihres leiblichen Eydes / anzuzeigen schuldig / V. R. W.)

In causa Hansen Glitzens zur Pforten / Mens. Jun. Anno 1601. (Verba sentent: Ist Barthol Rüdigers Eheweib gestorben / und hat die Gerade auff ihre noch lebende zwo Schwestern bracht und verfället / hat nun der Ehemann sich solcher Gerade augemasset / und etliche Stücke davon in seinen Nutzen gewendet / ꝛc. So ist er gedachter Gerade halber ein beständig Inventarium vorzulegen / oder dieselbe / vermittels Eydes / anzuzeigen schuldig / V. R. W.)

In causa Hansen und Wolfens der Spetner zu Leipzig / Mens. April. Anno 1576.

Et in causa Otton. à Maschwitzens zu Lösa / Mens. Sept. Anno 1595.

Definit. VII.

Ab omnibus iis, qui administrationi bonorum alienorum se immiscent, inventarium vel jurata specificatio exigi potest.

NOn solùm ab herede, aut eo, qui se pro herede 1
gessit; inventarium vel jurata specificatio rerum hereditariarum exigi potest, *Defin. præced.* † Sed 2
& ab omnibus iis, qui bonorum alienorū administrationi se immiscent, veluti à Creditore pignora vendente, socio, tutore; *l. tutor. qui repertorium 7. ff. de admin. tutor. &c.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 29. n. 9.* Ant. Fab. *in C. lib. 3. tit. 19. defin. 33. n. 3. & lib. 5. tit. 25. defin. 1. n. 5.* † Nec enim ratio administrationis, quæ 3
omnino ab administratoribus exigitur, reddi poterit, antequam constet, quid & quantum acceperint, id quod per exhibitionem inventarii vel juratam specificationem demonstrari ac probari oportet. † Unde inventarium caput ac fundamentum dicitur 4
rationum reddendarum, Bart. *in l. 72. §. 2. ff. de condit. & demonstr. num. 2. vers. quia inventarium.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 20. n. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. q. 126. n. 47.* † Defectus autem 5
inventarii solo juramento suppletur, *arg. l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib.* Rauchb. *dict. qu. 29. n. 9.*

Ita Domini in causa Hansen Köhlers zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1576.

In causa Andreæ Lehmanns zu Mugeln / Mense Octobr. Anno 1601.

In causa Andreæ Weidmans zu Schwartzenberg / Mense Octobr. Anno 1629.

Et in causa Caspari Hoffmans zu Litterstädt / Mens. Sept. Anno 1636.

Definit. VIII.

Sufficit tamen alterutrum, inventarii nempe exhibitio, vel jurata specificatio, nec utrumque simul potest exigi.

NOn desunt qui opinantur, heredes pariter ac 1
omnes alios, à quibus inventarium exigi potest, ad juramentum esse obstrictos, in tantum, ut exhibitione legitimi inventarii ab eo se liberare nequeant, sed inventarium jurisjurandi religione munire ac corroborare simul teneantur, † ut videre 2
est ex traditis Petr. Heig. *part. 1. quæst. 40. num. 21. &* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 29. num. 5.* † per textum 3
in l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib. ubi permittitur Creditoribus, Legatariis & Fideicommissariis contra inventarium non modo probationem inducere, sed & heredis Sacramentum exigere; idemq; habetur in *Novell. 1. cap. hic nobis 2.* † Sed hactenus aliud usu fuit introductum, & visum est alterutrum sufficere, scilicet, ut vel legitimum inventarium exhibeatur, vel eo non confecto, in subsidium saltem juramentum exigatur, † per *l. 2. ubi* 4 5
Gloss. & Dd. *in verb. jurata fide Codic. quando & quibus quarta pars lib. 10.* Andr. Rauchbar. *dict. quæst.*

quæst. 29. n. 2. & seqq. Matth. Wesenb. *vol. 1. consil. 3.*
6 *n. 47.* Dan. Moller. *lib. 2. Semestr. 14. n. 5.* † non enim deferendum est juramentum nisi deficientibus probationibus legitimis, unde & is, cui juramentum defertur, probationibus à Jurisjurandi præstatione sese exonerare valet *l. eum qui juravit 30. in pr. ff. de jurejur.* Bartol. *in l. in contractibus 14. §. illo 3. C. de*
7 *non num. pecun.* † Atqui inventarium ritè & solenniter conditum probationem facit, & inter publica instrumenta, quæ fidem merentur, connumeratur,
8 *l. fin. pr. vers. sin autem C. arbitr. tut.* † Unde & regulariter pro inventario præsumitur, eoque standum est, donec contrarium doceatur, Dd. *in dict. l. fin. C. d. t. & in l. ultim. §. licentia 10. C. de jur. delib.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 939.* Andr. Rauchb. *dict.*
9 *loc. n. 11.* † Hocq; disertè fuit confirmatum ab Illustrissimo Saxon. Electore *hac* Const. *33. §.* Damit aber. *in verb.* (Ein *Inventarium* vorlegen / oder in Mangel dessen / vermittels eines Eydes aussagen.)
10 † Ergò ad juratam specificationem non nisi inventario deficiente perveniri potest, Rauchb. *dict. loc. n. 13.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 46. n. 10.*

Ita Domini in causa Balthasari Friederichs zu Grimma/ Mens. April. Anno 1633. (Verba sententiæ: Hat eure Schwester Maria / Thomas Kahnats Eheweib / einen letzten Willen auffgerichtet/darinnen sie ihrer Mutter die legitimam, das übrige aber ihrem Ehemanne allein vermacht/welcher sich auch nach der Testirerin Absterben der gäntzlichen Erbschafft angemasset/ von deme die Mutter ihre gebührende legitimam fodern thut/ &c. Da nun euerm Fürgeben nach der Ehemann / als Erbe über seines Weibes Verlassenschafft/kein richtiges und beständiges Inventarium, darnach man sich in Ansetzung der legitimen zu achten/ auffgerichtet hätte/ &c. So wäre er gedachtes seines Weibes Verlassenschafft/ vermittels Eydes / anzuzeigen schuldig/ V. R. W.)

It. ad requisitionem Senatus Hertzbergensis, Mens. Majo Anno 1632. (Verba sentent: So ist gedachter Ohme ein richtiges Inventarium selbiger Verlaßenschafft vorzulegen/oder in Mangelung dessen/ solche eydlichen anzuzeigen schuldig/ V. R. W.)

Item in causa heredum Matthiæ Eichlers zu Lommatzsch/ Mens. Jun Anno 1590.

Et in causa Andreæ Lehmanns zu Mugeln/ Mense Octobr. Anno 1601.

Definit. IX.

Non exonerat heredem à præstatione juramenti inventarium, quod vitio aliquo laborat.

1 SEd hoc non aliter accipi velim, quàm si inventarium ritè & solenniter fuerit conditum. Quod
2 si verò id vitio aliquo laboret, † quin tùm inventarium heres jurisjurandi religione munire ac corroborare debeat, vix dubitandum erit, secundum tradita Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. n. 14.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 14. n. 5.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 40. n. 1.*
3 † Quia solummodo inventarium ritè & solenniter conditum inter publica instrumenta, quæ plenam fidem merentur, connumeratur, *l. ult. pr. vers. sin autem C. arbitr. tutel.* Mascard. *post alios, de probat.*
4 *vol. 2. concl 938.* † Secus si ritè ac legitimè non fuerit
5 confectum. † Parùm enim refert, an inventarium nullum an imperfectum exhibeatur, ut propterea hoc casu ad jurisjurandi religionem omninò sit deveniendum, *l. fin. §. licentia 10. C. de Jur. delib.*

Ita Domini in causa Caspari Eberhards zu Merseburg/ Mens. Mart. Anno 1589. (Verba sentent: So ist sie nochmals ein inventarium zu ediren, und dasselbe/ wofern die Gläubigere daran einen Mangel haben würden/ mit ihrem leiblichen Eyde zu bestärcken schuldig/ V. R. W.)

Definit. X.

Ex eo solo, quod confectionem inventarii obsignatio bonorum defuncti vel nulla, vel non statim præcesserit, heres inventarium juramento suo corroborare tenetur.

1 REgulariter pro inventario præsumitur, istudque ritè ac solenniter confectum censetur, donec
contrarium doceatur, Dd. *in l. ult. C. arbitr. tutel. & in l. fin. §. licentia 10. C. de jur. deliber.* Rol. à Vall. *de confect. invent. in 5. part. 9. ante perf.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 939.* † nempe non 2
fuisse adhibita requisita solennis inventarii, de quibus tractat Joh. Schneid. *in §. extraneis 4. n. 12. & sqq. instit. de hered. qualit. & differ.* † Planè si nulla præ- 3
cesserit obsignatio bonorum defuncti aut nimis serò heres, postquam per dies aliquot sese immiscuerit rebus hereditariis, eas obsignari fecerit, exhibendo licet inventarium post tricesimum solenniter confectum, † quin tamen id jurisjurandi religione corro- 4
borare ac munire debeat, ambigendum non est, vel saltem propterea, † quod omissâ aut non debito 5
tempore factâ obsignatione, ab omni suspicione dissipatæ hereditatis, heres vix tutus & immunis esse poterit. † Quæ sola etiam causa juramentum pur- 6
gationis requirit, Dan. Moller. *lib. 2. Semestr. 14. n. 5.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. n. 14.*

Ita Domini in causa Præfecti Plavienſis, Mense Januar. Anno 1630. (Verba sent: Da nun die Gläubigere beybringen könten/ daß die Erben die Erbschafft alsobald gebührlichen nicht obsigniren lassen; So wären bemeldte Erben das auffgerichtete Inventarium mit ihrem Eyde zu bekräfftigen schuldig / V. R. W.)

Et ad requisitionem Senatus Numburgensis, Mens. Novembr. Anno 1633. (Verba sentent: Ob nun wohl gedachte Wittib sich hierzu nicht verstehen will/ fürgebende/ daß sie ein Inventarium auffrichten lassen / dannenhero sie/ weil noch zur Zeit der angeführte Verdacht wider sie nicht beybracht noch ausgeführet worden/ mit der eydlichen specification nicht zu beschweren / Dieweil sie aber dannoch nicht alsobald nach des Mannes Absterben/ zumassen ihr zu thun obgelegen / sondern allererst des dritten Tages nach dem Begräbnüß versiegeln lassen / und also dieses Puncts wegen nicht richtig verfahren/ &c. So hat sie sich auch mit ihrem Einwenden nicht zu behelffen/ sondern sie ist das auffgerichtete Inventarium, ehe und zuvor eine richtige Erbtheilung geschicht / mit ihrem leiblichen Eyde zu bestärcken und zu beschweren schuldig/ V. R. W.)

Definit. XI.

Quævis fraudis suspicio heredem aggravat, ut suprà inventarii exhibitionem, res hereditarias etiam juratò indicare teneatur.

QUin etsi inventarium solenniter ac ritè, obsi- 1
gnatione etiam præcedente, confectum fuerit, † attamen si actor vel saltem præsumptivè 2
probet, aliquid fraudis ab herede, vel in confectione inventarii, vel extra id fuisse commissum, † non immerito arctabitur, ut quam exhibuit bo- 3
norum hereditariorum descriptionem, jurisjurandi religione corroboret, *l. 6. §. 4. vers. sic ubi C. de*

C. de his qui ad Eccles. confug. Dd. *in l. ult. §. licentia 10. C. de Jur. delib.* Roland. à Vall. *de confect. invent. in 4. part. q. ult.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 29. num. 15.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 14. n. 5.*

Ita Domini in causa heredum Mauritii à Steige zu Annaberg/ Mens. April. Anno 1603. (Verba sentent: Da ihr auch wider sie gnugsamen Verdacht/ daß sie vor und nach Auffrichtung des Inventarii von euers Vettern Verlassenschafft euch zu Nachtheil etwas entwendet/ ausführen möchtet. So wäre sie sich/ vermittels ihres Eydes/ daß solches von ihr nicht geschehen/ zu reinigen und zu schweren schuldig/ V. R. W.)

In causa Georgii Franckenhausens zu Meissen/ Mense Novembr. Anno 1600.

Et in causa Adami Salzwedels zu Meissen / Mens. Octob. Anno 1635.

Definit. XII.

Non obstringitur heres ad præstationem juramenti, ex eo solo, quod ignarus rerum quarundam eas inventario inseri non fecerit.

1 SUspicioni fraudis ac per consequens juratæ specificationi redditur obnoxius heres, si probet actor, in inventario exhibito non quasvis res hereditarias comprehensas, sed in specie aliquid in eo fuisse omissum, Dan. Moller. *lib. 2. Semestr. 14. n. 5.*

2 *Defin. præced.* † Quod non aliter intellectum velim, quàm si heres dolosè quid omiserit, Joh. Schneidew. *in §. extraneis 4. n. 14. inst. de hæred. qualit. & differ.*

3 † Cæteroquin, si non fraudulenter, sed bona fide ex ignorantia forsan, res quædam hereditariæ in inven-
4 tario omissæ & non descriptæ fuerint, † tantum abest, inventarium per id vitiari, aut onere jurandi heredem aggravari, ut potius de novo res illas inventario addere, licitum ipsi existimem cum Dd. *in l.*
5 *ult. §. 1. C. de Jur. delib.* † Quò facit protestatio in confectione inventarii usitatissima, quod scilicet heres fecerit describi omnes res, quas sciverit esse defuncti, & si aliquæ fuerint omissæ, aut contingat, alias reperiri, quamprimùm habuerit notitiam de-
6 eis, velit eas apponere; † Et econtra si aliquæ non apponendæ fuerint appositæ, quod non velit eas pro appositis haberi, Johan. Schneidewin. *dict loc. num. 15.*

Ita Domini in causa Præfecti Plavienſis, Mens. Jan. Anno 1630. (Verba sentent: Wann in einem Inventario etwas ohne Betrug und Argelist ausſengelassen/ und vergessen/ hernacher aber nach Befindung angezeiget / und nochmals/ daß es ins Inventarium gebracht werden möge/ erinnert wird/ ꝛc. So ist dannenhero solches Inventarium vor verdächtig nicht zu achten / noch die Erben die Erbschafft / vermittels ihres leiblichen Eydes / anzuzeigen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Inchoari & perfici debet inventarium intra tres menses, nisi justa causa id impediat.

1 INter reliqua ad confectionem legitimi ac solennis inventarii necessaria requisita, haud certè minimum est, quod heres postquam agnoverit, sibi delatam esse hereditatem ex testamento vel ab intestato, infra 30. dies, qui incipiunt à die scientiæ, debeat inventarium incipere, Matth. Coler. *de proceſſ.*
2 *execut. part. 2. cap. 3. num. 403.* † Istúdque intra-
3 60. dies absolvere, † ut sic in effectu sint tres menses constituti ad inchoandum & perficiendum inventarium, *l. ult. §. 1. ubi* Gloss. *in verb. Sexaginta & in verb. consummationem in fin. C. de Jur. delib.* Joh. Schneidew. *in §. extraneis 4. n. 12. inst. de hæred. qual. & differ.* † Quo ipso tamen non excluditur 4 justa causa confectionem inventarii impediens, ex qua tempus trium mensium constitutum bene potest prorogari. † Veluti etiam, si heres absens fuerit, 5 ad consummationem inventarii, anni spacium à morte testatoris numerandum conceditur, *dict. l. fin. §. 1. vers. Sin autem à locis C. de jur. del.* † excusatio- 6 ni similima est hæc, quando heres non habet tutorem, aut si res hæreditariæ fuerint alio in loco, Joh. Schneid. *dict. loc. vers. Tertiò quod infra, &c.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Ob gleich zu Recht versehen/ daß ein iedes Inventarium nach Verfliessung des dreyßigsten angefangen / und innerhalb zweyer Monat gäntzlich absolviret und zu Ende gebracht werden soll Dieweil aber dennoch die zur inventation verordnete Commissarii den Commission-Befehlich in etwas langsam überkommen/ hernach theils ihrer Leibesbeschwerung/ theils anderer obliegenden Verrichtungen wegen binnen gesetzter Frist zur inventation nicht gelangen können/ der Wittiben und den Erben auch ehe Vormunden zu erlangen unmüglich / und einer unter ihnen in der Frembde gewesen/ ꝛc. So mag auch der Verzug/ so dadurch bey Auffrichtung des Inventarii geursachet worden/ ihnen zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ inmassen dann auch dannenhero das auffgerichtete Inventarium vor ungültig nicht zu halten/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Heredes ejus, qui occupavit hereditatem, deficiente licet inventario, jurare non tenentur.

ETsi heres non conficiens inventarium teneatur 1 mediante juramento indicare vires hereditatis, *l. ult. §. licentiæ 10. C. de Jur. delib. Supr. Defin. 6.* † Secus tamen est in herede ejus, qui occupavit he- 2 reditatem. † Nam cum is justam ignorantiæ cau- 3 sam habere censeatur, *l. qui in alterius 42. ff. de Reg. Jur. c. præsumitur 47. eod. tit. in sexto l. Verius 21. ff. de probat.* † Ideo juramentum illud præstare 4 haud obligatus est, sed potius actor petens hereditatem probare vel liquidare debet quantitatem hereditatis, † ex veriori sententia Hartman. Pistor. 5 *obs. 137.* Modest. Pist. *part. 3. q. 126. & ibidem in addit.* Jac. Schult. *num. 165. & multis seqq.* † Nec e- 6 nim onere eo, quod occupatori hereditatis dolosо injungitur, *arg. l. tutor qui repertorium 7. in pr. ff. de administr. tutor.* heredes, qui sunt extra dolum, aggravari debent, † quia diversa ratio diversam 7 juris decisionem exigit, *l. inter stipulantem 83. §. 5. ff. de V. O.* † Quin & jusjurandum hoc legale, 8 quod ex *l. ult. §. licentia 10. C. de Jur. delib.* defertur possessori hereditatis, succedit in locum deficientis inventarii, Matth. Coler. *de proceſſ. exec. part. 2. c. 3. n. 387.* † Atqui heredes possessoris non tenen- 9 tur inventarium conficere, utpote de rebus propriis. Ergo nec jurare in casu deficientis inventarii, † ex 10 eo quod surrogatum sapiat naturam ejus, cui surrogatur, *c. Eccles. 3. ubi* Gloss. *extr. ut lit. pendent.* † 11 Eamque sententiam dispositioni Juris Saxonici maximè convenire, probat Jacob. Schult. *dict. q. 126. n. 182.* ubi quæstionem hanc latissimè tractat & ad contraria respondet.

Ita

Ita Domini in causâ filii Georgii Hegedorns contra ejusdem Viduam, ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens. August, Anno 1634.

Definit. XV.

Referri nequit juramentum, quo heres in casu deficientis inventarii, hereditatem indicare tenetur.

1 SCitu dignum est, quod terminus juramento præstando definitus in Const. Elect. *12. part. 1. art. 62. lib. 1. & art. 11. lib. 2.* Landr. in juramento, quo is, à quo hereditas evincitur, si legitimum inventarium exhibere nequeat, res hereditarias patefacere & manifestare cogitur *juxta l. ult. C. de jur. delib. & l. 2. ubi* Gloss. & Dd. *C. quando & quib. quart. pars lib.*
2 *10.* † non ita strictè & præcisè observari debeat,
3 † veluti in Aulâ Elect. Saxon. M. Jun. Anno 1548. conclusum refert ex Teubero Andr. Rauchb. *part. 1.*
4 *qu. 10. num. 32.* † forsan propterea, quod hoc juramentum non ita vice probationis sit, ut reliqua juramenta, *l. generaliter 12. in pr. ubi* Gloss. & Dd. *C. de reb. credit.* quæ idcirco eundem cum probationibus terminum habent, Chil. König. *in proces. cap. 66.*
5 *num. 2.* † speciale porro & id est in juramento hoc, quod licet delatum Reo, referri tamen nequaquam valeat deferenti, Gloss. *in cap. fin. verb. famosis extr. de jurejur.* Dan. Moller. *lib. 2. Semestr. 14. num. 5.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 2. cap. 3. num.*
6 *402.* † cum proprii heredis facti sit id, quod conscientiæ ipsius committitur, non actoris, *l. præsenti 6. §. 4. ubi* Gloss. *in verb. conscientia in fin. C. de his*
7 *qui ad Eccles.* † quamvis eo in casu, ubi ab actore juramentum defertur, prius de calumnia actori ipsimet jurandum sit. † Secus si heredi à Judice imponatur, Moll. *dict. loc. in fin.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 3. n. 50.*

Ita Domini in causa heredum Jacobi Götzens contra Viduam Salomonis Hessens zu Zeitz / Mens. April. Anno 1633. (Verba sentent : Würde Beklagtens Pflegefrau eine richtige Specification aller ihres verstorbenen Mannes Verlassenschafft übergeben / und dieselbige / vermittels ihres leiblichen Eydes / bestärcken / und daß sich ein mehrers / als in solcher Specification begriffen / in selbiger Verlassenschafft nicht befunden / noch sie bekommen / schweren / inmassen sie Inhalts vorigen Urtheils zu thun schuldig / So hätte sie selbigem Urtheil eine Gnüge gethan / und ergienge darauff ferner was recht ist / und hat die relatio juramenti nach Gelegenheit dißfalls nicht statt / V. R. W.)

Definit. XVI.

Heres non exhibens inventarium si jurare nolit, potest actor adversus eum in litem jurare.

1 QUid autem, si heres vel alius, qui bonorum administrationi se immiscuit, inventarium solenne conficere omiserit, nec tamen res hereditarias
2 vel bona juramento suo indicare velit? † Sanè eo nomine ipsum capi vel torqueri posse non putaverim, per *l. pen. ff. de crim. expil. hered. l. adversus 4.*
3 *C. eod. tit.* Bald. *in l. 3. C. fam. ercisc.* † Nihilominus tamen iniquissimum esset, contumaciæ heredis quicquam indulgere, haud sine magno actoris præ-
4 judicio. † Cui ut subveniatur, concedendum erit adversus heredem contumacem in litem jurari, *dict. l. adversus 4. ff. expil. hered. l. si cum 8. l. 11. §. 1. ff rer. amot. l. 3. C. eod. tit.* † nec enim suspicione doli ca- 5
ret heres, qui jurare detrectat, † ut dubium non sit, 6
juramentum in litem sibi locum vendicare, Bartol. *in l. in actionibus 5. ff. de in lit. jur.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 188.*

Ita Domini in causa Hansen Christoffs von der Planitz zu Auerbach / Mens. Septembr. Anno 1634. (Verba sentent: So verbleibets dabey allenthalben billich / und wird offtgedachter Wittiben nochmals ein gewisser Termin benennt und angesetzt / binnen welchem sie ihres ersten Ehemannes Erben und Creditorn ein inventarium zu ediren / und solches / wofern dieselbe einen Mangel daran haben würden / mit ihrem leiblichen Eyde zu bestärcken schuldig / Zu fernerer Verweigerung dessen / werden die Erben und Creditorn wider sie in litem zu schweren zugelassen / V. R. W.)

It. ad Consultationem Senatus Lipsiensis, Mens. Septemb. Anno 1628. (Verba sentent : Dieweil Beklagter sich ausdrücklichen erkläret / daß er nicht schweren / und die verlassene Gerade eydlichen anzeigen wolle. So werden nunmehr Klägerer Eheweiber auff vorhergehende liquidation, Würderung und Gerichtliche moderation der manglenden Geradestücken wider Beklagten in litem zu schweren billich zugelassen / V. R. W.)

It. in causa Hansen von Eichbergs zu Iffhöffen / Mense Febr. Anno 1593.

Et in causa Caspar Meiners zu Wittenberg / Mens. Febr. Anno 1630.

Definit. XVII.

Ex communi hereditate sumptus pro conficiendo inventario exsolvuntur.

CUm indubitati juris est, beneficio inventarii sub- 1
veniri heredibus, ne falcidiam perdant, vel ex sua substantia Creditoribus hereditariis debitum persolvere, aut saltem jurare teneantur, † *l. ult. §. 2
etsi præfatam 4. §. sin vero 5. C. de jur. delib.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. n. 15.* Matth. Coler. *de proces. execut. part. 1. cap. 10. n. 327.* æquissimum videtur, † ipsos solos ad exsolutionem expensarum pro 3
conficiendo inventario obstringi, *l. secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur.* † Sed quis negare ausit, 4
Creditoribus etiam id commodi accedere ex inventario, ut bonorum defuncti notitiam inde nanciscantur, nec quicquam iis detrahi possit, † ut vel 5
propterea ex communi hereditate Notarius honorarium pro confecto inventario petere valeat, juxta tradita in simili ab Ant. Fab. *lib. 7. tit. 18. defin. 43. num. 3. & 6.*

Ita Domini in causa Creditorum Pauli Seyfrieds zu Meissen / Mens. Decemb. Anno 1634. (Verba sent : Daß das über des verstorbenen Schuldners Verlassenschafft auffgerichtete Inventarium aus gemeiner Erbschafft von dem Notario billich abgelöset / und dem verordneten Curatori bonorum eingehändiget wird / ꝛc.)

Definit. XVIII.

Non tenetur in foro Saxonico heres ultra vires hereditatis, si inventarium confecerit, vel confectio. ne inventarii omissa, vires hereditatis jurate indicare velit.

INsignis inventarii effectus est, ut heres con- 1
fecto eo, nec falcidiam perdat, nec ultra vires hereditatis ex suis bonis quicquam solvere tenea-

2 teneatur, † ad quod de Jure Civili obstrictus est, si inventarii confectionem neglexerit, *l. ult. ff. etsi præfatam 4. §. sin vero 5. C. de Jur. delib. Auth. sed cum testator. C. ad Leg. falcid.* Anton. Fab. *in Cod.*
3 *lib. 4. tit. 23. defin. 9. n. 8.* † Sed de Jure Saxonico aliter res se habet, nec ultra vires hereditatis heres tenetur, etiamsi inventarium conficere omiserit, si res hereditarias juratò indicare velit, *artic. 6. ibi:* Wer das Erbe nimmet/ soll zu Recht die Schuld zahlen/ als ferne das Erbe reichet/ *lib. 1.* Landrecht.
4 † Quem textum Zobel. *cum* Gloss. *in addit. lit. a.* generaliter intelligit, etiam in terminis non confecti inventarii, ut nempe oneribus hereditariis ulterius non implicetur heres, quàm in quantum se extendunt vires hereditatis,
5 † quod probatur in Gloss. Weichbild. *artic. 26.* ac testatur Henning. Göden. istam sententiam de generali consuetudine harum provinciarum,
6 † ita in feudalibus, quemadmodum etiam in allodialibus observari, *in consil. 11. num. 8.* Matth. Wesenb. *vol. 1. cons. 13. n. 24.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. c. 10. n. 327. & part. 1. cap. 3. num. 399. & seqq. & part. 1. decis. 68. num. 2. & seqq.*
7 Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. num. 16.* † Nec caret hæc sententia probabili ratione, quia inventarii confectio dicitur esse probrosa ipsi defuncto, Chassan. *in Consuet. regni fol. 281. n. 13. in addit.* Coler. *dict. decis. 68. n. 4.*
8 † Nullus itaque alius inventarii effectus erit in foro Saxonico, quàm ut confecto eo, heres præstatione juramenti non sit onerandus, secundum tradita *supr. Defin. 8.*

Ita Domini in causa Caspari Eberhardi zu Merseburg/ Mens. Martio, Anno 1599. (Verba sententiæ: Ob nun wohl die Gläubigere wider gedachte Wittibe die Hülffe gesuchet. Dieweil sie aber dennoch ein Inventarium nochmals zu ediren, und dasselbe/ wofern vorgedachte Gläubigere daran einen Mangel haben würde/ mit ihrem leiblichen Eyde zu bestärcken erbötig / ꝛc. So wird sie auch damit billich zugelassen/ und ist von den ihrigen des Mannes Schulden zu bezahlen nicht verpflichtet/ V. R. W.)

Et in causa sororum Nobilium à Polentz, Mens. Martio, Anno 1604.

Definit. XIX.

In foro Saxonico Creditor debitori suo heres existens non perdit creditum, etiamsi inventarium non confecerit.

1 EXpediti Juris est, si Creditor debitori suo heres existat, actionem ipsi competentem, aditâ hereditate, confusione tolli,
2 † nisi cum beneficio inventarii hereditatem adierit, *l. debitori 7. ubi* Gloss. & Dd. *C. de pact. l. Stichum 95. §. aditio 2. ff. de solut.* Herm. Vult. *lib. 2. Jurispr. Roman. c. 57.* Andr. Tiraq.
3 *de Retract. §. 1.* Gloss. *9. n. 48.* † Idemque apud Saxones præstare inventarii confectionem, cum hic effectus in Jure Saxonico nullibi expressè sublatus reperiatur, testatur Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 29. num. 24.* ubi ita Anno 1577. Wittebergæ judicatum
4 ex Teubero refert. † Quin etsi inventarium haud fuerit confectum, non tamen in foro Saxonico actionem Creditoris per aditionem hereditatis fuisse sublatam, dixerim cum Matth. Wesenbec. *vol. 1.*
5 *consil. 15. num. 86.* † quia haud confecto etiam inventario, heres de Jure Saxonico ultra vires hereditatis obstrictus non est, si jurare velit, *art. 6. lib. 1.* Landr. *Defin. præced.* † adeoque hoc casu jurata 6
specificatio rerum hereditariarum idem, quod inventarium solenne, efficit atque operatur, † quippe 7
in cujus locum fuit subrogatum, *arg. c. Ecclesia 3. ubi* Gloss. *extr. ut lit. pendent.*

Ita Domini in causa heredum M. Johannis Kühnens zu Grossen Jehna / ad requisitionem Quæstoris Freiburgensis, Mens. Novemb. Anno 1634. (Verba sententiæ: Es wäre dann/ daß bemeldte Wittib nicht länger Erbin seyn wolte/ auff solchen Fall würde ihre Foderung der 200 fl. wann solche bescheiniget/ billich abgefolget/ und sie möchte weiter als sich die vires hereditatis erstrecken/ und sie in Mangel des Inventarii eydlichen erhalten würden/ dafür zu hafften nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. XX.

Ad sponsalitiam largitatem seu Morgengabam pertinent pecudes fœmellæ cujusq; generis.

1 MOrgengaba propriè vocatur illa donatio, vel largitas sponsalitia, quæ Uxori non ex dispositione Juris Saxonici debetur, sed ex liberalitate sponsi, primâ die nuptiarum ante prandium profiscitur, † quando scilicet Sponsus in præmium a- 2
missæ virginitatis Sponsæ manè, antequam ad prandium discumbat, catenam vel aliud quoddam pretiosum donat, *art. 20. lib. 1.* Landr. † quod sponsa 3
Jure donationis lucratur, & defuncto marito, unà cum aliis rebus ad geradam pertinentibus ad proximam Cognatam transmittit, Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 44.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. num. 62.* Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. def. rubr. de succeff. int. vir. & uxor. n. 41.* Dan. Moll. *l. 2. semestr. 43. in fin.* † Sed alia est species Morgen- 4
gabæ, sive sponsalitiæ largitatis, quæ Uxori Nobili ex bonis mariti defuncti debetur ex dispositione Juris Saxonici, in *art. 24. in pr. lib. 1.* Landr. † Ad 5
quam referuntur omnis generis fœmellæ pecudes, ut Vaccæ cum Vitulis, Capræ, Sues seu Scrophæ, quotquot harum omnium in agris pascuntur, Zur Morgengabe gehören / alles Feldgänge weibliche Viehe / als Kühe mit den Kälbern / Ziegen/ Schweine und Saumütter / die für den Hirten gehen / *dict. art. 24.* † Quò & pertinent Equæ, quæ 6
non currui vel aratro jungi assveverût, sed in campis & pratis victitant. Alle unbeseilete Pferde / *scilicet* Mutterpferde/ so täglichen auff die Weyde gehen/ und die man nicht einspannet/ *art. 2. ubi* Gloss. *verbo* Feldpferde/ *lib. 1.* Landr. licet Magdeburgenses dissenserint, Matth. Coler. *dict. decis. 60. num. 58.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotsch. *de dotalit. art. 17. num. 1.* † Etsi verò necessitate coactus pa- 7
terfamilias istis equabus semel atque iterum utatur & currui jungat, ut communiter messis tempore fieri solet, † nihilominus tamen Vidua nomine Mor- 8
gengabæ eas jure optimo sibi vendicabit, † quia 9
consuetudo potius patrisfamiliâs attendi debet, quam id quod casu non certâ animi destinatione factum est, *l. hoc legatum 45. ff. de legat. 3. l. cum certum 4. ubi* Bart. & Dd. *ff. de trit. ole. vin. legat.* Molet. *dict. loc. n. 2.*

Ita Domini in causa Sigismundi à Schönfeld / Mense Junio, Anno 1633. (Verba sententiæ: Daß die unbeseilete

beseilete Pferde/das seyn Mutterpferde/die täglichen auff die Weyde gehen/ und die man noch nicht einspannet/ wie auch die Zuchtschweine/ Kühe/ Ziegen / und dergleichen zur Morgengabe gehörig/ und dahero der Wittben abgefolget werden/ &c.)

Definit. XXI.

Non etiam pecudes masculini sexus ad Morgengabam pertinent.

1 SOlummodo autem pecudes fœmellæ ad Morgengabam sive sponsalitiam largitatem referun-
2 tur, † non etiam pecudes masculini sexus, quæ ad
3 hæreditatem pertinent, † adeoq; hæredibus non Viduæ cedunt, Christ. Zobel. *in addit. ad Gloss. ordin.* Landr. *lib. 1. art. 20. n. 9.* Urthel *post* Lehnrecht/ *tit.* Von Gerade/ Morgengabe / &c. *vers.* Sondern Ochsen und andere männliche Thiere. *Gloss. ordin.* Landr. *lib. 1. art. 24. n. 2.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 60. n. 58.* Jac. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotsch. *de dot.*
4 *art. 17. n. 1.* † Ultra pecudes tamen fœmellas, ad Morgengabam quoque pertinent sepes, ædificia, carpenta, & omnis materies lignorum prædiis extruendis comparata, Alle Gezäune / und Zimmer/ die bey des Mannes Leben ungerichtet und unverbraucht seyn blieben/ *art. 20. & art. 24. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. & Jac. Schult. *dict. loc.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent : Der Ochsen und Stierlein aber/ so wohl anderer männlichen Thiere/ hat sich die Wittibe als Morgengabe nicht anzumassen/ sondern sie verbleiben den Erben billich/ &c.)

Definit. XXII.

Nisi post mortem mariti ante tricesimum vel divisionem fuerint procreatæ.

1 ETsi verò Equi & alia masculini sexus pecora non debeantur zur Morgengabe/ *Defin. præcedent.*
2 † Attamen si ante trigesimum, ut vocant, vel tempus divisionis Equæ equulos, vel alia pecora pullos ma-
3 sculini sexus pariant, † tunc hi non minus ac pecudes fœmellæ Viduæ cedunt, Dan. Moller. *lib. 2. Semest. 43. num. 3.* Jac. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotsch. *de dot al. art. 17. num. 4.* non tàm nomine
4 Morgengabæ, † quàm jure fructuum & accessionum, quæ sunt ejus, ad quem res pertinet; *l. pen. C. de act.*
5 *empt.* † Ita nempe fœtus pecoris fit ejus, ad quem pecus ipsum pertinet, § *gallinarum 16.* § *item ea 17. inst. de rer. divis. l. bonæ fidei 48. in fin. ff. de acquir. rer. domin. l. un.* §. *9. vers. fœtus C. de Rei Uxor. act.*
6 † quo jure etiam fœtus ovium, sive masculini sive fœminini sint sexus, ad geradam referuntur, & Viduæ cedunt, Hartm. Pistor. *part. 1. q. 34.* Andreas Goldb. *de gerada cap. 4. num. 30. Vid. Supr. part. 2.*
7 Const. Elect. *14. Defin. 23.* † Ex quo porro fit, quod si quæ equæ, aut alia pecora, quæ ad donationem hanc pertinent, intra tricesimum vel ante divi-
8 sionem moriantur, † Viduæ ea pereant, nec eorum nomine hæredes illi teneantur, Dan. Moller. *dict. cap. 43. n. 3.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Der Ochsen und Stierlein aber / so wol anderer männlichen Thiere/ wofern sie nicht allererst nach des Mannes Absterben binnen dem dreyßigsten vor der Theilung gefallen / hat sich die Wittbe als Morgengabe anzumassen nicht fug/ sondern sie verbleiben den Erben billich/ &c.)

Definit. XXIII.

Ex prædio etiam conducto Vidua sponsalitiam largitatem petere valet.

EX omnibus defuncti mariti prædiis, Vidua sponsalitiam largitatem sive Morgengabam petere 1
potest, *art. 24. in verb.* In ieglichem Hofe ihres Mannes/ *lib. 1.* Landr. † Ergo etiam ex prædio 2
certa mercede annua ad utendum-fruendum à marito conducto, † quia verba generalia generaliter 3
& indefinitè sunt accipienda, *l. 1.* §. *generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. præses 3. in fin. ff. de off. præsid.* † Et- 4
si geradam atque cibaria, domestica ex prædiis conductis petere liceat Viduæ, secundùm traditu Andr. Goldb. *de gerad. p. 154. num. 9.* Dan. Moller. *part. 3. Const. 38. num. 13.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 17. n. 18. & seqq.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 270. & seqq.* † Cur idem juris ei non com- 5
petere debeat in Morgengabâ, haud certè video. † Quia cibaria domestica, in geradâ & Morgengaba 6
in successione Viduæ nobilis, æquali Jure deviniuntur, *dict. art. 24. lib. 1.* Landr. Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de hæred. quæ ab intest. defer. rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 41.* Coler. *part. 1. decis. 60. num. 2.* † Loquor autem hîc de Morgengaba, quæ post in- 7
ventarii restitutionem supereſt, & ex bonis defuncti mariti petitur. † Nec enim res, unà cum prædio sub 8
inventario conductas, & finita locatione restituendas Vidua nomine Morgengabæ sibi arrogare potest, † cùm maritus non plus juris in iis ad Uxorem trans- 9
ferre possit, quàm ipse habeat, *l. nemo plus juris 54. ff. de Reg. Jur.*

Ita Domini in causa Mauritii Christophori à Nischwitz zu Röckenitz/ Mens. Dec. Anno 1621. (Verba sent: Gebühren Günther von Nischwitzens hinterlassener Wittben/ vermöge der auffgerichteten Eheberedung / auch die zur Morgengabe gehörige Stücke/ &c. So werden ihr solche auch aus dem / von ihrem Ehemanne von Hans Eichlern von Nischwitz erpachteten Gut Opitzsch billich abgefolget/ und die eingesatzte Erben haben sich dawider mit Bestande nicht zu behelffen/ V. R. W.)

Et in causa DD. Comitum à Schwartzburg zu Rudelstadt/ Mense Jul. Anno 1633. (Verba sentent : Es werden aber gleichwol Ihre Gnaden / der Frau Wittiben die zur Morgengabe gehörige Stücke aus allen des Herrn Grafen/ auch denen erpachteten Gütern/ jedoch nach ersatzten inventariis, billich abgefolget/ &c.)

Definit. XXIV.

De omnibus defuncti mariti prædiis Viduæ debetur sponsalitia largitas sive Morgengaba.

REgulariter bona mobilia & se moventia non 1
circumscribuntur loco, sed personæ cohærent, ubicunque etiam reperiantur, *l. Cajus Sejus 86. in pr. ff. de legat. 2.* Jason. *in l. à Divo Pio 15.* §. *in venditione 2. ff. de re Judic.* † Ex quo tutò infe- 2
rendum, Morgengabam sive sponsalitiam largitatem, in rebus sese moventibus consistentem, Viduæ deberi de omnibus ac quibuslibet defuncti mariti prædiis, etiamsi is non nisi in uno prædio habitaverit, Matth. Coler. *part. 1. decis. 195. num. 4. & de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 272.* † Quod 3
& generalitas verborum (von ieglichem Hofe) *in*

art. 21.

4 *art. 21. & 24. lib. 1.* Landr. luculenter proba. † siquidem, qui omne dicit, nil excludit, *l. Julianus 68. in pr. ff. de legat. 3.*

Ita Domini in causa Rudolphi à Bunavv in VVesenstein, Mens. Mart. Anno 1599. (Verba sententiæ: Ist Abraham von Schönberg gestorben / und hat drey Rittergüter / als nemlich Garnick / Pfaffenroda und Dornthal nach sich verlassen / So werden seiner hinterlassenen Wittiben nicht allein aus dem Gute Garnick / darauff er gewohnet und gestorben / sondern auch aus dem Gute Dornthal / was darinnen an Stücken zur Morgengabe verhanden / billich gefolget. Was aber das Gut Pfaffenroda, anlanget / dieweil seine Mutter dasselbe bey seinem Leben Leibgedingsweise besessen / und noch inne hat / So hat seine hinterlassene Wittibe ihre fräuliche Gerechtigkeit daraus zu fordern nicht fug / &c.)

Constitutio XXXIV. PARTIS TERTIÆ.

Ob die Wittibe an deme / was zur Zeit des Mannes Absterben noch nicht eingebracht / und vor dem dreyßigsten einkom̃et / das Mußtheil haben soll?

Jure esculentorum & poculentorum seu comestibilium, num Viduæ quid debeatur ex iis frugibus, quæ tempore mortis mariti in agro reperiuntur, ante diem tamen trigesimum horreis conduntur?

DJewohl zum Mußtheil alle gehoffte Speise / so nach dem dreyssigsten übrig / gehöret / und die Wittfrau / so von Ritters-Art ist / daran den halben Theil haben soll / dennoch aber so gebühret der Frauen solches allein von dem / welches zur Zeit des Mannes Absterben / in seinem Hofe oder Behausung gewesen / und darumb / wann Wein / Korn / oder anders / so zum Mußtheil gehöret / bey des Mannes Leben noch auff dem Felde gestanden / und doch folgends innerhalb dem dreyßigsten einkommen / solches gehöret den Erben allein / und hat sich die Frau daran keines Mußtheils anzumassen.

IT si appellatione Saxonica vocabuli Mußtheil continetur, quicquid esculenti & poculenti, quo utuntur homines, post diem trigesimum à morte Vasalli reliquum est, & dimidia illius pars Viduæ nobili debetur, id tamen de eo tantum intelligendum, quod tempore mortis mariti in ipsius ædibus vel penariis reperitur.

Ideoque si vel uvæ in vineis nondum collectæ, vel segetes nondum demessæ fuerint, vel quæ alia illorum, quæ inter esculenta & poculenta referuntur, ipso decedente, fundo adhuc inhæreant, alia omnia, licet intra trigesimum horreis condantur, solis hæredibus cedant, Vidua ab illis prorsus excluſa.

DEFINITIONES.

1. *Vocabulo Germanico* (Leibgut) *denotatur saltem dotalitium, non etiam reliqua jura muliebria, ut gerada, morgengaba & cibaria domestica.*
2. *Nomine* (Mußtheil) *debetur Viduæ Nobili dimidia saltem pars omnium cibariorum, quæ post diem tricesimum à morte mariti supersunt.*
3. *Nihil percipit Vidua de cibariis, quæ post mortem demum mariti, licet ante tricesimum, inferuntur.*
4. *Nec de frumento, tempore obitus mariti jam demesso & in fasciculos colligato, Vidua jure comestibilium quicquam lucratur, licet intra tricesimum in horreum reponatur.*
5. *Medietas frumenti à subditis annuatim præstandi ante obitum haud soluti, non cedi Viduæ jure comestibilium.*
6. *Dimidia pars frumenti mutuo alicui dati non debetur Viduæ jure comestibilium,* zum Mußtheil.
7. *Comestibilibus tamen accensetur frumentum ad forum alio vendendi causa transmissum nondum venditum.*
8. *Pertinet etiam ad Comestibilia frumentum illud, quô agri sunt conserendi.*
9. *Salvâ dimidietate Comestibilium Viduæ competenti, sustentari ea debet ex bonis defuncti, si post tricesimum jure retentionis utatur.*
10. *Vivente maritô, mulier Comestibilia petere non potest.*

Definit. I.

Vocabulo Germanico (Leibgut) *denotatur saltem dotalitium, non etiam reliqua jura muliebria, ut gerada, Morgengaba & cibaria domestica.*

1 NOn excluduntur in foro Saxonico Viduæ Nobiles à bonis maritorum nobilium defunctorum, sed jura muliebria ex dispositione juris Saxonici sibi competentia (Ihre Fräuliche
2 Gerechtigkeit) de iis petere valent: † Consistunt verò hæc jura (1.) in Dotalitio sive donatione propter nuptias, Gegen-Vermächtniß oder Leibgedinge / Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. n. 2. & seqq.* Schneidew. *ad tit. inst. de hæred. quæ ab intest. de-*

fer. Rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 43. Joach. Beust. *in tract. connub. part. 2. cap. 71. vers. quarto debetur.* De quo dixi *Supr. part. 4.* Const. Elect. *42. Def. 2. & seqq.* † (2) In Geradâ sive bonis utensilibus, *art. 24. lib. 1.* Landr. Hartm. Pist. *part. 1. qu. 31.* Schneidewin. *dict. loc. n. 40.* Beust. *dict. cap. 71.* Georg. Rotich. *de dotal. artic. 12.* De quâ *vide Supr. part. 2.* Const. Elect. *14. Defin. 22. & 23.* † (3) Sponsalitia largitate seu Morgengaba, *dict. art. 24.* Joh. Schneidewin. Beust. *dict. loc.* dixi de *hâc* Constitut. *præc. Defin. 20. & seq.* (4) † Et in cibariis domesticis (Mußtheil) *dict. art. 24. lib. 1.* Landr. Schneid. *dict. loc. n. 42. hâc & seqq. duabus* Constit. † Quatuor sunt hæc

hæc jura muliebria; Viduis Nobilibus ex bonis defunctorum maritorum competentia, quibus sufficienter iis fuit prospectum, sive cum maritis de hisce
7 convenerint expressè, sivè non; † Ipsa enim juris Saxonici dispositio Viduis Nobilibus hæc jura defert, *dict. art. 24. & art. 22. lib. 1.* Landr. Const. Elect. *37. h. p. 3.* Matth. Coler. *dict. decis. 60. n. 2.* Georg. Rotschitz. *de dotal. art. 8. & seqq.* Petr. Heig. *part. 2.*
8 *quæst. 27. num. 1.* † Non tamen veniunt hæc jura indifferenter omnia sub nomine germanicô (Leibgut/) si forsan hoc in pactis dotalitiis aliâve dispo-
9 sitione reperiatur; † Sed denotat id duntaxat dotalitium das Leibgedinge / oder Leibzucht / prout
10 vulgò appellari consvevit; † Scilicet, quia Vidua utitur dotalitio saltem ad vitam, So lange die Frau leibet / oder lebet. Lehnr. *cap. 31. vers.* Leihet auch ein Herr. Beust. *de jur. connub. part. 3. cap. 9. in*
11 *pr.* Rotschitz. *de dotal. art. 2. num. 1.* † Reliqua verò jura muliebria, puta Morgengabam, geradam & cibaria domestica, Vidua plenô jure acquirit, eaq; post mortem ad heredes suos transmittit, *Gloss. Latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 20. lit. I.* Mart. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 79.* †ut sic minus propriè sub vocabulo illo Germanicô (Leibgut) comprehendantur.

Ita Domini in causa **Wolff Asmus von Brandensteins** / Mens. April. Anno 1632. (Verba sentent: Ob nun wol solches unbeschadet seines Weibes / auff selbigem Gute hafftenden Leibguts / geschehen / dasselbe auch ihr ausdrücklichen vorbehalten worden / dannenhero bemeldte eure Pflegefrau anitzo nach Absterben ihres Ehemannes / nebst dem Leibgedinge / auch derer auff dem Gute Stein verhandenen anderer weiblichen Gerechtigkeit / als der Morgengabe / Gerade noch Mußtheil sich anzumassen gemeinet ist. Dieweil aber dennoch weder die Morgengabe / Gerade noch Mußtheil / unter dem Leibgut begriffen / sondern allein das Leibgedinge dadurch verstanden wird / ꝛc. So hat sich auch mehr gedachte eure Pflegefrau angeregter Morgengabe / Gerade und Mußtheils auff dem Gute Stein / weil solches ihr Ehemann zur Zeit seines Absterbens nicht in Besitz gehabt / keines weges anzumassen / sondern sie lässet sich an ihrem Leibgedinge billich begnügen / V. R. W.)

Definit. II.

Nomine **Mußtheils** / *debetur Viduæ Nobili dimidia saltem pars omnium cibariorum, quæ post diem tricesimum à morte mariti supersunt.*

1 NAtura cibariorum domesticorum sive come-
2 stibilium (des Mußtheils/) † quod & alio nomine jus esculentorum & poculentorum vulgò appellari consvevit, hæc est, ut de omnibus illis cibariis,
3 & aliis rebus ad Comestibilia pertinentibus; † Viduæ nobili, vel alii, cui ex consvetudine loci hoc jus competit, post diem tricesimum à morte mariti, dimidia pars debeatur, *artic. 22.* §. Nach diesem muß die Frau mit den Erben Mußtheilen / ꝛc. *libr. 1.* Landr. *hac* Const. *34. in pr.* Wiewol zum Mußtheil alle gehoffte Speise / so nach dem dreyßigsten übrig / gehöret / und die Wittfrau / so von Ritters-Art ist / daran den halben Theil haben sol / ꝛc. Joach. Beust. *de connub. part. 2. cap. 71. vers. tertiò debentur etiam Uxori.* Georg. Rotsch. *in tract. de dot. art. 18. n. 1.*
4 Matth. Col. *part. 1. dec. 60. n. 68.* † Unde nomen accepit, (Mußtheil / *quasi* Muß theilen /) quod scilicet Vidua sola non retineat omnia cibaria, sed hæc cum mariti heredibus dividere eam oporteat, *dict. art. 22.* §. Nach diesem. † Dimidia itaque pars cibariorum 5
duntaxat Viduæ cedit, non omnium, † sed saltem il- 6
lorum, (1.) Quæ post diem trigesimum supersunt. (2.) Et jam tempore mortis mariti in ejus domum fuerunt illata, *h.* Constitut. *34.* Quæ duo requisita hîc probè attendi debent. † Nec enim de cibariis 7
consumptis intra tricesimum Vidua quicquam participat, † sed ea solummodò, quæ post tricesimum su- 8
persunt, inter heredes & Viduam dividuntur; *dict. art. 22. vers.* Alle Hoff-Speise / die nach dem dreyßigsten überbleibet / ꝛc. *h.* Const. *34. in pr. verb.* Alle gehoffte Speise / so nach dem dreyßigsten übrig. † Nempè, quia intra tricesimum de cibariis 9
familia defuncti debet alimentari de jure Saxonico, ut hoc tempore de alio Domino sibi providere queat, *dict. artic. 22.* §. Von dem Erbe. Matth. Coler. *part. 1. decis. 201. num. 10.* Benedict. Reinh. *part. 1. differ. 39.*

Ita Domini in causa **Annen Magdalenen von Boberfehen** / Mens. April. Anno 1632. (Verba sent: Seyd ihr nach Absterben eures Junckern / nebenst dem euch ausgemachten Leibgedinge / auch eure Weibliche Gerechtigkeit an Morgengabe / Gerade und Mußtheil aus seinen Gütern zu fordern vorhabens / ꝛc. So gebühret euch zum Mußtheil der halbe Theil aller und jeder gehofften Speise / an Wein / Korn / ꝛc. so nach dem dreyßigsten übrig und verhanden / ꝛc.)

Definit. III.

Nihil percipit Vidua de cibariis, quæ post mortem demum mariti, licet ante tricesimum, inferuntur.

IN percipiendâ cibariorũ dimidietate Viduæ com- 1
perenti zum Mußtheil / duo probè attendi vult *h.* Constit. *34.* † *Primò*, ut admittatur Vidua so- 2
lùm ad divisionem cibariorum eorum, quæ post tricesimum supersunt, de quo dixi Defin. *præced.* † *Se-* 3
cundò, ut vivente maritô cibaria jam fuerint illata; † Non enim percipit Vidua partem dimidiam eo- 4
rum cibariorum, quæ post mortem demum mariti, licet ante tricesimum, domui suæ illata sunt. † Ideo- 5
que Vinum & Frumentum, quod tempore mortis mariti in vinea vel agro est, licet intra tricesimum sit illatum, non Viduæ sed heredibus cedit, *h.* Constitut. *34. vers.* Dennoch aber / so gebühret der Frauen solches allein von dem / welches zur Zeit des Mannes Absterben in seinem Hofe / oder Behausung gewesen / ꝛc. † Quod & innuit vocabu- 6
lum Hoff-Speise / oder gehoffte Speise: Ità enim comestibilia solent vocari, quod ea maritus in domo suâ habuerit, *artic. 22. vers.* In ieglichem Hofe ihres Mannes. *lib. 1.* Landr. Dan. Moll. *hic num. 2.* Jacob Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *de dot. art. 20. num. 12.* Martin. Coler. *de aliment. lib. 1. c. 11. num. 37.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 22. num. ult. in fin.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 47. num. 4.* † Rationem 7
hujus juris, (quod saltem tempore obitus in ædibus mariti defuncti reperta esculenta & poculenta ad comestibilia pertineant,) si quæras, dixerim, id fieri propterea, † non quia fructus adhuc pendentes sunt pars fundi, ac unà cum fundo hereditatem 8

tem seqvuntur, ut putat Matth. Wesenb. *in parat. ff. de aliment. legat. n. 4.* † sed quod in ædibus mariti reperta, sint in ejus possessione, in seiner Gewähr/adeoq; sub penu comprehendantur, usuiq; familiæ jam inservire queant, Georg. Rotsch. *de dotal. artic. 18. n. 1. in verb.* Welche ein Mann zu seiner Nothdurfft in Vorrath geschlagen.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Derjenigen aber/ so bey des Mannes Leben noch auff dem Felde gestanden/ungeachtet/ daß es innerhalb dem dreyßigsten einkommen/habt ihr euch zum Mußtheil nicht anzumassen/ sondern es verbleibet solches eures Mannes Erben allein billich/ &c.)

Definit. IV.

Nec de frumento tempore obitus mariti jam demesso & in fasciculos colligato, Vidua jure comestibilium quicquam lucratur, licet intra trigesimum in horreum reponatur.

1 FAcilè hinc dijudicare licet, quid sentiendum sit de frumento tempore obitus mariti jam demesso & in fasciculos colligato, at nondum ædibus illato
2 nec in horreum reposito. † Existimat equidem Matth. Berlich. *part. 3. concl. 47. num. 7.* de hoc frumento partem dimidiam jure comestibilium ad Viduam pertinere, non minus ac si vivente adhuc ma-
3 rito illatum fuisset, † propterea quòd fructus agrorum percepti non amplius sint pars fundi, sed in dominio alicujus esse dicantur, quàm primum à solo
4 sunt separati, † etiamsi in horreum reconditi non fuerint, *l. si fructuarius 13. ff. quib. mod. usufr. vel usus amittit. l. si servus 61. §. locavi. 8. ff. de furt. l. ult.*
5 *§. 6. ff. quæ in fraud. credit* † Ast committit Dn. Berlich. fallaciam causæ: Non enim frumentum propterea comestibilibus Viduæ accensetur, quod
6 sit in dominio mariti, sed † quia in ejus possessione ac domo reperitur, ac destinatione patrisfamiliâs usui familiæ jam inservire queat, ut dixi Defin. *præced.* Hoc cùm aliter se habeat, in frumento demesso,
7 nondum illato, † ex solâ perceptione & colligatione in fasciculos, illud neutiqvam Viduæ jure Comestibilium cedere, rectisimè asseritDan. Moller. *hic n. 2.*
8 † Quod etiam ex vocabulo (gehoffte Speise) quo denotantur comestibilia Viduæ competentia, *art.*
9 *22. lib. 1.* Landr. luculenter apparet. † Illa enim cibaria, quæ post mortem mariti demum inferuntur, in curâ & domo mariti haud esse dicuntur, ut in aperto est.

Ita Domini in causa Abrahami à Metzsch in Reichenbach/ & Joachimi à Weißbach in Schönfels/ Mens. Februar. Anno 1580. (Verba sentent. Ob gleich vor Caspar Rabens Absterben/ und bey seinem Leben etlich Korn und Weitzen auff dem Felde mit der Sichel niedergeschnitten gewesen/ und allbereit auffm Felde gelegen/ &c. So hat sich doch seine hinterlassene Wittib/ weil es vor seinem Absterben in die Scheune nicht hat gebracht werden können/ daran einiges Mußtheils nicht anzumassen/ V. R. W.)

Et in causa Ursulæ à Zeschau/ Viduæ Johannis Ulrici à Schaurott/ Mens. Majo, A. 1632. (Verba sent: Ist am 6. Augusti des abgewichenen 1632. Jahres euer Ehe-Juncker Hanß Ulrich von Schaurott todes verfahren/ und hat seine zweene Söhne als Lehns-Erben an einem/ und euch seine Wittib am andern Theil/ zusammt einem Lehngute nach sich verlassen/ dannenhero ihr aus solchem Gute nebenst anderer euch zuständigen weiblichen Gerechtigkeit/ auch das Mußtheil zu fordern gemeynet seyd. Ob nun wohl zur Zeit euers Ehejunckers Absterben etliches Korn und Weitzen auff dem Felde allbereit abgeschnitten/ theils auch eingebunden gelegen; Dieweil aber dennoch solches Getreydigt vor seinem Absterben nicht in den Hoff oder Scheune gebracht/ noch eingeführet gewesen/ &c. So ist auch die Helffte selbiges Getreydigts/ Inhalts Sächsischer Rechte/ zum Mußtheil nicht gehörig/ derowegen ihr euch dessen anzumassen nicht fug habt/ sondern es verbleibet dasselbe den Erben billich/ V. R. W.)

Definit. V.

Medietas frumenti à subditis annuatim præstandi ante obitum haud solati, non cedit Viduæ jure Comestibilium.

EAdem porrò ratio facit, quod nec frumentum illud, quod Rustici sive subditi Nobilibus quotannis certô die præstare coguntur, inter cibaria sit referendum, † si maritus ante diem istum, vel ante perce-
2 ptionem obierit, uti docet & præjudiciô *Domin. Wittebergensium* confirmat Martin. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 75.* † quem sequitur Matth. 3
Berlich. *part. 3. conclus. 47. num. 6. &* Reinh. Rosa *ad* Moll. *hic num. 2.* † Nec enim in possessione 4
aut ædibus defuncti mariti reperitur, quod nondum realiter perceptum aut illatum est, Def. *præced.* Unde nec jure der gehofften Speise *in art. 12. lib. 1.* Landr. Viduæ acquiritur; † Siquidem argumentum 5
à Definitione nominis desumptum in jure haud est infrequens, nec minus utile & probabile, Nicolaus Everh. *in Topic. loc. ab Etym. 4. n. 1. & seqq.*

Ita Domini in causa Sigismundi à Schönfeld/ Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sent. Hat offtgedachter vom Adel nach seinem Absterben auch etliche Mühlen-Pächte und Zins-Getreydigt an Korn verlassen. Da nun dieselben bey seinem Absterben allbereit in seinem Hofe ins Behausung würcklichen eingebracht worden wären; So gehöret die Helffte selbiges Korns zum Mußtheil/ im widrigen Fall aber/ und da vor seinem Absterben nichts eingebracht worden/ hat sich die Wittib dessen anzumassen nicht fug/ V. R. W.)

Et in causa D. D. Comitum à Schwartzburg/ ad requisitionem Bartholomæi Henckels zu Rudelstadt/ Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sentent. Daß Klägers gnädige Frau Principalin des bey denen Zinsleuten noch aussenstehenden Getreydigts/ welches zwar bey Lebzeiten Ihr. Gn. Gemahl fällig/ aber nicht einbracht worden/ als Mußtheils sich beständiger Weise nicht anzumassen/ &c.)

Definit. VI.

Dimidia pars frumenti mutuo alicui dati, non debetur Viduæ jure comestibilium
zu Mußtheil.

NEc aliud juris obtinet in frumento alicui mutuo 1
dato, cujus dimidiam partem marito defuncto, propterea Viduæ jure Comestibilium (zu Mußtheil) haud deberi existimaverim † cum Simon. Ulric. 2
Pist. *consil. 11. quæst. 1. n. 5. & 6. post lib. 1. consil.* Mod. Pist. Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de success. int. marit. & uxor. n. 42.* Moll. *ad Constit. Elect. 36. h. part. 3. num. 6.* Martin. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 47.* † quia 3
ejus saltem frumenti medietas ad Viduam jure Saxonico pertinet, quod maritus tempore obitus in possessione suâ habuit, *art. 22. lib. 1.* Landrecht.

h. Const.

h. Const. *34. verb.* Welches zur Zeit des Mannes Absterben in seinem Hofe / oder Behausung ge-
4 wesen. † Quod certè de frumento mutuo dato tutò asseri nequit, cùm nemo in possessione sua habeat, quod ex mutuo ipsi debetur, *argum. l. ult. C. Quor. bonor.* † Nec movet quicquam si dicere velis, no-
5 strum esse quod nobis debetur, *l. cedere diem 213.*
6 *§. æs alienum. 1. ff. de V.S.* † Quia non tàm ex dominio, aut spe dominii certâ & infallibili de come-
7 stibilibus Viduæ debitis judicare licet, († nisi & frumentum jam perceptum ac demessum, qvod absq; dubio licet nondum illatum in dominio mariti est, *l. si fructuarius. 13. ff. quib. mod. ususfr. vel us. amitt.* Viduæ jure comestibilium pro dimidia parte adju-
8 dicari putaveris, contra tradita *supr.* Defin. *4.*) † quàm ex ipsa possessione, *dict. art. 22. lib. 1.* Landr. *supr.* Defin. *3.*

Ita Domini in ead. causa D.D. Comitum à Schwartzburg / Mens. Julio, Anno 1633. (Verba sentent: Daß Klägers gnädige Frau Principalin des ausgeliehenen / wie auch des bey denen Zinsleuten noch ausstehenden Getreydigts / ꝛc. als Mußtheil sich beständiger Weise nicht anzumassen / V. R. W.)

Definit. VII.

Comestibilibus tamen accensetur frumentum ad forum aliò vendendi causa transmissum, nondum venditum.

1 Quid verò dicendum de frumentis & cibariis, *quæ in curiis mariti non habentur, sed aliò ad forum vendendi causa transmissa, ante obitum ipsius*
2 *haud vendita fuere?* † Ea propterea ad Comestibilia non pertinere, inquies, quia non ad usum domus & familiæ suæ illa reservavit defunctus, sed vendendi causa aliò misit, quæ destinatio efficit, ut perinde habeantur frumenta, ac si ipso adhuc vivo vendita
3 fuissent, † per id quod traditur, actum destinatum haberi pro re perfecta, *l. cætera igitur. 41. §. sed si paravit 14. ubi* Bartol. *num. 2. &* Dd. *ff. de legat. 1.* Felin. *in cap. cum adeò. 17. extr. de rescript.*
4 † Sed ut concesserim destinationem frumentorum ad venditionem, quin tamen ea nondum vendita usui
5 familiæ inservire potuerint, negari certè nequit, † ut ita non minus horum medietas jure comestibilium Viduæ cedere debeat, juxta sententiam Dan. Moll. *hic num. 3. & lib. 3. semestr. 24.* Jacob. Schult. *ad*
6 Georg. Rotschitz. *de dotal. art. 20. num. 6.* † Nec enim sola destinatio, effectu haud subsecuto, naturam comestibilium immutare potest, *l. 3. C. de furt.*
7 Nicol. Boër. *decis. 209.* † Minus obstabit, quod frumenta aliò fuerint transmissa, nec in ædibus aut curiis mariti tempore obitus reperiantur, quod ipsum tamen ad jus comestibilium præcisè reqvirit *h.* Constit. *verb.* Welches zur Zeit des Mannes Absterben in seinem Hoff oder Behausung gewe-
8 sen. † Sufficit enim frumenta à marito semel fuisse realiter apprehensa, ac postea tempore mortis ad-
9 huc in ejus potestate ac possessione reperiri, † sive in curia ejus sint, sive alibi, juxta verba *art. 22. lib. 1.* Landr. *ibi:* Nach diesem muß die Frau mit den Erben Mußtheilen alle Hofffspeise / die nach dem dreyßigsten überbleibet / in ieglichem Hofe ihres Mannes / oder wo er sie hätte in seinen Gewähren / ꝛc. Quod ita vertit *textus Latinus:* Quæ in po-
10 testate mariti reperiuntur. † Reperiri autem frumenta aliò transmissa, nondum vendita in potestate mariti defuncti, ecquis negabit.

Ita Domini in causa Sigismundi à Schönfeld / Mense Jul. Anno 1633. (Verba sentent: An dem jenigen Korn und Weitzen aber / so der Verstorbene von Adel zu verkauffen hinweg zu Marckte geschickt / vor seinem Absterben aber nichts davon verkaufft worden / hat sich bemeldte Wittib des halben Theils zum Mußtheil anzumassen wol fug / V. R. W.)

Et in causa Innocentii von Starschedel zu Dreßden / Mens. April. Anno 1587. (Verba sentent: Ob gleich Philipp von Schönberg etliche Fäßlein Butter und Käse gegen Dreßden geschickt / daß sie allda verkaufft werden solten. Dieweil aber dennoch euerm Bericht nach vor seinem Absterben nicht alle verkaufft worden / sondern noch 26. Fäßlein Butter / und 5. Tonnen Kase übrig blieben / und also zur Zeit seines Absterbens noch in seiner Gewähr gewesen / ꝛc. So wird die Helffte derselben seiner hinterlassenen Wittib zum Mußtheil billich abgefolget / V. R. W.)

Definit. VIII.

Pertinet etiam ad Comestibilia frumentum illud, quo agri sunt conserendi.

Omne frumentum, quod tempore mortis mari- 1
ti in ejus possessione ac potestate reperitur, inter heredes ac Viduam superstitem dividitur, † adeo- 2
que huic medietas jure comestibilium cedit, *h.* Constit. *34. art. 22. & 24. lib. 1.* Landr. Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *de dotal. art. 20. num. 9. vers. sed cum Peuter.* † An ergò etiam frumentum, 3
quo agri sunt conserendi, comestibilibus erit accensendum? † Negat hoc Zobel. *in addit. Gloss. dict.* 4
art. 22. lib. 1. Landr *lit. D.* quem sequitur Ambrosius Schurer. *in tract. de hered. quæ ab intest. tit. 4. §.* Zu Mußtheil gehöret. *pag. 34.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. num. 68.* † At rectiùs affirmant Jacob. 5
Schult. *dict. loc. art. 20. num. 9.* Matth. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 76.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 48. num. 24.* † ex generalitate regulæ prædictæ, quâ omne frumentũ sine discrimine cibariis ad- 6
numeratur, cui tantisper est inhærendum, donec exceptio probetur, Felin. *in cap. 1. num. 7. extr. de sent. & re judic* Bald. *in l. si tutor. 6. in fin. C. de serv. pig. dat.* † Quin & disertè frumentum semi- 7
nandum inter comestibilia refert Elector Saxoniæ Illustrissimus *supr.* Constit. *32. §.* Da aber die Wittfrau. *in verb.* Ehe sie ihres Mußtheils vergnüget / die Aecker wieder besäen läßt von dem / so zum Mußtheil geboret / ꝛc. † De *cujus §.* intellectu dixi 8
Definit. 13. dict. Constitut. *32.*

Ita Domini in Causa Viduæ Johannis Ulrici à Schaurott / Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sentent: Des jenigen Korns aber / so in der Scheunen und auffm Boden verhanden / es sey gleich ausgedroschen oder nicht / auch unangesehen / davon die Aecker künfftig besäet werden sollen / habt jhr euch zum halben Theil als Mußtheil anzumassen wol fug / V. R. W.)

Definit. IX.

Salvâ dimidietate Comestibilium Viduæ competente, sustentari ea debet ex bonis defuncti, si post tricesimum jure retentionis utatur.

Non deminuuntur Comestibilia Viduæ, si justâ 1
ex causa in bonis defuncti mariti remaneat, forsan si pro dotalitio adhuc constituendo utatur ju- 2
re retentionis, † quod facere potest, Andreas Rauchb. *part. 1. quæst. 33. num. 22.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 77. num. 9.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 4. n. 31. supr. part. 2.* Constit. *25. Defin. 8.* † Salvâ enim tùm 3
me-

medietate comestibilium post tricesimum sibi assignatâ, Vidua de quotâ heredum, aliisq; eorum bonis
4 li debet, † donec illi plenè fuerit satisfactum, Dan. Moller. *hic n. 2.* Mart. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11.*
5 *num. 66.* † Ne scilicet jure Comestibilium præter culpam suam defraudetur, cum mora cuique sua
6 † non alteri nocere debeat, *l. mora. 32. ff. de Usur. l. in condemnatione. 173. §. unicuiq;. 2. ubi* Dec. & Dd. *ff. de Reg. jur.*

Ita Domini in causa Annen Magdalenen von Boberschen/ Mens. April. Anno 1632. (Verba sentent. Auff so Fall ihr nach beschehener Theilung der gehofften Speise in euers verstorbenen Ehe-Junckern Gütern verbleiben / und biß so lange ihr mit einem Leibgedinge versehen / euch des Juris retentionis darinnen gebrauchen woltet/ wäre euch solches zu thun unbenommen/ und würdet euers Mußtheils unbeschadet / darinnen so lange billich unterhalten / V. R. W.)

DEFINIT. X.

Vivente maritô mulier Comestibilia petere non potest.

1 COmestibilia seu cibaria domestica mulieri non nisi post mortem mariti debentur, Georg. Rotschitz. *in tract. de dotal. art. 19. num. 6. ibi:* Daß ein Weib weder Mußtheil noch Morgengabe erbet / alldieweil ihr Mann lebet / denn es bleibet bey dem Manne / &c. Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. n. 66.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 48. n. 6.*
† Cujus rei effectus potissimùm in eo consistit, quod 2
Uxore ante maritum decedente, ejus heredes de Comestibilibus à marito superstite nihil petere possint,
† licet aliàs Vidua, quæ ex bonis defuncti mariti co- 3
mestibilia accepit, ad heredes ea transmittat, *artic. 38. vers.* Mußtheil noch Morgengabe vererbet kein Weib bey ihres Mannes Leben / noch auch darnach/ sie habe sie denn erst empfangen nach seinem Tode/ *lib. 3.* Landr. *Gloss. in* Weichbild. *art. 24. n. 2.* Rotschitz. *dict. art. 19. num. 6.* Coler. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Georgii Wilhelmi Trutzschlers/ ad requisitionem Quæstoris in Voigtsberg/ M. Decembris, Anno 1600. (Verba sentent. So wird mit der gebetenen Hülffe zu dem Rindviehe und Getreydigt billich verfahren / und ist des Schuldners Weib sich desselben wegen ihrer Fräulichen Gerechtigkeit / weil der Ehemann noch am Leben / anzumassen nicht befugt / V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXV.
PARTIS TERTIÆ.

Ob Gersten/ Hopffen und Heydekorn zum Mußtheil gehören?

Hordeum, lupulus & frumentum Saracenicum, Heydekorn/ num esculentis & poculentis accensenda?

DJerinne haben unsere Schöppenstüle widrig gesprochen. Dañ etzliche seynd der Meynung gewesen/ es sollen diese drey Stücke zum Mußtheil gehören/ dieweil man sie zum Essen und Trincken gebraucht; Etzliche aber haben sie vor Erbe gehalten / aus Ursachen / daß man alle Gersten / Heydekorn und Hopffen nicht pflegt zu essen / und zu verbrauen/ sondern etzliches davon zu verkauffen / etzliches für die Schweine und Kühe zu gebrauchen.

Den Hopffen aber setzen etliche zum Mußtheil/ wann er/ da der Mann starb/ auffgeschüttet gewesen/ Etzliche setzen ihn ohne Unterscheid zum Erbe.

Damit nun dißfalls eine Gewißheit gemacht/ so haben wir unsern Hoffgerichten/ Juristen-Facultäten und Schöppenstühlen/ an statt und in Krafft einer Constitution aufferlegen lassen / daß sie Gerste/ Hopffe und Heydekorn den Land-Erben alleine ohne Unterscheid/ als Erbe / zusprechen sollen.

IN hac quæstione variarunt Scabinatus nostri. Quidam enim existimarunt, hæc tria esculentis & poculentis seu comestibilibus accensenda, quod & ipsa esui potuiq; apta sint. Alii verò inter res hereditarias referenda putarunt, quod non omnia in eos usus consumantur, sed pars illorum vendi soleat, pars verò porcis & aliis pecudibus saginandis inserviat.

Lupulum verò etiam nonnulli tùm demum inter hæc referri voluerunt, si tempore mortis mariti reconditus fuerit, alii rursus, absque ulla distinctione, hereditati adscripserunt.

Hanc igitur etiam ambiguitatem tollere cupientes, Curiis nostris provincialibus, Collegiisq; Facultatum Juridicarum & Scabinatuum, hordeum, lupulum & frumentum Saracenicum, indistinctè heredibus, autoritate hujus Constitutionis, ut adjudicent, mandavimus.

DEFINITIONES.

1. *Quænam res appellatione Comestibilium veniant & Viduæ cedant?*
2. *Porci saginati Cibariis adnumerantur, licet tempore obitus mariti nondum mactati fuerint.*
3. *Viciæ (Wicken) non accensentur Comestibilibus.*
4. *Frumentum etiam nondum trituratum ad Comestibilia pertinet.*
5. *Hordeum & frumentum Saracenicum (Gersten und Heydekorn) non adnumerantur Comestibilibus.*
6. *Nec lupulus accenseri debet Comestibilibus.*
7. *Consuetudine tamen introduci potest, ut frumentum pariter Saracenicum, hordeum ac lupulus Viduæ jure Comestibilium cedant.*
8. *Polenta sive hordeum resiccatum (Malz) rectissimè adnumeratur Comestibilibus.*
9. *Nisi commercii causa ad vendendam cerevisiam hordeum fuerit tostum.*
10. *Frumentum Saracenicum molâ contusum & pulli (Grütz) præparatum Comestibilibus accensetur.*

De-

DEFINIT. I.

Quænam res appellatione Comeſtibilium veniant & Viduæ cedant?

1 COnceſſerim equidem, quod ſicuti in geradæ, ita & comeſtibilium perceptione, attendi potiſimùm debeant cujusque loci ſtatuta & conſvetudi-
2 nes, † ſecundum quas Vidua jura muliebria ex defuncti mariti bonis lucratur, *gloſſ. latin. in art. 24. lit. D. lib. 1.* Landr. Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 38. n. 10. p. 3.* Hartm. Piſt. *part. 1. quæſt. 32. n. 6.* Ex quo fit,
3 † quod non ſemper ac ubique locorum comeſtibilium appellatione res eædem comprehendantur; Attamen ſi extra caſum certi alicujus ſtatuti vel conſvetudinis, de rebus jure comeſtibilium ad Viduam pertinentibus quæratur, omnia eſculenta & poculenta ſive cibaria domeſtica, uſui domûs & familiæ inſervientia, inter Viduam & heredes hoc nomine di-
4 videnda putaverim, † ut vel ex ipſo vocabulo Hof-Speiſe / quo comeſtibilia denotantur *in art. 22. &*
5 *art. 24. lib. 1.* Landr. ſatis apparet. † Urtheil. *poſt* Landr. *tit.* Zum Mußtheil gehöret. *fol. 534.* Urtheil. *poſt* Weichbild. *tit.* Von Gerade / Morgengabe / Mußtheil. *fol. 131. Gloſſ.* in Lehnrecht. *cap. 56. num. 7. verſ.* Darzu nimmet ſie auch Mußtheil. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 60. num. 68.* Georg. Rotſchitz. *in tract. de dotal. cap. 19. n. 2.* Joh. Schneidew. *ad tit. inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. n. 42.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 48. n. 19. & ſeqq.* Mart. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 69.*

Ita Domini in cauſa Urſulæ à Zeſchau / Viduæ Joh. Ulrici à Schaurott / M. Maj. A. 1633. (Verba ſent. Iſt euer Ehe-Juncker Todes verfahren / und hat ſeine zweene Söhne als Lehns-Erben an einem / und euch ſeine Wittib am andern Theil / zuſammt einem Lehngute nach ſich verlaſſen / dannenhero ihr aus ſelbigem Gute nebens anderer euch zuſtändigen weiblichen Gerechtigkeit / auch das Mußtheil zu fodern gemeinet / So gehöret hierzu die Helffte aller gehoſſten Speiſe / nemlichen / die Helffte alles Fleiſches / geſaltzen und ungeſaltzen / Speck-Seiten / Maſt-Schweine / Hechte / Karpen / groß und klein / was derer vor die Haußhaltung in Käſten / Reuſen oder Heldern geſtanden / nicht aber die in Teichen / alles Getränckes / es ſey Meth / Bier / Wein oder Covent / alles Getreydigt / an Korn und Weitzen / es ſey in den Scheunen oder auff den Böden / alle Erbis / Maltz / Hirſe / Graupen / oder Rübeſaamen / Butter / Schmaltz und Käſe / und aller genießlicher Hauß-Vorrath im Hauſe zu eſſen und trincken dienende / darzu verſchafft / wie die gefunden in allen Häuſern des Verſtorbenen / aber das Getreydigt im Felde gehöret nicht zum Mußtheile / ſondern zum Erbe / Alſo auch gehöret die andere Helffte aller vorerzehlten Stücke zum Erbe / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Porci ſaginati cibariis adnumerantur, licet tempore obitus mariti nondum mactati fuerint.

1 SAtis, opinor, ex ſententiâ Scabinorum Lipſienſium præcedenti Definitioni appoſita apparet, quænam res ad comeſtibilia ſint referenda, quæque hoc nomine inter Viduam ſuperſtitem & defuncti
2 mariti heredes dividi debeant, † quamvis de hisce non omnes unanimiter ſenſerint, ut videre eſt ex Matth. Col. *p. 1. dec. 60. n. 68.* & Rotſch. *de dotal. art. 19.*
3 *num. 2.* Certum tamen eſt, † quòd omnia cibaria, uſui domûs ac familiæ inſervientia, inter comeſtibi-
4 lia referantur, Defin. *præced.* † adeoque & Würſte / Schulderu / Schincken / Ovarck / Honig / Saltz / ꝛc. Rotſchitz. *dict. art. 19. n. 2. & art. 20. n. 1. poſtpr.* Joh. Schneidew. *ad tit. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer rubr. de ſucceſſ. int. vir. & uxor. n. 42.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 48. n. 20.* Martin. Coler. *de alim. lib. 1. cap. 11. num. 69.* † Planè, porcos etiam ſaginatos, Maſtſchweine / ad cibaria pertinere, indubitatum eſt ex *text. artic. 24. lib. 1.* Landr. Mart. Coler, *dict. cap. 11. n. 77.* 5 † Etſi verò Interpp. Juris Saxo- 6
nici id communiter reſtringant ad porcos ſaginatos, qui jam tempore obitus mariti mactati & in partes diviſi fuére, Matth. Coler. *dict. deciſ. 60. n. 68.* Rotſchitz. *de dotal. art. 19. n. 2. Gloſſ. latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. art. 22. lit. D.* Berlich. *dict. concl. 48. num. 27.* † Attamen fundamento hæc reſtrictio de- 7
ſtituitur. † Quin potiùs expreſsè adverſatur *dict.* 8
artic. 24. lib. 1. Landr. *in pr. verſ.* Zur Morgengabe gehören alle Feld-Pferde / Rinder / Ziegen und Schweine / die vor den Hirten gehen / gemäſte Schweine aber gehören zum Mußtheil. † Quæ 9
verba de porcis etiam nondum mactatis loqui, ex oppoſitione, cum porcis ad ſponſalitiam largitatem pertinentibus factâ, ſatis apparet.

Ita Domini in cauſa Annen Magdalenen von Boberſchen / Menſ. April. Anno 1632. (Verba ſentent. Seyd ihr nach Abſterben eines Junckern nebens deme euch ausgemachten Leibgedinge / auch eure weibliche Gerechtigkeit an Morgengabe / Gerade und Mußtheil aus ſeinen Gütern zu fodern Vorhabens / ꝛc. So gebühret euch zum Mußtheile der halbe Theil aller gehoſten Speiſe an Wein / Korn und dergleichen Victualien / ſo wol auch der Maſt-Schweine / ob ſie gleich noch leben uñ ungeſchlachtet ſeyn / ſo nach dem dreyßigſten übrig und verhanden / ꝛc.)

DEFINIT. III.

Viciæ (Wicken /) non accenſentur Comeſtibilibus.

1 SEmina quoque, ad uſum domûs ac familiæ comparata, ad comeſtibilia pertinere, nemo forſan facilè dubitaverit, Georg. Rotſchitz. *de dotal. art. 19. num. 2. ibi:* Mahn / Hanff / Lein. † Qvod & de ſe- 2
mine raporum omninò eſt aſſerendum, ut apparet ex *Sentent. Lipſienſ. poſt* Landr. *tit.* zum Mußtheil gehören. *verſ.* Rübeſaamen *fol. 534.* Mart. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. n. 69.* Berlich. *part. 3. concl. 48. num. 22.* † Qvamvis aliter ſentiat poſt *Gloſſ. margin.* 3
Lehnrecht. *cap. 56. n. 7.* Georg. à Rotſch. *de dotal. artic. 25. n. 1. ubi* Jacob. Schult. *in addit. n. 2. & in artic. 20. n. 2.* † Sanè viciæ (Wicken) neutiquam co- 4
meſtibilibus adnumerantur, nec earum medietatem Vidua participat, quia non familia, ſed pecudes hisce fruuntur; † At cibaria duntaxat ad uſum domûs ac 5
familiæ deſtinata ad comeſtibilia pertinere, certum eſt, *art. 22. & 24. lib. 1.* Landr. Georg. à Rotſch. *de dotal. art. 18. num. 1.*

Ita Domini in cauſa Annæ à Schönbergs / Viduæ Caſpari à Schönfels in Teſſell / ad requiſitionẽ Joachimi Weidhoffs zu Plauen / Menſ. Majo, Anno 1617. (Verba ſent. Hat Caſpar von Schönfels unter andern auch etwas von Wicken nach ſich gelaſſen / ꝛc. So werden ſolche Wicken vor Erbe billich gehalten / und es hat ſich die Wittib derſelben als Mußtheil mit anzumaſſen nicht fug / V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Frumentum etiam nondum trituratum, ad Comeſtibilia pertinet.

1 INdubitati juris eſt frumenti medietatem ad Comeſtibilia pertinere ac Viduæ cedere, 1

art. 22. & 24. lib. 1. Landr. Jacob. Schult. *in addit. ad*
2 Georg. Rotschitz. *de dotal. art. 20. num. 9.* † quod in genere de frumento, sive trituratum fuerit sive non, intellectum velim, cum Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. num. 68.* modò tempore obitus mariti, in ejus potes-
3 state ac possessione reperiatur, † *cùm* propter generalitatem textuum in *dict. art. 22. & 24. lib. 1.* Landrecht. † quibus omninò inhærendum, *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem action. l. ut nullo. 28. C. de Usur. l. præses. 3. in fin. ff. de offic.*
5 *præsid.* † *tùm*, quod Elector Illustrissimus ad hoc, quo ex frumento Vidua capiat Comestibilia, nil ampliùs requirit, quàm ut in possessione ac potestate mariti
6 tempore obitus reperiatur, † nec triturationis mentionem facit, Constit. *34. h. part. 3. in verb.* Welches zur Zeit des Mannes Absterben in seinem Hoff oder Behausung gewesen / &c.

Ita Domini in causa Viduæ Johannis Ulrici à Schauroth / Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sentent. Des jenigen Korns aber / so in der Scheunen und auffm Boden verhanden / es sey gleich ausgedroschen oder nicht / habt ihr euch zum halben Theil als Mußtheil anzumassen wohl fug / V. R. W.)

Definit. V.

Hordeum & Frumentum Saracenicum (Gersten / Heydekorn) *non adnumerantur Comestibilibus.*

1 NOn expeditum est apud omnes, *utrum hordei & frumenti Saracenici medietatem percipiat*
2 *Vidua jure Comestibilium?* † Affirmarunt enim hoc quondam Assessores Facultatis Juridicæ Lipsiensis, deq; frumento ejusmodi dimidiam partem nomine Comestibilium Viduæ adjudicarunt, teste Autor. Consult. Constitut. Saxon. *tom. 1. part. 2. quæst. 25.*
3 *num. 1.* † At rectiùs senserunt Scabini, hordeum & frumentum Saracenicum simpliciter inter res here-
4 ditarias referentes, Vidua prorsus exclusâ, † ut patet ex eorum sententiis *post* Landr. *tit.* Von Viehe und
5 Getreydigt zum Erbe gehörend. † quorum sententia etiam ab Illustrissimo Saxon. Electore fuit confirmata *h.* Constit. *35. in fin.* Daß sie Gerste und Heydekorn den Land-Erben allein / ohne Unterscheid als Erbe zusprechen sollen / &c. *ubi* Moll. *num. 1.*
6 † Nec enim frumentum Saracenicum esui hominum, nec omne hordeum potui paratur, adeoque nec tutò
7 Comestibilibus accenseri potest, † quippe quorum appellatione veniunt saltem esculenta & poculenta, quæ post tricesimum superstant, Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. n. 67. & seqq.* Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de success. int. vir. & uxor. num. 42. post pr.*

Ita Domini in causa Sigismundi à Schönfelds / Mense Julio, Anno 1633. (Verba sentent. Daß das Heydekorn und Gerste zum Mußtheil nicht gehörig / derowegen dasselbe den Erben billich verbleibet / und hat die Wittib daran keine Foderung / V. R. W.)

Et in causa Catharinæ Viduæ Jobstens von Berlepsch / Mens. April. Anno 1609. (Verba sentent. Ob wol die Gerste zu Graupen und Maltz gebraucht / und auch Brodt daraus gebacken wird / So wird doch dieselbe zum Mußtheil / welches den Adelichen Weibes-Personen aus den Lehn- und Ritter-Gütern nach ihrer Ehemänner Absterben gebühret / vermöge Churfürstlicher Sächsischer Constitution, nicht gerechnet. Derowegen seyd ihr euch auch des halben Theils der Gersten / so euer verstorbener Ehemann in der Scheunen und auffm Boden nach sich gelassen / und nach dem dreyßigsten verhanden gewesen / des in eurer Frage gethanen Fürwendens ungeachtet / anzumassen nicht befugt / &c.)

Definit. VI.

Nec lupulus accenseri debet Comestibilibus.

1 NOn minus quondam de lupulo, an ad Comestibilia pertineret, dubitatum fuit. Quod ea-
2 tenus negarunt Scabini, † quatenus adhuc penderet, nec à solo separatus esset, *sent. post* Landr. *tit.* Vom Viehe und Getreyde zum Erbe gehörende. *vers.* Zum vierdten mal sprechen wir / daß Hopfen / &c. † Sed Dominus Elector simpliciter à Come-
3 stibilibus excludit lupulum, referens eum inter res hereditarias, *h.* Constit. *35. in fin.* Daß sie Gerste / Hopffe und Heydekorn den Land-Erben allein / ohne Unterscheid als Erbe zusprechen sollen. † Si-
4 ve ergò à solo separatus fuerit lupulus sive non, Comestibilibus haudquaquam accenseri debet, Moller. *hic. n. 1. & seq.* Martin. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 78.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 48. num. 23.*
5 † Nec enim omnis lupulus potui paratur, adeoque nec semper inter poculenta & esculenta, qualia sunt Comestibilia, Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. n. 68.* Georg. à Rotschitz. *de dotal. art. 17. & seq.* referri potest.

Ita Domini in causa Sigismundi à Schönfelds / Mense Julio, Anno 1633. (Verba sentent. Daß das Heydekorn / Gerste und Hopffen zum Mußtheil nicht gehörig / derowegen dasselbe den Erben billich verbleibet / und hat die Wittib daran keine Foderung / V. R. W.)

Definit. VII.

Consvetudine tamen introduci potest, ut frumentum pariter Saracenicum, hordeum ac lupulus Viduæ jure Comestibilium cedant.

1 SEd hoc ita, si consvetudine loci aliud non fuerit introductum; Valere enim consvetudinem, ut hordeum, frumentum Saracenicum ac lupulus pro dimidiâ parte debeantur Viduæ jure Comestibilium,
2 dubitandum non est, † cùm nec ipsum jus Saxonicum plus vigoris habeat, quàm ut de usu ac consvetudine observari solet, Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 16. num. 11. & part. 2. quæst. 25. num. 35.* Matth. Coler.
3 *de process. execut. in præfat.* † Et aliàs quoque circa muliebria Viduæ Nobili in bonis defuncti mariti
4 competentia, † quò & Comestibilia referuntur, cujusque loci statuta & consvetudines potissimùm attendi debent, *Gloss. latin. in art. 24. lit. d. lib. 1.* Landr. Daniel Mollier. *ad Constit. Elect. 38. num. 10. part. 3.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 32. num. 6.*

Ita Domini in causa Henrici & Ernesti Dietrichs / Fratrum à Starschedel zu Cannewitz / Mens. Febr. Anno 1581. Verba sent. Ob gleich vermöge Churfl. Sächß. Constitution, Hopffe / Gerste und Heydekorn zu Erbe gehöret. Da aber dennoch zu Kayn durch eine Gewonheit beständiglichen eingeführet / und also gehalten worden / daß gedachte Erdgewächse / als Hopffen / Gerste und Heydekorn zu Mußtheil gegeben worden / So genösse eure Schwester solcher Gewonheit billich / V. R. W.)

Et in causa Catharinæ, Viduæ Jobsten von Berlepsch / Mens. April. Anno 1609. (Verba sentent. Derowegen seyd ihr euch auch des halben Theils der Gersten / so euer verstorbener Ehemann in der Scheunen und auffm Boden nach sich gelassen / und nach dem dreyßigsten verhanden gewesen / als Mußtheil anzumassen nicht befugt.

fugt. Ihr köntet dann wie recht beweisen / daß unter denen von Adel / des Orts bey euch ein anders hergebracht / und über rechtsverwährte Zeit auch unverbrüchlichen also gehalten worden / dessen genösset ihr billich / V.R.W.)

Definit. VIII.

Polenta sive hordeum resiccatum (Maltz) *rectissimè adnumeratur Comestibilibus.*

1 QUid verò dicendum *de polentâ ex hordeo macerato & resiccato coquendæ cerevisiæ paratâ,*
2 *quam germanicè* (Maltz) *appellitare solemus?* †Neque hanc Comestibilibus accensendam, existimaveris cum *Gloss. ad* Lehnrecht / *cap. 56. num. 7. vers.* Und auch das Maltz. Matth. Coler. *part. 1. decis. 60. num. 68. in fin.* Georg. à Rotschitz. *in tract. de dotalit. art. 25. num. 1. & ibid. in addit.* Jacob. Schult.
3 *num. 2. & ad art. 20. n. 2.* † propter generalitatem *h.* Const. *35.* quæ indifferenter hordeum rebus he-
4 reditariis adnumerat. †Negari verò nequit, hordeum, qvantumvis madefactum seu maceratum & resiccatum, naturam atque essentiam suam retinere, ut sic quoque sub dispositione Constitutionis com-
5 prehensum videatur. † Sed non tàm Constitutionis verba, quàm mens Illustrissimi Constituentis attendi debet. Hordeum enim propterea Comestibi-
6 libus accenseri prohibet, † quia non potui, nec esui hominum, sed ut plurimùm pecudibus saginandis paratur, ut patet ex *vers.* Etliche aber haben / &c. Ecquis verò negare ausit, hordeum ideò resiccatum
7 & tostum esse, ut potui hominum inserviat, † ut sic ex contrariâ ratione, ipsâque Dn. Electoris mente, polenta pro dimidiâ parte inter Comestibilia refer-
8 ri debeat, † ut rectè jamdudum senserunt Scabini Lipsienses *in sent. post* Landrecht. *tit.* zu Mußtheil gehöret. *vers.* Erbis / Maltz / Hierse. *tit.* zu Erbe gehören / *in med. vers.* Maltz und Hopffen. Dan. Moll. *hic num. 2.* Johann. Schneidew. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Rubr. de success. int. vir. & uxor. num. 42.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 48. num. 6.* Mart. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 69.*
9 † Quin nec proprietas lingvæ Germanicæ admittit, appellatione hordei polentam contineri. Idqve vel
10 ex eo patet, † quod quilibet Nobilis hordeum in suis agris natum vendere, & cum eo negotiari possit,
11 quod tamen in polentâ secus est, † cum Nobiles polentam facere & vendere prohibeat Constitutio provincialis, *sub tit.* Brauen / Schencken / und andere Bürgerliche Nahrung auff m Lande. *fol. 83. &*
12 *seq.* † prout rectè animadvertit Moll. *hic.* ubi pluribus hanc sententiam tuetur contra *Gloss. in dict. cap. 56.* Lehenrecht.

Ita Domini in causa Annen Marien von Reitzenstein / Mens. Decemb. Anno 1621. (Verbà sentent. Ist euer Ehe-Juncker Todes verfahren / und hat euch seine Wittib an einem / und seine Lehnsfolgere am andern Theil zusamt seinem Lehngute nach sich verlassen / dannenhero ihr euch nebens anderer weiblichen Gerechtigkeit auch des Mußtheils auf solchem Lehngute anzumassen vorhabens / &c. So wird zu dem Mußtheil auch die Helffte des Maltzes / so nach dem dreyßigsten übrig und verhanden gewesen / billich mit gerechnet / und euch abgefolget / &c.)

Definit. IX.

Nisi Commercii causâ ad vendendam Cerevisiam hordeum fuerit tostum.

PErtinet itaque polenta ad Comestibilia, quia ad 1
usum familiæ, ut potui hominum inserviret, fuit parata, Defin. *præced.* † Cessante itaque hâc ratione, polentam inter Comestibilia neutiquam referendam existimaverim cum Dan. Moll. *hic. num. 5.* 2
† puta, si Nobilis ex privilegio, præscriptione, alio- 3
vè titulô justô potestatem ac jus sibi acquisiverit, conficiendi polentam non tantùm pro necessitate domûs & familiæ suæ, sed & aliis vendendi, † aut 4
cerevisiam ex illâ coquendi, eamque per suos Caupones publicè distrahendi. Cum enim lucri solummodò causâ, quô patrimonium & hereditas augeretur, hordeum fuerit tostum & resiccatum, † im- 5
meritò tunc istud rebus hereditariis erit accensendum, nec Viduæ quicquam de hoc debebitur, secundum *addit. ad Gloss. art. 56.* Lehnrecht / Möller. *dict. loc.*

Ita Domini in eâdem causâ. (Verba sentent. Es wäre dann / daß solches Maltz nicht zur Nothdurfft des Hauses / sondern allein zu dem Ende bereitet und gedörret worden / damit das davon gebrauete Bier öffentlich ausgeschencket und verhandelt würde / &c. Auff solchen Fall hättet ihr euch dessen anzumassen nicht fug / V.R.W.)

Definit. X.

Frumentum Saracenicum molâ contusum & pulti (Grütz) *præparatum Comestibilibus accensetur.*

NOn alia est ratio frumenti Saracenici, quàm 1
hordei; sicuti enim hoc resiccatum & tostum Comestibilibus accensetur, *supr.* Defin. *8.* † Ita & 2
illud, frumentum nempe Saracenicum molâ contusum, pro dimidiâ parte nomine Comestibilium ad Viduam pertinet, Martin. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 78.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 48. n. 33.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic. num. 5.*
† Etenim frumentum Saracenicum tamdiu esculen- 3
tis & poculentis non accensetur, quamdiu tale est; † Sin verò molâ, ut fieri assolet, contusum sit & pulti 4
præparatum, zu Grütz gemacht / desinit esse frumentum, & in farinam commutatur. † Non minus er- 5
gò quàm farina inter Comestibilia erit referendum, *Gloss. ult. in art. 28.* Weichbild / *ibi:* Grütze gehöret zum Mußtheil. † nec Constitutione hâc, 6
quæ de frumento expressè loquitur, videtur comprehensum.

Ita Domini in eâdem causâ. (Verba sentent. So wird zu dem Mußtheil auch die Helffte des Maltzes / so viel des Heydekorns / welches zu Grütze gemacht / so viel nach dem dreyßigsten übrig und verhanden gewesen / billich mitgerechnet und euch abgefolget / V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXVI.

PARTIS TERTIÆ.

Wie hoch sich das Mußtheil erstrecke/ und ob ohne Unterscheid alle gehoffte Speise der Frauen / vor den halben Theil / zum Mußtheil folgen sol?

SOlche wollen das Mußtheil / oder die cibaria domestica also moderiren und einziehen/ daß darzu nicht mehr gehören soll/dann/ so viel derer auff ein Jahr zu des verstorbenen Mannes Nothdurfft/und seiner Haußhaltung nöthig gewesen/ und daß davon der Frauen die Helffte/ und die übermaß den Erben folgen sol.

Aber unsere Schöppenstühle sprechen der Frauen ohne Unterscheid zu alles/ was vor den halben Theil zu Mußtheil gehörig / und nach dem dreyßigsten verhanden und übrig ist/ dabey wir es auch bleiben lassen.

Jus esculentorum & poculentorum quantum viduæ debeatur, & num indistinctè dimidia pars omnium, quæ post trigesimum diem à morte defuncti supersunt?

ETsi non desint, qui esculentorum & poculentorum, vel Comestibilium appellatione nihil contineri velint, præter ea, quibus defuncto Vasallo familiæ suæ per annum alendæ opus fuerit, ejusque tantùm dimidiam partem Viduæ, reliqvum verò omne heredibus deberi.

Scabinatus tamen nostri sine distinctione dimidiam omnium, quæ post trigesimum supersunt, Viduæ adjudicant, quod ipsum nobis etiam probatur.

DEFINITIONES.

1. *Viduæ indifferenter de omnibus Cibariis, etiam victum unius anni excedentibus, pars dimidia jure Comestibilium debetur.*
2. *Non solùm ex feudo, sed ex aliis etiam defuncti mariti prædiis allodialibus Comestibilia, aliaq; jura muliebria Viduæ Nobili debentur.*
3. *Comestibilia, aliaq; jura muliebria Vidua ex omnibus defuncti mariti prædiis, licet is alibi habitaverit, petere valet.*
4. *Etiam ex prædiis sitis extra territorium Saxonicum Viduæ Comestibilia debentur.*
5. *Non etiam, si Comestibilia certo prædiorum usui fuerint destinata & addicta.*
6. *Ex prædiis, certâ pensione à marito conductis, Vidua non minus comestibilia ac sponsalitiam largitatem vel geradam petere potest.*
7. *Pensionem tamen ex locato debitam Vidua, Comestibilia aliavè jura muliebria petens, pro ratâ exsolvere, nec non inventarium resarcire tenetur.*
8. *Ex prædio, maritô adhuc vivente, vendito & alienato, Vidua geradam, Morgengabam & Cibaria domestica petere nequit.*
9. *De Morgengaba & Cibariis domesticis as alienum mariti defuncti in subsidium est exsolvendum.*
10. *Morgengaba & Comestibilia anno & die præscribuntur in foro Saxonico.*

DEFINIT. I.

Viduæ indifferenter de omnibus Cibariis, etiam victum unius anni excedentibus, pars dimidia jure Comestibilium debetur.

1 CUm Viduæ debeatur dimidietas esculentorum & poculentorum, quæ maritus defunctus in usum familiæ comparaverat, *art. 22. & 24. lib. 1.* Landr. *Supr.* Const. Elect. *34.* dubitari equidem
2 posset, † an de omnibus indifferenter Cibariis, quæ post tricesimum diem à morte defuncti supersunt, id exaudiri debeat? Videtur enim iniquissimum con-
3 cedere Viduæ, † ut quæ jam geradam & sponsalitiam largitatem percepit, etiam Comestibilia ad decennium fortè suffectura auferat; Existimavêre hinc
4 quidam, † dispositionem Saxonicam ad comestibilia in usus necessarios unius saltem anni comparata restringendam esse, secundum *art. 24.* Weichb. *in verb.* Das ihr Mann zu einem Jahre zur Speise gezeuget hat. Georg. Rotschitz. *de dotal.*
5 *art. 18. in fin.* † Ast, ut concesserim, id obtinere de jure municipali, Wo Weichb. Recht gehalten wird. Jus certè provinciale hanc restrictio-
6 nem neutiquam admittit. † Satis enim generalia sunt verba in Landr. *l. 1. art. 22. vers.* Nach diesem muß die Frau. quæ Viduæ omnia cibaria cum heredibus dividendi tribuunt facultatem. Ex quo rectissimè docuerunt Interpp. † Viduæ indistinctè de 7
omnibus cibariis etiam victum unius anni excedentibus partem dimidiam deberi, Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 3. num. 272.* Jacob Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *de dotal. art. 20. num. 4.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 49. num. 4.* Mart. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 70.* † Idque ho- 8
diè non modò de consvetudine observatur, teste Christ. Zobel. *in gloss. latin. ad text. germ.* Landr. *lib. 1. dict. art. 22. lit. E.* Coler. *part. 1. decis. 60. n. 74.* † Sed & Illustrissimi Saxon. Electoris sanctione ex- 9
pressâ confirmatum fuit, *h.* Constit. *36.* §. Aber unsere Schöppenstühle sprechen der Frauen ohne Unterscheid zu alles / was vor den halben Theil zu Mußtheil gehörig/ und nach dem dreyßigsten verhanden und übrig ist / dabey wir es auch bleiben lassen. *ubi* Dan. Moller. *num. 1. & seqq. & lib. 3. semestr. 24. num. 1.*

Ita Domini in causa Annen Magdalenen von Boberschen / Mense April. Anno 1632. (Verba sententiæ: Seyd ihr nach Absterben euers Junckern nebens deme euch ausgemachten Leib Gedinge / auch eure weibliche Gerech-

rechtigkeit an Morgengabe / Gerade und Mußtheil aus seinen Gütern zu fodern vorhabens / ꝛc. So gebühret euch zum Mußtheil der halbe Theil aller und ieder gehofften Speise / so nach dem dreyßigsten übrig und verhanden / ꝛc.

Et in causa Fratrum Nobilium der Francken auff Seefeld / Mense Majo, Anno 1572. (Verba sent. Daß einer Wittben von Adel zu Mußtheil nicht allein das jenige / was auff ein Jahr zur Speise gezeuget / sondern auch was durchaus auff ieglichem Hofe ihres Mannes / wo er auch das gehabt / zur Speise gehörig gewesen / gebühret / V. R. W.)

Definit. II.

Non solùm ex feudo, sed ex aliis etiam mariti defuncti prædiis allodialibus, Comestibilia aliaq; jura muliebria Viduæ Nobili debentur.

1 EXistimare equidem quis posset, Vidùam non nisi ex feudis, aus den Rittergütern / jura muliebria, puta geradam, sponsalitiam largitatem & cibaria domestica petere posse.

Veluti etiam quondam pronunciarunt Scabini in causa Georgii Helffrichs / Mens. Febr. A. 1569.

Et in causa D. Joh. Steinhoffers zur Naumburg / Mens. Jan. Anno 1566.

2 † Sed obloquitur huic opinioni textus expressus in *art. 22. lib. 1.* Landr. *in verb.* In ieglichem Hofe ih-
3 res Mannes. † Quæ verba etiam habentur *in art. 24. dict. lib. 1.* Landr. ex quibus manifestum est,
4 † comestibilia ut & reliqua jura muliebria Viduæ Nobili ex prædiis defuncti mariti indifferenter debe-
5 ri; † Ergò etiam ex prædiis hereditariis seu allodialibus, quia vocabulum (*omne*) nihil videtur excludere, *l. omne verbum. 2. in fin. C. comm. de legat. l. 1. §. ge-*
6 *neraliter. 1. ff. de legat. præst.* † Nec enim jura Morgengabæ vel Comestibilium qualitati rerum & prædiorum, sed nobilitati ac dignitati personarum con-
7 cessa sunt, Const. Elect. *seq.* † Ad certam igitur prædiorum qualitatem ea haudquaquam restringere licet, juxta tradita Gloss. *in l. Cajus. 86. ff. de legat. 2. & l. 3. verb. ea verò ff. pro socio.*

Ita Domini in causa Annen von Bredaw / Viduæ Joachimi von Arnimbs / Mens. Mart. Anno 1570. (Verba sent: Hat euer Juncker zween Söhne der ersten Ehe an einem / ein Töchterlein am andern / und euch seine Wittib am dritten Theile nach sich gelassen / ꝛc So hat er seine hinterlassene Güter zu Erbe und Erbrecht gehörig / ausserhalb dessen / so euch daraus zum Gegenvermächtniß / Gerade / Morgengabe und Mußtheil gebühret / auff seine Kinder zugleich bracht und verfället / V. R. W.)

Et in causa Fratrum Nobilium à Seefeld / Mense Majo, Anno 1572. (Verba sentent. Daß einer Wittben von Adel ihre Gerade / Morgengabe und Mußtheil aus allen ihres verstorbenen Junckern Häusern / Höfen und Forwercken ohne Unterscheid / die ihme zur Zeit seines Absterbens zugestanden / gebühret / ꝛc.)

Definit. III.

Comestibilia, aliaq; jura muliebria, Vidua ex omnibus defuncti mariti prædiis, licet is alibi habitaverit, petere valet.

1 COrruit hinc etiam assertio Georg. Rotschitz. *in tract. de dotalit. art. 19. num. 2. & art. 20. n. 15.* Viduæ nempe ex iis solummodò prædiis, quæ ei in dotalitium constituta fuére, Comestibilia de-
2 beri, † ex reliquis verò mariti prædiis, in quibus dotalitium constitutum non est, eam nihil amplius quàm alimenta petere posse, tamdiu, donec ipsi dotalitium & reliqua jura muliebria solvantur. † Nec enim generalitas verborum (In jeglichem Hofe ihres Mannes / oder wo er sie hätte in seinen Gewähren) *in art. 22. & art. 24. lib. 1.* Landr. 3
hanc restrictionem admittit; † sed firmiter inde in- 4
ferendum, Viduæ indistinctè ex omnibus omninò prædiis, quantumvis maritus ibi non habitaverit, Comestibilia, geradam ac sponsalitiam largitatem, deberi, cum Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 270. & seqq. & part. 1. decis. 60. num. 75.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 32. sub. rubr. sequunt. spec. ad bona utens. pertin. prout Scabin. Lips. in pr.* Andr. Gold. *de gerad. cap. 5. rubr. de reb. quas Uxor. qu. as. prox. cognat. num. 2. & seqq.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. num. 18. & seq. & num. 22.* † Mobilia si- 5
quidem, & quæ eorum naturam sequuntur, haud circumscribuntur loco, *l. quis ergo. 16. ff. de pecul.* sed affixa quasi intelliguntur ossibus & personæ Dominorum in loco, ubi fovent domicilium, Gloss. *in l. 3. verb. ea verò ff. pro Socio.* Bald. *in l. mercatores. 4. num. 1. C. de commerc. & mercat.* † Quare sicuti 6
maritus uxore defunctâ, omnia ejus mobilia, ubicunque locorum sita fuerint, geradâ excepta, lucratur, *art. 31. lib. 1.* Landr. *& art. 76. lib. 3.* Landr. † Ita etiam 7
Viduæ omnia Comestibilia, aliaque mobilia ad Morgengabam & geradam pertinentia, ubicunque locorum reperta fuerint, cedere æquissimum est, † vel 8
saltem ex naturâ correlativorum, quorum idem jus est, *l. legem Juliam. 3. in pr. ubi* Bartol. & Dd. *C. de ind. viduit. toll.* Everh. *in top. loc. à correlat. num. 3.* † Nec movet in contrarium Weichb. *art. 24. §. Ist* 9
das der Frauen Leibgedinge. *ubi* Gloss. *num. 2.* quem ad hoc allegat Rotschitz. *dict. loc.* † Siqui- 10
dem distinctio ibidem tradita usu non observatur, teste Kling. *ad tit. inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de success. secund. jus Saxon. num. 7.* Andr. Goldb. *dict. loc. num. 7.* † quamvis & aliter respon- 11
deat Berlich. *part. 3. concl. 34. n. 13.*

Ita Domini in causâ Fratrum Nobilium à Seefeld / Mense Majo, Anno 1572. (Verba sentent. Daß einer Wittben von Adel ihre Gerade / Morgengabe und Mußtheil nicht allein auff dem Hause / Hofe und Forwerck / sondern auch auff allen andern seinen Häusern / Höfen und Forwercken / die ihme zur Zeit seines Absterbens zugestanden / und nicht allein was auff ein Jahr zur Speise gezenget / sondern was durchaus auff ieglichem Hofe ihres Mannes / wo er auch das gehabt / zur Speise gehörig gewesen / V. R. W.)

Et in causa Rudolphi à Bünaw in Wesenstein / M. Mart. Anno 1599. (Verba sent. So werden seiner hinterlassenen Wittben nicht allein aus dem Gute Tarnick / darauff er gewohnet und gestorben / sondern auch aus dem Gute Dornthal / was davon an Stücke zur Gerade / Morgengabe und Mußtheil verhanden / billich gefolget / ꝛc.)

Definit. IV.

Etiam ex prædiis sitis extra territorium Saxonicum Viduæ Comestibilia debentur.

AN ergò *ex iis etiam Comestibilibus, quæ in prædiis extra territorium Saxonicum sitis reperiuntur, Viduæ partem dimidiam petere valebit?* † Ita 1 2
omninò concludendum ex verbis generalibus *art. 21. & 24. lib. 1.* Landrecht: In jeglichem Hofe ihres Mannes / oder wo er sie hätte in seinen Gewähren. Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 255.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. rubr. de reb.*

3 *reb.quas Uxor.n.8.* † Quia res mobiles non circumscribuntur loco, sed personæ dominorum vel potiùs
4 domicilio adhærent, †ceu accessorium suo principali, *l. nam quæ accessionum. 2. ff. de pecul. legat.* Jacob.
5 Schult. *part. 1. quæst. 39. n. 54.* Coler. *dict. loc.* † Ex quo successio in mobilibus fieri debet secundum statuta loci, ubi defunctus habuit domicilium, uti dixi *supr.* Const. *12. Defin. 13.*

Ita Domini in causa Margarethæ von Lübenau / Mens. Februario, Anno 1632. (Verba sentent. Hat euer verstorbener Ehejuncker auf seiner Güter einem etliche Faß Halb-bier verlassen/ davon ihr die Helfte zum Nußtheil begehret; Ob nun wol sonsten denen Adelichen Wittben das Nußtheil von allen des verstorbenen Mañes auch den jenigen Gütern / so anderswo ausserhalb Sächsischer Lande gelegen/zu foderu gebühret und frey stehet/ꝛc.)

Definit. V.

Non etiam si Comestibilia certo prædiorum usui fuerint destinata & addicta.

1 NOn tamen petere potest Vidua cibaria domestica aut sponsalitiam largitatem, de rebus iis,
2 quæ perpetuo usui in prædio fuére destinatæ. †Veluti, si in castris & fortalitiis maritus pecora vel cibaria reliquerit, quæ licet aliàs nomine Comestibilium vel sponsalitiæ largitatis veniant, de iis tamen nihil
3 Viduæ debetur, † quia pro necessitate castri vel fortalitii videntur repositæ, ut rectè docent Dan. Moll. *lib. 3. semestr. 24. num. 4.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Rotschitz. *de dotal. art. 20. num. 8.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 48. num. 17.* Andr. Rauch. *part. 1.*
4 *quæst. 17. num. 23.* † Quia scilicet tunc censentur jure immobilium & de territorio ac sub jurisdictione ubi reperiuntur, *l. hujusmodi. 74. §. legatum. 10. ff. de leg. 1. l. Cajus. 86. ff. de leg. 2. l. si ita legatum.*
5 *86. ff. de legat. 3.* † Ex quo etiam fit, quod de illis cibariis; quæ perpetuo usui in prædiis mariti fuére destinata, ac pro familia quærendorum, cogendorum aut conservandorum fructuum causâ ibi habentur, Viduæ nil quicqvam debeatur, Andr. Rauch. *dict. quæst. 17. num. 24.* Matth. Berlich. *dict. concl. 48. num. 18.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dieweil es aber dennoch mit offtgedachtem Halb-Biere diese Beschaffenheit hat / daß solches von eurem Ehemanne vor die Schnitter und Handarbeiter/ so das Getreydigt einsamlen sollen / erkaufft / und zu dem Ende einig und allein auf das Gut geschaffet worden/ ꝛc. So mögen auch die Erben solches Halb-bier mit euch zu theilen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Ex prædiis certâ pensione à marito conductis Viduæ non minus comestibilia, ac sponsalitiam largitatem vel geradam petere potest.

1 ADeò favent mulieribus Jura Saxonica, ut ex prædiis, etiam certâ annuâ mercede à marito conductis, comestibilia pariter ac geradam & spon-
2 salitiam largitatem petere iis permittant, † Landrecht. *lib. 1. art. 22. & art. 24. in verb.* In jeglichem Hofe ihres Mannes / oder wo er sie hätte in seinen Gewähren; Quæ verba cùm generalia
3 sint, generaliter quoque accipi † & non minus de prædio certâ pensione conducto, qvàm de eo, quod jure propriô maritus possidebat, intelligi debent, *arg. l. 8. ff. de public. in rem act. l. præ-*
ses 3. in fin. ff. de offic. præsid. Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 5. tit. de reb. quas Uxor. n. 9.* † Nec enim hoc 4
casu quicquam aliud in considerationem venit, quàm possessio mariti, ut scilicet Comestibilia vel geradam ipse tenuerit, licet alibi, vel etiam in prædio conducto fuerint reperta, *dict. art. 22. & 24. lib. 1.* Landr. †Per- 5
sonæ siquidem mobilia cohærent, nec loco circumscribuntur, *l. quis ergo. 16. ff. de peculio. l. 5. §. domum. 2. ff. de injur.*

Ita Domini in causa Georgii Sebastiani & Joh. Georgii ab Osterhausen M. Dec. A. 1603. (Verba sent. Ob gleich euer Vater/ Hans George von Osterhausen/ das Churfürstliche Forberg zu Freyburg nur pachtweise inne gehabt/ so wird doch dieses und anders in eurer Frage angezogenen Vorwendens ungeachtet/ seiner hinterlassenen Wittben eurer Mutter/ was von dem Getreydigt und Viehe/ auch anvern verhandenen Stücken und Vorrath/ über das Inventarium vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / ihr zur Gerade/ Morgengabe und Nußtheil gebühret/ billich gefolget/ ꝛc.)

It. in causa Mauritii Christophori à Nischwitz in Röchenitz, Mens. Dec. Anno 1619. (Verba sentent. Gebühren Günther von Nischwitzens hinterlassener Wittiben/ vermöge der auffgerichteten Eheberedung/ auch die zur Gerade/ Morgengabe und Nußtheil gehörige Stücke/ ꝛc. So werden ihr solche auch aus dem von ihrem Ehemanne erpachtetem Gute billich abgefolget / und die eingesatzte Erben haben sich dawider mit Bestande nicht zu beheissen/ V. R. W.)

It. in causa Ottonis Spiegels zu Bodein / Mens. Febr. Anno 1587.

Et in causa Tutorum der Unmündigen zu Grobtitz/ Mens. Jan. Anno 1587.

Definit. VII.

Pensionem tamen ex locato debitam Viduæ Comestibilia, aliavè jura muliebria petens, pro rata exsolvere, nec non inventarium resarcire tenetur.

NOlo tamen hoc aliter accipi, quam si locatori 1
pensio plenariè exsoluta, & inventarium restitutum sit. Priusquam enim de hoc satisfactum fuerit locatori, Vidua jura Comestibilia vel geradam aut sponsalitiam largitatem petere haud valet, † aut si 2
petat, pro rata ad refectionem inventarii & exsolutionem pensionis tenebitur; † Cùm indubitati juris 3
sit, ex bonis defuncti mariti hæc jura Viduæ deberi, *art. 22. & 24. lib. 1.* Landr. † Non verò dicuntur 4
bona, nisi deducto ære alieno, *l. non possunt 11. ff. de jur. fisci. l. subsignatum. 39. §. 1. ff. de V. S.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 6. Defin. 3. num. 1.* †Ex quo 5
sit, quod nec Viduæ portionem statutariam ex bonis defuncti mariti ante æris alieni exsolutionem petere liceat, *supr.* Const. Elect. *20.* Wo aber. *vers.* Nach Bezahlung der Schulden. *ubi Defin. 46.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 62. num. 13.* Reinh. Rosa *in addit. ad* Moller. *dict. Const. 20. num. 60.* † Et si locatori 6
ratione pensionis competat jus tacitæ hypothecæ in omnibus bonis conductoris prædio locato invectis atq; illatis, vel etiam in eo procreatis, uti verisimum est ex *l. est differentia. 9. cum l. seq. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. l. certi juris 5. C. locat. l. 4. ff. de pact.* † quis non videt, onus hoc mobilibus inhærens 7
unà cum geradâ, comestibilibus aut sponsalitiâ largitate ad Viduam transire, ut vel exinde ad exsolutionem debitæ pensionis pro ratâ teneatur, *arg. l. 26. §. ult. ff. de pignor.* Anton. Fab. *in Cod. l. 8. tit. 6. defin. 21. n.*

8 *21. num. 3.* † Non itaque obstat, quod aliàs de geradâ, ex bonis defuncti mariti Viduæ competente, nunquam æs mariti alienum exsolvi debeat, ut dixi
9 *supr. part. 2.* Const. Elect. *14. Defin. 62. & 63.* † quin nec de Morgengabâ & Cibariis domesticis nisi in subsidium æs alienum mariti defuncti exsolvatur,
10 *infr.* Defin. *9.* † Fallit enim hoc ipsum in geradâ pariter, aliisque juribus muliebribus, quæ sub pacto hypothecæ sive expressæ sive tacitæ ad maritum pervenerunt, quorum oppignorationem Vidua, antequam in iis dominium vel jus aliquod consequeretur, impedire haud potuerit, prout dixi *dict.* Con-
11 stit. Elect. *14. p. 2. Defin. 64. num. 4. & 5.* † Quid ergo mirum, ut in casu ejusmodi oppignorationis, (quæ & factâ locatione in omnibus mariti mobili-
12 bus obtinet, prout dixi *supr. num. 7.*) † Vidua saltem pro ratâ oneris, quod geradæ, Morgengabæ, vel comestibilibus jure tacitæ hypothecæ inhæret, ad exsolutionem teneatur.

Ita Domini in eâdem causa Nobilium ab Osterhausen, Mens. Decembr. Anno 1603. (Verba sent: Es ist aber die Wittib auch an dem hinterstelligen Pacht-Gelde das jenige / was ihr Antheil dessen / so sie von der Nutzung solches Pachtguts an Viehe und Getreydigt zur Gerade / Morgengabe und Mußtheil empfangen / austrägt / zu bezahlen schuldig / V. R. W.)

Et in causa D. D. Comitum zu Schwartzburg / ad Consultationem Bartholomæi Henckels zu Rudelstadt / Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sentent: Es werden aber gleichwol Jhr. Gnaden die zur Gerade / Morgengabe und Mußtheil gehörige Stücke aus allen desselbigen / auch denen erpachteten Gütern / jedoch nach ersatzten inventariis, billich abgefolget / dagegen Jhr. Gnaden an denen rückständigen Pachtgeldern das jenige / was Jhr. Gnaden Antheil dessen / so sie von der Nutzung solcher Pachtgüter an Viehe und Getreydigt empfangen / austrägt / zu bezahlen schuldig / V. R. W.)

DEFINIT. VIII.

Ex prædio, marito adhuc vivente, vendito & alienato Vidua, Geradam, Morgengabam & Cibaria domestica petere nequit.

1 NOn audienda est Vidua petens Geradam, sponsalitiam largitatem & Comestibilia ex prædio,
2 vivente adhuc maritô, vendito & alienatô; † Cùm hoc nomine nihil debeatur Viduæ, nisi quod maritus tempore obitus in domo suâ, vel alibi jure do-
3 minii possedit, † ut verba habent juris Saxonici, (In jeglichem Hofe ihres Mannes / oder wo er sie hätte in seinen Gewähren) *artic. 22. & 24. l. 1.* Landr. Atqui bona comestibilia maritum in prædio alienato tempore obitus haud possedisse, nemo inficias ibit.

Ita Domini in causâ Wolff Asmi von Brandensteins / Mens. April. Anno 1632. (Verba sentent: So hat sich auch mehrgedachte eure Pflegefrau angeregter Morgengabe / Gerade und Mußtheil auff dem Gute Stein / weil solches ihr Ehemann Zeit seines Absterbens nicht in Besitz gehabt / keines weges anzumassen / sondern sie lässet sich an ihrem Leibgedinge billich begnügen / V. R. W.)

DEFINIT. IX.

De Morgengabâ & Cibariis domesticis æs alienum mariti defuncti in subsidium est exsolvendum.

MUltùm quondam controvertebatur, *an in subsidium de sponsalitiâ largitate & Cibariis domesticis esset exsolvendum æs alienum mariti?* † Ne- 1
gabant enim id veteres Scabini, propterea quod hæc 2
jura debeantur Viduæ beneficio Legis, hoc est, ex dispositione Juris Saxonici, *art. 22. & 24. libr. 1.* Landrecht. pro operis nempe in patrimonio præstitis, † ut sic causam potius onerosam, quàm lucrativam fovere, ac Creditricis personam sustinere videatur, prout disputavit D. Badhorn. *apud* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 32. num. 8.* Aut. Consult. Const. 3
Saxon. *tom. 2. p. ult. quæst. 5. num. 4. & seqq.* † Ni- 4
hilominus in conventu Misnico contrarium placuit compilatoribus Constitutionum Electoralium, existimantibus Uxorem sufferre onera matrimonii non spe successionis, sed officio ac jure conjugali, interimque & alimenta percipere, & mutua mariti officia, quæ ipse non minus, qvàm mulier ac fortasse etiàm magis sustinet. † Ex quo certè sequitur, 5
Uxorem cibaria & cætera id genus percipere magis lucrativo, quàm onerosо titulo, ut ideò Creditoribus ex causâ onerosâ atque de solo damno vitando certantibus, haudquaquam sit anteponenda, *l. ult. §. sin vero. 5. sub fin. C. de jur. delib.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *dict. quæst. 32. num. 16.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Colerr *part. 2. decis. 286. num. 194.* Delib. Witteb. & Lipsens. *super Constit. Elect. vol. 2. p. 1. quæst. 53.* † Quæ sententia 6
etiam tùm temporis ab Illustrissimo Electore, Dn. Augusto, fuit confirmata per Constituti onem qvandam, cujus tenorem verbotenus refert Frider. Pen-
sold. *dict. loc.* † Quæ cum Nobilibus non placue- 7
rit; Illustrissimus Elector eam inter non excusas retulit, Scabinatibusque suæ ditionis intimavit, hoc addito, ut Scabini & alii judices inferiores hoc in casu non pronunciarent, sed causam Electori decidendam relinquerent, Frider. Pensold. & Jacob. Schult. *dict. loc.* † quamvis posteà Scabinos nihilo- 8
minus negativam sententiam in pronunciando secutos fuisse, testetur ibidem Frider. Pensold. † Sed 9
cessat hodiè hæc disputatio in Electoratu Saxoniæ, proter claram sanctionem Electoralem in *Nov. Proceff. Judic. tit. 43.* §. Und weil hierbey. *in verb.* Aber die Morgengabe und Mußtheil sollen sie / weil sie *de lucro captando*, die *Creditores* aber *de damno vitando laboriren*, in solchen Fällen / da des Mannes Güter zu Bezahlung der Schulden nicht zureichen / weder bey seinem Leben / *in casu vergentis ad inopiam*, noch auch nach seinem Tode zu fodern haben. † Ex quo satis mani- 10
festum est, Viduam de Morgengabâ & Cibariis domesticis in subsidium teneri omninò ad exsolutionem æris alieni mariti. † Planè quatenus de gera- 11
dâ Vidua æs alienum mariti exsolvere teneatur; dixi *supr. part. 2.* Constit. *14. Defin. 62. & seqq.* † Quid 12
itidem juris sit in Dotalitio; an de hoc in defectu reliquorum bonorum; mulier Creditoribus mari-

mariti satisfacere tenetur; Vid. *supr. part. 1.* Const. *28. Defin. 92.* Frider. Penfold. *dict. loc. n. 196.* Moll. *ad Const. Elect. 28. num. 61. part. 1.*

Ita Domini in causa Eleonoræ Helvorfin / Mens. Novemb. Anno 1626. (Verba sentent: Dieweil ihr selbsten berichtet/daß euer Ehejuncker so viel nicht verlassen / davon alle seine Schulden bezahlet werden möchten / &c. So habt ihr euch auch / ehe und zuvor die verhandene debita abgestattet / und die Gläubigere befriediget/ der Morgengabe und des Mußtheils anzumassen nicht fug/ V.R.W.)

DEFINIT. X.

Morgengaba & Comestibilia anno & die præscribuntur in foro Saxonico.

1 VIvente quidem maritô, mulier sponsalitiam largitatem & Comestibilia petere haud valet, nec defuncta ante maritum, ea ad heredes suos transmittit, *art. 38. in med. lib. 3.* Landr. qui de hoc solummodô casu exaudiendus, *supr.* Const. *34. Def. 10.* † At post obitum mariti, Viduæ jura hæc adeò competunt, ut licet intra tricesimum decesserit, nec ipsamet Morgengabam & Comestibilia apprehenderit, nihilominus ea ad heredes transmittat, † quia hæc jura 3
non titulo hereditatis ex bonis defuncti mariti, sed speciali jurisSaxonici privilegiô & beneficiô obtinet, Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 32. num. 8.* qualia jura etiam absque aditione & agnitione transmittuntur, *Supr.* Const. *14. Defin. 25.* † Planè, si Vidua à tem- 4
pore elapsi tricesimi, Comestibilia &Morgengabam intra annum & diem petere neglexerit, quin tùm præscriptionis exceptione repellatur, dubium non est, † per text. *in art. 28. lib. 1.* Landr. *Vid. supr. part.* 5
2. Const. Elect. *3. Defin. 12.* Dan. Moll. *2. semestr. 11.* Johann. Zanger. *de except. part. 3. cap. 10. num. 153.* Matth. Coler. *ad c. de quartâ 4. n. 78. extr. de præscr.* Andr. Goldb. *de geradâ cap. 9. num. 19.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: So habt ihr euch auch / ehe und zuvor die verhandene debita abgestattet/ und die Gläubiger befriediget / der Morgengabe und des Mußtheils/ zumahl / weil ihr solche binnen Jahr und Tag nicht gefodert / sondern zwey gantzer Jahr vorüber fliessen lassen/ anzumassen nicht fug/ V.R.W.)

CONSTITUTIO XXXVII.

PARTIS TERTIÆ.

Wann eine Frau von Ritters-Art nach Gewohnheit Erbe nimt / ob sie dann auch ihre andere fräuliche Gerechtigkeit / so sie sonsten zu Sachsen-Recht hat / fodern könne?

Mulier Nobilis ex consvetudine quotam hereditatis defuncti mariti accipiens, an & illa, quæ aliàs Jure Saxonicô mulieribus Nobilibus debentur, petere possit?

DAfern irgend aus Gewohnheit / oder aber aus des Mannes Testament / eine Frau von Ritters-Art etwas vom Erbe nimt / so kan sie Gerade/ Mußtheil/ Morgengabe und Leibgedinge nicht haben / iedoch stehet ihr frey / sich des Erbes zu begeben / und ihrer fräulichen Gerechtigkeit zu gebrauchen / Es wäre dann in der Ehestifftung / oder sonsten anders abgeredet und verglichen; Aber die Töchter/ ob sie gleich Erbe nehmen / so können sie doch auch ihre Gerade fordern / welches wir uns / darnach rechtlich zu sprechen und zu erkennen / gefallen lassen.

MUlier Nobilis, sive ex consvetudine, vel ex testamentô mariti de hereditate ejus quid capiat, geradam vel dimidiam partem penoris, vel propter nuptias donationem, vel denique dotalitium petere non potest. Liberum autem illi est, repudiatâ hereditate, ea, quæ post mortem maritorum Viduis Nobilibus debentur, si malit, ut petat, nisi pacto dotali aliter sit conventum. Filiæ autem, etsi in hereditate succedant, geradam tamen petere non prohibentur, idq; in judicando observari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Non succedit Vidua jure Nobilium in dotalitiô, Morgengabâ & Comestibilibus, si maritus defunctus non fuerit Nobilis.*
2. *Defunctô ergo maritô plebejô, Vidua ejus non petere potest Comestibilia vel Morgengabam, licet ipsa ex genere Nobili sit procreata.*
3. *Audienda est Vidua Nobilis, si relictô jure dotalitii, Morgengabæ & Comestibilium, ad instar Viduæ plebejæ succederé, & portionem statutariam petere velit.*
4. *Quotam statutariam vel hereditatis Vidua unà cum dotalitio, cibariis domesticis, aliisq; juribus muliebribus petere non potest.*
5. *Nec Viduæ, bona illata repetenti, debentur Comestibilia & largitas sponsalitia.*
6. *Liberum tamen est Viduæ, jura ac lucra mulieribus Nobilibus competentia eligere, vel quotam hereditatis petere.*
7. *Quandoq; Vidua Nobilis unà cum hereditatis quotâ etiam jura mulierum Nobilium capit, si nempe hoc marito placuerit, vel de eô expressè conventum fuerit.*
8. *Donatum in mortis casum, Vidua Nobilis unà cum Morgengaba, Comestibilibus, aliisq; juribus muliebribus petere valet.*
9. *Rem certam & particularem ex testamento mariti Vidua unà cum dotalitio & juribus muliebribus petere haud prohibetur.*
10. *Filiæ Nobiles unà cum portione hereditatis, etiam geradam capiunt ex bonis defunctæ matris.*

DEFI-

Definit. I.

Non succedit Vidua jure Nobilium in Dotalitiô, Morgengabâ & Comestibilibus, si maritus defunctus non fuerit Nobilis.

1 EXpeditum hodiè est, non nisi inter Nobiles successionem in Dotalitio, Sponsalitiâ largitate & Comestibilibus obtinere, nec Viduam ex bonis defuncti mariti ignobilis hæc petentem audiri, † uti apparet ex verbis Constit. Elect. 34. (Und die Wittfrau/ so von Rittersart ist/) *& h.* Const. 37. *in Rubr.* Wann eine Frau von Rittersart. † Ex quo nec Viduis Doctorum hæc jura competere, dixerim cum Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 18. num. 105.* † Etsi enim Doctores verè sint Nobiles, & per omnia Nobilibus æquiparentur, *l. providendum 7. C. de postul. l. 2. §. ult. l. diximus. 4. sub fin. ff. de excus. tutor.* † Unde & insigniis ac privilegiis Nobilium absq; speciali Imperatoris permissu utuntur, Andreas Tiraq. *de nobilit. cap. 5. num. 3. & seqq.* Attamen † genere & familia Nobiles non sunt, quorum Viduis solummodò jus successionis speciale indultum videtur *dict.* Constit. 34. *& h.* Constit. 37. *in verb.* von Rittersart. † Idque maximè verum est de consvetudine Saxonicâ, quâ nemo gaudet privilegiis Nobilium, nisi patre, avoque milite genitus sit. Hat nicht Ritterrecht / sein Vater und älter Vater seyn dann solche Leute gewesen. Lehnr. *cap. 2. Gloss. in Artic. 27. lib. 1.* Landrecht. † Et hoc est qvod alibi dicit *Gloss.* Er sol von seinen vier Ahnen von Rittersleuten gebohren seyn. *Gloss. in addit. margin. artic. 20. lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. decis. 203. num. 27.*

Ita Domini in causa Hansen Renten von Naumburg/ Mens. Jun. Anno 1566. (Verba sent: Ist nun gedachter D. Dreßler nicht Adeliches / sondern Bürgerliches Herkommens und Standes ꝛc. So hat seine nachgelassene Wittib aus seinen Gütern Morgengabe und Mußtheil zu fodern nicht fug / ꝛc)

Definit. II.

Defunctô ergo maritô plebejô, Vidua ejus non petere potest Comestibilia vel Morgengabam, licet ipsa ex genere Nobili sit procreata.

1 SUfficere tamen puto, maritum defunctum fuisse Nobilem, licet Uxor à cive, aliovè plebejo
2 sit progenita, † quia mulier plebeja & ignobilis, si nubit Nobili viro, per nuptias adipiscitur nobilitatem, omniaque Jura ac privilegia, quibus mulieres naturâ Nobiles gaudent, *l. mulieres. 13. C. de*
3 *dignitat.* † Hanc ergo ex bonis prædefuncti mariti nobilis jure petere dotalitium, Morgengabam & comestibilia, rectissimè asserunt Daniel Moller. *lib. 2. semestr. 8. vers. Econtra autem.* Matth. Coler.
4 *part. 1. decis. 60. num. 66.* † E contra, quia fœmina ex genere nobili progenita dignitatem & nobilitatem amittit, si Civi, Rustico, vel alii ignobili nupserit, *l. fœminæ 8. ff. de Senator. l. 34. §. ult. ff. de*
5 *Rit. nupt. l. 1. C. de dignit.* † neutiquam huic debentur Comestibilia & id genus alia Viduis Nobilium competentia, Moll. *dict. loc. num. 1.* Coler. *dict. decis.*
6 *60. num. 77.* † Cui non obstat textus *in art. 45. lib. 1.* Landr. Quod enim ibi dicitur, moriente viro, ab ejus jure mulierem absolvi, & primum statum, quem habuit ante consortium, recuperare; † Id solum quoad tutelam mariti accipiendum, ut scilicet matrimonio per mortem mariti dissoluto, Vidua in proximioris sui Agnati curam & tutelam transeat, † non etiam quoad statum & dignitatem mariti defuncti, prout textum illum explicat Moller. *dict. cap. 8.* 8

Ita Domini in causa Georgii Blauschmieds zu Weida/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent: Und es hat sich die Wittib/ wann sie gleich aus Adelichem Geschlechte gebohren wäre/ weil ihr verstorbener Mann ein Pfarrer/ und keiner von Adel gewesen / in welchem Fall allein das Leibgedinge / Morgengabe und Mußtheil gefodert werden mag / selbiges Getreydigts zu Mußtheil nicht anzumassen / V. R. W.)

Definit. III.

Audienda est Vidua Nobilis, si relictô jure dotalitii, Morgengabæ & Comestibilium, ad instar Viduæ plebejæ succedere, & portionem statutariam petere velit.

DUbitari solet, utrum Uxor viri Nobilis, quæ 1
nupsit sine dotalitio, possit relinquere jura sua muliebria, puta Sponsalitiam largitatem, dotalitium & Comestibilia, ac petere quotam bonorum ex Constitutione Electorali vel consvetudine loci mulieribus debitam? † Quod etsi neget Dan. Moll. 2
lib. 2. semestr. 8. in fin. Nil quicquam tamen vereor id affirmare † cum Matth. Coler. *part. 1. decis. 60.* 3
n. 3. Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de primo ordine succedendi. n. 31.* Reinh. Rosa *ad* Moller. *Const. 20. n. 65. part. 3.* Matth. Wesenb. *in apostill. ad* Joh. Schneidew. *inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de success. jur. Saxon. int. vir. & Uxor. num. 40.* † Tùm 4
per *Gloss. in art. 24. in verb.* Was auch dieses Dinges/ *lib. 1.* Landr. † Tùm per text. *h.* Constit. *37. in pr.* 5
Da irgend aus Gewohnheit eine Frau von Rittersart etwas vom Erbe nimmt/ ꝛc. Quæ verba non de aliquâ consvetudine speciali, † sed de jure provin- 6
ciali sunt exaudienda, prout ea explicat ipsemet Moller. *hic n. 2.* Ut sensus sit, in arbitrio esse Viduæ Nobilis, petere jura muliebria ex bonis prædefuncti mariti sibi debita, vel portionem statutariam ex Constitutione provinciali. † *Tùm*, quod, si aliter diceretur, privilegium Viduarum nobilium in earundem odium retorqueretur contra juris rationem. † Nec 8
obstat huic sententiæ Const. Elect. *44. part. 2.* Quod enim ibidem tribuitur Viduæ Nobili electio dotalitii vel dotis, id verum est, si alterutrum Vidua eligere velit; † Attamen per hanc electionem non 9
excluditur à portione statutariâ, si dote ac dotalitio relicto, hanc petere maluerit, ut bene respondet Andr. Goldb. *dict. loc. n. 31. in fin. Vid. supr. part. 2. Const. 44. Defin. 8.*

Ita Domini in causa Hansen Heinrichs von Leipzig / Mens. Jun. Anno 1600. (Verba sentent: Ist nun iezt bemeldte Adeliche Wittibe von ihrem Ehejuncker nicht verleibdinget worden / und man hat auch keine Nachrichtung / was sie ihme zubracht. So wird ihr als unter Adels-Personen aus seinen Gütern / was vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte zur Gerade / Morgengabe und Mußtheil gehöret / billich gefolget / daran sie sich auch begnügen lässet. Da sie aber / vermöge Churfürstl. Sächsischer Constitution, den Vierdten Theil / oder was sonsten den Weibern nach Gewohnheit gebühret / von dem Erbe haben will / so ist sie dagegen ihrer Fräulichen Gerechtigkeit sich zubegeben / und ihre eigene Gerade / so sie ihme zubracht / in gemeine Theilung zu bringen schuldig / ꝛc.)

Definit. IV.

Quotam ſtatutariam vel hereditatis Vidua unà cum dotalitio, cibariis domeſticis, aliisq; juribus muliebribus petere non poteſt.

1 ETſi Viduæ Nobili fas ſit, relicto dotalitio, aliisque juribus muliebribus, portionem ſtatutariam ex bonis mariti petere Defin. *præced.* Attamen hoc non ita intellectum velim, ut utrumque
2 ei exſolvi debeat; † Sed alterutro horum, vel portione ſtatutaria vel dotalitio, aliisque juribus muliebribus contenta eſſe debet. † Quod & verum, ſi Vidua quotam hereditatis ex teſtamento mariti capiat, *h.* Conſt. *37. in pr.* Da irgend aus Gewohnheit / oder aber aus des Mannes Teſtament / eine Frau von Rittersart etwas von Erbe nimt / ſo kan ſie Gerade / Mußtheil / Morgengabe und Leibgedinge nicht haben / ꝛc. *ubi* Dan. Moller. *num. 1.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 27. num. 13. & ſeq.* Andreas Goldb. *de Gerad. cap. 5. tit. de primo ordin. ſucced. num. 14.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 50.*
4 *num. 4.* Æquiſſimè ſanè: † Etenim ſi Vidua Nobilis dotalitium, aliaque jura mulieribus Nobilibus competentia lucrari cupiat, tunc dos & omnia alia bona per mulierem illata cum bonis mariti confunduntur, & commiſcentur, ita ut Vidua nihil de dote, aliisq; bonis illatis percipere poſſit, *ſupr. part. 2.* Conſtit. Elect. *42. ubi* Moller. *n. 1. & ſeq.* Chriſtoph. Zobel. *in addit. ad Gloſſ. German. art. 20. num. 9. lib. 1.*
5 Landr. † Quod tamen fieret, ſi Vidua ultra prædicta jura muliebria, etiam caperet portionem ſtatutariam, in qua dos & bona illata, utpote hereditati mariti incorporata, comprehenduntur. Berlich. *dict. concluſ. 50. num. 3. verſ. Si autem Vidua, &c.*
6 † Nec quicquam ſibi reſervare poteſt Vidua petens ſtatutariam portionem, ſed omnia ſua bona ac lucra aliunde acquiſita in communem hereditatem hoc caſu conferre tenetur, *ſupr.* Conſtitut. Elect. *20. in fin.*

Ita Domini in cauſa Sigismundi à Schönfelds / Menſ. Jul. Anno 1633. (Verba ſent. So hat die Wittib / weil ſie ihre Fräuliche Gebührnüß begehret / ihr Einbringen / oder portionem ſtatutariam zugleich zu fordern nicht fug / V. R. W.)

Et in cauſa Margarethen Barneckin zu Rammeln / Menſ. Febr. Anno 1632. (Verba ſentent: Ob wohl ſonſten eine Adeliche Wittibe / wann ſie vermöge Churfürſtlicher Sächſiſchen Conſtitution, oder nach jedes Orts Willkühr und Gewohnheit / ad portionem ſtatutariam ſieſet / zugleich des Leibgedings / der Gerade / Mußtheils und Morgengabe ſich anzumaſſen nicht berechtiget / ꝛc.)

Definit. V.

Nec Viduæ, bona illata repetenti, debentur Comeſtibilia & largitas ſponſalitia.

1 NEc eò magis favendum Viduæ Nobili, ſi dotem & bona illata repetat, quam æquè à petitione dotalitii excludi certiſſimum eſt ex
2 Conſtit. Elect. *44. part. 2. ubi vid. Defin. 2.* † Quia dotalitium dotem aliaque bona illata conſumit *ſupr. part. 2.* Conſtitut. Elect. *42. ubi* Moller. *num. 1.*
3 † Similiter nec Morgengaba & Comeſtibilia debentur Viduæ bona illata repetenti, per *Gloſſ. in artic. 31. verb.* Stirbet aber das Weib. *lib. 1.* Landr. Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de primo ordine ſuccedendi num. 32.* † Scilicet quia hæc jura, acceſſoria quaſi ſunt dotalitii, quamvis geradam ſive bona utenſilia hîc excepta velim, quæ unà cum bonis illatis Vidua repetere non prohibetur, ut dixi *ſupr.* Conſt. *20. Defin. 35.*

Ita Domini in cauſa Joachimi a Reibelds in Neuendorff / Menſ. Jul. Anno 1634. (Verba ſentent: Würde euers Brudern Weib ihr eingebracht Gut wieder fodern / und deſſelbigen von euch vergnüget werden / ꝛc. So iſt ſie hierüber Morgengabe und Mußtheil zufodern nicht berechtiget / V. R. W.)

Et in cauſa Georgii Blauſchmieds zu Weyda / Menſ. Mart. Anno 1633.

Definit. VI.

Liberum tamen eſt Viduæ, jura ac lucra mulieribus Nobilibus competentia eligere, vel quotam hereditatis petere.

1 NOn obſtringitur Vidua voluntati heredum portionem hereditatis, aut lucra muliebria ſibi exſolventium, ſed liberum ipſi eſt, an portionem hereditatis ſibi ex conſvetudine debitam, vel in teſtamento mariti relictam, poſthabitis reliquis juribus, apprehendere, † an verò eâ repudiatâ, Dotalitium, 2
Morgengabam, Comeſtibilia & Geradam petere malit, *h.* Conſtit. *37. verſ.* Jedoch ſtehet ihr frey / ſich des Erbes zu begeben / und ihrer Fräulichen Gerechtigkeit zu gebrauchen / ꝛc. *Gloſſ. in* Landr. *lib. 1. art. 24. n. 4.* † Idq; in favorem viduarum vi- 3
detur ſpecialiter introductum, † cum aliàs electio 4
ſit debitoris, non creditoris, *l. plerumq; 10. §. ult. ff. de jur. dot. l. 34. §. datur autem 7. ff. de jurejur. l. ei apud quem, 5. §. 1. ff. depoſit. l. ſi in emptione 34. §. ult. ff. de contr. empt. l. quod autem. 7. §. ſi maritus. 5. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 6. §. 1. ff. de jur. patron.* Anton. Fab. *in Codic. l. 4. tit. 2. Defin. 18. n. 12.* † Similiter quoque in arbitrio Viduæ eſt, jura 5
mulieribus nobilibus competentia, puta Dotalitium, Morgengabam & Comeſtibilia exigere, vel dotem, aliaq; bona illata repetere *ſupr. part. 2.* Conſtit. Elect. *44. §.* Wann es ſich aber. *ubi Definit. 2.* Hartm. Piſt. *part. 1. quæſt. 4. num. 19.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſt. *part. 2. quæſt. 62. num. 9.*

Ita Domini in cauſa Margarethæ Barneckin zu Rammeln / Menſ. Febr. Anno 1632. (Verba ſent: Ob wol ſonſten eine Adeliche Wittib / wann ſie vermöge Churfürſtlicher Sächſiſchen Conſtitution oder nach jedes Orts Willkühr und Gewohnheit ad portionem ſtatutariam ſieſet / zugleich des Leibgedinges / der Gerade / Mußtheils und Morgengabe ſich anzumaſſen nicht berechtiget / ſondern ihrer eigenen Beliebung nach / (indeme ihr anfänglichen die Wahl / entweder zum Theil der Güter / oder zur Fräulichen Gerechtigkeit zu greiffen frey geſtanden / mit ſolcher portione ſtatutaria ſich abweiſen laſſen muß / ꝛc

Definit. VII.

Quandoq; Vidua Nobilis unà cum hereditatis quota etiam jura mulierum Nobilium capit, ſi nempe hoc marito placuerit, vel de eô expreſsè conventum fuerit.

1 NEutiquam exiſtimandum eſt, Viduam nobilem, portionem ſtatutariam petentem, à Juribus & lucris ſibi aliàs competentibus ita excludi, ut nullo etiam caſu horum unà cum he-

rèdi-

2 reditatis quotâ particeps fieri queat: † Qvid enim, si in pactis dotalibus conventum fuerit, ut Vidua & portionem hereditatis statutariam & 3 alia jura ac lucra simul percipere debeat? † Sanè conventio hæc observanda erit *h.* Const. 37. *vers.* Es wäre dann in der Ehestifftung oder sonsten anders abgeredet und verglichen. *ubi* Moll. *num.* 3. Petr. Heig. *part. 1. quæst. 27. num. 50.* Quod mul-4 tò magis verum est, † si consvetudine aliquâ speciali sive locali sit receptum, ut Viduis Nobilibus 5 utrumque debeatur. † Valebit namque hæc consvetudo, ut cujus major solet esse vis atq; efficacia, quàm pacti, *l. ult. ubi* Bartol. & Salycet. *C. de fidejuss.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de primo ordin. succed.* 6 *num. 22.* Moller. *hîc num. 3.* † Planè & maritus prospicere potest Viduæ de utroque lucro, disponendo scilicet expressè, ut præter Comestibilia, aliaque jura muliebria, Uxor superstes portionem habeat he-7 reditatis Heig. & Moller. *dict. loc.* † Nec enim ulterior quæstio admittenda est, quando de expressâ testatoris voluntate apparet, *l. 25. §. 1. ff. de legat. 3. Vid. supr.* Const. Elect. *20. Desin. 30.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Da aber dennoch euer verstorbener Ehe-Juncker deßwegen in seinem Testament andere Verordnung gethan / oder aber in der mit ihme außgerichteten Ehestifftung ein anders abgeredet worden wäre / dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet / ꝛc. Auff solchen Fall möchte euch nebens der statutariâ portione, die andere Gebührnüß und Fräuliche Gerechtigkeit an Mußtheil / Gerade und Morgengabe nicht vorenthalten werden / sondern es würde der Ehestifftung oder letzten Willen allerdings billich nachgelebet / V. R. W.)

Definit. VIII.

Donatum in mortis casum Vidua Nobilis unà cum Morgengabâ, Comestibilibus aliisq; juribus muliebribus petere valet.

1 QVotam hereditatis Vidua, ex testamento mariti percipiens, simul petere neqvit Dotalitium, Morgengabam, aliaqve ejusmodi jura, *h.* Con-2 stit. 37. *in pr. supr.* Defin. 4. † Qvid verò, si maritus per donationem mortis causâ Uxori qvid reliqverit? Nec tùm Viduam audiendam dixeris, si ultra jura muliebria in mortis casum sibi donata 3 petere velit, † cùm parum interfit, an per testamentum, an verò per donationem mortis causâ 4 pars hereditatis alicui deferatur. † Et si aliter diceretur, facilimè fieri posset, ut in fraudem hujus 5 Constitutionis peteretur à Vidua superstite. † Sed specialiter loqvitur *h.* Const. 37. de testamento, adeoqve ejus sententia, ultrà sonum verborum haud extendi debet, cum nec aliàs donatio mortis causa, appellatione ultimæ voluntatis propriè 6 comprehendatur, † prout nec simpliciter donatio potest appellari *l. 1. in pr. ff. de donat. l. fin. ubi Gloß.* & Dd. *C. eod.* Andr. Tiraq. *in l. si unqvam 8. verb. donatio largit. n. 141. & seqq. C. de revocand. donat.* 7 † Haud absurdè itaq; donatum mortis causa, unà cum Dotalitio, Comestibilibus, aliisqve juribus muliebribus Viduæ deberi, putaverim cum *Gloß. Art. 20. n. 9. lib. 1.* Landr. Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 27. n. 32.* 8 *& seqq.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 57. num. 59.* † Non enim ut testamentum, ita & donatio mortis causâ 9 titulus dicitur universalis, † nec jure hereditario censetur acquisitum, quod donationis titulo transfertur, secundum *not. in l. donationes. 25. C. de donat. int. vir. & Uxor.* Heig. *dict. quæst. 27. num. 35.* † At- 10 qui hereditatis duntaxat quotam Viduæ unà cum Dotalitio aliisque juribus mulierum Nobilium deferri prohibet *h.* Const. *37. in verb.* (Etwas von Erbe) † Nec obstat, quod Vidua donata à marito in 11 portionem statutariam imputare teneatur; *Auth. præterea, sub fin. C. Unde Vir & Uxor. supr.* Const. Elect. *20. Def. 29.* † Id enim jure communi ita san- 12 citum reperitur, quod ad casum præsentem, & jura Viduis Nobilibus competentia, quæ solis moribus Saxonicis introducta fuêre, haud extendi debet, Matth. Berlich. *part. 3. concl. 50. n. 13.*

Ita Domini in causa Joachimi à Reibold in Reuendorff / Mens. Jul. Anno 1634.

Definit. IX.

Rem certam & particularem ex testamento mariti Vidua unà cum dotalitio & juribus muliebribus petere haud prohibetur.

1 AN ergo quotam saltem hereditatis, ultra dotalitium, aliaque jura mulierum Nobilium Vidua petere prohibetur? Ita omninò est, & luculenter id probatur † *ex h.* Const. *37. verb.* Etwas 2 von Erbe nimmt. Quæ verba quia viduis admodum sunt odiosa, ultra sonum haud extendi debent, *l. un. C. de inoff. dot.* † Ex quo fit, quod Vidua su- 3 perstes omninò audiri debeat, ultra Dotalitium aliaque jura muliebria, certum & particulare aliquod legatum ex testamento mariti petens, † quia 4 hereditatis appellatione legata & res particulares non continentur, *l. si Titius. 96. sub fin. ff. de leg 3.* † Quo & facit *l. un. §. primum itaq;. 3. C. de Rei* 5 *Uxor. act.* Wesenb. *in addit. ad* Schneidew. *ad tit. instit. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de succes. int. vir. & Uxor. n. 40. lit. C. vers. quid si prælegata.* Moller. *hîc n. 1.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de primo ordine succed. num. 17.*

Ita Domini in causa Catharinæ Viduæ Adami Hackens / Mens. Jun. Anno 1597. (Verba sent: Hat euer Ehemann Adam Hacke in seinem Testament euch seinem Eheweibe etliche gewisse Stücke von seiner Verlassenschafft beschieden und ausgemacht / und zu den übrigen seinen Lehen- und Erbgütern seine Brüder zu Erben eingesatzt / ꝛc. Da nun dieselbe wider vorberührte Verordnung und Vermächtnüß nichts erhebliches / dann in eurer Frage von euch angezogen worden / vorzuwenden hätten / so wären sie dessen ungeachtet / euch nicht allein obbemeldte Leibzucht und zustehende Fräuliche Gerechtigkeit an Gerade / Mußtheil und Morgengabe / sondern auch alle andere außgemachte Stücke / aus vielerwehntes Ehemannes seligen Verlassenschafft ohne Abbruch zu entrichten und folgen zu lassen schuldig / V. R. W.)

Definit. X.

Filiæ Nobiles unà cum portione hereditatis, etiam geradam capiunt ex bonis defunctæ matris.

1 PLeniori jure filiabus quàm Viduæ gerada debetur: Hæc enim ex solâ legis Saxonicæ dispositione; † Illæ verò ex ratione naturali aliquo 2 modo ad successionem geradæ admittuntur; Ex quo etiam fit, † quod filiæ, licet in hereditate 3 ma-

matri ſuccedant, nihilominus & geradam petere valeant, *h.* Conſtitut. *37. in fin.* Aber die Töchter / ob ſie gleich Erbe nehmen / ſo können ſie doch
4 auch ihre Gerade fordern/ *ubi* Moll. *num. 4.* †Videtur tamen obſtare, quod dicitur, geradam in legitimam filiarum imputari *ſupr.* Conſtit. Elect. II.
5 *part. 3.* † Sed loquitur *dict.* Conſt. II. de eo ſolummodò caſu, quando filiæ legitimam petunt, nec iis amplius quicquam debetur ſive ex teſtamento matris, ſive quod pater ceu heres mobiliaris adhuc vivat. † Adeoque ad caſum *h.* Conſt. *37.* 6 ubi filiæ unà cum fratribus in totâ hereditate matris ſuccedunt, haud extendi debet, Moller. *dict. loc.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 17. n. 39.* † Nec 7 enim gerada hereditati, ſed legitimæ ſaltem imputatur, Vid. *ſupr.* Conſtit. *II. Defin. 6. & 10.*

Ita Domini in cauſa Chriſtophori à Felliſch/ Menſ. Aug. Anno 1603.

Constitutio XXXVIII.
PARTIS TERTIÆ.

Ob und wie weit das Jus retortionis ſtatt haben ſoll/ in denen Fällen/ da man etwan die Erbſchafft / Legata, Fideicommiſſa, oder Uebergaben auff den Todesfall nicht ohne Abzug / oder keine Gerade / oder Heergewette / aus einem Orte an den andern folgen läſſet?

Jus retortionis an & quatenus locum habeat adverſus eos, qui legata, fideicommiſſa, vel mortis causâ donata, ex locis ſuæ jurisdictioni ſubjectis alìò transferri, niſi certâ aliquâ parte detractâ, non patiuntur, quemadmodum nec ea, quæ ad geradam, vel res expeditorias pertinent.

OB wohl das Jus retortionis vel talionis ſimpliciter & abſolutè nicht ſtatt haben kan; ſo iſt doch daſſelbige nicht allein gut/ ſondern auch billich / wann es zu Beſſerung des gemeinen Nutzes dahin gerichtet wird / daß in Bürgerlichen Sachen und Handlungen rechte Proportion gehalten werde.

Und iſt demnach nicht unbillich / daß man wider die Oerter / von dannen man die Erbſchafft/ Gerade / Heergewette / und dergleichen gar nicht / oder allein eines Theils folgen läſt / ſolches Jus retortionis oder talionis hinwieder auch gebrauche / und der Ende ſolche Stücke mehr und weiter / dann ſie gegeben/ nicht folgen laſſe.

Wann aber eine Stadt ſolch unbillich Recht im Gebrauch / und doch gleichwohl daſſelbe wider eine oder mehr gewiſſe Städte niemals ins Werck gerichtet hätte / ſo könten ſolche Städte und Oerter ſich hinwieder des Juris retortionis gegen dieſelbige Stadt auch nicht gebrauchen.

Dieweil ſichs aber gemeiniglich zuträgt / daß nicht die Privat-Perſonen / ſondern die Obrigkeit ſelbſt hieran ſchuldig / ſo iſt auch in den Schöppenſtülen biß anhero nicht unbillich erkant worden/ daß nicht die Privat-Perſonen / ſondern hinwieder auch die Obrigkeit ſolch Jus retortionis zu exerciren / und vorzuwenden haben ſol / iedoch nicht dergeſtalt / daß die Erbſchafft / Legata, Gerade/ Heergewette/ und dergleichen der Obrigkeit bleiben/ ſondern daß ſie den jenigen / welchen ſie ohne das nach Erbgangs-Recht oder ſonſt des Verſtorbenen Verordnung nach gebühren / folgen ſollen / es ſeynd gleich dieſelbigen

ETſi Jus retortionis ſeu talionis, ſimpliciter & abſolutè loquendo, de genere prohibitorum eſt: Boni tamen publici causa illud nonnunquam concedi, & utilitas ſvadet & æquitas, quò magis nimirum in commerciis & negotiis civilibus æqualitas conſervetur.

Non igitur iniqvum eſt, adverſus illos, qui vel hereditates, vel geradam aut utenſilia, vel res expeditorias & ejusmodi ſimiles, è ſuis locis, vel univerſas, vel ex parte, aliò transferri non patiuntur, Jure retortionis vel talionis uti, & easdẽ res illis aliunde petentibus denegari.

Si qua tamen eſt Civitas, quæ iniquo hoc jure quidem utatur, contra certas tamen quasdam alias civitates eo unquam uſa non ſit, his viciſſim quoque adverſus illam eo uti non licebit.

Quia verò plerumque fit, ut non tàm privati quàm Magiſtratus ipſi hîc in culpa ſint; igitur non immeritò in Scabinatibus hactenus reſponſum eſt, non privatis jus hoc retortionis, ſed Magiſtratibus tantum concedendum, non tamen ita, ut hereditates, legata, gerada, res expeditoriæ & aliæ ejusmodi penes magiſtratum maneant, ſed ut iis cedant, quibus aliàs vel jure ſucceſſionis, vel ex ultima defuncti diſpoſitione debentur, ſive in loco defuncti, ſive alibi, domicilium illi habeant, dummodo iniquum hoc jus in uſu ibi non ſit.

Si verò vel nulli omninò extent heredes, vel extent quidem, quibus res relictæ

des Orts / da ſich der Fall zugetragen / oder anderswo / iedoch gleichwohl der Ende / da man ſich ſolches iniqui juris nicht gebraucht / geſeſſen.

Da aber keine Erben verhanden / oder aber die Erben / oder dergleichen Perſonen / welchen die Erbſchafft oder andere vorgeſtellte Stücke ohne das gebühren / weren alle der Ende ſeßhafftig / von dannen man ſolche Güter oder Stücke nicht will folgen laſſen / auff den Fall ſolten dieſelbige Güter der Obrigkeit des Orts / da ſich der Fall begeben / bleiben; Damit wir dann auch gnädiglich zu frieden / und ſollen alſo unſere Hofgerichte / Juriſten-Facultäten und Schöppen-Stühle ſprechen und erkennen.

et æ jure ſucceſſionis debentur, omnes autem iis in locis habitent, è quibus res eas Magiſtratui alio transferri non patitur, tùm Magiſtratui ejus loci, in quo is, cujus res fuerunt, deceſsit, eas relinquendas exiſtimârunt. Quod cum nobis non diſpliceat, in Judiciis noſtris Curialibus, Collegiis item Facultatum Juridicarum & Scabinatibus ita judicari & reſponderi mandamus.

DEFINITIONES.

1. *Æquiſsimè Jus Retortionis exercetur adverſus eos, qui hereditatem, legata, fideicommiſſa, &c. ex locis ſuæ jurisdictionis absq; certæ partis detractione aliò transferri haud patiuntur.*
2. *In geradâ etiam ſeu bonis utenſilibus Jus Retortionis locum habet.*
3. *Exerceri poteſt Jus retortionis non ſolùm contra extera loca, ſed etiam contra civitates alias provinciarum Saxonicarum.*
4. *Uti licet Jure retortionis adverſus eas quoq; Civitates, ex quibus geradâ ſaltem ex parte, puta Niſſtelgeradâ Cognatæ alibi degenti defertur.*
5. *Non prohibetur Civitas exercere Jus retortionis in rebus ad geradam pertinentibus exinde, quod geradâ ibidem uſitata non ſit.*
6. *Non removetur Jure Retortionis Cognata in exteris locis, ubi gerada non eſt uſitata, quando mulieris in Saxonia defunctæ ſimul heres ab inteſtato exiſtit.*
7. *At Cognata in exteris locis, ubi gerada non eſt uſitata, quando ſimul heres proxima non exiſtit, haud petere valet geradâ in provinciis Saxonicis.*
8. *Retortionis Jus non niſi illi civitati opponitur, quæ antea contra Civitatem retorquentem, inæqualitatem exercuerit.*
9. *Non præſumitur civitas exercuiſſe iniquam conſvetudinem contra unam vel aliam Civitatem, niſi in ſpecie id probetur.*
10. *Retortionis jus non ab incolis, ſed à ſolo Magiſtratu exerceri poteſt.*
11. *Geradæ, aliæve res Jure retortionis retentæ non Magiſtratui cedunt, ſed reliquis heredibus in pari gradu exiſtentibus accreſcunt.*
12. *Non verò exiſtente alio herede in pari gradu, ſecundus à proximiore excluſo ad ſucceſsionem admittitur, licet alibi commoretur.*
13. *Nullis autem Cognatis fœminis aliis exiſtentibus, geradæ jure retortionis retentæ, non ad maſculos, ſed ad Magiſtratum pertinet.*
14. *Bona utenſilia, aliæq; res Jure retortionis in Civitate retentæ, illi cedunt Magiſtratui, qui altam habet jurisdictionem, ſive merum Imperium,* die Obergerichte.
15. *Ad eum Magiſtratum pertinent res jure retortionis retentæ, ſub quo defunctus habuit domicilium.*
16. *Geradæ ergò defunctæ mulieris, deficientibus Cognatis fœminis, cedit lucro Magiſtratus domicilii, licet mulier alibi deceſſerit.*
17. *Non percipit Magiſtratus geradam defunctæ mulieris, quæ domicilium habuit eo in loco, ubi geradæ prorſus non eſt uſitata.*
18. *Non amittit quis domicilium ex eo, quod per tempus alibi fuerit in famulitio alicujus Domini.*
19. *Non poteſt Magiſtratus exercere jus detractionis vel gabellarum, antequam id ſtatuto vel conſvetudine introductum probaverit.*
20. *Non heres, ſed legatarius detractionem ſive gabellam de re legatâ exſolvere tenetur.*
21. *Res expeditoriæ deficientibus heredibus maſculis Magiſtratui cedunt.*
22. *Præfertur tamẽ Magiſtratui in rebus expeditoriis Agnatus defuncti, etiamſi alibi commoretur, modò in loco, contra quẽ jus retortionis nequeat exerceri.*
23. *Ad ſucceſſionem rerum expeditoriarum admittuntur Agnati, excluſis feudi ſucceſſoribus, qui jure Agnationis defuncto haud fuêre conjuncti.*
24. *Civibus ac Ruſticis non niſi ex ſpeciali alicujus loci conſvetudine res expeditoriæ debentur.*
25. *Quænam ſpecies computentur inter res expeditorias.*
26. *Equæ* (Mutter-Pferde) *non referuntur inter res expeditorias.*
27. *Nec Equus, quem defunctus certâ mercede aliis locare ſolitus fuit, rebus expeditoriis accenſetur.*
28. *Pertinet tamen Equus ad res expeditorias, licet eô defunctus ad proprium agrum colendum, ſuaq; negotia expedienda uſus fuerit.*
29. *Referuntur Equæ* (die Mutter-Pferde) *ad res expeditorias, ſi id conſvetudine introductũ probetur.*
30. *Conſvetudine introduci poteſt, ut inſtrumenta opificis mechanica, ut & omnia Viri veſtimenta, Rebus expeditoriis accenſeantur.*
31. *Inter plures Agnatos pari in gradu exiſtentes, Res expeditoriæ æqualiter dividuntur, excepto gladio, quem natu major præcipuum habet.*
32. *Defectum rerum expeditorjarum non tenentur reſarcire heredes viri defuncti.*
33. *Agnatus ante triceſimum res expeditorias propriâ autoritate apprehendens, eas haud perdit.*
34. *Non valet teſtator alienare Heergewettam in præjudicium proximioris Agnati, per teſtamentum aut donationem mortis causâ.*

35. *Res expeditoriæ non niſi ſemel debentur & in prædio etiam conducto repertæ Agnato cedunt.*
36. *Nepotes cum filiis ad ſucceſſionem rerum expeditoriarum inſtirpes admittuntur, ac jure repræſentationis gladium avi defuncti præcipuum habent.*
37. *In ſucceſſione rerum expeditoriarum non niſi unicum vinculum, agnationis ſcilicet, attenditur.*
38. *Non admittuntur Clerici ad ſucceſſionem rerum expeditoriarum.*
39. *Nec relinquunt Clerici res expeditorias.*
40. *Culcitra militaris debetur Agnato, antequam Viduæ ſuperſtiti de Geradâ ſatisfiat.*
41. *De rebus expeditoriis, ſaltem in ſubſidium, ex defuncti alienum exſolvitur.*
42. *Debitum nomine rerum expeditoriarum contractum, de hiſce ab Agnato eſt exſolvendum, licet alia ſuperſint bona hereditaria.*

Definit. I.

Æquiſſimè jus retortionis exercetur adverſus eos, qui hæreditatem, legata, fideicommiſſa, &c. ex locis ſuæ jurisdictionis absq; certæ partis detractione aliò transferri haud patiuntur.

1 Diſputent alii quicquid velint, † ad impugnandum jus retortionis, vel ex tacitâ & præſumtâ defuncti voluntate, vel ex ratione ſpeciali Edi-
2 cti (*quod quisq; juris, &c.*) † In odium ſaltem eorum inducti, qui novi juris aliquid perperam ſtatuêre, *l. 1. l. 2. ff. quod quisque juris.* ut videre
3 eſt apud Jacobum Thoming. *deciſ. 62.* & Virgil. Fingitzer. *quæſt. 33.* † negari certè nequit, ſummâ id niti æquitate, & iniquitatis corrigendæ, ſeu inæqualitatis ad parilitatem reducendæ gratiâ
4 fuiſſe adinventum; † Ne ſcilicet ditiones vel Civitates cum aliarum Civitatum detrimento locupletentur, *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict.*
5 *indebit. l. jure naturæ. 206. ff. de Reg. jur.* † Cur enim ex Civitate aliquâ hujus oræ vel ditionis hereditates, legata, fideicommiſſa aut mortis causâ donata absque ulla detractione, in exteras Civitates exportari ac perferri Magiſtratus
6 permittant; † Contrà verò exteri Magiſtratus vicisſim id fieri non patiantur, quotusquisque eſt, qui non videat, magnam hîc exiſtere inæ-
7 qualitatem. † Ut vel ex ſolâ æquitatis causâ ad Edictum Prætoris ſit recurrendum, exiſtimanti-
8 tis, † neminem gravari, nec juſtè indignari, qui patiatur tela in ſe retorqueri, quæ ipſe torſerit,
9 *l. 1. ff. quod quisque jur.* † Nam dicere, ut ſervetur Edictum (*Quod quisque juris*) nihil aliud eſt dicere, quàm ut ſervetur æqualitas, Matth. de
10 Afflict. *in cap. 1. num. 17. de conſuet. rect. feud.* † Quis igitur aſſerere auſit, jus Retortionis autoritate legum deſtitui, quæ certè jubent, ut idem jus in ſe ſtatui quis patiatur, quod in alios ſtatuit *l. cum in eo. 44. ſub fin. ff. de pact. l. cum hereditas. 95. ff. de adminiſt. tutor. l. altius ædes. 15. ff. ſi ſervit. vindic. l. frater à fratre 38. verſ. porrò cum. ff. de condict. in-*
11 *deb. l. vindicantem. 17. ff. de evict.* † Quod & juri divino pariter *Matth. 7. verſ. 12. Luc. 6. verſ. 31.*
12 † atque Canonico convenit, *c. juſtum. 2. verſ. nec in ſe poſſe. diſtinct. 9. c. cum omnes. 6. verſ. cum igitur. extr. de conſtit. c. pro illorum. 22. §. quia verò. verſ. cum nobis legem, & c. extr. de præbend. & dignit.* Dan. Moller. *hîc num. 2. ubi* Reinh. Roſa *in addit.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 51. n. 3.* Jacob. Thoming. *dict.*
13 *deciſ. 26.* ubi contraria refellit. † Rectiſſimè ergò, & ad conſtituendam æquabilem ſucceſſionis proportionem vel parilitatem, adverſus civitates & ditiones, ex quibus hereditates, legata, fideicommiſſa, aut mortis causâ donata absque detractione aliò transferri non permittitur, jus Retortionis, vel talionis exercere jubet illuſtriſſimus SaxoniæElector *h.* Conſt. *38. in pr. junct. §.* Und iſt demnach nicht unbillich / ꝛc. *ubi* Dan. Moller. *n. 1. & ſeqq.* † Quam Electoralem ſanctionem non ine- 14
ptè etiam ad feuda extendere licet, ex paritate rationis, quæ in ſola æquitate conſiſtit, *dict. l. 1. ff. quod quisq; jur.* † Ex qvo dicendum videtur, ſi in 15
Pomeraniâ nullus advena feudum diſtrahere pecuniam ex feudo redactam in alias terras deferre poſſit, idem jus contra Pomeranos hiſce in terris retorquendum eſſe, cum Erneſto Cothm. *vol. 1. conſil. 43. num. 96. & ſeqq.* † Eademq; ratio æquitatis com- 16
movit Jacob. Thoming. ut ad contractus etiam jus Retortionis vel talionis rectiſſimè extendi & contra Noribergenſes, qui bona absque detractionis onere aliò transferri non patiuntur, exerceri exiſtimaverit, *dict. deciſ. 26. n. 42.* † Porrò, ſi quidam 17
mercator contra ſuos Creditores quinquennales inducias impetravit, alios ejusdem mercatoris debitores eodem jure uti, & quinquennales inducias contra illum mercatorem creditorem ſuum exercere poſſe, etiamſi illas non impetraverint, ex ratione juris Retortionis inferre licet, *cum* Matth. de Afflict. *deciſ. 66.* Matth. Berlich. *dict. concl. 51. num. 10.*

Ita Domini ad Conſultationem Quæſtoris Dresdenſis Menſ. Jan. Anno 1634. (Verba ſent: Weſern die angegebene Erbin an einem ſolchen Ort ſeßhafftig / da die Erbſchafft / Legata, und dergleichen ohne Abzug abgefolget werden / und man ſich alſo wider ſie des Juris Retortionis nicht zu gebrauchen hat / ꝛc.)

Definit. II.

In geradâ etiam ſeu bonis utenſilibus Jus Retortionis locum habet.

NOn minus in geradâ ſive bonis utenſilibus, 1
quàm in hereditate atque legatis locum ſibi vendicat jus Retortionis ſeu talionis, *hâc* Conſtitut. 33. §. Und iſt demnach. *verſ.* Gerade. *ubi* Moller. *num. 5.* Frideric. Pruckm. *conſil. 31. num. 59.* † 2
Quin & moribus hodiernis Saxonicis vix ſæpius alio in caſu, quàm circa ſucceſſionem geradæ, jus hoc Retortionis exerceri dixerim; † Idque et- 3
iam ante Conſtitutionem Electoralem in uſu fuiſſe, probat ex *Gloſſ. in artic. 19. lib. 1.* Landrecht. Andr. Goldb. *de gerad. cap. 9. num. 49.* Modeſt. Piſtor. *conſil. 11. num. 68.* Schurer. *de ſucceſſ. ab inteſt. Rubr. 4.* Von Unterſcheid der Güter: † Nam & circa ge- 4
radæ ſucceſſionem, æquabilis porportio ſive pari-

parilitas juris probè attendi debet, *arg. l. nam hoc*
5 *natura, 14. ff. de condict. indebit.* † Quidni ergò jus etiam retorsionis ad tollendam inæqualitatem adinventum? Defin. *præced.*

Ita Domini in causa Conradi Hornedadetzky zu Dreßden/ Mens. Sept. Anno 1633. (Verba sententiæ: Ist im Königreich Böhmen die Gerade nicht bräuchlich / ꝛc. Wiewohl nun wider solchen Ort/ von dannen man die Gerade nicht folgen lässet / das jus Retortionis hinwiederumb billich gebrauchet wird / ꝛc.)

Et ad requisitionem Quæstoris Delitiani, Mens. Januar. Anno 1626. (Verba sent: So seyd ihr auch gegen der verstorbenen Schultzin jüngsten Schwester Annen / wegen oberwehnter Gerade das jus Retortionis gleichesfalls zugebrauchen wohl befugt/ ꝛc.)

Definit. III.

Exerceri potest Jus retortionis non solùm contra extera loca, sed etiam contra civitates alias provinciarum Saxonicarum.

1 COncedunt omnes, jure talionis sive Retortionis subditos exterarum provinciarum à petitione hereditatis aut geradæ in provinciis Saxonicis repelli, veluti, cum in Angliâ advenis non
2 deferatur successio † in hereditate collateralium, Anglos quoqve collaterales hisce in terris à successione excludi æquissimum est, Jacob. Schult,
3 *part. 1. quæst. 6.* † Eademq; ratione Bohemos non adspirare posse in provinciis Saxonicis ad hereditates sibi delatas, efficit jus Retortionis, † cum
4 ex Bohemiâ non soleant nostris deferri hereditates, Jac. Thoming. *decis. 26. n. 6.* † sed fallunt omninò, qui jus Retortionis ad extera saltem loca restringere conantur cum Virgil. Pingitz. *quæst. 33.* † Dixerim potius, id contra civitates quoque & communitates provinciarum Saxonicarum rectissimè exerceri, vel sola experientia edoctus. Cui etiam
7 suffragatur † generalitas *h.* Const. 38. quæ cum non distingvat, generaliter intelligi debet, *l. de pretio.*
8 *§. ff. de Publician. in rem action.* † Et si contrarium diceremus, vix unquam in Imperio Romano-Germanico Retortioni seu talioni locus dabi-
9 tur, † cum omnes homines Imperio subjecti, licet sub curiis diversis, diversisque in provinciis degant, pro civibus Romanis & incolis habeantur *l. in orbe Romano. 17. ff. de stat. homin.* Matth. Coler. *de*
10 *proceff. execut. part. 3. cap. 7. num. 32.* † Ecquis verò jus Retortionis in Imperio non obtinere dicere au-
11 sit? Jacob. Thoming. *decis. 26. num. 1. & seqq.* † Ne opinetur quispiam, injuriam hinc incolis ab ejusdem provinciæ hominibus inferri, quippe quod jus Retortionis ad corrigendam injuriam & iniquitatem æquabilemque successionis proportionem inducendam adinventum fuerit, *arg. l. 1. ff.*
12 *quod quisq; jur.* Thoming. *dict. decis. 26. num. 16.* † Et quod magis, in una eademque civitate contra incolas diversis Curiis atque jurisdictioni subjectos, Retortionem exerceri non semel observavi,
13 nec contra juris rationem, † quæ æquabilitatem successionis non minus inter ejusdem civitatis incolas, quam diversarum provinciarum homines attendi jubet, *dict. l. 1. ff. quod quisq; jur.*

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris Delitiani M. Jan. Anno 1626. (Verba sent: Dieweil aber dennoch bemeldte Anna der verstorbenen Schwester unter des Raths zu Dölitzsch Gerichten säßhafftig / nach dessen hergebrachten Statuten und Gewohnheit aber / aus den Stadtgerichten keine Gerade noch Heergeräthe in die Amts-Gerichte gefolget wird / ꝛc. So seyd ihr euch auch von wegen des Ambts gestalten Sachen nach des juris Retortionis gegen sie zugebrauchen wol befugt/ ꝛc.)

Et in causa heredum Sophien von Miltitzin/ ad requisitionem Quæstoris Dresdensis Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent: So wird der verstorbenen Miltitzin verlassene volle Gerade vermöge gemeiner Landüblicher Sächsischer Rechte dero nehesten Nifftel / wofern dieselbe an einem solchen Ort in oder ausserhalb des Churfürstenthums säßhafftig / da die Gerade abgefolget wird / und man sich also wider sie des juris Retortionis nicht zugebrauchen hat / ausser der Stadt Dreßden billich gefolget / V. R. W.)

Definit. IV.

Uti licet jure Retortionis adversus eas quoque Civitates, ex quibus gerada saltem ex parte, puta Nifftelgerada Cognatæ alibi degenti defertur.

STatuto Dresdensi, Lipsiensi, Hallensi & Che- 1
mnicensi cautum est, ut mortuâ uxore, Cognatâ, sive sit mater, sive soror vel alia collateralis, non integram geradam, sed solummodò Nifftelgeradam percipiat, reliquæ verò res ad geradam pertinentes, penes maritum superstitem remaneant: Quæritur hinc, † *an mulier Dresdensis, Lipsiensis, Hallensis aut Chemnicensis Cognatæ alibi defunctæ succedens, omnia utensilia secundum dispositionem juris Saxonici eo loco vigentis, percipere possit, an vero jure Retortionis sola Nifftelgerada contenta esse cogatur?* † Posterius omnino affirman- 3
dum puto cum Jacob. Thoming. *decis. 26.* & Matth. Berlich. *part. 3. concl. 51. num. 22.* † ex natura juris Re- 4
tortionis, quod in omnibus æquabilem successionis proportionem vult observari, *l. 1. l. 2. quod quisque jur.* † Et satis manifesta est sanctio hâc de 5
re in Electoratu Saxoniæ *h.* Const. *38.* §. Undist demnach. *in verb.* Und dergleichen gar nicht/oder allein eins theils folgen lässet / solches *jus Retortionis* oder *talionis* hinwiederum auch gebraucht/und der Ende/solche Stücke mehr und weiter/dañ sie gegebē/ nicht folgen lasse/ꝛc. † Quibus verbis quid, quæso, di- 6
ci posset clarius aut significantius, quàm ut in illa loca, ex quibus geradam aliquâ saltem ex parte exportari conceditur, vicissim totidem solummodò res, nullæque præterea aliæ deferantur, ut pulchrè demonstrat Thoming. *dict. quæstion. 26. n. 11.* † contra quem frustra insurgit Hartm. Pistor. 7
Obs. 43.

Ita Domini in causa Gerhard Wollers zu Leipzig / Mens. Januar. Anno 1634. (Verba sent: Ob gleich zu Dieben / wann ein Weib verstirbet / der Mann der nehesten Nifftel die volle Gerade abfolgen zu lassen schuldig ist. Dieweil aber dennoch in dergleichen Fall allhier zu Leipzig mehr nichts als die Nifftelgerade gegeben wird / ꝛc. So ist auch der zu Dieben verstorbenen Frauen Mutter Schwester Tochter/als nehesten Nifftel allhier zu Leipzig wohnende / mehr nicht als die Nifftelgerade von Dieben, zufordern berechtiget/V. R. W.)

DEFINIT. V.

Non prohibetur Civitas exercere jus Retortionis in rebus ad geradam pertinentibus, exinde quod gerada ibidem usitata non sit.

1 EXistimare equidem quis posset, non valere civi-
tatem, in quâ gerada haud est usitata, opponere
jus Retortionis civitati, ex qua bona utensilia aliò
2 non exportantur, † cùm privatio semper præsuppo-
nat habitum, *l. Titio Ususfructus. 96. in pr. ff. de condit. & demonstr. c. quod verò non formatum 8. caus.*
3 *32. qu. 2.* † Sed cùm successio in bonis utensilibus de-
negetur incolis civitatis illius, ubi gerada non est usi-
4 tata, vel sola æquitatis ratio facit, † ut vicissim à suc-
cessione rerum hereditariarum, quæ alibi ad gera-
dam pertinent, alterius civitatis incolæ excludantur,
5 † cùm jus Retortionis in sola æquabilitate & æquali
successionis ac lucri proportione consistat, *arg. l. 1. & l. 2. ff. quod quisq; jur.* Jacob. Thoming. *decis. 26.*
6 *num. 14. & 15.* † Nec leges ac Constitutiones ver-
bis, sed rebus imponuntur, *l. 2. C. comm. de legat. c. commissa. 35. ubi* Gloss. *de elect. in 6to. l. fin. C. de usur.*

Ita Domini in causa Georgii Hawinsteins zu Senftenberg/ Mens. Febr. Anno 1622.

DEFINIT. VI.

Non removetur jure Retortionis Cognata in exteris locis, ubi gerada non est usitata, quando mulieris in Saxonia defunctæ simul heres ab intestato existit.

1 QUid verò juris in casu converso, si civitas con-
tra incolas illarum provinciarum, in quibus
gerada non frequentatur, sed res alioquin ad eam
pertinentes jure hereditario censentur, exercere ve-
2 lit? † Puta in Svevia, Marchia, Hennebergo, Bava-
ria, aliisque in Provinciis Imperii, gerada quidem
non habetur, attamen hereditati inest, & unà cum
aliis rebus hereditariis incolis terræ Saxon. delatis
3 haud denegatur, † Defunctâ jam muliere in Saxo-
nia, quæritur an Cognata in Bavaria forsan, Henne-
bergo aut Marchiâ degens petere valeat geradam
4 in Saxonia sibi delatam? † Quod affirmandum puto
cum Andr. Goldb. *de gerad. cap. 9. num. 63.* & Andr.
Rauchb. *part. 2. quæst. 19.* Knich. *in tract. de invest.*
5 *paction. cap. 1. n. 159. & sequentib.* † modò Cogna-
ta illa simul heres ab intestato existat mulieri defun-
6 ctæ. † Nec enim Juri Retortionis locus esse debet,
ubi nulla est inæqualitas, quippe quod inæqualita-
tis ad parilitatem reducendæ gratiâ fuit introductum;
prout ex verbis initialibus *h.* Constit. *38.* ad oculum
7 patet. † At nulla hoc casu occurrit inæqualitas,
siquidem ex Marchia, Hennebergo, Bavaria &
Svevia, licet incolis Provinciarum Saxonicarum
Gerada non detur ut Gerada, attamen ut heredi-
8 tas iisdem non denegatur, † quando scilicet here-
des ab intestato proximiores existunt: Quare
non ergò vicissim pari jure exteris heredibus gerada
9 esset concedenda? † Tantùm scilicet abest jure Re-
tortionis hoc casu inæqualitati subveniri, ut ex eo
potius summa induceretur inæqualitas † contra 10
mentem ac intentionem Illustrissimi Legislatoris *in h.* Const. *38.* quam pluribus ad hanc rem examinat & declarat Andr. Goldb. *dict. loc.* † Quò & 11
videtur facere *text. in art. 79. lib. 3. & art. 30. lib. 1.* Landr. Plura si de hac re velis, *vid.* Rauchb. & Goldb. † ex cujus rationibus facilimè refelluntur 12
argumenta Matth. Berlich. qui ab hac sententia frustra dissentit, *part. 3. concluss. 51. n. 20.*

Ita Domini in causa M. Wilhelmi Schmuckens zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1609. (Verba sentent. Ob nun gleich ihr zu Dreßden überlebender Ehemann solche Geradestücke vorbenannter eurer Schwester auszuantworten sich geweigert / mit Vorwendung / daß die Gerade in der Grafschafft Henneberg nicht bräuchlichen / und demnach wider solchen Ort / von dannen man die Gerade nicht folgen lässet / das jus Retortionis hinwiederumb billich gebraucht werde. Dieweil aber dennoch dergleichen Stücke anietzo bemeldtem Ort ohne Unterscheid zu Erbe gerechnet / und demnach nicht zwar als Gerade / sondern als Erbe nebens anderer Fahrnüß Mannes- und Weibespersonen ohne Unterscheid in diese Lande gefolget werden / ꝛc. So ist auch dannenhero mehr erwähnter Michael Peter die Geradestücke / so sein Weib verlassen / ausserhalb dessen / was ihme vermöge des Orts Gewohnheit davon gebühret / offtermeldter ihrer Schwester auszuantworten schuldig / und hat das angezogene jus Retortionis nach Gelegenheit dißfalls nicht statt / V. R. W.)

Et in causa Conradi Horniadetzki zu Dreßden / M. Septemb. Anno 1633.

DEFINIT. VII.

At Cognata in exteris locis, ubi gerada non est usitata, quando simul heres proxima non existit, haud petere valet geradam in provinciis Saxonicis.

SEd hoc ita, si Cognata in exteris locis, ubi ge- 1
rada haud est usitata, simul heres existat proxi-
mior Mulieris in Saxonia defunctæ; † Cæterò- 2
quin, quando heres non est, à petitione geradæ
eam jure Retortionis rectissimè repelli putave-
rim, cum Matth. Coler. *part. 1. decis. 55.* Andr. Knich.
de invest. paction. c. 1. n. 158. Andr. Goldb. *de gerad.*
cap. 9. n. 74. Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 11. n. 68.* † Nec 3
enim tùm habet Cognata, quod conqueri posset
de successione sibi præclusa, quam nec in rebus
hereditariis unquam obtinuit. † Minus verò ini- 4
quitatem ullam prætendere potest, quin potius
si contrarium diceretur, Incolis sive Cognatis
Provinciarum Saxonicarum haud parum præjudica-
retur, † quippe quæ heredes ab intestato non existen- 5
tes ex locis exteris, ubi nulla est gerada, nihil prorsus
petere valerent. † Cui inæqualitati per jus Retor- 6
tionis hoc casu omninò est occurrendum, *arg. l. 1. & tot. tit. ff. quod quisq; Jur.* Virgil. Pingitz. *quæst.*
33. num. 3.

Ita Domini in causa Alberti à Maltitzens & Consortium contra Elisabethen Berstelin/ & Consortes an die Ampts-Befehlichshabere zu Löben in der Nieder-Lausitz/ Mens. Febr. Anno 1585.

Et in causa Michael Göritschens zu Oschatz / Mens. Mart. Anno 1608.

DE-

Definit. VIII.

Retorsionis Jus non nisi illi civitati opponitur, quæ antea contra Civitatem retorquentem inæqualitatem exercuerit.

1 NOn indifferenter locum habet jus retorsionis sive talionis, sed illi tantummodo civitati opponitur, quæ antea inæqualitatem erga illam ipsam civitatem, jure retentionis jam uti volen-
2 tem exercuit: † Quare si qua est civitas, quæ hereditates, legata & fideicommissa, vel omnino non, vel nisi certâ quâpiam re detractâ, vel etiam geradam & res expeditorias extra portas & muros suos ad alia loca transferri quidem non patitur, attamen hoc jus non indifferenter adversus civi-
3 tates omnes exercuerit, † hæ civitates, contra quas jus hoc exercitum non est, retorsionem contra illam civitatem quoque prætendere non pos-
4 sunt, † haud obstante, quod illa civitas contra alias civitates tali jure fuerit usa, *h.* Constit. 38. §. Wann aber eine Stadt solch unbillich Recht in Gebrauch/und doch gleichwohl dasselbe wider eine oder mehr gewisse Städte niemals ins Werck gerichtet hätte / so könten solche Städte und Oerter sich hinwieder des *juris retorsionis* gegen dieselbige Stadt auch nicht gebrauchē. *ubi* Moller. *num.7.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 9. num. 51.* Matth.
5 Berlich. *part. 3. concl. 51. num. 27.* † Est enim Retorsio instar defensionis, quæ nunquam habet locum, si non offensio præcesserit. *arg. l. cum in eo 44. sub fin. ff. de pact. l. 59. ff. de administr. tutor.*

Ita Domini in causa Michael Lohners zu Pausa/ Mens. Jul. Anno 1627. (Verba sententiæ: Ist eure Mutter todes verfahren / und hat unter andern auch eine Gerade nach sich verlassen / welche ihre neheste Nifften / so zu Dölitzsch wohnhafftig / fodern thun. Wann nun gleich daselbst der Rath auff begebende Fälle die Gerade aus der Stadt anderswohin nicht abfolgen lässet; da aber dennoch bemeldter Rath sich dergleichen Rechtens gegen die Einwohner zu Pausa insonderheit niemals gebraucht/ noch ihnen die Gerade abfolgen zu lassen sich verweigert hätte / &c. So würde bemeldten eurer Mutter Nifften die auff sie verfallte Gerade nacher Dölitzsch billich abgefolget/ und hätte nach Gelegenheit dißfalls das jus Retorsionis nicht statt/ V. R. W.)

Et in causa Johannis Arnolds zu Weymar/ Mens. Jul. Anno 1636. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch von dem Rath bemeldter Stadt N. in specie nicht erwiesen / noch beybracht werden mag / daß iemals die Stadt Weymar sich gegen ihnen und der Stadt oder dero Unterthanen in Wiederzahlung der leichten und geringen Müntzsorten an gezogenes Rechtens und Gewohnheit gebrauchet/ welches doch zu Ubung des juris retorsionis allerdings von nöthen / &c.)

Definit. IX.

Non præsumitur civitas exercuisse iniquam consuetudinem contra unam vel aliam civitatem, nisi in specie id probetur.

1 NOn ergo uti licet jure retorsionis nisi adversus eam civitatem, quæ antea consuetudinem iniquam contra retorquentem exercuit, Defin.
2 *præced.* Quod certè nunquam præsumitur, † nisi in specie probetur; Consuetudines enim omnes cum sint stricti juris, probandæ sunt in
3 individuo, † maximè si à jure communi abhorreant, *l. quod non ratione. 39. ff. de legib.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 2. Defin. 45. num. 19.* Unde
4 fieri potest, † quod in dubio, an civitas tali iniquo jure contra aliam civitatem usa fuerit, recurratur
5 ad libros publicos, † ex quibus colligi potest, an unquam ejusmodi casus evenerit, & jus tale usurpatum fuerit, † veluti etiam usu hodierno ut plurimùm exiguntur literæ reversales, Daß auff zutragende Fälle hinwiederumb dergleichen Abfolgung geschehen solle. Reinhard. Rosa *in addit. ad* Dan. Moller. *hic num. 7.* † Quæ literæ postea ad
7 Acta publica deponuntur, ut ex illis, quid antea hoc in casu observatum fuerit, probari queat.

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sentent: Da aber dennoch nicht dargethan/ und erwiesen werden möchte / daß bemeldter Rath sich dergleichen Rechtens gegen die Einwohner zu Pausa insonderheit iemals gebrauchet/ oder die Gerade dahin abfolgen zu lassen sich geweigert hätte / &c. So würde bemeldten eurer Mutter Nifften die auff sie verfallete Gerade nacher Dölitzsch billich abgefolget/ und hätte nach Gelegenheit dißfalls das jus Retortionis nicht statt / V. R. W.)

Et ad Consultationem Alexandri von Zwehmens Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent: Ob nun wohl gedachter Großvater Christoph Reuman zu Merseburg wohnhafftig. Da er aber dennoch von der Obrigkeit des Orts einen Revers, daß nemlichen auff begebenden Fall das Heergeräthe von Merseburg in euer Dorff gefolget werden solte / einbringen würde/ &c. So würde ihm seines verstorbenen Enckeleins verlassenes Heergeräthe nach Merseburg billich abgefolget / und ihr hättet euch dessen anzumassen nicht fug / V. R. W.)

Definit. X.

Retortionis jus non ab incolis, sed à solo Magistratu exerceri potest.

1 FIeri vix poterit, inquies, ut per exercitium juris retorsionis sive talionis non moveantur lites & discordiæ inter civitatum diversarum incolas, qui rarissimè rationem hujus juris perspectam habent. † Sed neutiquam hoc metuendum
2 est, quia non privatis & incolis, sed tantum Magistratibus jus hoc Retorsionis competit, † *h.* Con-
3 stit. *38.* §. Dieweil sich aber. *vers.* So ist auch in den Schöppenstühlen bißanhero nicht unbillich erkannt worden / daß nicht die Privatpersonen / sondern die Obrigkeit solches *jus Retortionis* zu *exerciren* und vorzuwenden haben soll *ubi* Moller. *n. 7.* Andr. Rauchb. *part. 3. quæstion. 19. num. 8.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 9. num. 53.* † Scilicet, quia non
4 incolæ, sed personæ tantùm publicæ inæqualitatem antea exercuerunt, ut meritò etiam soli Magistratui jus retorsionis sit concedendum, Jacob. Thoming. *decis. 26. n. 36.* † Adeoque si casus ejusmodi con-
5 tingat, quo de jure Retorsionis disceptari solet, Res ad Magistratum defertur, qui arbitretur, an exteri propter jus Retorsionis sint à successione removendi, nec ne. † Ex quo negari nequit, gratificationi
6 hâc in causâ locum dari, quid nempe facere velit Magistratus. † Planè, si antea semel Magistra-
7 tus contra aliquam civitatem jure Retorsionis usus fuerit, tunc in posterum semper idem jus contra illam civitatem, ejusque cives exercendum esse, excluso ulteriori Magistratus arbitrio; rectissimè docet Matth. Berlich. *part. 3. concl. 51. num. 31.*

Ita

Ita Dominii in eâdem causâ Michael Lohners zu Pausa/ Mens. Jul. Anno 1627. (Verba sentent: Und es hätte nach Gelegenheit dißfals das jus Retortionis, so allein von der Obrigkeit eines jeden Orts gebührlichen exerciret werden mag/ nicht statt/ V.R.W.)

Definit. XI.

Geradа aliævè res jure retortionis retenta, non Magistratui cedunt, sed reliqvis heredibus in pari gradu existentibus accrescunt.

1 ERrant mehercle, qvi Geradam, aliasqve res similes jure Retortionis retentas Magistratui ce-
2 dere putant, † per text. *art. 28. in pr. l. 1.* Landr. *& ibi Gloss. Latin. ad text. German. lit. a. vers. quæritur si mulier.* ubi bona vacantia ad fiscum devol-
3 vuntur; † Nec enim bona dicuntur vacantia, si alius existat heres, cui accrescendi jure hæc acqviruntur, † nec fiscus ad successionem admittitur, qvam-
4 diu heredes alii ex testamento vel ab intestato adsunt; *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de jur. fisci.* Bartol. *in l. ult. num. 8. & 11. ff. de his, qvib. ut indign.* Andr.
5 Rauchb. *part. 2. qvæst. 19. num. 12.* † Ideoqve res jure Retorsionis retentas heredibus cæteris defuncti in pari gradu existentibus, vel ex testamento succedentibus, restituere jubet Elector Saxoniæ Illustrissimus *hâc* Const. *38.* §. Dieweil sich aber. *vers.* Jedoch nicht dergestalt/ daß die Erbschafft/ *legata*, Gerade/ Heergewette und dergleichen der Obrigkeit bleiben/ Sondern daß sie den jenigen/ welchen sie ohne das/ nach Erbgangsrecht/ oder sonst des Verstorbenen Verordnung nach gebühren/ folgen sollen. *ubi* Moller. *num. 7.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 9. num. 54.* Matth. Berlich. *part. 3. concl. 51. num.*
6 *35.* Andr. Rauchb. *dict. qvæst. 19. num. 8.* † ubi rectissimè excipit jus illud census vel tributi, qvod vulgò den Abzug appellitant; hoc enim heredibus neutiqvam cedit, sed Magistratibus salvum relinqvitur.

Ita Domini ad requisitionem Præfecti Weissenfelsensis, Mens. Novembr. Anno 1602. (Verba sent: Ist in euern Ambts-Gerichten im Dorffe Pißschendorff eine Weibes-Person ohne Leibes-Erben verstorben/ und hat ihren Ehemann an einem/ und zwo vollbürtige Schwestern/ dero eine im Städtlein Osterfeld wohnet/ nach sich gelassen; Und es wird aus ietzo gedachtem Städtlein Osterfeld keine Gerade in euer Gerichte gefolget/ &c. So hat die verstorbene Weibes-Person ihre volle Gerade ausserhalb dero Stücke/ so vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte dem überlebenden Ehemann davon gebühren/ auff ihre andere Schwester allein bracht und verfället/ und ihr habt euch von wegen eurer Gerichte daran nichts anzumassen/ V. R. W.)

Et in causa Albrechten von Maltitzen/ und Curthen von Bomsdorff contra Hansen von Borckersdorff zu Belendorff & Consort. an die verordnete Ambtsbefehlichshabere zu Löben in der Nieder-Laußnitz Mens. Febr. Anno 1585.

Et in causa Hansen von Zabeltitz zu Kleinmiltitz/ Mens. Majo, Anno 1602.

Definit. XII.

Non verò existente alio herede in pari gradu, secundus à proximiore excluso ad successionem admittitur, licet alibi commoretur.

1 QVid verò, *si nullus alius in pari gradu heres existat?* Nec tùm res jure Retorsionis retentæ
2 Magistratui debentur, † sed admittitur ad successionem alius heres remotior, qvi tamen primus est ab herede proximiore, per jus Retorsionis excluso, Hartm. Pistor. *obs. 170.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 9. n. 54.* † Idqve vigore successorii Edicti, qvod etiam locum habet de gradu in gradum, ut exclusâ personâ, qvæ fuerat gradu proxi-
3 mior, seqvens in gradu vocetur, Jason. *in l. qvi se patris 3. C. unde liber.* Hart. Pist. *dict. loc. n. 6.* † Nec
4 refert, an heres ille secundus in provinciâ eâ, ubi defunctus commorabatur, an verò alibi degat, modo in tali loco, in qvo extraneis geradam vel hereditatem auferre licet *h.* Const. *38.* §. Dieweil sich aber *vers.* Es seyn gleich dieselbigen des Orts/ da sich der Fall zugetragen/ oder anderswo/ Jedoch gleichwohl der Ende/ da man sich solches *iniqvi juris* nicht gebrauchet/ gesessen. † Nunqvam
5 enim Magistratus admittitur alio herede idoneo existente, §. *placebat. 7. Inst. de legit. agnat. succes.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæst. 19. num. 11.*

Ita Domini ad Consultationem Senatus Scudicensis Mens. Jan. Anno 1607. (Verba sent: Ist Martin Fuchsens Wittib bey euch gestorben/ und hat ihre Schwester Annen zu Stammeln zusammt ihrer Gerade nach sich verlassen/ &c. Da nun bißhero von Stammeln keine Gerade zu euch nach Scendiß wäre gefolget worden/ so wäret ihr auch der bey euch verstorbenen Wittiben hinterlassene Gerade ihrer Schwester zu Stammeln folgen zu lassen nicht schuldig/ sondern es würde dieselbige ihrer Tochter Kind Lorentz Bruckners Eheweibe zum Kindtheil billich gefolget/ und ihr hättet euch solcher Gerade dißfalls nicht anzumassen/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Quæstoris Delitiani, Mens. Jan. Anno 1626. (Verba sent: So seyd ihr gegen der verstorbenen Schultzin jüngsten Schwester Annen/ wegen oberwehnter Gerade das jus Retorsionis zugebrauchen wol befugt/ es wird aber selbige Gerade der verstorbenen Frauen andern Nichten/ so unter denen Gerichten/ da die Gerade gangbafftig/ gesessen/. gegen gebührlichen Revers billich ausgeantwortet/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Nullis autem Cognatis fœminis aliis existentibus, geradа jure retorsionis retenta, non ad masculos, sed ad Magistratum pertinet.

1 NOn tamen prorsus excluditur Magistratus à rebus, per retorsionem in civitate retentis, sed deficientibus aliis heredibus, vel habitantibus omnibus iis in locis, è qvibus res similes non aliò transferuntur, † Magistratui soli res hæ
2 retentæ cedunt, *h.* Constitut. *38.* §. Da aber keine Erben/ *ubi* Moller. *num. 7.* Andreas Goldb. *de gerad. cap. 9. num. 54.* Andreas Rauchbar. *part. 2. qvæst. 19. num. 8.* † At nonne gerada saltem cogna-
3 tis fœminis deficientibus, ad masculos heredes pertinebit, magistratu excluso? Opinari forsan qvis ita posset, propter verba *h.* Const. *38.* §. Dieweil sich aber nach Erbgangsrecht. qvibus accedit §. *fin. dict.* Const. 38. ubi heredum fit mentio; †
4 qvæ verba utrumqve sexum tàm masculinum qvàm fœmininum comprehendunt, *l. heredis appellatione. 170. ff. de V. S.* † qvod & sensisse videtur Rauchb.
5 *dict. qvæst. 19. in fin.* sed procul dubio *hâc* Constit. 38. appellatione heredum intelliguntur heredes idonei, † qvales in geradæ successione fœ-
6 minæ, qvemadmodum aliàs passim, præsertim

tim verò in jure tralatitium est, verba pro subjectâ materiâ interpretationem recipere *l. si uno 15.*
7 *ubi* Bartol. & Salycet. *ff. locat.* † Quamvis & verba illa (Nach Erbgangsrecht) ad hereditatem haud absurdè restringi possint, quia in hereditate non minùs, quàm in geradâ jus Retorsionis obtinet.
8 † Nec aliam Illustrissimi Constituentis mentem fuisse, luculenter patet ex verbis *dict. §. ult.* (Dergleichen Personen / welchen die verfallete Stücke ohne das gebühren) Unde manifestum, Dn. Electorem geradam vel res similes jure Retorsionis re-
9 tentas tribuere non heredibus in genere, † sed iis duntaxat, quibus debentur, iis verò deficientibus,
10 Magistratui loci. † Atqui heredibus masculis gerada non debetur, sed duntaxat fœminis, *art. 27. lib. 1. art. 15. lib. 3.* Landrecht. *art. 32.* Weichbild. Goldb. *dict. cap. 9. num. 57.*

Ita Domini ad Consultationem Schulteti Hallensis, Mens. Nov. Anno 1628. (Verba sent: So hat sich auch weder der Rath zu Merseburg / noch der verstorbenen Erben männliches Geschlechts obangeregter Gerade anzumassen / sondern es wird dieselbige den Gerichten zu Halla / als der ordentlichen Obrigkeit / auff ihr gebührendes Ansuchen billich abgefolget / V. R. W.)

Et in causa Johannis à Kroppens in Hirschbach, Mens. April. Anno 1630.

Definit. XIV.

Bona utensilia, aliæq; res Jure retorsionis in Civitate retentæ, illi cedunt Magistratui, qui altam habet jurisdictionem, sive merum Imperium, die Obergerichte.

1 AT quid, si in civitate aliquâ aut territorio divisæ reperiantur jurisdictiones, ita ut ex conventione vel concessione alius Supremam sive altam die Obergerichte / alius verò Bassam habeat jurisdictionem die Erb- und Niedergerichte /
2 ut in provinciis Saxonicis haud rarò accidit, † cuinam judici tunc res jure Retorsionis retentæ erunt attribuendæ? Superiori judici dem Oberrichter hasce res deberi vel inde patet, † quod ex earundem lucro ac commodo patibula, Numellas, Compedes & id genus alia, in judiciis ad castigandos facinorosos homines necessaria, judex extruere teneatur, *Gloss. in art. 28. sub lit. b. lib. 1.* Landr. *& in art. 59.* Weichbild *ubi dicitur:* Gerade so Erbloß stirbet / wird dem Richter darumb gefolget / daß er Richterliche Gewalt / und davon Stocke / Pranger / Galgen / Staupen und allerley Sachen / damit man Missethäter peiniget / umb ihren verdienten Lohn halten soll. Matth. Coler. *de process. execut. part 1. cap. 3. n. 275.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. sub tit. de tertio ordin. succed. num. 9.* Johann. Schneidew. *ad tit. instit. de hered. quæ ab*
4 *intest. defer. rubr. de succes. fisci. num. 17.* † Atqui erectio horum signorum Jurisdictionalium soli judici Superiori, qui merum habet imperium, in-
5 cumbere, indubitatum est. † Vid. *pract. meam criminal. part. 3. q. 109. num. 66. & seqq.* Reinh. Rosa *ad* Dan. Moll. *hic n. 9.*

Ita Domini ad Consultationem des Raths zu Zörbig / Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Ist Margaretha / Christoph Baurmeisters Wittib / todes verfahren / und hat eine Gerade nach sich verlassen; Da nun keine Nisstel / so der Gerade fähig / des Orts / oder anderswo / da die Gerade hinwiederumb abgefolget wird / verhanden / &c. So hätet ihr euch / als die Obrigkeit des Orts / wofern euch die Obergerichte zuständig / der Gerade anzumassen / und der verstorbenen Frauen Bruder / Albertus Luder / unangesehen daß er ein Clericus ist / hat daran keine Forderung / V. R. W.)

Et ad requisitionem des Raths zu Mugeln / Mens. Septemb. Anno 1632. (Verba sentent: Die Gerade und Heergeräthe auch nach Sächsischen Rechten dem Ober-Richter darumb gefolget wird / damit die Richterliche Gewalt / als Stöcke / Pranger / Galgen / Staupen und allerley Sachen / damit man Missethäter peiniget / davon erhalten werden / &c.)

Definit. XV.

Ad eum Magistratum pertinent res jure Retortionis retentæ, sub quo defunctus habuit domicilium.

PORrò nec omni indifferenter Magistratui supremam jurisdictionem habenti deferuntur 1
bona utensilia, aliæque res per exercitium juris Retortionis retentæ, sed solummodo Magistratui ejus loci, † in quo is, cujus res fuerunt, decessit, *h.* Const. 38. *§. ult. in verb.* Auff den Fall sollen dieselbige Güter der Obrigkeit des Orts / da sich der Fall begeben / bleiben. Quod absque dubio 2
accipiendum de eo casu, † ubi defunctus in loco 3
domicilii decesit. Etenim cum plerumque jus Retortionis in geradâ, rebus expeditoriis, aliisq; mobilibus exerceatur, † haud immeritò lucrum & 4
commodum harum rerum Magistratui domicilii cedit, † quia res mobiles domicilio adhærent, 5
ceu accessorium suo principali, *l. nam quæ accessionum. 2. ff. de pecul. legat.* † vel tanquam essentiale quoddam rei suæ, quam constituunt, *l. juris gen-* 6
tium. 7. §. adeo autem. 6. in pr. junct. Gloss. *ibid. in verb. Ex eodem. ff. de pact.* † Hocque est, quod 7
vulgò dicitur in successione bonorum mobilium non attendi Statuta loci illius, ubi sita sunt, vel ubi defunctus, de cujus hereditate agitur, decesserit, sed in quo domicilium habuit, Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 3. num. 245.* Hartman. Pist. *obs. 55. num. 4.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. num. 3.* Vid. *Supr.* Const. *12. Defin. 13.* † Planè, si de 8
jure detractionis de bonis immobilibus agatur, tantum abest, id genus tributi, quod vulgo den Abzug appellitant, judici domicilii, si defunctus alibi habitaverit, deberi, ut etiam bona hæc immobilia extra territorium sita, detractioni in loco domicilii usitatæ prorsus non sint obnoxia. Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. num. 10.* † quia immobilia regu- 9
lantur secundum consvetudinem ejus loci, in quo existunt, *l. 1. in fin. l. 2. & l. ult. C. ubi in rem actio. l. un. C. Ubi de hered. agit.* Hartm. Pist. *dict. obs. 55. num. 1.* Joh. Köpp. *decis. 31. num. 9.* Coler. *dict. loc. num. 244.* Moller. *lib. 1. semestr. 29.* Jac. Schuk. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 85. num. 5. Supr.* Const. *12. Defin. 12.*

Ita Domini ad consultationem Quæstoris Pirnensis, Mens. Mart. Anno 1624. (Verba sententiæ: Ob nun wohl vermöge Churfürstl. Sächß. Constitution in solchem Fall die Obrigkeit sich der Gerade anzumassen hat; Dieweil aber dennoch solches weiter nicht / als von denjenigen Personen / so unter iedes Orts Obrigkeit säßhafftig / und ihr domicilium haben / zu verstehen / &c.)

Et in causa Albrechts von Großig / Mens. Jul. Anno 1631.

De-

Definit. XVI.

Gerada ergo defunctæ mulieris, deficientibus Cognatis fœminis, cedit lucro Magistratus domicilii, licet mulier alibi decesserit.

1 FAcilè hinc judicare licet, cuinam Magistratui deferatur gerada, si mulier extra domicilii locum, non relictis Cognatis sexus fœminei decessérit, † puta: Fœmina Hallensis propter tumultus bellicos Martisburgum profecta, diem ibi suum obierat, haud relictis Cognatis mulieribus, de cujus gerada inter Senatum Hallensem & Martisburgensem controvertebatur? † Pro Senatu Hallensi respondere haud dubitaverunt Domini. Etsi enim mulier illa Martisburgi decesserat, ex quo capite Senatus illius civitatis ad successionem bonorum utensilium videbatur admittendus, † juxta verba *hujus* Const. *38. in §. ult.* (da sich der Fall begeben) attamen quia verba hæc de loco domicilii sunt exaudienda, ut dixi Defin. *præced.* † defuncta verò mulier per exilium istud temporale domicilium in civitate Hallensi neutiquam amiserat, degens Martisburgi eo animo, ut bellicis tumultibus sedatis Halam reverteretur, † quin Magistratui illius loci tanquam domicilii utensilia deberentur, haud ambigendum fuit, vel propterea † quod res utensiles ceu mobiles domicilio defuncti semper adhæreant, subque jurisdictione ejus loci esse censeantur, *l. ex facto 35. §. rerum. 3. ff. de hered. instit. l. debitor. 32. in fin. ff. de pignor. l. Cajus. 86. in pr. ff. de legat. 2.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 3. num. 245.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. num. 3.* † Ex quo fit, quod in successione mobilium non Statuta ejus loci, ubi defunctus decesserit, sed ubi domicilium habuerit, attendi debeant, Vid. *Supr.* Const. *12. Defin. 13.*

Ita Domini ad Consultationem Schulteti Hallensis, Mens. Nov. Anno 1628. (Verba sent: Ist Jungfrau Benigna von Drocksdorff zu Merseburg / allda sie sich von Halla vor drey Jahren hinbegeben / und bis dato daselbsten verharret / todes verfahren / und weil sie keine Nifftel nach sich verlassen / ist der Rath zu Merseburg ihrer verlassenen Gerade sich anzumassen gemeynet. Ob nun wol bemeldter Rath fürwendet / daß gedachte Jungfrau zu Merseburg verstorben / und dahero die Gerade vermöge Churfürstlicher Sächsischer Constitution auff sie gebracht und verfället; Dieweil aber dennoch vorbemeldte Jungfrau nur eine Zeitlang wegen der Kriegs-Gefahr sich nach Merseburg gewendet / ihre Güter aber / so sie zu Halle gehabt / nicht verenssert / noch ihr domicilium, darauff man in successione mobilium vornehmlich zu sehen / daselbst verendert / ꝛc. So hat sich auch der Rath zu Merseburg obangeregter Gerade nicht anzumassen / sondern es wird dieselbe den Gerichten zu Halla / auff ihr gebührliches Ansuchen / billich abgefolget / V. R. W.)

Definit. XVII.

Non percipit Magistratus geradam defunctæ mulieris, quæ domicilium habuit eo in loco, ubi gerada prorsus non est usitata.

1 QUid autem, si mulier in provinciis Saxonicis, ubi gerada defertur, defuncta domicilium suum in Bohemiâ aut Marchiâ, ubi nulla gerada est usitata, decesserit, an non tum saltem Magistratui Provinciæ Saxoniæ, in qua mulier obiit, gerada erit deferenda? † Minus certè 2 hoc casu ad successionem bonorum utensilium Magistratum admittendum dixerim, † nulla scilicet existente geradâ. Non enim relinquit res 3 utensiles mulier, quæ in Marchiâ vel Bohemiâ domicilium suum retinuit, licet in provinciâ aliquâ Saxonicâ decesserit, sed omnia mobilia hereditati annumerantur, † juxta Statuta Bohemica 4 vel Marchica, secundum quæ mobilia sunt regulanda, ceu obnoxia jurisdictioni ejus loci, ubi defuncta domicilium habuit, Matth. Coler. *in tract. de proceff. execut. part. 1. cap. 3. num. 230. verf. cum mobilia.* Modestin. Pistor. *vol. 1. consil. 31. quæst. 5. n. 50.* Rol. à Vall. *lib. 4. consil. 80. n. 40.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 124. num. 18. Supr.* Const. Elect. *12. Defin. 13.*

Ita Domini ad Consultationem Quæstoris Pirnensis M. Mart Anno 1634. (Verba sententiæ: Seyn im Städtlein Königstein Herrn Bernhard Wilhelms von Oppersdorff Freyherrns / und seiner Fr. Schwester der Frau Berckin drey Dienstmägde / und eine Adeliche Jungfrau todes verfahren / so etliche Gerade-Stücke nach sich verlassen. Und demnach in diesen Landen keine Nifftel oder Spielmagen / so der Gerade fähig / verhanden / stehet ihr in denen Gedancken / ob wäre solche dem Chur fürstl. Ambte anheimgefallen; Ob nun wohl / vermöge Churfürstlicher Sächsischer Constitution, in solchem Fall die Obrigkeit sich der Gerade anzumassen hat. Dieweil aber dennoch dasselbe weiter nicht als von den jenigen Personen / so unter jedes Orts Obrigkeit seßhafftig / zuverstehen / mit den abgeleibten Mägden und der Adelichen Jungfrauen aber es also beschaffen / daß solche bey ihrer Herrschafft als exulanten 2. Jahr lang sich zum Königstein auffgehalten / und ihr domicilium in Böhmen nicht fahren lassen / daselbst aber keine Gerade üblichen / sondern alles vor Erbe gehalten wird / und man sonsten so wohl in successione geradæ, als anderer mobilien nach den Statuten und Gewohnheit selbiges Orts / da die Verstorbene ihr domicilium gehabt / sich zu achten / ꝛc. So hat sich auch das Churfürstliche Ambt vorgedachter Gerade nicht anzumassen / sondern es verbleibet dieselbe als Erbe / der abgeleibten Personen nechsten Blutsfreunden billich / V. R. W.)

Definit. XIIX.

Non amittit quis domicilium ex eo, quod per tempus alibi fuerit in famulitio alicujus Domini.

1 DEfunctâ muliere sub præfecturâ Delitianâ Cognata subdita Magistratus oppidani petebat geradam, cui Præfecturæ Quæstor opponebat jus retorsionis, sibi vendicans bona utensilia, propterea quod Senatus Delitianus ea incolis Præfecturæ delata denegaret. † Excipiebat 2 Cognata, se in famulitio Nobilium à Schickens in Reinsdorff degere, ubi geradam delatam aliò transferri haud esset prohibitum, nullatenus ergo jus retorsionis sibi nocere putabat. † Quâ 3 exceptione non obstante, Quæstor bonitate causæ confisus in exercitio juris retorsionis perseverabat; Pro quo respondere haud dubitavêre Domini: † Videbatur nempe hoc con- 4 troverti, an Cognata domicilium suum per famulitium in pago Reinsdorff immutasset.

Quod

Quod si factum fuisset, jure eam geradam petere quivis concesserit, cum præfecturæ Quæstor non nisi adversus Cives Delitianos jus talionis exercere possit. † Sed quo minus id diceremus, movebat nos, quod prædicta Cognata majorem partem bonorum ac facultatum suarum Delitii haberet, ex quo maximè de domicilio judicandum est. † Non solùm enim, ubi quis fovet larem, sed etiam ubi bonorum suorum majorem partem habet, vel assiduè conversatur, domicilium sortitur, *l. assumtio 6. §. filius. 1. vers. viris autem prudentibus ff. ad municipal. l. Labeo 5. ff. eod. tit.* Bartol. *in l. Senatores 2. & ibi* Bald. *num. 1. C. ubi Senatores vel clarissim.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 1. num. 37.* † Non magis enim famulus in loco famulitii, quàm Studiosus in Academiâ domicilium sortitur, etiamsi per decennium pro studio complendo ibi sletisset, † quia ex animo & intentione de hoc judicandum, ut multis probat Coler. *dict. cap. 1. n. 38. & seqq.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cap. 86. num. 17.* † Quò & facit, quod dicitur, eum esse incolam, qui in aliquam regionem domicilium suum ita contulit, ut perpetuò manere velit, *l. pupillus 239. l. incola ff. de V. S. l. domicilium 20. ff. ad municipal. junct. gloss. in l. ult. verb. inter absentes. C. de præscript. long. temp. l. cives 7. de incolis lib. 10.* vide hâc de re pleniss imè Coler. *dict. loc.* ubi alios allegat.

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris Delitiani, Mens. Jan. Anno 1616. (Verba sentent: Ob nun wol die andere Schwester Anna des unter eurem Ampts-Gerichten verstorbenen Weibes verlassenen Gerade sich anzumassen gemeynet / in Erwegung / daß sie sich nicht in des Raths Gerichten zu Dölitzsch / (daraus die Gerade in die Ampts-Gerichte nicht abgefolget wird /) sondern bey der Schicken zu Reinsdorff / allda die Gerade ganghafftig / aufhalten thue. Dieweil sie aber dennoch ihre väterliche Erbschafft und mütterliche Gerade bey ihrer Schwester unter des Raths Gerichten zu Dölitzsch noch zur Zeit zu fodern / und sie sich anietzo einig und allein in Diensten zu Reinsdorff aufhält / dadurch sie dann in selbigen Gerichten kein domicilium erlanget / sondern dasselbe nochmahls unter des Raths zu Dölitzsch Gerichten erhalten / nach dessen Statuten und Gewohnheit / auch auff begebenden ihren Todesfall / es mit dero Erbschafft und Gerade gehalten wird / ꝛc. So seyd ihr auch gegen der verstorbenen Schultzin jüngsten Schwester Annen wegen oberwehnter Gerade das Jus Retorsionis, gestalten Sachen nach / gleichesfalls zu gebrauchen wohl befugt / V. R. W.)

Definit. XIX.

Non potest Magistratus exercere jus detractionis vel gabellarum, antequam id statuto vel consuetudine introductum probaverit.

1 Solent quandoque Magistratus de hæreditatibus, legatis, fidei commissis, rebus utensilibus vel expeditoriis delatis aut etiam bonis alio transferendis, certam portionem, veluti decimam, quartam vel tertiam partem, aut plus minusvè detrahere ac decerpere, vulgo den Abzug oder Nachsteuer /
2 † Quod jus deductionis sive gabellarum licet ab Imperatore Justiniano abrogatum fuerit, *in l. ult. ubi* Bald. *num. 13. C. de edict. div. Hadr. tollend.* multis tamen in locis ex Statuto vel consuetudine speciali illud etiamnum à Magistratibus exerceri videmus: † Sive enim successionem juris civilis vel 3
positivi, sive juris gentium aut naturalis esse dixeris, † de quâ re valdè inter se rixantur Interpp. ut videre 4
est apud Valent. Forster. *in tract. de succes. in princ. cap. jurenè civili, &c.* Fernand. Vasqu. *de succes. & ultim. volunt. lib. 1. §. 1. num. 1. & seqq.* † Sta- 5
tutum tamen vel consuetudinem ejusmodi sustineri, vel inde manifestum est, quod Leges municipales & consuetudines contra jus positivum induci & juri gentium ac naturali detrahere & addere, non illud penitus abrogare & tollere queant, *argum. l. jus civile 6. ff. de just. & jur.* Bartol. *in l. omnes populi 9. num. 21. ff. eod.* Dd. *in §. jus autem civile instit. de jur. nat. gent. & Civil.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 15. num. 8.* † Quare etiam statuta & con- 6
suetudines ejusmodi haud obscurè probantur *hâc* Constitut. *38. in Rubr. junct. §.* Wann aber eine Stadt / ꝛc. *& in* Recessu Comit. Imper. Ratisbon. *de Anno 1594. §.* Und so viel. † ubi arresta pro 7
justis & minimè illicitis habentur, quibus Magistratus res vel hereditates huic oneri obnoxias detinere solent. † Quidni ergo exercitium hujus juris 8
Magistratui concederemus, si statuto vel consuetudine introductum probetur. † Quod antequam 9
fiat, jure communi standum, nec jus hoc gabellarum admittendum erit, *dict. l. ult. C. de edict. div. Hadr. toll.* Probatâ verò consuetudine, † Ma- 10
gistratus domicilii jus detractionis potest exercere in mobilibus vel nominibus etiam alibi extra territorium existentibus, quia hæc personam sequuntur, ut multis tuetur Andreas Rauchbar. *part. 1. quæst. 17.* † At non contra defuncti parentes vel liberos, 11
nisi statuto expressè aliud de liberis & parentibus sit sancitum, Andreas Rauchbar. *part. 1. quæst. 15.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 52. num. 24. & 25.* † Quod de jure detractionis in hæreditate compe- 12
tenti intellectum velim, quia ab onere deductionis de bonis aliunde transferendis, († qualis deductio 13
Augustæ, Noribergæ, Spiræ & multis in civitatibus laudabiliter constituta, asserit Johan. Dauth. *de testam. tit. de mat. testam. lim. 24. num. 69. fol. 97.*) † nec liberos immunes existimaverim. † Videan- 14
tur ea, quæ de jure detractionis pleniss imè scripse- 15
runt Andr. Rauchbar. *dict. quæst. 15. & 17.* Matth. Berlich. *dict. conclus. 52.* Johan. Koppen. *decis. 6.* Johan. Scheplitz. *in consuet. March. part. 3. tit. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 124. n. 122.* & alii ab ipsis allegati.

Ita Domini in causa Johannis Schmieds zu Leipzig / Mense Jun. Anno 1585. (Verba sentent: Daß euch der Rath zu Aschersleben eures Weibes väterliches Erbtheil vollkömlichen ohne Abbruch folgen zu lassen schuldig / sie möchten dann die angegebene Gewohnheit des geforderten zehenden Theils zum Abzug / wie recht / beweisen / inmassen sie auff eure Verneinung zu thun pflichtig / auff den Fall genössen sie desselben billich / und wären nichts desto weniger euch die Hauptverschreibung auff gnugsame Caution folgen zu lassen schuldig / V. R. W.)

Definit. XX.

Non heres, sed legatarius detractionem sive gabellam de re legatâ exsolvere tenetur.

1 QUotiescunque à Statuto Contractibus Gabel-
.a, quam vocant, imposita est, regulariter eam
præstare tenetur is, cui ex contractu aliquid acqui-
2 ritur, † veluti si emptio sit contracta, gabellam sol-
3 vit emptor, † si mutuum debitor, nisi sub usuris vel
fœnore pecunia credita fuerit, Salycet. *in Rubr. n. 2. C. de reb. credit.* Bertach. *in tract. de gabell. in 7.*
4 *part. pr. num. 1. & 2.* † Ex quo non malè infertur
ad legatarium, quem propterea ad præstationem
detractionis sive gabellæ obstrictum dixeris rectissi-
mè, quia solus de re legatâ emolumentum capit, ut
non immeritò quoque sit onere gravandus, *arg. l. secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur. l. is qui in po-*
testate 15. in fin. ff. de legat. præst. c. qui sentit. 55. de
5 *Reg. Jur. in 6to.* † quod tanto magis obtinet, si lega-
tarius est alienigena vel peregrinus, quia statuta de
exsolvendis gabellis in odium peregrinorum viden-
tur inducta, Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 16. num. 11.*
6 † Etsi legatarius tenetur onus agnoscere, quod à te-
statore legato annexum est, *l. 1. §. pro secundo 4. &*
7 *§. 11. C. de caduc. tollend. l. 114. ff. de legat. 1.* † certè
nec onus, quod à statuto legato adjicitur, jure pote-
rit detractare, juxta tradita Everh. *in topic. loc. ab*
8 *ult. volunt. ad leg. statut.* † quia res quælibet cum suo
onere transit, *l. 3. C. de servit. & aqua l. 5. C. de bon.*
9 *proscript.* † Quin & tributa ac vectigalia, quæ pro
rebus exiguntur, regulariter præstanda veniunt à re-
rum Dominis *l. cum in plures 60. §. vehiculum 8. ubi*
10 Bart. *ff. locati.* Bertachin. *dict. loc. n. 3. 10. & 25.* † Quid-
ni ergò etiam Gabella à Legatario, qui rei legatæ
Dominus fit, statim à morte testatoris, *l. à Titio 64. in fin. ff. de fur. l. sed etsi damnum 9. §. sed & creditor*
11 *5. ff. de peculio.* † fructusque ab aditæ hæreditatis
tempore consequitur, *l. 1. & tot. tit. C. de usur. & fruct. legat. l. fructus 13. C. de act. empt.* Andr. Rauchb. *dict.*
12 *quæst. 16.* ubi ad contraria respondet. † Planè, si te-
stator aliud expresse disposuerit, heredem hoc onere
gravando, quin tùm legatarius à præstatione gabellæ
sit immunis, eaque ab hærede exigi debeat, ambi-
gendum non est, Andr. Rauchb. *dict. quæst. 17. num. 7.*
13 Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 52. num. 53.* † Vi-
detur autem testator gravare hæredem, quando li-
berum & absque onere assignat legatum legatario,
14 frey und unbeschwert/ † nisi quis forsitan hæc verba
non de gabellâ vom Abzug/ sed de ære alieno accipi-
15 enda putavit, † quæ tamen explicatio menti testato-
ris in dubio vix convenire videtur, Andr. Rauchb. *dict. loc. num. 7.*

Ita Domini in causa Melchior Gebhards zu Dommitzsch/ Mens. April. Anno 1624. (Verba sententiæ: Daß Beklagter als Legatarius von deme ihme beschiedenen Legato den gefoderten Abzug oder Nachsteuer zu erlegen pflichtig/ und verbleibet der Erbe/ wofern der Testator ein anders ausdrücklichen nicht verordnet/ damit billich verschonet/ V.R.W.)

Definit. XXI.

Res expeditoriæ deficientibus hæredibus masculis Magistratui cedunt.

1 NOn minus in rebus expeditoriis, quàm in ge-
radâ jus Retorsionis à Magistratu exerceri po-
test *hâc* Constitut. *38.* §. Und ist demnach nicht unbillich. *artic. 19. vers.* oder als ferne. *lib. 1.* Landrecht. Moller. *hic. num. 5.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *de dotal. artic. 23. num. 16.* † Unde 2
Agnatus extraneus degens in loco, ubi res expedi-
toriæ non dantur, ad successionem rerum expedi-
toriarum alibi non admittitur, † sed hæ jure Retor- 3
sionis retentæ Magistratui cedunt. † Quod & ve- 4
rum, si defunctus nullos reliquerit hæredes masculos. Non minus enim tunc res expeditoriæ ac uten-
siles Magistratui loci, † qui merum habet Imperi- 5
um, deferuntur, *h.* Constit. *38.* §. Da aber keine Erben. *vers.* Auff den Fall sollen/ &c. *supr.* Definit. *13. &*
14. Sed hoc ita in rebus expeditoriis plebejorum,
† secus si miles moriatur absque Agnatis; tum enim 6
eas accipit Dominus feudi, non autem Magistratus
loci, † si modo feudum ipsum ad Dominum feudi 7
reversum fuerit, Matth. Coler. *part. 1. decis. 72. n. 11.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rothsch. *de dotal. art. 23. num. 13.*

Ita Domini in causa Senatus Misnensis, Mens. Januar. Anno 1611. (Verba sentent: Dieweil der verstorbene Apothecker-Geselle / so bey euch in der Apothecken eine Zeitlang Provisor gewesen / keinen Schwerdtmagen / so des Heer-Geräths fähig gewesen / nach sich verlassen / So seyd ihr euch bemeldtes verstorbenen Apothecker-Gesellens Heergeräths / als die Obrigkeit des Orts / ungeachtet derselbe bey euch kein Bürger gewesen / anzumassen wohl befugt / V.R.W.)

Et ad requisitionem Hansen von Kroppens zu Hirschbach/ Mens. April. Anno 1630. (Verba sent: Ist euer Verwalter Hans Schmidt auff eurem Gute Hirschbach vor etlichen Wochen Todes verfahren / und hat ein Heergeräthe / keinen Erben aber / der solches fähig / nach sich verlassen / &c. So hat er solches Heergeräthe auff euch / als den Gerichts-Herrn / gebracht und verfället / &c.)

Definit. XXII.

Præfertur tamen Magistratui in rebus expeditoriis Agnatus defuncti, etiamsi alibi commoretur, modo in loco, contra quem jus Retorsionis nequeat exerceri.

QUod ergo de jure Retorsionis dictum circa 1
successionem geradæ, id quoque ad res expe-
ditorias extendi velim, † non solùm quia bona 2
utensilia & res expeditoriæ, *h.* Constit. *38.* conjun-
guntur, sed etiam † quod à geradâ ad res expedito- 3
rias & econtra firmiter liceat argumentari *art. 15. l.*
3. Landr. *Gloss. german. in art. 24. in verbo:* Nach dem Heergeräthe. *lib. 1.* Landr. Matth. Col. *de proc.*
execut. part. 1. cap. 3. n. 257. Andr. Goldb. *de gerada.*
cap. 5. tit. de succes. cognat. transverf. num. 2. & 49.
† Ex quo sequitur, Magistratum domicilii ad succes- 4
sionem rerum expeditoriarum admitti deficienti-
bus masculis, licet defunctus alibi decesserit, juxta
tradita *supr.* Defin. *16.* † Excludi verò Magistra- 5
tum à rebus expeditoriis ejus, qui domicilium ha-
buit eo in loco, ubi res expeditoriæ non frequen-
tantur, *supr.* Defin. *17.* † Planè, nec res expeditorias 6
jure Retorsionis retentas Magistratus capit, si alibi
commoretur Agnatus quispiam licet remotior,
adversus quem exerceri nequeat jus Retorsionis
hâc Constit. *38.* §. Dieweil sich aber. *vers.* Es
seyn gleich dieselbigen des Orts / &c. † Quia 7
nec ad geradam admittitur Magistratus,
si ali-

si alibi Cognata quædam commoretur, cui jus Retorsionis opponi haud potest, *supr.* Defin. *12.*

Ita Domini ad requisitionem Senatus Thebani, Mens. Decembr. Anno 1629. (Verba sentent: Ist abgewichener Zeit euer gewesener Stadt-Richter Johann Rudel Todes verfahren/und hat unter andern auch ein Heer-Geräthe hinter sich verlassen; Ob nun wohl des Verstorbenen Bruder aus denen von euch angeführten Ursachen desselbigen nicht fähig werden kan: Dieweil aber dennoch ein ander Freund mit Nahmen Claus Rudel/Raths-Cämmerer zu Eulenburg/so des verstorbenen Stadt-Richters Vatern Brudern Sohn/verhanden/so berührte Heergeräthe fordert/ꝛc. So wird ihme solches billich abgefolget/und ihr habt euch desselbigen nicht anzumassen/ V.R.W.)

Item in causa Henrici à Miltitzens/Mens. Decembr. Anno 1613.

Et ad consultationem Quæstoris zu Dornburg/Mens. Jan. Anno 1612.

Definit. XXIII.

Ad successionem rerum expeditoriarum admittuntur Agnati exclusis feudi successoribus, qui jure agnationis defuncto haud fuêre conjuncti.

1 Res expeditoriæ sive Heergewetta das Heergeräthe sunt eæ, quæ ad armandum militem, & ad expeditionem militarem unius hominis requiruntur & quidem solius Vasalli, *Gloss.* Weichbild/ *artic. 25. num. 1. ibi:* und Heergewette ist/ ꝛc. Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 2. quæst.*
2 *54. num. 5.* † Occasione itaque feudi & servitiorum militarium causa, ab Henrico Aucupe Heergewetta in foro Saxonico videtur introducta, teste Petr.
3 Heig. *part. 1. quæst. 8. n. 28.* † Nihilominus agnatio in successione rerum expeditoriarum attendi debet,
4 † solisq; agnatis quos & onus tutelæ subire oportet, hæ deferuntur, *Gloss. in* Landr. *lib. 1. artic. 23. verb.* Nimmt das Heergewette. Georg. Rotschitz. *de*
5 *dotal. art. 23. num. 4.* † Ex quo recte infertur, præferri Agnatum in petitione rerum expeditoria-
6 rum successori feudi, † si forsitan; excluso Agnato, extraneus simultaneam investituram impetrasse
7 doceatur. † Nec enim hic agnationem, nec jus tutelæ prætendere valet, Jacob. Schult. *in addit. ad* Georg. Rotschitz. *dict. art. 23. n. 6.*

Ita Domini in causa Alexandri à Zwemen/Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sentent: Wann gleich dem Abgeleibten von Adel N. N. vermöge der erlaugten gesammten Hand in dem hinterlassenen Lehngute succediren möchte/ꝛc. So hätte sich doch derselbe des Heergeräths nicht anzumassen/ sondern es verbliebe solches dem nehesten Agnato oder Schwerdtmagen/ unangesehen er zum Lehngute nicht zugelassen würde/billich/ V.R.W.)

Definit. XXIV.

Civibus ac Rusticis non nisi ex speciali alicujus loci consuetudine Res expeditoriæ debentur.

1 De jure Saxonico inter solos Nobiles, patre avoque milite genitos Res expeditoriæ frequentantur: Denn welcher Mann von Ritters-Art nicht ist/ und deme der Heerschild nicht zustehet/ der lässt hinter ihm Erbe zu nehmen/ wenn er gestirbet/und kein Heergewette/ *artic. 27. ff.* Ein ieglich Mann/ *lib. 1.* Landr. Georgius Rotschitz. *in tract. de dotal. art. 22. num. 14.* † Efficitur hinc, Rusticos vel cives non relinquere res expeditorias, *dict. artic. 27.* 2
ubi addit. Gloss. lit. g. Andreas Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de speciebus, quas uxor geradam capiens, &c. num. 9.* † Sunt enim res expeditoriæ præpa- 3
ramenta ad expeditionem militarem, Rotschitz. *dict. artic. 22. num. 1.* † At non suscipiuntur Rusti- 4
ci in militiam, *l. 3. C. qui milit. poss. l. 19. C. de agric. & censit.* quippe quibus studium agriculturæ incumbit *l. 1. C. de agricol.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 42. num. 3. & decis. 203. num. 21.* † Verumta- 5
men, alicubi etiam inter Cives & Rusticos de jure provinciali res expeditoriæ licitè petuntur, † ubi sci- 6
licet longo usu confirmata consuetudo hoc introduxit, Zobel. *in dict. addit. Gloss. sub lit. G.* Reinhard. *part. 3. differ. 5.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Rotschitz. *dict. artic. 22. num. 16.* Coler. *dict. decis. 42. & 203.* Goldb. *dict. loc.* siquidem jus locale derogat juri communi, *l. omnes populi 9. ff. de just. & jur. l. semper 34. de Reg. Jur.* † Quam consuetudi- 7
nem hodiè in Saxoniâ ubique ferè locorum vigere, testatur experientia.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Da aber dennoch das Heergeräthe bey euch unter den Bauersleuten bräuchlichen wäre/ꝛc. So würde bemeldter Großvater zu solchem Heergeräthe billich zugelassen/ V.R.W.)

Item in causa Petri Oehmens zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1612. (Verba sent: Es wird euch aber davon das Heergeräthe/ weil solches bey dieser Stadt Leipzig gebräuchlich/ billich davon gefolget/ꝛc.)

Item in causa Hansen Scheinfuß zu Reichenbach/ Mense Jun. Anno 1617.

Et in causa Hansen Voigts zu Oschatz/ Mens. Febr. Anno 1628.

Definit. XXV.

Quænam species computentur inter res expeditorias.

1 In genere quidem dicuntur Res expeditoriæ, quibus opus habet miles ad expeditionem militarem proficiscens, Heergewette heist das Geräthe/das zu eines Mannes Leibe gehöret in seiner Heerfahrt/ *Gloss. in* Lehnrecht/*cap. 56. n. 8. in art. 22. verb.* Es soll die Frau/ *& in artic. 27. verb.* Welch Mann. *vers.* Heergewette aber. *lib. 1.* Landr. † Quo & facit 2
l. armorum. 41. ff. de V. S. l. nemo 2. C. quæ res export. non deb. Georgius Rotschiz. *de dotal. artic. 22. n. 1.* † Sed variat diversimodè, nec ab omnibus species 3
eædem ad Heergewettam referuntur, ut videre est in *artic. 22. lib. 1.* Landrecht. *& Gloss.* Lehnrecht. *cap. 56. num. 8.* Georg. Rotschitz. *dict. loc. num. 2. 3. & 6.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 203. num. 8.* † In 4
Scabinatu Electorali Saxon. computantur inter res expeditorias sequentes species: Viri defuncti gladius; Equus instructus ephippio & fræno; Optima ejus armatura; Vestimenta quotidiana; Culcitra militaris (h. e. lectus ab optimo secundus, cum pulvinari & duobus linteaminibus;) Mappa una, & unum Mantile, duæ Patinæ, Ahenum unum pro coquendis piscibus, & Climacter: † Ein Pferd ge- 5
sattelt und gezäumet/ der beste Harnisch zu eines Mannes Leibe: ein Schwerdt: des Mannes tägliche Kleider: ein Heerpfuhl: (das ist/ ein Bette/ nechst dem besten: ein Küssen/zwey Leylachen: ein Tischtuch: zwo zinnerne Schüsseln: ein Fischtiegel: eine Hand-Quele/ und ein Holring. † Hæ species 6
solent in Scabinatu Agnato proximo, nomine re-

7 rum expeditoriarum, adjudicari; † Eaque pronunciandi consuetudo à multis jam annis est recepta, ita ut qui eam labefactare præsumat, oleum & operam perdat, teste Andrea Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de speciebus, quas uxor geradam capiens. num. 4. in fin.*

Ita Domini in causa Hansen Christophori von Polentz zum Lintz/ Mens. Mart. Anno 1609. (Verba sentent: Habt ihr nach euers verstorbenen Vetters tödtlichem Abgange das Heergeräthe/ als der nechste Agnat und Schwerdtmagen gefodert: So werden euch nachfolgende Stücke zum Heergeräthe gehörig/als nemlich ein gesattelt Pferd/ ein Schwerdt/der beste Harnisch zu eines Mannes Leibe/ ein Bette nechst dem besten/zwey Leylachen/ein Küssen/ein Tischtuch / eine Quele/ des Mannes tägliche Kleider/ zwo Schüsseln/ ein Fisch-Tiegel/ und ein Hol-Ring oder Schüssel-Ring/ billich ausgeantwortet/ V.R.W.)

Et in causa Hansen von Kroppens zu Hirschbach / Mens. April. Anno 1630. (Verba sent: So hat der Verstorbene/weil kein Vetter verhanden/ solch Heergeräthe auff euch als den Gerichts-Herrn gebracht und verfället / und die hinterlassene Wittibe ist euch / wofern es verhanden/ ein gesatteit Pferd/ ein Schwerdt/ den besten Harnisch zu eines Mannes Leibe gehörig/ein Bette nechst dem besten/ zwey Leylachen/ ein Küssen/ ein Tisch-Tuch/ eine Quele/ des Mannes tägliche Kleider/ zwo zinnerne Schüsseln/einen Fisch-Tiegel und einen Hol-Ring abfolgen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXVI.

Equæ (Mutter-Pferde) *non referuntur inter res expeditorias.*

1 SEmper ferè equus prævalet cæteris rebus ex-
2 peditoriis, cujus adipiscendi causa sæpissimè petitur Heergewetta, † quæ forsitan aliàs non tàm
3 grata foret Agnato, † Nec tamen omnes indifferenter equi moribus Saxonicis rebus expeditoriis accensentur, sed solummodò equi generis masculini, non etiam equæ, die Mutter-Pferde/ † quæ inter res hæreditarias computari solent, quippe quæ
4 minus aptæ & idoneæ videntur ad expeditionem
5 militarem. † Fieri enim posset facillimè, ut ex harum accessu equi ob nimiam coëundi libidinem turmas equitum turbarent, & confusionem aciei
6 parerent. † Ac certè, si aliter diceretur, metuendum esset; ne viduæ Morgengaba diminueretur;
7 † Equas enim hujus nomine viduæ superstiti deberi, manifestum est *ex artic. 24. ubi Gloss. verb.* Feld-Pferde. *lib. 1.* Landr. Georg. Rotschitz. *de dotal. art. 17. num. 1.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 60.*
8 *num. 58. supr.* Constitut. *23. Defin. 20.* † Quod si tamen Equæ ad usum equestrem & equitationem assuefactæ essent, vel ad militaria vehicula adhiberentur; zu den Heerfahrts-Wägen / quin tùm Equæ pariter ad res expeditorias pertinerent, non multùm certè dubitaverim.

Ita Domini in causa Simonis Brandts zu Tammendorff/ Mens. Decembr. Anno 1612. (Verba sent: Obwol euer Bruder Valtin Brandt nach seinem tödtlichen Abgange/ unter seiner Erbschafft / auch etliche Mutter-Pferde verlassen. Dieweil aber dennoch die Mutter-Pferde nicht zum Heergeräthe/ sondern zum Erbe gehörig/ so habt ihr euch auch eines Mutter-Pferds / als eines Stücks zum Heergeräthe, nicht anzumassen/ V.R.W.)

Ita Domini in causa Hansen und Martin Eberhards zu Reitzendorff/ Mens. Mart. Anno 1601. (Verba sentent: Ob wohl euer verstorbener Bruder unter anderer seiner Verlassenschafft auch zwey Pferde nach sich verlassen. Dieweil ihr aber dennoch selber berichtet/ daß solche nicht Hengste/ sondern Mutter-Pferde seyn; So seyn auch gedachtes euers Bruders nachgelassener Töchter verordnete Vormunden euch von denselben das beste zum Heergeräthe folgen zu lassen nicht schuldig/V.R.W.)

Item in causa hæredum Blasii Kinders zu Kleinwischstauden/Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Das verhandene Mutter-Pferd aber/ weil es zum Heergeräthe nicht gehörig / möget ihr ihnen zu geben beständiger Weise nicht gedrungen werden/ &c.)

Et in causa Augusti à Schönberg / Mense Aprili, Anno 1634.

Definit. XXVII.

Nec Equus, quem defunctus certâ mercede aliis locare solitus fuit, rebus expeditoriis accensetur.

ETsi regulariter Equus optimus ad res expedito- 1
rias pertineat, ut est textus Landr. *lib. 1. artic. 22.*
etiam inter Rusticos, † quibus ex consuetudine Heer- 2
gewetta solet deferri, *supr.* Definit. *24.* Id tamen
de iis tantum equis accipi debet, † quibus quis ad ex- 3.
peditionem militarem, vel propria negotia expedienda utitur; † Secus si equum certâ mercede aliis 4
locare solitus fuerit, juxta *Gloss. germ. in artic. 27. num. 3. lib. 1.* Landr. Die sich mit ihren Pferden täglich nehren/ und allein umb ihres Leibes Nahrung willen Pferde halten/ als damit sie täglich ums Lohn fahren/ die geben noch vererben kein Heergewette/ Hartm. Pistor. *observ. 146.*

Ita Domini in causa Caspari & Danielis Fratrum, der Kumpes zu Freyburg / Mense Jan. Anno 1613. (Verba sentent: Wann nun gleich des Orts gebräuchlichen/ daß ein Pferd mit zum Heergeräthe gegeben wird, Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet / daß euer Bruder sich des Fuhrwercks gebrauchet/ün davon genehret/so habt ihr euch auch solches Pferdes als Heergeräthe nicht anzumassen/ sondern es wird dasselbe seiner Tochter als Erbe billich gelassen/ V.R.W.)

Item in causa Georgii Schmieds zu Mücheln/Mens. Junio, Anno 1612. (Verba sentent: Hat euer Vater/so ein Kärner gewesen/ unter anderer Erbschafft auch 2. Pferde verlassen / &c. So hat er solche Pferde auff euch und eure Schwestern gebracht und verfället/und ihr habet euch des einen/weil euer Vater mit den Pferden sich genehret/ und dieselbe umb seines Leibes Nahrung willen gehalten/ und umbs Lohn gefahren/ als Heergeräthe nicht anzumassen/ V.R.W.)

Ad requisitionem Schulteti & Scabinorum zu Roitzsch/ Mens. Febr. Anno 1616. (Verba sentent: Ist Hans Fehrer ein Saltzführer bey euch verstorben / und hat ein Pferd / damit er seine Nahrung mit Saltzfahren getrieben/ nach sich verlassen; So hat er solches Pferd/ weil er damit täglichen umbs Lohn gefahren/ und seine Nahrung gesuchet/ auff seine hinterlassene Wittibe und Töchter gebracht/ und sein Vetter hat sich desselben/ als ob es zum Heergeräthe gehörig / beständiger Weise nicht anzumassen/ V.R.W.)

Item in causa Hansen Richters zu Paußnitz / Mense Julio, Anno 1609.

In causa Hansen Voigts zu Oschatz / Mens. Febr Anno 1628.

Et in causa Augusti à Schönberg / Mense April. Anno 1634.

Defi-

Definit. XXVIII.

Pertinet tamen Equus ad res expeditorias, licet eo defunctus ad proprium agrum colendum, suaq; negotia expedienda usus fuerit.

QUò minus tamen equus rebus expeditoriis annumeretur, neutiquam efficit, si defunctus eo ad proprium saltem agrum colendum usus fuerit, 2 † modo non aliis quoque illum certâ mercede locare solitus sit, *Gloss. German. in artic. 27. lib. 1.* Landr. 3 *num. 3.* † Nec refert, utrum quis ad agriculturam, an verò ad alia negotia equo fuerit usus, modo ne- 4 gotia illa ad ipsum pertinuerint. † Unde cum Mercator quidam defunctus equis ad merces vehendas fuisset usus, optimum ex eis ad res expeditorias pertinere Scabini responderunt referente Hartm. Pistor. *observ. 146. n. 6.*

Ita Domini in causa Samuelis Burckards zu Annaberg/ Mens. Mart. Anno 1602. (Verba sent: Ist euer Bruder gestorben / und hat das Heergeräthe auff euch als seinen nähesten Agnaten gebracht und verfället / so wird euch / neben andern dazugehörenden Stücken/ auch das Pferd/ so er zu seinem Ackerbau gebraucht / und nach sich verlassen/billich gefolget/ V.R.W.)

In causa Alexandri von Zwemen / Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent: Hat vorgedachter N.N. auch ein Pferd nach sich verlassen; Da er nun mit demselben seine Nahrung getrieben / und umbs Lohn gefahren/ auch anderer Leute Aecker damit bestellet hätte/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet: So wäre solches Pferd zum Heergeräthe nicht gehörig / sondern es würde für Erbe billich gehalten/ in widrigen Fall aber / und da der Verstorbene allein seine eigene Aecker bestellet/ und seine nothwendige Fuhren damit verrichtet hätte/ würde bemeldtes Pferd/ als ein Stücke des Heergeräths/ dem Großvater zugleich mit billich ausgeantwortet/V.R.W.)

Et in causa Hansen Scheinfuß zu Reichenbach / Mens. Jun. Anno 1617.

Definit. XXIX.

Referentur Equæ (die Mutter-Pferde) *ad res expeditorias, si id consuetudine introductum probetur.*

1 ETsi regulariter Equæ, quæ minus aptæ sunt ad expeditionem militarem, rebus expeditoriis non annumerentur, *supr.* Defin. *26.* quin tamen 2 † aliud consuetudine introduci possit, ambigendum non est. Habet namque consuetudo cujus- 3 que loci vim legis, *l. de quibus 32. ff. de legib.* † Et servanda ac toleranda sunt, quæ vetus comprobat consuetudo, *l. Imperatores 13 in fin. ff. de pollicit. l. venditor 13. §. si constat. 1. ff. comm. prædior.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 42. definit. 29. num. 3.* 4 † Quod nec mirum alicui videbitur perpendenti, res expeditorias magnâ ex parte consuetudine introductas fuisse, 5 † ac sæpius pro locorum diversitate & hominum opinione variasse. Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de specieb. quas uxor gerad. cap. num. 4.*

Ità Domini in causa heredum Blasii Kindens zu Kleinwirschstauden/Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Das verhandene Mutter-Pferd aber / weil es zum Heergeräthe nicht gehöret / mögt ihr ihnen mit zu geben beständiger Weise nicht gedrungen werden. Es könte dann von Gerichtheil/ wie recht/ erwiesen und beybracht werden/ daß im Ampte Pegau durch eine beständige Gewohnheit eingeführet / und über rechtsverwährte Zeit auff begebende Fälle iedesmahl unverbrüchlichen gehalten worden/ daß/ wann kein Hengst-Pferd verhanden / auch Mutter-Pferde/ so noch nicht eingespannet worden/ zum Heergeräthe gegeben worden/dessen genösse Gegentheil auf solchem Fall billich/ V.R.W.)

Definit. XXX.

Consuetudine introduci potest, ut instrumenta Opificis mechanica, ut & omnia viri vestimenta Rebus expeditoriis accensentur.

PAri ratione, quibusdam etiam in locis instru- 1 menta mechanica, quibus Opifices ad perficienda artificia manuaria uti solent, quandoque etiam † omnia indifferenter viri defuncti vestimenta 2 Heergewettæ accenseri videmus, ex statuto scilicet ac consuetudine speciali, † quæ in materiâ rerum 3 expeditoriarum potissimum attendi debet, perinde ac plerisque in locis † bona utensilia defunctæ mu- 4 lieris diversimodè ex statuto & consuetudine Cognatæ proximæ deferuntur, *Gloss latin. in artic. 24. lit. d. lib. 1.* Landr. Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 32. num. 6.* Moller. *hic num. 10.* † Quod & probè mo- 5 net Georg. Rotsch. *in tract. de dotal. artic. 23. n. 16.* inquiens: Dieses alles von Heergeräthe hie oben geschrieben/ ist zu verstehen nach gemeinen Sachsen-Land-Rechten / denn nach der sonderlichen Städte Gewohnheiten und Weichbilden / wird offtmahls Enderung hierinne gebraucht/ und dermassen/wie es bey ihnen herbracht/gehalten/ davon ferner Bericht Landrecht *lib. 1. art. 19. 22. & 27. & lib. 3. artic. 15.* zur Nothdurfft und genugsam zu befinden ist/ &c.

Ita Domini in causa Thomæ Scheiblichts zu Gasern/Mens. Junio, Anno 1612. (Verba sentent: Ist euer Sohn ein Böttcher zu Meissen gestorben / und hat ein Töchterlein nebens seinem Handwercks-Zeug nach sich verlassen. So hat er berührten Handwercks-Zeug auff bemeldtes Töchterlein gebracht und verfället / und ihr habt euch desselben als Heer-Geräthe nicht anzumassen; Ihr köntet dann wie recht erweisen und darthun / daß es des Orts durch eine beständige Gewohnheit eingeführet/ und über rechtsverwährte Zeit also unverbrüchlich gehalten worden/ daß der Handwercks Zeug der Böttcher zum Heergeräthe gegeben worden/ dessen genösset ihr billich / V.R.W.)

Item in causa Christiani Krahmers zum Hayn/ Mense August. Anno 1598. (Verba sentent: Dieweil aber dennoch in der Stadt Hayn Willkühr ausdrücklich verordnet/ daß die Söhne ihres Vatern Kleider zum Voraus nehmen sollen/ &c. So werden euch auch euers Vaters Kleider/ so über das gemeine Heer-Geräthe verhanden/ zum Voraus billich gefolget/ und eure Schwestern haben daran keine Forderung/ &c.)

Et in causa Joachimi Birckens zum Hayn / Mens. Octobr. Anno 1598.

Definit. XXXI.

Inter plures Agnatos pari in gradu existentes, Res expeditoriæ æqualiter dividuntur, excepto gladio, quem natu major præcipuum habet.

PLuribus agnatis in pari gradu existentibus, res 1 expeditoriæ inter omnes æqualiter dividun-

2 tur, excepto gladio, † quem natu major præcipuum habet, per *text. in artic. 22. in fin. lib. 1.* Landrecht. *ibi*: Wo ihr zween oder drey zu einem Heergewette gebohren seyn/der älteste nimmt das Schwerdt zuvor/das andere theilen sie alle zugleich/Georg.Rothsch.*de dotal. art. 22. n. 8.* Matth.
3 Coler. *part. 2. decis. 262. numer. 1.* † Quæ prærogativa Agnato Seniori propterea competit, quia in bellis obeundis onus militiæ huic præcipuè incum-
4 bit, † ut sic vicissim id commodum præ cæteris ei fuerit concedendum, Petr. Heig. *part. 1. quæst. 8.*
5 *num. 29.* † Dubium nihilominus facit quoad reliquas res expeditorias æqualiter inter Agnatos dividendas, *artic. 23. in pr. lib. 1.* Landrecht/ ubi dicitur: Wo die Söhne binnen ihren Jahren seyn/ ihr ältester ebenbürtiger Schwerdmagen nimmt das Heergeräthe alles zu sich/ &c. Solusne ergo Senior Agnatus capiet res expeditorias, cæteris in pari
6 gradu existentibus exclusis? † Non certè, sed intelligendus est *dict. art. 23.* de casu existentium li-
7 berorum adhuc impuberum. † Quo casu Senior Agnatus tanquam tutor & administrator legitimus accipit res expeditorias in custodiam suam, restituturus videlicet eas liberis defuncti, quando majo-
8 rennes facti erunt; † prout innuunt verba textus ibidem appositа: Und ist der Kinder Vormund daran/ biß sie zu ihren Jahren kommen/so soll ers ihnen darnach wieder geben/*Gloss. latin. ad dict. artic. 22. lit. I. lib. 1.* Landrecht. Coler. *dict. decis. 262. num. 6.*

Ita Domini in causa Johannis VVilhelmi, Georgii Ernesti, & Sigismundi, Fratrum à Lindenau/ Mens. Febr. Anno 1595. (Verba sentent: Daß euch Hansen Wilhelm von Lindenau / als dem ältesten unter euren Brüdern/ eures Vaters seligen nachgelassenes Heergeräthe / ausserhalb des besten Schwerdts / allein nicht gebühret/ sondern es werden bemeldte Stücke / zum Heergeräthe gehörig / unter euch drey Brüder zugleich billich ausgetheilet/ V.R.W.)

Et in causa Joachimi à Köckeritz/ Mense Jul. Anno 1520. (Verba sentent: Ist in mehrbenieldes von Peruheim Verlassenschafft etliches Heergeräthe verhanden/ &c. So hat er dasselbige auff seine Brüder zugleich/ausserhalb des Schwerdts/welches dem ältisten Bruder zum Voraus gefolget wird/gebracht und verfället/&c.)

Definit. XXXII.

Defectum rerum expeditoriarum non tenentur resarcire heredes viri defuncti.

1 Sæpe accidit, quod Agnati proximiores non reperientes in hereditate viri defuncti res expeditorias hæredes anxiè vexent, illarum æstimationem
2 ab eis petentes: † Sed frustra, quia quod rerum expeditoriarum non adest in bonis viri defuncti, il-
3 lud etiam dari necesse non est, † nec de eo heredes Agnatis satisfacere, juramento tamen suo, eas
4 haud adfuisse, affirmare tenentur, † si inventarium legitimum non confecerint, *artic. 22. lib. 1.* Landrecht. *vers.* Was aber das Weib dieser Dinge nicht hat/ das darff sie nicht geben/ ob sie ihre Unschuld davon thun darff/ daß sie es nicht habe/ &c. Weichbild. *artic. 23. ubi Gloss.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 203. num. 9.*

Ita Domini in causa Augusti à Schönbergs/ Mense April. Anno 1634. (Verba sentent: So hat der Verstorbene das Heergeräthe auff seinen Bruder bracht und verfället/ und gehöret dazu das Pferd gesattelt und gezäumet/ wofern es kein Mutter-Pferd / und der Verstorbene sich damit nicht geehret / der beste Harnisch zu eines Mannes Leibe/ sein Schwerdt/ die täglichen Kleider/ ein Bette nechst dem besten/ ein Küssen/ zwey Leylachen/ ein Tischtuch/ zwo zinnerne Schüsseln/ eine Handquele/ und ein Holring/ ein mehrers mag die Tochter abfolgen zu lassen nicht gedrungen werden/ inmassen dann auch der Bruder das jenige/ was von oberzehlten Sachen nicht verhanden / zu fodern nicht berechtiget / V. R. W.)

Definit. XXXIII.

Agnatus ante tricesimum res expeditorias propriâ autoritate apprehendens, eas haud perdit.

1 Nec jure successionis, sed ex dispositione Saxonicâ & privilegio speciali, adeoque jure proprio Agnatus adipiscitur res expeditorias, *artic. 22. & 24. lib. 1.* Landrecht. † Haud ergo propria 2 autoritate eas apprehendere prohibebitur, modo tricesimum diem à morte Agnati defuncti expectet, † ad instar mulieris, cui post tricesimum de- 3 mum geradam proprio ausu occupare licet, *supr.* Constit. *33.* ℣. Damit aber. *ubi Defin. 2.* † Nec 4 enim Agnatus in rebus expeditoriis plus juris habet, quàm vidua superstes in geradâ: † Quin po- 5 tius à geradâ ad res expeditorias firmiter argumentari licet, *Gloss. in art. 19. lib. 1.* Landrecht. *lit. C.* † An ergo privabitur Agnatus rebus expeditoriis, 6 si ante tricesimum eas apprehendere ausus fuerit? Dixeris forsan ita, † per text. *in l. si quis in tantam.* 7 *7. C. Unde vi. l. extat. 13. ff. quod met. caus.* At non perdit jus suum vidua intra tricesimum proprio ausu geradam occupans, *supr.* Constit. *33. Defin. 4.* † Ergò nec Agnatus res expeditorias, juxta modò 8 allegatam *Gloss. in art. 19.* † Scilicet, quia à di- 9 spositione *dict. l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. & dict. l. extat. 13. ff. quod met. caus.* jura Saxonica recesserunt, † dum mulctâ duntaxat arbitrariâ, 10 pro ratione interesse heredis, invasores rerum suarum puniri jubent, *artic. 43. ubi Gloss. & art. 47. lib. 3.* Landrecht. *artic. 29. ubi Gloss.* Weichbild. Matth. Coler. *part. 1. decis. 125. & decis. 155. num. 4.* Vid. *supr.* Constit. *33. Defin. 4.*

Ita Domini in causa heredum Andreæ Holtzwirths zu Halla / Mens. Novembr. Anno 1598. (Verba sentent: Ob gleich der Schultes bey euch zu Halla / des Tages/ wie euer Bruder verstorben / und ehe derselbige noch verschieden / frühe vor Tage/ wie ihr noch geschlaffen / sein Pferd aus euerm Hause nehmen / und in des Kammer-Meisters Behausung führen lassen / so hat er doch hierdurch seines Rechtens/ so er auff euers Brudern Todesfall/ derowegen/ daß derselbige keinen nähern Schwerdmagen gelassen/ des Heergeräths halber daran gehabt/ sich/ vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ nicht verlustig gemacht. Dieweil aber ihme solches auch nach seinem tödtlichen Abgange für dem dreyßigsten nicht gebühret/ so ist er euch euer Interesse, so viel ihr dessen liquidiren könnet/ zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

Definit. XXXIV.

Non valet testator alienare Heergewettam in præjudicium proximioris Agnati per testamentum aut donationem mortis causâ.

1 Non magis per testamentum res expeditorias in præjudicium Agnati licet alienare, quàm

2 quàm † bona utensilia in præjudicium proximioris cognatæ *Supr. part. 2.* Constit. Elect. *14. in pr. ubi Defin. 1.* Christ. Zobel. *part. 2. diff. 9.* Jacob. Thoming. *decis. 6. numer. 6.* Dan. Moller. *lib. 1. Semestr. cap. 11. & lib. 5. diff. 23.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 7.*
3 *membr. 2. num. 47.* † utraque enim, nempe Heergewetta & gerada non jure hereditario, sed potius familiæ ratione & jure Agnationis vel Cognationis, ex speciali Juris Saxonici privilegio defertur, *Supr. dict.* Constitut. *14. Definit. 1.* Matth. Coler. *part. 1. quæst. 12. num. 58.* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 14.*
4 *ubi* Jacob. Schult. *in addit. num. 9. & seqq.* † Ergò & in utraque eadem juris dispositio obtinebit, idque
5 tanto magis, quanto certius est, † à Gerada ad res expeditorias firmiter argumentari licere, *art. 15. lib. 3.* Landr. *Gloss. german. in art. 24. verb.* nach dem Heergeräthe/ *lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 257.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de succes. cognat. transverf. num. 23.*
6 *& num. 49.* † Cumque donatio mortis causa magis accedat ultimæ voluntati, quàm actui inter vivos, *l. ult. C. de mort. caus. donat. l. ult. C. de Codicill.*
7 † nec per hanc res expeditorias firmiter alienari,
8 expeditum est, † cum nec geradam in casum mortis donare liceat, Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 32. num. 32. & seqq.* Jacob. Thoming. *decis. 6. num. 3.* Goldb. *dict. cap. 7. membr. 2. num. 47. Supr. part. 1. dict.* Const. *14. Defin. 2.*

Ita Domini in causa Friderici Turckens zu Grünhain/ Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sentent: Ob er nun wol nebens andern Mobilien auch das Heergeräthe den sämtlichen Erben im Testament beschieden/ an dessen statt aber/ des Brudern Sohne als dem nechsten Schwerdtmagen 50. fl. legiret/ &c. Dieweil aber dennoch das Heergeräthe durch einigen letzten Willen oder Ubergabe auffm Todesfall nicht vergeben/ noch dem Schwerdtmagen zu Nachtheil in Testamenten darvon Versehung gethan werden kan. So ist angeregtes Testament/ so viel darinnen die Verordnung des Heergeräths anlanget/ zu recht nicht kräfftig/ sondern es wird dasselbe/ der beschehenen disposition ungeachtet/ des Brudern Sohne allein billich abgefolget/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Scheinfus zu Reichenbach/ Mens. Jun. Anno 1617.

Definit. XXXV.

Res expeditoriæ non nisi semel debentur & in prædio etiam conducto repertæ Agnato cedunt.

1 Licet quis multa bona, & quidem in diversis locis sita possideat, attamen post obitum non nisi
2 unas expeditorias sive unam Heergewettam relinquit, † quicquid etiam in contrarium dicat Matth. Coler. *part. 1. decis. 72. num. 12.* Requiruntur enim res expeditoriæ ad armandum militem, atque ex-
3 peditionem militarem unius hominis, † & quidem solius Vasalli, *Gloss.* Weichbild *art. 25. num. 1.*
4 *ibi:* und Heergewette ist/ *&c.* † Sive igitur plura, sive pauciora bona relinquat Vasallus, tum ea solummodo nomine rerum expeditoriarum veniunt, quæ ad armandum Vasallum sufficiunt, Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 54. ubi* Jacob. Schult. *in addit. num. 5.*

Ita Domini in causa Christophori Matthæi zum Hayn/ Mens. Dec. Anno 1635. (Verba sentent: Ob wol euer Bruder mehr Güter nach sich verlassen/ so seyd ihr doch mehr nicht dann nur ein Heergeräthe aus seiner gantzen Erbschafft zu fodern befugt/ V. R. W.)

† Parùm tamen refert, ubinam res expeditoriæ 5
reperiantur, adeò ut etiam Equus in prædio certâ pensione saltem conducto repertus cedat Agnato.
† Siquidem geradam ex prædio conducto petere li- 6
cet, secundum tradita Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de rebus quas uxor. numer. 9.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 17. numer. 18. & seqq.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 270. & seqq.*
Supr. Constit. Elector. *36. Defin. 6.* † Cur non ergo 7
etiam res expeditorias, quæ cum gerada æquali jure devinciuntur, *art. 15. lib. 3.* Landr. *Gloss. German. in art. 24. lib. 1.* Landr. *verb.* nach dem Heergeräthe. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de succes. Cogn. transverf. num. 49.*

Ita Domini in causa Elisabethæ, Viduæ Nicolai Bauerbaums zur Mitweida/ Mens. Sept. Anno 1595. (Verba sentent: Hat euer Ehemann ein Rittergut Pachtweise inne gehabt/ darauff er zu Bestellung des Ackerbaues ein Geschirr Pferde halten müssen/ dieselbe auch sonsten zu Bestellung seiner eigenen Güter bißweilen gebrauchet. Ob er nun gleich solche Pferde fürnehmlich wegen des Pachtguts gehalten: Da aber dennoch das Heergeräthe bey euch gebräuchlichen wäre; So würde von dem Geschirr Pferde das beste/ so gedachter euer Ehemann verlassen/ nebens andern Stücken zum Heergeräthe gehörig/ dem nechsten Schwerdtmagen/ oder da keiner verhanden/ dem Rathe zu Mitweida billich abgefolget/ V. R. W.)

Definit. XXXVI.

Nepotes cum filiis ad successionem rerum expeditoriarum in stirpes admittuntur, ac jura repræsentationis gladium avi defuncti præcipuum habent.

1 Dubium non est, quin Nepotes unà cum filiis jure repræsentationis ad successionem rerum expeditoriarum, quas avus reliquit, in stirpes ad-
2 mittantur, † perinde ac Neptes cum filiabus ad successionem geradæ, Christ. Zobel. *part. 1. differ. 21.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de succes. cognat. descend. num. 3.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 43. num. 6.*
3 † à qua firmiter licet argumentari ad res expeditorias, *Gloss. Germ. in art. 24. verb.* nach dem Heergeräthe *lib. 1.* Landr. Goldb. *dict. cap. 5. tit. de succes. cognat. transverf. n. 49.* † Quid verò, si Nepotes filii 4
natu majoris cum patruo minore concurrant, an & iis gladium avi defuncti præcipuum competere dicemus, juxta tradita *Supr. Defin. 31.* Ita omnino est;
† Repræsentant enim Nepotes vices filii natu majo- 5
ris defuncti, ex ejusque personâ, jure repræsentationis admittuntur, §. *cum filius 6. inst. de hered. quæ ab intest. defer. Novell. 118. c. 3.* Anton. Fab. *in Codic. libr. 2. tit. 3. Defin. 14. n. 19.* † Ergo & lucra ejusdem capi- 6
ent. Nec argumentari hic licet ab onere divisionis, quod defuncto fratre natu majore ante divisionem, ejusdem liberis non incumbit, ut dixi *Supr.* Constit. Elector. *15. Defin. 16.* Andr. Rauchb.

8 *part. 1. quæst. 41. num. 21.* † quia onus divisionis personale est & ad heredes non transmittitur, Rauchb. *dict. quæst. 41. num. 23. & dict.* Constitut. *15. Defin. 13. in fin.* Malè hinc ergò infertur ad lu-
9 crum illud gladii, † quod tanquam prærogativam habet filius natu major, nec ullibi ad Nepotes transmittere prohibetur.

Ita Domini in causa Georgii Rumplers zu Leißnig/ Mense Dec. Anno 1633. (Verba sent: Ist Abraham Fecher Todes verfahren/ und hat seinen Sohn Christianum an einem/ und seinen zuvor verstorbenen Sohnes Sohn Johannem am andern Theil zusamt einem Heergeräthe nach sich verlassen/ &c. So hat er solches sein Heergeräthe auff seinen Sohn/ und des verstorbenen Sohnes Sohn zugleich in die Stämme/ und nach Gelegenheit dißfalls in zwey gleiche Theile zu vertheilen gebracht und verfället/ (Es wird aber einem Mündlein/als des verstorbenen ältesten Sohnes Kinde/ das Schwerdt von solchem Heergeräthe zum Voraus billich gefolget/ V.R.W.)

Et in causa heredum Hansen Bergmans zu Rochlitz/ Mens. Octobr. Anno 1596.

Definit. XXXVII.

In Successione rerum expeditoriarum non nisi unicum vinculum, Agnationis scilicet, attenditur.

1 Sæpiùs dixi, geradam & Heergewettam æquali jure devinciri, ita ut ab una ad aliam firmiter liceat argumentari, *Gloss. germ. in art. 24. verb.* nach dem Heergewette *lib. 1.* Landr. Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de succes. cognat. transvers.*
2 *num. 23. & num. 49.* † Ex quo porrò infero, in successione rerum expeditoriarum, non nisi unicum vinculum, scilicet Agnationis attendi, Matth. Coler. *part. 2. decis. 262. num. 4.* Dan. Moller. *lib. 2.*
3 *semestr. 5. n. 1.* † Sicut in geradæ successione solum Cognationis vinculum in considerationem venit, ut dixi *supr. part. 2.* Constit. Elect. *14. Defin. 57.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 33. num. 1.* Andr. Goldb.
4 *de gerad. cap. 5. num. 7.* Unde fit, † quod frater consanguineus ex uno saltem latere conjunctus cum fratre germano sive utrinque conjuncto ad successionem rerum expeditoriarum admittatur, *Supr.*
5 Constit. *18. Defin. 9.* † Quia scilicet respectus saltem habetur ad lineam masculinam, Matth. Coler.
6 *d. T. decis. 282. num. 4.* † Et quod frater consanguineus fratris germani filio in successione Heergewettæ præferatur, ut dixi *Supr. dict.* Const. *18. Defin. 12.*

Ita Domini in causa Burckardi Melbus zu Meicka/ Mense Aug. Anno 1601. (Verba sent: Ist Lamprecht Rüdiger ohne Leibes-Erben mit Tode abgangen/ und hat seine Wittib an einem/ und seine vollbürtige Schwester am andern Theil nach sich verlassen/ &c. So hat er seine gantze Verlassenschafft ausserhalb des jenigen/ so seiner Wittiben des Orts Gebrauch nach davon gebühret/ auff gedachte seine vollbürtige Schwester gebracht und verfället/ und seine halbbürtige Geschwister haben daran/ ausserhalb des Heergeräths/ so Burckard Rüdigern seinem halbbürtigen Bruder gebühret/ keine Forderung/ V.R.W.)

Definit. XXXVIII.

Non admittuntur Clerici ad successionem rerum expeditoriarum.

GAudent filii Clerici jure filiarum in geradâ matris, eamque cum filiabus simul capiunt, *art. 5.* Landrecht/ *lib. 1. art. 57.* Weichbild/ Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de succes. cognat. descend. n. 14. & 16.* † Nec tamen pinguius jus præ cæteris fratribus propterea habent, cum vicissim à rebus expeditoriis excludantur. † Quia scilicet Clerici rerum expeditoriarum capaces non sunt; *artic. 27. lib. 1.* Landrecht/ *Gloss. in art. 5. sub lit. L. dict. lib. 1.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de speciebus, quas uxor. n. 13.* † Nec movet me objectio Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 36. num. 69.* Clericos nempe in feudis succedere. † Siquidem id contra jus commune Saxonicum († quod Clericos ad feudi successionem non admittit, Lehnrecht/ *art. 2. in princ.* Landr. *lib. 1. art. 25. ubi Gloss. num. 3.*) in Electoratu Saxoniæ specialiter introductum fuit Constit. Elect. *28. b. p. 3. ubi Defin. 1. & 2.* † Ergo ad consequentiam non trahendum, nec firmiter inde ad res expeditorias inferendum est, *arg. l. quod verò. 14. ff. de legib.*

Ita Domini ad consultationem Senatus zu Liebenwerda/ Mense Majo, Anno 1628. (Verba sententiæ: Ist Hans Köhler Todes verfahren/ und hat zween Söhne/als Conrad Köhlern/ Pfarrherrn zum Würdenhain/ an einem/ und Michael Köhlern am andern Theil/ zusammt einem Heergeräthe nach sich gelassen/ &c. So hat sich solches Heergeräths Michael Köhler allein anzumassen/ und der ander Bruder Conrad Köhler/ weil er geistlich ist/ hat daran keine Foderung/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Senatus Thebani, Mens. Decembr. Anno 1629.

Definit. XXXIX.

Nec relinquunt Clerici res expeditorias.

CApaces quia Clerici non sunt rerum expedito- 1
riarum, Definit. *præced. num. 3.* nec ipsos defunctos res expeditorias relinquere, inquies? Ita omnino est; † Quamvis dissentiat Domin. Matth. 2
Berlich. *part. 3. concl. 39. n. 69.* Sed contra † textum 3
manifestum *in artic. 5. lib. 1.* Landr. *vers.* von des Pfaffen Gut nach seinem Tode nimmet man keine Gerade/ denn es wird alles zu Erbe geschlagen/ was er nach sich verläst. *ubi Gloss. sub lit. L.* Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 5. tit. de specieb. quas Uxor geradam. n. 12.* † Cujus rei ratio haud obscura est, quia 4
nempe res expeditorias relinquunt solummodo ii, qui sunt de genere † Nobili, *art. 27. lib. 1.* Landr. 5
in fin. welcher Mann von Rittersart nicht ist/ und des Heerschildes nicht hat/der lässet nach sich allein Erbe zu nehmen/wann er gestirbet/ und kein Heergewette. † Nisi inter Cives vel Rusticos consuetu- 6
dine loci vel certæ provinciæ aliud sit introductum, *Supr.* Definit. *24.* † Nec obstat, si dicere velis cum 7
Berlich. Clericos in feudis succedere & feuda post se relinquere: † Quia exinde ad successionem in rebus 8
expeditoriis nihil infertur, ut demonstravi in Defin. *præced. num. 6. & 7.*

Ita Domini in causa Viduæ & hæredum zu Dölzig/ Mens. Octobr. Anno 1618. (Verba sententiæ: Ist Georgius Koch/Pfarrherr zu Grossen-Dölzig mit Tode abgangen/

gangen/und hat zweene Söhne und zwo Töchter zusammt einer Erbschafft und etlichen Stücken zum Heergeräthe gehörig/ nach sich verlassen/ ꝛc. So werden die Stücke zum Heergeräthe gehörig / gestalten Sachen nach / weil der Verstorbene ein Pfarrherr gewesen / vor Erbe geachtet und gehalten/und haben sich die zweene Söhne derselben allein anzumassen nicht fug/ V.R.W.)

It. in causa heredum Michaelis Barthol. Pastoris zu Kitzscher/ Mense Maj. Anno 1603. (Verba sentent: Ist Michael Barthol Pfarrherr zu Kitzscher verstorben/ und hat seine Töchter an einem / und seines Vaters Brudern Sohn am andern Theil nach sich verlassen; So ist nach Gelegenheit seines geistlichen Standes alle das jenige/ so er verlassen/für Erbe zu achten/ und seynd demnach des verstorbenen Pfarrherrns Töchtere seines Vatern Brudern Sohne davon Heergeräthe zu geben nicht schuldig/ V.R.W.)

Et in causa M. Nicolai Reinigers, Pastoris zu Kobershain/ Mense Febr. Anno 1608.

Definit. XL.

Calcitra militaris debetur Agnato, antequam vidua superstiti de gerada satisfiat.

1 Sæpè accidit, ut Agnatus, petens res expeditorias, concurrat cum vidua superstite in geradâ succe-
2 dente, ubi dubium posset moveri, † annon Culcitra militaris, das Heer-Pfüel/ (h.e. lectus ab optimo secundus cum pulvinari & duobus linteaminibus)
3 auferatur Agnato, † viduæ singulis quibusque lectis, pulvinaribus & linteaminibus ad geradam pertinentibus attributis? Sed prospectum est satis A-
4 gnato in jure Saxonico, † quod res expeditorias ipsi defert, antequam satisfiat mulieri de geradâ, *artic. 24. lib. 1.* Landr. *in pr.* Matth. Coler. *part. 1. decis.*
5 *203. num. 6.* † Ex quo manifestum redditur, in petitione culcitræ militaris des Heerpfüels Agnatum præferri viduæ superstiti. Secus se res habet in dote
6 mulieris aliisque bonis illatis, † quorum nomine vidua præfertur reliquis mariti creditoribus *Supr.*
7 *part. 1.* Const. *28. & ibi Defin. 70.* † Ergo etiam Agnato petenti res expeditorias, de quibus in subsidium æs defuncti alienum exsolvi debet, Defin. *seq.*
8 † quicquid etiam in contrarium asserat Coler. *dict. decis. 203. n. 6.*

Ita Domini in causa Petri Oehms & Consortium zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1612. (Verba tenent: Es werden euch aber gleichwol von solchen Betten und Geräthe / so die Wittibe zur Gerade fodert / die Stücke / so man zum Heergeräthe pfleget zu geben / weil solches bey dieser Stadt Leipzig gebräuchlich / und dergleichen Stucke/ als da seyn/ ein Bette nechst dem besten / ein Pfüel oder Küssen und zwey Leylachen / sonsten in seiner Erbschafft nicht verhanden/ billich gefolget/ V. R. W.)

Definit. XLI.

De rebus expeditoriis saltem in subsidium æs defuncti alienum exsolvitur.

1 Etsi regulariter de rebus expeditoriis haud satisfieri debeat Creditoribus; Attamen, si defunctus tanto ære alieno oneratus decesserit, ut de reliquâ hæreditate debita plenè solvi haud valeant,
2 † æquum est, Agnatos de rebus expeditoriis in subsidium saltem teneri, Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 32. num. 1.* propterea, † quod de lucro captando, Creditores verò de damno vitando certent, adeoquè hi merito illis præferantur, *arg. l. ult. §. sin verò Creditores 5. C. de jur. delib.* † Quâ de causâ etiam 4
Cognata capiens geradam, debita mulieris defunctæ in subsidium de gerada exsolvere obstricta est, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 31. num. 38.* Andr. Goldb. *de gerad. cap. 9. num. 94.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 17. num. 9.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 186.* Vid. *supr. part. 2.* Constitut. Elect. *14. Definit. 65.*
† Quidni ergo idem etiam diceremus de Agnatis in 5
rebus expeditoriis succedentibus, quippe † quæ cum 6
gerada æquali jure devinciuntur, *Gloss. Germ. in art. 24. lib. 1.* Landrecht. *verb.* nach dem Heergewette/ Goldb. *de gerad. cap. 5. tit. de succes. cogn. transvers. n. 49.*

Ita Domini in causa Gabriel Feigens zu Annaberg / Mens. Mart. Anno 1617. (Verba sentent: Ob nun wol bemeldter Christoff Rabe seines Sohnes Heergeräthe fordert und haben will. Da aber dennoch euer Eydam so viel schuldig gewesen wäre/ also daß die Erbschafft zu Bezahlung der Schulden nicht zureichen möchte/ ꝛc. So würden solche Schulden auch von dem Heergeräthe abgestattet/ und ist Christoff Rabe der ältere / ehe und zuvor alle Gläubigere befriediget / sich des Heergeräthes anzumassen nicht befugt / V.R.W.)

Et in causa Hansen Fausts zu Börlen / Mens. Febr. Anno 1635. (Verba sentent: Ob nun wol vermöge des Dorffgebrauchs den Söhnen das Heergeräthe /. und dann den Töchtern die Gerade gebühret: Dieweil aber dennoch das Gut zu Bezahlung der Schulden nicht zureichet/ ꝛc. So hafftet auch davor in subsidium das Heergeräthe und die Gerade / und die Söhne und Töchtere haben sich/ biß nach Bezahlung aller Schulden / derer keines anzumassen/ V.R.W.)

Definit. XLII.

Debitum nomine rerum expeditoriarum contractum de hisce ab Agnato est exsolvendum, licet alia supersint bona hæreditaria.

1 Accipi autem hoc velim de debitis hæreditariis; † Nam si nomine rerum expeditoriarum, veluti pro harum comparatione, æs alienum contractum fuerit, indifferenter, sive bona hæreditaria supersint, sive non, Agnatum de Heergewetta teneri, nec reliquos heredes hoc debito onerari, dixerim cum Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 23. num. 14. h. p. 3. &* Andr. Goldb. *de gerad. c. 9. n. 93.*
2 † *Tùm*, quia æquum est, ad eum spectare onus, ad quem pervenit commodum, *l. secundum naturam 20. ff. de Reg. Jur.* *Tùm*, † quia solutio æris alieni, 3
conversi in utilitatem feudi, solis Agnatis & feudi successoribus incumbit, nec eo nomine heredes allodiales conveniri possunt, etiamsi solvendo sit hereditas, *Supr.* Const. Elect. *46. part. 2.*
† *Tùm*, quia etiam Cognata in geradâ succedens, 4
debitum hujus contemplatione contractum tenetur exsolvere, nec onerantur eo onere reliqui defunctæ mulieris heredes, Daniel Moller. *lib. 2. Semestr. 7.* Goldb. *dict. loc. numer. 93.* Frider. Pensold. *in addit. ad* Coler. *part. 2. decision. 286. num. 187. Supr. part. 2.* Constit. Elect. *14. Defin. 66.*
† Idem

5 † Idem ergo de Agnato in rebus expeditoriis succe-
6 dente dicamus, neceſſe eſt, † cum quod juris eſt in geradâ reſpectu cognatarum, idem quoque juris ſit in rebus expeditoriis reſpectu Agnatorum, *artic. 15. lib. 3.* Landrecht. *Gloſſ. in art. 24. verb.* nach dem Heergeräthe *lib. 1.* Landr. Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 3. n. 257.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Kochs zu Mücheln / Menſ. Jul. Anno 1600. (Verba ſententiæ : Iſt euer Sohn verſtorben / und hat unter andern Heergeräth-Stücken / auch ein Pferd / ſo er vor ſeinem Abſterben gekaufft / auff euch gebracht und verfället : Da nun ſolch Pferd von ihme bey ſeinem Leben nicht bezahlet worden / ſo wäret ihr / auff welchen es gefallen / daſſelbe ohne Zuthun der andern Erben zu bezahlen ſchuldig / V. R. W.)

Et in cauſa heredum Blaſii Kinders zu Kleinwiſchſtauden / Menſ. Majo, Anno 1633. (Verba ſententiæ : So würde ihme ſolches Pferd zum Heergeräthe billich abgefolget: Er wäre aber das jenige / ſo der Verſtorbene an gedachtem Pferde noch ſchuldig / zu bezahlen verpflichtet / V. R. W.)

FINIS PARTIS TERTIÆ.

IN

IN NOMINE JESU CHRISTI!

JURISPRUDENTIÆ FORENSIS ROMANO-SAXONICÆ

PARS QUARTA,

Continens Criminalia

Secundùm ordinem Constitutionum Divi Augusti Electoris Saxoniæ.

PARTIS QUARTÆ

CONSTITUTIO I.

Waser Gestalt die Gotteslästerung zu straffen?

DJe Gotteslästerung soll dergestalt / wie in des Heiligen Reichs Policey / und dann auch in unserer Lands-Ordnung versehen / gestrafft werden / iedoch mit dieser Erklärung / daß die Wörter (oder Benehmung etzlicher Glieder) auff die Zunge / damit solche Lästerung verwürcket / zu verstehen seyn.

Wir wollen auch / daß die jenigen / so bey unsers HErrn und Heylandes Christi Wunden / Marter / Leiden / Sacrament / und dergleichen / ꝛc. fluchen / nicht allein vermöge obgedachter unserer Landes-Ordnung / vor die Kirchen / Rathshäuser oder Schenckstätt öffentlich sollen gestellet / sondern auch an Gelde / oder mit Gefängnüß / und wo sie folgends von ihrem Fluchen und Gotteslästerungen nicht abstehen / und sich bessern würden / mit Verweisung unserer Lande gestrafft werden. Befehlen auch unsern Schöppenstülen und Gerichten / dergestalt zu sprechen und zu erkennen.

DE POENA BLASPHEMIÆ.

BLasphemias eo modo, quî tùm in Ordinatione Imperii politicâ, tum nostrâ Provinciali expressus est, puniri volumus; hâc tamen adjectâ declaratione, ut verba hæc (aut mutilatione aliquot membrorum) de lingua, quâ nimirum delictum commissum est, intelligantur.

Sed ii, qui per vulnera, passionem & Sacramenta Salvatoris nostri, aliis maledicunt, non tantùm præ foribus templorum, Curiarum vel tabernarum publicè omnibus conspiciendi, juxta dictam Ordinationem nostram, sistantur, sed pœnâ etiam pecuniariâ vel carcere mulctentur, vel denique, nisi destiterint & vitam emendaverint, è Ditionibus nostris etiam relegentur, idque Scabinatus nostros, reliquaque Judicia in pronunciando servare jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Maledicentes Deo æquè ac blasphemantes gladio feriri debent.*
2. *Blasphemantes quoque S. Sacramenta mortis supplicio subjugandi sunt.*
3. *Quandoque sola fustigatione vindicatur blasphemia, licet immediatè in Deum commissa, sed nunquam hodiè abscissione linguæ in provinciis Saxonicis.*
4. *Non eximit blasphemantes à pœnâ mortis ordinariâ ebrietas, si tanta non fuerit, ut mentis quasi exilium induxerit.*
5. *Beatam Virginem blasphemans non effugere potest pœnam saltem extraordinariam.*
6. *Jurantes vel maledicentes per Sacramenta, passionem & vulnera Christi, in provinciis Saxonicis ultra pœnam arbitrariam, quam luunt,*

unt, etiam præ foribus tabernarum vel templorum publicè ſiſtuntur.

7. *Non indulgendum eſt Nobilitati in crimine maledictionis per Sacramenta aut vulnera Chriſti.*

8. *Nec mitiganda eſt pœna maledictionis ei, qui primâ ſolummodo vice delinquit.*

9. *Cognitio de crimine blaſphemiæ, ejusque coercitio non ad Eccleſiaſticum, ſed ſecularem judicem ſpectat.*

10. *Extraordinariè ſaltem puniuntur, qui ſolo facto ſancta Sacramenta profanant.*

11. *Non ſunt immunes à pœnâ extraordinariâ ſibimetipſis maledicentes.*

12. *Turbatores Sacrorum non ſemper ultimo ſupplicio, ſed quandoq; arbitrariè puniuntur.*

13. *Non errat judex dictitans pœnam maledicentibus Principi, qui Imperator non eſt.*

14. *Qui non eſt ſubditus niſi ratione feudi, haud dicitur committere crimen læſæ majeſtatis.*

15. *Non uniformis eſt pœna criminis læſæ majeſtatis, ut plurimum tamen capitalis.*

16. *Ex bonis mariti confiſcatis deducitur dos & omne as alienum, ſicut & dotis augmentum.*

17. *Privati carceres prohibiti quidem ſunt regulariter, ſed tamen ex juſtâ causâ permittuntur.*

18. *Reus in uno foro licet condemnatus ad pœnam, ſi tamen eam non ſolverit, vel hoc nomine cautionem præſtiterit, in alio foro ob idem delictum poteſt puniri.*

Definit. I.

Maledicentes Deo æquè ac blaſphemantes gladio feriri debent.

1 MUltum nimis ſuo arbitrio attribuerunt pleris-
que in locis Legislatores, in crimine blaſphe-
miæ nefandiſſimo ac horribiliſſimo, à ſanctione
2 juris divini recedentes. † Nec enim mortis ſuppli-
cio ab ipſomet Deo præfinito, *Levit. 24. verſ. 13. 14.*
3 *& ſeq.* † in Regno Neapolitano, Hiſpaniâ, Galliâ,
Italiâ, aliisque provinciis in blaſphemos animad-
verti, notant Dd. Nicol. Boër. *deciſ. 201. num. 15.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. blaſphemia num. 3.* Jodoc. Damhouder. *in praxi crimin. cap. 61. numer. 32. & ſeqq.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 375. num. 35. & 36.* † Ex quo vulgò traditum,
4 pœnam blaſphemiæ eſſe hodie arbitrariam, Hoſt. *in ſumm. ext. de maled. §. blaſphemantes autem Deum numer. 5. verſ. gravior etiam eſt pœna, in verb.*
5 *ideò dico hodie.* Jul. Clar. *dict. loc.* † Non ita Principes ac Imperatores Romani, qui omne ſtudium & laborem collocarunt, ne juri & majeſtati divinæ quicquam detraheretur; quod vel ſola Juſtiniani
6 Imper. diſpoſitio probat, † quâ blaſphemi ultimo puniuntur ſupplicio, *in Novell. 77. cap. 1. §. præcipi-*
7 *mus. 2.* † Nec mitiores fuerunt ſubſequentes Imperatores, ut teſtantur Receſſus Imperii Wormatienſ. *de Anno 1495. ſub tit.* Königliche Satzungen von den Gotteslåſterern und Schwerern. Receſſ. Trevir. & Colon. *de An. 1512. ſub tit.* von den Gotteslåſterern. Receſſ. Auguſt. *de Anno 1530. tit.* von Gotteslåſterung und Gottesſchwüren. Ordinat. Criminal. Carol. *art. 106.* Receſſ. Auguſt. *de Anno*
8 *1548. tit.* von den Gotteslåſterungen. † Idemque piæ ſeveritatis encomium jure merentur Electores Saxoniæ Illuſtriſſimi, quibus hc latum unguem à jure divino recedere fuit religio, *in* Ordin. Provincial. *de Anno 1550. tit.* von Gotteslåſtern / *& de Anno 1555. ſub titul.* Gotteslåſterung. *hic* Conſtit.
9 *1. in princ.* † Quis ergò dubitaverit, in provinciis noſtris blaſphemos ſupplicio jure divino con-
10 ſtituto mancipari, † cum & maledicentes DEO
11 gladio puniri videamus. Nec immeritò, † quia imprecationes quoque ſive maledictiones ſub nomine blaſphemiæ continentur, Ægid. Boſſ. *in tit. de inquiſit. numer. 130.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §.*
12 *blaſphem. in pr.* † quas propterea divinus Legislator conjungit, & utrasque ultimo ſupplicio vindicari jubet, *Levit. 24. verſ. 16.*

Ita Domini contra George Herteln zu Wurtzen / Menſe April. Anno 1617.

It. contra George Gerlach zu Torgaw / Menſ. Octobr. Anno 1607.

Definit. II.

Blaſphemantes quoq; S. Sacramenta mortis ſupplicio ſubjugandi ſunt.

NE tamen pios Imperatores & Principes nimiæ 1
ſeveritatis atque rigoris quis arguat, reſtringitur mortis ſupplicium ad ſolam blaſphemiam
† in Deum immediatè commiſſam, *in* Receſſ. Imper. 2
de Anno 1512. tit. von den Gotteslåſterern. *It. de Anno 1530. tit.* von Gotteslåſterung und Gottesſchwüren. *It. de Anno 1548. titul.* von den Gotteslåſterungen. *Et in* Ordinat. Provincialibus Saxonicis *de Anno 1550. tit.* von Gotteslåſtern / fluchen und ſchweren. *It. de Anno 1555. poſt pr. ſub tit.* Gotteslåſterung / *&* Ordinat. polit. *de Anno 1612. pag. 7.*
† quando nempe DEO tribuitur id, quod ejus pro- 3
prietatibus non convenit, quæ propriè blaſphemiæ eſt deſcriptio, Didac. Covarr. *in cap. quamvis. 2. de pact. in ſexto. part. 1. §. 7. n. 11.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 375. num. 3.* † Ex 4
quo immediatè dicitur blaſphemare Deum, qui ipſi tribuit impotentiam, injuſtitiam, inſipientiam, mortalitatem, crudelitatem, malitiam & ſimilia,
† ut demonſtravi Exemplis in *pract. mea criminali* 5
part. 1. quæſt. 45. n. 17. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 172. num. 3.* Nicol. Boër. *Deciſ. 301. n. 1.* † Quid 6
autem, ſi quis Sacramenta blaſphemaverit? Per id non minus Dei majeſtatem immediatè offendi putaverim: † quin ergò hæc blaſphemia mortis pœ- 7
nâ ſit coercenda, nemo dubitabit, † veluti etiam 8
expreſsè ſancitum *in* Ordin. Provinc. Elect. Saxon. *de Anno 1550. tit.* von Gotteslåſtern / Fluchen und Schweren. *verb.* ohne Mittel in oder wider Gott / ſeine heilige Menſchheit / oder die Göttlichen *Sacramenta* reden / Ordin. Provinc. *de Anno 1555. ſub tit.* Gotteslåſterung. & Ordin. polit. *de An. 1612. p. 7.*

Ita Domini contra Leonhard Königen zu Saltza / Menſe Maj. Anno 1614. (Verba ſentent: Hat ſich der gefangene Leonhard König auff der Trinckſtuben bey euch folgender Gotteslåſterlichen / abſcheulichen / und leichtfertigen Reden gebraucht / und verlauten laſſen / Er hielte den Leib und Blut Chriſti für einen lautern Dreck und Fabelwerck / Es wäre kein Seelſorger von GOtt geſandt / ſondern nur von der Obrigkeit angenommen / ſie könten

sie könten auch niemand selig machen noch verdammen/ und wann ein Weib schwanger wäre/und zum Pfarrherrn käme/ sagte der Pfarrherr: Fahre aus du unreiner Geist/ wo aus dann folgen müsse/ daß die schwangere Evangelische Weiber den Teuffel trügen/ ꝛc. So wird er von wegen solcher begangenen und bekannten Gotteslästerung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gestrafft/ V.R.W.)

Definit. III.

Quandoq; fola fustigatione vindicatur blasphemia, licet immediatè in Deum commissa, sed neutiquam hodiè abscissione linguæ in provinciis Saxonicis.

1 NOn semper mortis supplicio, sed quandoque abscissione membrorum blasphemiam in Deum immediatè commissam vindicari, jubent Recess. Imper. *de Anno 1530. tit.* Von Gotteslästerungen und Gottesschwüren/ *vers.* Alsdann sollen sie an ihrem Leben/ oder Benehmung etlicher ihrer Glieder gestrafft werden/ Recess. August. *de Anno 1548. tit.* Von Gottslästerung n. Ordin. 2 Crim. Carol. *artic. 106.* † Quid enim, si quis justo dolore vel irâ commotus lubrico linguæ blasphemaverit? † aut blasphemiam dictam pœnitentiâ 3 ductus statim revocaverit? Nimis sanè rigorosum esset, mortis supplicio blasphemantem subjici, ut dixi *in pract. criminal. part. 1. quæst. 45. n. 4 62. & 66.* † Satius itaque erit pœnam mortis in mitius supplicium hoc casu commutare, quàm severitatis exemplum statuere, † cum judicis ar- 5 bitrio relictum sit pro ratione circumstantiarum & qualitatis blasphemiæ pœnam mitigare, uti ex modo adductis Recessibus luculenter apparet. † Idque 6 Saxoni Illustrissimo displicere tantum abest; ut etiam verba Recessus Imperii, quæ de abscissione membrorum loquuntur, specialiter ad linguam restrinxerit, *h.* Constitut. *in pr.* Ordin. Torg. *de Anno 1583. tit.* Von Gotteslästerungen. *& in* Ordin. 7 Polit. *de Anno 1612. pag. 7.* † Quamvis pœna abscisionis linguæ hodiernis moribus, in Provinciis 8 Saxonicis prorsus in desuetudinem abierit, † surrogatâ in ejus locum fustigatione cum perpetuâ relegatione, ut dixi *in pract. crimin. dict. quæst. 45. n. 21. Adde* Dec. Elect. *nov. 75.*

Ita Domini contra C. K. zu Dieben/ Mens. August. Anno 1621. (Verba sentent: Daß C. K. wegen solcher frevenlicher und hoch-verächtlichen lästerlichen Wort/ andern dergleichen boßhafftigen und muthwilligen Gesellen zum Exempel und Beyspiel gestalten Sachen nach öffentlich billich zur Staupen geschlagen/ und darauff nach ausgestandener Leibes Straffe des Landes ewig verwiesen wird/ V.R.W.)

Et contra G. G. zu Rochlitz/ Mens. Octobr. Anno 1609. (Verba sentent: Es wolte dann die hohe Obrigkeit dem Gefangenen dahero/ daß ihm angeregte Gottslästerliche Reden alsobald leid gewesen/ indem er GOTT den Allmächtigen umb Verzeihung/ auch daß es ihme diejenigen/ so es von ihme gehöret/ zu gute halten wollen/ gebeten/ Gnade erzeigen/ auff den Fall würde er mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V.R.W.)

Definit. IV.

Non eximit blasphemantes à pœnâ mortis ordinariâ ebrietas, si tanta non fuerit, ut mentis quasi exilium induxerit.

1 SCio equidem, blasphemantibus ex ebrietate eatenus saltem à plerisque indulgeri, ut fustigationis pœna, non capitis supplicio in eos sit animadvertendum, Nicol. Boër. *decis. 301. in fin.* Daniel. Moll. *hic num. 10.* Clar. *lib. 5. sentent. §. blasphemia num. 6.* Matth. Berl. *part. 4. concl. 1. num. 69.* † Quod concesserim, si ebrietas tanta fuerit, ut men- 2 tis quasi & rationis exilium induxerit juxta tradita *Bald. in l. 1. C. unde vi.* Jodoc. Damhoud. *in pract. crimin. cap. 61. num. 23.* † cum in aliis quoque 3 delictis sit tralatitium, † quod ebrietas enormis 4 delinquentem ab ordinaria pœna excuset, *l. omne delictum 6. §. 4. vers per vinum. ff. de re militari. l. perspiciendum. 11. §. delinquitur. vers. impetu. ff. de pœn.* Jul. Clar. *in §. ult. quæst. 60. vers præterea quæro.* Ant. Gometz. *tom. 3. variar. resolut. cap. 1. num. 73.* Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. in pr. num. 48. ff. ad legem Corn. de sicar.* † Neque Recess. Wor- 5 matiens. *de Anno 1495. sub tit.* Die Poenderen/ so aus Hitz oder Zorn schweren. Qui ebrios blasphemantibus veniam pœnæ indulgent, aliter intellectos velim, ut demonstravi *in practicâ meâ criminali part. 1. quæst. 45. num. 59.* † Aliter verò res se habet 6 in modica ebrietate, quæ neutiquam veniam meretur, Nicol. Reusn. *lib. 2. decis. 14. n. 30.* Gutierez. *2. lib. qq. Canon. cap. 4.* Everh. *jun. lib 2. consil. 45. num. 11. & seqq.* † Non enim prætendere potest 7 mentis alienationem, qui modice saltem & leviter inebriatus fuit, cum ejusmodi ebrius parum distet à sobrio, † quinimò potius sobriorum numero 8 habetur, ut vult Tiraquell. *in l. si unquam 8. Gloss. super verb. donatione largitus num. 124. C. de revoc. donat.* Hippolyt. de Marsil. *singul. 276.* † Vide quæ 9 hâc de re scripsi *in pract. criminal. part. 3 quæst. 146. num. 48. & seqq.*

Ita Domini contra G. H. zu Wartzen/ Mense April Anno 1617. (Verba sentent: So wird der Gefangene wegen solcher Gottslästerlichen Reden/ seines darwider gehabten Fürwendens/ daß es nemlichen in trunckener Weise geschehen/ weil die abgehörten Zeugen von seiner übermässigen Trunckenheit Bericht gethan/ ungeachtet/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode hingerichtet und gestrafft/ V. R. W.)

Definit. V.

Beatam Virginem blasphemans non effugere potest pœnam saltem extraordinariam.

NEutiquam certè connivendum est blasphe- 1 mantibus Beatam Virginem, aliosvè Sanctos, cum & hæc blasphemia in ipsum DEUM si non immediatè, attamen per consequentiam redundet. 2 † Eaque causa fuit, quod Imperator & Proceres Imperii blasphemias in DEUM, Beatam Virginem genitricem & Sanctos commissas uno ferè contextu verborum conjunxerint; *in* Recess. Imp. Colonien. *de Anno 1512. tit.* Von den Gotteslästern/ & Recess. August *de Anno 1530. tit.* Von Gottslästerungen und Gottsschwüren. † Non quidem 3 ut pari vindicentur supplicio, ut volunt Pontificii, Angel. Aretin. *in tract. malefic. verb. injuriosus. numer. 14.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. blasphemia numer. 1.* Jodoc. Damhouder. *in prax. criminal. cap. 61. num. 11.* Prosper. Farin. *in tract. criminal. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. num. 25.* † Vereor enim, 4 ne blasphemiam punientes ipsimet DEUM blasphement, honorem scilicet, qui soli DEO debetur, sanctis tribuentes. † Sed ut extraordinariè coer- 5 ceatur ejusmodi levitas, præsertim si causa ebrietatis vel lubricum linguæ accedat, quod veniam per se meretur, *supr. Defin. 3.*

Ita Domini contra C. K. an Adolff Georgen von Hagen/ Menſe Januar. Anno 1631. (Verba ſentent: Hat ſich der Gefangene in der Schencken/ allda er gezechet/ gegen dem alten Göttern dieſer Reden verlauten laſſen: Du Schelm/ iſt doch die Mutter GOttes eine Hure geweſen/ und ihr betet ſie an/ und es wäre doch wahr/ dann ſie hätte ein Kind gebohren und keinen Mann gehabt/ deſſen er auch durch die vermittelſt Eydes abgehörte Zeugen überführet worden/ ꝛc. So wird er deßwegen/ weil er ſehr trunckен geweſen/ auch des Morgens alſobald umb Verzeihung gebeten/ mit Vorgeben/ daß er nicht wüſte/ was er geſtern gethan hätte/ ein vier oder fünff Jahr des Landes verwieſen/ V.R.W.)

Definit. VI.

Jurantes vel maledicentes per Sacramenta, paſſionem & vulnera Chriſti, in provinciis Saxonicis ultra pœnam arbitrariam, quam luunt, etiam præ foribus tabernarum vel templorum publicè ſiſtuntur.

1 MEdiatè blaſphemare dicuntur DEUM, qui per ſanguinem, paſſionem, vulnera & Sacramenta Salvatoris noſtri Domini JESU CHRISTI
2 jurant, vel aliis maledicunt, † quorum pœna arbitraria eſt in Imperio Romano-Germanico, *ex* Receſſ. Imper. Aug. *de Anno 1530. tit.* Von Gottes-Schwüren und Fluchen / *& de Anno 1548. eodem tit.* Ordin. Polit. Francofurt. *de Anno 1577. tit. 2.*
3 Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 172. num. 3.* † quod & juri communi convenit, quo maledici hi æquè pro arbitrio judicis extra ordinem coercentur, *l. ult. ubi* Gloſſ. *ff. de crimin. ſtellion.* Jaſon. *in l. ſi duo patroni*
4 *13. §. ſi quis juraverit 3. ult. ff. de jurej. num. 1.* † Sed non contenti hâc coercitione maledicorum Electores Saxoniæ laudatiſſimi, ante executionem pœnæ, ſive carceris aut relegationis, ſive mulctæ pecuniæ,
5 eos quoque in terrorem aliorum † præ foribus Templorum, Curiarum vel Tabernarum publicè omnibus conſpiciendos ſiſti juſſerunt, *in* Ordin. Provinc. *de Anno 1550. & 1555. h.* Conſt. *1.* §. Wir wollen
6 auch. † At, inquies, hâc ratione duplici pœnâ affligentur maledici? Ita certè eſt, nec ſufficiens pœna arbitraria viſa eſt Electoribus Saxoniæ pro ſcelere
7 ejuſmodi horrendo, † propter quod fames, terræmotus, & peſtilentiæ fiunt, ut loquitur Imperator
8 Juſtinianus in *Nov. 77. cap. 1. §. 1.* † niſi & alias in exemplum gravitas criminis & pœna innoteſceret, quod certè vix commodius fieri poteſt, quàm ſi Rei omnibus conſpiciendi in loco publico ſiſtantur.

Ita Domini in cauſa Hanſen Reinhards zu Waldenburg/ Menſe Febr. Anno 1628. (Verba ſentent: Daß Beklagter wegen ſeines verübten Fluchens und Sacramentirens/ andern zum Abſcheu vor die Kirchthür oder Schenckſtätt an das Halßeiſen ein zwo Stunden lang öffentlich iedermänniglichen anzuſchauen geſtellet/ und darauff 3. Wochen lang mit Gefängniß geſtrafft werde/ V.R.W.)

Definit. VII.

Non indulgendum eſt Nobilitati in crimine maledictionis per Sacramenta aut vulnera Chriſti.

1 FAlsò certè ſibi perſuadent, ſe veniam merituros, qui ex conſuetudine, aut vitio aſſveto, per Sacramenta, paſſiones & vulnera Chriſti quotidie aliis
2 maledicere, ſibi temperare haud poſſunt, † qui eò magis puniendi, quò gravius crimen hoc ſæpius reiterantes delinquere cenſetur Thom. Grammat. *deciſ. 50.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 2.* Reinhard. Roſa *ad* Moller. *hic num. 1.* † Neque in hoc crimine No- 3
bilitati favendum eſt. Etenim † cum hodiè No- 4
bilibus, iis ſcilicet, qui ſolo nomine absque ullâ virtutis & honeſtatis micâ ſe tales jactant, frequentius verè & quaſi innatum ſit hoc crimen, quis dubitaverit, ſi non graviori, pari tamen pœnâ contra eos id vindicandum eſſe, † Quod & verbis admodum 5
claris innuit Sereniſſimus Saxoniæ Elector in Ordin. Polit. *de Anno 1612. pag. 7. verſ.* Wes Standes und Weſens die auch ſeyn möchten. † Quod ſi 6
dixeris, in delictis arbitrariis mitius puniri Nobiles quàm ignobiles *l. Pedius 4. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. l. aut damnum. 8. §. in Miniſterium 8. ff. de pœn. l. Sacrilegii pœna. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. pecul.* Andr. Tiraq. *de pœna temp. cauſ. 31. num. 1.* † Re- 7
ſpondeo, excipi omninò ab hac regulâ crimen læſæ Majeſtatis, in quo Nobilitas veniam haud mereretur, Gigas *in tract. de crim. læſæ Majeſt. lib. 2. tit. de pœn. quæſt. 1. num. 15. & ſeqq.* Didac. Covarr. *var. reſolut. lib. 2. cap. 9. n. 4.* † Atqui per maledictio- 8
nem lædi Majeſtatem divinam, quæ omnem ſuperat Majeſtatem temporalem, ecquis non animadvertit?

Ita Domini Menſ. Febr. Anno 1571. (Verba ſentent: So werden bemeldte vom Adel von wegen ihres geübten und begangenen Fluchens/ wofern unſer gnädigſter Herr/ der Churfürſt von Sachſen/ ihnen keine Milderung erzeigen wolte/ billich vor die Kirche oder das Rathhauß iedermänniglichen anzuſchauen geſtellet/ und darnach mit Gefängniß in Straffe genommen/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Nec mitiganda eſt pœna maledictionis ei, qui primâ ſolummodo vice delinquit.

CUm quis per Sacramenta alteri horribiliter ma- 1
ledixerat, veniam pœnæ ſibi tribuendam aut ſaltem eam mitigandam putabat, quod primâ ſolummodò vice deliquiſſet, nec ejuſmodi maledictiones ab ipſo unquam antea auditæ fuiſſent? † At impe- 2
trare mitigationem non potuit, ſed præ foribus templi eum ſiſtere & poſtea carcere punire juſſerunt Domini. † Nec enim pœnam in maledicos ſtatu- 3
tam Illuſtriſſimum Electorem ad reiterationem reſtringere voluiſſe, vel inde patet, † quod ejuſmodi 4
maledictionis repetitionem ſeverius coerceri mandaverit, *hac* Conſt. 2. §. Wir wollen auch / *verſ.* Und wo ſie folgends. Tantum ſcilicet abeſt, primam vicem aliquam veniam mereri. † Quod & verborum 5
generalitas ſatis probat, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſt. l. 8. ff. de publ. in rem act.* † Idemq; pla- 6
cet Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 172. num 3. &* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 2. n. 10.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Reinhards zu Waldenburg/ Menſ. Februar. Anno 1618. (Verba ſentent: Daß Beklagter wegen ſeines verübten Fluchens und Sacramentirens/ ſeines Fürwendens/ daß es nemlichen zum erſten mahl von ihme geſchehen/ und dergleichen zuvor von ihme nicht gehöret worden / ungeachtet / andern zum Abſcheu vor die Kirchthür oder Schenckſtätt an das Halßeiſen ein zwo Stunden lang öffentlichen iedermänniglichen anzuſchauen geſtellet/ und darauff drey Wochen lang mit Gefängniß geſtrafft werde/ ꝛc.)

Defi-

Definit. IX.

Cognitio de crimine blaſphemiæ, ejusq; coercitio non ad Eccleſiaſticum, ſed ſecularem judicem ſpectat.

1 COmmuniter equidem tradunt *Dd.* cognitionem de crimine blaſphemiæ mixti eſſe fori, & tàm ad Eccleſiaſticum, quàm ſecularem judicem perti-
2 nere, † atque prævention̄i hoc caſu locum dari, Didac. Covarr. *in c. quamvis 2. de pact. in ſexto. part. 1. §. 7. num. 29.* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. blaſ-*
3 *phemia. num. 4.* † Quod eatenus convenit ſanctioni Imperiali, ut ſaltem Clerici à judice Eccleſiaſtico, Laici verò à judice ſeculari ſint puniendi, propter commiſſum blaſphemiæ crimen, ut clarum eſt ex Receſſ. Imper. Colon. *de Anno 1512. tit.* Von
4 Gotteslåſtern. *verſ.* Und ſollen die Thåter. † Attamen obſervantia aliud introduxit in terris reformatarum Eccleſiarum, † ubi à ſolo judice ſeculari de blaſphemia cognoſci, hujusque criminis Reos
5 coerceri videmus, † id quod minus dubium habet in Provinciis Electoratus Saxonici propter text. *in* Ordin. Eccleſiaſt. *tit.* Von den beyden *Conſiſtoriis*, *artic. 10.* Was vor Straffen das *Conſiſtorium*, und deſſelben *Aſſeſſorn* zu erkennen / und zu
6 gebrauchen haben ſollen. *verſ.* Dann ob ſich wohl/ &c.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent: Und es wird ſolche Straffe von euch/ der weltlichen Obrigkeit/als welcher die Cognition in dieſer Sachen allein zuſtehet/billich vollſtreckt/ V.R.W.)

Definit. X.

Extraordinariè ſaltem puniuntur, qui ſolo facto ſancta Sacramenta profanant.

1 ADeò malitioſi reperiuntur homines, ut non tantùm verbis ſancta Sacramenta blaſphemare, ſed & facto ipſo ea profanare audeant, in comeſſationibus nempe & compotationibus, jocosè verba ſanctæ Cœnæ recitando & corpus atque calicem
2 adminiſtrando, † quos non minus ipſo facto blaſphemiam immediatè in DEUM committere putaverim, ac eos, qui Salvatoris noſtri imaginem manibus impiis ex malitioſo & calumnioſo animo per-cutiunt, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 376. num. 2. & 5.* Jodoc. Damhouder. *in prax. criminal. cap. 61.* Nicol. Boër. *deciſ. 301. n. 17.*
3 † An ergò pœna blaſphemiæ, quæ eſt ultimum ſupplicium, iis decernenda erit? Nimis certè rigoro-
4 ſum id foret, † nec licitæ ſunt ejuſmodi extenſiones in pœnalibus de caſu ad caſum ſimilem. Quin potius, quia de coercitione criminis hujus nihil
5 expreſsè proditum eſt, † non malè ejus animadverſionem arbitrariam dicemus, cum *gloſſ. pen. in c. ſi canonici 2. §. ult. de offic. ordin. in ſexto.* Nicol. Boër. *dict. deciſ. 301. num. 17.* Jacob. Menoch. *dict.*
6 *caſ. 376. num. 4.* † ſiquidem ubi pœna certa haud eſt definita, arbitraria debet eſſe animadverſio, Jaſon. *in l. jubere. 4. num. 17. ff. de jurisd. omn. judic.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor *part. 3. quæſt. 104. num. 9.* Andr. Tiraq. *de pœn. leg. temp. cauſ. 31. num. 34.*

Ita Domini contra Andream M. zu Wurtzen/ Menſ. Jul. Anno 1617.

Et ad requiſitionem Johannis Georgii à Zehmen / Menſe Novembr. Anno 1625.

Definit. XI.

Non ſunt immunes à pœnâ extraordinariâ ſibimetipſis maledicentes.

NOn certè minus peccant, qui ſibimetipſis mala 1
quæque imprecantur, ſeque Diaboli poteſtati mancipant, quàm ſi alteri maledicant; † per id 2
non ſolummodò ſcandalum aliis præbentes, ſed in animam atque corpus proprium ſævientes, † qui 3
tamen membrorum ſuorum Domini haud ſunt *l. liber homo 13. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. ff. de his qui ſibi mort. conſciv.* † Ecquis ergò dubitaverit, temeri- 4
tatem ſibimetipſis maledicentium extraordinariè ſaltem coerceri, cum nullibi hiſce certa ſit definita pœna, ſecundum tradita Jaſon. *in l. jubere. 4. n. 17. ff. de jurisdict. omn. judic.* & Andr. Tiraquell. *de pœn. leg. temp. cauſ. 31. n. 34.*

Ita Domini contra J. K. zu Plauen/Menſ. Auguſt. Anno 1621. (Verba ſentent: Wird J. K. zugemeſſen / daß er ſich dieſer unchriſtlichen Reden gebrauchet / Teuffel hilff mir/ du haſt mich vor nicht verlaſſen/ warumb wilt du mir itzo auch nicht davon helffen/ derer er auch zur Gnüge überführet/ ꝛc. So wird er derowegen mit zeitlicher Landesverweiſung billich in Straff genommen/ V.R.W.)

Definit. XII.

Turbatores Sacrorum non ſemper ultimo ſupplicio, ſed quandoq; arbitrariè puniuntur.

TUrbatores Sacrorum ultimo ſupplicio plecti 1
vult Bald. *in l. ſi quis in hoc genus 10. cum Auth. ſed novo jure. C. de Epiſc. & Cleric.* † Quò facit 2
textus *in l. 10. C. de Epiſc. Cleric. l. denunciamus 5. in fin. C. de his qui ad Eccleſ. confug. dict. Auth. ſed novo jure. C. de Epiſc. & Cleric. ſi quis ſuadente 29. §. qui autem 17. quæſt. 4.* † At vereor ne nimis hoc 3
ſit rigoroſum. Quid enim, ſi aliquis temerarius concionatori in ſuggeſtu publicè contradiceret, eique ſe opponeret? † Per id ſanè ſacra turbari 4
& impediri, nemo negaverit, nec tamen mortis pœnâ hunc percellendum quisquam facilè dixerit. † Reſtringenda itaque eſt pœna capitalis ad qua- 5
tuor requiſita. (1.) Si offendatur perſona Eccleſiaſtica in corpore, eique vis inferatur. (2.) In loco Eccleſiæ. (3.) Eo tempore, quo tractantur divina. (4.) Et per hoc divina turbentur. † Concurren- 6
tibus hiſce quatuor requiſitis, veriſſima erit aſſertio Baldi, prout ipſemet ſe declarat *dict. loc.* † juxta ea 7
Scabinos quondam turbatori Sacrorum dictaſſe gladii pœnam, probavi *in pract. criminal. part. 1. quæſt. 44. num. 54.* † Sed alterutro deficiente, 8
nunquam ad mortis ſupplicium deveniendum erit. † Cui conſequens, turbatores aut interpellatores Sa- 9
crorum, qui palam concionatoribus in ſuggeſtu contradicentes, conciones DEI vel adminiſtrationes Sacrorum impediunt, non capite plectendos, ſed pœnæ arbitrariæ ſubjugandos eſſe, † velut rectiſſimè docet 10
Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 178. n. 1.*

Ita Domini contra Valentin Hauſacken zu Poſeck/ Menſe April. Anno 1622. (Verba ſentent: Dieweil Inquiſit nicht in Abrede/ ſondern geſtändig iſt/ daß er dem Pfarrherrn/ſo auff der Cantzel das Lachen verboten/öffentlichen gar laute widerſprochen / und geſagt: Lache ich doch nicht/ wann ihr ſchelten wolt / ſo ſehet erſt recht / wer da lachet/ wodurch die gantze Gemeine geärgert und irre gemacht worden/ ꝛc. Ey wird er dieſer ſeiner Begünſtigung wegen auff zwey Jahr lang des Landes billich verwieſen/ V.R.W.)

DEFINIT. XIII.

Non errat judex dictitans pœnam maledicentibus Principi, qui Imperator non est.

1 CONveniunt ferè *Dd.* † convitia Principi dicta ad crimen Majestatis læsæ haud pertinere, Hier. Gigas *in tract. de crimin. læs. Majest. tit. qual. & à quib. quæst. 40.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 7. cap. 50.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 31. num. 51.* Hartm. Pistor. *observ. 187.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic.*
2 *quæst. cas. 377. num. 14.* † Et licet contradicat Henr. Bocer. *in tract. de crimin. læs. Majest. cap. 3.*
3 *numer. 5.* † verissima tamen est communis Interpp. opinio, ut demonstravi *in pract. meâ criminali part. 1. quæst. 41. num. 112. & seqq.* † & vel soli di-
4 versi ac separati tituli *Cod. si quis Imperat. maledix. & tit. ad Leg. Jul. Majest.* horum criminum disparitatem innuunt, quæ potissimum in eo consistit,
5 † ut judici, qui Reum Majestatis secundum leges punire solet, facultas coercendi maledicentes sit adempta, † quippe quos solus Imperator pro arbitrio
6 suo coercet, *dict. l. un. C. si quis Imper. maledix. ubi* Jacob. Cujac. *in parat.* Bocer. *dict. cap. 3. num. 3.*
7 † An ergò convitia, in Principem quemvis dicta, ipsi-
8 us arbitrio committenda erunt ? † Ita quidem volunt Menoch. *dict. cas. 377.* Afflict. *decis. 265. num. 61.* Ægid. Boss. *in tract. crimin. tit. de injur.*
9 *num. 34.* † Ast loquitur *dict. l. un. C. si quis Imp. maled.* de solo Imperatore. Ad Electores igitur aliosque Principes inferiores istius dispositio haud extendenda est, ut bene advertit Hartm. Pistor. *dict.*
10 *obs. 187. n. 14.* † Quidni ergò judex maledicentes hoc
11 casu pro suo arbitrio punire poterit ? † Vid. quæ dixi *in pract. crimin. dict. quæst. 41. n. 120.*

Ita Domini contra M. B. zu Pirna / Mens. Octobr. Anno 1620. (Verba sentent: Dabey er gesagt/er wolte/daß der Teuffel dem Fürsten den Halß brächе/ wann er auffs Roß sässe und ausrute/ &c. So wird er gestalten Sachen nach/ weil er darneben diese Wort gebrauchet/ wofern ers böse meynete/ noch eine Zeitlang mit Gefängnüß gestrafft/und hernach auff vorgehende Urpheden desselben hinwiederum entlediget/darbey ihm dann mit Ernst untersaget wird/sich vor dergleichen bösen Wünschen und Reden wol vorzusehen und zu hüten/ damit nicht auff widrigen Fall ihme etwas ärgers begegnen/ er auch wohl am Leibe gestrafft werden möge/ V. R. W.)

DEFINIT. XIV.

Qui non est subditus nisi ratione feudi, haud dicitur committere crimen læsæ Majestatis.

1 RAtione feudi quem dici subditum, haud absurdè quis affirmaverit, cum feudum æquè ac domicilium faciat, ut quis efficiatur de foro alicujus Prin-
2 cipis, Jul. Clar. *in §. læsæ Majestatis n. 6. vers. & ideo. Auth. quà in Provinciâ. C. ubi de crim. agi oport.* † in tantum, ut feudo sit privandus, si Principem offen-
3 dat, *tit. 5. & 7. lib. 1. Feud.* † Non potest tamen eo nomine Reus fieri Majestatis, ita ut capitis & fortunarum pœnam pati debeat, ut benè docet Anton.
4 Fab. *in C. lib. 9. tit. 6. defin. 10. num. 3.* † Nec enim sui Principis Majestatem absolutè videri potest læsisse, qui non nisi secundum quid, ut loquuntur, subditus fuit, Jul. Clar. & Anton. Fab. *dict. loc.*
5 † At non committitur crimen Majestatis, nisi ab iis, qui veri & absoluti sunt subditi, *Clem. pastoralis 2. §. denique & §. seq. de sent. & re jud.* Hier. Gig. *de crimin. læs. Maj. l. 1. rubr. qual. & à quib. crimin. læs. Maj. q. 3. numer. 3.* Jul. Clar. *in pract. §. læs. Maj. num. 6.*

Ita tractatum in causa D. S. Vasalli Serenissimi Ducis Lignicensis, Mens. Nov. Anno 1612.

DEFINIT. XV.

Non uniformis est pœna criminis læsæ majestatis, ut plurimum tamen capitalis.

EX causa læsæ Majestatis in quocunque capite 1
Legis Juliæ, capitalis supplicii, mortisq; pœnam irrogari, vulgò Dd. asserunt, † per *l. quisquis 5. C.* 2
ad Leg. Jul. Majest. Jul. Clar. *in pract. §. læsæ Majestatis. num. 8.* Anton. Fab. *in C. lib. 9. tit. 6. defin. 1. num. 1.* † At verum si hoc est, qui fit, quod deporta- 3
tione saltem puniatur, qui hostem fugientem sciens susceperit, *l. 40. junct. l. eorum 24. ff. de pœn.* † & Re- 4
legatione, qui hostem populi Romani quodam loco occultari non ignorans diu dissimulavit, *dict. l. 40. & l. 24. ff. d. t.* Henr. Bocer. *de crim. læs. Majest. c. 3. n. 109.* † Probant hæc certe, esse quem posse in 5
crimine læsæ Majestatis & tantùm in pœna relegationis, ut bene tradit Ant. Capyc. *decis. 130. num. 20.* † Non nego tamen, crimen læsæ Majestatis ut pluri- 6
mùm vindicari mortis supplicio, præsertim si incidat in crimen perduellionis. † Quamvis & genus 7
supplicii hoc casu certum non sit. † Adversus Ele- 8
ctores siquidem crimen læsæ Majestatis perpetratum severissimè vindicatur per dissectionem in frusta quatuor, Anton. Fab. *dict. defin. 1. num. 6.* Vid. quæ scripsi *in pract. crim. part. 1. quæst. 41. n. 92.* † Alio- 9
quin regulariter pœnâ gladii, *ex l. 5. C. ad Leg. Jul. Maj.* † si falsæ monetæ excussores excipiamus, quos 10
cremari potius debere placuit, *ex l. 2. C. de falsa monetâ.* Jul. Clar. *in §. falsum. n. 4.* † Nec de jure Sa- 11
xonico res aliter se habet: quantumvis enim in proditores decernatur Rotæ supplicium in Landr. *lib. 2. art. 13.* † attamen in desuetudinem id abisse, testa- 12
tur Benedict. Reinh. *part. 5. differ. 24.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: So hat D. S. wegen solches seines boßhafftigen Fürnehmens/und daß er mit List / und durch hochverbothene zauberische Mittel/ Ew Fürstl. Gnaden/ als dem Lehn-Herrn / und Käyserl. auch zu Ungarn und Böhmen Königl. Majest. hochansehnlichen geheimen Rath/Cämmerern/ auch Verwaltern der Ober-Hauptmannschafft in Ober- und Nieder-Schlesien/ nach Leib und Leben gestanden / wodurch er gestalten Sachen nach ein Crimen læsæ Majestatis begangen/ seines habenden Lehnguts sich verlustig gemacht / und hierüber wegen dieser so wohl anderer seiner begangenen und bekannten Mißhandelungen / anfänglichen zur Feymstätte geschleifft/folgends mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet/ und nach beschehener Execution, dessen Cörper/andern zum Schrecken und Abscheu/auf ein Rad gelegt und geflochten werden/V. R. W.)

DEFINIT. XVI.

Ex bonis mariti confiscatis deducitur dos & omne as alienum, sicut & dotis augmentum.

EX causa perduellionis non solummodò ulti- 1
mum supplicium, sed & bonorum omnium publicatio & confiscatio irroganda est, *Auth. bona damnatorum, ubi* Gloss. & Dd. *in verb. fisco. C. de bon. proscript.* Anton. Fab. *in C. l. 9. tit. 6. defin. 2.* 2
n. 1. † Sed non nocet hæc confiscatio Uxori & Creditoribus, quò minùs illa dotem illatam, hi verò Credita sua consequantur. † Non enim possunt 3
bona ad fiscum pervenire, nisi quæ admissis creditoribus superfutura sunt, † cum bona non dicantur, 4
nisi deducto ære alieno, *l. non possunt 11. ff. de jure fisci. l. subsignatum 39. §. 1. ff. de V. S.* Ant. Fab. *dict. tit. 6. defin. 3. n. 1.* † Ex quo fit, quod nec ad succes- 5
sionem admittatur fiscus, priusquam Creditoribus &

Viduæ

6 Viduæ debita exsoluta fuerint; † quia fiscus loco extranei successoris habetur, *l. 2. C. ad Leg. Jul. de Vi publ. l. 1. C. de bon. libert. l. 9. ff. de Leg. Jul. Majest.* 7 † Idem planè dicendum putaverim de dotis augmento, quod & ipsum jure dotis censetur, cujus portio quædam est, *l. inter socerum 26. §. 1. ff. de* 8 *pact. dotal.* † si non ergò dos confiscatur, nec donatio, nisi quæ sit facta post admissum crimen *l.* 9 *quisquis 5. vers. dotes C. ad Leg. Jul. Majest.* † utiq; nec dotis augmentum per confiscationem deminuendum erit, Anton. Fab. *dict. defin. 3. n. 2.*

Ita Dnn. ad Consultationem Dn. Adolphi à Görsdorff zu Budissin/ Mense Januar. Anno 1630. (Verba sent: Und wann Ankläger seine Anklage gebührender massen beybringen und ausführen wird/ hat die Einziehung der jenigen Güter (so nach Befriedigung der Witiben ihres Einbringens und Weiblicher Gerechtigkeit/ wie der andern Gläubigere/ denen des Fiscals Suchen nicht nachtheilig ist/verhanden seyn mögen) wol statt/V.R.W.)

Definit. XVII.

Privati carceres prohibiti quidem sunt regulariter, sed tamen ex justâ causâ permittuntur.

1 ADeò prohibiti sunt carceres privati, ut illos exercentes incidant in crimen læsæ Majestatis, *l.* 2 *un. ubi* Cyn. & Bald. *C. de privat. carcer.* † de quo dixi *in pract. crimin. part. 1. quæst. 41. num. 124. &* 3 *seqq.* † Non tamen per id prohibetur Dominus captivare servum fugitivum, *l. 1. C. de emend. ser-* 4 *vor.* Joh. Gœdd. *ad l. 234. ff. de V. S.* † nec castigationis causa pater filium, *l. 3. §. 1. & 2. ff. de lib. hom. exhib. l. 1. & 2. C. de patr. potest.* Felin. *in c. cum contingat 13. in fin. extr. de for. compet.* † aut 5 consanguinei furiosum, *l. 13. §. 1. ff. de offic. præsid.* 6 † Et quibus in casibus permittitur Creditori vel accusatori eum, quem ex delicto vel contractu obligatum habet, propriâ autoritate prehendere, puta fugientem aut latitantem, *l. 10. §. si debitorem meum 16. ff. quæ in fraud. credit. l. generali. 54. C. de de-* 7 *cur. lib. 10.* † iisdem certè permittendum quoque est, ut privatis eum carceribus detinere queat, si publici carceres eo loco nulli sint. Anton. Fab. *in C. lib. 9. tit. 5. def. 1. n. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 44. num. 1.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rerum crim.* 8 *cap. 63. num. 2. & seqq.* † dummodò quam primum facere poterit, publicis illum reddi curet, aut officialibus ejus loci, in quo reus captus est, si qui ibi 9 sint, † sin minus, iis, qui in proximiore loco jurisdictionem aliquam habent, Anton. Fab. *dict. defin. 1. num. 4.*

Ita Domini in causa Hansen Wolfahrts contra Augustum Verlochen zu Freyberg/Mense Octobr. Anno 1630. (Verba sent: Daß Beklagter durch Verwahrung seines Debitoris, so sich der Flucht verdächtig gemacht/ der Obrigkeit in ihren Gerichten und Botmäßigkeit keinen Eintrag gethan/derowegen er auch mit einigerley Straffe nicht zu belegen / V.R.W.)

Definit. XVIII.

Reus in uno foro licet condemnatus ad pœnam, si tamen eam non solverit, vel hoc nomine cautionem præstiterit, in alio foro ob idem delictum potest puniri.

DE delictis ejusdem hominis sæpius quæri non 1 debet, *l. licet 6. §. ult. ff. naut. caup. stabul.* † sed locus est prærentioni etiam in processu cri- 2 minali, ut dixi *in practica meâ criminali part. 3. quæst. 110. num. 98.* † Adeoque Reus punitus in lo- 3 co prævento, puta domicilii, aut ubi fuerit deprehensus, tùm amplius nequit puniri ab alio delicti judice † & vice versâ, *l. si quis postea quam. 7. ff. de* 4 *judic. l. cum quædam puella. 19. §. ult. ff. de jurisd. omn. judic.* † nec etiam patiatur æquitas, ut ob u- 5 num idemque delictum quis duplici afficiatur pœnâ, *cap. ut debitus 59. extr. de appellat. cap. proposuisti 19. extr. de for. compet. c. si quis justo. 46. de elect. in sexto.* Prosp. Farin. *in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæst. 7. num. 52.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap 33. num. 1. & seqq.* Ægid. Bosi. *in tit. de for. compet. num. 39.* † Sed hoc ita, si Reus jam 6 pœnam solvisset, aut de solvendo cautionem præstitisset; Cæteroquin sola condemnatio non efficiet, quò minus in alio foro Reus prehendi & puniri queat, Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 16. n. 7.* † Ne scilicet Reus maneat impunitus, 7 secus atque interesse publicum exposcit, *l. ita vulneratus 51. ff. ad leg. Aquil.* † & ne uni judici per alte- 8 rum iniqua conditio inferatur, *l. in concedendo. 8. ff. de aquâ pluv. arcend.* † nam quilibet habet suum 9 forum, in quo major est omnibus aliis, *l. apud eum. 14. ff. de manum. l. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp.* Tiber. Decian. *dict. loc.* † Planè, nec fraudulen- 10 ta & à Reo procurata seu affectata prærentio excludit cognitionem alterius judicis, ut docet Farin. *dict. quæst. 7. num. 64.* ubi & plures tradit hujus rei limitationes.

Ita Domini in causa Hansen Starcken zu Marcknaukirchen/ Mens. Aug. Anno 1604. (Verba sentent: Ob ihr nun wohl in selbigen Gerichten zu Nackersdorff in Böhmen für eures Sohnes Erledigung wegen seines begangenen Frevels 100. Gülden zur Straffe zu geben zugesagt. Da aber dennoch itzo bemeldte Geld-Straffe noch nicht erleget/und euer Sohn immittelst im Ampte Voigtsberg/ darunter er bürtig/ und die Begünstigung begangen / zu Hafften gebracht worden wäre/ &c. So wäre dem Ampt Voigtsberg ihn solcher Verbrechung halber zu straffen unbenommen / ihr wäret aber so dann den Gerichten zu Nackersdorff die verwilligten 100. Gülden zu erlegen nicht schuldig. Es wäre dann/ daß ihr der Straffe halber Vorstand bestellen müssen / auff den Fall wäre das Ampt Voigtsberg anderweit wider ihn zu procediren nicht befugt/ V.R.W.)

Constitutio II.

Partis Quartæ.

Von Straffe derer/ so mit Zauberey und Wahrsagen umbgehen.

De pœna Magorum & Ariologorum.



Dieweil die Zauberey hin und wieder hefftig einreist/ und nicht allein in gemeinen beschriebenen Käyserlichen Rechten / sondern auch in Göttlicher Schrifft zum höchsten verboten ist. Demnach constituiren und



Uia magicæ, legibus non tantum Cæsareis, sed & Divinis severiter prohibitæ, præstigiæ passim crescunt; Igitur ordinamus & statuimus, ut, si quis fide Christianâ suâ postpositâ,

ordnen wir / So iemand in Vergessunge seines Christlichen Glaubens mit dem Teuffel Verbündniß auffrichtet / umbgehet / oder zu schaffen hat / daß dieselbige Person / ob sie gleich mit Zauberey niemands Schaden zugefügt / mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden soll.

Da aber ausserhalb solcher Verbündnissen iemand mit Zauberey Schaden thut / derselbe sey groß oder geringe / so soll der Zauberer / Mannes- oder Weibes-Person mit dem Schwerdte gestrafft werden.

Desgleichen ordnen / setzen und constituiren wir / daß auch die / so sich unterstehen aus des Teuffels Kunst wahrzusagen / oder mit dem Teuffel durch Christallen oder in andere Wege Gespräch / oder dergleichen Gemeinschafft zu halten / und sich von ihm beschehener / oder zukünfftiger Dinge Bericht und Erforschung zu erholen / mit dem Schwerdte vom Leben sollen gerichtet und gestrafft werden.

sitâ, pactum cum Satanâ fecerit, vel alias quid commercii cum illo habuerit, etiamsi nemini nocuerit, vivus exuratur.

Quod si fœdere quidem cum illo nullo facto, aliis tamen magicis suis artibus damni quid dederit, sive exiguum id sit sive magnum, gladio, tàm vir quàm fœmina, feriatur.

Simili supplicio eos quoque, qui arte hâc diabolicâ responsa consulentibus dare conantur, vel in cristallo aut aliter cum Diabolo colloquia miscent, eumq; de rebus præteritis vel futuris consulunt, affici jubemus.

DEFINITIONES.

1. Tum demum igne cremantur malefici, si cum dæmone fœdus inierint, eigz se obstrinxerint.
2. Expressa pactio cum Dæmone pœnam ignis meretur, etiamsi nemini à maleficis damnum fuerit datum.
3. Sagæ & Lamiæ cum Dæmone concumbentes igne cremantur, etiamsi nulla pactio expressa intercesserit.
4. Commixtio Satanica dissolvit matrimonium, si forsan contingat, Sagas vel Lamias haud mortis supplicio puniri.
5. Nunquam ultimo supplicio sunt afficiendi malefici, antequam de corpore delicti, vel ex præsumptionibus saltem verisimilibus constet.
6. Malefici citra pactionem cum Dæmone initam artibus magicis hominibus vel jumentis nocentes gladio, non igne puniuntur.
7. Gladio quoq; plectendi sunt malefici, qui cum Diabolo quicquam commercii habent.
8. Sortiarii (die Segensprecher) *non mortis supplicio, sed extraordinariè puniuntur.*
9. Pœna fœminarum, quæ juvenes in capro sibi advehi curant.
10. Mitiganda est pœna maleficis, qui nondum accusati vel incarcerati veram agunt pœnitentiam.

Definit. I.

Tùm demum igne cremantur malefici, si cum Dæmone fœdus inierint, eigz se obstrinxerint.

1 CUm plus sit artibus magicis quàm gladio ho-
minem extinguere *l. 1. C. de malef. & mathem.*
2 † maximâ omnium pœnâ digni visi sunt malefici vel sortilegi, quam vivicrematione appellitat Callistratus *in l. capitalium 28. in pr. ff. de pœn. l. nullus*
3 *aruspex. 3. C. de Malef. & mathem.* † At nimis rigorosè dixeris, cum multi fascinantium artes, tanquam meras nugas rideant, easque similes, ajant, fabulis Vergilianis, de iis, quæ in campo Elysio geruntur, † ut videre est apud Joh. Wier. *in tract. de*
4 *præstig. dæmon. lib. 3. cap. 11. & 12.* Johann. Georg. Gödelm. *in tract. de mag. venef. & lam. lib. 2. cap. 4. n. 15.* Johann. Franz. Ponzin. *de lam. num. 38. & seqq.* Hostiens. *in Summ. extr. de sortileg. num. 3.* *Lud.* Gilhaus. *in arbor. judic. in crim. cap. 2. tit. 17.*
5 *n. 14.* † Neque magos nefariis suis carminibus, diris imprecationibus, characteribus, aliisque actibus ma-
6 gicis, ulli quicquam damni inferre concedunt, † tantumq; abest, ipsos hoc facere, út ne unquam præstare queant Diabolo non cooperante ac nocente, ut
7 differit Wier. *dict. loc.* † Quin & maleficos expressum cum Dæmone fœdus inire, Deoque abnegato & Salvatore suo, diaboli ministerio contra DEUM
8 se directè mancipare, omnes non credunt, † sed conventiones ejusmodi somnia & imaginationes melancholicas contendunt, Joh. Wier. *dict. loc.* Joh. Francisc. Ponzin. *de lamiis. n. 45. & seqq.* † Ex 9
quo alii ne faciles nimis ad credendum videantur, à condemnatione sortilegorum prorsus abstinent; † Alii ne temerè quæque magorum facta admittant, 10
neque omnia etiam rejiciant, mediocritatem sequuntur & pro qualitate personarum, probationumque gravitate, nunc graviorem, nunc leviorem pœnam hujus criminis Reis decernunt, Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 12. defin. 1. n. 3.* † ut sic arbitrari- 11
am sortilegii pœnam statuere liceat, cum Jul. Clar. *in pract. §. hæresis. n. ult. vers. sed de consuetudine.* Jac. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. q. cent. 4. cas. 388. n. 1. & seqq.* † At vereor, ne omnes ii, qui partes ma- 12
gorum tuentur, impiè agant, & graviter peccent, contra expressam summi Legislatoris sanctionem, quâ magi morte puniri jubentur, *Exod. 22. vers. 18. Levit. 20. vers. 26.* † Quos certè cum Diabolo 13
paciscì, fœdusque cum DEO in baptismate initum abjurare, ipsa testatur experientia rerum omnium magistra, † & sub judice adhuc lis est, an quæ ve- 14
neficæ & sagæ efficiunt miraculosa, sensuum sint ludificationes, præstigiæ atque figmenta, Fichard. *tom. 2. cons. 124. q. 2.* † aut si omninò sint, magi ta- 15
men veniam haud merebuntur, vel quia saltem firmiter sibi persuasum habent, omnia, quæ fieri sibi videntur, reverâ contingere, ut quoad effectum in voluntate eorum nihil prorsus desideretur,

Fichard.

16 Fichard. *consil. germ. 116. num. 2.* † vel quod commercium cum Dæmone habeant, renunciantes Deo suo creatori, & obsequium Satanæ præstantes, Joh. Georg. Gödelm. *de mag. & venef. lib. 1. cap. 9. num. 2.* Paul. Chirland. *in tract. de sortileg. quæst. 3. num. 1.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rer.*
17 *criminal. cap. 61. num. 109.* † Ac licet verbis, actionibus, characteribus ac ritibus, quos adhibent malefici, nulla vis efficiendi sit attribuenda, quin tamen iis Diabolo inserviant, inque ejus gratiam suis gestibus & verbis utantur; negari omninò nequit,
18 † nec citra horum consensum, Diabolum homines aut pecudes lædere posse, discimus in scholâ Theo-
19 logorum, † ut demonstravi fusius in *pract. crimin. part. 1. quæst. 48. num. 62. & seqq.* Quæ certè probant, nunquam satis severè in criminis hujus ne-
20 fandissimi Reos animadverti. † De quo cum tàm multi tàm multa, tàmque accuratè scripserunt, su-
21 pervacuum omninò foret plura hic addi. † Et refutantur Wieri argumenta ex professo *à* Johann. Bodino *in scripto peculiari annexo tract. de Dæmonom. & lib. 4. Dæmon. 5.* Mart. Del-Rio *5. disquis. mag. sect. 18. pag. 158. & seqq. tom. 2.* Jacob. Reg. Angl. 6. *Dæmon. cap.* 6. Thom. Erast. *in repetit.*
22 *disputat. de lam. pag. 37. & seq.* † Nemo ergò dubitet, justissimè cremari Maleficos igne ex sanctione Caroli V. Imp. *in Constitut. crimin. art. 109.*
23 † Quam pœnam approbavit Illustrissimus Saxo *h.* Constitut. *2.* §. Demnach *constituiren* und ordnen
24 wir. † Sed restrictam eam voluit ad illos solummodò, qui expressam fovent sortilegii professionem, hoc est, qui ad Dæmones se convertunt, cum eis fœdus ineunt, ipsorum opem & consilium implorant, seque vicissim iis obstringunt & man-
25 cipant, † ut probavi ex *verbis h.* Constitut. *2. dict.* §. Demnach *constituiren. in pract. mea criminali part. 1. quæst. 49. num. 16. & seqq.*

Ita Domini contra C. L. zu Sangerhausen / Mens. Nov. Anno 1614.
It. contra M. P. zu Herbisdorff / Mense Apr. Anno 1615.
Et contra P. VV. zu Stolpen / Mens. Jul. Anno 1621.

Definit. II.

Expressa pactio cum Dæmone pœnam ignis meretur, etiamsi nemini à maleficis damnum fuerit datum.

1 RArissimè equidem fit, ut sortilegi, sive malefici cum Dæmone paciscentes, hominibus, vel saltem jumentis non inferant damnum, ut quod pactionem illam satanicam ceu effectus in-
2 fallibilis sæpissimè subsequitur, † quo casu maleficos igne concremari vix quisquam hodiè dubitat, ob textum clarum in Ordin. Crimin. Carol.
3 *art. 109.* † Sed etsi nec hominibus nec jumentis nocitum fuerit, sola tamen pactio cum Diabolo
4 inita pœnam hancce rigorosam meretur, † *ex hâc* Const. *2* §. *1. vers.* Ob sie gleich mit Zauberey nie-
5 mands Schaden zugefüget. † Rectissimè omninò, cum vix gravius crimen excogitari queat, accedentibus præsertim aliis delictis, ut Apostasiâ, Idololatriâ, Blasphemiâ, & sæpissimè libidine nefandissimâ, quæ omnia pactionem illam concomi-
6 tantur. † Ergò si paciscentes cum Diabolo, vel solùm conventibus Diabolicis in monte Bructero-
rum interfuerint, vel saltem Diaboli auxilio confiderint, ad ignis supplicium rapiendi sunt, † nihil 7
licet præterea effecerint, Matth. Wesenb. & Herm. Vultej. *in* §. *item Lex Cornelia de Sicariis. 5. inst. de publ. judic. Dan. Moller. hic. n. 4. Matth. Stephan. ad art. 109. Ordin. crim. in fin.*

Ita Domini contra A. H. zum Gibichenstein / Mens. Aug. Anno 1594.
Et contra M. P. zu Herbisdorff / Mens. April. Anno 1615.

Definit. III.

Sagæ & Lamiæ cum Dæmone concumbentes igne cremantur, etiamsi nulla pactio expressa intercesserit.

1 NUnquam ergò rigorosum nimis est supplicium ignis, paciscentibus cum Dæmone infligendum, quo eò magis puniendæ sunt Lamiæ atque 2
Sagæ † cum Diabolo concumbentes remque veneream exercentes. Sanè, quid de concubitu Satanico judicandum, & an verè accidat, an pro illusione saltem diabolicâ haberi debeat, nolo hîc disputare
† nec repetere ea, quæ in hanc rem fusius tradidi in 3
pract. criminali part. 1. qu. 49. num. 30. & seqq. Attamen, Satanam cum sagis verè, non illusoriè con-
gredi, † jamdudum autoritate gravissimorum viro- 4
rum, ut Hieron. Aug. Isidor. Mall. *malefic.* Paul. Chirlan. Binsfeld. Jacob. Reg. Angl. Thom. Erast. Mart. Delrion. Phil. Ludov. Elich. & aliorum comprobatum est, † nec aliter de hâc re sentiunt nostrates 5
Theologi teste Frid. Balduinô *in casib. conscient. lib. 3. cap. 5. cas. 13. pag. 761.* † Sed num commixtio 6
hæc Satanica pœnâ ignis severiori coërcenda erit, si Lamiæ vel Sagæ nullâ expressâ pactione aut fœdere se diabolo manciparint? † Hoc ut asseramus 7
gravitas delicti & atrocitas detestandæ ac nefandissimæ libidinis nos cogit atque impellit, quippe quod commixtio hæc cum spiritu immundo, sit longè fœdior & detestabilior Sodomiâ cum brutis animalibus exercitâ, † quæ tamen igneis flammis vin- 8
dicanda est, ex Ordin. Crimin. Carol. V. Imp. *art. 116.* † Et negari vix poterit, Sagas atque Lamias 9
cum Dæmone concumbentes ipso facto se diabolo mancipare & obstringere, subjicientes ei corpora ac membra sua, quæ vasa sunt Spiritus sancti, ex quo cum Dæmone una quasi caro fiunt, † ut vel 10
implicitè saltem casus hic in Const. Elect. *h. 2. verb.* Mit dem Teuffel umgehet / oder zu schaffen hat / sit comprehensus. *Vid.* Matth. Stephan. *in not. ad art. 109.* Ordin. Crim. Carol. *& ibidem* Georg. Remus *in fin.*

Ita Domini contra C. T. zu Wernigeroda / Mens. Januar. Anno 1583. (Verba sentent: Hat inquisitin in scharffer Frage bekannt / und ausgesaget / daß sie mit dem bösen Feinde Gemeinschafft gehabt und zu etlichen mahlen Unzucht getrieben / ꝛc. Da nun die Gefangene auff solchem ihren gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen würde / So möchte sie mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)
Et contra Sagam, die Hasserstеinin genannt / zu Lauchstatt / Mense Febr. Anno 1604. (Verba sentent: Und es hat die gefangene Hasserstеinin gleiches falls bekannt / daß sie selbsten mit dem Teuffel umbgangen / mit ihm Gemeinschafft und Unzucht getrieben / ꝛc. Da nun die Gefangene auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen würde / So möchte sie von wegen solcher mit dem

dem Teuffel gehabten Gemeinschafft / auch begangenen und bekannten unmenschlichen Unzucht / mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden / V.R.W.)

Definit. IV.

Commixtio Satanica dissolvit matrimonium, si forsan contingat, Sagas vel Lamias haud mortis supplicio puniri.

1 ACcidit quandoque, ut Sagæ vel Lamiæ, etiamsi libidinem nefandissimam cum Dæmone exercitam confessæ fuerint, ad meritam tamen pœnam & ultimum supplicium non deposcantur, 2 † vel quod ipsis gratia fiat à Principe, vel quòd ratio aliqua prægnans mitigationem causetur, ubi 3 dubitatum fuit, † *an maritus conjugi suæ, quæ hoc crimine contaminata est, ulterius cohabitare teneatur?* 4 † Quod sanè vel propterea negandum existimavêre Scabini, quia procul dubio per ejusmodi 5 delictum matrimonium fuit dissolutum. † Etenim si adulterium seu violatio thori conjugalis rumpit vinculum matrimoniale, uti expeditum est *cap. 5. extr. de procur. cap. significasti. 4. & cap. ex literis. 5. extr. de divort. cap. literis 12. extr. de præsumpt. cap. 4. extr. de donat. int. vir. & uxor. l. consensu 8. §. si qua igitur. 2. C. de repud.* Joach. à Beust. *de matrim. part. 2. cap. 20.* Matth. Wesenb. *in parat. ff.* 6 *ad Leg. Jul. de adult. numer. 19.* † Cur non etiam concubitus Satanicus, qui longè gravius & de- 7 stabilius crimen carnis habetur? † idque eò magis, quod etiam propter crimen Sodomiticum conjugium separetur, *c. omnes causationes. 7. caus. 32. quæst. 7.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. sodomia. num. 7.* 8 † Atqui concubitum Satanicum in crimen Sodomiæ sive Veneris contra naturam exercitæ incidere, ecquis dubitare vellet?

Ita Domini in causa Curt Puchens zu Meynungen / Mens. Nov. Anno 1613. (Verba sentent: Ob nun gleich gedachtes sein Eheweib noch am Leben / und sonsten die Landes-Verweisung die Scheidung der Ehe nicht mit sich bringt / Dieweil es aber mit gedachten Curt Puchens Eheweibe diese Gelegenheit hat / daß dieselbe eine Zauberin / mit dem Teuffel umbgangen und zu schaffen gehabt / und unmenschliche unnatürliche Unzucht getrieben / deswegen ihr auch die Todes-Strasse zu recht zuerkannt / dieselbe aber wegen des langwirigen Gefängnüß und aus andern Ursachen an ihr nicht vollstreckt worden / &c. So mag auch obgedachter Curt Puche seinem Eheweibe länger Ehelichen beyzuwohnen nicht gedrungen werden / Sondern es wird ihme / als dem unschuldigen Theil / wofern er sich ohn Gefahr seines Gewissens ausser dem Ehestande nicht enthalten mag / darzu er doch fleißig zu vermahnen und anzuhalten / seiner Gelegenheit nach sich anderweit zu verehlichen billich verstattet / V.R.W.)

Definit. V.

Nunquam ultimo supplicio sunt afficiendi malefici, antequam de corpore delicti vel ex præsumptionibus saltem verisimilibus constet.

1 RArius maleficos ultimo puniri supplicio, inquies, cum vix unquam de corpore hujus de- 2 licti constare queat, † quod tamen omninò necesse est, antequam deveniatur ad pœnam mortis, *l. 1. §. item illud 24. ff. de SCto. Syllan. ubi* Bartol. Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 4. in pr.* Hippol. de Mar- 3 sil. *in pract. crimin. in pr. num. 5. & seq.* † Nisi per solam Reorum confessionem corpus delicti sufficienter probatum existimaveris. † Mira namque 4 Sagæ & Lamiæ ut plurimum fatentur, eas nempe diabolicas Synagogas in monte Bructerorum frequentasse, ibique cum diabolo duxisse choreas, saltasse, manducasse, bibisse, cum eoque concubuisse, fidem denique & homagium ei præstitisse, ab eoque varias, mirasque nocendi artes didicisse. † Sed periculosissimum est, ultimi supplicii pœ- 5 nam iis irrogare, qui delictum quidem ultrò fatentur, de quo tamen non aliter, quàm ex ipsorum confessione constet, *l. 1. §. Divus Severus 17. junct. §. 1. ff. de quæst.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 12. defin. 2. n. 8.* † An ergò dicemus, in crimine male- 6 ficii id esse speciale, ut Reus confessus condemnetur, etiamsi de pactione inter Reum & Diabolum contractâ vel concubitu Satanico haud constet, † veluti sentit Johann. Bodin. *lib. 4. de dæmonom.* 7 *cap. 3.* At nec hoc ullibi expressè fundatum est. † Dixerim ergò, sufficere de hujusmodi delicto 8 saltem ex conjecturis & præsumptionibus verisimilibus constare, puta si confessionibus Sagarum non tantùm vox & fama publica congruat, sed & aliorum maleficorum confessiones iis correspondeant, † aut aliâ adsint indicia, quæ judicem tutum red- 9 dere queant, quorum multa recensui in *pract. crimin. part. 1. quæst. 49. num. 62. & seqq.* † Nec enim 10 criminis confessi certitudo alia requiritur, quàm quæ haberi potest, Joh. Georg. Gondelm. *in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib. 3. cap. 10. n. 47.* Dan. Moll. *hic n. 15.* † & sufficit etiam aliàs in delictis 11 occultis & difficilis probationis, de eorundem corpore constare saltem per conjecturas, Ægid. Bost. *in tit. de delict. n. 20.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 66. in pr.*

Ita Domini contra D. M. zu Kalten Sontheimb / Mense Jan. Anno 1613.

Et contra M. P. zu Schmiedeberg / Mens. Novemb. Anno 1621. (Verba sent: Und es ist dahero de corpore delicti, weil sie sonderlich auch gleich andern Zauberinnen und Hexen vom bösen Feinde gezeichnet worden / gar nicht zu zweiffeln: Da sie nun auff ihrem gethanen Bekantnüß vor peinlichem gehegten Halsgerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen würde / so möchte sie von wegen solcher ihrer begangenen und bekannten Zauberey / und daß sie mit dem Teuffel Gemeinschafft gehabt / umbgangen und zugehalten / mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden / V.R.W.)

Definit. VI.

Malefici citra pactionem cum Dæmone initam, artibus magicis hominibus vel jumentis nocentes, gladio, non igne puniuntur.

CEssat verò omne dubium, si Lamiæ vel Sagæ, 1 ultra pactionem vel concubitum cum Dæmone, artes nocendi à Diabolo didicisse, magno multorum malo, nunc in hos, nunc in illos nominatim designatos se exercuisse fateantur. † Etenim si confes- 2 sioni effectus correspondeat, vix ulterius de corpore delicti dubitandum erit. Veluti si de evidentiâ morborum appareat, † quorum scilicet naturalis causa 3 nec per peritissimos Medicos proferri ulla possit, nec nisi de Sortilegii & maleficii auctore dubitetur, † Absurdum sanè tùm esset, alias certiores crimi- 4 nis probationes requirere, quàm ex ejus, qui fecisse dicitur, publicâque famâ urgetur, confessione, *l.*

si is

si is cum quo 4. ff. de confess. Anton. Fab. *in Codic. lib.* 5 *9. tit. 12. defin. 2. num. 9.* † Nunquam tamen malefici ex eo solo, quod damnum dederint hominibus vel jumentis, igne cremandi sunt, sed tantummodò 6 gladio plectendi, † si non fœdus cum Dæmone contraxerint, nec se ei mancipaverint & obstrinxe- 7 rint, *h.* Const. 2. §. Da aber ausserhalb/ &c. † Quæ pœna etiam in jure civili est fundata, *l. eorum 4. l. nemo. 5. l. multi. 6. ubi* Gloss. *C. de Malef. & Matt.* 8 Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. hæresis num. 25.* † Nam quod de ignis supplicio constitutum reperitur, *in l. 2. C. de Malef. & Mathem.* id ad casum specialem aruspicum, qui accedendo alienas ædes suis imposturis & sortilegiis eas quasi polluunt, restringendum 9 videtur, Matth. Coler. *part. 1. decis. 180. num. 3.* † Nec movet in contrarium Ordin. Crimin. Carol. *artic. 109.* & Landr. *lib. 21. art. 13. vers.* Wer mit Zauberey 10 tey. † Utrumque enim textum de Magis ac Veneficis, qui fide Christianâ sepositâ dæmoni se manciparunt, & initâ cum eo pactione expressâ hominibus nocent, exaudiendum esse, probavi *in pract. crimin. part. 1. q. 50. num. 7.*

Ita Domini ad Consultationem Quæstoris in Liechtenstein / Mense Jun. Anno 1593. (Verba sentent: Da ihr euch nun allbereit erkündiget hättet/ oder nochmals erkündigen würdet / daß gedachter Härtel und sein Weib durch Zauberey an ihrer Gesundheit Schaden genommen/ und die Gefangene würde auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren /, oder des sonsten wie recht überwiesen. So möchte sie von wegen solcher begangenen und bekannten Zauberey mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. VII.

Gladio quoq; plectendi sunt malefici, qui cum Diabolo quicquam commercii habent.

1 QUid vero, si Malefici nec fœdus cum Dæmone contraxerint, seque ei obstrinxerint, nec hominibus vel jumentis nocuerint, arte tamen diabolicâ divinare conentur, in Crystallo, speculo & vitro polito Dæmonem interrogantes de rebus furto amissis & consulentibus respondentes? 2 † Non certè hi tueri se poterunt, quo minus gladio feriantur, quâ pœnâ Illustrissimus Saxo omnes plecti jubet, qui commercii quicquam cum Diabolo habent atque exercent, vel saltem cum eo conversantur, *hâc* Const. 2. §. Desgleichen ordnen/ &c. 3 † Quod & juri divino pariter *in Exod. 22. vers. 18. &* 4 *Levit. 20. vers. 6.* † atque civili *in l. nemo 5. C. de malef. & math.* convenit, ut dixi *in pract. criminal. part. 1. quæst. 50. num. 39. & 40.* † Nec aliud dicendum putaverim de iis, qui magicis artibus cupiunt 5 aliis prodesse: Etsi enim hi cum Diabolo, qui hostis humani generis non prodesse sed nocere desiderat, vix videri possint habere commercium, † Attamen tacitum saltem hîc subesse pactum, negari 6 nequit, dum Diabolus in speciem prodesse permittit aliquibus, ut eos ita illectos illaqueet, & cum periculo animæ fallat, quæ præcipua ratio est Imp. 7 Leonis *in Novell. 65.* † quâ justè & sanctè improbat posteriorem partem *l. 4. C. de malefic.* quam malè Codici suo inseri permisit Justinianus Imper. † Et 8 benè partem eam piis improbari, ait Jacob. Cujac. *lib. 27. observ. 17.*

Ita Domini contra H. K. zu Staden / Mens. Novembr. Anno 1586.

Definit. VIII.

Sortiarii (die Segensprecher) *non mortis supplicio sed extraordinariè puniuntur.*

ALia tamen est ratio Sortiariorum vel Sortilegorum der klugen Frauen oder Segensprecherey/ 1 qui licet superstitiosis remediis, veluti characteribus, sigillis, imagunculis, Crystallis, speculis, cribro, conceptis verbis ignotis, (quibus sæpissimè immiscetur nomen S. S. Trinitatis & benedictio divina) amuletis superstitiosis de collo suspensis &c. morbos curant, & fascinationes depellunt, † aut 2 res furto perditas recuperant, attamen nec damni quicquam inferunt, nec cum dæmone conversantur aut commercii quid expressè habent, † ut pro- 3 pterea pœna *hâc Const.* definita ad hosce Sortiarios neutiquam extendi debeat, † licet concesserim, 4 eos pœnam extraordinariam carceris vel relegationis haud effugere posse, ut docui *in pract. crim. part. 1. quæst. 50. n. 50. & seqq.* † Quin & usu in fo- 5 ro Saxonico obtinuit, ut Sortiarii ante pœnæ executionem Ministris Ecclesiæ committantur, qui eos rectius institutos, ab ejusmodi superstitionibus deducant, Dan. Moller. *hic. n. 24.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 180. num. 10.*

Ita Domini contra B. VV. zu Endorff / Mens. Aug. Anno 1525. (Verba sentent: So wird sie wegen solcher ihrer Begünstigung und Segensprechens des Landes ewig billich verwiesen: Jedoch wird sie vor der execution dem Ministerio untergeben/ und von demselbigen aus GOttes Wort unterrichtet / daß sie an solchen abergläubischen Handeln unrecht und wider GOttes Gebot gethan/ auch zugleich nebenst ernstlicher Verweisung vermahnet/ davon künfftig abzustehen / inmassen von euch als der Obrigkeit ihr gleichfalls mit Ernst untersaget wird/ sich dergleichen Sachen zu enthalten/ damit ihr nicht auff den Fall/ da sie wiederumb betreten/ etwas ärgers begegnen und widerfahren möge / V. R. W)

Et contra H. L. zu Liebenwerda/ Mens. Majo, Anno 1602. (Verba sent: So mag sie auch nach Gelegenheit dißfalls als eine Segensprecherin mit der ordentlichen Straffe der Zauberer nicht belegt werden / Sondern sie wird billich den Predigern Göttliches Worts untergeben / und durch dieselbe solches ihres Abergläubischen Fürnehmens halben/ aus GOttes Wort gestrafft und davon abzustehen ermahnet/ und alsdann wegen des Mißbrauchs Göttliches Namens mit zeitlicher Landes-Verweisung in Straffe genommen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Pœna fœminarum, quæ juvenes in capro sibi advehi curant.

CUm vetula amore lascivo juvenis capta, eum 1 artibus magicis in capro sibi advehi curaverat, dubitatum fuit, *an mortis supplicio hoc delictum esset vindicandum?* Etsi enim de ullo fœdere aut pactione cum Dæmone initâ non constabat, † at- 2 tamen negari vix poterat, quin juveni per id nocitum fuisset, vel saltem metum & horrorem per violentam & diabolicam vecturam ei incutiendo,

3 do, † quo casu gladii pœnam irrogari, jubet *hæc* Constit. 2. §. Da aber ausserhalb. *Supr.* Definit. 6.
4 † Attamen, quia hoc casu nulla fuerat nocendi intentio, ex quâ solummodo de irrogatione supplicii alicujus judicandum est, quin potius amoris causâ
5 vetula incantationibus usa fuisset, † placuit Dominis sepositâ severiori mortis pœnâ, vetulam propter exercitas artes Diabolicas fustigari & in perpe-
6 tuum relegari, † secundum tradita Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. hæresis. num. 25.* † veluti etiam pœnam
7 hanc pro ejusmodi delicto sufficere, si adolescenti nocitum haud fuerit, docet Matth. Coler. *part. 1. decis. 180. numer. 14.* Reinh. Rosa *ad* Dan. Moller. *hic. numer. 6.*

Ita Domini contra A. P. zu Sittichenbach / Mens. Majo, Anno 1621. (Verba sentent: Hat die gefangene A. P. bekannt und gestanden/ daß sie durch Zauberey/ indeme sie Kräuter gekochet/ und gewisse Wort dazu gesprochen/ Urban Volcken einen Bauersmann / vom Dorffe hinein in ihr Hauß auffm Bocke holen lassen/ zu dem Ende / daß er ihres Willens mit ihr pflegen solte/ so er aber / als er zu ihr gebracht worden / nicht thun wollen / hätte sich ausser diesem niemahls der Zauberey beflissen / noch jemand dadurch Schaden gethan/ ꝛc. So wird sie ihrer Verbrechung wegen mit Staupen-Schlägen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. X.

Mitiganda est pœna maleficis, qui nondum accusati vel incarcerati, veram agunt pœnitentiam.

1 POena maleficorum rigorosa quidem est, attamen mitiganda, si malefici veram agant pœnitentiam & à fœdere cum Dæmone inito recedant, † ex sententiâ Joh. Georg. Gödelm. *in tract. de Mag. Venef. & Lam. lib. 3. cap. 11. num. 45.* Quod con- 2
cesserim, † si malefici nondum accusati nec in- 3
carcerati à maleficio desistant, verè pœnitentes & fidem Christianam recipientes, † prout hanc sen- 4
tentiam restringit Joh. Bodin. *in tractat. de dæmonom. lib. 4. cap. 3. pag. 580. & lib. 4. cap. 5. pag. 674. & seqq.* quem sequitur Dan. Moller. *hic. numer. 24.*
† Eamque restrictionem probat Const. Elect. *32. in* 5
fin. part. 4. † Planè, non ita hoc intellectum velim, 6
ut prorsus omnis pœna cessare debeat, sed mitigandum solummodo est supplicium, hoc modo, ut si maleficus igne concremandus alioquin esset, pœnitens gladio feriatur, vel plectendus gladio fustigetur atque in perpetuum relegetur. † Nunquam 7
enim pœnitentia ab omni pœna excusat, *l. qui eâ mente 65. ff. de furt.* sed eam tantummodò mitigat, secundum tradita Andr. Tiraquell. *in tract. de pœn. temper. quæst. 60.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 32. n. 22. & seqq.*

Ita Domini contra E. G. zu Dreffurdt / Mens. Jul. Anno 1586. (Verba sentent: Ob wol E. G. bekannt und gestanden/ daß sie unterschiedene Stücke Viehe durch Zauberey getödtet/ von GOtt dem HErrn abgefallen / mit dem Teuffel ein Verbündnüß gemacht/ gebuhlet / und vielfältige Gemeinschafft gehabt. Dieweil sie aber sieder dem gehaltenen Tantz in der Walpurgs-Nacht des 81. Jahres/ ihren Buleu/ Strauß genannt/ abgeschaffet/ demselben entsaget / und sich zu GOtt wieder bekehret/ ꝛc. So bleibet sie mit der ordentlichen Straffe des Feuers verschonet / Sie wird aber gleichwol von wegen ihrer Verbrechung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gestrafft/ V. R. W.)

Constitutio III.

PARTIS QUARTÆ.

Straffe des Todtschlags/ so an Kindern/ Eltern oder nehesten Freunden begangen.

De Pœna parricidii in parentes, liberos, vel proximè conjunctos, commissi.

DJeweil unsere Schöppenstüle wider die jenigen / so an ihren Kindern / Eltern oder andern nähesten Freunden / einen freventlichen / böslichen Mord begangen / ungleiche Straffen bißanhero gesprochen / So constituiren und wollen wir / Da es sich hinfüro begebe / daß die Eltern ihre Kinder / oder die Kinder ihre Eltern/ oder aber auch die Eheleute eines das ander böslich thäte ermorden oder umbbringen/ es geschehe mit Gifft oder in andere Wege/ so soll der Thäter (da die Gelegenheit des Wassers der Oerter verhanden) in einen Sack / sammt einem Hunde und Affen/ oder an statt desselbigen einer Katzen/ Hahnen/ auch einer Schlangen gesterkt / ins Wasser geworffen/ und ertränckt werden. Würde aber die Gelegenheit des Wassers der Oerter nicht verhanden seyn / soll solcher Missethäter mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden.

CUm de puniendis parricidiis in parentes, liberos vel consanguineos proximos, commissis inter Scabinatus nostros hactenus non conveniſſe intelligamus; Igitur constituimus & volumus, ut si in posterum vel parentes liberos suos, vel liberi parentes, vel denique conjunx conjugem, sive veneno, sive alio modo, ex proposito & dolo malo occidat, parricida unà cum cane, simiâ, vel ejus locó, fele, gallo gallinaceo & angue, culeo insutus, in fluvium (siquidem eum locum quis præterlabatur) conjectus suffocetur, aut flumine deficiente, rotæ supplicio afficiatur.

Quod si quæ verò mater plures infantes suos occiderit, illam præter eas, quas diximus, pœnas, pro numero infantium necatorum, forcipibus candentibus quoque, dum ad supplicium ducitur, prehendi & aduri jubemus.

In

Und woferne das Kinder-umbbringen mehr dann einmahl von der verbrechenden Person geschehen / so sollen derselbigen so viel Zangenriß / als viel sie Kinder umbbracht / neben obgedachter Straffe zuerkannt werden.

Wenn aber an Brüdern / Schwestern / oder auch andern nahen Bluts-Freunden / oder nahen verwandten Schwägern / unter welchen Vermöge Göttlicher Schrifft wegen der Bluts-Freundschafft oder Schwägerschafft keine Ehe kan vollzogen werden / solcher Mord fürsetzlich geschehen / so soll der Thäter zu der Feymbstatt geschleifft / und folgends mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode / wegen solcher seiner Mißhandlung / gerichtet werden.

In fratres autem vel sorores, vel sanguine aut affinitate ita conjunctos, ut lege divina prohibente, matrimonio jungi non possint, parricidio dolo malo commisso, reum trahæ illigatum & ad locum supplicii raptatum gladio puniri mandamus.

DEFINITIONES.

1. *Parentes non solummodò liberos, sed & nepotes aut pronepotes occidentes, pœnâ parricidii, quæ est Culei, plectendi sunt.*
2. *Non eò minus Culei supplicio subjacent parentes, quod liberos saltem incestuosos & adulterinos necaverint.*
3. *Non tutò indicere potest judex parricidii pœnam ei, qui filium ex scorto publico procreatum occidit.*
4. *Cessat pœna Culei in Vitrico, Novercâ, vel Socero, occidentibus privignum, vel generum.*
5. *Nec vitricum vel novercam, socerum vel socrum occidentes, culei supplicio subjugandi sunt.*
6. *Mariticidium quoque pœnâ Culei asperrimâ vindicatur.*
7. *Reiteratio infanticidii ustulatione ferri candentis punitur, non ex numero infantum occisorum, sed reiterati parricidii.*
8. *Pari supplicio supponuntur, qui fratrem utrinq; & ex uno duntaxat latere conjunctum necant.*
9. *Pœnâ in fratricidas constitutâ plectendus quoq; est, qui patruum occidit.*
10. *Nec non is, qui fratris aut sororis filium, filiamvè necat.*
11. *Occisor quoque affinis, qui sororis suæ maritus est, ad pœnam gladii trahæ illigatus debet raptari.*
12. *Ex Lege Corneliâ de sicariis punitur, qui absque proposito occidendi, dolosè tamen parricidium committit.*
13. *Nunquam punitur mortis supplicio parricidium, ex solâ culpâ, licet latissimâ, commissum.*
14. *Ex culpa levi, vel levissima perpetratum parricidium, vix severiori, quam carceris aut relegationis pœnâ coercetur*
15. *Ex confessione dubia & obscura Reus non subjugandus est pœnæ parricidii, sed sub tormentis de veritate interrogandus.*
16. *Non deveniendum est ad pœnam parricidii ordinariam, priusquàm de corpore delicti constet, saltem ex ossibus hominis occisi.*
17. *Constare potest de corpore delicti ex validissimis & urgentissimis indiciis, ad hoc, ut pœna parricidii ordinaria infligi queat.*
18. *Mitiùs agendum cum fœminâ, quæ ex stupro violento procreatum infantem necavit.*
19. *Filius graviter percutiens ac vulnerans patrem fustigari debet; nisi ipsemet pater offensus pro eo intercedat.*
20. *Propter leviorem verò offensionem, liberi mitius, vel sola relegatione vel carcere puniuntur.*

Definit. I.

Parentes non solummodò liberos, sed & Nepotes aut pronepotes occidentes, pœnâ parricidii, quæ est culei, plectendi sunt.

1 ANxiè disputant Dd. quonam supplicio in parricidas hodiè sit animadvertendum, cum veterem illam parricidii pœnam, ut nempe hujus criminis Rei vivi corio insuti cum gallo gallinaceo, cane, viperâ & simiâ in mare vel flumen projiciantur, † de quâ *in l. pen. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. §. alia deinde 6. inst. de publ. judic.* † in desuetudinem abiisse sibi persuasum habeant, Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 11. definit. 1. numer. 7.* Salycet. *in dict. l. un. C. qui par. vel lib. occid.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 9. cap. 16. num. 18.* Johan. Harppr. *in dict. §. alia deinde. 6. num. 30. & seqq. Id. t.* Prosper. Farin. *part. 3. oper. crim. quæst. 120. num. 12.* † sed concesserim hoc in exteris regionibus. In imperio verò Romano-Germanico pœnam illam usu communi fuisse abolitam, tantum abest, † ut potius Imperat. Carolus V. eandem expressè approbaverit, *in artic. 131.* Ordinat. Criminal. † eamque in provinciis præsertim Saxonicis etiamnum hodiè parricidis infligi, ipsa testatur experientia, & satis evincit Constitut. *b. 3.* † quæ id temperamenti addidit, ut loco simiæ felis adhiberi queat, *vers.* Oder an statt derselbigen eine Katze. † & si ob defectum fluminis vel aquæ, pœna culei commodè exerceri haud possit, Rotæ supplicio criminis hujus Rei subjiciantur, *h.* Const. *3. §.* Würde aber die Gelegenheit. † Nemo ergò dubitet, quin pœnâ culei in provinciis nostris adversus eos, qui liberos suos necarunt, sit animadvertendum, Virgil. Pingitz. *quæst. 44. num. 6. & seqq.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 33. num. 55.* Matth. Colet. *part. 1. decis. 157. num. 1.* Dan. Moller. *hîc. num. 11.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 6. num. 6.* † Quod genus supplicii & tùm sibi vendicat locum, si parentes occiderint Nepotes, pronepotes aliosvè descendentes, per text. *in l. 1. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* † Etsi enim *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid.* & Constit. *b. 3.* videantur loqui saltem de occisione filiorum, neutiquam tamen per id reliqui descendentes excluduntur, † quin potius liberorum nomine comprehenduntur, *l. liberos 10. ff. de Senator. l. idem erit. 3. §. liberos autem. 6. ff. de assign. liber. l. liberorum 220. ff. & de V. S.* † In eoque convenire omnes testis est Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. casu*

casu. 356. n. 51. Jul. Clar. *in §. parricidium. n. 3. vers. scias etiam.* Petr. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 22. n. 3.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de lege Pompej. de parricid. n. 6.* Prosper. Farin. *dict. quæst. 120. n. 109.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crim. cap. 87. n. 1.*

Ita Domini contra M. P. zu Mügeln / Mens. Majo, Anno 1620. (Verba sententiæ: Hat inquisitin bekannt und gestanden / daß sie ihrer Tochter Kind umbgebracht / und ihme den Hals herumb gedrehet / ꝛc. Da sie nun auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder dessen sonsten wie recht überwiesen würde / So möchte sie von wegen solcher an ihrer Tochter Kinde begangenen und bekannten Mordthat / zusammt einem Hunde / Hahne / auch einer Schlangen und Katzen an statt eines Affen in einen Sack gestecket / ins Wasser geworffen und ertränckt / oder da die Gelegenheit des Wassers des Orts nicht verhanden / mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. II.

Non eò minus Culei supplicio subjacent parentes, quod liberos saltem incestuosos & adulterinos necaverint.

1 COmmittit æquè parricidium, qui filio saltem naturali impias manus infert, eumque occi-
2 dit, nempe † quia filiationis solummodò substantia in hoc crimine considèratur, non qualitas, Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. parricidium. num. 1.* Anton.
3 Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 11. defin. un. num. 7.* † Neque natura inter liberos legitimos & naturales distinguit, *l. adoptivus. 14. §. serviles. 2. vers. unde nec vul-*
4 *gò. ff. de rit. nupt.* † Quidni ergò pari pœnâ ejusmodi occisor afficeretur, ut rectissimè sentiunt Salycet. *in l. un. C. qui par. vel lib. occid.* Jul. Clar. *dict. §. parricidium. numer. 2.* Petr. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 22. num. 4. & 12.* Tiber. Decian. *in tract. crim.*
5 *lib. 9. cap. 8. num. 8.* † Non aliud certè statuendum existimem de occisoribus filiorum ex nefario, incestuoso & adulterino complexu procreatorum, quos æquè pœnæ parricidii supponendos rectissimè asserit Dan. Moller. *hîc num. 20. post* Didac. Covarr.
6 *in epit. de sponsal. in 2. part. cap. 8. §. 2.* † Nam & inter filium adulterinum atque patrem vinculum illud naturale extat, quod sanguinis & cognationis dicitur & in crimine parricidii potissimum attenditur, Gloss. *ult. §. fin. inst. de legit. agnat. success.*
7 † Ex quo facilè corruit argumentum Pingitz. *quæst. 44. num. 18. & seqq.* cui sententia hæc omninò su-
8 specta est, † liberos scilicet adulterinos & incestuosos nec pro naturalibus haberi, nec ad sacros ordines admitti, sed prorsus alienos reputari, *Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Novell. 89. c. ult.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 42.* quia hoc verum est solum-
9 modò quoad effectum juris civilis, † non autem secundum naturam & sanguinem, qui tantummodo in parricidii pœnâ considèratur, *c. undecunque 3. dist. 56.*

Ita Domini contra C. à S. zu Torgau / Mens. Majo, Anno 1617. (Verba sent: So möchte er von wegen der an seinem Kinde / so er mit N. N. im Ehebruche erzeuget / begangner und bekannter Mordthat / zusammt einem Hunde / Hahn / Schlangen und Katzen an statt eines Affen in einen Sack gestecket / ins Wasser geworffen und ertrancket werden / V. R. W.)

It. contra P. N. zu Rotenburg / Mens. Mart. Anno 1624.
Et contra H. R. zu Sangerhausen / M. Octob. Anno 1598.

Definit. III.

Non tutò indicere potest judex parricidii pœnam ei, qui filium ex scorto publico procreatum occidit.

ETsi pœnâ parricidii non minus teneantur, qui fi- 1
lios naturales occidunt, quàm qui liberos legitimos necant, Defin. *præced.* † propter jus scilicet 2
filiationis, quod natura in quavis indifferenter prole respicit; attamen non aliter hoc intellectum velim, quàm si de patre certò constiterit. † Cæteroquin, nec filiationem nec ejus effectum, qui in 3
punitione criminis hujus speciali consistit, attendi, quivis facillimè concesserit, † cessante enim ratio- 4
ne alicujus juris, & ipsa juris dispositio cessat, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron.* Jason. *in l. quod dictum. 32. numer. 2. ff. de pact.* Nicol. Everh. *in loc. à cessat. rat. num. 2.* † Evenit hinc, ut occisor 5
filii ex scorto publico procreati nunquam ferè pœnâ parricidii plectatur, quia nempe incertus est parens. † Nam, si mater omnibus indifferenter se pro- 6
stituerit, ecquis certum aliquem nominare patrem ausit? Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 356. n. 16.*

Ita Domini contra O. L. zu Grünhain / Mens. Jul. Anno 1593. (Verba sent: Hat nun inquisit bekannt / daß er solchem Kinde das Hälßlein umbgedrehet / und dasselbige also fürsetzlich umbgebracht / und es nachmals in das Wasser geworffen / und es könte gar wol seyn / daß er Vater zu dem Kinde wäre / so die Vettel am besten wissen würde / welche ihme denn solches unter Augen gesagt / und daß er allein der rechte Vater zu berührtem Kinde sey / hart betheuret / ꝛc. Da nun inquisit auff solchem seinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen würde / so möchte er wegen begangenen Ehebruchs / und der an dem Kinde verübten Mordthat / in Ansehung daß B. V V. einem vorigen Bericht nach / eine gemeine Vettel / und also ungewiß ist / ob er Vater zum Kinde sey / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. IV.

Cessat pœna Culei in Vitrico, Novercâ vel Socero occidentibus privignum vel generum &c.

QUid autem juris in parentibus occidentibus 1
privignum, privignam, generum vel Nurum, *an & hosce pœnâ Culei asperrimâ plectendos arbitrabimur?* † Ita quidem sentiunt Dd. communiter, 2
Prosp. Farin. *part. 5. operum crim. quæst. 120. n. 111.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 6. num. 78.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 157. ubi* Jacob. Schult. *in addit. n. 7.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 9. cap. 8. num. 6.* † At nullibi hoc in jure fundatum est, nec ulla ju- 3
ris ratio hanc pœnæ crudelissimæ extensionem admittit. † Ecquis enim non videt, naturalem 4
illam affectionem inter parentes & liberos tam rigorosum supplicium requirere, *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid.* † Ex quo sanè ad vitri- 5
cum vel socerum, in quo tanta affectio non est, argumentari haud licet, † nisi quis dicere velit 6
cum Decian. *dict. cap. 8. num. 6.* Vitricum & Novercam occidentem privignum & privignam, pœnâ hâc parricidii propterea teneri, quo ipsis præripiatur occasio sæviendi in privignos, quos odio habere præsumuntur, *l. 4. ff. de inoff. test. l. 1.*

ubi

7 *ubi* Gloss. *C. ubi pupill. educ. deb.* † Sed loquitur Decianus absque autoritate juris, sine quâ nihil temerè est asseverandum; *l. dissentientis. 5. C. de repud. cap. is qui in Ecclesiâ. 18. in fin. de sent. excomm.*
8 *in sexto.* † Quin potius sufficere hoc casu pœnam gladii, addito aliquo peculiari supplicii augmento, ut vel cadaver post executionem rotæ affigatur, vel Reus ante executionem trahæ illi-
9 gatus ad pœnam rapiatur, disertè probat † *hæc ipsa* Constit. *3. in §. ult.* quæ hoc modo parricidium in affinibus commissum vindicari jubet. Sed quis nescit privignum & privignam, generum & nurum, affinitate esse conjunctos vitrico & no-
10 vercæ, socro & socrui, † veluti etiam hi omnes affines appellitantur, *§. item amitam 5. §. affinitatis 6. & seqq. inst. de nupt. l. 4. §. 5. & seqq. l. 10. §. 8. & seq. ff. de grad. & affin.*

Ita Domini contra D. K. zu Radegast/ Mens. Aug. Anno 1602. (Verba sentent: So möchte er derowegen/ daß er sein Stieff-Kind ermordet und umbracht/ zur Feymstatt geschleifft/ und also dann mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Et contra A. R. zu Sangerhausen/ Mens. Junio, Anno 1616. (Verba sentent: So möchte sie wegen solcher an ihrer Stief-Tochter begangenen/ und bekandten Ermordung/ &c. zur Feymstatt geschleifft/ und folgends mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Nec Vitricum vel Novercam, socerum vel socrum occidentes, culei supplicio subjugandi sunt.

1 ALiud certè dicendum non est de supplicio parricidii in Vitrico vel Novercâ, socero vel
2 socru commisso. † Etsi enim aliàs liberi parentes suos occidentes æque pœnâ culei teneantur, ut patet ex verbis *h.* Constit. *3. in pr. vers.* Oder die
3 Kinder ihre Eltern. † & probavi hoc *textibus & Sententiis Scabinorum Lipsiensium in practicâ*
4 *meâ criminali part. 1. q. 8.* † Secus tamen se res habet in privigno, vel privignâ, genero vel nuru, occidentibus vitricum vel novercam, socerum vel socrum, qui omnes gladio feriuntur, eorum cadavera vel rotæ affiguntur, vel ipsi ante executionem trahæ illigati ad supplicii locum rapi-
5 untur, juxta tradita Defin. *præced.* † quæ hoc in casu etiam locum habent ex natura correlativo-
6 rum, † quæ eandem admittuntur juris dispositionem, *l. fin. ff. de accept.* Bald. *in l. nemo Martyres. 3. & in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles.* † Nec
7 obstat, si dicere velis, Vitricum & Novercam, Socerum & Socrum loco parentum esse, eorumque appellatione contineri, *l. cum pater. 4. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. §. affinitatis. 6. & §. socrum. 7.*
8 *instit. de nupt.* † Id enim fit minus propriè, quia verè parentes non sunt, sed solummodò affines, *l. 4. §. 5. & seqq. l. 10. §. 8. & seq. ff. de grad. & affin.*
9 † tenebuntur itaque pœnâ eâ, quæ affinibus occi-
10 soribus definita est, *h.* Const. *3. §. ult.* † Minus obest *l. 1. & l. 3. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* Ex quibus certè textibus nihil aliud probatur, quàm quod occidentes Vitricum, Novercam, socerum & socrum, crimen parricidii committant, quod in aperto est; † Sed quomodo puniri debeant, de 11
hoc nihil ibidem habetur, † quin pœnâ saltem 12
Legis Corneliæ de Sicariis eos teneri, expressissimè dicitur *in dict. l. 1. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.*

Ita Domini contra N. T. zu Sangerhausen/ Mens. Decemb. Anno 1595.
It. contra G. H. zu Pausan/ Mens. Jul. Anno 1607.
Et contra G. N. zu Dreßden/ Mens. Octob. Anno 1592.

Definit. VI.

Mariticidium quoque pœnâ culei asperrimâ vindicatur.

NUllum certè dubium est, quin maritus occi- 1
dens conjugem pœnâ Culei vel Rotæ in casu deficientis fluminis plectatur, *h.* Constit. *3. in pr.* & probavi id pluribus *in pr. crim. part. 1. q. 12.* † Sed num etiam uxor necans maritum? Quis du- 2
bitaverit, si non ex naturâ correlativorum, † quæ 3
eandem juris dispositionem admittunt, Bald. *in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles.* † attamen ex 4
clara sanctione Electorali, *h.* Constit. *3. in pr. vers.* Oder aber auch die Eheleute/ eins das ander böß-
lich thäte ermorden. † Putaveris forsan hoc rarissi- 5
me accidere? Sed quis nescit, inveniri sæpe uxores, quæ maritos († dixerim potius maritellos 6
cum Baldo *in l. curatorem. 5. C. de interd. matrim.*) verberant & viris dominantur, ut loquitur Cyn. *in l. 2. C. de testib.* & Hostiens. *in summar. tit. de jurej. §. quomodo censeatur. vers. sed cum metu, &c.* † Cur non etiam absque ullius resistentiæ ac rever- 7
berationis metu, veneno, aut saltem ope aliorum eos necare possent? † Quam detestandam malitiam Saxo Illustrissimus imprimis *h.* Constit. com- 8
pescere voluit, ut liquet ex verbis: Es geschehe mit Gifft oder in andere Wege. † Sed nonne im- 9
becillitas sexus muliebris veniam merebitur? Non certè hoc admittit atrocitas delicti, neque hâc de re quicquam in jure dispositum reperitur; † At juris 10
notissimi est, in pœnis infligendis sexus rationem haberi, saltem in casibus à jure expressis, *l. ult. C. de jur. & fact. ignor.* Andr. Tiraqvell. *de pœn. temper. caus. 9. num. 5. in fin.*

Ita Domini contra Marien Hillichs ad Consultationem Dn. Johannis Caspari à Körbitz/ Mens. Augusto, Anno 1635. Verba sent: Hat inquisitin bekannt und gestanden/ daß sie ihren Ehemañ vorsetzlichen ermordet uñ umbracht/ indeme sie ihn erstlich an das Bettbret geschossen/ folgends mit einem Holtzkeile so lange auff den Kopff geschlagen/ biß er gestorben/ &c. So möchte sie von wegen solcher begangenen und bekanten vorsetzlichen Mordthat/ zusamt einem Hunde/ Hahnen und Schlangen/ auch einer Katzen an statt eines Affen in einen Sack gestecket/ ins Wasser geworffen und ertrücket/ oder da die Gelegenheit des Orts nicht verhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VII.

Reiteratio infanticidii ustulatione ferri candentis punitur, non ex numero infantum occisorum, sed reiterati parricidii.

REiteratio delicti pœnam omninò aggravat. *l. capitalium 28. §. solent. 3. & §. grassatores. 10. ff. de pœn. l. 1. ff. de jur. patron. l. servos. 8. C. ad Leg.*

2 *Jul. de vi publ.* † Quin ergò reiterantes infanticidium gravius puniantur ; dubitandum non
3 est. † Nimirum ante executionem pœnæ forcipibus candentibus prehendi & aduri debent, ex Constitut. Elect. *hâc 3.* §. Und wofern das Kin-
4 der-umbringen. † Non tot vicibus, quot infantes occisi fuêre, ut ex sensu verborum colligere licet, (So viel Zangenriß/als viel sie Kinder um-
5 bracht) † Sed toties, quoties reiteratio facta est, ita ut Reus infanticidii duorum liberorum semel forcipibus candentibus ustuletur, quia semel tantummodò fuit infanticidium reiteratum.
6 † Nempe reiteratio delicti hoc pœnæ augmento coërcenda est, Ordin. Crimin. Carol. *artic. 31.*
7 † Ergò etiam reiterationi non numero occisorum infantum augmentum illud debet correspondere, *argumento c. non afferamus 21. caus. 24. quæst. 1. l. perspiciendum. 11. ff. de pœn. l. 1.* §. *sed & qui 2. ff. de abigeis.* Nicol. Reusn. *lib. 2. decis. 20.*
8 *num. 8.* † Planè non solùm infanticidii, sed cujusque criminis parricidii reiterationem prædicto pœnæ augmento vindicari probavi *in pract. criminal. part. 1. quæstion. 8. num. 19. & sequentibus.*

Ita Domini contra P. N. und sein Eheweib zu Rottenburg/ Mens. Mart. Anno 1624. (Verba sentent: So möchten sie wegen der an ihren beyden Kindern verübten vorsetzlichen Mordthat/ alle beyde mit glüenden Zangen einmal gerissen/ und folgends zusamt einem Hunde/ Hahnen und Schlangen/ auch einer Katzen an statt eines Affen/ ein iedes in einen sonderlichen Sack gesteckt/ ins Wasser geworffen und erträncket werden/ V. R. W.)

Et contra G. S. zu Dölitzsch/ Mens. Junio, Anno 1615. (Verba sentent: Ob nun wol der Gefangene/ vermöge der Rechte/ deßgleichen Käyser Carls des Fünfften/ und des Heiligen Römischen Reichs peinlichen Gerichts-Ordnung/ auch Churfürstlichen Sächsischen Constitution, folgende Straffe verwürcket/ daß/ weil er seiner Kinder zwey getödtet und umbracht/ er anfänglichen mit glüenden Zangen einmal gerissen/ und folgends darauf in einen Sack zusammt einem Hunde/ Hahnen/ einer Schlangen und Katzen an statt eines Affen gesteckt/ ins Wasser geworffen und erträncket/ oder da die Gelegenheit des Wassers des Orts nicht verhanden/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden solle/ &c.)

Definit. VIII.

Pari supplicio supponuntur, qui fratrem utrinque & ex uno duntaxat latere conjunctum necant.

1 CEssat hodie in foro Saxonico disputatio Dd. quonam supplicii genere sit vindicandum fratricidium sive sororicidium, postquam Illustrissimus Saxo occisores fratrum atque sororum
2 gladio feriri jussit, † addito hoc supplicii augmento, ut Rei illigati ad executionem pœnæ trahantur, *hâc* Constitut. *3.* §. Wann aber an Brüdern/ de quo *in pract. meâ crimin. part. 1. qu.*
3 *13. num. 8.* † Quid autem, *si in fratre vel sorore ex uno duntaxat latere conjuncto, conjunctâve parricidium committatur ?* † Non ego equidem
4 diversitatem inter fratres utrinque & ex uno tantùm latere conjunctos, † *tùm* ob pluralitatem
5 vinculorum, de jure civili, † *tùm* ob imparitatem graduum, de jure Saxonico Landrecht *lib. 1. artic. 3. sub fin.* † Sed attenditur hæc diversi-
6 tas solummodò in successionibus, in quibus utrinque conjuncti uterinis vel consanguineis præferuntur, *Auth. post fratres. C. de leg. hered.* Landrecht *lib. 1. artic. 20.* † Ex quo ad pœnam
8 parricidii, in quâ saltem jus sanguinis & affectionis naturalis consideratur, nihil inferre licet.
9 † Neque enim ratione sanguinis inter fratres utrinque & ex uno duntaxat latere conjunctos ulla differentia existit, † quare nec disparitatem
10 supplicii hîc obtinere putaverim. † Idque eò
11 minus, quod sanctio Electoralis de fratribus & sororibus indifferenter, quin & de iis, qui solo sanguine conjuncti sunt, loquatur *hâc* Constitut.
12 *3.* §. *ult.* † ut propterea etiam contra intentionem Illustrissimi Constituentis nulla sit admittenda distinctio, *argum. l. 1.* §. *generaliter 2. ff. de legat. præst.*

Ita Domini contra H. M. zu Sondershausen/ Mens. Februar. Anno 1583. (Verba sent: Hat Inquisit bekant/ daß er auf Anreitzung seines Weibes/ seinen halbbürtigen Bruder/ einen Knaben von 16. Jahren/ derohalben/ daß ihn sein Vormund aus den Gütern treiben wollen/ von dem Stege zu Hachelwich ins Wasser gestossen/ daß er allda ertrucken. Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß der obgemeldte Knabe todt gefunden worden/ und der Gefangene würde auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/ überwiesen/ So möchte er von wegen solcher an seinem halbbürtigen Bruder begangenen und bekanten Entleibung zur Feymbstatt geschleifft/ und mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft/ Sein Weib aber mag in Mangelung anderer und kräfftiger Indicien mit der Schärffe nicht angegriffen werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Pœnâ in fratricidas constitutâ plectendus quoque est, qui patruum occidit.

1 SOla proximitas sanguinis severius supplicium adversus fratricidas & sororicidas introduxit, de quo dixi Definit. *præced.* † Eadem
2 sanguinis ratio, quia in aliis quoque consanguineis obtinet, & horum occisores † eodem sup-
3 plicio jure expiari, quis ambigere vellet ? Hostiens. *in summar. C. de his qui fil. occid.* §. *1. num. 1.* Anton. Gomez. *de delict. cap. 3. num. 3.* Jul. Clar.
4 *lib. 5. sent.* §. *parricidium, num. 4.* † Quod & diserte sancitum in provinciis Electoratus Saxonici *h.* Constitut. *3.* §. *ult. vers.* Und andern nahen Bluts-Freunden/ &c. † Ergò tenebuntur
5 hâc pœnâ, qui patruum, avunculum, amitam, vel materteram necant, *l. 1. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. ubi* Hippol. de Marsil. *num. 5. & 6.* Jodoc. Damhouder. *in prax. criminal. cap. 87. num. 1.* Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 9. cap. 10. num.*
6 *1.* † idque eò magis, quod personæ hæ loco parentum habeantur, §. *item amitam. 5. instit. de nupt.*

Ita Domini contra H. W. zu Sonnewalde/Mens. Sept. Anno 1595. (Verba sent: Hat Inquisit bekant und gestanden/ daß er Hieronymus Wynodten/ seines Vaters Brudern/ als er nach Sonnewalde gehen/ und ihn den Gefangenen verklagen wollen / nachgefolget / und ihme mit seinem Brodt-Messer zweene Stiche zum Hertzen / davon er alsbald gestorben / zugefüget. Da nun der Entleibete gewiß und in Warheit todt gefunden worden / und der Gefangene würde auf seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen/ So möchte er von wegen solcher begangenen und bekannten Mordthat lebendig zur Feymbstatt geschleifft/ und folgends mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. X.

Nec non is, qui fratris aut sororis filium filiamvè necat.

1 EAdemque ratione occisorem liberorum ex fratre vel sorore, trahæ illigatum ad supplicii locum raptandum & gladio feriendum esse, di-
2 xeris rectissime † cum Dd. *in l. 1. ff. ad Leg. Pompej.*
3 *de parricid. Tùm*, ex natura correlativorum, † quæ semper eandem admittunt juris dispositionem, *l. ult. ff. de accept.* Bald. *in l. nemo martyres. 3. & in*
4 *A. quas actiones. C. de SS. Eccles.* † *Tùm*, propter verba Constitut. *h. 3. in §. ult.* Auch andern nahen
5 Bluts-Freunden / † *Tùm*, quod fratris sororisque liberi sint loco filiorum filiarumvè, §. 3. & §. 5. *in-*
6 *stit. de nupt. l. 10. §. 14. ff. de grad. & affin.* † Cæterum, ad quem usque gradum Consanguinei occisores huic pœnæ subjiciantur, dixi *in pract. criminali part. 1. quæst. 13. num. 13. & seqq.*

Ita Domini contra M. L. ad requisitionem Dietrichs von Schleinitz/ Mens. Jul. Anno 1601. (Verba sent: Hat Inquisit in ziemlicher scharffer Frage bekant und ausgesaget/ daß er seines gerechtfertigten Brudern Sohn/einen Jungen von 12. Jahren / mit Gifft vergeben und umgebracht/ zu dem Ende / damit er sein Erbe bekommen möchte/ &c. So wird er von wegen solcher an seines Brudern Sohn begangenen und bekannten Mordthat/vermöge Churfürstlicher Sächsischer Constitution, zur Feymbstatt geschleifft/und folgends mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft / V. R. W.)

Definit. XI.

Occisor quoque affinis, qui sororis suæ marius est, ad pœnam gladii trahæ illigatus debet raptari.

1 QVid de affinibus habendum in linea transversali? Et hisce ob commissum parricidium, antequam gladio feriantur, ad locum supplicii
2 illigatos trahæ rapiendos dixerim; † Idque satis innuunt verba Illustrissimi Electoris *in h.* Constitut. 3. *§. ult. vers.* Oder nahen verwandten
3 Schwägern. † Non minùs enim in affinibus, atque in consanguineis personis parricidium committi, expeditum est *l. 1. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. ubi.* Hippolyt. de Marsil. *num. 7.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. 87.* Tiberius Decian. *in tract. criminal. lib. 9. cap. 8. num. 6.* Petr. à Plach. *in Epit. delict. lib. 1. cap. 22. num. 23.* † 4
Cur non ergò in hosce eâdem quoque pœnâ animadverteretur? præsertim cum & inter affines sit eadem affectio & cognatio, quæ est inter consanguineos, † cum maritus & uxor sint una caro, 5
cap. porro 3. caus. 35. quæst. 5. Desolis tamen affinibus propriè ita dictis hoc accipi velim, † cum 6
notum sit, affinitatem solummodo contrahi inter maritum & consanguineos Uxoris & econtra, † 7
prout limitavi hanc assertionem in *pract. crim. part. 1. quæst. 13. n. 27.*

Ita Domini contra G. L. zu Meißen/ Mens. Jul. Anno 1583. (Verba sent: So möchte er von wegen der an seinem Schwager Martin Wegnitzen begangenen und bekannten Ermordung zur Feymbstatt geschleifft / und alsdenn mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. XII.

Ex lege Corneliâ de Sicariis punitur, qui absque proposito occidendi, dolosè tamen parricidium committit.

NUnquam pœna parricidii rigorosa infligen- 1
da est, priusquam de animo & proposito occidendi constet, † ut satis manifestè apparet 2
ex *l. 1. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. §. alia deinde lex. 6. instit. de public. judic. junct. l. un. C. de his qui par. vel liber. h.* Constitut. 3. *in pr. vers.* Einen freventlichen bösen Mord. *Et postea:* Bößlich thät ermorden oder umbbringen. *Et §. ult. vers.* Wenn solcher Mord fürsetzlichen geschehen. Tiberius Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 15. num. 1.* Salycet. *in l. 1. C. de Sicar.* † Quid enim si quis liberos 3
vel conjugem absque intentione quidem necandi, attamen dolosè ita percusserit, verberaverit, aut vulneraverit, ut percussos vel vulneratos mortem obire oporteat. † Certè hoc casu Pœna 4
Legis Pompejæ de parricidis locum sibi non vendicabit. † Subintrant tamen in ejus locum pœna 5
Legis Corneliæ de sicariis, tanquam pro homicidio simplici commisso, siquidem hâc pœnâ animadvertendum est contra homicidas dolosos, † et- 6
iamsi præter animum occidendi aliquem interfecerint, gladio nimirum, aliisvè armis, quibus communiter homicidium solet perpetrari, † ut 7
probavi multis argumentis & rationibus, *in pract. meâ criminali. part. 1. quæst. 1.* Bald. & Salycet. *in l. cum mandati. 12. circa finem. C. mandat.* Ægid. Boss. *de homicid. n. 71. seqq.*

Ita Domini contra M. C. zu Lauchstatt/ Mens. April. Anno 1588. (Verba sentent: Hat Inquisit bekannt / daß er sein Weib/so ohne das kranck gewesen/ sehr übel tractiret/ mit Füssen getreten /und mit Fäusten geschlagen/ daß sie alsobald darüber verstorben. Da nun das Weib also todt funden worden/ und Inquisit würde auf seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen / So möchte er von wegen solcher an seinem Weibe begangenen Entleibung / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode nach Gelegenheit dißfalls gestrafft werden/ V. R. W.)

Et contra C. F. zu Freyburg / Mens. Jan. Anno 1620. (Verba sent: Hat Inquisit bekannt / daß er sein Weib geschlagen/ und mit Füssen gestossen / darvon sie alsobald um-

umbgefallen/und todt blieben/ ꝛc. So mag er wegen solcher an seinem eigenen Weibe begangenen und bekanten Entleibung/ gestalten Sachen nach/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/ V.R.W.)

Et contra J. B. zu Rochlitz/ Mens. Majo, Anno 1585.

Definit. XIII.

Nunquam punitur mortis supplicio parricidium ex sola culpa licet latissima commissum.

1 SEd hoc ita, si parricidia dolosè deliquerit. Quid enim, si per actum illicitum ex imprudentia &
2 imperitia quis mortem liberorum causetur, † veluti puerpera occcultans puerperium, & auxilio omni destituta, partum negligendo, eique non debito
3 modo subveniendo? † Certè cum mulier hæc dolosè nil fecerit, nimis rigorosum esset mortis supplicium ei decernere: cum juris notissimi sit, † quod
4 culpa, etiam latissima quoad pœnam mortis infligendam, dolo non æquiparetur, *l. in Lege Cornelia 7. ubi* Gloss. & Hippol. de Marsil. *ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Salycet. *in l. 1. num. 6. C. de sicar.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 84. in pr.* Andreas Tiraquell. *de*
5 *pœn. temper. caus. 14. num. 5.* † Nihil tamen obstat, quo minus hoc casu fustigatio sive perpetua relega-
6 tio dictari queat, † quod & convenire videtur Ordin. Crimin. Carolin. *in art. 132. in fin. & artic. 134. vers.* Und damit. ut dixi *in pract. crimin. part. 1. quæst. 15. num. 24.*

Ita Domini contra B. H. zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1627. (Verba sentent: Ob wol Inquisitin in scharffer Frage erhalten / daß sie ihr Kind fürsetzlichen nicht ermordet. Dieweil sie aber dennoch darneben bekannt / daß sie zur Geburts Zeit gar allein gewesen/ ein Messer genommen/ und dem Kinde die Nabel-Schnur damit abgelöset / sie hätte nicht gewust / daß sie es verbinden müssen / habe es auch zu dem Ende nicht liegen lassen/ daß es sich verbluten solle/ ꝛc. So wird sie wegen solcher an ihrem eigenen Kinde beschehener Verwarlosung öffentlich billich zur Staupen geschlagen / und des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

Ita contra P. M. zu Stolpen/ Mense Jul. Anno 1610.

Et contra M. M. zu Dreßden/ Mens. Aug. Anno 1582.

Definit. XIV.

Ex culpa levi vel levissima perpetratum parricidium vix severiori, quam carceris aut relegationis pœnâ coërcetur.

1 POtest culpa ex qua provenit parricidium adeò levis esse, ut non facilè ad severiorem, quàm carceris vel relegationis pœnam deveniatur. † Nam quid si parens modum castigationis
2 excedendo in liberis, parricidium causetur, vel infantem ex incuria & negligentia in lecto suffo-
3 cet? † Non certè omnem effugiet pœnam, si saltem mortuus infans in lecto reperiatur, ut dicitur *in cap. ult. extr. de his qui fil. occider.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quæst. cas. 316. num. 61.* Hostiens. *in summar. de his qui fil. occider. §. quando & qualis. num. 3.* Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 9. cap. 8. num. 20.* † Nec tamen cri-4 minaliter puniri poterit, quia pro culpa levi, extraordinaria saltem pœna venit imponenda, Gloss. *in l. respiciendum 11. §. delinquitur. 2. in verb. aut casu. in pr. vers. aliquando culpâ levi. ff. de pœn. & ibi* Bartol. *num. 3.* † nec unquam culpa levis cri-5 minaliter coërcetur, ut tradit Jul. Clar. *in pract. §. homicidium. num. 3. vers. culpa dicitur, circa med.* † Quin & misero patri, qui amisso per casum in-6 nocentem filio commiseratione magis, quàm pœnâ dignus videtur, ex humanitate & æquitate maximâ consulendum est juxta tradita Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 10. num. 6.*

Ita Domini contra H. B. zu Weissensee/ Mens. Mart. Anno 1603. (Verba sententiæ: Hat ietzo, edachter Inquisitin sein Kind / nur eines Jahres alt / in trunckener Weise zu sich ins Bette genommen / dahero erfolget / daß ers im Schlaff erdrucket / und ersticket / daran auch die Magd / so des Kindes halben gemiethet / etlicher massen Schuld gehabt / daß sie ihme / als einem trunckenen Manne / das Kind folgen lassen / ꝛc. So werden sie beyde wegen solcher Verwarlosung acht Tage lang mit leidlichem Gefängnüß billich in Strafe genommen / V. R. W.)

Definit. XV.

Ex confessione dubia & obscura, Reus non subjugandus est pœnæ parricidii, sed sub tormentis de veritate interrogandus.

1 MAter, quæ partum celavit, qui postea mortuus est repertus, parricidii Rea habetur, ex *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. l. si. quis necandi. 8. ubi* Dd. *C. ad Leg. Corn. de sicar.* licet non ap-2 pareat, vivum editum fuisse, † non ut pœnâ parricidii teneatur, sed ut mitius saltem & extraordina-3 riè puniatur, † ob validam & violentam præsumptionem, quæ est contra illum, qui aliquid fecit dando operam rei illicitæ, Anton. Tessaur. *decis. 13. num. 6. & 7.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 11. definit. 1. num. 4.* † At hoc ita, si veritas haberi ne-4 queat, nec in tormentis Rea aliud fuerit confessa. † Cæteroquin non condemnanda est, sed prius tor-5 queri ipsam ante omnia oportet, ut eruatur veritas, & clarior atque apertior confessio, quæ antea propter obscuritatem dubium reddebat judicem, † ne-6 scilicet pœnam ordinariam Rea evadat, quam delicto suo benè promeruit, Anton. Fab. *dict. definit. 1. num. 5.* Tessaur. *dict. decis. 13. num. 3. & 4.*

Ita Domini contra H. C. zu Auma / Mense Decembr. Anno 1635. (Verba sentent: Ob wol Inquisitin ihr Bekäntnüß anderweit gethan / und gestanden / daß ihr Kind gelebet / sie auch demselben den Finger ins Maul gesteckt / biß es sich nicht mehr geregt. Dieweil aber dennoch hieraus nicht zu vernehmen / ob das Kind von ihr ersticket / und umbbracht worden / und also ihr Bekäntnüß auch noch nicht deutlichen und klar genugsam / also daß man zu einer richtigen Straffe gelangen mag. So wil zu unserer und eurer besserer Verwahrung hoch-nöthig seyn / daß Inquisitin noch einsten

Artic-

Articulsweise hierüber vernommen werde / ob sie nicht zu dem Ende ihrem Kinde den Finger ins Maul gestecket / daß es umkommen und ersticken solle / davon es auch erstücket und verstorben / und also ihr Kind vorsetzlichen ermordet und umbracht habe. Und auff n Fall sie ihr Bekäntnüß in gutem richtig nicht thun / noch alle Articul cathegoricè mit Ja oder Nein beantworten würde / wird die in unserm vorigen Urtheil zuerkannte Tortur gesprochener massen an ihr nochmals vollstreckt / und vermittels derselben die Warheit aus ihr bracht / dabey ferner dieses in acht zu nehmen / daß so wol bey dem gütlichen als peinlichen Examine, einem ieden Articul mehr nicht als ein einiges Interrogatorium von euch einverleibet / und also Inquisitin auff iedes Interrogatorium absonderlichen ihre Antwort zu thun angehalten werde / und auff ihr Bekäntnüß / wenn solches mit besonderm Fleiß auffgezeichnet / und wieder überschicket wird / ergehet ihrer Person- und verwürckten Straffe wegen was recht ist / V. R. W.)

die Afterbürde bey dem Miste / und die Beinlein von dem Kinde in ihrer Mutter Scheure / dahin sie es vergraben / gefunden worden. Da nun die Gefangene auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen würde / so möchte sie wegen solcher an ihrem Kinde begangenen und bekannten Mordthat zusammt einem Hunde / Hahnen / Schlangen und Katzen / an statt eines Affen / in einen Sack gestecket / ins Wasser geworffen und ertränket / oder da die Gelegenheit des Wassers des Orts nicht verhanden / mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. XVI.

Non deveniendum est ad pœnam parricidii ordinariam, priusquam de corpore delicti constet, saltem ex ossibus hominis occisi.

1 NOn sufficit confessio delinquentis ad infligendam parricidii pœnam rigorosam, sed ante omnia de corpore delicti constare debet, Anton. Tessaur. *decis. 13. ante fin.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 11. definit. 1. num. 7.* 2 † Quod & reliquis indifferenter delictis est commune; nec enim mortis supplicium irrogare licet, priusquam de corpore de- 3 licti appareat, † ut uno ferè ore tradunt Dd. *per l. 1. §. item illud. 24. ff. de SCto Syllan. l. si per alium. 5. §. docere. 2. ff. ne quis eum qui in l. inde Neratius. 23. §. ult. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. §. si quis ultro. 27. ff. de quæstion. l. Divus Trajanus. 24. ff. de milit. testam. l. si is 66. §. si tu Titium. 4. ff. de furt.* Dan. Moll. *lib. 2. semestr. 37. & lib. 3. semestr. 40.* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 117.* Anton. Gometz. *de captur. Reor. num. 1.* 4 Ægid. Boss. *in pract. crim. tit. 1. in pr.* † Scilicet, quia in potestate alicujus non est, suæ confessione facere delictum, ubi delictum haud est, Gigas *in tract. de crim. læs. Majest. lib. 2. tit. quomod. & per quos crim. læs. Majest. prob. qu. 1. n. 5.* 5 † quia nemo est Dominus membrorum suorum, *l. liber homo. 13. ff. ad Leg. Aquil.* 6 † Dicitur autem constare de corpore delicti in parricidio, quando id probatur per aspectum cadaveris, Gandin. *in tit. de præs. & indic. indub. col. 2. num. 6.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 4. vers. quando verò.* 7 † quantumvis vulnus, cicatrix, aliudvè signum in cadavere occisi hominis haud appareat, ut dixi *in pract. crim. part. 1. quæst. 16. num. 12.* 8 † Planè, licet totum corpus hominis occisi oculis judicis non subjiciatur, ossa tamen si reperta fuerint, in loco ubi cadaver inhumatum dicitur, vel etiam solum cranium, tutus in- 9 de redditur judex, † quo minus pœnam parricidii ordinariam dictando, à veri viâ aberret, Vid. *pract. meam criminal. dict. quæstion. 16. num. 14.*

Ita Domini contra D. K. zu Döltzsch / Mens. August. Anno 1603. (Verba sentent: Hat Inquisitin bekannt / daß sie ihr Kind lebendig zur Welt gebohren / deme sie das Maul zugehalten / daß es ersticken müssen / inmassen denn

Definit. XVII.

Constare potest de corpore delicti ex validissimis & urgentissimis indiciis ad hoc, ut pœna parricidii ordinaria infligi queat.

NOn mirabitur certè quis, locum sibi vendicare pœnam parricidii ordinariam, si de 1 corpore delicti ex ossibus saltem occisi hominis constet, Definit. *præced.* † cum & indicia quan- 2 doque sufficiant ad infligendam pœnam ordinariam, † talia nempe, quæ sunt urgentissima & 3 infallibilia, secundum tradita Boss. *in tit. de delict. num. 20.* Foller. *in pract. crimin. verb. capiat informationem. num. 78.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæstion. 66. in pr.* † Quod etiam menti Imper. 4 Caroli V. convenire videtur, *in artic. 6. & art. 60.* Ordin. criminal. † Quin & certi juris est, in- 5 dicia valida & in jure approbata semiplenam facere probationem, Anton. Gometz. *var. resolut. tom. 3. cap. 12. num. 2.* Jul. Clar. *dict. §. ult. quæstion. 20. in pr.* † At in delictis, quæ sunt difficilis pro- 6 bationis, semiplena & conjecturata probatio, accedente Rei confessione, pro plenâ & concludenti habetur, Dec. *in cap. licet causam. 9. num. 12. in fin. extra de probat.* Nicol. Boër. *Decis. 164. num. 4.* † Quænam verò indicia habeantur pro validis- 7 mis & indubitatis, dixi *in pract. crim. part. 1. quæst. 16. num. 24. & sequentibus.* † Sanè, habet hîc ju- 8 dicis arbitrium in quo poterit exerceri. Procul dubio autem dicitur constare de corpore delicti ex indicio indubitato, † si homo occisus, qui co- 9 gnitus & certus fuit, nullibi reperiatur, junctis præsertim aliis adminiculis, † vel saltem leviusculis, 10 Jul. Clar. *dict. §. ult. quæst. 55. n. 11.* Ægid. Boss. *in tit. de delict. num. 15.* Prosper Farin. *in prax. crimin. part. 1. quæst. 2. num. 12.*

Ita Domini contra M. H. ad Consultationem Dn. Johannis Caspari à Körbitz / Mens. Aug. Anno 1635. (Verba sentent: Und es ist nicht allein damals ihr Ehemann weggekommen / und seithero von niemand ferner gesehen worden / sondern auch das Gerüchte erschollen / wie Inquisitin ihren Ehemann umbracht hätte / gestalt dann auch zween Zeugen Eydlichen ausgesagt / daß nach selbiger Zeit bey Inquisitin Hause ein grosser Gestanck vermercket / und viel Hunde und Fliegen daherum gesehen worden / man auch ferner an dem Ort / dahin sie ihn begraben / noch etliche Gebeine gefunden / und verspüret / daß es gewiß Menschen-Gebeine / als das Ober- und Unter-Maul mit etlichen Zähnen / so wohl etliche Rückenbeine / und eine Röhre von einem Schenkelbeine gewesen / daß man also ferner an dem Corpore delicti nicht zu zweiffeln hat / ꝛc. So möchte Inquisitin von wegen der an

an ihrem Ehemanne begangenen und bekannten vorsetzlichen Mordthat / sammt einem Hunde / Hahnen und Schlangen/auch einer Katzen an statt eines Affen in einen Sack gesteckt / ins Wasser geworffen und ertränket/ oder da die Gelegenheit des Wassers des Orts nicht verhanden / mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. XIIX.

Mitius agendum cum fœminâ, quæ ex stupro violento procreatum infantem necavit.

1 NOn putandum, judicis arbitrium adeò esse constrictum, ut pœnam culei asperrimam
2 nunquam mitigare queat. † Quid enim si Reus parricidii verbis aut factis offensus ex iracundiæ calore & justo dolore commotus in conjugem aut
3 liberos sævierit? † Quid si eum in ipso parricidii
4 actu facti pœnituerit? † Quid itidem, si parentum persvasio, jussus vel ætas minorennis intervenerit? † Mitius tùm contra Reum parricidii procedendum existimaverim cum Dec. *consil. 535.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 11. defin. 1. num. 1. in fin.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 357.* prout multis probavi *in pract. crimin. part. 1. quæstion. 18.*
6 † Nec enim judex pœnam alicujus delicti ex justâ causâ mitigare prohibetur, etiamsi sit leviuscula,
7 † cum & injusta & bestialis causa delinquentem à dolo excuset, *l. igitur. 12. §. & generaliter. 3. ff. de lib. caus. l. inter omnes 47. §. rectè dictum est. 7. ff. de furt.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 60. n. 22.* Ægid. Boss. *in prax. crim. tit. de decret. Mediol. n. 19.*
8 Nicol. Boër. *decis. 168. num. 11.* † Putarunt itaque Domini, condonandum esse matri, quæ stuprum violentum passa, ut maculam existimationis averteret, infantem ex ejusmodi stupro procreatum necaverit, non ut pœna omnis remittatur, † sed
9 tantummodò rigorosum culei supplicium in mitiorem gladii pœnam convertatur.

Ita Domini contra C. H. zu Auma / Mens. Decembr. Anno 1635. (Verba sentent: Hat nunmehr Inquisitin ihr Bekäntnüß richtig gethan / und gestanden / daß sie ihr Kind / welches sie lebendig zur Welt gebohren / ersticket und umbgebracht / inmassen sie dann auch hiebevor ausgesagt / daß sie gewaltsamer Weise genothzüchtiget und geschwängert worden sey / ꝛc. So wird sie gestalten Sachen nach mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gestrafft/ V. R. W.)

Item contra M. V. zum Hartenstein / Mens. Aug. Anno 1636.

Definit. XIX.

Filius graviter percutiens ac vulnerans patrem, fustigari debet, nisi ipsemet pater offensus pro eo intercedat.

1 EX veteri jure vitæ & necis, patri specialiter indultum est, ut pœnam à judice filio inobedienti imponendam ipsemet eligere atque determinare queat, *l. 3. C. de patr. potest. ubi* Bald. † 2
Quæ tamen electio in foro Saxonico parentibus usu contrario adempta fuit, relicto judicis arbitrio, quam pœnam indicere velit, Matth. Wesenbec. *in paratit. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. num. 12. in fin.* † adeoque arbitraria est hodiè 3
animadversio, pro modo scilicet delicti, *l. 1. ff. de obseq. par. & patr. præst.* † Pro graviori ta- 4
men percussione seu vulneratione, Domini liberis fustigationem cum perpetuâ relegatione dictare consueverunt. † Nempe, quia injuria re- 5
alis magistratui illata hâc pœnâ vindicatur, Constitut. Elect. 43. *part. 4.* Quidni ergo etiam injuria illata parentibus, † quippe quæ pari pœnâ 6
est coërcenda *l. 7. §. atrocem. 8. ff. de injur.* Nec severa nimis videbitur hæc pœna, perpendenti, † quod jus divinum filios immorigeros ac inobe- 7
dientes morte puniri velit, *Deut. 21. vers. 19.* † eo- 8
que casu, pœnam arbitrariam ad mortis usque supplicium extendi posse, vulgò arbitrentur Dd. Felin. *in cap. 21. extr. de accusat. in pr. num. 10.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 39. num. 1.* Ægid. Boss. *in pract. crim. tit. de injur. num. 30.* † Ne tamen 9
parentibus omne prorsus arbitrium moderandi pœnam ademptum esset, eatenus ipsis indulgendum Domini putaverunt, ut ad eorum intercessionem, remissâ fustigatione, liberi in perpetuum solummodò mittantur exilium.

Ita Domini contra H. S. zu Lichtenstein / Mens. Febr. Anno 1598 (Verba sentent: So wird er von wegen des an seinem leiblichen Vater begangenen Frevels mit Stampenschlägen der Herrschafft und Gerichte des Orts ewig billich verwiesen. Es wolte ihm denn sein Vater auff seine Abbitte solche Verbrechung verzeihen / und selbsten umb Linderung der Straffe für ihn bitten / auff den Fall möchte ihme / in Ansehung des Vaters Vorbitte / die Leibes-Straffe erlassen/ und er allein mit ewiger Verweisung obberührter Herrschafft in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Definit. XX.

Propter leviorem verò offensionem liberi mitius vel solâ relegatione vel carcere puniuntur.

SEd hoc ita, si liberi parentes graviter percusse- 1
rint & offenderint, ob leviorem enim offensionem nimis rigorosum videtur, liberos fustigari. † 2
Satius itaque putarunt Domini, hoc casu eos relegari vel carcerari, quàm perpetuam fustigationis maculam iis inuri. † Idque per textum *in* Const. 3
Elect. *43. part. 4.* quæ leviores injurias magistratui illatas haud graviori pœnâ vindicari permittit. † Ex 4
quo rationabiliter ad injurias parentibus illatas inferre licet, cum pari passu ambulent, *l. 7. §. atrocem. 8. ff. de injur.*

Ita Domini contra A. L. ad Consultationem Ernesti à Schönfeld / Mens. Jul. Anno 1606.
Et ad requisitionem Caspari à Schönberg/Mens. Novemb. Anno 1596.

CONSTITUTIO IV.

PARTIS QUARTÆ.

Wann Kinder oder Leibsfrüchte abgetrieben / wie es zu ſtraffen?

WAnn vorſetzlich durch Geträncke oder ſonſten Leibesfrüchte / die da in Mutterleibe lebendig geweſen / abgetrieben / ſo ſoll die Miſſethäterin am Leben / und die / ſo darzu mit Tränken / oder in anderer Geſtalt geholffen / mit dem Schwerdt geſtrafft werden.

Da aber die Frucht nicht gelebet / und ſolches noch unter der Helffte nach der Empfängnüß geſchehen / oder aber das / was zum Abtreiben genommen / keine Würckung gehabt / oder das Abgetriebene kein Kind geweſen / ſo ſoll ſie willkührlich mit Staupenſchlägen / Verweiſung oder Gefängnüß / nach geſtalt der Verbrechung / geſtrafft werden.

De pœnis procurantium abortum.

FOetum in utero viventem, hauſtâ potione vel alio modo, deliberatò & dolo malo ſi abigat mater, tàm ipſa, quàm illi, qui præbito illi abortionis poculo, vel alio quocunque modo, factum promoverunt, gladio puniantur.

Sin verò fœtus vitalis nondum fuerit, & ante dimidium temporis à conceptione numerandum ejectus ſit, vel id, quo ejici debuit, effectu caruit, vel denique id, quod ejectum eſt, infans non fuerit, pro arbitrio judicantis, vel fuſtigatione vel relegatione aut carcere mulier mulctabitur.

DEFINITIONES.

1. *Abigentes partum vitalem indifferenter gladio feriuntur, ſive parentes ipſimet fuerint, ſive extraneæ perſonæ.*
2. *Non poteſt animadverti mortis ſupplicio in abigentes partum, qui nondum fuerit vitalis.*
3. *Non infligenda eſt mortis pœna abigentibus partum, ſi de efficaciâ medicamenti non conſtet, aut fœtus remanſerit vivus.*
4. *Mater vim utero inferendo, partum vitalem necans, pœnâ gladii plectenda eſt.*
5. *Gladio punienda eſt mater, quæ infanti non ſubveniendo, eum in ſqualore & ſtercore mori ſinit.*
6. *Non graviori ſupplicio eſt ſubjicienda mater, quæ infantem dolosè in cloacam emittit.*
7. *Gladio ferienda eſt mater necans filium præmaturum & imperfectum.*
8. *Expoſitio infantis fuſtigationis pœnam meretur, ſi non vivus & incolumis infans fuerit repertus.*
9. *Temporali verò relegatione vel carcere ſaltem animadvertitur in expoſitorem infantis, ſi hic vivus & incolumis remanſerit.*
10. *Onus alendi infantem expoſitum incumbit judici, qui eo in loco, ubi reperitur, merum habet Imperium ſive jurisdictionem ſuperiorem.*

DEFINIT. I.

Abigentes partum vitalem indifferenter gladio feriuntur, ſive parentes ipſimet fuerint, ſive extraneæ perſonæ.

1 MAtrem partum vitalem in uterò necantem vel abigentem parricidium committere, nemo facilè negaverit. Nil enim videtur interesſe, an natum enecet, vel non editum perimat.
2 † Audacior illa quidem eſt, quæ jam vivum vidit & amplexata eſt, eique præſentem ademit vitam; Crudelior autem quæ lucem invidet naſcituro, & antequam ei ſolem conſpiciendum tri-
3 buat, aufert. † Impium ſiquidem eſt, eum, qui ſperatur, ante vitam necare, *l. 1. §. ſed & ſi quis. 9. ff. de ventr. in poſſ. mittend.* Tiber. Decian. *in*
4 *tract. criminal. lib. 9. cap. 8. num. 14.* † An ergò matri hoc caſu pœnam culei infligendam arbitrabimur? Ita forſan quis exiſtimaverit, præ-
5 ſertim, † cum fœtus in utero pro jam nato habeatur, quando de commodo ejus agitur, *l. qui in utero. 26. ff. de ſtat. homin.* quod hîc fieri dubium
6 non eſt, † quia certè multum refert, alicujus mortem & necem vindicari, *tot. tit. ff. de his quib. ut indign. tot. tit. ff. ad SCtum Syllan.* † Sed cum 7
rei veritate inſpectâ, infans nondum natus adhuc in utero exiſtens homo non ſit *l. 9. §. ult. ff. ad leg. falcid.* nimis profectò rigoroſum videtur pœnam Culei atrociſſimam & crudeliſſimam ad hunc caſum extendere, *arg. cap. ſtatutum. 22. de elect. in 6to.* Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 4. num. 33.* † Idque eo magis, quod de nece pocu- 8
lo abortionis procuratâ nunquam certò conſtare queat, † cum mille modis partus in utero mori po- 9
tuerit, quàm tamen ipſamet mater adhuc vivere exiſtimet. † Sufficiens itaque viſa fuit pœna gla- 10
dii hoc caſu Illuſtriſſimo Saxoniæ Electori, quâ non tantùm perſonam extraneam, ſed & ipſammet matrem, partum vitalem abigentem, plecti voluit, *hâc* Conſtit. *4. in pr. verſ.* So ſoll die Miſſethäterin/ *ubi* Dan. Moller. *num. 1.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. num. 7.* † Quod & 11
juri civili omninò convenit, *in l. Divus. 4. ff. de extraord. crimin. l. ſi mulierem. 6. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.*

Ita Domini contra A. A. zu Mühlberg/ Mens. Jun. Anno 1584. (Verba sentent: Hat Inquisitin bekannt / daß sie von einer Bettel zu Liebenwerda etliche Tränckе eingenommen / in Meynung das Kind dadurch abzutreiben/ auch einen grossen Stein auff den Leib gelegt / damit das Kind zu tödten / wie sie dann befunden / daß dasselbe in ihrem Leibe alsobald niedergesuncken. Da sie nun auff solchem ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie Recht überwiesen würde/ So möchte sie von wegen solcher ihrer Mißhandlung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. II.

Non potest animadverti mortis supplicio in abigentes partum, qui nondum fuerit vitalis.

1 SEd hoc ita, si partus jam fuerit in utero vitalis: Etenim fœtum nondum vitalem nunquam pro homine haberi vel inde patet, quod anima sit pars
2 insignior hominis. † Ergò nec homicidium committit, qui fœtum nondum vitalem abigit; Et per consequens etiam pœna Legis Corneliæ de sicariis
3 cessabit. † Quare arbitraria saltem erit hoc casu animadversio, & sufficere omninò videtur fustigatio, vel relegatio aut carceris pœna, *hâc* Constitut. 4. §. Da aber die Frucht. *ubi* Dan. Moller. *num.* 4. Matth. Wesenb. *in paratit. ff. ad Leg. Corn. de sicar.*
4 *num.* 7. † Quod & juri civili *in l. Divus 4. ff. de extraord. crimin. l. si mulierem. 8. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. l. Cicero 39. ff. de pœn.* & Ordinationi Carolinæ *in art.* 133. omninò convenit. † At quando
5 pro vitali habendus est partus? Multum certè hic variant Dd. ut videre est ex traditis *in pract. mea criminali part. 1. quæst. 11. num. 6.* † Sustulit omne du-
6 bium Illustrissimus Saxo *h.* Constit. *4. vers.* Da aber die Frucht nicht gelebet/ und solches noch unter der
7 Helffte nach der Empfängnüß geschehen: † quibus fœtum post dimidium uterum gerentium tempus pro animato haberi, luculenter innuit.

Ita Domini in causa M. P. zu Pegau/ Mens. Sept. Anno 1635.

Et ad requisitionem Præfecti zu Berge / Mens. Jun. Anno 1582.

Definit. III.

Non infligenda est mortis pœna abigentibus partum, si de efficaciâ medicamenti non constet, aut fœtus remanserit vivus.

1 NOluit Illustrissimus Saxo, partum vitalem abigentes ad mortis supplicium condemnari, si fœtus vivus remanserit, vel poculum abortionis tàm efficax non fuerit, ut abortum causari
2 potuisset, *h.* Const. *4.* §. Da aber die Frucht. † Nimirum, quia tùm deficit corpus delicti, sine quo nunquam devenitur ad mortis pœnam, *l. 1.* §. *item illud 24. ff. ad Sctum Syllan. l. si per alium. 5.* §. *docere. 2. ff. ne quis eum qui in l. inde Neratius. 23.* §.
3 *ult. ff. ad Leg. Aquil.* † Nisi quis delinquentem ob conatum capitaliter puniendum existimaverit, quem tamen rigorem jura Saxonica non ad-
4 mittunt, † quippe quæ non conatum, sed eventum solummodo puniunt, Lehnrecht/ *cap. 39.* Reinhard. *part. 5. differ. 6.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 5. & ad leg. Pompej. de parricid. num. 7.* † Neque etiam de consvetudi- 5
ne generali attentatum alicujus delicti pœnâ ordinariâ punitur, haud subsecuto effectu, † prout 6
testantur Dd. ferè omnes, quos copiosè allegavi *in pract. crim. part. 1. quæst. 17. num. 6.* † eamque 7
consvetudinem tàm certam esse, ut non indigeat probatione, ait Bald. *in l. si fugitivi. 3. num. 3. in fin. Cod. de serv. fugit.* Nicol. Reusner. *lib. 2.* † Il- 8
lamque niti æquitate, testatur Didac. Covarr. *in Clem. si furiosus un. part. 2.* §. *initium num. 6. vers. tertiò est. de homicid.*

Ita Domini contra A. L. und M. H. zu Torgau/ Mens. Febr. Anno 1631. (Verba sent: Hat Inquisitin A. L. bekannt und gestanden/ daß sie sich von dem Mitgefangenen schwängern / und nachmals auff dessen Geheiß ihr die Frauen-Ader zweymal an allen beyden Füssen schlagen lassen / zu dem Ende/ daß sie kein Kind bekame / inmassen sie auch von ihme einen Tranck bekommen / damit das Kind abzutreiben/ welchen sie gebraucht und sich darauff zu Bette gelegt / Es hätte aber derselbe bey ihr ein mehrers nicht gethan/ als daß sie sich sehr übergeben / und hätte gefühlet / daß sich die Frucht im Leibe bewegt / gestalt dann der Mitgefangene M. H. solches gleichfals bekannt/ ꝛc. So werden sie beyde / iedoch wann sie die Bettel zuvor des Kindes genesen / und sie miteinander Ehelichen getrauet worden / willkührlichen entweder drey Jahr mit Landesverweisung / oder ein fünff Wochen lang mit Gefängnüß gestrafft/ V. R. W.)

Definit. IV.

Mater vim utero inferendo, partum vitalem necans, pœnâ gladii plectenda est.

QVid verò si non medicamentis mater partum 1
vitalem abigat, sed alio modo eum in utero perimat, † quod mille modis efficere potest, puta, 2
uterum manibus comprimendo, vel lapide aut ligno percutiendo, aut fortiter cingendo, vel se in terram projiciendo, aut de loco altiori in terram præcipitando? † Haud certè video, cur aliud hic 3
dicendum esset, quia parùm refert, an medicamentis, an percussione violentâ fœtus occidatur; † Utroque 4
siquidem casu homicidium committitur, quidni ergò pœna æqualis etiam obtineret, nempe ex Lege Corneliâ de sicariis, quæ est gladii, † id 5
quod haud obscurè innuit Saxo Illustrissimus *h.* Const. *4. in pr. verb.* Wann fürsetzlichen durch Getränckе oder sonsten Leibesfrüchte abgetrieben werden / ꝛc. † & probavi hoc pluribus *in pract. crimin. part. 1. quæst. 11. n. 16.* † veluti quoque senti- 6 7
unt Hostiens. *in summar. extr. de homicid. num. 1.* §. *1. post. med. vers. in hoc etiam casu.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. criminal. cap. 74. num. 12.* Prosper Farin. *part. 5. oper. crimin. quæst. 122. num. 144.*

Ita Domini contra V. V. zu Crossen/ Mens. August. Anno 1604. (Verba sent: Hat Inquisitin bekannt / daß sie wohl gefühlet / daß eine lebendige Leibes-Frucht bey ihr verhanden/ und nichts destoweniger sich im Grase hin und wieder gewältzet/ auch den Leib mit beyden Händen hart zusammen gedruckt / und geknippen / daß das Kind des Todes davon seyn müssen/ so wird sie nach Gelegenheit dißfalls mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gestrafft und hingerichtet / V. R. W.)

Et contra V. H. zu Freyberg/ Mens. Sept. Anno 1620.

Defi-

Definit. V.

Gladio punienda est mater, quæ infanti non subveniendo, eum in squalore & stercore mori sinit.

1 NOn certè aliud dicendum de matre, quæ infanti jam jam nato auxilium & opem debitam non præstat, sed eum in stercore ac squalore jacentem
2 interire ac mori sinit. † Etsi enim parricidium per id committi non negaverim; juxta tradita Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 9. cap. 15. num. 35.* attamen ad pœnam culei ordinariam hoc casu haud
3 deveniri poterit, † sed sufficit, Ream criminis hujus gladio puniri, cum nunquam certò constare
4 queat, † an ex culpa & facto matris, an verò ex aliis symptomatibus, ex debilitate vel aliunde super-
5 venientibus, mortuus fuerit, † ut proinde in dubio mitior sit eligenda pœna, *l. 32. in fin. l. 42. ff. de pœn.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. fin. num. 2.*
6 † Et quis non animadvertit gravius delinquere, qui manu occidit, quàm qui morienti non subvenit, ut dixi *in pract. crimin. part. 1. quæst. 11. num. 29.*

Ita Domini contra Christoph Rademans Magd zu Döbeln/ Mens. Febr. Anno 1587. (Verba sent: Hat Christoph Rademanns Magd bekant und gestanden/ daß sie ein lebendig Kind zur Welt gebohren/ dasselbe aber unterm Kothe liegen und ersticken lassen/ &c. Da sie nun auff solchem ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde. So möchte sie/ in Ansehung/ daß sie nicht Hand an das Kind gelegt/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Nec graviori supplicio est subjicienda mater, quæ infantem dolosè in cloacam emittit.

1 EX quo facilè dijudicandum, quonam supplicio plectenda sit mulier, quæ infantem in ipso puerperii actu dolosè in cloacam emittit & perire sinit?
2 † Sanè si graviditatem ignoraverit, vel eo tantummodò animo latrinam accesserit, quo ventrem exoneraret, atque ita præter intentionem infans in la-
3 trinam ceciderit, † haud certè putaverim, hoc casu ad mortis supplicium judicem tutò devenire posse, cum Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 357. num. 23.* Anton. Tessaur. *decis. 13. num. 3.*
4 Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 7. n. 25.* † At, si dolosè hoc fecerit, atque scienter & voluntariè causam mortis præbuerit, dolosum ab ipsa infanticidium fuisse commissum ecquis negare ausit? *arg. l.*
5 *nihil interest. 15. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* † Nec tamen hoc casu severiorem, quàm gladii pœnam decernendam existimaverim, vel saltem propterea, quod constare certò nequeat, utrum fœtus adhuc
6 vivus ex utero matris prodierit, † & non etiam aliis de causis, quàm ex ejectione in latrinam obierit, ut proinde pœna culei rigorosa meritò cesset, juxta tradita Defin. *præced.* & Defin. 1.

Ita Domini contra R. E. zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1615. (Verba sent: Hat Inquisitin bekannt/ daß sie sich fürsetzlichen auffs heimliche Gemach zu dem Ende gesetzt/ auch darzu gedruckt/ daß ihr Kind ins Gemach fallen sollen/ und also ihr Gemüth/ Meynung und Vorsatz gewesen/ daß es am bemeldten Orte ersticken und umbkommen sollen/ welches dann auch erfolget/ &c. So möchte sie von wegen solcher ihrer Verbrechung/ auch andern dergleichen leichtfertigen Vetteln/ welche mit ihren Leibesfrüchten also leichtfertig und böslichen umgehen/ und damit zu ihrer Kinder Tode Ursach geben/ zum Abscheu gestalten Sachen nach/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VII.

Gladio ferienda est mater necans filium præmaturum & imperfectum.

EAdemque ratio facit, ut matrem, sobolem præ- 1
maturam & imperfectam necantem, haud severiori quàm gladii pœnâ plectendam existimem. † 2
Quis enim credere potest, fœtum lucem unquam vidisse, si præmaturus & imperfectus fuerit? † Haud 3
certo itaque de corpore delicti constat, ac proinde etiam pœna parricidii ordinaria cessare debet, secundum tradita Defin. 1. † Idque eò magis, quod 4
mater interficiens partum imperfectum, tanquam brevi moriturum, non tam graviter delinquat, atque ea quæ fœtum omnibus modis perfectum necat.
† Quod & attendisse videtur Imper. Carol. V. paren- 5
tes eo demum casu pœnæ parricidii subjiciens, † 6
quo partus vitalis, ac quoad singula membra maturus & perfectus, occisus fuerit in Ordin. Crimin. *art. 131. vers.* **So aber ein Weibesbild/ als obstehet/ ein lebendig gliedmäßig Kindlein.**

Ita Domini contra M. M. zu Eudorff/ Mens. Augusto, Anno 1611. (Verba sent: So möchte Inquisitin wegen solcher begangenen und bekanten Mordthat/ gestalten Sachen nach/ weil die Kindermutter und noch zwey andere Weiber/ so bey der Besichtigung gewesen/ auff fürgehende Eydesleistung ausgesagt/ daß die todte Leibesfrucht nicht allerdings zeitlich und vollkommen gewesen/ welches sie an den Nägeln/ Haaren/ und andern Kennzeichen befunden/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Expositio infantis flustigationis pœnam meretur, si non vivus & incolumis infans fuerit repertus.

NOn loquor hîc de expositione infantis eo fi- 1
ne ac intentione factâ, ut inediâ consumi atque perire debeat. † Quam si eventus sequatur, 2
pœnâ Legis Corneliæ de Sicariis, quæ gladii est, vindicari debere, non multùm dubitaverim, Bartol. *in l. 4. in fin. ff. de agnosc. & alend. liber.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. num. 14.* Johann. Harpp. *in §. item Lex Cornelia de sicariis. 5. n. 42. inst. de publ. judic.* † cum & ob 3
ejusmodi expositionem, parentes ex lege Pompejâ de parricidio punitos sciam, prout memini *in pract. crimin. part. 1. quæst. 10. num. 9.* † quio pa- 4
rum refert, an occidat quis, an verò mortis causam præbeat, *l. nihil interest. 15. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* † Nec enim Politicis veteribus assen- 5
tiendum, qui, dum perfectam Rempublicam describunt, eamque in perfectione suâ non nisi sub certo numero civium sustinere posse putant,

tant, expositionem infantum maximè imperfectorum & debilium, itemque abortuum procurationem non tantùm permittunt, sed etiam sanciunt, Arist. 7. *Polit. 16.* † Damnant siquidem hanc impietatem Leges Romanæ, & parùm abest, quin occidere videatur, qui tenerum infantem nullatenus sibi prospicere valentem, non nisi ad mortem exposuisse videri potest, ut rectè sentit Reinhard. Bachov. *in not. ad* Treutl. *vol. 2. disp. 32. th. 5. lit. h.* † At solent parentes ut plurimùm exponere infantes, non animo eos occidendi, sed quò vel onus alimentationis in alium transferant, vel saltem vituperium & pœnam effugiant. † Tunc, si præter intentionem exponentium infans haud vivus & incolumis, vel etiam planè non repertus fuerit, sufficere huic delicto pœnam fustigationis cum perpetuâ relegatione, putaverim cum Matth. Wesenb. *dict. loc. num. 14.* & Matth. Berlich. *part. 4. concl. 7. num. 34.* † juxta Ordin. Criminal. Caroli V. *Imperat. in art. 132. verb.* Nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlegens an Leib oder Leben. *Adde* Dec. Elect. *nov. 78.*

Ita Domini contra S. E. zu Leipzig / Mens. August. Anno 1609. (Verba sent: Hat die Gefangene S. E. in guten bekant und ausgesagt / daß sie ihr Kind / welches sie in Unehe zur Welt gebohren / lebendig hinter dem Wohn-Hause an Wasser-Graben in einen Busch geleget / ihme aber sonsten kein Leid gethan / noch es umzubringen in willens gewesen / und es ist gedachtes Kind daselbst todt gefunden und aufgehoben worden / ꝛc. So wird sie von wegen solcher ihrer Verbrechung / gestalten Sachen nach / mit Staupenschlägen des Landes ewig billig verwiesen / V. R. W.)

Et contra A. G. zu Rochlitz / Mens. Jun. Anno 1582.

Definit. IX.

Temporali verò relegatione vel carcere saltem animadvertitur in expositorem infantis, si hic vivus & incolumis remanserit.

1 QVid verò, *si infans expositus reperiatur vivus*
2 *& incolumis?* † Nihilominus expositionem mereri fustigationem atque simul perpetuam relegationem, asserunt Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 45. num. 7.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 58. num. 2.*
3 Matth. Berlich. *part. 4. concl. 7. num. 36.* † Sed rigorosè nimis & contra Ordinat. Criminalem Imper. Carol. V. qui exponentes pœnâ corporali tum demum plecti jubet, si infans expositus mortuus
4 fuerit, *in art. 132. vers.* Stirbt aber das Kind. † Ergò à contrario sensu cessabit pœna corporis afflictiva, si infans reperiatur vivus & incolumis.
5 † Succedit autem pœna arbitraria secundum verba præcedentia *dict. art. 132.* Nach Gelegenheit der Sache und Rath der Verständigen. † Quam tamen ultra carceris pœnam & temporalem relegationem extendere noluerunt Domini Scabini, mitiorem semper eligentes viam, præ-
7 sertim cum animadverterint, † idem sensisse JCtum præclarum Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad*
8 *Leg. Cornel. de sicar. n. 8.* † nec de jure civili, mulierem partum exponentem hoc casu severius coërceri, *Unusquisque. 2. C. de infant. expos. Nov. 153. c. 1.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. qu. 83. n. 7.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. q. lib. 2. cent. 4. cas. 356. n. 7. Adde* Decis. Elect. *nov. 78.*

Ita Domini contra N. B. zu Lauchstätt / Mens. Jul. Anno 1614. (Verba sent: So würde sie gestalten Sachen nach / weil gleich dem Kinde nichts wiederfahren / auf etliche Jahre des Landes verwiesen; Man wolte dann der Verhafften / in Ansehung / daß sie sich selbsten angegeben / und ihre Bekäntnüß freywillig gethan / Gnade erzeigen / auf den Fall möchte sie mit der Landesverweisung verschonet / und eine zeitlang mit Gefängnüß gestrafft werden / V. R. W.)

Et contra C. K. zu Eytern / Mens. Sept. Anno 1600. (Verba sent: Ob sie wol darneben vorgewendet / daß sie bemeldtes Kind nicht der Meinung hinweg gelegt / daß es umkommen / oder Schaden nehmen solte / sondern weil sie gesehen / daß es aufgehoben worden / wäre sie darvon gangen / ꝛc. So wird sie doch / solches gethanen Fürwendens ungeachtet / derowegen mit zeitlicher Landesverweisung in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. X.

Onus alendi infantem expositum incumbit judici, qui eo in loco, ubi reperitur, merum habet Imperium sive jurisdictionem superiorem.

SÆpius disceptatur, *unde infanti, qui expositus* 1
fuerit, reperto alimenta sint subministranda? Et quidem † cum alimentationis causa sit civilis, 2
non criminalis, onus alimentandi ejusmodi infantem ei incumbere, qui inferiorem habet jurisdictionem, existimare quis posset, † cum omnes 3
regulariter causas civiles ad inferiorem jurisdictionem pertinere sciamus ex Ordin. Provincial. Elect. Saxon. *de Anno 1555. sub tit.* Was zu Ober- Nieder- und Erbgerichte gehöret / *vers.* Daß in die Erb- oder Untergerichte gehören alle Bürgerliche Sachen / ꝛc. † Excipiuntur tamen in illa ipsa 4
Ordinat. causæ civiles, quæ à criminalibus oriuntur, eæ certè non minus atque causæ criminales ad merum Imperium sive altam jurisdictionem referuntur. † Cumque educatio infantis ex- 5
positi talis sit, & à criminali causa saltem dependeat, quin & ipsum alimentandi onus judici ei, qui superiorem habet jurisdictionem, incumbat, ulterius dubitandum non est. † Prout pluribus 6
docet Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 45.* † Idque eò 7
magis, quod *in dict.* Ordin. Provinciali inter casus, qui superioris sunt jurisdictionis, nominatim etiam referatur Custodia hominum furiosorum, qui agnatos non habent: † Furiosis autem 8
infantes, qui fari non possunt, in jure æquiparari, notissimum est, *l. 1. ff. de act. & obligat. l. Fulcinius 7. §. planè 10. ff. ex quib. caus. in poss. eat.* Dan. Moller. *dict. loc. n. 9.* † Quod tamen non aliter accipi 9
velim, quàm si desint hospitalia: Cæteroquin nec inferiorem judicem, nec superiorem, qui merum habet Imperium, hoc onere gravandum existimaverim: † Quia Xenodochia seu hospitalia 10
ad hoc sunt fundata, ut pauperes ibi recipiantur & ex proventibus sustententur, *Clem. quia contingit. 2. in pr. de Religios. domib.*

Ita Domini ad Consultationem Quæstoris zu Arnshaugke Mens. Sept. Anno 1629. (Verba sent: So viel aber des gefundenen Kindes alimentation anlanget / wofern man über angewandten Fleiß die Wettel nicht erlangen kan / wird aus dem Ampte / als deme die Obergerichte zuständig / ihme sein Unterhalt billich verschaffet / V. R. W.)

CON-

CONSTITUTIO V.
PARTIS QUARTÆ.

Straffe derer / so zur Zeit der Pestilentz die Krancken umbbringen / und sie bestehlen / oder ihnen keinen nothdürfftigen Unterhalt geben.

De pœnis illorum, qui tempore pestis curæ suæ commissos interimunt & spoliant, vel necessaria illis non subministrant.

IN Sterbens-Zeiten bringen offt die Todengräber oder andere / die jenigen / so am Tode liegen / umb / darnach stehlen sie was sie finden / Solche sollen als Räuber mit dem Rade gestrafft werden.

Da sie aber die Leute allein umbbracht / und nicht bestohlen / sollen sie mit dem Schwerdte gerichtet werden.

Die jenigen aber / welche verordnet die Krancken zu speisen / und derselbigen nicht warten / sondern sie verschmachten / und Hungers sterben lassen / Sollen willkührlich mit Gefängnüß oder Verweisunge / nach Gelegenheit der Verbrechung gestrafft werden.

TEmpore pestis non rarò contingit, ut vespillones vel alii eos, qui lue illa infecti in extremis laborant, interimant, tumque obvia quæque furentur. Eos igitur non secus ac latrones publicè grassantes rotæ supplicio affici jubemus.

Quod si verò necaverint tantùm homines, non etiam quid furati sint, gladio puniri jubemus.

Illi verò, quibus commissum est à magistratu, ut morbo illo decumbentibus victum & alia necessaria suppeditent, si ægrotos negligant, & fame perire sinant, pro modo admissi, pœnâ arbitrariâ carceris vel relegationis afficiantur.

DEFINITIONES.

1. *Vespillones aliivè, ægrotos curæ suæ commissos spolii causâ occidentes, Rotæ supplicio sunt plectendi.*
2. *Absque intentione verò spoliandi in ægrotis commissum homicidium gladii pœnâ vindicatur.*
3. *Pœnæ arbitrariæ carceris vel relegationis subjacent, qui ægrotos curæ suæ commissos culpâ & negligentiâ perire sinunt.*
4. *Ob latrocinium non solùm in viâ publicâ, sed etiam in ædibus privatis commissum Rei supplicio Rotæ mancipandi sunt.*
5. *Latrocinii reus Rota contunditur, quantumvis ex latrocinio nil prorsus fuerit lucratus.*
6. *Latrocinii pœnam incurrit, qui aliquem eo fine occidit, ut cum ipsius viduâ matrimonium contrahere queat.*
7. *Rotæ supplicio quoque puniendus est, qui socium criminis occidit, ne furtum perpetratum manifestetur.*
8. *Ob solam spem futuræ numerationis, latrocinium perpetratum pœnam Rotæ meretur.*
9. *Fur deprehensus in furto, si occidat deprehensorem, pœnâ latrocinii plectendus est.*
10. *Nisi homicidium eo fine à fure commissum probetur, quò vitam redimeret.*

DEFINIT. I.

Vespillones aliivè, ægrotos curæ suæ commissos spolii causâ occidentes, Rotæ supplicio sunt plectendi.

1 REperiuntur quandoque homines, qui ab omni humanitate alieni, pestiferâ lue infectos & decumbentes, aliorumque ope & auxilio omnium maximè tùm indigentes, suæque curæ commissos, solius spolii causâ necare haud veren-
2 tur, † quos propterea severissimo Rotæ supplicio dignos judicat Elector Saxoniæ Illustrissimus *hâc*
3 Constit. *5. in pr.* † ex eo nimii rigoris haudquaquam arguendus. Quis enim non videt, duplex ab iisdem committi delictum, homicidium nempe & rapinam, sive latrocinium, quod tantò
4 graviorem pœnam meretur, † quantò atrocius existimatur simplici homicidio, *l. Divus. 5. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. cap. non est crudelis. 28.*
5 *cauf. 23. quæst. 5.* † Et sicuti interventus pecuniæ regulariter delictum aggravat, pœnamque auget, Bartol. *in l. non solùm. 11. §. si mandato. 3. num. 14. ff. de injur.* Salycet. *in l. non ideò minus. 5. num. 36. vers. verùntamen inquiunt* Dd. *Cod. de accusat.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. 83. num. 4.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 356. num. 14.* † ita & spolii causa in æ- 6
grotis hominibus homicidium committentes, severum illud Rotæ supplicium effugere haud possunt, cum à veris latronibus nil quicquam differant, ut mirum haud sit, † utrosque pari pœnâ 7
coërceri, *infra Defin. 4.* † Et si plures ægroti fue- 8
rint occisi, quin Rotæ supplicio ustulatio forcipum candentium † pro modo & numero reitera- 9
ti criminis addi debeat, dubitandum non est, ex Ordin. Crimin. Carol. *art. 130.* juxta tradita *in pract. mea crimin. part. 1. quæst. 23. num. 12. & seqq.* Dan. Moller. *hîc. num. 1.*

Ita Domini contra C. P. & G. W. zu Großschocher / ad Consultationem Caroli à Dißkau / Ment. Aug. Anno 1582. (Verba sent: Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß Inhalts ihrer Uhrgicht / die in den Wärterhäusern benannte inficirte Personen also umkommen wären / und die Gefangenen würden auf ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten / wie Recht / überwiesen / So möchten sie ihrer Verbrechung we-

wegen mit drey glüenden Zangengriffen gerissen/ und mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. II.

Absque intentione verò spoliandi, in ægrotis commissum homicidium gladii pœnâ vindicatur.

1 SOla igitur intentio spoliandi ægrotos occisos efficit, ut tam gravi supplicio in occisores animadvertatur, Definit. *præced.* Ex quo inferendum, † si deficiat propositum spoliandi, cessare 2 quoque supplicium Rotæ, & occisores saltem ex Lege Cornelia de sicariis gladio feriri, *h.* Const. 5. 3 §. Da sie aber die Leute. † Cessante nimirum ratione dispositionis, quæ ipsam quoque dispositionem cessare facit, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patr.* Nicol. Everhard. *in loc. à cessat. rat. n.* 4 2. Andr. Tiraquell. *in regul. cessante causa. n. 130.* † Et sanè, licet non sit excusanda malitia ejus, qui corruptus spe alicujus lucri vel pecuniæ, hominem necare, & crimen tam atrox committere au- 5 det, † attamen parcendum est aliquo modo ei, qui absque spoliandi proposito vel irâ vel odio commotus delinquit, quia vix potest quis dolo- 6 rem proprium temperare, † & homo incensus irâ vel propriâ offensâ, non dicitur esse in plenitudine intellectus, Anton. Gomez. *tom. 3. var. resolut.* 7 *c. 3. n. 10.* † Inque eo differt latrocinium à simplici homicidio, quod nempe spe lucri illud committatur, ut dixi *in pract. crimin. part. 1. qu. 22. n. 38.* 8 † Deficiente itaque hâc spe, simplex remanet homicidium, quod solâ gladii pœnâ ex Lege Corneliâ de Sicariis coërcetur, §. *item lex Cornelia. 5. instit. de publ. judic. l. 3. §. Legis Corneliæ. 5. ff. ad Leg. Corn. de Sicar.* Landr. *lib. 2. art. 3.*

Ita Domini in causa Marien Hoffens zu Koppach / Mens. Majo, Anno 1652 (Verba sent: So seyd ihr bey währender Pestzeit daselbsten zur Wärterin einer krancken Frauen zugegeben worden/ welche aber übels verfahren/ und ihr werdet beschuldiget/ ob hättet ihr die Patientin nicht gebührender massen gewartet / sondern dieselbe aus Nachlässigkeit versäumet und verschmachten lassen / dahero etliche in den Gedancken stehen/ wañ die Beschuldigung wider euch ausgeführet würde/ ihr vermöge Churfl. S. Constitution mit dem Schwerdte gerichtet werden köntet. Ob nun wol in dergleichen Fall / wann keine Beraubung und Diebstahl darzu kommen / solche Strasse in erwähnter Churfürstl. Constitution gesetzt worden / ꝛc.)

Definit. III.

Pœnæ arbitrariæ carceris vel relegationis subjacent, qui ægrotos, curæ suæ commissos, culpâ & negligentiâ perire sinunt.

1 NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm si quis dolosè & ex proposito hominem ægrotum occiderit. Etenim, qui ægrotos curæ suæ com- 2 missos † fame & inediâ, vel alio modo ex culpâ & negligentiâ perire sinunt, neutiquam mortis 3 supplicium incurrunt, † sed pro ratione culpæ ac negligentiæ, ex arbitrio judicis, vel carcere vel relegatione puniri debent *hac* Constitut. 5. §. 4 Die jenigen aber / ꝛc. Rectissimè sanè, † quia absque dolo pœna homicidii ex Lege Corneliâ de sicariis non obtinet, *l. 1. C. ad Leg. Cornel. de sicar. l. qui injuriæ. 53. ff. de furt. l. quod Reipubl. 33. ff. de* 5 *injur.* † Solamque negligentiam vel culpam in crimine homicidii dolo haud æquiparari, *l. in Lege Corneliâ 7. ubi* Gloss. Bartol. & Hippol. de Marsil. *ff. ad Leg. Corn. de sicar.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 84. in pr.* † nec pœnâ mortis coërceri, extra 6 dubium est, Jod. Damhoud. *in prax. crim. c. 85.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. homicidium. n. 3.* † Aliud 7 ergò dicendum, si qui dolo malo ægrotis victum subtrahentes, fame illos necare haud vereantur; † hosce enim gladii pœnâ propter dolum intervenientem omnino teneri putaverim, *l. necare 4. ff. de agnosc. & alend. lib.* Dan. Moller. *hic num. 2.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de sepulch. violat. in fin.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Dieweil aber dennoch solches allein von einer vorsetzlichen Entleibung der inficirten Personen zu verstehen/ keines Weges aber auf die Nachlässigkeit und Versäumniß/ dahero die Patienten verstorben/ zu deuten/ ꝛc. So hätte auch nach Gelegenheit dißfalls die Strasse des Schwerdts nicht statt / ihr möchtet aber/ wann ihr der Bezüchtigung geständig oder überführet würdet / willkührlichen mit Gefängniß / oder Landesverweisung in Straffe genommen werden / V. R. W.)

Definit. IV.

Ob latrocinium non solùm in viâ publicâ, sed etiam in ædibus privatis commissum, Rei supplicio Rotæ mancipandi sunt.

SAtis manifestè supplicium Rotæ Latronibus 1 indicitur, *hâc* Constit. *5. in pr. vers.* Solche sollen als Räuber mit dem Rade gestrafft werden/ † 2 quod & diserte probatur ex Ordin. Crim. Carol. V. Imp. *art. 130.* & Landr. *lib. 2. art. 13. vers.* Alle Mörder. Matth. Coler. *part. 1. dec. 185.* Joh. Schneidew. *ad §. item lex Julia. 9. n. 3. inst. de publ. jud.* † 3 Tentat nihilominus Nicol. Reusn. supplicium hoc restringere ad eos, qui in viis publicis latrocinium commisêre, *l. 1. dec. 16. n. 20.* † quæ tamen as- 4 sertio vel *hâc ipsâ Const. 5.* manifestè refellitur, ex quâ Rotæ supplicio mancipantur, qui ægrotos peste infectos, etiam in ædibus privatis sub spe lucri & intentione spoliandi occidunt. † Quidni er- 5 gò de aliis latronibus idem esset dicendum, cum Jod. Damhoud. *in pract. crim. cap. 86. n. 1. & 2. &* Prosper. Farin. *part. 7. oper. crim. qu. 165. n. 11. & 13.* † Quod & generalitas textuum *in dict. art. 130.* 6 Ordin. Crim. Carol. *& art. 13. lib. 2.* Landr. satis evincit. † Et si naturam ac qualitatem latrocinii 7 perpendamus, quin & in ædibus privatis hoc committatur, negari haud poterit. † Est namque 8 latrocinium nihil aliud, quàm homicidium spolii seu lucri causâ commissum, ut patet ex Gloss. *germ. dict. art. 13. lib. 2.* Landr. † Atqui hoc modo 9 in privatis ædibus homicidium æquè committi atque in stratâ publicâ, quis inficias ibit? Vid. *pr. meam crim. part. 1. qv. 22. n. 19. & seqq.*

Ita Domini contra G. G. zu Meissen/ Mens. Jul. Anno 1621. (Verba sent: Hat Inquisit bekant und gestanden/ daß er Ursulen Martin Schneiders Wittben in ihrem eigenen Hause/ als sie allein gewesen/ und ihr Mägdlein/ so ihr zur Hand gangen/ nach Biere geschickt gehabt/ jämmerlich ermordet und umgebracht. Darauff ihr die Schlüssel abgenommen/ den Kasten eröffnet/ und was er drinnen an Gelde gefunden/ geraubet/ und mit sich hinweg getragen/ darbey er fürgewandt / daß er solches aus grosser Noth gethan / weil er sehr arm / und nicht einen Mantel umbzunehmen gehabt / daß er in die Kirche hätte gehen mögen / sich auch mit seinem Weib und Kindern nicht ernehren könne / und hätte sie umb ihres Geldes willen umbbracht. Da nun der Gefangene auf solchem seinen gethanen

nem Bekäntniß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/überwiesen würde/ So möchte er von wegen solcher an Ursulen / Martin Schneiders Wittiben/ begangenen und bekannten Mordthat und Beraubung mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V.R.W.)

Et contra H. G. zu Nossen/Mense Augusto, Anno 1624. (Verba sententiæ: Hat der Gefangene in ziemlicher scharffer Frage bekannt und gestanden/ daß er nacher Forchheimb zu Bettel-Balten gangen/ und ihn in seinem eigenen Hause zu tode geschlagen/ darauff das Geld / so viel er bey ihme gefunden/ zu sich genommen/ und darmit darvon gangen/ &c. So wird er von wegen solcher begangenen und bekannten Mordthat und Beraubung mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet/ V.R.W.)

It. ad requisitionem der Stadtgerichte zu Weissenfels/ Mens. Octobr. Anno 1603.

Et ad requisitionem Senatûs Sangerhusani, Mense Mart, Anno 1610.

Definit. V.

Latrocinii Reus rotâ contunditur, quantumvis ex latrocinio nil prorsus fuerit lucratus.

1 PArum interest, quidnam Latro ex spolio consecutus aut lucratus fuerit; † Nec minùs Rotæ supplicio est subjugandus deprædator rei minimæ, quàm is, qui ex latrocinio perpetrato plurimum lucratur, ut probavi *in pract. criminali part. 1. quæst. 22. num. 39. & seqq.* † Scilicet, quia Latrocinium perficitur occisione hominis cum intentione & proposito spoliandi, non etiam per effectum ipsius spolii, Gloss. *German. in artic. 13. lib. 2.* Landr. *in verb.* Alle die einen Mann. *vers.* Etliche ermorden die Leute umb Geldes oder Gutes willen / und mit wohlbedachtem Muth / diese seyn rechte Mörder / &c. † Ergonè pœna latrocinii tenebitur quoque is, qui spolii causa homicidium committit, etiamsi nil prorsus fuerit lucratus? Ita omninò est; † sufficit enim propter spolium homicidium committi, quantumvis spolium ipsum haud subsequatur, † quia sola spes lucri delictum aggravat, pœnamque homicidii auget, Bald. *in l. non ideo. 5. in pr. ff. de accus.* Panorm. *in cap. & si clerici. 4. extr. de judic.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. 83. num. 4.* Jacob. Menoch. *de arbitr. Judic. quæst. lib. 2. cas. 357. num. 14.*

Ita Domini contra H. S. zu Meissen/ Mens. Junio, Anno 1596. (Verba sent: Hat der Gefangene bekannt / daß er nebens seinem Gesellen / Donat Heinrichs Weib ermorden und berauben helffen/ &c. So möchte er von wegen solcher begangenen und bekanten Mordthat/ seines gethanen Fürwendens/ daß er nemlichen von den geraubten Sachen nichts überall empfangen / ungeachtet/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Et contra V. H. zu Neuenzelle / Mens. Augusto, Anno 1597.

Definit. VI.

Latrocinii pœnam incurrit, qui aliquem eo fine occidit, ut cum ipsius Vidua matrimonium contrahere queat.

1 EX sola itaque lucri intentione homicidium commissum, in latrocinii crimen incidit, atque Rotæ supplicio coercetur, † nec ratio ulla est habenda qualitatis seu quantitatis ipsius lucri Defin. *præc.* 2 Ex quo porrò fit, ut latrocinium dicatur committere, † qui eô fine aliquem necat, quô cum ejus vidua 3 matrimonium inire queat. Quis ergò hunc Rotæ supplicio mancipandum dubitaverit; † Idque eò 4 magis, quò majus quovis alio lucro habetur matrimonium. † Quin & lucri vocabulum generale 5 est, omnemque accessionem gratuitam denotat, *l. actionum genera. 25. §. actionum autem. 1. ff. de O. & A. l. si cum dotem. 22. §. si pater. 3. ff. solut. matrim.* † Et matrimonii jura, quæ latro per in- 6 ternecionem mariti quærit, quandoque multum lucri viro tribuere, nemo negaverit.

Ita Domini contra M. L. zu Schlieben/ Mense Augusto, Anno 1619. (Verba sentent: Hat Inquisit bekannt und gestanden/ daß er sich mit der Krügerin unterredet / ihren Mann den Krüger umbzubringen/ und hernacher einander zu ehlichen / worauff er auch nebens seinem Knechte Hand angelegt / solches zu Wercke gerichtet / und den Krüger erschlagen und umbbringen helffen/ inmassen er auch ferner bekannt / daß er mit der Krügerin bey ihres Mannes Leben vielfältig gebhbruchet/ &c. So möchte er von wegen solcher an dem Krüger zu Jeßnick begangenen und bekannten Mordthat mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/ V.R.W.)

Definit. VII.

Rotæ supplicio quoq; puniendus est, qui socium criminis occidit, ne furtum perpetratum manifestetur.

CUm fur quispiam aliorum ope adjutus, socium 1 criminis occidisset, ne furtum ab eo manifestaretur, puta quod vel tacere non præsumebatur, vel propter simplicitatem ejus captura & confessio metuebatur, dubitatum fuit, † *an non latrocinium fuisset commissum, ita ut occisor Rotâ esset contundendus?* † Quod omninò Domini putavêre: Siquidem 2 3 verissimum est, quod jam sæpiùs dictum, solam intentionem vel spem lucri homicidium ita qualificare, ut pro latrocinio haberi debeat, ex Gloss. *germ. artic. 13. lib. 2.* Landr. *in verb.* Alle die einen Mann. *vers.* Etliche ermorden. † Cùm ergò in casu præ- 4 senti fur occiderat socium ex causa lucri non quidem præsentis, sed præteriti, ne scilicet hoc crimine manifestato sibi interciperetur, ambigendum prorsus non fuit, quin latrocinium esset commissum. † Ac certè sola pecuniæ vel lucri intervenientis cau- 5 sa delictum aggravat, Bartol. *in l. non solùm. 11. §. si mandato. 3. num. 14. ff. de injur.* Salycet. *in l. non ideò minus. 5. num. 36. vers. veruntamen. C. de accusat.* † Cur ergò Judex pœnam quoque aggravare 6 ac supplicium Rotæ dictare prohiberetur? Bartol. & Dd. *in l. hodiè. 13. ff. de pœn.* Hippol. de Marsil. *in sing. 244.* Dan. Moller. *lib. 3. Semestr. 17.*

Ita Domini contra B. F. an Marien von Schönbergin zu Limpach/ M. Jan. A. 1609. (Verba sent: Hat der gefangene B. F. in guten bekannt/ daß er nicht allein mit seiner Diebes-Gesellschafft an unterschiedenen Orten viel Deuben begangen/ sondern auch den einen unter solcher Gesellschafft / welcher zuvor allbereit Diebstals halben zweymal zur Staupen geschlagen / und des Landes ewig verwiesen worden/ in seinem Hause mit einer Axt todt geschlagen/ und ermorden helffen/ welchen sie her-

hernach in einen alten Schacht geworffen/ und wäre solches von ihnen zu dem Ende geschehen/ daß sie sich besorget/ wann der Erschlagene/ als ein Landesverwiesener/ wiederumb zur Hafft gebracht würde/ er sie auch angeben und an Galgen bringen helffen möchte/ inmassen dann auch des ermordeten Cörper im Bergschacht gefunden und heraus gezogen worden/ &c. Da nun der Gefangene auff seinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ So möchte er von wegen dero an H. P. begangenen und bekannten vorsetzlichen Mordthat mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. VIII.

Ob solam spem futuræ numerationis, latrocinium perpetratum pœnam Rotæ meretur.

1 CUm omnis indifferenter spes lucri alicujus, non habita ratione quantitatis vel qualitatis, ita aggravet homicidium, ut pro latrocinio id haberi, &
2 occisor Rotæ supplicio mancipari debeat, † ecquis inficias ibit, huic pœnæ eum quoque subjugandum
3 esse, qui tabellarium occidit, † in eum finem, ut obligationem aliquò deferendam ipsi datam auferre,
4 eaque exhibita solutionem acceptare valeat. † Sola namque spes futuræ numerationis occisorem ad ho-
5 micidium impellit. † Non ergò sufficiet pœna simplicis homicidii, cui interventus pecuniæ causam dedit, Bartol. *in l. non solùm. 11. §. si mandato. 3. n. 14. ff. de injur.* Salycet. *in l. non ideò minus 5. num. 36. C. de accusat.* Brun. à Sole *in quæst. legal. quæst. 34. num. 1. in fin.*

Ita Domini in causa H. G. zu Dreßden/ Mens. Majo, Anno 1610. (Verba sentent: Hat Inquisit bekannt und gestanden/ daß er dem Boten Caspar Herman von Ortrant zu dem Ende nachgefolget/ daß er ihme die Schuldverschreibung/ so er bey sich getragen/ rauben und ihn ermorden wollen/ welches dann auch geschehen/ und habe er ihn erschossen/ auch etliche Stiche ihm zugefüget/ die Obligation zu sich genommen/ und darauff 800 fl. baares Geldes ausgezahlet empfangen/ &c. Da er nun auff seinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ So möchte er von wegen solcher begangenen und bekannten Mordthat und Beraubung mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Fur deprehensus in furto, si occidat deprehensorem, pœnâ latrocinii plectendus est.

1 FAcilè hinc dijudicare licet, quâ pœnâ plectendus sit fur in ipso furto deprehensus, si necave-
2 rit deprehensorem: † Vel solam enim homicidii pœnam, vel furti supplicium sufficere existimaveris, prout dixi *in pract. crimin. part. 3. quæst. 132. num. 43.*
3 *& 44.* † nec pœnarum cumulatio hoc casu admittitur, *arg. l. 1. ff. de vi bonorum raptor. l. cum ex uno. 32. ubi* Gloss. *in verb. obtinuit. ff. de O.*
4 *& A. l. quoties lex. 41. §. 1. ff. eod. tit.* † Quia semper major pœna minorem absorbet, juxta tradita Bartol. *in l. nunquam plura. 2. num. 4. ff. de privat. delict.* Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 20. num. 8.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rerum criminal. cap. 77.*
5 *numer. 4.* † Sed verum est hoc in duplici delicto, ubi cujusque pœna est ultimum supplicium; una ergò aliam excludit, quia plura suppliciorum mortis genera inter se compatibilia haud sunt. † Ex 6
quo tamen ad casum præsentem nil inferendum, ubi in specie nec furtum nec homicidium, sed latrocinium commissum dixerim, tale scilicet crimen, quod per se pœnam Rotæ meretur, *supr. Definit. 4. in pr.* † Hocq; ut asseram, movet me intentio oc- 7
cisoris, qui nulla alia de causa necat deprehensorem, quàm ne furtum manifestetur, & lucrum impediatur. † At efficit hoc ipsa causa, ut homicidium 8
in crimen latrocinii incidat, ut dixi Defin. §. 6. 7. † Cur non ergò pœnâ latrocinii, quæ est Rota, Reus 9
esset plectendus? † Idque eò magis, quod ob crimi- 10
nis alicujus enormitatem Judex pœnam haud aggravare prohibeatur secundum tradita Gloss. *in l. nunquam plura. 2. verb. ob aliud. in fin. ff. de privat. delict.* Nicol. Reusn. *lib. 2. decis. 20. num. 7.* Didac. Covarruv. *lib. 1. variar. resolut. cap. 10. numer. 8.*

Ita Domini contra P. N. an Caspar von Schönbergen zum Borschenstein / M. Aug. Anno 1592. (Verba sent: Hat der Gefangene bekant/ daß er in Christoph Bürgens Hauß stehlens halber gangen/ und als er hinein kommen / und keinen Menschen darinnen gesehen/ habe er auff dem Boden einen Kasten eröffnet / und daraus 21. Alte Schock gestohlen Als er aber von dem Boden wieder herunter gangen/ sey ihme die Magd unter der Stubenthür begegnet/ und sehr geschrien/ da hätte er ihr mit dem Beile einen Schlag auffn Kopff gebenn/ und sie ermordet/ damit der Diebstal nicht offenbar werden möchte/ &c. Da ihr euch nun allbereit erkündiget hättet/ oder nochmals erkündigen würdet/ daß die angegebene Deuben gewißlich und in Wahrheit geschehen / und die entleibete Magd todt gefunden worden / und der gefangene P. N. würde auff seinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen/ So möchte er wegen des begangenen Diebstals uñ Mordthat mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. X.

Nisi homicidium eo fine à fure commissum probetur, quò vitam redimeret.

SEd hoc ita, si fur necaverit resistentem propterea, 1
ne lucrum sibi impediatur, scilicet quod hæc causa latrocinium efficiat, Defin. *præcedent.* † Ca- 2
teroquin si occidisset eum, à quo prehensus & detentus fuisset, ob hunc solummodò finem, quò vitæ suæ consulere, aufugere, pœnamque furti evitare posset, † quin tùm Rotæ supplicium rigorosum 3
cessare debeat, substituta gladii pœna tanquam pro homicidio simplici, nullus ambigo, † modò de in- 4
tentione occisoris saltem ex ipsius confessione in tortura facta certò constet. † Nec enim tùm ho- 5
micidium pro latrocinio habendum erit, † cessante 6
nempe causa latrocinii, quæ in sola lucri intentione & spe consistit, juxta *Gloss. german. in artic. 13. verb.* Alle die einen Mann. *vers.* Etliche ermorden. *lib. 2.* Landrecht.

Ita Domini contra H. P. an Erasmus von Maltitzen / Mens. Nov. Anno 1628. (Verba sentent: Hat sich der Gefangene zu unterschiedenen Deuben bekannt / auch ferner in scharffer Frage gestanden / daß er Peter Richters Knecht / so ihn des Nachts / als er Stehlens halber betreten worden / gehalten /

zu

zu dem Ende / damit er von ihme loß kommen möchte / mit ſeinem Meſſer unterm Nabel in Leib dermaſſen beſchadiget / daß er in wenig Tagen hernach verſtorben / ꝛc. So möchte er ſolcher ſeiner Verbrechung wegen / inſonderheit aber der Entleibung halber / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden / V. R. W.)

CONSTITUTIO VI.

PARTIS QUARTÆ.

Ob ein Thäter mit dem Schwerdte zu ſtraffen / wann im Todtſchlag ein Irrthum an der Perſon begangen?

Occidens unum ex Errore, cum occidere vellet alium, num pœna ordinaria gladii ſit plectendus?

JEwol bey etzlichen Rechtsgelehrten Zweiffel fürfället / Ob einer / ſo ihm fürſetzt auff den zu ſchlagẽ / mit welchem er in Zwietracht gerathen / und in ſolchem Vorhaben einen andern erſchlägt / erſcheußt / und ermordet / am Leben zu ſtraffen ſey?

Dieweil aber darinnen wider GOttes Gebot auch ohne Zweiffel gehandelt / und nicht verneinet werden mag / daß es ein Todtſchlag ſey / Wir auch berichtet / daß unſere Schöppenſtüle biß anhero das Schwerdt in ſolchem Fall erkannt / ſo laſſen Wir es dabey bleiben / Setzen und Wollen / daß ſolches hinfort auch gehalten / und ein ſolcher Verbrecher mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet werden ſoll.

CONTROVERSUM quidem eſt in jure, num ſi ferire volens eum, cum quo rixatur, alium occidat, pœnâ ordinariâ homicidii puniendus ſit.

Cum autem contra legem etiam divinam hunc peccare, & homicidium committere negari non poſſit, pœnam gladii, qvam hoc in caſu Scabinatus noſtros pronunciare ſolitos intelligimus, deinceps etiam eum, qui tale quid committit, ſuſtinere volumus.

DEFINITIONES.

1. *Error in perſona hominis occiſi commiſſus non juvat occiſorem, quò minus ordinaria teneatur homicidii pœna.*
2. *Gladio feriri debet, qui volens necare Titium, occidit Cajum proximè ibi adſtantem vel prætereuntem.*
3. *Eâdemq; pœnâ tenetur, qui mediatorem in rixa intervenientem occidit.*
4. *Niſi ab alio inſultatus ſe defendere voluerit.*
5. *Non indulgendum eſt ei, qui ex calore iracundiæ homicidium commiſit.*
6. *Mandans aliquem occidere tenetur æquè pœnâ homicidii, ac ſi ipſemet propria manu occidiſſet.*
7. *Niſi mandatarius aliàs quoque, mandato licet haud interveniente, fuiſſet occiſurus.*
8. *Mandatarius accipiens pecuniam ut occidat, tanquam aſſaſſinus Rotæ ſupplicio punitur.*
9. *Aſſaſſinator parricida pœnâ Culei plectendus eſt.*
10. *Locum habet pœna aſſaſſinii, ſi fuerit merces promiſſa, licet non exſoluta.*

DEFINIT. I.

Error in perſona hominis occiſi commiſſus non juvat occiſorem, quò minus ordinaria teneatur homicidii pœna.

1 NUnquam non varias excuſationes quærunt occiſores, quibus pœna ordinaria ſeſe eximere contendunt, etiam ex errore perſonæ occiſæ petitas,
2 † putà quod ipſam vel tempore nocturno, vel irâ
3 commoti, non rectè cognoverint. † Exiſtimant nempe, ſolum occidendi propoſitum, effectu licet ſubſecuto, ſibi haud nocere, ſi alium, de quo non
4 cogitabant, necaverint, quia vulgò dicitur, † per errorem geſtum gerenti non nocere, *l. ſi per errorem. 15. ff. de Jurisdict.* Sed profecto exceptio hæc tanti momenti non eſt, ut homicidium dolosè nedum animo occidendi revera perpetratum excuſa-
5 re queat, † quod tamen non modo Jus civile, *l. 18. §. ſi injuria 3. ff. de injur. l. 45. §. 4. ff. ad Leg. Aquil. l. is qui cum telo 6. C. ad Leg. Cornel. de Sicar.* ſed & divinum ſanguine occidentis vindicari jubet,

Exod. 20. verſ. 14. Geneſ. 9. Levit. 24. Matth. 26. † ut mirum haud ſit, Illuſtriſſimum Saxoniæ Ele- 6
ctorem, non habita ratione erroris prætenſi, gladii pœnam occiſori indixiſſe, *hâc* Conſtitut. 6. †, quæ 7
propriè de hoc ipſo caſu accipienda eſt, ut luculenter innuit *rubr.* **Ob ein Thäter mit dem Schwerdte zu ſtraffen / wann er im Todtſchlag einen Irrthumb an der Perſon begangen** / ſiquidem ex rubro nigrum eſt explicandum, Nicol. Everh. *in topic. in loc. 92. à rubro. num. 11.* Gloſſ. & Bartol. *in l. 1. C. de capit. civium cenſib. exim.* †, Eamque ſen- 8
tentiam tuentur multis rationibus & argumentis Johann. Harppr. *in §. item Lex Cornelia 5. num. 218. & ſeqq. inſt. de publ. judic. poſt* Jacob. Thoming. *deciſ. 38.* & Andr. Fach. *lib. 1. contr. 37.* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. homicidium. num. 6.* † Nec movet in- 9
contrarium regula illa vulgata, quod actus per errorem geſtus gerenti non noceat, *dict. l. ſi per errorem. 15. ff. de Jurisdict.* quia de actu ſaltem licito & honeſto id eſt accipiendum; † ſecus verò ſi quid per ſe illi- 10
citè geratur, quod per errorem ſupervenientem haud ſuſtineri poteſt. † Quin & propoſitum occidendi 11

in genere ad imponendam mortis pœnam sufficere, docent eleganter Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 10. defin. 6. &* Reinh. Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 2. disp. 32. thes. 6. lit. a.*

Ita Domini contra V. B. zu Radeberg / Mens. Septembr. Anno 1625. (Verba sentent: Hat der Gefangene V. B. bekannt und gestanden/ daß er George Klingels Eheweib dermassen gehauen und beschädiget / daß sie folgendes Tages daran verstorben/ und wäre seine Meynung nicht gewesen / ihr einigen Schaden zuzufügen / dann er dem Mahler nachgelauffen / in willens auff ihn loß zuhauen/ weil aber derselbe entlauffen / und immittelst sein Weib ihme entgegen kommen/ hätte er gemeynet / es wäre der Mahler selbsten/ darauff zugehauen/ und sie obgedachter massen beschädiget/ ꝛc. Da nun der gefangene V. B. auff solchem seinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde / So möchte er von wegen der an Klingels Weibe begangenen und bekannten Entleibung / hinwiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. II.

Gladio feriri debet, qui volens necare Titium, occidit Cajum proximè ibi adstantem, vel prætereuntem.

1 NOn certè aliud statuendum de eo, qui volens occidere aut saltem vulnerare Titium, quem benè novit, ac in ejus persona neutiquam erravit, casu tamen occidit Sejum ibi proximè stantem,
2 vel prætereuntem, † quem æque gladio feriendum dixerim cum Bartol. *in l. respiciendum. 11. §. fin. ff. de pœn.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. homicidium. num. 6.* Salycet. *in l. quoniam multa facinora. 6. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Anton. Gomez.
3 *tom. 3. var. resolut. cap. 3. num. 35.* † vel saltem propterea, quod hoc casu dolosum fuerit commissum homicidium, cum occisor certam personam offendere & necare sibi proposuerat, effectu etiam subsecuto, ut maximè ex casu supervenien-
4 te alia persona fuerit occisa, † veluti id ipsum disertè probat Illustrissimus Saxo *hâc* Constitut. *6. in pr. vers.* Und in solchem Vorhaben einen andern erschlägt. *Funct. §.* Dieweil aber darin-
5 nen. † Non enim tàm ratio habenda est in crimine homicidii personæ occisæ, quàm animi &
6 propositi occisoris, † ex quo de ipso maleficio potissimùm est dijudicandum, *l. quod Reipublicæ. 33. ff. de injur. l. 1. §. Divus Adrianus 3. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* Anton. Gomez. *dict. cap. 3. numer. 15.*

Ita Domini contra N. N. zu Jehna / Mens. April. Anno 1612. (Verba sentent: Hat inquisit bekannt und gestanden/ daß er mit seinem Brodtmesser/ welches er zu dem Ende aus den Hosen gezogen/ daß er Wolff Rembden damit stechen wollen/ C. H. Eheweibe einen Stich zugefügt/ davon sie wenig Tage hernach verstorben / ꝛc. Da nun N. N. auff seinem gethanen Bekänthüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/ überwiesen würde / So möchte er von wegen solcher begangenen und bekannten Entleibung / seines darwider gethanen Fürwendens ungeachtet / indeme er fürgeben / daß ers nicht gerne gethan / sondern obbenannten Rembden stechen wollen/ weil er auch hiedurch einen Todtschlag begangen/ hinwiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. III.

Eâdemq; pœnâ tenetur, qui mediatorem in rixa intervenientem occidit.

EX quo facilè dijudicare licet, quid de ejus delicto 1
habendum, qui cum in rixa aliquem percutere aut vulnerare velit, occidit mediatorem, pacis conservandæ causa in rixa intervenientem. † Nam 2
cum hic dolosè & animo alterum offendendi delinquat, quisnam eum à pœna gladii velit eximere, † propterea solùm, quod alius quispiam interve- 3
niens fuerit occisus, cum exceptionem eam neutiquam admittat *h.* Constitut. *6. Definit. præcedent.* † Quod si quis urgeat casum intervenientem, cum 4
negari nequeat, mediatorem casu fortuito occisum esse, quippe de quo occisor minus cogitasset? Huic respondeo, † casum supervenientem nun- 5
quam excusare versantem in actu illicito, nam qui aliquid dolosè agit, tenetur etiam de eo, quod casu subsecutum est, Ordinat. Crimin. Caroli V. Imper. *artic. 146.* † quin nec proprie casus fortuitus est, 6
quem culpa vel dolus præcedit, qui pœnam meretur, Gloss. & Salycet. *in l. 1. verb. plerumq; C. ad Leg. Cornel. de sicar.*

Ita Domini contra B. S. zu Hohenstein/ Mens. Febr. Anno 1594. (Verba sent: Hat inquisit bekannt und ausgesagt/ daß er mit seinem Messer seine Mutter gestochen/ darüber er aber / wie ers gesehen / von Hertzen erschrocken/ und doch solches nicht endern können/ mit höchster Betheurung/ daß es wider seinen Willen geschehen/ indeme seine Mutter/ wie er auff den Kutscher zustechen wollen/ sich zu ihm gedrungen/ und ihn halten wollen/ etc. So möchte inquisit nach Gelegenheit dißfalls von wegen solcher an seiner Mutter begangenen und bekannten Entleibung hinwieder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Nisi ab alio insultatus se defendere voluerit.

NOlo tamen hoc aliter accipi, quàm si occisor 1
in dolo versatus fuerit, aliumque percutere aut vulnerare voluerit. † Cæteroquin, si ab alio of- 2
fensus vel insultatus se defendere cogatur, ac mediatorem intervenientem occidat, tantum abest, hoc casu pœnam homicidii ordinariam sibi locum vendicare, † ut nec ea plectendum occisorem puta- 3
verim, si ipsummet, quem petebat, necasset. † Nem- 4
pe quia dolus cessat, quem Sanctio Electoralis in *hâc* Constit. 6. semper præsupponit. † Tenebitur 5
tamen occisor extraordinariâ pœnâ, pro judicis arbitrio & ratione excessus in moderamine defensionis, † per textum clarum *in artic. 145.* Ordinat. 6
Crimin. Caroli V. Imper. Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. homicidium. num. 13.* Nicol. Boër. *Decis. 83.* Prosper. Farin. *part. 5. oper. crimin. quæst. 125. numer. 142.*

Ita Domini contra G. V. zu Kemnitz/ Mens. Majo, Anno 1628. (Verba sentent: Daraus so viel zu befinden/ daß inquisit wegen der an Valtin Straubingen begangenen und bekannten Entleibung / an Leib oder Leben nicht zu straffen / Er ist aber gleichwol des Entleibeten nechsten Freun-

Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten / so wol die in dieser Sachen auffgewandte Unkosten auff vorhergehende Liquidation und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/und wird hierüber mit ewiger Landesverweisung billich in Straffe genommen/ V.R.W.)

Definit. V.

Non indulgendum est ei, qui ex calore iracundiæ homicidium commisit.

1 Sæpissimè occisores iracundiæ calorem prætendere solent, quo in tantum sibi consultum putant, ut pœnâ homicidii vel saltem ordinariâ plecti 2 nequeant, ex † eo, quod difficillimum sit, justum dolorem & iracundiam temperare, Felin. *in cap. dilecti filii. 8. num. 12. & 13. extr. de except.* Jul. Clar. 3 *in pract. §. ult. quæst. 16. vers. sed hic quæro* † unde regula communis promanavit, delicta iracundiæ calore commissa mitius puniri, *l. 2. C. de abolit. l. aut facta. 16. §. causa. 2. ff. de pœn. c. si quis iratus. 5. ubi* 4 Gloss. *caus. 2. quæst. 3.* † Sed vereor, ne hâc ratione infinita homicidia remaneant impunita, cùm vix unquam absque ira præcedente cædem perpetrari vi- 5 deamus. † Sanè si justa atque probabilis iræ causa adsit, puta offensio & insultatio, quin venia aliqua occisori sit concedenda, non multùm dubitaverim juxta tradita Jul. Clar. *dict. quæst. 60. num. 9.* Prosp. Fa- 6 rin. *part. 3. oper. crim. quæst. 91. num. 13.* † At deficiente causa probabili, occisori irato neutiquam indulgendum esse, & severitas hujus delicti & autoritas Juris divini, quod nusquam hanc limitationem admittit, quin potiùs rejicit *Num. 35. vers. 21.* satis evin- 7 cit. † Quod ipsum etiam disertè probat Imper. Carol. V. in Ordin. Crimin. *art. 137. vers.* Der einen Todschlag aus Zorn gethan. *& Gloss. Juris Saxon. in art. 13. lib. 2.* Landr. *lit. K.*

Ita Domini in causa W. T. zu Zwickau/ Mens. Novembr. Anno 1593. (Verba sentent: So möchte er von wegen solcher an Wolff Fessern begangenen und bekannten Entleibung/ seines gethanen Fürwendens ungeachtet/ daß er nemlich aus Zorn solches gethan/ hinwieder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Et contra C. B. zu Cleberg/ Mens. Junio, Anno 1593. (Verba sententiæ: So wird er seines Fürwendens ungeachtet/ daß er nemlichen vom Zorn übereilet worden / wegen der begangenen Entleibung/ hinwieder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gestrafft/ V.R.W.)

Definit. VI.

Mandans aliquem occidere, tenetur æquè pœnâ homicidii ac si ipsemet propria manu occidisset.

1 Nihil sanè interest, utrum occidat quis ipse an verò causam mortis dolosè præbeat, *l. nihil interest. 15. §. 1. ff. ad Leg. Corn. de sicar. l. non solum. 11. si mandato. 3. ff. de injur. l. non ideò. 5. C. de ac-* 2 *cusat.* † Ergò non habet mandans quem occidere, quo se pœnæ homicidii eximere queat, sed æquè tenebitur, ac si ipsemet propriis manibus 3 occidisset, † idque eò magis, quantò gravius delinquere censetur, non solummodò in seipsum, sed etiam in mandatarium, quem corrumpit, ut 4 occidat, & in occisum. † Quo respectu certè levius est delictum mandatarii, qui non nisi in seipsum & in occisum delinquit, Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 9. cap. 32. num. 4.* Ægid. Boss. *in tit. de mandat. ad homicid. n. 1.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 89. in pr.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 353.* † Et in genere verissima est re- 5 gula vulgata, quod quis per alium facit, per seipsum facere censetur, *c. qui facit. 72. de reg. jur. in sexto. l. is damnum. 169. ubi* Dec. *ff. de reg. jur.* Salycet. *in l. non ideò minus. 5. C. de accusat.* † Cur ergò non 6 pœnâ homicidii teneretur mandans, perinde ac si ipsemet occidisset?

Ita Domini contra M. R. zu Weyda / Mens. Jun. Anno 1599. (Verba sententiæ: Hat Inquisit bekannt und gestanden/ daß er D. R. zu erschiessen und umbzubringen befohlen/ welches auch darauff erfolget und geschehen. Da er nun auff seinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/ überwiesen würde; So möchte er derowegen/ daß solche Mordthat auff seinen Befehl geschehen/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. VII.

Nisi mandatarius aliàs quoque, mandato licet haud interveniente, fuisset occisurus.

Sed hoc ita, si ipsemet mandans potissimùm cau- 1 sam dederit homicidio suo mandato. Nam si mandatarius absque mandato, propria sua sponte fuisset quoque occisurus, excusabitur omninò mandans à pœna homicidii ordinaria, † modò credide- 2 rit, mandatarium etiam absque suo mandato delictum istud perpetraturum esse, Jacobus Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 352. num. 13.* Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 9. cap. 36. num. 14.* Ægid. Boss. *in tit. de mandato. n. 46.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. §. Divus Antoninus. 5. numer. 7. ff. de quæstion.* † Ignoscendum namque est aliquo modo ei, qui ho- 3 micidii autor non est. Ac licet mandatum per se iniquum sit; † sufficit tamen hoc extraordinariè pro ju- 4 dicis arbitrio puniri, Menoch. *dict. loc. num. 13.* † Cæ- 5 terùm, unde probandum sit, quòd mandatarius absque mandato etiam fuisset occisurus, tradunt Dec. *dict. cap. 36. num. 15. & seqq.* Petr. à Plach. *in epit. delictor. lib. 1. cap. 15. num. 14.*

Ita Domini contra M S. zu Grühnau / Mense Febr. Anno 1610. (Verba sentent: Hat M. S. in guten bekannt und gestanden/ daß sie ihren Bruder/ als derselbe den Stiefvater allbereit übel geschlagen/ daß er kaum sitzen können / geheissen den Stiefvater vollends todt zu schlagen / denn sie vor ihme künfftig nicht sicher seyn würden/ &c. So wird sie / gestalten Sachen nach/ mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Mandatarius accipiens pecuniam ut occidat, tanquam assassinus Rotæ supplicio punitur.

Mandatarius verò quin pœna homicidii tenea- 1 tur, effectu secuto, sive aliàs quoque absq; mandato fuisset occisurus sive non, dubium vix habet, Bartol. *in l. non solùm. 11. §. si mandato. 3. ff. de injur.* Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 9. cap. 37. numer. 1.* † Turpis namque vel injustæ rei mandatum 2 adeò non est obligatorium, ut ne juramento quidem confirmetur, *l. 6. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6. ff mandat. c. non est obligatorium. 58. de Reg. Jur. in 6to.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 89. num. 1.* † Quin & si 3 pecuniam acceperit mandatarius, ut cædem com-

mitteret, incidet hoc crimen in Assassinium ac propterea mandatarius, tanquam assassinus, Rotæ supplicio mancipabitur, † prout demonstravi *in pract. criminal. part. 1. quæst. 19. num. 19. & seqq.* † Nempe, quia assassinus spe alicujus lucri aliquem necans, si non ipsemet latro, huic tamen similimus est, per tradita Gloss. *germ. ad artic. 13. lib. 2.* Landrecht. *vers.* Etliche ermorden die Leute. † Quidni ergò pœnâ latrocinii teneretur? præsertim cum gravius delinquat quovis alio mandatario, † quia interventus pecuniæ delictum auget, *arg. l. Cicero. 39. ff. de pœn.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 9. cap. 30. num. 13.*

Ita Domini contra N. N. zu Weissenfels / Mens. Martio, Anno 1601. (Verba sentent: So möchte er von wegen solcher begangenen und bekannten Mordthat/darzu er sich mit Gelde dingen lassen/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden / V.R.W.)

Definit. IX.

Assassinator parricida pœnâ Culei plectendus est.

1 SOlus tamen mandatarius sive assassinus pecuniam accipiens, Rotâ plectendus est, non etiam assassinator pecuniam alteri præbens, ut occidatur quis, cui pœna homicidii sufficere videtur, addito illo augmento, ut factâ executione, cadaver Rotæ in
2 altum erectæ affigatur, † ut multis demonstravi *in pract. crim. part. 1. quæst. 19. n. 14. & seqq.* An ergò
3 gladio quoque puniendus erit, † quia assassinum ad occidendum patrem, filium, vel conjugem certâ
4 mercede conduxerit? Absurdè id diceretur, † cum gravio delinquat quis, ad occidendum pecuniâ alium conducendo, quam propriis manibus necando, ut vel ex genere supplicii apparet; Cur ergò parricida assassinator mitius plectendus esset, quàm si ipsemet parentes, liberos, vel conjugem occidisset, quo casu asperrima Culei pœna ei venit infligenda, *supr. Constit. Elect. 3.* † Eaque parricidam quoque assassinatorem teneri, vel inde patet, quod delictis diversi generis concurrentibus, velut hoc casu assassinium cum parricidio simul committitur, † semper obtineat pœna majoris delicti, absorbeatq; minorem, Jul. Clar. *in pract. S. ult. quæst. 84. num. 4.* Hippol. de Marsil. *in l. si in rixa. 17. num. 15. ff. ad Leg. Corn. de Sicar.*

Ita Domini contra A. P. zu Zeitz / Mens. Septembr. Anno 1620. (Verba sentent: So möchte sie wegen solcher ihrer Verbrechung und Mißhandelung/ daß sie ihren eigenen Vater ermorden und umbbringen lassen / und hierzu gewisse Personen mit Gelde gedinget/ weil alles von ihr dolosè und fürsetzlichen geschehen/ und es dafür zu achten/ und zu halten/ als wann sie selbsten an ihren Vater Hand angelegt/ zusammt einem Hunde/Hahnen/ einer Schlangen und Katzen an statt eines Affen in Sack gestrecket/ ins Wasser geworffen und ertränket werden/V.R.W.)

Definit. X.

Locum habet pœna assassinii, si fuerit merces promissa, licet non exsoluta.

DUbitari solet, an perpetratum dicatur homici- 1
dium ex eo solo, quod conventio de occidendo facta, mercesque promissa fuerit, quantumvis solutio mercedis vel suspendatur, vel etiam nunquam subsequatur? † Quod Dd. communiter affirmant, ut vi- 2
dere est apud Salycet. *in l. non ideò minus. 5. ad fin. num. 36. C. de accusat.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. 83. num. 6.* Petr. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 19. num. 10.* Joseph. Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 138. num. 1.* † Rectissimè sanè, cùm saltem spes 3
lucri delictum aggravet, *arg. l. Cicero, 39. ff. de pœn.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 9. cap. 30. n. 13.* † & 4
conventio sola, sive conductio ad occidendum, quæ procul dubio nudo consensu perficitur, *tot. tit. inst. de oblig. ex consens.* faciat assassinium. † Ac licet 5
differant dare & promittere, eundem tamen sortitur effectum promissio, si fuerit acceptata. † Perpetrato 6
verò hoc casu homicidio, ecquis negare ausit, acceptatam fuisse promissionem, ex eaq; crimen proveniisse? † *arg. l. tutor datus. 69. ff. de fidejuss. l. qui id quod. in pr. 33. ff. de donat. l. 2. pr. vers. parvig; referre. ff. de privil. creditor.* 7

Ita Domini contra H. S. zum Hain / Mens. Augusto, Anno 1618
Et contra N. Z. zu Welssenfelß / Mens. Mart. Anno 1601.

Constitutio VII.
PARTIS QUARTÆ.

Wann ihrer viel einen im Aufflauff und Hader zu tode schlagen/ wie es mit der Straffe zu halten?

SWann ihrer viel auff einen zu- und denselben zu tode schlagen/ und man nicht wissen kan/ aus welches Verwundung der Verstorbene umkommen/ so soll dißfalls fleißige Erkündigung des Thäters halben genommen/ und da wider einen Indicia, die zur scharffen Frage genugsam/ verhanden/ auff denselbigen die Tortur gesprochen werden.

Da es aber an dem entstünde/ so sollen sie alle/ im Zweiffel/ mit der Tortur nicht beleget/ noch auch am Leben gestrafft/ sondern in willkührliche Geldbusse/Gefängniß/oder Verwei-

De pœna plurium in rixa vel tumultu unum aliquem occidentium.

PLuribus simul unum aliquem percutientibus, eumque occidentibus, si sciri non possit, cujus ictu perierit, diligenter inquiri eumque, contra quem sufficientia indicia reperiuntur, quæstioni subjici volumus.

Indiciis autem deficientibus, in dubio omnes ne torqueantur, nec morte mulctentur, sed vel pœnâ pecuniariâ, vel carcere, vel relegatione puniantur, insuper

sung/ neben Erlegung des Wehrgeldes/ und Erstattung der Gerichtskosten/ verurtheilet werden/ iedoch wo es sich befände/ daß etliche nicht mit zugeschlagen/ sondern unschuldig wären/ die genieſſen ihrer Unschuld billich.

super etiam ad solutionem Wergeldi, & expensarum litis condemnentur, ita tamen, ut si qui mortuum non percussisse comperti fuerint, innocentiâ suâ hi, ut æquum est, fruantur.

DEFINITIONES.

1. *In turba vel rixa homicidio à pluribus commisso, si de vero occisore certò haud constet, neuter mortis supplicio, sed omnes extraordinariè puniuntur.*
2. *In occisorem tamen mediante torturâ inquirendum est, si indicia adsint sufficientia.*
3. *Pluribus repertis vulneribus in cadavere occisi lethalibus, singuli vulneratores, si certi sint, pœnâ mortis plectuntur.*
4. *Non omnes qui rixæ interfuerunt, sed saltem, qui percusserunt, pœnam incurrunt.*
5. *Pluribus unum vulnerantibus, neuter mortis pœnâ plectendus est, si vulnera singula lethalia non fuerint, licet omnia simul juncta mortem intulerint.*
6. *Conspirantibus pluribus in alicujus necem, tenentur omnes mortis supplicio, etiamsi unus saltem percusserit & occiderit.*
7. *Ob unum idemq; homicidium in rixa perpetratum, unus quandoq; mortis supplicio, alter verò tantummodò arbitrariè punitur.*
8. *Homicidium licet non animo occidendi commissum, si tamen dolosum fuerit, gladio punitur.*
9. *Ictu lapidis aliquem interficiens gladio feriri non debet.*
10. *Nisi occisor lapide graviter percusserit.*

DEFINIT. I.

In turba vel rixa homicidio à pluribus commisso, si de vero occisore certò haud constet, neuter mortis supplicio, sed omnes extraordinariè puniuntur.

1 SI quis à pluribus in rixa subitò contingenti vulneratus & occisus fuerit, ac quisnam ex pluribus vulnus lethale inflixerit & occiderit, liquidò constet, quin is pœna Legis Corneliæ de sicariis teneatur, vix
2 quisquam dubitabit, propter † text. *in l. item Mela. 11. §. sed si plures. 2. ff. ad Leg. Aquil.* Ordin. Crimin. Carol. *artic. 148. vers.* So aber etliche Personen/ Johann. Harppr. *ad §. Item Lex Cornelia. 5. num. 49. instit. de publ. judic.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. homicidium, n. 41.* Didac. Covarr. *in Clem. si furiosus un. p. 2.*
3 *§. 2. n. 3. vers. secundus casus. de homicid.* † Quod si verò de occisore, qui vulnus lethale inflixerit, certò non appareat, haudquaquam ad pœnam mortis deveniendum erit, *l. si in rixa 17. ff. ad Leg. Cornel. de si-*
4 *cariis.* † Neque enim negari potest, inter multos rixantes, unumq; ex iis occidentes aliquos esse innocentes, cùm impossibile ferè sit, ut omnes in genere
5 & singuli in specie aliquem occiderint, † quos damnare iniquissimum esset, *h.* Const. 7. §. Do es aber
6 an dem. *vers.* noch auch am Leben gestrafft. † Non tamen hoc casu rixantes ab omni prorsus pœna sunt absolvendi, † sed extraordinariè pro arbitrio judicis vel mulctâ pecuniariâ, vel carcere aut relegatione
7 coerceri debent, *h.* Const. 7. §. Do es aber. † ubi Reos simul ad solutionem Wergeldi & expensas litis condemnari jubet, Ordin. Crim. Carol. *dict. art. 148. vers.* Auch so einer. Andr. Gail. *lib. 2. observat. 109.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. Corn. de sicar. num. 19.* Ægid. Boss. *in prax. crim. tit. de homicidio. num. 26. & 27.* Jul. Clar. *dict. §. homicidium. num. 37.* Johann. Harppr. *dict. loc. n. 46.*

Ita Domini contra H. M. S. G. M. R. M. T. M. G. & Consort. zu Meissen/ M. Maj. A. 1634. (Verba sent. Ob wol ietztgedachte inquisiti sammt und sonders bekañt/ daß sie bey der Entleibung der beyden Reuter gewesen/ und mit zuschlagen helffen/ etc. Dieweil aber dennoch solcher Todtschlag im Anlauff und Tumult geschehen/ und man nicht wissen kan/ aus welches inquisiti Schlägen oder Beschädigung die Reuter verstorben/ in welchem Fall dann/ vermöge der klaren Churfürstlichen gnädigsten Verordnung in Const. 7. part. 4. die ordentliche Todesstraffe nicht statt hat/ So mögen auch inquisiti nach Gelegenheit dißfalls und derer dabey vorgehenden Umständen an Leib oder Leben nicht gestrafft werden/ sie werden aber gleichwol mit ewiger Landesverweisung billich in Straffe genommen/ inmassen sie auch die in dieser Sachen auffgewandte Unkosten auff vorgehende liquidation und Richterliche Ermeßigung abzustatten pflichtig seyn/ V. R. W.)

DEFINIT. II.

In occisorem tamen mediante torturâ inquirendum est, si indicia adsint sufficientia.

IDq; procul dubio verum est, si de occisore, qui vul- 1
nus lethale inflixerit, prorsus non appareat, Defin. *præced.* † Cæteroquin, si de hoc adversus unum vel 2
alium præsumptiones & indicia militent, antequam definitivè pronuncietur, ulterius in occisorem inquirendum, & † si indicia sufficientia habeantur, median- 3
te torturâ confessio extorquenda erit, *h.* Const. 7. *in pr. vers.* So soll dißfalls fleißige Erkündigung/ &c. † Quid enim, si unus vel alter rixantium occiso ini- 4
micus ejusque gladius pollutus sanguine repertus fuerit? Ordin. Crim. *art 34.* Johann. Zanger. *de quæst. seu tort. reor, cap. 2. num. 111. & seqq.* Jacob. Menoch. *lib. 1. præsumpt. 89. num. 117. & num. 135.* † Quid 5
si statim post homicidium perpetratum aufugerit? Andr. Gail. *lib. 2. observat. 109. num. 6.* Johann. Zanger. *dict. cap. 2. num. 86. & seqq.* † aut si præter mo- 6
rem armis præparatus venerit ad eum locum, in quo rixa postmodum facta est, Zanger. *dict. cap. 2. n. 164.* † Certè hæc indicia talia sunt, ut judicem ad decer- 7
nendam torturam benè commovere queant. Quidni ergò hæc ad veritatem eruendam esset adhibenda? † Quod omninò asserendum, ne homicida pœnam 8
promeritam effugiat, Ordin. Crim. Carol. *artic. 34. ubi* Matth. Stephan. *in not.* Reinh. Rosa *ad* Dan. Moll. *hic. n. 1.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. n. 41. ff. de quæst.*

Ita Domini contra G. R. zu Görlitz/ M. Febr. A. 1630. Et contra S. G. & Consort. zu Meissen/ Mens. Majo, Anno 1634.

Definit. III.

Pluribus repertis vulneribus in cadavere occisi lethalibus, singuli vulneratores, si certi sint, pœnâ mortis plectuntur.

1 ACcidit sæpiùs, ut plures in rixa fortuitò suborta inflixerint vulnera lethalia, de quorum autoribus si certò constet, nesciatur verò quisnam primùm lethaliter vulneraverit, dubitatur, an omnes pariter vulnerantes pœnâ Legis Corneliæ de sicariis teneantur? † Neutrum hoc casu pœna mortis plectendum, arbitratur Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. Judic. quæst. cent. 4. cas. 562. num. 17. & 18.* † Quod quidem concesserim, si vulneratus in ipso momento perierit, ut sciri nequeat, ex cujus ictu fuerit occisus; † Absurdum siquidem foret, ad mortis supplicium condemnare eum, de quo an hominem occiderit, an verò cadaveri saltem vulnus inflixerit, certò haud appareat. † At si vulneratus post aliquod tempus moriatur, & ex inspectione atque relatione Medicorum omnia ac singula vulnera mortalia fuisse constet, nil sanè prohibet, omnibus conjunctim, qui vulnera ista inflixerunt, mortis pœnam indicere, † quin potius judex hoc facere obstrictus est, per text. *in* Ordin. Crimin. Carolin. *artic. 148. verf.* Wäre aber der Entleibete / † quod nec à jure civili alienum, ut patet *ex l. item Mela 11. §. sed si plures. 2. ff. ad Leg. Aquil.* Matth. Stephan. *in not. ad dict. artic. 148. verf. si homicidium non fuerit deliberatum, &c.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. homicidium n. 41.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 11. n. 33. & 34.*

Ita Domini an die Gerichte zu Forst/ Mense Majo, Anno 1587. (Verba sentent: Da nun die Wunden beyde tödtlich gewesen / und die Gefangenen würden auff ihrem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen / So möchten sie alle beyde/ solcher begangenen und bekannten Entleibung halber / hinwiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Non omnes qui rixæ interfuerunt, sed saltem, qui percusserunt, pœnam incurrunt.

1 COmmunis est Dd. opinio, si de occisore certò non constet, neminem morte puniendum, sed omnes pœnâ saltem arbitrariâ coercendos esse, se-
2 cundum tradita *Supr.* Defin. 1. † An ergò ii quoque pœnam merebuntur, qui rixæ interfuerunt, licet non
3 percusserint? Iniquissimum certè hoc esset, † nisi quis eos propterea coercitione dignos judicaverit,
4 quod tumultui interfuerint. † Quod cum probo cuivis ac bono viro contingere queat, disertè à pœna hosce eximit Const. *hæc 7. in fin. verf.* Jedoch wo
5 es sich befindet. † Svadet enim æquitas, ut hi, qui non percussisse comperti fuerint, innocentia sua fruantur, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 109.* Modest. Pistor. *vol. 2. conf. 4. n. 110.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. Corn. de sicar. n. 19. in med.*

Ita Domini contra M. T. zu Meissen/ Mens. Majo, Anno 1634. (Verba sent: So viel aber M. T. anlanget/ wird derselbige/ weil er nicht mit zuschlagen helffen/ der gefänglichen Haafft auff vorhergehenden Urpheden hinwiederumb billich entledigt/ V. R. W.)

Definit. V.

Pluribus unum vulnerantibus, neuter mortis pœnâ plectendus est, si vulnera singula lethalia non fuerint, licet omnia simul juncta mortem intulerint.

NEmini ob homicidium, in rixa sive tumultu 1
commissum, mortis pœna adjudicari debet, si de vulnere lethali & à quonam illud fuerit illatum, certò non constet. † At quid, si plures vulnera- 2
rint, ac singula quidem vulnera lethalia non fuerint, attamen omnia simul juncta mortem attulerint? † Omnes equidem actione civili de occisione tenen- 3
tur, *l. 11. §. si plures trabem. 4. ff. ad Leg. Aquil. l. si plures. 6. ff. de arbor. furt. cæs.* † Attamen pœna 4
Legis Corneliæ de sicariis hoc casu non obtinet, sed extraordinariè saltem adversus vulneratores est animadvertendum, Ordin. Crimin. Carol. *artic. 148. verf.* Und man möchte keinen wissen. † Nec 5
enim sciri potest, ex cujus percussione læsus obierit. † Quid enim si primi percussio mortem attu- 6
lisset? † Et unde cognosci potest, quis primò vel se- 7
cundò percusserit aut vulneraverit? † Facit omninò 8
hæc incertitudo, ut ad pœnam mortis devenire haud liceat, Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 4. cas. 362. num. 16.*

Ita Domini contra L. B. & H. B. zu Wittenberg/ Mens. Novembr. Anno 1603. (Verba sentent: Ob wol beyde Gefangene geständig/ daß sie den Entleibeten mit Fäusten geschlagen/ und mit Füssen getreten/ davon er folgendes Tages verstorben. Dieweil aber dennoch in gehaltener Besichtigung an dem Entleibten kein offener Schaden befunden worden/ und dahero ungewiß/ von welchen Schlägen oder Stössen der beyden Gefangenen derselbe verstorben/ &c. So mögen auch die Gefangene nach Gelegenheit dißfalls an Leib und Leben nicht gestrafft werden / Es ist aber gleichwol ein ieder ein Wehrgeld des Verstorbenen Kindern zu geben schuldig/ und werden beyde hierüber des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Conspirantibus pluribus in alicujus necem, tenentur omnes mortis supplicio, etiamsi unus saltem percusserit & occiderit.

SI plures de occidendo aliquem convenerint, & 1
in necem ejus consenserint, omnes gladio puniuntur, licet non omnes percusserint, nec de autore vulneris mortiferi certò constiterit, † per text. cla- 2
rum *in artic. 148.* Ordin. Crim. Carolin. Negari enim nequit, omnes hoc casu occidendi animum habuisse, † quis ergò dubitaverit, eos quoque omnes, 3
secuto homicidio, pœnâ Legis Corneliæ de sicariis teneri, *l. 1. §. divus. ff. 3. ad Leg. Corn. de sicar.* † prout 4
sentiunt Dd. communiter. Jul. Clar. *lib. 5. sententiar. §. homicidium. num. 37.* Petr. à Plach. *in epitom. delictor. lib. 1. cap. 12. num. 1.* Felin. *in cap. significasti. 18. extr. de homicid. n. 10.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 109. n. 10.* Joh. Harppr. *ad §. item Lex Cornelia de sicariis. 5. n. 43. instit. de publ. judic.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 11. n. 49.*

Ita Domini contra M. V. M. M. C. H. V. L. & T. G. zur Augustusburg/ Mens. Octob. A. 1588. (Verba sent.

sent: So erscheinet hieraus allenthalben so viel/ da obgedachte gefangene Personen auff ihrer gethanen Aussage vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würden/ daß sie alle fünfe/ vermöge des Römischen Reichs peinlicher Halßgerichts-Ordnung/ wegen solcher bekannten und an Jtgen Neißigen begangenen Entleibung nach Schärffe der Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billich gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. VII.

Ob unum idemq; homicidium in rixa perpetratum, unus quandoq; mortis supplicio, alter verò tantummodò arbitrariè punitur.

1 NUnquam gladii pœna eximendus est, qui occisor & autor vulneris mortiferi in homicidio, inter plures rixantes & percutientes commisso, pro-
2 batur, ut dixi Defin. *1. & 3.* † Non tamen juvat hoc reliquos, qui non quidem occiderunt, attamen vulnerârunt & percussérunt, quò minùs propterea pœ-
3 na saltem arbitraria iis infligi queat. † Nec enim absurdum est, ut ob unum idemque homicidium unus gladio feriatur, alter verò extraordinariè, re-
4 legatione, carcere aut fustigatione puniatur, † quo scilicet quisque delicti sui supplicium luat; Dan. Moller. *hic num. 3.* Julius Clarus *lib. 5. sentent. §. homicidium. num. 41.* Matth. Berlich. *part. 4. concl.*
5 *11. num. 75.* † Quod & satis manifestè probat Ordin. Crimin. Carol. *artic. 148. §.* Aber der andern Beystände.

Ita Domini contra A. D. & A. S. zu Schweinitz/ Mense August. Anno 1607. (Verba sent: Da nun der Gefangene A. D. auff seinem Bekäntnüß vor peinlichem Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde; So möchte er von wegen dero an Christoph Kausdorffen/ durch den ihme an der Brust zugefügten tödtlichen Stich/ begangenen und bekannten Entleibung/ hinwiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft/ A. S. aber gestalten Sachen nach/ weil er nur mit zuschlagen helffen/ mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen werden/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Homicidium licet non animo occidendi commissum, si tamen dolosum fuerit, gladio punitur.

1 NUnquam homicidii Reum, nisi animum & propositum occidendi habuisse probetur, gladio plectendum, vulgò existimant Dd. Jul. Clar. *in pract. §. homicidium. num. 3.* Petr. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 10. num. 5. & seqq.* Johann. Harppr. *ad §. item Lex Cornelia de sicariis 5. instit. de publ. jud. num. 21.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9.*
2 *tit. 10. definit. 6. num. 1.* † inter quos tamen magna disceptatio est, quomodo de animo occidendi con-
3 stare queat. † Sed errore magis, quam ullo solido fundamento nititur hæc opinio, ut probatum dedi
4 *in pract. crimin. part. 1. quæst. 1.* † & vel saltem ex *l. nihil interest. 15. ff. ad Leg. Corn. de sicar. l. si quis aliquid. 38. §. qui abortionis. 5. ff. de pœn. l. quoniam multa. 6. Codic. ad Leg. Jul. de vi publ.* Ordinat. Crimin. Carol. *artic. 137. & 148.* refellitur, prout
5 demonstravi *dict. quæst. 1.* † Ac vereor, ne subsistente hâc sententia, infinita homicidia remanerent impunita, quippe quæ sæpissimè contra intentionem occidentis committuntur, Ægid. Boss. *in tit. de homicid. num. 71. in fin.* † An ergò citra 6
dolum occidentis, mortis supplicium infligendum erit contra *l. 1. in pr. & l. in lege Cornelia. 7. ff. ad Leg. Corn. de sicar.* † Hoc certè non dixerim, nec 7
tamen absurdè arguitur dolus occisoris, etiamsi is animum & propositum occidendi haud habuerit, † scilicet quod dolosè & pravo animo percusserit 8
ac vulneraverit, ex quo præter intentionem mors necessariò sequitur. † Licet enim in percutiente dolus non sit directus in ipsummet homicidium, attamen ille actus dolosus, nempe percussio, quæ fit gladio vel simili instrumento, ex propria vi & natura maximè tendit in periculum mortis, Didac. Covarr. *ad Clem. V. de homicid. secund. part. relect. in pr. sub. num. 3.* Boss. *de homicid. num. 71.* † Quid ergo mirum, si pro dolo hoc pœna mortis 10
indicatur, cum dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod sequitur præter illius intentionem & voluntatem, *arg. l. quoniam multa 6. C. ad Leg. Jul. de vi publ. ubi* Gloss. *in verb. quoniam.*

Ita Domini contra M. R. zu Torgau Mens. Octobr. Anno 1614. (Verba sent: Ob nun wol der Gefangene zu seinem Schutz angeführet/ daß es nicht fürsetzlichen von ihme geschehen/ in Gemüth und Meynung den Entleibeten umbzubringen/ sondern er hätte ihme nur vorgesetzt/ dem jenigen/ so ihme einen Stoß gegeben/ wiederumb einen beyzubringen. Dieweil aber gleichwol G. K. darüber entleibet worden/ so mag der Gefangene/ wofern er auff seinem gethanen Bekäntnüß für öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ hinwiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Et contra A. R. zu Grimme/ Mens. August. Anno 1634. (Verba sent: Hat Inquisit bekannt/ daß er Paul Käysern durch einen Stich entleibet. Ob er nun wol hernach in ziemlicher scharffen Frage erhalten/ daß seine Meynung nicht gewesen/ den Bauer todt zu stechen. Dieweil aber dennoch der Stich vor tödtlichen erkannt/ und dadurch der Bauer entleibet worden/ ꝛc. So wird Inquisit, jedoch wann er auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ wegen solcher an Paul Käysern begangenen und bekannten Entleibung/ hinwiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gestrafft/ V.R.W.)

Definit. IX.

Ictu lapidis aliquem interficiens gladio feriri non debet.

1 NOn tàm ergò in dictanda pœna homicidii animus & propositum occidendi, quàm do-
2 lus occisoris attendi debet, † de quo si non appareat, ad pœnam mortis neutiquam erit deveniendum, *l. in lege Cornelia. 7. ubi* Bartol. & Hippolyt. de Marsil. *ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Julius Clarus *in pract. §. ult. quæst. 84. in pr.* Anton. Gomez. *tom. 3. variar. resolut. cap. 3. numer. 15.*
3 † Apparet hinc, gladio non esse feriendum, qui ictu lapidis aliquem necat. Cum enim ictu lapidis per-
4 raro committatur homicidium, † certè lapidem projiciens, ut qui eventum contrarium tàm facilè

cilè cogitare haud potuerit, non censetur fuisse in
5 dolo, nec dolosè occidisse, † adeoque nec regulariter hoc casu pœna gladii obtinebit, *arg. cap. significasti. 18. extr. de homicid. li. Codic. de emendat. servor.*
6 † Quod & disertè probat textus *in l. omne delictum. 6. §. si quis commilitonem. 6. ff. de re militar.* Dan. Moll. *lib. 1. semestr. 33.* Felin. *in dict. cap. significasti 18. n. 11. extr. de homicid.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 40. num. 5.*

Ita Domini contra C. S. zu Eulenburg / Mens. Mart. Anno 1628. (Verba sentent: Hat inquisit bekannt/ und gestanden/ daß er Caspar Bettziehen von hinten zu mit einem Stein geworffen/ davon er des vierdten Tages hernach verstorben/ &c. So wird er solcher Entleibung wegen öffentlich zur Staupe geschlagen/ und nach ausgestandener Leibes-Straffe des Landes ewig billich verwiesen/ V.R.W.)

DEFINIT. X.

Nisi occisor lapide graviter percussérit.

1 FIeri nihilominus potest, ut dolosè quis lapide ali-
2 quem occidisse censeatur. † Quid enim, si projecerit lapidem admodum gravem & ponderosum, Ægid. Boss. *in tit. de homicid. num. 29.* aut si lapidem non conjecerit, sed eodem graviter percusserit? † Vix namque fieri potest, ut quis lapide præsertim 3 in capite percussus non moriatur. Quod cum percutiens sciat, aut saltem scire debeat, † utique non 4 videtur extra dolum versari, † adeoque propter ho- 5 micidium dolosum pœna gladii tenebitur, Felin. *in cap. significasti 18. num. 11. extr. de homicid.* Ægid. Boss. *in tit. de homicid. num. 29.* Petr. à Plach. *in epit. delictor. lib. 1. cap. 10. n. 6. in fin.*

Ita Domini contra VV. K. zu Senfftenberg / Mense Jun. Anno 1605. (Verba sentent: Hat der gefangene Bauersknecht in guten bekannt und gestanden/ daß er des Pfarrherrs Dienstknecht/ als derselbe aus der Schencke heimgehen wollen / erstlich mit der Faust/ hernach aber mit einem Stein ins Angesicht geschlagen / daß er über die Thürschwellen ins Hauß gefallen und todt blieben / &c. Da nun der Gefangene auff seinem gethanen Bekäntnüß vor peinlichem Gerichte freywillig verharren / oder des sonsten wie recht überwiesen würde/ so möchte er von wegen solcher an gedachtem Lucas Kuttken begangenen und bekannten Entleibung/ hinwieder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

CONSTITUTIO VIII.
PARTIS QUARTÆ.

Wann einer den Todschlag bekennet/und vorwendet/ er habe es zu seiner Errettung und defension thun müssen/ er kan aber solche Nothwehr nicht beweisen / wie es zu halten?

De eo, qui hominem se occidisse fatetur, addens se defendendi sui causa fecisse, probare autem id non potest.

SO gleich dißfalls von etlichen geschlossen/ daß der Thäter im Zweifel/ allein aus Vermuthung der Rechte / nicht am Leben / sondern willkührlich zu straffen. Dennoch aber so seynd unsere Verordnete dessen einig/ daß zu Erkündigung der Warheit dißfalls dem/ der sich zur That bekennet / und doch der defension halben nichts beweisen kan/ die scharffe Frage zu zuerkennen seyn soll/ jedoch wann derselbige etwas als mit einem Zeugen beweisete/ oder daß der Erschlagene Feindschafft und grossen Widerwillen wider ihn gehabt / oder dergleichen ausführete/ oder aber Vermuthunge der Rechte vor sich hätte / daß er alsdann willkührlich/ ohne Tortur/ als mit Faustabhauen / Staupenschlägen / Verweisung / Gefängniß oder einer Geldbusse möchte gestrafft und verurtheilet werden / dabey wir es dann auch bleiben lassen.

ET si sint, qui existimant, reum hoc in casu, ex sola juris præsumptione, capitali supplicio afficiendum in dubio non esse, sed mitiùs pro arbitrio judicis puniendum; Inter Deputatos tamen nostros in id convenit, ut qui homicidium à se commissum esse confiretur, defensionem autem, quam allegat, probare omninò non potest, quæstionem de eo habendam existimaverint, nisi occisum sibi valdè infensum & inimicum fuisse, vel quid simile, licet per unicum saltem testem, probet, aut præsumptio quædam juris pro ipso militet. Tum enim tormentis subjiciendum non esse, sed arbitrariè vel amputatione manus, vel fustigatione, vel relegatione, vel carcere puniendum, vel denique etiam ære mulctandum esse, quod & nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Extraordinariè puniendus est Reus, si ab occiso se insultatum probet, licet moderamen inculpatæ tutelæ docere nequeat.*
2. *Exemptus est à pœna ordinaria Reus, qui saltem ex culpatione moribundi defensionem suam probat.*
3. *Quandoque Reus defensionem allegans ad juramentum purgationis admittitur.*
4. *Defensionem allegans si eam probare nequeat, mediante tortura desuper interrogari debet.*
5. *Non tamen ad torturam deveniendum est, si occisor saltem præsumptivè doceat defensionem, ex quo arbitrariè puniri potest.*
6. *Præsumptivè etiam occisor purgare potest dolum, ut saltem ob culpam arbitrariè puniatur.*
7. *Reus etiam delictum confessus, aut de eo convictus, admittendus est ad deductionem defensionis & innocentiæ.*

8. *Audien-*

8. Audiendæ quoq; ſunt perſonæ conjunctæ Rei defenſionem deducere volentes.

9. Terminus ad probationem defenſionis præfixus etiam quinta & ſexta vice prorogari poteſt.

10. Inquiſitus ad deductionem innocentiæ admiſſus licet nihil probaverit, denuò tamen ſe offerens audiri debet.

Definit. I.

Extraordinariè puniendus eſt Reus, ſi ab occiſo ſe inſultatum probet, licet moderamen inculpatæ tutelæ docere nequeat.

1 QUi cùm ſe, vitamque ſuam aliter tueri non poſſet, adverſarium occidit, non ſolùm à capitali pœna abſolvi debeat, ſed etiam à pecuniaria, Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. homicidium. num. 24. & ſeqq.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 10. definit. 5. num. 1.*
2 † modò probaverit moderamen inculpatæ tutelæ.
3 † Nec ſufficit, demonſtrari ſolam provocationem ſeu inſultationem ab occiſo factam, ut vult Jaſon. *in l. ut vim. 3. num. 9. ff. de juſt. & jur.* Matth. Weſenb. *part. 1. conſil. 19. num. 10.* Henric. Bocer. *lib. 2. de duello cap. 16. num. 70.* Honded. *1. conſil. 99. num. 13.*
4 *& 14.* † Sed probare tenetur Reus legitimam & neceſſariam defenſionem, h. e. ſe requiſita omnia moderaminis inculpatæ tutelæ probè obſervaſſe, non
5 ſaltem † ex communi Dd. ſententia, de qua Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 110. num. 14.* Jodoc. Damhoud. *in prax. crim. cap. 76. num. 3.* Felin. *in cap. paſtoralis. 4. extr. de except. num. 13.* Andr. Fach. *lib. 1.*
6 *controverſ. 30.* † Sed & per text. *in art. 141.* Ordin. Crim. Carolin. juvat tamen ſolum inſultum & ag-
7 greſſionem doceri, † eatenus ſaltem, ut Reus homicidii pœnam mortis evadat, & extraordinariè coer-
8 ceatur. † Quia & præſumptiva probatio neceſſariæ defenſionis, quæ procul dubio ex ſolius aggreſſionis probatione emergit, Reum à pœna ordinaria liberat, *hâc* Conſtit. *8.*

Ita Domini contra N.N, ad conſultationem Joachimi à Schönbergs/ Menſ. Jun. A. 1602. (Verba ſent: Da nun N. N. beybringen möchte/ daß er dem Entleibeten die Stiche nicht fürſetzlicher Weiſe zugefüget/ ſondern derſelbe ihn hierzu verurſachet und gedrungen/ ſo möchte er auff ſolchen Fall an Leib oder Leben nicht geſtrafft werden/ er wäre aber gleichwol des Entleibeten nechſten Freunden ein Wehrgeld zu geben/ und auch die Gerichts-Koſten auff Richterliche Ermäßigung zu erſtatten pflichtig/ und würde hierüber des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.)

Definit. II.

Exemptus eſt à pœna ordinaria Reus, qui ſaltem exculpatione moribundi defenſionem ſuam probat.

1 NUnquam condemnatus eſt Reus homicidii ad mortis ſupplicium ex confeſſione qualificata, puta ſi dicat, ſe provocatum, aut ne occideretur, occidiſſe, Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 10. definit. 6.*
2 † Sed probatio ei injungi debet, quo de ipſa defenſione pariter, ejuſque moderamine doceat, non ſo-
3 lùm teſtibus, † ſed & conjecturis atque præſumptionibus, ſi cædes facta fuerit nemine præſente & vidente, *h.* Conſtit. *8. verſ.* Jedoch wenn derſelbige/
4 Ordinat. Crimin. Carolin. *artic. 143.* † Eſt namque præſumptio contra occidentem, quod adverſarium ſuum doloſè occiderit. Quidni ergò pro eo quoque imperfecta & præſumptiva probatio admitteretur? † Cum contra dolum præſumptum contra- 5
ria probatio præſumptiva recipiatur, Jaſon. *in l. ut vim. 3. ff. de juſt. & jur. num. 7.* Bald. *in l. un. Codic. de confeſſ. num. 21.* † Quin & aliàs pro inno- 6
centia probanda ſufficiunt fictæ & imperfectæ probationes, Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 15. num. 21. & cap. 16. num. 22.* Matth. Weſenb. *part. 1. conſil. 19. num. 61. & ſeqq.* Nicol. Boër. *deciſ. 164. n. 17.* Matth. Steph. *in not. ad artic. 143.* Ordin. Crimin. Carol. † Quænam verò indicia & præſumptiones ad 7
probationem defenſionis ſufficientia habeantur, dixi *in pract. criminal. part. 1. quæſt. 33. num. 49. & ſeqq.*
† Inter alia certè haud levem facit probationem pro 8
Reo exculpatio moribundi, ſi aggreſſionem & inſultum is fuerit confeſſus, Petr. à Plach. *in epitom. delict. lib. 1. cap. 13. num. 17. & 18.* Julius Clarus *in pract. crimin. §. ult. quæſt. 72. verſ. poteſt etiam.* Hippol. de Marſil. *in pract. crimin. §. diligenter, num. 200.* † ut 9
proindè hoc caſu occiſorem non niſi extraordinariè puniendum exiſtimem, *argument. h.* Conſt. *8. verſ.* Daß er alsdann.

Ita Domini contra M.B. zu Ringenthal/ Menſ. Dec. Anno 1594. (Verba ſentent: Haben Richter und Schöppen berichtet/ daß ſie von dem entleibeten Broſen Beckern/ wie ſie an ihme die empfangene Schäden beſichtiget/ ſelbſten gehöret/ daß er bekannt/ wie er M.B. dem Thäter biß in ſeinen Hof nachgefolget/ und ihme alſo zur Beſchädigung Urſach gegeben/ ꝛc. So erſcheinet daraus ſo viel/ daß inquiſit an Leib oder Leben nicht zu ſtraffen/ er wird aber gleichwol von wegen des verübten exceſſus, nebens Erſtattung der Gerichtskoſten des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.)

Definit. III.

Quandoque Reus defenſionem allegans ad juramentum purgationis admittitur.

AN igitur probata defenſione per conjecturas & 1
præſumptiones, Reus nihilominus pœnæ extraordinariæ erit ſubjugandus? Ita certè putaverim, † quia defenſio plenè probata non eſt; ſufficit ergò 2
ceſſare mortis ſupplicium, † ſubſtitutâ pœnâ ex- 3
traordinariâ, *hâc* Conſtitut. *8.* § Jedoch wenn derſelbige/ *junct. verſ.* Daß er alsdann willkührlich.
† Sed hoc ita, niſi Reus per juramentum purgatio- 4
nis defenſionem neceſſariam obtinuerit. † Quo 5
caſu, cum innocentia plenè ſit probata, dubitandum non eſt, quin ab omni prorſus pœna debeat abſolvi, † juxta tradita Petr. Heigii *part. 1. quæſt. 40. num. 38.* 6
& ſeq. Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 7. num. 12.*
† Nec enim prohibetur judex hoc juramentum Reo 7
deferre, ſi præſumptiones & conjecturæ ſufficientes ſe offerant, nec ſubſit metus perjurii, Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. 76. num. 20. & ſeqq.* Cravett. *conſil. 2. n. 16.*

Ita Domini contra N. N. zu Leipzig/ Menſ. Jan. Anno 1601. (Verba ſentent: Daß der Gefangene die angezogene Nothwehr/ wie zu Recht gnugſam/ nicht erwieſen hat. Es erſcheinet aber aus den Acten ſo viel/

viel/ daß er ſich vermittels ſeines leiblichen Eydes zu reinigen/ und daß der Entleibete Inhalts des 15. und 16. Articuls ſich nicht allein mit ſchimpfflichen Worten an ihme vergriffen/ ſondern auch mit einer Radehauen zuerſt auff ihn geſchlagen/ zu ſchweren ſchuldig. Er thue nun ſolches oder nicht/ ſo ergehet darauff ſeiner Straffe halber/oder ſonſten ferner/ was recht iſt/V.R.W.)

Definit. IV.

Defenſionem allegans, ſi eam probare nequeat, mediante tortura deſuper interrogari debet.

1 QUid autem, ſi defenſionem allegatam occiſor nullo modo probare poſſet? Nec tùm ad pœnam ordinariam deveniendum eſt ex confeſſione
2 qualificata, † quæ ſolam præſumptionem facit, minus ſufficientem ad imponendum mortis ſupplicium, *l. ſciant. 25. Codic. de probat.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 17. num. 3.* Johann. Harppr. *ad §. item lex Cornelia de ſicariis. 5. num. 108. inſtit. de*
3 *publ. judic.* † Non tamen propterea abſolvendus erit Reus, ſed potiùs torturæ ſubjiciendus, quo veritas eruatur, *hâc* Conſtit. *8. verſ.* Dennoch aber.
4 † maximè, quia contra Reum qualificatè homicidium confitentem, indubitata adſunt indicia ad tor-
5 turam, † quibus judex ita commoveri poteſt, ut nihil aliud ſupereſſe arbitretur, quàm per torturam veritatem exquirere, Johan. Zanger. *in tract. de tort. & quæſt. cap. 2. n. 156.* Hartman. Piſtor. *obſervat. 125. num. 16.* Nicol. Boër. *deciſ. 164. num. 11. & 15.* Dan. Möller. *hic. num. 3.* Bajard. *ad* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ultim. quæſt. 55. num. 46.*

Ita Domini contra B. G. zu Droißigk/ Menſe Septembr. Anno 1601. (Verba ſententiæ: Er könte dann/ was ihme inhalts jüngſt geſprochenen Urthels zu erweiſen nachgelaſſen worden/ in ſcharffer Frage/ damit er auff ſolchen Fall ziemlicher Weiſe billich angegriffen wird/erhalten/darauf ergienge alſodann/wann ſeine Uhrgicht mit Fleiß verzeichnet/ ſeiner Straffe halber ferner was recht iſt/ V.R.W.)

Et contra L. C. ad conſultationem Johannis à Schleinitz/ Menſe Mart. Anno 1583. (Verba ſentent: Iſt L. C. Beweiſung ſeiner vorgewandten Nothwehr nachgelaſſen worden/ und er hat ſich erkläret/daß er keine Zeugen angeben könte/ und ſeine vorige defenſion wiederholet. So wird er mit ſcharffer Frage iedoch ziemlicher Weiſe angegriffen/und darüber befraget/ꝛc. Und auff ſeine Uhrgicht ergehet alsdenn ſeiner Straffe halber/ oder ſonſten ferner was recht iſt/ V.R.W.)

Definit. V.

Non tamen ad torturam deveniendum eſt, ſi occiſor ſaltem præſumptivè doceat defenſionem, ex quo arbitrariè puniri poteſt.

1 CErtum omninò eſt, ſi judex ad torturam proceſſerit, inque ea Reus defenſionem cum debitis qualitatibus atque requiſitis obtinuerit, eum pro innocente haberi, nec ullam ipſi pœnam infligi, Ægid. Boſſ. *in tit. de confeſſ. numer. 28.* Hartmann. Piſtor. *obſervat. 125. num. 21.* Nicol. Boër.
2 *deciſ. 164. num. 16.* Cæpoll. *conſ. 32. in fin.* † Cautè igitur agendum eſt hâc in re, nec ad torturam perveniendum, ſi qualis qualis etiam præſumptiva probatio militet pro occiſore, ex qua arbitrariè ſaltem puniri poteſt, † ne ſi in tortura defenſionem 3
cum omnibus qualitatibus obtinuerit, impunitus evadat, ut benè monet Hartman. Piſtor. *dict. obſervat. 125. num. 41.* † Idque eò magis, quod ex præ- 4
ſumptiva etiam defenſione, occiſorem mitius pro arbitrio judicis puniri jubeat Saxo Illuſtriſſimus, *hâc* Conſtit. *8. verſ.* Jedoch wann derſelbe etwas.

Ita Domini contra F. S. zu Dreßden/ Menſe Novembr. Anno 1634. (Verba ſentent: Ob wohl der verhaffte F. S. nunmehr ſein Bekäntniß gethan/ und daß er N. G. den Stich/ davon er geſtorben/ zugefüget/ und ihn dardurch entleibet/ geſtanden. Dieweil er aber dennoch darneben zu ſeinem Behelff fürwendet/ daß der Entleibete auff ihn zugangen/ und zuerſt mit ſeinem Degen einen Stoß auff ihn gethan/ gegen den er ſich wehren müſſen/ darinnen ihme gleichwol die vermittels Eydes abgehörte Zeugen ſo weit Beyfall geben/ daß der Entleibete mit einem bloſſen Degen in die Stuben geeilet/ hielten auch dafür/daß er auff inquiſitum zugangen/ darzu ferner kommt/ daß mit der Beſichtigung des todten Cörpers nicht allerdings richtig verfahren worden/ ꝛc. So erſcheinet daraus ſo viel/ daß inquiſit F. S. wegen der an G. N. verübten Entleibung an Leib oder Leben nicht zu ſtraffen/ Er iſt aber gleichwol des Entleibeten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten/ ſo wohl in dieſer Sachen auff ſeine Perſon auffgewandte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig/ und wird hierüber des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.)

Et contra H. L. ad requiſitionem Hartmann Piſtoris zu Seuſelitz/ Menſ. Nov. Anno 1634.

Definit. VI.

Præſumptivè etiam occiſor purgare poteſt dolum, ut ſaltem ob culpam arbitrariè puniatur.

DOloſum ſaltem homicidium mortis ſupplicio 1
punitur, non etiam culpoſum, † quod pœna ar- 2
bitraria mitiori ſatis coerceri, rectiſſimè vulgò arbitrantur *Dd.* Hippol. de Marſil. *in l. 1. §. Divus. 3. num. 52. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Jul. Clar. *in pract. §. homicidium. num. 3.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 324. num. 1. & 12.* Anton. Gometz. *tom. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 15.* † Quin 3
& nulla pœna homicidium punitur, ſi fuerit caſuale, *l. 1. §. Divus. 3. in fin. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. l. 1. l. 5. Codic. eod. tit. l. 9. in fin. l. 11. in pr. l. 31. l. 51. in fin. ff. ad Leg. Aquil.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 110. num. 38. & ſeqq.* † Ex quo patet, multum intereſſe 4
occiſoris, dolum probatione purgari, † ad quod 5
tamen præſumptiones quandoque ſufficere exiſtimaverim, non ſecus ac in probatione defenſionis,
† quam & occiſor in homicidio culpoſo prætende- 6
re habet, ut mirum haud ſit, admitti eum, ſi præſumptivè ſaltem dolum abfuiſſe docuerit, *h.* Conſtitut. *8.*

Ita Domini contra N. N. zu Dreßden/ Menſ. April. Anno 1635. (Verba ſent: Ob nun wol inquiſit, daß er die Köchin erſchoſſen/ bekannt. Dieweil er aber dennoch darneben zu ſeinem Behelff fürwendet/ daß es von ihme nicht fürſetzlichen geſchehen/ ſondern er die Magd/ ſo ſich gegen ihn kurtzweilig erzeigt/ nur mit dem Rohre ſchrecken wollen/ deßwegen ihme denn die vermittels Eydes abgehörte Zeugen ſo weit Beyfall geben/ daß er ſelbſten über ſolcher That ſehr erſchro-

schrocken/ und gesagt: Ach daß GOtt erbarm/ was habe ich gethan/ꝛc. So erscheinet daraus so viel/ daß Inquisit an Leib oder Leben nicht zu straffen; Er wird aber gleichwol wegen seines muthwilligen Fürnehmens im Gefängniß mit Ruthen ziemlicher Weise gezüchtiget/ und darauß des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VII.

Reus etiam delictum confessus, aut de eo convictus, admittendus est ad deductionem defensionis & innocentiæ.

1 NUnquam deneganda est Reo defensio, tanquam remedium juris naturalis *l. ut vim. 3. ubi* Jason. *num. 17. ff. de just. & jur. l. 1. §. cum arietes. 11. ff. si quadr. paup. feciss. dic. l. 4. & 5. l. scientiam 45. §. qui*
2 *cum aliter. 4. ff. ad Leg. Aquil.* † etiamsi justa defensionis causa non appareat, Hippol. de Marsil. *in pract. crimin. §. quoniam. num. 31. & 32.* Matth. We-
3 senb. *in parat. ff. de accusat. num. 12.* † At quid, si delictum jam confessus aut de eo convictus fuerit?
4 † Nihilominus ad deductionem defensionis & innocentiæ eum admittendum putaverim cum Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 55. &* Matth. Wesenb.
5 *dict. loc. num. 12.* † Quid enim, si confessio non fuisset pura & absoluta, sed certo modo qualificata,
6 † quæ pro parte non acceptari, & pro parte sperni debet, Bartol. *in l. Aurelius 28. §. idem quæsivit. 14.*
7 *num. 2. ff. de lib. legat.* aut quid, † si extorta fuisset confessio promissione impunitatis, vel facta in tormentis absque legitimis indiciis præcedentibus, qualis confessio absque dubio ad condemnandum haud sufficit, Gloss. *in l. quæstionis habendæ. 21. ff. de quæst.* Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. in pr. num. 24. ff. de quæst.*
8 † Quid itidem, si non constet de corpore delicti? Hippol. de Marsil. *in pract. §. postquam. numer. 48.*
9 † Possunt certè plurima obstare, quo minus Reo
10 confesso vel convicto pœna infligatur, † quæ si Reus alleget atque probare velit, cur non audiendus esset?

Ita Domini in causa W. à N. Mens. Decembr. Anno 1617. (Verba sent: Ob euch nun wol allbereit wegen solcher Begünstigung/ der ihr überführet/ eine schwere und schimpfliche Straffe zuerkant worden. Dieweil aber dennoch nach beschriebenen Rechten/ so wol der natürlichen Billigkeit nach/ ein iedweder Reus nach erkannter Straffe mit seiner Defension zu zulassen/ꝛc. So werdet ihr mit euer gerühmten Unschuld und Defension, damit ihr euch übereilens nicht zu beschweren habet/ nochmals binnen gewisser Zeit und Frist/ so euch darzu beniemt und angesetzt wird/ billich gehöret/ und immittelst/ biß so lange über euere Defension zu recht erkant worden/ mit Execution der Straffe in Ruhe gestanden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Audiendæ quoq; sunt personæ conjunctæ, Rei defensionem deducere volentes.

1 ADeò favorabilis est defensio & innocentia in-
2 quisiti, ut non solùm ipsimet, † sed & ejus cognatis & conjunctis personis hanc allegare & deducere liceat, per text. *in artic. 47.* Ordin. Crimin. Caroli V. Joh. Zanger. *in tract. de quæst. & tort. cap. 3. num. 2.* Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib.*
3 *5. cap. 36. num. 4.* † Quia publicè interest, causas
4 innocentium defendi, in tantum, ut † Judex ex officio defensiones reorum supplere, & quoquo modo adjuvare debeat, etiamsi id non petierint, *l. si non defendant ur. 16. ubi* Bartol. *ff. de pœn. l. 1. ff. de quæst. Auth. qui semel. C. quomodo & quando Judex.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de accusat. n. 12.* Nicol. Reusn. *lib. 2. decis. 10. num. 13.* † Quantò magis ergo
5 cognatis atque conjunctis personis facultas hæc concedenda erit, ut † quæ liti, alterius nomine se offerre
6 non prohibentur, *l. 1. §. ult. ff. de postul. l. sed & hæ personæ. 35. ff. de procurat.*

Ita Domini in causa H. F. zu Gleina/ Mens. Majo, Anno 1631. (Verba sent: Dieweil H. F. in Schrifften gesucht und gebeten/ daß ihme ein Termin zu Ausführung seines Weibes Unschuld beniemt und angesetzt werden möchte/ꝛc. So geschicht solches billich/ꝛc.)

Definit. IX.

Terminus ad probationem defensionis præfixus, etiam quinta & sexta vice prorogari potest.

1 FAllunt omninò, qui deductionem sive probationem defensionis & innocentiæ ad regulas processus communis adstringere volunt, non attendentes defensionis favorem, † ex quo contra regulas ju-
2 ris multa permittuntur, quæ aliàs neutiquam admitterentur, Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. §. si quis ultrò. 27. in pr. & num. 98. ff. de quæst.* Dan. Moller. *ad Constitut. Elect. 16. part. 1. num. 33.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 3. num. 18.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 18.* † nempe, quod ad probandam defen-
3 sionem testes aliàs minus idonei queant produci, ut sunt domestici & consangvinei, frater pro fratre, uxor pro marito, Dominus pro subdito, & vice versa, Henr. Bocer. *lib. 2. de duello. cap. 10. num. 81.* Prosper Farin. *part. 4. oper. criminal. quæst. 125. num. 423.* Nicolaus Boër. *decis. 165. num. 7.* † item quod in-
4 materia defensionis duobus testibus super negativa deponentibus plus credatur, quàm mille affirmantibus, Jason. *in l. 3. ff. de just. & jur. num. 7.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 19. num. 40.* † & quod unicus etiam testis, quoad liberandum Reum à pœna
5 ordinaria, sufficiat ad probandam innocentiam, *h.* Constitut. 8. Henr. Bocer. *dict. cap. 10. numero 84.*
6 † Quare nec judex errabit, terminum deductioni innocentiæ præfixum sæpius, ac quinta etiam vel sexta vice prorogans, ut maximè aliàs processus id
7 non admittat, † quippe quod & post terminum probatorium elapsum, novas probationes in causa defensionis producere liceat, *l. 1. §. ult. l. unius. 18. ff. cogniturum. 9. ff. de quæst.* Bartol. *in l. ex Lege Julia. 2. §. si publicò. 5. num. 15. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 23. num. 3.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 3. num. 18.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 105. num. 10.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de accusat. num. 12.*

Ita Domini in causa H. à N. zu Dreßden/ Mens. Jan. Anno 1635. (Verba sent: Daß H. à N. über vorige unterschiedene Fristen/ zu allem Uberfluß/ und damit er sich Ubereilens keines weges zu beschweren habe/ die anietzo zum sechsten male gesuchte Sächsische Frist zu Einbringung seiner gerühmten Defension, nach Gelegenheit dieses Processus und derer dabey mit einlauffenden Umbständen/ nochmals ertheilet wird. Er ist aber binnen solcher Frist/ seine Unschuld auszuführen pflichtig/ mit dieser ausdrücklichen Commination uñ Verwarnung/ daß im widrigen Fall er ferner nicht gehöret noch zugelassen werden sol/ V. R. W.)

DEFINIT. X.

Inquisitus ad deductionem innocentiæ admissus, licet nihil probaverit, denuò tamen se offerens audiri debet.

1 EX eodemque defensionis favore & illud profluit, quod Reus ad deductionem innocentiæ semel admissus, etiamsi nihil probaverit, denuò tamen au-
2 diri debeat, † si novam defensionis causam prætendat, eamque probare velit. † Nempe, quia hic non
3 de tritico legato, vel glande legenda, sed de vita & salute hominis agitur, ubi cautè procedendum est,
4 † nec quicquam intermittendum, quod ad liberationem inquisiti ac innocentiæ probationem facere potest, *l. addictos. 29. C. de appellat.* Matth. Stephan. *in not. ad art. 66.* Ordin. Crimin. Carol. † Idque eò 5 magis, quantò certius est, Reum pluribus defensionibus non solum diversis, sed etiam contrariis uti posse, † per *l. cum de indebito. 25. in pr. ff. de probat. l. 5. & 8. ff. de except.* Nicol. Reusn. *lib. 3. consil. 4. num. 7.* 6

Ita Domini in causa N. N. ad requisitionem Johannis à Lutkow/Mens. Jan. Anno 1626. (Verba sent: Wenn gleich Inquisit in seiner Defension, derer er sich albereit zu zweyen unterschiedenen malen gebrauchet/ seine gerühmte Unschuld/ wie recht/ nicht dargethan noch erwiesen. Da er aber dennoch anderer Gestalt/ und noch einsten aus andern Grund und Ursachen seine Unschuld auszuführen sich anerbieten würde/ &c. So wird er zu allem Uberfluß damit nochmals billich zugelassen/ &c.)

CONSTITUTIO IX.
PARTIS QUARTÆ.

Waser Gestalt die jenigen/ so andere provociren und ausfordern/ zu straffen?

NAchdeme durch das Ausfordern offtmals Todtschlag und anderer Unrath sich zuträgt / So ordnen und setzen Wir/ daß der jenige/ so einen mit ehrenrührigen und beschwerlichen Worten ausfodert/ da auch gleich kein Schade daraus entstanden/ soll mit einer ziemlichen Geldbusse/ Gefängnüß / oder aber nach Gelegenheit der Sachen und Personen mit Landesverweisung gestrafft werden/ Demnach sollen auch unsere Schöppenstüle und Gerichte in solchen Fällen zu Recht sprechen und erkennen.

De pœna provocantium alios ad pugnam.

CUm ex provocationibus sæpissimè & homicidia & alia mala oriantur; Igitur sancimus, ut, quicunque maledicis & injuriosis verbis alterum provocaverit, etiamsi nihil damni inde secutum sit, vel pœnâ pecuniariâ, vel carcere, vel etiam pro conditione personarum & rerum qualitate, relegatione puniatur; idque Judicia nostra in pronunciando observent.

DEFINITIONES.

1. *Provocans aliquem ad duellum sive pugnam, arbitrariè punitur.*
2. *Non evadere potest provocans pœnam homicidii ordinariam ex eo, quod in duello provocatum necaverit.*
3. *Etiamsi in duello primum succubuerit.*
4. *Nunquam prætendere potest defensionem occisor, si fuerit autor Rixæ.*
5. *Non sunt immunes studiosi in Academia ab ordinaria mortis pœna, qui homicidium perpetrarunt.*
6. *Non valet statutum homicidii Reos à pœna mortis eximens.*
7. *Nec Princeps ex potestate plenaria homicidii Reis pœnam mortis remittere valet.*
8. *Clerici quoque propter commissum homicidium à Magistratu politico morte mulctantur.*
9. *Homicidium ex proposito & prævia animi deliberatione commissum non graviori, quàm gladii pœnâ coercetur.*
10. *Nisi judex post executionem pœnæ, cadaver Rotæ affigendum arbitratus fuerit.*
11. *In delicto enormi & communi, militiam specialiter haud concernente, miles non gaudet fori militaris privilegio, sed à Magistratu loci rectè punitur.*

DEFINIT. I.

Provocans aliquem ad duellum sive pugnam, arbitrariè punitur.

1 REm agere illicitam, qui aliquem ad pugnam sive duellum provocat, hodiè dubitandum non
2 est, † cum Jus militare, vulgò das Faust- und Kolben-Recht / Imperii ac Principum constitutionibus sublatum videamus, Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 10. p. 4. num. 12.* Ventur. de Valent. *in parth. litigios. lib. 1. cap. 3. num. 23. & lib. 2. cap. 2. num. 5.*
3 *& seqq.* Rectissimè omninò, † quia provocans contra DEUM, contra Magistratum, contra proximum & contra seipsum peccat, ut multis rationibus & argumentis probant Georg. Obrecht. *in tract. de necess. defens. cap. 11. num. 39. & seqq.* Henr. Boter. *lib. 2. de duello cap. 8.* Domin. Arum. *ad Aur. Bull. Caroli IV. Imperat. discurs. 6. thes. 19.* Virgil. Pingitz. *quæstion. 59.* † Nec enim vin- 4
dictæ privatæ indulgendum est, quando suppetit remedium Juris, Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 5. num. 32.* † Quin 5
nec provocatus comparere debet, sed potius contra provocantem judicio experiri,

l. 3.

l. 13. §. 2. vers. æquissimum. ff. de Usufr. Henr. Bocer. *lib. 2. de duello. cap. 8.* ne spontaneæ sanguinis pro-
6 fusioni & humanæ cædi occasio detur. † Quis ergò dubitaverit, contra hoc agentes, & ad monomachiam provocantes pœnâ saltem arbitrariâ carceris,
7 relegationis, vel mulctâ pecuniariâ teneri, † veluti in provinciis Saxonicis disertè sancitum ab Illustris-
8 simo Electore *b.* Constitut. *9.* † etiamsi nil damni inde secutum sit, ut verba habent manifesta Illustrissimi Constituentis: Da auch gleich ein Schade
9 daraus entstanden. † Ac licet constitutio eos tantummodò videatur coercere, qui verbis contume-
10 liosis aliquem provocant, † attamen ex rationis identitate, ad omnes indifferenter provocantes benè eam extendit Dan. Moller. *hic n. 2.*

Ita Domini contra M. B. zu Eulenburg / Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sententiæ: Hat M. B. bekant und gestanden/ daß er sich mit V. S. gezancket / und denselben des andern Tages darauff hinaus vor die Klinge gefodert/ sich mit ihme auff Leib und Leben zu balgen/ &c. So wird er solcher seiner Verbrechung wegen / unangesehen das Balgen/ weil V. S. nicht erscheinen wollen/ würcklichen nicht erfolget / willkührlichen entweder ein 6. Tage lang mit Gefängnüß/ oder um 2. Neue Schock in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. II.

Non evadere potest provocans pœnam homicidii ordinariam ex eo, quod in duello provocatum necaverit.

1 SEquitur hinc omninò, quod provocans haudquaquam sit exemptus pœnæ homicidii, si provocatum in monomachia occiderit, ut benè sentiunt Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 10. num. 12. part. 4.* Georg. Obrecht. *in tract. de defens. cap. 11. num. 56.*
2 † Etenim, si ipsa provocatio pœnam mereatur, ut dixi Definit. *præced.* certè effectus provocationis, nempe homicidium inde secutum, veniam non me-
3 rebitur. † Nec argumentari hîc licet à natura correlativorum ex Constitut. sequente, quæ provocatum occisorem à pœna homicidii ordinaria liberat, propter rationem diversitatis, quæ argumen-
4 tum hoc non admittit. † Nam provocato occidenti provocantem propterea tribuitur venia, quod sibi non facilè temperare potuerit, justo dolore commotus & à provocante offensus, *l. 38. §. 8. ff. ad*
5 *Leg. Jul. de adult.* † Sed cessare hanc rationem in provocante, qui causam duello dedit, ecquis non animadvertit?

Ita Domini contra G. F. an Herrn Burggrafen zu Dohnau/ Mens. Martio, Anno 1614. (Verba sentent: So möchte G. F. von wegen solcher an M. L. zu welchem er sich ohne Ursach genöthiget/ denselben provociret und gefordert / auch als er sich gegen den dritten Soldaten schützen und wehren müssen / obangeregten Stich beybracht / begangenen und bekanten Entleibung hinwiederum mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Etiamsi in duello primum succubuerit.

1 QUid verò, *si provocans ad duellum in conflictu succumbat, & ab adversario provocato primùm opprimatur, ita ut sui defendendi causa, violentiam provocati propellere teneatur?* † Non certè eo magis excusabitur à pœna homicidii ordinaria, si provocatum occiderit, quippe qui sua sponte & propria culpa se periculo subjecerit, *l. 11. ff. ad Leg. Aquil, l. 151. ff. de reg. jur.* † Nec enim ullam prætendere habet defensionem, qui ab initio alterum offendit, siquidem non finis & exitus, † sed principium hic potissimum attendi debet, *l. 6. C. de vi publ. & priv.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 16. num. 17. in fin.* Voltz. *in tract. de Sicar. cap. 7. num. 170.* † Quin potius, qui causam dedit duello, semper se potius vindicare, quàm violentiam propulsare censetur, juxta tradita Mar. Salom. *in repetit. l. 3. num. 6. ff de just. & jur.* Petr. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 28. num. 20.*

Ita Domini in causa A. F. zu Pausa/ Mens. Martio, Anno 1613. (Verba sentent: Weil sich der Gefangene damit/ wenn er auch gleich/ wie er den ersten Schuß gethan/ von dem Entleibeten beschadiget worden/ weil er anfänglichen mit der Büchse nach ihm geschlagen/ und ihn provociret/ nicht zu beschützen/noch zu behelffen/ &c.)

Definit. IV.

Nunquam prætendere potest defensionem occisor, si fuerit autor Rixæ.

1 HAc ratione, inquies, autor Rixæ nunquam tueri se poterit, quò minus ob homicidium commissum pœnâ plectatur ordinariâ, etiamsi violentiam occisi propellere fuerit coactus, † quia nem-
2 pe operam dedit rei illicitæ, nec offensionem aliquam prætendere habet? † Ita omninò est, nec
3 absurdè id statuitur ab Andrea Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 16. num. 17.* Prosper Farin. *part. 5. oper. criminal. quæst. 125. num. 118.* Jodoc. Damhouder. *in pract. criminal. cap. 76. num. 3.* Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 13. num. 5.* † Siquidem cardo to-
4 tius necessariæ defensionis consistit in probatione principii, quis initio operam rei illicitæ dederit, Gail. *dict. cap. 16. num. 17 in fin.* & ab eo eventus quoque æstimari debet, Voltz. *in tract. de Sicar. cap. 7. num. 170.* † Non autem incipere dicitur,
5 qui provocatus ad iram aliquid fecit, sed potius ille Princeps culpæ est, à quo malitia incipit, *l. 4 C. de serv. fugit. l. 20. de furt.* Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 4. num. 36.* † Quin nec jura præsu-
6 munt, eum in periculo vitæ constitutum fuisse, qui ipsemet sua sponte caput periculo objecit, *l. 11. ff. ad Leg. Aquil. l. 151. ff. de reg. jur.* Andr. Gail. *dict. loc.*

Ita Domini contra H. S. zu Alsleben / Mense Julio, Anno 1627. (Verba sentent: So möchte H. S wegen solcher begangenen Entleibung / seines Fürwendens / nemlich daß auff den ersten Schlag der Entleibete sich gegen ihn gewehret/ weil er den Anfang zum Schlagen und Zancken selbst gemacht / ungeachtet / hinwiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V. R. W.)

Item contra A. K. zu Grimme / Mens. Aug. Anno 1634. (Verba sentent: Darneben Inquisit selbsten berichtet/ daß er dem Entleibeten / so ihn mit dem Messer überlauffen / wol entgehen können / er auch selbsten durch Schlagen und Zwang den Bauer zur Gegenwehr verursachet / und also Autor rixæ gewesen / und sich daher

mit der Nothwehre nicht zu behelffen hat / ꝛc. So wird inquisit wegen solcher begangenen und bekannten Entleibung / hinwiederum mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gerichtet und gestrafft / V.R.W.)

Et contra J. H. zu Pegau / Mense Jun. Anno 1611.

Definit. V.

Non sunt immunes studiosi in Academia ab ordinaria mortis pœna, qui homicidium perpetrarunt.

1 QUantò frequentiores hodiè (proh dolor!) in Academiis sunt provocationes atque cædes; cùm nunquam ferè non Scholares inter compotationes & nocturnas discursiones, belluinasque vociferationes, se invicem ad duelli pugnam provocare
2 & necare experiamur; † tantò severius adversus eos videtur animadvertendum, quò malitia compescatur, & homicidiis occurratur. † Nisi quis Studiosorum privilegia urgere ausit, quæ ipsis Imperialis clementia concessit; puta, quod liberi sint ab
3 actione tributorum atque vectigalium; pignorationibus seu Repressaliis nequeant onerari, quod Judices suos habeant peculiares, quod libri eorundem in Musæum illati pro mercede hospitii haud sint
4 tacitè obligati; † & quæ sunt alia, *Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Matth. Stephan. *de jurisd. Imper. Roman. lib. 3. part. 2. cap. 8. 9. 10.* Petr. Gregor. *syntagm. lib. 32. cap. 8.* Scip. Gentil. *lib. 3. de jurisdict. cap. 17.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 11. num. 3.* Zas. *in l. si convenerit. num. 22. ff. de injur.* Rebuff. *privil.*
5 *152.* † Sed nullibi in Jure Scholaribus privilegium exemptionis à pœnâ homicidii indultum videmus.
6 † Ergò nec absque Juris autoritate venia eis con-
7 cedenda erit. † Idque eò minus, quod Jus divinum nullum respectum personarum prorsus admittat, sed quibusvis indifferenter Reis homicidii pœnam mortis imponat, *Lev. 24. Matth. 26. Apoc. 13. Genes. 9. ibi: Quicunque effuderit sanguinem humanum, effundetur sanguis ejus,* † ubi probè no-
8 tanda est vocula, *Quicunque*, quæ neminem excludit, Jacob. Boulen. *in l. capitalium. 28. §. famosos. 15. ff. de pœn.* Prosp. Farin. *part. 5. oper. crimin. quæst. 19. num. 17.*

Ita Domini contra J. W. zu Wittenberg / Mens. April. Anno 1611.

Et contra J. K. zu Weymar / Mens. Majo, Anno 1625.

Definit. VI.

Non valet statutum, homicidii Reos à pœna mortis eximens.

1 QUid verò, si statutum homicidii Reos mitiori supplicio puniri jubeat, aut saltem quosdam, puta Nobiles vel Studiosos pœnæ mortis eximat?
2 † Neminem opinor tàm audacem reperiri, qui contra mandatum Dei sanguinem humanum mortis supplicio vindicantis, *Genes. 9. Levit. 24. Matth. 26.* mitiorem pœnam introducere aliudque sancire,
3 sibi præsumat. † Nec ejusmodi statutum subsistere existimaverim, tanquam contra Jus divinum
4 irrationabiliter promulgatum, † præsertim si pecuniariam duntaxat mulctam homicidis indicat, per quod homines certo pretio venales exponerentur, † Hostiens. *in cap. 2. num. 2. in verb. consuetudinem. extr. de delict. puer.* Prosper. Farin. *part. 5. quæst. crimin. 119.* Jul. Clar. *in pract. §. homicidium. num. 15.* Rol. à Valle *consil. 98. num. 26. vol. 1. & consil. 3. num. 39. lib. 2.* Didac. Covarr. *lib. 2. variar. resolut. cap. 9. num. 2. vers. deinde quod pœna pecuniaria.* † At nec eo magis valebit statutum, 6
quod in carcere perpetuo Reum homicidii dolosi detineri jubeat; † Etsi enim carcer perpetuus ser- 7
vitus sit, & morti æquiparetur, *l. intercidit. 59. in fin. ff. de condit. & demonstr. l. servitutem. 209. ff. de reg. jur. Auth. si captivi. C. de Episcop. & Cler.* Hippolyt. de Marsil. *in pract. criminal. §. attingam. num. 30.* Ægid. Bosi. *in tit. de carcere. numero 1.* † Quin & dicatur pœna capitalis & ultimi supplicii, 8
secundum Bartol. *in l. 2. num. 9. ff. de publ. judic.* Felin. *in cap. qualiter. 17. num. 26. extr. de accusat.* † Attamen cùm pro homicidio doloso pœna ulti- 9
mi supplicii ab ipso Deo constituta fuerit, *dict. cap. 9. Genes. Matth. 26. Levit. 24. Apocal. 13.* † ne 10
quidem simillima pœna admittenda, sed strictissimè præcepto divino inhærendum erit. † Nihil enim 11
ex ratione humana etiam probabili contra expressum Dei mandatum asserendum, † nedum aliud 12
per statutum vel consuetudinem introducendum est, Præpos. *in cap. denique 6. num. 30. dist. 4.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. cauf. 47. num. 15.* Gabriel. *lib. 7. concl. 8. num. 27.*

Ita Domini contra G. H. zu Leipzig / Mens. Augusto, Anno 1626.

Definit. VII.

Nec Princeps ex potestate plenaria homicidii Reis pœnam mortis remittere valet.

1 EAdemque ratio facit, ut nec Princeps veniam Reis homicidii largiri valeat. † Etsi enim jus 2
aggratiandi inter regalia seu jura majestatis referatur, ita ut Princeps hisce præditus, veniam Reis tribuere, haud prohibeatur, † juxta veriorem & 3
communiorem tàm Politicorum quàm JCtorum sententiã, per *l. relegati. 4. l. ad bestias. 31. §. ex provincia. 1. ff. de pœn. l. 2. C. de bon. damn.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 22. num. 6.* Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10. n. 164.* Christoph. Besold. *class. 1. disput. polit. 3. thes. 14.* Anton. Tessaur. *Decis. 21. in pr.* † Attamen hoc ipsum ad delictum homicidii neutiquam est 4
extendendum, ut rationibus & autoritatibus probatum dedi *in pract. crimin. part. 3. quæst. 150. num. 31. & multis seqq.* † ob verissimum scilicet Dei man- 5
datum, quod homicidium dolosum sanguine occisoris expiari jubet, & pretium pro ejus redemptione accipere prohibet; *Exod. 21. vers. 12. Numer. 35. vers. 31. Genes. 9. vers. 5. & 6.* † cui tantò minùs Prin- 6
ceps licet summus contravenire potest, quantò minor est ipso Deo in orbe terrarum. † Quin & no- 7
minatim hæc misericordiæ species improbatur, *Deuter. 13. vers. 8. Hebr. 10. vers. 28.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 24. num. 42.* Ægid. Bosi. *in pract. tit. de remed. ex sola clement. princ. num. 42.* Didac. Covarr. *lib. 1. resolut. cap. ult. num. 8.*

Ita

Ita Domini ad requiſitionem Judicis Præfecturæ zu Lobenſtein/ Menſ. Febr. Anno 1598 (Verba ſent: So wird N. N. wegen ſolcher an gedachtem armen Manne begangener Entleibung hinwieder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich geſtrafft/ und möchte ihm auch ſolche Straffe/ auff die beſchehene Vorbitte allein/ ohne andere erhebliche und gnugſame Urſache/ von der hohen Obrigkeit zu Recht nicht erlaſſen werden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Clerici quoque propter commiſſum homicidium à Magiſtratu politico morte mulctantur.

1 MItius agit Jus Canonicum cum Clericis, quos propter homicidium perpetratum ſaltem ab officio deponere jubet, *c. cum non ab homine. 10.* 2 *ff. conſultationi tuæ. extr. de judic.* † & quando ſeveriùs animadvertitur, in carcerem Rei detruduntur, Petrus à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 11.* 3 *num. 13. & 14.* † Nempè, quia in caſibus, in quibus Jura civilia pœnam mortis naturalis imponunt, à Jure Canonico pro graviſſimo etiam delicto pœna carceris infligitur, *c. novimus. 27. extr. de V. S.* 4 *cap. pen. in fin. extr. de hæret.* † Sed poſtquam Status Imperii Romano-Germanici, orthodoxæ fidei addicti, Pontificiæ Religioni repudium miſerunt, † ab hac quoque ſanctione Juris Canonici receſſerunt, nec Clericos à pœna homicidii ordinaria, nec à Jurisdictione politica in cauſis criminalibus exemptos voluerunt, † ut apparet ex Ordin. Elector. Eccleſiaſt. *tit.* Von den beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg/ *artic. 10.* 7 *verſ.* Denn ob ſich wol. † Quod nec juri divino contrariari, apparet vel ſolùm ex facto Salomonis, qui Abjatharem Pontificem ob commiſſum delictum non tantùm Sacerdotio exuit, ſed & morte mulctavit, quamvis gratiam ipſi fecerat propter merita, quibus parentem ſibi devincierat, *1. Reg. 2. verſ. 26.*

Ita Domini contra G. W. zu Leipzig/ Menſe Julio, Anno 1597.

Definit. IX.

Homicidium ex propoſito & prævia animi deliberatione commiſſum non graviori, quàm gladii pœna coërcetur.

1 CUm pro ſimplici homicidio doloſo, absque intentione etiam & animo occidendi commiſſo, pœna gladii fuerit conſtituta, ut probavi *ſupra* Conſtitut. Elect. 7. *Definit. 8. & pluribus in* 2 *pract. crimin. part. 1. quæſt. 1.* † ſeveriori ſupplicio puniendum haud ineptè exiſtimaveris eum, qui ex propoſito & prævia animi deliberatione aliquem 3 occidit, † quod crimen tanquam proditoriè commiſſum longè gravius eſt homicidio ex iracundiæ calore perpetrato, cur non ergò ſeveriori pœna 4 eſſet vindicandum? † quia ſupplicia delictis correſpondere debent, *l. ſervos. 8. C. ad Leg. Jul. de Vi publ. l. 3. C. de Epiſc. audient. l. 28. §. ſolent. 3. ff.* 5 *de pœn.* † Sed cum textus, qui gladio in homicidas animadverti jubent, generaliter & indifferenter loquantur, non diſtingventes, an cãlore iracundiæ, vel juſto dolore, aliovè animi affectu quis ſine cogitatione ad delinquendum commotus fuerit, † an verò præmeditatè & ex propoſito alterum quis occiderit, *§. item lex Cornelia 5. inſt. de publ. judic. l. 3. verſ. patiatur. C. de epiſc. audient. l. 3. §. Legis Cornel. 5. ff. ad Leg. Corn. de Sicar.* judici ſvaſor eſſe nollem, † ut hoc caſu ſupplicium aggravaret, quia absq; Juris autoritate non facilè quicquam eſt aſſeverandum, *c. is qui in Eccleſia. 18. in fin. in pr. de ſent. excom. in 6to.* † Quin nec aliud Illuſtriſſimo Saxoniæ Electori placuiſſe probavi ex Conſtitut. Elect. *3. p. 4. in pract. crimin. part. 1. quæſt. 7. num. 15.* † Neque etiam Rotæ ſupplicium ſeveriſſimum, quod vulgo hoc caſu indicendum putant, delicto homicidii correſpondet, quippe † quod regulariter in latrocinio ſibi locum vendicat, Landr. *lib. 2. artic. 13.* † quàm multùm verò hoc differat ab homicidio ex propoſito deliberatoriè commiſſo, dixi *in pract. crimin. part. 1. quæſt. 22. num 11.* & vel inde patet, † quod latrocinium ſemper rapinam, ſpemque lucri ſibi conjunctam habeat, Gloſſ. *german. ad dict. art. 13.* Landrecht *lib. 2.* † auget verò interventus pecuniæ pœnam, ſecundum tradita Bartol. *in l. non ſolùm. 11. §. ſi mandato. 3. num. 14. ff. de injur.* Salycet. *in l. non ideò minus. 5. num. 36. C. de accuſat.* Anton. Gometz. *tom. 3. var. reſolut. cap. 3. num. 10.*

Ita Domini contra D. R. zu Sonnewalda/ Menſ. Jul. Anno 1586. (Verba ſentent: Hat Hans Lehmann einen Stich unter dem lincken Arm bekommen/ davon er alſobald todt blieben/ und es hat D. R. in gutem bekannt/ daß er ihn ohne alle gegebene Urſache vorſetzlichen und aus Eingeben des böſen Feindes böſßlichen erſtochen. Da er nun auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten/ wie recht/ überwieſen würde/ So möchte er von wegen ſolcher an Hanſen Lehmann begangenen und bekannten Entleibung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Et contra L. K. und J. P. zu Rieben/ Menſe April. Anno 1607.

Et contra S. P. zu Schlieben/ Menſ. Mart. Anno 1590.

Definit. X.

Niſi Judex poſt executionem pœnæ, cadaver Rotæ affigendum arbitratus fuerit.

QUod ſi tamen gravitatem homicidii deliberati, quâ ſimplicem cædem ſuperare videtur, urgeas, dixerim, judicem haud errare, † ſi facta executione cadaver ejus, qui deliberato animo aliquem occidit, Rotæ in altum erectæ affigi jubeat, in memoriam ſupplicii aliorumque terrorem, quò à crimine hoc abſtineant, † quia pœnarum fructus omnium maximus in eo conſiſtit, ut alii meliores reddantur, & à criminibus deterreantur *l. 6. §. pen. l. 20 ff. de pœn.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 10. num. 344.* Johan. Bodin. *de Republ. lib. 7. cap. 4. num. 21.* † Non enim Judicis poteſtas ita conſtringenda eſt, ut pro ratione delicti, augmentum ſaltem aliquod ſupplicio addere prohibeatur, Gloſſ. & Dd. *in l. & ſi ſeverior. 3. C. ex quib. cauſ. inf. num. l. hodiè. 13. ubi* Bartol. *ff. de pœn.* Petr. à Plach. *in epit. delict. cap. 33. numer. 5.*

5 Andr.Gail.*lib.2.de pac.publ.cap.9.num.22.* † Idque potissimum facere potest Judex, si cædes in via publica, vel propria occisi domo, quæ cujusque securum debet esse receptaculum, vel aliàs per insidiosam industriam perpetrata fuerit, ut dixi *in pract.crimin.part.1.quæst.7.num.33.*

Ita Domini contra H. L. zu Leißnigk / Mens. Mart. Anno 1615. (Verba sentent: Hat H. L. in scharffer Frage bekannt/ daß er benebens seinem Gesellen / Hansen Schönbergen auff freyer St. aßen verwartet/ nachgelauffen/ und umbs Leben bringen wollen/inmaßen auch die Entleibung würcklichen darauff erfolget/ indem er ihm mit einer Helleparten sechs Stiche zugefüget/ und übel gehauen/ꝛc. So möchte er von wegen solches an Hansen Schönbergen auff der Strassen fürsetzlichen und muthwilligen begangenen Todtschlags und Entleibung (weil man der Erkündigung gewiß ist) mit dem Schwerdte hinwiederumb vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft/ und nach verrichteter Execution der Cörper andern dergleichen fürsetzlichen und muthwilligen Todtschlägern zum Exempel und Abscheu/ dieweil diese That auff der Strassen geschehen/und der Entleibete von dem Gefangenen und dessen Gesellen grevlich und abscheulich gestochen / gehauen und zugerichtet worden / auff ein Rad gelegt und geflochten werden/ V.R.W.)

Et contra E. C. zu Corvey/ Mens. Sept. Anno 1633. (Verba sent: So möchte er von wegen solcher muthwilligen und vorsetzlichen Entleibung/hinwiederum mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft/ und der Cörper nach vollbrachter Execution andern dergleichen vorsetzlichen Todtschlägern zum Abscheu und Exempel/auf ein Rad geflochten und gelegt/ und die langstielichte Barte und das Messer/ damit er solchen Todtschlag begangen/ und dem Entleibeten in die 20. Stiche zugefüget/ an das Rad angenagelt und gemacht werden/ V.R.W.)

Definit. XI.

In delicto enormi & communi, militiam specialiter haud concernente, miles non gaudet fori militaris privilegiô, sed à Magistratu loci rectè punitur.

1 INter alia militum privilegia & illud non minimum est, quod ratione delicti perpetrati, solummodo apud Magistratum suum militarem conveniri debeant, nec à judice loci, in quo perpetratum fuit delictum, puniri queant, *tot. tit. cap. de offic. magistr. milit. l. 11. C. de Judic. l. 9. ff. de Custod. reor. l. magisteria. 6. C. de jurisd. omn. judic.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 4. cap. 17. num. 5.* † Dixeris ergò Magistratum loci, ubi homicidium à milite perpetratur, ad inquisitionem & coercitionem criminis haud admittendum, sed totam causam ad judicem militarem vel magistratum militiæ remittendam esse, per textus modo allegatos, † Veluti 2
quoque in Hollandia hoc juris obtinere, testatur Diodor. Tuldenus *in tit. C. in quib. caus. milit. fori præscript. uti non possint.* † Ast neutiquam sunt ge- 4
neraliter accipiendæ *ll. prædictæ*, sed restringendæ ad delicta levia solam militiam concernentia, puta, si milites arma vendiderint, excubias deseruerint, à castris emanserint, aufugerint, & quæ sunt alia crimina relata à Tiberio Decian. *in tract. crim. lib. 7. cap. 15.* † quorum cognitio & coercitio pro more 5
militari, pertinet ad solum Magistratum militiæ, veluti *textus supra allegat.* explicat Accurs. *in dict. l. 6. C. de jurisdict.* † æquum enim est, militem, ut 6
militem delinquentem, à magistratu quoque militari, ut qui solus notitiam habet rerum militarium, puniri, *l. 2. ff. de re milit.* Henr. Boer. *de bell. & duell. c. 12. num. 4.* † Cæteroquin, si ex enormi 7
& communi delicto, quod in paganos & milites pariter cadit, veluti ex homicidio, stupro & adulterio, pœna militibus veniat imponenda, nil certè obstat, quo minus admittatur inquisitio & coercitio Magistratus loci, in quo delictum commissum est adversus milites Reos, † cum hoc in casu nulla notitia 8
& scientia rei militaris requiratur. Quin & ob delictum enorme militiam haud concernens, non obstante aliquo privilegio, † milites Reos in loco 9
delicti accusari posse, probant luculenter textus *in l. ult. ff. de accusat. l. 1. C. Ubi Senat. vel clariss. l. 2. ff. de re milit.* † & conveniunt in hoc Dd. commu- 10
niter Decian. *dict. cap. 17. num. 5.* Georg. Acac. Enenckel. *lib. 2. privil. 5. num. 5. & 15.* Petr. Theodor. *in Colleg. crim. disput. 4. thes. 3. lit. B.* Accurs. *in dict. l. 6. C. de jurisdict.*

Ita Domini in causa P. H. zu Halle/ Mens. Nov. Anno 1638. (Verba sentent: Diß des gefangenen Corporals Suchen und eingewandte exceptio fori incompetentis nach Gelegenheit dieses delicti nicht statt hat / sondern es wird der Inquisition-Proceß vor dem Rathe zu Halle als Judice competente wider den gefangenen Soldaten billich erörtert/ꝛc.)

Constitutio X.

PARTIS QUARTÆ.

Welcher gestalt der zu straffen/so auf vorgehende ehrenverletzliche Ausfoderung verbrochen?

De pœna illorum, qui verbis contumeliosis provocati alium vel vulnerant vel occidunt.

SO einer mit ehrenrührigen Worten durch iemands / unserm Verbot zu wider / zum Kampff gefodert worden/ und den/ welcher ihn ietztgedachter gestalt provociret, verletzt oder verwundet/ so soll der / so provociret worden/ einigen Abtrag zu geben nicht schuldig seyn. Würde sichs aber zutragen/ daß der/ so

SI quis injuriosis verbis, contra interdictum nostrum, ad pugnam ab alio quopiam provocatus, illum vulneraverit, id impunè feret; si verò eum occiderit, pro conditione personarũ pœnam quidem ordinariam homicidii non sustinebit,

durch Ehren-verletzliche Wort gefordert/ den Provocanten entleibete / ſo ſoll er in Erwegung der Perſonen Umbſtände/ mit ordentlicher Straffe der Todtſchläger nicht beleget/ ſondern willkührlich/ als mit Landesverweiſung/ und dergleichen geſtrafft werden/ und hiernach ſich die Schöppenſtüle und Gerichte in unſern Landen zu richten haben.

nebit, relegatione tamen vel ſimili pœna pro arbitrio judicis afficietur.

DEFINITIONES.

1. *Nunquam pœna mortis vel corporis afflictiva plectitur, qui verbis contumelioſis provocatus ad duellum, provocantem occidit.*
2. *Fuſtigationis tamen pœnam haud effugiet, qui abſque verbis contumelioſis provocatus ad duellum necat provocantem.*
3. *Ad exſolutionem quoq; Werigeldi condemnatur provocatus, qui necavit provocantem.*
4. *Inſultatus non tenetur inſultanti vulnerato ad expenſas in curatione factas.*
5. *Pœnâ arbitrariâ, plerumque tamen fuſtigatione plectitur, qui alapâ inſultatus percuſſorem occidit.*
6. *Pœnæ homicidii ordinariæ exemptus non eſt, qui injuriis laceſſitus injuriantem occidit.*
7. *Niſi judex pro ratione circumſtantiarum & qualitate perſonarum occiſorem mitius puniri exiſtimaverit.*
8. *Maritus adulterum cum Uxore in adulterio deprehenſum impunè non occidit, quantumvis hoc caſu pœna ſaltem arbitraria obtineat.*
9. *Mulcta pecuniaria, in quam converſa eſt pœna corporalis, non Principi, ſed judici, qui merum habet Imperium, tribuenda eſt.*
10. *Offenſio jocoſa non liberat occiſorem à pœna homicidii ordinaria.*

Definit. I.

Nunquam pœna mortis vel corporis afflictiva plectitur, qui verbis contumelioſis provocatus ad duellum, provocantem occidit.

1 PRovocatus ad pugnam ſive duellum comparere haud debet, ſed potius contra provocantem judicio experiri, *l. 1. §. 33. verſ. æquiſſimum. ff. de*
2 *Uſufruct.* † Nec enim vindictæ privatæ indulgendum eſt, quando ſuppetit remedium juris, Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part. 1. cap. 5. num. 32.*
3 Henric. Bocer. *lib. 2. de duello, cap. 8.* † Nihilominus veniam merebitur provocatus verbis contumelioſis, ſi incenſus ira cum provocante in arenam deſcenderit, eumque in ardenti pugna (Vor der Fauſt) oc-
4 ciderit, † non ut in totum pœnæ eximatur, ſed arbitrariè ſaltem carcere vel relegatione, aut etiam mulctâ pecuniariâ, non autem pœnâ mortis vel corporis afflictivâ puniatur, *hac* Conſtit. *10.* §. Würde
5 ſichs aber zutragen. † Nam ignoſcendum eſt ei, qui ſe voluit ulciſci provocatus, *l. qui cum major.*
6 *14. §. ſi libertus. 6. in fin. ff. de bon. libert.* † quia juſtum dolorem temperare difficillimum eſt, *l. ſi adulterium. 38. §. Imperator. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 16. num. 19. & 20. & lib. 2. obſervat. 110. num. 15.* Dan. Moller. *hîc. n. 6.* Jul. Clar. *in prax. §. ult. quæſt. 60. n. 18.* Felin. *in cap. dilecti. 8. extr. de except.*

Ita Domini contra M M Menſ. Junio, Anno 1591. (Verba ſent: Ob gleich Inquiſit ſich zu der Entleibung richtig bekannt / dieweil er aber dennoch darneben fürgewendet/ daß er auff des Entleibeten ehrenrühriges Ausfodern eine Nothwehr thun müſſen / welches die Zeugen gleichfalls ausgeſagt/ ꝛc. So bleibt er mit der ordentlichen Straffe der Todtſchläger verſchonet / Er wird aber des begangenen exceſſus halber mit zeitlicher Landesverweiſung in Straffe genommen/ V R.W.)

Definit. II.

Fuſtigationis tamen pœnam haud effugiet, qui abſque verbis contumelioſis provocatus ad duellum necat provocantem.

1 REſtringendum tamen hoc ipſum eſt ad provocationem verbis contumelioſis factam,

de qua diſertè loquitur *hac* Conſtit. *10. in pr.* Ob einer mit ehrenrührigen Worten durch iemands zum Kampffe gefordert worden. † An ergò non 2
merebitur veniam, qui abſque verbis injurioſis provocatus occiderit provocantem? † Negari certè 3
nequit, per ſimplicem etiam provocationem ad iram quem commoveri, præſertim ſi fuerit perſona Nobilis aut miles, cui, licet falſa opinione, vitio vertitur, duellum effugere. † Quidni ergò huic quoque 4
ex parte indulgendum eſſet, cum difficile ipſi fuerit, ſibi temperare, *l. 38 §. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † Nam & regulariter ignoſcendum eſt ei, qui ſe vo- 5
luit ulciſci provocatus, *l. 14. ff. de bon. libert.* Andr. Tiraq. *de pœn. temp. cauſ.* † Attamen cum gravius 6
delinquat verbis injurioſis haud irritatus, vix pœnam fuſtigationis effugiet, † quæ tamen neutiquam imponenda eſt ei, qui verbis contumelioſis provocatus occidit provocantem, *h.* Conſt. *10.* §. Würde ſichs aber. *verſ.* als mit Landsverweiſung.

Ita Domini in cauſa M. P. zu Dippoldiswalde/ Menſ. Jul. Anno 1618. (Verba ſent: Ob nun wol inquiſit M.P. ſich in guten zu ſolcher Entleibung bekannt/ und geſtanden/ daß er dem Entleibeten die an ihm befundene zwey Stiche zugefüget/ dieweil er aber dennoch darneben fürgibt/ daß der Entleibete ſich zu ihm genöthiget/ und ihn provociret, inmaſſen denn der ander und dritte Zeuge auffn fünfften Artickel berichten/ daß inquiſit von dem Entleibeten ausgefordert worden/ und die erſte Zeugen beym andern Artickel/ inquiſit ſey zu gütlicher Handlung geneigt geweſen/ ꝛc. So erſcheinet daraus ſo viel/ daß Inquiſit mit der ordentlichen Todesſtraff zu verſchonen/ Er wird aber wegen der an Jacob Schmieden begangenen Entleibung öffentlichen zur Staupen geſchlagen/ und darauff des Landes ewig billich verwieſen/ V.R.W.)

Definit. III.

Ad exſolutionem quoq; Werigeldi condemnatur provocatus, qui necavit provocantem.

CUm provocatus ob internecionem provo- 1
cantis non niſi arbitrariè puniatur, ut dixi *Supra* Defin. *1.* quæri ſolet, an non ſimul ad exſolutionem Werigeldi condemnari debeat, † quod 2
imponendum eſt homicidis, qui nec mortis ſup-

plicio, nec pœna corporis afflictiva mulctantur, ut docui *in pract. mea criminali, quæst. 34. numer. 42.*
3 *& seq.* † Etsi verò de hoc nil quicquam disponatur *in hâc* Const. *10.* nihilominus tamen provocatum
4 ad id teneri putaverim, † propterea quod Wergeldum ob excessum, in moderamine inculpatæ turelæ commissum, exsolvi debeat Constit. Elect. *11. part. 4.*
5 † Quidni ergò etiam à provocato provocantem occidente, qui & ipsemet moderamen inculpatæ tutelæ excedit, *b.* Const. *10.*

Ita Domini contra L. M. zu Grimme/Mense Majo, Anno 1629. (Verba sentent: Aus den Acten so viel zu befinden/daß L. M. der an B. L. verübten Entleibung wegen an Leib oder Leben nicht zu straffen/ Er ist aber gleichwol des Entleibeten nechsten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten/ und die in dieser Sachen auffgewendete Unkosten auff vorgehende liquidation und richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ und mag hierüber mit zeitlicher Landesverweisung auff 6. oder 7. Jahr lang in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Insultatus non tenetur insultanti vulnerato ad expensas in curatione factas.

1 ETsi vulnerator teneatur aliàs vulnerato ad mercedes medicorum, & impensas in curatione factas, per *l. liber homo 13. in pr. ff. ad Leg. Aquil.* Jacob. Thoming. *decis. 24. num. 12.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 27. num. 4.* Johann. Schneidewin. *in §. in summa 10. num. 4. instit. de injur.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 1. cap. 9. numer. 50.*
2 † attamen ab hoc restitutionis onere liber est provocatus, si in duello vulneraverit provocantem, *hâc* Constitut. *10. in pr. verf.* So soll der/so *provocirt*
3 worden. Dan. Moller. *hic num. 10.* † Nempe, quod provocans huic damno ipsemet causam dederit, adeoque sibi id imputare debeat, *l. 151. ff. de reg.*
4 *Jur. l. 11. ff. ad Leg. Aquil.* † Ex quo etiam fit, quod nec insultatus aut percussus, si repercutiendo vulneraverit primum invasorem, mercedes chirurgorum, aliaque ejusmodi damna vulnerato
5 restituere teneatur, † quantumvis propter excessum, in defensione commissum, à pœna arbitraria immunis non sit, Matth. Coler. *part. 1. decis. 161. num. 66.*

Ita Domini contra C. N. zu Bitterfeld/ Mens. April. Anno 1627 (Verba sententiæ: So wird C. N. solcher seiner Begünstigung und begangenen Excessus wegen/ umb 5. Neue Schock billich in Straffe genommen. Das auffgewandte Artzlohn/ Versäumniß und Unkosten aber/ mag er gestalten Sachen nach/ weil der Beschädigte zu solcher Schlägerey und Beschädigung Ursach geben/abzustatten nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Pœnâ arbitrariâ, plerumque tamen fustigatione plectitur, qui alapâ insultatus percussorem occidit.

1 MAlè sibi vulgò homines persvasum habent, impunè occidi percussorem ab excipiente colaphum, juxta illud tritum: Auff eine Maulschelle gehört ein Dolch. † Nec enim moderamen
2 inculpatæ tutelæ censetur observare, qui alapa vel pugno percussus armis necat insultantem, † ut
3 qui in periculo vitæ constitutus haud fuit, alioque modo percutienti resistere potuit, Ægid. Boss. *in tit. de homicid. num. 83.* Jacob. Boulen. *in repetit. l. capitalium. 28. §. famosos. 15. num. 140. ff. de pœn.* Jul. Clar. *in pract. §. homicidium. num. 27. & ibidem* Bajard. *numer. 110.* † Quo & facit Gloss.
4 *German. juris Saxonici in art. 78. lib. 3.* Landr. *num. 10. in verb.* Dann wer dich mit Fäusten schläget/ den solt du nicht mit einem Schwerdte niederschlagen/ sondern auch mit Fäusten. † Attamen hoc
5 casu ad pœnam homicidii ordinariam deveniri nequit, sed arbitrariè saltem, ut relegatione vel manus amputatione, plerumque tamen fustigatione plectitur occisor: † Ignoscendum siquidem est aliquo
6 modo ei, qui percussus se ulcisci voluit *l. 14. §. 6. ff. de bon. libert.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. 79.* Bajard. *ad* Clar. *dict. §. homicidium. numer. 114.*

Ita Domini contra M. N. an Rudolffen von Ponickau/ Mens. Januar. 1628. (Verba sentent: Ob nun wol inquisit sich zu solcher Entleibung in guten bekannt; Dieweil er aber dennoch darneben fürgewendet und beybracht/ daß ihm der Entleibete vorerst eine Maulschelle geben/ &c. So mag auch Inquisit derowegen mit der ordentlichen Todes-Straffe nicht beleget werden/ er wird aber gleichwol wegen des begangenen Excessus mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Pœnæ homicidii ordinariæ exemptus non est, qui injuriis lacessitus injuriantem occidit.

1 AJunt vulgò, famam & vitam pari passu ambulare, per *l. 8. in fin. ff. quod met. caus. l. 9. ff. de manumiss. vindict.* ex quo non minus propter famam, quàm propter vitam tuendam admissum homicidium excusant, † nec id pœna ordinaria
2 vindicari volunt, Bartol. & Jason. *in l. ut vim. 3. ff. de just. & jur.* Julius Clarus *in pract. §. homicidium. num. 26.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. 97. num. 4.* Ægid. Boss. *in tit. de homicid. num. 86.* Hippol. de Marsil. *in pract. crim. §. quoniam num. 88.* Nicol. Boër. *decis. 168.* † Sed iniqua
3 prorsus & irrationabilis est hæc sententia, quia per injurias alterius, fama mihi auferri non potest. Cur ergo ejus retinendæ gratia hominem occidere liceret? † Et quamvis indulgeamus vulgato er-
4 rori, quod per injurias illatas alterius famæ quid detrahatur, & quædam infamia irrogetur; Inde tamen contra leges divinas & humanas homicidium nunquam poterit justificari. † Nec etiam
5 vulgatum illud *Interpp.* quod vita & fama pari passu ambulent, simpliciter verum est, neque ex textibus allegatis probatur, † quia *l. 8. ff. quod*
6 *met. caus.* loquitur de speciali in corpus injuria per stuprum illata, cujus causa Romanis legibus occidere permissum est, *l. 1. §. 4. ff. ad Leg. Corn. de sicar.* † ineptius profertur *l. 9. de manumiss. vin-*
7 *dict.* quæ de speciali manumissionis casu agit, nimirum, ut minor justam causam habeat manumittendi servi, sufficit, per hunc illius vitam vel famam esse conservatam, † quippe cum etiam suf-
8 ficiat,

ficiat, si minor procuratore indigeat, aut ancillam uxorem ducere velit, *§. 5. inst. qui & ex quib. caus.* At comparata in uno aliquo singulari non faciunt 9 absolutè æqualia. † Et quis non intelligit latissimam hâc in re vitæ & famæ differentiam, Illâ ablatâ non reparatur, hæc verò nec aufertur re- 10 vera & læsa restitui atque reparari potest. † Quin & jure legitima sunt prodita remedia, quibus famæ nostræ consulamus, puta per actionem injuriarum 11 & palinodiam. † Certè & in leges & magistratum injurii sunt, qui hunc adire parùm honorificum sibi putant, & jus seipsos vindicandi pravo more sibi usurpant, *l. 13. ff. quod met. caus. l. pen.* 12 *ff. de privat. delict.* † Quare ergò hoc casu defensio cum interneciore offendentis permitteretur, quæ concessa non est, nisi in casu, quo quis aliter se tueri nequit, *l. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad Leg. Aquil.*

Ita Domini contra N. N. zu Zerbst / Mense Mart. Anno 1601. (Verba sentent: So möchte er wegen solcher begangenen und bekanten Entleibung / seines Fürwendens / und des abgehörten Zeugen Aussage / daß nemlich der Entleibete zu ihme gesagt / du magst wol ein loser Hudler seyn / in Ansehung daß der Entleibete gantz unbewehrt gewesen / ungeachtet / hinwieder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Et contra M. W. zu Sorau / Mens. Januar. Anno 1607. (Verba sentent: So möchte er von wegen solcher begangenen und bekannten Entleibung / seines darwider gethanen Fürwendens ungeachtet / daß nemlich der Entleibete ihn für einen Welschen Schelm gescholten haben solle / hinwieder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. VII.

Nisi judex pro ratione circumstantiarum & qualitate personarum occisorem mitius puniri existimaverit.

1 Posset nihilominus tam atrox esse injuria, ut hâc lacessitus vix sibi temperare queat, quò minùs 2 ad arma prorumpat. † Quid etiam, si vir nobilis ab homine vilioris conditionis injuriis afficeretur? 3 Bilem ejus tùm facile moveri concesseris, † & iniquus planè fueris, si ei non indulgere velis, eate- 4 nus saltem ut pœnam effugeret ordinariam. † Neque enim talis rectum judicium & consilium deliberandi habet, Andr. Gail. *lib. 2. observat. 110. num. 16.* 5 † neque in vero dolo versatur, *l. 1. §. quæri. 5. ff. ad* 6 *SCtum Turpill.* † Quin & ignoscendum est ei, qui provocatus se ulcisci voluit, *l. qui cum major. 14. §.* 7 *si libertus. 6. ff. de bon. libert.* † Et nunquam judicis potestas adeò constricta est, ut ex causa rationabili & sufficiente, à pœna delicti ordinaria recedere nequeat, Bartol. & Dd. *in l. quid ergo. 13. §. pœnâ gravior. 7. ff. de his qui not. infam. & in l. hodie. 13. ubi* Dd. *ff. de pœn.* Andr. Tiraquell. *in tract. de pœn. temper. in præfat. num. 16. & seqq.*

Ita Domini contra N. N. zu Dreßden / Mens. Majo, Anno 1589. (Verba sentent: Er könte dann wie recht erweisen / oder in Mangel des Erweises in scharffer Frage erhalten / daß seinem Fürgeben nach / ihn der Entleibete erstlich einen Schelm und losen Hudler gescholten / auff den Fall möchte er mit der Todesstrasse verschonet / und gleichwol mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen werden / V. R. W.)

Definit. VIII.

Maritus adulterum cum Uxore in adulterio deprehensum impunè non occidit, quantumvis hoc casu pœna saltem arbitraria obtineat.

1 Patri equidem indifferenter datum est jus occidenti adulterum cum filia adultera, quam in potestate habet *l. patri. 20. & seq. ff. ad Leg. Jul. de* 2 *adult.* † Nunquam verò maritus uxorem adulteram, sed saltem adulterum, si vilis & turpis fuerit persona, in ipsa turpitudine deprehensum impunè occidit, *l. nec in ea. 22. §. ult. l. marito 24. l. si adulterium. 38. §. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult.* 3 † Putarunt nempe legislatores plus indulgendum esse patri, quem ipsa pietas, ipsa storge naturalis facilè repressura videbatur, ne sua potestate acerbè utendo, violentas manus proprio sangvini etiam in flagitiis deprehenso afferret, 4 † sed in marito calor & impetus omninò fuit refrenandus, ne nimis præcipitanter aliquid in uxorem vel adulterum statueretur, Conrad. Rittershus. *lib. 2. diff. jur. civil. & canon. cap. 11. pag. 144.* Henr. Bocer. *de adult. cap. 5. num. 21. & seqq.* 5 † Si tamen maritus contra Legis prohibitionem ipsam quoque adulteram & adulterum quemcunque interfecerit, non ordinariâ homicidii pœnâ, 6 sed mitius, & extra ordinem coerceri debet, † quia indignatio & justissimus atque acerbissimus dolor, quem temperare difficillimum est, factum ejus relevat, *dict. l. 28. §. Imperator. 8. ff. de pœn. l. Gracchus. 4. Cod. eod. tit.* Julius Clarus *lib. 5. sentent. §. homicidium. num. 49.* Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 9. cap. 20. num. 19.* Johan. Harppr. *in §. item lex Cornelia de sicariis. 5. num. 212. instit. de publ. judic.*

Ita Domini in causa N. N. Mens. Octobr. Anno 1633. (Verba sentent: Daß Inquisit wegen der an N. N. begangenen Entleibung an Leib oder Leben nicht zu straffen. Er ist aber des Entleibeten nechsten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten / so wol die in dieser Sachen auffgewendete Unkosten auff vorgehende liquidation und Ermäßigung abzustatten schuldig / und mag hierüber mit Landesverweisung in Strasse genommen werden / V. R. W.)

Definit. IX.

Mulcta pecuniaria, in quam conversa est pœna corporalis, non Principi, sed judici, qui merum habet Imperium, tribuenda est.

1 Quamvis alibi mulctarum, pœnarumque compendia inter Regalia fisci referantur, juxta Sanctionem Friderici Imperatoris *in cap. un. quæ sint regalia.* Matth. Stephan. *de Jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 1. num. 229. & seqq.* Regn. Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 8.* Henric. Bocer. *de Regal. cap. 3. num. 8. & seqq.* † 2 ex quo pœnam in pecuniariam mulctam commutatam Principi cedere, dicendum videbatur, quippe qui solus Regalia habet. † Attamen 3 ubique

ubique ferè locorum hodiè mulctas pecuniarias
4 inferioribus Magistratibus applicari videmus. † Et traditum est ab Interpp. quo casu pro crimine capitali pœna pecuniaria à superiore Magistratu imponitur, eam non imponenti superiori, sed inferiori, ad cujus ordinariam cognitionem crimen, si non remissum fuisset, pertinebat, applicandam esse, Petr. Heig. *p. 2. quæst. 22. num. 63.* Matth. Coler. *de pro-*
5 *cess. execut. part. 2. cap. 1. num. 120.* † Nam ex totius ferè Germaniæ consuetudine, de fructibus jurisdictionis esse perhibetur, quicquid mulctarum pœnarumque nomine colligitur, Matth. Wesenbec. *ad rubr. Codic. de modo mulct. num. 6.* Thom. Michael. *de jurisdict. Imper. Roman. concluf. 56.* Henric. à Ro-
6 senthal. *de feud. cap. 5. concluf. 63.* † Cur non ergò etiam mulcta à Principe indicta Magistratui, ei nem-
7 pe, qui merum habet Imperium, cederet? † quod certè in provinciis Elector. Saxon. videtur expeditum, propter Ordin. Provincial. *de Anno 1555. sub tit.* Was zu Ober- Unter- oder Erb-Gerichte gehöret/ *in fin.*

Ita Domini in causa des Raths zu Thumb/ Mens. Februar. Anno 1620. (Verba sentent: Jedoch was die Sachen/ Geldbussen oder Abtrag anreichen thut / so von peinlichen Sachen herfliessen/ welches geschicht/ wenn eine peinliche Sache mit Zulassung der Gerichte / und Bewilligung des verletzten klagenden Parts / oder aus andern Ursachen bürglich würde / ꝛc. Solche Fälle/ ob sie wol zu Geldbussen gereichen / so werden sie doch gleichwol durch die Obergerichte gestrafft/ und wird von ihnen die Strasse eingehoben / V.R.W.)

DEFINIT. X.

Offensio jocosa non liberat occisorem à pœna homicidii ordinaria.

NUnquam prætendere habet defensionem, qui 1
offensus non est: Sunt enim correlata offensio & defensio, Georg. Obrecht, *in tr. de neces. defens. cap. 11. numero 26.* † & præsupponit defensio 2
quævis præsens atque imminens periculum, Ordin. Crim. Carolin. *art. 140. l. is qui aggressorem. 2. Codic. ad Leg. Cornel. de sicar. l. 45. §. 4. ff. eod. tit.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 110. num. 13.* Jodoc. Damhoud. *in prax. crimin. cap. 76. num. 4.* † Ergò si quis joco 3
aut facetiis irritatus aliquem necaverit, neutiquam pœnæ homicidii ordinariæ exemptus erit, † quia 4
vexatio revera non est offensio, quippe quâ nemo in periculo, multò minus in vitæ discrimine aliquò constituitur. † Ac si omninò occisor se injuriatum existimaverit, imploratione judicis se tueri 5
potuisset, nec jocum vi aut armis repellere opus habuisset, *l. 13. ff. quod met. caus. l. non est singulis 176. ff. de reg. jur.*

Ita Domini contra G. S. zu Glaucha/ Mens. Febr. Anno 1600. (Verba sent: So möchte G. S. wegen der an B. N. begangenen und bekannten Entleibung / weil er nichts ferner fürzuwenden / als daß ihn der Entleibete gnugsam mit der Tochter vexiret/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

CONSTITUTIO XI.

PARTIS QUARTÆ.

Ob der/ welcher umb Todtschlags willen/ als daß er einen excess bey der defension begangen / des Landes verwiesen wird / des Todten Freunden zugleich ein Wehrgeld der Oerter/ da Sächsisch Recht gehalten/ zu geben schuldig?

Is, qui ob Excessum in defensione commissum relegatur, num insuper etiam Wergeldum interfecti propinquis in foro Saxonico solvere teneatur?

DJeweil diese Frage etwas zweiffelhafftig gewesen/ haben sich unsere Verordnete dessen verglichen/ da einem ob excessum magnum & dolosum, in Fällen den Todtschlag belangende / Staupenschläge oder Abhauung der Hand / und also Leibesstraffe zugesprochen worden / daß derselbige dißfalls neben der Leibesstraffe mit keinem Wehrgelde zu belegen seyn soll. Da ihme aber allein die Verweisung zuerkant/ daß alsdenn das Wehrgeld den Freunden auch mit zugesprochen werden möge / welches wir uns denn also gefallen lassen.

DE hac non parùm controversa quæstione inter Deputatos nostros ita convenit, ut si quis, ob excessum magnum & dolosum in homicidio commissum, vel virgis cædatur, vel manus ei amputetur, & ita corpore pœnam luat, Wergeldum insuper solvere non teneatur. Si verò solâ relegatione puniatur, tum in Wergeldum quoque conjunctis interfecti solvendum condemnari debeat. Quam sententiam nos probamus.

DEFINITIONES.

1. *Werigeldum, quod hominis occisi heredibus debetur, pœnam civilem non excludit.*
2. *Nec summam mulctam judici exsolvendam.*
3. *Non condemnandus est Reus ad exsolutionem Werigeldi, quando plectitur pœnâ corporis afflictivâ.*

4. *Pluri-*

4. Pluribus exiſtentibus occiſoribus, quilibet integrum Werigeldum ſolvere tenetur.

5. Fœminâ occisâ, dimidium ſaltem Wergeldum ab occiſore exigitur.

6. Ipſa tamen fœmina, ſi maſculum occiderit, integrum tenetur præſtare Wergeldum.

7. Exilio punitur reus, qui propter inopiam Wergeldum exſolvere haud valet.

8. Non condemnandus eſt Reus ad præſtationem Wergeldi, judice ſuper homicidio ex officio procedente.

9. Niſi heredes occiſi vindictam Magiſtratui commiſerint.

10. Hæredes necem defuncti haud vindicantes hodiè ſe non indignos reddunt hæreditate ejus.

11. Ex hæreditate tamen occiſi, hæredes ejus judici inquirenti ſumptus ſuppeditare tenentur.

12. Princeps pœnam occiſori remittendo non præjudicat hæredibus occiſi in Wergeldo.

Definit. I.

Werigeldum, quod hominis occiſi heredibus debetur, pœnam civilem non excludit.

1 WErgeldum (quod eſt ſumma viginti quatuor ſexagenarum antiquarum, ſive viginti thalerorum, Gloſſ. in Landrecht *lib. 1. artic. 65. n. 5.* Matth. Wehner. *in verb.* Wehrgeld. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 161. in fin.* Johann. Köppen. *deciſ. 5. num. 15.* Johann. Schneidewin. *in §. ſed & Lex Cornelia. 5. num. 7. inſt. de injur.*) ſolvit occiſor-
2 hæredibus occiſi, † ratione injuriæ ipſis illatæ, non ut intereſſe, ſed tanquam mulctam in locum illius pœnæ, quæ Lege Aquilia de injuriis ſancita erat, ſurrogatam, per Gloſſ. *latin. lib. 2.* Landrecht / *art. 71. lit. I. lib. 2.* Landr. *art. 21. num. 3. verſ.* Die andere Urſach. Hartman. Piſtor. *obſervat. 203. n. 7.* Matth. Berlich. *part. 4. concluſ. 11. num. 21.* Johann. Schneidewin. *in §. in ſumma 10. inſtit. de injur. n. 4.*
3 † At quænam proportio inter viginti thaleros & vitam hominis, & quisnam pœnam hanc pro crimine
4 homicidii ſufficientem judicaverit? † Haud immeritò equidem dubitaveris, ſi pro doloſo homicidio mulcta hæc occiſori imponenda eſſet, cùm vix pœna, quæ corporis afflictiva haud eſt, dolum ſatis
5 coërceat, † quippe quod culpa etiam, quæ dolum implicitum habet, fuſtigatione puniri queat, ut dixi
6 *in pract. criminal, part. 1. quæſt. 27. num. 33.* † Atqui notiſſimum eſt, in foro Saxonico tum demum ad Wergeldi impoſitionem deveniri, ſi caſu forſan inopinato, aut culpa, vel defenſionis cauſa homicidium
7 fuerit commiſſum, † nec ullus occiſoris dolus arguatur, Landr. *lib. 2. artic. 38. & ibi gloſſ. verſ.* Kommt aber nicht vor. *Gloſſ.* Weichbild. *art. 38. num. 12.* Ludovic. Fachſ. *lib. 1. differ. 62. verſ. verùm de jure Saxon.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 156.*
8 † Quin, nec mulcta Wergeldi præjudicat Magiſtratui, quò minus ulteriorem is pœnam, puta carceris vel relegationis occiſori indicere poſſit, *h.* Conſtitut. *11. in fin. verſ.* Da ihme aber, *ubi* Dan. Moller. *num. 4.*

Ita Domini contra N. N. zu Sachſenburg / Menſ. Nov. Anno 1611. (Verba ſentent: Er iſt aber des Entleibeten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zu erlegen ſchuldig/ und wird hierüber mit zeitlicher Landsverweiſung billich in Straffe genommen / V.R.W.)

It. an Bürgermeiſter und Rath zu Löbaw / Menſe Auguſt. Anno 1627.

Et an Richter und Schöppen zu Freyberg / Menſe Auguſto, Anno 1629.

Definit. II.

Nec ſummam mulctam judici exſolvendam.

NOn tamen per id judex metam æquitatis trans- 1
gredi, vel Reum nimis gravare exiſtimabitur, indicendo nempe duplicem pœnam, pro uno eodemque delicto, Wergeldum ſcilicet & pœnam relegationis, † Quia pœnarum cumulatio haud ab- 2
ſurda eſt, quando diverſum reſpicit effectum, & plus eſt in una pœna, quàm in alia, *l. 1. ff. de vi bon. raptor. l. cum ex uno. 32. ubi Gloſſ. in verb. obtinuit. ff. de obligat. & action. l. quoties lex. 41. §. 1. ff. eod. tit.* † Quod certè in caſu præſenti fieri, nemo non ani- 3
madvertit, ubi per Wergeldum injuriam Agnatorum occiſi duntaxat vindicari videmus, Defin. *præced.* † Cur ergò per id pœna Magiſtratui debita ex- 4
cluderetur? Ex quo etiam fit, † ut Reo quandoque 5
unà cum Wergeldo mulcta pecuniaria imponatur, vel ſumma mulcta das höchſte Geivette judici exſolvenda, † quæ eſt quatuor ſexagenarum antiqua- 6
rum, aut in locum relegationis vel pœnæ carceris ſurrogetur, † ut ita ſumma mulcta publicum, Weri- 7
geldum verò partis intereſſe concernat, Landr. *lib. 3. art. 32. in fin. & lib. 1. artic. 53.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 22. num. 3.*

Ita Domini contra N. N. zu Treuen/ Menſ. Jun. Anno 1598. (Verba ſentent: Daß Angeklagter wegen der an N. N. begangenen Entleibung an Leib oder Leben nicht zu ſtraffen. Er iſt aber gleichwol des Entleibeten nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld/ und dem Richter das höchſte Gewette nebens Erſtattung der Gerichtskoſten auff richterliche Ermäßigung zu erlegen ſchuldig/ V.R.W.)

Definit. III.

Non condemnandus eſt Reus ad exſolutionem Werigeldi, quando plectitur pœna corporis afflictivâ.

WErigeldum ſive juris Saxonici mulcta 1
locum ſaltem habet, quando civiliter de homicidio agitur, puta ad pœnam relegationis, carceris, vel mulctam pecuniariam. † Etenim ſi 2
dolus occiſoris arguatur, minor eſt mulcta Wergeldi, quàm ut per eam injuria Agnatis occiſi illata vindicetur, *hâc* Conſtit. *11. in pr. Gloſſ. german.* Landrecht *lib. 2. artic. 31. num. 2. in fin. & lib. 3. art. 45. num. 4.* Chilian. König. *in proceſſ. cap. 138.* † Quin nec ratio juris Saxonici admittit, Reum, 3
cui mortis ſupplicium vel pœna corporis afflictiva indicitur, ad Werigeldi ſolutionem condemnari, † quia per ſangvinis pœnam injuria pariter Agnatis 4
& Magiſtratui illata vindicatur, Gloſſ. Landr. *lib. 1. art.*

art.53.num.6. & lib.2.artic.35.num.4. † Una iraque 5
pœna, eaque severior aliam mitiorem absorbet, juxta tradita Gloss. *in l. qui de crimine.9. verb. plurima. Codic. de accusat.* Bartol. *in l. nunquam plura. 2. num.4. ff. de privat. delict.* Nicol. Reusn. *lib.2. dec.20. num.8.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crim. cap.77. num.4.* Jul. Clar. *lib.5. sentent. §. ult. quæst.84. vers. alius est casus.*

Ita Domini contra N. N. zu Radeburg / Mens. Jul. Anno 1623. (Verba sent: So erscheinet daraus so viel/daß Gefangener derowegen am Leben nicht zu straffen. Er wird aber gleichwol des darbey verübten Excessus halber/ öffentlich billich zur Staupen geschlagen/und nach ausgestandener Leibesstraffe des Landes ewig verwiesen / mit Erlegung des Wehrgeldes aber bleibet er gestalten Sachen nach billich verschonet/ V. R. W.)

Definit. IV.

Pluribus existentibus occisoribus, quilibet integrum Werigeldum solvere tenetur.

1 SI plures existant occisores, quorum neuter mortis supplicio vel pœnâ corporis afflictivâ plectitur, singulos ad integri Werigeldi exsolutionem teneri, rectissimè docent Dan. Moller. *ad Const. Elect. 7. num.7. part.4.* Matth. Col. *part.1. decis.151. num.12. & 13.* Johann, Schneidewin. *ad §. sed & Lex Cornelia. 5. inst. de injur. num.6.* Matth. Berlich. *part.4.* 2 *concluf. 11. num. 20.* † Quia scilicet pœna, ab uno ex delinquentibus soluta, haud liberat reliquos, *l. licet. 6. §. possumus. 4. ff. Naut. caupon. Stabul. §. item* 3 *15. inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt.* † Nec in materia Legis Aquiliæ, quod unus præstitit, alium relevat *l. item Mela. 11. §. sed si plures 2. in fin. ff. ad Legem Aquiliam. l. si plures. 34. ff. de injur.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crim. cap.76. num.26.* Julius 4 Clar. *lib.5. sentent. §. ult. qu.84. num.7.* † Quidni ergò idem obtineret in Werigeldo? quod in locum pœnæ legis Aquiliæ fuit surrogatum, Landr. *lib.2. artic.71. in fin. & lib.2. artic.21.* Hartman. Pistor. 5 *observat. 203. num.7.* † Nisi verbum Werigeldi Const. Elect. 7. *part.4.* in singulari numero positum. (Neben Erlegung des Wehrgeldes) urgere 6 velis. † At inconsvetum non est legislatoribus, exprimere pœnam in numero singulari, quam tamen in uno delicto plurium Reorum, à singulis in soli- 7 dum solvi volunt, † prout de pœna Legis Aquiliæ dispositum reperitur *in dict. l. item Mela. 11. §. 4. l. 51.* 8 *§. 1. ff. ad Leg. Aquil.* † & de pœna pecuniaria indict. Const. Elect. 7. *p. 4.*

Ita Domini ad Consultationem Præfecti Gymnasio Portensi, Mens. Jan. A. 1626. (Verba sent: Es ist aber gleichwol ein iedweder des Entleibeten nechsten Freunden ein gantz Wehrgeld zu geben schuldig/ꝛc.)

Et ad requisitionem Senatus Deliciani, Mense Augusto, Anno 1627.

Definit. V.

Fœmina occisâ, dimidium saltem Werigeldum ab occisore exigitur.

1 CUjuscunque etiam conditionis atque status fuerit occisus, sufficit ejusdem hæredibus integrum exsolvi Werigeldum ab occisore, neque hoc nomine quicquam ultra viginti thaleros exigi potest, Landr. *lib.3. art.45. in pr. ubi Gloss.* † Quin, 2 nec semper integrum Werigeldum exsolvi debet. Quid enim, si fœmina occisa fuisset? Hoc casu Reus saltem ad dimidiam Werigeldi partem tenebitur, *dict. art. 45. ibi:* Jegliches Weib hat ihres Mannes halbe Busse und Wehrgeld. † Nec enim 3 per interfectionem Agnatæ vel cognatæ tanta infertur injuria heredibus, ac per occisionem Agnati vel Cognati, † quippe per quem familia conservatur ac 4 propagatur, §. *ult. ubi* Dd. *inst. de patr. potest.* quid ergò mirum, † ut pro injuria leviori, minor quoque 5 imponatur pœna, † quæ delicto semper correspon- 6 dere debet, *l. perspiciendum. 11. in pr. l. hodiè. 13. ff. de pœn. l. sancimus. 22. Codic. eod. tit. l. Pedius. 4. §. 1. ff. de incend. l. servos. C. ad Leg. Jul. de vi publ.*

Ita Domini contra N. M. zu Weissenfels/ Mens. Nov. Anno 1597. (Verba sent: So ist N. M. des Entleibeten nechsten Freunden ein gantz Wehrgeld / oder dafern es eine Weibesperson und Mägdlein gewesen/nur ein halb Wehrgeld zu geben schuldig/ꝛc.)

Definit. VI.

Ipsa tamen fœmina si masculum occiderit, integrum tenetur præstare Werigeldum.

1 ERgò nec fœmina, inquies, tenebitur præstare integrum Werigeldum, si ipsa masculum occiderit? † Nimirum ex natura correlativorum, quo- 2 rum idem jus est, *l. legem Juliam. 3. in pr. ubi* Bartol. & Jason. *Codic. de indict. viduit. tollend.* Nicol. Everh. *in topic. loc. à correlat. n.3.* Nicol. Boër. *decis.48. n.3.* † Ast non valet argumentum à correlativis, quando 3 diversa subest ratio, † quæ hoc casu in persona hominis occisi consistit. Nempe, pro fœmina occisa, 4 dimidia saltem Wergeldi pars propterea exsolvitur, quod per ejus interfectionem minor injuria heredibus illata censeatur, ut dixi Defin. *præced.* † Cessat 5 verò hæc ratio in masculo, à fœmina licet interempto, ut mirum haud sit, hoc casu integrum ab homicidii Rea exigi Werigeldum, *h.* Const. *11.*

Ita Domini contra N. N. zu Freyburg / Mense Dec. Anno 1630. (Verba sentent: Sie ist aber des Entleibeten nechsten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten schuldig/ V. N. W.)

Definit. VII.

Exilio punitur Reus, qui propter inopiam Werigeldum exsolvere haud valet.

1 QUid autem, *si condemnatus ad exsolutionem Werigeldi judicato non pareat, nec Werigeldum solvat?* Certè mora hæc occisi heredibus neutiquam 2 præjudicabit, † sed jussu judicis executio in bona condemnati facienda est, secundum *Gloss.* Landrecht 3 *lib.1. art.53. n.6.* † Nisi tanta sit ejus inopia, ut non habeat, ex quo heredibus occisi de Werigeldo satisfieri 4 queat. † Quo casu, pœna in Reum statuta exasperanda vel carcere alioquin puniendus, aut in exilium 5 mittendus erit, † ut saltem per graviorem pœnam judici pariter & occisi heredibus satisfiat, Matth. 6 Berlich. *part.4. concluf.11. n.23.* † Nam & aliàs juris ratio exposcit, ut qui non habet in ære, luat in corpore, *l. si quis id.7. §. in servos. 3. ff. de jurisdict. l. ult. ff. de in jus vocand. l. quicunque 4. C. de servis fugit. l. 1. in fin. ff. de pœn.*

Ita

Ita Domini contra N. N. zu Zwickau / Mens. Sept. Anno 1629. (Verba sent: Derowegen ist er des Entleibten nechsten Freunden ein gantz Wehr-Geld zu entrichten / und die in dieser Sache angewendete Unkosten / auff vorgehende Liquidation und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/und mag hierüber ein Jahr / oder da er das Wehrgeld zu erlegen nicht vermöchte/zwey Jahr lang mit Landesverweisung in Strasse genommen werden / V. R. W.)

Definit. VIII.

Non condemnandus est Reus ad præstationem Werigeldi, judice super homicidio ex officio procedente.

1 ETsi jura Saxonica hæredibus sive consangvineis interfecti Werigeldum adjudicari velint, *supr.* Defin. *1.* attamen procedit hoc tantummodò in
2 casu, quo ipsi mortem interfecti vindicant. †Quod si verò judex ex officio processerit,non petere valent hæredes occisi Werigeldum, Hartman. Pistor. *ob-*
3 *serv. 202.* †Nimirum, quod tacentes, neque injuriam per interneccionem cognati sibi illatam vindi-
4 cantes, eam censeantur remisisse. †Ergò & Werigeldum tanquam pœnam seu mulctam pro injuriâ ejusmodi debitam, Joh. Schneidew. *in §. in summa 10. inst. de injur. n. 4.* Hartm. Pistor. *observ. 203.*
5 *num. 7.* †At nonne judici ex officio procedenti hoc casu cedet Werigeldum? ita quidem sentit
6 Virgil. Pingitz. *quæst. Saxonic. 4. num. 10.* †Sed malè omninò, cum judex ratione injuriæ propriæ, cujus nomine Werigeldum debetur, non habet, quod conqueratur, siquidem ei nulla fuit injuria illata, ut meritò etiam à petitione hujus solatii sit re-
7 pellendus. † Neque publicum interesse urgere valet, cui per pœnam Reo indictam planè satisfactum est.

Ita Domini contra N. N. zu Stolberg / Mens. Dec. Anno 1591. (Verba sentent: So haben sich des Entleibeten Erben solches Wehrgeldes / oder auch nunmehr desselben ihr von Ambtswegen euch nicht anzumassen/V.R.W.)

Definit. IX.

Nisi hæredes occisi vindictam Magistratui commiserint.

1 SEd hoc ita, si hæredes occisi planè tacuerint, nec quicquam fecerint, per quod injuriam per internecionem consanguinei sui sibi illatam, vindicare
2 voluisse videbuntur. † Ergò si vindictam magistratui commiserint, implorantes nempe officium judicis, ut per modum inquisitionis contra Reum procedatur, prout sæpissimè fieri solet, neutiquam eis
3 denegandum erit Werigeldum, † prout demonstravi *in pract. crimin. part. 1. quæst. 34. num. 67.*
4 † tantum enim abest, ipsos injuriam hoc casu remisisse, ut potius auxilium Magistratus implorantes
5 eam citius vindicatam voluerint, † cum per inquisitionem summariè & sublato (quod dicitur) velo absque longo litis sufflamine procedatur, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de accusat. n. 3.* Nicol. Reusn. *lib. 1. decis. 34. num. 32.* Felin. *in cap. inquisitionis. 21. num. 5. extr. de accusat.*

Ita Domini contra L. M zu Grimme / Mens. Majo, Anno 1629. (Verba sent: Daraus so viel zu befinden / daß der Gefangene L. M. der an Benedix Liebman verübten Entleibung wegen / an Leib oder Leben nicht zu straffen. Er ist aber gleichwohl des Entleibten nechsten Freunden ein gantz Wehrgeld zu entrichten / und die in dieser Sachen auffgewandte Unkosten auff vorhergehende Liquidation, und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig / und mag hierüber mit zeitlicher Landesverweisung in Strasse genommen werden / V. R. W.)

Definit. X.

Hæredes necem defuncti haud vindicantes, hodiè se non indignos reddunt hæreditate ejus.

HÆredibus non ulciscentibus mortem occisi 1
tanquam indignis, hæreditatem ejus auferri, de jure civili dubium non habet, per text. *in l. hæredem. 17. ff. de his quib. ut indign. l. 1. minoris. 6. cum ll. seqq. l. cum fratrem 9. cum l. seq. C. eod. tit. l. cum fisco 9. l. 15. l. 22. ff. ad SCtum Syllan. l. 1. ubi* Dd. *ff. de jur. fisci.* †Ne scilicet hæredibus, ab accusatione 2
desistentibus, homicidium remaneret impunitum, † cum judex adversus homicidii Reum procedere, 3
cumq; punire haud poterat, nisi institutâ accusatione & motâ querelâ, Gloss. *in l. 2. §. pen. verb: sine accusatore ff. ad Leg. Jul. de adult.* † jura enim sine 4
accusatore neminem damnari volunt *c. de manifesta 17. caus. 2. quæst. 1. cap. sicut ad extirpandum. 4. extr. de cohab. Cleric.* † Potest tamen hodiè de 5
consvetudine, judex etiam absque accusatione partis ex mero officio ad inquisitionem criminalem & delictorum punitionem procedere, idque facere omninò debet, † adeò ut in hoc negligens ipsemet 6
crimine haud levi se obstringat, Nicol. Reusner. *lib. 1. decis. 15. n. 30.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 39. n. 4.* † Quod & disertè sancitum in Provinciis Electora- 7
tus Saxonici per Ordin. Provinc. *de Anno 1555. tit.* Von Unkosten der peinlichen Rechtfertigung/ *verb.* Da ein Kläger † Ex quo manifestum est, rationem 8
privationis hodiè cessare. An ergò ipsa quoque dispositio juris civilis cessabit? † Negant equidem 9
hoc JCti Wittebergenses, teste Heigio *part. 2. quæst. 34. n. 10. &* Facultas Juridica Lipsiensis.

Quæ hisce formalibus respondit Quæstori Sceudicensi, Mens. Majo, Anno 1615. (Verba sent: Ob wol sonsten niemand zu klagen angehalten werden kan / dennoch aber und dieweil/so wol nach gemeinen beschriebenen Kayserlichen / als nach Sächsischen üblichen Rechten / die Erben und insonderheit die Kinder den Todt des Entleibten bey Verlust der Erbschafft zu vindiciren verpflichtet / und des Entleibten Urban Gunthers Vormund des Mündleins Vatern Todt nicht vindiciren wil / sondern das Ambt solches thun müssen. So seyd ihr seiner Verlassenschafft euch Ambts wegen anzumassen wol befugt / V. R. W.)

† Rectius tamen existimavêre Scabini Lipsienses, 10
privationis pœnam hodiè non amplius obtinere, neque hæredes vindictam necis Magistratui deferentes se indignos reddere occisi hæreditate. † Quæ 11
cessatio rationis ipsum jus cessare facit, *argum. l. adigere. 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron.* Nicol. Everh. *in loco à cessat. rat. num. 2.* † Accedit con- 12
suetudo, quâ jus illud privationis in casu non vindicatæ necis occisi ab ejusdem hæredibus prorsus abolitum est, † teste Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst.* 13
79. n. 8. Nicol. Reusner. *lib. 1. decis. 20. n. 62.* †& dixi 14
de hoc pluribus *in pract. criminali part. 1. quæst. 34. n. 76. & seqq.* †Atq; de hâc Scabinorum Lipsiensium 15
sententiâ minus dubium hodie est in provinciis Electoratus Saxonici, † postquam ea complacuit Se- 16
renissimo Electori Saxoniæ Dn. Christiano II. ita rescribenti Nicolao Höffern, Judici Præfecturæ Zi-

genrüccensis, Mens. August. 1605. (Lieber Getreuer. Uns ist dein Schreiben/Nicol Schmieden/so von Nicol Mösern unlängsten entleibet worden/belangende/fürgetragen worden: Wenn wir denn daraus vermercken/daß des Entleibeten Wittib und Brüder solche Mordthat unsern Ambts-Gerichten zu vindiciren übergeben/so ist hiermit unser Begehren/du wollest dem flüchtigen Thäter mit Fleiß nachtrachten lassen/oder da er nicht zu erlange/den Achts-Proceß/vermöge unserer Landes-Constitution, wider ihn anstellen/und denselben auff unsers Ambts Kosten gebührlichen verführen. Des Entleibeten Wittib aber ihr Gebührnüß/so wol seinen Brüdern das jenige/so ihnen nach Erbgangs-Gerechtigkeit zustehet/unverweigerlich folgen lassen/daran geschicht unsere Meynung/ꝛc.

Ita Domini in causa hæredum Augustini Naumans zu Götzschen/ Mens. Aug. Anno 1622. (Verba sentent: Ist euer Ehemann und Vater vor 14. Tagen von P. K. so nunmehr flüchtig/ ohne gegebene Ursache mit einem Stecken entleibet worden. Da ihr nun dessen Vindication euerm Gerichts-Herrn/ als welchem die Ober-Gerichte zuständig/ anheim stellen würdet/ ꝛc. So wäre der Gerichts-Herr wider den flüchtigen Thäter gebührlichen zu procediren schuldig/ und ihr hättet euch dadurch gedachtes eures entleibeten Ehemannes und Vaters Erbschafft nicht verlustig gemacht/ V. R. W.)

Definit. XI.

Ex hæreditate tamen occisi, heredes ejus, judici inquirenti sumptus suppeditare tenentur.

1 NOn ergò habet Magistratus, quod conqueri possit de intermissâ vindictâ necis perpetratæ, cum ex officio inquirere, Reumque punire possit,
2 † quin & Reipublicæ longè consultius sit, per viam inquisitionis summariæ, & sublato velo, absque longo litis sufflamine, adversus Reum procedi, quàm per processum ordinarium, multas ambages
3 ac circumitiones invehi, † quibus sæpenumerò pœnæ delictorum negliguntur, Nicolaus Reusn. *lib. 1. dec. cis. 24. num. 32.* † Unicum hoc obstare videtur,
4 quod Magistratui ex officio inquirenti fiscus teneatur suppeditare sumptus, quos alioquin hæredes necem vindicantes impenderent; At consultum erit
5 fisco, † si ex hæreditate occisi expensarum fiat restitutio, quæ omninò facienda est ab hæredibus, qui succedunt in bonis occisi, ut dixi *in pract. criminali part. 1. quæst. 34. num. 90.*

Ita Domini ad requisitionem Præfecti Rochlicensis, Mense Decemb. Anno 1630. Verba sent: Wiewohl des Entleibten Wittib und Erben der Vindication ihres Mannes und Vatern Todes sich nicht angemasset/ sondern dieselbe dem Ambte übergeben: So haben sie sich doch dadurch des Entleibten Erbschafft nicht verlustig gemacht Es werden aber gleichwol die auff diesen Proceß gewendete Unkosten auff vorgehende Liquidation und Ermäßigung/ von selbiger Erbschafft billich entrichtet und abgestattet/ V. R. W.)

Definit. XII.

Princeps pœnam occisori remittendo, non præjudicat hæredibus occisi in Werigeldo.

DUbium certè non est, quin Princeps pœnam ex- 1
traordinariam, veluti carceris aut relegationis, occisori mitigare, aut etiam planè remittere possit,
† cum etiam Magistratui inferiori, habenti merum 2
Imperium, hoc jus competat, prout docui infrà Constitut. Elect. *47. Defin. 13. & in pract. criminali part. 3. quæst. 150. num. 75. & seqq.* † Idque eò ma- 3
gis, quod in aliis quoque delictis pœnam corporis afflictivam vel mitigare, vel in aliam pœnam corporalem convertere Principi fas sit; † explosâ senten- 4
tiâ eorum, qui hoc casu pecuniariam solummodò mulctam substituendam arbitrantur, quos contraria observantia refellit Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 20.* † Non tamen venia hæc Principis ad præjudi- 5
cium offensi trahenda est, nec nocet Agnatis occisi, quo minus Wetigeldum per sententiam sibi assignatum exigere valeant, per *l. 2. §. merito 10. §. si quis 16. ff. ne quid in loc. publ.* † Semper enim ho- 6
rum jura manere debent illæsa, ne auferendo ea, Princeps peccet contra naturalem æquitatem, Virgil. Pingitz. *quæst. Saxon. 4. num. 8.* Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 31.*

Ita Domini in causa hæredum Valentini Molleus zu Eulenau/ Mens. Febr. Anno 1630. (Verba sentent: Ist zu recht erkannt worden/ daß Hans Saller wegen der an eurem Bruder begangenen Entleibung/euch den nechsten Erben ein gantz Wehrgeld zu entrichten schuldig sey/ und möchte hierüber auff zwey Jahr lang des Landes verwiesen werden. Wenn nun gleich die hohe Landes-Fürstliche Obrigkeit ihme solche Landesverweisung aus Gnaden erlassen hätte/ so möchte euch doch dasselbe zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ sondern es wäre bemeldter Hans Saller euch das zuerkannte Wehrgeld nochmahls zu erlegen schuldig/ V. R. W.)

Constitutio XII.

PARTIS QUARTÆ.

Ob in Sachen des Todtschlags die erfolgete Straffe andere Zusprüche/ so auff Gerichts-Kosten und Abtrag gerichtet/auffhebe?

Punito ob Homicidium Reo, an ad expensas quoque litis & damna agi possit?

SAnn jemands wegen eines begangenen Todtschlags auff peinliche Beschuldigung am Leben oder aber auch nach Gelegenheit/ mit Abhauung der Hand/ oder Staupenschlägen gestraffet und verwiesen/ derselbe soll des umbgebrachten Söhnen/oder

SI quis, ob homicidium commissum criminaliter accusatus, more mulctetur, vel pro modo delicti amputatione manus, aut fustigatione seu virgarum castigatione, eum in expensas litis, vel damna

nechſten Freunden / die Gerichts-Koſten oder andern Abtrag zu geben nicht ſchuldig ſeyn. Würde aber der Thäter mit obgedachten Lebens- oder Leibes-Straffen verſchonet / und doch ſonſten unſerer Lande / wegen ſeiner Verbrechung / verwieſen / auf ſolchen Fall ſoll er des verſtorbenen Söhnen / oder den Schwerdt-Magen / welche ihn beklaget / die auffgewandte Gerichts-Koſten / iedoch auff vorgehende rechtliche Ermäſſigung / zu erſetzen pflichtig ſeyn / und ſol alſo in unſern Landen hinführo erkannt und geſprochen werden.

damna filiis, vel agnatis interfecti præſtanda, condemnari nolumus: Qui verò mortis aut corporis pœnâ non afficitur, ſed tantùm è ditionibus noſtris relegatur, eum in expenſas quoque litis, à judice æſtimatas, filiis vel agnatis interemti, qui eum accuſarunt, ſolvendas condemnari, atque ita imposterum judicari mandamus.

DEFINITIONES.

1. *Reus homicidii ad mortis ſupplicium vel pœnam corporis afflictivam condemnatus, non tenetur reſtituere expenſas judiciales.*
2. *Sicuti nec alterius cujusq; criminis Reus, qui morte vel pœnâ corporis afflictivâ plectitur.*
3. *Cujusq; criminis rei condemnandi ſunt in expenſas judiciales, quando relegatione, carcere aut mulctâ pecuniariâ puniuntur.*
4. *Expenſas factas in probatione defenſionis ipſemet Reus tenetur reſtituere, quantumvis pœnâ mortis vel corporis afflictivâ plectatur.*
5. *Incarceratus ipſemet de victu ſibi proſpicere tenetur.*
6. *Subditi ex conſvetudine obſtricti ad præſtationem expenſarum criminalium, non ſolvunt eas, ſi Reus extra locum judicii puniatur, niſi conſvetudo ſpecialis de hoc caſu doceatur.*
7. *Alimenta Viduæ interfecti non debentur ex bonis homicidæ capite puniti.*
8. *Exceſſus defenſionis ſemper pœnâ ordinariâ, at exceſſus inculpatæ defenſionis extra ordinem pro arbitrio judicis coërcetur.*
9. *Actio ex delicto deſcendens non tranſit ad hæredes, ne quidem rei perſecutoria ante litis conteſtationẽ.*
10. *Ebrietas modica non excuſat homicidam à pœnâ ordinariâ.*

DEFINIT. I.

Reus homicidii ad mortis ſupplicium vel pœnam corporis afflictivam condemnatus, non tenetur reſtituere expenſas judiciales.

1 VIctus equidem victori in expenſas condemnari debet, *cap. finem litibus 5. extr. de dolo & contum. l. properandum. 13. §. ſive autem alterutrâ parte 6. C. de judic. ubi* Dd. *l. eum, quem temere 79. in pr. ff. de judic.* † Ergonè etiam Reus homicidii de crimine confeſſus vel convictus? Non certè putaverim, † quia nunquam temerè & malitiosè præſumitur litigare, qui ſangvinem ſuum vult tueri, *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſibi conſciv.* Bald. *in Auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler. num. 13.* † At ſola temeritas litigatorum reſtitutione expenſarum coërcetur, *dict. l. eum qui temerè 79. in pr. ff. de judic.* Specul. *in tit. de expenſ. verſ. poſtremò dicendum reſtat. num. 7.* † Rectiſsimè ergò homicidii Reum, ad mortis ſupplicium vel pœnam corporis afflictivam condemnatum, ab onere expenſarum judicialium eximit Illuſtriſsimus Saxoniæ Elector, *hâc* Conſtitut. *12. in princ.* † Reus etenim ſuſtinens pœnam mortis vel corporis afflictivam, in foro Saxonico judici pariter atque actori ſatisfacit juxta Gloſſ. *German.* Landr. *lib. 2. artic. 31. num. 4. & addit. latin.* Gloſſ. Landr. *lib. 3. art. 45. num. 4.* † Meritò itaque ceſſat exactio expenſarum judicialium, quæ ipſa quoque pars pœnæ perhibetur, † idque tantò verius in caſu indicti ultimi ſupplicii, quantò certius eſt, mortem omnia ſolvere, *Novell. 22. cap. 20.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 214. num. 4.* Matth. Weſenb. *in pr. inſt. de publ. judic. num. 11.* Johann. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 62. num. 10.*

1 2 3 4 5 6 7 8

Ita Domini ad requiſitionem Præfecti Rochlicenſis, Menſe Majo, Anno 1607.
Domini Comitis à Mansfeld zu Artern / Menſ. Martio, Anno 1625
Senatus in Mügeln / Menſ. Mart. Anno 1612.
Rudolphi à Ponickau / Menſ. Januar. Anno 1628.

DEFINIT. II.

Sicuti nec alterius cujusq; criminis Reus, qui morte vel pœnâ corporis afflictivâ plectitur.

LOquitur tamen Saxo Illuſtriſsimus *hâc* Conſtit. 1 *12.* ſpecialiter de Reo homicidii. † An ergò cum 2 Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 10. num. 17.* & Hieronymo Panſchman. *in conſilio ſcripto Senatui Lipſienſi in cauſa Adolphi* Weinhauſen / *quæſtion. 1. n. 190.* in reliquis delictis; puta furto, incendio, veneficio, &c. aliud obtinere dicemus? Non certè, † ex 3 identitate ſaltem rationis, quæ hoc in caſu, quo furti, incendii aut veneficii Reum mortis ſupplicio vel pœnâ corporis afflictivâ plecti videmus, petitionem expenſarum non admittit; † ut rectiſsimè ſentiunt 4 Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 23. num. 17. & ſeqq. junct. num. 20.* Dan. Moll. *hîc num. 7.* Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 11. n. 6. & ſeqq.* † Nempe, quod pro 5 ſangvine ſuo redimendo nemo fruſtra litigaſſe cenſeatur, *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. ſentent. mortem ſibi conſciv.* ut proinde temerarius litigator, qui oneri expenſarum ſubjacet, haberi haud debeat, Defin. *præced.* † Quin & fieri vix poteſt, ut Reus ad 6 pœnam corporalem condemnatus, reſarciendo expenſas in proceſſu criminali factas, ultra pœnam, partem bonorum ſuorum non amittat, † contra 7 *Auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat. Novell. 17. cap. 12. Novell. 134. cap. fin. artic. 218.*

Ordin. Crimin. Carol. V. Imper. siquidem ex bonis Reorum sumptus repetendi essent.

Ita Domini contra N. N. zu Bitterfeld/ Mense Jul. Anno 1588. (Verba sent: Da N. N. berührter Deuben halber peinlich gestrasset würde; So wären seine Erben den Werth der gestohlenen Pferde und die auffgewendeten Unkosten zu erstatten nicht schuldig / V. R. W.)

Definit. III.

Cujusque criminis Rei condemnandi sunt in expensas judiciales, quando relegatione, carcere aut mulctâ pecuniariâ puniuntur.

1 ALiud omninò dicendum, si Reus alicujus criminis non pœnâ aliquâ corporis afflictivâ, sed civiliter, puta relegatione, carcere, vel mulctâ pecu-
2 niariâ plectatur; † quem simul ad restitutionem expensarum teneri probat disertè *hæc* Constitut. *12. §.* Würde aber der Thäter. Matth. Wesenbec. *ad princ. num. 11. instit. de publ. Judic.* Joach. à Beust.
3 *ad l. 3. num. 34. vers. sed quando ff. de injur.* † Rectissimè sanè; quia hoc casu restitutio expensarum est pœnæ augmentum, ut metuendum non sit, ultra pœnam, bonorum partem amitti, contra *Auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat. & artic. 218.* Or-
4 dinat. Criminal. † Nec pro redimendo sangvine videtur litigâsse, cui propter delictum commissum
5 sangvinis pœna non venit irroganda. † Cessat ergò hoc in casu ratio, quæ aliàs Reum ad pœnam corporis afflictivam condemnatum, à restitutione
6 expensarum liberat, de quo dixi Definit. 1. † Quidni igitur ipsa quoque juris dispositio cessaret? *l. adigere 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron.* Jason. *in l. quod dictum 32. num. 2. ff. de pact.*

Ita Domini contra N. N zu Trewen/ Mens. Jun. Anno 1598. (Verba sent: Er ist aber gleichwol des Entleibten nehesten Freunden ein Wehrgeld und dem Richter das höchste Gewette/ nebens Erlegung der Gerichts-Kosten / auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et contra N. N. zu Eißleben / Mens. Decemb. Anno 1631. (Verba sent: Man wolte ihme denn in Ansehung des ausgestandenen Gefängniß die Leibes-Strasse erlassen/ so wird er allein mit ewiger Landesverweisung in Strasse genommen / und ist auch auff solchen Fall zugleich die auff die gantze Sache gewendete Unkosten auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. IV.

Expensas factas in probatione defensionis, ipsemet Reus restituere tenetur, quantumvis pœnâ mortis vel corporis afflictivâ plectatur.

1 ETsi judiciales expensæ exigi nequeant à Reo ad supplicium mortis vel pœnam corporis afflictivam condemnato, prout dixi *supr.* Definit. *1. & 2.*
2 † Secus tamen res se habet in sumptibus, quos Reus
3 in probatione defensionis suæ impendit. † Ad horum enim restitutionem delinquentes indifferenter teneri, quantumvis mortis supplicio vel pœnâ corporis afflictivâ plectantur, practica fori Saxonici
4 hactenus comprobavit: † Justâ certè ex causâ; Quia scilicet probationes defensionum ipsimet Rei sumptibus suis debent implere ex Sanctione Imperatoriâ *in* Ordinat. Criminal. Carolina, *art. 47. vers.* Und so der Gefangene. Simon. Ulric. Pistor. *in addit. ad* Hart. Pistor. *observ. 153. num. 5.* † Nisi in 5
bonis tantum non habeant Rei, quantum ad deductionem innocentiæ sufficiat, † quo casu ne inde- 6
fensi remaneât, sumptus ex fisco suppeditari debent, jubente Carolo V. Imper. *dict. art. 47. vers.* Wo aber der Verklagte/ *& art. 154. verb.* Auff des Gerichts oder derselben Obrigkeit Darlegen und Kosten / &c.

Ita Domini in causa N. N. zu Eißleben / Mens. Decemb. Anno 1631. (Verba sententiæ: Er wird aber gleichwol willkührlich entweder mit Staupenschlägen / oder aber mit Abhauung einer Faust / der er am besten entrathen kan / des Landes ewig verwiesen / darneben er auch die auff seine defension gewandte Unkosten abzustatten pflichtig ist / V. R. W.)

Et ad requisitionem Sigismundi à Wißleben / Mens. Febr. Anno 1631. (Verba sentent: Ob wohl euer Unterthaner wegen seiner Verbrechung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet worden / dahero seine Erben zu Abtragung derer auff den peinlichen Proceß gewendeten Gerichts-Kosten nicht verbunden. Da aber dennoch der Gerechtfertigte seine Unschuld vor der Execution der Todesstrafe ausführen wollen / und Zeugen abhören lassen / dahero noch mehr / wiewohl vergebliche Unkosten verursachet worden / &c. So wären des Gerechtfertigten Erben angeregte Unkosten / so viel derer auff das defension-Gezeuguiß auffgewendet werden müssen/ abzustatten schuldig / V. R. W.)

Definit. V.

Incarceratus ipsemet de victu sibi prospicere tenetur.

NOn valet incarceratus alimenta petere à judice t
vel Magistratu, sed ipsemet sibi de victu aliisque necessariis prospicere ac providere tenetur, per tradita Par. de Puteo *in tract. Syndic. verb. an carceratus.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 6. num. 106. & part. 2. decision. 281.* Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 36.* † Modò habeat incarceratus, I
unde se exhibere queat: Cæteroquin, si adeò sit in-
ops, ut alimenta deficiant, † ex publico hæc ipsi 3
erunt administranda, siquidem judex proprio motu Reum incarceravit, *l. judices 9. C. de episcop. audient.* Nicol. Boër. *decis. 303. num. 2.* † Nam ad 4
alterius instantiam incarceratus exhibendus est per incarcerari facientem, Felin. *in cap. 1. n. 9. extr. de lib. oblation. & in cap. ex rescripto 9. in fin. extr. de jurejur.* Matth. Coler. *dict. part. 2. decis. 281. num. 1. & de process. execut. dict. cap. 6. num. 106.* † Quin, 5
etsi incarceratus habeat, unde se alere possit, actor tamen, qui eum incarcerari fecit, in foro Saxonico tenebitur ad restitutionem alimentorum, si inquisitus fuerit absolutus ex Ordinat. provinc. Elector. Saxon. *de Anno 1555. tit.* Von Unkosten der peinlichen Rechtfertigung *in princ.* Coler. *dict. decis. 281. num. 6.*

Ita Domini in causa V. à B. zu Torgau/ Mense April. Anno 1633. (Verba sentent: So viel aber V. von B. anlanget / wird derselbe nach Inhalt unsers gesprochenen Urtheils / iedoch wenn er zuvor die auff seine Per-

ne Person gewendete Zehrung und Kosten abstattet / inmassen er zu thun schuldig / der Hafft billich entlediget / V. R. W.)

Et in causa Thomæ Möckels contra Christoph Löblern zu Schwartzberg / Mens. Majo, Anno 1636.

Definit. VI.

Subditi ex consvetudine obstricti ad præstationem expensarum criminalium, non solvunt eas, si Reus extra locum judicii puniatur, nisi consvetudo specialis de hoc casu doceatur.

1 ODiosa certè est consvetudo, quâ subditi ad expensas criminales obstringuntur, Ordin. Provinc. Saxon. *de Anno 1555. tit.* Von Unkosten der peinlichen Rechtfertigung. §. Wäre aber. Petrus Heig. *part. 2. quæst. 23. num. 9.* Jul. Clar. *lib. 5. sent.*
2 *tent. §. ult. quæst. 99. num. 5.* † Ergò restringenda potiùs quàm extendenda, *c. odia 15. de reg. jur. in 6 sexto.* Heig. *dict. loc. num. 10.* Gars. *de expens. cap. 9.*
3 *num. 7. & seqq.* † Ex quo fit, ut si in genere demonstretur, subditos per longævam consvetudinem sumptus executionis criminalis, vulgò das Hencker-Geld / sustinuisse, ea non nisi de hoc casu intelli-
4 gi debeat, † quo scilicet Reus ultimo supplicio, vel pœnâ corporis afflictivâ plectitur, ut dixi *in pract.*
5 *criminal. part. 3. quæst. 138. n. 73.* † Pariter, nec consvetudo ejusmodi ad hunc casum trahenda est, quando extra judicii locum, alibi adversus delinquentem à Magistratu tamen loci inquiritur, nisi de
6 hoc casu specialiter probetur observantia. † Nam consvetudo juri communi contraria non de casu ad casum, aut de personâ ad personam, neque de loco ad locum extendenda, sed quantum fieri potest, strictissimè interpretanda est, Bald. *in Auth. qui rem. circa fin. & ibi* Jason C. *de SS. Eccles.* Roland. à Vall. *lib. 1. consil. 55. n. 13.*

Ita Domini in causa der Gemeine zu Klein-Zschocher / Mense Decembr. Anno 1633. (Verba sentent: Wenn ihr gleich aus einer beständigen eingeführten Gewohnheit die in peinlichen Inquisition-Processen nothwendige Unkosten zu tragen pflichtig wäret / &c. So möchtet ihr doch solche / auffn Fall es nicht gleichesfalls in specie also durch eine beständige Gewohnheit eingeführet und herbracht / in gegenwärtigem Fall / und da in andern Gerichten von eurem Erb- und Lehen-Herrn inquiriret wird / zu entrichten nicht angehalten werden / V. R. W.)

Definit. VII.

Alimenta Viduæ interfecti non debentur ex bonis homicidæ capite puniti.

1 CUm Reus quidam de homicidio convictus & confessus fuerat, occisi Vidua petebat alimenta ex bonis occisoris, cui propterea videbatur annuen-
2 dum, † quod per pœnam publicam delinquenti irrogandam, non tollatur persecutio civilis ad damna & interesse hæredum, prout disputant Hippolyt. de Marsil. *cons. 115. & singul. 575.* Ludovic. Carer. *in pract. criminal. §. homicidium num. 37.* & Prosper Farin. *in prax. crimin. quæst. 1. num. 64. & seqq.*
3 *quæst. 10. num. 61. quæst. 22. num. 30.* † Nec tueri sè potuisset occisor præstatione Werigeldi, si hoc ipsi fuisset injunctum cum pœnâ quâdam civili, † quippe 4 quod hoc debeatur hæredibus pro injuria per internecionem Agnati sibi illata, Joh. Schneidew. *in §. in summa 10. instit. de injur. num. 4.* Hartm. Pistor. *observat. 203. num. 7.* † Ergò per id nil quicquam 5 præjudicatur viduæ, quæ non hæres mariti existeret, sed alimenta saltem petebat ab hæredibus mariti. † Attamen cum occisori ob delictum perpetratum 6 pœna ordinaria, vel etiam corporis afflictiva veniebat imponenda, contra Viduam pronunciârunt Domini, † ex eo, quod ultra pœnam mortis vel cor- 7 poris afflictivam, Reus ejusve hæredes nil amplius præstare teneantur, *ex h.* Constit. *12. in verb.* Die Gerichts-Kosten oder andern Abtrag zu geben nicht schuldig seyn. Hartm. Pistor. *observ. 92.* Perr. Heig. *part. 2. quæst. 23. n. 20.*

Ita Domini in causa Marien Höfels zu Eibenstock / Mens. Jun. Anno 1626. (Verba sentent: Hat Nicol. Mihla euren Ehemann freventlicher Weise entleibet / deßwegen wider ihn inquiriret worden. Ob ihr nun wohl aus seinen Gütern eure Alimenta zu fordern Willens seyd / in Betrachtung / daß ihr sonsten durch andere Mittel / nachdeme euer Ehemann nicht mehr verhanden / euren Unterhalt nicht haben könnet / &c. So ist doch bemeldter Nicol Mihle / weil ihm seiner Begünstigung wegen die Straffe des Schwerdts zuerkannt / oder auch nach seinem Tode dessen Erben euch einigen Abtrag oder Alimenta zu geben nicht schuldig / V. R. W.)

Definit. VIII.

Excessus defensionis semper pœnâ ordinariâ, at excessus inculpatæ defensionis extra ordinem pro arbitrio judicis coërcetur.

OB excessum moderaminis tutelæ inculpatæ, 1 etiam dolo manifestissimo commissum, nunquam infligi pœnam homicidii ordinariam, quæ est gladii, probatum dedi in *pract. crimin. part. 1. quæst. 29. num. 29. & seqq.* † Eaque communis est Dd. 2 sententia, Mar. Solom. *in l. 3. num. 11. ff. de just. & jur.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. homicidium num. 34.* Virgil. Pingitz. *quæst. 59. num. 5.* Andreas Gail. *lib. 2. observ. 110. num. 15.* Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 18. num. 2.* † Sed excessus defensi- 3 onis mortis supplicio regulariter coërcetur, per text. *in artic. 142.* Ordin. Crimin. Carol. ut demonstravi *in dict. quæst. 29. num. 34.* † Differunt 4 nimirum excessus defensionis & excessus inculpatæ defensionis, ut probavi ex Mar. Salom. *in pract. crimin. part. 1. quæst. 28. num. 17. & quæst. 29. num. 34.* † Iste enim nec offensionem veram nec ali- 5 quam defensionem: Hic verò qualem qualem defensionem præsupponit, † ut mirum certè haud sit, 6 istum pœnâ ordinariâ, veluti homicidium non defensivum; Hunc verò mitius extra ordinem coërceri. † Nec enim certa potest indifferenter definiri 7 pœna omni excessui moderaminis inculpatæ tutelæ, cum hoc semper æquale non sit. Consistit nempe id in eo, † ut offensioni sit proportionata defensio, 8 quæ proportio consideratur, † *tùm* in armis, ut eo- 9 rum non quidem omnimoda, sed tantum proportionata sit æqualitas, Andreas Gail. *lib. 2. observat. 110.*

Matth. Wesenb. *vol. 1. consil. 19. num. 15. & 52.* Prosper. Farin. *part. 5. oper. criminal. quæst. 125.* Marc. Salom. *in repetit. l. 3. num. 6. & seqq. ff. de*
10 *just. & jur.* † *tùm* in tempore & modo, ut fiat statim in continenti, nec ultra, quàm exposcit salutis conservatio, ne incidat in ultionem, quod si fiat, pœna aliqua verùm extraordinaria & mitior veniet imponenda, eò, quod fuerit difficile tenere modum, & continere sese intra terminos defensionis, *l. qui cum 14. §. si libertus 6. ff. de bon. libert. l. Gracchus 4.*
11 *C. de adult.* † Ex quo satis liquet, ob circumstantiarum varietatem excessui moderaminis inculpatæ
12 tutelæ nunquam certam pœnam posse definiri, † ut proinde hâc in re multum sit tribuendum judicis
13 arbitrio, † prout demonstravi pluribus *in pract. criminal. part. 1. quæst. 28. 29. 30. 31. Vid.* Marc. Salomon. *in l. 3. n. 20. ff. de just. & jur.* Panorm. *in c. olim. 12. extr. de restit. spoliat.* Nicol. Boër. *decis. 168. n. 6.* Jacob Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 277. num. 5.*

Ita Domini contra H. S. zu Saltza / Mens. Sept. Anno 1588. in qua sententia perseverârunt, requisiti ab Illustrissimo Saxon. Electore Dn. Christiano I. insertis rationibus, literis responsoriis, quas pro informatione arbitrii judicis verbotenus apponere placet:

P. P. Gnädigster Churfürst und Herr/ Eur. Churfürstl. Gn. gnädigstes Schreiben/ &c. und Befehlich am Dato Torgau den fünften dieses Monats Octobris, ist uns zusamt des Schössers zu Saltza beygelegtem Bericht / und unser gesprochen Urtheil/ des daselbst gefangenen Nadlers-Gesellen / Hansen Schreyers von Dreßden/ an seinem Meister Hansen Lengestadt zu Denstädt begangene Entleibung betreffende/ den 17. desselben zukomen/ welchen wir mit schuldiger Ehrerbietung angenommen/ und seines Inhalts unterthänigst verlesen.

Und nachdem darin gemeldet/ daß es Euer Churfürstl. Gnad. davor gnädigst halten/ als ob in gedachtem unserm Urtheil etwas zu hart gesprochen/ und derowegen begehret/ daß wir uns Inhalts der Frage anderweit eines vergleichen/ oder Ew Churfürstl. Gn. die Ursachen/ so uns zu solchem Urtheil bewogen / unterthänigst zu erkennen geben sollen: So haben Ew. Churfürstl. Gn. gethanem gnädigsten Befehlich zu schuldiger gehorsamer Folge/ wir diese Tage/ da wir alle wieder zusammen kommen / (denn etliche unsers Mittels wegen Leibes-Schwachheit eine Zeithero nicht ausgehen können/) die uns überschickte Frage/ beneben den beygelegten Acten von neuen sämtlich durchlesen / und mit gebührendem Fleiß bewogen.

Und ob wohl die Zeugen berichtet haben/ daß der Entleibete den gefangenen Thäter zwier vor einen Schelm gescholten/ und mit der lincken Hand ins Angesicht geschlagen/ auch mit einem Messer nach ihme gestochen/ und ihn in die Stirn getroffen/ uñ es also das Ansehen/ daß der Gefangene dadurch zur Gegenwehr verursacht; Dieweil aber gleichwol aus etlichen Umständen abzunehmen / daß der gefangene Thäter anfänglich den Hader geursachet/ auch nicht in Gefahr seines Lebens gewesen/ sondern sich wol sonsten retten können / und also gar einen grossen und vorsetzlichen Excess begangen; So haben wir nochmals meistentheils wie zuvor (da auch etliche unter uns einer andern Meynung gewesen/) auff die vorige Straffe geschlossen.

Dann erstlich erscheinet beydes aus des Gefangenen selbst/ so wol der Zeugen Aussage/ daß sich der gantze Hader wegen der frembden Gesellen erhoben/ dessen der Gefangene nicht geringe Ursache gewesen/ daß er sich nicht allein zu denselben wider des Meisters Willen gehalten/ sie ausgeschankt/ auch seines Abwesens in sein Hauß geführet/ ungeacht/ daß sie seinem eigenen Bekäntniß nach/ sich auff den Meister unnütze gemacht/ uñ er von demselben verstanden/ daß der eine nicht redlich wäre/ sondern sie auch vertheidigen wollen/ und dem Meister aus ihrem Bericht selbst aufgerückt/ als hätten etliche Meister zu Erfurt ihn gescholten/ daß er über 14. Tage keinen Gesellen fordern dürfte/ ihme ferner für geworffen / wie er zu Braunschweig gehöret / als solte er die Gesellen schlagen/ und darauf mit ihme/ vermöge seiner eigenen Aussage/ zu rechnen begehrt / und ihme dem gemeinen Sprichwort nach/ den Stuhl vor die Thür gesetzt/ welches den Meister/ wie leichtlich zu erachten / übel verdrossen / und zu Zorn bewegt.

Qui autem alium verbis vel factis injuriosis, aut contumeliosis ad iram provocat, dicitur esse in magnâ culpâ, Cravett. consil. 329. num. 11. & Hippol. de Marsil. consil. 60. num. 12. Et censetur autor rixæ, Bald. consil. 343. incip. super quæstion. lib. 2. allegans Aristotelem, dicentem: Quod non incipit, qui irâ aliquid facit, sed qui ad iram provocat. Nec gaudet beneficio excusationis per defensionem; Cùm ipse fuerit causa mali, l. 1. §. cum arietes 11. ff. si quadr. pauper. & l. quoniam multa facinora 6. C. ad leg. Jul. de vi publ. E. lex fingit, eum non fuisse in discrimine vitæ, argum. l. non fraudantur 134. §. nemo 1. & l. nemo damnum 151. ff. de reg. jur. Ideoq; non obstat, quod dicitur, defensionem permissam esse; Quod intelligendum est, nisi offensio justè inferatur; Nam tum defensio non est concessa, sed punienda, Francisc. Alvarot. consil. 24. incip. Felissius num. 23. par. 2. Cons. Crimin. allegans l. milites 13. ff. de re milit. & alia Jura ut ibi per eum. Hinc Odofred. in d. l. quoniam multa facinora 6. in fin. C. ad L. Jul. de vi publ. notat: Quod is, qui provocat aliquem ad violentiam, ipse est autor cædis, & tenetur de omnibus, etiam non cogitatis, & calor iracundiæ non excusat eum, quando fuit causa rixæ; quem allegat & sequitur D. Wesenbec. consil. 19. num. 48. Unde is, qui alteri primò injuriam, sive verbis, sive facto infert, si vicissim ab illo injuria afficiatur, hanc injuriã magis à se ipso, quàm ab adversario accepisse intelligitur, Hippol. dict. consil. 68. num. 12. allegans ad hoc dictum Panor. in c. Clerici 2. in princ. extr. de Vit. & honest. Cler. ubi inquit: Quod aggressor mortuus ab aggresso, magis videatur ex se ipso mortuus, quàm ab aggresso. Fac. Vulg. Reg. Quod dans occasionem damni, ipsum damnum dedisse videtur. Item, damnum, quod quis suâ culpâ sentit, sibi & non aliis imputare debet.

Darum der Entleibete dißfalls billicher / als der Gefangene/ pro provocato zu achten / und wohl entschuldiget zu halten / daß er auff desselben ver-

verurſachen/ wegen der ihme zugemeſſenen Ehrenrührigen Aufflagen / im Zorn und aus bewegtem Gemüth ihn wieder geſcholten / auch endlichen geſchlagen. *Provocatus enim videtur excuſatus de eo, quod irâ commotus contra provocantem fecit, Hippo. in Pract. Criminal. §. Quoniam. num. 62. & ſequent. cum reus. num. 67. num. 57. Quia ignoſcendum eſt ei, qui provocatus ſe voluit ulciſci, per text. elegantem in l. qui cum major. 14. §. ſi libertus. 6. ff. de bon. libert. & l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad leg. Aquil. cum periculum famæ & vitæ æquiparetur, l. juſta 9. ff. de manumiſſ. vindict. non minus defenſio proprii honoris, quàm ipſius vitæ conceſſa eſt, Clar. libr. 5. recept. ſentent. num. 26. & quod provocato liceat inferre injuriam incipienti rixam, tenet & probat Modeſt. Polent. conſil. 83. num. 28. in 2. part. conſ. crimin.*

Zum andern/ ſo berichtet der Schöffer zu Saltza in ſeiner Frage / daß der Entleibte eine faſt geringe Perſon geweſen / *item*, daß er den Gefangenen mit einem Brodtmeſſer geſtochen/ und nur ein klein Flecklein auff die Stirn geritzt / wie denn in deſſelben Auſſage gleicher Geſtalt gemeldet/ dagegẽ der Gefangene den Entleibten mit einer mördlichen Wehre/ als einem zweyſchneidigen Dolch an einẽ gefährlichen Orte tödtlich verwundet / und nach Inhalt des Balbierers Auſſage einer viertel Ellen tieff ins Hertze geſtochen/ daß er alsbald verſtorbẽ/ und nicht mehr als dieſe Wort geredt: Ach wie ſtichſt du mich. *Ex conjecturis autem; Item ex qualitate perſonarum; Item armorum & vulnerum, atque ex modo percuſſionis, & loco vulneris, colligitur animus occidendi vel contra, Weſenbec. dict. conſil. 29. num. 9. Bartol. & Dd. in l. 1. §. divus 3. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. 1. C. eod. tit. Et in dubio robuſtior & junior præſumitur autor rixæ, & aggreſſor, Gramma. conſil. 29. lib. 2. & conſil. 24. n. 4. Quemadmodum & is, qui meliora & potiora arma habet, Carrer. in practic. criminal. fol. 18. num. 65.*

Weil dann der Entleibete den Gefangenen nur mit einem Brodtmeſſer ein wenig geritzt/ ſo iſt nicht vermuthlich/ daß er ihn umzubringen willens geweſen. *Non enim cenſetur habere animum occidendi, qui cultello domeſtico vel cœnatorio aliquem cædit, Weſenbecius d. conſil. 19. numer. 9. allegans gloſſ. in verb. cultellos minores, in Auth. de arm. §. prohibemus. & ibi Angel. & Dd. Bartol. in l. 1. & fin. ff. ad l. Jul. de Vi publ.* Bey dem Gefangenen aber iſt ein Gegenſpiel/ *animus & propoſitum occidendi tam ex contrariis qualitatibus & circumſtantiis ſuprà relatis, quàm ex eventu* unzweiflich zu *præſumiren; Talis enim præſumitur animus & voluntas præcedens, qualis colligitur ex facto, quod ſequitur, l. ſed & Julianus 7. §. proinde 7. ff. ad SCt. Maced. l. ſi ſervus plurium. 50. §. fin. ff. de legat. 1. & l. poſt contractum. 15. ubi Bart. ff. de donat.*

Zum dritten / ſo berichten die erſten zween Zeugen einſtimmig / daß der Erſte / als der Hüter / in deß Hauſe die That geſchehen/ alsbald wie der Entleibete auff den gefangenen Thäter geſtochen / ihme in die Arme gefallen / und ihn zurück geſtoſſen. Daraus zuſehen/ daß der Gefangene damals in keiner fernern Gefahr/ vielweniger *in periculo vitæ* geſtanden/ und alſo/ wañ er auch gleich *in terminis licitæ defenſionis* geweſen/ das *moderamen inculpatæ tutelæ vel legitimæ defenſionis* in viel wege heftig überſchritten. *Hoc enim moderamen ſecundum gloſſ. l. 1. in verb. moderatione. C. ad l. Cornel. de Sicar. Carrer. dict. loc. numer. 2. Clar. d. §. homicidium. numer. 34. in tribus conſiſtit: Primò, in factorum æqualitate; quod debet pariter & æquâ lance reſiſti. Secundo in temporis congruentiâ; quod fieri debet defenſio eo tempore, quo infertur injuria. Tertiò in neceſſitate inevitabili, hoc eſt, tantum facere debet, quantum oportet pro defenſione, & non plus: quod ſi poteſt evadere percutiendo, non debet occidere, ſecund. Modeſt. Polent. d. conſil. 83. n. 32.* Nun iſt *ex ſupra relatis* zu ſehen/ daß der Entleibte eine geringe Perſon geweſen/ und keine andere Wehre als ein Brodmeſſer gehabt/ und dem Gefangenen auff ſeine Verurſachung ein klein Ritzlein damit an die Stirn zugefügt/ und darauf alsbald der eine Zeuge ihme in die Arme gefallen/ und ihn zurücke geſtoſſen/ und darnach erſt der Gefangene/ vermöge der andern beyden Zeugen Ausſage / und alſo zu der Zeit/ da er in keiner fernerer Gefahr geweſen / ihn mit einer mördlichen Wehre alsbald erſtochen und umbracht.

Weil dann das Sächſiſche Recht *pro doloſa vulneratione pœnam amputationis manus ſtatuit, artic. 16. lib. 2.* Landrecht / und ſolche Straffe auch *in homicidio ob magnum & doloſum exceſſum, aut ſi defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ factam eſſe non plenè probetur*, in dieſem Lande gebräuchlich; *ut teſtatur Conſtit. lib. 4. cap. 8. & 11. & D. Jacob à Beuſt. in tractat. de jurejur. in repet. l. admonendi. 31. num. 119. Quæſt. Qualiter quis ſit puniendus, ſi aſſerat ſe ad defenſionem,* und *Carrer. in pract. Crimin. fol. 251. num. 2.* dahin ſchleuſt: *Quando pœna ordinariæ, vel capitis ex causâ mitigandæ eſt, imponi debere pœnam conſuetam & ſolitam*, und hierüber in der *Fundation* dieſes Euer Churfürſtlichen Gnaden Schöppenſtuhls ausdrücklich verſehen/ daß die *Homicidia* mit ſonderlichem Ernſt und Eyffer geſtrafft werden ſollen.

So haben wir es meiſtentheils darvor geacht / daß der Gefangene nach Gelegenheit dieſes falls / und wegen angezogener Umſtände/ mit dergleichen Straffe auch nicht unbillich zu belegen ſeyn ſolte. *Quemadmodum in caſu non admodum diſſimili eandem pœnam dictatam fuiſſe cuidam, qui alium, à quo alapam acceperat, ſtatim pugione confoderat, refert D. Matth. Coler. in tract. de proceſſ. executt. part. 1. cap. 9. num. 55.* Welches Euer Churfürſtlichen Gnaden auff derſelben gnädigſtes Begehren wir unterthänigſt zu vermelden nicht unterlaſſen ſollen/ und ſeynd Euer Churfürſtlichen Gnaden unterthänigſte uñ gehorſamſte Dienſte höchſtes Fleiſſes zu erzeigen iederzeit gantz willig und pflichtig. Geben Leipzig den letzten Octob. Anno 1588.

DEFINIT. IX.

Actio ex delicto descendens non transit ad hæredes, ne quidem rei persecutoria ante litis contestationem.

1 CErti juris est, actiones ex delictis descendentes contra hæredes delinquentis non transire,
2 nisi vel litis contestatione cum reo facta, † vel eatenus tantum, quatenus ad hæredem pervenit, §. *non autem 1. vers. ex maleficiis. inst. de perpet. & tempor. action. l. omnes pœnales 26. junct. ibid.* gloss. *ff.*
3 *de act. & obligat. l. 1. in pr. ff. de privat. delict.* † Quod nec aliter se habet in actionibus rei persecutoriis, & saltem pro ipsâ re ablatâ vel damno illato intentatis;
4 † nam etsi hæ transeant ad hæredes, nunquam
5 tamen contra hæredes competunt, † nisi post litem contestatam, vel nisi aliquid ad hæredes inde pervenerit, *l. quod diximus, 16. §. ult. ff. quod met. caus. l. in hæredem 5. ff. de calumn. l. fin. C. rer. amotar. l. un. in fin. C. ex delict. defunct. l. 1. §. ult. ff. de vi & vi armat.* Anton. Gometz. *tom. 3. var. resolut.*
6 *cap. 1. num. 85.* Hart. Pist. *part. 1. quæst. 27.* † ubi hoc ipsum pluribus persequitur, & inprimis docet, ne quidem actionem Legis Aquiliæ in hæredes transire, per text. *in l. inde Neratius 23. §. hanc actionem*
7 *8. ff. ad Leg. Aquil.* † Planè, si Reus utatur subterfugiis & calumniis ad differendam litis contestationem, perinde ac si lis contestata fuisset, actio in
8 hæredes rei competit, † modo actor in mora non fuerit, sed fecerit, quicquid potuerit, ut litis contestatio intercederet, demonstrante Hartman. Pist. *dict. quæst. 27. num. 7. & 8.* Thoming. *decis. 24.*

Ita Domini in causa Nicolai und Hieronymi von Köckeritz contra Christiani von Metzschens Erben zu Cotbus / Mens. Jun. Anno 1626.

Et in causa Brosii Schillers / und Marthen Zschachers zu Meissen / Mens. Jun. Anno 1636.

DEFINIT. X.

Ebrietas modica non excusat homicidam à pœnâ ordinariâ.

1 NOn nego equidem, quod Dd. communiter asserunt, ebrietatem excusare delinquentem à pœnâ ordinariâ, Andr. Tiraquell. *de pœn. temp. caus. 6. num. 1. & seqq.* Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. numer. 63. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Marc. Anton. Blanc. *in pract. crimin. §. ebrius. num. 9. & seqq.* Petr. à Plach. *in epit. delict. cap. 30. num. 1.* Anton. Gometz. *tom. 3. var. resolut. cap. 1. num. 73.* † Attamen de ebrietate immodica id accipi velim, quâ obrutus haud dolosè delinquere, & ob mentis alienationem vel exilium, nec velle, nec consentire dicitur, *c. si concupiscentia 8. caus. 15. quæst. 1.* quin potius dementi ac furioso comparatur, † cujus nulla est voluntas, *l. furiosi 4. ubi* Cagnol. & Dec. *ff. de reg. jur. l. qui servum 47. ff. de acquir. hæredit.* † At modica ebrietas, in quâ nec mentis alienatio nec oblivio, sed integritas sensuum atque rationis deprehenditur, minimè liberat delinquentem à pœnâ criminis ordinariâ, † quoniam dolo malo tùm crimen admissum præsumitur, secundum Bald. *in l. datâ operâ 11. num. 6. C. de his qui accus. non poss.* Tiraquell. *dict. caus. 6. in fin.* † Neque leviter inebriatus rationis expers est, nec furioso æquiparatur, † ut proinde nullâ de causâ ordinariæ punitioni sit eximendus, Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 14. num. 30.* Gutierretz. *2. lib. qq. canon. cap. 4. per tot.*

Ita Domini contra A. K. zu Grimma / Mens. August. Anno 1634. (Verba sent: Dieweil aber dennoch der Stich von dem geschwornen Balbierer vor tödtlichen erkannt/und dadurch der Bauer entleibet worden/darneben Inquisit selbsten berichtet / daß er dem Entleibten/ so ihn mit dem Messer überlaussen/wol entgehen können/er auch selbsten durch Schläge und Zwang den Bauer zur Gegenwehr verursachet / und also autor rixæ gewesen / und sich dahero mit der Nothwehre nicht zu behelffen/mit der angezogenen Trunckenheit aber es ferner diese Beschaffenheit hat/ daß solche nicht übermässig/noch Inquisit dadurch seiner Sinnen und Vernunfft benommen gewesen / welches denn dahero erscheinet / daß/ wie es mit der That hergangen/ er gar wohl zu berichten gewust/ &c. So wird Inquisit, jedoch wann er auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen wird / wegen solcher an Paul Käysern begangenen und bekannten Entleibung/ hinwiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gerichtet und gestraffet / V. R. W.)

CONSTITUTIO XIII.

PARTIS QUARTÆ.

Wie das Wegelagern oder Vorwarten zu straffen?

IN Sachen die Rauberey/ auch Vehden und dergleichen betreffend wird die Wegelagerung / vermöge des Land-Friedens/ mit dem Schwerdte gestrafft.

Dieweil aber andere Vorwartung in Gassen / auff Dorff- und dergleichen Fußsteigen / welche nicht in Gemüth und Meynung zu Rauben / sondern zu beschädigen /

Insidiosæ obsessiones itinerum qualiter puniendæ?

IN causis prædationum vel diffidationum & similibus, ejusmodi insidiosa obsessio viarum, ex Constitutione pacis publicæ, gladio punitur.

Aliæ verò insidiosæ occupationes locorum, quæ in viis aut angiportis oppidorum & pagorum, non animo prædandi, sed prætereuntes vulnerandi &

se ulci-

oder ſich zu rächen / geſchehen / und darauff Verwundung oder Beſchädigung / ſo nicht tödlich / erfolgen / dem räuberiſchen Fürnehmen nicht zu vergleichen / und doch an ſich ſelbſt Straffwürdig / und aber / wie dieſelbigen zu ſtraffen ſeyn ſollen / Zweiffel fürgefallen / ſo ordnen und ſetzen wir / daß ſolche Vorwarter / da die Verwundung oder Beſchädigung geringe / mit Gefängnüß / oder mit zeitlicher Verweiſung geſtrafft / wann aber die Verwundung und der Schade gröſſ / mit Abhauung der Hand / oder Staupenſchlägen / des Landes ewig verwieſen werden ſollen.

ſe ulciſcendi fiunt, etſi prioribus illis conferendæ non ſunt, pœnam tamen & ipſæ merentur. De hac igitur cum dubitatum fuerit, ordinamus, & ſtatuimus, ut hujusmodi inſidioſi occultatores, ſi corpus prætereuntis leviter vulneraverint, vel pulſaverint, aut verberaverint, carcere puniantur, vel ad tempus relegentur; Si verò gravis ſit vulneratio vel pulſatio, manus ipſis amputetur, vel virgis cæſi in perpetuum exilium mittantur.

DEFINITIONES.

1. *Crimen fractæ pacis publicæ etiàm in privatis hominibus gladio punitur.*
2. *Inſidioſæ viarum obſeſſiones verò, extra ordinem ſaltem, arbitrariè coërcentur.*
3. *Fuſtigatione vel manus amputatione quandoq; puniuntur itinerum obſeſſiones.*
4. *Eâdemq; pœnâ arbitrariâ plectendi ſunt, qui ſecuritatem domus violant.* (den Hausfrieden brechē)
5. *Vigiles in excubiis ſtantes qui pulſat aut vulnerat, amputatione manus punitur.*
6. *Expugnatores tamen ædium quandoq; ex Conſtitutione fractæ pacis gladio feriuntur.*
7. *Quandoq; etiam ædium expugnatores & depræda-tores pœnâ Robbariæ plectuntur.*
8. *Effractores carceris quoque ex Conſtitutione effractæ pacis publicæ gladio feriuntur.*
9. *Arbitrariâ plectendi ſunt pœnâ, qui aliquem in loco publico & privilegiato vulnerant aut percutiunt.*
10. *Non punitur culpa, ſi de ea fuerit tranſactum inter partes, antequam Magiſtratui deferatur.*

DEFINIT. I.

Crimen fractæ pacis publicæ etiam in privatis hominibus gladio punitur.

1 GRaviter ſatis & variè punitur crimen fractæ pacis publicæ, nempe Banno Imperiali ſeu proſcriptione, de quâ *in* Ordin. Camer. *part. 2. titul. 9.* Receſſ. Imper. Wormatienſ. ſub Carolo V. *Anno 1521. tit.* die Poen aller Friedbrecher / Receſſ. Auguſtan. *de Anno 1548. tit.* die Poen oder Friedbre-2 cher. † Mulctâ 200. Marcarum auri puri, & perditione privilegiorum ab Imperatore conceſſorum, 3 de quâ *in* Conſtit. pac. publ. *fol. 3.* † aliisque pœnis jure Pandectarum & Codic. *in tit. ad Leg. Jul. de Vi public.* adverſus fractores pacis publicæ, conſtitu-4 tis. † Sæpisſimè tamen coërcetur gladii pœnâ crimen fractæ pacis, præſertim judice ex officio procedente, *l. ultim. ff. de re militar.* Conſtitution. *de pac. tenend. titul. 27. F. 2.* Receſſ. Auguſtan. ſub Imperat. Ferdinand. I. *Anno 1555.* wir ſetzen / ordnen / *verſ.* wo ſie in Gefängnüß kommen / Ordin. Criminal. Carolin. *artic. 128. & 129. ubi* Matth. Stephan. Ordin. Provinc. Saxon. Elector. *pagin. 66. & pagin. 67.* Landrecht *libr. 2. artic. 13.* Andr. Gail. *lib. 1. de pace public. cap. 1. numer. 6.* Dom. Arum. *ad Aur. Bull. diſputat. 6. theſ. 16.* † Nec ſolummodò ad 5 Principes & Ordines Imperii pertinent Conſtitutiones de fractâ pace, † ſed & homines privati, qui 6 ſine dolo malo, coactis & coadunatis hominibus vim publicam alicui inferunt, ex iisdem conſtitutionibus de pace fractâ conveniri poſſunt, Chriſtoph. Leibfried *apud* Goldaſt. *in polit. Imperat. part. 30.* Nicol. Reuſner. *libr. 4. deciſion. 17. num. 17.* Andr. Gail. *libr. 1. de pac. public. cap. 7. n. 14.* † Quin ergò homines etiam privati ob crimen fra- 7 ctæ pacis gladio puniantur, dubium non eſt *ex hac* Conſt. *13. in princ. ubi* Dan. Moller. *num. 5.* Nicol. Reuſner. *dict. deciſion. 17. numer. 17.* † Et loquitur 8 Conſtitutio pacis fractæ generaliter: Niemands / von was Würden / Standes oder Weſens der ſey / † quare & generaliter accipienda erit, quia Lex ſuâ 9 naturâ eſt generalis, *l. 1. ff. de ll. l. 3. §. Divus 5. ff. de ſepulchr. violat.*

Ita Domini contra H. à B. zu R. M. Aug. Anno 1595. (Verba ſent: Hat H. à B. zu R. auff freyer Landſtraſſen mit zehen Perſonen zu Roſſe euch unverſehens überfallen / euch mit Röhren geſchlagen / etliche Schöſſe auff euch gethan / und endlich mit dem einen durch den rechten Arm / oben bey der Achſel dergeſtalt beſchädiget / daß ihr für todt auff dem Platze liegen blieben / inmaſſen denn ſolches die eydlich abgehörete Zeugen mehrentheils ausgeſaget / ꝛc. So hat obbemeldter H. à B. ſeine Diener und Helffere / wegen ſolcher gewaltſamen Landbrüchigen That / Leib und Leben verwircket / derowegen werden ſie / wenn ſie zur Hafft bracht / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich geſtrafft / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Inſidioſæ viarum obſeſſiones verò, extra ordinem ſaltem, arbitrariè coërcentur.

AN ergò inſidioſas quoque locorum occupa- 1 tiones

tiones gladii pœnam mereri dicemus? Non certè, si animo prædandi, vel pacem publicam frangendi haud fiant. † Etenim si qui in viis aut angiportis oppidorum & pagorum, se animo ulciscendi occultaverint, & prætereuntes vulneraverint vel pulsaverint, arbitrariè saltem, carcere vel relegatione puniri eos jubet *hac* Constit. 13. §. **dieweil aber andere.** † Rectissimè sanè, quia non omnis vis publica est fracta pax, pro quâ pœna Banni Imperialis statuta est, † licet contra omnis fracta pax sit vis publica, siquidem edictum pacis publicæ non ad omnem, sed atrocem vim pertinet, uti patet ex *tit. ff. & C. ad Leg. Jul. de vi publ.* † ubi multæ recensentur species vis publicæ, quæ tamen ad Constitutionem ruptæ pacis non pertinent, Andr. Gail. *libr. 1. de pac. publ. c. 7. num. 18.* Nicol. Reusner. *libr. 4. decision. 17. num. 7.* † Nimirum tria cumulativè requiruntur ad crimen fractæ pacis publicæ, puta, vis publica istaque major, quàm ut resisti ei queat, *l. 1. §. hoc interdictum 1. ff. de vi & vi armat. l. 2. & l. seq. quod met. caus. l. 25. §. 6. & l. 33. in fin. ff. locat.* † Vis armata, quæ scilicet fit manu armata, h. e. cum armis & quidem coactis & coadunatis hominibus, *l. 2. in princ. & §. homines. 4. ff. de vi bon. raptor. l. 3. cum l. sequen. ff. ad Leg. Jul. de vi publ.* † & Dolus malus, id est, propositum & destinata voluntas offendendi, præcedente consilio & datâ operâ, *l. 2. §. dolo autem malo. 2. ff. de vi bon. raptor.* Andr. Gail. *dict. cap. 7. numer. 126.* Nicol. Reusner. *dict. decis. 7. num. 11. & seqq.* † Quorum alterutro deficiente, crimen fractæ pacis publicæ commissum haud est, adeoque nec pœna pacis violatæ obtinet, succedit autem in ejus locum pœna juris communis vi publicæ vel privatæ præfinita. Andr. Gail. *dict. cap. 7. num. 19.* † Ex quo manifestum est, per obsessionem itinerum quà talem, regulariter non committi crimen fractæ pacis publicæ, † ut prorsus dubitandum non sit, cessare hoc casu pœnam gladii seu fractæ pacis publicæ, substitutâ extraordinariâ pœnâ, ut dixi *in pract. crimin. part. 1. quæst. 40. n. 36.*

aber die Verwundung und der Schade groß/ mit Abhauung der Hand oder Staupenschlägen/ des Landes ewig verwiesen werden. † Solet enim hodie vis publica, quæ in crimen fractæ pacis non incidit, arbitrariè puniri, juxta tradita Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 83. vers. vim publicam.* Tiber. Decian. *in tractat. crimin. lib. 8. cap. 18. num. 19.* ubi plures allegat. † At quis nescit, pœnam arbitrariam extendi posse ad fustigationem vel manûs amputationem, † uti liquet ex Constit. Elect. *8. 32. 35. 42. 43. 45. h. part. 4.* veluti demonstravi *in pract. crimin. part. 3. quæst. 133. n. 17.*

Ita Domini contra V. L. zu Leißnig/ Mens. Majo, Anno 1589. (Verba sent: So wird V. L. wegen solcher Verwegelagerung/ und gefährlichen Verwundung/ entweder mit Staupenschlägen/ oder mit Abhauung einer Faust/ der er am besten entrathen kan/ billich in Straffe genommen/ V. R. W.)

Definit. IV.

Eâdemq; pœnâ arbitrariâ plectendi sunt, qui securitatem domus violant, den Haus-Frieden brechen.

VAriis modis committitur vis publica & privata, veluti convocatis hominibus armatis vim faciendo ad aliquem vulnerandum, pulsandumvè, *l. 10. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de vi publ.* † villas expugnando & armis bona rapiendo, *l. 3. §. 2. ff. eod. tit.* † incendiũ turbâ & seditione excitando, *l. 5. in princ. ff. eod. tit.* † justitiam quoquo modo cum armis impediendo, *l. 8. eod. tit.* Rem raptam receptando, *l. pen. C. eod. tit.* nec non vectigalia nova exercendo, *l. fin. ff. eod. tit.* † Ex possessione aliquem ejiciendo, *l. 5. ff. de vi privat.* † in alienam litem coëundo, *l. 6. ff. eod. tit.* bona debitoris propriâ autoritate occupando, fundive possessionem ingrediendo, *l. pen. & fin. ff. eod. tit.* aliisvè modis, de quibus dixi *in pract. criminal. part. 1. quæst. 40. num. 8. & 9.* Vid. quoque Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 8. cap. 5. & 16.* † Quocunque autem modo commissa fuerit, vis privata, aut publica, † si non incidat in crimen fractæ pacis aliudvè speciale delictũ, extra ordinem puniri debet, carcere nimirum, vel mulctâ pecuniariâ, relegatione & quandoque etiam fustigatione vel manûs amputatione, *h.* Constitut. *13.* † Quam pœnam arbitrariam incurrunt etiam illi, qui hostili animo mali quid adversus civitatem vel ædes alicujus privati, earundem securitatem violando moliuntur, so den Haus-Frieden brechen/ † per *text. in l. 3. §. 6. & l. 11. in princ. ff. de Leg. Jul. de vi publ. l. 5. ff. ad Leg. Jul. de vi privat.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 155. n. 23. 24.*

Ita Domini contrà G. L. zu Sittichenbach/ Mens. Mart. Anno 1621. (Verba sentent: Als ist auch G. L. dem Beschädigten 24. fl. auffgewandtes Artzlohn/ wie auch 32. fl. auffgewendete Zehrung/ und 20. fl. Versäumnüß zu entrichten/ und darneben die zugefügte Schäden mit 85. fl. ihme zu verbüssen schuldig/ und mag hierüber wegen solcher seiner auff freyer Strassen begangenen Verwegelagerung und Frevelthat mit ewiger Landesverweisung in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Fustigatione vel manus amputatione quandoque puniuntur itinerum obsessiones.

POtest vulneratio sive offensio in viâ publicâ facta tam gravis esse, ut judex contra obsessorem itinerum, fustigationem vel manûs amputationem decernens, neutiquam à tramite justitiæ aberret, † veluti diserte sancitum ab Illustrissimo Saxone, *h.* Constit. 13. *vers. final.* wann

Ita Dnn. contra N. N. Mens. Jun. Anno 1543. (Verba sent: Hat ein Bürger einem andern Bürger seine Thor an seiner Thür und Hoff gewaltiglich zutreten und zustossen/ und also den Haus-Frieden gebrochen/ und darzu keine andere Ursache gehabt/ denn daß ihn ein Knabe daselbst im Hofe unversehens ein wenig mit Mistpützen besprenget. So möget ihr nach gestalt der Sachen ihn der Stadt auff zehen Jahr verweisen lassen/ V. R. W.)

DEFINIT. V.

Vigiles in excubiis stantes qui pulsat, aut vulnerat, amputatione manus punitur.

1 NOn minus certè delinquit, qui adversus civitatem aliquid molitur, quàm qui securitatem
2 domus violat, ut in aperto est. † Quis ergò dubitaverit, manûs amputatione vel fustigatione puniri posse, qui vigiles in excubiis stantes verberant aut
3 pulsant, † ex commissa nempe vi publicâ, quæ arbitrariè coërcetur, Tiber. Decian. *in tract. criminal.*
4 *lib. 8. cap. 18. num. 9.* † Ergò & pœnâ fustigationis vel manûs amputationis, juxta tradita *Supra* Defin. 3. *in fin.*

Ita Domini contra N. N. Mens. Januar. Anno 1761. (Verba sent: Hat euer Bürger N. N. eure verordnete Stadtwächter mit einer Parten unversehenes Dinges / ohn alle Ursache vorsetzlichen und arglistig dar[illegible] und wund gehauen / ꝛc. So möget ihr [illegible] die Hand abschlagen lassen; wollet ihr ihm aber [illegible] / so möget ihr ihn verkauffen heissen / und eurer Stadt verweisen / V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Expugnatores tamen ædium quandoq; ex Constitutione fractæ pacis gladio feriuntur.

1 REgulariter itaque violatores securitatis ædium vel civitatis arbitrariè saltem puniuntur, Defin. 4. & 5. Sed hoc ita, si vis publica non incidat in cri-
2 men fractæ pacis. † Quid enim, si qui coadunatis hominibus, vi majori atque armatâ, doloso ac hostili animo in alterius ædes irrumpant, easque expugnent, effringant, tecta sedesque convellant, & obvia quæque auferant? Negari certè nequit, com-
3 mitti tùm crimen fractæ pacis publicæ. † Concurrentibus nempe omnibus fractæ pacis requisitis, puta, vi publica & majore, cui resisti haud potuerit, *l. 1. §. hoc interdictum 1. ff. de vi & vi armat. l. 2.*
4 *& l. seq. ff. quod met. caus.* † Vi armatâ, quæ facta cum armis & quidem coactis atque coadunatis hominibus, *l. 2. in pr. & §. homines 4. ff. de vi bonor.*
5 *raptor.* † Et dolo malo, sive propòsito ac destinatâ voluntate offendendi, præcedente consilio, datâque operâ, *l. 2. §. dolo autem malo 2. ff. de vi bon. raptor.*
6 † Quis ergò negare ausit, adversus turbatores hosce
7 ædium tutò decerni pœnam gladii, † quæ in Reos fractæ pacis publicæ est statuta, *in* Const. de pac. ten. *tit. 27. F. 2.* Recess. Imper. August. *de Anno 1551. §.* wir setzen / ordnen / *vers.* wo sie ins Gefängnüß kommen. Ordin. Crim. Carolin. *art. 128. & 129. hac* Const. *13. in pr. ubi* Dan. Moller. *n. 5.*

Ita Domini contra N. N. & N. N. zu Leipzig / Mense Jun. Anno 1593. (Verba sent: Da sie nun auff solchem ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen würden / so möchten sie wegen solches begangenen und bekannten gewaltsamen öffentlichen Einfalls / geübten Frevels und Plünderns / als Friedebrecher mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Quandoque etiam ædium expugnatores & deprædatores pœnâ Robbariæ plectuntur.

SEd quid, si spolium & deprædatio accesserit, an 1
non etiam tùm pœnâ Robbariæ in violatores & expugnatores ædium animadverti poterit? † puta 2
ut post executionem pœnæ gladii, cadavera Reorum affigantur Rotæ, veluti hodiè deprædatores & Robbatores puniri videmus, ut dixi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 90. num. 12. & 13.* † Non certè er- 3
rabit judex hanc pœnam decernens ceu ob perpetratam Robbariam, † cum partim referat, an Ra- 4
pina in viâ publicâ, an verò in ædibus fuerit commissa, quidni ergò utroque etiam in casu pœna Robbariæ obtinebit? † Idque eò magis si princi- 5
paliter spolium vel deprædatio causam dederit expugnationi ædium, ubi rectissimè agit judex, Reum non ut violatorem pacis publicæ, sed ut prædonem, seu raptorem puniens, † quantumvis ra- 6
pina ita sit qualificata, ut non malè inter crimina fractæ pacis referatur. † Nihil siquidem prohibet, 7
quenquam pluribus legibus teneri, & pro varietate qualitatum crimen dijudicari, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de vi publ. num. 3.* Petr. Frider. Mindan. *de proceff. Cameral. lib. 1. cap. 24. sect. 4.*

Ita Domini contra H. F. zu Qvedlinburg / Mens. Febr. Anno 1628. (Verba sentent: Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkundigen würdet / daß das Forwerg Hildenschwendau / und das Kloster Adersleben gewaltsamer weise überfallen und ausgeplündert worden / und der Gefangene würde auff seinem gethanen Bekantnuß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen / so möchte er wegen solcher begangenen und bekannten Beraubung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet / und sein Cörper nachmals auff ein Rad gelegt und geflochten werden / V. R. W.)

DEFINIT. IIX.

Effractores Carceris quoque ex Constitutione fractæ pacis publicæ gladio feriuntur.

DUbium haud est, pacem publicam violari ab 1
iis, qui coactis & coadunatis hominibus vi hostili & armatâ carceres effringunt, & captivos è carcere eximunt & abducunt, † vel per effractio- 2
nem carceris efficiunt, ut carcerati aufugiant, quos propterea gladio feriri, expeditum est ex traditis *Supra* Defin. *1.* † At, inquies, nonne effra- 3
ctores hi, carceratos è carcere eximentes, eâdem tenebuntur pœnâ, quâ puniendi erant carcerati pro delicto, pro quo detinebantur? † Ita certè est, 4
ut apparet ex traditis Bartol. *in l. sed eximendi. 41. §. item si quis. 1. in fin. num. 4. ff. ne quis eum, qui jus vocat.* Jalon. *in l. 3. §. quod prætor. 2. num. 12. ff. eod. tit.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 166. num. 3.* † quod § 5
nec de jure Saxonico aliter se habet, per text. *in art. 9. §.* welcher Mann. *lib. 3.* Landr. idque sic practicari & tàm à Lipsiensibus, quàm Jenensibus ita pronunciatum, testatur Matth. Coler. *dict. decision. 166.*

6 *166. num. 4.* † Nihilominus & pœna gladii ex Conſtitutione fractæ pacis hîc obtinet, Conſtit. de pac. tenend. *tit. 27. F. 2.* Receſſ. Imper. Auguſtan. *de Anno 1555.* §. Wir ſetzen/ ordnen/ *verſ.* wo ſie in Gefängnüß kommen. Ordin. Crimin. Carol. *art. 128. &*
7 *129. lib. 2.* Landr. *art. 13.* † Liberum nempe eſt judici, quam pœnam pro ratione circumſtantiarum Reo effractori irrogari facere velit, prout dixi Defin. *præced.*

Ita Domini contra D. B. zu Eckartsberge/ Menſ. Decemb. Anno 1623. (Verba ſent: Da nun der Gefangene auff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüß/ daß er newlichen die zu Eckartsberge im Schloſſe gefangene zweene Straſſen-Räuber mit ſeinen andern Geſellen/ durch gewaltſame Eröffnung und Erbrechung des Gefängnüß/ loß machen helffen/ ꝛc. vor öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er von wegen ſolcher ſeiner begangenen uñ bekanten Mißhandlung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Arbitrariâ plectendi ſunt pœnâ, qui aliquem in loco publico & privilegiato vulnerant aut percutiunt.

1 ERrant omninò, qui percutientes aut vulneran-
tes aliquem in Curiâ civitatis, arce & palatio Principis, aliovè in loco publico & privilegiato, an gefreytem Orte, ex Conſtitutione fractæ pacis pu-
2 blicæ puniri, ſibi perſvaſum habent. † Quàm falſum enim hoc ſit, manifeſtum eſt ex requiſitis fractæ pacis publicæ, de quibus dixi *Supr.* Defin. *2.*
3 † Sine hiſce percuſſionem fieri poſſe etiam in loco privilegiato, facilè conceſſeris, ut ſic deficiente crimine fractæ pacis publicæ, ipſam quoque pœnam
4 ceſſare, mirum haud ſit, † idque eò magis, ſi per-
5 cuſſio ex improviſo iræ calore facta fuerit. † Nihilominus propter vim publicam percutientem aut vulnerantem arbitrariè puniendum nemo negaverit, † in tantùm, ut etiam ad pœnam corpo-
6 ralem deveniri hoc caſu poſſe exiſtimem. † Nam
7 ſi atrocitatem pœnæ auget locus, uti expeditum eſt *ex l. aut facta. 16.* §. *4. ff. de pœn.* quis inficias ibit,
8 † ſeverius animadvertendum adverſus eum, qui in domo Principis, Curiâ, Theatro, aliovè loco publico peccat, violatâ ejusdem loci ſecuritate ac religione, Dan. Moller. *ad Conſtitut. Electoral. 43.*
9 *in pr. part. 4.* † Et cum nihil ſanctius ſit, quàm domus uniuscujusque civium, ut eleganter ait M. T. Cicer. *in orat. pro domo ſua,* Nicol. Reuſner. *lib. 1.*
10 *deciſ. 16. num. 30.* quis negabit, † longè ſanctiorem eſſe domum Principis, ſeu palatium civitatis, ad quod omnes ceu ad publicum Aſylum confugien-
11 tes, ab omni periculo ſecuri eſſe confidunt, † ut dubium prorſus non ſit, quin adverſus violatores hujus ſecuritatis ſeveriori pœnâ animadverti poſſit.

Ita Domini contra A. à R. zu Altenburg/ Menſ. Sept. Anno 1596. (Verba ſent: So mag er von wegen ſolches in der Fürſtlichen Burg begangenen Frevels und Muthwillens/ und daß er H. a B. mit dem Dolche geſtochen/ woferne man ihme in Anſehung ſeiner Jugend und Trunckenheit nicht Gnade erzeigen wolte/ mit Abhauung einer Fauſt/ derо er am beſten entrathen kan/ des Landes ewig verwieſen werden/ V. R. W.)

Et contra M. N. zu Dreßden/ Menſ. Majo, Anno 1609. (Verba ſentent: So wird ihme von wegen ſolcher in der Fürſtlichen Freyheit begangenen Verbrechung in dem Gefängnüß billich ein Stockſchilling gegeben/ und er darauff des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

Definit. X.

Non punitur culpa, ſi de eâ fuerit tranſactum inter partes, antequam Magiſtratui deferatur.

1 VErisſimum equidem eſt, transactionem cum parte offensâ initam Magiſtratui haud præjudicare, quò minus is delictum perpetratum vindicare & punire poſſit, ex traditis Bartol. *in l. libellorum 3.* §. *ult. num. 5. ff. de accuſat. & in l. 1.* §. *usq; adeo 5. ff. de injur.* Felin. *in cap. nulli. 5. extr. de accuſat.* Petr. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 45. n. 8.*
2 Joh. Gœdd. *ad l. 131. num. 13. ff. de V. S.* † Quia Reipublicæ maximè intereſt, crimina puniri, atque delinquentes coërceri, *l. locatio. 9.* §. *quod illicitè 5. ff. de publ. & vectigal. l. Stichum. 95.* §. *1. v. tamen ſi. ff. de ſolut. l. capitalium 28.* §. *famoſos 15. ff. de pœn. l. congruit. 13. ff. de offic. præſid. l. ſi operis. 14. C. de pœn.*
3 † Attamen de vero delicto, dolosè nempè com-
4 miſſo, hoc accipi velim. † Placuit enim Dominis,
5 ſi de culpâ ſaltem inter partes fuerit tranſactum, antequam Magiſtratui de eâ conſtet, pœnam ceſſare, † quod ſcilicet per exſolutionem pecuniæ, par-
6 ti offenſæ præſtitæ, culpa ſatis vindicata cenſeatur. † Quod ipſum tamen ad culpam latam vix
7 trahendum, † quia hæc quàm proximè ad dolum accedit, adeò, ut etiam dolum implicitum continere videatur, *l. 1.* §. *hæc actio. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. l. quæſitum. 8.* §. *eum quoque 3. ff. de precar. l. quod Nerva. 32. ubi* Bartol. & Dd. *ff. depoſit.*

Ita Domini in causâ Valentini Biners zu Leipzig/ Menſe Decembr. Anno 1590. (Verba ſent: Ob gleich/ als euer Sohn umb Petri Pauli zur Naumburg eine Frau/ ſo Fiſche geſtohlen/ und nach euch und ihme geſtochen/ mit einem Stockfiſche geſchlagen/ derſelbe ihme aus der Hand/ und einer andern Frauen ins Auge gefahren/ darvon ihr ſolches verdorben ſeyn ſoll/ dieweil ihr aber dennoch euerm Bericht nach/ mit gemeldter Frauen euers Sohnes wegen/ des Artzlohns/ Verſäumnüß und Schadens halber allbereit verglichen/ ſo iſt auch der Rath/ oder Gerichte zur Naumburg einige Straffe derohalben von euch zu fodern nicht befugt/ V. R. W.)

Constitutio XIV.
PARTIS QUARTÆ.

Ob die Landes-Constitution, so die Vehder mit dem Schwerdte strafft / auch auff den Schreiber des Vehdebriefs/desgleichen auff die / so Brandzeichen stecken/ zu verstehen?

Jeweil unsere Schöppenstühle bißanhero gesprochen/ daß der jenige / welcher einen Vehdebrieff schreibt / nicht mit dem Schwerdte / sondern allein mit Staupenschlägen zu straffen / er hätte dann mit der That zur Vehde zu helffen angefangen / so lassen wir es auch dabey bleiben.

So viel aber die belanget / welche Brandzeichen stecken und anhengen / wiewol wir es darfür geachtet / daß sie ohne das unter obgemeldeter unsrer Landes-Constitution begriffen/ nachdem wir aber vermercken / daß derowegen Zweiffel fürgefallen / als ordnen/ setzen und wollen wir / daß auch dieselbige / ungeachtet / ob gleich von ihnen nichts mehr erfolget / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode sollen gestrafft werden.

Ordinatio Provincialis gladii pœnam statuens in diffidatores, num & eum comprehendat, qui literas diffidatorias scribit, quiq; incendia minitantes, signa hostilis hujus ipsorum animi alicubi suspendunt vel affigunt?

PRobamus sententiam Scabinatuum nostrorum, qui scribentem literas diffidatorias, si nihil præterea fecisset, non gladio, sed fustigatione puniendum, hactenus responderunt.

Ad illos verò quod attinet, qui ejusmodi signa, quibus incendiarii damna minitari solent, alicubi affigunt, vel suspendunt, etsi aliàs quoque prædictâ Constitutione provinciali nostrâ eos comprehensos esse existimaverimus; Quia tamen de eò dubitatum fuisse intelligimus, igitur ordinamus, statuimus & volumus, etiamsi nihil damni ab ipsis datum sit, gladio nihilominus ut puniantur.

DEFINITIONES.

1. *Diffidatio pro crimine fractæ pacis habetur.*
2. *Diffidatores pœnâ fractæ pacis publicæ tenentur & gladio feriuntur.*
3. *Gladio puniuntur diffidatores, etiamsi ad actum non pervenerint, nec quicquam damni dederint.*
4. *Ob id solùm, quod quis scripserit literas diffidatorias, pœnâ gladii plecti non debet, nisi & easdem emiserit vel affixerit.*
5. *Pœnam diffidationis incurrit, qui literas diffidatorias alieno nomine scripsit, atque obtulit.*
6. *Non liberat diffidatorem à pœna ordinaria mandatum diffidationis.*
7. *Nisi mandatarius juramento suo probet, quod literarum contenta nesciverit.*
8. *Pœnâ quoque gladii tenentur, qui signa hostilia ac diffidatoria suspendunt.*
9. *Etiamsi animum minas exequendi non habuerint.*
10. *Tenentur etiam pœnâ diffidationis, qui post minitationem verbalem, ad loca suspecta profugiunt.*

Definit. I.

Diffidatio pro crimine fractæ pacis habetur.

1 NOn improbabiliter dubitaveris, an diffida-
tiones pro fracta pace publica habeantur,
2 cùm notissimi juris sit, † Constitutionem pacis publicæ vim armatam & violentam requirere, *in verb.* Mit gewaltiger That und gewehrter Hand. Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 7. n. 2.* Nicol. Reusner. *lib. 4. decis. 17. num. 12.* Petr. Frider. Min-
3 dan. *de Process. Camer. lib. 1. cap. 23. sect. 1. & 2.* † quæ certè in diffidationibus non occurrit, quia diffidator reverà cogitat magis vim inferre,
4 quàm ut jam modò inferat. † Sed cùm diffidator arma necemque intentet, omnibusque modis, quibus potest ad effectum pervenire, moliri soleat, atque sic præsentissimum armorum terro-
5 rem incutiat, † utique non secus de ipso ac de perturbatore pacis publicæ erit judicandum, ut benè animadvertit Mindan. *dict. lib. 1. cap. 25. sect.*
6 *3.* † quia sufficit terror armorum, ut videatur quis dejecisse, *l. quod est. 3. §. qui armata. 5. ff. de vi & vi armat.* † & crimen contrahitur, si noc- 7
di voluntas intervenerit, *l. 1. C. ad Leg. Cornel. de sicar.* † ac judicamus de potentia, quæ propinqua 8
ad actum est, tanquam de actu ipso, Bartol. *in l. pen. ff. de milit. testam.* Domin. Arum. *in discurs. 6. ad cap. 17. Aur. Bull. concl. 16.* † Et quo minus de hoc 9
dubitetur, ipsa Constitutio de diffidat. *de Anno 1521. & 1555. §.* Wir setzen/ *& sub tit.* Die Poen aller Friedbrecher/ diffidationem pro crimine fractæ pacis vult haberi. † Quod & disertè probat Ordin. 10
Provinc. Dn. Georgii Ducis Saxon. *de Anno 1526. sub tit.* Muthwillige Bevehder/ *vers.* Und wir befinden. *Et* Ordin. Provinc. Dn. August. Elect. *de An. 1555. p. 67. verb.* Als öffentliche des H. Reichs/ und Ihr. Liebden Landfriedbrecher *Et circa fin. vers.* Damit der Muthwilligen. Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 39.* Domin. Arum. *dict. concl. 16.* Matth. Stephan. *ad art. 129.* Ordin. Crim. Caroli V. Imper. Matth. Wehner. *in pract. observat. vocab.* Bevehder.

Ita Domini in causa Michael Selmers zu Egelen / Mens. Januar. Anno 1634. (Verba sunt: Wird G. M. Schuld gegeben/ daß er Vehdebriefe abgehen lassen / und da-in-

ten das gantze Dorff zu Egelen in Brand zu stecke gebrauet/ inmassen er dann auch Brandzeichen angehencket haben sol. Da er nun dessen geständig/oder überführet werden könte/ so würde er vor einen Friedebrecher gehalten / und wäre in die höchste Land-Acht gefallen / ꝛc.)

Definit. II.

Diffidatores pœnâ fractæ pacis publicæ tenentur & gladio feriuntur.

1 Diffidatio igitur, quia crimen fractæ pacis publicæ est, utique & diffidatores pœnâ pacis publicæ tenentur, ac ipso jure incidunt in Ban-
2 num Imperiale, † ex dispositione Constitut. pac. publ. *sub. tit.* Die Poen aller Friedebrecher. *vers.* Und ob iemands. *Et* Recess. August. *de Anno 1548.* §. Ferner zu noch mehr beständiger Erhaltung. Modest. Pist. *vol. 1. consil. 39. part. 1. quæst. 3. num. 3.* Domin. Arum. *in disc. 6. ad cap. 17. Aur. Bull. conclus. 16.* Petri Frider. Mindan. *de Proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 25. sect. 5. in fin.* † Idque clarè sancitum
3 est *in* Ordin. Provinc. Saxon. *de Anno 1526. sub tit.* Muthwillige Bevehder. *vers.* Wann sie offenbar
4 gemacht. † Qvin ergò diffidatores gladio quoque feriantur, si deprehensi fuerint, dubitandum non
5 est, *hâc* Constit. 14. † quippe quod gladii pœna definita etiam sit Reis fractæ pacis publicæ, Constit. de pact. tenend. *tit. 27. F. 2. Recess. Imper. de Anno 1555.* §. Wir setzen / ordnen. *vers.* Wo sie in Gefängnüß kommen. Ordin. Criminal. Carol. *art.*
6 *128. & 129. ubi* Matth. Stephan. † Quod supplicium Reis communiter, judice ex officio procedente, decerni solet, Petr. Heig. *lib. 2. quæstion. 32. num. 8.* Domin. Arum. *dict. concl. 16.* Joachim. à Beust. *ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 1179.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. observ. vocab.* Bevehden.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Da er nun dessen geständig/ oder überführet werden könte/ so würde er vor einen Friedebrecher gehalten/ und wäre in die höchste Land-Acht gefallen/ möchte auch mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. III.

Gladio puniuntur diffidatores, etiamsi ad actum non pervenerint, nec quicquam damni dederint.

1 Gladio ergò plectuntur diffidatores, Bevehdere/ Defin. *præced.* Sed num propter solam
2 diffidationem seu minitationem, † emissis nempe literis diffidatoriis, quantumvis ad actum non pervenerint nec quicquam nocumenti dederint?
3 † Ita omninò est, *hâc* Constit. 14. *vers.* Ungeachtet / ob gleich von ihnen nichts mehr erfolget. †
4 Quod & probatur Recess. Imper. *de Anno 1555.* §. Wir setzen / ordnen. *vers.* Unangesehen / ob sie sonst nichts anders mit der That gehandelt hätten. Ordin. Provinc. *de Anno 1526. sub tit.* Muthwillige Bevehdere. *verb.* Ob auch gleich. Ordinat. Criminal. Carol. *artic. 128. verb.* Unangesehen/ob sie sonst nichts anders mit der That gehandelt
5 hätten. † Nec enim ad diffidationem universitati factam quicquam aliud requiritur, quàm emissio literarum, vel appensio signi diffidatorii, ex quo
6 diffidatio perficitur, † ut mirum haud sit, gladii pœnam hoc casu obtinere, etiamsi damnum haud datum fuerit, Petr. Frider. Mindan. *de Proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 25. sect. 5.* Matth. Steph. *ad art. 128.* Ordinat. Crimin. Carol. *ubi &* Georg. Rem. Matth. Coler. *part. 2. decis. 232.*

Ita Domini in eadem causa: (Verba sent: Da er nun dessen geständig / oder überführet werden könte/ so würde er/ unangesehen/daß noch zur Zeit nichts thätliches von ihme vorgenommen / noch jemand einiger Schaden zugefügt worden / vor einen Friedebrecher gehalten / und wäre in die höchste Land-Acht gefallen/möchte auch mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Ob id solùm, quod quis scripserit literas diffidatorias, pœnâ gladii plecti non debet, nisi & eas-dem emiserit vel affixerit.

An ergò ii etiam, qui solummodò scripserunt 1
literas diffidatorias, gladio erunt plectendi? Ita forsan dixeris, † si verum est, diffidatores pœ- 2
nam mortis incurrere, etiamsi ad actum non pervenerint, nec quid damni intulerint, ut tradidi Definit. *præcedent.* † veluti etiam sancitum *in* Recess. 3
Imper. Ratisbonens. *de Anno 1594.* §. Dergleichen und dieweil. Petr. Heig. *part. 2. quæst. 32. num. 10. & 55.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. num. 16.* Reinhard. Rosa *ad* Dan. Moller. *hîc numer. 1.* † Sed distingvendum est inter actum 4
inflammationis & actum emissionis atque oblationis literarum; Ille certè planè non requiritur ad diffidationem & de eo accipi debent tradita Defin. *præcedent.* † Hic verò in tantum est neces- 5
sarius, ut diffidatio nunquam censeatur perpetrata absque emissione, vel affixione literarum diffidatoriarum, † ut multis demonstravi *in pract.* 6
criminali part. 1. quæst. 37. num. 19. & 20. † Cui con- 7
sequens est, eum qui literas diffidatorias tantummodò scribit, non etiam affigit, vel emittit, haud pœnâ gladii mulctari, sed virgis cædi vel relegari, *hâc* Constitut. *14. in princ.* † idque propterea, quod 8
scribens tantummodò literas diffidatorias auxilium non præstet diffidatori in ipso actu delinquendi sive diffidationis, † qui potissimum con- 9
sistit in emissione & oblatione literarum scriptarum, juxta doctrinam Salycet. *in l. un. C. de rapt. virgin. num. 24.*

Ita Domini contra B. W. zum Heinichen / Mens. Jul. Anno 1591. (Verba sent: So möchte B. W. wofern man ihme/ in Ansehung daß er solchen Brieff selbsten nicht gedichtet/ sondern allein aus des Pfarrherrn Concept abgeschrieben/ nicht Gnade erzeigen wolte / mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Pœnam diffidationis incurrit, qui literas diffidatorias alieno nomine scripsit, atque obtulit.

Non minus delinquit offerens literas diffida- 1
torias alieno nomine, quam si proprio nomine id faceret vel signa inflammationis affigeret, † cum utroque casu terror incutiatur homi- 2
nibus ab emittente literas vel signa inflammationis affigente, in quo ipso delicti hujus qualitas & substantia consistit, † ut demonstravi *in pract.* 3
criminal. part. 1. quæst. 37. num. 67. ex Ordin. Criminal. *artic. 128.* Matth. Wesenbec. in §.

item

item lex Julia de vi publicâ. 8. num. 4. inſt. de publ.
4 *judic.* † Cauſa ergò delicti exiſtente, ipſum exiſtit delictum, quia poſita cauſa ponitur effectus, ſicuti & cauſa ceſſante, hic quoque ceſſat, *cap. etſi Chriſtus. 26. extr. de jurejur. c. cum ceſſante. 60. extr. de appellat. cap. 13. extr. de pœnit.* Andreas Tiraquell. *in reg. ceſſante cauſa. num. 11.* † Ex quo porrò inferendum, gladio feriri non minùs, qui alieno, quàm qui proprio nomine literas diffidatorias emittit, aut ſigna inflammationis affigit, quippe quod pœna hæc diffidatoribus indiſtinctè ſit definita, *ſupr.* Defin. 2.

Ita Domini contra W. D. zu Lauchſtadt/ Menſe April. Anno 1594. (Verba ſent: Hat Inquiſit bekant und geſtanden/ daß er den Vehdebrieff/ darinnen im Namen etlicher Perſonen der Gemeine zu Schaffſtädt gedrauet wird/ ſchreiben/ und durch ſein Weib überantworten laſſen / ꝛc. Da er nun auff ſeinem gethanẽ Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er als ein muthwilliger Bevehder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Non liberat diffidatorem à pœna ordinaria mandatum diffidationis.

1 NEc mitius puniri debet, qui ad mandatum alterius, literas diffidatorias offert aut ſigna
2 inflammationis affigit, † quia mandatarius in delictis ob mandatum non excuſatur, Bartol. *in l. non ſolùm 11. §. ſi mandato 3. ff. de injur.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 9. cap. 37. num. 1.* † Non enim obligatorium eſt turpis rei mandatum, adeò,
4 † ut ne juramento quidem confirmetur, *l. 6. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6. ff. mandat.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 89. n. 1.* † Quin & delictum mandantis & mandatarii ferè unum idemque eſt, Bartol. *in l. ſed ſi unius. 17. §. ſervus meus. 2. num. 5. ff. de injur.* Cyn. *in l. non ideò minus. 5. Codic. de accuſat.* † Ergò ſi mandans diffidator gladio plectendus, utique & mandatarius eâdem pœnâ erit afficiendus.

Ita Domini contra P. B. zu Hertzberg / Menſ. Aug. Anno 1587. (Verba ſent: Hat Inquiſit in ſcharffer Frage ausgeſaget/ und bekannt/ daß er euch die Brandzeichen/ darvon eine vorige und itzige Frage meldet/ angehänget/ und ſolches auf des nunmehr gerechtfertigten F. R. Verurſachen uñ Befehlich gethan. Da er nun auff ſolchem ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſtẽ wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er derowegen mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Niſi mandatarius juramento ſuo probet, quod literarum contenta neſciverit.

1 SEd hoc ita, ſi mandatarius ſcienter & doloſè mandato ejusmodi illicito pareat, literas diffidatorias offerendo, vel ſignum inflammationis
2 affigendo. † Cæteroquin, ſi contenta forſan literarum neſciverit, nihil ei poterit imputari, deficiente nempe dolo, atque propoſito delinquendi, † quia in omnibus delictis animus & voluntas potiſſimum debet attendi, *l. Divus Adrianus. 14. ff. ad Leg. Cornel. de ſicar. l. verum. 11. §. ſciendum. 13. ff. de minor. l. ſed an ultro. 16. §. 1. ff. de negot. geſt.* † At quid; ſi mandatarius ignorantiam prætendat, an ſtatim ei fides erit habenda? Nequaquam, † ſed juratò ignorantiam obtinere debet. † Nam quæ in animo alicujus ſita ſunt, ut ſcientia vel ignorantia, juramento probantur, Accurſ. *in l. 1. verb. non occidendi. Cod. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Bartol. *in l. inter omnes. 46. §. rectè 7. num. 2. ff. de furt.* Jaſon. *in §. ſed iſtæ. 3. num. 68. & ſeq. inſtitut. de action.* Andreas Gail. *lib. 2. obſervat. 48. num. 24.*

Ita Domini in cauſa N. B. zu Weiſſenſee/ Menſ. Novemb. Anno 1619. (Verba ſent: So viel aber N. B. anbelanget/ welcher den einen Vehdebrief angenommen/ und deme von Werther überantwortet/ ob er wol nicht geſtändig ſeyn wil daß er den Inhalt des Vehdebriefs gewuſt/ dieweil er aber dennoch in keiner Abrede / daß ſein mitgefangener Bruder bey ihme geherberget/ und von ſeinen Sachen mit ihme geredet/ dahero vermuthlichen / daß er darum Wiſſenſchafft getragen / ꝛc. So iſt er vermittels ſeines leiblichen Eydes ſich zu reinigen / und daß er den Inhalt des Vehdebriefs nicht gewuſt / noch ſich ſeines Bruders Beginnen theilhafftig gemacht/ zu ſchweren ſchuldig. Er thue nun ſolches alſo oder nicht/ ergehet ſo dann auch ſeiner Straffe wegen/ oder ſonſten in der Sachen ferner/ was recht iſt / V. R. W.)

DEFINIT. VIII.

Pœnâ quoque gladii tenentur, qui ſigna hoſtilia ac diffidatoria ſuſpendunt.

1 NOn ſolùm qui literas diffidatorias ſcribunt & offerunt: Sed etiam qui ſigna hoſtilia ac diffidatoria ſuſpendunt, puta: Scopas, Titiones vel Carbones, Papyrum cum pulvere tormentario, aut ejusmodi ſimilia, vulgò Brandzeichen / in pagis vel oppidis affigunt; † quibus nempe
2 tantum detrimenti incendio ſe allaturos minitantur, ut ædificia pagorum vel oppidorum combuſta & in cinerem redacta ſcopis converri poſſint, pœnam gladii incurrunt. Id quod † *ex* Ord.
3 Provinc. Saxon. *ſub tit.* Muthwillige Bevehdere. *verſ.* Daß ſich muthwillige. *Et hâc* Conſt. *14. verſ.* So viel aber die belanget / welche Brandzeichen ſtecken und anhängen / diſertè probatur, Matth. Stephan. *in not. ad dict. artic. 128.* Ordin. Crimin. Carol. Petr. Frideric. Mindan. *de Proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 25. ſect. 6.* Domin. Arum. *ad cap. 17. Aur. Bull. concluſ. 17.* † quamvis extra Saxoniæ Electoratum aliter ſit pronunciandum, ut dicam infra
4 Conſtit. Elect. *16. Defin. 3.*

Ita Domini contra Z. M. zu Pegau/ Menſ. Sept. Anno 1616. (Verba ſentent: So möchte Z. M. wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekanten Verbrechung und Bevehdung/ auch daß er obangeregten Zettel mit der beygefügte verdächtige Materien/ nemlich dem Pulver / und etlichen Schwefel-Kertzen doloſè und vorſetzlichen angehefftet / und alſo Inhalts der Churfürſtlichen Sächſiſchen Conſtitution, ſonderlich aber vermöge der 14. Partis quartæ, welche ausdrücklichen und in ſpecie auff die jenigen/ ſo Brandzeichen ſtecken und anhängen/ mit gerichtet/ und durch dieſelbe die Churfürſtliche Landes-Ordnung gleichſam erkläret wird/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

DEFINIT. IX.

Etiamsi animum minas exequendæ non habuerint.

1 NEc refert, an diffidatores signa hostilia & diffidatoria affigentes animum atque propositum nocendi & minas exequendi habuerint, nec
2 ne; Utroque enim casu gladii pœna obtinet, † *Tùm* propter verba generalia *b.* Constitut. 14. *vers.* Daß dieselbe / ungeachtet / ob gleich von ihnen nichts mehr erfolget / mit dem Schwerdte vom
3 Leben zum Tode sollen gestrafft werden / † quæ generaliter quoque & indefinitè accipienda sunt, *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de leg. præst. l. 8. ff. de publ.*
4 *in rem. act.* † *Tùm*, quod signa diffidatoria affigens absque nocendi proposito, non minus publicam communitatis pacem violet, hominibusque
5 universis metum atque terrorem incutiat, † ac is, qui signa ejusmodi appendendo eâ intentione
6 minatur, ut postmodum minas exequatur, † quæ sola verè causa est supplicii, ut patet ex *artic. 128.* Ordinat. Crimin. Carol. V. Imper. Matth. Wesenbec. *ad §. item Lex Julia de vi publ. 8. num. 4.*
7 *institut. de publ. judic.* † Cur non ergò in utroque casu eadem quoque pœna obtineret? Ex identi-
8 tate saltem rationis, † quæ idem jus facit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 7. §. 2. Codic. de revoc. donat. cap. inter corporalia. 2. extr. de transl. Episc.*

Ita Domini ad Consultationem Nobilium à Reppichau / Mens. Febr. Anno 1619. (Verba sent: So möchte er wegen solcher Mißhandlung/(indeme er in H. R. Scheunenloch einen Fledermisch mit zweyen Kohlen/ so Creutzweise daran gebunden / neben einem Wischlein Stroh geleget/) Inhalts Churfürstlicher Sächsischer Constitution, als ein Vehder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/und hat der Gefangene sich darwider damit/ indem er fürgeben thut/daß seine Meinung niemals gewesen/ daß er anstecken wollen/ nicht zu helffen/ V. R. W.)

DEFINIT. X.

Tenentur etiam pœnâ diffidationis, qui post minationem verbalem, ad loca suspecta profugiunt.

SOlam minitationem verbalem non facere dif- 1
fidationem, nec gladii pœnam mereri, si non factum aliquod accedat, expeditum est, † & pro- 2
batur vel ex hac ipsa Constitut. 14. *in pr.* Recess. Imper. August. *de Anno 1555.* Solches alles abzustellen. *Et §.* Wir setzen / ordnen/ &c. Ordinat. Crimin. Carol. *art. 128. ubi* Matth. Stephan. & Georg. Rem. *in not.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 232. num. 3.* † Et quidem tale factum sit necesse est, quo perse- 3
cutio extrema vitæ, corporis, aut bonorum, inimico denuncietur: † Nimirum, ut quis literas 4
diffidatorias transmittat, aut certo in loco ponat: Vel signa hostilia & diffidatoria suspendat, scopas, carbones, papyrum cum pulvere tormentario, aut ejusmodi similia (vulgò Brandzeichen /) in pagis vel oppidis affigat. † Sed & a- 5
liud adhuc factum minas verbales ita qualificet, ut pro diffidatione habeantur, pœnâque gladii coërceantur, † nempe, si minitatores domicilio suo 6
derelicto, ad loca suspecta & ad illos profugiant, iisque se associent, à quibus receptati, ope auxiliove adjuventur, *dict.* Recess. Imper. *de Anno 1555. §.* Solches alles. *dict. artic. 128.* Ordinat. Crimin. Carol. *& ibi* Matth. Stephan.

Ita Domini contra G. H. Mens. April. Anno 1574. (Verba sent: Ob wol G. H. Willens gewesen / die Stadt Sagau und das Dorff/darinnen sein Freund/ mit dem er uneins/ wohnet/ mit Feuer anzulegen / und zu verbrennen/ inmassen er sich solcher bedraulichen Reden verlauté lassen. Dieweil er aber dennoch das nicht gethan/und mit dem Wercke nichts fürgenommen / noch vollbracht / auch Vehdlichen nichts ausgeschrieben/noch Vehdesbriefe angeschlagen/oder sonst verdächtlicher Weise ausgetreten. So möget ihr ihn auch am Leben nicht strassen / sondern allein wol verwahret halten/ biß so lange daß er gnugsame Versicherung mache / daß man keinen Schaden von ihme zu gewarten hat/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XV.

PARTIS QUARTÆ.

Was vor Unterscheid zwischen Drau-Worten / und Absage / oder Vehden / zu halten / und ob sich die Landes-Constitution auff mündliche Absage erstrecke?

Inter minationes & diffidationes quid sit discriminis, & nunquid Ordinatio Provincialis diffidatores puniens, de iis quoque intelligenda sit, qui verbis tantùm hostilia minitantur?

WIr werden berichtet / daß etzliche aus unsern Schöppenstühlen einen Unterscheid unter Drau- und Vehde-Wörter zu machen pflegen / und die jenigen / welche mit einer Condition, so ferne man sich mit ihnen nicht vertragen würde / absagen / vor rechte Bevehder nicht erachten wollen.

Nachdem wir uns dann zu erinnern wissen / waser Gestalt durch unsern Vorfahren

REfertur ad nos, esse in Scabinatibus nostris, qui differentiam constituant inter verba minatoria & diffidatoria, & eos, qui aliis sub hac conditione, se hostes illis futuros, si voluntati ipsorum non satisfecerint, minitantur, pro diffidatoribus propriè non habendos censeant.

Quia verò memoriâ tenemus, quod patruus noster Dux Georgius, piæ memoriæ

Hertzog Georgen zu Sachsen ꝛc. milder Gedächtnüß / die Vehdes-Constitution, Anno 28. auffgerichtet/ und auff was Meynung Anno 34. die Chur- und Fürsten der Erb-Einigung sich derhalben verglichen / davon in unserer Landes-Ordnung ausdrückliche Erholung gethan / so lassen wir es auch darbey bleiben. Setzen und wollen/ daß alle die/ so das jenige verwürcken/ thun und fürnehmen werden/ davon in solcher Constitution Meldung geschicht / ungeachtet oberwehnter angehengter Condition, mit dem Schwerdte / als abgesagte Feinde und Vehder vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden sollen.

moriæ Anno 28. de diffidatoribus constituerit, quidque anno 34. inter Electores & Principes, qui pactis hæreditariis conjuncti sunt, convenerit, quorum & Ordinatio nostra provincialis de diffidatoribus expressam mentionem facit, ea omnia rata etiamnum esse cupientes, constituimus & volumus, ut quicunque in eandem Constitutionem commiserint, nulla adjectæ conditionis habita ratione, tanquam diffidatores, qui hostilia minati sunt, gladio puniantur.

DEFINITIONES.

1. Non meretur veniam diffidatio conditionalis.
2. Pro diffidatore etiam habetur, & gladio punitur, qui saltem uni ex universitate incendium est minatus, signo inflammationis simul affixo.
3. Non est diffidator, nec gladio puniendus, qui alicui gladium, vel pugnam per literas minatur.
4. Sicuti nec is, qui nudis verbis alicui minatur incendium.
5. Minas proferens verbales in carcere est detinendus, donec præstiterit cautionem de non offendendo.
6. Cautio de non offendendo, vel per fidejussores, vel per pignora præstari debet.
7. Non ineptè quandoque à muliere petitur cautio de non offendendo.
8. Cautio de non offendendo juratoria, non nisi volente minitato admittitur.
9. Non injungenda est præstatio cautionis Reo, nisi de minis confessus, vel per duos testes convictus fuerit.
10. Minitatori incarcerato, si non habeat is, unde se alat, à minitato alimenta sunt præstanda.

de / so möchte er als ein Vehder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. I.
Non meretur veniam diffidatio conditionalis.

1 Diffidationes ut plurimùm sub conditione, nisi quid factum vel datum fuerit, fieri solent, ubi disceptatur, annon conditio apposita ita diffidationem qualificet, ut à pœna saltem ordina-
2 ria diffidatores liberentur? † Quod negat Illustrissimus Saxo *hâc* Constitut. *15.* Id enim si diceretur, jam fraus adinventa esset, † per quam diffidationes fierent licitè, cum nullus non diffida-
3 tor, hoc animadvertens, ad minitationem conditionalem se converteret, Auth. Consult. Constit. Saxon. *tom. 2. part. 4. quæst. 36. num. 5.* † Et quis
4 negare ausit, eum, qui sub conditione universitati incendium, aliavè hostilia denunciat, metum ac terrorem universitati incutere, & ita ipso
5 facto minitari, † ut sic requisitis veræ diffidationis concurrentibus, delictum diffidationis committi, ambigendum non sit, Petr. Frider. Mindan. *de proceff. Camer. lib. 1. cap. 25. sect. 3.* Matth. Wesenb. *in §. item lex Julia de vi. 8. num. 4. inst. de public. judic.*

Ita Domini contra C. B. an Herr Ludwigen/ Herrn zu Puppus/ Combtern zu Wildenbruch/ Mens. April. Anno 1585. (Verba sent: Hat Inquisit gestanden uñ bekant/ daß er den Einwohnern zu Köselitz schrifftlichē auch mündlichē gedräuet/ daß wofern sie sich mit ihme nicht vertragen würden/ er ihnen nicht allein das Korn auffm Felde / sondern auch Scheunen und Häuser anstecken und abbrennen wolte/ inmassen er auch an einem Holtzhauffen gewisse Brandzeichē/ als einen Besen und einen Brieff zusamt einer Kohlen gesteckt/ und ausgeschrieben/ die Unterthanen dahin zu haltē/ daß sie sich mit ihme vertragen sollen / wo nicht/ so müsse er andere Mittel und Wege gebrauchen/ ꝛc. Da er nun auf solchem seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonstē wie recht überwiesen würde / so möchte er als ein Vehder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. II.
Pro diffidatore etiam habetur & gladio punitur, qui saltem uni ex universitate incendium est minitatus, signo inflammationis simul affixo.

Solæ minæ verbales diffidationem haud faci-1 unt, sed præterea duo conjunctim requiruntur ad hoc, ut diffidationis crimen censeatur perpetratum. *Primum* est, † ut ad minas verbales fa-2 ctum aliquod accedat, quô persecutio extremæ vitæ, corporis, aut bonorum inimico denunciatur, † veluti transmissio literarum diffidatoria-3 rum, appensio signorum hostilium, vel fuga transitus ad loca suspecta, Recess. Imper. August. *de Anno 1555.* §. Solches alles. & §. Wir setzen/ ordnen. Ordinat. Crim. Carol. *art. 128. ubi* Matth. Stephan. & Georg. Rem. Matth. Col. *part. 2. decis. 232. n. 3.* † *Alterum* diffidationis requisitum est, 4 ut per eam pax publica violetur; totique populo seu communitati hostilia inde sint expectanda. † 5 Nihil siquidem aliud est diffidare, quàm bellum, hostilia atque extremas inimicitias denunciare, Zas. *in §. sic itaque discretis. 14. instit. de action. n. 15.* † Atqui hostilia non pertinent ad unum aliquem, 6 sed totum populum vel universitatem; *l. hostes. 24. ff. de capt. & postlim. reverf.* Quod & innuunt verba Ordinat. Provinc. *sub tit.* Muthwillige Vehdere Unsern Unterthanen und Verwandten. *Et postea:* Unsern Unterthanen grossen und merckelichen Schaden gethan haben / † quæ verba in 7 plurali numero posita, universitatem quandam denotant, Petrus Fridericus Mindanus *de proceff. Cameral. lib. 1. cap. 25. sect. 6.*

Dom. Arum. *ad cap. 17. Aur. Bull. concl. 17.* Matth. Wesenb. *in §. item Lex Julia de vi publica 8. n. 4. instit. de publ. judic.* † Non ergò, inquies, pro diffidatore habebitur, qui uni tantummodò incendium fuerit minitatus, affixo licet signo inflammationis, vel literis diffidatoriis ei oblatis? † Neutiquam id concesserim: Etsi enim hoc casu diffidatio ad unum solummodò dirigatur; † attamen incendium ac hostilia toti communitati exinde imminere, ecquis non animadvertit? † Potest namque toti universitati unius tantummodò domûs incendium nocere, ut quod proxima quæque soleat arripere, ex vulgato illo: Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet, † ut ita hoc casu, adversus minitantem pœna gladii rectissimè decernatur, Matth. Wesenbec. *dict. loc.* Dom. Arum. *dict. loc.* Reinhard. Rosa ad Dan. Moller. *hîc n. 6.*

Ita Domini contra M. W. zu Stolpen/ Mens. Febr. Anno 1617.

Et contra Z. M. zu Pegau/ Mens. Sept. Anno 1616.

Definit. III.

Non est diffidator, nec gladio puniendus, qui alicui gladium, vel pugnam per literas minatur.

FAcilè hinc dijudicare est, an pro diffidatore sit habendus, qui alicui gladium vel pugnam minatur, Er wolle ihn erstechen/ erschiessen/ oder eine Kugel schencken. † Non enim per ejusmodi denunciationem toti populo seu universitati malum imminet, sed tantummodò certæ personæ. † Ergò deficit ratio, ob quam in diffidatores pœna gladii est constituta, nimirum metus ac timor, qui universitati incutitur, ut dixi *in pract. crimin. part. 1. quæst. 37. num. 32.* † ac per consequens ejusmodi minitator pro diffidatore neutiquam haberi debet, † quia denunciationes certæ personæ factæ, nudæ potius sunt minæ, quàm veræ diffidationes, Matth. Wesenbec. *in §. item lex Julia de vi publica 8. n. 4. instit. de publ. judic.* Domin. Arum. *in discurs. 6. ad Aur. Bull. concluf. 17.* Reinh. Rosa *ad* Dan. Moller. *hic num. 6.*

Ita Domini contra M. L. zu Eulenburg/ Mens. Jul. Anno 1624. (Verba sent: Wann gleich M. L. zu Recht überführet werden möchte / daß er ein Schreiben an euch abgehen lassen/ darinnen er euch/ wann ihr ihn gebührender massen nicht befriedigen würdet / zu erschiessen gedräuet / ꝛc. So möchte er doch/ gestalten Sachen nach/ vor keine Bevehder gehalten / noch derowegen am Leben gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Sicuti nec is, qui nudis verbis alicui minatur incendium.

NEque pro diffidatore haberi debet, qui nudis verbis alicui incendium, inflammationem, aliavè hostilia minatur. (Er wolle ihm einen rothen Hahn auffs Haus setzen.) † Etsi enim ejusmodi minæ non solummodò minitati personam, sed totum populum & communitatem concernant, cui incendium unius etiam domus nocere potest, † ut quod proximas quasque ædes soleat arripere, *supr.* Defin. 2. Matth. Wesenb. *in §. item lex Julia de vi publicâ 8. n. 4. inst. de publ. judic.* † Alterum tamen diffidationis requisitum deficit, quod est factum accedens, puta oblatio literarum diffidatoriarum, vel affixio signorum inflammationis, † de quo in Recess. Imperat. August. *de Anno 1555.* §. Solches alles abzustellen. *Et* §. Wir setzen/ ordnen/ ꝛc. *art. 128.* Ordinat. Crim. Carol. Ord. Provinc. Sax. *sub tit.* Muthwillige Bevehdere. *pag. 66.* † Ex quo etiam fit, ut pro diffidatore habendus, & gladio plectendus haud sit, qui universitati, pago, vel oppido, nudis solummodò verbis absq; facto aliquo accedente minatur, Er wolle das Dorf anstecken / und in die Asche legen/ Aut. Consult. Const. Sax. *part. 4. quæst. 36. tom. 2. n. 5.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Wann gleich M. L. geständig/ daß er euch einen rothen Hahn auffs Haus zu setzen mit blossen Worten gedräuet/ ꝛc So möchte er doch/ gestalten Sachen nach / vor keinen Bevehder gehalten / noch derowegen am Leben gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. V.

Minas proferens verbales in carcere est detinendus, donec præstiterit cautionem de non offendendo.

SOlæ igitur minæ verbales diffidationem non faciunt, nec gladio minitator feriri debet, *supr.* Defin. 2. † At, inquies, nonnè & per minas verbales metus ac terror universitati incutitur, & quomodo securus ac tutus esse poterit, adversus quem minæ fuerunt prolatæ? † Non certè putandum est, minitatorem omnem effugere pœnam, sed tamdiu in carcere detinetur, donec sufficientem præstiterit cautionem de non offendendo, quæ ipsi pœnæ loco est, † & minitatum securum reddit, Petr. à Plach. *in epit. delict. lib. 1. cap. 7. n. 1.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 47. num. 2.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 232.* Dan. Moller. *lib. 3. semestr. 29.* Dom. Arum. *ad cap. 17. Aur. Bull. concl. 17.* † Eaque *Doctorum* communis est opinio & in Imperio Romano-Germanico expressâ sanctione firmata à Carolo V. Imperatore *in art. 176.* Ordin. Crimin. † Planè, cautio eò dirigenda est, ut minitator non solummodò ipsum Principalem & minitatum, † sed & ejus familiam, magistratum aliosvè homines offendere nolit, Bartol. *in l. illicitas. 6. §. ne potentiores. 2. ff. de offic. præsid. n. 9.* Felin. *in rubr. extr. de treug. & pac. n. 10. & 11.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 22. n. 14.*

Ita Domini contra N. N. zum Hayn/ Mens. Jun. Anno 1605. (Verba sent: So ist N. N. wegen solcher Drau-Worte/ derer er zur Nothdurfft überführet / genugsame Caution / sich an Gleich und Recht begnügen zu lassen/ und weder wider N. N. oder die Seinen/ noch sonsten männiglichen nichts thätliches fürzunehmen/ zu bestellen schuldig / und ehe und zuvor solches von ihme geschicht/ mag er der gefänglichen Hafft nicht erlediget werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Cautio de non offendendo, vel per fidejussores, vel per pignora præstari debet.

AT quænam cautio sufficiens erit & idonea? † Hoc sanè Regulâ aliquâ certâ haud definiri potest, sed judicis discretioni committendum est, † quam cautionem pro ratione minarum & qualitate personarum idoneam atque sufficientem arbitrabitur, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæstion. lib. 2. cas. 140.* Prosper. Farin. *part. 7. oper. crim. quæst. 107. num. 39. & 43.* † veluti etiam judex ex officio cautionem minitatori injungere valet, parte adversâ licet non petente, ex sen-

ſententiâ Julii Clar. *lib. 5. ſent. quæſt. 47. num. 3.* 4 † quamvis communis Interpp. opinio ſit in contrarium teſte ipſomet Jul. Clar. *dict. loc.* 5 † quam etiam in Scabinatu practicatam memini. Sed hoc 6 certum eſt, † quod cautio de non offendendo neceſſariò vel per pignora, vel per fidejuſſores præſtari debeat, *l. hæc autem ſatisdatio. 4. ff. ſi cui plus quàm per leg. falcid. l. illicitas 6. §. ne potentiores. 2. ff. de offic. præſid.* Jul. Clar. *dict. loc. n. 2.*

Ita Domini contra M. E. zu Eulenburg/ Menſ. Julio, Anno 1624. (Verba ſent: Er were euch aber gleichwol wegen ſolcher Bedrauung gnugſame Caution de non offendendo mit Bürgen oder Pfänden zu beſtellen ſchuldig: Nũ ehe und zuvor ſolches von ihme geſchicht/ möchte er der Haſſt nicht entlediget werden / V. R. W.)

Definit. VII.

Non ineptè quandoque à muliere petitur cautio de non offendendo.

1 NOlunt quàmplurimi, à muliere exigi poſſe 2 cautionem de non offendendo, nimirum, quod fieri vix poſſit, † ut per minas mulieris, terror ac metus incutiatur viro præſertim, cui dedecori eſſet, timere iram fœminæ, 3 † nec tamen quilibet metus, ſed juſtus ſaltem ad cautionem impetrandam ſufficit, quia 4 † cautio de non offendendo nil aliud eſt, quàm legitimum præſidium, quod per officium judicis juſtè timenti datur, Dec. *in l. in omnibus cauſis 39. num. 2. ff. de Reg. jur.* 5 Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 29.* † Conceſſerim equidem hoc ipſum, ſi mulier pugnam viro forti 6 fuerit minata. † Quid verò, ſi incendium, aliavè hoſtilia minetur, quæ vix à prudentiſſimo atque fortiſſimo declinari poſſunt? Compertum ſanè habemus, 7 † integros ſæpè pagos, igne à mulieribus vel ancillis injecto, in cinerem fuiſſe redactos, vel etiam veneficiis ab illis necatos, qui vi & ferro 8 occidi haud poterant. † Nemo, opinor, vanum tunc timorem exiſtimabit, qui etiam in virum 9 fortiſſimum cadere poteſt. † Quis ergò caſibus hiſce, cautionem de non offendendo denegatam 10 velit exigenti eam à muliere minitante, † in quo ipſo certè diſcretioni judicis relinquendum videtur, quem metum juſtum arbitretur, Dan. Moller. *dict. cap. 29.*

Ita Domini contra S. V. zum Schueeberg / Menſ. Jul. Anno 1634.

Definit. VIII.

Cautio de non offendendo jumtoria non niſi volente minitato admittitur.

1 PEr fidejuſſores vel pignora cautionem de non 2 offendendo præſtandam dixi Defin. 6. † At quid, ſi minitator fidejuſſores vel pignora non habeat, adeoque nec cautionem præſtare queat, 3 num ad relegationem deveniendum erit? † Ita quidem volunt Proſper Farin. *part. 3. oper. crimin. quæſt. 107. num. 41. &* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. 4 quæſt. 47. n. 5.* Sed vereor, † ne minitato parùm hoc medio conſulatur, cum relegatione vix coërceri queat Reus, quò minus malum propoſitum ex- 5 equatur. † At nec juratoriâ cautione, quam hoc caſu admittunt Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 232. n. 4. &* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 22. num. 10.* ſatis 6 proſpectum eſt minitato. † Etenim, qui interitum ac mortem alicujus molitur, non facilè metu perjurii ſe deterreri patitur, † ut proinde in de- 7 fectu pignorum & fidejuſſorum, minitatorem in carcere detinendum, exiſtimem cum Dan. Moller. *l. 3. ſemeſtr. 29. n. 9.* † Niſi ipſemet minitatus 8 cautioni juratoriæ fidere velit, de ipſius enim agitur periculo, quidni ergò juri ſuo renunciare poſſet? *l. pen. C. de pact.*

Ita Domini in cauſa M. C. zu Eulenburg/ Menſ. Jul. Anno 1624. (Verba ſent: Es wäre aber gleichwol ſolcher Bedrauung wegen / euch gnugſame Caution de non offendendo mit Bürgen und Pfanden zu beſtellen ſchuldig/ und ehe und zuvor ſolches von ihme geſchicht/ möchte er der Haſſt nicht entlediget werden/ ihr wollet ihme denn auff ſeine eydliche anerbotene Caution trauen/ auff ſolchen Fall würde er des Gefängnüß billich entlaſſen / V. R. W.)

Definit. IX.

Non injungenda eſt præſtatio cautionis Reo, niſi de minis confeſſus, vel per duos teſtes convictus fuerit.

AT durum nimis ac rigoroſum, inquies, mi- 1 natorem usque ad extremum vitæ halitum in carcere detineri, ſi minitatus cautioni juratoriæ fidere, eique indulgere nolit? † Ita certè eſt, 2 ſed imputet hoc linguæ ſuæ petulanti minitatori, huncque rigorem periculum minitati omninò expoſcit. † Videat tamen judex, ne verba arbi- 3 tretur minitatoria, quæ revera talia non ſunt, & de vindicta, quæ fit mediante juſtitiâ, accipi poſſunt, † puta, ſi dixerit Reus: Ich wil es eyffern/ 4 *vel:* Ich wil mich an dir rächen/ *vel:* Ich wil dirs gedencken. † quæ certè verba autoritatem judicis, 5 atque ita vindictam legitimam & viam juris non reſpuunt, Vinc. Caroc. *deciſ. 46. num. 5. & ſeqq.* Hering. *de fidejuſſor. cap. 5. num. 188.* † Eoque ma- 6 gis verba hæc in bonam partem accipienda erunt, quò benignior ſemper in dubio facienda eſt interpretatio, *l. proximè 3. verſ. ſed in re dubia ff. de his quæ in teſtam. l. ſemper in dubiis 96. ff. de reg. jur.* † Quamvis judicis arbitrium & diſcre- 7 tionem prudentum excluſam haud velim, ut dixi *in pract. crimin. part. 1. quæſt. 37. n. 87. & 89.* † Pla- 8 nè, ad cautionem de non offendendo haud devenire quoque poterit judex, priusquam minitator Reus de minis fuerit confeſſus, vel convictus ad minimum per duos teſtes.

Ita Domini in cauſa N. N. zu Wurtzen/ Menſ. Aug. Anno 1630. (Verba ſent: Aber wegen der articulirten Bedrauung mag wider ihn / weil er derſelben/ wie ſichs zu Recht gebühret/ nicht überwieſen/ nichts fürgenommen werden/ V. R. W.)

Definit. X.

Minitatori incarcerato, ſi non habeat is, unde ſe alat, à minitato alimenta ſunt præſtanda.

SI minitator incarceratus non habeat, unde ſe 1 alere poſſit, minitatus ipſi alimenta præbere tenebitur, ex ſanctione Carol. V. Imper. *in* Ordin. Crim. *art. 176. verſ.* Und wo er ſich von ſeinen ſelbſtgütern / ꝛc. † Quod nec à jure communi alienum vi- 2 detur, prout apparet ex traditis à Nicol. Boer. *deciſ. 303. n. 2.* Jaſon. *in l. ſi victum 34. n. 2 ff. de re judicat.* Hippolyt. de Marſil. *in pract. crim. §. attingam. n. 74.* † Quid verò, ſi nec minitatus incarcera- 3 tum ob inopiam exhibere valeat, nec habeat,

4 unde alimenta ei præſtet? † judici tùm incumbere, ex fiſco incarceratum ſuſtentare, ſatis clarum eſt ex *dict. art. 176.* Ordin. Crim. Carol. *verſ.* Wò nun der Ankläger.

Ita Domini in cauſa N. N. zu Weiſſenſee/ Menſ. Octob. Annò 1630. (Verba ſent: Darinnen er von dem ſeinigen/ woſern er es im Vermögen hat/ im widrigen Fall aber/ von dem Betraueten nothdürfftig unterhalten und alimentiret wird/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XVI.

PARTIS QUARTÆ.

Ob der/ ſo Vehdesbrieffe geſteckt/ und pœnitirt, gelinder zu ſtraffen?

Literas diffidatorias qui affixit, ſi poſtea pœniteat, mitiusnè puniendus ſit?

UNſere Verordnete halten es dafür/ wann einer Vehdesbriefe überantwortet/ und ehe er ſie ins Werck geſetzt/ oder Schaden erfolget/ in eine Reu fället uñ pœnitiret, und den Vehdebrieff wieder fordert/ daß demſelbigen die ordentliche Straffe erlaſſen/ und er doch nach Gelegenheit/ mit oder ohne Staupenſchlägen/ zu verweiſen ſeyn ſoll/ dabey wir es dann auch bewenden und bleiben laſſen.

DEputati noſtri exiſtimant, eum, qui literas diffidatorias tradidit, ſi prius quàm effectus illæ ſortiantur, & quid damni ſubſequatur, pœnitens eas revocet, remiſsâ pœnâ mortis, pro rei qualitate, vel fuſtigatum vel ſine fuſtigatione relegandum eſſe, quod & nobis placet.

DEFINITIONES.

1. In crimine diffidationis pœnitentia liberat Reum à pœna mortis ordinaria.

2. Modò diffidator pœniteat, antequàm de crimine accuſetur & incarceretur.

3. Extra Saxoniæ Electoratum affigentes literas, vel ſigna diffidatoria, haud feriuntur gladio, ſi non etiam à domo ſua ſimul profugiant.

4. Non licet Principi in Imperio Romano-Germanico ſubditis ſuis adverſus alienæ Provinciæ dominos, ſive germanos, ſive exteros decernere Repreſſalias.

5. Non facilè, nec ad unius vel alterius ſubditi leſionem, ſummus Princeps ad exercitium Repreſſaliarum debet properare.

pœnitiren/ und die Vehdesbrieffe wieder fordern/ mit der ordentlichen Todesſtraffe zu verſchonen ſeyn/ ꝛc.

DEFINIT. I.

In crimine diffidationis pœnitentia liberat Reum à pœna mortis ordinaria.

1 ETſi diffidator literas vel ſigna diffidatoria affigens gladio plectatur, nullo etiam damno dato, nec effectu ſubſecuto, ut dixi *ſuprà* Conſt. Elect. 14. *Defin. 3.* attamen non aliter id accipi ve-
2 lim, quàm ſi in diffidatione perſeveret. † Cæteroqvin ſi pœnituerit, & diffidationem revocaverit, pœnâ ſaltem extraordinariâ mitiori, ut fuſtigatio-
3 ne vel relegatione coërceri debet, † ex hac Conſt. *16. ubi* Dan. Moller. Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 232. num. 2.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 32. num. 15.*
4 *& ſeqq.* † Quod ſi dixeris, delicto perfecto & conſummato pœnitentiæ quoad pœnæ mitigationem locum non dari, *l. qui eâ mente. 65. ff. de furt.*
5 Reſpondeo, † id limitandum in criminibus iis, in quibus poſt conſummationem res in ſtatum integrum reſtitui poteſt, velut fit in furto & diffida-
6 tionis delicto. † Literis enim vel ſignis inflammationis revocatis, omnis metus ac terror (in quo ſubſtantia diffidationis verè conſiſtit, ut demonſtravi *in pract. crim. part. 1. quæſt. 37. num. 32.*) ceſſat, Bartol. *in dict. l. qui eâ mente. 65. ff. de furt. num. 2. verſ. præterea debes ſcire.* Bald. *in l. ſi quis. 5. C. de Epiſc. & Cler. n. 9.* Proſp. Farin. *in prax. crim. lib. 3. quæſt. 124. n. 176.*

Ita Domini in cauſa M. K. zu Selfersdorff/ Menſ. Mart. Anno 1632. (Verba ſent: Wird euer Verwandter beſchuldiget/ daß er der Gemeine daſelbſten nicht allein mit Feuer gedrohet/ ſondern auch Vehdesbrieffe geſchrieben/ und ausgeſchickt habe/ inmaſſen er dañ deſſen allbereit überführet. Ob nun wohl ſonſten die Bevehderer/ wenn ſie bey Zeiten

DEFINIT. II.

Modò diffidator pœniteat, antequam de crimine accuſetur & incarceretur.

QUod ipſum tamen non aliter exaudiendum, 1
quàm ſi Reus propriâ ſponte pœniteat & diffidationi renunciet, antequam capiatur & in carcerem conjiciatur, † *arg.* Conſt. Elect. 32. *in verb.* 2
fin. Ehe ſie zum Gefängnüß gezogen oder beklaget werden/ ꝛc. *part. 4.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 232. num. 2.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 32. num. 42.* † Ve- 3
reor enim, ſi incarcerato de crimine jam convicto, ob pœnitentiam ſuccurrendum eſſet, ne fruſtranea ſit ſanctio pœnalis, † quæ diffidatores 4
gladio feriri jubet, † cum nullus non diffidationis reus, quò mortis ſupplicium evaderet, vel ſaltem ante pœnæ executionem lubens pœniteret.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent: Dieweil aber dennoch bemeldter euer Freund alſobald anfänglichen/ ehe er zur Hafft bracht/ und der Begünſtigung überführet worden/ ſolches nicht gethan/ ꝛc. So mag er ſich auch numehr durch ſeine allzuſpat gethane Reu der ordentlichen Straffe nicht entbrechen/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Extra Saxoniæ Electoratum affigentes literas vel ſigna diffidatoria haud feriuntur gladio, ſi non etiam à domo ſua ſimul profugiant.

GLadio feriuntur, qui literas ſcribunt diffida- 1
torias, aut ſigna hoſtilia ac diffidatoria ſuſpendunt, puta Scopas, Carbones, Papyrum cum pulvere tormentario, aliavè ſimilia, † etiamſi nil 2
quicquam amplius fecerint, nec damnum dederint, Conſt. Elect. 14. *verſ.* So viel aber die belanget.

uns

3 *ut dixi* Defin. 8. † Sed hoc ita specialiter dispositum in terris & provinciis Electoratus Saxonici
4 *dict.* Const. 14. † At extra Saxoniæ Electoratum, ex eo solùm, quod quis literas inflammationis emiserit, vel signa diffidatoria affixerit, pro diffidatore haberi non debet, adeoque nec gladio feriri.
5 † *Tùm*, quod minitatoribus hisce nuspiam in Constitutionibus & Recessibus Imperii mortis pœna reperiatur definita. † Erubescimus autem sine lege loqui, nec temerè quid absque juris autoritate est asseverandum *l. dissentientis 5. C. de repud. cap. is qui in Ecclesia. 18. in fin. pr. de sent. excomm. in*
7 *6to.* † *Tùm*, quia Carolus V. Imp. eo solummodò casu minitatores gladio puniri vult, si post diffidationem, domicilio suo derelicto, ad loca suspecta ad alios profugere, iisque se associare ausi fuerint, à quibus receptati ope, auxilioque ad-
8 juventur, *in* Ordin. Crimin. *art. 128.* † Ex quo placuit hactenus Scabinis, in Imperio Romano-Germanico, adversus diffidatores mortis pœnâ haud animadverti, si non etiam de eorundem fugâ & receptione ad loca suspecta constiterit, sed affigentes signa inflammationis, ob id tantummodò ad præstationem cautionis de non offen-
9 dendo adigi, † quamvis aliter sentiat Matth. Stephan. *in not. ad dict. art. 128.* Ordin. Crim. Carol.

Ita Domini contra G. N. ad Consultationem Christophori à Minckevvitz auff Luncke/ Mens. Jun. Anno 1595. (Verba sent: Hat Inquisit bekannt und gestanden / daß er dem Wirth daselbsten Brandzeichen an Stall gestecket/ von deßwegen/ daß derselbe ihme auf Befehlich des Junckern zwo Kühe genommen hätte/ &c. So wird er in gefänglicher Hafft so lange billich enthalten/ biß er gnugsame Caution bestelle/ ihme an gleich und Recht begnügen zu lassen / und wider bemeldten Schencken noch sonsten männiglichen/ mit Feuer oder in andere Wege nichts thätliches fürzunehmen/ und nach bestalter Caution / eurer Gerichte ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Et contra E. P. an Herr Ludwigen/ Herrn zu Puppus/ Combtern zu Wildenbruch/ Mens. April. An. 1585. (Verba sent: Hat Inquisit gestanden und bekannt/ daß er den Einwohnern zu Köselitz schrifftlichen auch mündlichen mit Feuer gebrohet/ auch gewisse Brandzeichen gesteckt und angehangen. Da er nun darauf auch ausgetreten/ und sich zu solchen Leuten gehalten/ da muthwillige Beschädiger/ Uffenthalt / Hülffe/ Vorschub und Beystand zu befinden pflegen/ auch auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie recht überwiesen würde. So möchte er vermöge des Heil. Röm. Reichs peinlicher Halsgerichts-Ordnung als ein Vehder mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Non licet Principi in Imperio Romano-germanico subditis suis adversus alienæ provinciæ dominos sive germanos, sive exteros decernere Repressalias.

1 MAlè à plerisque diffidationes & Repressaliæ confunduntur; ut notat Georg. Remus *in*
2 *Nemesi Karulinâ ad art. 129. lit. a.* † de quarum nomine & origine multa scripserunt Ventur. de Valent. *in parthen. litigios. lib. 2. cap. 2. num. 30. & 31.* & Petr. Heig. *part. 1. quæst. 12. num. 6. & multis*
3 *seqq.* † Non minus tamen Repressaliæ, quàm diffidationes illicitæ habentur in Imperio Romano-germanico, & prohibentur in Recess. Imper. Spi-
4 rens. *de An. 1570.* † Qvin & juri civili adversantur, ut multis argumentis demonstrat Vent. de Valent. *dict. cap. 2. num. 32. & seq.* † Requiritur siquidem 5
in repressaliis, justitiam fuisse denegatam; & ejus consequendæ non aliud supereſſe remedium, Hen. Gœden. *consil. 34.* Wesenbec. *cons. 46.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 271.* † 6
At jubet jus civile, ut judice inferiore justitiam denegante, adeatur superior, & principi supplicetur, *l. & in majoribus 20. C. de appellat. Auth. quæ supplicatio. C. de pret. Imp. offer.* † Nec sinunt jura 7
& leges, ut liber homo pignori obligetur, *l. 6. C. qui res pign.* † quod tamen fieret exercitio Repres- 8
saliarum. † Et quis nescit, de jure civili, judicio- 9
rum ordinem esse servandum *l. prolatum 4. C. de sent. & interloc. l. 2. c. de jurisdict. omn. jud.* qui omninò in repressaliis invertitur. † Si rationem na- 10
turalem perpendamus, huic etiam adversari repressalias fateri necesse habemus, quia per repressalias alii pro aliis capiuntur, & bona non debentium pro bonis debitorum. † At nonne hoc est 11
locupletari cum alterius damno & jactura, quod natura iniquum judicat, *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indebit. c. locupletari. 48. de reg. jur. in 6to.* † Non ergò repressalias Impp. Romani indul- 12
serunt, sed libentius adversus eas privilegia dederunt, Andr. Gail. *de pign. cap. 2. num. 3.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 346.* Heig. *dict. quæst. 12. num. 4. & 10.* † Ac si omninò repres- 13
salias belli speciem asseramus cum Didac. Covarr. *in c. peccatum. part. 2. §. 9. num. 4.* † vel pro- 14
pterea Princeps in Imperio Romano-germanico subditis suis adversus exteros etiam Repressalias decernere non valet, quia non potest bellum propriâ autoritate indicere, ut rectè statuerunt Matth. Wesenb. *dict. cons. 46. num. 8. & seq. & n. 20.* Coler. *dict. part. 1. cap. 2. n. 279.* † Multò mi- 15
nus verò contra alios Imperii subditos Repressaliæ permittuntur, quippe contra quos judicia patent, atque etiam latâ in summo tribunali Cameræ Spirensis sententiâ, Revisionis beneficium nemini denegatur, † ut sic ad bellum nunquam li- 16
ceat devenire, prout multis docet Petr. Heig. *dict. quæst. 12.*

Ita Domini in causa Ludolphi Qvenstädten contra Eberhard von Berlepschen zu Bodungen uñ Stygra/ so wol die Hasselfeldische Unterthanen/ nacher Qvedlinburg/ Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sent: Die Hasselfeldische Unterthanen aber werden des/ vermöge derer in Rechten verbotenen Repressalien, gethanen Arests billich entlassen/ V. R. W.)

Definit. V.

Non facilè, nec ad unius vel alterius subditi læsionem, Summus princeps ad exercitium repressaliarum debet properare.

NOn tamen ex toto Repressalias repudiamus, 1
quemadmodum nec duelli (cujus species quædam est in repressaliis) omnem rationem & usum tollimus. † Sed utramque vindictæ speciem 2
intra belli justi fines & limites coërcemus cum Didac. Covarr. *in c. peccatum. part. 2. §. 6. n. 4.* † Nimi- 3
rum, adversus quos bellum instituere licet, cum his etiam repressaliis pugnare jus erit, Petr. Heig. *part. 1. quæst. 12. n. 23.* Ergò rectè decernuntur Repressaliæ ab eo, qui pacis, bellique in Republicâ summam habet potestatem, & se superiorem neminem agnoscit; † cum supremæ majestatis nota 4
sit bellum indicere posse; Bod. *in method. histor. c. 6. &*

5 6. & *lib. 1. de Republ. cap. 10.* † veluti etiam Fridericus II. Imper. adversus rebelles Anconitanos repressalias aliquando decrevit, ut est apud Petr. 6 de Vineis *lib. 5. Epist. 48.* † Neque ex alia causa, quàm quæ belligerandi necessitatem alioqui im- 7 ponit, ad repressalias est deveniendum. † Nimirum, ubi de summa Reipublicæ offensione & læsione depellendâ agitur, ubi monitionibus, petitionibus, minis nihil proficitur, ubi omnibus diligentissimè tentatis, nullum aliunde subsidium extat, ut loquitur Petr. Heig. *dict. quæst. 12. num.* 8 *52.* † Non ergò propter injuriam uni vel alteri saltem privato illatam, ne occasione cujusque etiam exiguæ litis, Reipublicæ tranquillitas turbetur, Matth. Coler. *part. 1. de proceff. execut. cap. 2. num. 288.* † nec statim ad querelas ejus, qui se alicubi per injustitiam & injuriam læsum contendit, Ventur. de Valent. *in parth. litigios. lib. 2. cap. 2. n. 35.* Heig. *dict. quæst. 12. num. 36. num. 57. & seqq.* ubi modum repressaliarum justè exercendarum prascribit.

Ita Domini in causa Matthäi Hübners zu Gensa / Mens. Julio, Anno 1626.

CONSTITUTIO XVII.
PARTIS QUARTÆ.

Von den Mordbrennern / so die That nicht verbracht.

SIr vermercken / daß etzliche in Zweiffel setzen / ob die jenigen / welche Feuer angelegt / wann dasselbe nicht angangen wäre / oder Schaden gethan hätte / für Mordbrenner zu achten / und mit dem Feuer gestrafft werden möchten?

Nachdem denn solche Missethat unter die gröste und atrociffima delicta gerechnet / auch solch grausam und unmenschlich Fürnehmen etliche Jahr sehr gemein worden / und dann an der Mißhändler willẽ dißfalls nicht gemangelt / so ordnen / setzen und wollen wir / daß obgesatzte Verbrechere nicht weniger / als andere Mordbrenner / mit dem Feuer vom Leben zum Tode gericht und gestrafft werden sollen.

Dergleichen constituiren und setzen wir auch / daß die jenigen / welche sich mit Geld / oder in andere wege / zu Mord und Brennen bestellen uñ annehmen lassen / mit dem Schwerdt sollen gerichtet werden / wann auch gleich darauff nichts ferners erfolget.

De Incendiariis, qui delictum non perfecerunt.

DUbitare quosdam animadvertimus, num, qui animo nocendi materiam, igni concipiendo aptam, alicubi deposuerunt, si effectum res consecuta non sit, pœnâ in Incendiarios statutâ afficiendi nihilominus sint?

Cum autem immane hoc crimen & ex omnium maximis & atrocissimis sit, annisque aliquot vehementer creverit, nec per sceleratos istos stet, quò minus res ad effectum deducatur; Igitur ordinamus, statuimus & volumus, eos, non minus ac alios incendiarios, flammis ultricibus vivos comburi.

Constituimus verò insuper etiam, ut qui vel pecuniâ vel alio modo ad tantum facinus committendum se conduci patiuntur, etiamsi ad effectum id non deduxerint, gladio puniantur.

DEFINITIONES.

1. *Etiam in foro Saxonico, Incendiarii cujuscunque Sexus & Ordinis igne concremantur.*
2. *Supplicio ignis tenetur quoque is, qui proprias ædes inflammavit.*
3. *Non excusatur Incendiarius à pœna ignis ex eo, quod minimum damnum per incendium fuerit datum.*
4. *Flammis concremandi sunt Incendiarii, etiamsi nullum prorsus damnum fuerit datum.*
5. *Non meretur veniam incendii Reus, quantumvis ad restitutionem damni se offerat.*
6. *Subjacet etiam ignis supplicio, qui pecuniâ conductus ædes alicujus incendit.*
7. *Attamen effectu haud secuto, locator gladio solummodò plectendus est.*
8. *Mandans quoque & conductor in crimine incendii flammis est concremandus.*
9. *Offensio præcedens à pœna ignis ordinaria Incendiarium non excusat.*
10. *Pœnitentia liberat Reum in crimine incendii à pœna ordinaria.*
11. *Incendiarii minorennes mitius sunt puniendi.*
12. *Nunquam severiori, quàm fustigationis pœnâ coercendum est incendium culposum.*
13. *Ex culpa servorum & domesticorum tenetur paterfamiliâs ad restitutionem damni per incendium dati.*
14. *Non tamen tenetur paterfamiliâs de culpa mercenariorum, quos alii quoque diligentes patresfamiliâs ad certas operas adhibere solent.*
15. *Debitum vel solutio juramento Creditoris aut debitoris probatur, si instrumentum vel libri publici in incendio perierint.*

DEFINIT. I.

Etiam in foro Saxonico, Incendiarii cujuscunque Sexus & Ordinis igne concremantur.

1 INcendiariis in Imperio Romano-Germanico severissimum ignis supplicium indixit Carolus V. Imper. *in* Ordin. Crimin. *art. 125. ubi* Matth. Steph. & Georg. Remus. Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 10. n. 7.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 186. n. 1.* † 2 Quod an in foro quoque Saxonico obtineat, dubitaveris non immeritò, propter textum *in* Landr. *lib. 2.*

lib. 2. art. 13. verſ. Alle Mörder / ubi Incendiarii
3 rota contundi, vel gladio feriri jubentur. † Sed
non attentâ diſpoſitione juris Saxonici, quod vi-
4 gorem & autoritatem non habet, † niſi quatenus
conſvetudine & uſu receptum eſt, ſecundum
Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 16. num. 11. & part.*
5 *2. quæſt. 26. num. 18.* † hodiè etiam in foro Saxoni-
co ex conſvetudine generali, Incendiarii ignis
6 ſupplicio ſubjiciuntur, † quod diſertè compro-
bavit Illuſtriſſimus Septemvir Saxo *h.* Conſtitut. 17.
ubi Dan. Moller. *num. 2. & ſeq.* Andr. Rauchb.
7 *dict. q. 10. num. 7.* † Cumque verba *h.* Conſtitut. 17.
admodum generalia ſint, rectiſſimè hinc infer-
tur, Incendiarios indifferenter, non habitâ ra-
tione ſexûs, comburi, adeoque & fœminas ignis
8 ſupplicio ſubjacere, † quod nec aliter in praxi ob-
ſervatur, ut demonſtravi *in pract. crimin. part. 1.*
9 *quæſt. 38. num. 19. & ſeqq.* † Planè, nec mitius puniri
Nobiles, quàm ignobiles in crimine incendii, ea
ipſa verborum generalitas evincit, *h.* Conſtit. 17.
& in Ordin. Crimin. Carol. *art. 125.* de quo dixi
10 *in pract. criminal. dict. qv. 38. n. 25. & ſeqq.* † quam-
vis jus civile Incendiarios Nobiles mitius puniri
velit, *l. capitalium. 28. §. 1. & §. Incendiarii. 12. ff.*
de pœn. l. ult. §. qui datâ operâ. 1. ff. de incend. ruin.
& naufrag.

Ita Domini contra B. à B. Menſ. Jan., Anno 1587. (Verba ſent: Daferu nun B. von B. ſich zu ſolchem Brandſchaden bekennen / und auff ſelbigem Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde; So möchte er derowegen mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.)

Definit. II.

Supplicio ignis tenetur quoque is, qui proprias ædes inflammavit.

1 ET generalitate quoque Sanctionis Carolinæ *in*
Ordinat. crimin. *art. 125. & h.* Conſtit. 17. rectiſ-
ſimè concludendum, flammis concremari non
2 modò, qui alienas, † ſed & qui proprias ædes in-
3 cendunt, eo fine ac intentione, † quò combuſtis
ædibus propriis, ignis vicinorum quoque do-
4 mus arripiat, easque conſumat, † quæ malitia
quantò gravior videtur, tantò ſeveriori etiam
5 ſupplicio coërcenda erit, † quantumvis flamma
mox extincta, nec ædes Incendiarii combuſtæ fu-
6 erint, † cum per Incendiarium nequaquam ſte-
terit, quò minus ædes vicinæ inflammarentur,
h. Conſtit. 17. *in fine.*

Ita Domini contra G. L. zu Erffurt / Menſ. Jan. Anno 1588. (Verba ſentent: Hat Inquiſit geſtanden und bekannt / daß er am nechſt vergangenen Chriſttage vor Mittage unter der Predigt / ſein eigen Häußlein mit einem breñenden Strohwiſch vorſetzlichen angeſteckt / zu dem Ende / daß auch ſeines Nachbarn Haus zugleich mit abbrieñen ſolte / ꝛc. Da nun ſolcher Brandſchaden gewiß und in Warheit geſchehen / und der Gefangene würde auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen / ſo möchte er wegen ſolcher begangenen und bekannten Mißhandlung mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.)

Definit. III.

Non excuſatur Incendiarius à pœna ignis ex eo, quod minimum damnum per incendium fuerit datum.

1 NOn qualitas damni per combuſtionem da-
ti, ſed delicti atrocitas & Incendiarii nequi-
tia tantam pœnæ ſeveritatem in hoc crimine ex-
igit, ut Incendiarii vivi comburantur, † prout 2
ex verbis *hujus* Conſt. 17. §. Nachdem ſolche Miſſe-
that unter die gröſten und *atrociſſima delicta* ge-
rechnet / auch ſolch grauſam und unmenſchlich Für-
nehmen etliche Jahr ſehr gemein worden / ꝛc. ſa-
tis liquet. † Non itaque veniam merebitur Incen- 3
diarius ex eo, quod per incendium modicum vel
minimum damnum datum fuerit. † Sufficit enim, 4
Reum delictum hoc conſummâſſe, perinde ut in
latrocinio, quod occiſione hominis lucri causâ
perficitur, quantumvis occiſor parum vel prorſus
nihil ex latrocinio lucretur, ut dixi *in pract. crim.*
part. 1. quæſt. 22. num. 39. & 47. † ac certè generali- 5
tas verborum *in art. 125.* Ord. Crimin. diſtinctio-
nem ullam damni dati non admittit.

Ita Domini contra G. M. zu Lützen / Menſ. Octob. Anno 1604. (Verba ſent: Iſt Peter Schlattenbachs Haus mit Feuer angeſiecket worden / welches auch zu brennen angefangen / aber doch bald wiederum gelöſchet worde / alſo / daß wenig Schade geſchehen / und es hat ſich Inquiſit zu ſolchem Anſtecken / und daß er das Feuer angelegt / bekant / ꝛc. Da er nun auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / ſo möchte er derowegen hinwiederumb mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.)

Definit. IV.

Flammis concremandi ſunt Incendiarii, etiamſi nullum prorſus damnum fuerit datum.

QVin etſi nullum prorſus damnum per incen- 1
dium datum fuerit, puta, quod ignis urere
haud cœperit, attamen Incendiarius ex eo ſolo,
quod materiam igni concipiendo aptam depo-
ſuerit, flammis concremari debet, † quia per i- 2
pſum non ſtetit, quò minus ædes inflammatæ ac
combuſtæ fuerint, † & ſic quoad ipſius intentionem 3
& factum, crimen incendii jam conſummatum
eſt, veluti diſertis verbis ſancitum *hac* Conſtit. 17.
verb. So ordnen / ſetzen und wollen wir / ꝛc. † Quod 4
tamen non aliter accipi velim, quàm ſi Reus ma-
teriam igni concipiendo aptam depoſitam jam
inflammârit. † Ceteroquin, ſi hoc factum non ſit, 5
ne quidem ex parte Rei crimen dici poterit con-
ſummatum; † adeoque ſufficiet hoc caſu pœna 6
fuſtigationis cum perpetua relegatione, Matth.
Coler. *part. 1. deciſ. 186.*

Ita Domini contra N. N. zum Hohenſtein / Menſ. Febr. Anno 1620. (Verba ſent: Da ſichs nun in der Erkundigung befinden würde / daß ſolche Feuer-materia dazumal / wie ſie eingeworffen worden / am Badſtuben-Boden an der Erden / bey welchem alte Gefäſſe gelegen / gewiß und in Warheit albereit angebrannt geweſen / die Gefangene auch auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde / ꝛc. So möchte ſie wegen ſolcher ihrer begangenen und bekannten Verbrechung hinwiederumb mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.)

Definit. V.

Non meretur veniam incendii Reus, quantumvis ad reſtitutionem damni ſe offerat.

NEque audiendus eſt Reus incendii veniam 1
petens, ſi damnum reſarcire velit, & ad reſtitu-

2 ſtitutionem ſe offerat, † *Tùm*, quod non damni qualitas, ſed delicti atrocitas & Incendiarii nequitia pœnam ignis mereatur, ut dixi *Supr.* Defin. 3 3. † *Tùm*, quia hac ratione fraus adinventa eſſet legi: quilibet enim, quò vitam redimeret, facillimè jacturam bonorum pateretur, nec non pau-4 pertatem potius, quàm mortem eligeret. † *Tùm*, quod neque transactio, aut remiſſio delinquenti à parte læsâ facta, vindictæ publicæ derogare, aut quicquam ei præjudicare poſſit, *l. 2. C. res inter alios acta.* Joh. Gödd. *ad l. 131. num. 13 ff. de V.S.*

Ita Domini contra N.N. zu Arnſtein/Menſ. Jan. Anno 1586. (Verba ſent: Da nun angezogener Brandſchade euerm Anzeigen nach gewiß und in Warheit geſchehen/ und der Gefangene auf ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ ſo möchte er/ ungeachtet ſeines gethanen Erbietens/ ſich mit N.N. um den zugefügten Schaden zu vertragen/ hinwieder mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Subjacet etiam ignis ſupplicio, qui pecuniâ conductus ædes alicujus incendit.

1 NEmo facilè dubitaverit, quin pœnam quoque incendii rigoroſam incurrat mandatarius ſive locator, qui mercede & pecuniâ acceptâ, operam ſuam ad inflammandum locat, ad-2 eoque alterius ædes incendit, † cum in delictis ob mandatum nemo excuſetur, Bartol. *in l. non ſolùm 11. §. ſi mandato 3. ff. de injur.* 3 † nec turpis rei mandatum ſit obligatorium, imò ne juramento confirmari queat, *l. 6. §. 3. & §. 7. l. 12. §. 11. l. 23.* 4 *§. 6. ff. mandat.* † Et gravius delinquit, qui lucri causâ & ſpe adipiſcendæ pecuniolæ vel alterius rei tàm horrendum crimen, quale profectò incendium eſt, perpetrare non veretur, quàm qui o-5 dio & invidiâ agitatus peccat, † quia pecunia interveniens regulariter delictum aggravat, Jodoc. Damhouder. *in praxi crimin. cap. 83. num. 4.* Proſper Farin. *part. 5. oper. crimin. quæſt. 123. num. 5.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2.* 6 *caſ. 357. num. 14.* † Quidni ergò ejusmodi locator 7 pœnâ ignis teneretur? maximè, † quia Ordin. Criminalis generaliter loquitur, ac Reis incendii absque ullo diſcrimine & diſtinctione, ignis ſupplicium indicit in *art. 125.*

Ita Domini in cauſa B. L. zu Sebenitz / Menſ. Febr. Anno 1618. (Verba ſentent: Wird einem / von welchem eure Frage meldet/ ſchuld gegeben/ daß er ſich zum Mordbrand und Feuer-anlegen mit Gelde beſtellen laſſen. Ob nun wol dergleichen Mordbrennere/ ſo hierzu gedinget / nichts weniger als andere mit der ordentlichen Straffe des Feuers zu belegen/ und vom Leben zum Tode zu richten ſeyn/ ꝛc.)

Et contra N.N. zu Bitterfeld/ Menſ. Octob. Anno 1585.

Definit. VII.

Attamen effectu haud ſecuto, locator gladio ſolummodò plectendus eſt.

1 SEd hoc ita, ſi locator, qui ad incendendum pecuniâ ſe conduci paſſus eſt, promiſſionem nefandam adimpleverit, & materiam igni concipiendo aptam & inflammatam depoſuerit, Defin. 2 *præced.* † Cæteroquin, ſi effectus haud fuerit ſecutus, hoc eſt, ſi Incendiarius ad inflammandum conductus nec ignem poſuerit, neque poſt initum contractum, datamque promiſſionem, quicquam amplius fecerit, neutiquam ignis ſupplicium obtinebit, † ſed hoc caſu, locator gla-3 dio feriri debet, *hac* Conſtit. 17. §. Dergleichen *conſtituiren* und ſetzen wir auch / ꝛc. † Scilicet, quia 4 materiâ ad incendendum aptâ nondum poſitâ & inflammata, haud perfectum & conſummatum eſt crimen incendii, quare non immeritò pœna quoque Incendii ceſſat, juxta tradita *Supr.* Defin. 4. *in fin.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 186.* † Et quid 5 ſi locator pœnituiſſet, nec Incendium promiſſum adimplere voluiſſet? Quô ſanè caſu, ignis ſupplicium, ſeveriſſimum infligere nimis rigoroſum videtur, † prout demonſtravi *in pract. criminal.* 6 *part. 1. quæſt. 39. num. 4. & ſeqq.*

Ita Domini in eadem cauſa B. L. zu Sebenitz/ (Verba ſent: Da aber dennoch/ euerm Bericht nach/ ſelbige Perſon das Feuer-anlegen nicht zu Werck gerichtet/ noch etwas ferner dabey gethan hätte/ ſo möchte ſie auch mit dem Feuer nicht geſtrafft werden/ aber der Straffe des Schwerdts/ wofern ſie/ daß ſie ſich zum Feuer-anlegen dingen und beſtellen laſſen/ geſtändig wäre/ oder wie zu recht überführet würde/ möchte ſie ſich nicht entbrechen/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Mandans quoque & conductor in crimine incendii, flammis eſt concremandus.

NOn certè mitiori pœnâ mandans & conduc-1 tor plectendus eſt in crimine incendii, quam mandatarius & locator: adeoque igne & flammis concremandus, † ſi incendium fuerit ſecutum & 2 delictum perfectè conſummatum, ex natura ſcilicet correlativorum, † quorum eadem ratio, idem-3 que jus eſt, *l. fin. ff. de acceptilat.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 9. cap. 33. num. 1.* † Nec enim 4 refert, an propriis manibus quis incendat, an verò alterius ope id faciat. † Nam quod quis per a-5 lium facit, ipſemet feciſſe cenſetur, *c. qui facit. 72. de Reg. jur. in 6to. l. is damnum 169. ubi* Dec. *ff. de Reg. jur.* † Et cum triplici modo, adeoque gra-6 vius conductor delinquere dicatur, tum in ſeipſum, tum in mandatarium & locatorem, quem corrumpit ut incendat; tùm in eum, cujus ædes comburuntur, *gloſſ. in l. Athletas. 4. §. Pomponius. 4. in verb. in ſervitute. ff. de his qui not. infam.* † 7 Quis judicem, ignis ſupplicium adverſus conductorem decernentem, nimii rigoris arguere auſit?

Ita Domini contra I. W. zu Zieſer / Menſ. Jan. Anno 1593. (Verba ſent: Hat Inquiſit bekant uñ geſtanden/ daß er dem gerechtfertigten Curt Valten einen Reichsthaler gegeben/ und bey deme von Treſchau Feuer anzulegen befohlen. Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß durch itzo gemeldte Curt Valten des von Treſchauen Scheune gewiß und in Warheit mit Feuer angeſteckt worden / und der Gefangene würde auf ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder ſonſten wie recht überwieſen; So möchte er wegen ſolcher ſeiner begangenen und bekannten Verbrechung mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtraft werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Offenſio præcedens à pœna ignis ordinaria Incendiarium non excuſat.

NOn relevat Incendii Reum offenſio ante-1 acta, quò minus flammis ultricibus ſit mancipandus, cum tantum facinus, quale eſt Incendium

dium, inter modos defenſionis legitimæ nequaquam
2 referatur, † præſertim, ſi offenſio diu præceſſerit,
3 temporisque ſpatio extincta & ſopita fuerit. † Non enim vim illatam repellit, qui ex intervallo & deliberato animo delinquit, *arg. l. 45. ff. ad Leg. Aquil.*
4 Jacob. Cujac. *ad tit. quod met. cauſ.* † Quod ſi dixeris, ignoſcendum eſſe aliquo modo ei, qui offenſus & provocatus ſe ulciſci voluit, *l. 14. §. 16. ff. de bon.*
5 *libert.* † & quod difficillimum ſit, iracundiæ calorem comprimere, *l. 39. §. Imperator. 8. ff. ad Leg.*
6 *Jul. de adult.* Reſpondeo † concedendum id eſſe, ſi quis ex juſto & inconſulto calore iracundiæ in continenti modum defenſionis exceſſerit, ſecus verò ſi longo temporis intervallo, poſt offenſionem præter-
7 lapſo, deliquerit, † qui certè non tàm ex inconſulto calore iracundiæ, quàm animo perverſo ulciſcendi
8 peccat, † veluti eſt Incendiarius, quem in tanto & deteſtabili facinore nec offenſio, nec calor iracundiæ excuſare debet, ut pluribus demonſtravi *in pract. crimin. part. 1. quæſt. 38. num. 16. & ſeqq.*

Ita Domini contra A. D. zum Hayn/Menſ. Aug. Anno 1625. (Verba ſent: Hat inquiſitin in gutem bekant uñ geſtanden/ daß ſie des Schmiedes Hauß mit einem Brand angeſtecket/ worauff das Feuer angangen/ und alſo das gantze Hauß in die Aſche geleget worden/ welches ſie aus Widerwillen zu dem Schmiede gethan/ von deme ſie zuvor übel geſchlagen worden/ ꝛc. Da nun die Gefangene vor öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte auff ſolchem ihrem gethanen Bekäntnüß freywillig verharren / oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde; So möchte ſie von wegen ſolcher ihrer begangenen und bekannten Mißhandelung/ weil man der Erkundigung gewiß iſt/ hinwiederum mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. X.

Pœnitentia liberat Reum in Crimine incendii à pœna Ordinaria.

1 PUrgatur aliquo modo dolus per pœnitentiam, ſecundum tradita Hoſtienſ. *in c. pro humani. n. 22. de homicid. in ſexto.* Felin. *in cap. 1. num. 4. extr. de præſumpt.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 60. num. 21.*
2 † Quidni ergò Reus incendii pœnitens à rigoroſo
3 ignis ſupplicio excuſandus eſſet, † præſertim delicto nondum conſummato, Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 186. num. 2.* † Quamvis & pœnitenti in ipſo delicti actu aliquo modo indulgendum exiſtimaverim,
4 prout docui *in pract. crimin. part. 1. quæſt. 39. num. 5.*
5 † Quod enim dicitur, delicto perfecto locum haud dari pœnitentiæ, id non aliter accipiendum, quàm quoad totalem pœnæ remiſſionem, ita ut pœnitentia ejuſmodi ſera ab omni pœnâ nunquam liberet delinquentem, Did. Covarr. *lib. 2. var. reſolut. cap. 10. num. 3.* Jul. Clar. *dict. quæſt. 60. num. 21. & quæſt.*
6 *57. num. 10.* † A pœnâ verò ſaltem ordinariâ, Reum etiam poſt delictum conſummatum, pœnitentem excuſari, probat Conſt. Elect. *32. §. ult. part. 4.*

Ita Domini contra M. B. zu Neuenheiligen/ Menſ. Maj. Anno 1629. (Verba ſent: So möchte M. B. von wegen ſolcher ihrer begangenen und bekannten Mißhandelung/ nach Gelegenheit diß falls/ und weil ſie bald darauff pœnitiret/ indeme ſie ein Oſter-Ey ins Feuer geworffen/ daſſelbe dadurch zu leſchen/ inmaſſen es auch bey dem Stalle allein verblieben/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. XI.

Incendiarii minorennes mitius ſunt puniendi.

ETſi minor ætas delinquentem in totum neutiquam excuſet, ut poſt alios docet Hartman. Pi- 1
ſtor, *obſervat. 58.* † Attamen quoad pœnam miti- 2
gandam, multum juvat, efficitque, ut minores inchoatæ pubertati adhuc proximi mitius puniantur, *l. ferè in omnibus. 108. ff. de reg. jur. l. aut facta. 16. §. perſona. 3. ff. de pœn.* Proſper Farinac. *part. 3. oper. crimin. quæſt. 92. num. 41.* Andreas Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 7. num. 1.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 60.* † Ex quo pœnam incendii ſeveriſſimam mino- 3
ribus remittendam, eosque gladio ſolummodò feriendos rectiſſimè affirmaveris, † cum & in delictis 4
atrociſſimis ob ætatem minorem, pœna ordinaria ſit mitiganda, Andr. Farin. *dict. quæſt. 92. num. 106.* † Nam 5
licet doloſum ſit minoris judicium, infirmitate tamen aliquâ per ſe laborat, ut ſic minor ſit hujus perverſitas, adeoque etiam mitiorem mereatur pœnam, ut docui *in pract. criminal. part. 1. quæſt. 39. n. 16.*

Ita Domini contra C. L. zu Freyberg / Menſe Auguſt. Anno 1603. (Verba ſent: Ob nun wol Inquiſit, ſo neulicher Zeit das 14. Jahr ſeines Alters erreichet/ zu dem Feuer-anlegen ſich in gutem bekañt/ ꝛc. So bleibet er doch von wegen vorangezogener ſeiner Jugend/ mit der ordentlichen Straffe der Mordbrenner verſchonet. Er mag aber gleichwol/ weil aus allen Umſtänden ſeiner unterſchiedlichen Ausſagen zu befinden/ daß ein überaus boßhafftig und rachgierig Gemüthe bey ihme iſt/ und ſolche Boßheit das Alter erfüllet/ wofern er vor Gerichte auff ſeinem gethanen Bekäntnüß freywillig verharren/ oder deß ſonſten/ wie recht/ überwieſen würde/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. XII.

Nunquam ſeveriori quàm fuſtigationis pœnâ coërcendum eſt incendium culpoſum.

CEſſat quoque rigoroſum ignis ſupplicium in in- 1
cendio, quod doloſum non eſt, ſed culpoſum, ſive ex levi, ſive latâ, aut etiam latiſſimâ culpâ id fuerit commiſſum, ut probatum dedi *in pract. criminal. part. 1. quæſt. 39. num. 27. & ſeqq.* † Etſi verò de pœ- 2
nâ incendii culpoſi multum diſceptent Dd. ut videre eſt apud Proſper. Farin. *part. 3. oper. crimin. quæſt. 110. num. 19.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 25. num. 3. & ſeqq.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 390. num. 17. & ſeq.* † vix tamen certum 3
ſupplicium hoc caſu definiri poterit propter diſparitatem culpæ, quæ modò lata, modo latiſſima, quandoque levis, quandoque leviſſima eſt, adeoque etiam ipſam variat pœnam, † quippe quæ ſem- 4
per debet commenſurari delicto, *c. non afferamus. 21. cauſ. 24. q. 1. l. perſpiciendum. 11. ff. de pœn.* † Rectè igitur 5
pœnam incendii culpoſi arbitrariam dixerim, cum Andrea Rauchb. *part. 2. q. 10. n. 10.* & Joh. Schneidew. *ad §. tertio capite 13. inſt. de Lege Aquil. n. 5.* † Nam, 6
quando pœna certa legibus definita haud eſt, arbitraria eſt animadverſio, Jaſon. *in l. jubere. 4. num. 17. ff. de jurisdict.* Andr. Tiraquell. *de pœn. leg. temp. cauſ. 31. num. 34.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 104. num. 9.* † Hoc tamen 7
cer-

certum est, quod judex arbitrium suum ultra pœnam
8 fustigationis hoc in casu extendere nequeat, † quamvis & hanc infligere tum demum liceat, si ex culpâ latissimâ incendium magnum fuerit exortum, *l. 3. §. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 10. num. 10.* Joach. Mynsing. *cent. 6. observ. 88. num. 9. vers. frequentius tamen obtinuit.*

Ita Domini contra P. S. zu Freyberg/Mens. Januar. Anno 1625. (Verba sent: So wird der verhaffte Mältzer P. S. wegen solches seines Unfleisses und Unachtsamkeit/indeme er über gethane Verwarnung/des Vollsauffens sich befliessen/ und darbey angeregten Brandschaden verursachet/ andern dergleichen Gesellen zum Exempel und Abscheu/ öffentlich billich zur Staupen geschlagen/ und nach ausgestandener Leibes-Straffe des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Ex culpâ servorum & domesticorum, tenetur paterfamiliâs ad restitutionem damni per incendium dati.

1 ULtra pœnam arbitrariam, tenetur quoque Reus incendii culposi ad damna & interesse, *l. qui ædes. 9. vers. si vero. ff. de incend. ruin. naufr. l. capitalium. 28. §. incendiarii. 12. in med. ff. de pœn. c. si quis*
2 *domum. 6. extr. de injur. & damn. dato.* † modò non infligatur pœna corporis afflictiva, quæ simul interesse privatorum civile absumit, juxta tradita Petr. Heig. *part. 2. quæst. 23. num. 20.* Modest. Pistor. *part. 1. quæst. 11.* Reinhard. Rosa *in addit. ad* Daniel.
3 Moller. *part. 4. Constit. Elect. 12. num. 7.* † Quin nec solùm Reus incendii de propriâ culpâ conveniri
4 potest, sed & † ex negligentiâ familiæ suæ & culpâ domesticorum tenetur paterfamiliâs ad restitutionem damni & interesse, *l. pen. & ult. ff. Naut. Caup. stabul. l. 4. §. familiæ. 5. l. 3. ff. de publican. §. fin. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. qui insulam. 30. §. colonus. 3. C. locat. l. 1. ff. ad Leg. Jul. repetund.* Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 25. num. 103.* Andr. Rauchb.
5 *part. 2. quæst. 10. num. 60.* † Nec obstat, quod nemo ex alterius delicto obligetur, nec quisquam culpâ aut odio alterius prægravari debeat, §. *si quis alium. 3. instit. de inut. stipulat. l. non debet 74. ff. de reg.*
6 *jur. c. non debet. 22. de reg. jur. in 6to.* † Et quod de jure Saxonico, domini ex facto famulorum ulterius non obligentur, nisi quatenus eorum merces vel salarium se extendat, Landr. *lib. 2. artic. 32. Gloss.*
7 in Weichbild *artic. 78.* † Fallit siquidem hoc ipsum, si domini vel patrisfamiliâs culpa accesserit, veluti si ineptos, improbos & noxios servos certo officio præfecerit, quâ præsumptione domini semper gravantur, si non contrarium probaverint, ut sentit post multos alios, quos allegat, Rauchbar. *dict. quæst. 10. num. 60.* Sed hoc paulò aliter se habet in decis. Elect. *nov. 79.*

Ita Domini contra V. L. zu Freyberg/Mens. Julio, Anno 1626. (Verba sent: Ist am 26. Junii jüngsthin zwischen 10. und 11. Uhren zu Nacht bey einem Becker V. L. durch der Seinigen Verwarlosung ein plötzliches Feuer auffgangen/ dadurch nicht allein desselben Hauß/ und er/ der Becker selbsten/ sondern auch der zweyen Nachbarn Häuser verbrannt/ und in die Asche geleget worden/ und weil sich etwas an Gelde befunden/ so ist des Becken Hauß unversehret verblieben/ haben obgedachte beyde Nachbarn/ ihres erlittenen und durch den Brand verursachten Schadens wegen/von V. L. Wittiben und Erben Erstattung begehret/ ꝛc. So seynd dieselben berührten Nachbarn des erlittenen Brandschadens halber/ so viel sie dessen liquidiren und bescheinigen können/von dem verhandenen Gelde Abtrag zu thun schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Non tamen tenetur paterfamiliâs de culpa mercenariorum, quos alii quoque diligentes patresfamiliâs ad certas operas adhibere solent.

EX culpâ igitur ministrorum atque servorum, 1
tenetur paterfamiliâs ad restitutionem damni per incendium dati, propterea saltem, quod imperitos ministros operis certis præfecerit, atque ita propriâ etiam ipsius culpâ arguatur, Defin. *præced. in fin.* Ex quo sequitur, † si ministri extra 2
officium sibi commissum quid patrârint, ut si ignem à fornicario, coquo, lotricibus, &c. officio isti à patrefamiliâs præpositis rectè subjectum, rectum, extinctum vel sopitum, alius ex domesticis suscitaverit, negligenter custodierit, atque ita incendii causam præbuerit, Dominum non obstringi, Salycet. *in l. quæ fortuitis 6. num. 7. C. de pignor. act.* Andreas Rauchb. *part. 2. quæst. 10. num. 62.* † 3
quia scilicet domino nulla imputari potest culpa. † Ex eâdem pariter ratione paterfamiliâs, 4
à præstatione damni erit immunis, si per negligentiam Cerevisiariorum, eorumvè, qui cerevisiam coquunt, aut polentam torrefaciunt, der Mältzer und Bier-Brauer/ atque similium mercenariorum, quos alii diligentes patresfamiliâs ad operas istas solebant adhibere, incendium fuerit exortum, ut benè sentit Andreas Rauchb. *dict. quæst. 10. num. 63.* † Nam qui facit, quod alii 5
quoque soliti sunt facere, non dicitur esse in culpâ, sed ab hâc consvetudo excusat, *l. 3. ff. ad SCtum Macedon.* Jason. *in l. prætor. 4. act. 4. num. 23. ff. de edendo.*

Ita Domini in causa Hartung Schaffs zu Franckenhausen/ Mens. Majo, Anno 1633. (Verba sent: Ob nun gleich ausgeführet und beybracht werden könte/daß berührtes Feuer aus Verwahrlosung des Weibes K. F. genannt/so die Wittfrau zum Maltzdörren bestellet/angangen; dieweil sie aber dennoch in gemein/ auch von andern Bürgern zu solcher Arbeit gebrauchet worden/ und alss ihr der Wittfrauen/ daß sie nicht einer vorsichtigern Person obgedachtes Maltzdörren anvertrauet/ nichts zugemessen werden kan/ꝛc. So ist sie auch ihren Nachbarn den erlittenen Schaden zu ersetzen/ und derowegen ihnen einigen Abtrag zu thun nicht schuldig/ V. R. W.)

Item in causa Hansen Richters zu Kemberg/ Mens. Nov. Anno 16;6. (Verba sent: Ob nun wol Hansen Richtern beygemessen werden will/ daß solche Feuersbrunst durch seine Nachläßigkeit in seinem Maltz-Hause sich ereignet habe; dieweil er aber dennoch Ursulen Bezoldin/so in gemein von andern Bürgern zum Maltzdörren pfleget gebrauchet zu werden/das Mältzen anvertrauet/und also ihme/ daß er nicht eine vorsichtigere Person darzu gebrauchet/nicht zugemessen werden kan/ꝛc. So ist er auch seinen Nachbarn den erlittenen Schaden zu erstatten/ und derowegen einigen Abtrag zu thun nicht schuldig/ V. R. W.)

Et contra Jacob Jobsten zu Waldenburg/ Mens. Februar. Anno

Anno 1634. (Verba ſent: Ob nun wol Jacob Jobſt zu ſeiner Entſchuldigung vorwendet/ daß er Jacob Schneidern darzu beſtellt/daß er das Maltz dörren und warten ſollen. Dieweil er aber dennoch ſolche Arbeit zu verbotener Zeit/ in den heiligen Feyertagen angeordnet/und nicht zu befinden/daß der Mann/ den er darzu beſtellet/ des Maltzdörrens erfahren geweſen / und von andern auch darzu gebrauchet worden/ und er alſo bey ſolcher Arbeit nicht die Vorſichtigkeit / wie ein anderer fleißiger Haußvater zu thun pfleget/ gebrauchet/ ꝛc. So iſt er auch Jacob Vogeln den erlittenen Schaden auff vorgehende Liquidation und Richterliche Ermäßigung zu erſetzen ſchuldig / und hat ſich darwider mit ſeinem Einwenden beſtändiger Weiſe nicht zu behelffen/ V.R.W.)

Definit. XV.

Debitum vel ſolutio juramento Creditoris aut debitoris probatur, ſi inſtrumentum vel libri publici incendio pericrint.

1 SI forſan in incendio inſtrumenta debiti vel ſolutionis, aut etiam libri publici perierint, admittendus omninò eſt Creditor ſeu debitor, ſi debitum aut ſolutionem juratò obtinere velit, † ne ſcilicet ob 2
defectum probationis, debito citra culpam ſuam carere, vel idem bis ſolvere cogatur, quod iniquiſſimum eſſet. † Attamen non aliter hoc intellectum velim; quàm juſſu ſive permiſſu judicis interveniente. † Nec enim præſtitum juramentum ali- 4
cujus momenti habetur, niſi à judice fuerit impoſitum, Matth. Weſenb. *in parat. ff. de jurejur. num. 9. verſ. quod tamen ita verum eſt.* Dan. Moller. *lib. 3. ſemeſtr. 3. n. 1.* Cravett. *conſil. 196. n. 2.*

Ita Domini an Bürgermeiſter und Rath zu Marienberg/ Menſ. Jun. Anno 1611. (Verba ſent: Dieweil in mehr angeregter Feuersbrunſt auch alle und iede Stadt-Bücher/ in welchem die Käuffe und andere Conträrte beſchrieben geweſen/ zugleich mit verbrannt / und man alſo keine Nachrichtung haben kan / was der Schuldener bezahlet/ oder der Gläubiger empfangen/ ꝛc. So wird in Mangelung anderer Ausführung der Debitoren eydlichen Ausſage und Anzeigung/ wie viel ſie nemlich bezahlet und abgetragen/ nach Gelegenheit dißfalls billich Glauben gegeben/ V.R.W.)

Constitutio XVIII.
PARTIS QUARTÆ.

Wie die Vergifftung der Weyde zu ſtraffen?

De pœnis illorum, qui veneno paſcua inficiunt.

DJe jenigen/ ſo die Weyde vergiften/ſollen nach Sächſiſchen Rechten mit dem Feuer geſtrafft werden / welches verſtanden werden ſoll/ wann Schade darauff erfolget; da aber kein Schade geſchehen/ſoll dißfalls eine willkührliche Straffe/als zeitige und ewige Verweiſung mit Staupenſchlägen / erkannt und geſprochen werden.

PAſcua veneno qui inficiunt, ſecundum juris diſpoſitionem vivi exurantur, ſed tùm demùm, ſi quid damni inde ſecutum ſit; Aliàs enim ad tempus, vel fuſtigati in perpetuum etiam, pro arbitrio judicis relegabuntur.

DEFINITIONES.

1. Igne comburuntur, qui paſcua venenant.
2. Quæ tamen pœnâ ceſſat, ſi ex pratorum venenatione nihil damni datum fuerit.
3. Gladio ſunt plectendi, qui bruta animalia veneno necant.
4. Veneno hominem necans, etiam in foro Saxonico pœnâ Rotæ plectitur.
5. Aggravare quandoque licet pœnam Veneficii uſtulatione forcipum candentium.
6. Non infligenda eſt pœna Veneficii, priusquam conſtet, venenatum ex propinato veneno noxio mortuum fuiſſe.
7. Conatus Veneficii non punitur mortis ſupplicio.

Definit. I.

Igne comburuntur, qui paſcua venenant.

1 ATrociſſimum certè eſt crimen Venenatio paſcuorum, ex quâ non ſolummodò ingens damnum per occiſionem animalium infertur, † Sed & verendũ, ne ex aëre infecto & eſu carnium venenatarum homines innumeri moriantur, aut certè in mor- 3
bos graviſſimos incidant. † Quid ergò mirum, ut criminis hujus Reos Sereniſſimus Elector igne cremari juſſerit *hâc* Conſtit. *18.* Tàm rigoroſum ſcilicet ſupplicium delictum hoc atrox & deteſtandum me- 4
retur, † cum pœnæ ſemper debeant correſpondere delictis, *l. perſpiciendum. 11. in pr. l. hodie. 13. ff. de pœn. l. ſacrilegii. 6. ff. ad Leg. Jul. peculat. l. ſancimus. 22. C. de pœn. l. capitalium. 28. §. ſolent. 3. & §. graſſatores. 10. ff. de pœn. l. 3. C de epiſcop. audient.* Nicol. Reuſner. *lib. 2. deciſ. 20. num. 6.* † Nec tamen noviter eſt repertum ignis ſupplicium, ſed jam ante quoque Veneficis, qui venenum alicui miniſtrant, de jure Saxonico præfinitum, Landr. *lib. 2. artic. 13. verſ.* Welche Chriſten-Mann. Matth. Coler. *part. 1. dec. 180. num. 11.* Aut. Conſult. Conſt. Sax. *tom. 1. part. 4. quæſt. 34.* † ut propterea Illuſtriſſimus Conſtituens 5 6
eò minus nimii rigoris ſit arguendus.

Ita Domini contra A. H. an die Gevettere von Littichau/ Menſ. Jun. A. 1626. (Verba ſent: Hat Inquiſit bekant und geſtanden/daß er zu unterſchiedenen malen/ und an unterſchiedenen Orten die Vieheweyde vergiftet/ indeme ihme die Schinderin/bey welcher er gedienet/vorm Jahre in der Faſten-Zeit Gifft in einen Hader gebunden/und denſelben auff die Vieheweyde zu tragen und auszuſtreuen befohlen/ welches er alſo verrichtet/ꝛc. Und es hat ſich in eingeholeter Erkundigung befunden/daß das Viehe des Orts eine Zeithero Hauffen-weiſe euren Unterthanen umbgefallen/ alſo daß ſie dadurch in unüberwindlichen Schaden gerathen/ꝛc.

Da nun der gefangene A. H. auff solchem seinen gethanen Bekantnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/oder deß sonsten wie recht überwiesen würde / So möchte er von wegen solcher seiner begangenen uñ bekañten Mißhandelung mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/V.R.W.)

Definit. II.

Quæ tamen pœna cessat, si ex pratorum venenatione nihil damni datum fuerit.

1 NE tamen Septemvir Saxo Illustrissimus nimis rigorosus videretur, sanctionem suam ad eum restrinxit casum, quo animalia ex venenatione pa-
2 scuorum perierint, † arbitrariâ saltem pœnâ relegationis aut fustigationis, adversus Reos hujus criminis animadverti jubens, si nihil damni inde secutum fuerit, *b.* Constitut. *18. vers.* Da aber kein
3 Schade geschehen/ꝛc. † Rectissimè sanè, cum effectu non secuto, conatus saltem delicti veniat puniendus. Sed docent Practici & Dd. fori nostri,
4 † jura Saxonica non coercere conatum, sed duntaxat eventum, *cap. 39.* Lehnr. Benedict. Reinhard. *differ. 6. part. 5.* Matth. Wesenbec. *part. 3. consil. 114. num. 33. & in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 5.*
5 † Cui accedit consvetudo generalis, quæ non punit affectum seu conatum alicujus delicti pœnâ ordina-
6 riâ, nisi sequatur effectus, † de qua testantur Doctores quamplurimi allegati à Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 92. num. 1.* Nicol. Reusner. *lib. 2. dec. 21.* Joh. Schneidewin. *in §. 4. vers. sed eâdem lege inst. de publ. judic.*

Ita Domini in causa A. Uxoris G.H. an die Gebrüdere von Lüttichau/ Mens. Augusto, Anno 1627.

Definit. III.

Gladio sunt plectendi, qui bruta animalia veneno necant.

1 QUid verò, *si quis pecora veneno necare ausus fuerit, an & hunc ignis supplicio mancipandum dicemus?* Neutiquam sanè pœna hæc pascua
2 saltem venenantibus indicitur, *b.* Const. *18.* † Ergò ceu odiosa non erit extendenda ad casum alium,
3 *cap. odia. 15. de Reg. jur. in 6to.* † Et quis non videt, gravius imminere periculum ex venenatione pratorum, non solùm innumeris pecoribus, sed & hominibus, per infectionem nimirum aëris & esum carnis venenatæ, quàm si unum vel aliud duntaxat ju-
4 mentum aut pecus veneno occidatur, † ut sic pœnam venenationis pascuorum ad casum præsentem
5 non benè extendi dixeris. † Idque eò minùs, quod nullibi in venenantes animalia bruta, supplicium ignis rigorosissimum fuerit constitutum:
6 † At erubescimus sine legè loqui, *Novell. 18. cap. 5. vers. sed quia non hoc.* Franc. Vivius *decis. 338. n. 4.*
7 *& dec. 475. n. 2.* † Non tamen pœnæ gladii hoc casu Reus erit eximendus, propter damnum datum hominibus, qui non modò suis pecoribus privantur, sed etiam ex esu animalium venenatorum, si non subito moriantur, sed mactentur, perire possunt.

Ita Domini contra C. H. zu Ehrenfriedesdorff/ Mens. April. Anno 1624. (Verba sent: Hat Inquisit bekannt und gestanden / daß er Hüttenrauch oder Gifft-Mehl unter den Heckerling gethan/ davon 11. Stücke Rindvieh und 2. Pferde kranck worden/auch 3. Melck-Kühe gestorben/ und solches hätte er darum gethan/daß er sich an seinem Herrn/ zu deme er Haß und Groll getragen/ rächen möchte / Es hat sich auch in eingeholter Erkundigung befunden / daß Gifft-Mehl unter den Heckerling gestreuet gewesen/ꝛc. Da nun der Gefangene auff solchem seinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde; So möchte er von wegen solcher seiner begangenen und bekañten Verbrechung/gestalten Sachen nach/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/V.R.W.)

Definit. IV.

Veneno hominem necans, etiam in foro Saxonico pœnâ Rotæ plectitur.

1 QUantò gravius delinquit hominem, quàm animal veneno occidens, tantò severiori supplicio eum puniendum, non ineptè existimaveris, † &
2 quidem ignis supplicio, si verbis juris Saxonici strictè inhærendum, *in* Landrecht *lib. 2. artic. 13. vers.* Welcher Christen-Mann oder Weib mit Vergifftnüß umgehen / und der überwunden wird/ die soll man auff einer Hörden brennen / † ita nimi-
3 rum de jure Saxonico Veneficos, qui venenum hominibus ministrant, igneis flammis concremari autumant Dd. Matth. Coler. *part. 1. decis. 180. num. 11.* Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 26. numer. 7. & seqq.* Reinhard. *part. 5. differ. 40. vers. Secus de jure Saxonico.* † Sed cùm Serenissimus Saxo sanctionem
4 illam juris Saxonici ad venenationem pascuorum restrinxerit, *hâc* Constit. *18.* non video, quomodo non peccent contra dispositionem Illustrissimi Legislatoris † idem statuentes supplicium adversus
5 venatores hominum, præsertim cum hosce Rotâ contundi voluerit Imperat. Carolus V. in Ordinat. Crimin. *artic. 130.* à quo supplicio certè nusquam expresse hoc in casu recessit jus Saxonicum. † Quin
6 potiùs disertè id approbavit Elector Serenissimus in Const. *3. part. 4.* decernendo pœnam Culei vel Rotæ adversus eos, qui liberos, parentes, vel conjugem veneno necârint. † Quos tamen præ aliis severiori
7 ignis pœnâ coerceri, æquitas exigeret, si unquam hâc esset animadvertendum contra veneficos homines venenantes, † quippe quod gravius delinquat ve-
8 neno necans parentem, quàm hominem extraneum, ut in aperto est.

Ita Domini contra B. S. zu Langefeld/ Mens. Jul. Anno 1615. (Verba sent: So möchte B. S. von wegen solcher ihrer begangenen und bekañten Verbrechung/auch andern dergleichen Mißhändlern und Ubelthätern/ so Leuten mit Gifft nach dem Leben stehen/dieselbe dadurch zu ermorden/ und umbzubringen/ zum Abscheu und Exempel/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden/V.R.W.)

Definit. V.

Aggravare quandoq; licet pœnam Veneficii ustulatione forcipum candentium.

1 NOn tamen putandum est, judicis potestatem adeò constrictam esse, ut pœnam hujus delicti aggravare nunquam ei fas sit. † Quid
2 enim, si quis plures personas veneno necare ausus fuerit,

3 fuerit, vel sæpiùs hoc crimen reiteraverit? † Neutiquam sanè tùm judex à justitiæ tramite aberrat_, pœnam Rotæ exásperando per ustulationem forci-
4 pum candentium, † pro qualitate scilicet criminis reiterati, & conditione hominum veneno necatorum, per claram sanctionem Imper. Caroli V. in Ordin. Crimin. *artic. 130. vers.* Doch zu mehrer
5 Furcht. † Non solùm enim judex pœnas pro arbitrio temperare ac mitigare, sed etiam ex causa justa easdem exasperare & aggravare potest, *l. & si severior. 3. ubi* Gloss. & Dd. *C. ex quib. caus. infam. irrog.* Felin. *in cap. inquisitionis. 21. col. 5. extr. de accusat.* Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. §. sed & si quis. 2. ff. ad Leg. Corn. de falsi.*

Ita Domini contrà C.M. und B.M. zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1582. (Verba sent: Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß obgedachte Personen alle/ oder eines Theils gewiß und in Warheit mit Gifft vergeben worden und umkommen/ und beyde Gefangene C.M. und B.M. würden auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen/ So möchten sie beyde von wegen solcher ihrer begangenen und bekannten Mißhandelung/ und daß sie unterschiedliche Personen mit Gifft umbracht und ermordet/ C.M. mit fünff/ B.M. aber mit drey glüenden Zangen-griffen gerissen/ und mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. VI.

Non infligenda est pœna Veneficii, priusquam constet, venenatum ex propinato veneno noxio mortuum fuisse.

1 NUnquam indicenda est pœna veneficii, antequam constet, venenum reverâ propinatum, idque malum & noxium, ex eoque mortem secutam fuisse, ut dixi *in pract. crimin. part. 1. quæst. 21. num. 5.*
2 † Sed unde hoc probabitur? Sanè si ex indiciis id probandum esset, vereor, ne periculosa sit probatio, ut patet ex traditis *dict. quæst. 21. num. 3. & seqq.*
3 † Putaverim ergò, standum esse hâc in re judicio Medicorum, qui si juratò asserant, venenum propinatum malum & noxium, atque ex eo ipso venena-
4 tum mortuum fuisse, † quin tum pœna Veneficii tutò irrogari possit, dubitandum prorsus non est, Anton. Gometz. *tom. 3. variar. resolut. cap. 3. n. 8.* Petr. à Plach. *in Epit. delict. cap. 20. n. 10.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 4. vers. ult.* Ægid. Boss. *in tit. de homicid. num. 6.*

Ita Domini in causa N.N. zu Dreßden/ Mense Aug. Anno 1629. (Verba sentent: So wird vor allen Dingen/ ehe man der Straffe halber etwas gewisses erkennet/ von nöthen seyn/ von dem Gefangenen Erkundigung einzuziehen/ wo das übrige Pulver/ damit er N.N. vergeben/ hinkommen/ und wann solches erlanget/ wird es einem erfahrnen Medico übergeben/ desselben Natur/ Qualität und Eigenschafft zu erforschen/ ob es ein rechter Gifft/ oder wofür es eigentlich zu achten sey/ &c.

Definit. VII.

Conatus Veneficii non punitur mortis supplicio.

VErissimè scripsit Jul. Clar. ne quidem in delictis 1
atrocissimis conatum, quantumvis ad actum proximum is devenerit, ordinario supplicio puniri,
† nisi Lex vel statutum expressè contrarium dispo- 2
suerit, *in pract. crimin. §. ult. quæst. 92. numero 2.*
† Cum ergò jure communi aut statutario, pro conatu 3
Veneficii mortis pœna nusquam expressè sancita reperiatur, utique ad severiorem, quàm fustigationis pœnam, hoc casu deveniri haud posse dixerim_,
† cum communi Dd. scholâ, Nicol. Reusn. *lib. 2. de-* 4
cis. 21. num. 24. Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 9. cap. 23. num. 3.* Petr. à Plach. *in Epit. delict. lib. 1. cap. 20. num. 3.* Anton. Gometz. *tom. 3. variar. resolut. cap. 3. num. 7.* Joh. Schneidewin. *ad §. item Lex Cornelia. 5. vers. eadem. num. 4. instit. de publ. judic.*
† Idque eò magis, quia Jus Saxonicum non punit_ 5
conatum, sed duntaxat eventum, *cap. 39.* Lehnrecht. quod & probasse videtur Illustrissimus Saxoniæ Elector *hâc* Constitut. *18. vers.* Da aber kein Schade.
† Nec obstat *art. 130.* Ordin. Crimin. Carol. Wer 6
iemand durch Gifft oder *Venen* an Leib oder Leben beschädiget/ ex quo inferri potest, non sufficere ad indicendam Rotæ pœnam, quod venenatus in morbum saltem inciderit, licet non prorsus obierit_.
† Siquidem particula *(Vel)* ponitur ibidem pro 7
particula *(Et)* ut sensus sit istorum verborum, ad pœnam scilicet Rotæ tum demum esse deveniendum, si damnum corpori & vitæ illatum fuerit, ex quo sententia nostra potius confirmatur, quàm refellitur_. † Nec enim rarum est in jure, ut particula *(Vel)* sit explicanda pro conjunctiva *(Et, etiam)* ut in *l. sæpè. 53. ff. de V. S. l. cum quidam_ 4. C. eod. tit. l. quod si Ephesi. 4. ff. de eo quod certo loco.*

Ita Domini contra G.K. zu Kemnitz/ Meuse Dec. Anno 1603. (Verba sentent: Hat Inquisitin bekannt und gestanden/ daß sie P.S. mit deme sie sich in ein Ehegelöbniß eingelassen/ und allbereit zweymahl öffentlich in der Kirchen aufgeboten worden/ Kobel oder Gifft in einem Trunck beygebracht/ davon derselbe/ und andere viere neben ihm/ so davon getruncken/ kranck worden/ derowegen auch P.S. der Ehe halber von ihr loß gesprochen worden/ &c. So wird sie von wegen solcher ihrer Verbrechung mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V.R.W.)

Constitutio XIX.
PARTIS QUARTÆ.

Straffe des Ehebruchs.

De Pœna Adulterii.

AFratre nostro Mauritio Duce quondam & Electore Saxoniæ, beatæ memoriæ, Anno 1542. de crimine adulterii ita constitutum est: Etsi Jure Cæsareo viri

UNser Bruder/ weyland der Hochgebohrne Fürst Moritz/ Hertzog zu Sachsen/ Churfürst/ &c. seliger und milder Gedächtnüß/ hat Anno 1542. eine Constitution auffrichten/ publiciren und ausgehen lassen/ des

Innhalts / Wiewol die Käyserlichen Rechte in diesem Laster den Mannes- und Weibes-Personen die Straffen ungleich geordnet / Wo aber hinführo in unsern Landen ein Eheweib vorsetzlich mit einem andern Manne Ehebruch treibet / so soll sie mit der Straffe / die dem Ehemanne geordnet / dergleichen der Mann / ob er wol eine ledige Person / nemlich mit dem Schwerdte / gestrafft werden.

Dieweil wir deñ nicht weniger gemeinet / diesem allgemeinen und noch täglich wider GOttes Gebot wachsenden Laster mit rechtem Eyfer und Ernst zu wehren / So wollen wir / daß berührte Constitution in Würden bleiben / und in unsern Schöppenstülen und Gerichten darnach gesprochen und erkannt werden soll.

Darüber aber ordnen / constituiren und setzen wir / daß nicht allein die Ehefrau / so mit einem ehelichen Manne Ehebruch getrieben / sondern auch der Ehemann / so mit einer ledigen Dirne / oder unverehelichtem Weibe / seine Ehebrechen und Unzucht treiben würde / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode soll gerichtet und gestrafft werden. Die ledige Dirne aber / oder das unverehelichte Weib / soll in einem solchen Fall mit Staupenschlägen unsers Landes ewig verwiesen werden. Jedoch wollen wir beyde unsers Bruders / und diese unsere Constitution dahin gnädigst erläutert und erkläret haben / wann der Ehegatten einer / als der Mann für das ehebrecherische Weib / oder das Weib für den ehebrecherischen Mann / selbst bitten / und sich erbieten würden / demselbigen / ungeachtet gebrochener Treu u. Glaubens / länger ehelich beyzuwohnen / daß alsdann / dem Ehestande zu Ehren / die Straffe etwas gemildert werde / der schuldige Theil des Landes ewig verwiesen / und der Unschuldige aus unsern Landen seinem Ehegatten folgen / darinnen ferner nicht wohnen / oder sich wesentlich auffenthalten soll.

Es soll aber der ledige Mann / so / wie obstehet / sich mit einer Ehefrauen vermischet / ungeachtet / was die Ehe-Personen einander remittiret und erlassen / nichts desto weniger vom Lebē zum Tode mit dem Schwerdte gestrafft / desgleichen die ledige Weibesperson / so mit einem Ehemañ Unzucht getriebē / in solchem Fall auch des Landes mit Staupenschlägen ewig verwiesen werden. Wañ aber ein Ehemañ mit eines andern Eheweib die Ehe gebrochen / so lassen wir es bey der Straffe / so biß anhero in unsern Schöppenstülen gesprochen / nemlichen / daß sie beyde mit dem Schwerdte gerichtet werden sollen / bleiben.

Wollen auch / daß in diesem Fall gantz keine der Eheleute Remission oder Erlassung statt haben / noch dieselbige in etwas angesehen / viel weniger in Urtheilen durch die Schöppenstüle darauff erkannt / sondern berührte Lebens-Straffe ohne einige Gnade oder Nachlassung vollstreckt werden / auch die Verjährung der fünff Jahre / darauff unsere Schöppenstüle in dem Laster des Ehebruchs gesprochen / forthin nicht statt haben soll.

& fœminæ adulterium committentis non eadem pœna est; si tamen imposterum in nostris Ditionibus mulier viro nupta cum alio viro adulterium sciens committat, eodem supplicio cum viro, etsi is uxorem non habeat, gladii nimirum, afficietur.

Nos igitur non minori Zelo & severitate huic, quamvis lege quoque Divinâ prohibito, indies tamen augescenti delicto obviam ire cupientes, hanc ipsam fratris nostri Constitutionem robur suum etiamnum obtinere, & pœnam in ea in adulteros statutam Scabinatus & judicia nostra pronunciare, jubemus.

Insuper hoc etiam sancientes, ut non tantùm mulier viro nupta, cum alterius mulieris marito adulterium committens, sed is ipse etiam maritus, cum alia muliere, licet solutâ, rem habens, gladio puniatur, mulier autem soluta, virgis cæsa è Ditionibus nostris in perpetuum relegetur: Utramque tamen Constitutionem, tàm fratris, quàm hanc nostram hoc pacto declarantes, ut, si vel maritus pro uxore, vel hæc pro illo intercedens, se illi, remisso delicto, nihilominus deinceps quoque cohabitaturam polliceatur, tùm in honorem matrimonii pœnam mitigari & nocentem è Ditionibus nostris in perpetuum relegari, unàque cum eo innocentem quoque migrare velimus, nec in iis habitare deinceps illi permittamus.

Sed etsi conjunx pro conjuge, eo quo diximus modo intercedens à pœna mortis illum liberare possit, viro tamen soluto, qui cum uxore alterius adulterium commisit, hujusmodi remissio conjugum nihil proderit, sed is nihilominus pœnæ ordinariæ, gladii nimirum, subjacebit, mulier autem soluta, virgis cæsa vel fustigata, remissione conjugum similiter non obstante, in perpetuum exulabit.

Ubi verò adulterium ab utrinq; nuptis committitur, pœna hactenus consveta, gladio nimirum, nullâ omninò vel remissionis vel præscriptionis quinque annorum, quam antea in crimine adulterii admiserunt Scabinatus nostri, habitâ ratione, eos affici jubemus.

DEFI-

DEFINITIONES.

1. *Extra Saxoniæ Electoratum Uxores adulteræ virgis cæduntur, & in perpetuum relegantur.*
2. *Etiamſi viro tantummodò ſoluto ſui copiam fecerint.*
3. *Etiam de jure communi Vir ſolutus ad fœminam conjugatam prolapſus gladio feriri debet.*
4. *Maritus ad fœminam ſolutam accedens, de jure communi virgis cæſus in perpetuum relegatur.*
5. *At fœmina ſoluta, maritum alienum admittens, de jure communi arbitrariè, vel temporali relegatione, vel carcere punitur.*
6. *In Electoratu Saxoniæ, fœminæ conjugatæ ob commiſſum adulterium æquè gladio feriuntur.*
7. *Etiamſi cum viris ſolutis ſe commiſcuerint.*
8. *Gladio feriri debet maritus in Electoratu Saxoniæ, ad fœminam ſolutam prolapſus.*
9. *Fœmina verò ſoluta maritum admittens in Electoratu Saxoniæ, virgis cæſa in perpetuum mittitur exilium.*
10. *Remiſſio Conjugis adulterum, adulteramvè à pœna mortis liberat.*
11. *Remiſſio Conjugis non liberat à pœna ordinaria Correum adulterii.*
12. *Extra Saxoniæ Electoratum, Remiſſio Conjugis etiam in duplicato adulterio locum habet.*
13. *Simplici adulterio etiam in Saxoniæ Electoratu quinquennio præſcribitur.*
14. *Vicennii præſcriptio in adulterio duplicato locum habet, etiam in ditionibus Electoratus Saxonici.*
15. *Confeſſio in tortura facta ſufficit ad infligendam pœnam adulterii, etiamſi Correus abſens ſit; & quid ſi Reus confeſſione revocatâ, denuò ſponte ſuâ adulterium fuerit confeſſus?*
16. *Efficit quoque honor matrimonii, ut pœna adulterii, ante conjugium initum commiſſi, mitigetur.*
17. *Nunquam probari poteſt adulterium teſtibus, ſed confeſſio adulteri ſemper eſt neceſſaria.*
18. *Extraordinariâ fuſtigationis, vel relegationis pœnâ coërcetur conatus adulterii.*
19. *Reus debet puniri ſecundum Statuta loci, ubi deliquit.*
20. *Remiſſio Sponſæ adulteræ, facta à Sponſo pœnitente, revocari nequit.*
21. *Maritus ad fœminam ſolutam, paſſim ſe proſtituentem, prolapſus, in terris Electoratus Saxonici gladio plectendus, niſi Uxor ei condonaverit delictum.*

DEFINIT. I.

Extra Saxoniæ Electoratum uxores adulteræ virgis cæduntur & in perpetuum relegantur.

1 MUlieres adulterii reas & convictas, ex Juſtiniani conſtitutione ſic plectendas eſſe, ut & virgis cædantur, & dotis, lucrorumque nuptialium jacturam patiantur, & præterea in monaſterium detrudantur, ibi perpetuò manſuræ, ſi non intra biennium à maritis repetantur, probatur ex *Novell. 134. cap. 10. Auth. ſed hodie adultera. C. ad Leg. Jul. de adul.* 2 † Rectenè an non, diſputare jam nolo. Ecquis enim dubitaverit, adulterium à fœminâ in corpus ſuum peccante & partum ſupponente turpius & atrocius 3 perpetrari, † ex quo etiam pleraruinque gentium legibus polygamia viris, ſed nunquam fœminis permiſſa eſt, † ut vel propterea, ſi non ſeveriori, tamen æquali pœnâ adulterium in uxoribus pariter & maritis coercendum eſſet, niſi Juſtinianus Imp. præ- 5 gnantem mitigationis cauſam habuiſſet, † forſan ne maritis, ſi placati uxoribus adulteris ignoſcere, iisque ulterius cohabitare mallent, facultas recipiendi eas adimeretur, ut dixi pluribus *in pract. crim.* 6 *part. 2. quæſtion. 53. num. 24.* † Hocque genus ſupplicii etiamnum hodiè in foro Saxonico receptum, 7 probavi *dict. quæſt. 53. num. 28.* † Illud ſaltem dubium remanet, cum in terris reformatarum Eccleſiarum Monaſteriorum uſus eſſe deſierit, quomodo pœna adulterii contra uxores adulteras queat exer- 8 ceri? † Arbitratur equidem Modeſt. Piſtor. *vol. 1. conſil. 3. quæſt. 2. num. 66.* cum ædificia Monaſteriorum adhuc reſtent, in quibus mulieres, quæ olim Moniales fuêre, hodiè verò habitum monialem depoſuêre, vivunt, exercitio hujus pœnæ locum dari. 9 † Sed compertum habemus, ne quidem fœminas, quæ habitum monialem depoſuerunt, in omnibus locis Reformatarum Eccleſiarum hodiè alimentari in ædificiis Monaſteriorum, ex iisque plerumque ædes ad uſum privatorum effectas, & Monaſteria in habitationes Laicorum pariter & Clericorum fuiſſe immutatas. † An ergò pœna mulieribus remitten- 10 da erit? Minimè ſanè, ne impunita remaneant adulteria, matris præſertim conquerentibus, *l. ita vulneratus. 51. ff. ad Leg. Aquil. l. 95. §. 1. ff. de ſolut.* † An 11 verò in carceribus mulieres retinendæ? Ita quidem dicendum videtur ex mente Anton. Faber. *in Codic. lib. 9. tit. 7. defin. 2.* † cum ex conſtitutione Juſti- 12 niani Imp. Monaſterium pro carcere fuerit, Thom. Gram. *deciſ. 31.* † Sed vereor, ne hâc ratione pœna 13 adulterii in fœminis multum aggravaretur. † Vix 14 aliud remedium ſupereſt, niſi ut uxores adulteræ virgis cæſæ in perpetuum mittantur exilium, Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 29. num. 27.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 19.* Joh. Schneidew. *ad tit. inſt. de nupt. tit. de divort. num. 25.* † Quam pœnam 15 Uſus in foro Saxonico extra Electoratum approbavit, teſte Virg. Pingitz. *quæſt. 45. n. 2.* & Matth. Coler. *part. 1. dec. 176. num. 11.*

Ita Domini contra M. S. zu Graitz / Menſ. Octobr. Anno 1590. (Verba ſent: So viel aber die Weibes-Perſon M. S. anlanget/ſo bleibet dieſelbe/vermöge gemeiner beſchriebener Käyſerlicher Rechte/ mit der Todesſtraffe verſchonet/ Sie wird aber/ wofern das Kloſter-Leben des Orts abgethan/ billich zur Staupen geſchlagen/ und der Reuſſiſchen Gerichte ewig verwieſen. Es wolten dann beyden Gefangenen ihre Ehegatten ſolche Verbrechung verzeihen/und ihnen hinführo ehelich wiederumb beywohnen/ auff ſolchen Fall bliebe der Mann mit der Todesſtraffe/ das Weib aber mit der öffentlichen Staupe verſchonet/ſie würden aber gleichwol beyde des Landes ewig verwieſen/ daraus ihnen ihre Ehegatten mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. II.

Etiamſi viro tantummodò ſoluto ſui copiam fecerint.

NEc refert, an uxor marito alieno, an viro ſo- 1
luto copiam ſui fecerit. † Nam inter Virum 2
ſolutum æque Uxorem conjugatam adulterium

committitur, *l. 6. §. 1. l. 13. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de adult.* 3 *l. 101. & l. 225. ff. de V. S.* † Quidni ergò etiam hoc casu pœna duplicati adulterii, nempe fustigatio cum perpetua relegatione, in fœmina conjugatâ obtineret, ut bene docent Matth. Coler. *part. 1. decis. 176. num. 10. & 11.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 29. num. 72.* 4 † Non minùs siquidem uxor viro soluto se prostituendo, vinculum sui thori atque fidei conjugalis violat, maritum suum offendit, stirpem spuriam familiæ mariti sui permittit inseri, opem ad hoc ipsum præstat, eoque modô conjugi haud levem injuriam 5 infert, adulteriumque committit, † non aliter ac si 6 maritum alienum admisisset, † ut vel ex rationis identitate eandem pœnam irrogare liceat, *l. 32. ff. ad leg. Aquil.*

Ita Domini contra N. N. zu Lauenburg/ Mens. Decembr. Anno 1592.

Definit. III.

Etiam de jure communi Vir solutus ad fœminam conjugatam prolapsus gladio feriri debet.

1 QUin maritus cum alterius Uxore consuetudinem habens carnalem, gladii pœnâ sit plectendus, nemo forsan dubitaverit, 2 † propter sanctionem claram Imp. Justiniani *in Novell. 134. cap. 10.* 3 *Auth. sed hodiè. C. ad Leg. Jul. de adult.* † Æquissimè sanè, quia duplex violatur thorus & sic duplicatum committitur adulterium. Quô respectu, 4 † levius delinquere videtur vir solutus cum muliere conjugatâ se commiscens, non nisi simplex com- 5 mittendo adulterium: † An ergò hic pœnam me- 6 rebitur mitiorem? † Ita quidem volunt Johann. Schneidew. *ad tit. instit. de nupt. tit. de divort. n. 26.* Kilian. König. *in process. cap.* Von Ehebruch. *n. 1.* 7 † Sed generalis est Constitutio Imp. Justiniani *in dict. Novell. 134.* à qua Virum solutum vel propterea ex- 8 cipere non licet, † quod & hîc propriè adulterium committat, in mulierem scilicet nuptam, *l. inter liberos. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. inter stu-* 9 *prum. 101. ff. de V. S.* † Et cum familiæ alterius contaminatio, sive insitio stirpis spuriæ in alienam familiam, gladii pœnam mereatur, *dict. l. 6. §. 1. ff. ad Leg.* 10 *Jul. de adult. & l. 1. §. fin. ff. de ventr. inspic.* † utique & in virum solutum adulterum hâc pœnâ animadvertendum, ex identitatis saltem ratione, rectè omni- 11 nò asserunt † Petr. Heig. *part. 2. quæst. 29. n. 19.* Jul. Clar. *in §. adulterium. n. 2.* Matth. Stephan. *ad art.* 12 *120. n. 5.* Ordin. Crim. Carolin. † Quod & generalitas verborum evincit *in* Landr. *lib. 2. art. 13.*

Ita Dominì contra N. N. zu Aschersleben / Mense Nov. Anno 1628. (Verba sent: Hat ein lediger Geselle N. N. mit K. S. P. Eheweibe sich fleischlichen vermischt/ und geehebruchet/ welches sie beyde also bekannt und gestanden. Ob er nun wol hiedurch/ vermöge gemeiner Käyserlichen und Landüblichen Sächsischen Rechte / die Straffe des Schwerdtes verwürcket/ &c.)

Definit. IV.

Maritus ad fœminam solutam accedens, de jure communi virgis cæsus in perpetuum relegatur.

1 QUid autem, si maritus ad fœminam solutam, Virginem aut Viduam accedat, cum eaque se carnaliter commiscat? Non committi adulterium, communiter sentiunt Dd. † *tùm*, quod adulterium saltem in nuptam committatur, *l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult. junct. l. inter stuprum. 101. ff. de V. S.* † *tùm*, quia adulterium est violatio thori, quem mulier subjecta marito habere non dicitur, † quò accedit ratio ex suppositione partûs, & insitione stirpis spuriæ in alienam familiam. † Quamvis de jure divino & pontificio aliud dicendum existiment, aliudque Christum, aliud Papinianum sensisse, autumet Anton. Fab. *in C. lib. 6. tit. 31. definit. 8. num. 3.* † At licet vera esset communis sententia de jure civili, († quam omninò falsam, probavi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 52. num. 60. & seqq.*) quis tamen non juri divino potius, quàm humano adhærere vellet? † Impium sanè esset, verbis Christi expressis contradicere, *Matth. 19. vers. 9. Marc. 10. vers. 11.* Concesserim tamen, † simplex hoc adulterium neutiquam pœnâ mortis vindicandum, sed maritum adulterum † virgis cæsum in perpetuum relegandum esse, prout rectissimè docent Petr. Heig. *part. 2. quæst. 29. num. 5. & seqq.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 176. num. 21. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 27. num. 46. & 51.* Aut. Consult. Constit. Saxon. *tom. 1. part. 4. quæst. 2. num. 3.* † Nempe, quod sola insitio stirpis spuriæ in familiam alienam, sive contaminatio familiæ, mortis supplicio coerceatur, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † Quæ ratio hoc in casu cessat, ut in apertо est.

Ita Domini contra F. L. zu Neuen Zella/ Mens. Junio, Anno 1607. (Verba sent: Hat F. L. ein Ehemann in gutem bekannt und ausgesaget/ daß er mit einer ledigen Bettel fleischliche Unzucht und Ehebruch begangen/ So wird er von wegen solcher seiner Verbrechung/ nach gemeinen Rechten/ mit Staupenschlägen des Stiffts Neuen Zella Gerichten billich verwiesen. Es wolte ihme dann sein Eheweib diese Verbrechung verzeihen/ und ferner ehelichen beywohnen/ auff den Fall bliebe er dem heiligen Ehestande zu Ehren mit berührter Leibesstraffe billich verschonet/ Er möchte aber gleichwol willkührlichen entweder mit längerm Gefängniß/ oder zeitlicher Verweisung in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Definit. V.

At fœmina soluta maritum alienum admittens de jure communi arbitrariè, vel temporali relegatione, vel carcere punitur.

1 ARbitrariè autem punitur fœmina soluta maritum alienum admittens, quia nusquam in jure civili certa pœna hoc casu reperitur statuta, † Ergò 2 arbitraria succedit animadversio, Jason. *in l. jubere. 4. num. 17. ff. de jurisdict.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 1. quæst. 86. num. 8.* Andreas Tiraquell. *de pœn. leg. temp. cauf. 31. num. 34.* † Quin 3 & delictum hoc respectu fœminarum patientium, non nisi pro stupro aut fornicatione habetur, *l. 6. §. 1. l. 13. §. 2. l. 34. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. 101. l. 225. ff. de verb. signif.* † At stupri & fornicationis pœna 4 est arbitraria, nempe carceris vel temporalis relegationis, Landr. *lib. 3. art. 46.* Const. Elect. *28. & 29. hâc part. 4.*

Ita Domini contra N. S. zu Cossvitz / Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sent: So wird die Gefangene N. S. so eine Wittib ist/ wegen deß mit M. S. einem Ehemanne began-

gangenen und bekannten Ehebruchs/willkührlichen/entweder mit zeitlicher Landesverweisung/ oder noch eine Zeitlang mit Gefängnüß gestrafft werden/V.R.W.)

Definit. VI.

In Electoratu Saxoniæ, fœminæ conjugatæ ob commissum adulterium æquè gladio feriuntur.

1 ETsi quamplurimæ gentes pœnam adulterii mitigaverint vel prorsus abrogârint, ut conqueritur Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. adulterium. num. 8. in fin.*
2 † Attamen Sereniſſimi Saxoniæ Electores tanto odio adulteros profequuntur, ut non modo Sanctionem Juſtiniani Imperatoris *in Novell. 134. cap. 10.* in uſum
3 revocârint & confirmârint, † ſed & eandem ut plurimum exaſperârint, ſtatuendo pœnam Legis Juliæ in viros pariter atque fœminas adulteras, *hâc*
4 Conſtitut. *19. verſ.* Wo aber hinführo. † Quo ipſo Sanctio pœnalis Juſtiniani, quæ viros ſolummodò adulteros ultimo ſupplicio puniri, uxores verò virgis cæſas in Monaſterium detrudi jubet, *d. Novell. 134. cap. 10.* quoad fœminas non parum
5 fuit exaſperata. † Rectiſſimè ſanè, quia non minus fœmina ac maritus fidem conjugalem viro promiſſam frangit, thorumque violat, *l. 1. Codic. ad*
6 *Leg. Jul. de adult. l. 1. ff. ſolut. matrim.* † ſeque à carne mariti ſeparat, cui DEUS ipſam implicuit, *Matth.*
7 *19. verſ. 9. Marc. 10. verſ. 11.* †: & contractum cum marito ſuo per matrimonium initum rumpit & reſcindit, *l. 1. ff. de act. rer. amotar. l. 1. ff. de rit. nupt.*
8 *pr. inſtit. de nupt.* † Quid ergò mirum, ut fœmina pariter delinquens, pari quoque teneatur pœnâ, cum hæc ſemper delicto ſit commenſuranda, *cap. non afferamus. 21. cauſ. 24. quæſt. 1. c. felicis. 5. §. cæterum de pœn. in 6to. l. perſpiciendum. 11. ff. de pœn.*
9 *l. 1. §. ſed & qui. 2. ff. de abig.* † Quod ſi dixeris, ſolam inſitionem ſtirpis ſpuriæ in familiam alienam mortis ſupplicium mereri, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 4. & ſequentib.* Jacob. Cujac. *ad tit. Cod. eod.*
10 *& in Novell. 22.* † Reſpondeo, & ipſam mulierem marito alieno ſui copiam faciendo, non parum con-
11 taminationem familiæ ſui mariti promovere. † Aut certè hanc rationem tanti ponderis non judicavit
12 Illuſtriſſimus Saxo, ut fœminis veniam tribui, † quin potius injuriam, quæ per violationem thori ac fidei conjugatis, conjugi infertur, gladii pœnâ vindicari
13 voluerit, † conſentiente præſertim jure divino in *Levit. 20. verſ. 10. & Deut. 22. verſ. 22.*

Ita Domini contra N. N. zu Auttaberg/ Menſ. Nov. Anno 1618. (Verba ſent: Da nun die gefangene Weibesperſon N. N. auff ſolchem ihrem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halßgerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ So möchte ſie von wegen ſolches begangenen und bekannten Ehebruchs und Oberhurerey mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V.R.W.)

Definit. VII.

Etiamſi cum viris ſolutis ſe commiſcuerint.

1 IDemque dicendum, ſi fœmina conjugata viro ſoluto copiam ſui fecerit, neque enim hoc caſu in Saxoniæ Electoratu à pœna gladii erit immunis.
† *Tùm* per text. *in h.* Conſt. *19. in pr. verſ.* Wo aber 2
hinführo. *junct. §.* Es ſoll aber der ledige Mann.
† *Tùm*, ex diſpoſitione clara Ordin. Eccleſ. Kirchen- 3
Ordnung. *ſub tit.* Von der Straffe der Unzucht. *fol. 105. §.* Da einer eines andern Weib. † *Tùm*, 4
ex rationis identitate, quia pariter peccat, fidemque conjugalem rumpit Uxor viro ſoluto copiam ſui faciens, ac ſi maritum alienum admitteret. † Facit 5
autem eadem ratio eandem juris diſpoſitionem, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. cap. fraternitatis. 17. extr. de teſtib.* Gloſſ. *in l. certum. 19. verb. æquitatis ratio. Cod. ad Leg. falcid.* Panorm. *in cap. quoniam frequenter. 5. n. 6. extr. Ut lit. non conteſt.*

Ita Domini contra N. N. zu Franckenhauſen/ Menſe Sept. Anno 1590. (Verba ſentent: So mag ſie vermöge unſers vorigen Rechtſpruchs/wofern ſie auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ ihres mit einem ledigen Geſellen begangenen und bekannten Ehebruchs wegen/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Gladio feriri debet maritus in Electoratu Saxoniæ, ad fœminam ſolutam prolapſus.

1 IN Electoratu Saxoniæ, maritus ad fœminam ſolutam prolapſus æquè gladii pœnam incurrit, ac ſi ad Uxorem conjugatam acceſſiſſet, *hâc* Conſtitut. *19.* Darüber aber. *verſ.* Sondern auch der Ehemann. † Etenim, ſi uxor conjugata virum ſo- 2
lutum admittens gladio plectitur, ut dixi Definit. *præced.* certè eâdem pœnâ tenebitur maritus, qui ad virginem aut viduam acceſſit; † tùm ex natura 3
correlativorum, quorum eadem ratio, idemque jus eſt, *l. ult. ff. de accept.* Bald. *in l. nemo Martyres. 3. & in Auth. quas actiones Codic. de SS. Eccleſ.* † 4
tùm, ex identitate rationis. Quis enim negare auſit, maritum hoc caſu violare fidem conjugalem, atque vinculum ſui matrimonii, *l. 1. Cod. ad Legem Juliam de adult. Matth. 19. verſ. 9. Marc. 10. verſ. 11.* † cur non ergò eandem pœnam lueret, quæ fœminæ 5
conjugatæ, viro ſoluto copiam ſui facienti, ob fidem conjugalem contaminatam infligitur, Definn. *præced.* † Eademque ratio efficit, ut hîc nulla prorſus 6
ratio ſit habenda, an cum virgine aut vidua, an verò cum ſcorto publico maritus conſuetudinem habuerit, utroque enim caſu quia contra fidem conjugalem peccatur, utique & indifferenter gladii pœna obtinebit: † quod & verbis generalibus ſatis 7
luculenter expreſſit Illuſtriſſimus Saxo *h.* Conſtitut. *19. verſ.* Sondern auch der Ehemann/ ſo mit einer ledigen Dirn/ oder unverehelichtem Weibe/ ꝛc.

Ita Domini contra N. N. zu Freyburg/ Menſ. Junio, Anno 1582. (Verba ſent: Da er nun auff ſeinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde/ und ihme ſein Eheweib nochmals nicht verzeihen wolte/ inmaſſen ſie ſich dann allbereit dahin erkläret/ So möchte er wegen ſolches mit einer ledigen Vettel begangenen und bekannten Ehebruchs vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Defi-

Definit. IX.

Fœmina verò soluta maritum admittens, in Electoratu Saxoniæ virgis cæsa in perpetuum mittitur exilium.

1 AT fœmina soluta, sive vidua aut virgo, sive etiam meretrix fuerit, in ditionibus Elector. Saxon. copiam sui faciens marito alieno, virgis cæsa in perpetuum relegatur, *hâc* Constitut. *19.* §.
2 Darüber aber *vers.* Die ledige Dirn aber. † Quæ
3 pœna nemini videbitur nimis rigorosa. † Nam si mulieres solutæ cum viris solutis consuetudinem habentes pro ratione ac frequentia delicti relegari debeant, ut sancitum in Constitut. Elector. *28.* §.
4 Aber andere. *part. 4.* † utique relegationis pœna non sufficiet eo in casu, quo fœmina soluta maritum admisit, quod delictum procul dubio gravius est
5 simplici fornicatione. † Ergò addenda erit huic pœnæ fustigatio, quippe quâ stuprum etiam & fornicatio quandoque coercetur, Constit. Elector. *27. p. 4.*

Ita Domini contra N. N. zu Falckenstein/ Mens. Mart. Anno 1596. (Verba sent: So viel aber oberwehnte Bettel anlanget/ wird dieselbe derowegen/ daß sie mit einem Ehemann fleischlichen zugehalten/ mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. X.

Remissio Conjugis adulterum, adulteramvè, à pœna mortis liberat.

1 ETsi quondam de adulterio transigere non licuerit, ut manifestum est ex Rescriptis Impp. *in l. transigere. 18. Codic. de transact. ubi* Jason. Salycet. Donell. Del Rio. Petr. Heig. *part. 2. quæst. 16. num. 1.* Jacob. Cujac. *lib. 6. observat. 11.* Henr. Bocer. *in*
2 *tract. de adult. cap. 3. num. 31. & seqq.* † Attamen hodiè de adulterio translationem impunè fieri, tradunt Jul. Clar. *lib. 5. sentent.* §. *ult. quæst. 58. num. 11.* Heig. *part. 2. quæstion. 29. num. 29.* Henning. Arnis.
3 *de jure connub. cap. 5. sect. 9. num. 10.* † Nempè, quod leges ac mores suum habeant ævum & fatum, ut, quod quandoque inhonestum visum est, deinde honestè fieri putetur, *Auth. sed novo. Cod. ad Leg. Jul. de adult.* Nicol. Boër. *decis. 298.* Jacob. Cujac.
4 *lib. 6. observat. 15.* † Quidni ergò maritus sive Uxor conjugi adultero culpam remittere, eumque in thorum vicissim recipere posset?
5 † disertè id permittente Imper. Justiniano *in Novell. 134. cap. 10. vers. adulteram. Auth. sed hodiè. Codic. ad Leg. Jul. de adult.* & Illustrissimo Saxone *hâc* Constitut. *19.* §.
6 Jedoch wollen wir. † Non quidem, ut adulter adulteravè ab omni pœna eximatur, sed mortis supplicio remisso, in perpetuum relegetur, † cui conjunx
7 innocens sequi teneatur, *dict.* §. Jedoch wollen wir.
8 Quod certè prudentissimè constitutum est, † *tùm* ad scandala evitanda, *tùm* ne per relegationem nocen-
9 tis, † commorante ac habitante conjuge innocente in ditionibus Electoratus, dissolveretur matrimo-
10 nium, † in cujus tamen honorem relegatio pœnæ
11 mortis ordinariæ substituitur, † ut pluribus demonstravi *in pract. crim. part. 1. quæst. 55. n. 18. & seqq.*

Ita Domini contra N. N. an Wolff Dietrichen von Arras/ Mens. Febr. Anno 1609. (Verba sent: So möchte er von wegen solches begangenen und bekannten Ehebruchs/ vermöge Churfürstlicher Sächsischer Constitution, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden; Es wolte ihme dann sein Weib seine Verbrechung verzeihen/ und ungeachtet gebrochener Treu und Glaubens/ ferner ehelichen beywohnen/ auff den Fall bliebe er dem heiligen Ehestande zu Ehren/ mit der ordentlichen Todesstraffe billich verschonet/ Er würde aber gleichwol des Landes ewig verwiesen/ daraus ihme sein Eheweib mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig/ &c.)

Definit. XI.

Remissio Conjugis non liberat à pœna ordinaria Correum adulterii.

SEd non juvat remissio Conjugis personam coad- 1
ulterantem, quò minùs ei pœna adulterii ordinaria infligatur. † Quantumvis enim marito ad fœ- 2
minam solutam prolapso conjunx injuriam condonaverit, per id tamen fœmina soluta coadulterans à fustigatione haud est immunis. † Sicuti nec Vir 3
solutus ad Uxorem alterius accedens, propter remissionem à marito conjugi factam, pœnæ gladii exemptus est, *hâc* Constit. *19.* §. Es soll aber der ledige Mann. † Nempe, quia in persona soluta fa- 4
vor & honor matrimonii, ob quem tantummodò pœna ordinaria ad intercessionem conjugis mitigatur, cessat, Dan. Moller. *hîc n. 4. in fin.* Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 27. n. 11.* † Sed hoc ita obtinet in di- 5
tionibus Electoratûs Saxonici. Alibi verò Remissionem conjugi factam alteri quoque parti prodesse, 6
† tenent Dd. communiter, Virgil. Pingitz. *quæst. 57. num. 25.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 176. n. 6.* Prosp. Farin. *part. 5. oper. crimin. quæst. 141. n. 108.* † Quo- 7
rum sententia etiam extra Saxoniæ Electoratum, usu est recepta, prout demonstravi *in pract. crim. part. 2. quæst. 55. n. 122. & seqq.*

Ita Domini contra N. N. zu Falckenstein/ Mens. Mart. Anno 1596. (Verba sent: Es wolte ihm dann sein Eheweib seine Verbrechung verzeihen/ und ferner ehelichen beywohnen/ auff den Fall bliebe er dem heiligen Ehestande zu Ehren/ mit der ordentlichen Todesstraffe verschonet/ Er würde aber gleichwol des Landes ewig verwiesen/ daraus ihme sein Eheweib mit wesentlicher Beywohnung zu folgen schuldig/ An der Bettel aber würde die Straffe des Staupenschlages und ewiger Landesverweisung nichts desto weniger vollstreckt/ V. R. W.)

Definit. XII.

Extrà Saxoniæ Electoratum Remissio Conjugis etiam in duplicato adulterio locum habet.

REstrinxit tamen Saxo Illustrissimus intercessio- 1
nem conjugis ad simplex adulterium, ita ut ei locus non detur in adulterio duplicato, tanquam graviori delicto, † sed adulteris, haud obstante con- 2
jugum remissione, pœna mortis sit infligenda, *hâc* Const. *19.* §. Wann aber ein Ehemann. *junct.* §. Wollen auch. *ubi* Dan. Moll. *n. 5.* Joh. Schneid. *inst. de nupt. tit. de divort. n. 26.* Petr. Heig. *part. 2. qu. 29. n. 22.* Virgil. Pingitz. *qu. 45. n. 2.* † Quod quidem in 3
ditionibus Saxoniæ Elector. verissimum est; At de jure communi extra Electoratum, † etiam in dupli- 4
cato adulterio ad intercessionem Conjugum pœna or-

na or-

na ordinaria mortis vel fustigationis remitti solet,
5 substitutâ relegationis pœnâ, † non solùm ex observantiâ communi, de quâ dixi *in pract. crimin.*
6 *part. 2. quæst. 55. n. 29. & 113.* † sed etiam ex sanctione Imper. Justiniani, qui marito, conjugem ob adulterium cum alieno marito perpetratum, in Monasterium detrusam, intra biennium recipere permittit, *in Novell. 134. cap. 10. & Auth. sed hodiè C. ad Leg. Jul. de adult.*

Ita Domini contra N. N. & T. M. zu Bernburgk / Mens. Jun. Anno 1614. (Verba sentent : Es wolte dann die hohe Obrigkeit N. N. in Ansehung seines Weibes Vorbitte/ und daß sich dieselbe erboten/ ihme zu verzeihen und ferner ehelichen beyzuwohnen/Gnade erzeigen : Auff den Fall würde er/ wie auch T. M. Weib/ wofern auch derselbigen Ehemann ihr verzeihen und ferner ehelichen beywohnen wolte/ beede ewig billich verwiesen/und wären ihnen bemeldte ihre Ehegatten mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Simplici adulterio etiam in Saxoniæ Electoratu, quinquennio præscribitur.

1 ABrogavit Saxo Illustrissimus in ditionibus sui Electoratûs præscriptionem quinquennii in adulterio, *hâc* Constitut. *19. §. ult. in verb. fin.* Quæ tamen sanctio ad duplicatum adulterium est restrin-
2 genda. † Nam de hoc agere ibidem Illustrissimum Constituentem, ex toto contextu *h.* Constitut. *19.*
3 manifestò apparet, † ut multis probatum dedi *in pract. crimin. part. 2. quæstion. 59. num. 22. & seqq.*
4 † Ergò dubitandum non est, quin etiam in Electoratu Saxoniæ quinquennio præscribatur adulterio simplici, quod & practica fori Saxonici hactenus probavit, Johann. Zanger. *de except. part. 3. cap. 10. num. 215.* Petr. Heig. *part. 1. quæstion. 16. num. 54.*
5 Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 27. num. 123.* † Nec enim de quinquennii præscriptione in adulterio simplici quicquam dispositum vel immutatum reperi-
6 tur, expressis verbis *in hâc* Constitut. *19.* † ut merito hoc in casu, etiam in ditionibus Saxoniæ Electoratûs standum sit dispositioni juris communis, *arg. l. si extraneus 6. ff. de condict. caus. dat. l. quicquid*
7 *adstringendæ 99. ubi* Dd. *ff. de V. O.* † Idque eo magis, quod in pœnalibus benignior interpretatio in dubio sit capienda, *l. 4. §. 1. ubi* Gloss. *in verb. Et verum est. ff. de suspect. tutor. l. 42. ff. de pœn. cap.*
8 *in pœnis. 49. de reg. jur. in 6to.* † Non equidem me latet, aliter pronunciasse *Facultatem Juridicam Lipsiensem Mens. Februar. A. 1632. hisce formalibus :* Ob nun wohl etliche Sächsische Rechts-Lehrer in der Meynung seyn / daß die Churfürstliche Sächsische *Constitution*, so die Verjährung der 5. Jahr bey dem Laster des Ehebruchs auffhebet/ allein von der Ober-Hurerey verstanden werden soll. Dennoch aber und dieweil angeregte *Constitution* in gemein von dem Laster des Ehebruchs/ und nicht allein von der Ober-Hurerey Meldung thut / Sonsten auch in Göttlichen Rechten die Ehebrecher am Leibe gestrafft werden/ und nicht zu vermuthen / daß die hohe Obrigkeit solche Straffe einigerley Weise auffheben wollen/ weil von derselbigen viel mehr Eingangs erwehnter *Constitution* gedräuet wird / diesem allgemeinen und noch täglich wider Gottes Gebot wachsenden Laster mit rechtem Ernst und Eyfer zu wehren und dann dieser *opinion* gleichfalls vornehme Sächsische Rechts-Lehrer gründlichen beypflichten; So hat die jenige Ehebrecherin/ so mit einer ledigen Person zu thun gehabt/ mit der Verjährung der 5. Jahr/ unangesehen/ daß sie keine Ober-Hurerey begangen/ sich nicht zu schützen/ &c. † Sed rationes 9
hujus pronunciati tanti ponderis haud sunt, ut sententiam communem in foro Saxonico hactenus receptam evertere queant. † Quod enim (1.) de ge- 10
neralitate hujus Constitution. *19.* profertur, id ex verbis ipsissimis Illustrissimi Constituentis *in §. ult.* satis refellitur. † Quia de solo adulterio dupli- 11
cato ibidem agitur, quin & verbis hisce (daß in diesem Fall.) sanctio Electoralis ad solum duplicatum adulterium disertè restringitur, ut proinde absque injuria Serenissimo Electori dispositio generalis affingi nequeat, † veluti cuivis verba Ele- 12
ctoralia perpendenti, modò in clarâ luce cœcutire nolit, obviam est. † Corruit hinc etiam (2.) ratio 13
ex præsumpta Illustrissimi Electoris voluntate adducta, quia præsumptioni locus non datur, ubi verba sunt in contrarium, *argum. l. si chirographum. 24. & seq. ff. de probat. l. 10. Cod. de non num. pecun.* † (3.) Ut maximè concesserim, pœnam etiam de 14
jure divino capitalem in adulteros fuisse constitutam, *Levit. 20. vers. 10. Deuter. 22. vers. 22. Ezechiel. 18. vers. 11. & 13. Johann. 8. vers. 3. 4. 5.* († quam- 15
vis de simplici adulterio, præsertim si maritus ad fœminam solutam prolapsus fuerit, nihil ibidem dicatur, nec adulterium illud mortis supplicio vindicari, ex ullo juris divini textu, quin potius contrarium ex permissione polygamiæ probetur,) † haud tamen propterea præscriptio abroganda 16
erit, nisi & in aliis criminibus longè gravioribus, quæ jure divino ultimo puniuntur supplicio, præscriptionem sublatam autumare, & sic totam præscriptionis materiam ad solas causas civiles restringere velimus ? † Quod forsan nemo JCto- 17
rum unquam statuerit, *l. querela. 12. C. ad Leg. Cornel. de falsi.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæstion. 51. vers. Et hæc.* Nicol. Boër. *decis. 26. num. 1.* Johann. Schneidewin. *in tit. instit. de Usucap. sub rubr. de spec. præscript. num. 44. & sequentibus.* † (4.) De- 18
nique non vidi hactenus ullum in foro Saxonico Interpretem, qui in simplici etiam adulterio, per Constitut. Elector. præscriptionem quinquennalem abrogatam dixerit. † Certè si quis Jacob. Tho- 19
ming. *decis. 39. in fin.* & Matth. Wesenbec. *in margin. ad* Schneidewin. *dict. rubr. de specieb. præscript. num. 49.* hoc affingere velit, propterea quod generaliter loquantur, vereor, ne is mentem ipsorum haud fuerit assecutus ; † quia ad *§. ult.* hujus Con- 20
stitut. Elect. *19.* sese referunt, in quo tamen non nisi de duplicato agitur adulterio. At quid multis? † Centies ferè, quod in terris Electoratûs Sa- 21
xonici adulterio simplici etiamnum quinquennio præscribatur, à Dominis Scabinis, (quibus solis, hisce in provinciis de causis criminalibus pronunciandi facultas concessa est,) responsum, † ac toties quoque hanc ipsam sententiam ab 22

Illu-

Illustrisimo Dn. Electorere, sponsa Scabinorum exe-
23 cutioni mandante, confirmatam novimus, † ut pro-
fectò, qui huic præfractè reluctari adhuc pergat,
commiseratione magis, quàm acriori castigatione
dignus videatur, prout alibi loquitur Petr. Heig. *part.*
1. q. 26. n. 8. *Adde* Dec. Elect. *nov. 84.*

Ita Domini contra N.N. zu Merseburg/ Mens. April. Anno 1604. (Verba sent: Ob wol N.N. so ein lediger Geselle ist/ in gutem bekannt und gestanden/ daß er mit N.N. Ehewerbe sich fleischlichen vermischet/ und geehebruchet; Dieweil aber dennoch/ eurem Bericht nach/ solches vor 5. oder mehr Jahren geschehen/ So ist gemeldte Verbrechung nunmehr durch Verjährung aufgehoben/ und mag Inquisit derowegen mit einiger Straffe nicht belegt werden/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Vicennii præscriptio in adulterio duplicato locum habet etiam in ditionibus Electoratus Saxonici.

1 ETsi in terris Electoratus Saxon. in duplicato a-
dulterio quinquennii præscriptio locum non
2 habeat, Defin. *præced. n. 1.* † attamen præscriptio
Vicennii, quæ in reliquis etiam criminibus sibi lo-
cum vendicat, *l. querela. 12. C. ad Leg. Cornel. de falsi.*
3 sublata non est, † sed præscribitur viginti annorum
spacio, adulterio duplicato etiam in ditionibus Ele-
ctoratus Saxonici, Joh. Zanger. *de except. part. 3. c. 10.*
n. 215. Petr. Heig. *part. 1. q. 16. n. 54.* Dan. Moller.
hîc n. 8. Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 27. num. 124.*
4 † Etenim prohibitio Electoralis loquitur de solâ præ-
scriptione quinquennali, *hâc* Constitut. *19. in fin.*
5 † Ergò ad præscriptionem Vicennii haud est exten-
6 denda, † quia Constitutiones statutariæ ita sunt
intelligendæ, ut per eas jus commune, quantum fieri
potest, non corrigatur, Andr. Tiraquell. *de ll. connub.*
7 *Gloss. 2. num. 32. post pr.* † Quodque jure statutario
expressè correctum non est, id sub juris communis
dispositione relinquitur, Jason. *in l. 6. ff. de condict.*
caus. dat.

Ita Domini in causa N.N. zu Scheudiz/ Mens. Jul. Anno 1602. (Verba sent: Ob ihr gleich von W.H. Eheweib beschuldiget worden/ als wann ihr mit ihr Ehebruch und Oberhurerey getrieben hättet. Dieweil aber dennoch/ ihrem eigenen Anzeigen nach/ solches vor 26. Jahren geschehen seyn soll/ und also bemeldte Verbrechung verjähret ist/ &c. So möget ihr nunmehr derowegen in einige Straffe nicht genommen werden/ V.R.W.)

Definit. XV.

Confessio in tortura facta sufficit ad infligendam pœnam adulterii, etiamsi correus absens sit, & quid si Reus confessione revocatâ, denuò sponte suâ adulterium fuerit confessus?

1 NUnquam adultero infligenda est pœna mor-
tis ad solam ipsius confessionem, si non correi
2 quoque confessio adsit, † vel quod is simpliciter
delictum neget, vel quod haberi nequeat, Dan.
Moller. *lib. 2. semestr. 37.* Modest. Pist. *part. 2. qu. 52.*
Matth. Coler. *part. 1. decis. 235.* Hartman. Pist. *obser-*
3 *vat. 33.* † nempe, quod correi confessio sufficiens
visa fuerit ad repræsentationem corporis delicti,
sine quo aliàs judex ad irrogationem pœnæ mortis
haud tutò devenire queat, ut multis demonstravi *in*
pract. criminal. part. 2. quæst. 60. num. 2. & seqq. † 4
Aliter tamen res se habet, si adulteri confessio per
quæstionem extorta fuerit, sufficit enim confessio in
tortura facta ad irrogandum mortis supplicium,
quantumvis persona cœadulterans absit, vel haberi
nequeat, † ex speciali sanctione D. Augusti Electo- 5
ris, quam retuli *in pract. crimin. dict. quæst. 60. num.*
40. † Quia scilicet confessio in torturâ facta pro 6
nudâ confessione haud debet haberi, quippe quæ in-
diciis violentissimis atque certis est vestita, † siqui- 7
dem Reus absque indiciis præcedentibus præsertim
in crimine adulterii occulto torturæ subjici non po-
test, Dan. Moller. *d. c. 37. n. 2.* † Idemque asserere 8
ausim, si Reus revocatâ confessione in torturâ factâ,
denuò suâ sponte adulterium confessus fuerit; † 9
Etenim cum indicia, quibus judex commotus pri-
mò torturam decrevit, haud fuerint purgata, sub-
sequens confessio iisdem adhuc videtur vestita, † 10
ut superfluum omninò sit, correi confessionem ex-
pectare.

Ita Domini contra A.S. an Christophen von Krossewitz/ Mense Jul. Anno 1635. (Verba sent: Hat Inquisitin in gutem bekannt und gestanden/ daß sie Inhalts ihrer vorigen Uhrgicht/ noch bey ihres Mannes Leben mit dem flüchtigen B.T. so gleichfalls ein Ehman ist/ Oberhurerey und Ehebruch begangen/ &c. So möchte sie derowegen/ vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. XVI.

Efficit quoque honor matrimonii, ut pœna adulterii, ante conjugium initum commissi, mitigetur.

TAntus est favor matrimonii, ut in honorem ejus 1
pœnam adulterii mitigare jusserit Imp. Justinia-
nus, si nempe maritus Uxorem adulteram intra bi-
ennium recipere velit, *Novell. 134. cap. 10. Auth. sed*
hodiè. C. ad Leg. Jul. de adult. † quod & probavit 2
Illustrisimus Saxo *hâc* Constit. *19.* ne forsan inno-
centi conjugi afflicto ulterior addatur afflictio, † 3
dum ei conjugem infidelem in thorum suum reci-
pere, via præcluderetur, *l. Divus 14. ff. de offic. præsid.*
Virgil. Pingitz. *quæst. 55. in fin.* † Quid verò, si ad- 4
ulter conjuge defunctâ, ad vota secunda transierit,
ac postea demùm adulterium, tempore primi con-
jugii perpetratum, fuerit manifestatum? † Et hoc 5
casu cum adultero mitius agendum existimavêre
Scabini, etiamsi is adulteram in matrimonium du-
xerit, ex causa nempe posterioris matrimonii, † cu- 6
jus favor eandem veniam meretur, ut apparet ex
traditis *in pract. mea criminali part. 2. quæst. 55. num.*
92. & seqq. † Quia matrimonium subsequens omnia 7
vitia purgat, *c. super eodem 5. extr. de eo qui cognov.*
consang. uxor. suæ. Gloss. *in c. veniens ad nos. 15.*
extr. de sponsal.

Ita Domini contra A.F. zu Quedlinburg/ Mens. Jul. Anno 1635. (Verba sent: Hat inquisit in gutem bekannt und gestanden/ daß er mit seinem ietzigen Eheweibe/ noch bey Lebzeiten seines vorigen Ehegatten/ fleischliche Unzucht verübet und geehbruchet/ &c. So werden sie beyde solcher ihrer Verbrechung wegen auff 4. oder 5. Jahr lang des Landes billich verwiesen/ V.R.W.)

Defi-

Definit. XVII.

Nunquam probari poteſt adulterium teſtibus, ſed confeſſio adulteri ſemper eſt neceſſaria.

1 CErtiſſimum omninò indicium eſt adulterii, quando maſculus & fœmina in ipſo naturali & reali coitu adulterino deprehenduntur, ita ut pudenda in pudendis ſint poſita, idque teſtibus doceri queat, Blanc. *de judic. homicid. ex propoſ. commiſſ. n. 69.* Joſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 57. n. 5.*
2 † Sed per id adulterium ipſum probatum non eſt. Etſi enim hoc caſu dicatur adulterium manifeſtum, revera tamen & cum effectu id perpetratum fuiſſe,
3 exinde non conſtat, † niſi confeſſio Reorum ac-
4 ceſſerit. Siquidem contingere potuiſſet, † quod delinquentes in opere deprehenſi, adulterium, quod ſola immiſſione ſeminis conſummatur, non perfe-
5 ciſſent. † Reſtat itaque unicum illud remedium, ut ad eruendam veritatem hoc caſu per quæſtionem confeſſio extorqueatur, Nicol. Boër. *deciſ. 316. n. 1. & ſeqq.* Panormit. *in cap. præterea 27. n. 1. extr. de teſtib.* Campeg. *in tract. de teſtib. Reg. 385. verſ. dic primò.*

Ita Domini contra A. S. an Chriſtophen von Kroſiewitz/ Menſ. April. Anno 1635. (Verba ſentent: Ob nun wol Inquiſitin ſich zu ſolchem Ehebruch nicht bekennen will. Dieweil aber dennoch die vermittelſt Eydes abgehörete Zeugen ausgeſaget/ daß ſie geſehen/ wie der Müller bey der Inquiſitin offtmals im Bette/ ihr auch auff dem Leibe gelegen/ und ſie fleiſchlichen erkannt/ ꝛc. So erſcheinet daraus und ſonſten allenthalben ſo viel/ daß/ wann inquiſitin ihr Bekäntniß in gutem nochmals richtig nicht thun will/ ihr wohl befugt/ ſie/ iedoch nach gehaltenen ſechs Wochen/ mit der Schärffe ziemlicher Weiſe/ und damit dem Kinde/ daferne ſie es ſtillet/ an ſeiner Nahrung kein Abbruch geſchehe/ angreiffen und befragen zu laſſen/ ob ſie nicht mit dem Müller fleiſchlichen zugehalten und geehebruchet/ wenn/ wo/ und wie offt ſolches geſchehen/ ꝛc.)

Definit. XVIII.

Extraordinariâ fuſtigationis vel relegationis pœnâ coërcetur conatus adulterii.

1 COnatum nihilominus probatum dixeris, ſi adulteri in coitu reali fuerint deprehenſi? Ita quidem eſt, ſed non punitur conatus hic ſup-
2 plicio mortis, † quia ex conſvetudine generali ceſſat pœna ordinaria in ſolo conatu alicujus delicti, ut multis probavi autoritatibus, *in pract. crimin. part. 2. quæſt. 61. num. 4.*
3 † Idque maximoperè verum eſt de Jure civili in crimine adulterii, ubi injuria, quæ principaliter conſiſtit in ſuppoſitione falſi partûs & inſitione ſtirpis ſpuriæ, mortis ſupplicio coërcetur, *l. 19. §. 1. l. 30. §. 1. ff. ad Leg. Corn. de falſ. l. 1. ff. de agnoſc. lib.*
4 † Atqui in attentato adulterii crimine nondum conſummato, nec commixtione ſanguinis ſubſecutâ, injuriam hanc non metuendam eſſe, nemo non videt, igitur nec pœna adulterii in attentato ejuſ-
5 modi obtinebit, † quia ceſſante cauſâ alicujus diſpoſitionis, ipſa quoque ceſſat diſpoſitio, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patronat.* Nicol. Everh. *in topic. Loc. à ceſſat. rat. num. 2.*
6 † Arbitrariè tamen hoc caſu erit animadvertendum contrà
7 Reos, puta fuſtigatione aut relegatione, † quia arbitraria eſt animadverſio in caſibus, ubi pœna certa definita haud eſt, Jaſon. *in l. 4. n. 17. ff. de juriſdict. omn. jud.* Andr. Tiraquell. *de pœn. leg. temper. cauſ. 31. num. 34.*

Ita Domini contra S. von Z. zu Dölitzſch/ Menſ. Decembr. Anno 1592. (Verba ſentent: Hat inquiſit in ſcharffer Frage bekannt und ausgeſaget/ daß er mit N. N. fleiſchlichen zugehalten und geehebruchet/ darneben aber vorgewendet/ und darauff bey der ſcharffen Frage verharret/ daß er ſolches Werck niemals vollbracht/ noch etwas enden oder ausrichten können/ ſondern er hätte nur verſuchen wollen/ ob ſeine Natur wiederum ihren Gang bekommen möchte/ weil ihme ſein Weib hiebevor zu vergeben ſich unterſtanden/ und durch Zauberey ſo viel ihme beybracht/ daß er in 5. Jahren mit keinem Weibe nichts zu ſchaffen haben können/ ꝛc. So wird er mit der ordentlichen Straffe des Ehebruchs billich verſchonet/ aber gleichwol über das ausgeſtandene faſt dreyjährige Gefängnüß des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Reus debet puniri ſecundum Statuta loci, ubi deliquit.

IN delictis puniendis conſideranda eſſe ſtatuta 1
loci, in quo delictum fuit perpetratum; communis & vera eſt opinio, † quam multis Dd autoritatibus tuetur Proſper. Farin. *in prax. crimin. lib. 1. quæſt. 24. num. 63.* Hartm. Piſt. *obſervat. 166.* Matth. Coler. *part. 2. deciſ. 295.* 2
† Quia ſcilicet Reus ſe vi- 3
detur obſtringere ſtatutis ejus loci, ubi delinquit, non minus ac ſi cum alio ibidem contraheret, *l. 20. ff. de pœn. tot. tit. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.*
† Ex quo etiam fit, ut quoad forum ſortiendum con- 4
tractus & delicta æquiparentur, Johann. Zanger. *ad tit. inſtit. de except. ſub cap. Exceptio incompetentiæ ſeu præſcriptio fori. num. 17.* Andreas Rauchb. *part. 1. quæſt. 50. num. 15.* † Quod tamen non aliter accipi 5
velim, quàm ſi delictum illud etiam de Jure communi pœnam mereatur, † prout bene limitant com- 6
munem opinionem Farin. & Hartman. Piſtor. *dict. loc.* Ægid Boſſ. *in tit. de pœn. num. 18.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 85. n. 2.*

Ita Domini contra N. N. an die Stadtgerichte zu Leipzig/ Menſe Jan. Anno 1634. (Verba ſentent: Hat N. N. ſo ſonſten ein Ausländiſcher und von Lübeck iſt/ bekannt und geſtanden/ daß er mit der Mitgefangenen N. N. allhier zu Leipzig vor dem Peters-Thor fleiſchlichen zugehalten und geehebruchet/ ꝛc. So wird er wegen ſolches begangenen und bekannten Ehebruchs/ vermöge Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet/ V. R. W.)

Definit. XX.

Remiſſio Sponſæ adulteræ facta, à Sponſo pœnitente revocari nequit.

CUm ſponſus quidam ſponſæ de adulterio ſu- 1
ſpectæ remiſſionem pollicitus fuerat, ſi adulterium confiteretur, factâ confeſſione, nolebat conſummare ſponſalia per copulationem ſacerdotalem, jure pœnitere ſibi licere exiſtimans,
† Quod quidem facere potuiſſet, ſi non remiſſio- 2
nem promiſiſſet, ut dixi *in pract. crimin. part. 2. quæſt. 63. num. 47. & ſeq.* † At cum ſemel ſponſæ 3
condonâſſet, pœnitentiam nimis ſeram ſibi perſvadebat, re non ampliùs integrâ. † Sicuti enim 4
alii contractus, ita etiam tranſactio de crimine aliquo, ab initio quidem meræ facultatis, poſteà verò re non ampliùs integrâ, neceſſitatis eſt, *l. 5. C. de obligat. & action.* † nec ſuo facto quisquam contravenire 5
poteſt, *c. in iſtis 3. diſt. 4. c. dilectiſſimi 2. cauſ. 8. quæſt.*

6 *quæst.2.* Hartm.Pistor.*obs.148.n.5.* † Et habet procul dubio remissio vim donationis, *l. Modestinus. 23. ff. de donat.l.qui transigit. 1. ff.de transact.* Bartol.*in l.*
7 *peculium.40. in pr.n.1. ff. de pecul.* † Quæ nisi certis in casibus revocari nequit, Henr. Bocer.*de donat.*
8 *cap.3.n.109.* † Ex quo fit, quod maritus, qui uxori adulteræ remisit, & actioni renunciavit, eam amplius accusare non possit, *l. si maritus.15.§. si negaverint.5. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Prosp. Farin.*part.5. oper. crim.quæst.142.num.71. & 78.*

Ita Domini in causa M. F. zu Leipzig / Mens. April. Anno 1575. (Verba sentent : Und ob wohl anfänglichen eure Braut euer Befragen / ob sie des Gesellen / so bey ihr in der Kammer gelegen / theilhafftig worden / nichts geantwortet / sondern darzu stille geschwiegen / hat sie doch endlichen auff euer ferner Zusetzen und Versprechung / da sie es bekennen würde / ihr zu verzeihen und es zu gute zu halten / bekannt und ausgesaget / daß gemeldter Geselle / nach gehaltenem öffentlichen Verlöbnüß / mit ihr fleischliche Unzucht getrieben / ꝛc. So seyd ihr dessen ungeachtet die versprochene Ehe mit ihr gebührlichen zu vollziehen schuldig / V. R. W.)

Definit. XXI.

Maritus ad fœminam solutam passim se prostituentem prolapsus, in terris Electoratus Saxonici gladio plectendus est, nisi Uxor ei condonaverit delictum.

1 Fœminam equidem solutam, marito conjugato, qui antea quoque durante suo matrimonio cum aliis concubuit, copiam sui facientem, pœnæ ordinariæ, quæ est fustigatio in terris Electoratus Saxonici *h.* Const.*19.*§. Darüber aber. *in fin.* non subjugari, facilè concesserim, *arg. l. si ea. 22. C. ad Leg.*
2 *Jul. de adult.* † quia nempe hoc casu maritus pro soluta habetur persona respectu fœminæ copiam
3 sui facientis, † ac proinde hoc casu adulterium propriè non committitur, adeoque nec pœna adulterii obtinebit, prout pluribus docui *in pract. crim.*
4 *part. 2. quæst. 57. num. 37. & seqq.* † At quid, si maritus ad fœminam solutam passim se prostituentem prolapsus fuerit, an & ipsum pœnæ gladii exemptum dicemus in provinciis Electoratus Saxonici,
5 si nempe uxor ei remittere nolit? † Nam ad conjugis intercessionem à mortis pœna maritum hoc casu liberari, nemo forsan dubitaverit, propter sanctionem Electoralem *in h.* Const. *19.* §. Jedoch wollen wir / ꝛc. † Haud certè putassem in casu non fa- 6
ctæ remissionis, quempiam pro marito responsurum fuisse, † nisi à 7

Facultate Juridica Lipsiensi id factum percepissem, Mens. Jan. Anno 1633. hisce formalibus : Weil beyde Ehemänner mit einer ledigen gemeinen Bettel fleischliche Unzucht getrieben / So werden sie zwar mit ordentlicher Straffe des Ehebruchs verschonet. Wofern aber ihre Eheweiber ihnen nicht verzeihen / noch für sie bitten würden / auch ihnen aus dem Lande nicht folgen wolten / So werden sie mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

† Sed vereor, ne hæc sententia sit erronea, nedum 8
contra sanctionem Electoralem expressam, quæ haud facta remissione conjugis, maritum ad fœminam solutam prolapsum gladio feriri jubet, *h.* Const.*19.* F. Darüber aber ordnen. *in verb.* Mit einer ledigen Dirn / oder unverehlichtem Weibe.
† Quis verò meretricem passim se prostituentem fœ- 9
minam esse solutam, negare ausit, † nisi forsan per 10
reiteratam scortationem matrimonium contrahi absurdè statuerit? † Neutiquam ergò hoc casu 11
marito veniam ullam concedendam, sed pœnam gladii irrogandam rectiùs existimavêre Scabini, ex verbis *hujus* Constit. *19.* modò adductis. † Et mehercle 12
nullam animadvertere possum rationem, ex qua mitiùs agendum esset cum marito ad scortum publicum prolapso, nisi forsan dixeris, in alienam familiam tùm liberos non propagari. † Ast hâc ratio- 13
ne nunquam maritus cum fœmina soluta concumbens, mortis pœna erit plectendus, contra manifestam sanctionem Electoralem, *in h.* Constitut. *19.*
† Et fallax omninò est hæc ratio in terris Electoratus 14
Saxonici, ubi violatio proprii thori in marito mortis supplicio vindicatur, ut multis probatum dedi *in pract. crimin. part. 2. q. 54. num. 38. & seqq.* † At- 15
qui maritum thorum suum violare, quantumvis ad scortum publicum accesserit, & liberos in alienam familiam haud propagaverit, ecquis inficias ibit?
Adde Dec.Elect.*nov.83.*

Ita Domini contra N. N. zu Rötau / Mens. Sept. Anno 1619.

Item contra N.N. zu Wurtzen/Mens. Aprilis Anno 1598.

Et ad Consultationem A.T. à S. Mens. Jan. Anno 1605.

Constitutio XX.
PARTIS QUARTÆ.

Von dem Laster der zwiefachen Ehe.

De pœna ejus, qui sciens uxorem suam vivere, alteram ducit.

NAchdem in der peinlichen Reichs-Halsgerichts-Ordnung / die Straffe des Schwerdts auff den oder die / so bey Leben des Ehegattens / wissentlich daß derselbe noch am Leben / einen andern zur Ehe nimet / verordnet / und dann unsere Schöppenstüle bißhero auff solche Constitution gesprochen / So lassen wir es auch bey solcher Straffe bleiben / ordnen und setzen / daß dieselbige wider die Verbrecher / in dem Laster der zwiefachen Ehe /

CUm Constitutio criminalis Imperii in conjugem, qui sciens maritum vel uxorem suam vivere, alium vel aliam ei superinduxerit, gladii pœnam statuat, eamque Scabinatus nostri sontibus hactenus dictarint, idipsum deinceps quoque in Ditionibus nostris fieri, pœnamq; hanc sine cunctatione executioni mandari volumus.

Eò usque verò etiam pœnam hanc gladii

unnachläßlich in unsern Landen exequiret und vollstrecket werden soll.

Wir wollen auch obberührte Straffe des Schwerdts dahin gemeynet und erstrecket haben / daß sie wider die / welche bey Leben ihres Ehegattens mit andern öffentlich Ehegelübd gehalten / und sich darauff fleischlich erkannt / fürgenommen werden soll / ungeachtet / ob gleich kein Kirchgang gehalten / noch die Zusammengebung durch den Priester geschehen wäre.

Da aber das Beyschlaffen in diesem Fall nicht erfolget / soll das Theil / welches an seinem lebendigen Ehegemahl vergeßlich gehandelt / vor Ehrloß gehalten / und darüber mit Gefängniß und zeitlicher Verweisung nach Gelegenheit gestrafft / und der unschuldige Theil / so sich mit einem andern Ehegatten verlobet / unter diese Straffe nicht gezogen / oder damit beleget werden. Wann aber dasselbige Theil Wissenschafft gehabt / daß der Verbrechende in der Ehe / bey Zeit des Verlobens / gewesen / so soll es auch willkührlich mit Gefängniß / und dergleichen / gestrafft werden.

dii extendimus, ut si vir vel uxor, vivente conjuge, cum altero vel alterâ publicè sponsalia contrahens, etiam concubuerit, eadem illos plecti velimus, etsi per sacerdotem in templo copulati non sint.

Commixtione autem non secutâ, partem ream, quæ fidem conjugi datam malitiosè fregit, & infamem esse, & insuper vel carcere puniri, vel ad tempus pro rei qualitate relegari, alteram verò, si inscia deliquit, innocentiâ suâ gaudere jubemus, alias verò & ipsa vel carcere vel simili pœna afficietur.

DEFINITIONES.

1. *Extra Saxoniæ quoq; Electoratum Bigami gladio feriuntur.*
2. *Pœna bigamiæ plectendo est, qui conjuge vivente cum aliâ contrahit sponsalia de præsenti, cumq; eâ concumbit, licet non accesserit benedictio sacerdotalis.*
3. *At sola benedictio sacerdotalis, absq; commixtione carnali, non sufficit ad infligendam pœnam bigamiæ.*
4. *Conjugis intercessio Bigamum à pœnâ mortis non liberat.*
5. *Fœmina soluta ignoranter marito alieno nubens, non est punienda.*
6. *Mitiganda est pœna binorum sponsaliorum, si posteriora non fuerint publica, sed clandestina.*
7. *Non subsistunt clandestina sponsalia; & quænam ita dicantur?*
8. *Publica sponsalia præferuntur Clandestinis, etiamsi hisce arrha accesserit.*
9. *Non subsistunt sponsalia per verba dubia contracta.*
10. *Contrahentes sponsalia, ad consummationem matrimonii carcere, ac relegatione cogi possunt.*
11. *Ob furorem Conjugis non dissolvendum est matrimonium legitimè contractum.*
12. *Dissolvitur matrimonium, si uxor ab alio anteà imprægnata, & gravida reperiatur.*
13. *Ob stuprum verò & fornicationem mariti ante nuptias commissam, non permittendum est divortium.*
14. *Non possunt cogi parentes, ut in sponsalia liberorum, purè absque suo consensu contracta, consentiant.*
15. *Sponsalia liberorum per concubitum consummata, non rescindenda sunt ex parentum dissensu.*
16. *Non prohibendus est adulter in Uxorem ducere eam, quam anteà per adulterium polluit.*
17. *Nec tutor pupillam in Uxorem ducere prohibetur.*

Definit. I.

Extra Saxoniæ quoq; Electoratum Bigami gladio feriuntur.

1 NOlo hîc disputare, quæ de pœna bigamorum ex Jure civili proferuntur, quæ certè adeò dubia sunt, ut vix pœnam bigamiæ definire liceat, prout demonstravi in *pract. crimin. part. 2. quæst. 66.* 2 *num. 15. & seqq.* † At certior est pœna in Imperio Romano-Germanico, ex sanctione Caroli V. Imper. qui bigamos gladio feriri jussit *in* Ordinat. 3 Crimin. *artic. 121.* † quam sanctionem disertè confirmavit Illustrissimus Saxon. Elector *b.* Constit. *20.* 4 *in pr. vers.* So lassen wir es auch. † Nisi quis legem Imperatoriam ex eo in dubium vocare ausit, quòd mortis supplicium in illâ non fuerit expres- 5 sum, † siquidem pœna capitalis, cujus ibidem fit mentio, etiam pœnam corporis afflictivam, quæ tamen mortis non est, denotat, *l. licet. 103. ff. de V. S. l. 1. in pr. & l. fin. ff. ad Leg. Jul. de vi privat.* 6 *l. 2. ff. de publ. judic. l. 8. ff. de pœn.* † Sed quàm infirma sit hæc ratio, ex toto contextu *dict. artic. 121.* apparet, quem si accuratiùs quis inspexerit, de nulla alia, quàm mortis pœna Imper. Carolum V. locutum fuisse, fateri necesse habebit, ut probavi *in pract. criminal. dict. quæst. 66. num. 32.* † Veluti etiam Illustrissimus Saxo ità interpretatus est 7 sanctionem Carolinam *hâc* Constitut. *20. in pr.* † Neque etiam verba hujus sanctionis explicationem Matth. Wesenbec. admittunt, restringentis pœ- 8 nam capitalem ad eum tantummodò casum, quo quis alterius Uxorem priori superinduxerit, *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 8.* † Quia sanctio 9 Carolina loquitur generalibus verbis, adeoq; etiam generaliter, sive solutam, sive ligatam quis superinduxerit, accipi debet, † ut bene advertit Matth. 10 Stephan. *in not. ad dict. art. 121.*

Ita Domini contra J. N. zu Brandenburg / Mense Majo, Anno 1583. (Verba sentent.: So möchte Inquisit von wegen solcher seiner Verbrechung / Vermöge des Heil. Röm. Reichs peinlichen Hälßgerichts-Ordnung / von Straffe

Straffe des Ubels/ so in Gestalt zwiefacher Ehe geschicht/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. II.

Pœnâ bigamiæ plectendus est, qui conjuge vivente cum aliâ contrahit sponsalia de præsenti, cumq; eâ concumbit, licet non accesserit benedictio sacerdotalis.

1 EAdemque pœnâ gladii plectendus est, qui conjuge adhuc vivente, cum altera sponsalia de præsenti contrahit, eamque carnaliter cognoscit,
2 † quantumvis benedictio sive copula sacerdotalis in templo non accesserit, *hac Constitut. 20. §.* Wir wollen auch. *ubi* Dan. Moll. *n. 3.* Rectissimè omni-
3 nò, † quia consensus nuptias facit, *l. nuptias. 30. ff. de reg. jur. l. si donationem. 22. C. de nupt.* accedente præsertim copulâ carnali, † per quam fides prioris matrimonii violatur & dissolvitur, prout dixi
4 *in pract. crimin. part. 2. quæst. 66. n. 46.*

Ita Domini contra G. W. zu Belgershayn/ Mense April. Anno 1614. (Verba sentent: Hat Inquisit bekannt und gestanden/ daß/ unangesehen er ein Eheweib hat/ er sich doch mit einer andern in ein öffentlich Ehegelöbniß eingelassen/ auch in der Kirchen proclamiren und trauen lassen wollen/ so aber der Pfarrherr/ weil er keine Kundschafft gehabt/ sich zu thun verweigert/ worauff Inquisit sich zu selbiger Person gefunden/ und sie fleischlichen erkannt/ &c. Da er nun auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie Recht überwiesen würde; So möchte er von wegen solcher seiner begangenen und bekannten Verbrechung/ indeme das Laster der verbotenen zwiefachen Ehe von ihme verübet und begangen worden/ Innhalts Churfürstl. Sächs. Constitution, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. III.

At sola benedictio sacerdotalis, absq; commixtione carnali, non sufficit ad infligendam pœnam bigamiæ.

1 QUid autem, *si bigamus cum alia contrahens sponsalia, per benedictionem seu copulam sacerdotalem ea quidem perfecerit, sed nondum carnaliter se commiscuerit cum desponsata?* † Neu-
2 tiquam hunc gladio feriendum, existimaverim, cum Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 42. num. 39. & seqq.* Georg. Remo & Matth. Stephan. *in artic. 121.* Ordin. Crimin. Prosper. Farinac. *part. 5. oper. crimin.*
3 *quæst. 140. num. 30.* † vel solùm ex hâc Constit. *20. §.* Da aber das Beyschlaffen. Ex quo luculenter probatur, Illustrissimum Constituentem pœnam gladii bigamis infligi noluisse, si non
4 commixtio carnalis accesserit. † Nec sine ratione, quia bigamia est species adulterii, ut appa-
5 ret *ex artic. 121.* Ordinat. Crimin. † Atqui per solam consvetudinem carnalem adulterium com-
6 mitti, certò certius est. † Quin & *in dict. artic. 121.* pœna bigamiæ decernitur in eos, qui crimen id perfecerunt, quod ipsum de commixtione carnali seu debito reddito, non etiam de festivitate nuptiali & deductione in templum accipi debet, ut rectissimè notant Georg. Rem. & Matth. Stephan. *in*
7 *dict. artic. 121.* † Nam verbum (*perficere*) absolutam flagitii consummationem significat, *argum. l. urbana familia. 166. §. pernoctare 1. ff. de V.S.* † sed 8 matrimonium, & per consequens bigamia, quæ est secundum matrimonium, nisi copulâ demum interveniente, non censetur plenè & perfectè consummatum, *c. ex publico 7. ubi* Panorm. *num. 5. & 6. extr. de convers. conjug. c. genuit. 40. caus. 27. quæst 2.*

Ita Domini contra N. N. zu Zwickau/ Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sent: Da ihr euch nun auch ferner eigentlichen und gewiß erkundigen würdet/ daß N. N sich mit der andern gleichesfalls ehelichen trauen lassen/ &c. So möchte er von wegen solcher seiner Verbrechung/ und begangenen Lasters der zwiefachen Ehe mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. IV.

Conjugis intercessio Bigamum à pœnâ mortis non liberat.

1 NUllibi sanè constitutum reperitur, ut pœna ordinaria bigamo ad conjugis intercessionem sit
2 remittenda. † Ergò nec temere absque juris autoritate id asseverandum erit, juxta *l. dissentis. 5. ibi: nulla juris præcipit constitutio. C. de repud. c. is qui in Eccles. 18. in fin. pr. de sentent. excomm. in 6to.* Dan. Moller. *hic num. 4.* † Idque eò minùs, quia Se- 3 renissimus Elector bigamos absque ulla cunctatione & remissione gladio feriri jubet, *h. Const. 20. in fin. pr. vers.* Ordnen und setzen. † Nec mover, quod 4 id juris sit in adulterio, ut conjunx intercessione suâ conjugem nocentem à mortis supplicio liberare valeat. † Siquidem bigamia longè gravius est 5 delictum adulterio. Ergò ab hoc ad illud non semper argumentari licet, maximè quoad irrogationem pœnarum, † quæ semper delictis debent corre- 6 spondere, *l. capitalium. 28. §. solent. 3. & §. grassatores 10. ff. de pœn. l. 3. C. de episc. audient. l. servos. 8. C. ad Leg. Jul. de vi pubi.*

Ita Domini contra N. N. zu Salza/ Mens. Octobr. Anno 158. (Verba sent: Er möchte Inquisit von wegen solches seines begangenen und bekannten Lasters der zwiefachen Ehe/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ und hat seines Weibes Remissio in diesem Falle nicht statt/ V.N.W.)

Definit. V.

Fœmina soluta ignoranter marito alieno nubens, non est punienda.

1 ETsi fœmina soluto marito alieno nubens pœnâ mortis non plectatur, scilicet quia ipsa bigama non est, nec duos habet maritos. † Attamen fu- 2 stigationis pœnam haudquaquam effugiet, ob adulterium nempe cum marito perpetratum, ut dixi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 66. num. 72.* † Sed hoc 3 ita, si scienter id faciat. † Etenim si marito, 4 quem solutam personam putabat, nupserit, à pœna immunis erit, † quia dolo caret, *hâc* Constit. 5 *20. §. pen. vers.* Und der unschuldige Theil. † Nec 6 enim adulterium absque dolo committitur; *l. pen. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Salycet. *in l. quæ adulterium. 29. num. 3. C. eod. tit.* Henric. Bocer. *in tract. de adult. cap. 1. num. 58.* † Deficiente itaque dolo, 7 etiam pœna cessabit.

Ita Domini contra N. L. zu Belgershayn/ Mense Aprilis, Anno 1614. (Verba sentent: So viel aber die

die gefangene A. L. anlangen thut/ mag dieselbe gestalten Sachen nach/ weil beydes sie/ so wol derselben Eltern von dem Gefangenen listiger und vorsetzlicher Weise/ indeme er fürgeben/ und darauff iederzeit bestanden/ daß er kein Weib hätte/ betrogen worden/ der Gefangene sie selber auch entschuldiget/ daß sie darumb/ daß er ein Ehemann/ keine Wissenschafft gehabt hätte/ und es nunmehr dafür gehalten wird/ als wenn sie mit einer ledigen Person zugehalten hätte/ höher nicht denn wegen der fleischlichen Unzucht/ nur noch eine Zeitlang mit dem Gefängniß gestrafft/ und hernach desselben/ auff einen gewöhnlichen Uhrfrieden/ entlediget werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Mitiganda est pœna binorum sponsaliorum, si posteriora non fuerint publica, sed clandestina.

1 EXpeditum est in foro Saxonico, quod contrahentes bina sponsalia, præter notam infamiæ, carcere, aliâvè pœnâ arbitrariâ plectantur, ex sanctione Electorali in der Kirchen-Ordnung/ *tit.* Von Ehe-Sachen/ *rubr.* Von Ehegelöbnissen/ §. Wenn sich/ 2 &c. † Quod procul dubio de publicis sponsalibus accipiendum est, uti patet *ex verbis* (Wenn sich iemand mehr denn eins verbündlichen verloben 3 würde/) † quæ verba sæpiùs ibidem repetuntur, & luculenter probant, non nisi publica sponsalia denotari, † quia sponsalia clandestina nullam vim obligandi habent, nec obligatoria sponsalia appellari possunt, *dict. rubr.* Von Ehegelöbnissen. §. Wo sich 5 aber zwo Personen. † Proindè contrahentes bina sponsalia clandestina, aut si priora vel posteriora sponsalia tantummodò fuerint publica, mitior pœna arbitraria obtinebit.

Ita Domini in causa C. G. zu Franckenhausen/ Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent: So ist C. G. solches öffentliches Ehegelöbniß zu vollziehen/ und N. N. mit welcher er sich zum ersten verbündlich verlobet/ zu ehelichen schuldig/ und mag derowegen/ daß er sich hernach auch mit M. E. in Beyseyn ihrer Mutter verlobet/ weil dieses vor ein öffentliches Ehegelöbniß nicht zu achten/ 14. Tage mit Gefängniß gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VII.

Non subsistunt clandestina sponsalia; & quænam ita dicantur?

1 POntificii clandestinas nuptias vocant, quoties vel absque ullis testibus matrimonium contrahitur, vel his quidem præsentibus, absque tamen denunciationibus Ecclesiæ, Gloss. *in cap. cùm inhibitio. 3. extr. de clandest. desponf.* Decius *in l. quo tu-*
2 *tela 73. §. 2. vers. clam. de reg. jur.* † At in Ecclesiis reformatis clandestina sponsalia propriè vocamus ea, quæ clam arbitris, & nullis testibus intervenientibus, aut his quidem præsentibus, veruntamen
3 † sine parentum consensu contracta sunt, Joachim. Beust. *de sponsal. cap. 13.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 22.*
4 *n. 2.* † Ergò non valebunt sponsalia in præsentia unius tantummodò testis contracta, quia sunt clandestina,
5 † quæ neutiquam subsistunt, ut maximè contrahentes sint parentibus orbati, quod & sancitum in Reformat. D. Augusti, Electoris *de Anno 1582. tit.* Von Ehegelöbnissen. §. Wenn aber. Petrus Heig. *dict.*
6 *quæst. 22. num. 33.* † Nam habet clandestinitas per se aliquid ex opinione sinistra adhærens, multaque, quæ aliàs minùs probantur, si manifestè fiant, excusatione digna creduntur, *l. non existimo. 54. ff. de admin. tutor. l. quoties. 9. §. 4. ff. eod. tit. l. ult. ff. de rit. nupt.* † Ac rem sanctissimam & ad totius vitæ summam pertinentem clam arbitris, in angulo tractari & 7
expediri, non videtur ferendum: † cùm multa do- 8
losè & fraudulenter, per clancularios ejusmodi congressus perpetrari queant, quæ præcavere est boni Legislatoris.

Ita Domini in causa M. H. zu Waldenburg/ Mens. Novemb. Anno 1635. (Verba sentent: Hat M. H. ein lediger Geselle klagende angebracht/ welcher gestalt ihme N. N. die Ehe versprochen und zugesagt/ auch achtehalben Thaler zum Mahlschatze von ihme angenommen/ welche sie ihme aber wieder zugestellet/ und nunmehr der versprochenen Ehe nicht geständig seyn wolte. Wann sich nun gleich solches also verhielte/ und Klägers Fürgeben nach/ Beklagte ihme die Ehe zugesaget/ auch den Mahlschatz von ihme angenommen hätte; Dieweil er aber dennoch selbsten berichtet/ daß kein Zeuge darbey gewesen/ und er mit niemand solche Zusage bescheinigen könne/ &c. So werden dahero die Sponsalia vor heimlich und unverbündlich gehalten/ und wird demnach Beklagte von Klägers Zusprüchen billich entbunden und losgezehlet/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Publica sponsalia præferuntur clandestinis, etiamsi hisce arrha accesserit.

FAcilè hinc judicare licet, si concurrant publica 1
sponsalia cum clandestinis, illa semper præferri, quia hæc, nempe clandestina pro nullis habentur, *Definit. præced.* Idq; verum arbitror, † etiamsi arrha 2
clandestinis sponsalibus accesserit. † Etenim subar- 3
rhatio per desponsationis annulum, sponsalia non facit; sed verè contracta probat, † saltem præsumptivè, 4
cap. tenor 10. extr. de sentent. & re judic. † Et per 5
immissionem annuli in digito mulieris, præsumitur contractum matrimonium per verba de præsenti, nisi contrarium probetur, *c. nostrates 3. c. fœminæ 7. cauf. 30. quæst. 5.* Matth. Coler. *part. 2. dec. 30.*

Ita Domini in causa M. T. contra H. H. zu Geran/ Mens. Julio, Anno 1632. (Verba sentent: Daß das zwischen B. N. und M. T. in Beyseyn ihrer Freunde und Vormunden öffentliche geschlossene Ehegelöbniß/ H. H. gethanen Vor- und Einwendens ungeachtet/ durch öffentlichen Kirchgang und Copulation billich vollzogen wird/ V. R. W.)

Definit. IX.

Non subsistunt sponsalia per verba dubia contracta.

COntrahuntur sponsalia solo consensu, sine sti- 1
pulatione, arrha aut scriptura, non solùm inter præsentes, † sed & inter absentes per nuncium, 2
vel literas, *l. sufficit. 4. l. in sponsalibus. 7. l. ult. ff. de sponsalib. l. quid ergò. 13. §. 1. ff. de his qui not. infam.* † modò consensus eorum, de quorum conjunctione agitur, sit expressus, *l. sponsalia. 11. l. 12. & l. seq. ff. de sponsal.* † Quare cum puella de matrimonio 4
quæsita respondérat: opusnè est interrogatione? Ists auch Fragens werth? non putârunt Domini, sponsalia fuisse celebrata, cùm de mente & consensu puellæ non satis constabat. † Sunt enim 5
verba hæc adeò dubia & obscura, ut in sinistram quoque partem & negativè accipi queant.

6 † Aliud forsan dicendum fuisset, si ad quæstionem
verbis expresis non respondisset, sed tacendo, & an-
7 nuhum accipiendo, tacitè consensisset, † quia per ta-
citum etiam consensum contrahitur matrimonium,
l. sed quæ. 12. ff. de sponsal. cap. 1. circa fin. extr. de de-sponsat. impub. Johann. Harppr. *ad rubr. instit. de nupt. num. 18.*

Ita Domini in causa R. M. zu Leipzig/ Mense April. Anno 1588. (Verba sent: Obgleich die Jungfrau/von der eure Frage meldet/als ihr sie gefraget/ob sie euch haben wolte/ mit diesen Worten geantwortet: Ists auch Fragens werth? So mag dennoch aus solchen Worten keine verbündliche Ehegelöbniß genommen/ oder geschlossen werden/ V. R. W.)

Definit. X.

Contrahentes sponsalia, ad consummationem matrimonii carcere, ac relegatione cogi possunt.

1 SÆpè accidit, ut contrahentes sponsalia pœnite-
ant, nec matrimonium consummare velint. Quod
2 ipsis neutiquam est concedendum, † quia sponsalia
semel legitimo modo contracta, contrario dissensu
3 sine justa causa rursus dissolvenda non sunt, † juxta
4 regulam Christi: † Quos DEUS conjunxit, homo
non separet, *Matth. 19. vers. 6. c. quos Deus. 18. caus. 33. quæst. 3.* Wesenb. *part. 3. consil. 125. num. 13.* Joach. à Beust. *de sponsal. part. 1. cap. 58.* Petrus Heig. *part. 2. quæst. 16. num. 4. & seqq.* Arnis. *de jur. con-*
5 *nub. cap. 6. sect. 3. num. 14. & seqq.* † Alioquin multa
sponsalia legitimè celebrata irritarentur, contra *c. 1.*
6 *ubi* Gloss. & Panorm. *de reg. jur. in 6to.* † Et non
absque summo Christianorum atque Reipublicæ
7 scandalo. † Cùm fœdus matrimonii sanctissimum
non tàm à contrahentium consensu, quàm DEI au-
toritate & voluntate dependeat, *dict. cap. 19. Matth.*
8 † Ergò nec solo dissensu contrahentium absque DEI
autoritate & voluntate erit dissolvendum, quia
unumquodque eo modo dissolvitur, quo colligatum
9 est, *l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg.* † Nec video
hactenus quempiam, qui aliud dixerit & statuerit.
10 † Quid ergò faciendum, † si post celebrata sponsalia
11 contrahentes nolint consummare matrimonium?
12 † Cogi ad id debent carcere, vel, si adhuc non pa-
13 reant, † relegatione, Ordinat. Eccles. *sub tit.* Wenn Ehegatten/ so einander böslich verlassen. Joach. à Beust. *de sponsal. tit. 61. vers. hîc sciendum est.*

Ita Domini contra P. D. zu Zwickau/ Mense Octobr. Anno 1624. (Verba sententiæ: Und obwol im Churfürstlichen Sächsischen Consistorio, daß er solches sein Ehegelöbniß mit dem Christlichen Kirchgange und ehelichen Beyschlaff vollziehen solle/ erkannt/ er auch auff seine Verweigerung zu gefänglicher Hafft gebracht/ darinnen eine Zeitlang mit Wasser und Brodt gespeiset/ und endlichen/ wofern er sich nochmals in gutem darzu nicht verstehen würde/ daß er des Landes ewig verwiesen werden solte/ bedrauet worden/ ist er doch einmal wie das andere auff seinem Ungehorsam beharret/ und hat sich ausdrücklichen erkläret/ Es wäre ein Wort so gut als hundert/ wann er ein Jahr und noch ein Jahr also sitzen solte/ so wolte er sie doch nicht nehmen/ &c. So wird P. D. anderweit zu gefänglicher Hafft bracht/ und da er sich nochmals die M. M. versprochene Ehe durch den Christlichen Kirchgang und ehelichen Beyschlaff zu vollziehen verweigern thäte/ würde er solches seines beharrlichen Ungehorsams wegen des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

It. contra C. E. zu Dreßden/ Mens. Junio, Anno 16[illegible]. (Verba sent: So wird Beklagter nochmals die Ehe mit Klagender M. M. zu vollziehen durch gefängliche Hafft/ in welcher er wegen seiner halßstarrigen Widersetzligkeit mit Wasser und Brodt zu speisen/ billich angehalten/ mit der ausdrücklichen Commination und Bedrauung/ da er obangeregtem rechtlichen Erkäntniß mit Vollziehung der Ehe nochmals schuldige Folge zu leisten in Verweigerung stehen würde/ er mit Landes-Verweisung in Straffe genommen/ auch die Klägerin so dann nichts weniger/ als ob sie ehelichen mit ihme getrauet/ in seine Güter eingewiesen werden soll/ V. R. W.)

It. contra A. H. zu Leipzig/ an Johann Külewalden/ Mense Jan. Anno 1579.

It. an D. Wolffgang Meurern zu Leipzig/ Mense Octobr. Anno 1579.

Definit. XI.

Ob furorem Conjugis non dissolvendum est matrimonium legitimè contractum.

ETsi matrimonium à furioso initum jure haud 1
subsistat, si nempe tempore contractûs furor de-
tinuerit alterutrum contrahentium, † quia propter 2
defectum consensus omnis contractus judicatur ir-
ritus, *l. 16. ff. de rit. nupt.* † Attamen furor postea 3
superveniens matrimonium contractum haud in-
firmat, *l. 8. ff. de sponsal.* † nihil enim humanius 4
est, aut individuæ conjugii fidei convenientius,
quàm adversæ fortunæ & fortuitorum casuum con-
juges ex æquo esse participes, ut inquit JCtus Ulpia-
nus in *l. patre furioso. 8. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. & in l. si cum dotem. 22. §. 7. ff. solut. matrimon.* † Neque etiam morbus ullus, neque 5
furor inter causas divortiorum recensetur, *l. con-sensu. 8. C. de repud. Novell. de Nupt. & Novell. ut lic. matr.* † Et canones iis ex causis expresè ne- 6
gant conjugium separari, *c. quod proposuisti 18. caus. 32. q. 7. c. requisivisti. 2. caus. 33. quæst. 1. c. bi qui 25. c. neg. furiosus. 26. caus. 32. q. 7. cap. 1. & 2. ubi* Panormit. *extr. de conj. lepr.* Philipp. Melanchth. *in loc. de conjug.* Beza *de divort. pag. 90. & 225.* Joachim. Beust. *de matrim. part. 2. cap. 9. & 10.* Mentz. *de matrim. tit. de divort.* † Nec obstat, quod in 7
ejusmodi matrimonio cesset finis primus conjugii,
videlicet generatio prolis, † Quia adhuc viget finis 8
secundus, qui est societas ac consortium vitæ indivi-
duum. † Nec propter prolem non susceptam diri- 9
menda sunt conjugia, si impedimentum contractis
& benè jam constitutis superveniat, † quia firmitas 10
eorum æstimatur ex articulo temporis, quo contra-
hebantur, Henning. Arnis. *de jur. connub. cap. 6 sect. 9. num. 6.*

Ita Domini in causa T. S. zu Burgk/ Mens. Majo, Anno 1627. (Verba sent: Ob wol T. S. nunmehr ins fünffte Jahr dermassen mit Wahnsinnigkeit beladen gewesen/ und noch ist/ daß man ihn mit Ketten und Banden verwahren müssen/ &c. So hat doch die gesuchte separation und Absonderung beydes der Ehe als auch der Güter unter den Eheleuten noch zur Zeit nicht statt/ &c.)

Definit. XII.

Dissolvitur matrimonium, si uxor ab alio antè impregnata, & gravida reperiatur.

MUltùm disceptant Dd. An, si quis ignorans 1
duxe-

duxerit ab alio compressam vel gravidam, quam virginem esse credebat, matrimonium ob hunc qua-
2 litatis errorem dissolvi queat? † Quod equidem negant Canonistæ per *c. un. caus. 29. quæst. 1. in fin.* Host. *de matrim. num. 26.* Didacus Covarruvias *in*
3 *epit. causar. matrim. part. 2. cap. 3. §. 7.* † Nempè, quia sponsus sibi imputare debet, quòd non meliùs ac diligentiùs in conditionem mulieris, cum quâ individuam vitæ consvetudinem initurus erat, in-
4 quisiverit. † Siquidem cuilibet cum alio contrahenti incumbit, diligentius inquirere in conditionem ejus, cum quo contrahit, *l. qui cum alio. 19. ff.*
5 *de reg. jur. l. quod te. 5. ff. si cert. petat.* † Quod & juri civili videtur convenire in *l. 11. §. 1. ff. de contrab. empt. & l. 11. §. si quis virginem. 5. ff. de act. empt.* ubi muliere pro virgine empta, contractus emptio-
6 nis subsistit. † Sed non video, quomodò Canonistarum sententia per id defendatur. Etsi enim concesserim, ab initio matrimonium valere & sub-
7 sistere, attamen dissolvi non prohibetur, † perinde ut emptio subsistens propter dolum interveni-
8 entem dissolvitur, *l. 5. Codic. de resc. vendit.* † Quin nec benè infertur ab emptione ad sponsalia, quia multò gravius læditur, vitiatam pro virgine ducens, si eam retinere cogeretur, quàm mulierem pro
9 virgine emens, †. cùm hic, quam semel duxit, per totam vitam suam retinere cogatur, ille verò rem emptam distrahere possit, ut pluribus disputavi contra Canonistas *in pract. crim. part. 2. quæst. 63.*
10 † Quorum sententia missa, marito decepto succurrendum & matrimonium non tantùm quoad thorum, sed etiam quoad vinculum dissolvendum,
11 † rectiùs arbitrantur Theologi ac JCti saniores, Luther. *tom. 5. Jenens. German. fol. 250. & tom. 6. Jenens. fol. 530.* Cypr. *de sponsal. cap. 13. §. 44. num. 3.* Johann. Gerhard. *in loc. de conjug. num. 111.* Först. *de nupt. cap. 8. pag. 120. & seq.* Nicol. Reusn. *lib. 4. decis. 5.* Johann. Schneidewin. *ad tit. instit. de nupt. part. 4. de divort. num. 61. & seqq.* Joach. à Beust.
12 *de matrim. part. 2. cap. 34. & 35.* † Scilicet quia contractus dolo initi nullius momenti, nec ab invita parte decepta custodienda sunt, *l. 7. §. ait prætor 7. ff. de pact. l. 7. in pr. ff. de dolo.*
13 † Quod & juri divino videtur consentaneum, quo lapidibus obruitur compressa ab alio, quæ posteà tanquam virgo nupsit alteri, si sit ejus nomine accusata, & vir pe-
14 tat divortium, *Deuteron. 22.* † ut pluribus demon-
15 stravi in *pract. crimin. dict. quæst. 63. num. 54.* † Cautè tamen procedendum est, nec facilè divortium, si ullo modo id impediri poterit, permittendum.
16 † Quin potiùs summo studio tentanda est reconciliatio, quæ si obtineri & perfici non poterit, ad dissolutionem demum conjugii est procedendum, Johan. Gerhard. *dicto loco.* Joh. Schneidewin. *ad tit. inst. de nupt. part. 4. num. 61.*

Ita Domini in causa N. N. an Balthasarn von Kotwitz / Mens. Jun. Anno 1614. (Verba sententiæ: Da nun C. S. dessen also geständig/ daß sie nemlichen mit G. S. zugehalten / und von ihme zu Fall bracht und geschwängert worden/ ehe und zuvor sie ihrem Manne die Ehe zugesagt / und gleichwol das eheliche Beylager/ als wann sie noch Jungfrau wäre/ mit ihme gehalten / und solche Schwängerung verschwiegen / und daß gedachter ihr Mann/ ehe und zuvor er mit ihr beygelegen / davon gantz und gar nichts gewust/ sondern hernach solches allererst erfahren/ und in der That inne worden/ darauff alsobald sich ihrer gäntzlichen geeussert/ und sie ferner nicht berührt; So würde er von denen Verordneten im geistlichen Consistorio, dahin dieser Fall eigentlichen gehöret/ auff Fall er nicht zu versöhnen / (wie dann aller möglicher Fleiß bey vorbenannten Personen anzuwenden / ob sie wieder gegen einander ausgesöhnet / die Gemüther zusammen bracht/ und die Ehe nicht getrennet werden möge) wegen solches unchristlichen Betrugs/ und begangenen grossen Untreu/ auch Nachlassung Göttlicher / gemeiner und üblicher Rechte/ von ihr der C. S. der Ehe halber billich geschieden und loßgezehlet / ꝛc.)

Definit. XIII.

Ob stuprum verò & fornicationem mariti, ante nuptias commissam, non permittendum est divortium.

AT quid, *si maritus de fornicatione aut stupro* 1
ante conjugium commisso accusetur, num & Uxor separationem propterea impetrabit, si de eo maritus fuerit confessus aut convictus? † Ita forsan 2
dixeris ex natura correlativorum, quæ eandem juris faciunt dispositionem, † & iniquum videtur, 3
uxori denegari, quod marito conceditur, *argum. l. si Uxor. 13. §. judex 5. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † cum 4
eadem sit viri & uxoris fides castitatis, unum Sacramentum, *h. e.* promissio inseparabilitatis, & spes una habendæ prolis, *cap. 1. extr. de sponsal. duor. c. debitum. 5. extr. de bigam.* † Sed placuit 5
contrarium Dominis, ut & Consistorialibus nostrarum provinciarum, nec concedi solet hoc casu divortium, etiamsi id maximè ab Uxore petatur. Rationem diversitatis si scire velis, † dico (1.) Non 6
rectè inferri ab imprægnatione Uxoris, ad stuprum mariti. Quis etenim nescit, impudicitiam mulierum longè detestabiliorem fœdioremque esse, *argum. l. 1. Codic. de mulier. quæ serv. propr. junct. l. ult. Codic. comm. de manumiss.* † Quippe, quod 7
& major castitas in fœmina, quàm in masculo requiratur, Gloss. *in l. palàm. 43. §. quæ in adulterio. 12. ff. de rit. nupt.* Johann. Gœdd. *ad l. 101. num. 4. ff. V. S.* † (2.) Quin & magna infertur 8
injuria toti familiæ nedum marito per insitionem stirpis adulterinæ, *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. eod. tit. num. 4. & seqq.* † ut vel ob hanc solam causam, spon- 9
sâ ab alio stupratâ, matrimonium sit dissolvendum. † At cessat hæc ratio in fornicatione mariti ante- 10
initum matrimonium perpetrata, quid ergò mirum; si hoc casu divortium quoque denegandum putaverimus? (3.) † Et deficit quoque hoc casu 11
autoritas juris divini, quod jubet lapidibus obrui compressam ab alio, quæ posteà tanquam virgo nupsit alteri, si fuerit accusata & vir petat divortium, *Deuteronom. 22.* † At de marito, qui ante 12
initum matrimonium deditus fuit fornicationi, nil reperitur dispositum. † Quamvis autem Lex Mo- 13
saica judicialis ad nos haud pertineat, exemplum tamen legis istius munit conscientias, ut loquitur Philipp. *in loc. de conjug. allegatus à* Johann. Schneidewin. *ad tit. institut. de nupt. part. 4. numer. 62.*

Ita Domini in causa Marien Sossers zu Bergen/ Mense Julio, Anno 1626. (Verba sententiæ: Habt ihr euch unlängsten mit J. VV. in ein Ehegelöbniß eingelassen/ auch mit ihme darauff die Ehe vollzogen/ und es wird anietzo ihme Schuld gegeben/ daß er hiebevor eine Magd geschwängert haben soll/ wenn er nun gleich dessen geständig wäre/ &c. So möchte doch daherò die Ehescheidung nicht zugelassen/ noch ihr von ihme zugezehlet werden/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Non possunt cogi parentes, ut in sponsalia liberorum, purè absque suo consensu contracta, consentiant.

1 NOn possunt contrahere nuptias liberi sine consensu parentum, ex ratione tàm naturali, quàm civili, adeò ut etiam præcedere jussum paternum
2 oporteat; † nec ratihabitio sufficiat, §. 1. *Institut. de*
3 *nupt.* † Vult siquidem natura, seu potiùs lex divina, ut parentibus honorem debitum præstemus, & in matrimoniis potissimum consensum eorum sequamur, *Exod. cap. 22. vers. 17. cap. 34. vers. 16. Genes. 24. vers. 50.* quibus adstipulantur canones *c. aliter 1. caus. 30. quæst. 5. c. non omnis. 12. caus. 32. qu. 2.*
4 † Nec patitur ratio civilis, ut invito alicui suus heres agnoscatur, quòd per nuptias filii avo contingeret, si hujus consensus non adhiberetur, §. *sed si quis 7.*
5 *institut. de adopt. l. 16. §. 1. ff. de rit. nupt.* † Non ergò subsistunt sponsalia liberorum, absque jussu parentum contracta, antequam per consensum eorundem vitium Clandestinitatis purgetur, Petr. Heig.
6 *part. 1. quæst. 22. num. 55.* † Et cum hisce in locis plerumque Domini Consistoriales causas dissensus paterni exquirere soleant, si liberi, inconsultis parentibus, purè absque conditione & reservatione autoritatis paternæ sponsalia contraxerint, † vel solum
7 hunc contemptum justissimam per se dissensus causam esse, cur pater tam temerariis Sponsalibus consentire non cogatur, existimat Heig. *dict. quæst. 22.*
8 † ubi monet in disquisitione aliarum causarum dissensus paterni, non adeò rigide cum parentibus agendum esse, ut accuratè & sollicitè in allegatas ab ipsis causas inquiratur, sed autoritatis paternæ ratio imprimis habeatur.

Ita Domini ad Consultat. Melchior Hersigkens zu Burgk/ Mens. April. Anno 1633. (Verba sentent: Haben sich zwo Personen/ von welchen eure Frage meldet/ in ein Ehegelöbniß eingelassen. Wenn nun gleich dero Eltern nicht darein consentiret hätten/ inmassen denn dahero das Ehegelöbniß für heimlich zu halten/ die Eltern auch wider ihren Willen darein zu consentiren nicht gezwungen werden mögen/ &c.)

Definit. XV.

Sponsalia liberorum per concubitum consummata, non rescindenda sunt ex parentum dissensu.

1 QUod si tamen ad sponsalia ejusmodi liberorum clandestina absque parentum consensu
2 contracta concubitus accesserit, † conjugia hoc modo consummata neutiquam rescindi debent, *c. sufficiat. 2. caus. 27. quæstion. 2. cap. cum causa. 6. extr. de raptor.* Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de nupt. part. 2. num. 35.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 22. num. 71.* † Quò scilicet majus scandalum vitetur, & ne maxima tunc fieret injuria vitiatæ & desertæ mulieri. † Multa enim impediunt matrimonium contrahendum, quæ contractum non dissolvunt, *l. patre furioso 8. junct.* gloss. *in verb. retinere. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. c. quemadmodum. 25. in fine pr. extr. de jurejurand.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sentent: Dz aber dennoch selbige Personẽ allbereit sich fleischlichen mit einander vermischet/ und also ehelichen zusammen gehalten hätten/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet/ &c. So möchte auch die Ehe/ dahero daß die Eltern damit nicht zu frieden/ keines weges getrennet und auffgehoben werden/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Non prohibendus est adulter in Uxorem ducere eam, quam anteà per adulterium pollut.

REm mali exempli esse, inquies, si adulter con- 1
trahat matrimonium cum eâ, quam anteà per adulterium polluit; † Quod propterea non modò 2
ægrè ferunt Theologi, Balthas. Menzer. *de conjug. pag. 170.* Johan. Gerhard. *in loc. de conjug. tom. 7. num. 381.* Luc. Osiand. *ad cap. 11. Reg. 2. in fin.* † Sed 3
& leges civiles damnant, *l. Claudius. 13. ff. de his, quæ ut indignis. l. 27. Codic. ad Leg. Jul. de adult. Novell. 134. cap. 12.* † Attamen Jus Canonicum inter 4
adulterum & adulteram non prohibet, sed expressè permittit conjugium, *cap. denique. 2. cap. si quis vivente. 5. caus. 31. quæst. 1. cap. significasti. 6. extr. de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adult.* † Quod meritò sequimur in causis matrimonialibus, Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 44. num. 37.* Alber. Gentil. *de Nupt. lib. 1. cap. 17. & 18.* † Accedente præsertim exemplo Davidis, qui in uxorem duxit Bethsabeam, quam marito Uriâ adhuc vivente adulterio polluerat, *2. Samuel. 11. vers. 27.* † quod 7
matrimonium nec à Propheta Nathan dissolutum legitur, Bidenbach. *de caus. matrimon. quæst. 2. pag. 77.* Quidni ergò probaretur? maximè, † si 8
perpendamus, per id non modò utriusque partis conscientiæ, sed & imprimis fœminæ violatæ consuli, quo restituatur, quæ forsan aliàs nunquam commodum sortiri posset, conjugium, Bidenbach. 9
dict. loc. † Concedentibus etiam hoc matrimonium Theologis magni nominis, Doct. Luth. *tom. 2. Jen. Germ. lib.* Vom ehelichen Leben. §. die sechste. Philipp. Melanchth. *in loc. Theolog. de conjug. tit. de Errore. vers. alius casus.* Chemnit. *in loc. de conjug. fol. 207.* † Nec non JCtis præstantissimis, Christoph. 10
Besold. *part. 2. cons. 55. num. 27.* Petr. Gregor. Tholos. *in syntagm. jur. lib. 9. cap. 13. num. 3.* Schrader. *ad tit. instit. de nupt. num. 86.* † Planè, si adulter vel 11
adultera vitæ prioris conjugis fuerint insidiati, † vel 12
conjuge vivente, dederint sibi invicem fidem de contrahendo post obitum Conjugis matrimonio, haud permittendum esse conjugium, † & ho- 13
nestas pariter svadet, & Jus Canonicum præcipit, *cap. super hoc 3. cap. significasti. 6. extr. de eo, qui duxit in matrim. cap. nullus 1. cap. illud verò. 3. caus. 31. quæst.*

quæst. 1. Jacob. Thoming. *decis.* 28. *num.* 7. Schrad. *dict. loc. num.* 88.

Ita Domini in causa N. N. zu Niederwunsch/ ad requisitionem Tobiæ Rebels/ Mens. Febr. Anno 1622. (Verba sent: Hat N. N. ein Wittiber/ von welchem eure Frage meldet/ N. N. die Ehe versprochen und zugesagt. Wann er nun gleich bey seines vorigen Weibes Leben mit gedachter seiner jetzigen Braut allbereit fleischlichen zugehalten und geehebruchet hätte/ ꝛc. So möchte ihnen doch nunmehr die Ehe nicht verboten werden/ sondern es seynd beyde Personen die Ehegelöbnüß durch die Priesterliche Copulation zu vollziehen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa A. F. & N. N. zu Quedlinburg/ Mens. Julio, Anno 1635.

Definit. XVII.

Nec tutor pupillam in Uxorem ducere prohibetur.

NUllibi in jure Canonico, quod in causis matrimonialibus sequimur, Petr. Wesenbec. *consil.* 23. *num.* 1. & 2. Alber. Gentil. *de nupt. libr.* 1. *cap.* 17. & 18. matrimonium inter tutorem & pupillam prohibetur. † Quidni ergò concedendum esset? † Accedente totius ferè Germaniæ observantiâ, & unanimi Dd. consensu, Felin. *ad cap. de Francia.* 1. *num.* 11. *extr. de sponsal.* Salycet. *ad l. si quis* 8. *num.* 2. *Codic. de interd. matrim. int. pupill.* Joh. Schneidewin. *ad tit. instit. de nupt. part.* 3. *de nupt. illicit. num.* 14. Petr. Heig. *ad* §. *si Uxor.* 9. *instit. de nupt. num.* 5. & 6. Johann. Harppr. *ad* §. *sunt & aliæ.* 11. *num.* 3. *instit. de nupt.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cas.* 194. *num.* 13. Joh. Sichard. *ad tit. Codic. de interd. matrim. num.* 10. Joach. à Beust. *de sponsal. part.* 1. *cap.* 21. *vers. de jur. verò canon.* † 4 Quod tamen non aliter intellectum velim, quàm si tutor rationes reddiderit. † Cæteroquin, vel sola § fraudis suspicio conjugium impedit, cum facilè fieri posset, ut pupilla in re familiari circumscribatur & defraudetur, *l. libertum* 64. §. 1. *l. non solum.* 67. §. 1. *ff. de rit. nupt. l. si tutor.* 7. *Codic. de interdict. matrimon.* † nedum potestas, quam tutor in pupillam habet, *l. præfectus.* 63. *ff. de rit. nupt.* † Hancque 7 restrictionem si observaveris, nec jus civile adversabitur, † quod tamen ante redditas rationes inter tu- 8 torem & pupillam, conjugium neutiquam permittit, *l. tutor.* 36. *l. SCto.* 59. *quanquam.* 62. *l. libertum.* 64. §. 1. *ff. de rit. nupt. l. tutor* 15. *ff. de sponsal. l.* 7. *ff. ad Leg. Jul. de adult. l. si patris.* 6. & *tot. tit. Codic. de interdict. matrim. int. pupill. & tutor.* Montan. *de tutel. cap.* 31. *effect. ult. num.* 22. Joh. Sichard. *ad tit. C. de interd. matrim. n.* 11. *in fin.*

Ita Domini in causa Ambrosii Tottens, Mens. Nov. Anno 1626. (Verba sentent: Seyd ihr Barbaren Eglers zum Vormunden verordnet worden/ und nachdeme euer Eheweib inmittels Todes verfahren / und gedachte Barbara Eglers ihre Mannbare Jahre erreichet / seyd ihr dieselbige zu ehelichen vorhabens/ ꝛc. So ist euch solches zu thun unbenommen / und es mag euch/ iedoch wenn ihr zuvor richtige Rechnung wegen geführter Vormundschafft abgelegt / die Verehelichung nicht verweigert werden / V. R. W.)

Constitutio XXI.

PARTIS QUARTÆ.

Da eine Wittfrau bey ihres Ehemannes Leben Ehebruch getrieben / ob seine Erben ihr derowegen ihr Einbringen/ und was ihr sonsten gebühret/ vorzuhalten?

Vidua an propter adulterium vivo marito commissum, ab heredibus dote suâ & donatione propter nuptias privari possit?

UNsere Verordnete seynd dessen einig/ da der Mañ bey seinem Leben des Weibes Ehebruch gewust/ daß er geeyfert / das Weib ausgetrieben/ oder sich dessen beklaget/ iedoch mit dem Tode übereilet worden/ daß die Erben folgends in dem Fall/ in des Verstorbenen Recht treten. Dabey wir es auch bleiben lassen.

ITa inter Deputatos nostros convenit, ut si maritus adulterium uxoris sciens, idque indignatus, eam expulerit, vel de eo conquestus sit, morte autem præventus vindicare non potuerit, heredes in jus ipsius succedant, quod & nobis probatur.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico unà cum dote, etiam bona paraphernalia Uxoris adulteræ marito applicantur.*
2. *Amittit etiam Uxor adulterà geradam, quæ tamen non marito; sed proximæ Cognatæ cedit.*
3. *Dotalitium unà cum dote ob adulterium à marito commissum, ipso vivente, peti potest à muliere.*
4. *Si maritus sciverit adulterium conjugis, heredes ejus adversus Viduam ad privationem dotis similisq; lucri experiri valent.*
5. *Modò maritus adhuc vivus indignationem animi sui ostenderit.*
6. *Mulier heres à marito instituta, si post mortem ejus adulterii convincatur, ipso adhuc vivo; sed insciò commissi, hereditatem amittit; eaque non fisco; sed heredibus mariti ab intestato debetur.*
7. *Vidua ob adulterium vel stuprum in se admissum, post obitum mariti, dotem non perdit, sicut nec Morgengabam, Geradam, vel cibaria domestica.*
8. *Etsi intrà annum luctus luxuriosè vixerit.*
9. *Filia neque ob stuprum, neque ob incestum in se admis-*

admissum privatur dote, vel hereditate paternâ.

10. *Vidua intra annum luctus nubens, arbitrariè hodiè punitur.*

11. *Vidua non gaudet privilegio, quod ratione officii & professionis competebat marito.*

12. *Mulier ad separationem agens, jure petit sumptus litis ex bonis mariti.*

Definit. I.

In foro Saxonico unà cum dote, etiam bona paraphernalia Uxoris adulteræ marito applicantur.

1 EXpediti juris est, Uxorem adulteram dotem suam amittere, eamque marito assignari, Dan. Moller. *hîc num. 4.* Matth. Wesenbec. *ad ff. item lex Julia de adulteriis 4. num. 2. instit. de publ. judic.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. ff. adulterium. num. 13.* Henric. Bocer. *de adult. cap. 5. numero 30.* 2 Matth. Coler. *part. 1. decis. 176. num. 40.* † Quod nec aliter se habet in foro Saxonico, ut notant Mol- 3 ler. & Coler. *dict. loc.* † At quid juris in bonis paraphernalibus, iis nimirum, quæ uxor ultra dotem 4 ad maritum attulit? † De Jure communi variant admodum Interpp. ut dixi *in pract. criminal. part. 2. quæst. 64. num. 20. & seqq.* 5 † At in foro Saxonico bona paraphernalia unà cum dote uxoris adulteræ, maritum lucrari, rectè asserunt Dan. Moller. *hîc. n. 3.* & Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 29.* 6 *num. 19.* † vel solùm per hanc Constitut. *21.* cujus rubrica etiam de bonis paraphernalibus loquitur, *in verb.* Und was ihr sonsten gebühret/ eaque marito, vel defuncto eo, ipsius heredibus applicari, haud obscurè ex nigro colligi potest, prout docet Dan. 7 Moller. *hîc num. 2.* † Quin & de jure Saxonico, maritus non modo vivente uxore bonorum para- 8 phernalium Usumfructum habet, † sed & uxore defuncta, omnia mobilia lucratur, Landr. *lib. 1. artic. 31. post pr. lib. 3. artic. 87.* Christoph. Zobel. *part. 3. differ. 9. num. 6.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 15. num. 2.* 9 Matth. Coler. *part. 2. decis. 286. num. 1. & 3.* † Iniquissimum ergò esset, absque facto suo, maritum iisdem privari, mulierem verò hoc lucrum ex suo delicto & adulterio consequi, *l. 2. ff. sed ita demum. 3. l. vir uxori. 17. §. 1. ff. ad SCtum Vellejan. l. 5. l. 18.* 10 *Codic. eod. tit.* præsertim, † cum Uxor ea, quæ post obitum suum marito ex bonis ipsius debentur, nullo modo ipsi adimere queat, Const. Elector. *7. part. 3.* Quod ipsum tamen de mobilibus solummodò acci- 11 pi velim. † Nam si mulier bona habeat immobilia, sive sint dotalia, sive paraphernalia, ea ex dispositione juris Saxonici, non ad maritum, sed ad liberos 12 aliosvè heredes transeunt, † neque ex facto & delicto mulieris ipsis sunt auferenda, Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 47. num. 8.*

Ita Domini in causa C. A. zu Magdeburg/ Mense Majo, Anno 1630. (Verba sent: Auff jhr Fall angeklagte C. A. des Ehebruches überführet/ ihr auch der Ehemann nicht allbereit verziehen hätte / oder nochmals verzeihen wolte/ ꝛc. So hätte sie sich nach Sächsischen Rechten nicht allein der Mitgifft/ sondern auch alles Einbringens und Paraphernalgüter / iedoch an Mobilien allein / so viel derer/ und was Kläger der Ehemann, darvon dermaleins nach ihrem Tode zu gewarten gehabt/ verlustig gemacht/ und möchte ihme dem Manne solches durch seines Weibes Untreu nicht entzogen werden / V. R. W.)

Definit. II.

Amittit etiam Uxor adultera geradam, quæ tamen non marito, sed proximæ Cognatæ cedit.

AMittit quoque Uxor adultera geradam suam 1 per *text. & ibi* Gloss. Landrecht *lib. 3. artic. 74. sub. lit. b. lib. 1. artic. 5.* † Attamen hæc non marito 2 applicatur, sed proximæ Cognatæ, cui aliàs debetur, Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 47. num. 37. & seqq.* † Nam in præjudicium cognatæ, mulier ge- 3 radam suam nec per testamentum, nec per donationem mortis causa in maritum potest transferre, Gloss. *artic. 31. lib. 1.* Landrecht & gloss. *artic. 57.* Lehnrecht. *ff.* Ihr sollet auch wissen / Const. Elect. *13. part. 2.* † Multò minus per delictum suum in 4 detrimentum proximæ cognatæ maritum geradæ participem reddere poterit. † Quin & cognata 5 bona utensilia, non jure successionis vel cognationis, sed ex Legis beneficio percipit, Hartman. Pistor. *lib. 6. quæst. 31. num. 5.* Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 11.* † Ergò ipsi invitæ auferri nequit, *l. id quod* 6 *nostrum. 11. ff. de reg. jur.* Sed hoc ita, † nisi statutum 7 marito deferat geradam, ut hîc Lipsiæ, aliisque in locis peculiariter sancitum, de quo dixi *supr. part. 2.* Const. Elect. *14. Definit. 51.* † ubi in casu etiam 8 adulterii, Uxoris geradam ad maritum pertinere, vix dubium esse potest.

Ita Domini in causa E. T. zum Hayn/ Mens. Januar. Anno 1633. (Verba sent: Wann nun gleich euer Eheweib bey ihrem Leben sich zu solchem Ehebruch bekannt hätte/ ꝛc. So hättet ihr euch doch nach ihrem Absterben / ihrer verlassenen Gerade nicht anzumassen / sondern es verbleibet dieselbe Innhalts der Rechte/ und des Orts Willkühr der nechsten Nifftel billich/ V. R. W.)

Definit. III.

Dotalitium unà cum dote, ob adulterium à marito commissum, ipso vivente, peti potest à muliere.

QUicquid juris est in adulterio uxoris circa do- 1 tis amissionem, id etiam obtinet in adulterio mariti circa amissionem donationis propter nuptias. † Etenim maritus si adulterium commi- 2 serit, non solùm dotem, quam aliàs vigore pacti aut statuti lucraretur, sed etiam donationem propter nuptias in compensationem dotis factam amittit, ita ut eam uxor percipiat, † vivente 3 quantumvis marito, *Novell. 117. cap. 8. vers. Etsi quidem habeat uxorem.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. numer. 19.* Jul. Clar. *l. 5. sentent. ff. adulterium. numero 12.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 176. num. 44. & seqq.* Hartmann. Pistor. *observat. 15.* † Tenentur siquidem mari- 4 tus & Uxor ad æqualia, suntque correlativa, Socin. *lib. 1. consil. 34. num. 3.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 47. num. 34.* † Atqui correlativorum eadem 5 est ratio, & quod de uno ex iis statuitur, idem

etiam

etiam de altero videtur conſtitutum, *l. legem Juliam. 3. in fin. pr. ubi* Bartol. Jaſon. & Dd. *Codic. de indict. viduit. toll.* Nicol. Everhard. *in topic. loc. à*
6 *correlativis num. 3.* † Quod ſi verò nec dos illata, nec donatio propter nuptias conſtituta fuerit, uxor in caſu adulterii à marito commiſſi, ex ipſius bonis tantam portionem lucrabitur, quantam ipſi ſtatutum in caſu ſucceſſionis ab inteſtato tribuit,
7 † ut notavi *in practic. crimin. part. 2. quæſtion. 64. num. 44.*

Ita Domini in cauſa M. R. zu Groſſengottern / Menſ. Febr. Anno 1632. (Verba ſentent: Habt ihr eurem Ehemanne 300. fl. zubracht/ wogegen er euch wiederum 300. fl. zum Gegenvermächtnüß ausgeſatzt / alſo daß euch nach ſeinem Abſterben aus ſeinen Gütern 600. fl. entrichtet werden ſolten / und es wird gedachter euer Ehemann eines Ehebruchs beſchuldiget. Da er nun deſſen geſtändig wäre/ und ihr ihme nicht verzeihen woltet/ ꝛc. So würde euch das Gegenvermächtnüß zugleich nebenſt euerm Einbringen/ aus euers Mannes Gütern/ auch noch bey ſeinem Leben/ billich eutrichtet/ V. R. W.)

Definit. IV.

Si maritus ſciverit adulterium conjugis, heredes ejus adverſus Viduam ad privationem dotis ſimilisq; lucri experiri valent.

1 SEd num etiam mariti heredes contra Viduam, ob adulterium vivo adhuc eo commiſſum, ad dotem vel ſimile lucrum conſequendum agere
2 poterunt? † Dubia certè eſt hæc quæſtio de jure communi; ut apparet ex traditis *in pract. mea crim.*
3 *part. 2. quæſt. 65. num. 2. & ſeqq.* † At in terris Saxonicis res difficultatem non habet: propter claram ſanctionem Divi Auguſti Electoris, affirmativè quæſtionem illam decidentis, *hâc* Conſti-
4 tut. *21.* † ut dubium prorſus non ſit, quin ad heredes jus defuncti mariti transmittatur, modò
5 ſciverit maritus adulterium Uxoris, † prout reſtringitur ſanctio Electoralis *in verb.* Da der Mann bey ſeinem Leben des Weibes Ehebruch
6 gewuſt/ ꝛc. † Ergò, ſi maritus Uxoris adulterium ignoraverit atque deceſſerit, non valebunt heredes experiri contra viduam ad privationem dotis, donationis propter nuptias, ſimilisvè lucri muliebris, ex vi argumenti à contrario ſenſu deſumpti,
7 † quod fortiſſimum habetur, *l. 1. in pr. ubi* Jaſon. *numer. 36. &* Dd. *ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurisdict.*
8 Rectiſſimè ſanè, † quia actio ad privationem tendit ad meram vindictam, ſive injuriam marito per adulterium illatam, *l. conſenſu. 8. §. 5. Codic.*
9 *de repud.* † quo caſu jus agendi non competit heredibus, ſi defunctus injurias ignoraverit, *l. injuriarum. 13. l. item apud Labeonem. 15. §. injuriarum. 14. ff. de injur.*

Ita Domini in cauſa Jacobi Gelmers zu Eckenbar / Menſe April. Anno 1632.

Definit. V.

Modò maritus adhuc vivus indignationem animi ſui oſtenderit.

1 NOn ſufficit, maritum ſciviſſe adulterium Uxoris, ad hoc, ut ejus heredes ad privationem dotis, contra Viduam agere valeant; ſed & præterea requiritur, † ut maritus indignatus adulteram uxo- 2
rem expulerit, vel aliter indignationem animi ſui oſtenderit, morte autem præventus adulteram accuſare non potuerit, † *hâc* Conſtit. *21. verſ.* Das geeyffert/ das Weib ausgetrieben / oder ſich deſſen beklaget/ iedoch mit dem Tode übereylet worden/ ꝛc. 3
† Quia ſcilicet maritus uxoris adulterium ſciens, illudque non vindicans, ei ignoſcere, injuriamq; ſibi illatam remittere videtur. † At facta remiſſione, 4 5
poſt obitum mariti, heredes ipſius ad dotis privationem ulterius agere haud poſſe, expeditum eſt, Dan. Moller. *hic.* Nicol. Boër. *deciſ. 338. num. 7.* Joach. à Beuſt. *in tract. connub. part. 2. cap. 21.* † Ex quo ſequitur heredibus, ad privationem agere volentibus, 6
onus probandi incumbere, maritum ſcilicet uxoris adulterium ſciviſſe, illudque vindicare voluiſſe, Proſper. Farin. *part. 4. oper. crim. quæſt. 142. num. 116.* Bertaz. *lib. 1. conſil. 20. num. 35.* † Quia in dubio 7
maritus uxori ignoviſſe, adulteriumque vindicare noluiſſe præſumitur, *argum. cap. fin. extr. de præſumpt.* Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 76. num. 5.*

Ita Domini in cauſa heredum A. à Z. Menſ. Nov. Anno 1597. (Verba ſent: Ihr köntet dann wie recht beweiſen und darthun/ daß euerm fernern Fürgeben nach/ euer Vater berührte Verbrechung erſt kurtz vor ſeinem tödtlichen Abſchied erfahren/ und dieſelbe gegen eure Stieffmutter gebührlichen zu eyffern in willens geweſen/ aber von wegen ſeiner Leibes-Kranckheit/ darein er plötzlichen gefallen/ und bald darauff verſtorben / daran verhindert worden. Auff ſolchen Fall hätte ſich euer Stieffmutter beydes ihrer Mitgifft und obgedachter Leibzucht/ ſo wohl auch aller Legaten und anderer Stücke / davon euers Vaters Verordnung meldet/ verluſtig gemacht/ ꝛc.)

Definit. VI.

Mulier heres à marito inſtituta, ſi poſt mortem ejus adulterii convincatur, ipſo adhuc vivo, ſed inſcio, commiſſi, hereditatem amittit, eaque non fiſco, ſed heredibus mariti ab inteſtato debetur.

1 NOn aliter itaque mulier, quæ poſt mortem mariti convincitur adulterii ipſo adhuc vivo commiſſi, dotem aliaque lucra muliebria amittit, quàm ſi maritus adulterium ſciverit, & indignationem animi ſui oſtenderit, Definit. 4. & 5. † Nempe, quia ignorans adulterium, præ- 2
ſumitur illud, ſi ſciviſſet, remiſſurus. † Sed aliud 3
obtinet in hereditate ex teſtamento, quam Uxor à marito heres inſtituta perdit, etiamſi maritus adulterium ignoraverit. † Scilicet, quod 4
nullus honeſtus & ſanæ mentis, etiamſi adulterii pœnam uxori ſive tacitè ſive expreſsè remitteret, heredem tamen eam bonorum ſuorum, ſi adulteram ſciviſſet, excluſis legitimis, inſtituturus eſſe crederetur, Dan. Moller. *lib. 4. ſemeſtr. 10.* † illud ſaltem dubium remanet, an 5
non fiſco, hoc caſu ſit hereditas applicanda? Notum enim eſt, † quod ea, quæ ab indigno 6
auferuntur, fiſco cedant; & nemo de indignitate opponere poſſit, niſi fiſcus, *l. 1. ff. de jur. fiſci. l. Papinianus. 8. §. meminiſſe. 14. ubi* Barto. & Dd. *ff. de inoffic. teſtament.* Gloſſ. Bartol. & Dd. *in l. 1. Codic. de indig.* † At verum eſt hoc, ſi 7
indi-

indignus à Lege privetur hereditate, ut tradit M. Anton. Peregrin. *in tract. de jur. fisci libr. 2. tit. 2. in*
8 *pr.* † In casu verò præsenti, Uxori adulteræ non ut indignæ, sed ut ejusmodi personæ, quæ ex errore testatoris instituta est heres, auferenda est heredi-
9 tas, † quo in casu, ea non fisco, sed heredibus ab intestato applicatur, per text. *in l. si pater. 402. & l. nec apud. 7. Codic. de hered. inst.* Dan. Moller. *dict. lib. 4. semestr. 10. num. 6.*

Ita Domini ad requisitionem Enoch Pöckels zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1581. (Verba sent: Hat ein Ehemann in seinem Testament sein Eheweib zum Erben aller seiner Hinterlassenschafft eingesetzt. Ob sie nun wol sich darauff nach seinem tödtlichen Abgang aller Erbschafft unterfangen. Da aber dennoch hernach offenbar worden/ daß sie in Zeit stehender Ehe/ so wol in ihrem Wittbenstande mit mehr denn einer Mannsperson Ehebruch und fleischliche Unzucht getrieben. So hätte sie sich dadurch solcher Erbschafft verlustig gemacht/ und ihres Ehemannes nechste Erben ab intestato, wären wider sie zu klagen/ und solche Erbschafften ihr abzufodern wol befugt/ der fiscus aber hätte sich derselben nicht anzumassen/ V. R. W.)

Definit. VII.

Vidua ob adulterium vel stuprum in se admissum, post obitum mariti, dotem non perdit, sicut nec Morgengabam, Geradam vel cibaria domestica.

1 Disputent de jure civili, quicquid velint, Interpp. an vidua, si post mortem mariti adulterium vel stuprum commiserit, perdat dotem, ut dixi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 65. num. 38. & seqq.*
2 † In foro certè Saxonico expeditum est, mulierem fornicando pudicitiam solùm imminuere, jura autem sua & hereditatem nequaquam amittere, Landr. *lib. 1. artic. 5. in med. vers.* Ein Weib.
3 † Ex quo rectissimè infertur, Viduam propter adulterium aut stuprum post obitum mariti commissum, neque dotem perdere, neque donationem
4 propter nuptias. † Quia vocabulum mulieris, *in dict. artic. 5.* accipiendum est de Virgine aut Vidua, quæ nupta non est, neque maritum habet, ut notat Gloss. *germ. in verb.* Ein Weib. Gloss. *ordin. in* Landrecht *lib. 1. artic. 21. num. 2. verb* Sie verwürckten es denn selber. Gloss. Weichbild/ *artic. 22. num. 22. vers.* Hinwieder möchte nun einer sprechen/ Dan. Moll. *hic num. 3.* Andr. Rauchb.
5 *part. 1. quæst. 47. num. 35.* † Quin nec vidua Morgengabam, nec bona utensilia, & cibaria domestica
6 perdit, si vixerit luxuriosè † ex generalitate textus
7 *in dict. artic. 5. lib. 1.* Landr. † idque pluribus probatum dedi in *pract. crimin. dict. quæst. 65. num. 51. & seqq. & num. 64.*

Ita Domini in causa N. N. zur Neustadt/ Mens. April. Anno 1615. (Verba sent: Ob nun wol gedachtes Adeliches Weib nach ihres Mannes Tode angefangen/ ein gottloses und gleichsam öffentliches leichtfertiges Hurenleben zu treiben/ also/ daß sie in der gantzen Gegend darumb in einem bösen Geschrey ist/ und Pasquille auff sie ausgeworffen werden/ &c. So hat sie sich doch dadurch berührter ihrer Mitgifft/ eingebrachten Gutes/ und was ihr sonsten aus ihres verstorbenen Mannes Verlassenschafft gebühret/ nicht verlustig gemacht/ sondern es verbleibet ihr dasselbe nochmals billich/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Etsi intra annum luctus luxuriosè vixerit.

Non certe aliud dicendum est, si Vidua intra 1
annum luctus vixerit luxuriosè & stuprum commiserit; † Quantumvis enim hæc gravius de- 2
linquat, majoremque defuncto marito inferat injuriam: † Attamen cum jura Saxonica generaliter loquantur, atque mulierem fornicando pudicitiam solummodò imminuere, jura autem sua & hereditatem nequaquam amittere, velint, *in* Landr. *lib. 1. artic. 5.* † utique nec hoc casu privationem dotis, aliorumque jurium viduæ competentium locum habere, putandum est. † Nec ob- 5
stat, quod Vidua intra annum luctus ad vota secunda transiens, hereditatibus & legatis, aliisque sibi relictis privetur, *l. 1. & tot. tit. Codic. de secund. nupt.* † Ergò multò magis si extra conjugium le- 6
gitimum vixerit luxuriosè. † Quia dispositio *dict.* 7
l. 1. & tot. tit. Codic. de secund. nupt. in foro Saxonico est abrogata per *dict. art. 5. lib. 1.* Landr. ut notat Zobel. *in addit. ad gloss. latin.* Landr. *lib. 3. artic. 45. & lib. 1. artic. 45.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 64.* Johannn. Schneidew. *in tit. instit. de nupt. sub rubr. de divort. n. 33.*

Ita Domini in causa heredum A. à Z. Mens. Nov. Anno 1597. (Verba sent: Wenn gleich eure Stiefmutter/nach eures Vatern ihres Ehemanes Absterben/in währendem Trauerjahr Ehebruch begangen hätte/ So hättet ihr doch das jenige/ so ihr vermöge der Ehestifftung so wol des Testaments/ als donation, gebühret/ ihr vorzuenthalten nicht fug/ V. R. W.)

Definit. IX.

Filia neque ob stuprum, neque ob incestum in se admissum, privatur dote, vel hereditate paternâ.

Deterioris conditionis haud est puella sive vir- 1
go in casu commissæ fornicationis, quàm Vidua, sed utraque pari jure gaudet, † sicuti etiam 2
æquali plectitur pœnâ, tanquam ob idem delictum perpetratum, † Adeoque & neutra hereditatem 3
amittit, per text. *in* Landr. *lib. 1. artic. 5.* Etenim cum verba istius articuli generaliter loquantur, nec mulierem ob fornicationem hereditate aliisque lucris privari velint, † utique & generaliter de vir- 4
gine, pariter atque de Vidua erunt accipienda, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem act.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 260.* † Planè, 5
nec aliud dicendum putaverim, si virgo incestum in se admiserit, propter eandem textus generalitatem. Et quod nullibi privatio dotis, aliorumque lucrorum in casu incestus commissi statuta reperiatur. † Atqui pœna privationis alicujus rei vel juris non 6
aliter locum habet, quàm si in jure fuerit expressa, *Novell. 115. cap. 3. Novell. 2. cap. 3.* Felin. *in cap. ex parte conventus. 2. extr. de rescript. in pr.* Jason. *in l. neq; pactio. 1. C. de transact. n. 12.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 3. n. 33.*

Ita Domini in causa N. N. zum Hoff/ Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sentent: Hat einer vom Adel nach seines Weibes Absterben/ derselben leibliche Schwester geschwängert/ welche sich hernach verehlichet. Ob nun wol derselben Brüdere ihr ihren weiblichen Schmuck und Ehegeldere/ so sich vermöge des Erbvertrages auff 900. Fl. erstrecken/ zu entrichten sich weigern/ und der

und der Meynung ſeyn / daß ſie ſich deſſen allen verluſtig gemacht. Dieweil aber dennoch / vermöge Sächſiſcher Rechte / eine ledige Weibes-Perſon mit Unkeuſchheit ihres Leibes ihre Ehre zwar kräncket / ihr Recht und Erbe aber dadurch nicht verleuret / ꝛc. So ſeynd auch bemeldte Brüdere / ihres Vorwendens ungeachtet / der Schweſter die Schmuck- und Ehe-Gelder folgen zu laſſen ſchuldig / V. R. W.)

DEFINIT. X.

Vidua intra annum luctus nubens, arbitrariè hodiè punitur.

1 ULtra notam infamiæ, quam incurrit Vidua intra annum luctûs ad ſecunda vota convolans, de jure communi, omnia lucra, hæreditates, legata & honoraria amittit, *l. 1. & tot. tit. C. de ſecund.* 2 *nupt.* † Quod tamen jure Saxonico abrogatum eſt, *gloſſ. latin. ad text. lat. & ibi addit.* Landr. *lib. 1. art. 5. verſ. mulier per injuriam.* Matth. Coler. *part.* 3 *1. deciſ. 64.* † An ergò Viduæ in foro Saxonico in- 4 tra annum luctûs impunè nubere licebit? † Neutiquam certè hoc ſequitur. Etenim ſi pœna jure civili definita fuerit abrogata, attamen ipſa prohibitio 5 adhuc durat. † Neque enim honeſtas publica intra annum luctûs ſecundas nuptias admittit, neque hæ tutò absque turbatione ſangvinis & confuſione ſeminis permitti poſſunt, Dn. Joh. Gerhard. *in loc.* 6 *de conjug. num. 198. & ſeqq.* † De quo certè minus dubitandum in provinciis Electoratûs Saxonici, propter claram ſanctionem in Ordin. matrimoniа- 7 li *de anno 1624. punct. 5. in fin.* † ut ſic viduam, intra annum luctus nubentem, arbitrariè puniendam 8 exiſtimaverim, † quia arbitraria eſt animadverſio, quando pœna aliqua certa definita non eſt, Jaſon. *in l. jubere 4. num. 17. ff. de jurisd. omn. judic.* Andr. Tiraquell. *de pœn. ll. temper. cauſ. 31. num. 34.*

Ita Domini contra M. S. zu Lucca / Menſ. Sept. Anno 1382. (Verba ſent: Iſt kurtzverrückter Zeit P. S. Todes verfahren / und hat ſeine Wittib nach ſich verlaſſen / worauff ſich dieſelbe / ehe und zuvor das Trauer-Jahr fürüber geweſen / anderweit verehlichet / und Hochzeit gehalten / ꝛc. So wird ſie derowegen willkührlichen / entweder ein 12. Tage lang mit Gefängnüß / oder umb 4. neue Schock in Straffe genommen / V. R. W.)

DEFINIT. XI.

Vidua non gaudet privilegio, quod ratione officii & profeſſionis competebat marito.

1 CErti juris eſt in foro Saxonico, quod defuncto marito, Vidua ab ejusdem jure liberetur & abſolvatur, Landr. *lib. 1. art. 45. verſ.* Wenn er aber ſtirbet / *& lib. 3. art. 45. verb.* Und nach ſeinem Tode. 2 † Ex quo vulgò autumant, Viduam in foro Saxonico non retinere dignitatem mariti defuncti, Matth. Col. *part. 1. deciſ. 65.* † Sed malè omninò 3 hoc infertur, quia prædicta jura Saxonica procul dubio ſunt reſtringenda ad tutelam & jus matrimoniale, ita ſcilicet, ut marito defuncto, ceſſet jus tutelare, Viduaque in proximioris ſui Agnati curam & tutelam tranſeat, † prout explicant jura 4 Saxonica, Reinhard. *part. 6. diff. 10.* & Daniel. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Coler. *d. deciſ. 65.* † Quoad ſtatum igitur & digni- 5 tatem, diſpoſitio juris communis correcta non eſt de jure Saxonico, ſed retinet vidua etiamnũ hodiè in Provinciis Saxonicis jura & dignitatem mariti ſui defuncti, † donec ad ſecundas nuptias convolâ- 6 rit, *cum te. 10. C. de nupt. l. filii. 22. §. vidua 1. ff. ad municip. l. fœminæ 8. ff. de Senat. l. mulieres 13. C. de dignit.* Bartol. *ad dict. l. fœminæ 8. ff. de Senat.* Matth. Coler. *d. deciſ. 65. in pr.* † Aſt verum eſt 7 hoc in juribus ac privilegiis, quæ competunt duntaxat ratione dignitatis, † non autem in privilegiis & 8 juribus, quæ ratione officii vel profeſſionis conceſſa fuêre, quibus Vidua non gaudet, Bartol. *in l. ſemper 5. §. immunitati 4. de jur. immun.* Cyn. *in l. 2. C. de Epiſc. & Cler.*

Ita Domini zu Rathmanne und Innungs-Meiſtere zu Magdeburg / Menſ. Dec. Anno 1602. (Verba ſentent: Ob nun gleich die Geiſtlichen Perſonen hievon befreyet ſeyn. So haben doch ihre Wittben / wenn ſie nach ihrer Ehemänner Abſterben dergleichen Häuſer bewohnen wollen / ſolcher Freyheit / weil ſelbige den Geiſtlichen allein wegen ihres Ambts vergönnet / ſich zu gebrauchen nicht fug / V. R. W.)

DEFINIT. XII.

Mulier ad ſeparationem agens, jure petit ſumptus litis ex bonis mariti.

CUm mulier ex cauſa adulterii & ſævitiarum 1 peteret ſeparationem, adverſus maritum actione inſtitutâ, quam ex inopia perſequi non poterat, ex bonis mariti † ſumptus judiciales ipſi ſuppeditan- 2 dos, exiſtimavêre Domini, nec in cauſa juſta, minus inſtructa ſuccumberet, † idque eò magis, quod do- 3 tem marito attuliſſet, quam ſimul repetebat, cujus vel ſolus favor id expoſceret *l. 1. ff. ſolut. matrim.* † Et 4 quomodo, quæſo, uxor extra proceſſum & absque erogatione expenſarum litis, conſequi poterit alimenta, quæ & factâ ſeparatione tori, maritus uxori præſtare tenetur, Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. adulterium num. 17.*

Ita Domini in cauſa A. E. ab H. contra O. ab H. zu Lützen / Menſ. Decemb. Anno 1635.

CONSTITUTIO XXII.
PARTIS QUARTÆ.

Von Straffe des Inceſtûs und Blutſchande / wann beyde Perſonen nicht Ehelich ſeyn.

De pœnâ inceſtûs commiſſi à perſonis utrumque ſolutis.

NAchdem bißhero wegen der Straffen des Inceſtus und Blutſchande in unſern Schöppenſtühlen (ſintemahl die Rechts-Lehrer hierinne widerwärtige Meynung haben /) ungleich geſprochen / So ſetzen und ordnen wir / wann unter rechten

DE pœnâ inceſtûs cum diſcrepent Juris Interpretes, in Scabinatibus etiam noſtris variatum fuit. Statuimus igitur & ordinamus, ut ſi parentes cum liberis, & ſic perſonæ lineæ aſcendentis & deſcendentis inceſtum

natürlichen Eltern und Kindern/und also unter denen Personen/so in auff- und niedersteigenden Linien einander Bluts-halben verwandt/eine Blut-Schande begangen wird/daß auff den Fall beyde Personen/Mann und Weib/am Leben mit dem Schwerdte sollen gestrafft werden.

Da aber wegen der Jugend/oder andern wichtigen Umstände/Linderung solcher Strafe fürzunehmen/so soll dieselbige Person mit Staupenschlägen unserer Lande verwiesen werden. Aber die anderen Personen/so einander seitwarts im ersten oder andern Glied ungleicher Linien verwandt/oder die/so im Mose Levit. 18. genennet werden/wenn dieselben allerseits nicht in der Ehe seynd/und Blutschande mit einander begehen/sollen beyde mit Staupenschlägen unserer Lande ewig verwiesen werden.

stum committant, tàm vir quàm fœmina gladio puniatur, nisi vel imbecillior ætas, vel quæ aliæ graves causæ mitigationem svadeant; Tum enim virgis cæsos in perpetuum relegari volumus.

Qvi verò non sangvine, sed tantùm affinitate juncti sunt, in primo vel secundo gradu lineæ inæqualis, vel qui capite XVIII. Levitici à Mose recensentur, illi, si ambo soluti incestum committant, virgis similiter cæsi in perpetuum relegabuntur.

DEFINITIONES.

1. Incestuosi parentes & liberi gladio feriuntur.
2. Etiamsi liberi sint naturales & ex fornicatione procreati.
3. Nisi minorennitas aliavè sufficiens causa mitigationem pœnæ svadeat.
4. Fratres & sorores carnaliter se commiscentes virgis cæsi in perpetuum relegantur.
5. Incestus quoq; cum fratris sororisq; filio filiáve commissus fustigatione & relegatione punitur.
6. Consobrini incestuosi absque fustigatione in perpetuum mittuntur exilium.
7. Etiamsi horum parentes ex uno saltem latere sint conjuncti.
8. Incestus cum patruo magno vel amitâ magnâ commissus perpetuâ relegatione punitur.
9. Pro incestu verò cum parentum consobrinis commisso, imponenda est temporalis relegatio.
10. Non excusantur Collaterales à pœnâ incestus ex eo, quod unus vel alter ex fornicatione fuerit procreatus.

Definit. I.

Incestuosi parentes & liberi gladio feriuntur.

1 HAud pauci incestum de jure civili pœna mortis coërceri existimant, si cum specie alià fornicationis, puta, cum adulterio vel stupro fuerit commissus, Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. incestus n. 1. post* Gloss. *in l. si adulterium, cum incestu. 38. in pr. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Anton Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 6.*
2 *defin. 1. num. 2.* † Nimirum quod eadem pœna sit adulterii, atque incestus, *dict. l. si adulterium cum in-*
3 *cestu 38. pr. ff. ad L. Jul. de adult.* † Sed falsitas hujus sententiæ vel inde manifesta est, quod de jure Digestorum, adulterium non nisi relegatione vel deportatione fuerit punitum, ut colligitur ex *l. 4. §. adulterii 7. ff. de re militar. l. 13. ff. de his qui not. infam. l. 6. ff. de divort. l. 11. in pr. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. 7. in fin. ff. ad Leg. Jul. majest.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 19.* Henn. Arnis. *de jur. connub. cap. 5. sect. 8. num. 23. & seqq.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 29. num. 47. &*
4 *seqq.* † Et incestum etiam cum stupro commissum haud graviori supplicio, quàm deportatione puniri, probat text. *in l. si quis viduam. 5. ff. de quæst.* Mo-
5 dest. Pistor. *part. 2. decis. 92.* † Graviori tamen pœnâ dignus est incestus inter ascendentes & descendentes commissus, utpote jure gentium prohibitus,
6 *l. fin. ff. de rit. nupt.* † quem propterea mortis supplicio coërcendum, vulgò existimant Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. criminal. cap. 94. num. 4.* Matth. Wesenb. *dict. loc. num. 22.* Johann. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. incestus. num. 3.*
7 Jacob. Thoming. *decis. 42. num. 5.* † Quorum sententiam approbavit Illustrissimus Saxoniæ Elector, *h.* Const. *22. in pr.* † tantum, ut nec fœminas ab 8 hâc pœnâ exceperit, *in verb.* Beyde Personen/Mann und auch Weib. † Nempè, quia incestus 9 hic inter ascendentes & descendentes de jure gentium prohibitus est, *d. l. fin. ff. de rit. nupt. l. si adulterium 38. §. quare 2. & §. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † Sed in iis, quæ naturali vèl gentium jure turpia & 10 prohibita sunt, mulier mitigationem pœnæ non meretur, *d. l. 38. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de adult.*

Ita Domini contra D. und M. R. zu Heldrungen/ Mens. Majo, Anno 1590. (Verba sentent: Haben D. R. eine Wittibe/und ihr leiblicher Sohn M. gütlichen ausgesaget/daß sie den Abend Martini des vergangenen 89. Jahres/ und sieder dem zwier fleischliche Unzucht und Blutschande mit einander getrieben/ ꝛc. Da sie nun beyde auff solchem ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder deß sonsten wie recht überwiesen würden/so möchten sie wegen solcher begangenen und bekanuten Blutschande mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/V. R. W.)

Definit. II.

Etiamsi liberi sint naturales & ex fornicatione procreati.

NEc refert, an parentes cum liberis legitimis, 1 vel saltem naturalibus & ex fornicatione procreatis se commiscuerint. † Quia per forni- 2 carium etiam & adulterinum concubitum propinquitas contrahitur, † nec tàm generationis 3 qualitas, an sit legitima vel illegitima, quàm ex copulatione carnali orta propinquitas, sive sangvinis communitas in prohibitionibus hisce attenditur, Dn. Johann. Gerhard. *in loc. Theolog. de conjug. num. 282.* † Quod & verba Illustrissimi Electo- 4 ris luculenter innuunt, *h.* Constitut. *22. in princ.*

So in auff- und niedersteigenden Linien einander Bluts halber verwandt/ eine Blutschande begangen wird. † Ex quo etiam fit, quod vulgò quæsitas sorores aut filias uxores ducere prohibeamur, *l. adoptivus 14. §. 2. l. 44. §. 3. l. 54. ff. de rit. nupt.* † Neq; minus liberi sunt nati ex fornicatione, aliovè coitu illicito, atque alii legitimi ex legitimo matrimonio procreati, † quia natura inter liberos differentiam non facit, *Novell. 174. cap. 1. Nov. 189. cap. 9.* † Quibus omninò consequens est, non minus inter personas hasce committi incestum, atque inter parentes & liberos legitimos, † ut proinde utroq; in casu eandem pœnam obtinere, dubitandum non sit, *h.* Constit. *22.*

Ita Domini contra H. H. an Johann Heinrichen von Schönberg/ Mense Aug. Anno 1608. (Verba sent: So möchte H. H. von wegen solches mit seiner natürlichen Tochter begangenen Incestus und Blutschande mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Nisi minorennitas aliavè sufficiens causa mitigationem pœnæ suadeat.

1 NImis rigorosum Legislatorem fuisse Saxonem Illustrissimum, pœnam mortis decernentem cõtra parentes & liberos incestuosos, malè omninò 2 dixeris, † quippe quod ei non mens fuerit, judicis arbitrium ita constringere, ut nunquam pœnam mi- 3 tigare possit, † quin potius pro ratione circumstantiarum delinquentibus veniam indulgeri jusit, *h.* Const. *22. §.* Da aber wegen der Jugend oder an- 4 derer wichtigen Umstände. † Quid enim si ignoranter ascendentes & descendentes se invicem com- 5 miscuerint? † Quid si filia sit minorennis, † aut per- 6 svasa à patre, se sine exceptione in omnibus & quibuscunque rebus ipsi morem gerere teneri, copiam 7 sui fecerit? † Satius erit, Reos hujus criminis virgis cæsos in perpetuum mitti exilium, quàm severum 8 mortis supplicium iis irrogari, † *h.* Constitut. *22. §.* Da aber. *ubi* Dan. Moller. *n. 4.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 32. n. 31. & seqq.* Nicol. Boër. *decis. 264. n. 13.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crimin. cap. 94. n. 8.* † Nam & aliàs in delictis parcitur mi- 9 norennibus, iisque pœna extraordinaria solet imponi, *l. auxilium 37. §. in delictis. 3. ff. de minor. cap. 1. extr. de delict. puer.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. sacrilegium. n. 3.* Joh. Schneidewin. *ad pr. inst. de autor. tutor. num. 17. & seqq.*

Ita Domini contra M. N. zu Leipzig / Mens. Augusto, Anno 1563.

Definit. IV.

Fratres & sorores carnaliter sẽ commiscentes virgis cæsi in perpetuum relegantur.

1 ETsi in terris Saxonicis pœnam gladii collaterabus incestuosis quandoque indictam fuisse, referat Matth. Coler. *part. 2. decis. 174. num. 4.* Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 2. part. 4. quæst.* 2 *12. num. 6.* † attamen certo certius est, hodiè in foro Saxonico incestum collateralium pœnâ mortis neutiquam coërceri, Matth. Wesenb. *in parat. ff.* 3 *ad Leg. Jul. de adult. num. 22.* † Sed jusit Saxoniæ Elector Illustrissimus, consangvineos incestuosos *Lev. 18.* nominatos, fustigationis atque relegationis pœnæ subjugari, *h.* Constitut. *22. §.* Aber die andere 4 Personen. † Ergò fratres sororesque carnaliter se commiscentes, pœnâ hâc tenebuntur, † scilicet, inter quos copula carnalis prohibetur, *dict. cap. 18. Lev.* † Quin & expresè id sancitum est *h.* Constit. *22. §. ult. verb.* So einander seitwerts im ersten Glied. & Ordin. Eccles. *tit.* Von Ehesachen. *Rubr.* Welchẽ Personen sich in Ehegelöbnüssen. *§.* Würden sie aber. *vers.* Als da seyn Bruder und Schwester. † Nec rigorosè nimis, cum incestus inter fratres & sorores grave reputetur delictum, & jure quoque civili atque canonico sit prohibitus, *§. inter eas quoq; 2. inst. de nupt. l. 8. l. 54. ff. de rit. nupt. c. non debet. 8. extr. de consang. & affin. c. nulli 19. caus. 35. quæst. 3.* Joh. Schneidew. *ad tit. instit. de nupt. rubr. de arb. canon. n. 8.* 5 6

Ita Domini contra G. N. zu Gubben/ Mens. Aug. Anno 1584. (Verba sentent: Hat G. N. bekannt/ daß sie mit ihrem Bruder M. N. fleischliche Unzucht und Blutschande getrieben/ &c. So wird sie von wegen solcher begangenen und bekannten Blutschande mit Staupenschlägen eures Gerichts ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. V.

Incestus quoq; cum fratris sororisvè filio filiavè commissus, fustigatione & relegatione punitur.

1 EAdemque ratio efficit, ut inter collaterales quoque in secundo gradu lineæ inæqualis conjunctos, veluti fratris, sororisq; filium, filiam & patruum, amitam, avunculum seu materteram commissus incestus fustigatione simul ac relegatione perpetuâ debeat puniri. † Quia nempè & hic incestus 2 *Lev. 18.* expresè prohibitus est, ut demonstravi *in pract. crim. part. 2. quæst. 73. n. 18. & seqq.* † quod 3 & disertè probatum *h.* Const. *22. §. ult. vers.* Oder andern Glied ungleicher Linien verwandt. Ac sufficit in genere ad pœnam fustigationis † infligen- 4 dam, nuptias vel divino vel gentium jure inter collaterales prohiberi, Hartm. Pistor. *observ. 192. n. 66.*

Ita Domini contra A. N. zu Dieben / Mens. Decemb. Anno 1603. (Verba sent: Dieweil aus der abgehörten Personen gethanen eydlichen Aussage zu befinden/ daß die gefangene Weibes-Person/ so Anna genannt/ Hansen Jägern/ mit welchem sie fleischliche Unzucht begangen / und das Kind/ so bey euch lebendig zur Welt gebohren/ gezeuget/ im andern Grad ungleicher Linien mit Blut-Freundschafft verwandt/ sintemal ihre Mutter desselben halbbürtige Schwester von der Mutter ist/ so wird sie von wegen solcher begangenen und bekannten Blutschande / weil sie beyde ledige Personen / mit Staupenschlägen des Landes billich verwiesen. Man wolte ihr denn in Ansehung ihrer Jugend und ehrlichen Herkommens/ auch daß sie durch Trunckenheit von gedachtem Hansen Jägern zu Fall bracht worden/ Gnade erzeigen/ auff den Fall würde ihr die zuerkannte Leibes-Straffe nicht unbillich erlassen/ sie aber doch gleichwol des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Consobrini incestuosi absque fustigatione in perpetuum mittuntur exilium.

1 ALia est ratio consobrinorum, vel fratrum & sororum patruelium, h. e. duorum fratrum, sororumvè liberorum, inter quos † Lege Mosaicâ nu- 2 ptiæ prohibitæ haud sunt, prout exempla juris divini lucalenter docent, *Gen. 29. vers. 18. Exod. 6. vers. 20. Num. 36. vers. 11. Jos. 15. vers. 17. Matth. 1. vers. 16.* Dn. Gerhard. *in loc. Theolog. de conjug. part. 1. sect. 2. n. 326.* Joh. Schneidew. *ad tit. instit. de nupt. rubr. in quib. grad. jus div. prob. matr. num. 18.* † Cessa- 3 bit igitur in hisce pœna fustigationis, *argum. hujus*

4 Const. 22. §. *ult.* Idque eo magis, † quod de jure etiam civili, inter fratrum sororumque liberos matrimonium permittatur, §. *duorum 4. instit. de nupt. l. celebrandis 19. C. de nupt. l. si nepotem. 3. ff. de rit.* 5 *nupt. l. conditioni 2. C. de inst. & subst.* † Atqui solus incestus de jure civili aut divino prohibitus, pœnâ virgarum coërcetur, Hartm. Pistor. *observ. 192. num.* 6 *66.* † Nihilominus tamen hoc casu pœna perpetuæ relegationis obtinebit, ex sanctione Electorali *in* Ordin. Ecclesiast. *tit.* Von Ehesachen. *Rubr.* Welchen Personen. §. Die Personen/welche seithalben. *junct.* §. Würden sie aber.

Ita Domini in causa C. F. und M. A. zu Endorff / Mense Decembr. Anno 1603. (Verba sententiæ: Hat C. F. ein junger Geselle mit seiner Mutter Schwester Tochter M. A. einer ledigen Dirnen fleischliche Unzucht begangen / &c. So werden beyde Personen des Landes ewig verwiesen / V. R. W.)

Definit. VII.

Etiamsi horum parentes ex uno saltem latere sint conjuncti.

1 NEc refert, an consobrini ex utroque, sive ex alterutro tantùm parente traxerint originem, sed utroque casu Consobrini incestuosi in perpetu-
2 um mittuntur exilium. † Quia in nuptiis contrahendis non genus propinquitatis ex uno vel utroque latere originem trahens, sed sola proximitas sangvinis attenditur, quæ impedit commixtionem carnalem, §. *inter eas quoq; 2. vers. sanè inst. de nupt.*
3 † Atqui, eandem esse proximitatem sanguinis in natis ex uno parente, atque in genitis ex latere utroque,
4 ecquis non videt? † Quare etiam de jure divino, matrimonium inter consangvineos ex uno sive alterutro latere prohibetur, *Levit. 18. vers. 9. & vers. 11.* D. Gerhard. *in loc. Theolog. de conjug. num. 281.*
5 † Ut dubium certè non sit, quin ab hisce consobrinis incestus æquè punibilis committatur.
6 † Nec obstat, quod frater ex uno latere tantùm conjunctus, uno gradu habeatur remotior fratre utrinque conjuncto, Landr. *lib. 2. art. 20. ubi gloss. &*
7 *lib. 1. art. 3.* † Verum enim hoc est saltem de jure Saxonico in causa Successionis: non autem in causis matrimonialibus hæc differentia attenditur,
8 † ubi secundum computationem juris Canonici, gradus dinumerantur, Joh. Schneidew. *ad tit. instit. de nupt. Rubr. An inter jus commun. & Saxon. quoad comput. grad. sit differ. ubi* Matth. Wesenb. *in not. lit. C.*

Ita Domini contra M. B. und E. F. zu Zügenrück / Mense Julio, Anno 1626. (Verba sent: Haben zwo ledige Personen/ als M. B. und E. F. bekannt/ daß sie vor drey Viertel Jahren etliche mahl mit einander fleischliche Unzucht getrieben/ und ein Kind gezeuget / und es seyn M. B. Mutter / und E. F. Vater Geschwister von halber Geburt gewesen / und also obgedachte beyde Personen in secundo gradu lineæ æqualis einander mit Blut-Freundschafft verwandt und zugethan/ &c. So werden sie beyde von wegen solcher ihrer begangenen und bekannten Verbrechung mit ewiger Landesverweisung billich in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. VIII.

Incestus cum patruo magno vel amitâ magnâ commissus perpetuâ relegatione punitur.

1 SI quis incestum commiserit cum patruo, avunculo, amitâ & materterâ magnis, hoc est, avi aviæq; fratribus & sororibus, Rei incestuosi æquè in perpetuum mittendi sunt exilium, ex sanctione Electorali *in* Ordin. Eccl. *tit.* Von Ehesachen. *Rubr.* Welchen Personen sich in Ehegelöbnüß. &c. §. Die Personen / welche seithalben. *vers.* Würden sich aber. † Nec immeritò, quia criminis hujus Rei 2 dupliciter peccant, commiscentes nempe sese in gradu matrimonii prohibito, & offendentes reverentiam atque respectum parentum, † qvia avi, aviæq; 3 fratres & sorores parentum, fratrum & sororum verò Nepotes, liberorum loco habentur, §. *amitam. 5. inst. de nupt. l. per adoptionem 17. §. 2. l. sororis. 39. ff. de rit. nupt.* † Quid ergò mirum, ut contra 4 delinquentes hosce pœna decernatur severior, perpetuæ nempe relegationis, † quippe quæ semper cor- 5 respondere debet delicto, *l. 1. ff. de jur. patron. l. 3. C. de episc. audient. l. servos 8. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Nicol. Reusn. *lib. 2. decis. 20. n. 6.*

Ita Domini contra J. T. und A. L. zu Balhausen / Mens. Jun. Anno 1623. (Verba sent: Hat J. T. ein Wittiber mit A. L. seiner Schwester Kindes-Kind fleischliche Unzucht getrieben / und es ist berührte A. L. schwanger worden/ und darauff einer Tochter genesen/ &c. So werden beyde Personen/ solcher ihrer Verbrechung halber / mit ewiger Landes-Verweisung in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. IX.

Pro incestu verò cum parentum consobrinis commisso, imponenda est temporalis relegatio.

AT levius videntur delinquere, qui cum paren- 1 tum consobrinis, hoc est, cum avi, aviæque fratrum & sororum liberis carnaliter se commiscent, † quos propterea ob incestū commissum, ad certum 2 saltem tempus relegandos existimaverim, † quia le- 3 vius delictum mitius puniri debet *l. perspiciendum. 11. ff. de pœn. l. 1. §. sed & qui 2. ff. de abig. l. capitalium 28. §. solent. 3. ff. de pœn.* † Neque enim tanta 4 proximitas graduum, neque ullus respectus parentum, ob quem perpetuam relegationem imponendam dixi Defin. *præcedent.* hoc casu occurrit. † Ra- 5 tione igitur pœnæ istius cessante, utique & pœna ipsa cessabit, *argum. l. adigere 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron.* Nicol. Everh. *in loc. à cessat. rat. num. 2.*

Ita Domini contra S. H. und S. S. zu Freyburg/ Mens. Aug. Anno 1627. (Verba sentent: Hat eine ledige Mannes-Person mit Nahmen S. H. seines Vaters Schwester Sohns Tochter S. S. eine ledige Dirne/ fleischlich erkannt und geschwängert/ &c. So werden sie beyde nach Gelegenheit dißfals / weil sie einander im dritten Grad ungleicher Linien verwandt / mit zeitlicher Landsverweisung in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. X.

Non excusantur Collaterales à pœnâ incestus ex eo, quod unus vel alter ex fornicatione fuerit procreatus.

CUm quis consobrinæ suæ filiam carnaliter 1 cognoverat, (quo casu temporalem relegationem decernendam dixi Definit. *præced.*) † ve- 2 niam sibi pœnæ indulgendam putabat propterea, quod fœminâ, cum quâ rem habuerat, ex fornicatione esset procreata. † Sed infirmior erat 3 causa hæc; quàm ut ullam pœnæ mitigationem operari potuisset, cum certi juris sit, † in nuptiis 4 contrahendis solum pudorem naturalem & jus san-

ſangvinis attendi, *l. adoptivus 14. §. 5. ff. de rit. nupt. l. non omne 144. l. ſemper in conjunctionibus 197. ff. de reg. jur.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 13. num. 7.*
5 † Quod etiam à matrimonio vulgò quæſitæ cognatæ abſtinere jubet, *l. 44. §. 3. l. nihil 54. ff. de rit. nupt.*
6 *l. liberi 4. C. de nupt.* † Idq; juri divino prorſus convenit in *Levit. 18. verſ. 9.* ubi prohibetur ſoror jungi matrimonio fratris, ſive ea domi ſive foris ſit genita, h. e. ſive ex legitimo matrimonio, ſive ex fornicatione ſit ſuſcepta, Joh. Gerhard. *in loc. de conjug. num. 282.* † Ex quo manifeſtum eſt, committi 7
quoque inceſtum cum conſangvinea ex fornicatione procreata. † Quidni ergò hoc caſu pœna inceſtus 8
obtineret, de qua dixi Defin. *præcedent.*

Ita Domini contra M. K. und M. S. zu Nönneburg. (Verba ſent: Hat M. K. mit ſeiner Mutter leiblichen Schweſter Tochter / M. S. ſo auſſer dem Eheſtande von ihrer Mutter zur Welt gebohren / ſich fleiſchlichen vermiſcht / ꝛc. So werden derowegen beyde Perſonen / weil ſie ſolche Verbrechung bekannt und geſtanden / auff vier Jahr lang des Landes billich verwieſen / V. R. W.)

Constitutio XXIII.
PARTIS QUARTÆ.

Von Straffe des Ehebruchs und Blutſchande / wann die Laſter zugleich begangen werden.

SOlte eine eheliche Perſon mit einer andern / die ihr mit verbotenem Grad der Bluts-Freundſchafft verwandt / Ehebruch und Blutſchande treiben / und ſolches wäre unter Eltern und Kindern / oder andern Perſonen der auffſteigenden und niederſteigenden Linien / ſo ſollen ſie beyde mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet werden / wo ſonſten die Jugend / oder andere Umſtände / der ledigen Perſon halben / keine Linderung mit ſich brächten.

De pœna adulterii cum inceſtu conjuncti.

SI perſona nupta cum alia, eo gradu conſanguinitatis ſibi conjuncta, ut matrimonio jungi non poſſint, adulterium cum inceſtu committat, ſiquidem parentes ſint & liberi, vel alii ex aſcendentibus & deſcendentib9, utrumq; gladio puniri jubemus, niſi & hic minor ætas, aliavè juſta quæpiam cauſa mitigari pœnam ſvadeat.

DEFINITIONES.

1. *In adulterio cum inceſtu inter aſcendentes & deſcendentes commiſſo locus non datur remiſſioni conjugis.*
2. *Mitiganda verò eſt pœna mortis ad conjugis interceſſionem, ſi unà cum inceſtu inter collaterales fuerit commiſſum adulterium.*
3. *In caſu tamen, quo inceſtus collateralium fuſtigationem meretur, adulter inceſtuoſus, pro quo conjunx intercedit, virgis cæditur in carcere, antequam relegetur.*
4. *Fœmina ſoluta marito conſangvineo ſuo in linea collaterali ſe proſtituens, ſeveriori aliquo quàm fuſtigationis ſupplicio affici non debet.*
5. *Privigna adhuc ſoluta vitrico marito ſe proſtituens, virgis cæſa in perpetuum mittitur exilium.*
6. *Ignorantia conſangvinitatis excuſat delinquentes à pœna inceſtus.*
7. *Per conſummationem quoque matrimonii inter conſangvineos in gradibus prohibitis contracti, committitur inceſtus.*
8. *Avunculi viduam in uxorem ducere haud licet.*
9. *Neque uxoris prædefunctæ Sororis filiam.*
10. *Stuprator cum Sorore ſtupratæ, aliavè affini perſona ex fornicatione ſibi conjuncta matrimonium contrahere nequit.*
11. *Haud diſſolvendum eſt matrimonium in gradu prohibito lineæ collateralis contractum & jam conſummatum.*
12. *In favorem matrimonii in gradu prohibito conſummati, ex parte mitigari poteſt pœna inceſtus.*
13. *Non tamen merentur veniam conjuges inceſtuoſi prætendentes ignorantiam prohibiti matrimonii.*
14. *Summariè procedendum eſt in cauſis matrimonialibus.*
15. *Ex cauſa commiſſi inceſtus, nemo amittit jus ſucceſſionis in hæreditate ſibi delata.*

Defin. I.

In adulterio cum inceſtu inter aſcendentes & deſcendentes commiſſo locus non datur remiſſioni conjugis.

1 DUbium prorſus non eſt, quin in foro etiam Saxonico aſcendentes & deſcendentes inceſtuoſi gladio feriantur, veluti expreſsè ſancitum Conſt.
2 præced. *in pr. ubi vid. Definit. 1.* † Quid opus ergò fuerit *hâc* Conſtit. *23.* quæ adulterium unà cum inceſtu inter aſcendentes & deſcendentes commiſſum
3 pœna gladii vindicari jubet, † quod certè abſque nova ſanctione, ex Conſt. *præced.* quivis facillime colligere potuiſſet, cum accesſio adulterii pœnam inceſtus non mitiget, quin potiùs eam exaſperare de-
4 beat? † quia cumulationes delictorum ſupplicia augent & multiplicant, *l. capitalium 28. §. ſolent. 3. & §. graſſatores 10. ff. de pœn. l. 1. ff. de jur. patron. l. 3. C. de epiſc. audient. l. ſervos 8. C. ad Leg. Jul. de vi publ.*
† Sed nimirum in caſu adulterii unà cum inceſtu in- 5
ter aſcendentes & deſcendentes perpetrati Illuſtriſſimus Conſtituens prædictam ſanctionem repetiit *h.* Conſtit. *23.* † ne quis adverſus adulteros inceſtuo- 6
ſos graviori ſupplicio animadvertendum exiſtimet. Vel, quod verius videtur, † quò pœna gladii præciſè 7
decernatur, nec ad intercesſionem conjugis remittatur Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 174. n. 18.* † Nam 8
quod in favorem matrimonii pœna mortis ad conjugis remiſsionem mitigatur, *ſupr.* Conſtit. *19. Nov. 134. cap. 10. Auth. ſed hodie C. ad Leg. Jul. de adult.* hoc ad caſum præſentem, † ubi non tàm ob adulte- 9
rium,

rium, quàm propter incestum inter ascendentes & descendentes commissum gladii pœna Reis infligi-
10 tur, neutiquam extendi debet, † neque ratio hic habetur injuriæ per adulterium conjugi innocenti illatæ, sed potius enormitatis delicti ac commixtionis incestuosæ, quæ tam severam exposcit pœnam.

Ita Domini contra S. T. und W. T. zu Wurtzen / Mens. Majo, Anno 1608. (Verba sentent: So möchten sie beyde S. T. der Ehemann und seine mitgefangene Tochter W. die ledige Bettel / wegen solches begangenen und bekannten Incestus, Blutschande und Ehebruchs / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / und hat des Eheweibs Verzeihung und Intercession nach Gelegenheit dißfalls nicht statt / V. R. W.)

Definit. II.

Mitiganda verò est pœna mortis ad conjugis intercessionem, si unà cum incestu inter collaterales fuerit commissum adulterium.

1 NOn ergo locus datur intercessioni conjugis in
2 adulterio cum incestu inter ascendentes & descendentes perpetrato, Defin. *præced.* At quid, † *si à collateralibus incestus unà cum adulterio fuerit com-*
3 *missus?* † Nec tum conjugem audiendam, si pro marito adultero & incestuoso intercedere velit, docet Matth. Coler. *part. 1. decis. 174. n. 18.* quem refert
4 & sequitur Matth. Berlich. *p. 4. concl. 34. n. 29.* † Sed
5 absque fundamento, † quin potius contrarium vel
6 propterea asserere haud vereor, † quòd pœna incestus inter collaterales nunquam pœna mortis coër-
7 ceatur, Const. *præced.* † Remissa ergò pœna adulterii ad conjugis intercessionem, quæ in simplici adulterio locum habet, *supr.* Const. *19.* nulla certè ratio svadet mortis supplicium collateralibus incestuosis infligi.

Ita Domini contra H. G. zur Augustsburg / Mens. April. Anno 1621. (Verba sentent: So möchte H. G. wegen solcher mit seines Bruders Tochter getriebenen Blutschande und Ehebruchs mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden. Es wolte ihm dann sein Weib seine begangene Mißhandlung vergeben / und ungeachtet gebrochener Treue und Glaubens ferner ehelichen beywohnen / auff den Fall bliebe er mit der Todes-Straffe verschonet / &c.)

Definit. III.

In casu tamen, quo incestus collateralium fustigationem meretur, adulter incestuosus, pro quo conjunx intercedit, virgis cæditur in carcere, antequam relegetur.

1 NOn tamen extenditur intercessio conjugis ultra crimen adulterii, nec quoad pœnam incestus, adulterium incestuosum quicquam juvat, sed
2 ea præcisè Reo decerni debet. † Ergò si persona conjugata cum fratre, sorore, aut fratris, sororisvè liberis concumbat, qualis incestus regulariter fustiga-
3 tione punitur, Const. *præced. Defin. 4. & 5.* † facta remissione conjugis, adulterum antequam relege-
4 tur, in carcere virgis cædi, placuit Dominis, † ne hoc casu pœna incestus simul remittatur, atque ita Reus ex eo, quod duplex delictum commiserit, ordinari-
5 am incestus pœnam evadat, † contra *l. nunquam plura 2. ff. de privat. delict.* Prosp. Farin. *in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæst. 22. num. 1.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 8.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Es wolte ihm dañ sein Eheweib seine begangene Mißhandlung vergeben / und ungeachtet gebrochener Treu und Glaubens ferner ehelichen beywohnen / auff den Fall würde er im Gefängnüß durch den Büttel wegen dieser ärgerlichen Geilheit und Blutschande mit Ruthen väterlich gezüchtiget / und darauff des Landes ewig verwiesen / daraus ihm sein Eheweib mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig / V. R. W.)

Definit. IV.

Fœmina soluta marito consanguineo suo in linea collaterali se prostituens, severiori aliquo quàm fustigationis supplicio affici non debet.

ADulterio unà cum incestu commisso, utrum- 1
que Reum gladio feriri jubet Illustrissimus Saxo *h.* Const. *23. vers.* So sollen sie beyde. † An ergò 2
fœmina etiam soluta marito consanguineo suo, puta fratri, vel avunculo copiam sui faciens, ob incestum & adulterium pœnæ gladii subjuganda erit? Dixeris ita, 3
si verba Constituentis generaliter accipere velis, cum Dan. Moll. *hic n. 6. &* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 34. n. 18.* † Sed contra mentem Illustrissimi 4
Legislatoris, qui de solo incestu ascendentium & descendentium loquitur, ut manifestissimum reditur ex verbis (der auffsteigenden und niedersteigenden Linien) † Ergò ad incestuosos collaterales nihil 5
inde inferendum erit, † quia in pœnalibus extensiones, quantum fieri potest, sunt vitandæ, l. *interpretatione 42. ff. de pœn.* Idque eò minus, † quod ince- 7
stus in linea collaterali nunquam mortis supplicio puniatur, Const. *præced. ubi dixi Defin. 4. & 5.* † At 8
nec adulterium in fœmina soluta marito se prostituente, cui fustigationis pœna sufficiens visa fuit, *supr.* Const. Elect. *19. §.* Darüber aber. *vers.* Die ledige Dirne aber. Quidni ergò incestus quoq; concurrens hac pœna vindicaretur? † cum pluribus 9
concurrentibus delictis, majoris criminis pœna reliqua majora delicta simul coërceantur, *l. illud 32. §. ult. ff. ad Leg. Aquil.* Hippol. de Marsil. *in l. si in rixa 17. n. 15. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 77. n. 4.*

Ita Domini contra A. von W. zu Weyda / Mens. Octob. Anno 1597. (Verba sentent. Hat A. von W. eine ledige Weibes-Person in gutem bekannt / daß sie mit ihres Vaters Brudern W. E. von W. einem Ehemanne Blutschande getrieben / &c. So wird sie wegen solcher ihrer Verbrechung mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. V.

Privigna adhuc soluta vitrico marito se prostituens, virgis cæsa in perpetuum mittitur exilium.

EAdemque ratione privignam vitrico marito se- 1
prostituentem, virgis cæsam in perpetuum mitti exilium, rectissime statueris, juxta tradita Defin. *præced.* † Non enim assentior Dan. Moller. *hic n. 6.* 2
Matth. Berlich. *part. 4. concl. 34. num. 13. & 18.* pœnam gladii hoc casu adversus fœminam solutam decernentibus. † De qua severitate nullibi quic- 3
quam statutum reperitur. Ergò non temerè pœna ordinaria fustigationis erit immutanda vel exasperanda, † cum absque legis autoritate nil prorsus sit 4
asseverandum, *l. dissentientis 5. C. de repud. cap. is qui in Ecclesia 18. in fin. pr. de sent. excomm. in 6to.* † Etsi omninò pœna fustigationis hoc casu non suf- 5
ficeret, ea vel ob adulterium vel ob incestum exasperanda esset. At neutrum crimen hanc exasperationem admittit, † cum utrumque fustigatione ad 6
relegatione in muliere soluta puniatur, *supr.* Constit. Elect. *19. &* Const. *24. h. p. 4.*

Ita

Ita Domini contra C. G. zu Eulenburg/ Menſe Nov. Anno 1625. (Verba ſentent: Belangende die gefangene C. G. ſo wird dieſelbe derowegen/ daß ſie mit ihrem Stieffvater dem mitgefangenen C. W. einem Ehemanne fleiſchlichen zu thun gehabt/ und von demſelben ſich ſchwängern laſſen/ öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ und nach ausgeſtandener Leibesſtraffe des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Ignorantia conſanguinitatis excuſat delinquentes à pœna inceſtus.

1 SIcut in aliis criminibus mitigatio pœnæ arbitrio judicis committitur, *l. perſpiciendum 11. ubi* Bartol. & Dd. *ff. de pœn.* ita quoq; in crimine inceſtus ſpecialiter hæc judici eſt permiſſa, *hâc* Conſtit. 23.
2 *verſ.* Wo ſonſten die Jugend/ ꝛc. † Causâ nimirum mitigationis juſta exiſtente: qualis etiam eſt
3 ignorantia proximitatis, puta † ſi conſanguinei ignorantes, ſe tam propinquo gradu eſſe conjunctos, ut inter eos matrimonium prohibeatur, ſe
4 carnaliter commiſceant, † quos propterea ab inceſtus pœna immunes exiſtimaverim, cum Nicol. Boër. *deciſ. 264. n. 13.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jurdic. quæſt. cent. 6. caſ. 502. n. 83.* † Quò & faciunt
5 verba Illuſtriſſimi Electoris *in* Conſtit. 24. *ſeq.* deßgleichen der/ ſo zwo Schweſtern/ oder Mutter und
6 Tochter wiſſentlich beſchlaffen hat/ ꝛc. † Nimirum ut in aliis delictis, ita quoque in inceſtu ignorantia à pœna excuſat, Henr. Bocer. *in tract. de adult. c. 1. n. 58.* Salyc. *in l. 29. n. 30. C. ad Leg. Jul. de adult.*

Ita Domini contra N. N. zu Dieben/ M. Dec. Anno 1603. (Verba ſent: Würde ſie auch ihr Fürgeben/ daß ſie nemlichen von obangezogener nahen Freundſchafft nichts gewuſt/ mit ihrem leiblichen Eyde erhalten/ ſo bliebe ſie auch mit der Landesverweiſung verſchonet/ und würde darauff der gefänglichen Hafft auff einen gewöhnlichen Uhrfrieden entlediget/ V. R. W.)

Definit. VII.

Per conſummationem quoq; matrimonii, inter conſanguineos in gradibus prohibitis contracti, committitur inceſtus.

1 COmmittitur crimen inceſtus, non ſolùm per commixtionem carnalem extra matrimonium, ſed & per matrimonium inter conſangvineos in gradibus prohibitis contractum, ſi neimpe hi per copulam carnalem matrimonium conſummave-
2 rint. † Neque enim hanc commixtionem atque conjugium pudor naturalis & jus ſangvinis admit-
3 tit † Quidni igitur eadem inceſtus pœna hoc caſu delinquentibus infligeretur, Aut. Conſult. Conſtit.
4 Saxon. *tom. 1. part. 4. qv. 3. n. 6.* † Nec obſtat Conſt. Elect. *22. pag. 4. in verb.* Wann dieſelben allerſeits
5 nicht in der Ehe ſeyn/ ꝛc. † ex quo conjuges inceſtuoſos à pœna inceſtus immunes quis exiſtimaverit, cum Joach. à Beuſt. *in tract. connub. part. 2. cap. 52. verſ. quia verò &* Hartm. Piſtor. *obſerv. 129. num. 113.*
6 † Siquidem verba illa non de inceſtu ſub colore matrimonii commiſſo, ſed de eo, qui fit à collateralibus ſolutis extra crimen adulterii, accipi debent, ut ex ipſo contextu manifeſtum eſt.

Ita Domini contra M. P. & N N. zu Wittenberg / Menſ. Mart. Anno 1630. (Verba ſent: Hat M. P. euers Ambts Unterthaner ſich mit ſeines Großvaters Bruders hinterlaſſenen Wittben in ein Ehegelöbnüß eingelaſſen/ und hernacher auſſerhalb Landes mit derſelben ſich trauen laſſen/ ꝛc. So werden ſie alle beyde Inhalts Churfürſtl. Sächß. Kirchen-Ordnung des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

Et contra H. F. und M. S. zu Hayn/ Menſ. Jul. Anno 1616.

Definit. VIII.

Avunculi viduam in uxorem ducere haud licet.

MAtrimonii prohibitio inter conſangvineos di- 1
verſimoda eſt, pro diverſitate juris divini, Civilis atque Canonici. † Etenim in jure divino certæ 2
enumerantur perſonæ, quæ ut & ſimiles in pari gradu conſtitutæ nuptias inire nequeunt, *Lev. cap. 18.* † De jure civili autem inter fratres & ſorores, eos- 3
que, qui parentum & liberorum loco habentur, prohibitum eſt matrimonium, *§. inter eas 2. & §. amitam 5. inſt. de nupt.* † At jure canonico, quon- 4
dam usque ad ſeptimum gradum conſangvinitatis conjugium fuerat interdictum, *c. nulli 19. cauſ. 35. quæſt. 2. & 3. c. non debet 8. extr. de conſang. & affin.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 2. num. 11.* † Hodie verò 5
prohibitio copulæ conjugalis quartum gradum conſangvinitatis non excedit, ſed incluſivè usque ad gradum quartum prohibetur, † facta & attenta 6
computatione graduum canonica, non civili, Johann. Schneidew. *in tit. inſt. de nupt. Rubr. de arbor. conſang. n. 9.* Johan. Gerhard. *in loc. Theol. de conjug. num. 325. & 330.* † Sed de conſvetudine in- 7
provinciis Electorum & Ducum Saxoniæ, prohibitio non extenditur, niſi ad conjunctos in tertio gradu lineæ inæqualis. † In tertio autem gradu lineæ 8
æqualis matrimonium permittitur, Ordin. Eccleſ. *tit.* Von Eheſachen. *Rubr.* welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß einzulaſſen verboten. §. die Perſonen/ welche ſeithalber/ Matth. Coler. *dict. deciſ. 2.* † Manifeſtum hinc eſt, nemini licere in uxorem 9
ducere amitæ, h. e. matris ſuæ fratris defuncti viduam, quæ ſibi conjuncta eſt in gradu ſecundo lineæ inæqualis. † Nam ſicut in conſangvinitate, ita 10
etiam in affinitate prohibitio matrimonii in linea collaterali, ad tertium usque gradum lineæ inæqualis incluſivè extenditur, *dict.* Ordin. Eccleſ. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß. §. wie nun denen Perſonen.

Ita Domini in cauſa Valentini Müllers zu Aſchersleben / Menſ. Majo, Anno 1600. (Verba ſentent: Daß ihr eurer Mutter vollbürtigen Bruders/ Andreä Kühnens zu Aſchersleben/ hinterlaſſene Witbe zu ehelichen nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. IX.

Neque uxoris prædefunctæ, ſororis filiam.

EAdemque de cauſa, nec uxoris prædefunctæ 1
ſororis filiam in uxorem ducere licet, quia ſcilicet hæc in gradu ſecundo affinitatis juncta eſt, quo caſu conjugium prohibetur, Definit. *præced.* † Nam in cauſis matrimonialibus ſupputatio gra- 2
duum Canonica, ſecundum quam perſonæ collaterales tot gradibus inter ſe diſtant, quot gradibus in linea æquali una vel altera: in linea verò inæquali remotior à communi ſtipite diſtat, obſervari de- 3
bet, † uti *ex* Ordin. Eccleſ. *tit.* von Eheſachen. *Rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß einzulaſſen verboten. §. hierbey iſt zu wiſſen/ *fol. 103.* manifeſtum eſt; Joh. Gerh. *in loc. Theol. de conjug. n. 253.* Joh. Schneidew. *ad tit. inſt. de nupt. rubr. de arbor. conſang. n. 11.*

Ita Domini in cauſa N. N. zu Löbichaw/ Menſe Jul. Anno 1600. (Verba ſent: Ob wol euer Mitbürger/ davon eure Frage meldet/ ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter Tochter euer Mündlein zur Ehe begehret/ ſie auch einander zu ehelichen bedacht/ ꝛc. So ſeyn ſie doch ſolches/ des in

eurer Frage angezogenen Vorwendens ungeachtet / zu thun nicht befugt / V. R. W.)

Definit. X.

Stuprator cum sorore stupratæ aliavè affini persona ex fornicatione sibi conjuncta matrimonium contrahere nequit.

1 CUm juris divini notisimi sit, cognoscentem scortum cum eo conglutinari, atque fieri unum corpus, *2. Corinth. 6. v. 16.* sicuti in connubio legitimo duo fiunt una caro, *Genes. 2. vers. 24. Matth. 19.*
2 *v. 5.* † dubitandum certè non est, quin stuprator in uxorem ducere prohibeatur eam, quæ ex forni-
3 catione sibi facta est affinis. † Nam & affinitas per fornicationem contrahitur, *c. de illo 3. c. super eo 5. c. fraternitati. 7. c. discretionem 6. extr. de eo qui cognov. consangv. uxor. suæ. c. præterea. 12. extr. de*
4 *sponsal.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 13.* † Quod nec à jure civili alienum est, quo ob naturalem etiam cognationem, fratres & parentes vulgò quæsitas sorores aut filias, *l. adoptivus 14. §. servitus 2. l. 44.*
5 *§. 3. l. & nihil 54. ff. de rit. nupt.* † & propter fornicariam sive illegitimam affinitatem, liberi concubinas parentum suorum, uxores ducere prohibentur *l. liberi concubinas 4. C. de nupt.* Andr. Rauchbar. *dict. quæst. 13.* ubi id pluribus persequitur.

Ita Domini ad requisitionem Caspari Dannebaums zu Dippoldswalda / Mens. Jan. Anno 1603. (Verba sent: Daß euer guter Freund / davon eure Frage meldet / derselben / so er hiebevor zu Fall gebracht / und geschwängert / ihre Schwester zu ehlichen nicht befugt / V. R. W.)

Et in causa G. P. zu Grimme / Mense Aug. Anno 1621. (Verba sentent. Daß ihr euers verstorbenen Weibes Schwester Marien / ungeachtet sie / und bemeldtes euer Weib in der Unehe von einer Mutter / und zweyen Vätern erzeuget / zu ehlichen nicht berechtiget / V. R. W.)

Definit. XI.

Haud dissolvendum est matrimonium in gradu prohibito lineæ collateralis contractum & jam consummatum.

1 CUm quis uxoris defunctæ sororis filiam in uxorem duxerat, & matrimonium benedictione sacerdotali atque copula carnali plenè consummaverat, dubitatum fuit, *an non dissolvendæ essent nuptiæ tanquam incestuosæ & contra prohibi-*
2 *tionem juris contractæ?* † Sanè quod ab initio matrimonia in gradibus prohibitis, pro nullis & irri-
3 tis declarari debeant, nemo forsan negaverit. † Sed per copulam jam consummata ejusmodi matrimonia neutiquam rescindi debere, rectissimè defendit Joach. à Beust. *in tract. de connub. part. 2.*
4 *quæst. 52.* † *Tùm*, quod Moyses quidem vetet matrimonia in gradu prohibito, attamen de facto
5 contracta & consummata non dissolvat, † sed saltem addat pœnam (*portabunt*, inquit, *ambo iniquitatem eorum, & sine liberis morientur, Levit. cap.*
6 *20.*) Beust. *dict. loc.* † *Tùm*, quod si duo contraxerint matrimonium ignari consangvinitatis, quam postea primùm resciverunt, non debeant separari, si cohabitare volent, Felin. *in c. examinata 15. extr. de jud.* Gloss. *ult. in cap. decrevit. 14. de hæret. in 6to.*
7 † *Tùm*, quod multa ab initio facilius impediantur, quàm si facta fuerint, rescindantur, *c. quemadmodum 25. extr. de jurejur.* † Ast, obtinent hæc in matrimonio in gradibus prohibitis lineæ collateralis contracto. Secus verò si fuerit initum matrimonium inter ascendentes & descendentes, † quod omninò dissolvendum videtur, exemplo Pauli excommunicantis Corinthium, qui Novercam suam attigerat, Joach. à Beust. *dict. loc.*

Ita Domini in causa S. E. & N. N. zu Freyberg / Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sentent: Hat S. E. zwey Weiber nach einander gefreyet / und als sie beyde verstorben / ist er auch zur dritten Ehe geschritten / und hat der ersten halbbürtigen Schwester Tochter geehliget / und mit derselben in Abwesenheit des Orts Pfarrherrn / von einem Pfarrherrn in der Nachbarschafft / welcher von solcher Verwandnüß nichts gewust / sich öffentlich copuliren und trauen lassen / &c. So werden sie alle beyde mit Landesverweisung in Straffe genommen / die Ehe aber mag zwischen ihnen nicht dissolviret und aufgehoben werden / V. R. W.)

Et in causa M. B. & N. N. zu Freyberg / Mens. Augusto, Anno 1634. (Verba sentent: Hat M. B. ein lediger Geselle mit seiner Mutter Bruders nachgelassenen Wittben sich ehelich verlobet / auff einem Dorffe öffentlichen trauen lassen / dar auff er auch derselben in das andere Jahr beygewohnet / &c. So werden sie beyde solcher ihrer Verbrechung wegen des Landes auff 6. Jahr lang verwiesen / die Ehe aber mag zwischen ihnen nicht dissolviret und auffgehoben werden / V. R. W.)

Definit. XII.

In favorem matrimonii in gradu prohibito consummati, ex parte mitigari potest pœna incestus.

NOn ergo dissolvendum est matrimonium in- 1
ter collaterales, in gradibus prohibitis contractum & consummatum, Defin. *præced.* Sed: *Num à pœna quoq; incesti conjuges erunt exempti?* † Quod 2
ut asseramus, tantum abest, ut per consummationem quoque matrimonii, inter consangvineos in gradibus prohibitis contracti, incestum verè committi, probaverim *supr.* Defin. 7. † Quidni ergò 3
pœna quoque incestui præfinita hoc in casu obineret? veluti docui *dict.* Defin. 7. † quamvis dissentiat Joach. Beust. *in tract. de connub. part. 2. quæst.* 4
52. in fin. † cujus sententiam eatenus saltem Domini sunt amplexi, ut in favorem matrimonii, pœnam 5
quandoque mitigare & relegationem perpetuam in temporalem convertere haud dubitaverint. 6
† Nam sicut in aliis delictis, ita etiam in crimine incestus, ob certas causas & circumstantias pœnam ordinariam mitigare, judici procul dubio fas est, *l. perspiciendum 11. ubi* Bartol. & Dd. *ff. de pœn. supr.* Defin. *6. in pr.*

Ita Domini contra G. V. à M. zu Meissen / Mens. Octob. Anno 1634. (Verba sent: Ist G. V. à M. geständig / daß er ihme 16. Wochen nach seines vorigen Weibes Tode deroselben Schwester Tochter ehelichen trauen lassen / da nun auch die Weibesperson hierüber vernommen würde / und nichts erhebliches fürzuwenden hätte / &c. So würden sie beyde mit zeitlicher Landes-Verweisung billich in Straffe genommen / &c.

Et contra M. B. & N. N. zu Freyberg / Mens. Aug. Anno 1634. (Verba sent: So werden sie beyde M. B. und seiner Mutter Bruders Wittibe / mit der er sich verehlichet und trauen lassen / solcher ihrer Verbrechung wegen auff 6. Jahr lang des Landes verwiesen / V. R. W.)

Defi-

DEFINIT. XIII.

Non tamen merentur veniam Conjuges incestuosi prætendentes ignorantiam prohibiti matrimonii.

1 ETsi ignorantia consangvinitatis delinquentes à pœna incestûs liberet, ut dixi *supr.* Defin. *6.* Nicol. Boët. *decis. 264. num. 13.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 502. n. 83.* Prosp. Farin. *part. 5. oper. criminal. quæst. 147. num. 161. & seqq.*

2 † non tamen veniam meretur ignorantia prohibiti matrimonii, veluti si conjuges incestuosi prætendant, se nesciviſſe, conjugium in ejusmodi gradibus, quibus ipsi conjuncti fuerint, prohibitum esse,

3 † quos pœnam incestûs neutiquam effugere existimaverim. † Quia omnes homines jura intelligere &

4 scire debent, *l. leges. 3. l. leges sacratissimæ 9. C. de ll.*

5 † & culpam contrahit, qui jus ignorat, *arg. l. latæ culpæ. 223. in pr. ff. de V. S.* Joh. Harppr. *in §. 1. inst. quib. mod. re contr. obligat. n. 56.*

Ita Domini contra S. E. & N. N zu Freyberg/ Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sentent: Da sie nun beyde von solcher ihrer Anverwandnüß Wissenschafft gehabt hatten/ so möchten sie ihrer Verbrechung wegen ungeachtet/ daß sie ignorantiam juris, und daß sie nicht gewust/ daß die Ehe zwischen ihnen verboten wäre/ fürwenden/ auf 6. Jahr lang mit Landesverweisung gestrafft werden/ ꝛc.

Et contra G. V. à M. zu Meißen / Mens. Octob. Anno 1634. (Verba sentent: So werden sie beyde mit zeitlicher Landesverweisung billich in Straffe genommen/ und mag ihnen die angezogene Unwissenheit nicht zu statten kommen/ V. R. W.)

DEFINIT. XIV.

Summariè procedendum est in causis matrimonialibus.

1 SUmmariè, h. e. simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figurâ judicii, ut dici solet, procedendum est in causis matrimonialibus, *Clem. dispendiosam. 2. de judic.* Joach. Beust. *de connub. part. 1. qv. 22.* Marant. *part. 4. dist. 9. num. 172.*

2 † Adeoque libellus in scriptis admitti non solet, neque etiam Sa-

3 tisdatio vel Guaranda peti. † Possunt etiam mulieres vel virgines sine curatore in judicio stare, & in propriis causis matrimonialibus postulare, *l. 1. §. secundo loco. 5. ff. de postul.*

4 † Non obstante Const. Elector. *15. p. 2.* quæ ad privilegiatas causas matrimoniales extendi haud debet, Joach. Beust. *dict. loco.*

5 † Nimirum quia causæ hæ sunt extraordinariæ & summariæ, *c. Albericus 43. extr. de test.* Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 1. n. 60. vers. tricesimo secundo.*

Ita Domini in causa Jacobi Mylii zu Erffurt / Mens. April. Anno 1596. (Verba sentent: Da mit dem protocoll des Consistorii erwiesen und dargethan werden könte / daß der Jungfrauen Vater vor denen verordneten Beysitzern desselbigen Consistorii bekannt und gestanden / daß er in das Ehegelöbnüß gewilliget / so möchte das Urtheil / so darauff erfolget / und nunmehr euerm selbst Bericht nach seine Krafft Rechtens erreicht / aus denen in eurer Frage gezogenen Ursachen / dieweil man vermöge der Rechte in Ehesachen Summarischer Weise zu procediren pfleget / vor null und nichtig nicht geachtet werden / V. R. W.)

Et in causa B. F. contra A. B. dessen Weib und Tochter zu Franckenhausen / Mens. April. Anno 1637. (Verba sent: Würde Kläger seine summarische Klage anderer Gestalt / und förmlicher / dann geschehen / fürbringen / immassen ihme zu thun obliget / So wären die sämtliche Beklagte in der Person zu erscheinen / darauff summarischer Weise sich einzulassen / und zu antworten schuldig / ferner darauff zu beschehen / was recht ist / und mag Kläger nach Gelegenheit dißfalls / in ordentlichen Proceß nicht verwiesen werden / V. R. W.)

DEFINIT. XV.

Ex causa commissi incestûs, nemo amittit jus successionis in hæreditate sibi delata.

1 QUondam equidem Reis ad mortis supplicium condemnatis non multum poterat prodesse jus successionis hæreditariæ, propter confiscationem, quâ bona damnatorum auferebantur, *l. 1. & tot. tit. ff. de bon. damnat.*

2 † At confiscatione hodie in delictis (excepto crimine læsæ majestatis) abrogatâ, *Novell. 134. cap. 13. §. ut autem & seq. Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscr. art. 218. & art. 135.* Ordin. Crimin. Carol. nil certè obstat; † quò

3 minùs Reus ad mortem licet condemnatis hæreditatem deferri asseramus, ut docui *in pract. crim. part. 3. quæst. 135. num. 13.* † Hoc si verum, uti ve-

4 risimum est, cur aliud in delicto incestus dicere-

5 mus, haud certè animadvertere possum. † Nec enim de hoc crimine quicquam specialiter quoad successionem hæreditariam reperitur dispositum,

6 † ut proinde absque legis autoritate quid statuere meritò vereamur, *l. dissentientis. 5. C. de repud. cap. 15. c. qui in Ecclesia 18. in fin. pr. de sent. excomm. in 6to.*

Ita Domini in causa Caspari Fuhrmans & Consort. zum Frauenstein/ Mens. Octob. Anno 1619. (Verba sentent: Ist eurer vollbürtigen Schwester Söhnlein Todes verfahren / und hat seinen wegen begangener Blutschande flüchtigen Vater Georg Fischern an einem / und auch seiner Mutter vollbürtigen Bruder am andern Theile zusamt etlichen Erbegeldern nach sich verlassen/ ꝛc. So hat es berührte seine Erbschafft auff seinen flüchtigen Vater bracht und verfället / und es hat sich derselbige solcher Erbschafft durch die begangene Blutschande / wenn er gleich derselbigen geständig seyn / oder wie recht überwiesen würde / nicht verlustig gemacht / V. R. W.)

CONSTITUTIO XXIV.

PARTIS QUARTÆ.

Von Straff unordentlicher Vermischung derer Personen/ so einander mit naher Schwägerschafft verwandt.

De illicitâ commixtione illorum, qui affinitate juncti sunt.

JE Personen / so mit naher Schwägerschafft einander im ersten oder andern Glied/ ungleicher Linien / verwandt / und vermöge Göttlicher Schrifft / mit einander die Ehe nicht vollziehen können/ als Stieff-Vater / Stieff-Tochter / Stieff-

QUi non sangvine, sed affinitate in primo vel secundo gradu lineæ inæqualis juncti sunt, & lege Divinâ matrimonium contrahere prohibentur, quales sunt, Vitricus, privigna, noverca, privignus, nurus & ejus-

mutter / und Stieffsohn / des Sohnes Weib / und dergleichen / da die allerseits sonsten nicht ehelich seynd / und sich mit einander vermischen / deßgleichen der / so zwo Schwestern / oder Mutter und Tochter / wissentlich beschlaffen hat / sollen mit Staupenschlägen unserer Lande ewiglich verwiesen werden / darnach unsere Schöppenstühle sollen sprechen.

ejusmodi similes, ii, si ambo soluti invicem misceantur, quemadmodum & qui cum duabus sororibus, vel matre & filiâ sciens rem habuerit, fustigati vel virgis cæsi, in perpetuum è Ditionibus nostris relegabuntur, atque ita Scabinatus nostros judicare & respondere volumus.

DEFINITIONES.

1. Incestus à Vitrico & privignâ commissus fustigatione & relegatione perpetuâ punitur.

2. Eâdemq; pœnâ tenentur reliquæ affines personæ incestuosæ in lineâ ascendente vel descendente.

3. Sicut & socer cum nuru concumbens.

4. Virgis quoque cæsus in perpetuum relegari debet, qui cum uxoris defunctæ sorore se commiscet.

5. Eâdemq; tenetur pœnâ, qui ad fratris sui viduam prolapsus est.

6. Affines incestuosi in gradu secundo lineæ inæqualis, absq; fustigatione in perpetuum mittuntur exilio.

7. Eâdem relegationis perpetuæ pœnâ plectendus est, qui cum Consobrini sui vidua carnaliter se commiscet.

8. Nec non qui cum patrui magni vidua incestum committit.

9. Temporali verò relegatione punitur incestus cum parentũ Consobrinorũ Viduo, viduâve commissus.

10. Pro incestu cum vitrici aut privigni vidua commisso arbitraria vel Carceris, vel temporalis Relegationis pœna imponitur.

11. Inter affines in linea collaterali, nulla est hodie prohibitio Conjugii in secundo genere affinitatis.

12. Nunquam committitur incestus in tertio genere Affinitatis.

13. Absque speciali Magistratus dispensatione, nemo potest ducere in uxorem fratris sui defuncti sponsam.

14. Admittitur dispensatio matrimonii in gradibus jure divino non prohibitis.

15. Incestum admittunt affines in gradibus prohibitis, sive ex utroque, sive ex alterutro tantum parente originem traxerint.

16. Non dissolvuntur sponsalia de præsenti ob furtum à sponso sponsáve commissum, neque ex utriusque dissensu mutuo.

DEFINIT. I.

Incestus à Vitrico & privigna commissus fustigatione & relegatione perpetuâ punitur.

1 CRimina incestus inter collaterales & affines commissi quoad pœnam æquiparantur, pariq; passu ambulant, *l. ult. vers. qui verò ex latere ff. de rit. nupt.* Sequitur hinc ergò, † cum incestus collateralium non pœnâ mortis, sed vel fustigatione, 2 vel relegatione coerceatur, *Supr.* Const. Elect. *22. Defin. 4.* Matth. Wesenb. *in paratit. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 22.* † incestuosos affines nunquam severiori, quàm fustigationis & relegationis perpetuæ 3 supplicio puniri, Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. incestus. n. 2.* Nicol. Boer. *decis. 318. n. 5.* Matth. Stephan. *in not. ad art. 117.* Ordin. Crim. Carolin. † Quâ pœnâ etiam vindicandum incestus crimen à vitrico & privignâ commissum, *h.* Const. *24. vers.* als Stieffvater / 5 Stiefftochter / ꝛc. Idque eo magis, † quia ejusmodi incestus inter privignum & privignam, Vitricum & Novercam etiam de jure divino expressè prohibi- 6 tus est, *Levit. 18. vers. 8. & 17. Levit. 20. vers. ult.* † At sufficit in genere ad pœnam fustigationis infligendam, nuptias vel divino vel gentium jure non permitti, Hart. Pistor. *observat. 192. n. 66.*

Ita Domini contra H. O. & M. N. zu Sittichenbach / Mens. April. Anno 1635. (Verba sentent: Hat sich H. O. ein Wittiber von 40 Jahren / zu seiner Stiefftochter M. N. gefunden / mit derselben fleischlichen zugehalten / und sie geschwängert / und es haben beyde Personen / als sie hierüber vernommen worden / solches in gutem bekannt und gestanden / ꝛc. So werden sie alle beyde H. O. und seine Stiefftochter M. N solcher ihrer Verbrechung wegen mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / ꝛc.)

DEFINIT. II.

Eâdemq; pœnâ tenentur reliquæ affines personæ incestuosæ in lineâ ascendente vel descendente.

NEque aliud asserendum est de incestu reliquo- 1 rum affinium ascendentium & descendentium, veluti, si quis cum privigni filiâ aut Viduâ nepotis carnaliter se commisceat, † cum in lineâ rectâ 2 non tàm graduum & proximitatis, quàm reverentiæ & honestatis ratio habeatur, uti manifestum est ex Const. Elect. *22. in pr. p. 4.* † Eâdemque pœnâ fu- 3 stigationis & relegationis perpetuæ teneri indifferenter affines incestuosos ascendentes & descendentes, probant manifestè verba generalia *h.* Const. *24.* † quæ parentes & liberos affines, Stieff-Eltern und 4 Stieff-Kinder huic pœnæ subjugat. † Atqui paren- 5 tum appellatione, omnes in infinitum superiores continentur, *l. 4. §. parentum. 2. ff. de in jus vocand. l. 2. §. prætor. 2. ff. qui satisd. cog. l. 1. §. ult. ff. de postul. l. 1. §. 1. ff. de leg. præst. l. 51. ff. de V. S.* † Sicuti 6 & contra, liberorum nomine veniunt omnes descendentes, nepotes nimirum & deinceps, *l. liberos. 10. ff. de Senat. l. idem erit. 3. §. liberos autem 6. ff. de assign. libert. l. liberorum 220. ff. de V. S. l. 10. §. liberos 9. ff. de in jus vocand.* † Quin & verbis disertis 7 hoc in casu, pœna fustigationis cum perpetuâ relegatione statuta reperitur *in* Ordin. Eccles. *tit.* von Ehesachen / *Rubr.* welchen Personen sich in Ehegelöbnüß. *in pr.*

Ita Domini contra M. S. & M. H. ad consultationem Henrici à Zolvvitz Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sentent. Hat M. S. ein Wittber mit seines Stiefsohns Tochter M. H. sich fleischlichen vermischet / welches beyde Personen also in gutem bekannt und gestanden / ꝛc. So werden sie solcher ihrer Verbrechung wegen mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

DEFINIT. III.

Sicut & socer cum nuru concumbens.

MInus vero dubium est, quin etiam gener aut 1 nurus cum socru vel socero carnaliter se commiscen-

miscentes pœnam fustigationis ac relegationis per-
2 petuæ incurrant. † *Tùm*, ex identitate rationis & paritate gradus, quo æqualiter sunt conjuncti vitricus seu noverca cum privignâ atque privigno, &
3 gener seu nurus cum socru vel socero, † ut mirum haud sit, personas hasce incestuosas æquali pœnâ
4 teneri, *arg. l. 32. ff. ad Leg. Aquil.* † *Tùm*, propter verba *h.* Constit. *24.* (Mutter und Tochter wissentlich beschlaffen/) quæ de genero & socru accipi de-
5 bent. † *Tùm*, quia incestus hic jure quoque divino prohibetur, *Lev. 18. v. 15. ibi: Nuditatem nurus tuæ non revelabis, uxor filii tui ipsa, non revelabis nuditatem ejus. Lev. 20. v. 12. ibi: Vir qui concubuerit cum nuru suâ, moriendo morientur ambo ipsi, confusionem fecerunt, sanguines eorum in eos. Lev. 20. v. 14. Vir qui acceperit mulierem & matrem ejus, scelus est, igne comburent eum & eas. Deut. 27. v. 27. ibi: Maledictus, qui concumbit cum socru suâ.* † Atqui incestus de jure divino vel gentium jure prohibitus, virgarum pœnâ coërcetur, ut notat Hart. Pistor. *obs. 192.*
7 *n. 66.* † & manifestè probatur *h.* Constit. *24. vers.* und Vermöge Göttlicher Schrifft/ & Const. *12.* §. *ult. h. part. 4*

Ita Domini contra H. S. zu Sittichenbach / Mens. Aug. Anno 1620. (Verba sent: Hat H. S. ein Wittiber in gutem bekant und gestanden / daß er mit seiner Schnur/ als seines verstorbenen Sohnes Wittben / sich fleischlichen vermischet / und Unzucht begangen/ &c. So wird er wegen solcher unordentlichen Vermischung mit Staupenschlägen des Landes ewig billig verwiesen/ V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Virgis quoque cæsus in perpetuum relegari debet, qui cum uxoris defunctæ sorore se commiscet.

1 EAdemque pœna virgarum præfinita est Reis incestus in gradu primo affinitatis lineæ æqualis
2 commissi, *hâc* Const. *24. in pr.* † Quare, si quis cum uxoris suæ defunctæ Sorore, gradu primo affinitatis in lineâ æquali sibi junctâ, rem habeat, Reos incestuosos virgis cæsos in perpetuum relegari, dubi-
3 tandum prorsus non est, † quod & satis manifestè decisum *hâc* Const. *24. vers.* dergleichen der so zwo Schwestern. & Ordin. Eccles. *tit.* von Ehe-Sachen. *Rubr.* welchen Personen. §. wie nun denen Personen. *verb.* auch nach Gelegenheit.

Ita Domini contra A. H. & M. B. zu Oschatz / Mens. Mart. Anno 1627. (Verba sent: Hat A. H. in gutem bekannt / daß er nach seines Weibes Tode mit M. B. seines verstorben Weibes halbbürtiger Schwester sich fleischlichen vermischet / &c. So werden beyde gefangene Personen/ wegen solcher ihrer Verbrechung / öffentlichen zur Staupen geschlagen / und nach ausgestandener Leibes-Strasse des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

DEFINIT. V.

Eâdemq; tenetur pœnâ, qui ad fratris sui viduam prolapsus est.

1 QUid verò in casu converso, si vidua defuncti mariti fratrem admittat, *num & hoc casu incestus virgarum pœnâ atque relegatione vindicabitur?*
2 † Tantum abest, me id negare, ut hunc ipsum incestum sanctione pœnali *hâc* Const. *24.* comprehensum existimem, ex paritate gradus & identitate ra-
3 tionis, † quæ non tàm extensionem vel ampliationem, quàm ipsam juris dispositionem efficit, gl. *in cap. sæpe 1. verb. Italia. de temp. ordin. in 6to.* Andr. Tiraq. *in reg. cessant. caus. num. 142.* Modest. Pist.
4 *vol. 1. cons. 3. n. 15.* † Nisi quis dicere ausit, inter personas hasce de jure divino haud prohiberi matrimonium, *Deut. 25. v. 5. cum* Hart. Pist. *obs. 192. n. 79. & seqq.* † Sed quàm benè hoc asseratur, satis manifestum est ex *Lev. 18. v. 16. & Lev. 20. v. 21.* ubi disertè improbatur matrimonium cum uxore fratris. † Etsi verò Hart. Pist. textus illos de uxore fratris viventis repudiata interpretari velit: † attamen obstat generalitas prohibitionis, quam si restringere liceret ad repudiatam, possent etiam reliqua præcepta *Lev. 18.* eodem modo restringi, quod nemo Theologorum aut Politicorum concedit. † Quid verò respondendum sit ad textum *in Deut. 25. v. 5.* apparet ex traditis Joh. Gerhard. *in loc. Theol. de conjug. n. 319.* ubi aliorum quoque sententias refert, & dixi *in pract. crim. part. 2. q. 74. n. 29.*

5 6 7 8

Ita Domini contra C. R. zur Augustsburg/ Mens. Octob. Anno 1630. (Verba sent: Hat C. R. gestanden und bekannt / daß er nach seines Bruders Tode / dessen Wittib fleischlichen erkannt/ und sich mit derselbigen in Böhmen ehelichen trauen lassen/ inmassen er auch zwey Kinder mit ihr gezeuget/ sie ist aber unlängsten todes verblichen / &c. So wird Inquisit solcher seiner Verbrechung wegen öffentlich zur Staupen geschlagen/ und des Landes ewig verwiesen / V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Affines incestuosi in gradu secundo lineæ inæqualis, absq; fustigatione in perpetuum mittuntur exilium.

1 FUstigationis pœnam quondam indixerunt Domini iis, qui cum defuncti conjugis fratris aut sororis filio, filiavè, vel cum patrui, avunculi, amitæ vel materteræ superstite conjuge viduo, viduavè
2 sese commiscuerunt, † propterea nempe, quod Serenissimus Saxo affines incestuosos in gradu secundo lineæ inæqualis virgis cædi & in perpetuum relegari jubeat *hâc* Const. *24. in pr.* im ersten oder andern Glied in gleicher Linien. † Sed si oculis ac-
3 curatioribus verba Illustrissimi Constituentis inspexerimus, non nisi de affinibus incestuosis in lineâ ascendenti & descendenti ibidem agi, fateri necessum habebimus propter verba subsequentia,
4 (Stieffvater/Stieffmutter/und dergleichen) † quæ verba præcedentia satis declarant, ut pluribus demonstravi *in pract. crim. part. 2. quæst. 74. num. 34.*
5 † Placuit ergò posteà Scabinis, hoc casu adversus affines incestuosos solam relegationem perpetuam absque fustigatione decernere. † Quod & disertè
6 confirmatur ab Elector Saxon. in Ordin. Eccles. *tit.* von Ehe-Gelöbnüß. *Rubr.* welchen Personen sich in Ehe-Gelöbnüß. §. wie nun denen Personen/ *vers.* und da sie sich / &c.

Ita Domini contra M. S. zu Lengefeld / Mens. Aug. Anno 1649. (Verba sentent: Hat M. S. eine Wittib in gutem bekannt und gestanden / daß sie mit N. P. auch einem Wittiber / welcher ihres Vatern vollbürtige Schwester zur Ehe gehabt/ fleischlichen zugehalten/ &c. So wird sie derowegen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Et contra N. P. zu Lengefeld / Mens. Nov. An. 1629. (Verba sentent: Hat N. P. in gutem bekannt und gestanden / daß er mit M. S. seines verstorbenen Weibes Brudern Tochter/ sich fleischlichen vermischt / inmassen dieselbe solches vor diesem auch bekannt/ und derowegen des Landes ewig verwiesen worden / &c. So wird der gefangene N. P. solcher seiner begangenen und bekannten Verbrechung wegen/ mit ebenmäßiger Strasse der ewigen Landesverweisung billich belegt/ V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Eâdem relegationis perpetuæ pœnâ plectendus est, qui cum Consobrini sui vidua carnaliter se commiscet.

1 MInus verò dubium est, quin cesset fustigationis pœna in incestu inter affines in gradu se-

du ſecundo lineæ æqualis commiſſo, puta, ſi quis
2 cum conſobrini ſui vidua rem habuerit. † Quo caſu Reos in perpetuum quoque exilium mittendos exiſtimaverim, ex Sanctione Electorali, *in* Ordin. Eccleſiaſt. *tit.* von Ehegelöbnüſſen/ *Rubr.* welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnüß. §. wie nun. *verb.* derowegen da ſich. † ubi pœna relegationis perpetuæ
3 omnibus indifferenter affinibus, ad gradum usque tertium lineæ inæqualis incluſivè ſe carnaliter commiſcentibus, imponitur.

Ita Domini contrà M. D. & M. D. zu Zwickau/ Menſ. Jul. Anno 1625. (Verba ſent: Hat M. D. ein lediger Bauers-Knecht in gutem bekant / daß er ſeines Vaters Brudern Sohnes Wittben M.D. beſchlaffen / davon ſie auch ſchwanger worden/ und unlängſten eines Kindes geneſen/ welches ſie M. D. gleichfalls bekannt. Ob ſie nun wohl vorhabens ſeyn einander zu ehelichen / ſo mag ihnen doch ſolches/ohne des Churfürſten zu Sachſen / und Burggraffens zu Magdeburg / unſers gnädigſten Herrns gnädigſte diſpenſation und Nachlaſſung / zu vollnziehen nicht vergönnet/ noch ſich in Ihr. Churfl. Durchl. Landen weſentlich auffzuhalten verſtattet/ ſondern ſie werden des Landes ewig verwieſen/ V.R.W.)

Definit. IIX.

Nec non qui cum patrui magni Viduâ inceſtum committit.

1 EAndemq; pœnam relegationis perpetuæ incurrunt, qui ad patrui & avunculi magni Viduam accedunt, vel quæ amitæ aut materteræ magnæ
2 Viduo copiam ſui faciunt. † *Tùm*, quod relegatione perpetuâ puniatur inceſtus affinium ad gradum usque tertium lineæ inæqualis incluſivè, Ordin. Eccleſ. *tit.* von Ehegelöbnüſſen. *Rubr.* welche Perſonen ſich in Ehegelöbnüß. §. wie nun denen *verſ.* derowe-
3 gen da ſich. † *Tum*, quod affines, hi parentum liberorumque loco invicem habeantur, quorum reſpectus ac reverentia pœnam ejusmodi requirit, ut dixi *in pract. crimin. part. 2. quæſt. 73. num. 50.*

Ita Domini contra M. P. zu Wittenberg/ Menſ. Mart. Anno 1630. (Verba ſentent: Hat M.P. euer Ambts-Unterthaner / ſich mit ſeines Großvatern Bruders hinterlaſſenen Wittben in ein Ehegelöbnüß eingelaſſen / und dieſelbe auſſerhalb Landes geehlichet/ ꝛc. So werden ſie beyderſeits Inhalts Churfürſtl. Sächſiſcher Kirchen-Ordnung des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Temporali verò relegatione punitur inceſtus cum parentum Conſobrinorum viduo, viduavè commiſſus.

1 AN ergò perpetuâ quoque relegatione erunt puniendi, qui ad parentum ſuorum conſobrinorum conjuges ſuperſtites accedunt, vel cum conſobrinorum ſuorum liberorum Viduo Viduavè ſe
2 commiſcent? † Ita dicendum videbatur ex eo, quod Ordin. Eccleſiaſtica inceſtum affinium in gradu tertio lineæ inæqualis ita puniri velit, dixi Defin.
3 *præced.* † Sed placuit Dominis hoc caſu tempora-
4 lem ſolummodò relegationem Reis imponi. † *Tùm*, quod inter perſonas haſce reſpectus parentum & liberorum ceſſet, qui cauſam dedit perpetuæ relega-
5 tioni Definit. *præced.* † *Tùm*, quod nec conſanguinei inceſtuoſi in eodem gradu conjuncti ſeveriori quàm temporalis relegationis pœnâ plectantur, ut dixi *Supr.* Conſtit. *22. Defin. 9.*

Ita Domini contra N. R. & M. H. zu Reichenbach / Menſ. Mart. Anno 1630. (Verba ſentent: Hat N. R. ein lediger Geſelle mit ſeines Großvatern Schweſter-Sohns Wittben M.H. ſich fleiſchlichen vermiſchet/ und ſie geſchwängert/ welches beyde Perſonen nicht in Abrede ſeyn mögen/ ꝛc. So werden ſie wegen ſolcher begangenen und bekannten Unzucht/ und unordentlichen Vermiſchung/ auff drey oder vier Jahr lang / mit Landesverweiſung billich in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. X.

Pro inceſtu cum Vitrici aut privigni Viduâ commiſſo, arbitraria vel Carceris vel temporalis Relegationis pœna imponitur.

1 IN ſecundo genere affinitatis, jus Canonicum matrimonium non prohibet: Ex quo fit, ut inter vitricum & privigni Viduam, vel inter privignum & Vitrici Viduam nuptiæ illicitæ non contrahantur, *c. non debet 8. extr. de conſangv. & affinit.* † At in
2 Conſiſtoriis reformatæ Eccleſiæ in lineâ rectâ matrimonium non permittitur in genere ſecundo affinitatis, Joh. Schneidew. *ad tit. inſtit. de nupt. Rubr. de arbor. affin. num. 14.* Joach. à Beuſt. *de ſponſal. cap. 53. pag. 240.* Johann. Gerhard. *in loc. Theolog. de conjug. num. 353. & 354.* † Obſtat enim hone-
3 ſtas & proxima carnis propinquitas. Nam continuatâ à Novercâ vel Vitrico per ſubſequens matrimonium copulâ, continuata ſimul fuit materna novercæ ac paterna Vitrici propinquitas. † Et Vitri-
4 cus Viduæ privigni eſt inſtar patris, quia Vidua illa cum privigno ex uxore vitrici nato & ſic filii loco conſtituto, eſt una caro. † Nec aliter ſe res habet
5 de jure civili, quo æquè conjugium in ſecundo genere affinitatis inter aſcendentes & deſcendentes prohibetur, *l. uxorem 51. ff. de rit. nupt. l. 4. §. 7. ff. eod. tit.* † Cui omninò conſequens eſt, ab hiſce per-
6 ſonis carnaliter ſe commiſcentibus inceſtum committi, qui arbitrariè, vel carcere vel temporali relegatione puniri debet: † ſiquidem arbitraria eſt
7 animadverſio, quando certa pœna legibus definita haud reperitur, Andr. Tiraquell. *de pœn. ll. tempor. cauſ. 31. num. 34.* Jacob Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. num. 8.*

Ita Domini contra P. H. & A. R. zu Rothelmb/ Menſ. Novemb. Anno 1624. (Verba ſentent: Hat P.H. mit ſeines Stieffvaters Wittben A. R. ſo ihme in ſecundo genere affinitatis verwandt / zugehalten / und ſich mit ihr fleiſchlichen vermiſcht/ ꝛc. So werden beyde Perſonen / wofern ſie deſſen geſtändig / auff drey Jahr lang des Landes billich verwieſen/ V.R.W.)

Et contra M. O. & I. Z. zu Kemnitz/ Menſ. Jun. Anno 1637. (Verba ſentent: Hat M. O. ein Witber in gutem bekannt / daß er mit ſeines Stieffſohns Wittben der Mitgefangenen I. Z. fleiſchlichen zugehalten / und ſie geſchwängert/ welches dieſelbe gleichesfalls geſtanden/ ꝛc. So werden ſie alle beyde auff drey Jahr lang des Landes billich verwieſen / und mag ihnen ohne ſonderbahre der hohen Obrigkeit gnädigſte diſpenſation, die Verehlichung nicht verſtattet werden / V. R. W.)

Definit. XI.

Inter Affines in linea collaterali, nulla eſt hodiè prohibitio conjugii in ſecundo genere affinitatis.

1 PRohibetur itaque in terris reformatæ Eccleſiæ matrimonium in ſecundo genere affinita-

tis

2 tis inter ascendentes & descendentes, † ex causa ni-
mirum reverentiæ, quia personæ hæ parentum & li-
berorum loco invicem habentur, Definit. *præced.*
3 † Cessat verò hæc ratio inter affines collaterales.
Quin ergò hi in secundo affinitatis genere matri-
4 monium licitè contrahant, dubitandū non est. † Ex
quo porrò fit, quod nec incestus ab iisdem commit-
tatur, Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de nupt. rubr. de*
arbor. affin. n. 13.

Ita Domini ad requisitionem J. G. von M. Mens. April. Anno 1600. (Verba sentent: Seyd ihr euers verstorbenen Weibes Bruders A. von G. hinterlassene Wittwe zu ehelichen vorhabens; Ob nun gleich euch dieselbige in secundo genere affinitatis verwandt. Dieweil aber dennoch die Ehe unter solchen Personen zu Recht nicht verboten/ &c. So seyd ihr auch das Ehegelöbniß mit vorbemeldter eures vorigen Weibes Brudern Wittibe zu vollziehen wohl befugt/ V. R. W.)

Definit. XII.

Nunquam committitur incestus in tertio genere affinitatis.

1 SUblatum hodiè est tertium affinitatis genus
tàm in lineâ rectâ, quàm collaterali, Johan.
Schneidew. *ad tit. inst. de nupt. rubr. de arbor.*
2 *affin.* † Quidni ergò Uxoris vitrici Viduam in matri-
3 monium ducere liceret? † Quod nec Consistoria
reformatæ Ecclesiæ prohibent, Joh. Schneidew.
4 *dict. loc.* † Ex quo porrò sequitur, nec incestum à per-
sonis hisce committi, nec pœnam incestus hoc casu
esse infligendam.

Ita Domini an Schöffer zu Zwickau/ Mens. Aug Anno 1602. (Verba sentent: Dieweil diese beyde Personen einander nicht mit Blutsfreundschafft/ sondern allein in tertio genere der Schwägerschafft/ in welchem Fall die Ehe itziger Zeit nachgelassen wird/ verwandt seyn; So mag auch die Gefangene von wegen vorangeregter ihrer Verbrechung/ über das erlittene Gefängniß/ in fernere Straffe nicht genommen werden/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Absq; speciali Magistratus dispensatione, nemo potest ducere in uxorem fratris sui defuncti sponsam.

1 SOla commixtio & copula facit affinitatem; at-
2 que matrimonium inter affines impedit; † quia
maritus & Uxor per commixtionem fiunt una ca-
3 ro; *c. porrò 3. caus. 35. quæst. 5.* † An ergò *sponsam*
fratris defuncti in uxorem ducere licebit? Ita certè
4 dixeris, † quia revera affinitas ante copulam carna-
5 lem haud fuerit contracta. † Sed obstat publica ho-
6 nestas, quæ & ipsa matrimonium impedit: † Scili-
cet; quod matrimonium per sponsalia de præsenti;
inter sponsum & sponsam utriusque consensu verè
sit contractum, licet nondum fuerit consumma-
7 tum; † Neque in conjunctionibus matrimonialibus
solùm quod licet, sed & quod honestum est, spe-
8 ctandum; *l. semper 42. ff. de rit. nupt.* † Attamen,
cum ratio hæc prohibitionis sit tantùm juris positi-
9 vi, non etiam divini; dubium certè non est; † quod
hoc casu per Magistratum superiorem fieri possit
dispensatio, *c. ad audientiam 4. c. sponsam 8. extr. de*
sponsal. Joach. à Beust. *de connub. part. 2. quæst. 54.*

Ita Domini ad consultationem Philippi Höjers zu Kindelbruck/ Mens. Nov. Anno 1630. (Verba sent: Daß ihr euers verstorbenen Bruders Braut/ euers in eurer Frage gethanen Fürwendens ungeachtet/ ohne sonderbahre dispensation und Churfürstl. gnädigste Zulassung/ zu ehelichen nicht berechtiget seyd/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Admittitur dispensatio matrimonii in gradibus jure divino non prohibitis.

CUm dispensatio nihil aliud sit, quàm juris rela- 1
xatio & mitigatio; ut tradunt Canonistæ *in*
cap. literas 13. post gloss. *in verb. dispensare & in*
verb. divinâ lege extr. de restit. spoliat. Felin. *in cap.*
quæ in Ecclesiarum 7. num. 25. extr. de Constitut.
† sequitur inde, dispensationem conjugii non ad- 2
mittendam in gradibus jure divino prohibitis, † nec 3
audiendum, qui in Uxorem ducere velit amitam su-
am, vel patrui Viduam, *Lev. 18.* † quia ab homine re- 4
initti vel relaxari nequit jus divinum, nec valent hu-
manæ dispensationes contra jus divinum & man-
datum Dei, Felin. *dict. loc. n. 23.* Henning. Göden:
consil. 160. n. 172. Joach. à Beust. *de connub. part. 2.*
quæst. 56. † Sed alia est ratio juris positivi huma- 5
ni, quod à Magistratu superiori ex justâ causâ benè
remitti potest. † Quidni ergò valeret dispensatio in 6
gradibus jure positivo saltem prohibitis, puta in
gradu secundo lineæ æqualis, & gradu tertio lineæ
inæqualis, Ordin. Eccles. *sub tit.* von beyden *Con-*
sistoriis zu Wittenberg und Leipzig *num. 8. in fin.*
† Quâ in re tamen singularis requiritur prudentia 7
magistratuum, eorumq;, penes quos jus dispensan-
di est, ne dispensatio sit dissipatio; ut ex Bernhard.
monet Beust. *dict. quæstion. 56.*

Ita Domini in causa Andreæ Dietzens zu Frömbdeswalde/ Mens. Junio, Anno 633. (Verba sentent: Daß euch euers Vatern Brudern Sohns Wittibe/ weil sie euch im andern Grad gleicher Linien der Schwägerschafft verwandt/ ohne sonderliche Churfürstliche gnädigste dispensation zu ehelichen nicht verstattet werden mag/ V. R. W.)

Et in causa Christoph Wölmanns zu Schönberg/ Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sent: Ist euers Vatern vollbürtigen Bruders Sohn Todes verfahren/ und hat seine Wittibe nach sich verlassen/ &c. So seyd ihr solche/ ohne sonderbahre dispensation und Nachlassung der Churfürstl. hohen Landes-Obrigkeit/ zu ehelichen nicht befugt/ V. R. W.)

In causa Hansen Gräubitzens zu Zscherniß/ Mens. Aug. Anno 1636. (Verba sentent: Daß ihr mit eures Vaters Bruders hinterlassenen Wittiben euch zu verehlichen nicht befugt/ und hat auch nach Gelegenheit dißfals/ weil in Göttlichen Rechten unter so nahen beschwägerten Personen die Ehe verboten/ die dispensation nicht statt/ V. R. W.)

Et in causa H. M. und M. M. zu Annaberg/ Mens. April. Anno 1637 (Verba sent: Hat H. M. ein Wittiber und wohlbetagter bey nahe 70. jähriger Mann seines verstorbenen Weibes Schwester Tochter geschwängert/ welches beyde Personen bekannt und gestanden/ &c. So werden sie beyde solcher ihrer unordentlichen Vermischung wegen/ des Landes ewig billich verwiesen/ und hat die gesuchte dispensation ihrer Verehligung wegen/ weil solche Göttlichen Rechten zu wider/ nicht statt/ V. R. W.)

Definit. XV.

Incestum committunt affines in gradibus prohibitis; sive ex utroq; sive ex alterutro tantùm parente originem traxerint.

QUemadmodum in incestu consanguineorum 1
collateralium puniendo, haud ratio habetur,
an ex utroq;, an verò ex alterutro tantùm parente
nati sint; ut multis demonstravi *in pr. crim. part. 2.*
quæst. 74. † quia scil. non genus propinquitatis, sed 2
proximitas sangvinis impedit commixtionem car-
nalem; §. *inter eos quoque 2. vers. sanè instit. de*
nupt. † Ita nec in affinium incestu, differentia hæc 3

attendi debet, nec ullam merebitur veniam, conjunctionem ex uno solummodò latere prætendens,
4 † cum jus affinitatis iisdem regulis contineatur, uti manifestum est ex Ordinat. Ecclesiast. *sub tit.* Von Ehe-Gelöbnissen. *Rubr.* Welche Personen sich in Ehe-Gelöbnüß. §. Wie nun denen Personen. *vers.* Denn so nahe. Matth. Stephan. *in notis ad art. 117.* Ordin. Crim. Carol. *vers. deniq; inter affines.*

Ita Domini contra H. Z. und S. D. zu Schneeberg/Mens. Decemb. Anno 1615. (Verba sentent: Haben die zwo gefangene ledige Personen H. Z. und S. D. in gutem bekannt und gestanden / daß sie miteinander sich fleischlichen vermischet und Unzucht getrieben / und es ist die Vettel S. D. des mitgefangenen H. Z. verstorbenen Weibes Schwester von halber Geburt / &c. So werden berührte beyde gefangene Personen / solcher ihrer begangenen und bekannten Unzucht und unordentlicher Vermischung wegen / öffentlich zur Staupen geschlagen / und hernach des Landes billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. XVI.

Non dissolvuntur sponsalia de præsenti ob furtum à sponso, sponsâvè commissum, neq; ex utriusq; dissensu mutuo.

1 QUos Deus conjunxit, homo non separet: est divinæ Majestatis præceptum *Matth. 19. vers.*
2 *6. can. quos Deus 18. caus. 33. quæst. 3.* † Quis ergò tam audax & temerarius, qui ex nudo desponsatorum dissensu, sponsalia de præsenti contracta, quæ verum sunt matrimonium, *l. nuptias 30. ff. de reg.*
3 *jur.* dissolvenda assereret? † Quod non facilè quispiam dixerit, Beust. *de sponsal. part. 1. cap. 58.* Petr. Heig. *p. 2. quæst. 16. n. 4. & seqq.* Arnis. *de jur. Connub. cap. 6. sect. 3. n. 14. & seqq.* Matth. Wesenbec.
4 *part. 3. cons. 125. num. 13.* † quamvis aliter senserit
5 Pontifex *in cap. præterea 2. extr. de sponsal.* † Nec enim sponsalia de præsenti solo ac nudo contrahentium consensu contrahuntur, ut proptera forsan, nudo etiam dissensu ea vicissim dissolvi dixeris, *arg. l. nihil tàm naturale. 35. ff. de Reg. jur. §. hoc*
6 *amplius 4. inst. quib. mod. toll. oblig.* † Sed & à Deo colligantur, & ab ipsius autoritate & voluntate dependent, Heig. *dict. quæst. 16. num. 5.* Ergò non, nisi interveniente autoritate divinâ dissolvuntur: Non etiam solo dissensu contrahentium. † At quid, 7
si sponsus vel sponsa furtum aliudvè crimen commiserit? † Non certè hanc causam ad dissolvenda sponsalia de præsenti sufficientem putaverim, per *text.* 8
in cap. 2. ubi Panorm. *extr. de divort. l. 1. C. de Repud.* † Nec enim propter infortunium aut factum 9
subsequens, matrimonium jam contractum est dirimendum; † Quin potius sponsa sequi tenetur spon- 10
sum propter furtum relegatum, Panorm. *in cap. 1. extr. de conjug. leprof. circ. fin.* Paul. Castr. *in l. qui manumittuntur. 12. C. de oper. libert.* Joachim. à Beust. *de sponsal. part. 1. cap. 10. pag. 17.* † Quia nihil 11
tàm humanum esse videtur, quàm fortuitis casibus mulieris maritum & contra Uxorem Viri participem esse, *l. si dotem 22. §. si maritus 7. ff. solut. matr.* Hartm. Pistor. *observat. 148. num. 2.* † Nec etiam 12
Error qualitatis matrimonium rescindit, puta, quando aliquis dicatur bonus, qui tamen est perversus & malus: Ac licet dolus aliquo modo interveniisset, † speciale tamen est, hoc casu favore matri- 13
monii, contractum sponsaliorum non rescindi, Jas. *in §. fuent. 29. num. 12. & §. actionum. 28. num. 37. instit. de action.* Beust. *dict. loc.*

Ita Domini ad requisitionem Abrahami Franckens zu Kemnitz / Mens. Aug. Anno 1636. (Verba sent: Hat Mævius mit des Caji Tochter Seja öffentliche sponsalia gehalten / und bald darauff einen Diebstal begangen / deßwegen er des Landes verwiesen worden / und sich zu dem Krieges-Wesen gewendet. Ob nun wol die Braut Seja solch Verlöbnüß durch eheliche Trauung mit dem Mævio deßwegen zu vollenziehen / oder ihme nachzufolgen Bedencken träget / derselbe auch seines Theils gar wol zu frieden / und sich gerichtlichen erkläret / sie loß zu geben / und an ihrer Wolfahrt ferner nicht zu hindern. Dieweil aber dennoch die Ehe zwischē beyden Personen einmal richtig geschlossen / &c. So mag auch dieselbige hierdurch nicht wieder getrennet / noch der Sejæ mit einem andern sich zu verehlichen verstattet werden / V. R. W.)

CONSTITUTIO XXV.

PARTIS QUARTÆ.

Wann der / so auff die Gefängnüß bestellet / eine gefangene Weibes-Person beschläfft.

De pœna ejus, qui mulierem captivam, custodiæ suæ commissam, cognoscit.

WAnn derjenige / welchem eine Weibes-Person in seine Custodien und Gewahrsam befohlen / dieselbige Gefangene beschläfft / So soll er / wann beyde Personen ledig / mit Staupenschlägen des Landes verwiesen werden.

CUstos carceris mulierem sibi commissam cognoscens, si ambo & ipsi soluti sint, similiter fustigatus relegabitur.

DEFINITIONES.

1. *Fustigatione puniendus est, qui mulierem solutam captivam custodiæ suæ commissam, sive honestam sive inhonestam, carnaliter cognoscit.*
2. *Absque fustigatione verò relegenda est mulier, quæ commentariensi copiam sui fecit.*
3. *Commentariensis maritus pœnâ gladii plectendus, si mulierem solutàm captivam stupraverit.*
4. *Nisi conjunx pro illo intercesserit, eiq; injuriam remiserit.*
5. *Arbitrariè punitur carceratus, qui cognoscit carnaliter filiam vel ancillam custodis.*

Defi-

Definit. I.

Fuſtigatione puniendus eſt, qui mulierem ſolutam captivam cuſtodiæ ſuæ commiſſam ſive honeſtam ſive inhoneſtam carnaliter cognoſcit.

1 VAriant equidem Dd. in decernendâ pœnâ adverſus commentarienſem ſtuprantem mulie-
2 rem cuſtodiæ ſuæ commiſſam,† eumque vel capite plectendum, Jodoc. Damh. *in prax. rer. crim. cap. 17. n. 20.* Petr. à Plach. *in epit. delict. cap. 10. n. ult.*
3 Gvid. Pap. *deciſ. 448. n. 3.* † Vel deportatione ac publicatione bonorum, *l. un. C. ſi quis eam cui tut.*
4 *fuer.* † aut mulctâ pecuniariâ, Nicol. Boër. *deciſ. 318. n. 16.* vel ſimplici ſtupri pœnâ coërcendum exiſti-
5 mant,† ut non immeritò pœnam hoc caſu quis judicis arbitrio committat, Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. fornicatio n. 24. verſ. ſed hoc apud nos.* Jacob. Menoch.
6 *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 292. n. 3.* † Aſt, ceſſat hoc dubium in foro Saxonico, propter Sanctionem Electoralem, quæ commentarienſem carnaliter cognoſcentem mulierem cuſtodiæ ſuæ commiſſam, virgis cædi & in perpetuum relegari
7 jubet, *h.* Conſt. *25. ubi* Dan. Moller. *n. 2.* † Etſi verò Matth. Berlich. *part. 4. concl. 36. n. 5. & 18.* ſanctionem Electoralem reſtringat ad eum caſum, quo mulier captiva à cuſtode carceris cognita, fuerit inhoneſta & impudica, arbitrio judicis relinquens, quam pœnam imponere velit cuſtodi mulierem honeſtam incarceratam ſtupranti, in tantum ut pro criminis gravitate ſtupratorem morte puniri exiſti-
8 met; † Attamen generalitas *h.* Conſtitutionis, ejusmodi reſtrictionem neutiquam admittit, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de leg. præſt. l. de pretio 8. ff. de*
9 *publ. in rem action.* † Et vereor, ne judex pœnam mortis decernens multum aberret à tramite juſti-
10 tiæ,† cum pœna arbitraria regulariter ad mortem usque extendi nequeat, ut demonſtratum dedi in *pract. crim. part. 3. quæſt. 133. num. 25. & ſeqq.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 7. deſin. 3. n. 3.* Jul. Clar.
11 *in pract. crimin. quæſt. 83. num. 11.* † multò minus ſi certa pœna delinquentibus fuerit præfinita, prout *hâc* Conſtit. *25.* factum videmus.

Ita Domini contra M. S. zu Kindelbruck / Menſ. Junio, Anno 1631. (Verba ſent: Iſt A. D. wegen ihrer Verbrechung 14. Tage lang ins Gefängnüß zu gehen auffer leget / und dem Stockmeiſter M. S. ſo noch eine ledige Perſon iſt/dieſelbe in ſeine Gewahrſam anbefohlen worden/ Es hat aber M. S. bemeldte A. D. in dem Gefängniß fleiſchlichen erkannt und geſchwängert/ allermaſſen er ſolches / als ihme Vorhaltung geſchehen / richtig bekannt und geſtanden/ ꝛc. So wird M. S. ſolcher ſeiner Verbrechung wegen mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen/ ꝛc.)

Definit. II.

Absque fuſtigatione verò relegânda eſt mulier, quæ commentarienſi copiam ſui fecit.

1 SEd unde tanta ſupplicii ſevetitas, an forſan quod cuſtos mulieri incarceratæ vim inferre
2 cenſeatur? Non certè,† quia ſtuprum violentum
3 mortis pœnâ vindicatur, Conſtit Elect. *30.* † adeoq; Conſtitutio hæc eum ſolummodò caſum decidit, quo incarcerata ſe ſponte à cuſtode cognoſci patitur. † Sanè cum ſtupri ſimplicis pœnâ ſemper uni-
4 formis haud ſit, ſed pro conditione perſonarum, & rei qualitate, ad fuſtigationem quandoq; extendatur, † puta, ſi quis cum Turcâ vel Judæâ rem habue- 5
rit, Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. adulterium n. 9.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 46. n. 29.*
† Vel ſi tutor pupillam ſuam ſtupraverit, Paul. Chir- 6
land. *de pœn. omnif. coit. quæſt. 7. n. 7.* Proſper Farin. *part. 5. oper. crimin. quæſt. 147. num. 15.* † Aut ſi Ruſti- 7
cus, vel alius quispiam vilioris conditionis homo ad Nobilem puellam acceſſerit, Dan. Moller. *ad* Conſtit. *Elect. 27. part. 4. n. 4.* Anton. Teſſaur. *de-*
ciſ. 3. num. 3. non certè video, † cur nimii rigoris ſit 8
arguendus Saxo Illuſtriſſimus, quod commentarienſem, mulierem incarceratam ſtuprantem virgis cædi juſſerit, ob perfidiam ſcilicet & inſignem ſtupratoris malitiam carnaliter cognoſcentis eam, quam fidei ſuæ commiſſam cuſtodire deberet, † ex 9
quo etiam periculum oritur, quod illam aufugere faciet juxta tradita Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 292. n. 5.* † Quæ ratio cum in muliere 10
captivâ ſtupratâ ceſſet, eam propterea, quod commentarienſi copiam ſui fecerit, fuſtigationis pœnæ neutiquam ſubjugandam putaverim, cum Dan. Moll. *hîc n. 3.* † Quod ſi tamen judex ſtupratam re- 11
legari facere veller, ob deteſtandam ejus luxuriam, non multùm reclamaverim, † præſertim cum hâc 12
pœnâ fornicationem quandoque coërceri videamus, Conſt. Elect. *28. p. 4.*

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſententiæ: So viel aber die Bettel A. D. anlanget/ weil ſie ſich dem Stockmeiſter proſtituiret, und von ihm ſchwängern laſſen / wird ſie auff drey oder vier Jahr lang mit Landesverweiſung billich in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. III.

Commentarienſis maritus pœnâ gladii plectendus, ſi mulierem ſolutam captivam ſtupraverit.

EXpreſſis verbis agit *h.* Conſt. *25.* de commenta- 1
rienſi viro ſoluto, mulierem itidem ſolutam incarceratam ſtuprante, eumque virgis cædi & relegari jubet, *verſ.* So beyde Perſonen ledig. † Ergò 2
ſi cuſtos vel incarcerata perſona ſit conjugata, quin adulterium committatur, dubium prorſus non eſt, † adeoque & pœna adulterii, quæ eſt gladii, hoc ca- 3
ſu obtinebit, † abſorbens ſcilicet pœnam fuſtigatio- 4
nis tanquam mitiorem, Bartol. *in l. nunquam plura 2. n. 4. ff. de privat. delict.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 84.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 77. n. 4.*

Ità Domini contra B. L. zu Schraplau / Menſ. Jun. Anno 1604. (Verba ſent: Habt ihr zwo Ubelthäterinnen in gefänglicher Hafft gehabt / die von Wächtern bewachet werden müſſen/ unter welchen auch eine / genannt B. L. genannt/ ſo ein Ehemann iſt/ geweſen/ der ſich von der einen Gefangenen dahin bereden laſſen/ daß er ihr loß geſchloſſen / das Schloß/ ſo ihr mit der Ketten an ein Bein geſchloſſen/ mit einem Nagel auffgemacht / und mit ihr bey nächtlicher Zeit davon gelauffen. Als er aber in der Flucht betreten/ und in Hafft genommen worden / hat er bekannt/ daß er oberwehnte gefangene Weibes-Perſon dreymahl fleiſchlichen erkant/ und alſo mit ihr gechebrochet/ ſie auch loß gemacht/ und mit ihr davon gangen/ ꝛc. Da nun der Gefangene auff ſeinem Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß ſonſten wie recht überwieſen würde; So möchte er von wegen ſeines begangenen und bekannten Ehebruchs mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Nisi conjunx pro illo intercesserit, eiq; injuriam remiserit.

1 SEd hoc ita, nisi conjunx innocens pro adultero
2 Scommentariensi interceſſerit. Etenim, † cùm ad conjugis remissionem pœna adulterii ordinaria in perpetuam relegationem convertatur, *supr.* Const.
3 Elect. 19. † Quidni idem hoc casu asserendum esset.
4 †Nisi quis adulterum commentariensem, antequam relegetur, in carcere virgis castigandum existimet,
5 *ex hac* Const. *25.* † ne stuprum in fœminâ incarceratâ unà cum adultero commissum mitius puniatur, cujus tamen pœna ob delicti atrocitatem potius
6 exasperanda esset? † Quod quidem concesserim,
7 juxta tradita *supr.* Constit. Elect. *23. Defin. 3.* Attamen si judex ex causa probabili castigationem ejusmodi remittere arbitrabitur, non multum reclamaverim, quia in quibusvis regulariter delictis † mitigatio pœnæ ex causa sufficiente arbitrio judicis
8 committitur, *l. perspiciendum u. ubi* Bart. & Dd. *ff. de pœn.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent: Es wolle ihm denn sein Eheweib solche Verbrechung verzeihen/und ferner ehelich beywohnen/ Auff den Fall bliebe er dem heiligen Ehestande zu Ehren mit der Todes-Straffe verschonet; Er würde aber der Grafschafft Mannsfeld ewig billich verwiesen / Daraus ihme denn sein Eheweib mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig / V. R. W.)

DEFINIT. V.

Arbitrariè punitur carceratus, qui cognoscit carnaliter filiam vel ancillam custodis.

QUid autem in casu converso, si carceratus car- 1
naliter cognoverit uxorem vel ancillam custodis? † Hunc non puniendum ratione loci, asse- 2
rit Nicol. Boër. *quæst. 317. num. 10.* †Sed assertionem 3
hancce nec juribus nec rationibus confirmat. † Re- 4
ctiùs verò hunc delinquentem pœnæ arbitrariæ subjicit Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 292. num. 5.* † *Tùm*, ob loci violationem, 5
tùm ob periculum, † ne forsan mulier faciat illum 6
aufugere, quale exemplum refert Menoch. *dict. loc.* † Qvin & aliàs stupri pœna arbitraria est, vel carceris 7
vel relegationis, ut dixi *in pract. crim. part. 2. quæst. 69. n. 10. & seqq.* † ut mirum certè haud sit, eandem 8
quoque pœnam Reis hoc casu infligi.

Ita Domini contra N. T. zu Koppen/Mens. Jan. Anno 1623. (Verba sent: Ist N. T. wegen seiner Verbrechung in gefängliche Hafft genommen worden / darinnen er sich mit des Stockmeisters Magd / so ihme Essen zugetragen / fleischlichen vermischet / und dieselbe geschwängert / ꝛc. So wird er solcher seiner Verbrechung wegen auff zwey Jahr lang des Landes billich verwiesen / V. R. W.)

CONSTITUTIO XXVI.

PARTIS QUARTÆ.

So eine wahnwitzige oder Sinnlose Person beschlaffen wird.

SAnn eine ledige Manns-Person eine wahnwitzige/ sinnlose / ledige Weibes-Person beschläfft / Soll er derselbigen nicht allein nach billicher Ermäßigung einen Unterhalt machen / sondern soll auch darüber mit Staupenschlägen verwiesen werden.

De pœnâ stupri in mulierem non sanæ mentis commissi.

VIr solutus si mulierem mente captam, quæ & ipsa innupta sit, cognoverit, non alimenta tantùm illi, pro arbitrio judicis, suppeditabit, sed insuper virgis cæsus relegabitur.

DEFINITIONES.

1. *Fustigatione insimul atq; perpetuâ relegatione punitur, qui mulierem mente captam carnaliter cognoscit.*
2. *Stuprator puellæ mente captæ ultra pœnam fustigationis ei tenetur alimenta præbere.*
3. *Mulier verò mente capta stuprata, ab omni pœnâ est immunis.*
4. *Mortis pœnâ haud est plectendus, qui mulierem Judæam carnaliter cognoscit.*
5. *Arbitrariè saltem punitur stuprator puellæ, quam ex sacro baptismate levavit.*

DEFINIT. I.

Fustigatione insimul atq; perpetuâ relegatione punitur, qui mulierem mente captam carnaliter cognoscit.

1 GRaviùs certè delinquit, qui mulierem mente captam stuprat, quàm si aliam sanæ mentis fœ-
2 minam carnaliter cognovisset, † nempe, quod mulier mente capta in stuprum non consentiat, & sic
3 quasi invitæ hoc inferatur. † Quæ causa procul dubio commovit Illustrissimum Saxonem, ut severiorem pœnam hoc casu in stupratorem constituerit, eumque virgis cæsum in perpetuum relegari
4 jusserit, *hâc* Constit. *26.* † Quæ tamen sanctio de eo nequaquam est exaudienda, qui violentiam aliquam adhibet, viq̃ue puellam haud sanæ mentis stuprat, † qualis stuprator absque dubio gladio fe- 5
riri debet *infra* Constit. Elect. *30.* Dan. Moll. *hic & ibid.* Reinhard. Rosa *n. 4.*

Ita Domini contra M. N. zu Sachsengrün/ Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sentent: Wird M. N. einem ledigen Gesellen Schuld gegeben / daß er B. S. so gar wahnwitzig/ und ihrer Sinnen nicht allerdings mächtig / fleischlichen erkannt habe / inmassen er dann solches bekannt und gestanden hat/ ꝛc. So wird er solcher Verbrechung wegen mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Stuprator puellæ mente captæ ultra pœnam fustigationis ei tenetur alimenta præbere.

TAm atrox visum fuit stuprum puellæ mente 1
captæ

captæ Saxoni Illustrissimo, ut stupratorem fustigatione non satis punitum existimaverit, † sed ad præstationem alimentorum insuper eum obstrinxerit, *h.* Const. *26. in verb.* Nach billicher Ermäßigung einen Unterhalt machen. † Rectissimè sane, quia stuprator tenetur dotare stupratam, Constitut. *seq.* Cur non ergò hoc casu eam alimentare, † cum dos succedat loco alimentorum, eorumque eadem sit ratio, quæ dotis, Matth. de Afflict. *decis. 111. n. 10.* Bald. *Novell. in tr. de dote p. 6. priv. 16.* † Illud saltem dubium remanet, quod stuprator fustigationem sustinens, à dotatione pariter & omni alio partis adversæ interesse sit exemptus, ut probatum dedi *in pract. crim. part. 2. quæst. 68. n. 62. & seqq.* Ergò & ab onere alimentorum? † Sed à regulâ illâ recessit Serenissimus Elector in casu hoc speciali, ob favorem puellæ mente captæ, cui ratione sustentationis succurrere voluit.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent: So ist M. N der beschlaffenen B. S. auff billiche Ermäßigung einen Unterhalt zu machen pflichtig/und wird hierüber seiner Verbrechung wegen mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / B. R. W.)

Definit. III.

Mulier verò mente capta stuprata ab omni pœnâ est immunis.

1 Sed ipsa mulier mente capta ab aliquo stuprata, omni pœnâ exemta est, quia non delinquere videntur, † qui doli capaces non sunt, † veluti infantes, qui ignorant, quicquid agunt, *l. sed etsi quemcunq; 5. §. penult. ff. ad Leg. Aquil. l. infans. 12. ff. ad Leg. Corn. de sicar. l. more 8. §. ult. l. pupillus 9. ff. de acquir. hæredit. l. quod infans 60. ff. de R. V.* † quibus puellæ mente captæ æquiparantur, *l. 1. §. furiosum 12. & §. seq. l. 43. ff. de O. & A. l. in negotiis 5. ff. de Reg. jur.* † Quin & satis stupratæ hæ puellæ sunt punitæ, eo ipso, quod furore quasi vexentur, *l. 14. ff. de off. præsid. l. infans. 12. ff. ad Leg. Corn. de sicar.* Nicol. Reusner. *lib. 1. decis. 17.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. n. 49. ff. ad Leg. Corn. de sicar.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Sie die Vettel B. S. aber mag mit einiger Straffe nicht beleget werden/ B. R. W.)

Definit. IV.

Mortis pœnâ haud est plectendus, qui mulierem Judæam carnaliter cognoscit.

1 Commixtionem inter Judæam & Christianum Sodomiticam appellitat, eamque mortis pœnâ coërceri, vult Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 96. n. 28.* † veluti etiam Parisiis quendam Johannem Alardum, qui ex Judæâ quadam, quam in domo retinuerat, liberos suscepit, igne combustum meminit Nicol. Boër. *decis. 316. num. 5.* † Sed nimis rigorosè, cum pœna adulterii, quâ commixtio hæc punienda venit, *l. ne quis Christianum 6. C. de Judæis.* apud Romanos non semper fuerit ultimum supplicium, ut multis demonstravi *in pract. crim. part. 2. quæst. 52.* † Nihilominus quia grave hoc crimen habetur, quin fustigatione id puniri debeat, dubitandum prorsus non est, † saltem ex arbitrio judicis, quo pœna hæc irrogari potest, Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. fornicatio. n. 26.* Ægid. Boss. *in tit. de coit. damn. & punit. n. 21.* Prosp. Farin. *part. 5. oper. crim. quæst. 239. n. 2.*

Ita Domini contra B. M. zu Dresurth / Mens. Aug. Anno 1631. (Verba sent: Seynd unlängsten etliche Jüden / und unter denselben auch eine ledige Dirne/ mit Namen Mirgam/ Abraham Coligni Tochter / bey euch nach Franckfurt auff die Messe durchgereiset/und in dem Gast-Hofe eingekehret/ worauff sichs begeben /daß eines Bürgers Sohn B. M. genannt / so damals vor einen Diener im Gasthofe auffgewartet / sich zu gedachter Jüdin gefunden/ und mit derselben sich fleischlichen vermischet/ inmassen er dann darüber nicht allein ergriffen worden/ sondern auch/daß er das Werck mit ihr gäntzlichen vollbracht / gestanden und bekannt hat/ꝛc. So wird B. M. solcher seiner Verbrechung wegen / und daß er sich mit einer Jüdin fleischlichen vermischet/öffentlich zur Staupen geschlagen/ und darauff des Landes ewig billich verwiesen/ B. R. W.)

Definit. V.

Arbitrariè saltem punitur stuprator puellæ, quam ex sacro baptismate levavit.

Errant omninò, qui pœnam incestus imponere 1
audent ei, qui carnaliter cognovit illam, quam ex sacro baptismate levavit, † vel quæ ex baptismate 2
eum suscepit, quam commatrem vocamus, Joh. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 6. cas. 502. n. 27.* Nicol. Boër. *decis. 318. num. 3.* † Neque enim hi 3
propriè vocantur parentes, neque aliquis suam commatrem, eamvè, quam ex sacro baptismate suscepit, hisce in terris, in uxorem ducere prohibetur, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de rit. nupt. n. 4.* Joh. Schneidew. *in tit. inst. de nupt. rubr. de illicit. nupt. n. 14.* † Quidni ergò cessaret hoc in casu pœna in- 4
cestus? Quæ tamen ad relegationem usque extendi poterit, ob insignem stupratoris luxuriam, *arg.* Const. Elect. *28. p. 2.*

Ita Domini contra J. von P. Mense Sept. Anno 1621. (Verba sent: Wird euch Schuld gegeben / ob hättet ihr mit A. W. eurer Paten / so ihr vor 19 Jahren aus der Tauffe gehoben / zugehalten / und mit derselben euch fleischlichen vermischet. Wann ihr nun gleich dessen geständig wäret / so möchtet ihr doch derowegen an Leib und Leben nicht gestraffet werden / Ihr würdet aber zugleich nebenst A. W. willkührlichen mit Gefängnüß / oder zeitlicher Landsverweisung billich in Straffe genommen/ B. R. W.)

Constitutio XXVII.

PARTIS QUARTÆ.

Von Straffe der Jungfrauen-Schänder.

Hat eine ledige Mannes-Person eine Jungfrau/oder unberüchtigte Wittibe beschläfft/ und er (wie doch billich geschicht) dieselbe zur Ehe nicht nehmen wil / So soll er

De pœnâ stuprantis virginem.

Vir solutus, qui virginem vel honestam viduam stupraverit, si eam ducere (quod fieri æquum erat) nolit, pro conditione status & generis

sie ihres Standes und Herkommens nach dotiren, und da sie von ihme Leibes-Frucht hat/ dieselbige auff gerichtliche Ermäßigung alimentiren, und darüber mit zeitlicher Gefängnüß gestrafft werden / Wie dann solches in unsers Brudern Churfürst Moritzen / rc. sel. Gedächtnüß Landes-Ordnung versehen / und sonsten den Rechten gemäß ist.

Da aber auch darüber die Verbrechung dermassen/daß sie nach Gelegenheit der Personen/ und anderer Umbstände grössere und härtere Straffe erfordert/ so sollen die Schöppenstühle und Gerichte in unsern Landen dieselbige als Krafft dieser unserer Constitution zu erhöhen / und dißfalls auch auff Staupenschlägen zu sprechen und zu erkennen haben.

ris seu familiæ dotabit, infanti quoque, si quem ex eâ susceperit, alimenta, à judice æstimata, præbebit, nec eò tamen minus etiam carcere punietur, prout id non tantùm à fratre nostro Electore Mauritio constitutum, sed & juri communi consentaneum est.

Si verò conditio personarũ & rei qualitas majorem pœnam hoc in casu exigat, Scabinatibus nostris quoque castigationem eam ut augeant, & virgarum seu fustigationẽ indicant, autoritate hujus nostræ Constitutionis permissum volumus.

DEFINITIONES.

1. *Non tenetur stuprator dotare puellam stupratam, si hæc ipsi nubere recuset.*
2. *Nec maritus qui puellam stupravit, ad dotationem obstringitur.*
3. *Valet stuprata dotem petere à stupratore, quantumvis jam ante cum alia matrimonium contraxerit.*
4. *Viduam quoq; honestam stuprator dotare tenetur.*
5. *Stuprator infanti, quàmprimùm is fuerit natus, alimenta præstare obstrictus est.*
6. *Stuprator ultra dotationem stupratæ & alimentationem infantis, carcere punitur.*
7. *Vel pœnâ severiori arbitrariâ, Relegatione aut etiam quandoq; fustigatione.*
8. *Post quinquennium etiam à stupri crimine elapsum stupratæ dotem petere valet.*
9. *Puella stuprum passa non minus ac ipsemet stuprator carceris pœnam sustinet.*
10. *Maritus virginem aut Viduam stuprans infantem alere tenetur.*
11. *Mulier stuprata tenetur infantem alere, quando stuprator est pauper & inops.*
12. *Mitiq; debent puniri personæ desponsatæ ante benedictionem sacerdotalem carnaliter se commiscẽtes.*
13. *Partus septimestris legitimus est, quocunq; etiam die mensis septimi fuerit natus.*
14. *Nec pro illegitimo haberi debet partus octavo mense editus.*
15. *Sub initio undecimi mensis, partus nascitur legitimus, secus in fine undecimi, vel sub initio duodecimi mensis.*

Definit. I.

Non tenetur stuprator dotare puellam stupratam, si hæc ipsi nubere recuset.

1 MUltùm disputatur de pœnâ stupri ab Interppr. ex jure civili, ut videre est apud Anton. Tessaur. *decis. 3.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 21.* Joh. Harppr. *in §. item lex Julia 4. n. 40. inst. de publ. judic.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §.*
2 *stuprum n. 3.* † in tantum ut mortis etiam supplicium pro hoc crimine infligendum quidam existimaverint per *l. 1. §. qui puero 2. in med. ff. de extr. crim.* Anton. Tessaur. *dict. decis. 3. n. 1.* Anton. Fab. *in*
3 *Codic. lib. 9. tit. 8. defin. 3. in fin.* † At mitius est jus divinum, quod stupratorem dotare & ducere puellam stupratam jubet, *Exod. 22. vers. 16. & 17. Deut.*
4 *22. vers. 28.* † in quo & jus Canonicum acquiescit,
5 *cap. 1. & cap. 2. extr. de adult.* † Et secundùm hoc in terris Imperii punitur hodiè stuprator, ut stupratam ducat vel dotet. † Resolutivâ nempe Copulativâ [Et] in alternativam, ut si stupratam ducere nolit, eam demum dotare cogatur, Reinhard. Rosa *ad*
6 Dan. Moller. *hic num. 3.* Salyc. *in l. eum qui duas 10.*
7 *C. ad Leg. Jul. de adult. n. 3.* † Quod & disertè confirmavit Illustrissimus Saxo *in* Const. Elect. *27. in pr.*
8 Ex quo manifestum redditur, † stupratorem ad dotationem haud obstringi, si stuprata matrimonium cum stupratore inire recuset, idque cum alio contrahat, Jod. Damh. *in prax. rer. crim. c. 92. num. 7.* Jac. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 3. casu*
9 *288. n. 22.* † Quia nempe dotatio in locum matrimonii est surrogata, si stuprator matrimonium renuat. † Atqui renuere non dicitur matrimonium, 10
qui facultatem contrahendi non habet, ut maximè contrahere nuptias velit. † Nolle enim is nequit, qui 11
velle contrarium non potest, *l. no. ff. de condit. & demonstr.* † Sed is demum nolle dicitur, qui contrari- 12
um potest, *l. 17. §. 7. ff. de. edil. edict.* Gothofr. *in not. ad l. 3.*

Ita Domini contra N,N. zu Voigtsberg / Mens. Febr. Anno 1623. (Verba sent: Es wäre denn / daß der Stuprator sie ehelichen wolte / ihr aber damit nicht zu frieden wären / der sonsten eure Tochter sich mit ihme zu verehlichen Bedencken hätte / auff solchen Fall möchte er mehr berührte eure Tochter zu dotiren nicht angehalten werden / W. R. W.)

Definit. II.

Neq; maritus qui puellam stupravit, ad dotationem obstringitur.

EAdemque ratio efficit, ut nec maritus, si puellam 1
aliquam stupraverit, eam dotare teneatur, Jod. Damh. *in praxi rer. crim. c. 92. n. 7.* † Quia nempe 2
dotatio surrogata est in locum matrimonii, quod stuprator cum stupratâ contrahere recusat, *h.* Constit. *27. vers.* Und er dieselbe zur Ehe nicht nehmen will. † Cessante igitur pœnâ priori principali, dum 3
scil. maritus stupratam in uxorem ducere nequit, cessat etiam posterior pœna, dotatio. † Sapit enim 4
surrogatum naturam ejus, cui surrogatur, *c. Ecclesia 3. ubi gloss. extr. ut. lit. pend.* † Quin & hoc ipsum 5
manifestè liquet ex verbis *h.* Constit. *27.* (Da eine ledige Mañes-Person) quæ juveni soluto dotationẽ imponunt. † Ergò ad maritum stupratorem sanctio 6

hæc

7 hæc haud erit extendenda. † Nam quod de uno dicitur, id de alio negatur, *l. 12. ff. de judic.* Nic. Boër.
8 *decis. 298. n. 4.* † Quamvis dissentiat Mod. Pist. *p. 3. q. 127. n. 16. & seqq.* quem sequitur Matth. Berlich. *part. 5. concl. 38. num. 35.* quorum sententia de jure canonico subsistere potest, ut demonstravi *in pract. crim. part. 2. quæst. 68. num. 69.*

Ita Domini in causa N.N. zu Döbeln/ Mens. Junio, Anno 1607. (Verba sent: Betreffende aber der Geschwängerten dotation, ist sie die Geschwängerte von dem Ehemanne einige dotation gestalten Sachen nach zu fodern nicht befugt/ V. R. W.)

Definit. III.

Valet stuprata dotem petere à stupratore, quantumvis jam ante cum alia matrimonium contraxerit.

1 QUid verò, si Vir quidem solutus puellam stupraverit, attamen postea cum alia maritus factus fuerit, *an non ab hoc stuprata dotem petere*
2 *valebit?* † Omninò certè. Etsi enim hoc casu matrimonium istud non dissolvatur, adeoque nec stuprator stupratam ducere queat, attamen eam do-
3 tare cogitur. † Quia matrimonium ex parte stupratoris justa & sufficiens causa non est pœnam tol-
4 lendi. † Alioquin stuprator quivis pœnam stupri facillimè evitaret, quod absque notâ absurditatis asseri vix poterit, Modest. Pistor. *part. 3. decis. 127. num. 16.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 38. n. 34.*

Ita Domini contra V.K. zu Voigtsberg/ Mens. Febr. Anno 1623. (Verba sent: Hat sich euere Tochter in ihrem Wittbenstande von V. K. zu Falle bringen lassen. Wann nun gleich gedachter V.K. mit einer andern sich immittels verehlichet hätte/so wäre er doch nichts destoweniger euere Tochter ihrem Stande und Herkommen nach zu dotiren schuldig/ V. R. W.)

Definit. IV.

Viduam quoque honestam stuprator dotare tenetur.

1 COmmittitur stuprum æquè in Viduâ, atque in Virgine, per text. *in §. item lex Julia 4. inst. de publ. judic. l. inter stuprum. 101. ff. de V. S.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crim. cap. 92. n. 3.* Hosti-
2 ens. *in cap. 2. n. 1. extr. de adult.* † Quidni ergò idem juris in Viduâ stupratâ obtineret, eademque dotem petere valeret? † Quod & placuit Illustrissimo Saxo-
3 ni *hâc* Const. *27. in pr. verb.* Da eine ledige Mannesperson eine Jungfrau/oder unberüchtigte Wit-
4 we beschläfft/ ꝛc. † Nec obstat text. *in l. si uxor. 13. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de adult. in verb. Quamvis si Vidua*
5 *esset, impunè in eam stuprum committeretur.* † Siquidem non de viduâ honesta, sed de tali, quæ se vulgò prostituit, textus ille accipiendus est, uti liquet
6 ex verbis præcedentibus *(quæ vulgaris fuerit.)* † In hanc enim stuprum haud committi, certò certius
7 est. Secus si Vidua honestè vivat, † quæ adhuc in primo matrimonio esse reputatur, *l. ult. C. de bon. matern. l. filii 22. §. vidua 1. ff. ad municip.*

Ita Domini contra I.I. zu Leipzig / Mense Nov. Anno 1635. (Verba sent: Hat I.I. bekannt und gestanden/daß er S.K. eine Wittib fleischlichen erkannt/und geschwängert / welches die Geschwängerte gleichfals nicht in Abrede seyn kan / ꝛc. So ist I.I. die geschwängerte Wittib ihrem Stande und Herkommen nach zu dotiren und das Kind zu alimentiren schuldig / und werden beyde Personen ihrer Verbrechung wegen in 14. Tage lang mit Gefängnüß gestrafft / V. R. W.)

Definit. V.

Stuprator infanti, quamprimum is fuerit natus, alimenta præstare obstrictus est.

ULtra dotationem puellæ vel Viduæ stupratæ, 1
obstringitur etiam stuprator ad alimentationem infantis ex stupro procreati, *h.* Const. *27. vers.* Und da sie von ihm Leibesfrucht hat/ dieselbige auf gerichtliche Ermeßigung *alimentiren.* † Æquissi- 2
mum namque est, ut quilibet pater infanti necessaria subministret, *l. nec filium 9. C. de patr. potest. cap. cum haberet 5. in fin. extr. de eo qui dux. in matrim.* Anton. Tessaur. *decis. 3. n. 7.* Matth. Coler. *part. 3. decis. 176. num. 89. & seqq.* Joh. Bajard. *ad* Jul. Clar. §. *stuprum. num. 10.* Idque quamprimum fuerit infans natus. † Quod enim vulgo *Dd.* matri onus 3
alimentationis injungunt, usque dum pervenerit infans ad tertium ætatis annum, Daniel Möller. *hic num. 2.* Matth. Coler. *dict. decis. 176. num. 90.* Didac. Covárr. *in epit. sponsal. part. 2. c. 8. §. 6. n. 13.* † id profectò ex *l. nec filium 9. C. de patria potest.* 4
quam allegant, haudquaquam probari potest, † quia 5
textus ille ad alimenta lactis restringi debet, cum ante triennium non solebant infantes mammâ depelli, Gothofr. *in dict. l. 9. verb. Trimo C. de patr. pot.* Hartm. Pistor. *observ. 97. num. 3.* † Ex quo se- 6
quitur, si infans intra triennium delactatus fuerit, stupratorem ad præstationem alimentorum aliorumvè sumptuum, si quos præter lactationem infans desiderat, teneri, Coler. *in tract. de alim. lib. 1. cap. 6. num. 4. & seqq.* † Quod & generalitas verbo- 7
rum in *hac* Const. *27.* satis evincit, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem. action.*

Ita Domini contra N. N. Mens. Jun. Anno 1597. (Verba sent: So ist er dieselbe zu ehelichen / oder da er die Ehe mit ihr nicht vollziehen würde / sie ihrem Stande und Herkommen nach zu dotiren, und auff solchen Fall die Leibesfrucht/so bald sie dieselbe lebendig zur Welt bringen wird/ auff richterliche Ermeßigung zu alimentiren schuldig / V. R. W.)

Definit. VI.

Stuprator ultra dotationem stupratæ & alimentationem infantum, carcere punitur.

STuprator satisfaciendo mulieri stupratæ per do- 1
tationem, ab omni ulteriori pœnâ liberatus haud est, sed insuper à Magistratu carcere puniri debet, *hâc* Constitut. *27. vers.* Und darüber mit zeitlicher Gefängnüß gestrafft werden. † Quod 2
nec à dispositione juris communis alienum videtur, secundum tradita Caspar. Anton. Tessaur. *in addit. ad patr.* Tess. *decis. 3. n. 3.* Prosper Farin. *part. 5. oper. crim. qv. 147. num. 99. & 103.* † Nisi quis vul- 3
gatam Dd. regulam obstare existimaverit, quâ nemo ob unicum delictum duabus pœnis est affligendus, Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 22. num. 19.* Bart. & Dd. *in l. si qui Reus 5. ff. de publ. judic.* † Sed hæc 4
regula tunc vera est, quando utraque pœna ad eundem tendit effectum, unâque pœnâ delictum sufficienter est punitum, Marant. *in Specul. part. 4. dist. 1. num. 20. post pr. vers. limita. notabiliter.* † Quis 5
autem non animadvertit diversum dotationis & incarcerationis finem? Illa siquidem privatam injuriam, privatumque interesse respicit; hæc

6 autem publicam vindictam concernit, † quæ delicta haud impunita relinquit, *l. ita vulneratus 51. §. idq; est consequens 1. ff. ad Leg. Aquil. l. si longius 18. §. si filiusfamilias 1. ff. de judic. l. in delictis. 4. §. cum*
7 *dominus 2. ff. de nox. action.* † Nil itaque obstat, quò minùs præter dotationem, carceris quoque pœna
8 Reo infligatur. † Veluti fieri videmus, in injuriis realibus, quarum nomine Reus non modo judici pœnam debet, sed & parti offensæ certam mulctam
9 solvit, Matth. Coler. *part. 1. decis. 161.* † Et pariter in crimine homicidii culposi, præter arbitrariam pœnam, quæ est carceris vel relegationis, Werigeldum quoque in solatium Agnatorum, mortem occisi vindicantium, exsolvitur, Landr. *lib. 2. art. 38.* Gloss. Weichbild. *art. 38. num. 12.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 156.*

Ita Domini contra N.N. zu Schönfeld / Mens. Febr. Anno 1612. (Verba sent: So ist N. N die Geschwängerte / woferu er sie nicht zu ehelichen bedacht / ihrem Stande und Herkommen nach zu dotiren und das Kind / biß es sein Brodt selbsten erwerben kan / zu alimentiren schuldig / und mag hierüber seiner Verbrechung wegen 14 Tage mit Gefängnüß gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. VII.

Vel pœnâ severiori arbitrariâ, Relegatione aut etiam quandoq; fustigatione.

1 Regulariter quidem stuprum carceris pœna so-
2 let coërceri, Definit. *præced.* † Attamen impellere possunt circumstantiæ concurrentes judi-
3 cem, ut ad pœnam severiorem deveniat. † Quid enim si quis uno stupro composito, denuò aliud atque aliud cum diversis puellis commiserit? Joh. Bajard. *ad* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. stuprum. n. 12.* An-
4 ton. Tessaur. *decis. 3. num. 3.* † Quid itidem, si tutor pupillam? Paul. Chirl. *de pœn. omnif. coit. quæst.*
5 *7. num. 7.* † aut servus dominam stupraverit? *l. 1. C. de mulier. quæ serv. propr.* Angel. Aret. *in tract. malefic. verb. che hai adulterato la mia donna num. 53.*
6 † Nemo sanè negaverit, hisce in casibus ad minimum stupratorem relegatione puniri, quia pœnæ delictis correspondere debent, *l. capitalium 28. §.*
7 *grassatores. 10. ff. de pœn.* † Quin & si conditio personarum & rei qualitas majorem exposcat pœnam, judex fustigationem quoque stupratori tutò indicere poterit, *hâc* Constit. *27.* §. Da aber auch *in fin.*
8 † puta, si homo vilis conditionis puellam Nobilem stuprasset, vel si quis cum Turcâ aut Judæâ rem habuisset; Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. adulterium. num. 9.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 46. num. 29.*

Ita Domini contra M.N. zu Staden / Mens. Majo, Anno 1613. (Verba sentent: So möchte Inquisit solcher seiner Verbrechung wegen / gestalten Sachen nach / andern dergleichen Frevelern / so ehrlicher Leute Kinder betrieglicher Weise an sich ziehen / und hernach dahin listiger Weise überreden / und bringen / daß sie von ihnen zu Falle bracht und beschlaffen werden / weil er sonderlich seinem Stande und Herkommen nach nur ein Ackerknecht / und demnach C.K. Tochter / als einer Adelichen Person nicht gleich / sondern ein grosser Unterscheid zwischen den Personen ist / zum Exempel und Abscheu / öffentlich billich zur Staupen geschlagen / und nach vollstreckter Leibes-Straffe / mit Vorbewust der hohen Obrigkeit des Orts / des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. VIII.

Post quinquennium etiam à stupri crimine elapsum, stuprata dotem petere valet.

Quod lex Julia de adulteriis præscribit quin- 1
quennium accusationi de stupro, *l. 5. l. 28. C. ad Leg. Jul. de adult. l. miles 11. §. adulterii 4. ff. cod. tit.* Joh. Zanger. *in tract. de except. part. 3. cap. 10. n. 213.* Joh. Clar. *lib. 5. sent. §. adulterium. num. 20.* † Id 2
de solâ stupri pœnâ accipi debet, quæ quinquennii præscriptione tollitur; non minus ac reliquorum criminum ex l. Juliâ descendentes pœnæ, *l. mariti 29. §. 6. ad Leg. Jul. de adult.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. eod. tit. num. 18.* † Sed nihil inde inferendum 3
est ad interesse partis & actionem civilem, quâ satisfactio pro stupro illato petitur, † nimirum dotatio, 4
quam post quinquennium etiam à stupro elapsum exigere nullibi lex Julia prohibet. † Quidni ergo 5
admitteretur stuprata, post quinquennium dotationem petens? Modest. Pist. *part. 3. quæst. 127.* † Sunt 6
namque actiones civiles, qualis etiam est actio dotis, perpetuæ, etiamsi sint personales, *pr. inst. de perpet. & temp. action.*

Ita Domini contra V.K. zu Voigtsberg / Mens. Febr. Anno 1623. (Verba sent: Ob nun wol solche Schwängerung allbereit vor fünff Jahren geschehen / &c. So ist doch V.K. euere Tochter nochmals zu ehelichen / oder ihrem Stande und Herkommen nach zu dotiren verpflichtet / und hat sich mit der angeführten præscription nicht zu behelffen / V. R. W.)

Definit. IX.

Puella stuprum passa non minus ac ipsemet stuprator carceris pœnam sustinet.

Non desunt, qui mulierem stuprum passam o- 1
mni prorsus pœnæ eximunt, cum Joh. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. stuprum n. 14. & 23.* Johan. Harppr. *ad §. item lex Julia. 4. inst. de publ. judic. num. 41.* † Sed cum puella stupratori 2
copiam sui faciens non minus delinquat, ac ipsemet stuprator, † quis non eam pari quoque carceris 3
pœnâ plectendam existimaverit, † quod sanè in- 4
provinciis Electoratus Saxonici minus dubium habet, propter claram Sanctionem Electoralem in Ordin. Eccles. *tit.* Von Ehe-Gelöbnüssen / *Rubr.* Von der Straffe der Unzucht und des Ehebruchs. §. Da auch eine ledige Mañes-Person / *in fin.* † Ne- 5
que hoc casu rationem habendam putaverim, an mulier sponte ad virum accesserit, an verò eam vir deceperit, variisque blandimentis & persvasionibus ad stuprum induxerit, prout distingvit Matth. Berlich. *part. 5. concl. 38. num. 122.* † Cum & mulier 6
blandimentis, aliisque persvasionibus inducta stupratori copiam sui faciens, delinquat, & stuprum promoveat, quod invitâ eâ, stuprator perficere nequivisset. † Etsi maximè stuprum à solo viro di- 7
catur committi, stuprata tamen in id consentiendo cum stupratore. † Atqui omnis coitus illi- 8
citus damnatur, & pœnam meretur, *l. fœdissimam 20. C. ad Leg. Jul. de adult.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. num. 21. & in parat. ff. de concub.*

Ita Domini contra M.S. zu Pegau / Mens. Octob. Anno 1629. (Verba sentent: Hat N.N. bekannt / daß er mit der verhafften M.S. fleischlichen zugehalten / und dieselbe beschlaffen / welches die verhaffte M. S. gleichesfalls gestanden / inmassen sie auch geschwängert worden / und

und eines todten Kindes geneſen / ꝛc. So iſt N.N. die Geſchwängerte M.S. wofern er ſie zu ehelichen nicht bedacht / mit 40. Flor. zu dotiren ſchuldig / und werden hierüber beyde Perſonen ihrer Verbrechung wegen 14. Tage lang mit Gefängnüß geſtrafft / V.R.W.)

Definit. X.

Maritus virginem aut Viduam ſtuprans infantem alere tenetur.

1 ETſi maritus virginem aut Viduam ſtuprans ab onere dotationis ſit exemptus; prout dixi *ſupr.*
2 Defin. 2. † Attamen infantem ex ſtupro procreatum non minùs ac Vir ſolutus ſtuprator alere tene-
3 tur. † Quia & hoc caſu infans alimentis opus ha-
4 bet, nec iis ob factum patris privari debet. † Neque à dotatione ad alimentationem argumentari licet: illa ſiquidem propterea ceſſat, quod ſtuprata cum tali, quem ſcivit, ſibi maritum eſſe non poſſe, rem habuerit, Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 127. num. 15.* quæ ratio alimentationem infantis im-
5 pedire nequit. † Et cum pater infantem regulariter ſuſtentare teneatur, cur non etiam maritus ſtu-
6 prator? † Cum adulterini infantes naturaliter æque ſint liberi, ut apparet ex *lib. Sapient. Salom. cap.*
7 *3. verſ. 16. cap. 4. verſ. 6.* † Neque natura inter liberos differentiam facit, *Novell. 174. c. 1. Novell. 189.*
8 *c. 9.* † Quin & erga ſpurios quosvis omne officii & charitatis genus exercendum eſt, *c. paſce. 21. cap. non ſatis. 14. cap. eſt probanda 16. diſt. 86.*

Ita Domini in cauſa N.N. zu Döbeln / Menſ. Jun. Anno 1607. (Verba ſent: Betreffende der Wettel dotation und des Kindes alimentation, iſt ſie die Wettel einige dotation geſtalten Sachen nach zu fordern nicht befugt / ihrem Kinde aber werden ſeine alimenta, biß es ſein Brodt ſelbſten verdienen kan / auff richterliche Erkäntnüß / von obbemeldtem N.N. billich verordnet und entrichtet / V.R.W.)

Definit. XI.

Mulier ſtuprata tenetur infantem alere, quando ſtuprator eſt pauper & inops.

1 QUid verò, *ſi ſtuprator adeò pauper & inops ſit, ut nullo modo infanti de alimẽtis proſpicere poſſit?*
2 Ne infans alimentis deſtitutus pereat, † me her-
3 clè ipſa mater ad ſuſtentationem erit obſtricta. † Nam & aliàs mater, patre certo non exiſtente, ſpurium & vulgò quæſitum alere tenetur, Spec. *in tit. qui filii ſint legitimi. §. 1. num. 17.* Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt. 13. num. 11.*

Ita Domini in cauſa H.L. zu Talwitz / Menſ. Jan. Anno 1611. (Verba ſentent: Und wird die gefangene Wettel / wenn ſie ihr Kind lebendig zur Welt gebähren wird / darauff ſelber bedacht ſeyn / wie ſie ihrem Kinde / weil ſonderlich uns auch dieſes darneben berichtet / daß der mitgefangene ſtuprator gar nichts im Vermögen habe / und ihme alſo unmöglich das Kind zu alimentiren und zu verſorgen / Unterhalt verſchaffe / V.R.W.)

Definit. XII.

Mitius debent puniri perſonæ deſponſatæ ante benedictionem ſacerdotalem carnaliter ſe commiſcentes.

1 NOn committitur propriè ſtuprum à perſonis deſponſatis, ante benedictionem ſacerdotalem carnaliter ſe commiſcentibus, † quia
2 ſtuprum extra conjugium in virginem aut viduam honeſtam committitur, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † At ſponſalibus contractis nuptias inter-
3 ſponſum & ſponſam fuiſſe celebratas, atque conjugium cœpiſſe, non abſurdè affirmari poteſt, maximè, † cum de jure civili ſponſalia verè ſint ma-
4 trimonium ſeu nuptiæ, † utpotè quas non concu-
5 bitus, ſed conſenſus facit, *l. nuptias 30. ff. de reg. jur. l. ſufficit 4. ff. de ſponſal. c. aliter 1. cauſ. 30. quæſt. 5. c. honorantur 13. cauſ. 32. quæſt. 2.* † ſequitur hinc
6 ergò nec ſtupri pœnam incurrere perſonas deſponſatas, ſi ante benedictionem ſacerdotalem carnaliter ſe commiſcuerint: † quamvis & ipſæ coërcio-
7 ne aliquâ dignæ ſint, vel propterea ſaltem, quod contra præceptum Eccleſiæ, copulam ſacerdotalem non expectaverint, † ſed mitiùs puniendæ
8 quàm alii ſtupratores, ex Ordin. Eccleſ. *tit.* Von Ehe-Gelöbnüſſen. *Rubr.* Von der Straffe der Unzucht und des Ehebruchs *in pr. junct.* §. Da aber eine ledige Mannes-Perſon. † Idemque aſſerendum
9 putaverim, ſi poſt ſtuprum commiſſum, ſtuprator puellam aut Viduam ſtupratam in matrimonium duxerit, cumque eâ ſponſalia contraxerit, ut dixi *in punct. criminal. part. 2. quæſt. 69. num. 51.*

Ita Domini contra N.S. & C.R. Menſ. Octob. Anno 1626. (Verba ſent: Haben ietzogedachte beyde Perſonen bekannt und geſtanden / daß ſie ſich vor der Hochzeit zuſammen gefunden / und fleiſchlichen mit einander vermiſchet / inmaſſen denn ſie / das Weib / allzuzeitig in die Wochen kommen / ꝛc. So werden derowegen beyde Perſonen ein 5. oder 6. Tage lang mit leidlicher Gefängnüß geſtrafft / V.R.W.)

Definit. XIII.

Partus ſeptimeſtris legitimus eſt, quocunque etiam die ſeptimi menſis fuerit natus.

1 PArtus nondum completo ſexto menſe editus, pro juſto & legitimo haberi non debet, ex omnium Medicorum, Philoſophorum & Juriſconſultorum ſententiâ, Ariſt. *lib. 7. inſt. animal. cap.*
2 *4.* Plin. *lib. 7. cap. 3.* Hippocr. *in lib. de ſept. part.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæſt. 24. num. 20.* † At ma-
3 turus & legitimus dicitur partus, qui ſeptimo menſe editus eſt, ex Hippocrat. ſententiâ relatâ & approbatâ in *l. ſeptimo 12. ff. de ſtat. homin. & l. inteſtato 3. §. ult. ff. de ſuis & legit.* † Singulis autem menſi-
4 bus tribuuntur 30. dies, ut multis docet Andreas Rauchb. *dict. quæſt. 24.* † Ex quo fit, ut legitimus habeatur partus qui 182. die prodit. Continent
5 nimirum ſex menſes 180. dies, reſidui verò duo dies referuntur ad ſeptimum menſem. † Sufficit au-
6 tem, menſem ſeptimum uno die, vel potius duobus eſſe inchoatum, ut partus habeatur pro legitimo, nec menſes ſeptem perfecti requiruntur, Accurſ. *in dict. l. ſeptimo 12. ff. de ſtat. hom. & dict. l. inteſtato. §. ult. ff. de ſuis & leg. her.* † Quin & ſi
7 menſem accipiamus pro lunari periodico vel peragrationis, qui 29. diebus & 12. horis conſtat, 182. dies conficient ſex menſes & quinque dies, † ut eò magis partus, die 182. editus, ſit legitimus, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. l. 2. cent. 1. caſ. 50. numer. 19. & caſ. 89. num. 35.* Andreas Rauchb.

dict.

8 *dict. quæst. 24. num. 31.* † Neque aliter res se habet in foro Saxonico. Quod enim dicitur *in* Landr. *lib. 1. art. 36.* si maritata mulier ante definita tempora maturius prolem genuerit, ejus existimationem minui, ex eo sanè contra partum septimestrem 9 nihil inferri potest, † quia loquitur *dict. art. 36.* 10 de tempore nativitatis haud legitimo: † At mensis septimus est tempus legitimum, ex sententiâ medicorum, quorum judicio, ut peritis in arte suâ cre-11 dendum est. † Quin & textum juris Saxon. *dict. art. 36.* usu praxeos forensis in desvetudinem abiisse, & in foro etiam Saxonico observari text. juris 12 civilis *in l. septimo mense 12. ff. de stat. hom.* † testis est fide dignus Matth. Coler. *part. 1. decis. 99. n. 3.*

Ita Domini ad consultationem Prætoris & Scabinorum Annæbergensium Mens. Febr. Anno 1613. (Verba sent: Haben zwo ledige Personen / von welchen eure Frage meldet / am 4. Februar. nechst abgewichenen Jahrs öffentlichen Kirchgang des Orts gehalten / und es ist folgends die Weibsperson schwanger worden / und hat am 1. Septembr. jüngst verschienen in der dreyßigsten Wochen eine gesunde Leibes-Frucht zur Welt gebracht / und also in dem siebenden Monat tauffen lassen / ꝛc. So mögen solche beyde Eheleute in einige Straffe deswegen als ob sie vor der Hochzeit und ehelicher Trauung sich miteinander fleischlichen eingelassen / weil in Rechten verordnet / daß ein Kind / so im siebenden Monat / es sey im Anfang / Mittel oder Ende / zur Welt gebohren wird / vor ein recht und ehelich gebohren / und in der Ehe erzeugtes Kind zu achten / nicht genommen werden / V. R. W.)

Et in causa Hansen Rinckens zu Quedlinburg / Mens. Jan. Anno 1635.

Definit. XIV.

Nec pro illegitimo haberi debet partus octavo mense editus.

1 COnstans sententia est Medicorum, octavo mense partum vitalem & perfectum non nasci, Dion. Gothofr. *ad l. 12. ff. de stat. homin.* Gell. *3. noct. Attic. 16.* Dan. Moll. *lib. 3. semest. 28.* Ni-2 col. Boër. *decis. 220.* † Attamen quin si vivus nascatur, testamentum rumpat, & quoad jus successionis pro nato habeatur, dubitandum non est, ut 3 multis docet Dan. Moller. *dict. cap. 28.* † maximè de jure Saxonico, quoad hoc, ut infans ad successionem admittatur, aliosque excludat, satis est, si tamdiu vixerit, ut vox ejus audita sit intra quatuor parie-4 tes domus, in quâ natus est, *art. 20.* Lehnrecht. † Pariter nec pro illegitimo haberi debet partus octavo mense editus, idque eò minus, quod certò & exactè ab octavo vel septimo conceptionis mense 5 quem natum esse vix constare potest. † Quid enim si partus esset septimestris, editus mense octavo à 6 die nuptiarum. † Nam mulieres ipsemet in tempore conceptionis sæpè falluntur, quidni alii observatores nuptiarum? Moller. *dict. loc.* Molin. *in addit. ad* Dec. *in l. 2. num. 4. in verb. sexto. C. de bon. poss. contrà tab.* Horom. *9. obs. 9.*

Ita Dnn. in causa Martini Heylands zu Meyliß sch / Mens. Febr. Anno 1600. (Verba sent: Habt ihr euch euer ietziges Eheweib den 23. May des abgewichenen 99. Jahrs ehelichen trauen lassen. Hat sie auch nunmehr nach 33. Wochen und also Ausgangs des 8. Monats ein Kind zur Welt gebohren / ꝛc. So ist solches Kind vor unehlich nicht zu achten / ihr möget auch derowegen in einige Straffe nicht genommen werden / V. R. W.)

It. in causa Hansen Schindlers zu Rochlitz / Mense Maj. Anno 1632. (Verba sent: Hat Hansen Schindlers Eheweib in der 34. Wochen / und also im 8. Monat nach gehaltener Hochzeit / ein Kind so noch am Leben / zur Welt gebohren / ꝛc. So ist solches Kind vor ein recht ehe-liches Kind zu achten / und es mögen die Eltern / als wenn sie sich vor der Hochzeit zusammen gefunden / beständiger Weise nicht beschuldiget / noch mit einiger Straffe beleget werden / V. R. W.)

Et in causa Georgii Thielens zu Wittenberg / Mens. April. Anno 1633.

Definit. XV.

Sub initio undecimi Mensis partus nascitur legitimus, secus in fine undecimi, vel sub initio duodecimi mensis.

PArtum undecimestrem & Physici & Medici ac 1
JCti plerique habent pro legitimo infante, † si 2
in principio undecimi mensis natus fuerit, vel undecimum mensem attigerit, Hippocr. *de octimest. partu in fin.* Plin. *lib. 9. nat. inst. cap. 5.* Arist. *lib. 7. inst. animal. cap. 4.* Gell. *lib. 3. Noct. Attic. cap. 15.* Andr. Tiraquell. *in l. si unquam 8. verb. susceperit liberos num. 208. & seqq. C. de revoc. don.* † Ubi ta-3 men mensis computari debet non à mortis, sed conceptionis tempore, ut ostendit post Menoch. *cas. 89. num. 44.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 24. num. 50. & seqq.* † Ex quo fit, ut Lex. 12. tabb. & jura vetera 4 post decem menses à die mortis natum, ad legitimam hæreditatem non admittant, *l. ult. ff. de fideicom. libert. l. Gallus 29. ff. de lib. & posth. l. 3. §. post decem 11. ff. de suis & legit. l. ult. C. de posth. hered. inst.* † Nisi maritus rectè valens & sanus subitaneâ 5 & repentinâ morte extinctus vel occisus fuerit. † Quò & facit Glossa juris Saxonici *in artic. 94.* 6 Weichbild. rationem vel supputationem ducens ab octiduo obitum mariti antecedente, usque ad secundum undecimi mensis diem. † Nam crebrius 7 putant, sub initio mensis undecimi natum dici, qui primo vel secundo undecimi mensis die editus est, Jacob. Menoch. *dict. cas. 89. num. 41. & 44.* Tiraquell. *dict. loc. num. 210. in fin.* † Planè, si 8 sub fine undecimi, vel sub initio duodecimi mensis partus nascatur, quin illegitimus habeatur, dubium prorsus non est, Andr. Rauchb. *dict. quæst. 24.*

Ita Dnn. in causa Marien / Hansen Kussings Wittben zu Rauenhoff / Mens. Octob. Anno 1620. (Verba sentent: Ist euer Ehemann Hans Kußing Bader zu Rauenhoff am 26. Febr. des 1618. Jahrs todes verblichen / darauff ihr in selbigem Jahre am 31. Decembr. und also nach 10. Monaten und zweyen Tagen nach euers Mannes Tode eines Kindes genesen. Ob nun wohl gedachter Mann fast ein gantzes Jahr für seinem Tode sich unbaß befunden: Dieweil er aber dennoch an solcher Kranckheit nicht lagerhafftig gewesen / sondern umbgangen / und das seine so wol in der Badstuben als auch auff im Lande verrichten können / ꝛc. So ist gestalten Sachen nach / angeregtes euer Kind / so nach seinem Tode zur Welt kommen / für ein ehelich gebohren Kind und rechtmäßigen Erben zu seiner Verlassenschafft billich zu halten / V. R. W.)

Et in causa Hansen Kindlers Wittib zu Adorff / Mens. Maj. Anno 1632. (Verba sentent: Ist Hans Kindler den 10. Januarii des abgewichenen 1631. Jahres mit

mit seinen von Leipzig gebrachten Wahren nach Eger gefahren/ und den 11. ejusdem allda unversehenes Todes verblichen / und es ist dessen nachgelassene Wittibe den 10. Decembr. selbigen 1631. Jahres/ und also nach dem eilfften im Anfange des zwölfften Monats, nach ihres Mannes Tode/ eines Kindes genesen/ ꝛc. So wird solches Kind für Hansen Kindlers recht und ehelich erzeugetes Kind nicht geachtet noch gehalten/ ꝛc.)

CONSTITUTIO XXVIII.
PARTIS QUARTÆ.

Von Straffe der schlechten Hurerey und simplicis fornicationis.

SAnn mit gemeinen Weibspersonen durch die / so ledig und nicht ehelich seynd / Unzucht getrieben wird / ob wohl die gemeinen Rechte hierinnen keine Straffe verordnet / Dannoch weil in GOttes Wort solche unordentliche Vermischung hart verboten/ So ordnen und setzen wir/ daß das gemeine Weib öffentlich verwiesen / und der Mann/ so mit ihr zu thun gehabt / mit Gefängniß / oder mit Geldesstraffe belegt werden soll.

Aber andere ledige Weibesperſonen/ welche nicht öffentlicher hurischer Weise / und doch gleichwohl in Unkeuschheit heimlich leben/ sollen gleichfalls mit zeitlicher Gefängniß/ oder auch nach gelegenen Umbständen und Vielheit der geübten Unzucht/ mit Verweisung gestraft werden. Da aber obgedachte gemeine Weiber/ oder die Personen / so heimlich Hurerey treiben / jemand mit Frantzosen oder andern Kranckheiten/ wissentlich und ohne vorhergehende Verwarnung vergifftet / so sollen sie diß falls mit Staupenschlägen verwiesen werden.

De pœna simplicis fornicationis.

IUre quidem communi Cæsareo in simplicem fornicationem pœna nulla statuta est. Nos verò, quia jure Divino hujusmodi quoque commixtionem severiter prohibitam scimus, igitur ordinamus & statuimus, ut scorta publica publicè relegentur, vir autem fornicator carcere, vel pœnâ pecuniaria mulctetur.

Alias autem mulieres, quæ publicè quidem non omnibus se prostituunt, clàm tamen meretricio more vivunt, similiter carcere, vel pro frequentiâ delicti, relegatione puniri jubemus.

Utræque verò, si eos, cum quibus consvetudinem habuerunt, non præmonitos, scabiè, quam Gallicam vocant, aut aliâ tabidâ lue inficiant, virgis cæsæ relegabuntur.

DEFINITIONES.

1. *Arbitraria hodiè est pœna fornicationis.*
2. *Quam ad fustigationem quandoq; extendere licet.*
3. *Vir solutus cum scorto publico fornicans carcere puniri debet.*
4. *Cognitio de stupro & fornicatione pertinet ad superiorem jurisdictionem.*
5. *Arbitrariâ quoq; fornicationis pœnâ coërcetur in foro Saxonico Concubinatus.*
6. *Spurius matri & Cognatis tantummodò succedit, non patri & Agnatis.*
7. *Econtra spurio non pater neq; Agnati, sed solummodò mater & Cognati succedunt.*

DEFINIT. I.
Arbitraria hodiè est pœna fornicationis.

1 FOrnicatio propriè dicitur coitus cum meretrice, in quo differt à stupro, quod cum virgine aut Viduâ honesta committitur, *l. 6. §. 1. ad Leg. Jul. de Adult.* 2 † Sed quamnam fœminam vocabimus meretricem? Num eam, quæ plures admiserit, quàm 23000. homines, ut vult Gloss. *in c. vidua est 16. verb. multorum dist. 34.* 3 † At ridiculam & nugatoriam hanc glossam appellitat Additionat. *ad* Panciroll. *lib. 1. rer. memorab. tit. de habit. Imper. fol. 433.* 4 † An verò eam, quæ quæstûs causâ aliorum libidini se venalem præbet? prout definitur meretrix *in l. palàm 43. in pr. & §. 1. ff. de tit. nupt. l. athletas. 4.* 5 *§. ait prætor. 3. ff. de his qui not. infam.* † Sed non semper meretrices corpore quæstum quærunt; & tamen sunt meretrices, propterea, quod cuivis petenti copiam sui faciant. 6 † Adeoque meretricem appello eam, quæ palàm & passim se prostituit, quamvis non faciat quæstum, *dict. l. palàm. 43. §. 3. ff. de rit. nupt.* sive ut Pontifex loquitur, quæ multorum libidini patet, *d. c. 16. distinct. 34.* 7 † Hæc certè eò gravius peccat quâvis aliâ stupratâ, quæ uni tantummodò amoris causâ copiam sui facit, quo plures ex libidine & luxuriâ admittit. 8 † Quis ergò mirabitur, à dispositione juris civilis, quo fornicatio est impunibilis, *l. si ea quæ 12. l. quæ adulterium 29. §. 1. C. ad Leg. Jul. de adult. l. stuxor 13. §. sed & in eâ 2. ff. eod. tit.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. ad Leg. Jul. de adult. n. 21.* 9 † Serenissimum Saxonem recessisse & juri divino, quod æternam condemnationem fornicatoribus minatur, *1. Corinth. 6. vers. 9. & seqq. ad Galat. cap. 5. vers. 19. & seqq.* se conformasse, licet non uniformem pœnam meretricibus dictaverit. 10 † Rectissimè sanè, cum nec omnes æqualiter peccent. Gravius enim delinquit meretrix palàm omnibus se prostituens, quàm meretricio more clàm vivens. 11 † Et graviori pœnâ videtur digna, quæ quæstum ex fornicatione quærit, quàm quæ absque lucri spe se prostituit. 12 † Arbitrariè igitur meretrices

retrices vel carcere vel relegatione puniri jussit Illustrissimus Elector *hâc* Constit. *28.* Pro ratione nimirum circumstantiarum & qualitate criminis,
13 † ex quâ vel temporalis vel perpetua relegatio imponenda venit, prout in pœnis arbitrariis fieri solet, Andr. Tiraq. *de pœn. leg. temper. cauſ. 31. num. 34.*
14 † prout pluribus demonstravi in *pract. crimin. part. 2. quæst. 70. num. 17. & seqq.*

Ita Domini contra N. N. zu Leißnig / Mens. Mart. Anno 1615. (Verba sent: Dieweil sie aber dennoch gestanden / daß sie einem jeden zu willen gelebt / so ihr Geld gegeben / und eine Hure wäre / und ohne gefehr bey 6. ledigen Personen / so Handwercks Bürsche gewesen / gelegen / und mit denselbigen fleischliche Unzucht verübet / darumb sie auch ihr Geld genommen und sich davon erhalten / ꝛc. So wird sie deswegen / daß sie in öffentlicher Hurerey gelebet / und sich iederman / wer ihr nur Geld bracht / prostituiret, mit ewiger Landes-Verweisung billich gestrafft / V. R. W.)

Definit. II.

Quam ad fustigationem quandoque extendere licet.

1 REgulariter itaque fornicatio punitur vel carcere vel relegatione, Definit. *præced.* Qvas tamen pœnas ob varias circumstantias & qualitates fornicationis; additâ fustigatione, quandoque ex-
2 asperare licet. † Quid enim, si publico in loco; omniumque conspectu meretrix se prostituerit, vel aliquem scabie, quam Gallicam vocant; aliaque
3 tabidâ lue infecerit? † Nemo, opinor, hoc casu fustigationem scorto publico remittendam existi-
4 maverit. † *Tùm*, per *hanc* Const. *28. §. ult. verſ.* Da aber obgedachte. † *Tùm*, quod pœnam arbitrariam ad fustigationem usque liceat extendere, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de pœn. num. 3.* Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 16. num. 3.* Ludov. Carer. *in pract. crim. §. homicidium. num. 320.*
5 † *Tùm*, quod stuprum quandoque puniatur fustigatione; ut dixi Constit. *præced. Defin. 7. & in pract. Crimin. p. 2. quæst. 69. n.*
6 *22. & seqq.* † Quanto magis ergò scortatio, quæ gravius videtur crimen stupro; ut dixi Defin. *præced.*

Ita Domini contra A. A. zu Leipzig / Mens. Jul. Anno 1602. (Verba sent: Hat Inquisitin in guten bekannt / daß sie die Woche für Ostern auffm Rabeth allhier zu Leipzig sich nackend ausgezogen / und öffentlich in Beyseyn vieler Personen / so zugesehen / mit einem Schneider-Jungen / welcher auch nackend gewesen / herumb getantzet / und auch hernach öffentliche Schande und Unzucht mit ihme getrieben / und jederman zusehen lassen / ꝛc. So wird sie wegen solcher begangenen und bekannten öffentlichen Unzucht mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. III.

Vir solutus cum scorto publico fornicans carcere puniri debet.

1 NOn tantummodò meretrices sese prostituentes supplicio dignæ sunt; sed etiam viri cum iisdem concumbentes, pœnam carceris vel mulctam pecuniariam incurrunt, *hâc* Const. *28. in pr.*
2 *verſ.* Und der Mann / † modò non fuerint mariti, in quibus procul dubio adulterii pœnâ obtinet;
3 *supr.* Constitut. Elector. *19.* † Hodiè tamen pecuniariâ mulctâ in stupro & fornicatione abrogatâ per Rescriptum speciale Serenissimi Saxoniæ
4 de Anno 1609. † quin solâ carceris pœnâ fornicatio in Viris solutis coërceatur, ambigendum non est.

Ita Domini contra N. N. zu Schlewitz / Mens. April. Anno 1583. (Verba sent: Wenn gleich euer Sohn der bezüchtigten Unzucht / so er des Tages / als er das hochwürdige Sacrament empfangen / mit einer leichtfertigen Vettel verübet haben soll / geständig / oder wie zu recht / gnugsam überwiesen wäre / ꝛc. So möchtet doch ihr derowegen umb 100. Floren nicht gestrafft werden / sondern es würde bemeldter euer Sohn derowegen auff ein Monat mit Gefängnüß billich in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. IV.

Cognitio de stupro & fornicatione pertinet ad superiorem jurisdictionem.

NObiles aliique Magistratus de feudis cum in- 1
feriori saltem jurisdictione, Mit den Nieder- oder Erb-Gerichten investiti, jus cognoscendi de stupro & fornicatione; eaque puniendi haud ra- 2
rò sibi arrogans, † quod & ipsis vigore inferioris jurisdictionis competere, pronunciavit quondam 3
Facultas Juridica Lipsiensis, † idque voto suo probat Matth. Berlich. *part. 5. concl. 38. num. 126.* Sed malè omninò, † quia expressa sanctio Electoralis 4
ad superiorem jurisdictionem refert omnia illa crimina, pro quibus relegatio potest imponi in Ordin. provinc. *de Anno 1555. tit.* Was zu Ober-Nieder- oder Erb-Gerichte gehöret. *in pr.* † Ergò etiam 5
stuprum & fornicatio eò sunt referenda; quippe quod sæpissimè relegationis pœnâ hæc crimina vindicentur, *hâc* Constit. *28.* & Constit. *27. præced.*
† Quod & jamdudum probârunt Scabini suis re- 6
sponsis. † Idque eò magis verum est, quia judex in- 7
ferior carceris pœnam ultra octiduum, & mulctam pecuniariam ultra tres vel quatuor sexagenas novas indicere non valet; † ut dixi *in pract. crim. part. 3. q. 109. num. 63.*

Ita Domini in causa Thomä Hillebrands zu Borna / Mens. Jun. Anno 1596. (Verba sent: Dieweil in Churfürstl. Sächß. Constitution klar versehen / daß fleischliche Unzucht / so ledige unverehlichte Personen begehen / nicht allein mit Gefängnüß / sondern auch wohl nach Gelegenheit der Personen und Umbstände / auch Vielheit der geübten Unzucht mit Verweisung und härter zu straffen. So gehöret der Fall / wenn eine ledige Dirne von einer ledigen Mannes-Person geschwängert wird / in die Obergerichte / und mag in die Erbgerichte nicht gezogen werden / V. R. W.)

Definit. V.

Arbitrariâ quoque fornicationis pœnâ coërcetur in foro Saxonico Concubinatus.

VEteri jure Concubinatum fuisse permissum, 1
dubitandum non est; propter *tit. ff. & C. de Concubin.* At nec jure Justinianeo hunc interdictum, † sufficienti argumento sunt tot Constitu- 2
tiones Justiniani *in l. 8. & seqq. C. de natur. liber. Novell. 18. cap. 5. Novell. 74. & 89.* † Et frustra objicitur *Novell. 14. Novell. 51. & Novell. 77.* quas ad 3
Concubinatum haud pertinere, apertissimum est. † Neque jura Canonica Concubinatum sim- 4
pliciter damnant, quamvis moderatiùs agant, ciique non nisi sub certis requisitis indulgeant.
† Nimirum ut utraque persona sit soluta, propo- 5
situmque constans convivendi perpetuum, & ut intercedat fides mutua, nec alter alteri perso-

6 næ jungatur *cap. ſolet. 6. cauſ. 32. queſt. 2.* † Quibus concurrentibus, fœmina licet non perfecte Uxor,
7 prope tamen uxorem eſt, † quin & inter concubinam & matremfamiliâs, præter rationem dignitatis, nullam exiſtere differentiam, dicit JCtus Ul-
8 pianus *in l. 49. §. 4. ff. de legat. 3.* † Sed rectiùs informati Principes Saxoniæ ſimpliciter rejiciunt,
9 & damnant concubinatum, † de quo extat Ordin. Prov. Elect. Saxon. *de Anno 1550. ſub tit.* **Von verdächtigen und leichtfertigen Weibes-Perſo-**
10 **nen.** Meritò ſanè, † quia de Jure divino omnis injuſta conjunctio extra legitimum matrimonium damnatur, *1. Corinth. 5. verſ. 1. & 1. Corinth. 6. verſ. 9.*
11 *1. Timoth. 1. verſ. 10. Hebr. 13. verſ. 4.* † At concubinatum parum aut nihil à ſcortatione differre, docent ſaniores JCti & Politici, Matth. Weſenbec. *in parat. ff. de concub. num. 3.* Herman. Later. *de cenſ. lib. 2. cap. 4. num. 34.* Adam. Keller. *lib. 2. de offic.*
12 *jur. polit. cap. 11. pag. 136. & ſeqq.* † Quidni ergò eadem pœnâ ſcortationis vindicaretur, quæ eſt arbitraria, *ſupr.* Defin. *1.*

Ita Domini contra L. M. und A. W. zu Ortrand / Menſe Mart. Anno 1630. (Verba ſententiæ: Hat L. M. ein Wittiber bey euch / mit A. W. ſo er eine geraume Zeit hero für eine Haußhälterin und Ausgeberin gebrauchet / fleiſchlichen zugehalten / und es haben beyde Perſonen / daß ſie eine Zeitlang / als ob ſie Eheleute wären / ſich zuſammen gehalten / und mit einander fleiſchlichen vermiſchet / geſtanden und bekannt. So werden ſie alle beyde / wofern ſie einander zu ehelichen nicht bedacht / drey Wochen lang mit Gefängnüß geſtrafft / mit dieſer Verwarnung / daß / wo ſie hinfähro davon nicht abſtehen / und einander müßig gehen werden / ſie mit Landes-Verweiſung in Straffe genommen werden ſollen / V. R. W.)

Definit. VI.

Spurius matri & cognatis tantummodo ſuccedit, non patri & Agnatis.

1 SPurius ſi quis procreatus fuerit ex non damnato coitu, utpote ex viro ſoluto, fœminaque ſoluta, expeditum eſt, eum ad ſucceſſionem matris admitti, *l. ſi ſuſpecta. 29. §. de inofficioſo. 1. ff. de inoff. teſtam. §. noviſſimè 3. inſtit. ad SCtum Orfician.*
2 *l. ſi Spurius. 4. l. hâc parte 2. ff. Unde cognat.* † Eademque eſt ratio ſucceſſionis in hereditate Cognatorum, per lineam maternam conjunctorum,
3 ad quam æquè admittitur. † Sed non ſuccedit patri aliisque Agnatis per lineam paternam conjunctis, cum patrem certum nunquam habe-
4 at, † ſed tantummodò matrem, *l. vulgo. 23. ff. de ſtat. homin. l. quia ſemper. 5. ff. de in jus vocand. l. 2. l. ſi Spurius. 4. l. 8. ff. Unde Cognati.* Matth. Weſenb. & Dd. *ad §. noviſſimè 3. inſtit. de SCto Orfician.* Joh. Schneidewin. *ad tit. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. tit. de ſucceſſ. ſpurior. num. 2. & 4.* † Planè, ſi
5 ex damnato & punibili coitu provenerint liberi, ut ſunt ex adulterio procreati, inceſtuoſi & ſimiles, † tùm etiam à matris & cognatorum ſucceſſione prorſus excluduntur, Gloſſ. *in dict. §. noviſſimè 3. j. ad SCt. Orfic.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 42. num. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 6. tit. 31. definit. 8.* Valent. Förſt. *de ſucceſſion. ab inteſtato. lib. 6. cap. 50. num. 10.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Wefers zu Menſelwitz / Menſe Decembr. Anno 1633. (Verba ſentent: Solte aber bemeldtes euer Eheweib von J. W. mit einer andern Weibes-Perſon auſſer der Ehe gezeuget ſeyn / dafür ſichs aus eurer Frage faſt will anſehen laſſen; Auff ſolchen Fall hätte mehrgedachtes euer Eheweib zu angeregter ihres vom Vater halbbürtigen Brudern Erbſchafft keine Anforderung / V. R. W.)

Et ad requiſitionem Johannis Sigismunds Arnolds zu Dreßden / Menſe Septembr. Anno 1636. (Verba ſent: So hat N. N. ſeine Verlaſſenſchafft auff ſeine ehelichen Kinder allein bracht und verfället / und die unächtigen Töchtere haben daran keine Foderung / V. R. W.)

Definit. VII.

Econtra ſpurio non Pater neque agnati, ſed ſolummodo mater & Cognati ſuccedunt.

1 INter ſpurium & patrem ejus, ut & agnatos nullum eſt jus ſucceſſionis, ſed ſolummodò inter matrem ſive Cognatos & ſpurium, Joh. Schneidew. *ad tit. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. Rubr. de ſucceſſ. Spur. num. 3. & Rubr. de ſucceſſ. parent. vulgò quæſitor. num. 46.* Palæot. *de Noth. & Spur. cap. 41. in fin.* Dec. *conſ. 311. num. 3.* † Quemadmodum ergò 2
Spurius non patri & agnatis, ſed duntaxat matri & cognatis per lineam maternam conjunctis ſuccedit, Definit. *præced.* † ita viciſſim mater & Cognati, 3
non etiam pater & Agnati ad ſpurii hæreditatem admittuntur, Johann. Harppr. *ad pr. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. num. 338.* † vel ſaltem ex 4
natura correlativorum, quorum eadem ratio, idemque jus eſt, *l. fin. ff. de acceptil.* Bald. *in l. nemo martyres. 5. & in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.*

Ita Domini in cauſa Georgii Wieſeners zu Zwickau / Menſe Junio, Anno 1635. (Verba ſent: So hat der entleibete A. H. ſeine Verlaſſenſchafft auff ſeiner Mutter Bruder bracht und verfället / und es haben ſich derſelbigen dannenhero / daß der Entleibete auſſer der Ehe gezeuget geweſen / weder ſeine Braut noch der Fiſcus Electoralis, noch auch der Gerichts-Herr des Orts / da die Entleibung geſchehen / anzumaſſen / V. R. W.)

Et in cauſa hæredum M. B. zu Oelßnitz / Menſ. Sept. Anno 1629. (Verba ſent: Iſt M. B. ein Knabe von 14. Jahren / ſo auſſer der Ehe gezeuget worden / Todes verfahren / und hat ſeine halbe von ſeinem Vater in der Ehe gezeugete Geſchwiſter an einem / und ſeiner Mutter vollbürtige Brüder und Schweſtern am andern Theil zuſampt einer Erbſchafft nach ſich verlaſſen / ꝛc. So hätte er ſolche Erbſchafft auff ſeiner Mutter vollbürtige Brüder und Schweſtern bracht und verfället / und ſeine halbe von ſeinem Vater in der Ehe gezeugete Geſchwiſter haben daran keine Forderung / V. R. W.)

Et in cauſa Ambroſii Frühens zu Thomasbrück / Menſ. Jan. Anno 1599.

CONSTITUTIO XXIX.
PARTIS QUARTÆ.

Von Etraffe des Lenocinii, Prostitution und Kupplerey ehelicher und lediger Personen.

DA ein Ehemann sein Ehe-weib/ oder die Eltern ihre Kinder/ um Geld oder schändlichen Genieſſes willen/iemands zu Ehebruch oder Unzucht prostituiren würden / so soll der / so sich solches Gewinstes oder Nutzens gebraucht / wegen dieses Lenocinii und Mißhandlung / mit dem Schwerdte gestrafft werden.

Wo aber solches nicht umb Geld oder Genieß willen geschehen / soll er mit Staupenschlägen des Landes verwiesen werden/ und die Person/ so sich zu solcher Schande verkuppeln läst/ wo sie ehelich/ soll/ wie oben von dem Ehebruche gesatzt/ gestrafft werden.

Wo aber beyde Personen ledig/ sollen sie nach Gelegenheit / willkührlich mit Gefängnüß / oder mit Verweisung beleget werden.

De pœnâ Lenocinii, eorumque qui turpis quæstus causâ personas sive nuptas sive solutas ad adulteria vel stupra sollicitant.

SI vir uxoris, vel parentes liberorum pudicitiam, turpis quæstûs causa, prostituant, gladio lenones feriantur.

Sin vero non quæstûs causâ id fecerint, virgis cæsus leno in perpetuum relegabitur, prostituta vero, si viro nupta sit, eâ pœnâ, quæ supra in adulteros statuta à nobis est, afficietur. Quod si ambæ solutæ sint, vel carcere, vel relegatione punientur.

Si verò non conjuges aut parentes sint, sed alii, qui personas sive nuptas sive solutas ad adulteria & stupra sollicitent & producant, eos quoque, si quæstûs causâ id fecerint, fustigari, alias verò carcere & relegatione, sine tamen fustigatione, puniri volumus.

Würden auch andere Personen ausserhalb der Eheleute und Eltern/ ihres Nutzes oder Geldes halben/ eine eheliche oder ledige Person verkuppeln/ die sollen willkührlich/ als mit Staupenschlägen/ gestrafft werden. Da sie es aber nicht Geldes oder Gewinstes halben gethan / sollen sie mit Gefängniß oder Landesverweisung / iedoch ohne Staupenschlägen/ gestrafft und beleget werden.

DEFINITIONES.

1. Lenocinii pœnâ plectendus est, qui conjugem quæstus causâ adulterari patitur & tacet.
2. Super adulterio tamen à conjuge se insctio perpetrato, maritus cum adultero impunè transigere valet.
3. Lenocinium à parentibus vel maritis, absque spe alicujus lucri commissum, solâ fustigatione punitur.
4. Non tenentur pœnâ Lenocinii parentes, qui filios suos scortari patiuntur.
5. Nec tutores pupillas suas aliorum libidinibus prostituentes.
6. Lenocinium in personis extraneis exercitum arbitrariè coercetur.
7. Fœminæ solutæ, quæ aliorum libidinibus se prostitui patiuntur, pœnâ fornicationis plecti debent.
8. Pœnam Lenocinii quoque incurrit, qui semel tantummodo lenocinium exercuit.
9. Tenentur pœnâ Lenocinii, etiam qui publicas meretrices prostituunt.
10. Paupertas neminem à pœnâ Lenocinii excusat.

DEFINIT. I.

Lenocinii pœnâ plectendus est, qui conjugem quæstus causâ adulterari patitur & tacet.

1 GRavius crimen reputatur Lenocinium adulterio. Nam adulter solummodò in seipsum:
2 † Leno verò in se & alium peccat, ut voluit Gloss. *in l. athletas. 4. §. Pomponius 3. verb. Eum qui servitute. ff. de his qui not. infam.* † Quin ergò mortis
3 supplicio puniendi sint Lenones, ne quidem de Jure
4 Civili dubitandum est, † si scilicet parentes liberos; vel mariti uxores quæstus causâ prostituerint; ut probatum dedi *in pract. Crimin. part. 2.*
5 *quæst. 71. n. 6. & seqq.* † Quod nec in foro Saxonico immutatum, quin potius disertis verbis probatum reperitur, *b.* Constit. *29. in pr.* † At nec requiri- 6
tur ad infligendam mortis pœnam necessariò sollicitatio conjugis vel liberorum ad adulterium & stuprum; † Sed sufficit, crimina hæc non improbari; sed à scientibus maritis vel parentibus sub spe alicujus lucri permitti; † puta, si maritus fingens 7 8
se dormire; patiatur homines ad Uxorem suam accedere; ac postea cum adulteris transigat; pecuniamque aliudve lucrum accipiat, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 6. cas. 534. num. 26.* Prosp. Farin. *part. 1. oper. crimin. quæst. 144. numer. 82. & seqq.* † Non minus enim quæstum ex Leno- 9
cinio facit; qui lucri causâ filiam vel uxorem stuprari aut adulterari patitur, quàm qui expressè eam ad stuprum vel adulterium sollicitat atque prostituit; † quin & filiam aut uxorem prostitui per- 10
mittens,

mittens, ipsemet prostituere videtur, *arg. l. mariti.* 11 *29. §. quæstum. 4. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † Quidni ergò utroq; in casu pœna Lenocinii, quæ est gladii, 12 obtineret? † Quod & luculenter probat Ordin. Crimin. Carol. *artic. 122.* & Ordin. matrimon. Elect. Sax. *de Anno 1624. punct. 4.* §. Würde aber/ &c. ut demonstravi *in pract. crimin. dict. quæst. 71. num. 26. & 27.* 13 † Et in genere dicitur, pœnâ Lenocinii damnandum esse eum, cujus ope, consilio vel dolo malo factum est, ut Vir fœminave in adulterio deprehensa, pecunia, aliavè qua pactione se redimerent.

Ita Domini contra C. K. zu Heldrungen / Mens. Jul. Anno 1537. (Verba sentent: Hat Inquisit gestanden / daß er wohl gewust und zufrieden gewesen/ daß sein Eheweib mit dem Pfarrherrn N. N Ehebruch begehen möchte / denn er seiner wol zu geniessen verhoffet/ und sich mit ihm deswegen umb 100. Thaler vertragen / auch 53. Thaler darauff empfangen/ &c. Da nun gedachter C. K. auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht / überwiesen würde / &c. So möchte er solcher seiner Verbrechung wegen mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/) V. R. W.)

Definit. II.

Super adulterio tamen à conjuge se inscio perpetrato, maritus cum adultero impunè transigere valet.

1 AN ergò marito extra crimen Lenocinii, uxori adulteræ condonare & cum adultero paciſci 2 nunquam licebit? † Hoc certè diceretur contra *Novell. 134. cap. 10. vers. adulteram. Auth. sed hodiè. C. ad Leg. Jul. de adult.* Constit. Elect. *19. part. 4.* 3 † Et diversissima sunt, adulterium conjugis adhuc perpetrandum lucri & turpis quæstus causâ permit- 4 tere atque probare: † Et adulterium inscio marito perpetratum, uxori adulteræ condonare & desuper 5 transigere: Illud non nisi Leno facit; † Hoc autem maritus ad exemplum Christi adulteræ ignoscentis facere debet, secundum sententiam August. *c. quod verò 8. caus. 32. quæst. 2.* † Licet ergò maritus non 6 vindicet adulterium Uxoris inscio se perpetratum, sed uxori condonet, & cum adultero paciscatur, propterea tamen non Leno est, nec Lenocinii pœnam 7 incurrit, † quia revera adulterium perpetrari non permittit, sed potiùs contra voluntatem suam jam 8 perpetratum remittit. † At pœna in eum duntaxat statuta reperitur, qui in Uxoris adulterium consentit, ut patet ex verbò (willigklich) *in art. 122.* Ordin. Crimin. Carolin. † Nec obstat *l. 2. §. lenocinii. 2. l. mari-* 9 *ti lenocinium 29. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. crimen le-* 10 *nocinii. 2. C. eod. tit.* † Quia textus illi sunt correcti & sublati per *Novell. 117. cap. 8. Auth. sed novo jure. C. ad Leg. Jul. de adult.* Bartol. *in dict. l. 29. ff. ad L. Jul.* 11 *d. adult.* † Hocq; est, quod super adulterii delicto impunè hodiè transigi, dicit Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 58. n. 11.* & Petr. Heig. *part. 2. quæst. 29. n. 79.*

Ita Domini in causa N. N. zu Oberfurt / Mens. Februar. Anno 1626. (Verba sentent: Hat ein Eheweib / von welcher eure Frage meldet / mit einem ledigen Gesellen fleischlichen zugehalten und geehebruchet / Ob nun wohl dero Ehemann/ als er solches erfahren/ dasselbe gerichtlichen nicht geklaget / sondern mit dem Ehebrecher sich verglichen / transigiret / und den Ehebruch verschwiegen/ &c. So mag er doch dahero/ bevoraus/ weil er seines Weibes Verbrechung niemals gebilliget/ oder wissentlichē geschehen lassen/ sondern vielmehr durch scharffes Zureden dieselbe davon abgehalten / der Kupplerey nicht beschuldiget/ noch mit der Straffe/ so vermöge Churfl. S. Constitution, wider die jenigen / so ihre Eheweiber verkuppeln und prostituiren/ geordnet/ beleget werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Lenocinium, à parentibus vel maritis absque spe alicujus lucri commissum, solâ fustigatione punitur.

MOrtis supplicium, adversus lenones parentes 1 & conjuges constitutum, haud nimis rigorosum existimabis, si turpem quæstum consideraveris, † qui tantum rigorem exposcit, *Novell. 14.* 2 *post pr. hâc* Constitut. *29. in pr. verb.* Umb Geld oder schändlichen Genießes willen. † Regulariter 3 enim pecunia vel lucrum interveniens delictum aggravat, pœnamque auget, Bartol. *in l. non solùm. 11. §. si mandato 3. n. 14. ff. de injur.* Salyc. *in l. non ideo minùs. 5. n. 36. C. de accusat.* Jodoc. Damhoud. *in prax. crimin. cap. 83. n. 4.* Brun. à Sol. *in quæst. legal. quæst. 34. n. 1. in fin.* † Ergò si parentes vel mariti abs- 4 que spe alicujus lucri, liberos & Uxores prostituerint, cessabit mortis supplicium, Jacob. Menoch. *de arbit. judic. quæst. lib. 2. cent. 6. cas. 534. n. 8.* Prosper. Farin. *part. 5. oper. crim. quæst. 144. n. 68.* † Quod placet 5 Illustrissimo Saxon. Electori, substituenti hoc casu pœnam fustigationis atque perpetuæ relegationis, *b.* Constit. *29.* §. Wo aber solches.

Ita Domini contra A. D. zu Leipzig / Mense Jul. Anno 1617.

Definit. IV.

Non tenentur pœnâ Lenocinii parentes, qui filios suos scortari patiuntur.

CUm mater filii sui scortationem sciens probâs- 1 set, nec meretrices ancillas è domo sua repulisset, dubitatum fuit, an non pœnâ Lenocinii plectenda, & cum quæstum non fecisset, saltem virgis cæsa in perpetuum releganda esset, juxta 2 tradita Defin. *præced. & supr.* Defin. 1. † Ast, cum lenocinium propriè dicatur quæstuarias fœminas habere, inq; illis quæstum exercere, *l. athletas. 4. §. ait prætor 3. in pr. ff. de his qui not. infam. l. mariti lenocinium 29. §. plectitur 2. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. palàm 43 §. 7. ff. de rit. nupt.* Vincent. de Franch. *part. 1. decis. 68. n. 1.* Ludov. Pegver. *decis. crim. 15. n. 1.* † non certè parentes filios suos scortari scien- 3 tes & permittentes, alicujus lenocinii argui poterunt, ac propterea etiam non immeritò pœna Lenocinii cessabit. † Quin & pœna hæc iis est de- 4 finita, qui liberos suos aliorum libidinibus prostituunt, *b.* Constitut. *29. verb.* Jemand zu Ehebruch oder Unzucht *prostituiren* würden. Atqui solummodò filiæ & mulieres dicuntur prostitui, non etiam filii ac viri. † Quamvis hoc casu matri pœnam 5 temporalis relegationis indicere non dubitavére Scabini.

Ita Domini contra N. N. zu Dreßden/ Mens. Decemb. Anno 1628. (Verba sentent: So viel aber die Mutter anlanget/ dieweil sie die Vetteln in ihrem Hause auffgehalten/ und ihren Sohn mit denselben Hurerey treiben lassen; Als mag sie derowegen/ iedoch wenn die zwo abgehörte Zeugen ihre Aussage eydlichen wiederholen/ auff 3. Jahr des Landes verwiesen werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Nec tutores pupillas suas aliorum libidinibus prostituentes.

1 NOn desunt equidem, qui Lenonibus parentibus æquiparant, pariqúe pœnæ subjugant omnes
2 eos, qui parentum loco habentur, puta † Nutrices, puellas suæ custodiæ commissas prosternentes, Prosper. Farin. *part. 5. oper. crim. quæst. 144. numero 20.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 40. n. 12.* Jacob. Menoch.
3 *lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534 n. 32.* † Fratres sollicitantes ad stupra sorores suas, Farin. *dict. qu. 144. n. 58.* Petr. Caball. *in resolut. crim. cas. 171. num. 8.*
4 *cent. 2.* † Et tutores, pupillas suas aliorum libidinibus prostituentes, Jacob. de Belov. *in pract. crimin. lib. 1. cap. 9. n. 8.* Chassan. *super consvet. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 34.* † Sed nimis rigorosè, quin
5 prædictæ personæ propriè parentes non sunt, licet
6 illorum loco habeantur. † Ergò nec Constit. *h. 29.* quæ parentibus & maritis lenonibus mortis supplicium imponit, ad personas eas erit extendenda.
7 † Quia in pœnalibus extra proprietatem verborum, extensio facienda non est, *l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. 1. §. 20. vers. in re igitur dubia ff. de exercit.*
8 *act.* † Quod eò magis hic obtinet, quia Const. *h. 29.* alias personas, præter parentes & conjuges, ab hâc dispositione manifestissimis verbis excipit, *in §.* Würden auch andere/ꝛc.

Ita Domini contra M. H. zu Löbenitz / Mens. April. Anno 1628. (Verba sentent: Wird M. H. Schuld gegeben/ daß er sein Mündlein und Pflegetochter M. S. einem ledigen Gesellen zugeführet / und verkuppelt habe; Da er nun dessen geständig/ und solches umb Geldes und schändlichen Genießes willen gethan hätte/ ꝛc. So würde er mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Lenocinium in personis extraneis exercitum arbitrariè coërcetur.

1 SI personæ, quæ parentes aut conjuges haud sunt, fœminas aliorum libidinibus prostituant, lenocinium
2 nium æquè committunt, † sed non tàm graviter ac ipsimet parentes atq; conjuges delinquunt, adeoq;
3 & pœna mitiori arbitraria plectendæ erunt, † nimirum fustigatione, si quæstum ex lenocinio quæsiverint, *h.* Constit. *29. §.* Würden auch andere Personen/ꝛc.
4 † Relegatione autem vel carceris pœnâ, si lucrum iis nullum accesserit, *in §. idt.* Da sie es
5 aber nicht. † Quod nec alienum videtur à mente
6 Caroli V. Imper. *in* Ordin. Crimin. *artic. 123.* † Et licèt de Jure communi pœna lenocinii sit indifferenter ultimum supplicium, *Novell. 14. §. præconizamus.*
7 *l. 1. §. 2. ff. de extr. crimin.* † Attamen pœnam hanc,
8 ceu nimis rigorosam, ab aula recessisse, † & Lenones pro variis locorum consvetudinibus hodiè arbitrariè puniri, testes sunt Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 91. num. 8.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. num. 23.* Matth. Stephan. *ad art. 122.* Ordin. Crimin. Carolin.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Da er nun dessen geständig / und solche Verkuppelung umb Geldes oder schändlichen Genießes willen gethan hätte/ So würde er mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen. Im Fall er aber keinen Gewinst dadurch gesuchet/ möchte er willkührlichen mit Gefängnüß oder zeitlicher Landesverweisung in Straffe genommen werden/ ꝛc.)

Definit. VII.

Fœminæ solutæ, quæ aliorum libidinibus se prostitui patiuntur, pœnâ fornicationis plecti debent.

LEnocinii pœnâ non tenentur fœminæ, quæ à Le- 1
nonibus aliorum libidinibus prostituuntur, quippe quod lenocinium ipsæ non committant, ut in aperto est. † Nihilominus cum fornicationem 2
exerceant, aliis sui copiam facientes, pœna arbitraria, puta carceris aut relegationis scortis præfinita, Constit. *præced.* plectendæ sunt; † Idque eò magis, 3
si & ipsæmet ex scortatione quæstum fecerint, vel de lucro Lenonum participaverint, † quia interven- 4
tus pecuniæ semper delictum auget, Bartol. *in l. non solum 11. §. si mandato 3. num. 14. ff. de injur.* Salycet. *in l. non idcò minùs. 5. num. 36. C. de accusat.* † Quin 5
& si personæ conjugatæ à Lenonibus se prostitui patiantur, à pœna adulterii haudquaquam erunt immunes, *hâc* Constit. *29. §.* Wo aber solches. *in fin. junct. §. seqq.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Sie/ die Vettel M. S aber wird gestalten Sachen nach ein drey Wochen lang mit Gefängnüß gestrafft/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Pœnam Lenocinii quoque incurrit, qui semel tantummodò lenocinium exercuit.

EXcusari, vulgò ajunt, à pœna Lenocinii ordina- 1
ria Reum, qui semel duntaxat lenocinium exercuerit, & ad hoc, ut quis Leno dicatur, & puniatur, † requiri consvetudinem saltem per duos actus & vi- 2
ces, autumant Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap 91. n. 5.* Vincent. de Franch. *decis. 68. n. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 6. cas. 534. n. 49.* Petr. Caball. *in resol. crimin. cas. 171. n. 12.* † Quod 3
Matth. Berlich. eatenus admittit, quatenus sine quæstu Lenocinium quis exercuerit, *part. 5. concl. 40. n. 77.* † Sed profectò hæc distinctio nullibi fundata est, ut 4
non immeritò erubescamus sine lege loqui, *l. dissentientis 5. C. de repud. c. is, qui in Ecclesia 18. in fin. pr. de sent. excomm. in sexto.* † Quin potiùs Ordinat. Crimin. Carolin. *in art. 122. & Constit. h. 29.* generaliter loquuntur, & lenones indifferenter puniri volunt, 5
† ut non immeritò huic supplicio Lenonem, qui se- 6
mel tantummodò deliquit, mancipandum existimaverint Scabini.

Ita Domini contra E. J. zu Crossen / Mens. Augusto, Anno 1609. (Verba sent: Hat Inquisitin bekannt/daß sie einsmals V. M. wie dieselbige noch unverehlichet gewesen/ einem von Adel / so ein Ehemann gewesen seyn soll/ zugeführet/ daß er in ihrem Losament mit ihr Hurerey und fleischliche Unzucht getrieben/ ꝛc. So wird Inquisitin von wegen ihrer verübeten Kupplerey / und ärgerlichen Beginnens/ mit Vorbewust und Bewilligung der hohen Obrigkeit des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Tenentur pœnâ Lenocinii, etiam qui publicas meretrices prostituunt.

SCio equidem, ex communi Interpp. opinione 1
Lenocinium ab iis saltem committi, qui puellas virgines viduasvè prostituunt, tales nimirum,

† cum

2 † cum quibus ſtuprum committitur, Franc. Duar. *ad tit. ff. ad Leg. Jul. de adult. c. 5. in fin.* Matth. Berlich. *part. 4. concl. 40. n. 74.* Jac. Menoch. *lib. 2. arbitr. jud.*
3 *quæſt. cent. 6. caſ. 534 n. 4. ſub fin.* † Quod ſi verum, à pœna Lenocinii erunt exempti, qui meretrices proſtituunt, quibus ſtuprum haud infertur, *l. 6. §. 1. ff. ad*
4 *Leg. Jul. de adult.* † In quam ſententiam videtur inclinare Carolus V. Imp. in Ordin. crimin. *artic. 122. verb.* Die unverſtändigen Weibesbildere / und die unſchuldigen Mägdlein/ſo ſonſten unverläumde
5 ehrliche Perſonen ſind. † Sed vereor, ne hâc ratione plurima Lenocinia remaneant impunita, quippe quæ nullibi magis, quàm in Lupanaribus, in quibus tamen rariſsimè proſtituuntur virgines, exercentur.
6 † Nec credibile eſt, Imperatorem Carolum V. Lenocinium ad virgines puellas reſtringere voluiſſe, *in dict. artic. 122.* quarum ſortem quidem potiſsimum
7 ibidem deplorat, † neutiquam tamen à ſanctione iſta fœminas vulgares excludit, quæ in Conſtitut. *d. 29.* verbis generalibus ſatis comprehenſæ videntur.
8 † Et quod Lenocinium dicatur exercere, qui fœminas quæſtuarias, h. e. vulgares & meretrices proſtituit, in illisque quæſtum facit, probat text. *in l. athletas. 4. §. ait Prætor. 3. in pr. ff. de his qui not. infam. l. mariti lenocinium 29. §. plectitur 2. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. palàm 43. §. 7. ff. de rit. nupt.*

Ita Domini contra N. N. zu Leipzig / Menſ. Octobr. Anno 1627. (Verba ſentent: So wird die Gefangene N. N. derowegen/daß ſie umb ſchnöden Genieß willen/Mannes-Perſonen gewiſſe Huren verkuppelt und zugeführet/öffentlich billich zur Staupen geſchlagen/ und nach ausgeſtandener Leibes-Straffe des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

DEFINIT. X.

Paupertas neminem à pœna Lenocinii excuſat.

ERrant omninò, qui ob cauſam paupertatis ex de- 1
teſtando Lenocinii crimine quæſtum facere, ſibi licitum exiſtimant. † Neque Lenones ſummam 2
quantumvis inopiam prætendentes, & quod non habuerint, unde ſe, ſuosque ſuſtentare potuiſſent, veniam merentur, † quia haud ignoſcendum eſt ei, 3
quæ obtentu paupertatis turpiſsimam vitam elegit, ut inquit JCtus Ulpianus de meretricibus & Lenocinibus diſſerens in *l. palàm. 43. §. non eſt ignoſcendum. 5. ff. de rit. nupt.* † Ex quo etiam fit, ut nec 4
meretrix ipſa ob famis neceſsitatem à pœna fornicationis excuſetur, veluti latè & eleganter tradit Did. Covar. *in relect. c. peccatum 4. de reg. jur. in 6to. §. 1. n. 5. & ſeqq.* Jac. Menoch. *de arbit. jud. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 534. n. 15.*

Ita Domini contra N. N. zu Leipzig / Menſ. Octobr. Anno 1627. (Verba ſent: Hat Inquiſit bekannt/ daß er unterſchiedene ledige Perſonen verkuppelt/ welches er darumb gethan/ daß er ſich/ ſein Weib und Kindere verſorgen/ und ihnen Eſſen dafür ſchaffen können/ dann er ſehr arm geweſen/ ꝛc. So wird er wegen ſolcher ſeiner vielfältigen verübten Kupplerey / daran er ſonderlich ſeinen Gewinſt gehabt / im Gefängnüß ziemlicher maſſen mit Ruthen gezüchtiget / und des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXX.

PARTIS QUARTÆ.

Von der Nothzucht.

De Stupro violento.

DJe gewaltſame Nothzucht / ſo einer an ehelichen/ oder auch ledigen Weibes-Perſonen begehet/ wird/ vermöge gemeiner und Landüblicher Sächſiſcher Rechte/mit dem Schwerdte geſtrafft/ wie denn auch die Sachſen-Rechte/ da an einem gemeinen oder freyen Weibe Nothzucht begangen/dieſelbige Gewalt mit ſolcher Schärffe ſtraffen; Darbey wir es auch bleiben laſſen / und wollen / daß unſere Schöppenſtule und Gerichte ſich deſſen/ wie biß anhero/ im Sprechen und Erkennen verhalten.

JUre tàm communi, quàm Saxonico ſtuprum violentum, in fœminam ſive ſolutam ſive nuptam commiſſum, gladio punitur: Jus verò Saxonicum eodem ſupplicio etiam eum, qui ſcortum publicum per vim comprimit, afficit, quod, quemadmodum Scabinatus noſtri hactenus in judicando obſervârunt, ita deinceps quoque ut faciant, volumus.

DEFINITIONES.

1. *Eadem eſt pœna violenti adulterii, quæ eſt ſtupri violenti.*
2. *In adulterio violento locus non datur remiſſioni conjugis.*
3. *Gladio quoq; feriri debet, qui meretricem aut mulierem vulgarem per vim carnaliter cognoſcit.*
4. *Nunquam pro ſtupro violento gladii pœna eſt infligenda, priusquàm de conſummatione ſtupri per immiſſionem ſeminis, ex confeſſione ſaltem Rei conſtet.*
5. *Attentatum ſtupri violenti fuſtigatione & perpetuâ relegatione punitur.*
6. *Stupri pœnam incurrit, qui minis & armis metum incutiendo fœminam ad libidinem compellit.*
7. *At interceſſionem Stupratæ, quæ Stupratori nubere vult, pœna mortis ipſi remittitur, ſubſtitutâ relegatione perpetuâ.*
8. *Veniam tamen haud meretur Stuprator violentus ad conſummationem matrimonii ſe offerens, ſi ſtuprata ipſi nubere nolit.*
9. *Mulier vi ſtuprata ab omni pœna eſt immunis.*
10. *Circa probationem ſtupri violenti multum fidei tribuitur querelæ mulieris ſtupratæ.*

DEFINIT. I.

Eadem eſt violenti adulterii, quæ eſt ſtupri violenti.

1 CUm inferentes vim publicam raptores ac deprædatores bonorum, mortis pœnâ afficiantur, gladioq; feriantur, uti expeditum eſt *l. ult. ff. de re milit.* Ordin. Crim. Carol. *art. 126. 128. & 129. ubi* Matth. Stephan. *in not.* † Quanto magis Stupratores violenti, & deprædatores honoris ac pudicitiæ, quæ ſemel amiſſa recuperari nequit, eadem 2
pœnâ

3 pœnâ plectendi erunt? † Quod vel sola *l. 1. §. 2. ff. de extr. crim.* quæ violentos stupratores capite
4 puniri jubet, luculenter probat: † Idemque haud obscurè evinci potest ex *l. mariti 29. §. ult. ff. ad Leg. Jul. de adul. junct. l. 5. in fin. ff. de vi publ.* Johann. Schneidew. *ad §. item Lex Julia de adulteriis 4. vers.*
5 *sed eadem. num. 2. inst. de publ. judic.* † Et minorem res hæc difficultatem habet in Imperio Romano-Germanico propter claram sanctionem Carolinam
6 in Ordin. Crim. *art. 119.* † cum qua prorsus convenit Jus Saxonicum *in* Landrecht *lib. 2. artic. 13. & h.* Const. *30.* ut dubium nullum restet, quin stuprum
7 violentum gladii pœnâ vindicari debeat. † At num etiam adulterium violentum? Omninò sanè,
8 † propter verba clara *h.* Constit. *30.* An ehelichen oder auch ledigen Weibes-Personen begehet. *& in dict. artic. 119.* Ordin. Crimin. So iemand einer
9 unverläumbden Ehefrauen. † Nisi quis pœnam adulterii propter violentiam adhibitam, exasperandam existimaverit, cum Matth. Berlich. *part. 4. concl. 41. n. 45.* ita ut cadaver stupratoris capite puniti Rotæ
10 affigatur. † Sed nullibi hoc dispositum est, nec qualitas aggravans delictum pœnam semper auget.
11 † Quin potius pluribus delictis concurrentibus, puta adulterii & violentiæ, non nisi pœna majoris delicti, quod minus absorbet, infligi solet, Salycet. *in l. 5. n. 3. & 4. C. ad Leg. Jul. de adult.* Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 20. n. 16.*

Ita Domini contra B. L. zu Freyburg / Mense Maj. Anno 1628. (Verba sent: So möchte B. L. von wegen solches seines begangenen Ehebruchs und verübeten Nothzucht mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ &c.)

Definit. II.

In adulterio violento locus non datur remissioni Conjugis.

1 EAdemque pœnâ afficiendus est maritus fœminæ solutæ stuprum violentum inferens, *h.* Const. *30.*
2 † Idque eò magis, quod in terris Electoratus Saxonici, maritus ad fœminam solutam prolapsus, extra
3 crimen etiam violentiæ, adulterii pœna, quæ gladii est, afficiatur, *supr.* Const. *19. part. 4.* † At, *num etiam hoc casu locus erit remissioni conjugis?* Non certè:
4 † Non quod in crimine adulterii simplicis specialiter receptum est, ut nempe in honorem matrimonii ad conjugis intercessionem, pœna mortis remissa, adul-
5 ter sola relegatione perpetua puniatur, *supr.* Constit. *19.* † Id extra hoc crimen, ad causam stupri violenti,
6 quod per se etiam ultimo supplicio coercetur, *h.* Const. *30.* nequaquam extendi debet, † quia Constitutiones statutariæ strictè accipiendæ sunt, neque extensionem patiuntur, Andr. Tiraquell. *de ll. connub. gloss. 2. n. 23. post pr.* Jac. Schult. *lib. 2. pract. quæst. 65. n. 32. & seqq.*

Ita Domini contra N. N. zu Kemnitz / Mense Augusto, Anno 1594. (Verba sent: So möchte er wegen solcher begangenen und bekannten Nothzucht und Ehebruchs/ ungeachtet daß sein Eheweib ihme verziehen/ und ferner ehelichen beyzuwohnen sich erboten/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ &c.)

Definit. III.

Gladio quoq; feriri debet, qui meretricem aut mulierem vulgarem per vim carnaliter cognoscit.

1 NOn certè stuprum mulieri vulgari sive meretrici infertur, *l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † Ergò nec stuprum violentum, ac per consequens, qui 2
per vim meretricem carnaliter cognoscit, à pœna mortis erit exemptus, † *per l. quæ adulterium. 29.* 3
sub fin. C. ad Leg. Jul. de adult. Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 95. n. 10.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. raptus. n. 5.* Joh. Harppr. *in §. item Lex Julia de vi publica 8. n. 38. inst. de publ. judic.* Salyc. *in l. un. num. 3. C. de rapt. virg.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 291. num. 2.* † Quod & 4
Ordin. Crim. Carol. convenit in *art. 119. verb. initial.* Einer unverläumbden Ehefrauen/ Wittiben oder Jungfrauen/ &c. † Sed ut concesserim hoc de Jure 5
communi, attamen in foro Saxonico, Reus hoc casu non minus capite puniendus est, ac si virginem honestissimam per vim stuprasset, † per text. *in* 6
Landr. *lib. 3. art. 46. ibi:* An freyen Weibern/ und an eines Mannes Buhlschafft mag ein Mann Noth thun/ und seinen Leib verwürcken. † Quod 7
disertis verbis approbatum est à Serenissimo Saxon. Electore *hâc* Constitut. *30. vers.* Darbey wir es auch bleiben lassen/ &c. † Quin & in crimine hoc 8
potissimùm coactio & compressio violenta punitur, *l. qui cœtu. 5. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de vi publ.* † At, 9
mulieri vulgari non minus ac honestissimæ virgini vim inferri, extra dubium est,

Ita Domini contra J. G. zu Polenschen/ Mense April. Anno 1622. (Verba sentent: Hat Inquisit bekannt und gestanden/ daß er M. G. so sonsten eine öffentliche Hure und gemeine Weib ist/ deßwegen auch der Gerichte des Orts hiebevor verwiesen worden/ auff der Strasse angefallen/ sie niedergeworffen/ und mit Gewalt/ und wider ihren Willen genothzüchtiget/ allermassen sie solches gerüget/ und sich dasselbe in der Erkündigung also befunden/ &c. Da nun J. G. auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht/ überwiesen würde; So möchte er wegen solcher begangenen und bekannten gewaltsamen Nothzucht mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Nunquam pro stupro violento gladii pœna est infligenda, priusquam de consummatione stupri per immissionem seminis, ex confessione saltem Rei constet.

CUm Reus quidam stuprum violentum confes- 1
sus fuerat, consummationem tamen per immissionem seminis constanter negaverat, dubitatum fuit, an gladii pœnæ esset mancipandus?
† Nam de violentia & impositione membri viri- 2
lis in vas muliebre omninò constabat, ex quo stuprum violentum consummatum videbatur, quippe † quod jura violentiam hoc casu potissimùm 3
punitam velint. † At placuit Dominis Reum tor- 4
mentis subjici, ejusque confessionem de immissione seminis extorqueri, priusquam mortis supplicium ipsi indiceretur. † Rectissimè sanè; quia 5
nec stuprum, nec compressio absque seminis immissione & commixtione sangvinis perficitur, ut multis disputat Virg. Pingitz. *quæst. Saxon.* † Quin 6
etiam ad infligendum mortis supplicium pro violento stupro, consummationem operis requirit verbis expressis Illustrissimus Saxo *in* Constitut. *seq. 31. p. 4. verb.* Mit Gewalt genothzüchtiget / und das Werck mit ihr vollbracht würde/ &c. † Quod cer- 7
tè de alia consummatione, quàm quæ fit per seminis immis-

immiſſionem, accipi non poſſe, vel exinde patet,
8 † quia violentiæ jam antea fuerat facta mentio in
9 *verbo* Nothzüchtigen. † Etſi aliter diceretur, ſolum attentatum ſtupri violenti mortis ſupplicio vindicari, quivis fateri neceſſum habebit, contra generalem
10 conſvetudinem, † quâ conatus alicujus delicti pœna ordinaria coërceri haud debet, niſi etiam ſequatur effectus, Jul. Clar. *in pract. §. ult. q. 92. num. 1.* Proſp. Farin. *part. 5. oper. crim. q. 124. n. 78.* Nicol. Reuſn. *lib. 2. deciſ. 21.*

Ita Domini contra G. G. zu Leipzig/ Menſ. Jan. Anno 1636. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch ſein Bekäntnüß noch in etwas dunckel/ er auch zu ſeinem Behelff vorgiebt/ daß nichts von ihme gangen/ noch er alſo das Werck der fleiſchlichen Vermiſchung mit ihr vollbracht habe/ ſo doch der Wahrheit nicht ähnlichen/ indem N. N. ein anders berichtet und ausgeſagt/ ꝛc. So will nöthig ſeyn/ daß vor allen Dingen aus Inquiſito ein deutlicher und richtiger Bekäntnüß gebracht/ und er noch einſten hierüber vernommen werde/ ob er nicht N. N. mit Gewalt und wider ihren Willen genothzüchtiget/ und das Werck der fleiſchlichen Unzucht mit ihr vollſtändig und wircklichen vollbracht habe. Und wenn er ſein Bekäntnüß in guten richtig nicht thun will/ ſeyd ihr wohl befugt/ ihn mit der Schärffe ziemlicher Weiſe anzugreiffen/ und auff gedachte Interrogatoria mit allem Ernſt befragen zu laſſen/ ꝛc.)

Definit. V.

Attentatum ſtupri violenti fuſtigatione & perpetuâ relegatione punitur.

1 QUid verò, ſi Reus in negatione perſeveret, neq; immiſſionem ſeminis per tormenta quæſitus confiteri velit, *an propterea ipſum omni pœnæ exemptum exiſtimabimus?* Neutiquam ſanè, † ne ſtupri
2 violenti attentatum impunitum remaneat. Etſi
3 enim hoc caſu † pœna ordinaria infligenda haud ſit, per text. *in l. 1. §. qui puero 2. ſub fin. ff. de extr. crim.* & quia conatus alicujus delicti pœna ordinaria non coërcetur, Defin. *præced. in fin.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ. 37. n. 3.* Joh. Schneidew. *in §. 4. eâdem lege inſt. de publ. judic.* † Attamen pœnæ
4 ſaltem extraordinariæ, puta fuſtigationi, vel perpetuæ relegationi, pro ratione attentati Reus eſt ſubju-
5 gandus † ex Sanctione Carolina *in* Ordin. Crimin. *art. 119. ubi* Matth. Steph. Bajard. *in addit.* ad *Jul. Clar. §. ſtupr. n. 37.* Matth. Weſenb. *in §. 8. verſ. ſin autem. inſt. de publ. judic. n. 4.*

Ita Domini contra S. B. zu Weiſſenfelß/ Menſ. Majo, Anno 1625. (Verba ſentent: Hat Inquiſit in gutem bekannt und geſtanden/ daß er I. VV. auff freyer Straſſen ſich gantz auffzudecken/ und zu entblöſſen gezwungen/ ſie auch ferner auff die Erden geworffen/ auff ſie gefallen/ und ſie nothzüchtigen wollen/ hätte aber/ weil er truncken geweſen/ nicht fortkommen/ noch ihr etwas thun können/ ꝛc. So wird Inquiſit ſolcher ſeiner begangenen Mißhandlung wegen/ öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und nach ausgeſtandener Leibes-Straſſe des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Stupri pœnam incurrit, qui minis & armis metum incutiendo, fœminam ad libidinem compellit.

1 NOn minus ſtupri violenti pœna plectendus eſt, qui fœminam ad libidinem, & ſui ipſius proſti-
2 tutionem, minis & armis compellit, atq; is, qui ipſemet ſtuprum violentum infert. † *Tùm* quia coacta voluntas propriè voluntas non eſt, nec fœmina minis & armis coacta reverà ſtupratoris facto conſentit, juxta tradita Joh. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ſtupr. num. 37.* † *Tùm* quod ad mor- 3
tis ſupplicium condemnetur, qui conſilio, favore, aliâve ope ſtuprum violentum juvat & promovet, *l. un. §. pœnas autem 2. C. de rapt. virg. l. raptores virginum 54. C. de Epiſc. & Cleric.* Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crimin. c. 95. num. 3.* † Quantò magis 4
ergò tenebitur hâc pœnâ, qui minis & armis metum incutiendo fœminam ad libidinem compellit. † *Tùm*, per text. *in* Ordin. Eccleſ. Saxon. *ſub tit.* 5
Von der Straffe der Unzucht. §. Da auch jemand ein Weib wider ihren Willen/ mit Gewalt ſeines Willens zu pflegen/ zwingen/ und alſo eine gewaltſame Nothzucht begehen würde/ ſo ſoll er mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden.

Ita Domini contra I. B. VV. an Caſparn von Bernſtein/ Menſ. Jan. Anno 1601.

Et contra N. N. zu Belßig/ Menſ. Octobr. Anno 1640.

Definit. VII.

At interceſſionem Stupratæ, quæ Stupratori nubere vult, pœna mortis ipſi remittitur, ſubſtitutâ relegatione perpetuâ.

1 NOn gladio feriendus eſt ſtuprator violentus, ſi virgo ſtuprata pro ipſo intercedat, eiq; nubere velit, ne mulieri, absque ſua culpa ſtupratæ, medium purgandæ ignominiæ adimatur, nec afflictæ ulterior addatur afflictio, † per id quod nubere volens ſtu- 2
pratori, voti ſui compos fieri haud poſſet. † Placuit 3
ergò Dominis, ſtupratorem hoc caſu in perpetuum mitti exilium, ita ut ſtuprata eum ſequi teneatur, ad exemplum Conjugis, quæ pro adultero marito intercedit, *ſupr.* Conſt. Elect. *19. ubi* Dan. Moller. *n. 4.* † Nam quod juris eſt in adulterio ratione conjugis 4
innocentis, illud etiam obtinet in ſtupro violento, quoad mulierem ſtupratam, † ut colligere eſt ex *l.* 5
qui cœtu. 5. §. 2. ff. ad leg. Jul. de vi publ. † Et vel 6
propterea etiam ceſſare debet hoc caſu pœna mortis, quia in raptu propter ſubſequens matrimonium, de jure Canonico pœna capitis locum non habet, Salycet. *in l. 1. C. de rapt. virgin. n. 12.* Jul. Clar. *in pract. §. raptus. num. 7.* † At verò à raptu ad ſtu- 7
prum violentum, tanquam à graviore ad minus grave delictum, negativè concludere licet, ut benè docet Matth. Berlich. *part. 5. concl. 41. n. 13.* † Nec ob- 8
ſtat *l. un. §. 1. C. de rapt. virg.* ex quâ probatur conjugium inter raptorem & raptam non tolerari; Quia abrogata eſt juris civilis ſanctio. † Et hodiè in terris 9
Imperii jus Canonicum, † quo inter raptorem & 10
raptam matrimonium ſubſiſtit, *c. accedens 7. extr. de raptor. can. ſi autem 10. caſ. 36. q. 2.* ex communi Dd. opinione obſervatur, Jul. Clar. *dict. §. raptus n. 7.* Joh. Schneidew. *ad §. 8. verſ. ſin autem. n. 3. inſt. de publ. judic.* Jodoc. Damhouder. *in pract. crimin. cap. 97. num. 16.*

Ita Domini contra N. N. zu Dippoldswalda/ Menſ. Jun. Anno 1604. (Verba ſentent: So möchte N. N. von wegen ſolcher an oberwähntem Dienſt-Mägdlein begangenen und bekannten Nothzucht/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft werden; Es wäre denn/ daß das Mägdlein ihn zur Ehe begehren und haben wolte/ auff den Fall möchte ihme aus Gnaden die Todes-Straffe erlaſſen werden. Er würde aber gleichwohl nach vollzogener Ehe/ des Landes ewig billich verwieſen/

sen/ und sie wäre ihme mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Veniam tamen haud meretur stuprator violentus ad consummationem matrimonii se offerens, si stuprata ipsi nubere nolit.

1 SEd hoc ita, si virgo aut Vidua stuprata nubere velit stupratori. Cæteroquin si cum eo matrimonium contrahere recuset, quantumvis paratus is
2 sit nuptias cum stuprata celebrare, † veniam tamen
3 non merebitur, nec pœnam mortis effugiet. † Cessat enim favor matrimonii, si hoc stuprata recuset, ad
4 quod † invita compelli nequit, *ff. nuptiæ. 1. ubi* Dd. *inst. de patr. potest. l. 1. ff. de rit. nupt.*

Ita Domini contra H.T. zu Sachsenburg/ Mense Jul. Anno 1608. (Verba sent: So möchte H.T. von wegen solcher an C.VV. begangenen Nothzucht/ seines gethanen Erbietens/ daß er die Genothzüchtigte ehelichen wolte/ ungeachtet/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. IX.

Mulier vi stuprata ab omni pœna est immunis.

1 NOn puto, quenquam reperiri, qui mulierem vi stupratam pœnæ mancipare velit, ejusque
2 afflictioni ulteriorem afflictionem addere. † Etenim, quia contra voluntatem suam vim passa est, haud deliquit, adeoque nec pœnam ullam merebi-
3 tur, *l. si uxor 13. §. 7. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † Quia delictum non nisi ex animo & voluntate æstimatur,
4 † neque crimen ullum absque voluntate committitur, *cap. cum voluntate. 54. extr. de sent. excomm. l. qui injuriæ. 53. ff. de furt. l. quod Reipublicæ 33. ff. de injur.* Andr. Tiraquell. *de pœn. tem. cauſ. 15. num. 7. & 9.*

Ita Domini in causa N.N. zu Pegaw/ Mense August. Anno 1604. (Verba sent: Die Nothgezüchtigte aber mag mit einiger Straffe nicht beleget werden/ V.R.W.)

Definit. X.

Circa probationem stupri violenti, multum fidei tribuitur querelæ mulieris stupratæ.

CUm stupratores plerumque violentiam adhi- 1
bitam negent, mulierumque stupratarum consensum ad sui exculpationem prætendant, non immeritò dubitatur, quomodo violentia proban-
da sit? † Sane, si mulier magno clamore im- 2
ploraverit alicujus opem, quin violentia & coactio inde probata sit, dubium vix esse poterit, secundum tradita Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. c. 95. n. 9.* Joh. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. stuprum. n. 40.* † At, si in sylvis aliisq; 3
remotis locis, ubi vox oppressæ non facilè potest audiri, vis illata fuerit, † mulieris de vi illata 4
conquerentis assertioni haud credendum putaverim cum Cravett. *cons. 41. num. 2. &* Joh. Bajard. *dict. loc.* † Sed hoc ita, si stupro jam manifestato 5
stuprata prætendat violentiam. † Cæteroquin, si 6
sponte suâ, quamprimùm stuprum violentum passa fuerit, judicem adeat, & de vi illata conqueratur, multum fidei ipsi tribuendum erit. † Sic 7
uti econtra ex silentio stupratæ non levis præsumptio contra eam, quod in stuprum consenserit, exoritur.

Ita Domini contra B.R. zu Saltza/ Mens. Nov. Anno 1607. (Verba sent: Ob sie nun wohl dargegen vorgewendet/ daß sie von demselbigen genothzüchtiget worden; dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß sie solches iemahls geklaget/ sondern bißhero verschwiegen/ so wird sie wegen solcher ihrer Verbrechung des Landes ewig billich verwiesen/ V.R.W.)

Constitutio XXXI.

PARTIS QUARTÆ.

So ein Mägdlein/ welches unter 12. Jahren ist/ genothzüchtiget und geschändet wird.

Si puella minor XII. annis per vim vel sine vi stupretur.

WEnn ein junges Mägdlein/ so unter 12. Jahren ist/ mit Gewalt genothzöget/ uñ das Werck mit ihr verbracht würde/ und solches ist durch Erkündigung und sonsten befindlich/ so soll der Thäter mit dem Schwerdte gestrafft; da aber einer ohne Noth-Zucht oder zugethane Gewalt/ ein solch Kind fleischlich erkannt/ derselbige soll mit Staupenschlägen unsers Landes ewig verwiesen werden.

PUellam, quæ ætatis annum duodecimum nondum complevit, per vim stuprans, si habitâ inquisitione perfectum esse delictum constiterit, gladio; In volentem autem id committens, fustigatione & perpetua relegatione punietur.

DEFINITIONES.

1. *Stuprum violentum puellæ impuberis, mortis supplicio haud punitur, priusquam de ejus consummatione constiterit.*
2. *Fustigatione tamen puniendus est stuprator puellæ impuberis, etiamsi crimen non perfecerit.*
3. *Stuprum puellæ infanti illatum semper mortis pœnâ vindicatur.*
4. *Quæ tamen pœna haud exasperatur, quantumvis puellula stuprata ex compressione violenta obierit.*
5. *Non liberat minorennitas stupratorem violentum à pœna mortis ordinaria.*

DEFI-

Definit. I.

Stuprum violentum puellæ impuberis mortis supplicio haud punitur, priusquam de ejus consummatione constiterit.

1 CUm stuprum violentum mortis pœnâ coërceatur, Const. Elect. *præced.* ecquis dubitaverit, huic supplicio quoque subjugandum esse, qui puellam nondum viri potentem per vim carnaliter 2 cognoscit, † quod crimen longè gravius habetur, *arg. §. 4. sub fin. vers. pœnam autem inst. de publ. judic. junct. l. 38. §. nondum 3. ff. de pœn.* † At quomodo in puellam impuberem & incognoscibilem ve- 3 rum stuprum cadere poterit? † Quod si illatum 4 non est, neque stupri violenti pœna obtinebit, Virgil. 5 Pingitz. *quæst. 3. num. 4.* † An forsan stuprator hoc casu ob solum attentatum mortis supplicio manci- 6 pabitur? Periculosum certè esset id asserere, † cum ex consvetudine generali conatus alicujus delicti nunquam pœna ordinaria coërceatur, Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 92. n. 1.* Prosp. Farin. *part. 5. oper. crim. quæst. 124. num. 78.* Andr. Tiraquell. *de pœn. 7 temper. cauf. 37. num. 3.* † Dixerim potiùs, puellæ quoque impuberi violentum stuprum inferri, cumque ea delictum perfici posse, ex *h.* Constitut. *31. vers.* Und das Werck mit ihr verbracht würde. 8 † Quod tamen non de tali perfectione accipi velim, qualiter forsan hoc crimen cum viripotente mulie- 9 re committitur ac consummatur, sed sufficit, † tantum stupratorem fecisse, quantum in se fuit, & ad coitum satis est, ut putat Petr. Caball. *cent. 1. resol. crimin. cap. 20. n. 9.* veluti, si fregerit pudenda puellæ 10 impuberis, immiseritque semen. † De quo judex, priusquam ad mortis supplicium deveniat, certus 11 esse debet ex assertione obstetricum, † quarum inspectioni & judicio res hæc committitur, ut patet ex *verbis h.* Const. *31.* Und solches ist durch Erkündi- 12 gung und sonsten befindlich. † Credendum est enim hâc in re obstetricibus juratis, si non de veritate, attamen de credulitate deponentibus, Felin. *in cap. proposuisti. 4. extr. de probat. num. 9.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 47. n. 17.*

Ita Domini contra H.C. zu Altenburg/ Mens. August. Anno 1596. (Verba sentent: Hat H. C. sein Stieff-Töchterlein/ ein Mägdlein von zwölff Jahren/ gewthzöget. Ob er nun wohl fürgewendet/ daß er darüber verstöret worden/ und das Werck allerdings mit ihr nicht vollbringen können. Dieweil aber dennoch die Wehmutter im Augenschein befunden/ daß das Mägdlein an der Scham sehr zerschwöllen und zerdunsen gewesen/ dahero sie abnehmen können/ daß das Werck mit ihr vollbracht worden/ ꝛc. So wird er seines gethanen Fürwendens ungeachtet/ wofern er auff seinem Bekäntnüß freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/ überwiesen würde/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode billich gestrafft/ V.R.W.)

Definit. II.

Fustigatione tamen puniendus est stuprator puellæ impuberis, etiamsi crimen non perfecerit.

1 NOn aliter itaque mortis supplicio subjugari debet stuprator puellæ impuberis, quam si 2 stuprum violentum perfecerit, Defin. *præced.* † An ergò si de perfectione & consummatione stupri haud constet, omni pœnæ stuprator eximendus erit? † Neutiquam sanè, quia & attentatum stupri extra- 3 ordinariâ pœnâ, puta fustigatione ac relegatione perpetua, punitur, ut dixi Constit. *præced. Definit. 5.* Matth. Stephan. *ad artic. 119.* Ordin. Crimin. Carol. Joh. Bajard. *ad* Jul. Clar. *§. stuprum n. 37.* † Quantò 4 magis, si ad ultimum Veneris actum deventum fuerit, nec penes Reum steterit, quò minùs crimen stupri consummaretur.

Ita Domini contra H.H. zu Pirna/ Mens. August. Anno 1604. (Verba sent: Dieweil nicht gnugsame Nachrichtung zu befinden/ daß der gefangene H.H. die Nothzucht mit G.VV. eilff-Jährigen Tochter vollständig vollbracht/ so mag er auch am Leben nicht gestrafft werden/ Er wird aber gleichwol mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V.R.W.)

Definit. III.

Stuprum puellæ infanti illatum semper mortis pœnâ vindicatur.

SOli stupro violento in puella impubere exerci- 1 to mortis pœnam præfinivit Saxo Illustrissimus *h.* Constit. *31.* † Nam si quis puellæ impuberi vo- 2 lenti ac consentienti stuprum intulerit, neutiquam is mortis supplicio erit subjugandus, † sed virgis 3 cæsus in perpetuum relegandus, ex *h.* Constitut. *31. vers.* Da aber eine ohne Nothzucht/ ꝛc. *ubi* Dan. Moller. *n. 1.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 176. n. 110.* † At hunc stupratæ consensum prætendere nunquam 4 habet, qui in tantam prolapsus est insaniam, ut puellam infantem unius, duorum, trium, &c. annorum, stuprare non reformidaverit. † Quod nempe 5 ejusmodi infantula consentire nequeat, quia nullum habet intellectum, §. *sed quod diximus 10. instit. de inut. stipul. l. mulier 70. in fin. ff. de V.O.* † Ergò 6 semper stuprum hoc censebitur violentum, † quod 7 mortis pœnam meretur, Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. stuprum. n. 9. & seqq.* Ægid. Bossi. *in pract. crimin. tit. de coit. damn. & punit. num. 68.* Petr. Caball. *cent. 1. ref. crim. cas. 20. n. 9.*

Ita Domini contra C.S. zu Zeitz/ Mens. Aprilis, Anno 1589. (Verba sent: Hat Inquisit bekannt/ daß er an P.B. Töchterlein/ so der Zeit nur ein Jahr und eine Woche alt gewesen/ und in der Wiegen gelegen/ seinen unzüchtigen Willen geübet/ und das Werck der fleischlichen Unzucht vollbracht/ ꝛc. Da er nun auff solchem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ so möchte er wegen solcher seiner begangenen und bekannten Mißhandlung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. IV.

Quæ tamen pœna haud exasperatur, quantumvis puellula stuprata ex congressione violenta obierit.

QUid verò, si puellula infans stuprum passa ex 1 violenta ejusmodi compressione moriatur: *annon pœna propterea erit exasperanda?* † Ita 2 forsan existimaveris, quia duplex hoc casu delictum concurrit, stuprum nempe violentum, & homicidium quod ex illo provenit. † Sed 3 pro utroque crimine sufficiens visa fuit Dominis pœna gladii, eò quod pluribus etiam delictis concurrentibus regulariter non nisi unicum & majoris criminis supplicium infligi soleat, Salycet.

lycet. *in l. 5. num. 3. & l. 4. Codic. ad Leg. Jul. de*
4 *adult.* Nicol. Reusner. *lib. 2. detis. 20. num. 16.* † Neque ad pœnæ exasperationem absque Legis autoritate properandum est, *l. si ita stipulatus 97. ff. de V. O.*

Ita Domini contra D. R. zu Zeitz / Mens. Jun. Anno 1626.

(Verba sent: Ist in unserm vorigen Urtheil zu Recht erkannt worden/ daß der gefangene D. K. von wegen der an N. N. Tochter begangenen und bekandten Nothzucht/mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden solle. Ob nun wol seithero das genothzogete Mägdlein Todes verfahren / auch des Herrn Medici Bericht nach vermuthlichen/daß das Mägdlein durch die verübte Nothzucht gäntzlichen corrumpirt worden / und darüber des Todes seyn müssen / &c. So verbleibets doch gestalten Sachen nach bey unserm vorigen Urtheil/ und es wird die darinnen zuerkannte Straffe des Schwerdtes an ihme billich vollstreckt/ V. R. W.)

Definit. V.

Non liberat minorennitas stupratorem violentum, à pœna mortis ordinaria.

1 MInores regulariter in criminibus & publicis judiciis ætatis suffragio non juvantur, *l. 1. Codic. si adverf. delict. l. si ex causa 9. §. nunc videndum 2. ff. de minor. l. auxilium 37. ff. eod. tit.* † nisi in casibus exceptis, inter quos tamen stuprum 2
violentum haud positum reperitur. † Adeoque stuprator violentus beneficio minorennitatis se tueri 3
non poterit, quo minùs supplicio mortis mancipetur; idque eò minùs, † quod nec in crimine 4
adulterii, † cui stuprum violentum æquiparatur, 5
l. 5. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de vi public. minores à pœna ordinaria sint immunes, *l. auxilium 37. vers. in delictis ff. de minor. l. si adulterium cum incestu 38. §. fratres 4. ff. ad Leg. Jul. de adult.* † Quin nec generalitas verborum, quibus pœna gladii stupratoribus 6
violentis præfinitur in Constit. Elector. *30. p. 4.* hanc limitationem admittit, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst.*

Ita Domini contra N. N. zu Sachsenburg / Mens. Jul. Anno 1608.

Constitutio XXXII.

PARTIS QUARTÆ.

Von dem Diebstal und desselbigen Straffe.

DAmit die Urtheilsfassere in unsern Landen im täglichen Sprechen und Erkennen der Diebsstraff und pœnen halben / desto mehr Gewißheit haben mögen / So halten wir eine Nothdurfft / dieselbige unterschiedlich in diese unsere Constitution zu setzen und einzuverleiben/ und nemlich:

Wann einer über fünff der besten Ungarischen Gülden werth stielt / derselbige wird / da es gleich sein erster Diebstal ist / nach Ordnung der Rechte / und gehaltenem Gebrauch / mit dem Strange gestrafft / inmassen auch darauff unsere Schöppenstüle die Urtheil biß anhero gerichtet/ darbey wir es dann bleiben lassen.

Und soll in diesem Fall kein Unterscheid gehalten werden / Ob der Diebstal mit Einbrechen oder ohne dasselbige geschehen / Jedoch soll gleichwol den Schöppenstülen und Gerichten unserer Lande hiermit unbenommen seyn / aus Umbständen / die in Rechten gegründet/ und derer eins Theils in der peinlichen des Reichs Halsgerichts-Ordnung erzehlet / solche Straffe dißfalls zu lindern und zu mildern.

Ferner / da der erste oder andere Diebstal unter fünff guter Ungarischer Gülden / und doch über den halben Theil derselbigen würdig / so soll und mag der Dieb mit Staupenschlägen verwiesen werden. Ist aber der erste und andere Diebstal geringschätzig / und un-

De furto & ejus pœna.

QUò certi quid habeant, quod in puniendis furtis Scabinatus nostrarum Ditionum sequantur; operæ precium nos facturos existimamus, si pœnas ejus delicti distinctè in Constitutione hâc exprimamus.

Qui igitur ultra quinque aureos Ungaricos optimos furatus fuerit, is, etiamsi primum illud sit furtum, tàm ex dispositione juris, quàm de consvetudine, laqueo punitur, id quod & Scabinatus nostri hactenus in judicando & respondendo observârunt, & nos probamus.

Nec hoc in casu attendi volumus, cum effractione furtum commissum sit, nec ne, quamvis interim Scabinatibus & judiciis nostrarum Ditionum prohibitum non sit, ex causis & circumstantiis tàm in jure communi, quàm etiam ex parte in Ordinatione criminali Imperii expressis, si velint, pœnam ut mitigent.

Sin verò primum aut secundum furtum valorem quinque aureorum Ungaricorum non attingat, dimidiam tamen illorum partem excedat, virgis fur cæsus relegabitur. Quod si nec dimidiam partem quinque aureorum Ungaricorum exæquet, pro conditione personæ vel carcere punietur, vel temporali exilio mulctabitur.

Si quis tertiò aut sæpiùs etiam, distinctis

ter dritthalben Ungarischen Gülden / so mag und soll derselbe mit Gefängnüß oder zeitlicher Verweisung / nach Gelegenheit der Personen / gestrafft werden.

Wann dann einer zum dritten / oder auch mehrmahl / auff unterschiedliche Zeit und Oerter so viel gestohlen / daß es alles zusammen gerechnet / fünff der Ungarischen besten Gülden werth / oder darüber austrüge / so soll derselbige / als ein verleumbder Dieb / mit dem Strange gerichtet werden. Da aber einer zum dritten mahl / oder öffter gestohlen / und alle Deuben / wann sie zusammen gerechnet / trügen nicht über fünff Ungarische Gülden / sondern wären darunter / so soll ein solcher Dieb mit Staupenschlägen verwiesen werden.

Wären dann auch solche Diebstäle alle / oder eins theils / mit Einbrechen geschehen / so soll der Dieb mit dem Strange / inmassen in der peinlichen Reichs-Ordnung sanciret, und versehen / gestrafft werden.

Und wo ihr viel zugleich stehlen / und der Diebstal über den Werth der besten fünff Ungarischen Gülden austrüge / es thäte aber doch gleichwol so viel nicht machen / daß ieder Dieb fünff Ungarische Gülden werth / oder darüber hätte bekommen können / so soll auff solchen Fall / ein ieder derselbigen Diebe mit Staupenschlägen des Landes verwiesen werden / iedoch wann ein solcher Diebstal mit Einbrechung geschehen / so mögen und sollen sie / nach des Reichs Constitution in der peinlichen Halsgerichts-Ordnung begriffen / am Leben mit dem Strange gestrafft werden.

Und nachdem den Rechten gemäß ist / daß derer Diebe halben / so ihres begangenen Lasters zeitliche Reue tragen / und das jenige / so sie gestohlen / ehe sie zum Gefängnüß gezogen / oder beklagt werden / wieder geben / oder derowegen sonst Erstattung thun / die ordentliche Straffe etwas gelindert / so lassen wir auch geschehen / daß es in unsern Landen also erkannt werden möge / iedoch daß dieselbige Verbrecher gleichwol mit Gefängnüß / zeitlicher Verweisung / oder nach Gelegenheit der Umstände mit Staupenschlägen belegt und gestrafft werden.

ctis temporibus & locis, tantum furatus sit, ut omnia simul computata valorem quinque aureorum Ungaricorum optimorum exæquent, vel excedant, eum tanquam famosum furem laqueô puniri jubemus. Sin verò omnia computata eam summam non excedant, fustigatum relegari volumus.

Quod si furta omnia aut aliqua cum effractione facta sint, laqueô fur juxta Ordinationem Imperii criminalem punietur.

Si plures simul furentur, & res furtivæ omnes valorem quidem quinque Ungaricorum optimorum excedant, singulorum verò portiones eam summam non exæquent, omnes fustigatos seu virgis cæsos relegari volumus, nisi cum effractione furtum commiserint. Tùm enim laqueô, juxta dictam Ordinationem Imperii, puniri poterunt & debebunt.

Cùm autem eos fures, qui pœnitentiâ ducti res furtivas, antequam deprehensi in carcerem conjiciantur, vel accusentur, restituunt, vel illarum nomine domino satisfaciunt, mitiùs puniri leges velint, id judiciis quoque nostrarum Ditionum in pronunciando servare nostro permissu licebit, sed ita tamen, ut ejusmodi fures vel carcere, vel relegatione, vel etiam, pro qualitate rei, virgarum castigatione aut fustigatione nihilominùs puniant.

DEFINITIONES.

1. *Non est suspendendus, qui ducatos quinq; nec quicquam ultra furatus est.*
2. *Quoad pœnam suspendii infligendam, sufficit rem furto subtractam ultrà quinq; solidos æstimari, licet tantum lucri fur non perceperit.*
3. *Non eximendus est fur suspendio propterea, quod rem furtivam alius quispiam ipsi furtim subtraxerit.*
4. *Pro primo etiam furto, valorem quinq; ducatorum excedente, fur suspenditur.*
5. *Ex pluralitate furtorum nemo suspendendus est, si non furta omnia simul computata valorem quinq; ducatorum excesserint.*
6. *Remittere potest judex pœnam suspendii, si res furto ablata recuperetur & domino suo restituatur.*
7. *Aut, si furtum passus majorem partem rerum furto ablatarum recipiat.*
8. *Furtum modicum, quod valorem quinq; solidorum non excedit, haud laquei supplicio, sed arbitrariè punitur.*
9. *Furtum cum effractione violentâ commissum, quantumvis modicum, laqueo tamen punitur.*
10. *At effractio, quæ violenta haud est, non ita qualificat furtum modicum, ut hoc per se pœnam suspendii mereatur.*
11. *Apertura clave adulterinâ facta pro effractione violentâ aut seditiosa non habetur.*
12. *Furtum conscendendo ædes commissum per se laquei pœnam non meretur in Electoratu Saxoniæ.*

13. Furtô

13. Furto à pluribus commisso, neuter pœna suspendii plectendus est, si non cujusq; portio valorem quinq; solidorum exæquet.

14. Nisi furtum cum effractione violenta fuerit perpetratum.

15. Fur effractor non est exemptus pœnæ suspendii, licet rem furtivam domino restituat.

16. Furti pœnitenti & domino pro damno dato satisfacienti pœna debet mitigari.

17. Indulgere potest judex furinimis serò etiam pœnitenti, si domino pro damno dato satisfaciat.

18. Fur transigens cum domino super re furto ablatâ, pœna laquei plectendus non est.

19. Ob pluralitatem furtorum pœna suspendii haud exasperari debet.

20. Fur deprehensus in actu furandi, arbitrariè saltem punitur.

21. Severiori quàm fustigationis supplicio plectendus non est, qui deprehensus in furto, deprehensorem vulneravit.

22. In foro Saxonico Judæi fures non à pedibus sed à collis suspenduntur.

23. Fure ad laqueum condemnato & suspenso, ejus hæredes ad æstimationem rei furtivæ consumptæ non tenentur.

Definit. I.

Non est suspendendus, qui ducatos quinq; nec quicquam ultra furatus est.

1 FRustra sanè disputant *Dd.* an jure fures suspendantur, postquam ab Imperatore Carolo V. & proceribus Imperii Romano-Germanici pœna hæc iis fuerit præfinita, in Ordin. Crimin. *artic.* 2 *159. 160. & 162.* † Nec enim putandum est, summum Imperatorem adeò fuisse inconsideratum, ut 3 sine causa Legem ferret injustam. † Neque credendum, unum vel alium sciolum & Nasutum videre id, quod animadvertere nequivére tum temporis Principes, aliique Imperii status, nec non 4 Theologi, JCti & Consiliarii, † quorum operâ Ordinatio criminalis fuit conscripta & promulgata, ut patet *ex præfat.* Ordin. Crimin. & Recess. Imp. Ratisb. *de Anno 1532. rubr.* Halsgerichte betreffende. §. Nachdeme auch. † & multa dixi de causis hujus supplicii *in practica crim. part. 2. quæst. 77.* 6 † Non tamen omnes simpliciter fures suspendi jubet Ordinat. Carolina, sed solummodò eos, qui ultra 7 tra quinque solidos, † (hoc est, aureos Ungaricos, sive ducatos) surripuerunt, *dict. artic. 160. hâc* 8 Constit. *32.* §. Wenn einer über. † Non ergò supplicio huic mancipandus, inquies, qui præcisè du- 9 catos quinque & nihil ultra abstulit? † Ita omninò est, & furem hoc casu à pœna patibuli liberum pronunciârunt Domini, vel solùm ex *hâc ipsa* Constitut. *32.* quæ eos demùm suspendi vult, qui ultra quinque solidos quid fuerint furati, *in* §. *1. verb.* Uber fünff der besten Ungarischen Gülden/ quæ verba etiam habentur *in* §. Wann dann einer. 10 † Nec facessunt negotium verba *in* §. Wann dann einer. *It.* §. und wo ihr viel. & Ordin. Crimin. Carol. *dict. artic. 160. ibi:* Und fünff Gülden oder darüber werth wäre/ &c. ex quibus apparet, quoad pœnam suspendii infligendam parùm interesse, an fur præcisè quinque ducatos, aut ultra quid surripu- 11 erit. † Quia verba hæc ex præcedentibus sunt explicanda, ut mens fuerit Legislatorum pœnam suspendii decernere adversus eum, qui quinque duca- 12 tos & ultra abstulit. † Idque eò magis, quod particula *(Vel)* pro conjunctiva sæpiùs accipiatur, *l. sepè 53. ff. de V. S.*

Ita Domini contra T. Z. zu Zittau/ Mens. April. Anno 1630. (Verba sentent: Wird T. Z. beschuldiget/ daß er vorm Jahre einen Beutel/ darinnen 5. Ungarische Ducaten in specie gewesen/ gestohlen. Ob er nun wol dessen geständig/ solches auch in der Erkündigung sich also befindet/ &c. So mag er doch gestalten Sachen nach/ weil die Deube über fünff Soliden ferner nichts austrägt/ mit dem Strange am Leben nicht gestrafft werden. Er wird aber gleichwol wegen seiner Verbrechung mit Staupenschlägen eurer Gerichte ewig verwiesen/ V.R.W.)

Definit. II.

Quoad pœnam suspendii infligendam, sufficit rem furto subtractam ultra quinq; solidos æstimari, licet tantum lucri fur non perceperit.

SÆpiùs dubitatum memini, an circa valorem 1 quinque ducatorum rei furtivæ æstimatio, an verò lucrum, quod ex re furtiva ad furem pervenit, attendi debeat? † Et placuit Dominis suf- 2 ficere ad pœnam suspendii Reo infligendam, rem furto subtractam ultra quinque ducatos æstimari, licet fur eam minori pretio vendiderit, nec tantum lucri inde perceperit. † *Tùm* quia furtum 3 contrectatione perficitur, §. *1. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Sufficit ergò, ultra quinque solidos furem contrectâsse, etiamsi tot solidos lucratus non fuerit. † *Tùm*, per *h.* Constit. *32.* §. Wann 4 einer. §. ferner. & §. wann dann/ &c. ubi in æstimatione valoris Illustrissimus Legislator ad rem furto subtractam, non verò ad lucrum inde perceptum respicit. † *Tùm*, quia Imperator Carolus V. 5 circa valorem quinque ducatorum ipsius rei furtivæ rationem habet, in Ordin. Crim. *artic. 160. vers.* Und in solchen Fällen muß man ansehen den Werth des Diebstals. † *Tùm*, quod circa pœ- 6 nam furti infligendam damnum ex furto illatum potissimùm attendi debeat, *dict. artic. 160.* Ordin. Crimin. *in verb.* Und wie schädlich dem Beschädigten der Diebstal seyn mag. † Quod si verum est, 7 ipsius potius rei furtivæ æstimatio consideranda, quàm ratio lucri habenda erit.

Ita Domini contra M. T. zu Kemnitz/ Mense Julio, Anno 1628. (Verba sent: Obwol der gefangene M.T. vorwendet/ daß er der gestohlenen Sachen/ derowegen ihm in unserm vorigen Rechtspruch die Strasse des Stranges zuerkannt worden/ in allem über 6. fl. nicht viel genossen. Dieweil aber dennoch G. S. vermittels seines leiblichen Endes erhalten/ daß sein Pferd/ so ihme der Gefangene neben seinem Gesellen gestohlen/ 24. Reichsthaler werth gewesen/ &c. So wird die ihme zuerkannte Todesstrafe an ihme förderlichst nochmals billich vollstreckt/ V.R.W.)

Definit. III.

Non eximendus est fur suspendio, propterea quod rem furtivam alius quispiam ipsi furtim subtraxerit.

FAcilè hinc dijudicare licet, non juvari furem, 1 quò minus suspendatur, si rem furtivam ab

alio

alio ſibi ablatam aut furto ſubtractam doceat: 1
2 † Nempe quod non tàm lucri ad furem pervenientis, quàm damni per furtum illati ratio habeatur, Defin.
3 *præced.* † Cum ergò damnum per id, quod res furtiva è manibus furis ablata ſit, domino neutiquam reſtituatur, ecquis pœnam Reo mitigandam exiſtimet? 4
4 † Quin & ſufficit, furem lucrandi animo rem ſurripuiſſe, etiamſi is ſpe ſua fuerit fruſtratus, §. *1. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.*

Ita Domini contra N. N zu Rotenburg / Menſ. Decembr. Anno 1613. (Verba ſent: So möchte er wegen ſolches begangenen und bekannten Diebſtals/ungeachtet er fürwenden thät/daß er des Geldes/ ſo er dem Wirtzer geſtohlen/ gar nichts genoſſen / ſondern daſſelbe ihme von etlichen Landesknechten wieder geſtohlen und genommen worden/ weil er durch ſeinen Diebſtal/ den er verübet/ Urſach gegeben/ daß der Wirtzer ſeines Geldes entrathen müſſen/ nach Schärffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Pro primo etiam furto, valorem quinq; ducatorum excedente, fur ſuſpenditur.

1 NOn ignoro equidem communem *Dd.* opinionem, quod pro primo furto, quantumvis ma-
2 gno, haud impouenda ſit pœna ſuſpendii, † quam multis tuetur Joh. Harppr. *in* § *pœna manifeſtis. n. 51.*
3 *inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* † eamque in pronunciando ſequi JCtos Tubingenſes, teſtatur Henr. Bocer. *de furt. cap. 1. n. 143.* † Et Jenenſes, Matth. Col.
4 5 *part. 1. deciſ. 144. n. 4. & 20.* † Inde furem quendam ob mille ducatorum furtum primum, pœnam mortis evaſiſſe, ex Caccialupo memorat Jul. Clar. *lib. 5.*
6 *ſent.* §. *furtum n. 9.* † Nimirum, perſvaſum ſibi habent *Dd.* propter ſolam iterationem & furti frequentiam, non etiam propter ejuſdem magnitudinem, furi pœnam mortis inferri, *c. fur 4. in pr. cauſ. 14.*
7 *quæſt. ult.* † Sed cum valorem rei furtivæ & damnum domino per furtum datum attendi jubeat Imperator
8 Carolus V. *in* Ordin. Crimin. *art. 160.* † vel ex hoc ipſo corruit fundamentum illud *Dd.* & per conſe-
9 quens etiam communis opinio, † quæ multum quidem benignitatis habet, ſed Juris nihil. † Non im-
10 merito ergò ſententia Baldi, ex qua ob primum quoque furtum Reus ſuſpenditur, *in Auth. ſed novo Jure n. 3. C. de ſerv. fugit.* per totam ferè Germaniam uſu & praxi recepta eſt, teſte Daniel. Moll. *hic n. 8. in fin.*
11 † Quam & verbis diſertis approbavit Sereniſſ. Saxon. Elect. *h.* Conſtitut. *32.* §. Wann einer *verſ.* Da es gleich ſein erſter Diebſtal iſt/ ꝛc.

Ita Domini contra G. H. zu Cotbus/ Menſ. Sept. Anno 1613. (Verba ſent: Hat Inquiſit bekannt und geſtanden/daß er der Chriſtoph Reuterin aus ihrem Kaſten 20. Ungariſche Ducaten geſtohlen/ꝛc. So möchte er wegen ſolches begangenen und bekannten Diebſtals mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Ex pluralitate furtorum nemo ſuſpendendus eſt, ſi non furta omnia ſimul computata valorem quinq; ducatorum exceſſerint.

1 EX eo porrò, quod circa ſuſpendii pœnam non tàm furti magnitudinem, quàm ejuſdem frequentiam & reiterationem attendendam, contendunt Interppr. † inferunt, pro furto, tertia vice reiterato, tutò infligi ſuſpendii pœnam, quantumvis
2 omnia conjunctim furta ſummam quinque ſolidorum haud exceſſerint, † quod & ſenſiſſe videtur
3 Carolus V. *in* Ordin. Crim. *art. 162.* † Variæ 4
hinc ortæ ſunt diſputationes: Quodnam furtum pro tertio ſit proprie habendum? An in numerum trium furtorum computanda ſint quoque illa, pro quibus jam antea quis fuerit punitus? † Quid Juris, 5
ſi primum vel ſecundum furtum præſcriptione ſit ſublatum? † Et ſi duo furta alibi ſint commiſſa, an 6
tertium ita aggravent, ut laqueo fur poſſit puniri, † ut videre eſt apud Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 24.* 7
defin. 18. Matth. Berlich. *part. 5. concl. 43. n. 108. & ſeq.* Joh. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. ſent.* §. *furtum. n. 62.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 144. num. 6.*
† Sed fruſtrà hæc diſceptantur, poſtquam certum eſt, 8
ex valore rei furtivæ & damno illato de infligendâ ſuſpendii pœna dijudicari, † veluti manifeſtiſſimè 9
probatur per *art. 160.* Ordin. Crimin. † Etſi enim 10
furtum ſæpiùs reiteratum delictum ita aggravet, ut eò faciliùs ad ſuſpendii ſupplicium deveniri poſſit, qui proprius & genuinus eſt ſenſus *dict. artic. 162.* Ordin. Crimin. † tantum tamen abeſt, ob ſolam rei- 11
terationem, laquei ſupplicium ſibi locum vendicare, aut etiam in furto reiterato, quoad pœnam mortis furi indicendam, rationem quantitatis & valoris rei furtivæ haberi jubeat Imp. Carolus V. in Ordin. Crim. *art. 161. in fin. verſ.* Wo aber ſolche zween Diebſtäle fünff Gülden. † Quod certè in Provin- 12
ciis Electoratus Saxonici minus dubium habet, propter manifeſtam ſanctionem Electoralem *h.* Conſt. *32.* §. Wann dann einer. *junct.* §. Da aber einer/ ꝛc.

Ita Domini contra N. N. zu Hamburg / Menſe Jun. Anno 1614. (Verba ſent: Da ihr euch nun allbereit erkündiget hättet/oder nochmals erkündigen würdet/daß obangeregte Stücke gewiß und in Warheit verlohren/ und ihrem rechten Werth nach/ über 5. Soliden/das ſeynd 5. Gülden des beſten Ungariſchen Goldes/ austragen thäten/ ꝛc. So möchte der Gefangene wegen ſolches begangenen und bekannten vielfaltigen Diebſtals/vermöge Käyſer Carls des Fünfften/ und des H. Röm. Reichs peinlichen Gerichts-Ordnung/mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Da aber oberwehnte Stücke die 5. Soliden nicht austragen/ möchte er am Leben nicht geſtrafft/ ſondern allein mit Stampenſchlägen eurer Gerichte ewig verwieſen werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Remittere poteſt judex pœnam ſuſpendii, ſi res furto ablata recuperetur, & domino ſuo reſtituatur.

1 NOn tàm rigoroſus fuit Legislator Imp. Carol. V. ut judici in dictanda & mitiganda ſuſpendii
2 pœna omne prorſus arbitrium ademerit, † quin potiùs pro varietate circumſtantiarum & ratione cauſæ ſufficientis, remiſſiùs contra fures agi, atque pœnam attemperari jubet *in* Ordin. Crim. *art. 160.*
3 † Quod & placuit Sereniſſimo Saxoni *in h.* Conſtit. *32.* §. Und ſoll in dieſem Fall. *verſ.* Jedoch ſoll gleichwol/ꝛc. Rectiſſimè ſanè. † Nam quantò ſeverior &
4 atrocior eſt pœna laquei, tantò faciliùs remitti ac mitigari poteſt, Jul. Clar. *lib. 5. ſent.* §. *furt. num. 20.* Dan. Moll. *hic n. 11.* † modò cauſæ ſufficientes miti-
5 gationem pœnæ ſvadeant, de quibus pleniſſimè ſcripſi *in pract. crim. part. 2. quæſt. 8. & multis ſqq.*
6 † Certè ſi res furtiva recuperata ac domino reſtituta fuerit, pœnam ſuſpendii in fuſtigationem ac relega-
7 tionem commutandam eſſe, indubitatum tenent JCti Saxonici, † ut apparet ex traditis Autor. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. 4. quæſt. 56.* Nempe, † quod

8 †quod Dominus rem furto ablatam recipiens nullum sentiat damnum, quod tamen in pœna suspendii dictanda attendi jubet Ord. Crim. Carol. *art. 160. vers.* Und wie schädlich dem Beschädigten der Diebstal
9 seyn mag. † Fateor equidem, furem de rigore Juris suspendi posse, ut maximè res furto surrepta fuerit recuperata, quippe delictum furti perfectum ac consummatum est, re fraudulenter lucri causa contrectatâ, etiamsi fur nihil prorsus fuerit lucratus, §. *1.*
10 *inst. de obligat. quæ ex delict. nasc.* † Attamen vel sola æquitas damno restituto pœnam mitigari svadet, † quæ rigorem Juris meritò vincit eo casu,
11 quo mitigatio pœnæ Judici est concessa, *l. perspiciendum. 11. in pr. & §. 2. l. absentem. 5. §. ult. l. 13. ff. de pœn.*

Ita Domini contra N. N. zu Dreßden/ Mens. Jun. Anno 1587. (Verba sent: So wird er wegen solcher begangenen und bekañten Deuben/ nach Schärffe der Rechte/mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft. Es wolte dann die hohe Obrigkeit/in Ansehung/daß man die gestohlene Sachen wieder bekommen/ und er also dieses Diebstals nicht genossen/ihme Gnade erzeigen/auff den Fall würde er mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen/ V.R.W.)

Et contra P.W. an Ludewigen von der Asseburg/Mens. Aug. Anno 1624. (Verba sent: So möchte der gefangene P.W. wegen solcher seiner Verbrechung/gestalten Sachen nach/ weil er des Diebstals nicht genossen/noch dem Bürger von Blanckenburg sonderlich schädlich gewesen/ welche Umbstände gleichwol Käyser Carls des Fünfften/und des Heil. Röm. Reichs peinliche Halsgerichts-Ordnung den Richtern und Urtheilsfassern in acht zu nehmen befiehlet/öffentlich billich zur Staupen geschlagen/ und des Landes ewig verwiesen/V.R.W.)

Definit. VII.

Aut si furtum passus majorem partem rerum furto ablatarum recipiat.

1 EAdemque æquitas Juris rigori meritò præponderat, quantumvis Dominus furtum passus majorem saltem partem rerum subtractarum recipiat,
2 † modo id, quod adhuc abest, & à fure cõsumptum fuit, valorem quinque solidorum haud excedat.
3 † Etsi enim furtum ipsum æstimationem quinque ducatorum longè superet, attamen cum in pœna in-
4 fligenda ratio damni dati habenda sit, † hocque si modicum, & infra quinque solidos fuerit, mitigationem pœnæ apportet, *art. 160.* Ordin. Crim. Carol.
5 † utique & hoc casu severissima suspendii pœna remissa, furem virgis cæsum in perpetuum solummodò mitti exilium, Dominis jam dudum æquissimum visum fuit.

Ita Domini contra H. P. zu Nochsburg/ Mens. Jun. Anno 1602. (Verba sentent: Ob gleich der gefangene H.P. bekannt/daß er 11. fl. gestohlen/ auch sonsten andere Deuben mehr begangen; dieweil aber dennoch das Geld bey demjenigen/ dem er es geliehen/noch verhanden/und wieder zu erlangen ist/die andere Deuben aber theils nicht wohl erkundiget/theils auch über 5. Soliden nicht wohl austragen können/ &c. So mag er auch am Leben nicht gestrafft werden/ er wird aber mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V.R.W.)

Definit. VIII.

Furtum modicum, quod valorem quinque solidorum haud excedit, non laquei supplicio, sed arbitrariè punitur.

1 CUm sanctio Imperatoria suspendii supplicium ad furtum magnum quinque solidos excedens restrinxerit *in* Ordin. Crim. *art. 160.* manifestum in-
2 de redditur, † pro modico furto, quod valorem quinque solidorum non attingit, vel etiam non excedit, Ordin. Crim. *art. 157. in pr. verb.* Unter fünff Gülden. *Et artic. 158. vers.* Der unter fünff Gülden. † laquei pœnam neutiquam esse imponendam, 3
Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 110. num. 28. & 35.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. n. 7. & 23. ubi* Johann. Bajard. *in addit. n. 88.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 144. num. 4.* † Nihilominus furtum ejusmo-4
di modicum pœna arbitraria, puta fustigatione, relegatione, carcere aut mulcta pecuniaria, pro arbitrio Judicis & qualitate delicti coërceri debet, *dict. art. 157. 158. & art. 161.* Ordin. Crim. Henric. Bocer. *de furt. cap. 1. num. 119.* † Quod arbitrium Illustrissi-5
mus Saxoniæ Elector ita temperavit, ut pro furto dimidiam partem quinque solidorum excedente fustigationem, † pro alio verò, quod partem hanc 6
dimidiam non attingit, aliam pœnam arbitrariam, carceris aut relegationis imponi jusserit, *h.* Const. *32.* §. Ferner da. *juncto.* §. Ist aber der erste. Matth. Col. *dict. decis. 144. n. 16.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de furt. n. 15.*

Ita Domini contra N.N. zu Born/Mens. April. Anno 1614. (Verba sent: So wird N. N. wegen solcher begangenen und bekannten Deuben öffentlich billich zur Staupen geschlagen / und nach erlittenen und ausgestandenen Staupenschlag/des Landes ewig billich verwiesen/ V.R.W.)

Et contra M.S.D.S. und D.P. zu Zwickau/ Mense Mart. Anno 1617. (Verba sent: So werden sie wegen solches ihres begangenen Diebstals alle drey/ M.S. auff vier Wochen/ D.S. auff drey Wochen/ und D.P. acht Tage lang mit Gefängnüß in Straffe genommen/ V.R.W.)

Definit. IX.

Furtum cum effractione violenta commissum, quantumvis modicum, laqueo tamen punitur.

FUrtum cum effractione violenta commissum 1
longè gravius est quovis alio simplici furto, † quia 2
fractura vel apertura aggravat delictum, Prosper Farin. *part. 7. oper. crim. quæst. 167. n. 27.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cas. 299. n. 5.* Nicol. Boër. *decis. 173. num. 4.* † Quid ergò mirum, ut fu-3
res effractores suspendantur, *h.* Constit. *32.* §. Wären dann auch. cum vel sola violentia seu vis publica mortis pœna sæpè coerceatur, *l. ult. ff. de re milit.* Recess. Aug. sub Imp. Ferdin. I. *Anno 1555.* §. Wir setzen/ ordnen. *vers.* Wo sie in Gefängnüß kommen. Ordin. Crimin. Carol. *art. 128. & 129. ubi* Matth. Stephan. † Ex quo fit, ut pro modico etiam 4
furto, cum effractione perpetrato, pœna Reis indicatur, *artic. 159.* Ordin. Crim. *vers.* Auch der Diebstal groß oder klein. † Nempe, quia hoc casu non 5
ratio habetur valoris ac magnitudinis furti, sed solius effractionis violentæ, ut notavi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 79. num. 11.* † Id quod generalitas 6
etiam verborum in *h.* Constit. *32.* §. Wären dann auch. luculenter probat, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst.*

Ita Domini contra N. N. zu Leipzig / Mens. Junio, Anno 1598. (Verba sentent: Wann nun gleich berührte Deuben über 5. Soliden/das seynd 5. Gülde des besten Ungarischen Goldes / nicht austragen thäten/ da sie aber dennoch mit gewaltsamen Einbrechen geschehen wären/ und der Gefangene auff seinem gethanen Bekäntnüß vor peinlichem Halsgerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/ überwiesen würde/ So möchte er wegen solches gestiftenen/ und gefährlicher Weise begangenen Diebstals/ mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V.R.W.)

DEFI-

DEFINIT. X.

Et effractio, qua violenta haud est, non ita qualificat furtum modicum, ut hoc per se pœnam suspendii mereatur.

1 SEd accipi hoc velim de effractione violenta &
2 seditiosa, per quam pax publica turbatur, † quippe quam solam furto accedentem Constitutio Friderici Imper. *in cap. 1. §. si quis quinque solidos 5. tit. de pac. ten. & ejus violat. 27. Feud. 2.* ex qua Sanctio Carolina de furibus suspendendis procul dubio originem traxit, laquei supplicio coërceri voluerit.
3 † Siquidem tota illa Friderici Const. de pace publica conservanda, & seditione impedienda loquitur, ut probè animadvertit Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum num. 7.* Henr. Bocer. *in tract. de furt. cap. 1. num. 61.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 295.*
4 *num. 13.* † Ergò simplex effractio absque violentia aut turbatione pacis, mortis pœnam haud meretur, Nicol. Boër. *decis. 173. n. 1. seq.* Prosp. Farin. *part. 7. oper. crim. quæst. 167. n. 27.* Anton. Gomez. *de delict.*
5 *cap. 5. rubr. de furt. n. 12.* † Nec fures horrea, tuguria sive casas rusticas, aliavè loca non adeò benè munita ac firmata absque armis & vi hostili rumpentes & effringentes pro furto modico, quod valorem
6 quinque ducatorum haud excedit, suspenduntur, † prout multis probatum dedi *in pract. crim. part. 2. quæst. 79. n. 20. & seqq.*

Ita Domini contra N. N. zu Fürstenwalda/ Mens. Martio, Anno 1603. (Verba sent: Da nun der Diebstal gewiß/ und in Warheit/ dem Angeben nach/ mit Einbrechen geschehen/ und des Geldes zum wenigsten über 5. Solidi gewesen/ und der Gefangene auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ So möchte er mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werdē/ V. R. W.)

DEFINIT. XI.

Apertura clave adulterinâ facta pro effractione violenta aut seditiosa non habetur.

1 MUltùm igitur refert nosse, quænam effractio violenta & seditiosa sit appellitanda & quæ non. Quia in re plurimum Judicis arbitrio tribuen-
2 dum est, † qui Judicium suum ex eo informabit, an effractio taliter fuerit peracta, ut inde seditio vel latrocinium metuendum, & fur effractor, si quis forsan furtum impedire voluisset, resistentem occi-
3 surus fuisset. † Quæ unica ferè qualitas est effracturam faciens seditiosam delictumque aggravans.
4 † Ex quo verò audacia hæc furis colligi possit, multis demonstravi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 79. n. 33.*
5 *& seqq.* † Planè, effractio absque armis commissa
6 nunquam erit violenta ac seditiosa, † quippe quod vis publica absque armis haud committatur, Accurs. & Dd. *in l. 1. ff. de vi publ. l. 3. §. 1. ff. eod. tit. Novell. 85. cap. 1. 3. & 4.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 8. cap. 2. num. 2.* † Adeoque nec apertura clave
7 adulterina facta: Qualis enim, quæso, vis clave
8 adulterina poterit committi? † Quin nec talis apertura propriè effractio est, sed potius astuta, clancula & dolosa aperitio, quæ quidem haud impunita esse
9 debet, attamen laquei pœnam non meretur, † nisi res furto subtracta valorem quinque solidorum excesserit, juxta tradita Defin. *præced.*

Ita Domini contra M. K. zu Dippoldiswalda/ Mense Jun. Anno 1626. (Verba sent: Hat M. K. in gutem bekannt/ daß er im Churfl. Forberge in der Nacht durch ein Serret eingestiegen/ den Pferdestall mit einem Dietrich eröffnet/ und daraus Pferde-Geschirre/ Getreydig/ und sonsten andere Sachen gestohlen/ &c. So wird er derowegen öffentlich billich zur Staupen geschlagen/ und nach ausgestandener Leibes-Straffe/ des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

DEFINIT. XII.

Furtum conscendendo ædes commissum per se laquei pœnam non meretur in Electoratu Saxoniæ.

1 FUres, qui conscendendo ædes alienas (mit Einsteigung) committunt furtum, laqueo puniri jubet Ordinatio Carolina, non habita ratione valoris rerum subtractarum, † perinde ac si furtum cum
2 effractione perpetratum fuisset, veluti etiam effractio & conscensio unâ verborum serie conjunguntur *in art. 159. verb.* Bricht oder steiget. † Sed mitior
3 fuit Serenissimus Saxon. Elector in provinciis sui Electoratus, Sanctionem Carolinam ad solam effractionem restringens, *h.* Const. 32. §. Wären dann auch). † Ex quo hactenus Domini pro furto sola
4 conscensione ædium absque effractione violenta commisso, & non attingente valorem quinque solidorum, pœnam suspendii dictare noluerunt, † quia
5 Judici extra limites Constitutionis evagari haud licet, *l. si ita stipulatus 14. ff. de V. O.* † Non enim
6 pœnæ persecutio Judicis voluntati mandatur, sed Legis autoritati reservatur, *l. 1. §. sed non utique 5. ff. ad SCtum Turpil.* Virg. Pingitz. *quæst. 3. num. 5.*
7 † At hoc ita, nisi sæpius, magna audacia & cum telo fur ædes conscenderit, aliævè circumstantiæ accedant, quæ Judicem ad severiorem laquei pœnam
8 commovere queant, † ut dixi *in pract. crim. part. 2. quæst. 79. n. 54.*

Ita Domini contra C. V. Mens. Jan. Anno 1630. (Verba sent: Hat C. V. in einem Hofe die Unter-Scheune an einer Leiter erstiegen/ und ist unter dem Dache in dieselbe hinein auff die Tenne gekrochen/ und hat einen halben Sack voll Korn mit der Spreu eingerafft/ und denselben hinweg/ und nach Hause tragen wollen/ damit er aber unterwegens ergriffen/ und zur Hafft bracht worden/ sich auch hernach darzu richtig bekannt/ &c. So mag er derowegen auff ein 8. Tage lang mit Gefängniß in Strasse genommen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XIII.

Furto à pluribus commisso, neuter pœna suspendii plectendus est, si non cujusq; portio valorem quinq; solidorum exæquet.

1 IN furto à pluribus sociis simul commisso, ad pœnam laquei haud est deveniendum, si non facta di-
2 visione rei furtivæ, cujusque portio valorem quinque solidorum excedat, *h.* Const. 32. §. Und wo ihr viel. † Nimirum, quod uniuscujusque contrectatio & factum, ex quo de crimine furti dijudicandum est,
3 perpendi debeat, *l. ult. ff. ad Leg. Corn. de Sicar.* † At, inquies, nonnè ex communi delicto singuli in
4 solidum obligantur ad pœnam, *l. 1. in pr. C. de condict. furtiv. l. 21. §. si duo 9. ff. de furt.* † puta, si plures hominem mortiferè vulneraverint, vel occide-
5 rint, *l. item Mela 11. §. sed si plures 2. l. [illegible] tus 51. in pr. & §. 1. ff. ad Leg. Aquil.* † aut si plures album prætoris corruperint, *l. si quis id 7. § fin. & l. seq. ff. de jurisd.* † Aſt verum hoc est, quando ad in-
6 teresse & pœnam pecuniariam agitur, ut fit in actione legis Aquiliæ, albi corrupti, &c. † Secùs verò,
7 si ad pœnam capitalem & corporis afflictivam procedatur, ubi factum uniuscujusque, & quantum quisque in delicto fecerit, considerandum est,
8 *d. l. fin. ff. ad Leg. Corn. de sicar.* † Vel dico, quem-

quemlibet furem ad pœnam obligari, cum tot sint pœnæ, quot sunt delinquentium personæ, *l. semper*
9 *is. §. 2. ff. quod vi aut clam.* † sed neutrum suspendi priusquam doceatur, quemcunque ex divisione rei furtivæ æqualiter & proportione Arithmetica facta, quinque solidos percipere saltem potuisse, licet alter plus reliquis acceperit, *h.* Const. *32. §.* Und wo ihr
10 viel. † Non enim hîc quantum quisque furum perceperit, sed quantum percipere potuerit, attendendum est, ut dixi *in pract. crim. part. 2. q. 78. n. 43.*

Ita Domini contra N. N. & Consortes zu Annaberg/ Mens. Nov. Anno 1582. (Verba sent: Da sichs nun in Erkündigung befinden würde/daß die bekannten Deuben alle/oder derer so viel/ daß sie ihrem rechten Werth nach denen Gefangenen einem ieden insonderheit zu seinem Antheil über fünff Gülden Soliden/ das seynd fünff Gülden des besten Ungarischen Goldes/austragen thäten/gewiß und in Warheit geschehen/ und die Gefangene auff ihrem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/wie recht/überwiesen würden/ So möchten sie alle drey mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. XIV.

Nisi furtum cum effractione violenta fuerit perpetratum.

1 SEd hoc ita, si furtum absque effractione violenta
2 Saut seditiosa fuerit commissum. † Nam si plures criminis consocii ædes vel cistam violenter effregerint, & bona inde quæque abstulerint, quin suspendii
3 supplicio sint mancipandi, dubium certè non est, † ut maximè portio cujusque valorem quinque solido-
4 rum non attigerit, † propter effracturam scil. violentam, quæ in furto etiam modico pœnam hanc meretur, ex Sanctione Carolina *in* Ordin. Crim. *art.*
5 *159.* † quæ generaliter loquitur, adeoq; & generaliter intelligi, & ad furtum à pluribus simul commissum extendi debet, *l. de pretio 8. ff. de publ. in rem actio.*
6 *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præst.* † veluti etiam Sanctionem Carolinam verbis disertis ad casum hunc trahit Serenissimus Saxon. Elector *h.* Const. *32. §.* Und wo ihr *vers.* Jedoch wann ein solcher/ &c.

Ita Domini contra M. P. und N. N. zu Coldiß / Mense Martio, Anno 1582.

Definit. XV.

Fur effractor non est exemptus pœnæ suspendii, licet rem furtivam domino restituat.

1 ETsi facta restitutione rei furtivæ in simplici furto
non facilè deveniatur ad pœnam suspendii,
2 † propterea quod hoc casu nec fur lucrum perceperit, nec Dominus damnum senserit, Ordin. Crimin.
3 Carol. *art. 160. supr. Defin. 6.* † Attamen fur effractor rem furtivam Domino restituens nequaquam à laquei supplicio liberabitur, propter effracturam vio-
4 lentam, † quæ furti crimen ita aggravat, ut Reo nullatenus sit indulgendum, *art. 159.* Ordin. Crimin.
5 Carolin. † Etenim, hoc casu non tàm furtum, quàm effractio seditiosa & vis publica mortis supplicio pu-
6 nitur, *supr.* Defin. 9. † Nemo autem, opinor, negabit, per effractionem seditiosam vim commissam fuisse, licet Dominus rem furto sibi ablatam recepe-
7 rit, nec ullum lucrum Reus furti senserit. † Quid ergò obstat, quo minus furi effractori suspendii pœna indiceretur?

Ita Domini contra N. N. an Heinrichen von Schaurodt/ Mense Majo, Anno 1612. (Verba sent: Ob nun wol die jenigen/ welchen das Viehe/als 2. Ochsen und eine Kuhe/ dieblichen entwendet worden/solche in der Nachfolge wieder bekommen/ dieweil aber dennoch beyde Deuben gefährlicher Weise mit Einbrechen geschehen/ &c. So möchte auch Gefangener/ woferne er auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/oder deß sonsten/wie recht/überwiesen würde/nach Schärffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/V.R.W.)

Definit. XVI.

Furi pœnitenti & domino pro damno dato satisfacienti pœna debet mitigari.

COmmuniter tradunt *Dd.* furem quantumvis 1
pœnitentem haudquaquam mereri veniam, per *l. qui ea mente. 65. ff. de furt. l. si pignore 54. ff. eod. tit. l. 1. §. si rem. 25. ff. depos. t. l. non prodest. 5. ff. Vi bon. raptor.* Prosp. Farin. *part. 4. oper. crim. q. 124. num. 172.* Petr. Heig. *part. 2. q. 32. num. 43.* Angel. Aret. *in tr. malefic. verb. Etiam vestem cœlestem, n. 39.* † Quod quidem concesserim de jure civili, 2
quo pœna furti capitalis non est. † A quâ certè ad 3
forum nostrum & pœnam ultimi supplicii non licet argumentari, ut benè notat Aut. Consult. Constit. Sax. *tom. 1. part. 4. quæst. 56. num. 4.* † Etenim, cum 4
restitutio rei furtivæ liberet Reum à pœna suspendii, propterea quod Domino resarciatur damnum, Ord. Crim. Carol. *art. 160. supr.* Defin. 6. † Quidni etiam 5
pœnitentia idem efficeret, si domino ratione damni dati satisfiat? † Quod & rebus disertis sancitum *h.* 6
Const. *32. §. ult.* † Non tamen propterea omni pœnæ 7
fur pœnitens erit eximendus, sed extraordinariè saltem vel relegatione, vel carcere, aut etiam fustigatione puniendus, *dict. §. ult. vers.* Jedoch daß dieselbe Verbrechere gleichwol.

Ita Domini contra N. N. Mens. Jun. Anno 1630 (Verba sent: Obgleich zwey eurer Unterthanen eingebrochen/und 15. Reichsthaler gestohlen und entwendet. Dieweil aber dennoch solches ihnen auff der That gereuet/und sie das gestohlene Geld wieder von sich gestellet/ &c. So mögen sie auch am Leibe nicht gestrafft werden / sondern sie werden allein 3. oder 4. Wochen lang mit Gefängnüß-Straffe belegt/ V.R.W.)

Definit. XVII.

Indulgere potest Judex furi nimis serò etiam pœnitenti, si domino pro damno dato satisfaciat.

ILlis solummodò furibus veniam tribuit Serenissi- 1
mus Elector, qui nondum deprehensi & in carcerem conjecti vel accusati pœnitentiam agunt, remq; ablatam Domino restituunt, *h.* Constitut. *32. §. ult.* † Ex quo sequitur, non audiendum esse, qui jam in- 2
carceratus pœnitet & ad restitutionem damni se offert. † Ac certè si aliter diceretur, vix unquam fures, 3
nisi pauperrimi essent, suspenderentur, † cum nemo 4
non paupertatem mallet quàm mortem; Nihilominus & huic indulgendum existimavêre Scabini, † non 5
quidem ob pœnitentiam, quæ ceu nimis sera, vera pœnitentia non est, nec multum juvare ipsum potest, † sed quia per restitutionem rei Domino fuit satis- 6
factum, quo casu pœnam ordinariam mitigari, ipsissima svadet æquitas, *art. 160.* Ord. Crim. Carol. † Pla- 7
nè, non semper id procedere, sed arbitrio judicis ut plurimum committi, an pro ratione circumstantiarum Reo gratiam facere velit, dixi *in pract. crim. part. 2. quæst. 80. n. 97.*

Ita Domini contra N. N. zu Sachsenburg/ Mens. Jan. Anno 1612. (Verba sentent: Es wolte dann die hohe Obrigkeit ihme aus Gnaden/ in Ansehung / daß der Gefangene pœnitiret / und sich erbieten thut / vor ob angeregte acht Schasse gebührliche Abfindung und Erstattung zu thun / er / der Gefangene/ auch sonsten wegen anderer Deuben nicht verdächtig / sondern dieser Diebstal/

den

den er begangen/ der erſte iſt/ wofern er zuvor darumb in Unterthänigkeit bitten/ es vor eine ſonderbare Gnade erkennen/ und den rechten Werth/ für die dieblichen entführte Schaafnöſſer/ Balthaſar Katterfelden würcklichen wieder erſtatten würde/ die zu Recht zuerkannte Straffe des Stranges erlaſſen/ auf den Fall würde er allein des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

Definit. XVIII.

Fur tranſigens cum domino ſuper re furto ablatâ, pœna laquei plectendus non eſt.

1 REgulariter non tantùm de cauſis civilibus, verum etiam de omnibus criminibus publicis, ſangvinis pœnam ingerentibus, tranſigere licet, 2 *l. tranſigere. 18. C. de tranſact.* † Quæ transactio delinquentem à pœna mortis liberat, quippe cujus ratio & finis potiſſimum in eo conſiſtit, ut Reus tranſigens ſangvinem redimat ſuum, *l. 1. ff. de bon. cor.* 3 *qui ant. ſent.* † Quidni ergò transactioni ſuper furto factæ eundem attribueremus effectum? Idque eò 4 magis, † quia Dominus rei ablatæ cum fure tranſigens, eique condonans, nullum ſentit damnum, ut 5 cujus reſtitutionem ab ipſo expectat. † Atqui mortis ſupplicio furem non puniri, ſi damnum furto datum haud fuerit, probat *art. 160.* Ord. Crim. Carol. 6 † Nec obſtat, quod transactio inter partes haud præjudicet magiſtratui, quo minus delinquenti pœnam 7 imponat: Hoc enim quamvis conceſſerim, † attamen condemnatio hoc caſu non debet fieri ad pœ- 8 nam mortis & vitæ ademptionem, † ſed irroganda eſt ſaltem pœna extraordinaria veluti relegatio aut fuſtigatio, *l. qui ædes. 9. l. ſi fortuitò. 11. ff. de incend. ruin. nauf. l. ſi adulterium. 38. §. Impp. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult.*

Ita Domini contra N. N. zu Noſſen/ Menſ. Sept. Anno 1621. (Verba ſentent: Dieweil aber dennoch der erſte Diebſtal bey ſeinem Bruder begangen/ und Gefangener wegen des andern Diebſtals ſich längſten mit H. L. verglichen und vertragen/ alſo daß er demſelben nicht ſchädlich geweſen/ welche Umſtände gleichwol Käyſer Carls des Fünften und des H. Röm. Reichs peinliche Halsgerichts-Ordnung den Urtheilsfaſſern in acht zu nehmen befiehlet/ ꝛc. So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel/ daß Gefangener derowegen/ geſtalten Sachen nach/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig billich verwieſen wird/ V. R. W.)

Definit. XIX.

Ob pluralitatem furtorum pœna ſuſpendii haud exaſperari debet.

1 ACcidit quandoque, ut fures avaritiæ & affectibus furandi indulgentes ſæpiùs crimen hoc reiterent, pluraque furta committant, ubi ſolet dubi- 2 tari, † an non pœna ſuſpendii hoc caſu ſit exaſperanda, addito nempe majoris alicujus ſeveritatis reatu, videlicet, ut fures trahæ illigati ad locum ſupplicii raptentur, aut ferro candenti uſtulentur? † Sunt 3 etenim pœnæ commenſurandæ delictis, *l. capitalium. 28. §. graſſatores 10. l. perſpiciendum. 11. ff. de pœnis.* † cur non ergo ſeverius indicendum eſſet ſupplicium furibus crimen hoc ſæpius reiterantibus, 4 5 † quia reiteratio alicujus criminis, majorem arguit delinquentis malitiam, *l. 3. §. ſi plures 9. ff. de re milit.* 6 *l. 3. in fin. C. de Epiſc. audient.* † Sed non memini, Dominos unquam pœnam ordinariam propter reiterationem furti aggravaſſe, cum nullibi de exaſperatione hujus pœnæ quicquam diſpoſitum reperiatur. † Ergò nec judici ſeverius ſupplicium indi- 7 tur. † Ergò nec judici ſeverius ſupplicium indicere licebit, quia pœnæ perſecutio non judicis voluntati mandatur, ſed Legis autoritati reſervatur, *l. 1. §. ſed non utique 3. ff. ad SCtum Turpil.* Virgil. 8 Pingitz. *quæſt. 3. n. 5.* † Et quod lege non cavetur, in practica non habetur, ſecundum tradita Baldi *in cap. nihil. 44. n. 25. extr. de elect. & poteſt.* Jaſ. *in l. illam. 19. n. 8. C. de collat.* † Quin potius furibus cri- 9 men hoc ſæpiùs reiterantibus ſolam ſuſpendii pœnam dictat Illuſtriſſimus Saxon. Elector, *hâc* Conſt. 32. §. Wann dann einer. † Quis ergò contra 10 mentem Sereniſſimi Legislatoris, augmentum severius ſupplicio huic addere auſit?

Ita Domini contra N. N. zu Dreßden/ Menſ. Majo, Anno 1629. (Verba ſentent: So möchte Gefangener wegen ſolches begangenen und bekannten vierfältigen Diebſtals/ als ein verleumbder Dieb/ mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. XX.

Fur deprehenſus in actu furandi, arbitrariè ſaltem punitur.

1 RIgoroſa admodum eſt pœna ſuſpendii, adeoque non infligenda, ſi delictum furti perfectè conſummatum haud fuerit, puta quod fur, antequam bona à Domini poſſeſſione auferret, in ipſo furandi 2 actu ſit deprehenſus. † Non ſolummodò quod attentatum alicujus delicti veniam mereatur ex conſvetudine generali, † de quâ teſtantur Dd. communiter, Jul. Clar. *lib. 5. §. ult. q. 92. n. 1.* Proſp. Farin. *part. 5. oper. crim. q. 124. n. 78.* Joh. Schneid. *in §. 4. verſ. ſed eâdem lege. inſt. de publ. judic.* Nicol. Reuſn. *lib. 2. deciſ. 21.* † Sed etiam, quod abſque contre- 4 ctatione ſive amotione rei de loco ad locum, furtum haud committatur, *l. ſi quis uxori. 52. neg; verbo. 19. ff. de furt. l. 1. §. furtum 3. ubi* Gloſſ. & Dd. *in verb. contrectatio. ff. de furt.* † Ceſſante itaque furto, 5 propter rem nondum ablatam, ipſa quoque pœna ceſſabit, ſubſtituto extraordinario quodam ac mitiori ſupplicio. † Quò & facit textus *in l. vulgaris.* 6 *21. §. qui furti 7. ff. de furt.* ex quo probatur, nec furem dici, nec actione furti teneri, qui furti faciendi cauſa conclave intravit, antequam quid contrectaverit. † De quo certè minus dubitandum in 7 foro Saxonico, ubi ſaltem pro fure habetur, qui rem aliquam à Domini poſſeſſione jam abſtulit, Landr. *lib. 2. art. 2. verſ.* Keine Dieberey. † Id quod de 8 eo, qui in actu furandi deprehenſus, nondum quicquam amovit, aſſeri haud poteſt.

Ita Domini contra C. W. zu Dreßden / Menſ. Majo, Anno 1624. (Verba ſent: Hat C. W. bekannt und geſtanden/ daß er den Sonnabend vor Cantate bey M. J. als er und die Seinigen auff der Arbeit geweſen/ ein gebrochen/ Garn und andere Sachen zuſammen gepacket/ in einen Sack geſtoſſen/ und dieblichen entwenden wollen/ darüber er aber betreten/ und zur gefänglichen Hafft bracht worden/ ꝛc. So wird Inquiſit nach Gelegenheit dißfalls/ weil er nichts darvon gebracht/ öffentlich zur Staupen geſchlagen / und darauff des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.)

Definit. XXI.

Severiori quàm fuſtigationis ſuppicio plectendus non eſt, qui deprehenſus in furto deprehenſorem vulneravit.

1 AT, nonnè laquei pœna obtinebit, ſi fur deprehenſus in actu furandi deprehenſorem vulnera- 2 verit? † Si vulneratus inde deceſſerit, furem occitio- 3 rem non quidem laqueo, ſed gladio vel etiam Rotâ puniendum exiſtimaverim, † commiſſo ſcil. vel latrocinio vel homicidio, prout dixi *ſupr.* Conſt. 5. *Def. 9.* 4 *& 10.* † At vulnerato reconvaleſcente neutiquam pœna mortis irroganda erit. Non propter furtum quod nondum fuerit perfectum & conſummatum, Defin. 5 *prec.* † nec propter vulnerationē, quæ graviori quàm fuſti-

fustigationis supplicio haud coërcetur, ut probavi *in* 6 *pract. crim. part. 2. quæst. 99. n. 65. & 66.* † Dixeris equidem, duplex hoc casu delictum committi, puta, furti attentatum & vulnerationem, ac proinde pœnam aggravandam, vel saltem duplici pœnâ corporis 7 afflictivâ delinquentem plectendum esse, † quia plura delicta pluribus pœnis coercentur, *l. nunquam plura 2. ff. de priv. delict.* Prosp. Farin. *in pract. crimin. lib. 1. tit. 3. qu. 22. n. 1.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. q. 84.* † Nec una pœna alteram consumit *l. 27.* 8 *& 48. ff. ad Leg. Aquil. l. Neratius 11. §. 2. ff. de serv. corrupt. l. 1. § hunc tamen 22. l. 2. §. 1. ff. de tut. & ration. distr. l. nunquam. 60. ff. de oblig. & action.* 9 †maximè quando ex singulis delictis resultat effectus distinctus ac separatus, Bart. *in dict. l. nunquam plura 2. n. 4. & 11. ff. de privat. delict.* † At vera sunt hæc 10 omnia saltem in pœnis compatibilibus, veluti in cat- 11 teris pœna & mulcta pecuniaria. † In pœnis verò inter se non compatibilibus, qualis etiam est fustigatio & manus amputatio, doctrina hæc neutiquam 12 obtinet, † ut pluribus demonstravi *in pract. crimin. part. 3. q. 132. n. 25. & 68.* Salycet. *in l. 5. n. 3. & 4. C. ad Leg. Jul. de adult.* Nicol Reusn. *lib. 2. dec. 20. n. 16.*

Ita Domini contra C. F. zum Hayn/Mens. Jul. Anno 1596. (Verba sent: Obgleich der Gefangene in scharffer Frage erhalten/daß er die Deuben/ derer er verdächtig gewesen/ nicht begangen; dieweil er aber dennoch hiebevor in gutem bekannt/auch nachmals geständig ist / daß er bey Erhard Oelschlägeln zu Zabeltitz stelens halber eingebrochen/ und als er von ihme ergriffen und auffgehalten worden/ ihme zween Stiche zugefüget/So wird er derowegen mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/V. R. W.)

Definit. XXII.

In foro Saxonico Judæi fures non à pedibus, sed à collis suspenduntur.

1 SOlent quibusdam in locis Judæi fures modo peculiari non à collis, sed à pedibus suspendi. Quod quidem ex consvetudine recepta ita practicandum;
2 † At in foro Saxonico mos hic nunquam invaluit.
3 Quare standum est dispositioni juris communis, † ita
4 ut Judæi fures æquè à collis suspendantur. † Idq; eò magis, quod Judæi utantur jure communi perinde atq; Christiani, & secundum Leges Romanas judicentur atque excipiant, *l. Judæi 8. C. de Judæis.*

Ita Domini contra M. G. Judæum Pragensem zu Leipzig/ Mense Nov. Anno 1613.

Definit. XXIII.

Fure ad laqueum condemnato & suspenso, ejus hæredes ad æstimationem rei furtivæ consumptæ non tenentur.

1 DIsceptatur ab Interpp. juris Saxonici; *An Dominus rei furtivæ non amplius extantis, sed consumptæ, fure suspenso, adversus ejus hæredes ad interesse & æstimationem experiri valeat?* † Quod affir-
3 mat Virgil. Pingitz. *q. 49. n. 53. & seq.* † in quam sententiam etiam videtur inclinare Petr. Heig. *part. 2. q. 23.*
4 *n. 17.* † eamq; in pronunciando secuti fuêre JCti Lipsienses in causa Matthæi Gnaspens zu Eger/Mense April. Anno 1629. Et Wittebergenses in eadem cau-
5 sa mense, & anno eodem. † At ponit Virgil. Pingitz. fundamèntum suæ assertionis *tùm in* Ord. Criminal. Carol. *art. 207. tum multis seqq.* quæ manifestè jubet restituere veris Dominis bona furto aut vi ablata & erepta, etiamsi bonâ fide & justo titulo quis bona
6 ejusmodi emerit. † *Tum* in condictione furtivâ, quæ adversus hæredes etiam furis ad interesse & æstimationem rei furtivæ competit, *l. si pro fure. 7. ff. condictio. 2. ff. de condict. furtiv. l. si condicatur. 3. l. in re furtivâ. 8. in pr. l. 14. §. 2. ff. eod. tit. §. ult. inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt.* † Sed dupliciter 7 fallit Pingitz. *Primò* namque statum quæstionis invertit, & domino rei furtivæ adversus hæredes furis Rei vindicationem, si nempe res furtiva adhuc extet, tribuit ex Ordin. Crimin. *dict. artic. 207. & seqq.* † Quod certè nemo unquam negavit, ut pluribus de- 8 monstravi *in pract. crim. part. 2. qu 80. n. 106. & seqq.* & probatur hoc satis manifestè *ex* Constit. *33. & seq. §. ult.* † At non inde ad casum præsentem, quo rei 9 consumptæ æstimatio & interesse petitur, argumentari licet. † *Deinde* ex jure civili disputat, quo fures 10 confessi aut convicti pœnâ saltem pecuniariâ mulctantur, uti notissimum est *ex §. pœna manifesti. 5. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* † Quid ergò mirum, 11 ut æstimatio rei furtivæ consumptæ ultra pecuniariam mulctam, vel ab ipso fure, vel ab ejusdem hæredibus pro damno domino dato exigatur, *dict. l. 7. §. 2. ff. de condict. furt.* † Ex quo tamen pessimè ad jus 12 hodiernum, & provinciale Saxonicum, quo fures suspendi & morte puniri videmus, infertur, prout jamdudum animadverterunt JCti Saxon. *in* Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 4 qu 56, ibi:* Das gemeine Recht muß nicht allewege *in materia furti* angesehen und in acht genommen werden. *In quo nunc sæpe graviter & imperitè peccatur*, dann die gemeine Rechte mit Gelde allein den Diebstal strafen. † Aliud igitur in foro Saxonico hactenus obti- 13 nuit, quod nempe hæredes furis suspensi aut virgis saltem cæsi, ad æstimationem rei furtivæ non amplius extantis sed consumptæ haudquaquam teneantur, teste ipsomet Petr. Heig. *dict. qu. 23. n. 20. vers. quo jure utimur, &c.* † Cui opinioni tanquam communi 14 & in foro Saxonico jamdudum receptæ inhærere non dubitavêre Scabini Lipsenses, vel saltem ipsâ rei æquitate commoti. † Quis enim negaverit, ini- 15 quissimum pariter, durissimum & crudelitati proximum esse, ut Reus ultra pœnam mortis seu corporis afflictivam, damna quoque & interesse resarcire teneatur. † Nec ullibi in jure universo cautum repe- 16 ritur (pauciss imis casibus exceptis, de quibus *in art. 218.* Ordin. Crim. Carol.) ut Reus pœnam mortis luat, & simul damna præstet ac bona sua amittat, Mynsing. *Respons. 59. n. 56. decad. 6.* † Quin potius 17 disertè ab Illustrissimo Saxone sancitum, quod is, qui pœnâ mortis aut corporis afflictivâ afficitur, ad præstationem damni dati non sit condemnandus in Const. Elect. *12. p. 4. verb.* Derselbe soll die Gerichtskosten / oder andern Abtrag zu geben nicht schuldig seyn. † Quid namque verbis illis clarius 18 dictum vel dispositum autumabimus. † Nec video, 19 quid Virgil. Pingitz. si hunc textum observasset, respondere potuisset. Etsi enim de homicidio ibi agatur, † facit tamen rationis identitas, ut dispositio ea 20 Electoralis ad furtum quoque, aliavè similia delicta extendatur, præeuntibus Dan. Moll. *ad dict. Const. 12. num. 7. &* Helg. *dict. qu. 23. num. 20.* † Sin autem sanctionem Electoralem restringere velis ad 21 interesse, quod propriè denotatur vocabulo germanico (Abtrag) quærerem meritò, an non restitutio æstimationis vel damni dati nomine (interesse) comprehendatur? † De quo nemo for- 22

san

ſan dubitat, cum procul dubio interſit Domini, da-
23 mnum & æſtimationem rei ablatæ ſibi reſtitui. † Ineptius verò voculam illam (Abtrag) ad Werigeldi reſtitutionem reſtrinxeris, quippe de quo peculiari Conſt. *nempe præcedente 11.* jam ſatis Dn. Elector
24 diſpoſuerat. † Niſi ipſum tautologiæ arguere ve-
25 lis; At nimis audacter & absque fundamento. † Nec reſtrictionem hanc generalitas verbi (Abtrag) ad-
26 mittit, *arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de leg. præſt.* † Taceo, quod & jura communia Saxonica nolint Rei morte puniti heredes ad reſtitutionem æſtimationis condemnari, ut patet *ex* Gloſſ. *Germ. ad* Landr. *lib. 2. art. 35. n. 4. ibi:* Mit dem Tode wettet man zugleich dem Richter / und büſſet dem Kläger.
27 † Quæ certè verba manifeſtiſſimè de intereſſe partis
28 offenſæ agunt. † Nec ſalvâ Gloſſatoris intentione, ad emendam 30. ſolidorum, (quæ aliàs pro membro mutilato debetur in Landr. *lib. 2. art. 16.*) reſtringi poteſt, quippe quod *in dict. art. 35.* de homicidio, & ne verbulo quidem de injuriis agatur realibus, ut
29 cuivis inſpicienti obviam eſt. † Addo & hoc infallibile argumentum, quod Ordinatio Criminalis Carolina in dictanda pœna ſuſpendii damnum à fure datum attendi jubeat, *art. 160.* † ex eo quo fit, ut reſtituto damno nunquam ferè ad ſupplicium laquei deveniatur, ut docui multis *in pract. crim. part. 2. quæſt. 80. num. 9. & mult. ſeqq.* † Quomodo ergo fure jam ſuſpenſo, intereſſe ab heredibus repeti poterit, cum fur hoc reſtituens ſuſpendi nequiviſſet? † Cœcus profectò eris, ſi abſurdum hoc non animadvertas. *Adde omnino* Dec. Elect. *nov. 86.*

30

31

32

Ita Domini ad requiſitionem Quæſtoris Bitterfeldenſis, Menſe Julio, Anno 1582. (Verba ſent: Da N N. berührter Deuben halben peinlich geſtrafft würde/ So wär er ſeine Erben den Werth der geſtohlenen Pferde und die auffgewandte Unkoſten zu erſtatten nicht ſchuldig/ V. R. W.)

Et in cauſa Matthæi Gnaſpens zu Leipzig/ Menſ. Majo, Anno 1579. (Verba ſententiæ: Da aber dennoch der Dieb angeregtes Diebſtals halber mit der Todes-Straffe belegt werden ſolte/ dafür ſichs aus eurer Frage anſehen läſſet/ ſo hättet ihr euch auch aus ſeinem Vermögen/ Inhalts der Landüblichen Sächſiſchen Rechte / des jenigen was euch von den geſtohlenen Sachen noch mangelt/ und ihr nicht wieder erlangen könnet/ zu erholen und anzumaſſen nicht fug/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXIII. PARTIS QUARTÆ.

Ob ein Dieb / welcher mit einem groſſen Diebſtal betroffen/ den bekennet/ Ort/ Perſonen/ wo/ und wem er geſtohlen/ anzeiget/ und doch in der Nachforſchung ſolches nicht zu befinden iſt/ möge am Leben geſtrafft werden?

DIſere Verordnete ſeynd auff dieſe Frage einig geweſen / Wañ gleich der Diebſtal groß / und über fünff Ungariſche Gülden austrüge/ und ob ihr auch gleich viel wären / die ſich zu ſolchem Diebſtal thäten bekennen/ daß ſie doch mit Staupenſchlägen allein ewig zu verweiſen/ und am Leben nicht zu ſtraffen ſeyn/ dabey wir es auch bleiben laſſen.

Es ſoll aber diß falls der Diebſtal von den Gerichten/ ob ſich folgends iemands darzu finden möchte/ eingezogen / und Inhalts Sächſiſcher Rechte verwahret werden.

Is, qui cum rebus furto ablatis deprehenſus delictum fatetur, locum ſimul & perſonas, ubi & cui furatus ſit, indicans, ſi præterea de facto judex inquirens nihil certi de eo cognoſcere poſſit; num mortis ſupplicio ſit afficiendus?

DE hac quæſtione ita inter Deputatos noſtros convenit, ut quamvis magnum ſit furtum & valorem quinque aureorum Ungaricorum excedat, multi etiam ſint, qui id ſe commiſiſſe fateantur, non tamen morte mulctandos, ſed virgis cæſos in perpetuum relegandos exiſtimarint, quam ſententiam nos probamus.

Volumus autem res furtivas juxta juris Saxonici diſpoſitionem à judicibus aſſervari, ſi quis fortè eas ut ſuas poſtulaturus veniat.

DEFINITIONES.

1. *Laqueo fur nunquam punitur, ſi de veritate furti commiſſi haud conſtet.*
2. *Etſi furtum modicũ tum effractura commiſſum ſit.*
3. *Aut furti crimen à pluribus delicti ſociis ſimul perpetratum.*
4. *Ex ſola depoſitione domini, rem furto ſibi ſubtractam fuiſſe, de corpore delicti conſtare poteſt in crimine furti.*
5. *In æſtimanda re furtiva ſtandum eſt juramento ejus, cui res furto fuit ablata.*
6. *Nec deveniri poteſt ad ſupplicium laquei, ſi dominus æſtimationem rei furtivæ jurato indicare nolit.*
7. *Rariſſimè Burſicopi laquei pœnâ plectuntur & quare.*
8. *Furtum frumentarium non punitur regulariter mortis ſupplicio.*
9. *Niſi frumentum in certis ſaccis comprehenſum fuerit ablatum.*
10. *Furtum trituratorum non graviori quàm fuſtigationis pœnâ coerceri debet.*
11. *Promiſsâ impunitate ad veritatem eruendam, Reo confeſſo pœna ordinaria haud irrogari poteſt.*

DEFINIT. I.

Laqueo fur nunquam punitur, ſi de veritate furti commiſſi haud conſtet.

1 UNiverſalis verè regula in cauſis criminalibus recepta eſt, quod nemo ad mortis ſupplicium condemnari poſſit, niſi liquidò de crimine ipſo ſeu delicti corpore, cum omnibus circumſtantiis & qualitatibus conſtet, Proſper. Farin. *in pract. crim.*

crim. lib. 1. quæst. 2. n. 1. num. & seqq. Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 4. num. 1. & seqq.* Hippol. de Marsil. *in pract. crim. §. postquam n. 6.* Mynsing. *cent. 3. observ. 81. n. 1.* 2 † Non obstante hoc, quod Reus delictum confessus fuerit, *l. 1. §. item illud 24. ff. ad SCt. Syllan. l. si per alium 5. §. docere 2. ff. ne quis eum l. inde Neratius. 23. §. ult. ff. ad leg. Aquil. l. 1.* 3 *§. si quis ultrò 27. ff. de quæst.* † Quantumvis ergò fur delictum commissum fateatur, attamen si de re furtivâ & personis, quibus ablata perhibetur, adeoq; de corpore delicti non constet, confessioni neutiquam credendum, nec Reus laquei supplicio subjugandus erit, Ordin. Crimin. Carol. *art. 161. h.* Const. *33.* Hippol. de Marsil. *dict. loc. n. 24.* Angel. Aretin. *in tract. Malefic. verb. etiam vestem cœlestem num. 25.* 4 † Idque tantò magis in furto procedit, quantò faciliùs veritas ejus haberi potest, quia nempe furtum est crimen facti permanentis, quod oculis subjicitur, & cujus vestigia remanent, prout dixi *in pract. crim.* 5 *part. 2. quæst. 81. num. 3.* † Planè, etsi ad solam furis confessionem mortis supplicium ei infligi nequeat, à fustigatione tamen aliâve pœnâ arbitrariâ, si furtum modicum fuerit commissum, Reus haudquaquam immunis est, quantumvis de corpore delicti 6 non constet, *h.* Const. *33.* † Quia non facilè quis crimen confiteri creditur, cujus Reus non est, per tradita Hippol. de Marsil. *dict. §. postquam. num. 5.* 7 *& 6.* † Ac ipsamet confessio vehementissimam & indubitatam furti commissi præsumptionem inducit, ex qua solâ Reus arbitrariè puniri potest, Felin. *in cap. tertio loco. 5. extr. de probat. num. 8. & in cap. auditis 15. extr. de præs. num. 30.* Nicol. Boër. *decis. 164. num. 6.*

Ita Domini contra N. N. zu Dreßden/Mens. Jul. Anno 1621. (Verba sent: Da sichs nun in der Erkündigung befinden thäte/daß solche Deuben gewiß und in Warheit geschehen/ und verübt worden/und der Gefangene würde auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/ überführet/ So möchte er wegen solches begangenen und bekannten Diebstals mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden. Dafern man aber zu der Erkündigung solcher Deuben nicht gelangen könte/ auff den Fall wird der Verhafftete öffentlich zur Staupen geschlagen/und nach erlittener und ausgestandener Leibesstrasse des Landes ewig bißlich verwiesen/ V.R.W.)

Definit. II.

Etsi furtum modicum cum effracturâ commissum sit.

1 IDque verum est etiam in furto modico cum effractione perpetrato. Etsi enim Const. *hac 33.* de furto magno valorem quinque Ducatorum Ungaricorum excedente loquatur, ac furem confessum suspendi nolit, si Magistratus inquirens de corpore 2 delicti nil certi cognoscere potuerit. † Attamen hæc ipsa Sanctio ad furtum quoque modicum cum 3 effracturâ commissum rectissimè extenditur. † *Tum*, ob paritatem rationis quæ jus facit, c. *inter corporalia 2. vers. unde cum non sit extr. de translat. Episc.* Bald. *in l. quoniam intelligitur 5. n. 4. ff. de bis qui not.* 4 *infam.* † *Tum*, quod nec in aliis criminibus confessio nuda ad condemnandum Reum sufficiat, nisi prius de delicto constiterit, *arg l. 1. §. item illud. 24. ff. ad SCtum Syllan.* Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. ff. de quæst. n. 3.* Ægid. Boss. *in pract. crim. tit. 1. in pr.* † Quanto minus in furto effractorio, in quo exactior 5 inquisitio corporis delicti requiritur, quia scilicet ob effracturam solummodò violentam & seditiosam furtum modicum laqueo punitur, Const. Elect. *prac. Defin. 9. & 10.* † Ergò non sufficiet, Dominum rei 6 ablatæ de effractione deponere & testari, sed de tali violentia constare debet, ex qua latrocinium aut seditio metuenda fuisset, ut probavi *in pract. mea crim. part. 2. quæst. 79. n. 5.*

Ita Domini contra N.N. zu Coldiß/Mens. Sept. Anno 1601. (Verba sent: Da ihr euch nun allbereit erkündiget hättet/ oder nochmals erkündigen würdet/ daß vorberührte Stücke gewiß und in Warheit verlohren worden/ und sonderlich daß die bey N.N. begangene Deuben mit gewaltsamen und gefährlichen Einbrechen und Einsteigen geschehen/ und der Gefangene würde auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen. So möchte er wegen solcher begangenen und bekannten Deuben mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V.R.W.)

Definit. III.

Aut furti crimen à pluribus delicti sociis simul perpetratum.

QUid verò, *si plures simul socii furtum commiserint, degq; eo omnes unanimiter confessi fuerint?* 1 † Putaveris forsan, ex omnium confessione 2 unanimi & conveniente, de corpore delicti satis constare ad hoc, ut pœna laquei Reis indicatur, † per 3 text. *in l. qui sententiam 16. vers. aut certè omnium C. de pœn.* ubi dicitur, si plures socii criminis sint capti & confessione omnium in unum conspirante delictum fuerit probatum, tùm rectè pœnam mortis ordinariam imponi. † Sed accipiendus procul du- 4 bio est textus ille de iis tantummodò delictis, quæ vulgò dicuntur facti non remanentis, ut est adulterium, incestus, &c. † de quibus non aliter, quàm ex 5 confessione utriusque partis constare potest, Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cent. 2. cas. 116. num. 11. & lib. 5. præsumpt. 41. num. 1.* Ægid. Boss. *in tit. delict. num. 20.* † Ab hisce sanè non licet argumentari ad 6 delicta facti permanentis, de quo exactè constare debet, priusquam ad mortis supplicium deveniatur, *arg. l. 1. §. item illud. 24. ff. ad SCtum Syllan.* Bald. *in Auth. sed novo jure Cod. de serv. fugit. numero 9.* † Ergò nec in furto, à pluribus delicti sociis commis- 7 so, quisquam suspendio plectendus, antequam veritas criminis explorata fuerit & de corpore delicti constiterit, Autor. Consult. Const. Saxon. *tom. 2. part. 4. quæst. 93. num. 2.* † Quod & verbis disertis 8 probavit Illustrissimus Elector, *hac* Const. *33. vers.* Und ob ihr auch gleich viel wären. † Nec enim 9 confessio socii contra socium, per rerum naturam ad condemnationem sufficit, Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 21. num. 9.* Bald. *lib. 1. consil. 497. n. 1. & seqq.*

Ita Domini contra N.N. & N.N. zu Freyburg / Mens. Aug. Anno 1596. (Verba sentent: Da sichs nun in der Erkündigung befinden würde/ daß die bekannte Deuben gewiß und in Warheit geschehen/ und ihrem rechten Werth nach denen Gefangenen / einem jeden insonderheit zu seinem Antheil über 5. Gülden Soliden/ das seyn 5. Gülden Ungarisch

garisch des besten Goldes austragen thäten/ &c. Es möchten beyde Gefangene von wegen solches begangenen und bekannten Diebstals mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werde/ V. R. W.)

Definit. IV.

Ex sola depositione domini rem furto sibi subtractam fuisse, de corpore delicti constare potest in crimine furti.

1 ALius & diversus est modus cognitionis de corpore delicti in crimine furti, quàm in aliis delictis facti permanentis, de quorum corpore ex in-
2 spectione demum dicitur constare, † veluti homicidium, latrocinium & parricidium per aspectum cadaveris occisi probantur, Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 4. vers. quando vero* Blanc. *in pract. in pr. n. 3.*
3 † At in furto sufficit depositio domini, rem sibi fuisse ablatam, neque ocularis aspectio necessariò ad id re-
4 quiritur, *hâc* Constit. *33.* † modò dominus in judicio de furto testetur ad evitandam fraudem & suspicionem, per ea quæ tradit in simili Jason. *in l. omnium 19. Codic. de testam. num. 15.* Schurff. *centur. 2. consil. 69. num. 8.* † Hinc licet res furtiva à fure jam
5 fuerit consumpta, quin tamen domino de furto sibi facto judicialiter deponente, fur suspendi queat, ambigendum prorsus non est, † ne si aliter diceretur,
6 plerique fures pœnam evaderent ordinariam, contra *l. 1. §. quorum 4. ff. ad SCtum Turpil. l. ordine 15. ff. ad municip. l. 8. ff. 1. Codic. ad Leg. Jul. de vi publ. l. si qua 244. ff. de V. S. cap. ut Clericorum 13. extr. de vit. & honest. clericor. cap. licet 3. extr. de pœn.*

Ita Domini in causa N. N. an Henrichen von Gaußdorff/ Mens. Sept. Anno 1586. (Verba sent: So möchte er/ ungeachtet daß er nicht berichten will/ wohin er das gestohlene Geld gewendet/ nach Schärffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. V.

In æstimanda re furtiva, standum est juramento ejus, cui res furto fuit ablata.

1 MUltum ergò fidei tribuitur Domino non solùm deponenti de furto sibi facto & corpore delicti, Defin. *præced.* sed & rem furtivam æstimanti
2 & taxanti: † quippe quod non saltem de veritate furti, sed etiam de valore rei furtivæ, an quinque so-
3 lidos excedat vel non, constare debeat. † Qua in re standum omninò est juramento ejus, cui res furtiva surrepta fuit, per text. *in l. si quando 9. Codic. Unde Vi.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. num. 18.* Jac. Menoch.
4 *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 208. num. 2.* † Sed hoc ita, si res furtiva non amplius reperiatur. Cæterò-
5 quin, si adhuc extet, † Magistratui incumbit, ju-
6 dicialiter eam taxare & æstimare, † adhibitis, si res ita postulet, opificibus ac Magistris artis mechanicæ peritis, qui cujusque rei pretium scire præsumuntur,
7 † quibus tamen non aliter quàm juratis credendum
8 est. † Nam in unaquaque arte seu disciplina peritis haud aliter fides habetur, quàm si jurent saltem de credulitate, Jason. *in repet. l. admonendi 31. num. 237. ff. de jurejur.* Felin. *in c. quin judicante 9. extr. de præscript.* Salycet. *in l. hâc edictali. 6. §. 1. Codic. de secund. nupt.*

Ita Domini in causa I. F. zu Dölitzsch/ Mens. Januar. Anno 1616. (Verba sent: Da nun der Buchführers-Geselle I. F. mit seinem leiblichen Eyde bestärcken würde/ daß die ihme gestohlene Sachen/ so viel als er angegeben/ ihrem rechten Werth nach würdig gewesen/ der Gefangene auch auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ so möchte er wegen solches seines begangenen und bekäuten Diebstals mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Nec deveniri potest ad supplicium laquei, si dominus æstimationem rei furtivæ juratò indicare nolit.

AT quid, si dominus de pretio & æstimatione rei 1
furto ablatæ jurare nolit, vel quod ipsemet de valore dubitet, vel metu juramenti deterreatur? † Non certè mancipandus erit fur supplicio laquei, 2
sed virgis cæsus in perpetuum relegandus, † ut quia 3
de corpore delicti non certè ac liquidò constat, *h.* Const. 33. † Parùm siquidem refert, an de ipso 4
facto, an vero de rei furtivæ vero pretio, atq; valore incertus sit judex. † Non minus siquidem de hoc, 5
ac de illo certò constare debet, priusquam furi pœna suspendii imponatur, Constitut. Elect. *præced. Defin. 2.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Da er aber hierüber seinen Eyd abzulegen Bedencken trüge/ auff solchen Fall bliebe der Gefangene mit der Todesstraffe billich verschonet. Er würde aber gleichwol nichts desto minder öffentlich billich zur Staupen geschlagen/ und des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VII.

Rarissimè Bursicopi laquei pœnæ plectuntur & quare.

FAlluntur meherclè, qui per exhibitionem rei fur- 1
tivæ, corpus delictum in furti crimine probari existimant. † Quid enim si fur rem exhibitam 2
emisset, metu verò tormentorum furtum fuisset confessus? † Aut quid, si rem, quam furto se subtra- 3
xisse putat, pro derelicto habita fuerit, cujus furtum fieri haud potest? §. *hoc amplius 45. & §. seqq. inst. de rer. divis.* † Nimirum, res furtiva oculis judicis sub- 4
jecta, non nisi præsumptionem furti facit; † ad 5
mortis verò supplicium nemo ex præsumptionibus etiam urgentissimis condemnari debet, Felin. *in cap. auditis 15. extr. de præsumpt. n. 30.* Albert. de Gandin. *tract. de malefic. tit. de præs. & indic. indub. quæst. 1. num. 1. & seqq.* † Non ergò certus esse 6
poterit judex de corpore delicti ex solâ inspectione rei furtivæ, priusquam officiales & nuncios eo locorum, ubi & quibus furtum factum, fur confitetur, miserit ac diligenter inquisiverit, seque informari fecerit, † an revera furtum illis in locis & personis 7
factum fuerit, *h.* Constit. 33. *ubi* Dan. Moll. Matth. Berlich. *part. 5. concl 46. num. 6.* Ægid. Boss. *in pract. crim. rubr. de delict. n. 15.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 108. num. 13.* Vinc. de Franch. *decis. 681.* † Ex 8
quo fit, ut Bursicopi Beutelschneider, qui in nundinis & tabernis mercatorum, ubi magna est hominum frequentia, bursas abscindunt, aliaque furripiunt, rariissimè ac nunquam ferè laqueo puniantur. † Etsi enim de re ipsa furtiva & bursa 9
ab-

abscissa appareat, vix tamen Bursicopi certas perso-
10 nas, quibus sua abstulerunt, indicare queunt, † ut sic judex de corpore delicti dubius, neutiquam laquei supplicium indicere valeat, *h.* Const. 33.

Ita Domini contra G. H. H. H. & P. H. zu Liechtenwalda/ Mense Jan. Anno 1631. (Verba sent: So werden sie alle drey wegen ihrer vielfältigen verübten Spitzbüberey/ weil man der Erkündigung nach Gelegenheit dißfalls nicht gewiß werden kan/ öffentlich billich zur Staupen geschlagen/ und des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Furtum frumentarium non punitur regulariter mortis supplicio.

1 CEssat pœna laquei, non solùm si de corpore delicti planè non appareat, sed etiam si judex de hoc sit dubius, vel quòd domino de furto deponen-
2 ti vix tutò fidem dare queat, † vel quòd res ita comparata sit, ut astutissimus quisque paterfamilias in rebus sibi ablatis, earumque quantitate & qualitate
3 facillimè falli possit. † Quid enim si fur confiteatur, ex horreo aut domo frumentaria se tantum frumenti furatum esse, quantum ad laquei pœnam sufficit, & cujus æstimatio valorem quinque ducatorum
4 facillimè excedit? † Svasor meherclè esse nollem judici, ut furem suspendi faceret, quantumvis dominus de tanta frumenti copia sibi ablata testaretur,
5 † quia multis modis judicium fallere eum potest, somniantem forsan, sibi ablatum fuisse id, quod ex longiori ac diuturniori conservatione & temporis injuria perditum, vel à muribus devoratum atque
6 dissipatum est. † Placuit igitur Dominis, fures frumentarios virgis cæsos in perpetuum mitti exilium,
7 † ob incertitudinem nempe corporis delicti, *h.* Con-
8 stit. 33. † & quia in dubiis & ambiguis mitior pœna est eligenda, *l. Arrianus 47. ff. de O. & A. l. semper 56. l. ea quæ 192. in fin. ff. de Reg. Jur. l. 42. l. 32. ff. de pœn.*

Ita Domini contra N.N. zu Syra/ Mens. Sept. Anno 1600. (Verba sent: Ob nun wol das Geld/so der Gefangene aus solchem gestohlenen und verkauften Getreydig an Korn/ Weitzen und Haber/seinem fernern Bekäntnüß nach gelöset/ über 5. Solden austragen thut/ dieweil aber dennoch schwerlich zu erkündigen/ob vorbenannte Personen auch so viel an Getreydig/als der Gefangene angezeigt/gewiß und in Warheit verlohren. So mag auch der Gefangene solcher Deuben halber am Leben nicht gestrafft werden/ er wird aber gleichwol mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Nisi frumentum in certis saccis comprehensum fuerit ablatum.

1 ACcidit tamen quandoque, ut de quantitate frumenti ablati certè constet, puta si hoc saccis
2 comprehensum ex certo aliquo loco auferatur, † vel talis deprehendatur defectus, ut nullum prorsus relinquatur dubium, furem tantum fuisse furatum,
3 quantum confessus est. † Quo sanè casu, quia de corpore delicti certò apparet, nihil ulterius obstat,
4 quò minùs furi pœna laquei indicatur. † Quin potius hoc casu judex id facere obstrictus est, ne mitior sit lege, ac nimiâ lenitate ansam præbeat delictis, contra *l. ordine 15. ff. ad municip. l. aliud fraus 131. §. inter multam 1. ff. de V. S.*

Ita Domini contra N. N zu Grünhayn/ Mens. Febr. Anno 1600.

Definit. X.

Furtum trituratorum non graviori quàm fustigationis pœna coërceri debet.

NOn certè aliud de furto trituratorum (quod tri- 1
turatores, vulgò die Dreschet committunt, finito nempe labore abeuntes & triticum in caligis vel indusiis, quantum portare possunt, ex horreo auferentes) † quàm de furto frumentario judican- 2
dum existimaverim. Etenim, cum de corpore delicti & frumento, à trituratoribus ablato, liquidò & verè constare haud queat, † nunquam laquei 3
pœnam furibus hisce imponere ausi fuerunt Domini, † dictantes pœnam solummodò extraordina- 4
riam, nempe relegationis, carceris, aut etiam fustigationis pro ratione scilicet sæpiùs reiterati & continuati delicti, juxta *h.* Const. 33. † Idque eò magis, 5
quod triticum fidei trituratorum committatur: † Atqui pœna saltem extraordinaria plectendi sunt, 6
qui res fidei suæ commissas in proprios usus convertunt, per tradita Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 115. n. 1. & seqq.* Matth. Wesenb. *in ff. item lex Julia peculatus 9. n. 5. inst. de publ. Judic.*

Ita Domini contra T. S. & G. H. zu Thalwitz/ Mens. April. Anno 1596. (Verba sentent: Haben T. S. so ins 30. Jahr und G. H. welcher ins 20 Jahr allda Drescher gewesen/ ausgesagt/ daß sie diese Zeit über fast von allen Auffheben/ zu Viertheln Haber und gantzen Scheffeln/ und bißweilen auch mehr/allerley Getreydig an Korn/Gersten und Haber veruntrauet/und es miteinander getheilet/ &c. So werden vorgemeldte Drescher von wegen solcher begangenen und bekannten Untreu mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. XI.

Promissa impunitate ad veritatem eruendam, Reo confesso pœna ordinaria haud irrogari potest.

NEutiquam sibi fas esse judices existiment, pro- 1
missione impunitatis à Reo veritatem elicere, Dec. *in l. ea est natura 65. num. 7. ff. de Reg. jur.* Ventur. de Valent. *in part. litigios. lib. 1. cap. 14. n. 25.* Adam. Keller. *lib. 2. de offic. juridic. polit. cap. 12.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 55. num. 9.* † Ne si 2
forsan Reus fide judicis inductus crimen confessus fuerit, pœnam effugiat ordinariam, † ut rectè 3
sentiunt Dd. communiter Anton. Fab. *in C. lib. 9. tit. 24 defin. 17. n. 2.* Dan. Moller. *2. semestr. 1. num. 3.* Anton. Gomez. *tom. 3. var. resol. c. 12. n. 6.* Scaccius *de judic. lib. 2. cap. 86. num. 35.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 32. num. 37. & seqq.* Andr. Fach. *lib. 9. controv. 61.* Prosp. Farin. *part. 3. oper. crim. quæst. 81. num. 277.* Speckh. *cent. 1. quæst. 3.* † Nisi dicere 4
velis, promissione judicis haud obstante, pœnam ordinariam Reo irrogàndam esse, cum Henr. Boer. *de jurisdict. cap. 5. num. 69. &* Didac. Covarr. *lib. 1. variar. resolut. cap. 2. vers. quod verò dicitur.* † quos 5
Facultatem Juridicam Lipsiensem in pronunciando an M. R. zu Franckenberg secutam fuisse percepi? † Sed errant meherclè, quicunque hoc as- 6
serunt, & non levem judicis existimationi maculam inurunt, † cum turpe sit promissis contra- 7
venire, & fidem fallere, *l. 1. ff. de pact. l. 8. Cod. de summ. Trinit.* † Nam si dixeris, hoc restrin- 8
gendum esse ad fidem legitimam & de re licitadatam, *arg. l. 7. §. 3. ff. de pact.* † pudeat se ju- 9
dex, quod illicitè quicquam fecerit, & Reum simplicem deceperit. † Ex quo judicis honor eò 10

magis

magis violabitur, tantum ſcilicet abeſt, ut inde ſalvari
11 poterit. † Aut ſi judicis ſolertiam prædicare & exemplo Salomonis diviſionem infantis vivi ſimulantis, de quo *in cap. afferte. 2. ubi* Dd. & Felin. *n. 1. extr. de præſ.* illuſtrare velis: Vereor, ne mendacium probes, quod quàm longè differat à ſimulatio-
12 ne judici permiſſa, quis non animadvertet? † At, nec jura permittunt, pœnam ordinariam hoc caſu Reo indicere, quippe quod veriſimilis ac ſpontanea
13 non ſit confeſſio ejus, † qualis ea omninò eſſe debet, antequam deveniatur ad pœnam ordinariam *art. 22. & 60.* Ordin. Crim. Carol. *ubi* Matth. Steph. & Ge-
14 org. Rem. † Metuendum enim ſemper, ne Rei confeſſio non tàm conſcientia facinoris, quàm fiducia promiſſionis facta ſit, ut ſcilicet quàm primùm carceris moleſtia Reus liberetur, Duar. *ad l. conventionū 5. ff. de pact. verſ. credibile enim eſt.* † Neq; judex in-
15 de tutus erit, ſi narrata circumſtantiis facti conveniant, quia ex eo corpus quidem delicti probatur,
† at nunquam confeſſio ſpontanea efficitur, ut maxi-
16 mè præſumptionibus firmetur, † quæ ad condemnan-
17 dum haud ſufficiunt, *dict. art. 22.* Ordin. Crim. Car. Jul. Clar. *in pract. §. ult. queſt. 20. n. 6.*

Ita Domini contra G. S. zu Schwartzenberg/ Menſ. Jun. Anno 1590. (Verba ſentent: So würde Inquiſit mit dem Feuer vom Leben zum Tode billich gerichtet und geſtraffet. Es wäre dann/ daß ihr ihme zugeſaget hättet/ daß er des obgedachten Brandtſchadens halber/ woſern er denſelben/ und wie es darum bewandt/ gütlichen bekennen würde/ beym Schwerdte bleiben ſolte/ auff den Fall würde ihme die Straffe dergeſtalt auch billich gelindert/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXIV.

PARTIS QUARTÆ.

Von Straffe derer/ welche die Todten aufgraben/ oder ſie an dem Galgen beſtehlen/ oder von den Gerichten nehmen.

WAnn die Todtengräber oder andere die Todten wiederum auffgraben/ dieſelbige berauben/ und darnach wieder einſcharren/ ſo iſt die Straffe willkührlich/ als daß ſie mit Ruthen geſtäupt werden/ es wären dann andere Umbſtände verhanden/ derowegen die Straffe zu ſchärffen/ als da ſie die todten Leichnam unbegraben liegen laſſen/ oder offtmals ſolche Miſſethat begangen/ oder aber mit gewehrter Hand verbracht hätten/ In dieſen und dergleichen Fällen ſollen die Thäter mit dem Schwerdte geſtrafft werden.

Die aber/ welche den Dieben oder gerechtfertigten Mißthätern an dem Galgen oder auff dem Rade die Kleider ausziehen/ ſollen mit Staupenſchlägen geſtrafft werden.

Die jenigen/ ſo die Todtencörper vom Galgen oder Gerichte wegnehmen/ ſo es verwandte Freunde thäten/ ſollen etwas gelinder/ am Gelde/ oder mit Gefängnüß und nicht am Leibe geſtrafft werden.

Da es aber andere Leute thäten/ zur Zauberey zu gebrauchen/ oder aus anderm böſen Fürſatz/ dieſelben ſollen geſtäupt oder verwieſen/ oder ſonſten nach Gelegenheit der Perſonen willkührlich geſtrafft werden.

De Pœna illorum, qui cadavera ſepultorum effodiunt, vel punitorum ſpoliant vel auferunt.

PŒna Veſpillonum aut aliorum, qui cadavera mortuorum è ſepulchris effoſſa ſpoliant, deinde ſepulchris rurſus condunt, arbitraria eſt, fuſtigationis nimirum, niſi quæ circumſtantiæ delictum aggravent, veluti ſi ſpoliata cadavera rurſus non ſepeliant, vel ſæpiùs idem, aut armata manu commiſerint. His enim & ſimilibus caſibus, gladio volumus ut puniantur.

Cadavera verò ſuſpenſorum vel illorum, qui ſupplicium paſſi, rotæ illigati ſunt, veſtibus qui ſpoliant, virgis cædantur.

Qui verò auferunt eos, ſi propinqui illorum ſint, carcere vel pecunia mulctari, non in corpore puniri volumus.

Sin alii ſint, qui in uſus magicos ea auferant, aut aliàs malo animo id faciant, ii pro conditione perſonarum vel fuſtigatione, vel relegatione, vel aliter pro arbitrio judicantis puniantur.

DEFINITIONES.

1. *Arbitrariè puniuntur, qui cadavera defunctorum ſpoliant.*
2. *Niſi circumſtantiæ delictum aggravantes gladii pœnam exigant.*
3. *Pœna quoque arbitraria coercetur ſpoliatio cadaverum ſuſpenſorum.*
4. *Tenentur etiam pœna arbitraria, qui cadavera ſuſpenſorum vel rotis impoſita auferunt.*
5. *Furtum vel Rapina à pluribus Reis commiſſa, quilibet in ſolidum ad reſtitutionem rei tenetur.*
6. *Honeſtâ ſepulturâ privandi non ſunt, qui ex melancholiâ vel furore ſeipſos interficiunt.*

DEFINIT. I.

Arbitrariè puniuntur, qui cadavera defunctorum ſpoliant.

1 SPoliatores Sepulchrorum ac Cœmiteriorum non minùs atque Latrones Rotâ puniri, vult jus Saxonicum Landrecht *lib. 2. artic. 13. verſ.* Al-

le Mörder und die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen/ oder Kirchhöfe/ ꝛc. die ſoll man alle Radebrechen/ ꝛc. † Rigoroſè 2
nimis, ſi generaliter accipienda eſſet hæc ſanctio. Quod tamen negat Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 147. num. 2.* † reſtringens eam ad violationem 3
ſepul-

sepulchrorum, quæ insigni aliquo sacrilegio contaminata est: † Eos verò, qui cadavera defunctorum spoliant, arbitrariè saltem, puta relegatione, carcere vel fustigatione puniri putat, † quod & sentit Illustr. Saxon. Elect. *hâc* Const. *34. in pr.* †. Nec enim suspendii pœna hoc casu obtinebit, ubi nec furtum, nec spolium propriè committitur, † cum nihil defuncti possideant, *l. 1. §. Scævola 15. ff. si is qui testam. lib. esse* Bald. *in l. ex hoc jure 5. n. 24. ff. de just. & jur.* † Succedit ergò animadversio arbitraria, tanquam in casu deficientis certi supplicii, secundum tradita Jas. *in l. jubere 4. n. 17. ff. de jurisd. omn. jud.* Jac. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 1. qu. 86. n. 8.*

Ita Domini contra M.G.H.E. & C.D. zu Dreßden/ Mens. August. Anno 1594. (Verba sent: Dieweil die drey Gefangene bekannt und gestanden/ daß sie den todten Cörper berauben wollen/ und ihme auch allbereit die Schuhe und einen Strumpff von Beinen abgezogen und zu sich genommen/ so mögen sie alle drey nach Gelegenheit dißfalls/ des Landes ewig verwiesen werden/ V.R.W.)

Definit. II.

Nisi circumstantiæ delictum aggravantes gladii pœnam exigant.

1 SEd hoc ita, nisi circumstantiæ aliud svadeant, &
2 delictum aggravent, † veluti quod fur cadavera effossa non rursus sepeliverit, *l. ult. in pr. ff. de sepulchr. violat.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 109. n. 6.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de sepulchr. violat. n. 3.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 4.*
3 *cas. 387. n. 14.* † Aut, si quis sæpiùs cadavera defunctorum spoliaverit, quia delicti geminatio pœnam aggravat, *l. nemo deinceps 3. sub fid. C. de Episc. audient.* † Vel etiam si violatio cadaverum mortuorum
4 armata manu facta fuisset, † quales violatores de jure
5 quoque civili capite plectuntur, *l. prætor ait 3. §. adversus eos 7. vers. ut si armati ff. de sepulch. violat.* Menoch. *dict. cas. 387. n. 3.* Jodoc. Damhoud. *dict. c. 109. n. 6.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 47. num. 18.*
6 † Non ergò pœna arbitraria sufficiens visa fuit hoc casu Illustrissimo Electori, gladii pœnam adversus spoliatores istos cadaverum decernenti, *h.* Const. *34. in pr. vers.* Es wären dann.

Ita Domini contra N.N. zu Delßnitz/ Mens. Jun. Anno 1599. (Verba sent: So möchte er wegen der begangenen und bekannten Beraubung der Todtencörpere / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden / V. R.W.)

Definit. III.

Pœna quoque arbitraria coercetur spoliatio cadaverum suspensorum.

1 NOn minùs quoq; arbitrariè puniuntur, qui spo-
2 liant cadavera suspensorum: Etsi enim hi † nec injuriam mortuis inferant, *l. si quis 2. ff. de cadav. punit.* † nec furtum propriè committant, *l. 1. §. 15. ff. si*
4 *is qui test. lib. esse jussus.* Attamen † cum per ejusmodi spolium locus justitiæ publicus haud parùm violetur, Nicol. Boër. *decis. 212. n. 24.* † non minori pœna digni esse videntur hi spoliatores, ac ii, qui cada-
6 vera defunctorum violant atque spoliant. † Non immeritò itaque Serenissimus Saxo delinquentes hosce virgis cædi jubet *h.* Constit. *34. §.* Die aber
7 welche den Dieben. † Loquitur tamen ibidem Constituens Illustrissimus specialiter de iis, qui suspensos denudant, eorumq; vestes auferunt, quo ipso
8 aliis scandalum non minimum præbetur. † Adeoq; sanctio ista ceu rigorosa neutiquam ad eos est extendenda, qui non vestes, sed pecuniam, aliasvè res in vestibus occultatas surripiunt, quos relegatione vel carcere puniri satis erit.

Ita Domini contra M.L. zu Zoppach/ Mens. Maj. Anno 1627. (Verba sent: Ob nun wol M.L. bekannt/ daß er eine Leiter an Galgen gelegt/ hinan gestiegen/ und 3. Floren dem gehengten Diebe aus den Hosen gezogen und zu sich genommen/ rc. So mag er doch gestalten Sachen nach/ weil dieser Fall in der Churfürstl. Constitution 34. p. 4. nicht ausdrücklichen begriffen/ mit der Straffe des Staupenschlags nicht belegt werden/ er wird aber gleichwol seiner Begünstigung halber 6. Tage lang mit Gefängniß gestrafft/ V.R.W.)

Definit. IV.

Tenentur etiam pœna arbitraria, qui cadavera suspensorum vel rotis imposita auferunt.

1 IN tantam quandoque homines prorumpunt audaciam, ut & punitorum cadavera de patibulis vel Rotis sublata auferant. † Quorum supplicium equi- 2
dem, quia certum non est, arbitrio judicis committitur, Jason *in l. jubere 4. n. 17. ff. de jurisd. omn. judic.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 1. q. 86. n. 8.* † attamen ex intentione auferentium cadavera, arbi- 3
trium suum judex informabit, & vel leviorem carceris pœnam aut mulctam pecuniariam, † vel severio- 4
rem, puta fustigationem aut relegationem irrogari faciet, *h.* Const. *34. §.* Die jenigen. *junct. §.* da es aber. † Non tam graviter enim peccant Cognati 5
ad sepulturam cadavera auferentes, *arg. l. 1. ff. de cadaver. punit.* † quàm alii, qui ad magicos usus, ea- 6
dem de patibulis vel Rotis subtrahunt, Andr. Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 114.* † Planè & illi pœnam me- 7
rentur, qui corpora punitorum non ad malos usus, sed salutaris Medicinæ vel anatomiæ causa, absque permissu Magistratu auferunt, † quamvis minùs hosce 8
puniendos rectissimè existimet Dan. Moll. *hic n. 3.*

Ita Domini contra M.H. zu Freste/ Mens. Jul. Anno 1627. (Verba sent: Ist C.H. seiner begangenen Missethat wegen mit dem Schwerdte gerichtet/ und nachmals der Cörper auff ein Rad gelegt worden/ und es hat sein Vetter M.H. solchen Cörper von dem Rade heimlichen und bey nächtlicher Weile herunter genommen und begraben/ rc. So mag er derowegen willkührlichen entweder ein 8. Tage lang mit Gefängniß oder umb 3. Neue Schock in Straffe genommen werden/ V.R.W.)

Definit. V.

Furtum vel Rapina à pluribus Reis commissa, quilibet in solidum ad restitutionem rei tenetur.

1 REfert omninò, an ad pœnam criminaliter, an verò ad restitutionem rei per furtum vel rapinam ablatæ civiliter agatur? † Illo siquidem casu, in cri- 2
mine furti vel rapinæ à pluribus delicti sociis commisso, facto uniuscujusque & quantum quisque in delicto fecerit, considerari debet, *l. ult. ff. ad leg. Corn. de sicar.* † nec unus pro altero tenetur, quia tot sunt 3
pœnæ, quot sunt delinquentium personæ, *l. semper. 15. §. 2. ff. quod vi aut clam.* † prout dixi *supr.* Const. 4
Elect. *32. Defin. 13.* † Sed quando accidit, ut fures 5
aut deprædatores ad restitutionem rerum ablatarum conveniantur, quilibet in solidum tenetur, † tan- 6
quam ex obligatione civili, *l. 1. in pr. C. de condict. furt.* Joh. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. num. 38.* † Ex quo etiam fit, ut omnes 7
ac singuli in solidum conveniantur, si plures uni

inju-

injuriam eandem intulerint, *l. si plures 34. ff. de injur.* † aut si plures unum tignum furati fuerint, quod 7 singuli tollere haud potuerunt, *l. vulgaris. 21. §. si duo 9. ff. de furt.* † vel si album prætoris corruperint, *l. si quis id. 7. §. ult. & §. seqq. ff. de jurisdict.*

Ita Domini in causa D. Rudolphi Baronis à Thum/zu Sahlfeld/ Mens. April. Anno 163[illegible]. (Verba sentent: Ob nun wol sonsten die Delinquenten, so der begangenen boßhafftigen und fürsetzlichen gewaltsamen Beraubung gestandig oder überführet/ zur restitution der abgenommenen Sachen zu Recht in solidum verbunden seyn/ &c.)

Et in causa Joachimi Beuthers zu Saltza / Mens. Sept. Anno 1635. (Verba sent: Es wolte denn Churfürstl. Durchl. zu Sachsen / &c. Unser gnadigster Herr / in Betrachtung oberwähnter Ursachen / dem gefangenen H. W. Gnade erzeigen/ und ihme den Staupenschlag erlassen/ auf den Fall wäre er dem Cornet den erlittenen Verlust auf vorgehende Liquidation und Bescheinigung / ungeachtet ihrer mehr solche Plünderung verübet/ in solidum zu erstatten/ so wol die in dieser Sachen auffgewandte Unkosten auf Richterliche Ermäßigung abzutragen schuldig/ und würde allein des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Honestâ sepulturâ privandi non sunt, qui ex melancholia vel furore seipsos interficiunt.

1 Receptum est apud Saxones, ut cadavera eorum, qui sibimetipsis mortem consciverunt, ex fenestra dejiciantur, vel subter limina domus extrahan-
2 tur, † & ita educta per carnificem in locum infamem & bestiarum cadaveribus destinatum projiciantur, Gloss. *marginalis ad gloss. German.* Landrecht *lib. 2. art. 31. num. 3. lit. b.* Johann. Schneidew. *in §. religiosum 9. num. 9. institut. de rer. division.* Matth. Wesenb. ad Schneidew. *in §. juris præcepta*
3 *3. num. 5. instit. de just. & jur.* † Qui mos sepeliendi à politicis probatur, ut demonstrat multis Petr.
4 Heig. *part. 2. quæst. 36.* † & vel propterea retinendus, quò homines ab ejusmodi voluntariis cædibus
5 absterreantur. † Fieri tamen potest, ut pii & boni etiam inclementius de se cogitent, & vitâ hinc quoquo modo exire aveant, *Joh. c. 7. vers. 14. Act. 16. vers. 27. & seqq.* † quin & à spiritu tristitiæ superentur, ut adver- 6
se aliquid durius statuant, & perinde jugulentur, ac si à Latronibus fuissent interempti. † De quibus haud 7
temere judicandum, quia suo Domino quisque stat & cadit, cujus indicia interdum occulta sunt, licet semper justissima, † neque novum est, insontibus 8
accidere digna sontibus, *Rom. 11. vers. 33. cap. 14. vers. 4. 5.* † Neque ideò, quia Saul, Achitophel & 9
Judas sua manu perierunt, & vivi descenderunt in tartara, atque à seipsis pœnas exegerunt, credendum est, semper damnatos illos, qui talia faciunt, fore, *1. Reg. 31. vers. 4. & 2. Reg. 17. vers. 23. Matth. 27. vers. 5.* † Neutiquam ergò sepultura privandi sunt, 10
qui furore, melancholia, morbo, aliave animi impotentia se occidunt, † de quibus etiam bene sperare 11
debemus, Jodoc. Damhouder. *in prax. rer. crimin. cap. 88. num. 5. & seq.* Petr. Heig. *dict. quæst. 36. n. 74.* ubi testatur, Divum Lutherum quoque ita sensisse, qui tamen hoc in casu ceremonias politicas propter exemplum retinendas censuerit. † Planè 12
hac in re multum judicis arbitrio tribuendum existimat Heig. *ibid. n. 77.*

Ita Domini in causa V. A. zu Lichtenwalda / Mens. Junio, Anno 1634. (Verba sentent: Hat sich V. A ein alter verlebter Mann von 70. Jahren an einem klemen Stricklein und höltzern Blöck.ein / hinter seinem Hause und Backofen selbsten erhenckt/ und es wird ihme nicht allein von der Gemeinde und dem Pfarrherrn des Orts ein gut Zeugnüß gegeben / daß er sich bey männiglichen schied- und friedlich / auch zum Gehör Göttliches Worts und dem Gebrauche des heiligen Abendmahls fleißig gehalten/ sondern auch darneben berichtet/ daß er einsmals vor 18. Jahren an einer beschwerlichen melancholischen Kranckheit hart danieder gelegen / auch weil er anitzo bey unterschiedlichen feindlichen Einfällen umb alle sein Vermögen kommen/ und in Armuth gerathen/ er mit betrübten Gedancken und Schwermuth beladen worden/ auch wegen verstopfften Leibes in Kranckheit gefallen/ dahero zu muthmassen / daß er aus blosser Melancholey und Eingebung des Teufels sich ums Leben gebracht habe / &c. So wird V. A Cörper durch den Todengräber oder jemand anders abgenommen/ und nachmals auffm Kirchhofe Christlicher Weise / iedoch ohne übrige Ceremonien/ billich zur Erden bestattet/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXV.

PARTIS QUARTÆ.

Straffe deß / so den Pflug bestiehlt oder beraubet.

SOwohl die Sächsische Rechte vermelden / daß der / so einen Pflug beraubet / mit dem Rade soll gestrafft werden / alldieweil aber hierinne allerley weitläufftiger Verstand gesucht wird / demnach so setzen und wollen wir / da iemand einen Pflug / der im Felde ist/ heimlicher Weise bestiehlt / oder aber denselbigen aus Fürsatz wegführet / daß derselbige willkührlich / als am Gelde / oder mit Gefängnüß / oder aber nach Gelegenheit mit zeitlicher Verweisung gestraft werden soll.

Hätte er aber solches mehrmals begangen /

De pœnâ ejus, qui aratrum spoliat.

ITa jus Saxonicum in eum, qui aratrũ spoliat, rotæ supplicium statuit; quia tamen id non eodem modo ab omnibus accipitur, igitur statuimus & volumus, ut is, qui aratrum in agro relictum clàm spoliat, vel furatur, pœna pecuniaria, vel carcere, vel etiam pro modo delicti, relegatione puniatur.

Quod si idem sæpius commiserit, aut plura aratra furatus sit, eaque furta omnia valorem quinque aureorum Ungaricorum non excesserint, virgis cæsus in perpetuum relegabitur.

oder mehr denn einen Pflug gestohlen/ und solche Diebstähle alle trügen nicht fünff Ungarische Gülden aus / so sol er mit Staupenschlägen verwiesen werden.

Equos verò aratro junctos per vim abigens auferensvè, ceu prædo, pœnam gladii; Rotæ verò, si simul quem occiderit, sustinebit.

Da aber einer die Pferde / so vor dem Pfluge gehen / gewaltsamer Weise entreiten oder entwenden würde / derselbe sol als ein Räuber mit dem Schwerdte / und wo zu solchem Raube an iemands eine Mordthat mit begangen / alsdann mit dem Rade gestrafft und gerichtet werden.

DEFINITIONES.

1. *Perinde ut alii fures puniendi quoq; sunt in foro Saxonico, qui aratrum spoliant aut furantur.*
2. *Equos aratro junctos per vim abigens gladio feriri debet.*
3. *Depradatores in foro Saxonico gladio feriuntur, ac postea eorum cadavera affiguntur rotæ.*
4. *Pro Robbariâ etiam rei minimæ, mortis supplicium depradatori infligendum est.*
5. *Non mitiganda est pœna Robbariæ, ex eo, quod res per vim ablata Domino suo restituatur.*
6. *Nec venia danda est ei, qui semel tantummodò Robbariam commiserit.*
7. *In delicto Robbariæ non deveniendum est ad mortis supplicium, priusquam de hostilitate depradatorum & violentia adhibita constiterit.*
8. *Mobilia ab hostibus capta non possunt vendicari absque pretio à possessoribus.*
9. *Ab hostibus in fuga recuperata vero domino sunt restituenda.*
10. *Ablata à militibus præsidiariis, ubicunque reperiuntur, absq; refusione pretii vendicari possunt.*
11. *Dispositio L. si quis in tantam. C. Unde Vi & l. extat. 13. ff. quodmet. caus. in foro Saxonico non observatur.*
12. *Arbitrariè tamen punitur in foro Saxonico, qui bona sua ab alio possessa vel debitoris bona pro consequendo credito, propria autoritate & per violentiam invadit.*

Definit. I.

Perinde ut alii fures puniendi quoque sunt in foro Saxonico, qui aratrum spoliant aut furantur.

1 SEverissima est Sanctio Juris Saxonici, in eos, qui aratrum spoliant aut furantur, pœnam Ro-
2 tæ decernens, *in* Landr. *lib. 2. art. 13.* † ob singularem procul dubio agriculturæ favorem, ex quo etiam de jure civili pignoratio instrumentorum
3 rusticorum prohibetur, † & ne rusticani ad ullum obsequium devocentur, sub gravi pœna interdicitur, *l. executores 7. C. quæ res pign. oblig. poss. tot. tit. C. ne Rustici ad ull. obs. devoc. lib. 11.* Peck. *de arest. cap. 5. num. 16.* Jacob. Menoch. *de arbitr. ju-*
4 *dic. quæst. lib. 2. cas. 378.* † Non tamen ex sanctione hac puniendi sunt, qui aratrum haud quidem abstulerunt, attamen corruperunt, & fregerunt, ut probè notat Petr. Heig. *part. 2. quæst. 30. num.*
5 *10.* † quia Statuta pœnalia ultra verborum propriam significationem non extenduntur, Hippol. de Marsil. *in pract. §. expedita. num. 75.* Ægid.
6 Boss. *in pr. tit. de furt. num. 23.* † Ac nec hodiè furtum aut spolium aratri tàm graviter vindica-
7 tur. † Sed ab usu recessit juris Saxonici rigor, & simplicis furti pœna etiam in foro Saxonico plectuntur, qui aratrum furati sunt aut spoliarunt,
8 † habito nempe respectu ad quantitatem & æstimationem rerum furto subtractarum, ita ut vel mulcta pecuniariâ, carceris aut relegationis pœna, aut si plura aratra, quorum tamen omnium valor ad summam quinque aureorum non ascendit, ablata fuerint, fustigatio imponatur, *hâc* Constitut. *35. in pr. junct. §.* Hätte er aber solches. *ubi* Dan. Moller. *n. 1.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 148. num. 2.* Petr. Heig. *dict. quæst. 30. num. 3.*

Ita Domini contra L. C. zu Lauchstatt / Mens. April. Anno 1575. (Verba sentent: Es wird aber gleichwol der Gefangene von deßwegen / daß er die drey Pflüge berauben helffen / mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. II.

Equos aratro junctos per vim abigens gladio feriri debet.

AN ergò usu non observabitur Sanctio juris 1
Saxonici, quæ fures aratrorum Rotâ contundi jubet? *in* Landr. *lib. 2. art. 13.* Non certè, † quod 2
nec mirum alicui videbitur, cum pleraque ferè juris Saxonici capitula in desvetudinem abierint, nec aliter hæc autoritatem habeant, quàm si consvetudine approbata fuerint, Hartman. Pistor. *part. 3. quæst. 16. n. 11.* Andr. Scheffer. *part. 2. quæst. 13.* † Quin & si textum juris Saxonici *in d. art. 13.* 3
accuratioribus oculis inspexeris, de raptoribus, qui equos ex aratro violenter abducunt, ibidem agi, fateri necessum habebis, Christoph. Zobel. *in Gloss. ad text. Germ.* Landr. *lib. 2. art. 13.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 30. num. 2.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 148. num. 2.* † Atqui hosce Rotæ supplicio 4
puniri, si quis simul fuerit occisus & sic latrocinium perpetratum, nemo ambigit, quia latrones pœna Rotæ plectuntur, ut dixi *supra* Constitut. Elect. 5. *Defin. 4.* † Nemine verò occiso, nec la- 5
trocinio commisso, Raptores equorum aratro junctorum gladio feriuntur, *hâc* Constitut. *35. §. ultim.*

Ita Domini contra G. W. zu Freyburg / Mens. Jul. Anno 1626. (Verba sentent: Da nun der Gefangene auff seinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder des sonsten wie recht überwiesen würde / so möchte er von wegen solcher seiner begangenen und bekannten Beraubung / weil man der Erkundigung gewiß / daß das Pferd auff freyem Felde aus dem Pfluge oder Wal-

zen

tzen ausgeſpannet worden/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet / und nach beſchehener Execution, der Cörper auff ein Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Depradatores in foro Saxonico gladio feriuntur, ac poſtea eorum cadavera affiguntur Rotæ.

1 NEutiquam latrocinium cum Robbaria confundi debet, ut vel ex hac ipſa Conſtitut. 35.
2 manifeſtum redditur. † Illud ſiquidem eſt homicidium cum ſpolio, ſive rapina conjunctum, Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 86. n. 1. & 2.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 9. cap. 29. num. 18.* Jacobus Beulen. *in l. capitalium 28. §. famoſos 15.*
3 *num. 18. ff. de pœn.* † Sed Robbaria ſive Rapina absque homicidio & occiſione alterius committitur, atque dicuntur Raptores ſive Robbatores, qui in ſtrata publica furantur ſine interfectione,
4 Jacob. Beulen. *dict loc.* † veluti pluribus demonſtravi *in pract. crim. part. 1. quæſt. 22. num. 2. & ſeqq.*
5 *& part. 2. quæſt. 90. num. 3.* † Quanto gravius igitur Latrocinium eſt Rapinâ, tantò ſeverius ſupplicium pro eo conſtitutum reperitur, dum latrones Rota contunduntur, deprædatores verò
6 gladio feriuntur, *hâc* Conſtitut. 35. † Addidit tamen ſupplicio huic obſervantia & id augmentum, ut facta executione, cadavera deprædato-
7 rum Rotæ affigantur, nullo alio fine, † quàm ut ex eorundem conſpectu deterreantur alii ab ejusmodi facinoribus, *l. capitalium. 28. §. 15. ff.*
8 *de pœn.* † in eo namque pœnarum fructus conſiſtit, ut alii meliores reddantur, & à criminibus deterreantur, *l. 6. ff. de pœn. l. 20. ff. eod. tit.* Johann. Bodin. *lib. 7. de Republ. cap. 4. num. 21.* Andr. Tiraquell. *de pœn. cap. 48.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 39.*
9 *num. 27.* † Tantumque abeſt, augmentum hoc pœnæ, Sanctioni Carolinæ adverſari, ut & Imperator, in imponenda deprædationis pœna, cujusque provinciæ morem expreſsè confirmaverit, *in* Ordin. Crimin. *art. 126. verſ.* Oder wie an iedem Ort / in dieſen Fällen mit guter Gewohnheit herkommen iſt / am Leben geſtrafft werden.

Ita Domini contra N N. & Conſort. Menſ. Majo, Anno 1612. (Verba ſent: So möchten ſie wegen ſolches begangenen und bekannten Straſſenraubs/ vermöge Käyſer Carls des fünfften / und des Heiligen Römiſchen Reichs peinlichen Halsgerichts-Ordnung / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tod geſtraft/ uñ folgends nach vollbrachter Execution, andern zum Abſcheu und Exempel / damit andere dergleichen zu begehen gleichſam erſchreckt und abgehalten werden / weil ſonderlich diß verbotene Laſter allzugemein werden wil/ ein jeder Cörper auff ein beſonder Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Pro Robbaria etiam rei minimæ, mortis ſupplicium deprædatori infligendum eſt.

1 IN crimine Rapinæ ſive deprædationis, non tàm noxa & damnum per ablationem rei datum, quàm violatio ſecuritatis in via publica &
2 provincia, † quæ pacata & quieta eſſe debet, *l. 1. §. quies 12. ff. de offic. præfect. urb. l. 13. ff. de offic.*
3 *præſid.* attenditur, † In quo ferè à Robbaria furtum differt, quod ex damno illato æſtimari & pu-
4 niri ſolet, *artic. 160.* Ordin. Crimin. † Deprædatores itaque quantumvis rei modicæ & minimi valoris, pœnæ Robbariæ ſubjacere, quis inficias ibit? † Quippe quod per rapinam minimæ rei, 5
ſancta viæ publicæ ſecuritas æquè violetur, atque per ablationem rerum maximi valoris. † Ergò vel 6
ſaltem paritas rationis eandem pœnam inducit, *arg. l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis 7. §. actionem. 2. C. de revocand. donat.* † maximè, quia Sanctio Carolina, ex qua pœna mortis deprædatoribus infligenda eſt, generaliter & indiſtinctè loquitur, *in dict. art. 126.* Ordin. Crimin. † adeoq; & 8
generaliter intelligi debet, *l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſt. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action.*

Ita Domini contra J. B. zu Coßwig/ Menſ. Jul. Anno 1582. (Verba ſent: So möchte J. W. wegen ſolcher begangenen und bekannten Beraubung / indeme er einem Bettler auff der Straſſen etliche Pfennige und ein Glöcklein abgenommen/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft uñ auff ein Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Non mitiganda eſt pœna Robbariæ, ex eo, quod res per vim ablata Domino ſuo reſtituatur.

1 NOn certè audiendus eſt deprædator mitigationem ſupplicii petens ex eo, quod rem per
2 vim ablatam domino ſuo reſtituerit, † cum delictum per violationem ſecuritatis in via publica & ſpoliationem ſemel fuerit perpetratum & perfectè conſummatum, *art. 126.* Ordin. Crim. Carolin. Landr. *lib. 2. art. 13. verſ.* Die einen Mann. † 3
Neque id quod in furto ſpecialiter eſt receptum, ut ſcilicet propter rei furtivæ recuperationem & damni reſtitutionem, pœna ſuſpendii ceſſet, de
quo dixi *ſupra* Conſtitut. Elect. 32. *Definit. 6.* ad
4 crimen Robbariæ extendi debet, † ex ratione diverſitatis, quæ diverſam quoque facit deciſionem, *l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram rem 5. ff. de V. O.*
5 † Siquidem in furto damnum datum ſemper attenditur, jubente Imper. Carolo V. in Ordin. Crimin. *art. 160.* quo reſtituto meritò quoque ceſſat pœna furti ordinaria. † At in Robbaria non
6 tam ſpolium ſeu deprædatio, quàm ſecuritatis violatio conſideratur, quæ per ſpolii redditionem nullatenus reſtituitur. † Ergò nec pœna, 7
ſpolio reddito, mitiganda erit.

Ita Domini contra N. N. & Conſort. zu Kemnitz/ Menſ. Auguſto, Anno 1631. (Verba ſentent: So möchten ſie ſolches begangenen und bekannten Straſſenraubes halber, unangeſehen man die abgenommene 40. Thaler biß auf 3. fl. 14. gr. 6. pf. bey ihnen wieder erlanget / alle beyde mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtrafft / und nach verbrachter Execution, ein ieder Cörper auff ein abſonderlich Rad gelegt und geflochten werden / V. R. W.)

Definit. VI.

Nec venia danda eſt ei, qui ſemel tantummodò Robbariam commiſerit.

1 COmmuniter equidem tradunt *Dd.* deprædatores haud gladio feriri, ſi non ſæpius Robbariam commiſerint, Nicolaus Reuſner. *lib. 1. deciſ. 16. num. 20.* Matth. Stephan. *in not. ad art. 126.* Ordin. Crim. *& ibidem* Georg. Rem. Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 24. defin. 7. n. 3.* † quod & probari videtur 2
per text. *in l. capitalium. 28. §. graſſatores. 10. ff. de pœn.*

Sed

3 Sed ut concesserim hoc † de jure civili, observan-
tia tamen hodierna & usus in foro Saxonico con-
4 trarium introduxit. Nec sine ratione, † quia pœ-
næ in hoc genere delicti imprimis causam dedit
securitas viæ publicæ, quæ sarta & tecta à Magi-
stratibus conservari debet, *l. 1. §. quies 12. ff. de off.*
5 *præf. Urb. l. 13. ff. de offic. præsid.* † Semel ergò se-
curitate viæ publicæ violata, quis delictum etiam
perpetratum negaverit, ut non immeritò pœna
6 quoque delicti sibi locum vendicare debeat. †
Quod & generalitas verborum in Ordin. Crimin.
art. 126. Ein ieder boßhafftiger Räuber. *Et in*
Landr. *lib. 2. art. 13.* Die einen Mann berauben/ꝛc.
7 luculenter evincit. † Et cum fur ob primum e-
tiam furtum valorem quinque ducatorum exce-
dens laqueo puniatur, *supr.* Constitut. Elect. 32.
§. Wenn einer. *vers.* Da es gleich sein erster Dieb-
8 stal ist/ ꝛc. † Cur non etiam deprædator ob pri-
9 mam Robbariam gladio plecteretur? † Cum hoc
gravius dicatur delictum quovis simplici furto *l.*
14. §. 12. ff. quod met. caus. l. raptores 54. C. de E-
pisc. & Cler. Tiber. Dec. *in tract. crim. lib. 8. cap.*
11. num. 8.

Ita Domini contra N.N. & Consort. zu Pegau/ Mens. Febr. Anno 1636. (Verba sentent: So möchten sie alle fünffe wegen solcher auff freyer öffentlicher Landstrasse begangene und bekañten Verdubung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft/ und nach verbrachter Execution ein jeder Cörper auf ein absonderlich Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W.)

Definit. VII.

In delicto Robbariæ non deveniendum est ad mortis supplicium, priusquam de hostilitate deprædatorum & violentia adhibita constiterit.

1 EX responso JCti Callistrati, qui tum demum
Latrones capite puniri jubet, si cum ferro ag-
2 gredi & spoliare instituerint, † idque sæpius at-
que in itineribus hoc admiserint, *in l. capitalium.*
28. §. grassatores. 10. ff. de pœn. inferunt commu-
niter Interpp. ad mortis supplicium haud deveni-
3 ri posse, † si non quatuor hæc concurrant, (1.)
Quod solitus sit Raptor deprædari. (2.) Et cum
ferro aggressus sit. (3.) Quod spoliare instituerit,
& fama publica contra eum laboret. (4.) Idque in
4 itineribus & viis publicis fecerit, † Bartol. *in dict.*
l. capitalium. 28. §. famosos. 15. ff. de pœn. Anton.
Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 24. defin. 4. num. 3.* Nicol.
Reusner. *lib. 1. decis. 16. num. 20.* Tiber. Decian. *in*
5 *tract. crimin. lib. 9. cap. 30. num. 14.* † Ast, præter-
quam quod Callistratus JCtus de latrocinio ibi-
dem loquatur, à quo Robbariam plurimum dif-
6 ferre, dixi *supr.* Defin. 3. † Non certè Imp. Caro-
7 lus V. responsum Callistrati secutus est, † sed o-
mnes indifferenter Raptores malitiosos atque
convictos mortis pœna plecti jubet; *in art. 126.*
8 Ordin. Crim. † Ex quo requisita illa ab Interpp.
tradita in dictanda pœna Robbariæ non strictè
hodiè observari sæpius notavi *in pract. mea cri-*
9 *minal. part. 2. quæst. 90. & 91.* † Illud tamen cer-
tum est, ad mortis supplicium in crimine Rapi-
næ haud deveniendum, priusquam de hostilita-
te & violentia deprædatorum certò constiterit,
tum ex relatione spoliati, tum ex confessione i-
10 psorum deprædatorum, † veluti manifestissimè
probatur *ex art. 126.* Ordin. Crimin. *in verb.* Ein
jeder boßhafftiger überwundener Räuber. & *b.*
Constit. 35. §. *ult. in verb.* Gewaltsamer Weise
entreiten oder entwenden würde/ ꝛc. & pluribus id
demonstravi *in pract. crim. dict. quæst. 91. n. 2. & seqq.*
† Hoc saltem dubium remanet, quænam Rapina di- 11
catur hostilis & violenta? † Id cum nullibi expressè 12
definitum reperiatur, multum hac in re arbitrio &
discretioni judicis prudentis committendum existi-
maverim. † Procul dubio enim violenta committi- 13
tur Robbaria, collectis & coadunatis ad nocendum
hominibus, *l. 2. in pr. & §. homines 4. ff. de vi bonor.*
raptor. l. 3. cum. l. seq. ff. ad Leg. Jul. de vi publ. si-
ve cum turba, quam plures efficiunt, *l. prætor. 4. §.*
turbam. 2. ff. de vi bon. rapt. † Aut etiam ab uno 14
tantummodò deprædatore cum armis, quorum no-
mine non solum scuta, gladii, tela, jacula, tormen-
ta cum fulmine tonitruantia veniunt, † sed etiam fu- 15
stes, lapides, spatæ & quicquid nocere potest, *l. 3.*
§. armis 2. ff. de vi & vi armat. l. armorum. 41. ff. de V. S. 16
† de quo pluribus dixi in *pract. crim. dict. quæst. 91. n.*
4. & seqq.

Ita Domini an Schöffer zu Sahlfeld/ Mens. April. Anno 1631. (Verba sent: Dieweil es aber dennoch in gegenwärtigem Fall diese Beschaffenheit hat/ daß die fürnehmsten Räuber und Rädelsführer nicht verhanden/ sondern in Flüchten seyn/ die andern aber/ so bey der Plünderung gleichfals gewesen/ meistentheils ohne gefähr und sonderlichen Vorsatz zu rauben/ auch derer etliche nach vollbrachter Plünderung allererst darzu kommen/ auch keine sonderliche Gewalt dabey gebrauchet/ und sie also einer boßhafftigen gewaltsamen Beraubung/ inmassen solche Käysers Carls des Fünfften/ und des Heiligen Römischen Reichs peinliche Halsgerichts-Ordnung beschreibet/ und gewisse Qualitates dazu erfordert/ nicht geständig noch überführet/ꝛc. So mögen sie auch gestalten Sachen nach mit der Todes-Straffe nicht beleget werden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Mobilia ab hostibus capta non possunt vendicari absque pretio à possessoribus.

CApta ab hostibus jure naturali vel gentium, 1
statim capientium fiunt, *§. item ea quæ ex hostibus 17. inst. de rer. divis. & acquir. ipsar. domin. l. naturalem 5. in fin. l. transfugam. 51. ff. de acquir. rer. domin.* † Cujus rei ratio in eo consistit, quò homi- 2
nes scelerati coërceantur, & ut milites spe prædæ alacriores reddantur, Johann. Cas. *lib. 1. Sphær. civit. cap. 4.* † Quod tamen de mobilibus acceptum 3
velim. Nam res soli sive immobiles, puta: agri, fundi, prædia, arces, urbes, oppida, &c. non effi-
ciuntur occupantium seu singulorum militum, † 4
sed publicantur, h. e. Principi & Reipublicæ acqui-
runtur, *l. divus. 31. ff. de jur. fisci. l. si captivus. 20. §.*
1. ff. de capt. & postl. reversi. Johann. Schneidew.
ad dict. §. item ea, quæ ex hostibus. 17. inst. de rer.
divis. & ibi Johann. Harppr. *num. 5.* † Nec de jure 5
Saxonico aliud dicendum putaverim, propter ge-
neralitatem Glossæ juris Saxon. Weichbild. *art. 2.*
ibi: Was ich meinem rechten Feinde nehme/ oder in einem rechten Krieg gewinne/ das ist mein. † Quæ 6
procul dubio juxta dispositionem juris communis
ad res mobiles est restringenda, ita ut hæ saltem in-
justo atque legitimo bello hostibus ablatæ pleno ju-
rè capienti acquirantur, † non secus ac per tradi- 7
tionem, aliumvè dominii acquirendi modum, Joh.
Schneidewin. *dict. loc.* Förster. *in tract. de domin. c.*
9. n. 167. Morla *in empor. part. 1. tit. 12. quæst. 6. n. 6.* † 8
Cui consequens, ablata ejusmodi ab hostibus jure
in alios transferri, nec ab antiquis dominis absque
pretio

9 pretio vindicari posse, † cessante nimirum causa
10 vendicationis, quæ est dominium, † ut proinde *ex l. 2. C. de furt. & l. si mancipium. 23. C. de R. V. l. 16. C. de evict.* Landrecht *lib. 2. art. 36.* ubi res furtivæ Domino vero absque pretii refusione sunt restituendæ, nil
11 prorsus contra hoc inferri queat. † Nec obstat dispositio der Reiter-Bestallunge/ *Anno 1570.* zu Speyr auffgerichtet. *art. 93. item:* der Fußknechts-Bestallunge / *art. 21.* ubi prohibentur milites bona mobilia in viis publicis, aut in urbibus & pagis ausu privato incolis & subditis surripere, indicta simul iis,
12 qui contra faciunt, pœna Rapinæ: † Quia hoc de iis exaudiendum, qui non hostibus, sed incolis & civibus excurrendo & deprædando quicquam surripi-
13 unt, † quos nec dominium acquirere, ac postea in alios transferre, nec pœnam rapinæ evadere posse, facillimè concesserim. Ex quo sanè ad ablata ab ho-
14 stibus in bello justo nil inferendum; † Nec proinde concludendum, à militibus Cæsarianis in nuperrimo bello surrepta & postmodum aliis vendita, absque pretii refusione, antiquis Dominis restituenda
15 esse. † Nisi forsan bellum hoc injustum dicere velis? secundum tradita Johann. Schneidewin. *d. l. loc. & in addit.* Matth. Wesenb. *lit. C. & D.* Quod ego simpliciter asserere non ausim, sed judicent de hoc, qui arcana Imperii & statum Reipublicæ Ro-
16 mano-Germanicæ exactè norunt. † Quæ procul dubio causa fuit, quod Serenissimus Saxoniæ Elector, inposterum de ejusmodi ablatis à militibus Cæsarianis, in judiciis & dicasteriis inferioribus judicari prohibuerit, peculiari Rescripto Mens. Majo, Anno 1633.
17 emanato. † Placuit nihilominus Dominis Scabinis, possessores rerum mobilium in nuperrimo bello à militibus Cæsarianis ablatarum, ad restitutionem catenus saltem condemnari, quatenus ab antiquis dominis pretium exsolutum ipsis refunderetur, ita ut omnem simpliciter restitutionem detrectare haud
18 possent, † propterea quod scienter ementes ablata ab hostibus cum ipsis haud parum colludere videntur. † Nec tamen pretii refusio in totum dene-
19 ganda erat, cum ablata ab hostibus vicissim redempta
20 credebantur, † quo casu pretii refusio imponenda est, *l. Pomponius. 44. ff. de acquir. rer. domin. l. 6.*
21 *ff. de capt. & postl. reversi.* † & valet emptor experiri saltem actione negotiorum gestorum, tanquam ex negotio utiliter gesto adversus dominum, *per l. 1. & ibi notata à* Dd. *ff. de negot. gest.* Eleganter Virgil. Pingitz. *quæst. 49. num. 6.* Jacob. Menoch. *lib. 5. præs.*
22 *29. num. 28.* † Et sanè cum res vi ablatæ in potestate militum Cæsarianorum fuerint, qui eas ad exteros, si emptorem non reperissent, procul dubio exportassent, nec unquam etiam Domini Capitaneorum & Officialium Cæsarianorum auxilium im-
23 plorantes, illas impetrassent. † Quisnam pretii exsoluti restitutionem emptoribus denegare, ac non multo magis gratiam iis referre velit, quod eorum opera in regione res ablatæ fuerint conserva-
24 tæ. † Vel saltem ex causa æquitatis & quia in Dominorum utilitatem emptio ejusmodi cesserit, *l. 65. ff. de R. V. l. si pretium. 19. C. de procurat.* Vide hic Dec. Elect. *nov. 90.*

Ita Domini an Küchenmeister zu Merseburg/Mens. Octob. Anno 1631. (Verba sentent: Ob nun wol sonsten ein abgenommenes Gut dem Eigenthumbs-Herrn/ohne Erstattunge des dafür ausgezahlten Geldes/ von dem Besitzer desselben wiederumb abgefordert werden kan / ꝛc. So ist er doch nach Gelegenheit disfalls dem Besitzer das jenige / was er vor das abgenommene Viehe und andere Mobilia bezahlet / wiederumb abzutragen pflichtig. Er mag aber auff ein höhers als der Käuffer würcklichen dafür entrichtet / dem Besitzer zu erstatten / mit Bestande nicht gedrungen werden. Und auff zu Fall des Werths halber zwischen ihnen Streitigkeiten entstehen/wird das Pretium nach dem Valore, wie hoch in gemein das Viehe/auch andere Mobilia von den Soldaten dazumal verkaufft worden / billich von euch Ambts wegen moderiret und gemässiget / V. R. W.)

It. Au Schöffer zu Colditz/Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sentent: Ob nun zwar die Eigenthums-Herren die ihnen abgeraubete Sachen / Inhalts der Rechte / sonsten ohne Entgeltniß von den Besitzern wider abzufodern wol befugt. Dieweil es aber dennoch mit denen von den Käyserlichen Soldaten abgenommenen Pferden und Viehe diese Beschaffenheit hat/daß sie an einem Theil in offenen Fehdes- und Krieges Zeiten von ihnen/ als auswärtigen Feinden/rach gewaltsamer Einnehmung eines und des andern Orts abgetrieben/anders Theils in ihrer Hand nü Gewalt so weit gewesen / daß die Eigenthums-Herren derselben gantz hätten verlustig seyn müssen / wann sie nicht von den Unterthanen wären erkaufft/und dadurch im Lande erhalten / da sie sonsten darvon und ausserhalb Landes vermuthlichen getrieben worden / dazu auch dieses kommt / daß wie in gemein dafür gehalten wird / solche Abnahme meistentheils auff Zulassung der Käyserlichen Krieges-Officirer geschehen/und dannenhero die Unterthanen / wann sie gleich bey denselben umb restitution angesucht/dennoch einige Wieder-Erstattung sich nicht hätten zu getrösten gehabt/ꝛc. So sey auch die Eigenthumbs Herren nach Gelegenheit dißfalls / und derer dabey mit einlauffenden Umständen / iedoch auff vorgehende Bescheinigung des Eigenthums/den Käuffern das ausgelegte Kauffgeld wieder zu erstatten schuldig / ꝛc.)

Et in causa Augustii von Schönberg / Mens. Mart. Anno 1633.

Definit. IX.

Ab hostibus in fuga recuperata vero domino sunt restituenda.

DE rebus immobilib9 dubium equidem haud est, 1
quod hostibus devictis receptæ in præda non sint, sed jure postliminii ad Dominos suos redeant, *l. si captivus. 20. §. 1. ff. de capt. & postl. reversi.*
† At res mobiles bello ab hostibus receptas jure post- 2
liminii ad pristinos suos Dominos non reverti, sed in
præda esse, sicque ad milites recipientes pertinere, † 3
probatur ex *l. si quid bello. 28. ff. eodem tit.* Jacob. Cujac. *lib. 19. observ. 7.* Johann. Harppr. *in §. item ea quæ ex hostibus 17. num. 21. institut. de rer. divis.* Petr. Augustt. Morla *in emper. jur. tit. ult. num. 7.* † Aliud 4
tamen dicendum, si capta ab hostibus statim in fuga
fuerint recuperata. † Hæc enim Domino suo absq; 5
ulla pretii refusione restitui, ipsissima svadet æquitas, *l. Pomponius scribit. §. §. ult. ff. famil. erciscund. l. Pomponius. 44. in fin. ff. de acquir. rer. domin.* Jacob. Menoch. *lib. 5. præs. 29. num. 28.* † Neque in- 6
hostium dominio esse censentur, quæ non ad eorum possessionem securam pervenerunt, sed in ipsa fuga fuêre recuperata. † Ergò nec recuperatoribus ce- 7
dunt, sed domino suo sunt restituenda, Virgil. Pingitz. *quæst. 49. num. 6.*

Ita Domini an Schöſſer zu Grünhayn/ Menſ. Febr. Anno 1633. (Verba ſent: Hat das Käyſerliche Volck bey euch im Gebirge vor wenig Wochen viel Städte und Dorffſchafften geplündert und theils in Brand geſtecket/ auch Viehe/ Pferde und andere Sachen mehr mitgenommen/ und es ſeynd dem Feinde an etlichen Orten/ von den Einwohnern/ die abgeraubete Pferde/ und andere Sachen/ wieder abgejaget worden/ ſo nunmehr von den Eigenthums-Herren in Anſpruch genommen und wieder begehret werden/ ꝛc. So werden ſolche dem Feinde abgejagte Stücke dem rechten Herrn billich abgefolget/ und ſie mögen nach Gelegenheit dißfals dafür einige Erſtattung zu thun nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. X.

Ablata à militibus præſidiariis, ubicunque reperiuntur, abſq; refuſione pretii vendicari poſſunt.

1 CApta ab hoſtibus capientium non aliter fiunt, quàm ſi bellum fuerit juſtum tum ab eo, qui jus belligerandi habet ſuſceptum, tum ex juſta cauſa indictum, Joh. Schneidewin. *in §. item ea quæ ex hoſtibus 17. num. 2.* 2 † Ex quo fit, ut ablata à militibus præſidiariis, capientium haud fiant, ſed domino ſuo, ubicunque reperiuntur, absque ullius pretii refuſione 3 ſint reſtituenda, † quia hi, cum defenſores patriæ eſſe debebant, propriè hoſtes non ſunt, 4 † ſed potius prædones ſeu latrunculi nuncupantur, *l. hoſtes 24. ff. de capt. & poſtl. reverſ. l. hoſtes 118. ff. de V. S.* Johann. Schneidewin. *ad dict. §. item ea quæ ex hoſtibus 17. num. 2. & ibi* Johan. Harppr. *num. 16.* 5 † Quod & diſertè probatur per ſanctionem Imperialem in der Reiter-Beſtallung/ *Anno 1570.* zu Speyr auffgerichtet. *art. 93. Item:* Fußknechts-Beſtallung/ *art. 21.* ubi tanquam raptores puniri jubentur milites, qui bona mobilia in viis publicis, aut in urbibus & pagis auſu temerario ſubditis & in- 6 colis vel per rapinam, vel clam ſurripiunt. † Quis ergò negaverit, ejusmodi ablata nec militibus præſidiariis acquiri, nec per eosdem jure in alios tranſ- 7 ferri. † Ut non immeritò vendicatio Dominis com- 8 petat, non minus ac ſi res furto fuiſſent ablatæ, † quæ procul dubio iis ſine refuſione pretii ſunt reſtituendæ, *l. 2. C. de furt. l. ſi mancipium. 23. C. de R. V. l. ſuperempti. 16. verſ. nam ſuper pretio. C. de Evict.* Landrecht *lib. 2. art. 36.*

Ita Domini an Schöſſer zu Coldiz / Menſ. Febr. Anno 1633. (Verba ſentent: Seynd von den Schwediſchen und Churfürſtlichen Sächſiſchen Soldaten den Unterthanen gleichfals Pferde/ Rind- und ander Viehe abgenommen/ und in die benachbarte Städte und Dörffer wieder verkaufft worden. So werden ſie den vorigen Eigenthums-Herren ohne Entgelt billich reſtituiret, und wieder abgefolget/ und die Eigenthums-Herren mögen den Käuffern das dafür ausgezahlte Geld/ weil bemeldte Soldaten ſich als Freunde in dieſen Landen auffgehalten/ wieder zu geben beſtändiger Weiſe nicht angehalten werden: Es hätten denn bemeldte Schwediſche/ und Chur-Sächſiſche Soldaten/ dem Käyſerl. Kriegsvolcke/ ſolches Viehe in der Schlacht/ oder ſonſten ihnen entgegen geſatzten Kriegs-Gewalt/ wiederum abgenommen/ und herrlich erſtritten/ als ſie es in ihre Gewahrſam gehabt/ den Unterthanen käufflich überlaſſen/ auff den Fall wären die Eigenthums-Herren den Käuffern das dafür ausgezahlte Kauffgeld wieder zu erſtatten pflichtig/ V. R. W.)

Et in cauſa Georgii Regenſpergers zu Leipzig/ Menſ. Jan. Anno 1633.

Definit. XI.

Diſpoſitio L. ſi quis in tantam. 7. C. Unde Vi & l. extat. 13. ff. quod met. cauſ. in foro Saxonico non obſervatur.

MAnifeſti juris eſt, quod invaſor rei ſuæ, licet 1 furtum non dicatur committere, nec furti pœna teneatur, dominium tamen, quod in re propria habet, amittat, *l. ſi quis in tantam. 7. C. Unde Vi.* † Sicuti & Creditor rem debitoris propria auto- 2 ritate occupans jus debiti perdit, ex Conſtitutione Divi Marci *in l. extat. 13. ff. quod met. cauſ.* Salycet. *in dict. l. ſi quis in tantam. 7. n. 1. ubi &* Bartol. *num. 1. C. Und. Vi.* Proſper Farin. *part. 7. oper. crimin. quæſt. 175. num. 3. & ſeqq.* † Sed hæc de jure civili ita ob- 3 tinent: In foro autem Saxonico res aliter ſe habet. † Nam invadens per violentiam bona ab alio poſ- 4 ſeſſa, de jure Saxonico tenetur ea reſtituere, dominium verò ac jus debiti ſalvum habet & actionem retinet pro recuperandis talibus bonis & debitis, Landrecht. *lib. 3. art. 43. & artic. 47.* Gloſſ. *in* Weichb. *art. 29. verſ.* Und ob er wol nach Käyſerlichen Rechten hernach nicht darzu klagen mag/ ſo kan er doch in Sächſiſchen Rechten/ ſo er die Buſſe giebt/ wol darzu kommen/ ꝛc. † Etſi verò Henning. 5 Göden *conſil. 68. n. 10.* dicat, diſpoſitionem hanc juris Saxonici uſu receptam haud eſſe, ſed in terris etiam Saxonicis ſecundum *l. ſi quis. 7. in tantam. C. unde vi.* pronunciari. † Attamen obſervantia contrarium 6 docet, teſte Benedict. Reinhard. *part. 4. differ. 11. &* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 125. num. 2. & de proceſſ. execut. in præfat. num. 14.* Chriſtoph. Zobel. *part. 4. differ. 15. n. 1.* Fachſ. *diff. 61. num. 4.* Johan. Schneidewin. *ad §. ita tamen 1. num. 8. inſtit. de vi bon. raptor.* † Idque eo magis concedendum, quod 7 Rigorem *dict. l. extat. 13. ff. quod met. cauſ. & dict. l. ſi quis in tantam. 7. C. unde vi.* communi totius Chriſtiani orbis uſu & praxi antiquatum dicant, Didac. Covarr. *var. reſolut. lib. 3. cap. 16. num. 7.* Proſper. Farin. *de furt. part. 1. quæſt. 175. num. 144. &* Bonif. *de furt. §. poſſeſſionisve. 9. num. 46.* † Quam- 8 vis alii certos tantummodò caſus à diſpoſitione illa excipiant, ut videre eſt apud Jacob. Menoch. *Remed. recup. 5. num. 28. & 38.* Matth. Weſenb. *part. 6. conſ. 284. num. 23. 24.* Coler. *dict. deciſ. 125. num. 1. & de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 182.* † Nec 9 movet quicquam Gloſſ. *in* Landr. *lib. 2. art. 70. num. 3. lib. 3. art. 43. num. 4. §.* Die ander Gewalt. *& art. 47. lit. a.* ex quibus textibus, jura communia hoc in caſu etiam in foro Saxonico obtinere probatur. † Quia textus jur. Saxon. *in dict. art. 43. &* 10 *47.* ſunt in contrarium, ac propterea ex Gloſſa non infringendi: † Cum ridiculum ſit allegare gloſſam, ubi textus habetur ſecundum Gail. *lib. 1. obſerv. 153. num. 8. in fin.* † Neque aliàs ſemper 11 Gloſſæ Saxon. ſunt authenticæ, Heig. *part. 1. quæſt. 3. num. 65.* Moller. *ad Conſt. Elect. 35. num. 4. part. 3.*

Ita Domini in cauſa Laurentii Gebhards zu Endorff/ Menſ. Junio, Anno 1633. (Verba ſentent: Iſt Lorentz Gebhard Daniel Schrötern mit Bier-Schulden verhafftet geweſen/ welche auff 15. Thaler abgehandelt/ und dem Schuldener auff gewiſſe Termine die Zahlung zu leiſten auffer leget worden. Ob nun wol gedachter Schröter der Zeit nicht erwarten/ ſondern ſich zuvor

ſelbſt

selbst bezahlet machen wollen/indeme er den Schuldner überwältiget/mit einem Stricke gebunden/ und eine grosse halbe Meile mit sich nach Alteroda geführet/ den er auch wol allem Ansehen nach in sein Quartier bringen dürffen/ woferu man ihn nicht ereylet und Gebharden wieder loß gemachet / ꝛc. So hat sich doch berührter Daniel Schröter nach Inhalt Sächsischer Rechte hierdurch seiner Forderung nicht verlustig gemacht / sondern es wird ihme dieselbe/jedoch nach Abzug der aufgewendeten Gerichtskosten billich bezahlet und abgefolget / ꝛc.)

Et in causa Simon Kanolds zu Zipsendorff/ Mens. Febr. Anno 1594.

Et in causa Johannis Dörings zu Kemnitz / Mens. Majo, Anno 1593.

Definit. XII.

Arbitrariè tamen punitur in foro Saxonico, qui bona sua ab alio possessa vel debitoris bona pro consequendo credito propria autoritate & per violentiam invadit.

1 NOn tamen à pœna immunis est, qui bona sua ab alio possessa propria autoritate & per
2 vim invadit, † aut res debitoris jure pignoris pro credito suo consequendo, ipsemet apprehendit,
3 † ex manifesta dispositione juris Saxonici, quod invasorem ad emendam & mulctam obstringit, *lib. 3.* Land. *art. 43. & 47. Gloss. art. 29.* Weichb.
4 † Illam namque, quæ est 30. solidorum violentus invasor parti; † Hanc verò, mulctam nempe judici 5
præstare cogitur, Matth. Coler. *de proceff. executt. in præf. num. 14. & part. 1. decis. 125. num. 2. & decis. 155. num. 4.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 16. num. 1.* Ludovic. Fachs. *differ. 61.* Christ. Zobel. *part. 4. diff. 15.* † Est autem mulcta sive pœna hoc casu 6
arbitraria, ac certè potest esse violentia tanta, ut invasor relegatione etiam puniatur, † per ea quæ 7
tradit Modest. Pistor *part. 3. quæst. 104.*

Ita Domini in causa David Salomons zu Freyburg/ Mens. Octob. Anno 1634. (Verba sent: Ob wol Inquisit erhalte/ daß er Brosii Grobers Pferd zu dem Ende nicht mit sich genommen/daß ers rauben / sondern nur zum Pfande behalten wolte. Dieweil ihme aber dennoch solches zu thun und sich selbsten bezahlet zu machen nicht gebühret/ün er gleichwol bekant/daß er Groberu in freyem Felde angefallen / ihme sein Pferd abgenommen und davon geritten/ ꝛc So wird er solcher seiner Verbrechung wegen mit zeitlicher Landesverweisung billich in Straffe genommen / seiner Forderung aber hat er sich dadurch nicht verlustig gemacht / V. R. W.)

Et in causa L. G. zu Endorff/Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sent: So hat er sich zwar dardurch seiner Forderung nicht verlustig gemacht/ er wird aber gleichwol seiner Verbrechung wegen / und daß er den Schuldener selbsthätiger Weise an einem Stricke mit sich geführet/ willkührlichen/ entweder ein 10. Tage lang mit Gefängniß / oder umb 3. Neue Schock in Straffe genommen/ V. R. W.)

Constitutio XXXVI.

PARTIS QUARTÆ.

Vom Bienen stehlen.

De pœna illorum, qui apes vel favos illarum furantur.

DEr Diebstahl / so an Bienen und Honig begangen / soll in unsern Landen höher nicht / denn wie andere Deuben gestrafft / und die Schärffe der Sächsischen Rechte hierinne nicht gehalten werden.

APes vel favos illarum qui furatur, eum in nostris ditionibus, non secus ac alium furem, puniri, nec rigorem juris Saxonici isto casu servari volumus.

DEFINITIONES.

1. *Fures apium & favorum perinde ut alii fures puniuntur.*
2. *Nunqam tamen fures favorum suspenduntur.*
3. *Necans apes alienas ad interesse conveniri potest, ac insimul tenetur ad pœnam arbitrariam.*
4. *De jure Saxonico, Examen apium evolans ad vicinum, ipsi acquiritur.*
5. *Etiam in foro Saxonico, qui columbas alienas capit, furtum committit & arbitrariè punitur.*

Definit. I.

Fures apium & favorum perinde ut alii fures puniuntur.

1 DE apibus olim disputatum fuit, num feræ es-
2 sent naturæ an mansvetæ? † Sed Imperator Justinianus contra Plin. *lib. 11. historiæ naturalis, cap. 5. & alios*, indistincte eas feræ naturæ esse dicit, *in §. apium 14. inst. de rer. divis. l. naturalem.*
3 *5. §. apium. 2. ff. de acquir. rer. domin.* † quod &
juri Saxonico convenit, Weichbild. *art. 119. in fin. vers.* Denn die Biene ist ein wilder Wurm. †Nam
4 quod evolare & revolare soleant, id non faciunt ex natura sua, sed consvetudine quâdam extrinsecus assumpta, cum nihilominus natura earum
5 per se considerata sit fera. † Dixeris hinc, in apibus & favis furtum haud fieri posse, *l. si apes 26. ff. de furt.* Johan. Schneidewin. *in §. apium 14. inst. de rer. divis. n. 6.* Quod quidem concesserim, si
6 non cicures & quasi mansvetæ sint factæ. † At si inclusæ retineantur ab aliquo, procul dubio in patrimonio ejus computantur, ac proinde dubium non est, quin furtum in iis committatur, † earumque no- 7
mine furti actio competat, *l. Pomponius. 5. §. 1. ff. famil. erciscund.* Matth. Wesenb. *in dict. §. apium. 14. inst. de rer. divis. n. 4.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 113. n. 4.* † Quod & à Serenissimo Saxon. 8
Electore satis comprobatum est *h.* Const. 36. ubi fures apium & favorum, perinde ac reliquos fures puniri jubet Constituens Illustriss. Dan. Moll. *hic.*

Ita Domini contra B. H. zu Endorf/ Mens. April. Anno 1604. (Verba sent: Hat nun bemeldte Inquisitin in gutem bekannt und gestanden/daß sie bey Nacht/ als ihr Mann geschlaffen/ über die Wand gestiegen / die 2. Bienenstöcke ausgeschnitten/und das Honig daraus genommen / dahero solche Bienenstöcke / so auff 5. Thaler geschätzet/ dermassen verderbet/ daß sie sich schwerlich wieder erholen werden/wie dann auch das Honig allein/so man bey Inquisitin ge-

gefunden / 18. Gr. werth gewesen / ꝛc. So wird sie wegen solches begangenen und bekanten Diebstahls mit zeitlicher Landesverweisung billich in Straffe genom̃en/ V. R. W.)

Definit. II.

Nunquam tamen fures favorum suspenduntur.

1 PUnitur ergo furtum apium & favorum ad instar aliorum furtorum, *h.* Constit. *36. Desin. præced.* 2 At num etiam laquei supplicio? † Ita quidem sentit post Jacob. de Belloviſ. *in pract. crimin. cap. 20. n. 52.* Aut. Consult. Const. Saxon. *tom. 2. part. 4. quæst. 30.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 50. num. 7.* 3 † eo in casu, quo furtum ejusmodi superat quinque solidos, vel ex *h. ipsa* Constit. 36. quæ fures apium & favorum reliquis furibus æquiparet, omnesque 4 pari pœna plecti velit. † At notum est, quod nemo furum etiam ob furtum maximum laqueo suspendatur, nisi prius de furto commisso liquidò constet, 5 *Supr.* Constit. Elect. 33. † Nunquam verò de furto apium & favi, ejusque æstimatione certè ac verè constare posse, in aperto est. Ergo nec deveniendum erit hoc casu ad laquei supplicium; † sed pœna 6 arbitraria carceris, relegationis vel fustigationis 7 infligenda, † ut pluribus demonstravi *in pract. crim. part. 2. quæst. 81. num. 52.*

Ita Domini contra M J. zu Stolpen/ Mense Majo, Anno 1601. (Verba sent: Hat Inquisit so seines Alters von 20. Jahren in guten bekant und ausgesagt/daß er dem Müller 4. Bienenstöcke/ deßgleichen dem Vogelsteller zu Heitzschē einen Bienenstock/und Martin Zinburschen zu Wördeln drey Bienenstöcke erbrochen und beraubet/ ꝛc. So mag er nach Gelegenheit dieses falls/und weil man eigentlich nicht wissen kan / wie viel des Honigs / so er aus denen Bienenstöcken bekommen / gewesen / mit der Todesstraffe / und dann in Ansehunge seines Alters mit der Leibestraffe nicht belegt werden / er wird aber des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. III.

Necans apes alienas, ad interesse conveniri potest, ac insimul tenetur ad pœnam arbitrariam.

1 CUm furtum non fiat nisi lucri causa, §. *1. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* expeditum inde est, 2 quod qui necat apes alienas, haud teneatur furti. † Attamen ex lege Aquilia ad interesse conveniri potest, per text. *in l. si quis sumo 49. ff. ad Leg. Aquil.* 3 † Quin & judicem hoc casu pœnam arbitrariam delinquenti tutò imponere, aut saltem mulctam pecuniariam ab eo exigere, vel ex eo, dubium haud est, 4 † quod in casu haud definitæ pœnæ alicujus certæ, arbitraria sit animadversio, Andr. Tiraquell. *de pœn. l. temp. cauſ. 31. n. 34.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæstion. lib. 1. quæst. 86. num. 8. vers. aut à jure communi statuto &c.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. qv. 104. num. 9.*

Ita Domini contra H. H. zu Pouch/ Mens. April. Anno 1620. (Verba sent: Hat H. H. im nechstverschienenē Martio, als die Sonne warm geschienen / und ein schöner heller Tag gewesen / eine Schüssel mit Honig / unter welches/ wie vermuthlich / auch andere Sachen vermischet / in seinen Garten gesatzt / und als seiner Nachbarn Bienen dieses gerochen / häuffig zugeflogen/ und sich angehänget/ hat er viel derselbigen mit einem Span zerdrucket und umbgebracht/immittels aber seine eigene Bienen/damit sie nicht gleichesfals herzufliegen möchten / in seiner Scheuer verwahret/und mit Tüchern bedeckt/uñ als solches durch seine Nachbarn gerüget worden / hat er zu seinem Behelff nur dieses angeführet / er hätte es vor Raubbienen gehalten / welche den Seinigen ihr Honig entführen wollen / ꝛc. So ist vorbemeldter H. H. seinen Nachbarn den Abgang der Bienen und daher rührenden Schaden / so viel ein ieder bescheinigen wird/zu erstatten schuldig / und mag hierüber willkührlichen entweder ein 3. oder 4. Täge lang mit Gefängnüß/oder um eine ziemliche Geldbusse seinem Vermögen nach/iedoch daß sich dieselbige über ein silbern Schock nicht erstrecke/in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

De jure Saxonico, Examen apium evolans ad vicinum, ipsi acquiritur.

DE jure civili expeditum est, quod examen vel 1 nova apium soboles, quam parentes ex suis alvearibus ad novas sedes quærendas exire cogunt, eousque nostra intelligatur, † donec in conspectu 2 nostro est, nec difficilis sit ejus persecutio, §. *apium 14. vers. examen quoque, ubi* Joh. Harppr. & Johan. Schneidew. *inst. de rer. divis. l. naturalem 5. §. examen 4. ff. de acquir. rer. domin.* Dan. Moller. *hic n. 5.* † ideoque licet illa secundum suam feram naturam 3 emigrare incipiat, attamen si Dominus apium eam evolare viderit, & insecutus fuerit, illam neutiquam amittit, *dict. l. naturalem 5. §. 4. ff. d. A. R. D.* † quia natura animalium sylvestrium est, ut licet 4 illa evolaverint & naturalem libertatem receperint, attamen tùm demum è nostro dominio elapsa censeantur, si vel oculos nostros effugerint, vel ita sint in conspectu nostro, ut difficilis sit earum persecutio, §. *ferè. 12. sub fin. vers. naturalem autem. &* §. *apium 14. in fin. inst. de rer. divis. & acquir. earum domin.* † Sed aliter res se habet de jure Saxonico, u- 5 bi examen apium evolans ad vicinum, ipsi acquiritur, nec tenetur is restituere id domino persequenti, † per *text. in* Weichb. *art. ng. ibi.* Fleucht ein 6 Bienenschwarm aus eines Mannes Haus oder Hof zu seinem Nachbarn/er ist den Schwarm näher zu behalten/deñ jener der ihm nachfolget/ dann die Biene ist ein wilder Wurm. † Quod nec ali- 7 ter in practica fori Saxonici observatur, † nisi de 8 consvetudine forsan alicujus loci contrarium fuerit introductum, Johan. Schneidewin. *dict. loc. num. 5.*

Ita Domini in causa Bastian Schmieds zu Ermlitz / Mens. Junio, Anno 1631. (Verba sent: Hat euch am 9. Junii jüngsthin ein Bienenstock geschwärmet / welchen jungen Schwarm euer Weib zwar angeklungen / sich aber derselbe / weil ihr ein klein Gärtlein habt / in euers Nachbars Garten etwa ein drey Meßruthen lang angehangen / ꝛc. So möchte auch bemeldter euer Nachbar solchen eingefangenen Bienenschwarm / vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / wofern bey euch ein anders nicht hergebracht / wiederum auszuantworten und abfolgen zu lassen wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Etiam in foro Saxonico, qui columbas alienas capit, furtum committit & arbitrariè punitur.

COlumbas, licet evolantes, capere non licet, 1 sed hæ tamdiu nostræ sunt, quamdiu consvetudinem habent ad nos revertendi, † & ideo si 2 quis eas apprehendisset, furti nobis competit actio, *l. Pomponius 8. §. Pomponius. 1. ff. famil. erciſc.* Gvid. Papæ *qv. 218. n. 2.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 50. n.*

3 *50. n. 19.* † Nec putandum, in foro Saxonico aliud practicari. Etsi enim *in art. 118.* Weichbild. generaliter dicatur, quod columbæ, quæ foras in campum evolant, fiant communes, ita ut capi queant; 4 † Attamen hoc ipsum non aliter accipi debet, quàm si animum redeundi deposuerint, Joh. Schneidewin. *in §. pavonum 15. inst. de rer. divis. num 3.* Virgil. Pingitz. *quæst. 56. num. 38.* 5 † Quando verò columbæ revertendi animum deposuisse censeantur, arbitrio judicis committendum exi- 6 stimaverim; † Idque ex eo, an horis & diebus consvetis revertantur, nec non, facillime apparebit, Johann. Schneidewin. *dict. §. pavonum. 15. inst. de rer. divis. num. 3.*

Ita Domini in causa Melchior Hübeners zu Köbenitz/ Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sent: Habt ihr eine ziemliche Anzahl Tauben / so zu Felde fliegen und wieder kommen/ und es hat euer Nachbar sich unterstanden etliche Paar davon in seinem Taubenschlage mit List auffzufangen/ &c. So ist er euch dieselbe wiederumb auszuantworten schuldig / und mag hierüber ein zween Tage lang mit Gefängnüß gestrafft werden/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXVII.

PARTIS QUARTÆ.

Straffe/ derer so fruchtbare oder gesatzte Bäume abhauen oder verderben/ deßgleichen Würtzgärten / Kretzerey und anders aus den Gärten/ oder sonsten dieblich entwenden.

De pœna illorum, qui arbores fructiferas cædunt vel corrumpunt, quique herbas aut plantas, aut quid aliud ex hortis aut aliundè furantur.

Je jenigen / so tragende oder fruchtbare Bäume / als Eychen/ Buchen/ Aepffel- und Birnbäume / Weinstöcke / Weyden / gepfropffte junge Bäume / Hopffen und dergleichen abhauen/ mit schelen oder auch in andere wege verderben / sollen den Werth solcher Bäume bezahlen / und darzu vor ieden abgehauenen oder verderbten fruchtbaren Baum / dem jenigen/ so er zugestanden / 30. Schilling Pfennige / thut zwey alte Schock / nach Inhalt Sächsischer Rechte / verbüssen; Oder da sie solchen Schaden nicht erstatten/ noch die Straffe erlegen möchten/ sonsten willkührlich mit Gefängnüß und dergleichen gestrafft werden.

Da aber der zugefügte Schade / so muthwilliger Weise geschehen / gantz wichtig und groß wäre / so soll der Thäter mit Gefängnüß / Verweisung / oder aber nach Gelegenheit mit Staupenschlägen derowegen gestrafft werden.

Und die jenigen / welche ihres Geniesses halben Bäume oder gesatzt Holtz / ohne Vorwissen des Grund-Herrns abhauen und entwenden / sollen mit der Straffe des Diebstahls belegt werden.

Aber die / welche andern aus ihren Gärten oder sonsten Kretzerey/ als Nägelein / Roßmarien / Majoran und dergleichen Blumen oder Sträucher stehlen/ mögen mit einer Geldbusse/ zeitlichem Gefängnüß oder nach Gelegenheit der Verbrechung mit Verweisung gestrafft werden. Hiernach sollen unsere Schöppenstühle und Gerichte/ in Verfassung der Urtheil / sich auch verhalten.

Ui arbores fructiferas, veluti quercus, fagos, pomos, pyros, vites, salices, arbusculas recenter satas, lupulum item & ejusmodi similes ceciderit, vel subsecuerit, aut cinxerit, vel deglabraverit, aliovè quocunq; modo inutiles reddiderit, præter æstimationem illarum, pro unaquaq; triginta solidos, id est, duas sexagenas antiquas, mulctæ nomine, secundum jus Saxonicum, domino solvet, aut, si in ære non habeat unde id solvat, carceris & ejusmodi simili pœna afficietur.

Quod si damnum dolo malo datum, magnum sit, carcere vel relegatione, vel etiam, pro modo delicti, fustigatione punietur.

Ii verò, qui lucrifaciendi causa arbores inscio domino fundi cæsas furantur, eidem pœnæ, quæ in alios fures statuta est, subjacebunt.

Herbas verò coronarias vel odoriferas aut medicinales, veluti Cariophylla, Rosmarinum, Amaracũ & ejusmodi similes flores seu frutices ex aliorum hortis quĩ furantur, pro arbitrio judicantis, vel in ære vel carcere, vel pro ratione delicti, relegatione puniẽtur; idq; Scabinatus & judicia in pronũciãdo observare volumus.

DEFINITIONES.

1. *Qui solo nocendi animo arbores cædit, haud quidẽ furtum committit, attamen præter arborum æstimationem, triginta solidos solvere tenetur.*
2. *Quandoque etiam delinquens severiori pœna arbitraria hoc casu plectendus est.*
3. *Cædens arbores lucri causa furtum committit, ac propterea virgis cæsus in perpetuum est relegandus.*
4. *Arbitraria fusti pœna plectuntur fures herbarum coronariarum.*

5. *Nisi*

5. Nisi ea solo nocendi animo absque spe alicujus lucri fregerint.
6. Crimen expilatæ hæreditatis mitius in cohærede quàm extraneo punitur.
7. Arbitrariè puniuntur, qui fructus arborum vel agrorum furantur.

DEFINIT. I.

Qui solo nocendi animo arbores cædit, haud quidem furtum committit, attamen præter arborum æstimationem, triginta solidos solvere tenetur.

1 NOn certè furtum committit, qui arbores solo nocendi animo cædit, quia furtum absque spe lucri nunquam perpetratur, §. 1. *inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt.* † Ergò nec furti supplicium hoc casu irrogandum erit, *arg. l. 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron.* † Nihilominus à delinquente mulcta triginta solidorum exigi poterit, ex dispositione juris Saxonici Landr. *lib. 2. art. 28. hàc* 4 Constit. *37. in princ.* † Intelligo autem hic per solidum non aureum, sive florenum, prout accipitur *in §. ult. in fin. inst. de pæn. temer. litig. §. aliàs autem 2. vers. Et cum retro. inst. de donat.* † Sed grossum qui duodecim continet nummos antiquos, vel sedecim novos hodiernos Misnenses, quorum duodecim unum grossum Misnensem, & 21. grossi florenum constituunt, juxta *art. 63. & 64. ubi* Gloss. *Germ. in verb.* Sechtzig Schilling wettet man dem Grafen. *lib. 3.* Landr. Matth. Coler. *part. 1. decis. 146. num. 2. & decis. 156. num. 11.* 6 † Ut sic facta computatione, triginta solidi faciant 40. grossos argenteos Misnenses, hoc est, duas Sexagenas antiquas, *h.* Constitut. *37. vers.* Dreyßig Schilling Pfennige / thut zwey alte 7 Schock / &c. *Ubi* Dan. Moll. *n. 3.* † Eaque mulcta pro unaquaque arbore incisa exsolvi debet, 8 *arg. l. si gemina 10. ff. arbor. furt. cæs.* † Tot enim videntur esse delicta, quot sunt arbores incisæ: Atqui cujuslibet delicti nomine, pœna venit imponenda, *l. Prætor. edixit. 7. §. si mihi plures 5. ff. de in-* 9 *jur. l. 3. ff. de term. mot.* † Quin & præter hanc mulctam, delinquens ad æstimationem arborum cæsarum obstrictus est, *h.* Constit. *37. vers.* sollen den Werth. Matth. Coler. *part. 1. decis. 145. num. 4. &* 10 *146. num. 2.* † quia mulcta triginta solidorum vindictam & pœnam magistratus solummodò concernit, adeoque interesse partis, quod in æstimatione arborum consistit, non consumit, *l. 1. §. 1. ff. vi bon. raptor. l. Prætor. 7. §. si dicatur. 1. ff. de injur.*

Ita Domini contra J. F. zu Merseburg/ Mens. Dec. Anno 1603. (Verba sententiæ: Seyn der Gemeinde zu Meyschen 20. Satzweyden abgehauen / und in gehaltener Haussuchung bey J. F. 16. Weyden/ so dieses Jahr gesatzt / und vier/die dreyjährig seyn/befunden worden/ &c. So ist gedachter J. F. seines gehauenen Fürwendens ungeachtet vorbemeldter Gemeine den Werth der abgehauenen Weyden auff richterliche Ermeßigung zu bezahlen/und hierüber iede Weyde mit 30. Schilling Pfennigen / das seyn 2. alte Schock/ zu verbüssen schuldig / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Quandoque etiam delinquens severiori pœna arbitraria hoc casu plectendus est.

1 MOdicam dixeris pœnam triginta solidorum pro arboribus furtim cæsis: Quid enim si 2 arbores fructiferæ fuerint incisæ? † Æstimationis saltem restitutione delinquens multum gravabitur, ut nunquam fieri possit, quin pœna delicto correspondeat. † Nihilominus si magnum 3 ac ingens damnum datum fuerit; aut etiam Reus mulctam triginta solidorum, & damni dati æstimationem ex inopia solvere nequiverit, † permissum erit judici, pœnam graviorem, puta carceris, relegationis, vel etiam fustigationis decernere, *h.* Const. *37. in pr. vers.* oder da sie. *junct. §. seq.* † ut sic arbitrio judicis hac in re nihil derogatum existimem.

4 5

8. Cædens canem voluptuarium, arbitrariam pœnam incurrit.
9. Famis necessitas furem à pœna ordinaria liberat.
10. Amotio terminorum in foro Saxonico arbitrariè punitur.

Ita Domini contra H. W. zu Grandstein / Mens. Jul. Anno 1609. (Verba sentent: Da H. W. geständig oder überwiesen/ daß er Bernhard Heldorffen bey nächtlicher weile aus lauter Muthwillen 95. Satz- oder Köpff-Weyden zu Grunde abgehauen: So wäre er dieselbe/vermöge Sächsischer Rechte und der Churfl. Sächß. Constitution, gedachtem Heldorffen ihrem Werth nach zu bezahlen/ und darzu iede mit 30. Schilling Pfennigen / das seyn 2. alte Schock / zu verbüssen schuldig/oder da er solchen Schaden zu erstatten nicht vermöchte / würde er gestalten Sachen nach des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Cædens arbores lucri causa furtum committit, ac propterea virgis cæsus in perpetuum est relegandus.

ALia est ratio ejus, qui arbores non solummodò furtim & clam, sed & lucri causa cædit, contrectat, & asportat: Hunc enim furtum committere, † vel ex sola definitione furti, quod est 2 contrectatio fraudulosa lucri faciendi causa, &c. §. 1. *inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* manifestissimum est. Cui consequens, † delinquentem hoc 3 casu pœna furti teneri, *l. facienda 7. §. igitur ff. 2. ff. arbor. furt. cæsar.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. cod. n. 5. & 6.* Joh. Bajard. *ad* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. n. 92.* † Quod & diserte probatur ab Il- 4 lustrissimo Saxone *h.* Constit. *37. §.* und die jenigen. An ergò pœna quoque suspendii hîc obtinebit? † Ita quidem autumant Interpp. eo casu, quo æ- 5 stimatio arborum furtivarum quinque ducatos excedit, Matth. Coler. *part. 1. decis. 144. n. 24. & decis. 145. n. 10.* Matth. Steph. *in not. ad art. 168. Ordin. Crimin. Carolin.* Matth. Berlich. *part. 5. Concl. 52. n. 54.* † At non memini pœnam suspen- 6 dii hoc casu unquam fuisse dictatam, quod forsan inde accidit, quia in sylvis, ubi communiter lucri & furti causa arbores inciduntur, de corpore delicti & quantitate ramorum arborumque ablatarum satis ac certò constare nequeat, † quo casu 7 mortis pœnam cessare expeditum est, *supr.* Const. Elect. 33.

Ita Domini contra H. C. zu Freyburg / Mens. Jan. Anno 1625. (Verba sent: Hat der verhaffte H. G. in gutem bekannt uñ gestanden/ daß er seithero Martini 1600. Fechser aus der Erden gezogen und dieblichen entwendet / &c. So wird der Gefangene derowegen öffentlich billich zur Staupen geschlagen und des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Arbitraria furti pœna plectuntur fures herbarum coronariarum.

NOn certè aliud dicendum de iis, qui herbas 1 coronarias vel odoriferas, aut medicinales, putat

puta: Roſmarinum, Cariophylla, Amaracum, Roſas, Lilia, & ejusmodi ſimiles flores ſeu frutices ex a-
2 liorum hortis auferunt. † Quos non minus ac fures arborum, pœnâ furti arbitrariâ, relegationis, carce-
3 ris, aut mulcta pecuniaria teneri exiſtimo: † Non ſolum ex ratione identitatis, quæ eandem juris diſpoſitionem inducit, *l. eum in qui ædes 23. fin. ff. de uſurpat. & uſucap. l. ſicut. 1. in fin. pr. ff. de rer. permut.*
4 † Sed etiam, ob claram Sanctionem Electoralem, *h.*
5 Conſt. 37. §. *ult.* † Neque hoc caſu ad ſuſpendii pœnam deveniendum facillimè conceſſeris, pro-
6 pter incertitudinem corporis delicti, † cum nunquam ferè de quantitate herbarum & plantarum ablatarum certò conſtare poterit, quare pœna mortis haud immeritò ceſſabit, *ſupra* Conſt. Elect. 33.

Ita Domini contra A. B. zu Leipzig/Menſe Sept. Anno 1613. (Verba ſent: Hat A. B. bekannt und geſtanden/ daß er mit ſeinen Geſellen in A. B. Garten über die Plancke geſtiegen/ und daſelbſten viel Roßmarin helffen abſchneiden/ ſo ſein Weib Lothweiſe verkaufft/ Item: die vier Stöcke/ ſo bey ihme gefunden worden/ hätte er auch ſelbſten ausgehaben und geſtohlen/ die Gläſer hätten ſie willens gehabt mit zu nehmen/ aber im Hinausſteigen dieſelben zerbrochen und über die Plancken geworffen/ ꝛc. So wird der Gefangene wegen ſolcher ſeiner Verbrechung öffentlich zur Staupen geſchlagen/ und des Landes ewig verwieſen/ V. R. W.)

Definit. V.

Niſi eas ſolo nocendi animo, absque ſpe alicujus lucri fregerint.

1 SEd hoc ita, ſi lucri cauſa ejusmodi frutices & plan-
2 tas quis auferat: † Cæteroquin, ſi hæ tantummodò damni faciendi cauſa evellantur, frangantur, alioquè modo lædantur, furtum haud committitur, *argument. §. 1. inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.* quare
3 nec furti pœna decernenda erit delinquentibus: † Quos nihilominus pro arbitrio judicis carcere aut
4 relegatione puniendos exiſtimaverim, † quia arbitraria eſt animadverſio, quando certa pœna haud reperitur conſtituta, Andr. Tiraquell. *de pœn. leg. temp. cauſ. 31. num. 34.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 1. quæſt. 86. num. 8.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 104. num. 9.*
5 † At, inquies, definita omninò eſt pœna triginta ſolidorum, Landr. *lib. 2. art. 28. hác* Conſtit. *37. in pr.* in qua acquieſcendum, nec ad pœnam arbitra-
6 riam confugiendum erit: † Sed Reſpondeo, agi utroque in loco de ſolis arboribus cæſis, non autem de herbis & plantis damni faciendi cauſa fra-
7 ctis atque evulſis: † Ergò quod ibi ſancitum, ad herbas & plantas extendi haud debet: Idque eo
8 minùs, † quo pluris æſtimantur arbores fructiferæ, quàm frutices & plantæ, ut ſic pœnam gravioris delicti ad crimen levius trahere non liceat, *arg. l. ſancimus 22. C. de pœn. l. perſpiciendum 11. ff. eod. tit.*

Ita Domini contra M. R. Menſ. Majo, Anno 1630. (Verba ſent: Iſt verſchienen Sommer M. R. in ſeines Nachbarn Garten geſtiegen/ daſelbſten er aus lauter Muthwillen und Frevel die Roſen abgeriſſen/ zerſtreuet und verderbet/ auch die Nelcken-Stöcke ausgeriſſen und zerwühlet/ welches er dann/ als er hierüber vernommen worden/ geſtanden und bekannt/ ꝛc. So wird er ſolches ſeines begangenen Frevels wegen/ nebens Erſtattung des Schadens/ auff richterliche Ermäßigung/ zwölff Tage lang mit Gefängnüß geſtrafft/ V. R. W.)

Definit. VI.

Crimen explicatæ hæreditatis mitius in cohærede, quàm extraneo punitur.

VOcantur equidem expilatores hæreditatis fures, 1
& quidem atrociores, *in l. 1. §. expilatores 2. ff. de effractor.* & crimen hæreditatis expilatæ furtum luctuarium appellitat Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 112. num. 1. & 2.* † Sed impropriè & lar- 2
go modo id fieri, rectiſſimè aſſerunt Henr. Bocer. *de furt. cap. 2. num. 57.* & Petr. Gregor. *in ſyntagm. jur. lib. 37. cap. 1. num. 10.* † per text. *in l. hæreditaria 68. ff. de furt. l. eum qui 14. §. ſi res commodata 12. ff. eod. tit.* † Siquidem quamdiu hæreditas jacet, 4
poſſeſſio eſt nullius, *l. 1. §. Scævola 15. ff. ſi is qui teſtam. lib. eſſe juſſ.* † At ubi non eſt poſſeſſio vel de- 5
tentio, impoſſibile eſt, furtum committi, cum nullus reperiatur, quo invito res contrectetur, Proſper Farin. *part. 7. oper. crim. quæſt. 174. num. 119.* † Ne- 6
que furtum fieri poteſt, niſi ſit, cui fiat, *l. falſus 43. §. quod ſi dominus 5. ff. de furt.* † Etſi verò hære- 7
ditas nondum adita defunctum repræſentet, §. *ſervus etiam alienus 2. verſ. nondum enim inſt. de hæred. inſt.* Henr. Bocer. *dict. cap. 2. num. 51.* Attamen ſit hoc ex ſola fictione juris, quoad ſolum effectum acquiſitionis: in criminalibus verò ea neutiquam attenditur. † Cui conſequens pœnam ſuſpendii expi- 8
latoribus hæreditatis neutiquam infligendam, nec capitaliter hoſce puniendos eſſe, Joh. Sichard. *in Auth. ſed novo jure C. de ſerv. fugit. num. 15.* † Ar- 9
bitraria tamen pœna expilatores hæreditatis omninò plectuntur per text. *in l. 1. & l. 3. ff. expil. hæred.* Henr. Bocer. *dict. cap. 2. num. 73.* Georg. Rem. *ad art. 165.* Ordin. Crimin. Carolin. Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 300. num. 1. & 2.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. expilat. hæredit. num. 3. in fin.* † Et quidem ſi ab extraneo hoc crimen commiſſum 10
fuerit, fuſtigationem infligi nihil prohibet, *l. ſi avi. 3. C. de crimin. expil. hæred.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 186. num. 6.* † Mitius verò agendum erit cum 11
cohærede, qui ex communi hæreditate quid ſurripuit, † non ſolum quod cohæredes in rebus communi- 12
pro jure ſuo verſari dicantur, *l. merito 51. ff. pro Socio.* † Sed etiam, quod furtum à cognatis perſonis 13
commiſſum pœnâ corporis afflictiva haud coërceatur, † ut probatum dedi *in pract. crim. part. 2. quæſt. 82. num. 42.* 14

Ita Domini contra N. N. zu Plauen/ Menſ. Jan. Anno 1630. (Verba ſent: Möchte einer unter denen Erben/ wie recht überführet werden/ daß er aus der Erbſchafft etwas entwendet und veruntrauet hätte/ ꝛc. So wäre er ſolches zu erſtatten verpflichtet/ und möchte hierüber mit Landesverweiſung in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Definit. VII.

Arbitrariè puniuntur, qui fructus arborum vel agrorum furantur.

NUllâ plectendi ſunt pœnâ, qui fructus modi- 1
cos decerpunt, ut ſtatim in vinea vel agro, aut in ipſa via eos comedant, † non verò alìò lucri 2
cauſa aſportent, propter text. *in Deut. 23. verſ. 24. & ſeqq.*

& seqq. cap. 1. §. transire per agrum distinct. 1. Johann. Harppr. *in §. fructum 1. num. 19. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc.* † Quod si verò fructus ejusmodi furti & lucri faciendi causa secum abstu-
4 lerint, † quidni furti tenerentur? *art. 167.* Ord. Crim. Carolin. *l. si servus 27. §. si olivam. 25. vers. sed si collecta. & §. sequen. ff. ad leg. Aquil. l. fullo 82. §.*
5 *1. ff. de furt.* † Quamvis pœna saltem extraordinaria plectantur, Didac. Covarr. *lib. 1. var. reso-*
6 *lut. cap. 3. num. 12.* † Nimirum, quod de corpore delicti judex nunquam certus esse queat, quo casu pœnam suspendii cessare, expeditum est, *supr.* Const. Elect. 33.

Ita Domini contra N.N. & N.N. zu Podelwitz/ Mens. Octob. Anno 1630. (Verba sent: Haben beyde Inquisiti gestanden/ daß sie bey nächtlicher Weile auf des Pfarherrn Acker Rüben gestohlen/ der eine hätte ohngefehr 32. der andere einen Arm voll davon getragen/ &c. So werde sie derowegen willkührlichen/ entweder drey Tage lang mit Gefängniß / oder jeder um ein Neues Schock in Straffe genommen/ immassen sie auch die entwendeten Rüben zu bezahlen/ und die auffgewendete Unkosten auf richterliche Ermässigung zu erstatten schuldig seyn / V. R. W.)

Definit. VIII.

Cædens canem voluptuarium arbitrariam pœnam incurrit.

1 DE jure civili quidem, si quis vulneraverit vel occiderit quadrupedem alienam, quæ numero pecudum non est, tenetur, quanti plurimi animal triginta proximis diebus valuerit, §. *capite tertio. 13. junct. §. illud 4. inst. de leg. Aquil. l. si*
2 *servus 27. §. tertio autem 5. ff. eod. tit.* † At de jure Saxonico sufficit pecudis æstimationem solvi, Landr. *l. 3. art. 47. & art. 5.* Matth. Coler. *part. 1.*
3 *decis. 181. num. 2. & 3.* † Sed hoc ita in pecudibus, quæ certum & constitutum habent Werigeldum,
4 de quo dicitur *in artic. 51. lib. 3.* Landr. † Nam si occidantur pecudes voluptuariæ, aut quæ certam æstimationem non habent, exsolvenda est æ-
5 stimatio damni dominorum, † nisi is qui damnum dedit, juramento suo eam minoraverit, *dict. art.*
6 *51.* † vel tenebitur cædens saltem pœnâ extraordinaria, Coler. *dict. loc.*

Ita Domini in causa Marien Hübschens zu Sotheim/ Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sentent: Habt ihr ein kleines Hündlein zu eurer Wollust gehalten/ welches Abraham Damme aus Muthwillen erschossen/ &c. So wird er derowegen umb ein Neues Schock in Straffe genommen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Famis necessitas furem à pœna ordinaria liberat.

1 CONveniunt in eo Dd. quod pro furto ex necessitate famis perpetrato, tanquam pro non proprio furto, haud imponendum sit suspendii
2 supplicium: † Quia nempe furtum committitur in re aliena; At necessitatis tempore omnia sunt communia, *can. sicut hi 8. dist. 47. l. 2. ubi* Gloss. *in verb. conferre. ff. ad leg. Rhod. de jact.* Cagn. *in l.*
3 *quæ propter 123. n. 3. ff. de reg. jur.* † Et legem necessitas non habet, *c. quod non est licitum 4. Extr.*
4 *de reg. jur.* † vitamque redimere qualibet ratione licet, *l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui ant. sentent. sibi mort. consc.* Heinr. Bocer. *de furt. cap. 2. num. 167.*
5 *& seqq.* † Nec illam solummodò appellito famis necessitatem, quando periculum vitæ imminet, cui aliter quàm per furtum eduliorum subveniri nequit, Henr. Bocer. *dict. cap. 2. num. 166.* Didac. Covarr. *in cap. peccatum 4. de reg. jur. in 6to. relect. part. 2. §. 1. num. 3.* † Sed judicis potius arbitrio hanc rem 6
committendam existimaverim, cum Joh. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. n. 98.* † Haud tamen ab omni prorsus pœnâ immunis erit, 7
famis necessitatem prætendens, sed extraordinariè saltem coërcendus pro ratione nimirum famis urgentis, vel remissioris, prout manifestum est ex *art. 166.* Ordin. Crim. Carol. † & pluribus demon- 8
stravi *in pract. criminal. part. 2. quæst. 83. num. 40. & multis seqq.*

Ita Domini contra L. M. zu Plauen / Mens. April. Anno 1630. (Verba sentent: Hat Inquisit in gutem bekannt und gestanden / daß er unlängsten zu Rodau M. J. daselbsten/ mit einem Zaunstecken den Haspen aus der Stall-Thüre gewogen/ und die Thüre geöffnet/ daraus sind ziehen gantze Brod gestolen/ dabey ers aber nicht bleiben lassen/ sondern hierüber noch anderthalb Scheffel Gersten dieblichen entwendet / darnebens aber angezogen / daß ihn das eusserste Armuth darzu getrieben/ indeme er benebens seinem Weibe sieben kleine Kinder bey itzigen schwürigen Zeiten zu ernehren gehabt/ und dieselbe nicht Hunger leiden sehen können/ &c So wird er derowegen/ nach Gelegenheit disfalls über das allbereit ausgestandene noch ein 14. Tage mit längerm Gefängniß in Straffe genommen/ V. R. W.)

Definit. X.

Amotio terminorum in foro Saxonico arbitrariè punitur.

QUantumvis lapides finales, vel arbores constituendorum finium causa positæ, absque 1
specie contrectationis fraudulentæ vix erui queant; † Attamen furti pœna hoc casu nequaquam 2
obtinebit: † Posuit enim lex agraria pro singulis 3
terminis, quos dolo malo quis loco movit, mulctam quinquaginta aureorum, *l. ult. ff. de term. moto.* † Levior autem pœna est imposita violato- 4
ribus terminorum, de jure Saxonico, triginta, nempe solidorum, in quibus parti læsæ violatores condemnantur, *art. 28. lib. 2.* Landr. *ubi* Gloss. *latin. lit. C.* † Ultra quam mulctam etiam cogun- 5
tur evulsos terminos suis sumptibus in pristinum statum ac locum instituere, Gloss. *dict. lit. C.* † & 6
delictum emendare judici sexaginta solidis, Matth. Coler. *part. 1. decis. 145. num. 13.* † Sed tex- 7
tus *in dict. art. 28. lib. 2.* Landr. de iis solummodò accipi debet, qui ignoranter lapides aut terminos amovent, ad eos verò, qui scienter & dolosè terminos vel lapides finales eruunt, haudquaquam est trahendus juxta Gloss. *germ. in dict. art. 28. n. 6.* Benedict. Reinh. *part. 5. differ. 2.* † Cessat itaque in dolosis & temerariis terminorum 8
violatoribus pœna illa juris Saxoniti, † quos 9
hodiè pœna arbitraria, carceris, pecuniaria, vel relegatione mulctari videmus, secundum tradita Matth. Coler. *dict. decis. 145. n. 9. & 10.* † Quod 10
enim alii capitis pœnam in delinquentes hosce statuant, id nec rationi consentaneum, nec in 11
praxi receptum est, teste Ludov. Fachs. *diff. 65.* † Quin nec jus civile à pœna arbitraria hoc casu 12
prorsus discedit. † Nam mulcta arbitraria mitior constituta reperitur adversus eos, qui lapides movent, fines obfuscandi causa, *l. 1. ff. de*

term.

13 *term. mot.* † Relegatio autem, vel etiam fustigatio in illos, qui terminos movent causa jurium occupandorum, *l. 2. ff. eod. tit.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 83. n. 10.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de term. mot.*

Ita Domini contra N. N. & Consortes zu Geyer/ Mens. Dec. Anno 1606. (Verba sententiæ: Da nun Inquisiti geständig/ daß sie wissentlich und vorsetzlicher Weise obangeregte Erbgrentze und Vereinigung ausgeackert. So mögen sie willkührlichen mit Gefängnüß einen Monat lang/ oder um eine ziemliche Geldbusse/ ihrem Vermögen nach/ jedoch daß sich dieselbe einem ieden über 6. Neue Schock nicht erstrecke/ in Straffe genommen werden/ das Stücklein Ackers aber/ und derer darauff erwachsenen Früchte/ haben sie sich durch ihre Verbrechung nicht verlustig gemacht/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXVIII. PARTIS QUARTÆ.

Von dem Diebstal der Hausgenossen.

De furto domesticorum.

DJe Hausgenossen und das Hausgesinde/ Knechte/ Mägde/ Diener/ Taglöhner und dergleichen/ sollen wie andere Diebe/ wann von ihnen eine Deube begangen/ gestrafft/ und zwischen ihnen und andern Dieben kein Unterscheid gehalten werden.

INquilinos, servos, ancillas, Famulos, eosq; qui mercede diurna operas suas locant, si quid furentur, eadem, quæ in alios fures statuta est, pœnâ, nec mitiori, puniri volumus.

DEFINITIONES.

1. *Furtum ab inquilinis, famulis & ancillis commissum pœna furti ordinaria coërcetur.*
2. *Nisi famuli & ministri, quibus salarium denegatur, quid subtraxerint.*
3. *Nunquam pœna ordinaria vel corporis afflictiva coërcendum est furtum à conjuge, parentibus vel liberis perpetratum.*
4. *Jus quoq; cognationis intra quartum gradum consanguinitatis fures à pœna suspendii eximit.*
5. *Proxima quoq; affinitas impedit, quò minùs fures suspendantur.*
6. *Minorennitas non relevat furem, quo minùs suspendatur.*
7. *Nisi Judex pro ratione circumstantiarum minorì pœnam mitigandam existimaverit.*
8. *Fures impuberes arbitrariè saltem puniuntur.*
9. *Nisi in impuberibus pubertati proximis malitia supppleat ætatem.*
10. *Fœminæ æquè ac masculi ob furtum perpetratum suspenduntur.*

confirmavit Illustrissimus Saxo *hac* Const. *38. ubi* Dan. Moller. *n. 3.*

Ita Domini in causa H. E. zu Vollmershayn/ Mens. April. Anno 1616. (Verba sent: Hat euch eure Magd an Kleidern so viel gestolen uñ dieblichen entwendet/ daß es über 5. Ungarische Ducaten austräget/ wenn sie nun gleich dessen geständig/ auch sonsten in dergleichen Fall/ und wann von dem Gesinde Diebstal begangen wird/ auch die ordentliche Straffe des Stranges statt hat/ &c.)

DEFINIT. I.

Furtum ab inquilinis, famulis & ancillis commissum pœna furti ordinaria coërcetur.

1 DOmesticum esse furtum, quod ab inquilinis, servis, famulis, ancillis aliisque mercenariis
2 perpetratur, negari nequit, † quia mercenarii domesticorum appellatione comprehenduntur, *l. perspiciendum. 11. §. furta. 1. ff. de pœn.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 110. num. 41.* Joh. Bajard. *ad* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum.*
3 *num. 84.* † Ergò, inquies, nec fures hi erunt suspendendi, quia inter domesticos pœna suspendii cessat, *l. 1. l. 5. & seqq. & tot. tit. ff. rer. amotar. ubi* Matth. Wesenbec. *in parat. num. 1. & seqq.*
4 Jodoc. Damhoud. *dict. cap. 110. num. 41.* † Ita certè est de Jure civili, quo inter dominum & servum nullum potest constare judicium, *l. ult. C. an serv. pro suo fact. §. 6. instit. de inut. stipulat. l. lis nulla.*
5 *4. l. si à me. 11. ff. de judic.* † Attamen consvetudo observat contrarium, & pro furto à servis, famulis, aliisque mercenariis commisso, æquè furti actio competit, atque pœna ordinaria sibi locum
6 vendicat, † teste Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. num. 22. ubi* Joh. Bajard. *in addit. n. 85. & seqq.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. de pœn. defin. 2. n. 2.* Virgil. Pingitz. *quæst. 47. num. 12.* Jodoc. Damhouder. *dict. cap. 110. n. 41.* † Nec immerito: Siquidem personæ hæ propter fidem debitam atque promissam longè gravius delinquunt, quam reliqui fures, secundum tradita Matth. Wesenbec.
7 *ad §. 9. num. 5. instit. de publ. judic.* Quod & disertè

DEFINIT. II.

Nisi famuli & ministri, quibus salarium denegatur, quid subtraxerint.

MItiganda tamen est pœna furti, si famuli & 1
ministri, Dominis sufficienter requisitis, sed malitiosè salarium solvere recusantibus aliquid subtraxerint & abstulerint, † ita ut pœna mitior arbi- 2
traria hoc casu obtineat, *arg. cap. un. in fin. tit. de milit. vasall. qui contum.* Joh. Bajard. *in addit. ad* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furt. n. 86.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 54. num. 49.* † Nam & causa bestialis à dolo 3
excusat delinquentem, *l. igitur. 12. §. & generaliter. 3. ff. de liber. caus. l. inter omnes 46. §. rectè dictum est. 7. ff. de furt.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 60. num. 22.* † Cur non multò magis denegatio salarii, 4
præsertim, si famuli & ministri aliunde non habeant, quo se sustentare possint?

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Dieweil aber dennoch bemeldte Magd zu ihrer Entschuldigung fürgiebt/ daß sie von euch ihren verdienten Lohn nicht erlangen mögen/ wie sehr sie auch darumb angehalten/ welches ihr selbsten nicht in Abrede seyn könnet/ &c. So verbleibt

bleibt sie auch nach Gelegenheit dißfals/zumal weil man die gestohlene Sachen meistentheils wieder bekomen/ mit der ordentlichen Todesstraffe verschonet/sie wird aber gleichwol in willkührliche Straffe von der Obrigkeit billich genommen/ V. R.W.)

Definit. III.

Nunquam pœna ordinaria vel corporis afflictiva coërcendum est furtum à conjuge, parentibus vel liberis perpetratum.

1 ABsque dubio furtum quoque est domesticum, à conjuge, parentibus, vel liberis perpetratum; At pœna ordinaria hoc nunquam coërcetur, 2 † nec personæ hæ ex furto tenentur, sed tantummodò actione rerum amotarum, *l. 1. l. 5. & seqq. ff. rer. amot. ubi* Matth. Wesenb. *in parat. num. 1. & seq.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. n. 21.* Jodoc. 3 Damhoud. *in prax. rer. crim. c. 110. n. 41. & seq.* † Nempe ob honorem matrimonii ac sangvinis, tàm turpem atque atrocem actionem dare in conjuges, parentes vel liberos, lex erubuit, *l. 2. ff. act. rer. amot. l. ult. §. fin. C. de furt.* Bonif. *in tract. de furt. §. 10. n. 179. & seqq.* Petr. Gregor. Tholos. *in syntag.* 4 *jur. lib. 37. cap. 11. n. 1.* † Quod & complacuit Serenissimo Electori, mitiorem pœnam carceris vel relegationis, aut mulctam pecuniariam delinquentibus hisce præfinienti, *in* Const. *quadam peculiari, quæ est in ordine. 6. inter eas, quæ certis de causis pu-* 5 *blicè non sunt editæ*, † cujus tenorem retuli *in pract.* 6 *crim. part. 2. qv. 82. n. 42.* † Tantus nimirum Illustrissimo Saxoni visus fuit honor matrimonii & respectus inter liberos & parentes, ut pœnam aliquam corporis afflictivam ob furti crimen, illis nequaquam imponendam existimaverit, Joh. Schneidew. *in §. hi qui in parentum. 12. num. 2. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.* Dan. Moll. *hic. n. 5.*

Ita Domini contra M. K. an Nicoln von Marschalchen/ Mens. Mart. Anno 1601. (Verba sent: Hat Inquisit in gutem bekannt und gestanden/ daß er seinen Eltern etliche Leinwand und andere Stücke mehr dieblichen entwendet/ &c So wird er derowegen auff ein Monat lang mit Gefängnüß gestrafft/ V.R.W.)

Definit. IV.

Jus quoq; cognationis intra quartum gradum consangvinitatis fures à pœna suspendii eximit.

1 HOnor itaque sangvinis inter parentes & liberos actionem & pœnam furti ordinariam non admittit, Defin. *præced.* Quæ ratio cum generalis sit, & non solùm liberos atque parentes, 2 † sed & personas alias cognatas comprehendat, neque hisce pœnam furti ordinariam imponen- 3 dam, † statueris rectissimè cum Johan. Schneidewin. *in §. hi qui in parent. 12. n. 2. inst. de oblig. quæ* 4 *ex delict. nasc.* † in tantum, ut nec judex procedens ex officio, personas cognatione conjunctas de furto criminaliter punire queat, Bartol. *in l. 1. ff. de rer. amot. act.* Johann. Schneidew. & Dd. *in dict. §. hi qui in parentum. 12. Inst. d. t.* † Quod & sanctione manifesta comprobavit Serenissimus Saxon. Elector *in* Const. *pecul. sub tit.* Von dem Diebstal der verwandten Personen. 6 † restringens tamen hoc ipsum ad fures intra quartum consangvinitatis gradum conjunctos, ita ut hi à pœna suspendii tantummodò sint immunes, virgis autem cædi haud prohibeantur, † uti ex *dict.* 7 Const. Electorali manifestum est, de quo pluribus dixi in *pract. crim. part. 2. quæst. 82. n. 44. & 45.*

Ita Domini contra N. N. zu Ziegenrück / Mens. Mart. Anno 1587. (Verba sent: Dieweil aus euer Frage und des Gefangenen Aussage nicht zu befinden/ wie nahe ihme A. H. verwandt/ so wil euch gebühren/ solches vor der Execution zu erkundigen/ und da sichs befinden würde/ daß er ihme innerhalb des vierdten Grads verwandt wäre; So möchten die 10. Alte Schock/ so er ihme entwendet/ in die 5. Soliden nicht mitgerechnet werden/ &c.)

Definit. V.

Proxima quoque affinitas impedit, quò minùs fures suspendantur.

QUid autem de affinibus habendum, *Veluti si à* 1 *genero, socero, vitrico, aut Sororis marito furtum committatur?* Nullibi venia hisce indulgetur, † nec Constitutio Electoralis verbulo horum facit 2 mentionem, ut forsan sine lege loqui erubescamus, *l. illam 19. C. de collat.* † Placuit nihilominus Domi- 3 nis eatenus saltem affinibus proximis indulgeri, ut ad instar Cognatorum sive consangvineorum, suspendii supplicio sint exempti. † *Tum*, quia eadem 4 ratio in hisce personis obtinet, honor scilicet proximitatis & necessitudinis: Quidni ergò etiam immunitas æqualis hisce esset concedenda? *arg. l. 32. ff. ad Leg. Aquil.* † *Tum*, quod Vitricus, Noverca, 5 Socer & Socrus sint loco parentum, eorumque appellatione contineantur, *l. cum pater. 4. ff. ad Leg. Pompon. de parricid. §. socrum. 7. verb. quia matris loco. inst. de nupt. §. affinitatis. 6. inst. eod. tit.* † *Tum*, 6 quia eadem est affectio & cognatio inter maritum & consangvineos Uxoris, nec non inter uxorem & consangvineos mariti, qualis est inter ipsos Consangvineos, cùm maritus & Uxor sint una caro, *c. porro 3. cauf. 35. quæst. 5.* † idemque gradus affinitatis, qui 7 consangvinitatis, quia persona addita personæ per carnis copulam, mutat genus attinentiæ & non gradum, *gloss. in cap. non debet. 8. extr. de consang. & affinit.* Joh. Schneidew. *ad tit. inst. de nupt. sub rubr. de arbor. affin. num. 8.*

Ita Domini contra N. N. zum Lichtenstein / Mense Nov. Anno 1597. (Verba sent: Es wäre denn / daß die Schaffe gedachtes H. O. gewesen / und derselbe dem Gefangenen mit naher Schwägerschafft / also/ daß einer des andern Schwester zur Ehe hätte / zugethan wäre / auff den Fall möchte er/ in Ansehung/ daß die andern Diebstäle ihme zu seinem Antheil 5. Soliden nicht austragen/ am Leben nicht gestrafft werden; Er würde aber mit Staupenschlägen eurer anbefohlenen Ambts-Gerichte ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. VI.

Minorennitas non relevat furem, quo minùs suspendatur.

COmmuniter ferè ajunt Dd. Judicem obstrictum esse, delinquenti minori pœnam mi- 1 norare seu temperare, ac nisi id fecerit, † ipsum 2 haud parùm gravare censeri, Henr. Bocer. *in tract. de furt. cap. 1. n. 92.* Anton. Gomez. *tom. 3. variar. resolut. tit. de delict. cap. 1. num. 63.* Angel. Aret. *in tract. malefic. in verb. scienter & dolosè. n. 12. in fin.* Matth. Berl. *part. 5. concl. 43. num. 38. & 39.* † forsan, quia in minore tantus non est do- 3 lus, quantus in majore, ut putat August. Bonfranc. *in addit. ad* Angel. Aretin. *dict. loc.* † Sed 4 infirmior est hæc ratio, quàm ut minorem juva-

juvare queat: Sufficit enim talem adesse dolum, qualis ad infligendum mortis supplicium requiritur;
5 † Cujus minores expertes haud esse, vel inde manifestum est, quod propter malitiam, quandoque etiam impuberibus laquei pœnam irrogari, velit Sanc-
6 tio Carolina *in art. 164.* Ordin. Criminal. † Et cum ibidem ii saltem à pœna suspendii excipiantur fures, qui decimum quartum ætatis annum nondum excesserunt, non obstante communi opinione, tutò asserere licet, minoribus, qui decimum quartum ætatis annum compleverunt, regulariter non
7 indulgendum esse, † cum Matth. Coler. *part. 1. decis. 162. num. 8.* idque eò magis, quod nuspiam minores verbis expressis pœnæ suspendii eximantur. At erubescimus sine lege loqui, *l. illam 19. C. de collat.*

Ita Domini contra N. N. zu Torgau/ Mens. Dec. Anno 1596. (Verba sententiæ: Da sichs nun in der Erkundigung befinden würde/ daß der Gefangene gewiß über 14. Jahr wäre/ und er auff seinem gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ so möchte er nach Schärffe der Rechte/ mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden/ &c.)

Definit. VII.

Nisi Judex pro ratione circumstantiarum minori pœnam mitigandam existimaverit.

1 Regulariter ergò in minoribus pœna suspendii obtinebit, Defin. *præced.* Quam tamen Judex justa ex causa, pro arbitrio & discretione sua mi-
2 tigare haud prohibetur: † Siquidem vel solà ratione ætatis, mortis pœnam in aliam commutare, Judici fas est, *l. aut facta. 16. §. 3. ff. de pœn. l. ferè 108. ff. de reg. jur.* Henr. Bocer. *de furt. cap. 1. num. 76.* Cæpoll. *in Auth. sed novo jure. num. 88. in fin. C. de*
3 *serv. fugit.* † Quo casu in locum suspendii non tantummodò relegatio vel mulcta pecuniaria, sed &
4 fustigationis pœna surrogari poterit, † quicquid etiam in contrarium dicant Hippol. de Marsil. *in pract. crim. §. quoniam. n. 96.* Vincent. Honded. *vol. 1. consil. 104. num. 37. & seq.*

Ita Domini contra N. N. zu Krimmitzschau/ Mens. Februar. Anno 1597. (Verba sentent: So wird er aus itzo angezogenen Umständen/ und wegen seiner Jugend mit der ordentlichen Todesstraffe verschonet/ aber gleichwol im Gefängnüß billich mit Ruthen gezüchtiget/ und des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Fures impuberes arbitrariè saltem puniuntur.

1 Impuberes infantes omni prorsus pœnæ eximi, si furtum commiserint, nemo facilè negaverit,
2 quia scilicet † infantes doli capaces non sunt, nec intellectum habent, §. *pupillus 9. vers. nam infans. inst. de inut. stipulat.* Johan. Sichard. *ad rubr. C. de novat. n. 10.* Johann. Harppr. *in §. in summa scien-*
3 *dum. 18. n. 1. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* † Ergò sicuti in furiosos, ita & in infantes atque infantiæ proximos nec crimen furti cadit, nec furti actione hi tenentur; *l. 5. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. l. 12. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. l. 50. §. 2. ff. de furt.*
4 † Alia verò est ratio impuberum pubertati proximorum, qui cum doli capaces sint, judicium-que habeant, omninò delinquere intelliguntur, *l. impuberem. 23. ff. de furt. l. pupillum. 111. ff. de reg. jur.* † Quidni ergo furti tenerentur? Quamvis & 5
hosce à pœna suspendii immunes ac pœnæ saltem arbitrariæ subjugandos existimaverim, cum Johann. Harppr. *in dict. §. in summa sciendum. 18. 7. de obl. qv. ex delict. num. 5.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. qv. 60. num. 3.* Henr. Bocer. *de furt. cap. 1. n. 27.* Bonifac. *in tract. de furt. §. 10. n. 109. & seqq.* † Non so- 6
lùm, quia in delictorum pœnis ætati succurrendum est, *l. ferè in omnibus 108. ff. de reg. jur.* † Sed & 7
propter textum clarum in Ordin. Crimin. Carolin. *art. 164.* de quo pluribus dixi *in pract. crim. part. 2. qvæst. 82. n. 10. & seqq.*

Ita Domini contra N. N. zu Sondersleben/ Mens. Nov. Anno 1625. (Verba sent: Auff zu Fall aber der Gefangene über das 14. Jahr seines Alters vollständig nicht seyn würde/ verbliebe er mit der Leibes-Straffe verschonet/ uñ würde allein mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Nisi in impuberibus pubertati proximis malitia suppleat ætatem.

Sed hoc ita, nisi circumstantiæ delictum aggra- 1
vantes concurrant, ob quas etiam furem impuberem suspendendum judex existimaverit. † Quid 2
enim, si impuberis malitia tanta sit, ut defectum ætatis suppleat, puta, si furtum sit magnum, sæpius reiteratum, aut cum effractura violenta perpetratum?
† Vix à pœna suspendii fur impubes liberabitur, *c.* 3
de illis. 7. extr. de sponsal. impub. Matth. Coler. *part. 1. decis. 162. n. 8.* † Quod & Imperatori Carolo V. 4
placuisse, haud obscurè licet colligere ex *art. 164.* Ordin. Crim. *ubi* Matth. Stephan. & Georg. Rem.
† modò impubes annum ætatis decimum quartum 5
mox impleverit, *dict. art. 164. vers.* Wo aber der Dieb nahe bey vierzehen Jahren alt wäre. Henr. Bocer. *in tract. de furt. cap. 1. num. 32.* Jason. *in Auth. Sacramenta puberum. num. 15. C. si adversus vendit.*

Ita Domini contra N. N. zum Hayn/ Mens. Febr. Anno 1609.

Definit. X.

Fœminæ æquè ac masculi ob furtum perpetratum suspenduntur.

Pluniuntur quibusdam in locis fures tantummo- 1
dò masculi pœnâ suspendii, fœminæ verò in aquis suffocantur; Joh. Schneidew. *ad §. ult. n. 7. in fin. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* † ex Sanctione Ca- 2
rolinâ, quæ ita distingvit *in art. 159. & 162.* Ord. Crim.
† Sed in provinciis Saxonicis consvetudo notoria 3
contrarium introduxit, & eodem modo fœminæ, ut mares, pro furtis suspenduntur, Matth. Coler. *part. 1. decis. 144. num. 23.* Christ. Zobel. *part. 4. diff. 36. num. 2.* Matth. Berlich. *part. 5. conclus. 43. num. 37.* Reinh. Rosa *ad* Daniel. Moller. *hic num. 10.* † Quæ 4
consvetudo satis firmatur ex verbis generalibus *art. 13. lib. 2.* Landr. *& supr.* Const. Elect. *32. p. 4.*

Ita Domini contra N. N. zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1614. (Verba sentent: So möchte sie von wegen solches begangenen und bekannten Diebstahls/ als eine verleumbde Haus-Diebin mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XXXIX.

PARTIS QUARTÆ.

Von denen / welche die Wache halten / und gestohlen Gut mit empfangen und participiren.

De pœna illorum, qui, aliis furtum committentibus, ipsi interea sunt in excubiis & de furto participant.

DArde einer oder mehr zu der Zeit / wann ein Diebstal begangen / seinen Gesellen / so sich solches dergestalt mit einander verglichen / die Wache halten / und hernach von den gestolenen Stücken so viel empfangen und participiren, darumb er sonsten eines Diebstals halben möchte am Leben gestrafft werden / so sol er / gleich den andern Dieben / mit dem Strange zum Tode gerichtet werden / ungeachtet / daß er nicht am Diebstal mit angegriffen / und die gestohlene Stücke selbst entwenden helffen.

SI quis, interea dum socii ipsius, cum quibus ita pactus est, furtum committunt, in excubiis fuerit, & delicto perfecto, ex rebus surreptis tantum participaverit, quantum ad pœnam mortis dictandam sufficit, non minus ac socii, laqueo punietur, etiamsi in ipso furto manum non admoverit.

DEFINITIONES.

1. *In excubiis stantes perinde ut reliqui fures, ipsum furtum committentes, puniuntur.*
2. *Modò de rebus furto subtractis ultra quinque ducatos participaverint.*
3. *Robbariæ crimine commisso, etiam qui in excubiis steterunt, pœna rapinæ afficiuntur.*
4. *In excubiis stantes interea, dum sacrilegium committitur, pœna sacrilegii ordinaria non tenentur.*
5. *Res furtiva vindicari potest ubicunque reperitur, absque pretii refusione.*
6. *Etiam post annum & diem.*
7. *Ab emptore res furtiva non vindicatur sine refusione pretii, si eo fine emisset, ut domino rem restitueret.*
8. *Vindicans rem furtivam ab emptore, sumptus in ea factos restituere tenetur, nisi emptor malâ fide possederit, vel re furtiva usus fuerit.*
9. *Re furtiva quantumvis consumpta, Domino tamen adversus emptorem competit actio.*
10. *Furtum passo competit tacita hypotheca in bonis furis, ratione damni dati.*

Elector haud obscurè etiã confirmaverit, *h.* Const. 39.

Ita Domini in causa N. M. zu Unkersdorff / Mens. April. Anno 1627. (Verba sent: Da N. M. geständig / oder überführet werden könte / daß er / als der in eurer Frage gedachte Diebstahl verübet worden / immittelst auff der Wache gestanden / und also darzu geholffen / so hätte er sich der Strasse des Stranges nicht zu entbrechen / ꝛc.)

DEFINIT. I.

In excubiis stantes perinde ut reliqui fures, ipsum furtum committentes, puniuntur.

1 IN ipso furti actu præstantes auxilium, non minus ac contrectatores ipsimet furtum committunt, & pœnam incurrunt, §. *interdum quoque ii. vers. ope & consilio. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. vulgaris. 21. §. si duo. 9. l. 36. §. item placuit. 1. ff. de furt. l. 1. C. de condict. furt.* Bartol. *in l. is qui opem. 34. ff. de furt. num. 5.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 150. num. 1.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer.*
2 *crim. cap. 101. num. 5.* † Quid ergò mirum, ut aliis furtum committentibus, in excubiis stantes su-
3 spendii pœna plectantur, *h.* Const. 39. † Nimirum, qui opem & auxilium præstat facienti furtum in ipso furandi actu, æquè ac ipse principalis fur dicendus est, quum alter alteri revera auxi-
4 lium præstet, comitemque se illi adjungat, † proinde uterque meritò pari pœna tenebitur, Henr. Bocer. *de furt. cap. 3. num. 10.* Joh. Gödd. *ad. l. 53. num. 12. ff. de V. S.* Prosper. Farin. *part. 3. oper. crim.*
5 *quæst. 130. num. 77. & seq.* † Quò & faciunt verba Juris Saxonici *in* Landr. *lib. 2. art. 13.* Wer einen mit Hülffe darzù stärcket / wird er deß überwunden / man soll über ihn richten / als über jenen /
6 der es selbst gethan hat. † Ecce Jus Saxonicum auxiliatores quoque furti pœnæ ordinariæ subjú-
7 gat. † Tantumque abest, sanctionem hancce Juris Saxonici usu haud fuisse receptam, prout tradit Christ. Zobel. *in Gloss. latin. ad text. germ.* Landr.
8 *lib. 3. art. 46. lit. C,* † ut eam Illustrissimus Saxoniæ

DEFINIT. II.

Modò de rebus furto subtractis ultra quinque ducatos participaverint.

NOn tamen aliter auxilium ipsi actui præstan- 1
tes furti pœnâ tenentur, † quam si (1.) con- 2
silio deliberato præcedente, dolosè & fraudulenter auxilium præbuerint, Nicol. Boër. *decis. 167. n. 2. in fin.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 90. n. 1.* †(2.) 3
Idque lucri causa fecerint, ac unusquisque ultra valorem quinque solidorum de rebus furto subtractis participaverit, *h.* Const. 39. *vers.* Und hernach von den gestohlenen Stücken / ꝛc. † Nam sicut aliàs pro- 4
positum & animus delicta distingvit, ita etiam in furto, ex lucrandi animo de crimine hoc judicari debet, *l. 53. ff. de furt. §. 1. instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.* † (3.) ipsumq; furtum fuerit subsecutum, 5
l. si quis Uxori. 52. §. neque verbo. 19. ff. de furt. † Ho- 6
rum alterutrum si deficiat, haud tutò pœnam suspendii delinquentibus imponi existimaverim; Concurrentibus verò hisce tribus requisitis, ad pœnam ordinariam omninò deveniendum erit, † prout dixi 7
pluribus *in pract. crim. part. 2. qv. 87. n. 33.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent: Es wäre deñ / daß N. M. von den gestolenen Sachen nichts oder doch nicht so viel / das ihme zu seinem Antheil über 5. Solden / das seynd 5. Gülden Ungarisch des besten Goldes / austrägt / überkommen hätte / auff den Fall hätte die ordentliche Todesstraffe nicht statt / V. R. W.)

DEFI-

DEFINIT. III.

Robbariæ crimine commisso, etiam qui in excubiis steterunt, pœna rapinæ afficiuntur.

1 EAdemque est ratio eorum, qui aliis Robbariam committentibus, interim in excubiis steterunt, quos gladio æquè ac ipsos deprædatores feri-
ri, eorumque cadavera post executionem, Rotæ
2 affigi videmus: †Quia scilicet hi grassatoribus opem & auxilium præstiterunt, cooperativum, sine quo forsan Rapina haud perpetrari potuisset, secundum tradita Modest. Pistor. *part. 2. quæst. 63. num. 1.* Nat-
3 tæ *lib. 13. consil. 151. n. 3.* † Et si hoc obtinet in crimine furti, ut dixi Defin. 1. Quidni etiam in delicto
4 Robbariæ? †Neq; enim diversa hoc casu est ratio furum, quàm grassatorum, qui fures improbiores appellitantur in *l. 14. §. 12. ff. quod met. caus. l. raptores. C. de Episc. & Cler. pr. inst. de vi bonor. rapt.*
5 † Sed hoc ita, si stantes in excubiis etiam de Rapina participaverint, ex mente *h.* Const. 39.

Ita Domini contra M. F. zu Mohla / Mens. Julio, Anno 1622. (Verba sentent: So möchte M. F. gesta lten Sachen nach / weil er in solchen Straſſenraub gewilliget/auff der Wache gestanden/da er verbracht/und Haus-Hütern/ daß derselbe nicht darzu kommen / und dieses böse Werck verhindern möchte / mit seinem Gespräche aufgehalten / auch hernach bey dem Holtze wieder zu den beyden Räubern kommen/ und von dem Raube obbenante Sachen angenommen / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft/und sein Cörper auff ein Rad geflochten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. IV.

In excubiis stantes interea, dum sacrilegium committitur, pœnâ sacrilegii ordinaria non tenentur.

1 DUbitatum quondam fuit, *an non pari pœna Rotæ in excubiis stantes, ac sacrilegium ipsimet perpetrantes plecti deberent?* ex mente *h.* Constit.
2 39. † quæ pœnam suspendii ad eos quoque extendit, qui aliis furtum facientibus interea sunt in excu-
3 biis, cum † sacrilegium sit species furti, Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. III. n. 1.* Tib. Decian. *in*
4 *tract. crim. lib. 9. cap. 31. n. 1.* † At non ritè à crimine furti ad sacrilegium infertur: In illo enim damnum furto datum domino & lucrum furis potissimum inspicitur, *art. 160.* Ordin. Crimin. Carolin.
5 †quid ergò mirum, ut pœna furti teneatur quoque is, qui ope & auxilio suo, dum in excubiis stetit, non modò damnum domino rei furtivæ intulit, sed etiam de hac participavit. Alia verò est ratio sacri-
6 legii, † ubi sola violatio Sacrorum attenditur, quæ cum stantes in excubiis propriè non lædant, merito
7 à pœna ordinaria Rotæ excusantur. †Placuit itaque dominis gladii pœnam hoc casu decernere, adjecto tamen augmento hoc, ut post factam executionem cadaver Rei rotæ affigatur.

Ita Domini contra M. K. zu Dölitzsch / Mens. Nov. Anno 1623. (Verba sentent: So möchte M. K. wegen solcher Mißhandlung/gestalten Sachen nach / weil sie die Kirche selbsten nicht mit erbrechen helffen/ sondern auff der Hut und Wache gestanden/und hernach die aus der Kirchen entwendete Sachen verkauffen und verpartiren helffen / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft / und hernach der Cörper auff ein Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. V.

Res furtiva vindicari potest ubicunque reperitur absque pretii refusione.

QUocunque in loco & penes quemcunque 1
possessorem res furtiva reperitur, vindicare eam poterit Dominus, *§. ult. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* † Quod nec de Jure Saxonico aut Im- 2
periali correctum est, quin potiùs idem haud obscurè sancitum reperitur *in art. 213. 207. 211. & 218.* Ordin Crimin. Carol. *ubi* Matth. Steph. † At nec 3
pretium Dominus rem suam vindicans restituere tenetur, ut maximè possessor bonâ fide rem furtivam emerit, ex sanctione Impp. Severi & Antonini *in l. 2. C. de furt.* † Quod & placuit Impp. Alexánd. 4
Dioclet. & Maxim. *in l. 3. & l. 23.* C. *de Rei vindic. &* Imp. Carol. V. *in dict. art. 213. & 214.* Ordin. Crimin. † Quò & facit textus Juris Saxonici *in* Landr. 5
lib. 2. art. 36. vers. Seine Pfennige aber verleurt er / die er darumb gab/ &c. *Adde* Decis. Elect. *nov. 87.*

Ita Domini in causa N. N. zu Dreßden / Mens. Jan. Anno 1612. (Verba sentent: Es auch vermöge gemeiner Rechte/ um die gestolene Sachen diese Gelegenheit hat/daß dieselbe ohne Entgelt / deme sie gehöret / zugestanden / wieder ausgeantwortet werden müssen / &c.)

DEFINIT. VI.

Etiam post annum & diem.

AUdiendus est Dominus rem furto sibi subtra- 1
ctam à possessore vindicare volens, etiamsi annus & dies effluxerit. † Nempe, quod res furtivæ 2
non præscribantur à fure, nec ab alio possessore: † Quia lex duodecim tabb. & lex Attilia inhibent 3
usucapionem rerum furtivarum, *§. furtivæ quoque 2. inst. de Usucap. l. 4. §. 6. l. 33. in pr. ff. eod. tit.* siquidem furti vitium rem ipsam afficit; † At vitia rea- 4
lia præscriptionem impediunt in persona cujuscunque successoris universalis, vel singularis, quia rem comitantur; ad quemcunque etiam res illa transierit, *l. vitia. 11. C. de acquir. possess.* † Planè, si tri- 5
ginta anni, annus & dies fuerint præterlapsi, non ulterius erit admittendus Dominus rei furtivæ in judicio vindicatorio, † quia tempore longissimo 6
etiam res furtivæ præscribuntur, *l. omnes. 4. l. si cui. 3. junct. gloss. final. C. de præscript. 30. annor. l. 1. §. ad hoc 1. C. de annal. excep.* Joh. Schneidewin. *in tit. inst. de Usucap. rubr. quæ res poss. præsc. num. 65.*

Ita Domini in causa Hansen Fuchsens zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1595. (Verba sentent: Habt ihr Bartholomäi des 73. Jahrs von Ernst Ludwig von Stockau Knecht ein Pferd vor 15. Thaler erkaufft / welches verruckter Zeit der von Stockau von euch wieder abgefordert/mit Anzeigung/ daß sein Knecht aus dem Wege geritten/und ohne sein Befehlich das Pferd verkaufft/darob er ihn auch zu Hafften genommen / und gefänglichen enthalten. Ob ihr nun gleich solches Pferd über Jahr und Tag in euerm Futter gehabt/ da aber dennoch der von Stockau solches nachmals abfordern würde; So möchtet ihr ihme auch dasselbe nicht vorenthalten/ V. R. W.)

DEFINIT. VII.

Ab emptore res furtiva non vindicatur sine refusione pretii, si eo fine emisset, ut domino rem restitueret.

QUod dixi, emptorem rei furtivæ teneri eam 1
restituere domino vindicanti, nullo etiam refuso

refuso pretio, *supr.* Definit. 5. id notabiliter fallit,
2 † si emerit rem nomine domini, paratus eam restituere, deque eo expressè protestatus fuerit, &
3 testationem literis contractus inseri fecerit. † Hoc enim casu, ad restitutionem rei furtivæ emptor non aliter est obstrictus, quàm si pretium ei reddatur,
4 † quasi utiliter negotium domini gestum sit, *arg. l. 11. C. de neg. gest.* Hostiens. *in summ. sub tit. de vi & vi armat. l. si de possessione 4. C. Unde Vi.* Bart. Cæpol. *in caut. 10.* Joh. Sichard. *in l. in civilem, 2. C. de furt. n. 5.* Costal. *in l. emptor. 65. ff. de R. V.* Jason. *in l. si pretium. 19. n. 2. C. de procurator.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. n. 26.* Cæsar. Ursil. *in annot. ad* Matth. *de* Afflict. *decis. 369. n. 6.* Jacob. Menoch. *lib. 5. præs. 29. n. 16. 17.* Didac. Covarr. *ad cap. peccatum part. 3. relect.*
5 *in init. n. 5.* † Quò & facit, quod Dominus vindicans rem suam à possessore regulariter teneatur ipsi reddere pretium, in utilitatem rei conversum, *l. emptor. 65. ff. de R. V. l. si pretium. 19. C. de procur. ubi*
6 Jason. *n. 2. &* Sichard. *n. 2. 3.* † Nec habet dominus, de quo conqueri possit, cum ei emptio multum profuerit, ne rebus suis prorsus privaretur, ut propterea iniquissimum esset, emptori pretii ex solu-
7 ti restitutionem denegare, † cui potiùs gratias agere deberet dominus, Caballin. *in resolut. crim. cent. 3.*
8 *cas. 292. num. 17.* † In quam sententiam quoque respondit Curia Electoralis Wittebergensis, Anno 1633. & Facultas Juridica Lipsiensis, Mens. Majo,
9 Anno 1633. † Scio equidem, hanc opinionem improbari à Virgil. Pingitz. *quæst. 49. n. 2. & seqq. &* Dan. Moll. *lib. 3. Semestr. 10.* Sed non sunt rationes eorum tanti ponderis, ut quem facilè ad assen-
10 tiendum commovere queant. † Negat enim *Pingitz.* ab emptore negotium domini utiliter gestum, si ipse cogatur emere pretio rem suam, quippe quòd illam à fure recuperare potuisset, etiam
11 nullo addito pretio, *l. 2. C. de furt.* † Sed nimirum præsupponit, dominum absque negotio rem suam consequi potuisse: Quid verò si fur esset fugi-
12 tivus aut consociis stipatus, † vel dominus absens, & de rei furtivæ domino multum adhuc disceptetur, ut emptor alia ratione quàm per titulum emptionis domino prospicere haud potuisset? Nemo certè negaverit, vel ex sola æquitate pre-
13 tium emptori esse restituendum: † Quod verò dicit Pingitz. pariter atque Moller. *dict. loc.* protestationem arguere dolum, & per hanc aperiri viam delinquendi & evictionem evadendi; In eo ipsis facillimè assentior, si de fraude & dolo emptoris vel saltem ex conjecturis & præsumptionibus satis appareat, *arg. l. si quis 7. ff. de condit. in-*
14 *stit.* † At cùm sæpissimè quoque emptores bona fide desuper protestentur, negotiumque domini reverâ agant, quis tàm iniquum agere judicem vellet, ut absque refusione pretii, emptores rem restituere compelleret?

Ita Domini in causa Wilhelm Schickens contra Paul Richtern zu Leipzig/ Mens. April Anno 1635. (Verba sentent: Daraus so viel zu befinden/ daß Beklagter das erkaufte Pferd gestalten Sachen nach/ehe und zuvor ihme sein ausgezahltes Kauff-Geld wiederumb erstattet wird/ Klägern auszuantworten nicht verpflichtet/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Senatus Sangerhusani, Mens. Majo, Anno 1636. (Verba sentent: Wann einer abgeraubete und geplünderte Pferde und Viehe/ dem Eigenthumbs-Herrn zum besten/ umb ein gewiß Geld erkaufft und an sich löset/ und daß er solches zu dem Ende gethan habe/gebührlichen erweiset und beybringet/ &c. So ist ihme der Eigenthums-Herr/wenn er solche geraubte Pferde und Viehe vindiciret, das ausgezahlete Kauffgeld wieder zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Vindicans rem furtivam ab emptore, sumptus in ea factos restituere tenetur, nisi emptor malâ fide possederit, vel re furtiva usus fuerit.

ETsi dominus rem furto sibi subtractam à quo- 1
cunque possessore nullo etiam pretio refuso vindicare queat, *supr.* Defin. 5. † attamen audien- 2
dus non est, priusquam sumptus in re furtiva factos secundum æstimationem Judicis restituerit: † Id 3
quod ipsissima æquitas exposcit, ne dominus rei furtivæ cum alterius jactura iniquè locupletetur, †& 4
emptor bonæ fidei damno afficiatur, per text. *in l. sin autem. 27. §. in rem petitam 5. & l. sumptus. 48. vers. verum exceptione ff. de R. V. l. si quis u. in fin. C. de R. V. art. 207.* Ordin. Crim. Carol. † Aliud dicen- 5
dum, si possessor re furtiva usus fuerit, fructusque inde perceperit in compensationem sumptuum, vel saltem in mala fide constitutus fuerit, † qui certè ex- 6
pensas & sumptus repetere prohibetur, *l. domum. 5. C. de R. V.* Virgil. Pingitz. *quæst. 49. num. 23. Adde* Dec. Elect. *nov. 87.*

Ita Domini in causa Christian Julii von Heymbs / Mense April. Anno 1632. (Verba sentent: So ist der von Trotha solches Pferd ohne Entgeld auszuantworten schuldig/ jedoch wird ihme die Fütterung von des Pferdes Eigenthumbs-Herrn billich bezahlet / es hätte denn der von Trotha gewust / daß selbiges Pferd gedachtem Eigenthumbs-Herrn gestohlen gewesen / oder er dasselbe gebrauchet/ auff solchen Fall wäre er auch die Fütterung wieder zu fordern nicht berechtiget / V. R. W.)

Item: An Augustum von Schönberg/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent: Dieweil euerm Bericht nach/ Käuffere das Viehe zu ihrer Haushaltung / Zug und Nutze gebrauchet/ &c. So mögen ihnen die Eigenthumbs-Herren die Fütterung zu zahlen nicht angehalten werden / V. R. W.)

An Schöffer zu Colditz/ Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sentent: Ob nun wol bemeldten Unterthanen die jenige Stücke Viehe/ so von den Soldaten ihnen abgenommen und hernach verkauft worden/ von den Käuffern ohne Entgelt billich wieder abgefolget werden/ &c. So mögen sie ihnen doch auch wegen der Fütterung und gehabten Mühe/ woferne sie hingegen das Viehe genutzet uñ gebrauchet/ einigen Abtrag zu thun/ mit Bestande nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Re furtiva quantumvis consumpta, Domino tamen adversus emptorem competit actio.

QUid verò, si emptor rei furtivæ eam consumpserit, ita ut locus ulterior non sit vendicationi, an non aliâ actione adversus emptorem experiri licebit? † Sanè condictio furtiva saltem adver- 2
sus furem, ejusvè heredem competit, *§. ult. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc.* † Neque pretium ex 3
re furtiva redactum dominus petere valet, quippe quod in judiciis particularibus nunquam succedit in locum rei, *l. si quis uxori. 52. §. si Titius. 17. l. qui vas. 49. §. ult. ff. de furt. l. quemadmodum. 38. §. si servus. 2. ff. de nox. action. l. idemq; 7. §. 1. in fin. ff. qui pot. in pignor.* † Nihilominus Domino con- 4
dictionem adversus emptorem hoc casu competere existimaverim ex *l. si me & Titium. 32. ff. si certum petat.* † Non minùs enim æquum est, do- 5
mino solvi pretium rei suæ, quàm rem ipsam,

ne

ne emptor locupletetur cum aliena jactura contra. *l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indebit.* Modest. & Pistor. *part. 4. quæst. 126.* † Quò & facere videtur *l. bona fides. 31. ff. depositi.* allegata à Modest. Pistor. *dict. l. num. 4.* Nam quâ ratione depositarius, qui cum latrone non cum domino contraxit, ex generali justitia tenetur rem domino restituere, eâdem etiam videtur hic emptor obligatus solvere pretium domino.

Ita Domini in causa C. M. zu Bernstein/Mense Sept. Anno 1621. (Verba sentent: Dieweil der verhaffte C. M. vermittels Eydes sich gereiniget/und daß er die von H. H. ihme verkaufte Sachen nicht wissentlichen/daß sie gestolen gewesen/ an sich gebracht/geschworen. So mag auch nunmer wider ihn der Straffe halber nichts vorgenomen werden/ sondern er wird der gefänglichen Hafft hinwiederum billich entlediget. Ist aber gleichwol der Frauen von Bernstein ihre Sachē/ wofern dieselbe noch verhanden/wieder zu erstattē/oder da sie verthan/ das jenige/ so viel er sich dadurch bereichert/ wieder von sich zu stellen schuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. X.

Furtum passo competit tacita hypotheca in bonis furis ratione damni dati.

A Fure ejusvè hæredibus furtum passus non solùm rem extantem vindicare, sed & adversus eos condictione furtiva ad interesse experiri valet, §. *ult. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* † In tantum, ut hujus ratione in concursu creditorum aliis, jus plenius non habentibus, præferri debeat, Anton. Negus. *de pignor. memb. 4. part. 2. num. 124.* Bald. *in l. furti. 15. C. de furt. & ibid.* Salycet. † ubi dicit; Bona delinquentis esse tacitè obligata pro malè ablatis, & hoc pro liberatione animæ delinquentis, *arg. c. parochiano. 14. extr. de sepult.*

Ita Domini in causa Andreæ Enckenreuths zu Lengefeld/ Mens. Jan. Anno 1636.

CONSTITUTIO XL.
PARTIS QUARTÆ.

Wie die/ so durch Kundschafft Anweisung zum Diebstal geben/ zu straffen?

De pœna illorum, qui indicio occasionem furibus delinquendi præbent.

Je jenigen/ so mit Kundschafften oder Anweisung zum Diebstahl geholffen/ sollen mit Staupenschlägen unserer Lande verwiesen werden.

Qui indicio occasionem furibus præbent, virgis cæsos relegari ex nostris ditionibus jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Suspendii pœna plectendus non est, qui solo indicio furandi occasionem præbet, licet de furto participet.*
2. *Suspenditur tamen, qui furi ferramenta ad effringendum præbet, ac de furto postea participat.*
3. *Propter opem & auxilium, furto jam perfecto & consummato præstitum, nemo laquei pœna plectendus est.*
4. *Neque suspendio puniendus, qui de rebus furto ablatis saltem participat, easq; consumit.*
5. *Quantumvis in furtum committendum consenserit.*
6. *Receptatores furum tantummodò arbitrariè puniuntur.*
7. *Arbitraria quoque pœna plectendi sunt emptores rerum furtivarum.*
8. *Ab omni pœna est immunis, qui ignoranter res furtivas emit, & ignorantiam juratò obtinet.*
9. *Emptor rei furtivæ, consumpta ea, si fuerit in bona fide, tenetur saltem in quantum est factus locupletior.*
10. *At malæ fidei emptor, re furtiva consumpta, ad æstimationem tenetur.*

DEFINIT. I.

Suspendii pœnâ plectendus non est, qui solo indicio furandi occasionem præbet, licet de furto participet.

1 QUi indicio furandi occasionem præbet, aut locum, in quo res custodiuntur, prodit, neu-
2 tiquam suspendi debet, † sed virgis cæsus in per-
3 petuum relegatur, *b.* Const. 40. † Quid verò si de
4 furto simul participaverit? † Nec tùm propter auxilium sola demonstratione & indicio præstitum, Reum suspendendum existimaverim, ex generalitate *b.* Const. 40. quæ nullatenus distinguit, an auxiliator quid participaverit de furto,
5 nec ne, † sed indifferenter ob præstitam occasionem per indicium & demonstrationem, Reum
6 virgis cæsum in perpetuum relegari jubet. † Quin nec sola participatio furem propriè facit, nisi accedat contrectatio, sive auxilium reale & cooperativum Gloss. *fin. in l. is qui opem 34. ff. de furt.* Mo-
7 dest. Pist. *part. 2. quæst. 63. num. 4.* † Quamvis dissentiat Dan. Moller, *hic n. 6. in fin.* quem sequitur Henr. Bocer. *in tract. de furt. cap. 3. n. 19.*

Ita Domini contra M. H. zu Zwenckau/ Mense Nov. Anno 1622. (Verba sent: Hat inquisit bekant und gestanden/daß er H. T. zu dem Diebstal Vorschub und Anleitung gegeben und gesagt/er solte nur an der Oberstuben an der Ecken eins Feld ausbrechen/ da würden sie das Geld und Sachen finden/ von welchem Diebstal er nachmals 30. Floren bekomen/ &c. So wird der Gefangene wegen solcher seiner Verbrechung öffentlich billich zur Staupen geschlagen/und nach ausgestandener Leibesstraffe des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

DEFINIT. II.

Suspenditur tamen, qui furi ferramenta ad effringendum præbet, ac de furto postea participat.

1 AT, dixeris, nonnè furti pœna tenetur, qui dolosè auxilium & opem ad furtum committen-
2 dum præstat, ex §. *ii. vers. ope & consilio inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. si pignore 54. §. qui ferramenta 4. ff. de furt.* † cur non ergò suspenderetur, qui
3 indi-

indicio occasionem furandi præbet, qui & ipse auxilium præstare dicitur? † Nimirum prædicta assertio ad auxilium cooperativum est restringendum, quod quis per actum proximum dedisse censetur, Felin. *in cap. sicut dignum est. 6. extr. de homicid. num. 2.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 90. n. 1. & seq.* † puta, si quis scalas alicui ad furtum committendum accommodaverit, *dict. §. 11. vers. ope & consilio. verb. aut scalas: dict. l. 54. §. 4. ff. de furt.* Bartol. *inl. in furti. 50. §. ope 1. ff. de furt. num. 2.* Nicol. Boër. *decis. 164. num. 1.* Prosper Farin. *part. 5. oper. crim. quæst. 130. num. 20.* † Vel, si quis ferramenta ad effringendum præbuerit: † Qui causam immediatam furto dedisse & auxilium per actum proximū præstitisse censentur, atque ob id meritò pœna furti ordinaria plectendi sunt, *dict. §. 11. vers. ope & consilio. l. d. 7t.* Nicol. Boër. *dict. loc.* † modò tamen de furto etiam participaverint, quia absque lucrandi animo furtum non committitur, §. *1. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* † Sed hinc non inferre licet ad eum, qui auxilium præbet furi absque ulla cooperatione per actum remotum, puta, per solum indicium ac demonstrationem, quem suspendere æquitas prohibet, *hâc* Const. 40. *Defin. præced.*

Ita Domini contra S. L. an Rudolphen von Bünau in Lauenstein / Mens. Junio, Anno 1621. (Verba sent: Hat S. L. bekannt/daß sie oberwehnten M. L. zu berührtem Diebstal Rath und Anleitung / auch Meissel und andere eiserne Instrumenta zu Erbrechung der Laden / darinnen berührtes Geld verwahret gewesen/gegeben/und daß er nach verrichtetem Diebstal ihr das Geld in ihren Schoß geschüttet/ davon sie ihme 12. Thaler zugestellet / das übrige hätte sie mit ihrem Mañe und Kindern verzehret/auch etliche Schulden davon abgelegt/so sich auff eine grosse Summa Geldes belauffen/ &c. So möchte sie mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden / V. R. W.)

Definit. III.

Propter opem & auxilium furto jam perfecto & consummato præstitum nemo laquei pœna plectendus est.

1 QUid verò de iis dicendum, qui furti crimine jam perfecto & consummato auxilium præstant, veluti occultando furem ne deprehendatur;
2 † At res furto ablatas occultando & vendendo;
3 † Vel opem præbendo ad evadendum & fugam arripiendam? Bartol. *in l. in furti. 50. §. ope 1. n. 4. ff. de furt.* Matth. Steph. *in Ordin. crim. art. 177.* Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas.* 4 *349. n. 21.* † Certè opem præstans post delictum commissum, haud propriè auxilium præbere & furtum promovere dicitur, Augustt. Arimin. *ad* Angel. Aret. *in tract. malefic. verb. Et* Andream auxiliatorem *n.* 5 *5.* † Et profectò iniquissimum esset, eâdem pœnâ auxilium in ipso furti actu, & post delictum perfe-
6 ctum præstitum coërceri; † cum tamen haud parum discriminis sit inter eum, qui ipse maleficium suo facto committit, aut delinquenti cooperatur, ac illum, qui post crimen perpetratum, facinus delinquentis saltem tegit & occultat, Henr. Bocer. *de furt. cap.*
7 *3. num. 12.* † Ex quo vulgò placuit, præstito auxilio post furtum jam perfectum & consummatum, auxiliatorem non suspendi, sed extraordinariè pro judicis arbitrio puniri, Nicol. Boër. *decis. 167. num. 4.* Menoch. *dict. cas. 349. num. 21.* Felin. *in cap. sicut dignum. 6. extr. de homicid. num. 4.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 90. n. 2.* Hippol. de Marsil. *in pract. crim. §. constante. n. 54.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 55. n. 43.* Henr. Bocer. *dict. cap. 3. num. 11.* † 8 Nec obstat *l. eos qui 14. C. de furt.* ubi, qui scienter à servo furtim ablata saltem susceperint, non tantùm de susceptis conveniuntur, sed etiam pœnali furti actione tenentur. † Siquidem agit *dict. l. 14.* 9 de civili hujus criminis coërcitione, puta de actione furti, non verò de criminali furis accusatione. † At in criminalibus pœnæ potiùs sunt molliendæ, 10 quàm exasperandæ, *l. pœn. ff. de pen.* Bocer. *dict. cap. 3. n. 13.*

Ita Domini Mense Aug. Anno 1582. (Verba sentent: So viel aber N.N. und N.N. anlanget/weil sie gestanden/ daß sie die gestolene Stücken verkauffen und verzehren helffen/ so werden sie mit Staupenschlägen des Landes ewiglich verwiesen / V. R. W.)

Definit. IV.

Neque suspendio puniendus, qui de rebus furto ablatis saltem participat, easq; consumit.

1 COncludere hinc licet, non suspendendos esse, qui furto jam commisso & perfectè consummato, de rebus furto subtractis saltem participant, easque consumunt. † Etsi enim hi furti cri- 2 men approbent, atque ratificent, attamen cum auxilium prorsus nullum præstiterint, nimis rigorosum foret, eos suspendio subjugare, † ne scilicet æqua- 3 lis sit pœna delictum adjuvantium, & approbantium, † cum approbantes non tàm graviter peccent, 4 atque ii, qui opem & auxilium præbent, uti in aperto est. † Quin & præbentes auxilium cooperativum, 5 furtum quasi ipsimet committunt, ut sine quorum adjumento forsan illud non perpetrari potuisset, † quod certè de hisce, qui saltem participando de 6 rebus furtivis crimen furti approbant, asseri nequit, † ut mirum haud sit, levius hos coërceri, 7 † quia pœnæ semper debent correspondere delictis, 8 *l. sancimus. 22. C. de pœn. l. perficiendum 11. ff. eod. tit. l. 1. §. sed & qui 2. ff. de abig.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. n. 256. Cod. de rapt. virgin.*

Ita Domini contra H. L. Mens. Junio, Anno 1621. (Verba sent: So viel aber H.L. anlanget/ob wol derselbe für sich dieses anführen thut/daß er anfangs von dem begangenen Diebstal nichts gewust / und auch dessen von den andern beyden Mitgefangenen Zeugnüß hat. Dieweil er aber dennoch nicht in Abrede ist/daß er hernach / wie er angeregten Diebstal erfahren / denselben ihme gefallen lassen / dessen mit Essen und Trincken genossen/von dem gestolenen Gelde etliche Schulden abgetragen/und etwas davon andern geliehen und vorgestreckt &c. So mag er nach Gelegenheit dißfalls mit ewiger Landesverweisung in Straffe genommen werden / V. R. W.)

Definit. V.

Quantumvis in furtum committendum consenserit.

1 AT quid, *si quis conscius furti, in id committendum consenserit, ac postea de rebus furtivis participaverit?* † Certè neque hic auxilium coo- 2 perativum præstitisse censetur, ex quo solo † au- 3 xiliatores tenentur pœnâ furti ordinariâ, §. *11. vers. ope & consilio. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. si pignore 54. §. qui ferramenta 4. ff. de furt.* Felin. *in cap. sicut dignum est 6. extr. de homicid. num. 2.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 90. n. 1. & seqq.*

& seq. † Meritò itaque cessabit hoc casu suspendii pœna, juxta tradita Matth. Coler. *part. 1. decis. 150.* 5 *n. 7.* † Quicquid etiam in contrarium dicant Joh. Zanger. *in tract. de quæst. & tortur. cap. 2. n. 188. & seq.* Jod. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 100. n. 53.* 6 *& cap. 116. n. 2.* † Quin tamen consentiens in furtum deque eo participans severiori aliqua pœna, puta fustigatione, plecti queat, non multùm dubitaverim. Ita Domini contra N.N. zu Sangerhausen/Mens. Jul. Anno 1597. (Verba sent: Ob gleich Inquisitin angeregte Dieben selbst nicht begehen helffen; Dieweil sie aber dennoch nicht in Abrede ist / daß sie darum gute Wissenschafft gehabt/und solcher mit genossen; So wird sie derowegen mit Staupenschlägen des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. VI.

Receptatores furum tantummodo arbitrariè puniuntur.

1 Receptatores furum rerumq; furtivarum pari pœna, quâ ipsimet fures afficiuntur, teneri, 2 vulgò autumant Dd. † *l. 1. ff. de recept. l. 1. C. de his qui latron. vel al. crim. Reos occult. l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.* Joh. Zanger. *de quæst. & tort. cap. 2. n. 150.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 144. n. 29. & seqq.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 102. n. 7.* Matth. Berlich. *part. 5. conclus. 55. n. 55.* Prosp. Farin. *part. 5. oper. criminal. quæst. 133. num. 1. & seqq.* 3 † Quod & juri Saxonico videtur consentaneum, Landr. *lib. 2. art. 13.* Wer Diebe behauset / oder Raub helet / wird er deß überwunden/ man soll über ihn richten/ als über jenen/ der es selbsten gethan hat. Matth. Coler. *dict. decis. 144. n. 29. & seqq.* Christoph. Zobel. *part. 4. differ. 23. n. 11. &* 4 *diff. 36. n. 8.* † Sed nimis rigorosum esset, ob solam receptionem furum aut rerum furtivarum, 5 aliquem suspendi; † Nam Receptatores furtum ipsum non adjuvare, sed jam commissum tan- 6 tummodò approbare, ecquis non videt? † Atqui soli auxiliatori opem cooperativam præstanti jura pœnam furti ordinariam indicunt §. *11. vers. ope & consilio. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. si pignore 54. §. qui fermenta 4. ff. de furt.* Putaverim ergò, 7 † textus prædictos ad eos receptatores restringendos, qui simul quid auxilii præstiterint, neutiquam verò, 8 † vel saltem ex benigna juris interpretatione ad solos receptatores extendēdos esse, *l. interpretatione 42. l. si præses 32. ff. de pœn. l. si fuerit. 10. in fin. ff. de reb. dub.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. ult. n. 2.* Adeoque receptatores non nisi pœna extraordinaria tenebuntur, prout rectè statuunt Henr. Bocer. *in tract. de furt. cap. 3. n. 11. & seq.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 144. n. 30.* Wesenb. *in not. marginal. ad* Joh. Schneidew. *in §. ult. n. 7. lit. B. inst. de obligat. quæ ex delict.* Anton. Gometz. *tom. 3. var. resolut. cap. 3. num. 50.*

Ita Domini contra H. A. zu Eulenburg/ Mens. Jul. Anno 1584. (Verba sent: Hat Inquisit bekant und ausgesagt/daß er von zweyen Dieben vor dem Grimmischen Thore allhier zu Leipzig/etliche gestohlene Wahren angenommen/und sie beyde zusammt einem Schuster/ so auch ein Dieb gewesen / gehauet und geherberget. So wird er von wegen solcher begangenen und bekanten Verbrechung/ willkührliche mit Gefängnüß / oder um eine ziemliche Geldbusse/seinem Vermögen nach/billich in Straffe genommen/ V. R. W.)

Definit. VII.

Arbitraria quoque pœna plectendi sunt Emptores rerum furtivarum.

Qui scienter res furtivas emunt, procul dubio furti tenentur, *l. incivilem 2. sub fin. l. 5. C. de furt.* Angel. Aretin. *in tract. maleficii. verb. etiam vestem cœlestem n. 19.* † Sed num etiam suspendii pœna erunt plectendi? Non certè dixerim, quia per emptionem rerum furtivarum solummodò furti crimen approbatur, non adjuvatur. † Atqui sola approbatio absq; auxilio cooperativo non meretur pœnam suspendii §. *11. vers. ope & consilio. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. si pignore 54. §. qui fermenta 4. ff. de furt.* Felin. *in cap. sicut dignum est 6. extr. de homicid. n. 2.* † Nec ullibi pœna suspendii emptoribus rerum furtivarum præfinita reperitur. Ergò nec adversus eos à judice erit decernenda, † quia extra limites præscriptos evagari non licet, sed pœnis jure constitutis judex contentus esse debet, *l. si ita stipulatus 12. ff. de V. O.* Virgil. Pingitz. *quæst. 3. n. 5.* † Sufficiet igitur, emptoribus rerum furtivarum extraordinariam pœnam infligi, quia pœna jure non definita arbitrio judicis committitur, *l. perspiciendum 11. l. hodie 13. ff. de pœn.*

Ita Domini contra N. N. zu Freyburg/ Mens. Junio, Anno 1624. (Verba sentent: Hat Inquisitin gestanden und bekant/daß sie nicht allein von J. M. die entwendeten 3. viertel Gersten/ sondern noch hierüber 12. Scheffel Gersten von dem Mätzerknechte/so sie gleichfals dieblichen entwendet/käufflichen an sich gebracht/ &c. So wird sie deßwegen/ daß sie wissentlich gestohlen Gut erkaufft/ des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. VIII.

Ab omni pœna est immunis, qui ignoranter res furtivas emit & ignorantiam juratò obtinet.

Sed hoc ita in emptoribus scienter rem furtivam comparantibus: Quod si verò vitium seu qualitatem furti ignoraverint, omnis prorsus pœna cessabit, Angel. Aretin. *in tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. n. 19.* Prosp. Farin. *part. 7. oper. crim. quæst. 177. n. 20.* † Præsumitur tamen scientia, præsertim si quis rem furtivam clàm emerit, Joh. Sichard. *in l. civilem 2. n. 6. C. de furt.* Farin. *dict. q. 177. n. 25.* Salycet. *in l. civile 5. n. 5. C. de furt.* † Non ergo simpliciter credendum emptori ignorantiam alleganti, sed probanda hæc est, vel † saltem juramento emptoris, *c. ut circa. 4. c. nulli 8. in fin. extr. de elect. in sexto. c. pastoralis. 4. extr. de except.* Felin. *in cap. quosdam. 7. extr. de præsumpt.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 48. num. 23. & seq.*

Ita Domini contra N. N. & Consortes zu Bernstein/ Mens. Sept. Anno 1621. (Verba sent: So viel aber die jenige / welche die gestolene Rade gekaufft/anlanget/seynd dieselbe solche dem Eigenthumbsherrn wiederum zu zustellen schuldig/und mögen hierüber willkührlichen mit Gefängnüß/ oder um eine ziemliche Geldbusse / ihrem Vermögen nach/ gestraft werden. Sie möchten denn vermittels ihres Eydes erhalten/daß sie nicht gewust/ daß solche Rade gestolen gewesen/auf den Fall blieben sie mit gedachter Straffe billich verschonet/ V. R. W.)

Definit. IX.

Emptor rei furtivæ, consumpta ea, si fecerit in bonâ fide, tenetur saltem in quantum est factus locupletior.

Ultra pœnam arbitrariam Emptores rei furtivæ,

tivæ, illam domino furtum passo restituere tenentur, *l. incivilem. 2. Cod. de furt.* Jod. Damhoud. *in pmx. rer. crim. cap. 117. n. 4. & 5.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. furtum n. 27.* Ægid. Boss. *in tit. de furt. n. 50.* Prosper. 2 Farin. *part. 7. oper. criminal. quæst. 177. n. 29.* † Quid verò, si res furtiva consumpta vel alienata fuerit? In id saltem tenebuntur, in quo facti sunt locupletio- 3 res, si in bona fide constituti fuerint, † quia nemo cum alterius jactura locupletari debet, *l. nam & hoc natura. 14. ff. de condict. indebit. l. si me & Titium 32. ff. si cert. petat.* Didac. Covarr. *in repetit. cap.* 4 *possessor malæ fidei 3. part. relect. in pr. n. 2.* † Ex quo fit, si emptor bonæ fidei rem furtivam alienaverit pro eodem pretio, quod ipse furi dederat, eum in nihilum teneri, quia pretium istud furtivum haud 5 est, *l. qui vas. 48. ff. de furt.* † Quod si verò pluris vendiderit, duntaxat illud, quod pretium furi datum excedit, restituendum est, Jul. Clar. *dict. §. furtum. n. 26.* Farin. *dict. quæst. 177. num. 49.*

Ita Domini in causa C. M. zu Bernstein/Mense Sept. Anno 1621. (Verba sent: Dieweil der verhaffte C. M. vermittels Eydes sich gereiniget/uñ daß er die von H. H. ihme verkaufte Sachen nicht wissentlichē/daß sie gestolen gewesen/an sich gebracht/ geschworen. So mag auch nunmehr wider ihn der Straffe halber nichts fürgenoñen werden/ sondern er wird der gefänglichen Haft hinwiederum billich entlediget. Er ist aber gleichwol der Frauen von Bernstein ihre Sachen/wofern dieselbe noch verhanden/ wieder zu erstatten/ oder da sie verthan/ das jenige/so viel er sich dadurch bereichert/ wieder von sich zu stellen schuldig/V.R.W.)

Definit. X.

Ac malæ fidei Emptor re furtiva consumpta, ad æstimationem tenetur.

HOcque ita, si emptor rei furtivæ in bona fide 1 fuerit constitutus. At malæ fidei emptor, qui scivit rem emptam furto subtractam fuisse, † si eam 2 consumserit, vel alienaverit, tenetur ad æstimationem, *l. eos. 14. C. de furt.* Virgil. Pingitz. *quæst. 49. n. 24.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 45. n. 20.* Didac. Covarr. *in cap. possessor malæ fidei. 3. part. relect. in pr. num. 1.* † Iniquissimum siquidem esset, malæ fi- 3 dei possessorem à restitutione æstimationis liberari, qui vel propter ea saltem, quod dolosè rem furtivam emerit, seque delicti participem fecerit, pœna aliqua plectendus esset.

Ita Domini contra N.N. & Consortes zu Torgau/ Mense Februar. Anno 1610. (Verba sentent. So viel aber die Käuffere anlanget/ weil sie die gestohlene Pferde und Ochsen wissentlich von den Dieben erhandelt/ seynd sie solche ohne Entgeld wieder auszuantworten/ oder da die Ochsen geschlachtet/oder auch nebens den Pferden andern verkauft und verhandelt worden/den rechten Werth dafür/inmassen dieselbe von Richter und Schöppen taxiret, wieder zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Constitutio XLI.
PARTIS QUARTÆ.

Von vertrautem Gute.

De rebus administrationi & fidei alicujus concreditis.

WIrde ein Schösser / Verwalter/ Voigt / Vorsteher / Gleitsmann/ Baumeister / Bauschreiber / Zöllner / Förster / oder ein ieglicher ander/ so zu einem Ambt verordnet / und von unsern/ oder eines andern wegen Geld/ Korn / Holtz / Getrayde und anders auffzuheben und einzunehmen hat / von den Leuten mehr an Zinsen / Schulden / Lehenwahr und dergleichen einnehmen / dann er berechnet / in Verkauffen und Kauffen / verleihen und ausmessen / unrechten und falschen Scheffel und Maaß gebrauchen / Holtz/ Getrayde und dergleichen verkauffen / und in Rechnung nicht einbringen / oder anders mehr unterschlagen / und solches alles in seinen eigenen Nutz anwenden / oder dergleichen Veruntrauung und Betrug gebrauchen / so Uns oder unsern Unterthanen/ oder andern Leuten zu Nachtheil und Schaden gereicht / so sollen der oder dieselben unterschiedlich mit folgenden Pönen belegt und gestrafft werden.

Wenn die Summa solches veruntrauten/ unterschlagenen/ und in ihren eigenen Nutzen betrieglicher Weise angewendeten Guts/ unter funffzig Gülden Müntze seyn würde / sollen

SI quis Officialis, quicunque is fuerit, sive noster sive alterius, id, quod nomine Domini *sui ab aliis* accipit, in rationes non integrè retulerit, vel emendo vel vendendo, mutuò dando vel admetiendo, falso modio aliavè mensura falsa usus fuerit, & id, quod subtraxit, doloque malo & in fraudem domini in proprios usus convertit, summam quinquaginta florenorum usitatæ monetæ non æquaverit, carcere vel exilio temporali; sin verò eam summam excesserit, fustigatione & perpetua relegatione puniatur. Quod si summam centum florenorum æquet vel excedat, tum verò instar furis laquei supplicio eum affici jubemus.

Volumus autem, ut omnes & quicunq; Officiales & administratores, autoritate Constitutionis hujus nostræ, omnibus iis, à quibus vel pecunias vel alias res quascunque in solutum accipiunt, schedulas seu apochas acceptæ solutionis dent, in quibus speciatim descriptum sit, quid & quantum acceperint, quoque nomine & titulo, & quo tempore solvendum

ſie mit Gefängnüß oder mit zeitlicher Verweiſung des Landes geſtrafft werden.

Da ſich aber ſolche Summa über funffzig Gülden Müntz erſtreckete/ſollen ſie mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden.

Würde denn bemeldte Summa auff hundert Gülden Müntz oder darüber lauffen / ſo ſollen ſie mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden. Es ſoll aber auch ein ieglicher Schöſſer / Ambtsbefehlichshaber und Verwalter / in ſeiner Adminiſtration, Krafft dieſer unſerer Conſtitution ſchuldig ſeyn / aller Einnahme / und von alle dem/ſo ſie empfangen / es ſey erblich/ wiederkäufflich / ſteigend oder fallend / an Lehenwahr / Gerichtsſtraffen/Zinſen/Holtzkäuffen und allen andern / nichts ausgeſchloſſen/ Zettel / Verzeichnüß und Bekäntniß/den Zinsleuten und andern zu geben und zu zuſtellen/darinnen verleibet/was ſie an Summen und Stücken/und wofür / empfangen und eingenommen / und wann dieſelbe fällig und betaget worden / und da ſolches von ihnen verbliebe / ſo ſoll ein ieglicher nach Gelegenheit ſeiner Rechnung und Befindung des Verdachts/ auch derowegen willkührlich geſtrafft werden.

Wann auch ein Bothe / deme Geld über Land zu tragen / verſiegelt oder unverſiegelt / vertrauet/daſſelbige ſtehlen / damit entlauffen/ oder es in andere wege betrieglich entfremdet würde / ſo ſoll derſelbige / wann ſich die Summa auff zwantzig Gülden Müntz erſtreckte / mit dem Strange vom Leben zum Tode gerichtet / und da es unter zwantzig Gülden ſeyn würde/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen / oder aber da es gar wenig/ mit Gefängnüß oder zeitlicher Verweiſung geſtrafft werden.

dum fuerit. Quod ſi ab ipſis factum non fuerit, vel ob hoc ſolum pro qualitate rationis reddítæ,& inde apparentis ſiniſtræ ſuſpicionis, pro arbitrio judicantis punientur.

Tabellarius etiam, qui pecuniam ſive obſignatam ſive non obſignatam aliquò deferendam accipit, ſi eam furatus effugerit, vel aliàs in ſuos uſus fraudulenter cõverterit, ſi quidem quantitas commiſſi furti ad ſummam viginti florenorum uſitatorum aſcendat,laqueo; ſi minor ſit, fuſtigatione; aut ſi perexiguum ſit,quod ſubtraxerit, carcere vel temporali relegatione punietur.

DEFINITIONES.

1. *Extra Saxoniæ Electoratum Adminiſtrator infidelis nunquam ſuſpenditur.*
2. *Sed in provinciis Electoratus Saxonici ſuſpenduntur perfidi adminiſtratores, ſi centum florenorum ſummam dolosè ſubtraxerint.*
3. *Fuſtigatione autem puniuntur adminiſtratores, ſi ſumma pecuniæ intercepta quinquaginta florenos excedit, non verò centum florenos attingit.*
4. *At ſubtrahens ſummam quinquaginta florenos non excedentem, ſi in duplum reſtituere nequeat id quod ſubtraxit, carcere vel temporali exilio punitur.*
5. *Molitor quoque perfidus pœnæ in Conſtitutione Electorali expreſſæ ſubjugandus eſt.*
6. *Pœnitentiæ officiales perfidos à pœna ordinaria excuſat.*
7. *Non deveniendum eſt ad pœnã ſuſpendii, ſi de pecunia ab Adminiſtratore intercepta verè non conſtet.*
8. *Culpa & negligentia adminiſtratorum arbitrariè punitur, eosq; ad reſtitutionem damni obligat.*
9. *In provinciis Electoratus Saxonici ſuſpenditur quoque tabellarius ſummam 20. florenorum in proprios uſus convertens.*
10. *Niſi hoc fecerit animo & propoſito pecuniam reſtituendi.*
11. *Extra Saxoniæ Electoratum, tabellario infideli ac perfido nunquam dictanda eſt pœna ſuſpendii.*
12. *Tabellario à latronibus ſpoliato, damnum ad debitorem ſpectat.*
13. *Niſi Creditor fidem tabellarii probaverit.*
14. *Subtractio rerum fidei & cuſtodiæ alicujus absq; adminiſtratione concreditarum, nunquam ſuſpendio, ſed arbitrarie ſemper punitur.*
15. *Vectigalia non ſolventes arbitrariè puniuntur in foro Saxonico.*

& *rat. diſtr.* Henr. Bocer. *in tract. de furt. cap. 2. n. 125.* Reinh. Roſa *ad* Dan. Moll. *hic n. 3.* Matth. And. Tiraq. *de pœn. temp. aut remitt. cauſ. 58.* Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 207. n. 1.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 57. n. 32.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de furt. num. 4.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 57. n. 32.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 57. n. 32.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 57. n. 32

quod administrator perfidus pecuniam apud se consistentem intercipiens, non tàm magnum præbeat scandalum, atque is, qui rem apud Dominum adhuc
9 existentem propriâ autoritate occupat, † ut meritò hoc casu pœna suspendii rigorosa cessare debeat, *Ægid. Boss. in tract. crimin. tit. decret.* Mediolan. *vers. & ratio diversitatis.* Quicquid sit, in foro Saxo-
10 nico ratio mitigationis expedita est. † Nam furti pœnam ordinariam ii solummodò de jure Saxonico incurrunt, qui rem aliquam ex domini possessione auferunt, ut dicitur *in* Landr. *lib. 2. art. 29. in*
1 *verb. fin.* Alldieweil er es nie dieblichen noch räub-
11 lich aus jenes Gewehren bracht. † Quod certè de administratoribus, volente domino rem detinentibus, asseri nequit, Dan. Moller. *hic n. 9.*

Ita Domini contra N. N zu Halle/Mens. Febr. Anno 1583. (Verba sentent: So ist er solches aus 120. Stücken Saltz unterschlagenes Geld seinem Juncker zu bezahlen pflichtig / und möchte darüber wegen seiner Veruntrauung mit ewiger Verweisung eurer Gerichte in Straffe genommen werden. Dà er aber das veruntrauete Geld zu erstatten nicht vermöchte / so würde er im Gefängnüß mit Ruthen billich gezüchtiget/ und dann eurer Gerichte ewig verwiesen / V. R. W.)

Definit. II.

Sed in provinciis Electoratus Saxonici suspenduntur perfidi administratores, si centum florenorum summam dolosè subtraxerint.

1 AT in provinciis sui Electoratus, Serenissimus Saxo perfidiam Quæstorum, aliorumque Officialium sive Administratorum tanto habuit odio, ut eam severiori supplicio atque pœna sus-
2 pendii coërceri jusserit, † si scilicet hi in administratione rerum curæ ac fidei suæ concreditarum summam centum florenorum vel ultra quid dolosè subtraxerint, *h.* Const. 41. §. Würde dann.
3 † Neque enim malitia perfidorum ac infidelium Administratorum ullo alio remedio impediri potuit, ut profectò Illustrissimus Legislator nimii ri-
4 goris propterea sit neutiquam arguendus, † prout demonstravi *in pract. crim. part. 2. quæst. 82. n.*
5 *18. & 31.* † Caveant tamen judices, ne pœnam suspendii contra Officiales & Quæstores decernant,
6 priusquam de eorum perfidia certò constet, † quæ procul dubio imputari nequit iis, quibus absque juramenti præstatione administratio concredita fuit, juxta tradita Henr. Bocer. *de furt. cap.*
7 *2. num. 140. & seqq.* † Nimirum, voluit Serenissimus Elector, eos saltem officiarios graviori mortis supplicio puniri, qui contra datum jusjurandum res suæ administrationis in proprios usus converterent, & sic duplex delictum furti atque perjurii committerent, ut dixi *in pract. crim. dict.*
8 *quæst. 85. num. 36.* † Sed nec aliter Quæstores jurati huic supplicio sunt mancipandi, quàm si dolosè & ex furandi propositò quid subtraxerint, uti liquet ex *verb. h.* Const. 41. Oder dergleichen Ver-
9 untrauung und Betrug. † Quæ enim quæso erit perfidia absque dolo? De quo, ut verè constet,
10 vix conjecturata probatio sufficit, † sed delinquentis confessio propria vel per juramentum, vel per tormenta extorquenda erit, ut pluribus dixi *in pract. crim. dict. quæst. 85. n. 40. & 41.*

Ita Domini contra N. N. zu Dreßden / Mens. April. Anno 1615. (Verba sentent: Dieweil sichs befunden/ daß solche des gefangenen Schössers Veruntrauung gewiß ün in Warheit von ihm geschehen/und weit ein mehrers deñ 100. Floren Müntze austragen thut / ꝛc. So mag er wegen solcher begangenen und bekanten Veruntrauung/ Betrug/ und listiger Unterschlagung des jenigen / so ihme von der hohen Obrigkeit auff vorgehenden geleisteten Eyd vertrauet worden / Inhalts Churfürstl. Sächß. Constitution mit dem Strange vom Leben zum Tode gestraft werden/ V. R. W.)

Definit. III.

Fustigatione autem puniuntur administratores, si summa pecuniæ interceptæ quinquaginta florenos excedat, non verò centum florenos attingat.

REstringit tamen Serenissimus Elector rigoro- 1
sam suspendii pœnam ad summam centum florenorum, ita ut ad pœnam hanc tùm demùm devenire liceat, † si perfidus administrator centum 2
florenorum summam dolosè subtraxerit: Cæteroquin, si intercepta pecunia hanc summam non attingat, † & tamen quinquaginta florenos excedat, 3
Reum virgis cæsum in perpetuum relegari jubet Constituens Illustrissimus, *h.* Const. 41. Da sich aber. *ubi* Dan. Moller. *n. 3.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 57. num. 51.* † Quo in casu Sanctio Electoralis non 4
multum differt à jure communi, quo administratores pecuniam fidei suæ concreditam fraudulenter atque dolosè subtrahentes, ac in proprios usus convertentes arbitrariè, puta relegatione aut fustigatione puniuntur, † *supr.* Defin. 1. Virgil. Pingitz. 5
quæst. 47. Matth. Wesenb. *in §. Item Lex Julia peculatus. 9. n. 5. inst. de publ. jud.* Henr. Bocer. *in tract. de furt. cap. 2. num. 129.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 115. num. 1. & seq.*

Ita Domini contra A. P. zu Pirn/ Mens. Junio, Anno 1588. (Verba sentent: Dieweil euerm ietzigen Bericht nach/ die veruntraute Silber 68. Floren austragen; So wird A. P. wegen seiner Verbrechung mit Staupenschlägen ün ewiger Landesverweisung billich in Straffe genoñen/ V. R. W.)

Definit. IV.

At subtrahens summam quinquaginta florenos non excedentem, si in duplum restituere nequeat id, quod subtraxit, carcere vel temporali exilio punitur.

QVid verò, si perfidus administrator summam 1
quinquaginta florenos non attingentem, vel saltem non excedentem fraudulenter subtraxerit? † Ad fustigationis pœnâ hoc casu neutiquam deveniri 2
poterit, sed pœna arbitraria carceris vel temporalis exilii hunc mulctari jubet Saxo Illustrissimus *hâc* Constit. 41. §. Wenn die Summa solches veruntraueten. † Nimirum quia hoc casu Officialis per- 3
fidus levius deliquit, etiam mitiùs puniri debet, † 4
quò pœna correspondeat delicto, *l. sancimus 22. C. de pœn. l. perspiciendum 11. ff. eod. tit. l. 1. §. sed & qui 2. ff. de abig.* † Quod tamen Elector Serenissi- 5
mus peculiari quodam Edicto, 10. Octob. Anno 1584. Dresdæ promulgato, eatenus immutavit, † ut pœna 6
prædicta arbitraria tùm demum decernatur, si Reus id, quod subtraxit, in duplum restituere nequeat: Cujus edicti tenorem retuli *in pract. crimin. part. 2. quæst. 85. num. 27.*

Ita

Ita Domini in cauſa M. A. zu Liechtenſtein / Menſe April. Anno 1635. (Verba ſent: Hat Inquiſit bekannt und geſtanden/ daß er ſeiner geleiſteten Pflicht zuwider unterſchiedene Bäume denen nahmhafft gemachten Perſonen umb ein gewiſſes verkaufft / und das daraus gelöſete Geld unterſchlagen/ und ihm eigen gemacht/ ꝛc. So iſt obbemeldter Förſter derowegen / nach Gelegenheit dißfalls/ entweder die verkauffte Bäume ihrem rechten Werth nach gedoppelt zu bezahlen ſchuldig / oder mag in Mangelung Geldes/ des Landes auff 5. Jahr lang verwieſen werden/ V. R. W.)

Definit. V.

Molitor quoque perfidus pœnæ in Conſtitut. Electorali expreſſæ ſubjugandus eſt.

1 MEntionem equidem facit Conſt. Elect. *hæc 41.* Quæſtorum, Præſidum, Prætorum, Ædilium, Publicanorum, Foreſtariorum, &c. eosque, ſi ſummam centum florenorum & ultra dolosè atque
2 fraudulenter ſubtraxerint, ſuſpendi jubet. † Attamen quin ad alios ſimiles officiales res ſuæ adminiſtrationis in uſus proprios convertentes, adeoque etiam ad perfidos & infideles Molitores extendi de-
3 beat, dubitandum prorſus non eſt. † Non ſolùm ob rationis identitatem, quæ eandem juris diſpoſitionem facit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. his ſolis. 7. §. actionem. 2. C de revocand. donat. c. inter corpo-*
4 *ralia 2. extr. de translat. Epiſc.* † Sed etiam propter verba generalia *h.* Conſt. *41. verſ.* Oder ein iegklicher ander / ſo zu einem Ampte verordnet/ quæ & generaliter intelligenda & ad qvosvis Adminiſtratores extendenda ſunt, *l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſt.*

Ita Domini contra N. N. zu Plauen / Menſ. Mart. Anno 1615. (Verba ſent: So möchte er wegen ſolches begangenen und bekannten Diebſtals/ und daß er den Leuten/ ſo bey ihme in der Mähten gemahlen/ ſo untreulich/ böſßlich und betrieglicher Weiſe vorgeſtanden/ und ihnen das ihrige durch ſeine liſtige / bübiſche und tückiſche Räncke und Practicken vorſetzlichen entfremdet und abgeſtolen/ auch andern / ſo dergleichen thun möchten / zum Abſcheu und Exempel mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden/ V. R. W.)

Definit. VI.

Pœnitentia Officiales perfidos à pœna ordinaria excuſat.

1 NImis rigoroſa videtur pœna Quæſtoribus & Adminiſtratoribus perfidis ac infidelibus præfini-
2 ta, adeoque facilius mehercle mitiganda, † vel ſaltem ex pœnitentia delinquentis, ſecundum tradita Andr. Tiraq. *in tract. de pœn. temp. aut remitt. cauſ. 28. n. 1. & ſeqq.* Jaſon. *in l. in arcnam. 11. n. 5. & ſeq. C. de*
3 *inoff. teſtam.* † Etſi in crimine furti Reo pœnitenti ſuſpendii ſupplicium remittitur ex Conſtit. Elect. *32.*
4 *§. ult. h. part. 4.* † cur non etiam in furto hoc Adminiſtratorum infidelium, idque tantò magis, †quan-
5 tò minores habendi ſunt fures Officiales perfidi,
6 † ſiquidem hi impropriè furtum committere dicuntur per rerum adminiſtrationis ſuæ in proprios uſus converſionem, *arg. l. tres tutores 55. §. ſed ſi ipſi tutores. 1. ff. de adminiſtr. tutor. l. 9. §. 2. verſ. & ideo. ff. ad Leg. Jul. pecul.*

Ita Domini contra P. H. Menſ. Jan. Anno 1603. (Verba ſent: Ob er nun wol von wegen ſolcher Veruntrauung/ vermöge Churfl. Sächſ. Conſtitution, die Straffe des Stranges verwircket. Dieweil er aber dennoch ſeine Verbrechung höchlichen bereuet / auch des veruntraueten Geldes euch hinwiederumb Erſtattung zu thun erbötig iſt/ ꝛc. So bleibet er mit obberührter Todesſtraffe verſchonet/ Er wird aber gleichwol eine Zeitlang mit Gefängniß billich in Straffe genommen/ V. R. W.)

Definit. VII.

Non deveniendum eſt ad pœnam ſuſpendii, ſi de pecunia, ab Adminiſtratore intercepta, verè non conſtet.

NUnquam Adminiſtratoribus perfidis ac infidelibus ſuſpendii pœna erit irroganda, ſi de corpore delicti & quantitate rerum, ſive pecuniæ interceptæ & ſubverſæ, certè & liquidò conſtare nequeat, ut maximè Reus ſubtractionem confiteatur, ſummamque certam exprimat: † Nempe, quia pœna ſuſpendii Adminiſtratoribus perfidis ob commiſſum furti crimen indicitur *h.* Conſt. *41.* † Atqui in crimine furti mortis ſupplicium tùm demum irrogari delinquentibus, ſi de corpore delicti certò conſtiterit, expediti juris eſt *ſupra* Conſtitut. Elect. *33. p. 4.* † Quin nec in aliis quibuscunque delictis ad mortis pœnam devenire licet, quando de corpore delicti non ſatis apparet, *l. 1. §. item illud. 24. ff. ad SCtum Syllan. l. 1. §. ſi quis ultro. 27. ff. de quæſt.* Nicol. Boër. *deciſ. 164. num. 2. & ſeq.* Joh. Zanger. *de quæſt. in proœm. n. 37. & 58.*

Ita Domini contra N. N. zu Pirna/ Menſ. Jul. Anno 1583. (Verba ſent: Ob ſich nun wohl das veruntraute Silber auff 109 Loren erſtrecken ſoll Dieweil ihr aber dennoch ſo bſien berichtet/ daß in dieſem Fall keine Erkündigung oder Gewißheit kan genommen werden/ ꝛc. So mag auch Inquiſit mit der Todesſtraffe nicht belegt werden; Er wird aber gleichwol des Landes ewig billich verwieſen/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Culpa & negligentia Adminiſtratorum arbitrariè punitur, eosq; ad reſtitutionem damni obligat.

DIcebam *ſupra* Defin. 2. illos demum Adminiſtratores in provinciis Electoratus Saxonici
1 ſuſpendi, qui dolosè ac fraudulenter, h. e. animo & propoſito furandi quid ſubtraxerint: † An ergò
2 culpa nullam merebitur pœnam, puta, ſi Adminiſtratores ex negligentia quicquam ſubtiecuerint, aut pecuniam in uſus proprios converterint, animo & propoſito eam poſtea reſtituendi, & in rationes ſubſequentes referendi? † Non certè exiſtimaverim,
3 ſed arbitrariè culpa hæc coërceri debet, † nunquam
4 verò criminaliter, *arg. l. ſacril. 31. §. ff. ad Leg. Jul. pecul.* Matth. Weſenb. *in addit. ad* Joh. Schneidew. *in §. ult. n. 5. inſt. de publ. judic.* Henr. Bocer. *de furt. cap. 2. n. 143.* † Quia negligentia arbitrariam ſolummodò pœnam meretur, Proſp. Farin. *part. 3. oper. crim. quæſt. 87. n. 76. & ſeqq.* Angel. Aretin. *in tract. malefic. verb. Incendiarii. n. 5.* † Præterea quoque
6 hoc caſu Adminiſtratores defectum refarcire tenentur, Virgil. Pingitz. *quæſt. 47. num. 10.* Auth. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. p. 4. quæſt. 15. n. 17.*

Ita Domini contra N. N. zum Petersberge / Menſ. Majo; Anno 1625. (Verba ſentent: So iſt Inquiſit den articulirten Gräſerey-Zinß/ den er zur Ungebühr eingehoben/ wie auch den articulirten Abgang an Getrayd igt/ ſo er zwar berechnet/ aber ſolchen den Leuten vorenthalten/ zu erſtatten / auch die in dieſer Inquiſition-Sachen außgewandte Unkoſten zu erlegen ſchuldig/ und mag hierüber/ daß er ſich nicht beſſer vorgeſehen/ und ſeine Beſtallung in gebührende Acht genommen/ geſtalten Sachen nach/ weil er gleichwohl zu ſeinem Schutz und Entſchuldigung etwas angeführet/ daraus ſo viel erſcheinet/ was dißfalls von ihme verübet / und er verbrochen/ nicht dolosè geſchehen/ mit zeitlicher Landes-Verweiſung geſtrafft werden / V. R. W.)

Definit. IX.

In provintiis Electoratus Saxonici suspenditur quoque tabellarius summam 20. florenorum in proprios usus convertens.

1 NOn minori severitate in tabellarium, argentum aliqvò deferendum sibi datum dilapidantem & in usus proprios convertentem, qvàm in administratorem infidelem animadvertere jusit
2 Saxo Illustrissimus: † Quin potiùs severiori pœnâ dignum hunc judicavit. Sancivit nempe, ut suspendatur nuncius seu tabellarius perfidus, † si duntaxat
3 summam viginti florenorum interceperit, *hâc* Constit. 41. §. Wann auch ein Bothe. *ubi* Dan. Moll.
4 *num.* 7. Virgil. Pingitz. *quæst. 48. num. 26.* † Nec refert, an pecunia nuncio adnumerata, an verò obsignata tradita fuerit, sed utroq; casu hæc pœna obtinet, qvia utroq; in casu furtum à tabellario committitur, *h.* Const. *41. §. ult. verb.* Versiegelt oder
5 unversiegelt. † Neque enim per numerationem pecuniæ absque consensu Domini, hujus dominium transfertur, *l. si quis Uxori. 52. §. Julianus 16. ff. de furt. l. si is cui 7. Cod. de furt. l. si tibi mandavero. 22. §. si tibi dedero centum 7. ff. mandat.* Virg. Pingitz. *d. quæst. 48. n. 28.* Dan. Moll. *lib. 4. semestr. 2.*
6 † Planè, si quantitas pecuniæ à tabellario interceptæ non ascendat summam 20. florenorum, cessabit suspendii pœna, & Reus pro quantitate pecuniæ vel fustigatione, vel sola relegatione, aut etiam carcere puniri debet, *h.* Const. *41. §. ult.*

Ita Domini contra M. G. zu Leipzig / Mens. Aug. Anno 1585. (Verba sent: Hat Inquisit bekannt / daß er 50. Floren einem Sattlers-Gesellen holen sollen / welche er auch empfangen / zum Theil aber verspielet / zum Theil verzehret / desgleichen daß er 30. Thaler / so er einem nacher Dreßden bringen sollen / mit losen Gesinde auff der Karten und Würffeln verspielet und verzehret. Da ihr euch nun allbereit erkundiget hättet / oder nochmals erkündigen würdet / daß ihme so viel Geld in Wahrheit über Land zu tragen anvertrauet worden / und er würde auff seinem gethanen Bekäntniß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß sonsten wie Recht überwiesen / so möchte er von wegen solcher begangenen und bekannten Veruntrauung / vermöge Churfl. Sächs. Constitution, mit dem Strange vom Leben zum Tode gestraffet werden / V. R. W.)

Definit. X.

Nisi hoc fecerit animo & proposito pecuniam restituendi.

1 QUod tamen non aliter accipi velim, quàm si tabellarius dolosè & furandi animo pecuniam sibi concreditam in suos usus converterit, uti manifestum est, *ex h.* Constit. *41. §. ult. vers.* Daßselbige stehlen / damit entlauffen / oder es in andere
2 Wege betrieglich entfrembden würde. † Quid ergò si intentione & proposito restituendi, pecuniam consumserit? Quantumvis eam mox reddere ne-
3 queat, † haudquaquam tamen pœna suspendii sibi
4 hoc casu locum vendicabit: Quia † furtum absq; furandi animo haud committitur, *§. 1. instit. de ob-*
5 *ligat. quæ ex delict. nasc.* † Sed voluntas delictum à non delicto distingvit, atque peccatum à non peccato discernit, *c. cum voluntate. 54. extr. de sent. excomm. l. qui injuriæ. 53. ff. de furt. l. verum. 39. in pr.*
6 *ff. eod. tit. l. quod Reipublicæ. 33. ff. de injur.* † Cessante itaque crimine furti, cessabit quoque pœna suspendii.
7 † Idque eo magis verum dixerim in casu, quo pecuniam Dominus tabellario adnumeravit, quia hoc ipso videtur ei pecuniæ usum permisisse, *arg. l. in navem 31. vers. idem juris ff. locat. conduct.*

Ita Domini contra L. R. Mense Jun. Anno 1630. (Verba sent: Ob wohl Inquisit bekannt / daß er 23. Floren / so ihme ins Land zu Böhmen zu tragen anvertrauet und befohlen worden / in seinen Nutz gewendet. Dieweil aber dennoch solches von ihme betrieglicher und gefährlicher Weise nicht geschehen / indeme er solches denjenigen / denen er das Geld zustellen sollen / alsobald berichtet / uñ sich zur Zahlung anerboten / &c. So hat auch die in der Churfl. Sächs. Constitution 41. p. 4. auff die untreue Bothen gesetzte Straffe wider ihn nicht statt. Er wird aber gleichwol deswegen / daß er das ihme anvertrauete Geld ausgeben / und nicht alsobald der Gebühr nach überantwortet / willkührlichen entweder 5. Tage lang mit Gefängniß / oder umb 2. Neue Schock in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. XI.

Extra Saxoniæ Electoratum tabellario infideli ac perfido nunquam dictanda est pœna suspendii.

SEd obtinent hæc ita in provinciis Electoratus Saxonici, ex speciali Illustrissimi Electoris jussu & sanctione *h.* Const. *41. §. ult.* † At extra Saxoniæ Electoratum, tabellario perfido ac infideli, quantumvis ingentem pecuniæ summam sibi concreditam is consumserit, & dolosè in proprios usus converterit, nunquam tamen suspendii supplicium dictandum existimaverim cum Autor. Consult. Const. Saxon. *tom. 1. part. 4. quæst. 16. n. 4. & 5.* Virgil. Pingitz. *quæst. 48. n. 23.* † Non, quòd furtum ab ipso committi negem: Hoc enim manifestissimè evincitur † *ex l. si is 7. C. de furt.* Prosp. Far. *lib. 1. consil. crim. 96. n. 42.* Joh. Harppr. *in §. hi qui in parentum 12. n. 14. & seqq. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Virgil. Pingitz. *d. q. 48. n. 15.* Dan. Moll. *lib. 4. semestr. cap. 2.* † Sed quia regulariter omnes ii, qui res sibi concreditas contra legem conventionis subvertunt, ab ordinaria furti pœna eximuntur, juxta tradita *supr.* Defin. *1.* † Nempè, quod hi non tàm invito Domino rem contrectare, propriaque autoritate occupare, quàm perfidè & contra legem contractus agere, resque suæ curæ commissas subvertere videantur, *arg. l. tres tutores 55. §. sed si ipsi tutores. 1. ff. de admin. tutor.* Petr. Heig. *ad §. furtum autem fit. 6. n. 9. instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.*
7 † Quod certè minus dubium habet in foro Saxonico, quô furtum propriè in iis saltem rebus, quæ ex domini possessione ac detentione auferuntur, committitur, Landr. *lib. 2. art. 29.*
8 † Atqui nuncium pecuniam non à Domini inviti possessione auferre, sed ab eo volente acceptam postea demum in usum convertere, ecquis non videt?

Ita Domini contra T. S. zu Lübenau / Mens. Jan. Anno 1597. (Verba sentent: Hat Inquisit bekannt und gestanden / daß er die 100 Thaler / welche er nach Prage tragen / und dem Quartier-Meister daselbst bringen sollen / veruntrauet / dieselbe zum Theil verspielet / und eins Theils in seinen Nutzen gewendet / und daß er auch von dem Gelde / so er einem Edel-Knaben bringen sollen / zween Thaler genommen / &c. So wird er wegen solcher begangenen und bekannten Veruntrauung. mit Staupenschlägen eurer anbefohlenen Gerichte ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. XII.

Tabellario à latronibus spoliato, damnum ad debitorem spectat.

1 SI tabellarius in latrones sive prædones incidat, ab iisque spolietur & exuatur, ipse quidem est excusatus nec ad restitutionem pecuniæ sibi con-

2 concreditæ tenetur, † nisi relicta certa & commoda via, per aliam insolitam & periculosam transierit, vel alia ejus culpa intervenerit, Bald. *in l. inter causas. 26. §. non omnia 6. ff. mandat. num. 3. & in l. 1. C.*
3 *depos. n. 1.* Virgil. Pingitz. *q. 48.* † Attamen periculum debitori accrescit, qui per id à Creditore non liberatur, *arg. l. cum qui. 10. in fin. & l. seq. ff. commod. c. significante. 7. extr. de pignor.* Anton. Hering. *in tract. de fidejuss. cap. 20. §. 27. n. 29. & seq.*
4 † *Tùm*, quia pecunia tamdiu est periculo debitoris, donec ad Creditorem perlata fuerit, secundum tradita Angel. *in l. si finita. 15. §. si jam ruêrunt. 34. ff.*
5 *de damn. infect.* † *Tùm*, quia si tabellarius in latrones incidit, vel ipse pecuniam furatus aufugit, casus dicitur fortuitus accidisse, juxta Gloss. *in §. namq. 4.*
6 *super verb. casu. instit. de action.* † Casum verò fortuitum non liberare debitorem ab ære alieno, expediti juris est, *l. incendium. 11. ubi* Dd. *comm. C. si cert.*
7 *petat.* † *Tùm*, quòd tabellarium constituens, eique mandans, ut pecuniam ad aliquem perferat, ante mandati consummationem, & donec pecunia ad locum destinatum perferatur, dominus haud esse
8 desinat, Bald. *in l. si is cui. 7. C. de furt. n 1.* † Atqui juris indubitati est, rem suo domino, non alii perire, *l. 59. ff. locat. l. pignus. 9. C. de pignor. act.* Cravett. *tom. 2. consil. 247. n. 1.* Matth. Berlich. *part. 5. concl. 58. n. 27.*

Ita Domini in causa Michael Zerbsts zu Dressau/ Mense Martio, Anno 1633. (Verba sentent: Seyd ihr Hansen Wolfacken zu Liebenau 200 Fl. schuldig gewesen. Do ihr ihme nun wohl dieselben durch einen eigenen von euch hierzu verdingten Bothen zugeschicket/ dieweil aber dennoch unterwegens das Geld dem Boten abgenommen worden/ &c. So seyd ihr auch darmit nicht befreyet/ sondern solche dem Glaubiger nochmahls zu leisten/ und den Schaden für euch allein zu tragen schuldig/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Nisi Creditor fidem tabellarii probaverit.

1 SEd hoc ita, nisi Creditor ipse alicui tertio scripse-
2 rit & petierit, ut pecuniam à debitore suo exigeret, eique transmitteret, † quo casu neque ad debitorem, neque exactorem, sed ad solum creditorem periculum spectare, consuluit Cravett. *tom. 2. consil. 147.* quem laudat Marth. Berlich. *part. 5. consil. 58.*
3 *n. 26.* † Vel nisi creditor tabellarium certum eligat,
4 per eumque pecuniam sibi transferri jubeat. † Nam & tunc liberatur debitor, & periculum est Creditoris, *l. cum qui. 10. §. ult. vers. siquidem ego mandaveram. l. si mei. 12. §. 1. ff. commodat.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 20. §. 27. n. 21. & seqq.* Matth. Berlich. *dict. concl. 58. n. 29.* Joh. Harppr. *in §. hi qui in parentum. 12. n. 33. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.*
5 † Aliud omninò dicendum est, si Creditor quidem mittat nuncium ad requirendum & commonefaciendum, sed non ad recipiendum, *dict. l. 12. §. 1. ff.*
6 *commod.* † aut si debitor requisitus non tabellario à Creditore misso, sed alii cuidam Viro fide digno
7 pecuniam concredat. † Neutro enim casu debitor liberabitur, quia Creditor nuncii istius fidem non probavit, Anton. Hering. *dict. §. 27. num. 23.* Joh. Harppr. *dict. loc. n. 34.*

Ita Domini in causa Jeremiæ Schweickhards & Consort. zu Leipzig/ Mens. Januar. Anno 1582. (Verba sentent: Habt ihr nun einen eigenen Bothen an euren Schuldener Sebastian Schwartzen nacher Caden abgefertiget/ ihme ein Schreiben zugeschicket/ und darinnen begehret/ daß er euch das Geld durch denselben Bothen verwahret anhero senden solte/ welches er auch gethan/ und solches Geld dem Bothen verpitschieret überantwortet. Ob nun gleich der Bothe bißhero mit dem Gelde nicht ankommen/ und man nicht wissen kan/ ob er unterwegens ermordet/ und ihme das Geld genommen worden/ oder obs der Bothe selbsten entragen. So mag dennoch der Verlust solches Geldes dem Schuldener zu Nachtheil nicht gereichen/ sondern ihr traget denselben/ nach Gelegenheit dißfalls/ selbsten billich/ V. R. W.)

Definit. XIV.

Subtractio rerum fidei & Custodiæ alicujus absque administratione concreditarum, nunquam suspendio, sed arbitrariè semper punitur.

QUod Saxo Illustrissimus sancivit *h.* Const. *14.* 1
& administratores infideles atque perfidos suspendi jussit, id neutiquam extendi debet ad eos, † qui 2
res per modum contractus vel quasi sine administratione tamen sibi concreditas intercipiunt & subvertunt, ut sunt Depositarius, Commodatarius, Creditor pignoratitius &c. † Qui omnes equidem 3
furtum committunt, *§. placuit 7. §. furtum autem 6. inst. de oblig. quæ ex del. nasc. l. 5. §. 8. ff. commod. l. 16. ff. de condict. furt.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 110. num. 14.* † Attamen ne quidem 4
in provinciis Electoratus Saxonici hi suspenduntur, sed arbitrariè saltem mulctantur, ut demonstravi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 85. num 66. & seqq.*
† Nam & criminis peculatus pœnam in foro Saxo- 5
nico arbitrariam esse, docet Matth. Coler. *part. 1. decis. 153. & decis. 207.* De hisce siquidem non agit Const. *h. 41.* † Ergo horum delicta ex jure commu- 6
ni veniunt punienda, quo pro subversione pecuniæ concreditæ, nunquam suspendii pœnam dictandam, probavi *supr.* Defin. *1.* † Et sanè in foro Saxonico 7
hæc sententia eò facilius est recipienda, quia Jura Saxonica Commodatarium furti redargui nolunt, Landr. *lib. 3. art. 22.* † Quod ipsum ex rationis ge- 8
neralitate ad alios quoque contractus extendit Virg. Pingitz. *q. 47. num. 7. & 8.* † quia scilicet res à pos- 9
sessione domini non auferitur, quo casu solo, furtum de Jure Saxonico committitur, Landr. *lib. 2. art. 29. in fin.*

Ita Domini contra J. W. und C. R. zu Magdeburg/ Mens. Decembr. Anno 1635. (Verba sentent: Wird itzo gedachten beyden Personen Schuld gegeben/ daß sie als bestallte und vereydete Verwaltere und Einnehmere der Contribution, nicht allein sich derselben heimlichen entzogen/ besondern auch bey Ablegung der Rechnung 18 Thaler Contribution-Geldere zurück behalten/ welche sie eine geraume Zeit hernach ausantworten müssen/ &c. Da nun obgedachte beyde Personen dessen geständig/ oder sonsten wie recht überführet würden; So möchten sie solcher ihrer Begünstigung halber/ von der Obrigkeit willkührlichen/ entweder drey Wochen lang mit Gefängniß/ oder ein ieder umb 8. Neue Schock in Straffe genommen werden/ der Innungen aber seynd sie nicht verlustig/ V. R. W.)

Definit. XV.

Vectigalia non solventes arbitrariè puniuntur in foro Saxonico.

DE Jure civili pœna non solventis vectigal (deß/ 1
so den Zoll verfähret/) est amissio & confiscatio ipsius rei, de qua vectigal erat solvendum, *l. ult. §. divi. 6. ff. de publ. & vectigal.* Gloss. & Dd. *in l. 1. C. de vectigal.* † At de jure Saxonico, qui val- 2
varum, pontium sive aquarum telonium non persolverit, quadrupliciter illud refundere tenetur. † Telonium autem forense qui non dederit, tri- 3
ginta

ginta ſolidos pœnæ nomine perſolvit, per text. *in* Landr. *lib. 2. art. 27. ibi*: Wer Brücken- oder Waſſer-Zoll entführet/ der ſoll ihn vierfältig gelten/ wer aber Marck-Zoll entführet/ der ſoll dreyßig Schilling zur Buſſe geben. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 190.*

4 † Scilicet, quia pœna manifeſti furti eſt quadrupli, §. *pœna 5. inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* §. *quadrupli 25. inſtit. de action.* † Reſtringunt tamen alii diſpoſitionem hanc juris Saxonici ad eos, qui ex negligentia

6 vel ignorantia vectigal haud ſolvunt, † illos verò, qui fraudulenter & dolosè peccant, arbitrariè, puta

7 carcere, aut mulcta pecuniaria puniri ajunt. † Quod & praxis fori Saxonici hodiè obſervat, teſte Aut. Conſult. Conſt. Saxon. *tom. 1. part. 4. qu. 42.* † Nam hâc in re, conſvetudinem cujusq; provinciæ attendi, notat Joh. Schneidew. *de feud. part. 2. n. 114.*

Ita Domini an Schöſſer zu Sangerhauſen/ Menſ. Jul. Anno 1634. (Verba ſent: Nach fleißiger Verleſung und Erwegung der Acten/ daraus allenthalben ſo viel zu befinden/ daß obgedachte 45. Kärnere ihrer verübten Begünſtigung wegen/ und daß ſie das Geleite umfahren/ und keinen Zoll entrichtet/ ein ieder umb ein Neu Schock in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Et in caſu ſimili ad requiſitionem Quæſtoris Delitiani, Menſ. Novemb. Anno 1636.

Constitutio XLII.
PARTIS QUARTÆ.
Von Injurien.

Es haben ehrbare Leute allewege das Leben und die Ehre gleich geachtet/ und die Verletzung oder die Verleumbdung an Ehren höher und beſchwerlicher/ dann Leibes-Beſchädigung/ gehalten.

Nachdem wir dann erinnert/ daß in Sächſiſchen Rechten eine gantz geringe Straffe/ als nicht mehr dann 30. Schillinge auff die Ehren-Schändere geordnet/ und mancher ehrlicher Mann unſerer Lande biß anhero Abſcheu getragen/ ſich Ehren-Sachen halben in Rechtfertigung einzulaſſen/ Wir gleichwol auch bey uns erwogen/ daß der ordentlichen Obrigkeit gebühret/ ehrliebenden Leuten durch geordnete Straffe ihrer Ehren Ergetzung zu thun/ und dieſem allgemeinen eingeriſſenen Laſter des Schmähens/ Schändens und Injuriirens zu wehren; Als wollen wir demnach die Verordnung und Satzung der Sächſiſchen Rechte in Injurien-Sachen aufgehoben/ abrogiret, und abgethan haben; Abrogiren und heben dieſelbe hiemit in Krafft dieſer Conſtitution, aus Fürſtlicher Macht und Obrigkeit/ gäntzlich und gar auff/ Setzen/ wollen/ und ordnen/ daß ein iglicher/ wer der auch wäre/ ſo freventlicher/ vorſetzlicher und muthwilliger Weiſe den andern/ Mann- oder Weibes-Perſonen/ an Ehren ſchmähen/ läſtern/ ſchänden und injuriren, und derhalben Rechtlich beklaget würde/ dem beſchwerten und injurirten Theile/ nach Befindung der Unſchuld/ einen öffentlichen Wiederruff für Gerichte zu thun ſchuldig ſeyn ſoll.

Darüber aber und darneben ſoll auch ſolcher muthwilliger Schänder und Injuriant willkührlich/ mit einer hohen Geld-Buſſe/ mit Gefängniß/ oder mit zeitlicher Verweiſung geſtrafft/ oder auch nach Gelegenheit der Perſon/ der Zeit oder Oerter/ und anderer Umbſtände/ mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen werden.

Wir wollen auch dieſe unſere Conſtitu-

De Injuriis.

Viri honeſti vitam & famam eodem loco ſemper habuerunt, imò jactura honoris & exiſtimationis gravior illis, quàm vitæ & valetudinis, viſa fuit.

Cum igitur admoniti ſimus, Jure Saxonico pœnam in eos, qui verbis injurioſis famam & exiſtimationem aliorum lædunt, perquam exiguam ſtatutam eſſe, nimirum triginta tantùm ſolidorum, ideoq; multos honeſtos homines deterritos fuiſſe, quò minus in noſtris ditionibus injuriarum agerent, intelligamus verò ipſimet etiam, ad Magiſtratus officium pertinere, ut legitimis pœnis in injurioſos ſtatutis exiſtimationi virorum honeſtatem amantium ſatisfiat, communique huic & indies creſcenti, quosvis verbis contumelioſis proſcindendi, libidini obviam eatur; Igitur diſpoſitione Juris Saxonici in cauſis injuriarū autoritate hujus noſtræ Conſtitutionis & ex plenitudine poteſtatis, penitus ſublata & abrogata, ſtatuimus, volumus & ordinamus, ut quicunq; dolo malo & ex propoſito alteri, ſive viro ſive fœminæ, convitium dixerit, famamq; illius & exiſtimationem verbis injurioſis læſerit, ſi eo nomine conveniatur, injuriam actori factam, quatenus de innocentia ipſius conſtabit, publicè in loco judicii, ut revocet, & inſuper etiam pœna pecuniaria gravi, vel carcere, vel temporali relegatione, vel pro conditione & qualitate perſonarum, loci, temporis & aliarū circumſtantiarū, etiam fuſtigatione, arbitriô judicis puniatur.

Præterea Conſtitutionē hanc noſtram ad reales injurias, quæ videlicet corpori inferuntur, extendentes, etiam in illis, Jure Saxonico ſublato, pœnam arbitrariam in Scabinatibus noſtris pronunciari jubemus, ita tamen, ut diſcrimen inter jurisdictionem ſuperiorem & inferiorem,

tion auff die Real-Injurien, als da einer ohne wörtliche Injurien am Leibe beschädiget/ erstrecket haben/ Setzen und ordnen/ daß auch in denselbigen die Sachsen-Rechte nicht mehr statt haben/ sondern die willkührliche Straffe in unsern Schöppenstülen erkannt werden soll; Jedoch daß gleichwol die Gebräuche und Herkommen der Ober- und Erb-Gerichte/ und was denen der Straffe halben gewöhnlich anhängig/ auch gehalten/ und in unsern Schöppenstülen darnach gesprochen werde.

rem, in ditionibus nostris hactenus receptum, pœnarum item ad hanc vel illam de consvetudine pertinentium, deinceps quoque in judicando & respondendo servetur.

DEFINITIONES.

1. *Conventus actione injuriarum, ultra recantationem, tenetur quoq; ad pœnam arbitrariam.*
2. *Actio ad palinodiam, quæ per se civilis est, cum actione criminali cumulari potest.*
3. *Non semper ex parte Rei in causis injuriarum admittitur procurator.*
4. *In causa injuriarum notoria Judex injuriantem ex officio punire potest, nemine eum accusante.*
5. *Nil juvat injuriantem, quod ab alio injurias audiverit.*
6. *Ad instantiam Rei, dies quoq; injuriæ illatæ in libello est exprimendus.*
7. *Excipiens contra testem tanquam personam infamem, haud convenire potest actione injuriarum, nisi ab actore probetur animus injuriandi.*
8. *Nec contra Judicem suspectum excipiens injuriarum tenetur, nisi verbis injuriosis hoc fecerit vel causas suspicionis probare nequeat.*
9. *Admittitur quandoq; Reus ad juramentum, si injurias non animo injuriandi se dixisse prætendat.*
10. *Competit etiam actio injuriarum adversus Universitatem.*
11. *Reus actione injuriarum conventus palinodiam evitare potest, si ante litis contestationem de bona fama injuriati judicialiter testetur.*
12. *Jus prosequendæ injuriæ transmittitur ad hæredes, si accusator decesserit post litis contestationem.*
13. *Actio ad palinodiam nunquam in hæredes injuriantis transit.*
14. *Petere non valet emendam vulneratus, quando experitur criminaliter adversus vulneratorem.*
15. *Non potest cumulari actio ex L. diffamari. C. de ingen. manum. cum actione injuriarum in uno eodemq; libello.*

Definit. I.

Conventus actione injuriarum, ultra recantationem, tenetur quoq; ad pœnam arbitrariam.

1 POstquam abrogata pœna Juris Saxonici, quæ erat pro injuriis verbalibus triginta solidorum, Gloss. Landr. *lib. 1. art. 68. n. 3.* Modest. Pist. *vol. 1. cons. 26. qu. 4. num. 47.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injur. n. 17.* Joh. Schneidew. *in §. in summa 10. inst. de injur. n. 9.* † Reum actione injuriarum con-
2 ventum, ad palinodiam seu revocationem injuriarum condemnari jussit Serenissimus Saxo, *hâc* Constit. *42. §.* Nachdem wir denn/ maximè discepta-
3 tum fuit, † an præterea Reus pœnâ aliquâ mulctari possit? propterea, quod nemo ob unum idemque delictum pœnis duabus sit affligendus, Matth. Wesenb. *part. 1. cons. 22. num. 19.* Bartol. & Dd. *in l. si quis Reus 5. ff. de publ. judic.* † Sed & hoc dubium
4 sustulit Elector Illustrissimus verbis disertis sanciendo, ut Reus injuriarum ultra præstitam recantationem pœnâ arbitrariâ, puta, carcere vel relegatio-
5 ne, aut mulctâ pecuniariâ, † quin & pro qualitate injuriarum & ratione personarum, fustigationeplectatur, *h.* Constit. *42. §.* Darüber aber. † Scili-
6 cet, quod palinodia privatum saltem concernat interesse, sive jus partis, puta, famæ & existimationis
7 restitutionem. † Quidni ergò judex ratione publici interesse, pœnam injurianti imponere valeret? prout videmus practicari in pœna duplici diversum effectum concernente, quarum una alteram nonconsumit, Marant. *in specul. part. 4. distinct. 1. n. 20.*
8 † Neutiquam enim concesserim Dan. Moller. *hic num. 6. & 7.* actionem ad palinodiam, ipsam quoque vindictam & pœnam publicam sive interesse magi-
9 stratus concernere. † *Tum*, propter verba manifesta *hac* Constit. *42.* (durch geordnete Straffe ihrer
10 Ehren Ergetzung zu thun.) † *Tum*, quia & pœna quandoque interesse privatum continet, ut videre est in Werigeldo Juris Saxonici, qui absque dubio pœna est, Landr. *lib. 2. artic. 71. in fin.* Hartm. Pistor. *observ. 203. n. 7.* Joh. Schneidew. *dict. §. in summa. 10. n. 4. inst. de injur.* † Et tamen hominis 11
occisi hæredibus, ceu interesse privatum ratione injuriæ, per homicidium perpetratum ipsis illatæ, debetur & applicatur, ut pluribus demonstravi *in pract. crim. part. 2. quæst. 94. n. 17.*

Ita Domini contra N. N. zu Zwickau/ Mens. Nov. Anno 1627.
(Verba sent: Es ist er ihme der zugefügten Injürien wegen einen öffentlichen Wiederruff zu thun/ so wohl die Unkosten zu erstatten schuldig/ und wird hierüber willkührlichen/ entweder mit Landesverweisung/ oder umb eine ansehnliche Geldbusse/ seinem Vermögen nach/ in Straffe genommen/ V. R. W.)

Definit. II.

Actio ad palinodiam, quæ per se civilis est, cum actione criminali cumulari potest.

DE Jure equidem civili, actionem ad palinodiam, 1
quâ nihil petitur applicari fisco, sed parti agenti, famam restitui, merè civilem esse, nemo facilè dubitaverit, per text. *in §. in summa 10. instit. de injur.* † ubi actio, qua petitur interesse partis, pro 2
civili non criminali habetur, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 65. num. 2.* Mynsing. *cent. 2. observat. 98. num. 1.* Herman. Vult. *lib. 2. Jurisprud. Roman. cap. 19. num. 53. & in §. pœna autem 7. instit. de injur. n. 6.* Joh. Harppr. *in §. in summa 10. n. 64. instit. de injur.* † At in foro Saxonico, post editam Constitu- 3
tionem *h. 42.* actionem ad palinodiam pro criminali haberi, dicit audacter nimis Daniel Moller. *lib. 1. Semestr. 23.* † Sed absque fundamento & con- 4
fundit ipse semper palinodiam, quà talem, cum actione criminaliter instituta; quæ tamen ab invicem benè sunt discernenda, ut multis probavi *in pract. criminal. part. 2. quæst. 94. num. 55. & seqq.*

† Er

5 † Et quo nomine ipsi adsentiar, movet me imprimis, quod de Jure Saxonico illa sola causa reputetur cri-
6 minalis, in qua pœna corporalis infligitur, † neque actio criminalis dicitur, nisi quæ ad pœnam corporis afflictivam dirigitur, ut probat Gloss. Weichb. *artic. 17. post pr. num. 2.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 22. num. 5.* Reinhard. Ros. *ad* Moller. *hic num. 7.*
7 Ludov. Fachs. *differ. 13.* † jam verò recantatio, sive palinodia corpus non afficit, nec actio ad palinodiam, qua talis, ad pœnam corporis afflictivam diri-
8 gitur. † Quin & actio hæc solum interesse partis læsæ concernit, ut dixi Defin. *præced.* & pluribus *in*
9 *pract. crimin. dict. quæst. 94. n. 16. & seqq.* † Atqui notissimi Juris est actionem criminalem dici solummodò eam, quæ ad vindictam publicam tendit, & unde actori nihil quicquam accedit, vel fatente ipso Mollero *hic num. 6. & 7.* Gloss. *in dict. artic. 17.*
10 Weichb. † Sed, inquies, hâc ratione actio ad palinodiam cumulari non poterit cum actione ad fustigationem, quia civilis actio cum criminali actione in uno libello cumulari nequit, Petr. Heig. *part. 2. quæst. 23. n. 20.* Et tamen ad fustigationem simul &
11 palinodiam experiri, permittit *h.* Const. *42.* † Respondeo, peculiariter hoc esse receptum in actione
12 injuriarum in favorem injuriati, † ut recantatio sibi locum vendicet, sive civiliter ad pœnam relegationis vel mulctam pecuniariam, sive criminaliter ad pœnam corpori infligendam agatur, uti ex *hâc ipsa* Const. manifestissimum est, & rectissimè animadvertit Matth. Berlich. *part. 5. concl. 62. n. 13.*

Ita Domini in causa Dn. Baronis à Biberstein contra N. à M. zu Guben/ Mens. Aug. Anno 1627.

Definit. III.

Non semper ex parte Rei in causis injuriarum admittitur procurator.

1 JAmdudum in practica fori Saxonici receptum est, ut admittatur Procurator ex parte Rei etiam in causis injuriarum, testibus Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injur. num. 18.* Reinhard. *part. 4. differ. 23. vers. Secus de jure Saxon.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 9. n. 6.* Joh. Schneidew. *ad §. in summa 10. inst. de injur. n. 12.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 62. n. 8.*
2 *& 12.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 141. n. 5.* † Quod nec hodiè correctum, postquam pœna veteris Juris Saxonici, quæ semper erat triginta solidorum, Landr. *lib. 2. artic. 16. lib. 3. artic. 45.* abrogata & in pœnam arbitrariam, quæ ad fustigationem etiam extendi potest, mutata est, *h.* Constitut. Elect. *42.* ut
3 notat Dan. Moller. *lib. 1. Semestr. 24. n. 1.* † Restringendum tamen putaverim idipsum ad injurias leviores, pro quibus haud imponitur pœna corporis afflictiva, cum Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 7. n. 39.*
4 † Vix enim in foro Saxonico admittetur defensor in atrocioribus injuriis, quæ pœnam relegatione severiorem, puta fustigationem, sive manus amputa-
5 tionem merentur, † ut probè limitant prædictam Dd. assertationem Matth. Wesenb. *in addit. marginal. ad* Joh. Schneidew. *in dict. §. in summa. 10. circa fin. inst. de injur. &* Andr. Rauchb. *dict. quæst.*
6 *7. n. 39.* † Nempe, quia in causis criminalibus, quales de jure Saxonico habentur, quæ ad pœnam corporis afflictivam tendunt, Matth. Coler. *part. 1. de-*
7 *cis. 22. num. 5.* † procurator ex parte rei haud admittitur, Andr. Rauchb. *dict. loc.* Matth. Wesenb. *consil. 43. n. 168.* Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 10.*

Ita Domini in causa Antonii à Grißheim/ Mens. Jul. Anno 1630. (Verba sentent: Da nun Beklagter in der Person nicht erscheinen / sondern seinen Gevollmächtigten und Anwalden zu diesem Injurien-Proceß abordnen thäte/ ꝛc. So würde derselbe billich zugelassen. Es wäre dann/ daß die Injurien, damit ihr angelassen worden/ dermaßen beschaffen/ daß Beklagtem/ wofern er derselben überführet/ eine Leibes-Strasse zuerkannt werden dürffte / auff solchen Fall wäre der Defensor nicht zuläßlich/ sondern Beklagter sich in eigener Person zu stellen schuldig/ V. R. W.)

Definit. IV.

In causa injuriarum notoria Judex injuriantem ex officio punire potest, nemine eum accusante.

ETsi regulariter super injuria tanquam privato de- 1
licto, *l. injuriarum causa. 5. C. de injur.* nequeat procedi per inquisitionem, sed ordinariè, intentatis actionibus, Innoc. *in c. 2. & in c. ad nostram 20. extr. de jurejur.* † præsertim in provinciis Electoratus 2
Saxonici, propter claram sanctionem Electoralem in Ord. Polit. *de Anno 1612. sub tit.* Von Justitien-Sachen. *num. 5. vers.* Dagegen wann ein *Privatus.* † Attamen non prohibetur Judex ex officio 3
procedere contra injuriantem, quoad pœnam fisco applicandam, Bartol. *in l. 1. §. usq; adeo. 5. ff. de injur.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 17. in fin.* † ex 4
regula generali, qua pro quolibet delicto etiam privato, ratione interesse Reipublicæ ad pœnam extraordinariam procedi permissum est; *l. ult. ff. de extr. crim. l. ult. ff. de furt. l. locatio. 9. §. quod illicitè 5. ff. de publ. & vectig.* † Sed hoc ita in injuriis notoriis, 5
prout post Marant. *in Spec. aur. prim. part. 6. princip. n. 204.* limitat Hartm. Pistor. *observat. 121.* † Ubi 6
Scabinos ita pronunciasse testatur. Hocque in practica receptum, demonstravi *in pract. crim. part. 3. quæst. 107. n. 34.*

Ita Domini zu Schönfer zu Leißnigk/ Mens. Januario, Anno 1636.

Et in causa Blasii Dehlens contra Henrich Heuschken zur Wiesenburg/ Mens. Sept. Anno 1621.

Definit. V.

Nil juvat injuriantem, quod ab alio injurias audiverit.

QUi convitii causa innocentem infamavit, 1
dummodo de ea re, quam sciri publicè interat, si habeat pro se famam benè probatam, condemnandus haud est, tametsi probare nequeat, verum esse, quod per famam circumfertur, † quia 2
fama à dolo & calumnia excusat, Jul. Clar. *in pract. §. ult. q. 62. n. 8.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 20. defin. 5. n. 3.* † Aliud tamen est, si talis sit injuria, 3
quam sciri aut ignorari publicè nil interfit. Tum enim, tametsi maximè verum sit quod objicitur, illudvè injurians ab alio audiverit, nihilominus injuriarum judicio tenetur, qui injuriam ab alio dictam propalasse convincitur, *arg. l. un. C. de famos. libell. ubi* Salyc. Joh. Schneidewin. *ad §. injuria autem 1. num. 5. inst. de injur. ubi etiam* Joh. Harppr. *n. 129.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 161. n. 41.* † Nam & injurias 4
ab alio auditas proferens atque evomens, famam & existimationem alterius lædit, non minus ac ipsemet autor, qui eas falsò excogitavit & alteri manifestavit. † Quidni ergo hic etiam ad palino- 5
diam,

diam, paremque pœnam condemnandus eſſet? 6 † maximè propter generalitatem *h.* Conſtitut. *42.* quæ omnes indifferenter injuriantes palinodia pari- 7 ter & pœna arbitraria puniri jubet. † Tantoque magis videtur coercendus propalator injuriarum, quia peſſimum & pernicioſiſſimum calumniandi genus eſt, crimen de abſente auditum diſſeminare, eumque ex temeritate & vitio garrulitatis lædere: Cui malo omnibus modis occurrendum, Gilhauſ. 8 *de injur.* §. *de libellis famoſis. 12. num. 20.* † Nec obſtat, quod ſicut cauſa leviuſcula, ita etiam credulitas à dolo & pœna excuſet, *l. 12. §. 3. ff. de liber.* 9 *cauſ. l. 30. §. 3. ff. de acquir. hæredit.* † Quia hoc verum eſt ſaltem quoad pœnam ordinariam, non etiam extraordinariam infligendam, quam nec cauſa 10 fatua excludit, † quippe quod ſi non dolo, ex culpa tamen propalator cenſeatur deliquiſſe, Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 3. quæſt. 104. num. 8.* 11 *in fin.* † Quin nec fama aliter excuſat, quàm ejuſmodi injuriis propalatis, quas ſciri publicè intereſt, ut dixi *ſuprà n. 3.*

Ita Domini in cauſa Mævii Titii zu Neuſtatt/ Menſ. Mart. Anno 1622. (Verba ſent: Ob ſie nun wol darneben für gibt/ daß ſie bemeldte Injurien von andern gehöret. Dieweil ſie aber demnoch ſolche hernach weiter ausgeſprenget/ und ſich alſo damit/ daß ſie dieſelbe von andern gehöret/ nicht zu behelffen. So iſt ſie geſtalten Sachen nach/ euch für Gerichte deßwegen einen öffentlichen Wiederruff zu thun ſchuldig/ und mag hierüber willkührlichen/ entweder ein 8. Tage lang mit Gefängnüß/ oder umb zwey Neue Schock in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Et in cauſa Andreæ Ungars contra Daniel Nienizen zu Glaucha/ Menſ. Sept. Anno 1629.

Definit. VI.

Ad inſtantiam Rei dies quoq; injuriæ illatæ in libello eſt exprimendus.

1 COnveniunt in eo *Dd.* quod non minus annus atque menſis, quàm locus, ubi injuria facta eſt, in libello poni debeat, Jul. Clar. *lib. 5. ſentent.* §. *injuria. num. 5.* Joh. Harpp. *in* §. *in ſumma 10. inſtit. de injur. num. 82.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 64. num. 1.* Joh. Schneidew. *in* §. *ult. num. 9. inſt. de injur.* 2 † In tantum, ut hiſce omiſſis, libellus haud validus ſit, parte quantumvis non opponente, Gail. *dict. obſerv. 64. num. 9.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 65.* 3 *num. 17.* † Diem tamen injuriæ illatæ exprimi in libello haud neceſſarium, vulgò arbitrantur Joach. Mynſing. *cent. 2. obſerv. 40. num. 1.* Berlich. *dict. concl. 65. num. 20.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæſt. 12.* 4 *n. 8.* † Sed hoc ita, ſi à parte non petatur. Nam ſi Reus id exigat, dies etiam in criminali actione injuriarum exprimi debet, quo probare queat accuſatus, 5 ſe eo die alibi fuiſſe; † Cæteroquin omiſſio diei auferret Reo defenſionem, Andr. Gail. *dict. obſervat. 64. n. 11.* Bartol. *in l. is qui certo. 9. n. 10. ff. de eo quod certo loco.* Jul. Clar. *dict. quæſt. 12. num. 13.* Ægid. Boſſ. *in pract. rubr. de inquiſit. n. 92.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de accuſ. n. 12.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. conſil. 3. num. 40.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Hilmans/ contra M. Johann. Starcken zu Döbeln/ Menſ. Jan. Anno 1602. (Verba ſentent: Daß Kläger in ſeiner Klage die Zeit des Jahrs und Monats/ ſo wol auch des Tages dero ihme zugefügten Injurien, nach Geſtalt dieſer Sachen/ vor der Litis conteſtation, ausdrücklichen zu ſpecificiren und zu erklären ſchuldig/ ꝛc.)

Definit. VII.

Excipiens contra teſtem tanquam perſonam infamem, haud conveniri poteſt actione injuriarum, niſi ab actore probetur animus injuriandi.

NUnquam competit actio injuriarum, niſi dolus 1 & animus injuriandi adſit, quia nec injuria abſque dolo & animo injuriandi infertur, † ſed ex 2 affectu & propoſito malo hæc æſtimanda eſt, *l. illud relatum. 3. §. ſanè 1. & l. ſeq. ff. de injur. l. ſi non 5. l. qui liberos 9. l. ſeq. Cod. eod. tit.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de injur. num. 8.* Joh. Harppr. *ad pr. inſtit. de injur. num. 6. & ibi* Joh. Schneidew. *numero 2.* † Etſi verò in dubio omnis injuria dolo & animo in- 3 juriandi facta præſumatur, niſi proferens verba per ſe injurioſa aliud docuerit, atque innocentiam ſuam probaverit, *l. ſi non convitii 5. Codic. de injur.* Weſenb. *dict. loc.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 31. n. 37.* Ludov. à Peguer. *deciſ. 13. num. 7. & ſeq.* Felin. *in c. cum tc. 23. extr. de ſent. & re judic. num. 18.* † Atta- 4 men ſi verba talia ſint, quæ injuriam indifferenter ac neceſſariò non important, haud locum habebit injuriarum actio, niſi prius actor animum injuriandi probaverit, Joh. Schneidew. *ad* §. *ult. inſt. de injur. n. 3.* Proſp. Farin. *part. 3. oper. crimin. quæſt. 105. n. 118.* Aym. Cravett. *conſ. 9. num. 2.* † Quod & verum 5 eſt, ſi qualitas facti & conditio perſonarum præſumtionem injuriandi excludat, puta, ſi quis contra teſtem excipiens, cauſam infamiæ ei objiciat, quod certò potius pro defenſione ſui juris, quàm ex animo injuriandi feciſſe præſumitur, *arg. l. item apud Labeonem 15. §. 38. ff. de injur.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 106. num. 6.* Dan. Moller. *hic. num. 31.* † Ergò nec 6 locus erit actioni injuriarum, priusquam injuriandi animus probetur, ſecundum modò dicta Oldrad. *conſ. 53. col. pæn.*

Ita Domini in cauſa M. Bartholdi Kichlers zu Leipzig/ Menſ. Jan. Anno 1584. (Verba ſentent: Obgleich der Advocat, von deme eure Frage meldet/ den Mann/ deſſen gleicher Geſtalt in eurer Frage gedacht wird/ darum zum Zeugen verworffen/ daß er ein öffentlicher Wucherer/ und derowegen als eine anrüchtige Perſon zum Zeugen nicht zuläßlich ſeyn ſolte. Dieweil es aber dennoch zu Recht dafür gehalten wird/ daß ſolches nicht animo injuriandi, ſondern zu Erhaltung ſeines Rechten geſchehen. So mag er auch derowegen zum Wiederruff/ oder in einige Straffe nicht vertheilet werden/ es könte denn der obgemeldte Mann wie recht beweiſen/ daß der Advocat ſolches vorſetzlichen/ und in Gemüth und Meynung ihn zu ſchmähen gethan/ auff den Fall würde er billich damit gehöret und zugelaſſen/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Nec contra judicem ſuſpectum excipiens injuriarum tenetur, niſi verbis injurioſis hoc fecerit, vel cauſas ſuſpicionis probare nequeat.

SImiliter, cum excipere liceat contra judicem 1 ſuſpectum, eumque recuſare, *c. cum olim 7. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* † quæ exceptio dici- 2 tur favorabilis & in naturali æquitate ac ratione fun-

fundata, *c. quod ſuſpecti 15. cauſ. 3. quæſt. 5. c. ſecundo requiris 41. §. ult. ubi* Dd. *extr. de appellat.* Joh.
3 Zanger. *de except. part. 2. cap. 4. num. 2. & 6.* † non certè injuriarum tenebitur excipiens, quia jure ſuo
4 utitur: Sed hoc ita, † niſi cauſas ſuſpicionis probare nequeat, quo caſu injuriarum actionem neutiquam effugiat, Bald. *in cap. ſuper 27. extr. de Offic. & poteſtat. judic. deleg.* Joh. Bajard. *ad* Jul. Clar. §. *injuria. num. 27.* † Vel ſi verbis injurioſis exceptio-
5 nem allegaverit. Quia verba per ſe injurioſa ani-
6 mum injuriandi inducunt & probant, † niſi contrarium à proferente doceatur, *l. ſi non convitii 5. Codic. de injur.* Felin. *in cap. cum te 23. extr. de ſentent. & re judic. n. 18.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 106. num. 1.*

Ita Domini in cauſa Johann Ortters zu Wittenberg/Menſ. Febr. Anno 1636. (Verba ſent: Wenn nun gleich N. N. fürgiebt/ daß er obberührte Supplication, darinnen contra judicem ſuſpectum excipiret worden / nicht animo injurandi abgehen laſſen/ auch ein mehrers nicht/ als was zu ſeiner Nothdurfft und Abwendung alles Verdachts dienlichen geſuchet. Dieweil ers aber gleichwol dabey nicht bewenden laſſen/ ſondern N. N. eines unrechtmäßigen Fürnehmens / und Parteyligkeit ausdrücklichen beſchuldiget/ ꝛc. So mag er ſich auch dahero der Injurien-Klage nicht entbrechen/ꝛc.)

Definit. IX.

Admittitur quandoq; Reus ad juramentum, ſi injurias non animo injuriandi ſe dixiſſe prætendat.

1 Difficile certè eſt probare, non animo injuriandi quem injurias dixiſſe vel protuliſſe: Ideoq;
2 ſi Reo onus probandi injungatur, † ſufficiet præſumptiva & conjecturata probatio, Daniel Moller. *hic num. 30.* Felin. *in cap. cum te 23. num. 18. extr. de ſentent. & re judic.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 31.*
3 *num. 39.* † quia præſumptiones & circumſtantiæ facti, animum cujusque doloſum vel non doloſum declarant, *l. aut facta. 16. ff. de pœn. l. reprehendenda. 5. Codic. de inſtitut. & ſubſtit. l. 78. ff. de acquir.*
4 *hæredit.* † Quin & ſi Reus conjecturis & indiciis animum & intentionem ſuam ſufficienter probare nequeat, juramentum purgatorium ipſi deferri poterit, Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 106. num. 5.* Dan. Moller. *hic num. 31.* Johann. Schneidew. *ad §. ult.*
5 *inſtitut. de injur. num. 3.* † Nam cum qualitas iſta doli vel injuriandi in ſolo animo conſiſtat, & nec videri nec tangi queat, *dict. l. reprehendenda 5. ubi gloſſ. in verb. comprobaſti. Codic. de inſtit. &*
6 *ſubſtit.* † utique non aliter, quàm juramento probari poterit, *l. furti. 6. §. qui juſſu. 4. ff. de his qui*
7 *not. infam.* † Et quæ in conſcientia atque intellectu conſiſtunt, ea per aſſertionem cum juramento rectè prõbantur, *c. cum in tua. 6. §. ult. extr. qui matr. accuſ. poſſ. c. paſtoralis. 4. in fin. extr. de ex-*
8 *cept.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 48. num. 24.* † Non tamen ad cujuslibet Rei petitionem huic juramento locum dabit judex, ſed tùm demum, ſi præſumptio aliqua pro Reo adſit, Gail. *dict. obſervat.*
9 *106. num. 5.* † Neutiquam enim ſatis eſt, ut quis ſimpliciter dicat, ſe animum injuriandi non habuiſſe, ſed præſumptione aliqua firmanda eſt aſſertio, priusquam ad juramentum purgatorium de-
10 ſcendatur. † Cæteroquin, ſemper injuriarum Reus haud absque periculo perjurii, ab actione injuriarum ſe facillimè liberare poſſet, Hippol. de Marſil. *in l. frater. 1. num. 78. C. ad Leg. Corn. de ſicar.* Nicol. Boër. *deciſ. 86. n. 4.*

Ita Domini in cauſa N. N. zu Geichwitz / Menſ. Jan. Anno 1603. (Verba ſent: Dieweil Beklagter fürgewendet/ daß es von ihme nicht vorſetzlichen in Gemüth und Meynung/ Klägern an ſeinen Adelichen Ehren anzugreiffen und zu ſchmähen geſchehen/ꝛc. So iſt er ſolches eydlichen zu erhalten ſchuldig. Er thue nun daſſelbe oder nicht/ ſo ergehet daraufſ in der Sachen ferner was recht iſt/ V.R.W.)

Definit. X.

Competit etiam actio injuriarum adverſus Univerſitatem.

1 NOn ſolùm Univerſitati contra ſingulos quosque atque unum vel alterum; ſed & ſingulis contra Univerſitatem & Communionem competit actio injuriarum, *arg. l. metum 9. §. animadvertendum 1. ubi* gloſſ. *ff. quod met. cauſ. l. ſed & ex dolo 15. §. 1. ff. de dolo malo.* † dummodò Univerſitatis
2 homines omnibus de Univerſitate ſolenniter convocatis & animo deliberato, communicatoque
3 conſilio injuriam alicui irrogaverint, † aliàs enim injuriarum haud tenebuntur, *arg. l. ſemper 15. ff. ſi in ſepulchro. 2. ff. quod vi aut clam. c. delictum. 76. ubi* Gloſſ. & Dyn. *de reg. jur. in ſexto.* Bartol. *in l. aut facta 15. §. ult. ff. de pœn.* Cravett. *conſil. 21. n. 8.*
4 † Nec obſtat, quod actio ad palinodiam ſit famoſa.
5 † Quia & contra Univerſitatem famoſa actio competit, Bartol. *dict. loc. num. 7.* Bald. *in l. quoniam. 5. ff. ſi quis 1. ff. de his qui not. infam. n. 3.*

Ita Domini in cauſa Chriſtiani von Heinitzens / contra ſeine Unterthanen / Menſ. Martio, Anno 1636. (Verba ſent: So ſeynd die Unterthanen ingeſammt/ und alſo die gantze Gemeine euch obgedachter Injurien wegen/ eine Chriſtliche Abbitte zu thun ſchuldig/ und mögen hierüber ingeſammt um 3. Neue Schock in Straffe genommen werden/ V.R.W.)

Definit. XI.

Reus actione injuriarum conventus, palinodiam evitare poteſt, ſi ante litis conteſtationem de bona fama injuriati judicialiter teſtetur.

1 QUi calore iracundiæ verbo injuriam dedit, poteſt ex pœnitentia & contrariæ vocis declaratione, judicio injuriarum ſe eximere ad litem usque conteſtatam, *l. quicquid calore 48. ff. de reg. jur.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 20. definit. 11.* † Quin & regulariter in levioribus injuriis ſe
2 liberat ab actione injuriarum Reus in foro Saxonico, ſi ante litem conteſtatam ſe verba illa, quæ tanquam injurioſa ab actore acceptantur, eo animo non protuliſſe, ſed, alia de cauſa, ut ea loqueretur, commotum fuiſſe, dicat, † ac de bo-
3 na fama & exiſtimatione injuriati judicialiter & publicè teſtetur, *ex* Ordinat. judicii Curial. D. Mauritii Electoris *de Anno 1549. tit.* Von Schmähehſachen. §. Würde ſich aber. † Quam etiam in
4 judiciis inferioribus obſervandam dixi *in practic. crimin. part. 2. quæſt. 97. num. 15.* † Ne ſcilicet duo
5 diverſa, & ſibi invicem repugnantia jura hiſce interris uſurpentur, *arg. §. quam formam. ult. inſt. de ſatisdat.*

satisdat. Præfat. Ordin. nov. proceſſ. judic. §. Dieweil aber. & §. Als haben wir. † Hancque practicam ut piam & Chriſtianam commendat Matth. Weſenb. *vol. 5. conſil. 239. num. 68.* † Et per ejusmodi declarationem, tolli & cauſam injuriarum & conſequenter actionem atque condemnationem, probat *l. ſi non convitii. 5. ubi* Bald. Salycet. & Dd. *Codic. de injur.* Felin. *in cap. dilect. 8. num. 6. extr. de except.* † Quod & menti Illuſtriſſimi Saxonis in Ordin. proceſs. judic. *de Anno 1622. tit. 1.* §. Beſonders aber / *ſatis convenit.* † Nec habet injuriatus, de quo conqueri poſſit, cum ante litis conteſtationem ei nondum jus fuerit quæſitum. † Quidni ergò per declarationem ipſi ſatisfieri poſſet? Cagnol. *ad l. quicquid calore 48. num. 13. ff. de reg jur.* † Secus ſe res habet poſt litis conteſtationem, ubi injuriam paſſo jus irrevocabiliter & perfectè eſt quæſitum, *arg. l. injuriarum. 28. ff. de injur.* † Non immeritò ergò ad condemnationem uſque in cauſa erit procedendum, † quia jus ſemel quæſitum actori invito nequit auferri, *arg. l. id quod noſtrum. 11. ff. de Reg. jur.* Cagn. *dict. loc. n. 13.* Roſa ad Moller. *hic. n. 32.* † Planè, ſi injuriæ ſint valdè atroces, Reum per ſpontaneam ejusmodi declarationem, diſſentiente præſertim actore, non abſolvi ab injuriarum actione, dixi *in pract. crim. dict. quæſt. 97. n 16 in fin.*

Ita Domini in cauſa des Gerberhandwercks zu Leipzig/ contra A. A. Menſe Jul. Anno 1630. (Verba ſent: Würde Beklagter/ in Beyſeyn der Klägere/ ſeine gethane Erklärung/ und daß er von ihnen nichts/ denn alle Ehre/ liebes und guts wiſſe/ gerichtlichen wiederholen/ immaſſen er zu thun ſchuldig/ ſo lieſſen ihnen Klägere daran billich begnügen/ V. R. W.)

Definit. XII.

Jus proſequendæ injuriæ transmittitur ad hæredes, ſi accuſator deceſſerit poſt litis conteſtationem.

1 QUi injuriarum agit, ſi poſt litem conteſtatam necdum deciſam deceſſerit, transmittit actio-
2 nem ad hæredes: Nam quod vulgò dicitur, † actionem injuriarum morte tàm injuriati quàm injuriantis extingvi, nec hæredi & contra hæredem competere, §, *non autem omnes i. inſt. de perp. & tempor. action. l. ſi cum judicio 10. §. qui injuriarum 2. in pr. ff. ſi quis caut. judic. ſiſt. cauſ. l. pœnales 32. poſt pr. ff. ad Leg. falcid. l. injuriarum 13. in pr. ff. de*
3 *injur.* † Id verum eſt, niſi lis fuerit conteſtata, *dict. §. non autem omnes. 1. j. d. t. l. 10. §. 2. ff. ſi quis caut. judic. ſiſt.* Matth. Weſenb. *in parat. ff. de injur. num. 12.* Joh. Harppr. *in §. ult. num. 65. inſtit. de injur.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modeſt. Piſtor.
4 *part. 3. quæſt. 107. num. 18.* † Poſt litis namque conteſtationem res amplius integra non eſt, ſed lis perpetuatur, ita ut poſſint eam heredes proſequi, non tantùm propter ſumptus litis, ſed etiam ob perſecu-
5 tionem palinodiæ & mulctæ, † cùm nec pœnæ perſecutio morte finiatur, ubi lis jam eſt conteſtata, *l. omnes pœnales 26. l. conſtitutionibus 33. l. ſciendum 58. ff. de obligat. & action. l. ult. ff. de fidejuſſor. tu-*
6 *tor. l. un. Codic. ex delict. defunct.* † Niſi dixeris, re-
7 miſſam à moriente injuriam. † Quod etſi de Chriſtiano homine credibile eſt, prout etiam de quolibet probo viro, *l. ſi venditor 6. §. 1. ff. de ſerv. export.* † probari tamen ab eo, qui allegat, opor- 8
tet, ut eleganter tradit Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 20. definit. 2. n. 6.* † quoniam hîc non tàm quid 9
fieri debuerit, quàm quid factum ſit, inſpiciendum eſt.

Ita Domini in cauſa A. S. contra N. N. zu Sangerhauſen/ Menſe Jun. Anno 1627. (Verba ſent: Daß der Proceſs von Klägern zur Nothdurfft reaſſumiret/ und haben Klägere Beklagte wegen ihres beharrlichen Ungehorſams nunmehr biß auff die Hülffe erſtanden und erlanget/ derowegen iſt ſie der verſtorbenen A. S. und nunmehr nach derſelben Tode/ Klägern als ihrem Manne und Tochter/ wegen der gedachten A. S. zugefügten Injurien, einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun ſchuldig/ und mag hierüber willkührlichen entweder ein 4. Tage lang mit Gefängnüß oder umb 6 Neue Schock in Straffe genommen werden/ immaſſen ſie auch Klägern die in dieſer Sachen auffgewendete Unkoſten auff vorgehende Liquidation und richterliche Ermäßigung zu erſtatten ſchuldig iſt/ V. R. W.)

Definit. XIII.

Actio ad palinodiam nunquam in hæredes injuriantis tranſit.

DEfuncto injuriante, ſive lis conteſtata fuerit, 1
ſive non, actio ad palinodiam nequaquam in hæredes Rei conventi tranſit, † ſed morte ejus expi- 2
rat, neque hæredibus revocatio ſeu palinodia imponi poterit. † Nempe quia actio hæc eſt pœnalis 3
& famoſa, † adeoque in hæredes Rei defuncti haud 4
transfertur, Anton. Gometz. *tom. 3. reſolut. 1. num. 81. & 83.* Joh. Schneidew. *in §. non autem. 1. num. 1. inſtit. de perpet. & temp. action.*

Ita Domini in cauſa Wolff Albrechten von Poſeck / contra Chriſtoph Reichardten zu Voigtsberg/ Menſ. Febr. Anno 1636. (Verba ſentent: Dieweil Beklagter Todes verfahren / iſt wider ihn der Proceſs erloſchen/ und ſeine Eltern mögen denſelben zu reaſſumiren nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Et in cauſa Jacobi Martini contra Michael Göllitzen zu Sangerhauſen/ Menſ. Octobr. Anno 1636.

Definit. XIV.

Petere non valet emendam vulneratus, quando experitur criminaliter adverſus vulneratorem.

DE jure Saxonico equidem pro vulnere illato 1
non niſi triginta ſolidorum emenda ſolvitur, Chil. König *in proceſſ. cap. 58. num. 6.* Matth. Coler. 2
part. 1. deciſ. 161. num. 32. † Ruſticis exceptis, quibus vulneratis quindecim duntaxat ſolidi ſufficiunt, Joh. Schneidewin. *ad §. ſed & lex Cornelia 8. n. 5. inſtit. de injur.* König. *cap. 138. n. 6.* † At ubivis 3
ferè locorum in foro Saxonico ab hac pœna uſu & conſvetudine eſt receſſum, arbitrioque judicis relictum, qualem & quantam mulctam pro ratione circumſtantiarum, & qualitate facti Reo indicere 4
velit: † Quod in Electoratu Saxoniæ minus dubium habet, propter claram ſanctionem *in hâc* Conſtitut. *42. §. ult.* & pleniſſimè dixi de hoc *in pract. crim. part. 2. quæſt. 99.* † Illud duntaxat vi- 5
detur obſtare, quod liberum corpus æſtimationem haud recipiat, *l. 2. §. 2. verſ. corporum. ff. ad Leg. Rhod. de jact. l. qua actione 7. in pr. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. §. ſed cum homo 5. l. 5. l. ult. ff. de his qui dejec. vel*

6 *vel effud.* † Cui respondeo, id verum esse saltem quoad ipsum corpus, sive membra hominis, quæ in nullius bonis & dominio sunt, *l. liber. homo 13. ff. ad Leg. Aquil. l. inter stipulantem 83. §. sacram 5. ff.*
7 *de V. O.* † dignioraque ac præstantiora, quàm quod pretium aliquod condignum eis correspon-
8 dere vel comparari possit: † Secus verò quoad dolores & operationes per vulnerationem impeditas, quæ omninò valent deduci in taxationem, prout videlicet unius membri operatio melior est quàm alterius, *l. ejus artificii 16. & l. 38. ff. de oper.*
9 *libert.* † ut sic non tàm corpus ipsum vulneratum, quàm dolores vulnerum ac operationes impeditæ
10 æstimentur. † Planè si vulneratus criminaliter experiatur contra vulnerantem ad pœnam nempe corporis afflictivam, cessat restitutio damni &
11 emendæ, † qvum per pœnam corporis afflictivam & judici & parti omninò satisfiat, nec recompensa parti ulterius debeatur, König. *dict. cap. 138. num. 1.* Georg. Rotschitz. *in proceff. part. 1. art. 1. numero 1.* Jacob. Schulk. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 107. n. 38.*

Ita Domini in causa Conradi Zorels contra Martin Möhbusse/Mens. Sept. Anno 1600.

Definit. XV.

Non potest cumulari actio ex L. diffamari. C. de ingen. manum. cum actione injuriarum in uno eodemq; libello.

1 DE pluribus equidem injuriis in uno libello agi potest, *l. prætor edixit. 7. §. si mihi. 5. ff. de injur.* Sed non aliter quàm si actiones & injuriæ ad
2 eundem finem tendant; † Cæteroquin cumulationem haud admitti, quivis concesserit, Ernest. Cothman. *vol. 3. respons. 4. num. 33.* † Patet hinc, non
3 tolerari in judicio cumulationem actionis ex *L. diffamari 5. Codic. de ingen. manumiss.* & actionis in-
4 juriarum. † Illa siquidem eò tendit, ut diffamanti ad agendum certus præfigatur terminus, aut si non agat, imponatur silentium, Contardus *ad dict. l. diffamari. 5. cap. 5. num. 31. C. d. t.* † Hâc verò injuria-
5 tus revocationem injuriarum, vel certam pecuniæ æstimationem petit: Quæ certè sunt diversissima.
6 † Quin & metuenda esset ex cumulatione harum actionum confusio jurisdictionum, contra *l. nemo 4. Codic. de jurisdict. omn. judic.* † Si nempe
7 diffamans actione injuriarum coram judice suo competente conventus in foro diffamati respondere teneretur, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 9. num. 3.*
8 *ubi* Bernhard. Græv. *consil. 1. num. 4.* † Neque per rerum naturam quis simul personam actoris & rei sustinere potest, sed posita una altera tollitur, *l. hæc*
9 *verba 124. ff. de V. S.* † Quod tamen per cumula-
10 tionem harum actionum fiat, necesse est. † Cum qui in causa injuriarum vices actoris agit, in judicio ex *l. diffamari. 5. C. de inj. man.* Rei partes sustinere debeat, provocans nempe diffamatorem, ut agat
11 sub pœna perpetui silentii. † Quid ergò hâc cumulatione absurdius?

Ita Domini in causa Joachim von Schleinitzen / contra Christian Rudolphen von Maxen zu Dreßden / Mens. Februar. Anno 1632. (Verba sent: Würde Kläger eine förmlichere Klage anstellen / und Beklagten entweder actione injuriarum oder ex l. diffamari allein belangen; So ist Beklagter/ auff vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen und mit seiner rechtlichen Nothdurfft sich darauff einzulassen schuldig/ ferner darauff zu beschehen was recht ist/ V. R. W.)

Definit. XVI.

Injuriatus ad palinodiam, & æstimationem injuriarum simul experiri non valet.

LIberum est injuriato, an ad recantationem 1
agere, an verò injuriam æstimare & pecuniam sibi applicari petere velit, *§. in summa sciendum. 10. ubi* Joh. Harppr. *num. 2. &* Dd. communiter *§. pœna. 7. vers. sed postea Prætores. Instit. de injur. l. sed si tinius. 17. §. servus. 2. l. 37. §. 1. ff. eod. tit.* Andr. Gail. *l. 1. observat. 65. num. 2.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injur. num. 14.* Hartm. Hartman. ab Epping. *tit. 49. de injur. observat. 1.* † At, utrumque postulare, & 2
ad recantationem sive palinodiam, simul & ad injuriarum æstimationem, neutiquam experiri valet. Non, † quod actio ad palinodiam pro crimina- 3
li habeatur, quæ cum actione civili in uno libello cumulari nequit. † Explosa est enim hæc sen- 4
tentia à plerisque, ut demonstravi *supra* Definit. 2. & pluribus *in pract. crimin. part. 2. quæst. 94. num. 56. & seqq.* Sed quia (1.) † utraque petitio, pali- 5
nodiæ nempe & æstimationis, privatum interesse concernit; Satisfactionem nempe pro injuriis, ut vel injuria revocetur, atque ita per palinodiam existimationi satisfiat, *hâc* Constit. *42. in verb.* Ihrer Ehren Ergetzung zu thun: † Vel pro 6
offensione & commaculatione famæ, certa pecunia injuriato applicetur, quæ cùm fisco non accedat, † ex observantia fori Saxonici, & consve- 7
tudine totius Germaniæ, quæ mulctas soli magistratui ac judicis officio tribuit, non pro pœna, sed privato interesse partis habetur, Ordin. Prov. Elector. Saxon. *de Anno 1555. tit.* Was zum Ober- Nieder- oder Erb-Gerichte gehöret. *In verb. final.* Sollen die Straffen von den Gerichten eingehoben werden. Matth. Stephan. *de Jurisd. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 240.* Matth. Wesenb. *ad rubr. Codic. de mod. mulct. num. 6.* Henric. Bocer. *de Regal. cap. 3. num. 18. & seqq.* † At jura 8
non admittunt, duplex interesse simul peti, unum idemque bis exigi, sed una petitio alteram consumit, *l. quod Senatusconsultum. 6. sub fin. ff. de injur. l. Prætor edixit. 7. §. si dicatur 1. ff. eod. tit.* (2.) † 9
Perinde ergò faceret injuriatus, ad utrumque agens, ac si quis equi, sibi ablati, restitutionem, ac simul ejusdem æstimationem petere vellet; † Cui be- 10
nè occurreretur ex Responso Gaji: Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur; *l. bona fides 57. ff. de Reg. jur.* (3.) † Quin & per recantationem 11
sive palinodiam famæ existimationem restitui, nemo facilè negaverit, & probavi id modo ex *b.* ipsa Constit. *42. in verb.* Ihrer Ehren Ergetzung zu thun. † Restituta verò existimatione per recan- 12
tationem, impossibile est, injuriam æstimari, quæ jam sublata est, nec amplius subsistit, † cùm non 13
entis nullæ sint qualitates, *l. 1. §. 1. ff. comm. prædior. l. in actionibus. 5. §. planè. 4. in fin. ff. de in lit. jur.* (4.) † Neque negari poterit, utramque 14
actionem, ad palinodiam nempe & æstimatio-

nem

nem injuriarum, ex uno eodemque fundamento,
15 atque causa, sive delicto oriri: † Plures verò actiones, ex una eademque causa provenientes licet ad diversa competant, cumulationem non admittere, jamdudum docuerunt Zas. *in §. si minus 36. num. 18. Institut. de action.* Bartol. *in l. edita 3. Codic. de edend. num. 19. & ibid.* Cyn. *num. 22.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 63. num. 1.* Ferrar. *in pract. form. libel. in act. real. verb. salvo jure. num. 13.* Speckh.
16 *cent. 1. quæst. 66. num. 14. & seqq.* (5.) † Ex quo etiam sententia absolutoria, in una actione, sive ad palinodiam, sive æstimationem injuriarum instituta, adversus alteram exceptionem rei judicatæ parit; nec qui in actione ad palinodiam succumbit, postea ad injuriarum æstimationem, aut vice-
17 versa, admittitur, ut in aprico est. † Quis verò nescit, haud procedere cumulationem in ejusmodi actionibus, ubi sententia absolutoria in una lata parit exceptionem rei judicatæ in altera? demonstrante Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 19. num. 6.* Dyn. *in cap. nullus pluribus. 20. num. 12. de reg. jur. in sexto* Gloss. & Zas. *in §. si minus. 36. Instit. de action. & ibid.* Johann. Schneidew. *num. 18.*
18 (6.) † Et quisnam inficias ire ausit, in locum æstimationis injuriarum, per quam honori ac famæ suæ viri, honestatem amantes, haud satis prospe-
19 ctum existimavêre, † ex consvetudine Germaniæ generali, recantationem sive palinodiam surrogatam fuisse? attestantibus Herm. Vult. *in §. pœnam autem. 7. num. 6. vers. juri civili scripto incognita. Inst. de injur. & injurisprud. Roman. cap. 19. num. 53.* Didac. Covarr. *lib. 1. variar. resolut. cap. 11. num. 4.* Joh. Harppr. *in §. in summa. 10. num. 63. Inst. de in-*
20 *jur. & ibid.* Mynsing. *num. 5.* † Atqui non patitur natura surrogati, ut cumuletur cum eo, in cujus locum fuit surrogatum: Cæteroquin surrogatum cum fuit surrogatum dici haud posset, per tradita Gloss. & Dd. *in l. edita 3. Codic. de edendo.* Zas. *in §. si minus. 36. Instit. de*
21 *action.* (7.) † Metuendum quoque, ne, si aliter diceretur, injuriatus quintuplici gravetur onere, scilicet: 1. Palinodiâ sive Recantatione. 2. Et quæ inde resultat, infamiâ. 3. Æstimatione injuriarum, seu certâ pecuniæ summâ. 4. Refusione expensarum.
22 5. & denique pœnâ, à judice indicta; † quam actio ad æstimationem simul admittit, nec privatum partis injuriatæ interesse, quod in æstimatione injuriarum consistit, interesse judicis sive pœnam absorbere, aut fisco præjudicare potest, ut probatum dedi *in pract. crim. part. 2. quæst. 95. num. 24.*
23 † Sed, quid dictu absurdius? nedum contra manifesta jura, quæ unum delictum pluribus simul coërceri prohibent pœnis, *l. sancimus. 22. Codic. de pœn. l. Pedius. 4. §. 1. ff. de incend. l. capitalium. 28. §. solent. 3. §. grassatores. 10. ff. de pœn.* (8.) † Et vere-
24 or omninò, si cumulationem palinodiæ cum æstimatione injuriarum admitteremus, neminem forre, qui, leviter etiam injuriatus, uno vel altero contentus sit, & non simul cum palinodia marsupio quoque suo, per æstimationem injuriarum prospe-
25 ctum velit. † Ex quo sanè actiones injuriarum nimium augeri, & processus indies crescere, nemo non animadvertit, contra *l. properandum. 13. Codic. de judic. l. fin. ff. pro suo. l. 2. Codic. de re judic.* (9.)
26 † Quid, quod de cumulatione harum actionum, & palinodiæ cum injuriarum æstimatione ne apex in jure universo reperiatur; ut meritò quis dixerit: † Quod lege non cavetur, in practica non habetur, 27
cum Bald. *in cap. nihil 44. num. 25. vers. item quod extr. de elect. potest. &* Jason, *in l. illam 19. num. 8. Codic. de collat.* (10.) † Eoque minus tandem cu- 28
mulatio palinodiæ cum æstimatione injuriarum videtur admittenda, quò magis odiosa habetur actio injuriarum; quæ propterea potius est restringenda, quàm extendenda, *c. odia. 15. de reg. jur. in sexto. cap. statutum. 22. extr. de elect. in sexto.* † Et 29
aliàs quoque judex semper in partem mitiorem inclinare debet, Jul. Clar. *in pract. §. ultim. quæst. 92. num. 2.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. ult. num. 2.* † Verissima autem licet sit hæc 30
opinio, & jamdudum in Electorali Saxon. Scabinatu usu recepta, ut dixi *in pract. crim. part. 2. quæst. 95. num. 32.* † Attamen cum in causa Timothei 31
Alesii, contra Lucretiam, Conjugem Hieronymi Schmidts in Prætorio Lipsiensi ante triennium ventilata, Domini libellum, in quo cumulabatur petitio palinodiæ cum æstimatione injuriarum, ceu ineptum rejecissent, † non modò Facultates Juri- 32
dicæ in Academia Lipsiensi & Wittebergensi, sed & Curiæ Provinciales in Electoratu Saxoniæ ab hâc Scabinorum sententia divortium fecêre, & cumulationem istam omninò admittendam, pronunciavêre: ex hisce potissimùm fundamentis (1.) † Quod Constitut. Elector. *42. part. 4.* ultra 33
palinodiam, injuriantem quoque mulctâ seu pœnâ pecuniaria coërceri jubeat; Ex quo sanè manifestum, mulctam cum recantatione cumulari posse. Quidni ergò actor utrumque in libello exprimere, mulctamque sibi applicari, petere valeret? (2.) † Quam cumulationem etiam svadet cele- 34
britas injuriarum, quibus virorum honestorum famam lædi, eorumque æstimationi maculam haud levem sæpiùs aspergi, videmus; Ut vel saltem ad compescendam injuriarum frequentiam cumulatio hæc magis concedenda, quàm prohibenda sit. (3.) † Cum nec de jure Saxonico ab- 35
surdum habeatur, Reum simul ad pœnam judici & mulctam parti offensæ exsolvendam, ac insuper ad restitutionem rei, per vim ablatæ, condemnari, prout tradunt Zobel. *in art. 16. lib. 2.* Landr. & *part. 4. diff. 15.* Matth. Coler. *de proceff. execut. in præfat. num. 14. part. 1. decis. 125. num. 2. & decis. 155. num. 4.* (4.) † Accedit porrò, quod cumu- 36
latio actionis injuriarum cum actione ex Lege Aquilia prohibita haud sit, veluti probant per *text. in l. qui servum 34. ff. de obligat. & action.* Dd. *in l. Dominum. 8. Codic. de injur.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 63. num. 9.* Mynsing. *cent. 1. observat. 25.* † Un- 37
de rectissimè inferri videtur ad cumulationem actionis injuriarum æstimatoriæ, cum actione ad palinodiam sive recantationem; cùm utraque actio, nempe ex Lege Aquilia, & ad palinodiam, interesse actoris privatum concernat. (5.) † Quin 38
& cumulationem harum actionum probat communis opinio, ut videre est ex traditis Andr. Gail. *lib. 1. observat. 65. num. 5.* Johan. Harppr. *in §. in summa sciendum. 10. num. 70. instit. de injur.* Mynsing. *cent. 2. observat. 98. num. 9. & 10.* Wurmf. *in pract. obs. tit. 47. de injur. observat. 8. in fin.* † Sed certè 39

ratio-

rationes hæ tanti ponderis non sunt, ut sententiam negativam, in Saxon. Scabinatu receptam, evertere queant. Quoad (1.) † enim largior facillimè, ultra palinodiam, sive recantationem, injurianti quoque ex *hâc* Constit. *42.* mulctam pecuniariam indici posse, prout ipsemet docui pluribus in *pract. crim. part. 2. quæst. 2. num. 32. & seqq.* Sed injuriato fas non est, mulctam illam determinare, aut sibi applicari petere. † Quod enim Constitut. *hâc 42.* de pœna pecuniaria, sive mulcta judici, vel piis usibus applicanda loquatur, liquet apertissimè 1. ex vocabulo (Willkührlich) quod arbitrium & determinationem pœnæ judici tribuit, quam scilicet pro injuriis sufficientem existimaverit. † 2. Ex connexione atque conjunctione mulctæ pecuniariæ cum pœna carceris, relegationis, & fustigationis; ex quarum neutra quicquam commodi injuriato actori accedit. 3. † Nec in universa *part. quart.* Constitutionum Electoralium, unquam actori aut parti offensæ mulctam videmus assignari; quæ tamen haud infrequens est, & sæpissimè cum aliis pœnis arbitrariis conjungitur, & fisco exsolvitur. 4. † Et quis distingvere nescit inter mulctam & æstimationem injuriarum? Illam siquidem semper jura determinant, vel saltem arbitrio judicis definitionem mulctæ committunt: quod & hic factum quilibet veritatis amans facillimè deprehendit; † Ast hæc, nempe æstimatio, in arbitrio partis offensæ consistit, de quâ verò ne apex *in hâc* Constitut. *42.* habetur: Ut proindè nil prorsus contra Scabinorum sententiam exinde inferri queat. † Nec valet inducere (2.) cumulationem palinodiæ cum æstimatione pecuniaria, Crebritas injuriarum. Cui sufficientissimè occurritur per pœnam arbitrariam, † quam etiam ad relegationem & fustigationem usque judex pro qualitate injuriarum exasperare valet, *hâc* Constitut. *42. ſ. ult. verſ.* Oder auch nach Gelegenheit/ꝛc. Quam si Reus non metuat, vix sola æstimatione, vel mulcta pecuniaria, quæ longè mitior pœna habetur fustigatione, à proposito injuriandi se deterreri patietur. † Ad (3.) Resp. distingvendo 1. inter mulctam & æstimationem injuriarum; quæ multum ab invicem differunt. Illa siquidem ut plurimum paucorum admodum est solidorum, quâ parum, aut nihil ferè decedit bonis Rei: At æstimatio pro lubitu actoris summam ingentem, & quandoque aliquot millia thalerorum ascendit; ut proindè à mulcta Saxonica consveta, ad æstimationem injuriarum nil prorsus sit inferendum. 2. † Sed nec unquam Reus simul ad pœnam judici, mulctamque Reo exsolvendam, unà cum restitutione rei ablatæ condemnari debet, nisi in jure Saxonico id expresse determinatum reperiatur; † Tantum verò abest, Compilatores juris Saxonici mulctam unà cum pœna & Recantatione, quæ est loco restitutionis, cumulare voluisse, ut etiam Recantatio sive palinodia ipsis prorsus incognita, consvetudine & usu saltem posteà fuerit introducta, prout dixi *in pract. crim. part. 2. quæst. 94. num. 9.* † Nec obest (4.) quod actio injuriarum cum actione ex Lege Aquilia benè cumulari possit. Siquidem hæ actiones non ex uno principio, sed ex causis diversis exoriuntur. Illa ex injuria illata, hæc verò ex damno dato. † Quin & ad fines diversos actiones hæ duæ tendunt, uti liquet ex *l. qui servum 34. ff. de O. & A.* † Alia verò est ratio actionis recantatoriæ, quæ non modò ex eâdem causa, eodemque delicto, nempe ex injuriis illatis unà cum actione æstimatoria originem trahit: sed etiam ad eundem effectum, nempe ad restitutionem, & privatum interesse tendit, ut supra probatum dedi. † Proinde à cumulatione actionis ex Lege Aquilia ad cumulationem palinodiæ cum æstimatione injuriarum nihil firmiter concludendum erit, juxta tradita Zasii *in §. si minus 36. num. 18. instit. de Action.* & Bartol. *in l. edita 3. numer. 19. Codic. de edendo.* (5.) † Denique nec ullum faceſſit negotium opinio communis, quæ cumulationem palinodiæ cum æstimatione injuriarum videtur admittere. Siquidem autoritati *Dd.* qui hanc amplexantur opinionem, meritò opponimus opinionem contrariam, plurimis abhinc annis in Electorali Saxon. Scabinatu receptam, † quæ hisce in Provinciis consvetudinem facit, ac vigorem legis habet, teste Henning. Göden. *in consil. 74. tit. de legitima. num. 5. verſ. prout Scabini Lipsienses &* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 122. num. 95.* † Sed neque Gailius, neque Harppr. aliivè, pro opinione illa allegati, de cumulatione effectiva loqvuntur, ita scilicet, ut judex utrumque pariter, & recantationem, & æstimationem, sive pecuniæ summam Reo imponere valeat. † Quin potius id sensisse videntur, ut actori quidem liceat petere utrumque in libello, judex verò alterutrum saltem eligere, & Reum vel ad palinodiam, vel æstimationem condemnare debeat; † adeoque cumulationem harum actionum copulativam, in disjunctivam seu alternativam esse transmutandam, ita ut electa recantatione, remittatur æstimatio, & vice versa, veluti docet Rutger. Ruland. *de commiſſ. & commiſſ. qu. 3. lib. 8. cap. 4. numer. 17. in fin.* † Atque sic cumulatio in effectu nil juvat actorem, quin potiùs arbitrium eligendi palinodiam, vel pecuniæ summam, ipsi adimit, & in judicem transfert. † In quem finem, utque eò melius actori consulatur, ab initio statim libellum ejusmodi cumulativum Scabini admittere noluerunt, perpendentes maximè, † quod sententia debeat esse conformis libello, *l. 62 ut fundus. 18. ff. commun. divid. c. licet Heli. 31. extr. de Simon.* Jason. *in §. curare 32. Instit. de action. numer. 27. & seqq.* † Quibus in utramque partem prolatis & disceptatis atque in judicio Appellationis Supremo Electorali benè perpensis, rejectâ illa Facultatum & Curiarum novâ opinione, sententiam Scabinorum, plurimis abhinc annis receptam, & multis præjudiciis confirmatam, Sereniſſimus Saxoniæ Elector non modo *in termino Trinitatis Anno 1637.* disertè confirmavit: † Sed & in posterum secundum eam in aliis Collegiis & Tribunalibus pronunciari jussit atque severè mandavit Rescripto speciali, Mense Augusto Anno 1637. hac de re Collegiis sui Electoratus insinuato, ac infra verbotenus relato.

Ita

Ita Domini in causa Timothei Alesii contra Lucretiam conjugem Hieronymi Schmidts zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1634. (Verba sent: Würde Kläger ein ander und förmlicher Klag-Libell, darinne nicht allein das Jahr und der Tag der libellirten Injurien benennt / übergeben/ sondern auch dasselbige entweder auff den Wiederruff allein/ oder auff eine gewisse Summam Geldes richten/ und Beklagten darzu gebührlichen citiren lassen: So wäre er zu erscheinen / und mit seiner rechtlichen Nothdurfft sich einzulassen/ und gebührlichen zu verfahren/ pflichtig/ V.R.W.)

It. in causa Titii Beyers zu Jehna / Mens. Octobr. Anno 1631. (Verba sent: Ist Titius obgedachten Schimpffs wegen / den Mevium actione injuriarum zu belangen vorhabens; Da er nun seine Klage auff eine Abbitte und Erklärung richten wolte / &c. So wäre ihm solches zu thun unbenommen / die Injurien aber auff 100. Thaler zu æstimiren/ und also die action zugleich auff eine Abbitte und Erlegung einer Summen Geldes zu richten/ ist er zu Recht nicht befugt/ V.R.W.)

Et in causa Johannis Trautmanns zu Franckfurt an der Oder / Anno 1636. (Verba sententiæ: Dieweil aber dennoch wegen einerley Injurien, auff den Wiederruff und æstimation solcher Injurien, weil beyderley des Klägers privat-interesse concerniret, zugleich nicht geklaget/ noch libelliret werden mag / noch auch die æstimatio der Injurien nebens dem Wiederruff/ dadurch die Injurien einmahl aufgehoben/ bestehen kan/ &c. So mag auch das von euch abgefassete Injurien-libell für rechtmäßig und beständig nicht gehalten werden. Dafern ihr aber eure Injurien-Klage entweder auff den Wiederruff allein/ oder aber auff eine gewisse Summen Geldes/ eurer Beliebung nach/ richten würdet: So wäre Beklagter sich darauff einzulassen schuldig/ &c.)

Sequitur Rescriptum Electorale, hâc de re Scabinis Mens. August. Anno 1637. insinuatum.

Von GOttes Gnaden Johann-Georg/ Hertzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und Berg/ Churfürst/ &c.

HOchgelahrte/ liebe Getreue/ Wir haben uns zurück gnädigst zu erinnern/ was Wir unterm dato den 16. Julii nechst entwichenen 1636. Jahres über der Frage: Wann einer von einem andern mit ehrenrührigen Worten angegangen und geschmähet wird/ Ob dem Beleidigten zugelassen sey/ daß er nicht alleine/ Inhalts Unsers Groß-Herrn Vaters/ Christ-seligen Angedenckens/ klarer Verordnung/ seine Klage auff einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte anstrengen/ sondern auch und über diß/ ihme gleichsam zu noch mehrer Ersetzung seiner Ehren/ eine Geldbusse von funffzig/ hundert/ fünff hundert/ tausend/ fünfftausend/ mehr und weniger Gülden/ zuzuerkennen bitten möge? Euch zugeschrieben/ uñ euer mit bewährten Rechtsgründen gefaßtes Gutachten begehret. Und ist uns nunmehr vorgetragen worden/ wohin ihr eure Meynung gerichtet/ und mit unterschiedenen Ausführungen eingeschicket.

Ob wir nun gleich dasjenige auch berichtet worden seynd/ was Unsere beyde Hofgerichte und die Juristen-Facultäten zu Leipzig und Wittenberg/ in ihrem Gutachten angezielet: So will Uns doch in tragender hohen Landesfürstlichen Obrigkeit/ bey Erörterung dergleichen zweiffelhaffter Fälle/ dahin genaues Absehen zu haben/ und ein solch Mittel zu bedencken/ in allewege gebühren/ damit zwar eines ieden guter Nahme billich gehandhabet/ aber auch Geldsüchtigen Leuten nicht Anlaß gegeben werde/ in Hoffnung grossen Gewinns und Erwerbs/ andere zu unbesonnenen Schmähe-worten gleichsam auszulocken und anzureitzen: Welches bey itzigen bösen Zeiten desto mehr und eher geschehen könte / wenn dem Beleidigten freystehen solte/ ungeachtet ihm durch den gerichtlichen Wiederruff/ nicht ohne Verkleinerung des wiederruffenden Theils/ alles dieses überflüßig erstattet wäre/ was ihme durch die Schmähung benommen werden wollen/ über dieses einen Geld-Kram aufzuschlagen/ und von dem andern ein Stück Geldes zu erpressen. Und indeme Wir befinden/ daß Unsers Groß-Herrn Vaters Constitution, so viel das beleidigte Part betrifft/ bloß auf einen Wiederruff gehet/ Gleichwol der Obrigkeit anheimstellet/ daß sie darüber uñ darneben

einen muthwilligen Schänder und Injurianten willkührlich mit einer hohen Geld-Busse/mit Gefängniß/zeitlicher/oder auch nach Gelegenheit der Personen/ Zeit/ Oerter und anderer Umbstände/ mit ewiger Landesverweisung und Staupenschlägen bestraffen möge: In welcher Bestraffung/ (weil sie der Obrigkeit Willkühr frey gelassen) der beleidigte Theil ihr einige Maß und Ordnung nicht fürzuschreiben hat: Als sehen wir keine gnugsame Ursach/ warumb Wir anitzo von solcher wohlberathschlagten Constitution abweichen solten. Begehren demnach gnädigst/ wann dergleichen Fälle und Klagen bey euch einkommen/darinnen der Geschmähete/neben dem Wiederruff/auff ein Stück Geldes ihme zuzueignen/dringen wolte/ Ihr ihm sein Libell zurück gebet/ und daß er entweder auff eine Geld-Busse (so er anders seiner Ehren dadurch gerathen zu werden vermeynet) oder auff den Wiederruff klage/das übrige aber des Richters Willkühr heimgestellet bleiben lasse/beschcidet und unterrichtet. Darinnen vollbringet ihr Unsere zuverläßliche Meynung / und Wir seynd euch mit Gnaden gewogen / Datum Dreßden am 10. Augusti, Anno 1637.

Johann-George / Churfürst/ &c.

Constitutio XLIII.

Partis Quartæ.

Wann die Obrigkeit oder Gerichts-Personen über gebotenen Frieden/ oder sonsten geschlagen/ verwundet / oder wörtlichen injuriret werden.

WAnn iemands im Lerm und Auflauff über gebotenen Friede/ oder auch sonsten seine Obrigkeit/ oder die Gerichtspersonen / so einen in Hafft nehmen wollen/ wissentlich schläget und verwundet / der soll der verwundeten Person Abtrag / Artzt-Lohn/ Zehrung/ Unkosten und Versäumniß entrichten/und auch darüber aus richterlichem Ampt/ willkührlich mit Verweisung/Abhauung der Hand/Staupenschlägen/ und auch wohl nach Gelegenheit der Personen und andern Umbständen / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft und gerichtet werden. Wann aber einer ein schlecht Fried-Gebot gegen die Gerichts-Personen mit Worten übertritt/So soll er nach Gelegenheit der Verbrechung willkührlich/als in injurien-Sachen/ gestrafft werden.

Si Magistratus aut personæ, quarum opera in administranda Justitia & tuenda jurisdictione is utitur, contra præceptum de non offendendo verberentur vel vulnerentur, aut etiam verbalibus injuriis afficiantur.

QUi quis in tumultu & motu populi, contra præceptum Judicis de pace servanda, aut aliàs Magistratum vel Judicem ejusvè ministros, quempiam capere volentes, sciens vulneraverit vel percusserit, præter damni præstationem & impensarum, quas in curatione læsus fecit, pro arbitrio judicis, vel relegatione, vel manûs amputatione, vel fustigatione, vel gladio quoque, si personarum & rei qualitas id poposcerit, punietur. Qui verò ejusmodi præcepto neglecto, verbis tantùm Magistratum vel Judicem, vel ejus ministros offenderit, arbitrariè pœnis in injuriosos statutis plectetur.

Definitiones.

1. *In casu injuriarum realium magistratui illatarum ad mortis pœnam deveniri potest.*
2. *Pro qualitate personarum & ratione circumstantiarum arbitrariè condemnandus est, qui offendit Magistratum.*
3. *Non tenetur ad præstationem damni & interesse, qui*

qui pœna afficitur corporis afflictiva, ex eo quod magistratum vulneraverit.

4. *Ex pollicitatione in judicio acceptata oritur obligatio.*

5. *Arbitrariè saltem propter culpam puniendus est apparitor, qui Reum, quem prehendere debebat, prorsus occidit.*

6. *Ex delicto famuli dominus haud conveniri potest.*

7. *Nisi famulus deliquerit in officio suo, quo casu ad mercedis usque quantitatem Dominus convenitur.*

8. *Arbitrariè punitur, qui negat homagium à se domino præstitum.*

9. *Injuriæ reales atrociores parentibus illatæ pœna corporis afflictiva coërcentur, nisi parentes injuriam liberis remiserint.*

10. *Mitiori tamen multa vindicantur injuriæ leviores parentibus illatæ.*

11. *Pater Nobilis in causa civili jurisdictionem in liberos non habet.*

12. *Vulneris inspectio in quocunq; judicio, pro lubitu vulnerati fieri potest.*

Definit. I.

In casu injuriarum realium magistratui illatarum ad mortis pœnam deveniri potest.

1 ATrociores procul dubio reliquis injuriis habentur, quæ Magistratibus & parentibus inferuntur, *l. prætor edixit. 7. §. 8. ff. de injur.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cent. 3. cas. 263. num. 5.*

2 † Quid ergò mirum, ut gravioribus quoque coërceantur suppliciis. Ex quo Bald. statuere haud veretur,

3 † quod percutiens Magistratum ob inimicitiam, quam cum eo gerebat, capite mulctandus sit, *in cap. 1. §. injuria. tit. de pac. jur. firm.* † quem sequitur

4 Jason. *in l. qui jurisdictioni 10. ff. de jurisdict. n. 3.*

5 *& in l. principalibus 33. n. 4. ff. de Reb. Credit.* † Sed rectiùs alii hoc judicis arbitrio committunt, ita ut pro ratione circumstantiarum, ad pœnam usque mortis arbitrium suum extendere queat, Felin. *in cap. 21. extr. de accusat. n. 10.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 30. n. 1.* Anton. Fab. *in Cod. lib 9. tit. 20. defin. 6.* Jacob. Menoch. *dict. cas. 263. num. 6.* Anton. Tessaur. *dec. 229. num. 1. & seq.* Wesenb. Bost. *in tract. crim.*

6 *tit. de injur. num. 30.* † Quod & placuit Illustrissimo Saxoni, *h.* Constit. *43. vers.* Und auch wohl nach Gelegenheit der Personen/ und andern Umständen/mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode ge-

7 straffet und gerichtet werden. † Nimirum, quia vulneratio aut percussio Magistratus absque pacis

8 publicæ violatione fieri vix potest, † quo casu gladii pœnam sibi locum vendicare, omnibus notissimum est, *l. ult. ff. de re militar.* Constit. de pac. tenend. *tit. 27. F. F. 2.* Recess. August. sub Imper. Ferdinand. I. *Anno 1555. §.* Wir setzen/ ordnen/ &c. *vers.* Wo sie ins Gefängniß kommen/ Landr. *lib. 2. art. 13.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 1. n. 6.* Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 13. part. 4. n. 5.*

Ita Domini contra N. N. zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1613. (Verba sentent: So möchte er deßwegen/ daß er als ein Gefangener in seiner Custodi, auch in der Vestung als einem privilegirten Ort/ an einer beampten/ verordneten/ und zur execution des gesprochenen Urtheils deputirten Person/ in und bey der execution solche hämische und mäuchlische That begangen/ der Execution und den Gerichten sich dergestalt zuwider gesetzt/ und den Amptschreiber gantz gefährlichen und biß auff den Tod verletzlichen verwundet/ nach Schärffe der Rechte mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden. Es wolte dann Ihre Churfürstl. Durchl. ihme solche Todesstraffe in Ansehung/ daß gleichwol die Entleibung würcklichen nicht erfolget/ sondern der verwundete Amptschreiber beym Leben blieben/ aus Gnaden erlassen/ auff den Fall möchte ihme eine Faust/ welche er am besten entrathen kan/ abgehauen/ und er folgends darauff nach erlittener und ausgestandener Leibesstraffe des Landes ewig verwiesen werden/ V. R. W.)

Definit. II.

Pro qualitate personarum & ratione circumstantiarum arbitrariè condemnandus est, qui offendit Magistratum.

NOn facilè tamen pœna mortis hoc casu irro- 1
ganda est, si non circumstantiæ in tantum injuriam Magistratui illatam aggravent, † ut ei minus 2
supplicium sufficere haud videatur, uti manifestum est ex verbis Illustrissimi Electoris: Und auch wohl nach Gelegenheit der Personen und andern Umbständen. † Scilicet, quod ea res ad publicam utilitatem, tuendamq; Magistratuum jurisdictionem pertineat, *l. non est singulis 186. ff. de reg. jur. l. prohibitum 5. ubi* Dd. *C. de jur. fisc. lib. 10.* † Cæterequin 4
magistratum offendentes aliter atque aliter pro arbitrio judicis sunt puniendi, *h.* Const. *43. vers.* und auch darüber aus richterlichem Ampt willkührlich/ &c. † Gravius enim coërcendus est, qui apparitori vel 5
Magistratui in ipso actu exequendi officii infert injuriam, quàm extra officium aut officii causam, Jul. Clar. *in pract. crimin. quæst. 29. num. 1. & quæst. 35. num. 16.* † Gravius etiam, qui sine causa offendit, 6
quàm qui potior lacessitus injuriâ justoque dolore motus, per tradita Jul. Clar. *quæst. 60. n. 18.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 20. defin 6. num 5.* † Gravius 7
item, qui in loco publico, quàm qui in privato, qui in urbe, quàm qui in agro, qui præ foribus palatii & Prætorio Senatus, quàm qui in alia civitatis parte contra magistratum delinquit. † Quia ex circum- 8
stantiâ loci quodlibet delictum valdè aggravatur, *l. aut facta 16. §. locus 4. ff. de pœn. l. prætor. 7. §. ult. l. sed est quæstionis 9. §. sed & si in theatro 2. ff. de injur.* Anton. Fab. *dict. defin. 6. num. 4.* † Nimirum sem- 9
per hac in re, judicantis arbitrio & religioni, condemnationis modus relinquendus est, ita ut nec mulcta arbitraria, nec pœna carceris excludatur, si hanc Reo irrogari justum magistratui visum fuerit, † quantumvis solummodò relegationis, abscissionis 10
manus & fustigationis mentionem faciat Elector. *h.* Constit. 43.

Ita Domini contra G. K. zu Bleser/ Mense August. Anno 1626. (Verba sent: Dieweil G. K. nicht in Abrede seyn kan/ daß er den Juncker von sich auff eine Seite geschossen/ daß er in das Koth gefallen/ &c. So wird er dieser seiner Begünstigung wegen willkührlichen/ entweder in drey Wochen lang mit Gefängniß/ darinnen er ein 8. Tage mit Wasser und Brodt zu speisen/ oder umb eine ziemliche Geld-Buße seinem Vermögen nach/ jedoch daß sich dieselbe über 10. Reue Schock nicht erstrecke/ in Straffe genommen/ dabey ihme ernstlich untersaget wird/ sich hinfüro vor dergleichen Fürnehmen zu hüten/ in widrigem Fall er wol mit Landesverweisung/ oder auch einer Leibesstraffe belegt werden soll/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Non tenetur ad præstationem damni & interesse, qui pœna afficitur corporis afflictiva ex eo, quod Magistratum vulneraverit.

1 ULtra pœnam arbitrariam, qui magistratum vulnerat & offendit, tenetur quoque ad præstationem damni & impensarum, quas læsus fecit in curatione, *h.* Const. *43. vers.* der soll der verwundeten
2 Person ꝛc. Nempe, si Reus civiliter puniatur. † Nam qui fustigatione aliâvè pœna corporis afflictivâ pleri-
3 ctitur, neutiquam onere hoc gravari poterit, † cum per pœnam corporalem & judici & parti satisfiat, pœnaq; criminalis omnem civilem actionem absorbeat, Georg. Rotschitz *in process. part. 1. art. 1. num. 1.* Chil. König. *in process. cap. 138. num. 1.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 23. n. 10.* Jac. Schult. *in addit. ad* Mo-
4 dest. Pistor. *part. 3. quæst. 107. n. 38.* † Restringenda itaque sunt verba *h.* Constit. *43.* quæ de præstatione damni & impensarum agunt, ad relegationem aliam-
5 que pœnam civilem: † Ita namque constitutiones statutariæ strictissimè accipi debent, ut, quantum fieri potest, jus commune minus corrigatur, & sufficit, si in aliquo minimo quid possint operari, Andr. Tiraquell. *de ll. connubial. gloss. 2. n. 23. post pr.* Jac. Schult. *lib. 2. quæst. pract. 65. n. 32. & seqq.*

Ita Domini contra F. B. zu Weissensee / Mens. Majo, Anno 1630. (Verba sentent: Dieweil Inquisit F. B. nicht in Abrede seyn kan/ daß er dem Schösser zu Sachsenburg die an ihm befundene gefährliche Schläge und Schäden mit einem Beile / bey nächtlicher weile/ als er im ersten und besten Schlaffe gelegen/ ohne alle gegebene Ursachen vorsetzlicher und gefährlicher weise behafftet und zugefüget/ ꝛc. So wird er derowegen öffentlich bülich zur Staupen geschlagen/ und darauß des Landes ewig verwiesen/ aber zu Abtrag des Artzlohns und Unkosten mag er gestalten Sachen nach nicht angehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. IV.

Ex pollicitatione in judicio acceptata oritur obligatio.

1 NOn modò qui Magistratum reali quâpiam injuriâ afficit, sed etiam qui neglecto judicis mandato, verbis saltem ipsum, aut ministros judicii offenderit, pœnâ plectendus est arbitrariâ, *h.* Const.
2 *43. §.* wenn aber einer. † quod & jamdudum no-
3 tavit Glossator im Landr. *lib. 3. art. 9. lit. C.* † Nec aliud dicendum putaverim, si quis privatus super of-
4 fensione factâ transigens, pacem violaverit. † Quam tamen haud violasse censetur, qui ob causam aliquam dissidii novam alterum offendit, Bartol. *in l. aut facta 16. §. causa 2. n. 1. ff. de pœn.* Panorm. *in c. cum inter 2. n. 10. extr. de renunciat.* Felin. *in c. cum ordinem 6. extr. de rescript.* Jason. *in l. quid ergò 53. §. si hæres hominem 3. n. 3. ff. de legat. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pist. *part. 4. quæst. 149.*
5 *n. 48.* Hartm. Pist. *part. 1. quæst. 27. n. 1.* † Planè, si per nudam pollicitationem quis se ad certam pœnam obligaverit, quin hæc sit præstanda, dubium non est, si altera pars in judicio pollicitationem acceptaverit, prout benè docet Dan. Moller. *lib 4. Se-*
6 *mestr. 40.* † quia re aliqua in judicium deducta contractum dicitur, *l. 3. §. idem scribit 11. ff. de pecul.* Nic. Everh. *in loc. à contract. ad jud.*

Ita Domini in causa Martini Neblers zu Außigk / contra Baltin Röbern/ Mens. Jun. Anno 1629.

DEFINIT. V.

Arbitrariè saltem propter culpam puniendus est apparitor, qui Reum, quem prehendere debebat, prorsus occidit.

CUm apparitor jussus prehendere aliquem Re- 1
um, ipsum occiderat, noluerunt Domini decernere occisori mortis supplicium, vel pœnam corporis afflictivam, † eò, quod non dolosè, sed ex culpa 2
necâsse videbatur: Siquidem culpa homicidium committitur, quando occidens non quidem habet animum dolosum occidendi, aut vulnerandi, † culpa 3
tamen interveniente, vel præcedente aliquem interficit, Jodoc. Damhoud. *in praxi crimin. cap. 84. & 85.* Jac. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 324.* † puta, si quis in re licita atque permissa non 4
adhibendo diligentiam, vel incautè nimis procedendo causam mortis præbeat, *c. continebatur 8. extr. de homicid.* † Percusserat autem apparitor Re- 5
um sibi resistentem eo fine, quo ipsum prehendere posset, sed incautè percutiendo & modum defensionis excedendo causam necis præbuerat, ex quo culposum potius quàm dolosum id nuncupandum
erat homicidium. † Cui porrò consequens, ob doli 6
carentiam pœnam homicidii ordinariam eo casu neutiquam obtinere, Jodoc. Damhoud. *dict. cap. 85.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. homicidium num. 3.* Prosp. Farin. *part. 5. oper. crim. quæst. 126. num. 42.* † Sed 7
placuit Dominis pœnam relegationis extraordinariam unà cum exsolutione Werigeldi imponere, secundum tradita *in pract. mea crimin. part. 1. q. 27.*

Ita Domini contra T. S. zu Lauchstädt / Mense Novembr. Anno 1634. (Verba sentent: Wird Inquisito Schuld gegeben/ daß er Hansen Richtern/ als er denselben etlicher Verbrechungen wegen zur gefänglichen Hafft bringen sollen/ mit einem starcken krümmigten Stecken dermassen geschlagen/ daß er des dritten Tages davon verstorben / inmassen auch der Schlag auff der lincken Brust vor tödtlich erkannt worden. Ob nun wol Inquisit solcher Beschuldigung geständig; dieweil er aber dennoch damahls in Verrichtung seines Ampts gewesen / der Entleibete sich auch ihme und denen andern Personen / so ihn zur Hafft bringen sollen/ widersetzet/ also daß Inquisit sich wehren und zuschlagen müssen/ und ihme diß falls kein dolus zugemessen werden mag/ ꝛc. So mag er auch solcher an Hansen Richtern begangenen und bekannten Entleibung wegen/ an Leib oder Leben nicht gestrafet werden. Er ist aber gleichwol des Entleibeten nechsten Freunden ein gantz Wehr-Geld zu entrichten/ und die in dieser Sache auffgewendete Unkosten auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ und mag hierüber des darbey verübten Excessus halber/ auff 5 oder 6. Jahr lang/ mit Landesverweisung in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. VI.

Ex delicto famuli dominus haud conveniri potest.

REgula universalis est à *Dd.* recepta, quod pro 1
unius delicto alter puniri non debeat, quia pœna suos tenet autores, † nec ulterius contra 2
eos proceditur, qui procul sunt à calumnia, *l. sancimus 22. C. de pœn. l. si quis in suo 33. §. legis 1. C. de inoff. testam. l. legem 7. C. de natur. lib. l. ob maritorum 2. C. ne uxor pro marito. l. si pœna 20. l.*
crim.

crimin. 26. ff. de pœn. l. maritus. 54. ff. ſolut. matrim. l. ult. ff. ad Syllan. Jul. Clar. *in pract. crimin. quæſt. 86. in pr.* Didac. Covarr. *lib. 2. var. reſol. cap. 8. n. 1.* Proſp. Farin. *in prax. crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 24.*
2 †Ergò nec Dominus tenebitur pro delicto famuli ſui, ut rectè inferunt Proſp. Farin. *dict. quæſt. 24. num. 48.* Jul. Clar. *dict. q. 86. verſ. hinc infertur.* Bartol. *in l. ne quid. 7. n. 1. ff. de incend. ruin. & naufr.* Modeſt. Piſt.
4 *part. 2. quæſt. 89.* † idque probatur per text. *in l. 1. §. dejeciſſe 12. & §. quoties 13. l. 3. ff. de vi & vi armat. l. ſi per alium 5. in pr. ff. ne quis eum, qui in jus l. ſi quis id 7. §. pen. & l. ſi familia 9. ff. de jurisd. omn.*
5 *jud.* † Cæterum hujus aſſertionis ampliationes & limitationes ponit Proſp. Farin. *dict. loc.*

Ita Domini in cauſa Melchiors von Gröbern/ Menſ. Mart. Anno 1628. (Verba ſentent: Habt ihr auff euern Gütern einen Gerichts-Halter und Verwalter/ welcher einer unrechtmäßigen Auspfändung beſchuldiget wird/ und iſt es derjenige/ deme die Auspfändung geſchehen/ euch deßwegen ad Intereſſe zu belangen gemeynet. Wenn nun gleich ſonſten niemand für des andern/ noch ein Herr vor ſeines Dieners Begünſtigung zu haſten und zu antworten verpflichtet/ ꝛc.)

Definit. VII.

Niſi famulus deliquerit in officio ſuo, quo caſu ad mercedis uſque quantitatem Dominus convenitur.

1 SEd hoc ita obtinet, quando famulus delinquit extra officium, in quo à Domino deputatus eſt, Bartol. *in l. ne quid 7. in pr. ff. de incend. ruin. &*
2 *naufr.* † Secùs verò, ſi famulus delinquat in officio,
3 in quo deputatus eſt: † Tùm enim dominum ex delicto famuli conveniri poſſe, probat *text. in l. 1. in pr. junct. §. familiæ 5. ubi* Bartol. & Dd. *comm. ff.*
4 *de publican.* † Ex quo infert Joſeph. Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 892.* ſi incendium oriatur in domo, culpa ſtabularii in ſtabulo, vel culpa coqui in coquina, Dominum omninò teneri de tali incen-
5 dio, † quia deliquerunt famuli in officio, in quo ſunt
6 præpoſiti: † Secus ſi dictum incendium ortum ſit culpa alterius, qui ad officium id deputatus non erat, Proſp. Farin. *in prax. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 24. n. 50.* Jac. Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2.*
7 *cent. 4. caſ. 345. n. 3.* † Neque in foro Saxonico res aliter ſe habet. Tenetur ſiquidem de jure Saxonico ex delicto famuli, pro quo civiliter agitur, Dominus
8 † ſaltem ad quantitatem usque mercedis, quam famulo debet, Landr. *lib. 3. art. 32.* Weichbild. *art. 78. ubi* Gloſſ. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 108. n. 3.* Dan. Moller. *lib. 4. cap. 18.*

Ita Domini in eâdem cauſa. (Verba ſentent: Da aber dennoch euer Verwalter in ſeinem Ampt und Verrichtung/ darzu er beſtellet/ einen Exceſs bey der Auspfändung begangen hätte/ in welchem Fall auch ex delicto famuli, ſo weit ſich ſein Lohn erſtrecket/ belanget werden mag/ ꝛc. So wäret ihr auch Klägern Rede und Antwort zu geben ſchuldig/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Arbitrariè punitur, qui negat homagium à ſe domino præſtitum.

1 CUm ſubditus ad præſtanda ſervitia requiſitus negaſſet homagium domino præſtitum, dubitatur, an non bonorum privatione eſſet puniendus,
2 † ex eo, quod Vaſallus negans feudum, ſive illius qualitatem, mulctetur feudi amiſſione, *cap. 1. §. Vaſallus ſi [illegible] 3. & §. ſi Vaſallus feudum. 8. verſ. Vaſallus feudum. tit. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. Vaſall. cap. 14. §.* Zeucht ihm ein Mann. Lehnrecht/ & Gloſſ. *in artic. 32. verb.* Spreche ſie aber. *lib. 1.* Landrecht. Johann. Schneidewin. *de feud. part. 8. cap. 1. num. 39.* Curt. Jun. *de feud. part. 4. num. 45.* Zaſ. *de feud. part. 10. num. 51.* † Sed pœna privationis alicujus 3
rei vel juris nunquam locum habet, niſi id jure expreſſum ſit, *Novell. 115. cap. 3. verſ. ut præter illas.* Panorm. *in cap. final. num. 7. extr. de jur. patronat.* Felin. *in cap. ex parte. 2. in pr. extr. de reſcript.* † Cum autem pœna privationis fundi ſubditis ho- 4
magium negantibus nuſpiam in jure expreſſa reperiatur, neq; eam hoc caſu imponendam exiſtimavêre Domini, † ſed arbitrariam ſaltem mulctam dictavê- 5
re, juxta tradita Modeſt. Piſt. *part. 2. queſt. 68.* † Nec 6
enim quod de feudis ſpecialiter conſtitutum eſt, ad alia bona trahi debet, cum uſus feudales ad controverſias alias non extendantur, Modeſt. Piſtor. *dict. quæſt. 68. n. 3. & ibi* Jacob. Schult. *in addit.*

Ita Domini in cauſa Hanſen Wolreibens zu Neuhen/ Menſ. Decembr. Anno 163[illegible]. (Verba ſent: Wird euch Gewald gegeben/ ob hattet ihr eurer Obrigkeit geleiſtete Pflicht vermeinet/ und euch dadurch der ſchuldigen Peene entziehen wollen. Wann ihr nun gleich deſſen geſtändig oder überführet werden könnet/ ꝛc. So hättet ihr euch doch dadurch euers Bauergutes nicht verluſtig gemacht/ noch aber deßwegen mit einer willkührlichen Geld- oder Gefängniß-Straffe belegt werden/ V. R. W.)

Definit. IX.

Injuriæ reales atrociores parentibus illatæ pœnâ corporis afflictiva coërcentur, niſi parentes injuriam liberis remiſerint.

NOn minor certè injuria realis parentibus à li- 1
beris, quàm Magiſtratui à ſubditis infertur, *l. prætor edixit. 7. §. 8. ff. de injur.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 263. num. 5.* † Quin 2
ergò pœnâ corporis afflictivâ injuria atrocior parentibus illata vindicetur, dubium non eſt, *arg. h. Conſt. 43.* Felin. *in cap. 21. extr. de accuſat. num. 10.* Andr. Tiraquell. *in tract. de Nobilit. cap. 28. num 6.* Proſp. Farin. *in pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. n. 36.* Andr. Gail. *lib 1. obſervat. 39. n. 1.* † Idque eo 3
magis, quod Jus divinum filios immorigeros atque inobedientes morte puniri velit, *Deut. 21. verſ. 19.* Quo ipſo tamen, parentum arbitrio nil ademptum exiſtimaverunt Domini, † quin potius ad eorundem 4
remiſſionem atque interceſſionem, liberos ſaltem arbitrariè puniri juſſerunt, *ex l. 3. C. de patr. poteſt.* Hartm. Piſt. *obſerv. 168.*

Ita Domini contra H. S. zu Lichtenſtein/ Menſe Febr. Anno 1598. (Verba ſentent: So wird H. S. von wegen des an ſeinem leiblichen Vater begangenen Frevels mit Staupenſchlägen der Herrſchafft und Gerichte des Orts ewig billich verwieſen. Es wolte ihm dann ſein Vater auff ſeine Abbitte ſolche Verbrechung verzeihen/ und ſelbſten umb Linderung der Straffe vor ihn bitten/ auff den Fall möchte ihm/ in Anſehung des Vaters Vorbitte/ die Leibes-Straffe erlaſſen/ und er allein mit ewiger Verweiſung obberührter Herrſchafft in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Definit. X.

Mitiori tamen mulcta vindicantur injuriæ leviores parentibus illatæ.

HOcque Juris eſt in atrocioribus injuriis reali- 1
bus

bus à liberis parentibus illatis. Quod si verò hæ leviores aut verbales fuerint, † corporalem pœnam adversus delinquentes decernendam, haud dicere 2
ausim, sed hoc casu pœnam arbitrariam † Relegationis vel carceris, in quo pane & aquâ cibari possunt delinquentes, sufficere existimaverim per *l. 1. 2. & 5. ff. ad Leg. Pompej. de parricidis.* Matth. We- 3
senb. *in parat. ff. eod. tit. num. 12. in fin.* † Cum nec injurias leviores Magistratui illatas graviori supplicio coërceri videamus, *hâc* Const. *43. verb.* Willkührlich mit Verweisung/ 4
&c.

Ita Domini contra A. V. zu Lauchstedt / Mens. Decembr. Anno 1619. (Verba sentent: So wird A. V. solcher seiner Verbrechung wegen/ daß er seiner Mutter übel geflucht/ ihr mit den Händen in die Kehle gefahren / und sie würgen wollen/ des Landes ewig billich verwiesen; Es wolte ihm dann seine Mutter auff sein Abbitten solche Verbrechung verzeihen/ und selbsten umb Linderung der Straffe vor ihn bitten/ auff den Fall möchte ihme/ in Ansehung der Mutter Vorbitte/ die ewige Landesverweisung erlassen/ und er willkührlichen entweder auff 4. Jahr lang des Landes verwiesen / oder 6. Wochen mit längerm Gefängniß/ darinnen er 14. Tage mit Wasser und Brodt zu speisen/ in Straffe genommen werden/ V. R. W.)

Item: Ad requisitionem Quæstoris Tebani, Mense Augusto Anno 1636. (Verba sentent: Hat N. N. seinen Vater einen alten 70. jährigen Mann nicht allein einen Schelm und Dieb gescholten / sondern auch mit einem Topff auffn Kopff dermassen geworffen/ daß der Topff zerbrochen/ und der Vater verwundet worden / also/ daß ihme das Blut häuffig übern Kopff herab gelauffen/ welches denn Inquisit gestanden / und fürgewendet / daß er etwas truncken gewesen/ und der Vater es etlicher massen an ihn gebracht/ indeme er ihn ziemlich injuriret/ &c. So mag er solcher seiner Verbrechung wegen / gestalten Sachen nach/ weil er es dem Vater abgebeten/ solches der Vater auf- und angenommen/ und selbsten vor ihn bittet / willkührlich entweder 3. Jahr mit Landesverweisung/ oder über das allbereit erlittene noch 6 Wochen mit längerm Gefängniß / in welchem er 8. Tage mit Wasser und Brodt zu speisen/ gestrafft werden/ V. R. W.)

Et Relegatio perpetua dictata fuit ei, qui Novercæ manus impias intulerat, nach Zwickau/ Mens. Mart. Anno 1636.

In casu simile pariter pronunciârunt Domini zu Ernst von Schönefelden/ Mens. Jul. Anno 1606.

Definit. XI.

Pater Nobilis in causa civili jurisdictionem in liberos non habet.

1 PAtri jurisdictionem in filios & liberos competere, non malè colligitur ex *l. qui jurisdictioni 10. ff. de jurisdict. omn. judic.* † Frustrà enim quæreret 2
JCtus, an pater possit liberis jus dicere, si non haberet jurisdictionem. † Attamen restringit hoc ad 3
Magistratum alicujus civitatis, veluti Prætorem, cujus liberi, perinde ut cives & incolæ alii, jurisdictioni illius officii, quod gerit, subjecti sunt, Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 169. num. 2.* † Alia verò est 4
ratio Nobilis, qui est Dominus alicujus territorii, inque eo Imperium habet jure proprietatis, cujus jurisdictioni propterea filii subjecti haud sunt, † quia ipsi in dignitate sunt pares, atque futuri suc- 5
cessores, & proinde quodammodo domini, *arg. l. in suis 11. ff. de lib. & posth.* † At par in parem non ha- 6
bet imperium, *l. nam magistratus 4. ff. de arbitr. l. ille à quo 13. §. tempestivum 4. ff. ad SCtum Trebell.* Modest. Pistor. *dict. quæst. 69.* † Planè, quia propter 7
delictum, dignitatis privilegium amittitur, ut quæ & ipsa maleficio perditur, *l. cuicunq; 1. C. Ubi Senat. vel Clariss.* in † causis criminalibus liberos indiffe- 8
renter jurisdictioni parentum subesse, non absurdè dixerim cum Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *dict. quæst. 169. n. 6.*

Ita Domini in causa Hansen Mörlinen zu Bedra/ contra Henrichen von Gabelentzen/ Mens. Septembr. Anno 1628. (Verba sent: Daß Beklagter vor seines Vatern Gerichten zu stehen/ und daselbsten auff erhobene Klage sich einzulassen nicht verpflichtet/ V. R. W.)

Definit. XII.

Vulneris inspectio in quocunq; judicio, pro lubitu vulnerati fieri potest.

FAllunt omninò, qui inspectionem vulneris ad eum magistratum pertinere autumant, ad quem jurisdictio super ipsa vulneratione spectat, cum Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 75.* † Siquidem inspectio vulneris regulariter fieri solet adversario absente & non citato: † Ergò non minus atq; alius jurisdictionis voluntariæ actus extra territorium exerceri poterit, ut benè docet Modest. Pistor. *part. 4. quæst. 143.*

Ita Domini in causa Joachimi Eckards in Röblingen/ Mens. Mart. Anno 1609.

Constitutio XLIV.

PARTIS QUARTÆ.

Von Schand- und Famos-Schrifften.

De famosis libellis.

SIe die Schand- und Famos-Schrifften zu straffen/ ist in gemeinen Rechten/ und in der peinlichen Ordnung versehen/ und ist solches in der Reichs-Policey-Ordnung auf die Schand-Gemählde und Gemächte erweitert/ und im jüngsten Speyerischen Abschied/ Anno &c. LXX. publiciret/ wiederum erneuert/ auch die Pönen zum Theil erhöhet worden.

Bey diesen allgemeinen Rechten / Reichs-

PŒnæ in famosi libelli crimen tam in Jure communi, quàm Constitutione criminali Imperii statutæ sunt, eæque in Ordinatione ejusdem politiæ ad picturas quoque & sculpturas famosas extensæ.

In Comitiis verò etiam Spiræ Anno &c. 70. habitis, eædem non solùm repetitæ, sed & auctæ sunt.

Has igitur Juris communis & Imperii Con-

Constitutionen und Sanctionen, lassen wir es bleiben/ wollen auch/ daß denselben nach in unsern Schöppenstülen gesprochen / und die Straffen in unsern Landen unnachläßlich vollstrecket werden sollen.

Ordnen und setzen auch darüber/ wann einer iemands durch Schrifften diffamiren und seinen Namen nicht bekennen würde/ da er gleich solches folgends könte ausführen/ daß derselbige gleichwol auch willkührlich / entweder mit Staupenschlägen/ Verweisung oder Gefängniß/ nach Gelegenheit der Verbrechung / gestrafft werden soll.

Constitutiones & Sanctiones nos sequentes, volumus, ut secundum illas Scabinatus nostri sententias concipiant, conceptæque sine ulla remissione in Ditionibus nostris executioni mandentur.

Ordinamus insuper & statuimus, ut si quis per famosum libellum famam alterius lædens, nomen suum non profiteatur, etiamsi crimen illi objectum probare possit, nihilominus arbitrariè vel fustigatione, vel relegatione, vel carcere, pro modo admissi, puniatur.

DEFINITIONES.

1. *Pasquilli compositor eâ pœnâ plectendus est, quam delictum in pasquillo alteri imputatum importat.*
2. *Facillimè pœna Pasquilli à judice mitigari solet.*
3. *Pœnâ famosi libelli plectendus non est, qui nomen suum pasquillo subscripsit.*
4. *Differunt pasquillus & injuria scripta, pro qua actio injuriarum competit diffamato.*
5. *Etiam ex famoso libello, actione injuriarum experiri licet.*
6. *Non imponenda est palinodia Reo, quando agitur actione famosi libelli.*
7. *Locum non habet Retorsio contra famosum libellū.*
8. *Mitiganda est pœna, si delictum in famoso libello imputatum à pasquillante probetur.*
9. *Injuriæ scriptæ probantur productione scripturæ, quam diffamans recognoscere, vel mediante juramento diffiteri tenetur.*
10. *Ad mortem quoque condemnatus injurias revocare tenetur.*

Definit. I.

Pasquilli compositor eâ pœnâ plectendus est, quam delictum in pasquillo alteri imputatum importat.

1 CUm ex Constitutione Impp. Valentiniani & Valentis, pœna pasquilli sit capitalis, *l. un. Co-*
2 *dic. de famos. libell.* multùm disputatur à Dd. † an hoc præcisè de ultimo supplicio, puta, gladii pœna
3 accipi debeat, † prout sentire videntur Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 125. num. 2.* Prosp. Farin. *part. 3. oper. criminal. quæst. 105. n. 423.* Jul.
4 Clar. *in pract. §. ult. quæst. 68. num. 25.* † an verò Impp. per capitalem pœnam non solummodò eam, quæ damnato vitam, sed etiam quæ libertatem vel civitatem adimit, & caput è civitate tollit, intellexerint, quod non alienum est à mente JCtorum in *l. capitalium 28. ff. de pœn. l. 2. ff. de publ. jud. l. qui cum major 14. §. is demum 3. ff. de bon. libert. l. licet capitalis 103. ff. de V. S. l. edicto 13. ff. de bonor. possess.* Johann. Harppr. *in §. injuria 1. num. 160. & seqq. instit. de injur.* † Sed utrumque verum, & supplicium utrumque tàm mortis quàm exilii certo respe-
5 ctu pasquillantibus infligendum arbitror. † Illud
6 quidem, nempe mortis supplicium, si Crimen in libello famoso expressum fuerit capitale, ac ultimo supplicio dignum, ita ut si verum id esset & probaretur, Reus pœnam mortis haud effugere posset?
7 † Hoc verò, si crimen objectum capitale non sit,
8 nec pœnam severiorem promereatur. † Ut sic pœna talionis hoc casu sibi locum vendicet, eademque animadversione diffamator coërceatur, quâ unumquodque delictum, & crimen in libello objectum, si verum esset, veniret puniendum, Gloss. *in dict. l. un. Codic. de famos. libell. verb. capitali ubi &* Salycet. *num. 3.* Petrus Heig. *part. 2. quæst. 31. num. 45.*
9 † Quod & placuit Imp. Carolo V. in Ordinat. criminal. *art. 110. ubi* Matth. Stephan. *num. 3. &* Georg. Rein. *in* Nemes. Karulin. Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injur. num. 19.* † & disertè confirmatum est ab 10
Electore Saxoniæ *in hâc* Const. 43. §. Bey diesen allgemeinen Rechten/ &c. *ubi* Dan. Moller. *num. 5.*
† Nec si de æquitate disceptaveris, aliud statuendum 11
existimaverim, † quia vetus est hæc calumniæ pœ- 12
na, ut similitudo supplicii illam trahat ad pœnam, *Levit. 19. l. ult. ff. de calumn.* Heig. *dict. quæst. 31. num. 46.* † Ac valdè iniqvum & absurdum foret, ut 13
quis indifferenter, propter leve etiam delictum in libello objectum, capite puniretur, cum pœna non debeat esse gravior sua causa, *l. sancimus 22. C. de pœn.*

Ita Domini contra H. S. zu Quedlinburg / Mens. August. Anno 1617. (Verba sentent: Da nun der Gefangene vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte auff seinem gethanen Bekäntnüß freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/ überwiesen würde/ so möchte er wegen seiner begangenen und bekannten Mißhandlung/ daß er nemlichen obgedachten Vehdes-Brief/ so auch für ein Paßquill und Famos-Schrifft zugleich zu achten und zu halten/ darinnen er drey Personen euers Mittels aus dem Rathe gantz übel und gefährlichen angelassen/ und denselben hochsträffliche Thaten zugemessen/ also/ wenn sie derer überführet werden könten/ sie/ vermöge der Rechte/ schwere Todes-Straffen verwürcket hätten/ vorsetzlichen schreiben lassen/ und solchen selber angeschlagen/ vermöge Käyser Carls des Fünfften/ und des Heil. Röm. Reichs peinlichen Gerichts-Ordnung/ auch Inhalts Churfürstlicher Sächs. Constitution, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet/ und der Cörper folgends andern dergleichen Mißhändlern zum Exempel und Abscheu/ damit sie von dergleichen Vehde- und Paßquill-Schreiben geschrecket und abgehalten/ auff ein Rad gelegt und geflochten werden/ V. R. W.)

Definit. II.

Facillimè pœna Pasquilli à judice mitigari solet.

SEveráne, inquies, nimium erit pœna pasquilli, 1
si mortis supplicium Reo infligatur? Non certè

2 certè putaverim, † quia & delictum famosi libelli, sive pasquilli, gravissimum habetur, licet maledici homines leve illud putent, eique nimium hodiè in-
3 dulgeant, † quos & sub finem mundi frequentes fore, D. Apostolus scribit, *2. Tim. 3. vers. 1. & seqq.*
4 † atque de hoc graviter conqueritur Wesenb. *in Oecon. Codic. ad tit. de seditiosis.* Petr. Heig. *part. 2.*
5 *quæst. 31. num. 1.* † Nihilominùs multis ex causis
6 pœna hæc mitigari poterit. † Quid enim, si dolus abfuerit? Hostiens. *in summ. extr. de injur. §. quot modis fit injuria. num. 3.* Ludov. de Pegver. *de-*
7 *cis. 77. num. 8.* † Quid, si Reus antea fuerit provocatus aut læsus? Prosper. Farin. *part. 3. oper. crimin.*
8 *quæst. 105. num. 488.* † Quid, si libellum famosum affigens pœnitentiâ ductus eundem refigat, antequam ipsius divulgatio & publicatio facta sit? Joh. Harppr. *in §. injuria 1. num. 179. & seqq. inst. de in-*
9 *jur.* † Quid itidem, si Reus delictum sponte fateatur? Non certè hisce, aliisque similibus de causis, judex pœnam mitigare prohibebitur, Joh. Dauth. *de testam. num. 230.* Jacob. Menoch. *de arbitr. ju-*
10 *dic. quæst. cent. 3. cas. 263. num. 24.* † ut non absque ratione dixerit Jacob. Schult. plerumq; mitius hodiè pronunciari solere, *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1. decis. 154. num. 14.*

Ita Domini contra B. B. zu Dreßden / Mens. Septembr. Anno 1627. (Verba sentent : So erscheinet daraus so viel / daß gedachter B. B. pro confesso & convicto billich zu achten / und an denen angeschlagenen / und bey den Acten befindlichen Famos-Schrifften und Pasquillen nicht unschuldig. Derowegen ist er die in dieser Sachen auffgewendete Unkosten auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig / und mag hierüber mit zeitlicher Landesverweisung auff ein 4. Jahr lang gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. III.

Pœnâ famosi libelli plectendus non est, qui nomen suum pasquillo subscripsit.

1 Pictores quoque & sculptores ex hoc crimine te-
2 nentur, sicut etiam † Typographi librorum famosorum, Recess. Imp. August. *de Anno 1530. §.* Und nachdem. Ordin. Polit. Francofurt. *de Anno 1577. tit.* Von Buchdrucken / Schmäheschrifften / &c.
3 *hâc* Const. *44. in pr.* † Non tamen propalantes pasquillum, ut demonstravi *in pract. criminal. part. 2.*
4 *quæst. 98. num. 20.* † Neque ii, qui nomen suum pasquillo subscribunt, *hâc* Constitut. *44. §.* Ordnen und setzen auch / &c. & Ordinat. Crim. Carol. *art. 110.* Hartman. Pistor. *observ. 186. num. 1.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Matth. Coler. *part. 1. decis. 154. num. 15.*
5 † Siquidem famosus libellus vulgò definiri solet compositio occulto nomine facta, Matth. Stephan. *ad dict. artic. 110.* Ordin. Crimin. & *ibi* Georg. Rem.
6 Matth. Wesenb. *consil. 22. num. 5.* † Rationem si quæras, dico, Nomine autoris suppresso, injuriam adversus ipsum vindicari haud posse, quare severiori pœnâ autorem posteà manifestatum plecti vo-
7 luerunt Impp. *in l. un. Cod. de famos. libell.* † Quæ ratio quia deficit in scriptura famosa, cui autor nomen apposuit, cur non etiam pœna famosi libelli
8 tum cessaret? † prout pluribus demonstravi contra communem opinionem *in pract. mea criminal. dict. quæst. 98. n. 29. & multis seqq.* ubi etiam ad argumenta contraria respondi.

Ita Domini contra G. M. zu Grieffstadt / Mens. Jul. Anno 1628. (Verba sentent : Ob wol G. M. in einer offenen Schrifft euch mit Injurien übel angelassen / und unter andern auch begangenen Ehebruchs bezüchtiget / &c. Dieweil er aber dennoch seinen Namen nicht vertuschet / sondern denselben unterschrieben / &c. So mag auch solche Schrifft für ein recht Famos-Libell und Pasquill nicht gehalten / noch G. M. mit der Straffe / so in der peinlichen Halss-Gerichts-Ordnung auf die Famos-Schrifften geordnet / beleget werden / es ist aber euch Actione injuriarum ihr zu belangen unbenommen / V. R. W.)

Definit. IV.

Differunt pasquillus & injuria scripta, pro qua injuriarum actio competit diffamato.

AN ergò nomine autoris famosæ scripturæ apposito, Reus nullam actionem pœnalem me- 1
tuere habebit? Non certè, † quia scriptura illa 2
non quidem pro famoso libello sive pasquillo, attamen pro injuria scripta erit habenda: † Quid ergò 3
obstat, ut injuriatus tùm actione injuriarum ad palinodiam & pœnam, vel etiam civiliter ad æstimationem experiatur? † In quo verè differt injuria scri- 4
pta à pasquillo seu famoso libello, ut demonstravi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 98. num. 52.* † Cui 5
& aliam addo differentiam, quod nempe famosus libellus ad infamiam alicujus pertineat, impingit nimirum delictum aliquod notabile præter contumeliam, *art. 110.* Ordin. Crimin. † At scripta di- 6
citur injuria, quando quis contumeliæ causa, absque tamen infamiæ nota, contumelioso nomine appellitatur & traducitur, † ut si quis luscus, claudus, 7
spurius appelletur, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injur. num. 19.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 31. num. 15. & 16.* Reinh. Rosa ad Dan. Moller. *hic num. 5.* † De- 8
inde injuria scripta in foro Saxonico non secùs, ac verbalis injuria anni spatio tollitur: † Famosi au- 9
tem libelli cognitio 30. annos, annum & diem durat, Constit. Elect. *46. p. 4. ubi* Dan. Moller. Petr. Heig. *dict. quæst. 31. num. 20.*

Ita Domini in causa Francisci Kretzschmars zu Merseburg / Mens. Majo, Anno 1599. (Verba sentent: Dieweil Beklagter die von Klägern producirte Schrifften für seine eigene Hand und Siegel recognosciret, &c. So ist er Klägern wegen der libellirten und in angezogenen Schrifften befindlichen Injurien, einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig / und wird hierüber willkührlich mit Gefängniß / oder umb Geldbusse / seinem Vermögen nach / billich in Straffe genommen / V. R. W.)

Definit. V.

Etiam ex famoso libello actione injuriarum experiri licet.

DIfferunt ergò pasquillus & famosa scriptura, 1
uti probatur ex Ordinat. Polit. Francofurt. *de Anno 1577. tit. 35. §.* Und setzen. Constitut. Elect. *46. part. 4. vers.* Dergleichen ist es auch / &c. Petr. Heig. *part. 2. quæst. 31. num. 14.* † Neque omnis injuria 2
scripta sive scriptura injuriosa est famosus libellus. † Licet hîc injuria quoque sit scripta, qua tan- 3
quam genus speciem suam comprehendit. † Ex 4
quo porrò fit, quod etiam pro libello famoso actione injuriarum experiri liceat. † Nempe si is, 5
cujus fama per objectionem criminis in Pasquillo suggillatur, nolit agere actione famosi libelli, sed ad actionem injuriarum confugiat, quod ipsi libe-

6 liberum esse nemo negabit. † Nam quotiescunque alicui plura competunt remedia, electio est penes
7 ipsum, quonam experiri velit, † & intentato uno, alterum absumitur, *l. quod Senatus consultum 6. sub*
8 *fin. ff. de injur. l. 7. §. si dicatur. 1. ff. de injur.* † Quin & id ipsum haud obscurè probatur, ex *l. lex Cornelia 5. §. si quis librum 9. ff. de injur.* ubi ex lege Cornelia de injuriis, adversus autorem famosi libelli, agere permittitur, Dan. Moll. *hic n. 7.*

Ita Domini in causa Martini Metzners zu Naumburg/ Mens. Januar. Anno 1634. (Verba sentent: Und es wollen sich wider M. V. N. ob habe er solche Famos-Schrifft und Pasquill gefertiget/ Indicia ereignen/ &c. So seyd ihr ihn/ eurer Beliebung nach/ entweder ex l. un. C. de famos. libell. oder aber als wegen schrifftlicher Injurien, Actione injuriarum gebührlichen zu belangen wohl befugt/ und wann ihr oberwähnte Indicia und Verdacht in forma probante wider ihn beybracht/ derselbe auch mit seiner Gegennothdurfft darauff vernommen worden/ ergehet so dann/ ob und wie weit solche Verbrechung wider ihn erwiesen/ oder aber er mit dem Juramento purgationis deßwegen zu belegen/ ferner was recht ist. Inmassen euch denn auch/ auff n Fall ihr actionem injuriarum civilem anstellen/ und die Injurien allein auff ein gewisses Geld æstimiren, und dessaben Erstattung suchen wollet/ ihme die Klage in sein Gewissen zu schieben unbenommen/ V. R. W.)

Definit. VI.

Non imponenda est palinodia Reo, quando agitur actione famosi libelli.

1 SEd nunquam accidere, inquies, ut injuriatus per Pasquillum injuriarum agere malit, quàm ex fa-
2 moso libello, cujus pœna longè severior est? † Quicquid sit, non pauci sanè reperiuntur, qui honoris & famæ suggillatæ restitutionem plenariam magis ap-
3 petunt, quàm severiorem pœnam eligunt. † Etsi enim famosus libellus boni Viri famam haud lædat, prout dicitur *in l. un. verb. final. Codic. de famos. libell.*
4 † vel saltem tamen opinione vulgi, existimationem aliqua ex parte inde diminui, negari haud poterit.
5 † At per solam actionem injuriarum huic subveniri potest, imposita nempe Reo palinodia sive recanta-
6 tione, † quæ in actione famosi libelli nunquam sibi vendicat locum, quippe quod de hoc nullibi
7 quid dispositum reperiatur; † Ergò nec temere quid absque autoritate Legis id asseverandum erit, *l. dissentientis 5. Codic. de repud. cap. is qui in Ecclesia 18. in fin. pr. de sentent. excomm. in sexto.*

Ita Domini in causa Wilhelm Bernhards und Adolphs Georgen von Hagen/ Mens. Febr. Anno 1626. (Verba sent: Und es haben obgedachte Personen gestanden und bekant/ daß sie solche Famos-Schrifft gedichtet/ geschrieben/ und auff vier unterschiedene Exemplaria gefertiget/ so sie hernach in die Häuser geworffen/ &c. So haben sie daran allenthalben zu viel und unrecht gethan/ derowegen werden sie alle fünffe auff zwey Jahr lang des Landes verwiesen/ aber mit dem Wiederruff bleiben sie gestalten Sachen nach/ weil man in crimine famosi libelli versiret, billich verschonet/ V. R. W.)

Definit. VII.

Locum non habet Retorsio contra famosum libellum.

1 QUærebatur, *an per libellum famosum sive pasquillum injuriatus retorquere possit injurias?*
2 Quod negandum putavêre Domini, † vel solùm propterea, quia famosus libellus sive pasquillus occultato nomine componatur, cæteroquin propriè talis nequit haberi, Matth. Steph. & Georg. Rem. *ad artic. 110.* Ordin. Crim. Carol. Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 22. n. 5.* † At nomine occultato, 3
contra neminem injuriæ retorqueri possunt. † Nec 4
enim Retorsio valida est, nisi contra certam aliquam personam fuerit concepta, ut probè notant Johann. Harppr. *in ff. hæc actio 12. num. 213. inst. de injur.* & Matth. Berlich. *part. 5. conclus. 64. num. 33.* † Re- 5
ctissimè sanè, quia in libello injuriarum, nomen injuriantis exprimi debet. † Ergò & in libello retor- 6
sionis, quæ in locum actionis injuriarum succedit, ut notissimum est, Joh. Harppr. *ad dict. §. 12. n. 222. Inst. de Injur.*

Ita Domini in causa Martini Metzners zu Naumburg/ Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent: Ob gleich sonsten einem Injuriato, so sich durch ausgegossene Injurien an seinen Ehren beschwert befindet/ das Remedium Retorsionis gebührender massen vor die Hand zu nehmen/ und zu gebrauchen unbenommen. Dieweil aber dennoch solches allein in dem Fall/ wenn der Injuriant gewiß/ und man also auff ihn die Retorsion richten kan/ statt hat/ &c. So mag auch von euch die Retorsio nach Gelegenheit dißfals/ weil der Pasquillant ungewiß/ beständiger weise nicht gebrauchet/ noch dadurch euere Unschuld und guter Leumuth gerettet werden/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Mitiganda est pœna, si delictum in famoso libello imputatum à pasquillante probetur.

NOn certè ad excusationem proderit, si diffa- 1
mans probare velit, vera esse, quæ libello famoso comprehenduntur, *l. 1. Codic. Theod. de famos. libell.* Ordin. Crimin. Carolin. *art. 110.* † judi- 2
cialiter namque ad probationem criminis se offerre debuerat, non per clancularias suggestiones, vel extrajudiciales diffamationes proximum lædere, *l. un. Codic. de famos. libell. l. 3. Codic. de offic. Rect. provinc.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 31. num. 41.* Bertazol. *cons. 237.* ubi ait, † ne quidem si Reipublicæ expe- 3
diat, scire crimen, diffamatorem excusari, cum aliis modis salus publica & tranquilliùs & securiùs servari possit, nec ad eam per infame hoc scelus sit grassandum. † Ad mitigationem tamen pœnæ, veritas cri- 4
minis objecti probata conducit, *h.* Const. *44. ff. ult.* † ne prorsus delicti manifestatio, ex qua Reipublicæ 5
commodum resultat, destituatur effectu, Petr. Heig. *dict. quæst. 31. n. 44.*

Ita Domini in causa Georgii Reinpeins/ contra Wallin Malern von Bockeroda/ Mens. Decembr. Anno 1630. (Verba sentent: Hat Valentin Maler in einem ausgesprengten Pasquill euch unterschiedener Begünstigungen beschuldiget/ wenn er nun gleich dieselbe oder derer eins Theils erweisen und beybringen möchte/ &c. So hätte er sich doch damit nicht zu behelffen/ er würde aber gleichwol mit einer leidlichen Straffe gestalten Sachen nach billich beleget/ V. R. W.)

Definit. IX.

Injuriæ scriptæ probantur productione scripturæ, quam diffamans recognoscere, vel mediante juramento differi tenetur.

FAciliori modo probantur injuriæ scriptæ, 1
quàm quæ solis verbis evomuntur. † Nimi- 2
rum per scripturæ famosæ productionem, cui tamen haud aliter fides habetur, † quàm si dif- 3
famans

famans eam recognoverit, vel juratò diffessus fuerit, quorum alterutrum facere obstrictus est. † Non enim probat instrumentum vel scriptura absque recognitione, *l. cognoscere. 56. ff. de V. S. l. cum plures. 15. §. ult. ff. de reb. autor. judic. possid.* † Qua facta, adversarius ex sua propria confessione tenebitur. Ita namque recognitio vim confessionis habet, in quâ omninò est acquiescendum, *l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de probat. l. plures 19. Codic. de fid. instit.* † & in confessum sicuti in judicatum datur executio, *l. post rem. 56. ff. de re judic. l. proinde. 25. § ult. ff. ad Leg. Aquil.* † Nec habet diffamans, quod de processu summario vel nimia properatione conqueratur. † Quia si innocens fuerit, mediante juramento scripturam diffiteri potest, ex inveterata fori Saxonici consvetudine, quâ scripturam contra se productam, quilibet absque juramento recognoscere, vel mediante jurejurando diffiteri tenetur, Ordin. Process. judic. Elect. Saxon. *tit. 25. §.* Weil es auch. *& §.* Desgleichen wann der/ ꝛc.

Ita Domini in causa Hansen Heinrichs von Lüttichau/ Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sent: So viel aber N.N. anlanget/ weil derselbe zu seinem Behelff allerhand einwendet/ in seinen Reden variret/ und sich zu Verfertigung der Supplication, darinnen die Injurien begriffen/ nicht allerdings verstehen will; So mag auch noch zur Zeit/ seiner Straffe wegen/ nichts beständiges erkannt werden/ Er ist aber für allen Dingen das producirte Schreiben vor seiner ordentlichen Obrigkeit gebührlichen zu recognosciren, oder eydlichen zu diffitiren schuldig/ V.R.W.)

DEFINIT. X.

Ad mortem quoq; condemnatus injurias revocare tenetur.

DUbitari equidem posset, an conventus actione injuriarum, si ex alio forsan delicto mortis supplicio puniatur, ad palinodiam condemnari debeat, quia recantatio jus partis concernit. † Atqui per pœnam corporis afflictivam & judici & parti satisfieri dicitur, Chil. König. *in process. cap. 138. n. 1. & 2.* Georg. Rotschitz. *in process. part. 1. artic. 1. num. 1.* Petrus Heig. *part. 2. quæst. 23. numero 10.* Andr. Rauchbar. *part. 2. quæst. 10. num. 17.* † Sed verum est hoc, si pro eo ipso delicto, cujus nomine interesse à parte petitur, mortis pœna decernatur. † Nunquam verò pro injuriis verbalibus, ex quibus Reus oneratur præstatione palinodiæ, ultimum supplicium imponi, dixi *in pract. criminal. part. 2. quæst. 94. num. 48.* † Quin & speciale dixerim in actione injuriarum, ut pœna corporis afflictiva non excludat interesse partis, quod in palinodiâ seu revocatione consistit, † ex manifestâ sanctione Electorali; *suprà in* Constit. 42. §. Darüber aber. *vers.* Oder auch nach Gelegenheit. † Quidni ergò etiam admitteretur palinodia eo in casu, quo ex alio delicto mortis supplicium venit infligendum?

Ita Domini contra H.S. zu Quedlinburg/ Mens. Augusto, Anno 1617. (Verba sentent: Da nun der Gefangene auff seinem gethanen Bekäntnüß vor öffentlichem gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten/ wie recht/ überwiesen würde; So möchte er wegen seiner begangenen und bekannten Mißhandlung/ daß er gefährliche Behds-Briefe geschrieben und angeschlagen/ iedoch daß er zuvor N.N. und N.N. wegen der wider sie ausgegossenen Injurien einen öffentlichen Wiederruff thue und leiste/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/ ꝛc.)

Et contra N.N. zu Eylenburg/ Mens. Augusto, Anno 1636.

CONSTITUTIO XLV.

PARTIS QUARTÆ.

So sich einer rühmet/ er oder ein ander habe eine Ehefrau/ Jungfrau oder Wittwe beschlaffen/ und sich dasselbige nicht befindet.

Si quis seipsum vel alium quempiam rem habuisse cum conjuge alterius, vel virgine, aut vidua glorietur, nec tamen certò de eo constare possit.

ES begibt sich offtmals/ daß leichtfertige Personen sich in und ausserhalb Gerichte rühmen/ daß sie oder ein ander bey Ehefrauen/ Jungfrauen/ oder Wittfrauen geschlaffen/ und können doch derowegen keine gewisse Nachrichtung thun.

Dieweil denn solches eine gantz beschwerliche Diffamation ist/ dadurch Frauen und Jungfrauen an Ehren höchlich verletzet werden. So ordnen und setzen wir/ daß ein solcher Verbrecher oder Verleumbder/ neben dem Wiederruff/ so er dem Part thun soll/ mit willkührlichen Straffen/ als Gefängniß/ zeitlicher oder ewiger Landes-Verweisung/ sampt Staupenschlägen/ nach Gelegenheit der Umbstände/ belegt und gestrafft werden soll.

NOn rarum est, ut levissimi homines tàm in judiciis quàm alibi glorientur, se vel alios cum uxoribus aliorum, virginibus item vel viduis, rem habuisse, nec tamen ullam ejus rei fidem facere possint.

Quia verò gravissima est hujusmodi diffamatio, cumq; maxima honestarum mulierum & virginum injuria conjuncta; Igitur ordinamus & statuimus, ut reus hujus criminis non tantùm injuriam personæ læsæ factam publicè revocet, sed insuper etiam arbitrio judicis vel carcere, vel relegatione ad tempus, vel in perpetuum cum fustigatione, pro delicti qualitate puniatur.

DEFI-

DEFINITIONES.

1. *Ad palinodiam & pœnam arbitrariam conveniri potest, qui non debitorem quasi debitorem appellat.*
2. *Tenetur quoque ad palinodiam & pœnam arbitrariam, qui Virginem aut mulierem carnaliter se cognovisse gloriatur.*
3. *Nec non mulier de adulterio aut stupro, maritum vel juvenem inculpans.*
4. *Effugit tamen præstationem palinodiæ diffamator concubitum probans.*
5. *Quo casu sufficit conjecturata probatio saltem ad commutandam palinodiam in depreçationem.*
6. *Immunis quoq; est diffamator à præstatione palinodiæ, si diffamatæ personæ purgationis juramentum fuerit injunctum.*
7. *Præstito licet juramento purgationis à marito de adulterio cum soluta persona inculpato, ipsa tamen mulier diffamatrix pœna adulterii plectenda est.*
8. *Nisi de innocentia diffamatricis evidenter appareat.*
9. *Delator actione injuriarum vel ad interesse haud conveniri potest, si delato juramentum purgationis fuerit injunctum.*
10. *Ex causa depositi condemnatus removeri potest à Collegio Opificum.*

DEFINIT. I.

Ad palinodiam & pœnam arbitrariam conveniri potest, qui non debitorem quasi debitorem appellat.

1 VAriis certè modis atque verbis injuria alicui infertur: Non solùm enim inter injuriantes referendus est, qui aliquem appellitat Nebulonem, furem, spurium, Usurarium, falsarium, Scortatorem, &c. Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. injuria. num. 1.* Aym. Cravett. *tom. 1. consil. 145.* Jodoc. Damhouder. *in*
2 *prax. rer. crim. cap. 136. num. 4.* † Sed etiam qui alicui sua vitia & defectus naturæ exprobrat, dicendo, quod sit cœcus, mutus, surdus, gibbosus, loripes, luscus, monoculus, &c. Jodoc. Damhoud. *dict. loc.* Prosp. Far. *part. 3. oper. crim. quæst. 105. num. 24.* Joh. Harppr. *in §. injuria. 1. num. 98. inst. de in-*
3 *jur.* † aut qui falsum vel scelus alicui imputat, nec probare id potest, *l. item apud. 15. §. si quis libello 29.*
4 *ff. de injur.* Jul. Clar. *dict. §. injuria. num. 1.* † item, qui aliquem ingratum, imprudentem, socordem, vel negligentem vocavit, Joh. Harppr. *dict. §. 1. num. 142.*
5 *J. de injur.* † Quò & refero eum, qui divitem de paupertate diffamavit, *l. 31. §. ult. ff. qui satisd. cog. l. quisquis. 5. §. 1. in fin. Cod. ad Leg. Jul. Majest.* Joh. Schneidew. *ad §. injuria. 1. num. 29. inst. de injur.*
6 † Vel si quis non debitorem quasi debitorem appellaverit, *l. item apud Labeonem 15. §. si quis non 33. ff.*
7 *de injur.* † Quæ injuria maximè offendit mercatores, quorum plurimum interest, debita sua saltem occultari, nec fidem eorundem apud alios mercato-
8 tores vacillare. † Quidni ergò pro ejusmodi injuria experiri liceret ad recantationem & pœnam arbitra-
9 riam, perinde atque in aliis injuriis, † quarum nomine ultra palinodiam, arbitraria etiam pœna injuranti irrogatur, *supr.* Const. Elect. *42.*

Ita Domini in causa Mercatorum der alten Sturmischen Handlung zu Cölln an der Spreu/ Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sent: Habt ihr euch dadurch/ daß Kläger zur Ungebühr 4000. Thaler von euch gefodert/ und euch dadurch in Verdacht grosser Schulden/ auch in Gefahr euers Creditis gebracht/ höchlichen injurirt zu seyn befunden/ deßwegen ihr Klägern actione injuriarum reconveniendo auff einen Wiederruff und willkührliche Straffe zu belangen vorhabens/ &c. So seyd ihr solches zu thun wohl befugt/ und ist Kläger sich darauff einzulassen/ und zu verfahren schuldig/ &c.)

DEFINIT. II.

Tenetur quoq; ad palinodiam & pœnam arbitrariam, qui Virginem aut mulierem carnaliter se cognovisse gloriatur.

1 QUid verò si quis dixerit, se conjugem alterius, vel Virginem aut Viduam carnaliter cognovisse? † Equidem gloriator hic non tàm dolo malo, & ex 2
propositò, mulierum atque Virginum famam & existimationem lædendi, quàm ex inani quâdam jactantia peccare videtur, quò ab aliis habeatur talis, quem ultrò virgines & mulieres appetant. † At- 3
tamen cum per hanc diffamationem mulieribus & virginibus honestis gravissima inferatur injuria, ne dictam fieri vix posse, † ut ejusmodi falsus jactator in 4
dolo haud versetur, ad palinodiam & pœnam arbitrariam contra hunc experiri licere, ecquis dubitaverit? † Veluti expressè sancivit Illustrissimus Sa- 5
xon. Elector *hâc* Const. *45. §.* Weil denn solches. *vers.* So ordnen und setzen wir/ &c. *ubi* Dan. Moller. *num. 2. & 4.* † Quæ sanctio non multùm discrepat 6
à jure communi, quô temerarius ejusmodi gloriator extra ordinem quoque pro arbitrio judicis punitur, *c. quam sit grave 9. extr. de excess. prælat.* Hippol. de Marsil. *in l. de minore 10. in pr. n. 5. ff. de quæst. & in pract. crim. §. diligenter n. 78.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 331. num. 2.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 350. n. 56.*

Ita Domini contra M. S. an Wolfen von Schönberg/ Mens. April. Anno 1583. (Verba sent: Da gemeldter M. S. seiner angegebenen Diffamation und Bezüchtigung/ daß er nemlichen bey A. G. Tochter geschlaffen/ und das Werck der fleischlichen Unzucht mit ihr begangen/ geständig oder überführet/ &c. So würde er nebens dem Wiederruff/ so er benlemter Wittiben und Tochter zu thun schuldig/ wegen solcher Diffamation zur Stauppen geschlagen/ und des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

Et contra H. K. zu Salhain/ Mens. Jun. Anno 1608. (Verba sent: So ist bemeldter H. K. gedachter Wittiben vor Gericht einen öffentlichen Wiederruff zu thun schuldig/ und mag hierüber des Landes auff drey Jahr lang verwiesen werden/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

Nec non mulier de adulterio aut stupro maritum vel juvenem inculpans.

NEque aliud habendum de fœminis viros de 1
adulterio vel stupro inculpantibus, quas æquè ad præstationem palinodiæ & pœnam arbitrariam teneri putaverim, † ex *hâc* Constitut. *45.* Quæ 2
licet de viris tantummodò, se cum Uxoribus nuptis, Viduis aut Virginibus concubuisse jactantibus loquatur, ut ex Rubr. *h.* Const. apparet. † Quin 3
tamen idem de fœminis, adversus juvenes aut maritos ejusmodi diffamationem proferentibus, statu-

4 ſtatuendum ſit, dubitandum eſt, † ob rationis identitatem, quæ idem jus facit, Panorm. *in c. quoniam frequenter. 5. num. 6. extr. ut lit. non conteſt.* Gloſſ. *in cap. fraternitatis. 17. in verb. Noviſſ. verſ. & ubi eſt eadem ratio, extr. de teſtib.* Bald. *in l. quoniam intelligitur. 5. num. 4. verſ. nam cum procedat. ff. de his qui not. infam.*

Ita Domini contra S. H. zu Northauſen/ Menſe Jun. Anno 1621. (Verba ſent: Hat Inquiſitin im Januario jüngſthin ein unehliches Kind zur Welt gebracht. Ob ſie nun gleich H. C. von N. den jüngern bezüchtiget/ daß/ wie ſie in ſeines Vaters Dienſten geweſen/ er ſie 6. Wochen vor Johannis/ des nechſtverwichenen 1620. Jahres/ fleiſchlichen erkannt/ davon ſie ſchwanger worden. Da aber dennoch H. C. von N. deſſen nicht geſtändig/ noch ſonſten richtige Indicia wider ihn verhanden/ ꝛc. So möchte er auch daherò vor den Vater zu dieſem Kinde nicht geachtet werden/ ſondern es wäre oberwehnte Bettel/ wegen angeführter Bezüchtigung/ ihme einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun ſchuldig/ und möchte hierüber entweder noch eine Zeitlang mit Gefängniß geſtraſſt/ oder auff ein/ zwey oder drey Jahr lang eurer Gerichte verwieſen werden/ V. R. W.)

Definit. IV.

Effugit tamen præſtationem palinodiæ diffamator concubitum probans.

1 NUnquam tamen diffamator, qui mulierem de ſtupro vel adulterio ſecum commiſſo inculpat, palinodiâ gravandus erit, ſi concubitum probaverit, *hâc* Conſtit. *45. in pr. verſ.* Und können doch derowegen keine gewiſſe Nachrichtung thun.

2 † Admittendus enim, ſi ad probationem ſe offerat.

3 Nam etſi regulariter † propriam turpitudinem allegans non audiatur, *l. tranſactione. 30. ubi* Gloſſ. *fin. &* Alciat. *ibid. num. 5. de tranſact. l. ſi creditoribus 5. in fin. C. de ſerv. pign. dat. manum. l. cum profitearis. 4. C. de revoc. donat. l. ſi ſervus plurium 50. ff. ſi hæreditatis. 1. ubi* gloſſ. *in verb. improbè ff. de legat. 1.* Bartol. *in l. de tutelâ. 7. n. 1. C. de in integr. reſtitut.* Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 12. n. 28.*

4 † Attamen hoc multis modis fallit, ut docet latiſſimè Jacob. Schult. *in addit. ad* Mod. Piſtor. *part. 4.*

5 *queſt. 140. num. 12. & mult. ſeqq.* † ac imprimis ſi quis propriâ confeſſione ſibi noceat, allegans delictum cujus nomine pœnam incurrit, *l. inde Neratius. 23. §. hæc actio. 10. & ff. ſeq. junct. l. ſeq. ff. ad Leg. Aquil. l. ſi confeſſus. 5. ff. de cuſtod. & exhibit. reor. c. ex tenore. 13. extr. de conceſſ. præbend.* Felin. *in c. tertio loco. 30. n. 6. extr. de præſumpt.* Jaſon. *in l. 18. num. 19. ff. de jurejur.* Schult. *dict. loc. n. 14.*

6 † prout hoc caſu fieri videmus. † Quantumvis enim

7 diffamator, crimen ſtupri à ſe perpetratum probans, ad recantationem ſive palinodiam haud condemnetur, *b.* Conſtit. *45.* neutiquam tamen pœnam ſtupri effugiet.

Ita Domini contra H. K. zu Salhain/ Menſ. Jan. Anno 1609. (Verba ſent: Ob wohl dem gefangenen H. K. von wegen der Diffamation, der er ſich wider M R. verlauten laſſen/ daß er nemlich dieſelbe offtmahls fleiſchlich erkannt/ in unſerm vorigen Urtheil ein öffentlicher Wiederruff/ und zeitliche Landesverweiſung zuerkannt worden/ dieweil ihr aber dennoch itzo berichtet/ daß gedachte Wittib nunmehr ſolches ſelbſten bekannt habe/ ꝛc. So bleibet auch der Gefangene mit vorberührtem Wiederruff/ und der Landsverweiſung billich verſchonet/ und wird der gefänglichen Haſſt/ dadurch er ſeine Verbrechung zur Nothdurfft verbüſſet/ auff einen gewöhnlichen Urpheden entlediget/ V. R. W.)

Definit. V.

Quo caſu ſufficit conjecturata probatio ſaltem ad commutandam palinodiam in deprecationem.

DIfficile, certum eſt, concubitum teſtibus probare, quia delicta carnis in occulto perpetrantur. Sufficit ergò ex indiciis & præſumptionibus certis de eo conſtare, † ac proinde admittendus eſt 2 diffamator, ſi concubitum, de quo mulierem inculpat, indiciis demonſtrare velit, *hâc* Conſtitut. *in pr. verſ.* Derowegen keine gewiſſe Nachrichtung thun.

† Quin etſi diffamator ad probationem ſe offerens, 3 indicium certum atque indubitatum concubitus haud doceat, ſi tamen tale probet, ex quo copula carnalis aliqua ex parte conjecturari poſſit; † mitio- 4 ri pœna plectendus erit, commutata etiam recantatione in deprecationem, In eine Chriſtliche Abbitte.

Ita Domini contra N. N. zu Dreßden/ Menſe Jun. Anno 1629 (Verba ſent: Und wiewol Inquiſit auff ſolches ſein Vorgeben nochmahls beruhet/ ſo hat er doch daſſelbe nicht beybringen/ noch etwas mehr beweiſen können/ als daß ſie einsmals bey ihme allein in Mitternacht/ in der Stuben im finſtern gefunden und betreten worden/ ꝛc. So iſt er N. N. und ſeiner Tochter eine Chriſtliche Abbitte zu thun ſchuldig/ und wird alſodann der gefänglichen Haſſt auff einen Urpheden hinwiederumb billich entlediget/ V. R. W.)

Definit. VI.

Immunis quoq; eſt diffamator à præſtatione palinodiæ, ſi diffamatæ perſonæ purgationis juramentum fuerit injunctum.

EX quo porrò inferre licet, nullam competere 1 actionem diffamatæ perſonæ, injurias vindicare volenti contra diffamatorem, ſi juramento purgare ſe coacta fuerit à judice. † Haud rarò enim accidit, 2 ut inculpata, apparentibus indiciis & præſumtionibus probabilibus, juramento ſe purgare teneatur. † Quo præſtito, nec palinodia ſeu Recantatio diffa- 3 matori injungenda eſt, nec diffamatæ perſonæ injuriarum actione adverſus eum experiri licet, propterea, † quod inculpatio ſi non plenè, per conje- 4 cturas tamen & indicia ad juramentum purgationis ſufficientia ſemiplenè fuerit probata, & ſic à diffamatore aliqua ex parte fides facta, † ut mirum haud 5 ſit, injuriarum actionem hoc caſu ceſſare, *ex hac* Conſt. *45. verſ.* Und können doch derowegen keine gewiſſe Nachrichtung thun/ ꝛc.

Ita Domini in cauſa P. H. zu Weiſſenfelß/ Menſ. Decembr. Anno 1635. (Verba ſentent: Ob wol K. S. ſich Inhalts unſers vorigen euch ertheilten Rechtſpruchs/ vermittelſt ihres leiblichen Eydes gereiniget/ und daß ſie mit ihrem geweſenen Geſellen P. H. inmaſſen ſich derſelbe gerühmet/ fleiſchliche Unzucht nicht verübet/ geſchworen; Dieweil aber dennoch ſtarcker Verdacht/ und ſo viel Indicia wider ſie verhanden geweſen/ daß ſie ſich endlichen purgiren müſſen/ ꝛc. So mag auch wider P. H. ferner nichts vorgenommen/ noch er mit dem Wiederruff beleget werden V. R. W.)

Definit. VII.

Præſtito licet juramento purgationis à marito de adulterio cum ſoluta perſona inculpato, ipſa tamen mulier diffamatrix pœna adulterii plectenda eſt.

CUm fœmina ſoluta maritum alienum de ad- 1 ulte-

ulterio secum commisso inculpassel, ipse verò innocentiam juramento suo obtinuerat, quæsitum fuit, an nihilominus diffamatrici ceu adulterii Reæ ex propria sua confessione, in quâ perseveraverat constanter, pœna adulterii, quæ hoc casu est fustigatio cum perpetua relegatione, *supr.* Constitut. Electoral. *19. h. part. 4.* imponenda esset? † Quod omninò visum fuit Dominis, quia ad solam etiam confessionem fœminæ, quantumvis maritus absens sit, aut adulterium neget, fustigationis pœna infligitur, ut docui in *pract. criminal. part. 2. quæst. 60. num. 34.* † Idque eò magis hoc casu procedere existimaverim, quod & ob solam diffamationem pœna hæc quandoque sibi vendicet locum; si nempe circumstantiæ pœnæ exasperationem postulent, ut patet ex *verbis final. hujus* Constit. *45.* Samt Staupenschlägen nach Gelegenheit der Umstände. † Quam causam hic subesse tantò facilius quis credere potest, quantò gravior est diffamatio de adulterio, quàm simplici stupro commisso.

Ita Domini contra M. S. zu Annaberg/ Mens. Junio, Anno 1620. (Verba sentent. Hat H. B. vermittels seines leiblichen Eydes sich gereiniget / und daß er mit M. S. sich nicht fleischlichen vermischet / noch geehbruchet / geschworen; So mag nunmehr derohalben wider ihn weiter nichts fürgenommen werden. Was aber bemeldte Vettel M. S. anlangen thut/ dieselbe wird gestalten Sachen nach / weil sie selbsten ausgesagt/ daß sie mit einem Ehemanne zu thun gehabt / und von ihm geschwängert worden/ öffentlich billich zur Staupen geschlagen/ und nach erlittener Leibesstrafe des Landes ewig billich verwiesen/ V. R. W.)

Definit. VIII.

Nisi de innocentiâ diffamatricis evidenter appareat.

1 SEd hoc ita, nisi ex defensionalibus mariti, aliisvè indiciis & probationibus ferè indubitatis
2 constet, adulterium haud perpetratum fuisse, † sed fœminam diffamatricem pertinaciter & malitiosè
3 in confessione adulterii perseverare: † Quo casu, quin judex remissâ fustigatione pœnam mitiorem
4 dictare queat, non multum dubitaverim, † quia nec sola diffamatio per se, nec pertinacia fustigationis pœnam meretur, ut dixi *in pract. criminal. part. 2. quæst. 96. num. 65.*

Ita Domini in causa M. K. zu Geithen / Mens. Mart. Anno 1622. (Verba sentent: Haben V. T und E. L beyde Ehemännere sich vermittels Eydes gereiniget / und daß daß sie mit der verhafften M. K. ihrer Beschuldigung nach nicht fleischliche Unzucht noch Ehebruch begangen / geschworen/ etc. So mag wider sie deßwegen ferner nichts fürgenommen werden. So viel aber sie die Vettel M. K. anlanget/ wird dieselbe nach Gelegenheit dißfalls/ mit ewiger Landes-Verweisung in Straffe genommen/ V. R. W.)

Definit. IX.

Delator actione injuriarum vel ad interesse haud conveniri potest, si delato juramentum purgationis fuerit injunctum.

1 CUm per denunciationem & querelam partis, judici via ad inquirendum aperiatur, Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 7. num. 10. & quæst. 21. num. 4.* † adeoque denunciatio partis per se sufficiens faciat 2
indicium ad inquirendum, secundùm tradita Bartol. *in l. divus. 3. ff. de custod. Reor.* † admittendi omni- 3
nò sunt delatores criminum, ne delicta maneant impunita, Petr. Heig. *part. 1. quæst. 39. num. 13. & 48.* † At caveant hi, ut non insontes deferant, ne 4
postea actionem injuriarum vel ad interesse metuere necesse habeant. † Quâ tamen actione conve- 5
niri haud potest delator, si juramento purgationis innocentiam suam probare, delatus à Judice compulsus fuerit, † propter indicia nempe & præsumptiones, sine quibus ad juramentum purgationis haud deveniri potest, 6
cap. ex tuarum 8. extr. de purgat. canon. l. ult. §. 4. C. de his qui ad Eccles. confug. Auth. novo jure. C. de pœn. judic. qui malè judic. l. 26. §. ult. in fin. C. de Usur. Johann. Schneidew. *ad §. item si quis postulante, 11. num. 31. & 32. inst. de action.* Andreas Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 7. n. 1. & 11.*

Ita Domini in causa B. P. zum Voigtsberge / Mens. Nov. Anno 1635. (Verba sentent: Dieweil B. P. Innhalts unsers gesprochenen Urtheils / sich vermittels seines leiblichen Eydes gereiniget/ und daß er wider Churfürstliche Durchl. zu Sachsen/ unsern gnädigsten Herrn/ die articulirte injurien nicht ausgegossen / geschworen; So mag nunmehr wider ihn ferner nichts fürgenommen werden. Seinen Delatorem aber ist er gestalten Sachen nach / weil zum Juramento indicia wider ihn verhanden gewesen / des erlittenen Schadens / Schimpffs und Unkosten wegen zu belangen nicht befugt / V. R. W.)

Definit. X.

Ex causa depositi condemnatus removeri potest è collegio opificum.

NOn recipiuntur in Collegia Opificum, qui 1
sunt infames, vel jam recepti, ex causa infamiæ è collegiis removentur, † non solùm ex inve- 2
terata Germaniæ consvetudine, sed etiam Jure Statutorum, qualia ubique vigere videmus, eaque opifices instar Legum obstringere, extra dubium est, juxta tradita Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 8.* † Sequitur hinc, condemnatum 3
ex causa depositi, quod nempe hoc dolosè interceperit, è Collegio opificum removeri posse, † Sci- 4
licet, quia hoc nomine conventus & condemnatus infamiæ macula notatur, *l. 1. l. furti. 6. §. si quis alieno. 2. ff. de his qui not. infam. l. qui depositum. 10. ubi* glos. & Bartol. *C. depos.* Johann. Harppr. *in §. præterea. 3. num. 55. instit. quib. mod. re contr. obligat.*

Ita Domini in causa des Handwercks der Goldschmiede zu Meissen / Mens. Novembr. Anno 1635. (Verba sentent: Da sie nun derowegen / daß sie das anvertraute und bey ihr hinterlegte Gut angegriffen und veruntrauet / gerichtlichen beklaget / und soches gestanden oder überwiesen / auch deßwegen von der Obrigkeit zur Wiedererstattung verurtheilet / und dadurch an ihren Ehren anrüchtig worden. So möchtet ihr sie in eurer Innung und Handwercks-Zunfft ferner zu dulden/ wider euren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Constitutio XLVI.

PARTIS QUARTÆ.

Wann wider die Injurien-Klage uñ auch wider die Famos-Schrifften verjahret werde?

Jeweil die Rechte ordnen und setzen / daß die wörtlichen Injurien in Jahresfrist præscribiret werden / so lassen wir es auch dabey bleiben/ jedoch wollen wir / daß die Verjahrung von der Zeit an/ als der Injuriatus solche Injurien erfahren und zu wissen bekommen hat / gerechnet/und zu lauffen angefangen werde.

Also auch/daß die real-Injurien, als Maulschellen / Blutrunst / braun und blau stossen / und dergleichen / so in die Erbgerichte gehören/ unserer Verordneten Bedencken nach / in Jahresfrist præscribiret werden sollen/lassen wir uns gefallen.

So viel aber die Klagen der höhern real-Injurien, als kampffer oder beinschrötige Wunden / Lähmnüß und dergleichen betrifft/ dieweil dieselbige ihrer Art und Natur nach / Krafft der gemeinen Rechte/ perpetuæ seynd/ So wollen wir/ daß sie auch auff Sächsischem Boden unserer Lande / für und innerhalb dreyßig Jahr/ Jahr und Tag nicht præscribiret und verjahret werden mögen.

Dergleichen ist es auch also mit den Famos-Schrifften zu halten.

Aber die andern schrifftlichen Injurien sollen den wörtlichen gleich / durch Verfliessung eines Jahres præscribiret seyn/ und die Gerichte und Schöppenstüle unserer Lande/wann sich solche Fälle zutragen / deme allem nach / zu Recht also sprechen und erkennen.

Actioni injuriarum, item famosi libelli quanto tempore præscribitur?

Vod secundum leges injuriis verbalibus annali spatio præscribitur, id & nos admittimus, ita tamen, ut annus ille à tempore scientiæ currere incipiat.

Similiter & de realibus injuriis, veluti, ubi colaphus alicui infligitur, vel ita quis verberatur, pulsaturvè, ut recentes vibices, sangvisq; subter cutẽ se diffundens, lividis maculis corpus deforment, & quæ sunt præterea inferioris Jurisdictionis, quod Deputati nostri existimant, anni spatio illis quoque præscribi, probamus.

At aliàs verò atrociores injurias reales quod attinet, veluti, ubi quis ita pulsatur, verberatur & vulneratur, ut membrum aliquod ejus debilitetur, vel os frangatur, & ejusmodi similes, cùm illarum hæc sit natura, ut ex dispositione legum perpetuæ sint, volumus ut in foro quoque Saxonico nostrarum Ditionum, non nisi spatio XXX. annorum, anni & diei, præscribantur.

Quod ipsum & in famosis libellis locum habebit.

Aliæ autem injuriæ, quæ scripto fiunt, non secùs ac verbales, anni spaito tollantur.

Quæ omnia Scabinatus & Judicia Ditionum nostrarum in judicando & respondendo observare jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Non solùm injuriæ verbales, sed & scriptæ anno præscribuntur.*
2. *Qui annus utilis est, & à tempore scientiæ currere incipit.*
3. *Anno civili etiam in foro Saxonico, injuriæ verbales præscribuntur.*
4. *Actio injuriarum ob carcerem injustum, etiam de jure Saxonico est annalis.*
5. *Sed actioni injuriarum propter injustam torturam triginta demùm annis, anno & die, in foro Saxonico præscribitur.*
6. *Solâ citatione interrumpitur præscriptio injuriarum verbalium annalis.*
7. *Non etiam per libelli oblationem, si actor in citatione impetrandâ haud debitam diligentiam adhibuerit.*
8. *Per remissionem quoque tacitam injuriarum actio extinguitur.*
9. *Remissa licet injuria, Judex nihilominùs injuriantem punire potest.*
10. *Per retorsionem tollitur actio injuriarum.*
11. *Non subsistit retorsio, si non in continenti & cum moderamine inculpatæ tutelæ facta fuerit.*
12. *Injuriatus modum retorquendi excedens non facilè palinodiâ, sed deprecatione satisfaciendus est.*

Definit. I.

Non solùm injuriæ verbales, sed & scriptæ anno præscribuntur.

1 INjurias verbales annali præscriptione tolli, dubium omninò non habet, *l. si non convitii. 5. C. de injur.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injur. n. 13.* Joh. Harppr. *inst. §. hac actio. 12. in de injur. n. 3. ubi etiam.* Joh. Schneidew. *n. 3.* † Quod & de Jure Saxonico 2 verisimum est, *hâc* Constit. *46. in pr.* Christ. Zobel. *part. 4. differ. 7. n. 30.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 128. n. 2.* Andr. Rauchb. *part. 1. qv. 48. n. 11.* † Nec refert, 3 an civiliter, an verò criminaliter injuriatus agere velit, uti rectissimè sentiunt Mynsing. *cent. 5. obs. 7. num.*

num. 2. & Matth. Berlich. part. 5. conclus. 69. num. 4.
4 † Ipsæ namque injuriæ præscriptione annali tol-
lunt ur, quibus sublatis, nulla prorsus actio com-
5 petere potest. † Nam sublata causa, tollitur effe-
ctus, *c. cum cessante. 60. extr. de appellat.* Andr. Ti-
6 raquell. *in regul. cessante caus. n. 11.* † Ex quo porrò
sequitur, nec retorsionem post tempus illud admit-
ti, ut quæ offensionem sive injuriam præsupponit,
Joh. Harppr. *in dict. §. hæc actio. 12. inst. de injur.*
7 *num. 215.* † Nec Judicem proprio motu & ex offi-
cio contra injuriantem procedere posse, Harppr.
in §. in summa. 10. n. 72. inst. de injur. Ægid. Boss.
8 *in pract. crim. tit. de injur. n. 31. & 32.* † Quin & in-
juriarum scriptarum par omninò est ratio, eæque
non minùs, ac reliquæ injuriæ verbales præscriptio-
ne annali tolluntur, hâc Constit. *46. §. ult. vers.*
Aber die andern schrifftliche *Injurien, &c.*

Ita Domini in causa Hieronymi Salfelds zu Geithen / Mens. April. Anno 1623. (Verba sentent: Ob euch wohl W. R. in einem Schreiben / so er an den Rath gethan / mit Injurien ziemlich angelassen. Da aber dennoch solches allbereit vor einem Jahre / und ihr immittels darzu still geschwiegen hättet / dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet / so werden nunmehr solche Injurien durch Verjährung aufgehoben / und ihr dannenhero wider ihn zu klagen nicht befugt / W. R. W.)

Definit. II.

Qui annus utilis est, & à tempore scientiæ currere incipit.

1 NOn tamen tempus præscriptionis in causa in-
juriarum est continuum, sed utile, & demum
à die scientiæ currere incipit, Joh. Harppr. *ad §. 12.*
num. 27. inst. de injur. Andr. Gail. *lib. 2. observ. 105.*
2 *num. 1.* Andr. Fach. *lib. 9. controv. 8.* † per text. *in l. si*
bonorum. 2. C. qui admitt. ad bon. possess. l. si is quem.
4. C. de liber. caus. l. 55. ff. de ædil. edict. l. 1. §. dies. 7.
3 *quando appellat. sit.* † Quod & disertè probatur ab
Illustrissimo Saxon. Electore *h.* Constit *46. in pr.*
4 *vers.* Jedoch wollen wir. † Et aliàs quoque generalis
est theorica, quod in præscriptione annali, tem-
pus nunquam currat ignoranti, Hartm. Pistor. *lib. 2.*
quæst. 12. num. 26. Dan. Moller. *ad Constitut. Elect.*
32. num. 12. part. 2.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: Da aber dennoch solches allbereit vor einem Jahre / von Zeit der erlangten Wissenschaft anzurechnen / geschehen / und ihr immittelst darzu stillgeschwiegen hättet / dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässet; So werden nunmehr selbige Injurien durch Verjährung aufgehoben / und ihr dannenhero wider ihn zu klagen nicht befugt / W. R. W.)

Definit. III.

Annæ civili etiam in foro Saxonico injuriæ verbales præscribuntur.

1 ETiam in foro Saxonico, injurias verbales an-
nali præscriptione tolli, expeditum est ex *hâc*
2 Const. 46. † At cum annali præscriptioni Jus Saxo-
nicum addat sex septimanas & tres dies, Landrecht.
lib. 1. artic. 28. in pr. lib. 2. artic. 44. Gloss. Weichb.
3 *art. 4. in verb.* Jahr und Tag. † dubitatur, num et-
iam præscriptio injuriarum in foro Saxonico tan-
4 to tempore terminetur? † Quod equidem affirmant
Joach. à Beust. *in l. 9. §. si is qui. 3. num. 11. & 12. ff.*
de jurejur. Chil. König. *in proces. cap. 59. n. 3. & 4.*
Aut. Consult. Const. Sax. *tom. 2. part. 4. qv. 62. n. 2.*
5 Reinh. Rosa *in not. ad* Dan. Moll. *hic num. 15.* † Sed
quo minùs hisce assentiar, movet me potissimùm,
quod augmentum illud sex septimanarum atque
trium dierum, non nisi regularibus seu decretivis
& Jure Saxonico adinventis præscriptionibus, tri-
cennali nempe & annali rerum mobilium fuerit
adjectum, † ac propterea ad præscriptiones Juris 6
civilis speciales & singulares, in foro Saxonico
etiam receptas & usitatas, neutiquam extendi de-
beat, † ut eleganter demonstrat atque defendit 7
Petr. Heig. *part. 1. quæst. 16. num. 42.* & dixi de hoc
in pract. crim. part. 2. quæst. 59. n. 15. & seqq. & supr.
part. 2. Const. *3. Desin. 5. in fin.* † Atqui præscriptio- 8
nem injuriarum annalem de Jure civili adinven-
tam, ac postea dispositionem hanc juris civilis in
foro Saxonico receptam fuisse, nemo nunquam ne-
gabit, † vel saltem convictus ex *pr. h.* Const. *46. l. si* 9
non convitii. 5. C. de injuriis. Matth. Wesenb. *in pa-*
rat. ff. de injur. n. 13. † Quidni ergò ex consequentia 10
hâc infallibili, anno civili etiam in foro Saxonico
injuriis verbalibus præscribi asseremus? † Quod 11
& menti Illustrissimi Saxonis, Interpretis Juris
Saxonici, omninò convenit *in pr. h.* Const. *46.* ubi
præscriptionem injuriarum civilem, quæ augmen-
tum illud sex septimanarum & trium dierem haud
agnoscit, disertis verbis in foro Saxonico confir-
mat, *vers.* So lassen wir es auch dabey bleiben.
† Idque eò magis verum est, quod actio injuriarum 12
sit odiosa, adeoque potiùs restringenda, quàm ex-
tendenda, *c. odia. 15. de reg. jur. in 6to.* † Cui por- 13
rò accedit, quod præscriptio Juris civilis præscri-
ptione statutaria non ampliata seu prorogata, sed
coarctata potiùs censeatur, *arg. l. sicut. 3. vers. hæ*
autem. l. omnes. 4. in pr. C. de præscript. 30. vel 40.
annor. Petr. Heig. *dict. quæst. 16. n. 53.* † Quia nec 14
Serenissimus Constituens ullo verbulo augmenti
Saxonici hîc mentionem facit, quod tamen pro-
cul dubio, si mens ipsius fuisset præscriptioni huic
annali augmentum illud addere, verbis diserris
exprimere haud neglexisset, † vel propterea sal- 15
tem, quod in §. *subseq.* So viel aber / &c. realibus
injuriis gravioribus præscriptionem tricennalem
præfiniens, augmentum expresè addat, *in verb.*
Daß sie auch auff Sächsischen Boden unserer Lan-
de für- und innerhalb dreyßig Jahr / Jahr und Tag
nicht *præscribiret* und verjähret werden mögen.
† Rationem diversitatis si quæras, Respondeo, hoc 16
propterea fieri, quia tricennalis præscriptio in ac-
tione injuriarum non Jure civili, sed Saxonico ad-
inventa est, meritò ergò ei augmentum Juris Saxo-
nici accedit, † adeoque à præscriptione regulari 17
& decretiva Juris Saxonici nempe tricennali, ad
præscriptionem injuriarum annalem de Jure civili
specialiter adinventam, & in foro Saxonico saltem
receptam & confirmatam, neutiquam firmiter ar-
gumentari licet, secundùm tradita Petr. Heig. *part.*
1. quæst. 16. num. 42.

Ita Domini in causa H. W. zu Endorff / Mens. Decemb. Anno 1631. (Verba sent: Ob ihr nun wol ihn Actione Injuriarum zu belangen vorhabens seyd. Dieweil aber dennoch solche Injurien allbereit vor 53. Wochen ausgegossen worden / und die Injurien auch auff Sächsischen Boden binnen einem gemeinen Jahre / so 52. Wochen in sich hält / præscribiret worden / &c. So ist auch nunmehr solche Actio Injuriarum durch Verjährung erloschen / und mag demnach von euch beständiger Weise nicht angestellet werden / W. R. W.)

Definit. IV.

Actio injuriarum ob carcerem injustum, etiam de Jure Saxonico est annalis.

1 GRaviorum vel atrociorum duntaxat vulnerum, non minùs atque famosi libelli actiones perpetuas, reliquarum verò injuriarum, tàm verbalium quàm realium ad simplicem Jurisdictionem pertinentium, actiones annales esse, † vult 2 *hæc* Constit. *46.* §. Also auch. *junct.* §. *seq.* So viel aber. *&* §. *ult.* Quod & Juri Saxonico consentaneum est, ut probat † *text. in* Landr. *lib. 3. art. 31. vers.* Also daß die Wunde. *ubi* Christoph. Zobel. *in gloss. lit. f.* Quid ergò de injuria carceris injusti habendum? † Hanc non atrocioribus, sed levioribus duntaxat injuriis adæquari, vel exinde appa- 4 ret, quod injuria carceris parem cum hisce, 30. nimirum solidorum emendam vel mulctam habeat, 5 † quam in singulos dies & noctes is exsolvere cogitur, qui injustè aliquem carcere detinuit, Landr. *lib. 1. art. 68. & lib. 2. artic. 16. & 34.* Chil König. *in proceff. cap. 120. num. 2.* Matth. Coler. *de proceff. execut. part. 2. cap. 3. n. 149.* † Huic ergò non minùs atque reliquis injuriis realibus levioribus anno præscribi, dicere ausim cum Hartm. Pistor. *part. 4. qv. 20. num. 8. &* Andr. Rauchb. *part. 1. qvæst. 48.* König. *dict. c. 120. n. 2.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injur.* 7 *n. 15.* † Idque eò magis, quia de Jure communi, carceris injusti injuria anno præscribatur, ut multis docent Hartm. Pist. & Andr. Rauchb. *dict. loc.* 8 † Quidni ergò etiam in foro Saxonico, ubi de injuria carcere illata, non aliud constitutum reperitur, ut meritò hîc in dispositione Juris communis acquiescamus, arg. *l. 7. si cum dotem 22. ff. solut. matr. l. si extraneus. 6. ff. de condict. caus. dat.* † quin 9 & hoc ipsum disertè probatur per *text.* Landrecht *lib. 3. art. 31.* Et posito etiam, quod actio injuriarum inter atrociores injurias ad merum imperium 10 pertinentes referatur: † per id tamen nostra assertio haud infringitur, sed dixerim cum Hartm. Pist. *dict. quæst. 20. n. 9.* Serenissimum Electorem *h.* Constit. *46.* §. So viel aber. tricennalem præfiniendo præscriptionem injuriis gravioribus, non tantùm 11 considerare atrocitatem injuriarum, † sed & actiones pro eis competentes Jure communi perpetuas 12 esse, attendere: † Quod cum injuriæ carcere illatæ non conveniat, ad casum hunc Constit. Elector. ta- 13 lis injuria minimè referri poterit. † Plura de hisce vid. apud Hartm. Pistor. & Andr. Rauchb. *dict. loc.*

Ita Domini in causa H. E. zu Schlieben / Mens. Februar. Anno 1628. (Verba sent: Seyd ihr euerm Fürgeben nach wegen beschuldigten Diebstals von der Obrigkeit zur Ungebühr vor anderthalb Jahren in gefängliche Hafft genommen / und ohne rechtliches Erkäntnüß gemartert worden / deßwegen ihr selbige Obrigkeit Actionem Injuriarum zu belangen vorhabens seyd. Wann nun gleich die Actio wegen des unrechtmäßigen Gefängnüß per præscriptionem annalem verjähret und auffgehoben worden/ &c.)

Definit. V.

Sed actioni injuriarum propter injustam torturam triginta demum annis, anno & die, in foro Saxonico præscribitur.

1 ALia verò est ratio injuriæ per torturam injustam alicui illatæ, quæ longè gravior habetur 2 injuria carceris, † quia per eam fit membrorum dissolutio ac proinde utriusque manus abscisione gravior dicitur, *Novell. 134. cap. 14.* damnumque irreparabile affert, Jacobus Menoch. *quæst. arbitr. 84. num. 2.* Roll. à Vall. *lib. 1. consil. 65. num. 16.* † Sequitur hinc ergò, quod injuriæ huic non nisi 3 triginta annis, anno & die in foro Saxonico præscribatur, ex *hac* Const. *46.* §. So viel aber / etc. † Veluti rectissimè sentit Andr. Rauchb. *part. 1. qv.* 4 *49.* Idque eò magis, † quia in tormentis ut plurimum adhibentur, ictus, percussiones, ligaturæ, alia- 5 que id genus exquisita cruciatuum genera, Hippol. de Marsil. *in l. 1. n. 27. ff. de qv.* Jul. Clar. *in pract. §. ult. quæst. 64. num. 31. & 36.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 37. n. 17. & seqq.* † Cujusmodi 6 injuriæ propriè ad Legem Corneliam pertinent, adeoque etiam de Jure civili perpetuæ habentur, §. *sed Lex Cornelia 8. instit. de injur. l. Lex Cornelia 5. ff. eod. tit. §. 1. inst. de perpet. & temp. action.* Andr. Rauchb. *dict. quæst. 49. num. 18.* ubi pluribus id persequitur.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent: So wäret ihr doch wegen der unrechtmäßigen und zur Ungebühr an euch verübten Tortur / dergleichen Injurien binnen dreyßig Jahren / Jahr und Tag auff Sächsischem Boden nicht verjähret werden / noch anitzo zu agiren und die Obrigkeit zu belangen wohl befugt / V. R. W.)

Definit. VI.

Solâ citatione interrumpitur præscriptio injuriarum verbalium annalis.

CItationi effectum interruptionis in præscriptione annali tribuendum, existimant Matth. 1 Coler. *in cap. illud. 8. n. 10. vers. Et primò de interruption. extr. de præscript.* & Dan. Moll. *lib. 2. semestr. u.* † Quorum opinio satis munita est sanctione Imp. 2 Justiniani in *l. ut perfectius. 2. C. de annal. except. & in l. ult. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* † Quidni ergò etiam præscriptio annalis in actione 3 injuriarum sola citatione interrumperetur? † Nisi 4 quis ab Illustrissimo Saxon. Electore aliud sanctum existimaverit in Ordin. Proceff. judic. *tit. 6. in fin.* ubi per litis contestationem actio injuriarum dicitur perpetuari. † At hoc verum est quoad 5 effectum transmissionis ad hæredes, quia post litem demum contestatam actio injuriarum transit in hæredes, §. *non autem omnes. 1. inst. de perpet. & tempor. action. l. si cum judicio. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis caut. judic. sist. cauf.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de injur. n. 12.* Joh. Harppr. *in §. ult. n. 65. inst. de injur.* † Sed quoad effectum interrumpen- 6 dæ præscriptionis, solam citationem sufficere, ex modò dictis apparet.

Ita Domini in causa W. M. von L. contra G. W. zu Lebusa/ Mens. Febr. Anno 1636. (Verba sentent: Dieweil aber demnoch in dergleichen Injurien-Sachen die interruptio præscriptionis annalis durch gerichtliche Citation geschehen mag/ &c.)

Et in causa J. S. contra J. A. zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent: Daß Beklagter seines Fürwendens ungeachtet / auff die wider ihn erhobene Injurien-Klage zu antworten / und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Definit. VII.

Non etiam per libelli oblationem, si actor in citatione impetranda debitam diligentiam haud adhibuerit.

SOlâ itaque citatione præscriptio injuriarum 1 anna-

annalis interrumpitur, non etiam libelli oblatione: † Nisi debitam adhibuerit diligentiam nec tamen citationem impetrare potuerit. † Tantum enim abest, tùm actionem injuriarum præscribi, ut nulla etiam ipsi culpa, quo minùs præscriptio interrumperetur, ex facto judicis imputari debeat, *arg. l. pupillus. 24. ff. quæ in fraud. cred.* † modò diligentiam suam doceat: Quam si in citatione impetrandâ etiam apud judicem superiorem non adhibuerit, neutiquam admittendus erit, † sed exceptione præscriptionis repelletur, Definit. *præced.*

Ita Domini in causa W. M. à L. contra G. W. zu Lebusa / Mense Februar. Anno 1636. (Verba sentent: Ob er nun wol von der Zeit der erlangten Wissenschafft / binnen Jahres / frist eine Injurien-Klage eingegeben / und umb Citation angehalten / dahero er in denen Gedancken stehet / daß die Verjährung der Injurien interrumpiret sey. Dieweil aber dennoch in diesem Fall die Interruptio allein durch gerichtliche Citation geschehen mag / und gleichwol dieselbe binnen Jahres frist würcklichen nicht ergangen / er auch vor Verfliessung solcher Frist umb Citation ferner nicht angesuchet / sondern gantzer 18. Wochen vorbey gehen lassen / und wie sichs wol gebühret hätte / an seinem Orte nicht vigiliret, noch gnugsamen Fleiß darbey angewendet / &c. So seynd auch nunmehr obgedachte Injurien durch Verjährung erloschen / derowegen ihr von angestallter Injurien-Klage billich entbunden und loßgezehlet werdet / V. R. W.)

Definit. VIII.

Per remissionem quoque tacitam injuriarum actio extingvitur.

1 PEr remisionem injuriam extingvi, & per consequens actionem injuriarum ulteriùs injuriato haud competere, certum & indubitatum est, Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 136. num. 19.* Nicol. Boër. *decis. 120. n. 1.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. injuria. num. 11.* † Idq; verum non solùm in expressâ, 2 sed etiam in tacitâ remisione, ac dissimulatione, 3 † quâ injuriæ æquè extingvuntur, *§. ult. instit. de injur. l. non solùm. 11. §. injuriarum. 1. ff. eod. tit. ubi.* Matth. Wesenb. *in parat. num. 13.* Joh. Harppr. *in dict. §. ult. num. 1. & seq. ubi &* Joh. Schneidew. *n. 1. & 13. J. de injur.* veluti † si injuriatus comedat, 4 ludat & bibat cum injuriante, aut amicè confabuletur cum eo, *c. nec aliqua 4. caus. 27. quæst. 1.* † aut 5 dextram ipsi det manum, eumque salutet, aliovè modo familiariter & amicè cum ipso conversetur, unde remisio colligi possit, Matth. Wesenb. *dict. loc. num. 13.* † Quod nec in foro Saxonico aliter se 6 habere, probat Gloss. *German. ad artic. 31. lib. 3.* 7 Landrecht *num. 7.* † Sed hoc ita, si injuriatus hæc fecerit motu proprio, non solius honestatis gratia: Nam si ambo, injurians nempe & injuriatus, invitati essent ad convivium & positi ad unam mensam, † tùm per ejusmodi actus non intelligitur re- 8 missa injuria, qvum injuriatus ex quadam honestatis necessitate id fecerit, Joh. Schneidew. *dict. §. ult. n. 2. inst. de injur.*

Ita Domini in causa Hansen Artztens zu Reichenbach / Mens. Jan. Anno 1630. (Verba sentent: Ob nun wol solche Injurien durch die abgehörte Zeugen zur Nothdurfft beybracht worden. Dieweil aber dennoch die Zeugen darneben dieses berichtet und ausgesaget / daß ihr seithero Beklagten nicht allein gegrüsset / sondern auch mit demselben gegessen, und ihme Bescheid trincken / &c. So seynd dadurch die Injurien erloschen / &c.)

Definit. IX.

Remissa licet injuria, Judex nihilominus injuriantem punire potest.

REmisio injuriarum, sive expressa sive tacita, 1 fuerit, haudquaquam præjudicat Magistratui, quo minùs hic injuriantem ex officio punire queat, Angel. Aretin. *in tract. malefic. verb. comparent. dicti inquisiti. n. 23.* Ægid. Boss. *in pract. crimin. tit. de injur. n. 17. & 32.* Petr. à Plach. *in epit. delict. l. 1. cap. 6. num. 42.* Gloss. *margin. ad gloss. ordin.* Landr. *lib. 1. art. 68. num. 3. lit. B.* † Scilicet, 2 quia injuriatus per remissionem sibimetipsi solummodò nocet ratione proprii interesse, quod in præstatione palinodiæ vel revocationis consistit, † non etiam magistratui quoad interesse publi- 3 cum, quod pœnarum irrogationem concernit. † Nec enim factum partis Judici obesse potest, per 4 jura vulgata,

Ita Domini in causa C. G. in L. Mens. Junio, Anno 1629. (Verba sent: Da aber dennoch dasieder bemeldte N. N. mit euch gessen und getruncken / euch freundlichen gegrüsset / die Hand geboten / und sich aller Freundschafft gegen euch bezeuget hätten / &c. So wären hierdurch die Injurien, so vie. ihre Personen anlanget / erloschen / und sie euch ferner derowegen zu belangen nicht befugt; Es ist aber der Obrigkeit euch in Straffe zu nehmen nichts destoweniger unbenommen / V. R. W.)

Definit. X.

Per retorsionem tollitur actio injuriarum.

SI injuriam passus per retorsionem eam repulerit, sibi ipsi in causa sua jus dixisse videtur, *arg. l. 1. ff. quod legat. l. ult. ff. ad Leg. Jul. de privat.* † Ergò postea injuriarum agere non poterit, licet 2 prior fuerit provocatus. † Nam qui sibi jus dicit, in 3 eoque Jus dicentis autoritatem, quam implorare debuerat, neglexit, indignus est, ut legis aut magistratus opem sentiat, *argum. l. auxilium. 37. in fin. ff. de minor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 20. defin. 8. num. 5.* Johan. Harppr. *ad §. hæc actio. 12. num. 78. & seqq. instit. de injur.* † Quin & retorsio pariter at- 4 que actio injuriarum ad unum eundemque finem tendunt, nempe ad contumeliam expellendam & removendam, *l. item apud 15. §. si quis servo. 46 ff. de injur.* † Adhibito ergò uno, nempe retorsionis re- 5 medio, alterum, quod est actio injuriarum, amplius competere nequit, Johan. Harppr. *dict. loc. num. 87.* † Et quis nescit contumeliam, causam nempe actio- 6 nis injuriarum, factâ retorsione, cessare, *l. quæ omnia 25. de procurat.* † Ex quo sequitur, quod post retor- 7 sionem, injuriarum actio amplius non competat: † Cessante enim causa seu obligatione, cessat quoq; 8 effectus, qui est actio ipsa, *c. etsi Christus. 26. extr. de jurejur. c. tum cessante. 60. in pr. extr. de appellat. c. cum infirmitas 13. extr. de pœn. & remiss.* Adde Dec. Elect. *nov. 85.*

Ita Domini in causa J. M. zu Dreßden / Mens. Februar. Anno 1625. (Verba sentent: Hat euch E. K. in einem Schreiben alle Untreu / Unerbarkeit / und anderer Laster beschuldiget; Da ihr nun dawider / so balde ihr es erfahren / bey gemeldtem Handwercke eine rechtmäßige Retorsion-Schrifft eingewendet / solche auch dem Injurianten zugeschickt / derselbe darauff still geschwiegen / sich weiter nicht verantwortet hätte / &c. So hättet ihr dergestalt eure Ehre zur Nothdurfft gerettet / und ihr wäret

wäret den Injurianten ferner ordentlicher Weise zu beklagen nicht befugt / möchtet auch von dem Handwercke darzu nicht angehalten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XI.

Non subsistit retorsio, si non in continenti & cum moderamine inculpatæ tutelæ facta fuerit.

1 REtorsio species defensionis est, quæ regulariter omnibus injuriis verbalibus affectis, ad conservationem famæ & existimationis suæ competit, Joh. Harppr. *in §. hæc actio. 12. inst. de injur.* 2 *125.* † Sicuti ergò in moderamine defensionis, ita quoque in retorsione injuriarum legitimè est pro- 3 cedendum. Nimirum, † in continenti debet fieri retorsio, quando quis ipsemet præsens injurias au- 4 dit & percipit; † Vel, sibi absenti injuriam factam esse, rescivit & cognovit, Harppr. *dict. l. n. 97.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 101. n. 5.* Modest. Pistor. *vol. 2.* 5 *consil. 3. n. 34.* † Cæteroquin retorsio non defensionis, sed vindictæ causa facta videtur, perinde ut is, qui ex intervallo vim illatam repellit, id cogitatô & ad ultionem feciisse censetur, *l. 45. ff. ad Leg.* 6 *Aquil.* † Nam in ipsa concertatione, congressu, & imminente adhuc periculo, repercussio fiat necesse 7 est, si aliàs legitima defensio esse debeat, † ut sentiunt Dd. communiter *in l. 1. C. unde vi.* Henr. Bocer. *lib. 2. de duell. cap. 10. n. 42.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 76. n. 10. & 11.* Marin. Salomon. 8 *in l. ut vim. 3. n. 6. in pr. ff. de just. & jur.* † Deinde quoque Retorsio cum moderamine inculpatæ tutelæ fieri debet, nec retorquenti ulterius progredi licet, Dan. Moller. *ad Const. Elect. 42. n. 35.* Johan. Schneidew. *ad §. injuria. 1. n. 12. inst. de injur.* 9 Andr. Gail. *lib. 2. observ. 100. n. 9.* † Proinde nec is, cui per injuriam certum aliquod crimen objicitur, injurianti per retorsionem aliud crimen objicere potest, Andr. Gail. *dict. loc. n. 9.* Jacob. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 127. num. 47.* 10 † Nec injuriato injuriantem mendacii ita arguere licet, ut dicat: Tu fur, tu latro, Joh. Schneidewin. *in dict. §. injuria. 1. num. 12. instit. de injur. ubi &* 11 Johann. Harppr. *num. 87.* † quantumvis hoc modo mendacium retorquere: Tu mentiris, ut fur vel latro, non prohibitum sit, † prout pluribus demon- 12 stravi *in pract. crimin. part. 2. quæst. 97. num. 27. & 28.* Adde Dec. Elect. *nov. 85.*

Ita Domini in causa J. D. contra N. N. zu Wittenberg / Mens. Februar. Anno 1636. (Verba sent: Hat J. D. in seiner Retorsion-Schrifft sich dieser Formalien gebraucht: Er wölte N. N. wie auch allen den jenigen / so der Injurien Autores und Anstifftere / als boßhafftigen Injurianten und Diffamanten, die auff ihn erlogene fälschliche und erdichtete Aufflage / in ihren eigenen Hals und Busen / daraus sie dieselbe gespeyet / zu verschlucken und zu verdauen wieder zurück geschoben haben / dergestalt und also / daß er sie so lange für hochsträffliche Ehrenschänder / und für die jenigen (dafür er gescholten worden/ etc.) achte und halte / biß sie auff ihn / wie recht / dergleichen erwiesen / und ihn durch Artheil und Recht überzeuget hätten/ etc. So wird solche Schrifft vor eine zu Recht zugelassene Retorsion gehalten / und es mag der Retorquent J. D. ob hätte er der Sachen zu viel gethan / und den Modum retorquendi überschritten / mit Bestande nicht beschuldiget werden/ V. R. W.)

DEFINIT. XII.

Injuriatus modum retorquendi excedens non facilè palinodia, sed deprecatione saltem gravandus est.

NOn ergò Jure subsistit retorsio, nec retor- 1 quentem ab actione injuriarum vel præstatione palinodiæ liberat, si non cum justo moderamine fuerit facta: † Quid enim si injuriis ver- 2 balibus lacessitus injurianti colaphum incussisset, eumq; verberibus repulisset, aut quid, si injuriatus injuriantem aliis affeciisset injuriis? † Non cer- 3 tè defensio hæc pro legitima retorsione habetur, quin nec per eam actio injuriarum tollitur ac contumelia purgatur, † sed potius utrique actio injuriarum adhuc competit, Hart. Pist. *observ. 181. n. 6.* Joh. Harppr. *in §. hæc actio. 12. inst. de injur. num. 184. & seq.* Nicol. Boër. *decis. 169. n. 1.* † Quamvis con- 4 cesserim, utrumque tàm injuriantem, quàm injuriatum hoc casu mitius puniri, & palinodiam facilius in deprecationem commutari, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 100. n. 9.* Joh. Harppr. *in §. injuria. 1. n. 97. inst. de injur.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 60. n. 18.* 5

Ita Domini in causa Æ. L. contra B. B. zu Dreßden/Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sentent: Daraus allenthalben so viel zu befinden/ daß Beklagter Klägern eine Christliche Abbitte vor Gerichte zu thun / auch die in dieser Sachen auffgewandte Unkosten auff vorgehende Liquidation, und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig / und mag hierüber umb 2. neue Schock in Strasse genommen werden/ V. R. W.)

CONSTITUTIO XLVII.

PARTIS QUARTÆ.

Wie es mit der Landes-Verweisung zu halten?

De pœna Relegationis.

SAnn iemands derer Ursachen / daß er in unsern Aemptern oder Gerichten / so uns ohne Mittel zu stehen / so viel verbrochen / daß ihme mit oder ohne Staupenschlägen / die ewige oder zeitliche Landes-Verweisunge durch unsere Schöppenstühle zugesprochen wird / derselbe soll aller unserer Lande verwiesen / und auch sein Urphede darauff begriffen und geschworen werden.

SI quis in præfecturis nostris, aut aliis locis, jurisdictioni nostræ immediatè subjectis, tale quid commiserit, ob quod ad tempus, vel in perpetuum cum fustigatione, vel absq; ea, relegari per sententiam jubeatur, eum è Ditionibus nostris simul omnibus relegari & juramentum quoque, quod Urphede vulgò dicitur, in hanc formam conceptum, præstari ab eo volumus.

Idem

Solches sol auch dergestalt gehalten werden/ wann einer wegen seiner Missethat aus unserer Unterthanen Gerichte verwiesen werden solte.

Und soll allewege ein Gerichte dem andern die Verweisung zu erkennen geben.

Hiernach sich unsere Schöppenstüle richten/ und also erkennen sollen.

Idem quoq; observabitur, ubi quis propter delictum è finibus Jurisdictionis subditorum nostrorum relegandus est.

Ideoque quilibet Magistratus quempiam ob delictum relegans, alteri magistratui, ut sciat, id significabit.

A Scabinatib. verò etiam nostris in judicando & respondendo id observari jubemus.

DEFINITIONES.

1. *Relegatus ex civitate aliqua vel Præfectura Electoratus Saxonici, ex toto Electoratu relegatus censetur.*
2. *Ex finibus, etiam jurisdictionis Nobilium aliorumvè subditorum relegatus, ex toto Electoratu videtur relegatus.*
3. *Extra Saxoniæ Electoratum, effectus relegationis extra territorium relegantis neutiquam extenditur.*
4. *Bannitus ex provinciis Electoratus Saxonici, ex Episcopatibus quoq; Martisburgensi, Misnensi & Numburgensi relegatus censetur.*
5. *Per relegationem indefinitè indictam, perpetua intelligitur relegatio.*
6. *Relegati hodie signo in fronte inusto haud notantur.*
7. *Maritum ex suo delicto bannitum, haud tamen vagabundum Uxor sequi tenetur.*
8. *At tamen in loco, ex quo maritus est bannitus, per tempus commorari, & de bonis suis disponere, Uxor non prohibetur.*
9. *Non amittunt relegati jura Civitatis.*
10. *Concessâ relegato facultate negotiandi in loco, ex quo bannitus fuit, videtur etiam concessum jus commorandi.*
11. *Relegatus ab uno loco, in alio potest admitti ad officia & honores.*
12. *Nisi relegatus sit ob delictum, quod infamia sequitur.*
13. *Magistratus inferior, merum habens imperium, fustigationem vel relegationem ex causâ rationabili in pœnam mitiorem benè convertere valet.*

DEFINIT. I.

Relegatus ex civitate aliqua vel præfectura Electoratus Saxonici, ex toto Electoratu relegatus censetur.

1 SImilis quondam erat Relegationi deportatio, quæ & Jus civitatis tollebat, §. *minor. 2. inst. de capit. demin. l. inter pœnas. 6. in pr. l. deportatus 15. ff. de interdict. & relegat.* Herm. Vult. *discept. Scholast. cap. 12.* Joh. Harppr. *ad §. 7. n. 5. inst. de capit. de-*
2 *min.* † Quæ pœna in locum aquæ & ignis interdictionis successit, *l. 2. §. 1. ff. de pœn. l. peculatus. 3. ff. ad Leg. Jul. peculat.* And. Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 1. n. 17.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de*
3 *capit. demin. n. 5.* † Sed abrogata deportatione, Relegatio etiamnum hodiè in Imperio Romano-
4 Germanico in usu est, † disertè approbata in provinciis Electoratus Saxonici ab Illustrissimo Electo-
5 re *hâc* Constit. 47. † ubi hoc insuper addit, ut relegatus ab una civitate vel præfectura Electoratûs, censeatur relegatus ex omnibus Electoratûs Saxo-
6 nici provinciis. *vers.* Derselbige soll aller ꝛc. † Non certe sine ratione, quia publicitus interest, provinciam malis purgari hominibus, *l. congruit. 13. ff. de*
7 *offic. præsid.* † nec justum videtur, condemnatos residere in territorio loci, ex quo sunt relegati, Vincent. de Franch. *part. 1. decis. 129. n. 2.*

Ita Domini contra L. G von M. zu Dreßden / Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent. Daß Inquisit wegen der an F. K. verübten Entleibung mit der Todes-Straße nicht zu belegen/ Er wird aber gleichwol des begangenen grossen Excessus halber willkührlichen mit Staupenschlägen/ oder aber mit Abhauung einer Faust / dero er am besten entrathen kan / des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

DEFINIT. II.

Ex finibus etiam jurisdictionis Nobilium, aliorumvè subditorum relegatus ex toto Electoratu videtur relegatus.

1 GEneralis est Sanctio Illustrissimi Saxonis in *hâc* Constit. 46. quâ relegatio ex certa aliqua provincia ad totum Saxoniæ Electoratum extenditur: † Parum itaque refert, an cum fustigatione, 2
an verò sine fustigatione, item an in perpetuum, an verò ad certos solummodò annos quis fuerit relegatus; † Sed utroque in casu jussus migrare indif- 3
ferenter ex toto Electoratu bannitus censetur, *hâc* Constit. 47. *vers.* Daß ihme mit. † Quod idem 4
vult observari Constituens Illustrissimus, quando quis propter delictum commissum è finibus jurisdictionis Nobilium, aliorumque subditorum in Electoratu Saxoniæ relegatur, † ut nimirum hic ex 5
toto Electoratu Saxoniæ, omnibusque istius provinciis censeatur relegatus, *vers.* Solches soll auch dergestalt ꝛc. † Nec quispiam id miretur, cùm ubi- 6
vis ferè locorum consvetudine generali inductum videamus, ut ab una civitate aut præfectura alicujus Principis migrare jussus, à tota provincia & Ducatu istius Principis censeatur bannitus; † prout 7
testatur Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst 71. n. 4.* Vincent. de Franch. *part. 1. decis. 129. n. 2.* Dan. Moller, *ad Const. Elect. 13. n. 17. part. 4.* † Quam consve- 8
tudinem rectissime dicit rationabilem Matth. Berlich. *part. 5. concl. 71. num. 10.* propterea, † quod 9
publicè expellat, ut provinciæ malis purgentur hominibus, *l. congruit. 13. vers. ut malis hominibus. ff. de offic. præsid.*

Ita Domini an Hans Ernst und Abraham der Römere / Gevettere zu Wiesenbrunn / Mens. Majo, Anno 1632. Verba sent: So wird die gefangene N. N. solcher ihrer Verbrechung wegen öffentlich zur Staupen geschlagen / und nach ausgestandener Leibesstrafe des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

DEFINIT. III.

Extra Saxoniæ Electoratum, effectus Relegationis extra territorium relegantis neutiquam extenditur.

SEd hoc ita in Electoratu Saxoniæ aliisque pro- 1
vinciis, in quibus consvetudine id fuit introductum:

2 ductum: Extra quem casum alibi † effectus Relegationis extra territorium & jurisdictionem Ma-
3 gistratus relegantis non extenditur. † Nam quia Judex extra territorium suum imperium & potestatem non habet, certè nec relegatio ab ipso facta alibi effectum poterit sortiri, Joh. Schneidevv. *in* §. *2. & seq. inst. qvib. mod. jus patr. potest. solv. n. 13.*
4 †Quin &, licet Magistratus sint confœderati, attamen relegatus ex unius territorio, ab alio relegatus & bannitus dici haud debet. Bartol. *in l. non dubito 7. ff. de capt. & postl. revers. num. 2.* Jul. Clar.
5 *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 71. n. 11. & seq.* † Et ut plus dixerim, qui de civitate, præfectura & loco certo alicujus provinciæ bannitur & relegatur, de toto ducatu vel Provincia istius Principis haud relegatus censeri debet, per text. *in l. relegatorum 7. §. con-*
6 *stitutum 15. ff. de interdict. & relegat.* † Nam & quævis civitas atque præfectura suam peculiarem ac separatam jurisdictionem habet, quæ vires suas
7 alicubi non extendit, *l. ult. ff. de jurisdict.* † Idque ipsum est, quod dicitur *in dict. l. relegatorum. 7, §. interdicere, 10. ff. de interd. & relegat.* judicem eâ solùm provinciâ posse interdicere, quam regit, aliâ non item.

Ita Domini ad requisitionem Georgii à Döbschitz / Mens. Octobr. Anno 1630. (Verba sent : So wird Inquisitin mit der Straffe des Staupenschlages / so sie sonsten verwürcket / verschonet / Sie wird aber nichts minder euerer Gerichte ewig billich verwiesen / V R W.)

It. contra F. E. zu Neuenzella / Mens. Jun. Anno 1607. (Verba sent: So wird er von wegen solcher seiner Verbrechung mit Staupenschlägen des Stiffts Neuenzella Gerichten ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. IV.

Bannitus ex provinciis Electoratus Saxonici, ex Episcopatibus quoq; Martisburgensi, Misnensi & Numburgensi relegatus censetur.

1 CErtum est, Episcopatus in Electoratu Saxoniæ cum ipso Electoratu & provinciis Saxon. pro-
2 priè nil commune habere: †Etsi enim Serenis. Sax. Elector eos administret, & jurisdictionem ibidem exerceat, attamen hoc ipsum non Electoris, sed E-
3 piscopi nomine facit, † quem in Episcopatu & Capitulo repræsentat, uti notisimum est, Tob. Paur-
4 meist. *de jurisdict. Imp. Roman. lib. 2. cap. 7.* † Sequi hinc videtur, Relegatos ex ditionibus Electoratûs Saxonici, in territoriis Episcopatuum Numburgensis, Misnensis & Martisburgensis, ceu sub alterius Magistratus jurisdictione, commorari, vix
5 prohiberi posse. † Sed placuit Dominis, Relegationem ex Saxoniæ Electoratu factam non minus ad Episcopatus Serenissimi Domini Electoris, atque ad alias ejusdem provincias Electoratui incorpo-
6 ratas extendi † propter verba *h.* Const. *47.* generalia (Derselbige soll aller unserer Lande verwiesen werden.) Quod nec Illustrissimo Electori sententias Scabinorum in hunc modum conceptas approbanti displicuit.

Ita Domini ad Consultationem VVolffgangi Georgii à Zschepitz / Mens. April. Anno 1609. (Verba sent : Ist N. N. die Landsverweisung auff 3. Jahr lang zuerkannt worden / &c. So wird er nicht allein aller des Churfürstens zu Sachsen und Burggrafens zu Magdeburg / &c. unsers gnädigsten Herrns / zugehörigen Landen / sondern auch derselben incorporirten dreyen Stifftern billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. V.

Per relegationem indefinitè indictam perpetua intelligitur relegatio.

DUplex est relegatio: Temporalis atque Per-1
petua, *l. relegati. 4. l. 14. in pr. & §. 1. ff. de interdict. & relegat. l. 6. §. ult, l. 28. §. 1. & 13. ff. de pan. h.* Const. *47. vers.* Die ewige oder zeitliche Landesverweisung / &c. † Illa ad decennium quoque exten-2
ditur, at non ultra; †Sed hæc, perpetua nempè, per3
totam Relegati vitam durat, nec unquam jus revertendi relegatus habet. † Indicta ergò per senten-4
tiam relegatione indefinitè & absq; temporis certi expressione, prout quandoq; fieri solet, de quanam relegatione sententia erit accipienda? †Placuit Do-5
minis, Reum hoc casu in perpetuum censeri relegatum, per *l. servus 10. C. de pœn.* ubi Servus sub pœna vinculorum, sine temporis præfinitione domino reddi jussus sententia præsidis provinciæ, perpetuò vinctus esse debet, Hartman. Pistor. *observat. 189.* †Nec movet in contrarium, quod JCtus Mode-6
stinus ait, decennii tempora præfinita censeri, si sine tempore præfinito quis in metallum datus fuerit, *in l. sine præfinito. 23. ff. de pœn.* †Siquidem hoc7
de eo casu est accipiendum, quo Reus ad tempus quidem in genere, attamen sine certi temporis præfinitione relegatus est; ut benè sentit Hart. Pist. *dict. observat. 189.* † Ex quo ad casum præsentem,8
quo ne quidem in genere temporis mentio est facta, nil inferri potest.

Ita Domini in causa Matthæi Weinickens zu Sommern / Mens. Julio Anno 1626. (Verba sentent: Ist einem / von welchem eure Frage meldet / seiner Verbrechung wegen / durch Urtheil und Recht die Landesverweisung ohne Benennung der Zeit zuerkannt worden / dannenhero Zweifel vorfallen will / ob solches Urtheil von der zeitlichen oder ewigen Landesverweisung zu verstehen sey / &c. So ist die ewige Landesverweisung darunter zu verstehen / und wird demnach der Verbrecher / auff bemeldtes ergangenes Urtheil / des Landes ewig billich verwiesen / V. R. W.)

Definit. VI.

Relegati hodie signo in fronte inusto haud notantur.

CErtum est, quod de Jure civili, relegati ob de-1
lictum præter hanc pœnam, signo aliquo inusto fronti, haud notari debeant, ex sanctione Imp. Constant. *in l. 17. C. de pœn.* † At de Jure Saxo-2
nico aliud consvetudine introductum est, ut patet ex *Gloss.* Weichbild. *art. 38. n. 5. vers.* Und diß ist so viel. *& seq. Gloss.* Landr. *lib. 2. art. 13. n. 6. vers.* Und windet ihme die Haar. Christoph. Zobel *part. 4. differ. 2. n. 13. sub fin.* †Sed consvetudo ea hodiè non3
amplius observatur, nec inustio signorum locum habet, † quin potiùs secundum Jus commune pro-4
nunciatur, ut notat Ludov. Fachs. *diff. 66. in med. vers.* Diese Straffe.

Ita Domini in causa N. N. zu Hedstadt / Mense Martio Anno 1625.

Definit VII.

Maritum ex suo delicto bannitum, haud tamen vagabundum Uxor sequi tenetur.

CUm quæritur, an mulier maritum absentem1
invita sequi teneatur? variè solent Interpp. distingvere inter causas absentiæ & migrationis,2

an

an ſcilicet peregrinatio mariti ſit longinqua, non
3 prævisa aut ignominiosa? † Existimant nempe
Uxorem nunquam cogi posse ad emigrationem,
4 si maritus ex delicto suo fuerit bannitus, † aut si
persuadenda, severè tamen ab ea id non exigen-
dum; ne pro uno delicto duo puniantur, & inno-
5 cens quidem immeritò: † Quin potiùs videndum,
quid res rationesque domesticæ liberorum com-
munium, & res familiaris ferat, utrum salva ho-
nestate uxor inter peregrinos versari possit nec ne;
6 † Idque eò magis in Electoratu Saxoniæ, ubi Const.
Elect. *19. part. 4.* uxorem duntaxat in casu adul-
terii, maritum adulterum sequi cogit, uti post
alios disputat Petr. Heig. *part. 2. quæst. 14. num. 16.*
7 *& seqq.* † Attamen obtinuit hactenus apud no-
strates contraria opinio, quod scilicet maritum
etiam ex delicto suo bannitum Uxor sequi tenea-
tur, modò non sit vagabundus, teste Hartm. Pistor.
8 *observat. 148.* † propter arctam nimirum inter Vi-
9 rum & Uxorem consociationem, † quæ ex affli-
ctione mariti neutiquam est disponenda, *§. 1. inst.*
de nupt. l. 4. Codic. de crimin. expil. hæred. l. 1. ff. rer.
10 *amotar.* † Nec quicquam tàm humanum videtur,
quàm in fortuitis casibus, mulieris maritum &
contra Uxorem Viri calamitatum participem
esse, *l. si dotem. 22. §. si maritus. 7. ff. solut. matrim.*
Joh. Petr. Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 26. n. 7.* Hie-
ron. Gigas *de crimin. læs. majest. lib. 3. tit. de pœn.*
quæst. 19.

Ita Domini in causa I. D. zur Niederwarte / M. Septembr. Anno 1595. (Verba sent: Ob nun gleich I. D. wegen begangenen Diebstals die ewige Landsverweisung zu Recht zuerkant worden. Da sich aber dennoch derselbe an einem gewissen Orte außerhalb Landes niederlassen würde / so wäre ihme sein Eheweib dahin zu folgen schuldig / sein Geld aber / so er von seinen verkauften Gütern gewärtig / mag ihme / ehe und zuvor er gnugsame Caution bestellet / dasselbe ausserhalb Landes wiederumb anzulegen / und sein Weib und Kind davon zu versorgen / nicht gefolget werden / V. R. W.)

Definit. IIX.

Attamen in loco, ex quo maritus est bannitus, per tempus commorari, & de bonis suis disponere Uxor non prohibetur.

1 Fallunt tamen, qui hoc ita intellectum volunt,
ut uxor præcisè & in continenti maritum ex de-
2 licto suo relegatum sequi teneatur: † Etsi enim
3 huic emigratio injungi debeat; † Attamen quin
ipsi reverti & de bonis suis disponere, ac per tem-
pus ibidem commorari liceat, dubium prorsus
4 non est. † Nec enim ipsa relegata censetur, sed
relegatum maritum tantummodò sequitur, eique
cohabitat.

Ita Domini ad requisitionem VVolffgangi Georgii à Zschepliz, Mens. Septembr. Anno 1609. (Verba sentent. So viel aber sein Eheweib anlanget / ob wol dieselbe diese Lande zu meiden nicht schuldig / so wird ihr dennoch / ihrem Ehemanne mit wesentlicher Wohnunge zu folgen / billich auferlegt. Es ist ihr aber mitlerzeit ihre Güter Pachtweise auszuthun / oder sonsten durch andere bestellen zu lassen unbenommen / V. R. W.)

Definit. IX.

Non admittunt relegati jura Civitatis.

1 Disputari solet: † An relegati jura Civitatis,
potestatem in liberos, beneficia Civibus &
incolis competentia, statum, aliaque similia, qvi-
bus antea usi fuêre, perdant & amittant? † Quod
2 rectissimè negat Joh. Schneidew. *in §. cum autem.*
1. instit. quib. mod. jus patr. potest. solv. † per text.
3 manifestum *in l. relegati. 4. ff. de interdict. & relegat.* ubi dicitur: *Relegati in insulam, in potestate sua liberos retinent, quia & alia omnia sua jura retinent.*
† Tantùm enim insula eis egredi non licet, & bona
4 quoque sua omnia retinent, &c. † idemque habe-
5 tur *in l. relegatus. 14. §. magna. 1. ff. de interdict. & relegat. l. ejus qui. 8. §. pen. ff. qui test. fac. poss. §. relegati. 2. quib. mod. jus patr. potest.*

Ita Domini in causa P. S. zu Bitterfeld / Mens. Mart. Anno 1602. (Verbà sentent: Ob wol P. S. ein lediger Geselle und Bürgers-Sohn bey euch / von wegen etlicher injurien, damit er den Rath angegriffen / desfandes auff drey Jahr lang verwiesen worden / &c. So mag ihme doch solche Verweisunge an seinem Bürgerrechte / so von seinem Vater auff ihn kommen / nicht nachtheilig seyn / und weil er sich noch zur Zeit an keinem frembden Orte niedergelassen / und seine eigene Haushaltung daselbst angestellet / so seyd ihr ihme auch den vierdten Pfennig an der Erbschafft / so ihme von seinem verstorbenen Bruder bey euch angefallen / vermöge eurer Statuten / davon der übersendete Extract meldet / abzuziehen nicht befugt / V. R. W.)

Definit. X.

Concessa relegato facultate negotiandi in loco, ex quo bannitus fuit, videtur etiam concessum jus commorandi.

1 Cum relegato gratia facta, ac relegatione in
mulctam pecuniariam conversa, facultas ne-
gotiandi eo in loco, ex quo erat bannitus, con-
cessa fuisset, dubitatur, an ædes isto in loco eme-
re, ac ibidem commorari ipsi liceret? Siquidem
2 manifestum est, negotiari & commercia exerce-
re quem posse in aliquo loco, etiamsi ibidem nec
domicilium, nec ædes proprias habeat. † Pla-
3 cuit tamen contrarium Dominis, per jus com-
merciorum & negotiationis, facultatem quoque
commorandi concessam videri, vel propterea
saltem, † quod principis voluntas & liberalitas
4 maximè in indulgendo, interpretatione potiùs
adjuvanda, quàm restringenda sit, *l. pen. ff. de con.*
stit. princip. † Nam si pœnæ omnes sunt odiosæ,
5 *l. pen. ff. de pœn.* consequens est, ut indulgentia,
quælibet sit favorabilis, † quia per eam non re-
6 manet delictum omninò impunitum, siquidem
indulgentia, quos liberat, notat *l. ult. Codic. de*
abolit. Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 27. definit. 1.*
num. 8.

Ita Domini in causa G. S. zu Arnsfeld / Mens. Nov. Anno 1609. (Verba sentent: Ist euch wegen eurer Verbrechung im Ampte Wolckenstein die Landsverweisung zuerkannt worden / welche Straffe der Chur-Fürst zu Sachsen und Burggraff zu Magdeburg / &c. unser gnädigster Herr / gegen Abstattung einer gewissen Geldstraffe / euch quädigst erlassen / und bewilliget / daß ihr in Seiner Churfürstlichen Durchl. Landen und Aemptern (iedoch ausserhalb des Städtleins Wolckenstein) wiederumb frey und sicher wie zuvor handeln und wandeln möget / &c. So seyd ihr Krafft solcher quädigster Bewilligung und Nachlassung / in Ihrer Churfl. Durchl. Landen und Aemptern (iedoch ausser dem Städtlein Wolckenstein) euch auch haushablichen nieder zu lassen / und darinn wesentlichen zu wohnen wol befugt / und mag euch solches vom Ampt Wolckenstein nicht gewehret werden / V. R. W.).

DEFINIT. XI.

Relegatus ab uno loco, in alio potest admitti ad officia & honores.

1 NOn loquor hîc de bannitis Imperii, de quibus dubium vix est, quin in Imperio præclusa sit iis
2 via ad honores & officia, † ut patet ex traditis Dd. *ad §. relegati. 2. inst. quibus mod. jus patr. potest. ubi &* Joh. Schneidew. *num. 11.* Matth. Wesenb. *in*
3 *parat. ff. de interd. & relegat. in fin.* † Sed de relegatis ab inferiore magistratu ex certo aliquo loco dubitatur, an in alio loco ad officia admittantur?
4 † Quod affirmandum existimaverim cum Bald. *in l. 2. §. postea. 2. ff. de origin. jur.* Felin. *in cap. cum contingat. 13. in pr. extr. de foro compet.* Matth. Co-
5 ler. *part. 2. decis. 285. n. 1.* † quia relegationis effectus sive punitio non extenditur extra territorium relegantis, Joh. Schneidew. *in §. 2. & seq. inst. quib. mod.*
6 *jus patr. potest. solv. n. 13.* † Ergò nec infamia ceu accessorium relegationis, *l. 3. l. 4. Codic. ex quib. caus.*
7 *infam. irrog.* † Quid ergò obstabit, qvò minus ad officium relegatus admitteretur?

Ita Domini in causa A. O. zu Arlsleben / Mens. Aug. Anno 1628. (Verba sent: Seyd ihr rechtmäßiger Weise zu einem Gerichtsschöppen des Orts erkieset und gewehlet worden / wann ihr nun gleich hiebevor im Stifft Magdeburg des Landes verwiesen wäret / &c. So möchte doch derowegen die einmal geschehene Wahl nicht hinterzogen werden / sondern ihr würdet zum Gerichtsschöppen-Amt billich zugelassen / &c.)

DEFINIT. XII.

Nisi relegatus sit ob delictum, quod infamia sequitur.

1 SEd hoc ita, si relegatio facta fuerit ob delictum punitionis arbitrariæ, cui lex non pœnam tur-
2 pitudinis constituit, sed judex: † cujus jurisdictio & autoritas cum alibi non valeat, utique nec pœna turpitudinis alibi effectum habebit, secundum tradita Jacob. Cujac. *lib. 7. observat. 19. &* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de his qui not. infam. num. 3.*
3 † Cæteroquin, si quis bannitus fuerit ex tali delicto, cui Lex ipsa pœnam infamiæ constituit, sive
4 ex crimine per se famoso, † relegatus certè etiam alio in loco pro infami habebitur, ac per consequens ab officio honorabili repellendus est, *arg. l. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. palam. 4. ff. de rit. nupt.* Glos. *in l. 1. C. de mod. mulct.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 185. num. 3.*

Ita Domini in eâdem causa. (Verba sent: Es wäre denn daß ihr wegen einer solchen Begünstigung / so Inhalts der Rechte infamiret und anrüchtig machet / verwiesen worden / auff den Fall würdet ihr auch selbiges Orts vor anrüchtig gehalten / und zum Gerichtsschöppen-Ampt keines weges admittiret, V. R. W.)

DEFINIT. XIII.

Magistratus inferior, merum habens imperium, fustigationem vel relegationem ex causâ rationabili in pœnam mitiorem bene convertere valet.

1 NOn desunt, qvi Magistratuum inferiorum potestatem adeò constrictam sibi persvadent, ut, licet eis merum imperium competat, fustigationem tamen vel solam Relegationem, Reo alicui indictam, in pœnam aliquam mitiorem aut mulctam pecuniariam ab iis haud converti
2 posse, existiment. † Veluti quoque *à Facultate Juridicâ Lipsiensi Mens. Januar. Anno 1632.* An Otten von Hahn zu Kleinschocher / *& Mens. Jan. Anno 1635. contra B. B.* pronunciatum intellexi. †
3 Nempe [1.] quod facultas aggratiandi aut veniam pœnæ Reis indulgendi pertineat ad jura territorii & superioritatis, der Landsfürstlichen Obrigkeit / atque ita inter regalia referatur, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10. num. 164.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 23. n. 6.* Christoph. Besold. *Class. 1. disput. pol. 3. thes. 14.* † Atqui differunt merum imperium &
4 Regula seu jura territorii, quæ Magistratibus inferioribus neutiquam competunt, Jacob. Menoch. *lib. 3. præs. 97. num. 6.* Decian. *vol. 3. respons 123. n. 23.* [2.] † Quia Magistratus inferiores pœnas re-
5 mittere nequeunt, *l. pœnam. 15. C. de pœnis.* nec legibus derogare, *arg. l. 2. Cod. de offic. præfect. prætor. Orient. & Illyrici.* Vel clementiores ipsa lege se exhibere, *Novell. 82. cap. 10.* † sed juxta pro-
6 nunciata sapientum, pœnas executioni mandare tenentur, Ordin. Crimin. Carolin. *art. 160.* §. und dieweil *& art. 219.* Præfat. ante Const. Elector. *vers.* Befehlen darauff / & præfat. *ante* Proceß-Ordnung / *de Anno 1622. circa pr. vers.* Da sich männiglich / &c. † [3.] Si inferior judex pœnam Relegatio-
7 nis ex Electoratu commutare vellet in mulctam pecuniariam, nihil aliud faceret, quàm quod exerceret jurisdictionem in alterius territorio, superioris nempè Magistratus, contra *l. ult. ff. de jurisdict. l. nemo. 4. Cod. eod. tit.* † [4.] Per text. *in* Ordin.
8 polit. Elect. Saxon. *de Anno 1612. n. 5. Rubr.* Straffe anderer Laster / *in fin. vers.* Und ihnen durch Geld oder andere Straffe sich hiervon zu entbrechen nicht nachgelassen werden soll. Et Ordin. Matrim. *de An. 1625. p. 116. in fin. vers.* Daß hinfüro die Gerichtsherren / auf Belernung unserer Schöppenstule / wider die Verbrecher in allen oberzehleten Fällen verfahren sollen / und wollen also hierinnen die Geldstraffen gäntzlich abgeschaffet haben. † At rectiùs Domini
9 Scabini in foro etiam Saxonico & provinciis Electoratûs, Magistratibus inferioribus ex jure mieri imperii potestatem commutandi fustigationem vel relegationem justa & rationabili de causa in pœnam aliquam mitiorem competere, responderunt. † *Tùm*, quod de jure communi integrum sit
10 judici, ex causa justa pœnam legitimam vel augere vel minuere, *l. quid ergò 13. §. pœna gravior. 8. ff de his qui not. infam. l. 3. C. eod. tit. l. 19. in fin. ff. de offic. præsid.* Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 8. num. 27.* Nicol. Reus. *lib. 2. decis. 16. num. 3.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 22. num. 15.* † Nullibi autem in foro Saxo-
11 nico hoc correctum est. Nec enim per textus modò allegatos hoc probatur, ut mox demonstrabo. † Cur ergò non standum esset dispositione juris
12 communis in foro etiam Saxonico, *arg. l. si extraneus. 6. ff. de condict. caus. dat.* & per tradita Bald. *in l. si plures. 6. numer. 29. Codic. de condit. insert.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 32. n. 8. &* Jac. Schult. *in addit. ad* Modest. Pistor. *part. 3. quæst. 126. num. 183.* † *Tùm*, per textum satis manifestum *in* Ordin.
13 provinc. Elect. Sax. *de An. 1555. Rubr.* Daß peinliche Sachen / dardurch das Leben verwürcket / ohne unsere Bewilligung nicht bürglich gemacht werden sollen. † Nimirùm prohibet saltem Elector illu-
14 strissimus pœnas capitales seu ultimi supplicii in mulctam civilem convertere. † Quo ipso magi-
15 stratibus inferioribus in reliquis pœnis, ut sunt fusti-

fustigatio, Relegatio, &c. aliud permissum luculenter innuit, *arg. l. 1. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd.* † Nec, dicere poteris, haud valere hoc casu argumentum à contrario sensu petitum, propter Sanctionem Electoralem contrariam, per tradita Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 93. num. 6.* Cum Sanctio ejusmodi nullibi reperiatur, ut paulò post demonstrabo. † *Tum*, per *dict.* Ordin. provincial. Elect. Saxon. *de An. 1555. Rubr.* Was zu Ober-Nieder-oder-Erb-Gerichte gehöret. *f. ult. in verb.* Als wenn eine peinliche Sache mit Zulassung der Gerichte bürglich würde. † Quæ verba adeò manifesta sunt, ut nil profectò ad ea responderi queat. † Nec enim de Magistratu superiori, nec de Responsis prudentum ibidem agi, non solùm ex vocula der Gerichte / sed ex toto contextu luculenter patet. † *Tùm*, quod in sententiis Scabinorum sæpissimè ponatur pœna arbitraria vel carceris, vel relegationis, aut etiam mulcta pecuniaria. † Quo ipso Magistratus inferioris arbitrio electio datur: ac per consequens etiam facultas relegationem in pecuniariam mulctam convertendi. † Nisi modum pronunciandi, à multis annis in Electorali Saxoniæ Scabinatu receptum & per infinita mandata Electoralia confirmatum, temerario prorsus ausu invertere velis. † Nec obstant argumenta antea in contrarium prolata. Ad (1.) enim respondeo, distingvendo inter jus aggratiandi sive pœnas in totum remittendi; Et jus pœnam saltem ex parte mitigandi & in mulctam leviorem convertendi: † Illud equidem inter regalia & jura territorii referendum, ut multis probatum dedi *in pract. crim. part. 3. quæst. 150. num. 49. & seqq.* † Non etiam jus mitigandi pœnam, quod propriè est meri Imperii, nec magistratibus inferioribus ullibi ademptum reperitur. Eâdemque distinctione refellitur argumentum. (2.) † Concesserim enim, Magistratui inferiori haud fas esse pœnam in totum Reis remittere, eisque veniam indulgere, quia scilicet jus hoc inter Regalia refertur. † Quin nec pœnam mortis in aliam mulctam convertere valet Magistratus inferior, sed præcisè ad consilium & sententiam Sapientum eam executioni mandare tenetur, ut pluribus demonstravi *in pract. criminal. dict. quæst. 150. num. 59. & seqq.* † Sed nil inde potest inferri ad pœnas, quæ capitales non sunt, quas convertere in mulctam pecuniariam, nullibi prohibitum est, quin potius permissum, ut supra docui. † Neque ex Ordin. Crim. Carolin. aut præfat. Constit. Elect. & Ordin. Novi proceff. quicquam aliud probatur, quàm ne Magistratus inferior proprio ausu pœnam dictitet absque consilio Sapientum, non etiam ut pœnam à JCtis jam dictatam mitiget. (3.) † Non intelligere possum, mehercle, quomodo Magistratus inferior, Relegationem in mulctam pecuniariam immutans, jus dicat extra territorium, cum jure permisso utatur in ditionibus suæ jurisdictionis, † nisi & per electionem pœnæ arbitrariæ superiori magistratui præjudicari existimaveris? † At malè omninò, postquam arbitrariam pœnam variis in casibus Constitutiones Electorales admittunt, ut colligere licet ex Constit. Elect. *8. 32. 35. 42. 43. 45. h. pag. 4.* † Nimirum, quod per consequentiam vel per indirectum fit, non censetur prohibitum *l. quædam 62. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. ff. de autor. tutor.* (4.) † Denique non obstant Ordin. polit. Elect. Saxon. *de Anno 1612. n. 4. &* Ordin. matrim. *de Anno 1625. pag. 16.* Quia utroque in loco agitur de adulterio, fornicatione & stupro. Quibus in casibus & in incestu aliisque delictis carnis, ex speciali ratione, Illustrissimum Electorem mitigationem aut conversionem pœnæ in mulctam pecuniariam prohibuisse, dixi *in pract. crim. part. 3. quæst. 150. num. 94.* † Ergò ad alia delicta nil inde inferendum, quin potius contrarium de illis dispositum firmiter concludendum erit, † siquidem casus excepti firmant regulam in contrarium, *arg. l. quæsitum. 12. §. 43. ff. de inst. vel instr. legat.* Barbosa *in axiom. jur. rubr. exceptio axiom. 85. n. 4.* † At certè, si aliter diceremus, pecuniariam mulctam in omnibus delictis abrogatam asseramus, necesse esset, ex *verb. dict.* Ord. matrim. *p. 16.* (Und wollen also die Geldstraffen billich abgeschaffet haben.) † Sed quid dictu absurdius? † Et prædicta Dominorum Scabinorum sententia per multos annos in provinciis Saxonicis usu recepta placuit etiam JCtis Jenensibus, veluti dispensandi & pœnam fustigationis aut Relegationis in mitiorem aliquam commutandi, jus esse Magistratibus inferioribus, responderunt *Nobilibus à* Meusebach/ *Mens. Octobr. Anno 1614. & ad Consultationem* Ehrenfrieds von Ende/ *Mens. Octobr. Anno 1611. teste* Petr. Theodor. *in colleg. crimin. disp. 10. th. 7. lit. B. §* *quemadmodum.* † (Ac juxta eam ceu veriorem

Pronunciârunt quoque Domini Assessores Facultatis Juridicæ Lipsiensis sibi contrarii, An Jobst Ludwig Breitenbachen in Segerig / etc. Mens. Nov. Anno 1625 hisce formalibus: Ob wohl in der Churfl. Sachß. Anno 1555. publicirten Lands-Ordnung versehen / daß keine Sachen / dadurch das Leben verwircket / ohne ausdrückliche Einwilligung Ihrer Churfürstl. Durchl. bürglich gemacht/und die Lebensstraffe in Verweisung verwandelt / oder dem Thäter es zur Geldstraffe gelassen werden soll. Dennoch aber und dieweil dem Gefangenen keine Todesstraffe / sondern nur Staupenschlage / und ewige Landesverweisung zuerkannt/und über diß allerhand bewegende Ursachen zu seiner Entschuldigung angeführet worden. So mag er zwar mit dem Staupenschlage verschonet werden; Er wird aber / damit diese Sache nicht bürglich werde / vor peinlich gehegtem und besatzten Gerichte billich vorgestellet / das Urtheil ihme öffentlichen vorgehalten / und nach Abstattung der Gerichtskosten darauff des Landes ewig verwiesen/ V. R. W.)

† Quamvis verba finalia hujus sententiæ hactenus non intelligere, nec percipere potuerim, quomodo per solam publicationem sententiæ factam in judicio criminali solenniter formato, causa conservetur criminalis, etiamsi sola relegatio indicatur Reo, † cum notissimi juris Saxonici sit, eas demum causas haberi criminales, in quibus Reo irrogatur pœna corporis afflictiva, ut docui *in pract. crim. p. 3. quæst. 102. n. 5. & 52.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 22. num. 2. & seqq.*

Ita Domini an Richter und Schöppen zu Kötzsche/ Mens. Octob. Anno 1627. (Verba sent: Da nun euerm Juncker die Ober-Gerichte zuständig wären; So wäre ihme solches zu thun / und dem Gefangenen aus oberwähnten Ursachen den öffentlichen Staupenschlag zu erlassen unbenommen/ V. R. W.)

Item An Henrichen von Brederlohen/ Mens. Sept. Anno 1621. (Verba sentent: Daß euch / als dem die Obergerichte des Orts zuständig/die H. H. vermöge unsers euch jüngsthertheileten Urtheils / zuerkannte zeitliche Landesverweisung in eine Geldbusse zu verwandeln unbenommen / V. R. W.)

CON-

Constitutio XLVIII.

PARTIS QUARTÆ.

Wie die jenigen zu straffen/so auf einen Urphede verweiset/ und doch ein- oder mehrmahls wiederkommen?

JE/ so auff einen geschwornen Eyd verweiset/ und doch wissentlich wieder kommen/ sollen mit Abhauung der zwey förder-Finger/ damit sie geschworen/ anderweit verweiset werden.

Wann aber der Verwiesene zum andern mahl wieder käme/ soll ihme nachmahls ewige Verweisung mit Staupenschlägen zuerkant werden.

Würde er aber zum dritten mahle in das Land kommen/ so soll er seiner widersetzlichen Contumacien, auch des reiterirten Meineyds halben/ mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden.

Und soll eine iegliche Stadt/ Ampt- und Gerichtsherr dem andern zu erkennen geben/ und darauff Achtung haben/ damit der Verwiesene in der Zeit/ so ihme aufferleget/ gewißlich räume und aus dem Lande komme/ und da solches nicht geschehe/ soll der Verwiesene von einem jeglichem Gerichte eingezogen/ und zu ordentlicher Straffe gebracht werden.

De pœna illorum, qui relegati contra juramentum semel aut pluries etiam revertuntur.

QUi præstito pro more juramento, relegatus revertitur, amputatis prioribus duobus digitis, quibus erectis juramentum præstitit, iterum relegabitur.

Quod si secundò revertatur, virgis eum cæsum in perpetuum denuò relegari jubemus.

Tertiâ verò vice, si exilio nondum obtemperans, in Ditiones nostras remeârit, tùm propter toties contumaciter repetitum perjurium capite plectatur.

Magistratus verò etiam uniuscujusque civitatis vel præfecturæ, aut alius quicunque, qui jurisdictioni præest, alteri id notum faciat, operamque det, ut relegatus intra constitutum tempus Ditionibus nostris excedat, qui si id non faciat, quilibet Magistratus eum comprehensum, & in carcerem conjectum, legitimis pœnis afficiat.

DEFINITIONES.

1. *In foro Saxonico relegati refugæ tùm demum capite plectuntur, si contra præstitam Urphedam tertiâ vice reversi fuerint.*
2. *Digiti non toti, sed priores saltem digitorum articuli refugis abscinduntur.*
3. *Ad certum tempus relegati revertentes, digitis abscissis, denuò ad tempus illud, non in perpetuum relegantur.*
4. *In Saxoniæ Electoratu, abscissione digitorum non puniuntur Refugæ, qui saltem ex districtu judicii* (aus dem Weichbild) *sunt relegati.*
5. *Remittitur pœna abscissionis digitorum relegatis, si non dolosè reversi fuerint.*
6. *Pœna perjurii hodiè est arbitraria.*
7. *Pœna conventionalis nunquam potest peti, quin præcesserit causæ cognitio, sententiaq; declaratoria, quod pœna sit commissa.*
8. *In pœnis alternativis electio non Reo, sed judici competit.*
9. *Reus non sufficienter punitus denuò potest puniri.*
10. *Ad bannum in adulterio non proceditur, priusquam constet, conjugem innocentem nolle adultero condonare.*
11. *Bona delinquentis fugitivi non cedunt magistratui.*
12. *Dimensio miliarium non fit in foro Saxonico geometricè ad elevationem poli, sed per viam magis frequentatam.*

Definit. I.

In foro Saxonico relegati refugæ tùm demum capite plectuntur, si contra præstitam Urphedam tertiâ vice reversi fuerint.

1 EX quorundam Dd. sententia, relegati & exules, si revertantur, & provinciam, ex quâ sunt relegati, ingrediantur, extraordinaria saltem pœna pro judicis arbitrio plectuntur, per text. *in l. aut*
2 *damnum. 8. §. quisquis. 7. ff. de pœn.* † Nec mirum id videbitur, cum non reperiatur, exulare jussos juratò promisisse, non reverti, & provinciam vel civitatem, ex quâ relegati fuêre, denuò, vel tempore nondum præterlapso ingredi, ut sic reversi
3 perjurium haud commiserint. † At hodiè in Imperio Romano-Germanico relegati Urphedam præstant ac juramento promittunt, se nolle reverti, nec se quovis modo vindicare. † Quidni ergò 4
juramentum frangentes severiori perjurii pœna, puta, amputatione manûs, vel digitorum præcisione puniri deberent, jubente Imp. Carolo V. in Ordin. crim. *art. 108. vers.* So aber einer *ubi* Greg. Rem. *in Nemes. Carolin.* & Matth. Stephan. † Major verò hoc casu est rigor juris Saxonici, quo is, qui 5
sub Urphedâ & juramento relegatus ante tempus determinatum revertitur, capite punitur, Landr. *lib. 3. art. 9. verb.* Bricht aber/ &c. † Quæ tamen ju- 6
ris Saxonici dispositio non ita simpliciter accipienda, sed ad eos restringenda videtur, qui perjurium reiterant, & in contumacia perseverant, secundum Gloss. *latin. in dict. art. 9. lit. C.* † Scilicet si ter- 7

tia

tia vice revertantur: Primâ enim vice, refugæ abſciſsione digitorum: Secundâ fuſtigatione: ac demum tertiâ vice revertentes gladii pœna plectendi ſunt, † ob contumaciam inſignem & perjurium tertiò reitératum, *hâc* Conſt. *48.* de quo pluribus dixi *in pract. crimin. part. 1. quæſt. 47.*

Ita Domini contra N. N. zu Zeiß / Menſe Sept. Anno 1622. (Verba ſent: Iſt N. N. vermöge unſers vorigen Urtheils / wegen ſeines begangenen Meineyds / mit Abhauung der förder Glieder der beyden Fingere / damit er geſchworen / gegen Leiſtung eines gewöhnlichen Urpheds / des Landes auderweit verwieſen worden; Und es hat ſich der Gefangene / ſeinem geleiſteten Eyde zu wider / laut ſeines gethanen Bekäntnüß / in dem Churfürſtenthum Sachſen abermals betreten und antreffen laſſen / darüber er auch wieder gefänglichen angehalten worden / ꝛc. So wird vorgedachter N. N. wegen ſolches ſeines zum andernmal begangenen Meineyds / öffentlich billich zur Staupen geſchlagen / und nach ausgeſtandener Leibes-Straffe / des Landes ewig verwieſen. Mit dieſer ausdrücklichen Commination und Verwarnung / daß / wenn er künfftig zum drittenmal wieder in das Churfürſtenthum Sachſen kommen wird / er wegen ſolcher vorſetzlichen Contumacien / auch des reiterirten Meineyds / mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode geſtraft und hingerichtet werden ſoll / V. R. W.)

Definit. II.

Digiti non toti, ſed priores ſaltem digitorum articuli refugis abſcinduntur.

1 PRimâ igitur vice revertentes contra præſtitam Urphedam, amputatione digitorum plectun-
2 tur, *hâc* Conſt. *48. in pr.* † Æqvum enim eſt, ut Rei in membris delinquentibus pœnam ſentiant, *l. 3. ubi* Dec. *num. 19. & 20. C. de ſerv. fugit. Novell. 17.*
3 *cap. 8. Novell. 42. cap. 1. §. 2.* † inque eo puniantur, in quo deliquerunt, *tit. 55.* FF. *2. verſ. Scriba verò* Jacob. Cujac. *lib. 7. obſervat. 13.* Conrad. Rittersh. *de feud. lib. 2. cap. 5. quæſt. 88. verſ. de manus amputatione.* † Quod ipſum tamen non juxta ſenſum
4 verborum literalem de duobus digitis totis, ſed de prioribus duntaxat digitorum articulis accipi debet, ex ſententiâ mitiori, † quæ in pœnalibus ſem-
5 per eſt apprehendenda, *l. factum cuique 155. §. ult. ff. de reg. jur. 1. in pœnis. 49. de reg. jur. in 6to.* † Ac-
6 cedit quoque favor Reorum, qui digitis duobus totis privati nec opera manualia perficere, nec ſuſtentare commodè poſſent.

Ita Domini contra A. L. zu Leipzig / Menſ. Octob. Anno 1579. (Verba ſentent: Iſt A. L. nach geleiſtetem Urpheden des Landes verwieſen worden / deme aber zuwider er ſich unlängſten allhier betreten laſſen / ꝛc. So wird er wegen ſolches begangenen Meineyds / mit Abhauung der förder Glieder der beyden Fingere / damit er geſchworen / anderweit des Landes billich verwieſen / V. R. W.)

Definit. III.

Ad certum tempus relegati, revertentes digitis abſciſſis denuò ad tempus illud, non in perpetuum relegantur.

1 SI in perpetuum exulare juſſus contra Urphedam præſtitam revertatur, eamque provinciam, ex quâ relegatus eſt, ingrediatur, quin tùm digitis ipſi amputatis, denuò in perpetuum relegari debeat,
2 dubium equidem non eſt: † At reverſo eo, qui ad certos annos eſt relegatus, diſceptari ſolet, *an digitis ei abſciſſis, denuò temporalis, an verò perpetua re-*
3 *legatio ſit imponenda?* † Et temporalem relegationem repetendam, ac tempus exilii antea definitum, denuò exprimendum putaverim, † vel ſolùm pro- 4
pter verba *h.* Conſtit. *48.* (Anderweit verweiſet werden.) quæ ad relegationem prius indictam reſpiciunt, eandemque repetendam, ſat manifeſtè probant. † Nec obſtat *l. relegati. 4. ff. de pœn.* 5
ubi relegato, ad certum tempus revertenti, perpetuum exilium præfinitur: † quia textus ille loquitur 6
in terminis juris civilis, quo relegati revertentes nulla alia, quàm perpetui exilii pœna plectebantur. † Ex quo ad diſpoſitionem juris Saxonici, ubi digi- 7
torum abſciſsio refugis decernitur, nil inferre licet, † ne duplici pœna perjurium illud coërceatur, ut 8
dixi *in pract. crim. part. 1. quæſt. 47. num. 23.*

Ita Domini contra M. R. zur Auguſtusburgk / Menſ. Jul. Anno 1601. (Verba ſent: Iſt der gefangene M. R. ſeiner Verbrechung wegen auff drey Jahr des Landes verwieſen / deſſen aber ungeachtet / zu wider ſeinem geſchwornen Urpheden / zu Pirna betreten und zur Hafft bracht worden. So wird er wegen ſolches begangenen Meineyds mit Abhauung der förder Glieder der beyden Fingere / damit er geſchworen / billich geſtrafft / und des Landes wiederumb auff drey Jahr lang verwieſen / V. R. W.)

Definit. IV.

In Saxoniæ Electoratu, abſciſſione digitorum non puniuntur refugæ, qui ſaltem ex diſtrictu judicii (aus dem Weichbild) *ſunt relegati.*

1 DUram nimis pœnam perjurii dixetis, quâ relegatis primâ vice revertentibus digiti abſcinduntur: Sed lege eſt definita, Ordin. Crimin. Carol. *art. 108. verſ.* So aber einer. *hâc* Conſt. *48.*
2 † Quæ tamen non extendenda ad refugas & perjuros, qui abſque præcedente informatione ac ſententia Jurisperitorum fuêre relegati, ut dixi *in-*
3 *pract. crimin. part. 1. quæſt. 47. n. 32.* † Sicuti nec an eos, qui ditionibus, ex quibus ſunt banniti, nondum exceſſerunt, *dict. quæſt. 47. num. 41.* † Planè, 4
nec illi pœnam hanc incurrunt, qui ex diſtrictu ſaltem judicii, (Aus dem Weichbild/) fuêre relegati: 5
† Nempe quia Conſt. *hac 48.* loquitur de relegatis ex Saxoniæ Electoratu, uti manifeſtum eſt ex §. Würde er aber. *verſ.* ins Land kommen. † Ergò ad 6
alios non extendenda; † ſiquidem Conſtitutiones 7
pœnales ceu odioſæ ſtrictiſsimè ſunt interpretandæ, *c. ſtatutum. 22. de elect. in ſexto.* Jacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 4. n. 33.*

Ita Domini contra H. E. zu Leipzig / Menſ. Octob. Anno 1629. (Verba ſentent. Dieweil der verhaffte H. E. wegen ſeiner Unthaten zu unterſchiedenen malen inne geſeſſen / auch des Raths Weichbild ewig verſchworen / deſſen aber ungeachtet / ſich unlängſten allhier wiederumb betreten laſſen / ꝛc. So wird der gefangene H. E. derowegen / weil keine Beſſerung an ihme zu hoffen / nunmehr des Landes ewig verwieſen / V. R. W.)

It. contra A. H. zu Dahlen / Menſ. Majo, Anno 1630. (Verba ſentent: Iſt Inquiſitin wegen ihrer Verbrechung der Gerichte des Orts verwieſen worden / und ungeachtet ſie einen Urpheden der Dahliſchen Gerichte ſich zu enthalten geſchworen / iſt ſie doch wiederkommen / und hat ſich des Orts wieder betreten laſſen / ꝛc. So wird bemelte A. H. derowegen / daß ſie ihrem geleiſteten Urpheden zu wider gehandelt / nunmehr des Landes ewig billich verwieſen / V. R. W.)

Et contra A. L. zu Leipzig / M. Jan. Anno 1629. (Verba ſent: Hat Inquiſit wegen ſeiner Verbrechung / das Weichbild allhier unlängſten ewig verſchworen / deme aber zuwider / ſich vor wenig Tagen allhier wiederumb betreten laſſen / ꝛc. So wird er derowegen auff fünff Jahr lang des Landes verwieſen / mit der ausdrücklichen ange-

angehängten Commination und Verwarnung / daß / wo er binnen solcher Zeit wieder kommen / und sich betreten lassen wird / er alsdann mit der Straffe des Meineyds belegt werden soll/ V. R. W.)

Definit. V.

Remittitur pœna abscissionis digitorum relegatis, si non dolosè reversi fuerint.

1 UT pœna amputationibus digitorum per juris
hâc Const. *48.* præfinita locum habeat, dolum
2 intervenire necesse est, † sine quo perjurium haud committi constat, *l. qui juraſſe. 26. ff. de jurejur.* Castr. *in l. ult. n. 4. ff. qui satisd. cog.* Bald. *in l. observare 4. §. proficisci 2. vers. sed numquid. ff. de offic.*
3 *proconſ.* Dan. Moller. *lib. 2. semest. 38. n. 1.* † Ex quo pœnam hanc relegato remittendam existimaverim, si ex simplicitate, vel ut hæreditatem perciperet,
4 aut credita sua exigeret, reversus fuerit. † Nam quælibet causa etiam injusta & bestialis non tantùm à dolo, sed etiam à pœna excusat, *l. 12. §. 3. ff. de liber. cauſ. l. 47. §. 7. ff. de furt.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 60. n. 22.* Nicol. Reusn. *lib. 3. decis. 2. n. 14.*
5 † modò causa illa vehementibus conjecturis probetur, quia in delinquente non præsumitur, Dan. Moller. *dict. cap. 38. num. 3.*

Ita Domini in causa H. N. zu Leipzig / Mens. Januar. Anno 1636. (Verba sent: Ob nun wol Inquisit, solchem Urpheden zuwider / sich in diesen Landen wiederumb betreten lassen. Dieweil er aber dennoch darneben zu seinem Behelff fürwendet/daß er den Eyd anderer Gestalt nicht verstanden/als daß ihme nur allein anhero zu handeln verboten worden/inmassen er auch um keiner andern Ursachen willen wieder anhero kommen / denn daß er seine Schulden bey den Juden einmahnen wolte / ꝛc. So verbleibet Inquisit gestalten Sachen nach/mit Abhauung der förder Glieder der beyden Finger/damit er geschworen/verschonet. Er wird aber gleichwol des Landes anderweit ewig billich verwiesen / und darneben ihm mit allem Ernst untersaget / sich ausserhalb Landes die Zeit seines Lebens aufzuhalten / damit nicht künfftig/wenn er zum andernmahle wieder kömmet/die Straffe des Staupenschlages/Inhalts Churfl. Sächß Constitution, an ihme vollstrecket werden möge/ V. R. W.)

Definit. VI.

Pœna perjurii hodiè est arbitraria.

1 DUobus saltem in casibus, perjurium abscisione digitorum coërcetur, nempe, si relegatus contra præstitam Urphedam reversus fuerit; vel in judicio juramento à judice sibi delato, conceptis verbis, pecuniæ nomine, vel lucri alterius gratia, quo id suum in commodum cedat, pejeraverit, Ordin. Crim. Carol. *art. 107. & art. 108. hâc* Constitut. *48.*
2 Hart. Pist. *obs. 150. n. 4.* † An ergò extra hosce duos casus perjurium impunè committatur? Ita certè est de jure civili, *l. 2. C. de reb. credit. & jurejur.*
3 † prout multis demonstravi *in pract. crimin. part. 1.*
4 *quæst. 46. n. 4. & multis seqq.* † Attamen quia iniquum esset, impii & profani juramenti violatoribus pœnam infligere, *dict. l. 2.* juramenti autem veri & per Deum præstiti contemptoribus, criminis im-
5 punitatem concedere, † non immeritò ab hâc juris Romani dispositione jamdudum fuit recessum, usuque introductum, ut pejerantes pœna arbitraria, puta relegatione, carcere aut mulcta pecuniaria
6 plectantur, † ne impunitate delicti hujus, via quodammodò aperiatur perjuriis, *l. 1. c. si adverſ. vendit. c. si verò 8. c. verum 15. extr. de jurejur.* Hart. Pistor. *dict. observ. 150. n. 5.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 44.* Virgil. Pingitz. *quæst. Saxon. 39. n. 19.* Nicol. Reusn. *lib. 3. decis. 2. n. 65.* † Quod & juri pontificio convenit, quo perjurii pœna est excommunicatio, *c. fin. cauſ. 22. quæst. 1. c. si quis convictus. 7. in pr. c. si quis laicus 19. cauſ. 22. quæst. 5.* Plura de hoc dixi *in pract. crim. dict. quæst. 46. n. 41. & seqq.* 7

Ita Domini in causa J. H. zu Linda/ Mense Jan. Anno 1636. (Verba sent: Nachdeme nun solche Sache vor den Gerichts-Juncker gebracht / und ihr/ ob ihr dabey gewesen / befragt worden/ habt ihr dasselbe wider die Warheit verleugnet/ einen Eyd darüber geschworen / und also wissentlich einen Meineyd begangen / derowegen euch euere Obrigkeit entweder um 60. neue Schock / oder drey Jahr mit Landesverweisung zu straffen gemeynet / ꝛc. So ist bemeldte Obrigkeit solches zu thun wol befugt/ V. R. W.)

Definit. VII.

Pœna conventionalis nunquam potest peti, quin præcesserit causæ cognitio, sententia declaratoria, quod pœna sit commissa.

NOn omnis pœna dici potest legitima, h. e. ta- 1
lis, quæ circa conventionem irrogatur ex eo solo, quod delictum fuerit admissum; Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quæst. 1.* Herm. Vult. *lib. 1. Jurispr. Roman. cap. 54. n. 2.* † Sed & quædam conventionalis 2
est, de quâ præstandâ si quid fieret, aut non fieret, per legem contractus cautum fuit, §. *conventionalis 3. Inst. de divis. stipul. l. 5. pr. ff. de V. O.* † At hæc exigi 3
nequit ne quidem in fisci commodum, priusquam cognitum & pronunciatum sit, commissam eam esse, *arg. l. nuda 5. C. de contr. & comm. stipul. l. si pacto, quo pœnam 14. C. de pact. Afflict. decis. 3.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 23. defin. 2. n. 1.* † Nam multa 4
possunt intervenire, quæ faciunt, ut pœna vel nunquam commissa, velut etiamsi maximè commissa sit, remittenda tamen videatur, † vel saltem ex æqui- 5
tate, ut si nihil reverâ interfit stipulatoris, *arg. l. si ita 135. §. Seja 2. in fin. ff. de V. O.* Anton. Fab. *dict. defin. 2. num. 2.*

Ita Domini in causa Andreä Weidmanns zu Schwartzenberg / Mens. April. Anno 1633. (Verba sent: Ist in vorgedachtem Contract unter andern auch dieses abgeredet worden / daß welches Theil auff einigen Vortheil und Eigennutzen betreten werde/ seines Antheils verlustig / und solches dem andern Contrahenten anheim gefallen seyn solle/ und es hat N. N. dem Contract zuwider seinen Vortheil und Eigennutzen mit eurem grossen Schaden gesucht/ ꝛc. Da ihr ihn nun deßwegen gebührlichen belangen / und euer Fürgeben wie recht erweisen würdet / Beklagter auch darwider nichts Beständiges fürwenden könte / so hätte er sich seines Antheils verlustig gemacht / und es würde euch dasselbe billich zugewendet / V. R. W.)

Definit. VIII.

In pœnis alternativis electio non Rei, sed judici competit.

CUm pœna alternativa Reo irroganda sit pro 1
qualitate personæ, & ratione circumstantiarum, quas judex discretus ponderare necessum habet, † haud certe alia imponenda erit Reo 2
pœna, atque ea, quam criminis qualitati & personæ delinquenti convenire judex arbitratus fuerit. † Ex quo ipso satis redditur expedi- 3
tum, in pœnis alternativis electionem non Reo

4 Reo, sed Magistratui competere, † præsertim cum & aliàs in alternativis juris, optio judici detur, nisi verba dirigantur ad partem, *c. à crapula 14. extr. de vit. & honest. clericor. ubi* Panorm. *n. 4.* Andr. Gail.
5 *lib. 2. observ. 84. n. 12.* † Nec obstat, quòd vulgò dicitur, in alternativis debitori competere electionem, non Creditori, *l. illud. 25. ff. de const. pecun. l. cum illud aut illud. 25. ff. quando dies legat. l. plerumq;*
6 *10. in fin. ff. de jur. dot.* † Siquidem hoc fallit in pœnis, quarum nomine, quæ alternativè statuta sunt, reus eligendi facultatem non habet, ut notant Gloss. & Dd. *in dict. c. à crapula. 14. extr. de vit. & honest. cler.* Bart. & Salycet. *in l. quicunq; 4. C. de*
7 *serv. fugit.* Hartm. Pist. *part. 3. quæst. 4. n. 14.* † Nimirum, quia pœna in genere est in obligatione, adjicitur verò alternatio ad cautelam peculiarem ipsius magistratus, ut dixi *in pract. crim. part. 3. q. 133. n. 51.*
8 † quo in casu creditori, non debitori datur optio, Nicol. Everh. *in loc. à natur. alternat. num. 7.* Dan. Moller. *lib. 1. semest. 27. num. 7.*

Ita Domini an die Gräffliche Solmische Räthe zu Sonnewalda / Mens. Febr. Anno 1634. (Verba sentent: Daß die election der zuerkannten willkührlichen Geldstraffe oder Landesverweisung / Ihr. Gräffl. Gnaden oder dero Regierung zustehet / und es ist Inquisitus zu einer oder der andern Straffe / seiner Beliebung und Gefallen nach / zu fiesen nicht berechtiget / V. R. W.)

Definit. IX.

Reus non sufficienter punitus denuò potest puniri.

1 CUm juris notissimi sit, pœnam commensurari delicto, *l. sancimus. 22. C. de pœn. l. respiciendum. 11. ff. eod. tit. l. 1. §. sed & qui. 2. ff. de abig. cap. ut clericorum. 13. extr. de vit. & honest. cler.* Hippol. de
2 Marsil. *in l. 1. n. 256. C. de rapt. virgin.* † non certè multum erit dubitandum, quin pœna extendi debeat usque ad mensuram delicti, si Reus sufficienter
3 haud fuerit punitus, † prout multis docet Sigism.
4 Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 12. n. 85. & seqq.* † Idque procedit imprimis in pœnis arbitrariis, si judicis arbitrium in temperanda pœna habeat dolum anne-
5 xum, † quia in judicio semper abesse debet dolus, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. in proœm. n. 9.* Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 1.*
6 *n. 17.* † Sed etsi dolus abfuerit, denuò tamen puniri
7 potest, qui sufficienter haud fuit punitus, † si contra naturalem & apertam rationem, Magistratus longè minorem pœnam eâ, quam lex pro satis minori
8 delicto irrogari jubet, imposuisset, † ut docet pluribus Sigism. Scacc. *dict. c. 12. num. 97. vers. si verò non habet.*

Ita Domini in causa F. B. zu Herßberg / Mens. Matt. Anno 1636. (Verba sent: Ob nun wol ermeldter Hescher hierauff drey Tage beygesteckt worden. Dieweil er aber dennoch dadurch seine Verbrechung gnugsam nicht verbüsset / ꝛc. So mag er gestalten Sachen nach / hierüber noch willkührlichen / entweder mit längerm Gefängniß / oder auch wol mit Landes-Verweisung gestrafft werden / V. R. W.)

Definit. X.

Ad bannum in adulterio non proceditur, priusquam constet, conjugem innocentem nolle adultero condonare.

1 ANtequam banni processus formetur, non solùm certò constare debet de corpore delicti commissi, juxta tradita Matth. Coler. *part. 1. decis. 108. num. 12.* Hippol. de Marsil. *vol. 2. cons. 134. num. 1. & 2.* Angel. Aretin. *in tract. malef. fama publica. num. 108. & 114.* † Sed & necessariò requiri- 2
tur, crimen tale fuisse commissum, pro quo pœna ultimi supplicii Reo confesso vel convicto irroganda veniat, Matth. Coler. *dict. decis. 108. n. 10.* † Etsi 3
enim verba juris Saxonici generaliter de pœnâ corporali loquantur, Reumque absentem banniri velint, si accusatio ad pœnam aliquam corporis affli-
ctivam dirigatur, ut liquet ex verbis *artic. 67. lib. 1. Landr.* † Attamen usus & observantia fori Saxò- 4
nici hactenus aliud docuit, Banni scilicet processum nequaquam instituendum, nisi in causis & criminibus, quæ pœnam ultimi supplicii merentur, Coler. *dict. decis. 108. num. 10.* † Ex quo sequitur, 5
in adulterio simplici nunquam ad banni processum deveniri, antequam constet, conjugem innocentem adultero condonare nolle, † quo solo in casu, 6
adulter morte punitur in Saxoniæ Electoratu, *supr.* Const. Elect. *19. p. 4.*

Ita Domini contra N. K. zu Endorff / Mense Nov. Anno 1634. (Verba sent: Und demnach N. K. wegen des beschuldigten Ehebruchs flüchtig worden. So wird vor allen Dingen sein Eheweib gerichtlichen vernommen / ob sie ihrem Ehemanne / wann er sich zu solchem Ehebruche in gutem bekennen würde / seine Verbrechung verzeihen / und ungeachtet gebrochener Treu und Glaubens ferner ehelichen beywohnen wolle. Dafern sie sich nun zu keiner Versöhnung verstehen wil / wird mit dem gewöhnlichen Achtsproceß wider ihn gebührlichen billich verfahren / V. R. W.)

Definit. XI.

Bona delinquentis fugitivi non cedunt Magistratui.

EXtra crimen læsæ majestatis, bona delinquen- 1
tium magistratui haud cedunt, *artic. 218.* Ordinat. Crimin. Carol. † Quin tamen ea interim sint 2
judicialiter annotanda, non multum dubitaverim, propter effectum Banni superioris, † ex quo 3
de jure Saxonico bona auferuntur bannito, Landr. *lib. 1. art. 38.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 108. n. 50. & 51.* Chilian. König. *sub. tit.* Von der Acht. §. und die Acht. *Gloss.* Landr. *lib. 1. art. 71. verb.* zeuget er seine Acht. † Nec est, quod hoc ipsum Ordinationi 4
Criminali *in dict. art. 218.* contrariari existimes, quia eorum solummodò bona confiscari prohibet Sanctio Carolina, qui ad mortem jam condemnati sunt, ut liquet ex *verb.* Leib und Gut. † quod 5
& juri Saxonico convenit *in art. 31. lib. 1.* Landr. *vers.* wer durch. † Ex quo sanè nil inferendum ad 6
eos, qui in bannum superius sunt declarati, quippe qui nondum ad mortis supplicium condemnati fuêre, neque ex eo solo, quod banniti fuerint, mortis pœnam incurrunt. † Planè, in 7
Banno confiscationem bonorum neque Uxori in portione statutaria, neque liberis in legitima præjudicare, dixi *in pract. crimin. part. 3. quæst. 140. num. 126.*

Ita Domini in causa P. K. filiæ zu Scheudiß / M. Mart. An. 1597. (Verba sent: So seyd ihr euch doch der flüchtigen Inquisitin Güter / als wenn sie den Gerichten verfallen / gantz und gar einzuziehen nicht befugt / sondern es werden dieselbe billich mit Fleiß inventiret, und ihren Geschwistern und nechsten Erben zum besten / biß sie ihre Unschuld ausgeführet / oder bey der hohen Obrigkeit der Straffe halber ausgesöhnet / und vertragen / in den Gerichten verwahrlichen enthalten. Es wolten dann gedachte ihre Geschwi-

Geschwister gnügsame Caution bestellen / daß sie ihr biß nach ausgeführter Sachen / davon nichts folgen lassen wollen / auff den Fall würden ihnen dieselbige in ihrer Verwahrung billich gelassen / V. R. W.)

Definit. XII.

Dimensio miliarium non fit in foro Saxonico geometricè ad elevationem poli, sed per viam magis frequentatam.

1 NOn loquor hic de miliaribus communibus sive vulgaribus, quæ pro locorum diversitate solent variari, Henn. Göden. *consil. 12.* Joh. Köppen. *decis. 16. num. 5.* Joh. Schneidew. *ad §. rursus 5. num.* 2 *42. inst. de act.* † Sed de miliaribus legalibus, quorum unumquodque continet sexaginta jugera, & singulorum jugerum sexaginta virgulas, virgula 3 verò septem ulnas & dimidiam. † Fit namque mensura miliaris cum rotâ, quæ in circuitu habet virgulæ longitudinem, Matth. Coler. *part. 1. decis. 215.* Göden. *dict. loc.* Joh. Köpp. *dict. decis. 16. num. 14.* 4 † Sed num geometricè & ad poli elevationem, sive per rectitudinem loci, an verò per viam magis fre- 5 quentatam? † Hoc enim nosse multum conducit propter statuta, quibus sæpissimè per miliaria certa datur potestas venandi, jus braxandi & vendendi 6 cerevisiam, &c. † Et placet Henn. Göden. *dict. cons.* 12. mensuratio geometrica per rectitudinem, quod scilicet hic respectus habeatur ad vicinitatem & distantiam, non verò ad commoditatem ambulandi, eundi vel redeundi, quem sequitur Andr. Scheffer. *part. 1. quæst. 24.* Johann. Schneidew. *dict. loc.* † 7 Sed petit principium Henn. Göden. Cur enim hoc casu respectus haberi non debeat ad commoditatem eundi vel redeundi, haud certè percipere possum. † Quin potius respectum hunc etiam in ma- 8 teria statutorum maximoperè attendi, ac proinde dimensionem miliaris fieri debere per viam magis tutam & frequentatam, jamdudum usu receptum est, teste ipsomet Scheffer. *dict. loc.* ubi etiam contra sententiam Göden. in dicasterio Jenensi pronunciatum refert, † & à Scabinis Lipsiensibus i- 9 dem responderi, probat *sententia post* Weichbild. *tit.* Ob Edelleute auff ihren Lehen-Gütern mögen Bier brauen / &c. *Vid.* Joh. Köppen. *dict. decis. 16.*

Ita Domini in causa Melchior Schleinitzens / Mens. Febr. Anno 1627. (Verba sent: Seyd ihr binnen zweyen Meilen in Feldern und Gehöltzen Hasen und Rebhüner zu fangen berechtiget / dahero wegen Abmessung der Meilen Irrung entstehen wil / &c. So werden solche Meilen gemessen nicht nach dem Richtsteige / auch nicht auff das nechste über Qverfeld / sondern nach der gemeinen Strassen / da man pfleget zu gehen und zu fahren / V. R. W.)

FINIS.

INDEX
RERUM ET VERBORUM IN QVATUOR PARTIBUS HUJUS JURISPRUDENTIÆ FORENSIS ROMANO-SAXONICÆ CONTENTORUM, QVORUM PRIOR NUMERUS PARTEM, ALTER CONSTITUTIONEM, TERTIUS DEFINITIONEM, QVARTUS MARGINALEM DENOTAT.

A.

ABBREVIATURÆ.

ABbreviaturæ usitatæ non vitiant testamentum, *p. 3. const. 3. d. 4.*

ABESSE.

Non Abest malitiosè, qui justo timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abest, *p. 3. c. 26. d. 3. n. 6.*

ABSENTIA.

Absentiæ causis reus summariè saltem probare vel etiam nudis schedulis atque privatis testimoniis potest, *p. 1. c. 9. d. 12. n. 4.*

Absentiam reus in termino per literas excusans, non usque ad impedimenta legitima, sed duntaxat in termini expensas condemnari debet, *p. 1. c. 9. d. 19.*

ABSENS.

Absenti defunctus comparatur, *p. 1. c. 29. d. 38. n. 9.*

ABSENTIS BONA.

Bonorum Absentis cura nihil nisi custodia est, & quasi successionis intestati præmatura, quamvis licita, occupatio, *p. 3. c. 15. d. 51. n. 4.*

Bonorum Absentis curam qui suscipit, ad rationum redditionem tenetur, *p. 3. c. 15. d. 53.*

Bonorum Absentis curator suspectus à custodia removeri potest, *ib. n. 5.*

Absentium bona conservari, iisq; curatorem dari publicè interest, *p. 3. c. 15. d. 48. n. 1.*

Bona Absentis committuntur sub præstita cautione custodiæ ejus, qui proximior est hæres, remotiore excluso, *p. 3. c. 15. d. 48.*

Ad hanc curam mulieres quoque, & infantes admittuntur. *ib. n. 12.*

Bonorum Absentis cura sub præstita cautione alicui semel commissa ad ejusdem heredes transit, exclusis aliis, licet in pari gradu constitutis, *p. 2. c. 15. d. 49.*

Quid si plures sint agnati in eodem succedendi gradu positi, *ib. n. 1. & 2.*

In Bonorum Absentis cura non præferuntur curatoris heredes testamentarii ejusdem cognatis proximioribus, *p. 3. c. 15. d. 50.*

Absentis proximioribus cognatis non præferuntur heredes ab intestato extranei, *p. 3. c. 15. d. 51.*

Nec maritus nomine mobilium ad ipsum de jure Sax. pertinentium lucratur pecuniam, quæ uxori suæ obvenerat ex bonis ejus, de cujus morte etiamnum dubitatur, *ib. n. 5.*

Bona Absentis non nisi sub cautione, præstita eo in loco, ubi sita sunt bona, heredi proximiori conceduntur, *p. 3. c. 15. d. 52.*

Pro Absentium bonis obtinendis admittitur quandoque cautio juratoria, *p. 3. c. 15. d. 53.*

Bona Absentis restituenda sunt aliis cognatis, cessante cautione ex causa necessariæ alienationis, nisi possessor denuo satisdare velit, *p. 3. c. 15. d. 54.*

Reverso eo, cujus bona per alium fuere administrata, restituendi sunt fructus sive interesse bonorum etiam ultra alterum tantum, *p. 3. c. 15. d. 56.*

Absentis bonorum cura finitur, ex quo annum ætatis suæ septuagesimum absens complevisse creditur, *p. 3. c. 15. d. 57.*

Absentis hereditatem possidens, de cujus morte dubitatur, nunquam eam præscribit, *p. 2. c. 9. d. 3.*

ABLATIVUS.

Duo Ablativi absoluti resolvuntur in conditionem, *p. 3. c. 28. d. 15. n. 28.*

ABORTIO.

De Abortionis nece poculo procurata nunquam certò constare potest, *p. 4. c. 4. d. 1. n. 8.*

ABSOLVI.

Absolvitur rectè ao instantia reus etiam ante contestationem, *p. 1. c. 2. d. 19.*

Absolvi debet reus causa in libello posita non probata, etsi actor in processu aliam probaverit causam, *p. 1. c. 26. d. 6.*

Absolvi ab instantia: Absolvi ab instituta actione: & non teneri respondere ad actionem ab invicem differunt. *p. 1. c. 3. d. 16.*

ABSTINERE.

Abstinere nihil aliud est, quàm se non immiscere, *p. 3. c. 14. d. 20. n. 11.*

Abstinere potest filius jure prætorio hereditate paterna, *ib. n. 7.*

Abstinens hereditate æs alienum parentum solvere haud tenentur, *p. 3. c. 14. d. 13.*

ABTRAG.

Vocabulo Abtrag quid proprie denotetur, *p. 4. c. 32. d. 23. n. 23.*

ABZUG oder NACHSTEUR.

De hoc vide infra in vocab. jus Detractionis vel Gabellarum.

ACCEPTILATIO.

Nec in Acceptilatione nec in stipulatione solennia interrogationis & responsionis hodiè necessariò sunt observanda, *p. 2. c. 19. d. 17.*

ACCESSORIUM.

Accessorium sequitur suum principale, *p. 2. c. 46 d. 32 n. 2.*

Accessorium non potest subsistere principali non subsistente, *p. 2. c. 2. d. 9. n. 6.*

Accessoria obligatio consumitur à principali, solum hæc Regula obtinet, quando creditori principali obligatione satisfieri potest, *p. 2. c. 18. d. 13. n. 8.*

JUS ACCRESCENDI.

Juris Accrescendi autor est Justinianus, *p. 3. c. 2. d. 14. n. 1.*

Jus Accrescendi in conjunctione reali & mixta a quibusdam Jus non decrescendi appellitatur, sed malè, *ib. l. 2. & 3.*

Jus Accrescendi in hereditatibus est duplex: unum ex conjunctione à testatore facta: alterum citra conjunctionem, *p. 3. c. 2. d. 17. n. 1.*

Juris Accrescendi fundamentum est sola conjunctio, quæ fit re aut verbis, *p. 3. c. 2. d. 1. n. 5.*

Jus Accrescendi in omni, adeoq; etiam in sola verbali conjunctione locum habet, *p. 3. c. 2. d. 14.*

Jus Accrescendi inter heredes testamentarios verbis tantum conjunctos locum habet, *p. 3. c. 2. d. 15.*

Accrescit etiam citra conjunctionem Pars hereditatis vacans coheredi, *p. 3. c. 2. & 7.* it. *p. 3. c. 9. d. 19. n. 7.* Heredi etiam invito, *p. 3. c. 9. d. 19. n. 4.*

Accrescit heredi testamentario pars vacans hereditatis nemini in testamento relicta, *p. 3. c. 2. d. 5.*

Excipitur miles, *ib. n. 8.*

Quando concurrunt conjuncti verbis & re simul cum conjuncto re tantum; tunc præferuntur conjuncti re & verbis simul, ac deinde admittuntur simul, qui re tantùm & verbis tantùm conjuncti sunt, *p. 3. c. 2. d. 14. n. 16.*

Non Accrescit fratribus portio filiæ per Geradam suppleta patri ex bonis mobilibus maternis, concurrente filia cum fratribus in petitione legitimæ, *p. 3. c. 11. d. 4.*

Accrescit ejus portio in legitima reliquis, filio hereditatem repudiante, *p. 3. c. 10. d. 15.*

Jus Accrescendi in legatis citra conjunctionem nunquam locum habet, sed

deficiente legatario legatum heredi cedit, *p. 3. c. 2. d. 18.*
Ratio diversitatis in legatis & hereditatibus, *n. 3. & 4.*
Jus Accrescendi in substitutione fideicommissaria citra conjunctionem non obtinet, sed remanet portio deficiens penes heredem, *p. 3. c. 2. d. 19.*
Ratio dissimilitudinis, *n. 6.*
Jus Accrescendi non obtinet in contractibus, *p. 3. c. 2. d. 1. n. 4.* it. *p. 3. c. 2. d. 16.*

ACCUSATOR.

Accusatorem inimicitia ab accusando repellit, *p. 1. c. 16. d. 56. n. 3.*

ACCUSATUS.

Accusatus reus alicujus criminis lite pendente accusatorem reaccusare nequit, *p. 1. c. 7. d. 14. n. 8.*
In Accusati caput si sententia non fertur, judicium redditur elusorium, *p. 1. c. 1. d. 33. n. 4.*

ACQVIRERE.

Non acquirere aliud est, aliud alienare quod suum est, *p. 3. c. 7. d. 16. n. 3.*

ACQVISITA.

De Acquisitis bonis suis aliquid dimittere & inter lucra non captare maxima est differentia, *p. 3. c. 7. d. 15. n. 8.*
Acquisitum operis mulieris marito est concedendum, *p. 3. c. 25. d. 8. n. 5.*
Acquisita à muliere præsumuntur quæsita ex bonis mariti, *p. 3. c. 25. d. 11. n. 6.*
Acquisita constante matrimonio intelliguntur parta industria solius mariti, cui soli cedunt, *p. 3. c. 25. d. 8.* it. *p. 3. c. 30. d. 18. n. 5.*
Acquisita utriusq; conjugis industria ad naritum solum pertinent, *p. 3. c. 25. d. 9.*
Acquisita constante matrimonio non possunt heredes mariti à vidua petere, si ipse maritus hæc uxori reliquerit vel donaverit, *p. 3. c. 25. d. 12.*

ACTA.

Res inter alios Acta alteri neque obest neque prodest, *p. 1. c. 26. d. 25. n. 3.*

ACTA JUDICII.

Acta Judicii probant inter easdem personas, etiam in secundo judicio, dummodo in eo producta fuerint speciatim, *p. 1. c. 16. d. 22. n. 3.*
Acta publica & libri redituum vel annuorum censuum, vulgò Schoß-und Steuer-Bücher / pro ipsa Republ. contra subditos non firmiter probant, *p. 1. c. 16. d. 25.*
Acta publ. & judicium repræsentat solus judex pro tribunali sedens, haud præsentibus aliis Scabinis & assessoribus, *p. 3. c. 3. d. 15. n. 8.*
Coram Actis in figura judicii fieri haud censetur, quæ à solo judice remotis ejus Assessoribus & Scabinis extra locum judicii fiunt, *p. 3. c. 3. d. 17. n. 6.*
Acta judicii intelliguntur ibi esse, ubi aliquid fit autoritate judicis quocunque loco etiam extra judicium, *p. 2. c. 15. d. 18. n. 3.* it. *p. 3. c. 3. d. 16. n. 4.*
Ibi Acta censentur esse, ubi judex est, *p. 2. c. 14. d. 9. n. 5.*
Acta actuarius retinere potest, donec ipsi de honorario satisfiat, nisi Reipubl. interfit acta exhiberi, *p. 2. c. 25. d. 23.*

ACTIO.

Actio est inanis, quam excludit inopia adversarii, *p. 2 c. 16. d. 14. n. 6.*
Actio vel defensio per plures scissa adversarium incommodo non afficiat, *p. 1. c. 13. d. 5. n. 3.*
Actio cui competit, ei multo magis datur exceptio, *p. 2. c. 25. d. 10. n. 4.*
Actionem nullam habenti interdum datur exceptio, ib. *n. 5.*
Actio minori competens ad res immobiles simpliciter alienabilis non est, *p. 2. c. 11. d. 28. n. 2.*
Actio ad rem mobilem competens pro re mobili reputatur, *p. 1. c. 5. d. 18. n. 6.*
Actio, qua petitur interesse partis, pro civili non criminali habetur, *p. 4. c. 42. d. 2. n. 7.*
Actio criminalis dicitur, quæ ad pœnam corporis afflictivam dirigitur, ib. *n. 6. & 9.*
Actio personalis in heredes transit, *p. 2. c. 32. d. 21. n. 3.*
Actio personalis non datur contra singularem successorem, *p. 2. c. 1. d. 16. n. 8.* it. *p. 3. c. 2. d. 8. n. 5.*
Actio ex delicto descendens ante litem contestatam in heredem non transit, *p. 3. c. 27. d. 10. n. 3.*
Ne quidem res persecutoria, nisi reus utatur subterfugiis & calumniis, ad differendam litis contestationem, *p. 4. c. 12. d. 9. n. 7.*
Actio pœnalis & famosa in heredes rei defuncti haud transfertur, *p. 4. c. 42. d. 13. n. 4.*
Actio in heredes transitoria non semper eodem modo & qualitate contra heredes datur, *p. 2. c. 11. d. 35. n. 7.*
Actiones tàm activæ quàm passivæ, transeunt in heredes & contra heredes, *p. 2. c. 10. d. 24. n. 4.*
Actiones & obligationes inter plures heredes ipso jure activè & passivè pro rata portionis hereditariæ dividuntur, *p. 1. c. 2. d. 25. n. 4.*
Actionum rei persecutoriarum natura, *p. 3. c. 30. d. 16. n. 2.*
Actiones regulariter judicantur tales, qualis est res ea, ad quam actio competit, ib. *n. 9.*
Sine actione nemo experitur, *p. 1. c. 2. d. 13. n. 1.* it. *p. 1. c. 25. d. 3. n. 6.*
Actionis nomen in libello necessariò haud exprimi debet, *p. 1. c. 2. d. 13.*
an in actione furti, vel condictione, vel rei vindicatione, ib. *n. 6.*
an in actione arborum furtim cæsarum, ib. *n. 7.*
Actionem personalem & realem temporis cursus tollit, *p. 2. c. 29. d. 11. n. 5.*
Actione ipso jure sublata judex actorem tanquam eum, qui sine actione in judicio experiri velit, ex officio repellit, *p. 1. c. 25. d. 1. n. 7.*
Actione accessoria extincta non simul tollitur principalis, *p. 2. c. 17. d. 16. n. 13.*
Actiones plures, quæ simul cumulari possunt, in uno eodemque libello persequi quis potest, *p. 1. c. 2. d. 4. n. 1.*
Actiones ut quam plures ad suum consequendum habeat, Domini interest, *p. 2. c. 38. d. 17. n. 8.*
Actiones semper inhærere dicuntur personæ, *p. 3. c. 12. d. 14. n. 8.*
Actiones, jura & nomina debitorum ex persona creditoris æstimanda sunt, ib. *n. 5.*
Actiones, jura ac nomina in donatione nomine bonorum generali non comprehenduntur, *p. 3. c. 2. d. 2. n. 5.*
Actiones & jura appellatione bonorum mobilium & immobilium etiam adjecta dictione quorumcunque non continentur, quippe quæ tertiam speciem constituunt, *p. 2. c. 12. d. 27. n. 5. p. 3. c. 23. d. 8. n. 7.*
Actiones & jura in foro Sax. non nisi 30. annis anno & die præscribuntur, *p. 3. c. 31. d. 12. n. 10.*
Actionem, quam habet creditor, vendere & mandare alteri potest, ita tamen ut nihilominus jus agendi, quod ossibus ipsius inhæret, in persona ejus maneat, *p. 2. c. 25. d. 16. n. 9.*
Excussionis, divisionis & cedendarum actionum exceptio non solùm ante, sed & post litem contestatam opponi potest, *p. 1. c. 3. d. 17. n. 11.*
In bonis quis habere dicitur, ad quæ habet actionem, *p. 1. c. 5. d. 17. n. 6.*

ACTOR.

Actor ille dicitur, qui prius movit litem, *p. 1. c. 7. d. 27. n. 5.*
Actor semper Intentionem suam implere debet, *p. 1. c. 23. d. 1. n. 4.*
Actor via ordinaria experiatur, deque jure suo doceat, antequam patiatur judex possessionem adversarii impetere, *p. 1. c. 29. d. 30. n. 12.*
Actor & reus circa probationes judicantur ad paria, ita ut nihil plus faverè debeat reo, quàm actori, *p. 1. c. 8. d. 28. n. 5.*
Actoris & rei personam nemo simul sustinere potest, *p. 4. c. 42. d. 15. n. 8.*
In Actoris arbitrio & electione consistit, quam actionem intentare velit, *p. 2. c. 45. d. 23. n. 10.*
In actoris potestate est, quando agat, non etiam in potestate rei, quando conveniatur, *p. 1. c. 16. d. 35. n. 4.*
Ab actore inchoato judicio reus contrarium libellum offerre nequit, *p. 1. c. 7. d. 29. n. 1.*
Lite nondum mota jus suum reus in judicium deducere & super eo actore cunctante pronunciari peti potest, ib. *n. 2.*
Actori agenti negatoria actione non incumbit onus probandi, sed reo agenti confessoria, *p. 2. c. 41. d. 18.*

ACTUARIUS.

Actuarius vel Notarius Judicii appellatione Decurionum & Scabinorum non continetur, *p. 3. c. 3. d. 18. n. 2.*
Horum distinctum officium, ib. *n. 3.*
Actuarius retinere potest acta, donec ipsi de honorario satisfiat, *p. 2. c. 25. d. 23.*
Actuariis judicii prælationis privilegium eatenus concessum videtur, quatenus pane Domini fruuntur, *p. 1. c. 28. d. 29.*

ACTUS.

Actus consecutivus à prima causa regulatur & gubernatur, *p. 2. c. 39. d. 17. n. 7.*
Actus omnis ex causa, quâ ad gerendum negotium quis fuit commotus, interpretationem recipit, *p. 2. c. 46. d. 12. n. 5.*
Actus quilibet in dubio sponte magis, quam metu gestus præsumitur, *p. 2. c. 4. d. 3. n. 7.*
Actus frustraneus haud præsumendus, *p. 1. c. 16. d. 11. n. 12.*
Actum fruftratorium LL. non admittunt, *p. 2. c. 46. d. 9. n. 5.*
Actus quilibet præsumitur factus nomine proprio potius, quàm alieno, *p. 2. c. 11. d. 38. n. 3.*
Hoc non procedit in tutore vel curatore, *n. 4.*

Circa

Circa ſubſtantiam & ſolennitates contractuum attendi debet ſtatutum, & conſuetudo loci ubi actus celebratur, *p. 2. c. 15. d. 6. n. 8.*

Actus agentium ſemper aliquid operari debet, *p. 2. c. 28. d. 18. n. 4.*

actus agentium ultra eorum intentionem operari quid non debent, *p. 2. c. 32. d. 19. n. 4. p. 2. c. 46. d. 9. n. 10.*

actus morientium majorem merentur favorem, quam contractus vel actus inter vivos, *p. 1. c. 14. d. 15. n. 12.*

Actus ipſo jure nulli neminem obligant, *p. 2. c. 13. d. 5. n. 4.*

Actus omnes, in quibus periculum in mora verſatur, poſſunt diebus feriatis atque divinæ Majeſtati dedicatis expediri, *p. 3. c. 29. d. 16. n. 2.*

Actus omnes renunciationes ac transactiones intelliguntur cum hac clauſula rebus ſic ſtantibus, *p. 2 c 35. d. 22. n. 3.*

Limitatur hæc Regula, quando in contractu vel diſpoſitione aliqua cogitatum quoq; eſt de futuris cauſis, ib. *n. 9.*

Pariter & in diſpoſitionibus univerſalibus, & quæ ita ſe habent, ut jam commodo, jam incommodo ſint, *n. 10.*

Actus voluntarii non poſſunt prohibitionibus conſtringi, *p. 2. c. 4. d. 12.*

Actum faciens præſumitur facere eo modo, quo ſibi utilior eſſe poteſt, *p. 2. c. 29. d. 13. n. 8.*

Actu uno correſpectivo poſito ponatur & aliud, & ſublato uno tollatur quoque aliud, *p. 2. c. 41. d. 10. n. 4.*

In actu aliquo, certa qualitate imbuto, intentionem ſuam fundans, non modo ipſum actū, ſed & qualitatem actus probare tenetur, *p. 2. c. 11. d 32. n. 4.*

In actibus omnibus potiſſimum quid contrahentes ſenſerint, inſpiciendum, *p. 2. c. 15. d. 12. n. 4.*

ADHÆRENS.

Adhærens eſt unum corpus ac ſpiritus unus, *p. 1. c. 10. d. 17. n. 4.*

ADJUDICATIO.

Per adjudicationem demum tanquam per traditionem poſſeſſio ac dominium in creditorem aut licitatorem transfertur, *p. 2. c. 31. d. 13. n. 4. p. 3. c 16. d. 10. n. 9.*

ADMINISTRARE. ADMINISTRATOR.

Adminiſtrans bona paterna filius præſumitur hereditatem adiviſſe, niſi contrarium probet, *p. 3. c. 14. d. 21.*

Adminiſtrans bona filii pater quatenus alimenta præſtita, & ſumtus ſtudiorum repetere poſſit, *p. 2. c. 10. d. 28.*

Adminiſtrator Civitatis, pecuniam mutuam accipiens nomine Civitatis, quando in ſubſidium teneatur, *p. 2. c. 6. d. 21.*

Adminiſtratorem culpa & negligentia arbitrariè punitur, eoſque ad reſtitutionē damni obligat, *p. 4. c. 41. d. 8.*

Adminiſtrator infidelis extra Sax. Electoratum nunquam ſuſpenditur, *p. 4. c. 41. d. 1.*

Secus in Electoratu, ſi 100. florenos dolosè ſubtraxerit, *p. 4. c. 41. d. 2.*

Si ſumma 100. florenos non attingat, fuſtigatione punitur, *p. 4. c. 41. d. 3.*

Subtrahens ſummam 30. florenos non excedentem, ſi in duplū reſtituere nequeat, id quod ſubtraxit, carcere vel temporali exilio punitur, *p. 4. c. 41. d. 4.*

Adminiſtratores perfidos pœnitentia à pœna ordinaria excuſat, *p. 4. c. 41. d. 6.*

Item ſi de pecunia ab iis intercepta verè non conſtet, *p. 4. c. 41. d. 7.*

Subtractio rerum, fidei alicujus abſque adminiſtratione concreditarum, ſemper arbitrariè punitur, *p. 4. c. 41. d. 14.*

ADVERSARIUS.

Adverſario ſuo contra ſe ipſum ſuppeditare ſumtus litis nemo tenetur, *p. 1. c. 31. d. 33. n. 2.*

Qui adverſarium in cauſa ſua judicem conſtituit, imputare ſibi debet, *p. 1. c. 15. d. 1. n. 3.*

ADVOCATUS.

Advocatus pro opera & labore præſtito petere poteſt honorarium, *p. 1. c. 1. d. 24. n. 1.*

De quota tamen litis paciſci nequit, *n. 3.*

Niſi ratione victoriæ, ib. *n. 4.* it. *p 1. c. 1. d. 34. n. 1. & 2.*

Advocatus pauperibus ex officio datur, præſtito tamen prius ab ipſis juramento paupertatis, *p. 1. c. 1. d. 25.*

Ex fiſco tn. ipſi dari ſolet ſalarium, *n. 6.*

Advocatus, qui promiſit advocare usq; ad ſententiam definitivam, non cogitur præſtare patrocinium pro eodem pretio in judicio appellationis, *p. 1. c. 1. d. 24.*

Limitatur eo caſu, quo generaliter fuit conventum, biß die Endurtheil geſprochen werden/ ib. *n. 7.*

Advocatus non tenetur gratis poſtulare & patrocinium præſtare, *p. 1. c. 31. d. 13. n. 7.*

Advocatus poteſt retinere acta, donec ipſi de honorario latisfiat, niſi Reip. intereſſit acta exhiberi, *p 2. c. 25. d. 23.*

Advocatus ratione ſalarii ſibi promiſſi reliquis creditoribus non præfertur, *p. 1 c. 28. d. 30.*

Advocatorum ſalaria taxationi judicis ſubjecta ſunt, *p. 1. c. 31. d. 11.*

Advocatus in propria cauſa à condemnato in expenſas exigere nequit ullum ſalarium, *p. 1. c. 31 d. 12.*

Limitatur, *p. 1. c. 31. d. 13.*

Advocatus negotiorum geſtor adverſus Feudi ſucceſſores experiri poteſt ad præſtandum quicquid laboris & patrocinii ratione impedit, *p. 2. c. 46. d. 30. n 4.*

Advocato totius anni ſalarium exſolvi debet finito licet proceſſu intra annum, *p. 1. c. 1. d. 34.*

Sive advocatus aut reus moriatur, vel à litigantibus transactum fuerit, *n. 4.*

Quod tamen limitant vulgò, ſi ſub conditione operarum expreſſa fuerit contractum, *n. 5.*

Advocatus in cauſa juſta patrocinium præſtans ſubditis contra Magiſtratum nec jura civitatis amittit, nec pœnam incurrit, *p. 1. c. 1. d. 21.*

Coërcitione autem dignus, qui ſubditos contra Magiſtratum ſuum concitat, vel reſiſtentes defendit, *n. 3.*

Advocati carentia vel morbo reus contumaciam purgare valet, *p. 1. c. 9. d. 9.*

Advocati & JCti facti ſpeciem cum omnibus circumſtantiis proponant, eoque inprimis intendant, ut actionem ritè inſtituant, cogitent, quænam actionis ſint requiſita, & quomodo verificari poſſint, *p. 1. c. 1. d. 4. n. 7. p. 1. c. 2. d. 16. n. 3.*

Advocati in Electoratu Sax. non admittantur, priusquam publ. teſtimonium ſuæ eruditionis & profectus in ſtudio Juris exhibuerint, vel aliter de eo fidem fecerint, *p. 1. c. 1. d. 18. n. 16.*

Imperiti de Jure communi ad Advocandum quoque non admittuntur, *n. 17.*

Advocati pœnam incurrunt arbitrariam, qui partes ad negandum mutuunt, *p. 1. c. 1. d. 20. n. 4.*

Advocati aviditatem lucrandi produnt in ſcriptis & atteſtatis, quæ ſæpè adeo longa verborum farragine protrahuntur, ut à cliente magno & longo foliorum viſo apparatu maximum putante laborem, majus ob id exigant emolumentum, & ſcriptöri majorem lucrandi præbeant cauſam; *p. 1. c. 1. d. 19. n. 1.*

Advocatorum temeritas in convitiando & cavillando pœnâ coerceri debet, *d. d. 19.*

Advocatorum horum lingvas præcidendas eſſe ſcribit Bernhardus, *n. 7.*

Sed ſufficit pœna arbitraria, *n. 8.*

Productorum prolixitas vel ex inhtatione Advocatorum turpis lucri, vel aliquando ex oſtentatione, vel ex malitioſa litis protelatione provenit, ib. *n. 2.*

Advocatorum quorundam omnis cura, omne exercitium, omnis conatus, omnis cogitatio, circa lites & jurgia conſiſtit, qui litibus tanquam quatuor elementis conſervantur, & nutriuntur, *p. 1. c. 1. d. 7. n. 5.*

Advocatorum ſtultitiam prodit allegationum cumulatio, nauleam facit judici acta perlegenti & proceſſum protrahit, *p. 1. c. 1. d. 4 n. 5.*

Advocatis jura allegare interdicendum non eſt, ſed ſufficit, unum vel alterum autorem aut legem in terminis allegare, *d. n. 5.*

Advocatorum eſt temeritas plauſtra allegationum proferre, *n. 4.*

ab Advocatis luxuriantibus allegatorum multitudine mundus vult decipi, *p. 1. c. 1. d. 4. n. 8.*

Pro Advocatis ſcribæ & ſepifices, pro JCtis Legulei, pro nobilibus latrones, pro Politicis nebulones, pro Oratoribus procuratores Rabulæ, pro Hiſtoricis pueri hodiè quibusdam in locis exhibentur, *p. 1. c 1 d. 18. n. 15.*

De Advocatis meretricibus, *n. 14.*

Advocationis officium cur inventum, *n. 2.* Hujus abuſus, *n. 4.*

Advocatorum officium maximè nobile, laudabile atque honorabile eſt, *n. 1.*

Advocatorum & Doctorum ſcientia totus illuminatus mundus, *p. 1. c. 32. d. 18. n. 3.*

Advocatoriæ malitiæ cauſa eſt juventus & ignorantia, *p. 1. c. 1. d. 18 n. 12, & 14.*

ADULTER.

Adulter non prohibendus eſt, in uxorem ducere eam, quam antea per adulterium polluit, *p. 4. c. 20. d. 16.*

Adulterum occidendi jus cum filia adultera, quam in poteſtate habet, patri indifferenter datum eſt, *p. 4. c. 10. d. 8. n. 1.*

Adulterum cum uxore in adulterio deprehenſum impunè maritus non occidit, quantumvis hoc caſu pœna ſaltem arbitraria obtineat, *p. 4. c. 10. d. 8.*

ADULTERA.

Adultera contractum cum marito ſuo per matrimonium initum rumpit & reſcindit, *p. 4. c. 19. d. d. 6. n. 7.*

ADULTERIUM.

Adulterium ſeu violatio thori conjugalis rumpit vinculum matrimoniale, *p. 4. c. 2. d. 4. n. 5.*

Adulterium inter virum ſolutum atque uxorem conjugatam committitur, *p. 4. c. 19. d. 2. n. 2.*

adulterium absque dolo non committitur, *p. 4. c. 20. d. 5. n. 6.*
adulterium nunquam probari potest testibus, sed confessio adulteri semper est necessaria, *p. 4. c. 19. d. 17.*
Quæ per quæstionem est extorquenda, *n. 5.*
adulterii certissimum omnino indicium est, quando masculus & fœmina in ipso naturali & reali coitu adulterino deprehenduntur, ita ut pudenda in pudendis sint posita, idque testibus doceri queat, *ib. n. 1.*
De adulterio quondam transigere non licuit, *p. 4. c. 19. d. 10.* Hodie licet, *n. 2.*
Super adulterio, à conjuge se inscio perpetrato, maritus cum adultero impunè transigere valet, *p. 4. c. 29. d. 2.*
In dubio maritus uxori ignovisse, adulteriumque vindicare noluisse præsumitur, *p. 4. c. 21. d. 5. n. 7.*

ADULTERII POENA.

Adulterium de jure ff. non nisi relegatione vel deportatione fuit punitum, *p. 4. c. 22. d. 1. n. 3.*
adulteræ uxores ex Constitutione Justiniani virgis cæduntur, dotis lucrorumque nuptialium jacturam patiuntur, & in monasterium detruduntur, *p. 4. c. 19. d. 1. n. 1.*
Ex adulterii perpetrati causa dos, itemque donatio propter nuptias amittitur, *p. 3. c. 26. d. 23. n. 6.*
adulteræ uxoris bona Paraphernalia unà cum dote in foro Sax. marito applicantur, *p. 4. c. 21. d. 1.*
Mobilia scilicet, non immobilia, *n. 11.*
adultera uxor amittit etiam Geradam, quæ tamen non marito, sed proximæ cognatæ cedit, *p. 4. c. 21. d. 2.*
Nisi marito statutũ deferat Geradã, *n. 7.*
Si adulterium conjugis maritus sciverit, heredes ejus adversus viduam ad privationem dotis similisq; lucri experiri valent, *p. 4. c. 21. d. 4.*
Modo maritus adhuc vivus indignationem animi sui ostenderit, *p. 4. c. 21. d. 5.*
Nec ipsi remiserit, *n. 5.*
Mulier heres à marito instituta, si post mortem ejus adulterii convincatur, ipso adhuc vivo, sed inscio commissi, hereditatem amittit, eaque non fisco sed heredibus mariti ab intestato debetur, *p. 4. c. 21. d. 6.*
Ob adulterium vel stuprum in se admissum post obitũ mariti vidua dotẽ non perdit, sicut nec Morgengabã, Geradã vel cibaria domestica, *p. 4. c. 21. d. 7.*
Etsi intra annum luctus luxuriosè vixerit, *p. 4. c. 21. d. 8.*
Ob adulterium commissum in Electoratu Sax. fœminæ conjugatæ gladio feriuntur, *p. 4. c. 19. d. 6.*
Etiamsi cum viris solutis se commiscuerint, *p. 4. c. 19. d. 7.*
Extra Electoratum Sax. virgis cæduntur & in perpetuum relegantur, *p. 4. c. 19. d. 1. & 2.*
Fœmina soluta maritum admittens in Electoratu Sax. virgis cæsa in perpetuum mittitur exilium, *p. 4. c. 19. d. 9.*
Fœmina autem soluta marito conjugato, qui antea quoq; durante suo matrimonio cum aliis concubuit, copiam sui faciens pœnæ ordinariæ, quæ est fustigatio in terris Electoratus Sax. non subjugatur, *p. 4. c. 19. d. 21. n. 1.*
Ob adulterium à marito commissum dotalitium unà cum dote ipso vivente peti potest à muliere, *p. 4. c. 21. d. 3.*
adulterum maritum non uxor per testamentum, sed lex ipsa potius portione statutaria privare censetur, *p. 3. c. 7. d. 9. n. 9.*
Maritus in Electoratu Sax. ad fœminam solutam prolapsus gladio feriri debet, *p. 4. c. 19. d. 8.*
Vir solutus ad fœminam conjugatam prolapsus de jure communi gladio feriri debet, *p. 4. c. 19. d. 3.*
Maritus ad fœminam solutam passim se prostituentem prolapsus in terris Electoratus Sax. gladio plectendus, nisi uxor ei condonaverit delictum, *p. 4. c. 19. d. 21.*
Contrarium hoc casu pronunciavit Facultas juridica Lipsiensis, *n. 7.*
In adulterii crimine occulto reus absq; indiciis præcedentibus torturæ subjici non potest, *p. 4. c. 19. d. 15. n. 7.*
ad adulterii pœnam infligendam confessio in tortura facta sufficit, etiamsi correus absens sit, & quid si reus confessione revocata denuo sponte sua adulterium fuerit confessus, *d. d. 15.*
adultero nunquam infligenda est pœna mortis ad solam ipsius confessionẽ, si nõ correi quoq; confessio adsit, *ib. n. 1.*
In adulterio ad bannum non proceditur, priusquam constet conjugem innocentem nolle adultero condonare, *p. 4. c. 4. d. 10.*
adultera conjunx pœnam gladii evitare potest, si post perpetratum delictum copula conjugalis intercessit, *p. 4. c. 22. d. 10. n. 1.*
Nisi innocens conjux inscius adulterii nocenti cohabitaverit, *ib. n. 2.*
Ut adulterii ante conjugium initum commissi pœna mitigetur, efficit honos matrimonii, *p. 4. c. 19. d. 16.*
adulterii conatus extraordinaria fustigationis vel relegationis pœna coërcetur, *p. 4. c. 19. d. 18.*
adulterii violenti eadem est pœna, quæ stupri violenti, *p. 4. c. 30. d. 1.*
In adulterio violento locus non datur remissioni conjugum, *p. 4. c. 30. d. 2.* *Vide plura infra in Verb. Remissio Conjugum.*
adulterio simplici etiam in Sax. Electoratu quinquennio præscribitur, *p. 4. c. 19. d. 13.*
Quamvis aliter pronunciet Facultas Juridica Lipsiensis, *n. 8.*
In adulterio duplicato vicennii præscriptio locum habet etiam in ditionibus Electoratus Sax. *p. 4. c. 19. d. 14.*

ADULTERINUS.

Per adulterinæ stirpis insitionem magna infertur injuria toti familiæ, nedum marito, *p. 4. c. 20. d. 13. n. 8.*

ÆDES.

In ædibus quod fit, per inhabitantes factum præsumitur, *p. 3. c. 53. d. 10. n. 17.*

ÆDIFICARE.

Ædificare quilibet in suo etiam ad cœlum usque potest, *p. 2. c. 41. d. 13. n. 3.*
Ædificare in fundo proprio nemo potest animo nocendi vicino, *p. 2. c. 41. d. 11.*
ædificare quilibet pro lubitu in suo potest, etiamsi noceat vicino, *p. 2. c. 41. d. 12. n. 5.*
Si ædificando vicinus domum suam velit obscurare lumina ædium mearum, per hoc facere potest, nisi semel prohibitioni factæ acquieverit, & per spatium 30. annorum, anni & diei altius ædificare cessaverit, *p. 2. c. 4. d. 13. n. 6.*
ædificare cõmodi sui gratia in solo proprio ac molam extruere nemo prohibetur, *p. 2. c. 4. d. 10. n. 1.*
attamen hisce in Provinciis contrarium usu obtinuit, *ib. n. 2.*
ædificans scienter in fundo alieno ædificium & materiam perdit, *p. 3. c. 31. d. 10.* Nisi ædificet inquilinus vel colonus aliquid in re conducta, *n. 4.*
ædificans in fundo communi non potest cogi à socio, ut tollat ædificium, *p. 3. c. 13. d. 11.*

ÆDIFICIUM.

Ædificium, quod solo fixum non est, nec in eo immissum fundamentum habet, propriè ædificium non dicitur, *p. 3. c. 31. d. 4. n. 3.*
ædificium, quod quis in suo solo non jure extruxit, elapso etiam decennio potest impugnari, *p. 2. c. 3. d. 19.*
Contra ædificium non jure extructum præter interdictum quod vi aut clam etiam negatoria actio competit, *n. 6.*
ædificia sarta tectaque & non ruinosa esse interest Reip. ne urbis aspectus deformetur, *p. 1. c. 28. d. 107. n. 7.*
ædificia ratione publicæ utilitatis dirui possunt, *p. 2. c. 37. d. 23. n. 5.*
ædificia refici publicè interest, *p. 3. c. 31. d. 11. n. 5.*

ÆDIFICIA DOMINORUM.

Ad ædificia Dominorum extruenda subditi operas regulariter in foro Sax. præstare tenentur, nisi aliud consuetudine vel pacto speciali sit introductum, *p. 2. c. 52. d. 1.*
In moderatione hujusmodi operarum vel cibariorum præstandorum, potissimum pacta & consuetudines attendi, iisque deficientibus à principe decisio peti debet, *p. 2. c. 52. d. 2.*
ad ædificationem solius domicilii seu habitationis (des Rittersitzes) operæ rusticorum exigi debent, non etiam horreorum, stabulorum, aliorumque ædificiorum, *p. 2. c. 52. d. 3.*
Lapides etiã ad vias complanandas convehere, vel terram veteratam avehere subditi non obligati sunt, *p. 2. c. 2. d. 4.*
Ligna aliamve materiam ædificiis Dominorum ædificandis necessariam, quæ in territorio Principis haberi nequit, subditi aliunde convehere tenentur, *p. 2. c. 52. d. 5.*
ad ædificium novum Domini extruendum eo in loco ubi hactenus nullum fuit extructũ, subditi materiam convehere haud sunt obstricti, *p. 2. c. 52. d. 7.*
Ædificia nova extruentes divisio inter plures filios Feudo operas à subditis exigere nequeunt, *p. 2. c. 52. d. 7.*
ad ædificia extruenda operæ debentur ei, qui in possessione servitiorum reperitur, si plures in pago vel oppido existant Domini, *p. 2. c. 52. d. 8.*
Hæ ædificiorũ operæ in dubio debentur Domino hereditario, à quo subditi bona sua recognoscunt, *p. 2. c. 52. d. 9.*
De operis ad ædificia extruenda præstandis transactio cum subditis inita, obstringit eos quoq; ad servitia in restauratione ædificiorum, *p. 2. c. 52. d. 10.*
ad ædificiorum operas rustici adeò sunt obligati, ut propriis etiam instrumentis servire, & si non habent, ea emere teneantur, *ib. n. 6.*
æstimatio operarum præteritarum à Domino fieri potest, nec à Principe necessariò peti debet, *p. 2. c. 52. d. 11.*
ad ædificia extruenda operæ præscriptione amittuntur, *p. 2. c. 52. d. 12.*

ÆGROTUS.

Ægrotos peſtiferâ lue infectos veſpillones aliivè curæ ſuæ commiſſos ſpolii cauſa occidentes, ſupplicio rotæ ſunt plectendi, *p. 4. c. 5. d. 1.*

In ægrotis absque intentione ſpoliandi commiſſum homicidium gladii pœnâ vindicatur, *p. 4. c. 5. d. 2.*

Qui ægrotos ſuæ curæ commiſſos culpa ac negligentia perire ſinunt, pœnæ arbitrariæ carceris vel relegationis ſubjacent, *p. 4. c. 5. d. 3.*

ÆQVALITAS.

Æqualitatem præſumuntur parentes inter liberos maximè ſervare velle, *p. 3. c. 11. d. 12. n. 3.*

ÆQVE.

Dictio (æquè) gradus prærogativam excludit, & portiones facit æquales, *p. 3. c. 29. d. 9. n. 10.*

Vocabulum (æquè, ſimul) operatur, ut heredes diverſarum etiam familiarum inſtituti non in ſtirpes, ſed in capita ſuccedant, *p. 3. c. 9. d. 5. n. 5.*

ÆQVIPARATA.

Æquiparatorum eadem eſt juris diſpoſitio, *p. 2. c. 14. d. 41. n. 5.*

Ex æquipollentibus quid fiat, nihil refert, *ib. n. 6.*

ÆQVITAS.

Æquitas hoc ſuggerit etſi jure deficeremur, *p. 2. c. 15. d. 14. n. 7.*

æquitatis ratio in omnibus judiciis eſt habenda, *p. 1. c. 13. d. 17. n. 6.*

ÆS ALIENUM.

Æs alienum univerſa bona, ubicunque locorum ſita, reſpicit, *p. 2. c. 18. d. 14. n. 6.*

Nullæ intelliguntur facultates, niſi quæ poſt ſolutum æs alienum ſuperſunt, *p. 2. c. 46. d. 14. n. 5.*

æs alienum non computatur in hereditatem, ad augendam legitimam, cum deducatur ante legitimam, *p. 3. c. 11. d. 3. n. 8.*

ad æris alieni exſolutionem valet etiam alienatio earum rerum, quas teſtator expreſſe prohibuit alienare, modo non alia ſuperſint bona, *p. 1. c. 28. d. 70. n. 4.*

æs alienum parentum ex hereditate avita ſolvere haud tenentur liberi à parentum hereditate abſtinentes, *p. 3. c. 14. d. 18.*

In æris alieni exſolutione proprietarius & uſufructuarius æquas partes ſuſtinent, *p. 3. c. 13. d. 8. n. 9.*

In ære qui non habet, luat in corpore, *p. 4. c. 11. d. 7. n. 6.*

æs alienum mariti defuncti in ſubſidium eſt exſolvendum à vidua de Morgengaba & cibariis domeſticis, *p. 3. c. 36. d. 9.*

ad æris alieni à marito facti exſolutionem pro rata portionis ſuæ ſtatutariæ vidua tenetur, *p. 3. c. 20. d. 46.*

æs alienum pro Regni utilitate factum & ſalaria officialium exſolvere tenetur ſucceſſor in principatu, etſi heres anteceſſoris defuncti non exiſtat, *p. 2. c. 29. d. 21.*

Secus in patrimonialibus conventionibus, *n. 7.*

æs alienum mariti vidua ne quidem in ſubſidium de Gerada ſolvere tenetur, etiamſi Geradæ nomine contractum fuerit, *p. 2. c. 14. d. 62.*

Illuſtriſſimus Elector D. Auguſtus hac in re judicibus inferioribus pronunciare inhibuit, *ib. n. 3. & 4.*

ad æris alieni exſolutionem præcisè tenetur heres, *p. 3. c. 14. d. 17.*

Proportione hereditaria, *p. 2. c. 20. d. 3. n. 5.*

Niſi pignus intercedat, *p. 2. c. 20. d. 7. n. 4.*

ÆS ALIENUM SEU DEBITUM FEUDI.

Ex Feudo debitum ratione dotalitii contractum ſolvi debet, *p. 2. c. 46. n. 25.*

In foro Sax. *n. 4.* ſecus de jure communi, *n. 5.*

Ex feudo omne Debitum, quod in utilitatem Feudi converſum probatur, ſolvitur, *p. 2. c. 46. d. 26.*

Etiamſi alia ſuperſint bona hereditaria, *ib. n. 3.*

æs alienum ad Feudum comparandum contractum ſucceſſores feudi exſolvere obſtricti ſunt, *p. 2. c. 46. d. 27.*

Nec refert, an hereditas ſolvendo ſit, nec ne, *n. 2.*

Secus de jure communi, *n. 3.*

Ex Feudo debentur alimenta iis perſonis, quæ tanquam minus perfectæ à Feudi ſucceſſione arcentur, *p. 2. c. 46. d. 28.*

In ſubſidium ſcilicet, ſi bona allodialia non ſufficiunt, *n. 6.*

Pecunia ad liberationem Feudi à pignoris nexu mutuo ſumta, ex Feudo ſolvi debet, *p. 2. c. 46. d. 29.*

Salarium tanquam æs alienum Feudi à Feudi ſucceſſoribus petere poteſt Advocatus, qui cauſam Feudi utiliter geſſit, *p. 2. c. 46. d. 30.*

Ex Feudo tanquam æs alienum haud exſolvendæ ſunt expenſæ litis à vaſallo frivolæ motæ, *p. 2. c. 46. d. 31.*

Debita Feudalia unà cum intereſſe ex Feudo ſolvuntur, *p. 2. c. 46. d. 32.*

Niſi Dominus expreſſis verbis pro debito principali tantùm conſenſerit, *n. 6.*

Debita & onera Feudalia pari jure gaudent, excepto debito, pro quo Feudum conſenſu domini & agnatorum eſt oppignoratum, quod licet poſterius aliis tamen præfertur, *p. 2. c. 46. d. 33.*

In reliquis prior creditor tempore potior eſt jure, *ib. n. 12.*

Pro Debitis Feudalibus tacito pignori locus non relinquitur, *n. 5.*

Debita ac onera Feudalia per ſe jus reale non cauſantur in ipſo Feudo, *n. 6.*

Debita ac onera Feudi malè comparantur areſtis à Rauchb. *n. 8.*

Debitum ratione ſervitii militaris Domino præſtandi contractum ex Feudo ſolvendum non eſt, *p. 2. c. 46. d. 34.*

Onus Feudi non facit fidejuſſio, nec Feudi ſucceſſores, ſed heredes allodiales obligat, *ib. n. 3.*

Non ſolùm onera Feudi, ſed & onera cauſata occaſione Feudi agnatos obligant, ſi Legis autoritate ejuſmodi onera ipſi Feudo imponantur, vel in ejus utilitatem cedant, *ib. n. 8.*

Contributio pecuniaria, quam in Comitiis Provincialibus Nobiles promittunt, (vulgò das Præſent-Geld) non à Feudi ſucceſſoribus, ſed ab heredibus allodialibus exſolvenda eſt, *p. 2. c. 46. d. 35.*

Impenſæ Funebres tanquam æs alienum Feudi à Feudi ſucceſſoribus exigi non poſſunt, licet hereditas ſolvendo haud ſit, *p. 2. c. 46. d. 36.*

æris alieni in utilitatem Feudi converſi ſolutio ſolis agnatis & ſucceſſoribus Feudi incumbit, nec eo nomine filiæ aut heredes bonorum allodialium conveniri poſſunt, etiamſi ſolvendo ſit hereditas, *p. 2. c. 14. d. 66.*

Vide plura in Verb. Feudalia debita ſeu onera.

ÆS ALIENUM VASALLI.

Succeſſores Feudi æs alienum defuncto Vaſallo contractum regulariter haud ſolvere tenentur, *p. 2. c. 46. d. 1.*

Licet Domini voluntate ac conſenſu contractum ſit, *ib. n. 9.*

Sed ſolutum actione negotiorum geſtorum ab heredibus allodialibus repetere poſſunt, *p. 2. c. 46. d. 2.*

Ne quidem ex Feudo hereditario æs alienum vaſalli defuncti exſolvendum eſt, *p. 2. c. 46. d. 3.*

In foro Saxonico, ib. n. 6. ſecus de jure communi Feudali, *n. 5.*

Nec feudi novi ſucceſſores ob æs alienum vaſalli defuncti conveniri poſſunt, *p. 2. c. 46. d. 4.*

Filii tamen Debita patris ex Feudis ſolvere tenentur, *p. 2. c. 46. d. 5.*

1. Si Patri in feudo ſuccedant: 2. vel debita habeantur Feudalia, *ib. n. 1.*

Filio æs alienum patris ex Feudo ſolvente, defuncto eo onus debitorum heredibus allodialibus accreſcit, *p. 2. c. 46. d. 6.*

Debitum Vaſalli ad elocationem filiarum aut ſororum contractum à ſucceſſoribus Feudi, non heredibus allodialibus exſolvendum eſt, *p. 2. c. 46. d. 13.*

Item ad Dotandam, *ib. n. 4.*

Expenſæ quoque nuptiales ad elocationem filiarum & cognatarum mutuò acceptæ ex feudo reſtituendæ ſunt, *p. 2. c. 46. d. 14.*

ÆS ALIENUM MULIERIS.

Æs alienum mulieris ratione bonorum immobilium ſoli ipſius heredes, ratione verè mobilium contractum ſolus maritus ſolvere tenentur, *p. 3. c. 25. d. 15.*

In foro Sax. *ib. n. 2.*

Secus de jure communi, *ib. n. 1.*

æs alienum commune, uti & in dubio quorum bonorum reſpectu factum ſit, ab heredibus pariter & marito pro rata exſolvi debet, *p. 3. c. 25. d. 16.*

Non ſufficientibus bonis immobilibus ad ſolvendum æs alienum, horum nomine contractum, in ſubſidium de bonis mobilibus id ſolvi debet, *p. 3. c. 25. d. 17.*

ÆSTIMATIO.

Æſtimatio rei ad communem hominum proborum exiſtimationem referri debet, *p. 2. c. 34. d. 6. n. 6.*

æſtimatio ex neceſſitate facta emptionem venditionem non inducit, *p. 3. c. 23. d. 27. n. 6.*

æſtimatio tum demum emptionem facit, ſi id actum ſit, & negotii natura patiatur, *p. 2. c. 27. d. 16. n. 1.*

æſtimatio moneta Vid. infra Moneta ſolutio.

ÆTAS.

Ætas prima quæ ſit, *p. 2 c. 10. d. 14. n. 9.*

Ætas privilegium habere debet, *p. 2. c. 53. d. 3. n. 4.*

In probatione Ætatis filiorum, parentum, ac inprimis matris teſtimonium habetur legitimum, *p. 1. c. 16. d. 49. n. 3.*

INDEX RERUM

Affectio paterna per emancipationem non extinguitur, *p. 3. c. 3. d. 7. n. 8.*
In extraneis cessat caritas & affectio ordinata, *p. 3. c. 9. d. 16. n. 19.*
Quò propinquior est cognatio, tantò major videtur affectio erga bona majorum, *p. 3. c. 15. d. 39. n. 3.*
affectio in incognitos tanta non cadit, quanta in fratrem præsentem, *p. 3. c. 8. d. 7. n. 7.*
Modus honestus in rebus omnibus est servandus, nec immoderata cujusque affectio subsequenda, *p. 2. c. 30. d. 2. n. 3.*

AFFINIS.

Occisor affinis, qui fororis suæ maritus est, ad pœnam gladii trahæ illigatus debet raptari, *p. 4. c. 3. d. 11.*
De jure civili matrimonium in secundo genere affinitatis inter ascendentes & descendentes prohibetur, *p. 4. c. 24. d. 10. n. 5.*
In consistoriis reformatæ Ecclesiæ quoque tale matrimonium non permittitur, *ib. n. 2.*
Inter affines in linea collaterali nulla est hodie prohibitio matrimonii in secundo genere affinitatis, *p. 4. c. 24. d. 11.*
Lineæ scilicet inæqualis, *p. 4. c. 23. d. 8. n. 10.*

AFFINITAS.

Affinitas per fornicationem contrahitur, *p. 4. c. 23. d. 10. n. 3.*
Nunquam committitur incestus in tertio genere affinitatis, *p. 4. c. 24. d. 12.*

AFFIXA.

Affixa terræ vel parietibus domus (was gewietet und Nagelfest ist) in prædio Feudali ad Feudi successores unà cum fundo feudali pertinent, *p. 3. c. 31. d. 5.*

AFFLICTUS.

Afflicto non est addenda afflictio, *p. 3. c. 28. d. 8. n. 5.*

AGER.

Fructus agri ipso jure diminuere dicitur, quicquid impendii in agro factum est, *p. 1. c. 28. d. 34. n. 5.* it. *p. 3. c. 32. d. 11. n. 5. & d. 12.*
Impensæ in culturam agrorum factæ præferuntur reliquo ære alieno, *p. 1. c. 28. d. 37. n. 3.*
Sicuti & frumentum sementarium, *p. 1. c. 28. d. 38.*

AGERE.

Agere aliud est, aliud agere velle, *p. 2. c. 34. d. 32. n. 6.*
agere nemo invitus cogitur, *p. 1. c. 7. d. 27. n. 1.*
Nisi quis expresse vel tacitè ad agendum se astrinxerit, *ib. n. 1.*
agere nunquam mulier in judicio valet absque Curatore, *p. 1. c. 1. d. 30.*
Hocque non solum in fœmina actrice, sed etiam in rea conventa procedit, *ib. n. 3.*
De jure autem communi in propriis causis in judicio comparere, agere & se defendere non prohibetur, *ib. n. 1.*

AGI. ACTUM.

Non solum quod verbis exprimitur, sed etiam quod agitur, pro expresso haberi debet, *p. 3. c. 28. d. 13. n. 9.*
Actum non videtur, cum quid ad agendum supereft, *p. 1. c. 16. d. 3. n. 2.*
Quod actum est, id potissimum in contractibus sequimur, *p. 2. c. 16. d. 15. n. 9.*
Actum videtur in quovis contractu, de eo, quod communiter fieri solet, *p. 2. c. 34. d. 30. n. 7.*
Actum intelligitur non solum de omni quod ex dispositione legis, sed & quod ex conjecturata mente disponentium inest contractui, *p. 2. c. 52. d. 10. n. 5.*

AGGRESSOR.

Aggressor mortuus ab aggresso, magis videtur ex se ipso mortuus, quam ab aggresso, *p. 4. c. 12. d. 8. n. 13.*
aggressor & autor rixæ præsumitur in dubio robustior & junior, *d. n. 13.*
Item is, qui meliora & potiora arma habet, *d. n. 13.*

AGNATUS.

Agnati proximi vicem curatoris sustinent, *p. 2. c. 15. d. 18. n. 2.*
De contractibus, cum agnatorum & consanguineorum pupilli consensu initis, tutores rationem reddere non tenentur, *ib. n. 4.*
In agnatis proximioribus sæpe eadem delinquendi audacia præsumitur, *p. 3. c. 27. d. 2. n. 3.*
agnatio sola in materia Feudali jus succedendi tribuit, nec cognatio in considerationem venit, *p. 2. c. 14. d. 57. n. 8.*
agnati & collaterales quatenus in Feudis succedant, vide infra Feudi alienati revocatio & Feudi successores.

AGNUS.

Agni (extra casum Geradæ) in vita mariti procreati, tum demum ad viduam pertinent, si nondum sint ejus ætatis, ut per se alantur, sed matribus adhuc subrumantur, *p. 2. c. 14. d. 23. n. 11.*

AHENUM.

Ahena & Caldaria mutuo affixa (eingemaurte Waschkessel und Braupfannen) debentur Feudi successoribus, nec ab heredibus allodialibus repeti possunt, *p. 3. c. 31. d. 6.*

ALAPA.

Alapa insultatus qui percussorem occidit, pœna arbitraria plerumq; tamen fustigatione plectitur, *p. 4. c. 10. d. 5.*

ALARDUS.

Johannes Alardus, qui ex Judæa quadam, quam in domo retinuerat, liberos susceptit, Parisiis igne combustus fuit, *p. 4. c. 26. d. 4. n. 2.*

ALERE.

Alere pater tenetur filium, etiam naturalem & spurium, nisi hic semetipsum exhibere queat, *p. 2. c. 10. d. 18.* it. *p. 3. c. 15. d. 30. n. 5.*
alere pater filiam ingratam vel contra familiæ honestatem indigno viro nubentem non tenetur, *p. 2. c. 42. d. 12. n. 4.*
alere mater patre defuncto tenetur liberos egentes, *p. 3. c. 26. d. 25. n. 5.*
alit mater filium inopem, non frater, qui heres patri haud extitit, *p. 2. c. 10. d. 19.*
aluisse mater in dubio videtur intuitu pietatis filium, *p. 2. c. 10. d. 22. n. 1.*
alimenta filio præstita mater ab ipso ejusvè heredibus repetere nequit, nisi 1. de hoc ab initio fuerit protestata, *d. d. 22.*
2. aut alimenta in libro rationum consignaverit, *p. 2. c. 10. d. 23.*
3. vel si contra maritum agat ad restitutionem alimentorum, *p. 2. c. 10. d. 24.* vel 4. nisi ipsius bona administraverit, *p. 2. c. 10. d. 28. n. 1.*
alere mater patre certo non existente spurium & vulgo quæsitum tenetur, *p. 4. c. 27. d. 11. n. 3.*
alere tenetur avus nepotem etiam spurium ex filio legitimo procreatum, *p. 2. c. 10. d. 20.*
avus maternus non alit nepotes, quando superstes adhuc est avus paternus, *p. 2. c. 10. d. 21.*
alere maritus, virginem aut viduam stuprans, infantem tenetur, *p. 4. c. 27. d. 10.*
alere mulier stuprata tenetur infantem, quando stuprator est inops, *p. 4. c. 27. d. 11.*
Si maritus non habeat, unde se alere possit, uxor ad faciendas impensas est obstricta, *p. 3. c. 25. d. 7.*
Onus alendi virum casu inopiæ imponitur jure communi uxori etiam de bonis paraphernalibus, *ib. n. 5.*
Et dotalibus, *ib. n. 6.*

ALIMENTA.

Alimentorum appellatione impensæ funebres propriè non continentur, *p. 2. c. 46. d. 23. n. 1.*
alimentorum præstatio cum vita alimentarii finitur, *p. 2. c. 46. d. 20. n. 11.* it. *p. 3. c. 15. d. 30. n. 4.*
Præstatio alimentorum semper conditionem annexam habet, si scilicet alimentarius opus iis habuerit, *p. 3. c. 15. d. 30. n. 9.*
Legatum alimentorum nomine incestuosis liberis à patre relictum validum habetur tam ex æquitate juris pontificii, quam civilis, *p. 3. c. 14 d. 13.*
Vitricus non minus ac quilibet alius extraneus spurio ex illicito coitu nato ultra modum alimentorum legare potest, parentibus autem hoc haud fas est, *ib. n. 4.*
Vitricus expensas faciens in alimenta privigni repetere potest, *p. 2. c. 10. d. 25.*
In dubio: nisi privignus probet animo donandi à vitrico sibi præstita fuisse, *p. 2. c. 20. d. 26.*
Vel si privignus privignavè fuerit in ipsius obsequio & servitus, *p. 2. c. 10. d. 20.*
Recipiens servitia videtur alimenta impendere in illorum recompensationem, *ib. n. 3.*
alimenta denegans pater filios necare dicitur, *p. 2. c. 10. d. 18. n. 2.*
Nisi filius se ipsum exhibere queat, *ib. n. 5.*
Necare videtur, qui alimenta, hoc est, omnia ad vitam necessaria non præbet, *p. 3. c. 26. d. 5. n. 3.*
alimenta maritus denegans uxori, dotem & lucrum mobilium amittit, *p. 3. c. 26. d. 5.*
alimenta marito de bonis dotalibus sunt præstanda, *p. 3. c. 25. d. 7. n. 7.*
alimenta viduæ interfecti non debentur ex bonis homicidæ capite puniti, *p. 4. c. 12. d. 7.*
alimenta à patre ejusque heredibus filio præstita repeti possunt, *p. 2. c. 10. d. 24.*
Non solum à matre, sed & avo vel avia materna, *ib. n. 6.*
alimenta parentibus jure naturali debentur, nec ullo modo iis denegari debent, *p. 2. c. 10. d. 29.* item, *p. 3. c. 12. d. 1. n. 10.*
Pater filii bona administrans quatenus alimenta præstita & sumtus studiorum repetere possit, *p. 2. c. 10. d. 28.*
alimenta præteriti temporis, quæ ex officio judicis debentur, à patre petinequeunt, *p. 2. c. 10. d. 30.*

Limi-

Limitatur tribus modis, *ibid. n. 6. & 7.* it. *d. seq.* 31.

De alimentis præteriti temporis, quæ debentur jure actionis, transigi potest, *ib. d. d.* 31. *n.* 3.

alimentorum nomine quicquid debetur, privilegiatum est & creditis chirographariis præfertur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 152.

alimenta liberis debitoris ex ejusdem bonis non debentur, antequam creditoribus satisfactum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 17.

Defuncto alimentario, alimenta quæ debebantur, dum viveret, transmittuntur ad heredes, & queunt ea heredes alimentarii petere à debitore, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 31 *n.* 4.

Facta executione in bona Feudalia creditor non tenetur præstare alimenta vasallo, si per id redigeretur ad inopiam, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 6.

Beneficium competentiæ, ne scilicet per executionem auferantur alimenta debitori, etiamnum hodie competit militibus atque nobilibus, *p.* 1. *c* 32. *d* 15.

Vide plura infra in verb. Competentia beneficium.

ALIMENTARE: ALIMENTATIO.

Alimentare non minus mater ac pater ipsemet filios, si aliunde non habeat, domi gratis tenentur, *p.* 3. *c.* 11. *d.* 17. *n.* 4.

Mater detrectans alimentare liberos, eosque deserens indignam se facit eorum hereditate, *p.* 3. *c.* 26. *d.* 25.

Sicut & pater, *ib. n.* 8.

alimentari de cibariis familia defuncti debet de jure Sax. intra 30. *p.* 3. *c.* 34. *d.* 2. *n.* 9.

alimentationis onus matri injungi, usque dum pervenerit infans ad tertium ætatis annum, quomodo intelligendum, *p.* 3. *c.* 27. *d.* 5. *n.* 3.

Non liberat Emptorem à præstatione usurarum alimentatio venditoris, si facta est pars pretii, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 7.

ALIENATIO.

Vocula alienationis comprehendit quoque jus pignoris, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 22. *n.* 2. it. *p.* 2. *c.* 23. *d.* 1. *n.* 4

Verbum Emptionis-venditionis omnem contractum, per quem inducitur rei alienatio, comprehendit, *p.* 1. *c.* 3. *d.* 25. *n.* 3.

alienationis prohibitio, favore propinquorum facta, non ad propinquos in quarto tantum gradu existentes, sed ad decimum usque ad quoscunque ad successionem jure communi vocatos extenditur, *p.* 2. *c.* 31. *d.* 9. *n.* 4.

alienatione lege aut partium conventione familiæ favore in extraneum prohibita, tam singularis quam universalis alienatio, & sic quoque heredis extranei institutio prohibita intelligitur, *p.* 2. *c.* 32. *d.* 16.

alienationis inter vivos interdictio ad heredis institutionem vel testamenti factionem haud porrigitur, *ib. n.* 1.

alienationem in contractibus prohibitio non impedit, quoad translationem Dominii, impedit tamen quoad interesse vel pretium, *p.* 2. *c.* 1 *d.* 16. *n.* 11.

alienationem impedire facilius est, quam factam revocare, *p.* 1. *c.* 29 *d.* 1. *n.* 17.

alienatio in foro Sax. traditione verè non perficitur, ac rerum dominia transferuntur, si non prius in judicio alienandi possessioni suæ renunciaverit eandemque accipienti tradiderit, *p.* 2. *c.* 31. *d.* 11. *n.* 4. it. *p.* 2. *c.* 38. *d.* 13. *n.* 6. it. *p.* 2. *c.* 23. *d.* 1. *n.* 3.

alienatio ad exsolutionem æris alieni valet etiam earum rerum, quas testator expressè prohibuit alienare, modo non alia supersint bona, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 70. *n.* 4.

alienatio bonorum civitatis non nisi decreto aliisque solennitatibus adhibitis permissa est, *p.* 1. *c.* 13. *d.* 7. *n.* 4.

Inter alienationes bonorum civitatis & constitutionem Syndici differentia, *ib. n.* 3.

alienari bona minorum immobilia nequeunt, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 28.

ad alienationem bonorum minorum immobilium tria requisita legibus prodita sunt, justa alienandi causa, decretum magistratus causæ cognitio, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 18 *n.* 3. *& seqq.*

alienata absque hisce debitis solennitatibus à minore vindicari possunt, ipsique facta pretii refusione cum omni causa sunt restituenda, *p.* 2. *c.* 11 *d.* 29.

Nisi alienatio injusta bonorum minoris lapsu quinquennii post majorem ætatem a die scientiæ confirmata fuerit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 30.

Vel major factus pretium accepit, aliudvè ulterius fecit, quo priorem contractum valere præsupponit, *p.* 2 *c.* 11. *d.* 31.

Minor defectum horum requisitorum solennium quando probare debeat, *p.* 2. *c* 11. *d.* 32.

an in integrum restitui & bona injustè alienata revocare, an verò contra tutores vel curatores agere velit, minori competit electio, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 34.

Vide plura infra in verb. Bona Minorum.

alienare valet tutor res pupilli, eiq; solvi potest & ab eo res in judicium deduci, *p.* 1. *c.* 14. *d.* 12. *n.* 4.

alienare Dominus jus suum, quod in vasallum habet, sine ejus consensu non valet, *p.* 2. *c.* 39. *d.* 10. *n.* 2.

alienabiles res semel factæ in posterum licitè alienari possunt, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 5. *n.* 2.

De non alienando præceptum judiciale non tribuit creditori hypothecam aut jus prioritatis in bonis debitoris, *p.* 1. *c.* 29. *n.* 42.

ALIENUS.

Alienum factum inutiliter promittitur, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 10. *n.* 9.

Suo potius, quam alieno nomine quilibet gessisse censetur, *p.* 2 *c.* 11. *d.* 21. *n.* 3.

ALIUS.

Per alium operæ atque servitia præstari nequeunt, ubi industria certæ personæ atque familiæ est electa, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 1. *n.* 5.

De alio negatur, quod de uno dicitur, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 2. *n.* 7.

aliud pro alio invito creditori solvi nequit, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 11. *n.* 6. it. *p.* 2. *c.* 29. *d.* 4. *n.* 6.

ALTER.

Alterius factum ei, qui nihil fecit, aut mandavit, vel ratum habuit, obesse non debet, *p.* 1. *c.* 9. *n.* 3. it. *p.* 2. *c.* 6. *d.* 1. *n.* 7.

Ex alterius contractu nemo obligari potest, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 18. *n.* 8.

Ex alterius delicto, nemo obligatur, nec quisquam culpa aut odio alterius prægravari debet, *p.* 4. *c.* 17. *d.* 13. *n.* 5.

alteri per alterum iniqua conditio inferri haud debet, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 15. *n.* 7.

ALTERNATIVA.

Alternativa poni solent inter duo æqualia, *p.* 2. *c.* 43. *d.* 7. *n.* 9.

alternativi electio est penes debitorem, *p.* 2. *c.* 11. *d* 28. *n.* 3.

Hæc regula quando officium suum perdat, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 8. *n.* 1. & 2. it. *p.* 4. *c.* 48. *d.* 8. *n.* 5.

ALTERUM TANTUM.

Ultra alterum tantum una cum sorte creditor repetere non valet usuras, *p.* 3 *c.* 24 *d.* 19. *n. fin.*

Ultra alterum tantum non solùm in mutuo, sed & in reliquis contractibus usuræ ex mora debitæ exigi prohibentur. *p* 2. *c.* 30. *d.* 26.

Nec refert an usuræ sortem adæquantes particulariter solutæ sint, nec ne, *ib. n.* 4.

Ultra alterum tantum solutæ usuræ condictione indebiti repetuntur, vel in sortem imputantur, *p.* 2. *c* 30. *d.* 27.

Ultra alterum tantum quando usuræ peti possint, & quid si exigantur tanquam interesse, non ut usuræ, *p.* 2. *c.* 30. *d* 28.

Ultra alterum tantum fructus percepti ac interesse etiam debentur, *p.* 3. *c.* 15. *a.* 56. *n.* 7.

ALLUVIO.

Alluvio nullibi dicitur modus constituendæ Jurisdictionis, *p.* 3. *c.* 31. *d.* 12. *n.* 5.

Per alluvionem fundo fructuario adjectum augmentum pertinet ad usufructuarium, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 17.

ALVEUS.

Alveus derelictus pertinet ad eos, qui prope ripam ejus prædia possident, *p.* 3. *c.* 31. *d.* 14.

alveus derelictus cedit vicinis, etiamsi aqua per illum aliquantulum adhuc fluat, *p* 3. *c.* 31. *d.* 15.

AMARE.

Ad amandum mulieres sunt faciliores, etiam faciliores ad pejerandum, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 48 *n* 7.

AMOR.

Amor nullus vincit parentum amorem, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 19. *n.* 2.

amor ardentius descendit in nepotes, quam viget in filiis, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 22. *n.* 3.

ANATOCISMUS.

Anatocismum vulgò appellitant, quoties usura sorti conjuncta alias usuras parit, *p.* 2. *c.* 30. *d* 33 *n.* 3.

anatocismus inter mercatores non permittitur, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 34.

ANATOMIA.

Qui corpora punitorum non ad malos usus, sed salutaris medicinæ vel anatomiæ causa absque permissu magistratus auferunt, pœnam merentur, *p.* 4. *c.* 34. *d.* 4. *n* 7. *&* 8.

ANCILLA.

Ancilla sive famulus jus retentionis habet in Domini habitatione, donec ei de mercede satisfiat, *p.* 2. *c.* 25. *n.* 22.

ANIMA.

Animæ salus cuicunque causæ pecuniariæ præferri debet, *p.* 2. *c.* 21. *d* 6. *n.* 3.

ANIMAL.

Animal vendens, quod postea mactatum deprehenditur morbidum aut vitiosum, cogitur emptori restituere pretium, *p.* 2. *c.* 34. *d.* 15.

Etiamsi vitium venditori fuerit incognitum, *ib. n. 3.*

animalis vitiosi aut morbidi emptor non potest repetere pretium, si morbus fuerit patens ac visibilis, *p. 2. c. 34. d. 16.*

Si animalis venditi vitium non statim apparuerit, rescindenda non est venditio, *p. 2. c. 34. d. 18.*

ANNULUS.

Annulus signatorius ornamenti nomine non continetur, *p 2. c. 14. d. 43. n. 4.*

annuli signatorii & bullæ aureæ, quæ infantibus affiguntur, multò minus munuscula, quæ à susceptoribus in baptismate offeruntur, bonorum utensilium nomine non comprehenduntur, *d. d. 43.*

Per annuli immissionem in digito mulieris præsumitur contractum matrimonium per verba de præsenti, nisi contrarium probetur, *p 4. c. 20. d. 8. n. 5.*

ANNUS.

Annus totus in duas dividitur partes æquales, cujus una medietas sex menses à mense Septembri usq; ad Martium exclusivè continet, altera etiam sex menses, à Martio usque ad Augustum inclusivè complectitur, *p. 3. c. 32 d. 2. n. 6.*

annus civilis continet saltem trecentos sexaginta quinq; dies, *p. 1. c. 20. d 11. n. 9.*

annus Saxonicus conficitur anno & die sive sex septimanis, *p. 2. c. 50. d. 2. n. 2.*

anno 25. completo naturalis vigor completus censetur, *p. 2. c. 11. d. 9. n. 1.*

Quo anno incipiat majorennitas in foro Saxonico, nec non pubertas, *p. 2. c. 11. d. 9.*

ANNUI REDITUS.

De annuis redditibus vid. infra Reditus annui.

ANTECEDENS.

Antecedente remisso necessario remissum videtur consequens, *p 2. c. 11. d 4. n. 4.*

ANTECESSOR.

Successor in principatu, etsi heres antecessoris defuncti non existat, attamen æs alienum pro regni utilitate factum & salaria officialium exsolvere tenetur, *p. 2. c. 20. d. 21.*

Secus in patrimonialibus conventionibus, *ib. n. 7.*

Regem Bohemiæ antecessoris sui Matthiæ investituram de caducitate successionis confirmare haud obligatum fuisse respondit collegium juridicum Lipsiense, *ib. n. 5.*

ANTICHRESIS.

Valet Antichresis, nec tenetur creditor ad restitutionem fructuum ex agro oppignorato perceptorum ob modicum usuras legitimarum excessum, *p. 2. c. 30. d. 40.*

Fructus ex agro percepti in pactione antichreseos sorti imputantur, quando legitimum usuratum modum nimium exuperant, *p. 2. c. 30. d. 41.*

Quando creditor rationum redditioni obnoxius efficiatur, moderamini judicis committendum, *ib. n. 7.*

Fructus naturales ex hortis ac pratis jure antichreseos percepti sorti semper imputantur, quatenus usuras quincunces exuperant, *p. 2. c. 30. d. 42.*

antichresis tacitè contrahi intelligitur, ubi pecunia gratuito mutuo data res, quæ fructus fert, pignori tradita est, *p. 2. c. 30. d. 40. n. 1.*

ANTIQVA.

Dicuntur dependere ab antiquis omnia illa Capitula, quæ ex fundamento actionis in prima instantia proposita emanant, *p. 1. c. 21. d. 8. n. 6.*

APERTURA.

Apertura testamenti quomodo differat à publicatione ejusdem, *p. 3. c. 5. d. 24. & seq.*

APES.

Apes sunt feræ naturæ, *p. 4. c. 36. d. 1. n. 2.*

apium fures & favorum perinde ut alii fures puniuntur, *d. d. 1.*

Nunquam tamen fures favorum suspenduntur, *p. 4. c. 36. d. 2.*

Sed pœna carceris, relegationis, vel fustigationis infligenda, *d. d. 2. n. 6.*

apes alienas necans ad interesse conveniri potest, ac insimul tenetur ad pœnam arbitrariam, *p. 4. c. 36. d. 3.*

De jure Sax. examen apium evolans ad vicinum ipsi acquiritur, *p. 4. c. 36. d. 4.*

APICES.

Per apices juris & subtilitates Legum lites protrahuntur, *p. 1. c. 1. d. 4. n. 2.*

APOCHA.

Apocha datur pro pecuniæ solutæ professione, *p. 2. c. 11. d. 37. n. 1.*

Apocha seu Quittantia tutoris non liberat debitorem, quò minus a minore in solutione læso conveniri queat, *p. 2. c. 11. d. 37.*

Etiamsi autoritas Magistratus intervenerit, & in judicio apocha data fuerit, *d. d. 37. n. 6.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ adversus apocham non nisi intra 30. dies admittitur, postea verò creditor non audiendus, etiamsi onus probandi in se recipere velit, *p. 2. c. 29. d. 19.*

APPARERE.

Manifestè apparere dicitur, quod ex conjecturis probabilibus colligitur, *p. 2. c. 6. d. 19.*

APPARITOR.

Apparitor saltem propter culpam puniendus est arbitrariè, qui reum, quem prehendere debeat, prorsus occidit, *p. 4. c. 43. d. 5.*

APPELLARE.

Appellare ex fori Sax. consuetudine à quacunq; interlocutione, & ab omni gravamine tàm judiciali, quam extrajudiciali licet, *p. 1. c. 12. d. 10. n. 4. it. p. 1. c. 19. d. 23. n. 1.*

Etiam secundùm sanctionem juris Canonici, *d d. 10. n. 5.*

appellare vel Leuterare à sententia in summariissimo possessorio lata non licet, *p. 1. c. 19. d. 24.*

De jure autem Pontificio Provocatio etiam in judiciis possessoriis permissa est, *ib. n. 9.*

appellationes non modò in foro Sax. sed etiam in totâ ferè Germaniâ in possessoriis generatim & regulariter recipiuntur, *ib. n. 12.*

Nec appellare nec Leuterare in processu Criminali inquisitorio licet in foro Sax. *p. 1. c. 20. d. 20. it. p 1. c. 19. d. 15.*

Secus de jure communi, *ib. n. 1.*

Et in processu criminali ordinario etiam in foro Sax. *ib. n. 2.*

Loco tamen appellationis vel Leuterationis in processu inquisitorio admittitur defensio inquisiti, *p. 1. c. 19. d. 26. it. p. 1. c. 20. d. 20. n. 6.*

appellare non solùm à definitiva, sed etiam ab interlocutoria sententia in foro Sax. licet, *p. 1. c. 20. d. 12.*

Sicut & de jure Canonico, *ib. n. 3.*

Secus de jure Communi, *ib. n. 1.*

appellare possunt Domini principales & procuratores, *p. 1. c. 19. d. 3. n. 3.*

Non appellasse vel appellasse quidem, sed appellationem non introduxisse vel deseruisse paria sunt, *p. 1. c. 16. d. 9. n. 5.*

PRIVILEGIUM DE NON APPELLANDO.

Neque ab Elector Sereniss. neque à reliquis Ducibus Sax. ad Cameram Imperialem appellare licet, *p. 1. c. 20. d. 23.*

Inprimis Saxonicus & Brandenburgicus Elector hoc privilegium de non appellando retinuit, *ib. n 3.*

Nec unquam hoc privilegium neglexit, *ib. n. 6.*

Haud obstante privilegio de non appellando subditi Ducum Sax. super nullitate sententiæ in Camera Imperiali conqueri possunt, *p. 1. c. 20. d. 24.*

Privilegium de non appellando haud tollit supplicationem ad superiorem, *p. 1. c. 20. d. 25.*

Privilegium de non appellando operatur, quod executio in continenti non attento nullitatis processu fieri possit, *p. 1. c. 20. d. 24. n. 7.*

APPELLATIO.

Appellatio & Leuteratio inter se differunt, *p. 1. c. 19. d. 2. & seq.*

Sicut appellationis, ita etiam Leuterationis beneficium in foro Sax. habet effectum suspensivum, ita ut pendente ea nihil liceat innovare, *p. 1. c. 19. d. 1. it. p. 1. c. 16. d. 11. n. 4.*

appellatio rem in eum statum reducit, quo fuit in primo termino ante sententiam latam, *p. 1. c. 3. d. 8. n. 2.*

Non autem ad eum statum, in quo fuit ante litem contestatam, *p. 1. c. 21. d. 10. n. 1. & 3.*

Jura, quæ de appellationibus loqvuntur in foro Sax. omnia ferè in Leuterationibus etiam locum habent, *p. 1. c. 19. d. 25. n. 7.*

Vide plura infra in Vocab. Leuteratio.

In appellatione decendium de momento in momentum currit, *p. 1. c. 19. d. 13. n. 5.*

appellatio à tribus sententiis conformibus in foro Sax. conceditur, *p. 1. c. 19. d. 23. n. 6.*

appellatio unius consortis prodest alteri etiamsi is non appellaverit, *p. 2. c. 9. d. 4. n. 7.*

Si eadem omnium est ratio, *p. 1. c. 20. d. 15.*

appellatione facta à certis quibusdam capitibus, quoad reliqua, à quibus provocatum non est, sententia in rem judicatam transit tam appellatori, quam adversæ parti, *p. 1. c. 19. d. 9. n. 5.*

appellatio haud admittitur, ubi res declarationem non recipit, *p. 1. c. 19. d. 24. n. 5.*

appellatio frivola & frustratoria nunquam est recipienda, *p. 1. c. 20. d. 13. n. 2.*

appellatio ab executione, ex instrumento & debito liquido facta, est rejicienda, *d. d. 13.*

appellatio contra propriam confessionem est prohibita, *ib. n. 3.*

appellatio debitoris prodest etiam fidejussori, *p. 1. c. 20. d. 15. n. 6.*

Nisi ex diversa causa agatur, *n. 8.*

appellationum desertores jus appellandi

laudi non habent, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 14.
appellatione deserta perinde est, ac si nunquam interposita fuisset, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 9. *n.* 4.
appellationem interpositam omittere appellator potest etiam contradicente parte adversa, introductam non æquè, *p.* 1. *c.* 19. *d.* 8. *n.* 4.
appellatio finita est & sublata inhibitio, lata sententia in judicio appellationis causaque ad judicem inferiorem remissa, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 11. *n.* 5.
appellatione licet sublata Revisio locum habet, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 16.
Vide plura infra in Vocab. Revisio.

APPELLATIO CORAM NOTARIO ET TESTIBUS.

Appellatio coram Notario & testibus interposita valet indistinctè in foro Sax. etiam absque insinuatione, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 1.
haud tamen facta insinuatione judex ad instantiam partis appellatæ in executione procedere non prohibetur, ante inhibitionem subsecutam, *ibid. n.* 8.
appellatio in judicio Curiali harum provinciarum non admittitur, coram Notario & Testibus, *ib. n.* 9.
Coram solo Notario absque testibus valida haud est appellatio, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 2.
appellatio gradatim à judice inferiore ad superiorem nullo intermedio omisso fiat, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 4. *n.* 3.
Fallit, si judex intermedius justitiam deneget, *ib. n.* 6.
appellationes admittuntur in provinciis Saxonicis ad Quæstores præfecturarum, quando hi sunt judices superiores, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 4.
appellatio in foro Sax. non tantum viva voce statim post latam sententiam, sed etiam intra decendium inscriptis, admittitur, *ib. d.* 5.
Quod currit à die latæ sententiæ à momento in momentum, *d. d.* 5. *n.* 8.
Ultima tamen hora interponi potest, *d. d.* 5. *n.* 10.
Judice inferiore appellationem recipere nolente appellator judicem superiorem desuper implorare potest, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 6.
Item Apostolos refutatorios appellanti dante, *ib. n.* 4.
appellatio est deserta, si præcisè intra 30. dies à tempore latæ sententiæ nec fuerint petiti Apostoli reverentiales, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 7.
Nisi forsan appellans ignoraverit sententiam esse latam, *ib. n.* 5.
Quibus tamen in appellatione coram Notario & testibus interposita opus non est, *ib. n.* 8.
appellatio habenda est pro deserta, quando appellans in termino ad Apostolos accipiendos sibi assignato contumaciter emanet, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 8.
appellatio introducenda est in foro Sax. intra mensem à die, quo Apostoli dati fuere, quo tempore neglecto appellatio habetur pro deserta, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 9.
appellatio si non fuerit justificata intra annum, vel justis ex causis intra biennium, deserta est, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 10.
appellatio in foro Sax. intra annum civilem justificari debet sub pœna desertionis, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 11.

appellationis temerè hodie in foro Sax. nulla est alia pœna, quam ut in expensas condemnetur, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 29.
Licet olim de jure Sax. secus fuerit, *ib. n.* 4.

APPELLATIONIS JUDEX.

In causa appellationis Judex superior partes litigantes inferiore judice irrequisito citare potest, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 17.
Judex appellationis succedit in locum judicis à quo, *ib. n.* 6.
Super reassumtione litis & causa appellationis simul potest pronunciari, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 18.
Judex appellationis super usuris pronunciare potest, licet de his nihil dictum fuerit in priore sententia, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 21.
appellatio pro expensis saltem interposita non devolvit negotium principale ad judicem appellationis, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 22.
Sententia in appellationis judicio reformata tota causa principalis ad judicem appellationis devolvitur, nec locum habet remissio, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 26.
appellationis legitimæ interpositæ & apud judicem appellationis justificatæ effectus, *ib. n.* 1.
Confirmata sententia judicio appellationis causa ad judicem à quo remittitur, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 27.
Licet judex appellationis remissionem disertis verbis in sententia exprimere haud obstrictus sit, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 28.
Non habetur appellatio introducta pro deserta, priusquam coram judice appellationis contumacia appellantis propter non factam justificationem fuerit accusata, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 30.
At super desertione appellationis nondum introductæ apud judicem superiorem judex inferior à quo pronunciat, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 31.
Judex appellationis non potest cognoscere, nisi de quo cognovit prior judex, & quod per appellationem ad eum fuit devolutum, *p.* 1. *c.* 21. *d.* 3. *n.* 4.
Probatio in prima instantia ob terminum præterlapsum perdita in secunda appellationis instantia denuo per testes suscipi nequit, *p.* 1. *c.* 21. *d.* 1.
De hac materia probationum vide infra plura in Verb. Probatio.
Exceptiones peremptoriæ in prima instantia omissæ nequeunt opponi in appellationis instantia coram judice appellationis, *p.* 1. *c.* 21. *d.* 10.

APPROBARE.

Factum alicujus approbans posteà illi contravenire nequit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 27. *n.* 2.
Inspiciendi atque cognoscendi habens facultatem cognovisse etiam atque approbasse præsumitur instrumentum, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 42. *n.* 7.
Omne productum in judicio censetur per producentem approbatum, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 7. *n.* 1.

AQVA.

Servitus hauriendi aquam ex fundo alterius non admittitur, si fons exaruerit, ita ut quis servitute uti nequiverit, *p.* 13. *c.* 32. *d.* 18. *n.* 7.

ARATRUM.

Perinde ut alii fures puniendi sunt in foro Sax. qui aratrum spoliant aut furantur, *p.* 4. *c.* 35. *d.* 1.
In eos qui aratrum spoliant, aut furantur, pœnam rotæ decernit sanctio juris Sax. *ib. n.* 1.
Quæ tamen ab usu recessit, *ib. n.* 7.
Equos aratro junctos per vim abigens gladio feriri debet, *p.* 4. *c.* 35. *d.* 2.

ARBITER.

Rei suæ quilibet est justus moderator & arbiter, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 2. *n.* 3.
arbitri auxilio subsidiario plerumque locus est ex æquitate, cum ratio juris deficit, *p.* 3. *c.* 11. *d.* 30. *n.* 8.
arbitrorum laudo vel sententiæ standum est non propter autoritatem sententiæ, sed ex compromisso præcedente, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 13.
Etsi eam in vim pacti partes confirmaverint, *ib. n.* 3.
aliud est in arbitris compromissariis, *ib. n.* 4.
ab arbitrorum laudo appellare non licet, *ib. n.* 6.
De quonam arbitrio *l. arbitro 9. ff. qui satisd. cog.* loquatur, *ib. n.* 8.
arbitrorum laudum non valet, si ex pluribus aliqui reliquis abstentibus pronunciaverint, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 14.
arbitri compromissarii cogendi sunt, non interpellandi, *ib. n.* 2.

ARBITRATOR.

arbitratorum extrajudicialium dicto vel sententiæ standum est ex sola conventione, *p.* 1. *c.* 12. *d.* 37. *n.* 2.

ARBITRIUM.

Lex necessitatem non imponit, quæ arbitrio alicujus quid committit, *p.* 1. *c.* 25. *d.* 2. *n.* 3.
Non solum judex pœnas pro arbitrio temperare ac mitigare, sed etiam ex causa justa easdem exasperare & agravare potest, *p.* 4. *c.* 18. *d.* 5. *n.* 5.
Vide plura infra in Vocabulo Pœna.

ARBOR.

Arbores sunt pars soli, *p.* 2. *c.* 38. *d.* 24. *n.* 3.
Fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini pertinent ad ipsum vicinum, *p.* 3. *c.* 32. *d.* 25.
Si arbor mea ramos suos supra fundum alienum extendat, potest Dominus fundi, si velit, illos impunè succidere, *d. d.* 25. *n.* 5.
De jure autem communi Domino horti licet tertia quoque die fructus colligere & auferre, ita ut si vicinus id prohibere velit, competat interdictum de glande legenda, *ib. n.* 1. *& seqq.*
arbitrariè puniuntur, qui fructus arborum furantur, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 7.

ARBORES.

Qui solo nocendi animo arbores cædit, præter arborum æstimationem 30. solidos solvere tenetur, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 1.
Quæ facta computatione faciunt 40. grossos argenteos Misnenses, h. e. duas sexagenas antiquas, *ib. n.* 6.
Quandoque etiam delinquens severiori pœna arbitraria plectendus, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 2.

Cædens

Cædens, arbores lucri causa furtum committit, ac propterea virgis cæsus in perpetuum est relegandus, *ib. d. 3.*
arbitraria furti pœna plectuntur fures herbarum coronariarum, *ib. d. 4.*
Nisi eas solo nocendi animo absque spe alicujus lucri fregerint, *p. 4. c. 37. d. 5.*

ARCHIVA PUBLICA.

Probationes seu libri ex Archivis publ. desumti plenam merentur fidem, *p. 1. c. 16. d. 25. n. 1.* it. *p. 1. c. 17. d. 18. n. 5.*
Plenè probat exemplum seu conceptum alicujus instrumenti in archivis publ. repertum, *p. 1. c. 17. d. 38.*

ARESTUM.

Arestum nihil aliud est quam hypotheca legalis, *p. 2. c. 29. d. 5. n. 4.*
arestum Saxonicum nihil aliud est quam species executionis, *p. 1. c. 29. d. 32. n. 3.*
Parum aut nihil de aresto in jure Saxonico proditum est, *p. 1. c. 30. d. 1. n. 3.*
Aresta de jure Civili incognita & prohibita, *p. 1. c. 29. d. 6. n. 1.* it. in foro Sax. *p. 1. c. 30. d. 1.*
Et Jure Canonico, *ib. n. 10.*
à sequestro ad arestum Sax. validè licet argumentari, *p. 1. c. 29. d. 33. n. 5.*
aresta in effectu executioni & hypothecis æquiparantur, *p. 1. c. 29. d. 17. n. 2.* it. *p. 2. c. 22. d. 28. n. 12.*
arestum non voluntariæ, sed contentiosæ Jurisdictionis habetur, & causæ cognitionem aliquam, vel saltem summariam requirit, *p. 1. c. 29. d. 18. n. 2.*
aresti petitio sola propriè actus judicialis non est, sed tantùm præparamentum judicii vel actionis principalis, *p. 2. c. 15. d. 12. n. 4.*
aresta de plano conceduntur, *p. 1. c. 29. d. 15. n. 2.*
aresti petitio in scriptis necessariò fieri haud debet, *p. 1. c. 29. d. 12. n. 1.*
ad aresti impetrationem mulier curatore opus non habet, *p. 2. c. 15. d. 12.*
arestum etiam contra absentem, inscium & invitum peti, concediique potest, *p. 1. c. 29. d. 38. n. 8.*
arestum decernendum haud est, antequam creditor probet, ac liquidum faciat suum creditum, *p. 1. c. 29. d. 6.*
Saltem per exhibitionem obligationis, vel instrumenti, vel per testes, *ibid. n. 7.*
Nec exhibitio originalis præcisè necessaria est, *ib. n. 8.*
arestum, antequam probatum fuerit debitorem multo ære alieno obstrictum, & non amplius solvendo esse, haud concedendum est, *p. 1. c. 29. d. 7.*
Sufficit tamen conjecturis probabilibus hoc demonstrari, *ib. d. 8.*
Etiam juramento Creditoris, *ib. n. 9.*
arestum in Provinciis Electoratus bis renovari debet, de una quaterdena in aliam, nec tempus hoc anticipare vel immutare licet, *p. 1. c. 29. d. 9.*
Hoc tempus de momento in momentum currit, *p. 1. c. 29. d. 10.*
Et dies termini computatur in terminum, *p. 1. c. 29. d. 11.*
arestatorium libellum in secunda renovatione creditor præcisè offerre tenetur, *p. 1. c. 29. d. 12.*
Nec creditor anticipans est audiendus, *n. 4.*
Impetratio citationis etiam in ultima renovatione requiritur, *p. 1. c. 29. d. 13.*
arestum alterius nomine absque speciali mandato nemo impetrare valet, *p. 1. c. 29. d. 14.*
Excipitur persona conjuncta, *ib. n. 5.*
arestum quocunque in loco impetrari potest, *p. 1. c. 29. d. 15.*
arestum peti potest tempore quocunque etiam die feriato, *p. 1. c. 29. d. 16.*
Etiam de nocte, *n. 4.*
arestum impetrari debet à judice eo, qui bassam habet jurisdictionem, *p. 1. c. 29. d. 17.*
Si judex superior judici inferiori Jurisdictionem cumulativè concessit, in creditoris arbitrio est, utrum adire velit, *ib. n. 5.*
arestum non apud judicem, sed Senatum impetratum plurisque in locis haud subsistit, *p. 1. c. 29. d. 8.*
arestari debent bona immobilia eo in loco, ubi sunt sita, *p. 1. c. 29. d. 20.*
Per arestum in loco domicilii debitoris impetratum bona mobilia alibi sita afficiuntur, *p. 1. c. 29. d. 21.*
arestum in bonis Feudalibus impetratum à judice, qui Dominus Feudi non est, fructus solummodo feudales jure pignoris afficit, *p. 1. c. 29. d. 22.*
arestum in supremo Principis judicio impetratum etiam ad bona mediatè subjecta extenditur, dummodo inferiori judici notificetur, *p. 1. c. 29. d. 23.*
Si pro aresto decernendo judex requisitus absque justa causa illud recusavit, ad interesse conveniri potest, *p. 1. c. 29. d. 24.*
Licet tamen judici cautionem de se indemnem servando exigere, *p. 1. c. 29. d. 23.*
admittenda est nuda creditoris promissio, si ex inopia cautionem præstare nequeat, *p. 1. c. 29. d. 26.*
arestum renovare necesse non habet is, qui in causa conventionis condemnatus pecuniam depositam aresto constringit, *p. 1. c. 29. d. 41.*
aresto licet haud subsistente reus tamen ad libellum respondere & litem contestari tenetur, *p. 1. c. 29. d. 43.*
Modo debitor ratione contractus vel domicilii ibidem forum sortiatur, *p. 1. c. 29. d. 44.*
arestum in contractu usurario valet saltem quoad sortem, *p. 1. c. 29. d. 45.*
Per arestum læditur debitoris æstimatio, & fama apud bonos & honestos viros suggillatur, atque ignominia irretractabilis infertur, *p. 1. c. 29. d. 7. n. 5.*

ARESTUM PERSONALE.

Ad arestum personæ debitoris pro forma requiritur, ut non tantummodo in aliquo loco contraxit, sed etiam simul ibi solutionem promiserit, *p. 1. c. 30. d. 5. n. 2.*
Debitor detineri potest, qui in loco contractus solutionem facere promisit, etiamsi in transitu saltem ibi reperiatur, *p. 1. c. 30. d. 8.*
Pro debito minimo nunquam debitor personaliter detineri potest, *p. 1. c. 30. d. 9.*
Debitum minimum hoc casu quod sit, judicis arbitrio committendum, *ibid. n. 9.*
Heres debitoris, qui in loco contractus solutionem facere promisit, personaliter detineri potest, *p. 1. c. 30. d. 6.*
Nec non fidejussor, *p. 1. c. 30. d. 7.*
Sequestrari & detineri potest debitor forensis, si creditor in loco domicilii debitoris jus & justitiam consequi nequiverit, *p. 1. c. 30. d. 14.*
Nec opus est hoc casu prævia citatione, *ib. n. 8.*
Inquilini emigrantis persona arestari potest, donec pensionem solvat, *p. 1. c. 30. d. 18.*
Forensis personaliter detineri potest ab Opificibus, à quibus quid emit, vel sibi parari fecit, nec statim pretium solvit, *ib. n. 3.*
Hospes à Cauponario, *ib. n. 5.*
Dilapidatio bonorum causam præbet sufficientem detentioni personæ debitoris, *p. 1. c. 30. d. 15.*
Summariter saltem per præsumtionem probabilem, *ib. n 5.*
Sicut & fuga debitoris, *p. 1. c. 10. d. 16.*
Creditor debitorem propria autoritate apprehensum Judici postea tradat, *ib. n. 5.*
Debitor saltem de fuga suspectus personaliter detineri potest, *p. 1. c. 30. d. 17.*
Quæ suspicio claris indiciis probandi, *ib. n. 5.*
De fuga suspectus haud dici potest bona immobilia possidens, *ib. n. 10.*
Non arestandus est debitor, qui testimonii dicendi causa in loco, ubi contraxit & solvere promisit, commoratur, *p. 1. c. 30. d. 10.*
Sicut nec Nobiles, Comites, D. D. & milites armati, *ib. n. 1.*
Legati vel Ambasiatores, *ib. n. 5.*
Item si quis justificandæ appellationis gratia ad locum illum fuerit citatus, *ib. n. 7.*
Ministri mercatorum pro debitis suorum Dominorum nequeunt arestari, *p. 1. c. 30. d. 11.*
Nec Cives singuli eorumvè bona pro debito civitatis arestari possunt, *p. 1. c. 30. d. 12.*
Nisi semetipsos singulatim obligaverint, *p. 1. c. 30. d. 13.*
Ubi tamen excipiuntur absentes & qui non consenserunt, *ib. n. 6.*
Arestari non potest Cadaver defuncti debitoris, *p. 1. c. 30. d. 22.*
Debitores contra facientes debitum amittunt & alias in pœnas incurrunt, *ib. n. 5.*
Licet defunctus ad incarcerationem se obligaverit, *ib. n. 7.*
Vide plura infra in Vocab. Sequestrum.

ARESTUM REALE.

Arestum bonorum facilius indulgetur, quam detentio personarum, *p. 1. c. 30. d. 11. n. 8.*
Nemo creditorum bona debitoris sui arestare prohibetur, *p. 1. c. 29. d. 27.*
Per impetrationem aresti bona haud fiunt litigiosa, *p. 1. c. 29. d. 4. n. 2.*
Defuncto debitore etiam intra trigesimum bona ejus possunt arestari, *p. 1. c. 29. d. 38.*
Bona arestata transeunt cum onere aresti ad quemcunque successorem, etiam singularem, *p. 1. c. 29. d. 4. n. 6.*
De bonis arestatis non satisfaciendum est creditori arestanti, nisi in subsidium, deficiente nimirum alio exsolutionis medio & quomodo hoc casu pronunciandum, *p. 1. c. 29. d. 46.*
Arestum pro debito in diem impetratum creditum haud purum nec meliorem creditoris conditionem facit, *p. 1. c. 29. d. 30.*

Non

Non tribuit præceptum de non alienando creditori hypothecam aut jus prioritatis in bonis debitoris, ſicut areſtum, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 42.
Areſtum pignus prætorium & jus reale tribuit creditori, in quo ipſo tanquam circa effectum principalem, ſequeſtro differt, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 1.
Areſtum efficax eſt à tempore ſcientiæ vel denunciationis debitori factæ, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 2.
Areſtum in foro Sax. jus reale tribuit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 143.
Secus de jure communi, *n.* 3.
Inter areſtantes reliquis præfertur, qui prius ratione horæ atque momenti jus reale impetravit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 144.
Areſtum petenti non nocet mora judicis, ſi alius interim hoc impetret, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 145.
Areſtantes pro rata ſimul admittuntur, ſi una die vel hora areſtum impetraverint, de momento autem prioritatis conſtare nequeat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 146.
Pro debito, etiam in diem & nondum exigibili areſtantibus jus reale & prioritatis competit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 147.
Vendita re oppignorata Creditores, in pretio areſtum impetrantes, præferuntur hypothecariis anterioribus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 148.
Secundus creditor, areſtum habens ex perſona tertii, habentis hypothecam judicialem vincit primum creditorem, qui nititur jure hypothecæ extrajudicialis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 177.
Jus areſti per ceſſionem in alterum transferri poteſt, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 3.
Jus areſti competit etiam fidejuſſoribus, *ib. n.* 2.
Bona areſtata poſt factam denunciationem alienata creditor à tertio poſſeſſore vendicare poteſt, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 4.
In ſubſidium, *ib. n.* 5.
Creditor, qui certa ex cauſa areſtum impetravit, bona areſtata etiam ex alia cauſa pignoris jure retinere poteſt, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 5.
Areſtum impetratum in judicio, ſub quo debitor habet domicilium, bona immobilia alibi ſita non afficit, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 19.
Omnia indifferenter bona areſtari poſſunt, etiam annuæ præſtationes, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 29.
Liberi quoque parentum ſuorum bona areſtare queunt, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 28.
Areſtari quoque poſſunt libri Studioſorum in Academia, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 31.
Ut & ſalaria Profeſſorum & Advocatorum, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 32.
Si alia haud extent bona, *ib. n.* 1.
Areſtari nequeunt bona ad alimenta debitoris deſtinata, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 33.
Sicut nec ſtipendia Studioſorum, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 34.
Areſtum in certis tantummodo bonis impetratum ad bona alia non extenditur, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 35.
Sicut nec ad aliena, *ib. n.* 5.
Sed areſtum generaliter impetratum extenditur etiam ad bona futura poſtea acquiſita, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 36.
Excluditur quandoque jus areſti ex eo ſolo, quod alius creditor bona debitoris detinet, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 37.
Areſtantes quali privilegio in concurſu creditorum gaudeant, *p.* 1, *c.* 28. *d.* 110. *& ſeqq.*

ARESTATORUM PRIVILEGIUM.
Privilegium de non areſtandis bonis vel perſonis tempore Nundinarum pertinet tantummodo ad nundinas ſolennes, & ab Imperatoribus privilegiatas, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 23.
Solis mercatoribus indultum eſt privilegium de non admittendo areſto tempore nundinarum, non etiam aliis civibus, qui mercatores non ſunt, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 24.
Durantibus nundinis haud decernendum eſt areſtum adverſus mercatoris bona vel perſonam, etiamſi ſit fugitivus, aut de fuga ſuſpectus, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 25.
Nec pro debito in ipſis nundinis contracto durantibus adhuc iis areſtum decerni debet, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 26.
In foro nempe Sax. licet ſecus ſit de jure communi, *ib. n.* 4.
Ceſſat hoc privilegium, ſi huic expreſsè fuerit renunciatum, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 27.
Nec ad debitum juratum privilegium nundinarum pertinere tradit Peckius, *ib. n.* 7.
Nundinis per ſignum Campanæ finitis Mercatores eorumq; bona quovis in loco areſtari poſſunt, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 28.
Pro rata ſimul admittuntur Creditores, qui proximè ſequenti ſeptimana poſt nundinas Lipſienſes in der Zahl-Wochen/ antequam merces in conductu Norimbergenſi avehantur, areſta impetrarunt, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 29.
Non pertinet ad bannitos Privilegium Nundinarum, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 30.

ARESTI RELAXATIO.
Sicuti judex facilis fuit in concedendo areſtum, ita etiam facilis eſſe debet in revocando & Relaxando, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 39. *n.* 3.
Areſtum abſque cauſa ſufficiente & injuſtè indultum in totum Relaxari debet abſque ulla præſtita cautione, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 39.
Legitimè decretum areſtum ſub cautione demum relaxatur, ſalvo tamen jure prioritatis areſtatori acquiſito, *ib.* *d.* 40.
Præſtita cautione areſtum debitoris Relaxari debet, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 19.
Contrà judicem tale areſtum Relaxare recuſantem mandata cum clauſula juſtificatoria decernuntur, *ib. n.* 3.
Perſona areſtata ſi bonæ eſt famæ ac probatæ exiſtimationis ſub juratoria cautione dimittitur, ſi in loco ſui domicilii bona poſſideat, eaque oppignoret, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 14. *n.* 4. & 5.

ARGUMENTUM.
Argumentatio ab appellatione ad leuterationem valet, *p.* 1. *c.* 9. *d.* 9. *n.* 6.
Argumentum à Collatione ad imputationem univerſaliter non procedit, *p.* 3. *c.* 31. *d.* 8. *n.* 10.
Argumentum à contrario ſenſu in jure fortiſſimum, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 2. *n.* 7.
Argumentum à contrario ſenſu etiam contra jus commune in ſtatutis firmiter concludit, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 6. *n.* 6.
Argumentum à contrario ſenſu Statutariæ Conſtitutionis deſumtum locum non habet contra diſpoſitionem juris communis, *p.* 2. *c.* 44. *d.* 3. *n.* 5.
Argumentum à contrario ſenſu præſertim in Statutis non valet, ſi malus & pravus intellectus inde ſuboriatur, vel ſenſus ratione alterius legis in ſimili caſu contrarius inde reſultet, *p.* 3. *c.* 16. *d.* 1. *n.* 7.
Argumentum à correlativis non valet, quando diverſa ſubeſt ratio, *p.* 4. *c.* 11. *d.* 6. *n.* 3.
Argumentum à definitione nominis deſumtum in jure haud eſt infrequens, nec minus utile & probabile, *p.* 3. *c.* 34. *d.* 5. *n.* 5.
A delictis facti non remanentis non licet argumentari ad delicta facti permanentis, *p.* 4. *c.* 33. *d.* 3. *n.* 6.
A diverſis & ſeparatis nulla valida eſt argumentatio, *p.* 2. *c.* 53. *d.* 9. *n.* 7.
A dotatione ad alimentationem infantis argumentari haud licet, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 10. *n.* 4.
A dote ad expenſas nuptiales haud argumentari licet, *p.* 3. *c.* 11. *d.* 21. *n.* 7.
Argumentum à Feudo ad Emphyteuſin quandoq; procedit, *p.* 2. *c.* 38. *d.* 20. *n.* 4.
Argumentum à Gerada ad res expeditorias, & contra in jure Sax. frequens & probabile eſt, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 14. *n.* 5. it. *p.* 2. *c.* 13. *d.* 13. *n.* 4.
Argumentum à lege ceſſante ductum in jure validum, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 35. *n.* 13.
A legitima ad Falcidiam propter rationem diverſam argumentari non licet, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 3. *n.* 4.
A pœna non capitali ad pœnam ultimi ſupplicii non licet argumentari, *p.* 4. *c.* 32. *d.* 16. *n.* 3.
A raptu ad ſtuprum violentum tanquam à graviore ad minus grave delictum negativè argumentari licet, *p.* 4. *c.* 30. *d.* 7. *n.* 7.
Argumentum ex rationis identitate deſumtum in exorbitantibus à jure communi non ſemper procedit, *p.* 2. *c.* 14 *d.* 15. *n.* 9.
A rebus ad perſonas firmiter licet argumentari, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 6. *n.* 4.
A rubrica argumentum deſumtum ad nigrum invertendum admodum debile eſt, præſertim ſi Rubrica nil certe decidat, nec orationem perfectam contineat, *p.* 3. *c.* 4. *d.* 4. *n.* 5.
A ſequeſtro ad areſtum Sax. validè licet argumentari, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 33. *n.* 5.
A Statuto ad pactum argumentum non valet, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 10. *n.* 4.
A ſubinfeudatione ad Emphyteuſin argumentari non licet, *p.* 2. *c.* 49. *d.* 14. *n.* 12.
A teſtamento militari ad teſtamentum peſtis tempore conditum argumentari non licet, *p.* 3. *c.* 4. *d.* 12. *n.* 11.
ab ultimis voluntatibus ad contractus negativè conceptum argumentum in jure validiſſimum habetur, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 5. *n.* 5.

ARMA.
Armorum nomine quæ veniunt, *p.* 4. *c.* 35. *d.* 7. *n.* 14.
armorum terror ſufficit, ut videatur quis dejeciſſe, *p.* 4. *c.* 14. *d.* 1. *n.* 6.

ARRHA.
Arrharum & mulctæ pœnitentiæ de Neukauffs effectus, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 14. *n.* 12.
Arrhæ probando & confirmando contractui dari & intervenire ſolent, ibi *n.* 6.

ARRHA SPONSALITIA.
Subarrhatio per deſponſationis annulum ſponſalia non facit, ſed verè contracta probat ſaltem præſumtivè, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 8. *n.* 3.

Arrha sponsalitia hoeris data tempore sponsaliorum conferri debet in hereditatem communem; *p.3.c.11.d.12.*

Nisi sit parvi valoris, *n.4.*

An harum sponsalitiarum donatio, sponso sponsavè ante nuptias licet, moriente non tamen revocatur, *p.3. c.19. d.13.*

aliud est de jure civili, *n.1.* & seqq.

Vide plura infra in Vocab. Sponsa Sponsus.

ARS.

In arte seu disciplina unaquaque peritis haud aliter fides habetur, quàm si jurent saltem de credulitate, *p.4.c.33. d.5. n.8.*

ARS MECHANICA.

Artes mechanicæ & commercia Nobilitati non conveniunt, *p.2.c.6.d.4. n.9.*

Artes mechanicas duas diversas exercens ad onera & statuta utriusq; collegii obligatur, *p.3.c.18 d.26.n.12.*

ARTIFEX.

Si artifex sit victor, etiam damni ratio haberi debet in condemnatione expensarum, *p.1.c.31 d.13.n.5.*

Ut artifice & vespillone uno ac certo utantur subditi, ex justa causa Dominus eos cogere potest, *p.2.c.4. d.12.*

Artificum & Architectorum sententia subsistit etiam de rebus ad peritiam suam spectantibus lata & partibus publicata, *p.1.c.26.d.4.*

ASCENDENTES.

Ascendentes omnes in gradu pares absque distinctione bonorum, unde ea provenerint, ad successionem nepotum admittuntur, *p.3.c.17.d.2.*

Ascendentes in pari gradu sed lineæ diversæ in stirpes succedunt, *p.3.c.17. d.3.*

à descendentibus indifferenter excluduntur, *n.2.*

Ascendentes, ut avum aviamque, in successione parentes excludunt, *p.3.c.17. d.8.*

Circa ascendentium successionem inter nobiles & plebejos nulla est differentia, *p.3.c.17.d.9.*

ARTICULI.

Quinam articuli directè aut indirectè dicantur contrarii, *p.1.c.21. d.4.n.4.*

ASSASSINUS.

Assassinus, spe alicujus lucri aliquem necans, si non ipsemet latro, huic tamen simillimus est, *p.4.c.6.d.8.n.5.*

Tanquam assassinus, rotæ supplicio punitur mandatarius accipiens pecuniam ut occidat, *d.d.8.*

Assassinator parricida pœna culei plectendus est, *p.4.c.6.d.9.*

Assassinii pœna locum habet, si fuerit merces promissa, licet non exsoluta, *p.4.c.6.d.10*

Vide plura infra in verb. Homicidium & Occidere.

ASSEVERATIO.

An asseveratione & dicto alicujus standum, *p.3.c.14.d.21.n.9.*

Quando asseveratione & dicto alicujus standum est, illa juramento confirmari debet, *p.3.c.14. d.22.n.5.11. p.3.c.30. d.15.*

ATTENTATUM.

Attentatum alicujus delicti pœna ordinaria de consuetudine generali non punitur, haud subsecuto effectu, *p.4.c.4. d.3.n.5.*

ATTESTATIONES.

TESTIUM.

De his vide infra Testium attestationes.

ATTESTATIONUM.

DISPUTATIONES.

Vide infra Disputationes attestatorum, & Testium attestationum disputationes.

AUCUPIUM.

Aucupiorum & venationum jus, defuncto vasallo post Calendas Martii, heredibus allodialibus competit per totum illum annum in prædiis Feudalibus, *p.3.c.32. d.9. n.3. & 4.*

AUDIRE.

Non audita utraque parte nunquam judex de iis, quæ controversa sunt inter litigantes, cognoscere debet, *p.1.c.10. d.15.n.5.it.p.1.c.1.d.8.n.2.*

AUFERRE.

Auferre privatus non valet lucrum, quod lege datum est, *p.3.c.7. d.1.n.1.*

AUREUS.

Aureis vel thaleris mutuo datis, qualis moneta à debitore sit solvenda, vide infra Monetæ solutio.

AURIGA.

Auriga & tabellarii gaudent jure retentionis in rebus apportatis ac pro pretio vecturæ, *p.2 c.25 d.21.n.5.*

Si auriga pecuniam cistæ inclusam ad certum locum vehendam locasset, & amissa pecunia allegaret furto eam ablatam esse, de quo satis constabat, auriga non aliter tenetur, quàm si Dominus pecuniæ probaverit, culpam aurigæ interveniisse. *p.2.c.26 d.19.n.5.*

AUSBEUTE.

Ausbeute / ut sunt aurum, argentum, cuprum, æs, stannum, plumbum, &c. pro mobilibus habentur, *p.3. c.25. d.2. n.1. & 2.*

AUSGESCHNITTENE ZETTUL.

Ausgeschnittene Zettul/ chartæ partitæ & bacilla fissa Kerbhölzer/ quatenus probent, *p.2 c.4.d.7.*

AUTOR.

Autor in rem suam nemo potest esse, *p.2.c.11.d.33.n.2.*

Autor uxori in causa propria maritus esse nequit, *p.2.c.13.d.22.n.8.11.p.3 c.7.d.16.n.7.*

AUTOR RIXÆ.

Autor rixæ & in magna culpa esse censetur, qui alium verbis vel factis injuriosis ad iram provocat, *p.4.c.12. d.8.n.13.*

Autori rixæ & incipienti provocatus potest inferre injuriam, *d.n.13.*

Si autor rixæ fuerit occisor, nunquam prætendere potest defensionem, *p.4. c.9.d.4.*

Autor rixæ præsumitur in dubio, robustior, & junior, *p.4.c.12. d.8.n.13.*

Quemadmodum & is, qui potiora arma habet, *d.n.13.*

AUTORITAS.

Autoritas prætoris vel judicis, ubicunque in aliquo actu requiritur, semper necessaria est causæ cognitio, *p.2.c.11.d.28.n.9.*

Autoritas judicis ubi requiritur, judex, nisi sedeat pro tribunali, dicitur intervenire tanquam privatus, ejusque autoritas interposita nihil operatur, nec in actu voluntario, nec necessario, *p.2.c.16.d.18.n.7.*

ΑΥΤΟΧΕΙΡΙΑ.

Qui ex melancholia vel furore seipsos interficiunt, honesta sepultura privandi non sunt, *p.4.c.34.d.6.*

Quamvis aliàs receptum sit apud Saxones, ut cadavera eorum, qui sibimet ipsis mortem conscivernnt, ex senestra dejiciantur, vel subter limina domus extrahantur, & ita educta per carnificem in locum infamem projiciantur, *n.1.*

AVUNCULUS.

Avunculus, patruus, amita vel matertera loco parentum habentur, *p.4.c.3.d.9.n.6.*

Avunculi quatenus succedant, vide infra Successio collateralium.

AVUS.

Avi aviæque fratres & sorores parentum, fratrum verò & sororum nepotes, liberorum loco habentur, *p.4.c.22.d.8.n.3.*

Avus non creditur magis dilexisse extraneum, quàm nepotem, *p.3.c.8.d.9. n.6.*

Avus aviam non excludit, sed omnes ascendentes in gradu pares absque distinctione bonorum, unde ea provenerint, ad successionem nepotum admittuntur, *p.3.c.17.d.3.*

Cum avo de jure civili sicut fratres utrinque conjuncti ita & horum filii jure repræsentationis patruo succedunt, ultra hos tamen jus repræsentationis non extenditur, *p.3.c.17.d.4.*

Avus aviaq; aliiq; ascendentes quando adsunt, non admittuntur collaterales, *p.3.c.17.d.2.*

Avum aviamque, ut & reliquos ascendentes, in successione parentes excludunt, *p.3.c.17.d.7.*

Avus maternus non alit nepotes, quando superstes est avus paternus, *p.2.c.10.d.21.*

AUXILIUM.

Propter auxilium & opem furto jam perfecto & consummato præstitam nemo laquei pœna plectendus est, *p.4.c.40.d.3.*

Vide plura infra in Vocabulo Furtum.

B.

BACILLA.

Bacilla fissa Kerbhölzer/ quatenus probent, *p.2.c.4.d.7.*

BALBUTIRE.

Balbutire licet incipiat, tamen articulatè loquitur, qui intelligi potest à testibus vel judice, *p.3.c.5.d.2.n.2.*

BANNITUS.

Bannito auferuntur bona de jure Sax. ex banno superiore, *p.4.c.48.d.11. n.3.*

BAPTISMA.

Ex baptismate sacro susceptam hisce in terris in uxorem ducere quis non prohibetur, *p.4.c.26.d.5.n.3.*

Hypotheca tacita competit liberis ratione munerum in testimonium Baptismi acceptorum & à patre tutorio nomine administratorum in ejusdem bonis, *p.2.c.24.d.18.*

BEFEHDERE.

Befehdere/ *vide infra* Diffidatores.

BELLUM.

Bellum indicere posse supremæ majestatis nota est, *p.4.c.16.d.5.n.4.*

Bellum princeps non potest propria autoritate indicere, *p.4.c.16.d.4.n.14.*

BENEFACERE.

Benefaciendi quilibet tenetur benefacere, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 29. *n.* 5.

BENEFICIUM.

Beneficium dare aliud est, aliud reddere, *p.* 3. *c.* 25 *d.* 14. *n.* 6. it. *p.* 2. *c.* 12. *d.* 24. *n.* 2.

Beneficium ex Lege datum privatus auferre nequit, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 1. *n.* 1.

Beneficium uni ex consortibus litis concessum ad alios litigantes extendi quando debeat, *p.* 2. *c.* 9. *d.* 4. *n.* 11.

Beneficium personale ad heredes non transit, *p.* 3. *c.* 11. *d.* 5. *n.* 5.

Beneficium principis non debet cuiquam esse captiosum, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 10. *n.* 5. it. *p.* 1. *c.* 26. *d.* 8. *n.* 5.

Beneficium non debet ad eam personam pertinere, quæ non potest præstare officium, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 9. *n.* 7.

Ubi personæ conditio locum facit Beneficio, ibi deficiente eâ beneficium quoque deficit, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 6. *n.* 8.

Beneficio, mihi ex alterius persona competente, gaudeo, etsi id per me nequeam, *p.* 2. *c.* 9. *d.* 4. *n.* 2.

Beutel-Schneider vide infra Bursicopi.

BIBLIOPOLA.

Bibliopola librorum apud Studiosos decoctores adhuc repertos repetere nequit, *p.* 1 *c.* 28. *d.* 17. *n.* 5.

BIGAMIA.

Bigamia est species adulterii, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 3. *n.* 4.

Bigamiæ pœna plectendus est, qui conjuge vivente cum alia contrahit sponsalia de præsenti, cumque ea concumbit, licet non accesserit benedictio sacerdotalis, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 4.

Sola benedictio sacerdotalis absq; commixtione carnali non sufficit ad infligendam pœnam Bigamiæ, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 3.

Extra Sax. quoque Electoratum Bigami gladio feriuntur, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 1.

Bigamum à pœna mortis non liberat conjugis intercessio, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 4.

Ratio diversitatis adulterii & Bigamiæ, *ib. n.* 5.

Fœmina soluta ignorante marito alieno (bigamo) nubens non est puniendi, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 5.

Si saepius fulminatoris pœnam haud quaquam effugit, *ib. n.* 2. & 3.

Mitigandæ citationum bimorum sponsaliorum si posteriora non fuerint publica, sed clandestina, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 6.

BIS.

Bis idem exigi ne obtendatur, *p.* 3. *c.* 10. *d.* 14. *n.* 6.

Res eadem Bis debetur, ex diversis causis, quæ non sunt invicem incompatibiles, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 26 *n.* 9.

BLANQUET.

Charta blanca vulgo Blanquet/subscribentem & sigillantem obligat ad hoc, ut executivè contra eum agi possit, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 42.

Limitatur si reus fuerit deceptus, *ib. n.* 11.

BLASPHEMARE.

Blasphemare Deum immediatè qui dicantur, *p.* 4. *c.* 1 *d.* 2. *n.* 4.

Blasphemare Deum mediatè qui dicantur, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 6.

Blasphemantes gladio feriri debent, *p.* 4. *c* 1. *d.* 1.

an eorum pœna hodie sit arbitraria, *ibid. n.* 4.

In Blasphemantes in regno Neapolitano, Hispania, Gallia, Italia, aliisque provinciis ultimo supplicio haud animadvertitur, *ib. n.* 3.

Blasphemantes Justiniani Imp. dispositione ultimo puniuntur supplicio, *n.* 6.

Blasphemantes & maledicentes divinus Legislator conjungit & utrosq; ultimo supplicio vindicari jubet, *n.* 12.

Blasphemantes S. Sacramenta mortis supplicio subjugandi sunt, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 2.

Blasphemantes non eximit ebrietas à pœna mortis ordinaria, si tanta non fuerit, ut mentis quasi exilium induxerit, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 4.

Blasphemans beatam virginem non effugere potest pœnam saltem extraordinariam, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 5.

BLASPHEMIA.

Blasphemiæ descriptio, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 2. *n.* 3.

Sub Blasphemiæ nomine imprecationes quoque sive maledictiones continentur, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 1. *n.* 11.

Blasphemia sola fustigatione quandoq; vindicatur, licet immediatè in Deum committa, sed neutiquam hodie abscissione linguæ in provincia Sax. *p.* 4. *c.* 1. *d.* 3.

De Blasphemiæ crimine cognitio ejusq; coercitio non ad Ecclesiasticum, sed secularem spectat judicem, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 9.

Sanctione Imperiali saltem Clerici à judice Ecclesiastico, laici à judice seculari sunt puniendi, *n.* 3.

Qui blasphemant & prophanant solo facto S. Sacramenta, extraordinariè saltem puniuntur, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 10.

BOHEMIÆ REX.

Regem Bohemiæ a successoris sui Matthiæ investituram de caducitate successionis confirmare haud obligatum fuisse respondit collegium juridicum Lipsiense, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 21. *n.* 5.

BONA.

Bonorum generali nomine in donatione jura, nomina & actiones non comprehendantur, *p.* 3 *c.* 2 *d.* 2. *n.* 5.

Bonorum nomine in delatione supplicii etiam subjecta dictione quorumcunque jura & actiones non continentur, quippe quæ tertiam speciem constituunt, *p.* 2 *c.* 12. *n.* 27 *n.* 5.

Bona non intelliguntur, nisi quæ post solutum æs alienum supersunt, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 18. *n.* 7.

Bona & vita paribus passibus ambulant, *p.* 1 *c.* 29. *d.* 28. *n.* 6.

In bonis quis habere dicitur, ad quod habet actionem, *p.* 1. *c.* 5. *d.* 17. *n.* 6.

Bonorum situatio sola non tribuit fori competentiam in processu executivo adversus debitorem, qui alibi domicilium habet, alioque in loco contraxit, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 20. *n.* 2.

BONA ABSENTIS.

Vide supra Absentis bona.

BONA ACQVISITA.

Bona acquisita gewonnene Güter/ quænam dicantur, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 16. *n.* 7.

Bona acquisita in statutis haud rarò opponuntur bonis hereditariis, *ibid. n.* 3.

Is cui jus est succedendi in Bonis acquisitis, succedit etiam in bonis titulo hereditatis defuncto delatis, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 16.

Bona acquisita constante matrimonio intelliguntur parta industria mariti, cui cedunt, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 8.

Bona acquisita utriusque conjugis industria ad maritum solum pertinent, *p.* 3 *c.* 25. *d.* 9.

Bona acquisita a muliere præsumuntur quæsita ex bonis mariti, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 11. *n.* 6.

BONA ADVENTITIA.

Qui adventitia bona filii in potestate constituti administravit, a patre reditio rationum exigi non potest, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 5. *n.* 1.

Adventitiorum bonorum ususfructus patri competit, *ib. n.* 2.

Non autem matri, tutrici liberorum, *ib. n.* 5.

BONA ALLODIALIA.

Allodialia sive Emphyteutica bona in dubio potius præsumuntur, quam Feudalia, etiam si de ils possessor fuerit investitus, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 7.

Vel Cappones Canonis nomine solvantur, *p.* 2. *c.* 39. *d.* 34.

Nisi contrariæ præsumtiones atq; conjecturæ adsint, *ib. n.* 4. it. *p.* 1. *c.* 27. *n.* 5. *n.* 5.

BONA AVITA.

Bona pro Avitis in dubio habentur, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 1.

Bona Avita quæ sint, *ib. n.* 2.

Bona pro bonis Avitis ex permutatione acquisita, Avita non sunt, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 2.

Ex bonis Avitis redactum pretium in locum bonorum avitorum non succedit, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 3.

Bona Avita conditionem Feudorum mutuantur, *ib. n.* 3.

Bona Avita naturam ejusmodi bonorum amittunt, quando ea frater à fratre per Emptionem aliumvè titulum singularem acquisivit, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 4.

Secus si bona Avita ab uno fratre in alterum per successionem transferuntur, *ib. n.* 6.

Bona Avita sub pacto de retrovendendo vendita, & postea recepta, non desinunt esse Avita, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 5.

Ad bonorum Avitorum donationem liberorum emancipatorum consensus requiritur, *p.* 2 *c.* 12 *d.* 6.

Non vero collateralium, *n.* 2.

Nec bonorum Avitorum ususfructus, nec reditus annui sine consensu heredum valide donantur, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 7.

Bona Avita ex linea materna provenientia à filio defuncto ad parrem delata, ea sine consensu reliquorum liberorum extraneo donare nequit, *ib. n.* 1.

Bona Avita pro dotalitio constituendo sine consensu heredum donari possunt, *p.* 2 *c.* 12. *d.* 8.

Bona avita, absque eorum consensu à patre alienata, liberi possunt revocare, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 9.

Modo fiat revocatio intra annum & diem, & ante traditionem rerum donatarum. *p.* 2. *c.* 12. *d.* 10.

Bona Avita juri protimiseos subjecta dicuntur solummodo ea, quæ à parentum avis liberorumque proavis & ulterioribus parentibus proveniunt, *p.* 2. *c.* 31. *d.* 14.

De Bonis Avitis parentes testari jure protimiseos non prohibentur, *p.* 2. *c.* 31. *d.* 15.

In Bonis Avitis jus retractus competens liberis extraneo cedi nequit, *p.* 2. *c.* 31. *d.* 19.

In bonis Avitis quatenus competat jus protimiseos, vide infra jus protimiseos.

bona Avita alterantur venditione, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 2. *n.* 13.

Ex Avito prædio comparatum pretium revera avitum non est, sed per fictionem tale habetur, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 3. *n.* 6.

BONA CONJUGUM.

Maritus & uxor omnia bona inter se communia & pro indiviso possident, jure Sax. *p.* 2. *c.* 25. *d.* 8. *n.* 4.

bona conjugis utriusque unita & confusa videntur ex contemplatione correspectiva & compensatione quasi invicem facta, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 30. *n.* 3.

bona uxoris ad maritum apportata in dubio non dotalia, sed paraphernalia habentur, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 11.

Præsumptio stat pro marito sua pecunia bona ab uxore fuisse comparata, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 11. it. *p.* 2. *c.* 25. *d.* 11. *n.* 5.

BONORUM DISTINCTIO.

Distinctio bonorum paternorum & maternorum de jure civili non solùm in successione fratris uterini & consanguinei, sed & horum liberorum attenditur, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 1.

bona paterna paternis, materna maternis deferri, hæc regula quomodo intelligenda, *ib. n.* 1. *&* 2.

In successione Ascendentium de jure communi origo bonorum, ex quanam linea pervenerint, inspicitur, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 2.

In successione bonorum, quæ defunctus à collateralibus acquisivit, fratres, consanguinei & uterini absque Distinctione bonorum pariter succedunt, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 3.

In foro Sax. fratres uterini & consanguinei & reliqui collaterales absque Distinctione unde bona provenerint, defuncto fratri & collaterali succedunt, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 4.

Nec inter Ascendentes in foro Sax. Distinctio bonorum attenditur, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 5.

In judicio familiæ Erciscundæ vel divisione hereditatis etiam in foro Sax. Distinctio bonorum, unde provenerint, attenditur, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 7.

BONA FUGITIVI.

Bona delinquentis Fugitivi non cedunt Magistratui, *p.* 4. *c.* 48. *d.* 11.

BONA IMMOBILIA.

Omnes soli res sive bona immobilia tantum sub territorio ac jurisdictione ejus sunt loci, in quo jacent, *p.* 3. *c.* 12. *d.* 12. *n.* 2.

Etiamsi Dominus eorum alibi habeat domicilium, *ib. n.* 3.

Immobilia uxoris bona præsumuntur in dubio pecunia mariti comparata, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 11.

Vide plura infra Immobilia.

BONA MAJORUM.

Quo propinquior cognatio, tanto major videtur affectio erga bona majorum, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 39. *n.* 3.

BONA MATERNA.

Bona materna emancipatis & à patre separatis liberis plenariè sunt restituenda non retento patri usufructu, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 5.

De jure scilicet Sax. secus de jure civili, *ib. n.* 6.

Bona materna restituere tenetur pater filiæ elocatæ etiamsi illam adhuc exhibeat, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 6.

Patri in bonis liberorum tam maternis quam adventitiis competit ususfructus jure patriæ potestatis, etiamsi hi de pane ipsius non vivant, sed aliunde habeant alimenta, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 7.

Filia licet parenti operas præstet ancillares, usumfructum tamen bonorum maternorum & adventitiorum petere nequit, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 8.

Sed tantum mercedem, *ib. n.* 6.

A patre possidente bona materna, de sorte reddenda finito usufructu cautio regulariter exigi nequit, tenetur is tamen ad confectionem inventarii, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 9.

Ususfructus parenti ex bonis filii maternis & adventitiis debitus, ei auferri potest, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 10.

Non solum verbis expressis, sed etiam tacitè, *ib. n.* 4.

Alimenta tamen hoc casu ipsi inopi debentur, *ib. n.* 5.

Adempto licet patri per testamentum usufructu in bonis liberorum maternis & adventitiis, nihilominus administratio ipsi competit, nisi à testatore alius curator datus sit, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 11.

Pater usumfructum ex bonis maternis & adventitiis non percipiens censetur eum liberis donare, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 12.

Pater nomine bonorum maternorum & adventitiorum, in quibus habet usumfructum, sine consensu filii in judicio experiri non potest, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 14.

Pater privatus usufructu in bonis liberorum maternis & adventitiis, ab eorundem successione non videtur excusus, *p.* 1. *c.* 10. *d.* 15.

Liberi bona hereditatis maternæ, nulla obstante præscriptione, à patre petere possunt, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 11.

Ratione legitimæ maternæ, defuncta licet matre ante maritum, liberi tamen ejus jus prælationis habent, & novercæ ratione dotis suæ in concursu præferuntur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 97.

Jus prælationis maternum liberi post matrem defuncti ad collaterales & ascendentes heredes non transmittunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 98.

sed bene ad descendentes & nepotes, *n.* 2.

Filiis duobus matri suæ heredibus existentibus, si unus postmodum decedat, jure superstes saltem quoad partem dimidiam bonorum maternorum creditoribus paternis præfertur, *ib. n.* 6. *& seqq.*

At jus tacitæ hypothecæ sicuti extraneo cedi, ita etiam ad heredes quoscunque à muliere ejusve liberis transmitti potest, *p.* 1. *c.* 18. *d.* 99.

BONA MINORUM.

Bona minorum immobilia absque sufficienti causa ejusq; cognitione & decreto Magistratus alienari nequeunt, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 28.

Tria requisita ad horum alienationem necessaria, *ib. n.* 3. *& seqq.*

Sed absque debitis solennitatibus alienata à minore vendicari possunt, ipsique facta pretii refusione cum omni causa sunt restituenda, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 29.

Limitatur duobus modis, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 30. *&* *d.* 31.

Prædium injustè & absque debitis requisitis alienatum minor vendicans defectum requisitorum solennium quando probare debeat, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 32.

Minor Bonorum absq; decreto alienatorum Dominus manet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 29. *n.* 4.

Bonorum minoris immobilium emptori onus probandi incumbit, versum fuisse pretium in rem minoris, *ibid. n.* 9.

Bona Minoris vel pupilli tutor potest emere non ab ipso pupillo, sed à contutore aut judice facta subhastatione rei pupillaris, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 33.

Bonorum Minoris publica venditio, quæ fit jussu Magistratus, perinde habetur, ac si à pupillo ipso facta esset, *ib. n.* 5.

In Bonorum Minoris venditione Magistratus autoritas interveniens facit, ne tutoris autoritas necessaria videri possit, *n.* 6.

Minori competit electio: an contratutores vel curatores agere, an verò in integrum restitui, & bona injustè alienata revocare velit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 34.

BONA MOBILIA.

Bona Mobilia censentur esse sub Jurisdictione ejus loci, in quo debitor habuit suum domicilium, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 21. *n.* 2.

Bona Mobilia censentur sub Jurisdictione esse ejus loci, in quo paterfamilias ea perpetuò habet, aut habere se perpetuò velle disposuit, *p.* 3. *c.* 12. *d.* 13. *n.* 5.

Bona Mobilia omnia toti familiæ retinendæ necessaria ad domicilium destinata à patrefamilias existimantur, *ib. n.* 7.

Nisi contrarium appareat, *n.* 8.

Res Mobiles domicilio adhærent, ceu accessorium suo principali, *ib. n.* 9.

Mobilia personæ seu ossibus defuncti, id est, domicilio ejus inhærere dicuntur, *ib. n.* 10. *&* 11.

Pro Mobilibus rebus venditis pretium debitum sapit naturam ipsarum rerum mobilium, earumque loco succedit, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 10. *n.* 2.

Item pro immobilibus, *ib. n.* 3.

Mobilia uxoris omnia ea adhuc vivente dominio mariti subjecta sunt, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 5. *n.* 8.

Videantur plura infra in Vocabulo Mobilia.

BONA PATERNA.

Bonorum Paternorum Dominus filiusfamilias quatenus dicitur, *p.* 1. *c.* 5. *d.* 3. *n.* 3.

Bona Paterna administrans filius, præsumitur hereditatem adivisse, nisi contrarium probet, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 21.

Bona liberorum paterna licet mater ceu tutrix administret, eorundem tamen usumfructum non habet, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 13.

Bona sua parentes ad neminem magis quam ad liberos posteritatemque suam pervenire concupiscunt, *p.* 2. *c.* 43. *d.* 13. *n.* 5.

Bona in fraudem legitimæ à patre vendita & alienata, quatenus à liberis revocari queant, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 36.

BONA VACANTIA.

Bona vacantia de jure civili fisco deferuntur, de jure verò Sax. Judici, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 61. *n.* 1.

BURSICOPI.

Bursicopi rarissimè laquei pœna plectuntur, & quare, *p. 4. c. 33. n. 7.*

C.

CADAVER.

CAdavera non jaceant insepulta, *p. 1. c. 28. d. 39. n. 2.*

Cadavera vel corpora mortuorum quam citissimè mandari sepulturæ interest Reipubl. *p. 1. c. 30. d. 22. n. 2.*

Qui cadavera defunctorum spoliant, arbitrariè puniuntur, *p. 4. c. 34. d. 1.*

Nisi circumstantiæ gladii pœnam exigant, *p. 4. c. 34. d. 2.*

Cadaverum suspensorum spoliatio pœna arbitraria coercetur, *p. 4. c. 34. d. 3.*

Qui non vestes, sed pecuniã, aliasvè res in vestibus occultas furripiunt, relegatione vel carcere puniri satis est, *n. 8.*

Qui cadavera suspensorum, vel rotis imposita, auferunt, tenentur pœna arbitraria, *p. 4. c. 34. d. 4.*

CALAMITAS.

Calamitas suæ auctor frustra auxilium legis implorat, *p. 1. c. 28. d. 85. n. 3.*

CALDARIA.

Caldaria & Ahena muro affixa debentur Feudi successoribus, nec ab heredibus allodialibus reperi possunt, *p. 3. c. 31. d. 6.*

CALENDARIUM.

Calendarium Ecclesiasticum matrimonium & nativitatem legitimam probat absque omni alio adminiculo, *p. 1. c. 16. d. 26.*

CALUMNIARI.

Calumniari Judex non præsumitur, *p. 1. c. 23. d. 13. n. 3.*

Calumniæ suspicio nulla in leges cadere potest, *p. 1. c. 12. d. 25. n. 3.*

CAMBIUM.

Cambium quando exerceri dicatur, *p. 2. c. 26. d. 13. n. 1.*

Ut secundum Cambium Francofurtense de pecunia mutuo data vel in societatem aut negotiationem collata ultra capitale interesse præsetur, pactum licitum non judicatur, *p. 2. c. 30. d. 16. n. 3.*

In Cambio aliovè simili contractu innominato cujus sit periculum, *p. 2. c. 26. d. 13.*

Ad Cambium elocata pecunia defuncta uxore marito cedit, *p. 2. c. 23. d. 9.*

CANCELLATIO.

Per cancellationem totalem testamentũ corrumpitur, *p. 3 c. 3. d. 5. n. 1. & 2.*

CANIS.

Canem voluptuarium cædens arbitrariam pœnam incurrit, *p. 4. c. 37. d. 8.*

Canis rabiosus quando in gregem irruit, oves dilacerat & devorat, damnum censetur casuale non culpa datum, *p. 2. c. 16. d. 15.*

CANON EMPHYTEUTICUS.

Ob Canonem non solutum Emphyteutica bona ipso jure extra processum ordinarium non amittuntur, *p. 2. c. 38. d. 1.*

Nisi Canonem sub juramento solvere Emphyteuta promiserit, *ib. n. 7.*

Ob Canonem non solutum Dominus Emphyteuseos Jurisdictionem habens extra processum ordinarium Emphyteutam expellere non potest, *p. 2. c. 38. d. 2.*

Canonis solutio ab Emphyteuta facta ei, qui procurator credebatur, valet ad liberationem, *p. 2. c. 38. d. 3.*

Modo justo tempore facta, *n. 8.*

Si Canonem vel pensionem debito tempore non solverit Emphyteuta, amittit jus suum, etiamsi à prædii Domino nunquam interpellatus fuerit, *ib. n. 1.*

Canonis partem solvens Emphyteuta, propter residuum non solutum jure suo non cadit, *p. 2. c. 38. d. 4.*

Canonis suam partem uno ex pluribus coheredibus solvente haud tota Emphyteusis in commissum cadit, *p. 2. c. 38. d. 5.*

Canonem post elapsum tempus ab Emphyteuta recipiens, aut possessorem ad recognoscendum amittens etiam cum protestatione Dominus directus, commisso seu juri caducitatis renunciat, *p. 2. c. 38. d. 6.*

Canonem non solvens Emphyteuta duplici de casu jure suo privatur, *ib. n. 1.*

Canonis solvendi finis principalis, *ibid. n. 13.*

Canonem postea recipiendo Dominus jus caducitatis ignorans, non videtur remittere caducitatem, *p. 2. c. 38. d. 7.*

Canonum seu pensionum præteritarum remissio non præsumitur ex recognitione futurarum aut acceptatione præsentium, *p. 2. c. 38. d. 8.*

Ex Canonis non soluti causa Dominus directus Emphyteuta vivente ad privationem non agens, defuncto eo ulterius experiri nequit adversus heredes, *p. 2. c. 38. d. 9.*

Ob Canonem non solutum Emphyteuta non privatur Emphyteusi, si Dominus ipsi 9 debitor fuerit, *p. 2. c. 38. d. 10.*

Item si heredes Emphyteutæ ignorantes Canonem non solverint, *n. 3.*

Vel Canonem Emphyteuta propter pestem seu incarcerationem aliudvè justum impedimentum solvere haud potuerit, *ib. n. 5.*

Aut si Canonem alius tertius quispiam solvisset, *n. 6.*

Canonem solvendo post tempus elapsum ante factam Domini declarationem Emphyteuta moram purgat, *p. 2. c. 38. d. 11.*

Canonem se solvisse ad Emphyteutam spectat onus probandi, *p. 1. c. 10. d. 18. n. 4.*

An Canon ob sterilitatem, bellicos tumultus, aliosque casus fortuitos Emphyteutæ remittatur, *p. 2. c. 38. d. 19.*

Canon Emphyteutæ ob melioramenta non debet augeri, *p. 2. c. 38. d. 22.*

Vide plura infra in vocab. Emphyteuta.

Canon Emphyteuticus hypothecariis etiam anterioribus præfertur, *p. 1. c. 28. d. 54.*

CAPERE.

Melius est unum Tene Tene, quàm centum Cape Cape, *p. 1. c. 1. d. 15. n. 6.*

Capta ab hostibus jure naturali vel gentium statim capientium fiunt, *p. 4. c. 35. d. 8. n. 1.*

Mobilia scilicet, non immobilia, *ib. n. 3.*

CAPITULUM.

Capitulum non moritur, *p. 2. c. 45. d. 22. n. 5.*

CAPTIVARE.

Captivare servum fugitivum non prohibetur Dominus, *p. 4. c. 1. d. 17. n. 3.*

Nec castigationis causa pater filium, *ib.*

Aut Consanguinei furiosum, *n. 5.* (*n. 4.*

CARCER.

Carcer perpetuus servitus est, & morti æquiparatur, *p. 4. c. 9. d. 6. n. 7.*

Diciturq; pœna capitalis & ultimi supplicii, *ib. n. 8.*

Carceres privati prohibiti quidem sunt regulariter, sed tamen ex justa causa permittuntur, *p. 4. c. 1. d. 17.*

Carceres privatos exercentes incidunt in crimen læsæ Majestatis, *ib. n. 1.*

In carcere qui est, singulis diebus de novo gravari dicitur, si injustè detineatur, *p. 1. c. 19. d. 15. n. 2.*

Qui carcere injustè aliquem detinuit, 30. solidorum emendam vel mulctam in singulos dies & noctes is exolvere debet, *p. 4. c. 46. d. 4. n. 5.*

In carcere maleficos custodire subditi ac rustici haud sunt obligati, nisi aliud consuetudine fuerit introductum, *p. 2. c. 51. d. 15.*

Carceris pœna à jure Canonico etiam pro gravissimo delicto infligitur in casibus, in quibus jura civilia pœnam mortis naturalis imponunt, *p. 4. c. 9. d. 8. n. 3.*

Carceribus constrictos subditos Nobiles aliivè Magistratus dimittere non solent, priusquam juramentum de non vindicando carcere (vulgo Urphedam) præstiterint, *p. 2. c. 36. d. 3. n. 1.*

Vide plura infra in vocab. Urpheda.

Carceris effractores ex constitutione fractæ pacis publ. gladio feriuntur, *p. 4. c. 13. d. 8.*

Carceratos è carcere eximentes effractores eadem tenentur pœna, qua puniendi erant carcerati pro delicto, pro quo detinebantur, *ib. n. 3.*

CARITAS.

Caritas & affectio ordinata in extraneis cessat, *p. 2. c. 9. d. 16. n. 10.*

CASTELLANUS.

Castellanus non intelligitur fixisse domicilium in loco officii sui, licet ibidem ultra decennium commoretur, *p. 3. c. 12. d. 18. n. 10.*

CASTITAS.

Castitatis fides eadem est viri & uxoris, unum sacramentum hoc est promissio inseparabilitatis, & spes una habendæ prolis, *p. 4. c. 20. d. 15. n. 4.*

Castitas major in fœmina, quàm in masculo requiritur, *ib. n. 7.*

CASTRUM.

Castrum vel fundus dicitur universitas, non juris, sed corporum, *p. 3. c. 30. d. 1. n. 10.*

Castrum vel villa dicitur pars civitatis, *p. 2. c. 5. d. 1. n. 6.*

CASUS.

Casus omissus in jure provinciali censetur relictus dispositioni juris communis, *p. 2. c. 6. d. 4. n. 7.*

Casus quos nectit paritas rationis, quoad juris dispositionem separandi non sunt, *p. 3. c. 3. d. 34. n. 6.*

CASUS FORTUITUS.

Casus fortuitus verus est ille, quem nullum consilium humanum prævidere potest, *p. 2. c. 26. d. 15. n. 3.*

Dicitur & casus improvisus, *ib. n. 3.* It. casus fatalis, *d. n. 3.*

Quandoque culpa impropriè appellatur, *ib. n. 2.*

Casus fortuitus nunquam eum excusat, cujus culpa casum præcessit, *p. 2. c. 26. d. 4. n. 1.*

Casuum fortuitorum periculum spectat ad dominum, non ad detentorem rei, *p. 2. c. 26. d. 15. n. 1.*

Quæ casibus fortuitis accidunt, semper spectant

spectant ad motolum, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 16. *n.* 12.

Casu fortuito impletionem causæ impediente ob causam datum repeti nequit, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 24.

Inter casus fortuitos referuntur furtum & rapina, quando custodientis culpa non præcessit, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 15.

Casuale censetur damnum, non culpa datum, quando canis rabiosus in gregem irruit, oves dilacerat ac devorat, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 16.

Ob casualem amissionem pignoris in terris Electoratus Sax. creditor creditum suum non perdit, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 1.

Idem sancitum à Jure Civili, *n.* 1. Secus de jure Sax. *n.* 2.

Neque creditor usuras petere prohibetur, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 2.

Ne quidem extra provincias Electoratus in foro Sax. amisso pignore (exceptis equis ac pecudibus) creditor perdit jus crediti, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 3.

An de casu fortuito creditor in foro Sax. tenetur pignore amisso, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 4. *n.* 5.

De casu fortuito in foro Sax. depositarius, commodatarius, aut similes personæ non tenentur, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 6.

De casu fortuito tenetur commodatarius, si re commodatâ ad alium usum, quam destinatum, utatur, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 7.

Si casu fortuito penes sartorem vel fullonem vestimenta amittantur, ad eorum æstimationem nō tenetur, *ib. n.* 3.

Casum fortuitum socius socio non præstat, sed culpam levem, non autem levissimam, *p.* 2. *c.* 26. *c.* 12.

Casu fortuito grege totaliter interempto, usufructuarius non restituit damnum, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 9.

Casus fortuitus & periculum à venditore non præstatur, sed tantum dolus & culpa, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 20. *n.* 6.

Casum fortuitum suscipiens tenetur etiam de casu insolito; *p.* 2. *c.* 37. *d.* 17. *n.* 5. it. *p.* 2. *c.* 26. *d* 8. Limitatur, *ib. n.* 7.

In casu fortuito seu amissione rei certò constare debet, antequam culpa vel diligentia detentoris probanda venit, nec creditur hac in re juramento asserentis rem amissam esse, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 17. Limitatur, *n.* 11.

In casu, ubi culpa levissima præstanda venit, cuinam onus probandi rem culpa vel absque ea casu fortuito amissam fuisse, incumbat, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 18.

Ubi distinctione res decidenda est, *ibid. n.* 5. *& seqq.*

Haud rarò juramento rei committitur, *ib. n.* 13.

In locato aliisque contractibus, in quibus culpa saltem levis præstanda venit, onus probandi semper injungitur ei, qui culpâ casum contigisse contendit, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 19.

CAUPO.

Caupo pro hospitatione vel exhibitione nocturna sive diurna in diversorio potest detinere jumenta, aliasvè res illatas per hospitatum, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 22. *n.* 5.

Caupo tenetur ad restitutionem rei in caupona perditæ, si negligentia ipsius intervenerit, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 10.

Limitatur, *n.* 10. An locati vel depositi actio hoc casu sufficiat, *n.* 5.

Caupo non tenetur de re perdita, quæ ipso inscio in custodiam Mediastini data fuit, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 11.

Ad Caupones alibi existentes civibus alicujus oppidi vel incolis pagi accedere, prohibitum non est, *p.* 2. *c.* 4. *d.* 9. *n.* 1.

Nisi prohibitioni factæ per 31. annorum & diei spatium acquieverint, *n.* 3.

Cauponarius & locator ædium fidem de pretio habere non censentur, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 18. *n.* 7.

Usus exercentium cauponationes vinarias & cerevisiarias, qui hospitibus cessantibus solvere pretium potius in taberna exhausti propria autoritate detrahunt vestes, enses, pileos, aut quid simile, illudque retinent, donec de pretio satisfaciant, sustinetur, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 22. *n.* 6.

CAUSA.

Eadem causa formalis & ratio jus æquale omnibus tribuit, *p.* 3. *c.* 29. *d.* 8. *n.* 8.

Causa posita ponitur effectus, sicut & causa cessante hic quoque cessat, *p.* 4. *c.* 14. *d.* 5. *n.* 4. It. *p.* 2. *c.* 34. *d.* 35. *n.* 5.

Causa sublata effectus ejusdem ut tollatur, necesse est, *p.* 3. *c.* 29. *d.* 8. *n.* 7.

Causa limitata limitatum producit effectum, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 12. *n.* 4.

Causa ejus potior est, qui primum litigare incipit, *p.* 1. *c.* 7. *d.* 20. *n.* 3.

Causa ejus prius est tractanda, qui alterum prævenit, nec ante discussionem ac litem finitam alter audiri debet, *ib. n.* 2.

Causæ connexæ dicuntur, quæ ex eodem contractu, instrumento aut fundamento nascuntur, *p.* 1. *c.* 7. *d.* 11.

Causæ connexæ quænam dicantur, arbitrio judicis quandoque relinquitur, *p.* 1. *c.* 7. *d.* 12.

Causam connexam, quæ ab alia dependet, ne quidem separata instantia & coram alio judice tractare licet, antequam prima illa conventio fuerit finita, *p.* 1. *c.* 7. *d.* 9.

Causæ separatæ per modum conventionis coram Judice competente conjunctim possunt agitari, nec una alteram impedit, *p.* 1. *c.* 7. *d.* 10.

Non vero jure reconventionis, *n.* 3.

Causa ordinaria invito reo non potest ventilari in processu summario, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 18.

Causa omnis regulariter est ordinaria, & plenam causæ cognitionem requirit, *ib. n.* 4.

Causæ summariæ quales sunt, *ib. n.* 5.

Causæ summariæ quare dicantur, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 1. *n.* 7.

In causis summariis nec libello, nec litis contestatione opus est, *p.* 1. *c.* 11. *d.* 5. *n.* 2. it. *p.* 1. *c.* 10. *d.* 8. *n.* 5.

In causis summariis qualiscunque petitio loco libelli habetur, *p.* 1. *c.* 11. *d.* 5. *n.* 5.

In causis summariis vicem litis contestationis obtinet actus ille, quo primum causæ merita tractari incipiunt, *ib. n.* 6.

Causa propria dicitur, cujus utilitas ad ipsum pertinet, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 22. *n.* 9.

Causam nullam subesse aut eam, quæ est, non exprimi seu ignorari, paria sunt, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 39. *n.* 6.

Causam olim sibi fuisse commissam, in qua de legitimatione personarum 34. annis fuit disputatum, Speculator refert, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 19. *n.* 4.

Causa ex integro dicitur agi non per restitutionem in integrum, sed cum sententia lata ipso Jure nulla est, prostina q; actio & causa instituitur, perinde ac si nulla sententia lata fuisset, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 5. *n.* 7.

Ob causam datum repeti nequit, casu fortuito impletionem causæ impediente, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 24.

CAUTIO.

Cautionis forma non facilè est mutanda, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 54. *n.* 6.

Cautionis plus in rem est, quàm in personam, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 19. *n.* 6.

Cautionem idoneam, quod non exegerit Magistratus, conveniri potest, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 52. *n.* 9.

Cautionem seu satisdationem in foro Sax. tenetur actor præstare pro expensis & reconventione, *p.* 1. *c.* 5. *d.* 1. *De hac cautione vide plura infra in Verb.* Satisdatio.

Cautione ex causa necessariæ alienationis cessante restituenda sunt bona absentis aliis cognatis, nisi possessor denuò satisdare velit, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 54.

Cautio juratoria admittitur, si actor pignoribus vel fidejussoribus satisdare nequeat, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 53. *n.* 4. it. *p.* 1. *c.* 5. *d.* 9.

Cautio juratoria quando locum habeat, *ib. n.* 2.

A cautione juratoria actorem non relevat possessio bonorum extra provinciam situatorum, *p.* 1. *c.* 5. *d.* 10.

Cautio præstanda est ei, ad quem hereditas aliquando devenire potest, de bonis servandis & restituendis, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 19. *n.* 7.

Quamvis nulla suspicionis causa existat, *n.* 8.

Cautio de non offendendo quid, *p.* 4. *c.* 15. *d.* 7. *n.* 4.

Donec cautionem de non offendendo præstiterit minas proferens verbales in carcere est detinendus, *p.* 4. *c.* 15. *d.* 5.

Cautio ista ad quas personas sit dirigenda, *ib. n.* 6.

Cautio de non offendendo minitanti pœnæ loco est, & minitatum securum reddit, *ib. n.* 4.

Cautio de non offendendo per fidejussores vel per pignora præstari debet, *p.* 4. *c.* 15. *d.* 6.

Cautio de non offendendo non ineptè quandoque à muliere petitur, *p.* 4. *c.* 15. *d.* 7.

Cautio de non offendendo juratoria non nisi volente minitato admittitur, *p.* 4. *c.* 15. *d.* 8.

Cautionis præstatio non injungenda est reo, nisi de minis confessus, vel per duos testes convictus fuerit, *p.* 4. *c.* 15. *d.* 9.

Cautio de rato ut supplear defectum mandati conjunctio sanguinis & proximitatis facit, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 14. *n.* 6.

Cautionem usufructuariam testator usufructuario remittere nequit, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 12.

Sed heres ei renunciare potest, *ib. n.* 1.

Cautio usufructuaria in favorem heredis est introducta, *d.* 1. *n.* 1.

Cautio à patre possidente bona materna, de sorte reddenda finito usufructu regulariter exigi nequit, tenetur is tamen ad confectionem inventarii, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 9.

Cautio non exigi potest à Vidua, quæ à marito prægnans relicta in possessionem bonorum mittitur, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 21.

Ut caveatur idoneè, ad hoc agi potest ratione debiti etiam ante diem ex causa, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 147.

CEDERE.

Cedi extraneo Jus retractus, competens liberis in bonis avitis, nequit, *p. 2. c. 31. d. 19.*

Cedi nil potest extincta per solutionem obligatione: quomodo intelligendum, *p. 2. c. 11. d. 19. n. 12.*

Cedens nomen non tenetur de evictione, aut præstari idoneum debitorem, *p. 2. c. 34. d. 26.*

Limitationes, *ib. n. 3. 4. & 6.*

Cedens tenetur præstare verum debitorem cessionario, *p. 2. c. 34. d. 27.*

Cedens venditoris loco est, *ib. n. 1.*

CESSIO ACTIONIS.

Cedit validè Judæus actionem sibi competentem alii Christiano, *p. 2 c. 40 d. 45.*

Omnis actio, omnéque jus, quod quis sibi ex speciali pacto acquisivit, in alium cessione transfertur, *p. 2. c. 32. d. 20. n. 6.*

Cedendarum actionum, executionis & divisionis exceptio non solum in lite, sed & post litem contestatam opponi potest, *p. 1. c. 3. d. 17. n. 11.*

Cessio actionis seu debiti regulariter non valet, nisi ad concurrentem dati pretii quantitatem, *p. 2. c. 30. d. 35.*

Ex constitutione Anastasii ne quidem venditio debiti, particulariter in certos terminos solvendi, valet, nisi ad concurrentem pretii quantitatem, imputatis tamen cujusque termini usuris, *p. 2. c. 30. d. 36.*

Cessio actionis denegatur ei, qui proprium debitum solvit, *p. 2 c. 17. d. 18. n. 5.*

Cessione debiti ex constitutione Anastasianæ annullata, superfluum id, quod solutam quantitatem excedit, regulariter ad cedentem pertinet, *p. 2. c. 30. d. 37.*

CESSIO BONORUM.

Cessio bonorum olim fuit in usu, *p. 2. c. 22. d. 1. n. 2.*

Cessio bonorum haud rarò tam fidejussori, quàm creditori inutilis est, *p. 2. c. 18. d. 16. n. 3.*

Cessio bonorum nullum Jus taciti pignoris tribuit chirographariis creditoribus, *p. 2. c. 22. d. 24. n. 8.*

Vide plura infra in Vocab. Debitorum incarceratio.

CESSIONARIUS.

Cessionarius ex instrumento cesso executionem paratam non habet, priusquam de cessione sibi facta doceat, *p. 1. c. 17. d. 33.*

Nec sufficit produci instrumentum obligationis, *ib. n. 4.*

Cessionario melior conditio esse non debet, quam cedentis, *p. 2. c. 17. d. 19. n. 4.*

CESSIBILE.

Cessibile est id, quod est transmissibile ad heredes, *p. 1. c. 29. d. 3. n. 3.* it. *p. 1. c. 28. d. 25. n. 6.*

CELERITAS.

Celeritas beneficio quod inventum est, non subdatur injuriis tarditatis, *p. 1. c. 19. d. 24. n. 5.*

CENSUS.

Census, tributa, aliæque pensiones, quæ principibus & superioribus in signum subjectionis solvuntur, nullo tempore præscribuntur, *p. 2. c. 2. d. 2. n. 1.*

Census, tributa & collectæ ab iis solvuntur, qui rem jure proprio possident, *p. 2. c. 40. d. 5. n. 8.*

Census ex re nostra: Canon ex aliena datur, *p. 2. c. 39. d. 1. n. 4.*

CENSUS ANNUI.

Annui census, aliique fructus civiles, viduæ jure dotalitii competentes, defuncta ea ante solutionis diem, inter heredes ipsius & novum possessorem pro rata temporis dividuntur, *p. 3. c. 16. d. 1.*

Quod & verum est in censibus ac pensionibus, quæ singulis mensibus vel aliis temporibus præfinitis solvuntur, *p. 3. c. 16. d. 2.*

Annui census in totum novo possessori cedunt, amisso ex culpa viduæ dotalitio ante terminum solutioni præfixum, *p. 3. c. 16. d. 9.*

Annui census ex legato debentur legatario pro rata ejus temporis, quo testator defunctus est, *p. 3. c. 16. d. 3.*

Census ac reditus annui usufructuario ante diem solutionis defuncto in totum ad proprietarium pertinent, nec quicquam heredes usufructuarii de hisce lucrantur, *p. 3. c. 16. d. 5.*

Secus si moriatur usufructuarius post tempus ejusmodi censibus inferendis constitutum, *n. 8.*

Ante cessuum solutionis terminum defuncto vasallo, fructus civiles, quorum dies intra 30. non cessit, ad successorem Feudi pertinent, exclusis vasalli heredibus, *p. 3. c. 16. d. 6.*

Fructus civiles intra 30. exigibiles in totum ad defuncti heredes pertinent, *p. 3. c. 16. d. 8.*

Emtor annuorum redituum redimibilium non habet facultatem repetendæ sortis, sed arbitrium redimendi census annuos soli venditori competit, *p. 3. c. 24. d. 16.*

Annui census emptor licet pro centum plusquam 5. annua emerit, contractus tamen in totum non vitiatur, sed in summa legitima subsistit, *p. 3. c. 24. d. 14.*

In censibus & pensionibus, quæ singulis mensibus solvi debent, defunctus ab initio statim ultimi mensis jus quæsitum habet, *p. 3. c. 16. d. 2. n. 5.*

Annuas præstationes 20. annorum spatio in minori summa creditor recipiens residuum petere nequit, *p. 2. c. 2. d. 5.*

Nisi creditor petitionem residui expressâ protestatione aliovè modo sibi reservaverit, *p. 2. c. 2. d. 6.*

Vel protestatione omissa probare velit, se non remittendi animo minorem summam recepisse, *ib. n. 5.*

Annuarum pensionum contractus non omni caret vitio usurarum, *p. 2. c. 2. d. 5. n. 11.*

Ex Annuæ pensionis solutione tribus annis proximis facta inducitur præsumtio totius debiti, in præteritum soluti, *p. 2. c. 2. d. 7.* Limitatur, *ib. n. 3.*

Ex Annuæ pensionis solutione triennali præsumtio debiti soluti probationem admittit contrariam, *p. 2. c. 2. d. 8.*

Si quis annuum censum vel usuras ultra 30. annos, annum & diem nomine alterius, qui principaliter in obligatione est, præstitit, absque dubio ad solutionem pensionum futurarum & sortis in posterum tenebitur, *p. 2. c. 2. d. 9. n. 1. & 3.*

Annuum censum in alio genere frugum ultra tempus longissimum creditoris recipientis protestatio non interrumpit præscriptionem, *p. 2. c. 3. d. 1.*

Ex census solutione, ultra tempus longissimum in alio frugum genere dissormiter facta, non inducitur præscriptio, *p. 2. c. 3. d. 2.*

Census, similesque pensiones annuæ una cum tributis & collectis hypothecariis etiam anterioribus præferuntur, *p. 1. c. 28. d. 54.*

Vide plura infra in Verb. Reditus annui.

CENSITICA BONA.

Non ut in Emphyteuticis, ita & censiticis bonis Dominus retinet directum dominium, sed utrumque tam utile quam directum in censitum transfertur, *p. 2. c. 39. d. 1.*

Inter Censiticum & Emphyteuticum contractum duplex datur differentia, *ib. n. 6.*

Bona censitica ob non solutum censum nunquam amittuntur, *p. 2. c 39. d. 2.*

Ob non solutum censum pœna arbitraria censito contumaci potest irrogari, *p. 2. c. 39. d. 3.*

Sicuti Emphyteuticorum, ita & censiticorum bonorum nomine renovatio investituræ quibusdam in locis peti solet, *p. 2. c. 39. d. 4.*

Bona censitica ob non petitam renovationem investituræ non amittuntur, punitur verò ob id censitus arbitrariè, *p. 3. c. 39. d. 5.*

Censiticus non habetur contractus, sed Emphyteuticus, quando in concessione Dominus sibi reservavit dominium directum, *p. 2. c. 39. d 6.*

Bona censitica in dubio censentur, non Emphyteutica, *p 2. c. 39. a. 8.*

Censiticus habetur contractus translato dominio directo in possessorem, licet expressis verbis facta fuerit mentio Empnyteuseos, *p. 2. c. 39. d. 9.*

Censitica bona non habentur, sed Emphyteutica præscripto jure perpetuæ coloniæ, *p. 2. c. 40. d. 4.*

CEREVISIA.

Cerevisiam vendere, aliudque pernicio sum urbibus mercimonium exercere non licet Nobilibus in pagis & castris suis absque speciali concessione aut præscriptione, *p. 2. c. 6. d. 4.*

Cerevisiam Nobiles pro usu domus suæ coquere haud prohibentur, *p. 2. c. 6. d. 7.*

Cerevisiam coquere ac vendere, aliaque civium commercia exercere rusticis ac incolis in villis permissum non est, *p. 2. c. 6. d. 5.*

Ne vinum vel cerevisia extranea infra miliare circumcirca habeatur venalis, singulæ civitates de jure fundatum habent privilegium, *p. 2. c. 6. d. 4. n. 1.*

Cerevisiam coquere possunt liberi, ædium paternarum possessores, etiamsi ipsimet in numerum civium recepti non sint, *p. 2. c. 6. d. 6.*

Cerevisiam braxandi jus merè personale non est, sed plerumque ipsis ædibus inhæret, & tanquam jus reale possessorem sequitur, *ib. n. 7.*

Cerevisiam coquendi jus ad instar servitutum realium separatim à domo, in qua hæret, vendi nequit, *p. 2. c. 41. d. 15.*

Cerevisiam coquendi jus defuncto vasallo post Calendas Martii heredibus allodialibus competit per totum illum annum in prædiis feudalibus, *p. 3. c. 32. d. 9.*

De jure Cerevisiam braxandi à se prætenso reus conventus intra duos menses id probare tenetur, *p. 1. c. 16. d. 27.*

Si per negligentiam Cerevisiariorum, eorumvè, qui cerevisiam coqvunt, aut polentam torrefaciunt, atque similium mercenariorum, quos alii diligentes patresfamiliâs ad operas istas solebant adhibere, incendium fuerit exortum, paterfamiliâs à præstatione damni est immunis, *p.4.c.17. d.14.n.4.*

CHARTA.

Charta blanca vulgo Blanquet subscribentem ac sigillantem obligat, ad hoc ut executivè contra eum agi possit, *p.1.c.17.d.42.*

Limitatur, nisi docere velit, quod non legerit instrumentum, *n.11.*

Charræ partitæ, ausgeschnittene Zettul/ & bacilla fissa, Kerbhölzer/ quatenus probent, *p.2.c.4.d.7.*

Ex charta jura dictare non licet, *p.1.c.1. d.2.*

CHIROGRAPHARII.

Chirographariorum appellatione continentur quoq; creditores ii, qui per confessionem debitoris vel testes sua credita probant, *p.1.c.28.d.159.*

Chirographarii indifferenter omnes simul pro rata in concursu creditorum admittuntur, *p.1.c.28.d.158.*

Nec in foro Sax. cognatis creditoribus conceditur prærogativa, *n.2.*

Ex chirographariis uni quod à debitore solutum est, repeti nequit à reliquis chirographariis, *p.1. c.28.d.178.*

Limitatur duobus modis, *n.3 & 4.*

Chirographariis quod est solutum, repetere possunt hypothecarii, vel privilegiati creditores, *p.1.c.28.d.179.*

Ampliatur in creditoribus arestantibus, *n.6.*

Sive res soluta adhuc extet vel non, & sive mala sive bona fide fuerit consumta, *n.5.*

Chirographariis omnibus, antequam de sorte satisfactum fuerit, in foro Sax. non adjudicantur usuræ in concursu creditorum, *p.1. c.28.d.161.*

CHIROGRAPHUM.

Ex chirographi cancellatione præsumi solutionem, sic accipiendum videtur, si penes creditorem cancellatum reperiatur, *p.2.c.29.d.12.n.8.*

Chirographo amisso creditor debiti persecutionem & jus hypothecæ non amittit, si aliunde constet adhuc deberi, *p.2.c. 29.d.15.n.5.*

CHIRURGUS.

Chirurgis sive Medicis super lethalitate vulneris in causa homicidii deponentibus haud fides habetur, priusquam depositionem juramento suo confirmaverint, *p.1.c.22.d.12.n.4.*

Chirurgorum sententia super lethalitate vulneris lata semper probationem in contrarium admittit, *p.1. c.26.d.5.*

CHRISTIANUS.

Validè Judæus actionem ex contractu judiciali adversus Christianum sibi competentem alii Christiano cedit, *p.2.c.30.d.45.*

Christianis contrahere & distrahere cum Judæis & Saracenis licitum est, *ibid.n.1.*

CIBARIA.

Dominis atque Nobilibus nullum competit jus Protimiseos in cibariis vel mercibus edilibus subditorum, quas venales ad forum deferunt, *p.2.c.51. d.10.*

CIBARIA DOMESTICA.

Cibaria domestica, Gerada & Morgengaba in successione viduæ Nobilis æquali jure devinciuntur, *p.3.c.33.d. 23.n.6.*

Morgengabam, Geradam & Cibaria domestica vidua pleno jure acquirit, eaque post mortem ad heredes suos transmittit, *p.3.c.34.d.1.n.11.*

Intra tricesimum de cibariis familia defuncti debet alimentari de jure Sax. *p.3.c.34.d.2.n.9.*

Nil percipit vidua de Cibariis, quæ post mortem demum mariti, licet ante 30. inferuntur, *p.3.c.34.d.3.*

Appellatione comestibilium sive Cibariorum domesticorum quænam res veniant, & viduæ cedant, *p.3.c.35. d.1.2. & 5.*

An farina, *p.3.c.35.d.10.n.5.*

An frumentum saracenicum, *p.3.c.35. d.5.* It. *d.7.*

An frumentum saracenicum mola contusum & pulti præparatum, *p.3.c.35. d.10.*

An Hordeum, *p.3.c.35.d.6. & d.7.*

An lupulus, *p.3.c.35.d.6. & d.7.*

An polenta sive hordeum resiccatum, *p. 3.c.35.d.8.*

An porci saginati, *p.3. c.35.d.2.*

An Viciæ, *p.3.c.35.d.3.*

Cibaria duntaxat ad usum domus ac familiæ destinata ad comestibilia pertinent, *p.3.c.35.d.3.n.5.*

Quotam statutariam vel hereditatis Vidua una cum dotalitio, Cibariis domesticis aliisque juribus muliebribus petere non potest, *p.3.c.37.d.4.*

Nec viduæ bona illata repetenti debentur Cibaria & largitas sponsalitia, *p. 3.c.37.d.5.*

Liberum tamen est viduæ jura ac lucra muliebria eligere vel quotam statutariam petere, *p.3.c.37.d.6.*

Quandoque vidua Nobilis unà cum hereditatis quota etiam jura Nobilium mulierum capit, si nempe hoc marito placuerit, vel de eo expressè conventum fuerit, *p.3.c.37.d.7.*

Geradam atque Cibaria domestica ex prædiis conductis petere licet viduæ, *p.3.c.33.d.23.n.4.*

Vide plura infra in Vocabulo Comestibilia.

CINCTUS.

Cingendus habetur pro cincto, *p.2.c. 19.d.12.n.15.*

CIPHRA.

Ciphræ Arithmeticæ intelligibiles ac usitatæ non vitiant testamentum solenne in scriptis, *p.3.c.3.d.4.*

CIRCUITUS.

Circuitus in judiciis sunt vitandi, *p.1.c. 29.d.43.n.4.*

CITATIO.

Citatio est principium & fundamentum judicii, *p.1.c.2.d.21.n.1.* Item, *p.1. c. 9.d.16.n.4.*

De jure civili reus peremptoriè tribus citatur vicibus, *p.1.c.2.d.22.n.1.*

In foro Sax. non requiritur trina citatio per intervalla 14. dierum, sed sufficit unica citatio peremptoria continens intervallum trium quaterdenarum, *p.1.c.9.d.17.n.2.* Item, *p.1. c.2.d.22.*

Quæ tamen duo continere debet, *ib.n.3.*

Terminus non à die scriptionis, sed ab insinuatione Citationis computandus est, *p.1.c.9.d.17.n.4.* It. *p.1.c.2.d.23.n.1.*

Citatio nulla est, si unicus saltem dies de illis sex septimanis & tribus diebus defuerit, *p.1.c.2.d.23.n.2.*

Non continet Citatio spatium temporis legitimum, quando terminus juridicus ultimum incidit diem, *p.1.c.2.d. 23.*

Condemnatur tamen hoc casu reus non comparens in expensas termini istius, *p.1.c.2.d.24.*

Citationi inseri debet tenor libelli, vel hujus copia citato simul transmitei, *p.1.c.2.d.21.*

Citatione deficiente processus redditur nullus, *ib.n.2.*

Citatio præcedere debet processum ad instantiam partis, *ib.n.3.*

Relatio nuncii, quod citatio fit insinuata, est actus substantialis, de quo in actis constare debet, *p.1.c.2.d.25.n.8.*

Cui soli jurato creditur, *p.3.c.3.d.17. n.9.*

Non potest Judex reum condemnare usq; ad legitima impedimenta, si non constet citationem ipsi fuisse insinuatam, *p.1.c.2.d.25.*

Citatio hodie fit per solam libelli oblationem & simplicem admonitionem citra ullam vim & injuriam, *p.1.c.2. d.26.n.3.*

Citatio non valet hodiè, si non fiat de mandato Judicis, *ib.n.4.*

Reus in judicio præsens non tenetur invitus respondere absque præcedente Citatione, *p.1.c.2.d.27.n.2.*

Excusandus est, qui diligentiam suam in promovenda citatione adhibuit, *p.1.c. 12.d.8.n.2.*

Præscriptio Saxonica 30. annorum, anni & diei sola interrumpitur citatione, *p.2.c.7.d.4.*

Citatio tamen ad processum extrajudiciarium præscriptionem non interrumpit, *p.2.c.7.d.5.*

Nisi post ejusmodi cognitionem factum esset decretum, *ib.n.6.*

De hoc videantur infra plura in Vocabulo Præscriptio.

CITARI.

Citari omnes, quorum interest, debent, *p.1.c.2.d.25.n.1.*

Omnes litis Consortes, *ib.n.2.*

Citandi heredes singuli specialiter sunt, *ib.n.3.*

Citari absque speciali venia hodiè parentes possunt in causa liberorum, *p. 1.c.2.d.26.*

Citari ex alterius judicis territorio non nisi implorato ejus subsidio quis potest, *p.1.c.2.d.27.*

Judex per subsidium imploratus cogi potest à superiore, ut citatum in alieno territorio comparere jubeat, *p.1. c.2.d.28.*

Citari reus latitans etiam in causa civili per edictum publ. in trium Dominorum territoriis affixum potest, *p.1.c. 2.d.3.*

Ad edictalem citationem perveniri neutiquam potest, si alio modo reo citatio insinuari valet, *ib.n.2.*

CIVIS.

Omnes homines Imperio R. subjecti, licet sub curiis diversis, & diversisque in provinciis degant, pro civibus Romanis & incolis habentur, *p.3.c.38.d. 3.n.9.*

Civium singulorum bonis obligatis, num unusquisque in solidum conveniri queat, *p.2.c.6.d.26.*

Civium bona pro debito universitatis capi nequeunt, *p.1.c.30.d.12.n.5.*

CIVITAS.

Civitati aut civibus concessa privilegia latissimè sunt interpretanda, & quisnam eorum interpres, *p. 2. c. 6. d.8.*

Quod jus est in civitate, idem etiam obtinet in villis ad civitatem pertinentibus, *p. 2. c. 5. d. 1. n. 7.*

Civitati competit jus tacitæ hypothecæ in bonis administratorum, *p. 1. c. 28. d. 115.*

An civitatis statuta ipsum Magistratum ligent, *p.3. c.12. d.17. n.1.*

Civitates municipales sine consensu Principis, cui subsunt, collectam imponere non possunt, *p.2.c.6.d 24.n.7.*

Civitati non nocet præscriptio contra certos quosdam cives intentata, *p. 2. c. 6. d. 1.*

Adversus civitatem vel Rempubl. locum habet præscriptio juris Sax. 30. annorum, anni & diei, *ib. n. 1.*

Ea, quæ civitatis seu universitatis sunt, non sunt singulorum, *ib. n. 4.*

Civitas ejusque bona non obligantur ex contractu Senatus & administratorum, nisi cives vel saltem consilium, omnes cives repræsentans, in contractum illum consenserit, *p. 1. c. 13. d.7. n.1.* It. *p.2.c.6 d.18.*

Quo casu non refert, utrum pecunia in rem civitatis versa fuerit, nec ne, *n.11.*

Vel 2. si probetur, mutuum in utilitatem civitatis versum esse, *p.2.c.6.d.19.*

Quod onus probandi incumbit creditori, *ib. n. 7.*

Quamvis dicatur in instrumento, pecuniam in rem civitatis versam esse, *n 9.*

Sufficiunt tamen verisimiles conjecturæ, *n. 10.*

In venditione annuorum reddituum à civitate facta, probatio in rem versionis ab emptore non exigitur, *p.2.c.6. d.20.*

In civitatis utilitatem quando pecunia mutuo data non est versa, soli administratores, qui contraxerunt, ex mutuo tenentur. *p.2.c.6.d.21.*

Etiamsi expressè protestati fuerint, se non velle esse obligatos, *n. 9.*

Nec administratores exceptione non versæ pecuniæ in rem civitatis adversus creditores se tueri possunt, *p. 2. c. 6. d. 23.*

Adversus civitatem & administratorem creditor actionem ex mutuo eodem libello alternativè intendere potest, *p. 2. c. 6. d. 22.*

Pro debito Civitatis communi legitimè contracto cives singulares, eorumq; bona non obligantur, *p 2. c. 6. d. 24.*

Limitatur, *ib. n.6.* It. *p.2.c 6 d.25.*

Dispositio *l. Civitas 27. ff. de reb. credit.* in aliis contractibus locum quoque habet, qui saltem utilitatem contrahentis, non etiam civitatis concernunt, *p 2.c.6. d.20. n.3.*

Inter civitatis bonorum contractus sive alienationes & constitutionem Syndici differentia, *p.1.c.13.d.7.n.3.*

Civitatis bonorum alienatio non nisi decreto aliisque solennitatibus adhibitis permissa est, *ib. n. 4.*

Civitatis proceres ac tribuni plebis quod faciunt, id pro eo habetur, ac si singuli cives fecissent, *p. 2. c. 6. d. 18. n. 12.*

Pacta eorum prosunt & nocent ipsi collegio, *ib. n. 13.*

Cives intelliguntur scire, ac facere, quod sciunt ac faciunt ii, quibus perpetua gubernatio corporis sive Civitatis concredita est, *ib. n. 13.*

Civitatis defensores recipiendo per longum tempus usuras minores, quàm promissas, præjudicant Reip. *ibid. n. 14.*

Quando præsumatur consensus totius Ordinis Decurionum, *n. 16.*

CLANDESTINITAS.

Clandestinitas habet per se aliquid ex opinione sinistra adhærens, multaq; quæ alias minus probantur, si manifestè fiant, excusatione digna creduntur, *p.4. c.20. d.7.n.6.*

Clandestinas nuptias Pontificii quas vocant, *ib. n. 1.*

CLARUS.

Ubi clara sunt verba, non est recurrendum ad præsumptiones & conjecturas, *p. 2. c. 10. d. 15. n.3.*

CLAUSULA.

Clausula cassatoria per se nullitatem actus, si quid contra factum fuerit, inducit, *p. 2. c. 23. d. 24. n. 4.*

Clausula Codicillaris hoc operatur, ut si institutio jure directo non valeat, Jure tamen codicilli vel legati, aut fideicommissi, aut cujuscunque tandem ultimæ voluntatis valere debet, *p.3. c. 8. d. 19. n.3.*

Clausula Codicillaris verbis etiam non expressis in omni testamento parentum inter liberos subintelligitur, *p.3. c. 4. d. 22. n. 7.*

Clausula Codicillaris non efficit, ut subsistat testamentum, in quo liberi sunt præteriti, *p. 3. c. 9. d. 12.*

Clausula Codicillaris nunquàm voluntatem aut defectum testantis, nec testium numerum supplet, *p 3. c.4. d.39.* Sed tantum solennitatis, *p.3.c.1. d.42. n.7.* It. *c.4. d.39. n.6.*

Omissa clausula codicillaris non subintelligitur, & quisnam hujus sit effectus in testamento, *p. 3. c. 4. d. 38.*

Nisi in testamento inter liberos & ad pias causas, *ib. n. 8.*

Clausula derogatoria non impedit validitatem posterioris testamenti, *p.3. c. 5. d. 19.*

Clausula generalis non nisi ad narrata & specificata in libello refertur, *p. 1. c. 26. d. 7. n. 6.*

Clausulæ vis, suo jure salvo, *p. 2. c. 46. d. 11. n. 6. & 7.*

Clausulæ quædam ex stylo Notariorum præter & contra partium mentem adjectæ, valere non debent, si in principali dispositione non reperiantur, *p. 3. c. 1. d. 40. n. 5.*

Notarii, si testamenta concipiunt, de consuetudine plerumque clausulas è vulgatis formulariis descriptas adjicere solent, non intelligentes, quid scribant, *p. 2. c. 29. d. 6. n. 3.*

Clausula posterior semper prævalet priori, *p. 2. c. 29. d. 9. n. 9.*

Omnibus contractibus semper inest clausula, rebus sic stantibus, *p. 2. c. 30. d. 46. n. 11.*

Clausulæ salutaris in libello appositæ, qua actor petit jus & justitiam sibi administrari, vigor & effectus, *p. 1. c. 26. d. 7. n. 5.* It. *p. 1. c. 2. d. 15. n. 1.*

Clausula salutaris libello apposita contra narrata libelli nihil operatur, *p. 1. c 2. d. 15.* it. *p. 1. c. 26. d 7. n. 6.*

Si actor dilucidè asserit, se petitorio sal-

tem actum, neutiquam in ejus favorem libellus, vigore clausulæ salutaris, ad possessorium extendi debet, *p. 1. c. 26. d. 7. n. 9.*

Clausulæ hujus, alles treulich sonder arge List und ohne Gefährde/effectus, *p. 2. c. 18. d. 3. n. 1. & 5.*

CLAVIS.

Ex traditione clavium ficta oritur traditio, *p. 2. c. 14. d. 16. n. 8.*

Clave adulterina facta apertura pro effractione violenta aut seditiosa non habetur, *p. 4. c. 32. d. 11.*

CLERICUS.

Clericus titulum suæ possessionis ostendere tenetur, *p. 1. c. 27. d. 9. n. 4.*

Jus commune Sax. Clericos ad Feudi successionem non admittit, *p. 3. c. 38. d. 38. n. 6.*

Clerici an in Feudis succedant, vide infra Feudi successores.

Gaudent filii Clerici jure filiarum in Gerada matris, eamque cum filiabus simul capiunt, *p. 3. c. 38. d. 38. n. 1.* It. *p. 3. c. 11. d. 8. n. 2.*

Clericus filius geradam in legitimam maternam imputare tenetur, *p. 3. c. 11. d. 8. n. 1.*

Clerici aliæq; personæ Ecclesiasticæ se negotiis secularibus implicare non debent, *p. 3. c. 28. d. 1. n. 1.*

Clerici munera patrimonialia & ordinaria pro possessionibus suis, itemq; extraordinarias collationes ob publicas necessitates indictas sustinere coguntur, *p. 3 c. 16. d. 10. n. 4.*

Per dignitatem Clericalem an patria potestas dissolvatur, vid. infra Patria potestas.

COACTIO.

Cogens aliquem testari, non solum civiliter, sed etiam criminaliter puniri potest, *p. 3. c. 5. d. 14. n. 3.*

CODICILLI.

Codicilli quomodo differant à testamentis, *p. 3. c. 4. d. 35. n. 6. & seqq.*

Neque Codicilli, neque alia ulla voluntatis ultimæ species aliter valet, quam 5. testibus intervenientibus, *p. 3. c. 4. d. 21. n. 7.* It. *d. 25.*

Nisi tempore pestis, quo valent coram duobus vel tribus, *p. 3. c. 4. d. 3.*

Mulier potest esse testis in Codicillis, *p. 3. c. 1. d. 30. n. 2.*

Qui testari nequit, neque Codicillos facere potest, *p. 3. c. 4. d. 39. n. 3.*

Codicillos fecisse nunquam credendus est qui testari voluit, si non disertè id expresserit, *p. 3. c. 4. d. 38. n. 7.*

In Codicillis & legatis etiam in Electoratu Sax. Falcidia locum habet, *p. 3. c. 1. d. 6.*

Quatenus in Codicillis Falcidia locum habeat, vide infra Falcidia.

COGNATA.

Sub cognatæ proximæ appellatione etiam mater comprehenditur, *p. 2. c. 14. d. 51. n. 8.*

Cognatæ atque conjunctæ personæ liti alterius nomine se offerre possunt, *p. 4. c. 8. d. 8 n. 6.* It. *p. 1. c. 19. d. 27. n. 3.*

COGNOSCERE.

Cognoscendi atque inspiciendi habens facultatem, cognovisse etiam atque approbasse præsumitur instrumentum, *p. 1. c 17. d. 42. n. 7.*

COGNOSCERE CARNALITER.

Cognoscere aliquam præsumitur cognovisse eam, tanquam futuram uxorem

rem non causa libidinis, ad tollendam fornicationis præsumptionem, *p. 1. c. 22. d. 4. n. 4.*
Si carnaliter cognoscat contractis sponsalibus clandestinis sponsus ante benedictionem sacerdotalem sponsam, liberi inde nati pro legitimis habentur & patri succedunt, *p. 3. c. 14. d. 12.*

COITUS.

Coitus omnis illicitus damnatur & pœnam meretur, *p. 4. c. 27. d. 9. n. 8.*

COLLATERALES.

Collaterales quatenus succedant, vide infra Successio Collateralium.

COLLECTÆ.

Collectæ & Præsent-Geld differunt, *p. 2. c. 46. d. 35. n. 19.*
Collectam civitates municipales sine consensu Principis, cui subsunt, imponere non possunt, *p. 2. c. 6. d. 24. n. 7.*
Collectis bona Feudalia non sunt oneranda, *p. 2. c. 46. d. 35. n. 2.*
Ob Collectæ novæ onus fundo vendito impositum, venditor de evictione non est devinctus emptori, *p. 2. c. 34. d. 19.*
Absq; collectarum onere, agro vel prato vendito, emptor onere illo gravari non potest, *p. 2. c. 31. d. 21.*
Collectæ ab iis solvuntur, qui rem jure proprio possident, *p. 2. c. 40. d. 5. n. 8.*
Ad collectas de pecunia mutuò accepta Magistratui præstandas debitor præter usuras ne quidem ex conventione firmiter obligatur, *p. 2. c. 30. d. 25.*
In Electoratu Sax. sextum florenum exigere creditoribus permittitur, *n. 6.*
A collectis extraordinariis vasalli, ratione belli vel alterius publ. necessitatis causa indictis, immunes haud sunt, *p. 3. c. 28. d. 19. n. 15.*
Collectas & tributa indifferenter omnia usufructuarius, ac proinde etiam maritus de bonis uxoris & vidua ratione dotalitii solvere tenetur, *p. 3. c. 16. d. 12.* It. *p. 2. c. 25. d. 6.*
Collectæ & tributa non à vidua, quæ utitur jure retentionis in bonis mariti, sed ab ejusdem heredibus sunt exsolvenda, *p. 2. c. 25. d. 27.*
Collectæ etiam inferiori Magistratui exsolvendæ, post sumptus in curationem ægroti debitoris factos reliquo ærario alieno præferuntur, *p. 1. c. 28. d. 47.*
Nec præferendus est creditor hypothecarius Magistratui ex eo, quod ante impositam collectam jus pignoris acquisiverit, *p. 1. c. 28. d. 48.*
Ad Collectas omnes indifferenter etiam extraordinarias privilegium tributorum, reliquo ærario alieno præferendorum, extenditur, *p. 1. c. 28. d. 49.*
Collectarum privilegio non gaudent debita ex contractu cum Magistratu inito dependentia, vel alias in commodum debitoris erogata, *p. 1. c. 28. d. 15.* Limitatur, *ib. d. 14. n. 5.*

COLLECTIVA.

Collectivorum vocabulorum natura hæc est, ut non singulis personis ambitu suo contentis totum, sed duntaxat partem attribuant, *p. 3. c. 29. d. 13. n. 5.*

COLLEGIUM.

Collegium totum per unum conservatur, *p. 1. c. 26. d. 3. n. 3.*
Per pauciores quàm per tres haud constituitur, *n. 4.*
Collegium ipsum major saltem pars repræsentat, *p. 1. c. 13. d. 9. n. 3.*
Collegia specialiter non confirmata sunt suspecta, *p. 3. c. 13. d. 36. n. 11. & 12.*
Collegio per mortem Collegiatorum dissoluto bona collegii superiori accrescunt, *p. 2. c. 6. d. 17.*
Collegiati non ut singuli, sed ut unum corpus considerantur, *ibid. n. 1.*
Si omnes ex Collegio præter unum mortui sunt, jus collegii in eum recidit, *ib. n. 4.* Qui de bonis collegii testari, eaque alienare potest, *ib. n. 5.*
Quod tamen limitatur, *n. 6. & 7.*
Collegia non nisi per Syndicos litem in judicio peragere valent, *p. 1. c. 13. d. 5.*
Seniores res Collegii optimè scire præsumuntur, *p. 1. c. 13. d. 4. n. 2.*
Collegia per quas personas jurare debeant, vide infra in Vocab. Juramentum.
Collegium in bonis Collegæ non habet privilegium personale, etiamsi quid debeat is ex ratiociniis collegii, *p. 1. c. 28. d. 156.*

COLLEGIA JUDÆORUM.

Judæorum Collegia non tam approbantur, quàm tolerantur, an fortassis converti possint, *p. 3. c. 13. d. 36. n. 14.*

COLLEGIA OPIFICUM.

In Collegia opificum, qui sunt infames, non recipiuntur, *p. 4. c. 45. d. 10. n. 1.*
Collegia opificum de causis ad collegium pertinentibus cognoscere ac collegiatos coërcere possunt, *p. 2. c. 6. d. 9.*
Collegia opificum approbata de rebus ad eorum artem & professionem spectantibus statuta inter sese specialia, etiam contra statuta Civitatis generalia condere possunt, *ib. n. 1.*
Modo juri divino & naturali non sint contraria, aut irrationabilia, nec inter eos aliquod præjudicium generent, *p. 2. c. 6. d. 11. n. 3.*
Statuta opificum de consvetudine egent confirmatione Superioris, *p. 2. c. 6. d. 9. n. 1.*
Non nisi collegiatos ligant, *ib. n. 4.*
Collegium sive universitas approbata potestatem habet eligendi judices, *ib. n. 10.*
Extra causas ad collegium pertinentes Jurisdictio opificum in collegiatos ad alias causas & delicta non extenditur, *p. 2. c. 6. d. 10.*
Non valent statuta opificum, quibus prohibent, ne quod unus cepit, alter perficiat, *p. 2. c. 6. d. 11.*
Statuta opificum, quibus prohibent, ne quorundam liberi, V.G. molitorum, textorum, chirurgorum, pastorum ovium, tibicinum, balneatorum &c. in collegia recipiantur, minimè probanda, *p. 2. c. 6. d. 12. n. 1.*
Exercens duas diversas artes mechanicas ad onera & statuta utriusque collegii obligatur, *p. 3. c. 18. d. 26. n. 12.*

COLONUS.

Colonus & Emphyteuta quanto tempore dominium Emphyteuseos, prædiique conducti præscribant, *p. 2. c. 3. d. 17.*

COLUMBA.

Columba alienas qui capit, furtum committit, & arbitrariè punitur in foro Sax. *p. 4. c. 36. d. 5.*

COMMENDARE.

Commendare & mandare differunt, *p. 2. c. 18. d. 24. n. 2.*
Commendans aliquem fidem suam pro ipso non obstringit, *p. 2. c. 20. d. 10. n. 4.*
Commendatio non inducit obligationem, *p. 2. c. 18. d. 24. n. 3.*
Nisi sit dolosa, *ib. n. 4.*
Verba commendatoria inter Mercatores, vel cum periculo persuadentis prolata loquentem obligant, *p. 2. c. 18. d. 24.*

COMMERCIUM.

Commercium quid propriè sit, *p. 2. c. 6. d. 5. n. 5.*
Commercia ac artes Mechanicæ Nobilitati non conveniunt, *p. 2. c. 6. d. 4. n. 9.*

COMMESTIBILIA.

Vocabulo Hoffspeise / Comestibilia denotantur, *p. 3. c. 35. d. 1. n. 4.*
Comestibilia Hoffspeise oder gehoffte Speise / curita vocentur, *p. 2. c. 34. d. 3. n. 6.*
Non tam ex dominio aut spe dominii certa de Comestibilibus viduæ debitis judicare licet, quam ex ipsa possessione, *p. 3. c. 34. d. 6. n. 6. & 8.*
Salva dimidietate comestibilium viduæ competente, ea sustentari debet ex bonis defuncti, si post 30. jure retentionis utatur, *p. 3. c. 34. d. 9.*
Comestibilia vivente marito mulier petere non potest, *p. 3. c. 34. d. 10.*
Uxore ante maritum decedente ejus heredes de comestibilibus à marito superstite nihil petere possunt, *ib. n. 2.*
Viduæ indifferenter de omnibus cibariis etiam victum unius anni excedentibus pars dimidia jure comestibilium debetur, *p. 3. c. 36. d. 1.*
Non solum ex Feudo, sed ex aliis etiam mariti defuncti prædiis allodialibus comestibilia, aliaque Jura muliebria viduæ Nobili debentur, *p. 3. c. 36. d. 2.*
Ex omnibus defuncti mariti prædiis, licet is alibi habitaverit, *p. 3. c. 36. d. 3.*
Etiam ex prædiis sitis extra territorium Saxoniæ, *p. 3. c. 36. d. 4.*
Item ex prædiis certa pensione à marito conductis, *p. 3. c. 36. d. 6.*
Pensionem tamen ex locato debitam vidua pro rata exsolvere, nec non inventarium resarcire tenetur, *p. 3. c. 36. d. 7.*
Comestibilia, certo prædiorum usui destinata, non debentur viduæ, *p. 3. c. 36. d. 5.*
Nec ex prædio marito adhuc vivente vendito & alienato, *p. 3. c. 36. d. 8.*
Comestibilium sive Cibariorum domesticorum appellatione quanam res veniant & vidua cedant, videatur supra in Vocab. Cibaria domestica.
Ad Comestibilia frumentum nondum trituratum etiam pertinet, *p. 3. c. 35. d. 4.*
Sicut & frumentum ad forum aliò vendendi causa transmissum, nondum venditum, *p. 3. c. 24. d. 7.*
Item, frumentum illud, quo agri sunt conserendi, *p. 3. c. 34. d. 8.*
Omne frumentum, quod tempore mortis mariti in ejus possessione ac potestate reperitur, *ib. n. 1.*
Non verò de frumento tempore obitus mariti jam demesso & in fasciculos colligato vidua jure comestibilium quicquam lucratur, licet intra trigesimum in horreum reponatur, *p. 3. c. 34. d. 4.*

Medie-

Medietas frumenti à subditis annuatim præstandi ante obitum haud soluti, non cedit viduæ jure comestibilium, *p. 3. c. 34. d. 5.*

Nec dimidia pars frumenti mutuo alicui dati, *p. 3. c. 34. d. 6.*

De comestibilibus æs alienum mariti defuncti in subsidium est exsolvendum, *p. 3. c. 36. d. 9.*

Comestibilia anno & die præscribuntur in foro Sax. *p. 3. c. 36. d. 10.*

Nec viduæ bona illata repetenti debentur, *p. 3. c. 37. d. 5.*

Comestibilia ne quidem post 30. Vidua propria autoritate absque voluntate heredum apprehendere valet, *p. 3. c. 33. d. 3.*

Ante factam divisionem semper incertum est, quid & quantum ex iis viduæ debeatur, *ibid. n. 4.*

Comestibilia post 30 propria autoritate viduæ apprehendenti, arbitraria mulcta imponi potest, *p. 3. c. 33. d. 4. n. 6.*

COMMITTERE.

Justum est sua cuique committere, *p. 2. c. 31. d. 9. n. 3.*

COMMISSARII.

Commissarii formam commissionis præcisè observent, *p. 1. c. 1. d. 12. n. 7.* it. *p. 1. c. 1. d. 17. n. 1.*

Commissarii ad judicandum super sorte constituti, etiam super usuris pronunciare possunt, *p. 1. c. 1. d. 17.*

Ipsis de rebus & causis in commissione haud expressis judicare non licet, *ib. n. 1.* Fallit in accessoriis & connexis, *ib. n. 2.*

Sententiam quoque à se latam exequi poterunt, *ib. n. 5.*

COMMISSIO.

Commissio est remedium assequendi metam litis, *p. 1. c. 1. d. 12. n. 4.*

Commissione durante non est lis agitanda coram Judice ordinario, *p. 1. c. 1. d. 17.*

COMMISSORIA LEX.

Pactum Legis commissoriæ hodie in pignoribus generaliter improbatur, *p. 1. c. 30. d. 43. n. 1.*

Venditor post diem commissoriæ legi præstitutam partem pretii accipiens, legi commissoriæ renunciasse censetur, *p. 2. c. 33. d. 22.*

COMMISSUM.

Commissum est concessionis Emphyteuticæ extinctio, ac utilis dominii reversio, & consolidatio cum directo, *p. 2. c. 38. d. 21. n. 2.*

COMMODARE.

Res commodata non dicitur reddita, quæ deterior vel corrupta redditur, *p. 2. c. 26. d. 6. n. 8.*

Rem commodatam perinde ac rem oppignoratam etiam in foro Sax. Dominus à tertio possessore vindicare potest, *p. 2. c. 26. d. 5.*

Rem duobus commodata, si utriusque culpâ perierit, singuli in solidum tenentur, *p. 2. c. 26. d. 14.*

Quo casu distinguendum inter obligationem primitivam & secundariam, *ib. n. 3. & 4.*

COMMODUM.

Commodis privatis publica semper sunt anteferenda, *p. 2. c. 37. d. 23. n. 6.*

Commodo suo cuilibet inhiare licet, quamvis alterius lucro aliquid decedat, *p. 2. c. 6. d. 3. n. 6.*

Limitatur, nisi nocendi animo & ad æmulationem fiat, *p. 2. c. 4. d. 11. n. 3.*

COMMUNIS, COMMUNIO.

Communio rixas excitare solet, *p. 3. c. 15. d. 43. n. 1.*

Divisio rei communis citra alienationem fieri nequit, *p. 2. c. 41. d. 17. n. 1.*

Nemo invitus cogi potest, ut in communione persistat, *p. 3. c. 15. d. 43.*

Extra causam communionis, quod ab alterutro acquiritur, de pecunia licet communi, haud tamen commune efficitur, *p. 3. c. 15. d. 45.*

Salva autem est ei actio in personam, *ib. n. 8.*

Gestum ab alterutro nomine communi, omnium commodo cedit, salva gestori repetitione sumptuum factorum & interesse, *p. 3. c. 15. d. 46.*

Impensæ ab alterutro proprio nomine in communione factæ, non sunt imputandæ communioni, *p. 3. c. 15. d. 47.*

Ut sunt sumptus studiorum cauta ab uno fratre facti, aut quæ alter perdidit in alea, aut in peregrinatione expendit, *ib. n. 6.*

Quicquid expenditur de bonis communibus occasione societatis vel communionis, non immerito communioni imputari debet, *ib. n. 1.*

COMMUNIS SENTENTIA.

A communi sententia in judicando non est recedendum, *p. 1. c. 16. d. 60. n. 5.*

COMMUNITAS.

Communitas semper vivere & perdurare intelligitur, *p. 1. c. 16. d. 60. n. 5.*

COMPARATIO.

Comparatio scripturæ præbet fallax atque debile indicium, *p. 1. c. 17. d. 12. n. 4.*

Comparatio literarum in locum recognitionis succedit, quando scriptura defunctorum nemini cognita est, *p. 1. c. 17. d. 15.*

JUS COMPASCUORUM.

Inter jus compascuorum & servitutem pascendi differentia, *p. 2. c. 41. d. 9. n. 1.*

Jus compascuorum vulgò Koppelweyde/ præscribi nequit, *p. 2. c. 4. d. 14.*

Compascuorum jura tempore quocunque ab una vel altera parte revocari possunt, *p. 2. c. 41. n. 9.*

In compascuo mutuo quicquid una pars facit, illud nec altera videtur prohibitum, *p. 2. c. 41. d. 10.*

De Jure compascuorum vide infra plura in Verb. Jus pascendi.

COMPENSARE, COMPENSATIO.

Compensatio est species solutionis, *p. 1. c. 8. d. 1. n. 4.*

Compensatio vim solutionis habet, *p. 1. c. 31. d. 19. n. 4.*

Compensatio non potest tractari per modum reconventionis ante finitam conventionem in foro Sax. *p. 1. c. 8. d. 1.*

Potest tamen statim opponi per modum exceptionis & in vim solutionis etiam in foro Sax. *p. 1. c. 8. d. 2.*

Compensationis exceptio semper post litis contestationem etiam in ipsa executione sententiæ validè opponitur, *p. 1. c. 8. d. 6.* it. *p. 1. c. 31. d. 19. n. 6.*

Compensationis exceptio in continenti, hoc est, intra 6. septimanas & 3. dies probanda est, *p. 1. c. 8. d. 13.*

Ex solis instrumentis aut confessione partis, non per testes, *p. 1. c. 8. d. 14.*

Quod limitatur in processu ordinario *n. 6.*

Super compensationis exceptione in processu executivo juramentum actori nequit deferri, *p. 1. c. 8. d. 15.*

Compensationis exceptione rejecta cautè pronunciet Judex, ne reo facultas petendi debitum auferatur, *p. 1. c. 8. d. 5.*

Compensationem sola naturalis obligatio operatur, *p. 1. c. 8. d. 3.*

Compensatio tantummodo in quantitate, non verò in speciebus locum habet, *p. 1. c. 8. d. 32. n. 2.*

Compensatio in foro etiam Sax. admittitur contra instrumenta, quæ paratam habent executionem, *p. 1. c. 8. d. 12.*

Compensatio objici potest ejus, quod defunctus debuit, cum eo, quod heredi proprio nomine debetur, confecto licet inventario, *p. 1. c. 8. d. 8.*

Compensatione an uti possint debitores adversus fiscum, *p. 1. c. 18. d. 9. n. 1.*

Compensari possunt expensæ taxatæ, etiamsi appellatum sit ab executione, dum ne ab ipsa condemnatione vel taxatione, *p. 1. c. 8. d. 10.*

Compensari sterilitas cum fertilitate debet, *p. 2. c. 37. d. 11. n. 5.*

Vide plura de hoc infra in Vocab. Conductor.

Compensari, quod in diem debetur, invito debitore ante diem non potest, *p. 1. c. 8. d. 4.*

Nisi creditoris gratia dies adjectus fuisset obligationi, *n. 6.*

Compensatio liquidi ad non liquidum non fit, *p. 1. c. 8. d. 5. n. 1.* item *p. 2. c. 25. d. 17. n. 9.*

Compensari, quod tutor debet, non potest cum eo, quod pupillo debetur, nec contra, *p. 1. c. 8. d. 7.*

Compensatio objici non potest ejus, quod non debetur ei, qui convenitur, sed alii, *ib. n. 1.*

Quidam tamen casus excipiuntur, *n. 2. & seqq.*

Compensatio alimentorum petitioni, sicuti nec tributorum exactioni objici nequit, *p. 1. c. 8. d. 9.*

Compensari non potest debitum ex sententia, à quâ provocatum est cum eo, quod ex instrumento liquido vel gvarentigiato debetur, *p. 1. c. 8. d. 10. n. 1.*

Compensationem non valet objicere ejus, quod sibi debetur in moneta numerata sive currente, qui aureos debet in specie, *p. 1. c. 8. d. 11.*

Compensatio neque in depositio, neque commodato admittitur, *p. 1. c. 8. d. 32.*

COMPETENTIÆ BENEFICIUM.

Competentiæ beneficium, ne scilicet per executionem auferantur alimenta debitori, etiamnum hodie competit militibus atq; Nobilibus, & in ipso executionis actu opponi potest in foro Sax. *p. 1. c. 32. d. 15.*

Aliàs fieri potest executio in omnia debitoris bona in tantum, ut ne ipsi quicquam relinquatur, unde vivere possit, *ib. n. 1.*

Nisi privilegium personæ aliquem eximat, *n. 2.*

In beneficio competentiæ, ne debitor egeat, potissimum conditio & qualitas personæ ejus considerari debet, *p. 1. c. 32. d. 16.*

Competentiæ sive deductionis privilegium indultum quoque censetur liberis & familiæ debitoris, *p. 1. c. 32. d. 17.*

Post

Post mortem autem debitoris bona rursum creditoribus applicentur, *ib. n. 2.*

Competentiæ beneficium sive in quantum facere possunt competit quoque Doctoribus, *p. 1. c. 32. d. 18.*

Item Magistris, Professoribus, Advocatis, Scholaribus & Clericis, *n. 1.*

Competentiæ beneficio validè renunciari non potest, *p. 1. c. 32. d. 19.*

Limitatur, *n. 4.*

COMPOSITIO.

Compositio amicabilis debet præcedere litigium, *p. 1. c. 1. d. 10.*

COMPROMITTERE.

Compromittere possunt litigantes validè etiam coram judice ordinario, *p. 1. c. 1. d. 15.*

Compromittere in judicem ordinarium non licere quomodo intelligendum, *ib. n. 7.*

Compromittentium mens est, lites inter conjunctos dirimi per arbitros, *p. 1. c. 3. d. 19. n. 1.*

COMPROMISSUM.

Compromissum est remedium litium abbreviandarum, *p. 1. c. 1. d. 15. n. 1.*

Compromissa in odium litium sunt facta & introducta, *p. 1. c. 3. d. 19. n. 1.*

Compromissum non transit ad heredes compromittentium, *p. 1. c. 1. d. 16. n. 1.*

Limitatio, *n. 1. & 2.*

Per compromissum à modo procedendi generali ac consveto partes recedere queunt, *p. 1. c. 1. d. 5. n. 7.*

In compromisso non est locus pœnitentiæ altera parte invita, *p. 1 c. 1. d. 15.*

Etiamsi eodem die, quo initum fuit compromissum, alterutra pars illud revocare vellet, *ib. n. 5.*

In compromisso pœna expressa standum est, *p. 1. c. 9. d. 21. n. 4.*

CONATUS.

Conatum jura Sax. non coërcent, sed duntaxat eventum, *p. 4 c. 18. d. 3. n 4.* It. *p. 4. c. 4. d. 3. n. 4.*

Conatus, ne quidem in delictis atrocissimis, quantumvis ad actum proximum is devenerit, ordinario supplicio punitur, nisi lex vel statutum expressè contrarium disposuerit, *p. 4. c. 18. d. 7. n. 1.*

CONCEDERE.

Concedendum facilè est, quod mihi non nocet & alteri prodest, *p. 2. c. 12. d. 17. n. 10.*

Concedendum per indirectum haud est id, quod directò prohibitum est, *p. 2. c. 12. d. 62. n. 12.*

Concessiones ac privilegia strictissimè interpretanda, *p. 2. c. 4. d. 10. n. 5.*

CONCEPTIO.

In conceptionis tempore mulieres ipsæmet sæpè falluntur, *p. 4. c. 27. d. 14 n. 6.*

CONCEPTUM.

Exemplum seu conceptum alicujus instrumenti in Archivis publ. repertum plenè probat, *p. 1. c. 17. d. 38.*

CONCIONATOR.

Qui palam concionatoribus in suggestu contradicentes conciones Dei vel administrationes sacrorum impediunt, non capite plectendi, sed pœnæ arbitrariæ subjugandi sunt, *p. 4. c. 1. d. 12. n. 9.*

CONCLUSIO.

In conclusione vis omnis libelli versatur, *p. 1 c. 2. d. 1. n. 3.*

Narrata in libello non extendunt vires libelli ultra, quam in conclusione petitum fuit, *p. 1. c. 26. d. 7. n. 3.*

In conclusione retractus perfectio consistit, *p. 2. c. 33. d. 12. n. 11.*

CONCORDIA.

Concordia svaderi, non imperari potest, *p. 1. c. 1. d. 11. n. 8.*

Fortunæ arbitrio prudenter non committitur, quod per concordiam componi potest, *p. 1. c. 1. d. 10. n. 10.*

Ad concordiam sive amicabilem compositionem Judex partes litigantes compellere nequit, *p. 1. c. 1. d. 11.*

Nisi in certis casibus, *ib. n. 3.*

CONCUBINA.

Inter concubinam & matremfamilias prater rationem dignitatis nulla existit differentia, *p. 4. c. 28. d. 5. n. 7.*

CONCUBINATUS.

Concubinatui non nisi sub certis requisitis indulgent jura Canonica, *p. 4. c. 28. d. 5. n. 4.*

CONDEMNARE.

Fatuus est Judex, qui aliter condemnat, quàm fuerit petitum, *p. 1. c. 26. d. 6. n. 2.*

Condemnare non potest Judex reum usque ad legitima impedimenta, si non constet, citationem ipsi fuisse insinuatam, *p. 1. c. 2. d. 25.*

CONDEMNARI.

Quatenus fieri potest reus convictus ad eum modum, quo petitum est, condemnari debet, *p. 1. c. 26. d. 8. n. 3.*

Ob contumaciam litigantes in expensas condemnantur, *p. 1. c. 2. d. 44. n. 3.*

Capitaliter condemnatus servus pœnæ efficitur, *p. 3. c. 6. d. 1. n. 2.*

CONDICERE.

Condici solutum ex obligatione sine causa potest, *p. 1. c. 17. d. 39. n. 5.*

Condici ob causam datum nequit, casu fortuito impletionem causæ impediente, *p. 2. c. 35. d. 24.*

CONDICTIO.

Condictio indebiti non nisi adversus eum datur, qui solutum accepit, *p. 2. c. 46. d. 2. n. 2.*

Nulla datur soluti condictio aut repetitio ab eo, qui suum accepit, *p. 2. c. 24. d. 10. n. 4.*

Condictio indebiti quando locum habeat, *ib. n. 2.*

Condictionem indebiti error Juris impedit, *p. 3. c. 15. d. 42. n. 7. & seqq.*

Non autem error facti, *p. 2. c. 28. d. 20. n. 5.*

Condici indebitum solutum, Confessione & quietatione accipientis probatum, statim potest, *p. 2. c. 28 d. 21.*

In condictione indebiti duo extrema actor probare debet, solutionem & errorem, *ib. n. 4.*

Mulier solvens pro marito ad inopiam postea vergente condictione indebiti solutum à creditoribus mariti repetere nequit, *p. 2. c. 24. d. 10.*

Ex novo aliquo contractu per legem aut consuetudinem introducta nec genere actionis expresso, agi debet condictione ex illa lege, aut moribus seu consuetudine, *p. 2. c. 45. d. 23. n. 7.*

CONDITIO.

Inter conditionem & modum differentia, *p. 3. c. 13. d. 26. n. 3.*

Quæ tamen in contractibus solum locum habet, non verò in ultimis voluntatibus & legatis, *ib. n. 4.*

Condnio non ex figura verborum æstimanda est & discernenda, sed ex earum vi ac potestate, quam sola testatoris aut contrahentium voluntas inducit, *p. 3. c. 13. d. 20. n. 9.*

Conditio resolutiva quid? *p. 1. c. 26. d. 10. n. 5.*

Conditio nihil disponit, *p. 3. c. 8. d. 9. n. 2.*

Conditio nihil ponit in esse, *p. 1. c. 11. d. 3. n. 3.*

Conditio nihil ponit in esse, antequam fuerit impleta, *p. 1. c. 3. d. 3. n. 3.*

Omnis conditio debet adimpleri in forma specifica, *p. 2. c. 45. d. 3. n. 6.*

Conditio intra tempus expressum implenda post illud adimpleri nequit, *p. 2. c. 1. d. 8. n. 4.*

Conditio pro impleta habetur, quoties non stat per eum, qui implere debuit, sed magis per adversarium, *p. 1. c. 12. d. 28. n. 5.*

Conditio potestativa post tempus elapsum contra pactum contrahentium ulterius adimpleri nequit, *p. 2. c. 1. d. 9. n. 3.*

Conditio non efficit, quia venditio perfecta dicatur, *p. 2. c. 1. d. 18. n. 6.*

Debitum sub conditione ea deficiente expirat, *p. 2. c. 46. d. 20. n. 8.*

Quod sub conditione fit, jam est aliquid ab initio quasi conceptum, licet nondum natum, modo conditio sit possibilis, *p. 3 c. 9. d. 18. n 3.*

Sub conditione positum non dicitur esse in dispositione, *p. 2. c. 45. d. 10. n. 14.*

Liberi in conditione tantum positi, hoc ipso nec instituti neque directò substituti videntur, *p. 3. c. 8. d. 9. n. 1.*

In conditionibus voluntas disponentis semper dominatur, *p. 2. c. 43. d. 14. n. 6.*

CONDUCERE.

Regulariter cuivis pro lubitu emere & conducere ædes licet, *p. 2. c. 37. d. 23. n. 1.*

Doctores & Literati opifices strepitu quodam artem suam exercentes prohibere possunt conducere habitationem juxta suas domus, *d. d. 23.*

An etiam Studiosi, *ib. n. 7.*

Nisi opifices emendo vel conducendo prævenerint Literatos & DD. *ibid. n. 8.*

CONDUCTOR.

Conductor in locatione prædiorum seu jurium publicorum, seu fiscalium primus si offerat tantum, quantum novus, præfertur aliis conductoribus, *p. 2. c. 37. d. 8.*

Conductor frui prohibitus ex causa, quam locator prævidere potuit, indemnis servandus est à locatore ejusve heredibus, *p. 2. c. 37. d. 3. n. 5.*

Conductor finita locatione remanens in prædio conducto, eadem pensione videtur illud reconduxisse, sed non in totidem annos, *p. 2. c. 37. d. 9.*

Verum est in prædio rustico, sed non urbano, *ib. n. 7.*

Ut & in locatione in scriptis contracta, *ib. n. 9.*

Conductor ante tempus locationis finitum à conductione recedens non solvit integram pensionem, *p. 2. c. 37. d. 10.*

Ampliatur duobus modis, *ib. n. 2. & 4.*

Conductor ante tempus expelli potest ex causa necessitatis, quæ supervenit ex postfacto, *p. 2. c. 37. d. 6*

Necessi-

Necessitas autem illa probanda est, nec standum juramento locatoris, *ibid. n. 9.*

Conductorem non potest locator expellere propter usus proprios rei locatæ, si aliter pactus fuerit, vel saltem ejus nomine tutor, *l. 3. C. de Locat. Conduct.* renunciaverit, *p. 2. c. 37. d. 7.*

Si tutor res minoris locaverit, & de non expellendo Conductorem ob usus proprios minoris pactus fuerit, attamen finita tutela minor hoc pacto præcisè stare tenebitur, *ib. n. 6.*

Ex causa sterilitatis non potest peti remissio mercedis, nisi læsus sit ultra dimidiam Conductor finita locatione, *p. 2. c. 37. d. 11.*

Facta remissione, ex causa sterilitatis primo anno, si ubertas postea contingat, integra pensio etiam pro anno sterili à Conductore exigi potest, *p. 2. c. 37. d. 12.*

Si de facienda in singulos annos remissione inter locatorem & Conductorem convenerit, non potest unius anni sterilitas cum ubertate sequentium annorum compensari, *p. 2. c. 37. d. 13.*

Conductori per hostium incursionem, aliumvè casum fortuitum damno dato ex bono & æquo pensio remitti debet, *p. 2. c. 57. d. 14.*

Conductori locator sumptus Metatorum nomine factos (Einquartirungs-Kosten) restituere tenetur, *p. 2. c. 37. d. 15.*

Conductor fundi aut prædii insolitos casus & mortes pecorum præstare haud tenetur, etiamsi ea æstimata acceperit, *p. 2. c. 37. d. 16.*

Conductor tamen mortem unius vel alterius pecoris præstare est obligatus, *p. 2. c. 37. d. 18.*

Conductor præstat casum fortuitum, si eum expressa conventione in se susceperit, ubi & de insolito tenetur, *p. 2. c. 37. d. 17.*

Conductori, non locatori oves & vaccæ ferreæ moriuntur, *p. 2. c. 37. d. 19.*

Ad Conductorem pertinet periculum fructuum jam perceptorum, itaque perditis nulla pensionis remissio est concedenda, *p. 2. c. 37. d. 20.*

Conductor, qui tempore conductionis pecora sua, aliasque res proprias perdidit, aliudvè damnum sensit, nec restitutionem à locatore petere, nec remissionem pensionis impetrare valet, *p. 2. c. 37. d. 21.*

Conductor de levi tantummodo culpa, non etiam de levissima tenetur, *p. 2. c. 37. d. 23.*

Conductor sumptus fructuum colligendorum causa ad perpetuam rei utilitatem in rem conductam factos à locatore repetere potest, *p. 2. c. 37. d. 24.*

Non verò usuras expensarum, *p. 2. c. 37. d. 25.*

Conductor nunquam præscribit, *p. 2. c. 2. d. 4. n. 4.*

Conductor pensionem futuri temporis præscribere nequit, *p. 2. c. 2. d. 3.*

Sed bene illas ante 30. annos debitas, *n. 1.*

Conductor non sibi, sed alii possidet, *ib. n. 5.*

A Conductore, non locatore jus patronatus in prædio locato exercetur, *p. 2. c. 37. d. 22.*

Etsi in locatione expressa ejus mentio haud facta fuerit, *ib. n. 8.*

Conductori competit jus retentionis in fundo aut domo sibi locata pro expensis necessariis in ea factis, *p. 2. c. 25. d. 21.*

Sicuti & locatori in bonis à conductore illatis, *p. 2. c. 25. d. 20.*

CONFERRE.

Conferuntur propria solummodo bona, *p. 3. c. 20. d. 27. n. 7.*

Non confertur extraneo, *p. 3. c. 11. d. 8. n. 10.*

Conferre liberi à patre accepta tenentur, quando vidua ex defuncti mariti bonis portionem statutariam petit, *p. 3. c. 11. d. 27.*

Conferre tenentur liberi accepta à parentibus, quando ipsis statutum partem dimidiam tam paternorum quam maternorum bonorum loco legitimæ maternæ defert, *p. 3. c. 11. d. 28.*

Conferre liberi id in hereditatem avitam tenentur, quantum ex dote materna acceperunt, *p. 3. c. 11. d. 31.*

Conferens dotem filia post mortem patris ad præstationem usurarum non tenetur, *p. 2. c. 30. d. 19.*

Nisi in mora fuerit conferendi, *n. 4.*

Conferre liberi accepta tenentur secundum valorem monetæ, qui fuit tempore subsidii præstiti dotisvè illatæ, *p. 2. c. 28. d. 7.*

Conferre liberi tenentur sumptus illos, quos pater credendi animo præbuit, *p. 3. c. 11. d. 20. n. 2.*

Nihil conferunt Nepotes in hereditatem avitam, si ultra Geradam in legitimam imputatam de dote materna nihil acceperunt, *p. 3. c. 11. d. 32.*

Conferre nepotes repudiata licet patris hereditate, attamen si cum patruis, avunculis aut materteris avo succedunt, tenentur ea, quæ pater sub onere collationis accepit, *p. 3. c. 11. d. 33.*

Non conferunt nepotes, cum nepotibus succedentes avo, ea quæ pater accepit, si hujus hereditatem repudiaverint, *p. 3. c. 11. d. 34.*

Conferre in hereditatem avi non tenentur accepta parentum nepotes, non facti heredes parentum, qui hereditati avitæ renunciarunt, *p. 2. c. 35. d. 13.*

Quod filia in dotem habuit, totum id conferant iis, cum quibus volunt in hereditate succedere, nepotes, *p. 3. c. 11. d. 31. n. 10.*

Non valet dispositio testatoris, ut legataria, petens portionem statutariam ex bonis defuncti sui mariti, legatum haud conferre teneatur, *p. 3. c. 7. d. 25.*

Conferre mulier, si ipsamet usumfructum bonorum suorum perceperit, defuncto marito fructus perceptos tenetur, bonis mariti, *p. 3. c. 25. d. 6.*

Conferre vidua, succedens marito ex statuto locali, non tenetur dotem illatam, aliaq; sua bona in portionem statutariam, *p. 3. c. 20. d. 8.*

Nisi de hoc verbis statuti localis expressis dispositum, *p. 3. c. 20. d. 8.*

Conferre tenetur conjux superstes bona sua mediante inventario vel juramento, *p. 3. c. 20. d. 9.*

In dubio statuti localis verba ita sunt explicanda, ut excludatur collatio bonorum, *p. 3. c. 20. d. 10.*

Collatio bonorum, conjugi superstiti per statutum imposita, non est trahenda ad casum existentis concursus creditorum, *p. 3. c. 20. d. 11.*

In computationem portionis statutariæ non veniunt bona extra territorium Electoratus Sax. sita, *p. 3. c. 20. d. 19.*

Sicuti nec bona Feudalia, *p. 3. c. 20. d. 20.*

Sed bene veniunt in collationem quadrantis vel trientis, *p. 3. c. 20. d. 24.*

Conferre tenetur bona sua vidua petens portionem statutariam, mediante juramento, quando in horum exhibitione se facit suspectam, *p. 3. c. 20. d. 45.*

Conferre vidua, portionem statutariam petens, lucra nuptialia tenetur, *p. 3. c. 20. d. 25.*

Credita etiam, quorum dies nondum cessit, *p. 3. c. 20. d. 26.*

Itemque Geradam, *p. 3. c. 20. d. 27.*

Conferre vidua quicquid post mortem mariti acquirit, neutiquam in hereditatem communem cogitur, *p. 3. c. 20. d. 28.*

Confert tamen vidua legata, aliaque in testamento sibi à marito relicta, *p. 3. c. 20. d. 29.*

Nisi maritus legatum viduæ ultra portionem statutariam reliquerit, *p. 3. c. 20. d. 30.*

Conferri debet in hereditatem communem Arrha sponsalitia liberis data tempore sponsaliorum, *p. 3. c. 11. d. 12.*

Nisi sit res parvi valoris, *n. 4.*

Catena, *p. 3. c. 11. d. 11.*

Conferri debet dos mortuo patre, *p. 2. c. 28. d. 7. n. 3.*

Conferri debet Gerada à filia sororibus, nisi specialiter sibi donatam probet, *p. 3. c. 11. d. 10.*

Non verò fratribus, *n. 6.*

Conferuntur etiam Nuptiales expensæ, si hasce parens specialiter consignaverit vel conferri jusserit, *p. 3. c. 11. d. 23.*

Conferuntur ornamenta pretiosa, & vestes & alia, quæ filia tempore nuptiarum à parentibus accepit, nisi donatio probetur, *p. 3. c. 11. d. 11.*

Non verò vestimenta, aliaque supellex muliebris, quam aliàs à patre vel matre accepit, *n. 1. & 2.*

Confertur donatio propter nuptias & quicquid loco dotis datum fuerit, sed absque usuris, *p. 3. c. 11. d. 14.*

Ac si res quæpiam loco dotis vel donationis propter nuptias data fuerit, æstimatio ejus in collatione spectanda est, quæ est tempore divisionis hereditatis, *n. 6.*

Conferuntur & ea, quæ pater liberis tradidit judicialiter, *ib. n. 8.*

Nisi alia intentio patris fuerit, *n. 9.*

Conferuntur quoque ea, quæ pater liberis dedit in subsidium paternum, zur Väterlichen Hülffe / *p. 2. c. 28. d. 7. n. 3.* it. *p. 3. c. 11. d. 15.*

Si negent liberi subsidium, probari id debet ab heredibus, nec creditur assertioni testatoris, *p. 3. c. 11. d. 16.*

Si subsidii quantitatem saltem, diffiteantur, collatio in foro Sax. fieri debet mediante juramento, *p. 3. c. 11. d. 29.*

Conferri debent sumptus studiorum causa erogati à parentibus, 1. Si filius proprium habuerit patrimonium, *p. 3. c. 11. d. 19.*

2. Si pro filio tantum fuisset erogatum, ut alii liberi deinceps debitum bonorum subsidium habere non possent, *n. 2.*
3. Si pater specialiter consignavit, *p. 3. c. 11. d. 20.*
Quo tamen casu, si parens sumptus studiorum saltem in librum rationum quotidianum retulerit, Facultas Juridica Lipsiensis contrarium pronunciavit, *ib. n. 6. & 7.*

Non Conferuntur.

A filiis sumptus studiorum & Doctoratus, *p. 3. c. 11. d. 17.*
Nec libri studiorum causa à patre empti, *ib. n. 2.*
Nec sumtus à matre præstiti, *ib. n. 3.*
Expensæ ad consequendum titulum Notarii, nec non ad peregrinationem filio præstitæ, *p. 3. c. 11. d. 18.*
Si utiliter sint collocatæ, *ib. n. 6.*
Expensæ nuptiales, *p. 3. c. 11. d. 21.*
Nisi à patre in dotem fuerint imputatæ, *p. 3. c. 11. d. 22.*
Vel si adhuc extent in mobilibus, annulis, torquibus, *ib. n. 2.*
Sumtus, quos pater pro condemnatione filii ex liberalitate & sua sponte solvit, aut solvere promisit, *p. 3. c. 11. d. 25.*
It. pro liberando filio ab hostibus vel latronibus capto, *ib. n. 7.*
Bona Castrensia vel quasi non conferri, nec in legitimam imputari debere, ad quæ bona sit restringendum, *p. 3 c 11. d. 9. n. 2. & 3.*
Nec Dos à patruo vel amita constituta in legitimam paternam imputari vel conferri debet, *p. 3. c. 11. d. 53.*

COLLATIO.

Differunt ab invicem imputatio & collatio, illa in legitimam, hæc in hereditatem fieri solet, *p. 3. c 11. d. 10. n. 1.*
Multa imputationi obnoxia sunt, quæ tamen Collationem repudiant, ut legata & fideicommissa, *p. 3. c. 11. d. 8. n. 11. it. d. 10. n 1.*
Inter ascendentes collatio cessat, *p. 3. c. 11. d. 8. n. 9.*
Si scilicet soli descendentibus succedunt, *p. 3. c. 11. d. 28. n. 4.*
Collatio in heredibus collateralibus & personis extraneis nunquam sibi locum vendicat, *p. 3. c. 20. d. 4. n 4.*
Limitatur quandoque de moribus Saxonicis, *p. 3. c. 11. d. 26.*
In Collationem hodie venit, quicquid prohibitum non est, ne veniat, *p. 3. c. 11. d. 10. n. 8. it. p. 3. c. 11. d. 4 n. 1.*
Collatio locum habet toties, quoties aliquo incommodo afficitur is, qui collationem petit, *p. 3. c. 11. d. 27. n 8.*
Ad collationem maximopere requiritur, ut bona conferenda adhuc extent, nec consumpta sint, *p. 3. c. 11. d. 21. n. 4.*
Collationem impedit non solùm parentis voluntas expressa, sed etiam tacita, *p. 3. c. 11. d. 10. n. 9. p. 3. c. 11. d. 15. n. 8. p. 3. c. 11. d. 24.*
Collationis finis in eo consistit, quo per omnia æqualitas servetur, *p. 2. c. 28. d. 7. n. 6.*
Collatio fieri debet in pecunia numerata, si hanc liberi à parentibus vivis acceperint, *p. 3. c. 11. d. 30.*

COLLATIO EXTRAORDINARIA.

Extra casum necessitatis extremæ Principes ac Domini à Nobilibus & Vasallis suis ultra nominata ac consueta servitia extraordinariam collationem exigere non possunt, *p. 2. c. 46. d. 35. n. 1.*

CONFITERI.

Confiteri non facilè quis crimen creditur, cujus reus nō est, *p. 4. c 33. d. 1. n. 6.*
Confessi Criminis certitudo alia non requiritur, quam quæ haberi potest, *p. 2. c. 2. d. 5. n. 10.*

CONFESSIO.

Nulla probatio est melior, quam Confessio partis, *p. 2. c. 3. d. 8. n. 10.*
Probatio per Confessionem rei in contrarium non admittitur, *p. 1. c. 15. d. 3. n. 2.*
In delictis, quæ sunt difficilis probationis, semiplena & conjecturata probatio accedente rei Confessione pro plena & concludenti habetur, *p. 4. c. 3. d. 17. n. 6.*
Confessio extrajudicialis à parte adversa acceptata plenam facit probationem, *p. 1. c. 15. d. 2.*
Confessio mariti an sufficiat ad dotis illationem, *p. 2. c. 44. d. 10.*
Confessione sua facere delictum, ubi delictum haud est, in potestate alicujus non est, *p. 4. c. 3. d. 16. n. 4.*
Confessionem extrajudicialem pro se habenti adversarii, jusjurandum deferri potest in supplementum probationis, *p. 1. c. 10. d. 21. n. 2.*
Confessio non nocet confitenti, quotiescunq; apparet ex actis de præscriptione delicti, *p. 1. c. 25. d. 3. n. 4.*
Confessio vehementissimam furti commissi præsumtionem inducit, *p. 4. c. 33. d 1 n. 7.*
Confessio qualificata solam præsumtionem facit minus subsistentem ad imponendum mortis supplicium, *p. 4. c. 8. d. 4. n. 2.*
Confessione qualificata actoris intentio non fundatur, sed ab eo aliter probari debet, quinam in casibus hoc fiat, *p. 1. c. 10. d. 20. n. 3. & 4.*
Confessioni ejus haud standum, qui actum sine certa aliqua quantitate expedire non potest, etiamsi affereret, qualitatem illam, quæ ei disponendi facultatem tribuit, intervenisse, *p. 2. c. 44. d. 10. n. 5.*
Confessio socii contra socium per rerum naturam ad condemnationem haud sufficit, *p. 4. c. 33. d. 3. n. 9.*
Confessio rei verisimilis ac spontanea omninò esse debet, antequam deveniatur ad pœnam ordinariam, *p. 4. c. 33. d. 11. n. 13.*

CONFISCATIO.

Ex causa perduellionis non solummodo ultimum supplicium, sed & bonorum omnium publicatio ac Confiscatio irroganda est, *p. 4. c. 1. d. 16. n. 1.*
Ex quibus deducitur dos & omne æs alienum, sicuti & dotis augmentum, *d. d. 16.*

CONFRATERNITAS.

Confraternitas seu pacta de mutua successione familiarum illustrium quatenus valeant, *p. 2. c. 35. d. 25.*

JUS CONGRUI.

Jus Congrui ex divisione competens (das gespilde) non nisi in Thuringia aliisque locis, ubi hoc specialiter receptum est, obtinet, *p. 2. c. 31. d 3.*
Jus Congrui primogenito competens non transit in suum filium, *p. 3. c. 15. d. 29. n. 4.*

CONJECTURÆ.

Conjecturæ vice probationis funguntur, quando probatio veritatis est difficilis & q. impossibilis, *p. 3 c. 5 d. 11. n. 7.*
Conjecturis interdum probatur Solutio, *p. 2. c. 29. d. 11.*
Ex conjecturis probabilibus quod colligitur, manifestè apparere dicitur, *p. 2. c. 6. d. 19.*

CONJUNX.

Inter conjuges omnis vitæ consortium est, & divini ac humani juris communio, *p. 3. c. 18. d. 31. n. 8.*
Conjugum fraudi jura subvenire nolunt, *p. 3. c. 7. d. 7. n. 2.*
Conjugi plus, quam uni ex liberis prioris matrimonii de jure civili mulier vel maritus non potest quocunque titulo relinquere, *p. 3. c. 22. d. 17. n. 1.*
Conjugum testamentum, vide infra Testamentum Conjugum.
Conjugum successio, vide infra Successio mariti & Successio Conjugis sive Viduæ.

CONJUGUM PORTIO STATUTARIA.

Ut uxor legataria, petens Portionem Statutariam, ex bonis defuncti sui mariti, legatum haud conferre teneatur, non valet dispositio testatoris, *p. 3. c. 7. d. 25.*

Privandus est

Portione Statutaria, lucro scilicet dotis & mobilium, maritus, qui uxorem verberat & expellit, *p. 3. c. 26. d. 6.*
Si uxor percussa moriatur, *n. 3.*
Item si necem uxoris fuerit molitus, effectu licet non subsecuto, *p. 3. c 26 d. 7.*
Si conjugem adulterii falso accusaverit, & non obtinuerit, *p. 3 c. 26. d. 8.*
Quando conjux de adulterio perpetrato convincitur, *p. 3. c. 26. d. 9.*

Non privandus Conjux

Portione statutaria, antequam cognito negotio causam privationis sufficientē Judex pronunciaverit, *p. 3. c. 26. d. 10*
Si heredes conjugis defuncti privationem non petierint, *p 3. c. 26. d. 11.*
Si defunctus ei injuriam, sibi illatam, condonaverit, *p. 3. c. 26. d. 13.*
Si conjunx deserta ei tacitè injuriam remiserit, vel saltem in testamento quid legaverit, *p. 3. c. 26. d. 14.*
Si separatio inter conjuges quoad thorum & mensam à Magistratu fuerit facta, *p. 3. c. 26. d. 15.*
Non verò si voluntaria & extrajudicialis fiat separatio, *p. 3. c. 26. d. 16.*
Si conjunx innocens ab altera parte deseratur, *p. 3. c. 26. d. 20.*
Ad portionis Statutariæ privationē soli heredes descendentes adversus conjugem experiri possunt, non etiā extranei vel collaterales, *p. 3. c. 26. d. 12. Vide plura infra in Vocab.* Desertio Conjugum.
Portio statutaria conjugi superstiti debita personis desponsatis antè consensionem thalami haud defertur, *p. 3. c. 19. d. 1.*
Amp liatur, *d. 2. & d. 3.*
Portio statutaria debetur conjugi superstiti post consensionem thalami, licet copula carnalis non accesserit, *p. 3. c. 19. d. 4.*
Pecunia ex bonis mariti primi loco Portionis Statutariæ distinctis terminis viduæ solvenda, defuncta ea cedit marito secundo, etiamsi dies solutionis nondum venerit, *p. 3. c. 21. d. 10.*
Antequam Portio Statutaria ex bonis primi mariti immobilibus viduæ assigne-

signetur, ea defuncta, nihil de pecunia distinctis terminis ipsi solvenda secundus maritus lucratur, *p.3.c.21.d.11.*

Pro statutaria portione datur viduæ jus retentionis in bonis defuncti mariti, *p. 2. c. 25. d.9.*

Ad portionem statutariam vidua portione in pactis dotalibus sibi assignata relicta, redire non potest, *p.3.c.20.d.1.*

Ampliatur, etiamsi absq; curatore in pacta dotalia consenserit, *p.3.c.20.d.2.*

Nec audienda est vidua, quæ ex capite læsionis ultra dimidium pacta dotalia rescindi, sibique portionem statutariam adjudicari petit, *p.3.c.20.d.3.*

In portionem statutariam non tenetur conferre seu imputare dotem illatam aliaq; sua bona vidua succedens marito ex statuto locali, *p.3.c.20.d.7.*

Limitatur, si de hoc verbis Statuti localis expressis dispositum, *p.3. c.20.d.8.*

Portione Statuti localis in Electoratu Sax. viduam contentam esse oportet, nec bona illata repetere potest, *p. 3. c. 20. d. 13.*

Limitatur in concursu creditorum, *p. 3. c. 20. d. 13.*

In Portionis statutariæ computationem non veniunt bona extra territorium Electoratus sita, *p.3.c.20.d.19.*

Portionem Statutariam ex bonis mariti Fideicommisso subjectis vidua petere haud valet, *p.3. c.20. d.21.*

Portionem statutariam fructus hereditatis augent, quamdiu vidua utitur in bonis mariti Jure retentionis, *p. 3. c. 20. d. 23.*

Ubitamen inter extrinsecas & intrinsecas accessiones distinguendum, *n. 2. & 6.*

Portio statutaria debetur viduæ, marito licet propter commissum crimen Majestatis ad confiscationem bonorum condemnato, *p 2.c.20.d.23.*

Portionem Statutariam vidua petens lucra quoque nuptialia conferre tenetur, *p.3.c.20.d.25.*

Item credita, quorum dies nondum cessit, *p. 3. c. 20. d. 26.*

Si ultra portionem statutariam maritus disertis verbis legatum viduæ reliquerit, illud non confert, *p. 3. c.20. d.30.*

Quo casu portio statutaria prius est deducenda ac postea demum legatum viduæ exsolvendum, *p.3.c.20.d.31.*

Jus portionem statutariam eligendi vel bona illata repetendi non solùm viduæ, sed & ejusdem liberis ac nepotibus competit, *p.3.c.20.d.41.*

Non etiam ascendentibus collateralibus vel extraneis heredibus, *p.3. c.20. d. 42.*

Nec marito secundo muliere sive vidua defuncta, *p.3.c.20.d.43.*

Si vidua jure optionis usa fuerit ac bona illata petierit, defuncta ea heredibus ejus ad portionem statutariam redire non licet, *p.3.c.20.d.44.*

Portionem Statutariam petens vidua mediante juramento tenetur conferre bona sua, quando in harum exhibitione se facit suspectam, *p.3.c.20. d. 45.*

Pro rata portionis suæ statutariæ vidua tenetur ad exsolutionem æris alieni à marito facti, *p 3.c.20.d.46.*

Portionem Statutariam vel pactis dotalibus sibi assignatam vidua petens nil quicquam de donis nuptialibus lucratur, *p.3.c.22.d.12.*

Portio statutaria ex omnibus & universis defuncti mariti bonis viduæ est exsolvenda, *p.3.c.11. d.27.n.6.*

Si Portionem Statutariam, relicto Jure dotalitii, Morgengabæ & comestibilium petere velit vidua Nobilis audienda est, *p.3. c. 37. d.3.*

Utrumque petere nequit, *p.3. c.37. d.4.*

Liberum est viduæ Nobili quotam hereditatis petere vel lucra mulieribus Nobilibus competentia eligere, *p.3. c.37. d.6.*

Vidua Nobilis utrumque capit, si nempe hoc marito placuerit, vel de eo expressè conventum fuerit, *p.3.c.37.d.7.*

Portio statutaria conjugi superstiti per testamentum auferri nequit, licet hic conjugis defuncti bonis nihil prorsus intulerit, *p. 3. c. 7. d. 1.*

Portio statutaria conjugum nec legato vel fideicommisso gravari potest, *p. 3. c. 7. d. 2.*

Portionem Statutariam non minus per donationem inter vivos, aliumve contractum, quam per testamentum conjugi superstiti auferre vel diminuere prohibitum est, *p. 3. c. 7. d. 5.*

Si portione vel lucro statutario maritus ob aliquam causam privari potest, non prohibetur mulier testari de bonis suis mobilibus, *p. 3. c. 7. d. 9.*

In portione statutaria per æstimationem, vel taxationem bonorum viliori pretio factam conjunx conjugi præjudicare non valet, *p. 3. c. 7. d. 10.*

Si de fraude mariti appareat, eamque uxor superstes in continenti docere queat, *ib. n. 7.*

Si portione Statutaria per divisionem ac conventionem initam vidua se ignoranter læsam dicat, illa contravenire potest, *p. 3. c. 7. d. 11.*

Portionem Statutariam conjugi superstiti debitam per testamentum diminuere licet, si in pactis dotalibus id conventum fuerit, *p. 3. c. 7. d. 12.*

Quando certa tantummodo portio marito in pactis dotalibus fuerit assignata, uxori licet testari de bonis mobilibus, *p. 3. c. 7. d. 13.*

De portione statutaria testamentum consensu conjugis superstitis approbatum valet, *p. 3. c. 7. d. 14.*

In statutarii lucri præjudicium testanti marito uxor absque curatore consentire potest, *p. 3. c. 7. d. 15.*

Modo persuasiones dolosæ, nec non metus aut vis abfuerit, *n. 3.*

In portionis statutariæ præjudicium testanti marito licet uxor consentiat, attamen testamento annullato eam petere haud prohibetur, *p. 3. c. 7. d. 17.*

Ut Portionem statutariam legataria petens ex bonis defuncti mariti legatum haud conferre teneatur, dispositio testatoris non valet, *p. 3 c. 7. d. 25.*

Portionem Statutariam quando vidua ex defuncti mariti bonis petit, liberi à patre accepta conferre tenentur, *p. 3. c. 11. d. 27.*

Priusquam de Portione Statutaria vel bonis illatis satisfactum fuerit viduæ, legitimam paternam defuncto patre liberi petere nequeunt, *p. 1. c. 28. d. 100.*

Portio statutaria conjugi indigno ablata non fisco applicanda est, sed heredirati accrescit, *p 3. c. 26. d. 19.*

Portio Statutaria conjugi superstiti ex bonis defuncti conjugis non aliter defertur, quã sub conditione, si nempe officium suum fecerit, & fidem conjugalem servaverit, *p. 2. c. 26. d. 9. n. 4.*

Conjunx non potest præjudicare conjugi in lucris Jure vel statuto debitis, *p. 2. c. 42. d. 11. n. 13.*

Licet conjuges per testamentum vel aliam ultimam voluntatem sibi, quæ invicem ex statuto vel consvetudine debentur, auferre nequeant, secus tamen est, si altera pars testamento consentiat, *p. 2. c. 14. d. 2. n. 9. & 10.*

CONSANGVINEUS.

Consanguineum se esse quod quis probat, eo ipso censetur proximior, nisi cum alio consanguineo certet, *p. 3. c. 18. d. 28.*

Consanguinitas vel graduum proximitas conjecturis & præsumptionibus potest probari, *p. 2. c. 18. d. 29.*

Consanguinitatis probatio omnium est difficillima, *ib. n. 1.*

In consanguinitate probanda potest deferri juramentum suppletorium, *p. 1. c. 23. d. 12.*

Si consanguinitas ultra quartum gradum veniat probanda, valet testimonium auditus de auditu, *ib. n. 4.*

CONSCIENTIA.

Plus scientiæ quàm conscientiæ seculum hoc nostrum habet, *p. 1. c. 1. d. 1. in pr.*

Conscientiæ & scientiæ sive notitia alicujus factum committere ab invicem differunt, *p. 1. c. 12. d. 40*

Hujus distinctionis effectus, *ib. n. 2.*

Quæ in conscientia atque intellectu alicujus consistunt, ea per assertionem cum juramento rectè probantur, *p. 4. c. 42. d. 9. n. 7. p. 1. c. 16. d. 6. n. 5.*

CONSENTIRE.

Qui consentit, amittit Jus suum, *p. 2. c. 49. d. 6. n. 2.*

Consentiens omni suo Juri, quo actum aliquem quovis modo impedire poterat, renunciasse censetur, *p. 2. c. 46. d. 11. n. 3. & 5.*

Consentire tacitè videri non potest, qui ignorat, *p. 2. c. 11. d. 30. n. 10.*

CONSENSUS.

Consensus extenditur ad omnia ea, quæ sunt annexa expressis, *p. 2. c. 46. d. 32. n. 4.*

Consensus nudus naturalem obligationem parit, *p. 2. c. 15. d. 7. n. 9.* it. *p. 1, c. 17. d. 21. n. 4.*

Consensus tacitus facere non potest, ut plus scriptum videatur, quam revera scriptum sit, *p. 2. c. 37. d. 9. n. 10.*

De consensu Magistratus vel Judicis in hypothecam vide infra in vocabulo Hypotheca.

CONSEQVI.

Consequi quotiescunque aliquid quis vult, ad quod consequendum necesse est aliquid fieri, id ante omnia afferre debet, *p. 2. c. 49. d. 3. n. 2.*

CONSEQVENS.

Consequens necessarium intelligitur remissum, remisso necessario antecedenti, *p. 2. c. 11. d. 4. n. 4.*

CONSEQVENTIA.

In consequentiam multa cum tertii præjudicio permittuntur, quæ alioquin nõ permitterentur, *p. 2. c. 23. d. 16. n. 23.*

CONSIGNATIO.

Consignatio & subscriptio, vel eorum alterutrũ duntaxat consensum & obligationem inducit, *p. 1. c. 17. d. 16. n. 4.*

CONSILIUM.

Consilium fraudulentum consultori suo

damnosum, non utile esse debet, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 60. *n.* 3.
Consilii non fraudulenti nulla obligatio est, *p.*2. *c.*12. *d.*33. *n.*3. *p.*2. *c.*18. *d.* 24. *n.* 3.

CONSOBRINI.

Cum patruelibus & consobrinis utrinq; conjunctis succedunt de jure Sax. simul in capita fratrum consanguineorum & uterinorũ liberi, *p.*3. *c.* 18. *d.*18.
Cum ejusdem patruelibus & consobrinis nepotes ex fratre vel sorore defuncti pariter in capita ad successionem admittuntur, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 19.
Patruus defuncti ejusdem patrueles & Consobrinos à successione excludit, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 20.
Patrueles ac consobrini ex patre utrinq; juncto præferuntur in successione patruelibus & consobrinis conjunctis ex uno saltem latere, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 22.
Patrueles ac consobrini ex parentibus utrinq; junctis cum patruo vel amita ex uno latere pariter in capita succedunt, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 23.
Patrueles & consobrinos filia sororis licet spuria defuncti à successione excludit, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 25.
Plura vide infra in verb. Successio Collateralium.

CONSORS.

Uni ex consortibus litis concessum beneficium ad alios litigantes extendi quando debeat, *p.*2. *c.*9. *d.*4. & *n.*11.

CONSTITUTIONES.

Constitutiones Electorales tanquam statutariæ strictè sunt accipiendæ, *p.* 2. *c.* 52. *d.* 11. *n.* 4.
Constitutiones Statutariæ strictè sunt accipiendæ, *p.*2. *c.*11. *d.*12. *n.*9
Constitutiones Statutariæ non extenduntur extra territoria sua, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 19. *n.* 5.
Constitutiones non in singulas personas vel locorum statuta & consuetudines, sed generaliter de iis, quæ universaliter in controversiam vocantur, concipiuntur, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 3. *n.* 5.
Constitutiones novæ ita accipi debent, ut quam minimum Jus commune corrigatur, *p.* 1. *c.* 6. *d.* 2. *n.* 10.
Nova constitutio seu Statutum non trahitur ad casus speciales in jure antiquo comprehensos, *p.*2. *c.*3. *d.*4. *n.*2. It. *p.* 2. *c.* 11. *d.* 3. *n.* 7.

CONSTITUERE. CONSTITUTUM.

Constituere quid, *p.*2. *c.*16. *d* 2. *n.*6.
A Constituto differt intercessio mulieris, *ib. n.* 4.
A Constituto multum differt renunciatio mulieris, *p.*2. *c.*16. *d.*20. *n.*3.
Ex Constituto mulier haud efficaciter obligatur pro marito, si non mediante juramento debitum in se susceperit, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 2.
Constitutum viduæ, debitum mariti jam defuncti absque juramento in se suscipientis, non valet, *p.*2. *c.*16. *d.*3.
Constitutori datur exceptio ordinis, nisi is animo novandi debitorem se constituerit, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 4.

CONSVETUDO.

Consuetudo est facti, *p.*2. *c* 3. *d.*22. *n.*2. It. *p.* 2. *c.*39. *d* 29. *n.*7.
Quæ consvetudo vetus comprobat, tolerabilia sunt, *p.*2. *c.*16. *d.*7. *n.*4.
Consuetudo & usus contractus alioquin illicitos confirmare dicitur, *p.* 2. *c.*37. *d.*10. *n.*4.
Consuetudo Juri communi contraria strictissimè interpretanda, nec de casu ad casum, vel de persona ad personam, neque de loco ad locum extendenda, *p.*2. *c.*44. *d.*12. *n.*2. & 3. *p.* 2. *c.* 51. *d.* 2. *n* 4.
Consuetudo excusat eũ, qui facit, quod alii quoque soliti sunt facere, nec dicitur esse in culpa, *p.*4. *c.*17. *d.*14. *n.*5.
Ad consuetudinem introducendam requiritur spatium 30. annorum cum anno & die in foro Sax. *p.*2. *c.*3. *d* 21.
Per consuetudinem nihil ex ratione humana etiam probabili contra expressum DEI mandatum introducendum vel asserendum est, *p.*4. *c.*9. *d.*6. *n.*11. & 12.
Consuetudines & leges municipales contra Jus positivum induci, & Juri Gentium ac naturali detrahere & addere, non illud penitus abrogare queunt, *p.*3. *c.*38. *d.*19. *n.*5.
Consuetudo loci quoad solennitates attenditur, in quo actus celebratur, *p.* 3. *c.* 6. *d.* 12. *n.*3.
Consuetudines & Statuta localia vim legis habent, *p.*3. *c.*20. *d.* 6. *n.*4.
Consuetudinis præscriptio debet esse continuata, nõ interrupta, *p.*2. *c* 3. *d.*22.
Qui super consuetudine intentionem suam fundat, eam probare debet, *ib. n.*1. Nisi sit generalis & notoria, *n.*4.
Consuetudo in eo puncto, de quo agitur, probanda est, *p.*1. *c.*15. *d.*28. *n.*8.
Consuetudines omnes, cum sint stricti Juris, probandæ sunt in individuo, maximè si à jure communi abhorrent, *p.*3. *c.*38. *d.*9. *n.*3. It. *p.*2 *c.*16. *d.*17. *n.*11.
De consuetudine testanti Judici non creditur, *p.* 2. *c.*3. *d.* 22. *n.*2.
Quæ moris & consuetudinis sunt, maximè observari debent, *p.* 1. *c.* 28. *d* 65. *n.*17.
Consuetudo patriæ potissimum attendenda, *p.*2. *c.*46. *d.*17. *n.*7.
Consuetudo potius patrisfamiliàs attendi debet, quam id quod casu, non certa animi destinatione factum est, *p.*3. *c.*33. *d.* 20. *n.*9.
Regionis cujusq; consuetudo fere semper in omnibus attendenda est, præsertim ut valeat actus, qui alioquin non valeret, *p.*3. *c.* 3. *d.*19. *n.*7.

CONSUL.

Consules & Senatores vicem Decurionum hodie gerunt, *p.*1. *c.*13. *d.*7. *n.*7.

CONSUMPTUM.

Consumptum non est, quod in corpore patrimonii retinetur, & de quo quis factus est locupletior, *p.*3. *c.*32. *d.*28. *n.*22.
Tantummodo id, quod consumptum est, lucro possessoris cedit, *ib. n.*21.

IN CONTINENTI.

In Continenti fieri dicitur, quod fit intra spatium sex septimanarum & trium dierum, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 10. *n.* 8.
Vel saltem antequam Judex ad actus extraneos divertat, *ib. n.* 9.
In continenti quæ fiunt, ipsi contractui inesse censentur, *p.*2. *c.*33. *d.*5. *n.*12.
Ea quæ in continenti post terminum fiunt, non videntur inesse, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 4. *n.* 4.
Ea, quæ in continenti fiunt, perfecto negotio perinde haberi, ac si in ipso negotio intervenissent, quemodo intelligendum, *p.*1. *c.*1. *d.*16. *n.*6.

CONTRAHERE.

In omnibus actibus potissimum quid contrahentes senserint, inspiciendum, *p.*2. *c.* 18. *d.* 12. *n.*4.
In dubio Contrahentes ad Juris communis dispositionem tanquam ad causam suam finalem se conformasse videntur, *p.*3. *c.*29. *d.*16 *n.*9.
Nihil magis congruit bonæ fidei, quàm quod inter contrahentes convenit dictum vè est, præstari, *p.*2. *c.*20. *d.*11. *n.*8.
Mens contrahentium obligationi legem dat & formam, *p.*2. *c.*1. *d.*9. *n.*5.
Contrahentium verba ad Jus commune, quantum fieri potest, referre oportet, *p.*3. *c.*29. *d.*16. *n.*10.
Voluntas contrahentium colligitur ex eo, quod secutum est, *p.*2. *c.*30. *d.*5. *n.*6.
Cum de voluntate & mente contrahentium constat, ad subtilem distinctionem haud est recurrendum, *p.*3. *c.*29. *d.*11. *n.*6.

CONTRACTUS.

Contractus omnes æstimandi sunt ex modo ineundi, *p.*2. *c.*33. *d.*10. *n.*6.
Contractus & stipulationes pendente etiam conditione ad heredes transmittuntur, *p.*2. *c.*45. *d.*9. *n.*3.
Contractus dolo initi nullius momenti, nec ab invita parte decepta custodiendi sunt, *p.*4. *c.*20. *d.*12. *n.*12.
Contractus non nisi mutuo utriusque partis consensu dissolvuntur & revocantur, *p.*2. *c.*43. *d.*11. *n.*3.
Contractus ab initio meri sunt arbitrii, ex post facto in necessariam præstationem convertuntur, *p.*2. *c.*37. *d.*6. *n.* 2. It. *p.*2. *c.*51. *d.*9. *n.*4.
Contractus cujusque initium spectandum est, ad dignoscendum ejus naturam & qualitatem, *p.* 2. *c.*33. *d.*12. *n.*7.
Ab origine Contractus omnis posterior eventus formatur, *p.*2. *c.*39. *d.*17. *n.*6.
Quilibet contractus in dubio licitus ac justus censetur, *p.* 2. *c.*30. *d.*44. *n.*3.
Contractus ipso Jure nullus non confirmatur ratihabitione, *p.*2. *c.*11. *d.*30. *n.* 4.
Nisi ratihabitio à lege inducatur, *ibid. n.* 6.
Contractus in formalibus suis ab initio non subsistens, diuturnitate temporis decennalis convalidatur, & propter defectum qualitatis alicujus extrinsecæ vel accidentalis impugnari nequit, sed bene impugnari is potest, qui ratione qualitatis intrinsecæ & formæ substantialis ab initio est nullus, *p.*2. *c.*12. *d.*5. *n.*7. & 8.
Contractus Reorum capitaliter condemnatorum extra casum commissi criminis lxlæ majestatis valent, *p.*3. *c.* 6. *d.*3.
Omnes contractus intelliguntur cum hac clausula, rebus sic stantibus, Regula hæc quando locum habeat, & non, *p.*2. *c.*35. *d.*23. *n.*3. 9. & 10.
Si ex verbis obligationis de mente contrahentium, quem scilicet contractum celebrare voluerint, manifesto constat, ille Contractus est servandus, *p.* 2. *c.* 1. *d.* 2. *n.* 2.
Contractus simulatus non dicitur contractus, *p.*1. *c.*8. *d.*19. *n.*4.
Contractus in testamento celebratus sublato testamento haud revocatus censetur, *p.*3. *c.*5. *d.* 20.
Contractus in testamento celebratus altera parte non præsente, eumque acceptante revocari potest, *p.*3. *c.*5. *d.* 21.

Imputet

Imputet quisque sibi, quod legem Contractus non dixerit apertius, *p. 2. c. 32. d. 14. n. 3.*

Contractus de Jure Civili communi mulier majorennis pro lubitu absque ullo curatore celebrare potest, *p. 2. c. 15. d. 6. n. 4.*

Vir & uxor omnis generis Contractus (donatione excepta) celebrare possunt, *p. 2. c. 15. d. 23. n. 2.*

An ex Contractu mulier, sine consensu curatoris celebrato, naturalis saltem oriatur obligatio, *p. 2. c. 15. d. 7. n. 3.*

De Contractibus mulierum vide infra Mulierum Contractus.

Non solum de omni, quod ex dispositione legis, sed & quod ex conjecturata mente dispositionum inest contractui, actum intelligitur, *p. 2. c. 52. d. 10. n. 5.*

Reus tenetur probare, se adimpleviss Contractum, cujus nomine actor adversus ipsum experitur, *p. 1. c. 10. d. 18.*

Contractu se tueri nequit is, qui prior ipse facit adversus contractum, *p. 2. c. 38. d. 16. n. 4.*

Ex contractu alterius nemo obligari potest, *p. 2. c. 6. d. 18. n. 8.*

In contractu nullum verbum nec minimum, quin nec syllaba posita debet esse sine virtute & mysterio aliquid operandi, *p. 2. c. 37. d. 7. n. 4.* it. *p. 2. c. 20. d. 5. n. 10.*

Cum prius de certo contractu, aut re certa actum fuerit, aut cum certa persona, quæcunque postea conventioni subjiciuntur, ad id, unde conventio nata est, hoc est, ad id, de quo actum est, referri intelliguntur, *p. 2. c. 16. d. 15. n. 10.*

Si de contractu conficiendum est instrumentum, priusquam id conficiatur, contractus pro perfecto non habetur, neque etiam ex eo agi potest, *p. 2. c. 33. d. 13. n. 1.*

Circa substantiam & solennitates contractuum attendi debet statutum & consuetudo loci, ubi actus celebratur, *p. 2. c. 15. d. 6. n. 8.*

Fraus abesse censetur in contractibus in præsentia agnatorum cum muliere celebratis, *p. 2. c. 15 d. 18. n. 3.*

In contractibus verba enunciativa non aliter disponunt, quàm si à præsente præsenti dicta sunt, secus est in ultimis voluntatibus, *p. 3 c. 9 d. 24. n. 2.*

In Contractibus innominatis locus est pœnitentiæ, *p. 2. c. 33. d. 23. n. 2.*

CONTRARIUM.

Contrarium operari non debet ad certum aliquem effectum inductum, *p. 2. c. 15. d. 17. n. 4. p. 3. c. 7. d. 7 n. 5.*

Contrarium effectum operari haud debent ad unum finem inducta, *p. 2. c. 38. d. 8. n. 4.*

CONTRAVENIRE.

Contravenire facto suo nemo potest, *p. 4. c. 19. d. 20. n. 5.*

CONTRIBUTIO.

Contra Contributionum exactionem vasalli ratione Feudorum libertati regulariter innituntur, *p. 3. c. 28. d. 19.*

A Collectis autem extraordinariis ratione belli vel alterius publ. necessitatis causa indictis immunes haud sunt, *n. 5.*

Contributio pecuniaria das Præsent-Geld ab heredibus allodialibus exsolvenda est, *p. 2. c. 46 d. 35.*

CONTUMAX.

Contumax non est, qui modo legitimo non fuit citatus, *p. 1. c. 2. d. 24. n. 4. p. 1. c. 9. d. 16. n. 4.*

Contumax dicitur non solum, qui citatus in judicio non comparet, sed etiam qui comparet quidem, at non debito modo litem contestatur, *p. 1. c. 10. d. 12. n. 1. & 2.*

Contumax pro confesso & victo habetur, *p. 1. c. 9. d. 3. n. 1. p. 1. c. 9. d. 14. n. 3.*

Actor Contumax etiam in compromisso ad agendum ulterius non admittitur, donec reo ab instantia absoluto expensas restituerit, & cautionem de lite prosequenda præstiterit, *p. 1. c. 9. d. 22.*

Reus Contumax in foro Sax. antequam causæ amissione puniatur, ad legitima impedimenta tam in actionibus personalibus, quàm realibus condemnari debet, *p. 1. c. 9. d. 3.*

Contumax licet fuerit reus sæpius citatus, pro victo tamen non habetur, antequam ab impedimenta legitima sit condemnatus, *p. 1. c. 9. d. 4.*

Contumax reus non obstante petitione actoris in convenienti ad legitima impedimenta condemnandus est, priusquam habeatur pro victo, *p. 1. c. 9. d. 5.*

Ut & is, qui expressè dicit, se nolle comparere, *p. 1. c. 9. d. 6.*

Contumax regulariter non habetur, nisi ejus contumacia acculetur, & desuper sententia interlocutoria feratur, *p. 3. c. 9. d. 15. n. 5.*

Contumax reus nec ad impedimenta legitima, nec ad executionē condemnari debet, quando de insinuatione citationis judex dubitat, *p. 1. c. 9. d. 16.*

Aut quando non apparet citationem habuisse terminum legalem, *p. 1. c. 9. d. 17.*

Contumax tamen reus utroque casu in expensas termini potest condemnari, *p. 1. c. 9. d. 18.*

Reum contumacem vel saltem in expensas termini, vel usque ad legitima impedimenta condemnare, in arbitrio quandoque Judicis est, *p. 1. c. 9. d. 20.*

Reus contumax non punitur rei amissione, quando agitur ex compromisso, *p. 1. c. 9. d. 21.*

Contumax pro confesso & victo habetur, legitimis impedimentis non probatis, *p. 1. c. 10. d. 14. n. 4.*

Contumacis de Jure Civili & Sax. pœna, *p. 1. c. 9. d. 6. n. 1. & seqq.*

CONTUMACIA.

Impedimenta legitima quænam sint, & reum à Contumaciæ pœna excusent, *p. 1. c. 9. d. 7.*

Vide plura infra in vocabulo Impedimenta.

A Contumaciæ pœna injusta causa non liberat, *p. 1. c. 9. d. 9. n. 3.*

Contumacia purgata omnia redeunt in pristinum statum, *p. 1. c. 9. d. 13.*

Contumaciæ accusatus reus non probans legitima impedimenta, condemnatur usque ad executionem, *p. 1. c. 9. d. 14.*

Ob contumaciam litigantes in expensas condemnantur, *p. 1. c. 2. d. 24. n. 3. p. 1. c. 9. d. 19. n. 2.*

Contumaciam esse pro præsentia quomodo intelligendum, *p. 1. c. 1 d. 14. n. 3.*

Contumaciam non potest adversario objicere, qui & ipse in judicio non comparuit, *p. 1. c. 9. d. 15. n. 1.*

CONVENIRI.

Conveniri ratione domicilii quis potest in loco, ubi majorem possidet bonorum partem, *p. 1. c. 3. d. 18.*

CONVENTIO.

Conventio ejus difficilis est, qui extra Provinciā habitat, quisquis & qualiscunq; etiam ille sit, *p. 3. c. 15 d. 52. n. 5.*

Conventionis processus jam est finitus, cum Judex officio suo satisfecit, omnemque controversiam in libello conventionis expressam determinavit, *p. 1. c. 7. d. 17. n. 4.*

Conventionis causa dicitur finita facta demum executione sententiæ, *p. 1. c. 7. d. 16.*

CONVENTIO EXTRAJUDICIALIS.

Conventio in favorem tertii facta, quando revocari possit, *p. 2. c. 33 d. 25.*

Conventio inter personas certas aliis non præjudicat, *p. 2. c. 6. d 9. n. 5.*

Ex omni Conventione obligatio nascitur, *p. 3. c. 5. d. 22. n. 1.*

Conventionem qui ipse non implevit, is de pacto sibi non servato conqueri nequit, *p. 2. c. 44. d. 12. n. 6.*

Conventiones ad incogitata porrigendæ non sunt, *p. 2. c. 34. d. 19. n. 5.*

CONVITIUM.

Convitia Principi dicta ad crimen Majestatis læsæ haud pertinent, *p. 4. c. 1. d. 13. n. 1.*

COPULA.

Copulæ natura ea est, ut conjuncti æqualiter & pro virilibus portionibus admittantur, *p. 3. c. 9. d. 16. n. 9*

Copula, Et, utrumq; conjungit, *p. 2. c. 15. d. 19. n. 6.*

Copulare natura particulæ, Et, magis propria est, quàm disjungere, *p. 2. c. 45. d. 30. n. 11.*

Copulativa oratio pro ratione subjectæ materiæ in disjunctivam vel alternativam resolvitur, *ib. n. 6.* It. *p. 2. c. 15. d. 19. n. 8. p. 3. c 20 d. 16 n. 7.*

Copulativa utrumque desiderant, *p. 2. c. 14. d. 16. n. 2.*

CORONA.

Corona est signum virginitatis, *p. 3. c. 19. d. 11. n. 5.*

CORRECTIO.

Correctio Juris communis, quoad ejus fieri potest, maximè est vitanda, *p. 2. c. 47. d. 4. n. 4.*

CORRELATIVUM.

Correlativorum idem Jus, *p. 2. c. 34. d. 8. n. 6.*

Eadem natura, eademque dispositio, *p. 3. c. 23. d. 2. n. 4.*

In uno Correlativorum dispositum ad aliud extendi debet, *p. 2. c. 13. d. 21. n. 2.*

Correlativorum uno posito ponitur & alterum, quando evidens diversitatis ratio inter utrumq; dari haud potest, *p. 2. c. 27. d. 4. n. 3.*

Correlativorum uno sublato alterum quoq; tolli necesse est, *p. 3. c. 24. d. 20. n. 7.*

CORREUS.

Correis debendi ad exemplum fidejussorum beneficium divisionis competit, *p. 2. c. 17. d. 13.*

Limitatur, *p. 2. c. 18. d. 10.*

Correis debendi triplex remedium inter seipsos competit, *p. 2. c. 17. d. 15. n. 1.*

Correo debendi, qui totum solvit, debitum etiam non facta cessione, datur actio adversus correum pro repetitione partis, *p. 2. c. 17. d. 14.*

Correi duo debendi non possunt esse diverso tempore constituti & in solidum obligati, *p. 2. c. 28. d. 23. n. 5.*

CORROBORARE.

Ad Corroborandum additum in illius infirmationem vergere non debet, *p. 2. c. 33. d. 14. n. 10.*

CREDERE.

Credendum est peritis in arte sua non nisi juratis, *p. 1. c. 22. d. 12.*

CREDITOR.

Creditor & debitor sunt correlata, eademque est eorum ratio, ac Juris dispositio, *p. 1. c. 8. d. 26. n. 5.*

Creditor actionibus & numero & specie diversis, vel iisdem specie, sed diversis numero sibi obligatum debitorem unico libello convenire potest, *p. 1. c. 2. d. 4. n. 2.*

In creditorum concursu libellus ad tria saltem capita restringi haud debet, *p. 1. c. 2. d. 5.*

Creditor in foro Sax. plures debitores ex diversis causis obligatos uno libello convenire nequit, *p. 1. c. 2. d. 6.*

Creditor exceptione cedendarum actionum sibi opposita omne Jus suum in fidejussorem transtulit, *p. 2. c. 19. d. 13. n. 3.*

Creditor actionem, quam habet, vendere & mandare alteri potest, ita tamen ut nihilominus Jus agendi, quod ex conventione descendit & ossibus ipsius inhæret, in persona ejus maneat, *p. 2. c. 25. d. 16. n. 9.*

Imprimis constare debet, quantum à principali debitore consequi possit creditor, ad hoc ut indemnitatis promissio locum habeat, *p. 2. c. 17. d. 7. n. 4.*

Creditor debitori suo heres existens non perdit creditum, etiamsi inventarium non confecerit in foro Sax. *p. 3. c. 33. d. 19.*

Secus de Jure Civili, *n. 1.*

Creditor punitur in foro Sax. arbitrariè, qui bona sua ab alio possessa vel debitoris bona pro consequendo credito propria autoritate & per violentiam invadit, *p. 4. c. 35. d. 12.*

Creditor dolo aut facto debitoris impediri non debet, pignora sua persequens, *p. 2 c. 23. d. 12. n. 5.*

Creditor pro certo aliquo debito in possessione pignoris constitutus, nisi ea quoque pecunia à debitore reddatur vel offeratur, quæ sine pignore debetur, eam propter doli mali exceptionem restituere non cogitur, *p. 2. c. 21. d. 7. n. 1.*

Creditor, qui nactus est possessionem pignoris, debitoris nomine eam tenet, *p. 1. c. 28. d. 12. n. 7.*

Creditor permittens pignus suum vendi, inque id expresse consentiens, creditur pignori renunciasse, *p. 1. c. 28. d. 131. n. 1.*

Nisi alia consentiendi causa appareat, *n. 12.*

Creditor pacto expresso interveniente pignus Jure vendere potest, modo mora debitoris interveniat, *p. 1. c. 28. d. 136. n. 1. & 2.*

Et pignus bona fidei & solenniter distrahit, *ib. n. 4.*

Aliàs debitor ab emtore rem suam vendicare potest, *n. 5.*

Creditor in terris Electoratus Sax. ob amissionem pignoris casualem creditum suum non perdit, *p. 2. c. 26. d. 1.*

Idem sancitum est à Jure Civili, *n. 1.*

Secus de Jure Sax. *n. 2.*

Creditor usuras propter pignoris amissionem petere non prohibetur, *p. 2. c. 26. d. 2.*

Creditor ne quidem extra provincias Electoratus in foro Sax. amisso pignore (exceptis equis ac pecudibus) perdit jus crediti, *p. 2. c. 26. d. 3.*

Creditor patris defuncti, à liberis heredibus exigens solutionem, probare tenetur eos hereditatem adivisse, *p. 3. c. 14. d. 29.*

Creditor loco pecuniæ merces certo pretio æstimatas accipere cogendus non est, *p. 1. c. 32. d. 61. n. 7.*

Creditor mercibus in taberna oppignoratis, ac postea singulatim venditis adversus emptorem hypothecaria experiri nequit, *p. 2. c. 23. d. 13.*

Creditor minoris ex mutuo sibi obligati curatelam suscipiens, nec tamen creditum illud manifestans de actione sua periclitatur, *p. 1. c. 8. d. 22. n. 1.*

Creditor non sibi possidet, sed debitori, *p. 2. c. 1. d. 3. n. 1.*

Creditor is præferendus est, qui prius literis exprimitur, nisi aliud dispositum reperiatur, *p. 1. c. 28. d. 12. n. 8.*

Valet pactum de ingrediendo possessionem bonorum debitoris propria autoritate, sed tutius procedit Creditor adhibendo Judicis imperium, *p. 1. c. 32. d. 27.*

Reddenda est ratio de fructibus ex fundo, in quem Creditor immissus fuit perceptis, *p. 1. c. 32. d. 28.*

Quo casu onus probandi, se ex fructibus integram solutionem haud percepisse, ei incumbit, *n. 4.*

Et destitutis probationibus fructus mediante juramento indicare tenetur, *n. 5.*

Creditor non eo minus tenetur reddere rationes de fructibus perceptis, quod debitor simplici ejus assertione stare promiserit, *n. 1. c. 32. d. 29.*

Creditor non debet aut lucrum aut damnum ullum sentire ex solutione sibi facta, sed illud ipsum præcisè consequi, quod revera debetur, *p. 2. c. 28. d. 4. n. 5.*

Non Creditoris sed debitoris est electio, *p. 3. c. 37. d. 6. n. 4.*

Creditoris juramento standum est super quantitate debiti, debito in genere probato, *p. 3. c. 22. d. 9. n. 9.*

Item debito incertæ summæ probato, *p. 2. c. 29. d. 14.*

Qui promisit solvere intra præfinitum tempus, vel dare fidejussores, elapso termino præcisè cogi potest, ut solvat, & quando in alternativis electio sit creditoris, *p. 2. c. 29. d. 18.*

Creditoris aut debitoris juramento debitum vel solutio probatur, si instrumentum vel libri publ. in incendio perierint, *p. 4. c. 17. d. 15.*

Creditoris petitio ipso invito immutari non potest, *p. 2 c. 28. d. 23. n. 9.*

Creditoris in arbitrio semper est quamcunque voluerit rem sibi hypothecatam eligere, inque eam petere executionem, *p. 1. c. 28. d. 130. n. 1.*

Creditoris pignoratitii heres jus offerendi contra debitorem præscribere nequit, *p. 2. c. 31. d. 3.*

Creditori invito aliud pro alio solvi nequit, *p. 2. c. 29. d. 4. n. 6.*

Creditori datur persecutio bonorum mobilium sibi oppignoratorum adversus tertium possessorem, *p. 2. c. 33. d. 12.*

Adhuc extantium, non verò consumtorum, *ib. n. 7.*

Creditori salva haud est actio, si culpa ipsius pignus perierit, *p. 2. c. 26. d. 4.*

Creditori datur vindicatio pignoris, & ejus Jus rei inhæret, *p. 1. c. 28. d. 180. n. 10.*

Creditori Jus taciti pignoris non competit eo eo solo, quod ad emendam rem pecuniam mutuo dederit, si non etiam verbis expressis de hypotheca sibi prospexerit, *p. 1. c. 28. d. 107. n. 10.*

Creditori in re certa Jus acquisitum per executionis actum immutari vel auferri nunquam debet, *p. 1. c. 32. d. 12. n. 5.*

Quod Creditori suo debitor offerre potest ad luendum pignus, in meta facultate magis, quàm in jure versatur, *p. 2. c. 1. d. 3. n. 2.*

Creditori invito debitum in diem etiam ante diem solvi potest, *p. 2. c. 28. d. 11.*

Creditor autem ante diem petere nequit, *n. 5.* Ratio diversitatis, *n. 6.*

Creditor ante diem debitum solvi non potest, si dies fuerit adjecta in favorem creditoris, *p. 2. c. 28. d. 12.*

Creditori invito particulariter solvi non potest, *p. 2. c. 28. d. 13.*

Nisi hoc expresse sit actum, *n. 4.*

Creditori debitorem non esse solvendo onus probandi incumbit, *p. 2. c. 18. d. 15. n. 5.*

Executione in ædes alicujus facta debitor solvit tributa patrimonialia, usque dum Creditori illæ adjudicentur, *p. 3. c. 16. d. 10.*

Inter Creditorem, qui ad emptionem prædii, & inter illum, qui ad refectionem domus mutuo dedit pecuniam, differentia, *p. 1. c. 28. d. 107. n. 6.*

Creditores non debent gravari ac creditis suis defraudari, sed potius ob moram executionis suspensæ juvari, *p. 2. c. 44. d. 13. n. 4. & seqq.*

Creditores id, quod semel debitori remissum est, repetere nequeunt, *p. 2. c. 22. d. 27. n. 3.*

Creditores certant de damno vitando, *p. 2. c. 12 d. 29. n. 3.*

Res inter bona debitoris reperta Domino repetenti restitui debet, etiamsi Creditores reliqui nihil prorsus capiant, *p. 1. c. 28. d. 13. n. 1.*

Inter Creditores servatur ordo ex privilegio non temporis, sed causæ, *p. 2. c. 22. d. 24. n. 9.*

Maturandi omnino sunt processus in causis prioritatum creditorum, *p. 1. c. 28. d. 3. n. 8.*

Tot sunt sententiæ, quot sunt nomina Creditorum & debita in sententia expressa, *p. 1. c. 28. d. 5. n. 3.*

Major pars Creditorum paciscentium cum debitore eique quotam debiti remittentium, reliquos etiam Chirographarios pro rata obligat, *p. 2. c. 22. d. 27.*

Modo singuli ad ejusmodi pactionem requisiti fuerint, *ib. n. 14.*

Creditorum causa potior est, quàm heredum & liberorum in venditione necessaria, *p. 3. c. 15. d. 27. n. 4.*

In fraudem Creditorum alienata edictum prætoris ipsis restituere jubet, *p.3.c.23.d.21.n.2.*
Quando hoc locum habeat, *ib. n. 6.*
Creditoribus licet revocare bona à debitore fraudulenter alienata intra annum utilem, *p.2.c.3.d.20.n.1.*
Fallit in duobus casibus, *ib. n. 2 & 3.*
Creditoribus etiam non vocatis sententia inter alios creditores lata pro herede debitoris, nocet, *p.1.c.26.d.17.*
Nisi probetur lata per collusionem vel gratiam, *ib. n. 4.*
Creditoribus æqualiter concurrentibus cuique pro rata portione de credito suo quid detrahendum esse, quatenus verum, *p.1.c.28.d.12.n.4.*
Cum unus ex Creditoribus mittitur in possessionem bonorum debitoris, omnium Creditorum nomine missus intelligitur, *p.2.c.22.d.27.n.11.*
Pactum plurium Creditorum debiti partem remittentium hypothecariis non nocet, *p.2.c.22.d.28.*
Creditorum major pars ex quantitate debiti, non ex cumulo personarum æstimari debet, *p.2.c.22.d.27.n.16.*

CREDITORUM CONCURSUS, PRIVILEGIUM & PRÆLATIO.

In concursu Creditorum ante omnia probari debent credita per liquidationem exhibita, *p.1.c.28.d.1.*
Non definitivè pronunciandum super prioritate Creditorum, antequam hi jura sua demonstraverint & ad invicem de prioritate disputaverint, *p.1. c.28. d.2.*
Injungitur quandoq; Creditoribus probatio Crediti & deductio jurium prælationis sub pœna præclusionis, ad muturandum prioritatis processum, *p.1.c.28. d.3.*
Non errat Judex super prioritate Creditorum definitivè pronuncians adjecta conditione, si hic vel ille Creditor jus suum probaverit, *p.1.c. 28. d.4.*
Sententia definitiva super prioritate lata exsolvendum est debitum Creditoribus, qui sententiæ acquieverunt, licet alii de prioritate ulterius disceptent, *p.1.c.28. d.5.*
Non decernendum est super prioritate Creditorum, antequam instrumenta exhibita debitor recognoverit, vel juratò diffessus fuerit, *p.1.c.28.d.6.*
In judicando super prioritate Creditorum attendi debent statuta domicilii debitoris, etiamsi bona mobilia alibi sita sint, *p.1.c.28.d.9.*
Creditores defuncti debitoris petere possunt separationem bonorum, quando heredis bona propriis Creditoribus non sufficiunt, *p.1.c. 28. d.10.*
Limitatio, *ib. n. 4. & 8.*
Judex de prioritate satis informatus super concursu Creditorum definitivè pronunciare, ac quemvis in classe sua & ordine collocare debet, quotque sint classes Creditorum, *p.1.c.28. d.11.*

PRIMA CLASSIS CREDITORUM.

In prima classe veniunt singulari quadam prærogativa & prioritate præ aliis omnibus privilegiati Creditores, qui concurrentes non pro rata portione credita accipiunt, sed juxta ordinem privilegiorum alter alteri præfertur, *p.1.c.28.d.12.*
Hæc classis continet octo privilegia, *ib. n.1.* Quæ recensentur, *n.2.*
Privilegium primum Creditorum, repetentium res proprias, *p.1.c.28. d.13.*
Huic privilegio ut locus sit, duo conjunctim concurrere necesse est, *p.1. c.28.d.17.n.1.*
In hac classe recensentur vidua vel uxor, *p.1.c.28.d.13.*
Liberi, *p.1.c.28. d.14.*
Res depositæ, *p.1.c.28.d.15.*
Limitatio, *ib. n.4.*
Et Furtivæ, *ib. n.5.*

Non verò.

Pecunia ad certum usum data, non tamen à mandatario in eum conversa, sed consumta, *p.1.c.28.d.16.*
Venditori in mercibus venditis adhuc extantibus, quando fides habita est de pretio, *p.1.c.28.d.17.*
Limitatio, *ibid. n.6.& 8.* Item, *d.18. & d.19.*
Bibliopola, *p.1.c.28.d.17.n.5.*
Privilegium secundum Creditorum reservantium sibi hypothecam vel dominium in re vendita, *p.1.c.28.d. 20.n.1.*
Reservans sibi hypothecam in re vendita etiam extrajudicialem ratione pretii omnibus aliis creditoribus præfertur, *p.1.c.28.d.20.*
Ubi duo requisita probè notanda, *ibid. n.5.& 6.*
Ampliatur, *p.1.c.28.d.21.*
Privilegium tertium est eorum Creditorum, qui jure hypothecæ rem obligatam habuerunt, antequam debitor illam emeret, *p.1.c.28.d.22.*
Limitatur in illo, qui rem venditam jure pignoris obligatum non habet, *p.1. c.28.d.23.*
Privilegio quarto gaudent famuli ratione mercedis, *p.1.c.28.d.22.*
Ut locus sit hujus privilegii duo concurrere necesse est, *p.1.c.28.d.25.n.2.*
Limitatio, *d.25.* Item, *d.33.d.34.& 35.*
Pædagogus, *p.1.c.28.d.26.*
Actuarii judicii, quatenus pane Domini fruuntur, *p.1.c.28.d.29.*
Curator bonorum ratione salarii & impensarum, *p.1.c.28.d.36.*
Impensæ in culturam agrorum factæ das Ackerlohn/ *p.1.c.28.d.37.n.3.*
Frumentum Sementarium, Sam-Getreydigt/ *p.1.c.28.d.38.*

Non verò.

Operarii vel opifices, *p.1.c.28.d.27.*
Factores Mercatorum, *p.1.c.28.d.28.*
Advocatus, *p.1.c.28.d.30.*
Liberi parentibus operas familiares præstantes, *p.1.c.28.d.31.*
Nisi ipsis certa merces fuerit promissa, *p.1.c.28.d.32.*
Privilegium quintum est impensarum funebrium, *p.1.c.28.d.39.*
Quæ ad sepulturam debitoris, non etiam uxoris & liberorum, fuerunt erogatæ, *p.1.c.28.d.40.*
Impensæ pro vestibus lugubribus erogatæ, *p.1.c.28.d.41.*
Impensæ autem non sunt immodicæ, *p.1.c.28.d.42.*
Quod judicis arbitrio committitur, *ib. n.2.*
Privilegium sextum est Medicamentorum in curationem debitoris ægroti factorum, *p.1.c.28.d.43.*
Non verò in curationem uxoris & liberorum debitoris, *p.1.c.28.d.44.*
Quibus sumptibus privilegiatis accensentur etiam salaria Medicorum, Chirurgorum, & Pharmacopolarum, *p.1. c.28.d.43.*
Privilegiatæ sunt impensæ duntaxat erogatæ in curationem morbi, ex quo debitor ægrotus obiit, *p.1.c. 28.d.45.*
Alimentorum tamen privilegium in casibus, quibus ægrotus reconvaluit, Medicis tribuendum est, *ib. n.3.*
Impensæ hæ verisimiliter debent probari, *p.1.c.28.d.46.*
Probatione conjecturali deficiente creditor juramento suo admittendus est, *ib. n.5.*
Privilegium septimum est Collectarum & publicarum exactionum, *p.1.c. 28. d.47.*
Quod ampliatur etiam in creditore, qui ante impositam Collectam jus pignoris acquisivit, *p.1.c.28 d.48.*
Et ad omnes indifferenter Collectas etiam Extraordinarias extenditur, *p.1. c.28.d.49.*
Quibus id, quicquid ad processum executionis adversus debitorem expediendum à Magistratu erogatum est, annectitur, *p.1.c.28.d.50.*
Non tamen gaudent hoc privilegio Collectarum debita ex contractu cum Magistratu inito dependentia, vel alias in commodum debitoris erogata, *p.1.c.28.d.51.*
Fisco etiam ratione debiti ex contractu inito dependentis jus tacitæ hypothecæ indultum est cum privilegio, *ibid. n.4.* Quod tamen privilegium cessat in pœnis, *ib. n.5.*
Magistratus in tributis der Land- und Tranckſteuer/ pro debitore erogatis privilegio hoc prælationis non nisi ad quadriennium gaudet, *p.1.c.28. d.25.*
Laudemiorum nomine Magistratus tacitam saltem habet hypothecam in bonis debitoris absque omni prælationis privilegio, *p.1.c.28.d.53.*
Canon Emphyteuticus, Decimæ, Census, similesque pensiones annuæ, una cum tributis atque Collectis, hypothecariis etiam antiquioribus, ac reliquo ære alieno præferuntur, *p.1.c. 28.d.54.*
Secus de jure communi, *ib. n.6.*
Sicuti & annui reditus unablegliche Zinsen etiam redimibiles, *p.1.c.28.d.55.*
Privilegium octavum est Pecuniæ Hereditariæ.
Post tributa & Collectas exsolvenda est pecunia hereditaria vel ex rei alicujus venditione certis terminis promissa, Erb-Gelder oder Tag-Zeiten/ *p.1.c.28.d.56.*
Emptor pecuniæ hereditariæ succedit venditori etiam in jure prælationis, *p.2.c.28.d.57.*
Non competit privilegium hoc prælationis pretio venditionis parato dem Angelde/ etiamsi distinctis terminis intra annum & diem exsolvatur, *p.1. c.28.d.58.*
Idem cessat prælationis privilegium, si creditor Pecuniam hereditariam, postquam dies cessit, in mutuum converterit, vel usuras à debitore acceperit, *p.1.c.28.d.59.*
Vel etiam si creditor Pecuniam Hereditariam, cujus dies jamdudum venit, non petierit, *p.1.c.28. d.60.*

Quo casu inter Chirographarios est referendus, *ib. n.* 2.
Non cessat hoc privilegium, si postquam dies venit, creditor solutionem consequi non potuerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 61.
Nec mutantur termini & intervalla exsolvendæ pecuniæ hereditariæ ex jure prælationis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 62.

CLASSIS SECUNDA.

In hac veniunt Creditores, qui præter tacitam hypothecam ex privilegio quoque personali jus habent prælationis.
Inter Creditores hac in classe positos concurrentes is semper reliquis præfertur, qui anteriorem hypothecam consecutus est, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 63.

Quatuor ponuntur in hac classe Creditores.

1. Mulier ratione dotis illatæ.
2. Fiscus.
3. Qui ad refectionem & conservationem domus vel alterius rei pecuniam mutuo dederint.
4. Qui ad emendum prædium cum reservatione hypothecæ pecuniam mutuarunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 63. *n.* 1.

PRIVILEGIUM I. MULIERIS.

Sicuti in dote, ita etiam in augmento dotis mulier præfertur omnibus creditoribus, etiam hypothecariis, exceptis iis, qui anteriorem expressam habent hypothecam, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 64.

Ampliatur.

1. Etiam de jure communi extra forum Saxon. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 65.
2. Vivente adhuc marito & ad inopiam vergente, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 69.
3. Vidua præferenda est agnato res expeditorias petenti, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 70.
4. Etiamsi dos in bona mariti non sit conversa, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 71.

Modo marito dos illata probetur aliter, quam solius mariti confessione, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 72.
Ne quidem jurata, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 73.
Quæ exceptio non solutæ dotis objici potest à creditoribus mariti post elapsa tempora, intra quæ opponi à marito potuit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 74.
Nec potest mulier in supplementum jurare, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 76.
Plures ampliationes, quibus mulier in dote confessata privilegio prælationis gaudet, vide *p.* 1. *c.* 28. *d.* 77. *d.* 78. *d.* 79.
Et quomodo Dotis numeratio probanda, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 81. *d.* 82.

Limitatur.

1. Si creditores prius arestum vel immissionem in bona debitoris judicialem impetrarunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 66.
2. In rebus mobilibus, in quibus mulieri præferuntur ii creditores, qui hypothecam extrajudicialem anteriorem sunt consecuti, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 67.
3. Non præfertur mulier, assecurata ratione dotis expressa hypotheca creditoribus anteriorem expressam habentibus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 68.
4. In muliere, quæ cum marito communem negotiationem exercens debita simul contraxit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 83.

Ratione scilicet negotiationis, *n.* 7.

5. Si mulier sciens viro jam obærato nupserit, *p.* 1. *c.* 28. *n.* 84.
6. Vel si culpa mulieris maritus ad inopiam pervenerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 85.

Ratione bonorum paraphernalium mulieribus competit saltem jus tacitæ hypothecæ, non etiam prælationis privilegium, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 86.
Nisi bona paraphernalia etiamnum extent, *n.* 7.
An ratione donorum nuptialium mulieres hoc privilegio gaudeant, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 88.
An ratione bonorum aliunde per hereditatem acquisitorum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 89.
An ratione pecuniæ, quam mutuo dederant marito, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 90.
An ratione donationis propter nuptias, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 91.
An ratione dotalitii, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 93.
An ratione Morgengabæ & cibariorum domesticorum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 94.
Mulier ratione temporis tertia quoad dotem illatam vincit ex se ipsa primum creditorem, hypothecam tacitam & ex persona primi secundum, intermediam expressam habentem, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 175.
Præfertur etiam ratione dotis illatæ mulier in ordine secunda primo creditori hypothecam expressam anteriorem habenti, si tertius ad refectionem ædium pecuniam credens hypothecam sibi constitui fecerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 176.
Prælationis privilegium in dote soli uxori competit, non etiam heredibus collateralibus, nec ab uxore alii potest cedi, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 95.
Liberi tamen alioqui heredes descendentes in dote materna jure prælationis æquè gaudent, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 96.
Defuncta licet matre ante maritum, liberi tamen ejus ratione legitimæ maternæ jus prælationis habent, & Novercæ ratione dotis suæ in concursu præferuntur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 97.
Liberi tamen, post matrem defuncti, jus Prælationis maternum ad collaterales & ascendentes heredes non transmittunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 98.
Sed bene ad descendentes & nepotes, *ib. n.* 2.
Quid juris, filiis duobus, matri suæ heredibus existentibus, & uno postmodum decedente, *ib. n.* 6. *& seqq.*
At jus tacitæ hypothecæ sicuti extraneo cedi, ita etiam ad heredes quoscunq; à muliere ejusvè liberis transmitti potest, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 99.

PRIVILEGIUM II. FISCI.

Post dotem mulieris Fiscus præfertur hypothecariis omnibus posterioribus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 102.
Et omnes indifferenter, qui jus fisci sibi competere docent, hujus jure gaudent, *ib. n.* 6.
Præfertur tamen fiscus etiam anterioribus hypothecariis sive expressis sive tacitis in bonis postea quæsitis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 103.
Et uter probare debeat acquisitionem, *ib. n.* 9. *&* 10.
Cessat jus prælationis fisci in pœnis fiscalibus, quarum ratione solam habet tacitam hypothecam à tempore condemnationis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 104.

PRIVILEGIUM III.

Qui ad refectionem & conservationem domus vel alterius rei pecuniam mutuo dedit, præfertur hypothecariis etiam anterioribus expressis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 105.
Limitatur, *ib. n.* 3.
Modo ad conservationem pecunia nominatim mutuò data, ex eaque res refecta probetur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 106.
Saltem per conjecturas, *ib. n.* 5.

PRIVILEGIUM IV.

Quid ad emendam domum, aliamvè rem pecuniam mutuo dat, non aliter prælationis privilegium consequitur, quàm si expressè sibi de hypotheca in illa re prospexerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 107.
Limitatur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 108.
Ampliatur in pupillo & minore, qui rem sua pecunia emtam jure pignoris obligatam habet, etiamsi de hypotheca sibi expressè non prospexerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 109.
Si autem ab ipso tutore pecunia pupilli res comparetur, etiam dominium & utilis vindicatio pupillo acquiritur, *ib. n.* 6.

CLASSIS TERTIA.

In qua veniunt Creditores, qui ex hypotheca tacita sive expressa, Aresto vel Immissione Judiciali Jus reale consecuti fuere. Inter hypothecarios Arestantes, vel judicialiter in bona debitoris immissos Creditores, qui prior tempore, prior quoque est jure, & reliquis præfertur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 114.
Pro rata autem simul admittuntur hi creditores, si uno eodemq; momento impetraverint Jus reale in bonis debitoris, vel quis prior fuerit, sciri nequeat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 11.
Posterior hypothecarius accipiens possessionem hypothecæ non præjudicat per id hypothecario anteriori, *p.* 1. *c.* 28 *d.* 112.

HYPOTHECA TACITA SIVE LEGALIS.

Jus tacitæ hypothecæ competit
1. Liberis in bonis paternis, ratione bonorum adventitiorum, quæ pater tutorio nomine administravit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 113.
2. Pupillis in bonis tutoris, quod Jus incipit à die susceptæ vel confirmatæ tutelæ, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 114.
3. Civitati, Ecclesiæ & Hospitali in bonis administratorum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 115.
4. Hospitalibus, Ecclesiæ & Scholis ratione pecuniæ mutuo datæ in bonis debitoris, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 116.

Secus de jure communi, *ib. n.* 3.

5. Locatori ratione mercedis in rebus domui conductæ illatis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 117.

Non habet Jus Tacitæ Hypothecæ maritus in bonis uxoris ratione portionis in pactis dotalibus sibi in casum mortis uxoris promissæ, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 118.

HYPOTHECA EXPRESSA.

Quando pignus incipiat in casu, quo non in ipso contractu, tempore de hoc fuerit conventum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 119.
Potior est hypothecarius in diem, quam is, cui postea ante diei adventum eadem res purè oppignorata fuerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 120.
Ex promissione de re oppignoranda non præfertur quis creditori, cui postea res eadem fuit oppignorata, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 121.
Valet de Jure Civili hypotheca bonorum immobilium extrajudicialis in tantum, ut anterior mulieri ratione dotis præferatur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 121.
Aliter de Jure Sax. *ib. n.* 1.

Post-

Postquam vendita Hypotheca de pretio satisfactum est Hypothecariis, in residuo pretii chirographariis præferuntur ii, qui conventionalem habent Hypothecam, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 123.

In fructibus fundi præfertur Hypotheca extrajudicialis anterior judiciali posteriori etiam in foro Sax. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 124.

Quod restringitur, *ib. n.* 7.

Non subsistit hypotheca extrajudicialis coram duobus vel tribus testibus in bonis Emphyteuticis, Censiticis & Feudalibus constituta, *p.* 1. *c.* 28 *d.* 125.

Limitatur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 126.

Præfertur Hypotheca coram testibus constituta anterior posteriori tacitæ, ut & doti mulieris, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 127.

Generalis Hypotheca anterior præfertur speciali posteriori, etiamsi alia sufficiant bona, & quando id fallat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 128.

Nec præferendus est creditor anteriori generali ex eo, quod specialem posteriorem Hypothecam per decennium possederit atque fructus percepert, *p.* 1 *c.* 28 *d.* 129.

Creditor, qui in bonis feudalibus atque allodialibus debitoris de Hypotheca sibi legitimè prospexerit, non prohibetur petere executionem in bona feudalia ante excussionem allodialium bonorum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 130.

Primus creditor in pignus tertii vel quarti creditoris consentiens non à tota hypotheca recedit, sed locum tertii vel quarti subintrat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 131.

Jus pignoris sui non remittit, qui patitur se præsente rem obligatam distrahi, nisi expressim consenserit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 132.

Tutius tamen agit, si præsens protestetur, *ib. n.* 5.

Non succedit quis in locum anterioris creditoris ob id solum, quod ejus pecunia dimissus sit anterior creditor, nisi de eo expressim convenerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 133

Diversa est ratio hypothecariorum creditorum, *ib n.* 5.

Is ex cujus pecunia dimissus est privilegiatus Creditor succedit in ejus privilegium etiam citra conventionem, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 134.

Conventio de succedendo in Jus anterioris Creditoris facta in continenti post numerationem, prodest non minus, ac si antea facta fuisset, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 135.

Nec cessio ulla necessaria est, nisi cum extraneus pro debitore solvit creditori, *ib. n.* 3.

IMMISSIO JUDICIALIS IN BONA DEBITORIS.

Dicitur Creditor realiter immissus, & bona debitoris possidere, non solum si eà occupet & detineat, sed etiam si resecatum fuerit frustulum ligni è jànua, quod solum hodie indicium est factæ realis immissionis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 139. *n.* 4.

Ex instrumento Guarentigiato extra processum etiam ordinarium in bona debitoris judicialiter Immissus creditor pignus reale consequitur, *p.* 1. *c.* 28 *d.* 137.

Sicuti & Immissus ex debito confessato absque productione cautionis, *p.* 1. *c* 28. *d.* 138.

Non tribuit executio creditori pignus ante Immissionem realem in bona debitoris, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 139.

Consequitur pignus Creditor, si post interlocutoriam judicis ante Immissionem realem debitor ei cesserit possessionem, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 140.

Judex, dilationem Immissionis indulgens debitori, non præjudicat creditori in jure reali, per Immissionem ei competituro, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 141.

Creditor facto Judicis impeditus, quo minus realiter Immittatur, pro Immisso habetur, *ib. n.* 4.

Creditor in dilationem consentiens sibi præjudicat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 142.

Arestum in foro Sax. Jus reale tribuit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 143.

Secus de Jure communi, *ib. n.* 3.

Inter Arestantes reliquis præfertur, qui prius ratione horæ atque momenti Jus reale impetravit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 144.

Petenti Arestum non nocet mora Judicis, si alius interim hoc impetret, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 145.

Pro rata simul admittuntur Arestantes, si una die vel hora Arestum impetraverint, de momento autem prioritatis constare nequeat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 146.

Pro debito etiam in diem & nondum exigibili arestantibus Jus reale & prioritatis competit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 147.

Vendita re oppignorata Creditores in pretio Arestum impetrantes præferuntur hypothecariis anterioribus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 148.

Secundus Creditor, habens Arestum ex persona tertii, habentis hypothecam Judicialem, vincit primum creditorem, qui mittitur Jure hypothecæ extrajudicialis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 177.

CLASSIS QVARTA.

In qua referuntur creditores personale solummodo privilegium habentes.

Creditores personaliter privilegiati omnes simul, sed pro rata admittuntur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 149.

Etiamsi prætendant diversum titulum, *ib. n.* 3.

Personale privilegium competit

1. Deponenti ratione rei depositæ, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 150.

Ampliatur in deposito necessario sive judiciali, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 151.

2. Iis personis, quibus quid alimentorum nomine debetur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 152.

3. Qui pecuniam sine usuris mutuò dederunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 153.

4. Venditori, in residuo pretii, qui sibi de Jure pignoris non prospexit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 154.

5. Iis, qui ad rem emendam credunt pecuniam absque hypotheca in re emta, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 155.

Non competit

1. Collegio in bonis Collegæ si quid debeat ex ratiociniis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 156.

2. Liberis debitoris, ex ejusdem bonis alimenta petentibus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 157.

CLASSIS QVINTA.

In qua veniunt Chirographarii.

Chirographariorum appellatione continentur quoque Creditores ii, qui per confessionem debitoris vel testes sua credita probant, *p.* 1. *c.* 28 *d.* 159.

Chirographarii indifferenter omnes simul pro rata admittuntur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 158.

Nec in foro Sax. cognatis Creditoribus conceditur prærogativa, *ib. n.* 2.

Usuræ de Jure communi in concursu Creditorum una cum sorte etiam sunt adjudicandæ, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 160.

Non autem in foro Sax. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 161.

Licet super usuris hypotheca fuerit constituta, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 162.

Quod tamen aliter se habet in bonis feudalibus, *ib. n.* 7.

Limitatur.

1. In interesse sive usuris compensatoriis, quæ etiam in foro Sax. una cum sorte Creditoribus adjudicari solent, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 164.

2. In fructibus ex pacto Antichreseos perceptis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 165.

3. In dote & bonis illatis mulieris, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 166.

4. In pretio ab emptore haud soluto, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 167.

Quod ampliatur, *ib. n.* 1.

5. In pecunia hereditaria, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 168.

6. In annuis reditibus, *p.* 1. *c.* 28 *d.* 169.

7. In usuris, quas fidejussor pro suo principali solvit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 170.

8. In Ecclesiis & hospitalibus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 171.

9. In usuris pupillaribus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 172.

Quod Limitatur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 173.

Postquam Creditoribus omnibus de sorte satisfactum est, Usuræ quoque secundum Creditoris cujusque prærogativam exsolvi debent, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 174.

Non efficit renunciatio mulieris, ut creditor, ejus locum subintrans, aliis Creditoribus ratione usurarum præferatur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 163.

Quod uni ex chirographariis à debitore solutum est, repeti nequit à reliquis Chirographariis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 178.

Limitatur, *ib. n.* 3. & 4.

Repetere possunt hypothecarii vel privilegiati Creditores, quod Chirographariis est solutum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 179.

Quod locum habet etiam in Arestantibus, *ib. n.* 6.

Ampliatur, sive res soluta adhuc extet, sive non, *ibid. n.* 5.

Pecuniam, posterioribus hypothecariis solutam, priores hypothecarii Jure repetunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 180.

Quod tamen ad merces aliasve res venales non est extendendum, *ib. n.* 15.

Nunquam repetitur solutum à Creditoribus, si ex bonis debitoris reliquis satisfieri queat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 181.

Emptor, qui publicæ auctionis pretium solvit Magistratui, securus quidem est, sed Magistratus rationem pecuniæ acceptæ reddere tenetur Creditoribus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 182.

Emptor sub hasta, si pretium semel solvit, tutus est, nec à Creditoribus posterioribus, quibus ex pretio haud satisfactum, denuo conveniri potest, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 183.

CREDULITAS.

Credulitas quatenus à dolo & pœna excuset, *p.* 4. *c.* 42. *d.* 5. *n.* 8.

CRETIFODINÆ.

Cretifodinarum, lapidicinarum & Venationum Jus defuncto vasallo post Calendas Martii heredibus Allodialibus competit per totum illum annum in prædiis Feudalibus, *p.* 3. *c.* 32. *d.* 9. *n.* 3. & 4.

INDEX RERUM

CRIMEN.

Crimen nullum absque voluntate committitur, *p.* 4. *c.* 30. *d.* 9. *n.* 4.

Crimen pro varietate qualitatum dijudicatur, *p.* 4. *c.* 13. *d.* 7. *n.* 7.

Reiteratio alicujus Criminis majorem arguit delinquentis malitiam, *p.* 4. *c.* 32 *d* 19. *n.* 5. It. *p.* 4. *c.* 1. *d.* 7. *n.* 2.

Reipubl maximè interest Crimina puniri, *p.* 4. *c.* 13. *d.* 10. *n.* 2.

CRIMINALIS.

In Criminalibus Judiciis eodem modo, quo in civilibus procedi solet, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 3. *n.* 3.

In Criminalibus indicia libello articulatim subnectere licet, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 3.

In Processu Criminali Reipubl. interesse potissimum versatur, nec tam strictè Regulis Juris inhærendum est, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 7. *n.* 4.

CULPA.

Culpa, nisi probetur, regulariter non præsumitur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 26. *n.* 6.

Sola culpa in crimine homicidii dolo haud æquiparatur, *p.* 4. *c.* 5. *d.* 5.

Culpa levis nunquam criminaliter coërcetur, *p.* 4. *c.* 3. *d.* 14. *n.* 4. & 5.

Non punitur culpa si de ea fuerit transactum inter partes, antequam Magistratui deferatur, *p.* 4. *c.* 13. *d.* 10.

In contractibus, in quibus utriusque contrahentis versatur utilitas, non præstatur Culpa levissima, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 7. *n.* 5.

Qui caruit Culpa, careat me judice pœna, *p.* 3. *c.* 27. *d.* 8. *n.* 8.

Alia est casus probatio, alia Culpæ excusatio, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 17. *n.* 2.

Onus probandi ei incumbit, qui Culpam allegat, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 26. *n.* 7.

CULTELLUS.

Non censetur habere animum occidendi, qui Cultello domestico vel cœnatorio aliquem cædit, *p.* 4. *c.* 12. *d.* 8. *n.* 13.

CULTURA AGRI.

Competit Jus retentionis in feudo heredibus, donec ipsis expensæ in culturam factæ restituantur, *p.* 3. *c.* 32. *d.* 14.

Obstricti sunt mariti heredes ad refusionem impensarum, quas vidua fecit in culturam agri sui, antequam ipsi nuberet, *p.* 3. *c.* 32. *d.* 15.

CUM.

Dictio cum non tantùm copulat, sed & planè conjungit, adeoque majorem conjunctionem inducit, quam Copula Et, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 14. *n.* 8.

Dictio Cum posita inter personas, inter quas ordo considerari solet, omni hac consideratione remota illas æqualiter vocare censetur, *ib. n.* 9.

CURATOR.

Curatoris & tutoris nomen promiscuè usurpatur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 10. *n.* 6.

Proximi agnati vicem Curatoris sustinent, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 18. *n.* 2. *p.* 2. *c.* 15. *d.* 29. *n.* 2.

Habenti tutorem Curator dari potest, tutor non item, *p* 2. *c.* 15. *d.* 29.

Nemo in propria causa tutor, vel Curator esse potest, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 30. *n.* 12.

Ratio differentiæ, *ib. n.* 2.

Tutor & Curator in nominibus faciendis tam levem, quam latam culpam præstare debet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 25. *n.* 3.

Curatoris autoritas in ipso actu intervenire debet, post tempus verò interposita nihil operatur, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 30.

Nisi in continenti, antequam partes ad actum extraneum revertantur, autoritas fuerit adhibita, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 31.

Curatoris consensus expressis verbis adhibendus est, nec satis putatur, si præsens sit curator & non contradicat, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 30. *n.* 1.

Tutores & Curatores non voluntariè sed ex necessitate muneris sibi injuncti contrahunt, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 14.

Tutores & Curatores procuratoribus æquiparantur, *p.* 1. *c.* 11. *d.* 18. *n.* 2.

CURATOR BONORUM.

Defuncto debitore, cui hæres nemo existit, Bonis Curator dandus est, qui creditoribus respondeat, eorumque instrumenta recognoscat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 8.

Curator hereditati jacenti datus ad rescissionem contractus ex causa læsionis agere potest, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 8.

Hujus officium, *ib. n.* 3.

Curator hereditatis differt à Curatore absentis, *ib. n.* 7.

Curator hereditatis ex causa læsionis rescindere contractum, quem defunctus servari voluit, non potest, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 9.

Limitatur, *ib. n.* 6.

Curatoris bonorum salarium & quod ab eo impensum fuit, privilegio mercedis famulitiæ in concursu creditorum gaudet, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 36.

Vide plura supra in Verb. Absentis bona.

CURATOR AD LITEM.

Curator ad litem Advocati partes sustinet, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 1. *n.* 1.

Inter Curatorem ad litem & procuratorem litis nihil, aut parum interest, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 18. *n.* 6.

Curator generalis ad omnem causam ab eo Judice datur, cujus Jurisdictioni subjectus est, qui curatorem petit, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 26.

Limitatur in Curatore ad certam causam dato, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 27.

Curator in dubio & simpliciter ad litem datus, ad omnes lites datus intelligitur, *ib. n.* 2.

Curator dari debet ab eo Judice, qui mixtum habet Imperium vel Jurisdictionem inferiorem, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 26. *n.* 1.

Dato Curatore ad omnes generaliter causas desinit curatela primi curatoris ad certam litem dati, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 29.

CURATOR MINORIS.

Minor solvens cum Curatoris autoritate tutus est, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 29. *n.* 10.

Minores per se ad litigandum sunt inidonei & Procuratorem sine Curatore ordinari prohibentur, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 32. *n.* 5.

Excussis tutorum ac Curatorum facultatibus actio subsidiaria etiamnum hodie in Magistratum dari solet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 41.

Si culpa ei imputari possit, *ib. n.* 8.

Probatio, quod Culpa abfuerit, Magistratui incumbit, non pupillo, *ibid. n.* 10.

Minor finita Cura usuras pecuniæ elocatæ à debitore exigens, periculum nominis in se suscipit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 27.

Limitatur, *ib. n.* 5.

CURATOR MULIERIS.

Curator nomine mulieris nil firmiter agit, nisi mulier ipsa præsens sit & consentiat, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 18.

Consensus Curatoris ad contractum mulieris de forma & substantiali solennitate requiritur, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 1. *n.* 6. It. *d.* 30. *n.* 2.

Mulieres sive in judicio sive extra judicium agentes & contrahentes absque autoritate & consensu Curatorum in foro Sax. non obligantur, *ib. n.* 2.

Curatore uxori adhibito fraus mariti purgatur, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 31. *n.* 5.

Fœminæ absenti Curator dari potest, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 28.

Invitus Curator dari nequit, nisi necessitas & alia quæpiam justa causa subsit, *ib. n.* 2. & 3. At benè mulieribus invitis, *ib. n.* 4.

Mulieri Curatorem habenti ad unam litem, alius quoque ad aliam dari potest, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 29. *n.* 4.

Subsistit contractus mulieris absq; Curatore celebratus, si is, qui actui interfuit, à Judice postea Curator confirmetur, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 32.

Acta à muliere absque Curatore, tertio quodam Curatoris loco intervenente, ab alio postea Curatore confirmato, ratificari nequeunt, *ib. n.* 1.

Mulier interveniente Curatore contrahens, si læsa fuerit, nec Curatorem convenire, nec restitutionem in integrum petere valet, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 33.

Nisi Curator dolosè mulieri consuluerit, *ib. n.* 1.

Nemo tutorio vel Curatorio nomine conveniri potest, nisi qui administravit, vel ad quem administratio pertinuit, *ib. n.* 5.

Bona Curatorum mulieribus tacitè non sunt obligata, *ib. n.* 7.

Curator consentiens mulieri contrahenti sibi non præjudicat, neque ex contractu mulieris obligatur, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 34.

Res immobilis absque Curatore vendita, non mulieri sed emptori perit, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 35.

Nunquam mulier in judicio agere valet absque Curatore, sed hic ex officio ei est adjungendus, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 30.

Hocque procedit in fœmina actrice & rea, *ib. n.* 3.

Non valet uxor absque Curatore marito suo demandare litem, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 32. Nec etiam extraneo, *ib. n.* 5.

Maritus nomine uxoris in Judicio non admittitur, priusquam Curatorium producat, vel de rato caveat, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 31.

CUSTODIRE.

Subditi ac rustici maleficos in carcere Custodire haud sunt obligati, nisi aliud consuetudine fuerit introductum, *p.* 2. *c.* 51. *d.* 15.

D.

DAMNUM.

INTER Damnum afferre & lucrum percipere magna est differentia, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 3. *n.* 5. & 6.

Per vim damnum inferens æstimationem ejus præstare vel juramento diminuere tenetur Jure Sax. *p.* 1. *c.* 23. *d.* 15. *n.* 1.

Occasionem damni dans ipsum damnum dedisse censetur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 2. *n.* 3.

De Damno prius, quam de periculo Damni debet constare, *p.* 2. *c.* 24. *d.* 37. *n.* 4.

Duplici Damno nemo est onerandus, nisi

nisi ex duplici causa, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 35. *n.* 18. & 19.

Damnum nullum intelligitur, nisi omni deducto lucro, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 46. *n.* 5. & 6.

DEBERE.

Qui semel Debuit, sub Jure constitutæ hypothecæ adhuc debere censetur, nisi probet se liberatum, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 15. *n.* 7.

Quod indeterminatè debetur, id nec pessimum nec optimum solvi convenit, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 49. *n.* 6.

DEBITOR.

Debitoris appellatione continetur quoque fidejussor, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 7. *n.* 5.

Debitoris est electio, non creditoris, *p.* 3. *c.* 37. *d.* 6. *n.* 4.

Debitoris gratia totum intermedium tempus ad solvendum adjectum videtur, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 11. *n.* 2. Item, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 4. *n.* 4.

Cui favori renunciare valet, *d. n.* 4.

Debitor ante diem solvere valet, *ib. n.* 5.

Debitor per protestationem ac eo ipso momento, quo scit aliquid à se peti, etiam extrajudicialiter constituitur in mala fide, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 1. *n.* 6.

Debitor renitente creditore minorem summam solvens bonam fidem allegare nequit, *p.* 2. *c.* 2. *d.* 6. *n.* 6.

Debitor executione in ædes alicujus facta solvit tributa Patrimonialia, usq; dum creditori illæ adjudicentur, *p.* 3. *c.* 16. *d.* 10.

Debitor latitans vel fugitivus, per edictum publ. debet citari, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 7.

Eo non comparente instrumenta pro recognitis habentur, *ib. n.* 5.

Quando Debitor est vagabundus, sola situatio bonorum competentiam fori facit, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 20. *n.* 5.

Debitor non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare, contra quem fit executio, si possideat immobilia, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 30.

Seras tamen & ferramenta forium arq; cistarum aperire obstrictus est, *ibid. n.* 2.

Et si non solvendo existat, incarcerari potest, *ib. n.* 8.

Si debitor facultatibus labatur aut de fuga suspectus sit, ante diem cogi potest, ut pignoribus vel fidejussoribus caveat, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 32. *n.* 9.

An debitor bona sua decoxerit, an verò absque culpa in paupertatem inciderit, multum interest, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 5. *n.* 2. Item, *d.* 23. *n.* 1. & 3.

Debitor vitio fortunæ haud solvendo existens, infamis non est, nec ab officio publ. removendus, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 23.

Debitor haud solvendo existens incarcerationis quoque pœnam luit in provinciis Electoratus, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 3.

Limitatur, *ib. n.* 4.

Res inter bona Debitoris reperta Domino repetenti restitui debet, etiamsi creditores reliqui nihil prorsus capiant, *p.* 1. *c.* 18. *d.* 13. *n.* 1.

Neutiquam Judex tuto Debitorem condemnat, priusquam debitum per recognitionem confessus, aut de eo convictus fuerit, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 23. *n.* 5.

Onus probandi debitorem non esse solvendo incumbit creditori, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 15. *n.* 3.

Debitorem per quittantiam liberans, etsi non civiliter, naturaliter tamen obligatur de non amplius petendo, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 3. *n.* 6.

Debitoris bona creditoribus sunt communia, salvo tamen cujusque Jure prioritatis, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 25.

Debitorem præceptum Judicis de non exsolvendo debito liberat ab usuris & interesse, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 24.

Limitatur, *n.* 9.

Debitores hodie excuti in omnibus bonis etiam usque ad indumenta solent, relicta ipsis nisi unica veste, qua corpus tegant, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 5. *n.* 3.

Debitores præscriptio indifferenter ipso Jure liberat ab actione, *p.* 1. *c.* 25. *d.* 1. *n.* 5.

DEBITORUM INCARCERATIO.

Valet obligatio ad Carceres, ita tamen ut debitor vel saltem prius extrajudicialiter requisitus solutione non facta per Magistratum capiatur, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 1.

Effectus hujus obligationis, *ib. n.* 8.

Creditor debitorem fugitivum ultra 20. horas non detineat, si pœnam carceris evitare velit, *ib. n.* 14.

Si minori spatio detinet, in pœnam arbitrariam incidit, *ib. n.* 15.

Debitor ad carcerem obligatus absque præcedente bonorum excussione capi & incarcerari potest, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 2.

Debitor ex pacto incarcerationis non dimittitur sub cautione, nisi jam creditor lubens acceptaverit, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 3.

Creditor petens executionem in bona debitoris, non recedit à pacto de Incarcerando debitore, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 4.

Creditor Debitori ad carcerem obligato non tenetur præstare cautionem de refundendo, si vel adversa valetudine comprimatur, vel alioquin detrimenti quid capiat, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 5.

Debitor ægrotus è carcere dimittendus est, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 6.

Debitor more apud nos usitato loco Carceris in publico Judicii vel Curiæ loco sæpissimè detinetur, *ib. n.* 6.

Debitor ex pacto pro certo aliquo debito Incarceratus, pro alio debito in Carcere retineri non debet, *p.* 1. *c.* 21. *d.* 7.

De jure Communi, ut & in foro Sax. fœmina debitrix ne quidem ex pacto incarcerari potest, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 8.

Quatenus in terris Electoratus Sax. fœmina debitrix ex pacto ad Carceres obligetur, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 9.

Obligatio Carceris personalis est, & ad heredes non transit, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 10.

In foro Sax. extra tamen Provincias Electoratus debitor non solvendo existens etiamnum hodie ad manus creditoris tradi solet, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 1.

In Electoratu Sax. conjicitur in carcerem publ. *p.* 2. *c.* 22. *d.* 2. *p.* 1. *c.* 30. *d.* 3.

Creditor contra Juris ordinem & processum Debitorem incarcerari faciens ratione injuriarum debitori ad damnum resarciendum & lucrum cessans refundendum tenetur, *ib. n.* 12.

Quinque requisita in Debitorum non solvendo existentium incarceratione probè tenenda, *ib. n.* 13. & 14. *It. d.* 3. 4. 5. & 6.

Judex ad interesse tenetur proprio motu Debitorem incarcerans, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 6. *n.* 5.

Debitor, qui à judice vel solvere vel de solutione Creditori cavere jussus, neutrum præstare valet, incarcerari potest, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 7.

Ipsa Decoctoris Carceratio ad diminuendum debitum taxari nequit, nec liberatur debitor è carcere, priusquam creditoribus satisfecerit, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 8.

Licet de Jure Sax. aliter se res habeat, *ib. n.* 1. & 4.

Debitor incarceratus non dimittitur, antequam una cum sorte interesse quoque solverit, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 9.

Etiamsi à principe salvum conductum obtinuerit, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 10.

Debitor obæratus ea statuto incarcerandus cessione bonorũ se tueri potest de jure Communi, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 11.

Debitor obæratus per cessionem bonorum a Carcere publ. se liberare nequit in Electoratu Sax. *p.* 2. *c.* 22. *d.* 12.

Nisi creditores cessionem bonorum semel acceptaverint, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 13.

Cessio bonorum a Papa aut Principe abrogari nequit, quomodo intelligendum, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 12. *n.* 4.

Non juvatur cautione juratoria Debitor obæratus adversus Carcerem publ. *p.* 2. *c.* 22 *d.* 14.

Debitor incarceratus, offerens cautionem Fidejussoriam vel pignoratitiam, ex carcere dimittendus est, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 15.

Debitor offerens solutionem particularem vel nomina particulariter & distinctis terminis solvenda, quatenus ab Incarcerationis pœna sit exemtus, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 16.

Creditor ad incarcerationem agere non potest adversus debitorem, cum quo sciens, quod solvendo non esset, contraxerit, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 17.

Ob æs alienum nequeunt incarcerari personæ Illustres, Nobiles aliæve in dignitate constitutæ, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 18.

Si nimirum intra metas vocationis suæ manserint, *ib. n.* 9.

Mulier obærata ne quidem in Provinciis Electoratus Sax. Carcere publ. est punienda, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 19.

Heres pro debito defuncti carcere publ. mancipare nequit in foro Sax. *p.* 2. *c.* 22. *d.* 22.

Creditor petens Debitorem incarcerari in terris Electoratus Sax. non tenetur præstare cautionem de indemnl eo servando, *p.* 2. *c.* 22 *d.* 12.

Secus de Jure Sax. *ib. n.* 1.

Debitor incarceratus cujusnam sumptibus sit alendus, *p.* 2. *c.* 22 *d.* 22.

Debitor obæratus à Carcere publ. exemtus non est propterea, quod sit forensis & advena, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 26.

Limitatur, *n.* 6. 7. & 8.

In Republ. populi DEI obærati Debitores horumque liberi à duris creditoribus fuerunt incarcerati, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 2. *n.* 4.

Incarceratio Debitoris obærati non tribuit Jus pignoris aut prioritatis in concursu creditorum, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 24.

Pro debito illiquido nemo Incarcerari vel personaliter detineri potest, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 2. *n.* 14.

Absque pacto speciali deveniri nequit ad personam debitoris, si bona ejus ad solutionem sufficiunt, *p.* 2. *c.* 21. *d.* 7. *n.* 8.

DEBITUM.

Debitum liquidum quod, *p. 1. c. 17. d. 39. n. 2.*

Confessio debiti judicialis etiam absque causæ expressione facta probat, *p. 1. c. 17. d. 40.*

Solutio & debitum ex confessione creditoris vel debitoris, de qua testes in loco & tempore variant, probatur, *p. 1. c. 16. d. 41.*

Debito in genere probato, super quantitate debiti standum est juramento creditoris, *p. 3. c. 22. d. 9. n. 9.*

Debitum vel solutio juramento creditoris aut debitoris probatur, si instrumentum vel libri publici in incendio perierint, *p. 4. c. 17. d. 15.*

Præscriptio debiti non nisi à tempore solutioni destinato currere incipit, *p. 2. c. 1. d. 6.*

Ex Constitutione Anastasii ne quidem venditio debiti, particulariter in certos terminos solvendi valet, nisi ad concurrentem pretii quantitatem, imputatis tamen cujusque termini usuris, *p. 2. c. 30. d. 36.*

Naturali æquitati contrarium est, pro alienis debitis aliquem molestari, *p. 1. c. 30. d. 11. n. 6.*

Pro levioribus debitis exigendis mandati exhibitio necessaria non est, *p. 2. c. 38. d. 3. n. 4.*

Debita paterna etiam ex Feudis sunt solvenda, *p. 2. c. 47. d. 6.*

DECIMÆ.

Decimæ hypothecariis etiam anterioribus præferuntur, *p. 1. c. 28. d. 54.*

Libertas à decimis præstandis 40. annis præscribitur, *p. 2. c. 2. d. 4.*

Jus decimandi seu decimæ nullo unquàm tempore à Laicis præscribuntur, *ib. n. 1.*

Quota autem decimæ tam ratione petitorii quàm possessorii præscribi potest, *ib. n. 4.*

Decimæ DEO in signum universalis dominii debentur, *ib. n. 2.*

Jus decimandi spirituale est, nec cadit in laicum, *ib. n. 3.*

DECIPERE.

Contrahentibus licet invicem se Decipere, multos detrusit in ignes sempiternos hoc axioma, *p. 1. c. 1. d. 8. n. 5.*

Hoc axioma quando obtinet, *d. n. 5.*

Deceptis non decipientibus Jura succurrunt, *p. 2. c. 22. d. 18. n. 13.*

DECLARARE.

Qui declarat, nihil de novo addit, *p. 1. c. 11. d. 12. n. 2.*

Declaratio probat animum, *p. 2. c. 10. d. 23. n. 3.* fiat re adhuc integra, *n. 7.*

Declarandi potestas non transit ad heredes, *p. 2. c. 38. d. 9. n. 3.*

DECRETUM.

Decretum præsupponit causæ cognitionem, *p. 2. c. 7. d. 5. n. 7.*

Pro decreto judiciali validè præsumitur, *p. 3. c. 8. d. 36. n. 5.*

DEFENSIO.

Defensio & offensio sunt correlata, *p. 4. c. 10. d. 10. n. 1.*

Si offensio justè infertur, defensio non est confessa, *p. 4. c. 12. d. 8. n. 13.*

Non minus defensio proprii honoris, quàm ipsius vitæ concessa est, *d. n. 13.*

In causæ cognitione defensio partis consistit, quæ nec per principem alicui potest auferri, *p. 1. c. 26. d. 18. n. 4.*

Quævis defensio præsupponit præsens atque imminens periculum, *p. 4. c. 10. d. 10. n. 2.*

Innocentes defendi publicè interest, *p. 1. c. 25. d. 3. n. 7.*

Cardo totius necessariæ defensionis consistit in probatione principii, *p. 4. c. 9. d. 4. n. 4.*

Excessus defensionis semper pœna ordinaria, at excessus inculpatæ defensionis extra ordinem pro arbitrio Judicis coërcetur, *p. 4. c. 12. d. 8.*

Quomodo differant excessus defensionis & excessus inculpatæ defensionis, *ib. n. 4. & seqq.*

Moderamen inculpatæ tutelæ sive defensionis in quibus consistat, *ibid. n. 8.*

In materia defensionis duobus testibus super negativa deponentibus plus creditur, quàm mille affirmantibus, *p. 4. c. 8. d. 9. n. 4.*

Favore defensionis multa contra Regulas Juris permittuntur, *ib. n. 2.*

Ad probandam defensionem testes aliàs minus idonei possunt produci, *ibid. n. 3.*

In causa defensionis post terminum probatorium elapsum novas probationes producere licet, *ib. n. 7.*

Defensionem nunquam prætendere potest occisor, si fuerit autor rixæ, *p. 4. c. 9. d. 4.*

Defensiones rei judex ex officio supplere & quoquo modo adjuvare debet, quamvis reus id non petierit, *p. 1. c. 19. d. 27. n. 5. p. 4. c. 8. d. 8. n. 4.*

Defensionum probationes ipsimet rei sumptibus suis debent implere, *p. 4. c. 12. d. 4. n. 4.*

Nisi in bonis tantum non habeant, *n. 5.*

Defensionem allegans homicidii reus, quandoque ad juramentum purgationis admittitur, *p. 4. c. 8. d. 3.*

Limitatio, *ib. n. 7.*

Defensionem allegans se eam probare nequeat, mediante tortura desuper interrogari debet, *p. 4. c. 8. d. 8.*

Limitatur, *p. 4. c. 8. d. 5.*

Defensionem si reus in tortura obtinuerit, pœna ipsi nulla est infligenda, *n. 1.*

Ad defensionis & innocentiæ deductionem reus homicidium etiam confessus admittendus, *p. 4. c. 8. d. 7.*

Defensionem rei deducere volentes conjunctæ personæ audiendæ sunt, *p. 4. c. 8. d. 8.*

Ad defensionis probationem terminus præfixus etiam quinta & sexta vice prorogari potest, *p. 4. c. 8. d. 9.*

Defensionibus pluribus, non solum diversis, sed etiam contrariis reus uti potest, *p. 4. c. 8. d. 10. n. 5.*

Defensio necessaria quandoque juramento rei purgatorio probatur, *p. 1. c. 22. d. 11.*

Defensionem suam qui saltem exculpatione morsundi probat, exemptus est à pœna ordinaria, *p. 4. c. 8. d. 2.*

DELATOR.

Delator actione injuriarum vel ad interesse haud convenìri potest, si delato juramentum purgationis fuerit injunctum, *p. 4. c. 45. d. 9.*

Delatio & denunciatio partis per se sufficiens facit indicium ad inquirendum, *ib. n. 2.*

DELEGARE: DELEGATIO.

Delegationem etiam verbum solutionis in generali significatione comprehendit, *p 2. c. 28. d. 23. n. 2.*

Delegatio perinde ac novatio hodie aliter valida non est, quam si verbis expressum, quod animo novandi delegatio fuerit interposita, *p. 2. c. 19. d. 16.*

Delegatio perinde atque solutio debitorem liberat ab ulteriori exactione, *p. 2. c. 28. d. 23.*

Limitatur, *n. 7. & 8.*

Delegans pro delegato se soluturum promittens non gaudet beneficio excussionis, *p. 2. c. 18. d. 5.*

DELINQVERE.

Qui delinquit in domo Principis, curia, theatro, aliovè loco publ. violata ejusdem loci securitate ac religione, adversus eum severius animadvertendum est, *p. 4. c. 13. d. 9. n. 3.*

Delinquendi fenestra non est aperienda, *p. 2. c. 30. d. 15. n. 5.*

Delinquendi eadem audacia in agnatis proximioribus sæpe præsumitur, *p. 3. c. 27. d. 2. n. 3.*

DELICTUM.

Delictum in conspectu Judicis pro tribunali sedentis commissum absque ulteriore probatione & processu puniri potest, *p. 1. c. 16. d. 18.*

Delictum quodlibet ex circumstantiis loci valdè aggravatur, *p. 4. c. 43. d. 2. n. 8.*

Delicti reiteratio pœnam omnino aggravat, *p. 4. c. 3. d. 7. n. 1.*

Delicta plura pluribus pœnis coërceri quatenus procedat, *p. 4. c. 32. d. 21. n. 7. & seqq.*

Delicta iracundiæ calore commissa mitius puniuntur, *p. 4. c. 6. d. 5. n. 3.*

Pro delicto quolibet etiam privato ratione interesse Reip. ad pœnam extraordinariam procedi permissum est, *p. 4. c. 42. d. 4. n. 4.*

Ex Delicto communi singulos in solidum obligari ad pœnam quatenus verum, *p. 4. c. 32. d. 13. n. 3. & seqq.*

Delicto diversi generis concurrentibus semper obtineat pœna majoris delicti, *p. 4. c. 6. d. 9. n. 6.*

De Delictis ejusdem hominis sæpius quæri non debet, *p. 4. c. 1. d. 18. n. 1. & 2.*

In delictis occultis & difficilis probationis de eorundem corpore constare saltem per conjecturas sufficit, *p. 4. c. 2. d. 5. n. 11.*

In delictis nemini ne minori quidem subvenitur, *p. 1. c. 1. d. 33. n. 5.*

DEMONSTRATIO.

Demonstratio & probatio inter se differunt, *p. 1. c. 16. d. 16. n. 2.*

Demonstratio non est necessaria in rebus visibilibus, *p. 2. c. 34. d. 16. n. 5.*

DENUNCIATIO.

Denunciationes certæ alicui personæ factæ nudæ potius sunt minæ, quam veræ diffidationes, *p. 4. c. 15. d. 3. n. 5.*

DEPONERE, DEPOSITUM.

Vocabulum deponere, hinderlegen/ dupliciter accipitur, *p. 3. c. 3. d. 30. n. 19.*

Deponens dominium rei depositæ penes se retinet, *p. 1. c. 28. d. 15. n. 2.*

Deponens consumptorum nummorum æstimationem repetere valet, *p. 3. c. 25. d. 4. n. 6.*

Ex causa depositi condemnatus removeri potest è collegio opificum, *p. 4. c. 45. d. 10.*

Depositi nomine conventus & condemnatus infamiæ macula notatur, *n. 4.*

Depositio legitimè facta vim solutionis ac traditionis habet, *p. 2. c. 30. d. 14. n. 1.*

Depoſita apud quem fuit pecunia, Magiſtratui nil quicquam de ea contrahere licet, niſi aliud longæva conſuetudine ſit introductum, *p. 2. c. 28. d. 22.*

Depoſitarius gratuitam & abſtinentem ab omni lucro fidem debet, *p. 2. c. 30. d. 14. n. 4.*

Depoſitio pecuniæ abſque præcedente oblatione & obſignatione legitima debitorem non liberat à periculo uſurarum, *p. 2. c. 28. d. 16.*

Depoſitio quænam dicatur legitima, *ib. n. 3. & ſeqq.*

In Depoſitione neceſſaria requiſita ſolennia oblationis & obſignationis haud ſunt obſervanda, *p. 2. c. 28. d. 17.*

Res depoſita præ omnibus aliis creditoribus qualitercunq; privilegiatis vindicari poteſt, *p. 1. c. 28. d. 15.*

Limitatur, *n. 4.*

Deponenti competit privilegium perſonale etiam de jure communi, ratione rei Depoſitæ quæ non amplius extat in bonis depoſitarii, *p. 1. c. 28. d. 150.*

Depoſitum judiciale Arreſtantibus & hypothecariis præfertur, *p. 1. c. 28. d. 151.*

DEPRÆDATOR.

Deprædatores, bonorum raptores ac inferentes vim publ. mortis pœna afficiuntur, *p. 4. c. 30. d. 1. n. 1.*

Deprædatores in foro Sax. gladio feriuntur, ac poſtea eorum cadavera rotæ affiguntur, *p. 4. c. 30. d. 3.*

Vide plura infra in Vocabulo Robaria.

Res nullius vel pro Derelicto habita occupanti etiam in alterius domo conceditur, *p. 2. c. 53. d. 9.*

DESCENDENS.

Ad deſcendentem ulteriorem perſonam non devenitur, media deficiente, *p. 3. c. 28. d. 9. n. 16.*

DESERTIO CONJUGUM.

Vir aut mulier ex conjugis defuncti bonis nihil lucratur, ſi illum deſeruerit, *p. 3. c. 26. d. 1.*

Etiamſi ad tempus ſaltem, *p. 3. c. 26. d. 2. n. 3.*

Deſerens maritus uxorem peſte infectam, lucrum dotis amittit, *p. 3. c. 26. d. 2.*

Deſerere non dicitur conjugem peſte laborantem, qui licet abſens de cura tamen & medicamentis ei proſpexit, *p. 3. c. 26. d. 3.*

Vel ſi conjunx ægra in ſeceſſionem ejus conſenſerit, *n. 2.*

Deſerens maritus uxorem quocunque morbi genere affectam & morientem malignum ſe reddit lucro mobilium, *p. 3. c. 26. d. 4.*

In dubio medicus à marito adhibitus præſumitur, *n. 7.*

Deſertor non excluditur à ſucceſſione, ſi conjunx defunctus ei tacitè injuriam remiſerit, vel ſaltem in teſtamento quid legaverit, *p. 3. c. 26. d. 14.*

Item ſeparatione quoad thorum & menſam à Magiſtratu facta, *p. 3. c. 26. d. 15.*

Deſertio non facit, quò minus Conjunx innocens ex bonis conjugis Deſertoris portionem ſtatutariam petere valeat, *p. 3. c. 26. d. 20.*

Deſertus ultra portionem ſtatutariam nihil petere poteſt, *p. 3. c. 26. d. 21.*

Deſertricis uxoris bona utenſilia proximæ cognatæ cedunt, *p. 3. c. 26. d. 22.*

Deſertori conjugi ex bonis poſt ſeparationem matrimonii delatis innocens portionem ſtatutariam petere nequit, *p. 3. c. 26. d. 23.*

Nihil petere valet ſponſus ex bonis ſponſæ, à qua propter Deſertionem malitioſam fuit per ſententiam abſolutus, *p. 3. c. 26. d. 24.*

Ob deſertionem alterutrius conjugis malitioſam matrimonium diſſolvitur, *p. 3. c. 26. d. 26. n. 1.*

Limitatur, *p. 3. c. 26. d. 26.*

DESTINARE.

Deſtinatum actum haberi pro re perfecta quatenus procedat, *p. 3. c. 34. d. 7. n. 3.*

Deſtinatio mente retenta nullum parit effectum, *p. 3. c. 9. d. 27. n. 3.*

Deſtinationem Domini facere pecuniam reputari pro re, ad quam deſtinata fuit, quando procedat, *p. 3. c. 30. d. 15. n. 5.*

DETERIORATIO.

Deteriorationem rei propriæ Domino imputari non poſſe, etiamſi illa Deterioratio dolo vel culpa Domini contigerit, quando procedat, *p. 3. c. 31. d. 8. n. 3. & 4.*

DETRACTIONIS JUS.

Jus Detractionis vel Gabellarum non poteſt Magiſtratus exercere, antequam id ſtatuto vel conſuetudine introductum probaverit, *p. 3. c. 38. d. 19.*

Probata conſuetudine non poteſt exerceri hoc jus contra defuncti liberos vel parentes, *n. 11.*

Detrahere ac decerpere ſolent quandoque Magiſtratus de hereditatibus, legatis, fideicommiſſis, rebus utenſilibus, vel expeditoriis delatis, aut etiam bonis aliò transferendis certam portionem veluti decimam, quartam vel tertiam partem, aut plus minusvè, vulgò den Abzug oder Nachſteuer/ *p. 3. c. 38. d. 19. n. 1.*

Jus Detractionis ab Imp. Juſtiniano eſt abrogatum, *ib. n. 2.*

Detractionem de re legata non heres, ſed legatarius exſolvere tenetur, *p. 3. c. 3 d. 20.*

Vide plura infra in Vocab. Gabella.

DICARE.

Dicatum ſemel DEO, amplius ad uſus profanos transferri non debet, *p. 3. c. 13. d. 27. n. 1.*

DICERE.

Quod quis dixit, illud præſumitur habuiſſe in mente, *p. 2. c. 3. d. 8. n. 9.*

Quando Dicto alicujus ſtandum eſt, juramento confirmari debet, *p. 3. c. 14. d. 21. n. 9. it. d. 22. n. 5.*

DIES.

Dies termini computatur in termino, quibus in caſibus ſit verum, *p. 2. c. 2. d. 23. n. 4. & 5.*

Dies termini computandus eſt in termino, quando terminus currit de momento in momentum, *p. 1. c. 16. d. 12. n. 8. p. 1. c. 29. d. 11. n. 2.*

Tantum valet factum de nocte, quantum de die, *p. 1. c. 29. d. 16. n. 5.*

DIFFAMARI. DIFFAMATIO.

Diffamator effugit præſtationem Palinodiæ concubitum mulieris probans, *p. 4. c. 45. d. 4.*

Neutiquam tamen pœnam ſtupri, *n. 7.*

Quo caſu ſufficit conjecturata probatio ſaltem ad commutandam Palinodiam in deprecationem, *p. 4. c. 45. d. 5.*

Diffamator à præſtatione Palinodiæ immunis eſt, ſi diffamatæ perſonæ purgationis juramentum fuerit injunctum, *p. 4. c. 45. d. 6.*

Præſtito licèt juramento purgationis à marito, de adulterio cum ſoluta perſona inculpato, ipſa tamen mulier Diffamatrix pœnâ adulterii plectenda eſt, *p. 4. c. 45. d. 7.*

Niſi de innocentia Diffamatricis evidenter appareat, *p. 4. c. 45. d. 8.*

Injuriæ ſcriptæ probantur productione ſcripturæ, quam diffamans recognoſcere vel mediante juramento diffiteri tenetur, *p. 4. c. 44. d. 9.*

Judicialiter ad probationem criminis quis ſe offerre debet, non per clandeſtinas ſuggeſtiones vel extrajudiciales Diffamationes proximum lædere, *p. 4. c. 44. d. 8. n. 2.*

Non poteſt cumulari actio ex *l. Diffamari. C. de ingen. manumiſſ.* cum actione injuriarum in uno eodemque libello, *p. 4. c. 42. d. 15.*

Diffamatus in judicio agens diffamatorio, non actoris, ſed rei partes ſuſtinet, *p. 4. c. 42. d. 15. n. 10. p. 1. c. 5. d. 27. n. 4.*

AD ſtamante actione propoſita proceſſus ex l. Diffamari, prorſus extinguitur, adeoque novum inchoatur judicium, *p. 2. c. 5. d. 28. n. 2.*

Ex l. Diffamari agendum eſt coram judice diffamati, *p. 1. c. 7. d. 27.*

Remedium l. Diffamari non eſt actio, ſed imploratio officii Judicis, *ibid. n. 6.*

Proceſſus Diffamatorius antequam decernatur, ſummariè ſaltem probanda eſt diffamatio, *p. 1. c. 7. d. 28.*

Proceſſus ex *l. Diffamari. C. de ingen. manum.* in quibus caſis locum habeat, *ib. n. 1.*

Ex *l. ſi contendat. ff. de fidejuſſ.* provocare licet actorem & agendum, etiam ſi nulla præceſſerit Diffamatio, *p. 1. c. 7. d. 29.*

Differentia inter remedium *l. ſi contendat. ff. de fidejuſſor.* & *l. Diffamari. C. de ingen. manum. ib. n. 5.*

Ex L. Diffamari nemo experiri poteſt adverſus poſſidentem ad turbandam ipſius poſſeſſionem, *p. 2. c. 7. d. 13.*

Ex L. Diffamari, vel etiam ex l. ſi contendat, non poteſt agi adverſus creditorem debitum conditionale vel in diem prætendentem, antequam conditio exiterit vel dies venerit, *p. 1. c. 7. d. 30.*

DIFFIDARE, DIFFIDATOR.

Diffidare quid, *p. 4. c. 15. d. 2. n. 5.*

Diffidatores pœna factæ pacis publ. tenentur & gladio feriuntur, *p. 4. c. 14. d. 2.*

Ampliatur, *p. 4. c. 14. d. 3. d. 5. d. 6. d. 7. d. 8. d. 9. d. 10. It. p. 4. c. 15. d. 1. n. 2.*

Limitatur, *p. 4. c. 14. d. 4. It. p. 4. c. 15. d. 3.*

DIFFIDATIO.

Ut Diffidationis crimen cenſeatur perpetratum, duo conjunctim requirantur, *p. 4. c. 15. d. 2. n. 1. & ſeqq.*

Diffidationis pœnâ plectendus haud eſt, qui nudis ſolummodo verbis abſque facto aliquo accedente minatur, *p. 4. c. 15. d. 4. n. 6.*

Pœni-

INDEX RERUM

Pœnitentia quatenus liberet à pœna Diffidationis, *p.4.c.16.d.2.*

Affigentes literas vel ligna Diffidatoria haud feriuntur gladio, si non etiam simul à domo sua profugiant, extra Sax. Electoratum, *p.4.c.16.d.3.*

DIFFITERI; DIFFESSIO.

Scripturam contra se productam quilibet absque juramento recognoscere vel mediante jurejurando diffiteri tenetur, *p.1.c.12.d.27.n.1.* It. *p.1.c.10.d.10.n.2.* It. *p.4.c.44.d.9.n.8.*

Diffessio documentorum jurata per ipsum principalem fieri debet, nec admittitur curator vel procurator, *p.1.c.17.d.19.*

Jurata diffessio vim habet litis contestationis negativæ, *p.1.c.10.d.10.n.5.*

Vide plura infra Recognitio.

DIGNITAS.

Filii ante Dignitatem patris suscepti, tamen patris dignitate & privilegiis fruuntur, *p.2.c.10.d.32.*

Dignitas maleficio perditur, *p.4.c.43.d.11.n.7.*

DILATIO MORATORIA.

Differunt inter se jus aliquod differri & simpliciter tolli, *p.2.c.5.d.9.*

Dilatio quinquennalis à majori parte creditorum debitori concessa impedit etiam hypothecarios & Arestantes, quo minus durante dilatione debitorem molestare queant, *p.2.c.22.d.29.*

Præstita tamen hac de re cautione expressa, *ib.n.13.*

Moratoriæ præscriptionis vel Dilationis Quinquennalis origo, *ib.n.2.*

Dilatione moratoria seu Quinquennalibus induciis durantibus non debentur usuræ, *p.2.c.30.d.46.*

Limitatur, *ib.n.10.& 14.*

Princeps per rescriptum moratorium nec sortem nec usuras creditoribus auferre præsumitur, *ib.n.3.* Quomodo intelligendum, *n.2.*

DISPENSATIO.

Dispensatio quid, *p.4.c.24.d.14.n.1.*

Dispensatio matrimonii admittitur in Jure divino non prohibiti, *p.4.c.24.d.14.*

Absque Dispensatione speciali Magistratus nemo potest ducere in uxorem fratris sui defuncti sponsam, *p.4.c.24.d.13.*

Ut juramentum testibus remittatur litigatoribus dissentientibus, Papa dispensare nequit, *p.1.c.2.d.17.n.11.*

DISPOSITIO.

Quævis dispositio de habilibus est accipienda, *p.3.c.28.d.8.n.1.*

Dispositio locum amplius non habet, ratione ipsius cessante, *p.2.c.12.d.3.n.5.* It. *d.13.n.4.*

In novo statu seu causa mens & intentio Dispositionis cessat, *p.2.c.35.d.23.n.3.*

Ubi mens Disponentis abest, ibi nec dispositio locum habere potest, *ibid.n.4.*

Quando dispositio ipsa effectum sortiri potest, de mente disponentis non controvertendum est, *p.2.c.5.d.8.n.7.*

Obligatio naturalis ex nuda testatoris Dispositione & minus solenni testamento oriri nequit, *p.3.c.5.d.23.n.8.*

Qui de re quapiam Disponendi facultatem non habet, eandem nec oppignorare potest, *p.2.c.14.d.63.n.5.*

DISPUTATIONES ATTESTATORUM.

Testium qualitates, & dispositiones post publicatas demum attestationes impugnari solent, *p.1.c.18.d.1.*

Disputationes Attestationum vel documentorum in processu summario etiam admittuntur, *p.1.c.18.d.2.*

Etiam in processu criminali ordinario, *p.1.c.18.d.3.*

Disputationes Attestatorum in scriptis proponuntur etiam in foro Sax. *p.1.c.18.d.4.*

Intra quod tempus, *p.1.c.18.d.5.*

Spatium hoc à quo tempore currere incipiat, *p.1.c.18.d.6.*

Sub qua pœna, *ib.n.4.*

Facta probatione per documenta à quo tempore currere incipiat, *p.1.c.18.d.7.*

Disputationes Attestationum duabus alternis positionibus finiri debent in foro Sax. *p.1.c.18.d.8.*

Is, contra quem suscepta est probatio, primam exhibet disputationem, nempe exceptionem, *p.1.c.18.d.9.*

Secus de Jure Communi, *ib.n.1.*

Probationes & reprobationes in uno eodemque scripto sunt disputandæ, *p.1.c.18.d.10.*

Disputationibus una pars renunciare valet, *p.1.c.18.d.11.*

Terminum quoque Disputationum immutare & coarctare partes possunt, *ib.n.2.*

Perdita licet exceptione, nihilominus admitti debet duplica rei, *p.1.c.18.d.12.*

Replica actoris propter contumaciam quantumvis rejecta admittitur tamen ejusdem triplica, *p.1.c.18.d.13.*

Duplica vel triplica intra spatium legitimum non proposita concludendum est in causa principali, *p.1.c.18.d.14.*

Neque exceptio neque replica aliave positio, ultima saltem termini die in judicio exhibita rejici, neque Sanctio Electoralis de sex septimanis inferendis Disputationibus præfinitis ad terminum Sax. trahi debet, *p.1.c.18.d.15.*

DIVISIO.

Divisio & assignatio testatoris potissimum attendi debet, *p.3.c.9.d.19.n.3.*

Divisio non fit ipso Jure, sed factum alterius partis accedat necesse est, *p.3.c.33.d.3.n.3.*

Divisio alienatio est & emptionis vicem obtinet, *p.3.c.15.d.44.n.3.*

Divisio sola communionem dissolvit, *p.3.c.15.d.43.n.6.*

Divisio errore Juris facta non nocet, *p.3.c.7.d.11.n.6. p.3.c.15.d.42. & n.2.*

Divisio ex causa læsionis enormis rescindi potest, *p.3.c.7.d.11.n.3.*

In modo partitionis Saxon. divisionis tempus potissimum attendi debet, *p.3.c.15.d.14.n.7.*

Dividenda bona alia non sunt, quàm quæ commodè dividi possunt, & eo modo, quo possunt, *p.3.c.15.d.9.n.5.*

Ad divisionem hereditatis is, qui minoris est ætatis, non potest eum, qui major est, provocare, *p.3.c.15.d.3.n.3.*

Limitatur, *ib.n.4.*

Divisio hereditatis Vide *infra* Hereditatis Divisio.

Divisio inter minores heredes non potest fieri absq; decreto & subhastatione, nisi major ad hanc provocet, *p.3.c.15.d.44.*

Divisionis, excussionis & Ordinis beneficium, Vide *infra in Verb.* Fidejussorum beneficia.

Divisionis & excussionis exceptio non solùm ante sed & post litem contestatam opponi potest, *p.1.c.3.d.17.n.11.*

DIVORTIUM.

Ob furorem conjugis non dissolvendum est matrimonium legitimè contractum, *p.4.c.20.d.11.*

Nullus morbus inter causas divortiorum recensetur, *ib.n.5.*

Divortium ob stuprum & fornicationem mariti ante nuptias commissam non permittendum est, *p.4.c.20.d.13.*

Sed benè, si sponsa ab alio antea imprægnata & gravida reperiatur, *p.4.c.20.d.12.*

Ratio diversitatis, *p.4.c.20.d.13.n.6.*

DOCTOR.

Doctores Juris nostri temporis successerunt in locum veterum illorum prudentum, quibus de Jure respondendi potestas data erat, *p.2.c.10.d.4.n.3.*

Doctoribus salaria totius temporis debentur, quantumvis hi ante tempus decesserint, *p.2.c.51.d.12.n.4.*

DOCUMENTUM.

Literariorum Documentorum appellatione etiam privatæ scripturæ continentur, *p.1.c.17.d.3.n.4.*

DOLOSE.

Dolosè emens non adimit venditori dominium, *p.1.c.28.d.18.*

DOLUS.

Dolus à partibus contrahentibus remitti nequit, *p.1.c.17.d.38.n.9.*

Dolus in omnibus actibus semper exceptus intelligitur, *p.2.c.35.d.2.n.5.*

Dolus purgatur, aliquo modo per pœnitentiam, *p.4.c.17.d.10.n.1.*

Ubi dolus arguitur, delatio juramenti locum non habet, *p.1.c.6.d.10.n.4.*

Si dolus dederit causam contractui, venditio ipso jure nulla est, *p.2.c.34.d.9.n.2. & 5.*

Si Dolus venditori causam habendæ fidei dedit, fides pro non habita habetur, & res non tradita, sed fraudulenter ablata censetur, *p.4.c.28.d.18 n.4.*

Dolo culpa etiam latissima quoad pœnam mortis infligendam non æquiparatur, *p.4.c.3.d.13.n.4.*

A Dolo probabilis causa, etsi injusta adeoque etiam feris immanibus consentanea magis quàm homini, tamen excusat, *p.3.c.22.d.9.n.6. p.4.c.3.d.18.n.7. p.2.c.45.d.18.n.5. p.4.c.38.d.2.n.3. p.3.c.26.d.3.n.8.*

Doli probationem semper oportet esse salvam, *p.1.c.20.d.22.n.3.*

Contra Dolum præsumtum contraria probatio ptæsumtiva recipitur, *p.4.c.8.d.3.n.8.*

Dolosa persuasio violentiæ & coactioni æquiparatur, *p.3.c.23.d.30.n.15.*

Dolosum vel non dolosum cujusq; animum præsumtiones ac circumstantiæ facti declarant, *p.4.c.42.d.9.n.3.*

DOMICILIUM.

Domicilii forum semper est generale & ordinarium & prædominatur, vel saltem concurrit cum alio, *p.1.c.29.d.19.n.2.*

Domicilii ratione quis potest conveniri in loco, ubi majorem possidet bonorum partem, & quibus mediis domicilium probetur, *p.1.c.3.d.18.*

Domici-

Domicilium non intelligitur fixiſſe Caſtellanus in loco officii ſui, licet ibidem per decennium commoretur, *p. 3. c. 12. d. 18. n. 10.*

Domicilium quis non amittit ex eo, quod per tempus alibi fuerit in famulitio alicujus Domini, *p. 3. c 38. d. 18.*

Domicilium ſortitur quis, non ſolum ubi fovet larem, ſed etiam ubi bonorum ſuorum majorem partem habet, vel aſſiduè converſatur, *ib. n. 6.*

De Domicilio ex animo & intentione alicujus eſt judicandum, *ib. n. 8.*

DOMINIUM.

Dominium & poſſeſſio unius & ejusdem rei penes duos conſiſtere non poteſt, *p. 1. c. 2. d. 11. n. 5.*

Dominium non præſumendum ne quidem ex præterita multorum annorum poſſeſſione, *p. 1. c. 16. d. 24. n. 6.*

Dominium difficiliotis eſt probationis, quàm poſſeſſio, *ib. n. 5.*

Dominium abſque poſſeſſione vacuum transferatur, *p. 1. c. 32. d. 46. n. 4. & 7.*

Dominium ex poſſeſſione præſumitur, *p. 2. c. 14. d. 25. n. 9.*

Dominium non ſufficit in rei vindicatione probari de præterito, ſed de præſenti, *p. 1. c. 16. d. 24.*

Dominium in emptorem non transfertur fide de pretio non habita, *p. 2. c. 14. d. 64. n. 9.*

Quoad Dominii translationẽ in contractibus prohibitio non impedit alienationem, impedit tamen quoad intereſſe vel pœnam, *p. 2. c. 1. d. 16. n. 11.*

Vel donatio, vel venditio, vel alius titulus ad translationem Dominii habitus nunquam ex traditione præſumitur, niſi probetur, quod talis titulus præceſſerit, & in ejus executionem traditio ſubſecuta fuerit, *p. 1. c. 17. d. 35. n. 6.*

Dominium ex ſigillo non probatur vel ſaltem præſumitur, ſed conſenſus ejus, cujus eſt ſigillum, *p. 3. c. 22. d. 3 [illegible] c.*

Dominia rerum in fo[illegible] t[illegible]ione non transferuntur, nec alienatio re perficitur, ſi non prius in judicio alienans poſſeſſioni ſuæ renunciaverit, eandemque accipienti tradiderit, *p 2. c. 39. d. 35. p. 2. c. 31. l. 13. n. 4. p. 2. c. 38. d. 13. n. 6.* it. *p. 1. c. 28. d. 21. n. 4.*

Dominium ac poſſeſſio per adjudicationem demum tanquam per traditionem in creditorem aut licitatorem transfertur, *p 3. c. 16. d. 10. n. 8.*

DOMINUS.

Dominus ſuorum membrorum nemo eſt, *p. 2. c. 21. d. 1. n. 1. p 4. c. 1. d. 11. n. 3.*

Dominus ex delicto famuli quatenus conveniri poſſit, *p 4. c. 17. d. 13. n. 6.* it. *p. 4. c. 13. d. 6. p. 4. c 43. d. 7.*

Domino ſuo quatenus res pereat, *p. 2. c. 15. d. 35. n. 5. p. 2. c. 26. d. 20. n. 8.*

Dominis atque Nobilibus nullum competit jus protimiſeos in cibariis vel mercibus edilibus ſubditorum, quas venales ad forum deferunt, *p. 2. c. 51. d. 10.*

DOMINUS FEUDI.

Domino Feudi cujusnam ſumptibus vaſallus ſervire teneatur, *p. 3. c. 28. d. 18.*

Domino Feudi de jure Sax. pupilli nomine tutor ſervire tenetur, *ib. n. 3.*

Dominus Feudi jus ſuum, quod in vaſallum habet, ſive dominium directum atque adeo vaſallos ſine eorum conſenſu alienare non valet, *p. 2. c. 39. d. 10. n. 1.*

DOMUS.

Domus uniuscujusq; civium ſancta eſſe debet, *p. 4. c. 13. d. 9. n. 9.*

Domus expugnatores quandoque ex conſtitutione fractæ pacis gladio feriuntur, *p. 4. c. 13. d. 6.*

Quandoque etiam pœna Robbariæ plectuntur, *p. 4. c. 13. d. 7.*

Domus ſecuritatem qui violant, pœna arbitraria plectendi ſunt, *p. 4. c. 13. d. 4.*

Domo vendita cum omnibus inſtructis, quænam hoc nomine contineantur, *p. 2. c. 33. d. 20.*

Domo legata cum omnibus, quæ in ea reperiuntur, cenſentur ſaltem legata, quæ ad perpetuum domus uſum ſunt deſtinata, *p. 3. c. 13. d. 28.*

Domus privilegiatæ poſſeſſor non eſt obſtrictus ſtatutis loci, unde nec ejus hereditas juxta ſtatuta ejusmodi dividenda, *p. 3. c. 12. d. 19.*

Niſi ſimul ſit incola civitatis, vel ibi domicilium habeat, *p. 3. c. 12. d. 20.*

DONARE.

Donare proprium eſt Principum & Nobilitatis actus, *p. 2. c. 12. d. 16. n. 6.*

Donans bona ſua alteri retento ſibi uſufructu non eſt obnoxius præſtare cautionem de utendo arbitrio boni viri, *p. 2. c. 14. d. 7. n. 6.*

Donator quando teneatur de evictione, *p. 2. c. 34. d. 23.*

Donator heredibus ſuis proſpexiſſe præſumitur, *p. 3. c. 2. d. 2. n. 3.*

DONATIO.

Donatio ab cauſam propriè donatio non eſt, *p. 2. c. 12. d. 39. n. 1.*

Donatio quatenus accepti beneficii ratione remunerationis cauſam admittit, vera donatio non eſt, *p. 2. c. 12. d. 54. n. 4. & ſeq. 55. n. 6.*

Donatio majoris partis bonorum fraudulenter facta præſumitur, *p. 2. c. 14. d. 18. n. 10.*

Donationis conjectura tunc demum capitur, quando alia ſumi non poteſt, *p. 2. c. 10. d. 28. n. 2. p. 3. c. 11. d. 15. n. 6. p. 2. c. 12. d. 38. n. 2. p. 3. c. 12. d 4. n. 6.*

Donationis titulus ſingularis eſt, non univerſalis, *p. 2. c 12. d. 28. n. 1.*

In Donationem non veniunt jura paſſiva, *ib. n. 3.*

Donatione perfecta, ſi res nondũ tradita ſit, vel ex ſtipulatu agitur, vel condictione ex lege, *p. 2. c. 14. d. 8. n. 4. & 5.*

Donatio abſenti facta an & quatenus valeat, *p. 2 c. 12. d. 20. p. 2. c. 12. d. 21.* it. *p. 2. c. 14 d. 6.*

DONATIO GERADÆ.

Donatio Geradæ marito facta ne quidem juramento uxoris confirmata valet, *p. 2. c. 13. d. 1.*

Ampliatur, *n. 8.*

Donatio Geradæ juramento non confirmatur, quantum ad validitatem contractus, ſed tantum quoad obſervationem, *ib. n. 11.*

Donatio Geradæ remuneratoria ſeu reciproca qualis eſſe debeat, ut marito facta ſubſiſtat, *p. 3. c. 13. d. 2.*

Donatio Geradæ ſub generali donatione non comprehenditur, *ib. n. 9.*

Remuneratio ſi in tempus futurum mortis differatur, Donatio Geradæ marito facta valida non eſt, *p 2. c. 13. d. 3.*

Donatio remuneratoria à marito in continenti & in uno actu donationis Geradæ fieri debet, *p. 2. c. 13. d. 4.*

Mulier alterius curatoris autoritate ad hoc opus habet, *p. 2. c. 13. d. 5.*

Donatio Geradæ reciproca non niſi in judicio, vel coram Notario ab uxore marito facta ſubſiſtit, *p. 2. c. 13. d. 6.*

Ad hanc donationem requiritur traditio clavium cum deſignatione rerum donatarum, *p. 2. c. 13. d. 7.*

Hæc donatio quoque ſit æquivalens, *p. 2. c. 13. d. 8.*

Limitatur, *ibid. n. 5.*

Vide plura infra in Verb. Geradæ alienatio & donatio.

DONATIO IMMOBILIUM.

Donatio bonorum immobilium in foro Sax. non niſi coram judice, ubi bona illa ſunt ſita, facta valet, *p. 2. c. 12. d. 19.*

DONATIO INOFFICIOSA.

Filiis per donationem in legitima defraudatis competit querela inofficioſæ Donationis, *p. 3. c. 10. d. 9. n. 4.*

Differentia querelæ inofficioſæ Donationis, à querela inofficioſi teſtamenti, *p. 2. c. 12. d. 53. n. 6.*

DONATIONIS INSINUATIO.

Num Magiſtratus merum habens imperium coram ſe ipſo Donationem inſinuari facere queat, *p. 2. c. 12. d. 16.*

Inſinuationis omiſſio quatenus vitiet Donationem, *p 2. c. 12. d. 17.*

Donatio rerum mobilium & Geradæ coram quocunque judice inſinuari poteſt, *p. 2. c. 12. d. 18.*

Inſinuatio eſt actus voluntariæ Juriſdictionis, *ibid. n. 2. & 3.*

Donatio per procuratorem aliumvè inſinuata jure ſubſiſtit, *p. 2. c. 43. d. 4. n. 7.*

Donationis inſinuatio cur introducta, *p. 2. c. 12. d. 13. n. 1.*

Donatio excedens 500. ſolidos requirit inſinuationem, *p. 2. c. 12. d. 12.*

Ampliatur in donatione ad pias cauſas, *p. 2. c. 12 d. 13.*

Etiam in donatione jurata, *p. 2. c. 12. d. 14.*

DONATIO MORTIS CAUSA.

Donatio mortis cauſa quid, *p. 3. c. 14. d. 28. n. 3.*

Donatio mortis cauſa eſt duplex, nominalis & realis, *p. 3. c. 1. d. 39. n. 9.*

Mortis cauſa donationes quoad effectum ultimæ voluntatis inſtar valent, *p. 3. c. 1. d. 25. n. 5.*

Quoad ſolennitates judiciales teſtamentis judicialibus æquiparantur, *ib. n. 7. p. 3. c. 5. d. 9. n. 7.*

Ratione formæ ac modi ineundi magis contractui, quàm ultimæ voluntati æquiparantur, *p. 3. c. 2. d. 1. n. 3.*

Donationes mortis cauſa, peſtis tempore coram duobus vel tribus teſtibus relictæ, valent, *p. 3. c. 4. d. 3.*

Fallit in donatione omnium bonorum, *ib. n. 12.*

Donatio mortis cauſa nec vi, metuve aut duris ac importunis ſollicitationibus extorta ſubſiſtit, *p. 3. c. 5. d. 9.*

Donatio mortis cauſa per ipſummet donatorem inſinuari debet, non per procuratorem, *p. 3. c. 1. d. 27.*

Et quidem judici in loco judicii, *ib. n. 9.*

Donatio facta in domo donatoris coram judice ejuſque aſſeſſoribus, ad hoc ſpecialiter vocatis, valet, *p. 3. c. 1. d. 28.*

Donatio mortis cauſa extrajudicialiter non niſi coram quinque teſtibus facta valet, licet juramentum acceſſerit, *p. 3. c. 1. d. 29.*

Duplici modo in foro Sax. perficitur, *ib. n. 2. & 3.*

Sufficiunt autem teſtes etiam non rogati, ut & mulieres, *p. 3. c. 1. d. 30.*

Modo donatorem videant, *ib. n. 6.*

Non confecto inſtrumento ſuper hac donatione teſtes jurare tenentur, *p. 3. c. 1. d. 31.*

Donatio mortis cauſa coram Notario & quatuor teſtibus facta valet, *p. 3. c. 1. d. 32.*

Tempore peſtis corã duobꝰ, *p. 3. c. 1. d. 33.*

It. donatio ad pias cauſas, *ib. n. 2.*

Itemque donatio, quam pater liberis ſuis fecit, *ib. n. 4.*

Donatio mortis cauſa ob defectum 5. teſtium irrita ſuſtineri poteſt jure legati vel fideicommiſſi, *ib. n. 7.*

In Electoratu Sax. non ſubſiſtit donatio omnium bonorum mortis cauſa tempore licet peſtis coram duobus teſtibus facta, *p. 3. c. 1. d. 34.*

Donatio mortis cauſa, abſenti & ignoranti facta, quatenus ſit valida, *p. 3. c. 1.*

Etiam in Electoratu Sax. *ib. n. 8. (d. 35.*

Rei mortis cauſa donatæ dominium ipſo jure in donatarium tranſit, *p. 3. c. 1. d. 37. n. 2.*

Ex donatione omnium bonorum mortis cauſa in Electoratu Sax. obſtringitur donatarius creditoribus donatoris, *p. 3. c. 1. d. 38.*

Nec valet in præjudicium creditorum, *ib. n. 5.*

Pactum de non revocanda Donatione in caſum mortis facta efficit, ut donatio inter vivos habeatur, *p. 3. c. 1. d. 39.*

Ex ſtylo Notariorum clauſula promiſſionis de non contraveniendo donationi mortis cauſa adjecta eam non vitiat, *p. 3. c. 11. d. 40.*

Sub commemoratione mortis facta donatio non reputatur mortis cauſa donatio, ſi non 5. teſtes ſint adhibiti, *p. 3. c. 11. d. 41.*

In dubio inter vivos potius quàm mortis cauſa donatum videtur, *d. 41.*

Donatio mortis cauſa, per procuratorem nomine donatarii facta, non valet, *p. 3. c. 1. d. 36.*

Ampliatur, *ib. n. 7. & 8.*

Donationes mortis cauſa ſemper pro lubitu revocari poſſunt, *p. 2. c. 43. d. 10. n. 4.* it. *p. 3. c. 1. d. 3. n. 3.*

Item ſola pœnitentiâ, *p. 3. c. 2. d. 9.*

Et aliis modis ibi relatis, *n. 2. & 3.* it. *d. 10. & ſeq.*

Vide plura infra: donationis revocatio.

An Falcidia in donatione mortis cauſa apud acta facta ceſſet, *p. 3. c. 1. d. 11. n. 3. & ſeqq.*

Vide plura in vocabulo Falcidia.

Cum de donationibus mortis cauſa agitur, non mortis ſed donationis factæ tempus in æſtimando monetæ augmento eſt inſpiciendum, *p. 2. c. 28. d. 8. n. 15.*

Inveſtitura de bonis uxoris immobilibus ſeu ceſſio poſſeſſionis facta marito in judicio, gerichtliche Belehnung/ non tribuit ipſi dominium, nec valet in vim donationis mortis cauſa, *p. 2. c. 13. d. 17.*

Secus de ſpeciali ac inveterata conſuetudine urbis Lipſiæ, *ibid. n. 11.*

DONATIO PROPTER NUPTIAS.

Donatio propter nuptias & dotalitium diverſæ ſunt ſpecies, *p. 2. c. 16. def. 1. n. 7.*

Quælibet donatio propter Nuptias ſolvenda eſt viduæ poſt mortem mariti dotem promiſſam offerenti, *p. 2. c. 44. d. 14.*

Donatio propter nuptias ad maritum ejusvè heredes revertitur matrimonio diſſoluto, *p. 2. c. 42. d. 1.*

Limitatur, *ib. n. fin.*

Inter hanc donationem & dotem æqualitas eſt ſervanda, quæ tamen non ubique locorum attenditur, *ib. n. 4. & 5.*

Ratione donationis propter nuptias non competit mulieri jus prælationis nec jus tacitæ hypothecæ, *p. 2. c. 16. d. 1. n. 9.*

Sed inter chirographarios referenda eſt, ſi de hypotheca ſibi non proſpexit, *p. 2. c. 28. d. 91.*

DONATIO OMNIUM BONORUM.

Donatio omnium bonorum bona præſentia ac futura, mobilia ac immobilia, nomina, jura & actiones expreſſis verbis & ſpecialiter comprehendit, *p. 3. c. 1. d. 23. n. 4.*

Donatio conjugum reciproca omnium bonorum, liberis aut parentibus licet præteritis, modo hiſce debita legitima de bonis donatis exſolvatur, ſubſiſtit, *p. 3. c. 1. d. 10.*

Donatio omnium bonorum mortis cauſa ſaltem judicialiter facta valet, non etiam coram Notario & teſtibus in Electoratu Sax. *p. 3. c. 1. d. 8. n. 8.* it. *p. 3. c. 1. d. 23.*

Donatio inter vivos omnium bonorum quatenus valet, *ib. n. 1.*

Nec in Epiſcopatibus Electoralibus Sax.

Donatio omnium bonorum mortis cauſa aliter valet, quàm apud acta judici inſinuata, *p. 3. c. 1. d. 24.*

Donatio omnium bonorum mortis cauſa domi conſcripta & poſtea apud acta judici inſinuata ſubſiſtit, *p. 3. c. 1. d. 26.*

Donatio omnium bonorum mortis cauſa etiam apud acta alterius judicis, ſub quo bona ſita ſunt, fieri poteſt, *p. 3. c. 1. d. 25.*

Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum jure prorſus invalida eſt, *p. 2. c. 12. d. 26.*

Si diverſis temporibus donationes factæ ſunt, prior rata manet, *ib. n. 14.*

Donatio univerſorum bonorum illa ſolum invalida habetur, quæ mobilia & immobilia, præſentia ac futura, jura & actiones conjunctim & expreſsè comprehendit, *p. 2. c. 12. d. 27.*

Donatio omnium bonorum mortis cauſa, in qua liberis relicta non eſt legitima, non valet, *p. 3. c. 1. d. 8.*

Itemque parentibus, *p. 3. c. 1. d. 9.*

In donatione omnium bonorum an Trebellianica locum habeat vide infra Trebellianica.

DONATIO PARENTUM.

Donatio Patris liberis facta morte confirmatur, *p. 2. c. 16. d. 9. n. 5.*

De Jure Sax. valet donatio rerum mobilium à patre collata in filiumfamilias, *p. 2. c. 12. d. 22.*

Favore matrimonii pater liberis donare poteſt, *ib. n. 4.*

Pater filio ſubveniens in peculium potius dediſſe, quam donaſſe præſumitur, *p. 3. c. 23. d. 15. n. 4.*

Utrum pater uni liberorum aliquid donare voluerit, ex numero liberorum, & quantitate, ac qualitate rei dijudicandum, *p. 3. c. 11. d. 12. n. 5.*

Filio contemplatione patris data ab ipſo patre videntur Donata, *p. 3. c. 25. d. 14. n. 8.*

Mater liberis ſuis res quasvis validè donat, *p. 2. c. 12. d. 23.*

DONATIO RECIPROCA SEU REMUNERATORIA.

Donatio remuneratoria ſive antidotalis propriè loquendo differt à donatione reciproca ſeu viciſſitudinaria, *p. 2. c. 13. d. 2. n. 1.*

Donatio reciproca ſive remuneratoria propriè donatio non eſt, nec ingratitudo donatarii hanc irritam facit, *p. 3. c. 30. d. 17. n. 5.*

Donatio reciproca eſt quædam permutatio, *p. 2. c. 13. d. 3. n. 5.*

Donatio reciproca verè non eſt, quæ in aliud tempus differtur, ſed potius pro ſimplici donatione habenda, *ibid. d. 2. n. 4.*

Donatio reciproca ſeu remuneratoria absque inſinuatione judiciali valida eſt, *p. 2. c. 12. d. 15.*

Donatione remuneratoria ſeu reciproca facta donator de evictione tenetur, *p. 2. c. 4. d. 24.*

DONATIONIS RESERVATUM.

Reſervatum in donatione mortis cauſa, de quo poſtea teſtator nil diſpoſuerit, ad heredes ab inteſtato pertinet, *p. 3. c. 2. d. 1.*

Secus de jure civili, *ib. n. 1.*

Bonis mobilibus & immobilibus alicui mortis cauſa donatis, jura & actiones, etiam donatori non Reſervatæ, donatario haud accreſcunt, *p. 3. c. 2. d. 2.*

Donatario heredi ex ſtatuto putà marito in foro Sax. Reſervatum rerum mobilium in donatione mortis cauſa ab uxore facta haud cedit, *p. 3. c. 2. d. 3.*

Nec Reſervatum in pactis dotalibus, ſi de eo uxor non diſpoſuerit, marito ſuperſtiti cedit, *p. 3. c. 2. d. 4.*

DONATIONIS REVOCATIO.

Donatio ob cauſam cauſa non ſecuta quatenus Revocetur, *p. 2. c. 12. d. 39. n. 2.*

Donatio quæ ſemel vires habuit, ex poſtfacto Revocari non poteſt, *p. 2. c. 12. d. 26. n. 15.*

Donatio ob ingratitudinem revocatur non niſi ex cauſis in *l. ult. C. de revocand. donation.* expreſſis, *p. 2. c. 12. d. 31.*

Favorabilior eſt Revocatio donationis, quæ fit ex ſupervenientia liberorum, quàm quæ ex cauſa ingratitudinis, *p. 2. c. 12. d. 40.*

Donatio propter ſupervenientiam liberorum an & quatenus revocetur, *p. 2. c. 12. d. 32. & d. 33. n. 7. & d. 34. p. 2. c. 12. d. 41. p. 2. c. 14. d. 19. n. 1. p. 3. c. 30. d. 17. n. 5.*

Renunciatio Revocationis donationis à patre facta non nocet liberis, *p. 2. c. 12. d. 33.*

Inofficioſæ Donationes nec à liberis nec à parentibus Revocantur, ſi in remunerationem factæ fuerint, *p. 2. c. 12. d. 35.*

Invito etiam donatore inofficioſa Revocatur donatio, *ib. n. 4.*

DONATIO INTER VIRUM ET UXOREM.

Donatio reciproca ſeu remuneratoria inter virum & uxorem valida eſt, *p. 2. c. 13. d. 18.*

Item in feſto nativitatis Chriſti celebrata, *p. 2. c. 13. d. 20.*

Donatio mortis causa reciproca inter conjuges, licet inæqualis, valet, *p.* 3. *c.* 2. *d.* 6.

Limitatur in casu Geradæ, *ib. n.* 15.

Donatio conjugum mortis causa apud acta soli judici vel quæstori non præsentibus aliis Scabinis insinuata, valida est, *p.* 3 *c.* 2. *d.* 7.

Donatio mortis causa omnium bonorum reciproca inter conjuges etiam extrajudicialis coram quinque testibus facta subsistit, *p.* 3. *c.* 2. *d.* 8.

Donatio mortis causa reciproca invita etiam altera parte revocari potest, *p.* 3. *c.* 2. *d.* 11.

Nihilominus alterius dispositione firma manente, *ib. n.* 4.

Mortuo licet uno conjuge, superstes tamen pro sua parte a testamento vel Donatione mortis causa reciproca recedere valet, *p.* 3. *c.* 2. *d.* 12.

Donatio inter conjuges prohibita morte confirmatur, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 9. *n.* 3.

Donatio inter conjuges morte non confirmata haud valida habetur quatenus verum, *p.* 3 *c.* 19 *d.* 13. *n.* 10. *& seqq.*

Donatio inter conjuges morte confirmatur usque ad summam 500. solidorum, si judicialiter insinuata non fuerit, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 5.

Donatio inter virum & uxorem non valet, licet in hæredes donatarii collata fuerit, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 14.

Licet constante matrimonio juramento roboretur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 73 *n.* 7.

Donare uxor marito suo consensu curatoris in judicio validè potest, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 16.

Absque consensu mariti mulier nihil rerum suarum Donando in alium transferre potest, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 10. *n.* 7.

Donare Maritus quatenus uxori res expeditorias valeat, *p.* 2. *c.* 13 *d.* 13.

Donare Maritus uxori Geradæ nomine quid non prohibetur, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 21.

Donatio inter Sponsum & Sponsam jure subsistit, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 19.

DONATIO INTER VIVOS.

Donatio inter vivos in dubio censenda est, etiamsi mortis mentio fiat, aut executio in eventum mortis differatur, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 24.

Limitatur, *n.* 4.

Donatio inter vivos tàm donatoris, quàm donatarii consensu perficitur, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 25. *n.* 5.

Donatio inter vivos valida est hac conditione facta, ut post mortem donatarii res donata ad alium transeat, licet non jure fideicommissi subsistat, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 22.

Donationem inter vivos de hodierna consuetudine corporis debilitas in foro Sax. non vitiat, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 4. *n.* 2. It. *p.* 2. *c.* 12. *d.* 11.

Sicut & de Jure civili n. 1. Aliud tamen dispositum Jure Sax. *ib. n.* 2.

Quod in art. 65. Weichbild. de ægroto dispositum reperitur, illum nempe ultra. 5. solidos donare haud posse, id usu non servatur, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 4. *n.* 3.

Donatio excedens 500. solidos requirit insinuationem, & de quibusnam solidis hoc accipiendum, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 12.

Insinuatio cur introducta, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 13. *n.* 1.

Donatio facta Ecclesiæ vel ad alias pias causas ultra 500. solidos insinuationem quoque requirit, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 13.

Nec donatio jurata absque insinuatione valet, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 14.

Donatio inter vivos ad testamenti factionem haud extendi debet, *p.* 3. *c.* 5. *d.* 1. *n.* 5.

DONATARIUS.

Datur heredi interdictum Quod legatorum ad recipiendam rem donatam, quam Donatarius propria autoritate occupavit, *p.* 3. *c.* 31. *d.* 37.

Donatarius debitor traditionem rei donatæ ad arbitrium suum restringens, eo defuncto ipsius heredes conventione hac se tueri non possunt, sed statim ad solutionem & traditionem rei donatæ tenebuntur, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 18. *n.* 3.

Donatarius defunctus ante donatorem transmittit donationem ad heredes suos, etiamsi horum mentio facta non fuerit; *p.* 2. *c.* 12. *d.* 25.

Item Juris, si, antequam donatum agnoverit, moriatur, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 28.

Donatarius una cum feudo in casum mortis sibi donato fructus pendentes lucratur, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 2.

Donatarius universorum bonorum quatenus à creditorib. conveniri queat, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 28. *d.* 29. *d.* 30.

DONUM.

Dona nuptialia vide infra Nuptialia dona.

DONEC.

Vocula Donec biß/limitativa est temporis & inducit conditionem, *p.* 2. *c.* 27. *d.* 7. *n.* 3.

DOS.

Dos est universale quid, cui verbum obligvum appositum institutionem importat, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 9. *n.* 3.

Dos congrua quæ, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 5 *n.* 3.

Dos sine matrimonio esse nequit, *p.* 2. *c.* 46 *d.* 20. *n.* 5. *p* 3. *c.* 13. *d.* 25. *n.* 3.

Matrimonium sine dote esse potest, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 11. *n.* 6.

Dos non debetur, nisi nuptiis secutis, *p.* 3. *c.* 19. *d.* 8 *n.* 5. *p.* 3. *c.* 13. *d.* 25. *n.* 2.

Dotis datio est de solennitate matrimonii, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 89. *n.* 5.

Dos quæ in priore matrimonio data fuit, eadem quoque in secundo, si aliud nil obstet, repetita intelligitur, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 11. *n.* 13.

Dos pro modo facultatum patris constitui debet, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 17. *n.* 4. It. *d.* 18. *n.* 6.

Dos, quam mulier antea non promisit, sed demum post mortem mariti constituit, propriè Dos dici non potest, *p.* 2. *c.* 44. *d.* 11. *n.* 10.

Dos sola promissione constituitur, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 3. *n.* 9.

Dos succedit loco alimentorum, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 20. *n.* 10. *p.* 4. *c.* 26. *d.* 2. *n.* 4.

Dos est mulieris, etsi in bonis mariti sit, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 18. *n.* 2.

Dos ad maritum solum videtur pervenisse, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 28. *n.* 5.

Maritus usuras petere potest, si ipsi Dos suo tempore soluta haud sit, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 6. *n.* 3.

Dos ob moram contractam solvi haud debet in meliore moneta, quam quæ fuerit tempore dotis promissæ, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 15. *n.* 6.

Dos, si pater est pauper contemplatione neptis, ab avo constituta censebitur, *p.* 3. *c.* 11. *d.* 35. *n.* 4.

Dos regulariter redit ad parentes vel heredes uxoris, *p.* 3. *c.* 23 *d.* 25. *n.* 6.

Dos in foro Sax. in mobilibus consistens apud maritum manet, liberisque nil nisi legitima ex ea debetur, *p.* 3. *c.* 11. *d.* 31. *n.* 13.

Dos quatenus marito debeatur vide infrà successio mariti.

Dos non debetur filiabus, antequam creditoribus fuerit satisfactum, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 17. *n.* 3.

Dotis constitutio, quia facti est, probetur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 87. *n.* 5. *p.* 2. *c.* 16. *d.* 11. *n.* 7. *&* 8.

Sufficit tamen probatio conjecturalis, *ib. n.* 9.

Dotem revera fuisse illatam quomodo probandum, *p.* 2. *c.* 44. *d.* 10. *n.* 1.

Dotes mulieribus constitui, quò commodè maritos inveniant, publicè interest, *p.* 2. *c.* 39. *d.* 18. *n.* 3. *p.* 2. *c.* 15. *d.* 21. *n.* 8.

Dotis nomine relictum videtur assignatum titulo honorabili institutionis, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 9.

Dotis augmentum alio jure non censetur, quam dos ipsa, *p.* 3. *c.* 22. *d.* 10. *n.* 6.

Doti non ita favendum est, ut aliis injuriam faciamus, *p.* 1. *c.* 28. *d* 65. *n.* 13.

Dotis numeratæ probationem ex confessione mariti sola simulationis suspicio annihilat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 80. *n.* 1.

De Dote lucranda stipulatio non tantùm in dote data, sed & promissa locum habet, *p.* 3 *c.* 23. *d.* 3. *n.* 10.

In Dote filia gravari non debet, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 11. *n.* 1.

Dote vel hereditate paterna filia neque ob stuprum neque ob incestum privatur, *p.* 4. *c.* 21. *d.* 9.

Dotem certam accipiens filia loco legitimæ suæ accepisse videtur, *p.* 3. *c.* 10. *d.* 14. *n.* 7.

Si Dotem vel legitimam, vivente patre, acceperunt liberi, non impugnare possunt paternum testamentum, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 10.

Dotem avus maternus non tenetur dare nepoti ex filia, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 21. *n.* 2.

Sed demum in subsidium, *n.* 3.

Dotem semel constitutã pater deteriorẽ facere non valet, *p.* 2. *c.* 43. *d.* 11. *n.* 6.

Dotem majorem licet tutor promiserit, non tamen tenetur ultra, quàm pupilla in bonis habet, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 16.

Dotis exactio constante matrimonio solius mariti est, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 82. *n.* 5.

Dotis fructus vel industria uxoris acquisita non lucratur maritus, si in pactis dotalibus hisce renunciaverit, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 13.

Dotis fructus marito pro oneribus matrimonii debentur, *p.* 4. *c.* 23 *d.* 4. *n.* 6.

Dotis & mobilium lucro privandus est maritus, qui uxorem verberat & expellit, *p.* 3. *c.* 26. *d.* 6.

Limitatur, *n.* 3.

Ampliatur, *p.* 3. *c.* 26. *d.* 7.

Dotem promissam exigens maritus absque curatorio nomine proprio agere potest, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 18.

Pro Dote sive conservanda sive restituenda uxori à marito patrevè ejus fidejussorem dari prohibitum est, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 17. *n.* 1.

Pro Dote valida est datio fidejussoris ante sponsalia facta vel ad instantiam patris, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 17.

Dotis ac donationis propter nuptias assecurationẽ mulier potest petere marito, ad inopiã vergente, *p.* 4. *c.* 24. *d.* 11.

Probanda autem est paupertas, *n.* 4.

Dotem suam uxor, marito propter crimen læsæ Majestatis condemnato, nihilominus à fisco repetere potest, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 23. *n.* 3.

Si vidua ab heredibus mariti ex possessione legitima fuerit dejecta, vel blandis sermonibus, quasi heredes statim ei dotem soluturi essent persvasa discesserit, ante omnia restitui debet, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 8. *n.* 3.

Dotis in rebus mobilibus constitutæ periculũ mulier sustinet, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 20.

Dotis usuræ à marito non petitæ, post mortem ejus ab ipsius heredibus haud exigi possunt, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 22. Item, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 14.

Doris usuræ debentur à tempore moræ solo biennii lapsu, nisi brevior dies fuerit præfixus, *ib. n.* 3.

In Dotis constitutione locum habet, *l.* 2. *C. de rescind. vendit. p.* 2. *c.* 34. *d.* 14.

Dotem in Feudum conversam esse ut probetur, necesse non est probata numeratione, *p.* 2. *c.* 44. *d.* 9. *n.* 7.

Dos saltem promissa ex Feudo solvi debet, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 15.

Ad Dotem sibi constituendam ex Feudo, defuncto patre filiâ successores Feudi convenire potest, *ib. n.* 6.

Dotis debitum successoribus Feudi occasione rei incumbit, *ib. n.* 7.

Dotandæ, educandæ & elocandæ ex Feudo sunt filiæ non nisi in subsidium, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 32 *n.* 6. *p.* 2. *c.* 46. *d.* 16.

Quomodo ab illo onere, Dorationem jam factam concernente, differat, *ib. n.* 2.

Hoc onere etiam Dominus Feudi in subsidium gravandus, *ib. n.* 7.

Dotandæ ex Feudo non sunt filiæ in concursu creditorum, nisi consuetudine aliud sit introductum, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 17.

Dotium quantitas moderationi Domini Feudorum committitur, si de hâc inter partes non convenerit, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 18.

Dotem eandem, quam filia à patre vivente accepit, successores Feudi reliquis filiabus ex Feudo solvere haud sunt obligati, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 19.

Dotes ex Feudo paterno debitas filia non transmittunt ad heredes, si nondum maritatæ decesserint, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 20.

Sicuti nec reservata à venditoribus in nuptias liberorum, defunctis hisce ante nuptias, heredibus eorum deferuntur, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 21.

Limitatur, quando de Dotibus usuræ filiabus præstitæ fuere, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 22.

Aut Dotem pater in viccm legitimæ filiæ in testamento relinquat, *n.* 1.

Filia, cui Dos ex Feudo constituta fuit, defuncta, antequam nuberet, successores Feudi in subsidium impensas funeris solvere tenentur, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 23.

Si dotem petant, non debetur filiabus ex Feudo legitima, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 32.

In Dote promissa ex Feudo soror præfertur relictæ viduæ fratris cum sua dote, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 33. *n.* 13.

Dotem illatam vidua repetens loco pecuniæ numeratæ bona immobilia in solutum haud acceptare tenetur, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 32.

Dotis propter deteriorationem aliorumque bonorum illatorum heredes mariti viduæ ad interesse tenentur, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 33.

In Dotem data nomina viduæ repetere licet, deductis tamẽ sumptibus, pro eorundem exactione factis, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 39.

Una cum Dote illata legatum, in testamento mariti sibi relictum, vidua Jure petit, *p.* 3. *c.* 20 *d.* 40.

DOTIS PRÆLATIO & PRIVILEGIUM.

Sicut in dote, ita etiam in augmento dotis mulier præfertur omnibus creditoribus, etiam hypothecariis, exceptis iis, qui anteriorem expressam habent hypothecam, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 64.

Dotem repetenti mulieri præferuntur etiam de Jure Communi extra forum Sax. hypothecarii anteriores expressi, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 65.

In Dote Jus Prælationis habet mulier non solum defuncto, sed etiam vivente adhuc marito & ad inopiam vergente, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 69.

Dotis ratione vidua præferenda est agnato res expeditorias petenti, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 70.

Etiamsi dos in bona mariti non sit conversa, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 71.

Modo Dos illata marito probetur aliter, quam solius mariti confessione, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 72.

Ut juri Prælationis in Dote confessata locus sit, ne quidem jurata mariti confessio efficit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 73.

Dotis non solutæ exceptio objici potest à creditoribus mariti post elapsa tempora, intra quæ opponi à marito potuit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 74.

Dotem illatam non probat mariti confessio, etiamsi mulier in supplementum jurare velit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 75.

Privilegium Prælationis in Dote confessata competit mulieri, si reliqui etiam Creditores per solam confessionem debitoris numerationem probent, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 76.

Plures Limitationes, quibus mulier in dote confessata privilegio Prælationis gaudet, vide *p.* 1. *c.* 28. *d.* 77. *d.* 78. *d.* 79.

Dotis numeratio quomodo probanda, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 80. *d.* 81. *d.* 82.

Non præfertur mulier ratione Dotis iis creditoribus, qui prius Arestum, vel immissionem in bona debitoris judicialem impetrarunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 66.

Præferuntur mulieri Dotem illatam repetenti in rebus saltem mobilibus creditores ii, qui hypothecam extrajudicialem anteriorem sunt consecuti, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 67.

Non præfertur mulier, assecurata ratione Dotis expressa hypotheca, creditoribus anterioribus expressam habentibus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 68.

Jus Prælationis in Dote non competit mulieri, quæ cum marito communem negotiationem exercens debita simul contraxit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 83.

Item si sciens viro jam obærato nupserit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 84.

Vel si culpa mulieris maritus ad inopiam pervenerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 85.

Prælationis privilegium in Dote soli uxori competit, non etiam heredibus collateralibus, nec ab uxore alii potest cedi, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 95.

Prælationis Jure liberi aliique heredes descendentes in Dote materna æquè gaudent, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 96.

Jus Prælationis Maternum liberi post matrem defuncti ad collaterales & ascendentes heredes non transmittunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 98.

At Jus tacitæ hypothecæ sicuti extraneo cedi, ita etiam ad heredes quoscunq; à muliere ejusvè liberis transmitti potest, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 99.

Quantum ad Privilegium tacitæ hypothecæ, ratione Dotis illatæ mulieri competentis, matrimonium statim post copulationem sacerdotalem consummatum dicitur ante ingressum thori, *p.* 3. *c.* 19. *d.* 10.

Privilegium Prælationis mulieri ratione Dotis concessum etiam in Feudis locum habet, si bona allodialia non sufficiant, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 2. It. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 70. *n.* 1.

Etiam quoad Dominum Feudi, *n.* 2.

DOTALIS.

Inter Dotalia & paraphernalia bona uxoris magna est diversitas, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 11.

Res ex pecunia dotali comparata an sit dotalis? *p.* 3. *c.* 23. *d.* 28.

Dotalia bona quænam sint, quæ paraphernalia, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 87. *n.* 3.

Non Dotalia sed paraphernalia in dubio bona mulieris censentur, *ib. n.* 3. It. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 89. *n.* 3.

Dotalia habentur bona, quæcunq; tempore contracti matrimonii à sponsa vel uxore afferuntur, *p.* 1. *c.* 18. *d.* 88. *n.* 1.

Dotalis rei maritus est Dominus, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 28. *n.* 10. *p.* 3. *c.* 20. *d.* 33. *n.* 4.

Dotalis rei æstimatæ dominium & periculũ ad maritũ spectat, *p.* 2. *c.* 42. *d.* 21.

Dotalis fundus quis sit, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 21. *n.* 7.

Dotalis fundi maritus dicitur Dominus subtilitate Juris & quoad effectum vindicandi atque fruendi, verè autem ac naturaliter res dotalis permanet in dominio mulieris, *p.* 2. *c.* 1. *d.* 18. *n.* 15. *p.* 2. *c.* 37. *d.* 2. *n.* 5. It. *p.* 2. *c.* 42. *d.* 19. *n.* 20.

Dotalis fundus soluto matrimonio ad mulierem revertitur, *p.* 2. *c.* 1. *d.* 18. *n.* 12.

Dotalis fundus absque curatoris consensu in præjudicium uxoris à marito alienari nequit, *p.* 2. *c.* 37. *d.* 2. *n.* 8. *p.* 2. *c.* 43. *d.* 9. *n.* 7.

Dotalem fundum mulier absque curatore alienare nequit, etiamsi maritus consentiat, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 21.

Dotalis fundi locatione à muliere resoluta, post mortem mariti, ejus heredes conductor ad interesse convenire haud prohibetur, *p.* 2. *c.* 37. *d.* 3.

Dotalis pecunia in rem, & res dotalis in aliam, si id expediat, commutari potest, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 33. *n.* 6.

Dotali de re vidua matrimonio constante agere haud potest, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 33. *n.* 3.

Locatione in fundo Dotali per maritum defunctum facta mulier non tenetur stare matrimonio morte dissoluto, *p.* 2. *c.* 37. *d.* 2.

Valida est in civitate Lipsia etiam quoad res Dotales intercessio mulieris, pro-marito haud jurata ex peculiari statuto, quod tamen locum non habet in constituto, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 8.

PACTA DOTALIA.

Pacta dotalia quocunque modo concepta valent, dummodo non per ea mulieres indotatæ efficiantur, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 12. *n.* 5.

Aut Dos saltem deterior reddatur, *ibid. n.* 6.

Etiam

Etiam absque autoritate curatoris ex consuetudine harum regionum, *p. 3. c. 20. d. 2. n. 3.*

De bonis particularibus concepta valent in vim contractus absq; insinuatione judicii, *p. 2. c. 43. d. 1.*

Coram duobus vel tribus testibus, *ibid. n. 4.*

In foro Sax. ac præsertim in provinciis hujus Electoratus triplici modo contrahuntur, *ib. n. 3.*

Valent etiam de successione hereditatis in vim ultimæ voluntatis coram 5. testibus etiam extrajudicialiter concepta, *p. 2. c. 43. d. 2.*

Judicialiter insinuata valida sunt nullis etiam adhibitis testibus, *p. 2. c. 43. d. 3.*

Valida habentur licet non ipsimet conjuges, sed horum parentes ea Judici insinuaverint, *p. 2. c. 43. d. 4.*

Pacta Dotalia non valent in vim contractus, in quibus de hereditate vel quota hereditatis, aut Jure succedendi disponitur, *p. 2 c. 43. d 5.*

Unde dignosci poterit, an de successione hereditatis, an absque ea conventum fuerit, *ib. n. 4. & seqq.*

Pacta dotalia in vim contractus valent, etiamsi bona universa conjugi superstiti fuerint assignata, modò haud Jure hereditario hoc factū sit: *p. 2. c. 43. d 6.*

Quid juris, si de mente contrahentium non constet, *ib. n. 5.*

Super pactis Dotalibus instrumento confecto testes si huic subscripserint, suaque sigilla appoluerint, haud jurati fidem faciunt, *p. 2. c. 43. d. 7.*

Probantur testibus juratis, si in scripturam redacta non fuerint, *p. 2. c. 43. d. 8.*

An ad Pacta Dotalia scriptura necessariò requiratur, *ib. n. 1.*

Pactis Dotalibus standum est, licet instrumentum deficiat, aut minus solenniter confectum fuerit, si alio modo probentur, *ib. n. 4.*

Pacta Dotalia mulier curatore non interveniente validè contrahit, at non dotem æstimatam in bonis immobilibus constituit; *p. 2. c. 15. d. 11. & n. 8.* It. *p. 2. c. 43. d. 9.*

Pacta Dotalia principali conjugii negotio accedunt & secundum illud meritò regulari debent, *ib. n. 2.*

Pacta dotalia, quæ in vim ultimæ voluntatis subsistunt, ab uno Conjuge invito altero bene revocari possunt, *p. 2. c. 43. d. 10.*

Pacta Dotalia contrahentes ab utraque parte obligant, *ib. n. 1.*

Invita altera parte revocari haud possunt pacta Dotalia, quæ in vim contractus subsistunt, *p. 2 c. 43. d. 11.*

Pater obligatur ex Pactis Dotalibus filii, qui ipso consentiente uxorem duxit, *p. 2. c. 43. d. 12.*

Pacta Dotalia corruunt ex supervenientia liberorum, *p. 2. c 43. d. 13.*

Conditio (si sine liberis) Pactis Dotalibus abjecta impleta censetur, si liberi nati ante obitum parentum decesserint, *p. 2. c. 43. d. 14.*

Pacta Dotalia cum secunda uxore inita parens invitis primi matrimonii liberis revocare potest, etiamsi in hisce certa portio iis fuerit assignata, *p. 2. c. 43. d. 16.*

Pactis Dotalibus in foro Sax. novercæ plus assignari potest, quam liberi prioris matrimonii ex bonis paternis consequuntur, *p. 2. c. 43. d. 17.*

Modo liberi non defraudentur legitima paterna vel materna, *p. 2. c. 13. d. 18.*

Quo casu tamen non per totum vitiantur pacta, *ib. n. 7.* it. *p. 1. c. 28. d. 92. n. 4.*

Pacta Dotalia à parentibus ipsis indefinitè concepta eos à petitione legitimæ non excludunt, *p. 3. c. 12. d. 4.*

Pactis dotalibus existentibus aliunde modus successionis inter conjuges haud peti debet, *p. 3. c. 19. d. 7. n. 9.*

Omni statuto & pactis dotalibus superstiti conjugi portionem bonorum deferentibus, tacita inest conditio, si conjunx suum faciat officium, *p. 3. c. 26. d. 1. n. 4.*

Vide plura infra in Verb. Successio, Viduæ.

DOTALITIUM.

Dotalitium vir uxori ratione dotis datæ in suis bonis concedit, ut eo vidua facta ad dies vitæ utatur fruatur, *p. 1. c. 28. d. 93. n. 2.*

Differentia inter Dotalitium & donationem propter nuptias, *ib. n. 4.*

Dotalitium & feudum in Jure Sax. ut plurimum æquiparantur & pro eodem accipiuntur, *p. 3. c. 16. d. 6. n 6.*

Dotalitium viduæ ex speciali privilegio adeoque Jure proprio adipiscuntur, *p. 3. c. 33. d. 1. n. 4.*

Dotalitii legitimus modus quisnam sit in foro Sax. *p. 2. c. 42. d. 2.*

Cur introductum, *ibid. n. 2.* inter quas personas locum habeat, *ib. n 3. & 4.*

In quibus bonis, *ib. n. 5.* Constituitur in usufructu duplicato, non verò in proprietate & pro singulis centenis decem aurei, *n. 8.*

Dotalitio constituto & à vidua agnito dos feudo jure dotalitii incorporata, repeti nequit, nisi aliud specialiter conventum fuerit, *p. 3. c. 37. d. 5. n. 2.* It. *p. 2. c. 42 d. 3.*

Dotalitium nullum debetur dote non soluta & in feudum conversa, *p. 3. c. 19. d. 8. n. 4.*

Uxore prædefuncta Dotalitium haud effectum sortitur, sed dos marito superstiti cedit, de qua tamen liberis debetur legitima, *p. 2. c. 42. d. 4.*

Constitutio dotalitii quatenus obliget agnatos in Feudo, nec non filios, aliosque heredes descendentes, *p. 2. c. 42. d. 5.*

In constitutione Dotalitii locum habet *l 2 C de rescind. vend. p. 2. c. 34. d. 14.*

Viduæ ratione Dotalitii, quod à primo marito ad vitam adepta est, à secundo marito absque consensu agnatorum denuo dotalitium constitui nequit, *p. 2. c. 42. d. 6.*

Uxor ratione Dotalitii usufructuaria cautionem præstare tenetur, *p. 2. c. 24. d. 7.*

Ut & liberi, *n. 6.*

Maximè si pecuniam sibi ad usum tradi petat, *ib. n. 8.*

Obligata & uxor ratione Dotalitii ad inventarii confectionem, *p. 2. c. 42. d. 8.*

Nisi ipsi certi reditus quotannis solvantur, *ib. n. 5.*

Dotalitium locare potest uxor suum, ita tamen ut morte ipsius locatio finiatur, *p. 2. c. 42. d. 9.*

Dotalitium succedit in locum dotis, *p. 2. c. 42. d. 9.*

Dotalitium etiam sine dote, consensu agnatorum constitui potest, *p. 2. c. 42. d. 6. n. 6.*

Non tamen fundum feudalem obligare, *ib. n. 1.*

Mulier consentiens oppignorationi bonorum Feudalium, in quibus Dotalitium habet constitutum, ex aliis mariti bonis illud petere valet, *p. 2. c. 42. d. 10.*

Cui oppignorationi absque curatore consentire potest, *ib. n. 7.*

In Dotalitio gravari mulieres haud possunt, *p. 2. c. 42. d. 11.*

Dotalitium in feudo viduæ constitui debet, etiamsi de hoc vivente marito non fuerit conventum, *p. 2. c. 44. d. 1.*

Generali consvetudine in foro Sax. secus de Jure Communi, *n. 1. & 2.* Etsi bona hereditaria superstint, *n. 5.* Modò dos à muliere re ipsa fuerit illata, *ib. n. 6.*

In arbitrio viduæ est, an Dotalitium exigere, an verò dotem repetere velit, *p. 2. c. 44. d. 2.*

Dotalitio licet in pactis dotalibus constituto, attamen marito defuncto viduæ optio competit, an Dotalitium apprehendere, an verò dotem repetere malit, *p. 2. c. 44. d. 3.*

Vidua defuncta, antequam Dotalitium apprehenderet, vel dotem exigeret, nihilominus liberi ejus dotem repetere possunt, *p. 2. c. 44. d. 4.*

Dotalitio à vidua semel acceptato expirat facultas repetendi dotem, *p. 2. c. 44. d. 5.*

Quibus casibus ei subveniendum, *ibid. n. 5.*

Vidua dotalitium sibi constitutum etiam post annum & diem petere valet, *p. 2. c. 44. d. 6.*

Successores feudi ad constitutionem Dotalitii non tenentur, si unà cum dote totidem ratione Donationis propter nuptias reddere velint, *p. 2. c. 44. d. 7.*

Relinquere potest vidua dotem pariter & Dotalitium, atque petere portionem statutariam, *p. 2. c. 44. d. 8.*

Dotalitium non tenentur successores feudi constituere viduæ, priusquam dos illata, ac in feudi utilitatem versa probetur, *p. 2. c. 44. d. 9.*

Confessio mariti non relevat viduam petentem Dotalitium à successoribus feudi ab onere probandi dotis illationem, *p. 2. c. 44. d. 10.*

Secus est in liberis mariti, *ib. n. 3.*

Dotem revera fuisse illatam quomodo possit probari, *ib. n. 1.*

Dotalitium viduæ debetur, etiamsi dotem promissam vivente marito non solverit, modo eam ipso defuncto una cum usuris etiamnum offerat, *p. 2. c. 44. d. 11.*

Limitatur, *ib. n. 8.*

Vidua post mortem mariti dotem offerens, eam una cum Dotalitio repetere nequit, licet de hoc in pactis dotalibus fuerit conventum, *p. 2. c. 44. d. 12.*

Dotalitium viduæ, post mortem mariti dotem offerenti, non debetur in concursu creditorum, *p. 2. c. 44. d. 13.*

In Dotalitio uxor Jure tacitæ hypothecæ ac prælationis munita est, *p. 1. c. 28. d. 93.*

Annui census aliique fructus civiles viduæ jure Dotalitii competentes, defuncta ea ante solutionis diem inter heredes ipsius & novum possessorem

rem pro rata temporis dividuntur, *p. 3. c. 16. d. 1.*

Quod & verum est in censibus ac pensionibus, quæ singulis mensibus vel aliis temporibus præfinitis solvuntur, *p. 3. c. 16. d. 2.*

Dotalitio amisso ex culpa viduæ ante terminum solutioni præfixu mannui census in totum novo possessori cedunt, *p. 3. c. 16. d. 9.*

Agro feudali à vasallo vivente rastris subacto, fructus industriales in Dotalitio nati non ad viduam, sed ad mariti heredes allodiales pertinent, *p. 3. c. 32. d. 3.*

Vidua dotalitio per mortem ipsius finito fructus ex semine rastris subacto provenientes ad heredes suos transmittit, *p. 3. c. 32. d. 4.*

Mulieres vivente adhuc marito sunt in possessione dotalitii, *p. 3. c. 33. d. 1. n. 6.*

Dotalitium una cum dote ob adulterium à marito commissum, ipso vivente peti potest à muliere, *p. 4. c. 21. d. 3.*

Maritus fundum, in quo dotalitium est constitutum, absque causa sufficiente alienare nequit, *p. 2. c. 42. d. 11. n. 5.*

De Dotalitio, & dote idem ferendum est judicium, *p. 1. c. 28. d. 93. n. 7.*

Valida est datio fidejussoris pro Dotalitio, nec non pro dote ante sponsalia facta, vel ad instantiam patris filiam dotantis, *p. 2. c. 42. d. 17.*

Fructus ex Dotalitio prioris matrimonii à secundo marito perceptos vidua non potest repetere ex bonis defuncti mariti, *p. 3. c. 20. d. 38.*

Dotalitii fructus vide infra Feudi fructus.

DOTARE.

Dotare filiam pater tenetur, adque id officio Judicis compelli potest, *p. 2. c. 42. d. 12.*

Quod restringitur ad patrem divitem, *ib. n. 3.*

Dotare non tenetur pater filiam locupletem, *p. 2. c. 42. d. 13.*

Dotare mulier usufructuaria bonorum mariti defuncti non tenetur filias ex fructibus bonorum, nisi pater aliter disposuerit, *p. 2. c. 42. d. 15.*

Dotare neptem avus præsumitur contemplatione filii, *p. 3. c. 11. d. 35. n. 1.*

DUELLUM.

In Duello non finis & exitus, sed principium potissimum attendi debet, *p. 4. c. 9. d. 3. n. 4.*

Duello qui causam dedit, semper se potius vindicare, quàm violentiam propulsare censetur, *ib. n. 5.*

DUO.

Duo vincula fortius ligant, quàm unum, duæque rationes vincunt unam, *p. 3. c. 15. d. 11. n. 3.*

Duobus duntaxat numerus pluralis est contentus, *ib. n. 4.*

Duorum tantum fit mentio, quando de pluribus in Jure Sax. aliquid statuendum est, *p. 3. c. 15. d. 11. n. 3.*

DUPLEX.

Si duplex auxilium & lucrum deferatur ex diversis causis distinctisque temporibus, utrumque tempore successivo peti potest, *p. 3. c. 2. d. 21. n. 3.*

Duplici onere nemo gravandus, *p. 3. c. 28. d. 19. n. 11.*

E.

EBRIETAS. EBRIUS.

EBrietas veniam non meretur, *p. 4. c. 1. d. 4. n. 6. & 8.*

Ebrietas modica non excusat homicidium à pœna ordinaria, *p. 4. c. 12. d. 10.*

Sed enormis, *p. 4. c. 1. d. 4. n. 4.*

Ebrietate immodica obrutus haud dolosè delinquit, *p. 4. c. 12. d. 10. n. 2.*

Inebriatus usq; ad mentis alienationem contrahens non obligatur, & quomodo ebrietas probetur, *p. 2. c. 15. d. 36.*

Ebrius non absimilis est mente capto & infanti, *ib. n. 4.*

Ab ebrio matrimonium contractum invalidum habetur, *ib. n. 5.*

ECCLESIA.

Ecclesia seu cultrix justitiæ non patitur aliquid contra justitiam fieri in se vel in alterum, *p. 2. c. 12. d. 13. n. 3.*

Ecclesia, pupilli & fiscus de Jure Canonico æquiparantur, *p. 1. c. 28. d. 172. n. 2. p. 1. c. 28. d. 116. n. 4.*

Ecclesiæ & hospitalia nunquam propriè usuras, sed interesse petere præsumuntur, *p. 1. c. 28. d. 117. n. 4.*

Ecclesiæ, Civitati & hospitali competit Jus tacitæ hypothecæ in bonis administratorum, *p. 1. c. 28. d. 115.*

Ecclesiæ & Scholis in bonis debitoris ratione pecuniæ mutuo datæ competit etiam Jus tacitæ hypothecæ, *p. 1. c. 28. d. 116.*

Ecclesiæ, hospitalia, pupilli, filiæ & universitates quatenus & quamdiu utantur Jure tacitæ hypothecæ in Feudis, *p. 2. c. 25. d. 4.*

Ecclesiæ rerum quatenus permittatur alienatio & transmutatio, *p. 3. c. 8. d. 33. n. 5.*

Contra prædia ad Ecclesias & universitates pertinentia qualis obtineat præscriptio, vide infra in Vocab. Præscriptio quadragenaria.

EDERE.

Edere instrumenta communia in duplicibus Judiciis reus quoque actori tenetur, *p. 1. c. 17. d. 26.*

Edere actor indistinctè omnia instrumenta reo postulante tenetur, *ib. n. 1.*

Sed non econtra, *n. 5.*

Edere instrumenta, quæ propriè ad actorem pertinent, reus semper obstrictus est, *p. 1. c. 17. d. 27.*

Edere instrumenta jussus, si neget, se ea habere, juramento id obtinere debet, *p. 1. c. 17. d. 28.*

Quando possit petere juramentum calumniæ, *p. 1. c. 17. d. 29.*

Editionem detrectantium pœna, *p. 1. c. 17. d. 30. & d. 31.*

EDUCARE.

Educari pupillus apud matrem, quæ ad secunda vota transit, non debet, *p. 2. c. 11. d. 42.*

Nisi educationis cura à Magistratu ipsi fuerit commissa, *p. 2. c. 11. d. 43.*

EINBRINGEN.

Vocabula hæc duo, Einbringen und Mitgifft/ in foro Sax. pro eodem reputari solent, *p. 1. c. 28. d. 86. n. 6.*

EINGESCHNITTEL.

Eingeschnittel oder Zubereiß/ *p. 2. c. 46. d. 21. n. 1.*

ELECTIONIS JUS.

Electio datur filio juniori, si pater duo reliquerit prædia, sed utrumq; is retinere non potest, nisi aliud consuetudine introductum, *p. 2. c. 15. d. 28.*

Jus Eligendi possessionem bonorum filio juniori ex statuto vel consuetudine debitum, pater in testamento in alium filium potest transferre, *p. 3. c. 15. d. 34.*

Vide plura infra in Vocab. Hereditatis divisio.

ELOCARE.

Elocata filia ad matris defunctæ Geradam cum sorore innupta admittitur, *p. 3. c. 11. d. 13.*

Non Elocatæ sorores in vita patris à fratribus & aliis sororibus elocatis tantundem pro elocatione & impensis nuptiarum haud petere possunt, *p. 3. c. 11. d. 21. n. 9.*

Ad Elocationem filiarum aut sororum debitum vasalli contractum, à successoribus Feudi, non heredibus allodialibus exsolvendum, *p. 2. c. 46. d. 13.*

Ad Elocationem filiarum & cognatarum mutuò acceptæ expensæ nuptiales ex Feudo restituendæ sunt, *p. 2. c. 46. d. 14.*

EMANCIPATIO.

Emancipationis & patriæ potestatis differentia quoad successionem saltem ab intestato de Jure novissimo est extincta, *p. 3. c. 8. d. 16. n. 3. It. p. 3. c. 17. d. 21. n. 5.*

Emancipationis effectus, *p. 2. c. 10. d. 5. n. 1.*

Emancipatis liberis contra parentem judicio experiri licet, *ib. n. 4.*

Item de bonis suis testari, *n. 4.*

Emancipationis modus peculiaris habetur in foro Sax. separatio liberorum à patris œconomia, *p. 2. c. 10. d. 1. n. 1.*

Emancipationis in filia præcipuus effectus fere est restitutio bonorum adventitiorum, *p. 2. c. 10. d. 6. n. 2.*

Vide plura infra in Verb. patria potestas.

EMENDA.

Emenda, quæ est 30. solidorum, parti: mulcta verò judici præstanda est, *p. 4. c. 35. d. 12. n. 4.*

EMERE. EMTOR. EMTIO.

Emtionis-venditionis verbum omnem contractum, per quem inducitur rei alienatio, comprehendit, *p. 1. c. 3. d. 25. n. 3.*

Emere aut vendere rem nemo invitus cogi potest, ne quidem à Magistratu vel Principe, *p. 2. c. 33. d. 16. n. 2.*

Qui emit rem præsenti pecunia, majus solvit pretium, quàm qui emit solutione in tempus dilata, *p. 2. c. 1. d. 21. n. 7.*

Emptori venditor de evictione non est devinctus ob Collectæ novæ onus fundo vendito impositum, *p. 2. c. 34. d. 19.*

Emtor, agro vel prato absq; onere Collectarum vendito, onere illo gravari non potest, *p. 2. c. 31. d. 21.*

In emtoris & venditoris persona locum habet l. 2. C. de rescind. vendit. *p. 2. c. 34. d. 8.*

Dolo inductus ut minoris vel majoris emeret vel venderet, agere potest ad resarciendum in pecunia id, quod ejus interest, *p. 2. c. 34. d. 9.*

Vide plura infra in litera L. *in Verb.* Lex. 2. C. de rescind. vend.

Emptor licet ex re vendita nullos perceperit fructus, tamen usuræ pretii non soluti etiam citra conventionem debentur venditori, *p. 2. c. 20. d. 6.*

Venditore agente ad pretium, si emptor excipiat de nondum facta traditione, venditor tamen, se rem venditam tradidisse, probare obstrictus est, *p. 1. c. 10. d. 18. n. 5.*

In Emptorem periculum rei venditæ contractu perfecto statim transfertur, etiamsi res nondum tradita, nec emptor Dominus factus sit, *p. 2. c. 26. d. 20. p. 1. c. 32. d. 47. n. 2.*

Emptorem non liberat à præstatione usurarum alimentatio venditoris, si facta est pars pretii, *p. 2. c. 30. d. 7.*

Qui ad emendam domum, aliamve rem pecuniam mutuo dat, non aliter prælationis privilegium consequitur, quàm si expressè sibi de hypotheca in illa re prospexerit, *p. 1. c. 28. d. 107.*

Limitatur, *p. 1. c. 28. d. 108.*

Qui ad emendam rem credunt pecuniam absque constitutione hypothecæ in re empta, iis competit personale privilegium, *p. 1. c. 28. d. 155.*

Emptorem ejusdem temporis & fructus fundi & pretii usuras retinere iniqvum est, *p. 2. c. 30. d. 6. n. 5.*

Damnum particulare etiam in venditione conditionali Emptoris est, non venditoris, *p. 1. c. 32. d. 49. n. 5.* It. *p. 2. c. 26. d. 21.*

Aliud est in ruina rei totalis, *p. 2. c. 26. d. 21.*

Facta venditione vini degustati, aliarumque rerum, quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, antequam hæ numeratæ appensæve fuerint, periculum non ad emptorem, sed venditorem pertinet, *p. 2. c. 26. d. 23.*

Nisi singulatim Emptæ fuerint certæ vini amphoræ, tùm enim ad Emptorem periculum pertinet, *ib. n. 7. & 8.*

Emptio-venditio quando perfecta censeatur, *p. 2. c. 26. d. 21.*

Emptio subsistens propter dolum supervenientem dissolvitur, *p. 4. c. 20. d. 12. n. 7.*

Res per te Empta ex pecunia mea, non efficitur mea, sed tua, *p. 3. c. 25. d. 11. n. 9.* It. *p. 3. c. 15. d. 45. n. 6.* It. *p. 2. c. 11. d. 21. n. 1.*

Rei à tutore pecunia pupillari emptæ dominium pupillo acquiritur, cui & propterea rei vendicatio competit, *p. 2. c. 11. d. 21.*

Eique tacitè obligata est, *ib. n. 13.* it. *p. 1. c. 28. d. 109.*

EMPHYTEUSIS.

Emphyteusis unde originem traxerit, *p. 2. c. 39. d. 7. n. 1.*

Emphyteusis an absque scriptura subsistat, *p. 2. c. 39. d. 7. n. 4.*

Emphyteusis natura sua perpetua est, *p. 2. c. 39. d. 21. n. 5.*

Emphyteusis ob non petitam renovationem investituræ intra annum & diem non amittitur, puniri tamen potest possessor arbitrariè, *p. 2. c. 38. d. 20.*

Cessat in foro Sax. privatio emphyteuseos ob fundi alienationem irrequisito Domino factam, *p. 2. c. 38. d. 13.*

Si traditio realis non fuerit secuta, *ibid. n. 3.*

Emphyteusis præscribitur solutione Canonis ultra 30. annos, annum & diem facta, *p. 2. c. 36. d. 15.*

Datio in feudum vel Emphyteusin non est modus transferendi dominii directi, sed potius retinendi, *p. 2. c. 38. d. 16. n. 1.*

EMPHYTEUTA.

Emphyteuta utili actione in rem adversus Dominum experiri potest, *p. 2. c. 38. d. 17. n. 5.*

Emphyteuta onera fundi Emphyteutici sustinet ac tributa collectasq; solvit, *p. 2. c. 38. d. 18.*

Emphyteuta dominium fundi Emphyteutici utile habet, *ib. n. 2.*

Emphyteuta & colonus quanto tempore dominium Emphyteuseos præscribant, *p. 2. c. 3. d. 17.*

Dominus directus, invito etiam Emphyteuta, Jus suum pro lubitu potest alienare, *p. 2. c. 39. d. 10.*

Adversus Emphyteutam vindicatione & hypothecariâ actione Dominus directus experiri potest, *p. 2. c. 38. d. 16.*

Etiam actione personali, *p. 2. c. 38. d. 17.*

Limitatur, *ib. n. 5.*

De consvetudine Germaniæ Nobiles & Domini omnes heredes Emphyteutæ præmortui ad investituram accipiendam non admittunt, nisi curatorem (einen Lehnträger/) constituerint vel unum ex se elegerint, qui reliquorum coheredum nomine investituram accipiat, *p. 2. c. 28. d. 5. n. 8.*

Ob deteriorationem partis fundi Emphyteutici, non nisi ea parte Emphyteuta privari debet, *p. 2. c. 38. d. 23.*

Privationis pœna locum habet adversus Emphyteutam, qui fructiferas arbores etiam à se ipso positas incidit, *p. 2. c. 38. d. 24.*

Limitatur, *ib. n. 7.*

Fructus post tempus elapsum ante privationem percepti ad Emphyteutam pertinent, *p. 2. c. 38. d. 12.*

Meliorationes autem & impensas non repetit, *ib. n. 9.*

EMPHYTEUTICUS.

Ex nova bonorum sterilium concessione interveniente scriptúra investituræ contractus præsumitur Emphyteuticus, *p. 2. c. 39. d. 7.*

In dubio censentur bona censitica, non Emphyteutica, *p. 2. c. 39. d. 8.*

Duplex datur differentia inter contractum Emphyteuticum ac Censiticum, *p. 2. c. 39. d. 1. n. 6.*

Contractus habetur Emphyteuticus non Censiticus, quando in concessione dominus sibi reservavit dominium directum, *p. 2. c. 39. d. 6.*

Servitus in fundo Emphyteutico constituta extinguitur Emphyteusi finita, *p. 2. c. 38. d. 14.*

Prædium Emphyteuticum, quod in commissum cadit, Domino directo quoad proprietatem, usufructuario verò quoad usumfructum acquiritur, *p. 2. c. 38. d. 21.*

Præscriptio Jure perpetuæ coloniæ bona non censitica, sed Emphyteutica habentur, *p. 2. c. 40. d. 4.*

Bona Emphyteutica redacta sunt hodiernis moribus ad instar patrimoniorum, *p. 2. c. 25. d. 7. n. 8.*

EPISCOPUS.

Episcopi, qui in Antecessorum loco substituuntur, non jure successionis, sed vel postulationis, vel Electionis, & sic novo titulo ac Jure ad illam dignitatem atque officium ascendunt, *p. 2. c. 45. d. 7. n. 3.*

Episcopis speciali privilegio est indultum, ut non tactis, sed saltem propositis SS. Evangeliis jurent, *p. 1. c. 16. d. 69. n. 12.*

Serenissimus Sax. Elector Episcopatum Martisburgensem, Misnensem & Numburgensem administrat, & Jurisdictionem ibidem exercet, non ut Elector, sed ut Episcopus, quem in Episcopatu & Capitulo repræsentat, *p. 4. c. 47. d. 4. n. 2.*

EQVUS.

Venditor Equi in foro Sax. non nisi de tribus vitiis tenetur, *p. 2. c. 34. d. 17.*

Secus de jure communi, *ib. n. 2.*

Equos aratro junctos per vim abigens gladio feriri debet, *p. 4. c. 35. d. 2.*

ERB-GELDER.

Erb-Geld quid propriè sit, *p. 3. c. 21. d. 8.*

Nomen pecuniæ Hereditariæ (unbetagte Erb-Gelder/) cujus dies nondum cessit, habetur pro immobili, ut quod debetur ex bonis immobilibus, *p. 1. c. 5. d. 18. n. 2.*

Alia ratio est illius Pecuniæ Hereditariæ, cujus dies cessit, (betagte Erb-Gelder/) *ib. n. 5.*

Vide plura infra in Verb. Pecunia hereditaria.

ERB-HERR.

Erb-Herr quis dicatur? *p. 2. c. 52. d. 9. n. 5.*

ERB-REGISTER.

Libri Nobilium & censuales, qui vocantur Erb-Register oder Erb-Bücher/ quando probent contra rusticos, *p. 1. c. 16. d. 25.* it. *p. 2. c. 4. d. 6.*

ERRARE.

In deliberando quis errare possit, *p. 1. c. 8. d. 24. n. 4.*

ERROR.

Error juris naturalis, quatenus agitur de compendio quærendo, omnino nocet, petentibus verò suum non incommodat, *p. 3. c. 15. d. 42. n. 11.*

Error qualitatis accidentalis vel nominis actum non vitiat, quando de corpore constat, *p. 2. c. 14. d. 13. n. 5.*

Respectus magis est habendus ad id, quod in veritate agitur, quàm quod per Errorem exprimitur, *p. 2. c. 2. d. 14. n. 4.*

Per errorem gestum gerenti non nocet, *p. 4. c. 6. d. 1. n. 4.*

Quatenus procedat, *ib. n. 9.*

ET.

Particula copulativa Et sæpissimè alternativè ponitur pro vocula Vel, *p. 1. c. 13. d. 2. n. 6.*

Dictio Et in Constit. Elect. 20. *p.* 3. non conjunctivè sed alternativè pro Vel ponitur, *p. 3. c. 20. d. 16. n. 5.*

Natura dictionis Seu vel Et ampliativa & alternativa est, idemq; ponit de uno, quod de altero, *p. 2. c. 16. d. 10. n. 9.*

EVENTUS.

Non Eventus, sed principium cujusq; rei considerari debet, *p. 3. c. 24. d. 12. n. 14.*

EVICTIO.

De Evictione ob novæ collectæ novique servitii onus fundo vendito impositum venditor non est devinctus emptori, *p. 2. c. 34. d. 19.*

Ampliatur etiam in collectis usitatis & consvetis, *p. 2. c. 34. d. 20.*

Evictionis præstatio non nisi pro oneribus ignotis & occultis venditori injungitur, *ib. n. 3.*

De Evictione ob hypothecam, in fundo vendito occultatam, tenetur venditor & ad interesse, *p. 2. c. 34. d. 21.*

Evictionem quando præstare nequit venditor,

Venditor, rescisso venditionis contractu, ad restitutionem pretii est obligatus, *p. 2. c. 34. d. 22.*

Nisi expresse actum fuerit, ne de Evictione agatur, *ib. n. 2. & 3.*

Aut conventum de pretio non restituendo, *n. 6.*

De Evictione, emens scienter rem alienam, adversus venditorem agere nequit nec pretium repetere, *p. 2. c. 34. d. 25.*

Sicuti & quando per violentiam ab emptore auferetur res empta, *ib. n. 1.*

Evictio locum habet in transactione, quando hujus nomine aliquid datum est, *p. 2. c. 34. d. 28.*

Evictio debetur ex quolibet contractu, in quo aliquid datur ex causa onerosa, *ib. n. 1.*

De Evictione Venditores rei unius pro indiviso & in solidum tenentur, *p. 2. c. 34. d. 29.*

Evictionis nomine an satisdatio præstanda, *p. 2. c. 34. d. 30.*

Evictione in limine contractus imminente emtor pretium tandiu retinere potest, donec venditor hoc nomine satisdederit. *p. 2. c. 34. d. 31.*

Ampliatur, *n. 8.*

Limitatur, *p. 2. c. 34. d. 32. d. 33. d. 34. n. 35.*

Evictionis nomine qualiter cautio præstanda, *p. 2. c. 34. d. 36.*

Evictionis nomine præstita satisdatione emtor pretium ulterius retinere nequit, si Jus evincentis nondum certum sit, *p. 2 c. 34. d 37.*

Evictionem prospicientem imminentem emptor pretium retinens, postea una cum forte etiam usuris solvere tenetur, *p. 2. c. 34. d. 38.*

Ob Evictionem non præstitam rei venditæ venditor pretium restituens, una quoque interesse emptori solvere obstrictus est, *p. 2. c. 34. d. 39.*

Evictionis denunciatione facta venditor emptori litiganti præcisè assistere tenetur, *p. 2. c. 34. d. 40.*

De Evictione proventuum annuorum crescentium ac decrescentium venditor non tenetur, *p. 2. c. 34. d. 41.*

Evictioni quanto tempore præscribatur in foro Sax. *p. 2. c. 3. d. 18.*

Et de Jure Civili, *n. 1 & 2.*

EXCEPTIO.

Exceptio interdum datur nullam habenti actionem, *p. 2. c. 25. d. 10. n. 5.*

Exceptiones quænam dicuntur in continenti liquidabiles, *p. 1. c. 8 d 27.*

Vocula, *judicati*, non semper importat litis contestationem, sed quandoque Exceptiones adhuc proferendas denotat, *p. 1. c. 3. d. 7. n. 4.*

EXCEPTIO DILATORIA.

Exceptio Dilatoria lite pendente, ex facto adversarii supervenjens, etiam post litis contestationem opponi potest, *p 1. c. 5. d. 1 n. 1.*

Exceptiones dilatorias omnes reus in primo statim termino opponere debet, annexa in continenti eventuali litis contestatione, *p. 1. c. 3. d. 1.*

Etiam in causis summariis & executivis, *p 1. c. 3. d. 4.*

In Exceptionibus ante instantiam sæpius litigatores 30. & pluribus annis versantur, *p. 3. c. 4. d. 1. n 2.*

Dilatoriæ exceptiones in processu summario in primo actu judiciario operantur eosdem effectus, quos operatur litis contestatio in causis ordinariis, *p. 1. c. 3. d. 4. n. 3.*

Exceptiones Dilatorias qui primo termino opponere prætermisit, reus sequenti termino non est audiendus, *p. 1. c. 3. d. 5.*

Ampliatur, *p. 1. c. 3. d. 6.*

Exceptiones dilatoriæ quando post litem contestatam opponantur, *p. 1. c. 11. d. 15.*

Ut Exceptiones Dilatorias reus antea omissas adhuc opponere valeat, Leuteratio efficit, *p. 1. c. 3. d. 8.*

Exceptiones dilatorias Judex reo reservare potest, ipsum non comparentem in expensas termini condemnans, *p. 1. c. 3. d. 7.*

Exceptiones rei dilatoriæ purgata contumacia admittuntur, *p. 1. c. 3. d 9.*

Exceptiones declinatoriæ vocantur etiam dilatoriæ, *p. 1. c. 3. d. 10. n. 1.*

Exceptiones dilatoriæ in judicio etiam coram arbitris seu compromissariis rectè opponuntur, *p. 1. c. 3. d. 19.*

Nisi ius fuerit renunciatum, *p. 1. c. 3. d. 20. n. 4.*

Exceptiones dilatoriæ in processu summario possunt omitti, *p. 1. c. 3. d. 20. n. 3.*

Exceptiones dilatorias libello rejecto non prohibetur reus alio postea exhibito opponere, *p. 1. c. 3. d. 21.*

Etiam ab instantia judicii prorsus absolvi, *n. 4.*

Exceptio feriarum est dilatoria, *p. 1. c 3. d. 22. n. 1.*

In qualibet parte judicii rectè opponitur, *n. 2.*

Etiam iis competit, qui occupati non sunt in messibus, *p. 1. c. 3. d. 22.*

Exceptio excussionis jure refertur inter dilatorias, *p. 1. c. 3. d. 17. n. 1.*

Etiam post litem contestatam opponitur, *d. 17.*

EXCEPTIO FORI.

Exceptio fori incompetentis non in scriptis opponenda, sed viva voce in judicio proponenda, *p. 1. c. 3. d. 11.*

EXCEPTIO NON NUMERATÆ PECUNIÆ.

Exceptio non numeratæ pecuniæ adversus apocham non nisi intra 30. dies admittitur, postea verò creditor non audiendus, etsi onus probandi in se recipere velit, *p 2. c. 29. d. 19.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ post biennium opposita haud impedit paratam executionem, sed in reconventionem rejicienda, si debitor nil sibi numeratum probare velit, *p. 1. c. 32. d. 66.*

Nisi Exceptio in continenti sit probabilis, *p. 1. c. 32. d. 67.*

Quod duplici fit modo, *n. 5.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ in aliis contractibus extra causam mutui & dotis haud transfert onus probandi in creditorem, *p. 1. c. 32. d. 68.*

Inter mercatores locū non habet ad impediendā executionem, *p. 1. c. 32. d 69.*

Si ambo contrahentes sint mercatores, *ib. n. 7.*

Actio ex causa non numeratæ pecuniæ ad repetendum chirographum ante factam solutionem inter mercatores admittenda non est, *p. 1. c. 32 d. 70.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ pro executione impedienda opponitur etiam instrumento liquido & confessato, *p. 1. c. 32. d. 65, n. 1.*

EXCEPTIONES PEREMPTORIÆ.

Exceptiones peremptoriæ opponendæ sunt in ipsa litis contestatione, nec omissæ postea reum juvare possunt, *p. 1. c. 3. d. 13.*

Ampliatur, *n. 3.*

Limitatur, *n. 8.*

Peremptoriæ Exceptiones post litis contestationem sunt opponendæ, *p. 1. c. 3. d. 14. n. 1.*

Ante litis contestationem oppositæ, post litem contestatam reo reservantur injuncta litis contestatione, *d. d. 14.*

Litis ingressum impedientes ante litem contestatam rectè opponuntur, *p. 1. c. 3. d. 15.*

Limitatur, *n. 3.*

EXCEPTIO REI JUDICATÆ.

Exceptio rei judicatæ, quò minus nova actio institui possit, semper & ubique obstat, *p. 1. c. 15. d. 2. n. 4.*

EXCUBIÆ CASTRORUM.

Excubare vocula unde derivetur, *p. 2. c. 51. d. 9. n. 5.*

Excubiæ sunt officiales, *p. 2. c. 51. d. 6. n. 4.*

Custodiæ quibus in casibus rustici ac subditi in foro Sax. castra Dominorum suorum cogantur, *p. 2. c. 51. d. 1.*

Castra quænam sint custodienda, *p. 2. c. 51. d. 2. n. 4.* it. *d. 6.*

Ad Excubias agendas omnes indifferenter subditi sunt obstricti, *p. 2. c. 51. d. 3.*

Exceptis Clericis & Pastoribus in pagis, *n. 5.*

It. Advenis, qui solum conductitias ædes possident, *p. 2. c. 51. d. 4.*

Excubiæ defuncto Domino, multiplicatis licet possessoribus & castris, multiplicari tamen haud debent, *p. 2. c. 51. d. 7.*

Excubiæ foris præstitæ sufficiunt, *p. 2. c. 51. d. 7.*

Excubias agentibus subditis debetur victus usitatus, qui est panis & caseus, nisi aliud consuetudine fuerit introductum, *p. 2. c. 51. d. 5.*

Ut in Excubiis tempore belli pro defensione sui quique pagi sint, cogi possunt subditi, *p. 2. c. 51. d. 3.*

Custodire in carcere maleficos subditi haud sunt obligari, nisi aliud consuetudine fuerit introductum, *p. 2. c. 51. d. 15.*

EXCUBIÆ.

In Excubiis stantes, interea dum sacrilegium committitur, pœna sacrilegii ordinaria non tenentur, *p. 4. c. 39. d. 4.*

Qui in Excubiis steterunt Robariæ crimine con multo etiam pœna rapinæ afficiuntur, *p. 4. c. 39. d 3.*

In Excubiis stantes perinde ut reliqui fures puniuntur, *p. 4. c. 39. d. 1.*

Limitatur, *p 4. c. 39. d. 2.*

EXCUSSIO.

Excussionis beneficio qui juventur, vel non, vide infra Fidejussorum beneficia.

EXECUTIO.

Ab Executione non est incipiendum, antequam cognitio causæ & probatio præcesserit, *p. 1. c. 28. d. 1. n. 3.* Item *d. 6 n. 2.*

Executionis natura est, ut debitor ad ultimum usque denarium bona sua creditoribus relinquere ac cedere cogatur, *p. 2. c. 25. d. 6. n. 6.*

Per Executionis viam salaria atque stipendia in causam judicati, aliis bonis non existentibus, capi possunt, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 32. *n.* 2.

Executionem paratam in foro Saxon. quodvis instrumentum legitimè confectum habet, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 35. *n.* 11.

Ad Executionem impediendam quamplurimæ exceptiones etiam in Provinciis Sax. & terri Electoratus validè opponuntur, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 4. *n.* 3.

Ad Executionem impediendam exceptiones oppositæ non nisi per actoris confessionem vel instrumenta in continenti probentur, *p.* 1. *c.* 6. *d.* 5. *n.* 2.

Executio facta in bonis ejus, cujus nomine non fuit contractum, non valet, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 14. *n.* 5.

Ob moram Executionis suspensæ non debent gravari creditores, *p.* 2. *c.* 44. *d.* 13. *n.* 4.

Frustra fertur sententia, si non Executioni mandetur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 1. *n.* 1.

Judex pro decernenda Executione requisitus denegans eam actione in factum ad interesse convenire potest, *d.* 1.

Ampliatur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 2.

Ex actione reali condemnatus, si rem non restituat, intra 14. dies per Executionem res ipsi auferetur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 3.

De jure civili in continenti, *ib. n.* 2.

Condemnato ex actione personali terminus Sax. præfigitur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 4.

De jure civili tempus quadrimestre, *ib. n.* 1.

De jure Sax. una quindena, quod utrumque practica fori nostri immutavit, *ib. n.* 3. Terminus Sax. currere incipit à momento facti præcepti Executivi, *ib. n.* 8.

Termini Executionis, immissionis & taxationis in præjudicium debitoris haud sunt coarctandi, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 5.

Nisi debitor in coarctationem consenserit, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 6.

Quo in casu debitor non pro uno termino Expensas Executionis solvere tenetur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 7.

Pluribus bonis simul oppignoratis liberum est Creditori, in quæ Executionem fieri velit, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 8.

Limitatur, *n.* 4.

Executionem potest debitor avertere per cessionem bonorum universorum, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 9.

Nec potest fieri Executio in bona immobilia, quando mobilia adsunt, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 10.

Executio in bona immobilia fieri debet pro quantitate debiti, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 11.

Audiendus est debitor, si Executionem potius in nomina fieri velit, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 21.

Limitatio, *n.* 4.

Nec subsistit Executio adversus pupillos indefensos, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 13.

Nec pro debito pupilli adversus tutores, *p.* 1 *c.* 32. *d.* 14.

Limitatur, *n.* 6. & 7.

Executio non potest fieri pro debito mariti in bona uxoris, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 20.

An in usumfructum, *ib. n.* 4. & 7.

Nec contra singularem debitoris successorem, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 24.

Limitatur, *n.* 1. & 7.

Nec res litigiosa per Executionem distrahi potest, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 22.

Limitatur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 23.

Executio ex personali conventione tertio non prodest, nec nocet, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 24. *n.* 6.

Executio à Domino Feudi in dubio censetur facta in feudum ipsum, non solùm in fructus feudi, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 25.

Ampliatur, *n.* 7. & 8.

Per talem executionem non præjudicatur agnatis simul investitis, si non consenserint in hypothecam, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 26.

Aut debitum in utilitatem Feudi conversum haud fuerit, *ib. n.* 5.

Executio facta in bonis usufructuarii pro ipsius debito valida est, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 21.

Limitatur, *n.* 3.

Non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare debitor, contra quem fit executio, si possideat immobilia, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 30.

Durante Executionis processu debitor ad interusurium creditoribus obstringitur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 31.

Debentur judici Expensæ post factam Executionem haud subsecuta licet taxatione, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 32.

Non tantummodo solutionis sed & quævis alia Exceptio in continenti probabilis in actu Executionis ante factam adjudicationem validè opponuntur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 64.

Contra Executionem jam intentatam firmiter etiam opponitur Exceptio non numeratæ pecuniæ, & quid si huic fuerit renunciatum, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 17. *n.* 19. & *d.* 20. It. *p.* 1. *c.* 32. *d.* 65.

Exceptio usurariæ pravitatis admittitur contra instrumentum liquidum, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 18.

Exceptio simulationis, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 19.

Exceptio SCti Macedoniani, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 21.

Exceptio, quæ ex ipso contractu originem suam trahit, *ib. n.* 3. *p.* 1. *c.* 8. *d.* 21.

Exceptio crediti à curatore suscipiente tutelam debitoris sui haud manifestati, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 22.

Exceptio Excussionis, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 23.

Exceptio Erroris calculi, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 24.

Etiamsi hunc à reo fuerit renunciatum, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 25.

Limitatur, *n.* 2.

Exceptiones aliæ, quæ contra instrumenta gvarentigiata ad impediendam Executionem quoque admittuntur, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 23. *in pr.*

Non impedit paratam Executionem ex instrumento gvarentigiato Exceptio solutionis, quando præsumptionibus probanda est, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 16.

Neque solutionis neque aliæ exceptiones in continenti haud probabiles contra instrumentum confessionatum admittuntur, sed reconventionis judicio reservantur, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 26.

Præter solutionis exceptionem etiam in provinciis Electoratus Saxon. aliæ exceptiones in continenti liquidabiles ac probabiles, instrumento gvarentigiato oppositæ, Executionem paratam impediunt, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 17.

Ubi contra paratam Executionem nulla admittitur exceptio, illa nihilominus admittitur, quæ ex eodem instrumento ab adversario producto oritur, *ib. n.* 9.

Quænam Exceptiones in continenti dicuntur liquidabiles, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 27.

Probatio exceptionis in judicio summario paratæ Executioni oppositæ, per instrumenta non etiam per testes, ordinario probationis modo expediri debet, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 28.

Limitatur, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 29.

Confecto instrumento super attestationes testiũ probari potest exceptio opposita instrumento gvarentigiato ad Executionẽ impediendã, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 30.

Non potest deferri juramentum super exceptione contra instrumentum liquidum & confessatum oppositæ in processu Executivo, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 31.

Semper in arbitrio creditoris est, quamcunque voluerit rem sibi hypothecatam eligere, in eamque petere Executionem, *p.* 2. *c.* 23. *d.* 32. *n.* 3. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 130. *n.* 1. etiam unô executionis medio electo, *n.* 2.

Hülffgeld statim in ipso Executionis actu solvi debet, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 32. *n.* 1.

Nec conceditur Executio, antequam expensæ illæ fuerint numeratæ, *ib. n.* 2. restituendæ autem sunt creditoribus ex bonis debitoris, *n.* 3.

Quicquid ad Executionis processum adversus debitorem expediendum à Magistratu erogatum est, in prælatione creditorum tributis annectitur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 50.

EXEMPLUM.

Exemplum seu conceptum alicujus instrumenti in Archivis publ. repertum plenè probat, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 38.

EXHEREDARI. EXHEREDATIO.

Exheredari potest filius, si patri injuriam inferat, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 28. *n.* 9.

Filius Exheredatus non facit partem in numero liberorum ad minuendam legitimam, *p.* 3. *c.* 10 *d.* 12.

Filii Exheredati habentur pro mortuis, *ib. n.* 6.

Pater Augustanæ religionis filium religionis Pontificiæ exheredare nequit, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 10. *n.* 8.

Plerique liberi solo Exheredationis metu potius, quam debitæ pietatis ratione in officio retinentur, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 8. *n.* 12.

EXITUS.

Exitus causarum est in potestate & motu judicantis, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 21. *n.* 2.

RES EXPEDITORIÆ SIVE HEERGEWETTA.

Rerum Expeditoriarum sive Heergewettæ des Heergeräthes definitio, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 23. *n.* 1.

Quænam species computentur inter res Expeditorias, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 25.

An Equæ, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 26. it. *d.* 29.

An Equus, quem defunctus certa mercede aliis locare solitus fuit, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 27.

An Equus, quo defunctus ad proprium agrum colendum, suaque negotia expedienda usus fuerit, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 28.

Ad instrumenta opificis mechanica, & omnia vestimenta, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 30.

An Culcitra militaris, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 40.

Ad successionem rerum expeditoriarum admittuntur Agnati, exclusis feudi successoribus, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 21.

Frater ex uno latere cum fratre utrinq; conjuncto simul admittitur, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 9.

Fratre consanguineus Fratris utrinque juncti filio præfertur, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 12.

Inter plures agnatos pari in gradu existentes

fientes res Expeditoriæ æqualiter dividuntur, excepto gladio, quem natu major præcipuum habet, *p.3.c.38.d.31.*

Nepotes cum filiis in stirpes admittuntur, ac jure repræsentationis gladium avi defuncti præcipuum habent, *p. 3. c. 38. d. 36.*

In hac successione non nisi unicum vinculum agnationis attenditur, *p. 3. c. 38. d. 37.*

Non admittuntur Clerici ad successionem rerum expeditoriarum, *p.3. c.38. d.38.* nec relinqvunt eas, *d.39.*

Nec cives ac rustici, nisi ex speciali alicujus loci consvetudine, *p. 3. c.38. d.24.*

Defectum rerum Expeditoriarum non teneatur resarcire heredes viri defuncti, *p.3.c.38.d.32.*

Juramento tamen suo eas haud adfuisse affirmare tenentur, si inventarium legitimum non confecerint, *ibid. n 3. & 4.*

Agnatus ante 30. res Expeditorias propria autoritate apprehendens, eas haud perdit, *p.3.c.38.d.33.*

Hoergevvettam non potest testator alienare in præjudicium agnati per testamentum aut donationem mortis causa, *p.3.c.38. d.34.*

Res expeditoriæ non nisi semel debentur & in prædio etiam conducto repertæ agnato cedunt, *p.3.c.38.d.35.*

De rebus Expeditoriis saltem in subsidium æs defuncti alienum exsolvitur, *p. 1.c.28.d.70.n.5.* it. *p.3.c.38.d.41.*

Res expeditoriæ deficientibus heredibus masculis Magistratui cedunt, *p. 3. c. 38. d. 21.*

Fallit in debito nomine rerum expeditoriarum contracto, *p. 3. c. 38. d. 42.*

In rebus Expeditoriis Jus retorsionis à Magistratu exerceri potest, *ibid. n. 1.*

Si miles moriatur absque agnatis, tunc eas accipit Dominus Feudi, *ibid. n. 6.*

Præterur Magistratui agnàtus defuncti, etiamsi alibi commoretur, modo in loco, contra quem Jus Retorsionis nequeat exerceri, *p.3.c.38.d.22.*

Res Expeditoriæ licet non aditæ in agnatos tamen transmittuntur, *p. 3. c. 14. d. 26.*

Non jure hereditario, sed ex speciali juris Sax. dispositione solis agnatis deferuntur, *ib. n.4.*

Res expeditoriæ & bona utensilia quadam juris æqualitate sibi mutuo respondent, *ib. n. 2.* it. *p.3.c.11.d.9.*

Sicut filia Geradam legitimæ maternæ: ita filii res Expeditorias legitimæ paternæ imputare tenentur, *p. 3. c. 11. d. 9.*

Pecunia ex rebus Expeditoriis redacta ad heredes etiam cognatos & mulieres pertinet, *p. 3. c. 30. d. 14.*

Res expeditoriæ & Gerada quandoque præscribuntur, vide infra præscriptio annalis.

EXPENSÆ.

Qui in rem alterius Expendit, videtur habere animum repetendi, *p. 2. c. 10. d. 24. n. 5.*

Expensæ, pietatis causa factæ, non repetuntur, *p.2.c.1. d.19.n.9.*

EXPENSÆ LITIS.

Expensarum appellatione non veniunt damna, interesse & deteriorationes, sed tantum expensæ litis, *p. 1. c. 31. d. 14. n. 2.*

Expensarum condemnatione litigaturientes refrenari nequeunt, *p.1. c.31. d. 8. n. 3.*

Expensarum condemnatio accessoria est, & officio Judicis fit, *p. 1. c. 31. d. 1. n. 1.*

Expensarum moderatio in favorem victi inducta, *p.1.c.31.d.32.n.2.*

Sola temeritas litigatorum restitutione Expensarum coërcetur, *p. 4. c. 12. d.1. n. 4.*

Expensas, si ab actione desistat actor, reo refundere tenetur, *p.1. c.11.d.9.*

Delicatarum Expensarum ratio non habenda, *p.1.c.31. d.7.n.5.*

Si judex victum in Expensas non petitas haud condemnaverit, nihil quicquam ei poterit imputari, *p. 1. c. 31. d. 21. n. 2.*

Si victor sit artifex, etiam damni ratio haberi debet in condemnatione Expensarum, *p.1. c.31. d.13.n.5.*

Possessor ad restitutionem rei litigiosæ condemnatus non tenetur ad expensas, nisi dolo possediisse probetur, *p.1. c. 31. d. 35.*

Expensas non tenetur refundere in causa convictus, qui jam admissus est ad beneficium restitutionis in integrum, *p. 1. c. 31. d. 36.*

Nec tenetur justam litigandi causam habens, *p. 1. c. 31. d. 35. n. 1.*

Expensas etiamsi victor juramento suo probare velit, taxatio tamen judicis non omittenda, *p.1.c.31.d.1.*

Super expensis Syndicus nomine Collegii jurare volens admittitur, *p. 1. c. 31. d. 2.*

Expensas non solum judiciales, sed etiam extrajudiciales absque juramento repetere licet, *p.1.c.31.d.3.*

Expensæ noncitata neq; audita parte adversa haud taxandæ sunt, *p.1.c.31.d.4.*

Limitatur, *p.1.c.31.d.5.*

Moderatio Expensarum judicis arbitrio committitur, pro varia victoris conditione, *p.1. c.31.d.6.*

Moderatus sit judex in adjudicatione Expensarum victus causa insumptarum, *p.1. c.31.d 7.*

Expensæ Notariorum pro testibus examinandis quatenus à judice sint æstimandæ, *p. 1. c. 31. d. 9.*

Advocatorum salaria taxationi judicis subjecta sunt, *p.1.c.31,d.11.*

A Condemnato in Expensas advocatus in propria causa exigere nequit ullum salarium, *p.1. c.31.d.12.*

Limitatur, *p. 1. c. 31. d. 13.*

In Expensas victori restituendas condemnatus victus non tenetur ad damna & interesse, *p.1.c.31.d.14.*

Limitatur, *ib.n.4. & p.1. c.31.d.15.*

Actor spoliatus in itinere non potest repetere damni restitutionem à reo tanquam expensas, *p.1.c.31.d.16.*

Expensas in termino moderationis factas victus victori restituere tenetur, *p.1.c.31.d.17.*

Ab Expensarum moderatione appellare & leuterare licet, *p.1.c.31.d.18.*

Expensas per compensationem refundi sufficit, *p.1.c.31.d.19.*

Expensæ actoris & rei non sunt confundendæ, *ib. n.1.*

In Expensas judex victum condemnare potest ex officio parte non petente, *p.1. c. 31. d. 20.*

Litis expensæ, quæ non nisi officio judicis debebantur, lite principali per sententiam finita, haud peti possunt peculiari actione, *p.1. c.31.d.21.*

Limitatur in Expensis, quæ jure actionis debentur, *p.1.c.31.d.22.*

Expensæ, si quæ ex contumacia vel delicto debentur, post litem finitam etiamnum peti possunt, *p.1.c.31.d.23.*

In Expensas victus regulariter victori condemnari debet, & quatenus hoc verum sit in causis criminalibus, *p. 1. c. 31. d. 24.* it. *p.4.c.12. d.1.n.1.*

Expensæ pro uno capite compensari, pro alio adjudicari possunt, quando lis una plura habet capita, *p.1. c.31.d.25.*

Expensæ debent compensari, si victus justam litigandi causam habuerit, *p. 1. c. 31. d. 26.*

Limitatur, *n. 6.*

Expensas victori non solvit ex juramento suppletorio condemnatus, *p.1.c.31. d.27.*

Item qui causa etiam quacunque temeritatem purgare valet, *ib. n.1.*

Qui unum duntaxat bonum testem pro se produxerit, *n.2.*

Qui communem DD. opinionem, vel etiam duorum clarissimorum DD. aut saltem unius consilium pro se habet, *ib. n. 3. & seq.*

Quando pro se habuit instrumentum obligatorium, vel ob honorem servandum litigavit, *p.1. c.31. d. 28.*

Si de calumnia juraverit, *p. 1. c. 31. d. 30.*

It. condemnatus ex juramento litis decisorio, *p.1.c.31.d.31.*

Expensarum condemnatio veneratione consanguinitatis & affinitatis, vel ratione honestatis personæ plerumque remittitur, *p.1.c 31. d.29.*

Limitatur, *n. 5.*

Expensæ immodicæ & superfluæ moderandæ sunt, quantumvis debitor nuda creditoris assertione super iisdem stare promiserit, *p.1.c.31.d.32.*

Limitatur, *n.9.*

Sumptus litis pauperi litiganti à parte adversa non nisi certis in casibus subministrari debent, *p. 1.c.31.d.33.*

Expensas litis judex pauperibus litigantibus è fisco publ. subministret, *p. 1. c. 31. d. 34.*

Limitatur, *n. 4. & 5.*

EXPENSÆ JUDICIALES.

Expensæ judiciales, à victore probatæ, non sunt taxandæ, sed usque ad teruncium adjudicandæ, *p. 1. c. 31. d. 8.*

Circa expensas judiciales cujusque loci statutum & consuetudo in moderatione attendi debet, *p.1. c.31. d.10.*

Expensas judiciales reus homicidii ad mortem condemnatus non tenetur restituere, *p.4 c.12.d.1.*

Sicuti nec alterius cujusque criminis reus, qui pœna corporis afflictiva plectitur, *p.4. c 12.d.2.*

Cujusque criminis rei condemnandi sunt in Expensas judiciales, quando relegatione, carcere aut mulctâ pecuniariâ puniuntur, *p.4. c.12.d.3.*

Expensas judiciales factas in probatione defensionis ipsemet reus restituere tenetur, quantumvis pœnâ mortis plectatur, *p.4. c.12.d.4.*

Subditi ex consuetudine obstricti ad præstationem Expensarum criminalium non solvunt eas, si reus extra locum

cum judicii puniatur, nisi consuetudo specialis de hoc casu doceatur, *p.* 4. *c.* 12. *d.* 6.
Odiosa est consvetudo, quâ subditi ad expensas criminales obstringuntur, *ib. n.* 1. Et non nisi de hoc casu intelligi debet, quo reus pœnâ corporis afflictivâ plectitur, *ib. n.* 3. & 4.

EXPOSITIO INFANTIS.

Occidere videtur, qui tenerum infantem, nullatenus sibi prospicere valentem, non nisi ad mortem exposuisse videri potest, *p.* 4. *c.* 4. *d.* 8. *n.* 6.
In Expositionem infantis temporali relegatione vel carcere saltem animadvertitur, si vivus & incolumis remanserit, *p.* 4. *c.* 4. *d.* 9.
Si non vivus infans fuerit repertus, fustigationis pœna, *p.* 4. *c.* 4. *d.* 8.
Onus alendi infantem Expositum incumbit judici, qui eo in loco, ubi reperitur, merum habet imperium, *p.* 4. *c.* 4. *d.* 10.

EXTENSIO.

Extensio specialis omnem impedit Extensionem, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 18 *n.* 2. it. *p.* 3. *c.* 25. *d.* 20. *n.* 6.
In exorbitantibus à jure communi haud licita est extensio, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 50. *n.* 6.

F.

FACERE.

QVandocunq; quis munere suo fungitur vel aliquid facere obstrictus est, ob compensationem factæ sibi concessionis, tunc id ipsum proprio sumptu ac expensis facere tenetur, *p.* 2. *c.* 51 *d.* 15. *n.* 3.
Facere si quis intra certum tempus debeat aliquid, sufficit illud ultima die ac hora determinati temporis actum fuisse, *p.* 2. *c.* 32. *d.* 2. *n.* 8.
Facti promissor ejusvè heres ad ipsum factum cogi nequit, sed præstatione interesse liberatur, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 1. *n.* 6. it. *p.* 3 *c.* 30. *d.* 9.
Si autem factum præstare velit, audiendus est, *ib. n.* 5.

FALCIDIA.

Falcidiæ appellatione etiam Trebellianica continetur, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 7. *n.* 4.
Sed non in materia pœnali & odiosa, *ib. n.* 6.
Falcidia de jure communi Sax. detrahitur ex donatione mortis causa omnium bonorum, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 1.
Secus in Electoratu Saxon. *p.* 3. *c.* 1. *d.* 5.
De donationibus conjugum mortis causa factis, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 2.
De bonis mobilibus, facta donatione omnium bonorum mortis causa per uxorem marito, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 4.
De Legatis & Codicillis, etiam in Electoratu Sax. *p.* 3. *c.* 1. *d.* 6.
Falcidiam ex legato etiam conditionali vel in diem filius ejusvè heres ultra legitimam detrahere valet, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 21.
Falcidia nunquam ex donationibus inter vivos deducitur, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 2. *n.* 2.
Falcidia cessat quoque in pactis dotalibus in Electoratu Saxon. *p.* 3. *c.* 1. *d.* 11.
Item si testator eam expresè prohibuerit, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 13. it. *p.* 3. *c.* 13. *d.* 12. *n.* 4.
Item in legatis ad pias causas & stipendia, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 16.
Si miles legatum reliquerit, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 16. *n.* 1.
Si legitima vel portio naturâ debita sit legata, *ib. n.* 2.
Aut si libertas relicta sit, *ib. n.* 3.
In legatis piis, etiamsi reliquis legatis non sufficiat hereditas, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 18.
Falcidia non tam in gratiam heredis, sed in favorem ipsius testatoris introducta est, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 12. *n.* 5.
Non solum in testamentis, sed & aliis ultimis voluntatibus ac successionibus ab intestato detractio vel supplementum Falcidiæ locum habet, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 12.
In legato ad pias causas prohibitio Falcidiæ heredi nocet, nec cætera legata aggravat, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 17.
Bonis conjugum ita donatis, ut post ejus mortem residua perveniant ad heredes donatoris, hisce de Falcidia cautio est præstanda, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 3.
Falcidia pro rata cujusque legati est detrahenda, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 19.
Filius legato aut fideicommisso gravatus duntaxat legitimam, non duas quartas deducere potest, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 20.
Filius, qui Falcidiam ex legatis adeptus est, ab inofficiosi querela depellitur, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 20. *n.* 6.

FAMA.

Fama quatenus à dolo & calumnia excusat, *p.* 4. *c.* 42. *d.* 5. *n.* 2.
Famam & vitam pari passu ambulare quatenus verum, *p.* 4. *c.* 10. *d.* 6. *n.* 1. & 5.
Latissima vitæ & famæ differentia, *ibid. n.* 9.
Famosus libellus vide *infra* libellus famosus.

FAMES.

Famis necessitas quæ appellitetur, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 9. *n.* 5.

FAMILIA.

Familia indiciis & conjecturis probatur, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 29. *n.* 8.
Ex distinctis Familiis in genere heredes instituti pro ratione & numero familiarum divisionem faciunt, sed in capita succedunt, si per particulam: (æquè, simul:) ad hereditatem vocati fuerint, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 15.
Familia per fœminam non propagatur, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 7. *n.* 6.
Solam insitionem stirpis spuriæ in Familiam alienam mortis supplicium mereri, quatenus procedat, *p.* 4. *c.* 19. *d.* 6. *n.* 9.

FAMILIÆ HERCISCUNDÆ.

Actio Familiæ herciscundæ & communi dividundo ab invicem haud parum differt, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 22. *n.* 2.
Actio familiæ herciscundæ semper est universalis & tantum inter coheredes locum habet, *ib. n.* 3.
Familiæ herciscundæ judicium vid. *infra* hereditatis divisio.

FAMULUS.

Famulus sive ancilla jus retentionis habet in domini habitatione, donec ei de mercede satisfiat, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 22.
Famulo Dominus non tenetur ratione damni in corpore suo, licet in servitio accepti, *p.* 2. *c.* 51. *d.* 14.
Limitatur in rebus in servitio amissis, *ibid. n.* 4.
Famulo absque causa ante tempus ex servitio discedenti, dominus ne quidem pro rata temporis, quo servivit, salarium solvere tenetur, *p.* 2. *c.* 51. *d.* 13.
Aliud est, Famulo ante tempus finiti servitii mortuo, *p.* 2. *c.* 51. *d.* 12.
Limitatio, *n.* 3.
Famulorum operis tota debitoris familia ejusque bona conservantur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 24. *n.* 3.
Pro Famulitio defuncto domino heredes mercedem debent ad id solùm tempus, quo heres mortuus est, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 11.
Famuli privilegium habent prælationis, etiam ratione mercedis, ex præcedentibus annis apud dominum restantis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 24.
Ministri illi saltem privilegio mercedis gaudent, qui pro certo salario servientes in ædibus & convictu debitoris reperiuntur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 25.
Famulus amittit Privilegium mercedis, si ejus nomine tanquam creditæ pecuniæ usuras à domino acceperit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 33.
Famuli quantitatem mercedis juramento suo probare possunt, si non constet, quantum ipsis debeatur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 34.
Famulorum mercedi ultra privilegium prælationis adhuc duo alia specialiter concessa sunt, *ib. n.* 1.
Famulus antequam juramento suo admittatur, de tribus prius constare debet, *n.* 6.
Famuli aliter, quam per juramentum suum probare debent, ministros se fuisse, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 35.

FAUSTRECHT.

Jus militare, vulgò das Faust- und Kolbenrecht/ imperii ac principum constitutionibus sublatum est, *p.* 4. *c.* 91. *d.* 1. *n.* 2.

FENESTRA.

Fenestras in pariete suo quilibet potest facere, ex quibus in vicini domum prospici potest, *p.* 2. *c.* 41. *d.* 12.

FERIÆ.

Feriæ quæ dicantur, *p.* 1. *c.* 3. *d.* 22. *n.* 3.

FEUDUM.

Feudum est species beneficii, & latè contra concedentem explicari solet, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 30. *n.* 3.
Feudum est ususfructus, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 11. *n.* 2.
Et quædam servitutis species, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 7. *n.* 2.
Feudum æquè ac domicilium facit, ut quis efficiatur de foro alicujus Principis, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 14. *n.* 1.
Feudum deficit deficiente domini consensu, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 3. *n.* 2. nisi domini voluntas accesserit, *n.* 4.
Feudum præscribitur per 30. annos, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 12. *n.* 8. it. *p.* 2. *c.* 38. *d.* 15. *n.* 4.
Feuda omnia procedunt à providentia Principis, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 9. *n.* 5.
Propter Feudi deteriorationem heredes tenentur agnatis ad interesse, *p.* 3. *c.* 31. *d.* 8.
Feudum in re mobili haud consistit, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 10.
Licet de Feudo in testamento disponi nequeat, testamentum tamen subsistit,

ſtit, ſi Dominus Feudi & proximus agnatus conſentit, *p.2.c.14.d.2.n.8.*

De Feudo filia cum agnato contendente, hujus poſſeſſio lite pendente filiæ adjudicari debet, *p.1.c.17.d.8.*

Feudi Domini conſenſus eſt ſtrictiſſimi juris, *p.2.c.23.d.8.n.13.* it, *p. 2. c. 23. d. 18. n. 4.*

Feuda Nobilium in decretis nominatim excipiuntur, licet in conventionibus provincialibus civium bona onerentur, *p. 3. c. 28. d. 19. n. 14.*

Feudum in dubio antiqvum vel paternum præſumitur, *p. 2. c. 12. d. 1. n. 6.*

Feudum antiqvum, quod de uno fratre & collaterali ad alium per ſucceſſionem propagatur, tale haud eſſe deſinit, *p. 2. c. 12. d. 4. n. 6.*

Feudum fœmineum quid, *p. 3. c. 28. d. 10. n. 2.*

Feudum novum filiis imputatur in legitimam, *p. 3. c. 10. d. 8.*

Feudum paternum vulgò ex pacto & providentia appellant, *p. 2. c. 48. d. 9. n. 1.*

De Feudo pater in præjudicium filiorum ſuorum diſponere, & uni ex filiis id aſſignare non poteſt, *ib. n. 16.*

Feudum in Pomerania nullus advena diſtrahere, & pecuniam in alias terras deferre poteſt, *p. 3. c. 38. d. 1. n. 15.*

FEUDI ALIENATIO.

Alienatio Feudi ſubſiſtit conſentientibus Domino Feudi, & omnibus agnatis ſimultaneè inveſtitis, *p. 2. c. 45. d. 7. n. 1.*

Alienatio ſubſiſtit tutoribus agnatorum minorum unà cum 4. ſimultaneè inveſtitis in alienationem Feudi conſentientibus, à minoribus in majorennitate ratificata, licet alii conſanguinei non adruiſſent, *d. d 7.*

Quid ſi aliqui ex ſimultaneè inveſtitis ſint minorennes, *ib. n. 6. & 8.*

Feudum ſuum licet alienarit unus ex duobus ſimul inveſtitis, invitus tamen alteri alienanti conſentire haud obſtrictus eſt, *p. 2. c. 45. d. 27.*

Feudum non minus hereditarium, quàm ex pacto alienatum in foro Sax. agnati ſimultaneè inveſtiti revocare poſſunt, *p. 2. c. 48. d. 1.*

Vide plura infra Feudi alienati revocatio.

FEUDI ÆDIFICIA.

Ædificia Feudi à vaſallo extructa, unà cum fundo ad ſucceſſores Feudi pertinent in foro Sax. *p. 3. c. 31. d. 1.*

Nec refert, an Ædificia Feudi utilitatis vel ſolum voluptatis cauſa fuerint extructa, *p. 3. c. 31. d. 2.*

Reliquæ meliorationes à vaſallo factæ ad ejusdem heredes pertinent etiam in foro Sax. *p. 3. c. 31. d. 3.*

Vide plura ſupra in verb. Ædificia Dominorum.

FEUDI ÆS ALIENUM SEU DEBITUM.

Debitum ratione dotalitii contractum ex Feudo ſolvi debet, *p. 2. c. 46. d. 25.*

In foro Sax. *n. 4.* ſecus de jure communi, *n. 5.*

Debitum omne, quod in utilitatem Feudi converſum probatur, ex Feudo ſolvitur, *p. 2. c. 46. d. 26.* it. *p. 2. c. 14. d. 66.*

Etiamſi alia ſuperſint bona hereditaria, *ib. n. 3.* it. *p. 2. c. 14. d. 66.*

Æs alienum ad Feudum comparandum contractum ſucceſſores Feudi exſolvere obſtricti ſunt, *p. 2. c. 46. d. 27.*

Ampliatur, *n. 2.* ſecus de jure communi, *n. 3.*

Pecunia ad liberationem Feudi à pignoris nexu mutuò ſumpta, ex Feudo ſolvi debet, *p. 2. c. 46. d. 29.*

Advocatus, qui cauſam feudi utiliter geſſit, ſalarium tanquam æs alienum Feudi à Feudi ſucceſſoribus petere poteſt, *p. 2. c. 46. d. 30.*

Expenſæ litis à vaſallo frivolæ motæ ex Feudo tanquam æs alienum haud exſolvendæ ſunt, *p. 2. c. 46. d. 31.*

Debita Feudalia unà cum intereſſe ex Feudo ſolvuntur, *p. 2. c. 46. d. 32.*

Limitatur, *n. 6.*

Debita & onera Feudalia pari jure gaudent, excepto debito, pro quo Feudum conſenſu Domini & agnatorum eſt oppignoratum, quod licet poſterius, aliis tamen præfertur, *p. 2. c. 46. d. 33.* in reliquis, prior creditor tempore potior eſt jure, *ib. n. 12.*

Pro debitis Feudalibus tacito pignori locus non relinquitur, *ib. n. 5.*

Debita ac onera Feudalia malè comparantur Areſtis, *ib. n. 8.*

Debitum ratione ſervitii militaris Domino præſtandi contractum ex Feudo ſolvendum non eſt, *p. 2. c. 46. d. 34.*

Contributio pecuniaria, Das Präſent-Geld/ non à Feudi ſucceſſoribus, ſed ab heredibus allodialibus exſolvenda eſt, *p. 2. c. 46. d. 35.*

Nec impenſæ funebres ab iis exigi poſſunt, licet heredibus ſolvendo haud ſit, *p. 2. c. 46. d. 36.*

Debitum feudale non facit ſolus agnatorum conſenſus, ad Feudi oppignorationem datus, niſi & Domini conſenſus acceſſerit, *p. 2. c. 46. d. 8.*

Debita paterna filius etiamſi hereditatem adiens inventarium confecerit, nihilominus tamen ultra vires hereditatis ex Feudo ſolvere tenetur, *p. 2. c. 47. d. 6.*

Limitatur, *p. 2. c. 47. d. 7.*

Ex Feudo alimenta tanquam æs alienum debentur iis perſonis, quæ tanquam minus perfectæ à Feudi ſucceſſione arcentur, *p. 2. c. 46. d. 28.*

Si bona allodialia non ſufficiunt, *ib. n. 6.* *Vide plura infra* Feudi onera & Oppignoratio.

FEUDI EXECUTIO.

Poſt executionem in Feudum factam licet vaſallo debitori onus ſervitiorum incumbat, ob inopiam tamen ipſius creditor ea præſtare tenetur ex fructibus Feudi, *p. 2. c. 25. d. 5.*

Facta Executione in bona Feudalia creditor non tenetur præſtare alimenta vaſallo, ſi per id redigeretur ad inopiam, *p. 2. c. 25. d. 6.*

Executionem in bona Feudalia ante excuſſionem bonorum allodialium creditor, qui in bonis Feudalibus atque allodialibus debitoris de hypotheca ſibi legitimè proſpexit, petere non prohibetur, *p. 1. c. 28. d. 130.*

FEUDI FRUCTUS.

Vide infra in vocabulo Fructus.

FEUDUM HEREDITARIUM.

Feudum hereditarium quid ſit, *p. 2. c. 47. d. 1.*

Hujus natura in quonam conſiſtat, *ib.* it. *p. 3. c. 28. d. 11. n. 4.*

Inter Feudum Hereditarium & ex pacto ac providentia diſtincto an de jure Feudali ſubſiſtat, *p. 2. c. 47. d. 1. & d. 2.*

Heredis dictio in materia Feudali non niſi de herede ſanguinis feudali ac filio accipi ſolet, *d. 1. n. 3.*

Feudum Hereditarium facit heredis vocabulum, etiamſi filiorum ſimul mentio facta fuerit, *p. 2. c. 47. d. 2.*

Feudum ex pacto & providentia filius repudiata patris hereditate de jure communi retinere non poteſt, *p. 2. c. 47. d. 3.*

In foro Sax. extra Electoratum poteſt, *p. 2. c. 47. d. 4.*

In ditionibus Electoratus Sax. nequit, niſi & heres patris eſſe velit, *p. 2. c. 47. d. 5.*

Limitatur in filio, *p. 2. c. 47. d. 8.*

Et agnatis collateralibus, *p. 2. c. 47. d. 9.*

FEUDI INVESTITURA.

Inveſtitura an res ſit individua, *p. 2. c. 45. d. 26. n. 2.*

Abſque inveſtitura Feudum conſtitui nequit, *p. 3. c. 30. d. 12. n. 2.* it. *p. 3. c. 30. d. 3. n. 1.*

Inveſtitura de caducitate Feudi facta actionem perſonalem ad intereſſe contra Dominum parit, *p. 2. c. 45. d. 8. n. 4.* non jus reale, *p. 2. c. 45. d. 8. n. 5.*

Inveſtitura facta alicui für ſich/ ſeine Leibes- und Lehens-Erben / ſoli videntur comprehenſi filii, non etiam filiæ vel agnati, *p. 2. c. 45. d. 30.*

Inveſtitura prima eſt baſis, radix & fundamentum reliquarum, *p. 2. c. 45. d. 31. n. 6.*

Niſi prima ſit obſcura, poſterior verò clara, *n. 8.*

Inveſtitura inſpicienda eſt in deciſione cauſarum Feudalium, *ib. n. 1.*

Inveſtiturarum literæ quando ſunt diverſi tenoris, regulariter ſecundunt tenorem primæ inveſtituræ judicandum eſt, *p. 2. c. 45. d. 31.*

Inveſtiturarum verba ſtrictè ſunt interpretanda, *p. 2. c. 45. d 30. n. 1.*

Et interpretatio pro vaſallo potius contra dominum eſt facienda, *ib. n. 2.*

Verbaque ita ſunt explicanda, quo minus juri Feudorum repugnent, *n. 8.*

Ad inveſtituram Feudi aperti impetrandam vaſallus adverſus Dominum experiri poteſt conditione ex moribus, *p. 2. c. 45. d. 23.*

Si inveſtitura de re aliena ſit facta, Dominus de evictione & ad intereſſe conveniri poteſt, *n. 1.*

Inveſtituræ ſemel amiſſæ confirmatio nihil novi dare poteſt, *p. 2. c. 45. d. 24. n. 5.*

Inveſtitura de caducitate Feudi tertio facta valet, etſi vaſallus poſſeſſor non conſenſerit, *p. 2. c. 45. d. 1.*

Nec pares Curiæ præſentes fuerint, *ib. n. 3.*

Hæc inveſtitura abuſiva tantum actionem perſonalem contra Dominum parit, *ib. n. 6.*

Inveſtituram de caducitate Feudi factam pendente conditione revocare nequit Dominus, *p. 2. c. 45. d. 2.*

Inveſtitus tale Feudum apertum propriâ autoritate occupare poteſt, *ib. n. 5.*

Ex inveſtitura de caducitate Feudi non tenetur Dominus, ſi hoc propter culpam vaſalli fuerit apertũ, *p. 2. c. 45. d 3.*

Inveſtitis duobus de feudo vaſalli adhuc viventis, quisnam horum alteri præferatur, *p. 2. c. 45. d. 4.*

Inveſtiturã de Feudo vaſalli viventis factam heres Domini etiam in foro Sax. ratam habere tenetur, *p. 2. c. 45. d. 5.*

Et

Etsi vocabulum Tantum aliudvè simile investituræ appositum fuerit, persona tamen heredis haud excluſa censetur, *ib. n.* 10.
Ex Investitura Domini de caducitate Feudi non obligantur agnati jure Feudali succedentes, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 6.
Nec fiscus, *n.* 5.
Nec successor Episcopi, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 7.
Limitatur, *ib. n.* 5.
Nec Dominus superior, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 8.
Investitura in casum mortis facta etiam ad investiti heredes transmittitur, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 9.
Renovatio Investituræ, factæ de Feudo vasalli adhuc viventis, ne quidem in foro Sax. necessariò petenda est, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 10.
Investituræ renovationem, facta inter fratres divisione Feudi, horum subditi petere tenentur, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 26.
Investituræ renovatio mortuo Episcopo peti debet à Capitulo, si intra annum & diem alius non fuerit electus Episcopus, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 22.
Investituræ renovationem Principes Imperii post mortem Imperatoris durante vicariatu intra annum & diem à vicariis petere necesse habent, *ib. n.* 6.
Investituram pluribus existentibus defuncti Domini successoribus Vasallus non nisi ab uno petere tenetur, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 29.
In arbitrio autem Dominorum est, cuinam vices demandare velint, *ib. n.* 6. & 8.

FEUDI INVESTITURA SIMULTANEA.

Jus Simultaneæ Investituræ unde originem traxerit, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 13. *n.* 5.
Ejus natura, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 16. *n.* 1.
Simultanea investitura sola dicitur fons, origo & causa obventionis bonorum Feudalium in linea transversali, *p.* 3. *c.* 29. *d.* 8. *n.* 5.
Jus Simultaneæ Investituræ investitis sine eorum facto auferri nequit, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 15. it. *p.* 3. *c.* 27. *d.* 1. *n.* 2.
Non petitâ renovatione extinguitur, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 10. *n.* 2.
Simultanea investitura effectum non habet, nisi utriusque tam possessoris, quam investiti consensus accesserit, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 1.
Ex ea inter vasallos reciproca nascitur obligatio, *ib. n.* 4.
Hodie præstito demum homagio simultancè Investito jus reale acquiritur, *ib. n.* 14.
Hoc jus activè & passivè ad heredes transit, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 15. *n.* 3.
Simultaneè Investito actio revocatoria datur contra tertium possessorem, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 16.
Simultaneæ Investituræ renovatio necessario petenda est, qua omissa jus investituræ amittitur, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 17.
De jure Sax. *n.* 2. secus de jure communi, *n.* 1.
Ampliatur, *ib. n.* 6. 7. 8.
Non perdit jus simultaneæ Investituræ, qui justa causa impeditus renovationem non petiit, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 18.
Pupillus, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 19.
Ignorantia quoque investitum excusat, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 20.
In longinquis regionibus absens, *ibid. n.* 5.
Feuda rustica vel exigua ob renovationem non petitam haud amittuntur, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 21.
Consvetudine loci, ut Feudo non privetur Investitus ob non petitam renovationem Investituræ, standum est, *ib. n.* 1.
Privationem Feudi vel Simultaneæ Investituræ meretur dolosa renovationis intermissio, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 18. *n.* 3.
Fracta Simultanea Investitura per divisionem non competit ultra agnatis jus succedendi, nisi denuo impetraverint Investituram, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 24.
Investitura Simultanea etiam per venditionem Feudi rumpitur, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 25.
Si Simultaneè Investiti consentiant, *n.* 8.
In Simultaneè investitorum præjudicium non valet dispositio vasalli testamentaria de Feudo, *p.* 2. *c.* 48. *d.* 2.
Nec alienatio unius agnati in reliquorum præjudicium, *p.* 2. *c.* 48. *d.* 4.

FEUDI ONERA ET OPPIGNORATIO.

Quænam dicantur onera seu debita Feudi, *p.* 2. *c.* 46. *d* 8. *n.* 1. & 6. *d.* 13. *n.* 1. *d.* 26. *n.* 1. *d.* 24. *n.* 1. *d.* 25. *n.* 1. *d.* 26. *n.* 1. usque ad 31. *n.* 1.
Agnatus licet in Feudi oppignorationem consenserit, attamen si domini consensus non intervenerit, Feudo sibi aperto ad exsolutionem debiti haud obligatus est, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 9.
Tenetur tamen agnatus in Feudi oppignorationem consentiens, si una expressè ad solutionem se obligavit, deficiente licet Domini consensu, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 10.
Dominus ex Feudo consensu suo, cum clausula tamen, suo jure salvo, oppignorato, sibique aperto, æs alienum exsolvere tenetur, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 11.
Agnatus, qui Feudum sibi oppignoratum habet, consentiens, ut & alteri Oppignoretur; jus pignoris haud remisisse censetur, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 12.
Feudo vendito non valet hypotheca pretii venditori absque speciali consensu Domini reservata, *p.* 2. *c.* 23. *d.* 18.
Quamvis in aula Sax. Electoris usu aliud hactenus obtinuerit, *n.* 5.
Legitima ex Feudis novis & Emptitiis hodie in ditionibus Electoratus Sax. filiabus debetur, si pretium eorum omne allodium patris absumserit, vel majorem ejus partem æquaverit, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 22. *n.* 2. it. *d.* 24.
Si pater cum consensu Domini Feudum uni filiorum concesserit, reliqui in legitima defraudati eam ex feudo petere possunt, *p.* 3. *c.* 10. *d.* 9.
Extrà Electoratum Sax. ex Feudo novo à patre empto, si alia bona Hereditaria non adsint, filiæ legitimam petere possunt, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 28.
Non verò ex Feudis antiquis, *ib. n.* 3.
Quod extenditur ad Feuda quoque hereditaria, *ib. n.* 4.
Non tantum Nobilium, sed & plebejorum filiæ de pretio, in Feudi novi emtionem collocato, legitimam petere possunt, & quænam ea sit hoc casu in Electoratu Sax. *p.* 3. *c.* 9. *d.* 29.
Quando & quibus in casibus filiæ ex Feudo empto legitimam petere haud valent, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 30.
De pecunia in Feudi novi emptionem collocata matri quoque legitima debetur, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 31.
Non debetur filiabus ex Feudo novo legitima, si dotem & elocationem petant, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 32.
Non præstat filius Onera hereditaria Feudo paterno, si non nisi in legitima institutus, aliave ex causa ipsi hereditas debita fuerit, *p.* 2. *c.* 47. *d.* 7.
Fidejussio onus Feudi non facit, nèc feudi successores sed heredes allodiales obligat, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 34. *n.* 3.
Non solum onera Feudi, sed & onera causata occasione Feudi agnatos obligant, si legis autoritate ejusmodi onera ipsi feudo imponantur, vel in ejus utilitatem cedant, *ibid. n.* 8.
Onera Feudalia à successoribus feudi vel Domino solvi debent, etsi vasallus defunctus reliquerit bona hereditaria, *p.* 2. *c.* 46 *d.* 7.

FEUDALIS PECUNIA.

Pecunia ex Feudo redacta Feudalis non est, nec successoribus feudi debetur, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 1. it. *p.* 2. *c.* 12. *d.* 3. *n.* 2. & *p.* 2. *c.* 46. *d.* 28.
Licet contrahentes de hoc expressè convenerint, *p.* 3. *c.* 30 *d.* 2.
Vel pactum juratum intervenerit, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 3.
Nisi consensus Domini investientis accesserit, *p.* 3. *c* 30. *d.* 2. *n.* 5.
Valet conventio, ut pecunia ex Feudo redacta ad solos Feudi successores pertineat, heredibus allodialibus exclusis, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 4.
Non efficit pactum de collocanda pecunia in emptionem Feudi, ut facto haud subsecuto ea feudi successoribus cedat, *p.* 3 *c.* 30. *d.* 5.
Defuncto fratre vel agnato ante Feudi emptionem ejus heredes ad interesse tenentur, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 6.
Ex pacto de collocanda pecunia in emptionem Feudi, illi soli agnati ad interesse experiri possunt, quibus facta est promissio de recipiendo eos in simultaneam investituram, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 7.
Præstatur interesse per exsolutionem pecuniæ in Feudi emptionem collocandæ, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 8.
Ad exsolutionem tamen pecuniæ heredes cogi nequeunt, si illam in Feudum convertere, deque eo agnatos investiri facere velint, *p.* 3. *c.* 10. *d.* 9.
Modus constituendi Feudum in pecunia, aliave re mobili quisnam sit, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 10.

FEUDI PRIVATIO.

Feudo nemo absque sua culpa Privari debet, *p.* 3. *c.* 27. *d.* 1. *n.* 3. it. *p.* 3. *c.* 28. *d.* 8. *n.* 6.

Etiamnum hodie in foro Sax. vasallus ob alienationem sine Domini consensu factam Feudo privari potest; *p. 2. c. 49. d. 13.* it. *p. 2. c. 48. d. 14. n. 1.*

It. si Feudum inscio Domino in Emphyteusin alicui concesserit, *p. 2. c. 49. d. 14.*

Vel pignori obligaverit, *ib. n. 2.*

Limitatur, *n. 3.*

Subinfeudatio tamen subsistit certis adhibitis conditionibus, *ib. n. 4. & 5.*

Vasallus gravem & inhonestam injuriam Domino inferens Feudo privatur, *p. 1. c. 29. d. 27. n. 3.*

Quod tamen de injuria facti accipiendum, *ib. n. 4.*

Ob culpam non in Dominum sed alium commissum Feudum simultaneè investitis cedit in foro Sax. *p. 3. c. 27. d. 1.*

Nec agnati intra quartum gradum constituti à feudo excluduntur, *p. 3. c. 27. d. 2.*

Non privantur liberi Feudo antiquo in terris Electoratus Sax. ob delictum extra personam Domini commissum, *p. 3. c. 27. d. 3.*

Secus de jure communi feudali, *ib. n. 1. & seqq.*

Ratio diversitatis inter agnatos & filios, *ib. n. 3. & seqq.*

Delictum vasalli in personam Domini commissum filios à feudo excludit, *p. 3. c. 27. d. 6.*

Fallit in Feudo contemplatione filiorum patri concesso & in agnatis simultaneè investitis, *p. 3. c. 27. d. 7. & d. 8.*

Feudo ob culpam vasalli amisso fructus indifferenter omnes ad Dominum pertinent, *p. 3. c. 27. d. 9.*

Feudo privari non debet vasallus delinquens, si Dominus ei delictum condonaverit, haud contradicentibus agnatis, *p. 3. c. 27. d. 4.*

Vasallus ex superveniente calamitate factus inhabilis ad serviendum Feudum non amittit, *p. 3. c. 28. d. 8.*

Non conquerente Domino de felonia, defuncto ipso ejus heredes ad Privationem Feudi agere nequeunt adversus Vasallum, *p. 3. c. 27. d. 5.*

Non adimi potest Feudum heredibus, si de vasalli delicto vivente adhuc eo Dominus non fuerit conquestus; *p. 3. c. 27. d. 10.*

Ob non petitam investituram Feudum ad Dominum devolvitur, ita tamen ut post mortem vasalli ad agnatos revertatur, *p. 3. c. 27. d. 11.*

Nec privandus est vasallus Feudo ob non petitam investituram, antequam causæ cognitio & sententia declaratoria præcesserit, *n. 3. c. 27. d. 12.*

Si scilicet justa ex causa id facere impeditus fuerit, *ib. n. 5.*

Feudum licet ipso jure amittatur, sententia tamen declaratoria est necessaria, *p. 3. c. 27. d. 10. n. 5. & 6.*

Ubicunque sententia declaratoria requiritur ante Privationem Feudi, pœna non transit in heredes, *ibid. n. 8.*

Non nocet vasallo omissio renovationis investituræ, si Dominus tacitè vel expressè caducitatem remiserit, *p. 3. c. 27. d. 13.*

Dolosa renovationis intermissio privationem feudi demum meretur, *p. 2. c. 45. d. 18. n. 5.*

Consuetudine loci, ut Feudo non privetur investitus ob negligentiam non factæ renovationis Investituræ, standum, *p. 2. c. 45. d. 21. n. 1.*

FEUDI ALIENATI REVOCATIO.

Actio Feudi Revocatoria est realis, *p. 2. c. 48. d. 8. n. 2.*

Competit simultaneè investito contra tertium possessorem, *p. 2. c. 45. d. 10. & d. 17.*

In foro Sax. agnati simultaneè investiri non minus hereditarium Feudum, quàm ex pacto alienatum Revocare possunt, *p. 2 c. 48. d. 1.*

Licet heredes alienatoris extiterint, *p. 2. c. 48. d 3.*

Pluribus agnatis simultaneè investitis in eodem gradu existentibus uni eorum in reliquorum præjudicium Feudum alienari nequit, *p. 2. c. 48. d. 4.*

Quo casu iis non nisi pro rata ipsorum parte jus Revocandi competit, *p. 2. c. 48. d. 5.*

Agnatus ob solam præsentiam & taciturnitatem à Feudi Revocatione non excluditur, *p. 2. c. 48. d. 6.*

Limitatur 5. modis, *ib. n. 5. 6 7. 8.*

In ditionibus Electoratus Sax. filii Feudum Revocare non possunt, *p. 2. c. 48. d. 9.*

Ampliatur, *n. 15. & d. 12.*

Limitatur, *p. 2. c. 48. d. 10.*

Extra Sax. Electoratum filii, qui non sunt patris heredes, Feudum bene Revocare possunt, *p. 2. c. 48. d. 11.*

Agnati & filii quando jus Revocationis exercere possunt, *p. 2. c. 48. d. 13.* it. *d. 14. n. 5. & d 15.* it. *p. 2. c. 7. d. 7. n. 1.*

Non competit Jus Revocandi Feudum agnatis, qui nondum præstito homagio realiter simultaneam investituram apprehenderunt, *p. 2. c. 48. d. 8.*

Duplex jus Revocandi Feudum competit agnatis: Unum in specie jus revocandi appellitatur; alterum est jus protimiseos, *p. 2. c. 49. d. 1. n. 1. & 2.*

Differentia inter jus Revocandi Feudum propriè sic dictum, ac jus protimiseos existit duplex, *p. 2. c. 49. d. 1. n. 2.*

Jure protimiseos redimere possunt agnati Feudum etiam post factam traditionem, *p. 2. c. 49. d. 1.*

Refuso emptori pretio absque usuris, *p. 3. c. 49. d. 2.*

Et quidem parato, *p. 2. c. 49. d. 3.*

In ditionibus Electoratus Saxon. non competit hoc jus filiis, *p. 2. c. 49. d. 4.*

Secus de jure communi feudali, *ib. n. 3.*

Cessat jus protimiseos in Feudo per donationem, infeudationem, aut permutationem alienato, *p. 2. c. 49. d. 5.*

Ex eo, quod agnatus à venditore ad emendum Feudum requisitus tacuerit, à jure Retractus excluSus non est, *p 2. c. 49. d. 6.*

At bene ille qui venditioni consentit, *ib. n. 1.*

Agnato proximiore venditioni licet consentiente, remotior tamen pretio refuso Feudum Redimere valet, *p. 2. c. 49. d. 7.*

Regulariter in jure Retractus est locus edicto successorio, *ib. n. 7.*

Feudo ab agnatis Revocato Emptor heredes alienatoris de evictione promissâ convenire potest, *p. 2. c. 49. d. 8.*

Heredes alienatoris Feudum Revocantes, pretium emptori restituere debent, etiamsi de evictione obligati non sint, *p. 2. c. 49. d. 9.*

Feudo sine consensu Domini alienato & postea ab agnatis Revocato malæ fidei emptor nec de Evictione promissa alienatorem convenire, nec ab eodem pretium repetere potest, *p. 2. c. 49. d. 10.*

Et hoc casu est hæc differentia inter bonæ & malæ fidei emptorem, *ibid. n. 6.*

Sed pretium hoc casu Domino feudi cedit, *p. 2. c. 49. d. 11.*

Meliorationes autem ipsi sunt restituendæ, *ib. in sententia.*

Feudum sine consensu Domini alienatum in ditionibus Electoratus Sax. ab agnatis statim Revocatur. Extra Electoratum Domino aperitur, quamdiu Vasallus adhuc in vivis est, *p. 2. c. 49. d. 12.*

In ditionibus Electoratus Sax. spatio annali indifferenter præscribitur juri Redimendi, quod vivo adhuc alienatore agnatis competit, feudum, sive hoc in extraneum sive remotiorem agnatum fuerit alienatum, *p. 2. c. 50. d. 1.*

In præscriptione hac juris protimiseos spatium annale etiam in foro Sax. non nisi de anno civili accipi debet, *p. 2. c. 50. d. 2.*

Præscriptio annalis in jure protimiseos feudali non currit ignoranti, *p. 2. c. 30. d. 3.*

Limitatur in ignorantia affectata, *n. 4.*

Extra Electoratum Sax. quando Feudum in extraneum est alienatum, juri protimiseos non nisi 30. annorum spacio præscribitur, *p. 2. c 50. d. 4.*

Juri Feudum Revocandi post mortem alienatoris non nisi 30. annis, anno & die præscribitur, *p. 2. c. 50. d 5.*

Non currit præscriptio juris Revocandi agnato, priusquam via succedendi ei aperta & revocandi facultas data fuerit, *p. 2. c. 50. d. 6.*

FEUDI SUCCESSORES.

Clerici an & quatenus succedunt in Feudis, *p. 3. c. 28. d. 1. d. 2. d. 3. & d. 4.*

It. Mutus & surdus vel aliter imperfectus, *p. 3. c. 28. d. 6. & 7.*

Itemque Fœminæ, *p. 3. c. 28. d. 9. d. 10. d. 11. d. 12. d. 13.*

De jure communi feudali extra forum Sax. Collaterales agnati non nisi in Feudo antiquo succedunt, *p. 2. c. 45. d. 11.*

Sed non in feudo novo, *ib. n. 4.*

Nisi tribus casibus, *ib. n. 5. 6. 7.*

In foro Sax. filii ac descendentes in infinitum succedunt, *p. 2. c. 45. d. 12.*

Collaterales non nisi ex jure simultaneæ investituræ, *p. 2. c. 45. d. 13.*

Ignobiles etiam in foro Sax. Feudi sunt capaces, *p. 3. c. 28. d. 5.*

Vasallus, ex superveniente calamitate factus inhabilis ad serviendum, Feudum non amittit, *p. 3. c. 28. d. 8.*

Non succedunt in feudo legitimati à Priv-

a Principe excluſis agnatis ſimultaneè inveſtitis, *p.*3.*c.*28.*d.*16.

Nec filii naturales, *ib.n.*1.

Sed bene Legitimati per ſubſequens matrimonium, *p.*3.*c.*28.*d.*17.

Niſi alia mens fuerit inveſtientis, *ib.n.*5.

Factâ inveſtiturâ, ut Fœminæ ſuccedant in Feudis ſicut maſculi vel cum maſculis, utriusque ſexus liberi ſimul admittuntur, *p.*3.*c.*28.*d.*14.

Fœminæ ad Succeſſionem Feudi vocatæ, & per maſculum ſemel excluſæ non perpetuò cenſentur excluſæ, *p.*3.*c.*28.*d.*15.

Extra Electoratum in Saxonia fratris liberi unà cum patruo jure Repræſentationis in Feudo ſuccedunt, *p.*3.*c.*29.*d.*1.*&* 16.

Pluribus licet fratribus de novo Feudo inveſtitis, ad Succeſſionem tamen fratris defuncti filii cum fratre ſimul admittuntur, *p.*3.*c.*29.*d.*3.

Cum fratre utrinque conjuncto ſuccedit in Feudis filius fratris conſanguinei defuncti, *p.*3.*c.*29.*d.*5.

Non ſuccedunt nepotes jure repræſentationis patruo magno in Feudis, *p.*3.*c.*29.*d.*6.

Regulariter in foro Sax. ſimultaneè Inveſtiti remotiores unà cum proximioribus in Feudo Succedunt, *p.*3.*c.*29.*d.*8.

Niſi facta ſit inveſtitura ſecundum ordinem gradum, *p.*3.*c.*29.*d.*9.

Inveſtito aliquo pro ſe & filiis ſuis ordine tamen ſucceſſivo, non omnes filii pariter & conjunctim in feudis admittuntur, *p.*3.*c.*29.*d.*10.

Maſculis ex fœminis deſcendentibus in Feudis ad Succeſſionem aditus haud patet, *p.*3.*c.*28.*d.*9 *n.*13.

Feudi Succeſſores heredes univerſales non ſunt, ſed tantum particulares, *p.*2.*c.*46 *d.*1.*n.*7.

Ex facto vaſalli defuncti Succeſſores in Feudo non tenentur, *p.*2.*c.*42.*d.*5.*n.*1.

Feudi Succeſſores quatenus teneantur ſolvere æs alienum, vide ſupra Feudi æs alienum.

Extrinſecum Feudi augmentum ad Succeſſores agnatos tum demum pertinet, ſi feudo ut feudo acceſſerit, *p.*3.*c.*32.*d.*7.

In prædio feudali affixa terræ vel parietibus ad Feudi Succeſſores unà cum fundo feudali pertinent, *p.*3.*c.*31.*d.*5.

Ahena & Caldaria muro affixa deſcendunt Feudi Succeſſoribus, *p.*3.*c.*31.*d.*6.

Inveſtiti ſecundum gradus prærogativam in capita ſuccedunt, non in ſtirpes, *p.*3.*c.*29.*d.*11.

FEUDI SUCCESSIO.

Verba hæc (nach rechter Lipjahl) inveſtituræ inſerta non faciunt ceſſare jus repræſentationis in Succeſſione Feudi, *p.*3.*c.*29.*d.*2. it. *p.*2.*c.*14.*d.*17 *n.*8.

Non attenditur in Succeſſione Feudi duplicitas vinculi, ſed ſola agnatio, *p.*3.*c.*29.*d.*4.

Inter Collaterales jus repræſentationis in Feudi Succeſſione locum non habet, *p.*3.*c.*29.*d.*7.

Ad Succeſſionem Feudalem admittuntur in capita, qui nominatim ſunt inveſtiti, licet deficiat clauſula ſecundū gradus prærogativam *p.*3.*c.*29.*d.*12.

Res feudalis paternæ ſucceſſionis commodo filiam privat, *p.*1.*c.*29.*d.*8.*n.*5.

Collectivo autem nomine inveſtitis ſtirpes ſuccedunt, *p.*3.*c.*29 *d.*13.

Niſi de alia contrahentium mente conſtet, ut ſi fratrum filii nomine collectivo ſint inveſtiti, *p.*3.*c.*29.*d.*14.

In Succeſſione pariter Feudali & allodiali jus repræſentationis in infinitum obtinet, *p.*3.*c.*29.*d.*15.

In linea ſcilicet recta, *n.* 2.

Conventio inter agnatos ſimultaneè inveſtitos de admittendis ſolis proximioribus ad Succeſſionem Feudi, non excludit fratris liberos in foro Sax. *p.*3.*c.*29.*d.*16.

FEUDALIA BONA.

Bona Feudalia ab hereditate ipſa prorſus ſeparata ſunt, *p.*2.*c.*46.*d.*1.*n.*8.

Solâ conventione partium Bona allodialia immobilia haud efficiuntur Feudalia, ſi non à Domino ſuperiore expreſsè in Feudum concedantur, *p.*3.*c.*30.*d.*11.

In foro Sax. Dominus Bona allodialia haud poteſt convertere in Feudalia, deque iis vaſallum inveſtire, antequam illa per annum & diem poſſederit, *ib.n.*1.

Sed in practica id non obſervatur, *ibid. n.*5.

Allodialia Bona non ſiunt Feudalia ex eo, quod per vaſallum feudo fuerint incorporata, ſi non inveſtitura ſpecialis vel præſcriptio acceſſerit, *p.*3.*c.*30.*d.*12.*&n.*8.

Poſſidens rem aliquam tanquam allodialem, quam Dominus Feudalem aſſerit, non tenetur titulum poſſeſſionis indicare, *p.*1.*c.*27.*d.*9.

Negans rem eſſe Feudalem, ſi poſtea de mendacio convictus fuerit, amiſſionis periculum eſt ſuoiturus, *ib.n.*9.

Agro Feudali à vaſallo vivente raſtris ſubacto fructus induſtriales in dotalitio nati non ad viduam, ſed ad mariti heredes allodiales pertinent, *p.*3.*c.*32.*d.*3.

Idem juris in fructibus civilibus, *p.*3.*c.*32.*d.*19

JUS FEUDALE.

Jus Saxonicum Feudale in heredibus feudalibus terminat pubertatis annos finito 13. anno cum 6. hebdomadis, *p.*2.*c.*11.*d.*9.*n.*3.

Uoi in jure Feudali nihil expreſsè diſpoſitum reperitur, ſtandum eſt diſpoſitione juris civilis, *p.*3.*c.*32.*d.*26 *n.*7. it. *p.*3.*c.*20.*d.*9 *n.*6.

Conſuetudines Feudales ſtrictè ſunt accipiendæ, *p.*2.*c.*49.*d.*5.*n.*7.

Uſus Feudales ad controverſias alias non extendantur, *p.*4.*c.*43.*d.*8.*n.*6.

Heredum nomine in materia Feudali ſoli comprehenduntur maſculi, *p.*3.*c.*28.*d.*9.*n.*9.

Compilatores juris Feudalis vix uſitatam tunc inter doctos Latinam linguam, nedum Græcam vel Hebræam noverunt, *p.*3.*c.*28.*d.*15.*n* 3.

PROCESSUS FEUDALIS.

Modus procedendi in cauſis Feudalibus de jure Sax. ſpecialiter receptus etiamnum in foro Sax. obtinet, *p.*1.*c.*27.*d.*1.

Solennia (proceſſus judicialis in foro Sax. pro forma ſubſtantiali proceſſus reputantur, *ib. n.*7.

In Saxonia inferiore, Marchia, Sileſia, aliisque regionibus, ubi jus Saxonicum viget, Proceſſus ille ſolennis etiamnum obſervatur, *ib. n.*8.

In Provinciis Electoratus Sax. procedi-

tur hodie in cauſis Feudalibus ſecundum jus commune, *p.*1.*c.*27.*d.*2.

In omnibus caſibus, quibus Dominus adverſus vaſallum experitur, *p.*1.*c.*27.*d.*3.

Et vaſallus adverſus Dominum, *p.*1.*c.*27.*d.*4.

Non poteſt in provinciis Electoratus Sax. mulier abſque curatore in cauſa Feudali agere vel ſe defendere, *p.*1.*c.*27.*d.*5.

Etiam in Saxoniæ Electoratu in cauſis Feudalibus, Gvaranda præſtanda & vivâ voce procedendum eſt, *p.*1.*c.*27.*d.*6.

In provinciis Electoratus Dominus Feudi, ſi adverſus vaſallum experiri velit, ſtatim omnes ac ſingulos pares conſcribere ac petere poteſt, quo vaſallum reum ad conſtituendum judicium Feudale citari faciant, *p.*1.*c.*27.*d.*2.*n.*3.

FICTIO.

Fictio ceſſat, ubi veritas locum habere poteſt, *p.*1.*c.*14.*d.*16.*n.*9.

Fictio tantum operatur in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero, *ib.n.*10.

FIDES.

Bona Fides quid, *p.*2.*c.*3.*d.*6.*n.*1.

Mala Fides probatur conjecturis & præſumptionibus, *p.*2.*c.*3.*d.*8.*n.*5.

It. per confeſſionem præſcribentis, *ibid. n.*9.

De mala fide definitioni Canonicæ in foro quocunque ſtandum, *ibid. n.*4.

Qui res fidei ſuæ commiſſas in proprios uſus convertunt, pœnâ extraordinariâ plectendi ſunt, *p.*4.*c.*33.*d.*10.*n* 6.

Turpe eſt promiſſis contravenire & fidem fallere, *p.*4.*c.*33.*d.*11.*n.*7.

FIDEICOMMISSUM.

Fideicommiſſa non valent niſi adhibitis quinque teſtibus, *part.*3. *conſt.*4. *d.*35.

Sub Fideicommiſſo generali legitima haud continetur, *p.*3.*c.*1.*d.*8.*n.*6.

Fideicommiſſa etiam non agnita ad heredes transmittuntur, *p.*3.*c.*4.*d.*23.

Fideicommiſſi jure conſervetur ultima voluntas, *p.*3.*c.*1.*d.*8.*n.*18.

Fideicommiſſum ex conjecturis induci poteſt, *p.*3.*c.*25.*d.*20.*n.*4.

Circa Fideicommiſſa ac legata conjecturæ voluntatis duobus teſtibus probantur, *p.*3.*c.*13.*d.*33.

In Fideicommiſſis nunquam debet eſſe melior conditio ejus perſonæ, quæ minus dilecta fuit, *p.*3.*c.*8.*d.*9.*n.*10.

In Fideicommiſſo proximioribus cognatis in certum conditionis eventum relicto, habetur ratio proximitatis, quæ eſt tempore conditionis exiſtentis, *p.*3.*c.*8.*d.*25.

In Fideicommiſſo quando ſuccedatur jure repræſentationis, *p.*3.*c.*8.*d.*26.

Fideicommiſſum deficientibus licet verbis ex conjectura tamen voluntatis inducitur, *p.*3.*c.*7.*d.*18.*n.*9. it. *p.*3.*c.*8.*d.*27.*n.*25.

Fideicommiſſo ſubjecta res peritura, & quæ ſervando ſervari nequit, quatenus

nus alienari possit, *part.* 3. *const.* 8. *d.* 32.
Fideicommisso subjectæ rei alienatio valida est, quando fideicommissario est proficua, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 33.
Ampliatur, *n.* 2.
Ex Fideicommisso subjectis rebus solvendum est æs alienum defuncti, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 34.
Fideicommisso subjectæ rei alienatio quatenus valeat ob æs alienum ipsius heredis, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 35.
Fideicommissio subjectas res ex causa etiam necessaria ac probabili absq; decreto judicis heres vix tutò alienare valet, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 36.
Per Fideicommissum rogatus heres sine liberis decedens restituere, quod ex hereditate supersit, ad quartam usq; partem, hereditatem pro luoitu alienare potest, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 37.
Si nihil fuit alienatum, totum venit in restitutionem, *n.* 3.
Fideicommisso gravatus heres cautionem cum fidejussoribus idoneis fideicommissario præstare obstrictus est, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 38.
Ampliatur, *n.* 3. quæ tamen à testatore remitti potest, *ib. n.* 6.
Heres si coram nullis etiam testibus fidei ipsius quid commissum dicatur, illud præstare aut prævio jurejurando calumniæ conscientiam suam juramento purgare tenetur, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 40.
Juramento tamen calumniæ prius à fideicommissario præstito, *n.* 6.
Nisi probationibus conscientiam suam purgare velit: At juramentum hoc referri nequit, *p.* 3. *c.* 8 *d.* 41.
Fideicommissum filio relictum etiam ad nepotes transit, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 28.
In Fideicommissis dictiones (prout, secundum) restrictivè videntur positæ, *p.* 3. *c.* 8 *d.* 29.
Fideicommisso subjectæ res haud possunt ab herede alienari, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 21. *n.* 4. it. *p.* 3. *c.* 28. *d.* 30.
Ampliatur, *n.* 2
Quid differat hac in re Fideicommissum conditionale à puro, *n.* 3.
Fideicommisso subjecta bona ad personas extraneas regulariter non transeunt, *p.* 3 *c.* 20. *d.* 21. *n.* 2.
Uxori ex certa re per fideicommissum instituta, cum proprietas ex die mortis ejus alii sit legata, intelligitur rogata de re illa post mortem suam restituenda, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 31.

FIDEICOMMISSARIUS.

Fideicommissarius propriè heres non est instituturus, *p.* 3. *c.* 8 *d.* 21. *n.* 3.
Fideicommissarius inventarium ab herede exigere potest, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 39.
Non tamen solenne, *n.* 4.
Fideicommissarius vivo etiam herede gravato de re fideicommisso sibi relictâ pacisci potest *p.* 2. *c.* 35 *d.* 13. *n.* 9.

FIDEJUSSIO.

Fidejussio quid, *p.* 2. *c.* 2. *d.* 8. *n.* 1.
Fidejussio est stricti juris, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 2. *n.* 3.
Fidejussio non nisi per stipulationem præstari potest, *p.* 2 *c.* 13. *d* 1. *n* 8.
Nec valet, nisi fidejussor se quid daturum vel facturum expressè promiserit, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 10. *n.* 8.
Fidejussio aliud est, aliud promissio de fidejubendo, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 1. *n.* 3.
Ex Fidejussionis promissione ad id quod adversarii interest, præstitam fuisse fidejussionem cogi potest, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 1. *n.* 5.
Fidejussio est actus pietatis, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 8. *n.* 1.
Pro Fidejussione nuda commendatio vel promissio solutionis non habetur, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 10.
Fidejubere quod nolit pro collegis opifex ex collegio nequaquam removendus, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 8.
Fidejussio in duriorem causam facta non in totum est inutilis, sed saltem quatenus metam obligationis principalis excedit, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 9.

FIDEJUSSOR.

Fidejussor intercedens pro muliere, sine curatore contrahente efficaciter obligatur, *p.* 2. *c.* 15. *d* 7.
Fidejussor ut obligetur efficaciter, sufficit naturalis obligatio, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 7. *n.* 4.
Fidejussor si solvendo non reperiatur, in carcerem publ. conjiciendus, *p.* 2. *c.* 22. *d.* 20. *n.* 1.
Fidejussor licet sub gravioribus usuris mutuam pecuniam acceperit, nihil tamen ultra quincunces usuras à debitore ceu interesse repetere valet, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 16.
Fidejussor magis suo, quam alieno nomine solvere censetur, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 16. *n.* 13.
Fidejussorem qui habet idoneum, is solvendo dicitur, *p.* 2. *c* 22. *d.* 15. *n.* 6.
Fidejussoris heredes dictio taxativa cautionis instrumento inserta excludit, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 2. *n* 3.
Ex Fidejussione obligatus est, qui sigillatione & subscriptione suâ approbavit instrumentum, in quo debitor fatetur, se Fidejussorem ipsum dedisse, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 9.
Fidejussores plures in solidum ipso jure sunt obligati, in effectu tamen quilibet pro virili tantum parte onus obligationis sustinet, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 18. *n.* 3.
Ex fidejussionis promissione ac persuasione de mutuo dando pecuniam alteri, nemo potest tanquam Fidejussor conveniri, *p.* 2. *c.* 18 *d.* 1.
Fidejussor conveniri nequit, antequam pignus excutiatur, nisi in pignore distrahendo difficultas aliqua subsit, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 22.
Fidejussor ante principalem de jure Authenticorum conveniri nequit, *ib. n.* 1.
Fidejussori pactum debitoris principalis etiam proficit, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 23.
Nequaquam tamen ei nocet, *ib. n.* 9.
Fidejussor ex solutionis prorogatione, debitori se inscio factâ, non liberatur, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 1.
In foro Sax. *ib. n.* 1. ut & de jure communi, *n.* 3.
Limitatur 1. in usuris, quas fidejussor haudquaquam solvere tenetur, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 2.
2. In reconductione, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 3.
Ubi nullum differt, utrum solutioni faciendæ, an verò obligationi finiendæ certum fuerit tempus præfinitum, *ib. n.* 2.
Quo tamen casu Fidejussor obligatus manet pro eo, quod ex prima locatione debetur, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 4.
3. Si contra ulteriorem obligationem post terminum elapsum expressè protestatus fuerit, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 6.
Quod ampliatur, *n.* 3.
Nisi hoc casu Fidejussor intra tres menses à die solutionis faciendæ interpellatus fuerit, aut in prorogationem consenserit, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 7.
Fidejussor, si debitor labi facultatibus incipit, ordinario juris remedio sibi consulere potest, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 1. *n.* 6.
Prorogatio mutui inscio Fidejussore facta non liberat ipsum à restitutione sortis, *p.* 2. *c.* 19. *d* 4.
Fidejussor pro reo simpliciter receptus, tenetur quoque ad usuras in stipulationem deductas, nisi eas expressè exceperit, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 8.
Creditor à debitore donec solvendo esse desinat, creditum petere cessans vel causâ cedens, illud postea à Fidejussore exigere nequit, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 10.
Fidejussor an in duriorem causam obligari possit, *p* 2. *c.* 19. *d.* 9.
Fidejussores debitoris Electio factaque cum eo super solutione debiti transactio non liberat, antequam satisfiat creditori, *p* 2. *c* 19. *d.* 11.
Fidejussor propter periculum executionis imminens quatenus ante solutionem adversus debitorem ad liberationem agere possit, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 12.
Item propter Evictionem, *n.* 5.
Fidejussor summariè excussus contra debitorem principalem & confidejussores summariam consequitur executionem, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 13.
Non tollitur hypotheca, nec liberantur Fidejussores per obligationem secundam, in qua alii dati sunt fidejussores, nisi hoc expressè fuerit dictum, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 15.
Uno ex pluribus Fidejussoribus solvendo non existente, damnum hoc reliquis confidejussoribus omnibus pro rata accrescit, *p* 2. *c.* 17. *d.* 20.
Electo uno ex confidejussoribus reliqui per id non liberantur, priusquam à Fidejussore convento plenariè debitum fuerit solutum, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 21.
Fidejussori creditor non tenetur cedere jus suum, antequam totum debitum fuerit solutum, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 22.
Fidejussor damna & expensas à confidejussoribus quatenus repetere possit, *p.* 2. *c.* 17. *d* 23.
Fidejussor vel debitor non potest agere ex *l. diffamari. 5. C. de ingen. manum.* vel ex *l. si contendat. 28 ff. de fidejussor.* adversus creditorem debitum conditionale vel in diem prætendentem, *p.* 1. *c.* 7. *d.* 30.

FIDEJUSSORUM BENEFICIA.

Fidejussori solventi solidum absq; actionum cessione, nulla alia competit actio adversus fidejussores, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 15.
Post solutionem tamen factam cessio à creditore adhuc commodè fieri potest, licet eam Fidejussor ab initio petere neglexerit, *p.* 2 *c.* 17. *d.* 16.
Fidejussori solventi creditor actiones cedere tenetur, etiamsi is beneficio cedendarum actionum renunciaverit, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 17.
Ejus partis nomine, quæ ipsum Fidejussorem solventem contingit, actio ei cedenda non est, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 18.
An Fidejussor obligans se tanquam principalem gaudeat beneficio ordinis. *p.* 2. *c.* 18. *d* 2. *n.* 1.
Competit beneficium excussionis Fidejussori, etiamsi cautioni fidejussoriæ addita fuerit clausula, alles treulich/ sonder arge List und ohne Gefährde/ *p.* 2. *c.* 18. *d.* 3. (potest
In processu etiam executivo opponere Fide-

Fidejussor Beneficium excussionis & divisionis habet, *p.2.c.18.d 4.*

De jure novissimo regulariter discutiendæ sunt facultates principalis debitoris, antequam teneatur Fidejussor, *p. 2. c.18.d.5.n.1.*

Nisi huic excussioni renũciaverit, *ib.n.4.*

Verba hæc Sämmtlich und sonderlich/ einer für alle/ und alle für einen/ addita Fidejussioni non excludunt Beneficium divisionis, *p.2.c.17.d 9.*

Certioratio Beneficiorum præsumitur præcessisse, nisi Fidejussor amissionẽ ejus docere velit, *p.2.c. 17.d.4.n.8.*

Beneficio excussionis non juvatur.

1. Delegans pro delegato se soluturum promittens, *p.2.c.18.d.5.*
2. Fidejussor fraudulenter negans fidejussionem, *p.2.c.18.d 6.*

Limitatur tribus modis, *n.3.5.7.*

3. Mercator, *p 2.c.18.d.7.*
4. Qui pro muliere fidejussit, *p.2.c.18.d.8.*
5. Si debitor non facilè conveniri queat, *ib.n.1.& seqq.* ubi plures recensentur personæ.
6. Qui pro principe, fisco, vel communitate fidejussit, *p.2.c.18.d.9.*
7. Correi debendi, *p.2.c.18.d.10.*
8. Quando debitor est absens, fugitivus, aut latitat, *p.2.c.18.d.11.*
9. Quando inter contrahentes hoc actum appareat, ut creditori fas sit, fidejussorem statim convenire, *p.2.c.18.d.12.*
10. Fidejussor succedens debitori, *p.2.c. 18.d.13.*
11. Quando bona debitoris extra territorium in locis longè remotis sunt sita, *p 2.c.18.d.14.*
12. Quando debitor notoriè non est solvendo, *p.2.c.18.d.15.*
13. Possessor fundi creditori specialiter hypothecati, *p.2.c.18.d.18.*

Sed bene tertius possessor in hypotheca generaliter constituta, *d. 17. & d. 18. n. 1.*

14. Qui sciens rem alii hypothecatam emit, *p.2. c.18.d.19.*
15. Possessor hypothecariâ conventus, quando debitor est absens, nec facilè potest conveniri, *p.2.c.18.d.20.*

Nomina debitoris particulariter & distinctis terminis solvenda quatenus cessare faciant beneficium excussionis, *p.2.c.18.d.16.*

Licet res creditori hypothecata, ad quartum vel quintum possessorem pervenerit, creditor tamen non nisi suum debitorem excutere debet, si hypothecariâ agere velit, *p.2.c.18.d.21.*

Possessor aedium hypothecariâ condemnatus, [illegible] adversus venditorem [illegible], *ib. n.7.*

FIDEJUSSORUM HEREDES.

Fidejussoris heredes in foro Sax. obligantur, etiamsi horum in fidejussione haud facta fuerit mentio, *p.2.c.20.d 1.*

Sicut & de jure civili, *n.1.*

Licet huic inserta fuerit dictio taxativa, *p.2.c.20 l.2.*

Ex Fidejussoris heredibus, excusso demum debitore principali, quilibet pro rata tenetur, non in solidum, *p. 2. c. 20.d. 3.*

Consuetudini loci alicujus, ne heredes exobligati ne fidejussoria teneantur, derogari potest conventione partium contrahentium expressi, *p 2.c.20.d.4.*

Obligatio Fidejussoria in heredes non transit, si expressè convenerit, ut in locum defuncti fidejussoris alius fidejussor substituatur, *p. 2. c. 20. d.5.*

Etiamsi Fidejussor post moram decesserit, heredes tamen non erunt efficaciter obligati in casu, quo conventum fuit, ut in locum defuncti fidejussoris alius subrogetur, *p.2.c.20.d 6.*

Heredes fidejussoris defuncti non tenentur ultra vires hereditarias, *p.2. c. 20. d. 7.*

Etiamsi non confecerint inventarium, *ib. n. 6.*

FIDEJUSSORUM BENEFICIORUM RENUNCIATIO.

Clausulæ & Renunciationes Fidejussorum & plurimum impertinenter de consvetudine Notariorum imperitorum apponuntur, nec in consideratione habendæ sunt, *p.2.c 17.d.4.n.6.*

Renunciatione generali nemo excluditur a beneficiis fidejussorum, etiamsi omnibus ac singulis juris ac legum beneficiis renunciaverit, *p.2.c.17.d.1.*

Expresso uno vel altero beneficio fidejussorio, generalis Renunciatio quoad reliqua omnia effectum sortitur, sive præcesserit, sive subsecuta fuerit renunciationẽ specialem, *p.2.c.17.d.2.*

Renunciatio generalis annexa speciali quando effectũ sortiatur, *p.2.c.17.d.3.*

Non præjudicat fidejussoribus Renunciatio beneficiorum, de quibus in specie non fuerunt certiorati, *p.2.c.17.d.4.*

Fidejussio jurata absq; Renunciatione etiam speciali excludit beneficia fidejussoribus alias competentia, *p. 2. c. 17. d. 5.*

Fidejussor Renuncians juribus specialem renunciationem requirentibus, non prohibetur uti beneficio fidejussorius, nullo horum specialiter in renunciatione expresso, *p.2. c.17.d.6.*

Fidejussor indemnitatis gaudet beneficio excussionis, etiamsi huic expressè renunciaverit, *p.2.c.17.d.7.*

Etiam juratò, *ib.n.7.*

Non nocet Fidejussori Renunciatio beneficiorum, si aliud inter contrahentes actum appareat, *p.2. c.17.d.8.*

Renunciatio beneficii divisionis in quantum noceat fidejussori, quando ad renunciandum dolo malo fuerit inductus, *p.2. c.17. d.10.*

Creditor ab uno ex pluribus fidejussoribus, qui divisionis beneficio Renunciârunt, virilem portionem recipiens deinceps reliquos non nisi pro rata convenire potest, *p.2. c.17.d.11.*

Creditor autem plures fidejussores in solidum obligatos habens, si contra unum egerit in solidum, nec ab eo solidum consequi potuerit, adversus alios agere non impeditur, *ib. n.1.*

Fidejussor conventus à fidejussore beneficio divisionis uti potest, nisi huic expressè renunciaverit, *p.2.c.17.d.19.*

FILIATIO.

Filiatio difficillimæ ac penè impossibilis probationis, itemque nativitas legitima, *p.1 c.16 d.26 n.1.*

FILIA.

Filiæ, pupilli, universitates, Ecclesiæ & hospitalia, quatenus & quamdiu utantur jure tacitæ hypothecæ in Feudis, *p.2.c.25.d.4.*

Filiabus non adjudicantur mobilia, quæ ipsarum signaculo notata reperta sunt in hereditate patris *p.3.c.20.d.34.n.8.*

FILIUS.

Filii verbum etiam fœminas comprehendit, *p.3.c.8.d.10.n.2.*

Filiorum appellatione non rarò nepotes & reliqui descendentes veniunt, *p.2.c.45.d.22.n.5.*

Filiorum vocabulo in contractibus ex propria significatione non continentur nepotes, *p.3.c.10.d.6.n.2.*

Quisnam Filius dicatur legitimus, ut patri succedat, *p 3.c.14. d.12.n.4.*

Filius ex damnato coitu natus filius nominandus non est, *p.3.c.14.d.11.n.7.*

Et à successione prorsus excluditur, *ib. n.3.*

Filius bona paterna administrans præsumitur hereditatem adivisse, nisi contrarium probet; *p.3. c.14. d.21.*

Filium castigationis causâ captivare pater non prohibetur, *p.4. c.1.d.17.n 3.*

Filius graviter percutiens ac vulnerans patrem fustigari debet, nisi ipsemet pater offensus pro eo intercedat, *p.4. c. 3. d. 19.*

Propter leviorem offensionem relegatione vel carcere punitur, *p. 4. c. 3. d. 20.*

Filius repudiata patris hereditate feudum retinere non potest, *p. 2. c. 47. d 3.*

Filii ante dignitatem patris suscepti patris dignitate & privilegio fruuntur, *p.2.c.10.d 32.*

FINES AGRORUM.

Fines agrorum suorum inscio etiam magistratu subditi distinguere, novosq; lapides ponere possunt, *p.2.c.42.d.17.*

FIRMA.

Ad Firmum concedere nihil aliud est, quàm sub certâ & firmâ pensione locare, *p.2.c.37.d 22.n 10.*

FISCUS.

Fiscus loco extranei successoris habetur, *p.4.c.1. d.16.n.6.*

Fiscus haud extantibus heredibus legitimis vel conjuge defuncto, ab intestato succedit, *p.3 c.6. d.4.n.4.* it. *p. 3. c. 18. d. 31. & n.5.*

Fisco cedit hereditas si indignus à lege eâ privetur, *p.2.c.21.d.6.n.6.*

Fisco bona subditorum pro tributis etiam futuris sunt obligata, *p.1. c.28.d. 102. n. 1.*

Fisco ratione debiti ex contractu inito dependentis jus tacitæ hypothecæ indultum est cum privilegio, *p.1.c.28.d. 51. n. 4.*

Quod privilegium cessat in pœnis, *n.5.*

Fiscus post dotem mulieris præfertur hypothecariis omnibus posterioribus, *p.1.c.28. d.102.*

Fiscus præfertur etiam anterioribus hypothecariis sive expressis sive tacitis, in bonis postea quæsitis, *p. 1. c. 28. d. 103.*

Cessat jus Prælationis Fisci in pœnis fiscalibus, quarum ratione solam habet tacitam hypothecam à tempore condemnationis, *p.1.c.28. d.104.*

FODINA.

Auri argentiq́ue Fodinæ inter Regalia numerantur, *p.2. c 53. d 1.n 3.*

Ut & cupri, stanni, plumbi, aliorumq́ue metallorum jura, *p 2.c.53.d.2.n.1.*

Eas nemo in fundo suo absque speciali concessione Principis vel infeudatione sibi vendicare potest, *p.2. c.53.d.1.*

Ferri fodinas consuetudine harum provinciarum Nobiles aliiq́ue privati in fundis suis absque Decimarum vel alterius Canonis onere & sine expressa harum investitu ne excolere possunt, *p.2.c.53.d.2.n.10.*

Calcis Fodinæ ac lapidicinæ ad Dominum fundi pertinent, non ad Principem vel superiorem territorii Dominum, *p.2.c.53.d.3.*

Ad metalli Fodinas ii tantum jure admittuntur, qui concessionem obtinuerunt, & quidem cum onere Decimarum de omni, quod inde erutum est, *p.2.c.53.d.1.n.11.*

FOEMINA.

Fœminarum summa est inconstantia atque mollities, ita ut ad veritatis confessionem tum persuasionibus, tum cruciatibus facilius induci posse præsumantur, *p.1.c.22.d.18.n.2.*

In Fœmina major levitas & inconstantia præsumitur, quàm in viro, *n.5.*

Fœminâ institutâ herede cum liberis suis videntur quoque instituti posthumi, *p.3.c.10.d.11.*

FORNICATIO.

Fornicatio propriè quid, *p.4.c.26.d.1.n.1.* (*n.1.*

Fornicatio in quo differat à stupro, *d.1.*

Per Fornicationem contrahitur affinitas, *p.4.c.23.d.10.n.3.*

Fornicationis pœna hodie est arbitraria, *p.4.c.28.d.1.& 2.*

Quam ad fustigationem quandoque extendere licet, *p.4.c.28.d.2.*

Fornicans vir solutus cum scorto publ. carcere puniri debet, *p.4.c.28.d.3.*

Fornicando mulier pudicitiam solùm imminuit, jura sua & hereditatem nequam amittit in foro Sax. *p.4.c.21.d.7.n.2.*

Fornicationis pœnâ fœminæ solutæ, quæ aliorum libidinibus se prostitui patiuntur, plecti debent, *p.4.c.29.d.7.*

Cognitio de Fornicatione pertinet ad superiorẽ Jurisdictionẽ, *p.4.c.28.d.4.*

FORUM.

Forum quid, *p.2.c.6.d.2.n.4.*

Forum videtur esse in populi dominio, *p.2.c.6.d.2.n.2.*

Quilibet habet suum Forum, in quo major est omnib. aliis, *p.4.c.1.d.18.n.9.*

Quoad Forũ sortiendũ contractus & delicta æquiparantur, *p.4.c.19.d.19 n.4.*

Forum privilegiatum alicui concessum nunquam ad causas criminales in Romana jurisprudentia fuit perductum, *p.1.c.27.d.10.n.6.*

Fori competentiam sola bonorum situatio non tribuit in processu executivo, *p.1.c.29.d.20.n.2.*

Si causæ separari & dividi possunt, litis consortes uno eodemque fori beneficio nõ gaudent, *p.2.c.9.d.4.n.11.*

FOSSA.

Fossa in prædio ad Dominum prædii pertinet, & si hic certus non est, cedit vicinis, *p.3.c.31.d.16.n.5.*

FRATER.

Frater non instinctu naturæ, sed impulsu legis civilis fratrem alere tenetur, *p.2.c.10.d.19.n.1.*

Fratres ex utroque latere præferuntur consanguineis & uterinis ab intestato, *p.3.c.18.d.8.*

Frater ex uno duntaxat latere transit in gradum remotiorem & defuncto fratri in 3. gradu constitutus censetur, *p.3.c.18.d.8.n.6.*

Fratrum filii & patruus sunt in 3. adeoq; pari gradu defuncto conjuncti, *p.3.c.18.d.4.n.8.*

Fratrum filii nomine collectivo vocati succedunt in capita, *p.3.c.29.d.14.n.7.& seqq.*

Fratrum liberis heredibus institutis veniunt etiam nepotes sed ordine successivo, *p.3.c.10.d.5.*

De Fratrum successione vide infra Successio collateralium.

Fratris sororisque liberi sunt loco filiorum filiarumve, *p.4.c.3.d.10.n.5.*

Fratres ex coitu damnato suscepti sibi invicem ab intestato non succedunt, *p.3.c.14.d.11.*

Fratricidii pœna, *p.4.c.3.d.8.9.& 10.*

FRAUS.

Fraus, quia in animo consistit, directè probari non potest, sed admittitur hoc casu probatio per conjecturas & indicia, *p.2.c.12.d.29.n.6.*

FRUCTUS.

Fructus semper Domino utile cedunt, *p.2.c.38.d.12.n.8.*

Fructus tanquam accessiones solent omnimodo sequi cautam dominii, *p.3.c.15.d.56.n.2.*

Fructus de proximo recolligendi habentur pro recollectis, *p.3.c.32.d.26.n.10.*

Omnes res, ex quibus Fructus percipiuntur, inter immobilia computantur, *p.3.c.24.d.1.n.7.*

Fructus non debentur, nisi deductis ante omnia impensis quærendorum conservandorumvè eorum gratiâ factis, *p.3.c.32.d.12.n.5.*

Fructibus nascituris venditis, si eo anno nulli nascantur, venditori nihil debetur, *p.2.c.37.d.23.*

Secus est, si perceptio fructuum ex certo fundo vendatur, *n.3.*

FRUCTUS AGRI.

Fructus agri ab usufructuario sati & occati, heredes ejus lucrantur, in foro Sax. licet nondum percepti fuerint, *p.3.c.32.d.5.*

Secus de jure civili, *n.2.* idem juris in allodialibus, *n.6.*

Maritus percipit Fructus ex agro uxoris defunctæ, si eâ adhuc vivente cultus & rastris subactus fuerit, *p.3.c.32.d.6.*

Defuncto marito post rastrationem Agri conjugis suæ Fructus in eo nascentes non ad viduam, sed ad mariti heredes pertinent, *p.3.c.32.d.7.*

Quod vivente Vasallo aut usufructuario seminatum quidem, nondum tamen rastratum est, Fructus ejus non ad heredes, sed novum possessorem pertinet, *p.3.c.32.d.10.*

Restituendi sunt hoc casu sumtus in culturam & sationem facti, antiquo possessori, ejusvè heredibus, *p.3.c.32.d.11.*

Omnibus in casibus, ubi Fructus industriales cum ipso prædio ad novum possessorem transeunt, impensæ in culturam agrorum factæ heredibus restitui debent, *p.3.c.32.d.12.*

De Fructibus autem heredes nihil percipiunt, etiamsi possessore defuncto ipsimet agrum coluerint & seminaverint, *p.3.c.32.d.13.*

Jure Sax. ad heredes omnes illi Fructus pertinent, qui seminati & rastrati sunt, Was die Ege bestrichen hat/ *p.3.c.16.d.7.n.6.*

Fructus agri adhuc pendentes referuntur jure Sax. inter mobilia, *p.1.c.28.d.124.n.5.*

Fructus in agro uxoris non tàm jure mobilium, quam culturæ & curæ ad maritum pertinent, *p.3.c.13.d.5.n.8.* it. *p.3.c.32.d.15.n.5.*

Fructus agrorum percepti non amplius sunt pars fundi, sed in dominio alicujus esse dicuntur, quam primum à solo sunt separati, etiamsi in horreum reconditi non fuerint, *p.3.c.34.d.4.n.3.& 4.*

Jus Sax. non tam ex fundo, quàm ex cultura jus percipiendi Fructus æstimat, *p.3.c.32.d.15.n.4.* it. *p.3.c.13.d.5.n.6.*

Fructus agri ipso jure diminuere dicitur, quicquid impendii in agro factum est, *p.3.c.32.d.11.n.5.* it. *p.1.c.20.d.34.n.5.*

Dispositio juris Sax. quæ post ultimam demum curam Fructus antiquo possessori ejusvè heredibus tribuit, nec ad casum retrovenditionis nec legati extendi debet, *p.3.c.32.d.16.*

FRUCTUS CIVILES.

Fructus civiles qui dicantur, *p.3.c.32.d.19.n.1.* it. *d.22.n.1.*

Fructus civiles non intelliguntur percepti esse, antequam dies illorum cedat, *p.3.c.16.d.5.n.6.*

Fructus civiles, puta annuos reditus, census, Decimas, &c. heredes allodiales eo solummodo casu lucrantur, si vivente vasallo dies solutionis cesserit, *p.3.c.32.d.19.*

Aliud obtinet in annuis censibus, aliisq; fructibus civilibus viduæ jure dotalitii, aut legatario ex testamento competentibus, *ib.n.9.*

Defuncto autem vasallo ante terminum solutionis, Fructus Civiles, quorum dies intra 30. non cessit, ad successorem Feudi pertinent, exclusis vasalli heredibus, *p.3.c.16.d.6.*

Intra tricesimum etiam exigibiles Fructus Civiles ad vasalli defuncti allodiales heredes pertinent, *p.3.c.16.d.8.* it. *p.3.c.32.d.10.*

Idem obtinet, si paulò post tricesimum terminus solutionis cesserit, *p.3.c.32.d.21.*

FRUCTUS HORTI.

Fructus in Hortis & pomariis crescentes inter fructus naturales numerantur, *p.3.c.32.d.24.n.7.*

Poma, pira, aliosque fructus similes adhuc pendentes in Hortis & pomariis vasalli heredes allodiales non lucrantur, *d.d.24.*

Fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini pertinent ad ipsum vicinum, *p.3.c.32.d.25.*

Etsi arbor mea ramos suos supra fundum alienum extendat, potest Dominus Fundi, si velit, illos impunè succidere, *ib.n.5.*

Secus de jure communi, *n.1.& seqq.*

Fructus Hortorum, vasalli industriâ promeriti, post sationem & subactionem heredibus allodialibus cedunt, *p.3.c.32.d.2.*

Qui autem nullam hominis industriam requirunt, ad Feudi successores pertinent, *n.6.& 7.*

FRUCTUS INDUSTRIALES.

An industriales vel naturales Fructus sint habendi, arbitrio judicis aliquando est permittendum, *p.3.c.32.d.24.n.12.*

Fructus industriales ex semine à vasallo rastris subacto nascentes ad heredes pertinent, exclusis Feudi successoribus in foro Sax. *p.3.c.32.d.1.*

Fructus bonorum allodialium Industriales de jure civili pro ratâ temporis, quo jus possessionis duravit, ad ipsum & ad novum possessorem pertinent, *ib.n.1.*

Fructus induſtriales in dotalitio nati agro Feudali à Vaſallo vivente raſtris ſubacto, non ad Viduam, ſed mariti heredes allodiales pertinent, *p. 3. c. 32. d. 3.*
Fructus ex ſemine raſtris ſubacto provenientes Vidua dotalitio per mortem ipſius finito ad heredes ſuos transmittit, *p. 3. c. 32. d. 4.*
Fructus induſtriales maritus defuncta uxore lucratur agris raſtro ſubactis, *p. 3. c. 24. d. 11.*

FRUCTUS NATURALES.

Fructus naturales & civiles in ſtricti juris judiciis poſt litem conteſtatam præſtantur, *p. 2. c. 30. d. 17. n. 4.*
Fructus naturales adhuc pendentes in foro Sax. non ad defuncti poſſeſſoris heredes, ſed unà cum fundo ad novum poſſeſſorem pertinent, *p. 3. c. 32. d. 23.*
Naturales ſimul & induſtriales Fructus bonæ fidei poſſeſſor reſtituere tenetur, non ſolùm extantes, ſed & conſumptos, quatenus ex iis factus eſt locupletior, *p. 3. c. 32. d. 28.*
Fructuum tamen extantium & conſumptorum repetitionem impedit præſcriptio annalis in foro Sax. *p. 3. c. 32. d. 29.*

FRUCTUS PENDENTES.

Fructus à ſolo nondum ſeparati immobilium jure cenſentur, *p. 1. c. 28. d. 124. n. 2.*
De jure civili, *n. 3.* ſecus in foro Sax. *n. 5.*
Fructus pendentes quando pro immobilibus reputentur, *p. 3. c. 13. d. 6. n. 4.*
Quando pro mobilibus, *ib. n. 6.* it. *p. 3. c. 3. d. 5. n. 5.*
Fructus pendentes ſunt pars feudi, & fundus cum fructibus pendentibus pro una eademque re habetur, *p. 3. c. 13. d. 1. n. 2. & 3.*

FRUCTUS PERCEPTI.

Fructus tum demum percepti dicuntur, ſi fuerint collecti & in horreo reconditi, *p. 2. c. 37. d. 20. n. 8.*
Fructus perceptos ac percipiendos pariter malæ fidei poſſeſſor reſtituere tenetur, *p. 3. c. 32. d. 30. p. 2. c. 38. d. 12. n. 2. it. p. 2 c. 11. d. 2. n. 12*
Num etiam malæ fidei poſſeſſor, qui titulum habet in jure probatum, *n. 7.*
An conſiderari debeat perſona poſſeſſoris, an verò petitoris, *n. 9.*
De Fructibus indifferenter omnibus poſt litis conteſtationem etiam bonæ fidei poſſeſſor, licet non ſit factus locupletior, tenetur, *n. 10.*
Fructum reſtituendorum ratio in hereditatis petitione ſtatim à die emiſſæ citationis vel exhibiti libelli habetur, *p. 3. c. 32. d. 30. n. 13.*
Fructus percipiendi non niſi à tempore moræ debentur, *p. 3. c. 13. d. 28. n. 9.*
Vineæ Fructus nondum percepti ad heredes poſſeſſoris quando pertineant, *p. 3. c. 32. d. 8.*

FRUMENTUM.

Impenſæ in culturam agrorum factæ præferuntur reliquo ære alieno; *p. 1. c. 28. d. 37. n. 3.*
Sicuti & Frumentum ſementarium, *p. 1. c. 28. d. 38.*

FUGA.

De Fuga ſuſpectus vix dici poteſt, qui poſſidet bona immobilia, *p. 1. c. 30. d. 17. n. 10.*

FUNDUS.

Fundo legato quid legatarius lucretur, vide infra Legatum.
Fundo vendito cum juribus & pertinentiis, quando venditor tradere teneatur inſtrumenta authentica, *p. 2. c. 33. d. 18.*
Fundo vendito cenſetur quoque venditum ſterculinum, agri ſtercorandi cauſa comparatum, ſecus vendendi causâ factum, *p. 2. c. 33. d. 19.*

FUNUS.

Impenſæ Funebres alimentorum appellatione propriè non continentur, *p. 2. c. 46. d. 23. n. 1.*
Impenſæ Funebres quali prærogativa in concurſu creditorum gaudeant, *p. 1. c. 28. d. 39. 40. 41. & 42.*
Funebrium impenſarum nomine continentur quæcunque corporis cauſa erogata fuêre, ut & pretium loci, ubi defunctus humatus eſt, it. ſarcophagi, *p. 1. c. 28. d. 41. n. 1.*
Impenſæ Funeris inter æs alienum dotis referuntur, *p. 3. c. 25. d. 19. n. 6.*
Impenſæ Funebres tanquam æs alienum Feudi, à feudi ſucceſſoribus exigi non poſſunt, licet hereditas ſolvendo haud ſit, *p. 2 c. 46. d. 36.*
Impenſæ in uxoris defunctæ exequias factæ conjunctim tam à marito ſuperſtite, quàm heredibus prorata tamen ſolvendæ ſunt, *p. 3. c. 25. d. 19.*
Si maritus non habeat, unde mortuus ſepeliri poſſit, uxor ad faciendas impenſas eſt obſtricta, *p. 3. c. 25. d. 7.*
Filiâ, cui dos ex feudo conſtituta fuit, defunctâ, antequam nuberet, ſucceſſores feudi in ſubſidium impenſas ad funus neceſſarias ſolvere tenentur, *p. 2. c. 46. d. 23. n. 4.*
Sponſa impenſas in Funus ſponſi defuncti factas ab ejus heredibus repetere poteſt, *p. 3. c. 19. d. 12.*
De jure Sax. nemo recuperat expenſas Funebres, niſi qui eas cum conſenſu heredis fecerit, *p. 1. c. 28. d. 40. n. 1.*
Ergo ſuper repetitione proteſtentur, *ib. n. 3.*
Impenſa Funerum quomodo probandæ, *p. 1. c. 28. d. 42. n. 4. & 5.*

FUR. FURTUM.

Fur non eſt ſuſpendendus, qui ducatos quinque nec quicquam ultra furatus eſt, *p. 4. c. 32. d. 1.*
Quoad pœnam ſuſpendii infligendam ſufficit rem furto ſubtractam ultra 5. ſolidos æſtimari, licet tantum lucri Fur non perceperit, *p. 4. c. 32. d. 2.*
Fur non extendus eſt ſuſpendio, propterea, quod rem furtivam alius quispiam ipſi furtim ſubtraxerit, *p. 4. c. 32. d. 3.*
Fur pro primo etiam Furto, valorem 5. Ducatorum excedente, ſuſpenditur, *p. 4. c. 32. d. 4.*
Fur ex pluralitate furtorum, valorem 5. Ducatorum non excedentium, non eſt ſuſpendendus, *p. 4. c. 32. d. 5.*
Furtum modicum arbitrariè punitur, *p. 4. c. 32. d. 8.*
Furtum conſcendendo ædes commiſſum per ſe laquei pœnam non meretur in Electoratu Sax. *p. 4. c. 32. d. 12.*
Furtum à pluribus commiſſum quatenus puniendum, *p. 4. c. 32. d. 13. & 14.*
Furi pœnitenti & Domino pro damno dato ſatisfacienti pœna debet mitigari, *p. 4. c. 32. d. 16.*
Ampliatur, *p. 4. c. 32. d. 17.*
Limitatur, *n. 2.*
It. Tranſigenti Domino ſuper re furtiva, *p. 4. c. 23. d. 18.*
It. Si damnum Furto datum haud fuerit, *d. 18. n. 5.*
Ob pluralitatem Furtorum pœna ſuſpendii haud exaſperari debet, *p. 4. c. 32. d. 19.*
Fur deprehenſus in actu furandi arbitrariè ſaltem punitur, *p. 4. c. 32. d. 20.*
Fuſtigationis ſupplicio plectendus eſt, qui deprehenſus in Furto deprehenſorem vulneravit, *p. 4. c. 32. d. 21.*
Judæi Fures non à pedibus, ſed à collis ſuſpenduntur in foro Sax. *p. 4. c. 32. d. 22.*
Fur laqueo non punitur, ſi de veritate furti commiſſi haud conſtet, *p. 4. c. 33. d. 1.*
Etſi Furtum modicum cum effractura commiſſum ſit, *p. 4. c. 33. d. 2.*
Aut Furti crimen à pluribus ſociis ſimul perpetratum, *p. 4. c. 33. d. 3.*
Ex ſola depoſitione Domini conſtare poteſt in crimine Furti, *p. 4. c. 33. d. 4.*
Suſpendii pœnâ plectendus non eſt, qui ſolo indicio Furandi occaſionem præbet, licet de furto participet, *p. 4. c. [illegible] d. 1.*
Similiter propter opem Furto jam perfecto præſtitam, *p. 4. c. 40. d. 3.*
Item qui de rebus Furto ablatis ſaltem participat, *p. 4. c. 40. d. 4.*
Quantumvis in Furtum committendum conſenſerit, *p. 4. c. 40. d. 5.*
Furum receptatores arbitrariè puniuntur, *p. 4. c. 40. d. 6.*
Pro Fure in foro Sax. ſaltem habetur, qui rem aliquam à Domini poſſeſſione jam abſtulit, *p. 4. c. 32. d. 20. n. 7.*
Circa pœnam Furi infligendam damnum ex furto illatum potiſſimum attendi debet, *p. 4. c. 32. d. 2. n. 6.*
Furem famis neceſſitas à pœna ordinaria liberat, *p. 4. c. 37. d. 9.*
Promiſſa Furi impunitate ad veritatem eruendam rei confeſſo pœna ordinaria haud irrogari poteſt, *p. 4. c. 33. d. 11.*
Furi nimis ſerò etiam pœnitenti indulgere poteſt judex, ſi domino pro damno dato ſatisfaciat, *p. 4. c. 32. d. 17.*
Niſi incarceratus pœniteat, *n. 2.*
Remittere poteſt judex pœnam ſuſpendii, ſi res Furto ablata recuperetur & Domino ſuo reſtituatur, *p. 4. c. 32. d. 6.*
Aut ſi furtum paſſus majorem partem rerum furto ablatarum recipiat, *p. 4. c. 32. d. 7.*
Adminiſtrator infidelis extra Sax. Electoratum nunquam ſuſpenditur, *p. 4. c. [illegible] d. 1.*
Secus in Electoratu, ſi 100. flor. doloſè ſubtraxerit, *p. 4. c. [illegible] d. 7.*
Si ſumma 100. florenos non attingat, fuſtigatione puniuntur, *p. 4. c. 41. d. 3.*
Subtrahens ſummam 50. florenos non excedentem, ſi in duplum reſtituere nequeat, id quod ſubtraxit, carcere vel temporali exilio punitur, *p. 4. c. [illegible] d. 5.*
Pœnitentia Adminiſtratores perfidos à pœna ordinaria excuſat, *p. 4. c. 41. d. 6.*
It. Si de pecunia ab iis intercepta verè non conſtet, *p. 4. c. [illegible] d. 7.*
Subtractio rerum fidei & cuſtodiæ alicujus abſque Adminiſtratione concredi-

creditarum ſemper arbitrariè punitur, *p.*4. *c.*41.*d.*14.
Fures arborum vel fructuum arbitrariè puniuntur, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 7.
Furtum Domeſticum quid, *p.*4. *c.* 38. *d.* 1. *n.* 1.
Furtum Domeſticum ab inquilinis, famulis & ancillis commiſſum, pœna ordinaria coërcetur, *p.*4.*c.*38.*d* 1.
Secus de jure civili, *ib.n.*3.
Niſi famuli & miniſtri, quibus ſalarium denegatur, quid ſubtraxerint, *p.* 4. *c.* 38. *d.* 2.
Limitatur ſi Furtum à conjuge, parentibus vel liberis perpetratũ, *p.*4.*c.*38.*d.*3.
Quo caſu tantummodo actio rerum amotarum competit, *ib.n.*2.
It. in Furto à cognatis intra 4. gradum conſanguinitatis commiſſo, *p.*4.*c.*38. *d.* 4.
Et proximis Affinibus, *p.*4.*c.*38.*d* 5.
Furti jura Saxonica Commodatarium redargui nolunt, *p.*4.*c.*41.*d.*14.*n.*7.
In Excubiis ſtantes, perinde ut reliqui Fures puniuntur, *p.*4. *c.*39. *d.*1.
Limitatur, *p.*4.*c.*39.*d.*2.
Auxilium autem ipſi actui præſtantes quatenus puniantur, *ib. n.* 1.
Furtum fractura aggravat, *p.*4. *c.*32.*d* 9. *n.* 2.
Fractura violenta in Furto etiam modico pœnam ſuſpendii meretur, *p.* 4. *c.* 32. *d* 9. *&* *d* 14.*n.*4.
Limitatur in effractione haud violenta, *p.*4. *c.*32.*d.*10.
Apertura clave adulterina facta à Fure pro Effractione violenta aut ſeditioſa non habetur, *p.*4.*c.*32.*d.*11.
Fur Effractor non eſt exemptus pœnæ ſuſpendii, licet rem furtivam Domino reſtituat, *p* 4.*c.*32.*d.*15.
Item qui Furi ferramenta ad Effringendum præbet, ac de furto poſtea participat, *p.*4.*c.*40.*d.*2.
Ob furtum fœminæ æquè ac maſculi ſuſpenduntur, *p.*4. *c.*38 *d.*10.
Ex ſanctione Carolina in aquis ſuffocantur, *n.* 1.
Fures frumentarii non puniuntur regulariter mortis ſupplicio, *p.*4.*c.*33.*d.*8.
Limitatur, *p.*4.*c* 33.*d.*9.
Fures herbarum coronariarum arbitrariè plectuntur, *p.*4.*c.*37.*d.*4.
Niſi eas ſolo nocendi animo fregerint, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 5.
Fures impuberes arbitrariè ſaltem puniuntur, *p.*4. *c.*38 *d* 8.
Pubertati ſcilicet proximi, non autem infantiæ proximi, *n.*3. *&* 4.
Niſi in impuberibus pubertati proximis malitia ſuppleat ætatem, *p.*4.*c.*38.*d.*9.
Furem minorennitas non relevat, quo minus ſuſpendatur, *p.*4.*c.*38.*d.*6.
Niſi judex pro ratione circumſtantiarum minori mitigandam pœnam exiſtimaverit, *p.*4 *c.*38.*d.*7.
Tabellarius ſummam 20. florenorum in proprios uſus convertens in Provinciis Electoratus Sax. ſuſpenditur, *p.*4. *c.*41.*d.*9.
Niſi hoc fecerit animo pecuniam reſtituendi, *p.*4.*c.*4. *d.*10.
Extra Electoratum Sax. pœna ſuſpendii locum non habet, *p.*4.*c.*41.*d.*11.
Tabellario à latronibus ſpoliato damnum ad debitorem ſpectat, *p.*4. *c.* 41. *d.* 12.
Niſi creditor fidem tabellarii probaverit, *p.*4.*c.*41.*d* 13.
Furtum trituratorum non graviori, quam fuſtigationis pœnâ coërceri debet, *p.*4.*c.*33.*d.*10.
Qui ſocium criminis occidit, ne Furtum perpetratum manifeſtetur, rotæ ſupplicio puniendus eſt, *p.*4. *c.*5. *d.*7.
Fur deprehenſus in furto, ſi occidat deprehenſorem, pœna latrocinii plectendus eſt, *p.*4. *c.*5.*d* 9.
Niſi homicidium eo fine à Fure commiſſum probetur, quo vitam redimeret, *p.*4. *c.*5.*d.*10.

FURTIVA RES.

Rem Furtivam Dominus in quocunque poſſeſſore abſque reſtitutione pretii petere valet, *p.*1.*c.*28 *d.*19.*n.*6. it. *p.*4. *c.*35.*d.*10.*n.*8. *&* *p.*4. *c.*39.*d.*5.
Etiam poſt annum & diem, *p.*4. *c.*39 *d.*6.
Rei Furtivæ reſtitutio liberat reum à pœna ſuſpendii, *p.*4. *c.*32.*d.*16 *n.*4.
Furto à pluribus commiſſo quilibet in ſolidum ad reſtitutionem rei Furtivæ tenetur, *p.*4.*c.*34.*d.*5.
Fure ad laqueum condemnato & ſuſpenſo ejus heredes ad æſtimationem rei Furtivæ conſumtæ non tenentur, *p* 4.*c.*32.*d.*23.
In re Furtiva æſtimanda ſtandum eſt juramento ejus, cui res furto fuit ablata, *p.*1.*c.*22.*d.*8. it. *p.*4. *c.*33. *d.*5.
Si rei Furtivæ æſtimationem Dominus juratò indicare nolit, deveniri non poteſt ad ſupplicium laquei, *p.*4.*c.*33. *d.* 6.
Res furtiva an præſcribatur vide infra Præſcriptio.
Furtum paſſo competit tacita hypotheca in bonis furis ratione damni dati, *p.*4.*c.*39 *d.*10.
Res Furtiva ab emptore non vindicatur, ſine refuſione pretii, ſi eo fine emiſſet, ut Domino rem reſtitueret, *p.* 4. *c.*39. *d.*7.
Rem Furtivam ab emptore vindicans, ſumtus in ea factos reſtituere tenetur, niſi emptor malâ fide poſſederit, vel re furtivâ uſus fuerit, *p.* 4. *c.*39. *d.* 8.
Re Furtiva quantumvis conſumta Domino tamen adverſus emtorem competit actio, *p.*4.*c.*39.*d.*9.
Rerum Furtivarum emptores arbitrariè plectendi, *p.*4.*c.*40.*d.*7.
Qui res Furtivas ſcienter emunt, proculdubio furti tenentur, *ib.n* 1.
Limitatur in eo, qui ignoranter res Furtivas emit, & ignorantiam juramento obtinet, *p.* 1. *c.* 22. *d.*7. it. *p.* 4. *c.* 40. *d.* 8.
Si rem Furtivam quis clam emerit, præſumitur ſcientia, *ib. n.*2.
Rei Furtivæ emtor conſumpta ea ſi fuerit in bona fide, tenetur ſaltem in quantum factus eſt locupletior, *p.* 4. *c.* 40. *d.* 9.
At malæ fidei emptor re Furtiva conſumta ad æſtimationem tenetur, *p.*4. *c.*40. *d.*10.
Rei Furtivæ pretium haud eſt furtivum, *p.*4.*c.*40. *d.*9 *n.*4.
Res Furtiva præ omnibus aliis creditoribus qualitercunque privilegiatis vindicari poteſt, *p.*1. *c.*28. *d.*15.*n.*5.

G.

GABELLA.

QVi Gabellas, telonia vel vectigalia defraudant vias inuſitatas ambulando, pignorari poſſunt, *p.*2. *c.* 27. *d.*3. *n.*7.
Gabella ubi à Statuto contractibus impoſita eſt, regulariter eam præſtare tenetur is, cui ex contractu aliquid acquiritur, *p.*3.*c.*38.*d.*20.*n.*1.
Statuta de Gabellis exſolvendis in odium peregrinorum videntur inducta, *ib. n.* 2.
Vide plura ſupra Detractionis jus.

GALLIA.

Gallia regnum vocatur rabularium, *p.*1. *c.* 1. *d.* 1. *n.* 2.

GEMELLI.

In diviſione hereditatis inter Gemellos creditur obſtetricibus de nativitate eorum juratò teſtantibus, *p.*3. *c.* 15. *d.* 18.
Genaden-Jahr/ *p.*2.*c.*5.*d.*9 *& ſeqq.*

GERADA.

Gerada ſeu bona utenſilia non jure hereditario ſed ex ſpeciali legis proviſione obveniunt, *p.*2.*c.*14. *d.*1.*n.*2, *p.*3. *c.*11.*d.*1.*n.*3. *&* *p* 2.*c.*14.*d.*62,*n.*7.
Gerada eſt quiddam univerſale, *p.*2.*c.*14. *d.* 23. *n.* 8.
Gerada perhibetur duplex, uxorum & cognatarum, *p.*2.*c.*14. *d.*22.*n.*2.
Harum diſcrimen, *ib.n.*5. *& ſeqq.*
Inter Geradam mulierum Nobilium & plebejarum nulla eſt differentia præterquam circa oves, anſeres, anates & currum, *p.*2. *c.*14.*d.*24.
Gerada cognatarum ſeu Niffelgerada dividitur in Geradam Nobilium, & Geradam ignobilium, *ib. n.*3.
Differentia hæc in tribus ſpeciebus conſiſtit, *n.*5.
In dijudicandis rebus ad Geradam pertinentibus cujuſque loci conſvetudo & mulieris poſſeſſio attendi debet, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 25.
Et eſt cauſa propinqua Geradæ, *ib. n.* 8.
Rerum ad Geradam pertinentium ſpecies remiſſivè, *ib. n.* 2.
Geradam maritus & uxor communi operâ comparant, *p.*2.*c.*14.*d.*50.*n.*4.
Gerada defertur ſecundum ſtatuta loci, ubi defuncta habuit domicilium, *p.*2. *c.*14.*d.*54 *n.*5.
Statutum Sax. quod ſpeciebus ad Geradam pertinentibus aliam ac peculiarem naturam tribuit, ligat perſonas in territorio Sax. repertas & una cum hiſcè res iisdem cohærentes afficit, *p.* 2.*c.*14.*d.*3.*n.*3.
Ad Geradam emendam deſtinata pecunia non cenſetur jure utenſilium, *p.* 3. *c.*30. *d.* 15.
Ex Geradæ promiſſione filiæ vel uxori facta obſtrictus eſt promiſſor proximæ etiam cognatæ filia vel uxore defuncta, *p.*3. *c.*30. *d.* 16.
Geradam mater non poteſt filiæ ſtipulari à patre, *p.*3. *c.*30. *d.*17.
Gerada, ſi ante uxoris obitum ad virum perveniat, naturam ſuam mutat & bona hereditaria fiunt, *p.*2. *c.*14. *d.* 27.

AD GERADAM PERTINENTES SPECIES.

Ad Geradam pertinent armillæ, catenæ aliæve res ſimiles in uxoris poſſeſſione repertæ, licet ambo conjuges illis uſi fuerint, *p.*2. *c.*14.*d.*26.
Mundus muliebris in poſſeſſione mulieris repertus ad Geradam pertinet, licet mulier ad ornatum uſa non fuerit, *p.*2. *c.* 14. *d.*28.
Res hereditariæ ad ornatum vel uſum uxori à marito conceſſæ defuncto eo, ſi in poſſeſſione uxoris reperiantur

tur proGerada habentur, *p.*2.*c.*14.*d.*29.
Currus quo mulier vecta fuit, quando inter Nobiles ad Geradam referatur, *p.*2. *c.*14.*d* 33.
Fallit in muliere plebeja, *n.* 7.
Cistæ quoque in curru positæ ad Geradam pertinent, *p.*2.*c.*14.*d.*34.*n.*1.
Ahenum & Caldarium quatenus ad Geradam pertineant, *p.*2. *c.*14.*d.*35.
Illud indifferenter, hoc si muro affixum non sit, & ut pretio locari soleat, *n.*4. *ib* it.*p* 3.*c.*31.*a.*6 *n.*6.
Ut & Matella sive strophiola, pelves balneares & candelabra, *p.*2.*c.*14 *d.*36.
Linum & cannabis quatenus ad Geradam pertineant, *p.*2.*c.*14.*d.*39.
Filum ex cannabe factum Geradæ accensetur, *ib. n.*7.
Tapeta quænam bonis utensilibus sint connumeranda, *p.*2. *c.*14.*d.*40.
Item Conopæa, *n.* 3.
Pulvinaria & culcitræ, quibus scamna & sellæ insternuntur quatenus ad Geradam pertineant, *p.*2.*c.*14.*d.*41.
Pacificalia & dentes luporum argento inclusi, *p.*2.*c.*14.*d.*44.
Aurei incurvati, baccæ Curalii & uniones, si funiculo trajecto mulier in collo gestaverit; inter utensilia referuntur, *p.*2.*c.*14.*d.*45 & *n.*4.
It. Libri in quibus mulier discere ac legere solita fuit Politici ac Historici, *p.*2. *c.*14.*d.*48. *n.*2. & 3.
Fœtus ovium & lana nondum detonsa ad Geradã referuntur & viduæ cedunt, *p.* 3.*c* 33.*d.*22.*n.*5. It.*p.*2.*c.*14.*d.*23. & *n.*9.
Bonorum utensilium nomine non comprehenduntur Annuli signatorii & Bullæ aureæ, quæ infantibus affiguntur, multo minus munuscula, quæ à susceptoribus in baptismate offeruntur, *p.*2.*c.*14.*d.*43.
Arrha sponsalitia sponso data & corona, quâ Sponsus coronatus ad copulam sacerdotalem incedit, non pertinent ad Geradam, *p.*2.*c.*14.*d.*46.
Nisi sponsus post matrimonium uxori reddiderit, *n.*4.
Nec cochlearia argentea & cantharus puerperæ, nec collaria catellorum, *p.*2. *c.*14.*d.*42.
Equi curules ne quidem apud Nobiles pro Gerada habentur, *p.*2.*c.*14.*d.*34.
Nisi consuetudo loci aliud introduxerit, *n.* 5.
Lecti & aliæ res similes, quas maritus ad usum rei familiaris communem comparavit, si in possessione mulieris non reperiantur, Geradæ neutiquam connumerari debent, *p.*2.*c.*14.*d.*30.*n.*6.
Nec lecti in diversorio publico, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 37.
Licet alias omnes lecti ad Geradam spectent, *n.* 1.
Pannus pretiosus ad vestimenta muliebria nondum incisus ad Geradam non pertiner, *p.*2.*c.*14.*d.*32.
Secus est in lineo indifferenter, *n.*1.
Qualus rebus utensilibus accenseri non debet, *p.*2.*c.*14.*d.*47.
Sicuti nec Spondæ, *p.*2.*c.*14.*d.*38.
Res à marito uxori ad usum & ornatum concessæ haud pro Gerada habentur, si in mulieris possessione non reperiantur, *p* 2.*c.*14.*d.*30.
Pro Gerada non habentur nec ad proximam cognatam pertinent bona, quæ uxor non usus proprii causa, sed tanquam Mercatrix aut debitrix possidet, *p.*2.*c.*14.*d.*31.
Possessionis verbum hoc in casu cum effectu & propriè accipiendum, *ib. n.*2.
Possessione deficiente cessat jus Geradæ, *n.* 7.
Ad Geradam nihil pertinet, nisi quod Art. 24. lib. 1. Landrecht. & Art. 23. Weichbild nominatim expressum est, *p.*2.*c.*14.*d.*39.*n.*6.

GERADA CUI DEBEATUR.

Si uxores ad Geradam pertinentes possediisse probetur, cognatæ; si in mariti possessione repertæ fuerint, marito cedunt, *p.*2.*c.*14.*d.*26.*n.*2.
Res ad Geradam pertinentes consumptas maritus refarcire non tenetur, *p.*2.*c.*14.*d.*27.*n.*4.
Inter Geradam, quæ defunctâ muliere ad proximam ejus cognatam devolvitur, quæq; defuncto marito ad uxorem superstitem pertinet, praterquam circa oves nulla est differentia, *p.*2.*c.*14.*d.*22.
Mulier omnes oves sexo fœminini utensilium nomine consequitur, *ib.n.*11.
Cognata illas saltem, quæ ipsius uxoris fuerint propriæ, *n.* 12.
Mortua uxore in conjugio quasnam species de Gerada superstiti marito cognata relinquere teneatur, & num etiam Conopæum una cum lecto, *p.*2.*c.* 14.*d.*49.
Sicut erat uxore adhuc in vivis existenti mensam mappâ ac scamnum pulvinari, sedile cussino insternere, *ib. n.*4.
Quæ res mediæ bonitatis dari solent, *ib. n.*5.
Uxor vel cognata accipiens utensilia defuncti mariti vel cognatæ heredibus nil prorsus de hisce relinquere tenetur, *p.*2.*c.*14.*d.*50.
Ex peculiari Statuto Lipsiensi mortuâ in matrimonio uxore, hujus cognatæ nomine utensilium non nisi certæ quædam species & quænam deferuntur, reliquis Geradæ rebus superstiti marito relictis, *p.*2.*c.*14 *d.*51. it.*n.*7.& 9.
Non obstante hoc statuto, filiæ defunctæ Gerada proximæ cognatæ defertur, nihilo de hac patri relicto, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 52.
Statuto Lipsiensi de Nidtelgerada disponente non gaudent forenses, qui non sunt incolæ & cives urbis illius, *p.*2.*c.*14. *a.*53.
Ex peculiari Statuto, quale plerisque in locis in usu est, Bona utensilia defunctâ uxore in matrimonio ad proximam cognatam deferuntur, *p.*2. *c.*14. *a.*54.*n.*1. & 2.
Res mobiles ad Geradam pertinentes non lucratur maritus, *p.*3.*c.*23.*d.*14.
Gerada debetur filiabus tanquam æs alienum, *p.*3. *c.*11.*d.*3.*n.*8.
Ad Geradam matris defunctæ filia quoque elocata, cum sorore adhuc innupta admittitur, *p* 3.*c.*11.*d.*13.
Geradam filiæ Nobiles una cum portione hereditaris etiam capiunt ex bonis defunctæ matris, *p.*3.*c.*37.*d.*10.
Ad Geradam ab avia relictam neptes unà cum filiabus in stirpes admittuntur, *p.* 2.*c.*14.*d.*55.
In Gerada mulieres solummodo per lineam fœmininam descendentes succedunt, *p.*2.*c.*14.*d.*56.
In Gerada seu bonis utensilibus matertera sola succedit, aviâ paternâ prorsus exclusâ, *ib.n.*6.
In Geradæ successione sola cognatio attenditur, *p.*2. *c.*14. *d.*57.
In Geradam sororis defunctæ soror uterina cum sorore utrinque conjuncta pariter succedit, *n.* 2.
In Gerada soror uterina sororis utrinq; conjunctæ filiam excludit, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 11.
Ad bonorum utensilium successionem matertera ab uno cum altera matertera ab utroque latere conjuncta defunctæ æqualiter admittitur, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 57. *n.* 13.
In Geradæ successione matertera à filia sororis defunctæ in Electoratu Sax. excluditur, *p.*3.*c.*18.*d.*6.
In Gerada soror uterina materteram excludit, *p.*3.*c.*18. *d.*14.*n.*9.
Item utrinque conjunctæ sororis filiam, *p.*3. *c.*18. *d.*11.
In Gerada filia spuria matri naturali succedit, *p.*2.*c.*14.*d.*58.
In Gerada virgo vestalis de jure quoque Sax. succedit, *p.*2. *c.*14.*d.*59.
Gerada heredibus masculis non debetur, sed duntaxat fœminis, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 13. *n.* 10.
Intellectus art. 15. lib. 3. Landr. Wer Gerade soviel/ soll vollkömmlich von Weibeshalber darzu gebohren seyn/ *p.* 2.*c.*14.*d.*57.*n.*9.
In Gerada Clericus matri succedit, non etiam filiæ aut sorori, multo minus uxori præfunctæ, *p.*2. *c.*14. *d.*60. it. *p.*3.*c.*38. *d.*38.*n.*1.
Idem præcedit in sacerdotibus Evangelicis nostri temporis, *p.*2.*c.*14.*d.*60.*n* 3.
In Gerada percipienda filii clerici filiabus æquiparantur, *p.* 3. *c.* 11. *d.* 8. *n.*2. *p.* 3. *c.* 38. *d* 38. *n.* 1.
Gerada deficientibus cognatis fœminini sexus tam ex linea recta, quam transversali defertur judici, cui merum competit imperium, *p.*2. *c.*14. *d.* 61. it. *p.*3. *c.*38. *d.*16.
Geradam defunctæ mulieris quæ domicilium habuit eo in loco, ubi Gerada prorsus non est usitata, non percipit magistratus, *p.*3. *c.*38.*d.*17.
Gerada etiam non adita ad heredes capaces transmittitur, *p.*3. *c.*14.*d.*25.*n.* 5. it. *p.*3. *c.*34. *d.*1.*n.*11.
A muliere, non autem à viro, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 56. *n.* 1.
Excepto solo marito, *n.* 2.
Geradam etiam ex prædiis conductis petere licet Viduæ, *p.* 3. *c.* 33. *d.* 23. *n.* 4. *p* 3. *c.* 36. *d.* 6.
Gerada, cibaria domestica, & Morgengaba in successione viduæ Nobilis æquali jure devinciuntur, *ib.n.*6.
Nulla consuetudine vel statuto matris legitima, ex filiæ Gerada ipsi debita, tolli potest, *p.*3.*c.*12.*d.*2.
De Gerada autem filiis legitima non debetur, *ib.n.*1.

GERADÆ BENEFICIA ET ONERA.

Æs alienum mariti vidua ne quidem in subsidium de Gerada solvere tenetur, etiamsi Geradæ nomine contractum fuerit, *p.*2.*c.*14 *d.*62.
D. Augustus hac in re judicibus inferioribus pronunciare inhibuit, *n.* 3. & 4.
Nec bona utensilia à marito oppignorata vidua in Gerada succedens, sed heredes mariti luere debent, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 63.
Nisi cum uxoris consensu fuerit oppignorata, aut in fraudem creditorum comparata, *p.*2.*c.*14.*d.*64.

Quo

Quo casu curatoris ad litem autoritas non requiritur, *n.* 13.

De Geradà debita mulieris defunctæ proxima cognata deficientibus demum bonis hereditariis in subsidium saltem solvere obstricta est, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 17. *n.* 5. it. *p.* 2. *c.* 14. *d.* 65.

Ratio diversitatis, *n.* 4.

Secus si à marito æs alienum originem trahat, *ib. n.* 8.

At si Geradæ nomine debita mulieris fuerint contracta, ea cognata proxima indifferenter de Gerada solvit, etiamsi alia bona hereditaria supersint, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 66.

Geradam à muliere defuncta oppignoratam proxima cognata luere debet, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 67.

Nisi in communem rei familiaris usum à muliere fuerit oppignorata, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 68.

GERADÆ ALIENATIO ET DONATIO.

Geradam pupillæ quando tutor absque decreto Magistratus patri vel extraneo vendere valeat, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 69.

Geradam filiæ suæ pater absque autoritate Magistratus vendere non potest, nisi hæc servando servari nequeat, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 70.

Bona Utensilia filia heres patris ab ipso alienata revocare non prohibetur, *ib. n.* 3. *& seqq.*

Geradâ venditâ vel æstimatâ, pretiũ inde redactum non jure Geradæ censetur, sed heredibus etiam masculis cedit, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 13. it. *p.* 2. *c.* 14. *d.* 13. *n.* 3.

De Gerada factum testamentum subsistit, quando proxima cognata testatrici consentit, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 2.

Quoad Geradam testamentum extra Provinciam Sax. conditum non valet, si testatrix mutato domicilio se conferat in provinciam Sax. ibique vita fungatur, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 3.

Donatio Geradæ valet, etiamsi donatrix ægrota in lecto decumbat, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 4

Limitatur duobus modis, *n.* 4. & 5.

Gerada inter vivos quocunque modo alienari potest etiam in extraneum, *n.* 1.

Licet proximæ cognatæ nil prorsus de hac relinquatur, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 5.

Geradæ nondum quæsitæ etiam in præjudicium cognatæ renunciari potest, *ib. n.* 4.

Gerada quatenus absenti queat donari, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 6.

Item pupillo, *n.* 7. & 8.

Donatrix reservans sibi usumfructum Geradæ non præstare tenetur cautionem usufructuariam, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 7.

Gerada donatione factâ nec retento usufructu donatrix, res ad Geradam pertinentes statim tradere tenetur donatario, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 8.

Donationis Geradæ in judicio factæ quænam sint requisita, & quid si judex post mortem demum donatricis donationem apud acta insinuari faciat, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 9. *n.* 2.

Ultra consensum curatoris requiritur etiam consensus mariti ad donationem Geradæ, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 10.

Curatoris præsentia præcisè requiritur, nec sufficit ad actum donationis Geradæ alium quempiam substitui à curatore, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 11.

Gerada ut marito rectè donetur, quæ requirantur, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 2. *& seqq.*

In specificatione Geradæ, quicquid expressum reperitur, donatum videtur, licet non sit res ad Geradam pertinens, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 13.

Designatio Geradæ omitti potest facta donatione in præsentia rerum donatarum, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 14.

Etiam in donatione extrajudiciali coram Notario & testibus, *ib. n.* 7.

Si remuneratoriè Gerada extraneo donetur, vel designatio Geradæ vel præsentia rerum donatarum requiritur, *n.* 10.

Quænam sint requisita donationis Geradæ extrajudicialis, & num hæc tempore pestis quoque necessariò observari debeant, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 15.

Traditio clavium necessaria non est, quando res ad Geradam pertinentes realiter traduntur, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 16.

Ad donationem Geradæ coram Notario & testibus necessarius non est consensus alicujus curatoris ad litem, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 17.

Nisi aliàs ipsi de curatore ad litem provisum sit, quo casu hujus autoritas adhiberi debet, *ib. n.* 4.

Donatio rei particularis ad Geradam pertinentis absque requisitis solennibus facta valet, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 18.

Limitatur in majore parte Geradæ, *n.* 9.

Donatio Geradæ revocatur ipso jure ex supervenientia filiæ, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 19.

Ampliatur, licet donatrix tacuerit, *n.* 4.

Limitatur in donatione Geradæ reciproca seu remuneratoria, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 20.

Gerada donationi omnium bonorum inclusa validè non donatur, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 21.

Gerada per ultimam voluntatem aut donationem mortis causa nequit alienari, ne quidem in testamento tempore pestis condito, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 1.

Nec favore piæ causæ donatio hæc sustinetur, *n.* 7.

In præjudiciũ proximæ cognatæ, *ib. n.* 1.

Aut mariti, cui ex statuto Gerada debetur, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 6.

De donatione Geradæ vide plura supra in verb. Donatio Geradæ.

Vendere potest uxor marito suo Geradam etiam in testamento, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 9.

Curatoris autem consensum hoc casu adhibere debet, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 10.

Venditio Geradæ marito ab uxore minori pretio, quam revera valebat, facta, firma & valida est, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 11.

Venditionem Geradæ marito factam uxoris defunctæ cognata rescindere nequit ex beneficio l. 2. C. de rescind. vendit. *p.* 2. *c.* 13. *d.* 12.

Gerada quatenus in legitimã imputanda vid. *sup.* conferre *& infr.* imputare.

In Gerada quatenus Retortionis jus locum habeat, vide *infr.* Retortionis jus.

GLOSSA.

Glossæ Sax. non semper sunt authenticæ, *p.* 4. *c.* 35. *d.* 11. *n.* 12.

Glossæ autoritas tanta non est, ut contra manifesta juris feudalis capitula quicquam probare queat, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 10. *n.* 11.

Glossam allegare ridiculum est, ubi textus habetur, *p.* 4. *c.* 35. *d.* 11. *n.* 11.

GRADUS.

In causis matrimonialibus supputatio Graduum canonica, secundum quam personæ collaterales tot Gradibus inter se distant, quot gradibus in linea æquali una vel altera: in linea verò inæquali remotior à communi stipite distat, observari debet, *p.* 4. *c.* 23. *d.* 9. *n.* 2. it. *p.* 4. *c.* 12. *d.* 7. *n.* 8.

Æquali Gradu distantes ad inæquale lucrum vocari absurdum est, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 3. *n.* 7.

Persona addita personæ per carnis copulam, mutat genus attinentiæ, & non Gradum, *p.* 4. *c.* 38. *d.* 5. *n.* 7.

Gradum remotiorem tacit & discrimen constituit pluralitas vinculorum de jure Sax. *p.* 2. *c.* 14. *d.* 57. *n.* 5. it. *p.* 3. *c.* 18. *d.* 21. *n.* 2.

Hæc differentia saltẽ attenditur in causa successionis, non autem in causis matrimonialib. *p.* 4. *c.* 12. *d.* 7. *n.* 6. & 7.

Quartum Gradum consanguinitatis hodie prohibitio copulæ conjugalis non excedit, sed inclusivè usque ad quartum Gradum prohibetur facta & attenta computatione graduum canonica, non civili, *p.* 4. *c.* 23. *d.* 8. *n.* 5.

In tertio gradu lineæ æqualis matrimonium permittitur, *ib. n.* 8.

Gradu proximior, dilectior fuisse præsumitur, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 7. *n.* 9.

GRATIÆ ANNUS.

Annum Gratiæ sive salarium semestre lucrantur heredes defuncti, etiamsi paternæ hereditati renunciaverint, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 9. it. *p.* 2. *c.* 51. *d.* 12. *n.* 6.

De Anno Gratiæ seu salario semestri æs alienum defuncti exsolvi haud debet, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 10.

Ex Anno Gratiæ proventus defuncto Ecclesiæ ministro simul liberis & viduæ ipsius debentur, etiamsi hæc bona marito illata repetat, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 11.

Salarium semestre inter defuncti pastoris viduam & liberos æqualiter & secundum capita dividi debet, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 12.

GRAVIDA.

Si sponsa ab alio antea imprægnata & Gravida reperiatur, dissolvitur matrimonium, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 12.

Non verò vice versa ob fornicationem mariti ante nuptias commissam, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 13.

Ratio diversitatis, *n.* 6. *& seqq.*

GVARANDA.

Gvaranda à Gverrâ dicta. *p.* 1. *c.* 4. *d.* 1. *n.* 1.

Gvaranda non nudis verbis, sed realiter actu corporali in foro Sax. præstanda est, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 1.

Et quidem ab actore, *n.* 1. non verò à Reo, *n.* 3.

Ejus effectus, *n.* 2. pignora tamen vel fidejussores non exiguntur, *n.* 6.

Gvaranda validè præstatur ab actore, absente etiam reo, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 2.

Gvaranda non præstatur, si Reus eam haud petierit, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 3.

Nec judex ex officio eam injungere valet, *n.* 3.

Gvaranda quomodo ab actore fuerit præstita, in actis consignari debet ab actuario judicii, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 4.

In contumaciâ actoris Gvarandam præstare nolentis pronunciatur quandoq; in materialibus causæ, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 5.

Gvaranda absque sufficienti causa detrectata reus cum refusione expensarum ab actione absolvitur, *n.* 2.

Gvaranda præstanda quoque est in causis criminalibus, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 6.

Post Gvarandam præstitam in causa criminali accusator nova ac plura indicia contra accusatum proponere valet, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 7.

Ad Gvarandæ præstationem in causa etiam reconventionis actor est obstrictus, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 8.

Non verò in processu executivo, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 9.

Sicut

Sicut nec ex L. Diffamaris. C. de ingen. manum. diffamatus, *p.1.c.4.d.10.*
Alia est ratio diffamantis, *n.4.*
Nec in causis matrimonialibus, *n.1.*
Gvarandam frangens per mutationem libelli sola expensarum refusione hodie punitur, *p.1.c.11.d.10.*
Qui effectus est de jure civili litis contestationis, is de jure Sax. tribuitur vel Gvarandæ, vel litis contestationi, *p.1. c.11. d.13. n.3.*
Post præstitam Gvarandam actor nequit deferre reo jusjurandum, etsi antea de eo fuerit protestatus, *p.1.c.11.d.14.*
Post præstitam Gvarandam non licet mutare libellum, *p.1.c.11. d.1.*
Vide infra plura in verb. Libelli mutatio.
Post præstitam Gvarandam in actione injuriarum exprimi potest locus & tempus commissæ injuriæ, *p.1.c.11. d.12. n.5.*

GVERRA.

Factum paulo ante tempus Gvertæ censetur factum tempore Gverræ, *p.3.c. 22.d.21.n.1.*

H.

HOMINES.

Homines: Gvandalorum einen totum [illegible] quid impotent, *p.4.c.13.d.4.n.1.*

HÆRETICI.

Hæretici quinam propriè dicantur, *p.3. c.14.d.10. n.2.*
Hæreticum aliquem appellare non sufficit, sed etiam necesse est, ut hujus crimnis sit convictus & condemnatus, *ibid. n.3.*
Hæretici non habentur, qui Pontificiæ religioni sunt addicti, *ib.n.4.*
Liberi Hæretici patri nullo modo succedunt, *ib. n.1.*
Pater Augustanæ religionis filium religionis Pontificiæ tanquam hæreticum exheredare nequit, *ib.n.8.*

HERES.

Heres quis, *p.3. c.20. d.43. n.4. p.3. c. 17. d.17. n.2.*
Heredis verbum conventioni appositum non comprehendit maritum, *p.3.c.23. d.34.*
Heredum nomine qui comprehendantur, *p.3.c.26. d.12. n.4.*
Heredum descendentium appellatione liberi quoque emancipati continentur, *p.2.c.12. d.6. n.1.*
Etiamsi in concessione quadam Heredum mentio facta non fuerit, *p.2. c. 45. d.5. n.9.*
Heres conscientiam defuncti exonerare tenetur, *p.3 c.14. d.17. n.3.*
Heres proportione, in qua successit, factum defuncti impugnare non potest: hæc regula fallit in alienatione per se nulla, *p.2.c.14. d.70. n.4. & 9.*
Heres debet cedere coheredi actionem pro parte, quam habet in nominibus, *p.3.c.14.d.19.n.3.*
Heres adita hereditate absque confectione inventarii de jure communi tenetur Creditoribus in solidum, etsi heredibus ad exsolutionem æris alieni non sufficiat, *p.3.c.14. d.14.n.7.*
Quod non est de jure Sax. *n.9.* it. *p.1.c. 8.d.8.n.5.*
Heres confecto inventario ultra vires hereditarias convenire nequit, *p.2. c. 33. d.18. n.4.*
Heres ante 30. diem ab obitu defuncti à Creditoribus molestari non debet: *p. 2.c.3.d.12.n.5. p.3. c.14. d.15.*
De jure Civili potest 10. dies, *n. 6.*
Heres ante 30. diem possessionem hereditatis apprehendere non valet in foro Sax. *p.3. c.16. d.8. n.10. p.3. c.14. d.16.*
Ingredi tamen potest absque potestate disponendi circa res hereditarias, *n.5.*
Secus de jure civili, *n. 2.*
Heres actum declarare volens se animo adeundi eum non gessisse, mediante juramento id facere tenetur, *p 3.c.14. d. 22.*
Heres vel alius quivis immiscens se bonis ac hereditati defuncti, inventarium exhibere, vel hereditatem juratò indicare tenetur ei, cujus id fere interest, *p.3. c.33. d.6.*
Heres ignoratione suâ defuncti vitia excludere non potest, *p.2.c.1.d.3.n.6.*
Heres qui facto defuncti contravenire nequit, præcisè tenetur ad exsolutionem æris alieni, *p.3. c.14.d.17.*
Proportione hereditaria, *p.2. c. 20. d.3. n.3.*
Nisi pignus intercedit, *p.2.c.20.d.7.n.4.*
Heres contra factum defuncti venire non potest, hæc regula quando locum non habeat, *p.2.c.48.d.5.n.2. & seqq.*
Heredis habendi jus individuum est, sicut & repræsentalia personæ defuncti, *p.3. c.2.d.17.n.7.*
Heredis bona post aditam hereditatem pro debitis defuncti possunt arestari, *p.1.c.30. d.6.n.3.*
Heredem facit filium animus, non sola possessio, *p.3.c.14. d.21.n.9.*
Coheredes stante communione in re communi in qualibet maxima parte dominium habent, *p.2.c.39. d.23.n.4.*
Heredes propter affectionem singularem possessionem bonorum paternorum appetere solent, *p.3.c.15. d.37.n. 7.* it. *d.58. n.6.*
Heredes quod alicui ex hereditate alterius debetur, tenentur redimere & tradere illi, qui ex hereditate id consequi debet, *p.3. c.22.d.7.n.3.*
Heredes necem defuncti haud vindicantes hodie se non indignos reddunt hereditate ejus, *p.4.c.11.d.10.*
Secus de jure civili, *n. 1.*
Heredes tamen occisi ex hereditate ejus judici inquirenti sumtus suppeditare tenentur, *p.4.c.11.d.11.*
Pater acquirens aliquid heredibus videtur regulariter prospexisse liberis, quatenus heredes existunt, *p.3. c.10. d.7.*
Heredib. allodialibus defuncto vasallo post Cal. Mart. competit jus coquendi cerevisiam per totum illum annum in prædiis Feudalibus, *p.3.c.32.d.9.*
Idem juris in lacte & lana, *n.1.* Venationibus, *n.3.* aucupiis, lapidicinis, cretifodinis, *n.4.*
In Heredem nil juris transit à defuncto nisi per intermediam personam, *p.3. c.14.d.8.n.6.*
In Heredes obligatio ex contractu transit, etiamsi dolo malo versatus fuerit defunctus, *p.2.c.20.d.6.n.6.*
Ad Heredes obligatio facti personalis transit, si promissor post moram decesserit, *p.2.c.20. d.1.n.6.*
Ad Heredes instantia active & passivè ipso jure transmittitur, *p.1. c.11. d.16. n.2.*
Ad Heredes transmittitur jus, quod ex promissione in diem debetur, etiamsi stipulator ante diem decesserit, *p.3. c.23.d.5.n.4.*
In Heredes etiam sine agnitione transmittuntur ea bonorum genera, quæ non deferuntur nobis jure hereditario, ut hereditas, sed jure quodam singulari & ab hereditate penitus disjuncto, *p.3.c.14.d.25.n.1.& 2.*
Ex Herecum interventu & qualitate non immutatur conditio obligationis, *p.2.c.10.d.24.n.5. p.2.c.38.d.5.n. 2. p.3. c.11. d.31. n.8.* it. *p.2.c.45.d.29. n.3.*
Heredum interest, ne fama defuncti lædatur, *p.2.c.1.d.3.n.9.*

HEREDIS INSTITUTIO.

Heredis Institutio caput ac fundamentum dicitur, adeoque forma substantialis totius testamenti, *p.3.c.4. d.12. n.3.*
Heredis institutionem verba directa faciunt, non etiam verba obliqua, & quænam hæc sint, *p.3.c.9.d.6.*
Heredis institutionem faciunt verba communia, ac indubio pro directis habentur, nisi ex circumstantiis alia voluntas testatoris appareat, *p.3.c. 9.d.6.*
De instituendo herede aut relinquendis alicui bonis suis pactum non obligat heredes ad interesse, *p.3. c.5. d.22.*
Heres institutus extraneus & ante aditam hereditatem mortuus, eam, quantumvis nondum aditam, ad proximiores heredes transmittit, *p.3. c.14. d. 15. n.3.*
Quicquid liberis sub nomine legitimæ relinquitur, in eo videntur heredes instituti, nisi testator id per heredem exsolvi jusserit, *p.3. c.9. d.8.*
Nomine dotis relictum videtur assignatum titulo honorabili Instit. *p.3. c.9. d.9.*
Si scilicet quantitatem legitimæ ascendit, *n.4.*
Alioquin ad supplementum agere non prohibetur, *n.5.*
Titulus institutionis præcedens reliquis filiis adjectus censetur in iis repetitus, *p.3. c.9.d.10.n.4.*
Institutio Heredis non valet, quoties non apparet, quis designatus sit heres, *p.3. c.6.d.14.*
Ex distinctis familiis in genere conjunctim Heredes Instituti pro ratione & numero familiarum divisionem faciunt, sed in capita succedunt, si per particulam (æquè, simul) ad hereditatem vocati fuerint, *p.3.c.9 d.15.*
Quotquot sunt in familia cognati Heredes instituti, simul succedunt, nec remotiores à proximioribus excluduntur, *p.3.c.9.d.16.*
Consanguineis tamen simpliciter vocatis vel Heredibus institutis censentur saltem vocati proximiores, *p.3. c.9. d.17.*
Extranei etiam sub conditione casuali Heredes instituti, stabiliuntur, *p.3. c.9 d.18.*
Non verò filii persona, *n.4.* Ratio diversitatis, *n.5. & seqq.*
Unicus Heres ex majori parte hereditatis Institutus totam capit hereditatem, *p.3. c.9. d.19.*
Falsa causa finalis vel error vitiat Heredis Institutionem, *p.3.c.9. d.23.n.2.*
Verba enunciativa in tempore præsenti probra

prolata important Heredis institutionem, *p.*3. *c.*9. *d.*24.

Collata in futurum adulatoria potius quàm dispositiva videntur, *ib. n.*9.

Fratrum liberis Heredibus Institutis veniunt etiam nepotes, sed ordine successivo, *p.*3. *c.* 10. *d.* 5.

Ex l. ult. C. de edict. D. Adrian, toll. Here- institutus in possessionem immittendus est, modo Testamentum vitio visibili non laboret, *p.*3. *c.*5. *d.*18.

Herede Instituto spurio, fratribus testatoris querela inofficiosi testamenti competit, *p* 2.. 10 *d.*10.

Institutâ Herede fœminâ cum liberis suis videntur quoque instituti posthumi, *p.*3. *c.*10. *d.*11.

In institutione vel substitutione collectivis nominibus conceptâ videntur Heredes non simul, sed ordine demum successivo vocati, *p.*3. *c.* 10. *d.* 5. *n.* 6.

Vir uxorem & contra Heredem instituere potest, in testamento absq; spe alicujus remunerationis, *p.* 3. *c.* 2. *d.* 5. *n.* 12.

Præteritus is etiam censetur, qui directò non est institutus, *p.* 3. *c.*9. *d.* 1. *n.* 15.

HEREDITAS.

Hereditatis definitio, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 29. *n.* 5.

Hereditas & successio à jure pub. dependens, non pactis, sed legibus datur, *p.*3. *c.*5. *d.*22. *n.*6.

Pacta de propria Hereditate legibus sunt improbata, *ib. n* 5.

An valeant pacta futuræ Hereditatis Vid. *infra*, Pactum de succedendo.

Hereditatis consequendæ duo sunt modi, lex & testamentum, *p.*2. *c.*35. *d.*17. *n.* 3.

Intellectus Regulæ, quod ante jacens Hereditas personam defuncti repræsentet, *p.*3. *c.* 21. *d.*6. *n.*7.

Hereditas jacens intra 30. neque à creditoribus neq; ab ipsis heredibus molestari potest, *p.*3. *c.*33. *d.*2. *n.*4.

Hereditatis jacentis tempus ultra 30 dies non durat in foro Sax. *p.* 3. *c.*14. *d.* 14.

Hereditas tribus temporibus jacere dicitur secundum jus civile, *n.*1.

De jure communi est spatium trimestre, & si res non sit in loco, annale, *n.*5.

Hereditas jacens dici non potest, quæ habet heredem cum beneficio inventarii, *p.*1. *c.*28. *d.*8. *n.*1.

Quamdiu Hereditas jacet, possessio est nullius, *p.*4 *c.*37. *d.*6. *n.*5.

Contra Hereditatem jacentem, quando periculum in mora est, rectè intentatur judicium, *p.*1 *c.*29 *d.*39. *n.*11.

Patris Hereditas secundum commune parentum votum ad liberos pertinet, *p.*3. *c.*17. *d.*13. *n.*9.

Hereditatem liberis parentes auferre vel imminuere voluisse haud præsumendum, *p.*2. *c.*43 *d.*13. *n.*4.

A parentum Hereditate abstinentes æs alienum parentum liberi ex hereditate avita solvere haud tenentur *p.* 3. *c.*14. *d.*18.

Infans in ipso partu mortuus neque succedit, neque Hereditatem ad heredes transmittit, *p.*3. *c.*17. *d.*17.

Hereditas patrui defertur vivo, licet sexto mense natus ac nondum perfectus fuerit, *p.*3. *c* 17. *d.*18.

Hereditatis capax est posthumus vivus, licet manibus obstetricum decesserit, nec vox ejus fuerit exaudita, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 19.

Emptor Hereditatis in universum jus venditoris licet titulo singulari, non universali succedit, *p.*2. *c.*21. *d.*7 *n.*5.

Nemo jus successionis vel hereditatem sibi delatam amittit propterea, quod religionem Pontificiam amplexus fuerit, *p.*3. *c.*14. *d.* 10.

Hereditate indignum se facit, qui spretâ infelicitate vel adversâ valetudine cognati, ex quo successionem sperat, quoquo modo per culpam vel negligentiam id agit, ut is moreretur, *p.*3. *c.*26. *d.*25. *n.*1.

Non adjudicantur filiabus mobilia, quæ ipsarum signaculo notata reperta sunt in hereditate patris, *p.*3. *c.* 20. *d.*34. *n.*8.

Dissipatæ Hereditatis suspicio juramentum purgationis requirit, *p.*3. *c.*33. *d.* 10. *n.*6.

Crimen expilatæ Hereditatis mitius in coherede, quam extraneo punitur, *p.* 4. *c.*37. *d.*6.

Distinctio inter res Hereditarias mobiles, separatim existentes, & rebus immobilibus vel juribus hereditariis cohærentes, *p.*2. *c.*3. *d.*10. *n.*3.

In petitione Hereditatis judex etiam super fructibus non petitis pronunciare valet, *p.*1. *c.*26. *d.*8.

Petitio Hereditatis durat in foro Sax. 31. annos & 6. septimanas, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 10. *n.*7.

Bona Hereditatis mobilia quanto tempore præscribantur in foro Sax. *p.*2. *c.* 3. *d.* 10.

A petitione Hereditatis paternæ vel avitæ, non nisi triplicato præscriptionum spatio 90. scilicet annorum liberi excuduntur, *p.*3. *c.*14. *d.*30.

Hereditatem absentis, de cujus morte dubitatur, nunquam eam præscribit possidens, *p.*2 *c.*9. *d.*3.

Ex generali locorum ferè omnium consuetudine non saltem dominium, sed & possessio rerum Hereditariarum ipso jure transit in heredem, *p.* 3. *c.*9. *d.*27. *n.*6.

HEREDITATIS ADITIO.

Hereditatis aditio non tam facti, quàm animi est, & in nuda voluntate consistit, *p.*3. *c.*14. *d.*21. *n.*1.

Aditio Hereditatis ad diem mortis retrotrahitur, *p.*3. *c.*9. *d.*27. *n.*7.

Ut nullo temporis momento Hereditas jacuisse existimetur, *n* 8.

In acquirenda Hereditate tempus delatæ vel aditæ Hereditatis, aut etiam mortis, qui hereditatem reliquit, inspici solet, *p.*3 *c.*15. *d.*12. *n.*2.

Repudiatio hereditatis jam Aditæ haud nocet in foro Sax. creditoribus hereditariis, *p.*3. *c.*14. *d.*31.

Secus de jure civili, *n.*7.

Minoribus 25. annis succurritur, si damnosam Adierint Hereditatem, *ib. n.*6.

Heres propriâ autoritate occupare potest bona hereditaria, *p.*3. *c.*9. *d.*27.

Nec opus habet autoritate judicis, *n.* 4.

Heres non solùm gestione pro herede, sed & nudâ voluntate (verbis ad minimum declarata) acquirere & Adire potest hereditatem, *n.*1. *& seqq.*

Filius bona paterna administrans præsumitur Hereditatem adivisse, nisi contrarium probet, *p.*3. *c.*14. *d.*21.

Ubicunque quis est vocatus ad successionem cum aliqua qualitate, qualitas illa eo tempore, quo dispositio effectum sortitur, & quo Hereditas acquiritur, inspici debet, *p.*3. *c.*8. *d.*25. *n.*8.

Legata & fideicommissa etiam non agnita ad heredes transmittuntur: Et quando Hereditas non Adita transmittatur, *p.*3. *c.*14. *d.*23.

Licet quis inscius Hereditatis sibi delatæ intra vel post deliberationis annum decesserit, ejus tamen heredes beneficio restitutionis in integrum ad hereditatem illam admittuntur, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 24.

Modo tempus 30. annorum non effluxerit, justaque causa ignorantiæ subsit, *n.* 9. *&* 10.

Transmittitur etiam Hereditas nondum Adita, si hoc testatori ita placuerit, vel testamento addita sit clausula Codicillaris, *p.*3. *c.*14. *d.*29.

HEREDITATIS DIVISIO.

Hereditatis Divisio regulariter officio judicis sive arbitrorum & sorte fieri debet, *p.*3. *c.*15. *d.*1.

De plano & simplici absque ulla solennitate perficitur, *p.*3. *c.*21. *d.*16. *n.*5.

In Divisione Hereditatis inter fratres facienda in foro Sax. major dividit, minor eligit, *p.*3. *c.*15. *d.*2.

Quod non solum inter rusticos, sed etiam inter cives & Nobiles quotidie sic observatur, *p.*3. *c.*15. *d.*3.

Facta quoque Divisione rerum Expeditoriarum à fratre natu majore minori competit Electio, *p.*3. *c.*15. *d.*4.

Major autem natu gladium præcipuum habeat, *n.* 4.

Hæc divisio Hereditatis Saxonica obtinet etiam in ascendentibus & collateralibus, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 5.

In Fœminis adhibitis tamen curatoribus etiam in successione Geradæ, *p.*3. *c.* 15. *d.* 6.

Fœmina cum masculo in Divisione concurrente, indifferenter masculus eligit, fœmina dividit, etiam extra Electoratus Sax. ditiones, *p.*3. *c.*15. *d.*7.

In bonis etiam Feudalibus locum habet hæc dispositio Sax. Et quid si illa bona commodè dividi nequeant, *p.* 3. *c.* 16. *d.* 8.

Quid si prædium Hereditarium commodè Dividi nequeat, *p.*3. *c.*15. *d.*9.

Quamvis frater minor Hereditarias res diu administraverit, earumque qualitates & æstimationes melius cognitas habeat, nihilominus tamen fratri natu majori Dividendi facultas concedenda est, optione minori relicta, *p.*3 *c.*15. *d.*10.

Quid si major natu æstimationem bonorum non satis intelligit, *ib. n.*9. *&* 10.

Hæc forma Divisionis Sax. inter duos saltem non etiam plures heredes locum habet, *p.*3. *c.*15. *d.*11.

Posteriori casu divisio per sortem fiat, *ib. n.* 6.

Quamvis extra Saxoniam aliud dicendum quidem existiment, *n.* 7.

Sufficit tamen divisionis tempore duos saltem adesse heredes, licet tempore mortis plures extiterint, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 12.

Post obitum patris majore vel minore filio defuncto jus optionis vel Divis. ad he-

ad heredes non transmittitur, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 13.

Sed ex tribus fratribus juniore ante Divisionem absque liberis defuncto secundo genito jus optionis competit, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 14.

Defuncto filio juniore ante patrem ejus liberi in successione avitæ Hereditatis eligunt, Divisione patruo relicta, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 15.

Succeduntque in stirpes, non capita, *ib. n.* 5.

Filio autem majore ante patrem defuncto ejus liberis non facultas divisionis, sed jus optionis conceditur, factâ divisione à fratre minore, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 16.

Ex utroque filio nepotibus existentibus avita hereditas inter eos per sortem vel officio judicis in stirpes dividitur, *p.* 3 *c.* 15. *d.* 17.

In Divisione Hereditatis inter Gemellos creditur obstetricibus, de nativitate eorum jurato testantibus, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 18.

Si non constet, vel per sortem vel officio judicis facienda est Divisio, *n.* 1.

Contra Divisionem à fratre majore factam datur rescissionis beneficium ex causa læsionis, ultra dimidium, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 19.

Etiam majori dividendi, *n.* 11.

Nisi fratres valorem bonorum exactè sciverint, vel Divisio judicialiter confirmata fuerit, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 20.

Non utitur filius junior optionis jure, si id pater ipsi ademerit, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 21.

Hoc jus per annos 30. annum & diem durat, *ib. n.* 1. & 2.

Et in solo casu intestati locum habet, *n.* 5.

Paterque inter liberos qualemcunque etiam inæqualem Divisionem hereditatis facere non prohibetur, *n.* 7.

Hæc Divisio Saxonica solum in familiæ herciscundæ judicio locum habet, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 22.

Divisione licet semel factâ, si tamen prædia aliqua indivisa permanserint, in eorum divisione modus Saxonicus etiamnum servari debet, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 23.

Cessat hic modus ubi statuto vel consuetudine alia Divisionis forma est introducta, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 24.

Servanda est æqualitas in Divisione, nec prærogativam ullam aut alimenta habet hæres, infans tenellus, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 33.

Res commodam Divisionem non recipiens adjudicanda est ei, qui majorem portionem ejus rei habet, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 34.

Conjunx superstes in electione rei haud commodam Divisionem recipientis, præfertur heredibus defuncti conjugis collateralibus, si majorem in re illâ portionem habeat, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 35.

Præfertur tamen filius natu minor eis, qui majorem habet portionem in re Divisionem non recipiente, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 36.

At Collaterales heredes præferuntur conjugi superstiti, quæ majorem portionem in re indivisibili non habet, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 37.

In assignatione rei hereditariæ Divisionem non recipientis, potior causa est liberorum, quàm parentum, vel novercæ aut vitrici, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 38.

Præferuntur etiam cognati extraneis & frater ororibus, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 39.

Et inter liberos diversi matrimonii illi, à quorum majoribus bona provenerunt, *ib. n.* 4.

In adjudicatione hujus rei tàm cognato, quam majorem partem habenti, præfertur extraneus majus pretium offerens, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 40.

Si coheredes de pretio convenire nequeant, perveniendum est ad licitationis remedium ultimum, *ib. n.* 6.

Quando socii vel coheredes in re Divisionem commodam haud recipiente paria jura habent, sorte debet fieri assignatio, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 41.

Inter minores heredes absque causa sufficiente & decreto Magistratus non potest fieri divisio, nisi heres majorennis ad hanc provocet, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 44.

Si fratres indivisam parentum Hereditatem quantumvis longo tempore retinuerint, id quod alteruter aliunde quæsierit, non est in commune redigendum, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 45. *n.* 1. & 2.

Factâ nominum Divisione heres de evictione adversus coheredes agere non potest, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 19.

Possessor domus privilegiatæ non est obstrictus Statutis loci, unde nec ejus Hereditas juxta statuta ejusmodi dividenda, *p.* 3 *c.* 12. *d.* 19.

Nisi possessor domus privilegiatæ simul sit incola civitatis, vel ibi domicilium habeat, *p.* 3. *c.* 12. *d.* 20.

Vide de hoc plura infra in Verbo Successio.

In Divisione Hereditatis locum habet l. 2. C. de rescind. vendit. *p.* 2. *c.* 34. *d.* 11.

De Hereditatis renunciatione vide infra Renunciatio hereditatis.

HEREDITARIUS.

Hereditarius Dominus quis, *p.* 2. *c.* 52. *d.* 9. *n.* 5.

Hereditaria debita præstanda sunt ab herede universali, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 1. *n.* 6.

Hereditaria jura omnia ipso jure dividuntur inter Heredes, nisi si quæ sint omninò indivisibilia, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 3. *n.* 7.

Hereditaria pecunia, Erbgeld/ *p.* 2. *c.* 21. *d.* 8.

De hac vide infra Successio mariti: & Pecunia Hereditaria.

Pro Hereditaria pecunia, cujus dies cessit, actio competens pro re mobili est habenda, *p.* 3. *c.* 21. *d.* 4. *n.* 7. it. *p.* 3. *c.* 21. *d.* 15. *n.* 7.

HEERGEWETTA.

HeergeWetta ab Henrico Aucupe in foro Sax. videtur introducta, *p.* 3. *c.* 38. *d.* 23. *n.* 2.

Vide plura supra in Verb. res Expeditoriæ.

HEURATHS-GUTH.

Voculâ (Heurathe-Guth) dotalia saltem bona, non etiam paraphernalia significantur, & quænam ita dicantur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 87.

HOCHZEIT-GESCHENCKE.

Hochzeit-Geschencke/ *p.* 1. *c.* 28. *d.* 88.

Vide infra Nuptialia Dona.

HINC INDE.

Quando adverbium (hinc inde) ponitur, dies termini computandus est in termino, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 11. *n.* 5.

HOMAGIUM.

Subditus negans homagium arbitrariè punitur, *p.* 4. *c.* 43. *d.* 8.

HOMO.

Homo liber pignori haud est obligandus, *p.* 4. *c.* 16. *d.* 4. *n.* 7.

Hominem præsumi vivere centum annos ridiculum est, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 57. *n.* 5. & 6.

Experientia docet homines ut plurimum hoc tempore non excedere 70. annum, *ibid n.* 12.

Hominis provisio facit cessare provisionem legis, *p.* 2. *c.* 37. *d.* 7. *n.* 5. it. *p.* 3. *c.* 7 *n.* 13. *n.* 4. & *d.* 15. *n.* 5.

Specialì scilicet jure ac privilegio quodam extraordinario introductam, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 15. *n.* 6.

HOMICIDIUM.

Adversus Homicidii reum Judex procedere, eumque punire haud potest, nisi institutâ accusatione, *p.* 4. *c.* 11. *d.* 10. *n.* 3.

Hodiè ex mero officio ad inquisitionem procedere potest, *n.* 5.

Homicidium ex proposito & prævià animi deliberatione commissum, non graviori quàm gladii pœnâ coërcetur, *p.* 4. *c.* 9. *d.* 9.

Nisi judex post executionem pœnæ cadaver rotæ affigendum arbitratus fuerit, *p.* 4. *c.* 9. *d.* 10.

Propter Homicidium dolosum pœnâ gladii tenetur, *p.* 4. *c.* 7. *a.* 10. *n.* 5.

Absque dolo non, *p.* 4. *c.* 43 *d.* 5 *n.* 6. it. *p.* 4. *c.* 5. *a* 3. *n.* 4. it. *c.* 7. *d.* 10. *n.* 5. & *c.* 8. *d.* 6. *n.* 2.

Pro homicidio ob magnum & dolosum excessum commissio, jura Sax. pœnam amputationis manûs statuunt, *p.* 4. *c.* 12. *d.* 8. *n.* 13.

Homicidium culpâ quando committatur, *p.* 4 *c.* 43. *d.* 5 *n.* 2.

Pœnæ Homicidii ordinariæ exemptus non est, qui injuriis lacessitus, injuriantem occidit. *p.* 4. *c.* 10 *d.* 6.

Nisi judex mitius occisorem puniri existimaverit, *p.* 4. *c.* 10. *d.* 7.

Offensio jocosa non liberat occisorem a pœna Homicidii ordinaria, *p.* 4. *c.* 10. *d.* 10.

Homicidium casuale nullâ pœnâ punitur, *p.* 4. *c.* 8. *d.* 6. *n.* 3.

Homicidia præsumtivè potest purgare dolum, ut saltem ob culpam arbitrariè puniator, *p.* 4. *c.* 8. *d.* 6.

Nullibi in jure Studiosis privilegium exemptionis à pœna Homicidii indultum est, *p.* 4. *c.* 9. *d.* 5. *n.* 5.

In Hollandia cognitio Homicidii à milite perpetrati ad judicem militarem remittenda, *p.* 4. *c.* 9. *d.* 11. *n.* 2.

Alimenta viduæ interfecti non debentur

tur ex bonis homicidæ capite puniri, *p.4.c.12.d.7.*
Homicidium in ægrotis ſpolii cauſa commiſſum rotâ plectitur, *p.4.c.5.d.1.*
Absque intentione ſpolii gladii pœnâ vindicatur, *p.4.c.5.d.2.*
Statutum homicidii reos à pœna mortis eximens non valet, *p.4.c.9.d.6.*
Nec illud, quod in carcere perpetuo reum Homicidii doloſi detineri jubet, *p.4.c.9.d.6.n.6.*
Nec Princeps ex poteſtate plenaria Homicidii reis pœnam mortis remittere valet, *p.4.c.9.d.7.*
Clerici quoque propter commiſſum homicidium à Magiſtratu politico morte mulctantur, *p.4.c.9.d.8.*
Jus Canonicum illos ſaltem ab officio deponere jubet, *ib.n.1.*

HONESTUM.

LL. ac mores ſuum habent ævum & fatum, ut quod quandoq; inhoneſtum viſum eſt, deinde Honeſtè fieri putetur, *p.4.c.19.d.10.n.3.*

HORREUM.

Horreum frumentarium ex tabulis ligneis factum, terræ affixum non eſt, & propterea mobile dicitur, *p.3.c.31.d.4.n.6.*

HOSPES.

Pro Hoſpite habendus non eſt, qui caupo publicus non eſt, *p.2.c.14.d.37.n.7.*
Dominus Hoſpitii pro pretio unius & alterius prandii non prohibetur detinere tot res & bona hoſpitanti, quanta ſufficiunt ad exſolutionem, *p.2.c.25.d.22.n.4.*
Uſus exercentium cauponationes vinarias & cereviſiarias, qui Hoſpitibus ceſſantibus ſolvere pretium potûs in taberna exhauſti, propria autoritate detrahunt veſtes, enſes, pileos, aut quid ſimile, illudque retinent, donec de pretio ſatisfaciant, ſuſtinetur, *ibid. n.6.*

HOSPITALIA.

Hoſpitalia ſeu Xenodochia ad hoc ſunt fundata, ut pauperes ibi recipiantur, & ex proventibus ſuſtententur, *p.4.c.4.d.10 n.10.*
Hoſpitalia quatenus & quamdiu utantur jure tacitæ Hypothecæ, *p.2.c.25.d.4.*
Hoſpitali competit jus tacitæ hypothecæ in bonis adminiſtratorum, *p.1.c.28.d.115.*
Item in bonis debitoris ratione pecuniæ mutuò datæ, *p.1.c.28.d.116.*

HOSTIS.

Hoſtem fugientem ſciens recipiens deportatione punitur, *p.4.c.1.d.15.n.3.*
Ab Hoſtibus capta jure naturali vel gentium ſtatim capientium fiunt, *p.4.c.35.d.8.*
Ab Hoſtibus capta mobilia non poſſunt vendicari absque pretio à poſſeſſoribus, *d.d.8.*
Ab Hoſtibus in fuga recuperata vero Domino ſunt reſtituenda, *p.4.c.35.d.9.*
Ablata à militibus præſidiariis, ubicunq; reperiuntur, absque refuſione pretii vindicari poſſunt, *p.4.c.35.d.10.*

HOSTILIS.

Signa Hoſtilia non pertinent ad unum aliquem, ſed totum populum vel univerſitatem, *p.4.c.15.d.2.n.6.*

HYPOTHECA.

Hypotheca alienationis verbo continetur, *p.2.c.23.d.1.n.4.*
Sub Hypotheca generali bonorum mobilium, atque immobilium nomina etiam comprehenduntur, *p.2.c.23.d.7.n.7.*
In alieno territorio exiſtentia, *p.2.c.23.d.10.*
Et bona futura, *p.2.c.23.d.11.n.1.* Item *p.1.c.29.d.36.n.4.*
Limitatur in rebus mobilibus, quæ poſt mortem debitoris hereditati acceſſerunt, *p.2.c.23.d.11.*
Hypotheca quibuscunque verbis etiam absque ſcriptura contrahi poteſt, *p.2.c.23.d.34.n.1.*
Et in ea conſtituenda magis inſpicitur mens contrahentium, quàm verba, *ib.n.7.*
Hypothecam ille tantum creditor habet, qui convenit de pignore, vel cui lex tacitam dat hypothecam, *p.2.c.22.d.14.n.3. & 4.*
Hypotheca à debitore jam decocto conſtituta nihil operatur, *d.d.24.n.2.*
In Hypotheca conſtituenda ipſum conventionis, non traditionis tempus inſpiciendum eſt, *p.1.c.28.d.112.n.1.*
Hypothecam aut jus prioritatis in bonis debitoris creditori non tribuit præceptum judiciale de non alienando, *p.1.c.29.d.42.*
Hypotheca non ſubſiſtit ſublato principali contractu, *p.1.c.29.d.45.n.2.*
Hypotheca quando incipiat in caſu, quo non in ipſo contractus tempore de hac fuerit conventum, *p.1.c.28.d.119.*
Hypotheca extrajudicialis tàm valida non eſt, ut præferatur publicæ ſcripturæ ſive Hypothecæ judiciali quantumvis poſteriori, *p.1.c.28.d.122.n.5.*
Hypotheca conventionalis in rebus mobilibus tam efficax eſt, quàm judicialis hypotheca in bonis immobilibus, *p.1.c.28.d.7.n.3.*
Si Hypotheca generalis & ſpecialis ſimul creditori fuerit conſtituta, prius ſpecialem excutere debet, *p.2.c.23.d.29.* it. *p.1.c.28.d.128.n.5.*
Qui bona debitoris generaliter tantum obligata habet, quamcunque voluerit, rem eligere poterit, *ib n.1.*
Etiamſi alteri ſpecialiter Hypothecata ſit, *n.2.*
Hypotheca non tollitur, nec liberantur fidejuſſores per obligationem ſecundam, in qua alii dati ſunt fidejuſſores, niſi hoc expreſsè fuerit dictum, *p.2.c.19.d.15.*
Hypotheca in totum extinguitur ſolutione tantummodò debiti, non etiam ceſſione ex acquiſitione dominii, *p.2.c.23.d.33.*
Hypotheca immobilium coram Notario & teſtibus conſtituta extra judicium quantæ ſit efficaciæ, *p.1.c.28.d.127.*
Junctis duab. præced. it. *p.2.c.23.d.14.*
Clauſula de non alienando adjecta Hypothecæ tribuit creditori jus executionum adverſus tertium poſſeſſorem, diſcuſſo etiam nondum principali debitore, *p.2.c.23.d.34.*
Hypotheca rerum mobilium extrajudicialis ſeu conventionalis anterior præfertur Areſto & Hypothecæ judiciali poſteriori in foro Sax. contra *l.* ſcripturas. 11. C. qui potior. in pignor. *p.2.c.23.d.9.*
Absque ſpeciali reſervatione Hypothecæ ne quidem ruſticis competit pignus in rebus venditis pro pretio, *p.2.c.23.d.19.*
Conſenſus Domini vel Judicis ſuper Hypotheca Feudi vel fundi ad tempus certum præſtitutus tempore elapſo extinguitur, *p.3.c.23.d.24.*
Si ſcilicet conſenſui clauſula caſſatoria fuerit adjecta, *ib.n.3.*
Imò etiam citra illius adjectionem, *n.5.*
Magiſtratus conſentiens Hypothecæ ad certum tempus, reſervato ſibi vel debitori jure reluendi, tacitè conſenſum prorogare videtur, ſi finito tempore non reluantur bona hypothecata, *p.2.c.23.d.25.*
Cujusmodi conſenſus ipſo facto declaratus etiam ad Feudi oppignorationem ſufficit, *n.6.*
Magiſtratus ob præſtitum conſenſum in oppignoratione bonorum pluribus creditoribus facta nulla ratione tenetur, licet bona omnibus non ſufficiant, *p.2.c.23.d.26.*
Niſi creditoribus in anteriores Hypothecas inquirentibus, & num ſufficientia debitoris bona ſint, nec ne, explorantibus, tacuerit, nec easdem manifeſtaverit, *ib.n.7.*
Competit tamen actio ad intereſſe adverſus Magiſtratum creditori pecuniam aliàs non credituro, Hypothecam falsò idoneam affirmantem, *p.1.c.23.d.27.*
Sive ſciens ſive ignorans creditores fefellerit, *n.4.*
Creditor in alienationem Hypothecæ conſentiens, illam debitori remiſiſſe videtur, *p.2.c.23.d.28.*
Modò expreſsè conſentiat, *n.5.*
Creditor, cui generalis conſtituta eſt Hypotheca, non poteſt reliquis creditoribus præjudicare in ſpeciali hypotheca, ſi certam rem ſemel elegerit, *p.2.c.23.d.30.*
Qui Hypothecam alii rem ſciens emit, non juvatur beneficio excuſſionis, *p.2.c.18.d.19.*
Poſſeſſor Hypothecaria conventus, quando debitor eſt abſens, nec facilè poteſt conveniri, beneficio excuſſionis non juvatur, *p.2.c.18.d.20.*
Qui Hypothecam in fundo conſecuti fuerint, antequam illum debitor emeret, illi omnibus indifferenter creditoribus debitoris præferuntur, *p.1.c.28.d.22.*
Non gaudent hoc jure prælationis, qui rem venditam jure Hypothecæ obligatam non habent, *p.1.c.28.d.23.*
Qui ad emendam domum aliamvè rem pecuniam mutuò dat, non aliter prælationis privilegium conſequitur, quàm ſi expreſsè ſibi de Hypotheca in illa re proſpexerit, *p.1.c.28.d.107.*

Limitatur, *p* 1. *c*. 28. *d*. 108.

Qui ad emendam rem credunt pecuniam absque constitutione Hypothecæ in re emta, iis competit personale privilegium, *p* 1. *c*. 28. *d*. 155.

HYPOTHECA TACITA.

Hypotheca tacita ex sola legis vel statuti dispositione alicui tribuitur, *p*. 1. *c*. 5. *d*. 11. *n*. 6. it. *p*. 2. *c*. 22. *d*. 24. *n*. 5. & *p*. 1. *c*. 28. *d*. 113. *n*. 1.

Tacitæ Hypothecæ ratio, *p*. 2. *c*. 25. *d*. 7. *n*. 5.

Tacitæ Hypothecæ jus locum habet in bonis Emphyteuticis, *d*. *d*. 7.

Tacita Hypotheca quatenus habeat locum in fructibus & commoditatibus Feudi, *p*. 2. *c*. 25. *d*. 3.

Tacitæ Hypothecæ jure quatenus & quamdiu pupilli, filiæ, universitates, Ecclesiæ & Hospitalia utuntur in Feudis, *p*. 2. *c*. 25. *d*. 4.

In pretio ex Feudis redacto præferuntur Hypothecariis ii, qui ad conservationem & administrationem Feudorum fecerint expensas, *p*. 2 *c*. 25. *d*. 1.

Hypothecam tacitam habet legatarius pro legato in bonis testatoris, *p*. 1. *c*. 28. *d* 117. *n*. 3.

Non tamen præfertur creditoribus aliis etiam Hypothecariis, *n*. 4.

Jus tacitæ Hypothecæ competit locatori in omnibus conductoris bonis, prædio locato invectis, *p*. 3. *c*. 36. *d*. 7. *n*. 6.

Jus tacitæ Hypothecæ liberis competit in bonis paternis ratione bonorum adventitiorum, quæ pater tutorio nomine administravit, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 113.

Liberis ratione bonorum maternorum patris bona tacitè sunt obligata, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 17.

Quando pater usumfructum habet horum bonorum, *ib*. *n*. 5.

Non verò privignis, *n*. 1.

Jus tacitæ Hypothecæ extraneo cedi & ad heredes quoscunque à muliere ejusvè liberis transmitti potest, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 99.

Hypotheca tacita competit liberis ratione munerum in testimonium Baptismi acceptorum idiomate nostro (Patengeld) & a patre tutorio nomine administratorum in ejusdem bonis, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 18.

Jus tacita Hypothecæ ac prælationis mulieribus quatenus ratione dotis in bonis Feudalibus competat, *p*. 2. *c*. 25. *d*. 2.

Privilegium tacitæ Hypothecæ ac jus prælationis mulieri competens etiam ratione dotis post consummatum matrimonium constitutæ à tempore copulationis sacerdotalis incipit, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 1.

Item ratione dotalitii, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 2.

Ratione bonorum paraphernalium incipit à tempore illationis bonorum, *p* 2. *c*. 24. *d*. 3.

Ex jure tacitæ Hypothecæ mulieri alienationem bonorum mariti impugnare licet, si ex reliquis mariti bonis ipsi satisfieri nequeat, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 9.

Remissio tacitæ Hypothecæ, quæ mulieri in bonis mariti competit, ab ea facta marito sustinetur absque juramento, *p*. 2. *c*. 16. *d*. 10 *n*. 3.

Pignoris taciti nexu fisco obstricta habentur ejus bona, qui in solvendo pensiones publ. & tributa cessaverit, *p*. 3 *c*. 16. *d*. 11. *n*. 2.

In tantum ut fiscus omnibus omnino creditoribus, etiam Hypothecam expressam anteriorem habentibus, præferatur, *n*. 3.

Tacita Hypotheca pupillo competit in bonis tutoris, non solum pro sorte principali, sed & pro omnibus accessionibus ex die suscepti officii, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 12.

Quod privilegium est personalissimum, neque ad ejus heredes transit, ne quidem ad suos & descendentes, *n*. 8.

Jure tacitæ Hypothecæ obligata sunt bona illius, qui se pro tutore vel curatore gessit, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 14.

Privilegium tacitæ Hypothecæ pupillo competens datur causæ, non personæ, ideoque transit in heredem, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 13. *n*. 2.

Jus tacitæ Hypothecæ non habet maritus in bonis uxoris ratione portionis, in pactis dotalibus sibi in casum mortis uxoris promissæ, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 118.

Jus tacitæ Hypothecæ non competit mulieri.

1. Ratione Geradæ, aliorumque bonorum, quæ marito administranda non commisit, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 4.

2. Neque Sponsæ ratione dotis illatæ in bonis Sponsi, *p*. 2. *c*. 24. *d* 5.

Præfertur tamen personalibus creditoribus, *n*. 4.

3. Neque ratione donationis propter nuptias, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 6.

4. Si mulier in alienationem bonorum mariti consenserit, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 7.

Ac beneficio SCti Vellejani cum autoritate curatoris renunciaverit, *n*. 6.

Nec tacita Hypotheca locum habet, neque executio fieri potest in militum armis, *p*. 1. *c*. 29. *d* 31. *n*. 1.

Limitatur si alia bona deficiant, *n*. 3.

Nunquã tacitè obligata censentur negotiorũ gestoris bona, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 17. *n*. 8.

Jure tacitæ Hypothecæ obligata non sunt bona ejus, cui pecunia pupillaris à tutore mutuò fuit data, *p*. 2. *c*. 24. *d*. 13. it. *p*. 1. *c*. 28. *d*. 116. *n*. 2.

Nec tacitè Hypothecata sunt bona curatoris ad litem, *p*. 2. *c*. 24 *d*. 15.

Nec tacitam Hypothecam habet tutor in bonis pupilli pro eo, quod sibi debetur cõtrario judicio tutelæ, *p*. 2. *c*. 24. *a*. 16.

Feudo vendito non valet Hypotheca pretii, venditori absque speciali consensu Domini reservata *p*. 2. *c*. 23. *d*. 18.

Quamvis in Aula Sax. Electoris usu aliud hactenus obtinuerit, *n*. 5.

Ex Hypothecatis bonis redactum pretium non succedit loco rei, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 148. *n*. 5.

Tacita Hypotheca, bona alicujus afficiens, non impedit, quo minus is vendere aliovè modo ea disti ahere queat, *p*. 2. *c*. 24 *d*. 3.

Excusso a venditore, debitore principali, actione hypothecaria emptor in subsidium conveniri potest, *n*. 3.

Vide plura infra in Verb. Oppignoratio bonorum.

Creditores Hypothecam tacitam vel expressam habentes quali privilegio gaudeant in concursu creditorum, vide supra Creditorum concursus, privilegium & prælatio sub Classe tertia.

HYPOTHECARIUS.

Hypothecarii vel privilegiati creditores repetere possunt, quod chirographariis est solutum, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 179.

Hypothecariis posterioribus solutam pecuniam priores hypothecarii jure repetunt, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 180.

Hypothecariorum conditionem fieri deteriorem ex facto successoris sive emptoris iniquissimum est, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 22. *n*. 6.

Inter Hypothecarios expressos pariter atque tacitos antiquior tempore posterioribus præfertur, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 103. *n*. 1.

Hypothecarii paratam semper actionem in rem habent adversus quoscunque possessores, *p*. 2. *c*. 12. *d*. 28. *n*. 6.

Res Hypothecata creditori licet ad quartum vel quintum possessorem pervenerit, creditor tamen non nisi debitorem suum excutere debet, si Hypothecaria agere velit, *p*. 2. *c*. 18. *d*. 21.

Hypothecaria condemnatus possessor regressum adversus venditorem suum habet, *ib*. *n*. 7.

Creditor Hypothecarius omissa actione Hypothecaria personaliter adversus debitorem experiri, inque alia ejus bona sibi non oppignorata executionem petere potest, *p*. 2. *c*. 23. *d*. 32.

Hypothecaria actio superest creditori etiam post venditum pignus, si hoc postea evincatur, *p*. 2. *c*. 23. *d*. 35.

Bona Hypothecata alienata actione Hypothecariâ reali retrahi & revocari possunt, *p*. 2. *c*. 32. *d*. 11. *n*. 2.

Actio Hypothecaria non minus ac personalis condictio ex mutuo tollitur præscriptione, *p*. 2. *c*. 1. *d*. 5.

I.

IDONEUS.

Quod non magis Idoneam personam quis elegerit, sibi ipsi imputet, *p*. 2. *c*. 26. *d*. 13 *n*. 9.

IGNORANTIA.

Ignorantia crassa & supina regulariter pro scientia habetur, *p*. 2. *c*. 50. *d*. 3. *n*. 5.

Ignorantia à pœna mendacii negantem excusat, *p*. 2. *c*. 18 *d*. 6. *n*. 4.

Ignorantia à pœna ordinaria in delictis excusat, *p*. 4. *c*. 23. *d*. 6. *n*. 6.

Ignorantia facti proprii toleratur, quando agitur de damno vitando, *p*. 2. *c*. 28. *d*. 21. *n*. 5.

Ignorantia in genere per conjecturas probatur, *p*. 1. *c*. 22. *d*. 6. *n*. 1.

Ignorantia, quæ in animo alicujus consistit, juramento purgationis probanda est, *d*. *d*. 6.

ILLICITUS.

Illicitæ rei operam dando qui aliquid facit, contra illum valida ac violenta præsumtio est, *p*. 4. *c*. 3. *d*. 15. *n*. 3.

IMMISSIO IN BONA DEBITORIS.

Dicitur Creditor realiter Immissus, & bona debitoris possidere, non solum si ea occupet, & detineat, sed etiam si resecatum fuerit frustulum ligni è janua, quod solum hodie indicium est factæ realis Immissionis, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 139. *n*. 4.

Ex instrumento Gvarentigiato extra processum etiam ordinarium, in bona debitoris judicialiter Immissus Creditor pignus reale consequitur, *p*. 1. *c*. 28. *d*. 137.

Sicuti & Immissus ex debito confessato absque productione cautionis, *p*. 1. *c*. 28. *d* 138.

Ante immissionem realem in bona debitoris non tribuit executio Creditori pignus, *p.*1.*c.*28.*d.*139.

Si ante immissionem realem post interlocutoriam judicis Creditori cesserit, possessionem consequitur pignus, *p.*4. *c.*28.*d.*140.

Judex immissionis dilationem indulgens debitori, non præjudicat creditori in jure reali per immissionem ei competituro, *p.*1.*c.*28.*d.*141.

Creditor facto judicis impeditus, quominus realiter immittatur, pro immisso habetur, *ib.n.*4.

Creditor in dilationē consentiens præjudicat sibi in prioritate ex reali immissione competitura, *p.*1. *c.*28. *d.*142.

Secundus creditor habens Arestum ex persona tertii, habentis hypothecam judicialem, vincit primum creditorem, qui immittitur jure hypothecæ extrajudicialis, *p.*1.*c.*28. *d.*177.

Immissionem in bona debitoris petendi facultas non adimitur creditori per capturam & incarcerationem personæ, *p.*2.*c.*23.*d.*32.*n.*3.

IMMOBILIA.

Immobilia nulla olim habuit mulier, *p.* 3.*c.*23.*d.*22.*n.*10.

Inter immobilia computantur omnes res, ex quibus fructus percipiuntur, *p.*3.*c.*24.*d.*1.*n.*7.

Immobilia à rebus mobilibus diuturnitate durationis maximè distingvuntur, *ib.n.*9. it. *p.*3.*c.*24. *d* 3.*n.*6.

Vide plura supra in verb. Bona immobilia.

IMMUNITAS.

Immunitas in dubio concessa censetur pro bonis etiam postea quæsitis, *p.* 2. *c.*6.*d* 8. *n.*8.

IMPEDIMENTA.

Impedimenta legitima quænam sint, & reum à pœna contumaciæ excusent, *p.*1.*c.*9.*d.*7.

Genera horum vulgo quatuor constituunt, captivitatem, ægritudinem, peregrinationem & expeditionem pub. *ib. n.* 2.

Conjugis & liberorum morbus sonticus reum à pœna contumaciæ liberat, *p.*1. *c.*9.*d.*8.

Carentia vel morbo Advocati reus contumaciam purgare valet, *p.*1. *c.*9.*d.*9.

Nisi alium de facili habere potuerit, *n.*5.

Affectata & fictitia impedimenta neminem excusare debent, *n.* 2.

Legitima impedimenta probare debet reus documentis vel testibus, *p.*1 *c.*9. *d.* 10.

Impedimenta legitima juramento suo probare volens reus admittitur, si aliæ deficiant probationes, *p.*1.*c.*9.*d.*11.

Non potest Judex reum condemnare usque ad legitima impedimenta, si non constet citationem ipsi fuisse insinuatam, *p.*1.*c.*2.*d.*25.

Reus ad legitima usque impedimenta condemnatus, ad deducenda ea specialiter citari debet, priusquam contra ipsum ulterius ad contumaciæ pœnam procedatur, *p.*1.*c.*9.*d.*12.

Incumbit reo citato probare impedimenta legitima, non etiam quod diligentiam suam in removendis illis adhibuerit, *p.*1.*c.*9. *d.*13.*n.*1.

Probatis impedimentis sive per testes aut documenta, sive per juramentum purgata est contumacia, *ib.n.*2.

Reus non probans legitima impedimenta, vel ad probanda ea citatus emanens, condemnatus usq; ad executionem, *p.*1.*c.*10.*d.*14.*n.*4. it, *p.*1.*c.*9.*d.*14.

Non condemnatur reus usque ad legitima Impedimenta vel ad executionem, si non accusatio contumaciæ præcesserit, *p.*1.*c.*9.*d.*15.

Reus, in termino per literas absentiam excusans, non usque ad Impedimenta legitima, sed duntaxat in termini expensas condemnari debet, *p.*1. *c.*9. *d.*19.

IMPENSÆ.

Impensæ factæ circa res non præsumuntur factæ animo donandi, *p.*2. *c.*12.*d.* 38, *n.* 4.

Nisi sint modicæ, *n.*9.

Usufructuarius ad reparationem propriis sumptibus faciendam est obstrictus, adeoque Impensas eo nomine factas à proprietario repetere nequit, *p.*3.*c.*31.*d.*9.*n.*6.

Nisi magnæ fuerint, aut perpetuam rei utilitatem respiciant, *n.*9.

IMPLERE.

Qui ipse conventionem non implevit, is de pacto sibi non servato conqueri nequit, *p.*2.*c.*44.*d.*12.*n.*6.

IMPUNITAS.

Impunitatis promissione à reo veritatem elicere neutiquam sibi fas esse judices existiment, *p.*4.*c.*33.*d.*11.*n.*1.

IMPUTARE.

Imputare Geradam, tenentur filiæ Nobiles in legitimam, quam defunctâ matre ab intestato ex bonis mobilibus à patre superstite accipiunt, *p.*3.*c.*11.*d.*1.

Imputatur Gerada in legitimā filiarum, sive solæ existant, sive unà cum fratribus legitimam petant, *p.*3. *c.*11.*d.*2.

Detractâ prius Geradâ legitima de bonis solum hereditariis debetur, & ex iisdem, si Gerada non sufficit, suppletur, *p.*3.*c.*11.*d.*3.

An concurrente filia cum fratribus in petitione legitimæ hæc ex bonis defunctæ uxoris mobilibus à patre superstite sit exsolvenda, & postea demum divisione legitimæ portionis inter fratres & sororem institutâ Gerada in legitimam imputanda, *p.*3.*c.* 11.*d.* 4.*n.*1.

Imputare quatenus uxore post maritum defunctâ filiæ bona utensilia legitimæ maternæ teneantur, *p.*3.*c.*11. *d.* 6.

Non imputatur Gerada legitimæ paternæ vel avitæ, *p.*3.*c.*11.*d.*7.

Imputare Geradam mater legitimæ, quam post mortem filiæ ex bonis mobilibus à Genero petit, tenetur, *p.*3.*c.* 11.*d.*8.

Imputare sicut filiæ Geradam legitimæ maternæ, ita filii res expeditorias legitimæ paternæ tenentur, *p.*3.*c.*11.*d.*9.

IMPUTATIO.

Imputatio & Collatio ab invicem differunt, illa in legitimam, hæc verò in hereditatem fieri solet, *p.*3.*c.*11.*d.*10.*n.*1.

Imputationi multa sunt obnoxia, quæ tamen collationem repudiant, ut legata & fideicommissa, *p.*3.*c.*11.*d.*8.*n.*11.

Imputatio Geradæ in legitimam maternam cessat, si hæc vivo patre filiabus haud fuerit data, *p.*3.*c.*11.*d.*5.

INCARCERARI.

Capi & incarcerari quenquam in causa pecuniaria sive pro debito regulariter jura non permittunt, *p.*2.*c.*22.*d.*1. *n.*4.

Per capturam & Incarcerationem personæ creditori non adimitur facultas petendi immissionem in bona debitoris, *p.*2.*c.*23.*d.*32.*n.*3.

Incarceratus ipsemet de victu sibi prospicere tenetur, *p.*4.*c.*12.*d.*5.

Limitatur, *n.*3.4. *&* 5.

INCENDIUM.

Incendia, ruinæ, naufragia, hostium latronumque incursus appellatione vis majoris contineri solent, *p.*2.*c.*16.*d.* 8. *n.* 6.

Incendium culposum fustigationis pœnâ coërcendum est, *p.*4.*c.*17.*d.*12.

Si Incendium magnum ex culpa latissima fuerit exortum, *n.*8.

Incendii culposi reus ultra pœnam arbitrariam tenetur ad damna & interesse, *p.*4.*c.*17.*d.*13.*n.*1.

Ad restitutionem damni per incendium dati tenetur paterfamiliâs ex culpa servorum & domesticorum, *d.d.*13.

Non tamen tenetur de culpa mercenariorum, quos alii quoque diligentes patresfamiliâs ad certas operas adhibere solent, *p.*4.*c.*17.*d.*14.

Vel Cerevisiariorum aut polentam torrefacientium, *ib. n.*4. aut si ministri extra officium sibi commissum quid patrârint, *n.*2.

De Incendio, orto ex culpa stabularii & coqui, quatenus teneatur Dominus, *p.*4.*c.*43.*d.*7.*n.*4.

Si Incendio perierint instrumentum vel libri publici, debitum vel solutio juramento creditoris aut debitoris probatur, *p.*4.*c.*17.*d.*15.

INCENDIARIUS.

Incendiarii cujuscunque sexus & ordinis etiam in foro Sax. igne concremantur, *p.*4.*c.*17.*d.*1.

Incendiariis in Imperio Rom. Germanico ignis supplicium indixit Carolus V. Imperator, *ib.n.*1.

Jus Sax. eos rotâ contundi vel gladio feriri jubet, consuetudine autem & usu non est receptum, *ibid. n.*2. *& seq.*

Jus civile Nobiles mitius puniri vult, *n.* 10.

Supplicio ignis tenetur quoque is, qui proprias ædes inflammavit, *p.*4.*c.*17. *d.* 2.

Incendiarius à pœna ignis ex eo, quod minimum damnum fuerit datum, non excusatur, *p.*4.*c.*17.*d.*3.

Etiamsi nullum prorsus damnum fuerit datum, *p.*4.*c.*17.*d.*4.

Limitatur, *n.*4.

Quantumvis ad restitutionem damni se offerat, *p.*4.*c.*17.*d.*5.

It. qui pecuniâ conductus ædes alicujus incendit, *p.*4.*c.*17.*d.*6.

Effectu haud secuto locator gladio plectendus est, *p.*4.*c.*17.*d.*7.

Mandans & conductor in crimine Incendii flammis est concremandus, *p.* 4.*c.*17.*d.*8.

Incendiarium offensio præcedens à pœna ignis non excusat, *p.*4.*c.*17.*d.*9.

Pœnitentia liberat reum in crimine Incendii à pœna ordinaria, *p.*4.*c.*17. *d.* 10.

Minores quoque mitius sunt puniendi, *p.*4.*c.*17.*d.*11.

INCERTITUDO.

Propter incertitudinem eventus multa sustinentur, quæ aliàs jure non subsistunt, *p.*3.*c.*20.*d.*3.*n.*4.

INCESTUS.

Inceſtuoſi parentes & liberi gladio feriuntur, *p.4.c.22.d.1.*

Etiamſi liberi ſint naturales & ex fornicatione procreati, *p.4.c.22.d.2.*

Niſi minorennitas aliave ſufficiens cauſa mitigationem pœnæ ſvadeat, *p.4.c.22.d.3.*

Fratres & ſorores carnaliter ſe commiſcentes virgis cæſi in perpetuum relegantur, *p.4.c.22.d.4.*

It. Fratris ſororisve filii filiæve, *p.4.c.22.d.5.*

Conſobrini Inceſtuoſi absque fuſtigatione in perpetuum mittuntur exilium, *p.4.c.22.d.6.*

Etiamſi horum parentes ex uno ſaltem latere ſint conjuncti, *p.4.c.22.d.7.*

Inceſtus cum patruo magno vel amita magna commiſſus perpetuâ relegatione punitur, *p.4.c.22.d.8.*

Pro inceſtu cum parentum conſobrinis commiſſo imponenda eſt temporalis relegatio, *p.4.c.22.d.9.*

Nec excuſantur collaterales ex eo, quod unus vel alter ex fornicatione fuerit procreatus, *p.4.c.22.d.10.*

In adulterio cum Inceſtu inter aſcendentes & deſcendentes commiſſo locus non datur remiſſioni conjugis, *p.4.c.23.d.1.*

Limitatur in collateralibus, *p.4.c.23.d.2.*

In caſu quo inceſtus collateralium fuſtigationem meretur, adulter Inceſtuoſus, pro quo conjunx intercedit, virgis cæditur in carcere, antequam relegatur, *p.4.c.3.d.3.*

Fœmina ſoluta marito conſanguineo ſuo in linea collaterali ſe proſtituens, fuſtigatur, *p.4.c.23.d.4.*

Privigna adhuc ſoluta vitrico marito ſe proſtituens virgis cæſa in perpetuum mittitur exilium, *p.4.c.23.d.5.*

Ignorantia conſanguinitatis excuſat delinquentes à pœna inceſtus, *p.4.c.23.d.6.*

Inceſtus conſummatione quoque matrimonii, inter conſanguineos in gradibus prohibitis contracti, committitur, *p.4.c.23.d.7.*

Avunculi viduam in uxorem ducere haud licet absque crimine Inceſtus, *p.4.c.23.d.8.*

Neque uxoris ſoror defunctæ ſororis filiam, *p.4.c.23.d.9.*

Stuprator cum ſorore ſtupratæ aliave affini perſona, ex fornicatione ſibi conjuncta, matrimonium contrahere nequit, *p.4.c.23.d.10.*

Inceſtus pœna in favorem matrimonii, gradu prohibito conſummati, ex parte mitigari poteſt, *p.4.c.23.d.12.*

Non tamen merentur veniam conjuges inceſtuoſi prætendentes ignorantiam prohibiti matrimonii, *p.4.c.23.d.13.*

Ex cauſa commiſſi inceſtus nemo amittit jus ſucceſſionis in hereditate ſibi delata, *p.4.c.23.d.15.*

Inceſtus à vitrico & privigna commiſſus fuſtigatione & relegatione perpetua punitur, *p.4.c.24.d.1.*

Eidemq; pœna tenentur reliqui affines perſonæ inceſtuoſæ in linea aſcendente vel deſcendente, *p.4.c.24.d.2.*

Sicut & ſocer cum nuru concumbens, *p.4.c.24.d.3.*

Qui cum uxoris defunctæ ſorore ſe commiſcet, *p.4.c.24.d.4.*

Qui ad fratris ſui viduam prolapſus eſt, *p.4.c.24.d.5.*

Affines inceſtuoſi in gradu ſecundo lineæ inæqualis absque fuſtigatione in perpetuum mittuntur exilium, *p.4.c.24.d.6.*

Qui cum conſobrini ſui vidua carnaliter ſe commiſcet, *p.2.c.24.d.7.*

Nec non qui cum patrui magni vidua Inceſtum committit, *p.4.c.24.d.8.*

Temporali relegatione punitur Inceſtus cum parentum conſobrinorum viduo viduâve commiſſus, *p.4.c.24.d.9.*

Pro Inceſtu cum vitrici aut privigni vidua commiſſo arbitraria vel carceris vel temporalis relegationis pœna imponitur, *p.4.c.24.d.10.*

Inceſtus nunquam committitur in tertio genere affinitatis, *p.4.c.24.d.12.*

Inceſtum committunt Affines in gradibus prohibitis, ſive ex utroque ſive ex alterutro tantum parente originem traxerint, *p.4.c.24.d.15.*

INCOLA.

Incola propriè quis, *p.3.c.12.d.18.n.6.* it *p.3.c.38.d.18.n.9.*

Incola in civitate appellatione civis continetur, *p.3.c.12.d.16.n.1.*

Incola LL. & conſuetudinibus loci, ubi eſt incola, ſubjectus eſt, *d.n.1.*

INDICIA.

Indicia valida & in jure approbata ſemper enam faciunt probationem, *p.4.c.3.d.17.n.5.*

Indicia urgentiſſima & infallibilia quandoque ſufficiunt ad infligendam pœnam ordinariam, *d.d.17.n.2.&3.*

INDULGENTIA.

Indulgentia quos liberat, notat, *p.4.c.47.d.10.n.6.*

INFANS.

Infans nondum natus, adhuc in utero exiſtens, homo non eſt, *p.4.c.4.d.1.n.7.*

Infans in ipſo partu mortuus neque ſuccedit, neque hereditatem ad heredes transmittit, *p.3.c.17.d.17.*

Vivo partui defertur hereditas, licet ſexto mense natus ac nondum perfectus fuerit, *p.3.c.17.d.18.*

Ut infans ad ſucceſſionem admittatur, ſatis eſt, ſi tamdiu vixerit, ut vox ejus audita ſit inter 4. parietes domus, in qua natus eſt, de jure Sax. *p.4.c.27.d.14.n.5.*

Infantem Lex. 12. tabb. & jurâ vetera poſt 10. menſes a die mortis natum ad hereditatem légitimam non admittunt, *p.4.c.27.d.15.n.4.*

Matri onus alimentationis injungi, usque dum pervenerit Infans ad tertium ætatis annum, quomodo intelligendum, *p.4.c.27.d.5.n.3.*

Infantes olim ante triennium non ſolebant mamma depelli. *10.n.5.*

Infanti quilibet pater neceſſaria ſubminiſtret, *p.4.c.27.d.5.n.2.*

Infantem maritus Virginem vel viduam ſtuprans, alere tenetur, *p.4.c.27.d.10.*

Quando eſt inops, tunc mater tenetur, *p.4.c.27.d.11.*

Infantem ex incuria ſuffocans parens in lecto, pœnâ carceris coërcetur, *p.4.c.3.d.14.n.2.*

INFANTICIDIUM.

Parentes non ſolummodo liberos, ſed & nepotes aut pronepotes occidentes pœnâ parricidii, quæ eſt culei, plectendi ſunt, *p.4.c.3.d.1.*

Ampliatur etiam in liberis inceſtuoſis & adulterinis, *p.4.c.3.d.2.*

Limitatur in filio ex ſcorto publico procreato, *p.4.c.3.d.3.*

Mitius quoque agendum cum fœmina, quæ ex ſtupto violento procreatum infantem necavit, *p.4.c.3.d.18.*

Gladio punienda eſt mater, quæ Infanti non ſubveniendo eum in ſqualore & ſtercore mori ſinit, *p.4.c.4.d.5.*

Nec graviori ſupplicio eſt ſubjicienda matèri quæ Infantem doloſè in cloacam emittit, *p.4.c.4.d.6.*

Reiteratio Infanticidii uſtulatione ferri candentis punitur, non ex numero infantium occiſorum, ſed reiterati parricidii, *p.4.c.3.d.7.*

Plura & *ide infra in vocabulo* Parricidium & Partus.

INGRATITUDO.

Ob ingratitudinem revocatur donatio, *p.2.c.12.d.31.*

INJURIA.

Injuria quibus modis atque verbis alicui inferatur, *p.4.c.45.d.1.n.1.*

Injuria ex affectu & propoſito malo æſtimanda eſt, *p.4.c.42.d.7.n.2.*

Omnis injuria in dubio dolo & animo injuriandi facta præſumitur, niſi proferens aliud docuerit & innocentiam ſuam probaverit, *n.3.*

Injuriandi qualitas in ſolo animo conſiſtit, *p.4.c.42.d.9.n.5.*

Injuriarum propalator licet non dolo, ex culpa tamen cenſetur deliquiſſe, *p.4.c.42.d.5.n.10.*

Injuriâ lacéſſitus rectum judicium & conſilium deliberandi non habet, neque in vero dolo verſatur, *p.4.c.10.d.7.n.4.&5.*

Gravius coërcendus eſt, qui ſine cauſâ offendit quam qui prior lacéſſitus injuria, juſtoque dolore motus, *p.4.c.43.d.2.n.6.*

Qui injuriam primo alteri ſive verbis ſive facto infert, ſi viciſſim ab illo injuriâ afficiatur, hanc injuriam magis à ſe ipſo, quam ab adverſario accepiſſe intelligitur, *p.4.c.12.d.8.n.13.*

Per injurias publica pax & privata quies contra bonos mores turbari ſolet, *p.1.c.1.d.19.n.9.*

Quoties injuria infertur judici, ut judici, tùm ipſe Judex puniendo non in ſuo, ſed alieno negotio procedere & condemnare dicitur, *p.1.c.16.d.28.*

Aliud eſt, ſi pœna imponenda foret ratione proprii intereſſe, *n.7.*

In cauſa injuriarum realium Magiſtratui illatarum ad mortis pœnam deveniri poteſt, *p.4.c.43.d.1.*

Injuria illata magiſtratui & parentibus pari pœnâ eſt coërcenda, *p.4.c.3.d.19.n.6.*

Injuriæ reales atrociores parentibus illatæ pœnâ corporis afflictivâ coërcentur, niſi parentes injuriam liberis remiſerint, *p.2.c.43.d.9.*

Injuriæ ſcriptæ probantur productione ſcripturæ, *p.4.c.44.d.9.*

Mitiori tamen mulctâ vindicantur injuriæ leviores parentibus illatæ, *p.4.c.43.d.10.*

In cauſa injuriarum notoria Judex injuriantem ex officio punire poteſt, nemine eum accuſante, *p.4.c.42.d.4.*

Injuriantem nil juvat, quod ab alio injurias audiverit, *p.4.c.42.d.5.*

Injuriæ illatæ dies ad inſtantiam Rei in libello eſt exprimendus, *p.2.c.42.d.6.*

Omissio diei injuriæ illatæ aufert reo defensionem, *ib. n. 5.*

Si injurias non animo injuriandi se dixisse reus prætendat, admittitur quandoque ad juramentum, *p. 4. c. 42. d. 9.*

Injuriarum retorsio non subsistit, si non in continenti & cum moderamine inculpatæ tutelæ facta fuerit, *p. 4. c. 46. d. 11.*

Is cui per injuriam certum aliquod crimen objicitur, injurianti per retorsionem aliud crimen objicere nequit, *ib. n. 9.*

Injuriatus modum retorquendi excedens, non facile palinodia, sed deprecatione saltem gravandus est, *p. 4. c. 46. d. 12.*

Injuriato injuriantem mendacii ita arguere non licet, ut dicat, tu fur, tu latro, *p. 4. c. 46. d. 1. n. 10.*

Mendacium tamen retorquere, tu mentiris ut fur, ut latro, prohibitum non est, *ib. n. 11.*

Injuriam ad mortem quoque condemnatus, revocare tenetur, *p. 4. c. 44. d. 10.*

Vide plura infra in verbo Palinodia.

Non solum injuriæ verbales, sed & scriptæ anno præscribuntur, *p. 4. c. 46. d. 1.*

De jure civili & Sax. *n. 1. & 2.*

Nec refert, an civiliter vel criminaliter injuriatus agere velit, *n. 3.*

Nec retorsio post illud tempus admittitur, *n. 6.*

Qui annus utilis est, & à tempore scientiæ currere incipit, *p. 4. c. 46. d. 2.*

Injuriæ anno civili etiam in foro Sax. verbales præscribuntur, *p. 4. c. 46. d. 3.*

Sed non reales, *n. 15.* ratio diversitatis, *n. 16.*

INJURIARUM ACTIO.

Actio injuriarum ob carcerem injustum etiam de jure Sax, est annalis, *p. 4. c. 46. d. 4.*

Sicut de jure communi, *n. 3.*

Actioni injuriarum propter injustam torturam 30. demum annis, anno & die in foro Sax. præscribitur, *p. 4. c. 46. d. 5.*

Injuriarum verbalium præscriptio annalis sola citatione interrumpitur, *p. 4. c. 46. d. 6.*

Non etiam per libelli oblationem, si actor in citatione impetrandâ debitam diligentiam haud adhibuerit, *p. 4. c. 46. d. 7.*

Injuriarum actio per remissionem quoque tacitam extinguitur, *p. 4. c. 46. d. 8.*

Remissio ista unde colligi possit, *n. 4. & 5.*

Remissa licet injuria Judex nihilominus injuriantem punire potest, *p. 4. c. 46. d. 9.*

Per retorsionem tollitur actio injuriarum, *p. 4. c. 46. d. 10.*

Nec heredes vindicare possunt injuriam, quam defunctus jam antea remisit, *p. 3 c. 26. d. 11. n. 7.*

Injuria tollitur sola dissimulatione, *p. 3. c. 26. d. 14. n. 1.*

Actio injuriarum annalis est, *p. 1. c. 7. d. 13. n. 3.*

Injuriante defuncto ante litis contestationem heredes postea Actione Injuriarum conveniri nequeunt, *ib. n. 5.*

Injuriarum tenetur, qui alium in judicio falsâ criminis accusatione institutâ vexavit, *p. 1. c. 7. d. 14. n. 3.*

Si injuriatus injuriantem aliis afficit injuriis, utrique actio injuriarum competit, *p. 4. c. 46. d. 12. n. 4.*

Ad actionem injuriarum quis prosilire non debet, nisi injurias objectas probare poterit, *p. 1. c. 7. d. 14. n. 4.*

Injuriatus ad Palinodiam & æstimationem injuriarum simul experiri non valet, *p. 4. c. 42. d. 16.*

Injuriato liberum est, an ad recantationem agere, an verò injuriam æstimare & pecuniam sibi applicari petere velit, *ib. n. 1.*

Injuriarum actio cum actione ex lege Aquilia cumulari potest, *ibid. n. 36. & 51.*

Actio ad Palinodiam, quæ per se civilis est, cum actione criminali cumulari potest, *p. 4. c. 42. d. 2.*

In actione injuriarum ex parte rei non semper admittitur procurator, *p. 4. c. 42. d. 3.*

Actione injuriarum conveniri haud potest excipiens contra testem, tanquam personam infamem, nisi probetur animus injuriandi, *p. 4. c. 42. d. 7.*

It. si verba injuriarum indifferenter ac necessariò non importent, *ib. n. 4.*

Nec contra judicem suspectum excipiens injuriarum tenetur, nisi verbis injuriosis hoc fecerit, vel causas suspicionis probare nequeat, *p. 4. c. 42. d. 8.*

Actio injuriarum competit etiam adversus universitatem, *p. 4. c. 42. d. 10.*

Jus injuriæ prosequendæ transmittitur ad heredes, si accusator decesserit post litis contestationem, *p. 4. c. 42. d. 12.*

Actionem injuriarum morte tam injuriati, quam injuriantis extingui, nec heredi & contra heredem competere quatenus verum, *ib. n. 2.*

Actio injuriarum, si defunctus adversus injuriantem experiri noluerit, ad heredes non transit, *p. 3. c. 26. d. 13. n. 3.*

De injuriis pluribus in uno libello agi potest, *p. 4. c. 42. d. 15. n. 1.*

Si actiones ad eundem finem tendant, *d. n. 1.*

Actione injuriarum conventus ultra recantationem tenetur quoque ad pœnam arbitrariam, *p. 4. c. 42. d. 1.*

Pœna juris Sax. quæ erat pro injuriis verbalibus 30. solidorum, est abrogata, *d. d. 1. n. 1.*

Reus Palinodiam evitare potest, si ante litis contestationem de bona fama injuriati judicialiter testetur, *p. 4. c. 42. d. 11.*

Nisi injuriæ sint valde atroces, *n. 14.*

INNOCENTIA.

In innocentiæ favorem sæpe receditur à Regulis juris, *p. 1. c. 12. d. 15. n. 4.*

Pro innocentia probanda sufficiunt fictæ & imperfectæ probationes, *p. 4. c. 8. d. 2. n. 6.*

Ad innocentiam probandam sufficit unicus etiam testis quoad liberandum reum à pœna ordinaria, *p. 4. c. 8. d. 9. n. 5.*

Innocentia plenè probata reus ab omni prorsus pœna debet absolvi, *p. 4. c. 8. d. 3. n. 5.*

Nil intermittendum, quod ad probationem innocentiæ facere potest, *p. 4. c. 8. d. 10. n. 4.*

INQVISITIO.

Per inquisitionem summariè & sublato (quod dicitur) velo absque longo litis sufflamine proceditur, *p. 4. c. 11. d. 9. n. 5.*

INQVISITUS.

Inquisitus ad deductionem innocentiæ admissus, licet nihil probaverit, denuò tamen se offerens audiri debet, *p. 4. c. 8. d. 10.*

INSERVIRE.

Inservire in re propria cuilibet suæ utilitati etiam cum alterius incommoditate licet, *p. 2. c. 41. d. 11.*

Nisi præjudicet servituti, aliis prædiis debitæ, *n. 2.*

INSTANTIA.

Instantia quænam dicatur, *p. 1. c. 2. d. 19. n. 1.*

Instantiæ initium est litis contestatio, *d. n. 1.*

Instantia in jure non solum litem, sed & assiduam flagitationem denotat, *ib. n. 6.*

Instantia à defuncto inchoata morte ejus non perit, sed ipso jure transit in heredes, *p. 1. c. 17. d. 41. n. 1.*

Instantiâ judicii licet peremptâ, non tamen perimuntur probationes & confessiones, *p. 1. c. 16. d. 22. n. 1.*

Dicuntur dependere ab antiquis omnia illa capitula, quæ ex fundamento actionis in prima instantia proposita emanant, *p. 1. c. 21. d. 8. n. 6.*

INSTITOR.

Institor contrahens nomine sui principalis, officio deposito pro Domino non tenetur, *p. 1. c. 17. d. 35. n. 5.* it. *p. 2. c. 20. d. 14. n. 5.*

INSTRUMENTUM.

Instrumentum publicum quodnam dicatur, *p. 2. c. 43. d. 7 n 4.*

Instrumentum est probatio probata & non probanda, *ib. n. 3.*

Instrumentum debet esse apud eum, ad quem pertinet, *p. 2. c. 33. d. 18. n. 6.*

Instrumentum subscribens & non relegens haud obligatur, *p. 1. c. 17. d. 43. n. 12.*

Subscriptio Notarii unum est de essentialibus Instrumenti, *p. 1. c. 17. d. 39. n. 1.*

Instrumentum obligationis probat absque recognitione debitoris, quod subscriptum est à testibus, *p. 1. c. 17. d. 24.*

Modo præcedat ipsorum testium recognitio, *n. 8.*

Instrumento magis creditur, cui testes subscripserunt, suaque sigilla apposuerunt, quàm testibus instrumentariis, *p. 2. c. 43. d. 7. n. 3.*

Pactum inter contrahentes de stando privatæ alicujus scripturæ vel instrumento facit, ut id plenè probet, *p. 1. c. 17. d. 38. n. 6.*

Instrumentum præsumitur cognovisse atque approbasse inspiciendi atque cognoscendi habens facultatem, *p. 1. c. 17. d. 42. n. 7.*

Ultima testatoris, volentis de testamento suo confici instrumentum, voluntas minus perfecta & suspensa intelligitur,

gitur, donec instrumentum confectum fuerit, *p.2.c.33.d.12.n.9.*

Quando per traditionem instrumenti Possessio transferatur, *p.2.c.33.d.15.*

Instrumenti recogniti & judicati idem est effectus, *p.1.c.32.d.4.n.7.*

Non solùm qui instrumenta intra terminum probatorium offerre negligit, sed & qui intra eundem terminum articulos formare, iisque tenorem instrumentorum inserere omittit, probationibus suis cadit, *p.1.c.17.d.1.*

Etiamsi intra terminum super iis producendis fuerit protestatus, *p.1.c.17.d.2.*

Limitatur, nisi instrumenta post terminum noviter fuerint reperta, *n.5.*

Non minus privatæ scripturæ, quàm publ. instrumenta intra terminum probatorium sunt producendæ, *p.1.c.17.d.3.*

Instrumentum ad aliud se referens absque productione relati instrumenti nil probat, *p.1.c.17.d.4.*

Limitatur tribus modis, *n.7.8.9.*

Instrumentum non semper producendum est necessariò integrum, *p.1.c.17.d.5.*

Intra terminum probatorium se referens ad instrumentum commune, quod est penes adversam partem, non statim probationis jure privandus est ex eo, quod copiam non produxerit, *p.1.c.17.d.6.*

Efficit protestatio producentis, velle se instrumento saltem uti, in quantum pro eo faciat, ut illud pro adversa parte nihil probet, *p.1.c.17.d.7.*

Nisi pars adversa præsens sit, idemque pro se etiam producat, *p.1.c.17.d.8.*

Nihil efficit actor producendo instrumenta una cum libello, sed post litem contestatam ea in vim probationis reproducere tenetur, *p.1.c.17.d.9.*

Limitatur in instrumentis paratam executionem habentibus, *p.1.c.17.d.10.*

Originalia instrumentorum etiam post publicatas attestationes quandoque produci possunt, modò debito tempore copiæ fuerint exhibitæ, *p.1.c.17.d.11.*

Instrumenta contra se producta absque juramento recognoscere, vel mediante jure jurando diffiteri tenetur adversarius, *p.1.c.17.d.12.*

Aliâ est ratio in testibus, *n.12.*

Alioquin instrumenta producta pro recognitis habentur, *p.1.c.17.d.13.*

In arbitrio producentis est, an documenta contra aliquem producta, ejus diffessioni juratæ submittere, an verò hæc per testes recognosci facere velit, *p.1.c.17.d.14.*

Ex falsis instrumentis lata sententia retractari potest, *p.1.c.26.d.2.n.8.*

Instrumentum causam debiti non exprimens nihil probat, *p.1.c.17.d.39.*

Consuetudine introduci potest, ut instrumentis credatur absque expressione causæ, *p.1.c.17.d.40.*

Ex instrumento continente debitum in diem quandoque ad paratam executionem agitur, *p.1.c.17.d.41.*

Consuetudo facit instrumentum authenticum, quod aliàs non foret authenticum, *ib.n.3.*

Contra instrumentum liquidum inconfessum in terris Electoratus Sax. validè opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ, *p.1.c.8.d.20.*

INSTRUMENTA.

Instrumenta prædii, in quo alius habet usumfructum, retinet proprietarius, & num æs alienum ab hoc vel illo sit exsolvendum, *p.3.c.13.d.8.*

Operarii damnum instrumentorum suorum ipsi ferre debent, non is, qui operas locavit, *p.3.c.28.d.18.n.5.*

INSULA.

Insula ejus subjicitur Jurisdictioni, cujus ipsum est flumen, *p.3.c.31.d.12.*

Insulas in flumine publ. nondum natas Princeps sibi jure assignare potest, *p.3.c.31.d.13.*

Natæ, non ipsi, sed vicini prædii & agri Domino de jure debentur, *n.1.*

INSULTATUS.

Insultatus non tenetur insultanti vulnerato ad expensas in curatione factas, *p.4.c.10.d.4.*

A pœna autem arbitraria immunis non est, *n.5.*

Insultantem & invasorem ad emendam & mulctam Jus Sax. obstringit, *p.4.c.35.d.12.n.3.*

INTELLECTUS ET EXPLICATIO quorundam textuum Juris civilis & Saxonici.

L.11.§. si quis virginem 5. ff. de action. empt. *p.4.c.20.d.12.n.5.*

L. Julianus 9.§. proinde 6 ff. ad exhiben. *p.2.c.7.d.6.n.7.*

L.2. §. lenocinii 2. l. mariti lenocinium, 29. ff. ad L. Jul. de adulter. l. crimen lenocinii 2. C. eod. tit. *p.2.c.29.d.2.n.9.*

L. si uxor. 13. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. *p.4.c.27.d.4.n.4.*

L.1. & l.3. ff. ad L. Pompej. de parricid. *p.4.c.3.d.5.n.10.*

L.1.§. ult. ff. ad SCtum Macedon. sublata est per Nov. 81. *p.2.c.10.d.17.n.2.*

L. si quis 7. C. ad SCtum Tertull. est correcta per Nov. 118. c. 2. *p.3.c.17.d.5.n.5.*

§. 3. v. pater verò utriusque institut. ad SCtum Tertul. l. sive ingenua 2. §. objicitur. 15. ff. eod. l si ad matrem 10. ff. de suis & leg. hered. correcta est per l. si quis 7. §. sin autem 1. post p. C. ad SCtum Tertull. Auth. defuncto. C. eod. tit. Nov. 118. c. si igitur, 2. *p.3.c.17.d.1.n.1.& 2.*

C. un. An ille qui interfec. fratr. Dom. c. 1. § ult. quæ fuer. prim. caus. benef. amitt. *p.3.c.27.d.8.n.10.*

C. directo 39. extr. de Appellat. *p.1.c.20.d.14.n.6.*

L. qui rei 3. in pr. ff. de Bon. eor. qui ant. sent. *p.3.c.6.d.13.n.1.& 3.*

L.1. C. de bon. matern. *p.2.c.10.d.14.n.5.*

L.1. §. nec Castrense 15. ff. de collat. *p.3.c.11.d.9.n.2.*

L. ult. C. de Commodat. *p.1.c.8.d.32.n.6.*

L.3. §. ult. C. commun. de legat. *p.3.c.34.d.25.n.7.*

L.17. & l.33. ff. de condit. & demonstr. *p.3.c.13.d.20.n.6.& 7.*

L.15. ff. eod. *p.3.c.19.d.1.n.10.*

L.9. ff. de custod. reor. *p.4.c.9.d.11.n.1.& 4.*

Conciliatio l. fluminum. §. ult. ff. de dam. infect. cum l.4. l.40. ff. de Serv. urb. præd. *p.2.c.41.d.12.n.9.*

L. cum hic status, §. si nurus ff. de donat. int. vir. & uxor. *p.2.c.13.d.14.n.4.& 7.*

L. cum veterum 15. & l.16. C. de don. ant. nupt. *p.3.c.19.d.14.n.5.*

Conciliatio l. si hominem 7. §. quoties 2. ff. depos. & l.24. §. 2. ff. de reb. autor. judic. possid. *p.1.c.28.d.15.n.4.*

L. lenator 11. C. de dignitat. lib. 12. *p.2.c.10.d.32.n.3.& 9.*

L. edita actio 3. C. de edend. *p.1.c.2.d.13.n.4.*

L. ult. C. de Edict. D. Adr. toll. *p.3.c.5.d.18.*

Conciliatio l. 8. ff. de eo quod cert. loc. & l. quæro 54. ff. locat. *p.2.c.19.d.8.n.1.& 2.*

Pr. instit. de Empt. vend. *p.2.c.33.d.14.n.14.*

L. 16. C. de Eviction. *p.4.c.35.d.8.n.10.*

Auth. sed judex C. de Episcop. & Cler. *p.1.c.16.d.69.n.10.*

C. 1. §. quin etiam Episcop. vel Abbat. *p.3.c.28.d.15.n.9.& 16.*

L. si familiæ. 14. C. famil. herciscund. *p.3.c.14.d.19.n.5.*

L. ult. C. eod. tit. *p.3.c.4.d.16.n.5.*

L.1. C. de fid. instrum. *p.2.c.33.d.14.n.14.*

L.6. §. ult. & l.7. ff. de fidejussor. *p.2.c.15.d.7.n.8.*

L.24. C. & l. generaliter. 5. ff. de fidejuss. *p.2.c.18.d.13.n.6.& 7.*

L. cum ostendimus 4. §. ult. ff. de fidejuss. tutor. *p.2.c.20.d.10.n.5.*

L.1. C. eod. *p.2.c.6.d.22.n.5.*

L. si fundum 16. ff. de fund. dotal. *p.2.c.5.d.3.n.7.*

L. qui ament. 65. ff. de furt. *p.4.c.16.d.1.n.4.& 5.*

L. eos qui 14. C. eod. *p.4.c.40.d.3.n.8.*

L.2. C. eod. *p.4.c.35.d.8.n.10.*

§. sui autem 2. v. posthumi quoque §. & licet 8. inst. de hered. quæ ab intest. defer. *p.3.c.17.d.17.n.3.& 4.*

L. si quis 6. §. ejus qui 7. v. nam eorum ff. de injust. rupt. *p.3.c.6.d.13.n.1.& 3.*

L.11. C. de judic. *p.4.c.9.d.11.n.1.& 4.*

L.13. §. 6. & l.15. C. eod. *p.1.c.31.d.13.n.4.*

L. fin. C. de jùr. domin. impetr. hodie exiguus est usus, *p.1.c.28.d.136.n.8.& 11.*

Conciliatio l. res quæ 54. ff. de jur. dot. cum l. ex pecunia 12. C. eod. *p.3.c.23.d.28.n.2.*

L. pro oneribus 20. C. eod. *p.3.c.19.d.1.n.14.*

L. fiscus 6 ff. de jur. fisc. *p.2.c.5.d.3.n.5.*

L.1. & l.9. ff. eod. *p.3.c.26.d.19.n.7.*

Conciliatio l. 3. §. 10. ff. de jur. fisc. & §. Thesaurus 40. inst. de R. D. *p.2.c.53.d.5.n.6.*

L. jusjurandum 34. §. 4. ff. d. jurejur. *p.1.c.12.d.24.n.6.*

L.14 ff. eod. *p.1.c.12.d.24.n.8.*

L. Divi fratres 17. ff. de jur. patron. *p.1.c.26.d.2.n.7.*

L. si per errorem 15. ff. de Jurisdiction. *p.4.c.6.d.1.n.9.*

L. privatorum 3. C. eod. *p.2.c.6.d.9.n.9.*

L. Magisteriæ 6. C. eod. *p.4.c.9.d.11.n.1.& 4.*

L. 33. ff. locat. *p.2.c.26.d.24.n.4.& seqq.*

L. si merces 5. §. si columnam. 7. ff. eod. *p.2.c.37.d.22.n.3.*

L. 3. C. eod. *p.2.c.37.d.6.n.11.*

L.1. C. de malefic. & mathem. *p.4.c.2.d.6.n.8.*

L. 26. §. 7. ff. mandat. *p.2.c.20.d.13.n.4.*

L. ab Anastasio 23. §. 1. C. eod. *p.2.c.30.d.37.n.2.*

L. 8. ff. de manumiss. vind. *p.4.c.10.d.6.n.1.5.6.7.*

L. Nesennius 34. ff. de negot. gest. *p.2.c.10.d.23.n.1.& seqq.*

L. 3. C. de novation. *p.2.c.18.d.5.n.9.*

L. pactum 15. C. de pact. *p. 2. c. 35. d. 22. n. 4.*

C. 1. § si quis 5. solidos de pace tenend. & ejus violat. *p. 4. c. 32. d. 10. n. 2.*

C. 1. Extr. de paroch. *p. 3. c. 15. d. 10. n. 6.*

L. cum & sortis 35. ff. de pignor. act. *p. 3. c. 24. d. 15. n. 3.*

L. aliena 20. § 1. ff. eod. *p. 2. c. 6. d. 26. n. 2.*

L. relegati 4. ff. de pœn. *p. 4. c. 48. d. 3. n. 5.*

L. sine præfinito 23. ff. eod. tit. *p. 4. c. 47. d. 5. n. 6.*

L. qui sententiam 16. C. de pœn. *p. 4. c. 33. d. 3. n. 3.*

L. 3. C. de posthum. hered. instit. *p. 3. c. 13. d. 18. n. 6. & 7.*

L. si chirographum 24. ff. de probat. *p. 2. c. 29. d. 12. n. 8.*

L. 2. §. ult. ff. pro emptor. *p. 2. c. 7. d. 6. n. 7.* §. 1. inst. de pupill. substit. *p. 3. c. 8. d. 14. n. 1.*

C. unic. quæ sunt Regal. *p. 3. c. 32. d. 17. n. 7.*

Auth. minoris. C. qui dar. tutor. *p. 2. c. 30. d. 37. n. 6.*

L. si fidejussor. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. *p. 1. c. 5. d. 3. n. 3.* it. *p. 3. c. 15. d. 52. n. 6.*

L. arbitrio 9. ff. eod. *p. 1. c. 1. d. 13. n. 8.*

L. si is qui 2. in fin. C. qui testam. fac. poss. *p. 3. c. 6 d. 13. n. 1. & 3.*

L. 8. C. eod. tit. *p. 3. c. 6. d. 5.*

L. 8. in fin. ff. quod met. causa, *p. 4. c. 10. d. 6. n. 5. & 7.*

L. extat 13. ff. eod. tit. in foro Sax. non observatur, *p. 4. c. 35. d. 11.*

L. ult. ff. qui potior. in pignor. *p. 1. c. 28 d. 103 n. 9.*

L. assiduis. 12. C. eodem. *p. 1. c. 28. d. 65. n. 7.*

L. un. § 1. C. de rapt. Virgin. *p. 4. c. 30. d. 7. n. 8.*

L. Civitas 27. ff. de reb. credit. *p. 2. c. 6. d. 21. n. 3.* it. *d. 18. n. 1.*

L. lecta 4 ff. d. tit. *p. 1. c. 1. d. 16. n. 6.*

L. 1. §. ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel. *p. 2. c. 23. d. 16. n. 26.*

L. sed si in servum 9. §. si quis judex 1. ff. de recept. qui arbitr. recept. *p. 1. c. 1. d. 15. n. 7.*

L. item si unus 17. §. ult. junct. l. seq. ff. eod. *p. 1. c. 1. d 14. n. 4. & 5.*

C. redintegrandæ causs. 3. q. 1. *p. 2. c. 8 d 2.*

C qui facit. 72. d. R. I. in 6. *p. 3. c. 3. d. 24. n. 7. & 8.*

C. in toto 80. de R. I. in 6. *p. 1. c. 28. d 128. n. 3.*

L. jus nostrum ff. eod. tit. *p. 3. c. 5. d. 17. n 6.*

L. sæpe 63. ff. de re judic. *p. 1. c. 26. d. 15. n. 5.*

L. Julianus 17. in fin. cum l seq. l. 21. ff. de rei vind. *p. 2. c. 8. d 6 n. 7.*

L. 2. C. eod. *p. 3 c. 31. d. 10. n. 5.*

L. cura à matre 14. C. de tut *p. 2. c. 15. d. 4. n. 5.* it. *p. 2. c. 31 d. 11. n. 2.*

L. si mancipium 23. C. d. tit. *p. 4. c. 35. d. 8. n. 10.*

L. 2. C. de rescindend. vendit. *p. 2. c. 34. d. 1. vque ad d. 14.*

L. 43. §. 1. & 4. ff. de rit. nupt. *p. 2. c. 6. d 14. n. 1. & 6.*

L. 1. & 11. C. de secund. nupt. in foro Sax. est abrogata. *p. 4 c. 21. d. 8. n. 7.* it. *p. 2. c. 43. d. 17. n. 3.*

L. senatoris 5. ff. de senator. *p. 2. c. 10. d. 32. n. 2.*

Conciliatio l. 20. §. 2. ff. de servit. urb. præd. & l. repeti. 5. §. rei mutatione 2. ff. quib. mod. usufr. amitt. *p. 2. c. 41. d. 19. n. 10.*

L. 1. & 2. C. si adverf. creditor. *p. 2. c. 11. d. 44. n. 7.*

Auth. sacramenta puberum C. si adverf. vendit. *p. 2. c. 35. d. 3. n. 9.*

L. 1. §. 1. ff. si mens. falf. mod. dix. *p. 1. c. 2. d. 14. n. 7.*

L. in his 5. §. 1. ff. de solut. *p. 3. c. 24. d. 15. n. 3. & seq.*

L. 95. §. 3. ff. eod. tit. *p. 2. c. 18. d. 13. n. 10.*

L. vel si vivo 7. ff. de suis & legit. hered. *p. 3. c. 17. d. 17. n. 3. & 4.*

C. judicante 4. extr. de testament. *p. 3. c. 4. d. 33. n. 12.*

L. Casus majoris 8. C. eod. tit. *p. 3. c. 4. d. 1. n. 3.*

L. 18. l. omnium 19. C. d. tit. *p. 3. c. 3. d. 30. n. 23. & 24.*

L. nullus 10. ff. de testib. *p. 1. c. 16. d. 28. n. 5. & 6.*

L. jurisjurandi 9. C. eod. *p. 2. c. 7. d. 15. n. 10.*

C. cum à nobis 28. Extr. de testib. & attestat. *p. 3. c. 3. d. 15. n. 11.*

Auth. quà in provincia v. sed si non ipse C. ubi de crimin. ag. op. *p. 1. c. 1. d. 14. n. 3.*

L. 8. § illud 7. ff. d. V. O. *p. 2. c. 19. d. 9. n. 5.*

L. in executione 85. ff. eod. tit. *p. 2. c. 38. d. 5. n. 6.*

L. 242. §. ult. ff. de V. S. *p. 3. c. 31. d. 4. n. 9. & 11.*

L. si quis in tantam 7. C. unde vi & l. extat. 13 ff. quod met. caus. in foro Sax. non observatur, *p. 3. c. 33. d 4 n. 2. & 4.* it. *p. 4. c. 35. d. 11.*

L. tribus heredibus 8. ff. de usufr. ear. rer. *p. 3. c. 13. d. 12. n. 7. & 8.*

Conciliatio l. fructus percipiendo 45. ff. de usur. & l. bonæ fidei 48. ff. de acquir. rer. dom. *p. 3. c. 32. d. 28. n. 2.*

L. usuræ 10. l. de usuris 27. § 1. C. de usur. *p. 3. c. 15. d 5. 6. n 5. & 6.* l. 17. de usuris, *p. 2. c. 30. d. 42. n. 4. seqq.*

L. sed si plures 10. §. in arrogat. 6. ff. de vulg. & pupill. substit. *p. 3 c. 11. d. 35. n. 6*

Nov. 87. in pr. & §. 1. *p. 3. c. 1. d 39. n. 7.*

Nov. 89. c. ult. de Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. *p. 4. c. 2. d. 2. n. 8.*

Nov. 100. c. 1. & 2. *p. 1. c. 28. d. 74. n. 7.*

Conciliatio Nov. 4. c. 2 & Nov. 112. c. 1. §. 3. *p. 2. c. 18. d. 18. n. 5.*

Nov. 115. c. 3. § ult. *p. 3 c 2. d. 21. n. 3.* it. *p. 3. c. 9. d. 3. n. 4.*

Nov. 119 c. 11. *p. 3. c. 1. d. 13. n. 14.*

Landrecht lib. 3 art. 76. v. stirbet dann das Weib; quod is, qui cœpit culturam Agri, eam perficere debeat, *p. 3. c. 32. d. 10. n. 3. & 4.*

Landrecht lib. 1. art. 22. v. Mit seinem Rath soll auch die Frau das Begräbniß begehen/ *p. 3. c. 19. d. 12. n. 3.*

Landr. lib. 1. art. 45. Wenn sie in sein Bette tritt/ *p. 3. c. 19. d. 3. n. 4.*

Weichbild art. 117 Wo ein Mann Bürge wird/ stirbet er/ seine Kinder dörffen vor ihn nicht gelten/ *p. 2. c. 120. d 3. n. 2.*

Landr. lib. 2. art. 30. sub. fin. ubi Donatio omnium bonorum mortis causa ita demum servanda est, si coram judice sit facta, *p. 3. c. 1. d 1. n. 5. & 8.*

Landrecht lib. 1. art. 21. & art. 52 quod Donationes rerum immobilium nullibi validè fieri queant, quàm in loco judicii, in quo sitæ sunt, *p. 3. c. 1. d. 25. n. 1.*

Weichbild art. 101. Es soll kein Richter überdoppeln und wettelichten/ *p. 2. c. 19. d. 18. n. 9.*

Landr. art. 20. ubi dicitur: Wann ein Sohn/ der nach seines Vaters Tode gebohren wird/ so lange lebet/ daß man seine Stimme hören mag/ in den vier Wanden des Hauses/ so ist er beerbet mit seines Vaters Lehen: it. art. 33. ibi: An vier Mannen/ die das gehöret haben/ Landrecht lib. 1. & Weichbild art. 94. *p. 3. c. 17. d. 19. n. 2.*

Landrecht lib. 1. art. 51. & ibi Gl. Kein ehelich Mann oder ehlich Weib nimt eines Mannes Erbe/ der unrechte Ehe hat/ propter iniquitatem ejus usu non servatur, sed communiter restringitur ad natos ex adulterino & damnato coitu, *p. 2. c. 14. d. 58. n. 1. & 7.*

Landrecht lib. 1. art. 18. Stirbet ein Mann ohne Kinder/ sein Vater nimt sein Erbe/ hat er des Vaters nicht/ so nimt es seine Mutter mit mehrern Recht, denn seine Schwester oder Bruder/ *p. 3. c. 17. d. 1. n. 4. & seq.*

Landrecht lib. 1. art. 6. Wer das Erbe nimmet/ soll zu Recht die Schuld zahlen/ als ferne das Erbe reichet/ *p. 3. c. 33. d. 18. n. 3.*

Weichbild art. 2. ibi: Was ich meinem rechten Feinde nehme/ oder in einem rechten Kriege gewinne/ das ist mein/ *p. 4. c. 35 d. 8. n. 5.*

Landrecht lib. 1. art. 21. in pr. Man mag Frauen wohl eygen geben/ zu ihrem Leib mit der Erben Laub/ de consuetudine non observatur, *p. 2. c 12, d 8. n. 4. & 5.*

Lehnrecht c. 21. ubi habetur, quod in Feudo propter filium nemo succedat, eoque non extante Feudum revertatur ad Dominum, *p. 3. c. 29. d. 15. n. 3.*

Landrecht lib. 3. art. 15. Wer Gerade fordert/ soll vollkömmlich von Weibeshalben darzu gebohren seyn/ *p. 3. c. 18. d. 11. n. 5.*

Landrecht lib. 1. art. 5. Der Pfaff nimmt gleichen Theil mit der Schwester in der Mutter Gerade/ *p. 2. c. 14. d. 60. n. 1. & 5.*

Ibid. Filia quæ remansit in domo innupta, matris Geradam sola lucretur exclusa filia elocata, *p. 3. c. 11. d. 13. n. 4.*

Landrecht lib. 1. art. 20. & lib. 3. art. 76. ubi mulier dicitur Geradam accipere, qualis tempore mortis mariti fuerit, *p. 2. c. 14. d 23. n. 3.*

Landrecht lib. 1. art. 24. qui res ad Geradam pertinentes constante matrimonio oppignoratas redimere jubet eum, cui jure debentur, *p. 2. c. 14. d 63. n. 1. & 8.*

Ibid. candelabra & pelves indifferenter ad Geradam referri vult, *p. 2. c. 14. d. 36. n. 5.*

Quod in Gl. Weichbild art. 23. de tribus cognatis de Gerada deponentibus habetur, ab usu recessit, *p. 2. c. 14. d. 27. n. 2.*

Weichbild art 16. in fin. v Bey gesundem Leibe, Et art. 65. v. Kein Mann aber.

Landrecht lib. 1. art. 32. sub fin. v. Wer in Kranckheit auch seine Habe/ ubi Gl. n. 9. ibi validi ac firmi corporis esse debet, qui bona sua in alium transferre

ferre vult, *p.* 3. *c.* 5. *def.* 1. *n.* 4. *& seqq.*

Landrecht lib. 1. art. 6. heredem non teneri ullum debitum solvere, nisi ipse hi dejusserit, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 1. *n.* 3.

Landrecht lib. 1. art. 23. in pr. Wo die Söhne binnen ihren Jahren seyn/ ihr ältester ebenbürtiger Schwerdtmagen nimmt das Heergeräthe alles zu sich/ *p.* 3. *c.* 38. *d.* 31. *n.* 5.

Landrecht lib. 2. art. 37. ubi res Inventa, si facta proclamatione publica Dominus non veniat eam repetiturus, ad Magistratum pertinet, relictâ tertiâ parte inventori, *p.* 2. *c.* 53. *d.* 10. *n.* 9.

Recessus imper. August. de anno 1551. §. diesem zu begegnen: in verb. Es soll kein Jude einem andern Christen seine action und Forderung cediren/ *p.* 2. *c.* 30. *d.* 45. *n.* 3.

Ordin. Provincial. de anno 1555. tit. Daß keiner auff des andern Grund und Boden jagen soll/ *p.* 2. *c.* 3. *d.* 25. *n.* 1. & 5.

Ordinat. Process. judiciar. tit. 6. in fin. ubi per litis contestationem actio Injuriarum dicitur perpetuari, *p.* 4. *c.* 46. *d.* 9. *n.* 4.

Explicatio Germanici illius dicterii, Kauff gehet vor Miethe/ *p.* 2. *c.* 37. *d.* 5.

Landrecht lib. 3 art. 60. In welche Stadt der Käyser kommt/ da ist Ihme das Gerichte ledig/ *p.* 1. *c.* 27. *d.* 11. *n.* 5.

Landrecht lib. 2. art. 58. v. Jähret sich aber das Kind/ *p.* 3. *c.* 32. *d.* 12. *n.* 8.

Landrecht lib. 1. art. 23. & 42. Wann ein Kind zu seinen Tagen kommen/ *p.* 2. *c.* 11. *d.* 9 *n.* 7.

Intellectus Mandati Monetarii Electoralis Sax. Anno 1623. *p.* 2. *c.* 28. *d.* 8. *n.* 13.

Landrecht lib. 1. art. 31. Mann und Weib haben nicht gezweiet Gut/ *p.* 2. *c.* 13. *d.* 22. *n.* 3. it. *p.* 3. *c.* 25. *d.* 6. *n.* 1. it. *d.* 9. *n.* 5.

Landrecht lib. 1. art. 25. Monachi nihil proprii habeant, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 3. *n.* 5.

Landrecht lib. 1. art. 36. si maritata Mulier ante definita tempora maturius prolem genuerit, ejus existimationem minui, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 13. *n.* 8.

Landrecht lib. 1. art. 45. ubi dicitur morte viro ab ejus jure Mulierem absolvi, & primum statum, quem habuit ante consortium, recuperare, *p.* 3. *c.* 37. *d.* 2. *n.* 6.

Landrecht lib. 3. art. 5. Stirbet aber ein Pferd oder Viehe/ *p.* 3. *c.* 26. *d.* 3. *n.* 6.

Landr. lib. 2. art. 13. ibi: Alle Mörder die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ Kirchen oder Kirchhöfe/ &c. die soll man alle Radbrechen/ *p.* 4. *c.* 34. *d.* 1. *n.* 1. it. *c.* 35. *d.* 2. *n.* 1.

Landr. lib. 2. art. 13. quo in proditores decernitur rotæ supplicium, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 15. *n.* 11.

Intellectus dispositionis Der Reuter Bestallung Anno 1570. zu Speyer auffgerichtet/ art. 93. it. Der Fußknecht Bestallung/ art. 21. ubi prohibentur milites bona mobilia in vis pub. incolis surripere, *p.* 4. *c.* 35. *d.* 8. *n.* 11.

Intellectus Ordin. Eccles. D. Augusti Electoris Sax. de Anno 1580. sub tit. Von den Stühlen in den Kirchen. §. derowegen/ *p.* 3. *c.* 18. *d.* 30. *n.* 5.

Landr. lib. 2. art. 28. ubi pœna 30. solidorum imposita est violatoribus Terminorum, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 10. *n.* 4 & 7.

Landr. lib. 3. art. 45. Der Mann ist seines Weibes Vormund zuhand/ als sie ihme getrauet wird/ *p.* 3. *c.* 19. *d.* 2. *n.* 5.

Landr. lib. 1. art. 23. Wo der Vormund Erbe mit ist/ so darff er niemand der Kinder Gut berechnen/ *p.* 2. *c.* 11. *d.* 5. *n.* 7.

Landr. lib. 1. art. 24. Was dieses Dinges Vorsatz/ *p.* 3. *c.* 22. *d.* 7. *n.* 4.

Ordin. Provinc. de anno 1555. tit. Von versatzten Brieff und Siegel: Et Ordin. proces. judic. tit. 39. §. wann aber. *p.* 1. *c.* 8. *d.* 17. *n.* 12.

Landr. lib. 2. art. 58. in pr. & art. 76. lib. 3. v. Stirbet sie nach dem rechten Zinßtage: *p.* 3. *c.* 16. *d.* 1. *n.* 6. *& seqq.*

Constit. Elect. Ecclesiast. c. 275. tit. 22. Von den Zehenden/ *p.* 2. *c.* 2. *d.* 4. *n.* 8.

Ordin. Criminal. Carol. art. 109. & Landrecht lib. 2. art. 13. v. wer mit Zauberey: *p.* 4. *c.* 2. *d.* 6. *n.* 9. *&* 10.

Landrecht lib. 1. art. 9. *p.* 2. *c.* 8. *d.* 15. *n.* 8.

Landrecht lib. 1. art. 11. *p.* 2. *c.* 10. *d.* 13. *n.* 3.

Landrecht lib. 1. art. 22. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 24. *n.* 7.

Landrecht lib. 1. art. 23. *p.* 2. *c.* 10. *d.* 13. *n.* 5.

Landrecht lib. 1. art. 24. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 70. *n.* 7.

Landrecht lib. 1. art. 28. in pr. *p.* 3. *c.* 38. *d.* 11. *n.* 2.

Landrecht lib. 1. art. 29. *p.* 2. *c.* 3. *d.* 24. *n.* 6.

Landrecht lib. 1. art. 35. *p.* 2. *c.* 53. *d.* 4. *n.* 3.

Landrecht lib. 1. art. 45. v. Wann er aber stirbet. Et lib. 3. art. 45. v. und nach seinem Tode/ *p.* 4. *c.* 21. *d.* 11. *n.* 1. & 3.

Landrecht lib. 1. art. 52. in desuetudinem abiit, *p.* 2 *c.* 12. *d.* 11. *n.* 2. & 4.

Landrecht lib. 2. art. 12. & Weichbild art. 74. *p.* 1. *c.* 19. *d.* 1. *n.* 4.

Landrecht, lib. 2. art. 21. *p.* 3. *c.* 31. *d.* 1. *n.* 8.

Landrecht lib. 2. art. 32. *p.* 4. *c.* 17. *d.* 13. *n.* 6.

Landrecht lib. 2. art. 35. *p.* 4. *c.* 32. *d.* 23. *n.* 26.

Landrecht lib. 2. art. 44. *p.* 2. *c.* 7. *d.* 14. *n.* 3. & 6.

Landrecht lib. 2. art. 58. *p.* 3. *c.* 32. *d.* 16. *n.* 1. & 4. it. *p.* 3. *c.* 13. *d.* 1. *n.* 4.

Landrecht lib. 2. art. 60. *p.* 2. *c.* 26. *d.* 4. *n.* 34. it. *p.* 2. *c.* 26. *d.* 17. *n.* 6. & 7.

Landrecht lib. 3. art. 76. *p.* 3. *c.* 23. *d.* 8. *n.* 2.

Landrecht lib. 3. art. 5. *p.* 2. *c.* 26. *d.* 6. *n.* 3.

Landrecht lib. 3. art. 11. v. Ob ihme die Sache bewust/ *p.* 1. *c.* 24. *d.* 8. *n.* 3.

Landrecht lib. 3. art. 76. *p.* 3. *c.* 13. *d.* 1. *n.* 4. it. *p.* 3. *c.* 32. *d.* 16. *n.* 1. & 4.

Landrecht lib. 3. art. 79. & Weichbild art. 28. §. Denn wo der Mann: ubi Gl. n. 3. *p.* 1. *c.* 7. *d.* 7. *n.* 4.

Weichbild art. 24. §. Das ihr Mann zu einem Jahre zur Speise gezeuget hat/ *p.* 3. *c.* 36. *d.* 1. *n.* 4.

Ibid. §. Ist das der Frauen Leibgedinge/ *p.* 3. *c.* 36. *d.* 3. *n.* 9.

Lehnrecht/ c. 32. *p.* 3. *c.* 29. *d.* 1. *n.* 5.

Ordinat. Criminal. Carol. art. 122. *p.* 4. *c.* 29. *d.* 9. *n.* 4.

Ordin. Crimin. Carol. art. 130. v. Wer iemand durch Gifft oder Venen an Leib oder Leben beschädiget/ *p.* 4. *c.* 18. *d.* 7. *n.* 6.

Ordin. Criminal. art. 162. *p.* 4. *c.* 32. *d.* 5. *n.* 7.

Constit. Elector. 28. part. 1. correcta est per Ordinat. Process. judic. Tit. 44. & 47. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 137. *n.* 1.

Constit. Elect. 12. part. 2. *p.* 1. *c.* 12. *d.* 25. *n.* 4.

Constit. Elect. 32. part. 2. *p.* 2. *c.* 31. *d.* 12. *n.* 7.

Constit. Elect. 1. part. 3. *p.* 2. *c.* 43. *d.* 2. *n.* 8.

Constit. Elect. 32. p. 3. §. Da aber die Wittfrau in fin. solches müssen ihr die Lehnsfolger von dem halben Theil des Saamens wieder erstatten/ *p.* 2. *c.* 32. *d.* 13. *n.* 2.

Constit. Elect. 19. part. 4. *p.* 4. *c.* 19. *d.* 13. *n.* 20.

INTERCESSIO.

Intercessio ac renunciatio pro alio est actus voluntariæ jurisdictionis, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 18. *n.* 4.

Intercessio mulieris pro marito, haud jurata, valida est in civitate Lipsia etiam quoad res dotales, ex peculiari statuto, quod tamen locum non habet in constituto, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 8.

De intercessionibus mulierum vide plura infra in verb. Mulierum intercessio.

INTERESSE.

Interesse lucrum amissum concernit, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 7. *n.* 4.

Non ex sola causa damni emergentis, sed & ex lucro cessante id, quod interest, venit præstandum, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 7. *n.* 6. it. *d.* 10. *n.* 1.

Loco interesse absque ulla ejusdem probatione usuras quincunces petere potest creditor, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 8.

Prærogativa usuris & interesse in solo mutui contractu adimitur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 167. *n.* 2.

Difficilima est probatio ejus, quod interest, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 8. *n.* 6.

Creditor usurarum quincuncium quantitate non contentus majus interesse petere valet, si id probare audeat, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 9.

Promissis licet quincuncibus usuris, majus tamen interesse, si probatum fuerit, creditori præstari debet, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 10.

Quo casu sufficiunt conjecturales probationes, *n.* 4.

In probatione interesse majoris succumbens creditor postea usuras quincunces loco interesse petere nequit, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 11.

Si interesse absque certa quantitate probaverit, judex ex officio illud taxare & moderari potest, *n.* 12.

Creditor solutionem sortis absque protestatione accipiens postea interesse sive usuras ex mora petere nequit, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 12.

Sublata licet per solutionem sortis petitione, supersit tamen petitio usurarum, quæ ex stipulatione aliave conventione debentur, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 13.

Pecuniam depositam sub præstita cautione ad se recipiens tenetur ad interesse, si condemnatus fuerit ad restitutionem pecuniæ, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 14.

Non valet pactum de stando simplici ac nuda

nuda creditoris assertione super interesse, *p.*2. *c.*30. *d.*15.
Ratione pecuniæ indebitæ solutæ interesse vel usuræ ne quidem à tempore litis contestatæ exigi possunt, *p.*2. *c.*30. *d.*18.
Interesse alterius interesse non minus ac usuras usurarum exigere prohibitum est etiam inter Mercatores, *p.*2. *c.*30. *d.*29.

INTERPRETATIO.

Interpretatio semper potior est, quâ redditur ad jus commune, *p.*2. *c.*45. *d.*30. *n.*9.
Interpretatio semper facienda est, ut jura juribus concordent, & vitetur, quantum potest, LL. correctio, *p.*2. *c.*1. *d.*15. *n.*10.
Verba pro subjectâ materia interpretationem recipiunt, *p.*3. *c.*38. *d.*13. *n.*6.
In stipulationibus verba dubia pro promissore potius, & contra stipulatorem interpretanda sunt, *p.*2. *c.*17. *d.*9. *n.*20.

INTERROGATORIA.

Interrogatoria non semper admittuntur in processu summario, aut si admittuntur, super ipsis testes summariè in continenti examinari possunt, *p.*1. *c.*8. *d.*29. *n.*7.

INTERVENIRE.

Interveniens tertius non admittitur, in judicio priusquam de jure suo docuerit, *p.*1. *c.*3. *d.*30.
Intervenire potest tertius etiam non citatus ratione sui interesse in causa inter alios ventilata, *ib. n.*1. coram commissario *n.*4. omni tempore *n.*5. etiam post conclusionem in causa *n.*6. non tamen post sententiam *n.*7. nisi ab ea appellaverit, *n.*8.
Super interventione Magistratus, privilegium suum urgentis, pronunciandum est antequam Judex in causa principali ulterius procedat, *p.*1. *c.*3. *d.*31.
Intervenire quilibet in processu inter alios ventilato potest, modo ipsum causa principaliter vel accessoriè tangat, *ib. n.*1.

INTESTATUS.

Intestatus moritur is, qui testari maxime voluit, si testium copiam habere non potuerit, *p.*3. *c.*4. *d.*14. *n.*10.

INVENIRE.

Si quis invenit pecuniam, quam alius sub terra condidit, & restituere eam Domino nolit, furti tenetur, *p.*2. *c.*53. *d.*10. *n.*7.
Res pro derelicto habita in domo alicujus inventa, Domino ædium non cedit, antequam realiter ab ipso fuerit occupata, *p.*3. *c.*31. *d.*17.
Rem tempore inundationis ex aquis extractam occupans, non lucratur, sed facta proclamatione, si Dominus hanc non repetat, duæ partes Magistratui, tertia verò Inventori cedit, *p.*3. *c.*31. *d.*18.
Res inventa adversus Dominum præscribitur in foro Sax. sex hebdomadis, *p.*2. *c.*3. *d.*15.
De jure civili quomodo præscribatur, *n.*1. & 2.
Inventor Domino intra tres quaterdenas repetendi jure Sax. à tempore proclamationis publ. res refusis expensis restituere tenetur, *n.*3.
Nisi Dominus rerum inventarum alienæ jurisdictioni fuerit subjectus, tum enim de rebus Inventis non recipiet nisi duas partes, tertia remanente apud Inventorem, *n.*4.
Inventor res inventas lucri faciendi causa occultans furtum committit, *ibid. n.*6.
Post lapsum 6. hebdomadarum denegatur Domino omnis actio pro repetitione rei suæ, & applicantur duæ partes fisco, tertia pars inventori, *n.*7.
Inventor Thesauri vide infra Thesaurus.

INVENTARIUM.

Inventarium caput ac fundamentum dicitur rationum reddendarum, *p.*2. *c.*11. *d.*4. *n.*3. & *d.*6. *n.*3. *p.*2. *c.*25. *d.*14. *n.*7. *p.*3. *c.*33. *d.*7. *n.*4.
Inventarium ritè & solenniter conditum probationem facit, & inter publ. instrumenta connumeratur, *p.*3. *c.*33. *d.*8. *n.*7.
Inventarium petere possunt omnes, quorum interest, *p.*3. *c.*20. *d.*9. *n.*4.
Inventarii confectio dicitur esse probrosa defuncto, *p.*3. *c.*33. *d.*18. *n.*7.
Inventarii effectus, *ib. n.*8.
Inventarii defectus solo juramento occupantis suppletus, *p.*3. *c.*33. *d.*6. *n.*6. it. *d.*7. *n.*5.
Inventarii conficiendi necessitas incumbit unicuique ad rei alicujus restitutionem obligato, *p.*2. *c.*42. *d.*8. *n.*4.
In locum inventarii solennis fuit surrogata jurata specificatio rerum hereditariarum, *p.*3. *c.*33. *d.*17. *n.*7.
Ante inventarii confectionem tutor administrationem attingere non debet, *p.*2. *c.*11. *d.*6. *n.*1.
In Inventarii confectione protestatio usitatissima, *p.*3. *c.*33. *d.*12. *n.*5.
Pro inventario regulariter præsumitur, *p.*3. *c.*33. *d.*8. *n.*8.
Inventarium vel jurata specificatio exigi potest ab omnibus iis, qui administrationi bonorum alienorum se immiscent, *p.*3. *c.*33. *d.*7.
Sufficit tamen alterutrum, nec utrumq; simul potest exigi, *p.*3. *c.*33. *d.*8.
Non exonerat heredem à præstatione juramenti inventarium, quod vitio aliquo laborat, *p.*3. *c.*33. *d.*9.
Ex eo solo, quod confectionem inventarii obsignatio bonorum defuncti vel nulla, vel non statim præcesserit, heres inventarium juramento suo corroborare tenetur, *p.*3. *c.*33. *d.*10.
Quævis fraudis suspicio heredem aggravat, ut supra inventarii exhibitionem res hereditarias etiam juratò indicare teneatur, *p.*3. *c.*33. *d.*11.
Non obstringitur heres ad præstationem juramenti ex eo solo, quod ignarus rerum quarundam eas inventario inseri non fecerit, *p.*3. *c.*33. *d.*12.
Limitatur, nisi dolosè quid omiserit, *ib. n.*2.
Inventarium inchoari & perfici debet intra 3. menses, nisi justa causa id impediat, *p.*3. *c.*33. *d.*13.
Inventarium quo tempore incipiendum ab herede, *n.*1.
Inventario licet deficiente, heredes ejus, qui occupavit hereditatem, jurare non tenentur, *p.*3. *c.*33. *d.*14.
Sed actor, petens hereditatem, probare debet ejusdem quantitatem, *ibid. n.*4.
Referri nequit juramentum, quo heres in casu deficientis inventarii hereditatem indicare tenetur, *p.*3. *c.*33. *d.*15.
Inventarium non exhibens heres, si jurare nolit, potest actor adversus eum in litem jurare, *p.*3. *c.*33. *d.*16.
Ex communi hereditate sumptus pro conficiendo inventario exsolvuntur, *p.*3. *c.*33. *d.*17.
Inventarii beneficio subvenitur heredibus, ne Falcidiam perdant, vel ex sua substantia creditoribus hereditariis debitum persolvere, aut saltem jurare teneantur, *ib. n.*1.
Non tenetur in foro Sax. heres ultra vires hereditatis, si inventarium confecerit, vel confectione inventarii omissa vires hereditatis juratò indicare velit, *p.*3. *c.*33. *d.*18.
Non solum in allodialibus, sed etiam in Feudalibus, *n.*6.
Secus de jure civili, *n.*1. & 2.

INVESTITURA.

Investitura simultanea jus æquale investitis tribuit, *p.*3. *c.*27. *d.*2. *n.*5.
Investitura simultanea rumpitur facta inter fratres divisione, nisi mortuo uno alter denuo se reinvestiri in portione fratris petierit, *p.*2. *c.*39. *d.*26. *n.*4.
Investitura vera deficiente non opus est renovatione, *p.*2. *c.*45. *d.*10. *n.*15.
Investitura de bonis uxoris immobilibus seu cessio possessionis facta meritò in judicio Gerichtliche Belehnung/ non tribuit ipsi dominium, nec valet in vim donationis mortis causa, *p.*2. *c.*13. *d.*17.
Secus de speciali ac inveterata consuetudine urbis Lipsiæ, *n.*11.
Investituræ tenor omnium Feudorum juri & naturæ derogat, *p.*3. *c.*28. *d.*4. *n.*4.
Ab investituræ literis ne transversum quidem unguem est discedendum, *p.*3. *c.*29. *d.*10. *n.*6.
Investituræ instrumentum vasallus tenetur ostendere Domino, *p.*2. *c.*8. *d.*4. *n.*6. it. *p.*1. *c.*37. *d.*9. *n.*3.
Vide plura supra in Vocab. Feudi investitura.

IRACUNDIA.

Calor iracundiæ non excusat eum, qui fuit causa rixæ, *p.*4. *c.*12. *d.*8. *n.*13.

JUDÆUS.

Judæus actionem ex contractu judiciali adversus Christianum sibi competentem alii Christiano validè cedit, *p.*2. *c.*30. *d.*45.
Cum Judæis & Saracenis licitum est Christianis contrahere & distrahere, *n.*1.
Judæo legatum in testamento Christiani relictum valet, *p.*3. *c.*13. *d.*36.
Non verò Collegio Judæorum, *n.*10.
Judæi jure Romano vivunt & Statutis civitatem licitè utuntur, *ib. n.*4. it. *p.*4. *c.*32. *d.*22. *n.*3.
Judæorum conversatio Christianis est prohibita in foro animæ, non verò in foro temporali, *p.*3. *c.*13. *d.*36. *n.*5.
Cum Judæis commercia exercere jura expressè permittuut, *ib. n.*9.
Judæi fures in foro Sax. non à pedibus sed à collis suspenduntur, *p.*4. *c.*32. *d.*22.
Parisiis quidam Johannes Illardus, qui ex Judæa, quam in domo retinuerat, liberos suscepit, igne combustus fuit, *p.*4. *c.*26. *d.*4. *n.*2.
Judæorum collegia tolerantur, *p.*3. *c.*15. *d.*36. *n.*14.

JUDEX.

Judex suum officium non impertitur, nisi fuerit imploratus, verum est, nullo prorsus existente actore, *p.*1. *c.*23. *d.*1. *n.*15. & 16. it. *p.*2. *c.*9. *d.*15. *n.*4.

Judex extra libelli metas judicare ac vagari nequit, *p.*1. *c.*26. *d.*8. *n.*2. it. *p.*1. *c.*26. *d.*6. *n.*2.

Judex supplere nequit, si plus est probatum, quàm in libello petitum, *ib. n.*3.

Judex est fatuus, qui aliter condemnat, quam fuerit petitum, *p.*2. *c.*7. *d.*9. *n.*5.

Judex de eo, quod per litis contestationem in judicium non fuit deductum, cognoscere aut judicare nequit, *p.*1. *c.*3. *d.*13. *n.*7.

Judex aut alia persona pùbl. pupillis & cuivis absenti acquirere & eorum nomine stipulari potest, *p.*2. *c.*1. *d.*13. *n.*8.

Judex facilior esse debet ad liberandum reum, quam ad condemnandum, *p.*1. *c.*16. *d.*46. *n.*4.

Exceptâ causa matrimonii, dotis, libertatis, testamenti, viduarum, pupillorum, pauperum & similium, *n.*5.

Judex omnia, quæ ad litis protelationem tendunt, removere tenetur, *p.*1. *c.*10. *d.*4. *n.*6.

Judex in id mentem intendat, ut lites finiantur, neque litigatores inani sumptu divexentur, *p.*1. *c.*11. *d.*17. *n.*5.

Judex malitiæ litigantium indulgere, nec ambagibus processus connivere debet, *p.*2. *c.*19. *d.*29. *n.*3.

Judex quandoque iniquè decernit, *p.*1. *c.*26. *d.*28. *n.*5.

Vel imperitè judicat, vel malè suo fungitur officio, aut ob inimicitias, gratiam, vel sordes à verò aberrat peramque pronunciat, *d. n.*5.

Judex veritatem admissi criminis ex Rei vultu, variatione, mutatione coloris, aut trepidatione aliisque signis indagare valet, *p.*1. *c.*1. *d.*33. *n.*3.

Judex inferior carceris pœnam ultra octiduum & mulctam pecuniariam ultra 3. vel 4. sexagenas novas indicere non valet, *p.*4. *c.*28. *d.*4. *n.*7.

Judex ob affectionem & respectum duplicis officii, testis nempe & judicis, à testimonio repellitur, *p.*3. *c.*5. *d.*13. *n.*3.

Judex calumniari non præsumitur, *p.*1. *c.*12. *d.*25. *n.*3.

Judicis autoritas omnes defectus supplet plenissimamque fidem tribuit, *p.*3. *c.*15. *d.*20. *n.*4. it. *p.*2. *c.*43. *d.*3. *n.*2.

Ac omnem fraudis ac læsionis præsumptionem excludit, *p.*2. *c.*34. *d.*4. *n.*3. it. *p.*3. *c.*15. *d.*20. *n.*5.

Judicis confirmatio nullitatis exceptionem excludit, *p.*2. *c.*34. *d.*4. *n.*5.

Judicis officium nobile, defuncto alicui competens, ad heredes transit, *p.*3. *c.*14. *d.*23. *n.*13.

Judicis negligentia partibus nocere non potest, *p.*1. *c.*16. *d.*3. *n.*4.

Judex de negligentia, quæ absorbet jus partis, ad totum interesse tenetur, *p.*1. *c.*29. *d.*24. *n.*3. it. *p.*1. *c.*32. *d.*2. *n.*4.

Exceptio recusationis judicis suspecti dicitur favorabilis, & in natura sua æquitate ac ratione fundata, *p.*1. *c.*42. *d.*8. *n.*2.

Judicis assertioni etiam non juratæ credendum de iis, quæ coram eo gesta sunt, *p.*1. *c.*16. *d.*27. it. *p.*3. *c.*3. *d.*12. *n.*7.

Judicis testimonium quatenus valeat, *p.*3. *c.*5. *d.*13.

Judicis & Scabinorum juramentum ab initio semel ad officium hoc præstitum facit, ut eorum depositio jurata habetur, *p.*1. *c.*16. *d.*27. *n.*6.

Judici & Scabinis de testamento coram se facto deponentibus fides est habenda, etiamsi in libro judicii publ. non reperiatur, *p.*1. *c.*16. *d.*27. *in pr.* & *n.*1.

Judicis & Scabinorum protocollum & adnotatio inspecta est, si annotata ex ore ipsius testatoris non fuerint audita, *p.*3. *c.*3. *d.*8. *n.*8.

Verbo tollius judicis, quantæcunque etiam is fuerit autoritatis, credendum non est, sive super testamentis, sive quibuscunque aliis contractibus agiterur, *p.*3. *c.*2. *d.*7. *n.*2.

Ea, quæ à solo judice, remotis ejus assessoribus & Scabinis extra locum judicii fiunt, coram actis in figura judicii fieri non censentur, *ib. n.*3.

Sola judicialis autoritas, quam judex solus in loco judicii pro tribunali sedens repræsentat, actis robur firmum tribuit, *ib. n.*10.

Vide plura supra Acta judicii.

In his quæ judicialiter fiunt, vel adhibito Notario, præsumitur animus mulieris magis deliberatus & consultus, *p.*2. *c.*13. *d.*6. *n.*5.

Omnia, quæ à judice acta sunt, præsumuntur ritè celebrata, *p.*2. *c.*34. *d.*4. *n.*4.

A judice incompetente quod fit, perinde habetur, ac si privatâ autoritate factum esset, adeoque pro nullo habetur, *p.*2. *c.*12. *d.*3. *n.*2.

Judicem in jure informare velle, & demonstrare ex corpore juris, Glossâ aut interpretibus, quid de lite sit judicandum, ridiculum & inconveniens est, non secùs ac si ægrotus Medico curam præscribere vellet ex Galeno, Hippocrate, & aliis, *p.*1. *c.*1. *d.*4. *n.*6.

Judicem prudentem non oportet in verborum directorum, obliquorum & communium distinctione omni tempore suum constituere judicium, *p.*3. *c.*9. *d.*6. *n.*2.

RES JUDICATA.

Res judicata plenissimum jus tribuit, quod nec Princeps ex potestate plenaria immutare vel auferre alicui potest, *p.*1. *c.*26. *d.*14. *n.*2.

Res judicata pro veritate habetur, *n.*4. quin & justa præsumitur, *d. n.*4.

Res judicatas effectum habere publicè interest, *p.*1. *c.*19. *d.*33. *n.*3.

Contra rem judicatam lata sententia jure non subsistit, *p.*1. *c.*26. *d.*14.

In rei judicatæ exceptione major à inspicitur non tantùm, an sint eadem personæ, sed etiam utrùm eadem sit conditio personarum, *p.*1. *c.*26. *d.*15. *n.*7.

Super re judicata non valet pactum, nisi per expressam novationem ab ea recedatur, *p.*1. *c.*26. *d.*20.

Judicati effectus non à potestate hominis, sed dispositione legis dependet, *p.*1. *c.*19. *d.*22. *n.*3.

Judicato non satisfacit condemnatus, qui illud non solvit, quod debet, sed deponit penes judicem, *p.*1. *c.*7. *d.*18. *n.*4.

Vocula judicati: (zu antworten:) non semper importat litis contestationem, sed quandoque etiam exceptiones adhuc proferendas denotat, *p.*1. *c.*3. *d.*7. *n.*4.

Reus non tenetur ad ulteriorem processum, priusquam actor judicato satisfecerit, *p.*1. *c.*3. *d.*3. *n.*4.

JUDICIUM.

Judicium integrius esse solet, quod plurium sententiis confirmatur, *p.*1. *c.*10. *d.*45. *n.*4.

Ad judicium extra tribunal judiciale formandum formaliter requiritur, ut judici assideant etiam Scabini, *p.*3. *c.*3. *d.*17. *n.*11.

In judicium re aliquâ deductâ contractum dicitur, *p.*4. *c.*43. *d.*4. *n.*6. it. *p.*1. *c.*10. *d.*2. *n.*4.

In judiciis multum erratur propter temporis angustiam, *p.*1. *c.*9. *d.*2. *n.*5.

Exercitio judicii nonnullas moras semper injicit, *p.*1. *c.*16. *d.*35. *n.*5.

In judicio experiri sinè consensu filii pater non potest nomine bonorum maternorum ac adventitiorum, in quibus habet usumfructum, *p.*2. *c.*10. *d.*14.

JURAMENTUM.

Juramentum est species religionis, *p.*2. *c.*12. *d.*14. *n.*4.

Juramentum habet vim rei judicatæ, *p.*1. *c.*15. *d.*2. *n.*3. it. *d.*7. *n.*4.

Juramentum est species legitimæ ac ordinariæ probationis & quidem fortissima atque efficacissima, *p.*1. *c.*12. *d.*35. *n.*3. Vel saltem loco ejus habetur, *p.*1. *c.*8. *d.*15. *n.*3. it. *p.*1. *c.*12. *d.*5. *n.*2.

In ejusque defectum reo injungendum, *p.*1. *c.*9. *d.*11. *n.*2.

Est probatio non ordinaria, sed saltem subsidiaria & privilegiata, *p.*1. *c.*16. *d.*11. *n.*10.

Probatio per juramentum legitima probatio non est, *p.*1. *c.*12. *d.*33. *n.*3.

Juramentum est confirmatio veritatis & species cultus divini, *p.*1. *c.*16. *d.*69. *n.*8.

Juramentum principaliter Deo, non parti, jurantem obligat, *p.*2. *c.*36. *d.*6. *n.*6.

Juramentum non videtur necessarium, ubi probationes recipiuntur à judice ex officio ad sui informationem, *p.*2. *c.*7. *d.*15. *n.*7.

Jusjurandum legale succedit in locum deficientis inventrii, *p.*3. *c.*22. *d.*9. *n.*7. it. *p.*3. *c.*32. *d.*3. *n.*8.

Juramentum minorem puberem facit majorem, *p.*1. *c.*16. *d.*13. *n.*2.

Juramentum recipit omnes qualitates & conditiones ejus actus, cui adjicitur, *p.*2. *c.*16. *d.*13. *n.*13.

Juramentum in effectu tantundem operatur, quantùm operatur renunciatio specialis, *p.*2. *c.*17. *d.*5. *n.*6.

Juramentum vim specialis consensus habet & ad cogitatâ in genere extenditur, *p.*2. *c.*16. *d.*15. *n.*17.

Juramentum non immutat essentiam alicujus rei, *p.*3. *c.*1. *d.*29. *n.*10.

Juramentum vi, metu vel dolo extortum, in ipso jure nullum habeatur, ita ut rescissione opus non sit? *p.*2. *c.*35. *d.*3. *n.*1.

Juramentum nullitatis defectus haud supplet, *p.*2. *c.*12. *d.*14. *n.*10. it. *p.*2. *c.*13. *d.*1. *n.*9.

Juramento confirmari nequit, quod ipso jure nullum est, *p.*3. *c.*1. *d.*29. *n.*12. it. *p.*2. *c.*15. *d.*1. *n.*8.

Juramentum in alterius damnum haud redundare debet, *p.*2. *c.*13. *d.*4. *n.*1.

Et tertio præjudicare nequit, *p.*1. *c.*36. *d.*37. *n.*1.

Actum

INDEX RERUM

Actum contra juramentum de non faciendo ipso jure annullari, verum est, ratione jurantis, nequaquam verò in præjudicium tertii, *p.*2. *c.*23. *d.*4. *n.*4. & 5.

Pactis privatorum juri publico per juramentum adjectum derogari nequit, *p.* 2. *c.*15. *d.*1. *n.*9.

Juramentum nullius momenti habetur, nisi à judice fuerit impositum, *p.* 4. *c.* 17. *d.* 15. *n.* 4.

Juramentum fortius est simplici promissione, tantumque præstat, quantum autoritas curatoris, *p.*2. *c.*35. *d.*9. *n.* 6.

Jusjurandum est quid personalissimum, *p.*1. *c.*12. *d.*39. *n.*6.

Personam jurantis non transgreditur, nec ad heredes transit, *p.*2. *c.*45. *d.*18. *n.* 1.

Juramentum ex parte recipientis est reale, & ad ejus heredes transit, ex parte jurantis est personale & personam non egreditur, nec ad heredes jurantis transit, *p.*2. *c.*36. *d.*7. *n.*2. & 3.

Quoad vinculum perjurii, secùs quoad efficaciam obligationis, *n.*1.

Juramentum quoad probationem transit ad heredes, *n.*8.

Ubi juramentum solenne ac corporale pro forma requiritur, per æquipollens adimpleri non potest, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 9. *n.* 3.

Per jusjurandum veluti per spiritualem torturam animus demonstratur, *p.* 2. *c.*15. *d.*36. *n.*7.

Ad jurandum procuratores assvefacti putantur, nec pluris facere juramenta, quàm domus vetusta fumum, *p.* 1. *c.*12. *d.*34 *n.*2.

Multi homines religionis contemptu ad jurandum, imò & pejerandum perfacile sunt, alii contra perquàm timidi metu numinis divini ad superstitionem usque à jurando abhorrent, *p.*1. *c.*12. *d.*34 *n.*1.

Juramentum servandum est, nec rescindendum ex melioribus & firmioribus probationibus, *p.*1. *c.*26. *d.*4. *n.*6.

In materia juramenti standum est Canonibus, *p.*2. *c.*12. *d.*14. *n.*3.

Juramenti forma essentialis in quibus consistit, *p.*2. *c.*16. *d* 6. *n.*7.

De substantiali requisito juramenti est mentis discretio, *p.*1. *c.*24. *d.*12. *n.*4.

Juramenti ritus solennes & ceremoniæ inter adiaphora connumerantur, ac salvâ juramenti substantiâ adesse vel abesse possunt, *p.*2. *c.*16. *d.*6. *n.*3.

Mors vim juramenti habet, *p.* 2. *c.*16. *d.* 9. *n.* 4.

Ea semper tenenda est opinio, quæ juramenti religionem integram conservat, & conscientiis rectiùs consulit, *p.*2. *c.*53 *d.*1. *n.*1.

Juramenta non sunt obligatoria, quæ sunt contra bonos mores, quæve vinculum iniquitatis aut criminis continent, aut tribus comitibus, veritate, judicio & justitiâ destituuntur, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 2. *n.* 1. & 2.

Magis solliciti sunt de salute animæ litigaturientes, ipsi jurantes in propria persona, nec tàm facilè ad litigandum prosiliunt, quàm si per procuratorem admitterentur, haud considerantes procuratorem quidem eorum nomine jurare, sed non eorum nomine descendere in gehennam, *p.*1. *c.*12. *d.*39. *n.*7.

Ex jurantis vultu & titubatione judex perjurium aut pejerandi proclivem voluntatem animadvertere & jurantem dehortari potest, *n.* 8.

Promissio sub verbo divinæ el æternæ veritatis facta, omninò ervanda est, & absque nota impetatis violari haud potest, *p.*2. *c.* 36. *d.*8. *n.*1.

Veri autem juramenti vires & efficaciam non habet, quando pro forma actus alicujus juramentum corporale & solenne requiritur *ib. n.*3.

Promissio facta sub dignitatis splendore, (Bey Fürstlichen Gräfflichen oder Adelichen Ehren Treu und Glaub/) quando æquipolleat juramento, *p.* 2. *c.*36. *d.* 9.

Contravenies promissioni sub fide Principis aut Nobilis viri factæ relaxatione juramenti opus non habet, *p.*2. *c.*36 *d.*10.

Jurare de facto alieno nemo tenetur, *p.*1. *c.*14. *d.*8. *n.*3.

Turpiter facere videri non potest, sed modestè potius, qui religione magis quàm conscientiâ motus tàm facilè jurare non vult, *p.*1. *c.*14 *d.*14. *n.*3.

Haud jurati deponentes testes publicatis attestationibus denuò sub juramento examinari debent, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 32.

Testes, qui propter interrogatoria prætermissa repetuntur, denuò jurare tenentur, nisi prius juramentum generaliter super tota causa fuerit præstitum, *d. d.*32. *n.*6.

Ex jurejurando testium testationum vis & potestas dependet, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 31. *n.* 2.

Testationes alio die non videntur factæ, quàm quo juratum est, *n.* 3.

A sententia definitiva super præstito juramento lata appellare non licet, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 7.

Sed benè à juramento necessario, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 8.

Finita secunda instantia etiam ante remissoriales impetratas juramentum præstari debet, *p.*1. *c.*6. *d.* 11. *n.*8.

JURAMENTUM CALUMNIÆ SIVE MALITIÆ.

Juramenti Calumniæ semper certa est forma, *p.*1. *c.*15. *d.*10.

Juramenti Calumniæ duæ vulgò species constituuntur, generale & speciale, *p.* 1. *c.*12. *d.*20. *n.*1. & 2.

Jusjurandum malitiæ sive Calumniæ quando præstandum, *d. n.*2. & 3.

Jusjurandum calumniæ generale ab usu fori Sax. recessit, *p.*1. *c.*2. *d.*1. *n.*2. it. *p.* 1. *c.*12. *d.*11.

Juramentum malitiæ sive Calumniæ adinventum ad contentiosam litigantium malitiam compescendam, *p.* 1. *c.* 19. *d.* 29. *n.* 6.

Juramentum Calumniæ speciale sive malitiæ de jure civili non regulariter exigi nequit, *p.*1. *c.*12. *d.*20.

Exceptis quibusdam casibus, *n.*7.

Juramenti calumniæ generalis loco juramentum calumniæ speciale sive malitiæ ad compescendam temeritatem litigantium in foro Sax. injungi potest, *p.*1. *c.*12. *d.*22.

Deferens adversario jusjurandum non aliter tenetur de Calumnia jurare, quàm si adversarius id exigat, *p.* 1. *c.* 12. *d.* 21.

Parentes deferentes liberis juramentum non tenentur jurare de calumnia, *p.*1. *c.*12. *d.*24.

Omne juramentum calumniæ personæ fidem & sinceritatem concernit, *ibid. n.* 8.

Impositio alicui juramento suppletorio vel purgatorio exigi nequit jusjurandum calumniæ, *p.*1. *c.*13. *d.*13. it. *p.*1. *c.* 12. *d.* 26.

Nec is, qui juramento res hereditarias patefacere tenetur, jusjurandum calumniæ petere valet, *p.*1. *c.*12. *d.*26.

Limitatur, *n.* 5. & 6.

Sicuti nec is, qui scripturam recognoscere jussus eam juramento diffitetur, *p.*1. *c.*14. *d.*9. *n.*4. & *p.*1. *c.*12. *d.*27.

In juramento legali nunquam calumniæ jusjurandum sibi vendicat locum, *ib. n.* 4.

Si adversarius de calumnia jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, juramentum delatum principale pro præstito habetur, *p.*1. *c.*12. *d.*28.

Qui de calumnia jurare recusat, remittere juramentum videtur, *ib. n.*4.

Juramentum malitiæ à producente peregrinos testes exigi potest, *p.* 1. *c.*16. *d.* 33.

Et à Leuterante absque sufficienti gravamine, *p.*1. *c.*19. *d.*29. *n.*5.

JURAMENTUM CREDULITATIS.

Juramentum Credulitatis factum defuncti heredis scientiæ committi potest, non etiam conscientiæ, *p.*1. *c.*24. *d.*1.

Ut ei de Credulitate saltem sit jurandum, *n.*6.

Defuncto eo, cui juramentum est delatum, super facto proprio, antequam illud præstitum fuerit, heredes ejus saltem de Credulitate jurare tenentur, *p.*1. *c.*24. *d.*1.

Ut juramentum Credulitatis heredibus injungatur, tria conjunctim requiruntur, *ib. n.* 6.

Non tenentur heredes jurare de Credulitate super facto conscientiæ rei commissu, si is ante conceptionem vel publicationem sententiæ decesserit, *p.*1. *c.*24. *d.*3.

Aliud tamen hoc casu dicendum est, si factum non solum conscientiæ fuerit commissum, *p.*1. *c.*24. *d.*4.

Pendente Leuteratione licet jurare jussus decesserit, ejus tamen heredes de Credulitate jurare tenentur, *p.*1. *c.*24. *d.* 5.

Defuncto actore ante præstitũ juramentum sibi relatum ejus heredes quoque de Credulitate jurant, *p.*1. *c.*24. *d.*6.

Admittuntur quoque heredes ad juramentum Credulitatis, si defunctus in probationibus, quibus conscientiam suam exonerare voluit, defecerit, *p.*1. *c.*24. *d.* 7.

Non exigendum est juramentum veritatis principale ab heredibus, etiamsi de facto defuncti bene sint informati, *p.*1. *c.*24. *d.*8.

Heredes de Credulitate jurare jussi, ad evitandum juramentum probationibus uti possunt, *p.*1. *c.*24. *d.*9.

Juramentum Credulitatis heredes præcisè tenentur præstare, nec illud referre possunt, *p.*1. *c.*24. *d.*10.

Nisi defuncti scientiæ simul (in sein Wissenschafft und Wohlbewust/) caula

causa fuerit delata, *n. 7.*

Juramentum pariter judiciale sibi delatum & Credulitatis pupilli in propria persona tenentur præstare, sed suspenditur actus jurandi, donec ad pubertatem pervenerint, *p.1. c.24.d.11.*

Juramentum tamen credulitatis præstare possunt tutores nomine pupillorum, quando Coheredes majorennes concurrunt, *p.1.c.24.d.12.*

Verba hæc (Wissenschafft und Wohlbewust/) hanc vim & operationem habent, ut heredes semper de Credulitate jurare teneantur, *p.1.c.24.d.4.n.3.*

Heredi de facto alieno, puta defuncti vel alterius prædecessoris, cum quo judicium nondum est cœptum, juramentum deferri haud potest, *p.1.c. 24.d.1.n.1.*

JURAMENTI DELATIO & RELATIO.

Delatio juramenti est actus judicialis, *p. 1.c.12.d 38.n.1.*

Jusjurandum extra processum ordinarium & absque causæ cognitione, judicisque interlocutione actori deferri non potest, *p. 1. c. 8. d. 15. n. 4.* it. *p. 1. c. 12. d. 34. 35. & 36.*

Nec reo, *p.1.c.8.d 31.n.7.* it. *p.1.c.12.d.35.*

Jusjurandum deferre non est probare in continenti, *ib.n.6.*

Delatione juramenti & probatione simul ac conjunctim actor experiri non valet, *p.1.c.12.d.29.n 2.*

Nisi libellus diversos atque disjunctos contineat articulos, *n. 4.*

Aliter jurari vel referri non debet, quàm delatum est juramentum, *p. 1. c.14.d. 11. n. 5.*

Is, cui juramentum defertur, probationibus a jurisjurandi præstatione se exonerare valet, *p.3. c.33. d. 8. n. 6.*

In causis criminalibus Delationi jurisjurandi locus non est, *p.1.c.12. d.15.n.1.*

Jusjurandum post Guarandiam præstitam vel litem contestatam non licet deferre, nisi super quæstionibus noviter incidentibus, *p.1.c.12.d.1.*

Etsi de eo antea fuerit protestatus, *p.1. c.11.d.14.*

Secus de jure civili, *p.1.c.12.d.1.n.1.*

Juramentum judiciale ab actore etiam penitus nihil probante reo deferri potest, *p.1. c.12 d.2.*

Juramentum non semiplena probatione a judice parti haud injungendum est, *ib. n 3.*

Revocare potest actor juramentum reo delatum, & ad probationes ordinarias confugere etiam post præstitam Guarandam & litem contestatam, *p. 1.c.12.d 3.*

Ante juramenti delati acceptationem nullum jus Reo acquisitum est, *ib.n.4.*

Juramentum delatum postquam reus acceptaverit aut retulerit, vel etiam à judice desuper pronunciatũ fuerit, ab actore id revocare nequit, *p.1.c.12.d.4.*

Nisi actori novæ probationes supervenerint, *ib.n.5.*

Juramentum delatum acceptare, vel in continenti jurare, paria sunt, *ib. n.3.*

Juramento præstito actor pœnitere non potest, *ib.n.4.*

Juramentum judiciale in foro Sax. intra terminum probatorium, hoc est, hebdomanas & tres dies præstandum est, *p.1.c.12 d 5.*

De jure civili terminus à judice ad hoc constituitur, *ib.n.1.*

In aula Electorali & Curiis provincialibus in termino sequenti, *n.6.*

Juramentum an possit deferri in causa matrimoniali? *p.1.c.12.d.30.*

Jussus jurare intra 8. dies à tempore lapsi decendii ad præstationem juramenti delati se offerre & citationem impetrare debet, *p.1. c.12.d.6.*

Qui probationibus ad salvandam conscientiam uti, quàm jurare mavult, intra terminum Sax. articulos probatorios judici offerat, *n.2.*

Terminus juramenti præstationi præfixus à tempore lapsi decẽdii vel rei judicatæ currere incipit, *p.1.c.12.d.7.*

Terminus autem prior, qui est 8. dierũ, ad offerẽndum constitutus, continetur in ipso termino jurandi, qui est 6. septimanarum & 3. dierum, *ib. n.6.*

Neglectâ formâ citationis intra octiduum impetrandæ, juramentum pro deserto habetur, licet postea reus ante elapsum terminum juramento præfixũ ad jurandum se offerat, *p.1.c.12.d 8.*

Sufficit reum jurare jussum intra 8. dies actorem ad juramentum calumniæ citari petere, & se ad juramentum principale offerre, etiamsi realiter citatio non fuerit facta, *ib.n.1.*

Interpositâ Leuteratione non currit octiduum juranti, antequam is notitiam consequatur, Leuterationi fuisse renunciatum, *p.1.c.12.d.9.*

Non ab ipsa rejectione Leuterationis vel Appellationis, sed post decendium demum currit octiduum juranti, *p.1. c.12. d.10.*

Anticipatio octidui, antequam decendium fuerit elapsum, facit ut juramentũ pro deserto habeatur, *p 1.c.12.d.11.*

Ad jurandum quis se offerre potest etiam per mandatarium, exhibito tamen speciali mandato, *p.1. c.12.d 12.*

Quod etiam in delatione ac relatione juramenti requiritur, *ib. n.3.*

Suppletorium quoque juramentum ad terminum probatorium jurandi & ad octiduum se offerendi astrictum est, *p.1.c 12.d.13.*

Sicuti & juramentum purgatorium, *p. 1. c.12. d.14.*

In causa tamen criminali juramentum purgationis neque ad octiduum, neq; ad terminum probatorium est astrictum, *p 1.c.12.d.15.*

In causis quoque matrimonialibus percomportus jurandi terminus non observatur, *p.1.c.12.d.16.*

Juramentum, quo deficiente inventario hereditariæ res sunt manifestandæ, ad terminum jurandi legalem, astrictum non est, *p.1.c.12. d.17.*

Restringi debet terminus, intra quem jussus jurare se offerre ac juramentum præstare necesse habet, ad ea solummodo juramenta, quæ vicem probationis obtinent, *d.d.17.n.1.*

Post terminum præterlapsum admittitur juramenti præstatio, si adversarius contra eam nõ excipiat, *p.1.c.12.d.18.*

It. si quis justa ex causa jurare impeditus fuerit, *ib.n.1.*

Item qui dilationem termini petit, *n. 2.*

Modo hat ante terminum elapsum, *n.3.*

Neglecto termino jurandi jusjurandum pro deserto habetur, ac lis secundum eum datur, cui jurari debuerat, *p.1.c. 12.d.19.*

Jurare jussus duo probè attendere debet, ut intra octiduum ad jurandum se offerat & adversarium citari faciat, deinde ut intra terminum probatorium juramentum præstet, *d.d.19.n.1.* it. *p.1. c.12. d.6. n.3.*

Juramentum non potest actor deferre super eo, quod probare intendit, *p. 1. c.12. d.29.*

Juramentum ad confirmandum saltem vel probandum matrimonium licet deferre, non etiam ad dissolvendum illud, *p. 1. c.12. d.30.*

Jusjurandum non potest deferri depositario, si contra bonam fidem & dolosè quid fecisse dicatur, *p.1.c.12.d.31.*

Juramentum post litis contestationem & præstitam Guarandam in foro Sax. reus super exceptionibus peremptoriis actori deferre potest, *p.1. c.12. d 32.*

Nisi reus ad reprobationem se jam obtulerit, cavè ipsi per sententiam injuncta fuerit, *p.1.c.12.d.33.*

Jusjurandum absque delatione vel judicis impositione nullum præstandum est, *p.1.c.12.d.34.*

In Processu ordinario reus exceptionem solutionis contra instrumentum Gvarentigiatum oppositum conscientiæ actoris committere haud prohibetur, *p. 1. c. 12. d.36.*

Non potest recusari jusjurandum à parte delatum, propterea quod agatur ex compromisso judiciali, *p.1.c.12.d.17.*

Juramentum coram arbitratoribus extrajudicialibus deferri non potest, *ib. n. 1.*

Juramentum mulier quatenus autoritate curatoris sui valeat deferre, *p. 1. c. 12. d.38.*

Mulier per se, non per Curatorem vel Procuratorem juramentum delatum vel relatum præstare tenetur, *ib.n.4.*

Non potest per procuratorem præstari juramentum delatum in foro Sax. *p. 1.c.12.d 39.*

Etiamsi ad id habeat speciale mandatũ, *ib.n.3.* secus de jure communi, *n.1.*

Differunt ab invicem committere factum alicujus conscientiæ & committere scientiæ sive notitiæ: solum enim factum proprium alicujus conscientiæ committi potest, *p.1. c.12.d.40.*

Hujus distinctionis effectus, *ib.n.2.*

At factum alienum soli alicujus conscientiæ nequit committi, sed tenetur in se suscipere hoc casu deferens juramentum onus probandi. *p.1.c.12.d.41.*

Juramentum pupillo delatum si jurare, vel id referre nolit, differtur usq; dum pubes fuerit factus, *p.1.c.12.d.42.*

Si autem pupillus jusjurandum delatum volens susceperit, ac juraverit, omnimodo custodire debet jusjurandum, *d. d. 42. n. 9.*

Differtur quoq; juramentum, super exceptionibus pupillo actori delatum, usque ad ejus pubertatem, quo tamen casu reo deferenti juramentum malitiæ est imponendum, *p.1.c.12.d.43.*

Juramentum litis decisivum deferri potest pupillis & minoribus, *p.1. c.24. d. 11. n. 1.*

Juramentum tutor pro pupillo deferre potest, *p.1.c.14.d.12.*

Nec pupillus tanquam læsus in integrum restituitur, *ib. n. 5.*

Juramentum deferre non potest, nisi qui rerum administrandarum potestatem habet, cuique solvi potest, *ib.n.1.*

Juramentum pupillus haud validè defert, *ib.n.2.*

Juramentum relatum tutor præstare tenetur, *p.1.c.14.d.13.*

Non potest prosilire ad probationem reus, si jusjurandum semel acceptaverit, *p.1.c.14.d.15.*

Non admittitur actor ad contrarias probationes, quando reus ad juramentum declinandum intentionem suam probat, *p.1.c.14.d.16.*

Reus, cui juramentū delatum est, si probationibus conscientiam defendere velit, intra octiduū se ad id offerre, & intra spatium Sax. articulos probatorios exhibere tenetur, *p.1.c.14.d.17.*

Rei conscientiam probationibus defendere volenti, ac nihil probanti, ad juramentū datur regressus, *p.1.c.14.d.18*

Etiam in juramentis legalibus ad probationes resilire licet, *p.1.c.14.d.20.*

Veluti in juramento purgatorio & minorationis, *ib.n.2.*

Item in eo casu, quo alicui in defectum Inventarii hereditarias mediante juramento manifestare fuit injunctum, *ib.n.3.*

Deficienti in probationibus reo ad juramenta ejusmodi legalia regressus datur, *ib.n.4.*

Non tamen in juramento suppletorio permissum est confugere ad probationes, *p.1.c.14.d.21.*

Sicuti nec in juramento dissessionis, *p.1.c.14.d.22.*

Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deferat, non habet regressum ad præstationem jurisjurandi, *p.1.c.14.d.23.*

Limitatur, si juramentū suppletorium ex semiplena probatione ipsi injunctum pro deserto habeatur, *p.1.c.14.d.24.*

Nemo præcisè jurare cogitur, sed referre jusjurandum potest, etiamsi id ab initio non petierit, *p.1.c.14.d.1.*

Referri debet jusjurandum delatum intra octiduum, quo aliàs citatio ad jurandum est impetranda, *p.1.c.14.d.2.*

Non solùm in prima, sed etiam secunda instantia, *ib.n.1.*

Juramentum semel acceptatum referri nequit, *p.1.c.14.d.3.*

Præcisè à deferente præstandum est jusjurandum ei Relatum, nec admittitur probationibus intentionem suam defendere volens, *p.1.c.14.d.4.*

Relatione jurisjurandi factâ deferens utrumque juramentum & calumniæ & decisorium præstare tenetur, *p.1.c.14.d.5.*

Relatio jurisjurandi efficit, ut infamis non magis deferre queat juramentum, quam jurare, *p.1.c.14.d.6.*

Nulli alii admittuntur ad delationem jurisjurandi, quàm quibus ipsis jusjurandum Referri potest, *ib.n.5.*

Referri juramentum purgatorium vel necessarium non potest, *p.1.c.14.d.7.*

Sed tantum judiciale, *n.1.*

Nec juramentum, quod heres ob non confectum inventarium præstare tenetur, parti adversæ referri potest, *p.1.c.14.d.8.*

Sicuti nec juramentum dissessionis in casu non recognitæ scripturæ vel instrumenti, *p.1.c.14.d.9.*

Non refertur juramentum super eo, quod alicujus conscientiæ tantummodo commissum fuit, *p.1.c.14.d.10.*

Juramentum, super facto suo proprio sibi delatum, reus nequit referre actori, etiamsi negotium istud scientiæ quoque ac notitiæ suæ fuerit commissum, *p.1.c.14.d.11.*

Nec jurare cogitur reus, nec jusjurandum referre, qui aliter suam intentionem vult probare, etiamsi hanc probationem ante latam sententiam sibi non reservaverit, *p.1.c.14.d.14.*

Manifestæ turpitudinis est, nolle jurare nec jusjurandum referre, *ib.n.1.*

Juramentum nequit referre reus, in probationibus succumbens, *p.1.c.14.d.19.*

Juramentum legale, quod à lege seu judice defertur, referri nequit, *p.1.c.14.d.10.n.4.*

Formam delati vel relati jurisjurandi Judex non præcisè sequi cogitur, *p.1.c.15.d.9.*

JURAMENTUM FIDELITATIS.

Juramentum fidelitatis est individuum, *p.2.c.45.d.28.n.5.*

Pluribus defuncti vasalli heredibus existentibus omnes fidelitatem jurant, *d.d.28.*

Nisi unus aliquis ex eorum numero communi omnium nomine delegetur, ut juret, *n.9.*

Si autem heres in communione existens semel fidelitatem fecerit, ac postea divisione factâ alterius heredis portionem acquisiverit, is denuo jurare tenetur, *n.11.*

In Aula Electorali Sax. sufficit stipulatâ manu fidei prius juratæ interpositio, *n.13.*

Vide plura supra in Verb. Feudi investitura simultanea.

JURAMENTUM IN LITEM.

In omnibus actionibus hodie in Litem jurari potest, *p.1.c.23.d.19.*

Arbitrio tamen judicis relinquitur, quando sit deferendum, *n.9.*

Juramentum in litem non respuit moderationem judicis, quæ tamen præstationem juramenti præcedere debet, *p.1.c.23.d.20.*

JURAMENTUM MINORATIONIS.

Minorationis juramentum non judex, sed pars defert, *p.1.c.23.d.16.n.4.*

Minorationis juramentum non solùm in rei ipsius ablatæ, sed etiam damnorum æstimatione locum habet, *p.1.c.23.d.15.*

Post Gvarandam & litis contestationem non est audiendus actor petens Reo jusjurandum minorationis imponi, *p.1.c.23.d.16.*

Juramentum minorationis locum habet saltem in vi ablativa vel expulsiva, non etiam in realibus injurus personæ illatis, *p.1.c.23.d.18.*

Minorationis juramentum reo, sed juramentum in litem actori defertur, & quomodo hæc duo juramenta conveniant, & vicissim ab invicem differant, *p.1.c.23.d.18.*

JURAMENTUM PAUPERTATIS.

Nemo ad juramentum paupertatis admittitur, qui non prius de paupertate aliquo modo fidem fecerit, *p.1.c.23.d.14.*

Nec paupertatis privilegio gaudet, qui propriâ culpâ sibi paupertatem accersivit, *ib.n.6.*

JURAMENTUM PURGATIONIS.

Juramentum Purgationis locum habet in causis criminalibus, quando adsunt indicia sufficientia, nec deveniri potest ad pœnam corporis afflictivam, *p.1.c.22.d.1.*

Juramentum purgationis in actione injuriarum criminaliter intentata reo injungi potest, *p.1.c.22.d.2.*

Modò sufficientes contra eum militent præsumptiones & indicia, *n.3.*

Sicuti etiam in causis matrimonialibus, *p.1.c.22.d.3.*

Nón verò potest deferri juramentum judiciale negativum contra matrimonium, *ib.n.1.*

Nec juramentum necessarium sive in supplementum, *n.3.*

Confessio stupri facit indicium sufficiens ad juramentum purgationis, *p.1.c.22.d.4.*

Ex præsumptionibus & indiciis stupri deferri potest juramentum purgationis, super stupro simul & matrimonio promisso, *p.1.c.22.d.5.*

Ignorantia, quæ in animo alicujus consistit, juramento purgationis probanda est, *p.1.c.22.d.6.*

Emtores rerum furtivarum, ignorantiam prætendentes, juramento se purgare tenentur, *p.1.c.22.d.7.*

Qui negat se rem habere, quam tamen habere præsumitur, juramento se purgare tenetur, *p.1.c.22.d.9.*

Ad excludendam tacitam remissionem non creditur conjugi prætendenti ignorantiam adulterii à conjuge perpetrati, priusquam juratò eam obtinuerit, *p.1.c.22.d.10.*

Necessaria defensio quandoque juramento rei purgatorio probatur, *p.1.c.22.d.11.*

Præsumptionibus & conjecturis semiplenè probatur, *ib.n.2.*

Juramentum purgationis in causis etiam civilibus tutò quandoque imponitur, *p.1.c.22.d.13.*

Juramentum Purgationis succedit, quando locus non est juramento in supplementum, *p.1.c.21.d.14.*

Juramentum purgationis etiam à parte non petitum ex officio judicis imponitur, *p.1.c.22.d.15.*

Reus cui juramentū purgationis fuit injunctum, illius evitandi causâ ad probationem admittitur, *p.1.c.22.d.16.*

Juramento purgationis præstito reus definitivè absolvi debet, *p.1.c.22.d.17.*

Non tantùm quoad actionem principalem, sed etiam quoad expensas & alia accidentia, *n.3.*

Juramentum purgationis viro & mulieri simul injunctum prius à viro præstari debet, *p.1.c.22.d.18.*

Juramentum purgationis in loco judicii publ. debet præstari, *p.1.c.22.d.19.*

Jusjurandum purgatorium novas contrarias probationes semper admittit, *p.1.c.22.d.20.*

Limitatur, nisi semel terminus fuerit præfixus cum clausula decreti exclusiva, *ib.n.5.*

Ad Juramentum purgationis haud deveniri potest sine indiciis & præsumptionibus, *p.4.c.45.d.9.n.6.*

JURAMENTI RELAXATIO ET ABSOLUTIO.

Relaxatio juramenti ad Principem & Magistratum politicum spectat, *p.2.c.36.d.1.*

Absolutio à vinculo jurisjurandi omnimodò necessaria est propter periculum perjurii, *ib.n.2.*

Non nisi justa ex causa & prævia cognitione juramentum Relaxari debet, *p.2.c.36.d.2.*

Sufficit

Sufficit cognitio summaria sine solenni ordine judiciario, *n.* 5.

Nec impedit Absolutionem, quod quis juraverit non petere Relaxationem juramenti, *n.* 7.

Relaxatio Urphedæ seu juramenti ad effectum agendi fieri potest, parte etiam adversâ non citatâ nec auditâ, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 3.

Si Magistratus reos de non vindicando carcere jurare cogunt, ejusmodi Urpheda ipso jure nulla est, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 3. *n.* 6.

Absolutio tamen à juramento ad effectum agendi necessaria est, *ib. n.* 6.

Nobiles aliivè Magistratus subditos carceribus constrictos dimittere non solent, priusquam juramentum de non vindicando carcere præstiterint, *d. d.* 3. *n.* 1.

Relaxatione juramenti impetrata coram judice primæ instantiæ in causa principali procedi potest, *ib. n.* 10.

Absolutio à juramento, quando petenti Relaxationem nulla competit actio, denegatur, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 4.

Reus si tantum juraverit non vindicare carceres absque Relaxatione Urphedæ, viâ juris experiri potest adversus judicem, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 5.

Jurans Relaxatione juramenti, si is, in cujus favorem juratum est, obligationem remittat, non indiget, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 6.

Juramentum homini præstitum ab homine Relaxari potest, *ib. n.* 4.

Subditis, qui in causa Dominorum suorum in testimonium producuntur, ad hunc effectum specialem Relaxationem juramenti fidelitatis, & obedientiæ à Magistratu superiore concedi necesse non est, *ib. n.* 8.

Sed ab ipsa parte remitti sufficit, *n.* 9.

Heres experiri volens contra juratum defuncti contractum non tenetur petere Absolutionem à juramento per defunctum præstito, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 7.

Relaxatio juramenti in contractu confirmato sub verbo veritatis cessat, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 8.

JURAMENTI RETRACTATIO.

Causa jurejurando decisa ex probationibus contrariis Retractanda non est, *p.* 1 *c.* 15. *d.* 1.

Ac perinde habetur, ac si super ea transactum fuerit, *ib. n.* 1.

Nec admittitur actor, si in alio judicio & nova instituta actione contrarium probare velit, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 2.

Ne quidem ex instrumentis de novo repertis contrarium probari potest, contra præstitum juramentum, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 3.

Nisi ex novis instrumentis evidens perjurium in continenti probetur, *ib. n.* 5.

Quo casu ex jurejurando illo solutum tanquam indebitum repeti potest, *n.* 6.

Contra præstitum tamen juramentum in litem admittitur probatio adversæ partis, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 4.

Adversus jusjurandum à collitigante ultro præstitum admitti potest probatio in contrarium, *ib. n.* 1.

Retractari potest jusjurandum suppletorium ex instrumentis de novo repertis, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 5.

Nec opus est hoc casu restitutione in integrum, *ib. n.* 4.

Sicuti & juramentum Purgationis, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 6.

JURAMENTUM SUPPLETORIUM.

Juramentum in supplementum etiam à parte non petitum ex officio judicis potest deferri, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 1.

Juramentum suppletorium judex deferre cogitur, si aliâ ratione causam decidere nequeat, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 2.

Et nisi deferat judex, actor appellare potest, *n.* 10.

Non potest deferri jusjurandum suppletorium, nisi quando semiplenè est probatum, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 3.

Apparentibus autem saltem quibusdam præsumtionibus, quæ semiplenam probationem non faciunt, locus est juramento purgationis, *n.* 7.

Juramentum suppletorium non solum actori, sed quandoque etiam reo deferri potest, si ita visum fuerit judici, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 6.

Juramentum suppletorium Christiano potius & viro honesto, quam Judæo aut pejerare solito deferri debet, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 7.

Juramentum suppletivum super credulitate etiam quandoque defertur, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 8.

Si neuter certam rei scientiâ habeat, *n.* 2.

Juramentum suppletorium etiam post elapsum terminum probatorium peti potest, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 9.

Deferri juramentum suppletorium in causis matrimonialibus non potest, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 10.

Ut & aliis similibus casibus, *n.* 1. *& seqq.*

Nec in causis criminalibus, quando pœna corporis afflictiva venit infligenda, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 11.

In probanda consanguinitate potest deferri juramentum suppletorium, ut juretur saltem de credulitate, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 12.

Validum est hoc casu testimonium auditus de auditu, si consanguinitas ultra quartũ gradum veniat probanda, *n.* 4.

Juramentum suppletorium probationis vices obtinet, *p.* 1. *c.* 12. *d.* 13 *n.* 7.

Juramentum necessarium sive in supplementum deferri nequit in causis matrimonialibus contra matrimonium, *p.* 1 *c.* 22. *d.* 3. *n.* 3.

A præstatione juramenti necessarii sive suppletorii concessa est appellatio, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 8.

JURARE.

Jurare metu numinis divini nemo facile velle creditur, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 25. *n.* 4.

Jurare in foro Sax. nemo per Procuratorem, Curatorem, aliamvè intermediã personam valet, *p.* 1. *c.* 24. *d.* 11. *n.* 4.

Multi hereditate vel legato carere malunt, quàm jurare, *p.* 3. *c.* 5. *d.* 14. *n.* 6.

Judex constituitur in causa propria, quisquis jurat, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 3. *n.* 6.

Differunt ab invicem juratus contractus & renunciatio jurata, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 50. *n.* 1.

Ubi quod juratum est, citra periculum salutis & offensionem proximi servari potest, toties vinculum injicitur conscientiæ, *ib. n.* 4.

Peritis mechanicis de arte sua deponentibus non creditur, nisi Juratis, *p.* 1. *c.* 25. *d.* 4. *n.* 5. it. *p.* 1. *c.* 22. *d.* 12.

JURISDICTIO.

Jurisdictio secundum justitiæ ac æquitatis tramites debet exerceri, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 8. *n.* 6.

Jurisdictio minoris cessat per supervenientiam majoris Magistratus, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 11. *n.* 4.

Jurisdictio rarissimè competit Magistratui in parvis oppidulis, *p.* 3. *c.* 3. *d.* 21. *n.* 12.

Jurisdictio una per aliam adjuvanda est, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 28. *n.* 5.

Jurisdictionis atque Regalium concessio titulo feudi non cumulativè sed privativè facta censetur, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 11. it. *p.* 1. *c.* 16. *d.* 29. *n.* 8.

Absolutè concessa jurisdictione videtur quoque concessum merum imperium, *p.* 2. *c.* 40. *d.* 6.

Maxima illa Doctorum, concessionem jurisdictionis cumulativè non privativè factam censeri, procedit saltem quoad jus superioritatis: secus quoad justitiæ administrationem in causis civilibus, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 29. *n.* 7.

Judex, si contra substantiam jurisdictionis excipiatur, de exceptione superior cognoscit, *p.* 1. *c.* 3. *d.* 11. *n.* 1.

De jurisdictionis autem suæ exercitio ipsemet cognoscit, *n.* 2.

Confusio jurisdictionis est vitanda, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 4. *n.* 4. it. *p.* 4. *c.* 42. *d.* 15. *n.* 6.

Jurisdictioni superioris judicis, ad quem causa gradatim defertur, fraus fieri haud debet, *p.* 1. *c.* 19. *d.* 23. *n* 7.

Pro violata jurisdictione actio injuriarum competit, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 27. *n.* 3.

An Domino à subditis suis in jurisdictione turbato adversus eos competat utile interdictum, uti possidetis, vel vice versâ subditis contra Dominum? *p.* 2. *c.* 7. *d.* 12. *n.* 1.

Pro jurisdictione petitorium datur inter Dominum & subditum, actio nempe realis confessoria & negatoria, *ib. n.* 10.

Pro jurisdictione conservanda pignoratio est permissa, *p.* 2. *c.* 27. *d.* 3.

Ad inferiorem seu bassam jurisdictionem pertinent omnes causæ civiles & pecuniariæ, *p* 1. *c.* 29. *d.* 17. *n.* 4.

Nisi ex a criminalibus oriuntur, *p.* 4. *c.* 4. *d.* 10. *n.* 3. *&* 4.

Præscriptione jurisdictionis per majorem partem provinciæ ex longo tempore acquisitæ tribuitur præscribenti jus universale in omnibus aliis locis ejus provinciæ, *p.* 2 *c.* 3. *d.* 27. *n.* 5.

Jurisdictionem pater Nobilis in causa civili in liberos non habet, *p.* 4. *c.* 43. *d.* 11.

Secus in patre Magistratum alicujus civitatis gerente, *n.* 3.

Itemque in causis criminalibus, *n.* 8.

Par in parem, aut inferior in superiorem non exercet jurisdictionem, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 28. *n.* 2.

JUS.

Jus Canonicum in causis matrimonialibus meritò sequimur, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 16. *n.* 5.

Quoties aliquid secundum juris civilis rationes est controversum, & jure Canonico clarè decisum, tunc jure Canonico standum est in utroque foro, *p.* 1. *c.* 21. *d.* 2. *n.* 4.

Jus civile non nisi cives Romanos obligat, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 53. *n.* 3.

In dubio contrahentes ad juris communis dispositionem, tanquam ad causam suam finalem se conformasse videntur, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 16. *n.* 9.

Verba contrahentium ad jus commune, quantum fieri potest, referri oportet, *p.* 3. *c.* 29. *d.* 16. *n.* 10.

Quod jure municipali non expressè cõstitu-

ſtitutum, id ſubjuris communis diſpoſitione relinquitur, *p.2.c.16.d.15.n.8.*
Jus naturale eſt immutabile, nec quovis modo tolli poteſt, *p.3.c.12.d 4.*
Jus Saxonicum ab obſervantia autoritatem habet, nec aliter valet, quàm uſu & obſervantiâ confirmatum, *p.3. c.11. d.13. n.10. p.3.c.35.d.7.n.2. it. p. 2.c.35.d.8.n.4.*
Jus ſpirituale non tranſit de anima in animam, *p.2.c.36.d.7.n.5.*
Clauſulæ hujus, peto jus & juſtitiam fieri & adminiſtrari, effectus, *p. 2. c. 7. d. 9. n. 8. & 9.*
Jus alicui ſemel quæſitum ei auferri non poteſt, *p.3.c.4. d.41.n.8.*
Jus quæſitũ Princeps alteri invito auferre ac imũtare nequit, *p.2. c.22. d.10.n.4.*
Jus per pactũ ſemel quæſitum alteri invito auferri nequit, *p.2.c.43.d.11.n.4.*
Jus tertii ſemper illæſum eſt ſervandum, *p.3.c.7.d.25.n.4.*
Jus facilius tollitur nondum plenè quæſitum, quàm id, quod perfectè conſtitutum eſt, & radices nunc egit, *p. 2. c. 45. d. 10. n. 4.*
Jus ſuum indiſcuſſum relinquere nemo tenetur, *p.1.c.1.d.10.n.4.*
Jus in perſona aliqua extinctum in ejusdem liberis reſuſcitari nequit, *p. 3. c. 15. d. 13. n. 6.*
Jus ſibi dicere in propria cauſa, ex qua maximè adverſario inſigne præjudicium poteſt afferri, nemo poteſt, *p.2. c.38. d.2. n.5.*
Juris conſtituti natura hæc eſt, ut ratio ejus nec inveſtigari debeat, nec reddi poſſit, *p.3.c.3.d.2.n.2.*
Rationis identitas idem jus facit, *p.2.c. 10.d.32.n.12.*
Diverſa ratio diverſam juris deciſionem exigit, *p.3.c.33.d.14.n.7.*
Sine juris autoritate nihil temerè aſſeverandum, *p.3.c.14. d.3. n.6. it. p.4.c. 3.d.4.n.7.*
Vigilantia & induſtria unius alteri in jure quæſito præjudicare non debet, *p.1.c.28.d.179.n.4.*
Solâ requiſitione jure ſuo nemo privari poteſt, *p.2.c.49.d.6.n.4.*
Res eadem duplici jure & quidem diverſo cenſeri non debet, *p.1. c.19.d.7.n.3.*
Una eademque res maximè individua duplici jure cenſeri, ac in una perſona valere, in altera verò annullari poteſt, *p.2.c.46.d.9.n.13.*
Redacta ad unum non debet diverſo jure cenſeri, *p.3.c.30.d.12.n.5.*
Quemlibet jura ſua ſcire debere verum eſt in juribus apertis & notoriis, *p.2. c. 17. d. 4.*
Melius eſt intacta jura ſervare, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere, *p.2.c.9.d.2.n.9.*

JURA.

Jura & Actiones in foro Sax. non niſi 30. annis, anno & die præſcribuntur, *p. 2.c.31.d.22.n.10.*
Jura & nomina tertiam ſpeciem bonorum conſtituunt, *p.2.c.23. d.7.n.1.*

K.

KIRCHENSTUL.

In redemtione ſubſelliorum templi (der Kirchenſtůle) fœminæ ex jure cognationis nullam ſibi prærogativam arrogare poſſunt, *p.1. c.18. d.30.*

KAUFF GEHET VOR MIETHE.

Hoc dicterium dupliciter limitatur, *p. 2. c. 36. d. 4. n. 4. ſeqq. & ib. def. 5.*

KUCKUS.

Partes Metallicæ ſive Kuckus bonis immobilibus accenſentur, *p.3.c.25.d.1.*
An marito vel uxori debeantur, vide infra Succeſſio mariti, *& plura in vocabulo* Metallum.

L.

LAC.

Defuncto Vaſallo poſt Calendas Martii heredibus allodialibus competit jus coquendi cereviſiam per totum illum annum in prædiis feudalibus, *p.3.c.32. d.9.*
Idem juris in Lacte & lana, *n. 1.* venationibus, *&c.n.3.* Lapidicinis, *n.4.*

LÆSUS.

Læſus ultra dimidium quatenus habeat beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. vide infra in verb. Lex. 2. C. de reſc. vendit.

LAMIA.

Lamiæ & Sagæ cum Dæmone concumbentes igne cremantur, etiamſi nulla pactio expreſſa interceſſerit, *p. 4. c. 2. d. 3.*
Satanas cum Lamiis verè, non illuſoriè congreditur, *ib.n.3.*
Commixtio Satanica diſſolvit matrimonium, ſi forſan contingat Sagas vel Lamias haud mortis ſupplicio puniri, *p.4.c.2.d.4.*
Vide plura infra in verb. Magi, Malefici & Saga.

LAPIDICINA.

Lapidicina & ſylva cædua pro rebus immobilibus reputantur, quicquid tamen ibi cæſum eſt, pro re mobili habetur, *p.3.c.24.d.11.n.4 & 5.*
Jus Lapidicinarum competit heredibus allodialibus per totum illum annum in prædiis feudalibus defuncto vaſallo poſt Calendas Martii, *p. 3. c. 32. d. 9. n. 4.*
An competat marito, vide infra Succeſſio mariti.

LATROCINIUM.

Latrocinii definitio, *p. 4. c. 5. d. 4. n. 8. it. d. 5. n. 3.*
Latrocinium & Robbaria differunt, *p.4. c.35.d.3.n.1.*
Ob Latrocinium non ſolùm in via publ. ſed etiam in ædibus privatis commiſſum, rei ſupplicio rotæ mancipandi ſunt, *p.4.c.5.d.4.*
Latrocinii reus rotâ contunditur, quantumvis ex latrocinio nil prorſus fuerit lucratus, *p.4.c.5.d.5.*
Latrocinii pœnam incurrit, qui aliquem eo fine occidit, ut cum ipſius vidua matrimonium contrahere queat, *p. 4.c.5.d.6.*
Rotæ ſupplicio quoque puniendus eſt, qui ſocium criminis occidit, ne furtum perpetratum manifeſtetur, *p. 4. c. 5. d. 7.*
Latrocinium ob ſolam ſpem futuræ numerationis perpetratum pœnam rotæ meretur, *p.4.c.5.d.8.*
Latrocinii pœnâ plectendus eſt fur deprehenſus in furto, ſi occidat deprehenſorem, *p.4.c.5. d.9.*
Limitatur, niſi homicidium eo fine à fure commiſſum probetur, quo vitam redimeret, *p.4.c.5.d.10.*

LAUDEMIUM.

Laudemium vocatur etiam Laudativum ſeu Laudatitium, & quare, *p.2.c.39.d. 11. n. 1.*
Laudemium non niſi ex conſuetudine & ſtatuto cujusque loci debetur, ejusq; nomine in ſingulos centenos duo floreni ſolvendi ſunt, *d.d.11.*
Cur ſolvendum, *n. 2.*
Laudemium conſuetudine cujusque loci ad 4. 5. & plures florenos, de ſingulis centum ſolvendos augeri poteſt, *p. 2.c.39.d.11.*
Laudemia in recognitionem dominii & ſignum ſubjectionis debentur, *p. 2. c.2.d.2. n.5.*
Laudemii exactio eſt res meræ facultatis, *ib.n.7.*
Laudemia fundo inhærent, & ſequuntur quemcunque poſſeſſorem, *p.1.c. 28.d.33.n.5.*
Laudemium non ſolùm ex contracta, ſed etiam ex diſſoluta emptione venditione perſolvendum eſt, *p.2.c.39. d. 13.*
Laudemium non niſi poſt translationem dominii, pro nova inveſtitura ſolvitur, *p.2.c.32.d.22.n.5. it. p.2.c. 39.d.14. n.4.*
Laudemiorum acquiſitio fundatur in contractu, recipitque omnes conditiones & qualitates illius contractus, *p.2.c.39.d.16.n.6.*
Laudemium ex venditione ſub haſta debetur, *p.2.c.39.d.17.*
Laudemium retrahens emtori reſtituere tenetur, *p.2.c.33.d.8.*
Pro retractu ipſo Domino ad Laudemium obſtrictus non eſt, *ib.n.3.*
Laudemium ex venditione, quæ fit cum pacto de retrovendendo, debetur Domino, non etiam ex ipſa retrovenditione, *p.2.c.1 d.23.*
Quod Laudemii nomine ex prima venditione Domino ſolvit, id revendenti à reemtore reſtitui debet, *p.2.c.1. d.24.*
Ad Laudemii exſolutionem obligatus eſt heres teſtamentarius, aliusve poſſeſſor, ad quem titulo lucrativo Emphyteuſis pervenit, *p.2.c.39.d.19.*
Laudemium Domino ſolvit heres ab inteſtato ſuccedens, ſive ſit collateralis, ſive parens, *p.2.c.39.d.20.*
Non tamen liberi Emphyteutæ patri ſuccedentes, *p.2.c.39.d.21.*
Valet tamen conſuetudo, ut liberi ſuccedentes parentibus Laudemium ſolvant, *p.2.c.39.d.22.*
Licet intra 100. annos fundus Emphyteuticus non fuerit alienatus, tamen Emphyteuta factâ poſtea translatione à Laudemii præſtatione ſe liberare nequit, *p.2.c.2.d.2.n.6.*
Laudemium debetur, ſi pater vendat Emphyteuſin liberis ſuis, alioquin ſibi ab inteſtato ſucceſſuris, *p. 2. c.39. d. 27. n.1.*
Aliud eſt, ſi donet, *n.4.*
Laudemiũ factâ alienatione fundi Emphyteutici vel Cenſitici vivẽte adhuc vaſallo, ſi tamen ab ipſo non inveſtiatur novus poſſeſſor, heredibus allodialibus non debetur, *p.3.c.32.d.22.*
Diverſum eſt in mulctâ & pœnâ, quæ demortuo licet vaſallo ante ſententiam, ejus tamen heredibus allodialibus accreſcit, *n.7.*
Laudemium ſolvere tenetur heres, qui poſt diviſionem factam alterius coheredis portionem emit, *p.2. c.39. d.26.*
In Laudemii materia conſuetudo cujusque loci præcisè attendi debet, *p.2.c. 39.d.22.n.4 & p.2.c.39.d.29.*
Probatâ licet conſuetudine, quod liberi he-

heredes conjunctim omnes pro successione solvant Laudemium, ex divisione tamen postea à singulis id denuo petere non licet, *p. 2. c. 39. d. 30.*
An Laudemium duplex solvi debeat, *ib. n. 2.*
Laudemia si quæ durante usufructu obveniunt, ad usufructuarium pertinent, *p. 2. c. 39. d. 31. n. 1.*
Laudemium domino non præstare tenetur debitor, bona creditori adjudicata redimens, *p. 1. c. 32. d. 57.*
Venditor tenetur restituere emtori exsolutum, si hoc ipsi ante venditionem non manifestaverit, *p. 2. c. 39. d. 33.*
Laudemiorum exsolutio ad emtorem, non venditorem spectat, *ib. n. 1. & n. 2.* it. *c. 1. d. 24. n. 6.*
Laudemium ex venditione conditionali ante eventum conditionis nullum debetur, *p. 2. c. 39. d. 14.*
Laudemium non solvitur in terris Electoratus Sax. ex permutatione, *p. 2. c. 39. d. 15.* (*n. 1.*
Nisi pro pecunia rei permutatæ addita,
Laudemium nullum persolvendum est, quando rescinditur Emptio-Venditio ex l. 2. C. de rescind. vendit. *p. 2. c. 39. d. 16.*
Item, quando bona Emphyteutica in dotem dantur, *p. 2. c. 39. d. 18.*
Nec ex divisione, *p. 2. c. 39. d. 23.*
Mortuo uno coherede ante divisionem ex acquisitione portionis defuncti, reliqui coheredes ad præstationem Laudemii haud sunt obstricti, *p. 2. c. 39. d. 24.*
Nisi ex divisione uni ex heredibus fundus, alteri verò ejusdem æstimatio adjudicatur, *p. 2. c. 39. d. 25.*
Laudemium haud solvendum est, si pater in ultima dispositione uni ex liberis pro certo pretio fundum assignaverit, *p. 2. c. 39. d. 27.*
Laudemium non persolvendum est, quando fit mutatio in persona Domini, *p. 2. c. 39. d. 28.*
Sive per successionem, si fuerit mortuus, vel per contractum, si jus directi dominii à se alienaverit, *n. 1.*
Aliud est, si alii adhuc condomini existant, *n. 10.*
Laudemium ab usufructuario ratione ususfructus aut dotalitii non præstatur, *p. 2. c. 39. d. 31.*
Laudemium haud persolvendum est ex bonis Feudalibus, nisi peculiari quadam loci consuetudine aliud sit introductum, *p. 2. c. 39. d. 32.*
Laudemiorum nomine Magistratus tacitam habet hypothecã, *p. 1. c. 28. d. 35.*

LECTI.

Lecti & aliæ res similes, quas maritus ad usum rei familiaris communem comparavit, si in possessione mulieris non reperiuntur, Geradæ neutiquam connumerari debent, *p. 2. c. 14. d. 30. n. 6.*
Lecti in diversorio publico Geradæ non accensentur, *p. 2. c. 14. d. 37.* licet aliàs omnes lecti ad Geradam spectent, *n. 1.*
Lecti & linteamina in diversorio publ. existentia mobilia sunt, *p. 3. c. 24. d. 10.*

LEGATUM.

Legatorum forma hodie certa ac solennis non est, *p. 3. c. 4. d. 12. n. 18.*
Legata extra testamentum & absque heredis institutione coram 5. testibus relinqui & adimi possunt, *p. 3. c. 4. d. 31.*
Legata absque ullis etiam testibus extra testamentum apud acta judicialiter relicta valent, *p. 3. c. 4. d. 32.*
Legatum pestis tempore nunquam valet coram unico saltem teste relictum, *p. 3. c. 4. d. 13.*
Legatum relictum absque onere, frey und unbeschwert / quomodo accipiendum, *p. 3. c. 38. d. 20. n. 13. & seqq.*
Legatum relictum ob causam, tacita voluntate intelligitur ademtum, si causa non impleatur, *p. 3. c. 13. d. 26. n. 8.*
Legatum ipsum cessat cessante causâ finali legati, secus verò cessante causâ impulsivâ, *p. 3. c. 13. d. 26. n. 7. p. 3. c. 9. d. 20.*
In dubio autem impulsiva causa præsumitur, *n. 7.*
Legatum relictum sub conditione, si testator ægrotus de morbo præsenti non reconvalucrit, extinguitur per reconvalescentiam, nec defunctô postea testatore debetur, *p. 3. c. 9. d. 21.*
Legato revocato, etiam ob bene merita relicto ex certa quapiam causa, deficiente licet eâ, haud tamen legatum debetur, quando est causa impulsiva, *p. 3. c. 9. d. 25.*
Secus si causa finalis, *n. 7.*
Prælegatum liberis relictum quocunq; tempore revocari potest, *p. 3. c. 9. d. 26.*
Legato debito subsistit legatum, etiamsi nullum existat debitum, *p. 3. c. 9. d. 22.*
Legatum non præsumitur in dubio relictum animo compensandi, *p. 3. c. 13. d. 29.*
Nisi quis necessariò debitor constituatur, *n. 6.*
Legatum in testamento sibi ascribens, distante licet testatore, illud petere non valet, *p. 3. c. 3. d. 9.*
Nisi testator in subscriptione, Legatum hoc ipsi reliquisse, testatus fuerit, *p. 3. c. 3. d. 10.*
Legatum ex mente testatoris infertur, verbis licet deficientibus, *p. 3. c. 13. d. 10. n. 6.*
Legatum non prius perfectum videtur, quam testator decesserit, *p. 2. c. 28. d. 8. n. 1.*
Legati dies mortis demum tempore cedit, *p. 2. c. 28. d. 8. n. 2.* it. *p. 3. c. 16. d. 3. n. 3.*
Legatum ad pias causas æris alieni loco esse intelligitur, *p. 1. c. 28. d. 3. n. 3.*
Quoties apud judicem secularem est controversia de legatis piis, ex jure Canonico ea decidenda est, *p. 3. c. 4. d. 33. n. 4.*

De Legatis ad pias causas, vide plura infra Testamentum ad pias causas.

Legata, Codicilli ac donationes mortis causâ pestis tempore valent coram duobus vel tribus relicta, *p. 3. c. 4. d. 3.*
Fallit in donatione omnium bonorum, *n. 12.*
Legata & fideicommissa etiam non agnita ad heredes transmittuntur: Et quando hereditas non adita transmittatur, *p. 3. c. 14. d. 23.*
Annullato licet ob præteritionem liberorum vel parentum testamento, Legata tamen ex eo debentur, *p. 3. c. 9. d. 1.*
Idem juris ob scientem præteritionem posthumorum, *p. 3. c. 9. d. 4.*
Posthumo ignoranter præterito nullum est testamentum etiam quoad Legata, *p. 3. c. 9. d. 5.*
Ratio diversitatis, *n. 4.*
Quando ager, Equus, Jumentum in genere fuit legatum & electio heredi relicta, tum nec optimum nec pessimum, sed mediocre debetur, *p. 3. c. 13. d. 30. n. 10.*
Legatum Annuum ab usufructuario de fructibus ipsis, non autem de proprietate, est persolvendum, *p. 3. c. 13. d. 7. n. 2.*
Legatum propter certam aliquam causam relictum præstandum non est Legatario, priusquam is jussui testatoris satisfecerit, *p. 3. c. 13. d. 20.*
Legatâ Domo cum omnibus, quæ in ea reperiuntur, censentur saltem legata, quæ ad perpetuum domus usum sunt destinata, *p. 3. c. 13. d. 28.*
Legatum pro Dote vel Nuptiarum causâ relictum, defuncto legatario antequam nuptias contraheret, ad heredes non transmittitur, *p. 3. c. 13. d. 25.*
Nisi pater tale legatum pro legitima reliquerit, *n. 9.*
Vel ex conjecturis liqueat, testatorem magis de modo quam conditione sensisse, *n. 11.*
Legatô Fundô etiam in foro Sax. fructus tempore mortis testatoris in eo pendentes legatario cedunt, *p. 3. c. 13. d. 1.*
Similiter quoque donatarius unà cum fundo, in casum mortis sibi donato, fructus pendentes lucratur, *p. 3. c. 13. d. 2.*
Non cedunt legatario fructus Fundi legati, quando testator aliud expressè disposuit, *p. 3. c. 13. d. 3.*
Vel præscriptionis exceptio legatario opponitur, *ib. n. 5.*
Legato fundo ad utendum-fruendum, censetur legata ipsa proprietas, *p. 3. c. 13. d. 9.*
Legata videtur quandoque proprietas, etiamsi fundus fuerit legatus Titio ad utendum-fruendum, quamdiu vixerit, *p. 3. c. 13. d. 10.*
Legatô fundô instructô sive cum omnibus pertinentiis, legata etiam censentur mancipia & instrumenta fundi, nec non cibaria & alimenta ad alenda pecora & ministros necessaria, *p. 3. c. 13. d. 22.*
Legatum Fundi instructi uberius & plenius est, quàm legatum fundi cum instrumento, *ib. n. 1.*
Legatô fundô licet instructô, non tamen legatum videtur frumentum venale in eo reconditum, *p. 3. c. 13. d. 23.*
Legatis bonis mobilibus videntur quoque legati fructus solo adhuc cohærentes, *p. 3. c. 13. d. 5.*
Nisi testator agro nondum rastro subacto mortuus fuerit, *p. 3. c. 13. d. 6.*
Legatum nominis per exactionem ademptum videtur, nisi alia mens testatoris appareat, *p. 3. c. 13. d. 19.*
Legatô pauperi relictô, quisnam pauper dicatur, *p. 3. c. 13. d. 21.*
Legatâ pecuniâ paratâ (Baarschafft vel Baargeld) non videntur legata nomina debitorum, (ausstehende Schulden) *p. 3. c. 13. d. 34.*
Secus si pecunia simpliciter sit legata, *n. 1.*
Legatum ad piam causam, abrogata eâ, ad alios pios usus converti debet, *p. 3. c. 13. d. 27.*

Legata Quantitate heres bona hereditaria juxta ordinem l.à Divo Pio: §. in venditione: ff. de re judic. vendere atque inde legata persolvere debet, *p.3.c.13.d.7.n.4.*

Legatum Studiorum causa relictum expirat & hereditati accedit, quando legatarius à studiis desistit, *p.3.c.13.d.26.*

Heredes legatum illud jam exsolutum repetere possunt, *n.2.*

Vestes an vestimenta legentur nihil refert, *p.3.c.13.d.24.n.1.*

Vestibus simpliciter legatis censentur quoque legatæ vestes festivæ, & ad ornatum præparatæ, *d.d.24.*

Vestes, quæ sunt prohibitæ, nunquam intelliguntur legatæ, cum nec legari possint, *d.d.24.n.6.*

Vestimentum illud censetur relictum, quod congruit personæ legatarii, *ib. n.3.*

Sub legato vestis non continetur aurum, nisi sit contextum sive annexum, *n.8.*

Usu rei legato, si is legatario vanus & inutilis esset futurus, censetur quoq; legatus ususfructus, *p.3.c.13.d.1.*

Usufructu omnium bonorum alicujus relicto, si alteri certa species legetur, utriusque est ususfructus rei istius, *p.3.c.13.d.7.*

Legato usufructu fundi cum absoluta potestate alienandi, legata videtur proprietas, *p.3.c.3.d.11.*

De legato ususfructus vide infra in vocabulo Ususfructus.

Onus solvendorum legatorum ad heredem, non ad usufructuarium pertinet, *p.3.c.13.d.7.n.1.* it. *d.8.n.2.*

Legata non debentur nisi post exsolutionem æris alieni & legitimæ liberorum, *p.3.c.13.d.18.* it. *p.1.c.28.d.117.*

Legata donationibus mortis causa æquiparantur, *p.3.c.1.d.6.n.5.*

In legatis in Electoratu Sax. Falcidia locum habet, *d.n.5.*

An in legatis & Codicillis Falcidia locum habet, vid. sup. Falcidia.

Legatum solvendum est in ea monetæ bonitate, quæ fuit tempore condit. testamenti, sive melior sive deterior moneta facta fuerit, *p.2.c.28.d.8.*

Nisi quandoque ex verbis aut voluntate testantis tempus mortis in solvendo legato attendatur, *n.10.*

Usuræ & fructus legatorum debentur à die moræ seu factæ petitionis, *p.3.c.30.d.20.*

Usuras legatorum seu fideicommissorum ex eo demum tempore, quo lis contestata est, exigi posse, verum est, si mora non præcesserit litis contestationem, *n.2.*

Legati in diem relicti usuræ non ex lapsu diei, sed tantùm ex die agniti & petiti legati debentur, *p.2.c.30.d.21.*

Usuræ legatorum debentur minori citra moram à die aditæ hereditatis, *p.2.c.30.d.22.*

Idem juris est, si uni ex ascendentibus vel descendentibus pro legitima, *n.3.*

Aut etiam piæ causæ legatum proponatur, *n.4.*

Ita tamen, ut mora hæc non diutius, quàm minor ætas duret, *n.7.*

LEGATARIUS.

Legatarius pro consequendo legato executivè contra heredem ex testamento agere valet, *p.3.c.13.d.35.*

Et competit ei triplex actio, *n.1.*

Legatarius pro legato in bonis testatoris tacitam habet hypothecam, *p.1.c.28.d.1.117.n.3.*

Non tamen præfertur ratione hujus hypothecæ creditoribus testatoris, etiam si nudi sunt chirographarii, *n.4.*

Legatariis legata non nisi deducto ære alieno debentur, *n.5.*

Legatarius non potest inscio herede propriâ autoritate occupare rem sibi legatam, nisi interdicto quod legatorum ad restitutionem vel interesse conveniri velit, *p.3.c.13.d.30.*

Competit interdictum quod legatorum heredi etiam tum adversus Legatarium, quando officio & autoritate judicis missus est in possessionem rei legatæ, *p.3.c.13.d.31.*

Legatarius intelligitur, cujus intuitu & contemplatione relictum est legatum, *p.3.c.13.d.32.*

Legatarius prius legatum agnoscat, quàm ut heres moram solvendi contrahat, *p.2.c.30.d.21.n.4.*

Legatarium legatū à manu heredis, cui Falcidia debetur, accipere oportet, *p.3.c.33.d.1.n.2.* it. *p.3.c.9.d.27.n.5.*

Rei legatæ dominium transit rectà viâ à testatione litis in legatarium, *p.2.c.30.d.20.n.8.*

Legati dominium statim à morte testatoris ipso jure legatario, illud agnoscent., acquiritur, *p.3.c.13.d.30.n.1. p.3.c.1.d.37.n.1.* it. *p.3.c.20.d.29.n.19.*

Legatario non saltem res ipsa, sed etiam fructus rei legatæ debentur a die aditæ hereditatis, si fructus fuerint percepti, *p.3.c.13.d.28.n.6. & 8.*

Causa vel conditio in favorem legatarii adjecta legatum non restringit, *p.3.c.13.d.9 n.5.*

Debiti legatum, in quo nullum Legatarii versatur commodum, inutile est, *p.3.c.20.d.5.n.6.*

Legatum, in diem incertum relictum, mortuo antea legatario, in heredem non transmittitur, *p.2.c.45.d.9.n.2.*

Non valet dispositio testatoris, ut Legataria petens portionem Statutariam, ex bonis defuncti sui mariti legatum haud conferre teneatur, *p.3.c.7.d.25.*

LEGATUS.

Legatus seu Ambassator an possit arrestari in suo munere? *p.1.c.30.d.10.*

LEGITIMA.

Legitima portio dicitur ejus, in quo quis successurus est ab intestato, *p.3.c.9.d.28.n.1.* it. *p.2.c.35.d.16.n.5.*

Legitima non est quota hereditatis, sed quota bonorū, *p.3.c.12.d.10.n.3.& 4.*

Legitima sine agnitione ad heredes transmittitur, *p.3.c.14.d.25.n.1.*

Legitima liberis jure naturali debetur, *p.3.c.7.d.24.n.8.*

Et nullâ ratione à patre gravari, vel deminui potest, *n.9.*

Legitima non debetur ex bonis paternis nisi deducto prius ære alieno, *p.1.c.28.d.100.n.4.* it. *p.1.c.28.d.157.n.8.*

Legitima, hereditate debitis exhaustâ, amplius non debetur, *p.3.c.13.d.8.*

Legitima parentibus avo, aviæque non minus ac liberis secundum naturam debetur, *p.3.c.12.d.1.n.6. & p.3.c.1.d.9.n.2.*

Legitima, quæ debetur parentibus ex bonis liberorum, æquiparatur illi, quæ liberis debetur de bonis parentum, *p.3.c.11.d.8.n.7.*

Quod in legitima liberorum constitutum est, ad parentum quoque portionem producitur, *p.3.c.1.d.21.n.10.*

Legitimæ liberorum & parentum quantitas, *p.3.c.12.d.11.n.1.& 3.*

Legitimæ quantitas à jure civili est adinventa & statuta, *p.3.c.12.d.1.n.2.*

Legitima est surrogata in locum alimentorum, *ib.n.9.*

A legitima ad alimenta valet argumentum, *p.1.c.28.d.137.n.8.*

In ineunda legitimæ computatione necessariò spectandum est tempus mortis, *p.3.c.12.d.10.n.4.*

Non valet Statutum, quod liberis Legitimam aufert, quæ ipsis jure naturæ debetur, *p.3.c.23.d.18.n.4.*

Nulla valet patris dispositio, per quam fraus fit legitimæ, *p.3.c.7.d.24.n.7.*

Legitimæ defectus ex substantia patris suppleri debet, *p.3.c.13.d.18.n.7.*

Ante obitum patris liberi ne quidem in legitima, multò minus in reliquis bonis quicquam juris sibi sumere vel arrogare queunt, *p.2.c.12.d.36.n.2.*

Legitimam petere prohibentur saltem ii, qui à successione excluduntur, *p.2.c.46.d.24.n.3. p.3.c.9.d.28.n.2. p.2.c.35.d.16.n.4. & p.3.c.12.d.2.n.3.*

Legitimam liberam liberi habere debent, sine aliquo onere ac dilatione temporis, *p.3.c.12.d.7.n.6.*

Legitimam paternam defuncto patre liberi petere nequeunt, priusquam viduæ de bonis illatis, vel portione statutaria satisfactum fuerit, *p.1.c.28.d.100.*

Ratione legitimæ paternæ filii in bonis vitrici non præferuntur viduæ bona illata petenti, *p.1.c.28.d.101.*

Nisi vitricus pro tutore vel curatore se gessisset, *n.6.*

Ratione legitimæ maternæ liberi jus prælationis habent & novercæ ratione dotis suæ in concursu creditorum præferuntur, defunctâ licet matre ante maritum. *p.1.c.28.d.97.*

Pater non observatâ æqualitate inter liberos, uni ex illis majorem bonorum suorum partem in subsidium sustentationis tradere potest, modo reliquī inde legitimæ portionis jacturam non sentiant, *p.2.c.12.d.37.*

Legitimam, si in foro Sax. uxor decedens nulla immobilia bona relinquat, maritus superstes parentibus de bonis mobilibus integram exsolvere tenetur, *p.3.c.12.d.3.n.3.*

Legitima nunquam debetur matri ex bonis filiorum, nisi quæ liberi jam possident, *p.3.c.8.d.1.n.11.*

Legitimæ portioni specialiter debet renunciari, *p.3.c.12.d.4.n.7.*

Legitima nullo alio, quàm institutionis titulo, adeoq; nec per substitutionem aut fideicommissum liberis relinquī debet, *p.3.c.9.d.1.*

Licet non tota, tamen pars *n.6.* aut res singularis *n.7.* Nihilo verò relicto titulo institutionis honorabili corruit testamentum, *d.n.7.*

Neque excipitur testamentum inter liberos, *n.9.* nec ad pias causas, *n.10.* licet filius præteritus vivo adhuc patre decedat, nisi instituti fuerint venientes ab intestato, *n.11.& 12.*

Non

Non valet testamentum, in quo parentibus debita legitima titulo honorabili non fuit relicta, *p.3.c.9.d.2.*

Legitima in casu deficientium bonorum immobilium parentibus ex mobilibus debet exsolvi, *p.3.c.23.d* 19.

Quicquid liberis sub nomine legitimæ relinquitur, in eo videntur heredes instituti, nisi testator id per heredem exsolvi jusserit, *p.3.c.9.d.8.*

Non impugnare possunt liberi paternum testamentum, si patre vivente legitimam vel dotem acceperint, *p.3.c.9.d.10.* it. *d.26.n.1.*

Filiis per donationem in legitima defraudatis competit querela inofficiosæ donationis, *p.3.c.10.d.9.n.4.*

Filius exheredatus non facit partem in numero liberorum ad minuendam legitimam, *p.3.c.10.d.12.*

Nec partem facit ad augendam reliquorum legitimam, *p.3 c.10.d.13.*

Filia, quæ certo quopiam pro dote accepto hereditati renunciat, reputatur inter liberos quoad minuendum legitimam, non etiam quoad augendam eam, *p.3.c.10.d.14.*

Filio hereditatem repudiante, ejus portio in legitima reliquis accrescit, *p.3.c.10.d.15.*

Legitima ex ipsa patris vel matris substantia & hereditate liberis debetur, *p.3.c.11.d.1.n.4.*

Legitima parentum per consuetudinem vel statutum quidem minui, sed non in totum tolli potest, *p.3.c.12.d.1.*

Legitima matris ex filiæ Gerada ipsi debita, nulla consuetudine vel statuto tolli potest, *p.3.c.12.d.2.*

Statuum generale deferens conjugi superstiti hereditatem defuncti ex asse, Legitimam parentibus debitam nunquam excludit, *p.3.c.12.d.3.*

Pacta Dotalia à parentibus ipsis indefinitè concepta, eos à petitione legitimæ non excludunt, *p.3.c.12.d.4.*

Legitima liberorum licet per Statutum vel consuetudinem diminui, in totum tamen tolli non potest, *p.3.c.12.d.5.*

Aliud juris est in legitima fratrum, *n.9.*

Valet Statutum ut conjunx superstes bonis defuncti universis utatur-fruatur ad vitam, nec liberi vivente eo legitimam petant, *p.3 c.12.d.6.*

Qualia statuta sunt Saltzensia, Sangerhusana, Zittaviensia & Thomæ-Pontana, *n.5.*

Non valet legatum ususfructus omnium bonorum ad privandum filium Legitimâ suâ, *p.3.c.12.d.7.*

Non potest pater liberis præjudicare, quò minus petere valeant supplementum legitimæ, *p.3 c.12.d.8.*

Nec quidem in testamento verbis expressis potest, *n.7.*

Liberi non tenentur stare taxatione bonorum à patre in quæ judicium legitimæ facta, *p.3.c.12.d.9.*

Filia religionis orthodoxæ à patre Anabaptista adhuc vivo, jure petit Legitimam ex bonis paternis, *p.3.c.12. d.10.*

Si ex unico filio nepotes quinque vel plures avo succedunt, nullis porrò liberis existentibus eorum legitima est semis, non triens, *p.3.c.12.d.11.*

Legitima ex Feudis novis & emptitiis hodie in ditionibus Electoratus Sax. filiabus debetur, si pretium eorum omne allodium patris absumserit, vel majorem partem ejus æquaverit, *p.2. c.46.d.21.n.2. & d.24.*

Extra Electoratum quoque Sax. ex Feudo novo à patre empto, si alia bona hereditaria non adsint, filiæ legitimam petere possunt, *p.3.c.9.d.28.*

Non verò ex Feudis antiquis, *n.3.* quod extenditur ad Feuda hereditaria, *n.4.*

Non tantùm Nobilium, sed & plebejorum filiæ de pretio in Feudi novi emptionem collocato Legitimam petere possunt, & quænam ea sit hoc casu in Electoratu Sax. *p.3.c.9.d.29.*

Quando & quibus in casibus filiæ ex feudo empto legitimam petere haud valent, *p.3.c.9.d.30.*

De pecunia in Feudi novi emptionem collocata matri æquè ac filiabus legitima debetur, *p.3.c.9.d.3.*

Non debetur filiabus ex Feudo novo legitima, si dotem & elocationem petant, *p.3.c.9.d.32.*

Quod tamen in earum arbitrio est, *n.3.*

Legitima quatenus debeatur ex Feudo, Vide supra Feudi onera & oppignoratio.

Feudum novum filiis imputatur in Legitimam, *p.3.c.10.d.8.*

Sive hereditarium sit, sive ex pacto & providentia, *n.4.*

In legitimam imputantur non nisi ea, quæ immediatè a patre & bonis ejusdem proficiscuntur, *ib.n.3. & 5.*

Si pater Feudum cum consensu Domini unu filiorum concesserit, reliqui in legitima defraudati eam ex Feudo petere possunt, *p.3.c.10.d.9.*

Filiæ etiam Nobiles in legitimam, quæ defunctâ matre ab intestato ex bonis mobilibus à patre superstite accipiunt, Geradam imputare tenentur, *p.3. c.11. d.1.*

Vide plura supra in Verb. Conferre & Imputare.

LEGITIMATUS.

Legitimatus per subsequens matrimonium in collegium opificum recipi debet, *p.2.c.6.d.12.*

Item ducens uxorem, quam antea ipse imprægnaverat, *p.2. c.6.d.14.*

Legitimato per subsequens matrimonium dari potest testimonium Natalitium, quod ex thoro legitimo & parentibus honestis natus fuerit, *p.2.c. 6. d.15.*

Legitimatus per Comitem Palatinum civium consortio dignus judicatur, *p.2. c.6. d.16.*

Modus Legitimandi per rescriptum debilior est illo, qui fit per subsequens matrimonium, *ib.n.2.*

Legitimati per rescriptum & subsequens matrimonium Natalibus ingenuitatique plenè restituuntur ad omnes gradus, successiones & honores, perinde ac si quis ex & de legitimo matrimonio natus esset, *n.3.*

Legitimati per subsequens matrimonium nihil differunt à legitimis, *p.3.c. 28. d.17. n.3.*

Legitimatio per rescriptum Principis aut Comitem Palatinum facta in successione jus quæsitum nemini aufert, *p.2.c.6.d.27.*

LEGITIMATIO.

In omnibus judiciis Legitimatio præcedat, *p.1.c.1.d.26.n.1.*

Et Exceptio illegitimationis in quavis judicii parte opponi potest, *n.2.*

LEHNS-ERBEN.

Per dictionem Lehns-Erben quid intelligatur, *p.2.c.47.d 2.n.9.*

LEHENTRÄGER.

Vid. p.3.c.28.d.5 n.8.

Lehnträger maritus uxoris, *p.2.c.13.d.17.*

LEHNSAUFLASSUNG.

Lehnsauflassung muß vor allen Dingen dem Käuffer Gerichtlichen geschehen/ *p.2.c.31.d 13.n.6.*

LEJBGUT.

Vocabulo Germanico (Lehgut) denotatur saltem dotalitium, non etiam reliqua jura muliebria, ut Gerada, Morgengaba & cibaria domestica, *p.3.c. 34. d.1.*

LEJBGEDINGE.

Das Leibgedinge oder Leibzucht vulgò appellari consuevit, quia vidua utitur dotalitio saltem ad vitam, so lange die Frau leibet oder lebet/ *p.3.c.34.d. 1.n.10.*

LENOCINIUM.

Lenocinii pœnâ plectendus est, qui conjugem quæstus causa adulterari, patitur, & tacet, *p.4.c.29.d.1.*

Eâdemque pœnâ damnandus est is, cujus ope, consilio vel dolo malo factum est, ut vir fœminave, in adulterio deprehensa, pecuniâ aliâve quadam pactione se redimerent, *ib.n.13.*

Lenocinium à parentibus vel maritis absque spe alicujus lucri commissum solâ fustigatione punitur, *p.4.c.29. d.3.*

Lenocinii pœnâ non tenentur parentes qui filios suos scortari patiuntur, *p.4. c.49.d.4.*

Nec tutores, pupillas suas aliorum libidinibus prostituentes, sed arbitrariè fustigatione cum perpetua relegatione puniuntur, *p.4.c.9.d.5.*

Lenocinium in personis extraneis exercitum arbitrariè coërcetur, *p.4.c.29. d.6.*

Si personæ conjugatæ à Lenonibus se prostitui patiuntur, à pœna adulterii haudquaquam erunt immunes, *p.4.c. 29.d.7.n.5.*

Lenocinii pœnam incurrit, qui semel tantummodo lenocinium exercuit, *p.4.c.29.d.8.*

Tenetur pœnâ Lenocinii etiam, qui publicas meretrices prostituunt, *p.4. c.29.d.9.*

A Lenocinii pœna paupertas neminem excusat, *p.4.c.29.d.10.*

Lenocinium gravius crimen reputatur adulterio, *p.4.c.29.d.1.n.1.*

LEUTERATIO.

Leuteratio & Appellatio inter se differunt, *p.1.c.19.d.2.n.1.*

Leuterationis beneficium ex sola con-

suetudine & moribus potius quàm jure invaluit, *p.1.c.19.d.1.n.6.*

Leuteratio coram Notario & testibus jure subsistit, *p.1.c.20.d.3.*

Leuterationis & Appellationis beneficium in foro Sax. habet effectum suspensivum, ita ut pendente eâ nihil liceat innovare, *p.1.c.3.d.8.n.2.* it. *p.1.c.19.d.1.*

Clausula illa (non deducta deducam ex l. per hanc 4. C. de tempor. appellat.) etiam in Leuteratione locum habet, *p.1.c.19.d.2.*

Leuteratio utrique parti communis est, nec præjudicare potest Leuterans Leuterato, si post emissam citationem Leuterationi renunciare velit, *p.1.c.19.d.7.*

Etiamsi Leuteratus intra decendium expressis verbis non adhæserit Leuterationi interpositæ, *ib.n.2.*

At citatione nondum emissâ Leuterans suâ renunciatione præjudicat Leuterato, nisi hic intra decendium Leuterationi expressè adhæserit, *p.1.c.19.d.8.*

Leuteratio haud absimilis est appellationi, *ib.n.5.*

Leuteratio à procuratore absque mandato non admittitur, *p.1.c.19.d.3.*

Sufficit tamen generale sive cum libera, nec opus est ad hoc speciali mandato, *ib.n.4.& 5.*

Leuteratio absque mandato interposita post decendium non ratificari potest à Domino principali, *p.1.c.10.d.6.*

Leuteratio partium litigantium tum demum est communis tertio cuidam, si huic intra decendium expressè adhæserit, *p.1.c.19.d.11.*

Ex Leuteratione utriusque partis videtur aliquo modo lædi honor judicis, *p.1.c.19.d.12.n.5.*

In Leuteratione tempus decendii æquè ac in appellatione à momento publicatæ sententiæ in momentum currit, *p.1.c.19.d.13.*

Decendium ad Leuterandum non currit ignoranti haud citato ad publicationem sententiæ, *p.1.c.19.d.14.*

Nec ei, qui justa ex causa impeditus fuit Leuterationem interponere, *p.1.c.19.d.15.*

Non sufficit Leuterationi petitionem citationis inseri, sed deinceps intra spacium 6. septimanarum & 3. dierum Citatio ad prosecutionem impetrari debet, *p.1.c.19.d.16.*

Leuterationis forma in quibus consistat, *p.1.c.19.d.16.n.1.* it. *d.20.n.1.* & *d.21.n.1.*

Sufficit tamen etiam ultimo die atque momento harum 6. septimanarum & 3. dierum citationem ad Leuterationis prosecutionem impetrari, *p.1.c.19.d.17.*

Spatium autem istud currit non à die latæ sententiæ, sed interpositæ Leuterationis, *ib.n.1.*

Nec dies insinuatæ Leuterationis computatur in terminum illum impetrationi citationis ad prosecutionem Leuterationis præstitum, *n.2.*

Sententia licet super alio prosecutionis termino præfigendo lata, nihilominus intra 6. septimanas & 3. dies Leuterans denuò citationem impetrare tenetur, *p.1.c.19.d.18.*

Leuterationem non deserit, qui causâ quadam rationabili impeditus intra 6. septimanas & 3. dies citationem impetrare nequit, *p.1.c.19.d.19.* modo justum & sufficiens impedimentum probetur, *n.4.*

Leuteranti non præjudicatur ex eo, quod judex terminum prosecutionis posuerit ultra tres menses, *p.1.c.19.d.20.*

In prosecutione Leuterationis ab interlocutoria interpositæ, duabus saltem alternis positionibus ad sententiam est concludendum, *p.1.c.19.d.21.*

Prosecutio Leuterationis à sententia interlocutoria factæ duabus duntaxat positionibus pertractari debet, à definitiva verò tribus alternis, *n.3.& 4.*

Protestatio tum demum vim Leuterationis habet, quando sententia verbis expressis suspenditur à viribus rei judicatæ, *p.1.c.19.d.22.*

Leuterare in foro Sax. à qualibet sententia, sive sit definitiva, sive interlocutoria etiam post tres conformes sententias, licet, *p.1.c.19.d.23.*

Leuterare à sententia in summariissimo possessorio data non licet, *p.1.c.19.d.24.*

De jure autem Pontificio, & in foro Sax. sicut & in totâ ferè Germania in judiciis possessoriis provocatio permissa est, *ib.n.9.& 12.*

Leuterare in Processu criminali inquisitorio non licet in foro Sax. *p.1.c.19.d.25.*

Secus de jure communi, *n.1.*

Et in processu criminali ordinario etiam in foro Sax. *n.2.*

Loco tamen Appellationis vel Leuterationis in processu inquisitorio admittitur defensio inquisiti, *p.1.c.19.d.26.*

Nec Leuterare consanguinei sententiam in processu inquisitorio contra consanguineum latam valent, licet ejus defensionem deducere non prohibeantur, *p.1.c.19.d.27.*

Admittitur tamen Leuteratio in processu etiam inquisitorio, si de levi agatur crimine, quod pœnâ haud corporis afflictivâ coërcetur, *p.1.c.19.d.28.*

Leuterari nequit sententia in Leuteratione lata, *p.1.c.19.d.4.*

Nisi per sententiam Leuterationis novum inferatur gravamen, *p.1.c.19.d.5.*

Leuteratio à certo sententiæ articulo interposita, non est communis alteri collitigatori, quoad reliqua sententiæ capita, si non hic intra decendium adhæserit Leuterationi, *p.1.c.19.d.9.*

Et Leuteratione ab uno capitulo interposita cætera capita rei judicatæ auctoritati relicta censentur, *ib.n.8.*

Leuteratio generaliter interposita, quâmvis deinceps Leuterans certum impugnaverit caput sententiæ, Leuterato etiam in aliis capitibus est communis, *p.1.c.19.d.10.*

Sententia suspensa per Leuterationem potest mutari in deterius contra Leuterantem etiam parte adversâ non petente, *p.1.c.19.d.12.*

Leuteratio efficit, ut reus exceptiones dilatorias antea omissas adhuc opponere valeat, *p.1.c.3.d.8.*

Omnia fere jura, quæ de Appellationibus loqvuntur in foro Sax. in Leuterationibus etiam locum habent, *p.1.c.19.d.25.n.7.*

Leuteratione interpositâ ab adversâ parte terminus probatorius currere debet à tempore notificationis, Leuterationi fuisse renunciatum, *p.1.c.16.d.10.n.4.*

Leuteratio absque sufficienti gravamine interposita rejici potest, *p.1.c.19.d.29.*

Et Leuteranti juramentum malitiæ à judice imponi, *n.5.*

Temere Leuterans in expensas retardati Processus condemnatur, *p.1.c.19.d.30.*

Et judex etiam non imploratus ex officio hoc facere potest, licet ad hoc haud sit obstrictus, *n.5.& 6.*

Contra Leuteratum contumacem non proceditur ad legitima impedimenta & amissionem causæ, sed injungitur ei primâ vice responsio ad prosecutionem Leuterationis, quandoq; etiam simul refusio expensarum, *p.1.c.19.d.31.*

Licet quondam in foro Sax. aliter procederetur, *n.1.*

Si Leuteratus in contumacia perseveret, super gravaminibus per Leuterantem deductis judex ex actis primæ instantiæ informatus cognoscit, *p.1.c.19.d.32.*

Leuterante in termino contumaciter emanente Leuteratio pro deserta habetur, *p.1.c.19.d.33.*

Quandoque tamen justâ causâ apparente alius terminus ad prosecutionem Leuterationis præfigitur, *p.1.c.19.d.34.*

LEX.

Lex sua natura est generalis, *p.4.c.13.d.1.n.9.*

Qualis lex erit, si non observetur & in desuetudinem abeat, *p.2.c.28.d.1.n.6.*

Quamvis lex Mosaica judicialis ad nos haud pertineat, exemplum tamen istius legis munit conscientias, *p.4.c.20.d.13.n.13.*

Lex nova disponens de materia juris communis, omnes declarationes juris communis recipit, *p.3.c.29.d.6.n.7.*

Quod lex non prohibet, nec nos prohibere debemus, *p.2.c.15.d.12.n.2.*

Ratione legis remotâ lex ipsa correcta intelligitur, *p.2.c.8.d.16 n.8.*

Ubi deficiunt verba legis, ibi quoque deficit legis dispositio, *p.2.c.15.d.12.n.2.*

Quod verbis alicujus legis deest, ex alia supplendum est, *p.2.c.46.d.8.n.17.*

Qui jus dicentis autoritatem negligit, indignus est, ut legis ad Magistratus opem sentiat, *p.4.c.46.d.10.n.3.*

Quod lege non cavetur, in Practica non habetur, *p.1.c.3.d.2.n.4.*

Leges ac Constitutiones non verbis, sed rebus imponuntur, *p.3.c.38.d.5.n.6.*

In Leges, quæ sanctæ sunt, nulla suspicio calumniæ cadere potest, *p.1.c.12.d.25.n.3.*

Leges neminem in paupertate vivere, nec in anxietate mori permittunt; de quibus hoc dictum censeatur, *p.1.c.1.d.9.n.6.*

Lex si contendat 28. ff. de fidejussor. *p.1.c.7.d.29.*

Non

Non quid dixerit, sed quid intellexerit Legislator, advertendum est, *p.*3.*c.*3. *d.*16.*n.*12.

LEX AQVILIA.

Actio legis Aquiliæ non transit ad heredes, *p.*4.*c.*12 *d* 9.*n.*6.

In legis Aquiliæ materia quod unus præstitit, alium non relevat, *p.*4.*c.*11.*d.*4. *n.*3.

Lex 2. C. de rescind. vendit.

Beneficium l. 2. C. de rescind. vend. non solùm in terris Electoratus Sax. sed etiam extra Electoratum in transactione locum habet, *p.*2.*c.*34.*d.*1.

In Locatione-conductione, *p.*2. *c.*34. *d.* 10.

In Divisione hereditatis, *p.*2. *c.*34. *d.*11.

In solutionibus & Quietantiis, *p.*2. *c.*34. *d.* 12.

In venditionibus judicialibus ac publ. sub hastâ factis, *p.*2.*c.*34.*d.*13. it. *p.*1.*c.* 32.*d.*18.*n.*5.

In constitutione dotis ac dotalitii, *p.*2.*c.* 34.*d.*14.

Cessat Beneficium l. 2. C. de rescind. vend.

Quando ei specialiter à contrahentibus fuerit renunciatum, *p.* 2. *c.* 34. *d.* 2.

In remissione alicujus rei seu juris totali, *p.*2.*c.*34 *d.*3.

Nec datur ei, qui scivit læsionem ultra dimidium vel magnam vel maximam fore, *ib.n.*4.

Nec procedit in transactione, ex intervallo ratificata, *n.*6.

Vel judiciali, vel judicialiter saltem à Principe aut Magistratu confirmatâ, *p.*2.*c.*34.*d.*4.

Causa rescissionis ex l. 2. C. de rescind. vendit. in processu ordinario, non summario, ventilari debet, *p.* 2. *c.*34. *d.* 5.

Læsio ultra dimidium probanda est per testes inspecto tempore contractus, *p.*2.*c.*34.*d.*6.

In rescissione contractus ex causa læsionis ultra dimidium reo datur electio, an justum pretium supplere, vel rem restituere velit, *p.*2. *c.*34.*d.*7.

Non solum in venditore, sed etiam in emptoris persona locum habet, l. 2. C. de rescind. vendit. *p.*2. *c.*34.*d.*8.

Dolo inductus ut minoris vel majoris emeret vel venderet, agere potest ad resarciendum in pecunia, id quod ejus interercrit, *p.*2. *c.*34.*d.*9.

LIBELLUS.

Libellus dicitur judicii fundamentum, *p.*1.*c.*2. *d.*16.*n.*4.

Et vocari potest truncus arboris judiciariæ, *n.*5.

Libellus debet constare ex tribus partibus, 1. ex narratione facti, 2. ex medio concludendi, 3. conclusione, *p.* 1. *c.*2.*d.*11.*n.*1.

In libello nomen actionis necessariò haud exprimi debet, *p.*1.*c.*2.*d.*13.

An in actione furti, vel condictione, vel rei vindicatione, *n.*6.

An in actione arborum furtim cæsarum, quo casu duplex prodita est actio, *n.*7.

Narratio in libello sit clara, *p.*1 *c.*2.*d.*13. *n.*5.

In uno libello tria capita sive puncta, ex diversis causis provenientia, proponere licet, at non plura, *p.* 1. *c.*2. *d.*4.

Si ex una eademque actionis causa, iisdemque concludendi mediis oriantur, *n.*3.

Plures actiones, quæ simul cumulari possunt in uno eodemque libello, persequi quis potest, *ib.n.*1.

Creditor debitorem actionibus & numero & specie diversis, vel iisdem specie sed diversis numero sibi obligatum unico libello convenire potest, *ib.n.*2.

Libellus in concursu creditorum ad tria saltem capita restringi haud debet, *p.*1.*c.*2.*d.*5.

Item si super operis rusticorum ex diversis agendi causis disputetur, *ibid. n.*2.

In foro Sax. plures rei sive debitores ex diversis causis obligati uno libello conveniri nequeunt, *p.*1.*c.*2.*d.*6.

Libelli materia latè interpretanda pro favore actionis, ut subsistat, *p.*1.*c.*2.*d.* 14. *n.* 5.

Judicio ab actore inchoato reus contrarium libellum offerre nequit, *p.*1. *c.*7. *d.* 29. *n.* 1.

Lite autem nondum motâ jus suum reus in judicium deducere, & super eo actore cunctante pronunciari petere potest, *ibid.n.*2.

Actor, in judicio ad libellum antea inscriptis oblatum se referens, illumque in termino verbotenus repetitum velle dictitans audiendus est, *p.*1.*c.*1. *d.* 4.

Modo de animo repetendi expresè constet, *n.*7.

Clausula salutaris libello apposita contra narrata libelli nihil operatur, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 15.

Clausula in fine libelli apponere solita (peto mihi justitiam exhiberi) est velut herba beronica pro salvando libello à vitio, *n.*1.

Conclusio libelli potissimum attendi debet, *p.*1.*c.*2. *d.*11.*n.*2.

Sententia debet esse conformis libello, *p.*1.*c.*2.*d.*16. it. *p.*1.*c.*26.*d.*6.*n.*1. it. *p.* 2.*c.*34.*d.*40.*n.*7.

Hæc Regula quomodo intelligenda, *p.*1. *c.* 26. *d.* 8.

Sententia conformis debet esse libello, & petitioni actoris, non responsioni, quam reus fecerit ad petitionem, *p.*1. *c.*26. *d.*6.*n.*1.

Sententia non est speranda proficua, si non rectè in libello fuerit petitum, *p.*1.*c.*2.*d.*16.*n.*4.

LIBELLUS ALTERNATIVUS.

Libellus alternativus admittitur ex obligatione alternativa & facto rei incerto, *p.*1.*c.*2.*d.*7.

Inprimis si declaratio non est in potestate libellantis, *n.* 4.

It. si nesciat actor, an omnes heredes vel alteruter eorum se hereditati immiscuerint, *n.*6.

Item si agitur ad rescissionem contractus ex l. 2. C. de rescind. vend. *p.*1.*c.* 2. *d.* 8.

Limitatur, si agitur ex læsione enormissima ad rescindendum contractum, *n.* 4.

Libellus alternativus omninò admittitur, ubi electio est rei, non actoris, *n.* 3.

Libellus alternativus valet in causa criminali, in quo actor vel rei condemnationem, vel torturam petit, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 9.

In actione hypothecaria, *n.*1.

Ut & si actor petat rem sibi restitui si extet, vel si consumpta sit, ejus æstimationem, *n.* 2.

Item in causis Mercatorum, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 10.

Admittitur quoque libellus alternativus ob incertitudinem, quæ ex facto adversarii provenit, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 22. *n.* 3.

LIBELLUS ARTICULATUS.

Libellum articulatum non admittit processus juris Sax. sed ex officio etiam à judice is rejici debet, *p.*1. *c.*2. *d.* 1.

Libellus articulatus est ipso jure nullus, *n.* 5.

Ejusque exceptio non tantum ante, sed etiam post litem contestatam opponi potest, *n.*6.

Reusque cum refusione expensarum ab Instantia absolvi debet, *n.*7.

Libellus articulatus nec in judicio summario, nec in causa inter Mercatores vertente admittitur, *p.*1.*c.*2.*d.*2.

LIBELLUS INEPTUS.

Libellus ineptus nunquam in judicio admittitur, *p.*1.*c.*2.*d.*11.

Si ineptitudo est notoria, *n.*6.

Reo ob libelli ineptitudinem ab instantia absoluto etiam expensæ sunt refundendæ, *p.*1.*c.*2.*d.*12.

Reservatâ actori facultate aptius agendi, *n.* 1.

Libellus etiam ineptus tolerandus, *p.*1.*c.* 2.*d.*14.*n.*6.

Modo causa, intentio vel conclusio non sit inepta, *n.*7.

LIBELLI MUTATIO.

Post præstitam Guarandam non licet mutare libellum in foro Sax. *p.*1. *c.*11. *d.* 1.

Sicuti nec post litis contestationem haud præstita licet Guaranda, *p.* 1. *c.* 11. *d.* 2.

Non tamen obstante litis contestatione sub conditione Guarandæ adhuc præstandæ actor libellum mutare valet, *p.*1.*c.*1.*d.*3.

Non efficit clausula salutaris, salvo jure addendi, minuendi, emendandi, libello adjecta, ut illum post litem contestatam, vel præstitam Guarandam mutare liceat, *p.*1.*c.*11.*d.*4.

Nec in causis summariis post responsionem rei ad merita causæ factam petitionem aut libellum mutare licet, *p.*1. *c.*11. *d.*5.

Post præstitam Guarandam vel litem contestatam ne quidem minuere licet summam in libello expressam, *p.* 1. *c.* 11. *d.* 6.

Libellus alternativè vel conditionaliter conceptus post litis contestationem mutari ac purè concipi nequit, *p.*1.*c.* 11. *d.* 7.

Nec valet mutatio libelli, etiamsi reo omnes expensas actor refundat, *p.* 1. *c.* 11. *d.* 8. nisi à tota actione desistat, d. 9.

Per mutationem libelli frangens Guarandam solâ expensarum refusione hodiè punitur, *p.*1. *c.*11.*d* 10.

Tenetur quoq; actor ad refusionem expensarum, si ante præstitam Guarandam, vel litem contestatam, attamen in ipso termino, libellum mutare velit, *p.*1.*c.*11.*d.*11.

Declarare tamen licet obscurum libellum post Guarandam præstitam, vel litem contestatam, *p.*1.*c.*11.*d.*12.

Usque

Usque ad ſententiam, *n.* 1.
Heres tamen actoris Libellum ambiguum & obſcurum mutare & declarare non valet, *n.*6.
Haud prohibitum eſt in foro Sax. mutare Libellum poſt præſtitam Guarandam, in petitione hereditatis, aliisque judiciis univerſalibus, *p.* 1. *c.* 11. *d.* 13.

LIBELLUS FAMOSUS.

Famoſi Libelli definitio, *p.* 4. *c.* 44. *d.* 3. *n.* 5.
Ex Famoſo libello etiam actione injuriarum experiri licet, *p.* 4. *c.* 44. *d.* 5.
Contra Famoſum Libellum locum non habet retorſio, *p.* 4. *c.* 44. *d.* 7.
Mitiganda eſt pœna, ſi delictum in Famoſo libello imputatum à Pasquillante probetur, *p.* 4. *c.* 44. *d.* 8.
Vide plura infra in vocabulo Pasquillus.

LIBER.

Res quælibet pro libera habetur, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 7. *n.* 1.
Liberum corpus æſtimationem haud recipere quatenus verum, *p.* 4. *c.* 42. *d.* 14. *n.* 5.

LIBERALIS.

In neceſſitatibus nemo Liberalis exiſtit, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 29. *n.* 6. it. *p.* 3. *c.* 11. *d.* 25. *n.* 5.
Ex liberalitate propria nemo vexandus, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 7. *n.* 4.

LIBERARI.

Species lucri eſt, Liberari ab obligatione, *p.* 2. *c.* 46. *d.* 29. *n.* 5.
Reus non dicitur Liberatus, antequam ſolverit ſummam in condemnationem deductam aut aliter de voluntate actoris ipſi ſatisfecerit, *p.* 1. *c.* 7. *d.* 18. *n.* 3.
Qui ob redditas rationes pleniſſimam Liberationem conſecutus eſt, non eò minus reddere debet res, quas penes ſe habet ex adminiſtratione, *p.* 2. *c.* 24. *d.* 16. *n.* 5.

LIBERI.

Liberorum appellatione veniunt omnes deſcendentes, nepotes nimirum & deinceps cæteri, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 17. *n.* 6. it. *p.* 2. *c.* 45. *d.* 12. *n.* 8. & *p.* 3. *c.* 10. *d.* 5. *n.* 1.
Utriusque ſexûs tàm maſculi, quàm fœminæ, *d. d.* 5. *n.* 2.
Appellatione liberorum veniunt etiam nepotes in contractibus, *p.* 3. *c.* 10. *d.* 6.
Non verò filiorum, *n.* 2.
Liberorum appellatione nepotes, quatenus de favore & commodo ipſorum agitur, continentur, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 28. *n.* 4.
Liberi cum matre eadem perſona habendi ad inſtar ſuorum heredum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 96. *n.* 7.
Liberi in omnibus jure defuncti utuntur, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 49. *n.* 8.
Liberi naturales tantum vel illegitimi non ſecus atque ex juſtis nuptiis procreati matri ſuccedunt, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 58. *n.* 1.
Contractis ſponſalibus clandeſtinis, ſi ſponſus ante benedictionem ſacerdotalem ſponſam carnaliter cognoſcat, Liberi indè nati pro legitimis habentur, & patri ſuccedunt, haud ſubſecutis licet nuptiis, *p.* 3 *c.* 14 *d.* 12.
Liberi vivente adhuc patre quodammodo Domini bonorum paternorum habentur, ac in eos ſtatim à tempore mortis parentis dominium ipſo jure tranſit & continuatur, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 38. *n.* 4. it. *p.* 2. *n.* 39. *d.* 21. *n.* 8.
Hæc Regula quomodo intelligenda, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 36. *n.* 4. & 5.
Liberis ante obitum patris quicquam juris in bonis paternis ſibi ſumere vel arrogare non licet, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 37. *n.* 5.
Liberi prioris matrimonii præferuntur in legitima paterna novercæ donationem propter nuptias petenti, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 92.
Liberi ex bonis parentum legitimam petere haud poſſunt, priusquam omnibus creditoribus ſatisfactum, æsque alienum ſolutum fuerit, *ib. n.* 1.
Liberi in utero exiſtentes ſuccedunt, eatenus verum eſt, quatenus poſtea vivi ad orbem proceſſerint, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 17. *n.* 3. & 4.
Liberi, quatenus opponuntur heredibus ſuis, matri ſunt extranei heredes, quomodo intelligendum, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 96. *n.* 6.
Liberi ea, quæ non à patre, ſed aliunde accipiunt, retinere poſſunt, etiamſi patris hereditate ſe abſtineant, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 9. *n.* 5.
Liberis bona propria in parentum hereditate reperta jure dominii præ omnibus aliis debentur creditoribus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 14.
Liberi parentibus operas familiares præſtantes ac mercedem exigentes non præferuntur aliis creditoribus, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 31.
Niſi ipſis certa merces fuerit promiſſa, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 32.
Liberi, qui operas præſtant ſerviles & quotidianas in ædibus paternis, petere poſſunt mercedem famulitii, ſi parens loco alimentorum bonis liberorum adventitiis utatur-fruatur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 31. *n.* 1.
Liberi parentibus debent honorem, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 28. *n.* 1.
Liberi nullum actum, per quem fama & honor parentum offenditur, exercere poſſunt, *ib. n.* 3.
Liberi non tenentur ſtare taxatione bonorum à patre in præjudicium legitimæ factâ, *p.* 3. *c.* 12. *d.* 9.
Pater non obſervata æqualitate inter Liberos uni ex illis majorem ſuorum bonorum partem in ſubſidium ſuſtentationis tradere poteſt, modò reliqui inde legitimæ portionis jacturam non ſentiant, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 37.
A liberis repetere poteſt pater ea, quæ dedit ipſis in ſubſidium paternum, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 38.
Niſi cum benevolentiæ affectione concurrant cauſa pietatis & impenſæ exiguitas, *n.* 8.
Liberi bona hereditatis materna, nullâ obſtante præſcriptione, à patre petere poſſunt, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 11.
Liberi præſumuntur tacuiſſe ob reverentiam paternam, quæ ipſis nequaquam præjudicat, *ibid. n.* 2.
Annullato licet ob præteritionem Liberorum vel parentum teſtamento, legata tamen ex eo debentur, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 1.
Liberis non licet impugnare factum patris, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 10. *n.* 7.
Jus in perſona aliqua extinctum in ejusdem Liberis reſuſcitari nequit, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 13. *n.* 6.
Liberos innoxios tanquam peccantes puniri iniquiſſimum eſt, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 12. *n.* 6.
Inter Liberos legitimos ac naturales non diſtinguit jus gentium ſeu naturale, *p.* 3. *c.* 4. *d.* 24. *n.* 5. it. *p.* 4. *c.* 3. *d.* 2. *n.* 3.
Inter Liberos æqualitatem maximè ſervare velle parentes præſumuntur, *p.* 3. *c.* 11. *d.* 12. *n.* 3.

LIBERTUS.

Libertus tenetur ſuo victu & veſtitu operas patrono præſtare, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 18. *n.* 16.
Patronus liberto reciprocâ fide obſtrictus haud eſt, ut Dominus vaſallo, *ib. n.* 18.

LIBRI.

Probationes ſeu Libri ex Archivis publ. deſumti plenam fidem merentur, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 25. *n.* 1. it. *p.* 1. *c.* 17. *d.* 38. *n.* 5.
Libri redituum vel annuorum cenſuum, vulgò Schoß- und Steuer-Bücher/ pro ipſa Republ. contra ſubditos non firmiter probant, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 25.
Libros apud Studioſos decoctores repertos Bibliopola repetere nequit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 17. *n.* 5.

LICITATIO.

Licitatio tanquam odioſa non niſi deficientibus aliis remediis eſt amplectenda, *p.* 3 *c.* 15. *d.* 9. *n.* 2.
In Licitatione præſens pecunia præfertur pretio diſtinctis terminis exſolvendo, niſi hoc intereſſurio deducto illam in quantitate ſuperet, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 41.
Primus Licitator offerendo augmentum pretii à ſequentibus licitatoribus oblati tempore ſubhaſtationis nondum effluxo in emptione reliquis præfertur, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 42.
Doloſus Licitator majus æquo pretium offerendo, præjudicare nequit retrahenti, idque ne faciat, quandoque juramento ſuo purgare ſe debet, *p.* 2. *c.* 32. *d.* 2.
Vide plura infra in Vocabulo Subhaſtatio.

LIPSIENSIS.

Statutum Lipſienſe in caſu deficientis pacti dotalis viduæ partem tertiam bonorum mariti defert unà cum bonis utenſilibus, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 6. it. *p.* 3. *c.* 23. *d.* 14.
Nundinæ Lipſienſes ab Imperatore Maximiliano Anno 1497. & 1507. & Carolo V. Anno 1521. & 1547. privilegiatæ ac confirmatæ fuêre, *p.* 1. *c.* 4. *d.* 13. *n.* 6.

LIQVIDUM.

Pro Liquido habendum eſt, quod in promtu liquidari poteſt, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 11. *n.* 3.

LIS.

Lis altera ex litis primæ materia non admittenda, *p.* 1. *c.* 20. *d.* 14. *n.* 5.
Lis demum poſt litis conteſtationem incipit, *p.* 1. *c.* 3. *d.* 17. *n.* 9.
Mutatâ perſonâ per mortem defuncti, Lis & cauſa etiam mutata cenſetur, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 41. *n.* 5.
Litis incommoda infinita, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 9. *n.* 1. & *ſeqq.*
Litis eventus dubius, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 21. *n.* 2.
A Lite qui diſceſſerit, ſatis lucratur, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 9. *n.* 5.
Pro lite mortis periculum ſubire nemo cogitur, *p.* 1. *c.* 31. *d.* 6. *n.* 2.
Cognatæ & conjunctæ perſonæ Liti alterius nomine ſe offerre non prohibentur, *p.* 4. *c.* 8. *d.* 8. *n.* 9.

ET VERBORUM.

Spiræ lites spirant, nunquam expirant, litigantes diu sperant, nunquam adspirant, *p.*1.*c.*1.*d.*1.*n.*3.

Lites non modo hominum, sed & vivaces cornicularum & cervorum ætates superant, *ib.n.*5.

Lites abbreviare proprium est Ictorum & politicorum, quod & Magistratui incumbit, *n.*6.

Partes per apices juris Lites non protrahant, *n.*9.

Lites abbreviari ac finiri Reipubl. pariter atque partium litigantium interest, *p.*1.*c.*1.*d.*4.*n.*1.

Litium protelationes & multiplicationes in Curiis Germaniæ tàm familiares sunt, quàm obsonium in prandio, *p.*1.*c.*28.*d.*11.*n.*4.

LITIGARE.

Multi malunt jus suum indiscussum relinquere, quàm in judicio contendere ac litigare, *p.*1.*c.*1.*d.*9.*n.*1.

Litigare an Christianis salvâ conscientiâ liceat, *p.*1.*c.*1. *d.*10.*n.*1.

Litigare nunquàm temerè & malitiosè præsumitur, qui sanguinem suum vult tueri, *p.*4.*c.*12.*d.*1.*n.*3.

Nulla existit temeritas aut culpa ejus, qui justam litigandi causam habuit, *p.*1.*c.*31.*d.*26.*n.*4.

Litigantes omnia mundi mala norunt, & nihil curant præter vindictam, rancorem animi & bursam hydropicam, *p.*1.*c.*1.*d.*15.*n.*3.

Litigantes de re modici præjudicii de judicio repellendi sunt ac coërcendi, *p.*1.*c.*1.*d.*9.

Litigantes similes sunt chymistis, *ib.n.*4.

Litigantium querelæ, *p.*1.*c.*1.*d.*1.*n.*1.

Litigantium miseria, *p.*1.*c.*1.*d.*9.*n.*8.

Et innumerabiles molestiæ, *p.*1. *c.*1. *d.*12. *n.*1. *& seqq.*

De Gallo Gallinaceo opifices quidam Litigantes multum temporis atq; pecuniæ consumserunt, *p.*1.*c.*1.*d.*9.*n.*14.

Litigantium malitiis non est indulgendum, *p.*1.*c.*7.*d.*23 *n.*5.

LITIGATOR.

Litigator temerarius quis non sit, *p.*1.*c.*31.*d.*28.*n.*1. *& seqq.*

Jus litigatorum in foro Sax. Electoratus non mutuis scriptis, sed vivâ voce est proponendum, *p.*1. *c.*1.*d.*1.

Quod etiam procedit in concursu creditorum aliisque causis summariis, *p.*1.*c.*1.*d.*4.

Limitatur in causis metallicis, *n.*10.

Partium quoq; conventione fieri potest, ut nõ vivâ voce, sed mutuis scriptis in causa judiciali procedatur, *p.*1.*c.*1.*d.*5.

In processu autem criminali ordinario semper viva voce est agendũ, etiamsi partes aliter convenerint, *p.*1. *c.*1.*d.*6.

Post litem etiam contestatam litigatores jura sua vivâ voce proponere tenentur in foro Sax. *p.*1.*c.*9.*d.*1.

Nisi à judice aliud impetraverint, *p.*1. *c.*9. *d.*2.

LITIGIUM.

Litigia justa justè exequenda sunt, *p.*1. *c.*1. *d.*8. *n.*7.

Litigiorum prima, media & ultima cautio est de expensis solvendis, *p.*1. *c.*1. *d.*9.*n.*5.

Litigii telam in judicio amicabilis compositio præcedere debet, *p.*1.*c.*1.*d.*10. Hâc tamen omissâ processus non est nullus, *n.*13.

LITIGIOSA.

Res quando fiat Litigiosa, *p.*1.*c.*32.*d.*22. *n.*2.

LITIS CONTESTATIO.

Litis contestatio substantia est ipsius judicii, *p.*1 *c.*10.*d.*8.*n.*1.

Litis contestatio in omnibus causis & controversiis regulariter est necessaria, in tantum ut nec à judice nec consensu partium omitti possit, *d.n.*1, 11. *p.*1. *c.*11. *d.*4. *n.*3.

Lis sub conditione contestata pro nondũ contestata habetur, *p.*1.*c.*11.*d.*3.*n.*3.

Litis contestationis effectus, *p.*1. *c.*11. *d.*1. *n.*1. *& seqq.*

Qui effectus est de jure civili litis contestationis, is de jure Sax. tribuitur vel Guarandæ, vel litis contestationi, *p.*1.*c.*11.*d.*13.*n.*3.

Non sufficit in foro Sax. generalis litis contestatio, sed reus ad omnia ac singula capita libelli in specie respondere tenetur, *p.*1. *c.*10.*d.*1.

Generalis litis contestatio, nego narrata, prout narrantur, neque simpliciter negativa neque affirmativa est, sed implicita, *p.*2. *c.*18.*d.*6.*n.*8.

Litis contestatio non tolùm specifica, sed & clara atque aperta esse debet affirmativa vel negativa, exclusis omnibus ambagibus, *p.*1.*c.*10.*d.*2.

Magnum incommodum ex obscura litis Contestatione non solum litigatoribus, sed & judicibus ipsis ac Reipubl. imminet, *ib.n.*7.

Parte licet non petente ex officio judex litis Contestationem generalem & obscuram rejicere debet, *p.*1.*c.*10.*d.*3.

Sine pura litis Contestatione judex vix certam super negotio sententiam proferre potest, *ib.n.*5.

Litis Contestatio mediante juramento dandorũ & respondendorum fieri solet extra provincias Sax. *p.*1.*c.*10.*d.*4.

Quandoque tamen absque juramento respondendorum per verba (credo aut non credo,) reus etiam extra provincias Sax. litem contestatur, *p.*1. *c.*10. *d.*5.

De facto suo proprio reus de jure communi per verba (verum vel non verum) litem contestari tenetur, *p.*1. *c.*10. *d.*6.

Libello simplici vel summario exhibito, sufficit etiam de jure communi simplex litis contestatio, nec singulariter singulis reus tenetur respondere, *p.*1.*c.*10.*d.*7.

Si reus subterfugiis utatur & calumniis ad differendam litis contestationem lis pro contestata habetur, *p.*4. *c.*12. *d.*6. *n.*7.

Contumacia ejus, qui primo in termino generaliter saltem vel obscurè litem contestatur, non nisi refusione expensarum coërcenda est, *p.*1. *c.*10. *d.*12.

Quandoque tamen absque condemnatione in expensas saltem cum commissione reo injungitur specialior litis contestatio, *p.*1.*c.*10.*d.*13.

Consistente reo in generali vel obscura litis contestatione etiam in termino secundo sub pœna confessi denuò ei injungitur legitima litis contestatio, *p.*1.*c.*10.*d.*14.

Removenda est ab actis litis contestatio facta in quadruplicâ seu ultima propositione, im letzten Satze/ *p.*1. *c.*10. *d.*15.

Quomodo pronunciandum, si reus quidem compareat, attamen taceat, nec litem contestetur, *p.*1.*c.*10.*d.*16.

Plures consortes Contestationi Litis ab uno factæ benè adhærere possunt, *p.*1. *c.*10, *d.*17.

Si expressè hodiè declaraverint, *ib.n.*3.

Si autem Litis contestatio ab uno facta fuerit imperfecta & vitiosa, nocet quoque reliquis consortibus, *ibid.n.*4.

In causis quoque criminalibus accusatus specificè Litem contestari, & ad singula libelli capita respondere tenetur, *p.*1.*c.*10, *d.*19.

Admittitur tamen in causâ criminali qualificata Litis contestatio, quæ onus probandi in accusatum transfert, *p.*1.*c.*10. *d.*20.

In causis summariis necessaria non est solennis Contestatio Litis, *p.*1. *c.*10. *d.*8.

Ne quidem extra provincias Sax. accusator tenetur juratò respondere positionibus defensionalibus rei accusati, *p.*1.*c.*10.*d.*9.

Neque in causis executivis necessaria est solennis contestatio Litis, sed sufficit instrumentum Gvarentigiatum à reo recognosci, vel juratò negari, *p.*1. *c.*10. *d.*10.

Ultra recognitionem tamen tenetur reus Litem contestari, si actor unà cum producto instrumento libellum exhibuerit *p.*1.*c.*10.*d*11.

Ad præpetita in Libello, quæ ipsum negotium haud concernunt, reus non tenetur respondere & litem contestari, *p.*1. *c.*10. *d.*21.

Omissâ Litis contestatione eventuali reus condemnatur in expensas termini, *p.*1. *c.*3. *d.*2.

Nisi exceptiones habeat verisimiles & probabiles, *n.*4.

Super eventuali litis contestatione non judicandum est, antequam super exceptionibus dilatoriis fuerit pronunciatum, *p.*1. *c.*3. *d.*3.

Advocati post oppositas exceptiones dilatorias eventualiter litem contestentur, adjectâ protestatione, *ib.n.*1.

Ejus Effectus, *n.*2.

Quid si reus postea simpliciter respondeat, *n.*5.

Exceptiones declinatoriæ, quæ reo sunt notæ, in primo statim termino opponi debent, annexâ litis contestatione eventuali, *p.*1.*c.*3.*d.*10.*n.*1.

Omitti potest litis contestatio eventualis, quando exceptio declinatoria est notoria vel probabilis, *d.d.*10.

Lis demum post litis Contestationem incipit, *p.*2. *c.*15. *d.*12. *n.*5. it. *p.*1. *c.*3. *d.*17. *n.*9.

Post litem contestatam actor nequit deferre reo jusjurandum, etsi antea de eo fuerit protestatus, *p.*1.*c.*11.*d.*14.

Post litis Contestationem opponuntur validè exceptiones dilatoriæ noviter exortæ, *p.*1. *c.*11. *d.*15.

Modò reus juret exceptionem illam sibi ante litem contestatam fuisse incognitam, *n.*5.

It. quæ judicium retro nullum reddunt, *ib.n.*2.

Etiam à tertio interveniente, *n.*3.

Vocata judicati (zu urtheilen) nem semper imputat litis Contestationem, sed quandoque etiam exceptiones adhuc proferendas denotat, *p.*1.*c.*3.*d.*7.*n.*3.

In Camera à die mortis ipsius, de cujus here-

hereditate agebatur, usque ad Litis contestationem elapsi sunt anni ferè 38. *p.1.c.1.d.1. n.4.*

LITIS DENUNCIATIO.

Non facta Litis Denunciatione reus haud habet regressum adversus suum autorem, *p.1.c.3.d.23.*

Litem Emptor ab alio conventus venditori suo potest denunciare, *n.1.*

Hujus effectus, *n.2.*

Omissâ licet Denunciatione Litis potest tantùm reus experiri adversus suum autorem jure evincentis, *p.1, c.3. d.24.*

Litis Denunciatio cur necessaria, *ib.n.1.*

Litis Denunciatio non solùm in emptione, sed etiam in permutatione aliisque contractibus locum habet, *p.1.c.3. d.26.*

Litis denunciatio in transactione locum non habet ratione rei illius, quæ ex causa transactionis dimittitur, *p.1.c.3. d.24.*

Restringitur, *n.3. & 4.*

Litis denunciatio non admittitur, quando manifestè constat denunciantem frivolè conveniri, *p.1.c.3.d.27.*

Litis denunciatio efficit, ut stare cogatur denunciatus coram judice causæ principalis, *p.1.c.3.d.28.*

Etiamsi sit Clericus, *n.6.*

Illud juris consequitur per Denunciationem reus, ut à denunciato in judicio defendatur, *n.3.*

Si Denunciatus citatus in judicio non comparet, reus eum postea convenire potest, *n.4.*

Denunciatio Litis quocunque tempore judicii ante sententiam locum habet, *p.1.c.3.d.29.*

LITERATI.

Strepitus opificum meditationes Literatorum impediunt, *p.2.c.37.d.23. n.4.*

LOCATIO. CONDUCTIO.

Locatio-conductio in foro Sax. etiam heredes obligat, *p.2.c.37.d.1.*

Matrimonio inorte dissoluto mulier non tenetur stare Locatione per maritum defunctum in fundo dotali facta, *p.2.c.37.d.2.*

Locatio species alienationis est, *ib.n.7.*

Locatio fundi dotalis à muliere post mortem mariti resoluta, ejus heredes conductor ad interesse convenire haud prohibetur, *p.2.c.37.d.3.*

Locationi à venditore factæ emptor stare non tenetur, & quando hoc fallit, *p.2.c.37.d.4.*

Locatione in plures annos factâ, quod priorum ubertati defuit, sequentium annorum fertilitate compensetur, *p.2.c.37.d.12.n.5.*

Plurium annorum Locatio unica est & individua, multas licet distinctasque habeat præstationes, *p.2.c.37.d.12. n.1.*

In Locatione-conductione l.2. C. de rescind. vendit. locum obtinet, *p.2.c.34.d.10.*

Ex Locatione, quæ fit ad tempus longum, transferri utile dominium, adhuc sub judice lis est, *p.2.c.37.d.22. n.6. & 7.*

In Locatione-conductione propter sterilitatem mercedis fit remissio conductori, *p.2.c.38.d.19.n.3.*

Ex Locatione pensiones debitæ in foro Sax. solis heredibus deferuntur, locatore, postquam ager rastris fuit subactus, licet ante terminum solutionis defuncto, *p.3.c.16.d.7.*

De jure civili pro rata temporis inter heredes locatoris & novum possessorem dividuntur, *n.5.*

BONA LOCATA.

Bona Locata Laßgüter/ quænam ita vocentur, *p.2.c.40.d.1.n.1.*

Adversus bona Locata vindicantem præscriptione temporis longissimi se tuetur præstando canonem uniformem, *d.d.1.*

Non tamen juvat possessorem præscriptionis exceptio, si actor probet titulo Locati bona reo ab initio fuisse concessa, *p.2.c.40.d.2.*

Non nocet titulus locationis successori singulari, veluti emptori, quò minus is Bona venditori Locata possidens, jus perpetuæ Coloniæ præscribere queat, *p.2.c.40.d.3.*

Præscriptio jure perpetuæ Coloniæ bona non censitica, sed Emphyteutica habentur, *p.2.c.40.d.4.*

LOCATOR.

Locator ædium fidem de precio habere non censetur, *p.1.c.30. d.18.n.7.*

Locator qui ante finitam locationem fundum locatum alteri vendit, conductori ad interesse lucri tenetur, ubi explicatur Germanicum illud dicterium, Kauff gehet vor Miethe/ *p.2.c. 37. d.5.*

Locator collectas & tributa solvere tenetur, non conductor, *p.2.c.40.d.5.*

Locator jus retentionis habet in bonis à conductore illatis etiam in libris Studiosorum, si alia deficiant bona, *p.2.c. 25.d.20.*

An Locator habitatorem, si merces conventa termino destinato non solvatur, propriâ autoritate expellere, & res illatas detinere, donec ipsi satisfiat, possit, *ib.n.3.*

Locatori ratione pensionis competit jus tacitæ hypothecæ in omnibus bonis conductoris prædio locato invectis atque illatis, vel etiam in eo procreatis, *p.3.c.36.d.7.n.6.* it. *p.1.c.28. d.117.*

LOCARE.

Locare aut vendere invitus rem suam nemo tenetur, *p.2.c.51.d.9.n.5.*

Locare prædium suum privatum cuilibet liberum est, cui velit, secus in prædiis fiscalibus seu publicis, *p.2.c.37. d.8.n.1. & seqq.*

Et in Emphyteusi, *n.5.*

Locantis jure resoluto jus quoque conducentis resolvitur, *p.2.c.37.d.1.n.5.*

Locatá vel commodatâ re duobus, si utriusque culpa perierit, singuli in solidum tenentur, *p.2.c.26.d.14.*

Quo casu distinguendum inter obligationem primitivam & secundariam, *n.3.*

LOCUS PUBLICUS.

Arbitrariâ plectendi sunt pœnâ, qui aliquē in Loco publ. & privilegiato vulnerant aut percutiunt, *p.4.c.13.d.9.*

LOQVI.

Loquitur articulatè, qui intelligi potest à testibus vel judice, licet balbutire incipiat, *p.3.c.5.d.2.n.2.*

Testibus vel Scabinis, coram quibus testamentum conditum fuit, qui de Loquela articulata & sano testatoris intellectu deponunt, omninò est credendum, *p.3.c.5.d.3.n.2.*

Absque quorum asseveratione præsumptiones & conjecturæ in contrarium admittuntur, *n.4.*

Qualitas & voluntas loquentis intelligentiam verbi qualificat, *p.3.c.13.d. 18. n.4.*

Secundum communem Loquendi usum potius quam juxta propriam juris significationē verba accipi debent, *n.6.*

LUCRUM.

Lucrum nullum intelligitur, nisi omni damno sive ære alieno deducto: sicuti nec contra damnum nisi omni deducto lucro, *p.3.c.15.d.46.n.5.& 6.*

Lucrum & damnū in societate est communicandū omnib. *p.3.c.15.d.47.n.2.*

Lucrum quod lege datum est, privatus auferre non valet, *p.3.c.7.d.1. n.1.*

Dubius eventus facit, ut Lucrum considerabile non sit, *p.3.c.7. d.15. n.11.*

Lucri incerti ac dubii ratio haberi non solet, *ib.n.9.*

Duæ causæ lucrativæ in una eademque persona circa rem eandem concurrere non possunt, *p.3.c.18.d.26.n.5.*

Fallit hæc Regula in casu, quo causa acquisitionis variatur, *n.6.*

LUGUBRIS.

Vestes Lugubres viduæ ex bonis defuncti mariti debentur, *p.1.c.28.d.41.n.6.*

M.

SENATUS-CONSULTUM MACEDONIANUM.

SCti Macedoniani exceptio non solùm filio, sed & ipsi patri filio succedenti prodest, modò ejus voluntate contractum non fuerit mutuum, *p.2.c. 10. d.16.*

Propter dignitatem & honorem liberatus patriâ potestate exceptione Macedoniani se tueri nequit: & quid juris in Nobilibus, *p.2.c.10.d.17.*

SCtum Macedonianum principaliter favorem filii non spectat, sed odium fœnerationis, *ib. n.3.*

MAGI.

Magi veniam haud merentur, quia saltem firmiter sibi persvasum habent, omnia quæ fieri sibi videntur, revera contingere, ut quoad effectum in voluntate eorum nihil prorsus desideretur, *p.4.c.2.d.1.n.15.*

Plus est Magicis artibus, quàm Gladio hominem extinguere, *ib.n.1.*

MAGISTRATUS.

Magistratus unus alterius armis indiget, *p.1.c.2.d.28.n.6.*

Magistratus inferiores pœnam remittere nequeunt, *p.4.c.47. d.13. n.5.*

Sed executioni mandare, *n.6.*

Magistratus municipalis licet jurisdictionem non habeat, circa res tamen venales ordinationes condere potest, *p.2.c.6.d.2.*

Magistratus contrahendo saltem bona universitatis obligat, non etiam bona singulorum & subditorum, *p.1.c. 30. d.12. n.3.*

Non gaudent privilegio collectarum debita ex contractu cum Magistratu inito dependentia, vel alias in commodum debitoris erogata, *p.1.c.28. d.51.*

Magistratus in tributis, der Land- und Tranck-Steuer/ pro debitore erogatis privilegio prælationis non nisi ad quadriennium gaudet, *p.1.c.28.d.52.*

Magistratus ex rebus jure retorsionis retentis patibula extruere tenetur, *p.3. c.38. d.14. n.3.*

Magistratus ob id, quod cautionem idoneam

neam non exegit, conveniri potest, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 52. *n.* 9.
In Magistratū etiamnū hodie dari solet actio subsidiaria excussis tutorum ac curatorum facultatibus, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 41.
Si culpa ei imputari possit, *n.* 8.
Probatio autē, quod culpa abfuerit, Magistratui incumbit, non pupillo, *n.* 10.
An Magistratum statuta civitatis ligent, *p.* 3. *c.* 12. *d.* 17. *n.* 1.
In casu injuriarum realium Magistratui illatarum ad mortis pœnam deveniri potest, *p.* 4. *c.* 43. *d.* 1.
Magistratum offendens pro qualitate personarum & ratione circumstantiarum arbitrariè condemnandus est, *p.* 4. *c.* 43. *d.* 2.
Non tenetur ad præstationem damni & interesse, qui pœnâ afficitur corporis afflictivâ ex eo, quod Magistratum vulneravit, *p.* 4. *c.* 43. *d.* 3.

MAJESTATIS LÆSÆ CRIMEN.

Crimen læsæ Majestatis haud dicitur committere, qui non est subditus nisi ratione feudi, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 14.
Majestatis crimen non committitur, nisi ab iis, qui veri & absoluti sunt subditi, *n.* 5.
Majestatis læsæ criminis pœna non est uniformis, ut plurimum tamen capitalis, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 15.
Majestatis læsæ crimen adversus Electores perpetratum severissimè vindicatur, per dissectionem in frusta quatuor, *ib. n.* 8.
Extra crimen læsæ Majestatis, in nullo alio hodie confiscatio bonorum sibi locum vendicat, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 23. *n.* 2.

MAJOR.

Major natu quis. *p.* 3. *c.* 15. *d* 10. *n.* 4. *& seq.*
Majorennitas in foro Sax. quo anno incipiat, nec non pubertas, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 9.
Potior est is, qui Majorem habet partem, quæ & Majorem tribuit potestatem, & minorem partem ad se trahit, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 34. *n.* 7.
In his quæ competunt pluribus ut singulis, Major pars non potest præjudicare minori, *p.* 1. *c.* 30. *d.* 13. *n.* 8.

MALEDICERE.

Maledicentes Deo æqs ac blasphemantes gladio feriri debent, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 1.
Jurantes vel Maledicentes per Sacramenta, passionem & vulnera Christi in provinciis Saxonicis ultra pœnam arbitrariam, quam luunt, etiam præ foribus tabernarum vel templorum publicè sistuntur, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 6.
De jure communi extra ordinem coërcentur, *n.* 3.
Non indulgendum Nobilitati in crimine Maledictionis per Sacramenta aut vulnera Christi, *p.* 4 *c.* 1. *d.* 7.
Nec ei, qui primâ tolumodo vice delinquit, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 8.
Non errat Judex dictitans pœnam maledicentibus Principi, qui Imperator non est, *p.* 4 *c.* 1. *d* 13.
Maledicentes Solus Imperator pro arbitrio suo coërcet, *ib. n.* 6.
Maledicentes sibimetipsis non sunt immunes à pœna extraordinaria, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 11.
Maledictiones sub nomine blasphemiæ continentur, *p.* 4. *c.* 1. *d.* 1. *n* 11.

MALEFICI.

Si Malefici pacisentes cum Diabolo vel solū conventibus Diabolicis in monte Bructerorum interfuerint, vel saltem Diaboli auxilio confiderint, ad ignis supplicium rapiendi sunt, licet nihil præterea effecerint, aut nemini damnum dederint, *p.* 4. *c.* 2 *d.* 2.
Malefici citra pactionem cum Dæmone initam artibus Magicis hominibus vel jumentis nocentes, gladio, non igne puniuntur, *p.* 4. *c.* 2. *d.* 6.
Quæ pœna etiam in jure civili est fundata, *n.* 7.
Malefici gladio quoque plectendi sunt, qui cum Diabolo quidquam commercii habent, *p.* 4. *c.* 2. *d.* 7.
Quod & juri divino pariter & civili convenit, *n.* 3. *&* 4.
Maleficis pœna est mitiganda, qui nondum accusati vel incarcerati veram agunt pœnitentiam, *p.* 4. *c.* 2. *d.* 10.
Malefici nunquam ultimo supplicio sunt afficiendi, antequam de corpore delicti, vel ex præsumtionibus saltem verisimilibus constet, *p.* 4. *c.* 2. *d.* 5.
Maleficarum fœminarum pœna, quæ juvenes in capro sibi advehi curant, *p.* 4. *c.* 2. *d.* 9.

MANDATARIUS.

Mandatarii officium, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 11. *n.* 1.
Mandatarius excedens fines mandari, conveniri potest à mandante ad damni restitutionem, *d. d.* 11.
Mandatarius ad præstationem culpæ levis, levissimæque tenetur, *ib. n.* 6.
Mandatarius tenetur quoq; contrahenti secum ad restitutionem interesse, si fines mandati excesserit, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 12.
Mandatarius neque lucrum neque damnum ex mandato sentire debet, *p.* 2. *c.* 20. *d.* 13 *n.* 1. *seqq.*
Mandans tenetur mandatario ad restitutionem ejus, quod ex causa mandati ipsi abest, modò culpa mandatarii non intervenerit, *d. d.* 13.
Mandatarius in delictis ob mandatum non excusatur, *p.* 4. *c.* 14. *d.* 6 *n.* 2.
Mandatarii & mandantis delictum ferè unum idemque est, *ib. n.* 5.
Mandans occidere Vide supra Assassin9.

MANDATUM.

Ad Mandati validitatem tam sigilli appositio, quàm subscriptio requiritur, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 27.
Si quis scribere ignoret, Mandatum per Notarium inscribatur, aut judicialiter per Magistratum conficiatur, *n.* 5.
Nec sumet loco Mandati exhiberi Blancetū seu chartam blancam, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 28. Ampliatur, *n.* 13.
Sine Mandato procuratorio nomine admittuntur cognatæ personæ & litis consortes cum cautione rati, *p.* 1. *c.* 29. *d.* 14. *n.* 6 it. *p.* 1. *c.* 1. *d.* 19.
In linea descendenti in infinitum, *n.* 2.
Collaterales ad tertium usque gradum inclusivè, *n.* 3.
Ratione affinitatis tantum socer pro genero, & vice versa, *n.* 4.
Mandatum cum libera non æquiparatur speciali, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 41. *n.* 7.
Mandatum est stricti juris & cum defuncto expirat, *ib. n.* 8.
Mandatum habens forsan mancum, mutilum, vel aliter insufficiens, supplere potest defectum mandati cautione rati, *p.* 1. *c.* 1 *d.* 29. *n.* 6.
Mandati exhibitio necessaria non est in levioribus debitis exigendis, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 3. *n.* 4.
Mandatum turpis vel injustæ rei adeo non est obligatorium, ut ne juramento quidem confirmetur, *p.* 4. *c.* 6. *d.* 8. *n.* 2. it, *p.* 4. *c.* 24. *d.* 6. *n.* 3.

MARCKT.

Per vocabulum Marckt quævis intelliguntur commercia aliaque jura, quæ civium ac incolarum in urbibus sunt propria, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 5. *n.* 3.

MARITUS.

Maritus de jure Sax. quamprimùm ingreditur thorum uxoris, ejus fit tutor, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 19. *n.* 2. *& p.* 3. *c.* 23. *d.* 30. *n.* 5.
Maritus de jure Sax. dicitur heres uxoris statutarius seu mobiliaris, *p.* 3. *c.* 2. *d.* 3. *n.* 5. *p.* 3. *c.* 23. *d.* 34. it. *p.* 3. *c.* 20. *d.* 43. *n.* 6.
Maritus, qui ex statuti dispositione certam partem ex bonis uxoris defunctæ lucratur, heredis instar non obtinet, *p.* 2. *c.* 52. *d.* 22. *n.* 6. it. *p.* 3. *c.* 21. *d.* 6. *n.* 9.
Maritus matrimonii onera sustinere debet, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 3. *n.* 11.
Maritus repetere potest sumtus vivente uxore in ædes ipsius factas, etiamsi lucretur mobilia, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 18.
Maritus in venditione bonorum uxori suæ prospiciens, an & posteriori conjugi secundi matrimonii prospexisse censeatur, *p.* 3. *c* 33. *d.* 21.
Si maritus invitâ vel ignorante uxore ejus bona immobilia vendat, ad hoc, ut post mortē ipsius pecuniam lucretur, venditio non valet, *p.* 3 *c.* 23. *d.* 30. *n.* 3.
Maritus denegans alimenta uxori dotem & lucrum mobilium amittit, *p.* 3. *c.* 26. *d.* 5.
Maritus & uxor sunt participes infortuniorum, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 7. *n.* 6. it. *p.* 3. *c.* 26. *d.* 2. *n.* 6.
Maritus universam mulieris substantiam jure ususfructus possidet, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 20. *n.* 3. *p.* 3. *c.* 20. *d* 33. *n.* 6. *p.* 3. *c.* 32. *d.* 6. *n.* 5. *p.* 3. *c.* 32. *d.* 15. *n.* 3.
Non tamen cautionem ratione ususfructus præstare tenetur, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 9 *n.* 6.
Maritus in bonis uxoris immobilibus usumfructū habet, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 25. *n.* 11.
De bonis autem immobilibus omninò nihil lucratur, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 3. *n.* 3.
Bona uxoris immobilia præsumuntur in dubio pecunia mariti comparata, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 11.
Contractus à marito de bonis uxoris, consensu ipsius celebratus jure subsistit, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 20.
Mariti heredes non possunt à vidua constante matrimonio acquisita petere, si ipse Maritus hæc uxori reliquerit vel donaverit, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 12.
Marito de bonis dotalibus alimenta sunt præstanda, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 7. *n.* 7.
Marito onera matrimonii, alimentatio familiæ & dotatio filiarum incumbunt, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 18. *n.* 6.
Marito operas debet mulier, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 8. *n.* 5.
Quod marito conceditur, iniqvum videtur, uxori denegari, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 13. *n.* 3. it. *p.* 3. *c.* 7. *d.* 1. *n.* 7.
Si egenti Marito & uxori simul credita sit pecunia, præsumtio est, quod tota ad maritum pervenerit, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 4.
Munera uxori intuitu mariti ejusq; operarum ab aliquo data, ab ipso marito donata censentur, *p.* 3 *c.* 25. *d.* 14. *n.* 8.
Maritus adulterum cum uxore in adulterio deprehensum impunè non occidit, quantumvis hoc casu pœna saltem arbitraria obtineat, *p.* 4. *c.* 10 *d.* 8.
Maritus ad fœminam solutam accedens, stuprumque committens de jure communi virgis cæsus in perpetuum relegatur, *p.* 4. *c.* 19. *d.* 4.
At fœmina soluta maritum alienum admittens, de jure communi arbitrariè

vel temporali relegatione vel carcere punitur, *p.*4.*c.*19.*d.*5.

Maritus jus habet retentionis, non tamen alimenta in bonis defunctæ uxoris, donec ei de mobilibus aliavè portióne debita satisfactum fuerit, *p.*2.*c.*25.*d.*18.

Maritus durante jure retentionis non lucratur fructus ex bonis immobilibus defunctæ uxoris, si tamen ea administraverit, impensas & laboris mercedem jure petit, *p.*2.*c.*25.*d.*19.

Maritus quatenus succedat uxori, vide infra Successio mariti.

Maritus non habet jus tacitæ hypothecæ in bonis uxoris ratione portionis in pactis dotalibus sibi in casum mortis uxoris promissæ, *p.*2.*c.*28.*d.*18.

MARITICIDIUM.

Mariticidium pœnâ culei asperrimâ vindicatur, *p.*4.*c.*3.*d.*6.

MATER.

Matris appellatio includit aviam, & omnes ascendentes per maternam lineam, *p.*2.*c.*10.*d.*21.*n.*6. *& d.*24.*n.*8.

Mater una cum patre ad filiorum successionem de jure civili & in foro Sax. admittuntur, *p.*3.*c.*17.*d.*1.

Mater detrectans alimentare liberos, eosque deserens, indignam se facit eorum hereditate, *p.*3.*c.*26.*d.*25.

Sicut & pater, *ibid.n.*8.

Mater alimenta filio præstita ab ipso ejusvè heredibus repetere nequit, nisi 1. de hoc ab initio fuerit protestata, *p.*2.*c.*10.*d.*22.

2. Aut alimenta in libro rationum consignaverit, *p.*2.*c.*10.*d.*23.

3. Vel si contra maritum agat, ad restitutionem alimentorum, *p.*2.*c.*10.*d.*24.

4. Nisi ipsius bona & negotia administraverit, *p.*2.*c.*10.*d.*28.*n.*1.

Mater in dubio videtur intuitu pietatis aluisse filium, *p.*2.*c.*10.*d.*22.*n.*1.

Mater alit filium inopem, non frater, qui heres patri haud exitit, *p.*2.*c.*10.*d.*19.

Mater cogitur filium educare, *ibid.n.*3.

Mater, quæ transit ad secunda vota, creditur minus diligere liberos prioris matrimonii, *p.*2.*c.*11.*d.*42.*n.*4.

Mater vitrico non solum res filiorum, sed vitam quoque addicit, *ibid.n.*5.

Mater licet bona liberorum paterna ceu tutrix administret, eorundem tamen usumfructū non habet, *p.*2 *c.*10.*d.*13.

In matre tutrice non præsumitur fraus, *p.*2.*c.*11.*d.*7.*n.*1.

Vide plura infra in Vocab. Tutrix.

Mater patre certo non existente spurium & vulgo quæsitum alere tenetur, *p.*4.*c.*27.*d.*11.*n.*3.

Matri succedunt liberi naturales tantùm vel illegitimi, *p.*2.*c.*14.*d.*58.*n.*1.

MATERNUS.

In bonis maternis quatenus parenti competat ususfructus, vide supra Bona materna.

Liberi bona hereditatis Maternæ nullâ præscriptione obstante à patre petere possunt, *p.*2.*c.*3.*d.*11.

MATERTERA.

Matertera vel amita, patruus, avunculus loco parentum habentur, *p.*4.*c.*3.*d.*9.*n.*6.

MATRIMONIUM.

Matrimonium propriè & plenissimè dicitur consummatum post ascensionem thalami, *p.*3.*c.*19.*d.*11.*n.*1. it. *p.*3.*c.*19.*d.*1.*n.*21.

Matrimonii consummatio in foro Sax. triplex habetur, *p.*3.*c.*19.*d.*10.*n.*5.

Ad Matrimonii consummationem carcere ac relegatione cogi possunt contrahentes sponsalia, *p.*4.*c.*20.*d.*10.

Matrimonium contrahendum multa impediunt, quæ contractum non dissolvunt, *p.*4.*c.*20.*d.*15.*n.*4.

Matrimonium dissolvere in potestate partium non est, *p.*1.*c.*12.*d.*30.*n.*3.

Matrimonium de novo contrahi potest etiam sub conditione, si altera pars juraverit, *ib.n.*4.

SuperMatrimonio non valet transactio, *d. n.*4.

Matrimonium etiam per tacitum consensum contrahitur, *p.*4.*c.*20.*d.*9.*n.*7.

Per immissionem annuli in digito mulieris præsumitur contractum Matrimonium per verba de præsenti, nisi contrarium probetur, *p.*4.*c.*20.*d.*8.*n.*5.

Matrimonium ipsum sine curatoris autoritate contrahitur, *p.*2.*c.*15.*d.*11.*n.*6. it. *p.*3.*c.*20.*d.*2.*n.*6.

Ex præsumptionibus stupri deferri potest juramentum purgationis super stupro simul & Matrimonio promisso, *p.*1.*c.*22.*d.*5.

Matrimonium non rescindit error qualitatis, *p.*4.*c.*24.*d.*16.*n.*12.

Matrimonium in gradu prohibito lineæ collateralis contractum & consummatum haud dissolvendum est, *p.*4.*c.*23.*d.*11.

Matrimonium ob furorem conjugis non dissolvendum est legitimè contractum, *p.*4.*c.*20.*d.*11.

Matrimonium de jure civili inter fratrum sororumque liberos permittitur, *p.*4.*c.*22.*d.*6.*n.*4.

Matrimonium in Consistoriis reformatæ Ecclesiæ in linea recta non permittitur in genere secundo affinitatis, *p.*4.*c.*24.*d.*10.*n.*2.

Inter affines in linea collaterali nulla est hodie prohibitio matrimonii in secundo genere affinitatis, *p.*4.*c.*24.*d.*11.

Uxoris vitrici viduam in Matrimonium ducere licet, *p.*4.*c.*24.*d.*12.*n.*2.

Sicut in consanguinitate, ita etiam in affinitate prohibitio Matrimonii in linea collaterali ad tertium usq; gradum lineæ inæqualis inclusivè extenditur, *p.*4.*c.*23.*d.*8.*n.*10.

Sufficit in genere ad pœnam fustigationis infligendam Matrimonium divino vel gentium jure non permitti, *p.*4.*c.*24.*d.*1.*n.*6.

Matrimonium subsequens purgat vitia omnia, *p.*2.*c.*6.*d.*12.*n.*5.

Matrimonium dissolvitur, si uxor ab alio ante à imprægnata & gravida reperiatur, *p.*4.*c.*20.*d.*12.

Non verò ob fornicationem mariti ante nuptias commissam, *p.*4.*c.*20.*d.*13.

Ratio diversitatis, *n.*6.

Matrimonii primus finis est generatio prolis, secundus est societas ac consortium vitæ individuum, *p.*4.*c.*20.*d.*11.*n.*7. *&* 8.

Matrimonii probatio difficilis est, ac per unum testem cum fama impleri creditur, *p.*1.*c.*16.*d.*26.*n.*2.

Calendarium Ecclesiasticum Matrimonium & nativitatem legitimam probat absque omni alio adminiculo, *d.d.*26.

In causa Matrimonii admittitur parentum testimonium ad favorem filiorum, *p.*1.*c.*16.*d.*49.

MATRIMONIALES CAUSÆ.

Inter parentes & consanguineos alia arbitris remotis negotia matrimonialia solent tractari, nec curatoris consensus ex parte mulieris seu sponsæ requiritur, *p.*2.*c.*43.*d.*9.*n.*1.

In causis matrimonialibus Jus Canonicum meritò sequimur, *p.*4.*c.*20.*d.*16.*n.*5.

Inque iis summariè procedendum est, *p.*4.*c.*23.*d.*14.

At receditur à Regulis juris, ac quandoque etiam leviores probationes admittuntur, *p.*1.*c.*12.*d.*16.*n.*2.

In causis matrimonialibus reo injungi potest juramentum purgationis, *p.*1.*c.*22.*d.*3.

Non verò judiciale negativum contra Matrimonium, *n.*1.

Nec juramentum necessarium sive in supplementum, *ib.n.*3. it.*c.*23.*d.*10.

In causa matrimonii sententia contra matrimonium lata nunquam transit in rem judicatam, *p.*1.*c.*21.*d.*6.*n.*5.

MAULSCHELLE.

Auf eine Maulschelle gehöret ein Dolch/ quatenus verum, *p.*4.*c.*10.*d.*5.*n.*1.

MAXIME.

Dictio maximè secundum ejus propriam naturam stat implicativè & includit casum magis dubitabilem, *p.*1.*c.*27.*d.*3.*n.*4.

MECHANICUS.

Commercia ac artes Mechanicæ Nobilitati non conveniunt, *p.*2.*c.*6.*d.*4.*n.*9.

Nobilitas amittitur, quoties Nobilis utitur vilibus artibus & mechanicis, *ib.n.*11.

Peritis mechanicis, de arte sua deponentibus, non creditur nisi juratis, *p.*1.*c.*25.*d.*4.*n.*5.

MEDIATOR.

Mediatorem in rixa intervenientem occidens, gladio feriri debet, *p.*4.*c.*6.*d.*3.

Nisi ab alio insultatus se defendere voluerit, *ib.n.*4.

MEDICUS.

Medicus haberi potuisse in civitate insigni semper præsumitur, *p.*3.*c.*26.*d.*4.*n.*8.

Medicis salaria annua à Repub. vel privatis constituta totius temporis debentur, quantumvis hi ante tempus decesserint, *p.*2.*c.*51.*d.*12.*n.*4.

Medicis sive chirurgis super lethalitate vulneris in causa homicidii deponentibus haud fides habetur, priusquam depositionem juramento suo confirmaverint, *p.*1.*c.*22.*d.*12.*n.*4.

Medicorum & medicamentorum in concursu creditorum privilegium, *p.*1.*c.*28.*d.*43.44.45.*&* 46.

MELIORATIO.

Meliorationis pretium heredes usufructuarii in bonis allodialibus bene repetere valent, *p.*3.*c.*31.*d.*9.

MENS CONTRAHENTIUM.

Ubi de mente & voluntate contrahentium constat, ad subtilem verborum distinctionem non est confugiendum, *p.*3.*c.*29.*d.*14.*n.*4.

MENDAX.

Mendax regulariter in dolo esse præsumitur, si quidem mendacium in suum commodum redundet, *p.*3.*c.*5.*d.*3.*n.*5.

MERCATOR.

Non opus est, ut rationes propriâ manu mercator conscripserit, sed sufficit rationes saltem ab administratore vel insti-

institore aliavè certa persona honesta & fide digna fuisse consignatas, *p.1.c. 17.d.35.n.8.& 9.*

Mercatorum libri plenè probant, quando unius testis depositio concurrit, *p.1.c.17.d.36.*

Mercatorum libri saltem in iis rebus probant, quæ ad commerciorum & negotiationis materiam spectant, *p.1. c.17.d.37.*

Mercatoris confessio in libro suarum rationum scripta probat plenè contra ipsum Mercatorem, etiamsi absente debitore facta sit, adeoque etiam post mortem mercatoris, *ib.n.4.*

Mercatorum libri quandò semiplenè probent & juramento suppletorio confirmentur, *p.1.c.17.d.35.*

Ex pacto nudo inter Mercatores competit actio, *p.1 c.2.d.2.n.6.*

In foro Mercatorum non solet disputari de apicibus juris, *ib.n.5.& p 1.c.2.d. 10.n.3.*

In causis Mercatorum libellus alternativus valet, *d.d.10.*

Verba commendatoria inter Mercatores vel cũ periculo persuadentis prolata loquentem obligant, *p.2.c.18.d.24.*

Inter Mercatores valida non est oppignoratio bonorum immobilium extrajudicialis, *p.2.c.23.d.2.*

Mundus sine mercatoribus vivere nequit, *p.2.c.18.d.7.n.11.*

Mulier Mercatrix quicquid propria pecunia negotiando lucratur, non sibi sed marito acquirit, *p.3.c.25.d.10.*

Mulier Mercatrix sine curatore hypothecam ratione mercaturæ constituere potest, *p.2.c.15.d.16.*

Mercatorum factores prælationis privilegium in concursu creditorum prætendere non valent, *p.1.c.28.d.28.*

Mercator beneficio excussionis non juvatur, *p.2. c.18.d.7.*

Inter Mercatores non habet locũ exceptio non numeratæ pecuniæ ad impediendam executionem, *p.1.c.32.d.69.*

Inter Mercatores non est admittenda actio ex causa non numeratæ pecuniæ ad repetendum chirographum ante factam solutionem, *p.1.c.32.d 70.*

Inter Mercatores tertio quæritur actio ex stipulatione alterius, *p. 2. c. 30. d. 34. n. 4.*

Inter mercatores valet promissio facti alieni ad sustinendas literas Cambii, *p.2.c.30.d.34.n 5.*

MERETRIX.

Meretrix quænam appellanda, *p. 4. c. 28.d.1.n.6.*

Glossa meretricem appellans eam, quæ plures quam 2300. homines admittit, ridicula ac nugatoria dicitur, *ib.n. 2. & 3.*

Ducens Meretricem egregiũ opus caritatis exercere dicitur, *p.2.c.6.d 14.n.4.*

Meretricem aut mulierem vulgarem per vim carnaliter cognoscens gladio feriri debet, *p. 4. c.30. d.3.*

MERX.

Mercis vocabulum ad omnes negotiationes adeoque ad res immobiles pertinet, *p. 3.c.24.d.9.n.2.*

Merces & alia ad vendendum deputata non veniunt appellatione mobilium, *ibid. n.3.*

Mercibus in taberna oppignoratoris ac postea singulatim venditis creditor adversus emptorem hypothecaria experiri nequit, *p.2.c.23.d.13.*

Merces in taberna inter res mobiles referuntur, *ibid.n.2.& p. 3. c.24.d.9.*

Merces venales à rebus mobilibus differunt, *d.d.13.n.3.*

Merces sive mobilia semper censentur esse sub jurisdictione ejus loci, in quo debitor suum habet domicilium, *p. 1. c.28.d.9.n.4.*

Dominis atque Nobilibus nullum competit jus Protimiseos in cibariis vel mercibus edilibus subditorum, quas venales ad forum deferunt, *p. 2. c.51. d. 10.*

Mercimonia civium Nobilibus etiam concessa intelliguntur pro necessitate domus tuæ & familiæ, *p.2. c.6.d.7. n. 3.*

Nobilibus in pagis ac castris suis absque speciali concessione aut præscriptione cerevisiam vendere, aliudque perniciosum urbibus mercimonium exercere non licet, *p.2. c.6.d.4.*

METALLUM.

Partes Metallicæ sive Kuckus bonis immobilibus accensentur, & heredibus defunctæ uxoris cedunt, marito excluso, *p. 3. c. 25. d. 1.*

Proventus autem seu reditus partium Metallicarum jam separati & percepti inter mobilia referuntur, & ad maritum pertinent, licet ab ipso nondum realiter fuerint apprehensi, *p. 3.c.25. d. 2.*

Uxor marito superstes consequitur omne id, quod ex proventibus metallicis adhuc superest, *p. 3. c. 25. d. 3.*

Consumptis proventibus Metallicis matrimonio durante uxori superstiti debetur æstimatio, *p.3.c 25.d.4.*

Finito usufructu patris liberis tunt restituendi proventus Metallici à patre percepti, *p.3.c.25.d.5.*

Reditus seu Decimæ de proventibus Metallicis feudi Domino jure Regio debitæ pro fructibus renascentibus habentur, *p.3.c.25.d.3.n.9.*

MILES.

Miles in delicto enormi & communi, militiam specialiter haud concernente, non gaudet fori militaris privilegio, sed a Magistratu loci rectè punitur, *p.4.c.9.d.11.*

Miles ratione delicti perpetrati apud Magistratum suum militarem conveniri debere, nec à judice loci, in quo perpetratum fuit delictum, puniri posse, quibus in delictis procedat, *ib.n.1.& 4.*

Miles ut miles delinquens à Magistratu militari, ut qui solus notitiam habet rerum militarium, puniendus, *ib. n. 6.*

Quid juris in Hollandia hoc casu obtineat, *n. 2.*

Quæ contra juris communis dispositionem ex speciali privilegio Militiæ inducta sunt, ne quidem ex rationis identitate extensionem patiuntur, *p. 3.c.4. d.12.n.10.*

A militibus præsidiariis ablata, ubicunq; reperiuntur, absque refusione pretii vindicari possunt, *p.4.c.35.d.10.*

Mobilia ab hostibus militibus capta non possunt vendicari absq; pretio à possessoribus, *p.4.c.35.d.8.*

Ab hostibus militibus in fuga recuperata vero Domino sunt restituenda, *p.4.c 35.d.9.*

In Militum armis nec tacita hypotheca locum habet, neque executio fieri potest, *p.1.c.29.d.31.n.1.*

Limitatur, si alia bona deficiant, *n. 8.*

Militaria privilegia tantùm obtinent in actu militantibus, *p.2.c.25.d.7.n.10.*

MILIARE.

Miliarium dimensio non fit in foro Sax. Geometricè ad elevationem poli, sed per viam magis frequentatam, *p.4. c. 48.d.12.*

Unum quoque Miliare legale continet 60. jugera, & singulum jugerum 60. virgulas, virgula verò septem ulnas & dimidiam, *p.4.c.48. d.12.n.1.*

Miliaria vulgaria pro locorum diversitate solent variari, *ib n.1.*

MINÆ: MINATOR.

Cautio de non offendendo juratoria non nisi volente Minitato admittitur, *p.4.c.15.d.8.*

Non injungenda est præstatio cautionis reo, nisi de minis confessus vel per duos testes convictus fuerit, *p.4. c.15. d. 9.*

Cautio de non offendendo quatenus à Minitatore exigenda, vide supra Cautio.

Minitatori incarcerato si non habeat is, unde se alat, à Minitato alimenta sunt præstanda, *p 4.c.15.d.10.*

Quid si nec Minitatus eum exhibere valeat, ex fisco est sustentandus, *ibid. n.4.*

MINOR.

Minor læsione probatâ restitutus contra mutuum absolvitur, nisi creditor pecuniam in utilitatem ejus versam docuerit, *p.2.c.11.d 44.*

Minor beneficio restitutionis per juramentum efficaciter renunciare potest, *p.2.c.11. d.50.*

Minori solvens cum curatoris autoritate tutus est, *p.2.c.11.d.29 n.10.*

Minori solvens sine tutoris autoritate debitor non consequitur liberationem, *p.2.c.11. d.45.n.1.*

Judicialis quietatio non liberat debitorem pupilli, si non decretum judicis præcesserit, *p.2.c.11.d.46.*

Non impugnari potest solutio tutori vel pupillo extrajudicialiter facta, si pecunia deperdita non sit, *p.2.c.11.d.47.*

Solvens minori debitum quandoque pleniorem & quandoque plenissimam liberationem acquirit, *ib.n.4.*

Nomen seu debitum pecuniæ minoris factum ad ipsum pertinet, licet tutor creditor fuerit nominatus in chirographo, *p.2.c.11.d.38.*

Minor finitâ tutelâ vel cura usuras pecuniæ elocatæ à debitore exigens periculum nominis in se suscipit, *p.2. c. 11. d.17.*

Major scilicet jam factus, *n.1.*

Minori usuræ legatorum debentur citra moram a die aditæ hereditatis, *p. 2.c. 30. d. 22.*

Minori etiam in bonæ fidei contractibus ex solo diei lapsu debentur usuræ absque præcedente interpellatione, *p. 2. c.30. d. 23.*

Minor non potest rem suam pignori tradere absque decreto, *p.2.c. 23.d.16. n. 8.*

Minores curatorem habentes neque alienare, neque obligari possunt, *p. 2. c. 15. d. 15. n. 10.*

Minorum bona sine decreto Magistratus & causæ cognitione alienari non possunt, *p. 3. c. 23. d. 31. n. 10.*

Res mobiles minorum pretiosiores, quæ servando servari possunt, à tutore aut

curatore ſine decreto judicis, aliiſque ſolennitatibus diſtrahi non poſſunt, ſicut nec mobilia minorum absque cauſa ſufficiente & magiſtratus autoritate vendi aut alienari queunt, *p.2. c.14.d.69.n.1.& 2.*

De bonorum minorum alienatione vide plura in Verb. Bona minorum.

Minores per ſe ad litigandum ſunt inidonei & inhabiles, & procuratorem ſine curatore ordinare prohibentur, *p.1.c.1.d.32.n.5.*

Minoribus juramentum litis deciſivum deferri poteſt, *p.1.c.24.d.11.n.1.*

Minorennibus in delictis parcitur, iiſq; pœna extraordinaria ſolet imponi, *p.4. c.22. d.3. n.9.*

Minores regulariter in criminibus & publ. judiciis ætatis ſuffragio non juvantur, *p.4.c.31.d 5.n.1.*

Minor & pupillus rem ſuâ pecuniâ emptam jure pignoris obligatam habet, etiamſi de hypotheca ſibi non proſpexerit, *p.1. c.28.d.109.*

Si a. ab ipſo tutore pecuniâ pupilli res comparetur, etiam dominium & utilis vindicatio pupillo acquiritur, *ib.n.6.*

Pupillo & minori quatenus competat tacita Hypotheca, vide ſupra ſub vocabulo Hypotheca tacita.

Minor ætas delinquentem in totum neutiquam excuſat, *p.4.c.17.d.11.n.1.*

Minorennes inchoatæ pubertati adhuc proximi mitius puniuntur, *ib.n.2.*

Ob minorem ætatem in delictis etiam atrociſſimis pœna ordinaria eſt mitiganda, *n.4.*

MITGIFT.

Vocabula hæc duo, Mitgifft/ Einbringen/ in foro Sax. pro eodem reputari ſolent, *p.1.c.28.d.86.n.6.*

MOBILIA.

Mobilium nomine veniunt omnia, quæ ſui naturâ de loco ad locum moveri poſſunt, *p 3.c.24.d.7.n.4.& ſeqq.*

Mobilium appellatione ſecundum propriam ſignificationem non ſolum animalia, ſed & mancipia continentur, *p.3.c.23. d. 12. n.5.*

Mobilia loco non circumſcribuntur, ſed perſonæ defunctæ tenaciſſimè inhærent, & de eo loco eſſe cenſentur, ubi defunctus habuit domicilium, *p. 2. c. 23.d.10.n.5.* it. *p.3.c.23.d.13.n.3.*

Nec magis ſeparari queunt à perſona Domini, quàm anima à corpore, *p.2.c.14.d.3. n.8.*

Mobilia ad certum locum deſtinata ea intentione, ut perpetuò ibi manerent, ad inſtar immobilium cenſentur eſſe de territorio & ſub jurisdictione loci, ubi ſunt ſita, *ib.n.5.& 6.*

De quâ deſtinatione hoc accipiendum, *p 3.c.24.d.10 n.3. & 4.*

Mobilia immobilibus vel juribus univerſalibus commixta non niſi ſpatio 30. annorum, anni & diei jure Sax. præſcribuntur, *p.3. c.32. d.29. n.5.*

Mobilia ſeu merces ſemper cenſentur eſſe ſub jurisdictione ejus loci, in quo debitor ſuum habet domicilium, *p.1. c.28. d.9.n.4.*

Res mobiles pretioſiores nemo tam facilè jactare ſive donare præſumitur, ſicut res viliores, *p.1.c.5.d.19.n.5.*

Poſſidere mobilia pretioſa & poſſidere immobilia æqualia judicantur, *ib.n.5.*

Mobilia concernunt perſonam, ubicunque illa ſit, immobilia territorium, in quo ſita fuerint, *p.2.c.14.d.54.n.6.*

In mobilium ſucceſſione ſtatuta domicilii attenduntur, licet alibi ſita fuerint, *d.n.6.& p.1.c.28.d.9.n.5.*

Mobilia, quæ defunctâ conjuge maritus in foro Sax. lucratur, etiam nondum agnita in ejus heredes transferuntur, *p.3.c.14.d.27.*

Vide plura infra in Vocabulo Succeſſio mariti.

Et ſupra Bona Mobilia.

Mobilia non adjudicentur filiabus, quæ ipſarum ſignaculo notata reperta ſunt in hereditate paterna, *p.3. c.20. d.34. n.8.*

Mobilibus legatis quid debeatur, vide ſupra Legatum.

MODERAMEN DEFENSIONIS.

Moderamen inculpatæ tutelæ vel legitimæ Defenſionis in tribus conſiſtit, *p. 4.c.12.d.8.n.8.*

Jura Sax. in homicidiis ob magnum & doloſum exceſſum, aut ſi defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ facta non plenè probetur, pœnam amputationis manus ſtatuunt, *n.13.*

Exceſſus inculpatæ Defenſionis extra ordinem pro arbitrio judicis, at exceſſus defenſionis ſemper pœnâ ordinariâ coërcetur, *d.p.4.c.12.d.8.*

Exceſſus hi duo quomodo differant, *ib. n.4.*

Vide plura ſupra in Vocabulo Defenſio.

MODERATOR.

Unusquisque rei ſuæ moderator eſt & arbiter, *p.2.c.12.d.36.n.6.*

Fallit hæc Regula in prædio ſerviente, *p.2.c.41.d.1.n.1.*

MODICUM.

Modicum prætor non curat, *p.3.c.32. d.21. n.3.*

Modicum tempus quodnam dicatur boni judicis arbitrio relinquendum, *ib. n.5.*

MODUS.

Inter modum & conditionem ea præcipue differentia exiſtit, quod conditio actum ſuſpendit, & deficere facit; Modus verò non ſuſpendit, *p.3. c.13. d.26. n.3.*

Hæc differentia in contractibus locum habet, ſecus verò in ultimis voluntatibus & legatis, *ib.n.4.*

MOLA. MOLENDINUM.

Mola alata, quæ vento agitatur, non Feudi ſucceſſoribus, ſed heredibus vaſalli allodialibus cedit, *p.3.c.31. d.4.*

Molam Oleariam absq; conceſſione ſpeciali in molendinum frumentarium commutare haud licet, *p.2.c.4.d.10.*

Molendina, quæ aquis ſupernatant, Schiffmühlen/ pro mobilibus habentur, *p.3. c.24.d.8.*

Sicuti & illa, quæ è ventis agitantur, Windmühlen/ *ib.n.5.*

Alia autem eſt ratio Molendinorum, quæ in terra vel ripis fluminum ædificata ſunt, illisque adhærent, *ib.n.1.*

Commodi ſui gratia nemo in ſolo proprio ædificare ac Molam extruere prohibetur, *p.2.c.4.d.10.n.1.*

Attamen hiſce in provinciis contrarium uſu obtinuit, *ib.n.2.*

Domino præcipienti ſubditis ſuis ne alibi, quàm in ſuo molendino molant, tertius, in cujus præjudicium facta eſt prohibitio, contradicere, eamque impedire poteſt, *p.2.c.4.d.11.n.5.*

Civibus alicujus oppidi vel incolis pagi alibi molare prohibitum non eſt, *p.2. c.4.d.9. n.1.*

Niſi cives ac incolæ prohibitioni factæ per 31. annorum & diei ſpacium acquieverint, *ib.n.3.*

MOLITOR.

Molitor perfidus pœnæ, in Conſtitutione Electorali de furibus expreſſæ, ſubjugandus eſt, *p.4.c.41.d.5.*

MOLESTIA.

Moleſtiam inferre prohibitus non prohibetur moleſtare de jure, *p.2. c.36.d. 5. n.5.*

MONACHUS.

Monachi nihil proprii habent, ſed omnia Monaſterio acquirunt, *p. 3.c. 28. d.3. n.1. & 4.*

Monachus de jure civili cum fratribus ſuis ad ſucceſſionem patris ſui inteſtati admittitur, *p.2.c.14.d.59.n.1.*

Secus de jure Sax. *n.2.*

Cujus tamen diſpoſitio in foro Sax. uſu non obſervatur, *n.4.*

Monachus licet non ſuccedat ex ſua perſona, monaſterium tamen eſt loco heredis, *n.5.*

MONASTERIUM.

Pro Monaſteriis Principes Germaniæ piiſſimi Scholas, Noſocomia, & Xenodochia conſtituerunt, *p.3.c.13.d. 27.n.8.*

MONETÆ SOLUTIO ET VALOR.

Monetæ ſolvendæ valor ex edicto Principis non ab uſu commerciorum æſtimandus eſt, *p.2.c.28.d.1.*

Si Principe patiente nec coërcente Magiſtratu Monetæ valor vulgo major ſit, quàm edicti forma patiatur, procul dubio non tam valor inſpici debebit, qui edicto conſtitutus eſt, quàm qui communi hominum uſu & commercio frequentatur, *ib.n.4.*

Depoſitio Monetæ, factæ ſecundum valorem inductum commerciorum abuſu contra Principis edictum, non liberat debitorem, *p 2.c.28.d.2.*

Niſi creditor ex conventione certa ad hoc obligatus ſit, *ib.n.1.*

Monetam reprobatam ſolvens debitor non liberatur, ſed facienda eſt ſolutio in alia Moneta ſecundum æſtimationem, quæ fuit tempore contractus, *p.2.c.28.d.3.*

Mutatâ pecuniæ bonitate intrinſecâ ſolutio fieri debet ſecundum æſtimationem & rationem antiquæ Monetæ, quæ fuit tempore contractus, *p. 2.c. 28. d. 4.*

Monetæ bonitas intrinſeca dicitur, quæ conſiſtit in materia, pondere & forma, *ib.n.1.* quando hæc bonitas intrinſeca mutetur, *ib.n.2.*

Monetâ mutatâ commodum pariter & incommodum eſt debitoris, *n.3.*

Monetæ materia eſt fundamentum & cauſa valoris, qui pro diverſitate materiæ eſt diverſus, *ib.n.8.*

Inter Monetæ valorem & materiam in Repub. bene conſtituta juſtam oportet eſſe proportionem, *ib.n8.*

In Moneta publ. hæc duo quaſi pro ſubſtantia nummorum requiruntur, videlicet probitas materiæ & debitum pondus, *n.11.*

Monetæ ſubſtantiam ſolus valor ſine materiæ bonitate & legitimo pondere haud conſtituit, *ib.n.11.*

Extrinſecâ monetæ bonitate, quæ in valore conſiſtit, mutatâ, ſolutio ſecundum valorem, qui fuit tempore contractus, facienda eſt, *p.2.c.28.d.6.*

Monetæ valorem plerumque ab invitis Princi-

Principibus & Magistratibus extorquet infelicitas temporum, atque necessitas commerciorum, accedente præsertim insatiabili Mercatorum avaritia, *ib. n. 3.*

Monetæ bonitas extrinseca consistit in valore, *n. 7.*

Monetæ solutio ex causa emptionis fieri debet secundum valorem, qui fuit tempore contractus, non etiam solutionis promissæ, *p. 2. c. 28. d. 6.*

Post mortem patris liberi dotem, aliave accepta conferre tenentur secundum valorem monetæ, qui fuit tempore subsidii præstiti dotisve datæ, *p. 2. c. 38. d. 7.*

Solvendum est legatum in ea Monetæ bonitate, quæ fuit tempore conditi testamenti, sive melior sive deterior Moneta facta fuerit, *p 2. c. 28. d. 8.*

Nisi quandoque ex verbis aut voluntate testantis tempus mortis in solvendo legato attendatur, *n. 16.*

In æstimando Monetæ augmento cum de donationibus mortis causa agitur, non mortis sed donationis factæ tempus est inspiciendum, *n. 15.*

In annuis reditibus circa mutationem Monetæ tempus contractus inspici debet, *p. 2. c. 28. d. 9.*

Quod tamen neutiquã ad Canonem Emphyteuticarium extendendum, *ib. n. 5.*

Nulla superest petitio augmenti Monetalis, post solutionem sine protestatione acceptam, *p. 2. c. 28. d. 10.*

Nec usurarum præstatio admittitur secundum alium monetæ valorem, quàm qui fuit tempore contractus, *p. 2. c. 28. d. 14.*

Moram in solvendo contrahens, non ob id cogitur solvere in meliore Moneta, quàm quæ fuerit tempore debiti contracti, *p. 2. c. 28. d. 15.*

Auri vel argenti pondere licet promisso, pecunia tamen numerata solvi potest, *p. 2. c. 29. d. 1.*

Pro aureis vel thaleris mutuò acceptis alia Moneta numerata potest exsolvi, *p. 2. c. 29 d. 2.*

Creditor in solutionem summæ alicujus notabilis de minuta moneta ultra 25. florenos accipere haud cogitur, *p. 2. c. 29. d. 3.*

Ex monetæ minutæ solutionem multum incommodi ad creditorẽ resultat, *ib. n. 2.*

Moneta minuta minoris alibi, vel etiam nullius est valoris, *ib. n. 5.*

Promissâ solutione in certa specie Monetæ, puta thaleris, aureis, debitor eam præcisè solvere tenetur, nec solutione alterius monetæ vel pecuniæ numeratæ liberatur, *p. 2. c. 29. d. 4.*

Solutio facienda est in thaleris in specie, vel aureis, licet de horum promissione ex verbis solummodo contrahentium relativis appareat, *p. 2 c. 29. d. 5.*

Aureis vel thaleris sub certa æstimatione mutuò datis, solutio in currente moneta fieri potest, nisi usuræ per tempus longissimum fuerint solutæ in integris thaleris, *p. 2 c. 29. d. 6.*

In monetis regulariter cursus est attendendus, *p. 2. c. 29. d. 6. n. 2.*

Moneta talis præsumitur mutuò data, qualem subsecutæ solutiones demonstrant, *ib. n. 5.*

Æstimatio demonstrationis causâ adjecta non facit, ut solutio, in aureis vel thaleris promissa, fieri queat in moneta currente, *p. 2. c. 29. d. 7.*

In obligatione alternativa in potestate debitoris est vel thaleros sive aureos restituere, vel conventam æstimationem præstare, *ib. 1.*

Æstimatio demonstrationis causa videtur adjecta, si promissa fuerit solutio Monetæ in thaleris, sive creverint, sive decreverint, *p. 2. c. 29. d. 8.*

Solutione in thaleris promissa thaleri integri solvi debent, etiamsi sub æstimatione mutuò fuerint dati, *p. 2. c. 29. d. 9.*

Minus solvit, qui in minore & deteriore moneta solvit, *p. 2. c. 28. d. 9. n. 4.*

Invitò creditori aliam pro alia solvi haud posse, fallit 1. si species debita amplius non reperiatur, *p. 2. c. 28. d. 3. n. 6.*

2. Si moneta antiqua quidem adhuc extet, sed rarior & difficillime ac non nisi magno sumptu comparari possit, *ib. n. 8.*

MONETA FALSA.

Falsæ monetæ excusores cremari debent, *p. 4. c. 1. d. 15. n. 10.*

MORA.

Mora est, cum quis congruo loco & tempore interpellatus haud solvit, *p. 2 c. 30 d. 20. n. 6.*

Fieri haud potest, ut eodem instanti & nascatur petitio & mora contrahatur, *p. 2. c. 30 d 21. n. 1.*

Mora cuique sua, non alteri nocere debet, *p. 3. c. 34. d. 9. n. 6.* it. *p. 2. c. 19. d. 2. n. 6.*

Mora habetur pro delicto, *ib. n. 3.*

Mora & frustratio sua nemini prosit, *p. 1. c. 32. d. 54. n. 7.*

Moræ purgatio semper admittenda re adhuc integrâ, *p. 2. c. 38. d. 11. n. fin.*

Mora non potest purgari, postquam cœpit actoris interesse, *p. 1. c. 20. d. 21. n. 5.*

Moræ purgatio ut post laptum terminum locum habeat, quid requiratur, *p. 2. c. 32. d. 5. n. 3.*

Moræ purgatio pœnâ & die expressâ non admittitur, *p. 1. c. 16. d. 4. n. 7.*

Modicum aliquod laxamentum desidibus est indultum, intrà quod moram purgare possunt, *p. 2. c. 3. d. 5. n. 3.*

A Mora difficultas & impedimentum excusat, *p. 1. c. 16. d. 17. n. 6.* it. *d. 20. n. 4.*

Ex mora usuræ debentur, *p. 2. c. 30. d. 19. n. 5.*

Ob moram contractam dos solvi haud debet in meliore moneta, quam quæ fuit tempore dotis promissæ, *p. 2. c. 28. d. 15. n. 6.*

Periculum semper ad Moratorem spectat, *p. 2. c. 30. d. 14. n. 2.* it. *p. 2. c. 26. d. 25. n. 5.*

Quotiescunque periculum in mora est, a Regulis juris communis receditur, *p. 2. c. 29. d 15. n. 5.*

Ubi periculum evidens in mora est, neq; loci, neque temporis habenda est ratio, *p. 1. c. 29. d. 16. n. 5.*

MORBUS.

Morbus facillimè doceri potest per testimonium Medici, *p. 1. c. 9. d. 10. n. 4.*

In morbi pestiferi periculo stare nihil est aliud, quàm tentare Deum, *p. 3. c. 26. d. 3. n. 4.*

MORGENGABA.

Morgengaba quæ proprie vocetur, *p. 3. c. 33. d. 20. n. 1.*

Zur Morgengabe gehören alle Feld-Pferde/ Rinder/ Ziegen und Schweine/ die vor den Hirten gehen/ *p. 3. c. 35. d. 2. n. 8.*

Ad Sponsalitiam largitatem seu Morgengabam pertinent pecudes fœmellæ cujusque generis, *p. 3. c. 33. d. 20.*

Non etiam pecudes masculini sexus, *p. 3. c. 33. d. 21.*

Nisi post mortem mariti ante 30. vel visionẽ fuerint procreatæ, *p. 3. c. 33. d. 22.*

Item sæpes, ædificia, carpenta, & omnis materies lignorum prædiis extruendis comparata, *p. 3. c. 33. d. 21. n. 3.*

Ex prædiis omnibus defuncti mariti viduæ debetur sponsalitia largitas sive Morgengaba, *p. 3. c. 33. d. 24.*

Ex prædio etiam conducto, *p. 3. c. 33. d. 23.*

Morgengabam, Geradam & cibaria domestica vidua pleno jure acquirit, eaque post mortem ad heredes suos transmittit, *p. 3. c. 34. d. 1. n. 11.*

Morgengaba, cibaria domestica & Gerada in successione viduæ nobilis æquali jure devinciuntur, *p. 3. c. 33. d. 23. n. 6.*

De Morgengaba & cibariis domesticis æs alienum mariti defuncti in subsidium est exsolvendum, *p. 3. c. 36. d 9.*

Morgengaba & comestibilia anno & die præscribuntur in foro Sax. *p. 3. c. 36. d. 10.*

Vide plura infra in Vocab. Sponsalitia largitas.

Viduæ, Morgengabam petenti, omnes chirographarii præferuntur, *p. 1. c. 21. d. 94.*

MORS.

Mors omnia solvit, *p. 4. c. 12. d. 1. n. 8.*

Mortis cujusque unus tantum locus, unum tantum instans est, *p. 3. c. 17. d. 10. n. 1.*

Vitæ verò & plures loci & plura tempora, *n. 2.*

Propter Mortis instantis periculum mente aliquo modo perturbatus censetur, qui in extremis vitæ est constitutus, *p. 3. c. 5. d. 1. n. 2.*

Mortis alterius captandæ votum à bonis moribus est alienum, ac plenum tristissimi & periculosissimi eventus & jure improbatum, *p 2. c. 45. d. 14. n. 2.*

Qui non invenitur, præsumitur mortuus, *p. 3. c. 15. d. 57. n. 14.*

Qui nusquam est, mortuus est, *ib. n. 15.* it. *p. 1. c. 16. d. 38. n. 4.*

Patre ac liberis puberibus simul mortuis peste, naufragio &c. in dubio pater prius decessisse videtur, *p. 3 c. 17. d. 10.*

Nisi filius fuerit valdè debilis aut timidus, pater verò vir fortis, *n. 11.*

Naturæ ordo hic est, ut pater moriatur ante filium, *n. 8.*

Filii impuberes in dubio ante patrem Mortui censentur, *p. 3. c. 17. d. 11.*

Conjugibus simul morte insolitâ defunctis in dubio uxor ante maritum Mortua præsumitur, *p. 3. c. 17. d. 12.*

Masculis duobus simul Mortuis, sive cognatis sive extraneis, neuter alteri supervixisse videtur, *p. 3. c. 17. d. 13.*

Debilior a. prius denatus censetur, *n. 3.*

Mors regulariter non probatur per unicum testem, *p 1. c. 16. d. 37.*

Sed bene per duos, qui viderunt illum vita functum & tumulo mandari, *n. 3.*

Consanguinei magis quàm extranei Mortem consanguineorum scire præsumuntur, *n. 5.*

Alicujus Mors probata est, licet testes non deponant se vidisse illum mortuum, sed tantummodo mori & vice versa, *n. 6.*

Mors probatur per testem unicum, si

mors occulta veniat probanda, puta quod quis in loco aliquo remoto, mari, acie aut morbo contagioso obiisse dicatur, *p.1.c.16.d.38.*

Quo casu testis sub juramento deponat, quod interfuerit sepulturæ, *n.7.*

Mors quandoque probatur per jusjurandum, quando agitur de levissimo præjudicio, *ib.n.1.*

Item ex libris Rectorum Ecclesiarum, in quibus describi solent nomina Mortuorum, modò extet consuetudo, ut fides habeatur ejusmodi libris, neque de magno præjudicio agatur, *n.2.*

Non levis est ea Mortis probatio, quæ fit per diligentiam exploratorum missorum à judice, *n.3.*

Mortis longè difficilior est probatio, quàm vitæ alicujus, *p.3.c.17.d.10.n.1.*

Mortis probatio solis indiciis contenta est, nisi quando Mors est fundamentum intentionis, *p.3.c.17.d.14.*

Filium filiamve puberem ante patrem peste decessisse per unicum etiam testem probari potest, *p.3.c.17.d.15.*

Modo testis unicus de visu deponat, *n.6.*

Gravius delinquit, qui manu occidit, quàm qui morienti non subvenit, *p.4.c.4.d.5.n.6.*

MULCTA.

Summa Mulcta, das höchste Gewette/ judici exsolvenda, est quatuor sexagenarum antiquarum, & in locum relegationis vel pœnæ carceris surrogatur, *p.4.c.11.d.2.n.5.& seq.*

Summa Mulcta publ. Werigeldum verò partis interesse concernit, *n.7.*

Mulcta pecuniaria, in quam conversa est pœna corporalis, non Principi, sed judici, qui merum habet imperium, tribuenda est, *p.4.c.10.d.9.*

Mulcta, demortuo licet vasallo ante sententiam, ejus tamen heredibus allodialibus accrescit, *p.3.c.32.d 22.n.7.*

Arrharum & Mulctæ pœnitentiæ des Kaufs effectus, *p.2.c.33.d.14.n.12.*

MULIER.

Mulier vivente Marito quasi communem usum & possessionem omnium bonorum ejus habet saltem jure familiaritatis, *p.2.c.25.d.8.n.1.*

Mulier quatenus in foro Sax. minori comparetur, *p.2.c.15.d.33.n.10.*

Mulier præsumitur ignorare jus suum ac beneficium SCti Vellejani, *p.2.c.16.d.19.n.2.*

Mulier personam legitimam standi in judicio non habet, *p.1.c.1.d.32.n.3.*

Absque curatore ad litem, qui ex officio ipsi est adjungendus, *p.1.c.1.d.30.*

Nec potest ullum actum judicialem firmiter celebrare, *p.2.c.14.d.17.n.3.*

Hocque non solum in fœmina actrice, sed etiam in rea conventa procedit, *p.1.c.1.d.30.n.3.*

Mulier in propriis causis de jure communi in judicio comparere, agere & se defendere non prohibetur, *ib.n.1.*

Mulier vel virgo sine curatore in judicio stare & in propriis causis matrimonialibus postulare potest, *p.4.c.23.d.14.n.3.*

Mulier rea in causa criminali ipsamet comparere tenetur, nec ejusdem Curator admittitur, *p.1.c.1.d.33.*

Mulier ad separationem agens jure petit sumptus litis ex bonis mariti, *p.4.c.21.d.12.*

Mulier non debet in domo mariti stare otiosa, tanquam truncus aut corpus mortuum, sed assvefacienda est ad lanificia, colum videlicet & fusum pro depellendis otiis, quæ ut plurimum inducunt luxuriem aliaque vitia, *p.2.c.24.d.15.n.1.*

Mulier heres à marito instituta, si post mortem ejus adulterii convincatur, ipso adhuc vivo sed inscio commissi, hereditatem amittit, eaque non fisco sed heredibus mariti ab intestato debetur, *p.4.c.21.d.6.*

Bona mulieris immobilia defuncta eâ, non marito, sed heredibus mulieris cedunt, *p.2.c.15.d.25.n.4.*

Mulieris as alienum quis solvere debeat, vide supra Æs alienum mulieris.

Mulieri quæ dolo malo aliquid fecit, nunquam succurritur, *p.1.c.28.d.84.n.7.* it. *p.2.c.15.d.13.n.4.*

Mulieres illustres, ut Ducissa, Comitissa, aliæve similes negotia virilia sustinere possunt, *p.2.c.15.d.9.n.2.*

Mulieres sunt faciliores ad amandum, & etiam faciliores ad pejerandum, *p.1.c.16.d.48.n.7.*

Mulieres novis maritis non solùm bona, sed etiam vitam liberorum addicunt, *p.2.c.11.d.14.n.2.*

MULIERUM CONTRACTUS.

In Contractibus in præsentia agnatorum cum Muliere celebratis fraus abesse censetur, *p.2.c.15.d.18.n.3.*

De jure civili communi Mulier majorennis pro lubitu absq; ullo curatore contrahere, resq; suas inscio etiam marito alienare potest, *p.2.c.15.d 6.n.4.*

Contractus mulieris, sine curatoris consensu initus, ipso jure nullus est, etiamsi juramento fuerit firmatus, *p.2.c.15.d.1.*

Interim secundum Canones religiosè servandum, *n.11.*

Contractum absq; curatore celebratum etiam post mortem matris ipsius heredes impugnare possunt, *p.2.c.15.d.4.*

Contractus mulieris sine curatore initus ne quidem ex diuturnitate temporis decennalis convalidatur, *p.2.c.15.d 5.*

Contractus mulieris absque Curatore initus valet.

1. Si Mulier habens domicilium in terris Sax. extra territorium Sax. absque curatore contrahat, *p.2.c.15.d.6.*
2. Fidejussor intercedens pro Muliere sine curatore contrahente efficaciter obligatur, *p.2.c.15.d.7.*
3. Mulier sine curatoris consensu cum patre vel liberis validè contrahere, filiisque donare potest, *p.2.c.15.d.8.*
4. Illustris mulier habens Regalia absq; Curatore validè contrahit, *p.2.c.15.d.9.*
5. Mulier absq; consensu Curatoris non solùm testari, sed & mortis causâ donare potest, *p.2.c.15.d.10.*
6. Absque Curatoris autoritate Mulier pacta dotalia facere, in iisque certam dotem constituere potest, *p.2.c.15.d.11.*

Nisi in pactis dotalibus dos æstimata rerum immobilium constituatur, *n.8.*

7. Ad impetrationem Aresti adversus debitorem suum mulier curatore opus non habet, *p.2.c.15.d.12.*
8. Mulier dolosè contrahens obligatur, etiamsi non habuerit curatorem, *p.2.c.15.d.13.*
9. Ex contractu mutui efficaciter obligatur Mulier etiamsi sine Curatore, *p.2.c.15.d.14.*
10. Quatenus mulier mobilia sua absq; curatore alienare valeat, *p.2.c.15.d.15.*
11. Mulier Mercatrix sine curatore hypothecam ratione Mercaturæ constituere potest, *p.2.c.15.d.16.*

De quibus Mulieribus hoc accipiendum, *n.3.*

In dubio mulier ratione mercaturæ contraxisse censetur, *n.6.*

12. Subsistit contractus sine curatore celebratus, quando mulieri est utilis, *p.2.c.15.d.17.*
13. Contractus mulieris in præsentia agnatorum initus subsistit, licet curator intervenerit, *p.2.c.15.d.18.*
14. Mulier nupta, solo mariti consensu absque alterius curatoris autoritate efficaciter contrahere, bonaque immobilia alienare valet, *p.2.c.15.d.19.*
15. Contractus à marito de bonis uxoris consensu ipsius celebratus, jure subsistit, *p.2.c.15.d.20.*

Contractus mulieris absque curatore initus non valet.

1. Si fundum dotalem absque curatore vendere, aliovè modo alienare velit, etiamsi maritus consentiat, *p.2.c.15.d.21.*

Prædium autem æstimatum in dotem datum maritus alienare haud prohibetur, *n.10.*

2. Mulier nupta sine curatore hereditati renunciare, aut super divisione hereditatis totali quietationem facere nequit, licet aliàs solius mariti consensu debitorem suum liberare valeat, *p.2.c.15.d.22.*
3. Uxor contrahens cum marito suo alterius Curatoris autoritatem adhibere debet, *p.2.c.15.d.23.*
4. Mulier maritata in mariti commodum contrahens alio curatore opus habet, *p.2.c.15.d.24.*
5. Uxor bona sua immobilia absq; consensu mariti alienare nequit, licet adhibeat autoritatem curatoris, *p.2.c.15.d.25.*

MULIERUM CONSTITUTUM.

Constituere quid, *p.2.c.16.d.2.n.6.*

Ex constituto Mulier haud efficaciter ligatur pro marito, si non mediante juramento debitum in se susceperit, *p.2.c.16.d.2.*

A Constituto differt intercessio mulieris, *ibid.n.4.*

Constitutum viduæ, debitum mariti jam defuncti absque juramento in se suscipientis, non valet, *p.2.c.16.d.3.*

A constituto multum differt renunciatio mulieris, *p.2.c.16.d.20.n.3.*

MULIERUM INTERCESSIO.

Differentia intercessionis ac renunciationis Mulieris pro marito & extraneo facta, *p.2.c.16.d.1.n.3.*

Efficaciter Mulier intercedit pro marito absque juramento etiam quoad res dotales iis in locis, ubi hoc moribus introductum est, *p.2.c.16.d.7.*

Valida est in civitate Lipsia etiam quoad res dotales intercessio mulieris pro marito haud jurata ex peculiari statuto, quod tamen locum non habet in constituto, *p.3.c.16.d.8.*

Valet renunciatio Mulieris pro marito intercedentis etiam in rebus dotalibus absque juramento morte confirmata, *p.2.c.16.d.9.*

Mulier pro marito intercedens absque juramento efficaciter obligat bona paraphernalia, modo sit majorennis, ac in judicio curatore interveniente

SCto

SCto Vellejano renunciet, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 10.
Renunciatio ac intercessio mulieris pro marito valida in terris Electorat. Sax. ei indistinctè nocet, etiamsi maritus nulla alia bona habeat, ex quibus mulieri satisfieri queat, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 12.
Neque ob læsionem enormissimam rescindenda est renunciatio ac intercessio mulieris pro marito facta ex capite restitutionis in integrum, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 13.
Mulier non pro marito sed pro extraneo intercedens absque juramento, obligatur etiam quod bona dotalia, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 17.
Modo quatuor requisita probè observentur, *n.* 4.
Quæ de forma substantiali requiruntur, *n.* 5.

MULIERUM OBLIGATIO.

Mulier absque curatoris consensu haud obligatur, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 1.
Mulier quicquid ex obligatione absque curatoris consensu contractum solvit, tan quam indebitè solutum repetere potest, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 3.
Mulier sine curatore super debito sibi soluto Quittantiam facere ac debitorem suum liberare nequit, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 3.
Quod si mulier absque curatore acceptâ ab aliquo mutuò pecuniâ fundum obligaverit & hypothecæ dederit, etiamsi extrajudicium, & sic nullitèr hoc factum fuerit, heredes tamen non nisi redditâ pecuniâ creditori, fundum repetere possint, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 4. *n.* 8.
Mulier mercatrix ob hypothecam rationem mercaturæ sine Curatore constitutam firmiter obligatur, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 16.
Mulier contra debendi non tenetur pro marito, nisi beneficio divisionis juramento renunciaverit, *p.* 2. *c.* 16 *d.* 4.

MULIERUM RENUNCIATIO.

Renunciationis natura, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 20. *n.* 7.
Renunciatio mulieris in domo judicis extra locum judicii facta valida non est, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 18.
Secus est, si justa ex causa mulier in judicio se sistere impedita, ex judicio Scabinos quosdam ad se accersat, & coram illis pro alio intercedat, *ib. n.* 8.
Renunciatio ac intercessio mulieris non valet, nisi prius de beneficio SCti Vellejani certiorata ei expressè renunciaverit, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 19.
Renunciatio mulieris pro marito intercedentis, sicuti in dote & dotalitio, ita & in donatione propter nuptias efficax non est, nisi fuerit jurata, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 1.
Renunciatio mulieris juratæ in donatione propter Nuptias effectum habet, si pro ejusmodi donato expressa hypotheca a marito fuerit constituta, *ib. n.* 10.
Renunciatio mulieris pro marito intercedentis etiam in rebus dotalibus absque juramento morte confirmata valet, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 9.
Renunciatio hypothecæ mulieri non obest, si maritus solvendo non sit, nec ei de bonis illatis aliundè satisfieri queat, extrà Sax. Elector. *p.* 2. *c.* 16. *d.* 14.
Renunciatio hypothecæ facta generaliter uni creditori, non præjudicat mulieri quoad alios creditores, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 15.
Etiam juramento interposito, *ibid. n.* 3.
Quod in cæteris creditoribus, hypothecaria jura remittentibus, secus est, *n.* 4.
Nisi mulier generaliter juramento interposito renunciet, *ibid. n.* 16.
Factâ renunciatione tertio Creditori, causa intermedii creditoris melior non efficitur in concursu creditorum, sed tertius in locum mulieris renunciantis succedit, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 16.
Renunciatio mulieris pro marito facta non præjudicat mulieri quoad bona alia marito nunquam illata, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 20.
Mulier etiam nupta sine curatore hereditati renunciare, aut super divisione hereditatis totali quietationem facere nequit, licet aliàs solius mariti consensu debitorem suum liberare valeat, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 22.
Renunciatio mulieris illustris facta sub dignitatis splendore, (Bey Fürstlichen oder Gräflichen Ehren/ Treuen und Glauben/) non æquipollet renunciationi juratæ, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 5.
Hisce in provinciis, *n.* 4.
De notoria Germaniæ consuetudine juramentis æquipollere dicitur, *n.* 2.
Renunciatio mulieris facta sub promissione fidei (An Eydes statt und Deym Wort der ewigen Warheit/) non habetur pro jurata & valida renunciatione, nisi addantur verba (So wahr ihr GOtt helffe:) *p.* 2. *c.* 16. *d.* 6.
Quando scilicet pro forma actus alicujus juramentum solenne requiritur, *n.* 9.

MULIERUM SUCCESSIO.

Vide infra Successio conjugum.

MULIEBRIS.

Muliebris sexus fragilitas in perniciem substantiæ earum non convertatur, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 21. *n.* 9.
Sexus muliebris suspicioni semper subjectus est, *p.* 3. *c.* 33. *d.* 5. *n.* 10.
Jura muliebria (die Fräuliche Gerechtigkeit) consistunt 1. in dotalitio, *p.* 3. *c.* 34. *d.* 1. *n.* 2.
2. In Gerada, *ibid. n.* 3.
3. In Sponsalitia largitate, *n.* 4.
4. In cibariis domesticis, *n.* 5.
Competunt hæc jura viduis Nobilibus, sive cum maritis de hisce convenerint expresse, sive non, *n.* 6.
Secundum cujusque loci statuta & consuetudines vidua jura muliebria ex defuncti mariti bonis lucratur, *p.* 3. *c.* 33. *d.* 1. *n.* 1.

MÜNDIG.

Mündige proprié dicuntur illi, qui vigesimum primum ætatis annum attigerunt, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 1. *n.* 6. & 7.

MUSTHEIL.

Mußtheil quasi Mußtheilen/ *p.* 3. *c.* 34. *d.* 2. *n.* 4.
Nomine Mußtheils debetur viduæ Nobili dimidia saltem pars omnium cibariorum, quæ post diem 30. à morte mariti supersunt, *d. d.* 2.
Mußtheils duo requisita probè attendi debent, *ibid. n.* 6.

MUTUUM.

Ex mutui causa in dubio videtur data, ubicunque magnæ pecuniæ quantitas absque causæ adjectione alicui datur, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 39. *n.* 8.
Ex mutuo quod ipsi debetur, nemo in possessione sua habet, *p.* 3. *c.* 34. *d.* 6. *n.* 4.
Ad mutuò dandũ alteri pecuniã qui persuasionibus aliquem inducit, regulariter non obligatur, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 24. *n.* 11.
Contrà mutuum minor læsione probata restitutus absolvitur, nisi creditor pecuniam in utilitatem ejus versam docuerit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 44.
Uxor repetens pecuniam, quam mutuò dederat marito, nec hypothecariis nec chirographariis præfertur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 90.
Qui mutuò dedit pecuniam ad refectionem alicujus rei, præfertur hypothecariis, etiam anterioribus expressis, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 105.
Limitatur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 106.
Qui mutuò dat pecuniam ad emendam rem, privilegiũ prælationis non consequitur, quàm si expressè sibi de hypotheca prospexerit, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 107.
Sed saltem privilegium personale, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 155.
Qui mutuò dat sine usuris, reliquis chirographariis præfertur, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 153.
Differentia inter creditorem, qui ad emptionem prædii, & inter illum, qui ad refectionem domus mutuò dedit pecuniam, *p.* 1 *c.* 28. *d.* 107. *n.* 6.
Multum interest, an creditor pecuniam mutuando de communibus nummis, an verò de corporibus cogitaverit, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 4. *n.* 4.

N.

NATALIS.

Legitimati per rescriptum & subsequens matrimonium Natalibus ingenuitatis plenè restituuntur, ad omnes gradus, successiones & honores; perinde ac si quis ex & de legitimo matrimonio natus esset, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 16. *n.* 3.
Natalitium testimonium legitimato per subsequens matrimonium dari potest, quod ex thoro legitimo & parentibus honestis natus fuerit, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 15.

NATIVITAS.

Nativitas legitima ac filiatio difficillimæ ac penè impossibilis probationis est, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 26. *n.* 1.
Nativitas per testem unicum vel saltem per conjecturas probari potest, *n.* 3. aut etiam per solam famam, *n.* 5.
Nativitatis punctum, quia incognitus est, cum in occulto & clàm soleant parere mulieres, præsumptionib. & conjecturis satis probatur, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 18. *n.* 4.
Item per testimonium duarum obstetricum juratarum, *n.* 7.
In divisione hereditatis inter Gemellos creditur obstetricibus de Nativitate eorum juratò testantibus, *d. d.* 18.

NATUS.

Natus sub initio mensis undecimi dici putatur, qui primo vel secundo undecimi mensis die editus est, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 15. *n.* 7.

Vide plura supra in Vocabulo Infans.

NECARE.

Necare videtur, qui alimenta, hoc est omnia ad vitam necessaria non præber, *p.* 3. *c.* 25. *d.* 5. *n.* 3.
Impium est, qui speretur ante vitam necare, *d. n.* 3.

NECESSITAS.

Necessitas non habet legem, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 9. *n.* 3.
Necessitatis tempore omnia sunt communia, *ib. n.* 2.
Pacta habentur aliquid facere compulsum aut metu, ne compellatur ex Necessitate vel timore, aut metu Necessitatis, *p.* 2. *c.* 19. *d.* 12. *n.* 13.

NEGATIO.

Per Negationem res efficitur dubia, incerta & illicita, *p.2.c.22.d.2.n.16.*

Particula Negativa haud rarò postponitur, cum præponi debuisset, *p. 2. c. 19. d. 9. n. 10.*

NEGLIGENTIA.

Negligentia tale est vitium, quod oculis Domini non apparuit, *p. 2. c. 1. d. 23. n. 4.*

Negligentia unius alteri non debet nocere, *p.1.c.18.d.13.n.4.*

NEPOTES.

Nepotes repræsentant gradum, non personam parentum, ideoq; proprio jure avo succedunt, *p.2.c.35. d.12.& d. 11.n.10. p.3.c.11. d.33.n.5.*

Non in capita, sed in stirpes, *p.3. c.12. d. 11, n. 5.*

Nepotes etiamsi fuerint à parentibus prædefunctis exheredati, avo tamen succedunt, *p.2.c.35.d.14.n.2.*

Nisi avus ante filium exheredatum moriatur, *n.6.*

Nepotes magis quàm personas alias & extraneas dilexisse testator præsumitur, *p.3.c.8.d.28.n.5.*

NOBILIS.

Nobilium privilegiis de consuetudine Sax. nemo gaudet; nisi patre avoque milite genitus sit, *p.3.c.37.d.1.n.7.*

Mulier plebeja & ignobilis, si nubit Nobili viro, per nuptias adipiscitur Nobilitatem, omniaque jura ac privilegia, quibus mulieres naturâ Nobiles gaudent, *p.3.c.37.d.2.n.2.*

Fœmina ex genere Nobili progenita dignitatem & Nobilitatem amittit, si ignobili nupserit, *ib.n.4.*

Nobiles pro usu domus & familiæ suæ cerevisiam coquere haud prohibentur, *p.2.c.6.d.7.*

Nobilibus in pagis ac castris suis absque speciali concessione aut præscriptione cerevisiam vendere, aliudque pernicioſum urbibus mercimonium exercere non licet, *p.2.c.6.d.4.*

Nobilibus atq; Dominis nullũ competit jus protimiseos in cibariis vel mercibus edilibus subditorum, quas venales ad forum deferunt, *p.2.c.51. d.10.n.4.*

Nobilibus mercimonia civium concessa intelliguntur pro necessitate domus suæ & familiæ, *p.2.c.6.d.7.n.2.*

Nobilitati commercia & artes mechanicæ non conveniunt, *p.2.c.6.d.4.n.9.*

Nobilitas amittitur, quoties Nobilis utitur vilibus artibus & mechanicis, *ibid. n. 11.*

Nobiles in delictis arbitrariis mitius puniri, quàm ignobiles quatenus procedat, *p.4.c.1.d.7.n.6.& 7.*

Nobiles subditos suos in proprio pagano judicio convenire nequeunt, si Notarius judicii in præsentia subditorum non juraverit, *p.1.c.2.d.20.*

Nobilitas aliavè dignitas haud operari debet diminutionem commoditatum, ex LL. vel statutis provenientium, *p. 2.c.44.d.8.n.7.*

NOLLE.

Nollẽ is nequit, qui velle contrarium non potest, *p.4.c.27.d.1.n.11.*

Nolle is demum dicitur, qui contrarium potest, *n.12.*

NOMEN.

De nomine si controversia sit inter plures, qui probaverit sensisse de se defunctum, ille admittitur, *p. 3. c. 9. d. 14. n. 10.*

Nominari qui singuli fuerunt, in partes viriles vocati censentur, *p.3. c.29. d. 12. n. 6.*

NOMINA.

Nomina seu debitum pecuniâ minoris factum ad ipsum pertinet, licet tutor creditor fuerit nominatus in chirographo, *p.2.c.11.d.38.*

Si nominè in diem contracto is tempore finitæ tutelæ nec dum venerit, pupillus diem illum expectare debet, *p. 2. c. 11. d. 24. n. 8.*

Nominis persecutio vix unquam facilis est & expedita, *p.2.c.18.d.16.n.6.*

Nominum periculum in se suscipere cogitur, qui usuras suæ pecuniæ petit, *p.2.c.11.d.27.n.3.*

Nomina debitorum & creditorum per actionem familiæ herciscundæ, non veniunt dividenda, sed tantùm adjudicanda, *p.3.c.14.d.19.n.2.*

Nomina debitorum ratione actionis competentis fictione juris dicuntur esse in bonis, *p.3.c.13.d.34.n.11.*

Nomina & actiones per se nec inter mobilia, nec inter immobilia propriè referuntur, sed tertiam bonorum speciem constituunt, *p.3.c.23. d.8.n.7.*

Nomina, jura & actiones in donatione nomine bonorum generali non comprehenduntur, *p.3.c.2.d.2.n.5.*

Nomina ac jura in foro Sax. absque insinuatione judiciali efficaciter oppignorantur, *p.2.c.23.d.7.*

Nomina debitorum, jura & actiones ex persona creditoris æstimanda sunt, eiq; subjacent Jurisdictioni, sub qua creditor habet domicilium, *p.3.c.12.d. 14. n.5.*

Ejus personæ tenacissimè inhærent, *n.6.*

Ab eaque separari non magis possunt, quàm anima à corpore, *n.7.*

Nomina ex alieno territorio debita censentur jure aliorum mobilium, neque æstimantur ex loco, unde debentur, sed ex toto patrimonio debitoris, quod respiciunt & cui debentur, *p.2.c.23.d.10.n.8.*

Nomina hereditaria in divisione hereditatis, uxori assignata, defunctâ eâ, marito cedunt, *p.3.c.21.d.15.*

NOTARIUS.

Notarius judicii vel Actuarius appellatione Decurionum & Scabinorum (Der Gerichts-Personen) non continetur, *p.3.c.3. d.18. n.2.*

Horum distinctum & separatum officium, *n.2.*

Notarius judicii pub. persona habetur, *p.3. c.3. d.32. n.8.*

Si Notarius judicii in præsentia subditorum non juraverit, Nobiles subditos suos in proprio judicio pagano convenire nequeunt, *p.1.c.2. d.20.*

Notarius compelli non potest ad testificandum de gestis coram eo tanquam Notario, *p.1.c.16.d.63.*

Si nimirum gesta coram eo debeant impugnari, *n.2.*

Licet aliàs non prohibeatur, *n.1.*

Notarius pro confectione testamenti reciproci duplex honorarium exigere valet, *p.3. c.7. d.22.*

Circa Notariorum expensas cujusque loci statutum & consuetudo in moderatione potissimum attendi debet, *p.1.c.31. d.10.*

Notario credendum omninò est in iis, quæ attestatur coram se gesta esse, *p. 3.c.3. d.37. n.3.*

Notario dicenti, certioratam à se mulierem, de vi & potestate SCti Velleiani, cujus exceptioni renunciaverit, creditur, nisi mulier contrarium asserens probandi onus in se suscipiat, *p.1.c.16.d.6.n.5.& 6.*

Quod & de aliis clausulis, quibus exprimere Notarii solent, nec vi, nec metu, nec dolo factum quicquam fuisse, asserendum est, *ib.n.7.*

Soli Notarii scripturæ absque testibus non creditur, *p.1.c.20.d.2.n.5.*

Protocollo Notarii major fides habetur, quàm instrumento, *p.1.c.17. d.44.*

Si protocollum omnia habeat requisita, quæ requiruntur in instrumentis ipsis ad effectum probandi subscriptionem Notarii, signum ipsius, rogationem, publicationem, locum & tempus celebrati contractus, *ibid.n. 5. & 6.*

Magis Originali & matrici scripturæ potius; quàm protocollo Notarii standum est, *ibid.n.4.*

Notarii si testamenta concipiunt, de consuetudine plerumque clausulas è vulgatis formulariis descriptas adjicere solent, non intelligentes quid scribant, *p.3.c.9.d.6.n.3.*

Notariorum incuria & imperitia testatori vel heredibus haud nocere debet, si mens & voluntas contraria appareat, *ibid.n.4.*

Notariorum imperitia non parum periculosa, magis autem damnosa est eorum malitia, *p.1.c.2.d.20.n.2.*

Quibus nullo alio medio, quàm juramento occurri potest, *n.3.*

Notarii quidam sunt ad instar Cantorum, qui bene cantant per practicam, & nesciunt rationem sui cantus, & similes Psittacis, qui stant in Palatiis Dominorum, & nesciunt quid loquantur, *p.1.c.2. d.15.n.2.*

Inter Notarios si reperiatur unus doctus, & expertus, reperiuntur viginti quinque indocti nullam habentes juris notitiam, *p 1.c.2.d.20.n.1.*

A Notario omissa nunquam supplentur, *p.2.c.17.d.1.n.13.*

NOTORIUM.

Notoria non indigent probatione, *p.2. c.18.d.15.n.3.*

In Notoriis non expedit cognoscere vel sententiam proferre, sed exequi vel punire, *p.1.c 16.d.28 n.4.*

NOVATIO.

Novatio hodie facta non intelligitur, nisi hoc expresse inter contrahentes agatur, quod priorem novare obligationem velint, *p.2. c.19.d.14.*

NOVERCA.

Novercam & vitricum, socerum & socrum loco parentum esse quatenus procedat, *p.4.c.3.d.5.n.7.& 8.*

Novercalibus delinimentis pervasi parentes sinistrum judicium circa sanguinem proprium ferunt, *p.3.c.23.d. 17.n.1.*

NOVUS.

Quæ de novo non emergunt, Novo non indigent auxilio, *p.2.c.37. d.6. n.8.*

NOX.

De Nocte factum tantum valet, quantum de die, *p.1.c.29.d.16.n.5.*

NULLITAS.

Nullitatis actio de jure communi intra 30. annos de tempore latæ sententiæ institui potest, *p.1.c.26.d.21.*

Nisi

Nisi causa principalis brevioribus vel longioribus terminis finiatur, *n.10.*
Vel statuto aliquo certus terminus fuerit præfixus ad deducendas Nullitates, veluti in Provinciis Electoratus Sax. saltem 6. septimanas & 3. dies à die publicatæ sententiæ computandos Nullitatem allegare licet, *ib.n.11.*
Nullitatis actio vel petitio restitutionis in integrum non impedit executionem contractus, *p.1.c.26.d.22.*
Nisi Nullitas sit notaria dilucidèque & liquidè ex actis appareat, vel aliundè in continenti probari possit, *n.3.*

NUNCIUS.

Nuncio soli jurato per executionem citationis creditur, *p.3.c.3.d.17.n.9.*
Nuncio alterius nomine solvi potest, *p.2.c.28.d.20.n.1.*
Modo de jure Sax. speciale is habeat mandatum, *n.2.*

NUNDINÆ.

Nundinæ Lipsienses ab Imp. Maximiliano Anno 1497. & 1507. & Carolo V. Anno 1521. & 1547. privilegiatæ ac confirmatæ fuêre, *p.1.c.30.d.23.n.6.*
Ad Nundinas tantummodo solennes & ab Imperatoribus privilegiatas pertinet privilegium de non arestandis bonis vel personis, tempore nundinarum, *p.1.c.30.d.23.*
Nundinarum tempore solis mercatoribus indultum est privilegium de non admittendo aresto, non etiam aliis civibus, qui mercatores non sunt, *p.1.c.30.d.24.*
Nundinis durantibus haud decernendum est arestum adversus mercatoris bona vel personam, etiamsi sit fugitivus vel de fuga suspectus, *p.1.c.30.d.25.*
Nec pro debito in ipsis Nundinis contracto, durantibus adhuc iis arestum decerni debet, *p.1.c.30.d.26.*
Cessat hoc privilegium, si huic expressè fuerit renunciatum, *p.1.c.30.d.27.*
Nundinis per signum Campanæ finitis mercatores eorumque bona quovis in loco arestari possunt, *p.1.c.30.d.28.*
Qui proximè sequenti septimana post Nundinas Lipsienses, In der Zahl-Wochen/ antequam merces in conductu Norinbergensi avehantur, aresta impetrârunt, illi Creditores pro rata simul admittuntur, *p.1.c.30.d.29.*
Nundinarum privilegium non pertinet ad Bannitos, *p.1.c.30.d.30.*

NUPTIÆ.

In Nuptiis contrahendis solus pudor naturalis & jus sanguinis attenditur, *p.4.c.22.d.10.n.4.* it. *p.4.c.22.d.7.n.2.*
Nuptiæ in foro Sax. sola consensione thalami consummantur, *p.3.c.19.d.8.n.6.*
Nuptias post celebratas uxor statim in potestatem & tutelam mariti sui transit, *p.2.c.13.d.5.n.3.*
Nuptias clandestinas Pontificii vocant, quoties vel absque ullis testibus matrimonium contrahitur, vel his quidem præsentibus absque tamen denunciationibus Ecclesiæ, *p.4.c.20.d.7.n.1.*
Sub Nuptiarum conditione promissum non debetur, nisi accesserit ipsa Nuptiarum festivitas, *p.3.c.19.d.1.n.23.*
Nuptiarum causa relictum legatum, defuncto legatario, antequam Nuptias contraheret, ad heredes non transmittitur, *p.3.c.13.d.25.*
Limitatur, *n.9.& 11.*
Si ante Nuptias decesserint filiæ, dotes ex feudo paterno debitas non transmittunt ad heredes, *p.2.c.46.d.20.*
Sicuti nec reservata à venditoribus in Nuptias liberorum, vulgò das Eingeschnittel oder Zubusse / defunctis hisce ante Nuptias, heredibus eorum deferuntur, *p.2.c.46.d.21.*
Nuptiales expensæ ad elocationem filiarum & cognatarum mutuo acceptæ ex Feudo restituendæ sunt, *p.2.c.46.d.14.*
Nuptiales expensas cum aliis bonis, illatis marito, vidua non potest repetere, *p.3.c.20.d.36.*
Limitatur, *p.3.c.20.d.37.*

NUPTIALIA DONA.

Dona Nuptiarum tempore sponso sponsæque præsentata de jure communi utriusq; simul acquiruntur, & æqualiter inter eos dividuntur, *p.3.c.22.d.1.*
Sicuti & in foro Saxonico, *p.3.c.22.d.2.*
Dona Nuptialia defunctâ uxore maritus superstes omnia ac integra retinet, salvâ tamen liberorum & parentum legitimâ de horum medietate, *p.3.c.22.d.3.*
Dona Nuptialia, quæ ad Geradam pertinent, defunctâ uxore non lucratur maritus, *p.3.c.22.d.4.*
Dona Nuptialia non lucratur maritus defunctâ uxore omnia, si pactis dotalibus certa portio ex bonis uxoris ipsi fuerit assignata, *p.3.c.22.d.5.*
Ex Donis Nuptialibus, quæ soluto matrimonio non extent, horum æstimatio pro dimidia parte viduæ est exsolvenda, *p.3.c.22.d.6.*
In repetitione Donorum Nuptialium partis dimidiæ uxor gaudet privilegio prælationis, *p.1.c.28.d.88.*
Dona Nuptialia à marito oppignorata non vidua, sed heredes mariti luere coguntur, *p.3.c.22.d.7.*
Donorum Nuptialium dimidia pars sponsæ debetur, defuncto licet sponso in die nuptiarum ante consecutionem thalami, *p.3.c.22.d.8.*
Si Donorum Nuptialium quantitatem juramento suo indicare velit vidua, admittenda est, *p.3.c.22.d.9.*
Dona Nuptialia omnia ac singula vidua defunctô maritô repetit, si ea ex conventione in dotem fuerint computata, *p.3.c.22.d.10.*
Non nisi ad Donorum Nuptialium partem dimidiam est trahendum statutum, de bonis defuncti conjugis disponens, *p.3.c.22.d.11.*
De Donis Nuptialibus nil quicquam lucratur vidua petens portionem statutariam vel pactis dotalibus assignatam, *p.3.c.22.d.13.*
Donec usque de Donorum Nuptialium medietate ei satisfactum fuerit, utitur vidua jure retentionis in bonis defuncti mariti, *p.3.c.22.d.14.*
Xenia seu Dona novis sponsis in Nuptiis præsentata donis illatis omnino æquiparantur, horumque nomine veniunt, *ib.n.2.*
Dona Nuptialia non lucratur uxor Nobilis petens dotalitium, Morgengabam & cibaria domestica, *p.3.c.22.d.13.*

O.

OBLIGATIO.

Obligatio quando est pura, præsens est actio, *p.2. const.28. def.19. n.5.*
Obligatio personalis in heredes transire non solet, *p.2.c.20.d.5.n.5.* it. *p.2.c.38.d.17.n.6.*
Obligatio ad certum tempus limitata invito obligato in longius tempus prorogari nequit, *p.2.c.19.d.3.n.11.*
Obligatio seu instrumentum causam debiti non exprimens nihil probat, nec paratam executionem habet, *p.1.c.17.d.39.*
Sufficit tamen, si de causa debendi per conjecturas saltem constet, *n.7.*
Confessio debiti judicialis etiam absque causæ expressione facta probat & constitutem obligat, *p.1.c.17.d.40.*
Ut obligationi credatur absque expressione causæ, consuetudine introduci potest, *ibid.n.3.*
Obligationi absque causa debendi semper obstat doli exceptio, *p.1.c.17.d.39.n.4.*
Ex obligatione continente debitum in diem quandoque ad paratam executionem agitur, *p.1.c.17.d.32.*
Licet aliàs regulariter obligationes seu instrumenta, quantumvis fide dignæ, non habeant paratam executionem, sed ab actione processus ordinarius inchoari debeat, *n.1.*
Obligatio oritur ex pollicitatione in judicio acceptata, *p.4.c.43.d.4.*
Ex promissione obligatio personalis oritur, quæ in heredes quidem transit, allodiales, at successorem singularem haud sequitur, *p.2.c.46.d.15.n.3.*
Obligationis naturalis effectus, *p.2.c.15.d.7.n.5.*
Obligationis effectus est, ut etiam post mortem promittentis ab herede ejus incipiat, *p.2.c.35.d.21.n.2.*
Tempus non est modus gubernandæ obligationis, *p.1.c.1.d.16.n.5.*
Plurium principaliter obligatorum unâ & eandem censetur esse obligatio, *p.2.c.17.d.15.n.6.*
Obligatione extinctâ per solutionem nil cedi potest, quomodo intelligendum, *p.2.c.17.d.16.n.12.*
Species lucri est liberari ab obligatione, *p.2.c.46.d.29.n.5.*
Consignatio & subscriptio vel eorum alterutrum duntaxat consensum & obligationem inducit, *p.1.c.17.d.16.n.4.*
Obligari ex alterius conventione nemo potest, *p.2.c.15.d.38.n.3.*
Obligamur non figurâ literarum, sed mente & sensu nostro, *p.2.c.17.d.8.n.3.*

OBSERVANTIA.

A communi observantia non est recedendum, *p.1.c.10.d.9.n.3.*

OBSESSIO.

Obsessiones viarum insidiosæ extra ordinem arbitrariè coërcentur, *p.4.c.13.d.2.*
Obsessiones itinerum fustigatione vel manus amputatione quandoque puniuntur, *p.4.c.13.d.3.*

OBSIGNATIO.

Obsignatio legum a quænam dicatur, *p.2.c.28.d.16.n.7.*

OBSTAGIA.

Obstagia quid, *p.2.c.22.d.30.n.1.*
Obstagia tam in Imperio Romano, quàm foro Sax. hodie sunt abrogata & prohibita, *d.d.30.*
Valet tamen etiamnum hodie pactum, quo debitor, si in solutione cesset, le in

in certo loco ſtatutum, & antequam creditori ſatisfactum ſit, ab alio non receſſurum promittit, *p.2.c.22.d.31.*
Hujus effectus, *n.5.*

OBSTETRIX.

Obſtetricibus juratis, ſi non de veritate, attamen de credulitate deponentibus credendum eſt, *p.4.c.31.d.1.n.12.*
Obſtetricumaſſertioni ſuper ſtupro conſummato in puella impubere aliter non creditur, quam ſi juratæ depoſuerint, *p.1.c.22.d.12.n.5.*
Obſtetricibus de nativitate gemellorum juratò teſtantibus in diviſione hereditatis creditur, *p.3.c.15.d.18.*
Nativitas probatur per duas Obſtetrices juratas, *ibid.n.7.*

OCCIDERE.

Parum refert, an occidat quis, an mortis cauſam præbeat, *p.4.c.4.d.8.n.4.*
Propoſitum occidendi in genere ad imponiendum mortis pœnam ſufficit, *p.4.c.6.d.1.n.11.*
Occidens ſocium criminis rotæ ſupplicio puniendus eſt, *p.4.c.5.d 7.*
Occidendi animus colligitur ex conjecturis ex qualitate perſonarum, it. armorum & vulnerum, atque ex modo percuſſionis & loco vulneris, vel contra, *p.4.c.12.d.8.n.13.*
Contra occidentem præſumtio eſt, *p.4. c.8.d.2.n.4.*
Occiſio conceſſa non eſt, niſi in caſu, quo quis aliter ſe tueri nequit, *p.4.c. 10.d.6.n.12.*
Qui alapa inſultatus percuſſorem occidit, pœnâ arbitraria, plerumq; tamen fuſtigatione plectitur, *p.4.c.10.d.5.*
Arbitrariè ſaltem propter culpam puniendus eſt apparitor, qui reum, quem prehendere debebat, prorſus occidit, *p.4.c.43.d 5.*
Occidens mediatorem in rixa intervenientem gladio ferri debet, *p.4.c.6. d.3.*
Niſi ab alio inſultatus ſe defendere voluerit, *p.4.c.6.d.4.*
Pari ſupplicio ſupponuntur, qui fratrem utrinque & ex uno duntaxat latere conjunctum occidunt, *p.4.c.3.d.8.*
Pœnâ in fratricidas conſtitutâ plectendus quoque eſt, qui patruum occidit, *p.4.c.3.d.9.*
Nec non is, qui fratris aut ſororis filium filiamvè occidit, *p.4 c.3.d.10.*
Occiſor quoque affinis, qui ſororis ſuæ maritus eſt, ad pœnam gladii trahæ illigatus debet raptari, *p.4.c.3.d.11.*
Fur deprehenſus in furto ſi occidat deprehenſorem, pœna latrocinii plectendus, *p.4.c.5.d.8.*
Limitatur, *d.10.*

OFFERRE.

Offerre quod debitor creditori ſuo poteſt ad luendum pignus, in mera facultate magis, quàm in jure verſatur, *p.2.c.1.d.3.n.7.*

OFFICIUM.

Ad officium publicum invitus quis cogitur, *p.1 c.16.d.47.n.2.*
Duplici officio in una eademque cauſa fungi quis poteſt, *p.1.c.16.d.61.n.1.*
Ab officii adminiſtratione ſuſpendendus non eſt, niſi qui graviter in officio deliquit, ut nullam prorſus excuſationem aut veniam mereatur, *p.2.c.22.d.23.n.5.*

OMNIS.

Qui univerſaliter quid affirmat, dicendo omnia nihil videtur excludere, *p.3.c.20.d.25.n.3.*
Quod ad Omnes ut ſingulos pertinet, ab omnibus & ſingulis approbari debet, *p.2.c.22.d.27.n.8.*
Quomodo intelligendum, *n.9.*

OPERÆ RUSTICORUM.

Operæ Ruſticæ ſunt fructus hominum & ſervitutes perſonales, *p.2.c.4.d.1. n.3.*
Operæ Ruſticæ præſcribuntur 30. annis, anno & die in foro Sax. *d.d.1.*
Ruſticis non jure ſervitii, ſed precariò tantùm, vel etiam vi coactis ſe aliquandiu præſtitiſſe Operas & ſervitia aſſerentibus, incumbit probatio, *p.2.c.4.d.3.*
Ruſtici loco Operarum, quibus Dominus uti nequit, per tempus etiam longiſſimum certam pecuniæ ſummam ſolventes præſcriptione ſe tueri non poſſunt, quo minus ſervitia denuò præſtare teneantur, *p.2.c.4. d.4.*
Ruſticis alternativè ad Operas vel pecuniæ præſtationem obligatis ipſorum eſt electio quidnam præſtare velint, *p.2.c.4.d.5.*
Niſi in favorem Domini loco Operarum certa pecuniæ ſumma à Ruſticis promiſſa fuerit, *ib.n.1.*
Operæ & ſervitia ſunt indiviſibilia, *p.2. c.52.d.8.n.6.*
Operæ Ruſticorum arbitrio boni viri ſunt reſtringendæ, *p.2.c.52.d.9.n.1.*
Operarum præſtatio morte heri fuit diſſoluta, *p.2.c.52.d.11.n.3.*
Ruſtici certâ mercede operas ſuas elocantes quando & quatenus eas propriis potius ipſorum Dominis, quàm aliis elocare teneantur, *p.2.c.51.d.9.*
De operis ruſticis vide plura ſupra in verb. Ædificia Dominorum.
Si ſuper Operis Ruſticorum ex diverſis agendi cauſis diſputetur, libellus ad tria capita reſtringi haud debet, *p.1.c. 2.d.5.n.2.*

OPIFEX.

Filii Opificis nati, antequam Opifex magiſter fieret opificii, æquè dicuntur filii Magiſtri, Meiſter-Kinder/ ac eorum privilegiis gaudent, *p.2.c.10. d.32.*
Jura ſtatutorum Opifices inſtar legum obſtringunt, *p.4.c.45.d.10.n.2.*
Statutum Opificum valet, ut in collegium non recipiatur, niſi qui ſit legitimè natus, *p.2.c.6.d.12.n.2.*
Legitimatus per ſubſequens matrimonium in collegium Opificum recipi debet, *d.d.12.*
Item ducens uxorem, quam antea ipſe imprægnaverat, *p.2.c.6.d.13.*
Itemque ab alio imprægnatam, *p.2.c.6. d.14.*
Statuta Opificum, quibus prohibent, ne quorundam liberi, V. G. Molitorum, textorum, chirurgorum, paſtorum ovium, tibicinum, balneatorum &c. in collegia recipiantur, minimè probanda, *p.2.c.6.d.12.n.1.*
Non valent ſtatuta Opificum, quibus prohibent, ne quod unus cœpit, alter perficiat, *p.2.c.6.d.11.*
Vide plura ſupra in Vocab. Collegia Opificum.
Strepitus Opificum meditationes literatorum impediunt, *p.2.c.37. d.23.n.4.*
Opifices non gaudent privilegio prælationis in concurſu creditorum, *p.1.c. 28.d.28.*

OPINIO.

A communi & uſu inveterato recepta Opinione, nec judex judicando, nec ICtus reſpondendo facilè recedere debet, *p.3.c.11.d.34.*
Opinio communi opinioni licet contraria pluribus abhinc annis in Electorali Saxon. Scabinatu recepta hiſce in Provinciis conſuetudinem facit ac rigorem legis habet, *p.4.c.42.d. 16.n.56.*

OPORTET.

Vocula oportet neceſſitatem innuit, *p. 1.c.23.d.2.n.8.*

OPPIGNORATIO BONORUM.

Bona immobilia in foro Sax. abſque conſenſu Magiſtratus ſeu judicis efficaciter oppignorari haud poſſunt, ne quidem à Nobilibus & illuſtribus perſonis, *p.2.c.23.d.1.*
Nec inter Mercatores valida eſt Oppignoratio rerum immobilium extrajudicialis, *p.2.c.23.d.2.*
Annui reditus in foro Sax. non niſi judicialiter validè oppignorantur, *p.2. c.23.d.3.*
Non impedit juramentum debitoris de non ulterius oppignorando bona immobilia, quo minus hypotheca poſterior judicialis præferatur hypothecæ extrajudiciali, *p.2.c.23.d 4.*
Oppignorari debent in foro Sax. bona immobilia coram judice, ſub quo immediatè ſita ſunt, nec validam efficit hypothecam conſenſus Domini ſuperioris, *p.2.c.23.d.20.*
Quoad privilegium prælationis, *n.9.*
Quid ſi judex loci ordinarius ſuperior & generalis concurrat cum judice immediato bonorum oppignorandorum inferiori, *n.2.*
Oppignoratio bonorum immobilium fieri debet coram eo judice, qui jurisdictionem habet inferiorem, *p.2.c.23. d.21.*
Etiam pro tribunali non ſedente, *n.1.*
Ad oppignorationem bonorum Emphyteuticorum vel Cenſiticorum utriusque tam judicis ordinarii quam Domini directi conſenſus eſt adhibendus, *p.2.c.23.d.22.*
Hypotheca bonorum immobilium judicialis non ſubſiſtit, niſi ipſemet debitor verbis expreſſis conſenſum judicis ad hanc imploraverit, *p.2.c.23 d.23.*
Magiſtratus oppignorationi bonorum immobilium etiam invitus conſentire tenetur, nec abſque juſta & ſufficiente cauſa hypothecæ inſinuationem denegare poteſt, *ib.n.1.*
Conſenſus Domini vel judicis ſuperi Hypotheca Feudi vel Fundi ad tempus certum præſtitutus tempore elapſo extinguitur, *p 2 c.23 d.24.*
Si ſcilicet conſenſui clauſula caſſatoria fuerit adjecta, *n.3.*
Imò etiam citra clauſulæ caſſatoriæ expreſſam adjectionem, *n.5.*
Oppignoratio bonorum immobilium extrajudicialiter licet facta, heredes tamen debitoris obligat, *p.2.c.23.d 5.*
Immobilia judici ipſi rurſus ab ipſo judice ſine conſenſu ſuperioris rectè oppignorantur, *p.2.c.23.d 6.*
Modo oppignorationem in judicio ſuo actis publicis à Notario judiciali inſinuari faciat, *ib.n.8.*

Jura

Jura ac nomina in foro etiam Sax. absq; insinuatione judiciali efficaciter oppignorantur, *p.*2. *c.*23. *d.*7.

Valida est oppignoratio bonorum immobilium coram testibus aut in instrumento constituta, etiam in terris Electoratus Sax. non ut hypothecæ judiciali, sed solum chirographariis & Arestantibus præferatur, *p.* 2. *c.*23. *d.*14.

Creditores in possessionem bonorum debitoris immissi non præferuntur iis, quibus anterior Hypotheca extrajudicialis coram testibus fuit constituta, *p.*2. *c.*23. *d.*15.

Valet pignus in re immobili vendita pro residuo pretii retentum citra judicis consensum etiam in foro Sax. *p.* 2. *c.* 23. *d.* 16.

Non juvat venditorem lex pignoris ob pretium non solutum contractui venditionis jam perfecto ex intervallo extrajudicialiter appositа, *p.* 2. *c.* 23. *d.* 17.

Debitor rem antea Oppignoratam dissimulatâ obligatione alii per calliditatem oppignorans stellionatus crimen incurrit, *p* 2. *c.*23. *d.*16. *n.*15.

Potior est Hypothecarius in diem quàm is, cui postea ante diei adventum eadem res purè Oppignorata fuerit, *p.* 2. *c.*28. *d.*120.

Ex promissione de oppignoranda non præfertur quis creditori, cui postea res eadem fuit oppignorata, *p.*1. *c.*28. *d.* 121.

Valet de jure civili oppignoratio bonorum immobilium extrajudicialis in tantum, ut anterior mulieri ratione dotis præferatur, *p.*1. *c.*28. *d.* 122. aliter de jure Sax. *n.*1.

JUS OPTIONIS.

Jus optionis (die Kühr/) filio juniori competens in bonis paternis iis in locis saltem obtinet, ubi consuetudine est introductum, & quomodo à jure Eligendi Saxonico differat, *p.* 3. *c.*15. *d.*25.

Nulla peti potest pecunia pro Optione (Kührgeld) ab emtore, nisi in venditione expresè juniori filio fuerit reservata, *p.*3. *c.*15. *d.*26.

Tutor tamen filii minoris, cujus culpa forsan reservatio nulla facta est, hoc nomine à pupillo tutela finita convenire potest, *n.* 7.

Ex venditione necessaria nulla pro optione pecunia (Kührgeld) filio debetur, nec propterea venditio rescindi potest, *p.*3. *c.*15. *d.*27.

Jus Optionis consuetudinarium, filio juniori in bonis paternis competens, personale est, & ad heredes non transmittitur, *p.*3. *c.*15. *d.*29. it. *p.*3. *c.*15. *d.* 13. *n.*2.

Pecunia tamen pro Optione filio juniori reservata defuncto eo ante exsolutionem ad heredes transfertur, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 30.

Jus Optionis statutarium durat per 30. annos, annum & diem in foro Sax. *p.* 3. *c.*15. *d.* 32.

Quo ipso differt à jure congrui, quod durat anno tantùm, *n.*5.

Vide plura supra in Verb. Hereditatis divisio.

ORDO.

Ordo scripturæ non potest mutare ordinem juris & voluntatis, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 11. *n.* 5.

ORIGINALE.

Magis originali, & matriti scripturæ potius, quàm protocollo standum est, *p.* 1. *c.*17. *d.* 44. *n.*4.

P.

PACISCI.

AD paciscendum vel transigendum nemo jure compellitur, *p.*1. *c.*1. *d.* 11. *n.* 7.

PACTUM.

Pacta posteriora derogant prioribus, *p.* 2. *c.*33. *d.*17. *n.*1.

In quibus contractibus sit verum, *n.*2.

Omnia pacta & promissa de jure prætorio servanda sunt, *p.*3. *c.*10. *d.*3.

Pacta sunt stricti juris, nec aliis nocent, aut prosunt, *p.*2. *c.*29. *d.*20. *n.*1.

Ex pacto nudo de jure Canonico & moribus nostris Sax. competit actio, *p.*2. *c.*19. *d.*17. *n.*8. *p.*2. *c.*32. *d.*10. *n.*9. 11. *p.* 3. *c.*5. *d.*22. *n.*2.

Pacta aliis, qui non pepigerunt, multis in casibus etiam ex verisimili paciscentium conventione prosunt, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 20.

Ubi ex mente contrahentium non satis constat, utrum pactum in rem, an verò in personam fuerit conceptum, non in personam, sed in rem factum præsumitur, *p.*2. *c.*41. *d.*14. *n.*6.

Pacta atque stipulationes sub conditione à futuro fortunæ eventu dependentia admittuntur, *p.*2. *c.*19. *d.*18. *n.*4.

Pactum contra naturam rei interpositum validum non est, *p.*2. *c.*30. *d.*2. *n.*3

Contra pactum suum nemini venire licet, *p.*2. *c.*46. *d.*9. *n.*6.

Pacta tam activè, quàm passivè ad heredes non solum ab intestato, sed & testamentarios transeunt, etiamsi de illis nulla mentio facta fuerit, *p.* 2. *c.* 32. *d.*21. *n.*4. it. *p.*2. *c.*1. *d.*10.

In pactis mens contrahentium & quidnam inter eos actum fuerit, exactè ponderari debet, *p.*3. *c.*30. *d.*4. *n.*8.

PACTUM DE SUCCEDENDO.

Pacta reciproca de successione hereditatis valent, *p.*2. *c.*45 *d* 14. *n.*5.

Ut & pactum illud, quod fit cum consensu ejus, de cujus hereditate agitur, *ib. n.* 6.

Quatenus valeant confraternitates seu pacta de mutua successione familiarum illustrium, *p.*2. *c.*35. *d.*25.

Quamvis non valeant pacta futuræ successionis, licet tamen paciscì in genere de alicujus incerti hominis hereditate, *p.*2. *c.*35. *d.*17.

In casum mortis alicujus tertii licet paciscenti jus aliquod competat, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 18.

Valet pactio de hereditate tertii, si is consentiat, & in ea voluntate ad extremum vitæ exitum perseveret, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 19.

Valet pactum de succedendo inter milites, *p.*2. *c.*35. *d.*20.

Sed ad instar ultimæ voluntatis est revocabile, *ib. n.*7.

Et solum hoc privilegio gaudent, qui in castris degunt, *ib. n.*8.

Nec ad Nobiles est extendendum, *n.*9.

Valet pactum, ut post mortem alicujus bona vi obligationis, non jure successionis ad alium perveniant, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 21.

An pacto bona hereditaria alteri deferri possint, *ib. n.* 1.

Quando pactum de succedendo initum, & quando contractus de bonis alicujus post mortem alteri dandis celebratus dicatur, *n.*7.

Pacta de conservanda futura successione quatenus valeant inter parentes, liberos & cognatos, *p.*2. *c.*35. *d.*22.

Pacta de jure civili amittendæ successionis non valent, *p.*2. *c.*35. *d.*6. *n.*1.

PÆDAGOGUS.

Pædagogus ad informandos debitoris liberos certâ mercede conductus gaudet prælationis jure in concursu creditorum, *p.*1. *c.*28. *d.*26.

PALINODIA.

Palinodia ipsam vindictam & pœnam pub. sive interesse Magistratus non concernit, *p.*4. *c.*42. *d.*1. *n.*8.

Palinodia sive recantatio compilatoribus juris Sax. incognita consuetudine & usu saltem postea fuit introducta, *p.*4. *c.*42. *d.*16. *n* 50.

Palinodia in locum æstimationis injuriarum est surrogata, *ib. n.*19.

Ad Palinodiam & pœnam arbitrariam conveniri potest, qui non debitorem quasi debitorem appellat, *p.*4. *c.*45. *d.* 1.

Ad palinodiam & pœnam arbitrariam tenetur, qui virginem aut mulierem carnaliter se cognovisse gloriatur, *p.* 4. *c.*45. *d.*2.

Nec non mulier de adulterio aut stupro maritum vel juvenem inculpans, *p.* 4. *c.* 45. *d.* 3.

Præstationem palinodiæ diffamato, concubitum probans effugit, *p.*4. *c.* 45. *d.* 4.

Neutiquam tamen pœnam stupri, *ibid. n.*7.

Quo casu sufficit conjecturata probatio, saltem ad commutandam palinodiam in deprecationem, *p.* 4. *c.* 45. *d.* 5.

Immunis est diffamator à præstatione palinodiæ, si diffamatæ personæ purgationis juramentum fuerit injunctum, *p.*4. *c.*45. *d.*6.

Actio ad palinodiam nunquam in heredes injuriantis transit, *p.*4. *c.*42. *d.*13.

Palinodia non est imponenda reo, quando agitur actione famosi libelli, *p.*4. *c.* 44. *d.*6.

Ad palinodiam & æstimationem injuriarum simul experiri non valet injuriatus, *p.*4. *c.*42. *d.*16.

An ad palinodiam agere, an verò injuriam æstimare, & pecuniam sibi applicari petere velit, injuriato liberum est *ib. n.*1.

A cumulatione actionis injuriarum cum actione ex L. Aquilia ad cumulationem palinodiæ cum æstimatione injuriarum nihil firmiter concludendum, *ib. n.*54.

PANNUS.

Ex panno, qui datur tonsori ad tondendum, capitur aliqua parva portio, quæ Domino remanet ad pannum recognoscendum, *p.*2. *c.*45. *d.*7. *n.*5.

PARAPHERNALIA.

Quænam sint bona dotalia, quæ paraphernalia, *p.*1. *c.*28. *d.*87. *n.*3. it. *p.*1. *c.* 28. *d.*89.

Inter bona uxoris paraphernalia & dotalia magna est differentia, *p.* 2. *c.* 16. *d.* 11.

Paraphernalia non dicuntur, quæ marito administranda uxor non commisit, *p.*1. *c.*28. *d.*90. *n.*3.

In

In dubio bona mulieris ad maritum apportata non dotalia, sed paraphernalia censentur, *p.*1.*c.*28. *d.*87. *n.*3. *& d.* 80. *n.*3. it. *p.*2.*c.*16.*d.*11.

De jure Sax. maritus non modo vivente uxore bonorum paraphernalium usumfructum habet, sed & uxore defunctâ omnia mobilia lucratur, *p.* 4. *c.* 21. *d.* 1. *n.* 7.

Ratione paraphernalium bonorum mulieribus competit jus tacitæ hypothecæ, non etiam prælationis privilegium, *p.*1. *c.*28.*d.*86.

PARENTES.

Parentum appellatione simul veniunt avus & avia, aliique ascendentes superiores in infinitum, *p.*3. *c.*17. *d.*2. *n.* 2. it. *p.*4.*c.*24. *d.*2.*n.*5.

Parentes sumtus intelliguntur in dubio feciſſe animo donandi, *p.*3. *c.*11. *d.*17. *n.* 6.

Parentes bona sua ad neminem magis, quàm ad liberos posteritatemque suam pervenire concupiscunt, *p.*2.*c.*43. *d.*13.*n.*5.

Obligati sunt liberi ad præstanda alimenta parentibus egentibus, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 29.

De parentum successione vide infra Successio ascendentium.

PARRICIDIUM.

Liberi parentes suos occidentes pœnâ culei tenetur, *p.*4.*c.*3.*d.*5.*n.*2.

Cessat pœna culei in noverca vel socero occidentibus privignum vel generum, *p.*4.*c.*3.*d.*4.

Nec vitricum vel novercam socerum vel socrum occidentes culei supplicio subjugandi sunt, *p.*4. *c.*3.*d.*5.

Sed gladio feriuntur, eorumque cadavera vel rotæ affiguntur, vel ipsi ante exsecutionem trahæ illigati ad supplicii locum rapiuntur, *n.*4.

Nec tutò indicere potest judex parricidii pœnam ei, qui filium ex scorto publico procreatum occidit, *p.* 4. *c.*3. *d.* 3.

Pari supplicio supponuntur, qui fratrem utrinque & ex uno duntaxat latere conjunctum necant, *p.*4. *c.*3. *d.*8.

Pœnâ in fratricidas constitutâ plectendus quoque est, qui patruum occidit, *p.*4.*c.*3.*d.*9.

Nec non is qui fratris aut sororis filium filiamve necat, *p.*4.*c.*3.*d.*10.

Occisor quoque affinis, qui sororis suæ maritus est, ad pœnam gladii trahæ illigatus debet raptari, *p.* 4. *c.*3. *d.* 11.

Ex lege Cornelia de sicariis punitur, qui absque proposito occidendi, dolosè tamen parricidium committit, *p.*4.*c.*3 *d.*13.

Parricidium nunquam punitur mortis supplicio, ex sola culpa licet latissima commissum, *p.*4.*c.*3.*d.*13.

Sed fustigatione sive perpetuâ relegatione, *n.*5.

Parricidium ex culpa levi vel levissima perpetratum, vix severiori quàm carceris aut relegationis pœnâ coërcetur, *p.*4.*c.*3.*d.*14.

Parricidium in affinibus atque in consanguineis personis quoque committitur, *p.*4.*c.*3.*d.*11.*n.*3.

Parricidii pœnæ ex confessione dubia & obscura reus non subjugandus est, sed sub tormentis de veritate interrogandus, *p.*4.*c.*3.*d.*15.

Ad pœnam parricidii ordinariam, priusquam de corpore delicti constet, saltem ex ossibus hominis occisi, deveniendum non est, *p.*4.*c.*3.*d.*16.

Quando dicatur constare de corpore delicti in parricidio, *n.*6.

Constare potest de corpore delicti ex validissimis & urgentissimis indiciis ad hoc, ut pœna parricidii ordinaria infligi queat, *p.*4.*c.*3.*d.*17.

Mater, quæ partum celavit, qui postea mortuus est repertus, parricidii rea habetur, *p.*4.*c.*3.*d.*15.*n.*1.

Mater eo demum casu pœnæ parricidii subjicienda, quo partus vitalis ac quoad singula membra maturus ac perfectus occisus fuerit, *p.*4. *c.*4. *d.*7. *n.* 6.

Maritícidium quoque pœnâ culei asperrima vindicatur, *p.*4. *c.*3.*d.*6.

PARTUS.

Partus etiam imperfectus vivere potest, *p.*3.*c.*17.*d.*18.*n.*5.

Partus non præsumitur vixisse natus ex matre, morbo pestifero laborante, *p.* 3.*c.*17.*d.*20.

Partus septimestris legitimus est, quocunque etiam die septimi mensis fuerit natus, *p.*4. *c.*27.*d.*13.

Singulis autem mensibus tribuuntur 30. dies, *ib.n.*3.

Et sic partus, qui 182. die prodit, legitimus habetur, *n.*4.

Nec menses septem perfecti requiruntur, *n.*5.

Partus pro illegitimo haberi non debet octavo mense editus, *p.*4. *c.*27.*d.*14.

Partum octavo mense vitalem & perfectum non nasci constans medicorum est sententia, *ib.n.*1.

Partus octavo mense editus, si vivus nascitur, testamentum rumpit, *n.*2.

Partus sub initio undecimi mensis nascitur legitimus, secus in fine undecimi vel sub initio duodecimi mensis, *p.*4.*c.*27.*d.*15.

Mensis autem computari debet non à mortis, sed conceptionis tempore, *ib. n.* 3.

PARTUM ABIGENS.

Abigentes partum vitalem indifferenter gladio feriuntur, sive parentes ipsimet fuerint, sive extraneæ personæ, *p.*4.*c.*4.*d.*1.

Non potest animadverti mortis supplicio in abigentes partum, qui nondum fuerit vitalis, *p.*4. *c.*4.*d.*2.

Sed sufficit fustigatio vel relegatio, aut carceris pœna, *n.*3.

Quando pro vitali habendus est partus, *n.* 6.

Non infligenda est mortis pœna abigentibus partum, si de efficacia medicamenti non constet, aut fœtus remanserit vivus, *p.*4.*c.*4.*d.*3.

Mater vim utero inferendo partum vitalem necans pœnâ gladii plectenda est, *p.*4.*c.*4.*d.*4.

Gladio ferienda est mater necans filium seu partum præmaturum & imperfectum, *p.*4.*c.*4.*d.*7.

JUS PASCENDI.

Dominus in præjudicium ejus, qui jus pascendi habet, fundum arare nequit, *p.*2.*c.*41. *d.*1.

Neque agrum in stagnum commutare potest, *p.*2.*c.*41.*d.*2.

Ager ad culturam potest reduci, in quo servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fructus sunt collecti, (zu offenen Zeiten) constituta est, *p.*2.*c.*41.*d.*3.

Servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges collectæ, in dubio concessa videtur, *p.*2.*c.*41.*d.*4.

Dominus fundi servientis agrum mutare & in culturam aliam redigere potest, si reductio non noceat pascuis, *p.*2.*c.*41. *d.*5.

Prædia in culturam redigi possunt, invito eo, cui servitus pascendi competit, si alia relinquantur prædia inculta, quæ ad pastum pecorum sufficiunt, *p.*2.*c.*41.*d.*6.

Quantus prædiorum numerus requiratur ad hoc, ut certarum pecudum pastui sufficiant, arbitrio judicis relinquendum, *ib.n.*5.

Incola pagi, qui tres mansos habet, drey Hufen Landes/ non solum in suis, sed etiam communibus agris per proprium pastorem pecora sua pascere valet, *p.*2.*c.*41.*d.*7.

Qui servitutem pascendi habet in prato alieno, pecora morbida ibi pascere nequit, *p.*2.*c.*41.*d.*8.

Jus pascendi in uno ovili in pluribus locis aut pagis habens, nequit novum ovile ponere in loco, ubi antea nullum fuit, *ib.n.*2.

Nisi utriusque pasculatio sufficeret, *d.* 8. *n.*2.

PASCUUM.

Qui pascua venenant, igne comburuntur, *p.*4.*c.*18.*d.*1.

Quæ pœna cessat, si ex pratorum venenatione nihil damni datum fuerit, *p.* 4.*c.*18.*d.*2.

Sed relegatio aut fustigatio locum habet, *n.* 2.

PASTOR ECCLESIÆ.

Ex speciali statuto vel consuetudine liberis ac viduis pastorum in oppidis & pagis vel totius insequentis anni salaria, vel etiam quandoque semestria tantum concedi solet, *p.* 2. *c.* 51. *d.* 12. *n.* 6.

Vide supra Gratiæ annus.

PASQVILLUS.

Differunt pasquillus & injuria scripta, pro qua injuriarum actio competit diffamato, *p.*4.*c.*44.*d.*4.

Pasquilli compositor eâ pœnâ plectendus est, quam delictum, in pasquillo alteri imputatum, importat, *p.*4.*c.* 44. *d.* 1.

De jure civili pœna est capitalis, *n.*1.

Per pœnam capitalem qualis sit intelligenda pœna, *n.*4.

Pasquilli pœna facillimè à judice mitigari solet, *p.*4.*c.*44.*d.*2.

Pœnâ famosi libelli plectendus non est, qui nomen suum pasquillo subscripsit, *p.*4.*c.*44.*d.*3.

Pictores quoque & sculptores ex hoc crimine tenentur, sicuti etiã typographi librorum famosorum, *ib.n.*1.*&* 2.

Non tamen propalantes pasquillum, *n.*3.

Vide plura supra in vocabulo Libellus famosus.

PATER.

Patris appellatione venit avus paternus, *p.*2.*c.*10.*d.*21.*n.*6.

Pater tenetur alere filium etiam naturalem & spurium, nisi hic semetipsum exhibere queat, *p.*2.*c.*10.*d.*18.

A Patre

A patre ejusque heredibus alimenta filio præstita repeti possunt, *p.*2.*c.*10.*d.*24.

Non solum à matre, sed etiam avo vel avia materna, *n.* 6.

Pater non observatâ æqualitate inter liberos uni ex illis majorem suorum bonorum partem in subsidium sustentationis tradere potest, modo inde reliqui legitimæ portionis jacturam non sentiant, *p.*2. *c.*12.*d.*37.

Patri fas est bona sua pro lubitu inter filios etiam inæqualiter dividere, *p.*3. *c.*15.*d.*31.*n.*4.

Inverecundum admodum est voluntati patris, quocunque etiam modo probatæ, contravenire, *p.*3.*c.*4.*d.*15.*n.*2.

A patre, qui filii in potestate constituti adventitia bona administravit, reddito rationum exigi non potest, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 5. *n.*1.

Patri adventitiorum bonorum ususfructus competit, *ib.n.*2.

Sed non matri, tutrici liberorum, *n.*5.

Patris in bona liberorum maternu quatenus competat usufructus, vide supra Bona materna.

Bona in fraudem legitimæ à patre vendita & alienata quatenus à liberis revocari queant, *p.*2.*c.*12.*d.*36.

Patrem aut patronum à filio vel liberto calumniæ alicujus insimulari, injuriosum est, *p.*2.*c.*12.*d.*24.*n.*4.

Contra patrem aut patronum nulla actio datur, quæ fraudis habet mentionem, *ib.n.*5.

PATERNUM SUBSIDIUM.

Quod gener in subsidium paternum jur vätterlichen Hülffe accepit, id mortuâ uxore non lucratur, sed ad restitutionem obstrictus est, *p.*3.*c.*23.*d.*15.

Pater à filiis repetere potest ea, quæ dedit ipsis in subsidium paternum, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 38.

Nisi cum benevolentiæ affectione concurrant causa pietatis & impensæ exiguitas, *n.*8.

PATRIA POTESTAS.

Majorennes solummodo liberi, non etiam minorennes per separationem à patris œconomia patriæ potestati eximuntur, *p.*2.*c.*10.*d.*1.

Separatio liberorum à patre, licet judicialiter facta non fuerit, in foro Sax. effectum emancipationis sortitur, & exemtionem à patriâ potestate inducit, *p.*2.*c.*10.*d.*1.*n.*2.

Tam in filiabus, quam in filiis, *n.*3.

Sive cum voluntate patris, sive præter eam facta fuerit, *n.*4.

Patria potestas per matrimonium filiæ solvitur, licet ea ædibus mensâque patris adhuc fruatur, *p.*2.*c.*10.*d.*2.

Nec matrimonio per mortem dissoluto filia in potestatem patriam recidit, sed sui juris remanet, *ib.n.*6.

Filii verò per matrimonium contractum à patria potestate non liberantur, *p.* 2. *c.*10. *d.* 3.

Neque dignitas Doctoralis, neque Clericalis filium à nexibus patriæ potestatis liberat, *p.*2.*c.*10.*d.*4.

Militia armata neminem à potestate patria liberat, *ib.n.*4.

Jus patriæ potestatis semel extinctum revivisere non potest, *p.*2.*c* 10.*d.*2.*n.*7.

An patria potestate non liberat nobilitas, *p.*1.*c.*10.*d* 19.*n.*9.

Patriâ potestate liberari dicuntur liberi, in favorabilibus, non odiosis, *ib. n.* 2.

PATRUUS.

Patrui quando & quatenus succedant, vide infra Successio collateralium.

PATIENTIA.

Patientia consensum & ratihabitionem inducit, *p.*1.*c.*17.*d.*42.*n.*8.

JUS PATRONATUS.

Jus patronatus in prædio locato non à locatore sed conductore exercetur, *p.* 2.*c.*37.*d.*22.

Etsi in locatione expressa ejus mentio haud facta fuerit, *n.*8.

PAUPER.

Pauper is dicitur, qui bona propria mobilia vel immobilia non possidet, sed operis manualibus se sustentare necesse habet, *p.*3.*c.*13.*d.*21.*n.*6.

Quis pauper dicatur judicis arbitrio committitur, *p.*1.*c.*23.*d.*14.*n.*5.

Paupertas cuiquam non debet esse nociva, *p.*1.*c.*29.*d.*26.*n.*2.

Paupertatem alleganti incumbit onus probandi, *p.*3.*c.*13.*d.*21.*n.*4.

Haud ignoscendum est ei, qui obtentu paupertatis turpissimam vitam elegit, *p.*4.*c.*29.*d.*10.*n.*3.

PAX.

Pax est bonum persuasibile, non compulsibile, *p.*1.*c.*1. *d.*11.*n.*8.

Melior & verior est pax certa, quàm incerta victoria, cum in manibus nostris hæc sit, illa verò Dei, *p.*1. *c.* 26. *d.*21. *n.* 3.

PAX PUBLICA.

Tria cumulativè requiruntur ad crimen fractæ pacis publ. puta vis publica, vis armata & dolo malus, *p.*4.*c.*13.*d.*2.*n.*6.

Crimen fractæ pacis publ. etiam in privatis hominibus gladio punitur, *p.*4. *c.*13. *d.* 1.

Constitutio pacis publ. vim armatam ac violentam requirit, *p.*4.*c.*14. *d.*1.*n.*2.

Pacem haud violasse censetur, qui ob causam aliquam diffidii novam alterum offendit, *p.*4.*c.*43. *d.*4.*n.*4.

PECUNIA.

Verbum pecuniæ omnia bona ac totum testatoris patrimonium comprehendit, *p.*3.*c.*13. *d.*34.*n.*3.

Pecunia res omnes cæteras æstimare solet, nec a cæteris rebus æstimatur, *p.* 2.*c.*28.*d.*1.*n.*3.

Pecunia suâ natura res mobilis est, *p.* 3. *c.*21.*d.*15.*n.*6.

Pecunia tanquam res sterilis fructum producere non potest, nec locandi aut vendendi, sed permutandi saltem causâ pecunia fuit adinventa, *p.* 3. *c.*24. *d.* 12. *n.* 3.

Pecunia in perpetuo quasi motu est, & destinata commutationibus atque commerciis, *p.*1.*c.*28.*d.*180.*n.*8.

Pecuniæ numeratæ & pecuniæ fœneratitiæ de jure communi alia & diversa est ratio, *p.*3.*c.*13.*d.*34.*n.*13.

Pecuniæ æstimatio certam semper ac perpetuam rationem habere debet, *p.* 2.*c.*28.*d.*1.*n.*2.

Per pecuniæ numerationem absq; consensu Domini hujus dominium non transfertur, *p.*4.*c.*41. *d.*9.*n.*5.

Pecunia præsens in licitatione præfertur pretio, distinctis terminis exsolvendo, nisi hoc interusurio deducto illâ in quantitate superet, *p.*1.*c.*32 *d.*41.

Pecunia parata legata non videntur legata nomina debitorum, *p.*3.*c.*13.*d.*34.

Secus si pecunia simpliciter sit legata, *n.*1.

Pecunia ad certum usum data, non tamen à mandatario in eum conversa sed consumta, Domino repetenti non competit jus prælationis præ hypothecariis, aliisque creditoribus, *p.*1. *c.*28.*d.*16.

Pecunia numerata uxoris defunctæ indifferenter marito superstiti cedit, *p.* 3. *c.*23. *d.*7.

Ampliatur, *n.*4.5.& 6.

Pecunia uxoris credita defunctâ eâ, sive solutionis dies venerit, sive non, ad maritum superstitem pertinet, *p.*3. *c.* 23. *d.* 8.

Sub usuris etiam, vel ad Cambium pecunia elocata defunctâ uxore marito cedit, *p.*3.*c.*23.*d.*9.

PECUNIA DOTALIS.

Res ex Pecunia dotali comparata an sit dotalis? *p.*3.*c.*23.*d.*28.

PECUNIA HEREDITARIA.

Pecunia Hereditaria quænam propriè dicatur, *p.*3.*c.*21.*d.*8.

Tria conjunctim requiruntur, ad hoc, ut pecunia proprie dicatur Hereditaria, *ib.n.*3.& *seqq.*

Pecunia Hereditaria, antequam dies solutionis venerit, inter bona immobilia refertur, *p.*3.*c.*21.*d.*1.

Aliter ergo donatio hujus pecuniæ inter vivos non valet, nisi facta coram judice, sub quo sita sunt bona hereditaria, *p.*3.*c.*21.*d.*2.

Bonis hereditariis extraneo venditis pecunia inde redacta hereditaria non est, nec heredibus cedit, defuncta licet uxore ante solutionis diem, *p.* 3. *c.* 21. *d.* 12.

Coheredi licet bonis hereditariis venditis, pecunia tamen ad certos terminos solvenda Hereditaria non est, sed indifferenter ad maritum superstitem pertinet, *p.*3.*c.*21.*d.*13.

Nunquam pretium venditionis est pecunia hereditaria, etiamsi heres ante venditionem bona hereditaria ex causa divisionis aliquandiu possederit, *p.*3.*c.*21. *d.*41.

Facit præstatio usurarum, ut pecunia ex bonis hereditariis solvenda non habeatur pro Hereditaria, sed marito indifferenter applicetur, *p.*3.*c.*21.*d.*16.

Pecunia Hereditaria quatenus marito debeatur, vide plura infra in Verb. Successio mariti.

Post tributa & Collectas exsolvenda est Pecunia Hereditaria, vel ex rei alicujus venditione certis terminis promissa, *p.*1. *c.*28.*d.*56.

Emptor pecuniæ hereditariæ succedit venditori etiam in jure prælationis, *p.* 1.*c.*28 *d.*57.

Quatenus pecunia hereditaria reliquis creditis præferatur: vide plura supra in Vocab. Creditorum concursus, privilegium & prælatio, in classe prima, privilegio octavo.

PENSIO.

Si quis in solvendo tributa & pensiones publicas cessaverit, ejus bona pignoris taciti nexu fisco obstricta habentur, *p.*3.*c.*16.*d.*11.*n.*2.

In tantùm ut hic omnibus omnino creditoribus etiã hypothecam expressam anteriorẽ habentibus præferatur, *n.*3.

Quæ principibus & superioribus in signum subjectionis & superioritatis solvuntur, ut sunt tributa, census aliæque pensiones, nullo tempore præscribuntur, *p.*2.*c.*2.*d.*2.*n.*1.

Vide plura supra in voc. ab. Census annui.
Pensiones annuæ hypothecarias etiã antiquioribus præferũtur, *p.1.c.28.d.54.*

PENSIONES PROMOBILES.

Pensiones promobiles (Rützscher-Zinse) etiamnum in usu sunt, & quænam ita dicantur, *p.2.c.38.d.25.*
Rützscher-Zinse ab initio eâ lege promittuntur ab Emphyteutis, ut non factâ solutione certo & stato die altero die duplicentur, & sic deinceps, *ib. n. 2. & 3.*
Nisi justa & sufficiens causa cessationis ejusmodi duplicationem impediat, *n. seq.*
Pensiones promobiles Dominus tenetur petere quotannis à domo ipsius Emphyteutæ, *p.2.c.38.d.26.*

PERCUTERE.

Qui percutiunt aut vulnerant aliquem in loco publ. & privilegiato, arbitrariâ plectendi sunt pœna, *p.4.c.13.d.9.*
Non omnes, qui rixæ interfuerunt, sed saltem qui percusserunt, pœnam incurrunt, *p.4.c.7.d.3.*

PERDUELLIO.

Ex causa perduellionis non solummodò ultimum supplicium, sed & bonorum omnium publicatio ac confiscatio irroganda est, *p.4.c.1.d.16.n.1.*
Ex bonis autem confiscatis deducitur dos & omne æs alienum, sicut & dotis augmentum, *d.d.16.*
Nisi donatio fiat post admissum crimen, *ib. n. 8.*

PERFICERE.

Verbum perficere absolutam flagitii consummationem significat, *p.4.c. 20.d.3.n.7.*

PERICULUM.

Jura non præsumunt eum in periculo vitæ constitutum fuisse, qui ipsemet suâ sponte caput periculo objecit, *p. 4.c.9.d.4.n.6.*
Non excusatur, qui suâ sponte & propriâ culpâ se periculo subjicit, *p.4.c.9. d.3.n.2.*

PERJURIUM.

Perjurii pœna præcipua est infamia, *p. 1.c.14.d.6.n.3.*
Perjurii pœna hodie est arbitraria, *p.4. c.48.d.6.*
Perjurium saltem duobus in casibus abscissione digitorum coërcetur, *ib.n.1.*
Perjurium anceps super facto alieno non est committendum, *p.1.c.10.d.6.n.2.*
Præsentia judicis terret maxime pejeraturum, nec tàm impudenter pejerare audeat, *p.1.c.22.d.19.n.3.*
Pejerare non videtur, qui sciens fallere non videtur, *p.1.c.12 d.42.n.10.*

PERMISSUM.

Permissum censetur, quod prohibitum non est, *p.1.c.16.d 53.n 3.* it. *p.2.c.44. d.8.n.12.*
Permissum ad tempus, censetur post illud tempus prohibitum & sublatum, *p.3.c.13.d.9.n 8.*

PERMUTATIO.

Permutatio maximè vicina est emtioni, & ejus species dicitur, *p. 2.c.39.d.15. n.3. & 4.* it. *p. 2. c. 12. d. 2. n. 10. 11. & 12.*
In multis tamen ab ea differt, *p.2.c.31.d. 16.n.5.& 6.*
Permutatio traditionem rei ab utraque parte jam factam præsupponit, *p 2. c. 13.d.3.n.6.*
In permutatione ante traditionem factam pœnitere licet, *p.2.c.33. d.23.*
Ex permutationis placito etiam secuta traditione nulla actio nascitur adversus tertium possessorem, *p.2.c.33.d.24.*

PERSONA.

Persona est individua, res sunt dividuæ, *p.2.c.15.d.29.n.3.*
Personalissima per procuratorem fieri non possunt, *p.1. c.12. d.39.n.6. d.42. n. 14.*
Quicquid fit contemplatione certæ personæ, non potest nec debet eam egredi, *p.2.c.12.d.25.n.3.*

PERSVASIO.

Dolosa persuasio violentiæ & coactioni æquiparatur, *p.3.c.23.d.30.n.15.*

PESTIS.

Invalescente pestilentia Deus bellum gerere & iram suam in homines distringere videtur, *p 3.c.4.d.14.n.1.*
Vespillones aliivè ægrotos vel pestiferâ lue infectos suæ curæ commissos spolii causâ occidentes rotæ supplicio sunt plectendi, *p.4.c.5.d.1.*
Rotæ supplicio, ustulatio forcipum candentium pro modo & numero reiterati criminis addi debet, *ibid. n. 8. & 9.*
Absque intentione spoliandi in ægrotis commissum homicidium gladii pœnâ vindicatur, *p.4. c.5.d.2.*

PETITORIUM.

Petitoria & possessoria judicia sibi invicem correspondent, *p.2.c.7.d.12.n.11.*
Quando petitorio & possessorio simul actum est, super solo possessorio quandoque judex pronunciare potest, *p.2.c.7.d 9.*
Quando actum est solo petitorio, tum etsi appareat reum in possessorio obtinere, attamen super petitorio saltem pronunciandum est, *ib.n.1.*
In judicio petitorio pronunciare potest judex super possessorio, si narrata libelli ad hoc referri queant appositâ clausulâ salutari, *p.1.c.26.d.7.*
Quod tamen triplici modo limitatur, *ib. n. 6.*
Petitorium cum possessorio retinendæ cumulari nequit, *p.2.c.7.d.10.*

PIGNUS.

Pignus judiciale dicitur omne id, quod capitur vigore instrumenti habentis paratam executionem, *p.1.c.28.d.136. n.14.*
Pignus judiciale in rebus immobilibus constitutum, à creditore alii cuidam sine nova judiciali insinuatione pignori dari potest, *p.2.c.23.d.8.*
Fallit in bonis Feudalibus, *n.12.*
Pignus expressum absque conventione contrahi nequit, *p.1. c.28. d.119. n.2.*
Jus pignoris concurrit aliquando cum dominio, *p.1.c.28. d.109.n.7.*
Pignoris natura est, ut sit individua, *p. 2. c. 23. d. 31. n. 1.*
Parte debiti licet solutâ, pignoris tamen obligatio pro residua debiti parte integra creditori manet, *d.d.31.*
Pignus cuilibet heredum creditoris pro sua crediti portione totum competit, *ib. n. 4.*
Pignori rem suam tradere absque decreto minor non potest, *p.2. c.23. d.16. n. 8.*
Pignus in re immobili vendita pro residuo pretii retentum citra judicis consensum valet, *p.2.c.23.d.16.*
Lex pignoris ob pretium non solutum contractui venditionis jam perfecto ex intervallo extrajudicialiter apposita non juvat venditorem, *p. 2. c. 23. d. 17.*
In pignus tertii vel quarti creditoris primus creditor consentiens non à tota Hypotheca recedit, sed locum tertii vel quarti subintrat, *p.1. c.28.d.131.*
Jus pignoris sui non remittit, qui patitur le præsente rem obligatam distrahi, nisi expressim consenserit, *p. 1. c. 28. d. 132.*
Tutius tamen agit, si præsens protestetur, *ib.n.5.*
Ob pignoris amissionem casualem in terris Electoratus Sax. creditor creditum suum non perdit, *p.2.c.26.d.1.*
Idem sancitum est à jure Civili, *n.1.*
Secus de jure Sax, *n.2.*
Propter pignoris amissionem usuras creditor petere non prohibetur, *p. 2. c. 26. d. 2.*
Pignore amisso (exceptis equis ac pecudibus, ne quidem extra provincias Electoratus in foro Sax. creditor perdit jus crediti, *p.2.c.26.d.3.*
Nisi pignus culpâ ipsius perierit, *p. 2. c. 26. d. 4.*
Pignoris emtio, occasione mutui contracta, non subsistit, quando constat de usuraria pravitate, *p.2.c.30.d.44.*
Pignoris emtor adversus debitorem præscriptione sese tueri potest, *p. 2. c. 1. d. 4.*
Pignore obligata habens creditor omnia debitoris bona tàm præsentia quàm futura, aliis remediis uti non prohibetur, *p.2.c.23.d.32.n.4.*
Pignoris taciti jus creditori non competit ex eo solo, quod ad emendam rem pecuniam mutuo dederit, si non etiam verbis expressis de Hypotheca sibi prospexerit, *p.1.c.18.d.107.n.10.*
Pignora quænam sint sufficientia, ut relevent à satisdatione, *p.1.c.5. d.8.n.2.*
Pignus pro alio debito chirographario liquido retinere an liceat? *p.2.c.25.d. 25. & 26.*
Pignoraticii creditoris heres jus offerendi contra debitorem præscribere nequit, *p.2.c.1.d.3.*

PIGNORATICIUS.

Pignoraticius contractus differt ab emptione-venditione cum pacto de retrovendendo, *p.2.c.1.d.1.*
Pignoraticius & usurarius judicatur contractus cum pacto retrovenditionis, occasione mutui initus, *p.2.c.1.d.2.*
Pignoraticius contractus non censetur tacitè prorogatus in annum integrum ex eo, quod debitor termino præfinito non solverit, *p.2.c.1.d.26.*

PIGNORARE.

Pignorare & pignus retinere Dominus fundi, habens Jurisdictionem, propriâ autoritate ad præscriptionem interrumpendam potest, *p.2.c.7.d.1.*
Pignus tamen Schulteti in pagis pensis se retinere nequeunt, sed illud Nobilibus vel Quæstoribus tradere tenentur, *p.2.c.7.d.2.*
Pignorare & includere pecudem quamvis alienam in agro suo repertam de jure Sax. quis potest, *p.2.c.27.d.1.*
Secus de jure civili, *n.1.*
Et si animalia quædam ferociora sint, quamvis capi & pignorari queant, canibus ea abigere licet, etiamsi ab ipsis interficiantur, *n.5.*

Si damnum passus duos viros in testimonium damni dati adhibere malit, quàm pecora pignorare, æquè damnum rei refarciri debet, ac si animalia verè essent pignorata, *ib.n.*8.

Ad refusionem sumptuum tenetur Dominus pecorum pro alimentatione pecudis pignoratæ, *p.*2. *c.*27.*d.*2.

Pignorari possunt, qui vias inusitatas ambulando defraudant Gabellas, telonia vel vectigalia, donec vectigalia solvant, & cum Domino accordent, *p.*2.*c.*27.*d.*3.*n.*7.

Pignorari possunt rustici ac subditi in bonis, ob non præstita servitia, donec ad debitam obedientiam reducantur, *p.*2.*c.*27.*d.*4.

Quia & personaliter capi, & pro arbitrio judicis carceratione vel relegatione puniri possunt, *ib.n.*6.

Pignoratus tria præstare debet in foro Sax. restitutionem damni, emendam & pœnam pignoris contumaciter neglecti, *p.*2.*c.*27.*d.*5.

Emenda hæc in terris Sax. uniformis non est, quandoque ad 30. vel 40. grossos extenditur, *ib.n.*7.

In Electoratu ad 16. nummos, *n.* 8.

Pœna pro singulis 24. horis est 4. grossi, *n.* 10.

Pignoris luitio cessat, quando pœna contumaciæ sive pignoris neglecti pretium rei pignoratæ adæquat, *p.*2. *c.*27.*d.* 6.

Pignore commisso nil quicquam ulterius præstari debet ob contumaciam non redempti pignoris, etiamsi hujus valor ne quidem ad pœnam unius noctis ascendat, *p.*2.*c.*27.*d.*7.

Pignoratus Pignore commisso emendam præstare non tenetur, *p.*2. *c.*27. *d.* 8.

Pignoris loco ob quodvis damnum in fundo alieno datum res aliqua etiam minima auferri potest, *p.* 2. *c.* 27. *d.*4. *n.* 1.

Pignoratus pignore licet commisso nihilominus tenetur ad restitutionem damni per Schultetum & Scabinos æstimati, *p.*2.*c.*27.*d* 9.

Secundum taxationem temporis, quo damnum datum est, *n.*5.

Potest & ipsemet Dominus damnum æstimare, *n.*6.

Pœnam, quam pignoratus meretur ob non præstita servitia, restitutio damni non tollit, *p.*2.*c.*27 *d.*10.

PIGNORATIO.

Pignorationum causæ pertinent ad jurisdictionem inferiorem, *p.*2.*c.*7.*d.*3.

Pignoratio pro conservanda etiam jurisdictione, libertate, aliisque juribus est permissa, *p.*2 *c.*27.*d.*3.

Pignorationi duplex effectus, *ib.n.*1.

Pignoratio permissa est sine judicis licentia pro conservatione Laudemii, si Emphyteuta in hujus solutione moram trahat, *ib.n.*8.

Pignoratio contra subditos, non solventes annuam pensionem debitam de bonis suis, locum habet, *p.*2. *c.*27. *d.* 4. *n.* 8.

PISCES.

Pisces fructificationis causa stagno immissi cedunt heredibus vasalli defuncti eo tempore, quo stagnum mox est piscabile, *p.*3.*c.*32.*d.*26.

Pisces una cum stagno ad novum possessorem pertinent, propinquius quando est tempus mortis possessoris injectioni piscium in stagnum, quàm piscationi, *p.*3.*c.*32.*d.*27.

POENA.

Pœna nulla esse debet, ubi nulla est negligentia, *p.*3.*c.*32.*d.*18.*n.*5.

Pœna, quæ in surrogato locum habet, extenditur etiam ad aliud, cui fit surrogatio, *p.*1.*c.*14.*d.*23.*n.*5.

Pœna privationis alicujus rei vel juris non aliter locum habet, quàm si in jure fuerit expressa, *p.*3.*c.*28.*d.*8.*n.*9. it. *p.*4.*c.*21.*d.*9.*n.*6.

Pœna conventionalis nunquam potest peti, quia præcesserit causæ cognitio sententiaque declaratoria, quod pœna sit commissa, *p.*4.*c.*48.*d.*7.

Pœna non evitatur præstatione partis, sed in solidum committitur, *p.*2.*c.*38. *d.* 5.*n.*5.

Pœna ab uno ex delinquentibus soluta haud liberat reliquos, *p.* 4. *c.* 11. *d.*4. *n.* 2.

Pœna & res ipsa simul peti regulariter non potest, *p.*2.*c.*38. *d.*6.*n.*11.

Pœna una eaque severior aliam mitiorem absorbet, *p.*4.*c.*11. *d.*3.*n.*5.

Pœnarum cumulatio haud absurda est, quando divertum respicit effectum, & plus est in una pœna quam in alia, *p.* 4.*c.*11. *d.*2.*n.*2.

Pœnam ordinariam reus non evadat, quam delicto suo bene promeruit, *p.* 4.*c.*3.*d.*15.*n.*6.

Pœnæ persecutio morte non finitur, ubi lis jam est contestata, *p.* 4. *c.* 42. *d.*12. *n.* 5.

Pœnæ ad casus non expressos non extendantur, *p.*2.*c.*30.*d.*37.*n.*3.

Ad pœnæ exasperationem absque legis autoritate properandum non est, *p.*4. *c.*31. *d.*4.*n.*4.

Interventus pecuniæ regulariter delictum aggravat, pœnamque auget, *p.* 4.*c.*5.*d.*1.*n.*5. it. *p.*4.*c.*5. *d.*5.*n.*6.

Pluribus concurrentibus delictis majoris criminis pœnâ reliqua minora delicta simul coërceantur, *p.*4. *c.*23.*d.*4 *n.* 9.

Pœnæ atrocitatem auget locus delicti, *p.* 4.*c.*13.*d.*9.*n.*7.

Pœnam facti proprii quilibet patitur, *p.*3 *c.*19.*d* 9.*n.*5.

Pœna ordinaria reo confesso haud irrogari potest, promissâ impunitate ad veritatem eruendam, *p.*4.*c.*33.*d.*11.

Inconsultum non est legislatoribus exprimere pœnam in numero singulari, quam tamen in uno delicto plurium reorum a singulis in solidum solvi volunt, *p.*4.*c.*11.*d.*4 *n.*6.

Per pœnam publ. delinquenti irrogandam non tollitur persecutio civilis ad damna & interesse heredum, *p.*4.*c.*12. *d.*7.*n.*2.

In pœnis alternativis electio non reo, sed judici competit, *p.*4.*c.*48.*d.*8.

In pœnis infligendis sexus ratio habetur saltem in casibus jure expressis, *p.*4.*c.* 3.*d.*6.*n.*10.

Pœnis duabus ob unum idemque delictum nemo est affligendus, *p.* 4. *c.* 42. *d.* 1. *n.* 3.

Hæc Regula quatenus vera, *p.*4. *c.*27. *d.* 6. *n.*3.

Pœnarum fructus omnium maximus in eo consistit, ut alii meliores reddantur & à criminibus deterreantur, *p.*4.*c.*9. *d* 10.*n.*3. it. *p.*4 *c.*35.*d.*3.*n.*8.

Ad pœnam reus in uno foro licet condemnatus, si tamen eam non solverit vel hoc nomine cautionem præstiterit, in alio foro ob idem delictum potest puniri, *p.*4.*c.*1.*d.*18.

Reus non sufficienter punitus denuo potest puniri, *p.*4 *c.*48 *d.*9.

POENA ARBITRARIA.

Pœna arbitraria regulariter ad mortem usq; extendi nequit, *p.*4.*c.*25.*d.*1.*n.*10.

Pœnam arbitrariam ad fustigationem usq; licet extendere, *p.*4.*c.*28.*d.*2.*n.*5.

Ubi pœna certa haud est definita, arbitraria debet esse animadversio, *p.*4.*c.* 17.*d.*12.*n.*6. it. *p.*4.*c.*1.*d.*10.*n.*6.

Pœnæ & earum coërcitio atque coactio ad quid faciendum arbitraria habetur, *p.*2.*c.*51.*d.*16.*n.*5.

Pœnæ persecutio non judicis arbitrio mandatur, sed legis autoritati reservatur, *p.*4.*c.*32.*d.*19 *n.*7.

Pœnam extraordinariam mitigare aut etiam planè remittere potest Princeps, *p.*4.*c.*11.*d.*12.*n.*1.

Sed non Magistratus inferior, *p.*4.*c.*47. *d.* 13. *n.* 5.

Pœnas pro arbitrio temperare ac mitigare, sed etiam ex justa causa easdem exasperare potest judex, *p.*4.*c.*5.*d.*9. *n.*10. it. *p.*4.*c.*18.*d.*5.*n.*5.

Judex ex causa rationabili à pœna ordinaria recedere potest, *p.*3.*c.*10.*d.*7.*n.*7.

POENA CAPITALIS.

Pœna corporis afflictiva simul interesse privatorum civile absumit, *p.* 4. *c.*17. *d.* 13. *n.* 2.

Per sanguinis pœnam injuria pariter agnatis & Magistratui illata vindicatur, *p.*4.*c.*24.*d.*14.*n.*11. it. *p.*4.*c.*11. *d.*2.*n.*4. it. *p.*4. *c.*12. *d.*1.*n.*6.

Cessante mortis supplicio substituta est pœna extraordinaria, *p.*4.*c.*8.*d.*3.*n.*3.

Pœna capitalis etiam pœnam corporis afflictivam, quæ tamen mortis non est, denotat, *p.*4.*c.*20.*d.*1.*n.*5.

In pœna capitali & corporis afflictiva factum uniuscujusque & quantum quisque in delicto fecerit, considerandum est, *p.*4.*c.*32.*d.*13.*n.*7.

Periculosissimum est ultimi supplicii pœnam iis irrogare, qui delictum ultrò fatentur, de quo tamen non aliter, quàm ex ipsorum confessione constat, *p.*4.*c.*2.*d.*5.*n.*5.

Nullibi in jure universo cautum reperitur, (paucissimis casibus exceptis) ut reus pœnam mortis luat, & simul damna præstet, ac bona sua amittat, *p.* 4.*c.*32.*d.*23.*n.*16.

Nemo ad mortis supplicium condemnari potest, nisi liquidò de crimine ipso seu delicti corpore constet, *p.* 4. *c.* 33. *d.*1.*n.*1. it. *p.*4.*c.*3.*d.*16.*n.*2.

Ad mortis supplicium nemo ex præsumptionibus etiam urgentissimis condemnari debet, *p.*4.*c.*33.*d.*7.*n.*5.

Ratione ætatis mortis pœna in aliam commutare judici fas est, *p.*4. *c.*38.*d.* 7. *n.* 2.

POENITENTIA.

Pœnitentia ab omni pœna nunquam excusat, *p.*4.*c.*2.*d.*10.*n.*7.

Pœnitentiæ delicto perfecto locum haud dari, accipiendum de totali pœnæ remissione, *p.*4.*c.*17. *d.*10.*n.*5. it. *p.* 4.*c.*16.*d.*1.*n.*4.

Dolus purgatur aliquo modo per pœnitentiam, *p.*4.*c.*17. *d.*10.*n.*1.

POLENTA.

Polentam facere & vendere Nobiles prohibentur, *p.*3.*c.*35.*d.*8.*n.*11.

Nisi commercii causa ad vendendam cerevi-

cerevisiam hordeum fuerit tostum, *p.* 3. *c.* 35. *d.* 9.

Vide plura supra sub vocabulo Incendium.

PORCUS.

Porcus venditus si habeat die Finnen/ locus non est redhibitioni, *p.* 2. *c.* 34. *d.* 16. *n.* 7.

Porci saginati cibariis annumerantur, licet tempore obitus mariti nondum macti fuerint, *p.* 3. *c.* 35. *d.* 2.

POSITIVUS.

Positivus pro superlativo & contra non rarò positus reperitur, *p.* 2, *c.* 37. *d.* 22. *n.* 4.

POSSESSIO.

Possessio habetur legitima in foro etiam Sax. licet non fuerit annalis, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 14.

Possessio quando per traditionem instrumenti transferatur, *p.* 3. *c.* 33. *d.* 15.

Possessio facit præsumtionem pro possidente, *p.* 2. *c.* 39. *d.* 34.

Possessio quomodo probetur, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 26. *n.* 4.

Possessio & præscriptio extenditur de persona in personam, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 27. *n.* 7.

Possessio non relevat ab onere probandi, quando contra possidentem militat jus commune, vel præsumtio juris, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 23.

Possessione vel quasi alicujus juris per majorem partem provinciæ probata, videtur probata possessio etiam in aliis locis ejus provinciæ, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 27.

Procedit hoc in distinctis & separatis, secus in cohærentibus, vel universitati ac jurisdictioni eidem subjectis, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 27. *n.* 3.

Possessio continua probata censetur probatis extremitatibus temporis ad præscriptionem requisiti, principio scil. & fine, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 26.

Possessione præsentis temporis probata, in præteritum quoque probata ea intelligi debet, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 24. *n.* 1.

Ex possessione de præterito præsumitur possessio in præsens continuata, nisi contrarium probetur. *p.* 2 *c.* 3. *d* 26. *n* 5.

Possessionis qualitas censetur esse continuata in heredem, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 8 *n.* 3.

Ex possessione titulus & jus ipsum præsumitur, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 23. *n.* 4.

Probatio injungitur possessoribus hereditatum patris & filii impuberis, unâ die peste defunctorum, asserentibus patrem præ filio impubere decessisse, *ib. n.* 8.

Initium possessionis inculpatum, eamque bona fide, videlicet sine scientia juris alieni cum interventu patientiæ Domini cœptam esse sufficit, *p.* 2. *c* 3. *d.* 1. *n.* 7.

Possessio non potest dici continua, si possessor modo hoc, modo aliud accipiat, sicuti nec continuam possessionem allegare potest, qui interdum plus, interdum verò minus accipit, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 2. *n.* 4.

Rem ipsam habere dicitur, qui jure possessionis fruitur, *p* 1. *c.* 16. *d.* 23. *n.* 2.

Possidens rem aliquam tanquam allodialem, quam Dominus feudalem asserit, non tenetur titulum possessionis indicare, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 9.

Possessionis suæ titulum nemo edere tenetur, *p.* 2. *c.* 8. *d* 4.

Limitatur, quando pro actore militat juris aliqua præsumtio, possidenti verò resistit, *n.* 4.

2. Quando quis jus in re aliena prætendit, *n.* 5.

Remedium c. redintegranda, 3. 3. 1. non competit ei, qui possessionem in adversarium transtulit, *p.* 2. *c.* 8. *d.* 2.

Legis beneficium non est concedendum ei, qui facto suo cecidit à possessione, *p.* 2. *c.* 24. *d.* 7. *n.* 5.

Ex L. Diffamari nemo experiri potest adversus possidentem ad turbandam ipsius possessionem, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 3.

Possessionis retinendæ interdicto Dominus contra subditos suos obedientiam recusantes agere valet, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 12.

POSSESSOR.

Possessor novus non dicitur, qui primo possidet partem indivisam, si postea totum nanciscatur, *p.* 2. *c.* 8. *d.* 3.

Possessor non tenetur litem suscipere, cum duobus super eadem re controversiam moventibus, *p.* 2. *c.* 8. *d.* 1.

Secus de jure civili, *n.* 1.

Possidere tantum unusquisque intelligitur, quantum revera & naturaliter occupavit, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 26. *n.* 1.

Possidenti facilius datur retentio, quàm non possidenti actio, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 9. *n.* 5.

Possessor quilibet regulariter ita est privilegiatus, ut onere probandi planè non debeat gravari, *p* 1 *c.* 16. *d.* 72. *n.* 6.

Possessor plus juris habet in retinendo, quã actor in agendo, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 23. *n.* 1.

Possessor extra contractum emptionis, venditionis ex promissione ac stipulatione non præcisè ad tradendum obligatur, sed præstando interesse liberatur, *p* 2. *c.* 45. *d.* 2. *n.* 3.

Possessor solâ litis contestatione in mala fide constituitur, *p.* 3. *c.* 32. *d.* 30. *n.* 12.

POSSESSORIUM.

Super possessorio in judicio petitorio pronunciare potest judex, si narrata libelli ad hoc referri queant, appositâ clausulâ salutari, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 7.

Quod tamen triplici modo limitatur, *n.* 6.

In causa momenti non ita possessionis ac reformatio, et non integra proprietatis quæstio servetur, *p* 1. *c.* 19. *d.* 24. *n.* 6.

Attestationes factæ in causa possessorii, probant etiã in petitorio, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 22.

Quando actum est petitorio & possessorio simul, super solo possessorio quandoque judex pronunciare potest, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 9.

Quando actum est solo petitorio tantùm, etiamsi appareat reum in possessorio obtinere, attamen super petitorio saltem pronunciandum est, *ib. n.* 1.

Reus, si actor dominium plenè non probat, ut maximè de possessione appareat, prorsus absolvi debet, & vice versâ, *ib. n.* 2. & 3.

Petitorium cum possessorio retinendo cumulari nequit, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 10.

Possessorium etiam pro Nobilitate & dignitate conceditur, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 21. *n.* 3.

Interdicto retinendæ possessionis Dominus quoque contra subditos suos, obedientiam recusantes, agere valet, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 12.

Possessoria & petitoria judicia sibi invicem correspondent, *ib. n.* 11.

In summario vel summariissimo possessorio creditur etiam testibus non juratis, *p.* 3. *c.* 7. *d.* 15.

Summarium vel summariissimum possessorium quomodo differat à possessorio plenario sive ordinario, *ib. n.* 1.

In summariissimo possessorio admittitur etiam probatio, per unicum testem facta, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 16.

Juratum *n.* 2. nec testium personæ & dicta reprobari queunt, *n.* 3.

Audiendus est reus etiam in summariissimo possessorio contra probationem actoris summariam, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 17.

In possessorio summariissimo etiam leviores & semiplenæ probationes vel saltem demonstrationes Bescheinigung admittuntur, & extra ordinem processus ille ventilatur, *ib. n.* 1.

UTI POSSIDETIS.

Interdictum, uti Possidetis, datur etiam contra turbantes quasi possessionem jurium incorporalium, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 11.

Interdictum uti possidetis ut locum habeat, requiruntur duo, possessio & turbatio possessionis, *p.* 2. *c.* 7. *d.* 12. *n.* 8.

POSTHUMUS.

Posthumus sive is, qui in utero est, pro jam nato habetur, in iis, quæ ad ipsius commodũ pertinent, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 4. *n.* 4.

Posthumus postquam natus est, eodem plane loco esse incipit, quo esset, si jam ipso testamenti tempore superstes fuisset, *ib. n.* 7.

Posthumus etiam in successione collateralium pro jam nato habetur, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 27.

Posthumus hodie exheredari nequit, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 21. *n.* 4.

Posthumus in dubio semper vivus censetur natus, si scilicet debito tempore ac modo naturali fuerit natus, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 20. *n.* 5.

Posthumus vivus capax est hereditatis, licet in manibus obstetricum decesserit, nec vox ejus fuerit exaudita, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 19.

Posthumi quoque videntur instituti institutâ herede fœminâ cum liberis suis, *p.* 3. *c.* 10. *d.* 11.

POTENTIA.

Potentia actui propinqua pro actu habetur, quomodo intelligendum, *p.* 3. *c.* 19. *d.* 1. *n.* 8. & 9.

De potentia, quæ propinqua ad actum est, tanquam de actu ipso judicatur, *p.* 4. *c.* 14. *d.* 1. *n.* 8.

Vocula, potest, non importat necessitatem, sed voluntatem, *p.* 1. *c.* 23 *d.* 2. *n.* 5.

PRÆCEDENS.

Præcedens talis præsumitur animus & voluntas, qualis colligitur ex facto, quod sequitur, *p.* 4 *c.* 12. *d.* 8. *n.* 13.

PRÆGNANS.

Dissolvitur matrimonium, si uxor ab alio antea imprægnata & gravida reperiatur, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 12.

Non verò ob stuprum & fornicationem mariti ante nuptias commissam, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 13.

Mitius debent puniri personæ desponsatæ ante benedictionem sacerdotalem carnaliter se commiscentes, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 12.

Item si post stuprum commissum matrimonium contraxerint, *ib. n.* 9.

Contractis cum ea nuptiis, quam antea imprægnaverat, statim ab initio ante copulam carnalem contractum videtur matrimonium, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 13. *n.* 3.

Sententia ex inspectione ventris quod mulier sit Prægnans, vel non, lata admittit probationem in contrarium, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 5. *n.* 1.

Lapidibus obruitur jure divino vitiata & imprægnata ab alio, quæ postea tanquam virgo nupsit alteri, si sit ejus nomine

nomine accusata & vir petat divortium, *p.*4.*c.*20.*d.*12.*n.*13.

PRÆSCRIPTIO.

Præscriptio est odiosa, nec de casu ad casum extendenda, *p.*1.*c.*28.*d.*47.*n.*8.

Præscriptio longi temporis & usucapio quondam differebant, hodie idem utriusq; est effectus, *p.*1.*c.*25.*d.*1.*n.*4.

Præscriptio & satisfactio criminis pari passu ambulant, *p.*1.*c.*25.*d.*3.*n.*3.

Semper præscriptionis aliquod initium dandum est, *p.*2.*c.*1.*d.*6.*n.*4.

Præscriptio & consuetudo potestate & autoritate sunt pares, *p.*2.*c.*2.*d.*4.*n.*5.

Ad præscriptionem legitimum tempus requiritur, *p.*2.*c.*2.*d.*5.*n.*14.

Non verò ad inducendam præsumtionem, *n.*15.

Præscriptio quomodo veniat probanda, *p.*2.*c.*3.*d.*26.*n.*2.

Probatis extremitatibus temporis ad præscriptionem requisiti, principio scilicet & fine, probata censetur continua possessio, *d.d.*26.

Præscriptio absque possessione continuata non procedit, *p.*2.*c.*3. *d.*26.*n.*1.

Ex usurarum præstatione ultra tempus præscriptionis legitimum, inducitur obligatio tàm super usuris, quam super ipsa sorte, *p.*2.*c.*2.*d.*9.

Per longi temporis præscriptionem obligatio inducitur, *ib.n.*2.

Præscriptio non valenti agere non currit, *p.*2.*c.*3.*d.*12.*n.*6. *p.*2. *c.*50. *d.*6. *n.*3. it. *p* 3.*c.*32.*d* 18.*n.*6.

Præscriptionis exceptionem etiam à parte non oppositam judex ex officio supplere potest, *p.*1.*c.*25.*d.*1.

Quin & præscriptionis exceptionem à parte licet non oppositam, attamen ex actis apparentem judex supplere necesse habet, *p.*1.*c.*25.*d.*2.

Etsi judex hoc non fecerit, sententia contra reum lata nunquam in rem judicatam transit, sed haud obstante exceptione rei judicatæ semper retractari potest, *ib.n.*8.

Præscriptionis exceptionem supp'ere tenetur judex in causis criminalibus, *p.*2. *c.*25. *d.* 3.

In præscriptione tempus de momento ad momentum currit, *p.*1. *c.*16. *d.*8. *n.*4.

Ad præscriptionem legalem requiritur possessio continua, *p.*2.*c.*3.*d.*2.*n.*3.

Nulla hodie est provincia, quæ non certo jure in præscriptione utatur, *p.*2.*c.*3.*d.*3.*n.*2.

Præscriptionum præcipuæ & magis frequentes species in jure civili potissimùm tres sunt: mobilium rerum, quæ triennio perficitur, immobilium quæ inter præsentes decennio, inter absentes 20. annorum spatio completur; & jurium seu actionum, quæ spatio annorum 30. vel 40. perficitur, *ibid. n.* 5. & 9.

Præscriptionum in foro Saxonico non nisi duæ habentur species, tricennalis nempe & annalis, *p.*2. *c.*3.*d.*3.

Præscriptiones speciales juris communis etiam in foro Sax. usu receptæ sunt, *p.*2.*c.*3.*d.*4.

Ubi distinguendum inter præscriptiones regulares seu decretivas, & permissivas seu speciales, *ib.n.*7.

Præscriptionibus Saxonicis regularibus, annali scil. & tricennariæ, quare augmentum 6. hebdomadarum atque trium dierum fuerit adjectum, quidque juris in præscriptionibus juris communis singularibus, in foro etiam Sax. usitatis, *p.*2.*c.*3.*d.*5.

Præscriptio tricennaria, ein und dreißig Jahr/ 6. Wochen/ 3. Tag/ præscriptio vero annalis ein Jahr/ 6. Wochen/ und 3. Tage/ in foro Sax. *p.*2.*c.*3.*d.*5.*n.*1.

Præscriptionum temporalium exacta ratio dari nequit, *ib.n.*2.

In præscriptione longissimi temporis bona fides non requiritur de jure civili, *p.*2.*c.*3.*d.*7.*n.*1.

At jure Canonico malæ fidei possessor nullo unquam tempore præscribit, *n.*3.

An in terris imperii jura Canonica hâc in re corrigant jura civilia, *n.*4.

Præscriptio statutaria surrogatur loco præscriptionis juris communis, & regulatur secundum ejus naturã, *ib.n.*9.

In dubio quandoq; existentibus indiciis, & præsumtionibus contra præscribentem ipsius juramento bona fides est probanda, *p.*2.*c.*3.*d.*8.*n.*8.

De jure civili tempus præscriptionis arbitrio judicis relinquendum, *p.*2. *c.*3. *d.* 21. *n.* 4.

Inter emptorem & venditorẽ quandoq; tempora continuantur ad complendam usucapionem, *p.*2.*c.*4.*d.*17.

Hoc tamen casu inter heredem & emptorem est differentia, *n.*4.

Tantum videtur præscriptum, quantum possessum, *p.*2.*c.*1.*d.*6, *n.*5.

Emptor pignoris adversꝰ debitorẽ præscriptione se tueri potest, *p.*2. *c.*1.*d.*4.

Privilegium, quo alicui facultas aliquid faciendi conceditur, præscriptione amittitur, *p.*3.*c.*32.*d.*18.*n.*2.

PRÆSCRIPTIO ANNALIS.

Annalis præscriptio in foro Sax. requirit bonam fidem, quæ a præscribente probari debet, *p.*2.*c.*3.*d.*6.

Præscriptio Saxonica annalis surrogata est præscriptioni tricennali juris communis, *ib.n.*4.

Præscriptio annalis in foro Sax. quascunque res mobiles regulariter comprehendit, *p.*2.*c.*3 *d.*9.

Practici antiqui harum provinciarum præscriptionem annalem juris Sax. valdè coarctabant, eamque restringebant ad bona triplicia in hereditate defuncti reperta, puta ad bona utensilia, res expeditorias, & cibaria domestica, *ib.n.*1.

Bona hereditatis mobilia quanto tempore præscribantur in foro Saxonico, *p.*2.*c.*3.*d.*10.

Ubi distinguendum est inter res hereditarias mobiles separatim existentes, & rebus immobilibus sive juribus hereditariis cohærentes, *ib.n.*3.

Gerada, & res Expeditoriæ præscribuntur anno & die, quod tempus post 30. currere incipit, *p.*2.*c.*3.*d.*12.

Et ignoranti non nocet, *p.*2.*c.*3.*d.*13.

Morgengaba & comestibilia anno & die præscribuntur in foro Sax. *p.*3.*c.*36.*d.*10

Fructuum extantium & consumptorum repetitionem impedit præscriptio annalis in foro Sax. *p.*3.*c.*32.*d.*19.

Filiæ matris defunctæ Geradam à patre non petentes, præscriptione annali eam haud amittunt, etsi de jure suo protestatæ non fuerint, *p.*2.*c.*3.*d.*14.

Res mobiles Ecclesiarum, Hospitalium, aliorumq; piorũ locorũ Anno & die in foro Sax. præscribuntur, *p.*2.*c.*5.*d.*6.

Annalis præscriptio nunquam currit ignoranti, *p.*4.*c.*46, *d.*2. *n.*4. it. *p.*2.*c.*50.*d.*3.*n.*2. & 3.

Nisi sit ignorantia dolosa & affectata, *d.d.*3.*n.*4. it. *p.*2. *c.*3. *d.*13. *n.*5. & *p.*2.*c.*32.*d.*6.*n.*10.

Nec opus est hoc casu restitutione in integrum, *p.*2.*c.*9.*d.*1.*n.*5.

Jure reluitionis, quod competit debitori adversus creditorem licitantem præscribitur Anno civili, *p.*1.*c.*32.*d.*52.

Jure Redimendi & Revocandi Feudum infra quot annos præscribatur, *p.*2.*c.*50.*d.*1.*d.*2.*d.*3.*d.*4.*d.*5. & *d.*6.

Actioni de dolo præscribitur biennio etiam in foro Sax. *p.*2.*c.*3 *d.*4.*n.*5.

Res inventa adversus Dominum præscribitur in foro Sax. sex hebdomadis, *p.*2.*c* 3.*d.*15.

PRÆSCRIPTIO VICENNALIS.

Delicta vicennio in foro Sax. præscribũtur. *p.*2.*c.*3.*d.*4.*n.*5. it. *p.*1.*c.*25.*d.*3 *n.*2.

Excursu 10. vel 20. annorum remissionis titulus præsumitur, *p.*2.*c.*2.*d.*5.*n.*5.

Simplici adulterio etiam in Sax. Electoratu Quinquennio præscribitur, *p.*4. *c.*19.*d.*13.

Vicennii præscriptio in adulterio duplicato locum habet, *p.*4.*c.*19.*d.*14.

Annuas præstationes 20. annorum spatio in minori summa recipiens residuum petere nequit, *p.*2.*c.*2.*d.*5.

PRÆSCRIPTIO TRICENNALIS.

Ad præscriptionem tricennalem requiritur in foro Sax. bona fides, quæ tamen ex lapsu temporis longissimi pro præscribente præsumitur, *p.*2.*c.*3.*d.*7.

Nisi is, contra quem præscriptum est, malam fidem præscribentis probare velit, *p.*2.*c.*3.*d.*8.

Præscriptio 30. annorum omnia ferè debita perimit, *p.*2.*c.*3.*d.*3.*n.*2.

Præscriptio debiti non nisi à tempore solutioni destinato currere incipit, *p.*2.*c.*1.*d.*6.

Præscriptio 30. vel 40. annorum contra minorem incipit & cœpta currit, *p.*2. *c.*9. *d.*2.

In materia præscriptionum ætas minorum majoribus num patrocinetur, & quando beneficium uni ex consortibus litis concessam ad alios litigantes extendi debent, *p.*2.*c.*9.*d.*4.

Res furtiva tempore longissimo præscribi potest, *p.*2.*c.*3.*d.*16.

Etiam à fure, *n.*4.

Colonus & Emphyteuta quanto tempore dominium Emphyteuseos prædiique conducti præscribant, *p.*2.*c.*3.*d.*17.

Quanto tempore præscribatur Evictioni, *p.*2.*c.*3.*d.*18.

Quoad bona allodialia & feudalia, *n.* 4. & 5.

Actioni Paulianæ, quæ competit ad revocanda bona in fraudem creditorum alienata, quanto tempore præscribatur, *p.*2.*c.*3.*d.*20.

Ad introducendam consuetudinem in foro Sax. requiritur præscriptio 30. annorum cum anno & die, *p.*2. *c.*3.*d.*21.

Operæ rusticæ præscribuntur 30. annis, anno & die in foro Sax. *p.*2.*c.*4.*d.*1.

Nisi jure familiaritatis aut amicitiæ præstitæ fuerint, zur Beiſt/ *p.*2.*c.*4.*d.*2.

Rustici loco operarum, quibus Dominus uti nequit, per tempus etiam longissimum certam pecuniæ summam solventes præscriptione sese tueri non possunt, quò minus servitia denuò præstare teneantur, *p.*2. *c.*4. *d.*4.

Omnes indifferenter servitutes reales, sive causam continuam sive discontinuam habeant, in foro Sax. præscri-

scriptione tricennariâ anni & diei acquiruntur, *p.2.c.4.d.8.*

In præscribendis servitutibus personalibus requiritur titulus & bona fides, *p.2.c.4.d.2.n.5.*

Jus utendi certo aliquo molendino, adversus incolas alicujus pagi vel oppidi 30. annis, anno & die præscribitur, *p.2.c.4.d.9.*

Feudum in foro Sax. 30. annis cum anno & die præscribitur, *p.2.c.4.d.16.*

Ad quod tamen duo requiruntur: possessio & servitium, *n. 5. & 6.*

Contra pagum vel universitatem currit præscriptio usitata Saxonica tricennalis, cum anno & die, *p.2. c.5.d.5.*

De jure communi actio nullitatis intra 30. annos institui potest, *p.1.c.26.d.21.*

In Provinciis Electoratus Sax. intra 6. septimanas & 3. dies à die publicatæ sententiæ, *ib.n.11.*

PRÆSCRIPTIO QVADRAGENARIA.

Adversus Ecclesiam & pia loca in foro Sax. non nisi 40. annis præscribitur, *p.2.c.3.d.4.n.3.*

Contra prædia ad Ecclesias & universitates pertinentia, non nisi Quadragenaria præscriptio obtinet, *p.2. c.5. d.1.*

Neque Ecclesia contra Ecclesiam, Hospitalia, aliaq; pia loca breviori temporis spatio præscribit, *p.2.c.5.d.2.*

Ecclesia succedens privato, contra quem inchoata est præscriptio, gaudet privilegio præscriptionis Quadragenariæ, *p.2.c.5.d.3.*

Præscriptio Quadragenaria pertinet etiam ad annuos reditus, qui Ecclesiæ aliisvè piis locis debentur, *p.2.c.4. d.4.*

Præscriptioni quadragenariæ contra Ecclesiam, ne quidem in foro Sax. additur augmentum anni & diei, in præscriptionibus Sax. aliàs usitatum, *p.2. c.5. d.7.*

Libertas à Decimis præstandis 40. annis præscribitur, *p.2. c.2.d.4.*

PRÆSCRIPTIO IMMEMORIALIS.

Præscriptio temporis Immemorialis differt à præscriptione centenaria, *p.1.c. 16. d.74. n.7.* it. *p.2.c.1.d.7.*

Ejus effectus, *ib.n.9.*

Variant interpretes in definienda præscriptione temporis Immemorialis, *p. 1.c.16.d.74.n.1.*

Auctoris sententia, *n.14. & 15.*

Præscriptio temporis Immemorialis quomodo probanda, *p.1.c.16.d.74.*

Si diutinæ possessionis titulus aliquis vitiosus proferatur, aut qua aliâ ratione malam fidem ab initio interveniisse appareat, præscriptio centenaria corruit, *p.2.c.1.d.7.n.11.*

Regalia etiam in foro Sax. tempore Immemoriali præscribuntur, *p.2. c.3. d. 24.* it. *p.2.c.53. d.1.n.13.*

Venatio præscriptione temporis immemorialis in foro quoque Sax. potest acquiri in fundo alieno, *p.2.c.3.d.25.*

PRÆSCRIPTIONIS INTERRUPTIO.

Dominus fundi habens Jurisdictionem propriâ autoritate ad præscriptionem interrumpendam pignorare & pignus retinere potest, *p.2.c.7.d.1.*

Præscriptio Sax. 30. annorum, anni & diei solâ interrumpitur citatione, *p. 2.c.7. d.4.*

Citatio tamen ad processum extrajudiciarium præscriptionem non interrumpit, *p.2. c.7.d.5.*

Nisi post ejusmodi cognitionem extrajudicialem factum esset Decretum, ein Abschied/ *ib.n.6.*

Præscriptio etiam annalis rerum mobilium in foro Sax. solâ citatione interrumpitur, *p.2.c.7.d.6.*

Citatione quoque interrumpitur Præscriptio annalis auferens agnatis facultatem redimendi Feudum alienatum vivente adhuc alienatore, *p. 2. c. 7.d.7.*

Sola oblatio pretii non reperitur inter modos impediendi cursum Præscriptionis, *ib.n.4.*

Facta prohibitio quando interrumpat Præscriptionem servitutis, *p. 2. c. 7. d. 8.*

Vitia realia præscriptionem impediunt in persona cujuscunque successoris universalis vel singularis, *p.4. c.39.d. 6. n.4.*

Denunciatio extrajudicialis non interrumpit præscriptionem, *p.2.c.3.d.1.n. 5.* it. *p.2.c.7.d.8.n.1.*

Præscriptio annalis citatione solâ non interrumpitur, *p.2.c.3.d.14.n.4.*

Protestatio Præscriptionem annalem non impedit, *d.n.4. & p. 2. c.3. d.1. n.4.*

PRÆSCRIBI.

Liberi bona hereditatis materna nulla obstante Præscriptione à patre petere valent, *p.2.c.3.d.11.*

Jus Compascuorum vulgò Koppelweyde præscribi nequit, *p.2. c.4. d.14.*

Ex causa tamen nova superveniente etiam Jus compascuorum præscribitur, *p.2.c.4.d.15.*

Quæ Principibus & Superioribus in signum subjectionis & superioritatis solvuntur, ut sunt tributa, Census, aliæque pensiones, nullo tempore præscribuntur, *p.2.c.1.d.2.n.1.*

Quæ consistunt in mera facultate, præscriptione non tolluntur, *p.2. c.2. d.2. n.8.*

Adversus Nobiles, qui merum habent Imperium, non currit Præscriptio, si longissimo tempore gladii potestate adversus facinorosos usi non sint, eò quod non obvenerit occasio puniendi facinorosos, *p.2.c.3.d.23.n.7.*

Præstationi Laudemiorũ nullo unquam tempore præscribitur, *p.2.c.2.d.2.*

Possidens hereditatem absentis, de cujus morte dubitatur, nunquam eam præscribit, *p.2.c.9.d.3.*

Adversus id, quod in rerum natura non est, præscriptio aliqua currere non potest, *p.2.c.2.d.1.n.6.*

Heres creditoris Pignoratitii jus offerendi contra debitorem præscribere nequit, *p.2.c.1.d.3.*

Servitutes negativæ nulla præcedente prohibitione præscribi nequeunt, *p. 2.c.4.d.13.*

Socius contra socium non præscribit, *p. 2.c.4.d.14.n.4.*

Decimæ nullo unquam tempore à laicis præscribuntur, *p.2.c.2.d.4.n.1.*

Reditibus annuis ex pacto de retrovendendo in futurum solvendis non præscribitur, *p.2.c.2.d.1.*

Sed de illis de anno in annum, & pro singulis, pro quibus cessatur, 30. annorum spatio præscriptio procedit, *ib.n.3.*

Conductor nunquam præscribit, *p.2. c. 4.d. 4.n.4.*

Præscribere nequit conductor pensionem futuri temporis, *p.2.c.2.d.3.*

Sed bene pensiones ante 30. annos debitas, *n.1.*

PRÆSENS.

Præsens & tacens cogitare potuit jus suum semper sibi durare, *p.2. c.48. d. 6. n.4.*

Nisi præsens fraudulenter tacuerit, *n.5.*

De præterito præsumitur in præsens & in futurum, *p.1.c.29.d.8.n.7.*

Præsentia alicujus non præsumitur, sed probari debet, *p.3. c.3. d.25. n.6.*

PRÆSENT-GELD.

Collectæ & Præsent-Geld differunt, *p.2. c.46.d.35.n.19.*

Contributio pecuniaria, quam in Comitiis provincialibus Nobiles promittunt, (vulgò das Präsent-Geld) non à Feudi successoribus, sed ab heredibus allodialibus exsolvenda est, *d. d.35.*

PRÆSUMTIO.

Præsumtio fortior ac major minorem vincit, *p.3. c.9. d. 8. n.7.*

Præsumtio cedit veritati, *p.2. c.2, d.6. n.5.*

Præsumtionem vincit probatio, *p.1.c.16. d.63. n.9.* it. *p.2.c.2.d.8.n.2.*

Nisi sit juris & de jure, *p.3. c.17. d.14. n.2.*

Contra præsumtionem juris & de jure admittitur probatio, *p.2.c.2.d.8.n.4. & 5.*

Præsumtionis effectus, *ib.n.3.*

In causis, in quibus difficilis & quasi impossibilis est probatio veritatis, præsumtiones & conjecturæ pro legitimis probationibus habentur, sicuti & aliàs probationum vice funguntur, *p.3.c.5. d.11. n.6. & seq.*

PRÆVENTIO.

Præventio dupliciter consideratur, vel ratione causarum connexarum, vel ratione duplicis fori, *p.1.c.7.d.26.n.1.*

Præventioni in causis connexis semper est locus, *p.1.c.7.d.20.*

Præventio duobus simul actiones suas proponentibus, judicis arbitrio est decernenda, *p.1.c.7.d.23.*

Quod tamen semper Regulis juris conformari debet, *ib.n.5.*

Præventio inducitur per citationem, *p.1. c.7. d.21.n.1.*

Præventionis exceptio opponi nequit actori, qui propter exceptionem fori declinatoriam in alio judicio ab instantia fuit absolutus, *d. d.21.*

Præventio nunquam inducitur, nisi coram eo judice, qui competentem in reum habet jurisdictionem, *ib.n.5.*

Per supplicationem Principi oblatam non inducitur litis pendentia, *p.1.c.7. d. 22.*

Nisi unà cum supplicatione offeratur libellus actionem continens, *ib.n.2.*

Præventionem reservatio processus ordinarii coram judice facta non inducit, *p.1.c.7.d.26.*

Causa ejus est prius tractanda, qui alterum prævenit, *p.1.c.7.d.20.n.2.*

Præventio fraudulenta & à reo procurata seu affectata non excludit cognitionem alterius judicis, *p.4. c.1. d.18. n.10.*

PRECARIUM.

Precarium præsumendum non est, *p. 2. c.41. d. 18. n. fin.*

ET VERBORUM.

PRETIUM.

Pretium succedit loco rei, *p.* 3. *c.* 30. *d.* 1. *n.* 3.

Quando procedat, *ib. n.* 8.

Fallit in judiciis particularibus, *p.* 4. *c.* 39. *d.* 9. *n.* 3.

Pretium ex prædio avito comparatum, reverà avitum non est, sed per fictionem tale habetur, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 3. *n.* 6.

Pretium ex bonis hypothecatis reductum non succedit loco rei, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 148. *n.* 5.

Qui pretium petit, videtur approbâsse venditionem, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 31. *n.* 6.

Pretium justum est hoc, quod pinguiori non superatur, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 40. *n.* 3.

Sive quantum extraneus quivis emtor solvere velit, *n.* 4.

Pretium majus in jure Retractus non æstimatur ex sola quantitate, sed ex aliis etiam qualitatibus, putà si minus pretium, attamen in parata pecunia offeratur, quod prævalet majori summæ, distinctis terminis atque temporibus solvendæ, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 1. *n.* 3.

Pretii quantitas est argumentum doli, & præsumitur simulatio, si pretium sit exiguum, *p.* 3 *c.* 24 *d.* 13. *n.* 5.

Pretia rerum non ex affectione singulorum constituuntur, sed communi regionis æstimatione ex rei qualitate & quanti res in loco publ. vendi potest, *p.* 2. *c.* 49. *d.* 2. *n.* 6. it. *p.* 2. *c.* 33. *d.* 5. *n.* 1.

In pretio ex Feudis redacto præferuntur hypothecariis ii, qui ad conservationem & administrationem Feudorum fecerint expensas, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 1.

PRETIOSUS.

Quænam res pretiosæ vel minus pretiosæ sint, judicis arbitrio definiendum relinquitur, *p.* 1. *c.* 5. *d.* 19. *n.* 8.

Res pretiosiores mobiles nemo tàm facilè jactare sive donare præsumitur, sicut res viliores, *ib. n.* 3.

Possidere immobilia & possidere mobilia pretiosa æqualia judicantur, *ibid. n.* 5.

PRINCEPS.

Princeps Legibus solutus est, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 16. *n.* 2.

Princeps est supra leges, *p.* 3. *c.* 4. *d.* 41. *n.* 6.

Princeps auferendo jura alicujus peccat contra naturalem æquitatem, *p.* 4. *c.* 11. *d.* 12. *n.* 6.

Princeps in jure quærendo subditis suis omninò præjudicare potest, *p.* 3. *c.* 31. *d.* 13. *n.* 3.

Non autem in jure jam plenè acquisito, *n.* 8.

An princeps de plenitudine potestatis possit alicui privato jus suum ex ratione juris civilis partum pro lubitu auferre, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 16. *n.* 5.

Principi subditorum jura invertere aut lædere non licet, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 16. *n.* 3. it. *p.* 3. *c.* 31. *d.* 13 *n.* 7.

Princeps non potest facere, ut testamentum coram duobus testibus minus solenniter conditum post mortem testatoris convalescat, *p.* 3. *c.* 4. *d.* 41 *n.* 7.

Principis præsentia omnem defectum supplet, *p.* 2. *c.* 34. *d.* 4. *n.* 2.

Principis rescripta ad supplicata unius partis impetrata non transeunt in rem judicatam, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 18.

At præcedente causæ cognitione Rescripta Principis partibus publicata transeunt in rem judicatam, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 19.

Item si præcepta Principis executiva habeant adjunctam clausulam justificatoriam, si te gravatum senseris, illa, haud etiam præcedente citatione vel causæ cognitione, valent, *ib. n.* 4.

Principem, Regalibus & juribus Majestatis præditum, veniam reis tribuere posse, quatenus extendendum, *p.* 4. *c.* 9. *d.* 7. *n.* 2. & 4.

Principes inferiores, superiorem recognoscentes, in suis territoriis Imperatorem repræsentant, idemq; possunt, quod Imperator in Imperio, *p.* 2. *c.* 12. *d.* 10. *n.* 5. it. *p.* 2. *c.* 2. *d.* 2. *n.* 2. & 3.

PRINCIPALIS.

Principalis contractus quando non valet, reliquæ clausulæ accessoriè annexæ subsistere nequeunt, *p.* 2. *c.* 13. *d.* 14. *n.* 11.

PRIOR.

Qui prior tempore inter æquales, potior quoque est jure, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 102. *n.* 5. it. *p.* 1. *c.* 28. *d.* 12. *n.* 9. & 10.

PRIVATIO.

Privationis pœna alicujus rei vel juris nunquam locum habet, nisi id jure expressum sit, *p.* 4. *c.* 43. *d.* 8. *n.* 3.

PRIVIGNUS.

Vitricus expensas in privigni alimenta factas repetere potest, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 25.

Nisi privignus probet animo donandi a Vitrico sibi præstita fuisse, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 26.

Quomodo probetur, *n.* 3.

Repetere etiam nequit vitricus alimenta, si Privignus Privignavè fuerit in ipsius obsequio & servitiis, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 27.

PRIVILEGIUM.

Privilegium concessum personis, intelligitur etiam familiæ indultum, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 17. *n.* 4.

Privilegium certo tempore determinatum contra legis voluntatem ulterius haud porrigendum, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 23. *n.* 6.

Privilegium competens ob certam aliquam facultatem finitur illa qualitate finitâ, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 6. *n.* 3.

Privilegium, quo alicui facultas aliquid faciendi conceditur, præscriptione amittitur, *p.* 3. *c.* 32. *d.* 18. *n.* 2.

Privilegium per non usum longissimi temporis haud amittitur, quando occasio utendi se non obtulit, *p.* 2. *c.* 3. *d.* 23.

Si autem obtulit, de jure communi 10. & 30. annorum, anni & diei spatio jure Sax. amittitur, *ib. n.* 1. & 2.

Privilegium impetrans contra utilitatem publ. quando & quatenus peccet contra juramentum, quo juravit, se promoturum utilitatem publ. *p.* 2. *c.* 6. *d.* 3.

Privilegia duo circa unam eandemque personam in eadem causa haud concurrere debent, *p.* 1. *c.* 5. *d.* 22. *n.* 4.

Privilegia principalia ipsi Principes eorumvè successores solent interpretari, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 8. *n.* 3.

Quando de mente vel sensu privilegii inter subditos contentio oritur difficilis, quæ ex verbis privilegii neutiquam potest decidi, *ib. n.* 4.

Privilegia Principis non sunt restringenda, sed latissimè interpretanda, *ibid. n.* 7.

PRIVILEGIUM COMPETENTIÆ.

Quibus competat, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 15. & *seq.*

PRIVILEGIATUS.

Privilegiatus adversus Privilegiatum non utitur suo privilegio, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 2. *n.* 2.

Quomodo intelligendum, *n.* 9.

Omnes Privilegiati etiam tributis onerantur, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 19. *n.* 15.

PROBARE.

Qui aliquid idoneum affirmat, illud probare debet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 26. *n.* 3.

Probare debet unusquisque plenissimè, & implere intentionem suam, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 14. *n.* 7.

Fundans intentionem suam in non facto, illud non factum probare tenetur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 32. *n.* 10.

Qui intentionem in negativa fundat, eam probare debet, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 15. *n.* 6.

Regula hæc quatenus & quando fallat, *p.* 1. *c.* 10. *d.* 18. *n.* 1. & *seqq.*

Intentionem suam fundans in aliquo actu, certâ qualitate imbuto, non modo ipsum actum, sed & qualitatem actus probare tenetur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 32. *n.* 4.

Ea quæ sub sensum non cadunt, per indicia probantur, *p.* 2. *c.* 18. *d.* 29. *n.* 4.

Onus probandi præsumtio in adversarium transfert, *p.* 3. *c.* 17. *d.* 10. *n.* 5.

Probandi onus alleganti defectum alicujus solennitatis necessariæ incumbit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 32. *n.* 9.

Probandi difficultas facit, ut quandoq; etiam leviores præsumtiones admittantur, quæ alioquin non admitterentur, *p.* 1. *c.* 22. *d.* 5. *n.* 4.

Probandi onus agenti negatoriâ actione non incumbit, sed reo agenti confessoria, *p.* 2. *c.* 41. *d.* 18.

Probandi facultatem statutum, consuetudo vel pactum possunt alterare & minuere, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 38. *n.* 8. it. *p.* 1. *c.* 17. *d.* 40. *n.* 4.

PROBATIO.

Per probationis appellationem intelligitur probatio plena & legitima, *p.* 1. *c.* 12. *d.* 33. *n.* 2.

Probatio ordinaria in processu summario locũ non habet, *p.* 1. *c.* 12. *d.* 35. *n.* 4.

Probatio solennis extra processum ordinarium, & absque causæ cognitione judicisque interlocutione actori non potest imponi, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 15. *n.* 4.

Secus in causis summariis, *p.* 3. *c.* 3. *d.* 38. *n.* 3. & 4.

Probatio est de mediis causæ, & sine petitione utpote principio, ad probationem tanquam medium pervenirí non potest, *p.* 1. *c.* 26. *d.* 6. *n.* 5.

Curare semper debet Magistratus quantum fieri potest, ut rerum probatio salva sit, ne deficiat probatio, jure non deficiente, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 39. *n.* 3. & *d.* 4.

Semiplena dicitur probatio facta per unum testem, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 4.

Modò unus ille testis sit omni exceptione major, nec probatio contraria præsumtione oneretur, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 5.

Duæ semiplenæ probationes unam plenam probationem faciunt, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 36. *n.* 3.

Probatio dicitur fieri in continenti, quæ fit plenè & integrè intra terminum executioni præfixum, nempe 6. septimanarum & 3. dierum, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 13. *n.* 6.

Probanda est exceptio compensationis in continenti ex solis instrumentis, aut confessione partis, non per testes, *p.*1 *c.*8.*d.*14.

Limitatur in processu ordinario, *ib.n.*6.

Probatione supervacuâ nemo gravari debet, *p.*1.*c.*17. *d.*25.*n.*3.

Probationes potiùs adjuvari quàm coarctari vel restringi debent, *p.*1. *c.*16. *d.*2.*n.*5.

Probationes judici dicuntur fieri, non parti, *p.*1.*c.*17.*d.*5.*n.*3.

Probationes proprias afferre actor, non autem aliorum instrumentorum inspiciendorum potestas ei fieri debet, *p.*1.*c.*8.*d.*4.*n.*3.

Actor & reus circa probationes judicantur ad paria, *p.*1.*c.*6.*d.*5.*n.*5. it. *p.*1.*c.*8. *d.*28.*n.*5.

Ubi probationes recipiuntur à judice ex officio ad sui informationem, juramentum non videtur necessarium, *p.* 2.*c.*7.*d.*15.*n.*7.

Probationum favor tantus non est, ut pœnam negligentiæ tollere queat, *p.* 1.*c.*16.*d.*11.*n.*21.

Probatio adversæ partis contra præstitum juramentum in litem admittitur, *p.*1.*c.*15.*d.*4.

Probatio in contrarium admitti potest contra jusjurandum à collitigante ultrò præstitum, *ib.n.*1.

Probatio in prima instantia ob terminum præterlapsum perdita in secunda appellationis instantia denuò per testes suscipi nequit, *p.*1.*c.*21 *d.*1.

Non satis probata in prima instantia per alios vel eosdem testes in appellationis instantia probari non possunt, *p.* 1.*c.*21.*d.*2.

Probari possunt per instrumenta in appellationis instantia ea, quæ sufficienter in priori instantia haud probata fuêre, *p.*1.*c.*21.*d.*5.

Probatio nova admittitur in appellationis instantia super articulis prioribus in causa dotis, *p.*1.*c.*21.*d.*6.

Probationes novæ admittuntur super articulis prioribus in appellationis instantia, adversâ parte consentiente, *p.*1.*c.*21.*d.*7.

In appellationis instantia proponi possunt nova capitula, modò ab antiquis dependeant, *p* 1.*c.*21.*d* 8.

Nova capitula ab antiquis dependentia in appellationis instantia proponi ac probari queunt, etiamsi consultò in prima instantia fuerint prætermissa, *p.*1.*c.*21.*d.*9.

Actor non nisi ex causa rationabili & sufficienti ad probationes in perpetuam rei memoriam ante litis contestationem admittitur, *p.*1.*c.*16 *d.*35.

Reus hanc probationem indifferenter suscipere valet, *ib.n.*6.

Testationes ad futuram rei memoriam factæ post litem demùm contestatam & reprobationes adversæ partis sunt publicandæ, *p.*1. *c.*16.*d* 36.

TERMINUS PROBATORIUS.

Terminus probatorius à jure Sax. præfixus in modum præscriptionis statutus intelligitur, *p.*1.*c.*16.*d.*8.*n.*3.

Termini tempus pro forma probationis est definitum, ubi ne horæ quidem momentum immutari potest, *ib.* *n.*5.

Terminus probatorius est peremptorius & exclusivus aliarum probationum, *p.*1.*c.*9.*d.*12.*n.*3.

Quando & intra quod temporis spatium aliquid in continenti probatum dicatur, judicis arbitrio relinquitur, *p.*3.*c.* 5.*d.*18.*n.*9.&10.

Ab adversa parte Leuteratione interpositâ, terminus probatorius currere debet à tempore notificationis Leuterationi fuisse renunciatum, *p.*1.*c.*16. *d.* 10. *n.* 4.

Probatione intra terminum legitimum non factâ, producens facultate probandi cadit, *p.*1.*c.*16.*d.*4.*n.*5.

Probatio admittitur post terminum elapsum parte adversâ non opponente, *p.*1.*c.*12.*d.*18.*n.*1.

Elapso termino probatorio prorogatio ampliùs non conceditur, *p.* 1.*c.* 16. *d.* 15. *n.* 4.

Concessâ prorogatione currit terminus probandi à tempore indultæ dilationis, *ib.n.*5.

Nisi forsan per sententiam interlocutoriam ad lapsum primi termini expressè fuerit restricta, *d.n.*5.

Terminus probatorius nempe 6. septimanarum & 3. dierum in foro Sax. est peremptorius, etiam in causis summariis & incidentibus, *p.* 1.*c.* 16. *d.* 1.

De jure communi habetur arbitrarius, *d.d.*1. *in pr.*

In tantum, ut neque Judex ex officio, neque ad instantiam partis alium probationis terminum concedere valeat, *ibid.n.*4.

Sufficit tamen intra terminum probatorium etiam ultimo die articulos probatorios & nomina testium offerri, licet probatio non consummetur, *p.*1. *c.*16.*d.*2.

Negligentia judicis in citandis & examinandis testibus non nocet probationibus partium, *p.*1 *c* 16.*d.*3.

Sed cum mandato à superiore Magistratu impetrato ad consummationem probationis impellere debent, *ibid.* *n.* 5.

Termino probatorio elapso ne quidem in continenti mora purgari, nec testes & articuli offerri possunt, *p.* 1.*c.* 16. *d.* 4.

Non admittuntur post terminum probatorium additionales articuli vel testes, etiamsi termino durante producens super iis fuerit protestatus, *p.*1. *c.* 16. *d.* 5.

Adeò ut nec in locum demortuorum testium alii post terminum possint substitui, *ib.n.*1.

Nisi forsan extra omnem producentis culpam terminus fuerit præterlapsus, *n.* 2.

Admittuntur tamen post terminum probatorium instrumenta noviter reperta, *p.*1.*c.*16.*d.*6.

Modo, quod antea eorundem notitiam non habuerint, demonstrare vel saltem juratò obtinere valeant, *ibid.* *n.* 4.

Quod tamen etiam non semper verum est, *n.*6.

Post Terminum elapsum non potest producens variare & vel instrumenta vel testes denuò offerre, *p.*1.*c.*16.*d.*7.

Modo testes realiter fuerint producti, ac solenni juramento obstricti, *ibid.* *n.* 1.

Minoribus tamen & universitatibus reservatur beneficium restitutionis in integrum, *n.*3.

Terminus probatorius strictissimè observandus est, & de momento in momentum currit, *p.*1.*c.*16.*d.*8.

Ab eo momento, quo sententia transiit in rem judicatam, *ib.n.*6.

Terminus probatorius currere incipit à die pronunciatæ desertionis, Leuterationis vel appellationis, *p.*1.*c.*16. *d.*9.

Vel a tempore renunciationis, si Leuterationi vel appellationi expressè fuerit renunciatum, *p.*1.*c.*16.*d.*10.

Terminus probatorius currere incipit à tempore rei judicatæ, non à tempore remissorialium, *p.*1.*c.*16.*d.*11.

Terminus probatorius prorogari potest etiam secundâ vice, modo prorogatio ante terminum elapsum petatur, *p.*1. *c.*16.*d.*15.

Termino prorogato, is cui probatio injuncta fuit, priores articulos mutare, augere & plures aliosque testes producere non prohibetur, *p.*1.*c.*16.*d.*15. *n.*7.

Post terminum probatorium admittitur demonstratio (die Beschreinigung) actori vel reo injuncta, *p.*1.*c.*16.*d.*16.

Adversus omissam probationem ex causa paupertatis datur restitutio in integrum, *p.*1.*c.*16.*d.*17.

Propter terminum probatorium elapsum non facilè mulier à probatione dotis illatæ arcenda est, *p.*1.*c.*16.*d.*18.

Probationes post publicatas attestationes in causis mercatorum recipiuntur, *ib.n.*2.

Nec universitas ob terminum præterlapsum probationibus suis statim est privanda, *p.*1.*c.*16.*d.*19.

Intra terminum probationes suas producere impeditus post terminum est audiendus, *p.*1.*c.*16.*d.*20.

Confessio extrajudicialis à parte adversa acceptata facit plenam probationem, *p.*1.*c.*16.*d.*21.

Aliàs saltem semiplenè probat, *n.*1.

Et probatio ex confessione extrajudiciali acceptata post terminum etiam elapsum, imò post publicatas attestationes admittitur, *ib.n.*5.

PROCESSUS.

Processus ordinarius quis, *p.*1.*c.*2, *d.*17. *n.* 1.

Interest actoris summariè potius in causa procedi, quàm litem in processu ordinario agitari, *d.d.*17.

Processus criminalis ordinarius à judicio civili parùm differt, *p.* 1. *c.* 18. *d.* 3. *n.* 3.

Summariè quomodo procedatur, *p.* 1.*c.* 2. *d.* 17. *n.* 2.

In summario processu quænam omitti possunt, *n.* 4.

In processu summario probatio ordinaria locum non habet, *p.* 1. *c.* 12. *d.* 35. *n.* 4.

In processu summario negliguntur solennia à jure civili inducta, non verò substantialia judicii, quæ jure naturali nituntur, *p* 1.*c.* 18. *d.* 2. *n.* 4. it. *p.*1. *c.*5.*d.*26.*n.*4.

Per processum summarium lites citius dirimuntur, *p.*2.*c.*7.*d.*5.*n.*9.

In summariis causis absque strepitu judicii solâ facti veritate inspectâ proceditur, *p.*2.*c.*5. *d.*26.*n.*4.

Processus Feudalium causarum vide supra Feudalium causarum Processus.

PROCESSUS REASSUMTIO.

In quovis tempore judicii actore vel reo defuncto ejus heredes Processum Reassumere tenentur, *p.1.c.11.d.16.*

In tantum ut litis Reassumtione non præcedente nullitas committatur, *ib. n.5.*

Etiam post conclusionem causæ, si pars moriatur ante executionem, *n.9.*

Si heredes ad Reassumendum citati non comparent, in eorum contumaciam Processus habetur pro reassumto, *ib. n.10.*

In una eademque sententia heredibus Reassumtio Processus ac litis contestatio aliusque actus judiciarius simul rectè injungitur, *p.1.c.11.d.17.*

Opus est Reassumtione Processus, etiamsi defunctus per Procuratorem litem peregerit, *p 1.c.11.d.18.*

Si Procurator, post litem contestatam, ubi jam Dominus litis factus est, moriatur, litis Reassumtione opus non est, sed sufficit in locum demortui alium substitui Procuratorem, *p.1.c.11. d.18. n.1.*

Ad Reassumtionem Processus non admittitur Procurator, absque speciali mandato ad reassumtionem sibi dato, *p 1.c.17.d.41.*

Heredes ad Processum continuandum non admittuntur, priusquam illum legitimè reassumserint, *p.1.c.20.d.18. n.1.*

Majore universitatis parte defunctâ, litis Reassumtione & novo Syndicatus instrumento opus est, *p.1.c.13.d.10.*

PROCURATOR.

Procurator absque mandato non admittitur, & quomodo in terris Electoratus Sax. hoc casu pronunciandum, *p. 1. c. 1. d. 26.*

Eum judex ex officio repellere tenetur, *n. 3.*

Ejus contrà facientis mulcta, *n.6.*

Quam à suis clientulis repetere non potest, *n.7.*

Sumptus quoque hoc casu parti adversæ sunt refundendi, *n.8.*

Procurator in causis criminalibus ex parte rei haud admittitur, *p.4.c.42.d. 3.n.7.*

Procurator in casibus magni præjudicii non admittitur absque speciali mandato, *p.2.c.17.d.43.n.6.*

Procuratorem sinecuratore ordinari minores prohibentur, *p.1.c.1.d.32.n.5.*

Procuratoris conditio deterior esse non debet, quàm ipsius principalis, cujus causa agitur, *p.1.c.5.d.5.n.3.*

Procuratoris negligentia in ipsa causa Domino præjudicat, datur tamen ei regressus adversus Procuratorem, *p. 1. c. 1. d. 22.*

A Procuratore gestum perinde est, ac si à Domino gestum esset, *ib. n. 2.*

Dominus sibi imputare debet, quod negligentem Procuratorem elegerit, *d. n. 2.*

Si Procurator intra decennium post latam sententiam non appellaverit, nec Dominus postea admittendus erit, *ib. n. 3.*

Nec refert, an Dominus sententiam latam esse sciverit, nec ne, *n.4.*

Idem est, si terminum probatorium præterlabi passus est, *n. 5.*

Attamen, si procurator solvendo non sit, in subsidium saltem Dominus restitutionem in integrum petere valet, *p.1.c.1.d.23.*

Ne ex aliena culpa sentiat jacturam bonæ litis, *ib.n.3.*

Procuratoris culpa nocet Domino quomodo intelligendum, *p. 1. c. 1. d. 23. n. 5.*

Si dolo Procuratoris aliquid omissum fuerit, eo haud existente solvendo Domino jus suum ipso jure salvum ac integrum erit, *ib. n.6.*

PRODIGUS.

Prodigus est, qui neque tempus neque finem expensarum habet, sed bona sua dissipando & dilapidando profundit, *p.3.c.6.d.9.n.1.*

Prodigus quoad administrationem comparatur in jure pupillo, *p.21.c.15.d.37. n.7.* it. *p.3.c.6.d.9.n.3.*

Magistratum super prodigalitate cognoscere & pronunciare oportet, *p.3. c.6. d. 10. n. 3.*

Prodigus, cui bonis à Magistratu interdictum est, absque curatore contrahere nequit, *p.3.c.15.d.37.*

Modo contrahens cum prodigo bonorum interdictionem non ignoraverit, *n. 8.*

PRODUCERE. PRODUCTUM.

Omne productum in judicio censetur per producentem approbatum, *p.1.c. 17.d.7.n.1.*

Productorum prolixitas vel ex inhiatione Advocatorum turpis lucri, vel aliquando ex ostentatione, vel ex malitiosa litis protelatione provenit, *p. 1. c.1.d.19.n.2.*

Actor in judicio ad libellum in rescriptis oblatum & productum se inferens, illumque in termino verbotenus repetitum velle dictitans audiendus est, *p. 1. c. 1. d. 3.*

Modo de animo repetendi expresè constet, *n.7.*

Post litem etiam contestatam litigatores jura sua vivâ voce proponere tenentur in foro Sax, *p.1. c.9.d.1.*

Impetrare tamen possunt litigantes à judice, ut post litem contestatam merita causæ scriptis mutuis tractent ac proferant, *p.1.c.9.d.2.*

Jus litigatorum in foro Electoratus Sax. non mutuis scriptis, sed vivâ voce est proponendum, *p.1. c.1.d.1.*

Quod etiam procedit in concursu Creditorum aliisque causis summariis, *p. 1. c. 1. d. 4.*

Ad causas autem Metallicas hoc trahendum non est, *ib.n.10.*

Partium quoque conventione fieri potest, ut non vivâ voce, sed mutuis scriptis in causa judiciali procedatur, *p. 1. c. 1. d. 5.*

In Processu autem criminali ordinario semper vivâ voce est agendũ, etiamsi partes aliter convenerint, *p.1.c.1.d.6.*

PROFESSOR.

Professoribus salaria vel honoraria annua, à Repub. vel privatis constituta, totius temporis debentur, quàntumvis hi ante tempus decesserint, *p.2.c. 51.d.12.n.1.*

PROHIBITIO.

Prohibitionis ratione correctâ ipsa quoque prohibitio correcta censetur, *p.3. c.6.d.3.n.5.*

Prohibitionis ratione cessante ipsa quoque videtur cessare prohibitio, *p.3. c. 28. d. 12. n. 5.*

Quæ propter legis prohibitionem fieri non possunt, si tamen adversario non contradicente fiant, minimè improbantur, *p.1.c.12.d.18.n.6.*

Prohibitum unâ viâ, aliâ non censetur permissum, *p.3.c.7.d.5.n.4.*

Prohibita multa principaliter in consequentiam saltem permittuntur, *p.3.c. 3.d.6.n.11.*

Multa contra prohibitionem facta firmitatem obtinent, *p.1.c.13.d.6.n.8.*

PROMISSIO.

Promissio sub verbo divinæ veritatis facta omninò servanda est, *p.2.c.36. d. 8.n.1.*

Promissio facta sub dignitatis splendore quando æquipolleat juramento, *p. 2.c.36.d.9.*

Vide plura supra in vocabulo Juramentum.

In omni promissione modicum & superfluum excluditur, *p.1.c.31.d.32.n.6.*

Quoties promissum est plus, quam promitti oportuit, non tota obligatio, sed tantummodo id, quod superfluum est, infirmatur, *p.2.c.19.d.9.n.13.*

PROPONERE.

Vide infra Versetzen.

PROPRIETARIUS.

Proprietarius & usufructuarius in æris alieni exsolutione æquas partes sustinent, *p.3.c.13.d.8.n.9.*

Proprietarius de usufructu penes alium existente pacisci potest in casum, quo defuncto illo ususfructus ad se reversus fuerit, *p.2 c.35. d.18.n.11.*

PROPRIETAS VERBORUM.

Haud fas est recedere à proprietate verborum, ubi voluntas & res subjecta aliud necessariò non suadet, *p.3. c.29. d. 16. n. 5.*

PROROGATIO.

Prorogatio elapso termino amplius non conceditur, *p 1.c.16.d.15.n.4.*

Prorogatione concessâ currit terminus à tempore indultæ dilationis, *ib.n.5.*

Nisi forsan per sententiam interlocutoriam prorogatio ad lapsum primi termini expresè fuerit restricta, *d.n. 5.*

PROTOCOLLUM.

Protocollum Notarii quæ requisita habeat, *p.1.c.17.d.44.n.5. & seq.*

PROVISIO.

Provisio hominis quando non tollat provisionem legis, *p.3.c.7.d.25.n.6.*

PROTESTATIO.

Protestatio interveniens conservat jus protestantis, *p.2.c.28.d.10.n.6.* it *p.2. c.2.d.6.n.4.*

Protestatio contraria facto nihil operatur, *p.1.c.17.d.16.n.7.*

Protestatio ex intervallo non prodest, nec retrotrahitur ad tempus dispositionis, quando agitur de præjudicio tertii, cui jus fuit quæsitum, *p.2. c.10. d.22.n.7.* it. *p.2.c.30.d.11.n.11.*

Protestatio contra solennia alicujus actus addita nulla est & irrita, *p.1.c.16. d.5.n.4.* it. *p.1.c.17.d.2.n.4.*

Protestatio interposita super eo, quod non dependet à voluntate partium, sed ex dispositione juris, nec protestantem relevat nec quicquam operatur, *p.1.c.11.d.14.n.4.*

Protestatio tum demum vim Leuterationis habet, quando sententia verbis expressis suspenditur à viribus rei judicatæ, *p.1.c.19.d.22.*

Per nudam protestationem sententia à viribus rei judicatæ non suspenditur, *ib. n. 4.*

Non

Non quid proteſtans locutus eſt, ſed quid ſenſerit, potiſſimum inſpici debet, *ib. n.7.*

JUS PROTIMISEOS SEU RETRACTUS.

Jus protimiſeos ſive retractus admodum odioſum eſt, *p.2.c.32.d.4.n.7.*

Statutum quoq; jus protimiſeos in venditione permittens, admodum odioſum eſt, & contra jus commune introductum, *p.2.c.31.d.15.*

Olim de jure communi nemo bona ſua extraneo vendere, ſed jure protimiſeos proximi cognati aliique conſortes ea ſemper revocare valebant *p.2. c.31.d.1.n.1.& 2.*

Jus protimiſeos hodie generaliter ſublatum eſt, nec reſtauratum in Imperio Romano-Germanico per Conſtitutionem Friderici Imp. *d.d.1.*

Jus protimiſeos locum habet iis in locis, ubi conſuetudine vel ſtatuto illud eſt introductum, *p.2.c.31.d.2.*

Qua ratione nitatur, *ib.n.2.*

Jure canonico ac jure divino firmatum eſt, *n.4. & 5.*

Jus congrui ex diviſione competens (das Geſpielde) non niſi in Thuringia, aliisque locis, ubi hoc ſpecialiter uſu receptum eſt, obtinet, *p.2.c.31.d.3.*

Inter coheredes communem hereditatem paternam poſſidentes jus retractus locum habet, *p.2.c.31.d.4.*

Jus protimiſeos poſſeſſori alicujus fundi competit in pretio ex fundo diſtinctis terminis ſolvendo, in Erbe/ oder Tagzeiten/ ſi is pro parata pecunia vendatur, *p.2. c.31.d.5.*

Jus protimiſeos ſicuti in Feudis, ita & in bonis Emphyteuticis Domino directo competit, *p.2.c.31.d.6.*

Jus retractus in allodialibus ac cenſiticis bonis non competit Domino, niſi juſta ſubſit cauſa retinendi ſubditum, *p.2.c.31.d.7.*

Jus retractus in locatione prædiorum publ. locum habet, non etiam in locatione prædiorum privatorum, *p.2. c.31.d.8.*

Jus protimiſeos locum habet, ſi ex pacto fuerit acquiſitum, *p.2.c.31.d.9.*

Quod tamen ſtrictè accipiendum, *n.7.*

Jus protimiſeos in foro Sax. liberis datur in bonis avitis: Et quid ſi plures liberi concurrant, *p.2.c.31.d.10.*

Jus protimiſeos in bonis avitis ſolis liberis competit, non fratribus, nec aliis collateralibus in Electoratu Sax. *p.2. c.31.d.11.*

Non ſolum legitimis, ſed etiam legitimatis, *n.5.*

Item filiabus, *n.6.*

Cur liberis conceſſum, *p.2.c.31.d.19.n.1.*

Spatium annale juri protimiſeos in foro Sax. præfinitum, de anno civili, non Saxonico accipi debet, *p.2.c.32.d.4.*

Non continuum, ſed utile, adeoque nec abſenti nec ignoranti currit, *p.2.c.32. d.6.*

Nondum facta traditione poſt annum etiam à tempore venditionis efluxum bona avita à liberis revocari poſſunt, *p.2.c.31.d.12.*

Traditio bonorum avitorum non impedit jus protimiſeos linearium, niſi præceſſerit judicialis reſignatio venditoris, *p.2.c.31.d.13.*

Bona avita juri protimiſeos ſubjecta dicuntur ſolummodo ea, quæ à parentum avis, liberorumque proavis & ulterioribus parentibus proveniunt, *p. 2. c.31. d.14.*

Jure protimiſeos parentes de bonis avitis teſtari non prohibentur, *p.2. c.31. d.15.*

Jus protimiſeos venditis ſub haſta bonis avitis, nec dum factâ adjudicatione liberis competit, *p.2.c.31.d.18.*

In ſola venditione, non etiam in transactione, aliove contractu liberis bona avita jure protimiſeos redimere licet, *p.2.c.31.d.17.*

Jus protimiſeos quoad bona avita locum non habet in permutatione, *p. 2. c.31. d.16.*

Jus protimiſeos non tribuit communis & indiviſa alicujus rei poſſeſſio, *p.2.c. 31.d.21.*

Plura vide infra in verb. Jus Retractus.

JUS PROTIMISEOS CONVENTIONALE.

Jus protimiſeos conventionale non tribuit poteſtatem retrahendi bona contra pactum vel conventionem alienata, datur tamen hoc caſu adverſus alienatorem actio ad intereſſe, *p. 2.c.32. d.8.*

Neque is, cui jus protimiſeos competit ex diſpoſitione teſtatoris, bona alienata revocare, ſed ſolummodo adverſus heredem ad intereſſe agere poteſt, *p.2.c.32.d.9.*

Reſcindit tamen jus protimiſeos conventionale venditionem, ſi nondum traditio rei venditæ ſubſecuta ſit, *p.2. c.32. d.10.*

Si hypotheca ſuper jure protimiſeos conventionali expreſsè reſervata fuerit, *p.2.c.32.d.11.*

Si emptor pactum illud ſciverit, fraudisque particeps fuerit, *p.2.c.32.d.12.*

Jure protimiſeos conventionali non niſi 30. annis, anno & die in foro Sax. præſcribitur. *p.1.c.32.d.13.*

Jus protimiſeos conventionale cedi poteſt extraneo, *p.2.c.32.d.20.*

Nec cum perſona contrahentium extinguitur, ſed ad heredes tranſit tàm teſtamentarios, quam ab inteſtato, *p.2. c.32. d.21.*

Pactio juris protimiſeos tantùm actionem perſonalem tribuit, *p.2. c.32. d.8.n.4.*

PROVOCANS.

Provocans aliquem ad violentiam, ipſe eſt auctor cædis, & tenetur de omnibus etiam non cogitatis, & calor iracundiæ non excuſat eum quando fuit cauſa rixæ, *p.4.c.12.d.8.n.13.*

Provocans aliquem ad duellum arbitrariè punitur, *p.4.c.9.d.1.*

Provocans contra Deum, contra Magiſtratum, contra proximum & contra ſe ipſum peccat, *ib.n.3.*

Provocans non poteſt evadere pœnam homicidii ordinariam, ex eo quod in duello provocatum necaverit, *p.4.c. 9. d.2.*

Provocatus autem occiſor à pœna ordinaria homicidii liberatur, *n.3.*

Ratio diverſitatis, *n.4 & 5.*

Etiamſi provocans in duello primum ſuccubuerit, *p.4.c.9.d.3.*

PROVOCATUS.

Provocatus comparere non debet, ſed potius contra provocantem judicio experiri, *p.4.c.10.d.1.* it. *p.4.c.9.d.1.n.5.*

Qui provocatus verbis contumelioſis ad duellum provocantem occidit, nunquam pœna corporis afflictiva plectitur, *p.4.c.10.d.1.*

Qui abſque verbis contumelioſis provocatus ad duellum necat provocantem, fuſtigationis pœnam haud effugiet, *p.4.c.10.d.2.*

Provocatus, qui necavit provocantem, ad exſolutionem quoque Werigeldi condemnatur, *p.4.c.10.d.3.*

Provocatus videtur excuſatus de eo, quod ita commotus contra provocantem fecit, *p.4.c.12.d.8 n.13.*

Qui provocatus ad iram aliquid fecit, non incipere dicitur, ſed potius ille Princeps culpæ eſt, à quo malitia incipit, *p 4.c.9.d.4.n.5.*

Provocatus qui ſe voluit ulciſci, ei eſt ignoſcendum, *p.4.c.10. d.1.n.5.*

PUBLICUS.

Publicum bonum ſubditus quivis Promovere debet, *p.2.c.33. d.16.n.4.*

Publici utilitatis intuitu inducta partium conſenſu mutari haud poſſunt, *p.1.c.1.d.5.n.3.*

Publicæ utilitatis gratia à Regulis juris receditur multaq; permittuntur, quæ alias ſunt interdicta atque prohibita, *p.2.c.4.d.12.n.7.*

Publicæ utilitatis ratio potior habenda eſt, *p.1.c.19 d.33.n.5.*

Publicum commodum privatorum utilitati præferendum, *p.1.c.32.d.41.n.6.* it. *p.2.c.37.d.23.n.6.*

PUBERTAS.

Pubertas nec non Majorennitas quo anno incipiat in foro Sax. *p.2. c.11. d.9.*

Pubertatis annos terminat jus Sax. Feudale in heredibus feudalibus finito 13. anno cum 6. hebdomadis, *ib.n.3.*

Puberes maſculi habentur, qui 14. annum compleverunt, *p.3.c.6.d.6.n.5.*

Dies autem cœptus pro completo habetur, *ib.n.6.*

Puberes inconſulto inſcioque curatore teſtari poſſunt, *p.3.c.1.d.12.n.6.*

PUNIRI.

Publica utilitas maleficia confeſtim ſuadet puniri, *p.1.c.20.d.20.n.4.*

Reus punitus in loco prævento, amplius nequit puniri ab alio delicti judice, *p. 4.c.1. d.18.n.3.*

Reus in uno foro licet condemnatus ad pœnam, ſi tamen eam non ſolverit, vel hoc nomine cautionem præſtiterit, in alio foro ob idem delictum poteſt puniri, *d.d.18.*

Reus non ſufficienter punitus denuò poteſt puniri, *p.4.c.48.d.9.*

Rei in eo membro puniantur, in quo deliquerunt, *p.4 c.48.d.2.n.3.*

Puniri delictum in conſpectu judicis pro tribunali ſedentis commiſſum abſq; ulteriori probatione & proceſſu poteſt, *p.1.c.16 d.28.*

Severius animadvertendum adverſus eum, qui in domo principis, curia, theatro, alove loco publ. peccat, violatâ ejuſdem loci ſecuritate ac religione, *p.4 c.13.d.9.n.8.*

PUPILLUS.

Pupillus ea, quæ videt, ignorat, *p.3.c.4. d.6.n.1.*

Pupillus non habet diſcretionem, *p.1.c. 24. d.12. n.4.*

Pupillus ſine tutore contrahens an naturaliter obligetur, *p.2.c.15.d.7.n.10.*

Pupillus tutori, ipſomet autore, obligari nequit, *p.2.c.13 d.10.n.2.*

Pupillis & minoribus juramentum litis deciſivum deferri poteſt, *p. 1.c.14. d. 11. n.1.*

Pupillo facta solutio absque decreto judicis non liberat debitorem, etiamsi tutoris autoritas intervenerit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 45.

Pupilli debitorem judicialis Quietatio non liberat, si non decretum judicis præcesserit, *p.*2.*c.*11.*d.*46.

Pupillo vel tutori solutio extrajudicialiter facta non impugnari potest, si pecunia deperdita non sit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 47.

Pupillorum favore receditur à Regulis juris, *p.*1.*c.*24.*d.*12.*n.*8.

Pupillam tutor in uxorem ducere non prohibetur, *p.*4.*c.*20.*d.*17.

Si rationes prius reddiderit, *n.*4.

Hæc restrictio si observetur, nec jus civile adversabitur, quod tamen ante redditas rationes inter tutorem & pupillam conjugium neutiquam permittit, *n.*7.& 8.

Pupilli, filiæ, universitates, Ecclesiæ & hospitalia quatenus & quamdiu utantur jure tacitæ hypothecæ in feudis, *p.*2.*c.*25.*d.*4.

Pupillo comperens privilegium taciti pignoris datur causæ, non personæ, ideoque transit in heredem, *p.*2.*c.*24. *d.* 13. *n.* 2.

Pupillis jus tacitæ hypothecæ competit in bonis tutoris, quod jus incipit à die susceptæ vel confirmatæ tutelæ, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 114.

Pupillus & minor rem suâ pecunia emptam jure pignoris obligatam habet, etiamsi de hypotheca sibi expressè non prospexerit, *p.*1.*c.*28.*d.*109.

Si ab ipso tutore pecuniâ pupilli res comparetur, dominium & utilis vindicatio pupillo acquiritur, *ib.n.*6.

Q.

QVADRUPLICA.

Ultra Quadruplicam litigatores jura sua proponentes non sunt audiendi, *p.*1.*c.*1.*d.*7.

In Quadruplica si quid novi à Reo proponitur, in judicando non attendi debet, *p.*1.*c.*1.*d.*8.

QVALITAS.

Qualitas adjuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, *p.* 2. *c.* 43. *d.* 14. *n.* 4.

Qualitas, quæ in materia, de qua agitur, nihil operatur, attendenda non est, *p.*2.*c.*14.*d.*57.*n.*7.

QVICUNQVE.

Vocula quicunque neminem excludit, *p.* 4.*c.*9.*d.*5.*n.*8.

QVIETATIO.

Quietatio judicialis non liberat debitorem pupilli, si non decretum judicis præcesserit, *p.*2.*c.*11.*d.*46.

Solvens minori debitum, quandoque plenam, quandoque pleniorem & quandoq; plenissimam liberationem & Quietationem acquirit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 47.

Quittantia seu Apocha tutoris non liberat debitorem, quo minus à minore in solutione læso conveniri queat, *p.*2.*c.*11.*d.*37.

In Quietantiis & solutionibus locum habet beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. *p.*2.*c.*34.*d.*12.

Totius debiti solutio non probatur Quietatione Creditoris, si ad certam summam hæc præsumtivè restringi queat, *p.*2.*c.*29.*d.*13.

Per Quietantiam liberans debitorem, etsi non civiliter, naturaliter tamen obligatur de non amplius petendo, *p.* 2.*c.*15.*d.*3.*n.*6.

R.

RABULA.

Rabularum forensium, *p.*1.*c.*1.*d.*18. *n.*5. *& seqq.*

RADIX.

Radice infectâ infectum est omne, quod ab ea descendit, *p.*3.*c.*28.*d.*9.*n.*14.

RAPINA.

In Rapinæ sive deprædationis crimine non tàm noxa & damnum per ablationem rei datum, quàm violatio securitatis in via pub. & provincia attenditur, *p.*4.*c.*35.*d.*4.*n.*1.

Plura vide infra in vocab. Robbaria.

RAPTOR.

Inter Raptorem & raptam hodie de jure Canonico matrimonium subsistit, *p.*4.*c.*30.*d.*7.*n.*10.

RATIHABITIO.

Ratihabitio comparatur mandato, *p.*1. *c.* 19.*d.*6.*n.*2.

Limitatur re non amplius integra, *n.*5.

Et in præjudicium adversæ partis, *n.*6.

Cautio Rati præstanda sub obligatione expressa bonorum immobilium judiciali autoritate Magistratus ejus, cui subjecta sunt, *p.*1.*c.*1.*d.*29.*n.*7.

RATIO.

Ratio naturalis inprimis in causarum decisionibus est inspicienda, *p.*3. *c.*14. *d.* 2. *n.* 4.

Casus, quos Rationis paritas nectit, quoad juris dispositionem separandi non sunt, *p.*3.*c.*3.*d.*34.*n.*6. *p.*2 *c.*10.*d.*32.*n.* 12. *p.*2.*c.*6. *d.*16.*n.*11.

Ratio diversa diversam juris decisionem exigit, *p.*3 *c.*33.*d.*14.*n.*7. it. *p* 1.*c.*28. *d.*163.*n.*4.

RATIONES.

Rationum liber probat in iis, quæ pendent à voluntate nostra, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 23.*n.*3.

Qui ob Rationes redditas plenissimam liberationem consecutus est, non eo minus reddere debet res, quas penes se habet, ex administratione, *p.* 2. *c.* 24. *d.* 16. *n.* 6.

REACCUSARE.

Reaccusare nequit accusatorem reus alicujus criminis accusatus lite pendente, *p.*1.*c.*9.*d.*14.*n.*8.

REASSUMERE PROCESSUM.

Vide supra Processus reassumtio.

RECOGNOSCERE: RECOGNITIO.

Recognitio quævis non plenam fidem tribuit, sed justa & legitima, *p.*1.*c.*17. *d.*16.*n.*1.

Recognitio debitoris vim confessionis habet, cui omninò standum est, *p.* 1. *c.*17.*d.*12.*n.*8. it. *p.*1.*c.*20.*d.*15.*n.*3.

Recognitio instrumentorum, paratam executionem habentium, reo est injungenda, *p* 1 *c.*17.*d.*10.*n.*4.

Est loco litis contestationis, *n.*5.

Recognitionis necessarium requisitum est, ut fiat coram judice competente, *p.*1.*c.*17.*d.*16.*n.*2.

Et ex judicis mandato in judicio eo, ubi instrumenta fuere producta, *p.*1.*c.*17. *d.*17.*n.*1.

Recognitio documentorum per Procuratorem quoque & curatorem fieri potest, *p.*1.*c.*17.*d.*18.

Modo Procurator ad id speciale habeat mandatum, *ib.n.*4. it.*p.*1.*c.*17.*d.*43.

Item per Curatorem in litem, *d.d.*18. *n.*5.

Dissessio autem jutata per ipsum principalem fieri debet, nec admittitur Curator vel Procurator, *p.* 1. *c.*17. *d.* 19.

Recognitio ex causa senectutis, adversæ valetudinis, dignitatis &c. subsistit, extra judicii locum in domo recognoscentis facta, *p.*1. *c.*17.*d.*17.

Si Recognoscenda venit propria scriptura, eò magis scribens ipsemet jurare tenetur, *p.*1.*c.*14.*d.*9.*n.*5.

Absque Recognitione publicum etiam instrumentum in foro Sax. non probat, *p.* 4. *c.*44. *d* 9. *n.*4. it. *p.*1. *c.*17. *d.* 20.

Secus de jure communi, *n.*1. *&* 2.

Absque Recognitione nihil probat instrumentum, etiamsi huic expressè in instrumento fuerit renunciatum, *p.*1. *c.*17. *d.* 23.

Recognosci debet instrumentum ex eo solo, quod sigillum est appositum, licet manu sigillantis nec scriptum nec subscriptum fuerit, *p.*1.*c.*17.*d.*21.

Recognitio scripturæ etiam alienæ ad petitionem actoris reo injungitur, modò verisimiliter appareat, ipsum notitiam ejus habere posse, *ib.n.*6.

Recognitio sigilli etiam heredum tutoribus injungi potest, *d.n.*6.

Recognosci debet instrumentum etiam non sigillatum, *p.*1.*c.*17.*d* 22.

Scriptura privata Recognita æquiparatur publ. instrumento, *ib.n.*6.

Recognoscere adversarius instrumenta contra se producta absque juramento, vel mediante jurejurando diffiteri tenetur, *p.*1 *c.*17.*d.*12.

Alia est ratio testium, qui suas vel aliorum scripturas, subscriptiones & sigilla semper mediante juramento recognoscere compelluntur, *ib.n.*12.

Alioquin documenta producta pro Recognitis habentur, *p.*1.*c.*17.*d.*13.

In arbitrio producentis est, an documenta contra aliquem producta ejus diffessioni juratæ submittere, an verò hæc per testes Recognosci facere velit, *p.*1.*c.*17. *d.*14.

De non Recognoscendo protestatio adjecta recognitioni, non facit, quò minus instrumentum pro recognito habeatur, *p.*1.*c.*17.*d.*16.

Recognoscunt fœminæ documenta coram Notario judicii ad ædes illarum misso, *p.*1.*c.*17.*d.*71.*n.*5.

Recognitione documentorum facta statim executivè est procedendum, *p.*1 *c.*17.*d.*43.*n.*5.

Neque in causis executivis necessaria est solennis contestatio litis, sed sufficit instrumentum Guarentigiatum à Reo Recognosci vel juratò negari, *p.*1. *c.* 10. *d.* 10.

Ultra Recognitionem tamen tenetur reus litem contestari, si actor unà cum producto instrumento libellum exhibuerit, *p.*1.*c.*10.*d.*11.

Nec decernendum est super prioritate Creditorum, antequam instrumenta exhibita debitor Recognoverit, vel juratò diffessus fuerit, *p.*1.*c.*28.*d.*6.

RECONDUCERE.

Conductor finito conductionis tempore re-

re remanens in prædio conducto eâdem pensione, iisdemque, quibus antea, conditionibus illud Reconduxisse censetur, *p.2.c.1. d.26.n.1.*

RECONVENTIO.

Reconventio quid, *p.1.c.7.d.1.n.1.*
Ejus origo & natura, *n.2.*
Differentia specifica, *n.3.*
Effectus, *n.8.* it. *p.1.c.7.d.3.n.1.*
Reconventio non dicitur exceptio, sed actio mutuaq; petitio, *p.1.c.7.d.1.n.1.*
Ad Reconventionem duo necessariò requiruntur.
1. Facultas de causa illa cognoscendi.
2. Jurisdictio judicis ordinaria, *p.1.c.7. d.5. n.2.*
Reconventio de jure communi cum causa conventionis simul & pari passu in eodem judicio agitari debet, *p.1.c.7. d.1.*
In Reconventionis & conventionis judicio diversæ causæ ventilari possunt, *ib.n.4.*
Reconventio non admittitur de jure communi post litem contestatam, *p.1.c.7.d.2.*
Reconventionis judex tanquam suspectus ab actore recusari nequit, *p.1.c.7.d.3.*
Reconventio locum habet in iis tantummodò causis, de quibus judices per modum conventionis cognoscere possunt, *p.1.c.7.d.4.*
Reconventio actorem exceptione incompetentiæ uti prohibet, *ib.n.1.*
Reconventio coram arbitris prorsus non habet locum, *p.1.c.7.d.5.*
Fallit in arbitris juris, *n.5.*
Reconventione cessante cessat effectus reconventionis, *p.1.c.7.d.10.n.5.*
Reconveniens in causis injuriarum connexis ante finitam conventionem usque ad litis contestationem inclusivè agere valet, *p.2.c.7.d.13.*
Hujus specialitatis duplex ratio, *n.3.*
Reconveniens actorem injuriarum ante finitam conventionem, quâ se injuriatum contendit, non admittitur ad litis contestationem, *p.1.c.7.d.14.*
In Reconventionis causâ non potest actor declinare forum ex eo, quod nondum finitâ conventione destitit à lite, *p.1. c.7. d.15.*
Actor Reconventus non potest retardare processum propter non factam refusionem expensarum litis, si eas in conventionis libello non petierit, *p.1. c.7.d.17.*
Reconventionis reconventio vix dari potest, *p.1.c.5.d.24.n.1.*

REDIMERE.

Redimere licet debitori eodem pretio bona Creditori tradita intra anni spatium, *p.2.c.31.d.18.n.7.*
Redimenti fundum adjudicatum debitori non tenetur Creditor ad rationum redditionem aut restitutionem fructuum, *p.1. c.32. d.56.*
Sed Creditori res adjudicatas intra annum Redimens obligatus est, ad refundendas melioriationes & impensas, *n.1.*
Redimens debitor bona, Creditori adjudicata non tenetur præstare Domino Laudemium, *p.1.c.32.d.57.*
Minor Redimere volens prædium per curatores venditum a possessore, tenetur emptori præstare omnes impensas, quas bonâ fide emtor se fecisse probaverit, *p.2.c.1.d.27.n.3.*
An filius bona paterna Redimens sumtus, quos mater in nuptias sororis impendit, unà cum pretio & restituere sit obstrictus, *p.2.c.1.d.19.n.3.*
Juri Redimendi & revocandi Feudum intra quot annos præscribatur, *p.2.c.50.d.1.d.2.d.3.d.4.d.5.*
Redemtio pro parte fieri nequit, nec sors per partes reddi, *p.3.c.24.d.15.n.8.*
De materia Redimendi vide plura infrà in voc. Reluitio, & jus Retractus.

REDITUS ANNUI.

Reditus annui inter immobilia referantur, *p.1.c.5. d.16.n.1.*
Reditus annui tertiam & peculiarem bonorum speciem constituunt, *p.2.c.23. d.3.n.2.* it. *p.3.c.24.d.1.n.2.*
Redituum annuorum emtio differt à mutuo, *p.3.c.24.d.16.n.3.*
Redituum annuorum emtio nec illicita est nec usuraria, *p.3.c.24. d.12.*
Non tamen Annuos Reditus Redimibiles aliter emere licet, quàm si 5. pro 100. constituantur, *p.3.c.24.d.13.*
Reditus annui ultra quincunces soluti non sorti imputantur, sed de futuris pensionib. detrahuntur, *p.3.c.24.d.15.*
Id quod annuatim ex Redituum emptione percipitur, non est usura nec accessio aliqua ad sortem, sed ipsa sors sive merx vendita, *p.2.c.2.d.1.n.5.* it. *p.1.c.28.d.169.n.4.*
In Redituum emtione ad vitam propter ætatum discrimina, incertitudinem eventus, aliasque circumstantias toleratur redituum seu pensionum major solutio, *p.2.c.24. d.3.n.4.*
Reditus annui ad vitam emti, mortuo ante diem solutionis emtore, pro rata temporis inter ejus heredes & venditorem dividuntur, *p.3.c.16.d.4.*
Emtor annuorum Redituum redimibilium non habet facultatem repetendæ sortis, sed arbitrium redimendi census annuos soli venditori competit, *p.3. c.24. d.16.*
Nec valet pactum, quo emptor annuorum Redituum sortis repetitionem sibi reservavit, licet contrahentes Constitutioni Imperii expressè renunciaverint, *p.3.c.24. d.17.*
Ex conventione tamen potest competere emtori facultas repetendi sortem in casu, quo venditor moram contrahit in præstando Reditu, *p.3.c.24.d.18.*
Emptori annuorum Redituũ licet quoque recuperare sortem, si contrahentes ab emptione recesserint, eam in mutuum convertentes, *p.3.c.24.d.19.*
Ad resolvendam emtionem annuorum Redituum nullâ retrovenditione opus est, sed sufficit sola pecuniæ restitutio, *p.3.c.24.d.20.*
Reditus annui, aliiq; fructus civiles intra 30. exigibiles in totum ad defuncti heredes pertinent, *p.3.c.16.d.8.*
Reditus annui non dicuntur percepti esse, antequam dies illorum cedat, h. e. antequam deberi incipiant, *p.3.c.6.d.5.n.6.*
Fructus civiles, puta annuos Reditus, census, Decimas, &c. heredes allodiales eo solummodò casu lucrantur, si vivente Vasallo dies solutionis cesserit, *p.3.c.32.d.19.*
Aliud obtinet in Annuis censibus viduæ jure dotalitii, aut legatario ex testamento competentibus, *ib.n.9.*
Intra 30. etiam exigibiles fructus civiles ad vasalli defuncti heredes pertinent, *p.3.c.32.d.20.*
Exiguntur quoque annui Reditus ab heredibus vasalli defuncti allodialibus, si paulo post 30. terminus solutionis cesserit, *p.3.c.32.d.21.*
Reditus annui, census, aliique fructus civiles viduæ jure dotalitii competentes, defunctâ eâ, ante solutionis diem inter heredes ipsius & novum possessorem pro rata temporis dividuntur, *p.3.c.16.d.1.*
Quod & verum est in censibus ac pensionibus, quæ singulis mensibus vel aliis temporibus præfinitis solvuntur, *p.3.c.16. d.2.*
Reditus Annui ex legato debentur legatario pro rata ejus temporis, quo testator defunctus est, *p.3.c.16.d.3.*
Reditus ac census annui, usufructuariô ante diem solutionis defunctô, in totum ad proprietarium pertinent, nec quicquam heredes usufructuarii de hisce lucrantur, *p.3.c.16.d.5.*
Defunctô Vasallô ante terminum solutionis Reditus annui aliiq; fructus civiles, quorum dies intra 30. non cessit, ad successorem feudi pertinent, exclusis vasalli heredibus, *p.3.c.16.d.6.*
Annui census amissô ex culpa viduæ dotalitiô ante terminum solutioni præfixum, in totum novo possessori cedunt, *p.3.c.16.d.9.*
Reditibus annuis ex pacto de retrovendendo in futurum solvendis non præscribitur, *p.2.c.2.d.1.*
Sed de illis de anno in annum, & pro singulis, pro quibus cessatur, 30. annorum spatio præscriptio procedit, *ib. n. 3.*
Præscriptio Quadragenaria pertinet etiam ad Reditus annuos, qui Ecclesiæ aliisvè piis locis debentur, *p.2.c.5. d.4.*
Reditus annui in foro Sax. non nisi judicialiter validè oppignorantur, *p.2. c.23. d.3.*
Nec Reditus annui, nec ususfructus bonorum avitorum sine consensu heredum validè donantur, *p.2.c.12.d.7.*
Annui Reditus sive ex bonis immobilibus, sive solâ personali obligatione uxori debeantur, defunctâ eâ non marito, sed heredibus cedunt, *p.3. c.24. d.1.*
Quod & verum, si annui Reditus uno anno in frumento, altero verò in pecunia numerata solvantur, *p.3. c.24.d.2.*
Reditus quoque annui sub pacto retrovenditionis empti instar bonorum immobilium uxoris defunctæ heredibus cedunt, *p.3.c.24.d.3.*
Sub pacto tamen repetendi sortem emti Reditus annui instar mobilium marito deferuntur, *p.3.c.24.d.4.*
Annui Reditus, quorum dies cessit, pro mobilibus habentur, & ad maritum superstitem pertinent, *p.3.c.24.d.5.*
Defunctâ autem uxore ante solutionis diem, annui Reditus postea exigibiles inter heredes & maritũ pro rata temporis sunt dividendi, *p.3.c.24.d.6.*
In venditione annuorum Redituum à civitate facta probatio in rem versionis ab emtore non exigitur, *p.2.c.6. d.20.*
Reditus annui etiam redimibiles hypothecariis antiquioribus præferuntur, *p.1.c.28.d.55.*

REGALIA.

Regalia tantùm concessione speciali aut præscriptione immemoriali hodie in foro Sax. acquiruntur, *p.2.c.53.d.1.n.13.* it. *p.2.c.3.d.24.*

RELATIO.

Per Relationem quid proponatur, an per narrationem perinde est, *p.1.c.1.d.3.n.6.*

Verba Relativa debent intelligi respectu substantiæ actus & omnium ejus qualitatum, *p.2 c.29.d.5.*

RELEGATIO.

Relegatio est duplex, temporalis atque perpetua; *p.4.c.47.d.5.n.1.*

Effectus Relegationis extra territorium relegantis neutiquam extenditur, *p.4.c.47.d.3.*

Extra Sax. Electoratum, *p.4. c.47. d.11. n.5.*

Per Relegationem indefinitè indictam perpetua intelligitur Relegatio, *p.4. c.47.d.5.*

Relegationem vel fustigationem Magistratus inferior, merum habens Imperium ex causa rationabili in pœnam mitiorem benè convertere valet, *p.2. c.47.d.13.*

RELEGATUS.

Relegatus ex civitate aliqua vel præfectura Electoratus Sax. ex toto Electoratu relegatus censetur, *p.4.c.47. d.1.*

Relegatus ex finibus jurisdictionis Nobilium aliorumvè subditorum ex toto Electoratu videtur relegatus, *p.4. c. 47.d.2.*

Bannitus ex provinciis Electoratus Sax. ex Episcopatibus quoque Martisburgensi, Misnensi & Numburgensi Relegatus censetur, *p.4.c.47. d.4.* it. *p. 4.c.1.d 24.n.7.*

Relegati hodie signo in fronte inusto haud notantur, *p.4.c.47.d.6.*

Licet de jure Sax, aliud introductum, *n.2.*

Relegatum & bannitum ex suo delicto maritum, haud tamen vagabundum, uxor sequi tenetur, *p.4.c.47.d.7.*

Attamen in loco, ex quo maritus est bannitus, per tempus commorari & de bonis suis disponere uxor non prohibetur, *p.4.c.47. d.8.*

Relegati non admittunt jura civitatis, *p.4.c.47.d.9.*

Relegato concessâ facultate negotiandi in loco, ex quo bannitus fuit, videtur etiam concessum jus commorandi, *p. 4.c.47.d.10.*

Relegatus ab uno loco in alio potest admitti ad officia & honores, *p.4.c.47. d.11.*

Non autem bannitus imperii, *n.1.*

Nisi Relegatus sit ob delictum, quod infamia sequitur, *p.4.c.47.d.12.*

Relegati refugæ in foro Sax. tum demum capite plectuntur, si contra præstitam Urphedam tertiâ vice reversi fuerint, *p.4.c.48.d.1.*

Primâ enim vice abscissione digitorum, secundâ fustigatione plectendi sunt, *n.7.*

Digiti non toti, sed priores saltem digitorum articuli refugis abscinduntur, *p.4.c.48.d.2.*

Relegati ad certum tempus revertentes, digitis abscissis denuò ad tempus illud, non in perpetuum relegantur, *p. 4.c.48.d.3.*

In Sax. Electoratu abscissione digitorum non puniuntur refugæ, qui saltem ex districtu judicii (aus dem Weichbilde) sunt Relegati, *p.4. c. 48. d.4.*

Relegatis remittitur pœna abscissionis digitorum, si non dolosè reversi fuerint, *p.4 c.48.d.5.*

Modo causa illa vehementibus conjecturis probetur, *n.5.*

RELIGIO.

In pace religiosa de Anno 1555. in Imperio promulgata utraque Religio tàm Pontificia quàm Reformata est permissa, ita ut ab una ad aliam liber sit transitus absque bonorum, famæ vel honoris jactura, *p.3.c.14.d.10.n.5.*

Pater Augustanæ religionis filium religionis Pontificiæ exheredare nequit, *ibid.n.8.*

Filia Religionis orthodoxæ à patre Anabaptista adhuc vivo jure petit legitimam, *p.3. c.12. d.10.*

Hæretici non habentur, qui Pontificiæ Religioni sunt addicti, *p.3. c.14.d.10. n.4.*

Nemo jus successionis vel hereditatem sibi delatam amittit, propterea quod Religionem Pontificiam amplexus fuerit, *p.3.c.14.d.10.*

RELUITIO.

Vendito fundo ad certum tempus cum pacto de retrovendendo tempore licet elapso, Reluitio tamen locum habet, *p.2. c.1.d.9.*

Multum differt, utrum venditor jus Reluendi certo tempore exercendum sibi reservarit: An verò venditioni ad certum tempus factæ pactum Retrovenditionis fuerit adjectum, *ib.n.1.*

Juri Reluitionis, quod competit debitori adversus creditorem licitantem, præscribitur anno civili in foro Sax. *p 1.c.32.d.52.*

Non efficit creditor bona sibi adjudicata intra annum alienando, quo minus ea debitor à tertio possessore reluere queat, *p.1.c.32.d.53.*

Reluitionis annus currere incipit à tempore factæ realis adjudicationis, non etiam a termino præfixo adjudicationi, sicuti nec ab exmissione debitoris, *p.1 c.32.d.54.*

Nisi debitor factâ adjudicatione fundi cedere nollet, usque dum judicialiter exmitteretur, *ibid.n.6.*

Ad Reluitionem sufficit debitorem intra anni spacium se offerre verè & actualiter, licet non statim pretium & expensas judiciales exlolvat, *p. 1. c. 32. d.55.*

Reluitionis jus non competit debitori adversus extraneum, cui post licitationem sive ab extraneo sive à creditore factam bona subhastata adjudicata fuêre, *p.1.c 32.d.58.*

Jus Reluitionis debitori de jure communi nullo prorsus casu concessum est, *ib. n.8.*

Jus Reluitionis non potest exercere debitor adversus creditorem, si vel prævià judicis taxatione bona subhastata fuerint, vel creditor primum licitatorem superaverit, *p.1.c.32.d.59.*

Jus Reluitionis non obtinet in bonis absque prævia subhastatione à debitore creditori in solutum datis, *p.1.c. 32. d. 60.*

Reluitionis pretium solvi debet in moneta, quæ fuit tempore primæ venditionis, *p.2. c.1.d.22.*

REMEDIUM.

Remedium extraordinarium per ordinarium excluditur, *p.2.c.11.d 34.n.6.* it. *p.1.c.32.d.59.n.5.*

Intellectus Regulæ, quod Remedia ordinaria faciant cessare officium judicis seu remedia extraordinaria, *p.3. c.13. d.35. n.5.*

Remediis pluribus alicui concessis, ab uno ad aliud procedere haud est prohibitum, quando per prius intentatum agenti satisfactum non est, *p.2. c.30. d.11. n.3.*

Sed non in præjudicium tertii, *n.9.*

REMITTERE.

Ignorans nihil remittere videtur, *p.3. c. 7.d.11.n.5.* it. *p.2.c* 38.*d.7.n.3.*

REMISSIO.

Remissio habet vim donationis, *p.4. c. 19. d. 20. n.6.*

In Remissione alicujus juris totalis cessat beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. *p.2.c.34.d.3.*

Remissio in contractibus non habet locum, *p.2.c.22. d.3.n.3.*

Sicut nec hodie in delictis, *n.5.*

Nisi alter alteri gratificari & cavere velit, *n.6.*

REMISSIO CONJUGUM.

Ad bannum in adulterio non proceditur, priusquam constet conjugem innocentem nolle adultero remittere, *p.4.c.48.d.10.*

Remisisse in dubio conjunx injuriam præsumitur, *p.3.c.6.d.11 n.5.*

Remissio conjugis adulterum adulteramvè à pœna mortis liberat, *p.4. c. 19. d. 10.*

Remissio conjugis non liberat à pœna ordinaria correum adulterii, *p.4. c. 19. d. 11.*

In ditionibus Electoratus Sax. secus extraneum, *ibid.n.5.*

Remissio conjugis extra Sax. Electoratum etiam in duplicato adulterio locum habet, *p.4.c.19.d.12.*

Secus in ditionibus, *n.3.*

Remissio Sponsæ adulteræ facta à sponso pœnitente revocari nequit, *p.4. c. 19. d. 20.*

Maritus, qui uxori adulteræ remisit, & actioni renunciavit, eam amplius accusare non potest, *n.8.*

Maritus ad fœminam solutam passim se prostituentem prolapsus, in terris Electoratus Sax. gladio plectendus, nisi uxor ei remiserit delictum, *p.4. c. 29. d. 21.*

Remissione factâ à marito conjugi suæ post obitum mariti heredes ipsius ad dotis privationem ulterius agere haud possunt, *p.4.c.21.d.5.n.5.*

Ad Remissionem tacitam excludendam non creditur conjugi prætendenti ignorantiam adulterii à conjuge perpetrati, priusquam juratò eam obtinuerit, *p.1.c.22.d.10.*

REMISSORIALES.

Remissorialium literarum effectus, *p. 1. c.16.d.11.n.14.*

RENUNCIARE.

Renunciare juri suo unicuique permissum est, *p.2.c.17.d.19.n.3.*

Renunciare juri ignoto nemo videtur, *p.2.c.16.d.19.n.3.*

Quotiescunque intra certum tempus alicui jus aliquod competit, tùm si intra illud temporis spatium eo non utatur, censetur illi renunciare, *p.2.c. 50.d.1.n.1.* it. *p.1.c.21.d 1.n.7.*

Renunciare Mulier solennitati statutariæ expresse nequit, *p.2.c.15.d.1.n.10.*

Renunciari Legi prohibitoriæ efficaciter cum juramento nequit, *p.2.c.13. d.1.n.10.*

Si alicui plura beneficia in una eademque re competant, licet uni renunciaverit, non statim propterea alteri renunciâsse censetur, *p.2.c.46.d.12. n.7.*

Juri futuro & quærendo facilius renunciatur, quàm quæsito, *p.2.c.14.d.5.n.5.*

Renuncianti juri suo non datur amplius ad aliud aliquis regressus, *p.2.c.17.d. 17.n.4.* it. *p.2.c.13.d.12.n.10.*

Sciens æquiparatur Renuncianti sive remittenti jus & actiones suas, *d.d. 12.n.9.*

Renunciari potest beneficio l.2.C.de rescind.vendit. *p.2.c.34.d.2.*

Minor beneficio restitutionis per juramentum efficaciter renunciare potest, *p.2.c.11.d.50.*

RENUNCIATIO.

Renunciationis natura, *p.2.c.16.d.20. n.7.*

Renunciatio est strictè interpretanda, *p.2.c.46.d.12.n.6.*

Renunciatio stricte accipiatur ut renuncianti minus obsit, *p.1.c.28.d.131.n.8.*

Renunciationi quæ stricti juris est, apposition ejus naturam induit, neque extendi potest ad non cogitata, *p.2.c. 16.d.15.n 15.*

Renunciatio vim donationis obtinet, *p. 2.c.46.d.12.n.2.* it. *p.3.c.12.d.4.n.5. p.2.c 35.d.9.n.3.*

Renunciatio est personalis, nec personam renunciantis egreditur, *p.2.c.35. d.11.n.3.*

Renunciatio vel pactum nulli prodest, nisi ei vel ejus heredibus, cui factum est, *p.3.c.10.d.14.n.4.*

Renunciatio non recognita non subsistit, nec renuncianti præjudicare potest, *p.1.c.17.d.23.n.7.*

Renunciationis triplicem vulgò faciunt speciem: Generalissimam, subalternam, specialissimam, *p.2.c.17.d.1.n.1. & seq.*

Subalterna paucas sub se continet species & ferè tantum tres, ordinis, divisionis, accessionis, *ib.n.6.*

Renunciatio jurata & juratus contractus ab invicem differunt, *p.2.c.11.d. 50.n.1.*

Juramentum in effectu tantundem operatur, quantum operatur Renunciatio specialis, *p.2.c.17.d.5.n.6.*

Renunciatione vel temporis lapsu excludi paria sunt, *p.2.c.1.d.8.n.7.*

Omnes actus, Renunciationes ac transactiones intelliguntur cum hac clausulâ, rebus sic stantibus, *p.2.c.35.d. 23.n.3.*

Locum non habet hæc Regula, quando in contractu vel dispositione aliqua cogitatum quoque est de futuris causis, *n.9.*

Pariter & in dispositionibus universalibus, & quæ ita se habent, ut jam commodo, jam incommodo sint, *n.10.*

Renunciationes & transactiones juratæ rescinduntur ex capite minoris ætatis, doli, metus alteriusvè justæ causæ, *p.2.c.35.d.2.*

A Renunciatione jurata recedere haud licet impetratâ nondum absolutione à juramento, *p.2.c.35.d.3.*

Renunciationes mulierum quatenus valeant, vide supra Mulierum renunciatio.

RENUNCIATIO HEREDITATIS.

Filia dote acceptâ cum juramento hereditati paternæ renuncians, non potest rescindere Renunciationem ob læsionem enormissimam, etiamsi facultates patris postea auctæ proponantur, *p.2.c.35.d.4.*

Renunciatio filiæ jurata rescinditur, si dos congrua ipsi data haud fuerit, *p.2. c.35.d.5.*

In terris Electoratus Saxonici filia non nisi cum juramento paternæ Hereditati renunciat firmiter, licet de jure communi Sax. valida sit renunciatio simplex absque juramento facta, *p.2. c.35.d.6.*

Filia renuncians hereditati paternæ de jure civili defuncto patre à successione non removetur, *ib.n.3.*

Nisi juramentum accesserit, *n.4.*

Nec liberorum aut fraterux hereditati fœmina in terris Electoratus Saxon. absque juramento validè renunciat, *p.2.c.35.d.7.*

Filius absque juramento etiam in terris Electoratus Saxonici paternæ hereditati firmiter renunciare potest, *p.2. c.35.d.8.*

Renunciare non potest filius minorennis validè paternæ hereditati, *p.2.c. 35.d.9.*

Contra Renunciationem juratam filiæ minori succurritur, *ibid.n.5.*

Renunciatio facta alii de patris hereditate eo non consentiente haud valida est, *p.2.c.35.d.10.*

Si filia renunciaverit erga patrem non solum hereditati paternæ, sed & maternæ & fraternæ, ista Renunciatio quoad patris hereditatem subsistit, quoad materna & fraterna bona, matrè & fratribus non consentientibus, haud valet, *ib.n.5.*

Renunciatio jurata matris vel patris non nocet nepotibus, parentibus defunctis avo ex propria persona succedentibus, *p.2.c.35.d.11.*

Renunciatio hereditatis habet tacitam conditionem, si hereditas deferatur, *ib.n.4.*

Parentibus hereditati Renunciantibus vivô adhuc avô demortuis nunquam fuit delata hereditas, *ib.n.5.*

Nec Renunciatio pro se suisque heredibus facta excludit nepotes ex propria persona avo succedentes, *p.2.c.35. d.12.*

Nisi parentes liberorum jus nominatim in stipulatum deduxerint & remiserint, *ib.n.7.*

Neque hoc casu nepotes non facti heredes parentum in hereditatem avi conferre tenentur accepta parentum, *p.2.c.35.d.13.*

REPRÆSENTATIO.

Jus Repræsentationis in linea recta de jure Sax. locum habet, *p.2.c.14.d.55.n.5.*

Jus Repræsentationis in successione pariter feudali & allodiali in infinitum obtinet, *p.3.c.29.d.15.*

In linea recta, *n.2.*

Jus Repræsentationis in linea ascendenti locum non habet, *p.3.c.17.d.8.n.1.*

Jus Repræsentationis ab intestato ultra fratrum filios haud porrigitur, *p.3.c. 8.d.27.n.7.*

Jus Repræsentationis in foro Sax. in linea collaterali prorsus non attenditur, *p.3.c.18.d.1.n.5.* it. *p.3.c.18.d. 3.n.2. & p.3.c.29.d.1.n.1.*

In bonis scilicet allodialibus, non verò in Feudis, *d.d.1.n.3.* it. *p.3.c.29.d.7.*

Verba (Nach rechter Sipzahl) proximitatem attendi jubent, efficiuntque ut proximior in gradu remotiorem excludat, salvô tamen jure Repræsentationis, *p.3.c.29.d.9.n.6.*

Verba hæc (Nach rechter Sipzahl) investituræ inserta non faciunt cessare jus Repræsentationis in Feudo, *p.3. c.29.d.2.*

REPRESSALIÆ.

Represalias Fridericus II. Imp. adversus rebelles Anconitanos aliquando decrevit, *p.4.c.16.d.5.n.6.*

Represalias decernere non licet Principi in Imperio Romano-Germanico subditis suis adversus alienæ provinciæ Dominos sive Germanos sive exteros, *p.4.c.16.d.4.*

Ad Represalias non est deveniendum, nisi ubi de summa Reipub. defensione & læsione depellenda agitur, *ubi* monitionibus, petitionibus, minis nihil proficitur, ubi omnibus diligentissimè tentatis nullum aliundè subsidium extet, *p.4.c.16.d.5.n.8.*

Ad Represaliarum exercitium non facilè, nec ad unius vel alterius subditi læsionem summus Princeps debet properare, *d.d.5.*

Cum his Represaliis pugnare jus erit, adversus quos bellum instituere licet, *d.d.5.n.3.*

REPROBATIO.

Reprobatio est species defensionis, *p.1.c. 16.d.13.n.5.*

Terminus Reprobationis currere incipit à die insinuatæ citationis ad publicandam probationem, & an dies ille computetur in terminum, *p.1.c. 16.d.12.*

Si Reprobatione reproducens fungivelit, priusquam ad publicandam probationem citatus fuerit, ab ipso tempore, quo ad reprobandum se obtulit, terminus Reprobationis currit, *ibid. n.5.*

Probatione factâ per documenta, à quo tempore currere incipiat terminus Reprobatorius, *p.1.c.16.d.13.*

Reprobatorii reprobatoriorum regulariter in foro Sax. non admittuntur, nec valet actor contra Reprobationem rei novos articulos exhibere, *p.1. c.16.d.14.*

Secus de jure communi, *n.1.*

Si tamen ex post facto aliquæ exceptiones peremptoriæ noviter supervenerint, quas tempore litis contestatæ se ignorâsse Reus juratò affirmat, actori contra exceptiones illas Reprobatoriis reprobatoriorum uti omninò permissum est, *n.6.*

Reus suspectus, quod attestationes actoris didicerit, non admittitur ad Reprobationes, priusquam juramento se ab illa suspicione liberaverit, *p.1.c. 16.d.34.*

REPRODUCTIO.

Reproductio legaliter & cum effectu fieri debet, *p.1.c.17.d.9.n.8.*

RES.

Melius est habere Reculam in tempore, quàm expectare rem litigiosam, & melius est sumere pecuniam oblatam repentè, quàm expectantiam litigii plenam lentè, *p.1.c.1.d.15.n.5.*

RESCRIPTUM.

Reſcripta Principis ad ſupplicata unius partis impetrata non tranſeunt in rem judicatam, *p.1.c.26.d.18.*

At præcedente cauſæ cognitione Reſcripta Principis partibus publicata in rem tranſeunt judicatam, *p.1.c.26. d.19.*

Item ſi præcepta Principis executiva habeant adjunctam clauſulam juſtificatoriam, ſi te gravatum ſenſeris, illa, haud etiam præcedente citatione vel cauſæ cognitione, valent, *ibid. n.4.*

RESPUBLICA.

Reipublicæ tranquillitas occaſione cujusque etiam exiguæ litis haud eſt turbanda, *p.4.c.16.d.5.n.9.*

RESTITUERE.

Etſi quis ſuum aliquid faciat, nihilominus quandoque reſtituere tenetur, *p. 3.c.32.d.28.n.14.*

Reſtitui mobilia ab hoſtibus capta non debent absque pretio à poſſeſſoribus, *p.4.c.35.d.8.*

Ab hoſtibus in fuga recuperata, vero Domino ſunt reſtituenda, *p.4.c.35. d.9.*

Reſtitui ablata à militibus præſidiariis, ubicunque reperiuntur, absque refuſione pretii debent. *p.4 c.35.d.10.*

Reſtitutio præſupponit illationem dotis jam realiter factam, *p.1.c.28.d 82. n.6.*

Reſtitui res inter bona debitoris reperta Domino reperenti debet, etiamſi creditores reliqui nihil prorſus capiant, *p.1 c.28.d.13.n.1.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Reſtitutio in integrum datur minori tàm ob declinatoriam, quàm dilatoriam Exceptionem omittam, *p.2.c.9. d.5.*

Magni ſcilicet momenti, *n.5.*

Beneficium Reſtitutionis in integrum ad heredes transmittitur, *p.1. c.28. d. 95.n.8.*

Beneficium Reſtitutionis in integrum nemini conceditur, niſi qui juſtam læſionis cauſam docere poteſt, *p.1.c.31. d.36.n.2.*

Beneficium Reſtitutionis in integrum minorum competit etiam majoribus, ſi unam eandemque cauſam cum minoribus habeant communem, & ſimul inſtitutam, *p.1.c.16. d.17.n.2.* it. *p.2.c.9.d.4.n.9.*

Reſtitutio in integrum regulariter non competit, quando minor communi auxilio & mero jure munitus eſt, *p.2. c.11.d.34 n.7.*

Niſi minori per remedium extraordinarium magis conſultum ſit, *n.8.*

Reſtitutio in integrum neceſſaria non videtur, quando contractus talis proponitur, qui nullus eſt ipſo jure, *p.2. c.11.d.29.n.3.*

Minor beneficio Reſtitutionis per juramentum efficaciter renunciare poteſt, *p.2.c 11.d.50.*

Petitio Reſtitutionis in integrum non impedit executionem contractus, *p.1. c.26.d.22.*

Niſi nullitas ſit notoria, vel in continenti probari poſſit, *n.3.*

Aliud eſt reſtitutionem petere, aliud impetrare, *ib.n.6.*

Qui Reſtitutionem petit, ſi quid ipſi forte viciſſim præſtandum fuit ex contractu ultrò citròque obligatorio, pendente Reſtitutionis proceſſu ad id experiri poteſt, perinde ac ſi reſtitutionem non poſtulâſſet, *ib.n.8.*

Melius tamen facit, ſi proteſtatur, *ibid. n. 11.*

Actor petens Reſtitutionem in integrum, priusquam doceat læſionem vel cauſam reſtitutionis, non eſt audiendus, *p.1.c.26.d.23.*

Læſio autem ex proprio errore & facilitate vel adverſarii conventione proveniat, *n. 5.*

RETINERE.

Retinere res obligatas ex certa cauſa licet etiam pro alio debito chirographario quod liquidum eſt, *p.2.c.25. d. 25.*

Modò res pignorata ſemel pervenerit ſine vitio & cum voluntate debitoris ad poſſeſſorem, *n.4.*

Niſi expreſsè convenit, ut certâ quantitate ſolutâ pignus reſtituatur, *n.5.*

Pignus vinculum aliquod ſubeſſe neceſſe eſt, ut bona debitoris etiam pro alio debito retinere liceat, *p.2. c.25. d.26.*

JUS RETENTIONIS.

Retentio eſt quædam compenſatio, *p.2. c.25.d.17.n.8.*

Retentio, quæ & ipſa perceptio eſt, pinguius eſt remedium petitione, *p.3. c. 32.d.14.n.6.* it. *p.1.c.29.d.37.n.4.*

Retentio eſt ſpecies executionis privatæ, quæ pluribus in caſibus locum habet, pro quibus lex creditori prodidit tacitam hypothecam, *p.2. c. 25. d.20. n.1.*

Retentio eſt etiam ſine pignore, *p. 2. c. 25.d.22 n.4. p.3.c.32. d.14.n.8.*

Jus Retentionis rationem impenſarum perceſſionem in alium transfertur, *p.2.c. 25.d.16.n.4.*

Jure Retentionis gaudent

Aurigæ & tabellarii in rebus apportatis ac pro pretio vecturæ, *p. 2. c. 25. d. 21.n.5.*

Famulus ſive Ancilla in Domini habitatione, donec ei de mercede ſatisfiat, *p.2.c.25.d.22.*

Locator in bonis à conductore illatis, etiam in libris Studioſorum, ſi alia deficiant bona, *p.2.c.25.d.20.*

Jus habet Retentionis maritus, non tamen alimenta in bonis defunctæ uxoris, donec ei de mobilibus aliave portione debita ſatisfactum fuerit, *p. 2. c. 25. d.18.*

Durante jure Retentionis maritus non lucratur fructus ex bonis immobilibus defunctæ uxoris, ſi tamen ea adminiſtraverit, impenſas & laboris mercedem jure petit, *p.2.c.25.d.19.*

Sartoribus & Sutoribus pro mercede jus Retentionis competit, ac licet veſtes & calceos retinere, non obſtante, quod materia ſit aliena, donec ipſis ſatisfiat de mercede, *p.2.c.25.d.23.n.1.*

Jus retentionis vidua, quod in bonis mariti habet, poteſt vendere, oppignorare & cedere, *p.2.c.25.d.16.*

Jus Retentionis non ſolùm pro dote, ſed & pro dotalitio, ac rebus paraphernalibus viduæ competit in omnibus mariti bonis Feudalibus & allodialibus, *p.2. c.25.d.8.*

Viduæ pro ſtatutaria portione jus Retentionis in bonis defuncti mariti datur, *p.2. c.25.d.9.*

Vidua jure Retentionis utitur in bonis mariti defuncti, donec ipſi de donatione propter nuptias, ac portione in pactis dotalibus aſſignata ſatisfactum fuerit, *p.2.c.25.d.10.*

Vidua non in omnibus defuncti mariti bonis, ſed ad currentem æſtimationem dotis aliarumvè rerum, quas petit, jus Retentionis exercere poteſt, *p.2.c.25.d.11.*

Vidua utens jure Retentionis in bonis mariti, non niſi ad indigentiam ſuæ neceſſitatis ex iis alimenta habet, *p.2. c.25.d.12.*

In hiſce conſtituendis facultatem mariti & conſuetudinis habenda eſt ratio, *n.3.*

Jure Retentionis durante, Vidua, nec non quivis alius creditor hoc jus exercens ad bonorum adminiſtrationem obſtringitur, *p.2.c.25.d.13.*

Jure Retentionis finito Vidua mediante inventariô vel juramentô rationem adminiſtrationis reddere tenetur, *p. 2.c.25.d.14.*

In quam rem Curatorem ipſi dari convenit, *n.2.*

Texturæ aliaque manualia, durante Retentionis jure in domo mariti, à vidua confecta, ipſi cedunt, non mariti heredibus, *p.2.c.25.d.15.*

Vidua jus Retentionis, quod in bonis mariti habet, alii vendere, oppignorare & cedere poteſt, *p.2.c.25.d.16.*

Jus Retentionis competit etiam viduæ heredibus deſcendentibus & Extraneis, *ib.n.2.*

Viduæ quæ utitur jure Retentionis, præter alimenta neceſſaria nil quicquam debetur, *p.2.c.25.d.27.n.6.*

Et obſtringitur illa ad redditionem rationis & reſtitutionem eorum, quæ deductis alimentis ſuperſunt, *n.7.*

Jure Retentionis in bonis defuncti mariti utitur Vidua, donec usque de medietate bonorum nuptialium ei ſatisfactum fuerit, *p.3.c.22 d.14.*

Tabula & Collectæ non à vidua, quæ utitur jure Retentionis in bonis mariti, ſed ab ejusdem heredibus ſunt exſolvendæ, *p.2.c.25.d.27.*

Jus Retentionis viduæ, petenti dotem illiquidam & controverſam, non competit, *p.2.c.25.d.17.*

Nec in bonis, quæ maritus alieno nomine poſſidet, *ib.n.2.*

Neque etiam ſi ipſi vel fidejuſſoribus vel pignoribus cautum fuerit, *n 3.*

Jus Retentionis in re aliqua pro expenſis ſeu operis in alia re factis locum non habet, *p.2.c.25.d.24.*

RETORSIO.

Retorſio eſt inſtar defenſionis, quæ nunquam habet locum, ſi non offenſio præceſſerit, *p 3.c.38.d.8.n.5.*

Retorſio valida non eſt, niſi contra certam aliquam perſonam fuerit concepta, *p.4.c.44.d.7.n.4.*

Libellus Retorſionis in locum actionis injuriarum ſuccedit, *n. 6.*

Retorſione factâ contumelia ceſſat, *p.4. c.46.d.10.n.6.*

Non juſtè indignatur, qui patiatur tela in ſe Retorqueri, quæ ipſe torſerit, *p.3.c.38. d.1. n.8.*

RETORTIONIS JUS.

Jus Retortionis æquiſſimè exercetur adverſus eos, qui hereditatem, legata, fideicommiſſa, &c. ex locis ſuæ jurisdictionis absque certæ partis detractione aliò transferri haud patiuntur, *p.3.c.38.d.1.*

Jus Retortionis summâ nititur æquitate, & iniquitatis corrigendæ seu inæqualitatis ad parilitatem reducendæ gratiâ fuit adinventum, *ib. n. 3. & d. 3. n. 11.*

Jus Retortionis exerceri potest non solum contra extera loca, sed etiam contra Civitates alias Provinciarum Sax. *p. 3. c. 38. d. 3.*

Retortionis jus non nisi illi civitati opponitur, quæ antea contra civitatem retorquentem inæqualitatem exercuerit, *p. 3. c. 38. d. 8.*

Jus Retortionis non præsumitur civitas exercuisse, ceu iniquam consuetudinem, contra unam vel aliam civitatem, nisi in specie id probetur, *p. 3. c. 38. d. 9.*

Retortionis jus non ab incolis, sed à solo Magistratu exerceri potest, *p. 3. c. 38. d. 10.*

Ad eum Magistratum pertinent res jure Retortionis retentæ, sub quo defunctus habuit domicilium, *p. 3. c. 38. d. 15.*

Jus Retortionis in Gerada etiam locum habet, *p. 3. c. 38. d. 2.*

Retortionis jure uti licet adversus eas quoque civitates, ex quibus Gerada saltem ex parte, puta Niffelgerada cognatæ alibi degenti defertur, *p. 3. c. 38. d. 4.*

Jus Retortionis exercere civitas non prohibetur in rebus ad Geradam pertinentibus, exinde quod Gerada ibidem usitata non sit, *p. 3. c. 38. d. 5.*

Retortionis jure non removetur cognata in exteris locis, ubi Gerada non est usitata, quando mulieris in Saxonia defunctæ simul heres ab intestato existit, *p. 3. c. 38. d. 7.*

Gerada, aliæve res jure Retortionis retentæ, non Magistratui cedunt, sed reliquis heredibus in pari gradu existentibus accrescunt, *p. 3. c. 38. d. 11.*

Non verò existente alio herede in pari gradu secundus à proximiore excluso ad successionem admittitur, licet alibi commoretur, *p. 3. c. 38. d. 12.*

Nullis autem cognatis fœminis aliis existentibus Gerada jure Retortionis retenta non ad masculos, sed ad Magistratum pertinet, *p. 3. c. 38. d. 13.*

Bona utensilia, aliæque res jure Retortionis in civitate retentæ, illi cedunt Magistratui, qui altam habet jurisdictionem seu merum imperium, die Obergerichte/ *p. 3. c. 38. d. 14.*

Qui ex earundem lucro patibula, numellas compedes, & id genus alia in judiciis ad castigandos facinorosos homines necessaria extruere tenetur, *ib. n. 3.*

Jus Retortionis non minus in rebus expeditoriis, quam in Gerada à Magistratu exerceri potest, *p. 3. c. 38. d. 21. n. 1.*

Si autem miles moriatur absque agnatis, tunc eas accipit Dominus Feudi, *n. 6.*

Præfertur tamen Magistratui in rebus expeditoriis agnatus defuncti, etiam si alibi commoretur, modo in loco, contra quem jus Retortionis nequeat exerceri, *p. 3. c. 38. d. 22.*

RETRACTARI.

Retractari actus, alteri factus præjudicialis in foro Sax. peti debet infra annum & diem, *p. 2. c. 12. d. 10. n. 3.*

Retractandum id, quod semel legitimè factum est, ex supervenienti casu non est, *p. 3. t. 28. d. 8. n. 7.*

JUS RETRACTUS.

Cognatus proximus, si facta denunciatione renunciet juri Protimiseos, aut dicat, se emere nolle, ad Retrahendum ulterius non admittitur, *p. 2. c. 32. d. 1.*

Si præsens sit venditioni tanquam testis sibi non præjudicat, *n. 1.*

Jus Retractus non nisi intra annum, attamen & ultimâ die ac horâ exerceri potest. *p. 2 c. 32. d. 2.*

Annus ad Retrahendum indultus à tempore factæ venditionis, traditione licet nondum subsecutâ, currere incipit, *p. 2. c. 32. d. 3.*

Spatio annali præterlapso moræ purgatio non admittitur, nec Retrahens ulterius auditur, *p. 2. c. 32. d. 5.*

Retrahens emtori unà cum pretio impensas meliorationis necessarias restituere tenetur, non etiam utiles nec modicas ad conservationem ædificiorum factas, die Güter in Dach und Fach zu erhalten/ *p. 2. c. 32. d. 7.*

Nondum factâ traditione post annum etiam à tempore venditionis effluxum bona avita à liberis retrahi & revocari possunt, *p. 2. c. 31. d. 12.*

Jus Retractus inter coheredes communem hereditatem paternam possidentes locum habet, *p. 2. c. 31. d. 4.*

Juri Retractus, ex pacto alicui competenti, quamdiu res non venditur, nullo unquàm tempore præscribitur, *p. 2. c. 32. d. 13. n. 1.*

Jus Retrahendi in casum venditionis pactô speciali reservatum locum non habet.

In permutatione, *p. 2. c. 32. d. 14.*

Nisi ab una parte cum re permutata simul pecunia res tamen prævalens data fuerit, *p. 2. c. 32. d. 15.*

Jus Retractus ex speciali conventione in casum venditionis reservatum haud impedit alienationem, quæ fit per testamentum aliamvè ultimam voluntatem, *p. 2 c. 32. d. 16.*

Jus Protimiseos conventionale cessat in causa successionis ab intestato, *p. 2. c. 32. d. 17.*

In divisionibus, *p. 2. c. 32. d. 18.*

Fallit, si à venditione contrahentes inceperint, *n. 3.*

Si emtor liberis suis rem juri Retractus subjectam vendere velit, *p. 2. c. 32. d. 19.*

Ubi Viduæ ex statuto certa bonorum portio defertur, *p. 2. c. 32. d. 22.*

Jus Retractus competens liberis in bonis avitis extraneo cedi nequit, *p. 2. c. 31. d. 19.*

Retrahere emtor alicujus fundi non potest agrum vel pratum, de fundo isto ante venditionem distractum, *p. 2. c. 31. d. 20.*

Retrotractio in alterius præjudicium fieri, & jus alicui semel quæsitum auferri nequit, *p. 3. c. 23. d. 33. n. 8.*

Retrotractio in materia successionis neutiquam locum habet, *p. 3. c. 23. d. 33. n. 6.*

Jus Retractus vel Congrui, quod ex forma Statuti debetur primogenito, post hujus mortem non transit in suum filium, *p. 3. c. 15. d. 29. n. 7.*

Retrahens majus pretium, ab alio licitatore oblatum, solvere tenetur, & quodnam hoc sit, *p. 2. c. 33. d. 1.*

Si emptor majorem pecuniæ summam offerens, pronus non sit ad solutionem, ei præferendus consanguineus, offerens etiam minus, si paratior sit ad solutionem, *ib. n. 4.*

Retrahenti dolosus licitator majus æquo pretium offerendo præjudicare nequit, idque ne faciat quandoque juramento se purgare debet, *p. 2. c. 33. d. 2.*

In concursu creditorum res subjecta Retractui, quanti plurimi valet, sub hasta vendi debet, licet de pretio certo in pacto Retractus conventum fuerit, *p. 2. c. 33. d. 3.*

Ad exercendum jus Retractus nemo admittitur, antequam pretium in parata pecunia solverit, *p. 2. c. 33. d. 4.*

Retrahens bona vendita illud ipsum pretium, quod emptor revera solvit, restituere tenetur, non etiam supplementum, quod perfectæ jam venditioni accessit, *p. 2. c. 33. d. 5.*

Nisi scilicet supplementum in continenti omnibus adhuc rebus integris ac pretio nondum soluto fuerit adjectum, *ib. n. 10.*

Retrahens pretium restituere debet etiam quarto possessori, licet is ex causa lucrativa rem teneat, *p. 2. c. 33. d. 6.*

Non autem illud secundæ aut tertiæ, sed primæ venditionis, *ib. n. 3.*

Redimens & retrahens rem venditam jure protimiseos iisdem gaudet dilationibus & induciis, quales emtori antea venditor indulserat, *p. 2. c. 33. d. 7.*

Retrahens emtori laudemium, omnemque id, quod emtionis causa erogatum est, restituere tenetur, *p. 2. c. 33. d. 8.*

Pro Retractu autem ipso Domino ad præstationem laudemii obstrictus non est, *ib. n. 1.*

Impensas quoque & meliorationes necessarias ab emtore factas refundere cogitur, *n. 5.*

Majus pretium in jure Retractus non æstimatur ex sola quantitate, sed ex aliis etiam qualitatibus, puta si minus pretium, attamen in parata pecunia, offeratur, quod prævalet majori summæ distinctis terminis atque temporibus solvendæ, *p. 2. c. 33. d. 1. n. 3.*

Vide plura suprà in Verb. jus Protimiseos; Redimere & Reluitio.

RETROVENDITIO.

Retrovendere est quoddam individuum, & pro parte exerceri nequit, *p. 2. c. 1. d. 11. n. 2.*

Contractus pignoratitius differt ab emtione-venditione cum pacto de retrovendendo, *p. 2. c. 1. d. 1.*

Contractus cum pacto Retrovenditionis occasione mutui initus judicatur pignoratitius & usurarius, *p. 2. c. 1. d. 2.*

Pactum de retrovendendo cum læsione etiam enormissima subsistit, *p. 2. c. 1. d. 1. n. 7.*

Pactum de Retrovendendo etiam extraneo cedi potest, *p. 2. c. 1. d. 12.*

Nisi expressè aliter fuit conventum, *d. d. 12. n. 4.*

Quando

Quando ex pacto Retrovenditionis actio quæratur absenti, *p.*2. *c.*1.*d.*13.
An pactum Retrovenditionis rem venditam afficiat, ita ut exinde nascatur actio realis, nimirum utilis rei vindicatio, *p.*2.*c.*1.*d.*16.*n.*1.
Ex pacto Retrovenditionis verbis directis concepto seu resolutivo competit Rei vendicatio primo venditori adversus tertium possessorem, *p.* 2. *c.* 1. *d.* 17.
Ex utraque parte pactum de Retrovendendo ad heredes transit, *p.* 2, *c.* 1. *d.* 14. *n.* 1.
Venditô fundô ad certum tempus cum pacto de retrovendendo tempore licet elapso, reluitio tamen locum habet, *p.*2.*c.*1.*d.*9.
Ratio diversitatis, *n.*3. effectus, *n.*4.
Multum differt, utrum venditor jus Reluendi certo tempore exercendum sibi reservarit, an verò venditioni ad certum tempus factæ, pactum Retrovenditionis fuerit adjectum, *d. d.* 9. *n.* 1.
Venditor ex justa causa post transactum tempus Revenditionis facilè in integrum restituitur, *d.d.*9.*n.*7.
Obligatio ex pacto de Retrovendendo transit ad heredes, *p.*2.*c.*1.*d.*10.
Licet iis venditor specialiter non prospexerit, *n.*3.
Nisi inter contrahentes ita convenerit, ut venditori tantum liceat rem venditam adimere, *n.*5.
A duobus re venditâ cum pacto de retrovendendo quando unus ex illis rem venditam reemere possit, *p.*2. *c.*1. *d.* 11.
Minor, heres emtoris, rem emtam cum pacto de retrovendendo absque decreto Magistratus revendere potest, *p.*2.*c.*1.*d.*14.
Emtor, qui rem cum pacto de retrovendendo possidet, præcisè eam revendere tenetur, nec liberatur præstatione ejus, quod interest, *p.* 2. *c.* 1. *d.* 15.
Omne incrementum seu commodum pariter atque incommodum, quod rei cum pacto de retrovendendo venditæ quocunque modo accedit, indifferenter ad emtorem spectat, non verò ad venditorem, *p.*2.*c.*1.*d.*18.
An per venditionem cum pacto de retrovendendo transferatur verè dominium in emtorem, *d.d.*18.*n* 1.
Emtor cum pacto de retrovendendo non commodè comparari potest cum marito, fundi dotalis domino, *ibid. n.* 15.
Revendenti id, quod ex speciali pacto solvit, una cum pretio restituendum non est, *p.*2.*c.*1.*d.*19.
In contractu Retrovenditionis fructus pendentes ultimi anni inter emtorem & venditorem pro rata temporis dividuntur, nisi inter contrahentes aliter conventum, *p.*2 *c.*1.*d.*20.
Venditor pretium Revenditionis non paratâ pecuniâ, sed statis & distinctis temporibus solvere volens, quando admittendus sit, *p.*2.*c.*1.*d.*21.
Venditâ re emtâ cum pacto de retrovendendo, ab emtore, primus Venditor à secundo emtore rem vindicare nequit, sed habet actionem personalem ex vendito adversus primum emtorem in id, quod interest, *p.*1. *c.*2. *d.*53.*n.*3.& 7. *p.*2.*c.*1.*d.*16.
Pactum de retrovendendo non impedit dominii translationem, *p.*1.*c.*32.*d.*56. *n.*4.
Valet emtio pignoris sub pacto de retrovendendo, si non constet de usuraria pravitate, *p.*2.*c.*30.*d.*44.
Res per Reemptionem recuperata dicitur esse ejusdem qualitatis, prout erat ante venditionem, *p.*2.*c.*12. *d.*5.*n.*3.
Pacti de retrovendendo natura, *ibid. n.* 4.
Pactum de retrovendendo intra certum tempus, elapsô eô, ulterius non obligat pacisentem, *p.*2.*c.*1.*d.*8.
Nisi venditor justum habuerit impedimentum, *ib.n.*8.
Jus Retrovenditionis, quando bona publicè sub hasta venduntur, cessat, *p.*2. *c.*1. *d.* 25.
Revendenti omnes impensæ & meliorationes sunt restituendæ à Reemtore, *p.*2.*c.*1 *d.*27.
Dispositio juris Sax. quæ post ultimam demum curam fructus antiquo possessori, ejusve heredibus tribuit, nec ad casum Retrovenditionis, nec legati extendi debet, *p.* 3. *c.* 32. *d.* 16.
Agrô vel pratô absque onere collectarum venditô emtor onere illô gravari non potest, nec agrum vel pratum novo possessori totius fundi retrovendere tenetur, *p.*2.*c.*31.*d.*21.
Sub pacto de retrovendendo prædium emtum ab uxore, defunctâ eâ ante retrovenditionem ipsius heredibus, non marito cedit, *p.*3.*c.*23.*d.*32.

REVERSALES.

Literæ Reversales, quæ ad Acta pub. deponuntur, ut ex illis, quid antea hoc in casu observatum fuerit, probari queat, hodierno usu ut plurimum exiguntur, Daß auf zutragende Fälle hinwiederumb dergleichen Abfolgung geschehen soll/ *p.*3. *c.*38. *d.*9. *n.*6.& 7.

REVISIO.

Revisio locum habet sublatâ licet appellatione, *p.*1.*c.*20.*d.*16.
In Provinciis Electoratus Saxon. cessat remedium Revisionis, *ib.n.*7.
In Gallia, Hispania, Regno Neapolitano & Ducatu Pedemontano Supplicationis & Revisionis usus invaluit, *ibid.n.*3.
In Germanico imperio supra imperialem cameram constitutum est aliud tribunal superius pro Revisione actorum, *n.*4.
Revisio loco appellationis successit, *n.*2.
Sicut per appellationem, ita etiam per Revisionem executio judicati suspenditur, *n.*5.
Sicut non admittitur appellationis appellatio, ita nec Revisionis revisio, *n.* 6.

REVOCATIO BONORUM.

Revocari bona in fraudem legitimæ à patre vendita & alienata quatenus à liberis queant, *p.*2.*c.*12.*d.*36.
Revocare Creditoribus licet bona à debitore fraudulenter alienata intra annum utilem, *p.*2.*c.*3.*d.*20.*n.*1.
Fallit in juribus incorporalibus, *n.*2.
Ità in alienatione ex causa lucrativa & onerosa facta, *n.*3.
Revocari possunt bona avita à liberis post annum nondum factâ traditione, *p.* 2, *c.* 31. *d.* 12.
Revocare emtor alicujus fundi non potest agrum vel pratum de fundo isto ante venditionem distractum, *p.* 2. *c.* 31. *d.* 20.

ROBARIA.

Deprædatores in foro Sax. gladio feriuntur, ac postea eorum cadavera affiguntur rotæ, *p.*4.*c.*35.*d.*3.
Pro Robaria etiam rei minimæ mortis supplicium deprædatori infligendum est, *p.*4.*c.*35.*d.*4.
Robariæ pœna ex eo, quod res per vim ablata Domino suo restituatur, mitiganda non est, *p.*4.*c.*35.*d.*5.
Qui Robariam semel tantummodò commisit, ei venia danda non est, *p.* 4. *c.* 35. *d.* 6.
In Robariæ delicto non deveniendum est ad mortis supplicium, priusquam de hostilitate deprædatorum & violentia adhibita constiterit, *p.* 4. *c.* 53. *d.* 7.
Rapina quænam dicatur hostilis & violenta, *n.*1.
Robariæ crimine commisso etiam, qui in excubiis steterunt, pœna rapinæ afficiuntur, *p.*4.*c.*39.*d.*3.

ROSENTHAL.

Das Rosenthal quia extra civitatem Lipsiensem in ditione, præfecturæ subjectâ, situm est, haud gaudet Statuto Lipsiensi, *p.*2.*c.*14.*d.*53.*n.*8.

RUBRUM.

Rubrum per nigrum non restringitur, sed potius nigrum per Rubrum ampliatur, *p.*1.*c.*27.*d.*4.*n.*5.
Ex rubro nigrum est explicandum, *p.* 4. *c.* 6. *d.* 1. *n.* 7.

RUSTICUS.

Rusticus vesci consuevit pane atro, allio & cepis cum caseo, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 16. *n.* 4.
Rustici non suscipiuntur in militiam, *p.* 3.*c.*38.*d.*24.*n.*4.
Rusticis studium agriculturæ incumbit, *d. n.* 4.
Rustici quatenus teneantur operas ad ædificia Dominorum præstare, vide supra Ædificia Dominorum.

RUTZSCHERZINSEN.

Rutzscherzinsen/ *p.*2.*c.*38.*d.*25.

S.

SACERDOS.

Sacerdos non tenetur revelare confessionem sibi factam, *p.*1.*c.*16.*d.*70.
Sacerdos scire non debet tanquam homo ea, quæ illi ut vices Christi summi sacerdotis gerenti explicata fuêre in confessione, *ib.n.*1.

SACRUM.

Sacrorum turbatores non semper ultimo supplicio, sed quandoque arbitrariè puniuntur, *p.*4.*c.*1.*d.*12.
Concurrentibus quatuor requisitis pœna capitalis locum habet, *n.*5.

SACRILEGIUM.

Sacrilegium banni sive excomunicationis pœnam meretur, *p.*3.*c.*13.*d.*27.*n.*2.
Sacrilegii pœnam habet contaminata defunctorum religio, *p.*1. *c.* 30. *d.* 22. *n.* 6.
Sacrilegium est species furti, *p.* 4. *c.* 39. *d.* 4. *n.* 3.
Sacrilegii pœna ordinaria non renentur in excubiis stantes, interea dum Sacrilegium committitur, *d.d.*4.

SALARIUM.

Salaria annua etiam nondum emerita, si intra annum illi, qui officium gesserunt,

runt, moriantur, ad eorundem heredes integra transmittuntur, *p.2.c.5.d.10.n.1.*
De quibus salariis heredes creditoribus defuncti satisfacere tenentur, *n.2.*
Salaria annua à Repub. vel privatis constituta Doctoribus, Advocatis, Professoribus, Medicis, totius temporis debentur, quantumvis hi ante tempus decesserint, *p.2.c.51.d.12.n.4.*
Salarium totius anni exsolvi debet Advocato, finitô licet processu intra annum, *p.1.c.1.d.34.*
Sive Advocatus aut reus moriatur, vel à litigantibus transactum fuerit, *ibid. n.4.*
Quod tamen limitant vulgò, si sub conditione operarum expressa fuerit contractum, *ib.n.6.*
Salaria totius insequentis anni, vel etiam quandoque semestria tantùm, ex speciali statuto vel consuetudine liberis ac viduis Pastorum in oppidis & pagis, ut & Professorum in Academiis concedi solent, *p.2.c.51.d.12. n.6.*
Salarium mortuo famulo ante tempus finiti servitii heredibus ejus non nisi pro rata temporis, quo servivit, debetur, *d.d.12.*
Nisi heres pro defuncto vellet serviendo complere tempus residuum, *n.3.*

SALINÆ.

Salinæ ad Regalia pertinent, *p.2.c.53.d.2.n.2.*
Salinarum usus nulli privato in solo suo absque speciali Principis concessione permissus est, *d.d.2.*
Salinarum Hallensium jura titulo Feudi cives possident, factâ harum concessione ante mille annos & supra ab Imperatore Ottone Archiepiscopatui Magdeburgensi, *ib.n.4.*
Hallensium conventio, quâ jus Salis conficiendi aliis concedunt, ut certam concessionarius iste redituum partem Domino vicissim præstet, appellitatur contractus innominatus, *n.5.*

SARTOR.

Sartoribus & sutoribus pro mercede jus retentionis competit, ac licet vestes & calceos retinere, non obstante quod materia sit aliena, donec ipsis satisfiat de mercede, *p.2.c.25.d.23. n.1.*

SATISDATIO.

Satisdationem sive cautionem pro expensis & reconventione in foro Sax. tenetur actor præstare, *p.1.c.5.d.1.*
Ad Satisdationem duplicem de jure civili actor fuit obstrictus, *n.2.*
Sed ab usu hominum recessit, *n.4.*
Satisdationis effectus, *p.1.c.5.d.2.n.1. & p.1.c.5.d.24.n.2.*
Satisdationis finis, *p.1.c.5.d.19.n.2.*
Satisdatio & Gvaranda æquiparantur, *p.1.c.5.d.28.n.4.*
Satisdatio vel pignoribus vel fidejussoribus præstanda est, *p.1.c.5.d.7.*
Actorum est electio, *n.2.*
Fidejussores idoneos esse oportet, *n.3.*
Satisdationis quantitas in arbitrio judicis consistit, *p.1.c.5.d.8.*
Ad Satisdationem sufficiunt bona extra territorium, *p.2.c.18.d.14.n.7.*
Satisdare cogitur possessionatus sub litis ingressu, si lite pendente possessionem vendat, aut facultatibus labatur, *p.1.c.5.d.11.*
Satisdare tenetur actor, qui possessionatus non est, etiamsi de bonis Feudalibus cum possessore simultaneè sit investitus, *p.1.c.5.d.12.*
Ut & filiusfamilias, etiamsi pater ejus bona possideat immobilia, *p.1.c.5.d.13.*
Item parentes, qui adversus liberos in judicio experiuntur, *p.1.c.5.d.22.*
Diffamans ad agendum provocatus, *p.1.c.5.d.28.*
Fiscalis vel Syndicus nomine plurium ex universitate agens, *p.1.c.5.d.29.*
Satisdatio in causis etiam criminalibus ab accusatore exigi potest, *p.1.c.5.d.23.*
Satisdatio locum etiam habet in causa reconventionis, *p.1.c.5.d.24.*
Nec non in processibus executivis, *p.1.c.5.d.25.*
In summario quoque processu, *p.1.c.5.d.26.*
Satisdare non tenetur in judiciis harum Provinciarum, qui sub Electoratu Sax. bona possidet immobilia, *p.1.c.5.d.2.*
Licet in loco judicii, quo lis movetur, actor non sit possessionatus, *p.1.c.5.d.3.*
Quod etiam in judiciis curialibus observatur, *n.5.*
A satisdatione sola possessio bonorum immobilium in Sax. Electoratu absq; eorundem oppignoratione judiciali actorem relevat, *p.1.c.5.d.4.*
Ut & ejus procuratorem, *p.1.c.5.d.5.*
Actor in Electoratu Sax. possessionatus ad Satisdationem obstrictus non est, etiamsi extra Electoratum suum habeat domicilium, *p.1.c.5.d.6.*
Nec gravandus est onere Satisdationis possessor bonorum immobilium, licet obæratus aut bona creditori hypothecata fuerint, *p.1.c.5.d.14.*
Uti nec possessor rei immobilis, super qua cum alio litigat, *p.1.c.5.d.15.*
Possessor annuorum redituum, *p.1.c.5.d.16.*
Possessor actionis ad immobilia competentis, secus verò si competit actio ad res mobiles, *p.1.c.5.d.17.*
Creditor pecuniæ hereditariæ cujus dies nondum cessit, *p.1.c.5.d.18.*
Secus in ea pecunia, cujus dies cessit, *n.7.*
Possessor rerum mobilium pretiosarum, *p.1.c.5.d.19.*
Si vir est frugi nec suspicione prodigalitatis laborat, *n.6.*
Item si reus ipsemet quid mobile aut pretiosum actoris penes se habeat, quod cautionis aut pignoris loco futurum sit, *n.7.*
Vel Doctor juris, qui bibliothecam pretiosam possidet, *n.8.*
Vasallus vel Emphyteuta, *p.1.c.5.d.20.*
Usufructuarius alicujus fundi, vel prædii in foro Sax. *p.1.c.5.d.21.*
Secus de jure civili, *n.2.*
Ut & Vidua possidens dotalitium, *n.7.*
Nec maritus fundum uxoris possidens, *n.8.*
Nec diffamatus agens in judicio diffamatorio, *p.1.c.5.d.27.*
Satisdatio exigitur nulla ex parte rei conventi in foro Sax. *p.1.c.5.d.30.*
Secus de jure civili, *n.1.*
Satisdatio non solet peti in matrimoniali processu, *p.1.c.5.d.27.n.1.*

SCHOSS- UND STEUER-BÜCHER.

Schoß- und Steuer-Bücher quid probent, *p.1.c.16.d.25.*

SCHULTETI.

Schulteti in pagis de jurisdictione nihil proprium, imò omninò nullam jurisdictionem habent, *p.2.c.7.d.2.n.4. p.3.c.3.d.21.n.4.*
Schulteti tantummodò sunt ministri & executores eorum, quib. jurisdictio in loco competit, *ib.n.5.*
Schulteti licet in banco sedeant, omnia tamen ex jussu Nobilium ac superiorum disponunt, *n.6.*
Schulteti pignus penes se retinere nequeunt, sed illud Nobilibus vel Quæstoribus tradere tenentur, *p.2.c.7.d.2.*
Schulteti & Scabini damnum datum æstimare possunt, *p.2.c.27.d.9.*

SCRIBERE.

Scribere in sui commodum quilibet potest, *p.3.c.3.d.25.*
Multi reperiuntur, qui exactè norunt in scribendo manum alterius imitari, *p.1.c.17.d.12.n.4.*
Contra scribentem vel sigillantem est præsumtio, *p.1.c.17.d.42.n.6.*
Interdum minus scriptum, & plus nuncupatum est, *p.3.c.13.d.33.n.2.*
Tenorem scripturæ haud inspiciens ignorat id, quod ibi scriptum est, nec consensisse nec obligatus esse dicitur, *p.1.c.17.d.42.n.4.& 5.*

SCRIPTURA.

Scriptura sola non est modus constituendi obligationem, sed inducit saltem præsumtionem obligationis ex causa, quæ allegatur præcessisse, *p.1.c.17.d.35.n.6.*
Scriptura privata juxtà usum loquendi non est instrumentũ, *p.1.c.17.d.3.n.1.*
Scriptura privata vel liber rationum proscribente non probat, *p.1.c.17.d.34.*
Sed bene contra ipsum, *ib.n.1.*
Scriptura privata sola contra scribentem plenam fidem haud facit, *p.1.c.17.d.12.n.1.*
Nisi accesserit recognitio, *p.1.c.17.d.23. n.3. & 4.*
Scriptura privata & testis unus, vel fama, quæ sunt semiplenæ probationes diversi generis, conjunguntur ad plenam probationem, *p.1.c.17.d.36.n.4.*
Scriptura vel Apocha privata in actis reperta plenam probationem facit, *p.1.c.17.d.38.n.3.*
Scriptura privata tùm probat pro scribente, si tacitè acceptetur nec ei contradicatur, *p.1.c.17.d.34.n.5.*
Si Scriptura vel Epistola duo connexa contineat, unum pro scribente, alterum contra eum, & is ad quem scribitur ea, quæ in favorem ipsius scripta sunt, acceptet, atque probet, alterum quoque probare censetur, *p.1.c.17.d.34.n.6.& 7.*
Scripturæ comparatio præbet fallax atque debile judicium, *p.1.c.17.d.12.n.4.*

SENIOR.

Seniores tres vel quatuor, qui veritatem sciunt, ad jurandum pro universitate admittuntur, *p.1.c.13.d.1.*
Senioribus ex universitate juniores, qui exactiorem negotii notitiam habeant, præferuntur, *p.1.c.13.d.2.*
Per Seniores tres vel quatuor ex universi-

versitate nec per Syndicum juramentum calumniæ præstari oportet, *p.1.c.13.d.4.*
Seniores res universitatis vel collegii optimè scire præsumuntur, *n.2.*

SENTENTIA.

Sententia est stricti juris, strictèque interpretanda, *p.1.c.26.d.15.n.6.*
Sententia in quo differat à transactione, *p.1.c.26.d.20.n.1.*
Et in quo conveniat, *n.3.*
Sententia non ex litigatorum consensu, sed ex judicis rerumque judicatarum autoritate vires accipit, *d.d.20.n.1.*
Sententia ad judicium peritorum adjecto judicis nomine lata valida est & in rem judicatam transit, *p.1.c.26.d.1.*
Sententia ad judicium peritorum lata, & judicis nomine non expresso publicata valet, *p.1.c.26.d.2.*
Idem de Sententia in judicio summario lata asserendum est, *p.1.c.26.d.3.*
Sententia nunquam ferri debet contra inauditos, *p.1.c.26.d.12.*
Sententia ferenda non est contra pupillos vel minorennes indefensos, *p.1.c.26.d.13.*
Contra tutorem aut curatorem lata etiam contra pupillum vel minorem executioni mandari potest, *ib.n.3.*
Non quidem in ejus personam, sed in bona, quæ possidet, *n.5.*
Sententia contra rem judicatam lata jure non subsistit, *p.1.c.26.d.14.*
Sententia inter solos litigatores jus facit, alii verò non præjudicat, *p.1.c.26.d.15.*
Sententia inter alios lata, parit exceptionem rei judicatæ, quoties est eadem causa vincendi, idemque causæ status apud judicem eundem, *p.1.c.26.d.16.*
Sententia conditionalis, si reus vel testes juraverint, valet, *p.1.c.26.d.9.*
Sententia justa ex causa conditionaliter lata: Si actor probaverit, subsistit, *p.1.c.26.d.10.*
Sententiæ appositâ conditione deficiente, statim potest fieri executio, neque expectanda est alia sententia, *p.1.c.26.d.11.*
Sententia conditionalis, si conditio in continenti potest purificari, valet, *p.1.c.26.d.9.n.6.*
Sententia sub conditione incerta non subsistit, *ib.n.3.*
Sententia certa semper ferenda est, etiamsi petitio sit incerta, *ib.n.2.*
Prius liquere debet id, de quo est pronunciandum, vel sententia ferenda, *p.1.c.26.d.10.n.3.*
Sententia lata contra jura manifesta, ipso jure haud subsistit, nec opus est Leuteratione vel Appellatione, *p.1.c.26.d.24.*
Valet tamen, si sit lata contra jus litigatoris, *n.4.*
Sententia definitiva quoad causam principalem semel lata corrigi nequit, *p.1.c.31.d.18.n.5.*
Sententia ad tempus delicti retrotrahitur, *p.3.c.32.d.22.n.10.*
Sententia pro veritate habetur & jus facit, *p.3.c.6.d.10.n.6.*
Sententia duntaxat inter auditos & consentientes jus faciat, *p.1.c.26.d.12.n.6.*
Sententia interdum nocet ignorantibus, *p.1.c.26.d.16.n.3.f.q.*
Sententia sine causæ cognitione sufficienti haud valet, *p.1.c.26.d.12.n.4.*
it. p.1.c.26.d.18.n.3.
Sententia quæ numero vincit, eadem rationis pondere quoque superior esse existimatur, *p.1.c.27.d.12.n.2.*
Sententia Architectorum & artificum, de rebus ad peritiam suam spectantibus lata, & partibus publicata subsistit, *p.1.c.26.d.4.*
Sententia, si non in caput accusati fertur, judicium redditur elusorium, *p.1.c.1.d.33.n.4.*
Sententia non est speranda proficua, si non rectè in libello fuerit petitum, *p.1.c.2.d.16.n.4.*
Sententia conformis debet esse libello & petitioni actoris, non responsioni, qvum reus fecerit ad petitionem, *p.1.c.26.d.6.n.1.*
Hujus Regulæ sensus, *p.1.c.26.d.8.*
Sententia judicis atque litis victoria inter casus fortuitos referuntur, *p.1.c.26.d.21.n.1.*
Sententia ipsa nihil per se utilitatis habet, nisi & executio ejus sequatur, *p.1.c.7.d.16.n.52*
Sententia pronunciata super principali negotio, judex omni officio functus videtur, *p.2.c.30.d.47.n.10.*
A sententia communi interpretum, ubique fere locorum usu recepta, non facilè est recedendum, *p.2.c.49.d.7.n.4.*
Post sententiam prolatam probationes haud amplius recipi debent, *p.1.c.26.d.10.n.4.*
Græci cum urgerentur ad sententiam, antequam de causa liqueret, responderunt, patres suos solem apud Antipodes non vidisse, sed expectâsse semper, donec & ipsis oriretur, *p.1.c.26.d.12.n.3.*
Sententiæ finis, ut lis & controversia finiatur, *p.1.c.26.d.9.n.1.*
Sententiæ objectum est res controversa, in judicio agitata, quæ per sententiam adhuc decidenda & dijudicanda est, *p.1.c.26.d.14.n.3.*
Sententiæ tot videntur esse, quot sunt capitula sententiæ, *p.1.c.19.d.9.n.7.*
Sententiæ ponderandæ magis, non numerandæ, *p.1.c.27.d.12.n.1.*
Plerique judices tumultuarias Sententias præcipitanter effutiunt, dum manè accepto processu vesperi litem determinant, *p.1.c.26.d.12.n.2.*
Sententias qui duas recenset, posteriorem amplecti videtur, *p.3.c.28.d.6.n.3.*

SEPARATIO CONJUGUM.

Ad separationem agens mulier jure petit sumtus litis ex bonis mariti, *p.4.c.21.d.12.*
Voluntaria & extrajudicialis separatio conjugum non tollit lucri statutarii privationem, *p.3.c.26.d.16.*
Factâ separatione totali nullum competit jus succedendi marito vel uxori in bonis defuncti conjugis, *p.3.c.26.d.17.*
Matrimonio licet quoad thorum & mensam separato maritus nihilominus usumfructum in bonis uxoris retinet, sed et alimenta præstare tenetur, *p.3.c.26.d.18.*
Secus facto divortio totali, *ib.n.1.*
Per separationem quoad thorum & mensam matrimonii vinculum non dissolvitur, *ib.n.4.*
Dissensio conjugum nuda non sufficit ad separationem matrimonii, si non præcesserit cognitio causæ & Magistratus decretum, *p.3.c.26.d.16.n.3.*

SEPARATIO BONORUM.

Vid. p.1.c.28.d.10.

SEPULTURA.

Interest Reipubl. mortuorum corpora vel cadavera quàm citissimè mandari sepulturæ, *p.1.c.30.d.22.n.2.*
Cadavera non jaceant insepulta, *p.1.c.28.d.39.n.2.*

SEQVESTER.

Sequester de dolo & lata culpa tenetur, *p.2.c.28.d.17.n.6.*

SEQVESTRUM.

Sequestrum sive Arestum personarum regulariter prohibitum est etiam in foro Sax. jure civili & canonico, *p.1.c.30.d.1. & n.10.*
Pactô tamen expresso debitor Sequestro & incarcerationi se potest obstringere, *p.1.c.30.d.2.*
Inter Sequestrum & Arestum differentia, *p.1.c.30.d.1.n.6.*
Sequestrari potest debitor ex solutionis mora, qui in loco aliquo contrahens solutionē ibidē promisit, *p.1.c.30.d.4.*
Nisi sufficienter caverit, *n.5.*
Non etiā, si in loco aliquo contrahens se alibi soluturū promittat, *p.1.c.30.d.5.*
Sequestratio sive Arestum debitoris præstitâ cautione relaxari debet, *p.1.c.30.d.19.*
Contra judicem sequestrum sub præstita cautione relaxare recusantem, mandata cum clausula justificatoria decernuntur, *d.d.19.n.3.*
Ad relaxandum sequestrum non admittitur cautio juratoria, sed præstanda ea est pignoribus vel fidejussoribus, *p.1.c.30.d.20.*
Nisi debitor sit persona vitæ integritate conspicua & probatæ existimationis, *n.6.*
Creditor, ad cujus instantiam sequestrum injustè fuit decretum, ad interesse conveniri potest, *p.1.c.30.d.21.*
Nisi statim relaxetur, *n.2.*
Vide plura supra in vocabulo Arestum personale.

SERVITIA.

Servitia nova præsumuntur impressiva, *p.2.c.52.d.5.n.2.*
Servitia recipiens videtur impendere alimenta in illorum recompensationem, *p.2.c.10.d.27.n.3.*
Servitia debita præstare recusantes subditi, non modò carcere ad id cogi, sed & propter contumaciam relegari possunt, *p.2.c.51.d.16.*
Ob servitia non præstita rustici ac subditi pignorari possunt in bonis, donec ad debitam obedientiam reducantur, *p.2.c.27.d.4. & d.6.*
Restitutio damni non tollit pœnam, quam meretur pignoratus ob non præstita servitia, *p.2.c.27.d.10.*

SERVITUS.

Servitus indefinita semper ita est interpretanda, quo fundus serviens minori afficiatur detrimēto, *p.2.c.41.d.4.n.5.*
Servitus alius tollendi revera servitus est, nec usu atque effectu destituitur, *p.2.c.41.d.13.*
Servitutem etiam per mille annos non acquirit, jure familiaritatis utens fundo alterius, *p.2.c.4.d.14.n.6.*
Servitus hauriendi aquam ex fundo alterius non amittitur, si fons exaruerit, ita ut quis servitute uti nequiverit, *p.3.c.32.d.18.n.7.*

Servitutes negativæ nullâ præcedente prohibitione præscribi nequeunt, *p.* 2. *c.* 4. *d.* 13.

Omnes indifferenter servitutes reales sive causam continuam sive discontinuam habeant, in foro Sax. præscriptione tricennariâ, anni & diei acquiruntur, *p.* 2. *c.* 4. *d.* 8.

In præscribendis servitutibus personalibus requiritur titulus & bona fides, *p.* 2. *c.* 4. *d.* 2. *n.* 5.

Pactum servitutis ne prospectui officiatur obligat etiam successorem domûs singularem, *p.* 2. *c.* 41. *d.* 14.

Sublato ædificio, cui servitus inhæret, eoque postea restituto, eadem debebitur, servitus realis, *p.* 2. *c.* 41. *d.* 19.

Non autem personalis, *n.* 9.

Servitus itineris aut viæ manebit, si forsan ex prato vel agro hortus factus fuerit, *ib. n.* 7.

In re propria cuilibet suæ utilitati etiam cum alterius incommoditate inservire licet, *p.* 2. *c.* 41. *d.* 11.

Nisi præjudicet servituti, aliis prædiis debitæ, *n.* 2.

SEXAGENÆ.

Sub appellatione Sexagenæ in dubio intelligitur Sexagena antiqua, nisi aliud circumstantiæ suadeant, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 10.

SIGNACULUM.

Non adjudicantur filiabus mobilia, quæ ipsarum signaculo notata reperta sunt in hereditate patris, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 34. *n.* 8.

Nec vidua potest petere mobilia tanquam bona illata, quod suo signaculo notata reperiantur, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 34.

SIGILLUM.

Sigillum etiam absque subscriptione probat, præsertim quoties apparet, consensu ejus, ad quem illud pertinet, appositum fuisse, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 21. *n.* 3.

Sigilla contrahentium perfectionem contractus in instrumento contenti arguunt, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 21. *n.* 1.

Ex sigillo probatur vel saltē præsumitur consensus ejus, cujus est sigillum, non verò dominium, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 34. *n.* 6.

Signatio & subscriptio vel eorum alterutrum duntaxat consensum & obligationem inducit, *p.* 1. *c.* 17. *d.* 16. *n.* 4.

SIMUL.

Dictio (unà vel simul) non tantum conjungit, verum etiam simultaneum concursum inducit, *p.* 3. *c.* 29. *d.* 8. *n.* 11.

Vocabulum (æquè simul) operatur, ut heredes diversarum etiam familiarum instituti, non in stirpes, sed in capita, sive ex portionibus virilibus succedant, *p.* 3. *c.* 9. *d.* 15. *n.* 5.

SIMULATIO.

Simulatio probari potest ex solis indiciis & conjecturis, *p.* 2. *c.* 1. *d.* 2. *n.* 5.

SIPZAHL.

Verba (nach rechter Sipzahl) proximitatem attendi jubent, efficiuntque ut proximior in gradu remotiorem excludat, salvô tamen jure repræsentationis, *p.* 3. *c.* 29. *d.* 9. *n.* 6.

Verba hæc (nach rechter Sipzahl) investituræ inserta non faciunt cessare jus repræsentationis in Feudo, *p.* 3. *c.* 29. *d.* 2.

SOCIETAS.

Societas universorum bonorum contracta nunquam intelligitur, nisi cum specialiter id actum est, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 45. *n.* 3.

Etsi societas ne quidem ex pacto heredes obligat, emolumentum tamen societatis ad eos transit, *p.* 2. *c.* 37. *d.* 28.

Lucrum & damnum in societate est communicandum omnibus, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 47. *n.* 2.

In societate divisio inter socios æqualiter facienda est, secundum proportionem quotativam, non quantitativam, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 38.

Valet quandoque pactum in societate, ut alteri semper pecunia sit salva, nec is ullum sentiat damnum, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 39.

SOCIUS.

Socius socio præstat culpam levem, non etiam levissimam, aut casum fortuitum, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 12.

Socius socio bonam fidem præstare debet, *ib. n.* 1.

Socii in solidum semper sunt obligati, nec gaudent beneficio divisionis, *p.* 2. *c.* 17. *d.* 12.

SODOMIA.

Sodomia cum brutis animalibus exercita, igneis flammis vindicanda est, *p.* 4. *c.* 2. *d.* 3. *n.* 8.

Propter crimen Sodomiticum conjugium separatur, *p.* 4. *c.* 2. *d.* 4. *n.* 7.

SOLENNITAS.

Solennitas necessaria præsumitur interveniisse, ubi de facto ipso constat, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 32. *n.* 8.

Quicquid ad solennitatem exigitur, illud ab actu dividi nequit, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 30. *n.* 5.

De solennium remissione absque juris autoritate nil quicquam temere asseverandum, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 15. *n.* 13.

SOLET.

Verbum solet quandoque est necessitas, *p.* 1. *c.* 25. *d.* 2. *n.* 10.

SOLIDUS.

Solidi verbum priscis Saxonum Legibus significat minoris monetæ genus & Germanicè appellatur Schilling/ *p.* 2. *c.* 12. *d.* 12. *n.* 1.

In materia donationum denotat aureæ monetæ speciem, *d. n.* 1.

Per quinque solidos in Ordinatione Carol. art. 160. denotantur aurei Ungarici sive Ducati, *p.* 4. *c.* 32. *d.* 1. *n.* 7.

Per solidum intelligitur in materia arborum furtim cæsarum Grossus, qui 12. continet nummos antiquos vel 16. novos hodiernos Misnenses, quorum 12. unum grossum Misnensem, & 21. grossi florenum constituunt, *p.* 4. *c.* 37. *d.* 1. *n.* 5.

Ut sic factâ computatione 30. solidi faciant 40. grossos argenteos Misnenses, hoc est, duas sexagenas antiquas, *ib. n.* 6.

SOLVERE.

Solvi debitum in diem invito creditori etiam ante diem potest, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 11.

Creditor autem ante diem petere nequit *n.* 5. ratio diversitatis, *n.* 6.

Solvi non potest ante diem creditori debitum, si dies fuerit adjecta in favorem creditoris, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 12.

Solvi invito creditori particulariter non potest, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 13.

Nisi hoc expressè sit actum, *n.* 4.

Aliud pro alio solvi nequit, *p.* 1. *c.* 8. *d.* 11. *n.* 6.

Ejus quod errore juris solutum fuit, repetitio cessat, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 2. *n.* 2.

Mora solvendi est quasi deminutio quædam pretii, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 7. *n.* 6.

Thaleris vel aureis mutuò datis quali moneta restituenda & solvenda, vide supra Monetæ solutio & valor.

Solvere qui promisit, intra præfinitum tempus vel dare fidejussores, elapso termino præcisè cogi potest, ut solvat & quando in alternativis electio sit creditoris, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 18.

Simpliciter factâ solutione, in quam causam videatur solutum esse, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 16.

Solvere potest debitor, in quam causam velit, *ib. n.* 1.

In dubio semper id quod solvitur, in graviorem causam solutum videtur, *n.* 7.

Solutum prius in usuras quàm in sortem imputari debet, modò usuræ exigi potuerint, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 17.

Debitor, solvens minori sine tutoris autoritate, non consequitur liberationem, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 45. *n.* 1.

Solvens minori debitum, plenam quandoque, quandoq; pleniorem, & quandoque pleniissimam liberationem acquirit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 45. *n.* 4.

Solutum quod est chirographariis, Hypothecarii creditores repetere possunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 179.

Solutam hypothecariis posterioribus pecuniam priores hypothecarii jure repetunt, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 180.

Solutum creditoribus nunquam repetitur, si ex bonis debitoris, reliquis satisfieri queat, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 181.

SOLUTIO.

Solutionis verbum in generali significatione omnem liberationem quoquo modo factam, adeoq; & delegationem comprehendit, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 23. *n.* 2.

Solutio strictè & propriè loquendo dicitur præstatio realis pecuniæ ejus, debetur, *ib. n.* 1.

Solutio non tollit aliam obligationem, quàm in cujus causam facta est, *p.* 2. *c.* 30. *d.* 13. *n.* 4.

In solutionibus locum habet beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. *p.* 2. *c.* 34. *d.* 12.

Solutio particularis haud pauca habet incommoda, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 13. *n.* 1.

Particularem solutionem non recipere neque sortem absque usuris acceptare tenetur creditor, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 17. *n.* 3.

Solutionis tempore arbitrio debitoris commisso, defunctô eô heredes statim solvere tenentur, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 18.

Quando terminus in obligationis instrumento solutioni præfinitus non est, debitor ad interpellationem creditoris solvere tenetur, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 19.

Solutio, facta pupillo absque decreto judicis, non liberat debitorem, etiamsi tutoris autoritas intervenerit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 45.

Solutio tutori vel pupillo extrajudicialiter facta non impugnari potest, si pecunia deperdita non sit, *p.* 2. *c.* 11. *d* 47.

Solutio, in concursu creditorum à debitore uni facta, in usuras referenda non est, nisi fortè solutio eo tempore facta esset, quo aliis creditoribus nullum adhuc esset jus quæsitum, *p.* 2. *c.* 29. *d.* 17. *n.* 9. & 10.

Solutio & debitum ex confessione creditoris vel debitoris, de qua testes in loco & tempore variant, probatur, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 41.

Debitum vel solutio juramento creditoris aut debitoris probatur, si instrumentum vel libri publici in incendio perierint, *p.* 4. *c.* 17. *d.* 15.

Solutio quandoque probatur præsumtionibus & conjecturis, *p.2.c.29.d.11.*
Quando agitur de credito antiquo, *n.12.*
Solutio debiti per instrumentum penes debitorem repertum non probatur, *p.2. c. 29. d.12.*
Nisi à creditore sibi redditum probet, factamve à se solutionem, *n.1.*
Pro debitore autem haud levis inde oritur præsumtio, si integræ sit existimationis, *n. 3.*
Solutio totius debiti non probatur quittatione creditoris, si ad certam summam hæc præsumtivè restringi queat, *p.2.c.29.d.13.*
Testibus non creditur, nisi etiam deponant & dicant, ex qua causa fuerit solutum, *ib. n.3.*
Ex solutione annuæ pensionis, tribus annis proximis facta, inducitur præsumptio totius debiti in præteritum soluti, *p.2.c.2.d.7.*
Hæc præsumtio debiti soluti probationem admittit contrariam, *p.2.c.2.d.8.*

SOROR.

De sororum successione vide infra Successio collateralium.

SORS.

Sorti in jure multa committentur, *p.1. c.7.d.23.n.3.*
Sorti plerumque in casu dubio res committitur, *p.3.c.15.d.41.n.4.*

SORTIARII.

Sortiarii (die Sygen, reiger) non mortis supplicio, sed extraordinariè puniuntur, *p.4.c.2 d.8.*
Sortiarii ante pœnæ executionem ministris Ecclesiæ committuntur, qui eos rectius institutos ab ejusmodi superstitionibus deducant, *ib.n.5.*

SPECIES.

Commutatâ specie rei commutatur & extinguitur res ipsa, nec amplùs dicitur eadem, *p.3. c.30. d.13. n.4.*

SPECIALIS.

Specialia & a jure communi exorbitantia ad casus similes extendi haud debent, *p.3.c.20.d.4. n.10.& 11.*

SPOLIUM.

Terminus 15. dierum, quo spolium est probandum, incipit currere à tempore rei judicatæ post injunctum probandi onus, *p.1.c.6.d.1.*
In exceptione spolii probanda intra terminum 15. dierum, articulos saltem cum nominibus testium vel copiis instrumentorum judici offerri, licet probatio non plenè absolvatur, sufficit, *p.1.c.6.d.2.*
Spoliatus judicem haud cogere potest, ut testes intra 15. dies recipiat aut examinet, *ib.n.5.*
Spolii exceptio est dilatoria, *p.1.c.6.d.6. n.1.*
Spolii exceptio non tantummodo instrumentis, sed etiam testibus probari potest, *p.1.c.6.d.3.*
Spolii exceptio etiam contrà executionem opponitur, *p.1.c.6.d.4.*
Spolii exceptio contra instrumentum confessatum opposita præcisè instrumentis, non testibus probari debet, *p.1.c.6.d.5.*
Spolii exceptio post litem contestatam opponi potest, si reus ejus notitiam se antea non habuisse jurare velit, *p.1. c.6.d.6.*
Nullus alius effectus est exceptionis Spolii, etiam post litem contestatam oppositæ, quam ut judicium suspendat, *p.1.c.6.d.7.*
De Spolio excipientes advocati ad ejus restitutionem conclusionem haud dirigant, sed actorem non audiri petant, priusquam reus plenariè restitutus sit, *ib.n.2.*
De Spolio agens non habet necesse probare possessionem de tempore spolii, sed sufficit docere, quod aliquando possederit, *p.1.c.6.d.8.*
Remedia quædam spoliato competentia, *ibid.n.2.*
Reus duo extrema pro fundamento suæ intentionis probare necesse habet, puta: antiquiorem possessionem suam & novam conventi Spoliatoris, *ibid.n.4.*
Spolii exceptio non habet locum contra tertium possessorem, *p.1.c.6.d.9.*
Nec etiam contra heredem, nisi de eo, quod ad ipsum pervenit, *ibid.n.2.*
Spolii exceptio competit reo spoliato ejusque heredi, *ibid.n.1.*
De spolio alterius excipi nequit contra actorem, qui scit reus rem aliquam possidet, *ibid.n.4.*
Sed hoc casu scius tenetur remedio, c. sæpe de restitutione spolii, *n.5.*
Spolii exceptio in criminalibus causis tertio opponi potest, *ibid n.7.*
Nec non in civilibus ad executionem impediendam, *ibid.n.8.*
Exceptionem Spolii non licet reo conscientiæ actoris committere, *p.1.c.6.d.10.*
Spolium rarò vel nunquam sine dolo committitur, *ibid.n.3.*
Spoliatus non restituitur, si possessionem in adversarium sponte transtulit quatenus verum, *p.2.c.8.d.2.n.5.*
Vespillones aliivè ægrotos curæ suæ commissos Spolii causa occidentes rotæ supplicio sunt plectendi, *p.4.c. 5.d.1.*
Ampliatur, *n.8.& 9.*
Absque spoliandi intentione in ægrotis commissum homicidium gladii pœna vindicatur, *p.4.c.5.d.2.*
Spoliatus in itinere actor non potest repetere damni restitutionem à reo, *p. 1.c.31.d.17.*

SPONSALIA.

Sponsalia pub. præferuntur Clandestinis, etiamsi hisce arrha accesserit, *p. 4.c.20 d 8.*
Sponsalia Clandestina non subsistunt, & quænam ita dicantur, *p.4.c.20.d.7.*
Sponsalia non subsistunt per verba dubia contracta, *p 4.c.20.d.9.*
Sponsalia contrahuntur etiam inter absentes per nuncium vel literas, *n.1.*
Modo consensus eorum, de quorum conjunctione agitur, sit expressus, *n.3.*
Sponsalia clandestina obligandi vim nullam habent, *p.4.c.20 d.6.n.4.*
Sponsalia de præsenti non dissolvuntur ob furtum a sponso sponsavè commissum, neque ex utriusque dissensu mutuo, *p.4.c.24.d.16.*
Sed à Deo colligantur & ab ipsius autoritate & voluntate dependent, *ib. n.5.*
Ut in Sponsalia liberorum parentes absque suo consensu contracta consentiant, cogi non possunt, *p.4.c.20.d.14.*
Sponsalia liberorum absque jussu parentum contracta, non subsistunt, antequam per consensum eorundem vitium clandestinitatis purgetur, *ib.n.5.*
In Sponsalibus liberorum præcedat jus parentum, nec ratihabitio sufficit, *ibid. n. 1.*
Nec sollicitè in allegatas à parentibus causas dissensus inquiratur, sed autoritatis paternæ ratio imprimis habeatur, *n. 8.*
Sponsalia per concubitum consummata non rescindenda sunt ex parentum dissensu, *p.4.c.20.d.15.*
Sponsalibus clandestinis contractis, & sponsus ante benedictionem sacerdotalem sponsam carnaliter cognoscat, liberi inde nati pro legitimis habentur, & patri succedunt, haud subsecutis licet nuptiis, *p.3.c.14.d.12.*

SPONSA: SPONSUS.

Sponsus sponsavè nomine mariti & uxoris propriè non comprehenduntur in foro Sax. antequam thalamum conscenderint, *p.3.c.19.d.13.n.13.*
Sponsa de præsenti uxor dicitur, *p.3.c. 19.d.1. n 6.*
Quomodo restringendum, *ib.n.7.* item *p.3.c.19. d.11. n. 2.*
In Sponsis jura, de marito & uxore disponentia, locum non habent, *p.3. c. 19. d. 13. n. 14.*
Sponsus vel sponsa ante commixtionem carnalem statuto de successione conjugum loquente non comprehenduntur, *p. 3. c.19. d.11. n.3.*
Spontam si quis carnaliter cognoverit, stuprum non committitur de jure civili, *p.2 c.6.d.13.n.5.*
Desponsatæ personæ, ante benedictionem sacerdotalem carnaliter se commiscentes, mitius puniri debent, *p.4.c. 27. d. 12.*
Item si post stuprum commissum matrimonium contraxerint, *ib.n.9.*
Si Sponsa ab alio antea imprægnata & gravida reperiatur, dissolvitur matrimonium, *p.4.c.20.d.12.*
Non verò ob stuprum mariti ante nuptias commissum, *p.4.c.20.d.13.*
Ratio diversitatis, *ib.n.6.& seq.*
Sponsa sequi tenetur Sponsum propter furtum relegatum, *p.4.c.24.d.16.n.10.*
Donatio inter Sponsum & Sponsam jure subsistit, unde & Sponsa defuncta catenam Morgengabicam, ceu rem ad Geradam pertinentem ad proximam cognatam transmittit, *p.2. c.13. d.19.* it. *p.3.c.19. d.13.n.16.*
Sponsô sponsâvè ante nuptias licet moriente, non tamen revocatur donatio arrharum sponsalitiarũ, *p.3. c.19.d.13.*
Aliud de jure civili, *n.1.& seqq.*
Sponsæ facta donatio jure subsistit, nec post ejus obitum donatum repeti potest, *p.3. c.19.d.14.*
Sponsô defunctô post copulam sacerdotalem ante ingressum thalami sponsa habitu virginali incedere non prohiberur, *p.3.c.19.d.11.*
Secus si post, *n.7.*
Desponsatis personis ex veriori sententia in Electoratu Sax. approbata portio statutaria conjugi superstiti debita ante consecutionem thalami haud defertur, *p.3.c.19.d.1.*
Sponsus sponsavè in foro Sax. ante consecutionem thalami nil lucratur de eo, quid sibi ex bonis defuncti conjugis debetur, *p.3.c.19.d.2.*
Non facit copula sacerdotalis; ut defuncto ante consecutionem thalami Sponso sponsavè, superstes ex statuto vel pactis dotalibus quicquam luceretur, *p.3. c.19. d.2.*

Debetur

Debetur tamen conjugi superstiti portio statutaria post consensionem thalami, licet copula carnalis non accesserit, *p. 3. c. 19. d. 4.*

Siquidem appositio in lectum, quæ inter Nobiles & illustres personas solet servari, pro ingressu thori conjugalis habetur, *ib. n. 7.*

Nec privanda est uxor portione statutaria ob impotentiam Sponsi vel mariti in coëundo, si ei ad mortem usque cohabitaverit, *p. 3. c. 19. d. 5.*

Sponsus nihil lucratur ex bonis Sponsæ à se imprægnatæ, si ante copulam sacerdotalem ea decesserit, *p. 3. c. 19. d. 6.*

Sponsa non excludenda est à portione statutaria propterea quod Sponsus ante ingressum thori mortuus sit, si aliud inter eos conventum sit, *p. 3. c. 19. d. 7.*

Sponsa dotalitium petere nequit defunctô Sponsô ante consensionem thalami, *p. 3. c. 19. d. 8.*

Sponsus dotem Sponsâ ante consensionem thalami defunctâ, si per eam steterit, quo minus nuptiæ consummarentur, lucratur, *p. 3. c. 19. d. 9.*

SPONSALITIA LARGITAS.

Ad Sponsalitiam largitatem seu Morgengabam pertinent pecudes fœmellæ cujusque generis, *p. 3. c. 33. d. 20.*

Non etiam pecudes masculini sexûs, *p. 3. c. 33. d. 21.*

Nisi post mortem mariti ante 30. vel divisionem fuerint procreatæ, *p. 3. c. 33. d. 22.*

Ultra pecudes tamen fœmellas ad Sponsalitiam largitatem pertinent quoq; sæpes, ædificia, carpenta, & omnis materies lignorum prædiis extruendis comparata, *p. 3. c. 33. d. 21. n. 3.*

Defunctô maritô vidua Nobilis Geradam, sponsalitiam largitatem & dotalitium propria autoritate accipere & occupare potest, *p. 3. c. 33. d. 1.*

Expectare tamen debet vidua jura sua occupans trigesimum diem à morte mariti, *p. 3. c. 33. d. 2.*

Non perdit tamen jus suum vidua nobilis Geradam, Sponsalitiam largitatem & dotalitium intra 30. comestibilia verò post 30. propriâ autoritate apprehendens, *p. 3. c. 33. d. 4.*

Sed arbitraria mulcta ob id ei potest imponi, *ib. n. 6.*

Vidua Geradam, Sponsalitiam largitatem & dotalitium propriâ auctoritate apprehendens beneficio inventarii, vel juramento quid acceperit, indicare tenetur, *p. 3. c. 33. d. 5.*

Si plus acceperit, quàm debuerit, *n. 8.*

Non succedit Vidua jure Nobilium in dotalitio, Sponsalitiâ largitate & Comestibilibus, si maritus defunctus non fuerit Nobilis, *p. 3. c. 37. d. 1.*

Defunctô ergò maritô plebejô Vidua ejus non petere potest Comestibilia vel Sponsalitiam largitatem, licet ipsa ex genere Nobili sit procreata, *p. 3. c. 37. d. 2.*

Audienda est vidua Nobilis, si relictô jure muliebri ad instar viduæ plebejæ succedere & portionem statutariam petere velit, *p. 3. c. 37. d. 3.*

Quotam statutariam vel hereditatis vidua una cum dotalitio, cibariis domesticis, aliisque juribus muliebribus petere non potest, *p. 3. c. 37. d. 4.*

Nec viduæ bona illata repetenti debentur comestibilia & Largitas Sponsalitia, *p. 3. c. 37. d. 5.*

Liberum tamen est viduæ jura ac lucra mulieribus Nobilibus competentia eligere, vel quotam hereditatis petere, *p. 3. c. 37. d. 6.*

Donatum in mortis casum Vidua Nobilis una cum Sponsalitia largitate, comestibilibus, aliisque juribus muliebribus petere valet, *p. 3. c. 37. d. 8.*

Cibaria domestica, Gerada & Morgengaba in successione Viduæ Nobilis æquali jure devinciuntur, *p. 3. c. 33. d. 23. n. 6.*

De Sponsalitia largitate & cibariis domesticis æs alienum defuncti mariti in subsidium est exsolvendum, *p. 3. c. 36. d. 9.*

Sponsalitia Largitas & comestibilia annô & die præscribuntur in foro Sax. *p. 3. c. 36. d. 10.*

Sponsalitiam largitatem, Geradam & Cibaria domestica vidua Nobilis plenô jure acquirit, eaque post mortem ad heredes suos transmittit, *p. 3. c. 34. d. 1. n. 11.*

Sponsalitia Largitas sive Morgengaba de omnibus defuncti mariti prædiis Viduæ Nobili debetur, *p. 3. c. 33. d. 24.*

Ex prædio etiam conducto, *p. 3. c. 33. d. 23. it. p. 3. c. 36. d. 6.*

Viduæ non jure successionis & factô mariti prædefuncti, sed ex dispositione Sax. & privilegio speciali, adeoq; ex jure proprio Geradam, Sponsalitiam largitatem & dotalitium adipiscuntur, *p. 3. c. 33. d. 1. n. 4.*

SPONSIO.

Sponsiones de rebus honestis validæ sunt & contrahentes obligant, *p. 2. c. 19. d. 18.*

Sponsionis causâ annulos deponere licet, *ib. n. 1.*

SPURIUS.

Spurius patrem certum nunquam habet, sed tantummodò matrem, *p. 4. c. 28. d. 6. n. 3. it. p. 3. c. 14. d. 12. n. 1.*

Spurius matri & cognatis tantummodò succedit, non patri & agnatis, *d. d. 6. & d. d. 12. n. 1.*

Si non ex damnato & punibili coitu provenerit, *ib. n. 5.*

E contra Spurio non pater, neque agnati, sed solummodò mater & agnati succedunt, *p. 4. c. 28. d. 7.*

Si Spuriô defunctô nullus existat cognatus ex matre, exclusis consanguineis sui patris conjunx fisco præfertur, *p. 3. c. 18. d. 31. n. 9.*

Spuriô herede institutô fratribus testatoris querela inofficiosi testamenti competit, *p. 3. c. 10. d. 10.*

Pater tenetur alere filium etiam naturalem & Spurium, nisi hic semetipsum exhibere queat, *p. 2. c. 10. d. 18.*

Spuriô sive ex licito sive ex damnato coitu fuerit suspectus, ex æquitate canonica alimenta debentur, modò aliundè non habeat, unde se alat, *p. 3. c. 14. d. 11. n. 1. & 2.*

Spurii an sint infames, *p. 1. c. 16. d. 71. n. 6. it. p. 3. c. 10. d. 10. n. 4.*

Si tanta Spurii virtus sit, ut vitæ honestate & meritis maculam illam facilè eluat & ab omnibus bonis ac honestis recipiatur, hæc sola ei nota nocere non potest, *ib. n. 15.*

Solam insitionem stirpis Spuriæ in familiam alienam mortis supplicium mereri quatenus procedat, *p. 4. c. 19. d. 6. n. 9.*

Erga Spurios quosvis omne officii & caritatis genus est exercendum, *p. 4. c. 27. d. 10. n. 8.*

STATUTUM.

Statutum omnibus horis loquitur & semper est in viridi observantia, *p. 2. c. 21. d. 10. n. 6.*

Statutum stricti juris habetur, *p. 3. c. 20. d. 11. n. 6.*

Et in terminis propriè ita loquentibus est accipiendum, *p. 2. c. 31. d. 17. n. 3.*

Statutum generale ad personas privilegiatas haud extendendum, *p. 3. c. 12. d. 3. n. 5.*

Statutum contra jus commune introductum ad alios casus extendi non debet, ex sola rationis identitate, *p. 2. c. 31. d. 16. n. 2.*

Statutum alicujus provinciæ aut civitatis homines extraneos, qui incolæ non sunt, constringere non potest, *p. 2. c. 14. d. 53. n. 4.*

Statutum civitatis non extendit vires suas extra territorium & jurisdictionem civitatis, *ib. n. 7.*

Statutum simpliciter & indefinitè loquens prodest etiam forensibus, *p. 2. c. 22. d. 26. n. 2.*

Quoties Statutum principaliter habilitat, vel inhabilitat contractum seu dispositionem quoad solennitates, semper attenditur locus, in quo talis contractus seu dispositio fuit celebrata, ac obligat etiam non subditum, *p. 3. c. 6. d. 12. n. 4. & 5.*

Quod Statutum diversis verbis ac certa demonstratione non dicit, id nec nos dicere, sive per subauditos ac tacitos intellectus supplere oportet, *p. 3. c. 20. d. 10. n. 7.*

Statutum contra statuentis mentem in ei editorum favorem trahi non debet, *p. 3. c. 20. d. 11. n. 5.*

Statuta sunt propriè accipienda, neque ultra casum, de quo disertè loquuntur, extendenda, *d. d. 11. n. 7. p. 2. c. 14. d. 52. n. 6.*

Statuta & Jura municipalia in iis, ubi vigent, locis jus civile sunt, *p. 2. c. 14. d. 53. n. 1.*

Et juris communis autoritatem habent, *ib. n. 2.*

Statuta vim legis habent, ac juri communi derogant, *p. 3. c. 23. d. 2. n. 2.*

Statuta de eodem disponentia, de quo aliàs extat juris communis sanctio, ita sunt interpretanda, ut aliquid ultra jus commune operentur, *p. 3. c. 1. d. 1. n. 6.*

Cujuslibet loci peculiaria Statuta jus commune & generalem consuetudinem provinciæ tollere solent, *p. 2. c. 14. d. 25. n. 5.*

Statuta pœnalia ultra verborum propriam significationem non extenduntur, *p. 4. c. 35. d. 1. n. 5.*

An statuta civitatis ipsum Magistratum

tum ligent, *p.* 3. *c.* 12. *d.* 17. *n.* 1.
Statuta ratione bonorum sui territorii obligant etiam non subjectos, *p.* 3. *c.* 12. *d.* 12. *n.* 4.
Statuta ipsas res afficiunt, sive à cive possideantur sive ab advena, *ib. n.* 5.
Statuta vel jura municipalia etiam favorabilia, sive in rem sive in personam sunt concepta, ad bona immobilia extra territorium sita, etiamsi illa majorem partem constituant, non extenduntur, *ib. n.* 6.
Etiamsi Statutis verba illa (die Güter liegen auch gleich wo sie wollen) inserta fuêre, *ib. n.* 7.
Verba Statuti dubia ex jure communi interpretationem declaratoriam admittunt, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 10. *n.* 6.
Ubi jurisdictio Statuentium cessat, ibi Statuti quoq; dispositio obtinere non potest, *p.* 3. *c.* 20. *d.* 19. *n.* 6.
Statutis ligari & forum sortiri à pari procedunt, *p.* 3. *c.* 12. *d.* 18. *n.* 3.
In rebus mobilibus successio fit secundum Statuta loci, in quo defunctus habuit domicilium, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 54. *n.* 6.
Collegia opificum approbata de rebus ad eorum artem & professionem spectantibus Statuta inter sese specialia etiam contra statuta civitatis generalia condere possunt, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 9. *n.* 1.
Modò juri divino & naturali non sint contraria, aut irrationabilia, nec inter eos aliquod præjudicium generent, *p.* 2. *c.* 6 *d.* 11. *n.* 3.
Statuta Opificum de consuetudine egent confirmatione superioris, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 15. *n.* 3.
Non nisi collegiatos ligant, *n.* 4.
Statutum Lipsiense de Geradâ, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 22. & 51.

STATUTARIUM.

Jus Statutarium haud patitur extensionem de casu ad casum, *p.* 2. *c.* 53. *d.* 10. *n.* 13.
Constitutiones Statutariæ strictè accipi debent, ita ut, quantum fieri potest, minus jus commune Saxonicum corrigatur, & sufficit, si in aliquo minimo quid possint operari, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 8. *n.* 14. *p.* 2. *c.* 22. *d.* 19 *n.* 9. it. *p.* 4. *c.* 43. *d.* 3. *n.* 5.
Statutum post conjugum, vide supra Conjugum pactio dotalitia, *Et infra* Successio vidux, *n.* Testamentum Conjugum.

STIPENDIUM.

Justum est, ut consequatur Stipendium, qui suum commodat obsequium, *p.* 3. *c.* 28. *d.* 18. *n.* 12.
Stipendium certis personis atque familiæ studiorum causâ relictum, etiamsi nemo in familia literis operam navet, in alios tamen usus pios converti nequit, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 8.

STIPULARI.

Stipulari regulariter nemo alteri, nec mater filiæ potest, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 26.
Fallit in patre, *ib. n.* 7.
Subsistit quidem Stipulatio alteri facta, si ipsius stipulatoris interfit, sed nulla inde actio tertio acquiritur, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 27. it. *p.* 2. *c.* 18. *d.* 23. *n.* 6.

STUDIOSUS.

Studiosorum privilegia, *p.* 4. *c.* 9. *d.* 5. *n.* 3.
Studiosorum privilegium non potest ad causas criminales trahi, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 10, *n.* 3.
Studiosus conventus coram Rectore, non potest hodie forum ejus declinare, ob juramentum Rectori præstitum, *d. d.* 10.
Studiosorum libri Museum illati pro mercede hospitii haud sunt tacitè obligati, *p.* 4. *c.* 9. *d.* 5. *n.* 5.
Locator jus retentionis habet in bonis à conductore illatis, etiam in libris Studiosorum, si alia deficiant bona, *p.* 2. *c.* 25. *d.* 20.
Pater filii bona administrans, quatenus alimenta præstita & sumptus Studiorum repetere possit, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 28.
Studiorum causa stipendium certis personis atque familiæ relictum, etiamsi nemo in familia literis operam navet, in alios tamen usus pios converti nequit, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 8.
Studiorum causâ legatum relictum expirat, quando legatarius à studiis desistit, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 26.

STUPRARE: STUPRATOR.

Stuprator dotare puellam stupratam, si hæc ipsi nubere recusat, non tenetur, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 1.
Nec jure maritus, qui puellam Stupravit, ad dotationem obstringitur, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 2.
Contraria tamen sententia de jure Canonico subsistere potest, *ib. n.* 8.
Stuprata dotem petere à Stupratore, quantumvis jam ante cum alia matrimonium contraxerit, valet, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 3.
Stuprator viduam quoque honestam dotare tenetur, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 4.
Stuprator infanti, quamprimum is fuerit natus, alimenta præstare obstrictus est, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 5.
Stuprator ultra dotationem stupratæ alimentationem infantis carcere punitur, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 6.
Vel pœnâ severiori arbitrariâ, relegatione, aut etiam quandoque fustigatione, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 7.
Stuprata post quinquennium etiam à stupri crimine elapsum dotem petere valet, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 8.
Stuprum passa puella non minus ac ipsemet Stuprator carceris pœnam sustinet, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 9.
Stupratori virgo non censetur concessisse florem virginitatis decerpere absque facta spe de ineundo matrimonio, *p.* 1. *c.* 22. *d.* 4. *n.* 3.
Stuprata ab eo, cujus amore capta illi soli copiam sui facit, an sit infamis, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 14. *n.* 6.
Tenetur ad Palinodiam & pœnam arbitrariam, qui virginem aut mulierem carnaliter se cognovisse & Stuprâsse gloriatur, *p.* 4. *c.* 45. *d.* 2.
Nec non mulier de adulterio aut Stupro maritum vel juvenem inculpans, *p.* 4. *c.* 45. *d.* 3.
Effugit tamen præstationem Palinodiæ diffamator Stuprum probans, *p.* 4. *c.* 45. *d.* 2.
Neutiquam tamen pœnam Stupri, *n.* 7.
Arbitrariè punitur carceratus, qui Stuprat filiam vel ancillam custodis, *p.* 4. *c.* 25. *d.* 5.
Fustigatione puniendus est, qui mulierem solutam captivam custodiæ suæ commissam sive honestam sive inhonestam Stuprat, *p.* 4. *c.* 25. *d.* 1.
Absque fustigatione relegandæ est mulier, quæ commentariensi copiam sui fecit, *p.* 4. *c.* 25. *d.* 2.
Commentariensis maritus pœnâ gladii plectendus, si mulierem solutam captivam Stupraverit, *p.* 4. *c.* 25. *d.* 3.
Nisi conjunx pro illo intercesserit, eique injuriam remiserit, *p.* 4. *c.* 25. *d.* 4.
Si rusticus vel alius quispiam vilioris conditionis homo Nobilem puellam Stupraverit, ad fustigationem pœna extenditur, *p.* 4. *c.* 25. *d.* 2. *n.* 7.
Si Tutor pupillam suam Stupraverit, pœna fustigationis locum habet, *ibid. n.* 6.
Si quis Turcam Stupraverit, fustibus cæditur, *ib. n.* 5.
Dissolvitur matrimonium, si sponsa ab alio Stuprata & gravida reperiatur, *p* 4. *c.* 20. *d.* 12.
Non verò ob Stuprum mariti ante nuptias commissum, *p.* 4. *c.* 20. *d.* 13.
Ratio diversitatis, *n.* 6. *& seqq.*
Stuprum, si carnaliter quis cognoverit eam, cui matrimonium promisit, non committitur de jure civili, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 13. *n.* 5.
Mitiùs debent puniri personæ desponsatæ ante benedictionem sacerdotalem carnaliter se commiscentes, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 12.
Item si post Stuprum commissum matrimonium contraxerint, *ib. n.* 9.
Fustigatione insimul atque perpetuâ relegatione punitur, qui mulierem mente captam carnaliter cognoscit, *p.* 4. *c.* 26. *d.* 1.
Stuprator puellæ mente captæ ultra pœnam fustigationis ei tenetur alimenta præstare, *p.* 4. *c.* 26. *d.* 2.
Mulier verò mente capta Stuprata ab omni pœna est immunis, *p.* 4. *c.* 26. *d.* 3.
Mortis pœnâ haud est plectendus, qui mulierem Judæam carnaliter cognoscit, *p.* 4. *c.* 26. *d.* 4.
Arbitrariè saltem punitur Stuprator puellæ, quam ex sacro baptismate levavit, *p.* 4. *c.* 26. *d.* 5.

STUPRUM.

Stuprum à fornicatione in quo differat, *p.* 4. *c.* 28. *d.* 1. *n.* 1.
De Stupro & fornicatione cognitio pertinet ad superiorem jurisdictionem, *p.* 4. *c.* 28. *d.* 4.
Stuprum æquè committitur in Vidua atque in virgine, *p.* 4. *c.* 27. *d.* 4. *n.* 1.
Maritus ad fœminam solutam accedens Stuprumq; committens de jure communi virgis cæsus in perpetuum relegatur, *p.* 4. *c.* 19. *d.* 4.
At fœmina soluta maritum alienum admittens de jure communi arbitrariè vel temporali relegatione vel carcere punitur, *p.* 4. *c.* 19. *d.* 5.
Vidua ob adulterium vel Stuprum in se admissum post obitum mariti, dotem non perdit, sicut nec Morgengabam, Geradam vel cibaria domestica, *p.* 4. *c.* 21. *d.* 7.
Etsi intra annum luctus luxuriosè vixerit, *p.* 4. *c.* 21. *d.* 8.
Filia neque ob stuprum neque ob incestum in se admissum privatur dote vel hereditate paternâ, *p.* 4. *c.* 21. *d.* 9.
Corpus injuriæ per Stuprum illatæ causa Romanis LL. occidere permissum est, *p.* 4. *c.* 10. *d.* 6. *n.* 6.

INDEX RERUM

STUPRUM VIOLENTUM.

Gladiô feriri debet, qui meretricem aut mulierem vulgarem per vim carnaliter cognoscit, *p.4.c.30.d.3.*

Pro stupro violento nunquam gladii pœna est infligenda, priusquam de consummatione Stupri per immissionem seminis saltem ex confessione rei constet, *p.4.c.30.d.4.*

Attentatum Stupri violenti fustigatione & perpetuâ relegatione punitur, *p.4.c.30.d.5.*

Stupri pœnam incurrit, qui minis & armis metum incutiendo fœminam ad libidinem compellit, *p.4.c.30.d.6.*

Ad mortis supplicium condemnatur, qui consiliô, favore, aliavè ope Stuprum violentum juvat & promovet, *ib.n.3.*

Ad intercessionem Stupratæ, quæ Stupratori nubere vult, pœna mortis ipsi remittitur, substitutâ relegatione perpetuâ, *p.4.c.30.d.7.*

Veniam tamen haud meretur Stuprator violentus ad consummationem matrimonii se offerens, si Stuprata ipsi nubere nolit, *p.4.c.30.d.8.*

Mulier vi Stuprata ab omni pœna est immunis, *p.4.c.30.d.9.*

Circa probationem Stupri violenti multum fidei tribuitur querelæ mulieris stupratæ, *p.4.c.30.d.10.*

Stuprum violentum puellæ impuberis mortis supplicio haud punitur, priusquam de ejus consummatione constiterit, *p.4.c.31.d.1.*

Fustigatione tamen puniendus est Stuprator puellæ impuberis, etiamsi crimen non perfecerit, *p.4.c.31.d.2.*

Stuprum puellulæ infanti illatum semper mortis pœnâ vindicatur, *p.4.c.31.d.3.*

Quæ tamen pœna haud exasperatur, quantumvis puellula Stuprata ex compressione violenta obierit, *p.4.c.31.d.4.*

Non liberat minorennitas Stupratorem violentum à pœna mortis ordinaria, *p.4.c.31.d.5.*

SUBDITUS.

Dominis atque Nobilibus nullum competit jus protimiseos in cibariis vel mercibus edilibus Subditorum, quas venales ad forum deferunt, *p.2.c.51.d.10.*

Subditos ex justa causa Dominus cogere potest, ut uno ac certo utantur vespillone, *p.2.c.14.d.12.*

Subditi regulariter in foro Sax. operas ad ædificia Dominorum extrudenda præstare tenentur, nisi aliud consuetudine vel pacto speciali sit introductum, *p.2.c.52.d.1.*

Subditi lapides ad vias complanandas convehere, vel terram veteratam avehere non sunt obligati, *p.2.c.52.d.4.*

Subditi ligna, aliamvè materiam ædificiis Dominorum ædificandis necessariam, quæ in territorio Principis haberi nequit, aliundè convehere tenentur, *p.2.c.52.d.5.*

Limitatur in ædificio novo, ubi hactenus nullum fuit extructum, *p.2.c.52.d.6.*

Divisô inter plures filios Feudô nova ædificia extruentes operas à Subditis exigere nequeunt, *p.2.c.52.d.7.*

In dubio hæ operæ ædificiorum debentur Domino hereditario, à quo Subditi bona sua recognoscunt, *p.2.c.52.d.9.*

Transactio cum Subditis inita de præstandis operis ad extruenda ædificia, obstringit eos quoque ad servitia in restauratione, *p.2.c.52.d.10.*

Subditi propriis instrumentis servire tenentur, *ib.n.6.*

Subditi servilia debita præstare recusantes non modò carcere ad id cogi, sed & propter contumaciam relegari possunt, *p.2.c.51.d.16.*

Subditi pignorare possunt in bonis ob servitia non præstita, *p.2.c.27.d.4. & n.6.*

SUBHASTATIO.

Subhastationis triplex est modus, *p.1.c.32.d.59.n.8.*

Subhastatio cur necessaria, *p.1.c.32.d.35.n.4.*

Subhastatio distractionem pignorum judicialium pariter atque conventionalium præcedere debet, *d.d.35.n.2.*

Subhastationis ordo in quibus consistit, *p.1.c.32.d.37.n.2.*

Temporis quoque in Subhastatione ratio habenda, *ib.n.7.*

Post factam Subhastationem cum judice contrahit licitator de bonis debitoris, & quæ sit Subhastationis causa, *p.1.c.32.d.35.*

Non valet Venditio sub hasta, si taxatio præcesserit Subhastationem, vel si non per tres quaterdenas Subhastatio facta fuerit, *p.1.c.32.d.37.*

Subhastatio fieri non debet diebus Dominicis, nisi in villis aliud sit usu introductum, *p.1.c.32.d.38.n.2.& 3.*

Subhastatio in tribus distinctis diversorum Dominorum territoriis non est facienda, *p.1.c.32.d.38.n.4.*

Licitatori majus pretium offerenti bona subhastata sunt adjudicanda, nisi in secunda, tertia vel quarta Subhastatione, durantibus adhuc tribus quaterdenis, ab alio plus licitante is superetur, *p.1.c.32.d.39.*

Subhastationis finis proprius in quibus consistit, *p.1.c.32.d.39.n.7.*

Ultimâ quoque die durante adhuc Subhastationis tempore licitator majus offerens pretium admittitur, *p.1.c.32.d.40.*

De jure civili res pro executione pignori capta & Subhastata præsenti pecunia tantummodò, non etiam distinctis terminis exsolvenda distrahatur, *p.1.c.32.d.41.n.1.*

Secus in foro Sax. *n.2.*

Subhastationis tempore effluxô non potest ulterius pœnitere licitator, nec licitationem revocare, *p.1.c.32.d.45.*

Si ultimus licitator aufugiat vel inidoneus existat, primus neutiquam cogi poterit, ut eo pretio, quod primo obtulit, res Subhastatas sibi emptas habeat, *ib.n.4.*

Rei Subhastatæ adjudicatio judicialis pleniſſimum tribuit Dominium, & unà periculum in licitatorem transfert, vacuâ licet nondum existente possessione, *p.1.c.32.d.46.*

Subhastationis termino elapso periculum rei Subhastatæ pertinet ad licitatorem, adjudicatione licet nondum subsecutâ, *p.1.c.32.d.47.*

Nisi debitor morâ suâ fecerit, quo minus licitatori bona Subhastata fuerint adjudicata, *p.1.c.32.d.48.*

Subhastatione facta Creditor ad licitationem admittendus est, sive reperiatur alius licitator, sive non, *p.1.c.32.d.51.*

Ad Subhastationem deveniendum non est, si Creditor bona certo pretio æstimata in solutum accipiat, vel ex eorundem usufructu satisfactionem quærat, *p.1.c.32.d.33.*

Subhastari debent res mobiles, si Creditor eas à judice taxatas in solutum acceptare nolit, *p.1.c.32.d.34.*

Absque Subhastatione prævia Creditor bona debitoris judicialiter taxata accipiens in solutum tutus non est, quo minus ea restituere & Creditoribus reliquis sive debitori de fructibus perceptis rationem reddere teneatur, *p.1.c.32.d.36.*

Subhastatione factâ quilibet suo nomine licitari potest, etiam pro tertio, à quo mandatum licitandi habet, insciis licet judice ac Creditoribus, *p.1.c.32.d.38.*

Subhastata bona liberum est debitori & Creditoribus minus pretium offerenti vendere, alteri ex Subhastatione jure perfectè nondum quæsito, *p.1.c.32.d.43.*

Subhastatione licet factâ & subsecutâ licitatione, liberum tamen est debitori, oblatô Creditoribus debitô res Subhastatas redimere & ad se recipere, *p.1.c.32.d.44.*

Re adhuc integrâ existente & jure venditionis licitatori nondum acquisito, *n.6.*

Subhastati fundi deterioratio pertinet quandoque ad licitationem, etiamsi tempus Subhastationis nondum sit effluxum, *p.1.c.32.d.49.*

Subhastatum fundum licitator possidens à præstatione tributorum & collectarum se liberare nequit, ex eo quod fundus sibi nondum judicialiter sit adjudicatus, *p.1.c.32.d.50.*

Non competit debitori jus reluitionis adversus extraneum, cui post licitationem sive ab extraneo, sive à Creditore factam bona Subhastata adjudicata fuêre, *p.1.c.32.d.58.*

Si vel prævia judicis taxatione bona Subhastata fuerint, vel Creditor primum licitatorem superaverit, non potest exercere debitor jus reluitionis adversus Creditorem, *p.1.c.32.d.59.*

Non obtinet jus reluitionis in bonis absque prævia subhastatione à debitore Creditori in solutum datis, *p.1.c.32.d.60.*

Subhastatis licet & taxatis bonis judicialiter, Creditor tamen haud repertô emptore ea in solutum accipere non tenetur, *p.1.c.32.d.61.*

Nisi Creditor bona per Scabinos provinciales aliter taxari fecerit, *p.1.c.32.d.62.*

Quo casu nec ab ejusmodi taxatione appellare potest, *ib.n.4.*

Taxatio autem jurata esse debet, *p.1.c.32.d.63.*

Sub Hasta factas venditiones non facilè irritas fieri publicè interest, *p.3.c.15.d.27.n.6.*

Emptor sub Hasta, si pretium semel solvit, tutus est, nec à Creditoribus posterioribus, quibus ex pretio haud satisfactum, denuò conveniri potest,

est, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 183.
Emptor, qui publicæ auctionis pretium solvit Magistratui, securus quidem est, sed rationem pecuniæ acceptæ reddere tenetur Creditorib. *p.*1. *c.*28. *d.*182.

SUBINFEUDATIO.

*Quæ de Vid. p.*2, *c.*49. *d.*14. *n.*4.

SUBSCRIBERE.

Subscribens habetur perinde, ac si ipse totam scripturam confecisset, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 9. *n.* 9.
Subscriptio atque sigillum contra subscribentem & sigillantem plenam fidem faciunt, *ib. n.*8.

SUBSTITUTIO.

Substitutionis verè ac propriè dictæ definitio, *p.*3. *c.*8. *d.*21. *n.*1.
Substitutio reciproca dicitur, quando heredes invicem sibi ipsis substituuntur, *p.*3. *c.*8. *d.*11. *n.*1.
Quando sit brevi sermone, dicitur Breviloqua, neutiquam tamen peculiarem Substitutionis speciem facit, *ib. n.* 2. & 3.
Hujus effectus, *n.*4.
Substitutio pupillaris ultra annos pubertatis facta subsistit jure fideicommissi, quando in testamento habetur clausula codicillaris, *p.*3. *c.*8. *d.*19.
Substitutio pupillaris à milite facta ultra pubertatem valet in vim fideicommissi, omissâ licet in testamento clausulâ codicillari, *p.*3. *c.*8. *d.*20.
Perinde ut in testamento parentum inter liberos & ad pias causas, *n.*4.
Substitutio in legatis & fideicommissis valet, *p.*3. *c.*8. *d.*21.
Substitutionis pupillaris effectus, *p.*3. *c.* 8. *d.*21. *n.*1.
Substitutio pupillaris non nisi liberis iis, quos pater habet in potestate, fieri potest, *p.*3. *c.*8. *d.*16. *n.*1.
Vulgaris substitutio, quando voluntas testatoris certa & expressa est, ad fideicommissum trahi nequit, *p.*3. *c.*25. *d.*20. *n.*7. & 8.
Substitutio pupillaris expressa extra Saxoniæ Electoratum de jure communi matrem prorsus excludit, adeò ut nec legitimam petere possit, *p.*3. *c.*8. *d.*1.
Tacita verò pupillaris Substitutio regulariter contra matrem non admittitur, *p.*3. *c.*8. *d.*2.
In Sax. Electoratu mater per Substitutionem filio factam à petitione legitimæ nunquam excluditur, *p.*3. *c.*8. *d.*3.
Nec avus Substituendo nepotibus horum parentes à legitimæ petitione excludere potest, *p.*3. *c.*8. *d.*4.
Pater liberis Substituendo etiam in Electoratu Sax. avum aviamque maternam à legitima excludit, *p.*3. *c.*8. *d.*5.
Non subsistente testamento valida quoque haud est Substitutio in eo comprehensa, *p.*3. *c.*8. *d.*6.
Liberi vocati cum parentibus per copulam (Et) quando simul succedant & quando ordine successivo, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 7.
Vocati ordinè successivo post parentes liberi censentur in dubio vocati tantùm in casum vulgaris, non fideicommissariæ substitutionis, *p.*3. *c.*8. *d.*8.
Substitutio collateralibus facta non continet tacitam conditionem (si sine liberis) *p.*3. *c.*8. *d.*9.
Substitutio facta in casum (si filius meus sine filiis decesserit) verificatur solùm in masculinitate & neptem excludit, *p.*3. *c.*8. *d.*10.
Reciprocè Substitutus succedit etiam secundo morienti in parte ad ipsum devoluta per mortem primi heredis, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 11.
Substitutus pupillariter succedit pupillo in bonis omnibus undecunque acquisitis, etiamsi testator verba restrictiva ad bona sua propria adjecerit, *p.* 2. *c.* 8. *d.* 12.
Substituere mater, licet ad secunda vota transierit, exemplariter tamen filio valet, *p.*3. *c.*8. *d.*13.
Substitui impuberi quoque mente capto exemplariter potest, *p.*3. *c.*8. *d.*14.
Substituens mater filio exemplariter, vitricum fratri consanguineo præferre potest, *p.*3. *c.*8. *d.*15.
Substituere mater ne quidem de jure hodierno novissimo liberis pupillariter potest, *p.*3. *c.*8. *d.*16.
Nisi per statutum vel consuetudinem alicujus loci liberi potestati matris subjiciantur, *n.*7.
Substitutio tamen pupillaris à matre facta valet in vim fideicommissi appositâ clausulâ codicillari, *p.*3. *c.*8. *d.*17.
Ejus vis & efficacia, *n.*5.
Substitutio in casum mortis heredis facta jure fideicommissi subsistit, *p.*3. *c.* 8. *d.* 18.
Modò huic interpretationi ratio recti termonis non repugnet, *ib. n.*11.
Substitutio facta viduæ, donec in viduitate permanserit, non trahitur ad casum mortis, *p.*3. *c.*8. *d.*13.
Non præsumitur testator gravâsse descendentes in infinitum, & finitur Substitutio statim atque in primo gradu locum habuit, *p.*3. *c.*8. *d.*24.
Substitutus conferri debet cum eo, in cujus locum substituitur, ex cujus personæ relatione etiam Substituti nomen accipit, *p.*3. *c.*8. *d.*21. *n.*5.
Substitutio evanescit, quando heres primo gradu institutus ipsemet hereditatem acquisivit, *p.*3. *c.*7. *d.*18. *n.*5.
Substituti etiam sunt heredes, *p.*3. *c.*2. *d.* 19 *n.* 2.
Substitutionis defectivi portio nunquam vacat, sed apud heredem institutum remanet, ab eoque ad heredes postea transmittitur, *p.*3. *c.*2. *d.*19 *n.*6.

SUBTILITAS.

Pietas juris Subtilitates respuit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 11 *n.*9.

SUCCEDERE.

Qui in alterius vicem Succedit, naturam ejus, cui substituitur, induit, *p.* 1. *c.* 23. *d.* 12. *n.* 7.
Is, cui jus est Succedendi, in bonis acquisitis (gewonnenen Gütern) succedit etiam in bonis titulo hereditatis defuncto delatis, *p.*3. *c.*17. *d.*16.
De Succedendo pacta an valeant, vide supra: Pacta de succedendo.

SUCCESSIO.

Successio est juris publici, ac proinde pactis privatorum haud immutari potest, *p.*2. *c.*35. *d.*6. *n.*2.
Successio in bonis immobilibus fit secundum statuta loci, in quo sita sunt, *p.*3. *c.*12. *d.* 12.
Idem juris in annuis reditibus, *n.* 1.
In Successione mobilium attenduntur statuta domicilii, licet defunctus alibi mortuus sit, *p.* 2. *c.* 14. *d.* 54. *n.* 3. it. *p.*3. *c.*12. *d.*13.
In successione præfertur uxor & maritus fisco, deficientibus agnatis & cognatis, *p.*3. *c.*18. *d.*31.
Etsi nullum certum habuerit domicilium, tunc secundum statuta loci originis successio fieri debet, *ib. n.*13.
Quoad nomina etiam & jura successio fieri debet secundum statuta domicilii defuncti, *p.*3. *c.*12. *d.*14.
In immobilibus ad certum locum destinatis secundum statuta illius loci succedendum est, *p.*3. *c.*12. *d.*15.
Defuncto licet incolâ in civitate, successio tamen mobilium non fit juxta statuta civitatis, si non Magistratui oppidano, sed alterius Jurisdictioni fuerit subjectus, *p.*3. *c.*12. *d.*16.
Statuta civitatis quoad successionem ligant etiam judicem non civem, sed superioris locum tenentem, *p.* 3. *c.*12. *d.* 17.
Hæredes conductoris defuncti in prædio conducto non succedunt juxta statuta loci, ubi situm est prædium, *p.*3. *c.*12. *d.* 18.
Possessor domus privilegiatæ non est obstrictus statutis loci, unde nec ejus hereditas juxta statuta ejusmodi dividenda, *p.*3. *c.*12. *d.*19.
Nisi possessor domus privilegiatæ simul sit incola civitatis, vel ibi domicilium habeat, *p.*3. *c.*12. *d.*20.
Qui vult admitti ad successionem ut talis, debet se talem probare, *p.* 3. *c.*18. *d.* 28. *n.* 5.
Ad successionem legalem ab intestato extendi haud debet venditionis prohibitio, *p.*2. *c.*32. *d.*17. *n.*5.
Successiones alienas propriis antepone re nemo præsumitur, *p.*2. *c.*12. *d.*32. *n.*5.
Spes successionis præmatura attendi in jure haud debet, *p.*1. *c.*5. *d.*13. *n.*2.
Pacta de jure civili amittendæ successionis non valent, *p.*2. *c.*35. *d.*6. *n.*1.
Circa successionem ratio habetur bonorum, qualia & quanta revera sint tempore mortis defuncti omni fictione exclusâ, *p.*3. *c.*23. *d.*33. *n.*7.
Bona paterna paternis, materna maternis in successione deferri, hæc Regula quomodo intelligenda, *p.*3. *c.*14. *d.* 1 *n.*1. & 2.
In successione an & quatenus bonorum distinctio attendenda, vide supra: Bonorum distinctio.

SUCCESSIO ASCENDENTIUM ET DESCENDENTIUM.

Sicuti de jure civili, ita & in foro Sax. mater unà cum patre ad filiorum successionem admittitur, *p.*3. *c.*17. *d.*1.
Quamvis quondam excludebatur, *ibid. n.* 1.
Nec avus aviam excludit, sed omnes ascendentes in gradu pares absque distinctione bonorum, unde ea provenerint, ad successionem nepotum admittuntur, *p.*3. *c.*17. *d.*2.
Ascendentes in pari gradu sed lineæ diversæ in stirpes succedunt, *p.* 3. *c.* 17. *d.*3.
A Descendentibus autè liberis & nepotibus indifferenter excluduntur, *n.*2.
De jure civili sicut fratres utrinque conjuncti, ita & horum filii cum avo jure repræsentationis patruo succedunt, ultra hos tamen jus Repræsentationis non extenditur, *p.*3. *c.*17. *d.*4.
Saltem frater utrinq; conjunctus de ju-

re communi cum patruo simul succedit, excluditur verò consanguineus & uterinus, *p.3.c.17.d.5.*
In capita, *ib.n.3.*
In foro Sax. parentes liberis Succedentes omnes indifferenter collaterales excludunt, *p.3.c.17.d.6.*
Nec admittuntur collaterales, quando Avus aviavè aliique ascendentes adsunt, *p.3.c 27.d.7.*
In Successione parentes avum aviamq; ut & reliquos ascendentes excludunt, *p.3.c.17.d.8.*
Nulla est differentia inter Nobiles & plebejos circa Successionem ascendentium, *p.3.c.17.d.9.*
Concepti ex damnato coitu neque parentibus neque sibi invicem succedere possunt, *p.3.c.18.d.25.n.3.*

SUCCESSIO COLLATERALIUM.

In foro Sax. fratres & sorores soli succedunt defuncto fratri, exclusis fratrum sororumque liberis, *p.3.c.18.d.1.*
Patrui, avunculi, amitæ sive materteræ per fratris sororisque defuncti defunctævè fratres vel sorores utrinque conjunctos in totum excluduntur, *ib. n. 6.*
Ex Constitutione Caroli V. Imperatoris fratris prædefuncti liberi cum fratribus ad Successionem patrui admittuntur etiam in locis Sax. ubi Constitutio illa recepta est, *p.3.c.18.d.2.*
Fratrum ac sororum liberi soli, nullo concurrente patruo, in capita Succedunt, non in stirpes, *p.3.c.18.d.3.*
Idem de jure civili, *n.3.*
De jure communi Sax. fratrum utrinque conjunctorum liberi cum defuncti patruo, avunculo vel amita simul in capita Succedunt, *p.3.c.18.d.4.*
In Electoratu tamen Sax. fratrum utrinque conjunctorum liberi patruum defuncti à Successione excludunt, *p. 3. c. 18. d. 5.*
Matertera in Successione Geradæ à filia sororis defunctæ in Electoratu Sax. excluditur, *p.3 c.18 d.6.*
Excluduntur nepotes fratris à Successione per patruum defuncti etiam in terris Electoratus Sax. *p.3.c.18.d.7.*
Fratres utrinque conjuncti fratres ex uno latere junctos, sive sint consanguinei sive uterini à Successione prorsus excludunt, *p.3.c.18.d.8.*
Ad Successionem rerum expeditoriarum frater ex uno latere cum fratre utrinque conjuncto admittitur, *p. 3. c. 18. d. 9.*
Fratrum sororumque utrinque conjunctorum liberi in foro Sax. cum fratribus ex uno latere simul in capita Succedunt, *p.3. c.18.d.10.*
Secùs de jure civili, *n.1.*
In bonis utensilibus soror uterina sororis utrinque conjunctæ filiam excludit, *p.3.c.18.d.11.*
Similiter & frater consanguineus fratris utrinque juncti filio in Successione rerum expeditoriarum præfertur, *p.3.c.18.d.12.*
Fratres ex uno duntaxat latere conjuncti fratrum ex uno latere liberos in foro Sax. excludunt, *p.3.c.18.d.13.*
In terris Electoratus Sax. fratres sororesve ex uno latere juncti soli Succedunt, excluso defuncti patruo utrinq; conjuncto, *p.3.c.18.d 14.*
Quin & extra Electoratum in foro Sax. patruus defuncti per fratrem consanguineum vel uterinum à Successione excluditur, *p.3 c.18.d.15.*
Fratrum consanguineorum vel uterinorum liberi cum defuncti patruo utrinque juncto ad Successionem non admittuntur, sed ab eodem excluduntur, *p.3.c.18.d.16.*
Cum patruo tamen defuncti ex uno tantummodò latere conjuncto fratrum consanguineorum & uterinorum liberi simul Succedunt, *p.3.c.18.d 17.*
Succedunt itidem de jure Sax. simul in capita fratrum consanguineorum & uterinorum liberi cum patruelibus & consobrinis utrinque conjunctis, *p.3. c. 18. d. 18.*
Aliter se res habet de jure civili, *n. 4.*
Nepotes ex fratre vel sorore defuncti cum ejusdem patruelibus & consobrinis pariter in capita ad Successionem admittuntur, *p.3 c.18.d.19.*
Patruus defuncti ejusdem patrueles & consobrinos à Successione excludit, *p.3.c.18.d.20.*
Patruus vel amita, &c. utrinque juncti excludunt à Successione patruum vel amitam, similesque personas ex uno latere conjunctas, *p.3.c.18.d.21.*
Patrueles quoque ac consobrini ex patre utrinque juncto præferuntur in Successione patruelibus & consobrinis conjunctis ex uno saltem latere, *p.3. c. 18. d. 22.*
Patrueles ac consobrini ex parentibus utrinque junctis cum patruo vel amita ex uno latere pariter in capita Succedunt, *p.3.c.18.d.23.*
In foro Sax. patruus magnus utrinque junctus cum patruo ex uno latere conjuncto æqualiter Succedit, *p. 3. c. 18. d. 24.*
Filia sororis licet spuria, defuncti tamen patrueles & consobrinos à Successione excludit, *p.3.c.18.d.25.*
Una persona duplici ratione conjuncta defuncto, velut patruelis & consobrinus simul existens, duas hereditatis partes lucratur, *p.3.c.18.d.26.*
In Successione collateralium posthumus pro jam nato habetur, *p.3.c.18.d.27.*
Deficientibus agnatis & cognatis in Successione uxor & maritus fisco præferuntur, *p.3.c.18.d.31.*
Deficientibus agnatis & cognatis intra decimum gradum bona tanquam vacantia fisco deferuntur, *ib.n.5.*

SUCCESSIO SPONSI ET SPONSÆ.

Ex veriori sententia in Electoratu Sax. approbata portio statutaria conjugi superstiti debita personis Desponsatis ante conscensionem thalami haud defertur, *p.3.c.19.d.1.*
In foro Sax. Sponsus Sponsavè ante conscensionem thalami nihil lucratur de eo, quod sibi ex bonis defuncti conjugis debetur, *p.3.c.19.d.2.*
Non facit copula sacerdotalis, ut defuncto ante conscensionem thalami Sponsô Sponsavè superstes ex statuto vel pactis dotalibus quicquam lucretur, *p.3.c.19.d.3.*
Debetur tamen conjugi superstiti portio statutaria post conscensionem thalami, licet copula carnalis non accesserit, *p.3.c.19.d.4.*
Vide plura sup. in voc. Sponsa, Sponsus.

Dona nuptiarum tempore Sponso Sponsæque præsentata de jure communi utriusq; simul acquiruntur, & æqualiter inter eos dividuntur, *p.3.c.22.d.1.*
In foro etiam Sax. dona nuptialia Sponso Sponsæque data utrisq; sunt communia, interque eos æqualiter dividenda, *p.3.c.22.d.2.*
Defuncto licet Sponso in die nuptiarum ante conscensionem thalami, attamen debetur Sponsæ pars dimidia donorum nuptialium, *p.3.c.22.d.8.*

SUCCESSIO MARITI.

Maritus ultra portionem in pactis dotalibus sibi assignatam ex bonis defunctæ uxoris nil amplius petere valet, *p. 3.c.23.d.1.*
Statutum locale in successione mariti facit cessare dispositionem juris Sax. *p. 3. c. 23. d. 2.*
Acquisita matrimonio constante, industria licet uxoris, solius tamen viri lucro cedunt, *p.3.c.25.d.8.*
Acquisita utriusque conjugis industriâ & labore de jure quoq; Sax. ad solum maritum pertinent, *p.3.c.25.d.9.*
Animalia defunctæ conjugis lucratur maritus perinde ac reliqua mobilia, *p. 3. c. 23. d. 12.*
Etiamsi pro annuo fructu, in pecunia vel lacte, aut etiam butyro vel caseis solvendo, fuerint dotata, *n.4.*
Non verò animalia ad Geradam vel sponsalitiam largitatem pertinentia, *n.6.*
Dona nuptialia defunctâ uxore maritus superstes omnia ac integrâ retinet, salvâ tamen liberorum & parentum legitimâ de horum medietate, *p. 3. c. 22. d. 3.*
De donis Nuptialibus vide plura supra in verb. Nuptialia Dona.
Dotem in pecunia numeratâ etiam promissam saltem, nondum solutam, uxore defunctâ de jure Sax. Maritus lucratur, *p.3.c.23.d.3.*
Secus de jure communi, *n.1. & seqq.*
Unà cum Dote nondum soluta maritus superstes etiam usuras à die nuptiarum exigere potest, *p.3.c.23.d.4.*
Dos in diem promissa marito superstiti cedit, etiamsi uxor ante diem è vivis decesserit, *p.3.c.13.d.5.*
Fructus ex agro uxoris defunctæ, si eâ vivente rastris subactus fuit, maritus percipit, *p.3.c.32.d.6.*
Marito defuncto post rastrationem agri conjugis suæ Fructus ad mariti heredes pertinent, *p.3.c.31.d.7.*
Fructus etiam industriales maritus defunctâ uxore lucratur, agris rastro subactis, *p.3.c.24.d.11.*
Item Jocalia, *p.3.c.23.d.14.n.2.*
Immobilia bona æstimata in dotem data marito superstiti cedunt, *p. 3. c.23. d. 26.*
Immobilia uxoris bona præsumuntur in dubio pecunia mariti comparata, quæ propterea post obitum uxoris ipsi est restituenda, *p.3.c.25.d.11.*
Lapidicina pro rebus immobilibus reputatur, *p.3.c.24.d.11.n.4.*
Quicquid autem ibi cæsum & à solo separatum est, pro re mobili habetur, & marito defertur, *ib.n.5.*
Lecti & Linteamina in diversorio etiam publ. existentia mobilia sunt & marito cedunt, *p.3.c.24.d.10.*
Merces in tabernis mobilium loco habentur, easque maritus superstes lucratur, *p.3.c.24.d.9.*

Metallicarum partium proventus seu reditus jam separati & percepti inter mobilia referuntur, & ad maritum pertinent, licet ab ipso nondum realiter fuerint apprehensi, *p.*3.*c.*25.*d.*2.

Vide plura supra in Vocabulo Metallum.

Mobilia omnia uxoris defunctæ ad maritum indifferenter, sive inops sive dives fuerit, pertinent, *p.*3. *c.*23.*d.*11.

Non solùm quæ mulier ante matrimonium habuit, sed etiam constante matrimonio acquisivit, aut per successionem ad ipsam fuêre devoluta, *p.* 3. *c.*23.*d.*12.*n.*2.

Mobilia quoque extra territorium Sax. sita defunctâ uxore Marito cedunt, *p.*3.*c.*23.*d* 13.

Nisi ad certum locum extra provincias Sax. sint destinata, eâ intentione, ut perpetuò ibi manerent, *ib.n.*5.

Circa successionem mariti in rebus mobilibus uxoris defunctæ non attenditur differentia, an Nobilis sit maritus an plebejus, *p.*3.*c.*23.*d.*16.

Sive uxor defuncta liberos primi, sive secundi matrimonii reliquerit, semper maritus in foro Sax. mobilia lucratur, *p.*3.*c.*23.*d.*17.

Lucratur maritus mobilia uxoris, etiam si in domo soceri alimenta ipsi submini-strata fuerint, *p* 3.*c.*23 *d.*20.

Maritus non prohiberur renunciare lucro dotis mobiliumque uxoris etiam in præjudicium Creditorum suorum, *p.*3.*c.*23.*d.*21.

Ex tacita conjectura testatoris sorori legantis non excludendus est à successione mobilium maritus superstes, *p.* 3. *c.*25. *d.*20.

In casu deficientium bonorum immobilium parentibus etiam ex bonis mobilibus legitima debet exsolvi, *p.*3.*c.*23. *d.*19.

Molendina, quæ aquis supernatant, Schiffmühlen pro mobilibus habentur, & ad maritum superstitem pertinent, *p.*3.*c.*24.*d.*8.

Sicuti & illa, quæ à ventis agitantur, Windmühlen/ *ib.n.*5.

Alia est ratio molendinorum, quæ in terris vel ripis fluminum ædificata sunt, illisque adhærent, *ib.n.*1.

Pecunia uxoris credita defunctâ eâ, sive solutionis dies venerit, sive non, ad maritum superstitem pertinet, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 8.

Sub usuris etiam vel ad Cambium pecunia elocata defunctâ uxore marito cedit, *p.*3.*c.*23 *d.*9.

Pecuniam hereditariam defunctâ uxore, postquam dies solutionis cessit, das bestagte Erbgeld/ solus maritus lucratur, exclusis heredibus uxoris, *p.* 3.*c.*21.*d.*4.

Pecunia ex bonis mariti primi loco portionis statutariæ distinctis terminis viduæ solvenda defunctâ eâ cedit marito secundo, etiamsi dies solutionis nondum venerit, *p.*3.*c.*21.*d.*10.

Bonis hereditariis extraneo venditis pecunia inde redacta hereditaria non est, nec heredibus cedit; defunctâ licet uxore ante solutionis diem, *p.*3.*c.* 21. *d.* 12.

Coheredi licet bonis hereditariis venditis, pecunia tamen ad certos terminos solvenda hereditaria non est, sed indifferenter ad maritum superstitem pertinet, *p.*3.*c.*21.*d.*13.

Nomina hereditaria in divisione hereditatis uxori assignata defunctâ eâ indifferenter marito superstiti cedunt, *p.*3. *c.*21.*d.*15.

Facit præstatio usurarum, ut pecunia ex bonis hereditariis solvenda non habeatur pro hereditaria, sed marito indifferenter applicetur, *p.*3.*c.*21.*d.*16.

Pecunia numerata uxoris defunctæ indifferenter marito superstiti cedit, *p.* 3.*c.*23.*d.*7.

Nec refert an pro reservatione familiæ sive præsidii causa reposita, *n.*4.

An verò ad emptionem prædiorum vel bonorum immobilium, *n.* 5.

Vel ad negotiationem destinata fuerit, *n.* 6.

Prædium ex pecunia dotali nomine mariti comparatum, ipsius lucro cedit defunctâ uxore, *p.*3.*c.*23.*d.*28.

Pretium rei venditæ nondum solutum indifferenter defunctâ uxore maritus lucratur, *p.*3.*c.*23.*d.*10.

Sed non pecuniam hereditariam, *n.*7.

Lucratur maritus pretium ex alienatione bonorum uxoris immobilium redactum, si peculiaris curator alienationi fuerit adhibitus, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 31.

Pretium ex venditione bonorum immobilium definitis intervallis viduæ solvendum pecunia hereditaria non est, sed indifferenter defunctâ eâ marito cedit, *p.*3.*c.*21.*d.*9.

Reditus annui, sub pacto repetendi sortem emti, instar mobilium marito deferuntur, *p.*3.*c.*24.*d.*4.

Annui Reditus, quorum dies cessit, pro mobilibus habentur, & ad maritum superstitem pertinent, *p.*3.*c.*24.*d.*5.

Defunctâ uxore ante solutionis diem Annui Reditus postea exigibiles inter heredes & maritum pro rata temporis sunt dividendi, *p.*3.*c.*24.*d.*6.

Sylva cædua pro rebus immobilibus reputatur, *p.*3.*c.*24.*d.*11.*n.*4.

Quicquid autem ibi cæsum & à solo separatum est, pro re mobili habetur & marito defertur, *n.*5.

Torcular seu prestorium inter res mobiles refertur, & defunctâ uxore marito cedit, *p.*3.*c.*24.*d.*7.

Non lucratur maritus Dotem sub conditione promissam, si uxor ante conditionem existentem decesserit, *p* 3.*c.* 23.*d.*6.

Nec dotem in rebus immobilibus consistentem in foro Sax. *p.*3.*c.*23.*d.*25.

Nec dotis fructus vel industriâ Uxoris acquisita, si in pactis dotalibus hisce renunciaverit, *p.*3.*c.*25.*d* 13.

Nec bona Dotalia immobilia, si ex post facto conjuncte jam matrimonio fuerit æstimata, *p.*3.*c.*23.*d.*27.

Nomine uxoris ex pecunia Dotali prædia empta, defunctâ eâ ad ejus heredes pertinent, non ad maritum, *p.*3.*c.* 23. *d.* 29.

Honoraria uxori data, intuitu licet operarum à marito præstitarum, lucro tamen mariti non cedunt, *p.* 3. *c.* 25. *d.*14.

Immobilia uxoris bona maritus vendens consentiente licet eâ, pretium tamen vel fundum pro hoc suo nomine comparatum defunctâ uxore non lucratur, sed ejus heredibus ad restitutionem, vel interesse tenetur, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 30.

De immobilibus bonis uxoris defunctæ Maritus in foro Sax. omnino nihil lucratur, & quare, *p.*3.*c.*23.*d.*22.

Non eò magis superstes maritus ad successionem bonorum immobilium admittendus, quod uxor prædefuncta nullos alios reliquerit heredes descendentes, ascendentes vel collaterales, fratres nempe & sorores, *p.* 3. *c.* 23. *d.* 23.

Non facit paupertas & inopia Mariti, ut ad successionem bonorum immobilium prædefunctæ uxoris admittatur, *p.* 3.*c.*23.*d.*24.

Secus de jure civili, *n.*2.

Metallicæ partes sive Kuckus bonis immobilibus accensentur & heredibus cedunt, Marito excluso, *p.* 3.*c.* 25. *d.* 1.

Res Mobiles ad Geradam pertinentes non lucratur Maritus, sed mediante inventario vel juramento proximæ cognatæ restituere tenetur, *p.* 3.*c.* 23. *d.*14.

Sed bene jocalia, *n.*2.

Nisi marito superstiti per statutum locale Gerada deferatur, *ib.n.*5.

In Mobilibus uxoris defunctæ Maritus non succedit, priusquam liberis de legitima debita fuerit satisfactum, *p.*3. *c.*23 *d.*18.

Nuptialia dona, quæ ad Geradam pertinent, defunctâ uxore non lucratur Maritus, *p.*3.*c.*22.*d.*4.

Item, si pactis dotalibus certa portio ex bonis uxoris ipsi fuerit assignata, non omnia lucratur, *p.*3.*c.*22.*d.*5.

Pecunia hereditaria defunctâ uxore ante diem solutionis (das unbetagte Erbgeld) non Marito superstiti, sed heredibus cedit, *p.*3.*c.*21.*d.*3.

Licet paulò ante diem solutionis uxor decesserit, attamen ne quidem pro rata temporis Maritus superstes hereditariam pecuniam lucrabitur, *p.*3.*c.* 21. *d.* 5.

Sicut nec tum, quando post mortem uxoris intra 30. dies solutionis venerit, *p.*3.*c.*21.*d.*6.

Non eo minus pecunia hereditaria ante solutionis diem immobilibus bonis accensetur & ad heredes pertinet, quod illam uxor emerit, *p.*3.*c.*21.*d.*7.

Defuncta Vidua antequam portio statutaria ex bonis primi mariti immobilibus ipsi assignetur, nihil de pecunia, distinctis terminis ipsi solvenda, secundus Maritus lucratur, *p.* 3.*c.* 21. *d.* 11.

Prædium sub Pacto de retrovendendo emtum ab uxore, defunctâ eâ ante retrovenditionem ipsius heredibus, non Marito cedit, *p.*3.*c.*23.*d.*32.

Nec pretium post mortem uxoris redemtionis casu eveniente Marito restituendum est, *p.*3.*c.*23.*d* 33.

Nisi vivente adhuc uxore redemtio prædii mota, quam tamen uxor retardavit, aut si venditio cum pacto retrovenditionis in fraudem usurariam facta fuit, *n.*12.

Reditus annui, sive ex bonis immobilibus, sive sola personali obligatione uxori debeantur, defunctâ eâ non Marito sed heredibus cedunt, *p.*3.*c.*24. *d.* 1.

Quod & verum, si annui Reditus uno anno in frumento, altero verò in pecunia numerata solvantur, *p.*3.*c.*24. *d.*2.

Reditus quoque annui sub pacto retro-ven-

venditionis emti instar bonorum immobilium uxoris defunctæ heredibus, nec Marito cedunt, *p.3.c.24.d.3.*

Quod gener in subsidium paternum accepit, id mortuâ uxore non lucratur, sed ad restitutionem obstrictus est, *p. 3.c.23.d.15.*

Valet statutum, ut conjux superstes bonis defuncti universis utatur-fruatur ad vitam, nec liberi vivente eo legitimam petant, *p.3.c.12.d.6.*

SUCCESSIO CONJUGIS SIVE VIDUÆ.

Conjunx Marito superstes triplici ferè modo succedit: vel ex pactis dotalibus: vel ex statuto aut consuetudine: vel denique ex jure communi ac provinciali, *p.3.c.20.d.1.n.1.*

Vidua portione in pactis dotalibus sibi assignatâ contenta esse debet, nec relictâ eâ ad portionem statutariam redire potest, *d.d.1.*

Etiamsi absque curatore in pacta dotalia consenserit, *p.3.c.20.d.2.*

Non audienda est vidua, quæ ex capite læsionis ultra dimidium pacta dotalia rescindi, sibique portionem statutariam adjudicari petit, *p.3.c.20.d.3.*

Ex pactis dotalibus portionem vidua absque onere collationis suæ dotis aliorumque bonorum consequitur, *p. 3.c.20.d.4.*

Vidua in testamento mariti sibi relicta unà cum portione ex pactis dotalibus lucratur, *p.3.c.20.d.5.*

Statutum Lipsiense in casu deficientis pacti dotalis viduæ partem tertiam bonorum mariti defert unà cum bonis utensilibus, *p.3.c.20.d.6.*

Vidua succedens marito ex statuto locali non tenetur conferre seu imputare dotem illatam, aliaque sua bona in portionem statutariam, *p. 3.c.20. d.7.*

Gravatur tamen onere collationis conjunx superstes, si de hoc verbis statuti localis expressis dispositum, quod in neutro conjuge iniquitatis speciem habet, *p.3.c.20.d.8.*

Conjunx superstes conferre tenetur bona sua mediante inventario vel juramento, *p.3.c.20.d.9.*

In dubio statuti localis verba ita sunt explicanda, ut excludatur collatio bonorum, *p.3.c.20.d.10.*

Collatio bonorum conjugi superstiti per statutum locale imposita, non est trahenda ad casum existentis concursus Creditorum, *p.3.c.20.d.11.*

Extra Sax. Electoratum liberum est viduæ portionem ex statuto locali sibi delatam eligere, vel bona sua illata cum Gerada repetere, *p.3.c.20.d.12.*

In Electoratu Sax. viduam contentam esse oportet portione statuti localis, nec bona illata repetere potest, *p.3.c. 20.d.13.*

In concursu Creditorum aliisque certis in casibus etiam in Electoratu Sax. Vidua Quotâ Statutariâ repudiatâ dotem suam ac bona illata repetere potest, *p.3.c.20.d.14.*

Uxor quatenus de jure civili & Sax. communi succedat viro, *p. 3.c.20. d.15.*

In terris Electoratus Sax. vidua quadrantem liberis extantibus, trientem verò non extantibus, liberis ex bonis defuncti mariti lucratur, *p. 3.c. 20.d.16.*

Licet maritus solos nepotes reliquerit, attamen vidua sive inops, sive dives fuerit, ultra quadrantem nihil petere potest, *p.3.c.20.d.17.*

Nil quicquam ultra quadrantem vel trientem viduæ debetur, etiamsi ambo conjuges vacuis manibus convenerint, amplasque facultates acquisiverint, *p.3.c.20.d.18.*

Bona extra territorium Electoratus sita non veniunt in computationem portionis statutariæ, *p.3.c.20.d.10.*

Sicuti nec bona feudalia, *p.3.c.20. d.20.*

Ex bonis mariti fideicommisso subjectis vidua portionem statutariam petere haud valet, *p.3.c.20.d.21.*

Fructus hereditatis augent portionem statutariam, quamdiu vidua utitur in bonis mariti jure retentionis, *p.3. c.20.d.22.*

Ubi tamen distinguendum inter extrinsecas accessiones & intrinsecas, *n. 2. & 6.*

Maritô propter commissum crimen Majestatis ad confiscationem bonorum licet condemnato, Viduæ tamen portio debetur statutaria, *p.3.c.20.d.23.*

Constitutio Electoralis viduæ defert quadrantem vel trientem sub onere collationis omnium bonorum etiam extra Electoratum situatorum, *p.3.c. 20.d. 24.*

Vidua portionem statutariam petens lucra quoque nuptialia conferre tenetur, *p.3.c.20.d.25.*

Credita etiam, quorum dies nondum cessit, in collationem veniunt, in casu, quo uxor petit portionem statutariam, *p.3.c.20.d.26.*

Indifferenter bona utensilia adeoque & Geradam suam propriam conferre tenetur vidua, quæ trientem vel quadrantem vigore Constitutionis Electoralis ex bonis defuncti mariti petit, *p.3.c.20.d.27.*

Quicquid autem post mortem mariti vidua durante communione acquirit, neutiquam in communem hereditatem conferre cogitur, *p.3. c.20. d. 28.*

Confert tamen vidua legata aliaque in testamento sibi à marito relicta, neque hæc unà cum portione Statutaria retinere potest, *p. 3. c. 20. d. 29.*

Nisi maritus disertis verbis legatum viduæ ultra portionem statutariam reliquerit, *p.3.c. 20.d.30.*

Quo casu Portio statutaria prius est deducenda, ac postea demum legatum viduæ exsolvendum, *p.3.c.20.d.31.*

Vidua dotem illatam repetens loco pecuniæ numeratæ bona immobilia in solutum haud acceptare tenetur, *p. 3. c. 20. d. 32.*

Si autem bona illata adhuc extant, hisce contenta esse debet, *ib.n.3.*

Propter deteriorationem dotis aliorumque bonorum illatorum heredes mariti viduæ ad interesse tenentur, *p. 3.c.20.d.23.*

Vidua non potest petere mobilia tanquam bona illata ex eo solo, quod signaculo suo notata reperiantur, *p. 3.c.20.d.34.*

Vidua unà cum bonis illatis Geradam quoque ex bonis defunctis mariti jure petit, *p.3.c.20.d.35.*

Non potest repetere Vidua expensas nuptiales cum aliis bonis marito illatis, *p.3. c. 20. d.36.*

Nisi in dotem fuerint imputatæ, vel ut bona illata à marito acceptatæ, *p.3.c. 20. d.37.*

Vel si adhuc extent, *n.5.*

Vidua non potest repetere ex bonis defuncti mariti fructus ex dotalitio prioris matrimonii à secundo marito perceptos, *p.3.c.20.d.38.*

Viduæ repetere licet nomina in dotem data, deductis tamen sumptibus pro eorundem exactione factis, *p.3. c.20. d. 39.*

Una cum dote illata legatum in testamento mariti sibi relictum vidua jure petit, *p.3.c.20.d.40.*

Jus optionis sive eligendi portionem statutariam vel bona illata repetendi non solùm Viduæ, sed & ejusdem liberis ac nepotibus competit, *p.3.c. 20.d.41.*

Non etiam ascendentibus collateralibus vel extraneis heredibus, *p.3.c. 20. d. 42.*

Viduâ ad nuptias secundas convolante, defunctâ eâ, antequam utatur jure optionis, marito secundo jus hoc non competit, *p.3.c.20.d.43.*

Si Vidua jure optionis usa fuerit, ac bona illata petierit, defunctâ eâ heredibus ejus ad portionem statutariam redire non licet, *p.3.c.20.d.44.*

Vidua petens portionem statutariam mediante juramento tenetur conferre bona sua, quando in horum exhibitione se facit suspectam, *p. 3. c. 20. d.45.*

Viduâ tenetur ad exsolutionem æris alieni à marito facti pro rata portionis suæ statutariæ, *p.3.c.20.d.46.*

Pecunia hereditaria defunctâ uxore ante diem solutionis (das unbetagte Erbgeld) non marito superstiti sed heredibus cedit, *p.3.c.21.d.3.*

Qui ex donis Nuptialibus soluto matrimonio non extant, horum æstimatio pro dimidia parte viduæ est exsolvenda, *p.3.c.22.d.6.*

Dona Nuptialia à marito oppignorata non Vidua, sed heredes mariti luere coguntur, *p.3.c.22.d.7.*

Vidua est admittenda, si quantitatem Donorum Nuptialium juramento suo indicare velit, *p.3.c.22.d.9.*

Vidua defuncto marito omnia ac singula Dona nuptialia repetit, si ea ex conventione in dotem fuerint computata, *p.3.c.22.d.10.*

Statutum de bonis defuncti conjugis disponens, non nisi ad partem dimidiam Donorum Nuptialium est trahendum, *p.3.c.22.d.11.*

Vidua petens portionem statutariam vel pactis dotalibus sibi assignatam nil quicquam de Donis Nuptialibus lucratur, *p.3.c.22.d.12.*

Utitur Vidua jure retentionis in bonis defuncti mariti, donec usque de medietate donorum Nuptialium ei satisfactum fuerit, *p.3.c.22.d.14.*

Xenia seu dona novis sponsis in nuptiis præsentata donis illatis omninò æquiparantur, horumque nomine veniunt, *ib.n.2.*

Conjuges statim post thalami conscensum ad successionem admittuntur, *p. 3.c.11.d.27.n.6.*

Ex omnibus & universis defuncti mariti bo-

ti bonis Viduæ est exolvenda portio statutaria, *p.3.c.11.d.27.n.6.*
Uxor marito superstes consequitur omne id, quod ex proventibus metallicis adhuc supereſt, *p.3.c.25.d.3.*
Consumtis proventibus metallicis matrimonio durante uxori superstiti debetur æstimatio, *p.3.c.25.d.4.*

SUCCESSIO VIDUÆ NOBILIS.

Cibaria domestica, Gerada & Morgengaba in successione Viduæ Nobilis æquali jure devinciuntur, *p.3.c.33.d.23.n.6.*
Viduæ Nobiles non jure successionis & facto mariti prædefuncti, sed ex dispositione Saxonica & privilegio speciali, adeoque jure proprio Geradam, sponsalitiam largitatem & dotalitium adipiscuntur, *p.3.c.33.d.1.n.4.*
Vidua Nobilis Morgengabam, Geradam & cibaria domestica pleno jure acquirit, eaque post mortem ad heredes suos transmittit, *p.3.c.34.d.1.n.11.*
Vidua Nobilis defuncto marito Geradam, sponsalitiam largitatem & dotalitium propriâ autoritate accipere & occupare potest, *p.3.c.33.d.1.*
Expectare debet Vidua jura sua occupans 30. diem à morte mariti, *p.3.c.33.d.2.*
Comestibilia ne quidem post 30. Vidua Nobilis propriâ autoritate absque voluntate heredum apprehendere valet, *p.3.c.33.d.3.*
Ratio diversitatis, *n.2.*
Ante factam divisionem semper incertum est, quid & quantum ex cibariis domesticis Viduæ Nobili debeatur, *ib.n.4.*
Non perdit jus suum Vidua Nobilis, Geradam, Sponsalitiam largitatem & dotalitium intra 30. Comestibilia verò post 30. propriâ autoritate apprehendens, *p.3.c.33.d.4.*
Sed arbitraria mulcta ob id ei potest imponi, *n.6.*
Vidua Nobilis lucra muliebria propriâ autoritate apprehendens beneficio inventarii vel juramento, quid acceperit, indicare tenetur, *p.3.c.33.d.5.*
Si plus acceperit, quàm debuerit, *ib.n.8.*
Viduæ Nobili ex omnibus defuncti mariti prædiis debetur Sponsalitia largitas sive Morgengaba, *p.3.c.33.d.24.*
Vidua Nobilis etiam ex prædio conducto comestibilia, sponsalitiam largitatem ac Geradam petere valet, *p.3.c.33.d.23.* it. *p.3.c.36.d.6.*
Uxor Nobilis petens dotalitium, Morgengabam & cibaria domestica, non lucratur dona nuptialia, *p.3.c.22.d.13.*
Non succedit Vidua jure Nobilium in dotalitio, Morgengaba & comestibilibus, si maritus defunctus non fuerit nobilis, *p.3.c.37.d.1.*
Defuncto marito plebejo Vidua ejus non petere potest comestibilia vel Morgengabam, licet ipsa ex genere Nobili sit procreata, *p.3.c.37.d.2.*
Vidua Nobilis audienda est, si relicto jure dotalitii, Morgengabæ & comestibilium ad instar Viduæ plebejæ succedere & portionem statutariam petere velit, *p.3.c.37.d.3.*
Vidua nobilis quotam statutariam vel hereditatis una cum dotalitio, cibariis domesticis, aliisque juribus muliebribus petere non potest, *p.3.c.37.d.4.*
Nec viduæ Nobili bona illata repetenti debentur comestibilia & largitas sponsalitia, *p.3.c.37.d.5.*
Viduæ liberum est jura ac lucra muliebribus Nobilibus competentia eligere vel quotam hereditatis petere, *p.3.c.37.d.6.*
Vidua Nobilis quandoque unà cum hereditatis quota etiam jura Nobilium mulierum capit, si nempe hoc marito placuerit, vel de eo expressè conventum fuerit, *p.3.c.37.d.7.*
Vidua Nobilis donatum in mortis casum unà cum Morgengaba, comestibilibus, aliisque juribus muliebribus petere valet, *p.3.c.37.d.8.*
Vidua Nobilis rem certam & particularem ex testamento mariti unà cum dotalitio & juribus muliebribus petere haud prohibetur, *p.3.c.37.d.9.*
De Morgengaba & cibariis domesticis æs alienum mariti defuncti in subsidium est exsolvendum à Vidua, *p.3.c.36.d.9.*
Morgengaba & comestibilia anno & die præscribuntur in foro Sax. *p.3.c.36.d.10.*
Vide plura supra in vocabulo Comestibilia.

SUCCESSOR.

Successor in Principatu, etsi heres antecessoris defuncti non existat, attamen æs alienum pro Regni utilitate factum & salaria officialium exiolvere tenetur, *p.2.c.29.d.21.*
Secus in patrimonialibus conventionibus, *n.7.*
Regem Bohemiæ antecessoris sui Matthiæ investituram de caducitate successionis confirmare haud obligatum fuisse respondit Collegium Juridicum Lipsiense, *ib.n.5.*
Melior est conditio singularis successoris, quàm universalis, *p.2.c.40.d.3.n.5.*
Singulari successori mala fides antecessori obesse non potest, si modò à sua persona usucapionem incipiat, *ibid.n.9.*
Qui causam ab aliquo habet & per factum ipsius ad successionem admittitur, ejus factum ratum habere decet, sive sit Successor singularis sive universalis, *p.2.c.46.d.4.n.3.*

SUMTUS.

Sumptus litis nemo tenetur adversario suo contra se ipsum suppeditare, *p.1.c.31.d.33.n.2.*
Vide plura supra Expensæ litis.

SUPPLICIUM.

Supplicia delictis correspondere debent, *p.4.c.4.d.9.n.4.*
Supplicia augent & multiplicant delictorum cumulationes, *p.4.c.23.d.1.n.4.*
Judicis potestas non ita constringenda est, ut pro ratione delicti augmentum saltem aliquod supplicio addere prohibeatur, *p.4.c.9.d.10.n.4.*

SURROGATUM.

Surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatur, *p.2.c.46.d.29.n.7.*
Hujus Regulæ limitatio, *p.3.c.23.d.30.n.9.*
Surrogatum succedit in locum surrogati in universalibus, sed non in particularibus, *p.3.c.30.d.1.n.12.*
Res quæ surrogatur in locum alterius, ejusdem est effectus cum re illa, in cujus locum surrogata est, hæc Regula vera est, nisi ratio diversa appareat surrogati & principalis, *p.2.c.12.d.2.n.4.&5.*

SYLVA.

Sylva cædua pro rebus immobilibus reputatur, *p.3.c.24.d.11.n.4.*
Limitatur in lignis ibi cæsis, *n.5.*

SYNDICUS.

Syndicus aut actor universitat. fungitur partibus procuratoris, *p.1.c.13.d.1.n.1.*
Syndicus ad jurandum nomine universitatis non admittitur, etiamsi mandatum speciale habeat, *p.1.c.13.d.1.n.3.*
Syndicus nomine universitatis super expensis jurare volens admittitur, *p.1.c.31.d.2.*
Syndicus constitui quoque potest extraneus, qui non est ex corpore universitatis, *p.1.c.13.d.6.*
Communiter plures in una licet causa eligi solent, *ib.n.2.*
Syndicus semel extraneus constitutus ab Officio repellendus non est, *n.7.*
Syndicus civitatis à Consulibus & Senatoribus absque tribunorum plebis interventu rectè constituitur, *p.1.c.13.d.7.*
Syndici Constitutio absque decreto valet, *ib.n.5.*
Syndicus ab ordine Decurionum benè ac validè constitui potest, *n.6.*
Syndicus in pagis magnis à majore parte incolarum constituitur, autoritate tamen curatorum & tutorum ex parte viduarum & pupillorum, *p.1.c.13.d.8.*
Syndicatui subscriptis omnium ac singulorum constituentium nominibus, *n.1.*
Syndicus in judicio non admittitur, antequam unà cum Syndicatu tutoria quoque & curatoria exhibeat ad instar Procuratoris, cum quo ratione muneris Syndicus omninò convenit, *ib.n.5.*
Defunctis licet quibusdam personis ex universitate, harum tamen nomine Syndicus litem reassumere necesse non habet, *p.1.c.13.d.9.*
Majore tamen parte universitatis defunctâ & litis reassumtione pariter atque novo Syndicatus instrumento opus erit, *p.1.c.13.d.10.*
Universitates sive collegia non nisi per Syndicos litem in judicio peragere ac defendere valent, *p.1.c.13.d.5.*

T.

TABELLARIUS.

Tabellariorum furtum: vide supra Furtum.

TACERE.

Præsens & Tacens cogitare potuit jus suum semper sibi durare, *p.2.c.48.d.6.n.4.*
Nisi præsens fraudulenter & dolosè tacuerit, *ib.n.5.*

TANTUM.

Natura dictionis (Tantùm vel solummodò) est, ut limitet & restringat, *p.2.c.10.d.10.n.5.*

TAXATIO.

Taxatio sive per Scabinos provinciales, sive

sive per alios fiat, jurata esse debet, *p. 1. c. 32. d. 63.*

Pignore licet commisso nihilominus pignoratus tenetur ad restitutionem damni per Schultetum & Scabinos æstimati, *p. 2. c. 27. d. 9.*

Secundum Taxationem temporis, quo damnum datum est, *ib. n. 5.*

Potest & ipsemet Dominus damnum æstimare & Taxare, *n. 6.*

TAXATIVA.

Dictio Taxativa (solùm) personas extraneas excludit, *p. 2. c. 45. d. 5. n. 12.*

Non etiam personas heredum, *p. 2. c. 20. d. 2. n. 6. & 7.*

Vocula Taxativa (non semper) alios casus excludit, non certè similes, multo minus verò majores, *p. 1. c. 30. d. 14. n. 3.*

Taxativæ dictiones non excludunt casus similes, in quibus par aut major est ratio, *p. 2. c. 11. d. 28. n. 6.*

TELONIA.

Qui vias inusitatas ambulando defraudant Gabellas, Telonia, vel vectigalia, pignorari possunt, donec vectigalia solvant & cum Domino accordent; *p. 2. c. 27. d. 3. n. 7.*

TEMPLUM.

In redemtione subselliorum Templi (der Kirchenstühle) fœminæ ex jure cognationis nullam sibi prærogativam arrogare possunt, *p. 3. c. 18. d. 30.*

TEMPUS.

Tempus non est modus tollendæ obligationis, quomodo intelligendum, *p. 2. c. 23. d. 24. n. 8.*

Tempore qui liberatus est, similis est ei, qui satisfecit, *p. 2. c. 29. d. 11. n. 4.*

Temporis longissimi præstatio sine causa obligationem futuræ præstationis inducit, *p. 2. c. 15. d. 5. n. 6.*

TENERE.

Melius est unum Tene, Tene, quàm centum cape, cape, *p. 1. c. 1. d. 15. n. 6.*

TERMINI.

Terminorum amotio in foro Sax. arbitrariè punitur, *p. 4. c. 37. d. 10.*

De jure civili potuit lex Agraria pro singulis Terminis mulctam 50. aureorum, *n. 3.*

TESTAMENTUM.

Testamentum dicitur testatio mentis, hoc est, supremum sive ultimum mentis judicium, *p. 3. c. 6. d. 6. n. 2.*

Testamenti nomen est generale ac codicillos pariter & legata aliasque ultimas voluntates comprehendit, *p. 3. c. 4. d. 3. n. 3.* it. *p. 3. c. 4. d. 29. n. 3.*

Testamentorum solennitates sunt juris positivi seu civilis, *p. 3. c. 3. d. 19. n. 2.* it. *p. 3. c. 4. d. 41. n. 1.*

Testamentariæ solennitates jure positivo ac statutario remitti ac immutari possunt, *ib. n. 8.*

Testamenti factio est voluntariæ Jurisdictionis, *p. 3. c. 3. d. 13. n. 4.*

Testamentum robur non habet nisi à morte testatoris, *p. 2. c. 28. d. 8. n. 3.*

Rogatio testiū in Testamentis est de solennitate juris civilis, *p. 3. c. 4. d. 8. n. 2.*

Testamentorum favor non debet attendi in Testamentis, secundum regulas juris testamentarias haud confectis, *p. 3. c. 3. d. 21. n. 14.*

In Testamento suo nemo potest cavere, ne LL. in eo locum habeant, *p. 3. c. 3. d. 9. n. 8.*

Quantum ad solennitates in Testamentis adhibendis inspicitur tempus conditi testamenti, *p. 3. c. 4. d. 5. n. 2.*

In Testamento nemo hanc legem dicere potest, ut à priore voluntate sibi non recedere liceat, *p. 3. c. 3. d. 39. n. 3.*

Nec clausula derogatoria nec ulla conventio impedit validitatem posterioris Testamenti, *p. 3. c. 5. d. 19.*

Testamentum prius rumpitur per posterius ipso jure, *ib. n. 9.*

Testamentum propriis viribus subsistere debet, non ab alterius voluntate pendere, multò minus à voluntate heredis, *p. 3. c. 5. d. 9. n. 4.*

Testamentum per procuratorem factum haud subsistit, *p. 3. c. 1. d. 36. n. 3.*

Propriâ manu scribere Testamentum, vel ei manu alterius scripto subscribere paria sunt, *p. 3. c. 4. d. 18. n. 2.*

Testamenta fraudibus & falsitatibus maximè dicuntur obnoxia, *p. 3. c. 3. d. 31. n. 3.*

Explicatio Regulæ, quod Testamentum pro parte valere nequeat, *p. 3. c. 2. d. 11. n. 5.*

Testamentum alterius rescindens defuncto Testatore mandatum, si de hoc aliter non constet, juramento suo probare tenetur, *p. 3. c. 5. d. 28.*

In Testamentis minus interest quàm in contractibus, an conditio sit, an modus, *p. 3. c. 13. d. 20. n. 10.*

In causa Testamentaria judici prospicere incumbit, ne quid falsitatis incurrat, *p. 3. c. 3. d. 15. n. 2.*

Ex l. ult. C. de edict. D. Adrian. tollend. heres institutus in possessionem immittendus est; modò Testamentum vitio visibili non laboret, *p. 3. c. 5. d. 18.*

Testibus vel Scabinis, coram quibus Testamentum conditum, qui de loquela articulata & sano testatoris intellectu deponunt, omninò est credendum, *p. 3. c. 5. d. 3. n. 2.*

In quovis Testamento & ultima voluntate binarium numerum testium requirit jus Gentium, *p. 3. c. 4. d. 3. n. 5.*

Consuetudine vel statuto introduci potest, ut valeat Testamentum coram duobus vel tribus testibus, *p. 3. c. 4. d. 41.*

Qualia statuta Noribergæ, Viennæ, Venetiis, Lucæ, Tolosæ vigent, *n. 3.*

In omnibus privilegiatis seu non solennibus Testamentis mulieres adhiberi possunt testes etiam non specialiter ad id rogatæ, *p. 3. c. 4. d. 36.*

Ne quidem privilegiata & minus solennia Testamenta subsistunt, si ipsemet testator præsens non fuerit, vel testes ipsum non viderint, ex ejusque ore voluntatem suam perceperint, *p. 3. c. 4. d. 36.*

TESTAMENTI APERTURA ET PUBLICATIO.

Differentia inter Aperturam & publicationem Testamenti, *p. 3. c. 5. d. 24. n. 2.*

Ad Aperturam Testamenti, quod publicam formam non habet, citari debent heredes, *p. 3. c. 5. d. 24.*

Testamentum judicialiter insinuatum quomodo sit Aperiendum, si apertura ab heredib. non petatur, *p. 3. c. 5. d. 25.*

Honorarium si quod pro Apertura Testamenti judici debetur, ex communi hereditate exsolvendum est, *p. 3. c. 5. d. 26.*

Publicare nihil est aliud, quàm Testamentum authenticare. *p. 3. c. 5. d. 24. n. 2.*

Publicationis requisita, *n. 4.*

Publicatio Testamentorum de consuetudine rarò vel nunquam locum habet, *p. 3. c. 5. d. 24. n. 7.*

TESTAMENTUM COACTUM.

Blanditiis testatorem ad Testamenti factionem inducere haud prohibitum est, *p. 3. c. 5. d. 7.*

Ad falsas & dolosas persuasiones conditum Testamentum haud jure subsistit, *p. 3. c. 5. d. 8.*

Multum differunt blanditiæ à falsis & dolosis persuasionibus, *n. 2.*

Unde hæ præsumendæ, *d. n. 2.*

Nec vi metuvè, aut duris ac importunis sollicitationibus extortum Testamentum vel donatio mortis causa subsistit, *p. 3. c. 5. d. 9.*

Dolosis persuasionibus vel importunis sollicitationibus Testamenti factionem impediens ad interesse convenire potest, *p. 3. c. 5. d. 10.*

Non præsumitur Testator verbis duris importunisque solicitationibus inductus Testamentum suum fecisse, nisi præsumtionibus id doceatur, *p. 3. c. 5. d. 11.*

Confessio testatoris propria sufficienter probat coactam Testandi voluntatem, *p. 3. c. 5. d. 12.*

Et procedit hoc, etiamsi testator non exprimat nomen ejus, à quo coactum se dicit, *ib. n. 5.*

Ad probationem Importunarum sollicitationum à judice & Scabinis testimonium exigi potest, super Testamento coram eis facto, *p. 3. c. 5. d. 13.*

In causa Testamenti metu & importunis sollicitationibus extorti locum non habet delatio juramenti, *p. 3. c. 5. d. 14.*

Prohibens aliquem testari vel Cogens ad Testandum aut relinquendum legatum, etiamsi vim nullam adhibeat, sed metum saltem inferat illi verbis asperioribus, arbitrio judicis non civiliter tantùm, sed criminaliter etiam puniri potest, *ib. n. 3.*

Reo tamen de compulsione & importunis sollicitationibus gravato præsumptionibus & indiciis juramentum purgationis benè injungi potest, *p. 3. c. 5. d. 15.*

Testamento ad falsam suggestionem & importunam sollicitationem condito, testatoris hereditas non fisco sed heredibus ab intestato defertur, *p. 3. c. 5. d. 16.*

Corruente licet Testamento metu verbisque duris extorto, nihilominus legata sponte relicta ex eo debentur, *p. 3. c. 5. d. 17.*

Nisi constet, totam testatoris voluntatem non tantum quoad institutionem, sed etiam quoad legata & fideicommissa coactè factum fuisse, *ibid. n. 8.*

TESTAMENTUM COECI.

Nec Testamentum, nec codicillus Cæci hominis valet, in quo non observata fuêre requisita solennia, de quibus in l. 8. C. qui testament. fac. poss. *p. 3. c. 6. d. 5.*

Valet tamen Testamentum inter liberos & ad pias causas, *n. 5.*

TESTAMENTUM CONJUGUM.

Portio statutaria conjugi superstiti per Testamentum auferri nequit, licet hic conjugis defuncti bonis nihil prorsus intulerit, *p. 3. c. 7. d. 1.*

Nec legato vel fideicommisso portio statuta-

ſtatutaria gravari poteſt, *p.3.c.7.d.2.*

Non valet uxor Teſtari in foro Sax. de bonis ſuis mobilibus in præjudicium mariti, *p.3.c.7.d.3.*

Etiamſi uxoris patrimonium univerſum in bonis mobilibus conſiſtat, de hiſce tamen ea in præjudicium mariti Teſtari non poterit, *p.3.c.7.d.4.*

Non minus per donationem inter vivos aliumve contractum, quàm per Teſtamentum portionem ſtatutariam conjugi ſuperſtiti auferre, vel diminuere prohibitum eſt, *p.3.c.7.d.5.*

Uxor Geradam ſuam, quam ex ſtatuto maritus ſuperſtes lucratur, in præjudicium ejus alteri donare non valet, *p.3.c.7.d.6.*

Ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis manifeſta uxor de bonis ſuis mobilibus vivente etiamnum marito inter vivos diſponere poteſt, *p.3.c.7.d.7.*

Licet ſtatutum conjugi ſuperſtiti totam defuncti conjugis ſubſtantiam deferat, ea tamen per Teſtamentum diminui nequit, *p.3.c.7.d.8.*

Non prohibetur mulier Teſtari de bonis ſuis mobilibus, ſi cauſa exiſtat, ob quam maritus lucro ſtatutario privari poteſt, *p.3.c.7.d.9.*

Nec per æſtimationem bonorum viliori pretio factam conjunx conjugi in portione ſtatutaria præjudicare valet, *p.3.c.7.d.10.*

Si de fraude mariti appareat, eamque uxor ſuperſtes in continenti docere queat, *ib.n.7.*

Teſtamentum ad interrogationem conjugis vel alterius perſonæ ſuſpectæ conditum haud validum habetur, *p.3.c.5.d.6.*

Contravenire poteſt vidua diviſioni ac conventioni initæ, ſi per hanc in portione ſtatutaria ſe ignoranter læſam dicat, *p.3.c.7.d.11.*

Portionem ſtatutariam conjugi ſuperſtiti debitam per Teſtamentum diminuere licet, ſi in pactis dotalibus id conventum fuerit, *p.3.c.7.d.12.*

Uxori licet Teſtari de bonis mobilibus, quando certa tantummodò portio marito in pactis dotalibus fuerit aſſignata, *p.3 c.7.d.13.*

Valet Teſtamentum de portione ſtatutaria conſenſu conjugis ſuperſtitis approbatum, *p.3.c 7.d.14.*

Uxor abſque curatore conſentire poteſt marito teſtanti in præjudicium lucri ſtatutarii, *p.3.c.7.d.15.*

Modò perſuaſiones dololæ, nec non metus aut vis abfuerint, *ib.n.3.*

Non præjudicat ſibi mulier abſque curatore conſentiens marito teſtanti de bonis ſuis illatis, *p.3.c.7.d.16.*

Licet uxor marito in præjudicium portionis ſtatutariæ teſtanti conſenſerit, attamen teſtamento annuliato eam petere haud prohibetur, *p.3.c.7.d.17.*

Donatio mortis cauſa vel Teſtamentum reciprocum, quo poſt mortem utriusque conjugis heredibus ipſorum bona aſſignantur, jure fidei-commiſſi ſubſiſtit, *p.3.c.7.d.18.*

Ex Teſtamento reciproco, quo poſt mortem utriusque conjugis bona heredibus deferuntur, Conjunx ſuperſtes de præſtandis fideicommiſſis ſatisdare tenetur, *p.3.c.7.d.19.*

Utriusque Conjugis conſanguinei proximiores in Teſtamento reciproco æquè heredes inſtituti in capita ſuccedunt, *p.3.c.7.d.20.*

Revocato licet Teſtamento reciproco à Conjuge ſuperſtite, nihilominus hujus heredes fideicommiſſi titulo vocati ad hereditatem defuncti conjugis admittuntur, *p.3.c.7.d.21.*

Non valet diſpoſitio Teſtatoris, ut legataria petens portionem ſtatutariam ex bonis defuncti ſui mariti legatum haud conferre teneatur, *p.3.c.7.d.25.*

In Teſtamento reciproco duo cenſentur eſſe teſtamenta, ſicut & duæ hereditates, *p.3.c.7.d.21.n.12.*

Teſtamentum de bonis uxoris à marito factum conſentiente uxore ab ea poſtea revocari nequit, *p.3.c.2.d.13.*

Teſtamentum ſive donatio mortis cauſa inter conjuges reciproca, invita etiam altera parte revocari & mutari poteſt, *p.3.c.7.d.21.n.1.* it. *p.3.c.2.d.11.*

Nihilominus alterius conjugis Teſtamento ac diſpoſitione firmâ ac irrevocatâ manente, *ib.n.4.*

Mortuô licet unô conjuge, ſuperſtes tamen pro ſua parte a Teſtamento vel donatione mortis cauſa reciproca recedere valet, *p.3.c.2.d.12.*

Pro confectione Teſtamenti reciproci Notarius duplex honorarium exigere valet, *p.3.c.7.d.22.*

TESTAMENTI EXECUTIO.

Ut Executoris Teſtamentum officium invitus in ſe ſuſcipiat, nemo cogi poteſt, *p.3.c.13.d.37.*

Sed magiſtratui incumbit, ut vel ipſe Teſtamentum exequatur, vel alium Executorem conſtituat, *ib.n.9.*

Executor Teſtamenti petere nequit ſalarium, niſi hoc ei ex juſta cauſa promiſſum fuerit, *p.3.c.13.d.38.*

Cogitur tamen exequi Teſtamentum, ſi legatum ei relictum amittere nolit. *ib.n.2.*

Expenſas quoque ſi quas fecit, repetere valet, *ib.n.8.*

TESTAMENTUM FORENSIS.

Forenſis Teſtamentum condere poteſt ſecundum ſtatuta loci, ubi teſtatur, *p.3.c.6.a.12.*

Etiam quoad bona alibi ſita, *n.2.*

TESTAMENTUM IMPUBERIS.

Maſculus ante completum annum decimum quartum, ne quidem ad pias cauſas teſtari poteſt, *p.3.c.6.d.6.*

Fœmina etiam in foro Sax. poſt completum annum ætatis duodecimum teſtari licet, *p.3.c.6.d.7.*

Impuberibus ne quidem peſtis tempore de bonis ſuis teſtari permiſſum eſt, *p.3.c.6.d.8.*

In Teſtamentis minorum curatores idonei habentur teſtes, *p.3.c.3.d.8.*

TESTAMENTUM INVALIDUM ET IRRITUM.

Mortuis heredibus ante teſtatorem irritum fit Teſtamentum & redit hereditas ad caſum inteſtati, *p.3.c.2.d.20.*

Defunctô herede ante teſtatorem irritum fit Teſtamentum etiam quoad legata, niſi appoſita ſit clauſula codicillaris, *p.3.c.2.d.21.*

Annullatio licet ob præteritionem liberorum vel parentum Teſtamento legata tamen ex eo debentur, *p.3.c.9.d.3.*

Secus jure veteri, *n.11.*

Poſthumus ſcienter præteritus rumpit Teſtamentum ipſo jure, ſaltem quoad inſtitutionem heredis; non etiam quoad legata, *p.3.c.9 d.4.*

Poſthumo ignoranter præterito nullum eſt Teſtamentum, etiam quoad legata, *p.3.c.9 d.5.*

Ratio diverſitatis, *n.4.*

Teſtamentum ex ſolennitatum defectu invalidum non poteſt ſubſiſtere ut donatio mortis cauſa, ſi teſtator ſaltem teſtari voluerit, *p.3.c.1.d.42.*

Non efficit clauſula codicillaris, ut ſubſiſtat Teſtamentum, in quo liberi ſunt præteriti, *p.3.c.9 d.12.*

Teſtamentum Fratris ratione ſolenniuм invalidum a fratre approbatum, ab ejusdem liberis, defuncto eo, impugnari non poteſt, *p.3.c.9.d.13.*

Non ſubſiſtit Teſtamentum ad interrogationem factam peregrino idiomate vel lingua, quam teſtes aut Scabini haud callent, *p.3.c.5.d.5.*

Teſtamentum ad interrogationem conjugis vel alterius perſonæ ſuſpectæ conditum haud valet, *p.3.c.5.d.6.*

Non annullatur Teſtamentum ex eo quod teſtator neſciens ſororem ſuam adhuc vivere eam præterierit, *p.3.c.9.d.23.*

Teſtamentum per cancellationem totaliter corrumpitur, *p.3.c.3.d.5.n.1.& 2.*

TESTAMENTUM JUDICIALE.

Tria hodie Teſtamentorum genera habentur, in ſcriptis, coram actis ſeu judiciale & nuncupativum, *p.3.c.3.d.1.n.1.*

Subſiſtit Teſtamentum judiciale abſque teſtibus in foro Sax. etiam extra Electoratum, *p.2.c.43.d.3.n.3.* it. *p.3.c.3.d.11.*

Idem juris de jure civili, *n.3.*

De Teſtamenti confectione vel inſinuatione judiciali teſtantibus Judici & Scabinis creditur, etiam ſpecialiter non juratis, *p.3.c.3.d.12.*

Sed ſumcit juramentum, quod judex & Scabini ab initio ad judicium illud præſtiterunt, *ib.n.6.*

Ad Teſtamenti factionem inſinuationemve judicialem non requiritur judicii ordinatio ſolennis (die Hegung des Gerichts) *p.3.c.3.d.13.*

In Teſtamentorum judicialium confectione triâ probè attendi debent, judicis autoritas, prælentia teſtatoris & ipſa diſpoſitio, *ib.n.2.*

Teſtamentum coram quocunque judice non ſoluni competente, ſed etiam incompetente, modò jurisdictionem habeat, confici actisque publicis inſinuari poteſt, *ib.n.3.*

Nec intereſt an inferiorem aut ſuperiorem jurisdictionem is habeat; *ibid. n.5.*

Nobilis, merum vel mixtum imperium habens, coram actis ſui judicii valide condit Teſtamentum, *p.3.c.3.d.14.*

Validum eſt Teſtamentum apud acta confectum vel inſinuatum, coram ſolo judice, Aſſeſſoribus & Scabinis aliis licet non præſentibus, *p.3.c.3.d.15.*

Teſtamentum ab ægroto vel alio extra locum judicii coram judice & Scabinis factum valet nullis licet adhibitis teſtibus, *p.3.c.3.d.16.*

Extra locum judicii Teſtamentum non niſi

nisi coram duobus Senatoribus vel Scabinis factum validum habetur, *p. 3. c. 3. d. 17.*

Differentia inter Testamentum in loco judicii & extra judicium præsentibus tamen personis ad judicium pertinentibus conditum, *ib. n. 1.*

Hujus diversitatis ratio, *ib. n. 5.*

Coram unico Scabino & Notario judicii Testamentum extra judicium haud validè conficitur, *p. 3. c. 3. d. 18.*

Sicut nec coram personis privatis autoritate licet judiciali à prætore & Scabinis hunc in finem ablegatis, *n. 4.*

Consuetudine potest introduci, ut valeat Testamentum coram unico Scabino Actuario judicii in domo testatoris conditum, *p. 3. c. 3. d. 19.*

Tùm demum subsistit Testamentum extra judicium conditum coram judice & Scabinis, si hi specialiter autoritate judiciali ad hunc actum fuerint ablegati, *p. 3. c. 3. d. 20.*

Idemque in præfecturis Nobilium præcisè servandum, *ib. n. 7.*

Non valet Testamentum judiciale coram Schulteto & Scabinis paganis factum, *p. 3. c. 3. d. 21.*

Nisi ipsis specialiter Jurisdictio concessa & demandata fuit, *n. 1.*

Quosvè Nobiles ad Testamenti factionem ablegavêre, *n. 2.*

Idem dicendum de parvis oppidulis, *n. 7.*

Quatenus tempore pestis coram Schulteto & Scabinis paganis quis validè Testari, aut mortis causâ donare queat, *p. 3. c. 3. d. 22.*

Ut Testamentum judiciale valeat, requiritur præsentia ipsius testatoris, nec per intermediam personam, nec per Epistolam testamentum apud acta insinuari potest, *p. 3. c. 3. d. 23.*

Non efficit permissio Magistratus, ut valeat Testamentum domi conscriptum & per intermediam personam insinuatam, *p. 3. c. 3. d. 24.*

Non præsumitur Testatorem in judicio fuisse præsentem, sed probandum id est, *p. 3. c. 3. d. 25.*

Ut Testamentum judiciale oretenùs factum subsistat, requiritur omninò, quod judex & Scabini illud ex ore testatoris audierint ac perceperint, *p. 3. c. 3. d. 26.*

Non vitiat Testamentum expositio voluntatis per alium facta, si postea Testator à Scabinis interrogatus affirmando illam confirmaverit, *p. 3. c. 3. d. 27.*

Testamentum in schedula consignatum & actis vel judiciis ac Scabinis insinuatum subsistit, licet iis non fuerit prælectum ac manifestatum, *p. 3. c. 3. d. 28.*

Amissâ licet schedulâ Testamenti judicialis obsignatâ, validum nihilominus illud erit, quatenus Scabini tenorem perceperint, deque voluntate testatoris deponere possunt, *p. 3. c. 3. d. 29.*

Testamentum judiciale non revocatum censetur ex eo solo, quod testator illud ab actis removerit & ad se receperit, *p. 3. c. 3. d. 30.*

Nisi simul dixerit, se Testamentum suum revocare velle, *ib. n. 27.*

Suspicio fraudis quandoque facit, quominus Testamentum ab actis remotum subsistat, *p. 3. c. 3. d. 31.*

Validum est Testamentum judiciale, etiamsi Notarius judicii non adfuerit, *p. 3. c. 3. d. 32.*

Testamentum apud acta conditum coram septem testibus revocari potest, *p. 3. c. 3. d. 42.*

Forma Testamenti solennis consistit potissimum in autoritate judiciali vel in numero testium septenario, *ib. n. 4.*

Paria sunt facere Testamentum apud acta & facere id coram septem testibus, *ib. n. 7.*

Subsistit Testamentum, quod quis domi factum coram Ictis judici ostendit illudque subscribi ac sigillo judiciali confirmari fecit, licet illud postea statim ad se receperit, *p. 3. c. 3. d. 30. n. 9.*

In Testamento judiciali personæ publ. ad judicium pertinentes vicem testium obtinent, eorumque loco adhibentur, *p. 3. c. 3. d. 23. n. 5.*

TESTAMENTUM MILITARE.

Ex causa Belli in provincia sævientis nihil remissum censetur testatori de numero testium solenni, *p. 3. c. 4. d. 14.*

Testamentum militis non in ipso prælio & conflictu, sed in castris constituti aliter non valet, quam si duos adhibuerit testes, *p. 3. c. 4. d. 26.*

Testamentum militare ex nuda testantium voluntate absque ulla solennitate valet, *ib. n. 1.*

Scriptura militis Testantis in vagina etiam aut clypeo literis sanguine rutilantibus, aut in pulvere gladio notata sufficientem facit probationem absque ullis aliis testibus, *ib. n. 3.*

Hoc privilegio etiam milites nostri temporis gaudent, *ib. n. 4.*

In prælio & conflictu Testamentum militare si non in scriptis confectum fuerit, duobus testibus probari debet, *p. 3. c. 4. d. 27.*

Milites limitanei & in locis hybernis constituti, jure militari coram duobus saltem testibus haud valent Testari, *p. 3. c. 4. d. 28.*

Militaris Testamenti privilegii causa est imperitia & necessitas ex occupatione bellica dependens, *ib. n. 5.*

Nec valent legata à milite limitaneo extra castra versante coram duobus saltem testibus relicta, *p. 3. c. 4. d. 29.*

Testamentum militare post missionem intra annum tantùm valet, *p. 3. c. 4. d. 5. n. 4.*

Miles pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest, *p. 3. c. 2. d. 5. n. 7. & 8.*

TESTAMENTUM MORIBUNDI SIVE ÆGROTI.

Moribundus seu graviter decumbens, licet mortalitatis cogitatione perturbatus, Testari nihilominus potest, *p. 3. c. 5. d. 1.*

Aliter non valet Testamentum moribundi, quàm si integræ mentis fuerit, & articulatè loqui potuerit, *p. 3. c. 5. d. 2.*

Non tantùm loquatur intelligibiliter passivè, sed etiam activè, *n. 3. & 4.*

Nec militare Testamentum, nec dispositio patris inter liberos vel ad pias causas ab Ægroto facta subsistit, si testator sanæ mentis non fuerit, nec articulatè loqui potuerit, *ib. n. 6.*

In dubio Testatorem articulatè loqui potuisse ac sani intellectus fuisse præsumitur, nisi aliud præsumtionibus contrariis doceatur, *p. 3. c. 5. d. 3.*

Testamentum moribundi, factum ad interrogationem alterius, qui Notarii vices non gerit, valet, *p. 3. c. 5. d. 4.*

Si nimirum testator prius interroganti voluntatem suam exposuerit, isque postea desuper coram testibus ipsum interrogaverit, *n. 7.*

Non subsistit Testamentum Ægroti ad interrogationem factam peregrino idiomate vel lingua, quam testes aut Scabini non callent, *p. 3. c. 1. d. 5.*

Testamentum Ægroti, ad interrogationem conjugis vel alterius personæ suspectæ conditum, haud validum habetur, *p. 3. c. 5. d. 6.*

TESTAMENTUM NUNCUPATIVUM.

Testamentum Nuncupativum unde nomen sortitum, *p. 3. c. 3. d. 33. n. 3.*

Testamentum Nuncupativum quomodo differat à testamento in scriptis, *ibid. n. 4.*

Testamenti Nuncupativi substantia in eo vertitur, ut testator ultimam suam voluntatem palam nuncupet atque declaret, *ib. n. 3.*

In Testamento Nuncupativo testes septem specialiter rogatos adhiberi necesse est, *ib. n. 7.*

Validum est Testamentum Nuncupativum, etiamsi illud in scripturam redactum testes nec subscripserint nec sigillaverint, *p. 3. c. 3. d. 34.*

Sed saltem testatorem viderint, *n. 4.*

Non vitiatur Testamentum Nuncupativum ex eo, quod in scripturam redactum testatori non prælectum nec ab eo subscriptum fuerit, *p. 3. c. 3. d. 35.*

Testamentum Nuncupativum solo interventu septem testium non probatur, nisi & testes adhibiti juratò de ultima voluntate testatoris deposuerint, *p. 3. c. 3. d. 36.*

Super Testamento Nuncupativo confecto à Notario instrumento, testes ad id adhibiti haud jurare tenentur, *p. 3. c. 3. d. 37.*

Super Nuncupativo Testamento testes extra processum sub juramento sunt examinandi, *p. 3. c. 3. d. 38.*

Valet Testamentum Nuncupativum ex eo, quod duo testes de instrumento desuper confecto deponant, licet instrumentum amissum, ac reliqui testes mortui fuerint, *p. 3. c. 3. d. 41.*

TESTAMENTUM PARENTUM INTER LIBEROS.

Non solùm patri, sed & matri inter liberos coram duobus testibus Testari, ac voluntatem suam nuncupare licet, *p. 3. c. 4. d. 15.*

Nec refert, utrum testes rogati fuerint, nec ne, *n. 5.*

Quin & fœminarum testimonium hoc casu admittitur, *n. 6.*

Ad parentes autem, quos liberi heredes instituere volunt, hoc favoris neutiquam extendi debet, *n. 12.*

Valet Testamentum parentum inter liberos & nepotes, eorum parentibus licet adhuc superstitibus, *p. 3. c. 4. d. 16.*

At quid si liberi adhuc sint superstites, *n. 3. & seqq.*

Absque testibus in schedula à parentibus conscriptum Testamentum valet

let inter liberos: modo annus & dies exprimatur, & non per notas, sed per literarum consequentias voluntas declaretur, *p.3.c.4.d.17.*
Validum est Testamentum inter liberos ab alio scriptum, sed à testatore manu propriâ subscriptum, absque speciali declaratione voluntatis, *p.3.c.4. d. 18.*
Non verò, si pater Testamento inter liberos manu alterius scripto sigillum suum absque subscriptione tamen apposuerit, *n.6.*
Ex Testamento inter liberos scripto nec extraneis, nec uxori relictum quicquam jure debetur, *p.3.c.4.d.19.*
Dicitur hoc loco persona extranea, quæ non est ex numero liberorum testatoris, tametsi eidem sanguinis ratione sit conjuncta, *ib.n.5.*
Uxori aliisque personis extraneis solvendum est legatum ex Testamento inter liberos scripto, cui testes ad minimum duo accessêre, *p. 3. c. 4. d. 20.*
Non subsistit Testamentum inter liberos, si hisce legitima institutionis titulo haud fuerit relicta, *p.3.c.4.d.21.*
Nullo alio quam institutionis titulo adeoque nec per substitutionem aut fideicommissum liberis legitima relinqui debet, *p.3.c.9.d.1.*
Licet non tota, tamen pars, *n.6.*
Aut res singularis, *n.7.*
Nihilo verò relicto titulo institutionis honorabili corruit Testamentum, *d. n. 7.*
Neque excipitur Testamentum inter liberos, *n.9.*
Nec ad pias causas, *n.10.*
Licet filius præteritus vivo adhuc patre decedat, nisi instituti fuerint venientes ab intestato, *n.11.& 12.*
Institutio liberorum ex partibus disparibus & inæqualibus Testamentum non vitiat, *p.3.c.4.d.21.n.6.*
Valet divisio paterna inter liberos absq; titulo institutionis, aliisque solennitatibus, *p.3.c.4.d.22.*
Nullus autem eorum prætereatur, *n.8.*
Quamvis aliàs divisio hæc paterna æqualitatem inter liberos præcisè non requirat, *n.9.*
Coram duobus testibus etiam oretenus pater suam dividendi voluntatem exponere potest, *n.10.*
Non annullatur divisio paterna inter liberos ex eo, quod de omnibus simul ac universis bonis paternis facta haud fuerit, *p.3.c.4.d.23.*
A Testamento inter liberos quomodo divisio differat, *n.1.& seqq.*
Valet quoque Testamentum paternum absque solennitatibus inter liberos naturales, *p.3.c.4.d.24.*
Testamentum prius solenniter conditum revocari potest quoad filios per posterius saltem inter liberos factum, *p. 3. c. 4. d. 25.*
Valet prælegatum à patre liberis coram duobus saltem testibus relictum, *p.3. c.4.d.42.*
Non valet Testamentum, in quo parentibus debita legitima titulo honorabili non fuit relicta, *p.3.c.9.d.2.*
Quicquid liberis sub nomine legitimæ relinquitur, in eo videntur heredes instituti, nisi testator id per heredem exsolvi jusserit, *p.3.c.9.d.8.*
Paternum Testamentum non impugnare possunt liberi, si patre vivente legitimam vel dotem acceperint, *p.3. c.9.d.10.* it. *d.26.n.1. & 2.*
Filiô, vivô adhuc patre præteritioni consentiente, saltem jure Prætorio Testamentum subsistit, *p.3.c.10.d.1.*
Non vitiatur Testamentum liberorum ex causa præteritionis parentum, si hoc illi approbaverint, *p.3.c.10.d.2.*
Nec refert an instituti sint in testamento heredes extranei, vel alii ab intestato venientes, *n.4.*
Non efficit clausula codicillaris, ut subsistat Testamentum in quo liberi sunt præteriti, *p.3.c.9.d.12.*
Non obstat consensus filii præteriti, quo minus reliqui fratres heredes instituti ob ipsius præteritionem Testamentum impugnare valeant, *p.3.c.10. d. 3.*
Defuncto filio consentiente præteritioni ante testatorem patrem nepotes Testamentum impugnare haud prohibentur, *p.3.c.10.d.4.*
In Testamentis parentum inter liberos sola veritas inter eos spectari debet, *p. 3.c.4.d.17.n.3.*
Testamentum parentum inter liberos solâ manu patris conscriptum & confectum absque testibus valet, *p. 3. c.4. d. 3. n. 11.*
Parentum causa in Testamentis semper favorabilis & amplianda est, *p. 3. c. 8. d. 3. n.7.*

TESTAMENTUM TEMPORE PESTIS CONFECTUM.

In Testamento pestis tempore solennitates juris Gentium sufficiunt, *p. 3. c. 4. d. 8. n. 4.*
Nil quicquam citra numerum testium de solennibus Testamenti tempore pestis conditi remissum est, *p. 3. c. 3. d. 22. n. 2.*
In foro Sax. sufficiunt duo vel tres testes in Testamento pestis tempore confecto, etiamsi ea fuerit parva ac levis, *p. 3. c. 4. d. 1.*
Secus de jure communi, *n.3.*
Validum est Testamentum coram duobus vel tribus testibus factum à testatore, dysenteriâ aliove morbo contagioso laborante, *p.3.c.4.d.2.*
Scilicet qui incolis metum aliquem intulit, *n.5.*
Valent itidem donationes mortis causa, codicilli, atque legata pestis tempore coram 2. vel 3. testibus relicta, *p. 3. c. 4. d. 3.*
Hoc fallit in donatione omnium bonorum, *n.12.*
Nec rusticis tempore pestis Testantibus ulterius quid indulgendum, *ib.n.7.*
Nec in testamento ad pias causas, *n.8.*
Is pestis tempore coram 2. vel 3. testibus validè Testatur, qui vel ipse peste decumbit, vel cujus domus saltem lue confecta est, *p.3.c.4.d.4.*
Nec valet Testamentum, si jam eo condito coram 2. vel 3. testibus testator postea hunc in morbum incidat, *n. 8.*
Testamentum pestis tempore jure singulari conditum valet perpetuo etiam post intermissionem pestis, *p. 3. c. 4. d. 5.*
Quamdiu nempe testator in eadem voluntate perseveraverit, *n.1.*
Non solùm masculi, sed & fœminæ admittuntur testes in testamento tempore pestis, *p.3.c.4.d.6.*
Secus de jure civili, *n.3.*
Testimonium domesticum vel parentum ne quidem tempore pestis admittendum est, *p.3.c.4.d.7.*
Testamentum pestis tempore conditum subsistit: etiamsi testes ad id non fuerint specialiter rogati, *p.3.c.4.d.8.*
Super Testamento pestis tempore condito non confecto instrumento à Notario publ. testes adhibiti jurare tenentur, *p.3. c.4.d.9.*
Testamentum pestis tempore confectum non valet aliter, quàm si testes testatorem viderint, ex ejusque ore ultimam suam voluntatem perceperint, *p.3.c.4.d.10.*
Ut testamentum pestis tempore conditum subsistat, requiritur omninò testatorem fuisse sanæ mentis, & liberis vel parentibus debitam legitimam titulo honorabili reliquisse, *p. 3. c. 4. d. 11.*
Testamentum pestis tempore conditum vitiat omissa heredis institutio, non tamen legata in eo relicta, *p. 3. c. 4. d. 12.*
Contrarium Facultas juridica Lipsiensis respondit, *n.7.*
Testamentum vel legatum pestis tempore coram unico saltem teste relictum nunquam valet, *p.3 c.4.d.13.*

TESTAMENTUM AD PIAS CAUSAS.

Testamentum vel Legatum ad pias causas factum in præsentia duorum testium jure subsistit, nunquam verò absque testibus confectum valet, *p.3.c.4. d. 33.*
Legatum pastori Ecclesiæ sive parocho relictum non est legatum ad pias causas nec coram duobus testibus subsistit, *p.3.c.4.d.34.*
Piæ causæ legatum censetur, si quid Ecclesiæ, Scholis, Academus, Xenodochiis, pauperibus vel in redemptionem captivorum, aut ad stipendium relinquitur, *n.1.*
Non valet in terris Imperii Testamentum coram parocho & duobus testibus conditum, legatis ad pias causas exceptis ex c. cum esset, ext. de Testament. *p.3.c.4.d.40.*

TESTAMENTUM PRODIGI.

Prodigus validè Testari non potest, *p. 3. c. 6. d. 9.*
Subsistit Testamentum prodigi, ante interdictionem bonorum factum, *p. 3. c. 6. d. 10.*
Valet prodigi testamentum, quatenus in eo posteritati suæ probè consuluerit, aut quicquam utiliter disposuerit, *p. 3. c. 6. d. 11.*

TESTAMENTUM REI CRIMINIS.

Ex consuetudine generali ubique locorum receptâ valet Testamentum Rei capitaliter condemnati, *p.3.c.6.d.1.*
Secus de jure ff. *n.1.*
Quocunque modo Reus ad supplicium mortis condemnatus validè Testari potest, *p.3.c.6.d.2.*
Valent itidem cont. actus & dispositiones inter vivos Reorum, capitaliter condemnatorum, extra casum commissi criminis læsæ Majestatis, *p. 3. c. 6. d. 3.*
Extra casum facti Testamenti Reus ultimo supplicio punitus bona sua ad here-

heredes ab inteſtato transmittit, *p.*3. *c.* 6. *d.* 4.
Valet teſtamentum ejus, qui mortem ſibi ipſi conſcivit, *p.*3.*c.*6.*d.*13.

TESTAMENTI REVOCATIO.

Teſtator immemor prioris Teſtamenti judicialis, aliud apud acta diſponens, prius mutaſſe ac Revocaſſe cenſetur, *p.*3.*c.*3.*d.*39.
Revocato Teſtamento priore per poſterius videntur ſimul revocata legata prioris teſtamenti, niſi ex circumſtantiis aliud appareat, *p.*3. *c.*3. *d.* 40.
Teſtamentum apud acta conditum coram ſeptem teſtibus Revocari poteſt, *p.*3.*c.*3.*d.*42.
Teſtamentum hodie non evaneſcit ſive revocatur per ſolam decennii transcurſionem, niſi expreſſa voluntas teſtatoris id immutantis acceſſerit, *ib. n.* 1.
Teſtamentum non ritè Revocatur ex nuda voluntate teſtatoris, *ib.n.*2.
Ad Revocationem Teſtamenti expreſſa teſtatoris declaratio requiritur, *p.* 3. *c.*3.*d.*30.*n.*8.
Nemo ſibi hanc legem in Teſtamento dicere poteſt, ut à priore voluntate Recedere ei haud liceat, *p.*3.*c.*9.*d.*26. *n.* 5.
Non videtur Revocaſſe Teſtator ultimam voluntatem, quæ reſignata apud eum fuit reperta, *p.*3.*c.*5.*d.*27.
Solâ teſtatoris voluntate in judicio declaratâ Revocatur Teſtamentum, quod antea judicialiter conditum fuit, *ib.n.*2.
Non revocatum cenſetur Teſtamentum, quod quis domi factum coram actis judici oſtendit, illudq; ſubſcribi ac ſigillo judiciali confirmari fecit, licet illud poſtea ad ſe receperit, *p.*3. *c.*3.*d.* 30. *n.* 9.
Revocato licet Teſtamento reciproco à conjuge ſuperſtite, nihilominus hujus heredes fideicommiſſi titulo vocati ad hereditatem defuncti conjugis admittuntur, *p.*3.*c.*7.*d.*21.
Teſtamentum de bonis uxoris à marito factum conſentiente uxore, ab ea poſtea Revocari nequit, *p.*3.*c.*2 *d.*13.
Teſtamentum inter Conjuges Reciprocum invitâ etiam alterâ parte revocari poteſt, *p.*3.*c.*7.*d.*21. *n.*1. it. *p.*3. *c.*2. *d.* 11.
Non Revocatum cenſetur Teſtamentum judiciale ex eo ſolo, quod teſtator illud ab actis removerit, & ad ſe receperit, *p.*3.*c.*3.*d.*30.
Niſi ſimul dixerit, ſe Teſtamentum ſuum Revocare velle, *ib.n.*27.
Teſtamentum prius ſolenniter conditum Revocari poteſt quoad filios, per poſterius ſaltem inter liberos factum, *p.*3.*c.*4.*d.*25.
Per cancellationem totalem Teſtamentum Revocatur atque corrumpitur, *p.*3.*c.*3.*d.*5.*n.*1.& 2.

TESTAMENTUM RUSTICORUM.

Subſiſtunt Teſtamenta Ruſticorum præſentibus ſaltem 5. teſtibus facta, ſi plures haberi nequeant, *p.*3.*c.*4.*d.*30.
Quod accipiendum de Teſtamentis ruri, non verò in ſuburbiis conditis, *ib. n.* 5.
Judicialiter autem facta valent absque teſtibus, *p.*3 *c.*4. *d.*32.*n.*4.
Valet teſtamentum tempore peſtis à Ruſticis coram 2. vel 3. teſtibus conditum, *p.*3.*c.*4.*d.*3.*n.*7.

TESTAMENTUM SOLENNE IN SCRIPTIS.

Tria hodie Teſtamentorum genera habentur: in Scriptis, coram actis ſeu judiciale, & nuncupativum, *p.* 3. *c.* 3. *d.* 3. *n.* 1.
Teſtamentum Solenne in ſcriptis à ſeptem teſtibus ſpecialiter ad id rogatis ſubſcriptum & ſigillatum ſubſiſtit, licet ipſemet teſtator nomen heredis non ſcripſerit, *d.*1.
Teſtes in teſtamento ſolenni nomina ſubſcribant, nec unus ſcribat pro alio, niſi eo in loco tot literati teſtes non reperiantur, *ib.n.*6.
Teſtibus vel Scabinis, coram quibus Teſtamentum conditum fuit, qui de loquela articulata & ſano teſtatoris intellectu deponunt, omninò eſt credendum, *p.*3.*c.*5.*d.*3.*n.*2.
Abſque quorum aſſeveratione præſumtiones & conjecturæ in contrarium admittuntur, *n.*4.
Teſtamenti Solennis principaliora requiſita, *p* 3.*c.*3.*d.*1.*n.*3.& *ſeqq.*
Non vitiatur Teſtamentum in Scriptis ex eo, quod clauſum teſtibus fuerit ad ſubſcribendum exhibitum, non verò prælectum, *p.*3.*c.*3.*d.*2.
Scriptura jure Teſtamenti Solennis valere juſſa ex defectu ſolennium non valet, ut teſtamentum nuncupativum, nec ut codicillus, deficiente clauſula codicillari, *p.*3.*c.*3.*d.*3.
Abbreviaturæ & Ciphræ Arithmeticæ intelligibiles ac uſitatæ non vitiant Teſtamentum ſolenne in Scriptis, *p.*3. *c.* 3. *d.* 4.
It. Teſtamentum militis, piàs ad cauſas, nuncupativum, aut quavis in neceſſitate factum, *n.*3.
Ex verbis in margine Teſtamenti appoſitis, ſenſum ſcripturæ non invertentibus, haud vitiatur Teſtamentum, *p.* 3.*c.*3.*d.*5.
Sed pro non adjecto potius habendum, ſi de mente teſtatoris non appareat, *n.* 5.
Licet non heredes, legatarii tamen in Teſtamento teſtes admittuntur, *p.*3.*c.* 3. *d.* 6.
Ratio diverſitatis, *n.* 10.
Nec pater admittitur teſtis in Teſtamento eo, in quo filius, licet emancipatus, heres eſt ſcriptus, *p.*3.*c.*3.*d.*7.
Nec heredis frater teſtis eſſe poteſt in Teſtamento, *n.*6.
Curatores in Teſtamento minorum idonei habentur teſtes, *p.*3.*c.*3.*d.*8.
Tutores etiam antequam tutelam ſuſcipiant, *n.* 3.
Multò magis curatores ad litem, *n.*6.
In Teſtamento legatum ſibi adſcribens, dictante licet teſtatore, illud petere non valet, *p.*3.*c.*3.*d.*9.
Qui in Teſtamento ſua manu conſcripto ſibi quippiam adſcripſerit, non ſolùm eo lucro privatur, ſed & pœna legis Corneliæ tenetur, *ib.n.*3.
Petere poteſt legatarius legatum, manu ſua ſibimet ipſi adſcriptum, ſi teſtator in ſubſcriptione ſe legatum hoc ipſi reliquiſſe teſtatus fuerit, *p.*3.*c.*3.*d.*10.
Specialiter ac verbis manifeſtis, *n.*2.
Nec ſufficit ſigilli impreſſio, *n.*4.
Valet Teſtamentum Solenne, ſi teſtatore literas neſciente teſtis octavus vice ejus ſubſcripſerit, *p.*3. *c.* 3. *d.*9. *n.* 1.
Totus Teſtamenti faciendi actus inter duos privatos tantùm geritur, teſtatorem nimirum & ſcribentem, cujus fidei & taciturnitati tota committitur diſpoſitio, ut rariſſimè etiam ſyllaba teſtibus innoteſcat, *ib.n.*5.
In numero ſeptem teſtium, qui ad minimum in confectione Teſtamenti ſolennis requiruntur, Notarius diſertè comprehendi dicitur, *p.*3. *c.*3. *d.* 34. *n.* 3.
Forma Teſtamenti Solennis conſiſtit potiſſimum in autoritate judiciali, vel in numero teſtium ſeptenario, *p.* 3. *c.* 3. *d.* 42. *n.* 4.

TESTARI.

Teſtari non poteſt, qui integræ mentis ac perfecti intellectus non eſt, *p.*3.*c.* 5.*d.*2.*n.*5.
Teſtari non prohibetur is, qui nihil in bonis habet, *p.*2.*c.*12.*d.*26.*n.*2.
Teſtari qui nequit, nec codicillos facere poteſt, *p.*3.*c.*4.*d* 39.*n.*3.
Teſtari duo in una membrana ac ſeſe invicem heredes inſtituere poſſunt, *p.*3. *c.*7.*d.*22.*n.*1.
Teſtari coram actis in judicio extra judicium coram perſonis ad judicium pertinentibus, judicialiter ad hoc ablegatis, paria ſunt; *p.*3.*c.*5.*d.*16.*n.*9.
Teſtantium ultimæ voluntates adjuvandæ potius ſunt, quàm coarctandæ, *p.* 3.*c.*3.*d.*29.*n.*8.
Non ſuſtinetur voluntas teſtatoris ex eo, quod volens altera die Teſtari, morte præventus id efficere non potuerit, *p.*3.*c.*5.*d.*23.
Pro parte Teſtatus & pro parte inteſtatus nemo decedere poteſt, *p.*3. *c.*2. *d.* 5. *n.* 4.
Fallit in milite, *n.*7.& 8.
Teſtandi facultatem nullâ conventione vel contractu quis præripere ſibi poteſt, *p.*3.*c.*5 *d.*22.*n.*8. it. *p.* 3. *c.* 5. *d.*19. *n.* 8.
Teſtandi facultas nemini adimatur, hæc Regula quomodo intelligenda, *p.*2.*c.* 12.*d.*26.*n.*6.
Teſtandi libera facultas licet non directò & per pactionem privatam, attamen per indirectum & quandam conſequentiam, vel etiam per modum condendæ legis tolli poteſt, *p.*3.*c.*7.*d.* 4.*n.*7.& 8.
Teſtandi liberam facultatem æs alienum impedit, *ib.n.*9.

TESTATOR.

Ne quidem privilegiata & minus ſolennia teſtamenta ſubſiſtunt, ſi ipſemet Teſtator præſens non fuerit vel teſtes ipſum non viderint, ex ejuſque ore voluntatem ſuam haud perceperint, *p.*3.*c.*4 *d.*37.
Illud potiſſimum inſpici debet, quod Teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de eo fuiſſet interrogatus, *p.*2.*c.*5.*d.*8. *n.* 2.
Teſtator id voluiſſe præſumitur, quod lex ipſa diſponit, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 15. *n.* 7.
Non quæritur, cum quo de ſupremis Teſtator loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 32. *n.* 9.
Teſtator in dubio præſumitur ſe voluiſſe conformare juri communi, quod

quod proximiores solùm admittit, remotioribus exclusis, *p.*3.*c.*8. *d.*25. *n.*3. it.*p.*3.*c.*9.*d.*17.*n.*3.
Tacita Testatoris voluntas conformanda est jure communi, si aliud expressè dispositum non fuerit, *p.*3. *c.*13. *d.*16. *n.* 10.
Testatoris voluntas quasi lex quædam est, ac pro lege servari debet, *p.*3. *c.*2. *d.*15.*n.*5.
Testatoris voluntas non valet, nisi quatenus legibus est consentanea, *p.* 3. *c.* 3.*d.*9.*n.*9. it.*p.*3.*d.*24.*n.*4.
Voluntas Testatoris est regina testamenti, quæ totum facit, ac sola dominatur, *p.*3.*c.*7.*d.*23.*n.*5.
Voluntas Testatoris præcisè est adimplenda, *p.*3.*c.*13.*d.*21.*n.*2.
Voluntis Testatoris verosimilis servanda eit, *p.*2.*c.*5.*d.*8.*n* 1.
Voluntas Testatoris semper ut in aliis dispositionibus, ita & præcipuè in testamentis principem locum tenet, *p.* 3.*c.*3.*d.*5.*n.*6.
Voluntas Testatoris potius servanda est quàm contra ejus voluntatem danda libertas. *p.*2.*c.*5.*d.*8.*n.*9.
Voluntas Testatoris, si in totum servari non possit, debet saltem servari, quantum potest, *p.*2.*c.*5.*d.*8.*n.*11.
Ne Testatoris voluntas destruatur, improprianda potiùs sunt verba, *p.*3.*c.*8. *d.*31.*n.*5.
Verba ubi sunt clara & manifesta, tùm nodus in scirpo quarendus non est, sed voluntas Testatoris ita intelligi debet, ut verba sonant, *p.*3. *c.*13. *d.*15. *n.*3.
In testamentis voluntas ac intentio Testatoris, & quâ quisque mente fuerit, præcipuè spectanda est, *p.* 3. *c.*5. *d.*23. *n.* 1.
Voluntas & sententia Testatoris heredes obstringit, *p.*1.*c.*26. *d.*15.*n* 1.
In dispositione Testatoris pro ratione attenditur voluntas, *p.*3.*c.*13.*d.*20.*n.*1.
Consistit substantia testamenti omnis in voluntate & dispositione Testatoris, *p.*3.*c.*3.*d.*26.*n.*6.
Casus omissus habetur pro amisso, si tamen subsit conjectura mentis Testatoris, dispositio extendatur, *p.*2. *c.*5. *d.* 8. *n.* 3.
Sufficit in testamento de mente Testatoris, ac sensu scripturæ constare, *p.* 3. *c.*3. *d.* 4. *n.* 5.
In ultimis judiciis sequimur mentem Testatoris, qui ambiguam orationem protulit, *p.*3.*c.*8.*d* 29.*n.*3.
Ex sola verborum connexione contra Testatoris voluntatem non censetur relictus ususfructus, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 15.
Opinio Testatoris in dependentibus à mera voluntate prævalet veritati, *p.* 3.*c.*9 *d* 23 *n.*3.
Fundatio Testatoris non est mutanda, nec convertendum ejus beneficium in alios usus, *p.*3.*c.*13.*d.*21 *n.*3.
Verba Testatoris generalia non tàm secundum propriam significationem sunt accipienda, quam secundum personam proferentis & voluntatem Testatoris interpretanda, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 28. *n.* 3.
Publicè expedit suprema hominum judicia exitum habere, *p.* 3. *c.* 5. *d.* 25. *n.* 3.
Potest Testator privare heredem vel legatarium portione sibi relicta, si impugnaverit ipsius judicium ac voluntatem, *p.*3.*c.*7.*d.*23.
Non incurrit pœnam privationis à Testatore statutam heres vel legatarius, qui solennia testamenti solummodò impugnat, *p.*3.*c.*7.*d.*24.
Non valet dispositio Testatoris, ut legataria, petens portionem staturariam ex bonis defuncti sui mariti, legatum haud conferre teneatur, *p.*3.*c.* 7. *d.* 25.

TESTATIONES.

Testationum vis atque potestas dependet ex testium jurejurando, *p.*1. *c.*16. *d.*43.*n.*7. *p.*3.*c.*1.*d.*31.*n.*2.
Testationes alio die non videntur factæ, quam quo juratum est, *ib.n.*3. it. *p.*1. *c.*16.*d* 31.*n.*1. *p.*2.*c.*43.*d.*8.*n.*6. & 7.
Factâ publicatione Attestationum repeti possunt Testes ad declarandam depositionem ambiguam, *p.*1.*c.*16.*d.*30.
Non quidem per repetitionem, ut pragmatici loqvuntur, sed ex integro, ac si nunquam auditi fuissent, *n.*3. & 4.
Licet alias prohibeantur, *n.*1.
Actor non nisi ex causâ rationabili & sufficienti ad probationes in perpetuam rei memoriam ante litis contestationem admittitur, *p.*1.*c.*16.*d.*35.
Reus verò probationem ad perpetuam rei memoriam indifferenter suscipere valet, *ib.n.*6.
Ante litis contestationem, *n.*7.
Quicunque Testes ad perpetuam rei memoriam examinari petit, requisita solennis probationis tàm in exhibitione articulorum, quàm citatione adversæ partis observare tenetur, *n.*8.
Hujus examinationis effectus, *n.*9.
Testationes ad futuram rei memoriam factæ post litem demùm contestatam & reprobationes adversæ partis sunt publicandæ, *p.*1. *c.*16.*d.*36.
De Testium attestationibus fide plura supra in vocab. Disputationes attestationum.

TESTIS.

Par Affectio Testem non repellit, sicut nec par odium, *p.*1.*c.*16.*d* 56.*n.*6.
Clerici in causis laicorum mediante juramento ad Testificandum compelluntur, *p.*1.*c.*16.*d.*69.
Non tamen tenetur sacerdos revelare confessionem sibi factam, *p.*1.*c.*16.*d.*70.
Creditor est Testis idoneus in causa debitoris, non verò vice versa debitor in causa creditoris, *p.*1.*c.*16.*d.*67.
Denunciator in processu inquisitionis ad Testificandum admitti debet, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 66.
Famuli admittuntur ad Testificandum pro domino de iis, quæ domi fiunt, quæque non nisi per domesticos probari queunt, *p.*1.*c.*16 *d.*54.
Famuli non habentes salarium pro domino Testes esse haud prohibentur, *n.* 9.
Fœmina Testimonium dicere non prohibetur præterquam in causa testamenti, *p.*1.*c.*16.*d.*51.*n.*1.
Frater aut soror pro fratre aut sorore admissi maximè probant, si aliorum concurrunt Testimonia, *p.*1.*c.*16.*d.*53.
Cessantibus hisce tribus, patria potestate, bonorum communione & cohabitatione *n.* 1. & 2. nisi causa sit magni momenti, *n.*9.
Infamia facti ut maximè existimationem minuat apud bonos & graves viros, neminem tamen à Testimonio dicendo repellit, sed sola infamia juris, *p.*1 *c.*16.*d.*71.*n.*7. & 8.
Inimicus quando utriusque est partis, non rejiciendus est Testis ob inimicitiam, *p.*1.*c.*16.*d.*56.
Mulier potest esse Testis in legatis & codicillis, *p.*3.*c.*1. *d.*20.*n.*2.
Pubes non prohibetur Testificari de iis, quæ vidit in pupillari ætate, *p.*1.*c.*16. *d.*55.
Modo deponat de iis, quæ tempore pupillaris ætatis cadere potuerunt in sensum & intellectum pupilli, isque eo tempore habuerit aliquam discretionem, *ib.n.*3.
Spurii & naturales à Testimonii dictione haud sunt repellendi, *p.*1, *c.*16. *d.* 71.
Subditi quatenus in causa Dominorum legitimi habeantur Testes, *p.* 1.*c.* 16. *d.*64.
Uxor pro marito Testis esse non potest, contra maritum potest, sed non cogitur, nisi veritas aliter haberi nequeat, *p.*1.*c.*16.*d.*51.
Admittitur uxor Testis contra maritum in criminalibus, *p.*1 *c.*16.*d.*52.
Eò magis, si delictum difficilis sit probationis, *n.*3.
Quo casu conjuges pro conjugibus ad testificandum admittuntur, *n.*4.
Testes minus idonei probant, quando Veritas aliter haberi non potest, *p.* 1. *c* 16. *d.*54. *n.*7.
Qui aliàs non admittuntur ad Testificandum, coguntur etiam testes esse, si Veritas aliter haberi nequit, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 46. *n.* 6.
Non admittitur ad Testificandum, qui nequit accusare & vice versa, *p.*1.*c.*16. *d.*56.*n.*4.
Nec advocatus nec procurator potest esse Testis in causa clientis sui, in quâ est Advocatus aut procurator, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 59.
In alia autem causa & foro advocandi officio à Testimonio repelli non debet, *n.*2. & 3.
Advocati Testimonium in causa clientis est validum, quando ex defectu testium veritas aliter haberi non potest, *p.*1.*c.*16.*d.*60.
Judæus contra Christianum perhibere Testimonium non valet, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 71. *n.* 4.
Nisi cum eis alius insuper Christianus testificetur, *n.*5.
Judex ne quidem causâ finitâ cogitur Testimonium ferre super iis, quæ respiciunt justitiam vel injustitiam suæ sententiæ, *p.*1. *c.*16.*d.*61.
Sed bene super iis, quæ respiciunt solum processum, *n.*5.
Judex non cogendus est ferre Testimonium in causa, quâ impugnatur testamentum ex defectu solennium à judice non adhibitorum, *p.*1. *c.*16.*d* 62.
Parentes pro filiis & econtra idonei Testes non sunt, *p.*1 *c.*16.*d.*48.
Fallit in probatione ætatis filiorum parentum, ac imprimis matris testimonium habetur legitimum, *p.*1.*c.*16.*d.* 49.*n.*3.
Item in causa matrimoniali, *n.*4.
Nec contra parentes vel liberos admittendum est Testimonii. *p.*1.*c.*16.*d.*50.
Nisi in probatione delicti, *n.*7.

Pronexetæ seu mediatores Testes esse prohibentur super iis contractibus, quæ coram eis gesta sunt, *p.1. c.16. d. 71. n.1.*

Puberis Testimonium non valet de iis, quæ vidit in infantia, *p.1.c.16.d.55.n.6.*

Pupillus in causa civili Testis esse nequit, *p.1.c.16. d.55.n.1.*

Tutor vel curator durante tutelâ aut curatelâ non admittitur Testis, *p. 1. c. 16. d. 57.*

Nisi causa pupilli vel minoris agitetur per actorem, à judice vel contutore constitutum, *p.1.c.16.d.58.*

Venditor pro emptore in causa rei venditæ non est Testis idoneus, quando tenetur de evictione, *p. 1.c.16.d.68.*

Testes de universitate non admittuntur in causa, quæ commodum & utilitatem singulorum respicit; *p. 1. c.16. d. 65.*

Unius Testis de proprio facto deponentis Testimonio quando credendum, *p.1. c. 16. d. 39.*

Nisi testis, antequam testimonium perhibeat, juraverit, planè irrita est ejus depositio, quantumvis postmodùm ex intervallo jurimentum præstiterit, *p.1. c.16. d.31. n.1. p.1. c.16. d.69. n. 7.*

Testis invitus ad testimonium perhibendum certâ mulctâ compelli potest, *p.1.c.16.d.47.*

De jure civili haud definita, *n.5.*

In Electoratu Sax. hodie definita, nempe 10. aureorum Rhenensium, *n.6.*

Testis pejeráse non præsumitur, si nullum ex testatione sua sentiat commodum, *p.1.c.16. d.44 n.7.*

Testis non præsumitur immemor salutis æternæ, maximè si sit homo nobilis, aut probatæ fidei & honestæ vitæ, *p.1. c.16. d.53.n.5.*

Testis minus idonei testimonium per eum, qui omni exceptione major est, repleri debet, *ib.n.9.*

Testis in re propria, vel ex qua damnum aut emolumentum sperat, nemo existit idoneus, *p 3.c.3. d.6.n.4.*

Limitatur hæc Regula, *p. 1. c. 28. d.34. n. 4.*

Testes haud jurati deponentes ex publicaris attestationibus denuò sub juramento examinari debent, *p. 1. c. 16. d. 32.*

Testes, qui propter interrogatoria prætermissa repetuntur, denuò jurare tenentur, nisi prius juramentum generaliter super tota causa fuerit præstitum, *ib.n.6.*

A producente Testes peregrinos exigi potest juramentum malitiæ, *p.1. c.16. d. 33.*

Privilegiati, qui aliàs non possunt compelli ad testificandum, non gaudent privilegio, sed coguntur esse Testes, quando veritas aliter haberi non potest, *p.1.c.16.d 69 n.5.*

Veritatem aliter haberi non posse non dicitur ex eo, quo alii Testes actu non intervenerint, nisi etiam habitu intervenire haud potuerint, *p. 1. c. 16. d. 73.*

Prout est in criminalibus conjuratio, conspiratio, hæresis, furtum, adulterium, partus suppositus, in civilibus gesta in collegio, loco occulto, Capitulo & congregatione Canonicorum, *n.7. & 8.*

Testes singulares de uno eodemque licet facto, attamen de diverso loco & tempore deponentes, plenè non probant, *p.1.c.16.d.40.*

Testes singulares quinam propriè dicantur, *ib.n.4.*

Testes jurisdictioni vasalli subjectos Dominus Feudi per ejusdem subsidium citare tenetur, *p.1.c.16.d.29.*

In exercendis litibus eandem vim & autoritatem obtinent Testes, quam habent instrumenta, *p.1.c.6.d.3.n.8.*

Testes non jurati nihil probant, nisi ex conventione partium iis fuerit remissum jusjurandum, *p.1.c.16.d.31.*

Probatio in prima instantia ob terminum præterlapsum perdita, in secunda appellationis instantia denuò per Testes suscipi nequit, *p.1.c.21.d.1.*

Non satis probata in prima instantia per alios vel eosdem Testes in appellationis instantia probari non possunt, *p.1.c.21.d.2.*

Neque super articulis prioribus directò contrariis in appellationis instantia Testes examinari queunt, *p. 1. c. 21. d. 3.*

Super articulis tamen indirectè contrariis Testes in appellationis instantia producti admittuntur, *p.1.c.21.d 4.*

Vide plura supra in Verb. Probatio.

Numero plurium Testium duo duntaxat intelliguntur, *p.3.c.4.d.20.n.4.*

Ubi major numerus Testium, ibi major præsumitur veritas, *p.1.c.16.d.45.n.3.*

Non tàm multitudo consideranda est, quàm fides & autoritas Testium, *p. 1. c 16. d.43.n.6.*

Ad Testium probationem absq; ordine judiciali haud facilè perveniri potest, *p.1.c.8.d.28.n.7.*

Dicta Testium in specie, & cum ratione videntur veriora, *p.1.c.16.d.44.n.5.*

Testium dicta ita sunt interpretanda, quantum fieri potest, ut testes ad concordiam redigantur, *p.1. c.16. d.42.n. 1. it. p.1.c.16 d.43.n.3.*

Testium varietas seu discrepantia modica non obstat, quo minus eorùndem depositio plenam faciat probationem, *p.1.c.16.d.42.*

Modica varietas in substantialibus Testibus fidem non tollit, *ib.n.7.*

Testium assertioni non minus atque ipsius debitoris confessioni fides habenda est, *p.1.c.17.d.24.n.4.*

Testium præsentia cessare facit suspicionem fraudis atque erroris, *ibid.n.3.*

Quando in genere quid est probandum, diversitatis in loco & tempore singularitatem non inducit, nec Testibus fidem tollit, *p.1.c.16.d.41.n.3.*

Testibus inter se discrepantibus judex pronunciabit pro reo, *p.1. c.16. d.46.*

Testibus inter se discrepantibus credendum est potius juratis, quàm injuratis, *p.1.c.16.d.43.*

Testibus hinc inde contrariis plures numero vincunt pauciores, *p.1. c.16. d. 45.*

Creditur magis Testibus senioribus quàm junioribus, honoratis & dignioribus quàm minus dignis, masculis quàm fœminis, peritis & DD. quàm imperitis & plebejis, de negotio informatis quàm ipsius ignaris, clericis quàm laicis, hominibus probatæ fidei & existimationis quàm levis conditionis & vitæ reprehensibilis, *ibid. n.4.*

Credendum magis est Testibus deponentibus verisimiliora ratione negotii vel accedentis alicujus præsumptionis, quàm aliis, *p.1. c.16. d.44.*

Testibus in specie deponentibus magis creditur, quàm deponentibus in genere & magis deponentibus cum ratione & redditione causæ, quam deponentibus sine causa & ratione, *ib. n. 5.*

Testibus in dubio longè magis credendum adversus propria commoda testificantibus, *ib.n.8.*

Testibus quando utimur ex intervallo probare dicimur, *p.1.c.6.d.3.n.2.*

TESTIMONIUM.

Testimonium ferre munus publicum est, *p. 1. c.16. d. 47. n. 2.*

Semper videtur sufficere Testimonium de Auditu in probatione rei quæ excedit memoriam & ætatem hominis, *p.3.c.18.d.29; n.7.*

Testimonium domesticum est prohibitum, *p.1.c.16.d.51.n.3.*

Nemo immemor salutis æternæ falsum Testimonium perhibere censetur, *p. 1.c.28.d.81.n.5.*

Infamia facti neminem ab administratione officii repellit, sicut nec à Testimonio dicendo, sed saltem infamia juris, *p.2.c.22.d.23.n.8.*

Testimonium omnibus in re propria perhibere interdictum est, *p.1. c. 23.d.1. n. 6.*

Testimonium singulare haud recipitur, si particularis aliquis actus est in specie circa possessionem vel jurisdictionem probandus, *p.1.c.16.d.41.n.6.*

Unius Testimonium pro nullo habendum, *p.1.c.23.d.1,n.5.*

THESAURUS.

Thesaurus illa demùm dicitur pecunia, quæ ab ignotis hominibus ultra hominum memoriam est reconditus, ita ut jam amplius Dominum non habeat, *p. 2. c. 53. d. 7. n. 3.*

Thesaurus quid propriè sit, *p. 2. c. 53. d. 10.*

Thesaurus non est fructus fundi, nec naturalis, nec civilis, *p.2.c.53.d 6.n.3.*

Thesaurus non est pars vel portio aliqualis fundi, sed res prorsus separata, nihil cum fundo habens commune, *ib.n.4.*

Ad Thesauri acquisitionem requiritur, ut inventor eum apprehendat, *p. 2.c. 53. d. 7. n. 2.*

Thesauri inventor quantitatem juramento quandoque indicare tenetur, *p.2.c.53.d.8.*

Aut si homo levis sit, & de metu perjurii suspectus, torturæ subjiciendus, *ib.n.3.*

Thesaurus in fundo alieno casu fortuito repertus pro dimidiâ parte inventori, pro altera dimidia domino fundi cedit, *p.2.c.53.d.5. & d.10.n.3.*

Inventor Thesaurum occultans in fundo alieno repertum pœnâ arbitrariâ coërcendus est, *p. 2.c.53.d.7.*

Thesaurus in proprio fundo inventus, in foro Sax. totus inventori cedit, *p. 2. c. 53. d. 4.*

Medò

Modò non operâ illicitâ artibusq; Magicis & incantationibus ad hoc usus fuerit, quo casu thesaurus totus fisco cedit, *n.* 9.
Thesaurus ab Emphyteuta & vasallo inventus totus eis cedit, *p.* 2. *c.* 53. *d.* 6. *n.* 8.
Pecunia in fundo empto inventa, si non sit Thesaurus, ad venditorem potiùs, quàm ad emptorem pertinet, & quid propriè sit Thesaurus, *p.* 2 *c* 53. *d.* 10.
Thesaurus, à vidua in fundo dotali repertus, non nisi pro parte dimidia ipsi cedit, reliqua verò dimidia ad proprietarium pertinet, *ib. n.* 6.
Thesaurus casu fortuito in fundo fructuario inventus ab usufructuario inter eum & proprietarium dividitur, *p.* 2. *c.* 53. *d.* 6.

TITULUS.

Titulus contra leges & statuti formam factus nullus est, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 36. *n.* 9.
Titulum nullum & vitiosum habere paria sunt, *p.* 2. *c.* 1 *d.* 1. *n.* 11, it. *p.* 2. *c.* 34. *d.* 7. *n.* 4.
Quotiens pro actore militat præsumtio, possidenti verò resistit, possidens Titulum possessionis edere obstrictus est, *p.* 1. *c.* 27. *d* 9. *n.* 6

TOLLERE.

Par est potestas Tollendi & inducendi, *p.* 2. *c.* 36. *d.* 6. *n.* 4.

TONSOR.

Ex panno, quod Tonsori ad condendum datur, capitur aliqua parva portio, quæ Domino remanet ad recognoscendum, *p.* 2. *c* 4. *d* 7. *n.* 5.

TORCULAR.

Torcular seu pressorium inter res mobiles refertur, *p.* 3. *c.* 24. *d.* 7.

TORQVERE: TORTURA.

Si masculis & fœminæ tormenta infligenda, *p.* 1. *c.* 22. *d.* 28. *n.* 1.
Tortura utriusque manûs abscisione gravior dicitur, *p.* 4. *c.* 46. *d.* 5. *n.* 2.
In Torturæ executione incipiendum ab eo, qui timidior creditur, vel teneræ ætatis videtur, ut facilimè ex eo veritas possit exquiri, *p.* 1. *c.* 22. *d.* 18. *n.* 3.

TOTUM.

Quod juris est in Toto quoad totum, idem juris est de parte quoad partem, *p.* 2. *c.* 48 *d.* 5. *n.* 5.

TRADITIO.

In Traditionibus quodcunque pactum receptum est, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 22. *n.* 5.
Traditio bonorum avitorum non impedit jus protimiseos linearium, nisi præcesserit judicialis resignatio venditoris, *p.* 2. *c.* 31 *d.* 13.
Si Traditio rei venditæ nondum subsecuta sit, rescindit tamen jus protimiseos conventionale venditionem, *p.* 2. *c.* 32. *d.* 10.

TRANSIGERE.

Transigere regulariter non tantùm de causis civilibus, verùm etiam de omnibus criminalibus publ. sanguinis pœnam ingerentibus licet, *p.* 4. *c* 32. *d.* 18. *n.* 1.
Ad Transigendum vel paciscendum nemo jure compellitur, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 11. *n.* 7.

TRANSACTIO.

Transactio cum parte offensâ inita magistratui haud præjudicat, quò minus is delictum perpetratum vindicare & punire possit, *p.* 4. *c.* 13. *d.* 10. *n.* 1. it. *p.* 4. *c.* 17. *d.* ~~5~~ 5. *n.* 9.
Quatenus hæc Regula procedat, *p.* 4. *c.* 32. *d.* 18. *n.* 6.
In Transactione non solùm in terris Electoratus Sax. sed etiam extra Electoratum beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. locum habet, *p.* 2. *c.* 34. *d.* 1.
Non procedit in Transactione ex intervallo ratificata, *p.* 2. *c.* 34. *d.* 3. *n.* 6.
Nec in Transactione judiciali vel judicialiter saltem à principe, aut magistratu confirmata, *p.* 2. *c.* 34. *d.* 4.
Transactiones juratæ in foro Sax. ne quidem ob enormissimam læsionem rescinduntur, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 1.
Transactiones & renunciationes juratæ ex capite minoris ætatis, doli, metus, alteriusvè justæ causæ rescinduntur, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 2.
Transactio sub prætextu novorum instrumentorum rescindi non potest, *p.* 1. *c.* 15. *d.* 1. *n.* 5.
Omnes actus, renunciationes ac Transactiones intelliguntur cum hac clausula, rebus sic stantibus, *p.* 2. *c.* 35. *d.* 23. *n.* 3.
Locum non habet hæc Regula, quando in contractu vel dispositione aliqua cogitatum quoque est de futuris casibus, *n.* 9.
Item in dispositionibus universalibus, & quæ ita se habent, ut jam commodo sint, *n.* 10.

TRANSMITTERE.

Transmittitur hereditas nondum adita, si hoc testatori ita placuerit, vel testamento addita sit clausula codicillaris, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 19.
Quod sua natura haud Transmissibile est, voluntate testatoris Transmissibile fieri potest, *ib. n.* 7.
Quod pater non habet, ad filios Transmittere nequit, *p.* 3. *c.* 27. *d.* 6. *n.* 3.

TREBELLIANICA.

Detractio Trebellianicæ in donatione omnium bonorum mortis causa prohibita non est in Electoratu Sax. *p.* 3. *c.* 1. *d.* 7.
Filius legato aut fideicommisso gravatus duntaxat legitimam, non duas Quartas, Falcidiam & Trebellianicam, deducere potest, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 20.
In Legato & fideicommisso conditionali vel in diem filius ejusvè heres ultra legitimam Falcidiam aut Trebellianicam etiam detrahere valet, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 21.
In hereditatibus fideicommisso gravatis primus saltem heres Trebellianicam deducit, non etiam secundus vel tertius, *p.* 3. *c.* 8. *d.* 14.
Heres in certa re institutus & fideicommisso gravatus non detrahit Trebellianicam, *p.* 3. *c.* 1. *d.* 15.
Quartâ Trebellianicâ nondum licet detractâ, ad heredes tamen transmittitur, *p.* 3. *c.* 14. *d.* 25.

TRIBUTA.

Jus indicendi Tributa, non nisi principibus jure Regalium competit, *p.* 3. *c.* 16. *d.* 19. *n.* 1.
Quæ principibus & superioribus in signum subjectionis & superioritatis solvuntur, ut sunt Tributa, Census, aliæq; pensiones, nullo tempore præscribuntur, *p.* 2. *c.* 2. *d.* 2. *n.* 1.
Si quis in solvendo Tributa & pensiones publicas cessaverit, ejus bona pignoris taciti nexu fisco obstricta habentur, *p.* 3. *c.* 11. *n.* 2.
In tantum ut hic omnibus omninò creditoribus etiam hypothecam expressam anteriorem habentibus præferatur, *n.* 7.
A Tributis patrimonialibus, quæ bonis immobilibus ac possessoribus imponuntur, nemo immunis esse potest, quisquis sit, qui bona possidet, non hoc unum ipsis rebus inhæret, quia personis aut capitibus, *p.* 3. *c.* 16. *d.* 10. *n.* 6.
Tributa, census & collectæ ab iis solvuntur, qui rem jure proprio possident, *p.* 2. *c.* 40. *d.* 5. *n.* 8.
Tributa ac Vectigalia quasi pro rebus exiguntur & regulariter præstanda veniunt à rerum dominis, *p.* 3. *c* 38. *d.* 20. *n.* 9.
Executione in ædes alicujus factâ debitor solvit Tributa patrimonialia, usque dum Creditori illæ adjudicentur, *p.* 3. *c.* 16. *d.* 10.
Exigi potest Tributum à possessore ædium, cui postea datur regressus ad verum debitorem, *p* 3. *c.* 16 *d.* 11.
Omnia indifferenter Tributa & Collectas usufructuarius ac proindè etiam maritus de bonis uxoris & vidua ratione dotalitii solvere tenetur, *p.* 3. *c.* 16. *d.* 12.
Tributa & collectæ, non à Vidua, quæ utitur jure retentionis, in bonis mariti, sed ab ejusdem heredibus sunt exsolvendæ, *p.* 2. *c.* 25. *d* 27.
Omnes privilegiati etiam Tributis onerantur, *p.* 2. *c.* 28. *d.* 19. *n.* 15.
In Tributis der Land und Tranckſteuer/ Magistratus pro debitore erogatis privilegio prælationis non nisi ad quadriennium gaudet, *p.* 1. *c.* 28. *d.* 52.
Trigesimus dies vide supr. Hereditas.

TRIPLICA.

Triplicæ litigatores renunciare possunt, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 8. *n.* 8.

TUNC.

Particula (Tunc) omnes aliòs casus excludit, *p.* 3. *c.* 18. *d.* 3. *n.* 9.

TURPITUDO.

Turpitudinem propriam allegantem non esse audiendum quando fallat, *p.* 4. *c.* 45. *d.* 4. *n.* 3.
Ad Turpitudinem propriam detegendam nemo cogi debet, *p.* 1. *c.* 10. *d.* 9. *n.* 2.

TUTELA.

Tutela est juris publici, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 10. *n.* 3.
In Tutela legitima gerenda agnati præferuntur cognatis & semper ad proximiorem & inter plures proximiores ad seniorem agnatum Tutelæ onus spectat, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 11. *n.* 1.
Tria Tutelæ onera non semper vacationem præstant, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 39.
Unica Tutela interdum ad excusationem sufficit, *ib. n.* 8.
Creditor minoris tutelam vel curam suscipiens absque manifestatione crediti actionis jacturam sustinet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 17.
Etiamsi nec minor, nec pater ipsius mutuam acceperit pecuniam, sed debitum aliunde in ipsum fuerit translatum. *p.* 2. *c.* 11. *d.* 18.
Limitatur 4. modis, quando creditum est notorium, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 19.
In Tutoribus & Curatoribus testamentariis,

tatis, quos defunctus fecit debitores, aut creditores, *ib. n.* 2.

In debito modico ex judicis arbitrio, *n.* 4.

Si hoc magistratui placuerit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 20.

Si Nomine in diem contracto is tempore finitæ Tutelæ necdum venerit, pupillus diem illum expectare debet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 24. *n.* 9.

Minor, finitâ Tutelâ vel curâ usuras pecuniæ elocatæ à debitore exigens, periculum Nominis in se suscipit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 27.

Si scilicet pupillus major factus usuras exegerit, *n.* 5.

TUTOR.

Tutoris & curatoris nomen promiscuè usurpatur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 10. *n.* 6.

Tutor largo modo dicitur habere pupillum in potestate sua, & habetur loco Domini, *p.* 1. *c.* 16. *d.* 57. *n.* 2.

Tutor propriis sumptibus res pupillares administrare non tenetur, salarium tamen petere nequit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 40.

Nisi magistratui ex certa causa ita placuerit, *n.* 5.

Tutor alienare valet res pupilli, eique solvi potest, & ab eo res in judicium deduci, *p.* 1. *c.* 14. *d.* 12. *n.* 4.

Quilibet actus præsumitur factus nomine proprio potiùs, quàm alieno, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 38. *n.* 3.

Hoc non procedit in Tutore vel curatore, *n.* 4.

Tutor licet quid faciat nomine suo, præsumitur tamen facere nomine pupilli, *p.* 2. *c.* 11 *d.* 38. *n.* 5.

Tutor præsumitur solvisse de pecunia pupilli, *ib. n.* 6.

Tutor continuans Mercantiam vel negotia patris, censetur nomine pupilli continuare, *n.* 7.

Tutor licet creditor fuerit nominatus in chirographo, tamen nomen seu debitum pecunia Minoris factum ad ipsum pertinet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 38.

Tutor maximè bonam fidem in restituendis rebus pupillaribus præstare debet, *p.* 2. *c.* 24. *d.* 16. *n.* 5.

Tutor non minus tenetur de neglectis, quàm de malè gestis, *p.* 2. *c.* 24. *d.* 12. *n.* 4.

Tutor rem pupilli malè administrans pupillo se obligat ex quasi contractu, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 49 *n.* 3.

Tutor obligatur iis omnibus, quorum interest, pupillum ex tutoris facto, & autoritate obligari, *ib. n.* 4.

Tutor ob dolum, latam & levem culpam conveniri potest, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 53. *n.* 1.

Tutor ex culpa etiam levi tenetur, *p.* 3. *c.* 15. *d.* 26. *n.* 8.

Heredes Tutoris ex levi ipsius culpa non tenentur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 35.

Tutores de bonis Feudalibus pupillorum quotannis rationes reddere debent, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 1.

Tutores hodie etiam suâ sponte & irrequisiti quotannis rationes reddere tenentur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 2.

Tutor simul heres proximus pupillo existens non quotannis, sed finitâ demum tutelâ ipsi pupillo reddit rationes, *p* 2. *c.* 11. *d.* 3.

Tutor remissâ confectione inventarii à testatore ne quidem finitâ tutelâ rationes reddit, res tamen pupilli privatim conscribere tenetur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 4.

Limitatur, nisi Tutor doli & fraudis arguatur, *n.* 6.

Tutor reddens rationem administrationis ante omnia inventarium exhibere, vel eo deficiente bona pupilli juramento indicare debet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 6.

Juramentum, quod tutoribus & curatoribus olim jura imposuerunt in initio suscipiendæ tutelæ vel curæ, hodie in desuetudinem abiit, *ibid. n.* 5.

Tutor redditis rationibus per generalem Quietationem non liberatur, quò minus ob fraudulentam administrationem denuò conveniri queat, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 8.

Tutoris administratio licet ex hodierna consuetudine pubertate non finiatur, attamen si tutor curatoris vices ulterius gerere nolit, invitus ad hoc cogi non potest, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 10.

Tutores redditis rationibus possunt tutelâ liberari, *ib. n.* 5.

Tutores finitâ tutelâ de mala administratione tenentur, *ib. n.* 7.

Tutoribus pluribus datis omnibus simul administratio incumbit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 12. *n.* 4.

Rei à Tutore pecuniâ pupillari emptæ dominium pupillo acquiritur, cui & propterea rei vindicatio competit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 21.

Tutor pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum collocare, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 21. *n.* 7.

Nec in proprium usum convertere debet, *n.* 8.

Tutor quotiescunque aliquid facit, ad quod tenetur, licet id suo nomine fecerit, censetur pupilli nomine fecisse, *ib. n.* 10.

Tutor pecuniam pupillarem licito lucro ac fœnori non exponens, ipsemet usuras vel interesse pupillo refundere tenetur, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 22.

Excusatur, si vel negotiorum pupillarium administratio ejusmodi fœnerationem desideraverit;

Vel sumtus quotidiani ad sustentationem pupilli erogandi hoc non admiserint, *n* 9.

Vel media elocandi pupillarem pecuniam idonea defecerint, & cuinam hoc casu incumbat probatio, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 23.

Quittantia seu Apocha tutoris non liberat debitorem, quò minus à minore in solutione læso conveniri queat, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 37.

Finitâ Tutelâ vel curâ minor nomina contracta agnoscere tenetur, nec horum periculum ad tutorem vel curatorem pertinet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 24.

Nisi Tutoris vel curatoris culpâ in exigendo nomina inidonea facta fuerint, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 25.

De duobus necessariò constare necesse est, antequàm Tutor vel curator hoc onere gravetur, *ib. n.* 11.

Quo casu pupillus vel minor culpam Tutoris sive Curatoris probare debet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 26.

Differt culpa Tutoris sive curatoris contrahendo commissa ab ea, quæ in exigendo committitur, *ib. n.* 1.

In nominibus à Tutore contractis ille ante omnia probare debet tempore pecuniæ mutuò datæ nomen fuisse idoneum, adeoque se debitam diligentiam in contrahendo præstitisse, *ib. n.* 1.

In nominibus paternis Tutor non aliter tenetur, quàm si tempore susceptæ tutelæ ea idonea fuisse pupillus probaverit, *ib. n.* 4.

Tutores de contractibus cum consensu consanguineorum pupilli initis rationem reddere non tenentur, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 18. *n.* 4.

Tutoribus beneficium ordinis tùm demum competit, quando ab istis facta est divisio, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 36.

TUTRIX.

Mater Tutrix liberorum, finitâ tutelâ mediante inventario rationes reddit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 5.

Mater Tutrix, quæ inventarium facere omisit, à juramento se liberare non valet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 7.

Mater Vidua quando & quatenus sit Tutrix liberorum suorum in foro Sax. *p.* 2. *c.* 11. *d.* 11.

Mater invita Tutrix fieri non cogitur, *ibid. n.* 13.

Mater absque contutore sibi adjuncto nomine pupilli validè non contrahit, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 12.

Mater Tutrix non datur nepoti ex filio prædefuncto superstite avo paterno, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 13.

Mater Tutrix non admittitur, priusquam renunciaverit secundis nuptiis & SCto Vellejano, quæ tamen renunciatio jurata esse non debet, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 14.

Mater non petitis Tutoribus quando amittat liberorum successionem, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 15.

Mater non petens Tutorem liberis, quatenus noceat Aviæ in successione defunctis nepotibus, *p.* 2. *c.* 11. *d.* 16.

Mater licet bona paterna liberorum ceu Tutrix administret, eorundem tamen usumfructum non habet, *p.* 2. *c.* 10. *d.* 13.

TYPOGRAPHUS.

An Typographis, qui librum, quem sub certa pœna recudere Elector Saxon. prohibuit, non quidem separatim, sed cum aliis ejusdem ferè materiæ libris conjunctim typis alibi impressum & in certum aliquod volumen redactum vendiderunt, pœna in privilegio prænominata sit imponenda, *p.* 2. *c.* 6. *d.* 6. *n.* 1.

V.

VACCÆ FERREÆ.

VAccæ ferreæ, *p.* 2. *c.* 37. *d.* 19.

VARIARE: VARIATIO.

Variare licet, *p.* 1. *c.* 2. *d.* 7. *n.* 5.

Omnis Variatio est odiosa, nec admittenda, *p.* 3. *c.* 44. *d.* 5. *n.* 3. it. *p.* 3. *c.* 20. *d.* 44. *n.* 5.

VASALLUS.

Vasallus censetur quilibet heres pro ea parte feudi, quam possidet, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 28. *n.* 6.

Vasallus in Feudali loco Domini habetur, *p.* 2. *c.* 5. *d.* 20. *n.* 2.

Fructusque dominii jure, quod utile vocatur, acquirit, *ibid. n.* 3. it. *p.* 3. *c.* 31. *d.* 8. *n.* 1.

Vasallus fructus heredibus allodialibus vel suis creditoribus cedere potest, *p.* 1. *c.* 5. *d.* 20. *n.* 4.

Vasallus negans feudum mulctatur feudi amissione, *p.* 1. *c.* 27. *d.* 9. *n.* 9. it. *p.* 4. *c.* 43. *d.* 8. *n.* 2.

Quando

Quando inter Vasalli heredes feudum dominans dividitur, qui cuivis in divisione obveniunt, singulis ipsorum Dominis fidelitatem facere coguntur, *p.2.c.45.d.29.n.10.*

Vasalli heredes propter deteriorationem feudi dolosam & culposam tenentur agnàtis ad interesse, *p.3.c.31. d.8.*

Sufficit, si Vasalli & pares electi sub juramento suo fidelitatis semel præstito controversiam inter Dominum Vasallum verrentem dirimant, *p.1.c.27.d. 2.n.8.*

Vasalli jurisdictione subjectos testes Dominus Feudi per ejusdem subsidium citare tenetur, *p.1.c.16.d.29.*

Vasallo defuncto post Calendas Martii heredibus allodialibus competit jus coquendi cerevisiam per totum illum annum in prædiis Feudalibus, *p.3.c. 32.d.9.*

Idem juris est in lacte & lana, *n.1.*

Venationibus, *n.3.* aucupiis, lapidicinis, cretisodinis, *n.4.*

Quod Vasallo vivente seminatum quidem, nondum tamen rastratum est, fructus ejus non heredes, sed novum possessorem pertinet, *p.3.c.32. d.10.*

Ædificia Feudi à Vasallo extructa unà cum fundo ad successores Feudi pertinent, *p.3.c.31.d.1.*

Nec refert, an ædificia Feudi utilitatis vel solùm voluptatis causa fuerint extructa, *p.3.c.31.d.2.*

Reliquæ meliorationes à Vasallo factæ ad ejusdem heredes pertinent etiam in foro Sax. *p.3.c.31.d.3.*

Expensæ litis à Vasallo frivolè motæ ex Feudo tanquam æs alienum haud exsolvendæ sunt, *p.2.c.46.d.31.*

Quanam debita ex Feudo à Vasallo solvenda, vide supra in verb. Feudi æs alienum seu debitum.

Post factam executionem in Feudum, licet Vasallo debitori onus servitiorum incumbat, ob inopiam tamen ipsius creditor ea præstare tenetur ex fructibus Feudi, *p.2.c.25.d.5.*

Facta executione in bona Feudalia creditor non tenetur præstare alimenta Vasallo, si per id redigeretur ad inopiam, *p.2.c.25.d.6.*

Investituræ interpretatio pro Vasallo potiùs contra Dominum est facienda, *p.2.c.45.d.30.n.2.*

Vasallus ad impetrandam investituram Feudi aperti adversus Dominum experiri potest condictione ex moribus, *p.2.c.45.d.33.*

Etsi Vasallus possessor non consenserit, valet tamen investitura de caducitate Feudi, tertio facta, *p.2.c.45.d.1.*

Non tenetur Dominus ex investitura de caducitate Feudi, si hoc propter culpam Vasalli fuerit apertum, *p.2.c.45. d.3.*

Duobus investitis de Feudo Vasalli adhuc viventis, quisnam horum alteri præferatur, *p.2.c.45.d.4.*

Etiam in foro Sax. heres Domini investituram de feudo viventis Vasalli factam ratam habere tenetur, *p.2.c.45. d.5.*

Ne quidem in foro Sax. renovatio investituræ factæ de Feudo Vasalli adhuc viventis necessariò petenda est, *p.2.c.45.d.10.*

Vasallus pluribus existentibus defuncti Domini successoribus investituram non nisi ab uno petere tenetur, *p.2. c.45.d.29.*

Simultanea investitura effectum non habet, nisi utriusque tàm possessoris quàm investiti consensus accesserit, *p.2.c.45.d.14.*

Ex ea inter Vasallos reciproca nascitur obligatio, *ibid.n.4.*

Vasalli dispositio testamentaria Feudo in præjudicium simultaneè investitorum non valet, *p.2.c.48.d.2.*

Nec alienatio unius agnati in reliquorum præjudicium, *p.2.c.48.d.4.*

Vide plura suprà in verb. Feudi investitura simultanea.

Onera Feudalia à successoribus Feudi vel Domino solvi debent, etsi Vasallus defunctus reliquerit bona hereditaria, *p.2.c.46.d.7.*

Vide plura supra in vocab. Feudi onera & oppignoratio.

Vasallus etiamnum hodie in foro Sax. ob alienationem sine Domini consensu factam Feudo privari potest, *p.2.c.49.d.13.* it. *p.2.c.48.d.14.n.3.*

Vasallus gravem & inhonestam injuriam Domino inferens Feudo privatur, *p.1.c.29.d.27.n.3.*

Delictum Vasalli in personam Domini commissum filios à Feudo excludit, *p.3.c.27.d.6.*

Limitatur, *p.3.c.27.d.7. & d.8.*

Feudo ob culpam Vasalli amisso fructus indifferenter omnes ad Dominum pertinent, *p.3.c.27.d.9.*

Vasallus delinquens Feudo privari non debet, si Dominus ei delictum condonaverit, haud contradicentibus agnatis, *p.3.c.27.d.4.*

Non conquerente Domino de felonia defuncto ipso ejus heredes ad privationem Feudi agere nequeunt adversus Vasallum, *p.3.c.27.d.5.*

Si de Vasalli delicto vivente adhuc eo Dominus non fuerit conquestus, Feudum heredibus adimi non potest, *p.3. c.27.d.10.*

Feudum ob non petitam investituram ad Dominum devolvitur, ita tamen ut post mortem Vasalli ad agnatos revertatur, *p.3.c.27.d.11.*

Vasallus non privandus est Feudo ob non petitam investituram, antequàm causæ cognitio & sententia declaratoria præcesserit, *p.3.c.17.d.12.*

Vasallo non nocet omissio renovationis investituræ, si Dominus tacitè vel expressè caducitatem remiserit, *p.3. c.27.d.13.*

Vide plura supra in vocabulo Feudi privatio.

Feudum sine consensu Domini alienatum in ditionibus Electoratus Sax. ab agnatis statim revocatur: Extra Electoratum Domino aperitur, quamdiu Vasallus adhuc in vivis est, *p.2.c. 49.d.12.*

Vide plura supra in verb. Feudi alienati revocatio.

Vasallus ex superveniente calamitate factus inhabilis ad serviendum, Feudum non amittit, *p.3.c.28.d.8.*

Ex vasalli defuncti facto successores in Feudo non tenentur, *p.2.c.42.d.5. n.4.*

In foro Sax. Dominus bona allodialia haud potest convertere in Feudalia, deq; iis Vasallum investire, antequam illa per annum & diem possederit, *p.3. c.30.d.11.n.4.*

Sed in practica id non observatur, *ibid. n.5.*

Allodialia non fiunt Feudalia, ex eo, quod per Vasallum Feudo fuerint incorporata, si non investitura specialis vel præscriptio accesserit, *p.3.c.30. d.12.*

A Vasallo defuncto contractum æs alienum successores Feudi regulariter haud solvere tenetur, *p.2.c.46.d.1.*

Licet Domini voluntate ac consensu contractum sit, *n.9.*

Sed solutum actione negotiorum gestorum ab heredibus allodialibus repetere possunt, *p.2.c.46.d.2.*

Ne quidem ex Feudo hereditario æs alienum Vasalli defuncti exsolvendum est, *p.2.c.46.d.3.*

In foro Sax. *n.6.*

Secùs de jure communi Feudali, *n.5.*

Nec Feudi novi novi successores ob æs alienum Vasalli defuncti conveniri possunt, *p.2.c.46.d.4.*

Vasalli patris debita filii ex Feudis solvere tenentur, *p.2.c.46.d.5.*

Si 1. patri in Feudo succedant.

Vel 2. debita habeantur Feudalia, *n.1.*

Filio debita patris Vasalli ex Feudo solvente, defuncto eo, onus debitorum heredibus allodialibus accrescit, *p.2. c.46.d.6.*

Vide plura supra Æs alienum Feudi: Æs alienum vasalli.

Si Vasallo vivente dies solutionis cesserit, fructus civiles, putà annuos reditus, census, Decimas, heredes allodiales solùm lucrantur, *p.3.c.32.d.19.*

Vasallô defunctô ante terminum solutionis, fructus civiles, quorum dies intra 30. non cessit, ad successorem Feudi pertinent exclusis Vasalli heredibus, *p.3.c.16.d.6.*

Ad Vasalli defuncti allodiales heredes pertinent fructus civiles intra 30. exigibiles, *p.3.c.32.d.20.*

Item si paulo post 30. terminus solutionis cesserit, *p.3.c.32.d.21.*

Vasalli industria promeriti fructus hortorum post sationem & subactionem heredibus allodialibus cedunt, *p.3.c. 32.d.2.*

Fructus industriales ex semine à vasallo rastris subacto nascentes ad heredes pertinent, exclusis Feudi successoribus, *p.3.c.32.d.1.*

Agro Feudali à Vasallo vivente rastris subacto, fructus industriales in dotalitio nati non ad viduam, sed ad mariti heredes allodiales pertinent, *p.3. c.32.d.3.*

Jus vasallagi non facit subditum, nec operatur subjectionem, *p.3.c.25.d. 19.n.13.*

VECTIGAL.

Vectigalia ac tributa quasi pro rebus exiguntur, & regulariter præstanda veniunt à rerum dominis, *p.3.c.38. d.20.n.9.*

Qui Vectigalia, vel telonia, Gabellas defrau-

defraudant vias inusitatas ambulando, pignorari possunt, donec Vectigalia solvant & cum Domino accordent, *p.*2.*c.*47.*d.*3.*n.*7.
Vectigalia non solventes arbitrariè puniuntur in foro Sax. *p.*4.*c.*41.*d.*15.
De jure civili est confiscatio ipsius rei, de qua Vectigal erat solvendum, *ibid. n.* 1.
Quid de jure Sax. *n.*3.

VEL.

Particula (Vel) quandoque in jure est explicanda pro conjunctiva & etiam, *p.*4.*c.*18.*d.*7.*n.*8.

VELLEJANUM SCTUM.

SCtum Vellejanum subvenit tantùm mulieribus deceptis, non decipientibus, *p.*2.*c.*15.*d.*13.*n.*2.
Mater tutrix non admittitur, priusquàm renunciaverit secundis nuptiis, & SCto Vellejano, quæ tamen renunciatio jurata esse non debet, *p.*2. *c.*11. *d.*14.

VENARI: VENATIO.

Venari potest usufructuarius, si proprietarius jus venationis sibi concessum habeat, *p.*3.*c.*32.*d.*17.*n.*3.
Venandi jus in dubio magis territorio, quàm jurisdictioni adhæret, *ibid. n.* 12.
Venatio inter Regalia hodie refertur, nec privato in suo etiam territorio Venari licet, si non concessionem specialem probaverit, *p.*3. *c.*32. *d.*17. it. *p.*2.*c.*3.*d.*25.*n.*3.
Venationis simplici concessione non majorum ferarum, (vulgò das hohe und schwartze Wild) sed saltem minorum Venatio videtur indulta, *p.*3, *c.* 32. *d.* 17. *n.* 14.
Venationes pro fructibus agri habentur, *p.*3.*c.*32.*d.*9.*n.*3.
Dominus sylvæ Venatoriæ sylvam excidere & aratrum inducere nequit, ne jus & exercitium Venandi per id impediatur, *p.*2.*c.*41. *d.*2.*n.*4.
Venationum, aucupiorum, cretifodinarum, lapidicinarum jus defuncto vasallo post Calendas Martii heredibus allodialibus competit per totum illum annum in prædiis feudalibus, *p.*3. *c.* 32.*d.*9.*n.*3.& 4.
Venatio præscriptione temporis immemorialis in foro quoque Sax. potest acquiri in fundo alieno, *p.*2.*c.*3.*d.*25.
Venationis jura specialiter alicui concessa per non usum longissimi temporis haud amittuntur, quando occasio Venationem exercendi se non obtulit, *p.*3.*c.*32.*d.*18.

VENDERE: VENALIS.

Verbum Vendere cum effectu intelligi debet, *p.*2.*c.*38.*d.*13.*n.*4.
Vendere aut locare rem suam invitus nemo cogi potest, *p.*2. *c.*51. *d.*9. *n.*5. *p.*3.*c.*10. *d.*32.*n.*7.
Ne quidem à principe, *p.* 2. *c.* 31. *d.* 20. *n.* 5.
Ex causa necessitatis propter bonum publ. ut subditus bona sua justo pretio Vendet, bene cogi potest, *p.*2. *c.* 33. *d.* 16.
Dolo inductus ut minoris vel majoris emeret vel Venderet, agere potest ad resarciendum in pecunia id, quod ejus interierit, *p.*2.*c.*34.*d.*9.
Circa res Venales magistratus municipalis ordinationes concedere potest, licet jurisdictionem non habeat, *p.*2. *c.*6.*d.*2.
Dominis atque Nobilibus nullum competit jus protimiseos in cibariis vel mercibus edilibus subditorum, quas Venales ad forum deferunt, *p.*2.*c.*51. *d.* 10.
Vendito fundo cum juribus & pertinentiis, quando venditor tradere teneatur instrumenta Authentica, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 18.
Vendito fundo censetur quoque venditum sterculinum agri stercorandi causa comparatum, secus vendendi causa factum, *p.*2.*c.*33.*d.*19.
Re duobus venditâ is præfertur, cum quo primum fuit contractum, *p.* 2. *c.* 45. *d.* 4. *n.* 2.
Re duobus Venditâ semper præfertur is, cui prius est tradita, *p.*2.*c.*33.*d.*15. *n.*1. *p.*2.*c.*32.*d.*10.*n.*6.
In re immobili Vendita valet pignus pro residuô pretii retentum citra judicis consensum etiam in foro Sax. *p.* 2. *c.* 23. *d.* 16.
Vendito agro vel prato absque onere collectarum emtor onere illo gravari non potest, nec agrum vel pratum novo possessori totius fundi retrovendere tenetur, *p.*2.*c.*31.*d.*21.
Venditæ rei pretium nondum solutum indifferenter defunctâ uxore maritus lucratur, *p.*3, *c.*23.*d.*10.
Idem juris in pretio ex Venditione bonorum immobilium solvendo, *p.*3. *c.* 21. *d.* 9.

VENDITIO.

Emptio-Venditio quando dicatur in scriptis celebrata, *p.*2.*c.*33.*d.*12.
Venditio in scriptis perfecta non est, priusquam instrumentum omni ex parte confectum & subscriptione contrahentium confirmatum fuerit, *ibid. n.* 8.
Sola voluntas in scriptis contrahendi Venditionem in scriptis facit, *d.n.*8.
Venditionis contractus sine scriptura potest subsistere, *ib.n.*12.
Venditio semel perfecta subsistit sine scriptis, etiamsi postea de instrumento conficiendo dictum fuerit, *p.* 2. *c.* 33. *d.* 13.
Venditione perfectâ Emptor invito venditore ne quidem amissione arrhæ ac solutione mulctæ pœnitentialis (des Reukauffs/) à contractu resilire potest, *p.*2.*c.*33.*d.*14.
Venditione perfectâ periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, licet ei res nondum sit tradita, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 20.
In venditione conditionali pendente conditione damnum ac ruina rei totalis non ad emptorem, sed ad Venditorem pertinet, *p.*2.*c.*26.*d.*21.
Quando emtio-venditio perfecta censeatur, *p.*2.*c.*26.*d.*21.
Damnum particulare rei venditæ sub conditione, pendente etiam conditione ad emptorem spectat, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 22.
An Venditio fiat ad mensuram, an verò ad corpus, quantum interest, *p.*2.*c.* 33. *d.* 9.
Hujus distinctionis ratio, *n.*3.
Venditio hoc casu quando dicatur perfecta, *n.*4.
Venditio ad corpus contrahitur, si prius fiat mentio corporis, deinde mensuræ ante fundi confines, *p.* 2, *c.* 33. *d.* 10.
In Venditione certi corporis quandoq; mensura demonstrationis, non taxationis causa apponitur, *ib.n.*2.
Venditio facta ad mensuram intelligitur, quando verbis præcisis ad mensuram est restricta, *p.*2.*c.*33.*d.*1.
Modici excessus ratio habenda non est, *n.* 7.
Si certa mensura haud designetur, inspicienda est ea, quæ habetur in loco contractus, *n.* 9.
Mensurandi facultas perpetua est, nec ad spatium 60. dierum restringenda, *n.* 10.
Factâ Venditione Vini degustati aliarumque rerum, quæ in pondere, numero vel mensura consistunt, antequam hæ numeratæ appensævè fuerint, periculum non ad emptorem sed Venditorem pertinet, *p.* 2. *c.* 26. *d.* 23.
Nisi singulatim emptæ fuerint certæ vini amphoræ, tùm enim ad emptorem periculum pertinet, *n.*7. & 8.
Venditæ rei periculum ad Venditorem pertinet, si ejusdem dolo, latâ vel levi culpâ res perierit, *p.*2.*c.*26.*d.*24.
Venditoris est periculum rei Venditæ, quando is fuit in mora tradendi, *p.*2. *c.*26. *d.*25.
Venditionem videtur approbâsse, qui petit pretium, *p.*2.*c.*11.*d.*31.*n.*6.
Emptor alicujus fundi non potest revocare agrum vel pratum ante Venditionem de fundo isto distractum, *p.*2. *c.* 31. *d.* 20.
Ex sola pretii vilitate, etiamsi accedat enormissima læsio, non præsumitur Venditionis contractus fœneraticius & simulatus, nisi fœnerandi quoque consuetudo interveniat ex parte emptoris, aut alia conjectura, *p.* 2. *c.* 1. *d.* 2. *n.* 7.
Venditiones publ. sub hasta factas non facilè irritas fieri publicè interest, *p.* 2.*c.*1.*d.*25.*n.*2.
Beneficium l. 2. C. de rescind. Vendit. non solùm in terris Electoratus Sax. sed etiam extra Electoratum in transactione locum habet, *p.*2.*c.*34.*d.*1.
Item in venditionibus judicialibus ac publicè sub hasta factis, *p.*1. *c.*32.*d.*58. *n.*5. it. *p.*2.*c.*34.*d.*13.
Vide plura supra in lit. L. Lex. 2. C. de rescind. vendit.

Venditio debiti particulariter in certos terminos solvendi, nisi ad concurrentem pretii quantitatem, imputatis tamen cujusque termini usuris ex constitutione Anastasii non valet, *p.* 2.*c.*30.*d.*36.

VENDITOR.

An Venditor, qui potestatem tradendi habet, præcisè rem tradere teneatur, *p.*2.*c.*1.*d.*15.*n.*1.
Venditor, quamdiu pretium solutum non est, retinere rem venditam nec-dùm traditam quasi pignoris jure potest,

potest, etiamsi de pignore nihil convenerit, *p.1.c.28.d.20.n.1.*

Venditor non præfertur hypothecariis aliisvè creditoribus privilegiatis in mercibus venditis adhuc extantibus penes emptorem, quando fides habita est de pretio, *p.1.c.28.d.17.*

Aliud dicendum, si Venditor merces venditas nondum tradiderit, *ibid. n.6.*

Nisi emptor dolosè cum Venditore contraxerit, emendo merces, cum jam solvendo non esset, *p.1.c.28.d.18.*

Quo casu Venditor merces ab emptore doloso alienatus etiam à tertio possessore vendicare potest, *p.1.c.28.d.19.*

Venditor reservans sibi hypothecam in re vendita etiam extrajudicialem, ratione pretii omnibus aliis creditoribus præfertur, *p.1.c.28.d.20.*

Ubi duo requisita probè notanda, *n.5. & 6.*

Venditor jus quoque prælationis habet ratione pretii in re vendita, si dominium sibi reservaverit, vel ei in foro Sax. non judicialiter resignaverit, *p.1.c.28.d.21.*

Venditor non gaudet jure prælationis, qui rem venditam jure Hypothecæ obligatam non habet, *p.1.c.28.d.23.*

Post tributa & collectas exsolvenda est pecunia hereditaria, vel ex rei alicujus Venditione certis terminis promissa, *p.1.c.28.d.56.*

Venditori emptor pecuniæ hereditariæ succedit etiam in jure prælationis, *p.1.c.28.d.57.*

Venditionis pretio parato, dem Angeld / non competit privilegium hoc prælationis, etiamsi distinctis terminis intra annum & diem exsolvitur, *p.1.c.28.d.58.*

Item cessat hoc privilegium, si pecunia hereditaria in mutuum convertatur, *p.1.c.28.d.59.*

Vel si creditor pecuniam hereditariam non petierit, *p.1.c.28.d.60.*

Non cessat hoc privilegium, si creditor solutionem consequi non potuerit, *p.1.c.28.d.61.*

Nec mutantur termini & intervalla exsolvendæ pecuniæ hereditariæ ex jure prælationis, *p.1.c.28.d.62.*

Venditor, qui sibi de jure pignoris non prospexit, in residuo pretii, præferendus est chirographariis aliis, *p.1.c.28.d.154.*

Vendito Feudo non valet hypotheca pretii venditori absque speciali consensu Domini reservata, *p.2.c.23.d.18.*

Quamvis in aula Sax. Electoris usu aliud hactenus obtinuerit, *ib.n.5.*

Venditor non nisi personalem actionem ad pretium habet, *p.1.c.28.d.17.n.3. & 8.*

Nisi de pignore nominatim convenerit, *p.1.c.28.d.20.n.3.*

Venditorem non juvat lex pignoris ob pretium non solutum contractui venditionis jam perfecto ex intervallo extrajudicialiter apposita, *p.2.c.23.d.17.*

Non solùm in venditore, sed etiam in emtoris persona locum habet Lex 2. C. de rescind. vendit. *p.2.c.34.d.8.*

Venditor pro emptore in casu rei venditæ non est testis idoneus, quando tenetur de evictione, *p.1.c.16.d.68.*

VENDICARE.

Vendicare rem depositam vel commodatam perinde ac rem oppignoratam etiam in foro Sax. Dominus à tertio possessore potest, *p.2.c.26.d.5.*

Vendicari non possunt mobilia ab hostibus capta absque pretio à possessoribus, *p.4.c.35.d.8.*

Ab hostibus autem in fuga recuperata verò Domino sunt restituenda, *p.4.c.35.d.9.*

Vendicari possunt absq; refusione pretii ablata à militibus præsidiariis, ubicunque reperiuntur, *p.4.c.35.d.10.*

VENDICATIO.

Rei vendicatio est supra omnes actiones personales & hypothecarias, *p.1.c.28.d.13.n.2.*

Rei à tutore pecunia pupillari emptæ dominium pupillo acquiritur, cui & propterea rei Vendicatio competit, *p.2.c.11.d.21.*

In rei Vendicatione non sufficit probari dominium de præterito, sed de præsenti, *p.1.c.6.d.24.*

VENENARE VENEFICIUM.

Qui Venenant pascua, igne comburuntur, *p.4.c.18.d.1.*

Quæ pœna cessat, si ex pratorum Venenatione nihil damni datum fuerit, *p.4.c.18.d.2.*

Sed relegatio aut fustigatio locum habet, *n.2.*

Veneno qui bruta animalia necant, gladiò sunt plectendi, *p.4.c.18.d.3.*

Veneno hominem necans, etiam in foro Sax. pœnâ rotæ plectitur, *p.4.c.18.d.4.*

Veneficii pœnam aggravare quandoq; licet ustulatione forcipum candentium, *p.4.c.18.d.5.*

Veneficii pœna non infligenda est, priusquam constet, Venenatum ex propinato Veneno noxio mortuum fuisse, *p.4.c.18.d.6.*

Qui in re standum est judicio Medicorum, *n.3.*

Veneficii conatus non punitur mortis supplicio, *p.4.c.18.d.7.*

Sed fustigatione, *n.3.*

VENIRE.

Prorsus non Venire, vel non sufficienter Venire paria sunt, *p.1.c.9.d.19.n.3.* it. *p.1.c.10.d.16.n.2.*

VERBUM.

Verba animi sensum exprimunt, *p.3.c.20.d.30.n.5.*

Verba ad intellectum minus genuinum non sunt trahenda, *p.1.c.1.d.2.n.2.*

Verba in conventionibus ita sunt explicanda, ut ne sint superflua & otiosa, *p.2.c.20.d.5.n.5.n.9.*

Verba plus operari non debent, quam mens disponentium, *p.3.c.1.d.40.n.1.*

Verba accipi debent secundum communem loquendi usum potiùs, quàm juxta propriam juris significationem, *p.3.c.13.d.18.n.6.*

Non tamen mens quam verba attendi debent, *p.3.c.4.d.2.n.4.*

Verba communia quæ sint, ex quibus heredis institutio intelligatur, *p.3.c.9.d.7.n.1.*

A Verborum proprietate recedere haud fas est, ubi voluntas & res subjecta aliud necessariò non suadet, *p.3.c.29.d.16.n.5.* it. *p.2.c.28.d.8.n.18.*

Non facilè à sermonis proprietate recedendum, sed melius est Verbis inservire, *p.3.c.9.d.16.n.8.*

VERITAS.

Veritas non est supprimenda, *p.1.c.16.d.35.n.3.*

Veritatem summoperè juvare & in lucem producere judicis sunt partes, *p.1.c.16.d.9.n.8.*

Veritatem admissi criminis ex Rei vultu, variatione, mutatione coloris, aut trepidatione aliisque signis & indiciis indagare valet judex, *p.1.c.1.d.33.n.3.*

Veritatem aliter haberi non posse non dicitur ex eo, quod alii testes actu non intervenerint, nisi etiam habitu intervenire haud potuerint, *p.1.c.16.d.73.*

Prout est in criminalibus conjuratio, conspiratio, hæresis, furtum, adulterium, partus suppositus: In civilibus gesta in collegio, loco occulto, Capitulo, & congregatione Canonicorum, *ib.n.7. & 8.*

VERSETZEN: PROPONERE.

Jus litigatorum in foro Electoratus Sax. non mutuis scriptis, sed vivâ voce est proponendum, *p.1.c.1.d.1.*

Quod etiam procedit in concursu creditorum, aliisque causis summariis, *p.1.c.1.d.4.*

Ad causas autem Metallicas hoc trahendum non est, *ib.n.10.*

Partium conventione fieri potest, ut non vivâ voce sed mutuis scriptis in causa judiciali procedatur, *p.1.c.1.d.5.*

In processu criminali ordinario semper vivâ voce est agendum, etiamsi partes aliter convenerint, *p.1.c.1.d.6.*

Post litem contestatam litigatores jura sua vivâ voce proponere tenentur in foro Sax. *p.1.c.6.d.1.*

Impetrare tamen possunt litigatores à judice, ut post litem contestatam merita causæ scriptis mutuis tractent ac proferant, *p.1.c.9.d.2.*

Actor in judicio ad libellum antea in scriptis oblatum se referens, illumque in termino verbotenus repetitum velle dictitans audiendus est, *p.1.c.1.d.3.*

Modò de animo repetendi expressè constet, *n.7.*

Ultra Quadruplicam litigatores jura sua proponentes non sunt audiendi, *p.1.c.1.d.7.*

In quadruplica si quid novi à reo Proponitur, in judicando non attendi debet, *p.1.c.1.d.8.*

Productorum prolixitas vel ex inhiatione Advocatorum turpis lucri, vel aliquando ex ostentatione, vel ex malitiosa litis protelatione provenit, *p.1.c.1.d.19.n.2.*

Omne productum in judicio censetur per producentem approbatum, *p.1.c.17.d.7.n.1.*

Exceptio fori incompetentis vivâ voce in judicio est proponenda, *p.1.c.3.d.1.*

VESTIS.

Vestes an Vestimenta legentur, nihil refert,

fert, *p. 3. c. 13. d. 24. n. 1.*
Veſtibus ſimpliciter legatis cenſentur quoq; legatæ Veſtes feſtivæ & ad ornatum præparatæ, *d.d.24.*
Veſtes quæ ſunt prohibitæ, nunquàm intelliguntur legatæ, *ib.n.6.*
Veſtimentum illud cenſetur relictum, quod congruit perſonæ legatarii, *n 3.*
Sub legato Veſtis non continetur aurum, niſi ſit contextum ſive annexum, *n.8.*
Impenſæ pro Veſtibus lugubribus erogatæ privilegio prælationis in concurſu creditorum gaudent, *p. 1. c. 28. d. 41.*

VIA.

Via publica pacata & quieta eſſe debet, *p.4.c.35.d.4.n.2.*

VICIÆ.

Viciæ (Wicken) non accenſentur comeſtibilibus, *p.3. c.35. d.3.*

VICINIS.

Vicinis cedit foſſa, ſi Dominus certus non ſit, *p.3.c.31.d.16.*

VIDUA.

Vidua honeſta adhuc in primo matrimonio eſſe reputatur, *p. 4. c.27. d.4. n.7.*
Vidua defunctô maritô ab ejusdem jure liberatur & abſolvitur, *p.4. c.21. d.11. n. 1.*
Vidua repræſentat imaginem & jus mariti prædefuncti, *p.2.c.25.d.13.n.2.*
Vidua de jure Sax. retinet etiamnum hodie in provinciis Sax. jura & dignitatem mariti ſui defuncti, donec ad ſecundas nuptias convolârit, *p. 4. c. 21. d.11.n.5.& 6.*
Non verò gaudet privilegio, quod ratione officii & profeſſionis competebat marito, *d.d.11.*
Vidua intra annum luctûs nubens arbitrariè hodie punitur, *p.4. c.21.d.10.*
De jure communi omnia lucra, hereditates, legata & honoraria amittit, *ib.n.1.*
Vidua ex bonis prædefuncti mariti portionem capit non jure hereditario, ſed jure ſtatutario, *p.2.c.32.d.22.n.1.*
Vidua ſecundum cujusque loci ſtatuta & conſuetudines jura muliebria ex defuncti mariti bonis lucratur, *p.3. c.35. d.1. n.1.*
Vidua pro uſufructuaria bonorum defuncti mariti cautionem præſtare tenetur, etiamſi in cauſa neceſſitatis poteſtatem alienandi habeat, *p.3. c.13. d.13.*
Vidua uſufructuaria non obſtante remiſſione inventarii bona mariti conſignare & conſcribere tenetur, *p.3.c. 3. d.14.*
Viduæ non ſolum pro dote, ſed & pro dotalitio ac rebus paraphernalibus jus retentionis competit, in omnibus mariti bonis Feudalibus & allodialibus, *p.2.c.25.d.8.*
Item pro portione Statutaria, *p.2. c. 25. d.9.*
Vidua utitur jure retentionis in bonis mariti defuncti, donec ipſi de donatione propter nuptias ac portione in pactis dotalibus aſſignatâ ſatisfactum fuerit, *p.2.c.25.d.10.*
Vidua non in omnibus ac univerſis defuncti mariti bonis, ſed ad concurrentem æſtimationem dotis, aliarumvè rerum, quas petit, jus retentionis exercere poteſt, *p.2.c.25.d.11.*
Vidua utens jure retentionis in bonis mariti, non niſi ad indigentiam ſuæ neceſſitatis ex iis alimenta habet, *p. 2.c.25.d.12.*
In hiſce conſtituendis facultatum mariti ac conſuetudinis ratio eſt habenda, *n.3.*
Vidua durante jure retentionis, nec non quivis alius creditor hoc jus exercens, ad bonorum adminiſtrationem obſtringitur, *p.2.c.25.d.13.*
Vidua finito jure retentionis mediante inventario vel juramento rationem adminiſtrationis reddere tenetur, *p. 2.c.25.d.14.*
In quam rem Curatorem ipſi dari convenit, *n.2.*
A Vidua texturæ aliaque manualia durante retentionis jure in domo mariti confecta ipſi cedunt, non mariti heredibus, *p.2.c.25.d.15.*
Vidua jus retentionis, quod in bonis mariti habet, alii vendere, oppignorare & cedere poteſt, *p.2.c.25.d.16.*
Viduæ heredibus deſcendentibus & extraneis etiam jus retentionis competit, *ib.n.2.*
Viduæ petenti dotem illiquidam & controverſam, non competit jus retentionis, *p.2.c.25.d.17.*
Sicut nec in bonis, quæ maritus alieno nomine poſſedit, *n.2.*
Neque etiam ſi ipſi vel fidejuſſoribus vel pignoribus cautum fuerit, *n. 3.*
Viduæ, quæ utitur jure retentionis, præter alimenta neceſſaria nil quicquam debetur, *p.2.c.25.d.27.n.6.*
Et obſtringitur illa ad redditionem rationis, & reſtitutionem eorum, quæ deductis alimentis ſuperſunt, *n.7.*
Tributa & collectæ non à Vidua, quæ utitur jure retentionis in bonis mariti, ſed ab ejusdem heredibus ſunt exſolvendæ, *d.d.27.*
Non poſſunt heredes mariti à Vidua conſtante matrimonio acquiſita petere, ſi ipſe maritus hæc uxori reliquerit vel donaverit, *p.3.c.25.d.12.*

Quando Vidua ex defuncti mariti bonis portionem ſtatutariam perit, liberi à patre accepta conferre tenentur, *p.3.c.11.d.27.*
Non valet diſpoſitio teſtatoris, ut legataria Vidua petens portionem ſtatutariam ex bonis defuncti ſui mariti, legatum haud conferre teneatur, *p.3. c.7.d.25.*
Vidua, ſi ipſamet uſumfructum bonorum ſuorum perceperit, defuncto marito fructus perceptos tenetur conferre bonis mariti, *p.3.c.25.d.6.*
Vidua ſuccedens marito ex ſtatuto locati non tenetur conferre dotem illatam, aliaque ſua bona in portionem ſtatutariam, *p.3.c.20.d.7.*
Niſi de hoc verbis ſtatuti localis expreſſis diſpoſitum, *p.3.c.20.d.8.*
Vide plura ſupra in Verbo Conferre.
Salvâ dimidietate comeſtibilium, viduæ competente, ea ſuſtentari debet ex bonis defuncti, ſi poſt 30. jure retentionis utatur, *p.3.c.34.d.9.*
Quid Vidua ex Comeſtibilibus debeatur, vide ſupra Comeſtibilia.
Vidua vel uxor jure domini repetens bona ſua in hereditate mariti reperta, alios creditores indifferenter excludit, *p.1.c.28.d.13.*
Sicut in dote, ita etiam in augmento dotis Mulier vel Vidua præfertur omnibus creditoribus, etiam hypothecariis, exceptis iis, qui anteriorem expreſſam habent hypothecam, *p.1. c.28.d.64.*
Etiam de jure communi extra forum Sax. *p.1.c.28.d.65.*
Non ſolùm Vidua defunctô, ſed etiam mulier vivente adhuc maritô & ad inopiam vergente jus prælationis in dote habeat, *p.1.c.28.d.69.*
Vidua ratione dotis præferenda eſt agnato res expeditorias petenti, *p.1.c. 28.d.70.*
Mulieri vel Viduæ privilegium prælationis ratione dotis, etiam in bona mariti non converſæ, competit, *p.1. c.28.d.71.*
Modò marito dos illata probetur aliter, quam ſolius mariti confeſſione, *p.1. c.28.d.72.*
Ne quidem jurata mariti confeſſio efficit, ut locus ſit juri prælationis in dote confeſſata, *p.1.c.28.d.73.*
Flures ampliationes & limitationes, quibus mulier & Vidua in dote confeſſata privilegio prælationis gaudet, vide ſupra in Verb. Creditorum concurſus, privilegium & prælatio, in Claſſe II. Privilegio I.
Viduæ ſoli prælationis privilegium in dote competit, non etiam heredibus collateralibus, nec ab uxore alii poteſt cedi, *p.1.c.28.d.95.*

Liberi tamen aliique heredes deſcendentes in dote materna jure prælationis æque gaudent, *p.1.c.28.d.96.*
At jus tacitæ hypothecæ ſic uti extraneo cedi, ita etiam ad heredes quoscunque à muliere & vidua, ejusvè liberis transmitti poteſt, *p.1.c.28.d.99.*
Mulieri vel Viduæ in concurſu creditorum unà cum dote & bonis illatis uſuræ quoque ſunt exſolvendæ, etiamſi reliquis creditoribus de ſorte ſatisfactum non fuerit, *p.1.c.28.d.166.*
Vidua vel mulier ratione temporis tertia quoad dotem illatam, vincit ex ſe ipſa primum creditorem hypothecam tacitam & ex perſona primi ſecundum, intermediam expreſſam habentem, *p.1. c.28.d.175.*
Vidua ſive mulier præfertur ratione dotis illatæ in ordine ſecundo primo creditori hypothecam expreſſam anteriorem habenti, ſi tertius ad refectionem ædium pecuniam credens hypothecam ſibi conſtitui fecerit, *p. 1. c. 28. d. 176.*

Si Vidua ab heredibus mariti ex poſſeſſione legitima fuerit dejecta, vel blandis ſermonibus quaſi heredes ei ſtatim dotem ſoluturi eſſent, perſuaſa diſceſſerit, ante omnia reſtitui debet, *p. 2. c. 25. d 8. n.3.*
Dotalitio conſtituto & à vidua agnito dos, feudo jure dotalitii incorporata, repeti nequit, niſi aliud ſpecialiter conventum fuerit, *p.2.c.42.d 3.*
Vide plura ſupra in Vocabulo Dotalitium.
Maritus percipit fructus ex agro Uxoris ſuæ defunctæ, ſi eâ adhuc vivente cultus & raſtris ſubactus fuerit, *p.3.c. 32. d. 6.*

Defuncto marito post rastrationem agri conjugis suæ fructus in eo nascentes non ad Viduam, sed ad mariti heredes pertinent, *p.3.c.32.d.7.*

Agro feudali à Vasallo vivente rastris subacto fructus industriales in dotalitio nati, non ad Viduam, sed ad mariti heredes allodiales pertinent, *p.3. c.32.d.3.*

Vidua dotalitio per mortem ipsius finito fructus ex semine rastris subacto provenientes ad heredes suos transmittit, *p.3.c.32.d.4.*

Vidua æs alienum mariti ne quidem in subsidium de Gerada solvere tenetur, etiamsi Geradæ nomine contractum fuerit, *p.4.c.14.d.62.*

Illustrissimus Elector D. Augustus hac in re judicibus inferioribus pronunciare inhibuit, *ibid.n.3.& 4.*

Nec Vidua in Gerada succedens, sed heredes mariti, bona utensilia à marito oppignorata, luere debent, *p.2.c.14. d.64.*

Defuncto Ecclesiæ ministro proventus ex anno Gratiæ simul liberis & Viduæ ipsius debentur, etiamsi hæc bona marito illata repetat, *p.2.c.5.d.11.*

Salarium semestre inter defuncti pastoris Viduam & liberos æqualiter & secundum capita dividi debet, *p.2.c.5. d.12.* it. *p.2.c.51.d.12.n.6.*

Viduæ occisi alimenta non debentur ex bonis homicidæ capite puniti, *p.4. c.12.d.7.*

Viduæ quatenus ratione dotis in bonis Feudalibus comperat jus tacitæ hypothecæ ac prælationis, *p.2.c.25.d.2.*

Legitimam paternam defuncto patre liberi petere nequeunt, priusquam Viduæ de bonis illatis vel portione statutaria satisfactum fuerit, *p.1.c.28. d.100.*

Ratione legitimæ paternæ filii in bonis vitrici non præferuntur Viduæ, bona illata petenti, *p.1.c.28.d.101.*

Nisi Vitricus pro curatore se gessisse, *n.6.*

Valet statutum, ut Vidua superstes bonis defuncti universis utatur-fruatur ad vitam, nec liberi vivente eo legitimam petant, *p.3.c.12.d.6.*

Vidua non tenetur stare locatione per maritum defunctum in fundo dotali factâ, *p.2.c.37.d.2.*

Resolutâ locatione fundi dotalis à Vidua post mortem mariti, ejus heredes conductor ad interesse convenire haud prohibetur, *p.2.c.37.d.3.*

Reditus annui, census, aliique fructus civiles Viduæ jure dotalitii competentes defunctâ eâ ante solutionis diem inter heredes ipsius & novum possessorem pro rata temporis dividuntur, *p.3.c.16.d.1.*

Annui census amisso ex culpa Viduæ dotalitio ante terminum solutioni præfixum in totum novo possessori cedunt, *p.3.c.16.d.9.*

Viduam honestam stuprans dotare eam tenetur, *p.4.c.27.d.4.*

Vidua ob adulterium vel stuprum in se admissum post obitum mariti dotem non perdit, sicut nec Morgengabam, Geradam vel cibaria domestica, *p.4. c.21.d.7.*

Etsi intra annum luctûs luxuriosè vixerit, *p.4.c.21.d.8.*

Vidua quatenus succedat marito, Vide *supra* Successio Conjugis sive Viduæ & Successio Viduæ nobilis: it. Testamentum Conjugum: Et Conjugum portio statutaria.

VIGIL.

Vigiles, in excubiis stantes, qui pulsat aut vulnerat, ex commissa vi publica amputatione manûs punitur, *p.4.c. 13.d.5.*

In Excubiis stantes perinde ut reliqui fures puniuntur, *p.4.c.39.d.1.*

Limitatur, *p.4.c.39.d.2.*

VINCERE.

Si vinco vincentem te, multò magis vinco te ipsum, *p.1.c.28.d.175.n.8.*

VINDICATIO NECIS.

Heredes Necem defuncti haud Vindicantes hodiè se non indignos reddunt hereditate ejus, *p.4.c.11.d.10.*

Secùs de jure civili, *n.1.*

Ex hereditate tamen occisi heredes ejus judici inquirenti sumtus suppeditare tenentur, *p.4.c.11.d.11.*

VINDICTA.

Et in leges & Magistratum injurii sunt, qui hunc adire parùm honorificum sibi putant, & jus se ipsos vindicandi pravo more sibi usurpant, *p.4.c.10.d. 6.n.11.*

Hæc verba: Ich will es eisern: vel ich will mich an dir rechnen: vel ich will dirs gedencken / autoritatem judicis atque ita vindictam legitimam & viam juris non respuunt, *p.4.c.15.d.9. n.4.& 5.*

Vindictæ privatæ indulgendum non est, quando suppetit remedium juris, *p. 4.c.9.d.1.n.4.* it. *p.4.c.10.d.1.n.2.*

Promissio jurata intelligitur facta de Vindicta privata, & quæ fit de facto, non etiam jure permittente, *p.2.c.36. d.5.n.3.*

VINDEMIA.

Factum paulò ante tempus Vindemiæ, gverræ, censetur factum tempore Vindemiæ & gverræ, *p.3.c.32.d.21. n.4.*

VINEA.

Vineæ fructus sive uvæ inter fructus industriales referuntur, *p.3.c.32.d. 8.c.1.*

VINUM.

Singulæ civitates de jure fundatum habent privilegium, ne infra miliare circumcirca habeatur vinum vel cervisia extranea venalis, *p.2.c.6.d.4. n.1.*

VIRGO: VIRGINITAS.

Virgo non censetur stupratori concessisse florem virginitatis decerpere absque factâ spe ineundo matrimonio, *p.1.c.22.d.4.n.3.*

Virginitatis probatio admittit probationem in contrarium, *p.1.c.26.d.5. n.2.*

VIS PUBLICA.

Vis publica & privata variis modis committitur, *p.4.c.13.d.4.n.1.*

Vis publ. absque armis haud committitur, *p.4.c.32.d.11.n.6.*

Vis publ. quæ in crimen fractæ pacis non incidit, solet hodiè arbitrariè puniri, *p.4.c.13.d.3.n.3.*

Non omnis vis publ. est fracta pax, *p.4. c.13.d.2.n.4.*

Vim illatam non repellit, qui ex intervallo & deliberato animo delinquit, *p.4.c.17.d.9.n.3.*

VITRICUS.

Vitricus repetere nequit alimenta; si privignus privignavè fuerit in ipsius obsequio & servitiis, *p.2.c.10.d.27.*

VIVERE: VITA.

Vita & bona paribus passibus ambulant, *p.1.c.29.d.28.n.6.*

Vitam redimere qualibet ratione licet, *p.4.c.37.d.9.n.4.*

Vivere quilibet præsumitur, *p.1.c.16.d. 37.n.1.*

Hominem præsumi vivere centum annos ridiculum est, *p.3.c.15.d.57.n. 5.& 7.*

Experientia ipsa quotidiana docet, homines ut plurimum hoc tempore non excedere septuagesimum annum, *ib. n.12.*

UNIO.

Unio facit rem ejus naturæ, cujus ipsa res est, cui unita fuit, *p.3.c.30.d.12. n.4.*

UNIVERSALIS.

Dictio universalis nihil excludit, *p.2.c. 30.d.3.n.7.*

UNIVERSITAS.

Universitas vel communitas est persona imaginaria, non habens animam nec corpus, *p.2.c.36.d.6.n.2.*

Universitas aliud est, aliud singuli de universitate, *p.1.c.16.d.65.n.3.*

Universitas quod debet, singuli non debent, *p.2.c.6.d.24.n.4.*

Universitatem vel ipsum collegium major saltem pars repræsentat, *p.1.c.13. d.9.n.3.*

Universitates, pupilli, filiæ, Ecclesiæ & Hospitalia quatenus & quamdiu utantur jure tacitæ hypothecæ in Feudis, *p.2.c.25.d.4.*

Universitates sive Collegia non nisi per Syndicos litem in judicio peragere ac defendere valent, *p.1.c.13.d.5.*

Ad jurandum pro Universitate admittuntur tres vel quatuor Seniores, qui veritatem sciunt, *p.1.c.13.d.7.*

Præferuntur senioribus ex Universitate juniores, si exactiorem negotii notitiam habeant, *p.1.c.13.d.2.*

Regulariter arbitrio Universitatis vel Collegii committendum est, per quas personas ex Universitate vel Collegio jurare velit, *p.1.c.13 d.3.*

Nec calumniæ juramentum per Syndicum, sed per tres vel quatuor seniores ex Universitate præstari oportet, *p.1. c.13.d.4.*

Res Universitatis vel Collegii optimè scire seniores præsumuntur, *ib.n.2.*

Contra Universitatem etiam actio contra petit famosa, *p.4.c.42.d.16.n.5.*

VOLUNTAS.

Voluntas semper potior est voce dicentis & facto facientis, nedùm scripturâ scribentis, *p.3.c.15.d.42.n.4.* it. *p.2.c. 30.d.3.n.6.*

Voluntas non minus facto quàm verbo declaratur, *p.3.c.27.d.5.n.2.*

Voluntas & propositum distinguunt maleficia, *p.3.c.26.d.3.n.7.*

Voluntas ultima hominis est ambulatoria usque ad mortem, *p.3.c.2.d.11. n.3.* it. *p.2.c.43.d.10.n.5.*

VOTUM.

Votis Senatorum paribus existentibus ea pars vincit, quæ causam tuetur magis favorabilem ac rationabiliorem, *p.1.c.27.d.12.*

URPHEDA.

Nobiles aliivè Magistratus subditos carceribus constrictos dimittere non solent, priusquam juramentum de non vindicando carcere (vulgò Urphedam) præstiterint, *p.2. c.36. d.3. n.1.*

Si Magistratus reos de non vindicando carcere jurare cogunt, ejusmodi Urpheda ipso jure nulla est, *d.d.3.n.4.*

Absolutio tamen à juramento ad effectum agendi necessaria est, *n.6.*

Relaxatio Urphedæ seu juramenti ad effectum agendi fieri potest, parte etiam adversâ non citatâ nec auditâ, *d.d.3.*

Reus si tantum juraverit non vindicare carceres absq; relaxatione Urphedæ, via juris experiri potest adversus judicem, *p.2.c.36.d.5.*

Vide plura supra in Vocabulo Juramenti relaxatio & absolutio.

USURA.

Usura censetur omne, quod mutui ratione præstatur, *p.2.c.1.d.2.n.13.*

Usurarum alia est obligatio, alia sortis, *p.2.c.19.d.8.n.11.*

Usurarum nomine aliud quippiam in fraudem usurarum legitimarum stipulari non licet, *p.2.c.30.d.25 n.1.*

Usuras non tanquam usuras sed tanquàm interesse damni jus Pontificium admittit, *p.1.c.18. d.171.n 2.*

Usuræ vel ex conventione, vel sola mora officio judicis debentur, *p. 2. c. 30. d.8.n.1.*

In stricti juris judiciis per stipulationem in bonæ fidei contractibus pacto in continenti adjecto, *n. 3.*

Usuræ adjudicantur ex mutuo, à die litis contestatæ, sive contestatio vera intercesserit, sive factu, quæ inducitur ex contumacia, *p.2.c.30.d.17.*

Usuræ ex mora sola, si promissæ specialiter non fuerint, debentur, *p. 1, c.32. d. 31. n. 3.*

Usuræ citra vinculum stipulationis peti nequeunt, *p.3.c.21.d.16.n.4.*

Usuræ promissi conditionalis nunquam solvi debent cessante scilicet morâ, *p.2.c.46.d.22.n.6.*

Actio ultra quincunces Usuras nulla competit, *p 3.c.24.d.14 n.2.*

Interesse haud rarò Usuras quincunces superat, *p 2.c.30.d.2.n.6.*

Usuræ immodicæ sorti imputantur, *p.3. c.24.d.15.n.4.*

Non permittendum, ut Usuræ rediganter in sortem ad facilius admittendas usurarum usuras, *p.2.c.30.d.33.*

Usuras minores debito per triennium recipiens sponte, censetur renunciâsse majoribus, *p 2.c.2 d.6.n.3.*

Usuræ quincunces hodie ordinariæ ac consuetudinariæ sunt, nec majores debentur etiamsi promissæ fuerint, *p. 2.c.30.d.1*

Usuræ jure divino simpliciter non censentur prohibitæ, *ibid.n.3.*

Pauperibus ac indigentibus pecunia absque ulla usura mutuò danda est, *n. 5.*

Usuræ quincunces meliorum fundorum reditibus justè correspondere censentur ac vicesimo anno sortem æquant, *ib.n.12.*

In Electoratu Sax. sextus florenus, collectæ nomine Magistratui solvendus, hodie additur, *n.14.*

Usuræ ordinariæ sunt hodie quincunces etiam inter mercatores, non majores, nisi consuetudo loci aliud introduxerit, *p.2.c.30.d.2.*

Quod ultra usuras quincunces præstitum, id vel debitori restituendum, vel in sortem imputandum est, *p.2.c. 30. d.4.*

Ultra Usurarum legitimum modum nulla conventione nulloque pacto debitor se firmiter obligare potest, *ibid. n.4.*

Usuræ ad certum tempus promissæ in perpetuum debentur, quamdiu sortis solutio facta haud fuerit, *p. 2, c. 30. d.5.*

Usuræ pecuniæ funebris citra stipulationem non debentur, *ib.n.1.*

Usurarum præstatio per aliquot annos continuata sufficit ad inducendam in posterùm tempus obligationem, *ibid. n.7.*

Creditor in probatione interesse majoris succumbens, postea usuras quincunces loco interesse petere nequit, *p.2.c.30.d.11.*

Si interesse absque certa quantitate probaverit, judex ex officio illud taxare & moderare potest, *n.12.*

Creditor solutionem sortis absque protestatione accipiens, postea interesse sive usuras ex mora petere nequit, *p. 2.c.30.d.12.*

Sublatâ licet per solutionem sortis petitione, supersit tamen petitio usurarum, quæ ex stipulatione aliavè conventione debentur, *p. 2. c. 30. d. 13.*

Usuræ & fructus legatorum debentur à die moræ seu factæ petitionis, *p. 2. c. 30. d. 20.*

Usuras legatorum seu fideicommissorum ex eo demùm tempore, quo lis contestata est, exigi posse verum est, si mora non præcesserit litis contestationem, *ib.n.2.*

Usuræ legati in diem relicti non ex lapsu diei, sed tantum ex die agniti & petiti legati debentur, *p.2.c.30.d 21.*

Usuræ legatorum debentur minori citra moram à die aditæ hereditatis, *p. 2.c.30.d.22.*

Idem juris est, si uni ex ascendentibus vel descendentibus pro legitima, *n.3.*

Aut piæ causæ legatum proponatur, *n. 4.*

Ita tamen ut mora hæc non diutius, quàm minor ætas duret, *n.7.*

Usuræ quoque secundum creditoris cujusque prærogativam exsolvi debent, postquàm creditoribus omnibus de sorte satisfactum est, *p. 1, c.28. d. 174.*

Usuræ unà cum sorte etiam in concursu creditorum sunt adjudicandæ de jure communi, *p.1.c.28.d.160.*

Usuræ in foro Sax. non adjudicantur, antequàm omnibus etiam chirographariis de sorte satisfactum fuerit, *p. 1.c.28.d.161.*

Super Usuris æquè ac super ipsa sorte licet hypotheca fuerit constituta, *p.1. c.28.d.162.*

Res tamen aliter se habet in bonis Feudalibus, *n.7.*

Non efficit renunciatio mulieris, ut creditor ejus locum subintrans aliis creditoribus ratione usurarum præferatur, *p.1.c.28.d.163.*

Usuræ tamen compensatoriæ sive interesse etiam in foro Sax. unà cum sorte principali creditoribus adjudicari solent, *p.1.c.28.d.164.*

Usuræ mulieri in concursu creditorum unà cum dote & bonis illatis quoque sunt exsolvendæ, etiamsi reliquis creditoribus de sorte satisfactum non fuerit, *p.1.c.28.d.166.*

Usuræ quoque pretii ab emptore haud soluti in concursu creditorum emptoris prærogativâ gaudent, *p.1.c. 28.d.167.*

Quamvis reliqui creditores sortem suam consequi haud possint, *n.1.*

Usuræ unà cum sorte pecuniæ hereditariæ in concursu creditorum debentur, si ea, postquam dies venit, exsoluta haud fuerit, *p.1.c.28.d.168.*

Usuræ in annuis reditibus sunt exsolvendæ, licet reliqui creditores sortem non consequi valeant, *p.1,c.28. d 169.*

Usuras unà cum sorte repetit fidejussor in concursu creditorum, quas pro suo principali solvit, *p.1.c.28.d 170.*

Usurarum ratione Ecclesiæ & Hospitalia quoque aliis creditoribus præferuntur, *p.1.c.28.d.171.*

Usuræ pupillares gaudent etiam prærogativâ, *p.1.c.28.d.172.*

Sed non ultrà, quàm tutela durat, licet rationes tutelæ nondum redditæ fuerint, *p.1.c.28.d.173.*

Nec Usuras nec sortem Princeps per rescriptum moratorium creditoribus auferre præsumitur, *p. 2, c. 30. d. 46. n. 3.*

Quomodo intelligendum, *n. 12.*

Usuras propter pignoris amissionem creditor petere non prohibetur, *p. 2. c. 26. d. 2.*

Usurarum præstatio facit, ut pecunia ex bonis hereditariis solvenda non habeatur pro hereditaria, sed marito indifferenter applicetur, *p. 3. c. 21. d. 16.*

Usuris etiam unà cum dote nondum solutâ maritus, superstes à die nuptiarum exigere potest, *p 3.c.23.d.4.*

Sub usuris pecunia elocata defunctâ uxore marito cedit, *p 3.c.23.d.9.*

Usuras minores quàm promissas recipiendo per longum tempus civitatis defensores præjudicant Reipub. *p.2.c. 6.d.18.n.14.*

Ab Usuris & interesse præceptum judicis de non exsolvendo debito liberat debitorem, *p.2. c 30.d.24.*

Usuræ in bonæ fidei contractibus ex solo diei lapsu minori debentur absque præcedente interpellatione, *p.2. c.30. d. 23.*

Usuræ exigi possunt, etiamsi in libello unà cum sorte antea non petitæ, nec in sententia actori adjudicatæ fuerint, *p.2,c.30.d.47.*

Etiam in causa appellationis, *n.6.*

Secùs tamen est, si officio tantùm judicis debitæ fuissent propter moram & ex natura judicii bonæ fidei, *n.9.*

Usuræ pupillares quincunctibus majores

jores haud admittuntur, *p.*2. *c.* 30. *d.* 3.
Usuræ ultra alterum tantum quatenus exigantur vel non, *p.*2. *c.*30. *d.*26. & *seqq.*
Usuras usurarum de pecunia pupillari solvit tutor solus, non etiam alius debitor extraneus, *p.*2. *c.*30. *d.*30. it. *p.*1. *c.*28. *d.*172. *n.*5.
Usuras usurarum, quas tutor à debitore non accepit, neutiquàm præstare tenetur, *p.*2. *c.*30. *d.*31.
Nec Usuras Usurarum præstat tutor de pecunia pupillari, quam ipse ceu mutuum penes se habet, *p.*2. *c.*30. *d.*32.
Usuræ Usurarum exigi possunt à novo debitore, in cujus persona sortis vicem obtinent, *p.*2. *c.*30. *d.*48.
Sine Usuris qui mutuò dant pecuniam, reliquis chirographariis præferuntur, *p.*1. *c.*28. *d.*153.

USURARIUS.

Usurarii majores usuras exigentes sat graviter puniuntur, *p.*2. *c.* 30. *d.* 1. *n.* 16.
Usurarius & pignoraticius est contractus, si hæc tria concurrant, pactum de retrovendendo, modicitas pretii & consuetudo fœnerandi, *p.* 2. *c.* 30. *d.*43. *n.*5. it. *p.*2. *c.*1. *d.*2. *n.*8.
Valet emptio pignoris sub pacto de retrovendendo, si non constet de Usuraria pravitate, *p.*2. *c.*30. *d.*44.
Emptio pignoris occasione mutui contracta non subsistit, quando constat de Usuraria pravitate, *p.*2. *c.*30. *d.*43.
Non sufficit, ut bis terve Usuras quis acceperit, sed plures contractus fœneraticii requiruntur, ut quis dicatur solitus fœnerari, *ib. n.*9.
Judex ex clausulis inconsuetis pravitatem Usurariam deprehendens, contractum benè rescindere potest, *ib. n.*10.

USUSFRUCTUS.

Ususfructus est servitus, *p.*3. *c.* 12. *d.* 7. *n.* 5.
Ususfructus formalis consistere nequit, nisi proprietas rei apud alium existat, *p.*3. *c.*13. *d.*16. *n.*8.
Ususfructus alteri cedi nequit, *p.*2. *c.*25. *d.*16. *n.*5.
Exercitium autem ejusdem seu jus perceptionis ad alium sub appellatione Ususfructus benè transferri potest, *n.*8. it. *p.*1. *c.*32. *d.*21. *n.*6.
Ususfructus à proprietario haudquaquàm inverti, nec usufructuarius in utendo-fruendo turbari debet, *p.*2. *c.*15. *d.*25. *n.*12.
Ususfructus perceptio sola fructus tribuit usufructuario, *p.*3. *c.*32. *d.*1. *n.*3.
Ususfructus non censetur relictus ex sola verborum connexione contra testatoris voluntatem, *p.*3. *c.*13. *d.*15.
Sub Usufructu omnium bonorum per ultimam voluntatem constituto omnes res, etiam quæ usu consumuntur, item fructus, reditus & proventus à testatore relicti comprehenduntur, *p.*3. *c.*13. *d.*5. *n.*1.
Usu rei legato, si is legatario vanus & inutilis esset futurus, censetur quoque legatus Ususfructus, *p.* 3. *c.* 13. *d.* 4.
Usufructu omnium bonorum alicui relicto, si alteri certa species legetur, utriusque est Ususfructus rei istius, *p.*3. *c.*13. *d.*7.
Usufructu fundi cum absoluta potestate alienandi legato videtur proprietas, *p.*3. *c.*13. *d.*11.
Mortuo usufructuario consolidatur Ususfructus cum proprietate, & revertitur ad eum, qui proximus fuit heres tempore mortis testatoris, *p.*3. *c.* 13. *d.*16.
Hujus rei effectus, *n.*4.
Ususfructus competit patri in bonis liberorum tàm maternis quàm adventitiis, jure patriæ potestatis, etiamsi hi de pane ipsius non vivant, sed aliundè habeant alimenta, *p.*2. *c.*10. *d.*7.
Usumfructum bonorum maternorum & adventitiorum petere nequit filia, licet parenti operas præstet ancillares, *p.*2. *c.*10. *d.*8.
Ususfructus, parenti ex bonis filii maternis & adventitiis debitus, ei auferri potest, *p.*2. *c.*10. *d.*10.
Usufructu in bonis liberorum maternis & adventitiis adempto licet patri per testamentum, nihilominus administratio ipsi competit, nisi à testatore alius curator datus sit, *p.*2. *c.*10. *d.*11.
Usumfructum ex bonis maternis & adventitiis non percipiens pater, censetur eum liberis donare, *p.*2. *c.*10. *d* 12.
Usumfructum habens pater bonorum maternorum & adventitiorum, eorum nomine sine consensu filii in judicio experiri non potest, *p.*2. *c.* 10. *d.* 14.
Usufructu in bonis liberorum maternis adventitiis privatus pater ab eorundem successione non videtur excluſus, *p.*2. *c.*10. *d.*15.
Usufructu finitô à patre de sorte reddenda cautio exigi regulariter nequit; tenetur is tamen ad confectionem inventarii, *p.*2. *c.*10. *d.*9.

USUFRUCTUARIUS.

Usufructuarius causam proprietatis deteriorem facere haud potest, *p.*3. *c.*20. *d.*33. *n.*6.
Usufructuarius non potest à proprietario impediri, quò minus utatur-fruatur liberè prædio usufructuario, *p.*1. *c.* 16. *d.*29. *n.*6.
Ab Usufructuario ipsum jus utendi-fruendi nequit alienari vel cedi, sed saltem perceptio commoditatis, *p.*1. *c.* 32. *d.* 21. *n.*5.
Usufructuario ante perceptionem jus nullum in fructibus acquiritur, *p.*3. *c.* 16. *d.*5. *n.*4. *p.*2. *c.*32. *d.*19. *n.*6.
Usufructuarius de jure Sax. jus per culturam sibi acquisitum ad heredes vel creditores transfert, etiamsi fructus percepti non fuerint, *p.*1. *c.*5. *d.*21. *n.*4.
Usufructuario rem, in qua ususfructus est constitutus, locare licet, *p.*2. *c.*42. *d.* 9. *n.* 4.
Usufructuarius non tenetur solvere æs alienum à defuncto contractum, *p.* 2. *c.*42. *d.*15. *n.*1.
Usufructuarius collectas, aliaque onera sive ordinariè sive extraordinariè impositas, subire debet, *p.* 1. *c.* 32. *d.* 50. *n.* 6.
Usufructuarius ad reparationem propriis sumptibus faciendam est obstrictus, adeoque impensas eo nomine factas à proprietario repetere nequit, *p.*3. *c.*31. *d.*9. *n.*6.
Nisi magnæ fuerint aut perpetuam rei utilitatem respiciant, *ib, n.*9.
Usufructuarius non restituit damnum grege casu fortuito totaliter interempto, *p.*2. *c.*26. *d.*9.
Aliàs regulariter usufructuarius alicujus gregis in locum demortuorum & inutilium corporum alia submittere & in vinearum demortuarum locum alias substituere tenetur, *n.*1.
Limitatur in Usufructu singulorum tantummodò capitum, *n.*6.
Usufructuarii heredes in bonis allodialibus pretium meliorationis benè repetere valent, *p.*3. *c.*31. *d.*9.

UTENSILIA.

Utensilia sunt universum quiddam & in universitate quadam certarum rerum consistunt, *p.*3. *c.*30. *d.*13. *n.*6.
Vide supra Gerada.

UTILE.

Utile per inutile vitiari haud debet, *p.* 2. *c.*14. *d.*21. *n.*3. & 4.
In dividuis & separabilibus Utile per inutile non vitiatur, *p.*2. *c.*12. *d.*17. *n.*4. *p.*2. *c.*43. *d.*18. *n.*8.

UTILITAS.

Cuilibet in re propria suæ Utilitati etiam cum alterius incommoditate inservire licet, *p.*2. *c.*4. *d.*11. *n.*1.
Sed licentia ista pro lubitu, quid in suo faciendi, neutiquam trahenda est ad casum, quo quis nocendi animo & ad aliorum æmulationem suis studet commodis, *n.*3.

VULNUS.

Vulneris inspectio in quocunque judicio pro lubitu vulnerati fieri potest, *p.*4. *c.*13. *d.*12.
Vulnerator tenetur vulnerato ad mercedes Medicorum & impensas in curatione factas, *p.*4. *c.*10. *d.*4. *n.*1.
Vulneratus petere non valet emendam, quando experitur criminaliter adversus vulneratorem, *p.*4. *c.*42. *d.*14.
De jure Sax. pro vulnere illato 30. solidorum emenda solvitur, *n.*1.
Rusticis autem 15. solidi sufficiunt, *n.*2.
Ab hac pœna usu & consuetudine est recessum, *n.*3.
Pro dolosa Vulneratione pœnam amputationis manûs statuunt jura Saxonica, *p.*4. *c.*12. *d.*8. *n.*13.

UXOR.

Uxor reverentiam debet viro, *p.*1. *c.*16. *d.* 51. *n.* 6.
Uxor bona sua immobilia absque consensu mariti alienare nequit, licet adhibeat autoritatem curatoris, *p.* 2. *c.* 15. *d.* 25.
Uxor operari tenetur marito, *p.*2. *c.*25. *d.* 15. *n.* 4.
Uxor statim post celebratas nuptias in potestatem & tutelam mariti sui transit, *p.*2. *c.*13. *d.*5. *n.*3.
Uxor non valet marito suo absque curatore demandare litem, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 32.
Non etiam extraneo, *n.*5.
Uxoris nomine maritus in judicio non admittitur, priusquàm curatorium producat, vel de rato caveat, *p.* 1. *c.* 1. *d.* 31.
Uxor in successione mariti pro persona extranea habetur, *p.*3. *c.*20. *d.*21. *n.*3.
Vir Uxorem, & Uxor virum heredem instituere potest in testamento absq; spe

ſpe alicujus remunerationis, *p.3.c.2.d.6.n.12.*
Uxoris & viri eadem eſt fides caſtitatis, unum Sacramentum, hoc eſt, promiſſio inſeparabilitatis & ſpes una habendæ prolis, *p.4.c.20.d.13.n.4.*
Uxorum impudicitia longè deteſtabilior fœdioráque eſt quam virorum, *n.6.*
Major caſtitas in Uxore quàm in maſculo requiritur, *n.7.*
Uxor bona ſua immobilia ſolo mariti conſenſu, non adhibito alio curatore, validè diſtrahere poteſt, *p.2.c.23.d.30.n.4.*
Uxori jure communi onus alendi virum in cauſa inopiæ imponitur etiam de bonis paraphernalibus, *p.3.c.25.d.7.n.5.*
Uxor æquiparari minoribus, hæc æquiparatio quatenus extendenda, *p.3.c.23.d.31.n.10.*
Inveniuntur Uxores, quæ maritellos verberant & viris dominantur, *p.4.c.3.d.6.n.6.*
Uxoris de bonis ſuis diſpoſitio, vide ſupra Teſtamentum conjugum.
Uxores quatenus ſuccedant maritis vide ſupra Succeſſio Viduæ.
Uxor repetens pecuniam, quam mutuò dederat marito, nec hypothecariis nec chirographariis præfertur, *p.1.c.28.d.90.*

UXOREM DUCERE.

Eam quam quis ex ſacro baptiſmate ſuſcepit, hiſce in terris in Uxorem ducere non prohibetur, *p.4.c.26.d.5.n.3.*
Avunculi viduam in Uxorem ducere haud licet, *p.4.c.23.d.8.*
Neque Uxoris prædefunctæ ſororis filiam, *p.4.c.23.d.9.*
Proverbium Reiche Weiber/ arme Kinder/ *p.2.c.46.d.18.n.4.*

W.

WERIGELDUM.

WErigeldum eſt ſumma viginti quatuor ſexagenarum antiquarum ſive 20. thalerorum, *p.4.c.11.d.1.n.1.*
Werigeldum ſurrogatum eſt in locum illius pœnæ, quæ lege Aquilia de injuriis ſancita eſt, *ib.n.2.* it. *p.4.c.11.d.4.n.4.*
Ad Werigeldi impoſitionem tùm devenitur, ſi caſu forſan inopinato aut culpa, vel defenſionis cauſa homicidium fuerit commiſſum, nec ullus occiſoris dolus arguatur, *p.4.c.11.d.1.n.6.* it. *d.3.n.1.*
Werigeldum quod hominis occiſi heredibus debetur, pœnam civilem non excludit, *p.4.c.11.d.1.*
Nec ſummam mulctam judici exſolvendam in foro Sax. *p.4.c.11.d.2.*
Ad Werigeldum non condemnandus eſt reus, quando plectitur pœnâ corporis afflictivâ, *p.4.c.11.d.3.*
Werigeldum pluribus exiſtentibus occiſoribus, quilibet integrum ſolvere tenetur, *p.4.c.11.d.4.*
Dimidium ſaltem Werigeldum ab occiſore exigitur fœminâ occisâ, *p.4.c.11.d.5.*
Ipſa tamen fœmina, ſi maſculum occiderit, integrum tenetur præſtare Werigeldum, *p.4.c.11.d.6.*
Reus, qui Werigeldum propter inopiam exſolvere haud valet, exilio punitur, *p.4.c.11.d.7.*
Ad Werigeldi præſtationem non condemnandus eſt reus, judice ſuper homicidio ex officio procedente, *p.4.c.11.d.8.*
Niſi heredes occiſi vindictam Magiſtratui commiſerint, *p.4.c.11.d.9.*
In Werigeldo Princeps pœnam occiſori remittendo non præjudicat heredibus occiſi, *p.4.c.11.d.12.*
Ad exſolutionem Werigeldi condemnatur provocatus, qui necavit provocantem, *p.4.c.10.d.3.*
Werigeldum imponendum eſt homicidis, qui nec mortis ſupplicio, nec pœnâ corporis afflictivâ mulctantur, *ib.n.2.*
Werigeldum ob exceſſum in moderamine inculpatæ tutelæ commiſſum exſolvi debet, *n.4.*

FINIS.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Carpzov, Benedict,

Benedicti Carpzovii Iurisprudentia forensis Romano-Saxonica secundum ordinem constitutionum D. Augusti electoris Saxon. ; in partes quatuor divisa

Lipsiae [u.a.] 1694

Bamberg, Staatsbibliothek -- .10 A 6
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11399355-3
VD17 1:016455D